ONETI
SAURUS
O–PRA



SC.4.P1.3

.u.Pl.3.

7
E
3

THEOPHILI
BONETI
DOCTORIS MEDICI,
NEC NON SERENISSIMO QUONDAM PRINCIPI
Henrico ab Aurelia, Longavillæ Duci, &c. à Conſiliis Medicis.

POLYALTHES
SIVE
THESAURUS
MEDICO-PRACTICUS
EX QUIBUSLIBET REI MEDICÆ SCRIPTORIBUS
Congeſtus,

PATHOLOGIAM VETEREM ET NOVAM
Exhibens;

UNA CUM REMEDIIS USU ET EXPERIENTIA COMPERTIS.

IN QUO VIRI EXCELLENTISSIMI JOHANNIS JONSTONI
Syntagma explicatur.

TOMUS SECUNDUS.

Cum INDICIBUS *Rerum, Materiarum, ac Authorum locupletiſſimis.*



GENEVÆ,
Sumptibus LEONARDI CHOVËT, & Socii.
M. DC. XC.

THESAVRI
MEDICO-PRACTICI
SIVE
SYNTAGMATIS NOSOCOMICES
SPECIALIS
JOHANNIS JONSTONI

Explicati, & Commentariis ex variis Authoribus depromptis Illuſtrati;

LIBER SECVNDVS.

De Morbis Medii Ventris, ſive Thoracis.

CAPVT PRIMVM.

De Morbis Faucium, ſive Angina.

ET tantum de morbis & affectibus Cerebri : [1] ſequuntur morbi *medii ventris*; qui ſub ſe. ff. ctas [2] *Faucium, Gutturis, Aſpera arteria, Pulmonum, Thoracis, Mammillarum & Cordis* continent.

[1] *Faucium* morbus eſt [4] *Angina,* [5] ſeu *faucium, id eſt* [6] *ſummarum gula gutturiſque partium, per quas tum cibi potuſque, tum ſpiritus introitus eſt, ſpirationis & deglutitionis difficultatem inferens, praeluſio.*

[7] *Signa communia* ſunt, *ſpirationis difficultas*, quia guttur præcluditur. [8] *Deglutitionis impedimentum*, tum quia gula obſidetur; tum [9] quia muſculi duo à larynge exorti, œſophagici & Circulatores quod ſuis fibris transverſis, ſemicirculum imitantibus œſophagum complectantur dicti, cibi & potus ad inferiora detruſionem, dum laryngem deglutitionis tempore ſurſum trahunt, ut locum cibo cedat, adjuvantes, occupantur: tum quia muſculi faucium, cibum ad œſophagum, dum ad ſuum principium contrahuntur, detrudentes, patiuntur. *Dolor circa fauces*, qui pro [10] ratione Cauſarum & [11] Subjectorum vel augetur, vel minuitur.

Cauſa ſunt omnia præcludere ſpiritum apta, ut in Differentiis dicetur.

Curatio in Differentiis videatur.

[1] *Sequuntur morbi medii ventris*) Collum an thoracis partibus annumerandum? Nos cum plurimis Anatomicis annumeramus, tam propter vertebrarum cum reliquis ſpinæ vertebris ſimilitudinem, quam propter communem cum iis uſum, quatenus medullæ cerebri communem tranſitum cum reliquis præbet. *Spigelius* putat ad caput illud referri debere. *De Diemerbroeck Anat. lib. 2. c. ult.*

[2] *Faucium*) Quæ in Angina afficiuntur, adeoque inprimis ea pars quæ pharyngem & laryngem conſtituit; ac præſertim partium harum *muſculi*, hinc ſubinde *glandula*, ſiquidem utplurimum ſimul tam *pharynx* quam *larynx*, harúmque partium muſculi, tam interni quam externi ſolent affici, utut nunc una pars magis, altera minus, Unde ſaltim ſpeculativa, non autem practica eſt iſta differentia, dum *Galenus & Trall.* diſtinguunt Anginam in iv. differentias, Cynanchen &c. *Etmuller.*

[3] *Faucium morbus eſt Angina*) Inter Inflammationes particulares quæ partes externas occupant, ſe offert 1. *Pharinx* cum ſummitate Gulæ, Larynx cum aſpera arteria, ac denique Tonſillæ: Uno nomine partes in faucium iſthmo inflammantur, quæ inflammationes (excepta Tonſillarum inflammatione, quæ fere notha exiſtit) in genere *Angina* dicitur, Barbaris ſquinantia, Germanis die Braune, utut hoc linguæ ſaltem ſymptoma ſit, & ſimul quodammodo faucium, in febribus ardentibus familiaris. Omnes hæ inflammationes communem habent medendi rationem. *Etmuller.*

4. *Angina*) Barbari *Squinantiam* nominarunt, Latini, qui pura lingua loquuntur, *Anginam* vocant ab *Angendo*, quibus & *Angere* pro *enecare & ſuffocare* ſumi docet *Barthius 24. Adv. 19. Feſtus p. 14. Angor eſt animi vel corporis, cruciatus, Proprie à Græco* ἀγχόνη, i. e. ſtrangulatione *dictus, unde & Faucium dolor Angina vocatur.* Græcam vocem alii ἀ Κυὸς, canis, Alii ἀ ὑὸς, ſus deducant, priori modo *Aetius* vult eſſe nomen, quod ea correpti canum in morem linguam exſerant, apertóque ore aërem attrahant; Altero volunt dictum à gutture. Anginoſi potei, ſed illud alienum eſt, ſi etymon verum dicere, nam uti κυνάγχη, ſic συνάγχη componitur, Sues enim huic affectui dicuntur obnoxii. *Dietericus Jatrei. p. 666.*

5. *Angina ſeu faucium*) *Generaliter* pro quacunque *Faucium & Gutturis* affectione, difficilem Reſpirationem & Deglutitionem inducente, à quacunque proveniat cauſa, teſte *Galeno 4. de l. aff. c. 3. & 5.* ſumitur. *Speciatim* pro tali *Reſpirandi & Deglutiendi* labore ac moleſtia, ubi, ſanguine in Fauces effuſo; harum inflammatio, abſque Thoracis ac Pulmonum culpa excitatur. *Laur. Strauſſius Gymn. Med. p. 369.*

6. *Summarum gulæ gutturiſque partium*) Conſiderandum quot omnino partes ſub Angina lateant, Larynx cum muſculis ſuis, Gula cum muſculis ſuis, Lingua cum muſculis ſuis, quibus eos accenſeo oſſis hyoidis: Tonſillæ cum gurgulione: Fauces denique ipſæ & Palatum; Hæ omnes ut ſub quatuor Anginæ gradibus denominatis ſunt, ita ſingulæ ſeorſim poſſint inflammari & lædere deglutitionem, vocem cum reſpiratione, maſticationem. *Hofmannus Inſtit. lib. 3. cap. 51.*

7. *Signa communia ſunt*) Præter generalia ſymptomata, aliis inflammationibus communia, partium nempe in faucibus calorem, dolorem, tumorem, & interdum viſibilem ruborem, adeſt in ſpecie in *Angina incipiente difficilis colli motus* non abſque dolore; item *difficultas reſpirandi, difficilis deglutitio, & dolor* admodum *ardens in faucibus.* In *facta* vero ſigna ſunt, *reſpiratio* fere *abolita*, & nonniſi cum ſumma difficultate reiteranda, ita ut in quibus gravius afficitur larynx, ſubinde quaſi ſuffocatio immineat.

Deglutitio impedita, ita ut liquor in ore detentus non poſſit ſubire gulam, & ſi eouſque penetrare poſſit, ob ſummam tamen anguſtiam & laryngis irritationem, denuo per nares ſurſum regurgitat.

Dolor circa guttur & fauces inſignis & admodum urgens, tam rodens quam pulſans, aut etiam crebrius pungens.

Lingua rubet ac inſigniter *tumet*, unde etiam ejuſdem motus plus minus impeditur, ac faucibus angina præcluſis ſimul è *lingua filum viſcidum* propendet, ſeu copioſo muco continuo obducitur, ſunt nempe mucidæ, ſalſæ, amaræ, aliæve tenaces particulæ ſalivæ aqueæ

Pulſum ſic delineat *Pergamenus*, Anginæ Pulſus tenſione quadam præpeditus eſt & convulſo ſimilis, magnus & undoſus, ut pulſus Peripneumonicorum. Quicunque vehementer ex illis ſuffocantur, habent parvum & rarum, ubi jam agunt vitam, crebrum & inæqualem.

Febris quoque adeſt: Interim quæ pars magis laboret, à pharynx an larynx, ex læſionibus reſpirationis; item deglutitionis & ſitu doloris perſcrutandum venit. *Etmuller.*

Dolorificus adeſt *Tumor*, quem acutæ ſalinarum partium eminentiæ, dum membranarum poris fixius intruſæ hærent, juxta modernorum explicationem, excitant, manum quaſi porrigente ſanguinis influxu majori, & accurrente ſpirituum animalium impetu qui licet ſpicula iſta nocentia excutere laboret, in vanum tamen operatur, & crabrones potius irritat. *Strauſſius.*

8. *Deglutitionis impedimentum*) In omnibus Anginæ ſpeciebus, cum periculoſior eſt morbus, deglutitione impedita, ſolent aſſumpta ad nares reſilire, præcipue liquidiora, quorum difficilior eſt deglutitio, propterea quod liquida, cum ſeſe latius diffendant, non poſſunt ita facile à muſculis comprehendi ut ad œſophagum detrudantur, eorúmque majori contractione indigent, quæ ob inflammationem ſufficienter non fit. Solida vero alimenta, cum magis corpulenta ſint, ſuperficiaria tantum muſculorum tractione indigent, & levi eorum contractione deglutiuntur.

Contingit autem aliquando ut ſolida difficilius, liquida vero facilius deglutiantur, quod ex partium affectarum diverſitate dependet. Siquidem muſculi laryngis non ſolum ad vocem efformandam, ſed etiam cibum devorandum deſtinati ſunt; dum enim cibus in œſophagum impellitur larynx cum lingua ſurſum effertur. Ad potum vero hauriendum magis lingua utimur, quæ dum intus retrahitur, Potus deglutitio difficilior eſt: ſi vero laryngis muſculi magis lædantur, cibus difficilius ingeritur. *Riverius.*

9. *Tum quia muſculi*) Hinc patet Deglutitionem actionem eſſe animalem & voluntariam, etſi *Galenus* hanc naturalibus annumerat, cum ex arbitrio pendeat, & deglutiamus quando volumus & lubet. Peragitur nempe motu voluntario, inſervientibus inſtrumentis, ſcilicet muſculis. Et quamvis inſerviat uſui naturali, ſcil. nutritioni, tamen nonminus animalis eſt quam reſpiratio, quæ etiam nutritioni famulatur, & tamen eſt animalis.

Angina maligna.

10. *Ratione cauſarum*) Quædam etiam eſt *maligna, & contagioſa*, nam ſi humoribus malignum ſubſit μίασμα, mox plurium ex eadem cauſa laborantium decubitus, nec paucorum ſubſequens obitus, contagii præſentiam obſignabunt. Huic *Bezoartica* temperata, & ſudorifera reliquis ſubinde adjecta debentur. In hac à venæ ſectione abſtinere ſatius eſt. *Strauſſius.*

Repellentia caute adhibeantur in maligna angina, tunc enim materia peccans repellendo facile poterit ad cor, vel pulmones, vel cerebrum ipſum propelli, ibiq; epilepſiam aut maniam cauſare. *Fred. Deckers Not. in Pr. Barbettianam.* Credendum eſt quod anginæ malignæ, quando ex cancroſo affectu faucium & gutturis naſcitur, *rana viva* per medium ſciſſa, & applicata, ſummæ ſit utilitatis; ſic enim puerum quendam jam deploratum liberavit, tumori extremo aſſidue applicando ranas vivas per medium ſciſſas. *P. M. de Heredia op. Med. T. 3.*

10. *Ratione cauſarum*) *Caſtellus in Lexico*, ex libro quodam ſpurio, inter Galenicos relato de *Spermate*, meminit anginoſæ affectionis, quæ iis evenit qui ſemen diutius præter naturam retinuerunt, quod veneni naturam induens in venis & arteriis, dum nequit ejici, anginoſam generat affectionem in faucibus, & quandam quaſi ſuffocationem, unde & Lupus, λυκοειδὴς, lupo ſimilis, item ſtrangulator vocatur. Viris hæc affectio convenire poteſt non minus quam mulieribus, ſuffocationem hyſtericam dictam à ſemine retento patientibus.

11. *Subjectorum*) Hinc Temperamentum ſanguineum viros, Seroſum fœminas Anginæ obnoxias reddit, præſertim accedente nativa faucium imbecillitate: *Strauſſius.*

Sydenham non ſemel obſervavit *Rufos* præ reliquis huic morbo obnoxios ſe vidiſſe.

Dividitur

Dividitur [12] ratione Cauſarum in *tres* ſpecies, quarum prima *quatuor habet*.

Alia eſt [13] *ab inflammatione*, quæ

[14] *Cognoſcitur* ex [15] febre [16] continua, ſi ſimul cætera adſint.

[17] *Oritur* à [18] ſanguine, qui è venarum jugularium ramis, in eas partes, præcurrente plerumque difficili colli, ſine [19] cauſa evidente, motu, dolore, ac calore circa fauces inſucto, [20] influit.

Curatur Difficulter, [22] *ſi* febris magna eſt, & [23] ſputum ſubaridum, glutinoſum & craſſum. [24] *Dubio eventu*, *ſi* [25] materia in pulmones tranſmiſſa empyema excitur: *ſi* ad caput, delirla excitat; *ſi* ad pleuram, dolorem pectoris cum tuſſi & difficili reſpiratione cauſatur: *ſi* ad cor, tremorem & pulſuum obſcuritatem infert. *Nullo*, *ſi* febris invaleſcit, facies ægri virideſcit, ſinus oculorum denigrantur, extrema frigent, lingua nigra & craſſa cernitur, *ſi* [26] ſpuma circa os apparet, quia extremam cordis anguſtiam ſignificat, [27] *ſi* tumores faucium repente ſine ulla ratione evaneſcunt, quia materiæ ad interiora receſſus ſignificatur, *ſi* ſine ſignis dolores in caput convertuntur, quia materiam diffundi & cerebro communicari indicio eſt, [28] *ſi* non celeriter cocta exſpuuntur, quia maximus febrilis calor indicatur.

[12] *Cauſarum*) *Paracelſus prunellæ* cauſam in *Sale vitriolato*, quando jam in corpore retinetur, ſeparatur & exaltatur, potiſſimum conſiſtere ſcribit, Interim alias *Sulphuris* quoque mentionem facit; Non movebimus jam ipſi litem cum *Petræo*, utrum *Sali* an *Sulphuri* primæ debeantur partes? ſiquidem Anginæ phænomena, uti Recentiores oſtendant, utriuſque præſentiam ἐναργῶς oſtendunt. Sufficit nobis, quod, etiam conceſſis hiſce omnibus, *calida & bilioſa* Galenicorum *fluxio*, ceu ficta duntaxat catarrhi ſoboles, apud eundem immerito vapulet, tantum abeſt ut obſcoro verborum, quibus uti ſolet, apparatu profligatur, cum quibuſdam Paracelſiſtis, ſpiritus mercurialis ſublimatus, præ *ſale illo vitriolato* ſalivam moveat.

Hinc recentiores Chimiatri, ſive in hypotheſi *Acidum & Alkali* amplectente conquieſcant, ſive huic alteram tria iſta principia Hermetica excolentem præferant, *Sanguinis* æque *humorumque* aliorum, quam *Sulphuris, Salis & Mercurii* mentionem facere ſolent; totque horum particulas, *fixas*, *volatiles*, *tartareas*, fluorem jam adeptas &c. totque inſuper *Salia acida, acerba, acria, auſtera, pontica, &c.* nullam aliam ob cauſam accerſunt, quam ut variam ſanguinis in Angina conſtitutionem, Eryſipelatoden, Oedematoden &c. adeoque circa varios hujus gradus & ſymptomata ferocientem ſanguinis *bilioſi* calorem; pungentem *ſeri* acrimoniam &c. ſub ſchemate reſultantis ex mutua iſtorum gigantium pugna, effervescentiæ dilucidius oſtendere queant.

Juxta *Helmontii* mentem, oritur Angina à *fermento* peregrino ſylveſtri, aut venenato *Archei*, faucium hoſpitium violante, quo violato irritatur, unde dictum Fermentum *Laticem*, ad ſordes eluendas deſtinatum, non ſolum variis commutat larvis, ut ſaliva inde fiat aquea, mucida, acida, amara, tenax, inſtar fili; ſed & ſi peccet vino alieno, à vitioſa viſcerum digeſtione contracto, magis conſtringentem reddat, ut faucibus præcluſis Angina exaſperetur.

Sin omnis latex fuerit exhauſtus, & foris ſputatus, tum Natura, ut ſibi conſulat, ad ejiciendum hoſpitem exoſum, in auxilium vocat cruorem: hinc Anginæ ſi diu duraverint, ſolent ſuppurari; cruor enim evocatus è venis in pus mutatur, & fit poſtmodum Apoſtema, quod niſi tempeſtive rumpatur hominem ſuffocat. Ad hæc quid dicemus? Rem ipſam ſi quis probe examinarit, quid niſi varia *ſanguinis & ſeri* vitia, Humoriſtis non ignota, ſub lancis neglectis larvis proponi, detecta larva, deprehendet? *Stranſſius*.

[13] *Alia eſt ab inflammatione*) Et hæc legitima eſt, qua muſculi faucium & laryngis tomeſacti reſpirationis & deglutitionis vias coarctant & anguſtiores reddunt. Illa autem inflammatio vel laryngem occupat, vel fauces, quæ pharyngis nomine enuntiari conſueverunt. Utraque pars muſculos habet internos & externos: Ac licet utplurimum *pharynx* & *larynx* ob viciniam & continuitatem in Angina patiantur, modo tamen hic modo ille magis afficitur, unde non exigua ſymptomatum differentia emergit, quorum ratione quatuor à *Galeno 4. loc. aff. c. 5.* propoſitæ ſunt Anginæ differentiæ, quas recentiores Græci, qui paulo ante *Galeni* ſæculum vixerunt, propriis nominibus, nimis curioſo (ut idem cenſet) verborum aucupio deſignarunt, unam vocantes ſυνάγχην, aliam κυνάγχην, tertiam παρασυνάγχην, quartam παρακυνάγχην. Non ſolum autem plerumque Faucium & Laryngis muſculi ſimul inflammantur, ſed etiam interdum ad vicinas partes & cervicem ipſam exteriorem inflammatio protenditur. *Riverius*.

[14] *Quæ cognoſcitur ex &c.*) Cauſarum dignotio ex univerſalibus humoris in toto corpore dominantis ſignis elicitur, tum etiam particularibus: Cum Angina fit à *ſanguine*, in facie calor & rubor apparet & major diſtenſio in parte affecta. Cum fit à *Bile*, dolor & calor major eſt, cum ſiti, oris amarore, & acrimoniæ ſenſu; Et ſi à *Pituitoſo* ſanguine fiat, dolor & rubor minor eſt, cum febri exigua. A *parte affecta* quædam etiam humoris peccantis diagnoſis haberi poteſt. Sanguis enim bilioſus plerumque in *laryngis* muſculis potius inflammationem facit, pituitoſus fauces magis aggreditur, cum enim exiles ſint laryngis venæ, nonniſi ſanguis tenuis ad eas penetrat, fauces vero, quæ laxæ & ſpongioſæ ſunt, *pituitoſos* humores facilius recipiunt: Denique ex anni tempore humoris peccantis diagnoſis deſumi poteſt. *Anginæ* enim *bilioſæ* maxime æſtate & autumno proveniunt, quod in æſtate bilis generatur, & in autumno retinetur: *Pituitoſæ* vero hyeme & vere fiunt, cum hyeme maximus fiat pituitæ proventus, tum etiam vere, quia collecti humores in hyeme tunc temporis liquantur, & à capite in partes ſubjectas decumbunt. *Riverius*.

[15] *Cognoſcitur ex Febre*) Febris hinc *acuta*, interdum primaria, ſæpius tamen ſymptomatica; continua ſemper, inflammationis ſoboles, vel adeſt, vel ſupervenit, cordiſque anxietatem, à turbato ſanguinis circuitu, auctoque calore excitatam, quam *linguæ*, vel ob ſitientem ariditatem, & nigricantes à fervore *ſciſſuras*, vel ob album, quo inviſcatur lentorem, eloqui vix amplius poteſt, Et inordinato, celeri ac frequentiori duroque Pulſu exprimere laborat. *Stranſſius*.

[16] *Ex febre continua*) Febris adeſt, eáque plus minus acuta, prout vel exquiſita magis vel notha eſt angina, In illa acuta, in hac ſubinde lenta conjuncta eſſe ſolet. *Ettmuller*. Febrem non ſemper adeſſe ait *Platerus*.

[16] *Ex febre continua*) Febris in Angina ſymptomatica ab omnibus fere cenſetur, quæ revera eſt eſſentialis, cujus Angina eſt ſymptoma, quando materiæ febrilis portio ad hunc locum propellitur.

17. *Oritur à ſanguine &c.*) Vera Anginæ cauſa, ut & aliarum Inflammationum, eſt ſanguis, vel ſincerus, vel biliosus, pituitoſus aut melancholicus, qui è venarum jugularium ramis in dictas partes effunditur, iſque vel attractus à calore aut dolore illarum partium, vel transmiſſus aliunde, ſi partes illæ debiles aut laxæ, & ad ſuſcipiendam fluxionem idoneæ fuerint: tum ſi humorum copia adfuerit in toto corpore, vel in capite, vel partibus faucibus vicinis. Sanguis enim in toto redundans, vel prava qualitate affectus, dum ad caput transfertur, cerebrum vero robuſtum eſt, ab eo non recipitur, ſed per eaſdem venas ad ſubjectas partes retruditur, unde in iis variæ inflammationes fiunt, parotides, ophthalmiæ &c. *Riverius.*

Sanguinem autem pituitoſum, viſcidum, primariam & frequentiſſimam eſſe Anginæ cauſam ſtatuit *Deckers* Notis ad Praxin *Barbettianam*, teſtem adducens experientiam; quandoquidem prægreſſo calore, exercitatione, motuque plus ſolito majori, viſcida pituita ſolvitur, liquidiorve redditur, quæ tum ab aëre frigido &c. ambiente, vel ore hauſto coagulatur; Teſtémque adducit *Hippocratem* qui *libr. de Victu Acut.* expreſſe à fluxione pituitoſa Anginam fieri ait.

18. *A ſanguine qui è venarum*) Influxus ſanguinis, atque inde natæ inflammationis cauſa eadem quæ cæterarum inflammationum, nimirum plethora, ſanguine in corpore admodum *redundante*, vel *ferventiore & tenuiore* exiſtente, eoque ſe potius quam alio, ob partium diſpoſitionem exonerante; idque plerúmque per febrem ſynochum, ſanguine prius in venis accenſo, portioneque illius eo effuſa, unde Anginæ aliæve faucium inflammationes. *Platerus.*

18. *Oritur à ſanguine*) Præter generales inflammationibus omnibus cauſas, in ſpecie eæ quæ faucium ac partium vicinarum inflammationem inducunt, ſunt vel internæ vel externæ. *Internas* inter primariam ſui conſiderationem meretur *lympha* vitiata, acris, aut ſpeciatim ſapore vitioſo acri inquinata, ſimul plus minus glutinoſa, glandulas dictarum regionum plures vel pauciores afficiens, & ita partim irritando, partim infarciendo, ſanguinis naturalem motum & tranſitum per & citra glandulas impediens.

Ita ſane hæc crebettima inflammationis Tonſillarum videtur origo. Sicut alias lympha per glandulas oris & vicinarum partium excreta, nimis ſalſa vel acida, ut in affectibus catarrhalibus contingit, ſua acrimoniæ rodendo, & plus minus excoriando loca circa fauces conſita, nunc graviorem, nunc leviorem inflammatoriam diſpoſitionem inferre ſolet, h. e. calorem; ruborem, dolorem, cum aliquali ſubinde tumore; Ulterius ordinariæ ſanguinis evacuationes ſuppreſſæ, inprimis *menſium ſuppreſſio*, ad anginas diſponit, iſto nempe in caſu quando jam iſtæ, quæ fauces affirmant, partes, quavis occaſione prægreſſa, debilitatæ ſunt, & ita robur inæquale patiuntur, facile exinde à ſanguine ſtagnante inflammari poſſunt; Unde mulieres ex tali occaſione ſubinde pleuritide, item anginæ ſunt obnoxiæ, & venæ ſectione in pedibus non brachiis levandæ: Pertinet huc unius morbi tranſitus in Anginam; qua ratione dyſenteria prave curata, aut intempeſtive ſuppreſſa, præſertim epidemica, uti crebro pleuritidem, ita in ſpecie anginam infert; *Etmuller.*

19. *Sine cauſa evidente*) Concurrunt tamen *cauſæ Evidentes*, ſed tanquam *mediatæ remotiores*. Sic *Aer* humidus & frigidus ab *Hippocr. 3. aph. 20.* accuſatur, Et ſane *frigus externum* Gulæ, Gutturique, eo facilius nocere poteſt, quo majori tum vaſorum Lymphaticorum, tum Glandularum copia iſtæ partes inſtructæ ſunt. *Strauſſius.*

19. *Sine cauſa evidente*) Cauſarum evidentium meminit *Hippocrates 6. aph. ſect. 3. Morbi in pluviarum multitudine magna ex parte ſiunt febres longæ &c. Anginæ* & Ad hunc etiam effectum producendum n[illegible]me facit temporum inæqualitas, quando à calore laxantur partes, & à frigore ſubito ſuperveniente humores ad eas propelluntur. Idem præſtat ſubito refrigeratio ab incaleſcentia, frigidi potus poſt eandem; tum etiam ſi caput plurimis integumentis incaleſcat, vel nudum aëri frigido exponatur.

Sed & per conatum nimium in partu, ſanguine in venas ſuperiores colli impulſo, hoc evenisse in puerpera, quæ inde occubuit, obſervavi. Idque ab aliis quoque conatibus, qui vociferando, aut ſpiritum retinendo, in dejectionibus fiunt, accidere poſſe veriſimile eſt. *Platerus.*

Cauſæ *externæ* crebriores ſunt in ſpecie res inepte deglutitæ, quæ in faucibus hærent, & vel nimia mole eas anguſtant, & ita vaſa comprimunt, vel pungendo, aut acrimonia irritando, ad fibrarum contracturam, & hinc ad ſucceſſivas inflammationes diſponunt; Sic à *Spina piſcis* in faucibus hærente, aut *fruſtulis vitri* devoratis, & faucibus infixis inflammationes, & tandem abſceſſus notarunt Practici.

Ex potu *aquæ fortis*, & ſimilium corroſivorum liquorum, inflammatas fuiſſe fauces & gulam, res per ſe nota eſt, Imprimis *inſpirata*, immediato contactu hæc loca irritantia multum conferunt. Hinc ſubitaneum *frigus inſpiratum*, aut potus nimis frigidus poſt n[illegible]um ac intentam corporis incaleſcentiam, fauces lædendo fauces & ſanguinem, per hæc loca circulantem, alterando inflammationes inferunt.

Ex ſimili, ſed ſingulari inſpiratorum vitio epidemice oriuntur hæc mala, cum non ſaltem miaſma morboſum inſpiratum in ſui tranſitu fauces naturaliter læſerit, & acrimonia occulta, tanquam tot infixæ ſpinulæ eas irritaverit, ſed forſan etiam ſanguinem certo modo alterando, hunc ad facilem ſui ſtagnationem, quin & febrilem malignam fermentationem diſpoſuerit. Ad externas has cauſas pertinet etiam *Inunctio Mercurialis* pro cura Luis venereæ, quæ inepte inſtituta, ab acrimonia cauſtica *Mercurii* fauces vellicante, in liquore lymphatico corroſivo eaſdem erodente, ſubinde graves faucium inflammationes, interdum ſuffocationem infert; Sane luis venereæ virus acre, ut ſpeciatim lympham glandularum conglomeratarum inficit, ita & hujus ratione ſæpiſſime excoriationes ac inflammationes faucium, ſubinde perquam contumaces adfert. *Etmuller.*

20. *Influit*) Notamus cum recentioribus humorem peccantem frequentius multo per ἐπιῤῥευμὸν, *influxum*, impetu quidam in fauces irruere, quam per συναθροισμὸν, coacervationem (quæ rariſſime accidit) ibidem *congeri*. Quoties enim ſanguis majori per *arterias* copia influit quam per *venas* revelli poteſt, neceſſario ſtagnare incipit, moxque per ἰδίαν calore & dolore promotam, auctior factus, tandem illata vaſculis vi, extravaſatur, dictaſque partes occupat, inflammatque eo facilius, quo minus *Fauces*, quæ jam dum, ob contractam à continua *Glandularum* ſpecie carnium laxitatem, imbecilliores eſſe ſolent, reſiſtere poſſunt. *Strauſſius.*

21. *Curatur difficulter &c.*) Omnium Anginæ differentiarum prognoſin inſtituit *Hippocr. 6. Epid ſect. 7.* ubi de ſignis Anginæ epidemicæ loquitur, *In ſumma qui ſolum deglutire non poterant, his alvi motæ & tolerantes faciles erant*, peſſimæ vero his quibus unà ſpiritus ſublimis erat.

No

[22] *Si Febris magna eſt*) Febris cum angina conjuncta ſæpius eſt continens; interdum typum tertianæ continuæ repræſentat. Interdum eſt Tertiana continua producta, ſeu cujus paroxyſmi 36. horas durant; Et hæc angina eſt utplurimum lethalis. *Etmuller.*

[23] *Si ſputum ſubaridum &c.*) *Angina laborantes niſi celeriter colla exſpuant, ſed pauca, viſcida, craſſa, male & lethaliter habent* Hippocr. in Coacis.

[24] *Dubio eventu*) Angina vera morbus eſt acutiſſimus & valde periculoſus, propter reſpirationem impeditam & ſtrangulationem, quæ non raro contingit à conſtrictione meatus per quem fit reſpiratio. Ideo quo major fit conſtrictio eo majus periculum. *Reverius.*

[25] *Materia in pulmones transmiſſa*) Tunc moriuntur ægri, vel in deſipientiam aguntur, vel empyici fiunt, ut docet *Hippocrates aph. 10. 5. & 3. Progn.*

[25] *Si materia in pulmones*) Juxta aph. 10. 5. quem optime explicat *Landanus*, nempe ea Angina quæ eſt in arteria aſpera circa Laryngem, ſi ſuppuretur, ut magna parte fit, ſi contingat eam membranam quæ ſuccingit aſperam arteriam, per materiæ ſupporatæ turgeſcentiam & pravitatem rumpi, ut metaſtaſis materiæ fiat in pulmones, intereunt intra VII. dies, Inflammatur enim ab hoc materiæ decubitu Pulmo, hinc Peripneumonia; aut ſuppuratur Pulmo, unde Empyema. Quin etiam evenit ut interdum rupto abſceſſu pus ad pectus ruat, unde interdum ſuffocantur ægri, *Etmuller.* vide *Foreſtum.*

[26] *Spuma circa os*) *In angina valde urgente ſi ſpuma circa os appareat lethale eſt* aph. 43. 2. quia fervorem intenſiſſimum arguit, à quo propria pulmonis humiditas exprimitur, & ad ſpumæ formam in os transfertur.

[27] *Si tumores faucium repente*) *Tumores faucium in Angina ſine ulla ratione repente evaneſcentes lethales ſunt*, Hippocr. *in Coacis*. Sine ulla ratione, i. e. ſine præcedente evacuatione per artem vel criſim facta: ſignificant enim materiæ ad interiora receſſum, unde periculoſior morbus in partibus internis excitari poteſt; vel, quod interdum accidit, materia ad eandem partem iterum delata, ſubito ſuffocationem inducit. *Riverius.*

[28] *Si non celeriter colla*) Hæ inflammationes tribus modis finiuntur, aut enim evaneſcunt, & retrocedunt ſubito, aut diſcutiuntur, aut ſuppurantur, Et ſi ſuppurantur, in ſpecie tonſillarum inflammationes, abeunt interdum in ulcera diuturna & difficulter ſanabilia: quod ſi ex dictarum partium inflammationibus ægrum mori contingat, ſoffocatus interit. Rarum eſt quod critico quaſi modo per hæmorrhagiam curentur eędem: refert tamen Foreſtus cynanchen veram IV. die per fluxum narium criticum curatam. *Etmuller.*

[29] *Curatio* [30] ad normam aliarum inflammationum inſtituitur, ubi tamen quædam [31] peculiariter obſervanda veniunt.

1. De [32] *Venæ ſectione* nota, [33] Si dubitatur utra pars magis affligatur, cum hepar ſit mittens; [34] ex dextro brachio mitti ſanguis debet.

2. Ubi minor eſt ſpirandi difficultas, largius ſanguis mitti poteſt; ubi major, mitius, [35] interjectis vicibus, quatuor vel quinque horarum intervallo.

3. [36] Cucurbitulæ ſi ſtatim [37] parti loco affecto propinquæ impoſitæ fuerint, major ad illam confluxus excitatur, ſupra renes ergo non in brachio nec in collo apponi debent.

II. [38]. *Purgatio* [39] ſtarim in principio inſtituenda.

III. [40] *Repellentia* [41] intus in faucibus adhiberi debent, & quidem in [42] forma gargariſmorum, collutionum oris & linctuum. [43] Laudantur [44] *lapis prunella*, vel ſimplex à dr. ſ. ad dr. j. in aqua aliqua appropriata reſolutus, vel cum ſaccharo præparatus. *Auricula Iuda* ſeu ſpongiæ ſambuco adnatæ. *Aqua glaciei* in Martio collecta. [45] *Sal armoniacus* in *ſucco ſempervivi* diſſolutus, cryſtallizatus, & cum *aqua prunellæ* exhibitus. *Aqua* ex *cancris vivis* cum *ſedo majore* contuſis & *ſale armaniaco* in iiſdem diſſoluto deſtillata. [46] *Pulvis* ex *cryſtalli mineralis* unc. ſ. *Cremor. Tartari* unc. j. *ſacchari*, unc. ij. & pauxillo *magiſterii cancharum aculiformium* paratus, intra fauces inflatus. *Experimentum Kentemanni* apud Hartmannum in Prax. & *Liquor* ex *aqua nucum unc. iij. roſarum unc. ſ.* & pauxillo *ſpiritus vitriali* inſtillatus.

IV. [47] *Digerentia* [48] die tertio vel quarto [49] repellentibus admiſcenda.

V. [50] Inter *maturantia* eſt *caſſia medulla* [51] in ore retenta: [52] gargariſmi ex *lacte tepido cum ſaccharo*, [53] *Emplaſtrum* ex *althaea, malva*, ana p. j. *flor. meliloti, chamameli* totidem, ſemin. *lini, fænugr.* ana dr. ſ. *ficuum pingu.* n. x. *farina trit.* part. ij. formatum.

VI. [54] Ad *ruptionem* valet [55] *Cataplaſma* ex cremore *radic. iridis* recentium, cum *butyra* & *oleo violaceo.* Pulvis [56] *noctua integra* nec deplumatæ, gutturi immiſſus: *fruſtum carnis aſſa* deglutitum & retractum. [57] Sunt qui

[58] *Emplaſtrum* ex *rad. althea, irid. Florent.* ana dr. ij. *croci Orient.* pulveris *ſucci liquirit.* ana ſcr. j. *cantharid. præparat.* dr. jſ. *fermenti* acerrimi ſcr. iij. paratum pectori imponunt. [59] Nigredinem linguæ tollit lardum bene lotum cum aceto impoſitum.

VII. [60] Declinante morbo illinitur vel *cancrorum combuſtorum cinis cum melle*, vel *cribratum canis* [61] *album*, vel aliquid de *nido hirundinis.*

[62] Inter *Specifica* cenſentur, [63] præter *fungum ſambucinum* de quo ſupra, coctum & bibitum; *Spumam equi* avenam comedentis dum ex urna bibit collectam, per linteum colatam & linguæ inunctam, quæ etiam repellentibus adnumerari poteſt, [64] *Hirundinum pulvis*, ſi ſale adſperſi unà cum pennis in fictili comburantur, & cinis melle mixtus illinatur. [65] *Raſura apri* ſcr. j. ſi cum olei amygdal. dulcium unc. ſ. miſceatur, & cum ſaccharo cando albo dulcoretur. *Mappa*, lapidibus illis quibus ſe porci nimium obeſi aut ſcabioſi affricuere, affricata, & faucibus applicata: nec non [66] *filum* purpureum quo ſerpens ſuffocatur.

[67] In *Diæta* ad clyſteres nutrientes deveniendum. *Dividitur* varie, pro ratione cauſarum.

29. *Curatio*) Hanc ſuſcepturus principiis obſtet, aliàs ſero nimis medicina paratur; Sed nec properandum eſt ſine indicationibus, utpote quibus *methodi ratio* una cum auxiliis indigitatur. Illa monet ut 1. Sanguis tum in toto abundans, tum in fauces irruens, *evacuatione revellente* divertatur, 2. Præpedito jam humorum affluxu, *materia circa fauces collecta*, *reſolvatur* & diſcutiatur. Sin 3. Natura ad *ſuppurationem* tendat, *maturantibus* juvetur; 4. Reliquis fruſtra tentatis, conſulta prius virium ratione, urgenti neceſſitati extrema (*ſect. 2. aph. 6.*) in ſubſidium adhibeantur. *Strauſſius.*

29. *Curatio*) Remedia Anginæ ſunt *Sanguinis miſſio* è cephalica dextra, *Repellentia* intro ſumpta per gargariſmata, *Sectio venarum ſub lingua*, *Clyſteres* ad revulſionem; *Inunctiones*, unguenta *ſyrupi*, *potiones*, *lohoc*; Quidam menſe Majo conficiebat, vitis, è lacte vaccæ quæ marem peperiſſet: mulieribus quæ fœminam: Urgente malo innngebat collo, cervici, partibus vicinis, carpo plurimum fricando; atque hac ratione non paucus ſanitati reſtituit. *Deſid. Jacotius* & *Chr. Burgenſis.*

30. *Curatio ad normam &c.*) Sic humor confluens revellendus & repellendus eſt, Qui jam fluxit derivandus & reſolvendus. Qui ſi reſolvi nequeat concoquendus & ſuppurandus.

31. *Quædam peculiariter obſervanda*) Illud obſervandum in Angina periculoſa, feſtinandum eſſe. Veteres eodem die & ſanguinem mittebant & medicamenta exhibebant. Ego ſane (*inquit Trallianus l. 4. c. 1.*) novi me, cum uſus valde urgeret, venam mane aperuiſſe; diluculo linguæ ſubjectas ſecuiſſe, & veſperi ex cremore ptiſanæ *lacrymam ſcammonii* exhibuiſſe, atque ita liquorem ex inflammatione ortum vix potuiſſe diſſolvere. Et alium quendam novi me, poſtquam duorum brachiorum in cubito venas ſecuiſſem, repurgaſſe, ſequenti die non expectato. *P. Foreſtus.*

32. *De venæ ſectione*) Cũ Angina ſit morbus acutiſſimus, & uno interdum die hominem juguler, magna remedia ſumma cura & diligentia adminiſtranda ſunt; ideo quacunque diei hora vocetur Medicus, ſanguinem ſtatim detrahat è directo partis magis affectæ, è vena cephalica, aut, ſi ea ſatis conſpicua non ſit, è mediana (*eligenda maxime tumens, neglecto illo delectu*) ad ℔j. ℔iß. ℔ij. quantum vires ferre poterunt: In hoc enim remedio præcipua ſalutis ſpes conſtituenda eſt; Hæc autem ſanguinis miſſio eſt tantopere neceſſaria ut à nullo contra judicante retardari debeat. Sic fluentibus menſibus aut lochiis, & in quocunque graviditatis tempore ſanguis magna copia detrahendus eſt. Vide *Zacutum Pr. adm. c. 135.* de gravida ſeptimeſtri angina ſæva correpta, ſepties in una die phlebotomia celebrata liberata. Si morbus non vehementer urgeat, Venæ ſectioni præmittatur Clyſter laxans; ſin minus, à V. S. injiciatur. *Riverius.*

Antiqui in Angina deſperata *Venas* Jugulares aperiebãt, quod remedium fere obſoletum jam in uſum apud nos revocari incipit. Inanis eſt metus nimii ſanguinis profluvii, quod remota faſcia collũ ſtringente facilius ſiſtitur quam aperta vena brachii, quamquam rivuloſe effluat, adeo ut apparatus Empl. à *Galeno* traditi inutilis ſit. Operationis hæc eſt ratio, Æger caput ad latus paulo inclinat, collum faſcia leniter ſtringitur, ſupra quam (contra ac fieri ſolet cum aperitur brachii vena, unde demonſtratur circulatio ſanguinis) percutitur vena ſecundum illius longitudinem. Sanguinis libra ſemis ex illa vena educta majus auxilium præſtat quam duæ vel tres libræ è brachio emiſſæ, qui putridus, & qualis in inflammationibus exire ſolet, apparet.

Hujus veneſectionis præſtantiam vidi ante decennium in D. *Dionyſio Borderio*, Viro quadragenario, gravi Angina correpto, Libræ ſanguinis quinque iteratis venæ ſectionibus eductæ fuerant, ſemper rutili & inculpati, nullo levamine. Plures Medici convocantur, nullus ulteriorem venæ ſectionem proponere audebat. Jugularis venæ apertionem indico; Annuit Senior Medicus dummodo peritus veniſeca adeſſet; qui non defuit, Tunditur vena, egreditur affatim non ſanguis, ſed materia purulenta; vix præterita hora ſuccedit reſpirandi & deglutiendi libertas, Sed malum in thoracem decubuit, ſucceditque Peripneumonia, qua intra biduum, uſu expectorantium feliciter defunctus eſt. Vide *Zacutum Obſ. 95. lib 1. Pr. admir.* qui hujus V. S. ope Hiſpanum liberatum ait, ſed irreparabili ſanguinis fluxu conſequuto, adeo ut vel de peritia Chirurgi, (quem peritia ſecandi dexterrimum fuiſſe ait) dubium moveri poſſit; vel de hiſtoriæ veritate; ſiquidem ſanguis laxato vinculo ſponte ſiſtitur; id quod quoties venam jugularem tundi juſſi; (ſæpius autem me præſente apertæ illæ venæ) toties accidiſſe obſervavi, niſi eventum in ſanguinis enormem orgaſmum rejicias, qui viam ſcalpello factam impetu ſuo amplificaverit.

32. *De venæ ſectione nota*) Venæ ſectiones, nunc una nunc plures, juvare equidem interdum videntur, cæterum ipſis ſolis fidendum non eſt, quia ſæpius ægri, quando videntur meliores, ſubito intereunt, monente *Barbette* in praxi. Nota 2. V. S. pro varietate ſubjectorum ac circumſtantiarum interdum repetendam; interdum plures inſtituendas, prout corpus vel juvenile, vel ſenile; prout plethora major vel minor; prout efferveſcentia febrilis impetuoſior vel remiſſior; prout patiens ſanguinis detractionibus magis vel minus adſuetus fuerit: *Etmullerus.*

33. *Si dubitatur &c.*) Si ita viſum fuerit, mox ad V. S. accedendum, & quidem ſaphenæ, pro revulſione univerſali, poſtmodum in brachio alterutro, vel utroque, pro revulſione particulari, & ſubinde *ſub lingua*, in ſtatu, propter derivationem; Has inter nunc una nunc plures requiruntur Venæ ſectiones, & quidem ſub vitio menſium vel hæmorrhoidum, cum angina juncto, neceſſario vena in pede ſecanda.

Secantur *raninæ*, quoniam per has naturaliter ſolet refluere ſanguis qui in locis vicinis ſtagnando inflammationem infert. Interdum ſola hæc ſectio *venarum raninarum* præcavet anguſtiam, ita ut dum ſentitur anginæ principium, harum inciſione mature facta malum removeatur, eo ſcil. in caſu quo corpus non eſt nimis plethoricum, atque adeo quando non eſt conjuncta cum nimia efferveſcentia febrili, ſed quando tantum oritur ex impedimento aliquo ſanguinem in ſuo fluxu impediente; alias nonniſi in ſtatu uſurpanda. Nota, ſi apertæ raninæ parum vel nihil ſtillet ſanguinis, pro malo imo lethali ſigno haberi. Vide M. C. anni 3. p. 376. *Etmuller.*

34. & 35. *Interjectis vicibus*) Non una vice magna illa ſanguinis copia detrahenda eſt, ne æger in animi deliquium incidat, ex quo non exiguum vitæ periculum emergeret, ſed partite & per aliqua intervalla, tertia nimirum aut quarta quaque hora. *Riverius.*

36. *Cucurbitulæ*) Dum iteratur phlebotomia, eadem die aliæ revulſiones fiant per Cucurbitulas tum ſiccas tum ſcarificatas, ſcapulis & lumbis admotas, *Frictiones* partium extremarum & *Ligaturas* dolorificas. Sed & ad *revulſionem Cucurbitulæ ſcarificatæ* cervici & ſcapulis admotæ, ac *Lotiones pedum* ex aqua calida plurimum conferre ſolent.

Potentius revellit humores à capite defluentes *Veſicatorium* poſteriori parti cervicis admotum, quod ſtatim ab initio poſt S. M. admovendum eſt. Si enim [illegible] omnium tutiſſima eſt, quia foras vertitur humor, ad imitationem Naturæ illuc evocandus eſt. *Riverius.*

37. *Parti loco affecto propinqua*) *Zacutus lib. 1. obſ. 94. Prax. Adm.* Mulieri angina canina laboranti, nullo apparente tumore, ſtrangulationi proximæ, irritis

omnibus

omnibus prægreſſis remediis, ſub mento affixa ſcarificata cucurbitula, opem tulit.

38. *Purgatio*) Injiciuntur *Clyſmata* potiſſimum purgationis cauſa cum alia medicamenta ægre deglutiant; quæ v.s. uti conſuetum & conſultum eſt, ad alvum fluidam faciendam præmittuntur & poſtea quoque ſi alvus non reſpondeat, ad eam ſolicitandam, & ſimul à ſuperioribus revellendum infundantur. Si ab influxo ſanguinis inflammationes fiant faucium, emollientes, refrigerantes conveniunt; aliquando ſtimulantes & revellentes à ſuperioribus, in defluxione aquei humoris anginam notham patientis, vel tonſillarum tumore, aut uvulæ elongatione.

Exhibentur *Purgationis* cauſa interdum quædam loco Clyſmatum, ſi deglutire poſſunt forma fere liquida; In *inflammationibus faucium ex caſſia, tamarindis, manna, ſyr. roſat. violac. aliiſque* corpus minime accendentibus. In *aliis* vero *defluxionibus validius* adhuc corpus *purgamus*; Inter quæ inprimis *Hiera picra* in *angina notha* ſumme laudatur, cujus quoque in forma *Pilular.* pondere ℈ij. poſt cœnam frugalem uſu, plurimos anginam quæ Romæ graſſabatur, multóſq; ſuffocabat effugiſſe ſcribunt. *Decoctum ex turpetho* ʒj. *cum liquir.* factum, addita *manna* vel *caſſia*, ſæpe exhibitum in angina admodum juvare dicunt. *Platerus.*

38. *Purgatio*) Aperiam Pilulas meas maximæ efficaciæ, quibus in angina præfocativa à craſſis frigidiſq; humoribus ſemper cum felici ſucceſſu uſus ſum; Succeſſit præſertim hic caſus in *Rev. Petro de Stephano*, qui fere ſuffocatus erat, cui Pilulas meas in *aurora* exhibui, compoſitas ex *troch. alhandal, aloes* ā ʒ. ℈j. *diagr.* ℈ß. *cum ſyr. de liquir. conficiatur maſſa*, Ex hac plurimæ, ut facilius æger deglutiret, confectæ ſunt, His deglutitis juris citrorum ſubito cyathum propinare ſoleo, ſicut in hoc feci, qui ſine moleſtia evacuavit, & brevi deſiit dolor & gulæ tumor, brevi reſpiravit & una die ſanus factus eſt. His Pilulis uſus eſt *Galenus* ad linguam tumefactam 14. m. m. *Ant. le Grand Comp. &c. ex J. Caſ. Barcello H. Gen p. 180.*

Quidam Angina laborabat, qui deglutitio impediebatur, Secta fuerat vena, clyſteres injecti, admotum veſicatorium. Adveniens ego adverto vix tantillum juſculi ex cochleari magno conatu deglutire, ac proin purgans haurire non poſſe; Præſcribo *aqu. ben* ℥ij. quibus pluries ſuſque deque purgatus eſt, eodemque die liberatus.

Juvenis ita laborabat angina, ut nec loqui nec poſſet deglutire, integra reſpiratione. Injectus fuerat clyſter, Vocatus ſtatim mitti ſanguinem jubeo, admoveri veſicatorium cervici, cucurbit, ſcarif. ſcapulis: horis iv. à v. s. exhibentur *aqu. bened.* ℥ij. quibus per alvum & vomitum purgatus: inde loqui ac deglutire cœpit, paulo poſt integre curatus. *Riverius cent. 2. obſ. 10. cent. 4. obſ. 60.*

39. *Purgato ſtatim in principio*) Detracto ſufficienter ſanguine ad Purgationem veniendum eſt, quæ ſequenti die uſurpanda, non expectata humorum coctione, quia morbus non dat inducias, idque Ponone humori peccanti accommodata. Imo vero, ſi morbus admodum urgeat, V. S. & Purgatio eadem die celebrantur, id quod ſe feciſſe refert *Trallianus l. 4. c. 1. Ego memini,* inquit, *me, cum uſus valde urgeret*, venam mane *aperuiſſe, diluculo lingua ſubjunctas ſecuiſſe & veſperi ex cremore ptiſana extractum ſcammonii exhibuiſſe, atque ita laqueum ex inflammatione obortum vix potuiſſe diſſolvere: Imo alium quendam me, poſtquam brachiorum duorum venas in cubito ſecuiſſem, repurgaſſe, ſequenti die non expectato.*

Potio autem ex blandioribus eſſe debet ſi à *bile* morbus originem ducit, ne vehementius commoti humores ad partem affectam irruant; Tunc etiam, ſi à *ſanguine* ſincero producatur inflãmatio ſatius eſt à purgatione prorſus abſtinere. Si vero *pituitoſa* cacochymia concurrat, ad fortiora confugiendum, & cum *ſenna agaricus & diaphænicum* præſcribi poteſt; Imo vero ad ea medicamenta quæ *Vomitum* excitant, etiam ſatis vehementia, tranſcendere licet in *angina pituitoſa*, & inter reliqua palmam obtinet in hoc caſu *Aqua benedicta*, quæ ad ℥ij. exhibita mira præſtat, & morbum ut plurimum intra duas horas diſſolvit. Adde quod nullo ingrato ſapore prædita facile pitiſſando ingeri poteſt, cum cætera medicamenta ob ingratitudinem vix permeent, ideo anginoſi ut plurimum purgari nequeunt donec meatuum anguſtia majori ex parte ſublata ſit. Sed frequentibus clyſteribus purgandi indicationi aliquomodo ſatisfit. Atque ita quibus *Aqua benedicta* non convenit, ob inflammationis naturam, vel ægri debilitatem, (vires ſiquidem robuſtæ in hujus remedii uſu neceſſariæ ſunt) neque alia medicamenta exhiberi poſſunt, frequentibus clyſteribus alvus ſubducenda eſt, iiſque ſatis acribus, ut revulſio humorum ad inferiora fiat. *Riverius.*

Vomitoria laudem & vituperium merentur. Legitima ergo occaſio, quæ omnis praxeos eſt anima, obſervetur in eorum uſu. Duo enim ſunt tempora in quibus conveniunt, nempe aut *principium*, aut periculoſiſſimus *ſtatus*, *Initio morbi* admodum conveniunt, Fit enim, ut ait *Lindanus*, ut angina habeat occaſionem ab *æruginoſa bile*, in primis viis & ventriculo, quando illa bilis ſubtilia & mordicantia effluvia mittit ad œſophagum & fauces, ubi ipſorum ſtimulo fit inflammatio & angina. Si igitur æger ſe teſtetur ſentire vaporem æruginoſum, acrem, rancidum & titillationem, ſeu quaſi eroſionem, ibi pronius initio oportet dare vomitorium, ſiquidem tunc ſubito anginam tollit; ac tunc in ſpecie convenit *Aqua bened. R.* quæ juxta vim emeticam etiam interdum ſudorem movet; Ita quando gravitas in hypochondriis ſentitur, vomitoria itidem conveniunt; Præterea in *Angina maligna*, & quæ per contagium afficit ægrum, optimum eſt conſilium mox initio propinare vomitorium. Poſt primum principium conveniunt etiam Vomitoria in ſtatu periculoſo, quando ſcil. jam facta eſt ſuppuratio, ſed propter anguſtiam & ineptitudinem loci, aut profunditatem ſitus, non poteſt aperiri ſcalpello, quin potius ex tumore immineat ſuffocatio; aut ſi aperiatur ſponte, metus eſt ne in pulmones irruat ægrumque ſuffocet.

In talibus caſibus, ubi alias pauca ſunt auxilia, ut aperiatur abſceſſus vi, ultimum igitur refugium eſt vomitus, qui concutit abſceſſum, jam maturatum rumpit, eóque rupto pus per ſuperiora evacuat, Periculoſum equidem videtur remedium, ſatis tamen tutum quod eſt unicum, ut ait *Celſus*. Etſi licet Vomitoria non poſſint ſemper deglutiri, nihilominus tamen vel pluma illis imbuta linguæ applicanda, aut *mercurius* vitæ melle exceptus faucibus applicandus, his enim modis ad vomitum provocatur ſtomachus. *Etmullerus.*

40. *Repellentia*) *Præparationis humorum* cauſa alia dant tum quæ *humorem incraſſando* ſiſtunt, præſertim ſi calidus ſit, *ſyr. violac. de papav. emulſionem ſem. papav. cum aqua roſar.* vel *diacod. ſimpl.* aliáque quæ in catarrhis conveniunt. Vel ſi *jam defluxus* ſit, quæ eundem præparant & concoquunt. *Platerus.*

40. *Repellentia*) In Angina à quacunque defluxione nata, ab initio, dum adhuc materia fluit, *repellentibus* utendum, additis ſimul *refrigerantibus*, ſi vera ſit, omiſſis illis ſi notha; Addendo ſimul in utraque ſpecie, facta jam defluxione, concoquentia & reſolventia, tandem ſolis digerentibus, ſemper interim

toto morbi Progreſſu, cum *dolor* & *anguſtia* urgent, quæ *dolorem leniunt* viaſque dilatant uſurpando, reliquiſque permiſcendo, uti & ea quæ pituitam limumque tenacem, qui in defluxione, frigida præſertim, illic hærere ſolet, abſtergant. *Platerus.*

Remedia ipſis partibus inflammatis, faucibus, tonſillis &c. applicabilia, uti ſunt gargariſationes, litus &c. eo debēt eſſe directa ut reſolvant & diſcutiant ſanguinem, & inde natam inflammationē; Et talia ſunt *blanda incidentia* ſeu *penetrantia*, volatilia &c. Quod ſi hoc fieri nequeat (2) ſuppurationem adjuvent, ut ſunt *temperata* & *emollientia*. (3) *maturatum abſceſſum aperiant*, eadem *ſpirit. acriora*, aut *acrioribus miſta*, Item auxilia *Chirurgica*, aut denique *vomitoria*, (4 *Abſceſſum apertum purificent* & conſolident, *vulneraria* & adſtringentia, (5) *Partem reſtitutam* denuo *firment* ac *naturalem tonum* ejus *reſtituant*, nempe adſtringentia; Equidem ratione vulgaris methodi medendi in principio fere adſtringentia uſurpantur, nunc ſola, nunc cum diſcutientibus miſta, ut nempe interne partibus oris & faucium nonnihil adſtrictis, nimium partium oris internarum incrementum præveniatur, ſed quam præpoſtere hoc fiat ex doctrina repellentium hoc manifeſtum; ac præterea periculum eſt ne hujuſmodi ex adſtringentibus ſuperiora ſaltim loca proxime adſtringantur, inflammatio autem partium inferiorum & internarum ſic intendatur, ut recte *Sylvius* monet l. 1. pt. c. 44. item *Deckers* in *Barbette*, adeoque talia potius in fine mali conveniunt. *Etmuller.*

Repellentia caute, inprimis in maligna adhiberi debent, ne materia peccans, cor, cerebrum vel pulmones petens, gravia ibi ſymptomata excitet. *Stranſſius.*

41. *Repellentia intus in faucibus*) Dum univerſalia remedia uſurpantur, Topicis inflammatio gutturis & faucium oppugnanda eſt, eaque varianda juxta varietatem temporum, ut in aliis inflammationibus, ſicque initio conveniunt repellentia ad gargariſmatis formam redacta, ut partem inflammatam immediate attingere valeant.

℞. *aquar. plantag. ſolani*, & *caprifol.* āā. ℥iij *ſucci granat.* ℥ij. *diamori* ℥iij. *ſalis prun.* ʒiß. *f. Garg.* vel.

℞. *fol. plantag. acetoſ. & ſummit. rubi* āā. *m. j. gran. ſumach* ʒß. *mal. granat. cum cortice & granis contuſ. n°. j. roſar. rubr. p. j. f. Decoctio.* In *colat. diſſolve diamor. & dianuc.* āā. ℥j. *ſal. prun.* ʒij. *f. Gargariſmus.* Riverius.

42. *Forma Gargariſmorum*) De his notandum eos ſuſpectos eſſe poſſe, quia gargariſando partes inflammatæ commoventur, quæ quiete indigent: ſed hoc incommodum poteſt vitari ſi gargariſmata ore detineantur ſupino corpore citra ullam agitationem, ut partem affectam contingant. *Riverius ex Enchir. med. Pract.* In progreſſu morbi *Lindanus* ſuos ægros nunquam jubet gargariſare, ſed de gargariſmate tantum unum alterumve cochleare ore volutare jubet, ad fauces depellere, & retinere ibi pauliſper ſine agitatione, & ſic per cavum oris refundere, id quod fit eo melius ſi æger reſupinato jacet corpore.

42. *In forma Gargariſmorum*) Vſus ſum in occulta angina ex *ſinapi gargariſmo*, & ſæpe ægros periculo liberavi. *Aetius* Gargariſetur *aqua* vel *decoctum flor. ſambuc.* cui pauxillum *mellis ſambuc.* & *folia* nonnulla cum una vel ij. *ſpongiolis ſambuc.* (quæ hic certiſſimo experimento commendatur) admiſta ſint. *Mart. Blokvvitius. Anat. ſambuc. ſ. 3. c. 12.* Abſtergatur lingua probe cum ſcalpro, hinc.

℞. *flor. malvæ arbor.* herb. *prunell. veronicæ, ſalviæ* āā. *m. j. rad. polypod. qu.* ʒij. *conciſis adde ſal. petræ* ʒij. *alum. crud.* ʒß. *mellis* ℥j. *aceti vini* ℥vj. *aqu. ſimpl. menſ. ij. coque & exprime, eo calide gargarizetur, hinc particula* lardi linguæ imponatur, pelliculam enim nigram egregie abſtrahit, & cito ſanat. *Ioh. Korthnauverus.*

In Angina *urina humana* tepida gargariſata certum & ſubitaneum remedium. *Conradus. Kunrach. med. deſt. p. 96.*

A præſtantiſſimis authoribus valde laudatur ſempervivum mai. probe contuſum ℔j. addita *ſalis ammon.* ʒj. &c. vide §. 45 *Sal Armoniacus.*

Experientia comprobatum eſt *corticem caraſor. nigr.* in aqua decoctum in qua chalybs ignitus extinctus eſt, ſi os eo ſæpe colluatur, valde prodeſſe. *Matt. Martini.*

Hic Gargariſmus in omnibus periculoſis anginarum ſpeciebus in principio maxime commendatur ſi eo fauces inflammatæ ſæpius de die colluantur.

℞. *croci pulver.* ℈iß. *aceti vini acerrimi.* ℥j. *aqu. plantag.* ℥iij. *ſacch. albi* ʒij. *miſce f.* Gargar. *Ioh. Sculte-tus in Armam. Impia. ſive centunculariſ Plinij.* utiliſſima eſt ad anginam, ſi *ſuccus expreſſus cum vino & lacte* miſceatur & gargarizetur. *M. Ioh. Villichius Vade mecum. p. 163.*

43. *Laudantur*) Propinatus *ſuccus hederæ arbor.* ad deglutiendum *a* ʒiij. *ad* ℥ß. repellendo & digerendo valde prodeſt: quam plantam in *colli vitiis* emendandis adeo efficacem cenſent, ut cochlearia ex hederæ ligno facta juvare vulgo credantur. *Platerus.*

43. *Laudantur &c.*) Sine gargariſatione uſurpari poſſunt ſpiritus acidi *ſalis, ſulphuris* aut *vitrioli.* qui aqua temperari ut eorum aciditas ferri valeat, paulatim ſorbendi ſunt: tranſeundo enim per partem affectam illius inflammationem temperant, & à ventriculo in hepar & vaſa tranſlati ſanguinis fervorem coërcent: Quod remedium in faucium & tonſillarum inflammationibus eſt etiam efficax. *Riverius.*

43. *Laudantur*) Vidi cuidam Angina deplorata laboranti aquam *è ſtercore* vaccino deſtillatam exhibitam profuiſſe, ita ut mox convaluerit. *H. Renſnerus obſ. 191.*

44. *Laudatur lapis prunella*) Qui inter potiora, vel vulgi teſtimonio, meretur referri: Dubitari tamen de hoc poſſet, cum *Tachenius* in H.C. *Nitrum cum ſulphure* combuſtum, eo quod ſit nimis *acidum*, in Angina magis nocere quam prodeſſe ſcribit, Verum non eſt ut ab ejus uſu hic adeo metuamus, ſi quidem in *Angina*, & *Febb.* ardentibus, cauſa occaſionalis non ſemper eſt *acida*, ſed ſæpe etiam *acris* & *alkaliſata*, uti demonſtrat *Frid. Hofmannus* in Clavi Schroder. *Stranſſius.*

Sal nitri præpar. ſive *lapis prunella*, in aqua prunellæ ſolutus, ſummum eſt medicamentum. *Th. de Bry. Intr. in vit. Philoſ.*

Ad extinguendam inflammationem præſtantiſſimus eſt *ſpiritus* nitri cum *aqua ſalis anodyni* calide gargariſatus. *Claud. Deodatus in Pant. Hyg.*

Sal prunellæ citiſſime hunc morbum ſolvit. *P. Ioh. Faber. in myr. Spag.*

Lap. prunella inſignis virtutis eſt ad ʒß. datur in aqua appropriata reſolutus & gargariſatus. *Iohannes Hartmannus in Pr. Chim.*

Cryſtalli ſpir. nitri, ſive *ſal. prun.* pulveriſ. & ſumpti efficaciores ſunt quam *ſal prunella* in quadrupla proportione. Idem præſtat *vitriolum regeneratum*, & *ſacch. ſaturni R. Mindererus.*

44. *Laudatur lapis prunellæ*) Toto morbi decurſu Potui ſemper *nitrum depuratum*, aut antimoniatum addatur, ceu optimum febricitantium ac impenſe ſitientium ægrorum auxilium. *Etmuller.*

44. *Lau-*

44. *Laudantur lapis &c.*) Præſtantiſſimus hic eſt *ſpir. nitri*, tum ad extinguendam inflammationem & refrigerationem, tum ad reſolutionem apoſtematum. *Henr. Petraus. Noſol. Harmon. l. 1.* Propinatus *ſuccus heder. arbor.* ad deglutiendum a ʒiij. ad ℥ß repellendo & digerendo valde prodeſt. *Platerus.*

45. *Sal armoniacus*) *Fred. Deckers Not. in Pr. Barbette.* Iuvenem pituitoſum qui ab hauſtu frigido poſt celerem deambulationem Anginam contraxit, præmiſſa v. ſ. ſequenti Gargariſmo curavit.

℞ *aqu. flor. ſambuc.* ℥iv. *myrrh. pulv.* ʒß *ſpir. vini rectific.* ʒiij. *ſal. armoniaci* ℈i. *ſucci tarax. expr.* ʒij. *miſce f. Gargar.*

℞. *ſuc. ſedi maj. expr.* ℔j. *ſalis ammon.* ℥ß. linque in loco humido donec ſolvatur *ammon.* poſt deſtilla per alembicum, Hac aqua ſæpe ablue linguam, calide & tepide, Eſt probatiſſimum *I. Hartmannus Pr. Chim.*

46. *Pulvis ex cryſtalli minerali*) *Fabr. Bartolettus Tr. de Dyſpnoea.*

47. *Digerentia*) Remedia ad Anginas, ac cognatas inflammationes conducentia, ſunt 1. quæ *reſolvunt & diſcutiunt*, E. g *flor. ſambuc. chamom. aneth. ſalv. veronic. origan. hyſſopus, ſcabioſa,* ſemina *lini, fœnugr. fabar. horumque farina, aneth. cumin. ſem. ſinapi. rapæ, rad. liquir. crocus, ſal armon. nitrum crud. vel cum ſulph. fixatum. acet. ſambuc. oxymel. ſpir. vini, vrina, ſal. volat. &c. paſſula, jujuba, cepa.* ex quibus variæ poſſunt fieri formulæ, v. g. *decoct. rapar.* cui parum *ſalis armon.* aut in gravi ardore, *nitri* additum ſit, Valet *Gargariſmus Sculteti* revera polychreſtus, Arm. Ch. p. 32. item in *Riverio cent.* Obſ. 96. E. g.

℞. *aqu. plant.* ℔ß. *aceti vini* ℥j. *aut* ℥iß. *ſacch. albi* ℥j. *pulv. ſem. ſinapi* ʒj. m. calide gargariſetur os.

Vel polychreſtus *Hartmanni* gargariſmus cap. 8. §. 4. prax. Ch.

℞. *flor. malv. arbor. m.* j. *roſ. r. h. prunell. veron. ſalv.* āā *m.* ß. *rad. polyp. qu.* ʒij. *ad* ℥ij. *coqu. in aq. comm.* ℔iv. *aceti vini* ℔ß. ad caſum tranſverſi pollicis cum levi expreſſione;

Vbi viſcidior mucus, præſertim in Tonſillis inflammatis adfuerit, *ſem. ſinapi contuſi* ʒj. *ad* ʒij. ſimul decoqui poterit; ſicuti ubi acrior videatur talis Gargar. colat. *ſacch.* ℥j. aut *mellis* q. ſ. addi poteſt.

Moderni *ſpir. vini*, item *ſal armon.* & ſimilia *volatilia* gargariſmis addunt, Ac ſane exiſtimo ſpir. vini uſtum maxime conferre, ut & ſalium volatilium tantum quantum partes affectas, alias valde dolentes, perferre poſſunt, idque confirmat idipſum etiam quod in inflammatione Tonſillarum vrina calida propria, modo emiſſa, gargariſmatis loco adhibita, optime prodeſſe dicatur: Et familiare vulgo ut caligas, (tibialia) glandulis apponat, ſic reſolvunt tumorem, Ratio eſt, quia ſcatent ſudoribus & vaporibus pedum, in quibus eſt vis digerendi & reſolvendi propter ſal volatile quo abundant, Ex quibus clarum fit *volatilia* pro inflammationum harum reſolutione eſſe optima. e g.

℞. *h. hyſſopi flor. ſambuc. chamom. h. melil.* āā. *m.* j. *paſſular. min.* ℥ß. *vel* ʒvi *coqu. in ſ. q. aquæ ſimpl. Colat.*

℞. ℔iß *adde ſpir. vini* ℥j. *ad* ℥iß. vel ejus loco, *ſp. ſalis armon.* ʒj. *pro Gargar.*

Vel in decocto quodam decocto diſſolvatur *q. ſ. ſalis tartar.* & *ſalis armon.* ut ita ſui juris fiat ſal volatile, ac ita penetrare queat, addita pro temperanda volatilium acrimonia, aut *melle roſac.* aut *ſyr. violac.* aliove ſimili temperante.

Sic pariter externe pro hoc ſcopo intervenire poterit *Litus.*

℞. *ol. amygd. d.* ℥j. *ſpir. ſal. armon. q. ſ.* pro conſiſtentia linimenti, *extrinſecus* locis tumentibus, calide crebrius illinenda, vel ex *terebinth.* cum *ſale volat. urinæ* aut *ſalis armoniaci malax.* & hinc mixta cum *ungu. dialth.* aut *Empl. de meliloto,* Vel

℞. *Vngu. dialth. comp.* ℥ij. ol. *chamom.* ℥ß *philoſophor.* ʒij. m. f. Litus. vel

℞. *Empl. de melilot. q. ſ. malax. cum oleo deſtil. ſuccini aut cera,* Et ita pro ſcopo diſſolvendi imponatur.

Catapl. ſ. ex *abſinthio* contuſo. & cum *pingued. porcina* ... eſt egregium, quo ſolo *Rulandus* Anginam curat. *Ettmuller.*

Idem præſtat *Eclegma* ſequens.

℞. *ſpec. diair ſimpl.* ʒj. *piper.* ʒß. *myrrhæ. croci* āā. ℈iß. *ſucci liquir.* ℈j. *cum ſyr. de hyſſopo* ℥ij. *f. Looc.* vel ſic.

℞. *piper.* ʒß. *croci, myrrh.* āā ℈ß *rad. ireos* ʒj. *mell.* ℥iij *miſce.* *Stercus canis album & ſiccum,* quod *album Græcum* vocant, ſubtiliſſime tritum & inſufflatum, vel hiſce Eclegmatis permixtum, utiliſſimum facit medicamentum: Vel ſi per ſe *ſyr.* convenientibus excipiatur, ſicque uſurpetur: Valet & *ſtercus anſerin. exſiccat.* ℥j. *pond. cum. aqu. convenienti,* ex *Dioſcor.* *Dentis apri* ʒj. *pulvis* cum *oleo lini* propinatus. *Suffitus Succini,* ore per infundibulum exceptus admodum juvat. Eclegma in progreſſu conveniens.

℞. *ſpec. diapen. d. diair.* āā. ʒj. *ſyr. de liquir. de hyſſopo* q. ſ. f. Lohoc, *Platerus.*

In Synanche experimentum, Involvatur tota gula exterius *lana ſuccida,* in *decoctione hyſſopi & oleo olivar.* Georgius Kutnerus.

47. *Digerentia*) *Caſſia Aegyptiaca ſuccus* extractus, & cum *aqua plantag.* miſtus, plurimum conducit. *Ioh. Schenckius.* Efficaciſſimum hoc eſt medicamentum, quod plurimos à periculis maximis liberavit & cujus eximiam virtutem ſæpius experimento cognovi.

℞. *Ireos, piper. croci,* āā. ℥j. *balauſt.* ℥ij. *rhus obſonior. denar. ſex* vini *ſextar. iij. defruti ſext. j. mellis* ℔iij. *alum.* ℥j. *m. f. Confectio,* Hujus remedii nullo non tempore tempeſtivus eſt uſus, præcipue ſi quid calefaciendum, vel obſtructione immodica expediendum, & ſubtilizandum: Summum hoc & efficaciſſimum præſtat ſubſidium. *Trallianus.*

Oleum amygd. dulc. recens expreſſ. & ſacch. c. aliquid *pulv. dentis apri* exhibeatis, Efficacius remedium non eſt: Et certe hic ſolus hauſtus curat & anginam & pleuritidem. *Vittichius Conſil. med.* 21. 23. & 30.

47. *Digerentia*) Ex *Diſcutientibus,* quæ in morbi declinatione, imo etiam paulo ante conveniunt, ſeligere placet herbas *origanum, capill. ven. ſaturejam thymum. ſcabioſ. calam.* Flores *ſambuci, chamom. ſcabioſ.* Rad. *caryophyll. ariſtol. rot &c.* quibus in aqua decoctis parum *mellis* & repellentium pro re nata admiſceri poteſt; *Stranſius.*

47 *Digerentia*) Præſtantiſſimum remedium pro declinatione eſt, & maxime à pituita fit morbus.

℞ *piper.* ʒß. *croci, myrrh.* āā. ʒj. *mell opt.* ℔ij. *m. ſ. Lohoc. Rondeletius.* Selectum medicamentum *eſt aqua* ex *flor. & fol. caprifolii.* Ioh. *Schenkius l. 2. obſerv.*

48. *Digerentia die iij. &c.*) Tranſacto morbi principio, eoque ad augmentum & ſtatum progrediente, in gargariſmatis digerentia & reſolventia repellentibus admiſcenda ſunt, quod ſecundo ſtatim die faciendum, quia morbus acutiſſimus eſt.

℞ *fol. plantag. & hyſſopi* āā. *m.* j. *liquir. raſ. & paſſul. mundat.* āā. ℥j. *caricar. pingu. n°.* xij. *roſar. rubr. & hordei integr.* āā. *p.* j. *f. Decoctio ad* ℔j. *In colat. diſſolve mellis roſac. & ſyr. violac.* āā ℥j. *F. Gargariſma.*

Nota quamdiu viget inflammatio reſolventibus & adſtringentibus aliquid repellentium ſemper eſſe addendum, ne pars ſua natura mollis & laxa magis rela-

xetur, & fluxioni recipiendæ magis idonea reddatur: Externus vero magis reſolventia admovenda ſunt, addito etiam *nido hirundinum*, quem ſpecifica proprietate huic affectui conferre omnium Practicorum conſenſu ſancitum eſt:

℞. *Pulv. nidi hirund. & ſtercoris canis jejunio macerati, āā. ʒj. rad. ireos Flor. & flor. Chamom. pulver. āā. ʒß. axungiæ gallin. & ol. lilior. āā. ℥j. ceræ flav. parum*, fiat Linim.

℞. *Nidum hirund. n°. j. fol. malv. violar. āā. m. j. radic. alth. & lilior. āā. ℥ß. fic. pingu. n. iij. flor. chamom. & melilot. āā p. j. coqu. & contundantur; deinde adde far. hordei, ſemin. lini & fœnugr. āā. ʒiij. croci ℈j. butyr. rec. ℥j. ol. chamom. & amygd. d. āā. q. ſ. f. Cataplaſma* anteriori colli parti ad movendum. *Riverius.*

Temperata hujuſmodi temperant acrimoniam acrium, in inflammatione ſuppurante efferveſcentium, & quo magis temperant, eo magis dolorem minuunt & ſuppurationem promovent: Præ cæteris cataplaſma *ex nido hirund.* & *albo græco* convenit. v.g.

℞. *nid. hirund. n. j. ſtercor. canini albi m. j. coqu. in vino*, vel, quibuſdam in caſibus, *in lacte*, f. Cataplaſma. *Etmuller.*

49. *Digerentia Repellentibus admiſcenda*) *Lenientia & dilatantia* etiam cum dolor urget & anguſtia, talia conveniunt, Gargariſmus ex *lacte tepido*, præſertim *caprino*;

℞. *lactis ℔ß. alb. ovi bene agitati, n°. j. mucilag. ſemin. lini* vel *cydonior.* aut *pſyll. ℥j. penid. ℥ß. m.*

Panis mica, vel *furfur. tritic. in aqua coctor. ſucci* bene expreſſi, juvant, Vel *lac amygdal. Troch.* Lenientes ſub lingua retenti, *Albi* communes, vel

℞. *ſpec. diapav. diatrag. fr. āā. ℈j. excipe pulpa tamarind. f. Trochiſci.* vel *Tabulæ diatrag. fr.* & diapav. ore retentæ.

Lenientia & *abſtergentia*, ſimul miſta ſic fiunt.

℞. *rad. liquir. ℥ij. fic. n°. vj. paſſul. enucl. ℥j. furfur. p. j. ſem. lini & alth. āā. ℥ß. mellis ℥j.* coqu. in aqua ad aliquam conſiſtentiam: *Platerus.*

50. *Inter maturantia eſt*) Si Natura ad ſuppurationem vergat, conveniunt *maturantia* v. g. rad. alth. liquir. herbæ, *hyſſopi, malvæ arbor. ſcabioſ.* Flores *chamom. violar. verbaſci*, Summit. *anethi*, Semina, *alth. leviſtici, lini, fœnugr.* Fructus, *Ficus, Dactyli, Paſſulæ min. &c.* Ex quibus partim Decocta & Gargariſmi, cum *aqua hordei*, addit. *ſyr. jujub.* flor. *tuſſilag. ſcabioſ.* &c. partim *Cataplaſmata* cum *lacte* & *farina hordei* confici poterunt *Strauſius.*

Si Tumor ad ſuppurationem tendat, ſequens *Conditum* mire valet.

℞. *medulla caſſ. recens extracta ℥j. magiſter tabaci. croci* āā. ʒß. de quo parum ſenſim aliquid deglutiat. *Ioh. Ferdin. Hertodius in Crocologia. p. 187.*

50. *Inter maturantia &c.*) Si Tumor diſcuti nequeat, & ad ſuppurationem vergat, quod plerumque quarto vel v. die ſolet accidere, ea juvabitur cataplaſmate ex *nido hirundinis* præſcripto, aliiſque emollientibus & ſuppurantibus; ſimulque in ore frequenter erunt detinenda quæ dolori leniendo ſupra propoſita ſunt; vel

℞. *liquir. raſ. & paſſular. mundat. āā. ℥j. caricar. pingu. n°. vj ſemin. alth. & cydonior. āā. ʒij. flor. chamom. p. j. coqu. in hydromel.* In colat. diſſolve *ſapæ ℥ij f. Gargar.*

Utile etiam eſt *medullam caſſiæ rec.* extractam ore detinere, ut paulatim liqueſcens in gulam deſcendat, lenit enim, reſolvit & maturat. *Riverius.*

Abſceſſus in Angina ſi generari incipiat (quod ex dolore aliiſque auctis accidentibus cognoſcimus) nec humor internis externiſque digeri reſolvique poteſt, *maturantia* intus foriſque adminiſtrantur. Intrinſecus hoc Gargariſm. maturamus.

℞. *rad. lilior. cepar. vel porror. ℥ij. rad. liquir. ʒij. hyſſopi ſcabioſ. āā. m j. ficuum n°. vj paſſul. enucl. ℥j. ſem. fœnugr. lini āā. ℥ß. ſem. malvæ & caulium, nid. hirund. āā. ʒij. coqu. in aqua & addito melle f. Gargar*

Extrinſecus maturant *Puls ex far. ſem. lini cum lacte capr.* facta catapl. forma, plurimumque juvat. *Platerus.*

51. *In ore retenta*) Interim dum per Topica diſcuſſio vel maturatio tentatur, etiam Eclegmata per intervalla uſurpanda, ut materia quæ à parte affecta exudat, vel à capite defluens ipſi adhæreſcit, ſenſim abſtergatur.

℞ *Pulv. Elect. diatrag. frig. ʒij diair. ſimpl. ʒj. ſacch. cand. & penidiati āā. ℥ß. diamor. ℥j. ſyr. jujub. q. ſ. f.* Lohoc. *Riverius.*

52. *Gargariſmi ex lacte*) Qui & dolori leniendo conferre poterunt; qui ſi vehementer urgeat, demulceri ulterius poterit emulſione iv. *ſemin. frigid. mai.* vel *mucilagin. liquidis ex ſemin pſyllij & cydoniorum* cum *aqua roſar.* extractis, *addito ſyrupo violac* vel *diluto caſſia* cum ſero lactis, aut decocto rad. althææ parato *Riverius.*

53. *Emplaſtrum*) Dum gargariſmata repellentia uſurpantur *Laxantia & Reſolventia* Linimenta exterius cervici admovenda ſunt, ut materia morbifica exterius evocetur E. g.

℞. *olei chamom. lilior. alb & amygd. d. āā. ℥j. axungia gall. & butyr. rec. āā ℥iß. croci ℈j. f. Linim. cervici admovendum cum lana ſuccida.* Hoc Linimentum dolori leniendo *etiam conferre poterit.* Riverius.

54. *Adruptionem valet*) Si Tumor tandem ſuppuratus fuerit, quod ex ſymptomatum remiſſione cognoſcitur, nec tamen is ſponte rumpatur, æger, aut miniſtrorum aliquis digitis in fauces immiſſis abſceſſum rumpere conetur: quod ſi fieri non poſſit, ægri os per ſpeculum oris valde aperiatur, & ubi apparuerit tumor ſcalpello incurvo, quod biſtorium vocant, incidatur;

Rupta vomica æger caput inclinet, ne pus in pulmones irrumpat; poſtmodum ulcus *decocto hordei cum melle roſaceo, hydromel.* aut *œnomelite* detergendum, deterſum *aqua aluminoſa* ſiccandum & ad cicatricem perducendum.

Alii *candelam ceream*, ol. *amygd. dulc.* illitam in œſophagum immittunt ut rumpatur abſceſſus; quod ſi obtineri non poſſit, cultro ligneo acuto, vel tandem ſcalpello aperiunt; Alii *oleo vitrioli* abſceſſum attingunt, & mox plerumque rumpitur abſceſſus: *Arculanus* cuſpide ferrea ligno infixa apertionem abſceſſus molitur, ne alias oris partes attingat:

Idem remedium probat *Faventinus. Accipiat*, inquit, *unum lignum ſubtile rotundum, in cujus extremitate apponat ferrum acutum, cujus longitudo ſit tanta quantitatis quanta eſt medietas digiti; deinde ore aperto ponendo lignum intra dentes ægri, ac ſi eſſet frænum, deinde ponat cannulam illam cum ferro ad locum apoſtematis, ac ſcindat, aperto apoſtemate pronus declinet caput inferius, ore aperto ut exeat ſanies.*

Decocto *agarici* abſceſſum rumpi ex *Dodoneo* aſſeverat *Schenckius.* Ille ex *Aetio l. 15. c. 6.* tradit *Agaricum* occultos abſceſſus abſorbere, vel foras materiam evocare, in taleolas conciſum in decocto rad. althææ, ficuum, cum momento zz. & quarta parte vini albi macerando, addito ſyrupo de althæa potionem dando, monendo ægrum ne illam ſtatim deglutiat, ſed ad aliquod tempus in imis faucibus contineat; Id quod cum ægra quædam obſervaſſet, magnam ſtatim puris copiam putridi & graveolentis ejectam fuiſſe, cum illius ſalute.

Si pus

Si pus ad partes externas quodammodo vergere videatur, apertio externus molienda eſt, quod ſe feliciter præſtitiſſe refert *Lanfrancus Chirurgiæ maj. doctr.* 2. *cap.* 5. exemplo matronæ, quæ phlegmaticam, *inquit*, ſquinantiam patiebatur, & totam occupaunt gulam, intus & extra, ita quod extra tumor maximus apparebat, nec loqui nec deglutire valens &c. tangens *ait*, locum corruptum, ſenſi materiam in profundo, & cognovi quod potius ſuffocaretur quam externus apoſtema, vel interius rumperetur; locum digitis palpans, inveni maturam materiam inter mentum & epiglottin pluſquam in alio loco congregatam, & vulnus raſorio ibi feci profundum, per quod de corrupta & male fœtente materia magnam partem extraxi, magnamque partem dimiſi &c. Tunc ægra leniorem habuit anhelitum pulſuſque, qui ſumme ante debilis, fortificatus: Tunc adminiſtrans ipſi brodium, per vulnus magna ipſius quantitas exibat: tunc ingeniavi ut cum argentea cannula, quæ poſita in ore totum vulnus tranſibat, ſua cura reciperet ad ipſius neceſſaria nutrimenta: gulam totam & collum cum medicinis mundificantibus, & reſiduum materiæ maturantibus circumdabam, donec extraxi de vulnere fruſtum magnum viſcoſæ materiæ & fœtentis, quæ fuerat ſicut inteſtinum quoddam longum, unius majoris digiti quantitate, qua remota remanſit locus ſine fœtore, & ægra incepit confortari &c. Hactenus *Lanfrancus*, Huc referri poteſt hiſtoria *Benivenij* allata de anginoſo deplorato liberato factis profundis ſcarificationibus ſub maxillis & ipſa cervice.

Si *Abſceſſus* intus rumpatur *decocto hordei* aut hydromelite detergitur, Verum aliquando ulcus ſordidum redditur, & tunc ad potentiora confugiendum eſt, E. g.

℞. *fol. ſcabioſ. & agrimon.* āā. *m.* j. *nuc. cupr.* ℥j. *radic. ireos flor. ariſtol. rot.* āā. ʒß. *myrrhæ* ʒiß. *roſar. r. p.* ij. *coqu. in hydromel. ad* ℔j. *colat.* colluantur frequenter ulceratæ partes: Hoc Decoctum ulceri ſordido abſtergendo plurimum conferet; quod ſi non ſufficiat, ad *Collyrium Lanfranci* confugiendum, quod mirabilis eſt efficaciæ.

Ulcere probe deterſo illius conſolidatio molienda eſt *bolo Armena* cum *melle roſac.* permixto ad formam Eclegmatis, cui etiam *thus & myrrha* utiliter addi poterunt. *Riverius.*

54. *Ad ruptionem*) Abſceſſus factus niſi ſponte rumpatur, ut aperiatur etiam ante perfectam maturationem mox procurandum, quod variis modis fit, Gargariſmate.

℞. *ſucci cepar.* vel *porrorum & fermenti* āā. diſſolvantur, & *addito lacte capr.* ſæpe gargariſet calide: vel

℞. *ſupradicti Gargar.* ℔j. *in eo decoque vel permiſce rad. pyreth. ſem. ſinapi* āā. ʒij. *myrrhæ* ʒß. *croci* ℈j. *oxymel. ſimpl.* ℥j. *m.*

Fortius hoc erit, *Bellarium*, quod ex *ſinapi* paratur & *melle*, diſſolve in *aqua mulſa* cum pauco *aceto*. vel

℞. *Sem. ſinapi pulv.* ʒij. *oxym.* ℥j. *aceti ſcyll. vini* āā. ℥ß. *miſce.*

Vociferatio aliquid efficere poteſt, magiſque adhuc *deglutitio*, ſi cum conatu valido fiat, aliquidque ſolidius, quod impellat abſceſſum, ut cruſta panis deglutiatur, Vel ſi *ſpongiæ*, aut *carnis ſalſæ* portiuncula filo appenſa deglutiatur, rurſumque extrahatur. *Inſtrumentis* certis quidam aperiunt abſceſſum ſi conſpici poſſit: *candela cerea* &c. *Platerus.*

Externe illinatur Abſceſſus *melle* cum *albo græco* probe permiſto & ſubacto, Vel *mel* cui tantillum *ſalis armon.* admixtum eſt, commode, quantum doloris patitur ratio, illiniri poteſt, Vel *mel cum cinere hirund.* ſubactum: Alii *oleo vitrioli* abſceſſum attingunt, ſicque cito rumpi aiunt. Quod ſi ſuffocationis immineat periculum, *laryngotomiam* auxilium fere tutum adminiſtrari poteſt. *Etmuller.*

54. *Ad ruptionem*) Angina laborabat quidam, nullus tamen rubor aut tumor, vel intus in gula, aut extra videbatur, ipſe nihilominus vix ſpiritum trahens, quicquid præterea edendum ſumeret per os ſtatim & nares reuciebat; ſpes omnis ablata erat: Incuratum dimittebant alii Medici, Ego conſilium capio, & locum altioribus plagis ſub ipſis maxillis, ac etiam ſupra collum incido, ex quo cum ſanies multa prorumperet, adeo morbus levatus eſt, ut faucibus ipſis ſpiritum ſimul & potum ac cibum capientibus, facilis fuerit ad valetudinem regreſſus. *Ant. Benivenius.*

Apoſtematis ruptio modo medicamentis modo manu Chirurgica perficitur, Maturantibus addimus aliqua acria, ut *hirundinis excrementa*, vel *cinerem*, aut *ſtercus caninum*; *Fermentum* foris rumpit cum *ſale & oleo*: cōfert vociferatio, *fortis motus gutturis* in tranſglutiendo: violenta *tranſglutitio cruſta panis* ſæpe contulit: quidam *candelam ceream* in guttur demittunt, ſicque abſceſſum rumpunt &c. *P. Foreſtus.* Dum regalia celebrantur, iuvenis Hippocratico vino indulget, de nocte angina oborta, cum ſtrangularetur, iugulum gladio aperuit, ſanies plurimum emanat, convaluit; hic fortuna plurimum potuit. *Ballonius l.* 1. *Epid. & Eph. p.* 11.

55. *Cataplaſma ex cremore* [illegible]*dicis*) *Fabritius Bartoletus Tract. de Dyſpnœa. l.* 4. *c.* 16.

56. *Pulvis noctuæ integra*) Si tumor in collo emolliri nolit, combure *Noctuam* in olla aperta; F. Pulvis de quo aliquid per fiſtulam in collum inſla; Cum admiratione tumor emolleſcet & aperietur: Singulare hoc eſt arcanum. *Ioh. Agricola Tr. de Nitro. Ioh. Hartmannus Pr. Chym.*

Topica.

57. *Sunt qui*) Extrinſecus in Angina, tam *vera* quam *notha*, collo ſub mento, vel in lateribus, vel ſi tumor aliquis apparere incipiat, eo loco ubi prodit, in principio, non quæ repellunt, ſed è profundo educunt *Relaxantia* apponunt ſequentia, *Oleis relaxantibus temperatis*, ut *oleo oliv. amygd. d. violac.* vel moderate calidis, ut *chamæm. lilior. irino, cheir.* aliiſve hæ ſedes inunguntur, poſtea *lana ſuccida* imponitur; vel lana hiſce imbuta apponitur, *Oleum ranar.* probat *Dioſcor.* Illud in quo *millepedes* coquuntur, utile.

Ungu. dealth. & reſumpt. quibus *olea dicta*, *crocique* parum addi poſſunt: *Fotu* interdum hiſce Unctionibus præmiſſo, qui ex *flor. chamom. lilior. meliloti, ſeminequе lini & fœnigraci* parabitur. *Platerus.*

In aurem ſi *oleum amygd. dulc.* infundatur tepidum, in omnibus faucium partium inflammationibus competere, valdeque utile eſſe cenſetur, *Platerus*, Per conſenſum proculdubio nervorum; hinc profundius titillata aure tuſſis ſuboritur, propagata hinc irritatione ad nervos fauces, laryngem &c. permeantes.

58. *Empl. ex althea, malva*) *Rubeta* cocta, & pro Emplaſtro ſynanchicis impoſita confeſtim liberat. *I. Cæſar Baricellus.*

Tubera cocta, & pro Empl. impoſita, Anginoſis adeo proſunt ut quoſdam jam morituros hoc auxilio liberaverint. *Cardanus lib. de cauſ. ſign. & loc. morb.*

Arcanum hirundinum admotum valet, Vide §. *Hirundinum pulvis*) Mirabile hoc eſt, Sumatur *panis calidiſſimus*, *mica ejus* infundatur in *ſucco apii* cum *melle* ana, m. & gutturi calide applica: Additur utiliter *theriaca* antiqua, aut pulvis *ſtercor. hum. ſicc. P. Mich. de Heredia.*

℞. *Camph.* ℥j. ſolve in *ſpir. c. cerv. cochl.* j. adde *aqu. parietar. roſar. prunell.* āā. ℥j. *croci gr.* iij. *m. cum aqua font. frigide* in *ſcutella* imbue linteamina

duplicata, & applica in ſuperiore parte thoracis prope collum. *God. Moebius Anat. Camph.* Hoc mirabile æſtimatur.

℞. *Pulpæ caſſiæ r. extr.* ℥iß. *ſolve cum ol. amygd. d.* & *chamemel. q. ſ.* f. Catapl. quod tepidum faucibus applicetur, *Pulverinus Pr. c. 36.*

Præſtantiſſimum eſt hoc medicamentum

℞. *Nid. hirund.* ℥iii. *ſapa* ℥j. *flor. caſſiæ r. extr.* ℥iß. *m.* & extra applica, nam digerit & mitigat. *Euſt. Rudius.*

Admirabile etiam eſt hoc quod fit ex *medulla panis, lacte, flor. roſar. chamam. ſimul miſtis*, & apponatur poſt V. S. In virtute hujus medicamenti ſolent exſpuere in magna copia, & mirifice adjuvari. *Idem.*

Mulier quædam ſuperſtitioſe *butyrum* menſe Majo aſſervabat & colligebat tribus diebus rogationum; Viris è lacte vaccæ quæ marem peperiſſet; mulieribus quæ fœminam; Vigente malo inungebat collo, cervici, & partibus vicinis, carpo, plurimum fricando, atque hac ratione non paucos ſanitati reſtituit. *Hollerius.*

59. *Nigredinem linguæ &c.*) Vide §. In *forma Gargariſmorum*) Ex *J. Korthnaveri comm. in lib. Paracelſi. de Peſte.*

60. *Declinante morbo*) Cum tumores non ſolum elicere, ſed eoſdem ſimul exſiccare, abſumere, digerere, animus eſt, ad ſequ. progredimur; *Hirundinum pulverem* (Vide §. *Hirundinum pulvis*) *Millepedes* ſiccatos pulveriſ. & cum *melle* inunctos,

℞. *Aloës* ʒij. *fell. tauri* ʒj. *piper.* ʒß. *alum.* ℥j. *mell q. ſ.* f. Linim.

℞. *Succi ebuli* ℥ij. *ſucci cucum. agr.* (ſi haberi poteſt) ℥j. *fellis tauri* ℥ß. *mellis q. ſ. m.* f. Linim.

Mel anacardinum etiam *Rhaſis* applicat. *Platerus.*

61. *Vel cribratum Canis album*) *Uſu interiore & externo pluribus commendatum.* Nihil novi, *inquit Galenus*, neqne ex angina laborantibus, neque ad magnas tonſillarum inflammationes, neqne ad glandularum tuberculorumque gutturis ſuffocationes jam periculum minantes, commodius quam cum *aceto mulſo* & *pice liquida* illitum *caninum ſtercus*. Itidem *Oribaſius*, mirabiliter facit *ſtercus caninum album*, exſiccatum & pulveriſatum, hinc melle dilutum & illitum, Idque eſt tale ut nullum inveniri medicamentum præſtantius aut efficacius queat. *Nicol. Piſo Pr. l. 2. c. 3.*

Inter ea quæ reſolvunt primum locum habet *ſtercus caninum*, ſi cani oſſa ſola per duos dies exhibueris edenda; Id enim aridum contuſumque, cum melle illitum, ut deglutiri poſſit, eſt præſtantiſſimum. *Joh. David. Rulandus in Pharm. nova.*

Stercus caninum aridum, piſtum & melle exceptum, loco dolenti admotum, præſtantiſſimum eſt medicamentum. *Fr. Valleriola l. 6. obſ. 10.* his laudibus extollit, Præſtantiſſimum eſt hoc Cataplaſma, quo ſecundo tertiove die ſum uſus, à quo ſuppuratio ſequuta eſt.

℞. *Nidos hirundinum cum toto n°. ij.* bulliant in *ol. chamom. & lilior. piſtentur, & cribro trajiciantur, addendo* ſtercoris canini oſſa comedentis ʒij. *oeſypi humidæ* ℥j. *cum oleo lilior. miſce f. Catapl.*

Vlceris mundificatio.

Aperto abſceſſu ulcus mundificandum & conſolidandum, pro quo ſcopo *decocti hordei* ℔j. cum *mell. roſac.* ℥iij. ſufficit. Vel decoctum *veronicæ* cum *melle*; item *decoct. plantag.* & *fol. quercus* cum *melle*; quibus in contumaciore ulcere *ſpir. vitrioli* parum, ad gratam viz. aciditatem, addi poteſt, Vel

℞. *h. prunellæ veron. ſalv. rad. polypod. qu. liquir.* āā. ʒij. *alum. crudi* ʒj. *mell. roſ.* ℥j. *coqu. in ſ. q. aqu ſimpl. fiat Colat.*

Si *ſordidiora* ſint *ulcera*, ad *æruginem* recurrendum eſt, vel ad *aquam vitæ Plateri* aut *Hartmanni, Pr. ch. c. 12. §. 4. & 5.* Vide *ſupra tit. x. c. 1. de oris ulcer.*) Denique ad partes roborandas fiat decoctum ex h. *prunellæ, plantag. flor. roſ. rubr. in vino decoctis addendo diamorr. q. ſ.* pro gargariſmate blande adſtringente. *Etmuller.*

62. *Inter ſpecifica*) *Lignum hederæ* ad gutturis apoſtemata à proprietate valere ſcribit *Joh. Marquardus*, quippe obſervatum eſt comedentem ex cochleari hederæ ligneo, ſive bibentem in aliquo ipſius vaſe ligneo, nunquam vel raro in gutturis aut uvulæ apoſtema incurrere.

Rubeta cocta & pro emplaſtro ſynanchicis impoſita confeſtim liberat. *Ant. le Grand compend. &c.*

Inter ſpecifica recenſetur

Hirundinum *pulvis*, de quo ſic *Galen. in de comp. K. T.* Nidus *hirundinum ſylveſtrium* multam diſcuſſoriam vim habet. Ergo hac potius quam ſpecifica agit. In omnibus inflammationibus faucium partiumque adjacentium inprimis commendatur à quibuſdam ſanguis menſtruus in aceto diſſolutus applicatus. Item *folia raphani ſylv.* applicata. *Platerus.*

Amuleta probantur *Viperæ caput* in linteolo appenſum, *Pæoniam* ſimiliter probant. Et in Vvulæ affectibus *rad. braſſicæ* in collo ſuſpenſam. *Idem.*

62. *Inter ſpecifica*) *Stercus hum.* & quidem *pueri*, ſiccum, & cum *melle Attico* ad lævorem tritum, ceu inſigne contra Anginam experimentum commendat *Galenus de S. M. Fac. lib. 10. Idem ibid.* & *6. de comp. med. K. T.* mire deprædicat vires *ſtercor. canini albi.* Vide §. *vel cribratum canis album.*) *Sterc. gallinacei albi q. ſ. exſicca, & quantum* cochleari accipi poteſt in *aqua* aut *mulſa* dilutum propina; deſperatos enim ſanat; Vel tritum & cum melle mixtum illine. *Ætius.*

Summum auxilium eſt *lignum hederæ* ad gutturis apoſtemata, A proprietate valet. *Jul. Cæſar Boricellus Hiſt. Gen. p. 180.*

Prodeſt hoc valde, *magiſterium concharum* oculi-formium. *Fabr. Bartholettus Tr. de Dyſpnoea.*

Omnibus anteferendum eſt *oleum* vel *ſpirit. ſtercoris equin.* ſi ad unam vel alteram guttam propinetur cum vehiculo convenienti. *Idem.*

Summum medicamentum eſt in Angina *laudanum perlatum*, in *aqua prunellæ* exhibitum. *Th. de Bry. Intr. in vit. Phil.*

Chimici extollunt *Magiſterium Tabaci*, quod egregie reſolvit. *Fr. Oſv. Grembs.*

Fungus ſambuc. coctus & potatus, præſenti remedio eſt anginoſis præcedente & ſubſequente ſuffitu ex *olibano. Leonellus.*

63. *Præter fungum ſambucinum*) *M. Blockvvitius in Anat. ſambuci.*

64. *Hirundinum Pulvis*) Cinis crematarum hirundinum ad ʒj. ex hydromelite devoratus, præſentaneum eſt remedium. *Fr. Valleriola.* Præſtans eſt hoc unguentum

℞. *Pulv. nidi hirundin. ſtercoris canis jejunio macerati, ſtercor. columb.* āā. ℥j. *rad. Ireos, flor. chamom.* āā. ℥ß. *ceræ flavæ parum.* Varandæus.

Arcanum *hirundinum*, permixtum *fecibus hirundinum*, & incorporatum ad modum cataplaſmatis, eſt unicum & ſolum refugium. *Joh. Pet. Faber myroth. l. 1. c. 19. ubi de v. eſſent. Hirund.*

Summe auxiliatur confectio hæc ex uſtis *hirundinibus.*

℞. *Ciner. hirund. ſylv.* ℥j. *croci* ʒij. *ſpic. n.* ʒj. Excipe *melle & permiſce*: Ita vero exuruntur, Pullos hirundinum vivos, non deplumatos, addito pauco ſale, in vas fictile conjicimus, atque obturatum in pulverem & cinerem comburimus. *Ætius.*

64. *Hirundinum pulvis*) *Pullos hirundinum* implumes in olla nova impones, & modicũ ſalis ſuper injicies, & ollam luto obturatam ſuper prunas aut in furno collocabis donec cremati fuerint. *Bulcaſis.*

Hirundines

Hirundines ſunt remedium contra anginas (inquit *Aſclepiades* apud *Galen. de comp. Med.* K.T., uruntur hoc modo &c. Gratia habenda eſt *Aſclepiadæ*, inquit *Gale*[illegible] b id quod tam diligenter deſcribit quomodo hirundinum pullos uri jubeat, & quod ipſa animalia, & eorum recrementa in pharmacia contra Anginam ad compoſitionem præparanda cenſent.

Leonellus Faventinus hirundinem decollari vult, & ſanguine evacuato d[illegible] lumari & ſaliri, hinc poni in vaſe ſtreato oris anguſt[illegible] di os valis cum luto, quod relinquatur in fur[illegible], [illegible] hæc præ ariditate facile teri poſſit. *Ph*[illegible] pull[illegible] ſtrangulatos cum ſuo ſanguine combūrunt. *Ferr. Montanus* Lohoc [illegible] nn, *& cineris hirundinis ant.* j. *cum melle*. degluti[illegible] um lambendo, vel applicandum gutturi, Medici cataplaſmata ex excrementis hirundinum conficiunt, atque hirundinum combuſtarum pulverem in diſcutiendis gutturis anginæque tumoribus efficaciſſimum experiuntur, ait *Lev. Lemnius*.

Cinis hirundinum crematarum efficax quoque remedium eſt, ſi modo cum melle admoveatur. *Amatus Luſitanus*.

℞ *Nidum hirundinis integrum*, cum ol. chamæmel. & amygd. d. f. Empl. quod gutturi applicetur. *Hier. Fragm.*

E nido hirundinis in aqua decocto, aut oleo comm. vel chamæmel. Empl. faciunt quod inducunt [illegible] *Hollerius*.

Stomaticæ compoſitiones ex *beſala* ad Anginas, aliqui hirundinum cinerem admiſcent: Alii nidum urere jubent, ex ſtercoribus hirund. maxime compoſitum; Terra nidi hirundinum cum aqua ſoluta & inducta, colli & faucium tumores & ſynanchem curat, *Kiranides*: Anginæ nidus hirund. mederi dicitur potus. *Plinius* Ad Ang. valet Empl. maturans & reſolvens abſceſſum è nido hirund. quod ab *Arculano* deſcribitur. *Leonellus Faventinus*.

Hoc tempore Medici pro angina curanda diſcutiendave Empl. ex nido hirundinis collo imponunt, non ſine magno & evidenti juvamento; quamquam non deſunt aliqui qui cum nidum ex terra & paleis compoſitum animadvertant, rebus, ut apparent ſtypticis, illius admotionem timent, ac metuunt ne fortaſſis adſtrictione ſua materiam intro repellat; quo fit ut ſolo nidi decocto utantur, in quo cæteræ res anginam diſcutientes miſcentur; ſed revera falluntur, cum omnia in nido contenta potius diſcutiendi vim quam conſtrictionem aliquam habeant *Am. Luſitanus C.* 1. *cur.* 40. Nidus *hirundinum* cum *ſtercoribus* optimum remedium pro omnibus, & quaſi univerſale, tam diſtenſioni quam ſuppurationi inſerviens; ubi & talia quævis *ſtercora*, in ſpecie *album* græcum &c. conveniunt: Illa ipſa enim quia multum *ſalis armoniaci*, quaſi *nitroſi* continent, propterea plurimis ſcopis ſatisfaciunt. *Etmuller*.

[65]. *Raſura dentis apri*) Cujus magna eſt efficacia in curanda cynanche, ſi enim pulvis ejus olco lini excipitur, ac locus affectus tangantur cum pennæ extremitate, ut ex *Arnold.* & *Avicenna* habetur, hunc morbum præſentiſſime curat.

[66]. *Filum Purpureum quo*) Summis laudibus ad Anginam commendatur filum purpureum quo vipera ſtrangulatur. *Thom. Bartholinus cent.* 4. *hiſtor.* 13.

[66]. *Filum purpureum quo*) Crediderim filum quo ſuſpenſa interierit (ſicut de filo purpuræ quo ſuffocata fuerit vipera, ut veteres tradiderunt) poſſe conferre. *Cardanus*.

[67]. *In Diæta*) Victus ratio inſtituenda erit tenuiſſima, refrigerans & humectans, ex cremore hordei, juſculis pullorum, aut caponum herbis alteratis refrigerantibus: Si ob œſophagi anguſtiam ab inflammatione contractam æger deglutire nequeat, ut inde virium dejectio & interitus metuatur, ab eo periculo liberari poterit immiſſo in œſophagum cathetere, cui ſyringa aptabitur, per quam juſculum in ventriculum immittendum: Practici *clyſteres nutrientes* uſurpant, quibus aliquid nutrimenti ad hepar per venas meſaraïcas transferri poteſt: *Potus* ſit aqua hordei & reliqua in febribus acutis obſervari ſolita: *Aër* ſit temperatus, cujus omnis exceſſus arceator; frigidior namque meatus conſtringit, calidior vero fluxionem & inflammationem auget (*præterea cor æſtuans non temperat*) *Æger capite ſublimi* & erecta cervice decumbat, ut facilius reſpiret; *Somnus*, ut in omnibus internis inflammationibus, maxime arcendus eſt; nam, ut docet *Hippocr.* Sanguis in ſomno ad interiora recurrit, ſicque humorum confluxus ad partem affectam augetur. *Riverius*.

Ob ſuffocationis metum æger erectus cubare debet. *Platerus*.

Carnes cujuſcunque demum generis, ut & *Juſcula* ex iis parata, Sacra ſunto; Juſculis vero hordeaceis, avenaceis, pomis coctis, ac id genus aliis veſcitor; Priſana ex hordeo, vel cerevіſia tenuiſſima utitor: Lectulo interim per horas aliquot quotidie abſiſtat, cum hujus repor tum febri, cum reliquis ſymptomatis, quæ hac methodo expugnare ſatago, vires addat. *Sydenham Obſervat. in Acut. pag.* m.

I. Alia eſt [68]. *à vertebrarum colli luxatione*; & tum, Caſus aut ictus anteceſſit, aut humor præter naturam vertebrarum vincula laxavit, vel illa de propria ſede disjecit; nullum ex ſignis, quæ in aliis prodita ſunt apparet. Cervix ponè excavatur, ægreque & cum dolore circa œſophagum inflectitur. Dolor, extra ſi tangatur, ſentitur. Lingua ex propriis locis excedit. *Curatio* ex ſuo fonte peti debet.

II. Alia eſt à [69]. *pituitoſa defluxione*, in fauces & cervicis muſculos decumbente.

Et tum, Dolor eſt paucus, gravativus, tumor ferè citra ruborem, aut cum exiguo, latior, febris adeſt nulla, aut fortè lenta. Vox raucеſcit, ſaliva eſt copioſa, aperto ſemper ore hiant, & aërem attrahunt, difficultas eſt deglutiendi citra ſuffocationis periculum.

[70]. *Curatio* ad Catarrhum eſt obvertenda. [71]. Dicitur hæc *ſpuria* & *notha*, [72]. in qua gargariſmus ex *lentis paluſtris* m. iij. in *aquæ pluvial.* libr. ij. coctis & colatis; nec non ex aquæ ſempervivi, prunellæ ana libr. j. & ſalis armoniaci dr. j. paratus laudatur. [73]. *Pilulas* Baricelli ex *trochiſc. Alhand. Aloë* ana ſcr. j. *diagrydii* ſcr. ſ. cum *ſyrupo de liquiritia paratis*, quibus *jus cicerum* ſuperbibi poteſt, [74]. nolim ut exhibeas: licet tenuiſſime formarentur.

III. [illegible] Alia eſt *ab inflammatione*, quæ eſt

1. [illegible] *Kυνάγχη*, [77]. quæ in internis laryngis ſeu gutturis muſculis deliteſcit.

Et tum, neque in faucibus intra, neque in cervice extra, quicquam ruboris vel tumoris apparet, fauces [illegible] vehementer [78]. cum metu ſtrangulationis dolent, ut erecta cervice & aperto ore, ægri ſpirare cogantur, lingua liveſcit, nigreſcit, & ob ſummam venarum circa ipſam reple-

tionem intorquetur, febris eſt acutiſſima, [79] & morbus intra quartum diem, imò octodecim horas jugulat.

Proſunt *hirudines* [80] venis ſub lingua appoſitæ: de quibus apud *Zacutum* Luſit. l. 8. c. 2.

2. Vel παρασυνάγχη, quæ in externis muſculis hæret · & [81] tum, tumor & rubor intus ore diducto & lingua depreſſa deprehenditur, ſi [82] die non critico evaneſcat, tuberculum verò ſine dolore, quod nec naturæ, nec artis beneficio ſuppuratur remaneat, mortem; quia relictâ foris craſsâ materiâ, tenuior & ferventior ad guttur converſa eſt, & ruboris recidivam; quia materia calidior ex accidente aliquo intrò pulſa eſt, minatur.

3. Vel συνάγχη, quæ in interiore faucium ambitu continetur; & tum, cervicem quoque ad linguæ radicem comprehendit, tumor atque rubor foris cum dolore & calore eſt conſpicuus, [83] qui ſi ad interiora ſine cauſa decurrat, ſubitò tranſlatâ materiâ evaneſcit, [84] ſymptomata nihilo ſunt quam cæteris leviora: ſed tamen ſpes ſalutis, quòd inflammatio foris proſiliens, evocari digerique poſſit melior.

4. Vel παρασυνάγχη, quæ ſolam cervicem ejuſque muſculos, linguam & os hyoides contingentes, prehendit. [85] Hæc omnium eſt leviſſima, propter diſtantiam ipſius à gutture, & partium conſtitutionem, quæ glanduloſæ, molles & laxæ, affluentem humorem ſine difficultate recipere poſſunt: quia laryngis muſculi non inflammantur, reſpirationis via non intercipitur.

IV. [86] Alia eſt, quæ ſolvitur [87] *diaphoreſi*, cauſâ ejus diſtracta, revulſa, evacuata, vel diſcuſſa.

Alia, [88] quæ *maturatione*, [89] & puris ex illo aperto evacuatione.

Alia, quæ *per materiæ* [90] *ad aliam partem tranſlationem* finitur, quod ex tumoris & doloris ſubita ceſſatione, pulſuſque mutatione cognoſcitur.

Transfertur 1. *Ad Cerebrum*, & tum dolor capitis gravis, phrenitis & delirium excipit.

2. *Ad muſculos colli*, & tum dolor, tumor, interdum convulſio excitatur.

3. *Ad pulmones & pleuram*, & tum dolor pectoris, tuſſis, difficilis reſpiratio oritur.

4. *Ad Cor.* unde tremor, ſyncope, & pulſus obſcuritas afficiunt.

[68] *Alia eſt a verte[br]arum*) Altera ſpeciei ſpuriæ Anginæ cauſa proponitur *ab Hippocr. 2. Epid. ſect. 2.* Tumor nempe, ſeu tuberculum, juxta vertebras cervicis obortum, ac præcipuè illam quæ Dens, ſeu Dentiformis ab eodem appellatur, à quo tumore vertebræ ad interiora trahuntur, ac proinde cavitas in exteriori parte apparet: Hic autem tumor, vel ab humore pituitoſo fit, copia ſua vertebras à propria ſede dimovente, vel à ſanguine in muſculos effuſo, unde inflammatio fit, à qua muſculi contracti vertebras ad anteriora trahunt; & tunc vera eſt Angina, ab inflammatione dictorum muſculorum oriunda: Poteſt etiam fieri luxatio vertebrarum ab humore pituitoſo earum vincula laxante, & internodia lubrica reddente: Ac denique à cauſis externis, caſu ſcil. vel percuſſione, ſicut reliquæ omnium totius corporis articulorum luxationes. *Riverius.*

Vulgo referunt multa de luxatione vertebrarum colli, quod nempe hæc ipſa etiam anginam inferat, idque occaſione aphor. 35. 4. *Si febre detento repente collum intorqueatur, ut vix deglutire queat, nullo tamen tumore intus vel foris apparente, lethale eſt*; ordinario, inquiunt, ob luxationem vertebrarum: Sed nota eſt ſtructura vertebrarum colli, & quod talis aph. hujus explicatio nata ſit ex falſa hypotheſi; cum non angina ex luxatione vertebrarum colli nata, ſed convulſio ſimilis emproſthotono intelligenda ſit; Nam quod non poſſit fieri talis angina ex luxatione vertebrarum colli & cervicis, facile patet, cum non luxentur niſi ſumma vi, qua neceſſario deprimi debet ſpinalis medulla, unde abolitio ſenſus & motus, mortiſque appropinquatio, unde potius affectus apoplexiæ ſimilis quam angina ſequeretur, ſunt enim vertebrarum cervicis proceſſus ita invicem inarticulati ut citra fracturam luxari nequeant, Si luxarentur præſentaneam potius mortem quam anginam inferrent. *Ettmuller.*

[69] *A pituitoſa defluxione*) Quæ ſpuria eſt Angina, ab *Hippocr.* propoſita 4. de *victu acut. Synanchus fit*, inquit, *cum hyeme vereque multa fluxio & viſcoſa a capite ad venas jugulares deſcendit. cum autem frigida & glutinoſa ſunt ſpiritus obſtruit permeationes.* Et hæc fortè à *Lympha*, ducit originem.

[69] *Alia eſt à Pituitoſa Defluxione*) *Cauſæ mediatæ*, & quidem proximiores, nonnisi in ſanguine quærendæ; ad quem ipſi etiam Antiqui Medicinæ Proceres nos deducunt; Quanquam enim *Hippocr. 2. de morb. ſ. 9. t. 1. Pituita in capite commota*, & acervatim deorſum fluentis, atque in maxillis & circa collum conſiſtentis meminit; Tumque etiam *4. de V. Ac. ſ. 30.* fluxionem multam *frigidam & glutinoſam* nominat; hancque in venas jugulares, tempore hyberno aut verno deferri ſcribit · *Sect. 4.* autem in *dicto lib. calidam & nitroſam fluxionem* accuſat, tamen *variantem pro anni tempeſtatum ratione materiæ* peccantis diverſitatem innuere potius, quam *Anginam* quandam vere *frigidam* introducere voluit. Vide *Proſp. Martianum p. 135.*

Neque aliter *Galenus* intelligendus videtur, quoties ῥεῦμα illud [illegible] humorum, modo per calidam tenuem & acrem, *l. 3. Progn. 21. 22.* & *4. aph. 34.* modo per *frigidam, craſſam, pituitoſam* & glutinoſam fluxionem exponere inſtituit, Unde magna Practicorum pars etiam cum Antiquis loqui, & Anginam à *ſanguine*, modo *puriori*, modo *impuro*, eoque vel *bilioſo* vel *pituitoſo*, vel *melancholico*, (prout major aut minor affectus vehementia obſervatur) deducunt: Equidem quando *Galenus 4. acut. c. 30.* cum *Hippocr.* omnium inflammationum quæ in *Gutture & Gula* excitantur, cauſam in delabentem à capite Fluxionem transfert, plurimi Recentiorum hodie ſecedunt, cum *Schneidero l. . de Catarrh. c. 6.* iterum iterumque exiſtimantes nullatenus de *capite* vel *cerebro*, ſed de *inferiori* potius *corpore* materiam calidam per *arterias* in laryngis muſculos tam ubertim confluere, ut hoc morbi genus hinc naſcatur: Quorum tamen ſententiæ ita ſubſcribimus, ut ſæpe quidem hoc pacto fieri, omnem tamen à capite defluxionem minime impoſſibilem eſſe arbitremur. *Strauſſius.*

Sanguinem pituitoſum, viſcidum, primariam & frequentiſſimam eſſe cauſam teſtatur experientia, præceſſo quidem calore, exercitatione, motuve plus ſolito majori, unde pituita viſcida ſolvitur liquidiorve redditur, quæque tum ab aëre frigido &c. ambiente, vel ore hauſto coagulatur. *Frid. Deckers Not. in Pr. Barbett l. 2. c. 1.*

[90] *Curatio*

Curatio ad [illegible] urbium) Eapropter capiti appli[illegible] [illegible] quæ [illegible] nes pituitæ [illegible] ſtuni, caputque robo[illegible], ſi ſæpe [illegible] onibus fauces impetantur, id[illegible] prius [illegible] pore; Emplaſtra adm[illegible] [illegible] occip[illegible], forte hoc eſt, & attrahe[illegible].

℞. [illegible] *an muri* ℥ij. *ſem. melanth. pr[illegible]* [illegible] *ma[illegible] h.* ℥[illegible] ʒß. *galbani diſ-* [illegible] *d. ãã. q. ſ. f. Empl.*

[illegible] interdum, quæ pituitam de[illegible] [illegible] arceonem præcipue, à fau[illegible] [illegible], indi jubet, De Purgatione, [illegible]

[illegible] *[illegible] nria & notha*) Non exacta Angi[illegible] [illegible] ctio iſtarum partium plus minus [illegible] [illegible] atur ſere occaſione *lymphæ*, glandulas [illegible] [illegible] um male afficientis, loca vicina rodenti, plus minus excorientis, & ita junctam phlogoſin [illegible]. Quæ ipſa vitiata lympha, prout plus minus [illegible] ſtagnat, etiam plus minus eaſdem tumidas reddit, & ſanguinis circulationem plus minus impediendo, aliqualem inflammatoriam diſpoſitionem habet junctam, Et talis notha Angina frequenter occurrit cum Tonſillarum inflammatione, quarum tumor crebrius occaſione vitiatæ lymphæ ſupervenit. *Etmullerus.*

7⁴. *In qua Gargariſmum*) Ubi lentor [illegible] det linguam, prodeſt *abſterſio faucium me* [illegible] *cum aceto*, & hinc *gargariſatio*, poſtea cum *decocto flor. liguſtri in aqua*, cum pauco *aceto*, addita *particula ſalis armon.* Si vero adſint Aphthæ, loco ſalis armon. adhibetur *ſuccus ſempervivi recens* acuatus cum *ſale armoniaco* etiam loco *aceti* utilis eſt pro abſtergenda lingua: Purificato ore, idem ungi poteſt cum *rob. nucum* vel diamor. ſubactum cum pauco *melle roſac.* Etmuller.

7⁵. *Pilulæ Baricelli*) Pilulæ quæ peculiari dote ab Angina tuentur, Celebrantur Pilulæ ex *Hiera picra* à cœna devoratæ. Ex nonnullos Medicos nobilitavere in ea peſtis obſervatione *Anton. Fumanellus.*

Mollis alvus eſto levibus clyſteribus, multo magis ſi febris eſt, in quibus interim diſſolvas *caſſia fiſt.* ℥j. *vel* ʒß. *cathol. hiera picr.* Hujus Hieræ ſumma vis probata, nam cum Angina multos Romæ ſuffocaret, eaque velut peſtis tota urbe graſſaretur, inventum remedium à Medicis, ut poſt frugalem cœnam ∂ij. pulv. hieræ in pilulas redactos exhiberent, Quo auxilio quicunque uſi ſunt, periculum declinarunt tam atrocis morbi. *Jac. Hollerius ex ſententia veterum.*

7⁶. *Nolim ut exhibeas*) Ad difficultatem deglutiendi reſpicit, unde ſuffocationis periculum, ut ſæpe tanta non eſt ut earum uſum prohibeat; poſſibilitatem arguunt *Fumanellus & Hollerius*, Difficultatem ſuperat utilitas experimento confirmata.

7⁷. *Alia eſt ab Inflammatione, quæ eſt vel &c.*) Subjectum, ſeu *pars affecta*, ſunt *Fauces*, Græcis φάρυγξ dictæ: quo nomine *Galenus 4. de l. aff. c. 3.* internam oris regionem, ubi ſimul extremæ *Gutturis & Gulæ* partes conveniunt, ſe intelligere aſſerit: Interim apud Authores magna occurrit confuſio Vocum Laryngis & Pharyngis, de quibus *Fœſius in Oecon.* &c. Sufficit nobis *Anginam* hic ſibi elegiſſe *ſedem principalem* ubi ad *Aſperam arteriam & Gulam* (qui tractus ob anguſtiam *Iſthmus* dicitur, iter commune patet, maxime autem muſculi Laryngis & œſophagi affliguntur, & nunc ſeparatim, nunc conjunctim magis Inflammatione (quæ non raro alias quoque ſerpit partes) laborant; variæ hinc *Anginæ ſpecies*, ſeu *gradus*, diverſaque horum nomina (quorum quidem inquiſitionem *Galenus in lib. Hippocr. de V[illegible] Acut. 4. t. 30.* ceu ſupervacaneam [illegible] reprehendit) *Hippocrates* interim *l. 2. de*

morb. [illegible] [illegible] ud pro[illegible] [illegible] exit ab Authoribus, prou[illegible] [illegible] *terni* [illegible] rum partium *ma[illegible]* magis [illegible] [illegible] recenſentur. *Strauſſius* [illegible]

[illegible] Ut [illegible], eſt Ango, ita [illegible] [illegible] [illegible] ur eſſe An[illegible] [illegible] ud Græcos duæ ſunt [illegible] [illegible], de quibus utrum prius ſit quæ [illegible] ad p[illegible] us inclin[illegible] animus, qui puto dictam [illegible] inflammationem quæ omnium graviſſima eſt, [illegible] & fauces, & lingua ita intumunt, ut cogantur ægri linguam exſerere inſtar canum: Huic oppoſita [illegible] ſpecies in qua foris nihil apparet inflammationis, & tamen graviſſime ſuffocantur ægri, cum videretur depoſcere peculiare nomen, barbara potius, ſed vicina voce [illegible] vocarunt: prorſus ut in ſynocho febre factum, (Ante enim Hippocr. tempora non erunt cognitæ febres aliæ [illegible] continuæ, præter illas quæ & hodie opponuntur Intermittentibus, ideo ſola etiam hæc vox erat [illegible]; at poſtquam obſervatæ fuere [illegible], [illegible], [illegible], ne hæ carerent proprio nomine, [illegible] vocari cœperunt) Atque hæ ſunt duæ priores ſpecies apud *Galenum 4. loc. aff. 5.* qui ait *Hippocr.* homini alterutrum nomen fuiſſe notum, quod ego puto [illegible] eſſe: At reliquæ duæ [illegible] & [illegible] damnantur ab eodem libro: Vide *Fœſium & Aretæum*, [illegible] *nus Inſt. l. 3. c. 51.*

7⁸. *Quæ eſt vel* [illegible] [illegible] s tantum conſtituit *Plater.* a *Tu[illegible]*, Tumor, *aut* vel *nullus*, vel *aliquis* ſe manifeſtat, cujus cauſa in tres ſpecies A[illegible] ita diſtinguitur, nam ſi *nullus* Tumor vel Inflammatio intus foriſve appareat, *Primam*; in qua accidentia ſæviſſima occurrunt, ſtatuunt ſpeciem; Si vero is in faucium anguſtiis appareat, ſecunda eſt ſpecies, gravia quoque ſecum ferens accidentia. Quod ſi vero foris potius in collo tumor ſe offerat, Tertia eſt ſpecies, mitiores quam priores duæ producens affectus. *Platerus.*

7⁹. *Vel [illegible]*) *Differentias ſpecierum Anginæ venatur* Platerus, *ex eo quod defluxio interiores magis aut exteriores partes obſidet; quæ diſtinctio uſui Practico accommodatior videtur.* Sanguinis, *inquit*, influxus ſi in fauces obſidentes muſculos diffundatur inflammationem, *veram anginam* appellatam pariet, ſæviorem tolerabilioremve prout defluxio interiora exteriorave magis poſſidet.

Nam ſi in *interiores muſculos laryngis & faucium*, ac *oſſis hyoidis*, qui *reſpirationi*, *voci & deglutitioni* inſerviunt, procumbat, cum vehementer tum angat & veluti ſuffocet, *prima & deterior* erit *anginæ ſpecies*: Si vero in *exteriores* potius, collum illic occupantes feratur muſculos, cum minus hiſce functionibus tunc incommodet, *mitiorem*, & quæ cum *tumore externo* ſeſe quandoque manifeſtat, *Tertia ſpecies* dictam procreabit ſpeciem.

Quod ſi vero tam ad *interiores* quam ad *exteriores* ſe muſculos diſpergat defluxio, medio modo ſe habens, *ſecunda ſpecies* appellata angina naſcetur; in qua cum tumor non ita collectus & abditus ut prima ſit, ille in *faucium interioribus* ſe nonnihil profert, ibique poteſt conſpici.

Ea ratione, & rectius *Anginæ vera* explicantur, quam ſi, prout in hos illoſve muſculos defluxio cadit, cum illis in abdito occultatis hoc diſcernere nequeamus, alia inſuper ipſorum genera ſtatuamus, & pro horum differentiis *Cynanchas*, *Paracynanchas*, *Synanchas*, *Paraſynanchas*, appellemus,

Cæterum ſi *ſanguis in glandulas* illic poſitas potius defluat, illoſque inflammet, præſertim humiliores aſperæ arteriæ utrinque adſtratas; quæ propter venas quibus intertextæ ſunt & nigricans nonnihil, facile

inflammantur, *Anginæ* quoque erit ſpecies, [illegible] que magis cum & tunc vicini quoque muſculi fere inflammentur, deterior minorve, prout ſe in muſculos dictos diffundit Inflammatio. Si vero in *glandulas* elatiores, *Tonſillas* ſcil. vel *Gurgulionem* feratur, harum partium inflammationes *Antiadum* & *Uvulæ* no[illegible]us expreſſis parit, quæ ad vicinas quoque ſæpe [illegible] expanduntur, frequentiuſque quam anginæ fiunt, cum ſanguis in laxas haſce glandulas, magnis venis inſtratas, citius quam in alias, cum fluit, feratur.

Quod ſi in *gulæ*, ſeu *œſophagi ſedem* potius deſcendat, quod rarum eſt, dolorem graviorem longe, præſertim in deglutitione, à principio gulæ ad ventriculum uſque ſeſe exſerentem, ſed non cum tanta ſpirandi difficultate, niſi ad vicinas partes ſe quoque extendat, procreat. *Platerus.*

77. *Qua in internis laryngis ſeu gutturis muſculis)* Hoc notatu digniſſimum eſt, quod tamen à paucis animadverſum, non tantum in hac ſpecie muſculos laryngis interiores affici, ſed ipſum etiam Pulmonem, unde tanta reſpirandi difficultas & ſuffocatio exoritur, quod à *Dodonæo* demonſtratum eſt *Obſerv. Med.* c. 18. ubi refert hiſtoriam Lanionis, qui cum meridie circa laryngem & fauces dolorem ſenſiſſet, & quandam in deglutiendo cibo & potu difficultatem, nocte ſtrangulatus interiit: Hujus corpore aperto inventa eſt Pulmonis ſubſtantia in pus converſa.

Alia exempla annotavit anno 1565. quo multi Angina correpti, apparente circa laryngem dolore, & tandem deſinente in peripneumonia, inciderunt iiſque defunctis Pulmones vel purulenti fuere, vel abſceſſum habuere, juxta vero laryngem, aut ejus muſculos, nihil occurrit quod vel adeſſe aut adfuiſſe inflammationem oſtenderet: Et in his caſibus cenſet laryngem non primario, ſed per conſenſum laboraviſſe, Et veriſimile eſſe deſtillante humore à capite aſperam arteriam & laryngem à dolore liberari atque diſtendi; deinde eodem ad alia vaſa tranſmiſſo, aſperam arteriam & laryngem à dolore liberari, pulmones vero affici, & hoc modo ex angina in peripneumoniam permutationem fieri.

Hæc Dodonæi ratio tranſmutationis modum Anginæ in Peripneumoniam oſtendit, nequaquam vero cur inconſpicuis in internis & externis partibus ſignis, fauces tamen doleant, cum reſpirationis & deglutitionis difficultate, unde Anginæ idea & character: Veriſimilius ergo eſt Κυνάγχην *fieri cum inflammatione tentatur pars pulmonis interior, & ſumma, cui arteria aſpera caudex implantatus; adeo ut & præ phlegmone comprimatur, & ponder[illegible]atione deorſum trahatur & divellatur. ut idem hic contingat quod in calculo veſicæ, ob quem balani, longius diſſiti, extremitas dolet & prurit, etiamſi affectus veſicam obſideat: Ejuſmodi autem Anginæ, quam proponit* Dodonæus, *exemplum mihi præbuit miles quidam gregarius, Lauſannenſis anno 1669. qui tribus hebdomadis ab herniotomia in anginam. incidit. præ cujus ſævitie intra xxiv. horas interiit, nullas leſionis notas faucibus exhibentibus hujus cadavere aperto Pulmonis pluſquam media pars eryſipelate obſeſſa apparuit, præſertim ſumma, ex rubro livida, extra tumorem.*

In hac autem Angina Pulmonem affici colligere poſſumus ex *Hippocr.* 4. *Acut.* 30. & 31. [illegible] Anginæ ſpecies propo[illegible]it pro humoris div[illegible] Unam in [illegible] fluxo pituitoſa, h[illegible] & [illegible] ngulares [illegible] Alteram in qua hu[illegible]res bi[illegible] feſtant, quæ [illegible] & autumno contingit: De hac inquit, *Cum ex capi[illegible] ca[illegible]da & [illegible]troſa flu[illegible] nepote acris mord[illegible] exulcerat [illegible] implet [illegible] partes, [illegible]tatemque multam præterea qu[illegible] apparent [illegible] tia videntur tendines quoque cervicis poſteriores contenduntur, apparentque tetani*

modo intendi vox abrupta, ſpiritus parvus, ſpiritu[illegible] frequens [illegible] & violenta accedit; talibus arteria ulcerantur incenditurque pulmo, neque externum aerem admittere intro queunt.

Dicit autem calidam & acrem fluxio[illegible] pnœam parere, quia mordet, ulcerat, & ſpi[illegible] implet, feruntur enim ſpiritus ad locum demorſum, hinc pulmonis repletio, hinc orthopnœa, cum non ſit locus in quem aër externus admittatur, quantumcunque thorax dilatetur: [illegible]andem [illegible]n confirmare videtur 3. de *morbis*, ubi in cu[illegible] Anginæ dicit venam ſecandam eſſe ſub mamma, nam [illegible] p[illegible]ncomitatur ex pulmone ſpiritus calidus. Et paulo poſt inquit *Hippocr. Faciendum ne quam [illegible] ſpiret, & pulmo gracilis fiat*, quaſi intumuerit Pulmo ex ſpiritu cal[illegible] do replente: Notum eſt cum ſpiritus defertur ad partem aliquam magna copia, cum eo etiam ſanguinem transferri, qui ſi tanta copia affluat, ut à Natura commode regi nequeat, inflammationes & abſceſſus efficere ſolet, unde non mirum eſt ſi in [illegible] Angina Pulmones purulenti evadant. *Reverius.*

Equidem in *Cynanche* ſæpius ſimul affecti ſunt plus minus Pulmones, non ſolummodo larynx, unde etiam tunc temporis tam inſignes reſpirandi difficultates, quales in peripneumonia ſolent eſſe familiares. *Etmuller.*

77. *Laryngis)* Notandum Hippocratem aliquando nomine Anginæ Laryngis tantum inflammationem intelligere, & ſic magis ſtricte hoc nomen uſurpare; Cujus rei exemplum habetur 6. *Epid.* ſect. 8. 1. 1. ubi ſic loquitur, *Quibuſdam vero Faucium inflammationes aderant, Aliis Angina:* Ubi nomine *Anginæ* muſculorum laryngis inflammationem intelligit, & à Faucium inflammatione diſtinguit. *Reverius.*

[illegible] *Laryngis ſeu gutturis muſculis)* Mulieribus cum larynx quam viris minor ſit, & gutturis venæ anguſtiores exilioreſque, quorum ratione partes illæ fluxionem tam facile non recipiunt, ideo fit quod illæ minus quam ii anginæ obnoxii ſint: Id quod *Hippocr.* obſervavit 6. *Epid. ſect.* 7. Ubi epidemicam conſtitutionem deſcribens, in qua tuſſes, anginæ vagabantur, pauciſſimas fœminas ægrotaſſe ait, quod minus in publicum prodirent quam viri, & ita ambientis injuriis ſeſe non objiciebant: Cæterum, ex obſervatione *Sydenham*, juvenes præ cæteris, & temperamento ſanguineo præditi, quin & rufi, præcipue, anginæ obnoxii, quod in illis major calor partes illas dilatet & fluxioni ſuſcipiendæ idoneas reddat; præterea ſanguis fluxilior ſit & calidior.

78. *Cum metu ſtrangulationis dolent &c.)* Maxima enim adeſt reſpirationis læſio, ita ut revera paucis horis aliquando ſtranguleotur; ac non niſi erecta cervice & aperto ore ſpirare valeant: Hujus ſpeciei accuratam deſcriptionem videre eſt apud *Hippocr.* 3. *de Morbis.*

79. *Morbus intra quartum diem)* Prima hæc ſpecies Anginæ omnium periculoſiſſima eſt, quia inflammatio muſculorum laryngis internorum [illegible] gis meatus maxime præcludit: Unde *Hippocr.* aph. 34. ſect. 4. *Si febrem habenti ſuffocatio repente ſupervenιat nullo tumore in faucibus exiſtente, lethale eſt* quam ſententiam confirmat in *Coacis* & *Prognoſt.* diciτque hujuſmodi Anginas eadem die, & 2. & [illegible] & 4. ſtrangulare. *Riverius.*

80. *Venis ſub lingua)* Revulſionibus ſufficienter ac diligenter adminiſtratis, ad *der[illegible]antia* veniendum eſt, quæ humorem parti impactum vacuant; non ſolum in Cynanche, ſed & aliis Anginæ ſpeciebus: Ideo *Raninarum*, ſeu venarum ſub lingua, apertio ab *Hippocr.* *Galeno* & recentioribus commendatur, quia ſanguis inflammationem [illegible]diate efficiens educitur; Id quod compen-

compendioſius phlebotomo quam admotis hirudinibus conſequi licet.

Ad *Derivationem* etiam plurimum confert *Cucurbitula ſub mento* ſcarificata, cujus ope curatam fuiſſe mulierem *angina canina* laborantem refert *Zacutus Prax. admir. l. 1. Obſerv.* 88. Nec minoris efficaciæ ſunt *Scarificationes* ſub maxillis & ſupra collum, altioribus plagis inflictæ, quarum beneficio ſcribit *Benivenius l. de abd. morb. c.* 38. *Nic. Rotam* ab angina deplorata liberatum fuiſſe. *Riverius.*

81. *Et tum tumor & rubor)* In Paracynanche reſpiratio minus difficilis eſt quam in cynanche, difficilior tem quam in ſynanche.

82. *Si de non critico &c.)* Secunda ſpecies, licet admodum periculoſa ſit, paulo minus tamen lethalis eſt quam prima, quia inflammatio muſculorum externorum laryngis tantam tamque ſubitam conſtrictionem non facit: De hac *Hippocr. 3. Progn. t.* 17. *Quacunque vero dolorem alteri ſimilem inferunt, in faucibus vero tumorem & ruborem excitant, valde quidem lethales ſunt, præcedentibus vero diuturniores, ſi rubor fuerit magnus.* Riverius.

83. *Quid ſi ad interiora ſine &c.)* Tertia ſpecies minus periculoſa eſt, quia in ea minus læditur reſpiratio quam deglutitio ab inflammatione muſculorum faucium internorum: Læſa autem deglutitio non ita periculoſa eſt: De hac *Hippocr. l. c. t.* 18. *Si quibus vero fauces rubent, & cervix, his diuturniora ſunt, maxime vero ex iis ſervantur ſi cervix ac pectus traxit ruborem, nec ſacer ignis intro recurrat.* Riverius.

84. *Symptomata nihilo ſunt &c.)* Minor eſt reſpirandi difficultas, deglutiendi vero maxima, ut liquida vix tranſire poſſint, ſed potus fere per nares rejiciatur.

85. *Hac omnium leviſſima)* De hac *Hippocr.* aph. 37. 6. *Angina correpto ſi tumor in collo appareat, bonum, extra enim vertitur morbus.* Idem confirmat 3. *Progn. t.* 20. *Securiſſimum vero ſi tumor aut rubor quam maxime foras vertitur.*

86. *Alia eſt qua ſolvitur &c.)* Sed & fit interdum defervente inflammatione, ut tumor neque reſolvatur neque ſuppuretur, ſed duritiem contrahat, quo in caſu cataplaſmatis emollientibus & reſolventibus curatio perficienda eſt, E. g.

℞. *Rad. alth. bryon. cucum. agr. ãã.* ℥j. *fol. malv. pariet. orig. centaur. min. ãã. m. j. caricar. pingu. par. vj. ſemin. lin. & fœnugr. ãã.* ℥j. *coqu. piſtentur, per ſetaceum trajiciantur, adde pulv. hirund. combuſt. ſterc. canis oſſa rodentis ãã.* ʒiij. *ſulph. vivi* ʒj. *butyr. rec. & axungiæ anatis ãã.* ℥j. *ol. aneth.* ℥ij. f. Cataplaſma. *Riverius.*

87. *Alia eſt qua ſolvitur diaphoreſi)* Ut maligna ac fere epidemica, in qua nihil attendendum priuſquam per *ſpecifica* malignitas iſta corrigatur, & per *diaphoretica*, junctis *Opiatis*, mature ejiciatur; Et tali in caſu non habent locum venæ ſectiones, aut ſaltim cautiſſime inſtituantur, uti nec purgationes, niſi in ſummo principio, quin potius, præmiſſo fere clyſmate, ſolis *diaphoreticis* appropriatis inſiſtendum: Caveant autem ſibi Medici ab halitu talium ægrorum, ne & ipſi ab hac malignitate corripiantur, cum fere admodum contagioſa eſſe ſoleat. *Etmullerus.*

88. *Alia quæ maturatione)* Quomodo rumpendus abſceſſus cum ſcalpello a periti nequit vide §. *Purgatio ſtatim in principio)*

89. *Puris ex illo aperto evacuatione)* Dum regalia celebrantur, & vino Hippocratico aromatiti indulgetur, multis Tonſillarum inflammationes contingunt: Cuidam juveni, qui illud vinum biberat, de nocte angina oborta, cum ſtrangularetur, jugulum gladio (*alter*) aperuit; ſaniei plurimum emanat, convaluit: hic fortuna plurimum poteſt, An urgente neceſſitate idem fieri poteſt? *Ballonius Epid. l. 1. p.* 11.

90. *Ad aliam partem tranſlationem)* Cum ſcilicet influxus humor in parte nondum infarctus hæret, necdum è vaſis capillaribus excidit, nondum coagulatus & concretus eſt, tum à venis reſorbetur; quo fit ut remeans in maſſam ſanguineam pars prius affecta liberationem obtineat: ſanguis autem, vel Natura, inutilis & noxii humoris admixti præſentiæ impatiens, hunc in aliam partem transfert, donec illi impactus maneat, quæ onus tranſmiſſum excutere non poteſt, unde nova morbi idea exoritur: Nam ſecundum *Hippocratem*, morborum omnium unus idemque eſt τρόπος, differunt autem illi pro ratione partium, humores illi excipientium.

Appendix de Laryngotomia.

Pro coronide aliquid dicendum de Laryngotomia, quæ ab Antiquis proponitur & à Neotericis non paucis probatur, & propriis experimentis confirmatur, Cum nempe in Angina deſperata, qua ſuffocatio omnimoda præ foribus eſt, inciſio fit in aſpera arteria, per quam aëri ingreſſus datur in pulmonem, & fuliginum ab eodem exſpirantium egreſſus: Hanc probat *Avicenna Fen. 9. l. 3. c. 11. Paulus l. 6. c. 33. Rhaſis 3. contin.* & alii: Eandem probat *Galenus* ex *Aſclepiade* in Introduct. c. 13. Ex recentioribus *Braſſavolus comm. in iv. de Vict. Acut. ſect. 35.* ſe propriis manibus hanc operationem feciſſe teſtatur felici cum ſucceſſu; Rariſſime tamen revocatur hæc operatio in uſum, ob metum infamiæ, quæ Medicis & Chirurgis impendet dum æger poſt operationem occumbit, quod ut plurimum contingit, & mors operationi potius quam morbo tribuitur, quantumvis Medicus prognoſtico ſe præmunierit; Adde quod in Angina valde periculoſa Pulmones plerumque ſunt affecti, & multis humoribus repleti, unde plerumque ſuffocatio contingit, & tunc inciſio aſperæ arteriæ nihil conferre poteſt: Quæ advertens pericula *Fabritius ab Aquapendente*, Chirurgus experientiſſimus, ſe hanc operationem nunquam molitum eſſe neque eam à ſui temporis Chirurgis adminiſtratam fuiſſe teſtatur: Eam tamen poſſe in uſum revocari, modo Pulmo & aſpera arteria colluvie non ſint repleta, & operandi modum exacte deſcribit in Operat. Chirurgicis, capite proprio, quem inde deſumere licet. *Riverius*

De Morbis Gutturis.

Cap. II.

De Strumis & Bronchocele.

De Strumis.

Morbi gutturis ſunt *Struma in gutture*, & *Bronchocele.*

I. [1] *Struma, ſeu Scrofula in gutture,* ſunt tumores [2] *in glandulis* [3] aſperæ arteriæ adjacentibus, *è pituitâ lenta geniti, & propria membrana incluſi.*

Signis multis opus non eſt: [4] tumores ſunt rotundi, penduli, [6] ad tactum mobiles; & à cute ſeparabiles.

[7] *Cauſa* eſt Pituita, quæ aliquando ſola eſt, aliquando cum melancholia conjungitur, [8] è cibis crudis & craſſis, unde ætati puerili eſt familiaris, oritur, [9] Ab aquis etiam [10] Mercurium in ſe continentibus, quales ſunt in Carinthia, Styria, & circa Alpes, eò maximè protruditur. Interdum cum ſucco nutriente, ſi is quantitate peccans totus non abſumitur, à natura ad glandulas, tanquam partes ignobiliores mittitur. Membrana, cui includuntur, à facultate formatrice nunquam otioſa profertur. Dum enim ab affluente humore ſuperfluo membrana diſtenditur, & forſan etiam rumpitur, natura novæ quaſi membranæ texturam aggreditur.

[11]. *Curatio* his nititur. I. [12] Evacuanda materia, [13] quæ cauſa eſt.

II. [14] Abſumenda eadem [15] *ſcrophulariâ*, radice *urticæ mortuæ, filipendulæ*, [16] *gladioli*; maximè *radice ruſci*, cujus in pulverem redactæ dr. j. ſingulis diebus cum vino abſumenda.

III. [17] Per Topica emolliendæ, incidenda, diſcutienda. [18] Laudantur *folia Cupreſſi*, quorum pulvis vino conſpergatur, & in maſſam unam redigatur, & hoc medicamento ſtrumæ illinantur, nec niſi tertio die ſolvatur.

IV. [19] Suppuranda, Mutata in pus [20] aperiendus tumor, Pus evacuandum, [21] Sinus expurgandus, Carne denique implendus. [22] Exſcindere cave, propter nervos recurrentes eo loci latentes, qui ſi lædantur vox perit. [23] Niſi folliculus radicitus exſcindatur [24] malum reverti ſolet.

Sunt vel *Libera*, vel *vaſis implicata* ſeu *infiltrata*, quæ difficilius curantur.

Vel *benigna*, & citra inflammationem; vel [25] *maligna*, quæ cum ea & dolore. *Gabriel Harduinus de S. Jacques* Cataplaſma ex *foliis cucumeris aſinini* leviſculè contuſis, partibus tumentibus in quodam admovit, & [26] *Opiatam*, quæ recipiebat *Turbith Hermodactyl.* ana dr. ij. radic. utriuſque *Scrophular.* ana unc. j. radic. *angelicæ major.* dr. ij. *fol. Oriental.* unc. ſ. *ſcammonii crudi ſcr. iv.* pulverizata, cum *Syrupo roſarum pallidarum* formatam drachmatum duarum pondere, cum [27] *Mercurii ſublimati dulcis* gr. xx. [28] alternis diebus exhibebat, prout apud Riverium in communicatis videre eſt.

Vide quoque *Tulpium Obſerv. l. 1. c. 46.* [29] ubi docet ſub qualibet ſtruma [30] ſemina lupinorum formâ, & quidem ſuâ tunicâ incluſa, etiam uno loco vicena, elanculum deliteſcere.

[1] *Strumæ.*) Struma, χοιράς, idem quod Scrophula, eſt tumor ſcirrhoſus glandularum, vel in collo, vel ſub alis, aut inguinibus, proveniens à materiæ congelativæ nutritiæ collectione, ſtagnatione, & induratione. *Bruno in Lexico p. 1089.*

[2] *In Glandulis*) Glandulæ vulgo dicuntur *Emunctoria*, quod earum uſus ſit pro humoribus ſuperfluis, præſertim ſeroſis, quia ſpongioſæ & raræ ſunt imbibendis: Ex principiis vero *Gliſſonii, Warthoni, Charletonii*, ut pars illarum ſuccum nutritium nervis miniſtret, pars ſecrementa eorum excipiat, & per vaſa lymphatica in venas reducat, Pars excrementa eorum foras exportet, adeoque omnes *Glandulas nervis inſervire*, glandulaſque meſenterii, & lumbares Bartholinianas eſſe præcipue nutritias: Quæ quidem pleraque nituntur hypotheſi de *ſucco nervorum nutritio.*

Stenonius probabiliter ſtatuit *Glandulas cribra* eſſe, hoc modo conformata, ut dum ex arteriis in venas per capillaria tranſit ſanguis, liberatæ à ſanguinearum amplexibus ſeroſæ partes, caloris vi per convenientes ſibi poros expellantur in capillaria lymphaticorum, concurrente nervorum extremis venis affixorum directione, elicito per ſenſuum perceptionem mentis imperio, ſubjecta: Quo modo apposite Glandularum officium, in ſeri ſeparatione, ſeu lymphæ, poſitum, explicatur.

Ratione *conformationis* dividuntur à *Fr. Sylvio* in *Conglomeratas* & *Conglobatas*. *Conglomeratæ* ſunt ex variis quaſi partibus & minoribus glandulis conglomeratæ, & cum aliqua ſuperficiei ſuæ inæqualitate conglutinatis exurgentes, ut *Thymus*, *Pancreas* &c. *Conglobatæ* vero æqualem ſuperficiem habentes, ex una quaſi ſibi continuata ſubſtantia conflatæ ſunt & conglobatæ, quales ſunt in meſenterio & lumbis, inguinibus, collo.

Ratione *vaſorum* quoque & *uſus* diſtinguuntur laudato *Sylvio*. *Conglobatæ* enim altera parte convexa, lymphatica utplurimum excipiunt; altera vero concava interius ex plurimis tenellis rivulis alia lymphatica emittunt ex ſe, quæ omnia lymphatica verſus & ad communem ductum thoracicum propellant liquorem in ſe præparatum, vel aliunde acceptum; Peculiare quoque his eſſe *Stenonius* & *Graefius* obſervarunt, quod in medio cavitatem habeant: Conglomeratis vero ſola vaſa lymphatica evehentia competunt, in peculiares cavitates ſuum liquorem immediate deponentibus, v. g. Salivales in oris cavitatem, Pancreaticæ in inteſtinum tenue. *Bartholinus* in Anat. *renov. Proœmio.*

Sunt & Glandulæ multæ in toto ſpatio quod eſt ſub maxilla inferiore, in quibus varii affectus ut *Scrofula* gignuntur, *Jugulares* dicuntur *Warthono*, quæ racematim creſcunt: In alterutro latere idem xiv. obſervavit; alias aliis majores, nam ab exiguitate ſeminis coriandri ad fabæ molem variant: Uſus eſt partes humectare, & vaſorum diviſionibus præeſſe; *Warthono* exceptam ſuperfluam nervorum humiditatem in venas & lymphatica ſibi proxima reducere. *Idem Anat. lib. 3. c. 9.*

[3] *Glandulis*) Partes affectæ ſunt Glandulæ Conglomeratæ colli, Salivales hodie dictæ. *Barbette Pr. c. 2.* ut & circa aures, Parotides dictæ. *Deckers ibid.*

[3] *Aſpera arteria adjacentibus*) In *collo* præcipue emergunt ejuſmodi tumores, quia magis expoſitum eſt aëris frigidi acceſſui; à quo talis ſuccus viſcidus promptè induratur, ut videre eſt in omnibus arborum fungis, quod ab aëre indureſcant. *Cardilucius* in *Hartmannum p. 929.*

[4] *Tumores ſunt* &c.) In certis quandoque tantum locis Glandulæ erumpunt, ut in colli ſede gutturi incumbente, cui una ſimplex, vel ex duabus tribuſque nonnunquam uvæ inſtar complicata prominet, & in immenſum ſæpe excreſcit; alias etiam pendula eſt, aliquoſque dependens, quas *Strumas* vocant, & *Scrofularum* nomen, cum in collo fiant, illis imponunt: uti

& priores

& priores *Scrofulas*, Strumas, vel ſi parvæ ſint Strumulas appellant: Tamen cum has ſtrumas à prioribus ſcrofulis diverſas eſſe, quod non tanto numero ut illæ emergant, longeque majores plerumq; fiant, nec in porcis ſic ſe habeant, deprehenderimus, eas ab illis diſtinguemus, ut has quidē *Strumas*, illas vero *Scrofulas* ſimus vocaturi.

Quæ Strumæ, præter turpitudinem quam pariunt, & impedimentum, ſi gutturi & jugulo profunde incumbant, raucedinem, vel etiam dyſpnœam aliquam efficiunt: Hæ quoque certis regionibus, ubi plurimis accidunt, adeo conſuetæ ſunt, ut non indecore illic habeantur, Alias raræ nec ita frequentes: Ex illis unam aliquam profunde latentem, nec conſpicuam, infantem ſuffocaſſe, non cognita cauſa, donec per ſectionem innotuiſſet, obſervavimus. *Platerus.*

Glandulæ morboſæ, & *late connexæ*, in duo genera dividi poſſunt, Earum enim *aliæ perpetuo augentur*, aliæ modo *minuuntur*, modo *ſtabiles permanent*, modo de *loco in locum* transferuntur: Illæ generali nomine *Scrofularum* apud authores veniunt: Hæ quoque nomine proprio carere videntur, appellantur autem utplurimum generali nomine *Strumarum*, quas Reges Angliæ atque Galliæ ſolo attactu mederi fama eſt: ut vero lucidius hæ ſpecies ab invicem diſcriminentur, ſigna diſtinctiva nonnulla afferam: Illa ſpecies quam hic *Scrofulam* voco mollior eſt, *Struma* durior. Illa pallidior, & frequenter cuti concolor, hæc è rubro liveſcit.

Si vero aliquando contingat *Scrophulas* rubeſcere, color floridior eſt minuſque lividus: Porro *Scrophula* mobilior eſt, & utplurimum minus profunda, *Struma* immobilior, profundiorque: Item *Scrofula* altius in tumorem attollitur, *Struma* magis compreſſa jacet; *Struma* acutius ſentit & dolet, *Scrophula* ſtupidior eſt: Ad hæc *Scrophula* frequentius racematim creſcit, rarius *Struma*. Reliqua ſigna diacritica petuntur ex de *utriuſque* natura diſcurſu: *Warthon Adenograph. c. 40.*

5. *Rotundi*) Interdum oblongi, dolorifici rariſſimè. *Barbette.*

6. *Ad tactum mobiles*) Repugnantia dicere videtur Auctor, dum inferius dividit in liberas & infiltratas; quod idem ſonat ac immobiles.

7. *Mobiles*) Indagandum quomodo hi Tumores de loco in locum transferantur? Credimus nervos poſſe aliquid vel afferre ad partes, vel ab iiſdem auferre, Ulterius ſtatuendum eſt, ubi nervus aliquis turgidulus redditur, facile eum eructare portionem humoris, quo turget, in carnium interſtitia in quæ terminatur: Si vero aliunde contingat ut idem nervus depleatur, fieri poteſt ut iterum attrahat materiam prius effuſam, eamque ſic in ſe attractam, vel ad ſuas glandulas emunctorias, vel ad alias corporis partes derivet: Si eandem ad glandulas emunctorias deferat, materia excernitur; ſtruma minuitur, & nonnunquam evaneſcit nulla nova in ejus locum ſuccreſcente; ſicuti frequenter accidit in ſtrumoſis iis qui unguentis ad ſalivationem movendam illinuntur, ſiquidem in illis nervi humiditates ſuas in glandulas emunctorias, nempe maxillares & tonſillas copioſe exſpuunt; unde iidem nervi depleti humores denuo ad ſe rapiunt, nempe eundem quem prius eructaverant, & ad dictas glandulas emunctorias deferunt, è quibus per ſialiſmum excernitur, ſtrumæque abſumuntur.

Sin vero nervus ſe in alia carnium interſtitia exoneraverit, exſurgit ſtatim novum ſtrumæ rudimentum, in quod materia ſtrumæ prius genitæ ſenſim derivetur, adeoque ſtruma à parte in partem transfertur: At præter genus nervoſum, ipſum venoſum quoque tranſlationi huic non parum favet; Poſtquam enim nervus in hunc modum cœperit deplere humorem in ſtrumæ cyſti congeſtum, partes circumjacentes protinus flacceſcunt, arteriæ minus proritantur, languidiuſque ſanguinem effundunt, inflammatio omnis, ſi quæ prius aderat, ceſſat, parſque affecta temperatior redditur, tranſitus interim ſanguinis per eam liberior multoque expeditior fit, & in venas haud difficulter aſſurgitur: nec tantum ſanguis de novo affluens, ſed & ille grumoſus, qui ab arteria prius in partem effuſus hærebat, nunc mobilis evadit, unaque reſumitur, & circuitu ſolenni circumducitur, ſcil. tota illa portio ejus, quæ, laxata jam partis perſpiratione, non prius in auras avolaverit. *Warthon. Aden. c. 40.*

7. *Cauſa eſt*) Sicuti deformationibus & diſcolorationibus quibuſdam ab ortu prodeuntibus *Semen* occaſionem præbet, ita & Tumores diverſi aliqui ab eo originem trahunt, & hæreditarii ſunt, veluti Sarcomata aliqua, nonnunquam & alia Tubercula mollia durave, & inprimis ex glandulis induratis in collo natæ *Strumæ* ſeu *Scrofulæ*; unde potius has à parentibus in liberos propagari certis in regionibus quam cibi vel potus alicujus peculiaris cauſa evenire cenſendum eſt: Glandulas illas quoque complures, per corpus diſſeminatas, pernitioſas, in ulcera cancroſa deſinentes, à parentum ſemine frequenter proficiſci vel hoc demonſtrat, quod in certis regionibus, ubi hoc malum viget, matrimonia nunquam fere contrahantur, niſi prius probe conſtet neutram partem huic vitio obnoxiam fuiſſe. *Platerus.*

Scrophulæ juxta œdemata, *Lympha* viſcida & vitioſa, acida, & quodam acore auſtero prædita, in poris & meatibus glandulofis collecta, ibidem induratur, & dat *Scrofulas* & *Strumas*: quales frequentius quidem collum, utpote ubique glandulis obſeſſum, rarius alia loca occupant, uti ſubinde in meſaræo repertus abſceſſus fuerit. *Etmuller.* Vide infra §. ex *Ballonio*, *Evacuanda eſt materiaque cauſa eſt*)

Scrophulæ perpetuo augentur, & ad ingentem magnitudinem excreſcunt, nempe ad xxx. librarum pondo, ut non ita pridem in hujus civitatis Noſocomio vidimus: Verum præter *glanduloſas carnes* habent quaſi in cyſtulis varii generis ſuccos congeſtos, qui earum molem plurimum adaugent.

Credibile eſt hoſce ſuccos concretos excrementa quædam eſſe rejecta à carne glanduloſa in ejus nutritione, Carent enim hæ Glandulæ vaſis cujuſvis generis excretoriis, & propterea neceſſe habent excrementa ſua in cyſtas, in ſubſtantia earum efformatas congerere: quæ una ratio eſt cur in tantam molem excreſcant: *Altera* eſſe poteſt, quod earum venæ improportionatæ videantur arteriis earundem: hinc enim ſanguis per arterias effuſus copioſior eſt quam is qui per venas reducitur; unde neceſſario fit ut eædem in dies augeantur; Accedit quod nervus harum glandularum perquam exilis eſt, ut ex ſenſu earum obtuſo videre licet; Si enim illas, (cutaneis partibus prius diſſectis) aculeis pungas, dolorem vix percipiunt: cum ergo exiles adeo nervos habeant, certum eſt incrementum ab arteriis potiſſimum accedere, nervoſque ſuperfluæ materiæ vel auferendæ, vel in alias ſedes transferendæ impares eſſe.

Poſterioris generis Tumores, qui à nobis ſpecialiter dicuntur *Strumæ*, non perpetuo augentur, ſed modo creſcunt, modo minuuntur, tandemque evaneſcunt; modo ſtabiles permanent, modo à parte ad partem transferuntur; Hæ *Strumæ* vaſe excretorio magis proportionato gaudent, eoque potiſſimum nomine à priore genere diſcriminantur, Cujuſnam autem generis vaſe id fieri putandum eſt?

Profecto præter arterias, venas & nervos (*addenda vaſa lymphatica*) nondum illic aliud adhuc repertum eſt: Videntur utcunque, venas obtinere ſuis arteriis proportionatas magis quam in ſcrophulis contingere diximus: quæ cauſa eſt cur non perpetuo augeantur, venæ enim tantundem reportare poſſunt quantum ar-

teriæ affundere ; niſi forte contingat ſanguinem per Strumæ ſubſtantiam tranſiturum impediri, quo caſo *Strumæ* quoque continuo augentur, nimirum donec vel indurentur in ſcirrhum, vel liber ſanguini tranſitus per earum ſubſtantiam iterum concedatur: Poſtquam enim induratæ fuerint nequeunt amplius ſanguinem ab arteriis recipere, nec ſe ulterius diſtendi patiuntur: Conceſſo autem ſanguini libero tranſitu, quantum illius ab arteriis allatum eſt, tantundem pariter ad venas regeritur, adeoq; augmentum ceſſat. *Warthon Aden. c. 40.*

7. *Cauſa)* Cauſæ προκαταρκτικαὶ Strumarum, tum majorum, tum minorum, ſunt violentæ plagæ, caſus, percuſſiones, compreſſioneſque præſertim partium adenoſarum ; vitæ intemperies : Excitantur quoque ab aquis quibuſdam. *Fr. Joel.*

8. *E cibis crudis & craſſis)* Cauſa præcipua Strumarum eſt ſuperfluitas, & omnia abundantia ſucci alimentarii, inprimis ex alimentis phlegmaticis & mucilaginoſis, atque in temperamento phlegmatico, ubi facile in talem excreſcentiam degenerat ; ut videre eſt in porcis, in quibus ob nimiam voracitatem, & naturam phlegmaticam, ſuccus ſuperfluus mutatur in lardum copioſum, varos & ſcrophulas : Hinc etiam ſane ſemper ſtrumoſi voraciſſimi ſunt ; quorum virtus debilis concoctiva ſuccum ſuperfluum phlegmaticum, concoctione non ſuperabilem, pellit ad partes debiliores, nempe in ipſos adenes, qui receptacula ſunt phlegmatica, ubi ceu materia frigida mucoſa, ad ſuppurationem inepta induratur in glandulas ſclitoticas, ut *Avicenna* loquitur, in locis illis glanduloſis, nempe in collo. *Cardiluc. cap. 181. comm. in Pr. Hartmanni.*

9. *Ab aquis etiam mercurium)* Excitantur quoque Strumæ à proprietate quarundam aquarum, eſt enim in Stiria, inter Alpes, regiuncula, quæ à fluvio nomen habet, per quem iter fit ex Auſtria Venetias ; ex quo fluvio ſi quis biberit, aut edulia ex ejus aqua concocta comederit, Bronchocele ſtatim afficitur ; Ideo omnes incolæ iſtius regionis ſub gutture ſtrumas ingentes, pondere 3. aut 4. librarum geſtant, & omnes rauci ſunt, & grandes habere ſtrumas honori ſibi ducunt ; Non autem tantum hominibus, ſed & pecudibus ea aqua ſtrumas excitat ; Et quod majus eſt, ſi baculus corylaceus in fluvium conjiciatur, per paucos dies in ſtrumas extumeſcit. *Fr. Joel. Prax. vol. 3. p. 186.*

10. *Mercurium)* Perinde ac rhabarbarum choleram ab hepate, agaricus pituitam à pulmone, congenita proprietate, per inferna alvi viſcera expurgat, ſic pariter *hydrargyrum* inunctum externe à membris & viſceribus pituitoſos ichores ad collum, fauces ; adenes ſalivales, ac dentes & gingivas regerit, perque illorum poros ſuperne expurgat, & ad dentes ac pulmones protrudit: Nihil igitur mirum quorundam fontium hauſtu, qui ex metallorum fontibus ſcaturiunt, dentes excidere &c. Hinc qui hydrargyrio medicatas bibunt aquas, iis chæradibus & bronchocele collum turget; Et *Vitruvius* author eſt Equicolis, olim bellicoſis Italiæ populis, guttura Bronchocelis turgere : Nil certe mirum, quum Alpes metallorum venis, per quas aquarum ſcaturigines emanant, abundet, earum accolas gutturoſos fieri &c. *Joh. Langius Epiſt. 43. lib. 1.*

Curatio & Prognoſis Scrofularum.

11. *Curatio his nititur)* In Glanduloſis ſedibus, ex ſucco nutriente enatorum Tumorum cura debetur primum generalioribus glandulis, in pluribus corporis ſedibus ſimul occurrentibus, Poſtea particularibus illis quæ *guttur* occupant, *Strumis*, Dein illis quæ *poſt aures* prodeunt, & quæ ſub *axillis* vel inguinibus ſe offerunt *Bubonibus*, Poſtremo & *Teſtibus* hoc modo induratis.

Generales Glandulæ, quæ in pluribus locis ſimul offeruntur, Alias tantum in collo plures ſecundum mentum ſerie quadam ductæ *Scrofula*, *Strumæ* quoque dictæ, nonnunquam & in aliis locis ſimul prodeuntes, cum frequentius occurrant, malumque ſit hæreditarium, alias populare, curam præ cæteris exigunt, quæ certe non ſine labore, nonnunquam & niſi longo tempore perficitur, Alias vero irrita eſt, cum ſcirrhoſæ factæ hæ glandulæ non amplius cedunt, vel perniciem magnam aut *cancroſam* adeptæ, in ulcera inemendabilia tranſeunt ; Alias vero, etſi ſuccedat cura, tamen in eo non abſoluta eſſe dicitur, quod licet auferantur, gravia tamen poſt ſe relinquant vitia, uti cicatrices turpes & inæquales, & noxas aliquas ac læſiones functionum illarum partium quas obſederunt. *Platerus.*

Strumas, quo nomine, vel ſimplicē tumorē, vel ex duobus tribuſve cōplicatum gutturi, vel ſolum incumbentem, vel ab eo etiam propendentem intelligimus, ſi hæreditaria ſit, illis regionibus conſueta, atque jam excreverit induratáque ſit, vix dum remediis amplius cedit, aut in abſceſſum converti poteſt, ſed toto vitæ curriculo, niſi ſectione tollatur, geſtatur ; uti etiam illa quæ in quibuſdam ſaltem ſe offert, pertinax admodum eſt ; In principio tamen, ſi præſertim non ſit originalis, aut popularis illis locis, aliquid tentandum, & corpore prius decenter mundato, illi quoque aliquid erit applicandum. *Platerus.*

Tres exterminandi ſtrumas modi poſſunt enumerari, nimirum cum vel radicalis earum materia, in cyſti congeſta, à nervo reſorbetur: vel ſanguis affluxus facile à venis reducitur; vel tranſpiratio libera parti conceditur.

Tranſlationis vero cauſa prima & præcipua eſt nervus, qui primum rudimentum novæ ſtrumæ ex materia à parte detracta congerit : Verum ad hujus rudimenti complementum, arteriæ & venæ quoque nonnihil contribuunt. *Warthon Adenogr. cap. 40.*

Quo mobiliores eo curatu faciliores, Curatu tamen ſemper difficillimæ : Oſſibus adhærentes fere incurabiles, In hiſce non utor niſi cura palliativa, ut & in illis quæ in cancrum vergunt atque dolent. *Barbette.*

11. *Curatio his nititur)* In *Scrofularum* cura, prius *corporis totius* eſt habenda ratio, illudque ut mundum & purum ſit, ante omnia *præparandum*, per varias evacuationes & alterationes inſtitutas : Dein *Scrofularum* cauſa exhibenda quæ eas *abſumant*, adhibendaque quæ eas *diſſipent*, vel ſi hoc fieri nequeat, ſaltem eo uſque *maturent*, ut *aperta*, ſponte vel arte, ichorem profundentes, ſic imminuantur; quod cum fit, & ſic vel per ſe vel arte ulcerantur, tunc uti *ulcera* perverſa vel *exedentia*, aut cancroſa, in quæ nonnunquam convertuntur, exhibitis admoniſque tractari debent ; Interdum & antequam eo deveniant ; vel cum ſcirrhoſæ factæ non amplius alia ratione tolli poſſunt, nec eas tolerare velint, *ſectione* vel *uſtione* auferuntur. *Platerus.*

Pro cura *emollienda* & *reſolvenda* ſunt, per medicamenta potenter *incidentia* & *penetrantia*, *viſcida liquefacientia*, & *acidum* viſcidum corrigentia. *Etmuller.*

Lympha craſſa incidenda, temperanda, evacuanda, Glandulæ emolliendæ, Humor, ſi poteſt, diſcutiendus, vel maturandus; & tandem eſcharoticis, ubi aliter fieri nequit, abſumendus. *Barbette.* Inprimis *auſterum* alterandum. *Deckers.*

Purgetur corpus medicamentis Pituitæ hucuſque dicatis, Viretur venæ ſectio, Prodeſt ſudor, & acida intus aſſumpta, ut & ſalia volatilia: Topica Chirurgiæ debentur. *Barbette.*

12. *Evacuanda materia) Venæ ſectio* ſi plethora adſit, tum *revulſionis* loco, tum *derivationis* ; uti & *ſcarificationes* idoneæ conducere queunt.

Purgantia in *Scrofulis* uſurpari ſolita, plerumque *defluxionibus pituitoſis*, unde has naſci putant, accommodant, non ſolum ſi in collo, ſed & reliquo corpore ſe exhibeant, & ad pituitam expurgandam præcipue ea dirigunt:

[illegible] pr[illegible]*arantes* poſtea *phlegma*[illegible] [illegible] per *decoct*[illegible], *Inlas* [illegible] paſſim [illegible]ionibus & morbis p[illegible]roſis [illegible].

[illegible]o, [illegible]t corpus ejuſmodi vel [illegible]lechoricum, [illegible]cac[illegible]m[illegible]m, aut alioquin viti[illegible]s humoribus [illegible], hi[illegible] evacuandis ea accommodamus, ſi præſer[illegible] illis occaſionem præbuerint; [illegible] cum ſi magna [illegible] ve[illegible] [illegible]humorum adſit, & d[illegible]teriores & [illegible] *S*[illegible]*fula* e[illegible] tun[illegible] etiam majores purga[illegible]es in[illegible]nu[illegible] ſine [illegible]is vix abiguntur.

S[illegible] *purgationes* hic quoque [illegible] pol[illegible], [illegible]*entiores* & *validiores*, conv[illegible] [illegible]q[illegible] *maligna* & *lue venerea*, c[illegible]us[illegible]nunt, q[illegible] hanc ſententiam quoque evacuabunt. *Platerus*.

[illegible] *Evacuanda materia Sudorum provocatio*,ſi ſcrofularum copia hinc inde per corpus diſperſarum, abun[illegible]m humorum excrementitiorum & perverſorum [illegible] n[illegible] convenit, in corporibus præſertim [illegible] humidioribus, cum in calidioribus & bilioſiori[illegible] non adeo poſſi[illegible] competere, ſed corpus humoreſque magis accendat & effervescere faciat [illegible] quibus temere ſæpe hoc unico remedio Chi[illegible], uti alios multos externos affectus diuturnos, ſic [illegible] [illegible]unc curare ſe poſſe exiſtimant, corporaque ſæpe fruſtra emaci[illegible]nt. Quando tamen hæc evacuatio [illegible]habet, corpore prius purgato, per vices etiam *Sudores* provocare poſſumus, vel continuatis vicibus ad multos dies, adhibita inſuper ciborum parſimonia, & quorundam [illegible]ſtinentia. *Platerus*.

[illegible] *Evacuanda materia quæ cauſa eſt*) Quidam artis periti [illegible]n Chæradum cognitione & curatione vacilla[illegible]; à pituita [illegible]las naſci putant, & ad calfacientia & [illegible]ia recurrunt; item ad *hidrotica* calfacientia, hinc in mal[illegible]m cancrum fit converſio & tranſitus, dum illa pituita inc[illegible]leſcit plus æquo & exaſperatur; At, ut ex *Platone* notat *Galenus*, pituita non quævis nocet, ſed *ſalſa* aut *acida*; Salſa eſt atræ bilis ſoboles & affinis: hinc quibus in facie Gutta eſt roſacea, in[illegible]is chæradum & cancrorum eſt ſeminarium, imo & Arthritidis; ſic gravis error committitur in uſu calefacientium & ſiccantium remediorum; Et antiquitas prudentius præſcripſit *ſerum lactis*, *aſinæ* lac, *ſyrupum Regis Saporis*. *Ballonius conſ*. 50. *l*. 3.

[illegible] *Abſumenda eadem*) Exhibentur in Scrofulis quæ *vi ſiccitate prædita* ſunt & *digerente*, vel etiam *proprietate* quadam illas abſumere queant, quæ cum ægre cedant, diu continuanda ſunt: Quo nomine Pulveres exſiccantes humiditates, in ventriculi & cerebri ejuſmodi affectibus expoſiti, atque ex illis præſertim qui validius exſiccant, uti ex *cineribus* parati, hic quoque juvabunt.

Præſertim vero deſtinati ſunt *Pulveres*, qui *per ſe* vel cum *vino* aut *aqua* convenienti, aliove liquore jejune diu ſumi debent, ſunt ſequentes.

Spong[illegible] in furno adeo ſiccatæ, vel uſtæ, ut comminui poſſit, *pulv*[illegible] ʒj. datur jejunis aliquot ſeptimanis [illegible]o, Poteſt admiſto *ſaccharo* & *aromatis* gratior [illegible].

[illegible]*ulæ foet*. radicum, *geniſtæ* flor. *amiantis lapidis* pul[illegible] præ cæteris commendantur; vel compoſitus [illegible] Pulvis

℞. *Pulv. ſpongiæ dicto modo exſiccata* ʒß. *lapid ſpong. oſſis ſepiæ* vel *pumi*[illegible] *ā*ā. ʒj *ciner. cortic. ovor*. ʒß. *avellanarumque exſiccat. vel uſtar. gallar. rad. ariſtoloch*. āā. ʒj. *ſemin. plantag. cinnam*. āā. ʒß. *piper. zinzib. ſalis gemmæ* āā. [illegible] *f*. [illegible] *Pulvis*. Vel ſic.

℞. *Spong*[illegible] *lapid. amiant*. & *ſpongia* āā. ʒj. *fol. pimpin*. & *artemiſ*[illegible] [illegible] *rad. ariſtol*. & *pyreth*. āā. ʒiß. *f. Pulvis*: Poteſt & aromatibus condiri.

Hiſce pulveribus [illegible] violenta, ut *hellebor. alb*. *nigrum*, [illegible]*id*. al[illegible] jui[illegible] ut ſi[illegible] [illegible]t & ab[illegible]m[illegible]; Convenien[illegible] [illegible] *p*[illegible] in [illegible]ulv[illegible] [illegible] redacti[illegible] *Charta* con[illegible] [illegible]s [illegible]bus p[illegible]miſta.

T[illegible]och. de Viperis, vel [illegible]*eres Viperarum* [illegible] ſpo[illegible]lum ad ab[illegible]ndam ejuſmo[illegible] [illegible] [illegible], & pro[illegible]n reliquis pulveribus aliquom[illegible]o p[illegible]ſcentur; quæ ab [illegible]is [illegible]rpentibu[illegible] deſumpta [illegible]e æque erunt effi[illegible] [illegible], Quo[illegible] [illegible] loc[illegible] & *theriaca*, quæ [illegible] ſem trochiſcos recip[illegible] & a[illegible] quin uti[illegible] eſt, ſæpe [illegible] poteſt [illegible] *b*[illegible]*ernas* etiam [illegible]*es* comeſt[illegible] prod[illegible]ſſe docet *Dioſcorides*.

Conſerva roſar. facta cum *ſaccharo* vel *melle*, *ge*[illegible]*ſtæ flor*. pondere ʒj. aliquoties ſumpta, valde laudatur: Idem præſtat *Conditura* vel conſerva rad. *ſpatulæ fœt*. vel *xiphii* h. e. gladioli, uti aliqui volunt; cum forte *xiphii* nomen etiam *ſpatulæ fœtidæ* conveniat, quam *Plinius* Scrofulas abigere docet.

Potiones vulnerariæ dictæ, uti in vulneribus & ulceribus, ſic & in *exulceratis ſcrofulis* propinatæ, eas expurgant & ſanant: Quales plures illic inveniuntur, E.g.

℞. *Fol. agrimon. pyrolæ. ſolidag. Saracen. filipendulæ* vel *pimpinellæ. ceterach. caul. rubr*. āā, *m*. j. *rad. conſol. maj*. ℥iij. *rad. liquir*. ℥iß. *f. Decoctio in jure cicer. rubr*. vel *decocto guaiaci*, *in aqua menſ*. iij. & *tertia parte vini ad conſumptionem tertiæ partis*; dulcoretur, ſi vult æger, bibat multis vicibus.

Vina idem efficientia, magiſque *Strumis* appropriata, aliqua per multos dies bibuntur, veluti vinum in quo *ſcrofularia* contrita aliquandiu maduerit, vel decocta fuerit; Probatur & *vinum* in quo *talpa* decocta fuerit.

Succus ſcrofulariæ, vel *vitis nigræ radicis*, aut *cotyledonis* per ſe ſumpti, cum *vino* & *melle*, vel *ſyrupi* ex iis parati proſunt: *Aquarum nitroſarum* ſeu *aluminoſarum*, item *ſulphurearum naturalium* potus aliquandiu continuatus juvat.

Teſticuli apri junioris comeſti commendantur.

In ore retenta quædam Scrofulis colli, ſi aſperæ arteriæ adjacent, opitulari aliquid poſſunt, ſi ſenſim hæc in fauces delabantur, veluti *tabulæ diaireos*; Si quoque de *pulveribus* ſupra dictis, ex *ſpongia* paratis, portio melle excipiatur, & in trochiſcos formetur, illique noctu in ore contineantur, ſic quoque ſtrumas colli abigi poſſe aliqui docent.

Gargariſatio frequens ex decocto *rad. ireos*, *pyrethri*, aliarumque plantarum in vino facta aliquid quoque efficiet. *Platerus*.

Pulvis *lacertarum* cum *aceto præparatar*. Interne nobilis contra ſcrophulas: *Topicis* modo interne ſunt jungenda *fixa*, *acidum abſorbentia*, ut *ſpongia combuſta*, *oſſa ſepiæ*, remedia *viperina*, *arcanum duplic*. *pumex præparatus*, *piper*, *pulvis ſternutat*. cui accedunt Purgantia appropriata. *Etmuller*.

Laudantur *Salia volatilia*, *Barbette*. Blanda nempe & temperata, alias plus nocuiſſe quam profuiſſe obſervarunt accuratiores Practici (hoc in caſu tritum illud tenendum, ſat cito ſi ſat bene) E. g. *ſpirit. ſalis*, nitri &c. per ſpiritum vini rectificatum dulces cohobatione redditi; Inter omnia tamen excellit *ſalis armoniaci*, interne, & externe, juſto vehiculo mixtus. *Deckers*.

Bibe quotidie ex *cranio hominis*, & inde ſtruma evaneſcit. *Joh. Agricola Chir. parv. p*. 67.

℞. *Salis prunicis* ℈ß. *ſal. tartar. gemm*. āā. ℈ij. *m*. bibat cum *vino vel urina hom*. incipiendo ab ultima quadra Lunæ uſque ad novilunium.

P[illegible] hæc pluries experta eſt, quæ non ſolum ſcrophulas delet ſed & omnes gutturis mucoſitate abſumit.

℞. *Aqu. flor. geniſtæ* ℥iij. ſumat [illegible]n lacte[illegible] tepide mane: Idem fa[illegible]t *Pu*[illegible]*r. gen*[illegible] cum melle roſac. *Sebaſt. Cortilio Chir*. [illegible].

BIBLIOTECA NAZ. ROMA [illegible]ELE.

Proponitur Electuar. tanquam ſecretum

℞. *Off. gallinar. ad carnis ſeparationem collarum, ſicca & pulveriſa; hinc* ℞. *Hujus pulv. & ſem. ſeſami ãã. q. v. cum melle f. Electuar. capias mane & ſero* ʒj. *pro vice, Luna decreſcente ad novilunium*, Uſque tunc repete ſequenti Lunæ decremento. *Rod. Fonſeca tom. 2. conſ. 8.*

Strumas abolet uſus *pulv. ſpongiar.* qui decreſcente Luna quantitate cuſpidis *cultri* cum *aqu. cinnam.* deglutiatur: Spongia non omnino comburatur, tum enim vis ſeminalis deſtruitur. *Fr. Oſv. Grembs.*

Serpentem extinctum in ollam conjicito, eamque gypſo probe oblitam & circummunitam in fornacem mittito, *concrementi cinerem* æquali fœnigr. pondere miſce, & *melle* excipe, utitor, Hoc ſtrumoſis eximie prodeſt. *Tagaultius l. 1. c. 13.*

Experientia compertum eſt *pulverem alum. uſti* ſæpe exhibitum multum poſſe: Datur ʒj. cum vino. *Weickardus.*

Spolium *ſerpentum* ad abſumendam ejuſmodi materiam magni fit, ſi reliquis pulveribus admiſcetur. *Idem.*

℞. *Oſſa gallin. exſiccat. oſſa vertebr. hum. ãã. ʒß. troch. viperin. ʒij. ſcord. margar. ãã. ʒß. mellis deſpum. q. ſ. m. f. Elect.* dozis ℥ß. mane & ſero. *Zecchius conſ. 70.*

15. *Scrophularia)* Hæc ipſo nomine & fronte mirum quid promittit ad curationem, ſed in exolvendo promiſſo languet; Viribus æquat *arum.* ſeu *ſerpentariam*, calidam & ſiccam. *Ballonius conſ. 56. l. 3.*

16. *Gladioli)* Vix uſpiam planta eſt tantæ poteſtatis in emolliendis diſcutiendiſque tumoribus, ſcrofulis &c. quam *gladioli bulbus cum* adipe porci foris impoſitus. *Laurembergius.* Efficaciſſimum ad ſtrumas abſumendas eſt medicamentum ex *rad. gladioli* paratum, quæ vel contunditur, & cum melle comeditur, vel ſiccata in pulv. reducitur. *Rondeletius.*

17. *Per Topica emollienda, incidenda, diſcutienda)* Applicationes ſupra *Scrofulas* fiunt ex iis quæ potenter digerunt, ſuccumque hunc craſſum potenter *digerunt*, additus ſemper *emollientibus* duritiem hanc, ne tenuiori parte diſcuſſa craſſior magis induretur; quæ &, ſi ad *maturationem* ſcrophulæ tendant, eam quoque adjuvare poſſunt, Quo ſi perveniant, atque ſponte vel arte uti abſceſſus aperiantur, & in ulcus deſinant, prout illud erit, adhibitis remediis curari debet.

Adminiſtrantur *ſcrofulas digerentia, emollientia & maturantia topica* remedia variis formis, tum per *illinitiones*, tum *applicationes* diutius illis adhærentes diverſimode: Ex *pinguibus* & *mucilaginoſis* frequentes fiunt applicationes E. g.

℞. *Olei antiqui oliv.* vel *nucum*, lilior. vel *ſambuc. irini*, vel *cheirini*, *amygdal amar.* ãã. ℥ij. *axungia gallina, anſeris* vel *anatis*, *mucilag. ſem. lini, fœnigr.* ãã. ℥iß. *medulla crurum vituli* vel *hirci*, vel *cervi*, vel *ſevi* ℥j. *cera q. ſ. f. ungu.* vel, *cera* quantitate aucta, *Ceratum.* Poſſunt & alia olea addi efficaciora, veluti *fax ol. lilior.* vel *olivar.* quam *amurcam* vocant *ad unc. j.* vel *ol. de caſtor.* aut de *euphorbio* ℥ß.

Vel adhuc validiora, quæ & ſola illita conferunt, veluti e *lacrymis & gummis* extillata, ut *Terebinthina*, vel *coll. i*, ut *oleum* de *croco.*

Oleum *ſycion.* ſive *cucum. aſini* [illegible] quo plantæ convenientes decoxerint, vel [illegible]larum *ſucci*, aut maceratæ diu fuerint, quale & hoc eſt.

℞. *Succi bryon. ſabina* vel *rutæ, chelidon.* ãã. *unc. ij. aceti ſcill. unc. iij. aqua vita unc. j. mellis unc. ij. ol. antiqui* [illegible] *irini* ãã. ʒiiß. *coque ad ſuc*[illegible] *conſumptionem.*

[illegible]*ia* aliæ quoque ejuſmodi unguentis adjici poſſunt, cum omnes vim emolliendi habeant, aliæque ex illis præſertim quæ à *ſylveſtribus &* [illegible] animalibus deſumuntur, vim quoque diger[illegible] habere creduntur, Inprimis autem commendantur [illegible] *porci & h*[illegible]*minis*, item *gallinacei generis*, piſ[illegible] *thymali* atque *ferocium*. *lupi, vulpis taxi, urſ., leonis, ſtruthiocameli, elephantis vulturis, aquila.*

Pinguedinem quæ diſtillat ab *anſere* dum aſſatur, prius infarcto multis *muribus* valde quidam approbat: *Butyrum* in quo *ſcrofularia* [illegible] contuſa m[illegible]ata fuerit aliquandiu, vel cocta [illegible]endatur: Hoc *Matthiolus* ita parare docet, *Radi*[illegible] aut[illegible] tempore effoſſam, repurgatam, tuſam, cum *butyro rec.* operculato fictili, in uliginoſo loco per 15. d[illegible]s reponit & d[illegible], poſtea lento igne *buty*[illegible] illud liquefacit & percolatum ſervat. Eadem *ſ*[illegible]*ularia* radix, uti & *mure* aliquot, vel conjunctim, vel ſeparatim in oleo ſic macerari vel coqui adeundem uſum poterunt.

Ex *gummi* & *lacrymis* ſequentes fiunt applicationes.

℞. *G. ammon. bdellii* vel *galb*[illegible]. ãã. *unc. ij. opopanacis* ℥iß. *diſſolvantur in aceto ſimp*[illegible] vel *ſcill* vel *aqua vita* vel *utriſque* *diluantur oleis ſupraſcriptis paucioribus pluribuſve mixtoribus* ſeu *eſſ*[illegible] *ateoribus ad unc. ij.* vel iij. *f. Linim.* vel addita *cera ungu.*

Hiſce *gummi* addi quoque *alia gummi* poſſunt, ut *ſerapinum, elemi* diſſoluta, vel etiam *ladanum, ſtyrax calamita, aloe, thus* vel *maſtiche* pulveriſata *ad* ℥ß. ſicque in formam *ung*[illegible] redigi, vel addita *reſina & pice navali* in [illegible] pl. Ex *pice, reſina, cera*, addita axungia [illegible], Empl. p[illegible]tatum utile: E *Plantis* variæ quoque fiunt applicatio[illegible], qualis ex *radicibus* parata.

℞. *Rad. bryon. albæ vel nigræ* (quam aliqui albæ præferunt) *quart. j. contundatur ſi recens fuerit, vel inciſa* coquatur in *vino* vel *aceto*, vel *utriſque*, addito etiam *lixivio*, vel *muria*, vel parum *aqua vitæ*, ſicque cataplaſmatis inſtar applicetur, vel cum *melle* prius contemperata, vel cum *oleo* aut axungia convenienti ſubacta; Eadem ratione *rad. iridis* vel *raphani* præparatæ adhiberi poſſunt, vel cum *bryonia commiſceri*. Ut efficacius agant

℞. *Rad. bryon. qu. j. rad. irid. unc. ij. ari*, vel *dracunculi, cyclaminis* ãã. ℥iß. præparentur & miſceantur ut primum: Si *cucumer. ſylv. rad. addatur ad* ℥iß. validius agent: Et proprietate quadam ſimul operabuntur ſi addatur *ſilphii radix*, quam alii *ſpatul. fœt.* eſſe putant, cum hæc à *Plinio* in ſcrophulis commendetur, alii *gladioli*, quod & facit radix *anonidis* vel *cannæ.*

Ex *bulboſis radic.* veluti bulbis *caparum, allior. lilior. narciſſi*, ſub prunis toſtorum, applicatio fit efficax, vel etiam coctorum & contuſorum, & ut priora miſtorum: *Scilla* aſſa vel cocta addita efficaciam auget: Poſſunt & catapl. ex *rad.* & bulbis parari: Ex *Ficubus* ſiccatis & *uvis paſſis* contuſis vel parum prius coctis, & cum *bulboſo* illo catapl. miſtis; Commendantur *ſinapi herba, agni caſt. fol. ſabina, pini cupreſſi* viſcus arbor. ſimiliter uſurpata; Herbæ acres his permiſcentur *hydropiper. eſula, cataputia*, Inprimis *viſcum qu.* [illegible] contuſum, & cum ol. *terebinth.* in formam ung[illegible] dactum, in ſcrofulis & aliis duris apoſtematibus ad emolliendum & ſanandum valet.

Ex *animantibus* conveniunt *ſtercora, bubulum, aſininum, aprinum, caprinum, columb.* &c. quæ ſola, vel plura, *aceto*, aut *oxymelite* ſubacta vel *axungiis & oleis* permiſta applicantur. Vel reliquis applicationibus, quæ ex gummi conſtant vel ex plantis ea efficaciora reddunt.

Ex *capis, caricis, ſtercore* [illegible] iſtis f. Catapl.

Fel teſtudinis per ſe v[illegible] aliis [illegible]ermiſtum.

Ex *Pulveribus* diverſæ fiunt applicationes, qui alicui materiæ incorporati in catapl. ungu. aut Empl. rediguntur. vel prioribus compoſitionibus adduntur ad

vires

vires eorum augendas Primus ex ſeminibus paratur.

℞. *Far. ſem. lini fœnugr. fabar. lupinor.* quæ ex ſo-ſi... para efficax eſt ... ur & or... bacea & liliacea *ſubi-gantur cum melle, aut aceto, aut oxymel ſimpl. vel ſcill.* vel miſceatur ... ilius pulv. ℥ ß. cum *ungu.* a quo prædict. aut catapl. ex *radic.* vel *bulbis ſicubuſve* pa-rans.

Alter Pulvis ex ſemin. magis diſſipans.

℞ *Farin. enarrat unc. j. ſem. ſinap. vel naſturt.* ℥j *ſem. cymin. urtic* ... ʒj. *miſceatur ut prior.*

Pulvis ex *plantis* p... iet. te ſimul agens.

℞. *Nuc cupreſ.* ℥ß. *rad. ariſtol. arund. vel xiphii* ãã. ℥i *fol.* ... ad efficaciam, adde *ſpol. ſer-pent* ... E... ip... ut ... priore.

Pulv... ex *rad:* ... compoſitus.

℞. *Pulv rad. ireo* ... ãã. ℥ß. *rad. cucum. agr. vel cyclam.* ℥i j. *rad. ari vel ſerpent.* ℥ij. *rad. ariſtol.* ʒj. Excipiantur uti priores, vel ſubigantur *oleo* & axun-giis convenientibus addita interdum *cera*, pro cerato faciendo, vel *reſina* aliqua aut *pice*, pro Empl.

Sextus Pulvis valde efficax.

℞. *Sulph.* ℥ß. *ſalis gemmæ* vel *nitri*, *halcyonii*, quod *ſpumam maris* vocant, vel *pumicis* ãã. ℥ij. miſce: vel adde *ſem. ſinap.* ʒij. *ſem. urtic.* ℥j. *f. Pulvis*: Poteſt & *marcaſita* vel *lithargyr.* ℥j. addi.

Septimus *ex cineribus* fit, qui deſumuntur à com-buſtis *lignis junip. ficuum ſtipit. caulium*, h. *abſin-agni c. aſtacis* ... *viat.* ... *c*, *ſpongia. ungula aſini*, ... inprimis *muſtela uſta*. Excipiantur *aceto* vel *oxymelite*, vel potius illorum cæteris applicationibus additur.

Commendatur lutum fornacum antiquum combu-ſtum *aceto* m...ſtum, vel aliis applicationibus additum; *Calx viva* ſubacta cum *melle* vel axungia, vel aliis com-poſitionibus addita; *Stercora* ſiccata & pulverata, dicto modo ſubacta, vel aliis addita.

Ex uſitatis compoſitionibus, *Empl. Diachyl. ireat. magnum & compoſ. ex gummi & mucilag.* qu... ... effi-cacia aug...tur addito pulvere aliquo è ... tis & ol. convenientibus. Habet *Galenus Empl. ex bdellio, am-mon. ſem. ſinapi & urtice.* rad. *ariſtol. ſpuma mar. ſulph. oleo & cera. Ungu. Apoſtol.* de *arthan.* otiliа.

Commendandum *ol. coſtinum*, quod ſine dolore *ſcrofulas fiſtulas & alias carnis* excreſcentias abſumit.

℞. *Ol. later. opt. maſtich. ol. g. Arabic. terebinth.* ãã. *unc.* iiſ. *pulverata mittantur alembico vitreo*, elicia-tur *Oleum*, hoc *cineribus hederæ* incorporetur, & per retortam arenæ aut ciner. calidis immerſam, Oleum proliciatur.

Narcotica, uti extrinſecus adhibita vim magnam re-ſolvendi habere comperimus, ita & ſcrophulis admota multum efficient, veluti *fol. mandrag. hyoſcyami, pa-pav.* contuſa, vel parum ſub prunis toſta, aut cocta &c. *Rad. mandragoræ* farinis ſimul additis, aliis pulveri vel liquoribus incorporata, aut catapl. addita. *Succus* ex-preſſus eodem modo ſimplex illitus, aut aliis permiſtus adhibitus.

Aqua inſuper ab illis *exſtillata* valde juvat.

℞. *Hyoſcyam. cicutæ. chelidon. ſabina rec.* ãã. *m.* ij. *tithym. m.* ß. *rad. rec. raphani unc.* iij. *rad. ari unc.* j. *capar. vel allior. inciſor. unc.* iiij. *ſem. ſinap.* ʒß. *ſalis unc.* j. *eliciatur Aq.*

Empl. hoc ex *Opio* magnarum eſt virium

℞. *Opii* ℥j. *ſcamm.* ʒij. *myrrha* ℥j. *croci* ℈j. *m. cum melle.*

Naribus inditum *ol. cucum. aſin.* juvare credunt. Appenſis *rad. plantag. & acetoſ.* aliquid opitulari aiunt. *Fotus* adhibitus cum ſpongia confert; Præmiſſis cæte-ris applicationibus ... eas juvat, *Fotus* efficax

℞. *Rad.* ... *primo catapl.* *vel pures ſecunds*, *adde de bulbis* ... j. *vel* ... *ſtrumm* ... *c. n.* xij. *herb. illic enar-rat. man.* iij. *vel* iv. *ſem* ... *ſulph.* ʒß. *ſalis* ℥ij. *coqu.*

in vino, aceto, melle, urina, muria, lixivio, aquave fabr.

Frictio Scrophularum eo uſque ut fere rubeſcant ad diſcuſſionem confert, præſertim ante applicationem Topicorum. *Platerus.*

Pro cura *emolliendæ & reſolvendæ* ſunt, per medica-menta potenter *incidentia & penetrantia, viſcida li-queſacientia, & acidum viſcidum corrigentia.* Eminet *Oleum deſtill.* Helmont. in Tract. *Tart. non eſt in potu*; cujus author eſt *Langius* in *Epiſt.* 4. *l.* 3.

℞. *Ol. philoſoph. laterini* lbß. *thur. maſtich. g. ara-bic. terebintina aa.* ℥iij. *piſtata ſimul per alembicum deſtillentur, tandem deſtillationi addatur ſalis ex cine-re cerri, & iterum deſtilla, & quod deſtillaverit in vitro ſerva.*

De *Cerra* arbore glandifera, præter *Plinium*, vide *Ruellium l.* 1. *de ſtirp. c.* 68. & quomodo ex cinere *Cerri* fiat Sal norunt Chymiſtæ: Hujus Olei inunctio diſſipat & digerit ſtrumas & ſerofulas; quas Græci Naphthas & Glandes appellant.

Juxta hoc eſt *Oleum & Pulvis lacertarum cum ace-to preparat. Gummi* inprimis *ammoniacum*, & reliqua ex eo parata, *Empl. de g. ammon. Crocat. Mynſich.* ſunt optima, Cataplaſma ex *fol. cucum. aſin.* optimum eſt: Si iſta Emplaſtra non ſuffecerint, impregnentur cum *Mercur. vivo*, qui potenter penetrat: Hinc *ungu. Vigon. de* ... *anis* cum *Mercur. duplici* eſt egregium, vel ex *unguent. caranna* cum *Mercurio & tereb.* ſubactum *Empl.* ad imitationem *Barbette*; Habetur *amalgama mercuriale* ex quo, & cum quo, emplaſtra parata ſunt egregia: *Empl. diachyl.* cum *mucilag.* v. g. ℥j. adde *Mercur. vivi ſaliva* extincti ℥j. *Etmuller.*

Valent *Empl de ranis, cum & ſine Mercurio, magne-ticum* ex *Magnete Arſenicali*, *Balſamus Sulphur. Ru-landinus*. Inprimis *Emplaſtrum* quod deſcribit *Hilda-nus* cent. 3. obſ. 38 *Deckers Not. in Barbette.*

Emplaſtrum hoc inter Chirurgos magnum ſecretum putatur.

℞. *Rad. bryon. cyclam. cucum agr. alth. lilior. cæ-leſt.* ãã. ℥ij. coqu. bene in *vino albo*; deinde adde *am-mon. aceto ſcyllit ſoluti. bdell. oppopanac. in oleo ſeſam. ſolut.* ãã. *unc.* j *stercor columb & caprin.* ãã. ℥ ß *ladani. ſtirac.* ãã. ℥ß. *picis navalis q. ſ. f. Empl. Chalmeteus Chirurg. c.* 12.

Cura horum pendet ex ſcrophulis porcorum, qui calcinari poſſunt, aſpergi, & inde unguenta parari, quæ multum proſunt ad curam horum tumorum. Ea-que ungu. poſſunt roborari ol. deſtill. axung. porci, vel oleo deſtill. ſcrophularum porcorum, quod oleum ſpecificum eſt contra hujus morbi ferociam: *Joh. Petr. Faber Chir. Spag ſ.* 3. *c.* 14.

Citius evaneſcunt Strumæ illitæ *oleo lactis*, quod fit per veſicam ex *lacte putrefacto*; & ſi deinde caput mor-tuum, per deſtillationem lactis reſiduum, denuo cum *oleo deſtill.* miſtum, & in formam Empl. redactum, ac ſcrophulis impoſitum fuerit: *Grulingius Pract. l.* 5 *p.* 3. *c.* 19. *Kornaverus.*

Uſus ſum hoc unguine in Strumis & ſcirrhis.

℞. *Ol. laurin unc.* viij. *olib. maſt. gumm. arab. re-ſin. abiegna*, ãã. *unc.* iij. *deſtilla, tunc iterum deſtilla cum cineribus clavell.* ſerva. *Van Helmont. Phyſ. inaud. p.* 205. *Langius Ep.* 4. *l.* 3.

℞. *Filicis, aſplenii, ebuli,* ãã. *unc.* iij. *conciſa coque in vino opt. ad mollitiem, tunc vino effuſo radices con-tunde; adde ſulphur. vivi unc.* j. *ciner. cochlear.* ℥ij. *cum mell. & aceti p. aq. redigantur in Catapl. formam,* Strumis impone, quæ mirifice abſumuntur. *Fr. Joel.*

℞. *Fimi bubal. caprin. columb. lithagr. cin. rad. caulis, ſem. raph. ammon. galbani, amygd. amar.* ãã. *p. aq. F. cum pice & modico oleo vel axung. antiq. Empl.* Scrophulas cito diſſolvit præmiſſa purgatione, teſte *Gilberto*. Item

℞. *Fimi caprin. ſulph. vivi, ſem. lini, nigellæ, rad,*

caul. āā. *p. aq. coq. in vino f. Empl.* reſolvit Strumas & mire frangit. Experimentum eſt *Rulandi f. David Rulandus. Pharm. N.*

℞. *Porri cum fol. rad. oxylap.* āā ℥ij. *pulv. pyreth.* ʒij. *virid. aris* ℈j. *m contunde*, & bis quotidie fove locum. *Venuſtus conſ. 80.* Sæpe ſum expertus mirabile hoc remedium.

Strumarum curatio admiranda; Inventum à me ſummum eſt remedium, quod nunquam (Deum teſtor) me feſellit.

℞. *Rad. bryon magnæ & rot.* ℔ß. *ſeca in tenuiſſimas taleolas, frige in* ℔.ij. *ol. oliv. inſulſi, quouſque contabeſcant & ſiccentur, colat. adde tereb.* ℔ß. *ceræ* ℥vj. *f. ungu. viſcidiſſ.* hoc in panno lineo apponas ſuper ſtrumam mane & veſperi. *Zacutus Pr. adm. l. 1. Obſ. 161.*

℞. *Succi raph. ſabinæ, aceti & ſmegm.* āā. *q. ſ. miſce* Inungatur ſtruma & evaneſcet. *Maroldus.*

Experientia compertum eſt *ol. cucum. aſin.* ſi auri inſtilletur qua parte eſt ſtruma, maxime valere ad eam diſcutiendam. *Mercurialis.*

Cinis item *Oſtrearum* cum *melle*, mirifice facit.

Hoc etiam mirifice conducit,

℞. *Staphiſ. nitri* āā. ℥ij. *erucæ* ℥iiij. *cum reſina q. ſ. f Empl.* Valentiſſimum omnium eſt quod fit ex *calce & nitro* āā. *cum adipe porci Idem.*

Nos pluries vidimus Strumas non alio remedio brevi tempore & facile ſanatas, quam *aloë, ſi folia.* præſertim æſtate, (tunc enim abundant copioſo humore) ſub cineribus calidis aliquantiſper poſita, per longum & medium diſſecta ſuper ſtrumas quotidie apponantur: Citiſſime enim ulcus ad ſanationem perducunt. *Panarolus.*

Empl. præſtantiſſimum ad ſtrumas emolliendas, omnes tumores frigidos potenter reſolvens.

℞. *Succi Nicot mas.* ℔ß. *ſucci abſynth. mai.* ℥iij. *ol. hyperici, irini* āā. ℥iß *pulv. abſinth. mas. prunell. ſcroful.* āā *m. j. vini albi* ℥iß. *m. bulliant ad vini & ſuccorum ferme conſumptionem in vaſe aneo, ſemper agitando, hinc exprimuntur, tunc*

℞. *Ceræ flavæ* ℥iiij *adip. hirci, tereb.* āā. ℥ij. *thur. pulv. myrrhæ* āā. ℥j. f. Empl. *Vigierius.*

17. *Per Topica*) Si *Cauſticis* ſcrophula eximenda, nullum in hoc caſu eſt præſtantius remedium quam *arſenicum* ſublimatum, cavendo ne propter ſtrumas vicinæ partes putreſcant. *Aquapendens lib. 1. de Tum. c 21.*

Valde efficax hoc eſt

℞. *Sulph.* ℥ß. *ſal. gemm. vel nitri, halcyon.* āā. ʒij. *litharg.* ʒj. *ſem. ſinapi* ʒij *urticæ* ʒj *luti fornac. antiq.* ℥j. *ærug. æris* ʒj. *m. cum oxymel. & pauca tereb. f. Empl. Weckardus.*

Succus fol. mandrag. hyoſcyam. &c. illitus, aut aliis permiſtus, & adhibitus, valde efficax eſt. *Idem.*

Præſtantiſſimum medicamentum ex *coryla fit. Zapata.*

18. *Laudantur*) *Chelidon. min.* 4. vel 5. granula tritici inſtar radicis adnata habet, quæ ad aperiendas & extrahendas ſtrumas magno cum fructu adhibentur. *Crollius Baſil. p. 39.*

18. *Laudantur folia*) Strumæ feliciter interdum ſanantur eadem methodo qua Lues Venerea, ſic ſequens Emplaſtrum laudatur.

℞. *Empl. de ran. cum quadrupl. Mercur. unc.* j. *vitrioli albi* ʒj. *m. ſ.*

Præterea commendant *catapl. ex cucumere aſinino contuſo, phlegma vitrioli*, ut & *limaces rubros coctos in vino Gallico.*

Aliqui *rad. Jalapæ & bryon.* addunt cataplaſm. imponendo, Nec ſine ratione, quia hoc pacto in humore peccante excitatur quædam fermentatio, Laudatur & *Empl. de cicuta. Joh. Muis Podal. p. 80.*

18. *Laudantur folia cupreſſi*) *Cupreſſi fructus & folia* calfaciunt parum, exſiccant ad grad. iij. adſtringuntque valide *Schroderus.* Sed obſervandum eſt periculo non carere Strumarum externarum medelam quæ per repellentia & diſcutientia inſtituitur. Quippe materia facillime ad partes interiores recurrit, & periculoſiores ejuſdem generis tumores intus generat, vel prius genitos adauget. *Warthon. Aden. c. 40.*

18. *Laudantur folia Cupreſſi*) Ad Ramicem gutturis, Strumas, Parotides, & omnem Duritiem, admirandum hoc eſt. *Cupreſſi folia neque tenuiora neque duriora in pulverem comminues, fortiori vino conſperges, & ita volutabis, dum in faces corpus coeat*; inde ſtruma vel tamex inducitur, tertio demum die medicamentum ſolvitur, contractum locum invenies, qui digitis exprimi debet: Repetatur hoc medicamentum 7. die, vel ad ſummum 9. Struma velut miraculo aboleſcitur. *Hellerius Inſt. Ch. l. 1. c. 2.*

A proprietate agentia.

Obſervatum eſt Strumas aliosque tumores aboleri, ſi pars affecta fricetur ad manum cadaveris humani; Ita enim ſenſim evaneſcere Tumores, prout ſenſim putreſcit cadaver: *Bartholinus cent. 3. obſ. 66.* Radix *verbena* collo appenſa mirum & inſperatum affert auxilium. *Baricellus hort. gen. p. 77.* miraculo proficere aiunt *Jaccam albam*, Item *papaver. rubr.* maceratum in vino, contundunt, mucilaginem collo applicant; Id remedium temperando prodeſt: *Idem.* Oleum *Bufonum*, Tres *Bufones* in *oleo* olivar. in vaſe terreo, lutato cocti, ol. faciunt præſtantiſſimum; ſed dum paratur vita vaporem: Scrophulæ arſenico optimo admoto veſicante excorientur; pars deinde ſublimati admotione corroditur, & tandem oleo dicto utere; præſtantius erit ſi in eo ſalteio bufonem infuderis: *Borellus cent. 4. obſ 38.* Pro præſentiſſimo remedio habetur ſi patiens bibat ex *cranio humano ſepulti* uſus *cochlearis facti ex ſtipite hederæ arboreſcentis* infallibile eſt experimentum. *Ph. Grulingius cent. 2. conſ. 23.* *Lacertam* capite & cauda abſciſſis macera per 3. dies in aceto forti, tunc extractæ ſiccantur in furno pulveriſ. cum melle f. Electuar. da mane & veſperi cum *vini unc.* j. Secretum omnium certiſſimum. *Pravotius in Secr.*

Secundina, vel ejus loco *infantis umbilicus*, calcinetur, & in *aq. abrotoni* quotidie ʒß. pondere exhibita Luna decreſcente, magni fit ad ſtrumas gutturis tollendas. *Schroderus.*

Oleum ex *Petroſel. Alex.* ſingulare remedium eſt contra augmentum ſtrumarum, ſi Luna decreſcente veſperi ſumatur, & mane, externe eo illinantur. *Turnhenſerus.*

19. *Suppurandi*) Si *reſolventia* non ſuffecerint, uſurpanda ſunt ſucceſſive ad quandam ſuppurationem ducentia, ad quam ſcrophulæ legitimæ interdum ſponte tendunt; Conveniunt *Empl. de meliloto cum oleo amygd. dulc. & pinguedine ſerpentina*, vel cataplaſma ex *cucumere aſinino*; *Empl. magn. A. Sale* cum *Empl. diaſulph.* mixtum, ad imitationem Fabr. in cura *cancri*.

℞. *Empl. de Nicotiana Plateri*, quem v. de .1. obſ. 28. His & ſimilibus ſuppurandæ ſunt ſcrophulæ. *Etmuller.*

20. *Aperiendus tumor*) Scrophulæ ſuppuratæ non ſtatim ſunt aperiendæ, ſed quamdiu fieri poteſt, relinquendæ, ut eo major glanduloſa pars ſuppuretur, aperto enim abſceſſu tota glandula abſumenda eſt. (*In hunc errorem Chirurgorum animadvertit Sanctorius* M. V. E. *qui pus ex abſceſſu aperto accurate exprimunt, quia præter dolorem, quem preſſione inferunt prohibent ne cruda abſceſſus pars concoquatur, ſiquidem, ait, relictum pus optimum omnium eſt ſuppurativum, in quo facultas in ſibi ſimilem materiam reliquias convertendi*) Præſtat vel *commune digeſtivum*, vel quod melius ſi cum tali digeſtivo *Mercurius præcipitatus* rite paratus, ut fiat indolens, applicetur, *Etmuller.*

21. *Sinus*

21. *Sinus expurgandus &c.*) Hoc mirifice valet ad mundum ſcrophulas apertas.

℞. *Ol. laurini* ℥j. *Cernſa pulv. & cum aq. vitæ leviгат.* ℥j. *alum. rochæ* ʒß. *ſalis querc.* ℈ij. *f. Vngu. Fabr. ab Aqu. p.*

21. *Sinus expurgandus*) Glandularum ulcus poſtmodum mundificandum, & denuo incarnandum erit: Pro mundificando ſufficit *Balſamum ſulphuris*. Etmuller.

22. *Exſcindere cave*) Veterinarii etiam abſcindunt quæ fertur ad ſtrumoſos tumores equorum, & ſic tumores evaneſcunt: Atque hæc methodus forſan non ſine fructu revocari poſſet in uſum circa homines. *Job. Mays Podal. p. 81.*

23. *Exſcindere cave*) *Sectione* Scrophulæ, quæ alia ratione curari nequeunt, interdum auferuntur; In qua facienda cutis incumbens primum eo uſque donec nudæ pateant incidendo aperitur; poſteaque apprehenſæ cum ſuo involucro, attractæque, & à radicibus & connexis liberæ eximuntur: In quo faciendo diligenter ne nervus aliquis aut vas aliud inſigne lædatur cavendum, Ob quam & cauſam, ſi præſertim ſub mento conſiſtant, profundeque hæreant, non ſine periculo propter vaſa magna vicina exſecantur.

Si vero vel ea in ſede, vel etiam aliis in locis externis exiſtant, multumque promineant, minori hoc fit periculo, niſi forte vaſorum magnorum diviſionibus interpoſitæ glandulæ induratæ exſecentur, eæque maxime quæ articulorum regionibus adjacent; ubi ſi interna nervus aut tendo lædantur, facile illius membri contractio ſequitur: *Cauterio potentiali*, quod ſine dolore in cute eſcharam faciens eas pateſacit, ſæpius illud præſtitimus, ſcrophulaſque hoc modo eximi curavimus: Vel ut ſic denudatæ ſuppurari melius appoſitis remediis poſſint procuravimus.

Vſtione per potentialia vel *actualia cauteria* illud moliri grave & periculoſum; cum inflammatio facile ſubſequatur; In loco tamen penitus ignobili hoc pacto quoque aperiri poſſunt.

Pungendo ſcrophulas *paſtinaca*, vel *raja piſcis caudæ oſſe*, quidam eas curari, vel ne ulterius excreſcant prohiberi poſſe putant. *Platerus*.

23. *Niſi folliculus radicitus*) Si glandulæ propriis tunicis ſint incluſæ, ſubire de neceſſe eſt ut cum diſcutientia & ſuppurantia ſint fruſtranea, Chirurgi manu curentur, proſpiciendo ut membrana tota tollatur; quod ſaltem fieri poteſt ubi non magna vaſa aut nervi ad glandulas tendunt. *Etmuller*.

24. *Malum reverti ſolet*) Notandum Strumas varie à partibus ad partes transferri, modo à latere ad latus; modo à ſuperioribus corporis partibus ad inferiores, aut contra; modo ab exterioribus ad interiores, vel vice verſa: modo ab articulo ad articulum, vel modo aliquo ab his mixto. *Warthon Aden. c. 40.*

25. *Vel maligna*) In hiſce non utor niſi cura palliativa, ut & in illis quæ in Cancrum vergunt atque dolent. *Barbette*; In hunc finem cum ſucceſſu uſurpavimus *amalgama Saturni ex limatura Saturni & Mercurio* paratum, quod in Cancro quoque prodeſt. *Deckers*.

25. *Vel maligna*) *Latex cerebri & appendicis nervoſæ* irriguus, una cum *ſpiritu* ſubtili, *Salis volatilis* copiam ingentem in ſe continet, Si quando adeo depravetur iſte, ut *ſpiritu* depreſſo particulæ ſalinæ in fluorem degeneres, ſibimet *corpuſcula ſulphurea* aſciſcent, plane corroſivus & ſtygius evadit; Quapropter *Tumores* ac *ulcera maligni moris* in partibus nerveis, earumque emunctoriis præcipue contingant, ac ibidem à levi occaſione) excitantur (uti cum mammæ mulichris læſioni parvæ *cancer* ſuccedit) quia ſiquidem humor nerveus in tranſitu ſuo impeditus alicubi ſtagnet, ſtatim ſpiritu depreſſo, aut avolante, particulæ ſalinæ à volatilitate in acorem degeneres conſortia aliena mox ineunt, atque corpuſcula aut *terreſtria*, aut ſulphurea, aut alia alius generis ſibimet corripientes, in *Tumores* aut *ſcirrhoſos*, aut *ſtrumoſos*, aut *cancroſos* congelari incipiunt, cumque hoc ritu à liquore nerveo ſtagnante, & concretionem heterogeneam moliente, tumoris velut minera in quapiam parte conflatur; ejuſdem liquoris jugiter affluentis ſupplementa in pateni vitioſitatis indolem pervertuntur, quibus etiam accedunt impuritates atrabilariæ à *ſanguine* aliiſque humoribus ſuffuſæ, quæ junctis viribus (veluti cum diverſi ſales ac ſulphura conjunctim diſtillantur) efferationem augent, atque in parte affecta materiam ſepticam atque inſtar *aquæ ſtygiæ eſcharoticã* conſtituunt. Juxta hanc ætiologiam Tumorum ejuſmodi anomalam, ut & *affectus Strumoſi* phænomena aptiſſime explicantur. *Willis cap. de Mania*.

26. *Opiatam quæ recipiebat &c.*) Ut eadem opera excrementitii & pravi humores per purgationes evacuentur, & ſimul in parte affecta abſumantur, miſcere ſolent *purgantia fortia, alterantibus*, diuque ea ſic exhibent; Et ita *hellebori albi & nigri ãã.* ℈ij. cum *pulverum alterantium* ʒv. miſcent, & per quatuor ſeptimanas ʒj. mane exhibent, quod ſingulariter juvare ſcribunt; Alii *diagrydium* hiſce pulveribus miſcent, & ſic exhibent; Vel *thuris coriandro, ſpica*, atque *aromatibus* permiſcendo propinant. *Euphorbium* cum *ſucco irid.* in pilulas formatum, & ℈ß. de illis tertio quoque per die exhibitum valde probant. *Platerus*.

27. *Cum Mercurii ſublimati*) Strumas unus alexicacos Hercules vincit & opprimit: Sanat autem profuſa per os maligna pituita quæ in capite redundabat, illincque in ſubjectas partes delabens illarum cauſa fuerat; At vero *Mercurius*, de quo hic, is eſt quem dulcem aut dulcificatum vocant. *Ballonius Conſ. 31. lib. 3.*

28. *Alternis diebus*, Præter leviores Purgationes, ſi continuanda ſit Purgatio, hic *ſyrupus* cum ſimul ea quæ *ſcrofulas* abigunt admittat, exhiberi *per vices* poterit, qui

℞. *rad. aperit.* ℥iij. *rad. iridis, acori veri, paon. ãã.* ℥ß *rad. chelidon. min. batrachii, lepid. ſpat. fœt. ãã.* ℥j. *rad. ariſtol. rot. pyreth. aſari, ãã.* ʒß *ſcilla prapar.* ℈ij. *herb. ſcrophular. pimpinella, arthemis. meliſſa. beton. majorana, capillari ãã. m. j. flor. ſtœch. vel lavendula, ſummit. roriſm. thymi, ãã p. j. flor geniſtæ p. ij. baccar. junip. p. ß. ſemin. calid. maj. & min.* ʒvj *rad. liquir.* ℥ij. *paſſul.* ℥j. *polypod.* ℥ij. *fol. ſennæ* ℥iij. *turbith.* ℥ß. *fiat Decoctio, & in colat. diſſolve mellis vel ſacch.* ℔ß. *decoqu.* ad conſiſtentiam eam qua aliquandiu conſervari poſſit ad uſum.

Efficaciſſimus erit ſi loco *Turbith, Eſulæ prapar. & infuſæ in oxymel.* ℈ij. *vel* ʒij. *ſumas rad. Cucumer. agr.* ℥ß. adhuc amplius, uti pleriqué docent, ſi *hellebori albi & nigri ãã.* ʒj. decoctioni addas; vel, ut aliqui quoque probant, *laureolam* aut *dracontium*.

Vinum ex earundem maceratione factum, ſumendo medium ſaltem ſingulorum quantitatem ad vini *menſuram* iß. æque & tutius operabitur. *Platerus*.

29. *Vbi docet ſub qualibet Struma*) Conglobatarum Glandularum vera notitia non parum inſervit affectui difficili explicando, nimirum *Scrophulis*, & iis quæ circa ſcrophulas obſervantur, Non raro enim videre contingit ingentes ſacculos intra conglobatas glandulas contentos, plenos materia vel flaveſcente, vel gypſea, adeoque facile agnoſcitur craſſiores lymphæ partes, dum per glandulas cribantur, nec tranſitum parentem inveniunt, ſenſim ibi collectos ſacculos formare, Quod vero dicunt de *conſenſu glandularum colli & meſenterii* (Vide *Riolanum Encheir. capite 18. libro ſe-*

libri ſecundi) dum utplurimum exiſtentibus in collo ſcrophulis, ſimiles etiam in meſenterio reperiuntur, non fit per communicationem quandam immediatam inter collum & meſenterium, aut per occultas, ſympathias, ſed idem ſanguis in omnibus ejuſdem generis contenta deponit, unde ſequitur quod materia exiſtente pauca, vel una tantum afficiatur glandula, vel multæ ſimul ſed obſcure: Materia autem copioſa exiſtente plures ſimul glandulæ eadem repleantur, atque mutata deinde ſanguinis natura per liquores reſolventes, reſoluta in glandulis dicta materia humores evaneſcere. *Caſpar Bartholinus Thomæ Fil. Obſerv. de ductu ſaliv. nov o.*

30. *Qualibet ſtruma ſemina lupinorum forma*) Vide ſupra §. *In Gutture*.)

De Bronchocele.

II. [31]. *Bronchocele eſt tumor in gutture, amplo ſpacio extuberans, à flatu exortus, & cum tenſione conjunctus.*

[32]. Flatus iſte ſub cutem membranamque generalem, cuti ſubſtratam adnexamque in colli Interioribus, irrumpit. *Fit* ab aëre, qui, dum cutis cui membrana illa, quæ eo loci craſſior eſt & rubicundior, quàm alibi, à ſubjectis aſperæ arteriæ muſculorumque colli anteriorum ſedibus, per conatum vehementem, (id fit dum ſpiritu retento excrementa, vel fœtus in partu, excluditur; aut buccæ vehementer inflantur) [33]. avellitur, & ſpacium ibi efficit, ob fugam vacui irrumpit, & cutim ac membranam in tumorem elevat. Huc refer [34]. *Hydropem gutturis* à Montano in puella quadam viſum, & inciſione feliciter curatum.

31. *Bronchocele eſt tumor in gutture*] Collum tumore eximio interdum occupatur in anteriore illius ſede, ſeu gutture, amplo ſpatio extuberante, qui tenſus eſt admodum, adeo ut cum pulſatur ſonum edat, & cum premitur, ſicuti uter inflatus cedit, ſed mox iterum attollitur, quibus à ſtruma facile ſecernitur, uti & eo quod fixus eſt, nec uti illa mobilis: Hunc Tumorem, quia in gutture naſcitur, & aſperæ arteriæ incumbit, ab illo, vel hac, quibus ambobus bronchi nomen convenit, & quia eandem cum *cele*, ſeu hernia, cauſam habere putant, *Bronchocelen*, ſeu *Gutturis Herniam* vocant: Hæc autem præterquam quod admodum deformat, vocem raucam efficit, & reſpirationis difficultatem, quæ aliquando adeo invaleſcit, ut de ſuffocatione ſit metus.

32. *Flatus iſte ſub cutem*) Sub cutem membranamque generalem cuti ſubſtratam adnexamque in colli anterioribus, Flatum irrumpentem Tumorem illum progignere illud indicare videtur, quod in ea colli ſede cutis elevata & diſtenſa appareat, Et cum pulſatur, ſonum aliquem, ac ſi flatus tantum ſubeſſet, edat: Cujus aëris, ſeu flatus collectionis, eo in loco non aliam cauſam eſſe exiſtimo, quam laxationem, ſeu avulſionem cutis, cum membrana illa, quæ per colli eam ſedem expanſa, craſſior illic & rubicundior quam alibi: à ſubjectis aſperæ arteriæ muſculorumque anterioris colli ſedibus, ſpatiumque illic eo modo efficientis, in quod ob vacui fugam aër, ſeu flatus è vicinis locis irrumpens, illud non ſolum implendo, cutem membranamque in tumorem elevat, ſed & continuo diſtendens, in immenſum tandem adauget.

Vnde non tam flatum quam ejuſmodi divulſionem partium inter ſe fibris naturaliter cohærentium cauſam hujus intumeſcentiæ ſtatuimus; quam & merito ob id cauſam hujus ſeparationis membranarum ab invicem ad rupturas referentes, Bronchocelen, quaſi *rupturam* ſeu *herniam gutturis*, vel circa guttur factam appellarunt; Licet plerique hunc Tumorem à *pituita è capite* eo delapſa prodire cenſuerint, A qua tamen non fieri, uti neque ab illius congeſtione, quod veriſimilius eſſet ſi à pituita naſceretur, Tumor tenſus, nec impreſſum ſervans veſtigium, ſatis demonſtrat, uti & illud quod neque à *ſeroſo* humore prodeat. Qui & duo humores. ſi affectum hunc gignerent, & tam diu in hoc diuturno affectu ad dies vitæ uſque nonnunquam perſeverante illic continerentur, putreſcentes alias inſuper læſiones. quas tamen minime ſentiunt. procrearent.

Atque *dyſpnœa* illa *& raucedo* quam patiuntur, non ab incumbente humore, ſed à tenſione illa qua laryngis liberior motus impeditus proficitur. Non negamus interim *defluxiones*, uti in omnia ſpatia perferri poſſunt, etiam in hoc affectu aliquando eo delabi. humiditateſque aliquas excrementitias illic quoque congeri. ſed tumorem hunc tamen minime hæc efficere, eum illis humoribus iterum ut in reliquis defluxionibus & congeſtionibus diſcuſſis, tumor nihilominus remaneat.

33. *Avellitur*) Cæterum cauſam hujus *avulſionis* membranarum præcipuam, eſſe conatum illum vehementem, quem ſpiritu retento, dum excrementa vel fœtum excludere nituntur; vel buccas inflando ad flatum fortem exſufflandum obeunt, non ſolum quod inde ſubito hoc eveniſſe viderimus, maximeque in partu, comprobat, ſed & venarum jugularium colli tumor. qui in conatu hoc quoque ſe offert. aliquomodo oſtendit, à quarum venarum, non ſolum cutanearum majorum jugularium, ſed & vicinarum aliarum arterarum ſubſtratarum in hoc conatu valido, vel ſæpe & diu continuato, membranæ quibus intextæ ſunt, eo, uti dictum, modo tandem, quod tamen raro fit, ſeparari poſſunt, & cum ſpiritus per eum in venis & arteriis adeo ſurſum in collum propellatur, ſine dubio & flatus in ſpatiis hinc inde contenti, inter cutem & membranas eo quoque propulſi, hac ratione quoque *divulſionem* hanc poſſunt efficere vel promovere. *Platerus.*

Prognoſis.

Bronchocele, quæ eſt intumeſcentia colli in gutturis regione, niſi mature antequam omnino excreverit occurratur, vix dum amplius abigi poteſt, ſed tota vita permanet; alias citra aliud incommodum, quam quod turpitudinem eam in collo conſpicuam affert: alias vero raucedinem, & inſpirandi difficultatem, eamque ſæpe periculoſam inducit. *Platerus.*

Curatio.

Curatio licet plerumque humoribus pituitoſis, quos eo defluxiſſe credunt, è capite expurgandis, & è loco tumente abſumendis accommodetur, Nos tamen qui illius cauſam flatum eſſe ſtatuimus, ob relaxationem ſeu avulſionem membranæ illius loci, cum cute à partibus ſubjectis, illic ſe ingerentem, cutem

tam potiſſimum eo dirigendam eſſe cenſemus, ut flatus, & ſi quæ alia humiditas, ſimul illic ſit collecta, abſumantur, & hæc relaxatio, vel ſeparatio, rurſum in integrum reſtituatur: Quod cum ægre poſſit perfici, uti in herniis illud quoque vix ſuccedit; adhæc adſtringentia quæ illud præſtare debebant, gutturis regioni adhibita, vias reſpirationis adſtringendo, ſi præſertim jam prius dyſpnœa adſit, reſpirationi incommodent, major adhuc hic difficultas curandi quam in herniis circa inguina factis naſcitur, minuſque ſpei eſt, quod nec, ſi ſectio aliqua cutis tentaretur, quæ extremum in herniis ſanandis eſt remedium, hic aliquid vinciendo, aut affigendo illud quod ſolutum eſt, efficere queamus: Nihilominus tamen ab initio cum incipit, vel nondum ad extremum uſque excrevit tumor, nec dum dyſpnœa acceſſit, adſtringentia quædam illi poſſunt applicari, fortiora plus minuſve, prout reſpirationem inde vel impediri nonnihil, vel minime cognoſcimus, uſurpando, additis ſemper iis quæ flatus humiditateſque abſumant.

Utendum ergo *Emplaſtro pro ruptura* uſitato, cui æqua portio *emplaſtri de baccis lauri* commiſta ſit, vel alia *flatus diſcutientia ſemina ut cymini*, ſimiliaque illi incorporata.

Aut Cataplaſmata adhibenda quæ in *hydrocele* ad adſtringendum, & ſimul diſcutiendum, unum ex *ſtercoribus & bolo*; aliud ex *furfure & gallis* concinnata ſunt: In eundem finem, ut membranarum ſoluta illa continuitas, ſi fieri poſſit, jungatur, quædam ex iis quæ in herniis propinantur, & aliquid hoc pacto præſtare poſſunt hic quoque tentari atque exhiberi poſſunt, Compertumque eſt experientia *Pulverem aluminis uſti* ſæpe exhibitum, multum in hoc affectu abigendo, ut nimirum adſtringente & ſiccante, qua prævalet profuiſſe, Qui cum vino ſimpliciter ʒß. pondere dari poteſt, vel cum aliis pulveribus diſcutientibus & ſiccantibus ſpeciebuſque commiſtus in forma tragematis exhiberi; vel hoc modo.

℞. *rad. ireos, galangæ ãã. ʒiß. pulegii, ſaturejæ, herniariæ ãã. ʒß. ſemin. fœnic. aniſi ãã. ʒj. ſem. petroſ. ʒß. piperis longi, ſpicæ nardi, nuc. moſch. cinnamom. ãã. ʒij. myrrhæ ʒß. alum. uſti ℥ß. ſacch. roſ. tabulati ad pondus omnium, capias ad ʒiß. cum vino.*

In confirmato hoc tumore, ſaltem flatibus & humiditatibus, ſi quæ inhærent, abſumendis intenti erimus, & variis admotis illud efficere tentabimus: qualia varia in hydrocele & pneumatocele topica afferuntur, hic quoque admota prodeſſe poterunt.

Quibus niſi ſuccedat, ad fortiora calidiſſima tranſeundum, hoc pacto.

℞. *rad. bryon. iridis ãã. ℥iij. rad. cucum. aſinini vel ſcillæ ℥iß. incidantur & coquantur in vino generoſo. addendo far. fabar. & orobi ãã. ℥ij. amygd. amar. vel nucl. perſic. ℥iß. ſemin. cymini ʒij. piper. ʒj. piſtentur. miſcendo olei lilior. vel irini ℥iij. fiat Catapl.* Vel geſtet hoc Emplaſtrum.

℞. *gumm. ammon. galbani, bdellii diſſolut. in aceto fortiſſimo ãã. ℥ij. pulv. rad. ireos ℥ß. ſem. ſinap. urticæ ãã. ʒij. pulpæ colocynth. ℈ij. croci ℈j. ſalis gemmæ & aluminis ãã. ʒj. cum picis navalis ℥iß. reſinæ abjetis vel pini ℥ij.* diſſolutis in *olei nucum antiqu. q. ſ. f. Empl.*

Cui & odoris & efficaciæ *gratia ol. deſtill. ſpicæ, carvi* &c. ℈ß. addi poteſt.

Inunctiones ex *oleo de piperibus*, vel *de caſtoreo*, vel *ſicyonio* fiunt, manibus in aqua vitæ prius madefactis: Vel ex iiſdem additis pulveribus ſupra dictis unguenta parantur. *Fotus* in hydrocele ex tympanit. deſcripti hic adhiberi poſſunt, inprimis *aqu. vitæ* panno lineo excepta tumor ſæpe foveri. *Platerus.*

Sulph. & galbani æqu. part. reſina excipito, aut *clibani teſtam* cum *aceto* terito, vel velut ceratum efficito: Aut *corticem rad. mandragoræ cyprino aut irino oleo* excipito. Hoc equidem efficaciſſimum eſt. *Aetius.*

℞. *ſpong. mar. in clibano comb. ℥iij. oſſ. ſepiæ uſti, piper. longi, zinzib. pyreth. gallar. ſal. gemm. calcis teſtar. ovor. ãã. ℥j. Miſce cum aqua deſtill. ex præfatis ſpongiis.* Hujus *Pulver.* ʒß. *cum ſacch.* ℥ß. decreſcente Luna ut paulatim liquatus deglutiatur, Vel fac Linctum & Botium diſparebit. Alii in defectu ſpongiæ ſumebant in *roſis ſylveſtr.* cujus ſolius pulvere utebantur feliciter; *Van. Helmont. In Phyſ. inaud. p. m. 205.*

Pulvis *Arn. Villanovani.*

℞. *ſpongiam max. paleæ mar. oſſ. ſepiæ, piper. longi & nig. zz. cinnam. ſal. gemm. pyreth. gall. cupr. gallar. querc. gallar. ſpinæ roſar. ãã. ʒij. ſpongia & palea in cinerem reducantur, reliqua pulverentur & omnia miſce.* De hoc pulvere pluries in die ſumatur; *Item. Rad. ſcrophul.* per dies 10. comeſta quolibet mane, jejuno ſtomacho, curat Botium, & ſcrophulas, Probatum eſt. *Idem.*

3. *Hydropem Gutturis*) Vaſa plurima lymphatica colli anteriorem partem pervadere oſtendunt Neoterici Anatomici, His reſeratis lympham effundi neceſſe eſt, unde hydropis gutturis occaſio.

CAP. III.

De Arteriæ aſperæ Morbis.

ASperæ arteriæ [1] morbi [2] ſunt; *Aſperitas, Anguſtia, Vulnera, Ulcera.*

1. *Aſpera arteria*) Dicitur *Aſpera*, ob ſubſtantiæ inæqualitatem, quæ partim cartilaginea, partim membranoſa eſt, qua ratione ab arteriis plurimum differt, Appellatur & συριγγώδης βρόγχος *Lactantius* Fiſtulam ſpiritalem nominat, quod fiſtulæ modo aërem in Pulmones deducat, fumidoſque halitus ab iiſdem excipiat: *Organi ſpirabilis & vocalis* nomine venit, quia reſpirationis & vocis editioni inſervit: Dividitur in partes majores tres, in Laryngem, Bronchum, & propagines Bronchi, quæ βρόγχια vocantur; diſperſa per Pulmonum parenchyma: Partes minores ſunt cartilagines, membranæ exterior, & interior, nervi, arteriolæ & venulæ. *Sebizius Man. P. 3. ſ. 2. cap. 1.*

2. *Morbi ſunt*) Adde Intemperies, Inflammationem, Indurationem in oſſeam ſubſtantiam.

Aſperæ Arteriæ Intemperies.

Cauſæ dyſcraſiarum ſunt Externæ & Internæ, *Externæ* ſunt Aër inſpiratus, Pulvis, Fumus, Cibi, Potus, Medicamenta: *Aer* frigidus arteriam refrigerat, calidior calefacit, ſiccior exſiccat; humidior; ut pluvioſus & auſterinus humectat, *Pulvis* & *Fumus* illam arefaciunt: Idem faciunt Cibi, Potus, Medicamenta, quædam talia enim pro ſuarum qualitatum ratione arteriam alterare ſolent: *Internæ* cauſæ, eæque ſatis frequentes, ſunt deſtillationes à capite, quæ raucedini, hyberno præſertim tempore, & in illis qui ob cerebri dyſcraſiam frigidam & humidam catarrhis

ſunt obnoxii, occaſionem præbent: (*Lympha acrior ex vicinis vaſis derivata*) Intemperiei præterea cauſæ ſunt ea quæ pleuritici, peripneumonici, phthiſici & empyi per tuſſim rejiciunt; Adhæc clamores & vociferationes.

Curatio poſtulat *cauſarum remotionem*, & Alterationem per contrarias qualitates: Frigida igitur dyſcraſia tollitur per calorifica, cujuſmodi ſunt intrinſecus *ſpecies & tabulæ Diaireos ſimpl. Diaſulph. Diatrag. cal.* Syrupi *de hyſſopo, marrubio. calamint. farfara, veronica, ſcabioſ. card. b. de Nicotiana*, Conſervæ *marrub. veron. ſcabioſ. flor. acaciæ, flor. Iridis*. Forinſecus *ol. Irinum, coſtinum, nardinum*.

Intemperies calida intrinſecus curatur, Aquis *Lactuca, viol. nymph. papav. albi. ſyrup. violar. nymph. papav. Julepo violar. conſervis violar. nymph. Lactuca Hiſpan. condita, Rad. cichor.* Speciebus *Diatrag. fr. Lohoc de papavere*, Extrinſecus, *Oleo violar. nymph. papav. ſolani*, Vnguentu *albo camphorato, Refrig. Galeni Populeo*.

Intemperies ſicca alteratur Intrinſecus Aquis *Lactuca, violar. portulac.* Decocto *jujub. paſſul. liquir. violar. ſyrupis violar. jujub. papaver. liquir.* Lohoc *paſſul. de papav.* Item *butyro. lacte & cremore lactis. Ol. amygd. d. communi oliv. poto.* Huc ſpectant & *Pulticula ex pomis* & ceraſis dulcibus confectæ: *Rapa & uva dulces*, illæ cum butyro, hæ crudæ comeſtæ.

Intemperies humida ad ſtatum naturalem reducitur per ea quæ frigidam corrigunt: Illa ſiquidem vi ſiccandi pollent. *Sebizius cap. 2.*

Inflammatio.

In cadavere fœminæ aſpera arteria tota erat inflammata parte interiore cum notabili nigredine, Quod nunquam à *Spigelio* antea obſervatum: Longo intervallo quum rauca vixiſſet tandem obmutuit. *Rhodius cent. 1. obſ. ult.*

Induratio in oſſeam naturam.
Laryngis attenuatio.

De Laryngis cartilaginibus utrum in omnibus, vel pleriſque ſaltem oſſeæ fiant, vehementer dubito, (*quod ſtatuit Columbus lib. 1. c. 13. Anat. qui Oſſium numero adſcribit, habita ratione coloris duritieique, ac præterea medulloſa ſubſtantia, qua in cartilaginibus nequaquam animadvertitur*) quamvis non negem frequenter, vel aliquoties ſaltem hoc accidere: Obſervaſſe tamen in ſenibus quibuſdam memini, ita attenuatam laryngem, muſculis, utpote exſiccatis, & quaſi excarnibus redditis, ut facillime inter comedendum aliquid aſperæ incideret arteriæ; Nuper etiam quidam Senex, ſexagenario major, tale quid paſſus, potum admittere omnino nullum potuit, quod mox illaberetur magna ejus pars ſ[?] arteriæ aſperæ, Cibum tamen propemodum ſine offenſa aſſumere potuit, præſertim qui non eſſet friabilis, ſed quaſi lentorem quendam haberet, atque ita paulatim contabuit. *Oſvvaldus Gabelchoverus.*

Aſperitas Arteriæ aſperæ.

I. [3] *Aſperitas, quæ lævitatis naturalis* defectus eſt,

Cognoſcitur ex raucedine vocis.

[4] *Oritur*, [5] vel *ab externis*, [6] ut oleo, ſi vetuſtate vel frixione rancidum eſt, nucibus, pulvere, fumo, &c.

Vel [7] *ab Internis*, aut *humoribus* ſalſis vel malignis à capite delapſis; aut *vapore* acri parietes ipſius feriente.

[8] *Curatur* lenientibus [9] & lævigantibus, [10] quæ Arteriaca dicuntur; & hæc, [11] vel omnis mordicationis ſunt expertia, ut *butyrum, lac, muſtum dulce, decoctum paſſularum, glycyrrhiza, jujuba, tragacantha*: [12] vel ſimul abſtergentia, ut [13] *ſaccharum, mel, carica*, [14] *ſaccharum penidium*, *Syrupus violatus, jujubinus*: vel cum acrimonia, ut *hyſſopus, radix ireos, ſemen urticæ, ſpica, thus, myrrha*. Maxime proſunt pillulæ *bechica*, Trochiſci *bechici*, Oleum *amygdalarum dulcium* cum ſaccharo cando, & alia quæ commodiſſimè in hypoglottidas ſub lingua reſolubiles conformantur.

[3] *Aſperitas, quæ lævitatis naturalis*) Senſu exquiſito prædita eſt ad moleſtorum perceptionem, Hæc oblinitur pingui & mucoſo humore ad prohibendam exſiccationem, atque lenior evadat ſonus; quo humore à catarrhis acribus abraſo, aut alia quacunque de cauſa inæquali reddito, vox rauceſcit; A nimio calore, ut in febribus, exſiccato clangoſa editur. *De Diemerbroech. Anat. l. 2. c. 14.*

[4] *Oritur*) Vide inferius Tit. 6. cap. 4. de Raucedine, quo hæc pertinent.

[5] *Oritur vel ab externis*) Vt Flatu Boreali, pulvere, fumo, halitu acri & mordaci, rebus acidis, ſalſis, medicamentibus acribus, vehementer abſtergentibus, fructibus acerbis & auſteris, vinis ſimili ſapore præditis. *Sebizius. c. 3.*

[6] *Vt Oleo, ſi vetuſtate*) Cuivis oleo, utut dulciſſimo & recentiſſimo, Acidi quid ineſſe, indicio eſt quod oculis adinotum eos mordicet, hinc inter Oculis inſenſa Oleum reponitur.

[7] *Vel ab internis*) Internæ ſunt ſalſus acerque catarrhus, vapores acres ex inferioribus partibus elevati, (*acrior Lympha*) humores maligni, quales ſe in lue Venerea offerunt, oratio longa, & vocis in canendo, loquendo & clamando intenſio. *Idem.*

[8] *Curatur lenientibus &c.*) Ex emplaſticis, morſus expertibus, ut ex ſimplicibus, *Liquir. pruna dulcia, uva paſſa* ab acinis repurgatæ, *corinthiaca; Cujuba, ſebeſten, pinea dulces, piſtachia, dactyli, ſuccus amygd. d. flor. violar. malvæ, ſemina malvæ, bombacis, g. arab. tragac. amylum. lac.*

Sacch. cand. penidium, cremor hord. mucilago ſem. pſyll. cydon. Emulſio 4. *ſem. frig. ma.* ſyrupi *liquir. papav. ſimp. granat. d nenuph. alth.* Julop. violar. *mel. paſſular.* Loch *de ſem. lini, de ſem. alth. & paſſular. papav. & comp. de amygd. de pino.* Trochiſci *Bechici albi, nigri, de violis.* Tabulæ, *diapenid. diatrag. fr. liquir. cotta*, Olea *amygd. d. rec. ſeſamin. violar ex olivis maturis recens. Idem.*

9. Le-

9. *Lenientibus & Lævigantibus*) Lævigans, leniens alias & applanans, λεαντικὰ *Græcis* dicitur, quod aſperas & ſumma facie inæquales partes æquabiliter implet, ac planas læveſque reddit : uſum habent eximium cum partes præternaturaliter exaſperatas lenire & æquabiles reddere placet, V.g. linguam & labia in fiſſuris, aſperam arteriam in raucedine &c. ut vero ſalia exaſperant omnia, ita Lęvigantia proprie loquendo juxta *Galen l. de Art. med.c.95.* humida & glutinoſa, non tamen mordacia una, *Humida* quidem, quia emendare aſperitatem à ſiccitate excitatam debent, *Glutinoſa* vero, ut diutius adhæreat, partemque impleat, læviget, æquabilem reddat; non mordax tamen, quoniam hoc eliquat & abſorbet humores, ac proinde exſiccat parteſque exaſperat; Verbo, lævigant gummoſa, oleoſa, temperata, dulcia, *ut ol. amygd. dulc. juſcula avenacea, mucilag. ſem. pſyll. cydon. althææ, alica hordeacea, ſuccus liquir. tragac. gummi Arab.* & pectoralia temperata alia, quæ parietes pororum & glandularum complanant.

Sunt tamen & *Lævigantia* improprie paulo dicta, ut ſalina ipſa & leniter mordacia, quatenus pituitam viſcidam detergunt, V.g. in raucedine laudatus eſt *ſyrupus de eriſymo Lobelii*, quatenus obſidens aſperam arteriam mucilago pituitoſa hoc modo aufertur, *Wedelius A.m. m. p. 102.*

10. *Arteriaca dicuntur*) Ἀρτηριακὰ, dicitur à recentioribus Medicis, ut ait *Galenus* ἀρτηρίας τραχείας φάρμακον, h. e. aſperæ arteriæ medicamentum, quanquam non proprie ipſius aſperę medela ſit ἡ ἀρτηριακὴ, ſed ejus præſertim membranæ quæ extremis ipſius muſculis, atque adeo toti ipſi arteriæ interius obducitur; Nam quæ illi quovis modo affectæ medentur ἀρτηριακὰ communi appellatione dicuntur : Afficitur autem hæc membrana vel nimia humiditate, vel aſperitate, vel exulceratione, vel inflammatione, ſicut aliquando per magnas vociferationes accidit. Itaque pro affectionum diverſitate non eſt dubium quin τῶν ἀρτηριακῶν multiplex genus ſit, & variis medicamentis conſtet; Quæ tamen omnia in tres ſummas differentias *Galenus* redegit *l. 7. X. T.* quarum prima, omnis acrimoniæ expers, & meatus exacte obturat, lævigans aſperitates, Altera huic contraria, non parum habens mordacis acrimoniæ, partem etiam ſanam exaſperans; cujus materia, eſt *mel, reſina terebinthina, amygdalæ amaræ, &c.* Media autem inter eas eſt lenis & citra acrimoniam facultatis extergentis. *Gorrhæus in Defin. p. 54.* Vide plura in Indice noſtro Med. Pract. p. 942.

11. *Vel omnis mordicationis expertia*) Frigida, acida, ſalina, nitroſa, vitriolica, Pectori inimica, *Frigida* coagulãdo ſerum, & à motu detinendo, *Reliqua* partim irritãdo, partim fundendo; Intelligẽda tamen ſingula hęc de Pectore vel debili, vel eroſo & eſſentialiter affecto; Hinc *Acida* in genere conveniunt aliquibus in caſibus; ſed ordinarie pulmonibus nulla eroſione contaminatis : Conveniunt *Acida, ſalina & nitroſa*, ut *ſpiritus ſalis, Clyſſus Antimonii*, in pleuritide pro tuſſi juvanda & conſervanda; In aſthmate quoque incidendi fine mixta & refracta cum dulcibus: Conveniunt etiam coagulandi & refrigerandi ſanguinem fine, quod paſſim alias commendant in hæmoptyſi (vide l.c.) Addi poſſunt huc & *alterica.* quæ mirum eſt à nonnullis in tabidis, conſumptis, & phthiſicis ac hæmoptoicis commendari. *Wedelius Am. m. m. p. 146.*

12. *Vel ſimul abſtergentia* (Vide ſupra §. *Lenientibus & Lævigantibus.*)

13. *Saccharum*) Sal eſt ſaccharum, quia hoc ipſum eſt de natura Salis, licet acorem palliet acceſſio partium rotundarum ſulphurearum & roſcidarum. *Wedelius A. m. m. p. 108.* Omne Saccharum acidum in ſe continet, ob quod Scorbuticis & febricitantibus nocet, quo varias vitioſas effervеſcentias ſuſcitat, & ventriculi vitale fermentum corrumpit. *Hofmannus in Clavi pagina 598.*

Reſinatum, quia aliquantulum acrius eſt, præſtat in attenuatione, meiſione, abſterſione; Non reſinatum in lenitione, lævigatione, adeoque in Pulmonum vitiis &c. *Schrøderus Pharm. l. 4. c. 213.* Recentiores Græci cal. & hum. gradu 1. conſtituere, & recte ſi de *Maderenſi, Canario & Meliтenſi*, intelligas.

At *Thomæum*, quia minus depuratum, calidius eſt, (quibuſdam tamen primum caliditatis gradum non excedit) & mellis fere naturam adſciſcit, Sic & *Finum* dictum, propter lixivium, à quo calorem & acrimoniam acquirit, *Thomæum* caliditate ſuperat ſitimque excitat, Etſi non deſint qui ſaccharum puriſſimum ſiccius & calore inferius impuro velint; Sane minus calidum & ſiccum quam mel, atque ſuavius, ita & omnia melius quam mel efficit, nec ſtomacho infeſtum eſt, Verum melle minus nutrit, minus abſtergit, minuſque ſitim cauſat; Non minus errant qui refrigerare ſaccharum exiſtimant, ſiquidem in calidiore ventre in bilem verti compertum eſt : Aliis melius quo vetuſtius, quanquam calidius, ac magis partium tenuitate polleat, ſed capiti fere nocens : Dilutum quidem aqua refrigerandi vim concipit, ſibi algentem aquæ naturam aſciſcens, præſertim ter coctum.

Saccharum candidum (*Cantium* dici jubet *Van der Linden* in *Selectis medic.*) Cal. & hum. primo gradu, emollit & abſtergit, At *rufum* calidius eſt, & ad mellis qualitatem accedit, magis etiam candido abſtergit, & ſicut id in calidioribus, ſic hoc in frigidioribus affectibus utile eſt, Linguæ fiſſuras, raucedinem, faucium aſperitatem, tuſſim lenit, & ad expectorationem facit, ſi in ore liqueſcat, vel in cibo & potu aſſumatur; Tuſſi calidæ & ſiccæ medetur, ſi *pulveriſatum cum mucilagine ſemin. pſyllii* avellanæ magnitudine in ore detineatur, ſenſimque liquefactum deglutiatur; Pro tuſſi infantibus *pulveriſatum pomo dulci excavato inditum, & in butyro recenti* coctum exhibetur, *Caſpar Bauhinus Th. Botan. pagin. 315.* *De ſaccharo Penidio* vide inferius.

14. *Saccharum penidium*) Hoc temperate calidum eſt, lenit & emollit, aſperitatem faucium, raucedinem, tuſſim ſedat, pectuſque expurgat, ſive per ſe, ſive in cibo aut potu ſumptum, cujus nomine infantulis vel in pulte, vel cum lacte exhibetur; Tuſſi ſiccæ medetur, ſi cum decocto liquiritiæ quater in die ad ℥iv. ſingulis vicibus calide propinetur: Fortius erit ſi *Penidii* ℥iv. *aqu. font.* ℥xiv. *lactis recens mulcti* ℥iv. vaſi terreo indantur & lenta pruna ad aquæ conſumptionem bulliant : Cujus hauſtus calidus, quater in die ſumptus, juvabit In ulcere pulmonum, febre abſente, *penidii in lacte recenti diſſoluti* uſus frequens commendatur: quod ſi febris adſit ℥iv. vel v. in lactis aſinini ℔iv. diſſolvantur, Ex longo morbo abſumptis, ſi eorum cibis miſceatur utile eſt : Ad aſperitatem faucium, raucedinem, tuſſim, tabem, & purulentam exſcreationem utilis eſt *Aqua ſacch. Penidii*, hoc pacto decocta, *Accipiantur ſacchari penidii albi* ℥v. *Aquæ fontis* ℥iv. *vaſi mundo terreo indantur, lentis prunis ad medias decoquantur*; colentur, & ad uſum reponantur : Cujus loco & *confectione Diapenidii*, in officinis uſitata, uti licebit: Ita *Rhaſis de ſimpl. cap. 26.* habet, Penidii calidi ſunt, qui guttur, ventrem, veſicam lenientes, ea quæ in circuitu renum ſunt calefaciunt, Ad Anginam, ſi frequenter gargariſmati ex lacte confecto addantur, commendantur. *C. Bauhinus Th. Botan. p. m. 318.*

Anguſtia.

II. [15] *Anguſtia* artetiæ aſperæ.

Cognoſcitur ex [16] reſpirationis difficultate, & imminente ſuffocationis metu, modo majore, modò minore.

Oritur, [17] aut à *cauſis comprimentibus*, ut luxatione vertebtarum, inflammationibus, tumoribus, laqueo &c. nec poteſt curari.

[18] Quæ ob gibbum ex aſthmate ante pubertatem fit.

Aut à *cauſis obſtruentibus*, ut [19] rebus *externis* illapſis, quæ removendæ.

[20] *Internis*, humoribus craſſis, glutinoſis, qui incidendi, attenuandi, extergendi, Syrupo *capillorum veneris, praſſii, glycyrrhizæ*; Pure, grandine, calculis in pulmone lugenitis, carne poſt poſt vulnera & ulcera adnata. Si quid ſuperiote Oeſophagi parte hæret & aſperam arteriam coarctat, conquaſſatis pugno dorſi vel inter ſcapulas vartebris quibus gula adjacet, in ventrem detruditur.

[15] *Anguſtia*) Alia eſt *naturalis*, *alia morboſa*. Naturalis poteſt eſſe cauſa multorum morborum, Hujus exemplum affert *Galenus 3. de Humor. comm. 4.* ubi dicit *Calculos gigni in renibus illorum in quibus tranſitus & via renum ſunt anguſta*, videlicet verſus veſicam, Quoad *morboſam*, iovenio ſex ejus ſpecificas differentias, quæ indicant remedia omnino diverſa, & interdum contraria: Quare illi ſunt alogiatri, & in Medicina parum verſati, qui putaot dari *aperientia communia, quæ omnibus morbis in anguſtia adverſentur*; Illa enim aperientia quæ tollunt obſtructionem, nullo modo tollunt anguſtiam factam per compreſſionem; neque tollunt illam quæ facta eſt per coaleſcentiam vel per conſtipationem, vel per occluſionem, Præterea morbi in Anguſtia maxime differunt à morbis in Intemperie, quia morbi in anguſtia cito fieri poſſunt, In intemperie oon cito; Exemplum affert *Galenus 3. de loco c. 7.* ubi inquit Epilepſiæ ſolutionem eſſe ſubitaneam, quia fit à pituitoſi ſucci multitudine replente ventriculos cerebri: *Sex igitur ſunt differentiæ morborum in Anguſtia* 1. Obſtructio 2. Compreſſio, 3. Conſtipatio, 4. Occluſio. 5. Subſidentia 6. Coaleſcentia.

Quoad *Obſtructionem*, *Galenus 8. m. m. cap. 4.* vult fieri à tribus cauſis, 1. Ab humore viſcoſo, tenaci & lento. 2. ab humore craſſo 3. ab humore copia peccante: *Altimarus* addit obſtructionem à *ſpiritu* ſeu *flatu* in aliqua parte concluſo; Obſtructio *autem* ſolum fieri poteſt, ut docet *Galen. l. de conſt. A. M. c. 17.* in vaſis ſenſibilibus, ad differentiam conſtipationis, quæ ſolum fit in meatibus ioſeoſibilibus.

Quoad *Compreſſionem*, hęc à Tumoribus p. n. A nimia pinguedine, & à quacunque alia cauſa comprimeote meatus ſenſibiles vel inſenſibiles fieri poteſt; Hęc fieri poteſt ab *oſſe luxato* (ſic à luxata vertebra colli poteſt comprimi aſpera arteria) *Galenus 3. m. m. 11.* damnat aperieotia dum anguſtia fit ob compreſſionem; Dat exemplum de Reoibus, Veſica & Vtero, Cum renes, *inguis*, & veſica, aliqua inflammatione tentantur, diuretica majorem excitare inflammationem, quia ſecum ferrent excremeota, quæ majorem inflammationem, & anguſtiores meatus efficerent.

Quoad *Conſtipationem*, hæc certe non poteſt vocari obſtructio, quia hæc ex *Galeno l. de conſt. Art. cap. 17.* ſolum fit in meatibus ſenſibilibus; illa vero io inſenſibilibus: hioc l. xi. m. m. c. 4. dicit *Stipationem* fieri ab extrinſeca frigiditate, denſante fines vaſorum exiguorum, vel totam cutem.

Quoad *Occluſionem*, hęc fit à re ſolida, ſicuti quando meatus urinarius, vel ureteres occluduntur à lapillo, vel à caruncula.

Subſidentiæ meminit *Hippocr. ſect. 1. aph. 3.* ubi ait in affectu plethorico non eſſe evacuandum uſque ad *ſubſidentiam*, μηδ' ἐς ξυμπίπτωσι ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν. *Galenus 5. de ſympt. cauſis* cap. 2. ait fieri ſubſidentiam, dum contrahuntur ora vaſorum; quæ contrahi ait ob tres cauſas, ob atrophiam, ob frigiditatem, ob mollitiem; Addimus nos, ob maximam virium imbecillitatem.

Dum fit in moribundis ſtertor, à oulla alia cauſa fit qoam propter ſubſideotiam vaſorum pulmonis, per quæ vaſa aër inſpiratus cum difficultate tranſiens efficit ſtertorem (*forte & contingit ob ſubſidentiam tracheæ arteriæ.*)

Coaleſcentia fit à Callis, qui poſt vulnera antiqua, vel poſt ulcerum ſanatiooem, vel ob alias cauſas facti, efficiunt anguſtiam. Hinc *Galenus xiij. m. m. c. ult.* videns callos impedire humorum confluxum, ait, Si cerebri fluxus fiat ob debilitatem venarum, vel arteriarum, illas excidimus, quia facta cicatrice & callo, non amplius fluunt humores in cerebrum: Ecce quod calli, ſeu cicatrices impediunt fluxiones, ſi fixi, duri & firmi ſint, quia tunc oullus relinquitur locus recipiendi humorum confluxum. *Sanctorius de Rem. Invent. c. 7. p. m. 47. & ſequ.*

[16] *Reſpirationis difficultate*) Tria ſuot Reſpirationis ioſtrumenta; Alia *Excipientia*, ut Pulmones; Alia *Deducentia*, ut Aſpera Arteria & Larynx, Alia *Moventia*, ut Thorax: Hic contingit difficultas reſpiratiooisa vitio ioſtrumentorum *deducentium*, quorum præcipuus affectus eſt Anguſtia, quæ multiplex eſſe poteſt; ac prout major aut minor, eo ſuffocationis magis aut minus impendet periculum.

[17] *Oritur aut à cauſis comprimentibus &c.*) *Vertebrarũ luxatio* ad Chirurgiam pertioet: *Inflammationum, Tumorum* cauſas & curationem quære Cap. de Angina & Tonſillarum affectibus: De *Cõpreſſione à laqueo* vide c. de *ſuffocatione*. *De Externis illapſis*, vide Chirurgiam: Si ſit ab *humoribus craſſis* &c. conſule cap. de Aſthmate.

[18] *Quæ ob gibbum ex aſthmate*) Qoemadmodum Vertebræ inter ſe diſtinctæ ſunt, pro vario ſitu quem in ſpina obtinent (aliæ enim ſunt cervicis, aliæ dorſi, aliæ lumborum) ita Gibboſitas, quæ vertebrarum ſpinæ vitium eſt, diverſa eſt, noo ſolum pro vario ſitu vertebrarum, ſed maxime pro varietate ſymptomatum quæ ſingulæ ſecum invehunt: Nam ea Gibboſitas, quam perverſio primæ cervicis vertebræ parit, meatum deprimit, ad pectus deglutiendi ac loquendi omnimodam difficultatem, indeque citiſſimam mortem affert; In Gibboſitate reliquarum vertebrarum cervicis, tota cervix contorquetur, reſpirandi ac loquendi oon levia difficultas iovehitur, ſpiritus cum ſooo redditur, & ſtertor in dormiendo auditur &c.

Cujuſlibet autem Gibboſitatis cauſæ ſunt duplices *Externa*, ictus, caſus violentus in ſcapulas aut coxas, *Interna*, tumores frigidi, duri, crudi ac magni

circa

vincula ac membranas vertebrarum adnati, flatus, qui vincula earundem diſtendunt; Excrementitia humiditas ibi congeſta, aut huc aliunde illabens, quæ eadem emollit, lubricat & relaxat: Vehemens tuſſis, quæ vertebras ſuo loco pellit, Immoderata ſiccitas, quæ earundem vincula contrahit, ut ſæpe fit in hecticis; Inflammatio earundem; Conſuetudo paulo frequentior inflectendi ac recurvãdi corpus in partem aut poſteriorem aut lateralem, Hipp. *aph. loc. 46. 6.* videtur ex omnibus hiſce cauſis tantum attigiſſe Tumores frigidos, tanquam cauſas potiſſimas Gibboſitatis cujuslibet, maxime vero Dorſi &c.

Qui ergo Gibbi fiunt à tumoribus frigidis, ligamenta, ſeu membranas vertebrarum obſidentibus, evadunt aſthmatici, aut tuſſiculoſi, aut utrique Aſthmatici quidem, quod ob tumorem, ſive parvum ſive magnum, internum pectoris ſpatium reddatur anguſtum; nam quo vertebræ intro magis flectuntur, eo ipſum ſpatium magis contrahitur: unde ipſi pulmones non tam liberum ac expeditum habent motum, quo aërem in ſpiratione attrahant excipiantq́ & fuliginem expiratione expellant; Tuſſiculoſi vero, non tam à ſeroſo ac tenui humore à tumoribus in pulmones effuſo, quam à mole tumorum pulmonibus incumbentium, quomodo magnus tumor hepatis aliquando tuſſi vexat; Utrique vero evadunt & aſthmatici & tuſſiculoſi, ſi duri ac magni ipſi tumores extiterint; nam ſi parvi ac molles illi fuerint, aſthmatici quidem fiunt, non tuſſiculoſi; Tales autem Gibbi à frigidis tumoribus vertebras obſidentibus facti, ſi fiant aſthmatici aut tuſſiculoſi in pueritia, & antequam pubertatis annos exceſſerint, longævi eſſe nequeunt, ſed ineunte adoleſcentia ſtatim moriuntur; quod augeſcentibus corde ac pulmone, illis continendis, illorumque dilatationi ſpina præ anguſtia ſufficere non poſſit, unde ſtrangulatio neceſſario affertur. *Laebantius comm. in aph. 46. 6.*

[19] *Ut rebus externis illapſis*) Ut quæ imprudenter deglutita in ejus cavitatem delapſa ſunt, cibi, medicamenta, alia, quæ aliquandiu in ore detenta, loquentibus, inſpirantibus, ridentibus, canentibus, forte in eam inciderunt; Sic vidi mortem conſequutam à deglutito oſſiculo tereti, triangulari, lateribus adhærente, à morte per bronchotomiam exempto.

[20] *Internis*) Internæ ſunt humores craſſi ac viſcoſi, confertim à cerebro defluentes: Pus, ob ruptum abſceſſum in angina: Purulenta materia quæ à tabidis, empyis, pleuriticis, aut peripneumonicis ad bronchum aſperæ arteriæ fuit elevata, non prorſus tamen tuſſi ejecta, ſed ſecundum partem aliquam, ob craſſitiem, aut lentorem, inibi retenta; Huc pertinent ſanguinis grumi, grandines, & calculi pulmonum, putridæ eorum portiones, carunculæ quæ poſt ulcera aut vulnera arteriæ iſtius ſuccreverunt. *Sebizius.*

Vulnera.

III. [21] *Vulnera* [22] vel *ſuperficiem* tangunt, & tum curati poſſunt: vel *Cavitatem*, & tum aër ita egreditur ut admota candela extinguatur, ſi ſubſtantia cartilaginea eſt vulnerata, per tranſverſum præſertim, [24] vix coaleſcunt: Si inter duos annulos, interdum ſanantur. Qui moriuntur, vel ſtatim ſanguinis in arteriam effuſione ſuffocantur: vel lente à ſuccreſcente vulneri caruncula.

[21] *Vulnera*) Infliguntur ut plurimum à rebus externis, quæ vim habent incidendi, pungendi; Fiunt & à cauſis internis, præſertim à ferina violentaque tuſſi, & magna vocis contentione. *Sebiſius.*

[22] *Vulnera vel ſuperficiem*) Vulneratur, vel *Bronchus* duntaxat, h. e. canna ipſa, vel caput illius, *Larynx*, *Illius* ſigna ſunt ſpiritus per vulnus emiſſus (*niſi ſuperficiarium ſit*) ſanguinis per os exitus, amiſſio vocis, & affectæ partis ſitus, qui eſt medius colli locus: *Hujus* ſunt, vocis privatio, aëris exitus, locus colli ſuperior; *Sebiſius.*

[23] *Curari poſſunt*) *Bronchi* vulnera tolerabiliora ſunt, *Laryngis* periculoſiora, idque propter loci anguſtiam, quæ ſuffocationem minatur, ſi ſanguine, pure & ſordibus aliis repleatur, Et propter laryngis muſculos, qui facile phlegmonem concipiunt, & anginam inducunt. *Sebiſius.*

[24] *Coaleſcunt*) *Bronchi* vulnus ſi tranſverſum ſit, ægro præcipiendum ut caput & collum deprimat, ſive inclinet, Sin impactum per longitudinem, mandandum ut utramque partem attollat, quo labia vulneris coëant & conjungantur; Hinc vulnus ſuendum, & glutinent imponendum, ut *Empl. nigrum, Stićticum Crollii, contra rupt.* De *minio Vigonis*, Ceratum *de Betonica*, *de Grat. Dei*, Per os danda quæ ſenſim per aſperam arteriam feruntur, ægroque ſupino propinanda paulatim deglutienda, forma *ſyrup. electuar. eclegm. tabular.* Præcipiendum ægro ſilentium, cavendum ſi fieri poſſit, ne tuſſiat; Vulnus enim quietem requirit ut conſolidetur: *Syrupos* & *Aquas* vide inferius in ulcere Aſperæ Art. *Electuaria* parantur, ex conſervis, conditis, eclegmatis, ſpeciebus, trochiſcis &c. *Conſerva* ſunt *roſar. rub. ſymph. ſpecies diacorall.* Condita *Cynoſb. myrobal. cydonia, diacydon. ſine ſpec.* Troch. *de roſis, terra ſigill. crocus Martis.* Lohoc *de Pulmon.*

Vulnera *Laryngis* eodem modo tractanda; Si imminet ſuffocationis periculum, quod cavitas illius ſit repleta, inflammata aut coarctata, Chirurgi vulnus dilatant, cannulam immittunt, quæ aëri præbeat ingreſſum reſpiratione: Cauſis obſtruentibus & coarctantibus remotis, cannulam iterum auferunt, & conſolidationi ſtudent. *Sebiſius.*

Ulcera.

IV. [25] De *Ulceribus* hoc monendum. Ab [26] humoribus acribus, ſalſis, venenis & medicamentis oriri. [27] Cum dolore, ſanguinis ſputo, in principio puro, poſt purulento, ita ut & cruſtulæ ejiciantur, affligere. [28] Si internam cavitatem occupent, difficilia, ob partium ſitum & naturam [29] curatu eſſe. Si Cartilagines exedantur, & putrilago accedat, non curati.

[25] *De Ulceribus*) Pectus, & ejus partes internæ cum nutriantur balſamo naturali, quod *ſale* conditur, quod quidem cum aliquando & in nonnullis hominibus ſæpiſſime turgeat, & calcinetur, fomet calore naturali tunc temporis ulcera, ut in reliquis corporis humani partibus excitat & producit, quorum differentiæ de-

pendent ex ſpecie ſalis ulcus efficientis, aut ex ejuſdem diverſa calcinatione, ſeu deſiccatione. *P. Joh. Faber Chir. Spag. p. 99.*

26. *Ab humoribus)* Arteria iſta in interiore ſua ſuperficie à cauſis ulceratur externis atque internis; Illæ ſunt medicamenta & alimenta acria & mordacia, hocque nomine vim exulcerandi habent, Ex *alimentis* raphanus eſculentus & marinus, eruca, naſturtium, allium, porrum, Ex *aromatibus*, piper, zinzib. *caryoph. cinnam. galanga*, Ex *condimentis*, ſinapi, *Interna* ſunt humores ſimiles, quales ſe offerunt in catarrhis ſalſis & nitroſis, in lepra, lue venerea, pleuritide peripneumonia, empyemate, angina; In quibus affectibus pus quandoque acre & mordax extuſſitur; Interdum ſi lentum ſit, craſſum & glutinoſum, aliquid parietibus illius interioribus aſperæ arteriæ adhæret, illoſque erodit atque exulcerat. *Sebiſius.*

27. *Cum dolore)* Dignoſcuntur ulcera Pectoris Tuſſi continua & frequenti quæ ægros diſcruciat, cum pure & ſanie ſimul permixtis, ab ulcere promanantibus, cum dolore parvo & pondere totius pectoris, febre lenta & continua, quæ dependet ex communicatione inflammationis partium ulceratarum cum proximo corde, quod dum inflammatur, cæteris corporis univerſi partibus febrem ſuam illico communicat: Rubedo maxima in genis apparet, quod ramus venæ *azygos*, qui toto pectore extenditur, inflammetur per communicationem partis inflammatæ. *P. Joh. Faber.*

28. *Si internam cavitatem occupent difficilia)* Ardiam ſunt, præſertim ſi ſint alta non ſuperficiaria; ſi annuli arteriæ cartilaginei ſint exeſi; ſi putredo adſit, ſi acceſſeri phlegmone, Imo & alia quoque faceſſunt negotium, 1, quia medicamina ægre eo pertingunt, 2. quia pauca in quantitate ad arteriam perveniunt, 3. quia non diu ibi morantur, ſed cito prætérfluunt; 4. quia catarrhi cerebri ſæpe per illam ad pulmonem abeunt & ſanationem impediunt. *Idem.*

29. *Curatio)* Cauſæ *externa* ſunt removendæ, Deſtillationes arcendæ, Purulenta materia dictis in affectibus educenda, Tandem detergentibus, ſiccantibus glutinantibus & cicatricem inducentibus utendum.

Vlcus detergunt Aquæ *veronicæ, ſcabioſæ, marrubii, hyſſopi, helenii, Irid. Card. bened. urtica, capill. ven. heder. terreſtr. mellis, gentiana, ſeri lact. capr. Syrupi veron. ſcabioſ. marrub. hyſſopi, card. ben. capill. ven. liquir. hed. terr. mel. roſ. colat.* Decocta, *hordei, ficuum, liquir. polypod. Cicer. uvar. paſſar.* cum *melle & ſacch.*

Vlcus ſiccant & conſolidant, Aqu. *plantag. verbenæ ſanic. alchim. bugula, prunella, centinod. equiſ. burſa paſt. roſar. ſyrupi plantag. roſ. ſiccar. myrth. ſymph. portulaca. Sebiſius.*

Curatio) Methodus curandi hæc ulcera, eſt *victus regimen* humectans & refrigerans radicaliter, ut vitæ mercurius multiplicetur, qui ſalis acrimoniam temperabit, & eum diſſolvet, & à ſua ſiccitate & calcinatione privabit, unde *lac humanum, aſininum* & ſimilia lacticinia conferunt valde hiſce ulceribus curandis, quod humido polleant & turgeant radicali, quo reficitur & reſtauratur Mercurius vitæ, ſeu humidum radicale deperditum, tum à calore p.n. febris ab ulcere promanantis, tum à ſale ipſo deſiccato & calcinato, ulceris cauſa & materia.

Balnea etiam aquæ dulcis tepidæ valde proſunt, quia ſua abundanti humiditate per poros corporis penetrant, & ſal ipſum diſſolvunt, ac ejus acrimoniam temperant.

Arcanum autem, & ſecretum rariſſimum & certum curandi hoc ulcus, conſiſtit in potione frequenti & continua humidi alicujus radicalis, alicujus mineralis aut metalli, modo purum putum illud humidum radicale habeas, omni acrimonia denudatum; *Oleum commune vitrioli*, modo dulcoretur, rectificando ipſum ſuper limaturam chalybis, arcanum eſt mirum in curatione hujus ulceris & totius morbi, permiſcendo ipſum Oleum ad quantitatem ʒß. cum ℥vj. *lactis humani* per menſem, continuando potionem: *Balſamum* etiam *ſulphuris*, ſeu *tincturam* ejus, extractam beneficio ſpiritus *vini, & ſpiritu terebinth.* qui ſecum habet flores ſulphuris diſſolutos, ejus inquam tincturam, in oleum diſtillatione converſam, valde etiam conferre aſſerimus: Oleum etiam *margaritar.* At omnibus præſtant medicamentis *olea*, ſeu *balſama metallorum dulcia*, quæ non ſolum ulcera hæc ad laudatam cicatricem deducunt, ſed etiam humidum radicale totius corporis deperditum reſtaurant & reponunt, & ſalem balſami naturalis calcinatum & deſiccatum diſſolvunt & temperant, & ad ſuam naturalem ſtatum & temperamentum deducunt, in quibus vera conſiſtit cura horum ulcerum, & hecticæ febris, quam anduram humani corporis dicunt Medici Spagirici: *Faber.* Horum medicamentorum deſcriptio extat in Ejuſdem Myrothecio.

Cap. IV.

De Pulmonis Morbis.

Pulmonis morbi ſunt, *Intemperies, Peripneumonia, Anguſtia, Vulnus, Phthiſis ſeu Vlcus.*

Pulmonis intemperies eſt ejuſdem à temperie naturali ad præternaturalem, propter cauſas tam externas quam internas deflexio.

a. *Signa* in Differentiis exprimentur.

[b] *Cauſa* ſunt vel *Externa*, & hæ variæ, potiones nempe frigidæ vel calidæ, medicamenta applicata, [2] aër, qui parum alteratus ad pulmonem defertur, [3] in iis qui columella deſtituuntur. Vel *Interna*, [4] *Humores*, qui eo ſive ex capite, ſive ex aliis partibus, ex hepate frequentiſſime deducuntur.

Curatio ad cauſas obvertenda, Vbi [5] ratione humorum nota.

1. Difficulter ob ſitum partis avelli, evacuari tamen debere.

2. Si copioſior eſt pituita, [6] commodius expectorantibus & emollientibus, ut eſt *radix Eryngii, Althea, Malva, Paſſula,* quam incidentibus tolli.

3. Multa calida hic non convenire, ne tenuioribus partibus abſumtis craſſiores maneant. Optimum eſt *ſemen lini.*

4. Si

4. Si cum materia febris acuta adſit, *Eclegmatibus* abſtinendum eſſe, ſiccitate quippe ſua & lentore expectorationem ſupprimunt. Unde frequentior fit reſpiratio, ac materia fervore contumaciam induit.

5. Si illi catarrhus conjunctus, curari non poſſe niſi prius catarrhus tollatur.

Dividitur intemperies pulmonis dupliciter.

I. Alia eſt *ſine materia*, quæ nullum ſuffocationis periculum habet, & facilius curatur.

Alia *cum materia*, quæ evacuanda, & revellenda, ut ſupra diximus.

II. Alia eſt *Calida*, quæ

[8] *Cognoſcitur* ex eo, quod genæ propter fumos adſcendentes rubeant, ſicciras linguæ cum ſiti, quæ [9] non niſi frigida aëris inſpiratione ſedatur, infeſter, & [10] quod anhelitus ſit frequens & celer.

In [11] *Curatione* medicamenta refrigerantia, [12] quæ per aſperam arteriam eo devehi debent, adhibenda ſunt.

Ubi nota, 1. Valida refrigerantia & repellentia pectori eſſe inimica, ſanguinis & ſpiritus vias intercipiendo, ipſamque thoracis naturam, eum ſit cartilaginea & oſſea, labefactando.

2. Inter præcipua interna numerari *Papaver* album, nigrum, & rhœas, *violas*, *endiviam*, *Hordeum*, *Nymphæam*, & ipſorum ſyrupos.

3. Diætam conformem eſſe debere, & [13] in Potu *Aqua hordei* [14] *cum ſyrupo violato* valet.

III. Alia eſt *Frigida* quæ

Cognoſcitur ex eo, quod Cauſæ refrigerantes præceſſerunt, reſpiratio ſit parva, tarda, rara, & pulſus ipſi ſimilis Exſpiratio ſit frigidior.

In *Curatione* medicamentis calefacientibus utendum eſt; [15] inter quæ præſtant [16] *Crocus*, qui anima pulmonis, Extr. *calami aromatici*. *Theriaca* vetus, *Tuſſilago*, *Nicotiana*, *Scabioſa*, *radix Ireos* & *aronis* præparata, *Elixir proprietatis*, *Mixtura ſimplex*, *Oxymel ſcilliticum* &c.

IV. Alia eſt *Humida*, [17] quæ

Cognoſcitur ex eo, quod vox ſit rauca, anhelitus frequens, cum ſibilo, ſtertore, & multo ſputo.

In [18] *Curatione* cavenda multum ſiccantia & adſtringentia. Proſunt *Oleum* [19] *ſulfuris*, [20] *flores ſulfuris* in ovo ſorbili, vinum in quo *oculi Cancrorum* macerati fuere, *ſaſſafras*, *radix Chinæ* &c.

V. Alia eſt [21] *Sicca*, quæ

[22] *Cognoſcitur* ex eo quod homines contabeſcant ſine ullo ulcere, reſpiratio ſit parva & frequens, ſitis ſit continua, ſputum paucum.

In [23] *Curatione* proſunt *Paſſulæ*, [24] *lac muliebre & aſininum*, [25] aqua *teſtudinum deſtillata*, aqua *vitulina*, *conſerva violarum*. [26] Extra, balneum aquæ dulcis.

a. Signa) Sex omnino ſigna ſunt quæ temperiem Pulmonis indicant, *Reſpiratio*. *Pulſus*. *Vox*, *Situs*, *Thorax* amplus anguſtuſve, *Iuvantia & Ledentia*. Sed. Eſtne verum, *Pulmonis & thoracis amplitudinem ſequi bronchiorum aſperæ arteriæ magnitudinem*: Optima eſt ratiocinatio *Galeni 4. in 6. Epid. 24.* Jn prima conformatione, *ait*, quibus calor nativus eſt inſignis, his cor magnum fieri veriſimilius creditur, magnum cor vult magnum thoracem; magnum cor vult, magnum pulmonem magnus Pulmo poſtulat multas aſperas arterias. *Hofmannus*.

[b] *Cauſa ſunt vel externa*) Thoraci nocent Folia *hyoſcyami*, *cicuta mandragora* · *Rorella* nimia dozi nocet, calida quippe & ſicca in 4. gradu. Semina *aresca*; in aſthmate ex lenta pituita quidem juvant, pulmonibus tamen nocere monet *Schironius*, & hecticam inducere.

Cinnamomi uſus nimius expectorationem impedit, ut & piper aliaque aromata, ob erodendi vim: *Petroſelini radices*, quia fluxiones movent, *Schyronius*.

Nocet *vitriolum*, quia adſtringit & rodit: Fumus *ſulph. vitrioli* vapores *Mercurii*.

Eius *cancrorum fluviatilium* nocet, quia vix coquuntur, teſtes ſunt eructationes putredinoſæ; *Lac* ſæpe noxium, quia facile corrumpitur, & in bilem vertitur: Nec omnibus commodus uſus *ſeri lactis*, quia aquoſis ac nitroſis partibus ventriculum lædit, inteſtina inflat, alvique fluxum concitare poteſt. *Brunnerus conſil.*

Lepus marinus totius ſubſtantiæ proprietate inimicus: *Fumus pulvis*, hinc oves tabidæ.

Admodum *frigida* actu & poteſtate, & ſimul *adſtringentia*; *Narcotica & opiata*, unde *Montanus* ait, *Philonio* tanquam à peſte cavendum in Pectoris affectibus: *Exſiccantia* nimis & vehementer *calefacientia*, cum id quod tenue eſt conſumant, craſſum relinquant in *aſthmate*, & ubi multum phlegma aut pus: Valde *incidentia* in principio: Nimis *reſolventia* & *expectorantia*, cavendum enim ne plus reſolvatur quam poſſit ejici, hinc multi mortui; monente *Montano* in Conſ.

Rhabarb. & *myrobalani* vitentur in morbis pectoris, ob ſiccitatem & adſtrictionem, Pectus enim lenientibus gaudet, inquit *Eugalenus*.

Aloe valde ſiccat & Pulmonibus infeſta.

Purgationes omnes validæ vitandæ.

Venæ ſectio Pulmoniacis valde noxia, præſertim frigida redundante materia: *Schonbornius Man. pag. 94. & ſeq.*

2. *Aër qui parum alteratus ad Pulmonem defertur*) Ad ſanguinis æſtum temperandum Reſpirationem ordinatam judicant pleríque, quem ab inſpirato aëre frangi ac temperari patet ex incommodis Aërem, ad ipſius moderationem minus aptum, conſequentibus; Hoc uti non nego fieri, ita cenſeo ſanguini multum in dextro quoque cordis ventriculo rarefacto iterum condenſando imprimis conducere aërem inſpiratum.

Id autem puto fieri quatenus in aëre diſperſæ ſunt partes nitroſæ ac ſubacidæ, ſanguinem æſtuantem rarefactumque condenſare, atque æſtum blande compeſcere potentes.

Diſtinguo autem inter partes aëris *ſubacidas* & nitroſas, cum illæ ſint magis ſimplices, hæ vero magis compoſitæ, ex acidis puta, ſed ſimul oleoſis, cum ſale lixivo junctis quod chymica nitri analyſis & ſyntheſis manifeſtum facit: Per aërem, autem multiplices volitare partes, non tantum aqueas, igneas terreaſque, ac oleoſas quoque, ſpirituoſas, ſalinas, lixivas & acidas, quin multipliciter ex his omnibus plus minus miſtas, plurima evincunt experimenta, ſedulis mutationum Chymicarum ſcrutatoribus haud ignota; Læditur hæc temperatio in Pulmone facienda per inſpiratum, quoties ipſa vel nulla vel parcior, vel nimia fit.

Nulla fit aëris valde æſtuantis & quieſcentis culpa, unde in animi deliquium, imo mortem aliquando incidit homo, Sanguine ob defectum partium nitroſarum acidarumve dictarum ſumme rareſacto & fluido, ideoque ignem internum obruente.

Parcius temperatus ob leviores cauſas; & quia pauciores aut inertiores ſunt in aëre partes nitroſæ & acidę, pauciores ſaltem alliciuntur ob inſpirationem quavis de cauſa impeditam,

Pauciores ſunt dictæ partes nitroſæ acidævè, ob ſummum æſtum, vel humiditatem, cujus rei ſignum, ſi non cauſa ſimul, ſumma eſſe ſolet aëris tranquillitas. A Solis namque radiis, tum igneis tum ſpirituoſis, frequentiſſima æſtuantis aëris cauſa, oleoſæ quidem aëris partes rareſiunt potenter.

Salinæ autem Acidæque leniuntur ac inertiores fiunt; Sicut ab humiditate aquea, ſive pluvia diſſolutæ infirmantur, unde non mirum ſi tales inſpiratæ ſanguinis æſtui temperando minus ſint aptæ: Aërem quietum ſanguini temperando ineptiorem eſſe ipſo mediocriter ſaltem agitato, evincit flabelli uſus in ſummo aëris æſtu, per agitationem blandam moderando tantopere utilis.

Utique à vento quovis, flabellique motu frigus produci teſtatur ſenſus frigoris in partibus externis aërem ſic agitatum excipientibus, quod fieri puto partim ob diſcuſſionem partium ignearum, urgente aëris æſtu circa nos collectarum, ideoque calorem in nobis majorem producentium; partim ob adductionem & congregationem partium nitroſarum & acidarum prius ab igneis vel fractarum, vel quaquaverſum depulſarum & ab invicem ſemotarum, ob majorem ſaltem ignearum copiam, efficaciamque ſenſu minus perceptarum.

Nimia fit ab Aëre inſpirato ſanguinis per pulmones delati *temperatio*, i. e. condenſatio & refrigeratio, quando redundant in aëre partes nitroſæ acidæve, à quibus ſæpenumero, hyemis præſertim tempore, flante Borea, & in regionibus Borealibus, ac quoties imprimis prius incaluit corpus univerſum, eouſque coagulatur in pulmonibus ſanguis, ut obſtructionem in vaſis ſuis, aut intermediis pulmonum mæandris pariat, unde ſequitur ſemper ipſius ſanguinis ſtagnatio, & aliquando. aucta ob affluentem continuo ſanguinem, vaſorum diſtenſione, eorundem ruptione, ſanguiniſque effuſione, una cum *Peripneumonia*, quin poſt apertum apoſtema Phthiſis. *Franc. Sylvius Pr. L.1.cap.21.*

3. *In iis qui columella*) Uſus ejus eſt moderari aëris frigiditatem ne ſubito in pulmonem irruat, unde hac deſtituti ſubito ſæpe moriuntur. *Bartholinus Anat. Renov. p. m. 542.*

4. *Humores qui eo, ſive ex capite, ſive &c.*) Adeoque Tuſſim excitantes, quam *catarrhis* depluentibus à capite tribuunt authores, Sed poſt *Helmontium, Tract. catarrh. deliramenta*, Inprimis *Schneiderus de Catarr.* ſanguinem diſcuſſit; Hic enim in eo eſt totus ut dicat, Tuſſes tales, catarrhis tributas, tam ſiccas, quam (quę ſucceſſive ſuperveniunt) humidas, oriri ex materia ſudante ex ſanguine per membranas, ceu colatoria.

Verum rectius *Steno* obſervavit, quod poſt tales tunicas. communiter pituitarias *Schneideri*, ac alias ſimiles, per quas ſeroſæ materiæ fit tranſcolatio, copioſæ ſtrę ſint glandulæ, quarum orificia per iſtas tunicas hient, & ita lympham in iſtas cavitates effundant: Adeoque, dum dicit *Schneiderus* in coryza tranſſudare mucum per tonicam pituitariam ſuperiorem. Jn broncho vero tranſſudare membranam aſperam arteriam inveſtientem, potius cum *Stenone* dicendum, ſub his tunicis latitare glandulas, lympham ſuam per iſtas excernentes. *Ettmuller. Pr. P. 1. p. 217.*

5. *Ratione humorum nota*) Notandum 1. Magis in affectibus thoracis *reſolventia* quam expectorantia prodeſſe *Reſolventia* enim expectorationē promovent, Expectorantia, ſeu bechica, non, qua talia, reſolvunt; Reſolventia ſunt velut anima pectoralium, ſine quibus nec bechica proſunt. nec figentia; ipſa enim cauſam genuinam & fontem reſpiciunt, diſſiciendo coagulum ſereum; bechica ſaltem parietes lubricant.

II. *Serum* Pulmonis domeſticum, æque ac ſanguinis, nunquam nimis abſumendum, idque tum in aliis pectoris affectibus (ſiquidem & tonum veſicularum conſervant humectantia, & expectorationem promovent, fluxilitate adaucta) tum inprimis in phthiſi: Sine his *antihecticum Poterii* non meretur titulum, imo pleraque magis ſiccant. Ita vero eſt ſiccandum ne quid nimis, ne noceamus.

III. Ita tamen *humectandum* ne nimis quoque laxemus: Laxitate gaudent Pulmones ſed moderata: Hinc quæcunq; laxitatem veſicularum Pulmonalium tollūt; quæcunq; eandem nimis adaugent; quæcunque teneras membranulas irritant, in affectibus pectoris vitanda ſunt; Tollunt laxitatem tum ſiccātia nimis, tum auſtera, acerba, ſtyptica, nimis conſtringendo; Augent laxitatem Linctus interno uſu juſto largius adhibiti; Externus pinguia Unguenta, poros nimis dilatando, unde illabitur magis humor: Irritant acria, rancida, & acida, inprimis vitriolata.

Tenerior eſt ſubſtantia Pulmonum quam ut hęc ferre poſſit. hiſce caſibus.

IV. Frigida, Acida, Salina, Nitroſa, Vitriolica, pectori inimica; *Frigida* coagulando ſerum, & in motu detinendo, reliqua partim irritando, partim fundendo: Intelligenda tamen ſingula de pectore vel debili, vel eroſo, & eſſentialiter affecto: Hinc Acida in genere conveniunt aliquibus in caſibus, ſed ordinarie pulmonibus nulla eroſione contaminatis. *Wedelius A. M. M. p. 145.*

6. *Commodius expectorantibus*) Nobiliſſimum pectorale habemus in *liquiritia & paſſulis*, *ſaccharum* male pectoralibus additur, nam conſtat omnia dulcia ſaccharata & mellita facile aceſcere in ventriculo, cui nil inimicius quam illud ſylveſtre acidum; Præſcribuntur ergo radices & herbæ pectorales, ſed omittantur ſemper iſta dulcia, nec credatis *gaudere pectus dulcibus*, gaudet

equidem

equidem inſipidis, & quæ non habeat qualitatem excedentem, non dulcibus extreme, ut ſaccharum. &c. *liquiritia* igitur convenit, quæ tamen in pauca quantitate ſumenda, ne uratur, tunc enim prava & acris fit. *Etmuller.*

6. *Commodius expectorantibus &c.*) Vide infra cap. de Tuſſi §. Incidentibus & Expectorantibus.

7. *Eclegmatibus*) Vide ſupra §. *Ratione humorum nota.*)

8. *Quæ cognoſcitur*) Hæc Intemperies ex *Galeno 4. Præſ. ex Pulſ.* præſtabit *Pulſum* qualem afferre ſolet uſus anctus, qui ſi diuturnus ſit, febris hecticæ erit metus: *Vocem* edet magnam, quæque continuari poſſit, ut explicant *Hippocrat. & Galen. 6. Epid. 4 tr. 24.* Qui enim calidi ſunt natura multum trahunt æris: ſed enim tibi multus eſt calor, ibi & aër, neceſſe eſt etiam vocem [illegible]e magnam: Deinde hi ſentiunt *calorem & [illegible] quendam in thorace.* Si catarrhis affligantur ad Pulmones, facile defunguntur. *Hofmannus In[illegible] p. m. 569.*

9. *Quæ [illegible] rigida aëris*) Talis Pulmo ſitim ciebit validam, etiam crebram. Hinc qui multum exercent pulmones dicendo cantandove ſiticuloſi ſunt, licet à conſuetudine etiam eſſe poſſit; Sed Quomodo diſtinguenda hæc Sitis ab ea quæ ab ore ventriculi? Quidam dicunt eos qui ſitiunt à Pulmone, primum juvari inſpirato aëre frigido; non juvari illos qui ex ventriculo, At hoc non eſt ſimpliciter verum, Aër enim frigidus in inſpiratione ventriculum etiam ingreditur. *6. Hofmannus ibid.*

10. *Quod anhelitus ſit frequens*) Pulmo calidus inſpirationem quidem faciet magnam, ob thoracis ſecundum omnem dimentionem dilatationem, Expirationem autem longam ob fuliginum copiam, Ut habet *Author Artis. Galen. 4. Laſſ c 9.* exemplo inflammationis Pulmonum ait, *In caliditate viſceris hujus hoc peculiare eſſe, quod præter reſpirationem magnam, frequentem & celerem, calidus ferventſque ſpiritus ore exeat quem adſtantes etiam percipiant.*

11. *In curatione medicamenta refrigerantia*) Valent folia *portulacæ*, qua nulla magis appropriata Medicina, inquit *Montagnana*, *tuſſilag. malvæ. alth. endiv. vera.* ſeu *intybi ma. [illegible]ariol. cichor. nymph. capill. ven. polytr. lichenis. pulmon. macul.*

Flores. *Pulmon. mac. violar. purpur. malv. nymph. bugl. cichor. farfar. papav. r. cyani, roſar. rub. & alb.*

Fructus, *paſſul. maj. & min. pruna Hungar. Hiſp. pyra, cydon. mora. acacia. carnea ping. jujub. ſebeſten. dactyli. ſiliquæ, pineæ rec. piſtac. avell. Longob. amygd. d. tribuli aqu. cynosb.*

Semina, iv. *frig. maj. & min. papav. hordei cremor. avenæ malv. alth. pſyll. cydon.* in his mucilago præſtans tollens acumen & eroſionem, *bombac. card. mar.*

Ligna, *Santal. rub. citr. alb.*

Radices, *alth. ſcor. endiv. ireos, liquir. polypod. arnogl. bugloſ.*

Gummi, *tragac. Arab.*

Aquæ deſtillatæ, *Caponis ſ. &c. pulm. & cordis vituli. antiphthiſ. pulmon. ver. card. mar. malv. liquir. violar. nymph. farfar. pap. errat. hed. terr.* cui tertia pars *aquæ portul.* admixta, habetur pro ſingulari experimento ad phthiſin, ſi hac æger in potu quotidiano utatur; *F. flor. rapor. deſtillata.* cum *croco* mixta, *Aqua ſtillat. hord. cum cancris.* utilis hecticis, *Aqu. capill. ven. bugloſſ. ex flor. pulmon. macul.* per B. efficax.

Olea deſtillata, *Violar. purpur.* pretioſa ob pretium & efficaciam, *amygd. d.* cum *ſacch. roſat. aut pemd.*

Emulſiones, iv. *ſem frig. maj pap alb. portul. amygd. d. pinear. &c.* Decocta, *Pector. Auguſt. flor. & fr. Capon. juſcula ex cancr. fluv. Decoctum ſecund rapor. exſiccat. cum croco & ſacch.* Decoct. *Santal. rub. ligni Rhod.* ſumptum per plures dies, commendatum à *Prævotio in Expor.*

Præſtantiſſimum *Decoct. ſantal, citr. ex Fonſeca.*

Succi liquidi & inſpiſſati, *Cremor ptiſan. hordei & tritic ſuccus portul. pulmon. mac. burſæ paſt. liquir. cum amylo. [illegible] extr. pened ſacch. e. roſat. tabul.*

Syrupi, *violar. ex ſucco &* per multiplicem infuſionem expreſſus, *roſar. jujub. nymph. cucurb. papav. rh.* (E ſucco melon. probat *Zacutus*) *pap. albi ſ. &c borrag. bugl. portul. de pomis, moror. liquir. pſyp. dialth. Fernel.*

Lohoc. *de pſyllio, paſſul. ſanlium, de portulaca, de alth pino. papav. pulm. vulp.*

Electuaria & Opiata, *Reſumpt. theriac. recens, dialth. Diacod. Auguſt* catarrhos redues ſiſtit, *Diacod Montani, laud. Op. Triphera magna. Philon. Rom.*

Conſervæ, *roſar. violar. p.* cum bolo Arm. & pulv. *Hali, Flor. pulmon. mac. rad. lactuc. Hiſpan. tuſſil. bugl. flor. ſcab. tunicis.*

Species, Pulveres, Ex ſimplicibus, *amylum, Pulv. Haly, à Rondeletio correctus, diatrag. fr. diapen ſacch. roſ. tabul. violat. Manus Ch. perl. & ſimpl.* Troch. *Carabes,* Pil. *cynogl. Diacod. ſolidum.*

Morſuli, *ex pineis, piſtac. amygd. d. carne perd. Capon. Panis Ma[illegible]*

Externa.

Folia, *portul. malv. alth. nymph. lactuc. endiv. farfar. braſſica.*

Ab animalibus, *butyr. majale, inſulſum, adeps porci maſculi, gallinæ, human anſeris.*

Mucilagines, *ſem pſyll. cydon. fœnugr. lini, alth.*

Olea, Linimenta, *Violar. amygd. d. lil. alb. Ungu. Reſumpt. Fernel. dialth.* Schonbornius. *Man.*

12. *Refrigerantia quæ per aſperam arteriam*) Sicut Sitis à Pulmonum æſtu inducta aëris frigidi inſpiratione mitigatur, Ita illorum intemperies calida curanda ſanguinis temperatione, mutando aërem ſumme æſtuantem algido, ſive naturali ſive artificiali; Talem continere ſolent ſpeluncæ, cellæ ſubterraneæ non raro nitroſæ; Talis arte paratur diluendo Nitrum, vel ſalem Armoniacum Aqua, mox ipſam per cubiculorum pavimentum effundendo, vel acetum acre purum aquave miſtum itidem diſpergendo; vel plantag. recentes acidiuſculas, ipſarumve folia & flores per conclavia ſpargendo, quorum ope augemus quoque in aëre partes acidas & nitroſas. *Fr. Sylvius l. c.*

13. *Et in Potu*) Bene obſervandum eſt ut omnia quæcunque ægri *bibunt calide* aſſumant, Nil nocentius eſt in affectibus pectoris, præſertim pleuritide & peripneumonia, & quod magis exaſperare eoſdem ſolet quam frigidus Potus, qui coctionem impedit, excretionem remoratur, tuſſim provocat, inflammationem intendit, & lædendo pulmones reſpirationem difficiliorem facit, quæ omnia in calido potu contrario modo ſe habent. *Etmuller.*

14. *Cum ſyrupo violaro*) Errant qui Pulmoniacis, prægnantibus & puerulis ſine cautione *ſyr. violar. purpurear.* præſcribunt; nam plerumque qui deberet eſſe & proſtare ex *ſucco violar* paratur per infuſionem *flor. violar.* cum *rad. iridis Flor* qua quidem ipſi conciliatur ſapor violar. optimus, ſed cum ægri detrimento aſſumitur, cum vim habeat valde laxandi, menſeſque movendi, unde patiens ad diarrhœam ſæpe deducitur, Phthiſicis lethalem. Uſurpetur ergo *ſyr. violar.* ſic paratus quando laxandi indicatio adeſt. *Schonbornius Man pag. 102.*

15. *Inter quæ præſtant*) Folia, *herb. ſ. capillar. marrub. albi,* quod pituitam viſcidam ac lentam valide expurgat; *calamint. thymi, puleg. origani, ſpica. ſcabioſ.* quæ abſceſſus aperit, *Veron, card. b, nicot. chærefol. be-*

ton. cujus magna vis in tabe & ulceribus pulmon. ut ait *Valleriola*; *botrys* multum expectorat, *epith. naſturt. ſatureja. ſymph. fœnic. pulmonar. muſcoſa & maculoſa*, cujus ſolius uſu plurimi reſtituti, *epatica, hyſſopi*, qui peculiariter peripneumoniæ, aſthmati, ac tuſſi veteri prodeſt; cum *melle* & *pulvere rutæ. ſcordii, roriſmar. rorellæ. nummulariæ majoranæ, abrotani.*

Flores, *ſcabioſæ, beton. pulmonar. mac. hyſſopi, tuſſilag. ſpica ſtæch. Arab. mchſæ, chamam. Rom. anthos, ſalviæ.*

Fructus. *Carica pingues, piſtacia, dactyli, uvæ paſſæ, pinea, amygd. dulc. & am. bacca junip. avellanæ Longob, caſtanea toſta & cum vino malv.* ſæpius uſurpatę pectus mire jovant, *carica in aq. vitæ macerata* expectorationem juvant, ſi abeſt ulcus; *pulpa nucis Indica* non conditę.

Semina, *aniſi, fœnic. cymin. naſturt. ſinap. rutæ hort. & ſylv. ſiler. mont. ſeſel. maſtl. fœnugr. lini. orobi, carthami, cheref. card. Mar. card. ben napi. abrotan.* orthopnoicos juvans.

Aromata, *Crocus, caſſia lignea, cinnam. zinziber, cubeba, caryophylli, nux moſch. macis.*

Ligna, *Aloes, ſaſſafras, guajac. Corticis citri, arant.*

Radices, *fœnic. pimpin. ireos, helen. ſcyllæ, ariſtol. rot.* quæ internos etiam abſceſſus aperit, *tuſſilag. gentianæ, ari, angel. acori, ſymph. liquir. alth. polypod. cepar.* coctæ & comeſtæ; *ſcordii, chinæ, ſcabioſ. raphan. dracunculi.* quę bis terve elixa in cibo valde incidit ac expurgat, *Saponaria*, in fiſtulis thoracis utilis, adinota & injecta, potenter pituitam lentam & craſſam expurgans, experimento *Schyronis*.

Gummi & Terrę, *Bolus* Armenus, quem *Galenus* utiliter dedit aſthmaticis; ſubſtituit *Montanus* c. c. cum *ſacch.* dandum, quia illo caremus; *G. Ammon. benzoe, myrrha*, quę magnitudine piſi ſumpta exſiccat catarrhum & roborat pectus: *Terebinthina* lenit alvum, aperit, abſtergit pectus: *Thus* electum, *Stirax calam.*

Marina, *Ambra, ſuccinum.*

Ab animalibus, *Cancri fluv. pulmo vulpis, cervi, vituli, zibeth. album Gr.* valde expectorat. *ſperma ceti, millepedes* uſti & *præpar. mel. lac aſininum.*

Ex compoſitis, Aquæ diſtill. *hyſſopi. praſſii, capill. ven. veronica, heder. terr. card. ben. card. mar ſcabioſ. beton. ſalviæ, ſatur. calaminth. roriſmar. ireos, abrot. fœnic. verben. rutæ, conſolid. puleg. angel.* Aqua *Pect. Sennerti. Dornecrellii.*

℞. *aqu. papav. errat. q. ſ. dulcoretur ſacch. c.* & tepide bibatur, habetur pro ſecreto ſi eidem *Extr. ſcabioſa* addatur.

Spiritus *Vini cum rore Solis, ſem. botryos liquir. ac marrub. terebinth. ſulph.* magna vis in aſthmate, cum ſæpiſſime ab obſtructione venarum oriatur, *card ben. hed. terr.*

Olea deſtillata, *aniſ. fœnic. cymin. angel. carvi, macis, majoran. anthos. ſalv. ſuccini, ſerpilli.*

Tincturæ. *Elix. propr. Tinct. ſulph. Croll. rubin ſulph. Querc.*

Extracta, *croci, helen. liquir. Ireos Illyr. ſcabioſ. veron. hed terr. angel. card. ben.*

Decocta. *Pector. Auguſt. flor. & fruct. ligni guajaci & ſalſæ cum pector. al. Chinæ, Mel roſat. cum aqua deſtill. hordei, mulſa in qua lota terebinth. cremor ptiſana cum croco & ſacch. juſc. galli decrep. cum pectoral. & guajaco, Decoctum rapar. paſſar. cum fæcula bryon. & croco.*

Vinum *in quo milleped.* macerati, ſine expr. Vinum ex *hyſſopo, marrub. helen. aromat. ſalvia, roremar. veron. hed. terr.*

Succi liquidi, inſpiſſati, *fœnic. veron. ſcabioſ. pulmonar. mac. ſcill. trid. cæleſt. liquir. ſacch. c. penid. mel anacard. Loquer raph. ex hujus taleolis & ſacch. albiſſ.* inter duas patinas concutiendo, da cochl.

Syrupi, *hyſſop. capill. Ven. ſ. &c. de praſſio, ex ſucco h. terr. Quercet. veron. ſcabioſ. card. ben. dialth. Fern. de ſicco tabac.* quo ſe phthiſicus reſtituiſſe teſtatur *Henrici Oxym. ſ. &c. Craton. ſcyll. compoſ. ſyr. de liquir. com. piloſell. tuſſilag. calaminth. beton. epith. de polypod. hyd. mel ſ. &c. mel paſſul. roſat.* cum *ſyr. de praſſio & aci ſcyllit.*

Lohoc *de praſſio, ad aſthma, de farfara, de ſcylla, Pulm. vulp. ſanum & ex. præſertim cum flor. ſulph. mi. tum, Canlinum. de paſſul. Quercet. de alth. Querc.*

Conſervæ, *botyros, veron. capill. ven. helenii, hyſſop. ſcabioſ. pulmon. macul. miracula præſtat in pulmoniac. abrotani, tuſſilag. hed. terr. majoran. flor ſalv. roſar. rub antiq.*

Condita *rad. haben. pimpinell. z. z. tuſſilag cum melle, dactyl. piſtac. pinear. nuc. jug. nuc. moſch. Judic cortic. citri.* Elect. & Antidota *Theriac. mithrid. Aure Alex. conſ. Kermes.* Species & Pulv. . *Diatr. ſimp* pectus roborant *Diair. Salom diapr. diatrag. c. . dia pen. dianth. diamoſc. diacalam. diani. , di m. dia hyſ. diatham.* quod admodum efficax, *diamarg. fr.* capiti & pectori dicatum.

Pulveres Chymici, *fæcula aron. bryon. flor. ſulph myrrhati, ſ. cum aloe, croco, myr. praparat. . ſulph. per ſe ter ſublimati, lac ſulph. flor. benz. flores ſulph. aliquoties ſublimati,* cum *duplo ſacch. c. miſti, addito pulm vulp. & ſpec. diatr. ſimpl.*

Truchiſci & Rotulæ. *Becch. albi & nig. alipta moſch rotula diair ſpec. dianiſ. diamarg. fr. &c.*

Externa.

Folia, *herbar.* ſupra dictarum, Ex iis *decoctum, hinc vapor, per* infundibulum ad pulmones trahatur mire efficax.

Suffumigia, *aromatum, cinnam. lignor. calid. ex nicot. gumm. junip. ſtirace cal. ladano, thure, electro, myrrha, benz. moſcho & ambra.*

Olea & Linimenta, *irinum. rutæ, aneth. coſtin. chamem. cheiri, amygd. amar. & dul. lilior. lini.* Sevum *cervin.* pinguedo *gallin.* adeps *anſerin.* maxime penetrat, reſolvit & relaxat, ait *Montanus*: cum *oleo chamam.* naſtum facilitat ſputum, humectat, mucilago *ſem. lini, fœnigr. alth. cum croco*, convenientraqua extracta, Linim. *ex Terebinth. ol. trid. butyr. rec.* medulla *cervi, adipe tauri, œſypo*, æqual tei mixtis.

Unguenta, *Dialth. Pector Auguſti Reſumpt. Fernelii.*

Emplaſtra *Ceroneum. Filii Zachar. meliloti.*

Schonbornius in Man.

16. *Crocus qui anima Pulmonis*) Hujus uſus tum cibi, tum medicamenti loco utiliſſimus in pectoris affectibus; *In ovo ſorbili* cum *ſacchare & cinnamomo* mixtus, veſperi ſæpius uſurpatus, plurimum valet: *Schonbornius.*

17. *Humida quæ cognoſcitur*) 1. *Reſpiratio* eſt magna, ob inſtrumenti mollitiem; rara & tarda, ob caloris debilitatem. 2. *Pulſus* undoſus 3. *Vox* obſcura & rauca; ob inæqualitatem aſperæ arteriæ: Hujus rei indicia ſumimus ex catarrhis. 4. *Situs* nulla, quæ quidem huc faciat; 5. *Thorax* magnus, cæteris paribus; 6. Excrementa tam propria quam aliena in magna copia, unde licet æſtimare quibus morbis affines ſint tales. *Hofmannus Inſt.*

18. *In curatione cavenda*) In affectibus Polmonum Emollientia etiam minus conveniunt, Nam ab his cavendum ubicunque laxior eſt tonus partis jam dudum natura ſua: Pulmonum ſcil. ipſorum, nam in Pleuritide, ubi coquendum eſt pus, Emollientia cum paregoricis ſunt laudatiſſima: Quando vero in tuſſi, in aſthmate, phthiſi & aliis, bronchia obſtructa ſunt & gravata, & quæſtio incidat de emolliendis viis & laxandis,

non

non æque locum habent ſola; quia enim magis laxant poros, materia etiam magis irruit, nec eo ipſo æque expectoratio fit facilior, hinc fit vt in affectibus Pulmonum Reſolventia ſint nobiliſſima interius, ita quoque exterius emollientia cum reſolventibus ſunt miſcenda; Dantur enim quæ id vna præſtant, vt *ſperma ceti* vna emollit & reſolvit, item *magn. rubrum* potabile &c. *Wedelius Am. m.m.53.*

19. *Sulphuris*) Notum eſt *ſulphur optimum eſſe Pectorale*, vt à Chimicis dicatur *Balſamum pectorale* ſeu *Pulmonum*, Verum hoc intelligendum eſt de parte ſulphuris pingui, acida enim pars ſulphuris nocet Pulmonibus: Verū eſt quod balſamū Pulmonum in parte ſulphuris oleoſa & pingui reſideat ſed ab acida parte difficillime ſeparari poterit: Propterea fiunt infuſiones variæ ſulphuris cū oleis variis, vt inde *balſama ſulphuris* fiant, Sic fit *balſamum ſulphuris terebinthinatum.*

Nam certum eſt quod pulmonum corruptelæ quæcunque, ſeu in abſceſſus, ſeu in exulcerationes degeneraverint, optime curentur per vim ſulphuris balſamicam &c. Quin & aliarum partium, *præcipue renum*, affectus feliciſſime curat ſulphur, non ſecus ac notum eſt quod in *ulceribus cacoethicis*, in ſpecie *mammarum*, optimum ſit remedium, vnde in *Catarrhis* egregij quoque eſt effectus, *corrigit* enim *lympha acorem ac acredinem*, hinc in *Tuſſi*, *aliis que pectoris morbis à lympha acida oriundis*, *optime proſunt flores ſulph.* imprimis è *myrrha & benzoe præparati*; cum præ *ſulphure* non detur melius remedium quam *benzoe. Etmuller ibid.*

20. *Flores ſulphuris*) Sublimatio florum ſulphuris omnium optima eſt ſimplex: Solent nonnulli addere *ſal decrepitatum*, *alumen uſtum*, *caput mortuum vitrioli*, ne ſcilicet in aëre fluat ſulphur, indeque pauciores exſurgant flores: Notandum autem quod *colcothar vitrioli* exactiſſime ſit calcinandum, alias flores ſulphuris fiunt corroſivi, tincti acido corroſivo vitrioli, cumque deberent eſſe balſamum Pulmonum, fiunt eorum venenum.

Sunt qui faciunt *flores compoſitos* cum *aloë, myrrha benzoino*, ſed nihil valent, quia ſolum concretum ſulphur ſublimatur, reliqua vero ſolent cōburi in fundo & acquirere empyreuma. Alias componunt *flores ſulphuris ſaccharinos*, ſed peſſimo itidem conſilio, ab acri enim igne ſaccharum comburitur, vnde flores ſublimati fœtorem ſpirant, ſaccharumque combuſtum in fundo combuſtum relinquunt: Alij parant *flores ſulphuris corallatos*, miſcendo *corallia cum ſulphure* trito, committunt igni, & fit vt acidum ſulphuris corallia aggrediatur, & in ſui ſublimatione ſecum in ſublime rapiat partes volatiles coralliorum; At verum quidem eſt in ſublimatione ſulphuris exhalare tantum acidi ſulphuris quantum ſufficit pro ſolutione coralliorum, ſed tamen nihil de coralliis in ſublime tollitur, quin fruſtranea hæc eſt florum ſulphuris ſublimatio. *Etmuller Pyrotechn.* p. 50.

21. *Sicca*) A diminuta eorum nutritione, aut etiam depravata; vnde ſubſtantiam conſiſtentiamque acquirunt Pulmones naturali duriorem, compactioremque, *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 24. §. 8.* ait ſe reperiſſe Pulmonem dextrum corrugatum, lividum flaccidumque, proin Tabe confectum, à circumfuſa illi aqua purulenta, cui adſcribendum cenſet malum.

21. *Alia eſt ſicca*) Hæc familiaris eſt metallurgis, Chymicis aſſidue laborantibus, carbonariis, aurifabris, frumentorum ventilatoribus, & iis qui frequenter in pulvere & fumo laborant; Fumo enim & halitibus metallicorum corporum vna cum aëre inſpiratis Pulmones tandem exſiccantur, ipſumque corpus areſcit & contabeſcit, vt hectici aut phthiſici eſſe videantur: Sed in diſſectis nullum vlcus Pulmonum obſervatur. Viſuntur ſolum Pulmones ac ſi in furno eſſent exſiccati. *Schiſius man. p. 826.*

22. *Sicca, quæ cognoſcitur*) 1. Reſpiratio proculdubio parva eſt, rara & tarda, idque ob inſtrumenti contumaciam. 2. Pulſus eſt analogus 3. vox acuta & tantum non clangoſa, Cujus rei indicium ex febribus quibuſdam lethalibus habemus, 4. Siticuloſus hic fortaſſis erit non minus quam calidus. 5. Thorax his parvus. 6. Ab excrementis quidem non valde moleſtabuntur, niſi cerebrum humidius ea ſuppeditet, Aſthmatici fere fiunt tales. *Hofmannus.*

Reſpiratio erit quidē calida, ſed non eo vſq; vt frigidū exſpirant. 2. Pulſum reſpirationi analogū eſſe oportet, quiq; tandem ad hecticum inclinet; 3. Vocem habent tales muliebrē, ob anguſtiam partium ſpiritalium, præcipue rimulæ arytænoidis, cui epiglottis incumbit, Minime omnium ſiticuloſi ſunt tales, quod quidem ad hanc cauſam attinet. 5. Thorax his eſt parvus 6. vt in calido aëre bene habent. ita in frigido, præcipue Boreali peſſime; hinc facile fiunt Phthiſici, niſi caveant. *Idem.*

23. *In curatione proſunt*) Ita tamen humectandum ne nimis quoque laxemus, laxitate gaudent Pulmones ſed moderata, Hinc quæcunque laxitatem veſicularum pulmonalium tollunt, quæcunque eandem nimis adaugent, quæcunque tenues membranulas irritant, in affectibus pectoris vitanda ſunt: Tollunt laxitatem tum ſiccantia alia nimis, tum auſtera, acerba, ſtyptica, nimis conſtringendo; Augent laxitatem Linctus interno vſu, juſto largius adhibiti; Exterius pinguia vnguenta, poros nimis dilatando, vnde illabitur magis tumor: Irritant acria, rancida, & acida quoque, inprimis vitriolata; Tenerior eſt ſubſtantia Pulmonum quam vt hæc ferre poſſit, hiſce caſibus. *Wedelius Am. m. m.p. 145.*

23. *In curatione proſunt paſſula*) Vide §. *In curatione medicamenta refrigerantia*) Pleraque enim humectantia ſunt.

24. *Lac muliebre & Aſininum*) Vide Lib. 1. *cap. de Febri Hectica.*

25. *Aqua teſtudinum deſtillata, aqua vitulina*) Si animalium vis reſtaurativa in volatilioribus eorundem partibus, quæ deſtillatione elici poſſet, conſiſteret, plurimum certe in coctura violenta de eadem periret, vel prorſus etiam ipſa avolaret, & cōſequenter carnes elixæ vel aſſatæ, nullum vel plane inutile corpori ſuppeditarent alimentum, ſatiuſque foret crudis veſci carnibus quam coctis; itemque vaporem in coctura avolantem aſſervare, carnes vero abiicere: Sed poſito, capones, *teſtudines* &c. in coctione & ſimili deſtillatione virtutes ſuas reſtaurantes potiores emittere, eaſque conſiſtere in portione eorundem ſumme volatili, ſive ſubtilioribus eorum partibus, nonne illæ in violenta illa coctura, quæ continuanda donec caro ab oſſibus abſcedat, penitus exhalarent?

Ex quibus videre eſt animalia ad totalem ipſorum exſiccationem deſtillata, nil præter aquam quandam elementarem emittere, niſi forte viventia adhuc liquori alicui immerſa, inque eodem ſuffocata, vel viva adhuc deſtillationi commiſſa, ſpiritum vivificum ſumme volatilem fundere, aut ipſi liquori communicare poſſint. Longe autem efficacius Tabidos confortare, & à morbis longis extenuatos reficere poteris, ſi iiſdem *juſculum caponis.* cum *aqua cinnam.* optima, aliiſque cordialibus permixtum ſine deſtillatione præbueris, quam ſi *aquam ex teſtudinibus, capone, carne vitulina*, deſtillatam, ceu nulla vel exigua ejuſdem virtute reſtaurativa imbutam propinaveris. *Zwelferus in Pharm. Aug. Claſſ. xv.*

26. *Extra Balneum aquæ dulcis*) Errant vehementer qui Hecticis pro humectatione præſcribunt Balneū ex *cucurbita* aut *citrulli ſemin.* aut ſuccis ex elixis *caſtratorum capitibus & vitulorum pedibus*, aliiſque juſculentis; quia hæc Emplaſtica vi cutim ſtipant, atque ſic pro humectatione inducunt calorem majorem. *I.C. Claudinus De Ingr. ad infirmos.*

Cap. V.

De Peripneumonia.

1. P*Eripneumonia* [2]· *eſt pulmonis.* [3] *à ſanguine* [4]· *in ſubſtantiam ejus effuſo, cum pectoris anguſtia, ſpirandi difficultate, febre acuta, & tuſſi, inflammatio.*

[5]· *Signa ſunt, Pectoris anguſtia* cum [6]· dolore gravativo & ſpinam attingente, ubi membranæ pleuram attingentes ſuſtentantur, iſque dolor remiſſior eſt, niſi membrana ſimul inflammata fuerit; quod ſi eſt, [7]· ſimul punctorius evadit.

Difficultas ſpirandi, & quidem major quàm in pleuritide, utpote cum periculo ſuffocationis, æger erectus ſpiritum ducere cogitur, thorace eo ſitu faciliùs dilatato, [8]· quippe qui decumbentibus in ſe concidit, eo quòd pectoris partes in ſpinam declinant, qua erecta thorax etiam ſimul fertur, non ampliùs ſeipſum gravans.

Reſpiratio illa eſt ſublimis, ita ut in ea ſummus moveatur thorax, ad operta ſcoptula uſque, eſt etiam principio frequens, & magna, quæ brevi ob virium imbecillitatem & inſtrumenta ſpirandi in parvitatem mutatur, & frequentia augetur.

Exſpiratio eſt calida, & quia cor expulſione fuliginum levatur, levantur & illi quo plura exſpirant.

Acuties in febri major eſt quàm in pleuritide, ob cordis vicinitatem; hinc calidi vapores ad caput exhalant, qui ſanguinem ſimul rapientes, [9]· malis imprimunt, ubi cutis tenuior eſt, & rubere faciem faciunt, Oculi & temporum venæ tument.

Tuſſis moleſta eſt ob pulmonum affectum.

Conjungitur cum *Sputo.* [10]· quod tenuiore primum ſanie, mox cruore, aliàs alio colore tinctum, interdum ſpumoſum redditur.

Cauſa eſt ſanguis, [11]· qui ex dextro cordis ſinu in venam arterioſam [12]· effunditur, & non modò venas & arterias [13]· pulmonis, [14]· ſed etiam totum corpus implet. [15]· Concitatur à cauſis externis, ut aëre frigido, [16]· aquilonari, auſtralem ſequente, exprimente; [17]· potu vini generoſioris, motu vehementiori poſt quietem longam & corpore repleto, ita & aliis ſanguinem præter naturam concitantibus.

1. *Peripneumonia*) A πλεύμων, aut Πλεύμων Attice, fit πλευμονίω, ἢ πλευμονιάω Pulmonis vitio laboro, quod ipſam πλευμονιῶδες πάθος pulmonarius affectus dicitur, non tamen quicunque, ſed qui ad Tabem ducit, ut *Galenus* explicat, Ab eadem origine eſt πλευμονία, πλευμονία, πλευμονίς, ſed pro inflammatione, quæ tamen frequentius περιπλευμονία dicitur: Heic quæritur, Quid importet τὸ περὶ? Quidam ex *Celſo* l. 4. c. 7. docent ſignificare malum intenſius; Ego dico τὸ περὶ augere ſignificationem. *C. Hofmannus Inſt. l. 3. c. 49.*

2. *Eſt Pulmonis à ſanguine in ſubſtantiam &c.*) Hoc affectu laborantes in pectore phlogoſin inſignem, cum pulmonum intumeſcentia, & dolore interdum pungitivo perſentiunt, anhelitum laborioſum & brevem, ſive, ut *Hippocr.* ait, ſublimem ducunt; Febris cum ſiti immani, vigiliis & tuſſi moleſta urget; Cui etiam ſputum ſanguineum, aut ſanguine interſperſum ſuccedit. E quibus ſignis manifeſto liquet morbum hunc oriri, in quantum ſanguis, febriliter efferveſcens, vaſa pneumonica minora non facile trajicit, ſed intra ductus eorum hærens, primo obſtructionem, dein plus aggeſtus & extravaſatus, phlegmonem cum calore, tuſſi & ſputo diſcolori parit. Porro quatenus ſanguis ita coacervatus & ſtagnans ductus pulmonares hos inflat, & illos comprimit, Reſpirationis difficultas & anguſtia? & quatenus iſte fibras nerveas vellicat, aut diſtendit, ſæpe dolor excitatur.

Itaque Peripneumoniæ ratio formalis, & cauſa conjuncta, in his duobus conſiſtit, viz. quod ſanguis febriliter efferveſcit, ſimulque quod intra Pulmonum ductus anguſtiores hærens obſtructionem ibi inflammatoriam creat.

Niſi bina hæc concurrant, à morbo iſto immunitas eſt, namque in febribus pleriſque aliis, ac imprimis in Cauſone ſanguis, utut vehementiſſime æſtuans, & tota præcordia inflammans; quin etiam in pica, malacia, & hydrope pectoris, iſte lentus admodum, & intra ductus pulmonares plurimum hærens, Peripneumoniam haud concitat: Ad hanc producendam opus eſt ut utrique affectus conveniant, & vires jungant, Attamen cum utriuſque diatheſis jacta eſt, modo hæc modo iſta prior in actu eſt, & quodammodo cauſa alterius, aut ſaltem occaſio exiſtit. Nam interdum ſanguis in febrem concitus obſtructionem pulmonarem facit; quandoque item iſte in pulmone remoram offendens, à propria obſtructione efferveſcentiam febrilem concipit. Attamen ad morbi hujus procatarxin conſtituendam ſanguis una ad efferveſcendum, ſimulque ad vaſa pulmonaria obſtruenda aptus eſſe debet. *Williſ.*

3. *A ſanguine*) Cauſa proxima Pleuropneumoniarum eſt *Acidum in ſanguine* peccans, unde hic ad facilem ſui *coagulationem* ac *congrumeſcentiam* diſponitur, & hinc vel in pulmone, vel in pulmone & latere, aliiſve locis vicinis hærendo, acido ſimul membranaceas partes vellicando, & crebriores contracturas ſtimulando, hos affectus infert; Hinc ſanguis qui vena ſecta emittitur, ſubinde nunc ſemigranoſus prodire obſervatur, teſte *Gabelchovero cent. 4. obſ. 74.* nunc promptiſſime coagulabilis exiſtit, ita ut fere exeundo grumeſcat, teſte *Helmontio.* Ipſi vero extravaſato pellicula tenax, ſubalbida, viſcida ſupernatare obſervatur: Relicta hujus acidi peccantis veſtigia in parte affecta, etiam curato abſceſſu, recidivas crebriores in eodem loco facere ſolent. Quod ſi ſanguis haud perfecte coagulatus minus firmiter infixus hæreat, minorem quoq; dolorem inferat, facile reſorbetur, & hinc per metaſtaſin pleuropneumoniæ ad diverſas partes transferri poſſunt. *Etmuller.*

4. *At ſanguine in ſubſtantiam ejus effuſo*) Hic cauſa *Antecedens* perpendenda eſt & *Conjuncta*: In priori

plus

plus ... ſicul... tis ... t, circa quam dico hanc duo neceſſario ſupponere. primo extraordinariam ſanguinis fermentationem 2. certam illius diſpoſitionem, ob quam potius in pulmones à vaſis excidit quam aliam quampiam corporis partem. Hæc autem ſanguinis diatheſis nihil aliud eſt quam certa quædam figura quarundam illius particularum, quæ magis quadrans poris pulmonum quam cujuſvis alterius partis, in cauſa vt imbi ſub ſiſtat & concrecat; adeo vt ſanguis, qui tunc maligni motu cietur, in pulmones celeritate eximia excutiat, quia commeatus libertas illi denegata eſt, quem ipſe ſibi præcludit, ob ... em modo adductam: Ideoque omnino neceſſe eſt ... ſcus hoc infarcin, vaſa ejus ſupra modum repleri, ac quodpiam illorum ruptionem pati quam ſequitur ſanguinis effuſio in propriam ſubſtantiam, ortum præbens inflammationi. Cur vero effuſio il... præ... m in pulmones contingat, cauſam refert Hippo... r. in de... itatem ob quam fluxionibus maxime p... t; Sed ... iſſim qu... ero, cum ſanguis ſupra modum ... cividus in jecur aut pleuram effun... tur, non aut... m in pulmones; brachia, aut crura, num mollities aut ... bilitas partis cauſa ſit: Nequaquam, nulla prædictarum partium non validior eſt, & ad reſiſtendum apt... or hum... rum impetui ipſo pulmone, qui tunc periculum declinaret: Neceſſario ergo confugiendum eſt ad ſingularem illam ſanguinis diſpoſitionem, quæ ipſum in vna p... us quam alia parte detinet, io quam effunditur & phlegmonen inducit. *Ex Tract. nov... med. cap. de Peripn.*

4 *Subſtantiam*) Pulmonum ſubſtantia *non caro* eſt, ſed ſecundum *Malpighium*, aggregatum quid ex leviſſimis & tenuiſſimis membranis, quæ exteoſæ & ſinuatæ pene infinitas *veſiculas* orbiculares & ſinuoſas efformant, velut in apum ſavis alveoli, Hæ veſiculæ talem habent *ſitum* & connexionem, vt ex trachea in ipſis, mox ex vna in alteram patens ſit aditus, & tandem deſinant in membranam continentem; colligantur vero per rete quoddam mirabile in extimam membranam deſinens, quod vaſorum ſanguineorum ſynaſtomoſin eſſe microſcopio deprehendit io ranis & teſtudinibus, in quibus hæ veſiculæ clariores apparent, vt & in pennatis: In Hominibus ſanguis aſperius adimit accuratū judicium, Parom tamen abludit. *vide ſupra* §. 2.

5 *Signa ſunt*) Partium thoracis inflammatarum pathemata quædam ſunt *communia*, quædam *propria*: *Communia* omnibus ſunt *reſpiratio difficilis* & frequens; 2. *febris* acuta, continua, cum inſigni ardore vt plurimum conjuncta, interdum tertianæ typum obſervans. 3. *Pulſus frequens*, celer, magnitudine plus minus moderatus, ſaltim in progreſſu parvus 4. *Tuſſis* freqoens, moleſta, initio ſicca, hinc rejicitur ſenſim etiam ſanies tenois, nonnihil ſpumoſa, mox varie tincta; hinc ſputum totum fit cruentum, tandem albeſcit, craſſeſcit, fitque mucilaginoſum, tumque vocatur ſputum coctum 5. *Caput* inſigniter *dolet*, cum agrypnia, ſiti intenſa. 5. In ſpecie in Peripneumonia inſignis *reſpirandi* difficultas, cum periculo ſuffocationis, ita vt æger interdum erectus cogatur ſpiritum ducere. Item in Peripneumonia primis diebus *vomere* familiare eſt, ſecus evenit pleuriticis; interdum nec bibere nec loqui commode poſſunt, ob reſpirationis anguſtiam: *Pectoris anguſtia* adeſt, cum *dolore* ejus *gravativo* ſpinam quaſi attingente, qui dolor remiſſior eſt niſi membrana ſuccingens pulmones ſimul inflammata foerit: *Facies* inſigniter rubet: Qood ſi vero altera ſtanm Pulmonum medietas ſeu pleura inflammata fuerit, *rubor* in *malis* reſpondet, ſaltem parti pulmonū affectæ: *Etmuller.*

Primus ... us *Vomitum* Pulmonicis familiarem eſſe diuturna ... e experientia didiciſſe teſtatur *Piſo de morbis ab H. Ser. ſ. 3. c. 9.*

5 *Signa ſunt*) Fallacia ſæpe ſunt ſigna inflammationis Pulmonis, quia Exquiſita raro viget; Si inflammatio ἀκριβὴς, ingens tuſſis, ſitis, lingua cum virore pallida, pulſus duriuſculus cum mollitudine, vomitiones, circa alvum dolores; alvus facile irritatur, ſic cautos & reſtrictos eſſe oportet in medicamentorum catharticorum vſu: Animus ſæpe videtur deficere, tum ob phlegma contentum, quod ſatuitatem quandam inducit, tum ob vaporem, tum maxime quod cordis regia accenſa animus præ incendio videtur deficere: Accedit revocatio caloris & ſpiritus ex omnibus partibus, excitatio φλεγμονῆς capite accenſo, evocatio humorum ichorumque à partibus inferis, quod *Hippocrates* obſervavit. *Ballonius Epid. p.* 22.

5. *Signa ſunt*) Enumeratis adde ſupervenientia, quæ ſunt anxietas, impotentia, jactatio cum caloris ingentis ſenſu in toto corpore; color *lingua* flavus, deinde proceſſu temporis rubeſcens, *ſitis* ingens, oculorum extumeſcentia & venarum temporum elevatio: Delirium, quando Peripneumonia fit ab humore bilioſo, & comes ſi à pituitoſo. *Reverius.*

6 *Cum dolore gravativo*) Quandoque etiam eſt Punctorius, cum Pleuritis conjuncta eſt, quod ſæpiſſime contingit, Licet autem membrana Pulmonem inveſtiens ſit ejuſdem naturæ cum membrana coſtas ſuccingente, vt docet *Galenus* l. 4. *de loc.* c. 5. dolor tamen ita intenſus non percipitur in Peripneumonia ſicut in pleuritide, ob duplicem differentiam à *Galeno* l. c. allatam, 1. quod nervi qui feruntur ad membranam pulmonis ſunt pauci & exigui; qui ad pleuram plores & inſignes: 2. quod thorax, conſtat oſſibus & carne (quæ reſiſtunt tenſioni, vnde major dolor, Pulmo vero mollis cedit tenſioni, vnde dolor minor. *Reverius.*

Adde Reſpirationem fieri ope muſculorum thoracis qui cum vna cum pleura vt plurimum afficiantur; & pleura illis cohæreat, ad motum illorum non poteſt non intendi dolor: Doloris autem ideam ſic exprimit *Platerus Pr. Tomo* 2. c. 10. Gravis, *inquit*, potius eſt, ſternum dorſumque veluti contrahens, & clavicolam quaſi detrahens, majoreque (quam in pleuritide) anguſtia angens; intervenientibus nonnunquam quoque, præſertim ab imo, in pectoris ſede anteriore poſterioreve, vel etiam lateribus, punctionibus quibuſdam, interdum nullis aut obſcuris admodum.

7. *Simul punctorius evadit*) Evenire poteſt vt Pulmonum inflammatorum cauſa in vicino latere ſanguis in ſuccingentem quoque membranam infoius eam inflammet; Sed & frequentius quod Pulmonum inflammatorum cauſa, in Pleuritide vera, attractis fibris, ſuccingente membrana tracta, nonnihilque avulſa, hoc pacto punctionis ſenſu oboriatur. Unde & Pleuritides quam Peripneumoniæ crebriores exiſtunt, cum non adeo ſæpe interiora totum Pulmonum, vt in Peripneumonia contingit, inflammentur, ſed vlterius quoque ad exteriora illorum ſe extendat inflammatio, & vicinom latus afficiat. *Platerus.*

8. *Quippe qui decumbentibus*). *In Pleuritide vera, in qua ſcil. Pulmo illi coafficitur, ſeu Pleuroperipneumonia.* Dolores punctorii eo magis vrgent quando decubitu in latus ſanum facto, ſuſpenſus Pulmo inflammatus, & pondere ſuo validius membranam ſuccingentem trahens, amplius vellicat, quam cum in latus ægrum decumbens ſuſtentatur, idque eo magis ſi hæc quoque inflammata ſit. *Platerus.*

9. *Malis imprimunt*) In Peripneumonia collecta circa interiora materia, cum amplius cor tunc accendatur, febrem acutam magis procreant, per quam ſanguis in ſuperioribus illis locis quoque calefactus, ea rubore tingit, qui & in facie *maliſque* obſervatur, Quod peculiare hujus affectus ſignum eſſe cenſetur, fortque in peripneumonia quam pleuritide magis obſervatur, quod cum ſenibus hic morbus familiaris ſit, ſi illis malæ rubeant tanquam inſolitum in ipſis potius notetur. *Platerus.*

10. *Quod tenuiore primum ſanie*) Portione humoris in aſperæ arteriæ ramos impulſa, *ſanies* primum tenuior, mox cruor ſputum imbuit, tandemque maturatus, & calore coctus ſuppuratuſque, tamdiu donec penitus expurgatus, ſeu expectoratus fuerit, excreatur; *Platerus.*

11. *Sanguis qui ex dextro cordis ſinu &c.*) In Peripneumonia, & Pleuritide, ſanguis æque ac in Cauſo craſſus, ſed minus ſulphureus & inflammabilis exiſtit, quare incendium haud tantum concipit; attamen ob craſſitudinem ſuam, cum ductus thoracicos aut pulmonicos, non ita facile & expedite trajicit, ſæpenumero extravaſatur, atque ductuum interſtitiis aut parietibus hærens, obſtructiones & phlogoſin brevi excitat, quibus ſæpe dolor, cum ſputo ſanguineo aut diſcolori ſuccedit. *Vvillis de med. oper. ſ. 1. c. 2.*

12. *Effunditur*) Influxus hujus ſanguinis, phegmones haſce excitantis, cauſa plerumque *febris* eſt *ſynochus*, quæ à ſanguine in *vaſis* inflammato accenſa, portionem illius in pulmonum, *aut pleuræ* ſubſtantiam effundens, inflammationes haſce illorum, febre hac ſynocho, à qua ortum traxerunt, comitatas parit; Et proin eædem cauſæ quæ ſynochorum ſunt febrium, etiam per conſequens harum ſunt inflammationum. *Platerus.*

13. *Pulmonis*) Ad morbi hujus procatarxin non raro Pulmonum vitioſitas accedit, atque ad hanc partem afficiendam generalem iſtam ſanguinis dyſcraſiam (vide §. *ſanguine puro*) determinat: Nam ut cruor lenteſcens effervescat, præcordia firmiora & robuſta ſæpe noxam ab illo intentatam evadunt, atque labe in Pleura, aut circa habitum corporis defixa, Pleuritis aut Rheumatiſmus potius quam Peripneumonia excitatur: Attamen pulmones teneri, tuſſi obnoxii, aut propter hæmoptoen, aut alius pectoris affectus in conformatione prius læſi, à ſanguine (dum in compage ſua nimis ſtrictus & tenax eſt) ebulliente oppilationem phlegmonoden facillime concipiunt. *Vvillis.*

Inflammationes in Pulmonibus potius quam alibi fiunt, ſi cauſis illis quæ ſynochos accendunt adjuvans accedat, diſpoſitio Pulmonum ad ſuſcipiendum apta, quæ tum naturalis eſt, ſanguinis in illis copia & caliditas, ipſorumque ſubſtantiæ raritas; tum adventitia, imbecillitas, à morbo ipſorum contracta, præſertim ſi propter ipſũ, tuſſiendo multa paſſi ſint. Quo referuntur aliæ cauſæ, ut ad pulmones ſanguis copioſius feratur, vel è vaſis elabatur concitantes, quales ſunt intemperies ipſorum calida, ab aëre calidiſſimo attracto, ira, vel morbo calido, Frigus quoque extrinſecus, vel per inſpirationem Pulmones ſubito afficiens, unde venis conſtrictis fit effluxus. *Platerus.*

14. *Sed etiam totum corpus implet*) Quomodo phlegmone in pulmonis compage mere veſiculoſa & excarni concreſcere poteſt. Et qua ratione ab affectu iſto in carne muſculoſa, aut viſceris parenchymate excitata ſolito, differt?

Dicendum, quamvis prædictæ partes quoad texturam varient, tamen affectus rationem in iis ſingulis prorſus eandem eſſe. Nam vaſa ſanguifera perexilia, tum in pulmonibus ductus omnes tracheales, tum in muſculis fibras carneas; tum denique in parenchymatis fibrillas & ſtamina nervea, cum plexibus denſiſſimis, velut corymbis, ubique pariter amplexant, vinciunt, & varie circumligant: Quod autem phlegmonen parit eſt ipſe ſanguis, qui dum valde efferveſcit, ſimulque in tranſitu ſuo impeditur, ubique loci, ac præſertim in pulmone, cujus [illegible] la in p[illegible]us minutiſſimos ramificantur, primo obſtructionem, & conſequenter inflammationem ciet. *Willis.*

15. *Concitatur à cauſis externis*) Huc referri debent quæcunque ſanguinis cr[illegible] ſubito pervertunt, aut diapnoen libe[illegible]orem co[illegible]bent, uti imprimis ſunt caloris & frigoris exceſſus, vini aut aquarum ardentium potus immodicus, vehemens [illegible]itium; aquarum quarundam & præcipue glaci[illegible] potus; Porro nonnunquam maligna aëris temperi[illegible] hunc morbum pluribus acceſſit & epidemicum facit. *Willis.*

Cauſæ externæ Peripneumoniæ & Pleuritidis eædem ferme ſunt, quæcunque [illegible] fluxiones ad eas partes commovent, quarum præcipuæ [illegible] motus corporis & exercitium vehemens; præſertim poſt magnam quietem & multas epulas. Tunc enim h[illegible]ores ex multitudine ciborum acervati, & p[illegible] de in quiete intus detenti, ſupe[illegible] xerci[illegible] du[illegible]tur, attenuantur, & incaleſcunt, ac poſtmodum ad partes debiliores & fluxioni recipiendæ [illegible] g[illegible] propelluntur, inter quas thorax & pu[illegible]o principem locum obtinent, quia valido exe[illegible]citio anhelitus magnus & creber efficitur, ſicque partes prædictæ maxime fatigantur, & pulmonis ſubſtantia mollis & laxa humorem influentem facile recipere poteſt. 15. Inter [illegible] nas efficaciores ponitur aër frigidus & Aqu[illegible] A[illegible] ſtrino & tepido ſubito [illegible]edens; à te[illegible]uſculo ſiquidem aëre pori laxantur, & humores fluidiores fiunt, qui adv[illegible]niente aëre frigido comprimuntur, & ad partes debiles exprimuntur.

Denique ex *Hipp. l.* de A.A. & L. uſus aquarum [illegible]ſtrium & ſtagnantium illi generandæ idoneus eſt: D[illegible]cit enim Senex in regionibus lacuſtribus & paludoſis frequentes Pulmonias obſervari. *Riverius.*

Partes internæ ad Thoracem pertinentes, earumque inflammationes inter internas ſunt frequentiſſimæ, Et omnes fere fiunt ab aliquali ſanguinis aceſcentia: frequentia autem ex eo inprimis dependet quod ſanguis in Pulmonibus alterationibus aëris vel maxime ſit expoſitus, quibus alteratus ſanguis promptiſſime loca thoracis lateralia, & alias ejus partes afficit, quia partium harum arteriæ proximæ ſunt cordi. *Etmuller.*

16. *Aere aquinolari auſtrum ſequente*) Vide ſcholia ad Caput præcedens de Pulmonis intemperie, §. *Aer qui parum alterat.*

17. *Potu vini generoſioris &c.*) Inter cauſas crapula & vinolentia, quia plenitudinem accerſunt, ſanguinemque calidiorem reddũt, febrium ſynochorum in adultis, uti & in ſenibus, illis qui genio indulgent, perfrequentes cauſæ ſunt (vide ſupra §. 12. *Effunditur*) ideo & peripneumoniæ & pleuritidis cauſas præcipuas ſtatuunt; Et proin *à vino*, uti ab eſu carnium frequenti & pingui, præſertim piſcium, ut anguillarum, mugilum, peripneumonias naſci docuerunt, cum & à pinguibus cibis ſanguis pinguior redditus eo facilius inflammetur. *Platerus.*

Curatio eſt 18. *Alicujus ſpei*, 19. *ſi* ſputum ex rubro & flavo mixtum inter initia excernitur, quia aliquod coctionis ſignum exhibet, nec morbus ultra diem vigeſimum protenditur: *ſi* abſceſſus aut ad aures aut ad ſedes thoracis inferiores fiunt, & vel in fiſtulam ut evacuari poſſint abeunt, vel ad c[illegible]ura derivantur.

Dubia ſi ſputum propter materiæ contumaciam & vi[illegible]ium imbecillitatem deeſt: *ſi* idem præſens dolorem non tollit. *ſi* ſudores circa cervicem & caput oborti, abſq; urinis multis & craſſis prod[illegible]unt, [illegible] illi ex impetu, ſuffocatione, & violentia eſſe putantur: 20. *ſi* urinæ 21. circa initium [illegible]raſſæ, poſt quartum diem tenues evadunt: *ſi* eædem poſt potionem celeriter emittuntur quia ingens tenum incendium denotant.

De cætero [22] ſequitur methodum aliarum inflammationum, & [23] judicatur breviſſimè in ſeptem aut novem diebus, longiſſimè in octodecim & viginti.

[24] Finitur 1. *Coctione* & ſputi exſcreatione, qui modus tutiſſimus.

2. [25] *Criſi*, per narium hæmorrhagiam, menſes, hæmorrhoides, ſudores, alvum.

3. *Abſceſſu*, poſt aures aut in cruribus.

4. *Suppuratione*, [26] ex qua empyema vel phthiſis: quod ſi pus per ſputum, urinam vel alvum excernitur, æger convaleſcit.

5. *Morte*, ægro per ſuppreſſionem ſputi ſtrangulato.

Si [27] *alteri morbo* ſucceſſit, & jam ſanguis evacuatus eſt, brachiis & thoraci cucurbitulæ ſcarificatæ applicari debent. Expectorantia ſint validiora, & Topica fortiora, ut ad interiora penetrent.

18. *Eſt alicujus ſpei &c.*) Quod ad *Prognoſin* ſpectat, morbum hunc valde periculoſum eſſe communis experientia teſtatur, quatenus plurimi ex eo decumbentes aut moriuntur aut ægre convaleſcunt; Nec minus ex aitiologia ejus hoc concludere licebit, nam ſolutio continui, cum multa ſanguinis extravaſatione, aut ſtagnatione in pulmone facta, difficillime curatur; atque locus affectus nunquam priſtinæ conformationi reſtituitur, Signa Prognoſtica quæ præcipuæ ſunt notæ, deſumuntur ex *ſymptomatum* apparentia, ab *excretorum natura*, & *virium ſtatu*.

Pleuritidi aut Anginæ ſuperveniens plerumque deterior eſt quam per ſe exorta, aut alterutri ex iis ſuccedens; Quod ſi morbum hunc, quocunque modo exortum, mox febris acuta cum ſiti immani, vigiliis & orthopnœa excipiant, male, multoque adhuc deterius ſi inſuper delirium, phrenitis, motus convulſivi aut hemiplegia acceſſerint:

Porro haud minus in diſcrimine Peripneumonicus verſatur ſi valde anhelus, vomitu immani aut crebra leipothymia, cum pulſu debili & ſudore frigido afficitur. Quippe dum hæc ſymptomata urgebunt ſanguinis in pulmone obſtructio minime expeditur, nihil coquitur aut ſputo reiicitur, quin circulatione ſanguinis magis & magis impedita, ejuſque accenſione per reſpirationem inhibita, ſpiritus animales perturbantur, & demum faticunt, donec una cum virium omnium proſtratione flamma vitalis extinguitur.

Quoad Prognoſin ab *Excretis*, obſervamus periculoſam eſſe Peripneumoniam in qua nihil exſpuitur: proxime huic quando ſputum tenue & crudum eſt; cum ſanguine permixtum: Longe melius habet, quando *ſputum* flavum & craſſum eſt; cum pauco ſanguine interſperſum.

Urina ab initio flava, bonæ conſiſtentiæ, cum enæoremate, indicat ſanguinis recrementa fere tota in loco affecto depoſita: cum ab eo ſtatu in craſſum & turbidum mutatur, indicat materiam morbificam ex ea parte rurſus in cruorem reſorberi: Sin ejuſmodi vrina ſubito in tenuem mutatur, delirium aut mors impendet: *Sudor* copioſus, vrinæ profluvium, diarrhoea, hæmorrhagia narium, fluxus menſium aut hæmorrhoidum, ſæpe bonum in hoc affectu denotant: imo quælibet harum evacuationum, tempeſtive eveniens, non raro morbum ſolvit:

Virium ſtatus ad prognoſin in hoc morbo rite faciendam magni ſemper momenti eſt; ſæpenumero enim cum ſymptomata horrenda, uti febris intenſa, reſpiratio ſumme laborioſa, cum ſiti, vigilia, aliiſque ſignis infauſtis urgebit, ſi pulſus adhuc fortis, & ſpiritus animales in vigore perſiſtãt, melior ægri ſpes erit, quam ſi [illegible]tibus iſtis plus ſedatis pulſus debilis & ſpiritus torpidi [illegible] oppreſſi fuerint. *Willis.*

[illegible]pneumonia Pleuritide periculoſior eſt & ut plurimum lethalis, ob reſpirationis neceſſitatem & cordis vic[illegible]m: Hoc ſane morbi genus (inquit *Celſus*) plus peri[illegible]li quam doloris habet, & plerumque in calamitatem abire ſolet.

18. *Eſt alicujus ſpei*) Quæ à *ſanguine puro* fit Inflammatio, mitior eſt, quæ à *bilioſo* vel *impuro*, deterior & brevior; longior nec ita acuta quæ à *pituitoſa* ſanguine naſcitur;

Quæ alios *morbos* ſequitur *diuturnos* & *acutos*, minus quoque curatur:

Quæ *ſenibus* & *debilibus* accidit lethalis fere exiſtit;

Anhelitus difficultas ſumma magnitudinem inflammationis portendit, vel etiam puris magnam collectionem quo nonnunquam ſubito & affatim in aſperæ arteriæ ramos irruente amplius anguntur, ſpiritumque cum ſtertore ducunt & niſi mox excreent ſuffocantur;

Extremorum frigus, facies collapſa, pulſus parvus mortem hic, ut in aliis morbis ſimilibus, antecedunt & prænuntiant:

Febris intenſa ſi fuerit, calore, ſiti, vigiliis, periculum auget, mitior minuit:

Delirium ſi accedat, quod alioqnin adeſſe hiſce affectibus minime, nec ratione febris illius comitis ſupervenire conſuevit, cum ſepto tranſverſo affecto hoc contingere ſuleat, mortale eſt ſignum:

Hæmorrhagia narium, tum ratione febris, tum revulſionis cauſa, initio morbi obeſſe non poteſt, ſed circa finem plus debilitat quam juvat, immodica præſertim. *Diarrhoea*, cum morituris frequenter ſupervenire ſoleat, mortem præſagit; vix enim de morbi cauſa aliquid per hanc ſedem expurgari poteſt, Ab initio, ſi ob alias cauſas accidat, nec perſiſtat, innoxia eſſe poteſt, præſertim ſi illuviem aliquam, quæ febrem augere valeret tollat: Et ſic aliquoties Pleuritides, poſt exhibitum *oleum amygd. d.* cum *raſura dentis apri*, ſuperveniente etiam paulo fortiore diarrhoea, ſolutas fuiſſe ſæpius expertus ſum. *Platerus.*

19. *Si ſputum ex rubro & flavo*) Quonam evaſuri ſint hi morbi (*Peripneumonia & Pleuritis*) ſputa indicant; Per tuſſim ſi ſtatim aliquid à pulmonibus inflammatis excreent, quod ſputo permiſcetur, *bonum eſt*, præſertimque ſi tuſſi non adeo valida exiſtente facile propellatur; è contra vero malum: Hoc autem ſi *ſanies* ſic vel cruor, qualia à parte inflammata, pulmonibus ſcil. prodire ſolent, probatur. Si vero ſanguis copioſior ſit ab initio, maximeque diebus aliquot continuis reiiciatur, aut ſemel ceſſans rurſum redeat, Pulmonum graviorem læſionem portendit: Quo citius autem ſanioſum ſputum purulentum, album coctumque evadit, & quo facilius copioſiuſque tunc exſpuitur, eo eſt melius, niſi tanta copia eiiciatur, ut ſicuti aliquoties in peripneumonicis morituris accidere vidi pelvim adimpleat, quod inflammationem maximam fuiſſe, magnamque ſuppurationem inde ſubſequutam, & proin mortis imminentis ſignum eſt: Purulenta exſpuitio, etſi *ſubflava* ſit, nondum eſt (niſi admodum *flaveſcat*) mala: quæ admodum *vireſcit*, deterior eſt, eoque magis ſi *atra* ſit; Quæ alba tenax & pellucida, morbum prolongat: *Platerus:* Sputorum magis quam vrinarum habenda ratio, vtvt enim vrinæ ſint optimæ & coctæ, ſi tamẽ ſputa ſint mala periculoſum & contra, Etiamſi vrinæ ſint malæ, ſputa vero bona, melius, *Etmuller.*

20. *Si urina*) *Mictio copioſa*, uti & *ſudores*, febrem, ſi idoneo tempore ſuperveniant, interdum ſolvunt; Et ſi purulenta ſit mictio, per eam à pulmonibus materiam ſuppuratam expurgari quoque poſſe autumant, ac proinde per hanc viam pleuritidem & peripneumoniam ſolvi. Quod ſi fit per venam cavam, (*hinc aortam*) tamquam viam manifeſtam pus à pulmonibus eo deferri potius quam per alias obſcuras *vias*, à pectore, cum emulgentibus continuas (quas tanto ſtudio quærunt) quod & in aliis morbis talis fieri poſſit tranſitus, indicio eſt; hoc tamē rarum admodum eſt, tum etiam in extremè phthiſicis & empyematicis tale quid vix deprehendatur. *Platerus.*

21. *Si urina circa initium craſſa*) *Hippocr. in Coacis*, Indicabit enim in pulmonibus inflammatis detineri craſſiores partes, unde tumor contumacior fiet, & eo periculoſior quod urina tenuatur die critici indice; ac oſtendit proinde non eſſe vim villorum tantam ut poſſit dura cum liquidis ſimul excernere, quod præſtitur in primis diebus, ſed liquidum ſolum, unde continue laſſabitur, & forte ſeptima ſuccumbet, non ratione ſolius inflammationis, quatenus talis eſt, ſed præcipue quoniam ipſius augmentum ingens impedit fluxum ſanguinis per pulmones, adeoque etiam per corpus. Ejuſdem enim molis inflammatio mortem non afferret ſi in aliqua alia parte orta eſſet. *Laur. Bellini Tract. de Urinis.*

Curatio.

22. *Curatio ſequitur methodum*) Circa Peripneumoniæ Therapejā, primaria Indicatio eſt ut ſanguis vaſis pneumaticis impactus, & obſtructionem phlegmonodeo efficiēs, inde diſcuti, & circulationi priſtinæ reſtitui poſſit, Quod ſi fieri nequeat; Secunda Indicatio eſt ut materies iſta rite coquatur, aut ſuppuretur, & per ſputum citiſſime educatur. Dum *prior Indicatio* prævalebit, medendi indicationes erunt hæ ſequentes.

Imprimis ut ſanguinis ad partem affectam uberior affluxus reſcindatur, aut quoquomodo inhibeatur. II. Annitendum erit ut materies in pulmone ſtagnans, vel extravaſata, à venis in reliquam maſſam reſorbeatur, & circulationi reddatur; Quod ut melius fieri poſſit, III, Sanguis lentore, ſive viſcoſitate ſua, qua fluiditas ejus impediri, liberari debet. IV. item ſymptomatis valde urgentibus, ſcil. febri, tuſſi, vigiliis & dyſpnϾ, per idonea remedia occurrendum erit. Sin vero his non obſtantibus Indicatio altera in uſum venerit, remediis modo citatis maturantia & expectorantia vulgo dicta accenſere oportebit.

I. Ut primæ & ſecundæ ſimul Indicationi ſatisfiat, *Phlebotomia* fere in omni Peripneumonia requiſita eſt; imo interdum ſæpius tentari debet, nam vaſa ſanguine depleta, non ſolum morbi fomitem ſubtrahunt, ſed & materiem loco affecto impactam reſorbent; quapropter ſi vires conſtabunt, & pulſus ſatis robuſtus erit, ſanguinis miſſio liberalior ſtatim ab initio convenit; ſecus vero ea in quantitate modica celebretur, ſubinde tamen pro data neceſſitate repetenda. Supra invenimus ſanguinem in Peripn. item in Pleuritide detractum poſtquam refrixit, in ſuperficie ſua pelliculam viſcoſam & q. colorem habere: Porro obſervare eſt cruorem modo totum, modo tantum portionem ejus, mutationem hanc ſubire. Si quando enim ſanguis intra tres ſive quatuor diſculos recipiatur, interdum in omnibus, ſæpius vero in ſecundo & tertio vitioſus, atque in primo & ultimo ſatis laudabilis apparebit, quare vulgo præcipitur ſanguinem eo uſque ſemper emittendum eſſe, donec qui ita depravatus eſt exire incipiet, & ſi vires ferant emiſſionem ejus, continuandum donec iterum bonus effluat. Profecto hanc praxim uti frequens experientia, [illegible] ſatis comprobat, quippe in hoc morbo, ſiquidem haud totus illico ſanguis lentorem iſtum acquirat, portiones primo depravatæ circa obſtructionis locum maxime aggregantur, & circumcirca in vaſis minoribus hærent: quare ſanguis per phlebotomiam primo exiens culpa vacabit, dein vaſa depleta alterum morbificum prius ſtagnantem excipient, & circulationi reddent, cumque portiones ejus juxta conſitæ juncto velut agmine ferantur, ad venæ orificium delatæ ſimul effluunt, & poſtquam iſta ſanguinis vitioſi aggeries tota effluxit, reliqua ſtatim portio ſuccedit. Quare in hoc caſu vena ſemper cum orificio ampliore ſecetur, atque ſanguis è ſcatebra non tantum pleniore ſed & continuata detrahatur; ſecus enim ſi in media phlebotomia, ſanguine vitiato effluente, foramen (uti quorundam mos eſt, ne ſpiritus exolvantur) digito occludatur, cum denuo aperitur, cruor ſatis purus proxime effluet, vitioſo, ſi quod ejus reliquum erat, præterlapſo, & non ſtatim ad orificium iſtud redituro.

Præter Phlebotomiam multa alia remedia, viz. quæcunque ſanguinis turgeſcentiam reprimunt, & ductus ejus, quo materies morbifica reſorbeatur, deplent, hic in uſum veniunt. Quare *Victus* tenuiſſimus, ex meris fere hordeaceis & avenaceis præſcribitur, & ſi *cathartica*, quia ſanguinem exagitant, inque partem affectam impetuoſius adigunt, omnino prohibentur, attamen *clyſteres*, qui alvum blande ſubducunt, & ſanguinis recrementa verſus alvum ſolicitant, quotidie exhiberi debent. Inſuper *Julapia* & *Apozemata attemperantia*, quæ ſanguinis fervorem compeſcunt, & ſeroſitates ejus ſuperfluas prolectant, quin & pectoris vias blande aperiunt, cum fructu ſumuntur.

III. Medendi intentio, quæ *ſanguinis lentorem ſeu viſcoſitatem* obſtructivam adimendam reſpicit, per remedia quæ compagem ejus nimis ſtrictam reſerant, & ſalium combinationes diſſolvunt, omnino perficiatur. Et quidem ejuſmodi remedia, quæ ſub hoc aſpectu ratio & analogia dictitarunt per longam experientiam jamjam in uſu adhibentur, Enimvero *pulveres teſtacei, dens aprugnus, mandibula Lucii piſcis*, aliáque tale alkali prædita; item *ſal prunella*, à practicis fere omnibus tum antiquis tum modernis præſcribuntur, *Spiritus ſalis Ammon. c. c.* in hoc morbo inſigne juvamen ſæpius contuliſſe novi. Et propter eandem rationem eſt, quia nempe ſal volatilis prodeſt, quod infuſio ſtercoris equini, etſi vulgare ſit remedium, opem ſæpe egregiam præſtat.

IV. Quoad ſymptomata eorumque medelas, pleraque remedia his appropriata cum prioribus coincidunt; nam contra *Febrem*, eadem Julapia & Apozemata, quæ ſanguinis æſtum temperant, ſimulque ſpiritus animales recreant, communiſſimi ſunt uſus: quibus inſuper reſpectu *Tuſſis* & *Dyſpnœa*, remedia Pectoralia temperata adjunguntur, Maxima difficultas eſt quid contra *Vigilias*, ſi quando gravius urgebunt, exhibere oportebit, quippe *Opiata*, quæ reſpirationem, quæ in hoc morbo jam impedita eſt, amplius lædunt vix tuto ſumuntur, imo interdum pernicioſa evadunt, quapropter *laudana*, & fortiora *Opii* præparata, in Peripneumonia cane pejus & angue vitentur: Interea tamen *anodyna* & *hypnotica* mitiora, uti imprimis *aqua* & *ſyrupus papav. rhœad.* non tantum conceduntur, verum in hoc morbo & pleuritide, remedia ſpecifica habentur, Cæterum *Diacodiatis*, dummodo vires conſtent, & pulſus ſatis fortis & laudabilis fuerit, interdum uti licebit. Ad *dolorem pectoris*, ſi quando moleſtus fuerit, Linimenta, Fotus & Cataplaſmata interdum exhiberi expediat.

Indicatio Therapeutica ſecundaria, cujus intentiones ſunt materiam Pulmonibus impactam (ſiquidem ea ſunt, aut reſorberi nequeat) concoquere & per

ſputum excernere medicamenta vulgo dicta *maturantia* & *expectorantia* requirit, quæ tamen utraque temperata ſint oportet, quæ nempe ſitim & æſtum febrilem ſedant potius quam exaſperant: Hujuſmodi remediorum Expectorantium proprie dictorum ſpecies capite de *Tuſſi* recenſeotur.

Remediorum Formulæ.

Medicamenta ad 1. & 2. Intentionem conducentia juxta formulas ſequentes præſcribantur

℞. *Aqu. card. Mar.* ℥x. *papav. rhoead.* ℥iij. *ſyr. ejuſdem* ℥j. *margar. præp.* ʒj. *f. Julapium.* dozis cochlearia vi. quarta quaque hora.

℞. *Aqu. ceraſor. nigr. card. ben. meliſſæ* āā. ℥iv. *pulv. dentis aprugni* ʒj. *ſyr. violac.* ℥x. f. Julapium.

℞. *Rad. gramin.* ℥iij. *raſ. obor. c. c.* āā. ʒiij. *paſſular. exacinat.* ℥iß. *liquir.* ʒij. *coqu. in aq. font.* ℔iij. *ad* ij. *colat. adde ſyr. violac.* ℥j. *ſalis prunella* ʒj. *f. Apozema, ſumatur ad* ℥iij. *vel* iv. *ter in die.*

Ob eandem intentionem, viz. ut vaſa depleta morbi fomitem ſubtrahant, aut ipſammet materiem morbificam reſorbeant, etiam *Catharſis* à multis præſcribitur, In veterum praxi contra hunc morbum, ſicut & pleroſque alios, poſt phlebotumiam, præparantia & purgantia ritu conſtanti inſtitui ſolent; Atque chymici nuper cum majori audacia Vomitoria propinant; Quinimo phlebotomia neglecta, aut interdicta, præcipuum ſanationis cardinem in emeticis ſtibiatis collocant: quo temerario illorum conſilio, neſcio an quicquam perniciosius excogitari poſſit. In robuſtis corporibus & ruſticis interdum hæc pharmacia impune celebratur, plerumque tamen haud minus infructuoſe; in teneris vero conſtitutionibus, vix veneno inferius cenſeri debet: Quod vero ad *catharſin* ſpectat, etſi non ſtatim ab initio conveniat, quin fere ſemper officit; attamen finita materiæ morbificæ fluxione, & ſedata ſanguinis effervescentia, cum pharmaco ſolutivo corpus blande evacuare licebit.

℞. *Decocti ſenæ Gereonis* ℥iv. *ſyr. roſar. ſolut.* ℥j. m. f. Potio. Vel

℞. *Senn. opt.* ʒij. *caſſiæ recens, tamarind.* āā. ℥ß. *ſem. corriand.* ʒij *coqu. in aq. font. ſ. q. ad* ℥vj. *colat. ſyr. violac.* ℥j. *clarificetur cum ovi album. & exhibeatur.*

Purgantia non ſemper, nec unquam temere in hoc morbo propinentur, verum *Enemata* crebro, imo plerumque quotidiano ſint in uſu; hæc autem lenia tantum ſint, & emollientia, quæ ſine magna humorum aut ſanguinis agitatione alvum blande ſubducant; In hunc finem *lac*, aut *ſerum lactis cum ſacch. rubro*, aut *ſyrupo violac.* ſæpe *convenit*, Vel ℞. *fol. malvæ utr. melilot. mercur.* āā. *m.* j. *ſemin. lini, fœnic. dulc.* āā. ℥ß. *prun. dulc. n°.* vi. *coqu. ſ. q. ad* ℔j. *cui adde ſyr. violar.* ℥j. *ſacch.* ʒv. *ſal. prun.* ʒj. *f. Enema.*

III. Medicamenta propter Tertiam intentionem. viz. *ſanguinis lentorem* diſſolvendum, exhiberi ſolent ſub forma *ſpiritus, pulveris, hauſtus, vel boli* E. g.

1. Pulveres.

℞. *Ocul. cancr. pulverat.* ʒij. *ſal. prun.* ʒiß. *ſacch. perlat.* ℥j. f. Pulvis, dividatur in vj. partes, ſumatur una ſexta quaque hora cum Julapio vel Apozem. appropriato.

℞. *Pulv. dentis aprugni, vel mandibulæ piſcis Lucii, ocul. cancr.* āā. ʒiß. *flor. ſal. armon. pulv. flor. papav. rhœad.* ʒß. *m. pro* iv. *dozibus.*

2. Spiritus & Liquores Chymici.

℞. *Spir. ſal. armon.* cum olib. diſtil. ℈iv. dozis gutt. viij. ad xv. vel xx. ter in die

℞. *Spir. urinæ vel fuliginis* ʒiij. detur eodem modo.

℞. *Spir. Nitr. dulcis, viz. cum ſpiritu vini ſæpius cohobati* ʒiij. *dozis* gutt. vi. ad x. eodem modo.

3. Hauſtus.

℞. *Aqu. card.* ℔j. *ſtercor. equini rec.* ℥iij. *diſſolve calide & filtra*, dozis ℥iij. vel iv. bis aut ter in die, addendo *ſyr. violac. vel papav. rh.* ʒß.

℞. *Fol. Tarax. m.* ss contuſis affunde *aqu. card. Mar.* ℔ß. *theriacal.* ℥ß. *f.* expreſſio cui adde *pulv. ocul. cancri* ʒj. ſumat cochlear. iv. ad ℥vj. ter in die.

Quarta medendi intentio reſpectu *Symptomatum* maxime urgentium diverſimodos medicamentorum apparatus ſuggerit 1. Reſpectu *febris, Julapia* & *Apozemata* ſuperius deſcripta conveniunt. Porro Cryſtalli mineralis uſus valde frequens eſſe debet. 2. Ad *Tuſſim* & *Dyſpnoeam*, Linctus, Eclegmata, & Decocta vel Julapia pectoralia cum fructu exhibentur.

℞. *Syr. jujub. capill. ven.* āā. ℥ß. *violar.* ℥j. *flor. nit.* ℈j. f. Linctus ſubinde ſumendus lambendo.

℞. *Syr. dialth.* ℥j *diacod. papav. rhoead.* āā. ℥ß. *ocul. cancr. tenuiſſime pulver.* ℈ß. f. Linctus eodem modo ſum.

℞. *Syr. hyſſop. liquir.* āā. ℥iß. *pulv. flor. papav. rh.* ℈j. *ocul. cancr.* ʒj. *Lohock de pino* ʒvj. m. f. *Eclegma*, de quo ſumatur quantitas nuc. moſch. quater aut ſæpius in die.

℞. *Rad. gramin. chærefol. alth.* āā. ʒj. *ficus* iv. *jujubar. ſebeſten. ana n°.* vi. *paſſular. ſolis* ℥j. *liquir.* ʒiij. *hordei* ℥ß. *coq. in aq. font.* ℔. iv. *ad* ℔. *q. f. colat. dozis* ℥iij. *vel* iv.

℞. *Paſſular. exacinat.* i℥ß. *corylos* iv. *inciſas, liquirit. inciſæ* ʒiij. *aqu. hyſſop.* ℔iß. f. Infuſio clauſa & calida per *ſex horas*, *Colatura adde ſyr. de alth.* ℥iß. *f. Julapium*, *dozis cochl.* ij. *vel* iv. ſæpius in die, ſenſim deglutiendo

Contra vigilias ℞. *aqu. papav. rhoead.* ℥iij. *ſyrup. ejuſdem* ʒvj. *aqu. epidem.* ʒij. f. Hauſtus hora ſomni ſumendus.

Si Pulſus ſit fortis, & vires conſtiterint, ℞ *Aqua flor. paralyſ.* ℥iij. *ſyr. de meconio* ℥ß. fiat hauſtus hora ſomni ſumendus.

Si Dolor circa locum affectum moleſtus erit

℞. *Ungu. Dialth.* ℥j. *ol. amygd dulc.* ℥iß. *m. f. Linimentum cum charta emporetica tenuiore admovendum.*

℞. *Ungu. Dialth. Pector.* āā. ℥iß. *ol. lini expr. rec.* ʒj. *cui adde Empl. de mucilag. q. ſ. m. f. Empl. pro pectoris regione ſupra locum affectum applicandum.*

v. Propter ultimam medendi intentionem, quæ Indicationi ſecundariæ ſuccurrens, medicamenta *maturantia & expectorantia* præſcribit, Formulæ ſequentes conveniunt.

℞. *Ol. lini rec. expreſſi* ℥iij. *ſyr. violar.* ℥ij. *aqu. hyſſop.* ℔ß. *m in vitro, doz.* ℥ij. *vel* iij. *ter in die, vas prius conquaſſando.*

℞. *Olib. pulv.* ʒj. *ponatur in pomo excavato, coq. in cineribus calidis, comedat hora ſomni, repetendo per tres aut quatuor vices.*

℞. *Ol. amygd. dulc. rec. ſyr. capill. ven.* āā. ℥ß. *ſacch. c.* ʒij. *terantur in mortario vitreo ad perfectam mixtionem, fiat Linctus cum bacillo liquor. ſæpius in die ſumendus, Item cochlear.* j. *ter in die hauſtus in liquoris poſſetici capiatur.*

Quoad cætera remedia ad Phthiſin incipientem præſcripta, etiam in hoc caſu proſunt. *Willis.*

23. *Judicatur breviſſime*) Inflammatio Pulmonum, tam in pleuritide quàm peripneumonia periculoſa eſt. Utraque alias ſubito, die 4. vel 5. accidit, alias 7. vel 8. primum: nonnunquam ad xiv. vel xx. uſque producta, tamen mortem affert. Cum ad ſalutem tendit, ſolvitur nunc prima ſeptimana,

nunc altera, interdum tertia; ceſſantque primum punctiones mox & febris, tandem & puruleota excretio, quæ ſi ſupra dictum tempus prorogetur, febriſque non ceſſet, ſed lenta fiat, in empyema, vel phthiſin, morbum deſiiſſe ſuſpicio eſt. *Platerus.*

24. *Finiunt 1.*) Si abſque interitu ægri finiantur hæ Pleuripneumoniæ terminantur vel 1. *Diſcuſſione & reſolutione.* Vel 2. *Inflammationis ſuppuratione*, ac in *empyema* träſmutatione. Vel 4. rara ac ſingulari *metaſtaſi*, nunc in phrenitidem, nunc in ſingulares morbos articulares, nunc in ulcera tibiarum &c. Si terminantur *reſolutione*, vel per *ſudores*, vel per *hæmorrhagias*, vel aliis modis, Inprimis eſt obſervandus motus naturæ criticus, qui, ſi poſſit, potius præveniendus; Nam in diebus criticis natura ſibi relicta imprimis tales inſtituit evacuationes. *Etmuller.*

25. *Criſi per narium hæmorrhagiam*) Plerique & in Peripneumoniis, & in febribus ardentibus, & in inflammationibus hepatis & ſplenis, ſuſpectas habent hæmorrhagias; Contra *Galenus in Epid.* propriam hanc eſſe Ardentium criſin dicit, Et in *partic. 35. lib. 1. Progn.* Hepate inflammato αἱμοῤῥαγίαν optimum eſſe dicit, contra eorum opinionem; nam in vnoquoque morbo, præſertim cum eſt diſpoſitio inflammatoria, maligna quædam eſt vis quam natura deponit in partem aliquam; ideo ſi molitur hæmorrhagiam, ea ſiſtenda non eſt, ne forte impediatur excretio tantulæ materiæ, quæ eſt velut anima ipſius morbi. *Ballonius Epid. l. 12. annot. 13.*

26. *Suppuratione, ex qua empyema*) In progreſſu ſputa fiunt aliquando purulenta, materia morbifica à calore cocta & maturata; quod fit plerumque illæſa pulmonum ſubſtantia, alioquin enim ea exulcerata phthiſis ſuccederet.

26. *Suppuratione, ex qua Empyema vel Phthiſis*) Suppuratus ſanguis excreatur, illæſa tamen Pulmonum ſubſtantia, alioquin enim ea exulcerata Phthiſis ſic, uti cum hac læditur fit illaque interdum poſt hos morbos relinquitur, ſequeretur. Quemadmodum & ſæpe ſanguinem tantum, uti & alios humores in pus converti, non ſuppurata interim partis ſubſtantia & ulcerata, tum in oculis pure ſordidis, tum aliis purulentis, è Pulmone aliis factis excretionibus fieri videmus. *Platerus.*

27. *Si alteri morbo ſucceſſit*) Pleuritidi ſuccedens periculoſiſſima, ex *Galeno* aph. 11. 7. quia humoris tranſlatio à parte ignobiliore ad nobiliorem mala eſt, & vires à morbo prægreſſo fatigatæ novi & deterioris morbi vim perferre non poſſunt. Si contra Peripneumonia in Pleuritidem transmutetur, bonum, quamvis raro id contingat, quia ex morbo periculoſiore ad minus periculoſum fit permutatio, Cognoſcitur autem hic tranſitus ex ſupervenienre lateris dolore punctorio, & imminuta ſpirandi difficultate. *Riverius.*

[28] *Differentia* ſumitur à Subjecto & Cauſis.

I. Alia eſt *totius pulmonis*, qui ſi una cum corde inflammatur, ut procedat in latus, reſolutionem ſeu [29] paralyſin ægro infert. Nam ſanguine in arteriam magnam copioſè influente, ut arteriæ intercoſtales impleantur, & ramuli etiam illi qui per foramina vertebrarum thoracis in ſpinam penetrant, tumeant, nervi ex ſpinali medulla ibi progredientes comprimuntur & reſolutionem excitant.

Alia eſt *alterutrius partis*; & tum dolor ac gravedo in alterutra parte ſentitur: [30] ſi *ſuperior ala* laborat, ad claviculas ſe extendit; [31] ſi *inferior*, ad diaphragma.

[32] Vena in illo latere, in quo inflammatio, [33] ſecanda eſt. Materia [34] à pulmonibus ad caput tranſlata ſupervenit phrenitis. *Lethalis* utraque ſi vigiliæ continuæ, ſomnus levis cum delirio, extrema frigent, ungues curvantur &c.

II. Alia eſt [35] à *Sanguine puro*, unde fit phlegmone.

Cognoſcitur ex eo, quod ſputum cruentum citetur, niſi admodum ſit crudus morbus, præcordiorum totiúſque pectoris anguſtia premat, gravitas ſumma ſternum dorſúmque contrahat, febris acuta non admodum urat. Sanguis autem ille, *interdum* in angina è ſaucibus irruit, & tum intra ſeptem dies moriuntur; ſi hos effugerint purulenti evadunt: & quia in illis qui ſunt medii inter ſenes & ἀκμάζοντας, expultrix ſacultas languidior eſt quam in minoribus, difficulter curantur.

[37] *Interdum* ex pleuritide eodem derivatur, non quidem per vaſa, quia nullus eſt ipſorum ductus; ſed per membranam, quæ omnes thoracis partes inveſtit, & tum etiam (quia fit tranſlatio ab exterioribus ad interiora, à minùs nobilibus ad nobiliora & cordi viciniora) malum eſt.

Alia à [38] *Bilioſo*, unde [39] angina in peripneumoniam vertitur, & pulmo ſpongioſus tenuiorem materiam facilius admittit, & penitius imbibit.

[40] *Cognoſcitur* ex eo, quod tuſſis flavum nec multo cruore permiſtum ſputum trahit, pectoris anguſtia, gravitatiſque ſenſus minor eſt, febris flagrantiore incendio torret.

28. *Differentia*) Peripneumoniæ præcipuæ ſunt hæ differentiæ, quod nempe ſit affectus vel ſimplex, aut cum pleuritide, angina, aut alio quodam, conjunctus, & tunc vel primarius vel ſecundarius exiſtit. Porro diſtingui ſolet quoad Febrem & Reſpirationis tenorem; nempe juxta quod hæc plus aut minus lædatur; atque illa intenſior aut remiſſior fuerit, etiam morbus hic plus aut minus acutus dicitur. *Willis.*

29. *Paralyſin ægro infert*) Vide § 37. *Interdum ex pleuritide eodem &c.*) ſub finem.

30. *Si ſuperior ala*) Eo in caſu ex Cucurbitulis dorſo admotis cum ſcarific atione non exiguum percipiunt Peripneumonici beneficium, cum ſcilicet inflammatio ad dorſi muſculos propagatur, ratione membranarum Pulmones illi regioni connectentium: id vero manifeſtum eſt ex inſigni dolore ægrum in regione illa vexante urgente tuſſi. Tunc inſtituitur hæc operatio ratione muſculorum affectorum, & auferendæ gratia portionis ſanguinis vaſa egreſſi. *Ex Tract. novus med. p. 75.*

31. *Si inferior ad diaphragma*) Interdum etiam cum Pulmonibus inflammatur diaphragma, aut etiam mediaſtinum. *Etmuller.*

32. *Vena in illo latere*) Mitti debet ſanguis à Baſilica utraque (è vena maxime conſpicua) ſi totus Pulmo æqualiter afficiatur. Vel ab alterutra quæ lateri affecto magis reſpondeat, in quo ſcil. æger dolorem aut gravitatem

tarem majorem percipit, & ex quo ſputum potius evehi ſentiat.

Mulieribus Peripneumonicis, quibus ſanguis menſtruus actu fluit, [illegible] primum, & mox intra ſex horas è brachio [illegible] mittere oportet. Nisi adeo urgeat periculum [illegible] primo accelſu [illegible] ſanguinem e bra[illegible] fundere. [illegible] toto venæ ſectionis tempore, & [illegible], Cucurbitulæ femoribus ſunt affligendæ. *R[illegible]*.

In Peripneumoniæ cura V. S. nec revulſoria, nec [illegible]oria, nec derivatoria locum habet, quia Pulmo cum [illegible] his vaſis communicat, [illegible] ſua propria habet. Quod igitur à corde [illegible] qui iterum remittit. Non igitur [illegible] poteſt, ſed [illegible] tantum fervor [illegible] quantitas imminuenda, adeoque fiat [illegible] *Ettmuller*.

11. *Vena ſ*[illegible] neumonici ſæpe imbecilli ſunt [illegible]o, ob incendium & oblidio[illegible] pus, Et tamen non oportet eſſe valde [illegible] ſecanda, imo audacter mittendus ſangu[illegible] peripneumonica facta eſt per tranſlationem, alv[illegible] excrementis, xx. interiit: Debueramus [illegible] v. s. exercere, præſertim cū peripneumoniæ [illegible] Nam morbus iſte maxime phlebotomiam poſtulat. *Ballonius Epid. p. 21.*

In curatione utramque paginam implet phlebotomia, quæ ſtatim [illegible] frequenter iteranda, quantum vires ferre p[illegible] aut bis in die donec morbus m[illegible], Cum enim Pulmo multo ſanguine abundet, & à corde æſtu [illegible] magnam illius copiam attrahat, minime verendum eſt [illegible], quater, quinquies & ſexies [illegible] re. *Riverius*.

13. *Vena ſecanda eſt*) An cum animus linquere videtur à ſectione [illegible] (quæ hic præſennus & unicum remedium) temperandum? Nequaquam, imo ea ſæpe repetita ſanguis copioſe detrahendus: nec terreri oportet iſtis deliquiis, non ſunt enim [illegible], nec madoribus & [illegible] quæ ſæpe adeſt, ob cordis incendium. Et experientia [illegible] & judicium Medicorum, ſi quando alias, hic maxime elucet. *Ballonius Epid. p. 23.*

14. *A Pulmonibus ad caput &c.*) Vide §. *Interdum ex pleuritide eodem &c.*)

15. *A ſanguine puro*) Cujuſmodi hæc liquoris ſanguinei diatheſis ad Peripneumoniam inclinans fuerit, etſi non facile deſignata fuerit, ejus tamen ratio ex phlebotomia in hoc [illegible]rbo ſemper cum ſucceſſu optimo celebrata nonnihil eluceſcit. Enimvero ſanguis & quibuſque hoc morbo, prout etiam pleuritide laborantibus, detractus, poſtquam refrixit, in ſuperficie ſua loco cremoris coccinei pelliculam ſubalbidam, aut aliàs diſcolorem, quæ item tenax admodum & viſcida eſt, ſuccreſcentem habet, unde conjicere licebit maſſam ſanguineam in compage ſua nimis ſtrictam, dum inter circulandum excrementa ſua non dimittit, nimis incraſſari & quaſi lenteſcere; proinde que tum ad effervescentiam, tum intra vias anguſtiores, & præſertim pulmonares hærere, nimis proclivem fieri.

Quod ſi amplius inquiritur, undenam hæc ſanguinis diſpoſitio, qua inſtar vini penduli ſit tenax & viſcoſus procedat? Hujus ratio generalis hæc eſt, viz quod cruoris partes craſſiores à ſubtilioribus non ſatis comminuuntur, ita ut omnibus æqualiter mixtis, & mutuo ſubactis, demum humores utiles in munia quibuſque appropriata ſecedant, atque inutiles per cloacas idoneas continue amandentur; Verum è contra ſanguinis particulæ ſulphureæ, una cum ſalinis & terreſtribus nimis [illegible] combinatæ, cæteras quaſque irretiunt & inviſcant, [illegible]nde liquor ejus recrementa quæque & impuritates [illegible] ſe continens inſtar glutinis lenteſcit, & proinde diatheſin peripneumonicam concipit. Enimvero unicuique [illegible], ſanguineo quatenus ita lenteſcit, ad vaſorum ductus anguſtiores (qui certe in pulmone perquam anguſti ſunt) obturandos aptum reddit; [illegible] ob eandem rationem etiam ad effervescentias [illegible]les inundas inclinare, viz. in quantum iſte fæculentias quaſque & recrementa ſua intra proprium ſinum pertinaciter retinens, ab iiſdem ſubinde in plenitudinem aggeſtis, in turgeſcentiam immanem (à qua neceſſe eſt pulmonis obſtructionem inflammatoriam incipi vel augeri) cogitur. *Willis*) Unde colligere eſt à ſanguine fæculentius referto Peripneumoniam originem ducere, nequaquam à poro.

16. *Cognoſcitur ex eo quod &c.*) Præterea urinæ rubræ ſunt & craſſæ, faciei rubor major, venarum temporum evidentior elevatio, cum totius corporis gravitate & tenſione & reliquis quæ ſanguinis abundantiam oſtendunt. *Riverius*.

17. *Interdum ex Pleuritide eodem derivatur &c.*) Vulgaris obſervatio eſt Peripneumoniam ſæpe Pleuritidi ſuccedere; cæterum nihil uſitatius eſt quam in Pleuritide ſputum ſanguineum, craſſum & quaſi purulentum excreari, hinc diquiritur, Quo tranſitu, vel quibus viis materies ſputo rejecta à pleura ad ductus tracheales feratur. Alii hanc in cavitatē thoracis delapſam à pulmonibus tanquam à ſpongia imbibi; atque alii per membranas adnatas, quibus ſæpe pulmo pleuræ cohæret, eamque exinde ſæpe huc transferri putant.

Verum utrumque [illegible]dus improbabilis, quin impoſſibilis videtur, [illegible] pulmones ſpecus thoracici contenta non exug[illegible] hydrops aut vulnera thoracis, cum pulmone intacto contingant, neque aqua neque ſanguis omnino per tuſſim rejicitur, tametſi humoris hujus copia ſæpe magna ſubeat, quæ è thorace per ſectionem aperto ſponte ſtatim affluit. Pulmonis autem quandoq; membranas adnaſci, ipſumque pleuræ annecti ex Anatome conſtat, quinimo hæc commeatus via materiam purulentam, in latus tranſlatam, ibique per fontanellam ab arte, vel natura excitatam, cum criſi ſalutari vacuatum fuiſſe, aliquoties novi; attamen tales membranæ pulmonis cum pleura conjunctivę raro prę-exiſtunt, inque Pleuritide, qui morbus peracutus eſt, haud tuberis inſtar, unius aut alterius diei proles eſſe poſſunt.

Inſuper licet interdum præſto ſint cæci illi ductus, qui, forſan admirabili Naturæ inſtinctu quiddam è Pulmonibus verſus thoracis pomœria exportant, attamen contra Naturæ œconomiam videtur, ut corruptelam quamvis exterius genitam, intus ad nobiliſſimam hanc partem, quę revera caloris & vitę fons eſt derivent. Super hoc opinari ducor Peripneumoniam & Pleuritin affectus eſſe modo ſingulares & ſeparatos, modo connatos & primitus coexiſtentes, & modo invicem ſucceſſivos aut ſuccedaneos eſſe.

Enimvero cauſa procatarctica in actum concita, adeo ut ſanguis lenteſcens, ſimulque effervescens vaſa minora alicubi obſtruat, morbi nidus interdum in pleura, aut pulmone ſeparatim, quandoque in utriſque ſimul, & nonnunquam primo in hoc, & denique in illa defigitur; plerumque vero Pleura imprimis ſalutata, mox eadem cauſa morbifica etiam vaſa Pulmonica invadit: Porro novimus diverſimodam hujus affectus metaſtaſin; cum viz. 1. latus dextrum vel ſiniſtrum, mox eo relicto pulmones, & dein utriſq; deſertis cerebrum occupaſſe, & non raro ſedem inde in priora loca tranſtuliſſe.

Cæterum ob rationem prædictam Peripneumonia non tantum Pleuritidi, ſed frequenter etiam Anginæ, & aliis interdum affectibus ſuccedit; quippe dum ſanguis lenteſcens, ſimulque effervescens, febrem in toto continuat, obſtructionem phlegmonoden huc illuc varie transfert: Atque hinc obſervationis iſtius, viz. quod peripneumoniæ interdum paralyſis, aut hemiplegia lethalis ſuccedat, ſolutio, quæ interpretes ita plurimum

torſit, liquido patet, in quantum ſanguis, qui lenteſcens modo vaſa pneumonica obſtruxit, poſtea vaſorum plexus quoſdam carotidas infarciens, ſpirituum animalium in hac aut illa ἐγκεφάλου regione geoeſin, indeq; in partes nerveas reſpectivas affluxum inhibere. *Willis.*

13. *Alia a bilioſo*) Pro varietate ſanguinis Inflammationes hæ Pulmonum generis ſunt diverſi, nam ſi ille purus fuerit, ſimplex erit phlegmone, in qua quod exſpuitur ſanguine ſincero mixtum apparet: Si vero tenuior fervidiorve ſit, *phlegmone eryſipelatodes* dicta naſcetur, in qua febris vehementior, ut & ſi ſincera bile perfuſus ſanguis inflammationem pariat accidit, ſputúmque tunc *cruentum ſubflavum* redditur, Quod cùm frequenter eveniat, cauſam præbuit ut Peripneumoniam ab Eryſipelate Pulmonum prodite aliqui ſcripſerint.

Fit tamen quoque ut ſi *bilis atra* fuerit, quæ ſanguini dum phlegmoneo parit, commiſcetur, fuſca & ſubatra, ſputo cruento, quod exereant, commixta eſſe videantur: Et ſi bilis cum ſanguine juncta inflammationis hujus cauſa eſt, tunc pleuritis, perinde ut tertianæ febres, tertio quoque die, quod jam ſæpius obſervavi, manifeſtas exacerbationes ſuas habeat.

Solent etiam & extra hoſce morbos ſputa ejuſmodi etiam non cruenta, ſubflava, ſubviridia, ſubatra excreta, à bilioſis humoribus ſic ſæpe colorati. Impurus quoque aliquo alio modo ſanguis, vitioſis humoribus perfuſus, impuram phlegmonem parit. Sed & à crudo, ſeroſo, pituitoſóque ſanguine ſi phlegmone fiat, *oedematodes* erit, mitiora proferens accidentia, ſputumq; tunc minus coloratum erit, ſicuti in *cruda* ob id dicta *peripneumonia* evenit.

Verum & pro diverſitate hac ſanguinis, ſi in ſuccingente fiat inflammatio, illa mitiora gravioráve proferet accidentia: Ab alio humore à ſanguine ſeparato, cum phlegmone nulla fiat, non poſſumus vel pituitam, aut alium humorem, defluxione in pulmones delapſum, aut per congeſtionem illic collectum, veræ pleuritidis aut peripneumoniæ cauſam; uti aliqui fecerunt, pituitoſaſque vocarunt, ſtatuere, cum ſi in pulmonibus coacerventur, alios illius morbos, reſpirationi potius incommodantes pariant. *Platerus.*

Peripneumonia ab omni fit humore, ſanguine potiſ, vel ſolo, vel bilioſo, vel pituitoſo, qui defertur per venam cavam, retrogrado circulari motu, in dextrum ventriculum, exinde per arteriam venoſam in latum pulmonum æquos ſe extendit, inania ſpatia pervagatus incaleſcit & putreſcit. *Rolfincius.*

38. *Alia a bilioſo*) Unde Eryſipelas Pulmonum, Multi, ait *Ballonius* 1. Epid. p. 23. incauti eripiuntur ob inflammationem Pulmonis, quorum in pulmonibus nihil peritur, niſi quod veſtigium aliquod flammæ apparet, ſed hoc idiotæ non animadvertunt.

39. *Angina in peripneumoniam*) Vide §. *Interdum ex pleuritide eodem.*

40. *Cognoſcitur ex eo quod tuſſ &c.*) Adde pulſum creberrimum, delirium ingens, urinam tenuem, citrinam & pellucidam, ætatem, anni tempus, regionem, victum præcedentem bili attollentia. *Riverius.*

Si *Pituita* (quod frequentius eſt) vel ſanguis pituitoſus, morbum producat, ſputum erit album, viſcidum & ſpumans, febris, thoracis incendium, ſitis, linguæ ſiccitas minora, thoracis gravitas major, pulſus rarior & mollior, ætas ut plurimum ſenilis, habitudo, anni tempus, regio frigida & humida. *Idem.*

Si melancholicus ſanguis in cauſa fuerit, ſputum apparebit nigrum aut ſublividum; lingua ab initio nigra, ſicca & ſcabra; aderunt etiam triſtitia, & magna inter reſpirandum ſuſpiria, ac reliqua humoris illius dominantis ſigna. *Idem.*

Cap. VI.

De Pulmonis Anguſtia.

Pulmonis[1] *anguſtia eſt vaſorum ejus, propter obſtructionem, compreſſionem, vel exſiccationem interceptio, tuſſim, oppreſſionem & reſpirandi difficultatem inducens.*

Signa, cauſa, & *curatio* ex Differentiis petantur.

Differentiæ à Cauſis & partibus affectis ſumuntur.

I. Alia eſt *Arteriarum aſperarum*, de qua ſequentes Differentiæ conſulantur, quæque ab obſtructione &c. provenit.

Alia *arteriarum lævium*, quæ

Cognoſcitur ex reſpiratione, non quidem in principio, ſed & incremento difficili; pulſu omninò vario, inæquali, intermittente, interciſo, magno, celeri, tardo, raro, frequente, vehemente, propter luctam inter naturam, fuligines ob anguſtiam arteriarum expellere non valentem, & cauſam morbificam; oppreſſo jam corde, palpitatione ejuſdem & animi defectione.

Oritur, vel à *craſſis viſcidis* & pituitoſis humoribus; & tum, pulſus eſt durus per tenſionem, magis variat, ſed & magis eſt æqualis. Non ita difficulter curatur, præſertim ſi ſit recens.

Curatio infra dicenda exigit.

Vel à *Tuberculo*; & tum pulſus eſt durus per tenſionem & ſiccitatem, inęqualitas ejus propter cauſam magis fixam eſt uniformis. De *Curatione* inferius agetur.

II. Alia (*aſperarum arteriarum* intellige) eſt ab *Obſtructione*, per ſanguinem, humorem &c. de quibus infra.

Alia à *Compreſſione*, ex iiſdem ferè cauſis, quod in hydrope, inflammatione pulmonis, ſepti tranſverſi, mediaſtini, gibboſitate, luxatione vertebrarum dorſi, & viſcerum tumoribus accidit

Alia ab *Exſiccatione*, metallurgis frequens, quæ *cognoſcitur*, ex defectu ſputi, macie totius corporis, & lac amygdalatum expoſcit.

III Alia eſt[2] a *ſanguine* obſtruente vel comprimente arterias aſperas, eodem ex pulmone, oeſophago, ore, thorace vulnerato eo excurritur, qui revellendus, evacuandus,[3] ſi in grumum abiit, per[4] *oxymel ſcilliticum, poſcam*, id eſt, mixturam ex aqua & *aceti unc.* VI. pondere, ita ut ſit

potu

potu jucundo, nullam ob acetum tuſſim excitet: tepida ter vel quater de die detur, diſſolvendus.

Alia ab *Humore*, qui vel eſt *copioſus*, & tum, ſi in *ſolam membranam* guttur ſuccingentem diſtillatione profluit, vocem obſcurat, & raucedinem infert: ſi in *gutturis cavum* ductúmque incidit, tuſſiculam cum quodam acrimoniæ irritantis ſenſu inducit.

Vel eſt *Craſſus & viſcidus*, qui [5]. raro in pulmonibus, quia tenui & puro ſanguine aluntur, gignitur: [6]. ſemper ferè à catarrhis de capite delapſis oritur. Vi caloris, ſucceſſu temporis, in vitream aut [7]. gypſeam abit pituitam, quæ multis circuitu deſtillationibus redeuntibus, magna ejus copia cumulata, aſthma infert. Idem arida tuſſi vehementiſſimè exercet, qua vix quicquam extunditur; Spiritum difficilem reddit; inter ſpirandum ſtertorem aut ſibilum elidit, quod pulmonum bronchiis ſit pertinaciter impactus. [8]. Deſtillationis notas, vel à cerebro, vel à vicinis partibus antecedentes habet.

In *Curatione*, dum materia præparatur, *tuſſilagine, praſio*, & aliis incidentibus, *Borrago*, *Glycyrrhiza, paſſula* addantur, ne humores caliditate magis exſiccentur.

Purgatio · *agarico* bene perficitur. [10]. *Terebinthina* egregie abſtergit. *Oleum amygdalorum dulcium recens ad unc. vi. cum ſaccharo* ſumptum pulmones relaxat.

Alia eſt a *Pure*, quod ex aliquo apoſtemate effunditur, & tum Expectorantia locum habent.

IV Alia ex *Cauſis toto genere præter naturam*, ex quibus ſunt

1. *Calculi*, alii præduri ac ſolidi, alii veteris caſei conſiſtentia, omnes propria cyſti incluſi, & aſthma producentes.

Tubercula, ſeu [11]. *Vomica*, quæ *Oriuntur* ex materia in una parte collecta, & inde extuberante, nulla deſtillationis nota præcedente; & aſperæ arteriæ adnaſcuntur.

Dividuntur in *Cruda*, quæ difficulter cognoſci poſſunt, nunquam ſuppurantur, & nullam febrim conjunctam habent: & *Suppurata*, in quibus pus membranula propriáque cyſti tam arctè concluditur, ut vix quicquam de ſe rerum in corpus exſpirent. Tum Ægri ſublivido ſunt colore, lingua ipſis lentore quodam, maximè cum longè à cibo abſunt, oppleta eſt. Corporis agitatione, aut potu cibove calidiore urina tingitur, pulſus citra ullam reſpirandi difficultatem citatur: poſt concitatiorem motum pillulæ parvæ & globuli inſtar piſi exigui, membranula incluſi, è pulmone redduntur. Tuſſis etiam tum moleſta & ſpirandi difficultas excitatur. Dolor ægrotos continuo affligit, inprimis ubi vehementius & concitato motu moventur.

Ex his æger *non convaleſcit*, niſi 1. ſuppuratio citò fiat. 2. facta ſuppuratio citò erumpat. 3. ad ſuperiora vergat, & per tuſſim ejiciatur. 4. Totum pus evacuatur. 5. Venter, id eſt, Cavitas illa in qua pus continebatur, perfectè agglutinetur.

[1]. *Pulmonis Anguſtia eſt vaſorum*) Sanguinis iter pneumonicum, quandoque ob vias non ſatis patentes varie inhibetur, cujuſmodi impedimenta contingunt, quatenus meatus ſive ductus iſti, vel *obſtruuntur*, vel *abrumpuntur*. Prioris duæ ſunt rationes ſeu fiendi modi, Viz. viæ aliquando occluduntur, quatenus vaſorum ductus, à fibris carneis contractis ad ſe invicem propius adducuntur, uti cordis palpitatione, & Aſthmate ſpaſmodico nonnunquam accidere oſtendemus. Cujuſmodi affectus, propter clauſum ſanguinis intra præcordia rivum, reſpiratio difficilis & anhela, pulſus exilis & totius infrigidatio comitari ſolent.

Porro interdum ſanguinis meatus occluduntur, quatenus vaſorum ductus à corpore, aut humore quodam exterius incumbente comprimuntur, quare cum Cellulæ, aut Tubi bronchiales (uti frequenter aſſolet) à phlegmate viſcoſo, materia purulenta, ſanguine demum extravaſato implentur, quemadmodum in ipſis liberior aëris, ita in vaſis adjunctis etiam ſanguinis tranſitus inhibetur; In ejuſdem cauſæ rationem veniunt Tubercula, Tumores, Vermes, nec non concretiones velut lapidoſæ, arenaceæ, caſeoſæ, aliæve alius generis diverſimode excitari ſolitæ.

Inſuper quandoque vidimus tum arteriæ tum venæ pneumonicæ canales plane oſſeos alicubi factos, eorumque parietes ita compreſſos, ut rima tantum exigua ad ſanguinis tranſitum relinqueretur.

II) *Ductus ſanguiferos* ſæpenumero impleri & obturari, propterea ut ſanguinis rivus obſtruatur aut anguſtetur, obſervationes anatomicæ declarant. Ex his enim liquido conſtat ſanguinis concretiones grumoſas, ſeu veluti carneas, ipſius cordis ſinus & vaſorum majorum radices ita nonnunquam opplere, ut fluenti ſanguini curſus fere in totum obſtruatur: quinimo hoc in vaſis minoribus ſæpe contingere & ratio ſuadet & experientia concludit, quippe ſanguis in Rheumatiſmo, Peripneumonia & Pleuritide per v. s. emiſſus, poſtquam refrixit, pellicula conſimilis omnibus ſubſtantiæ cum concretionibus iſtis polypoſis obducitur, indicio, uti videtur, manifeſto, eum, ob craſſamenta iſta viſcoſa vaſorum minorum ductus ægre permeare; quapropter ut quoquomodo evadat, ea plurimum diſtendit, quandoque etiam perrumpit; ſæpe item eorundem vaſa reſerat, inque tracheam hiatus aperit, proinde ut cruoris extravaſati portiones crebræ tuſſi rejiciantur, Novimus quoſdam anheloſos obiiſſe, quorum pulmones, ulcere aut continui ſolutione quavis graviore immunes, adeo intumuerant, ut illorum intra thoracis cavitatem motui ſpatium deſideraretur. Cujus ratio proculdubio fuit quòd ſanguis craſſior & fæculentior, proindeque vaſa iſthæc non facile pertranſiens, arterias & venas ubique extenderet, inque minoribus eorum tubis ſtagnaret. Inſuper cruoris fæculentiæ, modo ſalinæ diverſi ſtatus, modo ſulphureæ aut tereſtres cum illis combinatæ, ſæpe vaſorum ductibus exilibus impactæ, ibidemque fixæ; eos penitus obſtruunt; propterea ut circulatio ſanguinis pneumonica in ſpatium brevius contrahatur, & conſequenter tabes, aut cellulis compreſſis reſpirationis ambitus coarctetur. Plures & diverſimodi talis obſtructionis caſus & ſpecies extant, quæ ſi omnes enumerentur, talis Pathologia in immenſam molem excreſceret.

III. Sanguinis commeatus pneumonicus non tantum

vias occluſas aut obſtructas; ſed quandoque etiam *abruptas* impeditur. Etenim vaſa iſthæc in quibuſdam tenuia, aut tenera, aut valde laxa, ſanguinis impetu aut acrimonia non raro aperiuntur; ita ut latex cruentus, vel in tracheam erumpens per ſputum ejiciatur, vel ductuum interſtitiis aggeſtus Peripneumoniam, vel in thoracis cavitatem decidens Empyema producat: Super his ſingulis in capite de Hæmoptoe dicetur. *Willis de Med. operat. ſ. 1. c. 2.*

2. *Alia eſt à ſanguine*) Sanguis in dextro cordis ventriculo effervescens, incaleſcens atque rareſcens parietes ipſius ſenſim magis magiſque expandit, donec iſta expanſione irritatum cor parenchyma ſuum muſculoſum ſpirituum animalium ope contrahat, ſimulq; ſanguinem contentum in pulmonalem arteriam exprimat, ex qua per pulmonũ parenchyma in Pulmonarem venam transfuſus ad ſiniſtram cordis auriculam ventriculúmque ſiniſtrum pergit. Dum autem per pulmones vadit ſanguis, ab aëre inſpirato in æſtu ſuo blande temperatur, & plus minus condenſatur, ne ab excitatis fervore nimio halitibus copioſioribus ſuffocetur in corde & ſanguine modo accenſus ignis vitalis.

Læditur hic ſanguinis motus ob ejuſdem coagulationem ac concretionem, ob nimiam vaſorum pulmonis repletionem tum in plethora extrema, tum ratius in plerorumque pulmonis vaſorum obſtructione qualicunque: Ubi univerſalis, ac per omnia pulmonum vaſa contingit motus ille ſanguinis valde impeditus aut ceſſans, brevi moritur homo, ſuffocatus ob ejus copiam vel ſtagnationem, ni confeſtim ſecta vena redundans minuatur, aut alio avertatur. Ubi autem in quibuſdam duntaxat Pulmonum vaſis propter obſtructionem moveri deſinens ſanguis aliquandiu ibidem ſtagnat, Pulmonum inflammationem parit. Tardius autem movetur per Pulmones ſanguis, vel ob viſciditatem, à pituita ſimul undecunque producta ortam, vel ob vaſorum anguſtiam, non tamen extremam. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 20.*

3. *Si in grumum abit*) Eam quæ paulatim advenit, ſenſimque augetur ſanguinis concretionem curat. *Idem* medicamentis aciditatem acriorem frangentibus temperantibuſque tum ſpirituoſis tum oleoſis, ac præſertim ſale lixivo præditis, ſalibúſque volatilibus oleoſis, quæ dictis omnibus conſtant, ac celerrime quaquaverſum in corpus transfunduntur, potentérque, blande licet, acidum acrius emendant ſi convenienti liquore diluantur, ſæpiuſque uſurpentur.

4. *Oxymel ſcylliticum &c.*) Inter vulgo nota merito laudantur *oculi cancri* vino acidiuſculo, vel aceto ſtillatitio pauco (quo facilius acido in corpore peccãti admiſceantur) ſoluti & aliis convenientibus additis per intervalla ſumpti. E. g. ℞. *Aqu. hyſſop. fœnic.* ā̄ā. ℥iß. *vitæ Matth.* ℥j. *aceti ſtill.* ʒij. *ocul. cancr. pulv.* ʒß. *ſyr. cochlear.* ℥j. *f. miſtura*; Vel ℞. *Aqu. menth.* ℥iiß. *theriac. ſimpl.* ʒvj. *Tinct. caſtor.* ʒij. *ſpir. ſalis Armon.* ℈j. *ol. cortic. arant. gutt.* vj. *ſyr. fœnic.* ℥j. *miſce.*

Prior miſtura gratior, poſteriori minus efficax, cochleatim dandæ, conducunt Acido acriori temperando, etſi poſterior præferenda ſi quid auſteri concurrere obſervabitur, cujus primarium ſignum eſt anguſtia quævis ad hypochondriacam ſuffucationem tendens, ſive ad fauces aſſurgat, ſive hæreat circa præcordia, & inexplicabiles pariat ægris anxietates, animi deliquium minitantes. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 20.*

5. *Qui raro in Pulmonibus*) Ab excrementis Pulmonum pituitoſis, (vide infra §. *ſemper fere a catarrhis de capite*) illic continuo congeſtis retentiſque & incraſſatis idem quod à catarrho è capite delapſo fieri poteſt. Sicuti enim cerebrum ob ſanguinis copiam, qui ſinus ipſius membranarum implet ſi crudus ſit, excrementa continuo colligit, ita & Pulmones, quorum vaſa ſanguine plena ſunt, ſi ille excrementitius ſit, copiam illius coacervat, ut non neceſſe ſit omnem pituitam, quæ expuitur à cerebro, uti pleríque putant, eo defluxiſſe. *Platerus.*

6. *Semper fere à catarrhis de capite &c.*) Obſtructis Pulmonibus intrinſecus in aſperæ arteriæ ramis, per pulmonum ſubſtantiam diſſeminatis, quia tunc aëri liber tranſitus intercluſus, eſt difficilis ſequitur reſpiratio: Hoc autem frequenter ab humore pituitoſo aqueo, à capite præſertim, dormientibus & decumbentibus, ſenſim, ſine ſenſu manifeſto, per aſperam arteriam ad pulmones defluente prodire ſolet, qui in ramis illius anguſtioribus ſubſiſtens, & mucoſitatem acquirens, ſuaque viſciditate vias obturans, reſpirationem cum ſtertore & ſtridore, tuſſique aliqua difficilem parit. Et ſi ob tenacitatem excreari nequeat, affectum diuturnum, *Aſthma* dictum, facit, quæ è nova accedente defluxione, eo tempore dum hic fit, & noctu præſertim, ac tempore humido, & poſt crapulam ſuas habet exacerbationes; Et ſi defluxio magna copia ſubito vias jam prius occupatas impleat, *catarrhum ſuffocantem* dictum efficit. *Platerus.*

7. *Aut gypſeam*) Gypſea materia alba, dura, ex ſucco craſſo Pulmones nutriente, potius quam pituita, quæ adaſſata viſcida, & viſci inſtar tenax eſt, non friabilis, uti vero hæc eſt, naſcitur, obſtruendo intrinſecus ramos, diuturnum aſthma, in quo pituitæ nulla ſunt indicia parit, niſi forte accedens defluxio congeminet malum, atque ſuffocet. Quod & calculus ex ſeroſo Pulmonum excremento in pulmonum anguſtiis natus, nunc friabilis, nunc durus, nunc planus, nunc inæqualis, & pro ratione vaſorum tophi inſtar formatus, eadem ratione facere poteſt, quales aliquando ſectione deprehenſi; alias tuſſi poſt diuturnum & immedicabile aſthma rejectio quæ fuerit cauſa oſtenderunt. *Platerus.*

8. *Deſtillationis cauſas*) Utraque cauſa (*deſtillatio à Capite, & congeſtio pituitoſorum excrementorum in pulmonibus*) ex pituitoſa conſtitutione corporis, pituitæque redundantis indiciis, aliiſque læſionibus facile deprehenditur. *Platerus.*

9. *Agarico*) Fungus eſt laricis, quæ & terebinthinam Venetam, ſeu reſinam laricеam fundit, quando in carioſa arbore ſal volatile fatiſcit, deviat ex archei ordinario jugo, & occaſione humoris extranei cum particulis terreis effloreſcit, ex Alpibus & aliis vicinis locis afferri conſuetus. Optimum hinc album, quod communi contradiſtinctum, hinc electum dicitur: ſapore eſt γλυκύπικρον, à dulcedine ſubamaricans (quod utrumque acrimoniæ ſalinæ reſolubilis ſignum eſt) leve, ac friabili & raro corpore; noxium nigrum lignoſum: In ſubſtantia quidem non datur, præterquam trochiſcatum; partim ob levitatem, ob quam ventriculo minus gratum eſt; partim ob ſegnitiem, unde & nauſea retundi, & acui debet, tum purgantibus tum aromaticis: Revera enim aromatica, calore excitato, menſtruo ventriculi obedientiora reddunt purgantia.

Vi texturæ laudatæ ſerum in coagulum abituriens fluxile reddit, & in motum citatum excretioni aptat; morborum catarrhalium remedium, hinc in coryza, defluxionibus catarrhalibus, aſthmate, tuſſi, febribus quotidianis & lentis, à cruditate ſoris prodeſt &c. In uſu habemus præſcribere *agaricum trochiſcatum*, vel ſibi relictum, in nodulis ad ℈j. ʒj. ʒij. in decoctis quoque & clyſteribus, in quibus inepta, recepto uſu, ligari ſolet, tum propter levitatem, tum (quæ ratio videtur præcipua) ut exprimi hoc modo poſſit, & vis purgans tanto magis cum decocto communicari: In extracto quoque datur commode eum purgantibus miſcendum. *Wedelius A. m. m. p. 239.*

10. *Terebinthina egregie abſtergit*) *Cypria* reliquis præfertur reſinis ob facultates & vires quas præſtat egregias in tuſſi & aliis Pulmonum affectibus: diuretica juxta ac alviduca eſt: *Vulgaris* quoque, ſeu *laricea*, uſus præcipuus internus eſt in Pulmonibus expurgandis. *Hofmannus in Clavi p. 595. & 596.*

Vomica

Vomica Pulmonum.

10. *Tubercula ſeu Vomicæ*) Tuberculum Pulmonis eſt Tumor exiguus, in quadam illius particula collectus: Duplex illius genus ab *Hippocr.* conſtruitur *l. de morb.* quorum unum *Crudum* vocat, nunquam ad ſuppurationem veniens, ſed quod ſenſim increſcens ſpirituum vias præcludit, & tandem ægrum interimit: Alterum eſt quod ad ſuppurationem venit: Veſiculæ autem denſitas ſæpe facit ut hujuſmodi vomica per multos annos in pectore geſtetur, nullis ſignis indicata, & nulla alia corpori noxa communicata: unde Hippocr. aph. 41. 6. *Quibus ſuppuratio in corpore exiſtens non innoteſcit, iis ob craſſitudinem puris, aut loci, non innoteſcit.* Item multi omnia corporis munia rite exercentes, rupta derepente vomica è medio ſublati ſint; quorum exempla proponuntur à *Fernelio l. 5. Path. c. 10.* è quorum numero ſunt duo Medici qui nullis ſignis impendens periculum prævidere potuerunt: Si Pus è rupta vomica effluens in cordis ventriculos feratur, ægri ſubito intereunt (*niſi hoc validum, cruori pus remiſtum, per urinarios meatus aut alios excludat*) Si vero ad bronchia tranſmittatur, per anacatharſin expurgari poteſt, ſi corpus ſit robuſtum, & materiæ quantitas exigua: Vt plurimum tamen relictu ulcere in Pulmone Phthiſis inde oritur. *Riverius.*

11. *Tubercula ſeu Vomicæ quæ oriuntur*) Depravatus Pulmonum nutritio à ſanguine alterutro, vel utroque vitioſo, vitioſos ſaltem humores admiſtos habente: Hiſce cauſis, nunc à bile, nunc à ſucco pancreatico, nunc à ſaliva, nunc à liquore hoc retuanto exurgente; nunc à chylo, nunc à lympha quovis modo vitiatis, nunc à ſero in renibus haud ſecreto, verum in ſanguine p. n. permanente, & ſi quæ ſunt plura quæ ſanguinem vitiare ſolent, pendentibus, debetur *Tuberculorum* hinc inde in Pulmonibus ſæpius obſervatorum exortus; ſubſtantiæque ipſorum mollis & ſpongioſæ mutatio in carnoſam, multiſque modis ſolito duriorem, ſolidiorem, aliterve à naturali conſiſtentia deſciſcentem. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 24.*

12. *Vomicæ quæ oriuntur*) Empyemati & Peripneumoniæ nonnihil affinis eſt *Pulmonis Vomica*, utpote cujus materies morbifica ſemper pus merum eſt, quod tamen ſine febre aut phlegmone, imo ſine tuſſi immani, aut ſputo, tacite ac velut improviſo in pulmone generatur, & non raro malum hoc non prius ſe prodit quam patientem interimit: *Galenus l. 1. de locis aff.* Apud authores qui Medicinæ ſyſtemata & praxes ſcripſerunt menoo ejus rato aut vix omnino occurrit, *Tulpius lib. 1. cap. 10.* affectum hunc ita deſcribit, *Vitium hoc* (Pulmonis Vomicam innuens) *latet inter initia ita clanculum ut vix ulla ſui preferat indicia. præter tuſſiculam primo ſiccam, mox humidam, qua aliquandiu continuante, trahitur difficulter ſpiritus, deficit anima & emarceſcit pantatim corpus, licet interim nec pus, nec ſanguinem præ ſe ferunt ſputa; ſed ſi rumpatur nec opinanti vomica, occiditur, dictum ac factum homo.*

Ita interdum ſolet contingere, verum novi plures qui ex pulmonis vomica ſenſim orta maturata, & demum rupta, pus copioſum & fœtidum exſpuiſſe, cumque tale ſputum per multas hebdomadas, imo menſes quotidie excernentes, debiles adeo & velut tabidi evaſerunt, tandem medicamentorum ope, cum ulcus detergeretur & ſiccaretur, integre convaluiſſe.

Hic morbus, ſi ratio formalis, & cauſa ejus cauſa inquiruntur, revera eſt Abſceſſus alicubi in Pulmone genitus, cujus materies, etſi heterogenea, & naturæ inimica, haud tamen ab initio nimis acris aut irritativa exiſtit: quippe cum primum hæc à ſanguine ſecreta, alicubi in Pulmonis ſinu, forſan intra cellulam quandam veſicularem deponitur, nec tuſſim excitat, nec febrim inducit; poſtea vero cum ſenſim aucta, vaſa ſanguifera vicina comprimit, quin & ipſi ſanguini juxta tranſeunt; effluvia incongrua inſinuat, proinde febricula cum inquietudine quadam & marcore ſuccedit, & tandem illa ad plenitudinem aggeſta, & diuturna coctione in pus ſincerum maturata, cyſtim, ſive nidum ſuum prius valde diſtentum rumpens, quaquaverſus exundat.

Quod ſi ad puris exitum viæ non patent, ſtatim ſanguini ſe immiſcet, ipſumque aut venenat, aut à circuitu præpedit, vel in ductus tracheales confertim irruens, ſimul plurimos eorum implet; adeoque infarcit ut aëri pro ſanguine inſpirando aditus ſufficiens denegetur, & illico flamma vitalis exſpiret: Sin vero materies iſta exitum inveniens, & paulatim in tracheam influens, inde ſurſum continenter ferri & exſpui poſſit, propterea vitæ induciæ & therapejæ opportunitas & ſpes conceduntur, Et quidem multos ab hoc morbo curatos novi.

Vomicæ pulmonaris materies proxima merum pus eſt, quod ſæpiſſime inſigniter foetet, eoque differt à ſputo quod in peripneumonia aut phthiſi ejicitur: undenam vero materies iſta ab initio provenit, & cujuſmodi indolis antequam maturetur fuit, determinare non licet, quia morbi hujus ſemina ſecreto jacta, & clanculum adulta, originem prorſus occultam ducunt: quapropter cauſæ ejus procatarcticæ ſive remotiores latent, quinimo dum incipit & accreſcit, neque prognoſis inſtitui poteſt antequam ictu ferali ſe prodit, ſed tota ejus res in inſidiis eſt.

Quod ſi poſt vomicam diſruptam, & puris ſputum cum euphoria & virium conſtantia inceptum, methodo cuipiam therapeuticæ locus dabitur, Indicationes primariæ, juxta communem in pleriſque morbis ritum, erunt hæ tres, ſcil. *Curatoria, Præſervatoria & Vitalis* Prima abſceſſus materiam celerius expuendam, ejuſque latera detergenda, & quantum fieri poſſit conſolidanda eſſe præcipit, ij. Novæ materiæ ad nidum iſtum confluxum, aliave pulmonis loca vicina (unde phthiſis gigneretur) præcavet: iij. Spirituum languores ſanat, atque vires collapſas, & nutritionem fruſtratam inſtaurat.

1. Propter Indicationem primam, remedia *Expectorantia* vulgo dicta, ex iis quæ validiora & aſperiora; plus detergent & ſiccant, atque imprimis (ſiquidem febris plerumque hic deeſt) ſulphurea conveniunt, quæ item juxta formulas ſequentes præſcribuntur.

℞ *Tinct. ſulph.* ʒiij. *ſumantur gutt.* vij. *ad* xx. *hora ſomni, & primo mane in cochleari uno ſyrupi. è ſucco hed. terr.* Vel

℞. *ſyr. diaſulph. noſtri* ℥vj. *ſumatur coch.* 1. *iiſdem horis.*

℞. *fol. ſiccat. hed. terr. chamæd. adiant. tuſſilag. hyſſopi. marrub. alb. ſatur. āā. m. j. rad. enul. Ir. flor. chereſ. āā.* ℥j. *ſem aniſ.* ℥ß. *coqu. in aqu. fontis* ℔vj. *ad* iiiß. *adde circa finem vini albi* ℥vj. *mellis opt. deſpumati* ℥iij. *colatura clarificetur & ad uſum ſervetur, doſis* ℥vj. *ter in die, calide.* Vel

℞. *aqu. calcis vivæ* ℔vi. *pone in vitro ampli orificii cum ſacculo ſequ.*

℞. *folior. ſiccat. chamædr. heder. terr. marrub. albi, āā. m* j. *rad. Enul. Ireos Flor. inciſ. āā.* ℥iß. *ſem. aniſ. cent.* ℥ij. *liquir.* ℥iß. *paſſular. exacin.* ℥iij. *ſtent. frigide & clauſe. Effundatur inter utendum, ſacculo uſque relicto.*

℞. *Lohoc ſani* ℥iij. *ſp. diair.* ʒiß. *flor. ſulph.* ʒiß. *oxymel. ſimp.* ℥ij. *f. Linctus de quo lambatur cum bacillo liquir.*

℞. *Pulv. fol. Eryſimi heder. terr. āā.* ℥ß. *flor. ſulph.* ʒiß. *ſyr. diaſulph. vel è ſucco hed. q. ſ. molle Flegma.*

℞. *Myrrh. opt. ſuccini alb āā.* ℥ß. *ſulph. vivi, auripigm. āā,* ʒij. *cortic. piſtach.* ʒiß. f. Pulvis pro ſuffitu, uſurpetur cum *infundibulo chartaceo mane & veſperi.*

II. Indicatio *Praeſervatoria*, materiem morbificam reſcindens, adeoque phthiſin ſuccedere aptam praecavens, ſanguinis depurationem, & pulmonis corroborationem molitur, In quos fines Purgantia, Decocta traumatica, aquae deſtillatae, & potus medicatus conveniunt.

℞. *Decocti Senna Gereon, cum agar.* ʒiß. (℥iiß.) *ſyrupi de pomis purg.* ℥j. *aqu. mirab.* ʒij. *f. Potio ſumenda cum regimine ſemel in hebdomada.*

Decocti Traumatici formula ſit eadem ac quae pro Empyemate poſt ſectionem praeſcribitur: Vel Decoctum illud officinarum (quia febris hic deeſt) exhibeatur ad ℥iv. *vel* vj. *ter de die.*

℞. *ſumm. abjetis m.* vj. *fol. heder. terr. rec. hyſſopi, ſatur. erucae, eryſimi, barbareae āā. m.* iv. *ſemin. flor. Solis* ℥vj. *foenic. d.* ℥ij. *rad. enul. irid. Flor. āā.* ℥iij. *inciſis & contuſis affunde cereviſ. Brunſvvic. vel Spracenſis,* ℔viii. *deſtillentur organo communi. Liquor totus miſceatur & edulcoretur ad placitum inter utendum, cum ſyr. è ſucco hed. terr. doſis* ℥iij. *vel* iv. *ter in die.*

℞. *rad. ſalſapar.* ℥vj. *chinae* ℥ij. *ſantal. omn. āā.* ʒvj. raſ. Ebor. c. c. āā. ℥ß. ligni lentiſc. ℥j. inciſa & contuſa infundantur in aqu. fontis ℔xii. ad medietatem, addendo liquir. ℥j. paſſul. Solis ℥iv. uſurpetur pro Potu ordinario colatura.

III. *Indicatio vitalis* praeſcribit *remedia cardiaca, anodyna* & idoneam *victus rationem*: Medicamentorum formulae eaedem fere ac pro Empyemate poſt ſectionem praeſcriptae hic conveniunt; item Diaeta eadem ac in Phthiſi incipiente inſtituatur: Etiam hoc in caſu lac aſininum ſaepe prodeſt.

Circa morbi hujus curationem obſervavi *Fontanellam in latere* excitatam non raro inſigniter profuiſſe.

Memini duos affectu iſto laborantes, & poſt ruptam pulmonis vomicam pus merum & foetidum copioſe exſpuentes, ab hoc remedio brevi ſanatos fuiſſe; in utriſque ex foramine cutaneo per ſectionem in latere facto intra tres aut quatuor dies purum pus effluere, & perinde ſputum diminui coepit; poſtquam effluxus iſte in dies auctus aliquandiu continuaretur, ſputum omnino ceſſavit & aeger omnino convaluit: Effectus hujus admirandi ratio videtur eſſe quod pulmonis pars affecta, aut quae huic contermina eſt, dum morbus erat in fieri, aut prius ipſo, lateri accreverat, itaque Natura imprimis hac via, puris vomica contenti excluſionem molita fuerat; atque id propter ductus forſan ſecretos; uſque ad lateris fere ſuperficiem excuderat, quare poſtea exitu per cultrum penitus patefacto, materiae morbificae excretio illuc dirigitur.

Probabile eſt item lobi pulmonaris partem quandam prius morbo lateri accreviſſe, & ob adhaeſionem ejus vumicam deinceps ſubortam fuiſſe, quippe cum pars ea fere immobilis, non uti reliquus pulmo agitari potuit, illuc materies morbifica deponi; & reſidere ſive nidum ſuum melius efformare valuit. *Willis.*

CAP. VII.

De Pulmonis Vulneribus.

De his iterum in parte hujus Operis Chirurgica.

P*Ulmonis vulnera* bene [1] *Cognoſcuntur*, ex reſpirationis ob laeſionem organorum difficultate, ſpumantis ex ore ſanguinis cum tuſſi rejectione, rubentis ſpumantiſque ex pectore ſanguinis ſine dolore exſpuitione; Cervicis venarum turgentia, faciei modo rubente, modo pallido colore.

Fiunt autem [2] bifariam. Nam *interdum* accidit, *ut* [3] *Caro pulmonum laedatur*; & tum, quia [4] ſanguis in cavum thoracis deſtillat, nec cruenta exſpuitio, nec tuſſis ulla urget, reſpiratio eſt difficilis, caloris & frigoris propter halitus è corde viciſſitudo apparet. [5] *Interdum vena pulmonis afficiuntur*, & tum ſanguis rubicundus, niger, ſpumoſus affluit, tuſſis eſt perpetua, niſi virium imbecillitas, aut pulmonum oppreſſio à ſanguine adſit.

[6] *Curantur* I. Si [7] ſanguinis profuſio ſiſtatur, & inflammatio cui pulmo obnoxius, per venae ſectionem cohibeatur.

II. Si ſanguis, qui in cavitatem effuſus eſt, ſubſiſtat.

III. Si, ubi idem propter vulneris anguſtiam effluere non poteſt, vulnus ſcalpello amplietur. [7] Inter ſanguinem ſiſtentia [9] medicamenta ſunt, *Fragaria, Veronica, Scabioſa, Alchymilla, Sanicula, Conſolida* &c. [10] Extra mordicationis ſint expertia, *Bolus Armenus*, *Thus* &c. Praeciſae filo mortuae pulmonis partis, tres circiter uncias pendentis exemplum vide apud *Tulpium*, [11] coaleſcente reſiduo lobo in ipſo vulnere, cuius orae inter decimum quartum diem ita [12] coaluerunt, ut ſola interpolata tuſſis, eaque levicula manſerit. Retentus praeciſus pulmo in vulnere, ne ex laceris retractae partis venis ſanguis verſus diaphragma flueret, [13] neceſſariò in ſuppurationem abiturus: & quia aegro pulmo, qui [14] in paucis eſt omnino liber, in plaeriſque alicui coſtae agglutinatur, in ipſa duntaxat plaga accreverat, ideò vulneris orae pulmonis extremum amplexae nec motum ejus, nec reſpirationem laedere poterant.

[1] *Cognoſcuntur*) Pulmone icto ſpirandi adeſt difficultas, ſanguis ex ore ſpumans, ex plaga rubens, ſimulque etiam ſpiritus cum ſono fertur; In vulnus inclinati juvat; quidam ſine ratione conſurgunt: Multi ſi in ipſum vulnus inclinati ſunt, loquuntur, ſi in aliam partem, obtumeſcunt. *Celſus L. 5. c. 16.*

Vulneratis Pulmonibus expuitio ſpumans cruentaque fertur, ſpiritus difficile atque cum ſono eliditur, deinde ni repentina mors ſequatur, tum febris tum marcor hominem ſenſim conficit. *Fernelius l.7. Pathol, c. 8.* è quo *Jod. Lemmius p. 55.*

Signa ſauciatorum in Pulmone vaſorum, vulnere forinſecus per pectus inflicto, ſunt, ſanguis ſpumoſus, interdum rubicundus, interdum niger effluens; quia vaſa Pulmonis utrumque ſanguinem continent, perpetua tuſſis, ſive ſicca ſive humida, niſi adſit virium imbecillitas pulmonumque oppreſſio à ſanguine, aut niſi ſuperficiarium ac leve vulnus ſit.

Quando caro Pulmonum ſauciata eſt, nec cruenta exſpuitio, nec tuſſis ulla urget, quia ſanguis in cavum thoracis deſtillat, ſed adſunt inſpiratio difficilis, viciſſitudo caloris & rigoris, propter halitus è corde, qui ſtatum diſcutiuntur; characteris in facie mutatio. *Liebautius.*

1. *Fiunt autem bifariam, nam interdum*) Vulnera Pulmonum profunda *Celſus* lethalia & incurabilia recenſet *l.5. c.26.* Hinc diſtinguunt ſcriptores inter *ſuperficiaria*, recentia, quæq; mature & diligenter convenientibus tractantur remediis, Et inter *magna* ac *profunda*, in quibus parenchyma & vaſa ejus majora læſa: Illa ſanabilia ſunt, hæc mortem afferunt. *Suevus de Inſp. vuln. cap. 7.*

2. *Vt Caro Pulmonum*) Subſtantia non caro eſt, ſed ſecundum *Malpighium* aggregatum quid ex leviſſimis & tenuiſſimis membranis, quæ extenſæ & ſinuatæ, pene infinitas veſiculas orbiculares & ſinuoſas efformant, velut in apum favis alveoli &c. Bartholinus *Anat. Renov. p. 418.*

3. *Caro Pulmonum lædatur*) Ex *Liebautio*. Vide ſupra §. *Cognoſcuntur*) *Foreſtus lib.6. obſ.4. in ſch.* ait quod ſi vulneretur Pulmo in parte carnoſa, in qua ſit aliquis ramus inſignis venæ arterialis, neceſſario moritur homo, quia ſuffocatur à quantitate ſanguinis: Cognoſci ait tale Vulnus, quia exſpuitur ſanguis copioſus, ſpumoſus quidem ſed niger.

4. *Sanguis in cavum thoracis*) *Qui in pus abit, empyema & phthiſin tandem accerſens*; Vulnus in quodam obſervavit *D. Melchior Sebizius*, quo thorax cum pulmonibus erat vulneratus; Cum vero pus per pyulcum ſufficienter expurgari non poſſet, neque etiam ſatis per tuſſim evacuari, quantumvis etiam craſſities ejus & lentor attenuaretur & incideretur, abſtergereturque decoctis & ſyrupis attenuantibus, incidentibus & detergentibus, tandem magna ejus copia in cavitate thoracis collecta fuit, quod phthiſis poſtea cauſa fuit & mortis. *Suevus.*

4. *Sanguis in cavum thoracis*) Sanguinem effuſum intelligimus ex dyſpnoea, febris increſcentis vehementia, anhelitus fœtore, ſanguinis per os rejectione, & iis ſymptomatis quæ contingere ſolent ſi ſanguis ex vaſis in ventrem effuſus putruit vel in thrombos concrevit; ſubſtantiæ corruptæ tetro vapore partes ad quas pervenerit inficiente: Sed & niſi in dorſum æger decumbere poteſt, nauſea infeſtatur, & exſurgere ſubinde geſtit, unde frequens ſyncope, facultate vitali fracta & debilitata, tum vulneris tum ſanguinis thromboſi ratione, veneni enim qualitatem induens, cordis robur admodum exolvit. *Vigerius lib.2. c.25.*

5. *Vena Pulmonis*) Vaſa ſubſtantiam perampla intertexunt, Duo nutritioni eorum inſervientia, à corde profecta, nimirum *Vena arterioſa.* Seu potius *Arteria pulmonica.* Et *Arteria venoſa*, quæ Pulmonaria vena eſt. *Deuſingius Inſt. Anat. p.194.*

6. *Curantur ſi*) Cauſæ cur ſanari nequeant variæ ſunt, 1. quia aſſidue moventur, 2. quia admodum ſunt humidi, 3. quia medicamentorum difficulter ad eos pertingit, 4. quia puris & ſordium evacuatio, ſine qua impoſſibile eſt ulcus curari, difficilis eſt & periculoſa, *Difficilis*, quoniam majori ea parte per ſuperiora loca fieri debet. *Periculoſa* autem, quia nonniſi per tuſſim præſtari valet, qua tamen vulnus magis laceratur. *Suevus.* Adde quod cum eorum ſubſtantia non carnea ſit, ſed membranea (Vide ſupra §. *Vt Caro Pulmonum*) ac proinde ſpermatica, harum ſortem, quæ vix coaleſcunt, experitur.

7. *Curantur 1. Si ſanguinis &c.*) Sanguinis fluxus ſi adfuerit ſiſtendus, inflammatio prohibenda, imo vulnus glutinandum, venæ ſectione (niſi vires dejectæ inhibuerint, medicamentorumque adſtringentium & emplaſticorum, vulnerariorum, tam per os aſſumptorum quam per vulnus injectorum uſurpatione: Ubi ſedulo caveat Medicus à metallicis aliiſque acrioribus, & æger in latere affecto decumbat, ad meliorem effluxum ſanguinis. *G. Blaſius Ther. ſpec. p. 331.*

8. *Inter ſanguinem &c.*) Medicamenta adſtringentia & emplaſtica adhibenda foris & intus; Intrinſecus τραυματικὰ, uſurpantur, quæ vel ſunt infuſiones, vel decocta, vel aquæ mixtæ vulnerariæ, quorum materia ex cap. de Pulmonum ulcere petenda. *Sebiſius man. p.840.*

9. *Medicamenta ſunt,*) *Amaranthi purpurei* flos maxime ad glutinandum confert; *Peccetius Chir. p.364.*

10. *Extra*) Externa per cannulam inſufflanda ſunt, ſub forma pollinis, aut per ſiphonem infundenda. In more quoque poſitum habent Chirurgi, ut ſi purulenta materia, vel propter craſſitiem, vel propter lentorem expectorari nequeat, medicamenta quædam attenuandi, incidendi & abſtergendi virtute prędita foris per ſiphonem infundant, ægroque poſtea præcipiant ut in latus vulneratum decumbat, & tuſſiat, quo materia per vulnus educi queat. *Sebizius.*

11. *Coaleſcente reſiduo lobo*) Etiamſi periculoſiſſima ſint Pulmonum vulnera, nihilominus quædam, de quibus exigua ſalutis ſpes expectabatur, interdum curationem admiſerunt, Exempla vide apud *Hildanum cent.2. obſ.32.* ubi hiſtoria graviſſimi vulneris pectoris, ab *Abele Roſcio* Medico Lauſannenſi feliciter curati; Unde infert hic Pulmonum vulnera per ſe incurabilia, aut lethalia non ſemper cenſenda, niſi inflammatione vulnus profundum ſit affectum; Vel magna vaſa, aut bronchia læſa, aut prope cor attingat. *Platerum Obſerv. l.3. p.690.* qui habet hiſtoriam phthiſici à pulmone vulnerato & feliciter curato; Hic Tabellarii, *ait*, munus deinceps multos annos obiens, 40. annos ſupervixit incolumis, etſi, uti veriſimile, magna pulmonum parte in uno latere careret, Apud *Greg. Horſtium Obſ.11 l.3. Valleriolam l.4. obſ. 10. Foreſtum, Schenckium, Glandorpium ſpec. chir. obſervat. 24.*

Verum iſta vulnera omnia, ait *Suevus p.61.* aut de ſuperficiariis, aut miraculoſis, aut rariſſimis intelligenda eſſe ea ſupra annotatis rationib. Vid. §. *12. Coalnerunt*) liquido conſtat, indeq; communem Medicorum aſſertionem ratione & experientia ſtabilitam nequaquam tolli.

Novi Nobilem Sabaudum, ſuperſtitem, bene valentem cui ante viceninnia in duello medium pectus tranſfoſſum fuit, nam capulo tenus abdidit enſem adverſarius: hic autem admodum teres erat, triangularis, hinc nulla inſignia vaſa diſciſſa fuerint: Vix ille ideo ægrotavit, nec toto curationis tempore decubuit.

12. *Coalnerunt*) Quæres Cur Pulmonum vulnera lethalia ſint.

Reſpondeo, 1. quia ingens Copia ſanguinis profunditur ex arteria venoſa & vena arterioſa; & una cum ſanguine, qui arterioſus & cardiacus ſpiritus vitalis diſſipatur.

2. Quia multus quoque ſanguis effunditur in cavitatem thoracis, qui ſua gravitate dyſpnœam excitat, &

converſas in grumos malignam aſciſcit qualitatem, unde febres, convulſiones &c.

3. Quia ob caliditatem & humiditatem Pulmo prompte inflammatur.

4. Quia introitus ſpiritus externi, & egreſſus fuliginum cordis impeditur.

5. Quia cor ſtatim in conſenſum trahitur, eſt enim Pulmo cordis culcitra & flabellum, ſuaque vaſa à corde mutuatur, alterum à dextro ejus ventriculo, venam arterioſam; alterum à ſiniſtro, arteriam venoſam. *Suevus.*

Curationis difficultatem auget inflammatio, quæ facile ejuſdem ulceribus ac vulneribus ſupervenit, ob quam ea fere redduntur inſanabilia; & potiſsimum ſi in corpore ægri adſit inſignis pravorum ſuccorum multitudo, & in viſceribus præcipuis immoderata temperatio, ob quam eorum copia aſsidue generatur: Citius enim homo decedit quam tot vitia, ſicuti neceſſarium eſſet, poſſent emendari: *Vide Vidius Tom. 2. 8. c. 8. p. 332.*

13. *Neceſſario in Suppurationem abiturus*) Quæ phthiſin & mortem acceſſit, φθίσιν enim empyema ſequi docet *Hippocrates aph. 15. 5.* progreſſu namque temporis pus acrimoniam concipit, & tenellam pulmonum ſubſtantiam exulcerat.

14. *In paucis eſt omnino liber*) A pleura plerumque liber reperitur; Dico *plerumque*, quia multotiés etiam illi, nunc toto ambitu, nunc aliqua parte, fibroſis retibus alligatur, atque in proſectionibus invenio ferè hominum parti hanc connexionem contingere. *De Diemerbroeck Anat. l. 2. p. m. 446.*

Prognoſis.

Si quæris Cur Pulmonum vulnera ſint lethalia?

℞. 1. quia ingens copia ſanguinis profunditur ex arteria venoſa & vena arterioſa, & una cum ſanguine, qui arterioſus & cardiacus, ſpiritus vitalis diſsipatur. 2. quia multus quoque ſanguis effunditur in cavitatem thoracis, qui ſua gravitate dyſpnoeam excitat, & converſus in grumos malignam adſciſcit qualitatem, unde febres convulſiones &c. 3. quia ob caliditatem & humiditatem Pulmo promte inflammatur, 4. quia introitus ſpiritus externi, & egreſſus fuliginum cordis impeditur. 5. Quia cor ſtatim in conſenſum trahitur, Eſt enim Pulmo cordis culcitra & flabellum, ſuaque vaſa à corde mutuatur: alterum à dextro ejus ventriculo, venam arterioſam, alterum à ſiniſtro, arteriam venoſam. *Bernardus Suevus de Inſp. vuln. leth. & ſan. cap. 7.*

Cap. VIII.

De Pulmonis Vlcere, ſeu Phthiſi.

1. P*Hthiſis* 2. *eſt pulmonum* 3. *à materia acri erodente,* 4. *cum febre lenta, tuſſi ſputoque cruento & purulento, exulceratio, qua ſenſim* 5. *totum corpus conſumitur & extenuatur.*

6. *Subjectum* hujus exulcerationis eſt 7. *Pulmo* cum partibus ſuis; ſubſtantia nempe carnoſa, bronchiis, vaſis & membranis. 8. In iis præſertim, 9. *quibus* caput facile impletur, & ad ſpiritus organa multas deſtillationes mittit: 10. *quibus* à prima nativitate vitioſa, id eſt, tenera, mollis, ac corruptioni parata pulmonum eſt ſubſtantia. Vnde tabida ſtirpe nati, quaſi hæreditario jure, tandem omnes neceſſario tabe marceſcunt: 11. *quibus* naturalis eſt 12. pectoris anguſtia & depreſſio, collum anguſtum, corpus macilentum, 13. prominentes à tergo in morem alarum ſcoptulæ.

1. *Phthiſis*, φθίσις ἀπὸ τοῦ φθίειν conſumere Græcis dicta, apud Latinos modo *Tabis*, modo *Conſumptionis*, quam ἀτροφίαν Græcis dici conſtat, nomine indigitatur, & in genere quidem quamlibet corporis noſtri conſumptionem, à quacunque demum proveniat cauſa denotat, ſive totum corpus, ſive unam duntaxat hujus partem, vel cum febri, vel ſine ea occupet, in qua ſignificatione apud *Galenum* comm. *in lib. 1. Epid. l. de Maraſmo*, & alibi, accipitur: In ſpecie Phthiſici inprimis vocari ſolent quibus totum corpus cum febre lenta &c. à Pulmonis exulceratione conſumitur. *L. Stranſſius Pal. Med. p. 2. Gymn. 7.*

2. *Phthiſis eſt Pulmonum à materia acri &c. exulceratio*) Phthiſin, in ſpecie dictam, definimus, quod ſit *Extenuatio totius corporis, cum febre lenta, rejectione puris & quandoque cruoris, concurrentibus inſuper plerumque difficili reſpiratione & tuſſi, ab exulceratione Pulmonum ortum ducens.* Generis locum occupat *Corporis totius extenuatio*, ipſa enim Phthiſis cum non pulmonum ulcus, ſed *Extenuationem totius, ab* ulcere pulmonum oriundam denotet, jure merito hanc; quæ nomini reſpondet hujus affectus, retinemus, idque eo magis, quod qui Phthiſin ulcus Pulmonis dicunt, cauſam φθόης potius quam ipſam explicare phthiſin videantur. Verbis *Maſſariæ lib. 2. Pr. c. 7. Idem ibid.*

3. *Phthiſis eſt Pulmonum*) Ipſa Tabes Pulmonaris non proxime ac immediate à viſceris iſtius ulcere aut corruptione procedit; verum oritur quatenus ſanguis inde labem contrahens, & ſumme inquinatus, propterea virtutem ſuam nutritivam prorſus amittit. *Willis. l. de Med. Oper. ſ. 1. c. 5.*

Phthiſis adeo frequenter & communiſſime à Pulmone vitiato procedit, ut nonnulli eam viſceris hujus morbum peculiarem ſtatuerint; quod autem ſæpiſſime ita fiat, ratio eſt, quia corporis intabeſcentia plerumque à ſanguine depravato, & ad nutritionem inepto immediatius procedit, cujus cum perfectionem in pulmonibus acquirit, ita ab his male affectis idem potiſſimum vitiatur, inque ſtatum ἀτροφίας imo corruptivum degenerat: Enimvero in Pulmone, potius quam in corde aut cerebro, vitæ ſtamina ducuntur; ibidemque ſæpius labefactantur aut abrumpuntur. *Idem ib. c. 6.*

Eſt quidem *Phthiſis* vocabulum per ſe generale, & proprie ſignificat quamvis corporum, conſumptionem à quacunque cauſa natam, Cæterum ſtrictius, & fere uſitatius, Phthiſis dicatur omnis iſta contabeſcentia quæ ſequitur corruptelam, ac ſpeciatim ulcerationem alicujus viſceris nobilioris: Ita ſi quis contabeſcat ob hepar purulentum, purulentos renes, corruptos pulmones &c. Phthiſi laborare dicitur. Hinc & ex abſceſſu meſenterii Phthiſin obſervavit *Horſtius libro 2. obſerv. 5.* Jam quoniam Pulmo præ omnibus partibus internis maxime expoſitus eſt injuriis externis, à quibus inſigniter lædi poteſt, & ſolet ipſe etiam talem ſie texturam ut fa-

ut facillime ex ſanguine ſuſcipere queat varia ob id entia omnibus ex partibus Pulmo maxime alterabilis existit ob id etiam omnibus ex partibus Pulmo frequentiſſime vitiatur & exulceratus; Propterea αὐτόψιας ſubinde Phthiſici ij dicuntur qui ulcere Pulmonum laborant. *Etmuller.*

Eſt Pulmonum) Sic vulgo definiri ſolet, verum minus recte, quia plurimi ab hoc morbo defunctorum cadavera apertis, in quibus pulmones ulcere quovis immunes, tuberculis, aut lapidibus, aut materia ſabuloſa per totum conſiti fuerunt, nam exinde ſanguis, ſiquidem in præcordiis nec libere circulari, nec ab aëre nitroſo ſatis animari poſſit, cumque interea à propriis recrementis in pulmone depoſitis continue atteritur, ſæpe [illegible] us & αὐτόψια [illegible] ctus labem acceſſit, quapropter Phthiſis [illegible] us definitur, quod ſit *Totius contabeſcentia a mala pulmonis conformatione orta. Willis.*

Obſervandum quod inter Phthiſes, uti frequentior eſt Pulmonalis, ita inter cauſas Phthiſeos Pulmonalis, frequentiorem eſſe [illegible] ejuſdem *exulceratio*, Aſt præter hanc & aliæ cauſæ, Vitius Pulmonum vitiantes, Phthiſin inducere valent, adeoque non ſolum *Pulmonum exulcerationem*, ſed etiam quamvis eorum labem inſigniorem, ob uſum eorum, ſanguinis eucraſiam & conſtitutionem vitalem ſumme neceſſariam, ad phthiſin diſponere certum eſt; Ut adeo recte *Phthiſis Pulmonalis* definiatur in genere, *Contabeſcentia corporis ex vitio pulmonum nata; non ex ſola exulceratione*, ut communiter fieri ſolet. Sic & *Pulmonum corrugatio* tabem poteſt inferre; non ſecus ac ſi aliquid peregrini in aſperam arteriam aſſumptum, hanc irritando ad tuſſim continuam ſucceſſive conſtituendam, & hinc functionem pulmonum ita lædere poteſt ut Tabes superveniat: Sic ex nucleo avellanæ in Pulmonem illapſo tuſſis continua, cum emaciatione totius & imminente Phthiſi Vide *apud Barthol. cent. 2. Ep. 27.* Ex nucleo pomi in aſperam arteriam illapſo *Phthiſis perfecta* lethalis M. C. *Anni 2. p. 58. A. 3. p. 181.* Sicut è contra Pulmones ſine phthiſi exulcerati ſunt obſervati. *Etmuller.*

³ *Pulmonum a materia acri*) Læditur Pulmonum nutritio 1. cum diminuitur vel aboletur, & ipſi plus minuſve contabeſcunt. 2. cum depravatur & ſubſtantiam acquirunt naturali duriorem compactioremve, aut contra molliorem flaccidioremve.

Contabeſcunt plus minus; quandoque in uno, quandoque in alterutro latere, in hoc vel illo lobo, vel *ſui*, vel *ſanguinis, puriſve* culpa: *Sanguinis*, cum purulentus exiſtit, maxime in pleuritide in abſceſſum abeunte, ac pus ſuum vel immediate, vel ſanguine mediante pulmonibus communicante, unde non Pulmonum tantum ſed totius ſequi ſolet Tabes.

Pulmonum culpa oritur Tabes, cum à cauſa ipſis externa, vel interna, inepti redduntur aſsimilando ſibi debite ſanguini affluenti; quod non ſemel obſervavi evenire; interne ab ulcere, externe ab empyemate, utrobique à pure corrumpente, non tantum ſanguinem qualemcumque ad ipſos delatum, ſed ipſam quoque ſubſtantiam, ut amplius illo nequeant nutriri.

Cum Depravatur. à ſanguine alterutro, vel utroque vinoſo, vitiuſos ſaltem humores admiſtos habente. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 24.*

⁴ *Cum febre lenta*) Cui non raro putrida conjuncta eſt, quod ex urinis dignoſcitur, & exacerbationibus, quæ certis horis non raro contingere ſolent: Imo vero interdum paroxyſmi febrium intermittentium in Phthiſicis obſervantur. *Riverius.*

⁵ *Totum corpus conſumitur*) Totius corporis dicitur Extenuatio, ad differentiam *Particularis*, ubi interdum brachium, crus, &c. contabeſcere obſervantur.

⁶ *Subjectum hujus exulcerationis eſt Pulmo*) De ſubjecto, ſeu affecta parte Phthiſeos inter Authores nondum convenit, *Barbette lib. 3. Prax. cap. 2.* Ventriculum, Pancreas; Glandulas lacteas &c. hic plerumque primarin, Pulmones vero nonniſi per conſenſum, pati volunt: At cum affectum hunc Extenuationem totius corporis eſſe diximus hoc ſane *Partis affectæ* vicem gerere conſequitur. Quandoquidem vero talem duntaxat *Extenuationem*, quæ à *Pulmonum ulcere* dependet, intellectam volumus, ſponte etiam fluit hoc ce in *ſubjectis* ſocietatem etiam venire, ſive quis jam *Totum corpus pro ſubjecto adæquato*, *Pulmones* autem pro *principali & primario* habendos nobiſcum putet.

In Phthiſicis non tantum Pulmones corrumpi, atque ideo ſubinde quoque contabeſcere, verum *univerſum* inſuper *corpus* Tabe confici notiſſimum eſſe, inquit *Sylvius lib. 1. Pr. cap. 24. 9.* Et ſane Pulmones in propria & confirmata Phthiſi affici nemo facile inficiabitur Hinc *Deckers not. ad Barbette*, licet à ventriculo, pancreate, glandulis meſenterii, lacteis male affectis malum in dies augeri, graviuſque reddi merito concedat, recte tamen Pulmones hic non per conſenſum, ſed per idiopathiam affligi ſcribit, &c. Sed præſertim αὐτόψία anatomica infinitis fere eorum, qui cum tuſſi, ſanguinis ſputo, difficili reſpiratione ac febre emaciati tabidique pereunt, exemplis hactenus edocuerit ſemper ulcus in Pulmonibus adfuiſſe. *Stranſius.*

⁷ *Pulmo cum partibus ſuis &c.*) Pulmonum ſubſtantia, quæ pro carne & parenchymate hactenus habita eſt, Clar. *Malpighio* demonſtrante, prorſus excarnis eſt, & mere membranacea; nihil aliud quam veſicularum congeries quædam, eum ſitum & nexum obtinentium, ut in eaſdem ex aſpera arteria, dein ex aliis in alias exitus pateat, donec tandem in membranam pulmonis inveſtientem deſinant.

Præter has veſiculas; maxima ex parte Pulmonis compagem conſtituentes, novum viſceris hujus apparatum Vir inſigniſſimus adinvenit, videlicet oſtendit molem Pulmonariam ex Lobulis pene infinitis, propria membrana circumſeptis, qui communibus vaſis donati, propaginibus aſperæ arteriæ adnaſcuntur, conflari: Hos lobulos notavit Idem non nudas cavitates eſſe, aut intercepta inania ſpatia, ſed plures habere membranas, à lobulis propagatas, & vaſis etiam plurimis obductas, ita ut interſtitia hæc ſint veſiculæ quædam membraneæ, diaphanæ & tenuiſſimæ.

In viviſectionibus præterea vaſorum genus aliud, viz. *Lymphaductus* per totos pulmones diſſeminati αὐτόψία patet, quinimo & *Nervos* quamplurimos, & propagines nerveæ per eos ubique diſtribuuntur.

Præter has partes, & vaſa Pulmonis primaria, aliæ quædam, & velut ſecundariæ adnotantur: quippe venæ & arteriæ pneumonicæ, vaſis ſanguiferis aliis, ab Aorta oriundis, porro & *glandulis*, nec non fibris tum nerveis tum motricibus præditæ ſunt: atque trachæa his omnibus, ac inſuper cartilagineis inſtruitur. Unde licebit Inferre Pulmonis integram compagem mere fiſtuloſam, ac ex tubis diverſi generis, & magnitudinis varie imo intricatiſſime diſpoſitis conflatam eſſe &c. *Willis lib. de Med. Oper. ſectio. 1. capit. 1.* Vbi plura de horum ſtructura.

⁸ *In iis præſertim quibus*) Phthiſeos cauſæ ex parte Pulmonis, quæ nempe viſcus hoc ad Phthiſin aut tuſſim promptius contrahendam diſponunt imprimis ſunt hæ tres 1. *Mala Pectoris conformatio.* 2. Pulmonum innata debilitas, *ſive hæreditaria ad Phthiſin diatheſis.*

8. Thoracis *morbi præcedanei*; uti ſunt vulnus vel plaga, pleuritis, peripneumonia, empyema, hæmoptoe, variolæ & morbilli, cum quibuſdam aliis; Propter unamquamque ex his cauſis, & quandoque ob plures ſimul, materia tuſſim excitans, & poſtea frequenter tabifica, pulmones facile invadit, & intime ſubit, uſque noxam non raro exitialem imprimit, *Willis*.

9. *Quibus facile impletur* (*&c.*) Complures Catarrhum, ſive humoris à cerebro per tracheæ ductus in pulmones depluvium, præcipuam Phthiſeos cauſam ſtatuunt, Quam opinionem ab antiquis erroneè traditam, miror quempiam è modernis aut medicis aut Philoſophis admiſiſſe; Siquidem ex obſervatione Anatomica manifeſto conſtat nihil a cerebro per glandulam pituitariam (quæ unicus exinde tranſitus videtur) in palatum aut pectus decidere, ſed ſerum ibi depoſitum per ductus appropriatos ad venas jugulares deferri, & ſanguini remandari: Porro αὐτοψία etiam conſtat quicquid reliquum ſeri in glandulis aurium, oris, naſi aut faciei deponitur, ex iis omnibus per ductus item peculiares foras convehi, proinde ut nullus omnino humor, aut à cerebro, aut è palato in pulmones depluat. *Willis*.

10. *Quibus à primis* (*&c.*) Pulmonum innata debilitas, ſive hæreditaria ad tabem diſpoſitio, adeo frequens & vulgo notabilis eſt, ut cum aliquis in Phthiſin proclivis reperiatur, à quibuſq; ſtatim interrogetur Annon ejus parentes tali morbo obnoxii fuerant? Horum plurimi pectore anguſto & collo oblongo præditi, & conſtitutionis valde teneræ, à leviſſima quavis occaſione tuſſim contrahunt; Auram nec gelidam nec humidam ferunt: horum nonnullis habitatio in urbibus, ubi aër craſſus & fumoſus inſpiratur, valde infeſta eſt; Econtra aliis in affectionem eandem proclivibus, plurimum amica, Illis omnibus ventus Borealis fere ſemper inimicus, utpote qui tuſſim frequenter, item hæmoptoen, pleuritin aut peripneumoniam excitare ſolet, ſcil. vaſis pneumonicis, aut thoracicis exinde conſtipatis, atque interim ſanguine, ob tranſpirationem impeditam, & effluviis intra maſſam ejus cohibita, turgido magis & acriore facto.

Enim vero diatheſis ad Tabem hæreditaria in his duobus potiſſimum conſiſtit, viz. 1. quod patientes ſanguine elaſtico & acrore præditi ἀναπνοὴν uberiorem exigunt: quæ ſi forte minus conceditur, materies evaporare ſolita in pulmones debiles redundat: Deinq; ſiquidem vaſa pneumonica nimis laxa & tenera exiſtunt, ſerum, aliaque ſanguinis recrementa intra maſſam ejus ſolutam haud rite continent, verum & iſta, & nonnunquam ipſius cruoris portiones quaſdam in tracheales ductus erumpere ſinunt; quorum fibræ motivæ cum inſuper debiles fuerint, quod in cavitates ſuffuſum eſt non ſtatim foras eliminant, quia ibidem commorari & putreſcere, demumque in tabum, & pulmonis & ſanguinis corruptivum degenerare patiuntur. *Willis*.

11. *Quibus naturalis eſt Pectoris anguſtia*) Pectoris mala conformatio ad Phthiſin promptius contrahendam Pulmones diſponit: requiritur quippe ut hi uſque ſarti tecti, & labe quavis phthiſeos immunes perſtent, motu uſque vegeto agitari, & quaſi velis plene expanſis ſyſtolen & diaſtolen reciprocationes validas obire; in eum nempe finem ut aër ubertim inſpiratus ad intimos quoſque ipſorum receſſus admittatur, & exinde ſtatim cum effluviis & fuliginibus omnibus quaque reſpirationis vice maxima ex parte regeratur; quandoquidem vero hujuſmodi Pulmonum actio à Thoracis, tanquam machinæ motivæ conformatione plurimum dependet, neceſſe erit propter malam hujus fabricam [illegible] rationis munus in multis deficere: Sunt autem pe[illegible]oris male conformati duæ præcipue ſpecies, nempe gibboſitas & ſcapulæ velut alatæ, propter quas plures in phthiſin proclives reperiuntur: quorum ratio eſt, quod in tali utraque pectoris vel dep[illegible] vel oblongati figura, neque Pulmones ſpatium ita [illegible]rum amplumque obtinent, neque muſculi motivi ita fortiter contrahi poſſunt ac [illegible] pectore quadrato, *Willis*.

12. *Pectoris anguſtia & depreſſio &c* Prava Thoracis conformatio in iis reperitur qui habent Thoracem anguſtum & ſcapulas prominentes alarum modo, & in ſimilitudinem avium partem thoracis ant[illegible] anguſtam, poſteriorem autem latam habent, quare & parvitatem & malam conformationem thoracis ſimul poſſident: Thoracis Anguſtia penuriam caloris nativi; mala Conformatio ejuſdem imbecillitatem ſignificat: Si enim calidū inſitum plurimū ac vegetum fuiſſet, Thorax amplus & magnus, extēſa ab eo valide materia formatus fuiſſet, Tanta autem & talis eſt hæc diſpoſitio ad Tabem, ut eam *Hipp. Nativam Tabem* vocaverit, quod ab intimis ortus primordiis & Naturæ principiis concepta ſit: Quare neceſſarium fere videtur ita affectos in Phthiſin tandem incidere, niſi ab aliis gravioribus morbis præveniantur; Notandum enim eſt obiter eos qui talem habent diſpoſitionem, ſi gravi aliquo & acuto morbo corripiantur utplurimum interimi; cum enim in his calor nativus exiſtat paucus in quantitate, & debilis in virtute, cauſis morbificis vehementibus facile ſuccumbit: Ideo cautiores Medici, in hujuſmodi naturis & habitibus, ſi gravi aliquo morbo corripiantur, mortem potius quam ſalutem, aut ſaltem grave periculum præſagient. *Riverius*.

13. *Corpus macilentum*) Facit huc ipſe habitus ægrotum plus minus ad phthiſin & atrophiam diſpoſitorum; nempe quotidiana conſtat experientia, ſucculentos aut obeſos minus evadere phthiſicos; bene autem *macilentos*, aut natura plus minus attenuatos, Horum nempe ſanguis minus temperatus, minus dulcis, minus oleoſus exiſtit, adeoque minus nutrit: E contra acrior, aſperior, ſalſior eſſe ſolet, facileque incaleſcens, unde tales minus bene nutriri obſervantur. *Etmuller*.

14. *Prominentes à tergo in morem alarum*) *Hippocrates* in hiſtoria *filia Euryanactis* adfuiſſe dicit φθινώδες *Nativum quoddam tabidum*; *Galenus* in explicatione ait eos habere *nativum tabidum*, qui adeo anguſtum habent thoracem & reſtrictum ut ſcapulæ in morem alarum promineant, πτερυγώδεις vocant, quaſi alatos, Id fieri dicit *Galenus* propter vitalis caloris inopiam, propter parvitatem cordis: Tales igitur ſunt qui nativum habent tabidum. *Phrygius comm. in hiſt. Epid. pag. 298.*

15. *Signa* ſunt.

16. 1°. *Febris lenta*, à vaporibus exulcere elatis, & in cor irruentibus exorta, cum quā conjunguntur aliæ, alias erraticæ, alias tertianæ modo invadentes, dum humores intra venas ab illo [illegible] e accenſi putreſcunt: ipſa vero ſine intermiſſione hectica facta, mox à cibo & noctu aliamore invaleſcit.

17. *Tuſſis* 18. *frequens*, vulpina, abſque dolore magno, quæ noctu potiſſimum affligit, & pro[illegible] titationem pulmonum à materia acri exſiſtit.

19. *[illegible] cruentum &* 20. *purulentum* Illud non in omnibus eſt. Nonnulli poſt exſcreatio[illegible] liquidi & flavi humoris, levi febricula correpti tabeſcere cœperunt, ac multo poſt tempore,

re cruoris exiguum quiddam cum pure ejecerunt: non pauci ſenſim ſublati ſunt, in quibus toto temporis decurſu nihil omnino cruoris comparuit. Quin juniores magis quam ſeniores afficit; quia illi ſanguinis copia, caliditate, acrimonia vaſorum laxitate, & duritie laborant, violentiore motu ſe exercent, & diætam negligunt. Hoc id ſingulare habet quod, ſi ex ſubſtantia exeat, ſpumoſum ſit, igni appoſitum fœteat, in aqua primum ſpargatur dein collectim ſubſideat.

4. [1]. *Corporis extenuatio*, quæ à febre lenta eſt, quæ calore igneo in totum corpus diſperſo, ſanguinem diſſolvendo, concoctionem alimenti in toto corpore impedit, & calore præternaturali quod concoctum & appoſitum eſt, abſumit.

[2]. *Cauſa* eſt materia acris erodens, eodem illapſa: de qua in Differentiis agetur, [3]. Accidit in ætatibus à decimo octavo ad trigeſimum quintum anno, tum quia iſta ætas intemperantior & calida; tum quia ſanguinis calidi abundantia urget; Accidit autumno, poſt æſtatem ſiccam & aquiloniam pluvioſo admodum & auſtrino, quia collectæ per æſtatem & autumnum humiditates copioſæ & acres, ad partes inferiores defluunt.

[15] *Signa ſunt*) Tabes quæ ex vitio interno oritur inprimis præcognoſcenda eſt, Circa quam ad tres cauſarum fontes inprimis reſpiciendum eſt j. An Tabes ſit ex *vitio ſtomachi*. ij. An ex *vitio ſanguinis*. iij. An ex *corruptela Ulceroſa* cujuſdam partis, in ſpecie Pulmonum.

Cognoſcuntur hæc ipſa ex antecedentibus inprimis, atque etiam concomitantibus ſymptomatibus; Sic appetitus aut coctionis præcedentes læſiones circa *ſtomachum* negotium ſuſpectum reddunt; Alia quæ immediate *ſanguinem* afficiunt, hujus læſionis ſuſpicionem præbent, V. g. quando olim in quodam loco ſanatum comitatur Phthiſis Pulmonalis: Sic ex ulcere pedis ſanato Phthiſin lethalem obſervat *Thiermayer conſ. libr. 2. pag. 85.*

Facit huc ipſe habitus ægrotum plus minus ad phthiſin diſpoſitus; ſic obeſi minus evadunt phthiſici, magis macilenti.

Frequentiſſima *Phthiſis* eſt *pulmonalis*, circa quam eſt inquirendum, An à cauſa externa, V. g. inſpiratis, An ab interna oriatur, Et ſi ab hac, affectus ſecundarius ſit, an vero primarius? Si enim affectus ſecundarius, id eſt ſi pleuritidem aut ſputum ſanguinis ſequatur, Affectus antecedentis ratio inprimis habenda eſt.

Si vero eſt affectus primarius, tunc iſta eſt *Phthiſis Pulmonalis*, quæ ab exulceratione ejus, ex defluxu catarrhali, ut vocant, oritur. Hinc ut mature præcognoſcatur hujuſmodi Phthiſis, ejuſdem hiſtoria bene notanda; Nempe ægri, nunc cum, nunc ſine manifeſta cauſa de virium labefactatione conqueri incipiunt, cum appetitu plus minus dejecto, aut ſaltem carnis abhorreore, ſentiunt flacceſcentiam ſubſtantiæ carnoſæ in artubus, perſentiunt ſubinde aliqualem ad tuſſim ſtimulum, tuſſiunt, ſed inaniter, ſaporem in ore percipiunt ſalſum, præſertim matutino tempore, dum electo ſe levant malo magis progreſſo de ſapore putrido cinereo conqueri ſolent.

De ſapore item piſcium & carnium putridarum matutino tempore in ore conqueruntur, *Tuſſis* ſucceſſive intenditur, idque præſertim veſpertino tempore, aut ſaltem poſt lecti introitum ſupervenit *febricula lenta*, ipſis ægris fere inſenſilis; ſaltem ab omni paſtu præter ſenſum gravationis, circa præcordia levem quendam calorem percipiunt; Interim tamen quocunque tempore tenetur *Pulſus* ſemper celer, frequens, plus minus obſervari ſolet: Interea *Tuſſis*, in ſpecie veſpertina exaſperatur, *reſpiratio* nonnihil fit difficilis, incipiunt exſpuere alba nonnihil viſcida.

Procedente malo exaſperatur Hectica, dum non tantum calor poſt paſtum augmentatur, ſed etiam ſudores nocturni incipiunt fluere; Tuſſis augetur in dies, evacuatur copioſa materia albida, viſcida; quæ ſucceſſive flaveſcere, interdum liveſcere, tandem nonnihil fœtere, denique purulenta fere evadere ſolet: quatit continuo pectus hęc tuſſis, præſertim veſperi & mane, veſperi minus, mane plus corruptæ materiæ ejicitur, Hinc hectica, calores nocturni, difficilis reſpiratio, corporiſque contabeſcentia magis magiſque intenduntur, una cum virium omnium ſucceſſiva labefactatione, Sudores nonnulli intenduntur: ita ut ſimul atque oculos claudant ægri ſudore diffluant, capilli defluunt; ſed viribus exhauſtis ceſſante tuſſi, aut deficiente expectoratione materiæ ægri ſuffocantur, aut ſuperveniente diarrhœa colliquativa, ad quam maxime proni ſunt phthiſici, aut etiam tumoribus pedum œdematoſis ægri intereunt, Non rarum eſt ſurculos, aut ramulos, venarum & arteriarum eroſarum expectoratione fuiſſe rejectos. *Ettmuller*

[15]. *Signa ſunt*) Superius recenſitis adde ex *Hippocr. 1. de morbis 1. Gravitatem thoracis*, incipiente ſcilicet Phthiſi, quæ ex materia in Pulmone congeſta oritur: Licet enim Pulmo ex ſe parum aut nihil ſentiat, & dolorificos affectus in ſe non percipiat; quia tamen thoraci per membranas alligatur, illi gravitatis ſenſum communicat quando à majore copia gravatur.

2. *Dolorem acutum ante & retro*, materia enim in Pulmone contenta non ſolum quantitate & pondere gravitatis ſenſum infert, ſed etiam prava qualitate & putredine pulmonis membranas pungit, unde acutus dolor exoritur, dolor enim membranis proprius pungitivus eſt: Percipitur autem ille dolor, *ante & retro*, quia hæ membranæ ſterno alligantur ex parte anteriore, & dorſo ex poſteriore: Infertur etiam talis dolor à moleſtiſſima Tuſſi, quæ ratione ingentis moleſtiæ & turbationis quam infert *maligna & ferina ab Hippocr.* appellatur.

3. *In appetentiam*, quæ fit ex eo quod diſtillatio à capite defluens non ſolum ad ſpiritualia membra deſcendit, ſed etiam naturalibus partibus communicatur, ventriculo præſertim, cujus orificium inde labefactatum functionem propriam, nimirum appetentiam amittit: Adde quod ex putridis exhalationibus, quę partim ratione febrium putridarum, partim ratione putridæ pulmonum affectionis ori ventriculi communicatur, appetitricis facultatis robur dejicitur.

Neque tamen in eo ſtatu tanta ſignorum ſpeculatione opus eſt, Si quis enim vel plebejus, *inquit Aretæus*, hominem viderit pallentem, imbecillem, tuſſientem, macie confectum, hunc vera Phthoe laborare pronunciat. *Reverius.*

[16]. *1. Febris lenta &c.*) Veræ Phthiſeos ſigna diagnoſtica, alia imminentem, alia incipientem, alia confirmatum affectum oſtendunt; quæ omnia deſcribuntur ab *Hippocr. 1. de morbis.*

Inter *Imminentes* ſigna proponit *Lentum calorem*, aliquando apparentem (Id eſt, quandoque accedunt fe-

Hippocr. aph. 10. 3. Autumnus tabidis malus: ij. ad Phthiſin producendam maxime conferunt *cibi potuſque acres*, qui acriorem ſanguinem generant; ac denique omnes cauſæ tum internæ tum externæ quæ hæmoptoen inducere ſolent.

Inter cauſas *antecedentes* præcipue recenſentur humores vitioſi in toto collecti, qui à cauſis externis commoti, ad Pulmonem confluunt: Huc pertinet menſium, hæmorrhoidum, aut alius conſuetæ vacuationis ſuppreſſio, quæ materiam fluxionibus ſuppeditat.

[23]. *Accidit in ætatibus*) Ætas juvenilis in diſpoſitis ad hunc morbum producendum maxime eſt idonea, quam definit *Hippocr.* aphor. 9. ſect. 5. à xviij. anno ad xxxv. In illa enim ætate adeſt maxima ſanguinis copia, ruptioni venarum faciendæ idonea, adeſt etiam ejuſdem ſanguinis tenuitas & acrimonia, apertioni aut eroſioni vaſorum producendæ idonea, Contra in pueris fluxiones humido multo hebetantur, in ſenibus frigore torpent, cum in media ætate, ob rationes dictas frequentius exulcerent: Adde quod in adoleſcentia & juventute plurimi errores in victu committuntur, à quibus pravorum humorum copia cumulari ſolet, & prava qualitas maſſæ ſanguineæ induci; Tum etiam ob vehementiora exercitia, in curſu, luctu, ſaltu, inſolatu, ruptio vaſorum in pulmone, & ab ea Phthiſis excitari poteſt. *Riverius*.

[24] *Curatio non eſt deſperanda*, etiam jam exorto ulcere. Nam Galenus tales ad Tabias mittit, & hac ci præ cribit.

Difficilis eſt tamen, *tum* quod ſanies & pus in molli & ſpongioſa illa carne hærens, citra tuſſim expurgari nequeat, qua pulmones magis in dies læduntur: *tum* quod in aſſiduo reſpirationis motu, cui tuſſis inſuper violenta accedit, [25]. conſolidatio nulla fieri poteſt: *tum* quod medicamenta integris viribus tanto intervallo non perveniant; *tum* denique, quod febres humectantia requirant, quæ ulceri nocent.

[26]. *Deſperanda*, [27]. *ſi* fluxus alvi ſupervenit reliquis ſymptomatibus, quia indicium eſt læſam omnium viſcerum propter pulmones putridos facultatem, [28]. *ſi* ſputum quod exſpuunt carbonibus injectum graviter olet, quia extremam pulmonis putredinem & ſaniem ſuperfluam denotat, *ſi* capilli à capite defluunt, quia id ingentem retentricis imbecillitatem, partium ſolidarum colliquationem, & pulmonum [illegible] ſignificat: *ſi* [29] ſputum ſupprimitur, quia tum viæ reſpirationis obſtruuntur, & ægri ſtrangulantur, *ſi* in marinam aquam exſpuentibus pus fundum petit, tum quia id extincti caloris nativi, & reſolutarum partium ſolidarum, è quibus ſputum terreum & exuſtum manat, ſignum; tum quia expectorationem remoratur, & mora putreſcens magis ac magis pulmones exulcerat, *Si* rigoribus æger corripitur, qua membranæ ab ulceris putrilagine & maligna puris acrimonia vellicantur, *Si* puſtulæ ſumma cute velut leviter lacerata aut vellicata erumpunt, quia totius habitus tabem & corruptionem denunciant, inprimis, ſi ſimul oculi ſint cavi, tempora collapſa, corpus totum ſqualidum &c. *Si* multo pure intus collecto, cum multa putredine & febre exſiccati, eliſam in faucibus reſpirationem, ſeu [illegible] habent, quia ſignum eſt, vel virtutem præ imbecillitate, vel inſtrumenta præ duritie aut convulſione, uno veluti tenore, inſpirationem & expirationem abſolvere non poſſe, *Si* tuberculum fabæ inſtar in humeris emergit, quia intra dies 50. ſi IbnSinæ credimus, intereunt.

[24]. *Curatio non eſt deſperanda*) *Hippocrates 1. de morbis, Tabes cum fiunt, neceſſitatem habent ut perimant.* Cum autem non omnes Phthiſicos illico periiſſe, ſed quoſdam reſtitutos fuiſſe experientia doceat, *Cos* pronunciatum huic repugnare videri poſſit.

Diſtinguendum vero putamus inter Phthiſin *veram* & *ſpuriam*, Recte enim monet *Sennertus* 10 Praxi, decipi quandoque Medicos, dum Pulmonem exulceratum putant, cum thorax ſaltem laboret, Et pituita in pulmonibus in ſimilem puri ſubſtantiam, illæſis Pulmonibus mutata ſit.

2. Diſtinguendum inter Phthiſin *incipientem & confirmatam*, Illam eſſe curabilem largimur, de hac autem, non obſtantibus variis quæ adducuntur exemplis, merito dubitamus; Sane ipſe *Galenus 4. loc. aff. c. 8.* Homines pulmonibus ulceratis affectos, multo licet negotio adhibito, à ſe curari haud potuiſſe ingenue fatetur: Phthiſin infantum, imo adultorum, in principio facile curaveris, *inquit Barbette in Praxi*, ſi abdominis majorem habueris curam quam Pulmonis, hicce enim tunc non peccat, niſi per accidens.

Diſtinguendum porro inter ſanationem *perfectam* & *imperfectam*, *illam* in confirmata Phthiſi vix locum invenire, ob rationes à *Galeno* adductas (quibus *Rolfincius* indicationes contrarias addit) vix locum invenire, *hanc* vero quadantenus admitti poſſe arbitramur; Interim quamvis interdum inducatur callus, & morbus curatus videatur, levi tamen quaſi occaſione amovetur, ægrique ad priſtinam diſpoſitionem redeunt, teſte *Galeno Stranſius*.

[24]. *Curatio non eſt deſperanda &c.*) Phthiſis quæ ab ulcere parvo & non diuturno provenit; licet curatu difficilis ſit, non eſt tamen omnino incurabilis, ſi curatio idonea mature adhibeatur, & non pauca curatorum Phthiſicorum exempla apud obſervationum collectores reperiuntur. Spem autem aliquam curationis præbere poſſunt vires robuſtæ, ſputum album, æquale, unius coloris, & quod facile expectoratur.

Si humor à capite defluens ad nares convertatur, indeque febris remittatur, ſi appetitus vigeat, ſitis abſit, alvuſque quotidie compacta & aſſumptis convenientia deponat: Si æger bono habitu præditus ſit, in ætate puerili, aut pectus habeat amplum & hirſutum.

Phthiſis autem acuto morbo ſuperveniens brevi interimit, Ab aliis vero cauſis genita chronica interdum evadit & ad multos annos perſeverat; Ex *Avicenna* mulier Phthiſica per xxiii. annos vixit, *Riverius*.

Imprimis valde periculoſa eſt Phthiſis ex humorum acrimonia propria orta, ſive illa fuerit *ſalſa* ſive [illegible]. *Fr. Sylvius.*

Inſignis autem eſt de Convaliturìs *Hippocratis* prædictio *2. Prorrh. n. 91.* Ubi docet *1. Eos qui probe vo*

lat levari debere ſputum album, leve, æquale, unicolor, ac munita pituita commixtum tuſſi facile rejicere. Omne namque ſputum quod *album* non exiſtit, pro crudo habetur, non autem cocto, ac proinde noxium, nec laudabile cenſendum; idem ſi commodum ſit futurum, *æquale* ſit oportet, quod ſignum perfectæ coctionis, ſicut inæquale imperfectæ; ideoque illaudabile. *Unius* coloris requiritur idem ſputum, quia diverſitas arguit humorum diverſorum confluxum, & quidem non ſe mutuo temperantium, ſed in ſua temperie omnino noxia, quodammodo ſaltem permanentium.

Requiritur idem ἀφλέγματον, pituita deſtitutum, pituita enim admixta teſtatur novos à capite depluere ad Pulmones catarrhos, à quibus ſemper erit novi mali origo, aut præſentis continuatio.

Illud idem ſputum debet tuſſi rejici *facile*, quo pateat ipſum non eſſe valde viſcidum, quin omnem viſciditatem noxiam eſſe ſuperatam, præſente namque viſciditate adhæret ulceri arctius ſputum, nec niſi majore conamine poteſt ipſum excerni, unde vehementius tuſſiunt ægri ipſumq; ulcus incuratione ſua impeditur, quin perſeverante puris viſciditate nunquam curabitur; Hinc patet plurima in ipſo ſputo requiri ut ſit laudabile.

II. Ut Curationis ſpes adſit, vult *Hippocrates, ut id quod à capite defluit vertatur ad nares*, & quidem ne ad Pulmones diſtillans Phthiſin foveat aut novam pariat.

Unde l. 2. *de Morbis*, jubet naribus admovere medicamenta humores eo allicientia, & quamvis ipſa non mox coalliciant humores, feroſos præſertim & ſalſos, vult Medicum perſeverare in eorum uſu, quo tandem ſaltem eo deducatur humor peccans, & Pulmonum ulcus acturus, foturus, renovaturus.

III. Requirit *Hippocr.* ut *æger non febricitet*, nam præſente febre ac permanente, minuitur Curationis ſpes, ſive febris ab ipſo ulcere, cum ſit illa omnium peſſima; ſive à catarrho habeat ortum, quæ non poteſt non impedire curationem, viciatis aliis quoque in corpore humoribus, Sive alia quævis febris accidat, unde itidem ulceris curatio impedietur.

Vult IV. *Hippocr. non impediri cibos* vel quoad aſſumptionem, vel quoad ſui chylificationem; nam ſive appetitus & fames vitietur, ſive aſſumpta alimenta non rite fermententur, fieri nequit quin ſimul ſanguis adſit aut producatur vitioſus, à quo neceſſario damnum patietur ulcus in Pulmonibus exiſtens.

V. *Hippocrates* optat, ut æger *non ſitiat*, Sitis enim aut humoris acris præſentiam, aut æſtum denotat in corpore, unde noxa expectanda neceſſario, ut & à potu liberalius forte aſſumpto.

VI. *Hipp.* deſiderat ut *alvus ſingulis diebus dejiciat*, nihil namq; commodi expectari poteſt ab alvo adſtrictiore, utpote humoris viſciditatem ut plurimum conſequente: Non vult tamen idcirco Alvi fluxum, plerumque valde noxium, quin tandem lethalem.

Quin VII. Cupit *excrementa dura aſſumptis convenientia*, tum ratione quantitatis tum ratione qualitatis: Duriora enim excrementa teſtantur fermentationis ſecretioniſque chyli perfectionem dummodo quotidie excernantur. Reſpondere autem debent & quantitati & qualitati aſſumptorum, unde alias quidem copioſiora, alias pauciora, alias molliora, alias fluidiora erunt alvi excrementa.

VIII. *Hippocrat.* deſiderat *hominem non evadere tenuem*, hoc eſt, non extenuari atque maciIeſcere, verum habitu ſatis pleno, integro & carnoſo permanere: quod ſignum certum exiſtit Tabis nondum præſentis: Hac autem præſente difficilius curantur & evadunt Ægri.

IX. Requirit ut *Pectus id confirmet & probet*, exiſtens ſcil. *quadratum & hirſutum*, Illud enim habetur pro innati roboris ſigno; facilius certe ſuperatur Phthiſis ab eo cujus conſtitutio naturalis eſt firma & robuſta quam ab eo qui eſt infirmus.

Vult denique X. *Hippocrates* ut in tali homine *cartilago enſiformis ſit exigua & valde carnoſa*, ubi enim grandis apparet, atque carne deſtituta, ſignum eſt Maciei, quæ tam naturalis quam cum morbo adveniens, noxia ſemper exiſtit, uti contra caro firma & multa ſignum eſt roboris connati: Tandem concludit *Hippocr. illum in quo hæc omnia occurrant maxime futurum ſuperſtitem, ſicuti contra exitio maxime vicinum in quo eorundem nullum reperitur*; Quo namque plura ſalutis ſigna concurrunt ſimul, eo major convaleſcentiæ Spes affulget; quo pauciora eo minor. *Fr. Sylvius.*

25. *Conſolidatio nulla fieri poteſt*) Interdum quibuſdam ulcus ſanatum videtur, cruſta ſuperinducta, quæ tamen levi occaſione decidens morbum renovat, ægrumque ad priorem ſtatum deducit. *Galenus 4. l. aff. capite 5.*

26. *Deſperanda*) Malum eventum proponit *Hippocr. l. 2. de Morbis* Si cui ex Pulmonis vitio tabeſcenti ex Phthiſico capilli ex capite defluant caputque velut ex morbo nudetur, Et ſuper prunas exſpuerit ſputum graviter olens, hunc inter breve tempus, & quidem ex Alvi profluvio periturum aſſerito, Ubi enim (*hujus affectus* rationem reddit Hippocr.) jam pus circa cor computruit, id prunis impoſitum nidorem exhalat, & una incaleſcens cerebrum, ſalſuginem emittit, quæ alvum ciet, cujus rei indicium eſt quod capilli ex capite defluant.

Talem autem monet non eſſe curandum, ſed prognoſtico relinquendum In hunc plane ſenſum ſunt aphor. 11 & 13. l. 5. Qui Tabe vexantur, ſi ſputum quod extuſſiunt carbonibus injectum olet graviter, Et Capilli à capite, defluunt lethale, *Et* Quibus per Tabem capilli defluunt à capite, ii fluxu alvi ſuperveniente moriuntur, *quo etiam ſpectat aph. 16. l. 7.*

Duo autem in Dictorum examine ſunt expendenda, 1. res ipſa, 2. ratio ejuſdem, *Rem* ipſam quod attinet, illam ipſe, utpote in praxi verſatiſſimus, ab experientia multiplici deſumpſit, & ſicut cætera omnia ſua, bona fide poſteris communicavit, Vera proinde eſſe illa quæ de malo ac lethali Phthiſicorum eventu refert *Hippocr.* confirmat quotidiana experientia, idcirco majoris facienda. *Fr. Sylvius.* Rei rationem vide in ſequentibus.

27. *Si fluxus alvi ſupervenit*) Hinc in Phthiſicis cavendum à *Purgantibus*, Nam licet à leni purgatione liberaliter evacuantur, præſertim ad Phthiſin diſpoſiti, experientia tamen teſtatur quod tales ægri poſt purgationem veſperi crebrius & pejus tuſſiant; Imo vel lene purgans tabidos maxime & copioſiſſime evacuare ſolet, cum inſigni virium noxa; In totum ergo non ſunt purgandi; *Etmuller. Pr. p. 2. c. 1.*

27. *Si Fluxus alvi*) Catarrhi ſalſi non tantum ad Pulmones; ſed ad ventriculum quoque atque inteſtina defluunt, quin maſſam ſanguineam inficientes; ſicut cæteros humores, quinque vitiant Bilem, & nimis ſalſam præſtant. Unde duobus modis Alvi fluxum provocari autumo, quatenus ſcil. ipſi humores ſalſi per ventriculum deferuntur ad inteſtina, ibidemque Pituitæ, Bili, ſuccoque Pancreatico confunduntur, ipſorumque functiones vitiant, 2. Quatenus ab iiſdem humoribus ſalſis, per vaſa lactea ad cor deductis, tota ſanguinis maſſa ſenſim magis magiſque inficitur, hinc & cæteri ex ipſa humores, Bilis præſertim, noxii, & alvi fluxui promovendo aptiſſimi producuntur, atque hunc poſtremum modum præcipuum ac primarium exiſtimo, ſecundum quem Alvi fluxus Phthiſicis lethalis excitatur. *Fr. Sylvius.*

28. *Si ſputum quod exſpuunt*) Cenſet Hippocrates *Puris* prunis injecti *fœtorem*, conſequi ejuſdem

circa

circa cor exiſtentis contingentem putredinem (*Vide §. Deſperanda*) Quibus verbis innuit Pus degenerare à prima ſua conſtitutione laudabili,atq; novam putredinem concepiſſe; Vnde non tantum ubi prunis injicitur fœtorem exhalat,ſed etiam non accenſum adſtantibus, ipſiſque ægris fœtore, de quo Hippocr. in eodem textu refert, *Ægros deteſtari ſputum ſuum, in ore contentum, execrandumque*, dubio procul ob fœtorem admodum moleſtum, nauſeamque excitantem ac nonnunquam animi deliquium.

Pus certe laudabile *æquale* eſt, *album*, *unicolor*, *minime fœtens &c.* Idem vero aut mora, aut quavis alia de cauſa denuo mutatum & putreſcens, cum pinguedinis alicujus ſit quoque particeps, fœtorem inde exſurgere, atque inprimis ubi prunis imponitur, quis mirabitur, niſi omnium putrefactionum ignarus? Sed inſuper ipſum pus putreſcens acrimoniam ſolet nanciſci, ſolutis puta pinguedinis, ſaltam puris portionem demulcentis vinculis.

Arbitrari autem videtur *Hippocrat.* ab illo putreſcente circa cor pure, *incaleſcere cerebrum*, atque illum præternaturalem cerebri calorem cauſam eſſe *Salſuginis* alvum cientis: Sicut ejuſdem caloris cerebri p. n. *Signum*, adeoque effectum, *Capillorum defluvium*.

Vnque à pure in Pulmonibus, ergo circa Cor putreſcente, atque ſanguini communicato, Febrem continuam & lentam quocunque modo excitari nemo forſan negabit.

Eundem ſanguinem, inprimis ubi poſt ſumptum alimentum exacerbatur febris,ſurſum propulſum in *malis & genis ruborem* producere omnibus poteſt eſſe notiſſimum, quod in eodem textu videtur innuiſſe *Hipp.* dum inter Phthiſeos ſigna refert τὰ κοῖλα, vel τὰ αὐλα ὀφθαλ. cavitates oculorum, vel potius malarum tubentes.

Eundem ſanguinem ad cerebrum quoque deferri quis ibit inficias? In cerebro ergo vitiabitur itidem omnis functio à ſanguine affluente ullo modo pendens: Narium autem mucum conſequi aliquam ſimilem in cerebro functionem, non puto aliquem rei attentum negaturum, atque ab eadem vitiata ortum habere Gravedinem, Coryzam, Raucedinem, Tuſſim &c. plura has conſequentia mala puto eſſe notiſſimum: Quod ſi à præcedenti Gravedine oriatur fere ſemper humoris ſalſi & ſubacidi deſcenſus,ac diſtillatio ad nares ac fauces, quid mirum ſi à Phthiſi talium humorum catarrhum ſubſequente foveatur illa in cerebro exiſtens intemperies, adeoque promoveatur ſimilis humoris ſalſi productio.

An vero *Salſi Catarrhi* productio calori adſcribenda ſit aucto & *Cerebro* incaleſcenti, ut loquitur Hippocrat. dubitô, nec facile illi ſubſcribam, niſi modus quo calor tantum auctus id præſtare queat diſtincte mihi explicetur.

Id quidem notum per experientiam multiplicem, ſi quis aut Solis, aut ignis, aut balnei æſtu, aut corporis motu, aut potus potentioris uſu liberaliore, aut quovis alio modo valde incaluerit, atque imprimis circa caput, quod multis familiare eſt, ſudor eruperit, hinc ſi ſe ſubito frigori externo expoſuerit, ſupervenire facillime ac ſæpenumero Gravedinem, ad quam præcedentem calorem, ac ſubſequens frigus concurrere notum, Nec puto unquam à ſolo calore obſervatam ortam Gravedinem, quamvis à ſolo frigore graviore ac rigidiore productæ plura proſtent exempla, imprimis ſtante Borea.

Quæritur proinde merito, ſi per Gravedinem producantur in cerebro, cerebrive glandulis, humores ſalſi,& Gravedo nulla producatur niſi concurrente ſaltem aliquo frigore externo, quomodo à ſolo cerebro incaleſcente poſſit deduci ſalſi humoris, ſive ſalſuginis in ipſo productio? Non dico à cerebro duntaxat incaleſcente non poſſe produci in ipſo ſalſuginem, ſed profiteor me illum modum necdum aſſequi poſſe.

Cum igitur *Hippocratis* mentem aſſequi non poſſim, meam hic proponam, Cenſeo ergo non in omni Phthiſi habere locum hæc ſigna ab Hippocr. propoſita,ſed in ea præſertim quæ à ſalſo & acri Catarrho habuit ortum, hunc ſaltem Catarrhum habuit comitem, aut ſupervenientem, Nihil enim impedit ægrum, quacunque alia de cauſa ad Phthiſin vergentem, corripi poſſe Gravedine ob prægreſſos in prædictis rebus non naturalibus errores: In quibus igitur Phthiſicis præceſſit,aut ſucceſſit gravedo, & catarrhus ſalſus, ita puto univerſum ſanguinem reddi acriorem, hinc univerſos corporis humores hactenus acriores. *Fr. Sylvius.*

29. *Si capilli à Capite*) Præter ſanguinis à pure ipſi communicato ortam ad nutriendum corpus ineptitudinem, concurrit in caſu memorato Salſedo illam magis augens; Quod ſi corporis partes omnes ſenſim conficiantur & macerentur, macreſcant & contabeſcant, Sanguinis minus laudabilis culpa, mirum non eſt ſi capilli quoque nutrimento ſuo deſtituti decidant, imprimis ubi affectum eſt ſimul caput gravedine, ob quam interim Catarrhi ſalſi continue delabuntur ad partes inferiores? *Fr. Sylvius.*

30. *Si ſputum ſupprimitur*) Inter alia notata ſigna ex *aphor. 16. libro 7.* illud inſtare mortem deſignat, *quando ſputum purulentum retinetur*, nec amplius excernitur, Quod plerique quidem *Galenum* ſequuti, putant fieri quatenus ab illis ſputis in Pulmonibus retentis reſpirationis viæ obturantur & idcirco ſuffocentur ægri: Non negaverim ego, eorum quæ in ægris obſervavi memor, catarrhos pituitoſos viſcidoſque copioſe ad Pulmones delatos, atque in ipſis hærentes ſuffocare poſſe ægros, quin idem à pure ex vomica vel abſceſſu in Pulmonibus nuper rupto effluente aliquando accidere,verum idem in perſeverante Pulmonum ulcere, abſque comite Catarrho recente, à ſolo pure in ulcere in dies orto fieri, vel unquam factum, non puto ulla conſtare obſervatione accurate facta.

Quare id quod ab experientia ſum edoctus repeto, Chirurgis operis attentis notiſſimum eſt *Vlcera omnia qualiacunque paulo ante mortem parum vel nihil puris producere*, unde inter ſigna lethalia, quinimo mortis propinquæ enumeratur ille *Puris in ulceribus defectus*, non quod in ulceribus coacervetur tunc pus, ſed *quod in ipſis non producatur amplius*, unde labia ſicca occurrunt, minime humida & pure madida, Id quoniam in omnibus ulceribus oculis patentibus accidere quotidiana teſtatur experientia, cur ſimiliter Phthiſicis evenire dubitabimus poſtquam ſimile, utrobique obſervamus effectus, mortem puta ſubſequentem,atque puris defectum magis quam cumulum?

Si quis enim Phthiſicorum cadavera ſecuerit, non ita multum puris reperiet in ipſorum ulceribus, à quo credi poſſit ſuffocatus æger: Adde quod præter reſpirationis difficultatem, toto affectus decurſu æque moleſtam, nullum grave morientes Phthiſicos ſoleat infeſtare ſymptoma, ex quo ſuſpicio vel minima peti queat prægreſſæ ſuffocationis: Cenſeo itaque, quod vulgo Naturæ neſcio cui fatiſcenti adſcribitur, quærendam eſſe in humoribus ad vitalis ignis in corde, adeoque vitæ conſervationem abſolute neceſſariis aut deficientibus,aut ita vitiatis ut igne vitali ſenſim langueſcente, antequam plane extinguatur, ſanguis primum operibus ſuis præſtandis plane inep-

tus factus, tum partibus ipſis læſis præſertim, calorem vitalem parciſſimum promas; tum ipſi puri generando materiam pauciſſimam largiatur: Unde fatiſ. cente in parte imprimis pejus affecta vita, mirum non eſt ſi & pus in ea alterata producatur quam prius parcius, hinc parciſſimum, tandem nullum, atque ſic imminentis mortis præbeat ſignum certiſſimum. *Fr. Sylvius.*

[31] *Reſpicit I. Cauſam,* [32] cujus ſublatio pro ratione differentiarum variat.

II. [33] *Vlcus ipſum,* [34] quod *Abſtergendum* cum [35] *expectorationis* per tuſſim promotione, [36] *Exſiccandum,* & *Conſolidandum.*

1. [37] *Abſtergitur,* [38] *cremore* hordei cum [39] *melle roſato*, [40] *hydromelite*, *aqua ſaccharata*, *ſyrupis de eryſimo* Lobelii, *Veronica ſcabroſa* & extractis ipſarum, *roſato, cum ſero lactis caprini.*

2. [41] *Expectorationem promovent* & iſta, & ſyrupus *de althea Fernelis*, cum *aqua pulmonis vituli* Mynſichti, *Elixir proprietatis*, &c.

3. [42] *Exſiccatur* & [43] *conſolidatur, per* [44] *flores ſulfuris* in ovo ſorbili, per *eoſdem cum thure pulverizato*, pomo excavato inditis, coctis & ſaccharo aſperſis, per ſyrupum hederæ terreſtris, per *looch* de *Symphyto* cum [45] conſerva roſarum rubrarum vetere ſingulis fere horis ſumptum, per [46] *compoſitum* ex *lactis ſulfuris* & *lapid. prunellæ* part. æqual. cum ſacchari candi duplo, ſuperbibita poſt binas horas ſyrupi hederæ terreſtris uncia una & altera: per [47] *balſamum ſulphuris* [48] *Rulandi*, qui paratur ex [49] *flor. ſulfuris ter ſublimatorum* unc. iij *Olei roſati completi* libra ſemis, *Vini rubri opt.* unc. iv. circiter, per octiduum leni igne maceratis & aliquoties agitatis, tum lento igne ſemper movendo ad vini conſumptionem coctis, & diſſolutis in colatura *terebinth. clariſſima* unc. ij. ſemis. *Oleum thuris* efficaciſſimum putant. Huc ſpectat [50] *Decoctum Chinæ* paratum ex *radic. Chinæ* mundæ unc. iij. in aquæ libris VIII. ad dimidias coctis, Cinnamomi unc. ſ. & olei ſulfuris ſcrup. j. ſuperbibendo ſolam cereviſiam, cui [51] aliquid de China & guajaco incoctum. commodiſſime [52] cum ſucceſſu adhibentur, tum [53] *ſuffumigia*, ex *gummi hederæ, ſuccino, ſtyrace, roſis ſiccis, hypociſt. cum mucilag. gummi tragacanth.* in trochiſcos formatis: folior. Nicotianæ &c. tum [54] *Vapores* ex de. cocto ex herbis traumaticis & pectoralibus cum aëre attracti. Mulier furnaria phthiſica callum [55] crebro aëris *furnarii* hauſtu in ulcere contraxit & diu ſupervixit.

[31] *Reſpicit*) Quamvis rariſsime curentur Phthiſici confirmati, non tamen ideirco plane ſunt deſerendi, cum & Palliativa cura debeatur illis qui non poſſunt curari perfecte; quinimo quoniam obſervantur plerumque lethales Phthiſes diuturniores, ideo in tempore illis adhibenda Medicina quo præveniatur periculum futurum: Quapropter in tres partes diſtribuemus *curam Phthiſi debitam*, *Imminentis* puta, *Inchoata* atque *Conſummata*, *Imminenti* debetur Præcautio atque Præſervatio, *Inchoata* Curatio, *Conſummata* Palliatio. *Fr. Sylvius.*

[32] *Reſpicit*) In Curatione diligens detur opera, ut 1. cauſa morbifica, tum in prima, tum in ſecunda digeſtione latitans tempeſtive removeatur; adeoque dum *ſtomacho* proſpicitur, *ſanguinis* quoque acrimonia, *lymphaque* ἀνεχεῖν *acido ſalina* temperetur.

2. Viſceris exulceratio plus minus perfecta, convenientibus ſanetur.

3. Symptomata graviora, V. g. tuſſis ferina, ſudores nocturni, alvi fluxus &c. mitigentur.

4. Corpus emaciatum, inſtituta laudabili victus ratione, probe nutriatur, vireſque, quibuſcunque modis licuerit indeſinenti cura conſerventur. *Strauſsius.*

[33] *Reſpicit*) Cura eo eſt dirigenda ut primo *cauſa removeantur*, Hæc cauſæ remotio variat equidem pro earum varietate, ſed in Tabe, quæ frequentius curæ ſubjicitur; aut *ſtomachus curandus*, aut *acrimonia ſanguinis ac lymphæ acido ſalſa temperanda*, aut denique *exulceratio viſceris* plus minus perfecta ſananda, aliave contra *corruptela* corrigenda.

2. *Symptomata* graviora interdum mitiganda, qualia ſunt *tuſſis ferina*, præſertim nocturna, *exſcreatio* difficilis, inde reſpirationis difficultas, Item *ſudor* nocturnus, aut *diarrhœa*.

Alimenta copioſi ſucci, quæ ſtomachus appetit & chylum dulcem, alkali probe divitem ſuggerunt, ſuccoſque corporis temperatos reddunt, uſurpando.

Ratione *ſtomachi*, convenit Vomitus; hinc acida blanda conducunt, ut *ſpiritus ſalis dulcis, liquor terræ fol. tart. Elix propr. ſine acid. lapid. cancr. cum acet.* &c.

Ratione *acrimonia ſanguinis & lymphæ*, *Sulphur, ſuccinum, myrrha*, *antimon. diaphor. antihect. Poterii, papaver. & opiata tragac. amygd. paſſula* &c. Ex his & ſimilibus parati poſſunt Pulveres pectorales, ſpecies &c. His ſocientur *ligna*, in ſpecie *ſaſſafras & rad. Chinæ* &c.

Ratione *viſceris læſi* inprimis vulneraria ſimplicia, in ſpecie *veronica, ſcabioſa. hedera terr. chærefol.* &c. conferunt: Item *Sulphura* quæcunque, in ſpecie *antimonialia*, ſubſtantiam puris ejuſque proventum corrigentia: Item *Balſamus ſulph. Peruvianus, terebinth.* &c. *Etmuller.*

Hæc paulo uberius explicanda veniunt, Quoad ergo *primam intentionem*, poſt vomitum (Vide infra §. *In recente ſuadent quidam vomitum*) cavete à *purgantibus*, Vide §. *Si fluxus alvi ſupervenit*) reliqua cura conſiſtit in mitigatione *acrimonia ſalina*, Temperata acida, ceu experta, commendat *Barbette* in ſua praxi, Et credo illum intelligere Tabem ex ſtomacho, quæ tamen ſub moderata dozi blandiora, etiam ſub curſu morbi, haud adeo inconcinna ſunt: Talia blanda acida ſunt *ſpiritus ſalis dulcis, liquor terræ fol. tartari, Elixir Propr. Miſtura Barbettiana ex aceto & lapid. cancr.*

℞. *Aqu. ſcabioſ. card. ben.* ana ℥ij. *prophylact.* ʒß. *ſyr. papav. errat.* ℥j. *laud. op. gr.* j. *F. miſtura cochl ſumenda ſingulis horis.*

Item huc facit Conerdingii Pulvis contra Phthiſin

℞. *ſal. armon. puri, nitri depur* ana ʒß. *liquir. ireos Florent.* ana ʒj. m. dozis mane & veſperi quantum cuſpis cultelli capit.

Verum in quacunque Tabe, in ſpecie illa quæ jam in ulcus Pulmonum tranſiit, fugiantur *Vitriolata*, quæ nocent Pulmonibus, cum *vitriolum* ſit virulentum Phthiſicis, Unde novi quoſdam ad Phthiſin diſpoſitos propter Scorbutum, vel malum hypochondriacum, viſitantes acidulas, qui vel ſub

earum

earum potu, vel paulo poſt Phthiſici facti fuerunt.

Quo ad ſecundam Indicationem, conveniunt *belenium, ignitrita, betonica, tuſſilago, amygdalæ*, ſeu *Paſſulæ*, imprimis laudabiles. In ſpecie *Pulveres pectorales* dicti ex *ſulphure*, *antimon. diaphor. &c.* *Tinctura antiphthiſica* dicta ex *ſacch. saturni & vitr. Martis cum ſpir. vin.* parata uſitata eſt, *Antimon. diaphor.* & in ſpecie *Antihecticum Poterii* perquam egregium eſt; cum hic ipſe hoc *antihectica conſerv. roſ.* miſto aliquoties Phthiſin curaverit, *Cent.3. cur.10.*

His omnibus pro ſcopo *temperandi* Tuſſim, præſertim nocturnam ſiſtendi, & hinc copioſum nimis puris proventum coercendi, inerito accenſetur *Opium* (vide inferius §. *Diacodia*) pro uſu interno

℞. *Aqu. ſerpilli* ℥ij. *ſyr. de veron.* ℥j. *laud. Op. gr.* iij. m. *f. Potiuncula.* Item

℞ *Aqu. ſcab.* ℥ii. *ſyr. ſcab. vel beton.* ℥j. *Diacod. Montani* ℥iii. Miſce.

Ad hæc ipſa remedia *alterantia*, *craſin ſanguinis & lymphæ corrigentia*, in incipiente præſertim Pulmonali, pertinent etiam *Decocta lignorum*, vide §. *Aliquid de China & Guaiaco*) Scilicet pro lymphæ vitiis corrigendis, ad ejuſdem nimiam effuſionem, Pulmones nimis irritantem inhibendam, & hinc puris ſeu ſordium quantitatem & qualitatem corrigendam, non inepta ſunt hæc *ligna*, præſertim cum *vulnerariis* uſurpata, idque præſertim in phthiſi non tam confirmata quam increſcente.

Pro *ij Indicatione*, quæ læſionem partis reſpicit, præſertim & *ulcerata*, conveniunt ea quæ fermentum acidum partis plus minus ulceratæ corruptivum corrigere, & ita puris ulteriorem proventum inhibere valent; hinc uſurpentur ea quæ naturæ opus in conſolidando loco læſo adjuvent quantum poſſibile. Hæc inter excellunt *Vulneraria* dicta, quorum alkali pluribus uſibus in phthiſi curanda inſervit, ſi præmiſſis præmittendis uſurpentur; In ſpecie ſi ventriculi ac primarum viarum, & his in locis principalioris aſſumptorum alterationis habeatur ratio.

Quod tertiam Indicationem, *ut Diæta* rite ſervetur, inprimis ventriculi, ejuſque virtutis digeſtivæ, & hinc dictaminis appetitus habenda eſt ratio: Hinc alimenta probe nutrientia, copioſum alkali, quodvis acre temperans, ſuggerentia, & quæ ſuccum minus alterabilem, ſed potius glutinoſum, nec facile exhalabilem ſuggerunt, hinc *cancri, oſtrea* &c. ſubinde utiles phthiſicis obſervata ſunt: *Lindanus* ſane refert hecticam ex ulcere Pulmonum copioſo oſtrearum uſu curatam. Præ cæteris *Lac & Lacticinia* quælibet convenientiſſima ſunt. *Paſſularum earumque Rob* crebrior uſus, & ova ſorbilia ſunt optima. *Etmuller.*

℞. *Reſpicit 1. Cauſam*) De Tuſſi, dum Tabis ſolummodo eſt veſtibulum actum capite proprio; Affectum ipſum pertractare reſtat cum morbi hujus periculoſi limen ſupergreſſum eſt. Atque medendi methodum deſignare quæ Tuſſi inveteratæ, cum ſcilicet vel neglecta, vel remediis non cedens in Phthiſin degenerare incipit, ſanandæ conveniunt; quando nimirum ad eum ſtatum pervenitur, ut ſanguis in compage ſolutus non modo ſerum ſuperfluum, ſed & ſuccum nutritium forſan, & nerveum, lympham, aliaque recrementa ſua pulmonibus ſuffundat, intra ductus eorum deponat, atque interea Pulmonum labes in tantum augeatur, ut veſiculis diſtentis, aut pluribus in unam diſruptis, adeoque ſolutione continui, aut ulcere excitato uberior tabi copia in dies aggeratur, quin & materies ibidem aggeſta, quatenus diu commorari ſinitur, putreſcat, proindéque tum ipſos Pulmones magis uſque corrumpat, atque ſanguinem perfluentem coinquinet.

In hoc caſu *Indicationes* therapeuticæ erunt potiſſimum hæ tres, videlicet imprimis *ſanguinis diſſolutionem*, quæ totius mali radix eſt, inhibere, & ne materiem uſque in tanta copia pulmonibus ſuffundat; præcavere.

ij. *Tabum* intra pulmones *aggeſtum* expectorando cito & ſatis evacuare.

iij. *Pulmones*, quoad unitatem *ſolutos*, aut nimis laxos & humidos, aut alias imbecilles, ne plus in dies corrumpantur, & materiam morbificam uſque magis ſuſcipiant, corroborare & exſiccare.

Unaquæque harum Indicationum varias medendi intentiones ſuggerit, atque diverſimoda remedia, & plures adminiſtrationum modos requirit, quorum præcipuos hic breviter attingemus.

Quod itaque *prima Indicatio* ſuggerit, ut ſanguinis diſſolutio inhibeatur, hæc tria (quantum fieri poteſt) procurentur, viz. 1. ut maſſa ſanguinea, quicquid ſucci nutritii illi ſuppeditatur, continere & aſſimilare poſſit; eaque ita proportionetur, nec quantitate nec qualitate peccet: ij. ut *Aciditates*, aut in ſanguine genitæ, aut eidem aliunde infuſæ, ita deſtruantur, ut cruor uſque mixtionem ſive craſin retinens, non ita in fluxiones aut fuſiones proclivis ſit. iij. denique ut recrementa quævis in ſanguine producta à pulmonibus ad alia emunctoria, & evacuationum loca detiventur.

Quoad primam ex his medendi intentionem, ut ſuccus nutritius ſanguini proportionetur, ante omnia præcipiatur ut tuſſientes ac Phthiſici à Potu plurimum abſtineant, atque liquida nonniſi exigua tantum quantitate ingerant, proinde ut ſanguis in craſi debilis ſucci recentis, donec ei haud nimis perfunditur, portiones minutas facilius ſubigere, & intra compagem ſuam retinere poſſit.

Porro ſuccus iſte recens ejuſmodi particulis conſtet, quæ leves & tenues à ſanguine domari, & ſine effervescentia aſſimilari poſſint, Quare *Lac Aſininum*, quandoque item *vaccinum*, aut *caprillum*, etiam *Juſcula avenacea, cremor hordei, ptiſana, amygdalata*, aliaque ſimpliciora alimenta melius congruent, & plus nutrient quam *carnes, ova*, vel *jura conſummata*, alia fortior, vinum, aut aliud quodvis victus magis opimi genus ij. ut ſanguis, craſin ſuam retinens, non facile in ſeroſitates, pulmoni injurias diſſolvatur, oportet tum ipſius tum aliorum qui cum eo miſcentur, & imprimis nervei ac limpidi, humorum aciditates deſtrui: Quam intentionem pharmaca ex *Sulphure* parata optime perficient: quæ propterea in hoc caſu (modo abſit febris hectica) crebrius & copioſius propinentur. Quare tinctura, balſamum, ſyrupus, flores & lac ſulphuris, in doſi ſatis larga bis aut ter in die exhibeantur.

Propter eandem rationem *Decocta traumatica*, item ex herbis pectoralibus vulgo dictis; item ex lignis, vice potus ordinarii ſumenda. Quinimo Pulvis *oculorum cancri*, *millepedum*, aliorumque ſale alcali aut volatili præditorum, ſæpe magno cum fructu exhibentur.

Tertia medendi *intentio*, primam indicationem reſpiciens, viz. ut *ſanguinis depravati recrementa* (ſiquidem copioſa fuerint) à pulmonibus evocata, per alia emunctoria excernantur; complures evacuationum vias in uſum adhibendas ſuggerit. Nam præter phlebotomiam, diureſin, & levem ſubinde purgationem (quæ in omni tuſſi, imo phthiſi, incipiente locum habent) huc etiam *balnea, aura calidioris*, in qua uberius tranſpiratur, *capitatio*, Item *extremorum frictiones*, dropaces, fontanellæ, veſicatoria, capilli deraſio, naſalia, apophlegmatiſmi, aliaque humorum aut vaporum privata ſeu publica quævis emiſſaria conferantur.

Secunda in Phthiſi incipiente *indicatio*, videlicet

ut *materies Tabifica*, intra Pulmones depoſita, facile & quotidie penitus excernatur, medicamentis expectorantibus perficitur. Hæc duplici modo operari dicuntur, juxta quod eorum virtus duabus viis ad Pulmones defertur, Namque ex iſtis, ore aſſumptis, quædam particulas ſuas activas immediate in trachæam dimittunt, quæ partim vias lubricando, ſimulque materiem impactam laxando, & partim fibras excretorias in ſpaſmos irritando expectorationem procurant, In quo cenſu potiſſimum habentur Linctus & Suffitus.

Remedia alterius generis Expectorantia, quæ merito potiora habentur, commeatu ſanguinis ἀνάγλυφα ſuam exerunt: quippe cum ex ejuſmodi particulis conſtent, quæ à maſſa ſanguinea ſubigi & aſſimulari nequeunt, illæ in cruorem ſuffuſæ, & quia non miſcibiles denuo ſtatim exterminatæ, ex arteriis pneumonicis in tracheales penetrant, ubi materiæ impingentes eam dividunt, attenuant, adeoque exagitant, ut fibris exinde irritatis, & inter tuſſiendum ſucceſſive contractis, tracheæ & veſiculatum ejus contenta ſurſum in os ejiciantur, medicamenta in hunc uſum idonea, præter ſulphur ejuſque præparata, ſunt Balſama artificialia, cum oleo terebinthinæ diſtillata, Tincturæ & Syrupi, ex gummi ammoniaco, galbano, aſa fœtida, allio, porro, & ſimilibus odorem gravem ſpirantibus; è quibus etiam Lohoc & Eclegmata parantur. Atque hæc quidem utroque operantur modo, & partim in tracheam illabendo, partimque per circuitum ſanguineum Pulmones ſubeaundo, materiam morbificam tum à fronte tum à tergo adoriuntur, adeóque majori cum impetu foras eliminant.

iij. Quod ſpectat ad Tertiam Indicationem, viz. ut *Pulmonum conformatio* læſa, aut conſtitutio vitiata reſtitui aut emendari poſſint. In eum adhibeantur quæ putredini reſiſtentia, mundificant, conſolidant, exſiccant, & corroborant In quos fines etiam pharmaca è *ſulphure* parata *balſamica* & *traumatica* conveniunt; Hinc Empirici quidam non tantum *ſulphuris vivi*, ſed etiam *Auripigmenti* fumum, per tubulum aut per infundibulum in pulmones hauriendum utiliter præſcribunt. Porro ob hanc rationem eſt quod cœli ac ſoli mutatio, nempe ab urbibus ad auram ruſticam, aut ſulphuream, aut ab una regione in alteram migratio, adeo inſigniter juvat.

Formulæ quædam medicamentorum
1. mixturæ ac ſyrupi magiſtrales.

℞ *Syr. noſtri diaſulph.* ℥iij. *aqu. lumbricor.* ℥j. *tinctura croci* ʒij *m.* detur coch. j. hora ſomni & primo mane.

℞. *Syr. è ſucco hederæ* ℥iii. *aqu. limac.* ℥j. *flor. ſulph.* ʒj. miſce conquaſſando, Doſis cochl. j. mane & veſperi.

℞. *Tinctura ſulph.* ʒij. *laudani tartariſ.* ʒj. *ſyrupi è ſucco hederæ* ℥ij. *aqu. cinnam.* ʒij. *Doſis cochleare* j. hora ſomni, & ſi ſomnus deficiat, inſtante mane.

Syrupus Diaſulphuris.

℞. *Sulphur. noſtro modo parati* ℥ß. *vini canar. opt.* ℔. j *digerantur clauſe in B.M. vel arena per* xxviij horas, quo facto

℞. *Sacch. albiſſ.* ℔ j. *diſſolv. & ad tabulatum coque in parum aquæ flor. ſambuc. dein huic ſenſim affunde vinum ſulphure tinctum calide. pauliſper effervefcat ſuper ignem deſpumando & per colum laneum tranſe.*

Habebis ſyrup. aurei coloris elegantiſſimum, & ad tuſſim alioſve affectus pulmonares) modo abſit præcordiorum, æſtus & febris hectica) valde proficuum: Doſis cochl. ij. mane & veſperi per ſe, vel cum aliis pectoralibus.

Syrupus de Allio.

℞. *Allii lobulos x. vel xij. pediculis denudatos, & in taleolis inciſos, ſemin. aniſ. contuſi* ℥ß. *rad. enul. campan. inciſæ* ʒiii. *liquir.* ʒii. *digerantur clauſe & calide in ſpir. vini* ℔iß. *per duos vel tres dies. Colaturam claram & ferventem inde diſculo argenteo: adde ſacch. albiſſ* ℔ ß. *vaſe prunis ardentibus ſuperpoſito liquor flammâ admotâ accendatur, & dum efflagrat, cum rudicula agitetur, trajiciatur per colum laneum & uſui ſervetur.*

Syrupus de Raparum radicibus.

℞. *Rad. Raparum in taleolas inciſar. & ſacch. albiſſ.* ãã. ℔ß. *ponantur in olla vitreata S. S. S. Vas charta coopertum indatur clibano cum panibus coquendis, quando eximitur liquor exprimatur & uſui ſervetur. Doſis cochleare unum m. & v.*

Syrupus Li[illegible]acum.

℞. *Teſtudines* (*cochleas*) *recentes cum teſtis n°. xl. mundentur cum panno lineo, deinde ſingulis cum ſubula trajectis, teſta apertura cum pulvere ſacchar. c. impleantur, atque ſacculo lineo impoſita ſuſpendantur in cella, vaſe vitreo, ad ſyrupum, qui per deliquium deſtillabit, excipiendum vaſe ſuppoſito. Doſis hujus cochleare unum, bis aut ter in die in vehiculo idoneo, ſc. aqua lactis aut decocto Pectorali.*

2. 3. Linctus & Eclegmata.

℞. *Conſerv. roſar. rubr.* ℥iii. *tinctura ſulph. noſtri* ʒii. *miſce ſubigendo in mortario vitreo. Doſis quantitas nucis moſch. Veſperi & primo mane. Huic aliquando ad Tuſſim moleſtam ſedandam adde Pulv. olibani* ʒß. *ad* ʒj.

℞. *Conſerv. roſar. rub.* ℥iv. *flor ſulphur.* ℈iv. *olei terebinth. puriſſ.* ʒj. *ſpec. è pulmone vulpis* ʒiij. *ſyr. è ſucco hed. terr. q. ſ. f. Eclegma molle ſumendum eodem modo ſcil. v. & m. Etiam aliis temporibus lambendo cum baccillo liquiritiæ.*

℞. *Sacch. cand. pulveriſ.* ʒiv. *tinctura ſulph.* ʒij. *m. ſubigendo in mortario vitreo.* Sumatur eodem modo.

Loco Tinctura ſulp. adhiberi poſſunt tincturæ aliæ balſamicæ, ſcil. *Balſamus Peruvianus, Opobalſ. gummi hederæ, guajaci, ſuccini* cum multis aliis, quæ vel in *conſerv. roſar. rubr.* vel cum *conſerva flor. farfara* vel cum *ſacch. c.* miſceantur.

4. 5. Tincturæ & Balſama.

Ejuſdem naturæ ac compoſitionis, verum in doſi paulum majore conveniunt in Phthiſi ac præſcripſimus capite de Tuſſi.

℞. *Picis liqu.* ℥j. *aqu. calcis vivæ ter cohob.* ℔ij. *deſtillentur in Balneo ad medietatem, dein liquor filtratus abſtrahatur in Balneo ad conſiſtentiam mellis, cui affunde Tinctur. ſalis Tart.* ℔ß. *digerantur in vitro clauſo ad Tinctura extractionem.* Doſis gutt. xx. ad xxx. cum vehiculo idoneo. Simili modo Tinctura paratur ex oleo *nigro fuliginis ex liquidambra, ſtyrace liqu.* & aliis

℞. Sulph.

℞. *Sulphur noſtri præp.* cum additione *myrrh. aloës & olibani in ubere la quantitate* ℥j. Extrahatur Tinctura *cum oleo terebinth. item cum ſpir. vini* rectific. Doſis gu. av. xx.

6. 7. 8. Trochiſci, Tabulæ, Pulveres.

Quia Tuſſim imprimis reſpiciunt, fere ejuſdem ſunt naturæ & compoſitionis cum illis qui præſcripti cap. de Tuſſi, niſi quod ad Pulmonis exſiccationem & conſolidationem ſulphurea & traumatica in majore proportione requirantur.

℞. *Pulv. fol. hederæ terr.* ʒj. *flor. ſulph.* ʒij. *ſacch. pen.* ℥ß. *ſucci liquir. cum aq. hyſſopi diluti q. ſ. f. Troch. pond.* ʒß.

℞. *Pulv. milleſol. conc. ac in ſole fervente exſicc.* ʒß. *flor. ſulph. olibani pulv.* āā. ʒj. *pulv. roſ. rubr. exſic.* ʒß. *ſacch. ſol. & ad tabul. coctis* ʒvi. *ol. aniſ.* ℈ß. *f. ſ. a. Tabellæ pond.* ʒß. ſumatur una ter, quater in die, m. &c.

9. Pilulæ.

℞. *Succi heder. terr. per inſolationem depurati* ℔j. *flor. ſarfar. ſiccat. ſummat. hyſſopi, ſalv. puleg.* āā. m. j. *ſemin. aniſ. carvi, fœnic. d. contuſ.* āā. ʒß. *diſtillentur in M. B. ad medietatem, dein fiat colatura. quæ deſtilletur ad conſiſtentiam Pilul. addendo ſucci liquir.* ʒß. *pulv. rad. enul. camp. flor. ſulph.* āā. ʒiij. *fl. benz.* ʒj. *balſ. Peruv.* ʒß. *Tinct. ſulph.* ʒiij. *laud. tartar.* ʒß. f. maſſa, formetur in *Pilulas* exiguas, Doſis iij. vel iv. m. & v.

10. Decocta.

Eadem ſunt quæ pro Tuſſi præſcripta. In caſu fere deplorato, ſequens bis in die, ac inſuper loco Potus ordinarii, ſumendum interdum magno cum fructu præſcripſi.

℞. *Ligni S.* ℥iv. *chinæ, ſaſſaf.* āā ℥ij. *ſantal. omn.* āā. ℥j. *raſ. ebor. c. c.* āā. ʒii. *f. a. infunde & coque in aqu. font.* ℔xii *ad medias, adde liqu.* ℥j. *paſſul. exacin.* ℥iv. f. Colatura.

11. Aquæ Deſtillatæ.

Eadem quæ ſupra conveniunt; quibus addatur aqua *Solenandri è ſanguine porcino* cum *terebinthina.* Item *aq. balſamica ex terebinth.* cum pectoralibus deſtillata.

℞. *Fol. heder. terr. marr. alb. hyſſ. puleg.* āā. m. iij. *rad. Enul. Irid. Flor.* āā. ʒij. *terebinth. cum oleo tart. diſſol.* ℥iv. *aqu. hyſſop.* ℔iv. *vini malag.* ℔ij. *deſtilla Balneo Ar. liquor totus miſceatur oleo ſeparato: doſis coch. 2. vel 3. bis in die cum ſyr. hed. terr.*

Ultimo in loco *Vaporationum & Suffituum* formulæ hic deſcribantur, Cujuſmodi adminiſtrationes interdum in Phthiſi nondum deplorata pluſquam alia quævis remedia prodeſſe ſolent, quatenus nempe Pulmonem ipſum attingant, adeoque affectione immediata expurgant, exſiccant, à putredine vendicant, corroborant ejuſque ductus aperiunt.

Vaporatio humida.

℞. *Fol. hyſſop. heder. terr. marrub. al.* āā. m. j. *rad. enul. camp.* ℥ij. *calam. aromat.* ℥ß. *ſem. aniſi, carvi* āā. ℥j. *inciſa & contuſa coque in ſ. q. aq. font. Colaturæ effervescentis vapor per foramen chartæ in conum convolutæ in pulmones hauriatur*; adhibeatur m. & v. per horæ quadrantem.

Vaporatio ſicca.

Modo lenior ex mixtis balſamicis, modo fortior ex ſulphureis ac interdum arſenicalibus confici ſolet.

℞. *Olib. ſuccin albi, benzoin.* āā. ʒij. *g. guaiac. balſami Tolut.* āā. ʒiß. *pulv. roſ. rubr.* āā. ʒj. f. lævis prunis ardentibus aſpergendus.

℞. *G. heder. thur.* āā. ʒii. *flor. ſulph.* ʒiß. *maſtic.* ℈j. *cum ſolut. g. tragac.* f. Trochiſci.

℞. *Succini alb. olib.* āā. ʒij. *auripigm. pr.* ℥ß. *ſtyr. cal. labd.* āā. ʒiß. *cum ſ. q. ſolut. g. tragac.* f. Troch. pro Suffitu.

Empirici ordinarie præſcribunt *Auripigmenti* inſtar *Nicotianæ* in tubulo accenſi fumum ore hauriendum, adeoque interdum bono cum ſucceſſu. Porro apud vulgus in praxi eſt panni cum auripigmento picti (quo ſcil. cauponarum parietes obducuntur) fruſtula minutim inciſa, inſtar Nicotianæ in tubulo accendere, & fumum in Pulmones tabidos curationis ergo haurire. *Willis.*

32. *Cauſam, cujus ſublatio*) Phthiſici an Purgandi? Præclara eſt deciſio de ea re apud *Arculanum* cap. de Phthiſi. Contradictio eſt, *ait*, inter *Avic.* & *Meſuen* ex una parte, & *Rhaſin* ex altera. Primi præcipiunt ſolutiva, *Rhaſis* omnino prohibet. Ratio hujus fuit, quod ratione hecticæ vitanda ſunt ſolutiva: ratione ulceris, ut ulcus, non conveniunt: Ratio *Avic.* & *Meſue*, quod ſolutiva conveniant ut auferatur cauſa tam factiva quam conſervativa, ſicut catarrhus, In catarrho enim ſolutiva conveniunt. Item humores maligni ſuperfluentes, in quanto aut inquali, ut ulceris pulmonis cõſolidationem, ſicut & conſolidationem aliorũ ulcerũ impediant: ergo cum oporteat eam auferri, ſolutiva pro ipſorum evacuatione erunt opportuna, ſicut & quotidie facimus in curatione aliorum ulcerum. Et confirmatur, cum propter præſentiam humoris maligni ulcera iſta fiant corroſiva. *Rhaſis* autem vult ſolutiva non convenire in curatione phthiſis, ut phthiſis eſt, ſcil. cum eſt facta & independens: quod etiam primi non negaſſent, ſed ratione cauſæ, non ratione phthiſis conceduntur ſolutiva. *Ballonius conſ. 114. l. 1.*

32. *Cauſam, cujus ſublatio*) Quia cacochymia redundans in corpore ulcus pulmonis fovere & augere ſolet, blandis purgantibus auferenda eſt, per intervalla repetitis, quamdiu corpus non eſt valde conſumptum. Eæque purgationes componuntur ex *rhabarb. & manna, caſſia* aut *ſyrup. roſar.* E. g.

℞. *Hordei int. p.* ß. *liqu. raſ & paſſul. mund.* āā. ℥iii. *jujub. par. y. flor. bugl. & viol.* āā. p. ß. *coqu ad* ʒvi. In colat. *diſſolve rhei in aqu. ſcab. cum ſantal. citr. infuſi* ℈iv. *mannæ* ℥j. *ſyr. roſ.* ℥ß. *miſce f. Potio.*

Vel mannæ ℥ii. *cum juſculo pulli aut communi dari* poterunt

Vel parari poteſt *Bolus ex caſſia* ℥j. *cum pulv. liquiritiæ*, ℈j.

In Principio Phthiſeos *valentiora* etiam *Purgantia* uſurpari poſſunt, ad catarrhum acrem & ſalſum, præcipuam ulceris cauſam, potentius revellendum, qualia in catarrho calido propoſita ſunt. In eodem etiam Phthiſeos principio, antequam corpus ſit emaciatum, convenit *Venæ ſectio*, ad febrem temperandam & humoris acrimoniam demulcendam. *Riverius.*

Cum omne in Phthiſi periculum ſit à Pulmonis ulcere, à quo communicatum ſanguini pus, & febrem lentam hecticam, & tabem lethalem producit, idcirco in ulcere illo Pulmonum ſiccando præcipua Phthiſeos cura conſiſtet; Nunquam vero curabitur perfecte Pulmonum ulcus, niſi cauſa illud fovens, quoties ſimul concurrit, prius fuerit ſublata vel correcta, neque enim ſemper talis cauſa ſimul adeſt. Talis autem cauſa ulcus fovens aut Catarrhus eſſe ſolet, iſque nunc *ſalſus acidusve, & acris*, nunc *blandus & aqueus* vel *viſcidus*, aut *Pus* aliunde Pulmoni communicatum. *Franc. Sylvius.*

32. *Cauſam*) Fons Pharmaceuticus, varios tam *Purgantium* quam *Alterantium* rivulos oſtendit, *illos* quidem minus, *hos* autem magis turbs; Quamvis enim Recentiores non pauci *Vomitoria ab Hippocr. 4. aph. 8.* & *Galeno in comm.* proſcripta, mire extollunt, rarius tameo nec niſi in principio, & *phthiſi ſtomachali*, conſtantibuſq; adhuc viribus illa locum habere, ſummaq; cum cautela propinanda judicamus, ſiquidem lene etiam aliquod *Purgans Tabidos copioſe & cum virium jactura evacuare ſolet*, Vide *Cratonem conſ. 86. apud Scholtzium.*

Præſtat itaque uti *Alterantibus*, quæ quidem maxime varia & diverſa eſſe debent, In *Tabe incipiente* temperata *Acida*, ceu experta, commendat *Barbette* v. g. *liquorem terra foliat. Tartar. ſpir. nitri dulc. elix. propriet.* &c. ubi vero *Confirmata*, & valde ulceroſa eſt Phthiſis, *acidis*, præſertim *vitriolatis*, abſtinendũ: hinc *Acidula Suvalbac.* Phthiſicis celerẽ noxã inferunt.

Sanguinis & *Lympha* acrimoniam ſalſam temperant *ſulphurea*, unde *balſamus ſulph. terebinth. aniſat.* &c. in decocto quodam pectorali & traumatico, vel *radix China* cum *paſſulis* propinata valde laudantur. Ubi vero gravior hectica febris adeſt, caute uſurpari debent, admotis *ſaccharo Saturni*, vel *ſpec. diaſaturni Minſichti.* *Saturnina* quoque plurimum commendat *Paracelſus*, & ægrum in Phthiſi ſub imperio *Saturni* eſſe dicit, hinc *tincturam antiphthiſ. Wedelii Saturnus* ingreditur.

Communis ſulphuris loco præſtabit uſurpare *ſulphur antimoniale*, e. g. *antimon. diaphoret.* cum *conſerva roſar.* de cujus efficacia *Foreſtus* & alii videantur. Item *antihect. Poterii*, & *Rotula Cnoſelii, in miſc. cur. Anni 7. Append. p. 81.*

Hactenus recenſitis non incommode annumerantur *Papaverina* & *Opiata*, quæ ſimul tuſſim ſedant, & ſudores nocturnos colliquativos compeſcunt; Veteres *Pil. de cynogloſſa* uſurparunt. Recentiores vero *Pilulas de ſtyrace* apud *Schroederum* deſcriptas. Interim ubi copioſior materia corpus gravat, cautius his uti convenit, ne expectoratio impediatur. Egregie quoque huc faciunt, præſertim ubi catarrhus adeſt, *decocta ligni ſaſſafras & radic. China*, quibus *ſantal. rubr.* & *citr.* item *terebinth.* optime adduntur. Vide *Fonſecam conſ. 58. lib. 1.* & ex hoc *Riverium. Strauſſius.*

33. *Ulcus ipſum, quod abſtergendum*) Sanguinem ſimul à pure liberando, quod præ aliis forſan medicamentis omnibus quævis Antimonialia, tum diaphoretica, tum purgantia & vomitoria præſtare poſſunt, quæ non ſemel obſervavi, etiam in Phthiſi, ac inveterato Pulmonum ulcere grandi, per alvum & urinas bonam puris quantitatem eduxiſſe, adeo ut ad plures tunc dies nullum tuſſi pus excerneretur. Ulcus autem in pulmonibus grande, ac ſubinde multiplex fuiſſe, manifeſtavit cadaveris ſectio. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 24.*

34. *Quod abſtergendum*) Tollitur è Pulmonibus noxa puri debita, ſive ulcus ſit profundum, aut exulceratio ſuperficiaria; Tum per Decoctum vulnerarium Pulmonibus accommodatum

℞. *Rad. liquir. raſ.* ℥j. *ariſtol.* ℥ß. *fol. veronic. ſcabioſ. conſol. ſarac. alchimilla, pyrola* ãã. m. j. *paſſul. maj. mund.* ℥iv. *coquan aq. hordei ad* ℥xxx. *colat. adde ſyr. de hyſſopo. botryos* ãã. ℥j *Doſis* ℥j. *vel ij.* Tum per *Balſamum ſulphuris* quemvis, præſertim *aniſatum*, gratiorem; cujus guttula una additi poteſt prædicto decocto: Præſtantiorem adhuc exiſtimo *Balſamum ex antimonii floribus*, vere ſulphureis & inflammabilibus, modo ſimili paratum, cujus vires eximias non ſemel ſum expertus. *Idem.*

35. *Cum Expectorationis per tuſſim promotione*) *In qua cautiones quadam obſervanda.* Calidioris eſſentiæ præſidia biliosis, ſeu rarioris texturæ ægris non exhibenda, nec in prima ſymptomatum ἀκμῇ, nec phthiſicis fluxio, ne devaſtatione correptis, calidiora enim hujuſmodi medicamenta, frigida pectoralium intemperie, ſiccioriqu e eorum tenore detentis, ut & iis quos materia fluxa per nimiam congeſtionem fatigat, maxime accommodantur.

Deterſivis Expectorantibus eo uſque incumbat Medicus, donec ſputum debitum colorem & conſiſtentiam (ſi fieri poſſit) acquiſiverit, interpoſitis aliquoties minorativis, multoties ſudoribus, Sanguinis autem & ſuccorum æquationi incumbendum & maturationi, quouſque morbus prorſus evanuerit, nam tonus viſcerum naturalis hiſce conatibus reducitur & confirmatur.

Medicamenta acria & ſtimulantia torpidis, eaque de cauſa congeſtionem nimis tolerantibus ſolummodo concedenda, quæ per intervalla quædam tantum uſurpanda; Exceptis enim quibuſdam intervallis, in quibus acria iſta & ſtimulantia conducant, medicamentis prius dictis toto morbi decurſu inſiſtendum.

Primis valetudinis ſignis allucentibus non confidat Medicus, etiamſi accurata videatur εὐφορία, ultra enim convaleſcentiæ ſtatum, ob recidivæ metum diu perſtitiſſe tutiſſimum.

Horis diacriticis diurnis lenientibus ſolum adjuvanda & promovenda expectoratio, quia tunc temporis naturam adminiculantem invenimus: Ut expectorationi rectius conſulatur partes extremæ, potiſſimum pedes, optime muniantur, quorum ſudores matutinos per horam quotidie promovere utiliſſimum.

Si ſputa interdiu ſemper deporata projiciantur, licet noctu male colorata & conſtituta videantur, nil deſperandum: de die enim ſputa bene ſubacta & alba ſanitatem reducem pollicentur. *Bennetus Th. Tab. p. 139.*

36. *Exſiccandum*) Serum pulmonis domeſticum, æque ac ſanguinis, nunquam nimis exſiccandum, idque tum in aliis pectoris affectibus (ſiquidem & tonum veſicularum conſervant humectantia, & expectorationem promovent, fluxilitate adaucta) tum inprimis in Phthiſi; Sine his *antihecticum Poterii* non meretur illum titulum, imo omnia illa recenſita magis ſiccant; Ita vero eſt ſiccandum, ne quid nimis, ne noceamus. *Wedelius Am. m. m. p. 145.*

37. *Abſtergitur*) Inter abſtergentia & ulcus mundantia medicamenta commendatur vulgo Radices *Helenii, Ariſtoloch. utr. Iridis* &c. Herbæ *tuſſilag. marrub. ſcabioſ. agrimon. hyſſopi, capill. ven. veronica. heder. terr. botryos, pulmonar. Verbena* &c. Ex quibus parari poſſunt Decocta pectoralia additis *paſſulis majoribus*, aut colat. ſyrupis, ac præſertim mellitis, cum abſtergendi vim majorem habeat mel quam ſaccharum.

Conducit in eundem finem *Terebinthina Veneta* dicta, cum *ovi vitello* aut *ſyrupo* convenienti ad ʒiii. vel iv. ſubinde aſſumenda; *Aqua mulſa* quoque laudatur; & ipſum *mel crudum* per vices aſſumptum, Cæteris vero omnibus præfero *ſulphuris balſamum, de quo inferius.* Fr. Sylvius.

A quibuſdam *Julepus* probatur, factus ex aquis exſtillatis è *rad. petroſel. fænic. enula & althaa* mixtis coctiſq; cum ſaccharo, addita dum coquitur, *gum. tragac.* vel *Arabici* particula, & *ſucco liquiritia.* Platerus.

Nihil *ſyrupis è ſucco veronica & ſcabioſ. cum extracto* harum herbarum convenientius, præſertim ſi huic *pulmo vulpis præp.* ad ℈ii. inſpergatur. *Crato conſ. 87.*

38. *Cremore hordei*) Frequenti *hordeati cum ſacch.* mane & veſperi, uſu, ſuperdormiendo, tuſſis, macies & tabes curata fuerunt. *Borellus cent. 4. obſ. 15.*

Aliqui pro ſecreto *farinam hordei*, optime in olla compactam & clauſam, *aqua ſymphiti* conſperſam, in furno toſtam, ut portio cum pane trito jure diſſoluto in pollinem redacta, aſſidue ægro adhiberi poſſit. *Lalius a Fonte conſ. 28.*

Iis qui incipiunt laborare hoc morbo ſummum eſt

remedium

remedium. *Hordeatum mundatum dare cum ſacch.roſat.* poſt tres horas à cœna. *Foreſtus lib.16. obſ.82.*

39. *Melle roſato, hydromelite, aqua ſaccharata, ſyrupis*) Dulcia ſaccharata & mellita admodum nocent quibuſvis tabidis, fermentativa enim ſunt & putrefactiva, adeoque viſceri cuidam eroſo, ſpeciatim Pulmonibus, perquam inimica; Præterea inſigniter quoque ſtomacho hoſtilia ſunt, ac imprimis quoſvis corporis ſuccos viſcidiores, ac activitate inertiores reddere ſolent; Undeetiam *ſyruporum* nonniſi moderatus uſus in Phthiſi tolerandus, niſi in quantum ad lubricandas fauces interdum, ſed caute; ad ſcopum promovendæ expectorationis uſurpantur; De noxis mellis & ſacchari vide *Garenzer de Tabe Anglica.* Etmuller.

40. *Hydromelite*) Hydromelite ſequenti quoſdam Phthiſicos fuiſſe curatos nonnulli aſſerunt.

℞. *Rad.Chinæ* in taleolas ſectæ ℥vj. *rad.tuſſilag.idoneo tempore collecta* ℥iij. rad.bardanæ, *caryophyll.* ãã. ℥iij. *enul. camp.* ℥ij. *fol. pulmonar. ſcabioſ. totius, veronica ver. ulmar. nummul.* ãã. *m. ij. capill. omn.* ãã. *m. j. ſumm. florid. bugula, beton. flor. herba paralyſ. & veron. rub.* ãã. *p. iv. heder. terr. totius m. iij. jujubar. dactyl. ſebeſten. paſſular. mund.* ãã. ℥iß. *liquir. Hiſpan.* ℥iß. *omnia debite conciſa bulliant debito ordine in aqua fontis puriſſima* ℔. xxxij. *ad mediæ partis conſumptionem, ſubdito calore lento: colatura clariſ. adde mellis Narbon.* ℔iv. *coqu. iterum deſpumando ad ſupernatantis ovi terminum, colentur per manicam Hippocr. addendo cinnam. inter* ℥ß. *ſem. coriand.* ʒvj. *ſem. aniſ. & fœnic. dulc.* ãã. ʒiij.

Ponatur liquor in dolium ſatis capax, & ſinatur fermentari, quod citius fiet ſi dolium in Sole manſerit, hoc enim modo ſatis fermentatum erit intra xl. dies, alioqui multo longius tempus neceſſarium: Semper autem vas apertum & plenum ſervandum ut rite deſpumetur. In hunc finem major quantitas hydromelitis conficienda eſt quam quæ in dolio contineri poſſit. Imo ſi morbus urgeat, recens & non fermentatum uſurpandum, dum aliud in dolio fermentatur: Capiat æger bonum hauſtum bis aut ter in die. *Riverius.*

41. *Hydromelite*) Potus *aqua mulſa*, quæ ex aquæ duodecupla, & *mellis* una parte coquitur, loco potus ordinarii, ad ulceris abſterſionem juvat, uti & *aqua ſacch.* vel *ptiſana*. Platerus.

41. *Expectorationem promovent*) Pertinent huc Electuaria quorundam excreationi inſervientia, ex pulvere *ſcordii ſalviæ, rad. heleny* &c. cum melle ad Electuarii conſiſtentiam redactis. *Nicotiana*, & quæ ex ea parata ſunt optima; *Heurnius* in praxi ſolo ſyrupo, ex ſucco rite parato, quoſdam tabidos Phthiſicos teſtitutos fuiſſe memoriæ prodidit; Certe ad ulcus pulmonum abſtergendum & ſordes acres plus minus viſcidas pectori inhærentes eliminandas, optima ſunt ex *Tabaco* remedia. Pariter ſi ſputum multum ac fœtidum fuerit, *mel & myrrha* ſcreatum promoventibus ſemper addenda erunt. *Etmuller.*

Inter Expectorantia detergentia maxime proficua invenimus quæ ex *abiete, pino* & terebintho conficiuntur. *Bennettus.T.T.p.139.*

41. *Exſiccatur & conſolidatur per &c.*) Inprimis ad Pulmones *ulceratos*, vel *corruptos*, ſi fieri ullo modo poteſt, ſanandos, proderunt ſequentes *Pulveres*, qui vel cum *ſacch. roſat. tabulati*, aut penidiati permiſtione per ſe vel cum *lacte* ſumuntur, vel cum *ſaccharo* ducto in *aquis convenientibus in Tabulas* rediguntur; Vel cum *ſyrupo* inſtar *Eclegmatis* componuntur, aut *Electuariis* aliis miſti eo pacto ſumuntur. *Primus*

℞. *Rad.conſolid. maj.* ʒij. *rad. alth. liquir.* ãã. ʒj. *roſar.rubr.* ℈ij. *gummi tragac. & Arab. parum uſti* ãã. ʒß. *amyli* ʒj. f. Pulvis ſubtiliſſimus. Alter

℞. *Cicer. rubr. ſem. lini & cydonior. parum torrefact.* ãã. ʒj. *ſemin. naſturt. torrefacti* ℈j. *ſem. plantag. alth. malvæ, portul. bombac.* ãã. ʒß. *ſem. papav. albi* ℥. *quat. ſem. frig. maj. mundat.* ʒij. *balauſt.* ℈j. *thuris vel maſtich. ſuccin.* ãã. ʒß. *f. Pulvis*, otatur per ſe vel priore permiſto.

Hiſce & *ſpodii*, vel rectius *lapill. cancr. & corall. rub. pulv.* ãã. ʒj. commode permiſceri poteſt; vel ſi amplius glutinandum, tantum *Boli* vel *terræ ſigill.* Efficaciores, magiſque appropriati creduntur, ſed minus grati, addendo *Pulm. vulp.* cum *trachea* illius *arteria in furno exſiccati* ℥j. *ciner. aſtacor. fluviat.* ʒß. miſce: confert & *Pulvis cochlear. exſiccat.* & *muſtelarum Pulmo*; Si ſputum ſanguinis adhuc adſit, *ſemin. hyoſcyam. albi* ℈j. utiliter miſcebitur. Ad *purulentas excretiones rad. perſonatæ, fol. beton. ſemen. irionis* exhibet *Dioſcorides*: Alii etiam *folia ulmi, veronica & ſcabioſa dant.* *Electuarium* ſequens efficax exiſtit.

℞. *Conſerva rad ſymph. maj. conſ. roſ. rub.* ℥j. *infuſ. g. tragac. facta in aqua plantag.* ℥j. *corall. bol. vel terra Lemniæ* ãã. ʒj. *hypociſt.* ʒß. *croci* ℈ß. *ſyr. myrth. vel myrtill. q.ſ. f. Electuar.* Poteſt huic addi de Pulver. præſcriptis ad ℥j.

Trochiſci ore continendi admodum convenientes

℞. *Reſina laric. vel terebinth. parum cocta* ut pulverari queat, *thuris* ãã. ℥ß. *myrrhæ, ſangu. dracon. vel balauſtior.* ãã. ℈j. *croci* ℈ß. *rad.conſol.* ℈j. *ſacch. roſ. tabul.* ℥j. *infuſ. g. tragac. facta in aqua tuſſilag.* q. ſ. fiant Formulæ. *Platerus,*

Uſurpentur ea quæ naturæ opus in conſolidando loco læſo adjuvent, quantum poſſibile. Hæc inter excellunt *Vulneraria* dicta, quorum alkali pluribus uſibus in Phthiſi curanda inſervit, ſi præmiſſis præmittendis uſurpentur; Hinc *decoctum bugulæ*, ſeu *conſolida media* admodum commendat *Poterius*: Decoctum *ſymphyti & prunellæ* cum *China & Guaiaco* laudat *Laudanus*, aſſumendo in quolibet hauſtu dozin *Antimonii diaphor.* Hinc & *ſanicula, veronica, plantago, vinca pervinca; equiſetum, flor. roſar.* &c. tam in decoctis quam inde paratis Pulveribus, aut cum *ſaccharo & melle* Electuariis in uſu ſunt. Sequenti Decocto Chirurgus Phthiſi laborans per multos annos ſe ſuſtentavit.

℞. *h. alchymill. pulmon. ſanic. centaur. min. veron. auricul. mur. vinc. pervinc. flor. hepat.* ãã. m. j. *coqu. in cerevisia bene defæcata.* De colatura bibatur mane, ante cœnam & in lectum ingreſſu. *Etmuller.*

42. *Exſiccatur & conſolidatur*) maxime confert *Infuſum ex millefol. torment. pimpinella & conſerva roſar.* in M.B. paratum, ſi per xx. dies uſus continuetur, vide præparationem *cap.de Hæmopt.*

Decoctum *Bugulæ* in juſculo vervecis phthiſi & internis ulceribus mire prodeſt, parum & clementer ventrem laxat, contra naturam conſolidatum. *Trallianus l.7.c.1.* ſe multos phthiſicos curaſſe gloriatur uſu lapidis hæmatitis: *Vide cap de Hæmoptyſi.*

Syrupus ex *ſucco hederæ terr.* commendatur à *Quercetano.*

℞. *Succi hederæ terr.* ℔iiß. *digeratur, & purificetur ad ignem M B. ſucco perfecte depurato adde ſacch. roſ.* ℔j *penid.* ℥iv. *coqu. in ſyrupum quo utatur æger ex cochleari.*

Huic ſyrupo idem addit *flores ſulph.* ad Lohoc conſiſtentiam; exhibet quater in die; multoſque deploratos ſe ejus uſu reſtituiſſe teſtatur. *Syrupus ex flor. hyperici* per infuſionem præparatus in M. B. convenit, ut & in omnibus ulceribus internis conſolidandis. *Syrupus de Symphyto* optimus, nam detergit, conſolidat, Tum etiam *radix ſymph.* decocta in juſculo.

Syrupus ſequ. paratu facilis eximias habet vires

℞, *Succor. heder. terr. veronic. & card. ben.* ã

purat. ãã. ℥viii. *in quibus bulliant leviter fol. adianti, polytrich. ſcabioſ. & lactuc.* ãã. m. ß. *m; colat. diſſolve ſacch. alb.* ℔iß. *f. ſyrupus perfecte coctus, addendo in fine extr. juniperi* ʒiij. *ſucci liquir. & extr. card. ben.* ãã. ℈iv. capiat æger cochl. unum hora j. ante prandium, ante cœnam & in ingreſſu lecti. *Pulvis* ſequens à V. *de Taranta* valide commendatur, quo præcipue verum Phthiſicum ſe reſtituiſſe affirmat, Eodemque *Foreſtus* proprium fratrem ſe curaſſe teſtatur.

℞. *Semin. papav. albi* ʒx. *g. arab. amyli, tragac.* ãã ʒiii. *ſemin. portul. ſemin. malvæ* ãã. ʒv. *ſemin. cucurb. melon. cucumer. citrulli, cydon. mundat.* ãã. ʒvi. *ſpod. ſucci liquir.* ãã. ʒiv. *penid. ad pondus omnium f. Pulvis, dentur omni mane* ʒij. *cum ſyr. de papav. vel jujub.* Eo etiam utatur æger in hordeatis, amygdal. aliiſque cibis.

Capivaccius & *Claudinus* laudant *ol. vitrioli* ad ulcus exſiccandum, *ad gtt. ij. vel iij. cum aqu. roſar. vel ſucco plantag. & modico ſaccharo. Crollius* valde commendat *Elixir proprietatis*, quod ex *ſpiritu ſulph.* cum ſpiritu vini, *myrrha, aloe & croco* componitur.

Laudant etiam Chymici nonnulli *Antimonium diaphoreticum*, cum triplo ſalis petræ probe calcinatum, ut omnis vis vomitiva ablata fuerit, Quod ſingulis diebus exhiberi debet in tabellas redactum cum *ſaccharo roſac.* vel cum *conſerva roſar.* permixtum, vel cum aliis remediis ſupra deſcriptis.

Balſamum Peruvianum ad ulcera Pulmonum ſananda multum conducit, ſi ejus gutta una cum *ſaccharo in Pilulam* redacta ſingulis diebus exhibeatur.

Pulvis *Pimpinella* ad ℥j cum juſculo ſingulis diebus exhibitus magnæ creditur efficaciæ.

Pilulæ Rufi à nonnullis commendantur tanquam efficaciſſimæ, ſumendæ ℈j. ſingulis diebus, vel, quod melius

℞. *Maſſæ Pilul. Rufi* ℥j. *antimon. diaphor. & gummi guaiaci* ãã. ℥ß. *cum Balſamo Peruviano f. maſſa, doſis* ℈j. *per menſem integrum.*

Syrupus corallor. & gelat. cydonior. conducunt: Tandem omnia remedia quæ ad venam Pulmonis ruptam conglutinandam valent prodeſſe volunt. *Riverius.*

Laudantur quoque *Boli* atque *terra ſigillata*, utpote potenter exſiccantes, ſicque conſolidationem ulceris mundati promoventes: His addi ſolent *rad. & fol. conſolida mai. & media, plantag. ſanicula, pyrola, cæterarúmque Vulnerariarum* vocatarum, flor. Hyper. &c. *Fr. Sylvius.*

Viſcere læſo conducunt herbæ *ſcabioſ. charefol.* inprimis autem *veronicam & hederam terr.* feliciter ſibi ſucceſſiſſe, nihilque his efficacius eſſe aſſerit *Velſchius Dec.* 5. *Cur.* 10. *Hypericum* in ſe ipſo expertum laudavit *Meyſſonnerius* apud *Th. Bartholinum cent.* 2. *Hiſtor.* 35.

Mire quoque commendatur *Pulvis* de *fungo ſalicis ruffa ad* ʒij. cum ãã. *ſacch. candi* quotidie mane & veſperi ſumptus, authore *Sartor. Miſc. cur. Dec.* 2. *Ann.* 1. Strauſſius.

42. *Exſiccatur & conſolidatur per*) *Aqua chalybeata* potum, ulcus &c. ſiccando juvare dicitur. *Platerus.*

42. *Exſiccatur & conſolidatur per &c.*) Catapotium phthiſicis valde accommodum, faciens ad omnem tuſſim inveteratam & puris rejectiones, quod in tribus diebus utilitatem ſuam demonſtrat.

℞. *Styrac. flavi, piper albi, myrrha, caſtor. galbani, ſubige & fac Pilulas ervi magnitudine, quarum* 3. *vel* 5. *ante ſomnum exhibe, calida aqua* inſuper aqua ad bibendum data, admirandam vim videbis. *Ætius.*

Ad Phthiſin egregium medicamentum eſt *al. Saturni.* Item *Sal Saturni* valde prodeſt; ut ℞. *Salis Saturni* ℥ij. *nitri* ℥vi. *m. ſolve in aceto diſtillato, ſolutum filtra,* acetum abſtrahe ad tertias, pone in loco frigido & fient Cryſtalli horum.

℞. ʒj. *flor. ſulph. albi. ſal. corall.* ãã. ʒvi. *perlar* ʒj. *croci* ℈j. *rad. China, ocul. cancr.* ãã. ʒij. *ſacch. c. q. ſ. f. Pulvis* Doſis mane & veſperi ʒj. *in aqua Capon. Joh. Agricola Comm. in Poppium.* Item *Ol. vitrioli* ad phthiſio arcanum eſt, *Idem Tr. de Vitriolo.*

In Phthiſi *extr. mumia* inſigne eſt medicamentum. *Idem.*

Oleum ſulph. & *oleum Antimon.* ad ulcera Pulmonum ſumma arcana. *Idem.*

Decoct. *liquir. cum ſem. aniſi &c.* pectori dicatis, in aqua appropriata mane datum, pulmonario bilioſo prodeſt. Idem tamen præſidium hora ſomni exhibitum amareſcendo & efferveſcendo obfuiſſe annotant. *Bennettus Th. Tabid. Exerc.* 1.

Aqua calcis. ℞. *Symphyt. maj. polygon. plantag. pimpin.* ãã. m. j. *marceſcant in calce viva*, poſt perfectam marceſcentiam indentur aquæ cõmuni inſtar cremoris craſſioris, Fiat infuſio per tres dies, & iterata multoties agitatione poſtea quieſcant in cella frigiduſcula, per inclinationem, ſumat æger ℥vj. per horas 4. vel 5. continuas, & licet res in anguſto fuerit, vix fallet. *Idem p.* 187.

Aliqui pro ſecreto habent, & ego ſuadeo ut exhibeans, in initio ad 2. guttas vel 3. *ol. chalcanthi cum aqua roſ. vel ſucco plantag. & pauco ſacch.* ratione penetrationis. *H. Capivaccius Pr. l.* 2. *c.* 7.

Decoctum *Bugula in juſculo vervecis* factum maxime confert. *Fr. Hofmannus, m. m. p.* 307.

Ad Pulmonis exulcerati exſiccationem, nihil præſtantius eſt quam ſi quis quotidie ʒj. *flor. ſulph.* in hauſtu *lactis* caprini aſſumat, aut hujus Pulveris

℞. *Semin. papav. albi corall. r. ppti. ebor. uſti* ãã. ʒj. *boli Arm. vera, flor. ſulph.* ãã. ʒß. *f. Pulvis, Doſis* ʒj. *in lacte caprino* tepido mane & veſperi. *F. Joel.*

Dum ulcus glutinare, & foramen quodammodo comprimere cum partis refectione contendimus, mirum in modum hoc præſtat.

℞. *Ciner. cancr. lotor. in aqua roſar. & priapi tauri* ãã. ʒij. *bol. Arm. terra ſigill. tragac. g. Arabic.* ãã. *q. ſ. f. Pulvis* quem *capiat cum lacte caprillo aut ovillo. Mercatus Pr. l.* 2. *c.* 9. Mirabilis efficaciæ & hæc compoſitio

℞. *Pinear. amygd. de macerat. in juſculo* ãã. ℔ß. *carnis teſtud. perfecte cocta, vel ranar. & cancr. fluv. ſem.* 4. *frig. mai. excort. alth. bombac.* ãã. ʒij. *aniſi* ʒj. *cinnam.* ʒß. *amyli parum. ſacch. q. ſ. f. Paſta cum pauco jure teſtudinum & vino. Idem.*

Ex *ſale urina fixo & volat. cum flor. ſulph. myrrh. per ſpir. terebinth. extracta*, ſingulare eſt medicamentum ad phthiſin. *Jab. Phil. Rumelius.*

Hic Pulvis complet omnes indicationes.

℞. *Sem. papav. albi* ʒß. *g. tragac. & arab. far. orobi* ãã. ʒiß. *ſem. alth. portulac. cucum. melon. citrulli, bombac.* ãã. ʒiiß. *ciner. cancr. fluv. c. c. uſti. ſucci liquir.* ãã. ℈iß. *ſacch. roſ. tabul. ad pondus omn. f. Pulvis, doſis* ʒij. *cum ſyr. papav.* Rondeletius.

Antihectici Poterii uſum (quod fit ex ij. part. Jovis, & una parte reguli Antim.) non raro in principio morbi ſanitatem attuliſſe expertus ſum, Doſis à ℈j. in aqua Antihectica. *Sachs Gammar. p.* 69. *Dulcedo Alum.* celebre etiam Antihecticum, cujus uſus eſt talis.

℞. *Aqu. analept.* ℥ij. *cord. citr.* ℥ß. *Eſſent. perlar.* ℈ß. *Eſſent. ocul. cancr.* ℈ß. *mann. alum.* ʒiß. miſce, *Idem. Prap. vide ibid.*

Herba *Bethonica* magnam vim habet ad tabem curandam & ulcera pulmonum ut & *pulmonar. maculoſa*, cujus folius uſu plurimi reſtituti. *Schombernius man. p.* 60. Ejuſdem conſerva præ aliis omnibus veluti miracula præſtat. *Idem p.* 76.

Tinctura Antiphthiſica, præſtans in Phthiſi. apud *Schroderum Pharm. p. 342. l. 3.* Præpar. vide ibid.

42. *Conſolidatur*) Cum vulnerariis in ſpecie ſimul uſurpanda ſunt Balſamica, in tantum quantum hectica, plus minus juncta, eorum uſum ferre poteſt, adeoque minus confirmatis, ſeu in cura magis incipientibus, i. e. præſervatione Phthiſicus conducunt, qualia ex *aloe, myrrha, balſamo ſulph. terebinthinato, Peruviano* & ſimilibus uſurpantur. Nempe *Balſami Peruviani gtt. j. aut plures cum ſacch. in pilulas* redactæ, aut etiam guttarum in vehiculo calido, aut *vitello ovi ſorbilis* diſſolutum balſamum, & quotidie uſurpatum, multum laudatur ad quaſvis partium internarum læſiones, & exulcerationes; Hinc & *Riverius* multum commendat has Pilulas.

℞. *M. P. Ruffi* ℥j. *antimon. diaph. g. guaiaci* āā. ʒß. *cum q. ſ. Balſami Peruviani f. maſſa, doſis* ℈j. Capiatur *per menſem integrum.*

De *Terebinth.* res nota eſt, quantum vi balſamica in quibuſvis partium exulcerationibus valeat. Optime datur in *ovo ſorbili*, vel ſola, vel addito modico *flor. ſulph.* Item permiſceri ſolet eadem cum *melle violato.*

℞. *Terebinth.* ℥ß. *mell. violac.* ʒij. miſce cum pauco vitello ovi, de quo capiat æger omni mane quantitatem caſtaneæ in juſculo calido. Alii

℞. *Terebinth.* ℥ß. *cum melle roſato & ſyr. heder. terr. vel Nicot. m. f. Bols.*

Sed nimis ingratus hic ejus uſus, omnium optime *ovi* vitello diſſoluta ſumi poteſt. *Etmuller.*

43. *Conſolidatur per flores ſulphuris*) Pulmonibus omnino dicatum remedium, ejuſq; efficaciam oſtendit hoc exemplum. Phthiſica obiit ante xxxv. annos uxor viri Reverendi Domini *Roſſelet*, Paſtoris Neocomenſis: Hic ex contagio affectum contraxerat, qui tuſſi, ſputo putri, macie & febriſe exhibebat; Inter cætera remedia huic præſcripſit Clar. D. D. *Jannus Saracenus*, anteceſſor meus, uſum *aquarum ſulphurearum.* Quid ſi (reponit Vir Reverendus) aquæ vice vinum ſulphuris vi imbutum ſubſtituerim cujus copia penes me eſt à ſolo natali, eam vim nactum. Anouente Medico, ejuſmodi vino ad aliquot menſes utitur, & liberationem à phthiſi obtinet; adhuc in vivis, nonagenario proximus hoc anno 1684. officio gnaviter fungens: Infelici vero ſucceſſu vino à natura ſolphurato uſus ſum, vertiginem enim gravem per aliquot menſes moleſtam contraxi.

44. *Flores ſulphuris*) Sublimatio ſulphuris vel per ſe, vel cum aliis inſtituitur, omnium optima eſt ſublimatio florum ſulphuris ſimplex. Solent nonnulli addere *ſal* decrepitatum, *alumen* uſtum, *caput mortuum vitrioli*, ne ſcil. in aëre fluat ſulphur, indeque pauciores exſurgant flores.

Notandum autem quod colcothar vitrioli exactiſſime ſit calcinandum, alias flores ſulphuris fiunt corroſivi, tincti acido corroſivo vitrioli, eumque balſamum eſſe deberent pulmonum, fiunt eorum venenum. Sunt qui faciunt *flores compoſitos cum aloë, myrrha, benzoe*, ſed *nihil valent*, quia ſolum contritum ſulphur ſublimatur, reliqua vero ſolent comburi in fundo & acquirere empyreuma. Alias componunt *flores ſulphuris ſaccharinos*, at peſſimo itidem conſilio, ab acri enim igne ſaccharum comburitur, unde flores ſublimati fœtorem ſpirant, ſaccharumque in fundo combuſtum relinquunt.

Alii parant *flores ſulphur. coralliatos* miſcendo corallia cum ſulphure trito; ſed nihil de coralliis in ſublime tollitur, hinc fruſtranea eſt florum ſulphuris ſublimatio.

Uſum *flor. ſulph.* quod attinet, notum eſt quod *Sulphur optimum ſit pectorale*, ut à Chimicis dicatur *Balſamum pectorale*, ſeu *Pulmonum*, Verum hoc intelligendum eſt de *parte ſulphuris pingui*, *acida* enim *pars ſulphuris nocet pulmonibus.*

Verum eſt quod balſamum pulmonum in parte ſulphuris oleoſa & pingui reſideat, ſed ab acida parte difficillime removeri poteſt: Propterea fiunt infuſiones variæ ſulphuris cum oleis variis, ut inde *balſama ſulphuris* fiant; ſic fit *balſamum ſulphuris terebinthinatum.* Nam certum eſt quod pulmonum corruptelæ quæcunque, ſive in abſceſſus, ſeu exulcerationes degenerarint, optime curentur per vim ſulphuris balſamicam, quin & aliarum partium, præcipue renum, affectus feliciſſime curat ſulphur, non ſecus ac notum eſt quod in *ulceribus cacoethicis*, in ſpecie *mammarum*, optimum ſit remedium; Unde in *catarrho* egregii quoque eſt effectus ſulphur, *corrigit* enim *lymphæ acorem ac acredinem*, hinc in *tuſſi*, *aliiſque pectoris morbis*, à *lympha acida oriundis*, optime proſunt *flores ſulphuris*, inprimis è *myrrha* & *benzoe* præparati, cum præ ſulphure non detur melius remedium quam benzoe. *Etmuller Pyrotechn. p. 50.*

45. *Cum Conſerva roſarum rubrarum*) Ad mundati ulceris conſolidationem multum laudari ſolent ac commendari *Roſæ rubræ*, atque ex ipſis parata conſerva, licet ego hactenus effectum ejus magnum ac bonum non viderim, quoniam ubi copia nimium majore, quod volunt ejus laudatores, ſumitur, ventriculus & inteſtina multo phlegmate replentur, unde non tantum appetitus proſternitur, ſed & chylificatio læditur, quinimo non ſemel moleſtum frigus in ſuperiore abdominis, adeoque ventriculi regione oboritur, à quo vix aliquo menſium ſpatio liberari poſſunt iterum ægri, quod non ſemel obſervavi factum. Præferrem proinde *Decoctum roſar. rubr.* cum forti expreſſione paratum, idque ſaccharo pauco edulcoratum. *Fr. Sylvius.*

46. *Per compoſitum ex lactis ſulph. &c.*) In ſpecie *Pulveres Pectorales* dicti, ex *lapid. cancror. ſulph. antimon. diaphor. antihect. Poter.* Sunt egregii v. g.

℞. *Rad. Ireos Flor.* ʒiß. *lap. cancr. prep.* ℥j. *antihect. Pot.* ℥ß. *croci* ℈j. *miſce f. Pulvis pro aliquot doſibus.* Vel fiant *Rotula.*

Pulvis *Cnoffelii*, ex *ſulphure* & aliis parari, quorum compoſitiones & uſum vide in *M. C. Ann. 6. Append. p. 86.* ubi hæc, Primo in morbo nondum confirmato, & abſque excretione ſanguinolenta, adhibuit *Cnoffelius Pilulas ſuas Balſamicas*, ex *aloe, myrrha & croco*, cum *balſamo ſulphur.* aniſato, ſeu *Elix. propriet. bellebor.* efformatas, Poſt per octiduum, ter in die, mane, à meridie & veſperi, has *Rotulas ſulphuratas* quæ

℞. *Spec. diair. diatrag. fr.* āā. ʒij. *antimon. fixi diaph.* ʒvj. *flor. ſulph.* ℥ß. *ſacch. albi in aq. tuſſilag. q. ſ. diſſol.* ℥vj. *ol. aniſ.* gtt. xii. f. *Tabula Doſis 6. 7. vel* 8. Vel

℞. *Antimon. fixi diaphor.* ℥iß. *flor ſulph.* ʒß. *ſpec. diatrag. fr. diair. ſuccin. albi ppt.* āā. ʒj. *extr. helen.* ʒß. *balſami ſulph. aniſ.* ℈ß. *ſacch. in aq. fœnic. ſol.* āā. *q. ſ. f. ſ. a. Rotula.*

Pulveres tales vel ſumuntur in *decocto hed. terr. Vel in decocto ligni ſaſſafr. China* &c.

Sane *ſulphur.* ac alia *ſulphurea, Flores, Tinctura ſulph. Antimon. diaphor. Antihect. Poterii* mire conveniunt tam in *Phthiſi pulmonali* incipiente, quam in quacunque *Tabe* ex acrimonia ſanguinis enata; præſertim puris acrimoniam non tantum corrigunt, ſed & nimium ejus proventum coercent optime; Unde & *Balſamum ſulphuris* tam *terebinthinatum* quam *aniſatum* egregii ſunt in Phthiſi ex corruptione viſceris cujuſdam interni, aut exulceratione nata. Doſis guttæ x. ad xii. in liquore appropriato; *Decocto* nempe *vulner.*

rario vel *lignorum*, aut ex his miſto decocto pectorali propinantur. Valet præſertim Pulvis antiphthiſicus *D. Erbenii*

℞. *Viſci pyror. ſalviæ* ãã. ℥j. *pulmon. veron. flor. farfar.* ãã. ℥ß. *rad. Enul.* ʒij. *ſacch. c. albi* ℥ij. m. f. Pulvis, dozis ʒj. *Etmuller.*

46. *Compoſitum ex lactis ſulphuris*) Chymici medicamenta ex *ſulphure*, ut *flores*, *lac* & *balſamum* maxime laudant, Illorum uſus commodiſſimus talis eſſe poteſt 2°.

℞. *Flor. ſulphur.* & *eburis pulver.* ãã ℈j. *includantur pomo excavato, coqu. pomum & ſaccharo conſperſum edatur* mane per viii. aut x. dies. Vel

℞. *Conſerv. roſar. antiqu. diamarg. frig. diapenid.* ãã. ℥j. *flor. ſulph. pulver.* ʒiij. *cum melle deſpumato fiat Opiata*, dozis magnitudo avellanæ bis aut ter in die, Vel

℞. *Flor. ſulph.* ʒß. *magiſt. perlar.* & *corall.* ãã. ℈ß. *emulſ. ſemin. melon. cum aqua tuſſilag. vel veron. facta* ℥ij. *julep. roſac.* ʒvj. *aqu. cinnam.* & *manus Chr. perlatæ* ãã. ʒij. miſce capiat cochlear j. vel ij. ſingulis diebus mane. Vel

℞. *Flor. ſulphur.* ʒiij. *ſacch. in aqu. roſar. diſſol.* ℥iij. *fiant Tabellæ*, quas teneat in ore frequenter. *Riverius.*

46. *Ex Lactis ſulphuris*) Commendantur non tantum *ſulphuris flores*, atque *balſamus*, ſed & *Lac*, cujus tamen ego nullum unquam obſervavi effectum notabilem, quamvis ipſum ſæpius ægris exhibuerim, & ab aliis quoque exhibitum viderim. *Fr. Sylvius.* Solvitur ſulphur 1. per alkalia fixa. 2. per olea deſtillata. Ex ſolutione ſulphuris per alkalia prodit *Lac ſulphuris*. Sin per lixivium calcis vivæ, ſalis tartari per deliquium ſolvitur ſulphur, fit reſolutio ruffeſcens, quæ aceto præcipitatur, & fit inde liquor lacteus, qui aqua ablutus in pulverem colligitur; Uſus ejus decantatur in quamplurimis affectibus, cum tamen nihil valeat, Eſt enim magiſterium hoc nihil aliud quam calx inera; nam deſtructa ſulphuris natura per conjunctionem ſalium cum ſulphure, ipſoque ſulphure partim cum alkali partim cum acido unito, fit Ens novum fixum nullius fere pretii; Et plus operatur ʒj. flor. ſulphuris quam ℥j. lactis ſulphuris. *Etmuller.* Pyrotech. chim. p. 51.

47. *Balſamum ſulphuris*) Omnibus hactenus notis præfero *Sulphuris Balſamum* rite paratum, & inprimis cum *oleo aniſi*, quoniam parari quoque poteſt cum *oleo ſuccini*, cum *oleo juniperi*, cum *oleo Tereb. Ven. Nucum* aliiſque, Lente autem ſi paretur longe gratior fiet & convenientior, aliàs enim empyreuma redolet, & acrior exiſtit, uti contra blandior & minus acris, ideoque præſtantior ſi paulatim conficiatur. Nullum hactenus reperi medicamentum, quod vel externe vel interne uſurpatum citius tutiuſque non tantum *mundaverit*, ſed inſuper conſolidaverit recentia ulcera, atque *ſulphuris Balſamum*, dummodo eo uti potuerit & voluerit æger. *Fr. Sylvius.*

Quando ſolvitur ſulphur in oleoſis dicitur *Balſamus ſulphuris*, Ordinarie fit cum *oleo deſtillato aniſi* pro pectorali. Alii *compoſitos faciunt balſamos*, addendo ſulphuri *myrrham & benzoen*, atque cum oleis deſtillatis balſamum ſibi comparant egregium. Alias ſumunt quidam loco ſulphuris communis *ſulphur antimonii auratum*, quod maxime ab oleis ſolvitur, & majorem, quod credo, ſperant effectum: *Rulandus* cum *oleo lini* ſuum fecit Balſamum externum. Nonnulli his Balſamis addunt *camphoram*, & habent penetrantiorem, & in affectibus malignis appropriatum balſamum, &c. *Uſus Balſami ſulphuris* eſt ad ulcera & corruptiones viſcerum internorum, præcipue Pulmonum. Hoc in Phthiſi commode adhibetur, ſed cum cautione. Hæc cautela autem obſervatur hoc modo, 1. Non ſolo, aut crebro, utendum eſt hoc balſamo, ſed addito *Peruviano* & *ſaccharo Saturni*, ſic enim fieri poſſunt Rotulæ, quæ in Tuſſi aliiſque inveteratis affectibus proſunt: Si aliquoties *balſamum ſulphuris* cum dozi *laudani opiati* nocturno tempore adhibeatur, in Tuſſi inveterata & pertinaci, aliiſque catarrhalibus affectibus, laudandum dabit effectum. *Etmuller Pyrotechn. Ch. p. 51.*

47. *Balſamum ſulphuris Rulandi*) Ad uſus internos vix adhibetur, cujus ſuccedanea ſunt *Balſamum ſulph. aniſatum*, aut *terebinthinatum*. (Vide ſupra §. 46. *Per compoſitum ex lactis ſulphur.*) verû cum ignea vis ſit in hoc Balſamo, ob id in iis qui hectica manifeſtiori affliguntur, caute aut plane non uſurpetur, cum obſervatum fuerit quoſdam ex nimio *Balſami ſulph.* uſu hecticam lethalem contraxiſſe. Hunc in finem cum tali Balſamo optimo conſilio junguntur alia, in ſpecie *ſaccharum Saturni*, quod ſingularem vim attemperandi & refrigerandi obtinet: Unde *ſacchar. Saturni* cum *Balſamo ſulphuris* à quibuſdam bono cum conſilio uſurpantur, In ſpecie autem *ſpecies diaſaturni Mynſichti* conveniunt. *Etmuller.*

48. *Rulandi, qui paratur*) Hanc deſcriptionem affert *Schroderus in Pharmac. lib. 3. p. 308.*

℞. *Flor. ſulph. vel ſulph. puri* ℥j. *ol. rapar. expreſſi*, vel *nucum.* ℔ß. *vini generoſi* ℥ij. *Macerentur dies octo, Poſtea coquantur lente ad vini conſumptionem, Cola & ſerva uſui.*

Vires vide apud *Rulandum cent. 2. cur. 92.* Aliter deſcribit *Untzerus Tr. de Tartaro.* Vide & *Balſam. ſulphuris vitriolatum* apud *Salam. Tr. de vitriolo.* Præparationem *Balſami ſulph. Antimon.* vide ex *Marti* & *Margravio*, in *collectan. Chymicis Leydenſibus Chriſt. Love Morley.*

49. *Ex flor. ſulphuris*) *Flores ſulph. albi* in ulceribus Pulmonum egregium ſunt arcanum. *Agricola in Poppium.* Item *Oleum ſulph.* valde prodeſt. *Idem Extract. balſami ſulph.* valde bonum eſt. *Item Tinctura ſulph.* maxime valet. *Idem*, Præpar. vide *comm. in Poppium p. 583.*

Inter antiphthiſica *Gas ſulphur. Helmontii*, & *aquæ urticæ min.* exquiſitam obtinet efficaciam. *Chriſt. Langius Miſc. Cur. p. 20.*

℞. *Balſami ſulph. rubr. præc. cum oleo Tart. m. cum ligno, ſtet ad ignem* donec exſiccetur, tunc frange vitrum, & affunde ſpir. vini ad extrahendum rub. Doſis quotidie 8. vel 10. guttæ. Potentiſſimum arcanum eſt in Phthiſi & obſtructione pectoris. *Joh. Poppius Th. Med. p. 701.*

50. *Decoctum Chinæ*) *Rod. à Fonſeca Decoctum ſantal. citrini* commendat, tanquam præſtantiſſimum remedium ad fluxionem à pulmone inhibendam, ſic paratum.

℞. *Aqu. cichor. acetoſ.* ãã. ℔iv. *ſantal. citr. minutim conciſi* ℥iij. fiat infuſio per diem, poſt coctio in M. B. ferventi, obturato vaſe per tres horas. Doſis ℥iij. mane bibat in potu per xl. dies.

51. *Aliquid de China & Guaiaco*) *Aliis remediis* ſocientur ligna, in ſpecie *ſaſſafras* & *radix Chinæ*: Hinc *Guaiacum*, & ex his lignis parata decocta, quæ reſinoſam ſulphuream ſubſtantiam elicitam obtinent, unde temperant acre, reſolvunt hinc inde ſordes hærentes, & in progreſſu phthiſeos, ubi jam dyſcraſia ſanguinis proceſſerit longius, aut pulmones jam affecti ſunt, conferunt, quibus optime ſociantur *paſſulæ*. *Etmuller.*

Ad materiam Pulmonibus jam impactam digerendam, attenuandam, & per ſudores ſucceſſive evacuandam, nihil utilius facile excogitari poterit *Decocto ligni Guaiacini*,

Guaiacini, quo tanquam hujuſce affectus bezoartico aliqui inſignes Medici tam olim quam hodie, imo ipſe ego, ſingulari cum ſucceſſu uſi ſumus. *Lotichius obſ. p. 23.*

Admiratione dignum quod reſtantur *Arcaus. Ingraſſias, Fracaſtorius* & *Foreſtus*, ſe multos Phthiſicos curaſſe uſu, *Decocti ligni Sancti*, per longum tempus continuato, cum illud ratione cauſæ antecedentis, humoris ſcil. calidi & acris, maxime adverſum videatur. *Riverius.* Adde & ob nocturnos ſudores Phthiſicis importunos, quin & noxios, ſuccum alibilem exhauriendo, quos id decoctum promovere valet.

Adſcribenda hic formula decocti quo uſus *Balthazar Brunnerus*, quo ille tanquam raro bezoartico uſus eſt contra Catarrhos Defluxionéſque ad Pulmones & ventriculum.

℞. *Ligni Guaiaci el.* ℥viii. *cort. ejuſ.* ℥ij. *paſſular.* ℥j. *ligni aloes pulv.* ʒij. *infundantur in* ℔xv. *aquæ ferventiſſ. in olla vitreata, & ponantur intra cineres calidos per 24. horas. Poſtea bene clauſa coquantur*; Antequam vero ad medietatem coctio facta eſt, injiciantur *ligni Saſſafras* ℥ii. *ſem. aniſ.* ʒij. *cinnam. el.* ℈iv. *ſantal. citr.* ʒj. coquantur probe tecta ſine favillis & fumo, donec ad medietatem pervenerint, poſtea per ſe refrigerata colatura defundatur. Hujus exhibeantur. ℥vi.

Fecibus decocti affunde aqua comm. ℔xx. *coque ad tertias, ſub finem coctionis addendo cinnamomi* ʒij. Refrigerata per ſe colentur & fiat Potus communis.

Ad remedia *alterantia, craſin ſanguinis & lymphæ corrigentia*, in incipiente præſertim Phthiſi Pulmonali, pertinent *Decocta lignorum*, qualia alias in morbis chronicis, lymphæ vitio, & inde notis malis, ſeu affectibus catarrhalibus, in uſu ſunt; quibus eo magis felici ſucceſſu utimur, ſi *vulneraria*, fermentum ulcerationis, inchoatæ corruptivum corrigentia ſimul addantur; Nam ſemper quando Practici dicunt eſſe labem Pulmonalem à deſtillationibus capitis catarrhalibus, ſubintelligitur vitium Pulmonum, ex acrimonia lymphæ & ſanguinis primario dependens.

Modus adhibendi hujuſmodi lignorum decocta docet *Arcæus tr. de vuln. cap.* Unde etiam *Alphonſus Ferrerus l. 2. de Ligno S.* ejuſmodi phthiſicos tantum non deſperatos demto ſanitati fuiſſe reſtitutos refert. Sic *Eraſtus in conſ. Scholtzii c. 88.* dicit, *Curari phthiſicos nonnullos plane deſperatos & incipientes plurimos, Summa curationis hæc eſt.*

Exhibeo Decoctum ligni S. per duos vel tres menſes, prius corpore purgato, ſi æger cacochymicus eſt, In decocto aliquando macerari jubeo ſaniculam, pedem leonis, ſæpe pyrolam, quinquefol. & veronicam &c. quæ ſimul ſubinde uſurpantur, Expectorantia ſunt aut humida aut ſicca, ex ſpec. diatr. ſimpl. flor. ſulph. ſacch. &c.

Et his *Radix Chinæ & lignum ſaſſafras* præ cæteris conveniunt. Sed ſi rite ſibi conſulere volunt tales ægri phthiſici, alio potu non debent uti quam ejuſmodi decocto, Decoctum *ſaſſafras* elegans vide in *Poterio cent. 2. cur. 99.* Hiſce accenſentur etiam *ligna Santala* ſimili modo uſurpata, præſcribendi modus eſt ſequens

℞. *Rad. Chinæ in taleolas inciſæ* ℥ii. *flor. papav. rh. beton. ſcabioſ.* ää. m. ß. *paſſular. maj. enucleat. minor.* ää. ℥j. *cum ſ. q. aqua coqu. colatura adde ſyr. papav. rubr. parum.* Vel

℞. *Ligni ſaſſafras raſi* ℥ii. *flor papav. beton.* ää. p. ij. *macerentur per 2. horas in aqua fontis, hinc bulliant, colatura dulcoretur ſyr. papav. errat.*

Aliquando in Tuſſi pulmonali, phthiſin minitante, cum ſucceſſu dedi

℞. *Raſ. ligni ſaſſafr.* ℥j. *macera in aq. commun. menſ* y. *adde herb. hed. terr. ſcabioſ. pulmonar.* ää. m. ii. *ſemin. aniſ. fœn.* ää. ʒß. *rad. liquir.* ʒiii. *paſſul. min. conquaſſ.* ℥j. *coq. ad tertias &c.*

Item perfecto phthiſico

℞. *Ligni Guaiaci* ℥iii. *cort. ejuſdem* ℥i. *rad. Chinæ inciſ.* ℥j. *bardanæ, helenii* ää. ℥ii. *baccar. junip.* ℥iii. h. *veron.* m. ij. *heder. terr.* m. j. *inciſa macerentur in* ℔xii. *aqu. ſim. l. per horas 24. coque ad dimidias, addendo in fine coctionis ſem. aniſ. fœnic.* ää. ℥ß. *radic. liquir.* ℥j. *colatura detur.*

Capiebat omni mane bonum hauſtum in lecto, expectando aliqualem ſudorem: addendo gtt. xii. *balſ. ſulph. terebinth.* unicuique hauſtui, veſpertino vero tempore remedia cum Opio uſurpabantur, ſeu minus cum hectica æger affligebatur. *Etmuller.*

52. *Commodiſſime cum ſucceſſu adhibentur, tum ſuffumigia &c.*) In Suffituū & Halituum adminiſtratione has adhibe cautiones *Bennetus Th. Tab. p. 149.* Suffitus & Evaporationes magis familiares ſunt detergentes, qui vicibus intermediis in uſum ducendi; deinde nobiliores & ſicciores, tandem collectica ſenſim uſurpanda; poſtea mitioribus, vice communis aëris attractis res abſolvenda.

Evaporationes potiſſimum ſiccioris temperaturæ Pulmonaris accommodantur, & in ipſo ſuffuſionum diurnarum adventu maxime prodeſſe cognovimus. Cujuſcunque ſint generis ſuffumigationes & halitus, penitius vicéque ipſius aëris in partes ſpirabiles ſuſcipiantur, in conclavi clauſis feneſtris, ut arceatur omnis aëris frigidioris afflatus, ibique diu perduret æger, ſecus enim incaſſum exercentur.

Prima ſuffituum in pulmones ſuſceptio eſt laborioſiſſima, peracta verum tamen deterſione, quod cito fit, facilius peragitur.

Suffitus non ſtatim ab eroſo vaſculo, aut viſceris parenchymate ſubmoveantur, ſed poſt dies xiv. ad minimum à ſedata hæmoptyſi, nec ante ſuffuſionem periodicam qualemcumque, præſertim majoris circuitus, ſed elapſo ad minimum biduo à peracta fluxione.

Dum extraneis ſuccis perfunduntur & replentur pulmonum parenchymata Suffitus fortiores nunquam uſurpandi, leniorum vero uſus eo tempore non prætermittendus.

53. *Suffumigia*) Obſervatione dignum eſt, quam *fumus ceſpitis bituminoſi ſulphureus* phthiſi laborantibus plurimum conducit; Regiones igitur quibus frequenter comburitur à tabe pulmonari fere immunes eſſe obſervantur. Sed magis mirum eſt, at verum, quod *ſuffumigium ex auripigmento* rite præparato, pulmonum ulcere laborātibus, & pene deploratis ſæpe mira præſtat. Huic ſulphuri cujus copia in eo magis hoſpitatur, adſcribas, ſulphur enim vulgo, at non inepte, Balſamum Pulmonum dicitur. *Mundius in Brochrerbl. p. 64.*

53. *Suffumigia*) Simplicia fiunt ex thure, myrrha &c. quæ ſemper ſint in thalamo, ut ſiccus aër & odoratus attrahatur; Efficacius ſequens in robuſtioribus tantum conveniens

℞. *Gummi animæ vel guaiaci* ʒii. *tabaci Ind.* ℥ß. *fol. ſiccor. tuſſilag.* ℥j. *hyſſopi, marrub. albi, roriſmar. auripigm.* ää. ʒiii. *f. omn. Pulvis*, cujus portiuncula indatur fiſtulæ qua fumus bis in die, longe à paſtu. & poſt dimidiam horam capiat doſin decocti ſequentis.

℞. *Rad. Chinæ & Salſapar.* ää. ℥ß. *fol. ſcabioſ. tuſſilag. heder. terr. ulmar. capill. ven & caryophyll. rotun* ää. m. j. *hordei mund.* p. j. *liquir. raſ. & uvar. corinth.* ää. ℥ii. *coqu. ad* ℔ij. *colat. adde ſacch. roſac.* ℥i ß. *capiat* ℔ß. bis in die. *Riverius.* Vide §. *Reſpicit t. Cauſam.*

54. *Vaporet ex decocto*) Pro delicatioribus *ſuffitus humidus* uſurpari poterit; ex decocto herbar. cōpoſitus qui proceſſus utiliſſimus eſt, ſic enim vires herbarum recta via ad Pulmonem feruntur: Omnes autem Pulmoni appropriatæ & ulceribus curandis idoneæ uſurpari poſſunt. E. g.

℞. *Tuſſilag. cor. man.* viii. *hyſſopi m.* ij. *incidantur*

in olla includantur cum tantillo aquæ, luteruꝛ operculum perforatum in ſummitate, ita tamen ut foramen ſit etiam lutatum. Immittatur olla in clibanum circa medium coctionis panis; qui cum extrahitur demitur olla, & aperto foramine imponatur infundibulum, trahaturque per os fumus in pulmones, per nares rejiciendus: Mirabiliter movet expuitionem. *Riverius.*

[55] *Vapores ex decocto ex herbis traumaticis*) Decoctum ex herbis vulnerariis, pectoralibus, aliiſque pro medentis ſcopo parandum; cujus vaporem æger inſpirans cum aëre continuo recipiat; hic enim vapor integris viribus brevi via ad pulmonem delatus, morbis illorum medebitur. *Th. Bartholinus cent. 4. hiſt. 38.*

[56] *Crebro aëris furnarii &c.*) Aëris inſpirati conditionis, ſive temperiei, Phthiſicis tanta eſt influentia, ut morbi cauſa aëris, in quo degunt, incongruitati quandoque fere in totum adſcribatur, Et pro curatione ſoli aut cœli mutatio cæteris quibuſque remediis præferatur. Hinc noſtratium plures tuſſientes, aut tabidi, Auſtrales Galliæ regiones gregatim petunt; aliique interim quibus trans mare currere non libet, aut licet, è fumoſis urbibus ſtatim in rus, tanquam ad certiſſimum refugium feſtinant: propterea quidem villæ omnes prope Londinum, quæ aëre claro & perflato gaudent, Phthiſicorum quaſi totidem noſocomia habentur.

Verum tamen à tali locorum mutatione haud ex æquo omnes juvamen accipiunt; multi enim aut Galliam, aut villas ruſticas petentes, ibi ſepulchra potius quam ſanitatem inveniunt: Quinimo Londinum haud ſtatim à Phthiſicis omnibus relinquendum eſt, novi enim plures toſſi ac phthiſi obnoxios, multo melius in hoc aëre fumoſo quam ruri valuiſſe, Ita propter ejuſdē morbi ſanationem, dum alii hanc urbem quaſi barathrū vitant, alii huc tanquam ad aſylum ſe conferunt.

Horum rationes ex Reſpirationis doctrina eluceſcunt, nimirum oſtendimus ſanguinem pulmones pertranſeuntem, & quoad accenſionem ſeu validitatem & quoad motum ſuum ab aëre nitroſo inſpirato plurimum pendere, ut ſanguis intra præcordia modice accenſus, clare & vegete tum ſine fumo & fuligine, tum ſine flamma nimis intenſa efflagret, proindeque vaſa pneumonica ſatis libere abſque remora aut recrementorum depoſitione trajiciat.

Quamobrem aër humidus, paluſtris ac minime perflatus, cum nulli ſalubris, ita tuſſientibus plurimum infeſtus exiſtit; è contra aër ſerenus ac mitis, ſole ac vento modice ratis gaudens, uti cunctis ſalubris ita phthiſicis quibuſque amicus deprehenditur.

Quoad alias Aëris inſpirandi conditiones, nonnulli tuſſim evitant, aut amittunt, degendo in locis montanis ac apricis, ubi athmoſphæra impendens vaporum quorumcumque craſſiorum, fumoſorum & fæculentorum expers, particulis nitroſis abondat, nam quorum ſanguis craſſus & fæculentus ſulphure impuro ſcatet, ad hunc rite accendendum, & ad fæculentias accenſione abſumendas, aëre pertenui & maxime nitroſo opus eſt: ſi modo Pulmones haud nimis teneri ſint, ſed firmi ſatis & robuſti, aſpeniores ejuſmodi particularum appulſus ferunt, E contra qui ſanguinem tenuem & ſtabilem, facile diſſolubilem, ac ſulphure puriore, ſed perexiguo prædium, ſimulque pulmones teneros, molles, & texturæ rarioris valde ſenſiles obtinent, aëris nitroſi & aſperioris impatientes, craſſo ac imprimis ſulphureo maxime gaudent: quare his utile eſt urbis fumoſæ auram pinguem & hebetiorem haurire, quæ nimirum ſanguini jejuno & tenuiori ſulphur (quod aliquatenus deficit) æque ac nitrum præbeat, ejuſque conſiſtentiam ſubtilem ac nimis diſſilabilem nonnihil inſpiſſet ac figat; inſuper & pulmonis ſubſtantiam, ſive texturam nimis ſenſilem & rariorem hebetet, & contra aëris acrioris & improportionati occurſus muniat. Profecto crebra experientia ſatis liquet, aërem craſſiorem, modo etiam ſulphureus fuerit, Phthiſicis quibuſdam (ne dicam omnibus) valde benignum exiſtere.

Communis obſervatio eſt regiones iſtas, ſive in Anglia, ſive in Belgia, ubi ceſpite ignes nutriuntur, & odorem valde ſulphureum ſpirant, Tabem rarius infeſtare; quinimo loca iſta Phthiſi obnoxiis, aut ea laborantibus, maxime ſalubria, & non raro ſanativa exiſtere; Cui accedit quod Suffumigium ex ſulphure & arſenico (quod ſulphure copioſo refertum eſt) pro curandis pulmonum ulceribus pene deploratis remedium, licet ultimum, efficaciſſimum tamen habetur.

Porro huc refer, quod medicamenta pectoralia, ex ſulphure parata, quibuſvis aliis longe anteponuntur, hinc ut ſulphur à Chymicis optimo jure Pulmonum Balſamus dicatur. Quo ritu hæc pharmaca operantur, inque morbis thoracicis adeo inſigniter juvant, inferius diſquiretur.

Interim quod aër ſulphureus Phthiſicis quibuſdam ita benignus reperiatur, ratio, ni fallor, in his duobus conſiſtit, viz. imprimis quod, uti modo innuimus, à tali aura inſpirata, & ſanguini jejuno ac inopi, & pulmoni tenero ac facile obnoxio occurratur una & parcatur, Dein 2. quod particulæ ſulphureæ, una cum nitroſis inſpiratæ, humorum quorumcumque aciditates (à quibus iſtorum in pulmones fluxiones & extravaſationes potiſſimum oriuntur) maxime præcavent aut tollunt.

Et quidem ob hanc rationem eſt quod pharmaca ſulphurea, etiam intus ſumpta, tuſſientibus aut phthiſicis juvamen adeo inſigne conferant, atque ideirco ſulphur, ut modo dictum, Pulmonis balſamum audit. Nam ſicut balſamica ulceri aut vulneri impoſita, ichoris ibidem exudantis, atque fibras corrumpentis, aut graviter irritantis aciditatem tollunt, cito dolorem leniunt, & poſtea ſolutionem continui ſanant. Sic etiam particulæ ſulphureæ, aut cum aëre, aut cum ſanguine in pulmones traductæ, quatenus humorum omnium, ſcil. cruoris, ſeri, lymphæ, ſucci nervei ac nutritii aciditates præcavent aut delent, ad Phthiſeos prophylaxin aut therapeiam plurimum conducunt. *Willis.*

III. [57] *Symptomata, Febrem hecticam*, de qua ſuo loco, & [58] *corporis extenuationem*, [59] cui inſerviunt [60] *pultes* [61] ex *lacte, vitellis ovorum, butyro inſulſo, ſaccharo, farina hordei & oryzæ.* [62] Balneum lactis tepidi, quod pullus aſſus lacte ſaginatus excipere debet. Limacum ſtillatitius liquor. [63] *Lac* inprimis, quod [64] ſi *ſubſtantiam* conſideres, debet eſſe vel [65] caprinum, vel [66] aſininum, vel [67] muliebre; poteſtque [68] animal herbis convenientibus interim paſci: abſtergit ulcus ſeroſitate ſua, caſeoſitate conſolidat, & tabi, dum corpus aërea butyroſaque pinguedine humectat.

Si [69] *modum adhibendi*, [70] debet ſumi ab [71] ubere calidum, primò quantitate unciar. iij. vel plurium, ſenſim quantitatem ad unc. x. augendo; debet ſumi [72] cum ſaccharo roſaceo, ne vel aceſcat vel coaguletur; debet ſumi ſi nec febris magna adeſt, nec dolor capitis, nec hypochondriorum tumor, nec bilioſus alvi fluxus, hauſtum excipere debet deambulatio

lenta

lenta per cubiculum, & lacte concocto cibus. [75]. Sunt qui lac caprillum in prandio præſcribunt, in cœna, Emulſionem ex *ſemin. papaveris albi frigid. majorib. ana dr. j. lactis amygdal. dul.* lb. . item, *lac* cum *Oryza* coctum: quod ſi lac non convenit, *hordeum decorticatum* cum juſculo galli in cremorem redactum, Deſtillata non ita probantur, quia vis nutritiva alembicum non tranſcendit. Sed & *brodium Chinæ paſſulatum ex radic. Chinæ* in taleol. diſſect. unc. ij. in aquæ lib. vii. horis 24. infuſis cum *pullo gallinaceo*, cruſta *panis ſimilag. inter.* [76]. *paſſul. Corinth.* cochl. ſ. *liquirit.* dr. j. *Capillor. vener.* m. j. coctis, paratum, pullus decoctus tunditur, decocto coato aſſunditur, per manicam exigitur; & unc. ij ſacchari dulcoratur.

[77]. *Nocturnas per ſudores liquidationes.* [78]. Et *tum* exhibenda veſperi [79]. *conſerva roſar. rubrarum*, cum [80]. ſyrupo papaver. jujubino, [81]. diacodio. [82]. pectus & ſpina inungenda linimento reſumptivo cum oleo roſarum, violarum &c.

[57]. *Symptomata*) Quæ ſcilicet in extrema ac deſperata accidunt, cui Palliatio debetur, cum ea plerumque inveterata obſervetur incurabilis: Symptomata ergo in Phthiſi maxime moleſta ſunt. 1. *Reſpiratio difficilis*, 2. *Tuſſis*, pro humoris excernendi varietate multifarie gravis. 3. *Appetitus* ſæpe *proſtratus*. 4. *Gravitas* poſt aſſumpta alimenta.

Reſpirationem facilitant ea omnia quę ipſius impedimenta minuunt: Impediunt Phthiſicorum reſpirationem, tum ipſum pus in Pulmonum ulcere genitum, tum aliunde eo delatum, Tum humores cæteri viſcidi vel acres ad Pulmones delabentes. Pus utrumque difficiliorem præſtat reſpirationem, quoties *viſcidum ac tenax* adhæret firmiter Pulmoni, nec niſi labore longo ac magno expelli poteſt.

Viſciditas autem illa ut ſolvatur, & facilius pus excernatur, præſtabunt medicamenta incidentia, ex *hyſſopo capillis ven. tuſſilag. enula campana, iridis rad. & ſimil.* parata, Decocta Pectoralia, ſyrupi, Trochiſci, In hunc finem commendo itidem *Balſamum ſulphuris aniſatum*, utpote qui non tantum ulceri mundando & conſolidando ſervit, verum inſuper pus ipſum tenuius fluidiúſque reddit, adeoque ipſius excretionem promovet & facilitat.

Catarrhis craſſis & viſcoſis perſeverantibus conducunt ſimilia medicamenta incidentia, & memoratis addi poſſunt *Hydromel aut oxymel ſimplex vel ſcyllit.* utpote in ſolvendo phlegmate viſcido præſtantiſſimum. Quinimo uſurpari poſſunt in hoc caſu Decocta ex radicibus & Lignis, *China*, *Saſſafras* &c. cum *paſſulis majoribus* parata, tum alterantia duntaxat, tum & aliquando blande ſimul craſſos expurgantia.

Catarrhis autem *acribus & ſalſis*, vel ſubacidis, conveniunt *Pilulæ de cynogloſſa & ſtyrace*, ut & Tabellæ ex ſimilibus paratæ, cum non omnibus ægris arrideant pilulæ, Hiſce autem Pilulis ad grana iij. vel iv. ſubinde ac pro re nata & urgente neceſſitate aſſumptis, non tantum temperabitur dictorum humorum acrimonia, quin incraſſabuntur iidem, ſpumæ duntaxat forma ut plurimum prodeuntes, atque in ſui expulſione diu & multum ægros fruſtraneo labore fatigantes; Hiſce autem Pilulis, aut ex ipſarum materia paratis Tabellis, incraſſati humores longè facilius & felicius prodeunt, ſicque non parum levantur ægri.

Cum autem aliquando accidat ut eundem ægrum infeſtent & viſcidi & tenues ſalſique, quin & Acidi humores, (etſi rarius eodem tempore) obſervandum diligenter pro quovis diverſi humoris tempore urgentis diverſitate diverſa eſſe adhibenda remedia, nunc hæc, nunc illa, Quinimo ſi forte accidat, ut ſimul ac eodem tempore infeſtent diverſi humores, tunc aut utroque modo mixto utendum, aut illo prius quod urgentiori ſymptomati occurrit, ac paulo poſt illo quod alteri minus urgenti conducit. Magis autem urgere puto humorem acrem quam acidum, niſi ab hoc periculum ſuffocationis immineat, tunc namque ad hunc humorem recurrendum.

Iiſdem Catarrhis acribus, tum ſalſis tum acidiuſculis, magna copia abondantibus, debetur ſubinde poſt præmiſſam contemperationem atque inſpiſſationem Purgatio, & imprimis per radicem *Gialapæ*, ejuſve *Reſinam* in Pilulas commodius redigendam; Pulvis enim radicis omnibus modis exhiberi poteſt, Pulveris, Electuar. Decocti &c. (*etſi Purgatio, præſertim per Gialapam. ſat vehemens medicamentum, aut per ejus Reſinam, adhuc vehementius, minus convenire videatur in palliativa cura. affectuque deplorato, cui plerumque finem imponit Alvi fluxus*) Hiſce ergo, aut ſimilibus medicamentis facilitabitur Reſpiratio Phthiſicorum difficilis, atque malum ipſorum reddetur levius.

Quinimo iiſdem fere medicamentis *Tuſſis* moleſtiæ multum levantur, cum ab iiſdem cauſis illæ pendeant; Id unum monebimus attendendum eſſe accurate ad ſingulorum medicamentorum uſurpatorum operationes, quo in iis potiſſimum perſeveret Medicus quæ ægro comperiet plurimum auxilii afferre & levaminis.

Ad *Appetitum* ſæpenumero proſtratum quodammodo ſaltem excitandum, non puto convenientius remedium hactenus innotuiſſe quam *Elixir proprietas*, ad guttas v. vel vi. ante aſſumendum alimentum, dimidia circiter hora ex vino vel alio liquore convenienti uſurpatum.

Cum enim conſtet hoc Elixir *myrrha*, *croco* & *Aloe*, cum *ſulphuris oleo* per campanam parato, & ſpiritu vini ſimul digeſtis, *myrrhæ* nomine, ut & *Croci*, conducit Phthiſi & Tuſſi, *Aloe* autem humorem pituitoſum viſcidum incidit, ac blande & lente educit, quin ipſum pus attenuat; ſed & hæc omnia ulceri mundando conveniunt, adeo ut Phthiſi remedium ſit convenientiſſimum, cujus Acidum temperari poteſt mixtura dulciore cum qua aſſumatur.

Sed illud idem medicamentum promovebit *Alimentorum* in ventriculo fermentationem, à Puris omnibus corporis humoribus immiſti viſciditate impeditam, & ſic quoque *Gravitatem* poſt ipſorum aſſumptionem ægris moleſtam levabit. Adeo ut his paucis prudenter uſurpatis levari poſſint Phthiſici, etiam nunc ubi perfectæ curationis ſpes nulla ſupereſt. *Fr. Sylvius.*

[57]. *Symptomata*) Inter quæ maxime funeſtum, dolor & phlogoſis in gutture, cujus leniendi gratia.

℞. *Conſerv. flor. malv. ſylv. vel hort.* ℥iii. *lohock de pin.* ℥ij. *ſyr. jujub.* ℥ii. f. *Eclegma*, *de quo ſæpe ſumat ad* ʒiß. *vel* ʒij. Willis.

58. *Corporis extenuationem, cui inſerviunt*) Vires Phthiſicorum proſtratæ tum *cibis copioſi nutrimenti*, facilisque fermentationis, tum imprimis Potu generoſo & ſpiritu blando abundante, ut & quibuſdam Aromaticis, *Ambra griſ. conf. Alkermes* ac *Hyacinthor.* & ſimilibus recreari ſolent & ſuſtentari. *Cibis* inquam, copioſi nutrimenti & facilis fermentationis, quoniam enim non tantum Appetitus ſolet ſimul proſterni, ſed inſuper ab aſſumptis cibis gravari eorum Ventriculus, dum interim ſenſim conſumitur & petit ipſorum caro æque ac pinguedo, idcirco requiruntur alimenta quæ minore quantitate aſſumpta plurimum nutriant & reficiant corpus contabeſcens, quæ facile fermentabilia minorem moram nectant in ventriculo, quæ eadem de cauſa minore pondere gravent eundem, ſed ob facilem ſuam fermentationem leviora apparent. Talia ſunt *Panis triticeus*, rite fermentatus, *Carnium* juſcula, moderato quidem at ſimul longiore calore extracta, & ad Gelatinæ conſiſtentiam deducta. In his namque Juſculis craſſioribus & Gelatinis continetur primaria vis carnium, novæ carni generandæ aptiſſima.

Huc ſpectat omne *Lac dulce*, Humanum, *Aſininum*, cæteris Brutorum hactenus prælatum, hinc *Caprinum*, mox *Ovillum & Bubulum*. Laudantur *Ovorum vitelli*, quamvis non pauci occurrant qui ipſos ferre nequeunt. Inter Alimenta quodammodo medicamentoſa laudantur *Amygdalæ*, *Piſtacia*, & ex ipſis paratæ Placentæ, etiam ſaccharatæ & aniſatæ, quin modis multis aromaticæ: *Panis* quoque *biſcoctus* utilis obſervatur Phthiſicis, quoniam ſuperflua humiditate aquea per iteratam coctionem magis privatus, imbibit abundantius humores pituitoſos ſemper, fere citius aut ſerius abundantes & reſtagnantes in ipſis.

Quoad *Potum*, laudatur *vinum* generoſum, ac ſimul dulce, quale eſt malvaticum, quodque minus auſterum, rubellum tamen producitur in regionibus calidioribus. Album enim ſæpenumero acrius deprehenditur, quamvis enim vinum illud potentius nunquam ſit plene fermentatum, non idcirco nocentius quin utilius exiſtit; qua enim parte ſufficienter eſt fermentatum, ea ſpiritus animales ſimul deperditos, aut minus ex alimentis eductos reparat; qua vero minus eſt fermentatum, ſanguinem laudabilem generat, & futuro ſpiritui animali materiam copioſam, utilemque ſuppeditat: Sumendum interim quantitate parva, & commode cum pane biſcocto, tum ſimplici, tum ſaccharato, cujus ſcil. ope diutius ſiſtitur in ventriculo, minus afficit cerebrum, viréſque omnes magis reficit, uti hoc conſtat per experientiam. *Fr. Sylvius.*

59. *Corporis extenuationem cui inſerviunt*) Quæ nutrimenta tantum ſunt ad refectionem corporis abſumpti, illud alendo conducunt, & cum rorido ſucco, dum corporis ſubſtantiæ apponuntur illud humectant, ſiccitatem à febre hectica illi inductam ſimul corrigunt; quod ut facilius præſtent, tala quæ facile concoquantur, bonumque ſuccum gignant, citòque digerantur corporique apponantur eſſe debent. *Platerus.*

60. *Cui inſerviunt pultes*) Circa uſum incraſſantium obſervandum eſt generale aſſertum, omni materiæ conveniens, inter indicans & indicatum perpetuam eſſe relationem; Hinc Incraſſantia minus conveniunt ſi ſerum vel deficiat in corpore, vel in coagulum & ... vergat. Illius exemplum præbet phthiſis hectica. Omnino verum eſt craſſa & viſcida obtundere acrimoniam, ut ſpicula ſalina vim ſuam his oppoſitis amittant; Sed ſi ſerum ſanguini fuerit incoctum nimis (æqualiter hoc caſu ſecundum quid) inde motus imminuetur magis. Ergo proficuus uſus in his morbis intelligendus ſaltem eſt in principio magis, vel ubi ſerum non ita abſumptum eſt ut exſudare & difflari eſſet, corporique hinc nutrimentum debitum fœneret. *Wedelius Am. m. m. p. 79.*

61. *Pultes ex lacte &c.*) D. *Phil. Jac. Schenfelder* pro Phthiſicis ſequentem formulam celebrem eſſe ſcribit, *Li. cur. & hiſt.*

℞. *Far. hordeac.* ℥xv. *ſacch. fini* ℥v. *lactis capr. q. ſ. cum modico fermento fiat panis coctus, Scindatur in taleolas, & rurſus ad formam biſcocti coquatur & pulveriſetur.*

℞. *Cancr. fluv. bene mundat. nº. 17. exſiccentur in furno, ut in pulverem redigi poſſint.*

℞. *Pulv. panis* ℥vij. *cancror. exſiccat.* ℥iij.

62. *Balneum lactis*) Vel aquæ tepidæ, vel ex decocto *hordei mund. & amygd. contuſar.* Quod tamen præſente catarrho non convenit, aut quamdiu febris putredinis particeps eſſe judicatur, aut quando pulmo multis ſcatet excrementis. *Riverius.*

63. *Lac imprimis*) E re eſt ſi loco lactis aſinini, hyeme præſertim, quo tempore butyroſum lac non ſuppetit ob herbarum penuriam, aut negligentiam eorum qui non ad auxilium, ſed ad quæſtum aſinas alunt, præſcribatur juſculum conſumptum ferè è pullo & carne vitulina, cum paſſulis, hordeo integro, cichoreo, lactuca, ſeride, acetoſa, & pugillus hyſſopi ſub finem in eo jure madeſcat, nil aliud in jentaculo dabitur: Quod ſi magno uſu ejuſmodi juſculorum fibræ alvi laxentur, aut albicans dejectio appareat, temperandum erit; firmata deinde alvo redeundum. *Ballonius.*

63. *Lac imprimis*) Inter ea quæ facile concoquuntur, bonumque ſuccum gignunt, citoque digeruntur ac corpori apponuntur, *Lac* primas tenet, cum tota ſua ſubſtantia corpus admodum alat, ſed & ſimul temperie ſua & humiditate, puris humorumque in pulmonibus coacervatorum, vel humorum defluentium, ſi hi inſuper accedant, acrimoniam & ſalſedinem contemperet; atque ulceri pulmonum ſimul ſeroſitate ſua abſtergendo, & caſeoſitate glutinando proſit, pinguedineque illi inſita leniendo tuſſim ſedet, *Platerus.*

64. *Quod ſi ſubſtantiam conſideres*) Sumitur in hanc rem *Lac*, tum quod uſitatum eſt, in cibis *Vaccinum*, *Caprinum*, *Ovinum*: Vel etiam (quod non amplius conſuetum eſt alias aſſumi, ut poſt inſaniam) *muliebre* & *aſininum*: In quibus omnibus etſi vires ejuſmodi nutriendi, leniendi, detergendi & glutinandi ob quadruplicem, ex qua quodlibet Lac componitur ſubſtantiam, inſint, tamen cum Unum lac in uno aut altero homine potentius agat, nos prout operationem illius requirimus, hoc illudve, quod id quod cupimus potentius præſtare poteſt eligimus. *Platerus.*

65. *Vel Caprinum*) Ex uſitatis lactis generibus, quibus frequentius cum ægris grata nec faſtidioſa ſint utimur, præſertim *Lac caprinum*, cum magis ſeroſum, & proin vi majori abſtergente præditum ſit, quam in purulentis hiſce Phthiſicorum pulmonibus maxime requirimus: Non adeo huic abſimile *Vaccinum* exiſtit, quo & in illius penuria, vel in illis qui eo conſueverunt uti poſſumus, cum & vim detergendi, licet non adeo validam ut putant, poſſideat, quam tamen additione ſacchari augere poſſumus; Et cum viciſſim *Vaccinum* plus lacte caprino exulceratos pulmones glutinare craſſiore ſua parte videatur, non incommode eo poſtquam aliquamdiu caprinum,

vel

… detergens biberint, ulcuſque repurgatum fuerit utemur, & quod reliquum ſupererit, ad uſum lactis temporis, vaccini lactis exhibitione, eadem menſura & ordine, ut caprini, complebimur. Uti & lac *Ovinum* circa finem aliquamdiu bibitum, glutinando ſimiliter juvabit. *Platerus.*

65. *Caprinum)* Lac caprinum præſtat in Phthiſi.

℞. *Lactis capr.* ℔iv. *limac. recent. ſale & aqua optime purgat. & parum ſaltem conquaſſat.* ut lac penetrare illos valeat, *veriſmar. tuſſilag. ruta murar. rec.* ā ā. *m.* j. coquantur leniter ad caſum ℔j. Cola & ſerva, Bibat de hoc ſingulis matutinis & veſpertinis ℥iv. vel v. ad vj. calide *una cum conſerv. roſ.* ℥j. vel *ſacch. cand. albi* ʒx. *Zvelſerus in Ph. Reg. p. 240.*

66. *Vel aſininum)* Ex non conſuetis aliis lactis generibus, & proin ægris minus gratis, & nauſeam quandam parientibus præcipue extollitur *Lac aſininum*, cum ob ſeroſitatem admodum abſtergat; quod maxime in cura ulcerum Pulmonum neceſſarium eſt: Et prout illud, cum haberi poteſt, atque ægri non reſpuunt, loco lactis caprini, quod & viribus hiſce hoc ſuperat, eodem modo & menſura propinari, & tamdiu continuari debet. *Platerus.*

66. *Vel aſininum)* Quia multi à muliebri abhorrent, uſitatius eſt aſininum, quod quia valde ſeroſum eſt, facile venas penetrat, & ulcus optime detergit: Huic ſuccedit Caprillum. *Reverius.*

67. *Vel muliebre)* Quod omnibus præferendum, utpote naturæ noſtræ magis familiare; utilius ſi ex ipſo ubere ſugatur: Hujus uſo ſe aliquot reſtitutos vidiſſe teſtatur *Platerus*, ex iiſque unum non ſolum convaluiſſe, ſed etiam tantas vires recepiſſe, ut ne lac ipſum in poſterum deficeret, nutricem de novo impraegnarit. Id à muliere ſana exſugi debet, bis terve in die bona menſura.

De *Lactis muliebris* uſu præter *Foreſtum* in obſ. Vide *Reverium* in obſ. communicatis: De præſtantia *Butyri è lacte muliebri*, vide *Borellum cent 3. obſ. 82.*

68. *Poteſtque animal)* Vires detergendi aliquo modo etiam intenduntur, & Pulmonibus magis appropriatur, ſi capra herbis qualitatem ejuſmodi & proprietatem habentibus paſcatur, ut folus *rubi, ſaniculæ, pulmonar. tuſſilagine*, item *hordeo, fabis, lentibus*, contuſis; addito *ſem. fœniculi* & *ſalis* modico, aliiſve ſimilibus. *Platerus.*

69. *Si modum adhibendi)* Vulgo ſumitur *Lac* ſemel tantum in die, ſed melius eſt bis ſumere, Et adhuc melius ſi æger ſolo lacte veſcatur: Nam præterquam quod in majori copia ſumptum majores exerit effectus, magnum vitatur incommodum quod ex juſculis & carnibus cum lacte permixtis exoritur, facile enim putreſcunt: Si ergo in morbo deſperato curatio tentanda ſit, exhibeatur Lac præmiſſa purgatione, ſexta quaque hora, addita *manu Chriſti perlata & corallata*: Et ne vires deficiant, per intervalla, potionibus lactis intermedia, capiat deſtillatum reſtaurans, & continuetur hæc methodus donec vires refici videantur. *Riverius.*

Propinatur jejunis mane; interdum & ſub veſperam, tempore ſomni repetendo, illiuſque uſum ſic ad menſis ſpatium uſque vel ulterius continuando: Sunt qui *ſilices* vel *ferrum*, aut *chalybem* ignita, in lacte prius extinguunt, ut ſic abſumpta ſeroſitate illius craſſius redditum magis glutinet; vel illud cum aqua pluviali, *roſis* additis, prius decoquunt: Quod rectius ſi *radices conſolida* in eo ebulliant, efficiet; Quæ tamen circa finem uſus lactis aliquoties ſic uſurpata magis conveniunt quam ſi toto tempore eo modo uſurparentur: Sed & tunc *Lac Ovinum* proderit. *Reverius.*

Qui *Lacte* rite volunt uti, debent ter in die ſumere, & vix alium cibum guſtare, ſaltem paſſulas quaſdam ſumere, idque per aliquot ſeptimanas, donec denuo corpus iterum proficiat: Sumpto lacte moderato exercitio corpus movendum eſt, ut facilius idem diſtribuatur. *Etmuller.*

70. *Debet ſumi)* Præ cæteris *Lac*, & quælibet *lacticinia*, ubi cætera rite præmiſſa fuerint, & dyſcraſia contentorum maximam partem correcta, convenientiſſima ſunt; Alias vix aut parum proderunt, quoties atrophia à colluvie cujuſdam viſceris aut vitio ſtomachi enata fuerit, niſi hæc impedimenta prius removeantur; quia alias vix fieri poterit quin lac in ventriculo etiam corrumpatur: Convenit igitur inprimis in Atrophia quæ eſt à nimia acrimonia humorum cum eorum caliditate, ubi opus & humectatione & attemperatione. *Etmuller.*

71. *Ab ubere calidum)* Idcirco adducta prope cubiculum aſina, capra, vel in vas calefactum mulgeatur.

72. *Cum ſaccharo)* Lacti, ut magis abſtergat, *ſaccharum*, vel in ſenioribus, *mellis* tantillum miſceri poterit, quæ & lac à corruptione præſervant. *Platerus.*

73. *Sunt qui Lac)* Sunt qui Lactis ejuſmodi genera, in cibis conſueta, nullo obſervato ordine, Potus ordinarii, vel aquæ, vel vini, vel alterius Potionis loco ebibere jubent. *Platerus.*

74. *In cœna Emulſionem &c.)* Conducunt ſequentia

℞. *Hordei* ℥ß. *rad. eryngii condit.* ʒ j. *cortic. pomor. m.* j *paſſul. exacinat* ℥ij. *liquir.* ʒ iij *coqu. in aq. font.* ℔iij. *ad* ij *f. Ptiſana ad ſitim reſtinguendam, quæ ſumatur ter vel quater in die, Item uſurpetur loco Potus ordinarii, ſi congruat*

℞. *Caudas xx. gammar. rad. eryng. cond.* ℥j. *cruſtam panis albi, paſſul. exacinat* ℥ij. *liquir.* ʒiij. *coqu. in aq. font.* ℔iv. *ad* ij. *f. colatura; Sumatur ad* ℥iij. *aut* ℥iv. *ter in die: Eodem modo paretur Decoctum Limacum.*

℞. *Limacum ſemicoct. inciſer* ℔iv. *fol. hederæ terr. m* vj. *nuc. moſch. inciſas n.* vj. *mica panis albi* ℔ij. *Lactis rec.* ℔viij. *deſtillentur organis communibus: Eodem modo deſtilletur Aqua è caudis gammarorum: Doſis* ℥iij. *vel* iv. *ter in die edulcorando cum ſacch. perlato.*

℞. *Ariſtar. tritici virentis q. ſ. deſtilla in organis roſaceis. Propinetur ad* ℥iij. *vel* iv. *hora ſomni, noctibus ſingulis vel alternis.* Willis.

75. *Hordeum deglumatum cum juſculo &c.)* *Cardanus* ſe multos phthiſicos, etiam deſperatos, reſtituiſſe teſtatur ſequenti regimine, ut ſcil. non utatur æger alio alimento quam hordeato, ſine juſculo carnium confecto: Potus ſit aqua ſaccharata, Et ſingulis diebus mane capiat ℥iv. decocti caudarum & brachiorum cancrorum fluviatilium, facti in aqua hordei cum ſacchari ʒij. Refert *Avenzoar* ab avo ſuo quendam Phthiſicum perfecte curatum fuiſſe cibando cum pane bene fermentato cum oleo olivarum: Tum etiam ſe ipſum alium ægrum eodem morbo, eadem ratione liberaſſe.

76. *Paſſularum Corinth.)* Paſſolæ imprimis laudabiles, quæ omnium optime temperant quamvis humorum acrimoniam, & bene nutriunt, unde *Decoctum hordei cum paſſulis*, Item *Decoctum paſſular.* cum *rad. helenii aut cichor.* conveniunt: *Franc. Joel.* in Praxi dicit quod Paſſulæ pinguefaciunt, & *Reverius cent. 4.* exempla habet pinguefactorum per uſum paſſularum. *Etmuller.*

77. *Nocturnas per ſudores eliquationes, Et tunc exhibenda)* Viro perfecte Phthiſico pro tuſſi nocturna, aliiſque ſymptomatis nonnihil coercendis, præſcriptæ Pilulæ ex *antihectici Poterii* ℈j. *ſacch. Saturni* ℈ß *extr. croci gr.* vij. *laudani op. gr.* iij. *cum ſ. q. balſami Peruviani*, pro 2. doſibus veſpertinis, ante cœnam aſſumendæ, præter alios uſus & *copioſos ſudores* noctu promanantes compeſcuerunt, Adheo ut talibus in caſibus repeti-

mat ſudores *Opium* nimios, quos deficientes promovere optime ſolet.

Pro hoc phænomeno, ſane difficili, dilucidando, duo præſupponenda veniunt, 1. Quod Phthiſici omnium optime Opiatorum, etiam continuatorum uſum ferre poſſint. Et cum eadem alias aliqualem languorem, & notabilem corporis laſſitudinem poſt ſe relinquant utplurimum, in Phthiſicis contrarium accidat, qui vegetiores exinde, &, ut ipſis ſaltem videtur, robuſtiores potius redduntur: Quo ipſo tamen non illos intelligo, qui jam ad extremum Tabis gradum perducti, ſuprema ſpiritus difficultate laborant, & ſubinde ſuffocandi videntur; Talibus enim Narcotica omnino futura eſſent necrotica, ſed qui in medio adhuc ſunt gradu; ſcil. in præfatis Phthiſicis ſubtilis admodum ac rara deprehenditur ſpirituum animalium textura, unde & facile diſſipabiles exiſtunt iidem (indeque minimis motibus defatigantur tales ægri) & ſub ſomni præſertim quiete contractiores magis illorum radii minus extremas partes animant; Mutat autem eoſdem *Opium*, dum condenſando quaſi, aut figendo nonnihil, raram eorum texturam alterat, & facilem diſſipabilitatem coërcet, ut vegetiores hinc reddantur Phthiſici.

Quod in genere, ad fluidorum corporis noſtri debitam in partes ſolidas receptionem, per eaſdem tranſmiſſionem, uti & ex iiſdem excretionem requiratur omnino certus fibrarum nervearum, ceu ſtaminum fundamentalium, Tonus, ultra materialis texturæ rationem, à ſpiritibus influis inprimis dependens, qui ſcil. nec ſtrictus ſit nimis, nec anguſtatis aut occluſis plus minus poris intermediis, aut coarctatis præter modum vaſculis, tam trajectoriis quam excretoriis, impediatur debitus contentorum tranſitus, nec laxus nimis idem eſſe debet, ne flaccidioribus redditis partibus, aut pori meatuſque earum ita permeabiles fiant, ut non tam tranſmitti fluida, quam motu ſpontaneo permeare eos undique, & ubique ceu per ſpongias penetrare videantur, aut orificiola vaſculorum receptoriorum, ex tono illo flaccidiore collabantur atque ita tranſmiſſorum fluidorum trajectionem ſiſtant.

Quibus præmiſſis, & ab omnibus facile concedendis, ſuſpicor in *Phthiſicis* tam copioſos effluere ſudores nocturnos, quatenus ſub ſomni quiete, ſpiritus animales, rarioris, uti dictum, texturæ, minus irradient partes extimas, adeo ut debito fibrarum Tono conſervando minus ſufficiant, unde per patentiores undique meatus, & poros partium intercutanearum, & ſpeciatim glandularum, nutritius ſuccus interdum ex alimentis congeſtus, ſed ob ſanguinis dyſcraſiam non aſſimilatus, ſponte ſua ſub ſanguinis circulo penetrets & ita nec cum ſanguine unitus, nec in meatibus partium ſolidarum debite coërcitus promtiſſime, qua data porta ruat, & ſub ſudoris facie diffluat: compeſcit vero hunc Opium in Phthiſicis, corrigendo iſtam ſpirituum texturam, ut Tono fibrarum conſervando melius ſufficiant, quo partim tranſmitti naturaliter queat nutritius ſuccus cum ſanguine per vaſcula intercutanea & meatus, ne proprio impetu elabatur; partim retineri diutius intra poruloſ partium nutriendarum is ipſe, eoſdem irrorare, & nutritioni deficienti aliquantiſper ſic ſaltem ſuccurrere. *Etmuller Diſſert. de uſ. opi diaph. p. 81.*

78. *Et tum exhibenda)* Suſpecta ſunt in hoc caſu præſcripta *ſyr. papav.* & diacodion: Opiata enim omnia hidrotica eſſe conſtat.

79. *Conſerva roſarum rubr.)* Saccharum roſat. tum etiam *Conſerva Roſarum*, Phthiſicis utiliſſima ſunt; cujus uſu refert *Avicenna* mulierem phthiſicam & deſperatam ita curatam fuiſſe, ut non ſolum ſana, ſed etiam pinguis redderetur: Teſtatur etiam *Meſuens* multos fuiſſe reſtitutos, Præcipitque ut conſerva roſarum recens ſit, non excedens unum annum, magna quantitate & frequenter aſſumatur, cum medicamentis, cibis & potibus, tum etiam per ſe omni hora: Prius tamen mundificantia uſurpentur, quia materiam purulentam & excrementitiam in pulmone retinet: Quoties vero contingit reſtringi anhelitum, aut ſputum ſupprimi, expectorantia, ut ſyr. de *hyſſopo*, de *tuſſilagine* &c. uſurpentur: Si denique contingat calefactio propter deſiccationem, detur *ſyrup. violac. jujubinus, mucilago ſem. pſylli, cydonior.* &c. *Saccharo roſaceo* quoſdam vidiſſe curatos teſtantur *Montanus, Valleriola, & Foreſtus*, quo ægri in magna quantitate utebantur. Pharmacopœus Phthiſicus nobis notus, ingentem ſacch. roſacc. quantitatem ſibi ipſi præparabat, idque perpetuo comedebat, & hoc ſolo remedio ſanatus eſt. *Riverius.*

Saccharum, ſeu *conſerva Roſarum* à plurimis decantatur, Ac ſane alkali nonnihil ſtypticum in *flor. roſar. rub.* egregium eſt, pluribus ſcopis, ad acrimoniam præſertim ſuccorum corrigendam, & viſcerum tonum conſervandum inſerviens: Sed ſaccharum junctum non æque omnibus proficuum, & hujus ratione nociva quibuſdam obſervata fuit conſerva; Alias à pluribus expertum eſt remedium: Uſus eſt ut vel crebrius pro lubitu uſurpetur, vel veſpertino præſertim tempore crebrius ſumatur: Ex eo cum *flor. ſulph. terra ſigill. antimon. diaphor. rad. ireos Flor.* &c. Electuaria fieri poſſunt. In ſpecie *pulvis fungor. ſalicis* in plenilunio menſis Maii collect. ℥ß. cum hac conſerva crebrius uſurpatus quibuſdam ſingulariter laudatur, Nempe *ſpongiæ* iſtæ viridiuſculæ in ſalice ſuperius adnaſcentes exſiccantur in Sole, pulveriſantur, & ita cum aliis uſurpantur. *Etmuller.*

80. *Cum ſyr. papaver. diacodio)* Somni conciliandi gratia.

℞. *Syr. de meconio* ℥iij. *aq. tritici virentis* ℥vj. *miſce. Propinetur ad cochlearia duo vel* iij. *hora ſomni* Willis.

80. *Diacodio)* Phthiſici ex pulmone ſenſile beneficium ab Opiatis recipiunt, rite adminiſtratis, nam & ſordium copia exinde minuitur, non ſupprimendo eaſdem, ſed continuam regenerationem promovendo, & eædem meliorem conſiſtentiam nactæ faciliori cum conatu expectorantur: Haud ſemel miratus ſum Phthiſicos, etiam diutius continuum Opii uſum citra ullam ſenſilem noxam ferre potuiſſe. *Etmuller* l. c. Vide ſupra §. *Nocturnas per ſudores)*

81. *Pectus & ſpina inungenda)* Linimento refrigerante & leniente, mane & ſero E. g.

℞. *Gumm. tragac. & arab. ãã.* ʒj. *infundantur in aq. roſac. per diem & noctem, adde ol. violac.* ℥iß. *butyri rec.* ℥ß *ſal. prun.* ʒij. *camph.* ℈j. *lactis mul. q. ſ. miſce.* Riverius.

Dividitur Phthiſicis quoad *Cauſam* & *Durationem*.

I. [82.] *Cauſam* ſi ſpectes

I. Alia eſt [83.] *à ſanguine*, [84. 85.] qui in pulmones per anaſtomoſin vel [86.] rupturam effuſus, grumeſcit, putreſcit, & acrimoniâ ſingulari contractâ eundem erodit, hinc [87.] ad *ſanguinis ſputum puris ſputum Aphor. VII.* 15. obnoxii hîc juvenes ob ſanguinis copiam, caliditatem & acrimoniam, vaſorum laxitatem, motus violentiores & diætæ neglectum. Dum ſanguis exſpuitur, [88.] agi poteſt, cæteris paribus, venæſectione. [89.] Obſervatum abſceſſum bronchia quandoque ita comprimere, ut ægri nonniſi cum ſibilo vocem edant, qui aliquando ſponte rumpitur.

II. Alia

II. Alia [90] *ab humore acri* [91] ſive is ſeroſus, ſive bilioſus, & tranſmittitur

1. [92] *Vel à capite*, [93] nec ejicitur per tuſſim, quæ phthiſis ſeniores & carnoſo habitu prædicos invadere ſolet : & [94] fortè, aut cauterio inter dorſi primam & ſecundam vertebram inuſto, [95] vel ſetaceo cervici admoto præcaveri poteſt. [96] In recente ſuadent quidam vomitum.

2. *Vel* [97] *à menſtruis ſuppreſſis*, in qua revellendum &c.

3. *Vel ab hæmorrhoidibus interceptis*, quarum etiam in curatione ratio habenda eſt.

4. *Vel à renibus & ureteribus*, à quibus eam Meyſſonerius deducit, & ſolis diureticis in ſeipſo curavit.

III. Alia *à pituita dulci* [98] ad pulmones majore copià confluente, [99] quæ pulmones obſtruit, ſubſtantiam humidiorem reddit, & ob diutinam ibidem moram & ventilationis carentiam putreſcit. Rara hæc.

IV. Alia [100] *à pure*, [101] ex rupto [102] anginæ, pleuritidis, uvulæ, vel [103] empyematis &c. abſceſſu. Hinc Hippocrates, [104] *qui ex pleuritide empyi fiunt, ſi in XL. diebus non liberantur, phthiſici fiunt*, Obſervata à pleuritide in quodam cum ſputo purulento & fœtidiſſimo, non tantum abſque extenuatione corporis, ſed & cum augmento carnoſi habitus, tum quòd viſcera benè conſtituta copioſum corpori nutrimentum ſubminiſtrarent; tum quòd firmior conſtitutio tam citò diſſolvi non potuerit.

Eſt & [105] quædam *à contagio* ex phthiſicorum anhelitu : quo lepus marinus ſpecificâ venenoſitate pulmones erodens, & fellum ac canum, in ſecundo inprimis, anhelitus pertinet.

Eſt & [106] *Hæreditaria* [107] propter impreſſas altius radices incurabilis. [108] Laudatur *radix verbaſci virginis*, ſeu quæ per eam æſtatem non floruit, die Veneris ante exortum Solis à xv. Auguſti ad viii. Septembris lunâ decreſcente collecta, in loco umbroſo exſiccata & de collo ſuſpenſa.

[82] *Cauſam ſi ſpectes)* Veteres *Hippocr.* ſequuti fere tantum duas hujus morbi cauſas aſſignarunt, ſc. *Catarrhum* & venæ ruptionem, quibus nonnulli ſatis recte *Empyema* addunt ; aliique interim ab hoc cenſu catarrhum excludunt ; Nam quod vulgo aſſeritur pituitam à capite in pulmooes deciduam ſæpiſſime Phthiſeos cauſam exiſtere, nec non ab illa, ſi quando intra pulmones diutius commorata putreſcit, crebro inferri protſus erroneum eſſe oſtendetur

Interim ut conſtet quæ ſit materies Phthiſin generans, quoties ea ſine Empyemate aut Hæmoptoe prævius oritur, conſiderare oportet quot modis, & quibus viis aliquid incongruum aut heterogeneum Pulmones ſubeat, qua indagine facta facile apparebit quodvis Pulmoni inimicum irrepere ac intus admitti præcipue aut per Tracheam, aut per Arterias Pneumonicas, etiam aliquatenus forſan per Nervos ; nihil autem per Venas aut Lymphæ ductus, quorum munus eſt ſanguinem vel lympham ſolummodo referre ſive exportare, atque nihil protſus ingerere.

Quoad *Tracheam*, ſatis conſtat eam in hunc finem conſtitui, ut per ductus ſive tubos ejus aër conſtante reciprocatione ingeri & mox regeri poſſit : Inſuper an quæpiam alia materies præcordiis infeſta aut tabifica per eandem viam admittatur, modo inquirendum eſt: Et quidem hoc aditu Pulmones ſæpe labem exitialem concipere inde liquet, quia regionum quarundam aër humidus, fumoſus, aut vaporibus malignis ſcatens, diatheſin phthiſicam ſæpenumero inducit : cujuſmodi tamen affectio per particulas tantum aëreas & minutas, ſive atomos (quibus nempe aut ſanguinis craſis, aut pulmonum conformatio, vel ſimul utraque læditur) communicari ſolet.

Verum an præterea materies ſeroſa, vel humor aliquis Pulmonum corruptivus per hunc commeatum eos ſubeat merito ambigitur ; etſi complures catarrhum, præcipuam Phthiſeos cauſſam ſtatuant.

At vero licet materies tuſſim excitans non à capite per tracheam in pulmones depluat, quandoque tamen ex tracheæ latebus in ipſorum cavitates decidens, affectum catarrhi nomine vulgo indigitatum producit, Enimvero Aſpera arteria, pariter ac arteriæ ſanguiferæ, uti tunicam nerveam & muſculoſam pro ſenſu & motu occaſionaliter habendis, ſic etiam vaſculoſam & glandulosam, pro calore vitali & nutricatu ſuſtinendis obtinent : Poſteriores hæ tunicæ interſtitia cartilaginea conſtituuor, quinimo ipſas cartilagines quodammodo obducunt ; Porro in tunicam glanduloſam ſeroſitates à ſanguine, totam tracheam irrigante, ſuperfluæ deponuntur, quæ ſtatim magna ex parte in tracheæ cavitates exudantes, ipſis lubricandis & humectandis præcipue inſerviunt ; ſi quando autem maſſa ſanguinea nimis funditur, ac in ſeroſitates præcipitatur (uti à frigore ſuſcepto, acidulis epotis, & ob multas alias occaſiones crebro aſſolet) propterea ſtatim materiæ aquoſæ ingens copia è tracheæ glandulis, & arteriarum oſculis in cavitates ejus exudat, quæ cito tuſſim valde moleſtam, & non raro ſputum multum (quod & poſtea fit tabificum) infert.

At vero hæc ſputa, & tuſſis quodammodo catarrhalis cauſa perraro ſolitaria exiſtit, quia dum ſanguis tracheam irrigans fluorem paſſus, ſeroſitates ſuas glandulis (unde mox in cavitates ejus exudent) ingerit, inſimul & reliqua maſſa ſanguinea pariter fuſa, ſerum intra arterias pulmonicas ſecretum, partim in ſinus tracheales, partimque in lymphæ ductus ſe inſinuat, cujus diluvio pulmones quaſi inundati, & valde irritati, in tuſſim & expuitionem fere cootinuam cientur.

Cujuſmodi tuſſis & exſpuitio dummodo moderate habent, & tantum ſanguinis ſeroſitates ſuperfluas excernunt, ſæpe in commodum potius quam nocumentum cedunt, quoniam maſſa ſanguinea ipſiſque pulmonibus hoc ritu expurgatis, ſymptomata iſta utplurimum ſponte ceſſant, & valetudo integrior exinde ſequitur.

Sin vero affectibus iſtis diu protractis, ſeroſus humor utrobique in ductus tracheales depoſitus, & in dies uberius aggeſtus tandem verſus putredinem alterari incipiet, propterea tum libera aëris reciprocatio præpeditur, tum ſanguinis & motus & craſis pervertuntur ; hinc tuſſis immanior, & reſpiratio difficilior, quinimo tota maſſa ſanguinea, quatenus à tabo (quod venæ à pulmonibus excipiunt) polluitur, ab indole ſua benigna paulatim deſciſcens & depravatus, non modo ſerum ſuperfluum, ſed & ſuccum nutritium (quem aſſimilare nequit) ex arteriis pneumonicis in ductus tracheales continue profundit, adeoque

materiæ tabificæ moles in dies augetur, donec pulmonibus magis uſque & magis oppletis & obſtructis, & ſanguine plus inquinato, & ad quæque munia ſua præſtanda inhabili facto, tuſſis & ſputum ingraveſcunt, & cito mali moris evadunt; inſuper reſpiratio impedita, totius corporis languor & emarceſcentia, functionum omnino debilitas, & demum febris hectica, & feſtina ad mortem declinatio ſuccedunt.

Quando tuſſi ac ſputo diu continuatis, & ſenſim auctis, humor copioſius è maſſa ſanguinea in pulmones deponitur, iſte imprimis veſiculas tracheales ſubit, ac tandem implet & nonnihil diſtendit, è quibus cum mane quolibet per expectorationem tunc uberius habitam fere totus ejicitur, exinde pro brevi tempore thorax gravamine immunis, & reſpiratio magis libera videtur, paulo tamen poſtea ſanguis ſero aut ſucco nutritio refarcitus, novam materiam pulmonibus ſuffundit, proindeque rurſus è cibo, aut ſomno, veſiculæ replentur, atque humores affluxu in dies adaucto magis diſtenduntur amplianturque, tandemque lateribus duarum forſan aut plurium diſruptis, multæ hic illic veſiculæ in unum quaſi lacum efformantur, intra quem materies tabifica copioſius aggeſta ibi (ſiquidem tota haud ejicitur) putreſcit, proindeque & pulmonis, cui inſidet, ſubſtantiam corrumpit, & ſanguini pertranſeunti inquinamentum putridum inſinuat.

Fovea ita in Pulmonibus facta in dies augetur, & ſæpenumero plures ſimul ac diverſis locis cuduntur, atque ob magnam humoris in iis aggeſti & putreſcentis copiam pectoris gravitas, velut onus ingens ſentitur, reſpiratio magis impeditur, inſuper à tubo uberius in maſſam ſanguineam ſuffuſo crebræ hujus effervefcentiæ, ſucci nutritii diſperditio, porro ſitis ac æſtus, inappetentia, ſudores nocturni, & totius corporis intabeſcentia oriuntur; Cæterum cruor à Pulmone inquinatus hunc affectione reciproca, viz. à proprio tabo magis plecti facit; quippe ſanguis venoſus unoquoque circuitu materiem iſtam purulentam excipiens, eam mox arterioſo tradit, unde cum neque per diaphoreſin, aut diæreſin ſatis amandari queat, randem per arterias pulmonicas ad pulmones refertur, ubi rurſus à ſanguine ſecreta, ubique in tracheæ tum veſiculas tum ductus minores inſinuatur, ita demum ut tota Pulmonum compage impleta, & foveæ ſive ulcera deinceps in pluribus locis efformentur, & ſinus reliqui omnes ichore ſpumoſo inferciantur.

At vero interdum accidit, cjuſmodi lacum, ſive foveam unicam, aut forſan binas, in pulmonibus efformari, eaſque circumcirca parietes calloſos obtinere, ita ut materies ibi collecta in maſſam ſanguineam minime transferatur, ſed quondie tota, copia licet ingenti expectoretur: Taliter affecti, quaſi tantummodo fontanellam in pectore haberent, ſputum etſi multum & craſſum, imo flavum, & quaſi purulentum omni mane, & aliquantulum in toto die rejiciunt, tamen alias ſani degunt, bene reſpirant, comedunt & dormiunt, *εὐσωμάτως*, aut ſaltem in modico corporis habitu perſtant, & non raro perſeneſcunt: hinc nonnulli dicuntur Phthiſi per 30 aut 40 annos laboraſſe, & morbum eum uſque ad vitæ terminum (haud proinde abbreviatum) protraxiſſe, atque interim alii cum minus tuſſiant aut exſpuant, intra paucos menſes in febrem hecticam incidant, ac brevi in ſepulchrum præcipitantur.

Hactenus de Phthiſeos cauſa *conjuncta*, quod ad cauſas *Procatarcticas & Evidentes* attinet, illæ ſunt propinquiores vel remotiores, intrinſecæ vel extrinſecæ, & denique connatæ vel adventitiæ, quoad horum omnium in Phthiſi producenda *ἐνέργειαι, συνεργοῦσι* & efficiendi modos, oſtendere oportet quot modis, & ob quas *αἰτίας* humor ſeroſus, ſive (ut vox populi ſonat) *catarrhalis*, è maſſa ſanguinea in pulmonum veſiculas, alioſque ductus tracheales deponi ſolet: Circa quam indaginem unicuique obvium eſt concipere cauſam morbificam è binis partibus conſiſtere, ſimulque in vitio eſſe, hinc *ſanguinis* materiem noxiam ad thoracem mittentis dyſcraſiam, ac inde *Pulmonis* eam ſuſcipientis imbecillitatem, ſive *ἀτονίαν*, *de quibus poſtea.* Willis.

81. *Cauſam ſi ſpectes*) Sequentes recenſet *Fr. Sylvius Tr. 4. App.*

Primo loco ponit *Peripneumoniam* in abſceſſum tranſeuntem, aut vomicam.

2. *Sanguinis ſputum* neglectum, nec in tempore curatum.

3. *Humorem acrem ac ſalſum*, ſive acidum, à capite per fauces in aſperam arteriam diſtillantem, & paulatim exedentem, atque exulcerantem tum dictam arteriam; tum ipſam Pulmonum ſubſtantiam.

4. *Humorem pituitoſum ac viſcidum*, itidem à capite vel faucibus in aſperam arteriam deſcendentem, ibidem adhærentem acrioremque mora factum, hinc ſimiliter, licet lentius, Pulmones exulcerantem.

5. Pus acre, ex latere, in Pleuritide, aut Thoracis cavitate, in Empyemate, in Pulmones admiſſum, & ibidem ulcus pariens. Ubi autem cauſæ prædictæ incidunt in Pulmonem ex naturali ſua conſtitutione vitioſum, & ad Phthiſin vergentem longe facilius citiuſque idem malum contingit. *Sylvius.*

Cauſis adjicere licebit variam cacochymiæ ſobolem *arenoſam*, idque genus alia, Quod ſi forſan hiſce licet præſentibus, æger tamen à Phthiſi manſerit immunis, tunc proculdubio materia iſta vel admodum ſubtilis, & quaſi farinacea exiſtit, vel in veſiculis Pulmonis impacta, abſque eroſionis *ἐνέργειαν* deliteſcere potuit; Quamvis autem hoc pacto *Tabem Pulmonalem* non induxerit, Aſthma tamen & longum & lethale infarctu ſuo procuraſſe teſtatur *Diemerbroeckius Anat. p. m. 510.*

Interim ſi materia talis in arenulas majores concreverit, vel lapillos, varias movet turbas &c. *Idem.*

82. *Cauſam ſi ſpectes*) *Paracelſus l. 5. Paragr. de Morbis ſiccis*, Phthiſeos (quam cum Aridura confundit) cauſam ex *elementi ignei ſiccitate* oriri aſſerit, *qua omnem humiditatem* partiumque nutrimentum (non aliter ac Sol in macrocoſmo humiditatem corporum ſolet) conſumat, Hinc etiam hunc affectum, quod ſit *conſumptio impreſſionis Solis in microcoſmo* definit; Et *lib. 3. Param. de morb. ex Tartaro*, *Oppilationem de tartaro* factam, adeoque per *tartarum* curandam eſſe ſcribit.

Singula hæc nequaquam adverſantur *Galenicis*, quippe qui ſicuti in Tabe nativum calorem vitaleſque ſpiritus abſumi ultro concedunt, ita quoque *Pulmonis oppilationem*, hujuſque cauſam adeo non ignorant, ut potius primi hanc fregiſſe glaciem dici queant.

Helmontius accuſat *cuſtodem Pulmonis & Capitis errantem*, hincque oriundam *Cruoris* Laticiſque alterationem, & *impeditam ultimi alimenti* in ſingulis membris Digeſtionem urget.

Verum hæc omnia, quoad rem, Scholis non plane ſunt ignota, etiamſi verbis diſcrepare invicem videantur; Id quod etiam varia Chymicorum explicandi ratione, qua horum alii, in *Gigantea Acidi & Alkali pugna* illam fundant; Alii in *Sale*, tum *copia* tum *qualitate*, à *Mercurio & ſulphure divortium faciente*, & molle pulmonum parenchyma exedente ponere malunt,

dicendum

dicendum eſſe judicamus, ita quoque litem hanc, cum pleriqoe viri erodendi ſuis exprimere terminis ſatagant, benigniori pariter ac dilucidiori interpretationi dirimendam relinquimus, *Strauſſius.*

Carteſiani ex *affluxu particularum acutarum*, ſive *acrium* pulmones exedentium Phthiſin oriri ſtatuunt, ſive hæ particulæ vitioſæ ex arteriis, vel vaſis lymphaticis, inſtar acris catarrhi; vel ex anginæ, pleuritidis apoſtemate aperto, effuſo nempe pure in cavitatem thoracis pulmonibus commiſcentur, Et id per hoc probant quod qui aquis fortioribus deſtillandis, aliiſque laboribus Chymicis nimis indulgent, Item qui calcem tractant, plerumque Phthiſici moriuntur; Particulæ enim tales acutæ volatiles non tantum ſanguinem volatiliſant, ſed & diſcindunt arteriolarum tunicas, hinc ſanguis effluit, quem ſequitur puris ſputum, hinc corporis marcor ab acrimonia puris, nam in pure ſemper multum ſalis latet. *Dolæus Encyclop. p. 296.*

81. *Cauſam ſi ſpectes*) Cauſæ remotæ ſunt variæ, Internæ vel Externæ, Inter *Externas* fortuita plura ulcerationem inducunt Pulmonum, v. g. *Vulnus penetrans thoracem*, hinc in ulcus degenerans, *Caſus ab alto*, indeque ſanguis in quodam thoracis loco grumoſus; *Sanguinis ſputum* utplurimum phthiſin pediſſequam habet: *Pleuritis & Peripneumonia* non rite judicatæ, *Variola* frequentes Phthiſeos authores, *Halitus acidi & corroſivi mineralium*, in iis qui v. g. operationibus Chymicis, vel metallis operam navant; Unde & *aquæ fortis odor* crebrius inſpiratu phthiſin inducere valet; *Gypſum & calcem præparantes* plerumque Phthiſi moriuntur, notante *Zacuto. Acidulæ*, & omnia *vitriolata* in iis qui debilioris ſunt Pulmonis, *Potus vini acidi* ad eam diſponit; hinc teſt: *Hoefero H. M. p. m. 112.* in Auſtria fere Phthiſis endemia: *Fumus Nicotianæ* copioſus hauſtus, *Potus frigidus* poſt incaleſcentiam corporis pariter eandem infert. Adde contagium & hæreditariam diſpoſitionem. *Etmuller.*

83. *Cauſam ſi ſpectes 1. alia eſt à ſanguine*) Cauſæ *mediatæ remotiores* in *maſſa ſanguinea*, tanquam ſolenni plethoræ & cacochymiæ fonte, plerumque ſcaturiunt, ſive jam materia peccans in ipſo Pulmonum viſcere, ob domeſticam culpam, ſit collecta, ſive aliarum vitio partium in eos demum adducta influxerit.

Sicut autem certum eſt jam *hepar*, jam *lienem*, jam renes &c. quoties in depurando ſanguine negligentius agunt, non raro Tabi ſymbolum conferre, ita quoque horum effectus dicam, an defectus, à vitioſa *Ventriculi* digeſtione ſæpe ſæpius primordia capiunt, & poſtmodum ſub vario peccantium humorum ſchemate in apricum prodire; ſuamque Pulmoni labem una affricare ſolent: Hinc Veteres dudum humores *bilioſos* & *pituitoſos* &c. non modo, verum etiam *mordaces, acres*, ſalſos, malignos; accuſarunt cum *Galeno l. 1. Epid. comm. 1. t. 28.* quos etiam Moderni in materia ſua *tabifica*, quam *ſanguinis & lympha* acrimonia perficit, agnoſcunt; videatur *Willis* &c. adeoque nunc à *toto*, nunc à *parte* quadam in Pulmones tranſmitti confitentur: Inprimis vero Acidum accuſat *Dolæus*, & *vim corrodendi*, atque exulcerandi habere variis experimentis confirmat. *Strauſſius.*

84. *Alia à ſanguine*) Obſervatione ſatis vulgari conſtat maſſam ſanguineam particulis incongruis, ſcil. vel propriis degeneribus, vel alienis illuc aliunde refertam, propter eas expurgandas effervescere; quodque ſecernendum eſt, cum per alias vias haud facile amandetur, in pulmones ſuffundere, uſque (ſi forſan conſtitutionis debilioris fuerint) penitus affigere.

Plures & diverſimodæ ſunt ſanguinis dyſcraſiæ & affectiones, quibus liquor ejus in compage ſolutus, & quaſi fuſus, ſerum & ſuccum nutritium non debite intra ſe continet, quin hos alioſque humores recrementitios à ſe perpetim amandans, uti interdum in alias partes, ita ſæpius in pulmones deponit.

1. Sanguis interdum inſtar lactis ſponte aceſcentis ſenſim depravatur, tandemque ab indole genuina verſus acetoſam deſciſcens, & in compage ſolutus, ſeroſitates ſuas (facile nimis abſcedere aptus) ex arteriis tum pneumonicis tum trachealibus in ductus tracheales ſuffundit: Ita quibuſdam ſolenne eſt ſemel, aut bis in anno, ſine ulla cauſa manifeſta tuſſi gravi ac moleſta cum ſputo copioſo affici, quæ tractu quodam temporis (poſtquam ſanguis fæculentiis & recrementis expurgatus craſin ſuam recuperat) ſponte ceſſant, & deinceps valetudo firmior & diuturna ſuccedit; Per hujuſmodi tuſſim ſanguinis [illegible] novi quoſpiam ſæpius in die, & præſertim omni mane, ſputum, inſtar atramenti nigricans, cum levi tracheæ nixu excernere ſolitos; quo affectu cum per plures menſes conſtanter laboraſſent, poſt tuſſim graviorem occaſionaliter contractam, cum ſputo multo ac flavo, deinceps priori iſto atrato prorſus immunes evaſere: Cujus ratio eſt, quod tuſſis immanior cum exputitione copioſa per aliquot dies perſiſtens, fæculentias iſtas atrabilarias è ſanguine prorſus expurgat, quinimo & ſanguinis temperiem immutat, ſeu potius dyſcraſiam tollit.

2. *Liquor Nerveus* non raro degener factus, & cum *lympha* copioſa è fibris & partibus nerveis in ſanguinem redundans, uti viſcerum & renum affectus periculoſos (quos alibi notavimus) ita quandoque tuſſim immanem & valde moleſtam infert: Hujuſmodi Tuſſis modo catarrhalis eſt, quatenus lympha iſta maſſam ſanguineam tranſgreſſa per arterias in pulmone deponitur, modo ſpaſmodica, quatenus nervi & fibræ ad pectus movendum deſtinati à latice iſto occupantur, inque motus convulſivos irritantur: ab utraque cauſa, aut conjunctim aut ſeparatim, evenit quod cerebri & nervoſi generis pathemata graviora tuſſim moleſtam frequenter accerſunt, vel in eam commutantur.

Præter Sanguinis & Liquoris nervei vitia, ſæpe tuſſim excitantia, probabile eſt hoc malum interdum exoriri propter *lymphæ ductus* qui ad pulmones ſpectant obſtructos: Cum enim hujuſmodi vaſa quamplurima per pulmones ubique diſſeminentur, quorum munus eſt quicquid lymphæ, per arterias ad præcordia advectæ, & per venas haud ſtatim reducibilis, ſuperfluum eſt, excipere, & ad ductus thoracici truncum convehere; ſi forſan accidet hos ductus à materia viſcoſa obturatos, vel compreſſos, aut à frigore conſtipatos officio ſuo minus defungi, neceſſe erit excrementa iſthæc aquoſa, ab emiſſariis ſolitis excluſa, aut in ſanguinem regurgitantia effervescentiam ejus ciere, aut in tracheæ ductus ſuffuſa tuſſim excitare.

4. Nec tantum humores prædicti, quatenus ſanguinis craſin aut motum pervertunt, vel impediunt, tuſſim (quæ ſæpenumero phthiſeos procemium eſt) inducunt, verum inſuper evacuationes quæque ſolitæ aut ſolennes ſuppreſſæ, aut præpeditæ, noxam pulmonibus frequenter imprimunt. *Willis.*

84. *Alia eſt à ſanguine &c*) Sive per ſolam Bronchialem arteriam à D. *Ruyſch.* detectam, ſive ſimul per pulmonalem arteriam nutritium ſanguinem accipiant Pulmones, quoties ob vitiatam in dextro cordis ventriculo ſanguinis aſcendentis deſcendentiſve effervescentiam vitioſus exiſtet ſanguis ex utroque exurgens, læderur Pulmonum nutritio, & quidem citius, facilius atque potentius quam ulla alia corporis pars, ſi ex parte ſaltem nutriantur ſanguine è dextro cordis ventriculo accedente, quippe qui minus temperatus eſt altero è ſiniſtro cordis thalamo effuſo, & ab inſpirato aëre plus minus in eiſdem temperato: Hinc depravatur illorum Nutritio cum

alterutrum, vel uterque vitioſus eſt, vitioſos ſaltem humores aduſtos habet, unde raro illi tantum, verum cæteræ quoque partes afficiuntur ac perperam nutriuntur. *Fr. Sylvius Prax. 1. c. 24.*

84. *Qui in Pulmonis) Primarius* Pulmonum (vide §. *Ex rupto Angina*) ad Phthiſin producendam requiſiti affectûs cauſæ variæ obſervari ſolent, Primaria quidem eſt multifaria vaſorum Apertio, ſive fiat illa *Vulnere*, pungendo, cædendo, ſive fiat *ruptura*, cadendo, vociferando, tuſſiendo, diſtendendo: ſive fiat *roſione*, ab humore acri, ſive fiat per diapedeſin, exudatione, ob vaſa diſtenta & laxata, ſive quocunque alio modo; Difficile enim eſt omnes cauſas, fortuitas præſertim, referre aut excogitare. Intereſt tamen ad curam rite inſtituendam, ut & ad præcavendam imminentem Phthiſin, cauſas omnes proximas & remotas perſpectas habere. *Fr. Sylvius.*

85. *A ſanguine qui in Pulmones)* Ab inflammatione Pulmonum, in Peripneumonia & Pleuritide, ſi non ſaltem ſanguis maturatione & coctione in pus, quod poſtea excreatur, uti plerumque fit, convertatur, ſed & pulmonum ſubſtantia inflammata alicubi ſimul ſuppuretur, exulceratio Pulmonum, quæ interdum ejuſmodi inflammationes ſequitur, gignitur, in qua pus, majori copia tunc genitum, tuſſi propulſum, faucibus, palato & ori adhæret, magnaque ſæpè quantitate ab initio, ſicuti crebro vidimus, expuitur; Quod pus, niſi mors præveniat, Pulmonum ſubſtantiam ulterius corrumpens, Phthiſin eam diuturnam, febre hectica cruciatam, cui, ſi vel in illius mox principio, vel poſtmodùm pus in pectoris cavum defluens illic coacervetur, Empyema inſuper accedit. *Platerus.*

86. *Vel rupturâ um effuſus)* A ruptura vaſorum Pulmonum, vel quæ ſubſtantiam ipſorum undique perrepant, ſanguineque repleta ſunt, frequentius hoc fit, tuncque ſanguis, è vaſis in aſperæ arteriæ ramos effuſo, ſanguinis excreatio per tuſſim primum ſe offert; quæ cum Phthiſin plerumque præcedere ſoleat, à diſrupta vena eam frequentius naſci demonſtrat. Idque hac ratione quod per diſruptam venam in Pulmonibus factum, ob continuam Pulmonum dilatationem & conſtrictionem, per quam illius labia indeſinenter diducuntur, coaleſcere & conſolidari nequeunt; ſed diuturnitate in ulcus ſordidum converſum, vicinam pulmonum ſubſtantiam putredine afficiens & corrumpens, febrem hecticam producendo tabi occaſionem hoc pacto præbent.

Cujus vaſorum rupturæ cauſa, nimia & vehemens Pulmonum dilatatio interdum exiſtit, in vociferatione, ſufflatione valida, vel conatu intenſo, in rebus geſtandis vel volvendis, aut excernendis excrementis, aut fœtu excludendo; Alias vero ruptura vaſorum ab alia vi externa prodit, ut ab ictu, caſu, ſi pectus euſque ut pulmones ſimul lædantur contundatur, ſicuti hæc in hæmoptoica paſſione explicantur.

A *vulnere* quoque Pulmonum, à cauſis externis producto, ob *contuſionem* pectoris jam dictam, non ſolum *vaſa diſrumpentem*, vulnuſque contuſum procreantem, vel vulnere *punctim* plerumque pectori inflicto, & ad pulmones uſque penetrante, cum vel hac vel illa ratione illatum vulnus ſordeſcit, ulcus in Pulmone quoque gigni poteſt. *Platerus.*

87. *Hinc ad ſanguinis ſputum)* Dicet aliquis, Quorſum ex ſanguinis ſputo quis metuat à Phthiſi, poſtquam ibi non ſtagnat, nec in partis, Pulmonis puta, ſubſtantiam effunditur, quin mox per aſperam arteriam excernitur è corpore ſanguis? Reſpondeo 1. non ſemper immediate conjungi aſperæ arteriæ vaſa Pulmonis ſanguinea, quin ſubinde aliquid ſubſtantiæ Pulmonis intercedere, in quam aliquid cruoris, & inprimis pars ejus ſeroſa & acrior ingredi queat, & ipſam ſenſim exulcerare: ij. Reſpondeo ipſum ſanguinem, lateribus vaſorum apertorum adhærentem, acrimoniam aliquam concipere quæ ulcus ſenſim pariat, & in ipſam Pulmonum ſubſtantiam & parenchyma ſerpat. *Fr. Sylvius.*

Ulcere autem in dies aucto, & ſordidiore facto, Phthiſis neceſſario conſequitur, dum puris aliqua pars ſanguini communicata eundem inficit, & tum ad partes omnes nutriendas, tum ad humores alios omnes producendos ineptum reddit. *Idem §. 61.*

88. *Agi poteſt &c. venæ ſectione)* Quoties vel plethora, vasa omnis replens, ſanguinis imminutionem, ſecta etiam, (in principio quidem morbi, & conſtantibus adhuc viribus) utrinſque manus vena, ad exemplum *Coi. 5. Epid. ſect. 2. t. 7.* vel ſuppreſſio hæmorrhoïdum hirudines, (*vide Rhodium cent. 2. obſ. 9.*) vel menſium ſuppreſſio inciſionem ſaphenæ requirent: His recte riteque obſervatis *Borello cent. p. 289.* ſanguinem nullo pacto Tabidis detrahendum eſſe monenti, facile reſpondebitur. *Strauſſius.*

Memini ante aliquot annos ſevere prohibitam fuiſſe Venæ ſectionem Mercatori cuidam Neocomenſi à Celeberrimo Medico, præſcriptam tamen à Clariſſimo D.D. *Johanne Boneto*, Facultatis Medicæ Genevenſis Decano meritiſſimo, feliciſſime ſucceſſiſſe, provectamque Tabem progreſſu prohibitam, quam induxerat hæmorrhoïdum ſuppreſſio.

89. *Obſervatum abſceſſum)* Phthiſis pulmonalis à Vomica pulmonum, cum qua ſæpius confunditur, in eo differt, quantum à ſe differunt *abſceſſus & ulcus ſordidum*: Nam in *abſceſſu pulmonum*, eſt pus purum, album, læve & æquale, quod ipſum interdum ſuis membranis incluſum citra excretionem, in Pulmonibus hæret; Verum ubi pus tale non expurgatur, degenerat varie à propria natura in varias ſordes ac ſanies, & tunc ſupervenit ſordidum ulcus, quod confirmatam dat Phthiſin *Etmuller.*

90. *Alia ab humore acri)* Cauſæ remotæ ſunt variæ, Internæ vel Externæ; *Internas* inter frequentiſſima eſt *nimia ſanguinis & lymphæ acrimonia & ſalſedo muriatica*; Nam omnis Phthiſis Pulmonalis, quæ à Catarrho vulgo oriri dicitur, ſeu defluxione ex capite, à nullo alio eſt, niſi à ſanguinis & lymphæ acrimonia varia, præſertim acido-ſalſa, cujus fundamentum ac origo prima in digeſtione ventriculi vitiata poſita eſt, *Etmuller.*

91. *Sive ſeroſus, & tranſmittitur vel à capite)* A lympha è glandulis conglobatis circa choroidem plexum, in cerebri ventriculis lateralibus & alibi obſervabilibus, Gravedinem parere ſolita, vitiata & acriore, in aſperam Pulmonum arteriam per fauces delabente, atque poſt excoriationem paulatim ulcus pariente, ortum habet ut plurimum Phthiſis pleriſque exitialis, utpote in ſuo exortu, quando facile curatur, fere ab omnibus neglecta. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 49. §. 40.* Ulcus Pulmonum aliquando habet ortum à *catarrhis ſalſis* vel *acidis*, à capite in aſperam arteriam delabentibus, à quibus corroditur alias quidem citius, alias vero ſerius ejus membrana interior, mox & ejus ſubſtantia, donec ſenſim pertingat in ipſum Pulmonum parenchyma, & ibidem ulcus pariat, eo magis noxium & periculoſum quo acrior exiſtit eo diſtillans humor. Sed aliquando à *catarrhis* viſcidis & pituitoſis producitur, quatenus iidem in Trachea hærentes ſenſim acrimoniam indem naniſcuntur, atque tunc demum ulcus excitant; Sed non raro concurrunt geminæ iſtæ catarrhorum ſpecies, redduntque malum curatu tanto difficilius, quod non pauca alterutri convenientia remedia noxia ſint alteri. *Idem Tract. 4. Append. §. 62.*

92. *Vel à capite)* Ab *humore ſalſo*, vel alioquin acri à

cerebro

[illegible] defluente , Pulmoneſque erodente vel excedente exulcerari , eamque potiſſimam Phthiſis cauſam eſſe plerique cenſent , Quod tam facile vix fieri poſſe hoc comprobare videtur , quod innumeri quibus ejuſmodi defluxiones multis temporibus ſunt moleſtæ, tuſſimque concitant, tamen minime fiant Phthiſici , juveneſque frequentius quam ſenes , quibus defluxiones magis conſuetæ ſunt , in hoc malum incurrant ; A Defluxionibus tamen , tum quia tuſſim promovent , hæc aliquando venæ rupturam ; tum quia multoties Pulmonum interiora irritando , eos ſucceſſu temporis lædere poteſt , Phthiſin interdum ſuborti poſſe concedimus, defluxioneſque phthiſicis facile ſuboriri , à quibus etſi læſio Pulmonum non primum genita ſit , tamen ea ob tuſſim quam de novo huic , quæ ab ulcere alioquin jam prius progreſſa fuit , copulat , plurimum ſic augeri poteſt : Frequentius tamen ſi ab humore Pulmones ulcerante Phthiſis fit hoc , eo in Pulmonum ſubſtantia congeſto , retento , corruptoque , nec per tuſſim rejecto , vel ſæpius ſe iterum congerente , procedere potius exiſtimamus ; cum in ſubſtantia Pulmonum genitus, necdum in aſperæ arteriæ ramos ſe ingerens , tuſſim minus quam ſi à capite deflueret , in aſperam arteriam movendo, diutius ſubſiſtere, ſicque magis lædere poſſit. *Platerus.*

91. *Vel à capite, nec ejiciatur per Tuſſim*) Si Phthiſis eſt affectus primarius, tunc iſta eſt Phthiſis Pulmonalis, quæ ab ulceratione ejus ex *defluxu catarrhali*, ut vocant, oritur : Hujus male ſic dictæ Phthiſeos Catarrhalis radix, ſeu ortus, eſt in ventriculo male digerente ; progreſſus in ſanguine, aut lympha, exinde acido ſalſis factis in pulmonibus , uno alterove ejus lobo, ejuſque veſiculis & cellulis plus minus eroſis , unde in loco eroſo ulcus ſupervenit ſive ſuboritur, cujus fermentum, nutrimenti proximi corruptivum exiſtit, unde ſordium, ſaniei, & puris generatio, ac mediante tuſſi ſucceſſiva excretio, donec vel ab iſtis ſordibus ſuffocentur ægri, vel eroſis & abſumptis maximam partem pulmonibus, ſanguis debita in craſi deficiens, nunc mediante diarrhœa colliquativa , nunc mediantibus tumoribus pedum œdemaroſis , mortem inferat. *Etmuller.*

92. *Et forte aut cauterio*) Aliquibus habetur pro ſecreto totam ſpinam inungere, juncturas & arterias in pedibus & carpis, ſola *pinguedine viperæ*, aut *oleo viperino* , Nam ad tres dies fluxiones capitis à pulmonibus divertit , & ad cutem convertit. C. *Caldera de Heredia Illuſtr. p. 284.*

93. *Aut Cauterio*) Vulgo ſolent inurere *fonticulos* Phthiſicis, ſeducti à catarrho , quem ex capite in aſperam arteriam depluere exiſtimant, ſed nil proſunt, modo ne noceant. *Etmuller.*

94. *Aut Cauterio inter &c.*) Cauterio actuali ſuturæ coronali applicato multos actu phthiſicos reſtitui , in catarrho ſalſo delabente ad pulmones. *Crato conſ. 80.*

95. *Vel ſetaceo cervici*) Quo *Fabritius Hildanus* nonnullos Phthiſicos ſe præcipue curaſſe teſtatur.

96. *In recente ſuadent quidam vomitum*) Obſervandum quod *Vomitoria* in Phthiſi incipiente ſint optima, ubi ſcil. malum eſt ex vitio ſtomachi , & acrimonia maſſæ ſanguineæ : Quin & in Ulcere Pulmonum confirmato ; ubi urget difficilis reſpiratio , aut eſt difficilis materiæ excretio , ſi vires adhuc conſtent , Vomitorium ſimiliter tunc optime convenit , hac obſervata cautela ne metus adſit ſputi ſanguinis , nam potenter & copioſe ſanioſos ex pulmonibus evacuat Vomitus, *Etmuller.*

Tabe incipiente, ſiquidem à diſtillationibus acribus eſt, vix dici poteſt quantum vomitiones proſint, præſertim ab *aqua bened. Hartmannus Pr. ch. c. 99.*

97. *Vel à menſtruis ſuppreſſis &c.*) Evacuationes ſolitæ aut ſolennes ſuppreſſæ , aut præpeditæ , noxam pulmonibus frequenter imprimunt : Fluxus menſtruus, aut hæmorrhoidalis obſtructus ; hæmorrhagia narium aſſueta, ſi forte ceſſat ; fontanellæ occluſæ , puſtulæ, ſcabies & exanthemata repercuſſa , Thoraci labem non raro affigunt : Si quando ſputatio copioſa è glandulis oris ſponte deſiſtat, vel medicina curatur , poſtea nonnunquam tuſſis tabifica ſuccedit ; Quare vulgo dicitur idem Rheuma, quod modo ex capite in fauces & guttur deciderat , poſtea exinde altius in Pulmones deſcendere , cum revera nihil aliud hoc fuerit quam quod ſanguinis ſeroſitas quædam ſuperflua , per arterias cephalicas in glandulis oris deponi ſolita , poſtquam illuc excluderetur , per arterias pneumonicas in pulmones irrueret. Præter has evacuationes privatas & periodicas , vel extraordinarias , quarum ſuppreſſiones ad tuſſim & phthiſin inclinant , occurrit altera generalis & conſtans, videlicet Tranſpiratio inſenſibilis, quæ inhibita vel ſuppreſſa, plus ac ſæpius quam cæteræ omnes iſtius mali occaſio aut parens eſſe ſolet. *Willis.*

97. *Vel à menſtruis ſuppreſſis*) Obſervatum eſt totò die ſuppreſſione menſium laborantes corripi & mori hinc Phthiſi , etiam alias non adeo macras, vel ad phthiſin diſpoſitas, quatenus ſalia peregrina , tartarea, ſylveſtria , ad cor tanquam fontem delata , inde ad pulmones regurgitant magis, ibique teneras veſiculas erodunt , unde & reſpiratio difficilis ordinarie ipſas fatigat ; tum ob ſanguinis ſtagnationem , tum ejuſdem lentorem & torporem : Ea propter *Martialia* conducunt, quod ejuſmodi ſalia ſimul corrigant , & reſpiciant amurcam venarum , ſic *Helmontius vocat. Wedelius Am. m. m. p. 396.*

98. *Alia à pituita dulci*) Non ſemper pituita putreſcens in Pulmone illam exulcerat , ſiquidem videmus ſæpe in catarrho pituitam putridam excerni , cum tamen pulmo nullam læſionem conceperit ; Sed ad ulcerationem efficiendam duæ requiruntur conditiones, *una ex parte materia fluxa* , quæ talem debet habere diſpoſitionem , ac temperiem , ut per putredinem acquirat inſignem acrimoniam quæ exulcerationem efficere valeat : altera ex *parte Pulmonis* , concurrere ſolet mollis præter modum , tenella , ac corruptioni parata illius ſubſtantia , quæ uno verbo *vitioſa Pulmonum conſtitutio* vocatur , ab ortu &, ſemine parentum ut plurimum contracta. *Riverius.*

99. *Quæ Pulmones obſtruit &c.*) Notandum, quod in praxi magni eſt momenti , catarrhum contumacem in pulmones defluentem ſæpe veram Phthiſin ementiri ; ſiquidem pituita putridæ , puris æmula , per tuſſim excernitur , hinc ex putredine fiunt febres ac corporis emaciatio conſequitur ; attamen ita affecti diligenti curatione adhibita facile liberantur : Ideo attente diſtinguendus eſt hic affectus à vera phthiſi , quod fit præcipue diſtinctione pituitæ putridæ à vero pure , quæ præſertim his ſignis perficitur , quod ſcil. Pus cinericii eſt coloris & minus album quam pituita , & interdum varii coloris , & in aquam tepidam projectum fundum petit , in eaque diſſolvitur ; Pituita vero aquæ innatat, & ob viſciditatem cohæret minimeque diſſolvitur : Si vero ſputi portio diſſolvatur, alia non, utriuſque adeſt miſtio. *Idem.*

100. *Alia à pure*) Ex ulcere pedis ſanato Phthiſin lethalem obſervat *Thiermayer* , Nempe à fermento ulceris , una cum ſanie acri , per iſtud evacuari ſolita , retentis , cum ſanguine hinc inde circumraptis , & in Pulmonem depoſitis, malum ortum traxit. *Etmuller.*

101. *Alia à pure*) Si quis praxim medicam conſulat , & ea quæ quotidie ægris accidunt , comperiet non raro aliunde quam à Pulmone maximam Puris per pulmones excreti partem accedere , ac imprimis poſt Pleu-

ritidem in abſceſſum mutatum, vel hanc Anginamve, aut ſecundum *Hippocratem*, (prout ipſum, aliqui ſaltem) ad literam interpretantur authores recentiores) Lethargum quoque conſequens Empyema. *Fr. Sylvius.*

Pus autem aliunde Pulmoni communicatum, & ulcus non tantum producens, at ſimul fovens, non deſinet eo vergere niſi per aliam viam evacuetur, aut ejus generatio nova, curato ſcil. ulcere impediatur: Alia via evacuabitur collectum in pectoris cavitate pus, per foramen in eo factum, per quod etiam Injectionibus ulceri mundando & conſolidando convenientibus infundendis via aperitur. *Idem.*

Ut & à diſrupto in Pulmone Tuberculo, ſeu Vomica, quod ad Phthiſin etiam deducit: Vide Caput iij. *De Pulmonis anguſtia.*

101. *Ex rupto Angina &c.*) Phthiſis, ſive ulcus Pulmonum, nunc erit, *Primarius ipſorum affectus*, quando in Pulmone ipſo læſo generatur Pus, Nunc *ſecundarius* tantum, quando aliunde ad Pulmones traducitur pus, à quo ipſi inquinantur, inficiuntur, corrumpuntur, ſicque in ulcus abeunt, atque itidem pus producunt; Neque enim prius quis laborare dicitur Phthiſi quam ipſe Pulmo in ipſo afficiatur, ulcere laboret, atque ex ſuo etiam ſanguine Pus producat. *Fr. Sylvius.*

101. *Ex rupto Angina, Pleuritidis &c.*) Inter morbos pectoris Phthiſis jure principem locum vendicat; nullus enim hoc crebrior aut curatu difficilior exiſtit: Porro cæteri omnes affectus thoracici, male aut minime ſanati in hunc, velut rivi minores in lacum majorem ducunt, adeoque in Phthiſin deſinentes & naturas & nomina ſua priſtina amittunt. *Willis.*

102. *Anginæ, Pleuritidis &c.*) Supple & Peripneumoniæ, nam quamvis ſanguinis ſputum ſæpius recurrens ſubſequi ſoleat frequenter Phthiſis, longe tamen frequentius ſolet eadem ſupervenire *Peripneumoniæ*, non rite ægrotorum Medicorumve culpa curatæ; *Ægrorum*, quoties ſerius ad ſe vocant Medicos, aut conſilia ipſorum negligunt: *Medicorum*, quoties ipſi ex ſuo, vel alieno præjudicio, ipſam curare ſatagunt ſecundum neſcio quam methodum generalem, omnibus morbis accommodandam, neglecta circumſtantiarum varietate; Peripneumoniæ autem facilius ſupervenire ſolet Phthiſis, quoniam ubi hæc in abſceſſum abit, ulcus neceſſario concurrit, quod niſi mundetur confeſtim, ac mox conſolidetur, denuo Phthiſin producet; Neque enim mox, ubi aliquod eſt in Pulmonibus abſceſſu laborantibus ulcus, Phthiſis quoque adeſt, ac facile ac brevi Phthiſin producet, ni quamprimum curetur, unde ſi in ullo affectu, certe in hoc curando feſtinandum: Diſtinguendum proinde inter ulcus recens ac inveteratum in Pulmonibus: nam ex contracto, nec mox curato abſceſſu, ulcus ſenſim producitur. *Fr. Sylvius.*

103. *Empyematis*) Arbitror facilius ac frequentius à pure in thoracis cavitate collecto, adeoque ab Empyemate, quam à pure in latere confecto, adeoque à Pleuritide produci Phthiſin; quoniam pus illud in Thoracis cavitate collectum cæteris paribus acrius exiſtit quam illud quod in Pleuritidis abſceſſu nuper rupto transfertur in Pulmones: Sive enim ex Pleuritide, ſive ex Angina, ſive fortaſſis ex Lethargo, generetur aut oriatur Empyema, pus illud aliquandiu hærebit in pectoris cavitate antequam tranſſumatur in Pulmones, mora autem neceſſario fiet acrius, ac proinde quam prius nocentius & ad ulcus in Pulmone producendum aptius; ab Empyematis ergo pure facilius excitabitur Phthiſis quam à pure in Pleuritide ex latere immediate in Pulmones tranſlato: Poteſt tamen accidere ut in uno homine Empyemate laborante, pus minus acre colligatur in thoracis cavitate quam in alio homine Pleuritide ſola in abſceſſum mutata, idcirco addidi *cæteris paribus*; nam in hoc eodem homine pus acre in pleuritidis abſceſſu habente, ſi tranſeat malum in Empyema, pus illud in cavitatis thorace collectum fiet adhuc acrius, atque ſic & tunc quoque ejuſdem hominis Empyici pus acrius erit quam dum erat tantum pleuriticus. *Fr. Sylvius.*

104. *Qui ex Pleuritide empyici fiunt*) Phthiſis interdum aliorum pectoris affectuum præviorum aut productum aut conſequens eſt: Pathemata iſta tabifica imprimis ſunt Pleuritis, Empyema, Peripneumonia, Vomica pulmonis; Porro quandoque Variolæ, Morbilli, quia & Febres anomalæ, male aut minime judicatæ idem efficiunt: Affectuum horum præcipui, aut ſaltem qui thoracis proprii ſunt, una cum aetiologiis, & quatenus ad Tabem diſponunt, propriis capitibus expoſiti ſunt; Interim advertimus hujuſmodi noxam iis omnibus communem eſſe: viz. quod pulmonis unitatem ſolvunt, vel tonum labefactant; quodque inſuper ſanguinis κρᾶσιν pervertunt, unde quicquid incongruum, aut ἑτερογενὲς, ab hujus maſſa degeneri aut depravata iis ſuffunditur, facile admittunt, atque difficulter aut vix omnino repellunt. *Willis.*

105. *Quædam à contagio*) Contagii apud authores fit mentio; quatenus exſpiratus à Phthiſicis aër, ore naribuſque propius admotis excipitur & inſpiratur, à quo miaſmata fœtida & acria continente, alii, conſanguinei præſertim, afficiuntur, inficiuntur, & tandem in morbum ſimilem, Phthiſin, prolabuntur; quocirca merito adhortantur adſtantes, & præſertim conſanguineos Medici, ab exſpirato Phthiſicorum halitu ſibi ſedulo caveant; A quo illos præſertim affici ſuſpicor, quia non æque omnes affici deprehenduntur in quibus vel minima eſt ad Phthiſin diſpoſitio naturalis, quam dixi quærendam (vide §. *propter impreſſas altius*) in Glandulis minimis, ſecundum naturam in Pulmonibus imperceptibilibus, nec niſi ubi præter naturam intumeſcunt, conſpicuis: ubi ſcil. ab humore viſcidiore obſidentur, à quo ſenſim magis magiſque in ipſis collecto in molem majorem expanduntur, tuncque viſui & tactui exponuntur: In quibus proinde, aut ex conſtitutione nativa, aut à frigore externo, aut ab alimentis pravis & pituitoſis, aut ab animi mœrore, aut à ſæpius redeunte cum gravedine tuſſi, aut à pluribus cauſis concurrentibus p. n. augeri cœperunt hæ glandulæ, in iis facilius halitibus Phthiſicorum ſimile malum excitabit. *Fr. Sylvius.*

Contagioſum eſt malum diſpoſitio Phthiſica confirmata, dum per fermentum ulceris corruptivum, aut per halitum expiratum, aut per ſaniem expectoratam, pulmonem ſanum in alio ſimiliter inficit; unde & ſæpius conjuges ſe mutuo inficiunt: *Schenckius in obſerv.* refert adeo contagioſa eſſe phthiſicorum confirmatorum ſputa, ut Medicus ſubinde olfaciens eadem factus ſit phthiſicus: Idem ex *Fracaſtorio* refert Phthiſicorum veſtes poſt biennium etiam contagium propagaſſe: Mirum non erit id ſi quod affert *Panarolus Obſ. 49. Pent. 2.* expectoratum ſputum ex confirmato Pulmonum ulcere adeo virulentum eſſe, ut muſcas guſtantes inſtar Arſenici interimat. *Etmuller.*

105. *Quædam à contagio*) Inter cauſas externas principem locum obtinet contagium; hic enim morbus valde eſt contagioſus, ita ut videamus utplurimum uxores maritis phthiſicis aſſidue inſervientes eodem affectu corripi, & viceverſa: Sic etiam liberi ejuſdem familiæ ex eodem affectu ſigillatim intereunt, non ſolum propter impreſſam labem à ſemine parentum, ſed etiam propter frequentationem illius qui primus hoc affectu laboravit: Inter conſanguineos enim facilius & promptius communicatur hujuſmodi contagium, ut tutum non ſit fratribus aut ſororibus, fratris aut ſororis

phthiſi

phthiſi laborantis cubiculum ingredi, ſiquidem *miaſmata* illa quæ à phthiſicorum pulmonibus exhalant, & cubiculi totius aërem inficiunt, ab aliis, (præcipue diſpoſitionem aliquam ad hunc morbum habentibus) in pulmonem attracta, ſimilem in eo diſpoſitionem generant. *Riverius.*

106. *Eſt & hæreditaria)* Interdum ex ipſo Pulmonis vitio pravi humores generantur, qui illius ſubſtantiam corrumpunt & Phthiſin efficiunt; Tale autem vitium plerumque, ſeu vitioſa Pulmonis conſtitutio, à primo ortu contrahitur, & à ſemine parentum ſimili labe infectorum, unde Phthiſis inter morbos hæreditarios principem locum obtinet, ita ut multas familias viderimus fato inevitabili hujus morbi ferocia extinctos: Hæc autem vitioſa Pulmonum conſtitutio non inprimis qualitatibus ſita eſt, ſed quondam malignam ac venenatam qualitatem agnoſcit, cujus ratione contagioſa eſt: quamvis negandum non ſit molliorem & laxiorem Pulmonum ſubſtantiam, atque adeo corruptioni magis paratam, ad hujus morbi generationem plurimum conferre; Dicta autem conſtitutio efficit interdum ut nulla præcedente deſtillatione, nullo præcedente inflammatorio affectu, aut alia cauſa evidente, ægri in Tabem incidant, ex ſolo partis vitio proprium alimentum corrumpentis. *Riverius.*

107. *Propter impreſſas altius radices)* Ubi cauſæ incidunt in Pulmonem ex naturali ſua conſtitutione vitioſum, longe facilius cuiuſque Phthiſis contingit: In quo autem naturalis hæc ad Phthiſin conſtitutio conſiſtat? merito quæritur, cum per experientiam liquido conſtet integras familias obſervari, ad Phthiſin ita inclinantes, ut pauci ex ipſis grave hoc effugiant malum, Notum quidem malum illud eſſe Hæreditarium, à parentibus tranſire ad liberos, ſed in quonam illa diſpoſitio hæreditaria conſiſtat non æque notum: Neque enim loquimur hic de vitioſa Thoracis conformatione, tum ab ortu quibuſdam propria, ſive connata; tum poſt nativitatem aliis ex caſu, contuſione, aliove infortunio accedente, at de *conſtitutione Pulmonum*, aliarumve partium propria & hæreditaria, ob quam non tantum proclives ſunt ejuſdem familiæ liberi, utut alias bene habentes, at inſuper, ubi ad certam ætatem (in aliis enim citius, in aliis ſerius, hoc malum ſe manifeſtare ſolet) pervenerunt, in Phthiſin ſubito incidunt, & utplurimum ipſa extinguuntur.

Ut autem facilius pateat, puto conſiderandum Humores ſingulos in corpore humano indies immutari, & ſecundum ætates notabiliter alterari, *ſed* & Partes ſolidas & viſcera itidem notabilem mutationem pro ætatibus variis nanciſci; quæ mutatio præſertim obſervatur in *Glandulis*, quarum aliquæ *minuuntur* ſenſim, dum aliæ *creſcunt* & *augentur* potius indies. Sic Glandula *Thymus* in fœtu valde magna, plurimum minuitur in animalibus ſeneſcentibus: Peculiarem quoque Pulmoni conſtitutionem contigiſſe, quæ cum ætate mutetur, Phthiſis abunde docet, quamvis hactenus mihi non ſit poſſibile illam Pulmonum conſtitutionem mutatam certo explicare: Talem tamen illam oportet eſſe, quæ tunc facilius afficiatur & patiatur ab humoribus in hac vel illa ætate magis dominantibus, Interim arbitror *Diſpoſitionem illam ad Phthiſin*, non tantum in partibus ſolidis ac continentibus, ſed maxime in fluidis ac contentis quærendam: Prout itamque hi vel illi humores pro ætate varia nunc vel acriores fiunt, vel obtuſiores, ſic iidem modo hos vel illos producunt affectus & morbos, *Ab humoribus varie mutatis* proinde *petenda* videtur *potiſſima ratio Phthiſeos*, hominibus cæterum, quantum dignoſcere licet, ſanis obvenientis abſque ulla, ſenſibus externis manifeſta cauſa: obſervavi non ſemel ad aſperæ arteriæ latera Glandulas duas, cum Teſtium parenchymate affinitatem aliquam habentes, *Thyroideas* dictas, applicatas, ex quibus ſuccum aliquem in dictam arteriam deferri ſuſpicor, qui ſi præter naturam acrior fiat, facili negotio ab ipſo afficiuntur Pulmones, quin hic humor, ſi ſecundum ætatem variam reddatur varius, ab ipſo, in hæreditario malo adhuc magis immutato, producetur forſan Phthiſis.

Conjecturam hanc communico, ut tanto citius veritas eruatur: Sed miſſis his incertis, ad magis certa & nota pergamus, & examinemus accuratius cauſas à me propoſitas ulceris Pulmonum.

Et 1. quidem à *Peripneumonia* in abſceſſum mutata, aut *Vomica* in Pulmone excitata Phthiſin facillime excitari poſſe nemo negaverit, cum adſit in utroque caſu ulcus in Pulmone: Non tamen ab omni ulcere mox Phthiſis producitur, ſed ab ipſo perdurante, nec in tempore curato, Nam ſi pus ex rupto Abſceſſu aut Vomica, per aſperam arteriam excernatur, & ulcus ibi exiſtens quamprimum convenientibus medicamentis mundetur, hinc & conſolidetur, nullum erit ſubſequuturæ Phthiſeos periculum; ſicut contra ſi ulcus illud aut negligatur aut perperam tractetur, mirum non eſt ſi brevi ulterius ſerpat noxa, & ſenſim Phthiſeos ponantur fundamenta, Neque enim tantum Pulmonum ſubſtantia magis magiſque afficitur, ſed inſuper purulentæ materiæ ſanguini per pulmones circulanti communicatur, unde is amplius in dies afficitur, atque ad corpus rite nutriendum ineptus redditur, hinc una cum febre hectica dicta univerſi corporis tabes conſequitur, dum ſimul Tuſſi excernitur ſanguinis ad partem Pulmonum affectam delati pars in pus corrupta, quæ primaria ſunt Phthiſeos ſymptomata.

Dixi non tantum ex Peripneumonia, ſive inflammatione in Pulmonum parenchymate excitata, in Abſceſſum mutata & rupta, ſed inſuper ex *Vomica* in Pulmone excitata & rupta excitari Phthiſin, Explicandum proinde quid per *Vomicam* intelligendum, Aliqui enim per *Vomicam* intelligunt ſanguinem, non in Pulmonum ſubſtantiam, ſed in membraneam capſulam ſenſim effuſum, ibidem collectum, & tandem in Pus abeuntem, Hæc non nego poſſe fieri, etſi non meminerim me tale quid in ſectionibus obſervare, ſed quid mihi obſervare contigerit proferam, & quid mihi *Vomica* ſit dicam.

Vidi non ſemel *Glanduloſa* in *Pulmonibus Tubercula*, minora vel majora, in quibus pus aliquando variorum cohnneri ſectio manifeſtavit: hæc proinde *Tubercula, ſenſim in ulcus abeuntia, & membrana ſua tenus concluſa pro Vomicis habenda exiſtimo*, ab illis ſaltem non infrequenter Phthiſin ortum habere deprehendi.

Quinimo in hiſce Tuberculis, ſi in re ulla alia ſenſibus externis patente. *Diſpoſitionem illam ad Phthiſin, familiis certis hæreditariam, lethalemque conſtituere non verebor.* Solent enim illa Tubercula cum ætate augeri, atque ſenſim ad ſuppurationem pergere.

Non poſſum me continere quin hac occaſione data pergam in conjecturis meis communicandis, ex his enim obſervationibus inveſtigans continentium ac contentarum partium uſum & noxas, veni tandem in varias ſuſpiciones de *Glandulis*, ſecundum naturam minimis, & oculorum aciem tunc fugientibus, nec niſi ubi præter naturam aliquanto factæ ſunt grandiores, viſui ſe offerentibus, per univerſa noſtri corporis viſcera & carnes diſtributis.

Hiſce conjecturis meis anſam dederunt primo *Glandula in plexu choroeide*, non niſi in ſtatu præternaturali obſervabiles, tunc autem ad inſignem magnitudinem, piſi puta majuſculi, nonnunquam aſcendentes. 2. Memoratæ modo in *Pulmone Glandulæ*, ſive *Tubercula Glanduloſa*.

3. Glandulæ in variis corporis partibus manifeſtæ, in *ſtrumoſa*, vel *ſcrophuloſa* conſtitutione adeo ut non tantum tatis exiguæ in meſenterio & colli lateribus ſecundum naturam apparentes, in magnitudinem ac durnnem prodigioſam excreſcant, ſed inſuper infinitæ, poene alias ignotæ ſeſe manifeſtent, & quidem omnes *Conglobatæ*, non autem *Conglomeratæ*, quas integras & ſalvas permanere obſervavimus, licet Conglobatæ, ipſis adnatæ, plurimum eſſent vitiatæ: Unde patet me recte diſtinxiſſe Glandulas primarias & frequentiſſimas humani corporis in *Conglobatas* & *Conglomeratas*. Ex obſervatis prænominatis in morbida corporis conſtitutione Glandulis, judicavi adeſſe ipſas quidem in ſtatu naturali, ſed eſſe tam exiles ut viſum fugiant, ſicuti vaſa capillaria in tunica oculorum adnata tam ſunt exilia, ut non videantur niſi ubi p. n. in ipſis ſtagnans ſanguis eaſdem diſtendat, & tunc inſtar fibrillarum rubearum viſendas exponat; nil proinde nemo, qui in Oculorum inflammatione vidit ſemel iſta vaſa, illa negabit adeſſe, liceat poſtea eadem non videat amplius, ita qui ſemel aut ſæpius in ſtatu p. n. & circa plexum choroeidem, & in Pulmonibus, & alibi obſervabit Glandulas prænominatas, præter omnem rationem denegaret eaſdem quamvis perexiguas in ſtatu ſano.

Quod ſi tales ſint ubique forſan, h. e. in omnibus omnino corporis partibus, & parenchymatibus ſive carnibus Glandulæ conglobatæ exiles, nonne ab illis produceretur Lympha, quæ in ſtatu præternaturali, ob Aëris præſertim, Alimentorum Animi affectuum, mœroris præſertim, errata, evadat vel acrior, vel viſcidior, ſicque multorum affectuum, dolorum, laſſitudinum, & ſimilium malorum exſtat cauſa, quam ignoramus plerumque unde illam deducere oporteat; Sicut igitur in Pulmonum Glandulis ſecundum naturam imperceptibilibus, præter naturam vero ſenſim auctis & conſpicuis vomicas excitari obſervavimus, ſic in iiſdem diſpoſitionem hæreditariam ad Phthiſin forſan quærendam ſuſpicamur. *Fr. Sylvius Append. Tr. 4.*

[108] *Laudatur) Aqua deſtill.* ex *pulmon. recent. vulpecularum* cum æquali parte *ſucci tuſſilag.* & *cinnam.* ad medietatem: hæc omnia per balneum deſtillentur; cui deſtillato adde *moſcha* & *ambra* ad capitis robur, Exſurgit inde phthiſeos deſperatæ arcanum: Uſus etiam *carnium vulpecularum* ſumme prodeſt omnibus phthiſicis ex proprietate temperamenti. *P. Joh. Faber Panchym.*

Margarita in eſſentia mercuriali ſoluta, & *in butyrum converſa*, & *beneficio ſpir. vini rectificati*, in *verum oleum dulce converſa* ſunt certiſſimum phthiſicos remedium. *Idem.*

Aqua *ex cochleis*, *teſtudine*, *cruribus ranarum* deſtillata, efficaciſſima ad hunc morbum perhibetur: *Foreſtus lib. 6. obſ. 82. 83.*

Pulvis Haly contra Tabem valde probatur, quo & ego in multis feliciſſime uſus ſum cum *vitello ovi*, *ſyr. papav. jujubino* &c. datur. *Foreſtus ib.*

Sola *aqua deſtillata ex æſtuantis ſanguinis porcelli* aliquot phthiſici fuere reſtituti. *Fr. Hoſmannus m. m. pag. 307.*

Inſigne experimentum eſt *Cardani*, Cujus ſæpe uſum confirmatum eſſe ſcimus, cum ſcil. in abſumptione corporis *deſtillatum ſanguinis porcini* uſurpatur, quod ſic fit

℞. *Sangu. porcini unius anni, recens mactati* ℔iv. *folior. tuſſilag. ſcabioſ.* āā. *m.* ij. *conſerv. roſar. borrag.* āā ℥ſs. *aqu. tuſſilag.* ℥xv. *m. diſtilla*, *Dulcoretur confectione manus Chr.* q. ſ. cujus uſus quotidie ſint ʒij. jejuno ſtomacho. *Greg. Horſtius l. 2. de tu. val. c. 5.*

Aqua hæc familiaris fuit D. *Bucretio.*

℞. *Succi hed. terr. plantag. pulmonar. macul. agr. ſcabioſ.* āā. ℥viij. *rad. conſol. mai. conciſæ & contuſ. limac. cum conchis contr. n. 12. caud. cancr. fluv. n. xv. hep. vituli in fruſta conciſi n.* ij. *lact. capr.* q. ſ. digere per 3. dies in B. diſtilla, De hac Aqua da 3. vel 4. hauſtus, dulcorandos *ſacch. roſ. Sachs Gammar. p. 68.*

Aqua papav. errat. q. ſ. dulcoretur ſacch. c. & tepide bibatur, habetur pro ſecreto ſi eidem *extr. ſcabioſ.* admiſcetur. *Schonbornius Man. p. 71.*

[108] *Laudatur radix &c.)* Ad amuleta refer curationem quæ fit per Tranſplantationem: Nonnulli phthiſicos ſanant vacuato ex brachiis ægrorum ſanguine, & gallo gallinaceo propinant. *Th. Bartholinus cent. 3. hiſt. 66.*

[108] *Laudatur radix &c.)* Coquatur ovum recens in urina in olla, ut ovum plane contegat; ebulliat donec ovum indureſcat, Exemptum ovum poſtea hinc inde perfora, In eadem urina coque ſemper vertendo illud donec urina plane conſumpta fuerit; Ovum ſic paratum in acervo formicarum ſepeliatur, & ovo hoc conſumpto mirabiliter tabes deſinet, *Andr. Tentzelius Med. diſt. c. 26.*

II. *Durationem.* Alia eſt [109] *incipiens &* [110] *recens*, [111] in qua tuſſis cum levi ſanguinis ramento, corporis extenuatio, calor lentus, & nulla à cibo ingeſto corroboratio.

Alia [112] *confirmata &* [113] *inveterata*, in qua *genæ* [114] cum pallore faciei liveſcunt, etſi interdum ob vapores è pulmone aſcendentes rubeant, *reſpiratio*, ob facultatis imbecillitatem, bronchiorum obſtructionem, ſeu à puris copia eo demiſſa; ſeu ob multa excrementa, quæ in pulmone debilitato colliguntur, difficilis evadit, *pulſus* modò ſunt languidi, modò celeres, nunc ob ſiccitatem corporis duri, nunc ob materiam humidam arterias humectantem molles, [115] [116] *ſudores* ob facultatis naturalis debilitatem, per ſomnum, [117] copioſiſſimi erumpunt, tandem malo jam vincente, portiones putridi pulmonis intolerabili cum fœtore ejiciuntur. *Capilli* ob alimenti corruptionem & penuriam defluunt. *Ungues* abſumta carne, quæ in ſummis digitis exſiſtebat, incurvantur, *pediculi* ob alimenti corruptionem generantur, [118] *extrema*, maximè pedes, propter extinctionem caloris nativi tumeſcunt, [119] *diarrhœa* tandem, ex retentricis ventriculi & inteſtinorum imbecillitate cum ſputi ſuppreſſione ſupervenit. Vide *Freytagium de Phthiſi.*.

[109] *Alia eſt incipiens)* Quæ interdum curari poteſt, & multo facilius, *imminens*, in iis viz. qui ex diſpoſitione hæreditaria in phthiſin incidere proclives ſunt, nondum tamen in eam inciderunt, quibus Prophylactica curatio debetur: Ad corrigendam igitur pravam illam in Tabem propenſionem, convenit victus refrigerans & humectans, & ea omnia quæ ſanguinem corrigere, qualia ſunt *aquarum dulc. balnea*, *lactis uſus* & *cibaria* ſimilis naturæ: Tum etiam *Decoctum radicis Chinæ* in potu ordinario exhibitum; Sed multo efficacius erit *Decoctum Santalorum*, quod non ſolum in curatione Tabis inſtantis, vel incipientis, ſed etiam in diſtillationibus ſalſis, præcipue autem tenuibus, in diuturnis ſanguinis fluxibus, ab illius ardore productis,

productis, miranda præſtat, & fit ſimili omnino ratione qua Guaiaci decoctum componi ſolet, idque vel in aquis ſtillatitiis, modo adjecta portione vini, vel albi, vel rubri, pro ratione affectus; Paratur autem id ut *Decoctum Guaiaci* cum primarium tum ſecundarium, & eodem modo exhibetur. His addenda eſt mutatio aëris, quæ ad imminentis affectus præcautionem, & incipientis curationem plurimum prodeſt, Ac denique illa conveniunt quæ in morbi jam facti curatione proſunt. *Riverius.*

109. *Incipiens & recens)* Notare oportet morbi hujus ſtatus diverſos, ſive ſigna diſtinctiva, quæ nimirum ad ipſum pertinent 1. quando mere Tuſſis eſt, 2. quum in Phthiſin degenerare incipit. 3. Quando Phthiſis perfecta & fere deplorata exiſtit, Ex quibus rite deſignatis prædictorum affectuum etiam *Prognoſis* eluceſcet.

Et 1. quod ad *Tuſſim recentem* & adhuc ſolitariam ſpectat, profecto hæc, de quacunque cauſa exoriens, in corporibus ad Phthiſin prædiſpoſitis vix unquam ſuſpicione periculi vacabit. Verum in homine robuſto pectoris quadrati, & tuſſim ſæpe prius impune perpeſſo, haud ſtatim timenda erit; Si quando enim à cauſa evidente fortiore excitata ſine febre, aut totius corporis indiſpoſitione, non admodum moleſta fuerit, tum mero *Frigus ſuſceptum* audit, atque vel prorſus negligitur, vel brevi tempore ſine multis aut magnis remediis finiri ſolet: Porro ſi hanc febricula, cum ſiti & inappetentia comitabitur, ſpes eſt ſanguine ad rectam temperiem reſtituto, etiam tuſſim ſponte deſituram: ſin vero illa diutius protracta, & remediis vulgaribus non facile cedens, ſputum copioſum & diſcolorem producet, haud amplius negligi, ſed medendi methodo & remediis idoneis, cumque exacta victus ratione tractari debet: quippe tunc ſuſpicari ſubeſt Pulmones in conformatione læſos, ſanguinem haud totum, ſed cum ſeri aut lymphæ, & frequenter cum ſucci nutritii depoſitione trajicere, ac inſuper humores iſtos, ibi depoſitos, putreſcere; proindeque noxa reciproca ſanguinem, quo magis uſque Pulmones lædat, coinquinare.

2. Quod ſi Tuſſi cum ſputo copioſo & craſſo in dies ingraveſcente, totius corporis languor & tabeſcentia, appetitus dejectio, reſpiratio difficilis, ſitis & ſanguinis æſtuatio ſupervenient, magna ſuſpicionis cauſa eſt ad primos ſaltem Phthiſicos limites (ſi non ulterius) perventuram eſſe; Quare tunc omnem movere lapidem oportet, quo & Pulmones materiæ jamjam aggeſtæ ſaburra liberari, & contra ejuſdem incurſum continuum muniri queant, ſimulque ut maſſa ſanguinea depurari, & ad craſin rectam, qua ſeroſitates ſuas, aliosque humores intra compagem ſuam rite contineat, aut alio quam ad pulmones transferat, reſtitui poſſit.

3. Sin ultra ſtatum Affectus hujus modo deſcriptum, ſputi copia & diſcoloratio in dies augebuntur, cæteriſque uſque in deterius euntibus, virium omnium dejectio, & febris hectica cum febri continua, ſudores nocturni, facies Hippocratica, & carnium fere ad ſceleti ariditatem concidentia accedent, tunc fere nullis medicinæ, ſed tantum triſti prognoſtico locus relinquitur: aut ſaltem curationis ſpe depoſita, tantum Anodynis, quibus *Euthanaſia* procuretur, inſiſtendum erit. *Willis.*

Incipientis ſigna proponuntur ab Hippocrate 2. de *Morbis c. 10. Temporis progreſſu exaſperatur Pulmo, & intus ulceratur à pituita inhærente & putreſcente. & gravitatem exhibet pectoris; & dolorem acutum* ante & retro, *caloreſque acutiores in corpus incidunt, & pulmo à calore ad ſe trahit pituitam ex toto corpore, & maxime ex capite, caput vero* [illegible]*ctum ex corpore, & hanc putreſcentem ſubcraſſam ſpuit.*

Incipientis Phthiſeos ſigna ſunt 1. *Tuſſis* Peripneumoniam præcedentem, aut Pleuritidem, aut Empyema, diutius perſeverans cum puris excretione: 2. *Febris lenta* continua, 3. Corporis extenuatio cum appetitu dejecto viribuſque proſtratis, nec ab aſſumpto quidem alimento recreatis: Aut *Tuſſis* itidem poſt Sanguinis ſputum permanens, cum aliqua puris purulentæve materiæ, aut ſanguinis quoque excretione, concurrentibus prædictis, *febre* atque *appetitu cum viribus* proſtrato: Aut itidem perſeverans cum *catarrho acri viſcidove vel utroque Tuſſis*, accedentibus febre lenta continua, corporiſve extenuatione, & imprimis obſervato aliquo in excretis pure vel ſanguine: Aut obſervata in conſanguineis, vel valde amicis alicui ex phthiſi defuncto familiarius adſtantibus Tuſſicula cum corporis extenuatione, ac febricula conjuncta: Quoties memorata obſervantur ſigna, non eſt amplius de *Incipiente* jam Phthiſi dubitandum, nec in ejus cura procraſtinandum, quia vel minima hic mora nota multum noxia: *Fr. Sylvius.*

110. *Recens, in qua Tuſſis)* Imminentis atque facile obventuræ ſigna ſunt *Tuſſis* quævis diutius perſeverans, graviter affligens aut ſæpius repetens, imprimis ab humore acri à capite delabente, ab hoc enim facile corroditur aſperæ arteriæ tunica, ſicque ulcus producitur: A quavis autem Tuſſi gravi concutitur vehementer corpus univerſum una cum Pulmone, in quo idcirco vas ſubinde rumpitur, unde à ſuperveniente tunc ſanguinis ſputo, non ita difficulter conſequitur ulcus, hinc & Phthiſis, Peſſime proinde ſibi conſulunt plerique dum tuſſes & diuturnas & graves utplurimum negligunt, aut Empiricorum potius quam Medicorum conſiliis utuntur: Quamvis plurimi etiam Medici culpandi veniant, quod tam negligentes ſint in Tuſſium cauſas & curandi modos indagendis, dum una eademque methodo tractare ſolent pleruſque. Nam quiſquis debite curare voluerit Tuſſientes, neceſſe habet in unaquaque ſpecie cauſarum omnium ſyndromen ac connexionem prius, diligenter examinare antequam medendi methodum inſtituat, *Fr. Sylvius.*

111. *Incipiens & recens, in qua Tuſſis)* Præcavebitur facile alias ſequutura Phthiſis, non negligendo, quin mox ac rite curando affectus quoſvis à quibus ortum ſuum ducere ſolet Phthiſis: Inter affectus autem varios à quibus ſolet produci, primo loco eſt *Tuſſis omnis gravis ac perſeverans.* Quoties proinde moleſta durat diutius, metus futuræ Phthiſeos urgere debet Medicum ad operam omnem tali Tuſſi curandæ impendendam.

Tuſſis autem illa vel *ſicca* erit, ſine ulla exſcreatione, vel *humida*, cum excreatione aut *cruoris* (aut *puris*, aut *pituitæ aqueæ, ſalſa viſcidave*, unde patet ſingulis hiſce variiſque Tuſſis ſpeciebus methodum curandi deberi diverſam, de quibus ſuo loco: Sed & 2. non tantum perſeverans & gravis Tuſſis producere poteſt Phthiſin, ſed & incipiens cum ſanguinis, puris, aut cujuſvis acris humoris excretione conjuncta, quoniam ab hiſce omnibus facile exulceratur Pulmo, & Phthiſis producitur. Non procraſtinanda proinde ſanguinis ſputi, ut & cujuſvis purulentæ per pulmones excretionis curatio, ut nec humoris ſalſi acidive in Pulmones delabentis; & tuſſim periculoſam, utpote Phthiſin brevi producturam efficientis: Monendi igitur à Medicis ægri ne ſanguinis puriſve ſputum, atque omnem à Salſo acrique catarrho ortam Tuſſim parvi pendant, ut nec quamvis aliam diutius protractam; quamvis enim nonnunquam ſponte ceſſent talia mala, utplurimum tamen ſui aliquas notas relinquunt, unde facile malum recrudeſcit & in dies gravius hincque periculoſius redditur: Sed & monendi quoque ægri ut ab omni vehementiore corporis motu, ſaltatione, vociferatione, magna ſibi

caveant, utpote ſemper valde noxiis, unde facile rumpi poteſt aliquod vas in pulmone, ac ſanguinis ſputum excitari aut renovari. *Fr. Sylvius.*

112. *Alia confirmata & inveterata*) In Phthiſi graviore confirmata, & ſæpius deplorata; Pulmones plurimum vitiati, atque ulcere ſordido uno aut pluribus affecti, nec aërem, nec ſanguinem rite trajiciunt, quin hujus maſſam tabum impurum ei continue ſuggerendo, inquinant ſive corrumpunt; proinde ut ſebris hectica, & ob fruſtratam nutritionem Atrophia, eum facultatum omnium poſtratione ægrum infeſtant, & vires in dies labefactando verſus ſepulchrum præcipitant; Morbi hujus ita deplorati facti ſignum certiſſimum haberi ſolet *dolor admodum moleſtus cum phlogoſi in gutture*: hic enim affectus arguit magnam Pulmonis putrefactionem, unde effluvia [illegible] exhalantia gutturis iſthmo impinguntur, quæ fibras illic teneras lancinant & graviſſime irritant.

In hoc caſo Pulmonis mundificatio, nec non ulceris abſterſio & exſiccatio fruſtra intenduntur; Nam medicamenta quæque calidiora, in eos fines deſtinata, & in phthiſi incipiente ſatis commoda, in confirmata intolerabilia exiſtunt, quatenus nempe, pulmonis phlogoſin augentia, ſebrim hecticam, ſitim, vigilias, aliaque ſymptomata perquam moleſta intendunt, aut de novo accient.

Quin vero in tali morbi hujus ſtatu, ubi tantum vitæ protractio, cum [illegible] & [illegible] proponitur, ea potiſſimum remedia conducunt quæ ſanguinis fervorem compeſcunt, præcordia æſtuantia contemperant, atque ſpiritus inſtaurant & blande demulcent: Hinc pro *victu* lac aſininum, item joſcula avenacea, hordeacea, cremor hordei, Et pro *Potu* ptiſana, emulſiones, aqua lactis cum limacibus & pectoralibus temperans deſtillata maximo ex uſu eſſe ſolent: Syrupi & Linctus quæ gutturis & pulmonis phlogoſin leniunt, & expectorationem facilitant, imprimis vero hypnotica mitiora, quibus moderata quies procurretur, crebro aut quotidie exhibeantur. *Willis.*

113. *Inveterata in qua)* Hæc recenſet *Fr. Sylvius*, 1. *Corporis univerſi maciem, pallorem & languorem*, 2. *Tuſſim* moleſtam *cum puris excretione*, ideoque *reſpirationem difficilem*, 3. *Febrem hecticam* lentam, una puta duabusve poſt alimenta adſumpta horis exacerbatam: Quibus, *inquit*, præſentibus & obſervatis de gravis Phthiſeos præſentia judicare norunt plebeii.

114. *In qua gena cum pallore)* Vide ſupra §, *Signa ſunt*) ex Ettmullero.

115. *Sudores, ob facultatis)* Quos nonnunquam movendos judicat *Bennettus Th Tab. p. 140.* Sudorifica *ait*, omnia ſint familiaria, & pectori aliquatenus appropriata, quæ in prima morbi φάσει optime ſubvenire compertum eſt.

Si ſudor ſponte oboriatur, & inter dormiendum (quod ſæpiſſime fit) à bronchiis pertinaciter infarctis, pectoris tantum regionem occupaverit, iteratis vicibus in toto proliciatur, ut æquali circulationi, ſine qua nemo ſanus vixit, conſulatur.

Frigidioris temperaturæ phthiſicis ſudores multoties præcipiantur, In quibus etiam viſcoſorum humorum pectori, & tracheæ pertinaciter adhærentium, eliquationi, necnon [illegible] apprime ſtudendum.

Sudores matutini lente & pro euphoria prolecti maxime proficui, ſi per longum tempus repetantur.

Phthiſi inveterata detentis ſudorifica neutiquam imperanda, eo etenim morbi ſtatu, mali hyparxione quidem ex parte averruncando proficua, ſed inſultum hecticæ a[illegible]elerando nociva.

Quibus uredo, impetigo, aut pruritus autumnalis & h[illegible]emalis cutes obſefferit, quod plerumque fit, ſudoribus [illegible]equentibus uti convenit, illiſque ſemper profuere, non [illegible]ita tolerantiæ conſideratione.

Si inter ſudandum tuſſis ſedatur, appetitus excitetur, audacius & ſæpius proliciendi.

Si ſalina ad ſuperficiem profluа ſecluduntur, quod facile dignoſcitur ſi inter ſudandum (quod ſæpius compertum eſt) labra præterlabendo, aut linguæ membranam vellicaverint, frequentius reiterandi: Quum vero jam ſanguis ſalem ejuſmodi ſecernere deſierit, mitius agendum eſt, tandemque deſiſtendum.

Si inter ſudores liberaliter prolectos, nec pus, nec ſanies, nec ſputum ovi vitellum putreſcentem ſapiens amplius proſpuerit, licet tuſſis aſpera perduraverit, nil deſperandum, nam præſcriptæ methodi vi ea ſenſim evaneſcet.

110. *Sudores ob facultatis &c.)* Sudoribus nocturnis utplurimum Phthiſici vexari conſueverunt, ſimulatque ſomno corripiuntur, Per ſomnum enim calor concentratur, & pulmonis inflammationem auget: ex calore autem intus augeſcente magna fit evaporatio, quæ in cute condenſatur, & in ſudorem vertitur. *Riverius.*

116. *Ob facultatis naturalis debilitatem)* Tunc ad facultatum omnium inſtaurationem poteſt ex *aromatibus*, plantiſve aromaticis elici eſſentia efficaciſſima, ubi non tantum per vini ſpiritum elicitur tinctura potens; ſed inſuper ex ſuperſtite magmate, igne conveniente paratur *oleum* ſine empyreumate; denique ex capite mortuo Sal; quæ tria ſimul artificioſe juncta Eſſentiam exhibent mirabilem, cujus guttæ, una, duæ aut tres plurimum præſtant in collapſis viribus ægrorum reficiendis: Harum Eſſentiarum defectu, aut cum ipſis, uſurpetur *Ambra gryſea*, in qua concentrata eſt Naturæ Eſſentia potentiſſima, vires mirabiliter reſtaurans: Sic valde conducunt *Confectiones Alkermes & Hyacinthina*, vulgaribus & notis compoſitionibus omnibus præferendæ, ſive per ſe ſumantur, aut ex vino, aliove liquore familiari, ſive mixturis convenientibus admiſceantur, cochleatimque exhibeantur, cum perpetuo fere de ſumma debilitate conqueri ſoleant Phthiſici. *Fr. Sylvius.*

116. *Ob facultatis imbecillitatem &c.)* Et quia ipſum viſcus majori ex parte conſumptum & putrefactum, aërem ſufficientem non attrahit ad cordis refrigerium, ita ut quod unica reſpiratione præſtare non poteſt, pluribus atque iteratis perficere conetur. *Riverius.*

117. *Copioſiſſimi erumpunt)* Fit non raro in Phthiſi, lipothymiis, ſudoribus colliquativis, hecticis & ſcorbuticis, ut diſſolvatur corpus ſudore cum præſentanea noxa ac virium debilitate inſigni; Opponenda tunc ſunt quæcunque ſeri halituoſitatem & rarefactionem nimiam concentrant ac refrænant; Præſtant id interius conſtringentia, auſtera & temperantia terrea, quæ plicabili ſua unctuoſitate terrea & demulcent & temperant acrimoniam, ut Tinctura *antiphthiſica ex vitriolo Martis, ſaccharo Saturni*, & ſpiritu vini conflata, qua eum non raro ſtitimus ſudores nimios variis generis: Tacemus improprie id præſtantia obviſcantia oleoſa, ut oleum *olivar.* aliaque exterius inuncta; quod tamen non ſine grano ſalis præſtandum eſt. *Wedelius Am. m m. p. 349.*

118. *Extrema, maxime pedes &c.)* Phthiſicorum alii ſumme extenuantur, quibus ſcil. partium ſolidarum alimentum corrumpitur; Aliis tument aut pedes, aut facies, aliquando totus habitus: Ab eadem corruptione fit, ſed diverſa ratione: Nobili viro tabido & phthiſica ſtirpe nato, paucis antequam moreretur diebus totus fere habitus intumuit, ac ſi hypoſarcidio laboraret; Sed quod mirum fuit, tumor erat fugax, unde hoc loco ſanguinis hepar tabeſcens halitus malignos generabat: Hippocrates hoc ſuis temporibus animadvertit, [illegible] *Ballonius Epid. l. 1. p. 11.*

119. *Diarrhœa tãdẽ)* Diarrhœa colliquativa ſi quę ſupervenit, otut fere mali ſit ominis, abſorbentibus, *terra ſigillata, c. c. uſto* & ſimilibus inhibetur; vitando tunc, quantũ poſſibile eſt, mellita, facile alias alvum ſolventia. *Ettmuller.*

De Morbis

De Morbis Thoracis.

Cap. IX.

De Mediaſtini Inflammatione & Diaphragmatis Tumoribus.

THoracis morbi ſunt *Mediaſtini Inflammatio*, *Diaphragmatis tumor*, *Pleuritis*, *Thoracis Vulnera & Fiſtulæ*, *Empyema*, *Hydrops*, *Vertebrarum Dorſi Luxatio*, *Tabes Dorſi & Vermes Dorſi.*

Mediaſtini Inflammatio.

[1] *Mediaſtini*, ſeu *Septi*, quod Pulmonis lobos disjungit, Inflammatio [2] *Cognoſcitur* ex febri continua, reſpiratione frequente & celeri, [3] maximo thoracis incendio, [?] dolore ad ſternum, cui mediaſtinum alligatur, exiguo, tuſſi in principio apud quoſdam ſicca poſt humida: hinc rejectione rubra primo, poſt flava; ſed, quia inter duplicem quaſi membranam materia colligitur, & non facile niſi ea eroſa evacuatur, non copioſa.

Oritur à ſanguine, eoque præcipue bilioſo.

[4] *Curatur* ad modum aliarum inflammationum, & [5] plærumque malo cum ſucceſſu, quia locus cordi vicinior. Ubi nota, [6] venam [7] ſemel atque iterum ſecandam, quia evacuat, revellit, refrigerat. [8] Medicamenta reprimentia, [9] frigida quidem, ſed non adſtringentia eſſe debere. *Oleum violaceum* maxime laudari, quod tepidum, niſi tempus æſtivum ſit, pectori inungi debet, vel panni eo imbuti imponi.

[1] *Mediaſtini ſeu ſepti*) De *affectibus Membranarum Interſepientium & Pericardii*, nemo nec morbum, nec curationem expoſuit, quas tamen partes nihil prohibet, ſicuti & cæteras, diverſis apprehendi morbis: Hanc rem diu animadvertens, cum cenſerem fieri non poſſe quin hæ partes vel *inflammatione* vel *alio affectu* aliquando laborarent, tandem experientia & ratione ductus cognovi has partes nonnunquam inflammari, alioſque ſimiles morbos pati, quorum ſævitiam, ob cordis viciniam ſæpe ægri in ſummum vitæ diſcrimen adducuntur: Hac vero methodo in nonnullis ægris has partes inflammatorios pati affectus indagavi.

Vidi nonnullos *febri acuta* detineri, ad quam *inquietudo* magna ingenſque *ſitis* conſequebatur, & cætera quæ febres ardentes comitari ſolent; *ſpiratio* frequens admodum & celer; In thorace maximum *incendium*, nullus in thorace dolor inſignis, præterquam ad *ſternon*, ubi *anguſtia* & offendiculum potius quam dolor, *Tuſſis* in omnibus, in aliquibus ſicca initio, poſt humida; quæ per tuſſim excernebantur, erant colorata, rubra, vel flava, plurima tamen vi coloris; pauciſſima rubri, *Pulſus* quaſi pleuriticorum, ut ſi dolorem lateris habuiſſent, pleuritide laborare judicaſſem.

Hæc conſiderans, credidi hos ægros inflammationem in partibus ſpiritalibus pati, quæ non eſſet *peripneumonia*, quia aberat illa difficultas anguſtiave anhelitus quæ in peripn. adeſt, nec illa pulſus durities hoc confirmare poterat: Nec *Pleuritis*, cum abeſſet dolor pungitivus lateris; Nec etiam *Cor* hoc pati judicabam, utpote quod fere incipientes pati non poſſit inflammationes, adeo ut cenſerem *membranas interſepientes, Pericardiumve* hanc pati.

Cæterum, an magis afficiatur *Pericardium*, vel *membranæ*, hoc ex ſubſequentibus habeatur; affecto enim magis *pericardio*, urgente morbo, ſyncopæ aliquæ nonnunquam contingunt & æſtuationes ingentes accedunt, quia inflammatio cor ipſum fere contingit, omniaque ſymptomata ſunt graviora: Inflammatis autem *Membranis*, quia connectuntur & membranæ ſuccingenti, & thoraci, ſequitur anhelitus difficultas, ſpiratioque inde frequens eſt; Celer autem ratione neceſſitatis adaucti: dolor vero, licet inflammatio ſit in parte membranoſa, non adeſt ita pungitivus, ſicut in pleuritide, quia hæ membranæ, ſicut illa, non firmantur ad coſtam, vel ad os alterum, quapropter compreſſa majorem perſentiat punctionem, ſed eſt in parte laxa thoracis; nec hæ, ſicut illa, adeo ſenſu vigent, ſed offendiculum illud ad ſternum tantum ſuccedit, quia hæ partes ibi colligantur, quare & ibi inflammatio, tanquam parti magis ſenſitivæ quoquo pacto communicatur.

Tuſſis autem cum *ſputis coloratis* adjungitur, quia enim in omni inflammatione, quæ operculo duriori non tegitur, ſemper aliquid reſudet, ideo his partibus affectis materia peccans reſudando tuſſim excitare cogitur, & pro ratione materiæ diverſi apparent ſputorum colores; quod fuit principale ſignum quod me ad hoc judicandum manuduxerit; Cum viderim *Galenum 13. meth. c. 18.* ſputa colorata in acutis paſſionibus adſcribere inflammationibus partium ſpiritalium, ſcil. pleuræ vel pulmonibus, quorum neutrum cum in prędicto caſu clara luce deprehenderem inflammatione affectum eſſe, conjeci has membranas; Communicata aliquando ipſi Pericardio etiam hac affectione, pulſus omnino durus in hoc eodem caſu accedit, quia genita inflammatione in corpore membranoſo, cujuſmodi hęc duo ſunt, neceſſario in arteriis talis durities imprimitur; qualis in pleuriticis videri ſolet.

Vidi aliquando Nobilem, qui cum fere omnibus prædictis ſymptomatibus teneretur, ex inſperato (nam cætera belle ſe habebant) præcedentibus nonnullis ſyncopis, 9. die defunctus eſt, Cum ſuſpicio eſſet de veneno, ſectus eſt, inventuſque eſt in membranis interſepientibus tumor inflammatorius ſatis notabilis magnitudinis, qui ex parte etiam communicabatur pericardio: Diſtinguitur hic affectus ab *inflammatione diaphragmatis*, quia in hac delirium conſequi ſolet, omniaque accidentia vehementiora ſunt, & dolor & difficultas anhelitus; at mediaſtino inflammato potius offendiculum quoddam ad ſternum quam dolor adeſt &c. *Ex Petro Salio Diverſo l. de Aff. partic. c. 6.*

[2] *Cognoſcitur*) Si mediaſtinum ſit inflammatum paria fere obſervantur quæ in diaphragmate inflammato, *dolor* quidam interius ad ſterni regionem percipi-

rur, cum quadam *moleſtia ſubinſpirando*; non tamen eſt punctorius: *Tuſſis* initio ſicca, poſtmodum humida, in qua rubra & flava rejiciuntur, non tamen adeo copioſa obſervantur; *Pulſus* quaſi pleuriticorum. *Etmuller.*

In Interſepientia membranæ inflammatione, ſi eo uſque hæc procedat ut & ad cordis capſulam, & diaphragma, uti aliqui eam deſcripſerunt, pertingat, ſine dubio graviſſima, quæ & vitæ & menti inſidiantur, ſequuntur ſymptomata. *Platerus.*

3. *Dolore ad ſternum*) Acerbiſſimus fit dolor ad ſcapulas vel jugulum uſque pertingens, quando membranæ interſepientes, exquiſito quoque ſenſu præditæ, ſimul cum pulmonibus phlegmone obſidentur, Cum enim à jugulo ad totam ſepti longitudinem perveniat; & à tota oſſis pectoris, quod Sternon vocant, longitudine ad corpora uſque vertebrarum thoracis exporrigantur, dorſo, pectori ac ſepto connaſcuntur firmiſſime, ſic diſtinguentes ut gemini ſinus prodeant, ac ſub oſſe pectoris cavitatem efficiant, in qua Pericardium ſitum eſt, Atque hæc *Mediaſtini Pleuritis* à nonnullis appellatur. *Gabelchoverus cent. 2. Curat. 32.*

Sterni dolor.

Vnum alterumque in Hibernia notum habui quos in ſuperiore ſterni parte dolor vexabat, non ſævus nec aſper, ſed pertinax ac diuturnus, & qui intermitteret quidem quotidie magnam diei partem, ita tamen ut ſemper aliqua moleſtia ſeorſus ſupereſſet: Non faciebat difficiliorem reſpirationem hic dolor, nec tuſſim habebat comitem, magna tamen aſpiratione, ac profundis ſuſpiriis aliquantulum exacerbatur, uti & ſupina ac magna reſupinatione corporis, capitiſque ad dorſum reclinatione, nec non pandiculatione, præſertim ſi utrumvis iſtorum poſt magnam corporis antrorſum ac deorſum inclinationem fieret, quibus rebus efficiebatur etiam ut moleſtiam illam, intermiſſionis tempore reſiduam perſentiſceret, quum alioqui ea penitus fere obliterata lateret: Fixus uno ſemper in loco perſeverabat, interdum tamen in proximas pectoris partes, ac verſus axillas ſeſe propagabat.

Iudicavi dolorem hunc provenire ab humore qui inter membranam peculiarem (illa enim non thoraci communis, pleura ſeu ſucciogens illa, à ſterno longius recedit dum Mediaſtinum conſtituit) atque ipſum ſterni corpus, qua cavitatem thoracis intro reſpicit, impactus erat, haud magna copia, nec valde acris aut malignus, bilioſus tamen, utpote in vigore ætatis, corpore fervidiore & ictero aliiſque à bile morbis admodum obnoxio, ac ſæpius multumque iis infeſtato.

Conjecturam hanc firmavit eventus, atque ipſa curatio, peracta præcipue purgantibus cholagogis, mitioribus quidem (cum corpus pictochnlum ac raræ texturæ vehementiora non ſuſtineret, ſed aliquoties iteratis; quum aliquantum contuliſſent etiam fotus partis ex anodynis & relaxantibus, & geſtatio empl. ex *olibano, cera virginea* ac pice bruna, alias Burgundica) cujus egregia vis eſt ad cujuſque modi humores acres ex alto blande evocandos & ſenſim diſſipandos.

Puto humorem, qui iſtum dolorem fecit, non eundem ſemper perſtitiſſe, ſed naturali calore victum, occulta diapnoe ſubinde abſumptum fuiſſe, relicta duntaxat exigua portiuncula, à qua in mediis etiam intermiſſionibus nonnulla vellicatio ſemper ſupereſſet, ac cui alius de novo humor ſe aſſocians (tranſmiſſus aliunde in partem debiliorem, ut ſolet, exonerante ſe natura) dolorem toties repararet. *A Bootius de Aff. Om. cap. 11.*

Ejuſmodi dolore laboravit ante aliquot annos Nob. *Gedeon des Bergeries*, vir fervidi temperamenti, crine ruber, &c. Dolor mediam & anticam pectoris regionem obſidebat, ſummo cum calore, imo uredinis ſenſu, parvo circumſcriptus ſpatio: Cum irrita forent quævis remedia à Medico præſcripta, ipſe, eo invito, accerſit Chirurgum qui funiculum traiiceret; ac propriis manibus cutem ſublevans, ferrum admiſit & ſetam; prodiit per aliquot dies ichor flaveſcens mali cauſa, indeque liberationem omnimodam brevi adeptus eſt.

4. *Curatur ad modum aliarum inflammationum*) Morbus hic eſt Inflammatio in qua eſt materia, ergo ejuſdem indicabitur Evacuatio, Evacuatur auté in ſi vel retrocedat, vel ſi ſenſibiliter inſenſibiliterve edocatur; Retrocedet ſi vel revellatur, vel repercutiatur, Educetur autem inſenſibiliter per diſcutientia, Senſibiliter autem per ſputum provocantia; At hæc poſtrema non ſunt admittenda pleno diſtente corpore, igitur primo corpus eſt evacuandum. Quare quatuor erunt intentiones, Totius evacuatio, revulſio, repercuſſio, & materiæ in loco affecto contentæ, inſenſibiliter vel per ſputum evacuatio.

Itaque à prima indicatione incipientes, pro totius Evacuatione, lenita alvo *clyſtere* leni & refrigeranti, ſecetur vena &c. A *vena ſectione* laudo ut ſtatim exhibeatur, ubi plurimum fuerit incendii, & morbus à bile pendeat, *aqua endivia* vel *acetoſa*, vel *hordei*, actu frigida ad libram, vel circa &c.

Evacuato toto corpore, revulſaque per V. S. à loco affecto materia, thoraci applicentur ea quæ inflammationem lenire, temperare & aliquomodo reprimere poſſint &c.

Dum hæc fiunt, *provocetur ſputum*, educaturque materia per *Lambitiva*, & præcipue ſint ea quæ non calefaciant, ſicuti *ſyr. violatus*, addita portiuncula *ſyr. de jujubis*, vel de *farfara*, vel de *liquiritia*, Electuaria, cum plurimum recipiant ſacchari, non laudo, quoniam iſta facile bileſcunt ubi incendium ſit internum biliſque abundantia, qua ratione ductus & *Hippocr.* præcepto *3. regim. Acut. 13.* qui in bilioſis & calidioribus morbis *mulſam dilutam*, meram & non dilutam damnando, præſcribebat, Conſuevi ego uti *Decoctionibus Pectoralibus*, ſumma cum ratione factis, ſemper à calidioribus abſtinendo, quibus admiſceo portiunculam prædictorum ſyruporum, & ita mulſam dilutam non ſpernendam in tali caſu habeo.

Ad cujus rei ſimilitudinem, dum materiæ præparationem (quæ interim potionibus convenientibus eſt concoquenda & coctionem, tento, Jubeo ut Potiones concoquentes plurimum habeant decoctionis, parum autem ex illis ſyrupis, ut meracitas mulſæ fugiatur, eademque diluta habeatur; Decoctiones parentur ex *hordeo, violis, endivia, capillis vener. ſemin. cydonior. paſſulis & jujubis*, Syrupi ſint *Violatus* præcipue, & de *endivia*, addita portione vel *de jujubis*, vel de *farfara*, vel de *liquiritia*.

Hæc dum urget incendium internum exhibeantur actu, non calida, non frigida etiam, ſed ad teporem aquæ fontium conſimiliter temperata; quibus cum procurata fuerit coctio, materia peccans convenienti educatur *pharmaco*, quod opportunum erit, ſi nec validum ſit, nec malam qualitatem habuerit, thoracemque reſpexerit, Quare non tranſcendantur Pharmaca ex *benedictis* vocata, aſſumaturque *Manna*, *Rhabarbarum*, *ſyrup. violat. ſolut.* & ſimilia cum decoctionibus pectoralibus diſſoluta.

Quod ſi in loco affecto, remiſſa inflammatione, & ea cedente, quid remanſerit diſcutiendum, quod per ſuperiora dicta non potuerit reſolvi, formetur Emplaſtrum ex *rad. malva, alth. fol. malva & violar. ex dactylis, caricis, ſebeſten & paſſulis*, quæ omnia coquantur, contundantur & cribellentur, Poſtea iiſdem commiſceantur *farſem. lini, fænugr. pulv. flor. chamæm.* quibus *ol. lilior. alb. & amygd. d.* ad impinguandum addantur, Id reſiduum inflam-

inflammationis facile diſcutere poterit, quo tempore etiam concoquentia ad aliquam caliditatem accedant, ut maturius rem perficere poſſint, *Salius*.

[6] *Plerumque mi... cum ſucceſsu*) Indicationibus plene ſatisfacere ... le non eſt, quoniam hic habemus morbum vali... mum, & pleuritide vehementiorem, quam ſi *Galenu* aſſeverat ingentem cauſare febrem *5. de loc. aff. cap. 2* quia parum diſtat à corde, & quia ſuccingens membrana cum pericardio cognationem habet, quid dicendum eſt fore eo inflammato, & membranis interſepientibus, quæ cordi proximiores ſunt quam pleura? Profecto in hoc morbo omnia valid ora ſui præter dolorem, quam ſit in Pleuritide, Vnde & in hac, ſicuti in cæteris inflammationibus internis, unica erit ſalutis ſpes ipſa virium fortitudo, quam cum præſentem habuerit, omne re medii genus audacter tentabimus. *Idem.*

[7] *Vos n...a venam* Secetur interna vena brachii dextri, viribus enim conſtantibus in morbo magno ſtatim ad ſectionem venæ properandum eſt, copioſe autem emittatur ſanguis & præcipue ubi ſummum ſit incendium in thorace, Nam venæ ſectio copioſe facta non tantum evacuat & revellit à loco affecto, ſed etiam ſanguinem valde refrigerare poteſt. *Idem.*

[7] *Vena ſemel atque iterum*) Repetatur venæ ſectio vel eodem die, vel potius ſequenti ſi vires non admodum conſtarent, nec ſic habitus qui ... omnem ferat evacuationem: Rari autem ſunt caſus conſimiles, in quibus ego ad ſecundam & aliquando ad tertiam ſectionem non devenerim, Teſtorque me ſemper per poſteriores venæ ſectiones deteriorem ſanguinem quam per primam eduxiſſe, & inde ſemper magis ſaluti ægri conſultum fuiſſe; qui ſi ex repetita ſanguinis miſſione non relevetur, pauca de eo ſpes habenda erit. *Idem.*

[8] *Medicamenta reprimentia frigida &c.*) Evacuato toto, thoraci applicentur ea quæ inflammationem lenire, temperare & aliquomodo reprimere poſſint, ſed omni careant adſtrictione, cum medicamenta altius penetrare debeant; adſtringentia enim ſibi viam præcluderent, & materiam magis in loco affecto conſtiparent; Cujus rationе *oleum violaceum* omnibus præfero, quo tepido inungatur ſæpe totus thorax, in quo ſi ſummum ſit incendium inflammationiq; Eryſipelatis naturam ſapiat, tempuſque æſtivum fuerit, eo utor actu frigido, & eo non tantum ad inungendum utor, ſed etiam ad epithemandum, infuſit in eo pannis lineis, & poſtea eo madidis & ſubinde applicatis, cui aliquando admiſceo *lac recens* non coagulatum & parum aquæ *endiviæ*, quibus eodem modo epithematetur pectus: Ad idem paretur *Emplaſtrum ex farina hordei* cum *ſucco endiviæ* vel *lactuca* ex eodem Oleo impinguatum, *Salius.*

[9] *Frigida quidem*) An autem iſta frigida actu vel potentia tantum conveniant in hoc caſu, cum frigidum ex *Hippocrate* thoraci inimicum ſit, & talia etiam in pleuritide ſint nocua, quæ affectio huic ſimilis videtur, Dico cum inflammatio hæc in penitioribus fit thoracis partibus, qua ratione non occurrunt ſtatim medicamenta parti læſæ, & fit in loco ubi plurimum calor viget & abundat, quod iſta convenient, quoniam hic in tanto incendio inflammatio hæc tolerat medicamenta frigida, quæ ex indicatione ei debentur, cum flamma ſit prope cor, & materia exiſtat admodum calida, nec affectus in exteriori thoracis parte poſitus ſit, quæ nervoſa exiſtens, aëri frigidiori & medicamentis expoſita, ab eis lædi poteſt.

Hæ ſunt rationes, quibus ductus, urgente inflammatione aut eryſipelate, in tempore æſtivo; ad frigida deveni medicamenta; Si tamen non ita urgeat Inflammatio, nec incendium ſummum ſit, nec ſub cœlo calidiori decumbat æger, frigida actu prætermittens ad tepida medicamenta diſcedo; Et ſi aëris conſtitutio vel hyemalis ſit, vel ad ejus temperiem vergat, eadem actu calida adminiſtrare jubeo.

Dum autem hæc frigida ex indicationibus narratis adminiſtro, cum ex prædictis medicamentis remittatur incendium, iiſdem poſtea tepidis utor, & admiſceo *oleo violaceo* parum *ol. chamemel.* dimitto uſum *aquæ endiviæ* & *lactis*, quod ſi magis leniendum ſit, addo prædictis oleis *mucilagines ſemin. malvarum, alth. fænugr.* & ſimilium; hæcque ſimiliter in his infuſis pannis, & ſubinde mutatis, adminiſtrare jubeo, Vel aliquando prædictis *oleis* & mucilaginibus, cum majorem diſcuſſionem & coctionem tento, addendo *pinguedinem pulli* recentem, & paucam quantitatem *croci* cum *cera* in modica portione, linimenta paro. *Idem.*

Diaphragmatis Tumores.

II. [10] *Diaphragmatis tumores* ſunt duplices.

Alii ſunt *Frigidi*, qui

Cognaſcuntur ex ſpirandi difficultate, hypochondriorum, nullo apparente in iis ad tactum tumore, tenſione, delirii abſentia. [11] *Oriuntur* à materia eruda & tenui in Diaphragmatis denſitatem, ex ejuſdem vel compreſſione vel percuſſione, penetrante. [12] *Curantur difficulter* ſi ſint diuturni, [13] quia ægrum ad tabem deducunt. *Facilius*, ſi ſint recentes. *Nullo modo*, ſi delirium accidat.

Primo materiam præparatam evacuantibus, inter quæ Hydragoga maxime laudantur. [14] *Poſt* [15] emullientibus & [16] digerentibus, *Salſaparilla* inprimis, [17] niſi humor indurari cœperit.

[10] *Diaphragmatis Tumores ſunt duplices*) Afficitur hæc pars aut *Tumore frigido*, aut *Tumore calido*, Seu *Inflammatione*, aut *Exulceratione* aut *Perforatione*.

Cauſæ Tumorum Inflammationis, aut Exulcerationis Diaphragmatis *προηγούμεναι* ſunt vitioſi humores in illud confluentes, *προκαταρκτικαὶ Tumorum* ſunt ictus violenti, vociferatio aut reſpiratio vehementior, *Perforationis* vero eſt vulnus inflictum.

Signa *Tumentis, Inflammati, & Exulcerati diaphragmatis*, ſunt difficultas reſpirationis, præſertim ubi quis corpus commovet, aut fæces extrudere conatur, In *Inflammatione & Exulceratione diaphragmatis* adeſt febris, plerumque delirium, adeſt tuſſis & purulenta per tuſſim excretio *Perforati* diaphragmatis ſignum eſt ipſa mors, Perforato enim diaphragmate ſtatim ceſſat reſpiratio, & ſubito moriuntur.

Curatio perficienda eſt convenienti victus ratione, & medicamentorū applicatione, ut ſi Tumor adſit Inflammatoriꝰ, refrigerātibꝰ alimētis utatur æger, hordei cremore,

prunis, &c. Si vero Tumori frigiditas adſit; veſcatur patiens calefacientibus alimentis, *Cinnamomo, zinzibere, macereque* conditis, Juſculis ex *zitho* & *hydromelite* paratis, vinoque pro Potu utatur.

Quantum ad Remedia, In *Tumore inflammato*, incidantur & præparentur humores calidi, *ſyr. acetoſ. citri, roſar. violar. nymph.* &c. cum *aq. cichor. acetoſa &c.* Non incommode quoque in *calidis Tumoribus, & Vicere Diaphragmatis* Vena Jecoraria ſecari poteſt, *Purgans* quoque, velut eſt *infuſio Rhei* cum *Elect. lenit.* exhiberi poteſt.

In *Frigidis Tumoribus* utatur æger pro humorum præparatione, *ſyr. de radic. è ſtoech. &c. mentha* cum *aqu. card. ben. abſinth. ſcord. &c.* Et ſi corpus pituitoſis excrementis ſit refertum, vel *clyſteribus*, vel *diaphoen.* aliiſque pituitam educentibus, expurgandum: Expurgato corpore ſtatim ad Topica deſcendendum.

In frigido Tumore.

℞. *Ol. chamamel. aneth. ruta ãã.* ℥ij. *Cera parum fiat* Linimentum, cui admiſceatur *aqua juniperin.* ℥ß. quo præcordia, latera, & dorſum circa xii. vertebram bis in die inungatur.

Tandem imponatur cincturæ ſequens ſaceulus.

℞. *flor. chamom. melil. aneth. ſcord. beton. majoran. ãã. m.* j. *rad. alth. branca urſina, malua ãã.* ℥ß. *ſem. lini fœnugr. ãã.* ℥ß. *Concidantur, contundantur, f. ſacculus oblongus conſutus, qui in ſ. q. aqua & aceti ebulliat*, expreſſus calide cincturæ admoveatur.

Ex iiſdem tenuiſſime pulveratis cum *aceti & aqu. p. aqu.* concoquantur in formam pultis, adde *ol. chamam.* ℥ij. fiat Cataplaſma, quod per linteum duplicatum extendatur, & calidum cincturæ alligetur.

In *Calido Tumore* inungatur Diaphragmatis regio *ol. roſac. & nymph. ãã.* ℥ß. ſuperadmoto ſeq. ſacculo.

℞. *rad. alth. malv. ãã.* ℥ij. *ſemin. lini, fœn.* ℥j. *flor. chamomill. roſ. viol. ãã. m.* ij. Ex iis contuſis fiat Sacculus, qui *decoquatur in ſ. q. aqua & aceti*, & expreſſus admovendus.

Ex iiſdem ſimplicibus poteſt fieri Cataplaſma, *Fr. Joel. Pr. libro 3. c. ultim.*

10. *Tumores ſunt duplices*) Diaphragma cum Tumore afficitur, dupliciter hoc pati ſolet; nam irruentibus excrementis ad ipſum poteſt tumorem & ſine febre & cum febre pati: Si *ſine febre* afficiatur, à principio *dolor & reſpirandi difficultas* continget, præterea *pulſus* parvus accedit & durus: quo autem ad crebritatem, quoniam in his neceſſitas non eſt adaucta, vel parum quid vel nullo modo mutatur; Ut docet *Galenus 4. de Præſ. ex Pulſib.* Ad hunc Tumorem neceſſario accedit *tenſio præcordiorum* ſubvacua, quoniam tenduntur muſculi ad diaphragma, nulla exiſtente in hypochondriis inflammatione, vel alio ſimili tumore &c. Si his tumoribus aliquando adjungatur *febris*, ut experientia pluries adnotavimus, non eſt acuta, nec *delirium* neceſſario ſubſequitur, quod tamen aliquando in appropinquante morti vidi accidiſſe; *P. Salius Diverſus De Aff. Partic. cap. 8.*

11. *Oriuntur à materia cruda & tenui*) Excrementa ad ipſum irruentia debemus judicare eſſe cruda & tenuia, quoniam craſſa non poſſunt infigi in ſubſtantiam ejus nervoſam: quoniam autem hæc carent eximia caliditate; hi tumores poſſunt eſſe non tantum longi ſed etiam diuturni. *Idem ibid.*

12. *Curantur difficulter*) Tumores hi ſint incipientes, & nondum diu progreſſi, poſſunt Medici ægrorum ſalutem & tumoris reſolutionem ſperare quoniam hi poſſunt, licet cum diſcrimine ſalvari, cum adhuc omnes vires conſtent, & remedia opportuna ferre poſſint. Quod ſi contigerit ut hi Tumores fuerint diuturniores & confirmati, ſciant quod curationem non admittunt, tum ratione affectionis, cum quaſi jam occalnerint, tum quia temporis diuturnitate patientes ad tabem deducunt, cujus merito labefactatis omnibus viribus languent, generoſaque remedia non poſſunt tolerare. *Salius.*

13. *Quia ægrum ad tabem deducunt*) Hi Tumores poſſunt eſſe non tantum longi, ſed etiam diuturni: Sicut experientia vidi in Nobili cui ex crudiore & ſubtiliore ſanguine factus eſt tumor diuturnus; in quo cum dolor & ſpirandi difficultas, pulſuſque durities & parvitas adeſſent, ad eum tamen non ſubſequutum eſt delirium, cum hoc videtur rationabile ex eo quod hęc pars ad mentem (unde phrenes dicta) plurimum faciat, quoniam materia & tumor erat frigidus & crudus, ex quo tandem mortuus eſt, cum prius fere ad *tabem* deveniſſet, & in ultimo diſrupto abſceſſu exſpuiſſet cruenta & cruda, aliquomodo tenuia, & quæ nullam coctionem indicarent. *Salius ibid.*

14. *Evacuantibus*) An dum Purgatio adminiſtratur cogitandum de Venæ ſectione? Cum hic habeamus morbum longum, in quo vires ſunt manu tenēdæ; cum materia peccans ſit frigida, & cum tales patientes utplurimum ſint habitus frigidioris, dico nequaquam V. S. convenire, ut quæ magis corpus refrigerare & vires labefactare poſſit, parumque à loco patiente, cum jam, materia ibi fixa ſit, educere & revellere queat. *Salius.*

14. *Evacuantibus*) An *evacuatio materia in loco affecto contenta* ſenſibiliter facta ſpetabilis?

℞. nullo modo expectandam eſſe, cum ſeptum à parte ſuperiori membrana coſtas ſuccingente, ab interiore peritonæo veſtiatur; unde ad extra nihil reſudare poteſt, niſi forſan diſrupto abſceſſu materia in cavitatem thoracis deducta per tuſſim educatur: quem caſum vidi cum magno ægrorum diſcrimine; Quo tempore Medicus excretionem materiæ faciliter abſtergendo & leniendo, ſique dabitur occaſio à diſcuſſo tumore ad conſolidantia deveniat. *Idem.*

15. *Poſt emollientibus*) An his medicamenta *repercutientia* præmittenda ſunt? Dico, cum Patientes Medicum ad hos tumores curandos advocabunt, non erunt in illo primo morbi principio, in quo forſan quoquo pacto repercutientia convenirent: Unde Tum ratione primi principii tranſacti, Tum ratione materiæ peccantis, quæ eſt frigida, Tum ratione ſubſtantiæ membri, quæ eſt nervoſa & dura, non credo poſſe in uſum opportunum venire, *Salius.*

16. *Emollientibus & Digerentibus*) Quæ *exterius* applicanda ſunt ſint ea quæ diſcutiendo ſimul laxare & emollire etiam poſſint, unde *butyrum, pinguedines animalium, adipes & medulla* in hunc uſum venire poſſunt; Initio autem imbecilliora aſſumantur, in proceſſu validiora; quare primis diebus ſumatur *butyrum rec. pinguedo ſuilla, pullorum, anſerina, medulla vitulina & cervina*, omnia recentia, in progreſſu autem hæc eadem antiquata ſumantur; Et ubi validiori diſcuſſione indigebimus, aſcendemus ad *pinguedinem taurorum, urſorum, leonum*, utpote magis diſcutientes.

Quoniam autem pars affecta non ita expoſita eſt medicamentis, ſed intimas corporis partes permeat, ideo ut profundius hæc medicamenta penetrare poſſint, jubeo nonnunquam ut *lixivio* & *aceto* ſimul laventur; hinc enim majorem partium ſubtilitatem adepta alius penetrare valent.

Cum his commiſceri poſſunt olea diſcutientia, Poſſunt ex iiſdem formari Emplaſtra, additis *radic. alth. malva, lilior. alb. ſemin. lini, fœnugr.* & ſimil.

conjunctis

[illegible] aliqu[illegible] *[illegible] em, terebinth. ammonia-[illegible]* [illegible] gu[illegible] quæ emoliare poſſint Not[illegible] uſus [illegible] *Emplaſtro de meli-[illegible]* [illegible] mones e[illegible] ex [illegible] *[illegible] anet* [illegible] narrat [illegible] trate poſſunt maxime con[illegible] [illegible] dio, modo imbecilliora pa[illegible] [illegible] & ſtatus morbi indicabit. *Sa-[illegible]*

D[illegible]entibus, [illegible]alſaparilla [illegible] Diſ[illegible]tientia ſunt [illegible] applicantur, alia In[illegible]us [illegible] H[illegible] [illegible]turales robo-[illegible] [illegible] cujus uſum præcipue ve-[illegible]munt *Con[illegible]ione magna Theriaca, Mithridatium*, Sed [illegible] aliquan[illegible] diu [illegible] devere con-[illegible] [illegible] hoc poſſe [illegible] Tumores diſ-[illegible] a cæteris tumoribus etiam [illegible], qu[illegible] aliquando experientia ab eo ſolutos [illegible] Hoc tum *Dec[illegible] Sa[illegible]parilla*, quo non nullos [illegible] ho[illegible] morb[illegible] præmiſſis univer-[illegible] purgantibus, [illegible] tactis, nec dimit-[illegible] [illegible] locis [illegible] & particularibus jam enarratiſ re-[illegible] *Salius.*

Ni humor indurari cœperit) In aliquibus ta-[illegible] illud idem Dec[illegible]um exhibui, qui nullo pa-[illegible]cto relevari [illegible]tuerunt; vel qu[illegible] in his *[illegible]am tumor oc-[illegible]calluiſſet*, vel qu[illegible] nimis tarde adminiſtratum fuiſſet, hique tabe conſumpti anguſtiaque, tum à dolore illo continuo partem illam, interiorem thoracis affligen-te; tum à ſpiratione admodum parva & den[illegible]a, con-tinue tamen cum maxima calamitate perierunt. *Idem.*

Diæta.

[illegible] in talibus tumoribus *non tenuis*, cum morbus futurus ſit longus, attenuans tamen inſpe-[illegible]tetur, *Cibaria* non ſint excrementoſa, nec difficilis co-ctionis, abſtineatque ab omnibus quæ aquoſos, te-nues & ſeroſos humores aboodare faciunt; unde multa etiam jura fugiantur; Et *Potus* ſit quam ma-xime fieri poterit parcus, Omnis enim *Potus* modi-cos ſit, dicebat *Galenus* 7. K. T. dum de orthopnoea ageret, in iis qui alicubi abſceſſum habent, & ma-xime in his qui in profundo corporis exiſtunt. Ab-ſtineant ante purgationem factam à *Vino*, quoniam hoc omnes fluxiones proritat, adauget & accelerat; tuncque utantur aliquo decocto parato cum ſaccharo vel melle, admixtis aliquibus attenuantibus, ſicuti vel ſeminibus odoratis, vel *hyſſopo*, vel *origano*, vel ſimilibus, Celebrata autem purgatione, bibant vi-num tenue, album, oliguphorum & ad dulce tendente.

Excrementorum alvi maxima habeatur ratio, quo-niam in omni difficultate ſpirandi fecum retentio mo-leſti eſt; hiſque conveniunt clyſteria, mollia qui-dem pro majori parte, tamen per intervalla poſ-ſunt etiam in uſum venire acria; quæ & revellere & cal.facere, & evacuare pro parte materias illas cru-diores poſſunt; Quæ eædem materiæ *diureticis* ad expulſionem provocentur, quod fieri facile pro ea-rum tenuitate poteſt: Diuretica autem in hoc caſu non ſint illa aquoſa, & frigida, ſed ſint vere diu-retica, quæ caliditate & facultate propria lotium pro-vocare poſſint. *Idem.*

Tumores Calidi Diaphragmatis.

18. Alii ſunt Calidi, 19. qui

Cognoſcuntur 20. in *principio* ex febre continua & acuta, dolore, reſpiratione parva & frequente, præcordiorum tenſione, ad locum diaphragmatis palpitatione, vel ſaltu: in 21. *progreſſu*, ex delirio, reſpiratione inæquali, parva, magna, frequente, rara.

Oriuntur, à ſanguine calido & bilioſo.

Curatio β. eſt 22. *Difficilis*, propter ingens periculum, propter conſenſum partis cum cor-de, cerebro & hepate, nec non propter delirium. Imitatur etiam inflammationem pulmonis, ob delirium: 23. Inſtituendæ extremorum ex herbis refrigerantibus lotiones.

Diaphragmatis Inflammatio.

18. *Alii ſunt calidi*) *Quæ propriam dictam Phreniti-dem inducit.* Inflammatio membranarum cerebri, vel ſolitaria, vel cum parte quadam cerebri ſociata in-flammatio, modernis vocatur *Phrenitis*, ſed perperam, & perverſo vocabulorum uſu, *Phrenes* enim *Hippocra-ti*, & *Græcis auctoribus* notant *Diaphragma*, unde *Phre-nitis* Proprio ſenſu erit *Diaphragmatis inflammatio*, quam ordinario ſequitur Delirium, *Phrenes* dicitur *Diaphragma*, vel quia Antiquis mentis ſedes fuit repu-tatum, vel quod diaphragmate affecto & inflam-mato mens perturbetur; Iſtam veterum opinionem renovavit *Bartholinus* in *Exam. Parad. Med.* qui ſta-tuit in centro diaphragmatis nerveo ſedem eſſe funda-mentalem animæ.

Phrenitis ergo genuino ſenſu erit *Diaphragmatis inflammatio*, cujus in ſcriptis *Hippocratis* frequens fit mentio Nam omnia vocabula Græcorum Medica in *itis* terminantia, ſemper ſignificant inflammationem e-jus partis [illegible] [illegible] denominationem, ut appa-ret in verbis *nephritis, pleuritis, epatitis*, & per conſe-quens Phrenitis. A[illegible] qui vero inflammationem mem-branarum cere[illegible] [illegible]unt *Sphacelismum*, ſeu *ſphace-lum. Etmuller Pr. Part. p.126.*

19. *Qui cognoſcuntur in principio*) Diaphragma in-flammatum ſe exhibet dolore quodam circa extrema co-ſtarum adfinia, ipſiuſque ſterni, ubi ſimul cinguli inſtar venter tendi videtur, dolor tamen exiguus eſt, & ſaltem moleſtia quædam juxta ſternum inſpirando percipitur: Nec punctorius eſt dolor, tuſſis non adeo humida, nec cum tam copioſis excretis atque in pleuroperipneumo-nia adeſſe ſolet: In ſpecie *delirium* facile ſupervenit, ſolent etiam nonnunquam accedere convulſiones, reſpi-ratio eſt inæqualis, modo parva, modo magna, modo frequens, modo rara &c. *Etmuller.*

20. *Qui cognoſcuntur in principio ex febre*) Si Tu-mor cum febre acceſſerit, hoc inde evenit, quod pu-treſcentibus excrementis influxis, quæ neceſſario vel bilioſus humor, vel calidus & tenuis ſanguis ſunt, quo-niam craſſa materia, ut ſanguis craſſior, & pituita len-ta, propter denſitatem in ipſum oon poſſunt recipi, in-flammatur Septum ipſum; Incipiente autem Inflamma-tione neceſſario ſequitur febris, tum ratione *affectio-nis*, quoniam hic tumor eſt ex calidis, tum ratione lo-ci *affecti*; quia propter viciniam quam habet cum corde, & colligantiam cum eodem ob arteriam ma-gnam; Et cum cerebro per nervos, & cum jecore per venam cavam, trahit in conſenſum omnes partes prin-cipes, & præcipue cor ipſum; cujus ratione hæc febris

utplurimum eſt acuta hac incipiente affectione.

A principio ſtatim, Sicut in altero tumore ſequitur *dolor & difficultas reſpirandi*, & ideo in his, antequam delirent, *ſpiratio* eſt parva & frequens, ut docet *Galenus 5. de l. aff. 3.* & ſimiliter *præcordia intenduntur* abſque ullo tumore in præcordiis exiſtente, ut ibidem habet, hi autem increſcente inflammatione neceſſario *delirabunt*, tuncque ſpiratio erit inæqualis, modo parva modo magna, & modo frequens, modo rara. Circa *hypochondria* etiam, vel locum diaphragmatis, nonnunquam apparet palpitatio vel ſaltus, ſeu pulſus, ut docet *Hippocr. Progn. t. 31. & Galenus* ibidem; Et ſicuti ſenſus hujus motus indicat inflammatum eſſe diaphragma, ita etiam eſt indicium delirii superventuri; Inflammationibus etiam iſtis ſolent ſupervenire aliquando *convulſiones* nonnullæ, nam ex *Galeno 4. de Pulſ.* quibus inflammatum eſt ſeptum tranſverſum, hi convulſionibus ſunt opportuni: In quo caſu ſemper *pulſus* eſt durus, ob communicatam arteriis affectionem: *parvus*, quoniam propter duritiem non poteſt attolli & extendi, *creber*, ob neceſſitatem adauctam, pro cujus ratione ſemper frequentia adjungebitur. *Salius ibid.*

21. *In progreſſu ex delirio, reſpiratione inæquali &c.*) Rejicimus Diaphragmatis inflammationem, quam Paraphrenitidis cauſam *Galenus* olim, ejuſque authoritate moti plerique aſſignarunt; Obſervationes Anatomicæ hujus oppoſitum plane evincunt; In diaphragmatis carnoſa parte abſceſſum magnum reperi, nec tamen Puella unquam delirio aut phrenitide tentabatur &c. quapropter hunc affectum à tali cauſa produci haud arbitror: Verum opinio hæc inde nata videtur, quod ſæpenumero in vera Phrenitide, una cum deſipientia continua, Diaphragmatis motus impediri aut perverti ſolet, uti colligere eſt ex *reſpiratione* inæquali & difficili.

Cujuſmodi ſymptomata, ſimulque mentis alienatio, dicuntur à ſepto inflammato, & propterea convulſo procedere. Quare antiquiores φρένας Diaphragma appellabant; Verum iſtis non opus fuerat, ſi conſideraſſent Diaphragmatis actionem omnem à ſpirituum animalium è Cerebello effluxu pendere, & propterea neceſſe eſſe, ſi materia phreneticæ cerebrum invadente, quædam pars ejus una in cerebellum irruet; ut præter deſipientiam, inſuper Septi, ex ſe inſontis, motus alteretur. *Willis cap. de Phrenitide.*

22. *Eſt difficilis*) Indicationes cum maxima difficultate Medicus exequi poteſt, quoniam & ratione membri affecti, & ratione colligantiæ, quam cum omnibus principalibus habet viſceribus, cujus merito acutiſſima eſt hæc affectio, cito deducitur æger in extremum periculum vitæ, quod eo promptius evenit quoniam hujuſcemodi ægri adeo deſipiunt & delirant, ut nec ad oblata, nec ad cætera quæ opportuna fierent, remedia bene ſe habeant hincque cum facile exolvantur vires, in ultimum vitæ diſcrimen incidunt. *Salius.*

B. *Curatio*) Cum Diaphragma tumorem à materia patitur calida, æger acuto detinetur morbo, hic enim eſt Inflammatio, qua poſita communes omnium inflammationum indicationes deſumendæ ſunt; materia enim inflammationem faciens evacuanda eſt, Evacuabitur, ſi retrocedet vel diſcutietur; retrocedet ſi repellatur, vel revellatur & evacuetur: quoniam autem nec repelli nec diſcuti poteſt pleno exiſtente corpore; ideo totius evacuatio præmittenda, poſtea repellendum & diſcutiendum.

Pro prima Int[illegible]ne dum adhuc vires conſtant, nec admodum delirant, ſtatim in primo hujus morbi [illegible] a [illegible] ſtere molli & [illegible]gerante [illegible] his [illegible]ratione affectionis & febris acutæ non conveniunt [illegible] ſecetur vena interna [illegible] dextri quantitas ſanguinis ea ſit quæ pro ratione habitus, [illegible] peraturæ, aëris & victuum, potius copioſa quam [illegible] cris judicari debeat, repetaturque ſi vires tolera[illegible] morbuſque non cedat.

Loco affecto applicentur quæ partim pot[illegible] [illegible] refrigerare, partim reprimere poſſint, [illegible] tamen a[illegible] ſubcalida, non autem frigida, ratione partis, quæ & duræ eſt ſubſtantiæ, & in continuo perſiſtit motu, a[illegible] dis enim actu potius rigeret, indeque ad motum p[illegible] prium difficilius ſe haberet, Vnde à principio [illegible] patiens inungatur *oleo ro. ac. completo*, ut minus adſt[illegible] gat, ſubcalido, cui poſtea in progreſſu morbi ad[illegible] parum *chamæmel.* &c. Vide ſupra §. *Diaphragmatis tumores ſunt duplices.*)

Cum autem morbus eſt *in augmento*, ſi ſymptomata validiora moleſtent, morbumque non remitti, ſed graviorem fore timeamus, laudo, præcedente etiam & facta ex interna vena ſanguinis miſſione, ut ſedi admoveantur hirudines, à quibus maximam ab internis illis partibus revulſionem ſperare poſſumus. *Salius.*

23. *Inſtituendæ extremorum*) Interim dum hæc fiunt commendo ut extremis partibus *Balnea & Lotiones* adhibeantur, quæ ſint paratæ ex herbis refrigerantibus, admixtis nonnullis diſcutientibus: Ita enim actuali caliditate poterimus revellere à loco affecto, & potentiali frigiditate demulcebimus affectum ipſum.

Sique inſter *Delirium*, cujus ratione ſubſequantur *vigiliæ* immoderatæ ſincipiti oxyrrhodinum ad refrigerandum temporibus; & naribus ad ſomnum provocandum nonnulla levia ſtupefacientia applicarem, ejuſque ordinis nonnulla lotionibus prædictis adderem; Et ne exacerbetur in his Delirium, multitudinem hominum, luminum, imaginum, ſermonum, & hujuſcemodi interdicemus.

Quoad *victum*, ſola *ptiſana* exhibeatur, *Potus* ſit *aqua*, *Alvi excrementa* quotidie excludantur, ſi non ſponte, arte: Declinante autem morbo, victus ſit plenior, augeaturque pro ratione virium & declinationis morbi, tuncque vinum exhiberi poteſt debile, album, tenue & dilutum. *Idem.*

Diæta.

Optima habeatur victus ratio, qui, cum ſimus in morbo acuto & graviſſimo, valde tenuis eſſe debet, Vnde ægri contenti ſint ſola ptiſana; quæ non calida, ſed tepida actu exhibeatur: *Potus* ſit *mulſa* dilutiſſima, potius *ex ſacchara* quam ex *melle* confecta; In progreſſu autem pro ratione coctionis morbi, poterit eadem Ptiſana parari cum jure pulli, quod poterit eſſe poſt ſeptimam; quibus & addi poterit *ſuccus ſemin.-commun.* ſeu *amygd. & ovi luteum*, & etiam in potum declinante morbo, *vinum* ipſum, quod ſit dulce, tenue, oligophorum & probe lymphatum.

Hora cibandi obſervetur, ex acceſſionum temporibus, & ægri tolerantia, In qua re hoc unum animadverto, quod præſentibus alvi excrementis nunquam exhibeatur cibus; nam, ut docebat *Hippocr. lib. 1. reg. acut. 32.* Si his non eductis ſorbitionem quis dederit dolorem, ſi adeſt, adaugebit; ſi non adeſt, protinus adducet, frequentiorque ſpiritus reddetur; quod malum eſt, fæcum enim retentio mala eſt in omnibus thoracis affectibus; quoniam harum vapores & exhalationes dolores vel au[illegible]t vel inducunt; & ſpirationem frequentior[illegible]ont, & maxime ſi his ſuperingeratur novus [illegible]ibus; quapropter ante cibum alvi excrementa, ubi abundaverint excludantur; ſæpiuſque ad vitanda prædicta mal[illegible]nate refrigerante & molli alvi lenitio procuretur. *Idem.*

Spaſmus

Spaſmus Diaphragmatis.

[illegible] Coth[illegible] hoc admodum frequens eſt, præ[illegible] quand[illegible] ſ[illegible] ur[illegible] & [illegible]ctius erigit, Tum en[illegible] diaphragmate [illegible] quandam, ſæviſſ[illegible] dolor [illegible] percipit. Quo qu[illegible]dem mal[illegible] pitu, & inſtar [illegible]ux, vel [illegible] incurvat[illegible] nimirum illam apprehen[illegible] commor[illegible]gitur; [illegible]ob. Sommers vero parens intra dimidiam horam hoc potiſſimum affectu ext[illegible]nctus fuit, quemadmodum filius ipſius mihi retulit, *Phil. Salmuth. Cent. 3. obſ. 79.*

De fœmina prædicta dubium num affectus fuerit diaphragmatis, an potius m[illegible]ulorum flexioni & erectioni corporis inſervientium, lumbarium præſertim. Si enim diaphragma affectum fuit, intercipi debuit reſpiratio, & cito mors ſubſequi, ut in *Sommero.*

CAP. X.

De Pleuritide.

1\. P*leuritis* [1] *eſt* [2] *pleura & adjacentium muſculorum, ab influxu humoris fervidi excita,* [6] *cum dolore lateris punctorio, tuſſi, reſpiratione difficili, febre continua acuta, pulſu duro inæquali & frequente, inflammatio.*

Locus affectus eſt pleura, ſeu membrana quæ coſtis adhæreſcit & ſubtenditur, tenuis, ro[illegible], nervus duplex, craſſior, interior & tenuior coſtarum perioſtium: quæ ad ſterni latera conc[illegible]dens, rurſum ad ſpinam principium ſuum duplicata repit, & mediaſtinum, ſeu membranam thoracem in duas partes diſtinguentem conſtituit: interque has tunicas vaſa intercoſtalia, quo tutiora ſint, feruntur. nec, ſ[illegible]um inter pleuram & muſculos meſopleuricos humor continetur, ſed etiam inter utramque tunicam.

Signa pathognomonica ſunt

Dolor pungitivus, quia membrana exquiſitiſſimi ſenſus à materia acri diſtenditur.

[8] *Pulſus durus*, inæqualis & [9] ſerratus, quia pars nervoſa inflammata eſt.

[10] *Tuſſis*, ob irritationem & tranſſudationem, [11] quæ initio ſicca, in progreſſu cum ſputo cruento & purulento conjungitur.

[12] *Reſpiratio* frequens & parva, quia ob dolorem [13] muſculi ſatis dilatari nequeunt.

[14] *Febris acuta*, [15] ob inflammationem cordi vicinam. Et hæc omnia non ſparſim adeſſe, ſed conſpirare debent, Raræ etiam ſunt, quæ cum horrore vel rigore non incipiant, cujus ratio apud *Hippocratem l. 1. de morbis.*

[16] *Cauſa* eſt [17] materia fervida, ſeu ſanguis, vel purus vel impurus, qui potiſſimum ex vena cava cordi aſſidente, per ramum qui ἄζυγος dicitur, in tenues ejuſdem propagines influit, quibus apertis, ruptis, vel poris dilatatis, impetu [18] pleuram incurrit: quandoque per intercoſtalem ſuperiorem, rarius per thoracicam & mammatiam irrumpit. Suppeditat eam plethora & cacochymia, & viſcerum ſanguificantium æſtuoſitas.

[19] Movetur à variis [20] cauſis externis, [21] ſubita præſertim refrigeratione, flatu boreæ poſt auſtrum, exercitatione nimia, potu aquæ poſt defatigationem & ſudores nimios, cibis aromaticis conditis, affectibus animi & corporis, &c. adde [22] evacuationis ſolitæ ſuppreſſionem.

1\. *Pleuritis eſt Pleura & adjacentium muſculorum*) πλευρὰ membrana eſt coſtas interius ſuccingens. πλευρὰ vel totum latus eſt, vel coſta, Ab utra parte dicitur affectus; Plerique inclinant in poſterius, ego in prius ob cauſam jam afferendam. Duplex eſt Pleuritis, legitima & ſpuria, *Legitimam*, dictæ eſſe membranæ, una cum muſculis intercoſtalibus internis, conſenſus fere eſt Practicorum, præter paucos quoſdam, qui pulmoni tribuunt: *Spuriam*, tam intercoſtalium externorum, quam reliquorum thoraci incumbentium: Hoc probant ex *5. loc. aff. 3.* Ego vero dico *Galenum* longe alio iviſſe, huc nimirum, Qui de Pleuritide vult judicare, docet *Galenus*, oportet removeat affectus cutaneos una cum ſubjectis muſculis: His enim inflammatis, vulneratis, contuſis, non opus eſt inquiſitione alia cum affectus [illegible]currat in ſenſus: At vero cum nihil forinſecus appareat, & tamen adſit dolor, cogitare oportet de Pleuritide. Illa vero cum duplex ſit, *Legitima* quidem dicitur quæ in Pleura dicta eſt, *Spuria* vero quæ in muſculis intercoſtalibus; Et addit, Si Pleura inflammata trahat in conſenſum muſculos intercoſtales, in pleura quidem affectum eſt per protopathiam, in muſculis autem per ſympathiam, [illegible], quaſi dicat, ſi Poſterius hoc fiat Pleura ſimul inflammatur. *Hofmannus Inſt. l. 3. c. 47.*

2\. *Pleuritis eſt Pleura &c.*) Sic definit *Willis*, Pleuritis vera & ſingularis, eſt Inflammatio ipſius pleuræ, ex affluxu ſanguinis effervescentis, ſimulque lenteſcentis per arterias vertebrales excitata, cum febre continua & acuta, dolore lateris pungente, tuſſi & difficultate ſpirandi.

b. *Pleura & adjacentium muſculorum*) Cenſemus in vera Pleuritide non ſolam Pleuram, ſed etiam muſculos meſopleuricos internos inflammari, quia impoſſibile eſt quin inflammatio membranæ muſculis contiguis communicetur: Nonnulli præterea Pulmonem etiam in omni Pleuritide inflammari contendunt, 1. quia *Hippocrat. l. de loc.* dicit Utraque pulmonis parte inflammata fieri Peripneumoniam; alterutra pleuritidem. 2. quia utriuſque eadem ſunt ſigna, eadem prognoſis & curatio. 3. quia apertis pleuriticorum cadaveribus pulmo inflammatus ſemper fuit: At concedendum quidem in plurimis pleuriticis pulmonem cum pleura ſimul affici, facile enim fluxio in utramque partem de-

cumbit, cum pulmo pleuræ ſuperiori parti alligetur; Aſſerendum tamen ſolam pleuram ſæpiſſime inflammatione affici illæſo pulmone, aut ſaltem ita leviter affecto ut morbus illius partis affectus dici nequeat.

Authoritatem *Hippocr.* quod attinet, dicimus locum illum aliis eſſe contrarium, cum lib. 1. *de Morbis* & alibi. dicat bilem & pituitam ad latus affigi & dolorem vehementem excitare. Quoad ſimilitudinem ſymptomatum, eam facit morbi utriuſque natura eadem, quæ in inflammatione conſiſtit, & partium affectarum vicinia: Quod vero in pleuritide intereuntis pulmo affectus inveniatur, inde concludendum non eſt ſemper ita contingere, nam pleuritides vehementiores, quæ mortem inducere conſueverunt, in peripneumoniam ut plurimum degenerant, Sed plurimi teſtantur, & nobis experientia compertum eſt, in multis pleuriticorum cadaveribus ſolam pleuram corruptam & putrefactam inveniri. *Riverius.*

4. *Cum dolore*) Dolor eſt primum proculdubio ordine Naturæ ſymptoma, cum ſequatur immediate influxum materiæ, qui eſt cauſa *antecedens morbi*, ſed quia alius eſt in *legitima*, alius in *ſpuria*, quæ eſt ratio diſtinctionis? alii alia dicunt, mihi, præhabitis iis quæ dixi, ita videtur. In ſpuria dolor intenditur cum decumbit æger ſuper latus læſum; Muſculi enim thoracici compreſſi ob molem totius corporis, comprimunt muſculos intercoſtales; in legitima contra, Materia enim in pleura contenta fit pendula, atque ita dolor augetur, Sed quam doloris ſpeciem producit quatenus vel afficitur vel coafficitur Pleura? *Τυγματώδη* *punctorium*, Quatenus pulmo participat, *βαρύν*, *gravem* ſeu *gravativum*, *Hofmannus l. c.*

4. *Cum dolore lateris &c.*) Quod ad ſymptomata, *Galenus* audet nobis promittere *12. Meth. 7. & tract. ſ. ſan. tu. 11.* eſſe ea ſigna tam certa ut eximant morbum à conjectura artificiali.

5. *Lateris*) Non ſolum lateraliter afficitur Pleura, ſed etiam interdum membranæ humeri, juguli &c. afficiuntur, obſervante *Tulpio l. 2. Obſ. 1.* Contingit, *inquit*, non raro eundem dolorem occupare vel humerum, vel jugulum, vel dorſum, vel alia thoracis loca, quæ non minus cinguntur à membrana pleura quam coſtæ pectoris latera tegentes.

6. *Locus affectus eſt*) Morbi hujus (quoties primarius & ſolitarius exiſtit) ſedem in Pleura, ſeu membrana coſtas internas ſuccingente conſiſtere, tum doloris ſenſus tum obſervationes Anatomicæ Pleuriticorum defunctorum habitæ plane teſtantur. *Willis.*

Cur Pleura frequentius quam aliæ membranæ inflammatione afficitur? Reſpondet *Hippocr. 1. de Morbis*, ubi dicit Latus eſſe partem maxime debilem, quia carne nudum eſt præ reliquis corporis partibus, & non habet aliquid quo renitatur; idem commotis humoribus ab aliqua cauſa procatarctica, iiſque excalefactis, eorum defluxus in illam partem facile concitantur. *Riverius.*

6. *Locus affectus*) Inflammantur partes internæ ad Thoracem pertinentes, & hæ ex inflammationibus partium internarum ſunt frequentiſſimæ: Vocantur in genere *Pleuroperipneumonia*, quæ poſtmodum in ſpecie varias ſortitur appellationes: Inflammatio enim utriuſque Pulmonum partis dicitur *Peripneumonia*; Si altera *Pulmonum medietas* inflammetur, una cum lateris ipſius *Pleura*, vocatur *Pleuritis*. Semper enim quando Pleura eſt inflammata, ſimul quoque Pulmo iſtius lateris fuit obſervatus inflammatus, obſervante hoc *Platero l. 2. Pr. p. 365. Ettmuller.*

Inflammationem *Tunicæ ſuccingentis Pleuritidem veram, Pulmonum vero Peripneumoniam* etſi communis eſt opinio, Nos vero non tantum in Peripneumonia, verum etiam in Pleuritide, quam veram vocant, Pulmones inflammatos fuiſſe, præterquam quod mortuis aliquoties pectore aperto ſpeclavimus et rationibus certis ſic ſe habere evidenter poſſumus monſtrare, Quod ſanguis, quem tam ſubito excreant, à tunica ſuccingente inflammata tam cito, per pulmones, illorumque vaſa ad exſpuendum penetrare, nec ſuppurata ea, pus ex eo loco tam cito per pulmones, illis non læſis aut ulceratis facere, ad excretionem uſque perferri minime potuiſſe. Sed potius ſi inde manaret, in thoracis cavitatem deflueret, atq; illic Empyema gigneret: Quæ proin cum in Pleuritide ſtatim & copioſe interdũ excernantur, uti in peripneumonia, hęc à pulmonibus proveniſſe, nec aliunde eo provenire potuiſſe ſatis declarant. Sicuti & *accidentia* reliqua utrique affectui communia eandem ſedem affectam, Pulmones ſcil. ambobus eſſe, luculenter oſtendunt, Vnico hoc excepto, quo & ſolum fere Pulmones in pleuritide non inflammari ut crederent & docerent fuerunt moti, quod nimirum dolor punctorius, qui in Pleuritide manifeſtus eſt, in peripneumonia obtuſus vel nullus, non poſſit propter Pulmones affectos accedere, quippe qui in parte ſentiente & membranoſa, cujuſmodi pulmones minime ſunt, [illegible] fieri queat; Ceterum, nec hoc, etſi punctiones hæ ſuccingentis membranæ cauſa accidant, pulmones propterea minus inflammari in pleuritide quam in peripneumonia, cui in cæteris omnino ſimilis eſt, ſufficienter evincere; ſed hoc ſaltem inde effici poteſt, quod nimirum ſi (uti & res revera habet) pulmones tantum inflammentur, quod in uno latere, cum pulmones diſtincti ſint mediaſtino, plerumque accidit, magiſque circa interiora quam externa in ipſorum ſuperficiem Peripneumonia fiat, in qua nullæ punctiones ſentiuntur.

Quod ſi vero circa ambitum Pulmonum, ipſorumque tunicam inflammatio ſit, ipſius tunicæ cauſa punctiones aliquæ, cum non ſit pulmo omnino inſenſilis, ſed leviores ſentiuntur: Sin autem adeo ad exteriora uſque extendatur inflammatio, ut pulmones per eam plus juſto diſtenti, præſertim quando inſpirato aëre exſurgunt & dilatantur, quo tempore ſolum punctiones fiunt) fibris quibus ſuccingenti connectuntur & continuantur adſtrictis, eam, etſi minime inflammata ſit, à thorace avellant, tunc & punctiones hæ in latere ſentiuntur, quæ graviores fiunt cum per conſenſum pulmonum inflammatorum hæc quoque aliquid patitur, incaleſcit, & nonnihil intumeſcit.

Id autem ita fieri [illegible] ſuccingentemque tunicam quoque inflammari poſſe non negamus, uti & vicina illi periostia (quæ tamen ſeparatim nonnunquam inflammari, inde privatam aliquam Pleuritidis ſpeciem naſci, cum adeo pertinaciter ſuccingenti, ubi coſtis illa obducitur, hæreat, concedere minime poſſumus) quod tamen cum fit, non inflammatis ſimul Pulmonibus, Pleuritis illa quæ *Vera* dicitur non erit, in qua cruentæ & purulentæ fiunt per ſputum excreationes, cum ſuccingens eo ſe exonerare minime poſſit, ſed illa ejus ſpecies quam peculiariter *Succingentis* pleuritidem nominamus: *Platerus.*

Pleuram in Pleuritide primario affici Nos pronuntiamus, etiamſi haud parvæ aſſerentibus occurrant difficultates, quas *Platerus, Zecchius* & alii movent, At vero cum hiſce contraria quoque *αὐτόψίας* teſtimonia quamplurima ex *Riverio l. 7. pr. c. 7. Boneto, l. 2. Anat. Pr. p. 498. & ſequ. Proſp. Martiano Comm. in v. 281. l. Hippocr. de L. in Hom. &c.* oppoſi poſſint; non dubitamus repetere, verbis *Galeni*, [illegible] Hinc *Willis*, *Morbi hujus*, inquit, *quoties primarius ac ſolitarius exiſtit ſedem in Pleura, ſeu membrana coſtas interius ſuccingente conſiſtere, tum doloris ſenſus, tum obſerva-*

ſervationes defunctorum pleuriticorum habita plane teſtantur. Jam itaque Pleuram inflammari poſſe non facile neſcierit qui, judice *Rolfinkio lib. 5. conſ 3 pag 554.* fabricam iſtius perſpectam habet; Hinc pleuram inflammatam decuplo craſſiorem fuiſſe inventam teſtatur *Riolanus Ench. An. lib. 3. cap. 4.* conſtatque ex αὐτοψίᾳ anatomica vaſis eam quampluimis dotatam, & arterias quidem ejus in ingreſſu amplas venas item nervoſque ibi ... tis inſignes conſpici; Hinc quidam in Pleuriticis poſt mortem apertis coſtas propter hujus membranæ ... livore obductas obſervarunt, & *Hippocrat.* diſſ... Pluriticorum cadavera apparere fulgurita ſcripſit. *Stranſius Pal. Med. P. 2. p. 44.*

7. *Dolor lateris Pungitivus)* Dolor Punctorius eſt membranis proprius, præcipue à materia biliosa proveniens: Ille autem dolor latus occupans ad vicinas partes ſe extendit, & nunc jugulum, nunc ad hypochondria exporrigitur, per continuitatem membranæ quæ totam thoracis cavitatem inveſtit, Hoc ſigno Pleuritis à Peripneumonia diſtinguitur, in qua nullus aut perexiguus lateris dolor apparet, niſi cum pleuritide complicata ſit. *Riverius.*

Dolor acutus eſt, punctorius, inprimis moleſtus quando inſpiramus, Cujus originem ab acido, & fiendi modum per contracturam fibrarum pleuræ explicat *Helmont. Tr. Pleura fur.* Adeoque rarum eſt quod refert *Hildanus*, dolorem hujuſmodi punctorium non in omni eſſe Pleuritide, utut & pleuritis ſine punctorio lateris dolore obſervata fuerit à *Zacuto & Tulpio* Ettmuller.

8. *Pulſus durus &c.)* De Pulſu magnæ ſunt difficultates, heic quidem, dicente *Galeno magnum* eſſe, heic autem, *parvum*, Ratio quidem perſuadet, propter calorem febrilem, omnino magnum eſſe, ſed non tam facile contemni poteſt experientia contraria: An dici debet ex *l. de Pulſibus* ad tyr. *Non ſemper eſſe magnum*, Sed quid ſit de illo quem *Galenus* l. de loc. aff. vocat ἀνώμαλον ..., quaſi *ſerrantem*? Si datur, communis eſt omnibus inflammationibus internis, ceu dicit *Gal. l. c.* Ego vero credo Jll. *Saxoniæ*, Doctori meo, non eſſe in rerum natura. *Caſp. Hofmannus.* Pulſus adeſt ſimul durus ob tenſionem inſignem arteriæ quaſi convulſivam, affectui pleuræ quaſi ſpaſmodice conſentientem; quæ pulſus duritiei juncta cum ejus frequentia, celeritate & parvitate, iſtum conſtituit pulſum quem alias ferrinum, ſeu ſerratum appellant Medici, eamque pleuritidi fere proprium aſſerunt. *Etmuller.*

9. Et *Serratus)* Vulgares Medici Pleuriticorum pulſus explorantes ſtatim affirmant Pleuritide eos tentari qui talem pulſum habent, Hi videntur potius ex ſcripto quam ex rei veritate duci, *Galenus 2. de criſ. 10* inquit *Pulſum ſerrinum eſſe proprium inflammationis pleuræ,* ſed lib. *de Pulſ ad Tyr. cap. 11* ſe explicat & docet *Non in omni pleuritide pulſum eſſe ſerrinum, ſed in magna tantum. neque in omni magna, ſed quæ proparte eſt mutata in abſceſſum, in pus. nam ſi tota materia ſit in pulſus verſa pulſum minime facit ſerrinum,* Vbi medio modo ſe habet vult *Galenus pulſum eſſe ſerrinum*, id eſt, dum tangitur quatuor digitis, ſub uno digito *apparere durum, ſub ſecundo mollem, ſub tertio durum ſub quarto pariter mollem, eo quod ſicuti inæqualis eſt materia in inflammatione partim cruda, partim in pus converſa, ex cruda durities, ex purulenta mollities ſentiatur.*

Hæc ſententia præterquam quod mihi nunquam propriò motum experimento, videtur omni ratione carere; nam, ut alia omnia omittam, tactus ipſius pulſus non eſt omnibus unus & idem, Eſto igitur, Sint duo qui tangant pulſum, *unus* quidem in una arteriæ parte. *alter* vero in ... neceſſarium erit, ſi vera ſit *Galeni* ratio, ut ea pars quæ uni digito erat dura, alteri ſit mollis, & quæ erat mollis, dura, Præterquam quod animo concipi non poteſt, arte tam per tam breve ſpatium poſſe hanc inſignem obtinere inæqualitatem, particula ut ſit dura, altera vero mollis. Vt ingenue dicam, puto eſſe imaginariam pulſus differentiam. *Saxonia Prel. Pract. p. m 157.*

10. *Tuſſis)* Propter irritationem muſculis intercoſtalibus impreſſam. *Willis.*

11. *Tuſſis ob irritationem & tranſſudationem)* Signa Pathognomonica tria ſunt, dolor lateris acutus, difficultas ſpirandi, & febris acuta: antiqui quartum addidere, ſcil. Tuſſim, ſed perperam, ſiquidem Tuſſis merum eſt pulmonum ſymptoma, nequaquam pleuræ aut muſculorum intercoſtalium, quæ ſolum in hoc morbo afficiuntur: Errori anſam præbuit peripneumonia, cujus tuſſis comes individua, quæ ſæpiſſime pleuritidi adjungitur, adeo ut huic affectui aſſignaretur quod alteri ſolum proprium erat: affinitas autem maxima eſt inter utrumque affectum, ac fere ſemper concurrunt: *Tract. Medic. Nov. c. 2. de aff. Pector.*

12. *Reſpiratio)* Ob fibras muſculares quoad actionem ſuam læſas, quæ ſi quidem contractiones longas & validas perficere nequeat, debiles ſed & crebriores inire coguntur, Secus ac in Peripneumonia, in qua ſymptoma iſtud à pulmone nimis oppleto & infarcto oritur. *Willis.*

13. *Ob dolorem muſculi ſatis dilatari nequeunt)* Reſpiratio facilior vel difficilior eſt prout magis minus debilitet liberam dictam reſpirationem: hæc cum non ſit diaphragmatis ſolius, ut plerique credunt, ſed ſimul muſculorum intercoſtalium, tam internorum quam externorum, imo etiam muſculorum abdominis, quivis intelligit quid ſibi ſequendum ſit. Eſt autem ſemper frequens & parva, conante natura duobus motibus explere quod uno, ob punctiones, non poteſt. *Hofmannus l. c.*

14. *Febris acuta)* Et continua, ex phlegmone in parte cordi vicina oborta: Symptomatica cenſetur, quamvis interdum (imo ſemper) eſſentialis conjuncta ſit, & primam illi originem dederit: Contingit enim ſæpe in principio febrium continuarum, ut ſanguis in venis (& arteriis) ebulliens expellatur à natura in partem receptioni illius magis idoneam, quales ſunt partes laterales, & inflammationem pariat: Hujus rei indicium eſt quod febris primo ægrum invadat, mox 2. tantum vel 3. die lateris dolor appareat: Cum vero febris eſt ſymptomatica, tunc dolor lateris ab initio ægrum corripit, febris vero paulo poſt aut eodem tempore apparet. *Riverius ex Platero.* Cum dolor ab initio apparet citra febrem, tunc Pleuritis eſt ſpuria, à flatu, ichore &c. quæ in legitimam tranſit; alias febris inflammationis in loco cordi tam vicino non perpetua comes eſſe nequit.

15. *Ob inflammationem cordi vicinam)* Febris à ſanguinis efferveſcentia cietur, & Pleuritidis fere ſemper comes potius quam effectus eſt: Enimvero ſanguis, à quacunque cauſa in turgeſcentiam febrilem actus, ſi in ſimul in compage ſua conſtrictus ad lenteſcendum aptus fuerit, una cum febre ſæpiſſime Pleuritin, vel Peripneumoniam vel utramque inducit: Hinc obſervare eſt morbum hunc ſpeciem ſæpe variare, & locum mutare, vix de pleuritide in peripneumoniam, ac vice verſa; dein ab utroque, aut alterutro in Phrenitim aut Anginam migrare; in quantum ſcil. cruor inter efferveſcendum ex ovias ſuas viſcoſas, modo in hac parte, modo in illa, modo ſimul in pluribus deponit, dein iterum reſumit ac varie transfert. *Willis.*

15. *Febris acuta, ob inflammationem &c.)* Febris ſemper adeſt, & ea quidem continua & acuta, *2. loc. aff 9.* ſed modo vehemens modo remiſſa; Crediderim tanto vehementiorem eſſe quo magis afficitur pulmo, quippe

cordi tam vicinus. Quin varietas maxima eſt in humore peccante, Tu vero accipe & hoc & illud de legitima imprimis, *Hofmannus l. c.*

16. *Cauſa eſt materia fervida ſeu ſanguis &c.*) Cauſæ mediatæ proximiores ſub *maſſa ſanguinea* omnis generis humores diverſimode peccantes oſtendunt, ſimulque *totum corpus*, in quo adhuc fluctuant, *Partis mandantis* vicem gerere, *Pleuram* vero *Recipientis*; Quemadmodum & *Hippocrates l. de Loc. & 3. de morb. Galenus 6. aphor. 33.* & alibi, dum *bilis, melancholiæ*, imo etiam *pituitæ* mentionem faciunt, *Sanguinem* ſubaudiri omnino & præcipue volunt, cum enim Pleuritidem eſſe phlegmonen dicant, neceſſario cauſam eſſe ſanguinem agnoſcunt, monente *Foreſto, l. 16. obſ 27.* Ita quoque non adverſantur Recentiores, etiam ſi varios maſſæ ſanguineæ exceſſus cacochymicos per *ſanguinem ferventiorem, acriorem, particulis volatilioribus, ſulphureo ſalinis, lixivioſis &c.* ſcatentem imo turgeſcentem exponere interdum malunt; Non invitis itaque modernis, reor, dicere licuerit *ſanguinem bilioſum* ob tenuitatem, ſæpius *pituitoſum* vero rarius, *melancholicum* autem rariſſime hujus morbi cauſam exiſtere, pariter ac pace Antiquorum, Sanguis ſeroſus (quem *Car. Piſo* ſæpiſſime inducere Pleuritidem affirmat) una in cauſarum numerum facile admittetur. *Strauſſius.*

17. *Cauſa eſt materia fervida*) Cauſa proxima eſt ſanguis in membranæ iſtius minoribus ac interſtitiis (pariter ac in peripneumonia) ob lentorem obſtructus, nunc extravaſatus, dein ob turgeſcentiam copioſius ibid. aggeſtus, proindeque phlegmonem excitans. *Willis.*

17. *Materia fervida*) *Hermetici* cauſam Pleuritidis & Peripneumoniæ *Salem eſurinum* dicunt, quod eſt de proprietate arſenicali & auripigmentali, acrimonia ſua facile vaſa ſanguiſera & membranas corrodens: hoſque morbos ex oppilatione tartarea deducunt.

Helmontius in furore pleuræ conſiderat primo motorem internum, ſive calcar, ac dein laceratorem pleuræ: Cruorem autem eo affluentem & effuſum, indeque natum apoſtema, tanquam productum perpendit, ac adducit exemplum de *Spina* parti alicui affixa: Eſt ergo, ad mentem ipſius, cauſa Pleuritidis *peregrina aciditas*, concepta in *Archeo*, quæ ad venam azygos, imo vel in ipſam propinquam coſtarum carnem expellitur, indeque productum morbum Apoſtema, Cruor enim aceſcens mox, contra naturam venarum totiuſque carnis indolem, coagulatur: Aliquid vero *acidum* eſſe in Pleuritide, probat ex eo quod in hac lotium, & cruor è vena ſecta elicitus, grumeſcant etiam exeundo; quæ grumeſcentia & caſeatio eſt acoris indicium & effectus; cum inde latex hic aceſcens, in intercoſtales carnes incidens, facit dolorem pleuriticum, & ſic quaſi ſpina illa pungens & dilacerans, cruor enim extravaſatus hoſtilem induit naturam, dilacerat vaſa, fibras, membranas arteriaſque, tumique egreditur, & ſtatim coagulari incipit.

Quod ſi vero acor ille in venam arterioſam, vel arteriam venalem diſpergatur ab infecto Archæo, tunc, juxta ipſum, oritur Peripneumonia, qua ſe tantum ſeparat non tam acore cauſæ materialis quam ſubjecti varietate.

Cruor igitur, ad mentem *Helmontii*, intra pleuram ad coſtas ſiſtitur aceſcit, grumeſcit, apoſtematur, atque illico pus fit, ubi enim dolor ibi accurrit cruor.

Carteſiani cauſam hujus morbi à materia diſtendente, pungente & rodente membranam pleuram deducunt; quæ materia nihil aliud ipſis eſt quam ſanguinis particularum acrium, acutarum, volatilium, in pleuram & muſculos meſopleurios, in Peripneumonia vero, in ipſos Pulmones delatarum, & inde extravaſatarum puiuo &c quæ particulæ acriores per temporis moram redditæ, inque pleuram vel pulmones delatæ, cum ſanguinis ſui poris partium non conveniunt, & eapropter ſiſtuntur, ſicque Pleuritidem vel Peripneumoniam producunt. *Dolæus Encyclop. p. 274. & 27[illegible]*

18. *Pleuram incurrit*) Huc refer dolorem circa pectoris regionem, aut ea quæ ſanguinem ad pectus alliciunt uti in quadam muliere; quæ jam ſeneſcens cum concepiſſet, creſcentibus mammis, quæ jam flaccidæ erant affluenteque eo, ad lactis generationem, ſanguine, in pleuritidem incidit; Tales aliquot mulieres gravidas circa medium geſtationis tempus, inprimis verno tempore, prægreſſa hyeme, nunc ſubito frigore, nunc moleſta humiditate variante, ob lactis copioſiorem generationem, & ſanguinis ad mammas affluxum, in periculoſas pleuritides incidiſſe aliquoties obſervavi. *Platerus.*

19. *Movetur*) Symbolum ſuum utrobique conferunt *Calor* & *Dolor* quorum ille propter dilatationem poros aperit, humoreſque agitando fundit, unde juxta *Hippocratem 1. de morb. ſ. 30.* [illegible]; *hic* vero ſtimulis ſuis naturam irritat, ut parti affectæ opitulatura, ſpiritus & ſanguinem, alioſque una humores, ceu copias auxiliares, per vaſa arterioſa tranſmittant. *Strauſſius.*

19. *Movetur à variis cauſis*) Cauſæ remotæ ſunt variæ, frigus externe hauſtum poſt corporis incaleſcentiam; ſanguinis ordinariæ vacuationes ſuppreſſæ: Febribus quoque continuis non raro ſupervenit pleuritis, adeoque tanquam quoddam iiſdem ſubinde ſe aſſociat: Scabies retropulſa intulit pleuritidem, *Amatus, cent. 3. cur. 62.* Denique cauſæ internæ, caſus, ictus undequaque natæ contuſiones, aliaque pathemata ſimilia, quæ ſanguinis ordinarium motum per vaſa intercoſtalia plus minus remorantur, ad Pleuritidem diſponunt; ſic ex riſu & ſternutatione ſimultaneis pleuritidem natam, vide in Act. Hafn. v. 2. p. 239. *Ettmuller.*

19. *Movetur à variis cauſis*) Hic morbus, quo nec alius frequentior, nullo non tempore infeſtat, potiſſimum vero anno inter ver & æſtatem ambigente; Nam per id temporis ſanguis à nova Solis vicinia excalfactus in effervescentias & inordinatos motus effrænatius ruit. *Sydenham Obſ. in Acut. p. m. 419.*

20. *Movetur à variis cauſis externis*) Cauſæ Pleuritidis remotiores eædem prorſus ſunt ac Peripneumoniæ, viz. quæcunque ſanguinem ad lenteſcendum, ſimulque effervescendum prædiſpoſitum exagitant inque turgeſcentiam febrilem concitant: Huc ſpectant caloris & frigoris exceſſus, pororum conſtipatio ſubita, crapola, vini aut liquorum ardentium potus, exercitium immodicum: Quandoque aëris conſtitutio maligna, hunc morbum fere quibuſvis inducit & epidemicum reddit: Cui accedit quod nonnullis à conſtitutione ſua, aut conſuetudine, hic morbus admodum familiaris exiſtat, proinde ut ſanguinis intemperies, per quamvis fere occaſionem inducta, mox in pleuritidem tranſeat. *Willis.*

21. *Subita refrigeratione*) Pleriſque hyeme, præſertim rigente, dolores laterum excitari à congeſtione ob ambientem frigidum: An his venæ ſectio imperanda? Omnino, ad orgaſmum impediendum, nam purgationi tunc nullus locus: In hoc à pleriſque peccatur; & ideo *Hippocrates* purgationi præfert celebrationem phlebotomiæ. *Ballonius Epid. p. 18.*

22. *Evacuationis ſolitæ ſuppreſſionem*) Sanguinis ordinarii evacuationes ſuppreſſæ non raro dant pleuritides (& peripneumonias) præſertim menſium, quorum occaſione acidum vitioſum interdum colligi ſolet: Præterea dyſenteria ſuppreſſa, aut male curata dat pleuritides: Hinc *Helmontius* dicit quod dyſenteriæ & pleuritides non differant in radice, ſed tantum quoad locum affectum. *Ettmuller.*

Curatio

[23] *Curatio* [24] eſt *bonæ ſpei*, [25] *ſi* ſputum maturè coctionem recipit, & facile ac promtè excernitur, & *ſi* [26] quarto die exſpuit æger album, læve, æquale, idque ter vel quater tuſſiendo, in [27] ſeptimo terminabitur, *ſi* ſeptimo, ultra undecimum vel decimum quartum non extendetur, *ſi* [28] ſanguinis è naribus, hæmorrhoidibus, utero, fluxus, in die critico, cum ſignis coctionis accidit, *ſi*, quod rariſſimum eſt, *μετάστασις* materiæ ad articulos & minus nobilia membra fit, *ſi* [30] ſtatim in principio vomitus oboritur, quia ita pleura ab humorum ſarcina levatur, putatque *Pachequus* omnes tales evaſiſſe.

Dubiæ, *ſi* ichores tenues ſaltem exſpuuntur, *ſi* [31] flava bilis ſputo admodum permixta, multò poſt initia apparet, quia naturam nihil adverſus morbum tentare ſignificatur, *ſi* ſputum eſt flavum, ſincerum, & aquoſitati multæ permixtum, *ſi* idem glutinoſum, quia ex calore adurente lentor contrahitur, *ſi* æruginoſum, & ſpumoſum, ſi nigrum, quia humoris pravitatem, & caloris nativi extinctionem ſignificat, *ſi* exſcreatio tuſſim ac ſpirandi difficultatem non ſedat, quia vel malignitas materiæ, vel expultricis debilitas ſignificatur, *ſi* in Empyema poſt quatuordecem dies abit, *ſi* [33] in peripneumoniam faceſſit, *ſi* [34] ſenibus accidit, quia ob caloris inopiam materia non concoquitur, *ſi* [35] in corpora denſa & exercitationi dedita, cæteris paribus, incidit.

[36] *Nullius ſpei*, *ſi* [37] in ea nihil exſpuitur, *ſi* [38] pulſus durus, parvus, & ob calorem frequentiſſimus, *ſi* ſanguinis aliquis fluxus in initio abſque alleviatione contingit, quia æger plerumque in quarto moritur, *ſi* ſingultus infeſtat, & cum ſaliva ſanguinis grumi nigri ejiciuntur, quia ſeptima die moriuntur, *ſi* pleuritis tanta, ut hepar & ventriculus in conſenſum trahantur, & diarrhœa ſupervenit, *ſi* pleuritis poſt alium diuturnum morbum, corpus cachecticum odoritur, *ſi* plurimus ex ſputo ſtrepitus in pectore ſonat, vultus demiſſus eſt, & oculi aurigine & caligine obducuntur.

Terminatur 1. *reſolutione*, diſſipata vel in ſenſibiles, vel in inſenſibiles vapores materia.

2. [47] *Maturatione*, cum in pus redacta, rupto apoſtemate, vel tranſſudatione à pulmonibus exſugitur & expectoratur, vel idem per urinas aut ſeceſſum ejicitur, viæ quidem ibi ignotæ: invenitur tamen tubulus ex pulmonibus avium in abdomen protenſus; & in teſtudine mittit aſpera arteria ramulos quoſdam ad renes & veſicam: ſed & ramus à *Fallopio* inventus ab azygo per coſtam octavam ad ſiniſtrum diaphragma permeans, modo in cavam ſupra vel infra emulgentem, modo in ipſam emulgentem, modo in adipoſam inſeritur. Excipit talem quandoque circa extimam ulceris oram tumor prædurus, in quo calculus, ut *Tulpius* l. II. capit. 21. obſervavit.

3. *Putrefactione*, cum corrupta materia partem in funeſtam gangrænam pertrahit.

4. *Induratione*, cum tenuioribus partibus exhauſtis craſſiores relictæ induteſcunt, quod rarius fit.

Et 5. *Permutatione*, cum translata alio materia, in alium morbum, ut eſt orthopnœa, parotis, phrenitis paralyſis; ſyncope, & quæ ſibi mutuo ſuccedere gaudent, *peripneumonia*, *empyema*, *phthiſis*.

[23] *Curatio eſt bonæ ſpeciei &c.*) Quod ſpectat ad morbi hujus *Prognoſin*, *Hippocrates* plurima tecmeria notavit quibus Pleuritidis bonus aut malus eventus ſignificatur, Singula hæc percurrere, & commentariis adjectis explicare operæ pretium non videtur: Quod rei ſumma eſt, de Pleuritico expectatur vel ut morbus ſtatim ſolvatur, partim crebra & liberali phlebotomia, & partim ſudore critico die quarto, vel circa octavam exorto, vel ut, his non rite ſuccedentibus, diutius protrahatur, & tunc ſæpiſſime huic morbo peripneumonia, aut empyema, vel utrique affectus ſuperveniunt, è quibus ſequitur morbi ſolutio nonniſi lenta & incerta; & ſæpiſſime aleæ periculoſæ plena, Quod ſi Pleuritis neque per ſe, neque per peripneumoniam adſcitam judicabitur, tandem vel abſceſſu in pleura, aut etiam in pulmone facto, Empyema ſuccedit; vel materies omnis in pulmonem delata, ibidemque putreſcens, & viſceris unitatem ſolvens, Phthiſin ægre ſanabilem aut exitialem parit. *Willis.*

Prognoſis primum ex ſymptomatum remiſſione aut vehementia deſumitur; Si enim dolor, ſpirandi difficultas, & febris non multum moleſtaverint, morbum remiſſiorem ſignificant; Si vero dolor vehemens fuerit, & tuſſis magna, in qua nihil excernitur, febris item valida & anhelitus difficultas maxima, periculoſam Pleuritidem æſtimare oportet. *Riverius.*

[24] *Si ſputum &c.*) Si valde ſanguinolentum ſit, periculoſum eſt, venarum enim aut carnis ruptionem ſignificat, unde ſuppuratio expectanda: Paucis vero ſanguis per reſudationem effluere cenſetur. *Riverius.*

[24] *Si ſputum mature &c*) In unico quidem caſu ſtatim primo die, cum humor eſt calidiſſimus & tenuiſſimus; in reliquis autem poſt principium morbi univerſale, 2. 3. 4. die: Hoc ſputum duo ſignificat, *alterum* colore ſuo prodit humorem peccantem; *alterum craſſitie & tenuitate* tempora morbi, Sed cur utplurimum tam ſero apparet? Meo judicio non fit niſi jam affectis pulmonibus, præcipue bronchiis: Quo loco illud moneo, quod ex *Aetio lib. 8. cap. 68.* afferunt de deſtillatione ex capite, accipiendum eſſe de ſanguine pituitoſo, illo inquam cui blenna ſit admiſta, Vnde inflammatio œdematoſa, quam multoties vidi. *Hofmannus libr. cap. 1.*

[25] *Si ſputum mature coctionem &c.*) Peripneumonia Pleuritidi non ſtatim judicatæ (uti ſæpius aſſolet) ſuperveniente, tota ſpes in ſputo mature concoquendo & cito expectorando conſita eſt, hoc enim ſi laudabile & copioſum fuerit, atque facile & feſtine excernatur, ſæpe morbum utrumque in totum ſolvit: Attamen haud propterea ſequitur materiam pleuriticam è latere in pul-

mones per ductus neſcio quos cœcos derivari; aut eandem è pleura in cavitatem pectotis exudatam à pulmonibus imbibi, & demum per ductus ſurſum antliari & foras excerni: Sed cum Peripneumonia Pleuritidi ſupervenit, atque materies pulmonibus impacta per ſputum evacuari incipit, adeo ut loca affecta pulmonaria continuo depleantur, ſanguis ſaburram alteram in pleura defixam reſumit, eamque ad pulmones, ubi expurgationis loca patefiunt, ſputo ejiciendam defert. *Willis.*

26. *Si quarto die*) Tempora hujus morbi ſequentibus ſignis indicantur, *In principio* omnia ſymptomata pathognomonica debiliora ſunt; dolor & febris exigua, tuſſis ſicca, vel certe ſputum exiguum & crudum: In *augmento* febris & doloris incrementum adeſt, ſputum copioſius, In *ſtatu* ſymptomata vehementiora, inquietudo, delirium, dolor capitis, &c., ſi morbus ſalutaris ſit, ſputum concoctum, liberum & copiuſum: In *Declinatione* ſputum perfecte coctum, libera anacatharſis omniumque ſymptomatum remiſſio. *Riverius.*

27. *In ſeptimo terminabitur*) Quibus item Lingua circa initia biloſa eſt; quibus vero tertio aut quarto, circa nonum.

28. *Sanguinis è naribus &c.*) Per hæmorrhagiam tamen, ſed ſeptimo die, pleuritidem ſolutam vidit *Foreſtus l.16.obſ.37.* & Pleuritidem in Peripneumoniam converſam per fluxum menſium ſanatam, *Idem obſ.36.& 39.* Pleuritica per ſanguinis mictum ſanata apud *Ferdinandum conſ.5.* Et Pleuritis magna in gravida, poſt partum ob uteri exinanitionem curata apud *Eundem hiſtor. 13.*

29. *Minima, materia*) Si dolor cum ſputis bilioſis ſine ratione evanuerit, ægri in delirium incidunt, *Hippocr. 3. Prorrh.* Humor enim bilioſus ſurſum ad caput rapitur, & tunc etiam urinæ tenues & albæ apparent. *Riverius.*

Phrenitis) Delirium quod in pleuritide obſervatur, aut fortem, ſequitur Pleuritidem; aut ſi non ſequatur fortem negligatur tanquam ordinarium ſymptoma; Si vero delirium ſequatur mitiorem pleuritidem, mitiorem dolorem thoracis, & per intervalla infeſtantem, de metaſtaſi ejus in caput eſt metuendum. *Etmuller.*

β· *Quæ ſibi mutuo ſuccedere gaudent &c.*) Cuidam pleuritico ſecta vena dolor diſparuit, an ideo de morbo ſecuros eſſe oportet? Nequaquam, nam multos ſtatim Peripneumonicos evaſiſſe vidimus: ingens erat ſitis, incendii in pulmone nota, tuſſis non aderat niſi aliquando; Fallacia ſæpe ſunt ſigna inflammationis Pulmonis, quia exquiſita raro urget. *Ballonius Epid. pag.22.*

γ. *Quæ ſibi mutuo ſuccedere gaudent*) Inter Pleuritin & Peripneumoniam magna eſt affinitas, nam licet uterque affectus interdum ſolitarius eſt, & ab altero ſeparatus exiſtat, ſæpius tamen aut coincidunt, aut alter, modo hic modo iſte, alteri ſupervenit aut ſuccedit; Vtriuſq; eadem procatarxis, viz. ſanguinis ad lenteſcendum ſimulque efferveſcendum diatheſis: quinimo eadem cauſa conjuncta eſt, nempe vaſorum alicubi minorum ob talem ſanguinis diſpoſitionem obſtructio phlegmonoώδης. Porro à Medicis pleriſque neotericis ad utrumque morbum eadem præſcribitur medendi methodus: Potiſſima diſcriminis ratio, qua ab invicem diſtinguatur, à locis affectis, quæ nomina eorum denotant, deſumitur; Enim vero ſanguis ad obſtructionem inflammatoriam alicubi acciendam prædiſpoſitus, morbi nidum ideo ſæpius in pectore defigit, quoniam hic propter incendii vitalis focum, immanius eflagrat, ac inſimul effluviis vaporoſis, aliiſque recrementis, quæ reſpirationem præpediunt, minime liberatur: Quibus accedit, quod pectoris regione hac clauſa, ſanguinis compages per ductus anguſtiores tranſituta, non uti in viſceribus imi ventris, aut fermento quopiam reſeratur, aut ſucco aquoſo recens diluitur: itaque ſi forſan cruor per arterias vertebrales in membranam coſtas ſuccingentem provectus, in tranſitu ſuo circa vaſorum anguſtias aut intercapedines hærebit, Pleuritis ſuccedet; Pariter intra ductus pulmonares ſi obſtructio contingat, Peripneumonia excitabitur. *Willis cap. de Pleuritide.*

30. *Si ſtatim in principio vomitus*) Copioſus item & bilioſus. *Etmuller.*

31. *Flava bilis ſputo*) Sin eadem pituitæ, vel pauco ſanguini, valde permixta, cum ſatis copioſo ſputo in principio morbi apparente fuerit, ſalutaris eſt. *Riverius.*

32. *Si excreatio tuſſim &c.*) Anacatharſis copioſa quæ dolorem aliaque ſymptomata non ſedat, mala, magnam enim materiæ copiam arguit. *Riverius.*

33. *Si in Peripneumoniam*) Ex aphor. 11. ſect. 7. fit enim materiæ translatio ad partem nobiliorem.

34. *Si ſenibus accidit*) Vt & utero gerentibus, aſthmaticis, & iis qui bis terve hunc morbum paſſi ſunt. *Riverius.*

35. *Si in corpora denſa &c.*) Ex *Hippocrat. in Coacis.* Quotidiana docet experientia foſſores Pleuritide correptos omnes propemodum interire: quia robuſta illa corpora nunniſi ex graviſſima cauſa in morbos incidunt, Et propter denſitatem non facile tranſpirant, ut morbi reſolutio fieri nequeat.

36. *Nullius ſpei*) Pleuritici dolore levati, facie triſti facta, oculiſque perturbatis, ſignum eſt metaſtaſeos in cerebrum, caſuſque utplurimum lethalis: Pleuritis mollitet incipiens, & uſque ad quintum ſic procedens diem, ſexto vero exacerbata, interdum eſt lethalis, interdum difficilis: *Etmuller.*

37. *In qua nihil expuitur*) Vel in qua ſputum poſtquam apparere incipit iterum ſuppreſſum eſt, dolore lateris & pectoris gravitate ſuperſtite: Crudiſſimum enim morbum ſignificat, qui aut brevi hominem jugulat, vel nonniſi longo temporis ſpatio finitur. *Riverius.*

38. *Si Pulſus durus*) Periculoſum ſignum eſt in Pleuritide, ſi pulſus perdurus frequentiſſimus fit. *Etmuller.*

39. *Diarrhoea ſupervenit*) Tunc valet *ſyr. myrtinus* qui eam ſiſtit, & nihilominus expectorat. *Riverius ex Platero.*

39. *Diarrhoea ſupervenit*) Diarrhoea ſuperveniens periculoſa eſt, ideo temperari debet *ſyrupo myrtino*, qui eam ſiſtit & nihilominus expectorat, atque ita cum aliis ſyrupis permiſcendus eſt: Venter & renes adſtringentibus inungantur, ut in omni diarrhœa fieri ſolet: Clyſteres iniciendi ex decocto hordei excorticati, quod, ut *Galenus* docet, refrigerat & adſtringit, additis roſis rubris, & diſſolvendo ovorum vitellos. *Riverius.*

39. *Et Diarrhoea ſupervenit*) *Hæc Pleuritidi aut Peripneumonia ſuperveniens mala, aphor. 16. 6.* Ob magnitudinem ſcil. inflammationis; aut cum proſtratis à morbo viribus retentrix facultas fere abolita eſt: Si vero Pleuritis adeo magna non ſit, & in corpore contingat multa cacochymia laborante, Alvi fluxus interdum ſalutaris eſſe ſolet, præſertim ſi quædam concoctionis ſigna præceſſerint. *Riverius.*

40. *Maturatione, cum in pus redacta*) Suppuratio hæc in Pleuritide frequentius contingit, in qua nunc ſaltim apoſtema colligitur intra Pleuram, idque frequentius, nonnunquam ſimul ex parte intra pulmones iſtius lateris, idque rarius, nam hoc revera ſputo ſolvitur, dum illud ſæpius ſuppuratur; Semper tamen in ſuppurationis hoc negotio ad utrumque reſpiciendum, *Pleuritis ſuppurata intra pleuram*, nunc rupto abſceſſu intra cavum thoracis fluit, nunc intra ſaccum ex dilatata pleura colligitur. *Etmuller.*

Exem-

Exemplum vidi in Matrona Neocomensi Helvetia, hęc ſex Pleuritide *annos* correpta fuit, Ex ſequentia rigore & pertinacia doloris in latere conjectura aſſecutus ſum collectionem in latere, Admoveri juſſi lapidem cauſticum; dein hendo eſcharam affatim pus maturum & laudabile exi ; Sed & ſimul purulentas urinas effudit; periculum mortis cui omnes illam adjudicab n., ſic evaſit.

[42] *Reſpicit* j. [43] *Tumores affluentes & affluxuros*, qui revellendi.
II. *Fluentes*, qui non intercipiendi, nec repellendi, ſed derivandi.
III. *Impactos*, qui diſcutiendi, vel quoquo modo tollendi.
IV. [43] *Dolorem*, qui mitigandus.
V. *Febrem*, quæ compeſcenda.
VI. [44] *Vires*, quæ roborandæ De his omnibus iſta notentur.

1. [45] *Venæſectionem* [46] quamprimum eſſe adminiſtrandam, in [47] oppoſito latere, [48] ad revulſionem, ſi corpus eſt plethoricum: in [49] non plethorico, [50] è directo affecti lateris, & [51] ſi ad claviculam vergat.

2. Si *menſes* vel *hæmorrhoides* repente ſupprimuntur, è vena tali vel poplitis primò evacuandum: ſi ſuppreſſio eſt antiqua, e vena brachii. Venæſectioni [52] jubet *Sala* ſuperbibere, alteram poſt horam, *aquæ ſucci papav. rhœad.* deſtill. unc. j. cum ſui *diaſolis* gr. viii. Si ventriculus ſaburratus, præmitti poteſt & vomitorium.

3. In *Derivatione*, [53] tam diu mittendus ſanguis, [54] donec color in eo mutetur.

4. [55] *Dolori* fomenta adhiberi poſſunt in non plethorico, etiam ante venæſectionem; in plethorico non item. [56] Præſtat hic [57] unguentum ex *Dialthææ* unc. j. *Ol. Amygdal. dulcium* unc. ſ. compoſitum, quo partes dolentes illiniri debent, [58] deſuper tenuis *flor. chamam.* pulvis inſpergi, tandemque *folium braſſicæ calidum, butyro* aut *pinguedine porcina* inunctum ſupponi, idque per totum tempus curationis, addito *Ol. ſtillati anethi & camphoræ* pauxillo, fieri.

5. [59] Commodè ſtatim in principio & [60] ſudor [61] ad diſcuſſionem excitatur, adhibitis vel [62] *Papav. rhœados* [63] aquæ unc. iii. cum dr. j. pulv. *de corallo, avellanis rubris*, *mandibula lucii piſcis*: vel *miſturæ ſimpl.* dr. i. cum aqua [64] *Cardui Mariæ*, vel [65] *Spiritus nitri* [66] *cum Spiritu vini* ãã. *ſcr. j. Spir. Tartari ſcr. ſ.* in *aqua papav. rhœados*, vel *ſimplicis* unc. ii. &c.

6. [67] *Decocta* [68] pectoralia, cum appropriatis continuè poſt præmiſſa univerſalia ſunt adminiſtranda, [69] ut ſputum facilitetur.

7. [70] *Specificâ* proprietate agunt, [71] flos *papav. errat.* [72] *lappa ſicca*, [73] quæ ſanguinem coagulatum etiam extra diſſolvere dicitur. *Cynosbati candidi*, ſemen *Cardui Mariæ*, [74] *priapus taurinus* vel *cervinus*, [75] ramenta *dentis apri* &c. vide *Petræum*, quæ pulverizata, pani in *aqua ſcabioſæ* intincto bene imponuntur. Sunt qui [76] *aquam prunorum ſylveſtrium deſtillatam* commendant: ſunt qui *flores buxi* dr. j. pondere in *aqua flor. papav. rhœad.* ſumpti, [77] Sunt & qui *ſterc. columb.* pulv. ſcr. i. cum liquore conveniente propinant, ſummo, ut ajunt, cum ſucceſſu.

8. [78] *Abſceſſum* feliciter rumpunt, Cataplaſma ex *herba Kaly*, radicibus *lilii albi recentis*, &c. lateri dolenti applicatum.

9. [79] Poſt illa *Lac chalybeatum*, niſi febris impediat, optimum eſt.

Nota inſuper 1. *Superſedendum à phlebotomia*, quando anacatharſis eſt libera & liberalis, quia eam ſupprimit.

2. *Poſſe venæ ſectionem* etiam poſt ſeptimum & undecimum exemplo Hippocratis *celebrari*, ſi ea vel omiſſa, vel non ſufficienter celebrata, vel pleuritis adhuc cruda eſt, qualis in *Anaxione* fuit, & vires ſibi conſtant; quod tamen non facile imitandum.

3. Non ſemper dolore urgente repeti, ne forte is dum pus fit, & natura impediatur.

4. *Mulieri pleuriticæ* ſi non mox menſes inſtent, ſecandam venam ſi brachii, poſt, cruris; ſi jam fluunt nec ſufficienter, etiam cruris; ſi nec hoc ſatis, poſtero vel eodem die vena brachii, ligatis interim cruribus.

5. *Sanguinem ad coloris mutationem dum derivamus non mittendum*, quando vena loco affecto proxima ſecatur, vel ſanguis planè impactus eſt, vel æger habitus tari, vel tempus calidiſſimum.

6. [81] Dolore urgente [82] exhibuiſſe quoſdam *ol.* [83] *ſemin lini unc.* vi. felici cum ſucceſſu etiam valida febre præſente.

7. [84] Ad *diſcuſſionem* [85] adhiberi quoque [86] poſt venæ ſectionem panem recens ex furno extractum calidum, per medium diſſectum, butyro liquefacto immerſum & liquefactum.

[41] *Reſpicit*) Circa Pleuritidis curationem, quandoquidem hujus morbi ſtatus, criſis & tendentiæ multiplices fuerint, pro vario ipſorum reſpectu indicationes Therapeuticæ diverſimodæ occurrũt; & pro re nata, juxta prudentis medici cõſilium, primitus inſtitui, & ſubinde alterari, aut continuari debent: Enim vero alia convenit methodus ad Pleuritim ſimplicem, & ſolitariam, atque alia ſi cum peripneumonia complicetur; inſuper aliam atque aliam ordinare oportet ſi forſan aut per ſputum criſis expectatur aut rebus in pejus ruentibus morbus vel in empyema tranſiturus, vel ad phthiſin inclinat; Quod ad tres caſus poſteriores, viz. quando Pleuritiş

primo incipiens in peripneumoniam, vel empyema, aut denique diathesin phthiſicam tranſit; ratio medendi appropriata in cujuſque horum morborum pathologiis particularibus deſignatur; Quod itaque ad præſens inſtitutum pertinet, ad Pleuriſim primariam & ſimplicem tres Indicationes ſe offerunt. ſcil. Curatoria, Præſervatoria & Vitalis. *Williſ.*

41. *Reſpicit*) In cura tum Pleuritidis, tum Peripneumoniæ. 1. Sanguis ſtagnans eſt ſolvendus, *& acidum corrigendum*, tam per generalia quam ſpecifica. 2. Hoc ſic fieri nequeat, *excreatio* eſt promovenda, In principio quidem per temperantia; ſeu incraſſantia moderata, in progreſſu vero per incidentia, miſcendo hæc varie prout ſputi conditio & expectorationis ratio requiſierit: 3. Sin hæc ſint fruſtra, *ſuppuratio* expectanda & adjuvanda, per pectoralia temperantia anodynis miſta. *Etmuller.*

42. *Humores affluentes vel affluxuros*) Ad inflammationis, hinc & Abſceſſus ſequuturi curationem 1. Compreſſio vel obſtructio tollenda, 2. Subſiſtentis ſanguinis motus reſtituendus. 3. Sanguinis è vaſis effuſi, ſi fieri poteſt ante ſui ſuppurationem, inde removendus, 4. Si removeri nequit, maturandus. 5. Puris eductio feſtinanda. 6. Vlceris mundatio & conſolidatio citiſſime abſolvenda.

Obſtructio vaſorum à Pituita viſcida, vel ſanguine in ipſis coagulato, curanda uſurpando interne & externe humorem ſolventia, & iterum fluxilem facientia; ij. Sanguini ſtagnanti in vaſis motus plerumque reſtituitur Sudorificis, aliquando Venæ ſectione.

iij. Sanguis è vaſis effuſus, ac per viciniorum partium ſubſtantiam diſperſus quantocyus removendus, impediendo ipſius coagulationem ac potenter diſſolvendo ipſius partes craſſiores, diſcutiendoque tenuiores. ac temperando acriores: iv. Vbi in talem, tamque profundum locum effuſus eſt ſanguis, ex quo citra ſuppurationem amoveri nequit, ea procuranda, v. facti puris non procaſtinanda eductio, cum ipſo præſente dolor perſeveret, quippe mora redditur acrius ac nocentius, hinc partes vicinæ magis magiſque corrumpuntur. vi. Via puri facta pergendum ſtatim ad ulceris mundationem ac conſolidationem. *Franc. ſylvius Pr. l. 1. capit. 4.* Hæc quamvis Inflammationem in genere ſpectent, in ſpecie tamen Pleuritidi hæc accommodari certum eſt.

43. *Dolorem qui mitigandus*) Si poſt *anodynorum* uſum, *reſolventium diſcutientiumque* dolor non remittat, ſed augeatur potius, & præſertim ſi contactu dolor exacerbetur, magiſque adhuc ſi dolor intrinſecus aliquo pacto appareat, cum tunc ad *ſuppurationem* tendat, quæ eam promuveant applicantur, qualia in *Angina* collo ſoris applicantur hic quoque appoſita proderunt. *Platerus.* Vide ſupra §. *Abſceſſum feliciter rumpunt.*

44. *Vires quæ roborandæ*) Tertia Indicatio Vitalis, quæ proſpicit ut vires & calor vitalis durante morbi decurſu in debito tenore ac ſtatu præſerventur, præſcribit imprimis aptam *victus rationem*, ac inſuper remedia *Cardiaca* & *Anodyna*, quæque aliis ſi forſan emergant ſymptomatis tempeſtive occurrant.

In pleuritide vera victus tenuiſſimi ratio, ex meris ſcil. *avenaceis ac hordeaceis* inſtitui debet, Et pro Potu ordinario *Ptiſana*, aut *cerevisia lacteata* potius quam *cerevisia ſimplex* convenit: quanquam in ſiti immani etiam hæc in quantitate moderata concedenda ſit.

ij. *Cardiaca* ſolum temperata adhibeantur, quæ ſpiritus animales blande refocillent, & ſanguinis plus debito efflagrantis accenſionem minime intendant: Propter has intentiones *Aqua card. Mariæ, card. ben. meliſſ. borrag. paralyſ. ceraſ. nigr. cum fructu* exhiberi ſolent, quibus *margaritarum & corallior. pulvis* adjiciatur.

Tertio *anodyna*, tum intus ad ſomnum, ſi valde deficit, conciliandum, tum extus ad dolorem lateris leniendum adhibere oportet. Prioris generis uſitatiora ſunt *Papav. rh. aqua deſtillata ſyrupus & pulvis*, quæ in *Pleuritide* æque ac in *Peripneumonia*, Specifica æſtimantur; Porro cum *Dolor* valde acutus, & *vigiliæ* plurimum urgebunt, etiam *Diacodiata* propinare licebit: Contra Dolores Linimenta, Fotus &c. conveniunt. Hæ ſunt præcipuæ medendi intentiones, quæ ad exquiſitam & ſimplicem Pleuritidem, antequam Peripneumoniam ſibi conſciſcat, vel in ipſam aut empyema tranſeat, ſanandam requiſitæ videntur.

Anodyna Interna in *vigiliis & dolore* admodum intenſo exhibenda, juxta modos ſequentes præſcribantur.

℞. *aquæ papav. rhoead. unc* j. *ſyr. ejuſdem* ʒvj. *ſpir. c. c. gtt.* xij. f. Hauſtus ſumendus hora ſomni.

Si ad altiora procedendum ſit.

℞. *aqu. Card. unc.* ij. *diacod* ʒ ij. *ad* ℥ß. *vel* ʒvj. *ſpir. ſalis armon. cum thure* ℈ß. fiat Hauſtus.

Quandoque, tametſi rarius, ad *laudanum* aſcendere licebit, quæ tempeſtive exhibita, quatenus ſomnum conciliabunt, & ſudores & urinas movent, inſigniter proſunt.

℞. *Aqu. flor. paralyſ. unc.* ij. *laudan. tartariſ. gtt.* xii. *ad* xv. *ſpir. ſanguinis* ℈ß. ſyr. violac. ℥ß. m. f. Hauſtus. *Willis.*

Progrediente morbo ad *corroborationem virium Conditum* reſtaurans uſurpari poteſt.

℞. *Conſerv. violar. unc. conſ. flor. borrag & rad. bugloſſi* āā ℥ß *conſ. Kermes.* ʒij. *pulv. elect diamarg. frig. & diatragac. frig.* āā. ʒj. *ſacch. roſ. ad pondus omnium, fiat Conditum aureocoopertum*, quo utatur frequenter ex cochleari.

Quidam Practici urgentibus *vigiliis* audent exhibere *Narcotica, ut ſyr. de papav. philonium Rom. & laudan. op.* Quæ tamen in hoc affectu pernitioſa ſunt, ſputum retinent & pectus coarctant, unde non raro præceps exitium conſequitur. *Riverius.*

Diæta.

44. *Vires quæ roborandæ*) *Huc pertinet Diæta ab Authore prætermiſſa.*

Leviora omittam, quæ pertinent ad *Aerem*, ad *Motum animi & corporis*, *ſomnum & vigilias*, Verba tantum facturus de *Excrementis*, *Cibo & Potu.*

Alvus valde lubrica [illegible] nda, nam ex *Hippocr & Galeno 1. Acut. 32.* ubi in pleuritide alvi excrementa retinentur, in flatum converſa dolorem augent, flatu ipſo ad locum dolentem aſcendente; &, quod magis refert, alimentum ipſum corrumpunt, ut ipſum quoque in flatum vertatur, & pleuritidi negotium faceſſat, Ideo alvus lubrica ſervanda illis quæ flatum ſimul diſcutiant, ideoque clyſteres ſint ex calidis ſint, nihil obſtant & multum juvant.

Caute agendum plerique monent in movendà alvo Pleuriticorum, moti authoritate *Aph. 16. 6. Pleuriticis alvi fluxum ſupervenientem malum eſſe.* Sed hi non intelligunt cauſam cur pleuriticis alvi fluxus ſuccedit, *Galenus in comm.* ait malum eſſe alvi fluxum in Pleuritide, quia ſignum eſt Iecur quoque inflammatione tentari, at Pleuritis non poteſt afficere jecur niſi quando ſit in parte dextra, & quando dolor deſcendat, Si fuerit in parte ſiniſtra, aut dolor aſcendat, fluxus alvi nullum imminet periculum, ideoque tuto alvus moveri poteſt vel clyſteribus vel medicamentis.

Quoad

Quoad *Cibum & Potum* noſcendum *Quales* conveniunt, *Quibus Quando*, & qua *Quantitate*, Conv[illegible]entes [illegible] *Hipp[illegible]* [illegible] & aliis, ſunt potiſſimum [illegible] & [illegible] *remor*, [illegible]*ndrus*, non ex tritico, ſed ex *Zea*, [illegible] Præterea conceduntur *Emulſiones* *em. melon.* [illegible] *cum eadem emulſione, lac amygd. dulc.* Galenus [illegible] *in acut.* proponit etiam *piſces ſaxatiles*, [illegible] ibi potius *biliofis* conveniunt quam pituitoſis, & *alica* potiſſimum iis qui fluxiones habent [illegible] conveniunt *mulſa, ptiſana* ſed *melle* mixta, modico [illegible] & pauco *ſale*.

Quoad *Potum*, bilioſis convenit *aqua hordei*, Pituitoſis *mulſa*, In miſtione humorum, *aqua pectoralis communis* [illegible] *jujubis, hordeo, caricis, capilo vener. paſſulis*, ſimplex; vel *cum ſyr* aut julep accetoſo.

De *vino* putant aliqui ex *Hippocr. 3 acut. 4.* convenire, ſed [illegible], Ibi enim docet id ſputum movere, ſed multa [illegible] incommoda quæ ab ejus potu ſequuntur, 1. bilioſis non convenit, nam ſitim facit, ſputum exſiccat & retinet, obſtructionem infert, alvum non ſubducit, & inflatus [illegible], qui quantum noceant ex ſupra dictis patet, Ergo modo febris ſit in declinatione, pleuritis præterit [illegible] nulla viſcerum obſtructio, flatus erumpant facile, [illegible] dulce non improbatur; abſque his conditionibus [illegible].

Nullus eſt affectus in quo *tenuis victus* magis ſervetur, Medicis enim etiam invitis vulgus in pleuritide abſtinet a carne, *ovis, vino*, & quocunque alimento quod aliquas corpori inferre vires poſſit, *Hippocr. 1. acut. 43.* tantum videtur concedere [illegible] *oxymel. mulſa*, & aquæ uſque ad 7. vel 9. nam in *44.* tx. ſubdit ptiſanam non eſſe dandam niſi poſt 7. vel 9. ſed ſi vires ſufficiant, Et ratio eſt, quia ubi inflammatio ex alimento ſuſcipit incrementum, quod minus malum eſt, ſupputatur, ſed quod magis refert, aliquando in gangrænam tranſit; Quia tamen ſemper prima indicatio à Viribus eſt deſumenda, hinc non ſtatim ad tenuem victum confugiendum, ſed vires primum præſentes, deinde futuræ conſiderandæ, Si præſentes ſint imbecilles, ſtatim ad cibum eſt confugiendum, nulla habita inflammationis ratione, nam quæcunque agimus, agimus ut vitam conſervemus, quæ cibo conſervatur; Accedit quod ubi vires deficiunt propter inanitionem, etiam ſi cibus exhibeatur, inflammatio augmentum non ſuſcipit, tunc enim illa augetur cum humores ſuperabundant, ſed in defectu virium ob inanitionem humores non ſuperabundant; ideo hoc in caſu tuto nutriuntur pleuritici; & hoc innuit *Hippocr 1. aphor. 15.* ubi ait *in tenui victu ægros delinquere, & majus eſſe erratum in cibo pauciore quam* in pleniore, unde ſolvitur apparens contradictio, nam in illo tx. 37. *Hippocr.* & *Galen.* reſpexerunt ad inflammationem cum viribus validis, quo in caſu plus obeſt copia quam detractio, *1 aph. 15.* reſpexerunt ad vires debiles, quo in caſu plus obeſt detractio quam cibus plenus.

Sed ſi vires ſunt in præſenti validæ, ſed non ſuffecturæ ad finem uſque morbi judicentur; quæritur *Utrum melius ſit pleuriticos in principio alere, an potius in ſtatu*, Sed prius videndum *Quibus ſignis poſſimus colligere aliquem non poſſe ſubſiſtere cum tenui victu*, Uſque ad ſtatum, aut contra, *poſſe tenuem victum ſuſtinere.*

Propoſita ſunt ſigna à *Galeno 1 acut 44.* Conſtituamus *pleuriticum denſi habitus, temperamenti pituitoſi, non aſſuetum multo cibo, qui ægrotet in regione conſtitutione, & tempore anni frigido, poſt vitam otioſam & crapulam, neque habeat os ventriculi ſenſibile*, hunc certum eſt commode ſuſtinere poſſe inediam uſque ad ſtatum morbi ſi ſtatus non tranſeat 7. vel 9.

Et adverſo ſit Pleuriticus *qui omnia habeat contraria*, hunc [illegible] die cognoſceris minime inediam poſſe ſuſtinere, [illegible] quæritur, *An ſtatim nutriendus, an potius poſt primos dies? Hippocr.* videtur ſibi contrarius, qui univerſaliter *1. aph. 18.* pronuntiat *in ſtatu omnino à cibo abſtinendum*, Et de Pleuritide ſigillatim *Vacat. 25. 33. & 34.* maxima proponit incommoda quæ eos conſequuntur qui in ſtatu cibum accipiunt, periculum ſuffocationis ſuppurationes, ſyderationes, Præterea *2. Acut. tx. 40.* varia enumerat incommoda eorum qui abſtinent circa initia, ut poſtea cibum capiant circa ſtatum, nam inquit hos inedia exſiccari, amarulentos reddi, anxios, cruda dejicere ea.

Ex altera parte *idem 1. acut. 28. & 29.* ait *cibum copioſum eſſe præbendum cum ſputum bene procedit*, at ubi ſputum bene procedit eſt tempus ſtatus, Itaque in ſtatu cibum præbet, Ideo *2 acut. 37.* ſcribit *ſubtrahendum eſſe cibum uſque ad vigorem, in vigore cibum concedi.*

Contradictionem ſic concilio, *Vires pleuriticorum quando ſunt quidem validæ ab initio, ſed in poſterum non poſſunt tales perſiſtere, ſunt omnino initio conſervandæ, Et multo minus peccabunt Medici primis diebus aliquid cibi concedentes, & poſtea tempore ſtatu ſubtrahentes, quam ab initio extenuantes, & cum jam vires ceciderunt cibo replentes ægros.*

Sed cum jam ſtatus advenerit, *ſtatus pleuriticorum ſolet eſſe duplex*; Unus *benignus*, in quo ſputum bene concoctum procedit & excernitur; In hujuſmodi caſu, quo melius ſputum procedit, tutius alimentum augere poſſumus, Hoc animadvertite, nam vires corroborantur; nam cum ex *Galeno xı. m. m. cap. 17.* pleura tantum recipiat alimenti quantum ſufficit pro illius nutritione, etiam ſi aliquid plus offeramus, non poteſt pati nocumentum, imo aucto calore, ſtatim ſputum melius concoquitur & excernitur.

Alter *malignus*, cum ſputum ægre educitur, idque glutinoſum, craſſum, lividum, abſtinendum à cibis, nam indicium eſt maximæ inflammationis, quæ ſi incrementum ſuſcipiat, facile ægrum interficiet, Hoc docet *Hippocrat. 2. acut.* ubi increpans eos qui in ſtatu pleuriticos nutriunt, inquit, *mortem omnino ſequuturam niſi pleuritis benigna ſit*, q. dicat, ubi benigna eſt, & ſputum excernitur; cibus nullam infert noxam. *Saxonia. Prab. p. 166.*

45. *Venæ ſectionem*) Sanguinis miſſione reſtituitur ſanguini ſtagnanti ſuus motus, quatenus in educti locum transfertur vicinior, atque facto ſic ſanguini univerſo ſpatio ampliore, movetur quoque ſanguis omnis tum celerius tum potentius: quocirca & ille qui prius in vaſis ſuis ſtagnans ſubſiſtebat, nunc vero ſublata plethora non ſiſtitur amplius, ad motum interruptum, valde ſaltem diminutum redintegrandum potentius concitatur & juvatur, ni hoc impediat obſtructio gravior, & ſoli ſanguinis vehementius moto cedere neſcia, ſed inſuper incidentium, & obſtruentem humorem diſſolventium indiga: Ideo poſt ſanguinis detractionem ſufficientem, utile eſt partitis vicibus & cochleatim, exhibere miſturam ſudoriferam & incidentem, ſive ad ejus aſſumptionem levis aut nullus ſequatur ſudor, dummodo rebellis ſolvatur obſtructio. *Fr. Sylvius.*

45. *Venæ ſectionem*) Prima indicatio Phlegmonen, ſive ſanguinis in Pulmone obſtructionem omni modo quam citiſſime tollendam curat; In quem finem phlebotomia omni ſemper ævo à Medicis quibuſque (exceptis tantum fanaticis quibuſdam, aut pſeudo chymicis) velut remedium præcipuum præſcribi ſolebat: Cujus ratio eſt prorſus eadem ac in peripneumonia & pleriſq; aliis affectibus, propter ſanguinis alicubi remoram, & proinde aggeſtionem excitatis; nimirum quod vaſa ſanguifera multum inanita non tantum morbi fomitem reſcindant, ſed & materiem, quæ cauſa ejus conjuncta eſt, reſorbeant & alio deferant. *Willis.* Adeo neceſſaria eſt, venæ ſectio in hujus affectus principio, ut nunquam omitti debeat, & in

ſenibus, pueris, gravidis mulieribus, puerperis & menſtruas purgationes patientibus, quibus omnibus experientia docuit phlebotomiam, præſente hoc affectu utiliſſimam. *Riverius.* Per V. S. ſanguinis ad locum affectum influxus potiſſimum avertitur, febriliſque calor temperatur, ob quam cauſam non temere erit negligenda: Nec in junioribus quidem, cum ab ea ſicuti experientia compertum, uti nec ab aliis hæmorrhagiis caſu factis, non tam facile, ut creditur, lædantur, ſed contra potius in hoc morbo magnum ex ea emolumentum ſentiant: Cujus cauſa nec in gravidis, nec in ſenibus quoque omittenda, Uti neque etſi à ſanguine impuro & bilioſo fiat, aut dolor ad hypochondria deſcendat, quorum omnium tamen cauſa moderate potius erit inſtituenda quam omnino inſtituenda. *Platerus.*

Conſtanter aſſero huncce morbum æque certo ac tuto methodo à me præſcripta (ut de breviſſimo quo profligatur tempore, nihil jam dicam) ac alium quemlibet morbum debellari, Nec dum mihi innotuit vel minimum damni à tam largo ſanguinis (ut imperitis videri poteſt) detractione cuiquam fuiſſe illatum: Sæpe quidem aggreſſus ſum in tractando hoc affectu therapejæ rationem aliquam ſtabilire, quæ citra ingentem hanc ſanguinis jacturam ſubſiſteret, nempe vel humorem reſolvendo, vel expectorationis promotione illum evacuando; Sed nondum ea ſors mihi contigit ut huic ipſi praxi parem aliquam reperire potuerim, cujus beneficio (non obſtante triſti illa de Pleuritide ſicca prognoſi) ægrum ab inſultu morbi vindico, per ipſum ſectæ venæ orificium & pleuritidi fugam parans, & ſanitati reditum. *Sydenham obſ. in Acut. p. 430.*

46. *Venæ ſectionem quamprimum*) Quamvis ſanguinis miſſio initio morbi præcipue conferat, ſi tamen ea fuerit omiſſa, aut inſufficienter celebrata, etiam poſt vii. ix. aut xi. venam ſecare licet, exemplo *Hippocr.* qui *3. Epid. Anaxioni* venam ſecuit octava die, vel quod citius non fuerit vocatus, vel quod in pleuritide crudiſſima, quæ xi. die vix coqui cœpit, morbus inducias tulit. Cum vero anacatharſis libera aut liberalis fieri incipit; tunc temporis à S. m. abſtinendum, quia anacatharſis ſupprimitur & æger in vitæ diſcrimen adducitur. *Riverius.*

Subito autem, dum adhuc in fluxu eſt materia, facienda, die mox primo, quacunque diei vel noctis hora, vel ſi neglecta fuerit, die altero, aut etiam tertio; vel una vice inſignem quantitatem, educendo, vel partitis vicibus, ſingulis ad *unc.* vi. bis eodem die, vel duobus diebus ſanguinem emittendo, vel etiam neceſſitate urgente terno etiam die repetendo. *Platerus.*

47. *In oppoſito latere*) Licet multi aliter ſentiant, ſemper mittendus eſt ſanguis ex latere affecto. *Foreſtus ſchol. obſ. 32. l. 16.*

Ego, ut ingenue fatear, nunquam, aut ſaltem rariſſime optatum ſucceſſum vidi ex ſectione venæ in oppoſito latere facta; facile enim ſic ex ſimplici pleuritide duplex ſequitur, quod & nonnullis maximo eorum damno acciſſe memini; Tutius itaque erit ex eodem latere venam ſecare; egregie enim materia peccans, & in parte affecta conjuncta evacuatur. *Hildanus cent. 5. obſervat. 30.*

47. *In oppoſito latere*) Quanquam de ſanguine mittendo generalis fere omnium Medicorum fuit conſenſus, attamen circa locum, quæ vena aperiri debeat, maxima ſemper lis erat: *Hippocrates & Galenus* è directo latere laborantis venam ſecabant: poſtea Arabes. & eorum aſſeclæ, Itali ac Galli, aut ſaphenam, aut baſilicam lateris oppoſiti aperiebant, phlebotomiam ejuſdem lateris ſub piaculo damnantes: In ſequiore tamen ævo Græcorum antiquorum praxis paululum revixit, ut nonnulli venam ejuſdem lateris ſecare auderent: utque tamen alteri alteros oppoſitæ ſententiæ anthores, quoties infauſtus contigit eventus, quaſi homicidii reos judicabant: Dumque adeo inter Medicos circa phlebotomias haud minor & Samaritanos circa Iatrejas ſuorum locum decertatio eſſet, tandem *Circulationis ſanguineæ* doctrina, à Clar. *Harveo*, novæ inſtar lucis prodita, controverſiæ hujus nebulas omnes diſcuſſit, ſtatim ut liquido appareret perinde fere eſſe ſive in pleuritici latere affecto, ſive oppoſito vena ſecetur; quamvis noſtro ſæculo mos invaluerit primo & potius venam affecti lateris aperire: Attamē vena brachii, ſive hujus ſive iſtius aperta, immediate nihil omnino de arteria vertebrali aut à pleura detrahit, tantum venæ azygi, aut vertebralis rami ſunt quæ ſanguinem è loco affecto excipiunt: hoc autem ut faciant, non alio modo deplentur illi, niſi quod totius ſanguinis quantitas per phlebotomiam ubique factam minoratur; Pro vena lateris affecti potius ſecanda tantum hoc dici poteſt, quod vena baſilica depleta arteriæ brachiales uberiorem ſanguinis penum excipiunt, hinc aortæ rivus ſanguineus ex iſto latere rapidius verſus ramos brachiales decurrit, ac interea forſan in celeri iſto tranſitu ſuo, paulo minus ſanguinis arteriis vertebralibus pro morbi fomite infundit: Quod ſpectat ad opinionem iſtam ſanguinem κατ' ἴξιν è loco in locum quandoque uberius deferri, hinc ut pulmone dextro, aut hepate phlegmone aut obſtructione obſeſſis pars dextra capitis doleat, & facies plus rubeſcat, Dico interdum ita fieri, quoniam ægri ſupra latus affectum conſtanter in lecto decumbunt, proinde ob vaſa compreſſa ſanguis in partibus aliis ejuſdem lateris inter circulandum diutius moratur. *Willis.*

48. *Ad revulſionem*) Revellunt etiam *Cucurbitulæ ſcapulis, emunctoriis inguinibus* appoſitæ, eoque validius ſi *ſcarificatio* accedat, quæ venæ ſectionis operationem adjuvant; Vel quando ea uti non licet vices ipſius obeunt, *Frictiones & Ligaturæ extremitatum* divertunt etiam, *Lotioque* adhibita cum *frictione manuum & pedum*, ex decocto aliquo, quod tamen corpus minime calefaciat: Sunt qui *cauterio lateri* adhibito, non ſatis tuto nec commode illud efficere tentant; Uti nec *cucurbitulis pectori* admotis, quod tamen aliqui utile eſſe cenſuerunt. *Platerus.*

49. *In non plethorico*) Sæpiſſime, & fere tutiſſime Pleuritis benigna abſque venæ ſectione curari poteſt per diaphoretica, volatilia præſertim & ſpecifica. *Ettmuller.*

50. *E directo affecti lateris*) Venam in brachio, juxta cubiti interiorem ſedem (cum majores illic ſint venæ, locoque affecto proximiores) incidere oportet, eamque quæ vel in medio illic fertur, vel quod ſatius eſt, quæ magis turgida conſpicuaque exiſtit: Quacunque enim ſecta, ſive hoc in dextro aut ſiniſtro fiat latere, à vena cava, cujus elatiori ſupra cor ſede, brachii venæ continuantur, ſanguine derivato, per conſequens etiam à cordis dextro ſinu, in quem vena cava, antequam aſcendit, aperitur, & ſic quoq; ab arteria venoſa, per quam à dextro ſinu in pulmones ſanguis influit, conſecutione hac ſanguis à pulmonibus inflāmatis revellitur: Niſi forte quia vena cava dextrum latus magis occupat, dextroque cordis ſinui ſanguinem infundit, venamq; ſine pari dextro lateri propagat tantum, rectitudine ſeu ἴξ, hac vaſorum obſervata, in dextro brachio venam tundere magis conſultum eſſe videatur; quod in peripneumonia fieri debere pleriq; docuerunt, atq; in pleuritide etiam aliqui hoc ſemper recte fieri ſcripſerūt: In qua tamē Pleuritide, quia latus dolet, à brachio ejuſdē lateris ſanguinē detrahere, potius quam ex oppoſito (uti vero Arabes ex adverſo latere primum *revulſionis*, mox ex eodē derivationis cauſa ſanguinem emittunt) utilius cenſebitur: non

tam

[illegible] *[illegible]mdinis vaſorum* occaſione, quæ tunc late- [illegible] [illegible]ula magis obſervatur (cum in pleuritide [illegible]bus q [illegible] [illegible]ctis, in peripneumonia ſimilis [illegible] competere poſ[illegible] (ſed quod in pleuritide ob dolorem dolentis lateris, venæ magis quam ſani lateris ſanguine impleantur, quo nomine ſi in dextro latere dolor [illegible] hanc ob cauſam, tum ob priores, in dextro brachio venam aperire multas utilitates affert. Si in ſiniſtro, ob affluxum ſanguinis, à dolore concitatum, ab ea parte [illegible]em revellere convenientius erit. *Platerus.*

[illegible] *ad claviculam Vergat*) *Hippocr. 2. Acut.* Si dolor ſoi ſignificationem præbeat *ad claviculam*, aut gravitas in brachium, aut circa mammam, aut ſupra ſeptum tranſverſum, ſecar venam internam in cubito; ſi autem ſub ſepto tranſverſo ſit dolor, non præſiet autem ſui ſignificationem ad *claviculam*, purgatione utitur, *Galenus* ſic commentatur, *Ubi non ſolum acutus morbus fuerit, cujuſmodi eſt [P]leuritis verum & cum febre vehementiſſima, multo magis vitanda purgati[o] atque per ſectionem venæ vacuandum magis, etiamſi ad hypochondrium dolor ſiniatur, nempe etſi minus quidem auxilium per Purgationem ſequatur ſecurius tamen multo exiſtit. imò nullum periculum impendet ex eo quod [i]t per ſe[ct]ionem venæ, eo diſcrimen maximum ſubeunte quod per Purgationem tentatur, maxime ſi laborantis naturam non fueris expertus. [S]i enim naturam non noveris, metus eſt ne plus juſto vacues, aut nullo pa[cto] naturam moveas, aut [im]moveris, non ſufficienter vacues, quæ omnia magnas in morbis offenſas pariunt. quod non facile, ut in iis qui non febricitant, emendatur cum [ve]tur febris non fuerit vehemens & naturam laborantis expertus fueris, ad medicamentum Purgans te conferes, ea, quæ ab Hippocrat. dicta ſunt, uſus.* Hic tria animadvertere oportet dum ſectionem venæ antefert Purgationi, primum eſt, cum meminit ſebris vehementiſſimæ, ut vehementia febris dehortari videatur Purgationem præſertim & cum adſit inflammatio [–] febris autem vehementia & inflammatio Purgationem dehortatur, quod medicamentum calorem ſit adauctutum: Secundum, Quod minus auxilium à ſectione venæ ſequatur quam à Purgatione. Tertium Quod ſecuritas ſit magna in ſectione venæ, non item in Purgatione, Quæ tria animadvertenda, ne forte ſententia Galeni male intellecta nos valde munitos putemus, cum alioqui graviſſime erremus. Quid enim obeſt illud quod objicitur de febre ardentiſſima, nam in Pleuritide, ea præſertim quæ occupat Hypochondrium, non eſt tanta febris, ſi non tanta febris, & ſi minus auxilium affert ſectio venæ quam Catharſis; omni ratione amplexanda eſt Purgatio, non autem Purgationi præferenda ſectio, ut ſecurius conſilium & remedium, quorſum enim iſta ſecuritas, ſi non proſit remedium: Præterea ſi febris vehemens, poſſumus dare medicamentum non ita eradicans, non calfaciens, non agitans: Quoad calorem quem præbitum medicamentum affert, reſpondet Gal. aphor. 24. lib. 1. majus ſequi commodum ex vacuatione humorum morbificorum quam incommodum ex ea calfactione & febris auctione, Denique ſi Purgatio in febris vehementia nocet, cur non & ſ[ecti]o venæ? relictis Arabibus qui in morbis biliöſis Phlebotomiam reformidant, Galen. 6. Prorrh. ſect. 2. ais reſiccatos, nec rigorem, nec vacuationem inſignem, nec ſimile quid ferre: Reſiccatorum nomine, [illegible]oſos audiemus & eos qui biliofiſſimis & ſiccis morbi[s] tenebuntur, Pleuritides maxima ex parte billioſæ ſunt ex G[a]l. imò Hippocr. de locis in Homine nomine ill[o] [P]leuritem intelligit: cum ergo ſiccus ſit morbus biſanum, & ratione [illegible] & quia ſæpe nihil excerni [illegible]n initio, & febris juncta eſt, affectus ſiccus [illegible], an locus erit vacuationi per Phlebotomi[am] [illegible] ſi, ex Hippoc. in mulieribus biliöſis, etiam naturalis menſium eruptio formidabilia affert ſymptomata, an frequẽs ſectio venæ cõferet? quanquam Gal. aphor. 23. 1. in bilioſis & ardentibus febribus non reformidat venæ ſectionem, etiam ad leipothymiam uſque: Reſpondebimus uno verbo, Omnis inflammatio facile juvatur & tollitur ſectione venæ, nil enim eſt quod tam facile refrigeret corpus & inflammationis occaſionem tollat: at Pleuritis inflammatio eſt, quod autem medicamentum datetur, illud ſuo calore febrem & augebit & corpus ſiccabit & vix ab inflammato loco quicquam educet, Cum dicit minus auxilium à ſectione afferri, ſed ſecurius, illud intelliges de inferiorum coſtarum inflãmatione, Nam ſi de inflammatione ſuperiorum intelligeret, hoc falſum eſſet: non enim liber eſt exitus ad excretionem materiæ per partes infernas: at cum Pleuritis inferior eſt, cum fiat à congeſtione potius, & quæ infra Diaphragma ſunt, Purgatione per inferiora potius exigi debeant quam alia arte, libero etiam exiſtente exitu, potius ad Catharſin accedendum eſt, ſed ignoratione naturæ ejus qui purgatur, & metu incrementi febris, vult nos impediri ne tam audacter purgemus, ac venam ſecemus: *Ballonius Conſ. 94. lib. 1.* Purgationi potius intendendum in Pleuritide & dolore occupante nothas coſtas, ſi tria illa animo comprehendas, Si medicamentum non ſit perturbans & calfaciens multum: ſi febris non ſit intenſa, ſi inflammatio non ſit magna, ſed potius dolor à congeſtione quadam humoris; unde graviter hodie peccatur ab iis qui feſtinanter nimis audito nomine doloris ad latus, ubicunque is dolor ſit, ſtatim ad ſectionem venæ confugiunt: imo etiamſi nulla adſit febris aut exigua, etiam audacter venam ſecant, perſuaſi illa ſententia Gal. quod ſecurius ſit remedium Phlebotomia, minus tamen auxilium: at noſſe debent conditiones quas attulimus, & quas niſi noverint, non ſunt digni medicorum nomine. *Ibidem.* Eventus probat juvare plurimum ad dolorem lateris, & accerſendam inflammationem, colluviem humorum, ut contra vulgarem opinionem ſæpe melius ſit in doloribus lateris, præſertim cũ opinio eſt de tranſlatione tenuium ichorum à partibus inferis, purgare quam ſecare venam, ideo Galen. dicebat, minus auxilium ex ſectione venæ quam ex Purgatione ſequi, ſed ſecurius, quia medicamenta augent febrem, nunc vero cum alia habeamus lenientia, & majus & promptius & æque ſecurum præſidium in Purgatione locabitur, *Conſ. 111. libr. 1.* Inveni dolor lateris poſt vehementes exercitationes & corpore plethorico, ſecta vena, febris aucta; Summa erat difficultas ſpirandi, ad nothas pene coſtas dolor erat a febris, paroxyſmo inclinante difficultas ſpirandi minuebatur & dolor lateris, Sic febris potius erat eſſentialis quam ſymptomatica. non tam juvabat ſectio venæ quam Purgatio, verebamur de Pleuritide ex Dorſo, non erat tamen, nam talis Pleuritis Hippocr. Criſin habet per urinas, is vero potius per alvum, & cavebamus ne errorem committeremus, nam ſputa erant bilioſa: talibus apparentibus, Hippocr. cavet ne deorſum purgemus, hoc an verum videto: ingens humorum colluvies detrabata eſt; Et prudentis eſt Medici in talibus videre num potius purgandum, ut non tam liberaliter ſanguinem mittamus. *Ballonius Epid. libr. 2. pagina 204.*

12. *Jubet Sala ſuperbibere*) Idem præſcribit. *Sylvius de le Boe* vide §. *Vena ſectionem*) Item *Riverius*, Ab ipſo etiam, *inquit*, morbi initio bis aut ter in die exhibendi ſunt Julepi refrigerantes, humoris ardorem & ebullitionem cohibentes & fluxionem ſiſtentes. E. g.

℞. *aqua papav. rhoead.* ℥iv. *ſyr. violac. vel ejuſdem papav.* ℥j. *ſalis prunella* ʒ. *f. Julep* Potionem deinde ſequentem, ait *Sydenham de Cur. A. p. m. 426.* ſtatim à

V. S. primum celebrata ſumendam præſcribo.

℞. *aqu. papav. rhaad.* ℥iv. *ſalis prunell.* ʒj. *ſyr. violar.* ℥j. *m.*

53. *Tamdiu mittendus ſanguis*) Sanguis in Pleuritide, modo vires conſtent, & pulſus ſit fortis, liberrime detrahatur; Et quidem longe præſtat eam prima & quaque deinceps (quoties repetere opus eſt) vice plenius emitti quam phlebotomias parciores ſæpius iterare: Quippe ſanguinis lenteſcentis, ac in viſcoſitatem degeneris, portiones quamplurimæ circa locum affectum aggregantur, quæ niſi vaſis per S. M. copioſam valde depletis illinc avocentur, & magna ex parte foras effluant, S. M. effectu deſiderabili fruſtrabitur: Quare quod Medici quidam præſcribunt ſanguinem ad leipothymiam uſque hauriendum eſſe, rationi haud incongruum videtur; etſi ea praxis haud temere facienda, quia omnis vacuatio virium tenori proportionari debet, quam regulam talis phlebotomia excedit. *Willis.*

Poſt tertium vel quartum diem ad ſummum, niſi novo affluxu ſanguinis concitato, morbi augmentum aut nova recidiva timeatur, (quam ob cauſam etiã poſt plures dies, ſi hoc fiat & vires conſtent, repetita prodeſt) non temere V. S. aut incipienda aut iteranda. *Pluterus.*

54. *Donec color in eo mutetur*) Mitti debet ſanguis ſingulis diebus donec dolor & febris multo mitiores evaſerint: *Hippocr. 2. de v. Ac. t. 10.* inſignem regulam, & in praxi utiliſſimam poſteritati tradidit, ut *mittatur ſanguis uſque ad coloris mutationem* Si nimirum prima aut ſecunda phlebotomia ſanguis appareat crudus, pituitoſus aut aquoſus, continuanda ſingulis diebus, aut bis in die, vacuatio donec ſanguis detractus appareat rubicundus vel flaveſcens: Si vero in principio appareat ruber, iteranda toties phlebotomia donec lividus aut niger appareat: Signum enim ſanguinem illum poſteriorem à parte affecta aut vicinis ipſi venis effluentem, qui quidem à calore inflammatę partis alteratus eſt, & ex crudo ruber factus, vel ex rubro niger, aut lividus per aduſtionem: Iſta tamen coloris mutatio pertinaciter expectanda non eſt, ſed prius à ſanguinis miſſione deſiſtendum, cum viz. aut vires ſunt debiles, aut æger habitu raro, aut valde reſolubili, præditus, aut tempus anni calidiſſimum. *Riverius.*

54. *Color ineo*) Sanguis (ſaltem ille qui poſt primam vicem extrahitur) ubi refrixerit ſevi liquati præ ſe fert faciem ad craſſitiem ſatis conſpicuam, ac ſuperficiem habet veri puris æmulam; & tamen ab eo longe diverſam, utpote quæ fibris, inſtar reliqui ſanguinis arcte contexitur, nec ad modum puris diffluit, quin à reliquo diverſa diſcolor illa pars, formam cuticulæ tenacis & fibris refertę exhibet; & fortaſſe nihil aliud eſt quam fibræ ſanguineæ, quæ rubicundo ac naturali ſuo integumento per præcipitationem exutæ, ambientis aëris frigore in membranam hujuſmodi ſubalbidam concrevere. Id vero animadvertendum eſt quod ſi ſanguis è ſecta vena non recto flumine verſus horizontem proſiliat, ſed per cutim repens perpendiculariter dimanet, utut celeri ſe proripiat gradu, ſępe tamen ad dictum colorem non accedit, Neque æger ab iſtiuſmodi S. m. perinde levatur ac ſi modo primum deſcripto fluat, quinimo cum hoc ipſo modo extrahitur, ſi orificium anguſtius, ſive quid aliud obſtiterit, quo minus pleniori exeat gurgite, neque hic ſanguis pleuriticorum ſanguinem colore æmulatur, neque æger par exinde commodum capit: Obſervavi etiam, quod ſi ſanguis recens extractus, quocunque demum modo fluxerit, immiſſo digito agitetur, ſuperficie rubenti ac florida, ut in aliis morbis quibuslibet ſpectabitur. *Sydenham obſ. in Acut. p. m. 423.*

55. *Dolori adhiberi poſſunt*) Non ſolum anodyna qua talia juvant [illegible] ſed [illegible] in qua pituitã coagulatam venas obſtruentem, vel ſanguinem concretum ſolvunt & diſſolvunt; Valent *ungu.* [illegible] *natum, Althæa comp. &c. Ol. lilior. alb. chamæm. aneth. laurinum lateri inum* &c quæ commode poſſunt commiſceri, præmittendo vel [illegible] do ſpiritum vini rectificatum, ſimpl. compoſitum Valent & cataplaſmata, ſed magis diſſolventia qu[illegible] mollientia, vel maturantia dicta, quæ nimirum humorem coagulatum, ſanguinem pituitamve incidant & [illegible], ex partibus plantarum acrium & aromaticarum, E. g.

℞. *Caparum ſub cineribus coctarum, unt ſit ili vaſe, & contuſarum* ℥ij. *fol. eryſimi. carefol. naſturtii hor.* [illegible] *buc. ãã. m.* ß. *far.* [illegible] *lupinor. ãã.* ℥j. *nidi hirund* [illegible] *albi Gr.* ℥j. [illegible] *Decoctio in lacte butyrato ad cat* [illegible] *matis conſiſtentiam*, mediocriter calens affectæ par[illegible] admovendum: Cujus ope internæ quoque obſtru[illegible]ones ſolvi poterunt: Renova vero quamprimum exſiccari incipit.

Huc referendum quorundam Butyrum Maj[illegible] dictum, atque cum plantarum aromaticarum ſucco paratum (*Ex qua mixtura apud nos parari ſolet Unguentum, Balſami viridis nomine donatum, efficaciſſimum* Inter Emplaſtra merito laudatur de *Spermate ceti dictum.*

℞. *Ceræ albæ* ℥iv. *ſperm. Ceti* ℥ij. *g. galbani aceto diſſoluti* ℥j. *M. F. Empl.* per quod liquatum trahatur tela, fiat Sparadrapum, utrinque alternatim applicandum: Hoc non tantum ſanguinem in externis corporis partibus omnibus, ſed lac quoque in mammis à coagulatione præſervat, quin non raro mediocriter coagulatum rotum ſolvit & diſcutit, aut reſtituit.

Fotus quoque conducunt ex plantis aromaticis & potenter diſcutientibus, in aqua. vino cocti, parati, [illegible] tempore aliquid addendo *ſp*[illegible]*tus vini* E.g.

℞. *rad bryon. apii. filic. ãã.* ℥ij. *fol. ſambuc. eup. ator. cannabini, chamædr. menth. abſinth. ãã. m. j. flor. melil. chamæm. Rom. ãã. M.* ß. *ſem. cumin. baccar. lauri ãã.* ℥j. *M.*

Talibus medicamentis triplici indicationi ſatisfiet, Coagulatio ſanguinis præcavebitur aut reparabitur, Tenuiores partes, & ſimul aeres aliqua parte diſcutientur, ac Remanentes ita temperabuntur, ut & illæ quoque temporis tractu queant ſenſim diſſipari, vel ſaltem minore incommodo ſuppuratione ſuperari. *Fr. Sylvius.*

Experimentum eſt ad Dolorem leniendum hoc *Empl. de caulibus*, cujus beneficio plures Pleuriticos, ſine V. S. cito ſanatos vidi.

℞. *rad. caulium*, Menſe Martio mundentur, lotæ minutim conſcindantur, exſiccentur, pulverentur; hujus *Pulveris* ℞. ℥vj. *cumini* ℥ß. *caryophyll.* ʒij. *mellis q. ſ. pro Empl. Fabritius Bartholetus Met. in Dyſpn. l. 4. cap. 6.*

Empl. ex *pulv. cumini ſucco glandium & pingued. porcina* appoſitum, mira ſequuntur; *Ort. Maroldus.*

Singulare experimentum in omnibus laterum punctionibus.

℞. *ſpir. vini* ℥vj. *camph.* ʒj. *bulliant parum*, donec *camphora* diſſolvatur; adde dum adhuc fervet *ſuntali odor. pulv.* ʒiß. madefiant hoc liquore panni & calide apponantur. *Platerus Tom. 2. p. 134.*

55. *Dolori Fomenta adhiberi*) *Quæ varia eſſe debent pro differentia materiæ*, Ubi valde ſit *tenuis & calida*, aut utamini linimento ex *cera & oleo violar.* aut, quod ſatius, *ſpongiis imbutis in aqua tepida, alteratis* cum *violis, malvis*, & *paucis roſis*, aut *veſica bubula eadem aqua plena*, *vel ol violar & amygd. d.* Quod ſi materia ſit *craſſa & pituitoſa*, utamini fomento Hippocratico,

℞. *furfurum pug. ij.* aut craſſiorum aut, ut ego facio, medianorum, & calefacitis in *poſca* admodum diluta, ita ut ſine acrimonia bibi poſſit: Furfures ponantur in ſacculo, & adhibeantur loco dolenti, Mirifice ſedant dolores laterales, ex ſanguine pituitoſo factos, ut experientia [illegible] probavi. Quod ſi *flatus* dolorem faciunt, ſiccum fomentum ex *milio*, *furfuribus*, *ſale & chamæmelo*, calefactis in ſartagine, poſitis in ſacculo, mirifi-

mirifice valet. Hæc in principio. *Saxonia.*

[illegible] *Fomenta adhiberi poſſunt*) Poſt iteratam V.S. Fotus ad[illegible] [illegible] ilus eſt, E.g.

℞ [illegible] *l. alth.* & [illegible] *ãã* ℥ j. *folior. malvæ, violar. parietar. ãã.* m j. [illegible] lini & fœnugr. ãã. ʒß. *flor. chamom. melil. ſambuc. violar. ãã. p. j. f. Decoctio,* qua foveatur latus dolens cum veſica ſuilla.

Poſt Fotum admovebuntur *Linimenta,* Imo vero ipſi fomento addi poterunt herbæ diſcutientes, *origanum, calamenth.* [illegible] *pus* & ſemina valde diſcutientia. Quin [illegible] reſidentia Decocti pro Fotu poterit fieri Cataplaſma, *Prædicta reſidentia contundatur in mortario marmoreo, addendo ol. amygd. d. lilior. chamom. ãã.* ℥ ij. *pingu. gallinæ* ℥ j. *far. hordei, fabar. ãã.* q. [illegible] fiat Catapl.

Gallina viva per ſpinam ſecta, pulvere Ireos Flor. conſperſa & admota multum prodeſt.

Omentum vervecis recens ab animali extractum, vel in aqua calida calefactum, optimum eſt anodynum.

At *Pulmo* ejuſdem animalis idem efficacius præſtat, *Panis* recens è furno extractus, per medium ſectus, & in butyro recenti liquato madefactus & admotus, materiam lateri impactam potenter diſcutit. *Riverius.*

Fotus præcipue cum dolor urget, locum habent, qui ex ſol. *aqua calefacta,* in veſica aliove modo adhibita, cum mitigant ſimulque relaxant; Cum dolor admodum urget, *papav. folia, capita* vel *ſemen* addita eum levant.

Furfuribus frumenti ſi ſacculus impleatur, decoquatur, expreſſuſque apponatur, dolorem mitigat; *Parietaria* cum *oleo* vel *butyro frixa, contuſa,* laudatur, *Cochleæ decoctæ* contuſæ, cum panno admotæ.

Epithema pectori, cum nullus punctionis ſenſus in Peripneumonia adeſt, non incommode ex lenientibus & refrigerantibus ſimul nonnihil, actu tamen quoque calidis apponitur; quod ex *decoct. pug. j. hordei ſem. cucurb. & lini ãã.* ℥ j. *flor. violar. p. j. paratur. Platerus.*

55. *Dolori fomenta*) Inter ſymptomata Pleuriticos vexantia præ cæteris urgens eſt *dolor punctorius,* acutus, mire excrucians ægros. Pro quo leniendo in principio applicatur *ſperma ranarum,* bono cum ſucceſſu.

Item *ſpir. vini camphoratus aut crocatus* eſt egregius, Valent *Empl. de melilot. pinguedo muris mont.* Eſt experimentum *Paracelſi,* ſic.

℞. *pingued. mur. moſce.* ℥ j. *ol. chamom roſar. ãã.* ʒ ij. *amygd. d.* ʒ j. *moſce.* Quibuſdam Empl. ſecretum eſt hoc,

℞. *picis nav.* ℥ ß. *ſulph. triti* ℥ ß. *ceræ flavæ* ʒ vj. *tereb. claræ* ℥ ß. *ol. chamom. q. ſ. miſce* Primo ſecetur vena 2. detur *papaver. rh.* 3. Emplaſtrum hoc applicetur. *Etmuller.*

Cum dolor admodum urget.

℞. *Ol. amygd. d. ol. chamom. vel de melil. aut aneth. ãã.* ℥ j. *axung. anat. vel anſer. aut gallinæ, ãã.* ℥ ß. *mucil. ſem. lini & fœnugr. ãã.* ʒ vj. *galb. tereb. ãã.* ʒ j. *croci* ℈ j. *ceræ q. ſ. f. Linimentum.*

Omentum pingue calefactum anodynum eſt.

Vngu. & Emplaſtra uſitata convenientia ſunt, *Reſumptivum,* ex *Adipibus, Pectorale,* de *Althæa. Filii Zachar. Meſuæ.*

Poſt Inunctiones, Si *folium Braſſicæ* parum calefactum & inunctum imponitur, ipſarum actionem juvat.

Vel ſi *cineribus braſſicæ combuſtæ* locus unctus conſpergatur. Si *ungu. dialth.* prius uncto pectore *ſem. cumini pulvis* inſpergatur, ſingulare remedium à multis prædicatur: uti & *rad. ireos pulvis illis inſperſus Platerus.*

Poſt V S. in omni [illegible] euritide hoc eſt præſtantiſſimum.

℞. *rad. alth.* ℥ ij. *aneth. violar. ãã.* ℥ j. *farin. hordei, fœnugr. ſem. lini ãã.* ℥ ij. *ol. violar. chamom. amygd. dulc. ãã.* ʒ viij. *ceræ. butyr ãã.* ℥ iv. F. Empl. calide applicandum *Euſtach. Rud. l.* 1. *cap.* 45. *Art. Med.*

55. *Dolori fomenta*) Internam ejuſdem lateris, ubi dolor erat, ſecare juſſi venam, ſanguinemque ad ℔ ij. duxi. Paucis tandem admotis ad lo[illegible] doloſum topicis medicamentis, intra ſeptem dies ſanitati reſtitutus fuit: Erant vero illa veſica bovina, ſemiplena aqua, in qua incocta fuerant *chamæmel. melilotus, violar. parietar. roſa* [illegible] *malva, ſemina lini & fœnugr. ãã. q. aqu.* cum multo *violac. & roſac. oleo. Amatus Luſit. Cent.* 1. *Cur.* 12.

56. *Præſtat hic unguentum*) Poſt primam phlebotomiam inungitur latus dolens ſequenti linimento, partem poſtea tegendo lana ſuccida linteo inſuta.

℞. *Ol. lilior. chamom. amygd. d. ãã.* ℥ j. *butyri rec. axung. gallinæ ãã.* ℥ ß. *f. Linim.* multi addunt ceram hujuſmodi Linimento quæ tamen non convenit, quia obſtruit poros: neque mucilagines quæ emplaſticæ ſunt quia refrigerant & adſtringunt. In Pleuritide maligna & peſtilenti utiliter additur hujuſmodi Linimentis *Olei ſcorp Matthioli,* vel *theriacæ* modicum. Linimentis in progreſſu morbi addi poterunt olea magis reſolventia, *anethinum, irinum,* tum etiam *pulvis ireos & crocus. Riverius.* Anodyna Exteriora in forma Linimenti, Fotus & Cataplaſmatis præſcribi ſolent.

℞. *Ungu. Dialth.* ℥ j. *ol. amygd. d.* ℥ j. *albi Gr.* ʒ ij. Miſce.

℞. *Empl. de mucilagin.* ℥ iß. malaxetur cum *oleo lini* & applicetur ſupra chartam emporeticam;

℞. *ſummit. malvæ utr. folior. mercur. betæ ãã. m.* iv. *coqu. in aq font. ſ. q.* colatura uſurpetur pro Fotu.

℞. *magma poſt liquoris expreſſionem. contuſo adde far. avenacea* ℥ vj. *ſemin. lini. fœnugr. ãã.* ℥ j. *ungu. Dialth.* ℥ ij. f. Cataplaſma *Willis.*

56. *Præſtat hic Unguentum &c.*) *Bened. Victorius Dialth.* ℥ ij. aſſumit, ſuperaſpergit *pulv. ſem cymini*; Compertum eſt experientia veluti divinum quoddam, omnem Pleuritidem curare, & ægrum à morte relevare hoc medicamentum, ait *Taberna montanus,* Et ſcias, *addit,* quod hoc remedium valet in quolibet alio forti dolore in toto corpore exiſtente à capite infra.

Hoc à nobis magni æſtimatur.

℞. *Vngu. Dialth.* ℥ j. *pector.* ʒ ß. *pingued. mur. mont.* ʒ j. *ol. viol.* ʒ ij. *aniſ. fœnic. ãã.* gtt. vj. *camph. ol. amygd. d ſolut.* ℈ j. m. f. Vnguent. *Rolfinckius Ep. Meth. l.* 2. *p.* 1. *c.* 3.

Experimentum monachi qui pleuriticos ſanabat, Recipiebat *ſtercus canis oſſa comedentis, ſuccum caul. cumin. pulv. excipiebat pingued. anſerina & faciebat Empl.* quo omnes in principio ſanabat. *David. Rulandus Pharm. nov. p.* 68.

Ex *ſtercore aſini* reple duos ſacculos parvos, coque in *vino,* & unum poſt alium appone lateri dolenti *Idem.*

Vt materia influxa digeratur: vulgus maximo cum fructu accipit placentam nuper ex furno tractam, & in duas partes diviſam, medullam illius placentæ melle cooperit, & cumin. ſuperinſpergit. *Herc. Saxonia Pr. Med. lib.* 2. *c.* 5.

Pinguedine porcina) Linimentis *Adeps anſeris* addatur, propter penetrationem, quia hic inter omnes adipes maxime penetrat, Eſt enim ſubtiliſſimarum partium, relaxat, reſolvit, & habilitat pectus admotum. *J. Bapt. Montanus conſ.* 72. & 74. Porcinum eximie commendat *Rondeletius* ob prædictas vires, Tract. de morbo Ital.

5. *Vngu. ex dialth. &c*) Simplex eſt ungu. ſed expertum à *Rulando & Zacuto* cujus effectum pariter obſervavi, ſi ſingulis bihoriis ad ſummum loco dolenti illi

natum; addere ſubinde ſoleo aliquid *camphoræ* ejuſque *olei*, meliori cum ſucceſſu. *Etmuller.*

58. *Dejuper tenuis flor. chamæm.*) Faventinus poſt inunctionem aſpergit *pulverem cymini* & miris laudibus effert.

59. *Commode ſtatim in principio & ſudor*) Hinc eſt quod exhibito tempeſtive unico ſæpe ſudorifico, ex ſalibus volatilibus aut ſimilibus parato, Pleuritis abſque ulla ſanguinis miſſione fuerit feliciſſime curata: Hidrotica autem juvant qua ipſorum ope non tantum fluidior mobiliorq; fit ſanguis, ſed inſuper actu movetur, ac magis magiſque rarefactus à ſale volatili iiſdem inexiſtente, ſanguinemque ſola ſui mora ſenſim plus minus ab acido ſuo ſpiritu concreſcentem, iterum ſolvente, diducente, ac prom agitante: Hinc ſudoris comes eſt pulſus & frequentior, imo major & robuſtior, ni concurrat extrema virium dejectio: Dum enim ad dextrum cordis ventriculum pertingit Sudoriferorum Sal volatile, ibidem amplius potentiuſque rareſcit ſanguis, ac non ſolum ſponte ſibi quærit exitum, verum cordis ventriculum amplius extendendo, ipſum & ad frequentiorem, & ad validiorem ſui contractionem, ſanguiniſque adeo expulſionem ac propulſionem irritat & cogit: Ubi autem laudata illa Sudoriferorum vis uſque ad obſtructionis locum pervenit, materiam obſtruentem quamcumque aggreditur, incidit, attenuat, ſolvit, fluxilemque facit, Unde accedente ſanguinis potentius agitati & ad pulſi impetu, facilius una cum ipſo propellitur. *Fr. Sylvius l. c.*

60. *Commode ſudor ad diſcuſſionem excitatur*) Per quem obſtructio vaſorum à pituita viſcida, vel ſanguine in ipſis coagulato ſolvitur, uſurpando interne & externe medicamenta peccantem humorem ſolventia, iterumque fluxilem facientia: Inter *Interna* conducunt præ aliis omnibus *ſal. volatilia* ex variis animalium partibus parata, quippe quæ vi egregia pollent coagulata & conglutinata omnia in corpore humano diſſolvendi, ac ad priſtinam fluiditatem deducendi ſudoremque movendi, quo ſimul blande promoto multo facilius, citius feliciuſque obtinetur deſiderata coagmentatorum reſolutio. Hinc eſt quod miſturæ ex ſimilibus paratæ, ac cochleatim per intervalla brevia in tempore uſurpatæ tum *Pleuritidem*, tum *Peripneumoniam*, tum aliarum partium inflammationes cito, tuto & jucunde curaverint. E. g.

℞. *Aqu. petroſel. hyſſopi, fœnic.* ãã. ℥j. *theriacal. ſimp.* ℥ß. *ſpir. ſalis Armon.* ʒß. *laudani op. gr.* iv. *ſyr. papav. errat.* ℥j. *M. ce.*

Poteſt Spiritus ſalis Armon. loco uſurpari ſal volatile c. c. vel aliud quodvis, ac pro ejus acrimonia majore minoreve ipſius plus minuſve miſturæ addi, ac quantitate majore minoreve vicibus ſingulis capi, corpuſque in loco calido, lecto præſertim, contineri ad medicamenti vim quaquaverſum promovendam, & ſubinde ſudorem facilitandum, Etſi haud ſit opus ſudorem continuo excitare, cum non proſit niſi quatenus tunc facilius citiuſque ad locum affectum & obſtructum penetrat vis medicamenti volatilis & ſalina: Ad ſalem volatilem refer oculos cancror. mandibulas lucii, os de c. c. cum ipſo abundent.

Valent & hic omnia *ſulphura* metallica & mineralia, ſed fixa; huc refer antimonium diaphoreticum ad fixitatem aliquam deductum; pluribus nominibus hic conveniens: Valent & omnia ex variis plantarum ſcorbuticarum dictarum & aerium partibus petita, eorundemque vim æmulantia, e.g. ſucci eryſimi, cochleariæ, naſturtii hortenſis & aquatici, taraxaci &c. Aquæ theriac. dictæ &c dummodo vim habeant pituitam coagulatam, vel ſanguinem concretum ſolvendi & diſſolvendi. *Fr. Sylvius.*

60. *Sudor ad diſcuſſionem*) Diaphoret[illegible] ex voto ſuccedere obſervavit *Joh. Prevotium*, & *Joh. Rhodius cent. 2. ob. 3.* Siniſtri autem lateris pl[illegible] rumque per urinas deponi: Ideo hoc in caſu ſe [illegible] diuretica exhibuiſſe mitiora, E quibus *diacyminum* ipſi erat familiare.

Inter remedia interna mirum in modum confert *aqua flor. chamæm. ſtillatitia*, partem enim lente [illegible] vit, aperit & ſudorem movet. *Lalius a Fonte [illegible] ſult. 147.*

60. *Sudor*) Ex omnibus auxiliis quæ huic morbo [illegible] rifice opitulantur primarium eſt *Sudor*, qui ex t[illegible] pore, & inprimis ex thorace provocatur id qu[illegible] omnes elegantiores Practici fecerunt, vid. *Faber* curat. p. 860. &c. qui plurimos pleuriticos curavit per [illegible] dorem cum *antimonio diaphoret.* ad ℈j. propinato, præ[illegible] ſſo clyſtere, interdum etiam venæ ſectione, applicando [illegible] xterne *balſamum ſulphuris* cum *Empl. Diaſulph. Rulandi*, Confirmat *Hillerus Cent. 1. Cur. 12.* qui Pleuriticis aliquot, ſecta vena *flores Antimonii diaphoreticos* exhibuit, & ſtatim prodeunte ſudore omnes dolores punctorii abierunt; Et ſane ipſa natura vel viam monſtrat, tones per ſudores ſpontaneos pectoris curans inflammationes. *Etmuller.*

60. *Sudor ad diſcuſſionem excitatur, exhibitus*) Pro mitigando dolore & ciendo ſudore, admirandum præſidium.

℞. *aq. flor. chamom.* ℥iv. *ſacch.* ʒij. *m.* ſumantur mane per 2. vel 3 dies calide [illegible] ægri probe [illegible] ſuperdurmiant, *Euſtach. Radius Art. m l. 1. c. 45.*

61. *Exhibitus vel*) Multos & præcipue mulieres ad extrema fere redactos reſtitutos vidimus uſu *pomi Quercetani* ſemel aut bis ſumpti intra xxiv. horas, Unde præter ſpem, vel copioſus ſudor, vel anacatharſis libera ſequebatur; Plurimos certe nominare poſſem quibus fere deſperatis hoc remedii genus præſcripſi, nec unquam alium quam felicem eventum ex eo animadverti: Multiſque qui hoc apud ægros obſervaverant, ita ſucceſſiſſe multoties animadverti. *Simeon facos obſ. 18. Cent. 4. obſ. River.*

Quidam juvenis & bilioſus poſt multas V.S. aliaq; remedia die 5. perſeverante febre intenſa & lateris dolore, ſumpſit *pomum coctum* cum ʒj. *thuris*, ſuperbibēdo *aqu. card. ben. unc.* iv. ſudavit parum ſine febris imminutione ſequenti die multum ſudavit & convaluit. *L. Riverius cent. 1. obſ. 56.*

Puer xii. annorum laborabat pleuritide lateris dextri, quinquies ſecta vena, dolor & febris valde urgebant, data die 7. *fuliginis camini* ʒß. cum *aqua card. ben.* Intra duas horas ab aſſumptione omnia ſymptomata valde remiſerunt & ſenſim convaluit. *Idem cent. obſerv. 79.*

Puella quædam atrabilaria ſæviſſimo dolore excarnificata, jam undam letheam bibebat, atque eam extraximus ſic.

℞. *Ol. amygd. d. unc.* ij. *laud. Opiati* gr. iij. *Miſce:* Paulo poſt quievit & melius habuit. *Petrus Pachequus obſ. 20.*

62. *Papaveris rhoeados*) *Flores pap. er. rh.* in ſputo promovendo, & pleuritide levanda mirifice proſunt, & multo experimento probati Innumeros ſanatos bona fide teſtari poſſum, *Valleriola lib. 5. obſ. 4.*

63. *Papav. rh. aqua, cum pulv. de coralio &c.*) Aqua Antipleuritica,

℞. *papav. err. p.* vi. *corall. q. pulv. cortic. avell. rubr.* ãã. *unc.* j. *Macerent. per dies tres ad ignem B. in aqu. papav.* ℔ij. *card. ben. ulmar.* ãã. ℔j. *deſtilla in ciner. Dentur gr.* iij. ℥iij.) *cum ſyr. papav. err. unc.* j. idq; ante ſomnum.

Reiteretur ſi opus fuerit; Hac Aqua multos pleuriticos ſæpe curatos novimus & vidimus. *Fr. Oſw. Gremb.*

Pulvis ſingularis efficaciæ.

℞. *ſal. prunell.* ℥ j. *flor. papav. errat. corall. rubri* ℈ℨ. ʒj. *ſacch. . unc* ß. *f. Pulvis doſis* ʒij. *ſuperbibendo parum aqua papav. errat. vel card. ben. Idem ibidem. Schroderus Pharm. p. 421.*

[61.] *Pulvis de corall. rubr.*) Aliud experimentum.

℞. *Cortic. avell. corall. r.* ãã. ʒj. f. Pulvis, detur cum vino albo vel multa. *Platerus.*

[64.] *Aqua cardui mariæ*) Commendantur *aqua à carduis* quibuſdam (niſi forte quia pungunt, punctiones ... are poſſe, occaſionem hoc illis tribuendi præbuere) exſtillatæ. *Carduus* imprimis *benedictus*, forte ob hanc cauſam appellati, & *Lactes*, quem religioſo ob id nomine S. Mariæ appellant; quorum & ſemina eo nomine exhibentur, Vel Emulſionem lacteam ex illis expreſſam, ut & ... *ſem. cannabis* propinant. *Platerus.*

[64.] *Aqua Cardui Mar.*) In Pleuritide biliosa aquam *taraxaci* valde probo, quæ ſæpe multum conſulit cum *ſyrupo violato* vel *jujubino* data; hęc enim vix habet ſimilem, Ejusdem præſtat *aqua farfara, malvæ, hieracii. Welf. Gabelchoverus. Cent. 2 Cur. 98.*

[65.] *Spiritus Nitri*) Sequenti miſtura (quam præſtantiſſimam eſſe ait) utitur ... *Deodati Panth. Hyg. p 142.*

℞. *ſpir. Tart.* ℈j. *nitri* ℈j. *aqu. card. ben. unc.* ij. *Miſce.*

[66.] *Spiritus nitri cum ſpiritu vini* Certiſſimum & optimum hoc eſt.

℞. *nitri præpar. q. ſ. Macoretur in ſpiritu vini*, detur cochlear unum. *Rad. Goclenius Exper p. 181.*

[66.] *Spiritus Nitri*) Conveniunt acida ſanina & nitroſa, ut *ſpiritus ſalis. clyſſus antimonii* pro tuſſi juvanda & conſervanda (in expectoratione enim, quam acida hæc promovent, unica Pleuriticorum eſt ſalus) ſed mixta & refracta cum dulcibus. *Wedelius.*

[67.] *Decocta Pectoralia*) Poſt tres aut quatuor dozes Julepi à V. S. adſumendi, uſurpari poterunt Julepi pectorales E. g.

℞. *hordei integr. p.* j. *liquir. raſa & paſſul. mundat.* ãã. ʒß. *jujubar. par. xx. ſem. 4. frigid. maj.* ãã. ʒiii. *flor. bugloſſ & violar.* ãã. *p.* j. *coqu. ad quart. vj In colat. diſſolve ſyr. violar. & jujub.* ãã. *unc.* ß. fiat Julep pro iv. doxibus m. & v. ſumendis.

Vel ſi febris valde acuta ſit, cum vigiliis conjuncta, *Emulſiones* uſurpari poterunt, E. g.

℞. *amygd. dulc. excortic. & in frigida macerat. unc.* j. iv. *ſemin. frig. maj. unc.* ß. *ſem. lactuca & papav. albi* ãã. ʒj. *contund. in mortario marmoreo ſenſim affundendo decocti hordei & liquir.* ℔iß. *In colat. diſſolve ſyr. violac.* (*vel de althea*, ut ſervetur color lactis) *unc.* iii. *f. Emulſio pro 3 dozibus* mane & ſero ſumendis. *Riverius.*

Decocta, etſi minus diu in via hæreant *quam Eclegmata*, tamen tum ratione febris, tum inflammationis cauſa commode exhibentur. & hauſtus illorum ſemel in die, vel bis quoq; & ſequentibus etiam diebus propinantur, hoc pacto. *Hordei decoctum*, ſeu ut vocant, *aqua hordei*, ſi *incraſſandum, leniēdum* eſt ex *hordeo excortic.* & tanto *aqua* vigeſies ſimpio, præparatur: quod ſitim compeſcit, & ſi hordei quantitas augeatur, etiam nutrit. Si vero *abſtergendum* magis, ex *hordeo* fit integro; cui decocto *paſſula, liquir.* alia ſimul incoquuntur, ſacch. *ſyrupo violac. jujub. capill. ven.* &c. adduntur, cum *incraſſare* volumus & *expectorare*, ab initio hoc detur.

℞. *rad. alth. unc.* j. *flor. violar. bugl. utr.* ãã. *p.* j. *jujub. ſebeſten* ãã *par.* vj. *hordei mund. p.* ß. *ſem. 4. fr. maj.* ãã. ʒij. *f. decocto ad* ℔j. *dulcoretur ſacch. penid. vel ſyrup. pap. err. &c.*

Cum *abſtergere* potius volumus, *ſacch. decoctum* ſeu *hydroſac. c.* ex, xx. *part. aqua* additis & ad dimidium coctis, addito ad gratiam *cinnam.* momento.

Cum *concoquere & præparare* craſſam materiam volumus, circa finem prodent *mellis* decoctum, ſeu *aqua mulſa*, cui alia incoqui poſſunt; Hoc potentius eſt Hydromel. cum magis in ferveſcendo quaſi vinoſum fiat: *Decoctum card. ben.* vel *lactes*, vel *leucacanth. rad. & anthem. flor.* probantur; Aliud *concoquens* & præparans.

℞. *rad. liquir. unc.* j. *rad. Enulæ*, ʒij. *capill. ven. m.* j. *hyſſopi. & tragorigani*, in peripneumonia præſertim, ãã *m* ß *fl. violar. bugloſſ. alternatr.* ãã. *m.* j. *flor. anthem. m.* ß. *paſſul. par.* xii. *ficuum n.* x. *dactyl. n.* v. *ſem. melon. vel cucurb.* ʒiij. *ſemin. bombac. malvæ & fænugr.* ãã. ʒij. *ſem. aniſ.* ʒj *f. decoctio addendo ſacch. vel ſapam*, *vel ſyrupum.* Platerus.

[67.] *Decocta pectoralia*) Toto morbi decurſu utatur æger pro Potu ordinario Decocto *hordei* & *liquir.* vel decocto papav. errat. cum ſyr. cap. ven. Ne ſit actu frigidus, quia pectori nocet. Vinum in hoc affectu merum eſt venenum, ut & acida omnia, quæ tuſſim excitant & conſtringendo anacatharſin impediunt. *Riverius.*

Adde Acidis adſcribi vim coagulantem, cujuſvis inflammationis parentem.

[67.] *Decocta Pectoralia*) *Quibus Diuretica nonnunquam addenda*, *ideo* porriguntur & à quibuſdam medicamenta circa finem, ſi *pus à pectore* per *urinas* à natura propellatur, quæ conatus illius adjuvent, *Diuretica*, veluti *Decoctum rad. fænic. aſparagi, ruſci*, *liquir. cicer. rubr. capilli ven. & ſemin frig. maj. Platerus.*

[68.] *Pectoralia*) Male quidem mox in principio præſcribunt Practici *Expectorantia*, ſeu quæ Tuſſiendo Expectorationem promovent; nam talia cum tuſſim ſtimulent, vel adjuvent concuſſionem thoracis, pulmonum, ac pleuræ inferunt, quibus in principio exaſperantur hæc mala, ut recte obſervavit *Gabelchoverus*: Et hęc inter remedia quæ ſpuu coctionem, aut ſuppurationem inflammationis faciunt, malim, dicit *Lindanus*, *Decocta pectoralia* quam *ſyrupos & ſacchar. Etmuller.* Vide ſupra Tit. 11. cap. 1. De Pulmonis intemperie §. *Commodius Expectorantibus.*)

Eſt autem optimus Potus *Decoctum hordei & liquir.* idque in toto morbi decurſu, Item *Decoctum papav. rhoead cum ſyr. ſcabioſ.* aut *violar*, aut *capill. ven.* In *contagioſa* ſeu maligna *Decoctum raſ. c. c. crudi* cum vel ſine *florib. papav.* aut etiam cum *ſalſa parilla* eſt optimum potulentum. *Idem.*

Si quem moveat quod in curatione Pleuritidis *Expectorationem* vix quidem attingamus, nedum quibus illa rationibus per varia morbi tempora ſit promouenda, Sciat ille hęc non per incuriam nobis excidiſſe, ſed dedita opera, diuque ſatis cogitata, neglecta tandem fuiſſe & prætetita; Cum ſemper exiſtimaverim in ſummo diſcrimine verſari illos qui morbum hunc expectorationi eliminandum committerent, Nam ut tædium hujus methodi, qua Natura materiæ morbificæ ejicienda ſatagit, omittamus, nimium periculoſæ inſuper res eſt aleæ, cum non raro eveniat, parte aliqua materiæ jam concocta, forte etiam per anacatharſin rejecta, reliquam adhuc crudam manere, idque ſucceſſive, præſtantiſſimis quibuſvis remediis maturantibus expectorantibuſque incaſſum uſurpatis; cum expectoratio nunc quidem ſatis auſpicato procedat, nunc penitus ſupprimatur, ægro interim uſque quaque periclitante; Cum è diverſo mediante venæ ſectione morbifica materia penes meum ſit imperium (quod ſane nullum eſt in expectorationem) & orificium à phlebotomo inciſum tracheæ vices ſubire cogatur. *Sydenham de cur. Acut. p. m. 429.*

[69.] *Vt ſputū facilitetur*) Remediis *antipleuriticis* ſubinde reiteratis, ſi non ſuccedat per inflammationis diſcuſſionem, adeoque diaphoreſin morbi ſolutio, adjuvanda venit materiæ intra pulmones parteſque vicinas congeſtæ alteratio, ſive *coctio*, & hinc expectoratio, cum videamus ad hoc inclinare naturam, & copioſam materiam ſucceſſive ægros rejicere: Hic conveniunt alias nota, 1. temperantia ſeu *incraſſantia*, & deinde *abſtergendo* &

blande incidendo *expectorantia*, V. g. *decoctum hordei* cum *liquiritia & ſyr. viol.* eſt optime conveniens, nam tum temperata requiruntur; Cum vero copioſius ſputum apparere incipit, uſurpandum *decoctum hyſſopi* cum *melle roſac.* Ad coctionem hanc inprimis facit *ol. amygd.* dulc. [ſed recens expreſſum], experientia duce laudata, *Spir. vini camphorat. & crocatum* cum *oleo lini* datum raro fallere aſſerit *Tachenius Hipp. chim. l. 2. p. 101.* Vel

℞. *Ol. lini rec. expr.* ℥iij. *ſyr. violac.* ℥iß. *aquæ hyſſopi* ℥iv. *vel* ℔ß. *ãã.* ℥ij. *vel* iij. *pro doſi aliquoties in die* Vel ſaltem *Ol. lini rec. ſine igne extractum* cum *ſaccharo* miſtum & exhibitum egregie confert. Vel

℞. *Ol. lini* ℥iv. *pulv. dentis apri* ʒj. *m.* da præſertim initio. Hujus loco *oleum amygd. dulc.* crebrius ab ℥iß. ad ℥iij. propinatum crebrius, egregium eſt, emollit, dolorem lenit, expectorat, ſubducit alvum &c.

Ad ſputationem etiam promovendam proſunt *Decocta Pectoralia*, ex *hordeo, liquir. ſcabioſa, hyſſopo, violis, tuſſilag. & papav. rh. in ſpecie ſyr. jujub.* quæ egregie temperant acres ſuccos.

Quod ſi facta coctione fortius expectorandum ſit, *rad. helenii, mel roſac. ſyr. Nicotian.* prædictis adde; In ſpecie *ſpir. vitrioli dulc.* moderata doſi modo dictis remediis additus multum ad expectorationem materiæ coctæ facit: In ſpecie in difficili anacatharſi, princeps eſt remedium *Aqua mulſa*, cui ſimul ſpecifica varia pectoralia incoqui poſſunt. *Etmuller.*

69. *Ut ſputum facilitetur*) Quando tuſſis importuna eſt, & Natura incipit per anacatharſin aliquid evacuare, teneat æger frequenter in ore *ſacchar. roſac. candum, aut penidiatum*, vel *tabellas diatrag. frig.* Tum utatur *ſyr. violac. vel jujub.* ex cochleari frequenter, vel utatur Eclegmate ſequ.

℞. *Sacch. candi & penid. ãã.* ℥j. *pulv. elect. diatrag. frig.* ℥ij. *ſyr. violac. & jujub. ãã. q. ſ. f.* lohoc quo utatur frequenter cum baculo liquirit. ſenſim lambendo.

Vel fiat Eclegma, ex *butyri, mellis & ſacchar* æqualibus portionibus, *Oleum ſemin. lini*, vel amygd. dulc. rec. ſine igne expreſſum, cum ſaccharo mixtum exhibitum, egregie tuſſim lenit, & dolorem pleuriticum demulcet, præſertim ſi cum juſculo, aut alio decocto affatim bibatur.

Si ſputa craſſiora ſint, quædam incidentia & attenuantia erunt permiſcenda, *ut ſyrup. de tuſſilag. de liquir. oxymel. ſimpl. Pulvis diair.* & alia hujuſmodi.

Eclegmata autem ſupino corpore ſunt ſumenda, quia ſic melius Pulmonem ſubeunt. *Riverius.*

Sal Nitri præpar. in aquis *portulacæ, fragorum, acetoſæ*, & aliis refrigerantibus, in ſatis bona quantitate exhibitum, idque repetitis vicibus, Pleuritidem cito ad expuitionem facilitat.

Reſina terebinth. vel *laricea*, quovis modo propinata prodeſt, tum per ſerum diluta cum *vitello ovi & aqua violar.* vel alia, Tum in Pillulas cum *ſaccharo c. pulvere liquir.* formata.

Flores ſulph. per ſe, vel cum *nitro* puriſſimo exhibent Chymici: Item *ſalia polypod.* vel *hyperic. cum vino. Platerus.*

69. *Ut ſputum facilitetur*) Præſtantiſſima hęc tria remedia ſunt quibus *Septalius* multos qui jam ſuffocandi videbantur reſtituit, *Mel* ſcilicet *roſat. ſolut.* cum *butyro rec. Manna* cum *ol. amygdal. dulc. & Olivar. vel lini*, cum *aqua fontis* cocta. *Guern. Rolfinkius. Meth. Cur. l. 2 p. 3.*

Sequens remedium, quo ultra 300. ſe feliciter ſanaſſe fatetur hoc eſt.

Sumatur e *caulibus antiquis* pars alla craſſa quæ à radice ſurſum excreſcit. Lavetur, exſiccetur, pulveriſetur, Hunc (pulverem) adhibe ſat copioſe in 4. Em[illegible] ſtra melle miſta, è quibus binis; unum ſcilicet pa[illegible] ctæ, alterum vero diametraliter alteri oppoſito [illegible] traliter eodem tempore applica, alioque e[illegible] intervallo ſimiliter novo melle & pulvere frequenter appoſito; donec per copioſum ſputum omnem apoſtema[illegible] tenam ſeſquihoræ ad ſummum ſpatio æger quieverit. *Marcus Anton. Zimara Antr. Mag. p. 84.*

69. *Ut Sputum facilitetur* Adeoque cavendum ne invertatur ordo, quod Empiricorum eſt & vul[illegible] cujus exemplum præbent imprimis affectus Pulmonum omnes quaſi, ſiquidem expectoratio neceſſaria. Vince ibi ad ſtatum humoris, ſeu lymphæ & ſe[illegible] reſpiciendum: Cum igitur expectoranda materia debeat eſſe ejus corporaturæ ut ejici attollique poſſit, ut è contrario nimis viſcida infarcta minus eſt mobilis, incraſſantia non locum habent, V.g. *ſpecies diatragacanthæ frigida*, vel *laudanum opiatum*, ubi expectoratio difficilis eſt, nec ſuccedit ob materię copiam & lentorem, quæ incidenda, attenuanda, reſolvenda potius eſt, ſed ubi acris, mobilis, fluida, tenuis, adeoque cruda eſt, quæ coqui poſtulet & maturari, ad exitum parari: Hinc Pleuriticis, quibus Opiata vel papaveracea, uti *flores papav. rub.* habentur pro ſpecifico, improvide & citra hanc cautelam dantur, ſuffocantur & obeunt: Hinc Phthiſicis narcotica hoc modo fiunt [illegible], Verbo, Pectoris affectus ita ſemper curandi ſunt, ut libertas viarum natura ſalva perſtet & expectoratio fieri poſſit: Interim ta[illegible] opiata non excludimus in prædictis affectib[illegible] vinum medicamentum prædicamus, modo [illegible] *μετ' ἀσφαλείας* cum ſecuritate, providentia, modo [illegible]tur doſi retracta, ut in terminis naturæ convenientibus agere poſſint, cum reſolventibus item, quorum virtutem & ipſa eximie juvant & adaugent. *Wedelius Am. m. m. p. 80.*

69. *Ut ſputum facilitetur*) Si ſputum ſuccedere non poſſit, aut evacuanda eſt materia per ſudorem, aut per urinas aut per externa medicamenta, vel tandem ſuppuratio eſt tentanda; Ad *movendas urinas* laudatur in hoc caſu terebinthina ipſa ſimplex, aut miſta cum pulvere *liquiritiæ. Terebinth.* datur ℥j. & abluatur *in aqua capill. ven. Liquiritiæ ſit* ʒj.

Hæc *diuretica* tamen non debent in quocunque caſu adminiſtrari, ſed cum videritis ſputum non procedere; & urinas copioſiores fieri, Nam dicebat *Hippocr. 4. Acut. 28.* perperam cum illis pleuriticis & peripneumonicis agi qui nihil expuunt, niſi urinæ copioſæ effluant, Itaque ubi naturæ propenſionem videritis, tuto accedatis ad diuretica, *ad capill. ven. apium. fœnic.* ad ſemina frigida, ubi febris urgeat.

Exterius autem *trahenda eſt materia* quando cæteræ excretiones bene non procedunt, Atque in hoc caſu accipio *Aetii* conſilium, ut locus dolens *ſcarificetur*, & poſt ſcarificationem *Cucurbitula* adhibeatur, & acre aliquod medicamentum apponatur, ſive ſit *Ceratum ſacrum*, ſive aliud, & ſequenti die uterum Cucurbitula adhibeatur, ita ut & beneficio cerati, & cucurbitulæ materiæ paulatim educatur; Id quod etiam *veſicatoria* fieri potent; Quod ſi his non cedat morbus, actum eſt.

Inter auxilia quæ uno & eodem tempore ſputum, urinas & ſudores in pleuritide movere conſuevere, eſt *Balneum aquæ dulcis*; Cujus meminit. *Hippocr. 3. acut. 38.* cum ſcribit, hujuſmodi Balneum plus juvare Peripneumoniam ac Pleuritidem, ut *Galenus* docuit, quam ardentes febres: qua authoritate ducti Arabes. Græci, & Latini in Pleuritide Balneum commendant, At hęc operatio mihi ad[illegible]um ſuſpecta, Nam ſi Balneum adminiſtretur ubi dolor urgeat, ubi ſputum bene non procedat, quod fieri debere velle videtur *Hippocr.* dum ſcribit Balneum dolorem levare, & ſputum movere. hoc tempore pleuritis eſt adhuc in augmento, vel ſaltem in prin-

[illegible]ncipio ſtatus, quo tempore Balneum colliquatos in [illegible] corporis parte humores ducet [illegible] pites [illegible] affectum ideoque *Galenus 12. m.m. 3* in [illegible] partium thoracis Balneum hab[illegible] [illegible]pars inflammata, à Balneo calefacta & relaxata, [illegible]m ſuſcipiat.

Si quis dicat adminiſtrandum eſſe tempore coctionis & in declinatione tantum, profectò nullius erit uſus [illegible]m declinatione deſinit dolor, & ſputum jam [illegible] tum, ac magna ex parte eductum, Itaque uno [illegible] *Balneum non probatur*; Et hæc ſpectant ad me[illegible] pleuritidis mat[illegible] quovis modo evacuan[illegible]ia, ubi [illegible] digeſtionem, vel per aliam ſen[illegible]lem ex[illegible]ionem juvari poſſit.

Se[illegible] ubi poſt [illegible], ſputum non procedat, & his omnibus rite adminiſtratis dolor ac febris intendantur, certum eſt [illegible]gnum ſuppurationis incipientis; In quo caſu, tametſi Medicinæ ſcriptores conſulunt ſtatim uſum *Suppurantium*, Ego tamen ex *1. Acut. 33.* colligo Hippocratem univerſaliter procedendum eſſe voluiſſe, qui ſcribit in Pleuritide, quæ ſputum habeat paucum & glutinoſum, in qua dolor ſit maximus, neceſſarium eſſe abſtinere à ptiſana, quouſque V. S. aut purgatione, dolor te[illegible]atur, Loquitur, ut ſcribit *Galenus in comm.* de Pleuri[illegible] de mali moris, quæ non eſt incipiens ſed jam progreſſa, & facile tendere poteſt in ſuppurationem; Ad vitandum ſuppurationem id faciendum quod ab initio præc[illegible]pimus, ad e[illegible]itandum pleuritidis [illegible]crementum, ut, ſi vires conſtent, vena ſecetur iterum, detur me[illegible]camentum, & tenuis victus ratio imperetur, Quibus tamen non obſtantibus, ſi dolor perſiſtat & febris, [illegible]certú eſt ſuppurationem fieri, idcirco hanc ſtatim juvare oportet & intrinſecis & extrinſecis remediis.

Intrinſecus convenit hæc miſtura, ſæpius data, cum nulla præſtantior.

℞. *butyri rec.* ℥iv. (quod *Galenus 7. ſimpl. c. de Butyro*, ſine miſtione alterius dicit maturare) *mucilag. fœcum* ℥ii. *ſacch. parum, m.*

Extrinſecus paretur hujuſmodi Emplaſtrum.

℞. *rad. alth. coct. & per ſetaceum traject.* ℥iij. *far. tritici* ℥iv. *mucilag. rad. alth. caricar.* ãã ℥ij. *butyri rec. pingued. gallinæ, anatis* ãã. ℥i *Decoct. alth. malvæ, caricar. q. [illegible] m f. Empl.* Facta ſuppuratione quid agendum, Vide cap. de Emp[illegible]mate. *Saxonia.*

69. *Vt ſputum facilitetur*) Communiter Practici reſcitæ Pleuritidis in[illegible] conſueverunt uti *Eclegmatibus*, quæ facultatem habeant humorem incraſſandi, ut fluxionem ad locum affectum prohibeant; At hi dupliciter errant, i. quia dum Medici ad pleuriticos vocantur fluxio magna ex parte eſt facta, quam incraſſare eſt ſputum ante digeſtionem prohibere. ij. Fiunt Pleuritides ſpuriæ, defluentibus vel à capite vel à toto corpore craſſis humoribus, in quo caſu incraſſantia ſunt venena, Idcirco materiæ pleuritidis, & copia humoris jam confluxi, antequam incraſſantia adminiſtrentur obſervanda, & ſiquidem id quod fluit calidum & tenue exſtiterit, & exigua copia ſit congeſta, paretur Eclegma quod vim habeat prohibendi novum defluxum, & ſimul digerendi id quod jam defluxum eſt, quæ vis in papav. rub. flore. *Saxonia.*

70. *Specifica proprietate agunt*) Sunt mea remedia, quæ neminem in pleuritide & peripneumonia dereliquunt *Pulvis de virga cervi*, vel *tauri*, vel *cruor hirci*, vel *ſuccus cichor. ſylv. flor. papav.* Sed potiſſimum laudo, *cruorem hirci*, non quidem venalem, ſed ſequenti modo præparatum, Hircum ſuſpendo cornibus, & crura poſteriora reflecto ad cornua, teſtes abſcindo, & recepto inde cruore exanguem dimitto, Hic autem cruor ſiccatus eſt inſtar vitri, difficillimæque triturationis; aſſumptus ʒj. unius pondere confeſtim ſopit & curat pleuritidem abſque venæ ſectione, nec te deſeret unquam.

A[illegible] cruore [illegible] nisi ovillus eſt dignoſcitur quod vena[illegible] ut ne pulvis ſit puniceus [illegible] Hujuſmodi præſidia Ar[illegible] [illegible]tur [illegible] cauſam immediat[illegible] Archeo [illegible]unt; tolluntque acorem, & ad Diaphor[illegible] diſponunt, dolo[illegible] pacant, quia acid[illegible] extinguunt *Helmontius Tr. Sextupl. dig. alim. & Tract. Pleura furens.*

Vidi ruſticum omnes Pleuriticos tertio Potu ſanantem, Vtebat[illegible] *ſtercore jumenti* pro viro, & *caballi* pro muliere, quod diluebat in cereviſia ac colaturam expreſſam propinabat. *Helmont. Tr. de Febr.*

Vnica exhibitione *ſtercoris equini* curatus ruſticus; Ad villam properabat. D. D. D. Obvium me habens quærit euporiſton pro Colono pleuritide laborante, Præcepi ut *ſtercus equinum recens vino albo* incoqueretur, & colatura, addito *ſaccharo* ægro daretur, Cataplaſma ex eodem ſtercore lateri dolenti admoveretur. Poſtridie rediens narravit Colonum bihorio à ſumpta potione totum ſudore diffluxiſſe & ſanum factum.

Adminiſtretur cum jure, aut alio convenienti liquore *ſtercus Columbinum*, *in pulverem redactum ad.* ʒß. Remedium optimum, & apud magnates aliquos inter ſecreta celebratur. *Panarolus Pent. 4. obſ. 14.*

Dux *Arſchotenſis*, dum gallinæ per gramina aluntur, & paſcuntur, [illegible]d album quod in ſtercoribus earum apparebat, in pulverem ſiccatum redigebat, & dabat. ℈j. *Ortho Heurnius in Not. ad Path. Fernelii.*

Vrina hominis, vaſis accurate clauſis, in ſtercore equino per ſex hebdomadas fermentata, leni calore ſpiritum per diſtillationem ſuppeditat, qui ſemel aut iterum rectificatus magnum eſt pleuritidi & utile remedium, à x. uſque ad xxx. guttas, cum liquore convenienti. *Rob. Boyle lib. 2. de util. Philoſ. exper. ſect 5. capite 5.*

Ad Pleuritin, vel puncturam laterum, remedium experimento conſtans, *Oſſa de ſolo capite lucii*, & *folia ilicis aquifoliæ* trita mixtaque dabis. *Incertus. author.*

Ad Punctionis ſenſum in corpore, *undenos oculos* (humores cryſtallinos, nimirum induratos) *luciorum* tere, & cum pauca *theriaca è vino* cochleario bibe, ſi morbus cum perfrictione invaluerit; Sin cum calore, ex *aceto*; bene tectus ſudato; hoc ter aut quater continue repetito, & ſanaberis. *Ex lib. M. S. Germanico C. Geſnerus.*

Salem hypericonis ajunt probatiſſimum eſſe: De eo dato patienti in vino calido quantum dimidio cortice avellanæ nucis contineri poteſt. De *ſale hyperici pugillum quaſi* exhibuit quidam Medicus *in vino malvatico* pleuritico, & teſtis eſt Deus quod liberatus fuit. *Ex eodem Geſnero.*

℞. *Pil. ſtercor. ovill. n. x. ſolve cum aqua papav. err.* vel *card. ben. vel roſ. aut ſcabioſ.* & exhibeantur. *Cl. Deodatus Panth. 142.*

Præ omnibus valet *Decoctum Nicotianæ*, vix datur pretioſius, ſed rite ſit præparatum, alias gravia excitat ſymptomata. *Frid. Hofmannus m. m p. 309.*

Præſtantiſſimum auxilium hoc eſt, ſi ſecundo die exhibeatur ʒj. *pulv. ſem. card. mariæ. Fr. Joel.*

Tragema hoc Antipleuriticum excellit.

℞. *ſalis prun.* ʒij. *flor. papav. errat. corall. r.* ãã. ʒj *ſacch. viol.* ʒiß. (℥ß.) *f. Pulvis.* Doſis ʒj. vel ʒij. *ſuperbibendo parum aq. papav. errat. vel card. ben. Rolfincius Epit. Meth. l. 2. p. 1. c. 3.*

Valde commendatur in Italia celebre eſt ſecretum & *Ducis urbini ex ol. ſem. lini* ℥iv. & *raſ. dent. apri* ʒj. *Idem.*

Mea hæc eſt Tinctura Antipleuritica.

℞. *flor. papav. errat. m.* ij. *affunde aqua tar. ac ſcabioſ.*

card. ben. āā. ℔j. *heder. terr.* ℔ß. *ſpir. ſulph ad gratam aciditatem miſta ſteat in loco calido per horas 7. filtra, adde ſyr. papav errat. unc. iij. ſucci ſanguiſorba depurati unc. ij. m. ſ. B. Timeus Epiſt. l. 2. Ep. 8.*

Experimento probatum eſt ſequens Pleuriticis profuiſſe, ſtatimque dolorem ſedaſſe vel ſuſtuliſſe.

℞. *ſcobis dentis apri ad* ʒj. *m. cum ol. amygd. dulc. aqu. aniſi āā.* ℥ß. Item *ſuccus e ſcybalis equin.* expreſſus, & pleuritico datus, ſingularem habet vim in ſiſtendo dolore. *Arn. Weickardus Th Pharm. p. 109.*

70. *Specifica proprietate*) Præmiſſa, vel omiſſa, V. S. progrediendum ſtatim ad *ſpecifica antipleuritica*; circa quæ notandum quod eadem ſint quæ in dyſenteria alias locum habent; ut recte loquitur *Helmont*. Deinde quod omnia ea ſpecifica quæ conveniunt in Pleuritide, etiam in aliis quibuſvis internarum partium inflammationibus proſint, cum omnes ſint ejuſdem naturæ, ſæpius Eryſipelaceæ.

Appropriata talia ex regno vegetabili ſunt *Bellis flor. rub. card. ben. papav. alb. cerefol. Aqua diſtill. iſtorum ſimpl.* in ſpecie *aqua flor. acacia, aqua flor. chamom.* Singulatim hæc tria, *Papav. rh. Card. b. & card. M.* ſunt optima, ex his *parati pulver. ſyr. & ex ſem. card. ben. & Mar. Emulſiones*, V. g. in ſtatu Peripneumoniæ.

℞. *ſem. card. b. M. papav. albi āā.* ʒij. *cum ſ. q. aqu. pap. r. fiat. Emulſio adde raſ. dent. apr. prap. mandib. lucii piſcis ppt antimon. diaph. āā.* ℈j. *m. edulcoretur parum.* Vel

℞. *aqu cherefol. unc.* iij. *ſyr papav. rhead* ℥iß. *bezoart. min gr. xvi. m.*

Pleuritidem ſævam *pulvere fuliginis camini ad* ʒß. in *aqua card. ben.* die 7. curatam vidi *Riverius centur. 2. obſ. 89.* Denique quoad *regnum minerale*, excellit inprimis ſpir. *Nitri dulcis*, ſeu potius *ſpiritus antipleuriticus*, dum nempe ſpiritus nitri digeritur & cohobatur aliquoties à *ſpeciebus antipleuriticis*, & hinc cum *ſpiritu nitri* poſtmodum miſtus & invicem deſtillatus, egregium eſt remedium antipleuriticum: Loco cujus paratur à quibuſdam non inconcinne *Tinctura* Bezoartica.

℞. Loco *ſpiritus vitrioli ſpir. Nitri*, & ita ulterius lege artis procedendo; nobile remedium ad ʒj. in aqua appropriata, has inflammationes ſudore mediante levans: *Sulphur*, ejuſque *flores*, optime pariter conducunt: Hinc *pulvis pyrius* egregium remedium contra Pleuritidem ad ʒj. propinatum, tam nitri quam ſulphuris ratione: Pertinent huc quælibet *ſulphura fixa* & hinc etiam *cinnabaris antimonii, antimonium diaphor. bezoart. martiale. bezoart. ſolare calcinatum &c.* Hiſce accenſe *ſperma ceti* tam in principio quam incremento, ad materiæ coctionem multum conferens, Unde *ſperma ceti* cum *caſtoreo* miſtum feliciter adhibuit *Timæus* in conſiliis. *Etmuller.*

Aqua ſpinach. card. ben. vel lactei, florum item *anthemid.* bibitæ. proprietate juvare creduntur, Item *lentis paluſtris* in peripneumonia: *Hedera terr. aqua* ſi ad ℥iv. à pleuritico bibatur, idque in die quater repetatur, à purulenta materia pectus repurgari, & ab empyemate ac phthiſi præmuniri tradunt.

Volgus pro ſingulari remedio *aquam* coiculttum quo laniones animalium guttura ſolvere ſolent per aliquot horis impoſuerunt exhibet: *Aſphodeli, orchidis, lappa rad.* vel *flores lappa & chryſocome, pulmonaria* in *peripneumonia, paſtinaca errat. card. ben. ſemina, avellanar.* vel *amygd. cortices* pulverizata à ʒj. ad ʒß. cum liquoribus idoneis exhibita probantur.

Probatur & ſummopere hoc Experim.

℞ *rad. ariſtol longa, bryon. paon. baccar. lauri, āā.* ʒß. *nucleor. meſpil.* ʒj. *raſ ebor myrrha āā.* ʒß. *f. Pulvis, detur cum aqua tamariſci & vino.*

Milleſol. herba vel *radix* contuſa & cum *aceto* exhibita laudantur.

Sal prunella in *aquis portulac. fragor & acetoſa* ſatis bona quantitate exhibitum, idque repetitis vicibus, Pleuritidem cito ad expectorationem facilitat.

Hedera terr. aqua ſi ad unc. iv. à pleuritico bibatur, idque in die quater repetatur, à purulenta materia pectus expurgari, & ab empyemate & phthiſi præmuniri tradunt. *Platerus.*

70. *Specifica proprietate*) Commendatur & *Corallius praparatus, cinis priapi tauri vel cervi*: *Flores buxi* adeo ſanguinem purgare creduntur ut ſi *eorum pulv.* ʒj. *cum aqua papav. rhoead.* exhibita, ſanguis poſt horam mittatur, floridus remanet. *Quercetanus* in Pharmac. laudat *pomum excavatum & thuris maſculi* ʒj. repletum, ad ignem coctum, quod æger deglutiat, ſuperbibendo aquæ *card ben unc.* iij. poſt bene contectus ſudet: Hoc remedium poſt tertium morbi diem uſurpandum eſſe vult, eoque multos aſſerit fuiſſe liberatos. *Riverius.* Vide §. *Quæ ſanguinem coagulatum diſſolvunt.*

71. *Flores papav. erratici*) Licet *Galenus* papavera dolores mitigare multis in locis referat, tamen *agreſte* Pleuritidem *de Eupor.* perſanare confeſſus eſt, Aperiam quod à Monacho empirico mirabili ſucceſſu in hoc morbo factum vidi: Hic *folia & ſem. agr papav.* in umbra exſiccata ſecum continuo deferebat; Cum quis laterali morbo infeſtabatur, confeſtim ſanguinem è brachio detrahebat, mox decoctum folior. in brodio pulli colatum, cum ʒi. vel ʒiß. ſemin. capillamentorum quæ poſt colaturam addebantur capiebat tepide & jejuno ſtomacho: In loco doloris Epithemata adhibebantur, parata ex *pulv. roriſmar. ſalis, farina & aqua* placentulatum forma, quæ ſuper calido latere in calidam ſubſtantiam ducebantur, locis affectis admovendarum; hinc brevi dolor evaneſcebat, & apoſtemata rumpebantur.

72. *Flores papav. errat.*) Eorum *decoctum factum* in *decocto hordei* vel *jujubar.* addito interdum *ſaccharo* datum in principio, influxum ſanguinis admodum ſiſtit, inflammationemque vehementer mitigat: Datur ad ℥iij. repetiturque, Tandem & in *aqua pimpinella & ſcabioſa* coctum exhibitumque materiam concoquit: Decocti loco & aqua illius propinata proderit; Item ſi *flores ſiccati*, pulveriſati, cum brodio vel *aqua violar.* vel alio liquore bibendi dentur; Nec adeo frigiditatem illius vereri debemus, cum vis illius attenuandi & digerendi, quam *Galenus* ex acrimonia illius conjicit, atque ineſſe teſtatur longe aliud, uti & in cæteris narcoticis, quæ frigida non eſſe credimus, demonſtrat. *Platerus.*

Mulier pleuritide acutiſſime laborãs, nullo alio auxilio magis levata eſt, quam *decocto flor. papav. r.* quo utendum omni die cum *ſyr. hyſſopi* jubebamus; calida accepta potione: Mirabiliter enim *flores* hujuſmodi levandis laterum doloribus valere experientia quotidiana docet, Et mihi familiare & expertum id remedium eſſe ſolet. *Fr. Wallerıola lib. 5. obſ. 10.*

73. *Lappa ſicca*) Qua à *Caſtro Veronenſis* cum ſumma copia grumoſi ſanguinis per ſputum intra biduum rejecti, abſque venæ ſectione, curavit Pleuriticum 1. *Externe* applicando, & ſingulo bihorio renovando lintea duplicata cum ſpermate ranarum non deſtillato, ſed per ſe ſervato, applicando & ita per biduum continuando: 2. *Interne, radice bardana*, ſeu *lappa majoris* vere collecta, creſcente Luna; Servantur radices, ac in umbroſo loco ſiccatæ & pulveriſatæ dantur, dozis coch. j. in vitro vini generoſi. Vel *decoctum* bardanæ ritè paratum, ceu appropriatum ſudoriferum pleuroperipneumoniis convenit. *Etmuller.*

Lappa

Lappa illa purpurea ab *Alex. Benedicto* tantopere in pleuritide commendata, ea mihi videtur quam Græci *Artion proſopida*, Latini *Perſonatam* vocant: Radice ejus in pulverem redacta ſciu plebeiom quemdam oon infeci plerumque ſucceſſu in Pleuritide uſum. *Manardus*.

Experimento conſtat *Lappa radicis* peculiare remedium eſſe: *Arida radicis farina* ʒij. pondere, ex aqua tepente matutinis horis pota, ſudore evocato dolorem protinus ſedare, & ægrum pariter liberare. *Al. Benedict.*

Radicis *lappa ſicca* ʒij. è mulſa propinantur pleuriticis *Hollerius*.

71. *Quæ ſanguinem coagulatum diſſolvere &c.*) Sanguinis coagulationem impediunt *Oculi cancri, antimonium diaphoreticum, mumia, ſperma Ceti, gummi, galbanum, ſagapenum &c. opium, cerevisia Zoppenſis* dicta; Quin ex nominatis pleraque diſſolvunt præterea craſſiores ſanguinis partes, diſcutiuntque tenuiores, ac inſuper temperant acriores, præſertim ubi aliis junguntur, quæ ipſorum vim promovent augentve, E. g.

℞. *Aqu. hyſſopi, fœnic.* ãã. *unc.* ij. *aceti ſtillat.* ʒiv. *ſpir. vini rectif. vel cujuſvis aromat.* ℥ß. *ocul. cancri* ʒj. *ſpermat. ceti, mumiæ Alex.* ãã. ℈j. *laud. Op. gr.* iv. *ſyr. v. rad.* ℥iß. *m.* Detur ſæpius hujus miſturæ cochleare unum, hinc non tantum impedietur ſanguinis effuſi concretio, ſed partes ipſius craſſiores incidentur attenuabunturque paulatim; Tenuiores autem aut ſudore aut inſenſibili tranſpiratiooe diſcotientur continuo; quin temperatis ejuſdem partibus acrioribus dulor lenietur, tandemque in totum tolletur, ſoluta ac diſſoluta obſtructione: Qua miſtura io tempore ac diligenter uſurpata curatæ ſunt noo ſemel incipientes Pleuritides ac Peripneumoniæ, aliarumque partiom inflammationes ſatis graves. *Fr. Sylvius l.c.*

Secunda Indicatio Præſervatoria, contra *ſanguinis lentorem & effervescentiam* deſtinata, ejuſmodi medicamenta præſcribit, quæ cum ſale volatili aut alkaliſato coonſtent, ſalium acidorum, fixorum, aut alias *ποιῶν*, cum aliis particulis craſſioribus combinationes initas deſtruunt; In quem finem *oculi* aut *chelæ cancrorum, Dens apri, lapis carpionum, mandibula lucii, os cordis cervi, priapus cervi, ſal prunella, ſal corallor. ſal urinæ aut c. c. volatilis, pulvis ſanguinis hircini, infuſio ſtercoris equini, ſpir. c. c. ſalis ammon ſpir. tartari, mixtura ſimplex, bezoart. miner. antimon. diaphor. flores Salis Ammon. in* Pleuritide remedia perquam celebria exiſtunt. Quæ ex uſu erunt forma Potus, Pulveris & Spiritus,

℞. *Stercor. equ. rec. unc.* iij. *aqu. card.* ℔iß. *f. infuſio clauſa & calida per horas* ij. *dein liquor filtretur, cui adde ſyr. e ſucco tarax. vel cichor. unc.* ij. *ſpir. ſal. armon.* ʒß. detur ad cochlearia v. vel vj. ter aut quater in die. In hunc finem aqua *ſtercoris equini* egregie convenit,

℞. *Stercor. equini* ℔iv. *fol. card. ben. Mariæ, ſcabioſæ, anagall.* ãã. *m.* iij. *ſimul conciſis & commixtis affunde lactis rec.* ℔vj. *deſtillentur organis commun. Doſis unc.* ij. *ad* iij. vel per ſe vel cum aliis aquis diſtillatis in forma Julapii.

In eundem uſum Tincturæ, aut ſolutiones aliorum *ſtercorum* à Medicis quibuſdam exhibentur & ſummis laudibus prædicantur: *Helmontius* jure *ſtercus jumenti*. *Panarolus ſtercus columbin.* alii ſtercoris gallinacei album in pleuritide commendant: *Epiphanius Ferdinandus* decoctom *Nicotianæ* cum ſapa diſſoluta pleuriticis cum fructu exhibere ſolebat: *Vallerıola* Decoctum *flor. papaver rhœad* pro experto & familiari remedio habuit, Clar. *Sylvius* mixturam ſequentem cochleatim per brevia intervalla ſumendam præſcribit.

℞. *Aqu. petroſ. hyſſopi* ãã. *unc.* ij. *fœnic. unc.* j. *theriac. ſimpl.* ℥ß. *laudani op. gr.* iij. *ſalis armon.* ʒß. *ſyr. papav. errat. unc.* j. Miſce

Huic compoſitioni *Frider. Deckers* addit *pulv. Ocullor. cancri & bezoard. miner.* ãã. ℈j.

Medicamenta in hunc uſum maxime efficacia forma Pulveris exhiberi ſolent, E. g.

℞. *Pulv. ocular. cancri* ʒij. *ſal. prunella* ʒiß. *flor. papav. errat.* ʒß. *m. f. Pulvis. Doſis* ℈j. *ad* ʒß. ter aut ſæpius in die cum vehiculo idoneo.

Loco *Oculor. cancri* polvis *mandibula piſcis Lucii,* aut *Dentis aprugni*, aut *priapi cervin. vel taurini* uſurpari poſſunt; Et ſi iſtis ſucceſſus defuerit, tentari debent ſequ.

℞. *Antimon. diaphor. vel ceruſa ejus*, aot *Bezoartic. miner.* ʒij. *ſalis volat c. c.* ʒß. *pulv. flor. papaver. rhœad.* ℈j. f. Pulvis, Doſis ℈j ad ʒß. ter aut ſæpius in die.

Propter eandem medendi intentionem eſt quod *Riverius* pulv. *fuliginis* camini à ʒß. ad ʒj.; alii pulv. *ſtercor. columbini* aut *gallinacei* exhibent: Quinimo propter analogiam hanc; quia animaliom ſtercora ſale volatili referta in hoc morbo juvant, probabile eſt quod ſtercus caninum pleuritidi haud minus quam *angina* ſanandæ conferat; ac ita potius quoniam hi morbi ſæpe typos invicem commutant, atque alter alterutrius ſpeciem aſſumit.

Liquores Chymici, ſale volatili præditi etiam interdum inſigniter juvant.

℞. *Spir. ſangu.* ʒij. *aqu. papav. err. unc.* öj. *ſyr. ejuſdem* ℥j. *m.* Detur cochleatim per brevia intervalla.

℞. *Spir. ſalis ammon. cum olibano diſtill.* ʒiij. *dozis gtt.* xij. *ad* xv. *vel* xx. ter aut quater in die in vehiculo idoneo: Eodem modo *ſpir. urinæ, ſanguin. vel c. c.* exhiberi poteſt.

℞. *Spir. Tart.* ʒiij. *dozis* ℈j. in vehiculo idoneo.

℞. Mixturæ ſimpl. ʒiij. dozis ℈j. ad ʒß. *Willis.*

74. *Priapus taurinus vel cervinus*) Commendantur, raſuram pulveriſatam ad ʒj. aſſumendo: aut ex iis paratum decoctum, ceu corpus Juleporum optime propinatur: Hinc & *Bartholotus* in pleuritide maligna *raſuram* priapi tauri commendat, cui tamen revera cervinus præferendus. *Etmuller.*

75. *Ramenta dentis aprini*) Conveniuot ulterius partes animalium duræ, Sale volatili turgidæ, præſertim in principio, & multo magis inde parata Salia volatilia & ſpiritus urinoſi, mediante ſudore fauſtiſſima remedia, qualia ſuot *dens apri*, aut *dens caſtoris, mandibula lucii piſcis, lapis carpionum & percarum*, hincque alia genera marina &c. Ex quibus ſpeciatim *dens apri*, & *maxilla lucii piſcis, lapis carpionum & percarum*, hincque alia genera marina primatum ducunt ad ʒß. exhibita præter propter; In *ſanguine hirci* legitime præparato experientiſſimum remedium contra pleuripneumooiam, ad ʒj. propinatum, quod ſi ab ejus uſu non ſtatim ſequatur levamen, repetatur aliquoties.

Pariles virtutes habet *ſanguis leporinus* rite collectus, ſi nempe à canibus in venatione captus, vivus ſtranguletur laqueo, & ſanguis io alvum fluat & grumeſcat; aperitur poſtmodum, & ſanguis in furno ſiccatur, dozis ʒß. ad ʒj. *Etmuller.*

Experientia compertum ſæpe profuiſſe in pleoriticis, ſtatimque dolorem mitigaſſe vel ſuſtuliſſe, ſi *dentis apri ſcobem* à ℈j. ad ʒj. cum oleor. prædict. aliquot unc. ij iij. aut iv. *Platerus.*

75. *Ramenta dentis aprini*) Solent practicantes admiſcere tum ſyrupis tum electuariis hujus dentis pulverem, quippe extenuandi & exſiccandi vim habet; De hoc Dente mirum ſcribitur, occiſo Apro recenter, ipſius dentes adeo fervere ut capillos admotos oonnunquam comburant; *Ant. le Grand. Comp. Nat. p.* 198.

76. *Aquam prunorum ſylveſtrium*) Hæc ad laterum dolorem ſingulari facit experimento: Ea vero efficacior fuerit ſi *flores pruni ſylv. rec.* per noctem vino forti & optimo macerati in Balneo Mariæ diſtillentur: Hac aqua multis profui, ea namque lateris, cordis & ſtomachi quoſvis dolores, ſeu compreſſiones & puncturas diſſolvit. *Hier. Tragus.*

77. *Stercus columbinum*) Nec animalium ſtercora omittuntur, præ cæteris exquiſitiſſimum, præſertim apud Anglos, ſtercus equinum, maſculi, ſi viz. pila una ſtercoris hujus excreta beoe exprimatur, & ſuccus expreſſus propinetur, mox in principio, & quo citius eo melius: Secretum vero magnatum eſt pulvis *ſtercoris columbini* ad ℨß. in liquore conveniente; Aut macerentur hæc ſtercora cum *aqua papav. rh.* & hinc facta expreſſione propinentur; Ab aliis multum extollitur *ſtercus ovillum*, quod remedium nobile vocat *Lindanus*, R. cipit *ſtercoris ovilli* pilam, ſubigit in mortario cum *aqu. papav. err.* vel *card. ben* & *ſcabioſ.* & exhibet ſtatim in principio; Nam, dicit, præſtat id ob ſal nitroſum habent enim ſtercora copioſum ſal armoniacum. *Etmuller.*

77. *Sunt & qui ſtercus*) Per inſenſilem tranſpirationem inter alia tumorem diſcutit *ſtercus equinum &c.* Magna enim vis in eo diſcuſſiva propter ſulphur, & ſal fixum & volatile quod in ſtercoribus reperitur copioſius: Imo *Oleum rubr.* deſtillatum, ex his ſtercoribus & urina, eſt potentiſſimum curandæ Pleuritidis arcanum, exterius applicitum & interius ſumptum ad guttas 6. vel 7. Propter fœtorem vero oleum hoc rectificetur cum ſpiritu vini, qui corrigit ejus fœtorem, & eſt potentiſſimum arcanum in Empyemate & ſola ejus cura certa conſiſtit in balſamo illo rectificato, cum ſpiritu terebinth. elicito, & cum eſſent. & ol. anisi rectificato donec nihil habeat fœtoris. *P. Joh. Faber pur. ſap. p. 276.*

Mirabilis efficaciæ eſſe referunt medicamentum ſi *ſterc. ovill. pilul. 7. vel 9. in aqua roſar. diſſolut.* exhibeantur, addita ſyr. roſat. portione. *Roſenbergius Rhodol. p. 356.*

℞. *Stercor. ovill. rec. 6. vel 7. pil. diſſolve in aceto, adde ſacch. roſat.* magnitudine *nuc. jugland.* & d ſemel vel ter patienti, & eſt certum remedium. *David Rulandus Pharm. n. p. 68.*

Stercus canin. diſſolutum in aqua. colat. potui da, celeriter & efficaciter, quamvis vehementior dolor, mitigat. *Idem ibid.*

77. *Sunt qui ſtercus columbinum*) Vide §. *ſpecifica proprietate agunt*)

78. *Abſceſſum feliciter rumpunt*) Si per ſputi expectorationem non deſinant Pleuropetipneumoniæ, neceſſe eſt ut ſucceſſive *ſuppurentur* inflammationes, & abeant in perfectum abſceſſum, circa quem 1. *Suppuratio* promovenda. 2. *Abſceſſus perfecta ruptio* adjuvanda. 3. Abſceſſu aperto partis ulceroſæ *mundificatio & conſolidatio*, ac ſimul puris excretio inſtituenda: Ad maturationem abſceſſus interne optimus eſt *ſyrupus de Nicotiana*, de *hedera terr.* & *ſymphyto Fernel.* Item *Empl. ex lacte & cremore malvar.* mire maturat & rumpit abſceſſum: Valet *Empl. Zachariæ*, Vel apponuntur catapl. ordinaria ad maturationem abſceſſuum uſitata.

Ubi facta ſuppuratio, opera danda ut *Abſceſſus rumpatur*, & pus evacuetur: Apertionem abſceſſus factam cognoſcimus ex ſputione puris cum ichore plus minus cruento: Ut autem rumpatur, ſeu aperiatur Abſceſſus in tempore, optimum remedium eſt ſi *vomitus* aut *ſternutatio* excitetur, & patiens alta voce clamando de latere in latus ſe volvat: Optimum eſſet ut quoties certi eſſemus de maturato abſceſſu, ſaltem perforentur ſpatia intercoſtalia, cum hoc ſecure fieri poſſit, modo locus in quo abſceſſus continetur certe & exacte cognoſci poſſit; Neque enim eo in loco quo in Empyemate, & pure jam in thoracis cavitate collecto ſectio fieri ſolet, apertio inſtituenda, ſed ex pondere, dolore & calore locus in quo abſceſſus hæret inveſtigandus, & intra duas coſtas leniter aperiendus &c. ſed caute omnino procedatur: quæ apertio quoque ſaltem in abſceſſu intra pleuram locum habet.

Sin in Pulmonum quodam lobo ſimul ſuppuratio fiat, neceſſario Empyema expectandum venit: *Epiph. Ferdinandus hiſt. med.* 34. & 45 *decoctum tabaci* & illius *fumum*, mirum eſſe medicamentum ad rumpendum vomicam ſuppuratorum eſſe dicit, exemplo adducto mulieris quæ à ſumpto decocto per tres dies, & à fumo accepto tribus vicibus plus ℔vj. puris albi tribus diebus ejecit, & ſana facta eſt. Decoctum eſt hoc

℞. *Fol. tabaci* ℥j *malvæ, branchæ, violar.* āā. *m* j. *colentur, cum ſapa miſceantur, detur calidiuſculum pluries,*

Fumus eſt,

℞ *Fol. tabaci reponantur in cineribus adhuc ignitis*, & fumus per fiſtulam aſſumatur, cum quibus & *terebinthina* uſum adhibuit. *Etmuller.*

Pix liquefacta, in pilulas redacta & exhibita, Abſceſſum factum aperire dicitur: ut & *ſemen naſturtii* & *ſinapi* tunc exhibent. *Platerus.*

78. *Abſceſſum feliciter*) Pro Pleuritide ad ſuppurationem tendente *Decoctum Tabaci* mirum eſt medicamentum: Teſtor Deum me à morte ad vitam revocaſſe mulierem, quæ jam erat per tres menſes pleuritica ſuppurata cum febre hectica, quæ ab iſtius decocti abſumptione per tres vices: Et ab ejus fumo per fiſtulam accepto tribus diebus pluſquam ſex libras puris albi tuſſi evomuit, & nunc libera & ſana eſt, Decoctum ita paratur,

℞. *Fol Tabaci* ℥j. *bulliat in aqu. dulc.* ℔ij. *ad medias, adde ſub finem fol. malv. branca urſ violar.* āā. *m.* j. *colat. cum ſapa miſceatur & detur pluries calide*

Fumum *Tabaci* aſſumat quandoque ante Decoctum, quandoque poſt. *Epiph. Ferdinandus hiſt. 34.*

Si quis Pleuriticus, Empyicus, ℈j *pulveris ſemin. urticæ* cum *ſyr. violac.* aut alio pectorali, paulatim & veluti lambendo deglutierit, viſcoſum humorem ac tenacem nullo negotio expectorabit, Secretum cujuſdam non vulgaris Medici Pariſienſis. *Ant. Mizaldus.*

Ad Apoſtema pleuriticum feliciter rumpendum ſingulare remedium.

℞. *Acetoſæ ſub cineribus coctæ m.* ij. *far. ſabar. unc.* iij. *ficuum m.* 9. *pracip. dulc.* ℈.. *m. f.* Empl. *Bern. Penotus ſpec. ſecr. p. 63.*

79. *Poſt illa*) Facta eruptione puris in thoracem, præter remedia pus expectorantia, ſimul ad abſceſſus *mundificationem* & conſolidationem reſpiciendum, quibus ſcopis remedia ex *Nicotiana*, *hedera terr. chærefol.* ſunt optima: Præter quæ & alia vulneraria ſunt aſſocianda, in ſpecie *hedera terr.* eiuſque *ſuccus ſyrup. pulvis, decoctum*, aliis merito præferenda remediis ad curandos ſuppuratos: Egregie enim apoſtema mundificat, & denuo conſolidat, ne æger in empyematicum deſperatum & hinc phthiſicum tranſeat, Id quod pariter in aliarum partium læſionibus, ab inflammationibus reſiduis, phthiſin plus minus minitantibus locum habet: *Etmuller.*

80. *Sanguinem ad coloris mutationem*) Obſervare eſt ab iterata phlebotomia in pleuritide & peripneumonia facta, cruoris, poſtquam ſubſederit, ſuperficiem pellicula albicante, aut alias diſcolori, & craſſa & viſcoſa ſemper obduci: Cujus ratio eſt, quod ſanguis, cum

cum inter circulandum particulas veteres non à ſe dimittit, novaſque in ſe haud ſatis recipit, diuturna coctione inſpiſſatur, ac instar carnis elixæ, à colore ſanguineo verſus albidum mutatur, in quo ſtatu, ſiquidem vaſorum ductus exiles haud facile pertranſit, extravaſari periclitatur, & dictos affectus facile excitat. *Willis de Med. Oper. ſ. 1. c. 2.*

81. *Dolore urgente)* Nec Opiata negligenda in cura harum inflammationum, ſed uſurpentur ſaltem in principio & incremento, ſaltem ad ſuffocandam nimiam morbi vim, & ſiſtenda pathemata doloroſa; quæ ipſa quoque ad corrigendam materiæ expuendæ cruditatem, adeoque eam coquendam ſeu incraſſandam multum præſtare ſolent: In ſtatu vero vitanda ſunt, ne impediatur expectoratio, atque materia cocta nimis pertinaciter ſic inhæreat, id quod ſine ſuffocationis periculo vix fieri poteſt: Solum *papaver rhœas*, ejuſque flores, ceu optimum ſpecificum in toto morbi decurſu locum habet. *Ettmüller.*

82. *Exhibuiſſe quoſdam)* Huc ad Pleuritidem ſanandam & præcavendam utile cenſetur, *Pomi dulcis* pars ſuperior orbiculatim amputetur, inferior excavetur, impleaturque thure maſculo pulveriſato, repoſitaque abſciſſa parte, tanquam operculo, ſtupis involuta, ſeu ligata ſimul ſub prunis coquatur vel in fornace hypocauſti, & poſtea comedatur. *Platerus ex Quercetano.*

83. *Oleum ſem. lini &c.)* Hæc recentia ſi lenitim lambantur, addito ſaccharo, utiliſſima ſunt, & præſertim ſi cum brodio vel decocto aliquo tiſſanæ bibantur, doloreſque pleuriticos admodum mitigant; Quibus & *ſuccum althææ* aliqui permiſcent; *Oleum nucum recens*, in progreſſu tamen morbi datum, admodum materiam concoquendo, ad expulſionem aptam reddit. *Platerus.*

84. *Ad diſcuſſionem)* In progreſſu thoracis internæ inflammationis, poſtquam externis remediis, in pleuritide explicatis, anodynis & relaxantibus uſi ſumus, doloreque remittente, nondum tamen penitus ceſſante, ut reliquias inflammationis evocemus diſcutiamuſque, ſequentia uſurpanda. 1. *Fotus*

℞. *Rad. liliorum. rec.* ℥iv. *rad. ireos rec.* ℥ij. *h. malvæ, marrub. calamint.* āā. *m.* j. *flor. chamom. melil. ſambuc.* āā. *p.* j. *flor. roriſm. p.* ß. *ſem. fænugr. vel lini* ʒvj. *ſem. carvi, cymin.* āā. ʒiß. *ficuum par.* vj. *coqu. in aqua & vino.*

Cataplaſmata ex reſidentia contuſa parantur, additis *far. fabar.* ℥ij. *ciner. caul.* ʒij. *ol. lilior.* ℥ij. *mellis* ℥j. fiet potentius addita *fimi columb.* ℥iß.

Oleis *lilior. cheir. irino*, latus inungitur: *Lana ſuccida* his intingitur, vel ſuperponitur; *Folium braſſicæ* admodum evocat & reſolvit:

Lanam ſulphuratam ſolam adhibitam laudant.

Ungu. hoc admodum digerit.

℞. *Ol. lilior. unc.* ij. *irin. aneth.* āā. *unc.* j. *ſucci ebuli vel capar.* ℥iß. *aqu. vitæ* ʒij. *coqu. ad aquearum conſumptionem*, adde *rad. ireos* ʒiß *ſem. cymin.* ʒj. *croci* ℈ß. *galban. ſagap. diſſolut. in aqua vitæ* āā. ʒj. *laricea vel terebinth.* ʒij. *axung. porci, œſypi* āā. ℥ß. *mucilag. ſem. fœnugr. unc.* j. *ceræ q. ſ. f. Ungu.* Adde *fimi columb. caprin.* ſi vis potentius, & *ſulph.* āā. ʒj.

Valet *ungu. dialth. inunctum aſperſo pulv. cymini: Empl. diachyl. ireat.*

Quod ſi poſt *anodynorum uſum* dolor augeatur potius, præſertim ſi contactu exacerbetur, magiſque adhuc ſi tumor extrinſecus aliquo pacto appareat; quid agendum vide ſupra §. *Quoquomodo tollendo.* Platerus.

84. *Ad diſcuſſionem)* Oleum ceræ arte Chymica extractum, Linimentis admixtum, dolorem lenit & materiam morbificam potenter diſcutit. §. *Vide Dolori adhiberi poſſunt*, §. *Fomenta adhiberi poſſunt.* Ad reliquias materiæ morbificæ diſcutiendas, tentatis prius fomentis & linimentis potenter diſcutientibus, utiliter parti applicabitur *Emplaſtrum de ſulphure, vel de baccis lauri.* Riverius.

85. *Adhiberi quoque)* In declinatione poſt purgationem & febrem valde imminutam, ſi dolor valde perſeveret, admoveri poterit ipſi parti dolenti *cucurbitula cum ſcarificatione*, imo & ſequenti die iterum applicari ad ſanguinem denuo extrahendum. Poſſunt etiam applicari ante declinationem, poſt iteratam phlebotomiam, bis aut ter, Et ſi dolor augeatur, vel redeat poſt aliquod tempus, iterum ſecabitur vena, & poſt iterum cucurbitula applicabitur. *Riverius.* Si Phlebotomia ob pulſum debilem, & functionis animalis languorem, nec primo celebrari, neque dolore licet plurimum urgente iterari debeat, hujus vicem Cucurbitæ cum ſcarificatione loco dolenti admovendæ bene ſupplent: *Riverius & Zacutus Luſit.* notabilia curationum hoc remedio effectarum exempla citarunt: Et quidem hæc praxis rationi ſatis firmæ inniti videtur, nam ſanguine è latere affecto detracto, qui in vaſis vicinis aggeſtus morbi cauſa conjuncta eſt, commovetur, & partim extrahitur, partimque circulationi redditur. *Willis.*

86. *Adhiberi quoque poſt venæ ſectionem)* Puero quinque annorum pleuritide lateris ſiniſtri cum febre acutiſſima laboranti, poſt quatuor phlebotomias, juſſi ut *cucurbitulæ duæ lateri dolenti* applicarentur cum profundis ſcarificationibus: Contigit autem ut ex ſcarificationibus illius cucurbitulæ quæ dolentem locum propius attingebat, ſanies multa effluxerit per totum diem, ſimulque dolor ac febris deſierit; Admota ſunt *folia betæ* ſupra locum ſcarificatum, & per duos dies ſaniei fluxus continuatus eſt, ac denique in fine verum pus è vulneribus emanavit; ſic æger omnino curatus eſt: Credo ſcarificationes ad locum pleuritidis perveniſſe, & materiam morbificam per ea loca emanaſſe. *Riverius cent. 3. obſ. 39.*

Ut in angina conclamatis omnibus, in gutture foris ſectio fieri poteſt; fortaſſis idem & in pleuritide factitari poteſt inter 4. & 5. coſtam, Exigua enim pusis evacuatio magna affert commoda mortalibus. *Ballonius l. 2. Epid. & Ephem p. 249.*

Id aliquando felici eventu præſtiti in Nobili muliere, pleuritica, Anacatharſis nulla procedebat, perſtabat febris, gravitatis ſenſus aderat in loco affecto; Admoveri juſſi lapidem cauſticum, qui viam latitanti puri fecit, illique copioſo, ſed & pars per urinas profuſa eſt, quæ lacteæ fundebantur.

Adr. Spigelius quendam cum diſcrimine à lateris dolore decumbentem ſervavit aperta lateris vena quæ in conſpectum venit. *Joh Rhodius cent. 2. obſ. 17.*

Nobilem curabant quatuor Medici, pleuritide affectum, quæ ob parvum dolorem, mitem tuſſim, leniſſimam febrim, expectorantibus ſolis fomentiſque curanda viſa eſt; ſed cum ſymptomatum hæc lenitas cum interna malignitate conjuncta eſſet, 5. die malitia manifeſte deprehenſa, nam ablato omni dolore delirare viſus eſt, inſomnis, vigil, & cohibito ſputo lypothymia ex intervallis vexabatur; Æger cum viribus fere eſſet exhauſtus, ſymptomataque valentius invaleſcerent; loco ſpretæ v. s. cucurbitulas ſcarificatas ſcapulis impono, quibus aliquantiſper levatus reſpicere cœpit: cui dein redintegratis viribus, ſuper partem affectam cucurbitulam cum ſcarificatu impono, qua detracta hirudines ſex circumcirca admoveo, quæ tantam utilitatem attulerunt ut intra xvij. diem concocto ſputo, & facile excreto, priſtinam recuperaverit ſanitatem: *Zacutus obſ. 113. l. 1. Pr. Adm.*

Minori moleſtia, nec minori fructu, ab admota cucurbitula citra ſcarificationem hirudines admoveo, quæ inſignem cruoris copiam educunt.

Poſt ſectam, ſi opus, venam, convenit Cucurbitula parti dolenti *cum ſcarificatione* admovenda: Sinciora autem cucurbitula pars ſale impergatur, aut linteum ſale & oleo madefactum ſuperpone: ſequenti vero die cucurbitulam eidem parti admove, ut ichorem ibi contentum extrahat; Hæc curatio doloribus, qui in externis & intercoſtalibus muſculis conſiſtit optima eſt, & ſtatim ab initio ubi non admodum plenum corpus fuerit: Hoc enim auxilio innumeros ſanavi breviſſime. *Chriſt. à Vega.*

Dividitur in *Legitimam* quæ Inflammatoria dici poteſt, & *Notham*: & utraque differentias ſuas à cauſis, partibus, & accidentibus ſortitur.

I. *Legitima* quoad *cauſas*, oritur

1. [87]· Vel *à ſanguine puro*, in [88]· qua eſt ſputum ſubcruentum, tenſio venarum circa tempora & frontem, cum ſenſu gravitatis circa oculorum cavitates & capitis anteriora, duplexque hæc Hippocrati.

Alia in qua ſanguis purus *per ruptionem* è loco affecto erumpit, quæ fortis eſt quia à fervido ſanguine oritur; doloroſa, quia præter tenſionem & alia communia, corroſio adeſt; & lethalis, quia à feroci exorta ſanguine, malefica ſymptomata infert, perimit ægrotantem in ſeptimo; ſi verò ad decimum pervenit, in ſuppurationem terminatur.

Alia, in qua per *reſudationem*, in qua ſputum rejicitur ſubcruentum: & quæ nono vel undecimo die regulariter judicatur: quod ſi a quinta & ſexta die graviores, acutos & vehementes dolores inducant, ad duodecimum judicium pertrahunt; ſi tardius, decimô quartô judicantur, quem ſi ſuperaverint, ſani evadunt. Galenus à ſanguine mitiſſimam judicat, ſi nempe nec fortis eſt nec doloroſa, jactatque eam ſe abſque venæ ſectione curaſſe.

2. Vel à [89]· *ſanguine bilioſo*, in qua ſputum eſt ſubbilloſum, colorem mali punici in flavedine æmulans; & quæ ſi per *reſudationem* provenit, eſt magis blanda & bilioſâ mitior: ſi per *ruptionem*, doloroſior quidem eſt, quia a bile acriore oritur; non tamen ita lethalis ac ſanguinea, quia levem eſſe ruptionem, cauſam verò nec admodum vehementem nec pravam indicat. Si abſque ratione dolor evanuerit, in delirium conjicitur æger. Curatur ſalvatellæ ſectione.

3. [90]· Vel è *pituitoſo*, in qua ſputum ſpumoſum, tardius dulce, ſymptomata paribus cæteris non valdè gravia: ſed quia materia difficilius concoquitur, & facultas animalis propter diuturnitatem morbi magis laborat, negligenda non eſt. Rarò infeſtat, quia membrana ſuccingens difficulter propter denſitatem talem humorem recipit. Ideò *Hippocrates* dixit, qui acidum eructant, non valdè morbo laterali corripi. Inſervit hic extra *Vnguentum ex althæa* compoſitum, quod ſcillam & gummata recipit, *Oleum nucis* vetus, *ſpiritus mellis* non rectificatus, qui linimentis ad aliquot guttas permiſcetur &c.

4. Vel [91]· à *melancholico*, quæ per modum affluxus rara.

II. [92]. *Legitima quoad partes.*

1. Vel *afficitur tunica inferior*, quæ intrinſecus pulmonem reſpicit, (dividua enim prout peritoneum pleura eſt) Et tum æger facilius in ſanum latus decumbit, quia inferior pleura magis extenditur & dolet.

Vel *Exterior*, quæ [93]· extrinſecus coſtas reſpicit. Et tum res contrario modo ſe habet, quia præter diſtentionem quæ ex decubitu, compreſſio cum majore dolore & anhelitus anguſtia accedit.

Vel *utroque*, Et tum ſupinus decubitus à dolore liberior eſt.

II. [94]. Vel *Superior*, Et tum, dolor ad claviculam, brachium & mammam extenditur.

Vel *Inferior*, Et tum, ad hypochondria. [95]· Vena potius ſecanda quam [96]· purgandum; tum quia ſæpe ignoratur qualis ſit natura ejus qui purgatur; tum quia humores ſæpe medicamento agitantur potius quàm excludantur. Bartholetus per ſuperiorem dolorem intelligit illum qui inferiores ſupra ſeptum tranſverſum partes infeſtat: per inferiorem non pleuriticum & inflammatorium, ſed partium ſub ſepto hypochondriacum, à ſola exquiſita aut notha cacochymia exortum.

III. [97]· *Vel quæ ad dorſum*, Et tum, dolor eſt ingens, quia non tantum pleura, ſed & nervi ex ſpina prodeuntes afficiuntur: reſpiratio frequentiſſima, quia utraque pars dolet, ſputum pro ratione inflammationis paucum, quia pleura ibi robuſtior, denſior & magis alligata; corpus delaſſatur, diſſolutâ per phlegmonem medullæ ſpinalis ſubſtantiâ: æger tertiâ vel quartâ die ichorem ſubcruento ſimilem & rubicundum mingit, quia vena magna & arteria medium ſpinæ perreptantes fervorem ab inflammatione concipiunt. Idem quinta aut ſeptima moritur, quod ſi has ſuperaverit, evadere poteſt mitioribus jam ſymptomatibus, ſed quia morbus doloſus, continere ſe ad XIV. debebit, & ne quid in diæta peccetur procurandum.

Obſervandum inſuper, 1. In hac pleuritide illos quibus ſaliva, non reſudante in thoracis cavitatem materiâ, non tingitur ſed pura eſt, urina vero, ob ſuperius allatam cauſam cruenta, & dolores acuti, ſe per ſpinam ad pectus & inguen propter communionem nervorum à ſpina extendunt ſi ſeptimum diem effugerint ſanos fieri, peracto ſcilicet vigore.

2. Illos quibus dorſum exactâ ſeptimâ rubeſcit, expansâ ab internis partibus ad externas materiâ, humeri caleſcunt, deſidere grave, venter cum liquore pallida ac graveolentia propter

hepatis

hepatis æſtum excernit, vigeſimâ primâ die mori, hâc ſuperatâ evadere.

3. Illos quibus ſtatim ſputa varii coloris, & dolores valdè acuti, tertiâ die ſeu die impari ſuccumbere: ſeptimum, nonum aut decimum ſi tranſgreſſi fuerint, ſuppurare.

III. *Legitima quoad accidentia.*

1. Vel eſt *ſicca*, in quâ tuſſiendo nihil excutitur, ſeu quia ex conculcata materia nihil reſudat; [98] ſeu quia id quod reſudat, vel propter viſciditatem & contumaciam, vel propter virium imbecillitatem expectorari non poteſt, unde ſuffocatio & certa mors: quæque opus habet valida humectatione, & ſaccharatorum fuga. [99] Exhibendum *oleum amygdalorum dulcium*, vel [100] *olei ſem. lini* calidi unc. IV. cum raſura *dentis apri*: [101] Extra apponendum *Emplaſtrum* ex *cymino* pulverizato, *ſucco caulium & pinguedine parci.*

II. Vel *Humida*, in qua aliquid ejicitur, & quæ, ſi ſingultus ſimul adeſt, & cum ſaliva nigri ſanguinis grumi excluduntur, ſextâ vel ſeptimâ die interficit: tum quia ſingultus in omni morbo cum inflammatione lethalis eſt; tum quia in illam diem rigor incidit: quod ſi dies ſeptimus ſuperatus fuerit, evadit quidem æger, naturâ coctionem aggrediente, ſed in vigeſimo ſuppuratur, & pus tuſſi ejicitur.

III. Vel *ſtertoroſa* ſeu *maroſa* in qua ſtertor excitatur, & quæ *Oritur* à materia in thorace ita quieſcente ut expurgari non poſſit, ſeu ſuo vitio, ſeu ob aliquod aliud impedimentum, *ſuo vitio* inferunt ſtertorem.

1. *Sputum glutinoſum*, quod ſpiritum extra ferri cohibet, intra cogit, & aſperis arteriis adhæret. [102] cum certâ ægri pernicie, tum quia nullâ anacatharſi purgatur, tum quia in abſceſſum non deſinit. Et tum, ſi *ſanguis* primariò peccat, ſecandam venam cenſet Bartholetus; hinc concoquendam materiam *melicrata, aqua mulſa, oxyſacchara, ſaccharo ſcillitico* &c. [103] ſi *cacochymia cruda*, purgandum *ſyrupo violarum ſolutivo*, concoquendum, *mulſâ cum hyſſopo, pulegio, chinâ* maceratâ in juſculo & per ſetaceum tranſmiſſâ &c.

2. *Sputum à fervore ſuperaſſatum*, cui humectantibus occurrendum, [104] ſyrupo nempe *de jujubis, violaceo*, [105] looch *poſſulato*; inprimis ſucco *anguriæ*, quem habebis, ſi anguriam paſtâ obductam, in furno coctam, à paſtâ ſolutam, & decliviori parte perforatam, ſuſpenderis, ut ex ea dulcis aqueus ſuccus diſtillet.

3. *Efferа tenuitas*, cui incraſſantia debentur, qualia ſunt, *ſyrupus de nenuphare, de papavere, de jujubis, de tragacantha, & amylum cum ſaccharo liquefactum. Ob impedimentum*, ſeu id ſit, *virium imbecillitas*, in qua lapilli ex *aſa dulci* parati locum habent; ſeu *dolor*, cui anodyna conveniunt.

IV. *Notha* [106] ſeu [107] ſpuria pro ratione materiæ & partium diſtinguitur.

1. *Materiæ.* Fit aliquando 1. à [108] *ſero* [109] *cacoethe* & orgaſtico poſt [110] hyemem aſperam, & ver auſtrinum ac pluvioſum, in qua inopinatò dolor invadit, qui modò evaneſcit modò redit, tuſſicula ſicca, facilis alvi irritatio, materiæ ad pulmones & caput μετάστασις, [111] nullus venæ ſectionis uſus, poſtquam dolor fugit & mox recurrit.

Eſt aliquando [112] *Epidemia*, cum lipothymia, dolore mediocri, ſiti, levi reſpirationis difficultate. Et ægri, dum immunes quaſi à dolore eſſe & benè habere putantur, intereunt.

Deſtillat [113] nonnunquam *à capite*, cum ſenſu delapſus, exacerbatur contactu, nec fomentis cedit.

2. Aliquando [114] *à flatu*, in qua dolor eſt vagus, [115] fomentis miteſcit & ſæpe diſcutitur, cauſæ flatus generantes præceſſere: mirifice *pulvis cumini in folio braſſica butyro* illito aſperſus, & foris loco dolenti applicitus valet.

3. Aliquando à [116] *vaporibus verminoſis*, [117] quod à *Ballonio* obſervatum eſt, In qua [118] *Aqua benedicta* laudatur.

II. *Partium.* [119] Eſt namque & *Externa*, cum ſanguis per ramos ab axillari in [120] externos thoracis muſculos. *Et tum* dolor gravativus eſt ſimul & pungitivus, preſſu excandeſcit, [121] moleſtus eſt in latus ægrum decubitus, nihil excernitur, & facilis in veram tranſitus.

97. *Vel à ſanguine puro)* Materia Pleuritidem efficiens eſt utplurimum ſanguis bilioſus, qui facilius denſam membranam penetrat; Et *Avicenna* de Pleuritide loquens, in membranam, *inquit*, non penetrat niſi humor tenuis & cholericus; Alii tamen humores hunc affectum producere valent, modo humorem ſeroſum aut bilioſum pro vehiculo ſecum admixtum habeant admixtum: alios humores dico, non excrementitios ſed naturales, qui ſub forma ſanguinis continentur, & vel ſanguis propriè dictus, vel ſanguis pituitoſus, aut melancholicus propriè dictus, vel ſanguis pituitoſus, aut melancholicus nominatur: Obſervandum tamen eſt humores tenuiores veram Pleuritidem magis efficere, craſſiores vero notham. *Riverius.*

Id vero concedendum eſt ab eodem ſanguine, qui ad Pleuram pro illis nutritione confluit, fieri inflammationem, ac per eadem vaſa, quæ capillaria ſunt; adeo ut ſanguis bilioſus ad conſtitutionem inflammationis nequaquam requiratur: quin ſi ſingula pars ſanguinem ſuæ conſtitutioni ſimilem deſideret, Pleura, pars membranea, pituitoſum expoſcere videtur: Revera pleuriticorum excreationes pituitiformes ſunt; ſanguis qui educitur in legitima pleuritide, ſuperficiem exhibet lentam, & viſcidam albam, cujuſmodi eſt pituita; Ipſe Hippocr. 1. de Morbis Pleuritidem fieri dicit, cum bilis & pituita ad latus affigitur, ubi dolorem vehementem excitant. *Willis* ſanguinem ad lenteſcendum diſpoſitum ſupponit, vide ſupra §. *Cauſa eſt materia fervida*, cap. de Peripneumonia.

88. *In qua eſt ſputum*) Tunc temperamento ſanguineo præditos præ reliquis aggreditur; Sæpe etiam ruſticos, & duro jam fractos membra labore. *Sydenham.*

Dolor præterea eſt tenſivus cum pungitivo mixtus; Pulſus plenus, urina rubea & craſſa, cum corona interdum liveſcente. *Riverius.*

89. *Vel à ſanguine bilioſo*) Tunc febris eſt ardentior, ſitis vehementior, pulſus velocior & durior, dolor pungens, acutior, vigiliæ & inquietudines majores, oris amaror, urina tenuis & intenſe flava. *Riverius.* Vide Cap. de Peripneumon. § *Vel à ſanguine bilioſo.*)

90. *Vel à pituitoſo*) In qua ſputum album, viſcidum, febris remiſſa, febris pauca, ſaliva & excretio multa, dolor remiſſior & gravativus, ſomnus major, pulſus parvus & minus durus, urina pallida & craſſa. *Riverius.*

91. *Vel à melancholico*) Sanguinem melancholicum oſtendunt ſputum nigricans, tenax, & tarde erumpens, febris & dolor remiſſior, urina rubea, obſcura, tuſſis ſiccior, lingua nigricans & aſpera, alvus adſtricta *Riverius.* Sed & hæc ſpecies, ſicuti & cæteræ, nonniſi per affluxum fieri poteſt, nam ut cætera linquam quæ de congeſtione dici poſſunt, Si pleuritis morbus eſt acutus, nonniſi à turgente in vaſis humore, cujus portio in latus illabitur, originem ducere poteſt.

92. *Legitima quoad partes*) *Pleuritidem veram*, ratione loci affecti, plurimi è recentioribus vocant cum una cum pleura altera pulmonum pars inflammatur; *Peripneumoniam* autem cum utraque pars, In genere *Pleuroperipneumoniam*: De *ſuccingentis* autem *inflammatione*, illæſis Pulmonibus, quam ſuccingentis Pleuritidem nominat *Platerus*, ſic ſentit, Dolor, *inquit*, quidam punctorius, cum ardoris ſenſu in latere, & febre quadam tuſſique conjunctus contingit, Pleuritidis quandam ſpeciem referens, niſi quod in hac nihil cruenti aut purulenti rejicitur, tuſſiſque non magna, ſimulque ſicca exiſtit, Et quod ad exteriora pectoris uſque hic dolor plus minuſve pertingens, tactu nonnihil exacerbetur, ſæpeque illic tumore aut rubore ſe prodit: In hac, ſi magna præſertim ſit inflammatio, ſine dubio etiam preſſo thorace dolor, nonnihil exacerbatur, & ad exteriora ſe aliquouſque extendit, cum inflammatio tunc adeo in tenui ſuccingente membrana, vel perioſtiis collecta ſubſiſtere nequeat, quin ad muſculos illi connexos quoque ſe dilatet, & proin extrinſecus etiam cum thorax adeo ſpiſſus non ſit (uti & peritonæo inflammato videmus accidere) tactu percipiatur; In qua inſuper ſpecie, ſi inflammatio ſuppuretur, extrorſum potius abſceſſus quam introrſum vergit illicque ſe aperit, vel ſi is in interioribus perſiſtens illic dirumpatur, pus in cavitatem pectoris potius quam pulmones, ad quos tam cito perferri, eoſque penetrare minime poſſet, effundit.

Verum enim vero, ut hæc ita evenire ot hæc comprobant, ſic veriſimile videtur, ſi ſuccingens membrana pulmonum inflammatorum cauſa ſimul inflammetur, & utriuſque partis concurrat inflammatio, diſcuti tunc eam potius quæ in ſuccingente ſit, quam ſuppurari; cum tanta copia ſanguinis tunc in pulmones infuſa, in tenui ſuccingente tunica non facile colligatur, aut ſi illud ſiat, ad exteriora potius, in oſtenſum, muſculoſque illos quoque implere, illicque ſuppurari; Atque inde eſt, ut poſt pleuritidem veram, licet ſuccingens ſimul inflammetur, nihilque foris appareat, uti tamen aliquando ſit, Empyema ſubſequatur. *Platerus.*

93. *Quæ extrinſecus coſtas reſpicit*) Notha Pleuritis, quæ ſedem in muſculis, vel in eorum interſtitiis habens, à flatu vel humore ſeroſo & acri ibidem aggeſto procedit; atque ſine phlegmone aut febre dolorem minus acutum excitat, Cumque dolor exterius conſitus ſit, ægri plerumque in latus oppoſitum melius quam in affectum decumbunt, ſecus ac in pleuritide vera. *Willis.*

94. *Vel ſuperior*) Hinc Pleuritidis diſtinctio in *Aſcendentem* & *Deſcendentem*: cujus fundamentum conſiſtit in diſtributione venarum per quas ſanguinis recurſus impeditus inflammationem infert: Hinc *aſcendens* conſiſtit in duobus ſpatiis trium coſtarum ſuperiorum, intra ſecundam & tertiam vertebras à jugulo numerando: *Deſcendens* conſiſtit in quatuor ſpatiis coſtarum inferiorum, id eſt intra tertiam & quartam, quartam & quintam, quintam & ſextam, ſextam & ſeptimam: *Aſcendens* dicitur, quia ſpatia illa intercoſtalia recipiunt vaſa ſua à truncis ſupra cor; *Deſcendens* vero, quia ſpatia illa accipiunt vaſa à truncis infra cor. *Etmuller.*

95. *Vena potius ſecanda quam purgandum*) Notandum diligenter quod ſcribit *Galenus* in lib. 2. Acut. dum comparat phlebotomiam cum purgatione: In Pleuritide omnino antefert Phlebotomiam Purgationi, etiamſi dolor ad ilia fuerit; atque argumento utitur à minori ad majus, cum dolor occupat hypochondrium, indicatio potius eſt purgandi quam ſecandæ venæ, tamen, ait, licet minus auxilii allatura ſit v. ſ. in pleuritide nothas occupante coſtas, multo ſecurius eſt reſerare venam, tum quia ignores ſæpe qualis ſit natura ejus qui purgatur, tum quod ſæpe humores medicamento agitentur & non excludantur, quod peſſime ſit: Accedit, quod ſi ſit inflammatio, potius partem liquefacias quam purges: Denique cum inflammationis ſunt ſigna, ingenſque febris eſt, omnino eſt melius & tutius venam ſecare, ait *Galenus* l.c. *Ballonius Epid. p.21.*

96. *Purgandum*) Ad tollendam pleuræ phlegmonem, præter ſanguinem phlebotomia libera aut ſcarificatione detrahendum, etiam humores ſeroſi, aliique recrementitii, tum è maſſa ejus, tum è viſceribus, per ſedem, urinam ac ſudorem, ſolicitari ac blande excerni debent; Cathartica fortiora jure interdicuntur, quia ſanguinem exagitant, inque loca affecta ejus impingi faciunt: Quod autem Chymici quidam celebres *Ang. Sala, Hartmannus, M. Rulandus*, cum multis aliis, *Vomitoria ſtibiata* pleuriticis quibuſque audacter exhibent, & pro remedio optimo prædicant, mihi ſane nec tutum hoc, nec rationi congruum videtur; Unica, ut opinor, juvandi ratio, eaque valde incerta, & diſcrimine plena poteſt eſſe, viz. ut pharmaco vehementius operante, dum laborantes ſpirituum exolutiones aut lipothymias patiuntur, ſanguinis vigor omnis & turgeſcentia, proindeque fibræ nerveæ corrugationes aut contractiones ſuas doloriſicas remittant, atque vaſa ſanguifera plenitudine inanita materiam morbificam reſorbeant: Interea periculum eſt ne humores vehementer commoti ad partem affectam impetuoſius ruant: talrem ne ſpiritibus nimium dejectis, & naturæ opere circa materiæ morbificæ coctionem aut ſecretionem perturbato, Vires ſuccumbant antequam morbus judicabitur: Interea tamen Enemata crebri aut quotidiani ſint uſus: quinimo pharmaca interdum ſolutiva mitiora, modo febris non admodum intenſa ſit, concedantur. *Willis.*

Purgatio in Pleuritide vera non convenit niſi omnino ad declinationem pervenerit, & tunc ſequenti medicamento illa poteſt inſtitui.

℞ *Sennæ mundat.* ℥ß. *ſem. aniſi* ʒj. *fol. bugl. & capill. vener.* ãã. m. ß. *liquir. raſ. & paſſular. mundat.* ãã. ʒiij. *flor. bugloſſ. & violar.* ãã. p. ij. *coqu. ad* ℥iij. *In colat. diſſolve rhabarb. in aqua ſcabioſ. cum ſantal. infuſi* ℈iv. *mannæ gran. & ſyr. roſac.* ãã. ℥j. m. f. Potio. *Riverius. Vide cent. 1. obſ. 98.*

Inprimis vero procedente ſputo abſtinendum à Purgatione, per experientiam confirmante hoc *Zacuto l. 1. Pr. Adm. obſ. 107.* Quicquid etiam in contrarium dicat *Rulandus* præſertim in *Theſaur. Pract. p. 129.* ubi defendit acriter quam maxime ex uſu eſſe in Principio Pleu-

ritidis

ritidis fortem Purgationem, & exempla refert à ſe curatorum, plerunque per *vomitum* & *ſeceſſum* ex *aqua bened.* Sane per ſe *vomitoria* nil valent in pleuritide, per accidens vero, ubi vitioſa excrementa, in ſpecie acidum & æruginoſum in primis viis ſtagnaverit: In tali caſu, primo in principio, prodeſt vomitus: Deinde facto abſceſſo ad ejus ruptionem; vel hoc rupto ad ulteriorem puris expurgationem vomitus aliquid conducere poteſt.

Bene hic diſſerit *Lindanus*, dum dicit ſe in cura Peripneum. non audere Emeticum dare; nec video quod poſcit, niſi ſtatuatur ventriculus onuſtus æruginoſa cruditate, à qua ſanguis vitiatus impetum faciat in Pulmonem, ſed in tali caſu non reſpicerem ad Peripneum. ſed ejus radicem, nempe ventriculum malum: Ita nec in progreſſu Vomitoria conveniunt, nil enim Pulmonibus nocentius; Si enim intempeſtive purgentur, diarrhœa accidit, cum alvus per ſe mollis ſit, illa autem accedente, ſputum non coquitur, nec opus maturatur & pereunt ægri. *Etmuller.*

Pleuritis Dorſalis.

97. *Vel quæ ad Dorſum*) Pleuritis ex Dorſu affectus eſt ab *Hippocr.* nominatus, à paucis, quod ſciam, obſervatur, à me ſemel, Erat autem mulier gravida, gerens ſeptimeſtrem fere fœtum; dolor erat punctorius paulo infra duodecimam ſpinæ vertebram; dolor inquam inſignis pertinens ad regionem hepatis, febris aſſidua, tuſſis inanis; cum inflammatio ferè extra thoracem eſſet, ut pulmo ſerum ab inflammatione manans apprehendere nequiret; Inter ſigna *pathognomonica* erat, dolor circa dorſum membrana affecta, non quæ coſtis obtenditur, ſed quæ vertebras cingit; Inter ſigna *demonſtrativa* erant urinæ plane vitioſæ, ac ſi ſanguis multus eas prolbuiſſet, ac tinxiſſet: quia enim eo afficitur hepar, urinæ tales apparent, (*Vel potius ob incumbentiam majorum vaſorum, illac iter habentium, ac renum viciniam.*) De ea affectione ita *Hippocrates lib. 3. de Morbis*

In *Pleuritide ad Dorſum, dolet ipſum Dorſum velut ex plaga, ſuſpirat & acervatim ſpirat, ſtatim ſpuit pauca tertia aut quarta die, ſaniem meiit ſubcruentam &c.*

Et 2. de *Morb.* loquens de *Morbo Dorſali* quem *νωτιάδα* vocat, qui aliquid affine habet, ita ſcribit.

Dolet dorſum & inguina; tertia & quarta die cruentam meiit urinam.

Inflammatio itaque pertinet ad partes thoracis inferiores, In eo ergo affectu duo ſymptomata rara comperimus, Unum eſt mictio cruenta, vel quod præ calore & inflammatione ſerum & χροιὰ urinæ apparet *ἰνώδης*, ob bilis mixtionem quamplurimæ, vel quod reapſe ſanguis remiſceatur ipſi urinæ, facta tranſlatione quadam ad veſicam, Alterum eſt, *difficile ſpirare erecto corpore*, quod novum eſt in morbis thoracicis: *Hippocr.* in *Coacis* meminit cujuſdam Pleuritidis in qua dorſum rubet per eryſipelas, à fluxu concitato per venam thoracicam, per quam ſit Pleuritis Dorſalis, de qua hic agimus; hæc à reliquis differt.

Curatio mihi videtur maxime poſita in ſanguinis detractione, eaque tanto frequentior & major eſſe debet quo magis poſita eſt in inflammatione per collectionem, & quod ſpes ſanitatis non ſit poſita (ut cæterarum Pleuritidum) in larga & facili ſputorum eductione; nec enim alæ pulmonum allidentes ad latera exugere poſſunt materiam phlegmones, reſudatione quadam corpus pulmonum ſubeuntem; Nos iſti mulieri, etiam gravidæ, ſanguinem ſepties dempſimus, Et cum nobis religio eſſet toties evacuare, illa inſtabat precibus ut id auderemus, adeo manifeſta ex frequenti liberalique ſanguinis detractione allevatio conſequebatur, Fotibus litibuſque aliquando adjuta eſt, aliquando ægreſcebat. *Ballonius Tract. peculiari de hoc Aff.*

98. *Seu quia id quod reſudat &c.*) Adde bronchiorum obſtructionem, doloris vehementiam.

99. *Exhibendum Oleum*) Quod cum aliis ſumme deprædicat *Septalius*, idque non injuria; Aliquando methodo extraordinaria, in ſuffocationis periculo *ſperma ceti*, Et in quadam ægra cum tantillo *tartari emetici* cum ſucceſſu dedi. *Wedelius.*

100. *Vel oleo ſeminis lini*) Febre peſtifera, tuſſi ſicca, non potente quicquam ejicere, laboranti ordinata ſunt hæc à *Joh. Baptiſta Montano*, & eſt curatus

℞. *Ol. ſemin. lini unc.* ij. detur pro Lambitivo qualibet hora, dilatabit mirum in modum. *Idem.*

Decoquatur *carduus* cum *aqua cal.* & bibat illam quantum poteſt.

Pro dolore, decoquantur *braſſicæ* plurimæ in aqua ad perfectam conſumptionem, deinde piſtentur; adde *pulver. ſem. cymini* q. ſ. cum *butyro, far. ſem lini* & *fœnugr.* incorporentur optime, & fiat Empl. pro loco affecto: Et quovis mane bibat *ſuccum purum vincæ pervincæ* loco ſyrupi.

101. *Extra apponendum*) Extrinſecus Pectori applicata remedia, ſive dolor punctorius in Pleuritide, aut nullus vel exiguus, in Peripneumonia, convenire poſſunt, etſi effectus non in Pectore ſed in Pulmonibus proprie reſideat, cum eo quoque remediorum vires penetrare poſſint: Non tamen calida & flatus diſcutientia experiundi cauſa, an *vera* vel *falſa* ſit pleuritis ab initio, uti aliqui docent, adhibenda, cum hæc inflammationem magis accenderent, & Pleuritis vera à falſa aliis ſignis, citra periculoſam hanc experientiam diſcerni queat; Nec quoque ea omnia uſurpanda quæ communiter in pleuritide inflammationi accommodarunt, quam in ſuccingente membrana non pulmonibus fieri crediderunt, & præſertim abſceſſus cauſa, quem illic inde naſci putant, ad eum ſuppurandum aperiendumque fotus adhiberi ſolent, niſi hæc quoque ſuccingentis inflammatio Pulmonum inflammationi accedat, vel ſine ea per ſe oriatur: Sed præcipue fotus loco dolenti, ſi dolor adſit punctorius, in pleuritide ea applicanda quæ dolorem, qui in pectore ob cauſas dictas ſentitur, mitigant, ſedant, pectuſque ut liberius expuere poſſint, dilatant, & ſimul materiam in pulmonibus concoquunt digeruntque, quod anodyna temperata, vel leviter ſaltem calefacientia & relaxantia præſtant: Vel ſi dolor nullus adſit in peripneumonia, quæ refrigerando inflammationem ſimul omnino retundunt, & poſtea eandem quoque maturant reſolvuntque: Quæ tamen omnia admodum actu calida eſſe debent. *Platerus.*

102. *Cum certa ægri pernicie*) Cum aliquando pleuritica deſperate quaſi ſuccumberet, nec propter viſciditudinem materiæ & copiam ejici poſſet expectorantibus, deſperata quaſi re, auſi ſumus propinare *ſperma ceti*, cum tantillo *tartari emetici*, gr. ß. vel grani quarta parte, unde unico vomitu allevata adeo eſt ut hinc valetudinem recoperaret: Imo obſervamus ipſum *ſperma ceti* datum infantibus pro reſolvenda pituita in pectore, utplurimum vomitum ciere, idque felici cum ſucceſſu. *Wedelius.*

103. *Si Cacochymia*) Cùm dolores vagabundè tenent nothas coſtas, & continuatione membranarum attingunt mammas & partes ſterni anteriores, cautè videre oportet an propter ventris inferioris cacochymiam, à qua, propter vapores elatos, dolores ſurgunt, ſenſio adſit doloris, an cauſa ipſa à ſuperioribus pendeat, an verò in thorace ipſo ſit: vulgò enim ſecatur vena, undelibet dolor ſit, atque id quidem malè: quis enim neſcit, ſi dolor iſte agnoſcat cauſam in ventre inferiore, non modò non prodeſſe ſ. m. ſed etiam nocere ſæpe, quod attractio fiat à partibus inferis, &, ſi nondum adſit pleuritis, ea acceleretur; *Ballonius Epid. l. 1. p. 88.*

Hic pleroſque falli comperimus, pleriqne queruntur de dolore pectoris, unaque ventriculi, & ſeſe animam non poſſe ducere dicunt, ſtatim Medicorum quorundam vulgarium opinione ad S. m. concurritur; ac nihil aut parum proficit: declarat rerum exitus, etenim ſi vel cholera morbus ſuccedat, vel alui fluor, vel medicamento laxante alvus ſollicitetur, manifeſta eſt iſtorum dolorum levatio: Sic cacochymia, obſtructio hypochondriorum dolores facit, qui maximè apparent & proferuntur in pectore ob conſenſum diaphragmatis, & quia in thorace communis eſt membrana & lateribus & diaphragmati parte convexa. Sic in iis qui melancholia flatuoſa tenentur, circum mammas & ſternum & latera, dolores ſurgunt, an propterea venam ſecabis? non, præſertim ad evacuandum: Sic initio paroxyſmorum, & in ſpecie Incubi, & contumaci obſtructione viſcerum, excitantur dolores in pectoralibus partibus, & fruſtra ſecaretur vena: Sic in talibus tentandam priùs purgationem exiſtimo, non S. M. contra opinionem vulgi: in doloribus excitandis valet maximè id quod dicitur, totum corpus conſpirare ac confluere, ut ſæpe dolor alia in parte excitetur, quàm ubi cauſa primaria ſit. *Ballonius Epid. lib. 1. pag. 157.* Dolores laterum, cùm fiunt à fluxione, tantum abeſt ut juventur medicamentis, ut irritentur magis: contra qui principia duxerunt à partibus inferioribus, nonniſi purgantibus, iiſque validis, juvantur. *Idem ib. p. 20.*

104. *Syrupo nempe de Jujubis)* Syrupi ad uſum parati uſurpantur, cum *incraſſare* volumus, *violar.* & *jujubinus*; cum *detergere*, de liquiritia: cum ſimul *concoquere* idem & *capillor. vener.* addendu oxymel ſi tenax ſit materia: E quibus convenientes ſingulis decoctis pro uno hauſtu ſyruporum ad ℥ij. permiſti bibuntur: Nonnunquam & in *aquis* viribus illorum convenientibus, ut *violar. bugl. utr. capill. ven. ſcabioſ. hyſſopi*, diſſoluti Julep. inſtar exhibentur, vel *Julep violac.* ſumitur, vel hi ſyrupi per ſe lambendu ſumpti id efficiunt. *Platerus.*

105. *Lohoc paſſulato) Edegmata*, aliaque quæ ſenſim deglutiuntur, cum vires ſuas pulmonibus affectis rectius ſic communicent, eo nomine primas tenent; ut *Tabula* uſitatæ *diatragac. fr. & diapenid. ſine ſpec.* ore donec ſponte fundantur, retentæ vel comeſtæ; Vel ſi ex *Tabulis* hiſce, vel *ſpeciebus ipſarum*, cum *ſyr. jujub.* vel *violac.* Eclegma fiat. In progreſſu morbi, declinante febre, utimur *Tabulis diatreos ſimpl. diapenid. cum ſpec. lohoc de Pino.*

Validioribus adhuc expectorantibus & incidentibus quoque utimur, quando pus expuunt, ſi illud crudum ſit præſertim & tenax, febreque remittente tamen non ceſſet puris excreatio, ut *Lohoc* de *Caulibus*, de *Tuſſilag.* de *Praſio*, *ſano* & *experto* &c. Ex *pinguibus Eclegmata* facta admodum pectus dilatant, leniunt, ſputumque facilitant, quod *butyrum*, *ſacch. albo cando*, vel violac. in formam *Looch* redactum efficiet: *Ol. amygd. d.* vel *ſeminis lini*, recentia ſi lambantur, addito *ſacch.* utiliſſima ſunt: Hoc ſæpe profuit,

℞. *Ol. amygd. d. vel lini, vel utr. oxymel. ſimpl. vel ſcyllit.* ſi tenax ſit materia, *āā.* ℥ß. *ſacch. c. q. ſ. miſce.* Platerus.

106. *Notha ſeu ſpuria)* Pleuritis eſt vel *vera*, Inflammatio ſcil. mediceratis Pulmonum, & pleuræ hujus lateris: *Notha* eſt varia, inprimis triplex, 1. Iſta quæ à *Sennerto* ita dicitur, quo locu intelligit *inflammationem muſculorum thoracis externorum* & internorum coſtalium, in qua febris eſt nulla, aut ſaltem lenta, tuſſis rara, pulſus minus durus, dolor ſaltim pulſans, non pungens, at qui extremo manus contactu exaſperatur; adeoque cum vera pleuritide parum vel nil habet commercii, niſi cum vera graviori hæc ſimul juncta ſit.

2. Eſt iſta quæ uſitato magis Pleuritidis nothæ nomine venit, eſtque dolor inſignis punctorius, in uno alterove latere, ſine febre ac ſiti, pulſu fere laudabili, niſi in quantum doloris ratione ſubinde frequentior redditur: Tuſſis aut nulla, aut, ſi qua eſt, ſitem catarrhalis, aut lymphæ vitio, unde & febris catarrhali ſimilis tunc fere jungitur: Oritur ex *acido vitioſo*, *vehiculo lymphæ aut ſeri inter pleuram* delato, ſine hujus inflammatione, ſine pulmonum alteratione, & potius dolor pleuriticus quam pleuritis appellandi venit.

Talis affectus in Scorbuticis non raro obſervatur, item Lue venerea infectis: Et hæc eſt iſta pleuritis notha quam à flatu oriri vulgo ſtatuunt; Spuria hæc Pleuritis, præter febris acutæ defectum, aliaque ſimilia pathemata, à vera facile ex eo dignoſcitur, quod in notha ſuper partem affectam difficilior fere ſit decubitus, ſecus ac in vera: In hac vero, *vera*, nempe cum æger decumbit in latus oppoſitum, pars inflammata pondere ſuo divellitur majoremque patitur diſtenſionem, minus in hac.

3. Ad hujuſmodi Pleuritidem, male ſic dictam *Notham*, ſeu potius dolorem dictum Pleuriticum, etiam pertinet iſta quæ à *vaporibus* ſubinde oriri dicitur, de qua i. iſta §. *Aliquando à vaporibus)*

Quoad *primam* iſtam quæ eſt ab *inflammatione partium externarum*, internis *diaphoreticis*, ad quaſlibet inflammationes laudatis, & *externis ſacculis* ac fomentis diſcutientibus laudatur. *Altera* iſta ab *Acido* acri, intra pleuram ſolitariè collecto, per *diaphoretica ſalia volatilia*, cum *opiatis* mixta tollitur. In ſpecie *ſpir. ſalis armon. aniſatus*, cum dimidio *eſſentia opii* mixtus & propinatus, expectando ſudorem, bene confert; *Tertia verminoſa* optime curatur per *aquam Mercurialem*, ſeu *hermeticam*, paratam ex *aqua card. ben.* in qua bene agitatus fuerit, aut aliquantulum bullierit *Mercurius vivus*: *Aqua* iſta, cum *Mercurio* præparata & propinata, exturbat vermes, & curat ægrum. *Etmuller.*

106. *Notha ſeu ſpuria)* In ea *lapides cancrorum* cum vino bullitos dilaudat *Helmontius.*

107. *Spuria pro ratione materia)* Notandum lateris dolorem quandoque valde moleſtum exoriri, qui cum Pleuritin mentiatur, pro ea interdum, licet perperam, ſumitur, Enimvero in quibuſdam ſcorbuto, & affectibus nervoſi generis obnoxiis, nonnunquam accidit humorem acrem, & ſumme dolorificum, in pleuram, aut muſculos intercoſtales deſcendere, ibique defixum cruciatus acerrimos inferre, quæ tamen affectio à Pleuritide diſcriminatur, quatenus ea febre & ſiti vacat, pulſus uſque moderatus & laudabilis perſtat, non raro appetitus imo & vires conſtant; porro dolor haud diu fixus eſt, aut uni limitatur loco, ſed ſenſim huc illuc in partes vicinas repit, juxta quod materies, per fibrarum ductus è loco in locum delabitur. *Willis.*

107. *Spuria pro ratione materia & partium)* Dantur alii Lateris aliarumque thoracis partium dolores, qui ad Notham pleuritidem [illegible] referuntur; quando mimirum Mediaſtinum inflammatur, Pulmo coſtis agglutinatur; humores ſeroſi vel pituitoſi à capite in thoracis muſculos defluunt; flatus eoſdem muſculos aut thoracis membranas divellunt, Et vapores à ventre inferiori elevati eaſdem partes vellicant aut diſtendunt, ut in lumbricis ſæpe contingit. *Riverius.*

108. *A fero cacoethe & orgaſtico)* Hæc ex *Ballonio 1. Epid.* & *Ephem. p. 21.* deſumpta, qui eam tempeſtatem, Pleuritidum feracem, ſic deſcribit: Cum hyems anni 1571. præceſſiſſet aſperrima, ac exciperetur ab auſtrino pluvioſoque tempore, necnon magnæ aquarum inundationes eſſent, ineunte vere, magna morborum fuit ilias, ſed maxime ſub finem hyemis, & [illegible] innumera in pulmones, unde tuſſes & dolores laterum, In fauces unde Anginæ, & Tonſillarum dolores: Et cum

tempus

tempus vernaret, & tepidiuſculum foret, repentini Laterum dolores oriebantur, in doloribus hujuſmodi ſectio venæ non pro[illegible], at quærebant num aliud eſſet remedium præter illud ſolenne, quod primum ducitur in Pleuritide: nam innumeri facto expiebantur quibus ſecta fuerat vena, ſic colligebant à ſero potius *cacoethe*, & maligno eos oriri dolores quam ab inflammatione: Ille humor pepaſmum non admittebat; prompte oriebatur dolor & inopinato; tuſſiculæ ſiccæ erant, deinde dolor fugiebat, facile alvus irritabatur; ceſſabat dolor poſt venæ ſectionem, ſed ſubinde renaſcebatur: Multis ad pulmones metaſtaſis, deinde ad caput, quæ omnia orgaſmum, ferociam, tenuitatem humoris cum [illegible] ſignificant, Pleuritides erant [illegible]. *Ballonius.*

Credo quod [illegible]es peſtilentiales erant, multi ſub eadem ſpecie morbi interibant: Nil omnino proficiebat v. ſ. De Pleuritide peſtilenti, & an ſecanda in ea vena, Vide *Manardum* Epiſt. 5. l. 12. *Jac. Thevart comm. in cit. locum*: Ejuſmodi Pleuritides diaphoreticis & hidroticis potius [illegible] quam aliis remediis.

109. *Cacoethe*) Vidimus dolores lateris perpetuos, ſed qui de nocte urgerent, nullis ceſſere remediis: Cum remedii inopes eſſemus, de Lue Venerea ſuſpicio fuit: Tandem diæta & litu curatio procurata eſt: Quoties conſuetis remediis morbi non profligantur, ad *καιρίμων* G[illegible] conſili[illegible] recurrendum eſt. *Ballonius Epid. l. 1. p. 7.*

110. *Hyemem aſperam*) Pleriſque hyeme, præſertim rigente, dolores Laterum excitantur à congeſtione ob ambientem frigidum; an his ſectio venæ imperanda (ad orgaſmum impediendum?) faciendum haud omnino, nam purgationi tunc nullus locus: in hoc à pleriſque peccatur, & ideo Hippocr. purgationi præfert celebrationem phlebotomiæ, *Ballonius Epid. lib. 1. p. 18.* Dum ſævit hyems, dolores pectoris & lateris ſæpiſſimè graſſantur, imò & 3. aphor. inter hyemales morbos numerantur lateris dolores; qui ſæpe à flatu crudo & frigido in pulmonem thoracemque ducto oriuntur; & mendax eſt id quid eſt: ad id feſtinanter Medici phlebotomiam præſcribunt, & id temere, potius valet uſus linium & thermaſmatum: hic graviſſimè aberratur uſu & experientia parùm probanda. *Idem Epid. l. 2. pag. 54. & 84.*

111. *Nullus venæ ſectionis uſus*) Multis Pulmonicis levi de cauſa dolores lateris excitantur Pleuritidem mentientes, An his ad ſedationem doloris frequens v. ſ. minime, cum tantum aut flatus ſit, aut febris exigua, Sic ſectio non confert; nam ſi cum dolor oritur, ſecueris, lædes plurimum; nam latera tandem debilitantur, & hoc nocet: Si inflammationis ſit ſuſpicio, id quidem agendum, & protinus ad anodyna concurrendum. *Ballonius Epid. p. 18.*

111. *Nullus venæ ſectionis uſus*) Incredibile eſt dictu quam multa trita vulgataque medendi via, ac præſertim in Pleuritide perdidit; Nam audito lateris doloris nomine, ſi quis aliud præter v. ſ. remedium tentet *αἰδήμων* eſto: Imo, quod pertinet ad dolores lateris, nullus hodie non Medicus eſt, quanquam hic multorum carnificina & fruſtranea ſanguinis, (in quo vita ſedet) eductio, ſpirituumque evacuatio committitur magno artis vituperio; ut etiam hac una medendi via pleuriticis univerſa mulierum garrulitas Medicorum celebrium induſtriæ obſtrepat ac ſeſe opponat; Imo ſi quis de latere queritur, quocunque id modo fiat, ne articulo horæ differre fas ſit, At non novit imprudens mulier, & impudens Barbitonſor, multis ex cauſis dolores laterum oriri, in quibus ut aliquando venam non ſecare nefaſtum eſt, ita eandem aperire crudele, impium, ac ignorantiæ plenum, ſit, nam nulla eſt cauſa tam exilis, tamque parum efficax, quæ non dolorem in latere excitet: ac æquumne eſt tanquam cauſa eadem ſit, ac idem malum, remedium idem uſurpare, & omnibus eundem cothurnum attribuere: *Ballonius Epid. & Eph. p. 79.*

Cum dolores vagabunde tenent nothas coſtas, & continuatione membranarum attingunt aliquando mammas, & partes ſterni anteriores an ob vapores ex viſceribus elatos dolores ſurgant; an cauſa à partibus ſuperioribus pendeat, an vero in thorace ipſo ſit: Vulgo enim ſecatur vena undelibet dolor ſit, atque id quidem male, Quis enim neſcit ſi dolor iſte agnoſcat cauſam in ventre inferiore, non modo non prodeſſe S. m. ſed etiam nocere ſæpe, quod attractio fiat à partibus inferis, & ſi nondum adſit pleuritis, ea per v. ſ. acceleretur. *Idem ibid. p. 88.*

111. *Nullus venæ ſectionis uſus*) Pleuritides autumno anni 1570. graſſatæ ſunt; Potius dolores erant laterum ob [illegible], i. e. diffuſionem) ſeri à capite (*vel à maſſa ſanguinis ſecreti*) Non erat magna dyſpnœa; non tam in tumore & phlegmone conſiſtebant quam in affuſione quadam eryſipelatode: Juvabat venæ ſectio. *Ballonius Epid. l. 1 p. 7.*

112. *Aliquando Epidemia*) Non rarum eſt Pleuritides graſſari ſubinde epidemico more, quo tempore hi affectus ſunt utplurimum *maligni*, & hinc plus minus contagioſi: *Lælius à Fonte conſ. 3.* obſervavit Anginas, Pleuritides & Peripneumonias ſimul vulgariter graſſantes, unde earum cognitio pateſcit, unde & eodem modo curantur, unaque in alterum ſæpe mutatur; *Maligna* autem evadit quando Acidum pleuriticum, ſingulariter corruptum, acrimoniam perquam hoſtilem & venenoſam acquirit. *Etmuller.*

Sicuti Pleuritis benigna tutiſſime abſque v. ſ. curari poteſt, per diaphoretica, volatilia præſertim & ſpecifica, Ita in *maligna* vix locum invenit: Refert *Bartoletus* ſibi diutina praxi eſſe compertum omnes fere quibus in pleuritide maligna vena tunditur, mori: E contra periculo defungi qui ſine phlebotomia ſunt curati: *Geſnerus l. 1. Epiſt. p. 19.* aſſerit v. ſ. eſſe inutilem in epidemia maligna: Quod ſane in maligna verum arbitror, licet in epidemica non adeo ſemper locum inveniat: *Dodonæus* enim obſ. c. 21. p. 38. refert in pleuritide epidemica adminiſtratam v. ſ. ſalutarem, neglectam lethalem. *Etmuller.*

112. *Epidemia*) In maligna *ol. lini* ℥iij. *ſyr. liquir.* ℥ij. *aqu. ſcabioſæ* ℥iij. hoc medicamentum multi laudant. *Obſerv. Gabelchovverus cur. 70. cent. 4.*

113. *Deſtillat nonnunquam à capite*) Unde origo *Pleuritidis pituitoſæ* à nonnullis deducitur, cujus curationem ſic inſtituit *Platerus*; Flatulentam ſimul complexus.

Diſtentio in ſuccingente ab *humore eo defluxo*, vel *flatu* illuc irrumpente facta, ſi punctorios dolores in *Pleuritide pituitoſa & flatulenta* ob haſce illorum cauſas dicta faciat, ea quæ *humorem*, ſi adhuc fluat, à pectore avertere, vel ſi *flatus* ſint, eos ne generentur, & ne eo ferantur, impedire poſſunt, uſurpanda, locoque affecto, in utraque cauſa, quæ hæc diſcutiant & digerant & abſumant adhibenda exhibendaque: Diverſiones fiunt per *cucurbitulas*, frictiones, lotiones extremitatum, aliaque quæ catarrhos ſiſtunt in defluxionibus avertendis uſurpari ſolita, quæ & flatus alio rapiunt, *Venæ* autem *ſectio* nonniſi quando ob dolorem ſummum metuitur inflammatio, in plethoricis tantum, alias minime locum habet. Injecta *Clyſmata* ſtimulantia revellunt quoque, & ad flatus è corpore exturbandos calida & flatus diſcutientia injiciuntur, in illiſque *Hiera* diſſoluta plurimum laudatur.

Exhibita *Purgantia*, (præmiſſis ſi opus ſit præparantibus) idem præſtant; Non ſolum leviora *revulſionis* cauſa, ſed & fortiora, ad humores & flatus, qui ab

illis prodeunt expurganda, exhibendo: Quod & rectius hic fit quam ſi in Pleuritide ab inflammatione nata, (uti aliqui in ea quam pituitoſam vocant, & ab inflammatione quoque provenire putant, faciunt) illis utamur: Et proin hic potius *Rhabarbarum*, *Agaricum*, & hiſce fortiora *ſcammoniata*, *colocynthiden*, & quibus veteres quoque uſi ſunt, *helleborata*, inprimiſque *hiera colocynth.* à *Galeno* in pleuritide ſananda commendata, quam in inflammationibus internis, in quibus nullo uſu ſed damno maximo catharrica damus fortia, uſurpari poſſunt; Quorum deſcriptiones paſſim in morbis à defluxionibus natis, præſertim hinc inde in habitum corporis, uti hic in pectus cadentibus, & *palpitationibus à flatu* factis, proponuntur, uti & *alterantium*, quæ horum omnium cauſa propinantur; In reliquis quæ exhibentur, hic ut in pleuritide vera, *expectorantia*, niſi defluxio in pulmones quoque delabatur, propinare nullius erit utilitatis.

Ex illis tamen quæ *occulta* vi juvant, ſi modo non ſiccante & digerente id faciant, quædam illic deſcripta in hiſce ſpeciebus pleuritidis quoque probantur, & juvare poſſe creduntur: quales ſunt *aqua è carduo* elicitæ, aliaque *ſpecifica* illic propoſita; Sed & quæ exhibita *pectus dilatando* dolores mulcent, ut *ol. amygd. d. lini* affatim propinata, hic quoque proderunt: *Potus* autem nomine, *vinum* hic, niſi aliud accedat impedimentum, non improbatur; uti & alia in potu & cibo, quæ in defluxionibus & morbis flatulentis uſurpantur, hic quoque utilia erunt.

Extrinſecus quæ lateri dolenti apponuntur, *humorem flatuſque reſolvere & diſcutere* debent, doloremque compeſcere.

Cucurbitula major illic *cum flamma* admota humorem & flatum vi attractrice, non calore flammæ, ut putant aliqui, cum non ut pectus calefaciat, ſed ut cucurbitula hæreat adhibeatur) evocat extrorſumque rapit & diſſipat.

Calor actualis adhibitus idem facit, qui ſi blandus fuerit, dolorem lenit, ſi validior, diſcutit abſumitque tenues humores & flatus, uti Solis calor nebulas: quod quibuſvis pannis, pulvinis, aliiſque indumentis prius calefactis fieri poteſt: uti & aqua calida, veſica, vel alio vaſe concluſa.

Oleum olivar. calefactum (*nucum* magis rarefacit & diſcutit) veſicæ incluſum, benignum dolores ſedans eſt remedium; quæ temperate calida admota in vera dicta pleuritide dolorem mulcent.

Fotus imprimis, actu potentiaque calidi validiuſque id præſtabunt, humoreſque & flatus abſument, qui in ſpongia, filtro, lana, his imbutis, parum expreſſis apponuntur; Parantur hi Fotus ex *decoctis* ſupra memoratis Vide §. *Doloris Fomenta*) & §. *Fomenta adhiberi poſſunt*) & §. *Doloris adhiberi poſſunt.*)

Singulare experimentum in omnibus laterum punctionibus cujuſdam hoc eſt

℞. *Spir. vini* ℥vj. *camph.* ʒj. *bulliant parum donec camph. diſſolvatur; adde dum adhuc fervet ſantal. odor. pulver.* ʒiß. *madefiant hoc liquore panni calide applicandi.*

Sacculi ſicci calefacti, præſertim in flatibus diſſolvendis, hic in uſu ſunt, hic ſere in uſu eſt.

℞. *Furfur. ſemin. mil. integri*, (panici vel avenæ) ãã *p.* ij. *ſalis* ℥j. *friguntur parum in ſartagine* &c. Sæpe permutentur, melius operantur ſi parum *vino* aſpergantur, *aqua vitæ*, *aceto albo*:

Reſidentia decocti pro *Fotu* ſacculo indatur, expreſſa admoveatur. Ex eadem fiunt *cataplaſmata*. Empl. de *Baccis lauri* per ſe, malaxatum facilius *ol. de lilio*. Applicatio ex *mellis* & *olei abſinth.* ãã. parum coctis & ſubacti. *Placerus*.

A Flatu) Quæ ſæpe hinc in legitimam tranſit, flatu membranas ab invicem diducente, & ſanguinis influxui viam ſternente. Quin & ſanguis flatulentus conceptacula ſanguinis efficaciſſime reſerat. Præclare *Hippocr. lib. de Flatibus*.

Cum aër venas ultro ſubit, ſanguinis vias coarctat; compreſſus enim ſanguis, ſua copia, qua maxime impreſſionem fecerit, venas perrumpit; Ubi vero ſanguinis copia effuſa fuerit, in his etiam dolores ſpiritu venas complent: Affectum enim locum ſpirituum continere neceſſe eſt, aliaque dictis ſimilia contingere: At vero ruptiones has ob cauſas contingunt, cum vi quadam à ſe invicem carnes diſcedunt ac divelluntur, & in ipſam diſceſſionem ſpiritus dolorem inſerens ſubiens: Quod ſi flatus per carnes perrumpentes corporis meatus rarefecerint, eos humiditas conſequitur, cui viam antea aër ſtruxit. *Et paulo poſt*, Exit quod tenuiſſimum eſt in ſanguine: *Hæc Hippocr.* Sero & ſanguini viam facit flatus ſeu ſpiritus: *Plato* Catarrhorum cauſas judicat *ῥεύματα καὶ πνεύματα*, conſentaneè *Hippocrati*. Vide §. *Diſtillat nonnunquam à capite.*)

114. *Aliquando à flatu*) Alios & dolores laterum obſervavimus à flatu, flatum autem excitabat *ἀδηφαγία* [illegible], & præſertim cum chyli fit *ἀπεψία*, aut quibus ſolemnis eſt frigidæ hauſtus dum cubitum diſceditur, aut crudorum fructuum uſus: *Ballonius Epid. pag.* 8.

Medici debent attendere ne temere affectus unus pro altero ſupponatur, nam novi pleriſque hypochondriacis ſectam eſſe venam ob dolorem lateris cum is tantum eſſet ratione cujuſdam flatus ab hypochondrio ſurgentis, Quanquam Hippocrates ventoſitatem flatuoſam phlebotomiam ſolvi dicat, id de ea audit quæ cum phlogoſi eſt, ut in hydrope ſicco ob inflammationem lactium, ut phlogoſis ſufficiat ad flatum excitandum non ad diſſipandum. *Idem hiſt.* 1. *l.* 2. Dolores hemoplatarum hypochondriacis familiares, & virginibus quarum faciem deturpat fœdus color, & in his non tam laxare venam quam ventrem convenit, & flatui exitum dare: hanc flatuum copiam & imbecillitas caloris nativi & ſucci melancholici *ζύμωσις* inducit præſente quadam ipſorum lactium & pylori phlogoſi, ex Dioclis ſententia: *Conſ.* 48. *lib.* 2. *annot.* 1. *conſil.* 38. *lib.* 1. Qui Hypochondriaci ſunt & flatibus abundant & cruditatibus, utrumque imaginationem Pleuritidis afferre poteſt, quia & in cruditate ipſa & flatuum copia, facilè Thoracis dolor excitatur. *Idem annot.* 62. *in hiſt.* 1. *lib.* 2.

115. *Fomentis miteſcit &c.*) In corporibus frigidis ac pituitoſis ſæpe graviſſimi dolores laterum à *Flatibus* oriuntur, Fomentis mitigandi, Si venam pertuderis, necabis: Vidi formoſiſſimam mulierem, quæ cum flatibus obnoxia eſſet, ac cum cœnaſſet liberalius, noctu in acerbum lateris dolorem conjecta fuit, illico à ſecta vena periit. *Joh. Heurnius ad aph.* 33. *ſect.* 6.

In Pleuritide notha *flores chamom.* in *cerevisia* cocti & ebibiti ab ægro, In ſudorem incidit: *Oleo* vero *rutaceo* & *aneth.* loco inuncto, ſine S. M. miraculi inſtar curatus eſt. *Foreſtus obſ.* 42. *lib.* 16.

116. *A vaporibus*) Sic *Quercetanus in Pharm.* ſcribit obſervatam à ſe notham pleuritidis ſpeciem, quæ omnibus veram & legitimam æmuletur, ortam à malignis & acribus vaporibus ab inferioribus ſurſum in pectoris regionem delatis, ex quorum virulentia & acrimonia pleuræ inflammatio, necnon venarum eroſio excitatur, unde ſanguinis expuitio, ſpirandi difficultas, febris &c. Sic *Bartoletus l. de diff. reſp.* ait ſe curaſſe pleuritidem in virgine cui omnia pleuritidis ſigna adfuere in principio, quæ tamen poſt primos dies malignam, ex pravo verminum halitu, ſe declaraverat, & protinus abſque ſanguinis miſſione fuit curata: Et hæc

præter

præter communia pleuritidis ſymptomata, ea quoque quæ vermibus ſunt propria, maxime ventriculi an-tem ſecum habet conjunctum. *Etmuller.*

At vero non vaporem ſolum pleuram dolorifice invadere, ſed & ipſam vermium mineram, mediante circulatione eo deferri veroſimile eſt, ſiquidem catharſi illa deturbata, excluſiſque vermibus hujus ſobole, deſinit Pleuritis.

117. *Quod à Ballonio)* Puero dolor erat circum latera, detrahebatur audacter ſanguis, dolores non concedebant, inopinato vermes excluſi ſunt, dolores quieverunt, An vermes id facere potuerunt? Ita prorſus, imo & innumeræ doloris ſpecies excitare poſſunt in omnibus partibus, ac præſertim ſi ad ventriculum repunt. *Ballonius Epid. p. 121.*

118. *Aqua benedicta laudatur)* Purgatio cum *aqua bened. Rulandi* inſtituta ſanguinis detractioni, & eccoprotici exhibitioni longe lateque præferenda; id quod præſtarent antimonialia alia. *Etmuller.* Vide §. *Notha* ſeu ſpuria.

119. *Eſt namque & externa)* Si latus tantum intrinſecus inflammetur, non pulmones, tunc *revellentia* quoque & derivantia per v. s. *ſcarificationem*, *cucurbitulas*, aliave ut in vera pleuritide dictum, locum hic habebunt, uti & quæ injiciuntur clyſmata, aut exhibentur alvum lenientia: Ea vero quæ Expectorationis cauſa exhibentur in pulmonum inflammationibus, cum ſi extra hos ſit in thoracis ſuccingente, ad locum affectum pervenire minime poſſint, neque materia inde ad fauces penetrare, expuique, hic juvare ut non poſſunt, ſic expuitionem, ſcreatum & tuſſim movendo, latuſque dolens ſic concutiendo potius malum irritabunt: Et proin tunc non iis quæ ſputum movent, niſi quid aliud accedat, exhibendis laborandum; ſed ea potius quæ proprietate quadam in pleuritide vera juvant, hic quoque competere poſſunt.

Sed & Topica veræ Pleuritidi convenientia in hac quoque ſpecie, cum dolorem ſedent, pectus relaxent, materiamque impactam concoquant, proderunt, eoque magis quod lateri dolenti extrinſecus appoſita loco affecto proximiora ſint. vireſque ob id citius rectiuſque quam ſi pulmones affecti eſſent exerant, maximeque cum & ſimul relaxando materiam, uti & in angina ad exteriora evocent; Etſi inflammatio magna non ſit, uti fere in ea ſede permanens, nec ad exteriora quoque tumorem proferens accidit, diſcutiantque reſolvantque: quod ſicut in illa, ut à faucium anguſtiis cedat, ita hic ut ab interioribus pectoris extrorſum feratur, ne illic in abſceſſum verſa, eo rupto empyema poſt ſe relinquat, fieri maxime debet; Quo nomine & ab initio ab omnibus repellentibus in utroque caſu abſtinemus, non quod hæc pectus adſtringendo reſpirationi incommodent, uti communis eſt opinio, cum adeo illud conſtringere nequirent, Etſi externa omnino eſſet inflammatio, quo minus iis uti deberemus hoc minime impediret, ſed jam dictam ob cauſam, ob quam & materiam evocemus potius quam repellamus.

Cucurbitula etiam pectori quandoque apponuntur, aliaque ex alto trahentia, ut *pix* malaxata cum *oleo calido*, addita *reſina abiegna vel laricea*, & tantillo *ſulphuris*, vel *ſapone nigro* diſſoluto oleis, quæ omnia & ſimul attractum reſolvunt & concoquunt; Quibus ſi inflammatio evinci nequeat, circa finem calidiora adhuc in thoracis hac inflammatione, ut materiam ſi fieri poſſit, ne in pus convertatur, diſcutiamus; vel, ſi hoc effici nequeat, ſed in abſceſſum abeat, quæ eum maturant, ac ut ad exteriora potius quam interiora ſe aperiat, uti tumor auctus fere facere ſolet; promovent, ſecus ac in vera pleuritide pectori apponimus. *Platerus.*

Nota *Platerum* hic per Pleuritidem externam deſignare eam quæ latus afficit illæſis Pulmonibus: *In textu* eam intelligi eam quæ externos thoracis muſculos obſidet.

119. *Eſt namque & externa)* Curandi rationem vide ſupra §. *Adhiberi quoque poſt venæ ſectionem)*

120. *In externos thoracis muſculos)* Pleura inflammata impoſſibile fere videtur quin & inflammatio muſculis continuis intercoſtalibus internis communicetur; Siquidem interdum accidit ut in vera Pleuritide phlegmone verſus exteriores muſculos ob magnitudinem affectus ſimul tendat, & dolor etiam primo attactu percipiatur. *Etmuller.*

121. *Moleſtus eſt in latus ægrum &c.)* In Legitima moleſtus eſt in latus oppoſitum decubitus, tunc enim pars inflammata pondere ſuo divellitur, majoremque patitur diſtenſionem: In Spuria vero muſculi externi inflammati comprimuntur quando ſupra latus affectum decumbit æger. *Riverius.*

Cap. XI.

De Vulneribus & Fiſtulis Thoracis.

Vulnera.

1. *Vulnera* [2] *Thoracis* ſunt in duplici differentia.

I. Alia ſunt [3] *non penetrantia*, in quibus membrana ſuccingens non læditur: quæ ad modum aliorum Vulnerum curari debent, ſi nullus alius affectus præſens; Siſtendus ſanguis, [4] obligandum vulnus faſciâ, quæ premendo dolorem non excitet: digerendum *terebinthinâ* clarâ odoratâ: Coctione apparente imponendum *diapalma*.

II. [5] Alia ſunt *in cavitatem thoracis penetrantia*, [6] quæ *Cognoſcuntur* ſpecillo, candelâ cereâ, ſtrepitu aëris in egreſſu ex vulnere, quem detegit candela accenſa admota, dum retento aëre inflato, oreque & naribus clauſis æger efflare conatur, modò vulnus non ſit tortuoſum, vel coſta aliqua fracta aut depreſſa, vel muſculi intercoſtales à ſitu in quo tum cum æger læſus eſt non aberrent &c.

Curantur dubiò nimis vel ferè nullo eventu, *ſi* in dorſo potius ſunt quàm parte anteriore, quia ibi plures & majores nervi ac tendines, vena cava, arteria magna, arteria aſpera & gula. *Aliqua cum ſpe*, ſi die tertiâ nulla prava ſymptomata, qualia ſunt ſpaſmus, tremor, anhelitus gravis, non accedunt. [7]. *Ad modum aliorum vulnerum*, ſiſtenduſque ſanguis internis & externis.

Diverſimodè verò & iſta ſe habent. Nam 1. Vel *ſola in illis pleura* læditur. Et *tum* dolor,

tuſſis, inflammatio, febris: ſanguis non multus effunditur: [8] Vulnus ſtatim conſolidandum & celeriter obligandum, ne aër ſe inſinuans pulmones lædat: [9] Extra & intra medicamentis agendum, primò ſiccantibus, poſt conglutinantibus. Inter illa eſt, *Vnguentum* ex *reſinæ pini clar. & odor.* unc. xii. *gummi elemi* unc. iij. igne liquefactis *olei lauri & terebinth.* ana unc. j. paratum.

2. Vel etiam *viſcera*, [10] pulmones nempe, mediaſtinum, de quibus ſuis locis. Et tum, [11] ſanguis in thorace colligitur; tuſſis eſt moleſta: ſputum cruentum vel purulentum, febris, fluctuatio in thorace &c.

Curatio eſt *Exiguæ ſpei* vel *nullius*; inprimis, ſi vel vena cava vel arteria magna læſæ, quia ſanguinis profuſio ſiſti non poteſt, pulſus fit tremulus, ſyncope & paulo poſt mors. Ita [12] *inſtituenda*, ut 1. ſanguis è thorace educatur, [13] quod fiet, *ſi* æger granum unum moſchi ſub lingua teneat: *ſi* turundis non valdè longis longo filo alligatis vulnus apertum ſervetur, & æger ſuper vulneratum latus jaceat, *ſi* ſanguis pyulco extrahatur: [14] *ſi* concretus, per [15] *melicratum*, *mulſum*, vel [16] *mel roſatum* in aqua veronicæ diſſolutum, oxymel &c. [17] in cavitatem pectoris calidè infuſa, attenuetur: *ſi* materiâ allapsâ [18] cannula argentea digeſtivo inuncta immittatur: [19] *ſi* vulnus anguſtum ſectione aut turunda amplietur.

Tranſeunt [20] in *Empyema*, *ſi* externo vulnere conglutinato, notæ ſanguinis in ſputo apparent: *ſi* externâ & internâ parte ſimul ſaneſcente cicatrix intus livida, debilis, livida refricatur: *ſi* vulnus prius extra quàm intra conſolidatur.

[1] *Vulnera thoracis*) Eorum cauſæ ſemper ſunt externæ, ſicuti aliarum partium vulnerum, ſunt ergo cauſæ omnia illa inſtrumenta quæ perforare & incidere ſunt apta, ut ſagittæ, pugio, enſis &c. *Peccetius.*

[2] *Thoracis*) Thorax ex pluribus partibus eſt compoſitus, multaſque ac diverſas continet partes, nominaturque tota illa pars quæ à coſtis circumſcribitur ac comprehenditur; Ejus elatior pars eſt jugulum, ſive claviculæ; inferior diaphragma: Externus cute contegitur, ſub cute adeſt pinguedo, & carnnſa membrana; ſubſunt muſculi, ſub his coſtæ utrinque duodecim, ſeptem legitimæ & quinque mendoſæ; quæ in ſui extremo inter ſe connatæ, & ita agglutinatæ ſunt, ut in exquiſitam cartilaginem deſinant; Ab interiori thoracis parte adeſt os pectoris, ſive ſternum, quod ſolidum apparet, ſed ex ſeptem oſſibus compoſitum; Inferiori ejus parti mucronata cartilago adnaſcitur, A poſteriori parte Dorſi vertebræ adſunt, per quarum medium ſpinalis medulla tranſit, & in laterales dictarum vertebrarum cavitates coſtæ inſeruntur: In ſpatiis quæ coſtas intercedunt intercoſtales muſculi quoque, qui præcipue ad inſpirationem & expirationem faciunt, & ſub una quaque coſta vena & arteria progreditur: Ab inferiori parte adeſt diaphragma, quod ad parvas reſpirationes deſervit, cum vero maiori eſt opus, intercoſtales muſculi ſubveniunt: Oritur vero ſeptum ad pectoris finem ubi mucronata cartilago deſinit, deinde ſua extremitate ſpuriarum coſtarum finibus, ſed ab interiori parte adnaſcitur, & ad xi. vertebram perducitur; Ejus ſubſtantia in circumferentia eſt carnoſa, circa medium tendinoſa; Sub coſtis immediate adeſt *Pleura* membrana, alias ſuccingens, cum ab interiori parte omnibus coſtis obducatur; Ab hac duæ aliæ membranæ, utraque parte ſingulæ, thoracem totum interſepientes ac dividentes enaſcuntur; quæ recta linea ad pectoris longitudinem mutuo ſibi cohærent, niſi quantum ea 10 parte abſcedunt & diſtant qua cordis mucro eſt, & nonnunquam etiam à parte ſuperiori ad pectoris latitudinem invicem diſtant, & claviculis per pectoris medium ad mucronatam uſque cartilaginem porriguntur, à poſteriori parte tuto thoracis vertebris inſeruntur. Harum membranarum interſepientium uſus eſt, ut duo Thoracis ſinus fiant, ut ſi quando magno vulnere in alteram ejus partem recepto, reſpirationis opus perierit, quod per partem illam fiebat, alter ſinus incolumis actionem ſaltem dimidiam tueatur, 2. uſus eſt quo arterias ibi ſitas, venas, nervos, gulam, pulmonemque totum thoraci colligent, omniaque ea contegant. In media Thoracis parte, inter membranas interſepientes adeſt cor, pericardium, pulmo &c. *Peccetius Chir. p. m. 1003.* Cunctæ hæ partes vulnerum poſſunt eſſe ſubjectum.

[3] *Non penetrantia*) Id eſt ſine pleuræ penetratione, Atque alia tantum cum externorum muſculorum inciſione, Alia cum his etiam intercoſtales muſculos læſos habent, Alia cum venarum vel nervorum, vel cum coſtarum vulneratione, ſive fractura, ſive contuſione, ſive nudatione ſunt conjuncta. *Peccetius.*

[4] *Obligandum vulnus faſcia*) Dicta vulnera præter intentiones communes dictas nihil habent proprium niſi *Ligaturam*, quæ quidem *incarnativa* fit cum faſcia longa, lata, incipiendo à parte oppoſita vulneris, ducendo, revolvendo duo capita ſupra vulnus, inſtar crucis, & deinde ducendo revolvendo donec ſufficiat. Et capita faſciæ in parte anteriori longe à vulnere ſuantur; Et, ut dicit *Henricus*, annectatur faſciola una quæ tranſeat ſuper humeros, & altera ſub coxis; *Retentivam medicaminum* facit *Rogerius* cum faſcia lata, perforata in uno capite, & in altero inciſa, ita ut faciat intrare humerum per foramen; deinde circumvolvendo thoracem redit ad humerum ubi inceperat, & brachii faſciæ inciſæ ligentur in illo humero: Sed ſi poſſit fieri, ut dicit, ſine inciſione, volvendo thoracem, lenior eſſet ligatura. *Foreſtus.*

[5] *Alia ſunt in cavitatem &c.*) Penetrantia Thoracis vulnera aut ſunt cum partium intus contentarum læſione, aut ſine ea, Cum læſione tot generum eſſe poſſunt quot ſunt partes in thorace contentæ; Poſſunt etiam ſumi differentiæ à Vulneris quantitate, ut vulnus anguſtum vel latum, Sic à figura, ut rectum, obliquum, rotundum &c. *Peccetius.*

[6] *Quæ cognoſcuntur ſpecillo*) Vulnus in thorace per ſe videtur, verum an membrana coſtas ſuccingens læſa ſit, inveſtigandum, quare candelam ori vulneris oportet admovere, Quod ſi inſpirando aërem reddat, candelamque extinguat, perforatam membranam eſſe neceſſe eſt, quod fit etiam pulmonibus vulneratis exſpirando magis quam inſpirando; Quod ſi ſpumam cruentum ſtatim apparuerit, ſpumoſum & ſplendidum, certe pulmones læſos affirmabis, ſed multo magis ſi vox pereat, aut cum ſono ſpiritus reddatur, & ſi inclinans in vulnus æger loquatur, & in aliam partem, obmuteſcat. *Rondeletius de Dignoſc. morb. c. 21.*

Si oblique tendat, aut anguſtiſſimum ſit vulnus, vel coſtæ depreſſio aut fractura ſit conjuncta; aut pleura aut intercoſtales muſculi ſunt tumefacti, vel ſi hæ partes ſint conglutinatæ, quia non fuerit ab initio indita turunda, vix in penetrationis cognitionem devenire poſſumus.

Ideoque 10 eo ſitu æger collocandus quo fuit quando vulneratus.

[illegible] tum c[illegible] vulnus fuerit ſ. ctu pe-[illegible]ium [illegible]et, quia ſi anguſto [illegible] ſitu [illegible] pulmone, vulnus fuerit inflictum, [illegible] his [illegible] præbe[illegible]um, tamoque n[illegible] vulnus ad extra [illegible] apparet.

Supervenientia ſymptomata vulneris penetrationem indicantia ſunt, [illegible]dus ſupe[illegible] [illegible] ſingul[illegible] [illegible] virius invaleſcentia, [illegible] [illegible] reſpirat[illegible] difficultas & aliquando ex-tra [illegible] continetur, livor apparet. [illegible]

7. *Ad modum aliorum vulnerum*) Curatio, modo poſſibilis ſit, [illegible] habet ſcopos.

1. Ut [illegible] quantum licet ſiſtatur.
2. Ut inflammatio, cui Pulmo, ob caloris & ſanguinis abundantiam, & jugem indeſinentemque motum eſt obnoxius, arceatur.
3. Ut ſanguis in cavitatem thoracis effuſus evacuetur.
4. Ut vulnus conglutinetur.
5. Ut totius corporis & diætæ habeatur ratio.

Vulnus, ſi anguſtius ſit quam & ſanguini aut puri pateat exitus, amplandum eſt, Tum medicamenta adſtringentia & empl[illegible] adhibenda foris & intus. Externa p[illegible] canulam [illegible] inſufflanda ſunt ſub forma pollinis, aut per ſiphonem [illegible]nda. Intrinſecus etiam *[illegible]* uſurpantur, quæ vel ſunt Infuſiones, vel Decocta, v[illegible] A[illegible] mixtæ vulnerariæ; In more quoque poſitum [illegible] Chirurgi, ut ſi purulenta materia, vel propter craſſitiem, vel lentorem expectorari nequeat, medicamenta quædam attenuandi, incidendi & abſtergendi [illegible] foris per ſiphonem infundant; ægroq; poſtea præcipia[illegible] in latus vulneratum decubat, & tuſſiat, quo [illegible] per vulnus educi queat. *Sebiſius.*

Primus [illegible] vulnerum ſanandorum *ſcopus* requirit victum frig[illegible]um & ſiccum, ac tenuem pro virium ratione. C[illegible] adſtringentes initio minime conveniunt, ne difficilem faciant anhelitum, ac ſanguinem magis coagulent, ſi quis ſit in thoracis cavitatem delapſus, ſed utendum amygdalato, hordeato, paſſulis & aliis quæ th[illegible] convenin[illegible].

Secundus opus ad evacuationem, revulſionem, purg[illegible] te[illegible] vena ſecanda ſi videbitur in cubito p[illegible] op[illegible] næ: Cucurbitulæ partibus inferioribus affigendæ, L[illegible] ma fricanda & arctè vincienda ad revulſionem. Altero [illegible] die detur Bolus ex *caſſia* & *cathol.*

Tertius [illegible] in Topicorum uſu, animadvertendo num vulnus in cavitatem penetret, num coſta aliqua ſit fracta &c. Ne ſanguis concreſcat, aut concretus ut diſſolvatur, datur Potus ex ℥ß. *rhei, mumiæ* ℈j. *cum aqua plantag.* alii addunt *rubiam tinct. terram ſigill. cum ſucco mali Punici &c.* Poſt vulneris deterſionem ad adſtringentia eſt properandum, *balauſtia. myrtum. acaciam. hypociſt. mala cydonia. myrobal. aqu. plantag. roſar. ſuccum mali punici &c.* ex quibus fiat decoctio & injectio. Adſtringentia etiam tunc ore ſumenda, modo tuſſis non infeſtet quæ eorum uſu augeretur.

Quartus ſcopus ad ſymptomatum correctionem pertinet, Ea vero ſunt *febris*, cui debetur victus frigidus & tenuis, alteratio &c. *Dolor & gravitas*, cui ſubvenitur quando eſt ſine febre *fotu* paregoricos linibus &c. *Anhelitus difficultas & Tuſſis*, quæ minuentur uſu decoctionis pectoralis &c. *Chalmeteus Enchir. p.229.*

8. *Vulnus ſtatim conſolidandum*) Hic imprimis diſcutiendum quod in contrarias partes Medicos primæ notæ diſtraxit. *An vulnus thoracis ſit mox occludendum:* nam plurimi hoc conantur perſuadere, ne ſubitus aër frigiditate ſua & humiditate partibus internis noceat, Verum, ut alii objiciunt, à retento ſanguine longe majus periculum impendet. Itaque ne cogamur poſtea vulnus occluſum aperire, nunquam (inquiunt) magnum vulnus debet occludi, niſi ex prædictorum ſymptomatum, ut tuſſis ablatione & dyſpnoea, nihil aut minimum ſanguinis in thoracis cavitatem conſpiciamus, [illegible] aut calor po[illegible] [illegible]quere & reſolvere, aut per os vulneris paulatim poſſit vacuari.

Age ergo, faciamus magnam co[illegible]ſtu iſſe, [illegible]que in cavo permanſiſſe, primo m dab[illegible]us operam ut vacuetur, Hoc ut fiat, jubebis ægrum decumbere in latus vulneratum prono corpore & capite inclinato, hoc cum feceris ſi magnum ſit vulnus ſuatur, relicto in parte inferiori parvo orificio, Qui primo die induntur penicilli, latam habeant baſin, & appendantur fili ut facile retrahi poſſint ſi forte in cavitatem exciderint; Inungantur vero albomine ovi, aut vino, thorax undique linitur *oleo roſaceo.* nam vehementiora repellentia hic non conveniunt ne retrudant fluxionem intro &c. memineris ut aëri intercludatur aditus, [illegible] linteis vulnus contegendo, & ſemper vulneri, quoties curatur, patellam calentem apponendo. *Vigerius l.2 c 25.*

Coſta ſi fracta fuerit, applicabitur *Emplaſtrum Oxycroceum*, ita tamen ut vulneris locus apertus remaneat, per quem poſſit pus educi, cumque medebimur, apponemus digitum fracturæ, ne loco moveatur coſta, ægro jubebimus ut tuſſiat, ut pus tuſſiendo melius expellatur. *Chalmeteus.* His junge quæ adducta ſunt § 7. *Ad modum aliorum vulnerum.*)

9. *Extra & intra medicamentis agendum*) In cura *Vulnerum penetrantium*, ſi conſtet per ſigna quod aliquod membrum intrinſecum non fuerit læſum, neque quod aliqua materia intus deſcenderit, ſine tenta cum emplaſtris & unguentis incarnativis, & ſtuppis balneatis in vino, & ligatura, & remutatione tarda, ut alia curantur, & propterea *Galenus* ejuſque ſequaces, in hujuſmodi vulneribus, quia nullam habebant ab aliis diverſitatem, non fecerunt mentionem ſpecialem: Et quod in talibus vulneribus non debet poni tenta, nec ipſa teneri aperta oſtenditur. quia tenta ponitur ubi neceſſarium eſt aliquam materiam congregatam expellere per vulnus, ſed in talibus ſupponimus eſſe nullam. Ergo in vanum tenta poneretur, Et ſuppoſito quod eſſet aliqua, in parva tamen quantitate, natura enim eam reſolvit & evacuat, Nec de regione dubitetur, quia forti naturæ nihil eſt impoſſibile, quæ non ſolum facit tranſire materias per panniculos, ſed per medium oſſis, ut dicit *Galenus 7 aphor.* Etſi vis eam juvare cum tua Potione, id facere potens; Alii tamen ad aëris alterationem tentam imponunt, vel ubi ſuſpicio eſt materiam intus latitare. *Guido de Cauliaco.*

10. *Pulmones nempe. mediaſtinum*) In vulneribus thoracis cum parva pulmonum, vel diaphragmatis ad partem carnoſam inciſione, non ſolum procuretur materiæ, vel per vulnus ex ſe latum, aut ſcalpello dilatatum, Vel per foramen novum, vel per vias urinarias excluſio, verum etiam per ſiphonem infundatur primo decoctum venas ſanguinem fundentes coſtringens, 2. Materiam craſſam attenuens, 3. Vulnus internum detergens, 4. Illud conſolidans. *Scultetus ibid.*

11. *Et tum ſanguis in thorace colligitur*) Signa quod ſanguis deſcendat infra, & corrumpatur, & in ſaniem convertatur, juxta aphor. *Hippocr.* ſunt gravitas & pondus laterum juxta falſas coſtas, & ſputum putridū cum tuſſi multa, & incipit febrire His accedit (ut addit *Garnerius*) & anhelitus qui exit per os & vulnus fœtet intolerabiliter; & panni qui imponuntur ſanguini coagulato & putrefacto educuntur infecti. *Foreſtus l.6.c.47.*

12. *Ita inſtituenda*) In penetrantibus vulneribus, in quibus membra intrinſeca ſunt vulnerata, ſi materia nulla deſcenderit, eodem modo curatur ab extra ut dictū eſt §.9. *Extra & intra medicamentis*) Intro dantur medicinæ viſcoſæ & glutinoſæ ad lambendum, ut eſt

caſſia, diacodium. diapapav. diatragant. diaſymph. Extra adhibentur embrocationes cum *vino*, aut emplaſtra deſiccativa, quale eſt *ol. roſac.* & *malvar.* in æſtate, in hyeme *nardinum*, & ex *chalcitide Empl.* ſeu *diapalma* Eligemus ſemper pharmaca & cibaria animali aſſuetiſſima, ideo neque *euthia*, *pompholix*, *ceruſa* nec *lithargyr.* intus conveniunt. Et ſi velimus ad cicatricem ducere, eligemus glutinantia viſcoſa, minime mordacia, ut eſt *hypocyſtis*, *terra ſamia*, *ſigillata*, *ſumach*, *acacia*, *roſæ*, & dabimus decocta *malorum cydonior.* vel *rubi extremitates*, vel *vitis*, aut *myrti*, vel *vina auſtera*, modo non adſit phlegmone & *gummi Arab.* præcipue. *Guido.*

12. *Ita inſtituenda*) In primis Chirurgus debet vulnus ipſum ſpatula ſua argentea, vel candela aliqua tenui, percontari ut ſciat à quibus partibus tendat, & quas vulnerет, Deinde vulneri applicandum eſt Emplaſtrum refrigerans & adſtringens, Et ſtatim mittendus eſt ſanguis ex baſilica oppoſita parti affectæ, ut revulſio fiat, & vulnerato imperandum eſt ut cubet ſuper vulnus ſuum, ut ſanguis effuſus in capacitatem thoracis effluat foras per orificium externum vulneris. Poſt xij. horas ab applicatione Emplaſtri refrigerantis & adſtringentis, renovandum eſt illud ipſum ter aut quater, & ſingulis vicibus pus & ſanies ipſius vulneris extrahenda ſunt, & abſterſum perquam optime vulnus perungendum eſt *balſamo ſulphuris*, Et vulneratus debet ſemper accumbere vulneri ſuo, ut pus & ſanies exeant, & reliqua omnia quæ ſunt vulneri extranea, ſemper ſolo *balſamo ſulphuris* perungendum eſt vulnus, miſſis omnibus aliis remediis, ſolo enim illo & unico poſſunt optime curari omnia Thoracis vulnera, Valet etiam *Tinctura ariſtol. rot. oleo violac.* diſſoluta. *Joh. Petr. Faber Chir. Spagir. c. 11. Balſami ſulph.* deſcriptionem vide *mox* §. 13.

13. *Quod fiet, ſi,*) Ad curanda prædicta vulnera valet & hic *Balſamus ſulphuris*, qui preparatur ex *flor ſulph. in ſpiritu terebinth.* decoctis in vitro valde obturato, donec rubeſcat ut ſanguis ſpiritus: hic ſpiritus tinctus ſupermiſcendus cum optima aqua ardente alkooliſata, & digerendus eſt donec tinctura ſua ſpolietur, & tranſeat in aquam ardentem, quæ deſtillanda eſt leviſſimo calore, ut in fundo relinquat ſulphuris Tincturam, quæ fortiſſimo igne compellenda eſt in novum recipiens vitreum; & ſervanda ad uſus, poteſt applicari externe, & aſſumi interne ad quantitatem guttularum x. aut xij. cum lacte humano. *Balſamum* etiam quod præparatur ex *margaritis* pretioſis præſtantiſſimum eſt remedium, ut & phthiſicis curandis. *Joh. Petr. Faber. Chir. p. 82. præpar. vide ibid.*

14. *Quod fieri ſi &c.*) Et quando ulcus ſatis mundum & deterſum videbitur, (quod intelliges ſi abſint prava accidentia, ut febris & dolor, ſi injectum purum exeat veluti aqua clara) ſi tum ex *roſis*, *balauſtiis*, *plantagine*, *malicorio* fiat decoctio, In cujus colatura diſſolve *vinum granator.* aut *mel roſatum*, ut adſtrictione obducatur ulcus conſolideturque. Ad eundem finem utatur opiata ex *conſervis roſar. & ſymph.* addendo aliquid *boli vel terræ ſigillatæ.* Quæ quidem adſtringentia & ſumpta & admota immo nocerent, quia ſaniem retinerent, cujus vacuatio omni arte procurari debet *Vigierius.*

14. *Si concretus per*) Si in vulneribus penetrantibus cognoverimus per ſigna materiam intro deſcendiſſe, nō tardemus in eductione; imo ipſius *Gulielmi* conſilio, tenta ampliandum vulnus, ut libere ſanguis vel ſanies per vulnus exeat, eaque ligata cum filo, ut ſi intus caderet, extrahi poſſet, intu... in oleo calido. Et poſtea præcipit *Rogerius*, ut patiens ſupra diſcum volvatur, atque hac illa vertatur, ducendo materiam & extrahendo per vulnus; Vel ſecundum *Jamerium*, per tres vel quatuor dies cum ſyringa in pectus injiciatur quantitas vini vel melicrati, & revolvendo corpus huc illuc, extrahe liquorem, conſiderans quantitatem & qualitatem: Et quanto minus tantum inveneris quam immiſeris, & exiverit purum atque clarum ſicut intravit, ceſſa, & conſolida, tenens ſemper cotonem vetuſtum, ut dicit *Albucaſis*, in orificio vulneris, ut ſugat illud quod egredietur de eo ex humiditatibus, & fac ut dormiat infirmus ſuper vulnus, ut commodius quod coacervatum eſt expurgetur.

Ubi autem tres dies præterierint (addit *Albucaſis*) à vulnere inflicto, & non acciderit infirmo ſpaſmus, neque tremor cordis, neque ſtrictior anhelitus, & vides diſpoſitiones ejus bonas, tunc ſcias quod vulnus eſt ſanum, & natura fortis, cui nihil eſt impoſſibile. Cura ergo ipſum poſt diminuendo cotonem ſive tentam propria ſua curatione.

Si autem per modum quem diximus, & injectionem parum profeceris, vel quod infirmus non poſſit ſuſtinere tales reiterationes, cura vulnus, ſecundum *Gulielmum*, dimouendo tentam in ipſo & ſuper vulnus ponatur mundificativum Emplaſtri inſtar E.g.

℞. *Mel. roſ. col.* ℔j. *myrrha, thur. ſarcocoll.* ā ā. ℥ß. *far. hordei, fœnugr.* ā ā. *q. ſ.* ad inſpiſſandum.

Si vis addere modicum *terebinth.* bonum erit, & tūc dare poteris Potiones vulnerarias, ex *centaur. coſto, nepetha, caryophyll. pimpinell. piloſella, ſumm. cannabis, caul. rub. tanaceto, rub.* decoctis cum *vino & melle*, modo febris non inhibeat, & detur qualibet die cyathus unus. *Guido.*

15. *Per melicratum, mulſum &c.*) Decoctio ſingularis ad vulnera & ulcera penetrantia in Pectore.

℞. *Caricar. pingu. n°. vj. paſſular.* ℥j. *liquir. raſ. & contuſa* ʒx. *hord. mund.* m. ij. *lentium* m. ß. *ſacch. rub.* ℔ß. *bulliant omnia ſimul cum* ℔viij. *aquæ ad conſumptionem duarum partium, Ex colat. fiat Injectio.* Ad majorem deterſionem, ſi opus ſit, adde *mellis roſat. colat.* ℥iij.

℞. *Mell. roſ. colat.* ℔j. *myrrh. thuris, ſarcocoll,* ā ā. ℥ß. *terebinth.* ʒiij. *far. hordei & fœnugr.* ā ā. *q. ſ.* q. l. ad inſpiſſandum. *Vigierius.*

16. *Mel roſatum in aqua veronicæ diſſolutum*) Quæ præcipua inter vulnerarias Pectori dicatas, *Potio autem vulneraria* non ſolum injicienda, ſed etiam ſumenda videtur quibuſdam ad conſolidationem. Damnatur tamen à quibuſdam, quia nimium calefacit, hoc ſi metuas, paretur abſque vino: Decoctum *ligni S. vel China* ad deſiccationem ſunt qui magni faciunt. in declinatione incoctis thoracicis, ut *ſcabioſa*, *pimpinella*, *tuſſilagine*, *hordeo*, *caryophyllata*, *tormentilla*, *pulmonaria.* Sed cum his omnibus mel immiſcendum ex præcepto *Galeni* 4. m. m. dicentis. *Jam vero medicamentis omnibus quæ thoracis & pulmonis ulceribus ſunt deſtinata, mel admiſcendum eſt.* Quod quidem digeſtionis eorum in corpus ac celeris tranſitus veluti vehiculum eſt, cum eo quod neque nocebit ulceri, tuſſim etiam ſedat, mel detergit ac pectori naturæque eſt amicum. *Vigierius.*

17. *In cavitatem Pectoris calide infuſa*) Injectiones in Pectoris cavitatem factæ, in *corrupta Pulmonum ſubſtantia* aliqua vel in ambitu exulcerata, ſi à vulnere pectori illato Pulmonibus ſimul læſis hæc ſequantur, cum tunc via aperta ſit perquam hoc fieri poſſit, plurimum juvant, Vidimuſque horum uſu, propinatis interius quoque aliis, quæ in aliis exulcerationibus convenire ſcimus, quendam cui à cultro per pectus ad pulmones uſque adacto, ulcereque inde nato, Pulmonum portiones corruptæ aliquot è vulnere prodibant, & qui penitus contabuerat, nihilominus reſtitutum, multis annis poſtea vixiſſe. Alium quoque diu cruentam, ſanioſam & purulentam, per vulnus pectoris excernentem

materiam

materiam, jam longo tempore, harum uſu adhuc manere ſuperſtitem.

Fiunt autem hæ Injectiones, primum ex *abſtergentibus*, & poſtea ulcus *ſiccantibus & conſolidantibus*, uſurpando quædam ex levioribus quibus in aliis ulceribus quoque utimur, parata ex *aqua mulſa*, *ſero lactis*, aut ipſo *lacte*, *aqua mellis* vel *laricea*, vel *unguento de Apio*, *decocto hordei*, aliove plantarum idonearum: Vel *abſtergens* hæc fiat Injectio.

℞. *Seri lactis caprini* ℔iß. *mell. roſac.* ℥iv. *ſuccorum chelid. & apii* ãã. ℥iß. miſce.

Ad ſanationem interpolatis vicibus, & tandem ubi pus nullũ amplius prodit, indies utatur hac Injectione.

℞. *Lactis caprini, in quo rad. conſol. major. coxerint* ℔ij. *ſucci plantag.* ℥iß. *ſarcocollæ nutrit. cum lacte & diſſolut. in eodem* ʒiß. *myrrhæ* ʒj. *reſinæ laricea diſſol. in vitello ovi* ʒj. miſce. *Platerus.*

18. *Cannula argentea digeſtivo*) Pileolo cooperta, ut pus injectaque decoctio ſenſim expurgetur. Quando purulenta materia convenienter expurgata fuerit, loco cannolæ argenteæ alatæ, vulneri immittatur turunda ex linteo incerato cava, ſarcotico imbuta, quæ quotidie minor & brevior fiat, ne carnis generaooœem impediat. *Sculteius Armam. Ch. Tab. 37.*

19. *Si vulnus anguſtum*) Si materia ob ſui craſſitiem, vel ſublimiorem vulneris ſitum per immiſſum canalem haud effluat, apertio thoracis maturè proponatur, eaque ab ægro vel adſtantibus conſanguineis conceſſa, peragatur, Hoc præſidio Chirurgiæ præſentaneo non admiſſo, cum materia per vulneris orificium, vel ex ſe ſatis latum, vel ſcalpello fruſtra dilatatum effluere nequeat, illa, prædicto vitæ ægri periculo, diureticis per os exhibitis tentetur evacuari, potius quam eclegmatibus expectorari. *Sculteius ibid.*

Si è ſuperioribus ſanguis vel ſanies non educatur, quæ ſuper diaphragma corruerint, nova ſectio facienda inter 4. & 5. coſtam, in coſtarum longitudine, non procul à ſpina dorſi; & ſi robuſtus æger videatur, poterit ſectio in cavitatem uſque penetrare; Si vero debilis, vel non facienda, vel non ad cavitatem uſque, ſed tantum ad membranam ſuccingentem coſtas. *Chalmeteus ex Guidone.*

19. Si *Vulnus*) Si vulnus *infra ſextam coſtam* acceptũ, in Cavitatem penetrans, & ſine partium internarum læſione, ſatis latum, nunquam conſuatur, aut per primam inteotionem curetur, ne materiæ, quæ in thoracem fluxit, cum ægri vitæ periculo, præcludatur exitus. ſed immittatur primum turunda ex lino crudo parata, filo alligata (ne inſpiratione in thoracem rapiatur) & ſanguinem ſiſtentibus imbuta, ut apertum maneat vulnus: ſecundo, & reliquis diebus vulnus turunda ex linteo parum detrito confecta, & medicamento pus movente obliorta digeratur, & apertum conſervetur, ut materia collecta libere poſſit exire.

Vulnere *ſupra quintam thoracis coſtam penetrante*, ſive lato ſive anguſto, turunda foramen, ſtegnotico imbuta, & filo alligata, apertum teneatur, ut eodem vel ſequente die ſanguis in thorace nondum concretus per applicitum canalem extrahi poſſit. *Sculteius Arm. Tab. 37.*

20. *Tranſeunt in Empyema, ſi externo*) *Quam periculoſa præmatura vulneris Thoracis conſolidatio, egregio exemplo oſtendit* Ballonius, *quod quia cautiones cognoſcendi & curandi continet, huc afferre libuit integrum.*

Comes de Resles vulneratus eſt in Thorace inter quartam & quintam coſtam, Pugio recta quidem adactus erat & mediaſtinum penetraverat, dein paulùm inflectendo oppoſitam penè partem attigerat, & minima etiam ſectione ſedes ipſius puſionis indagari potuerat, & fluenti ſanguini, deinde ſuppreſſo, exitus eſſe poterat, ac ſi contraria & oppoſita eſſet apertio; ſed id neglectum tandem necis occaſionem allaturum, ingens fuit hæmorrhagia, inſignis alicujus venæ ἀζύγου argumentum cæſæ; juſſus omnino quieſcere, nulla tuſſis penè toto morbi tempore, difficultas reſpirandi exigua, poterat in utrumque latus dormire.

Quidam ex Medicis experiri volebat num alacer eſſet æger in ſeſe erigendo, jubebat ut ſeſe paulùm erigeret; maximè ut detegeretur num aliquid in capacitate eſſet quod motu ipſo deprehenderetur, ſed aliis id non viſum faciendum: & tamen id ad explorandum maximè fuerat opportunum: Poſt quartum diem initum conſilium (quoniam ad cicatricem vulnus tendebat) ſuper iis quæ ad vulnus attinent, num tutò ſineretur claudi, an verò dilatandum foret, an omnino claudendum.

Alii omnino claudi debere cenſuerant, quod multum ſanguinis & ſpiritus effluxiſſet; quod nil alienum videretur in capacitate contentum, quod Galeni & Guidonis conſilio vulnera Thoracis primo quoque tempore eſſent ad cicatricem ducenda, alioqui fiſtulæ metum eſſe, & ſphaceli alicujus in Pulmone, qui alioqui alieno aëri & externo non aſſuetus, facilè affici alterarique poſſet; naturæ negotium dandum, viam eſſe ad os, ad urinas aut inteſtina; Pleuritides beneficio naturæ, tranſſumpta exſuctáque materia, curari.

Alii contra nitebantur, ſuſpecta eſſe iſta ægri bona, & præter rationem allevationem, inſigne vas inciſum, ſic non eſſe probabile ut intra quatriduum clauderetur, formidabilem eſſe cicatricem externam; quod cum pars interna ſit membranoſa, propterea que ampliùs vulnere diducatur quàm carnoſa, & tardius coaleſcat quàm ipſa carnoſa, metus ſit ne falſa opinione internæ membranæ ad cicatricem perductæ, ne præter opinionem vulnus refricetur & reſtringatur; ac tum fortè non ampliùs locus erit Pyulco aut evacuationi ſuppreſſæ ſaniei: dicebant nil referre ſi bene habere videretur primis diebus, ſed expectandos alios dies criticos & quid ſerus veſper veheret: in his vulneribus tuta omnia omenda eſſe: non metum eſſe debere fiſtulæ niſi vulnus cooſenuiſſet: non ita ab externo aëre metuendum eſſe, quod plus detrimenti eſſet affuturum à ſuppreſſa ſanie aut pure quàm ab externò ambiente; Et quod dictum eſt naturæ opus committi debere, & alias tuoores vias coofinxiſſe naturam, contra dictum brutam eſſe & oovercam naturam, & aliquando veluti conſultò pus & ſaniem ad tempus ſervare. quod cùm commodè excerni non poteſt, repentina mors obtingit: ſic ſatiùs eſſe cùm vulnus hiet & pateat, ſi quid alienum ſit, illac expurgare, quàm aut novas vias comminiſci, aut occluſum obſeratumque vulnus denuo aperire, magna enim ignorantiæ eſſet ſuſpicio & juncta crudelitatis opinio; imò tutiſſimè & ſectionem fieri illo loco, & vulnus patere affirmabant, & locum eſſe idoneum ſectioni in purulentis.

Qui præerat omnia ſic moderari voluit ut utrique parti adblandiretur: at iſtæ blanditiæ & temperamenta ægrum perdiderunt: deſitum eſt vulnus cicatricem contrahere, triumphus ante victoriam canebatur: Porro ſupprimitur ſanies in thorace multa, febris perſeverat, alvi profluvium, macies, tandem derepente difficultas ſpirandi, ὀρθόπνοια & inde mors circa 33. diem à vulnere, apertum cadaver, 3. aut 4. libræ ſanguinis ſanioſi, corpus ipſius Pulmonis non erat vulneratum, ſed tamen per ichoris contagionem erat velut tabe infectum, & membrana ſuccingens erat ſiderata. *Ballonius conſ. 2. l. 2. p. 236.*

In Thorace, & frequentiùs in Pulmone, areſcit ſanies, &, calore in cruſtam verſa, cicatricis falſo creditæ imagine nobis imponit donec ob Thoracis motum & partis mollitiem, leviſſima occaſione excuſſa cruſta, vulnus recrudeſcat: ſi externa & interna pars, ſimul ſaneſcat evadunt. Si ſimul externa & interna, & cicatrix debilis fuerit, vulnus iterũ aperitur. *Jac. Thevart An. in id conſ.*

FISTULÆ.

II. [21] *Fiſtulæ* thoracis vulnera [22] inſequi ſolent, totuplices quotuplicia illa, [23] eodemque modo cognoſcuntur & curantur.

[21] *Fiſtulæ thoracis vulnera inſequi ſolent*) Thoracis Fiſtula eſt duplex, altera quæ fit ex cauſis internis, altera vero ab externis. Illa ſequitur aut empyema, aut pleuritidem, quæ idonee vacuata per tuſſim non fuerit, deinde ſotis apoſtema effecerit, Aut è viſceris alicujus vitio in thoracis interiori parte naſcitur; Quæ vero *cauſam externam* habet, veluti gladii ictum, aut quidvis aliud, duplex quoque eſt, etiamſi pariet internas minime attingat: una fit quum orificium vulneris anguſtum eſt, pars vero interior prope coſtas valde dilatata & dilacerata eſt, ita ut membrana rupta ſit largior quam orificium ipſum & os aliquando detectum: Tunc vero quum nec natura hanc partem internam reſarcire, nec remedia illi applicari poſſint, ulcus remanet Fiſtula, eſtque inſanabile.

Altera Fiſtulæ ſpecies eſt in cujus orificio fit callus durus & jam dudum inveteratus; inde natus ut plurimum quod orificium diutius apertum fuerit ob peniculum adhibitum, quanquam nihil eſſet opus: Hæc autem Fiſtula, callo illo ſublato curari poteſt, dummodo à multo jam tempore non inveteraverit. *Vigerius.*

[22] *Inſequi ſolent*) Singularem obſervavi Thoracis fiſtulam, anno 1687. in Philoſophiæ candidato, *Dn. Rauser*, hic anno 1684. febre contumaci laboraverat quæ in abſceſſum pectoris deſiit; Ingruente Autumno anni 1686. eadem in pectoris parte, quæ dextra erat, prope mammam, oſtendit mihi tumorem indolentem, cuti concolorem, depreſſum; Juſſi admoveri Empl. diachylum ſimplex ad illius reſolutionem: Tribus exactis ſeptimanis eundem tumorem mihi exhibuit, ſub quo pus latere credidi, idcóque Chirurgo committendum, qui apertione facta pus eduxit; ac conſolidationem molitus eſt. Interim febris oboritur, ex intermittentium genere, quotidie circa horam quintam veſpertinam reſurgens, ad xi. noctis permanentem; ſed nulla ſui adventus frigore, horrore, aut rigore indicia dantem, citra madorem aut ſudorem deſinentem; Toto trimeſtri pertinax fuit, citra moleſtum ſymptoma, conſtante appetitu: urinæ ſemper turbidæ fuere, hypoſtaſin bilioſam plurimam deponentes: & quanquam remedia idonea adhiberentur, nequaquã remittebat febris: Ex fiſtula plurimum pus eructabatur, imo Chirurgus in orificio aliquid duriuſculum percipiens, volſella coſtæ fragmentum, teres, unguis minimi digiti magnitudine eduxit; quare de inciſionis neceſſitate opinio nata eſt, quo fiſtulæ origo detegeretur; hac peracta nihil vitii deprehenſum eſt, quin citiſſime vulnus ſponte conſolidatum eſt; perſtante tamen febre. Poſt tres hebdomadas tumor eodem in loco ſe exhibuit, citra ruborem, doloremve ullum, qui ſponte apertus plurimum pus eructavit, adeo ut iterum ad mundificantia, conſolidantia confugere neceſſe fuerit; nullo ſucceſſu, donec remittente febre minor copia puris excluderetur, eadémque plane deſinente, fiſtula quoq; plane evaluerit. Adeo ut veriſimile ſit focum febrilẽ partem impuritatis maſſæ ſanguineæ illuc tranſmiſiſſe: qua exhauſta & febris & fiſtula ſimul ac ſemel deſierint. Hoc exemplo confirmatur veritas aphoriſmi, *Si quæ pars ante morbum doluerit, ibi ſe morbus obfirmat.* Author fuit ut fonticulum brachio dextro ſibi excitari pateretur, ut impuritates maſſæ ſanguineæ illuc potius quam in partem illam debilem in poſterum confluerent.

[23] *Eodem modo cognoſcuntur & curantur*) Fiſtula Pectoris vix unquam curationem admittit, quia thoracis muſculi in perpetuo ſunt motu, 2. quod interna parte ſola membrana coſtas ſuccingente, quæ exanguis eſt, obducatur, 3. quod nullum adſit vulneri adminiculum, ad quod admittatur, ut comprimi, ſui & vinciri poſſit, quibus artibus labris commiſſis vulnus tandem carne repletur & cicatrice obducitur.

Cauſa vero, cur thoracis vulnera tantam quotidie ſaniei copiam accumulent & effundant, eſſe videtur quod cordi vicina ſunt; quod cum ſanguinis fons exiſtat, ab ipſo ad partem affectam perpetuus fit ſanguinis affluxus; hoc enim eſt naturæ in conſervandis partibus afflictis ſtudium, ut ad eas indeſinenter & effuſe ſine menſura & modo omnia ſua præſidia, ſanguinem nempe & ſpiritus tranſmittat. Adde quod multum ejuſmodi ſanguinis in ſeſe partes afflictæ dolore, calore, & continuo motu, quo pulmones & diaphragma cientur, alliciunt & tranſſumunt. Ejuſmodi ſanguis ulceris illic exiſtentis malignitate & ſordibus inquinatus citiſſime corrumpitur, quo fit ut ex perpetuo ſanguinis affluxu perpetuus ſit ſaniei effluxus, qui tandem hominem in tabem & maraſmum deducit, quod ulcere pars obſita, tanquam vorax lupus plus ſanguinis abſumat, dolore, calore & motu quam ipſi à corde ſubminiſtrari queat; tale ulcus *θηρίωμα* appellatur: (Adde, pertranſeuntem in circuitu ſanguinem infici à peregrino fermento, & ſordibus quibus ſcatet pars affecta, unde impura evadit univerſa maſſa ſanguinea & nutritioni inepta.)

Si tamen curandæ & ſanandæ Fiſtulæ ſpes aliqua ſit, ea in diæta, phlebotomia, pharmacia, & *potionis vulnerariæ* uſu conſiſtit: Itaque ex ea injectio crebra in fiſtulam fiat, addito & una permixto *ſyr. de roſis ſiccis* & *melle roſato*, Neque vero ego, ſiquando ingens quædam ſubſit putredo, vereor *Ægyptiacum* immiſcere, Cæterum injecti liquoris quantitas animo & memoriæ comprehendenda eſt, ut deterſionis munere poſtquam functa fuerit, intelligamus num omnis reddita & excluſa fuerit; Nam ſi quid ejus in ſinu & anfractibus reſtiterit, parti ipſi nocet, utpote cujus contagione corrumpatur. Immiſſus acceptúſque liquor poſtquam fuerit redditus, tubulus aureus, argenteus, aut plumbeus in ſinum fiſtuloſum immittetur, multis foraminibus pervius, ut his ſanies ſubire & exire poſſit. Loris revincietur arctius, ne in thoracis excidat capacitatem. Ad ipſius orificium ſpongia magna vino & aqua vitæ macerata atque expreſſa calens imponetur, tum ut aëri aditum in ſinum fiſtuloſum intercludat, tum ut ſordes ulceris foras ſuo illo calore alliciat, cui muneri ſedulam operam præſtabit æger, ſi interdiu diu noctúque ſæpius obturato ore & naribus ſpiritum comprimat, in latus affectum provolutus, quo majori impetu excludatur illa ſanies. Nec vero ante à tubulo immittendo deſiſtendum quam fiſtuloſus ille ſinus ſicco, i. e. ſano finitimus factus fuerit, nempe cum quod ſordium remittet, id omnino paucum fuerit, tum vero cicatrix inducenda.

Quod ſi orificium fiſtuloſi ſinus in ſuperna parte exiſtens ſanationem remoretur, tum diæreſi via fundi aperienda.

Omnes illæ Fiſtulæ quæ Empyema aut Pleuritidem ſequuntur, (vide ſupra §. 21. *Fiſtula thoracis vulnera inſequi*) difficilis ſunt curationis, longeque eſt ſatius eas palliative curare, optima vivendi ratione adhibita, quam accuratius, hac ſpe quaſi ſanari brevi tempore poſſint, præcipue ſi è viſceris alicujus vitio enatæ fuerint. *Vigerius.*

Cap. XII.

De Empyemate.

[1] *Empyema eſt cavitatis thoracis à materia purulenta copioſa* [2] *conſtipatio, pulmonis contractionem & reſpirationis difficultatem cum tuſſi & ſputo purulento inducens.*

Subjectum eſt thoracis capacitas, ſive ſpacium inter thoracem & pulmones, licet pulmo & ejus vaſa prorſus excludi non poſſint. Quoniam vero pulmo in duas per mediaſtinum partes dividitur, vel [3] in utraque vel in alterutra parte pus colligitur.

[4] *Signa* ſunt [5] reſpiratio difficilis [6] cum ſputo [7] tuſſique purulenta perpetua, [8] doloris gravantis in imo thorace ad diaphragma potiſſimum ſenſus, genatum, tertia præcipuè vel quarta poſt cibum horâ, rubor &c.

[9] *Cauſa* eſt ipſa [10] purulenta ſordities thoracem implens, cujus copia, fœtor & acrimonia graves noxas infligit.

1. *Empyema eſt cavitatis thoracis &c.*) Vocabuli hujus acceptione communi denotatur puris intra cavitatem thoracis collectio, qua ſcilicet reſpirationis organa opprimuntur; Illuc vero pus iſtud confluere ſolet vel ex pleuritide vel peripneumonia, & quandoque forſan ex anginis ſuppuratis & diruptis. Hinc unuſquiſque pulmonis abſceſſu aut ulcere laborans, etſi pus copioſum & fœtidum (uti in pulmonis vomica ſæpe contingit) expuat, non idem tamen dicatur Empyematicus. *Willis.*

Dum puris fit collectio in quapiam corporis parte *Empyema* dicitur, à *Vomica* diſtinctum, quæ eſt collectio puris in quopiam viſcere, Ita dum pus colligitur in *Pulmone*, aut *Renibus*, eſt *Vomica Pulmonum* aut *Renum.*

Si vero colligitur in cavo thoracis vel abdominis, dicitur Empyema, idque ſecundum hodiernum loquendi modum, ita ut omne Empyema fiat ex collecto pure, vel ob ſanguinis extravaſati corruptionem, vel ob abſceſſus viſceris cujuſdam inflammati interiora verſus apertionem.

Veteribus alia horum vocabulorum fuit acceptio, dum proprie loquendo *Vomica* Latinis eſt id quod Græcis *Empyema*, ſive collectio puris in aliqua parte præſertim interiore, & Empyici proprie ſunt quibus pus in aliquo viſcere oboritur. Sic purulentum Hepar *Hippocr. aph.* 47. 7. idem quod Empyema, Tale malum Latinis dicebatur *Vomica*, Ita enim *Celſus*: Moderni ex ignoratione ſubſtituunt Abſceſſum, & in ſpecie Pulmones purulentos κατ' ἐξοχὴν vomicam appellant Quoniam autem frequentiſſimè puris collectio in cavitate thoracis contingit, propterea Empyemata κατ' ἐξοχὴν de collectione in dicta parte dicitur. *Ettmuller P. 2. p. 138.*

2. *Conſtipatio*) Empyema ad morbos organicos, & quidem in *cavitate diminuta* referimus, quandoquidem cavitas thoracis tunc evadit anguſtior quam natura eſſe conſuevit: Sunt etiam qui cum *Cæſalpino* ad morbos ſimul in *auctonumero* & *continui ſolutione* reducant, ſed cum pus in thorace collectum *cauſa* potius quam ipſius *affectus* rationem exprimat, commodius per *Repletionem* aut *Conſtipationem* definietur.

Mercuriali l. de Thor. aff. c. 7. morbum hunc *in via* appellare placuit, cum interea certum permaneat Thoracem, ut Pulmones commode dilatari poſſint, vacuum à natura eſſe conſtructum, ideoque quoties in illo purulenta colligitur materia, repleri, & anguſtiorem reddi, hincque propria iſta ſymptomata, ſpirandi ſcil. difficultatem, tuſſim, aliaque potiſſimum produci atque excitari conſtat. Quinimo Empyema nec morbum, nec ſymptoma, ſed potius cauſam morbificam eſſe vult *Sebizius E. Exerc. Path. p.* 297. Placet tamen nobis annumerare morbis organicis, & primario *deficienti cavitatis in thorace magnitudini. L. Strauſſius Pal. M. part.* 2. *p.* 78.

3. *Vel in utraque vel in alterutra*) Signa ratione *ſubjecti* deſumuntur *à fluctuatione* materiæ purulentæ, utpote quæ in hoc vel illud latus decumbens, partem affectam non obſcure indicat. Niſi forte puris craſſities aut copia univerſam ferme Thoracis capacitatem implens fluctuationem impediat. *Strauſſius.*

4. *Signa ſunt*) Empyematis ſigna vel ipſum dum in fieri eſt prænuntiant, vel plane factum indicant. Prioris generis habentur morbi alii, quorum hic proles eſſe ſolet prægreſſi, cujuſmodi ſunt Pleuritis, Peripneumonia, Angina; quandoque etiam Pectoris plaga aut vulnus; quin & alii interdum ejus affectus non bene judicati aut ſoluti: è quibus Empyematis ſequuturi major erit ſuſpicio ſi poſt unam aut alteram ſeptimanam ſine ſputo copioſo rigores, & febris, & ſpirituum languores ſuperveniant, dein poſt xiv. aut xx. dies Empyematis plane facti ſigna erunt, reſpiratio difficilis &c quibus adde ſitim, febriculam fere continuam, totius inquietudinem, vigilias. *Willis,*

Quinetiam in his *fluctuatio* ſæpenumero non obſcure auditur, niſi puris craſſities, aut copia, quæ totam thoracis cavitatem impleat, illam impediat: De *difficili reſpiratione* nota, etſi rupto abſceſſu dolor lateris ſedetur, & hinc diaphragma & thoracis muſculi liberius moveri poſſint, quia tamen Pulmo à circumfuſo pure gravatur, ut libere moveri non poſſit, & præterea quædam puris portio in ſpongioſa pulmonis ſubſtantia imbibitur, unde Pulmo gravior redditur, bronchiaque à pure imbibito obſtruuntur, reſpiratio difficilior redditur. Ex illa etiam puris in pulmonem & bronchia tranſmiſſione *ſputum purulentum* exoritur, quod etiam factum Empyema ſignificat; non ſemper tamen puris excretio fit ob illius craſſitiem, ob quam ad bronchia pervenire non poteſt.

De Febre Lenta comite, continuo infeſtante, nota eam partim hecticam partim putridam videri interdiu mitiorem, noctu vehementiorem: *Sudores* etiam multos, noctu præſertim advenire. *Tuſſim* crebram & moleſtam, temporis proceſſu in maxillis ruborem apparere, oculos concavos reddi, ungues incurvari, pedes intumeſcere, & puſtulas circa pectus erumpere, acriore puris parte ad extremam uſque cutem penetrante. *Riverius.*

4. *Signa ſunt*) Adde his *Febrem lentam*, partim *putridam*, partim *hecticam*, præſertim ubi affectus diuturnior & conſummatus eſt; quæ continuo infeſtat, ob cordis intra Pulmones abſconditi viciniam, & p. naturalem ſanguinis corrupti fermentationem. At quod *Gul. Clemens* ex *Aëtio* & *Fernelio* Empyema *ſine febre*

obſervarit rarius eſt, nec niſi de ſpurio forſan intelligendum. *Stranſſius.*

5. *Reſpiratio difficilis*) Eo quod Pulmo à circumfuſo pure gravatur, & tara illius ſubſtantia aliquam ejus partem imbibit, ſic libere moveri nequit: quamvis hoc ſymptoma aliquando in Empyico defuiſſe *Panarolus Pent. 1. obſ. 46.* atteſtetur. *Stranſſius.*

6. *Sputo, tuſſique purulenta*) Non ſolum à partis ulceratæ ſuppuratione, uti vulgus Medicorum dicentium, *Ubi pus illic ulcus*, cenſet, ſemper pus gignitur; ſed & à ſanguine in pulmonum inflammatione, citra ipſorum exulceratiooem, in ipſis maturato, & in pus converſo, exſpuitio illa purulenta in Peripneumonia & Pleuritide ſuboritur. *Platerus.*

6. *Sputo, tuſſique purulenta*) Sputum quandoque etiam eſt *cruentū*, quia vaſorum ſanguifluorum orificia ab eroſione quadam, vel aliis quoque modis aperta, ſanguinem vomunt. *Stranſſius.*

7. *Tuſſi*) Moleſta eſt, & plerumque perpetuo affligit, propter indeſinentem fere partium reſpirationi dicatarum irritationem, Interim aliquando quendam ſuppuratum nullam Tuſſim fuiſſe expertum *Severin. in crit. p. 8.* annotavit. *Stranſſius.*

8. *Doloris gravantis*) Qui percipitur cum quadam *materiæ fluctuatione*, maxime ſi æger ſubito decubitum mutet, qui, ſuſpenſo pure, in parte ſana gravior eſſe obſervatur. Rupta interim vomica *Dolor* quandoque mitior, ægerque ſibi ſanus videtur, teſte *Hippocr.* & hinc *Galenus l. de Dyſpnoea c. 10.* Empyema inter vitia indolentia reponit. *Stranſſius.*

9. *Cauſa eſt*) *Cauſas mediatas remotiores* ad generandum Empyema facere conſtat; Et quidem in claſſe *i. Rerum natur.* merito *Temperamentum*, tum cal. & hum. tum cal. & ſiccum recenſetur, quandoquidem qui ſanguine multo aut bilioſo abundant, Medicorum conſenſu ad hunc affectum proni ſunt. Hinc *ætas juvenilis 5. aph. 9.* annumeratur in qua cum ſanguinis multitudine etiam ejus fervor concurrunt.

ij. In claſſe *Rerum non natur. uſus alimentorum* humores acres, mordaces & flatulentos generantium frequentior, & *medicamenta* calidiora & acriora, vel peculiari facultate (qualem in *Lepore marino* Galenus agnoſcit) prædita, plurimum valeot; Ex *ſuppreſſione menſium* ortum memorat *Montanus conſ. 277.*

iij. Ex Rebus p. n. ortum ducit ex *Angina*, *Pleuritide*, *Peripneumonia*; Symbolum aliquando conferunt *contuſiones*, *lapſus*, *caſus*, *vulnera thoracis*: *Parotides* neglectæ juveni Empyema lethale intulerunt. Vide *Miſc. cur. Anni 3. obſ. 50.* L. *Stranſſius l. c.*

9. *Cauſa eſt &c.* Quandoquidem Empyema nunquam primario & per ſe incipit, ſed aliorum morborum haud rite judicatorum fere ſemper effectus ſive productum eſt, circa Cauſas ejus non opus eſt multum inquirere. Ratio formalis, ſive cauſa conjuncta ſatis innoteſcit, Ea ſcil. eſt materia purulenta, è pleura, pulmone, aut larynge in thoracis cavitatem effuſa; cauſæ autem reliquæ affectuum præviorum propriæ ad cujuſque iſtuum ætiologiam pertinent. *Willis.*

10. *Purulenta ſordities*) Circa materiam morbificam quædam diſceptatio eſt, quippe alii hanc merum Pus: alii non hoc, ſed materiam purulentam eſſe contendunt; qua in opinione eſt Joh. *Heurnius* qui materiam purulentam pro Empyematis cauſa conjuncta ſtatuens, inter haoc & merum purumque pus diſtinguit, aſſerens hoc fieri ab *humore nutritio ſanguineo, hoc eſt, ab ipſo ſanguine aliquatenus corrupto, ſed pepaſmi capaci*, *Materiam vero purulentam*, *humorem excrementitium*, viz. *ſerum* aut *ichorem* eſſe, qui à ſanguine inter circulandum alicubi præpedito & obſtructo provenit.

Hinc obſervare eſt de abſceſſu qui pus verum & laudabile exhibet, eum plerumque compactum, undique concluſum, & vel cyſti vel privatis quaſi mœnis eſſe obvolutum, dein poſtquam maturatus & perruptus humorem contentum effundit, cito ac facile ſanari.

Verum abſceſſus materiam purulentam præbens nidum ſuum non ita conſtipatum, & parietibus obſeptum, ſed plerumque inæqualem & ſinuoſum obtinet, atque diſruptus ſaniem potius quam pus effundit; de ac ob perannem humoris excrementitii ſcaturiginem ægre ſanatur.

Quanquam autem iſtam puris & materiæ purulentæ diſtinctionem haud multom improbamus, attamen nec ſolummodo hanc, nec ſemper iſtud Empyematis cauſam conjunctam eſſe ſtatuimus, Quando hic morbus Pleuritidi ſimplici ſuccedens, ab apoſtemate in latere ſuppurato & diſrupto oritur, ſæpiſſime purum merumque pus eſt, quod in pectoris cavitatem decidens morbum iſtum implet.

Sin vero Empyema Peripneumoniæ ſoboles ſit (niſi Pulmonis vomica intercedat) materies ichoroſa circa phlegmones locum aggeſta, & poſtea meta coctione craſſeſcens, pulmonis unitatem ſolvit, & tandem membranam inveſtientem perſorans, indéque in thoracem exundans, Empyema producit, Iſta materia purulenta potius quam merum pus dicatur. *Willis.*

Curatio eſt 11. Alicujus ſpei, *ſi* febris à ruptione ceſſat, extincto foco, & facilis reſpiratio: *ſi* æger cibos concupiſcit: *ſi* anacatharſis libera & liberalis, púſque probum: *ſi* pauca & figurata alvi excrementa, œconomia naturali bene conſtitura, *ſi* dextri lateris eſt, cordi non ita vicini: *ſi* ad ſectionem vel uſtionem pus album effluit.

Nullius, *ſi* poſt ruptionem febris adhuc affligit: *ſi* 14. totus thorax in reſpiratione attollitur: *ſi* tota cavitas occupatur: *ſi* ſiniſtrum latus: *ſi* pus lividum, ex nativi caloris morticinio; *ſi* viride, ex incendio exurente, quod etiam ſpumoſum & fervidum; ſeu cœnoſum & 15. fœdi odoris, à caloris extinctione & partis corruptione: *ſi* alvus liquida, nutritiis partibus ad marcorem tendentibus; *ſi* purulenta; *ſi* ſurditas ſupervenit, quia eam ob virium exſolutionem nigra & cruenta dejectio, quæ lethalis, ſubſequi ſolet: *ſi* ſpecillum à pure velut ab igne coloratur, quia id puris feritatem indicat: *ſi* ad ſectionem vel uſtionem ſubcruenta & fœtida exeunt: *ſi* ad eandem pus aut aqua univerſim effluxit.

Reſpicit I. 17. *Suppurationis concoctionem*, per calida & humida cataplaſmata.

II. *Abſceſſus ruptionem*, quæ ſalſorum eſu, crebris ſputationibus & ſternutationibus, &c. perficitur

III. *Puris evacuationem*, ubi 18. quo natura vergat, nempe 19. an ſurſum verſus, an 20. ad inteſtina vel [illegible] veſicam videndum. 21. Sputum procuratur egregiè ol. *ſulphur.* & *Spiritu terebinth.* decoctis pectoralibus permiſtis. Laudatus 22. ſuccus *hederæ terreſtris*, *praſſii*, *cum thure*, *myrrha*; *diapenid.*

diapend. in Looch compoſitus. De *Ebeni decocto & Teſtudinum Syrup.* vide *Zacutum* l. 8. c. 11.
[23]. Hi[s] [ni]l proficientibus, ad [24]. *ſectionem* & [25]. *uſtionem* perve[n]iendum: de quibus vide Authores. Tutiſſimus inter 5. & 6. vel 4. & 5. coſtam ſection's loc[us], [u]nc ſi humilior diaphragma lædatur, commodiſſimus inter 3. & 4. vel inter 2. & 3. puri educen[d]o.

[11]. *Eſt alienius ſpes*) Morbi hujus Prognoſis tum ante, tum poſt ſectionem inſtituitur: Prius determinat utrum [ſ]tatus [...] tu[r]i [ha]beat necne: Item prædicit cujuſmodi cum [...] e apertione morbi eventus futurus ſit: ſi [Em]pyema [tar]dius poſt primarium affectum, ſcil. non ante xxx aut xl. dies, quando vires plurimum attritæ, atque Pulmo[nes] vitiati ſunt, eorumque conformatio læſa, ſuccedet, ac [ſi] ſimul [...] febris velut hectica perſiſtet, reſpiratio brevis ac laborio[ſ]a, Pulſus debilis & celer, cum ſudor[e] [fr]ig[ido], cumque diarrhœa velut colliquativa, & crebris ſpirituum deliquiis, tunc Empyici ſtatus plane deploratus ſ[e]ctionem minime admittit. Medicus enim ſinat in[s]tuente morte ne videatur occidere. Sin vero è contra poſt manifeſta Empyematis maturius facti indici[a] [p]ulmonū aut lateris moleſtia, nec non febris aliaque ſ[ym]ptomata remittent, atque pulſus & ſpirituum robur conſtabunt, licebit tuto ad ſectionem procedere indeque ſucceſſum felicem ſperare; Sectione facta, ſi pus album, verum, bene coctum, aut aliàs laudabile cum e[...]tionæ exilit, & exinde pectoris gravitas & dyſpnoea [...], & æger quoad alia pathemata melius ha[bet], [de] [t]herapeia minime dubitandum erit: Sin vero pus multum aut malum, ſi tenue, ſi ſubcruentum, aut fœtidum ea latere aperto effluit, pereaiguam eainde ſalutis ſpem concipere licebit. *Willis.*

Signa Prognoſtica præcipua preponuntur ab *Hippocrate 2. prognoſt. t. 63.* His verbis, *Suppuratorum y. potiſſimum ſuperſunt quos febris eadem die dimiſerit poſt ruptionem, ac cibum citius appetunt & ſiti liberati ſunt, & venter exigua ac conſiſtentia dejicit, & pus album, leve concolorque eſt, & vacans pituita & abſque labore ac valida tuſſi expurgatur, Itaque optime quidem ſic ac celerrime iudicantur, Sin minus, quibus ad hæc proxime accedunt: Moriuntur vero y quos febris non deſerverit, aut cum videretur deſerere, denuo recaleſcens innoteſcit, & ſitiunt, nec cibum appetunt, alvus humida eſt, pus viride lividumque ſpuunt, vel pituitoſum ſpumoſumque: Pereunt ſi hæc deſint omnia. At quibus alia veniunt, alia non, horum quidam intereunt, quidam in multo tempore incolumes evadunt.*

Si xl. dierum ſpatio per ſputum non repurgetur Empyema, in Tabem degenerat, quæ mortem accerſit. ea *Hippocr. aph. 15. 5.*

Quicunque ſuppurati uruntur vel ſecantur, ſi pus purum fluxerit & album, evadunt, ſi vero ſubcruentum, fæculentum ac fœtidum pereunt. *Aph. 44. 7.*

Empyici melius habentes, & qui fere expurgati videntur, ſi ſputum fœtidum excernant, eum recidiva intereunt. *Hippocr. in Coacis.*

[12]. *Alicujus ſpei*) Affectus hic non quidem abſolute lethalis (ſiquidem *Galenus l. de loc. aff. 5. c. 9.* licet non paucos qui plurimum puris in thorace collegiſſent, periiſſe fateatur, complures tamen ſervatos etiam fuiſſe teſtatur) interim valde periculoſus eſt, non tantum ob *ſymptomatum* [...], aut partis affectæ præſtantiam, ſed etiam quod vires in omnibus ſuppuratis, plerunque morbi præcedentis violentia jam imbecilliores redditæ fuerint, & non raro Pulmonis exulceratio concurrat. Et ſicuti ſymptomatum gravitas Empyema, morbum alias teſte *Galeno aph. 1. 12.* ſua natura chronicum (cujus terminum *Hippocr. 5. aph. 1[5].* xl. diem, ſi à vomicæ eruptione numeremus, conſtituit) breve ſæpe efficit malum, adeo ut ægri, accedente præſertim aſthmate & orthopnoea, celeriter quandoque ſtrangulentur; Ita vires ſi valuerint, morbus ſit mitior, æger juve-

nis, & morbum, juxta *Hippocr. ſ. 24. Pr[æ]n. t. 8.* bene ferat, [ſ]iquave ſymptomata minus urg[eant], ſputum facile educatur, [ce]rta plerumque ſalutis ſpes affulget, ſin ſecus res habuerit, ſputum ſupprimatur, vel ſit cruentum & fœtéat, extremæque partes (4. aph. 48.) frigeant, tunc fere conclamatum eſt. *Strauſſius.*

[12]. *Anacatharſis liberu & liberalis*) Per hypocatharſin aliquando & diureſin pus evacuari contingit: quod ſi validis viribus contingat, & ſatis copioſè expurgetur, ſalutem portendit: Licet rara ſit hæc puris per alvum aut urinas evacuatio, illa tamen à *Galeno*, *Paulo* & *Aetio* proponitur, tum viæ per quas fit à *Galeno* proponuntur *3. loc. aff. c. 4.* quæ occultæ non ſunt poſita ſanguinis circulatione.

[13]. *Si dextri lateris eſt, cordi non ita vicini.*) Cor medio in thorace ſitum, conus ejus ad lævum deflectit. Pulſat cor ſiniſtro in latere, quia ibi ventriculus ſiniſter, qui mobilior cenſetur, quapropter ſi pus ſiniſtro latere concluditur, magis noxium eſſe poteſt.

[14]. *Totus thorax in reſpiratione attollitur*) Ob magnam puris copiam.

[15]. *Fœdi odoris*) Advertere eſt utrumque homorem, ſcil. tum pus, tum materiam purulentam interdum inſigniter fœtere; quandoque item odore quovis tetro prorſus immunem eſſe. Quædam apoſtemata maturata, & diſrupta pus fœtidum, alia inodorum effundunt. Pulmonum vomicas, quin & partium aliarum phlegmonas, ita diverſim habuiſſe ſæpius notavi, materies purulenta è pleriſque ulceribus effluens graveolet, Phthiſicorum ſputa, quæ multo magis periculoſa exiſtunt, utplurimum inodora ſunt.

Uſitatum eſt è latere propter Empyema perforato materiem primo haud inſuavem exundare, dein poſt duos vel tres dies, aëre orificium ſæpius ſubingreſſo, eum horrende putuiſſe; quæ tamen putiditas poſt injectionem ſpiritus cujuſvis vinoſi aut aromatici rurſus brevi evanuit: Multi tædii res eſſet ſingulorum hujuſmodi accidentium & alterationum rationes particulares deſignare, in quantum perexigua tantum puris, aut materiæ purulentæ alteratio iis fœtorem inducit adimitque. Cum particulæ ſulphureæ æqualiter coctæ, & ſalinis ſubjugatæ in mixto continentur, graveolentia abeſt; quamprimum vero illæ ſolutæ avolare incipiunt, ſecumque ſalinas, è quibus aculeantur, auferunt, odorem valde tetrum quaquaverſus diffundunt.

Quod autem ulceri putrido, aut Empyematis ſudo[r]i[o], vel injectio cum liquore vinoſo aut aromatico aliquoties adhibita ſæpius fœtorem tollit, in cauſa eſt quoniam ulceris, haud ſecus ac teſtæ putentis, latera quodam quaſi fermento liquorem contentum inquinant, adeoque fœtorem imprimunt: cùmque adeo à liquore bene temperato & potente illud vaſis aut viſceris fermentum eluitur aut ſubigitur, deinceps fœtoris iſta propagatio ceſſat.

Hinc ſequitur indicium non ſemper malum, neo itaque valde bonum eſſe, ſi quando phthiſicorum ſputa, & empyematicorum abſceſſus cum, vel ſine graveolentia excernuntur, quoniam utrinſque generis caſus quoſdam ſalubres; alioſque funeſtos extitiſſe cognovi. Adhæc non certius indicium inde ſumitur quod phthiſicorumquorundam ſputa aquæ injecta ſupernatant, aliorumque ſubmerguntur. *Willis.*

[16]. *Si ſpecillum à pure &c.* Hippocr. inter ſigna Empyematis funeſti prænuntia recenſet ſpecillum à pure velut ab igne coloratum; ſive, quod ſæpe advertimus,

& nonnunquam abſq; malo eventu, ſi ſpecillum argenteum lateri aperti orificio indatum ſtatim colore tanquam aureo aut cupreo tingetur, quod certè nihil aliud ſignificat niſi quod puris, aut materiæ purulentæ, particulæ ſulphureæ adeo exaltantur, & à mixtionis vinculo laxantur, ut facile abſcedentes corpori cuilibet alteri, & inprimis argenteo (cui affines ſunt) affigantur: Vidi aliquando ferinam, à longa & laborioſa venatione occiſam, ſtatim ob epulas coctam in clibano non modo tenerrimam, ut cochlearibus eximi potuerit, evaſiſſe, ſed etiam cochlear argenteum nitidum primo contactu deauraſſe, Cujus ratio prorſus eadem ac prioris eſt, nempe carnes iſtas à nimio, dum viveret animal, exercitio, adeo ad putredinem diſpoſitas fuiſſe, ut ſulphuris particulæ à concretione liberæ, & ad evolandum aptæ, ſubjecto ſtatim alteri capaci adhærerent. *Willis.*

Curatio.

17. *Suppurationis concoctionem*) Si prohiberi nequeat Suppuratio, adjuvanda eſt cataplaſmatis convenientibus.

℞. *Rad. alth.* ℥iii. *fic. pingu. n°. x. paſſul. mund.* ℥i. *flor. chamom. & melil.* ãã. p. j. *coqu. omnia perfecte, deinde contundantur, & per cribrum trajiciantur; adde farin. ſem. lini, fœnugr. & tritic.* ãã. ℥ij. *ol. lilior. amygdal. butyr. recent. & terebinth. Ven.* ãã. ℥ß. f. Catapl.

Ad concoctionem & maturationem intus etiam juvandam, Apozema ſequens in uſum vocari poterit.

℞. *Rad. alth. & ſymph. mai.* ãã. ℥j. *fol. agrimon tuſſilag. ſcabioſ. capill. ven* ãã. m. j. *quat. ſem. frig. mai.* ãã. ℥j. *ſem. aniſ.* ʒj. *liquir. raſ. & paſſul. mund.* ãã ℥j. *flor. iij. cordial. & chamam.* ãã *p. j. f. Decoctio ad* ℔iß. *In colat. diſſolve ſyr. de tuſſilag. de liquir. & ſacch. c.* ãã. ℥ij. *f. Apozema, aromatiz. pulv. rad. Ireos Flor.* ʒj. *pro v. doz. matut.*

In eundem finem utatur Eclegmate ſequenti

℞. *Pulpæ ficuum pingu.* ℥j. *butyr. rec.* ℥ij. *ol. amygd. d. rec. ſine igne extr.* ʒj. *ſacch. c.* ℥ij *amyli* ʒij. f. Lohoc capiat lambendo.

Tereb. Veneta aqua hordei lota, ad ʒiii. exhibita cum *pulv. liquir.* multum prodeſt ad maturandum, diſcutiendum & detergendum. *Riverius.*

17. *Suppurationis concoctionem*) Ad concoctionem ſeu maturationem Abſceſſus, quem alioqui in pectoris cavo genitum Empyema producere exiſtimant, ut citius antequam graviores noxas afferat, rumpatur, quidam quæ illud efficiunt pectori applicant; Quæ nos eo nomine potiſſimum aliquid præſtare putamus, quod excoquendo pus, ut facilius tuſſi poſtea excernetur, opitulentur. Atque ita Emplaſtrum *Diachylum magnum*, vel *Ireatum*, ſimiliaque admoveri poterunt.

Quod ſi *maturantibus* ea quæ materiam evocant, metaſyncritica dicta addantur, tunc quia præter puris elaborationem, illud ad ſuperficiem trahendo, cutemque ſimul rarefaciendo, ut illic exitum quærens tuberculum protrudatur efficiunt, locumque ubi ſectio fieri debet, illudque emitti debeat demonſtrant, hocque pacto præcipue juvant, cujus rei gratia ſequens conveniet.

℞. *Rad. alth. bryon. irid.* ãã. ℥ii. *ficuum par. x. dactylor n°. vj. flor. chamom melilot.* ãã. p. j. *ſemin. fœnugr. lini* ãã. ℥j. *coquantur & contundantur adde olei lilior.* ʒij. *de piperib.* ʒj. *ſem. ſinap.* ʒij. *ferment.* ℥j. *f. Catapla*[illegible].

Puatio ſupra pectus facta, ſi de puris collectione magna co[illegible]que ex fluctuatione & prominentia quadam [illegible]re cognoſcatur, ut magis ſe tuber[illegible]m [illegible], convenire poterit. *Platerus.*

18. *Q[illegible] natura vergat*) Si moliatur aliquid natura, ſemper miniſter ejus eſt Medicus, dum quo illa vergit vide[illegible], eo ſimul motum ejus promovet. *Etmuller.*

19. *An ad inteſtina*) Si natura ad alvum pus d[illegible]dere conetur, Potio ex *ſyrup. de alth. Fernel. oxymel ſaccharin. & manna cum ol. amygd. dulc. recent.* [illegible] *aq. ſcab.* parata, & frequenter uſurpata teſte *Ve*[illegible] *obſ. 29. c. 20.* egregie prodeſt. *Stranſſius.*

Enatum ex Pleuritide Empyema, cum alia non profeciſſent, ſequenti Potione ex *ſyr. dialth.* [illegible] *oxymel. ſacch. & manna* cum *oleo a*[illegible]*d. d. rec. & aq.* [illegible] *ſcabioſ.* feliciter curatum Romæ accepimus à *Matthia Baccono* Anglo, Pure nimirum alvo proclivius quam ore expurgato. *G. H. Velſchius obſ. 29.*

8. *An ſurſum verſus*) Si rupto abſceſſu & collecto jam Empyemate pectoris, Naturam [illegible] moliri obſervat Medicus, pro copia puris, dum vires adhuc conſtant, evacuandum, inprimis *Vomitus* convenit, cujus inſignes utilitates pluribus *Car. Piſo lib. de colluvie ſeroſa* indicat. *Idem.*

20. *Vel veſicam*) Alias *Galenus 5. ſimpl.* [illegible] monet diuretica ad expectorationem puris promovendam inepta eſſe, eo quod natura illorum ſit calefactoria & exſiccatoria, tum & concoctoria & ſecretoria; ſeu pulmones per vias urinarias minus commode expurgantur. *Riedelius.*

20. *Vel veſicam*) Sane pus Empyemaci per urinam excretum, cum dolore quaſi nephritico & ſtranguria refert *Horſtius l. 3. obſ. 10.* Vide *Borellum cent. 1. obſ. 17.* Ipſemet curavi mulierem gravi pleuritide correptam, ſuppuratam, cui ſupervenit fœtidiſſima purulentæ materiæ urina, qua per plures vel x. dies continuante cum ſenſibili allevatione ſanabatur, facit huc quod refert *Hildanus Cent. 5. hiſt. 39.* Ulcus diuturnum in brachio ex ictu ſclopeti, quod quia per urinam pus excernebatur, ulcus ſanabatur; quamprimum vero ulcus recenter fluebat, tum patiens rurſus urinas laudabiles nullo pure permiſtas reddebat. *Idem.*

21. *Sputum procuratum egregie*) Sputum inprimis promovendum ut hujus medio ceu per proximas vias, modumque magis ordinarium puris fiat evacuatio. Pro quo ſcopo *Nicotiana* eſt egregia. In ſputo hoc promovendo habendi ſimul ratio materiæ purulentæ evacuandæ, quæ quo acrior fuerit, ac tenuior, eo magis *temperantia* ſimul uſurpanda ſunt: Quod ſi vero *non acre* ſed craſſius ſit pus evacuandum, incidentia & abſtergentia magis in uſum vocanda. In ſpecie *mel*, & ex eo paratum *hydromel*, ſeu *aqua mulſa*, *oxymel. ſquill.* inter expectorantia primatum ducunt, in qua mulſa *hyſſopum*. *ſcabioſa*, *parietaria*, *parietaria*, *helenium*, *iris*, *marrubium*, *liquir jujuba*, *paſſula*, pro indicantium varietate ſimul incoqui & prop[illegible] poſſunt.

Vel fiat miſtura Expectorans.

℞. *Aqu. hyſſopi* ℥iij. *aſthmatica* [illegible]ij. *oxym. ſquill.* ʒvj. *ſyr. nicotian.* ℥ß. *cinet.* ʒiß. m. ſumatur pro libitu. *Etmuller.*

Ego curavi quoſdam, de quibus conclamatum erat hoc ſucco,

℞. *Ruberrima recentia braſſicæ folia, jubeo conſcindi, Lat olla indi, coquique obturato vaſe, liquor is præbeatur cum ſacchare* mane & veſperi. *Joh. Heurnius lib. de Pect. morb c. 8.*

Ad vo[illegible]cam rumpendam miram poteſtatem hoc habet,

℞. *Fol. hyſſopi m. ij. ſquillæ* ℥j. *coque diligenter* deinde

℞. *Hujus* ℥v. *ſyr. de praſſio* ℥j. *oxym. ſcyll.* ℥ß. Prodeſt etiam [illegible] *ſtercus equin. melle* vel *oxym. ſcy*[illegible] ſolutum, & thoraci adhibitum. *Mercurialis Pr.* [illegible] *2. cap. 7.*

21. *Sputum procuratur egregie*) Ut materia peccans per

ſputum evacuetur, Expectorantibus frequenter uti proficuum fuerit, quem in finem *aqua ſacch. hordei*, *hydromel*. & *Ptiſana* cum *melle* permiſta in omni Empyemate conveniunt, Interim delectus remediorum minime negligendus; proinde ſi *Pus acre* peccet, *hordeum, jujube, ſebeſten, paſſula, liquir. amygd. d. Pinea, ſem. malvæ. ſyr. violar.* troch *bechics albi. & flavi*, ſpec. *diamarg fr. ſagapen*. Pulvis *Haly, ſacch. roſac.* &c. maxime proſunt.

Ubi vero *Pus non acre*, ſed *craſſum* potius, *attenuantia* & *abſtergentia* requirit, laudatis bechicis admiſcenda, quæ ea *hyſſopo, tuſſilag. pulmonar. vera, ruta, ſcab. capill. vener. beton. hyperic. ſymph*. præcipue ea *helenio* variis ſub formulis parari poterunt. Nihil quoque *hedera terr.* & *veronica* in Apoſtematibus internis efficacius à *Caratone* obſervatum, Pertinent huc *Trugea* *eſſer. Michael. Rolfinc.* aliorum.

Lactis quoque *aſinini potu* Empyicum plane ſanatum ſcribit *Zacutus l.1.Pr.Adm.obſ.119.*

Præter Lac, non præſtantius remedium *Decocto ligni Ebeni*, hujúſque ſe deſperatum Empyicum reſtituiſſe perhibet.

Non exigui inſuper ponderis ſunt *Potiones vulneraria*, ex *ſanicula, ſcabioſa, veronica, piloſella, pimpin. vinca pervinca, plantag. hyperic.* &c. *hydrom.* coctis, item *terebinth.* cu *aqua plantag.* lota, & cum *extr. ſcquir. helen. ſymph.* &c. in *forma pilul.* ſæpius exhibita, additis *ocul. cancr. ebore* ſine igne, *Antihect. Poterii*, &c. *Strauſſius.*

22. *Laudatur ſuccus hederæ terreſtris*) Chamæciſſus, ſeu hedera humilis, quæ humi repit. In primis qualitatibus calidam & ſiccam eſſe arguit odor & ſapor. Cum acrimonia enim quadam amara eſt, odoris non injucundi; ut putem in utraque combinatione aſcendere ad 2. gradum. Propter has dotes habet ſuam prærogativam in obſtructionibus viſcerum. *Syrupum* ex ea habemus duplicem, ſimplicem & compoſitum, quem *Pulmonarium* vocant, Illius uſus eſt in viſcerum obſtructionibus; hujus in phthiſi, aſthmate, defluxionibus omnibus. *Hoſmannus de Med. Off. pag. 160.*

Vulneraria inter præ cæteris excellit *Hedera terreſtr.* omnibus cæteris præferenda, cujus *decoctum* aut ex *ſucco* paratus *ſyrupus*, item *Pulvis* aliis addita, aut cum *antimonio diaphor.* aſſumpta, ſunt nobiliſſima, hinc ſunt qui maxime æſtimant

℞. *Succi hed. terr.* ℥iv. *praſſii* ℥ij. *thuris. myrrh.* āā. ʒj. *ſacch. parum redigantur ad ſyr.* conſiſtentiam, & ſubinde uſurpe tur. *Etmuller.*

23. *His nihil proficientibus*) Si morbi hujus indicia minus certa. (uti à Peripneumonia ac Pulmonis vomica prævüs pleruinque aſſolet) prorſus dubia ſint, ad ſectionem haud cito nimis aut temere procedatur. Novi enim in aliquibus materiam purulentam, imo pus fœtidum, eum inſigni dyſpnoea & pectoris gravitate exſpuentibus, thoracis paracenteſin & fruſtra, & prorſus innoxie celebratam fuiſſe.

Itaque dum per pathognomonica ſigna de Empyemate plane facto conſtabit, medicamentis (qualia pro Peripneumonia curanda præſcribuntur) expectorantibus, nec non evacuationem per urinas & ſudores blande moventibus, aliquandiu inſiſtendum erit, quibus tandem nihil proficientibus, & Empyemate adhuc manente. vel aucto) quia dummodo vires conſtabunt præſtat remedium anceps experiri quam nullum) ad paracenteſin procedatur. *Willis.*

Artificiales viæ pro evacuando Pure, ſunt *Paracenteſis*, quæ ubi priores naturales vel non ſuffecerint, vel non ſuffecturæ ſuſpicio eſt, *in tempore* inſtitui poteſt, In *tempore* dico, ut quando natura non expurgat Empyema per *urinam*, ſtatim inſtituenda *Paracenteſis*, ne pus in ſaniem convertatur, ne vires frangantur, ac Pulmo à ſanie corrumpatur. *Etmuller.*

24. *Sectione*) Si de collectione puris certi ſimus, atque illud ex *tuberculo* in intervallis coſtarum prominente, & fluctuatione cognoſcamus, ſectione pus omnino erit educendum, cum alia via inde evacuari tanta illius copia minime poſſit; per quam ſi Empyema citra exulcerationem Pulmonum fieret, curari poſſet; Et licet ſi illa ſimul adſit, & ſectione facta cura non ſuccedat, tamen cum ſine ea Empyema curari nequeat, ſatius erit in extremo morbo extremum remedium, quod tamen ſine periculo adminiſtrari poteſt, tentare, quam ægrum deploratum relinquere, Eóque magis cum, etſi non conferat, quia tamen cauſam hujus affectus pus & pulmonum corruptionem fuiſſe patet, uti & quo i ſanari non potuerit, nos à culpa omni commiſſi erroris liberamus.

Sed & etſi de Empyemate dubii eſſemus, adhuc, dummodo de Pulmonum corruptione conſtaret, ſi mature ſectio inſtitueretur, forte ad curationem non parum afferret utilitatis, cum tunc per hoc foramen inciſum, pus è corruptis pulmonibus atque thorace, ſi illi etiam adhæreret, quod alioquin per ſuperiora tuſſi ægre, necdum ſufficienter exſcreari poteſt, facilius expurgaretur; Et quod in ſectione per hoc vulnus ad Pulmones uſque, quo alioquin remedia aſſumpta vix perveniunt, penetrare, indéque rurſum è pectore effluere poſſent Qua ratione quendam, cui à vulnere inflicto Pulmonum portio computruerat, ſanatum fuiſſe novimus. *Platerus.* Vide hiſtoriam Cap. iij. de Vuln. Pulmon §. *Ad modum aliorum vulnerum*) modum inſtituendæ Paracenteſis vide in Chirurgia.

24. *Sectionem*) *Sectio* (quam ſemper *uſtione* commodiorem judicat *Horſtius*) ſæpe feliciter ceſſit, hacque ſervatus eſt Nauta Ulmenſis apud *Scultetum Arm. Chir. p. 90.* Puero, de quo *Platerus p. 733.* ob pulmones purulentos, nil juvaminis afferre potuit. Empyematis ſectionem adhibitam ſe vidiſſe refert *Willis*, quorum unus convaluerit alter tabidus interierit; Rationem hanc addit, quod ille Pulmonem ſatis validum habuerit, hic pulmone inſigniter vitiato, viribuſque proſtratis, lateris apertionem ſerius admiſerit, Apertione facta evaſit quoque Puer apud *Riverium cent. 2. obſ. 73.* Nimirum felici quandoque cum ſucceſſu adhibitum hocce auxilium conſtat, ita quoque plures, referente *Tulpio l. 2. obſ. c. 4.* inſtitutum eſt infeliciter: quare prudentia hic opus. *Strauſſius.* Cautelas vide in Chirurgia.

14. *Sectionem aut Uſtionem*) Si aperto thorace pus debite non fluat, ſequ. Empl. eliciendum eſt, quod ex omnibus abſceſſibus pus potentiſſime attrahit & foras educit

℞. *Reſinæ pini rec. & odor.* ℔ß. *ol. laur. & terebinth.* āā. ʒij. *gumm. elemi* ℥ij. primo reſinæ in igne liquentur, donec ſimul miſceantur, adde *terebinth. & ol.* omnia bulliant ſimul tantillum, per linteum craſſius colentur, maſſæ iſtius portio extendatur ſuper alutam, f. Empl. ſemel in die hyeme mutandum, bis æſtate; Perforetur in medio duabus aut tribus inciſuris oblongis ut pus attractum effluat.

Dum pus aperto thorace per intervalla educitur, detur bis in die *Potio vulneraria*, quæ ſanguinem expurget, ulcera detergat & putredinem inhibeat.

℞. *Sanic. bugale, ſcabioſ. beton. hyper. card. ben. piloſella, pimpinell. vinca perviac. agrimon. plantag.* āā. m. j. *ſemin. hyper. card. ben* āā ʒß *flor. cordial.* āā. p. j. *coque in hydrom. ad* ℔ ß. *doſis* ℥vj. *ſingulis diebus.*

Hoc eodem decocto poterunt fieri Injectiones in thoracis cavum. *Riverius l. 7. c. 4.*

[24] *Ad ſectionem aut uſtionem*) Imprimis conſiderare oportet utrum morbi hujus, utpote jam facti, indicia certa ſint vel dubia, In priori caſu pharmacia haud multum opus erit, ſed tantum corpore præparato illico ad lateris apertionem procedatur, Itaque ſi à Pleuritide aut Peripneumonia non rite judicatis; aut à ſanguine poſt plagam, caſum, aut vulnus intus ſuffuſo, puris aut materiæ purulentæ, vel ſanguineæ intra thoracis cavitatem fluctuatio, cum ſputo nullo, aut diminuto percipitur, non opus erit ut medicamentis maturantibus, aut expectorantibus amplius immoremur, verum alvo ſoluta, & ſanguine ac humoribus per julapia, apozemata, & anodyna rite contemperatis, aut nuda *ſectio* inſtituatur, aut in teneris & meticuloſis Cauterium, imprimis inter ſextam & ſeptimam vertebram applicetur; dein eſchara excitata, ſcalpellus oblique poſteriora ac ſuperiora verſus ſenſim ac paulatim adigatur, donec in cavitatem thoracis penetret, dein cannula argentea indita materies intus contenta per vices emittatur, ita tamen ut quantum vires ferent, totos humoris evacuatio acceleretur, nam portio ejus intus relicta, intra paucos dies propter aërem intus ſæpius admiſſum fœtorem horrendum contrahet, quod malim ut præcaveatur, aut cito tollatur, liquor traumaticus & abſterſivus bis terve in die per ſyphonem injiciatur; Operationis hujus particularia Chirurgis peritioribus innoteſcunt, & in familiari praxi habentur. Poſt ſectionem, ejuſque adminiſtrationem appendicem rite inſtitutam, Medico haud multum præterea agendum ſupererit. Ratio victus idonea, crebra alvi (quoties opus erit) per *Enemata* ſubductio, Inſuper & remedia vulgo dicta *Traumatica*, quæ ſanguinis diſſolutionem, ejuſque in ſeroſitates pectori injurias profuſionem impediunt, præſcribere oportebit. *Willis.*

Quod ſpectat ad medicamentorum pro Empyemate curando requiſitorum formulas, ante ſectionem eadem remedia quæ ad Peripneumoniam præſcribuntur, conveniunt; Paracenteſi autem facta valent ſeqoentia; Contra *languores & ſpirituum deliquia*, quæ in operatione iſta, vel poſtea contingunt, Julapium ſequens præſto ſit ſubinde ad iv. vel v. cochlearia dandum.

℞. *Aqu. meliſſ ceraſ. nigr.* ãã. ℥vi. *aq. mirab.* ℥j. *margar. pulv.* ʒj. *ſyr. caryoph.* ℥j. m.

Decoctum ſeq. vulnerarium detur ter aut quater de die. ℞. *Fol. lingu. cerv. veron. eupator, tuſſilag. piloſella, ſanic.* ãã. m. j. *rad. rub. tinct. charefol.* ãã. ℥j. *hordei* ℥ß. *cicer. rub.* ℥ß. *paſſul. Solis* ℥iß. *coqu. in aq. font.* ℔. v. *ad medietatem, Edulcoretur interſumendum ad placitum cum melle depurato, vel cum ſyrupo de piloſella.*

Si abſit febris Pilulæ ſequ. ſumantur veſperi & primo mane ad ℈j. vel ʒß.

℞. *Pulv. ocul. cancri* ʒij. *flor. ſulph.* ʒj. *ſalis prun.* ʒß. *ſpec. diarrhod. abb.* ℈j. *terebinth. Veneta lota q. ſ. f. maſſa fiant Pilula exigue,* Vel omiſſa terebinth. idem medicamentũ ſumatur in forma *pulv.* ʒß. ad ℈ij. bis in die. *Willis.*

[25] *Et Uſtionem*) Uſtione etiam Pectus aperiri poſſe docet *Hippocrates*, Quæ cauterio actuali tum potentiali, in ima pectoris uſque viam vix patefacere poſſit, perficienda eſſet; Verum cum non ſatis tutum ſit ferrum candens imprimere, *ſectione* hoc tutius præſtabitur. *Platerus.*

Uſtione multos ab Ægyptiis Empyicos Pr. Alpinus cum admiratione vidit curatos, (*3. de med. Ægypt. c. 2.* Hunc in finem *Hippocr. l. 3. de morb.* §. *27. & 28. cauterium* adhibuit actuale, quod etiam admittunt *Parens, Severinus Pyrot. l. 1 p. 2. c. 36. Rondeletius*, qui Medicorum non minus ac adſtantium & ægrotorum timiditatem incuſat, Interim illud, ceu crudele ac corpori debili inidoneum, taléque inſuper ſubſidium unde febris inteodi, & pleura inflammari rejicit *Fienus l. de Oper. Art. Chirur. controv. Tr. 5. c. 8.* cujus ſententiæ oonnulli è veteribus & recentioribus ſubſcribunt) Formidabile hinc remedium vocat *Pulverinus Pr. c. 42.* Præfert ergo Potentiale cauterium *Liebautius, comm. in aph. 7. 44.* quod etiam ſummo cum emolumento ſub alis excitavit *Zacutus l. 1. Prax. Adm. obſ. 122. Strauſſius p. 88. Part. 2. Pal. Med.*

Apud nos juvenis quidam à me fuit liberatus, qui per annum pus in thorace collectum poſt pleureſin geſtaverat, & quaſi abſumptus erat, *uſtus* fuit, & per vulnus purgatum pus: Multos hoc modo curavi, quorum nomina ſupprimo. *Rondeletius Pr. l. 2. c. 15.*

Servus quidam ex curru decidit, læſus eſt in thorace, præſertim dextra in parte. Dolores remediis non ceſſerunt &c. deſperatis in rebus applicatum cauterium, fluxit per dies plus minus xxv. materiæ ſanioſa ad pintas x. convaluit. *Ballonius Epid. lib. 2.*

Cum ſummus *Hippocr.* paſſim hoc remedium uſurpet, nunquid ſatius eſt remedio aliquo cruento & ancipiti certam mortem (ſi aliter facias, & id remedii genus omittas) redimere? Humanum eſt & officii plenum aliqua ratione miſerorum ægrotorum dolores levare, atque id magis ſi cum aliqua ſalutis ſpe. *Idem conſ. 6. l. 2.*

Quantum [26] ad *Differentias* Empyema

I. Aliud eſt *hæmoptoicum*, [27] quando ex vena thoracis rupta, eroſa vel aperta, aut vomica, antequam pus ſit factum, portio ſanguinis in thoracis cavitatem effunditur & putreſcit, pepaſmo verò in pus vertitur.

Cognoſcitur verò *pus fieri* ex *rigore* inæquali & inordinato, qua ratione à periodico in febribus & criſibus diſtinguitur; ex *dolore acerbo*, ob partis diſtentionem, quæ phlegmonici humoris in pus mutationem ſequitur: & *pulſatorio* ob inflammationis vehementiam; ex *tuſſi ſicca*, cum falſa quiete, ob vapores tunicas laryngis vellicantes; ex *pulſu* ſerrato & inæquali.

Pus factum ex *dolore acerbiore*, quia membrum magis diſtenditur; & *gravi*, quamdiu pus in vomica reſidet; *ptyaliſmo*, ob ichoris purulenti reſudationem in vomicæ diſtenſione; *dyſpnæa*, quæ in dolentibus & anguſtiis parva; *ſermonis conturbatione*, quam feſtinationem Valeſcus, *delirium intelligens* vocat.

Pus in thorace præſens, cognoſcitur ex lateris affecti tumore, ex ejuſdem calore, qui vel *tactu* percipitur, vel *filo* bolo Armena aqua diluto, imbuto, appoſito, qua parte citiùs exſiccatur, ſuſpenſa gravitate ægro in ſanum latus decumbente, quia tum pus mediaſtino incumbit.

Si eſt *minus copioſum*, ægri facilius ſpirant, melius ſunt colorati, fluctuatio & ſtrepitus ægro ſe in unum vel alterum latus devolvente, vel ejuſdem humeris aut præcordiis concuſſis ſentitur. Si *magis*, difficilius ſpirant, malæ rubent, minor puris ſtrepitus, quod per arterias in pulmonem ſubvehatur, unde orthopnœa. Eſt [28] vel *dextri* vel *ſiniſtri* pulmonis.

II. Aliud

II. Aliud [19] *Apoſtematicum*, quod ex rupti apoſtematis pure in thoracis cavitatem effuſo oritur, Et hoc

1. *Pleuriticum*, quod [3] pleuritidem excipit, in quo ſi intra XL. poſt ruptionem dies ægri repurgantur, liberantur, vide Coacam 402.

2. *Peripneumonicum* quod peripneumoniam, anacatharſi intercepta, inflammatione in pus faceſſente, & vomica rupta: in quo ægros moderatius quoad tuſſim, dyſpnœam, febrem &c. habentes, ſi ſputa graveolentia inſequuntur, recidiva propter graviorum ſymptomatum regreſſum interimit.

3. *Anginoſum* quod anginam, quando materia è larynge ſeu gutture, aut reſudans aut fluens tranſſumitur per pulmones vomica rupta, in thoracis cavitatem, ut Aphor. V. 10. habetur.

4. *Ulceroſum*, quod ex ulcere thoracis exſurgit.

5. *Traumaticum*, quod ex ejuſdem vulnere extus ſaneſcente, intus non, quia tunicæ internæ coſtis intertextę ſuperficies difficilius coaleſcit quam caro. Confluit inde in ſinum thoracis pus; eóque ibidem ſtagnante, quicquid confluit in pus vertitur.

6. *Tabificum*, quod aut antecedit aut ſubſequitur pulmonum ulcus. *Illud*, quando pus per os non expurgatur, nec ulla ſubſequitur inflammatio. *Hoc*, ex inflammatione fit, niſi ſuo tempore expurgetur.

7. *Tuberculoſum*, quod tardiorem puris in tuberculo concoctionem conſequitur.

8. *Lethargicum*, in quod ut plurimum lethargici incidunt, materia ad pectus decumbente; ibidémque propter expultricis debilitatem reſidente.

III. Aliud [14] *Catarrhoicum* [15] à deſtillatione à capite feroſa, copioſa, acervatim per pulmones abſque inflammatione, in cavitatem thoracis defluente, & quia intra dies XIV. non repurgatur, ſuppurante: in quo æger primò ſalſa, ob pituitæ putredinem, vel ſeri bilioſi admixtionem, mox dulcia ſalſis & amaris per pepaſmum temperatis exſpuunt, quæ, niſi expurgentur, ſalſedinem concipiunt. Fit citra inflammationem, cum febre lenta, ideò pravum, & ſi non expurgatur, corrumpit.

IV. Aliud eſt [16] *Pulmonicum*, cum in bibulæ pulmonis ſubſtantiæ uno vel altero lobo, ſine ulcere, pus ſenſim collectum, continetur. Exempla apud Bartholetum. Nulla in hoc peripneumoniæ ſigna adſunt: proſtrata cum cardialgia appetentia ſeu ob impuritatem pulmonis œſophagum irrigantis; ſeu ob ichorem ſanioſum ſexti paris à pulmone ad os ventriculi delatum: æger per longum tempus impensè ſitit: lingua rubet & areſcit: *os* ulceroſum nonnullis redditur: mala è directo per intervalla rubet: ſudatiuncula circa pectus & jugulum ſupervenit; alvus eſt, propter eructationem ſanioſi liquoris in ventriculum, liquidior: ægri æquè ſuper utrumque latus cubant: & vel lenta febre tabeſcunt; vel adveniente phlogoſi ardente pereunt: Nothum hoc. De Empyematis cura vide *Bartholinum Epiſtol. Centur. II. p. 634.*

[26] *Quantum ad Differentias*) Multifariam diſtingui ſolet, & imprimis juxta affectionem præcedaneam, cujus ſoboles eſt; Item quoad ſedem ejus in thoracis latere modo dextro modo ſiniſtro, modo in tota capacitate ejus, Et denique quoad materiam morbificam, quæ vel merum & laudabile pus erit, vel materia purulenta, atque hæc modo mitis & benigna, modo acris & fœtida. *Willis.*

[27] *Quando ex venis thoracis rupta*) Sanguinem, & cum hoc alios quoque humores ejuſcemodi fomitem ſuggerere res ipſa ſatis loquitur. Magnum equidem miraculum eſſe exclamat *Aretæus*, quod ab exili tenuique membrana, nihil craſſitudinis habente, tanta puris copia effundatur, Verum non immediate à Pleura, (cui ſoli, & quidem ſecundum naturam ſe habenti talem effectum minus recte adſcribit *Aretæus*) ſed à ſanguine potius per arterias affluente, nec exitum reperiente, vel (accedente præſertim illius orgaſmo) ex arteriis exilibus excidente, & in Pleuræ poroſitate ſubſiſtente, tandem materia iſta purulenta producitur.

Nec vero alienum eſt idem quoque à ſanguine ex arteriis per venas refluo, & Pleuram irrigante, effici poſſe: Vide *Rolfinkium l. 6. Differt. An. p. 1115.* Sanguis itaque eſt, qui vel è vulnerato, e. g. pulmone, vel alia *Thoracis parte* effluens, extra venas & arterias, ceu propria ſua conceptacula in *cavitatem* effuſus, putreſcens, indq; ſanioſam & purulentam materiam converſus potiſſimam cauſæ proximioris rationem implet.

Sed dices, *Pituitam* inſuper accuſat *Hippocrates l. 1. de morbis ſect. 10. t. 21. & ſequ.* de qua tamen inter Recentiores valde diſceptatur, cum, juxta *Galenum 4. m. m. Et l. 7. aph. 30.* Pus nullam aliam agnoſcat generationem quam quæ ex carne contuſa, & materia nutritia, aut præcedentibus inflammationibus fieri ſuevit? Verum ſi *Hippocr.* verba diligentius intueamur, manifeſtum evadit eum *l. alleg.* non ſtatuere pituitam ſimpliciter in pus mutari, niſi prius vel cum ſanguine conjuncta in abſceſſu colligatur; vel in Thorace aut Pulmonibus quandam efficerent inflammationem, ex qua deinceps pus generari contingat, prout ex dicto *l. Hippocr.* abunde patet. *Strauſsius Pal. M. Part. 2. p. 80.*

[28] *Eſt vel dextri vel ſiniſtri Pulmonis*) Latus affectum diſtinguitur ex iis quæ habentur apud *Hippocratem 2. Progn t. 31. Si Empyema*, inquit, *in altera tantum parte exiſtat, hos convertere, ac diſcere oportet doleant ne in altero latere, & an alterum altero calidius ſit; atque cubantem ſupra ſanum latus interrogare, an videatur ſibi onus aliquod deſuper ſuſpendi, ſi enim ita eſt, in quodcunque latus pondus ſit, in altero ſuppuratio exiſtit: quemadmodum ſi utrinque calor & pondus ſentiatur, in tota thoracis cavitate pus continetur.* Addit Avicennas etiam conjecturam quam deprompſit ex *Hippocr. 1. de morb. Applicatur*, inquit, *linteum thoraci madefactum, ſecundum utramque partem, dextram & ſiniſtram, citius enim exſiccabitur illud quod ſupra partem pus continentem appoſitum eſt.*

Aliud denique ſignum, ab experientia noſtra deſumtum:

gnum proponere liceat, quod ab auctoribus non fuit animadverſum; Quod nimirum in latere affecto tumor œdematoſus utplurimum appareat, ex tenuiore materiæ collectæ portione in thoracis muſculos redundante: Et quando in ſuſpicione Empyematis hujuſmodi tumor, aut inflatio in alterutro latere apparet certo pronuntiare licet Empyema intus latitare; & apertio lateris tuto fieri poteſt. *Riverius.*

29. *Aliud Apoſtematicum* &c.) Quod ſolum agnoſcit *Willis* Pleuritin, *inquit*, & Peripneumoniam, morbos non tantum affines, ſed invicem commutabiles, & alterutrinque ſucceſſivos eſſe patet, porro tum hæc, tum illa, & nonnunquam utraque ſimul non bene judicatæ in Empyema tranſeunt, ſi quando enim phlegmone circa pleuram excitata ſuppuratur, tandem apoſtemate diſrupto, pus in thoracis cavitatem decidens hunc morbum producit; pariter ex pulmone inflammato nonnunquam ſuccedit, nimirum ichor circa locum affectû aggeſtus diutius coctione in humorem craſſum & flavum abit, qui niſi per tuſſim ejicitur, aut pulmonis ſubſtantiam interiorem ſenſim labefactans, diatheſin phthiſicam infert; vel unitatem pulmonis totius ſolvendo, tandémque membranam extimam corrodendo in pectus dilabitur, adeóque empyema parit. *Willis.*

Puer v. annorum fere continua laborabat, per duos fere menſes perſeverante, tuſſi frequenti & moleſta, vergebat ad Tabem; conquerebatur de dolore lateris ſiniſtri, præcipue cum manu contrectaretur; In febris principio perſenſerat aliquem dolorem in illo latere qui intra paucos dies delituerat; Suſpicio fuit Empyematis ibi latentis: Ut res clarior evaderet cataplaſma emolliens & attrahens per triduum admotum: apparuit elevatio quædam in parte cum fluctuatione ſubobſcura: De Empyemate nemo dubitavit, Apertione facta pus copioſum effluxit, vacuatio per duos menſes continuata eſt, Tandem convaluit, *Riverius obſ. 5. cent. 2.*

30. *Pleuriticum &c.*) Pleuritidi & Peripneumoniæ male curatis ſuccedit Empyema, præcipue quando venæ ſectio ſufficienter celebrata non eſt, ita ut inflammatio non reſolvatur, quod optandum maxime fuerat, ſed ſuppuretur & abeat in abſceſſum.

Ejuſmodi Abſceſſum multo utilius eſt aperire antequam diſrumpatur, & pus in thoracis cavitatem effluat, Quod dignoſcitur ex tumore qui juxta ſuppurationis locum elevatur, aliiſque ſignis Empyemati omni communibus: Tum apertio molienda eſt in medio tumore, prius admoto cauſtico. Sin nullus tumor appareat, difficile eſt apertionem tentare ante abſceſſus ruptionem. *Riverius.*

31. *1. Pleuriticum, quod Pleuritidem excipit*) In quo Injectiones in pectoris cavitatem factæ plurimum juvant, Sic ego tractavi anno 1645 ſtrumoſum, cui cum ex pleuritide non bene curata Empyo facto, ex thorace aperto, ſed in humili nimis loco, nec decenti, pus quidem, ſed non omne emiſſum fuerat, ulcere ex incuria collapſo, magna copia puris iterum ſenſim in pectore coacervata fuit, adeo ut ei capite verſus humum inclinante, pus ex ore ſponte efflueret; Huic miſero, cum turunda tumeſcente & dilatante, ulcere denuo aperto, binis vicibus, aliquot menſura puris, cum portiunculis de ſubſtantia pulmonum, è thorace emiſſæ, effluxerunt; quo fluxu poſt longum tempus tandem ceſſim ceſſante, ulcus curatum, ipſeque integre reſtitutus & ſanus vivit & valet. *Platerus.* Ejuſmodi Injectionum formulas vide Cap. iij. de vulnere Pulmonum. §. 7 *Admodum aliorum vulnerum.*)

31. *1. P[illegible]*) De hoc Empyemate, vide inferius A[illegible] de *Empyemate in genere.*

[illegible] *euſtidem excipit*) Vix dum ex ſuccingentis membranæ inflammationis ſuppuratione pus genitum in pectus ſe, uti vero docent, exonerat ſed ſi hoc fi[illegible], quod rarum eſt, per exteriora potius, uti in illa Pleuritide, quam *ſuccingentis* [illegible] demonſtravimus emergat; Nam forte abſceſſus quidam [illegible] ingentes, aut interſepienti membranæ, vel etiam Pulmonum exteriori tunicæ adnatus, aliis quam ab inflammatione de cauſis ruptus in pectus effundat pus, vel aliunde extra thoracem pus in illud defluat ſicuti in angina ſuppurata hoc fieri poſſe docent, & à defluxione pituitæ in pectus, *Platerus.*

32. *Traumaticum*) Pus e pectoris cavitate tollitur, aut per inſtitutam in thorace paracenteſin, aut per alvum vomitumque. Quod memini factum a Chirurgo ruri degente ac empirico, per decoctum [illegible] lare, cujus ope pro incurabili habitus æger, in th[illegible] ce graviter læſus, ſenſimque contab[illegible]ens, intra [illegible] ſeptimanas curatus eſt feliciſſime, atque hactenus ſanus vivit. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 24.*

32. *Traumaticum*) Vide ſupra Cap. iij de Vu[illegible]bus Thoracis §. *Ad modum aliorum vulnerum*) [illegible] fra Appendicem de Empyemate in genere.

33. *Tuberculoſum*) Aliquando à ſanguine è vaſis Pulmonum pauca quantitate prodeunte, & ſe aliis in eos ingerente, retentoque, & ſenſim in pus excocto, quod per ſuperficiem ſicceſcens tuniculam qua includitur, ſibi parit, expuitio illius puris cum *veſicula* vel *vomica*, ut vocant, integra adhuc remanente, vel diſrupta ſequitur. Quæ purulenta expuitio, ſi pus ita incluſum pulmones nondum læſerit, citra al[illegible] modum ſæpe tranſit. Si vero Pulmones exulceret, phthiſin mox comitem nanciſcitur.

Si *vomica* integra pus continens, vel diſrupta cum pure expuatur, in pulmonum exulceratione in Tabidis, ad eam cura dirigatur; Quod ſi vero nulla Pulmonum læſio, illiuſve accidentia ſe offerant, alia cura minime opus eſt; Niſi forte poſtquam vomicam unam vel plures, ſemelve iterum ejecerunt, ex eo ſuſpicio oriatur alias quoque naſci poſſe; cum abſceſſus hujus generationem expectorantibus ſæpe exhibitis expedire conabimur. Et ſi de novo natus, ob impedimentum [illegible] quod aut gravamen in pulmonibus eſſe conjiciatur ſed mature diſrumpatur, *Dioſcorides tragoriganum* & *ſemen cyclamini* ſæpe bibenda, vel cum melle lambenda exhibere jubet. Quod & fumum *tuſſilag. ſicca* incen[illegible] per inſpirationem attractum mol[illegible] e[illegible]ſtimant, atque expectorantia, quæ validius [illegible] efficere. *Platerus.* Vide de Vo[illegible] p. pr[illegible]

33. *Aliud Lethargicum*) De quo [illegible] *Hippocr[illegible] de morbis.* Morbi, *ait*, Lethargi ap[illegible] idem [illegible] atque Peripneumoniæ, & non omnino [illegible] otus ab hac Peripneumonia tuſſit & ſopor ipſum [illegible]net, eum moriturus eſt multum & ſæpe egerit. Idem reperit *l. 2. de morbis.* Lethargus, ait *Ballonius Epid. l. 2. p. 115.* propria eſt affectio cerebri, ſed hic affectus, qui propter affectionem Pulmonis ſequitur, & facile cerebro communicatur, ob Pulmonis & capitis συμπαθείαν. à ſimilitudine quadam λήθαργος dicitur, 1. quia hominem [illegible] ignavum & comatoſum cum febre reddit; 2. Quia Lethargicam diſpoſitionem in cerebro facit, ob crudorum vaporum elevationem à Pulmonibus conc[illegible] excitatorum: Talis enim ſpecies Peripneumoniæ a [illegible] pituita eſt, cujus craſſior vapor feriens cerebrum, velut hominem Lethargicum facit &c.

Iſtud autem Empyema Lethargicum à *Peripneumonico* non differt, de quo ſuperius Nam ſi à ſanguine pituitoſo inducta fuerit Peripneumonia, unâ ſi ſanguis pituita imbuta cerebrum perluens Lethargicū affectum inducere apta eſt; Quin & [illegible] totius corporis, [illegible] tam à cerebro eſt, quam ab hujuſmodi ſanguine univerſum corpus perluente, febremque lentam pariente

34 *Aliud*

34. *Aliud Catarrhoicum*) A defluxione labentis pituitæ in pectus Empyema fieri docent; quod tamen, cum nullus ductus qui à collo deſcendat, & in pectus ſe aperiat exiſtat & ſi hæc in aſperam arteriam influant, niſi tuſſi iterum rejiciantur in pulmones potius quam in pectoris cavum delabantur haud veriſimile videtur, multoque minus à pituita defluente hoc evenire poſſe. *Platerus.*

35. *A diſtillatione à capite ſeroſa copioſa*) Frequenter à pituitoſo humore, tum à capite in narium cavitates pulmoneſque defluente, vel in pulmonibus congeſto, expuitionem primum pituitoſam proferente, ſi pituita illa retenta diutius calore loci excocta maturataque & dealbata veluti in pus convertatur; tandem expuitio purulenta illius materiei cum pituita adhuc cruda plerumque copulata quoque ſupervenit: Qualem in multis adhuc ſanis, tum etiam in morbis ejuſmodi pituitoſis tuſſim moventibus expui, nulla exulceratione aut tabe præſente, indies obſervamus. *Platerus.*

36. *Aliud eſt Pulmonicum &c.*) Vomicæ Pulmonis ſpecies eſt, cum pus cyſti, delicatiori & raræ texturæ contentum, ſaniem de ſe emittit, quæ ad partes vicinas diffunditur: Conſtitutio Pulmonaris ſubſtantiæ à *Malphigio* deſcripta lucem affert, cum ſcilicet pus veſicula una aut pluribus concluditur, hincque exiit. Sed an aliud quid quam Tuberculoſum, de quo inferius, perpende.

36. *Pulmonicum*) Dum hæc exararem occurrit mihi tractandus vir quadragenarius, robuſtus & quadratus, auriga, nomine *Lathoy*; Is à latente Peripneumonia decubuit circa medium Auguſti 1685. Latentem dico, quia etſi febri laboraret, cum tuſſi ſicca, raucedine, facile tamen reſpirabat; Peripneumoniam tamen eſſe deprehendi ex pectoris circa imum ſternum dolore gravativo, & ſanguine emiſſo, qui ſemper qualis in inflammationibus internis educi ſolet erat, pellicula ſcilicet denſa & alba coopertus, & nauſea (quæ fere peripneumonicis aſſidet) urgente, qua de cauſa emeticocatharticum ipſi præbui, quod ſuſque deque cum euphoria opem tulit: Aſſumpſit Apozemata pectoralia per X. dies, neque tamen anacatharſis recte procedebat, ſuperſtite ad 15. uſque diem gravamine illo in imo ſterno cum anorexia, Unde abſceſſus ſubnaſcentis opinio mihi nata, & quod febris non recederet dato purgante, ab indiciis coctionis in urinaciis, quæ craſſam hypoſtaſin deponebant: hinc ad naturalem conſiſtētiam & colorem devenerunt, ſed ſuperſtite febre & tuſſi, qua pauca ejiciebantur: Tandem circa XX. diem urinæ iterum emiſſæ ſunt, quæ cito turbabantur, & cito ſedimentum deponebant quod manifeſte purulentum apparuit, quapropter præſcripſi hydromel paratum ex *radicibus taraxaci, tuſſilag. ſcabioſa, hedera terr. pulmon. veronica, paſſulis, aliiſque pectoralibus*, Exhibitæ *tereb. cum ſyr. de alth.* ℥iij. à qua tuſſis exacerbata, ſed purulenta etiam, fæcibus remixta prodierunt: Præſcripta deinde juſcula cui incoquebantur *taraxacum totum, hedera terr. cum portulaca a quibus convaluit.*

De Empyemate in genere; & de Caſu ab alto.

Omne Empyema fit ex collecto pure, vel *ob ſanguinis extravaſati corruptionem*, vel *ob abſceſſus viſceris cujuſdam inflammati interiora verſus apertionem.*

Cauſæ quare ſanguis in eum cavitates effunditur, grumeſcit & ſuppuratur, ſunt inprimis externæ, neper 1. *contuſio.* vel *vulnus* punctim factum, Ex contuſione, ſi ſanguis in partibus ſubcutaneis externis hæreat, oritur *ſanguinis ſuffuſio*, ſeu *Ecchymoma*, ad Chirurgiam pertinens, Sin vero interiora loca occupet, hujus eſt conſiderationis.

37. Ad *Contuſionem* pertinet in ſpecie *Caſus ab* alto, in quo vel ruptione, vel *partium violenta contorſione*, vel nimis valida contuſione, vel alia ratione ex laceratis plus minus vaſis, in cavitates corporis ſanguis effunditur.

Sanguis in cavo collectus, & ex vitali conſortio proſcriptus, corrumpitur, quam corruptionem immediate inſequitur *acor* eum inſpiſſans, non ſecus ac lac levi corruptione aceſcit & grumeſcit, multo magis ſanguis lacte genitus, ubi particulæ ſalinæ, copioſiores, oleoſæ enim nutritivæ & temperatiores in partium nutrimentum abeunt: Sanguis occulto tali acore grumefactus, ſucceſſive incipit fermentare, quod acidum coagulans convenit cum alkali volatili ſatis copioſo, donec fermentando in tertium ſalſum, quod vocamus *Pus*, abeat, Aluminoſum enim eſt ex alkali & acido, album, lacteum vero, à præcipitatione ſulphuris ſoluti ab alkali, facta per acidum; Et tunc mutato nomine *Empyema* dicitur, cujus duplicem fiendi modum ſupra indicavimus: Prioris exemplum dat Vulnus thoracis penetrans, cum copioſo ſanguinis in ipſum influxu, hinc in pus corruptione: Poſterioris Pleuritis ſuppurata, à rupto abſceſſu pus in thoracem fundens.

Sanguinem *læſionis externæ occaſione* effuſum eſſe in cavitates corporis, præter activitatem *cauſa*, conſequentia *ſymptomata* in ſpecie declarant, Sic ſanguinem collectum & congrumatum in abdomine, præter vulnus penetrans, inprimis inſinuat abdominis *tumor*, hinc inde ſparſus livor, & quaſi plumbea *nigredo*, poſt grumeſcentiam *durities & reniſus* abdominis ad tactum, ubi locus ſanguinis congrumati, non ſimpliciter ex repletione, ſed vel maxime ex tenſione, horrentibus partibus viventibus cadaver ſanguinis: Accedunt *virium proſtrationes* inſignes, lipothymiæ, impeditæ reſpirationes.

In *Capite*, & ſub ejuſdem calvaria collectum eſſe ſanguinem grumoſum, monſtrat dolor ejuſdem gravativus, ſenſus inſignis pulſationis, oculi nonnihil lacrymantes, rubor faciei, ſuperveniunt ſymptomata ſtomachi, nauſea, vomitus bilioſus, ſanguis nunc per os, nunc per nares, nunc per aures exitum molitur, interdum ægri obſtupeſcunt, aut brevi poſt læſionem ſtupidi redduntur. Accedunt cauſæ antecedentes, aut validæ contuſiones cranium effringentes, aut fortes inciſiones idem dividentes.

In *Pectore* vero collectum ſanguinem, ibique congrumatum, comitantur inſignes reſpirationis læſiones, tuſſis admodum moleſta, dolores pectoris varii, gravitas ac pondus circa coſtas nothas; extremorum frigus, febris plus minus acuta. quæ omnino comprobantur per modum læſionis: Si enim quis cadit ab alto, & perfringit coſtam, propter rupta vaſa coſtis ſubſtrata, ſequitur neceſſario ſanguinis in pectus effuſio. Item ſi quis fuerit punctim læſus, mox infra coſtas, ubi ſunt venæ & arteriæ, tunc eſt ſignum effuſi ſanguinis in thoracem.

Sanguinem dicta in loca *effuſum ad Suppurationem tendere*, manifeſtat febris ſuperveniens intenſior, plus minus *acuta*, pro circumſtantiarum varietate, Accedunt inſignes *præcordiorum anxietates, vigiliæ & deliria* &c. In ſpecie ex *rigore & febre* ſuppuratio ſe manifeſtat; Interdum in loco quodam externo, V. g. ſi ſanguis ſit coagulatus in abdomine, circa inguina abſceſſus oritur, in quo & per quem ſanguis congrumatus & ſuppuratus feliciter poſtmodum evacuatur: Quod ſi pus factum fuerit, adeoque Empyema adſit, remittit febris & reliqua ſymptomata, quin potius fluctuatio quædam puris percipitur.

Speciatim *Empyema Thoracis*, (ſi fit poſt Pleuritidem, quæ præter ea quæ Pleuritidem ſuppuratam comitantur, ſi materia intra XIV. dies ſputo non rejiciatur, in pus mutatur, rumpitur autem vomica circa

XX. interdum XXX. aut XL. diem; dum vero rumpitur Vomica, rigor fit & febris intenſior ſupervenit) inſequitur tuſſis continua & frequens, item obſcura & quaſi è profundo producta; Sonus eſt obſcurus, quia tota hæc actio diaphragmatis occaſione fit, non vero Pulmonum, Illud enim à materia gravatur, Inter tuſſiendum ſentiunt in cavitate pectoris *concuſſionem* aliquam, quia materia diaphragmati incumbens per tuſſim agitata & ſublata recedit, adeo ut ſæpe nihil excernatur; *In progreſſu* vero, poſt multos conatus, purulenti quid excernitur, & tandem etiam aliquid ſanioſi; Febris adeſt, quæ in principio magis acuta eſſe videtur, in progreſſu vero mitior & lenta magis redditur, ad hecticarum fere naturam accedens, quæ veſperi præſertim exacerbatur, & circa noctem vehementior eſt, *Reſpiratio* eſt gravis ac difficilis cum ſenſu gravativo, quando ſtant aut ſedent, Si decumbunt ſentiunt aliqualem *fluctuationem*, & decumbendo ſine moleſtia fere reſpirant, Sic quando calceos aut ligare, aut ſolvere volunt, videntur ſuffocari, Tunc enim à pondere incumbente introrſum verſus, diaphragmatis motus fere impeditur; anxietates ſubinde vexant, ſudores colliquativi nocturni ſuperveniunt, Item *palpitatio cordis*, ſentiunt frequenter *evaporationem ad os* inſtar aquæ ferventis; *male* è regio e partis affectæ ſubinde phlogoſi quadam rubent; *Malo* ulterius *progrediente*, percipiunt ſaporem cineſeum & putridum: In *pulſu* hoc eſt ſingulare, quod creberrimis vicibus intermittat unum vel alterum pulſum, idque ſpeciatim ſi tangatur in carpo lateris affecti, altero in carpo appoſito pulſu ſubinde rite ſe habente: Si in dextro latere eſt Empyema, tunc decumbente, in eodem bene ſe habent, ſin autem decumbunt in ſiniſtro latere, male habent & contra.

Prognoſis pro quantitate ſanguinis effuſi, & qualitate loci in quem effuſus eſt, variat, Nam ſanguinem collectum, plus minus congrumatum, ſubito evacuari, aut hoc ſi non fiat, ſuppuratum facile per vias naturæ conſuetas; vel per factum & apertum quovis in loco abceſſum excerni optimum eſt: *Febres* interdum periculoſæ ſuperveniunt & *ſequuntur* ſanguinem ſuppuratum, interdum ulcera, non raro gangræna partium internarum. Empyema pectoris utplurimum phthiſin & tabem cauſatur, ſanguis in capite collectus utplurimum mortem infert.

Quoad *Curam*, in ſanguine congrumato, ſi ſit à *vulnere*, aut *caſu ab alto*, incumbendum ut 1. *congrumatus ſolvatur*, 2. Per convenientes vias quantocyus evacuetur, 3. Si hoc fieri nequeat, ejus ſuppuratio adjuvetur. 4. Pus per debitas vias emittatur 5. Læſio partis curetur.

Viæ convenientes per quas ſanguis, tum & pus evacuandum venit, ſunt eæ ad quas ſponte vergit natura, & fere monſtratur per locum in quo eſt ſanguis collectus, ſeu evacuetur per *urinam*, ſeu *ſudorem*, ſeu *alvum*, vel quas docet ars, dum materias in cavitatibus collectas optime evacuat earum perforatione.

Adeoque ſi *vulnus eſt in abdomine*, apertio major, ſi punctum factus eſt vulnus facienda, & ejus debita *paracenteſis* inſtituenda: *Thoracis apertio*, & inter coſtas ſectio convenientiſſimum eſt remedium pro evacuando ſanguine & pure: Denique in *Capite* optimum remedium eſt *Trepanatio*, quæ quo celerius inſtituitur eo optatior eſt ſucceſſus.

Poſt *caſum* ergo ab *alto*, aut etiam quamvis occaſionem *ſanguine in cavo* quodam corporis loco collecto, & hinc plus minus congrumato, in primo principio V.S. inſtituatur, in corpore præſertim plethorico, ne ſanguis confertim nimis & copioſe in cavitatem irrumpat; Habenda ſemper ratio regularum revulſionis ratione loci in quem influit ſanguis, ut nempe in contrario ſeu oppoſito loco vena ſecetur ſeu aperiatur; Dum nempe ſanguis influit in *abdomen*, vel per interiora thoracis vaſa in *thoracem*, ſecetur in pede: Sin in *capite*, V. S. brachii fere ſufficit; Secta vena ſubito ſanguis omnis congrumatus reſolvendus, Et vel ductu naturæ per vias conſuetas evacuandus, vel per meatus arte apertos arte hauriendus.

Reſolvunt ſanguinem grumoſum vulneraria plurima, quæ inter in ſpecie eminent, rubia *Tinct. tormentilla, ſymph. majus abſinth. hyperic. bellis minor. chæreſol. card. ben. fœniculum*, item *rhabarb.* rad. *vincetox. pimpinella*, in ſpecie *lapides Cancr. oſteocolla*, cum aceto *deſt.* propinata: hinc *ſanguis hirci* legitime collectus perquam nobilis, *Bolus Armena, ſuccin. ſperma ceti* à ʒß. ad ʒj. in vino calido propinandum, *mumia*, *carbones tiliæ* ad ʒj. in aqua chæreſol. propinan; *Pinguedo humana* ad ℥j. in potu cereviſiæ eſt optima in caſu ab alto? Hinc *Pulvis Auguſt. contra caſum: Spec. diamum. Mynſichti, ſpecies diamum hyper. extr. flor. bellidis, antim. diaph.* & quælibet *antimon. fixa*, acidum plus minus abſorbentia.

In propinandis his remediis in *caſu ab alto* ac ſanguine coagulato obſervanda neceſſario cautela, ut nempe his ſemper addantur talia quæ ſanguinem reſolutum per vias urinarias amandent, quod convenientiſſimum eſt, præſertim ſi in *pectore* locisve vicinis ſanguis hæreat; Sin magis *in locis remotis, aut vaſis majoribus hæreat ſanguis, ſudor* præſertim provocandus; ſi per alvum educendi animus ſit, *rhabarbarum* aut ſenna conveniunt, v. g.

℞. Chæreſol. m. j. rhabarb. el. ʒij. *fol. ſennæ* ʒiß. *ſalis tartar.* ℈j. *ad* ʒß. *coqu. in ſ. q. a. ſ. ebulliant leviter, colaturæ adde lapidum cancr. præpar.* ℈ij. *pulv. contra caſum Auguſt.* ʒß. *ſyr. ſcabioſ. q. ſ. pro grato ſapore, miſce pro ij. doſibus.*

Lindanus fabro lignario, qui è ſummo tecto deciderat, unde fractura duarum coſtarum, ſanguinem multum ſpuenti, dedit Potionem vulnerariam ex *lapid. cancr.* ex quo ſanguinē protinus mejere cæpit, & quidē integras matulas & brevi reſtitutus fuit, etiamſi quoq; ſanguis in cavum thoracis effuſus fuiſſet, uſus tamen fuit decocto *braſſica rubr. artemiſ. conſol. ſarac. & bell. min.* Huic decocto infudit aliquid *ſpermatis ceti*; hinc ſeorſim ſumpſit *lap. cancror.* & illis affudit ad eminentiam digiti tranſverſi *acetum*, cumque deferbuiſſent, dedit hujus *aceti cochlear unum* & miſcuit ℥iv. vel v. decocti prioris, unde feliciſſime fuit curatus.

Ac ſane potius præſtat à *diureticis* incipere, in fine autem non incommodum aliquod *ſudoriferum* ſubnectere: Adeoque convenit in dictis caſibus *mixtura polychreſta ex lapid. cancr. cum aceto deſt. &c.* Vel detur hic Pulvis contra caſum ab alto.

℞. lap. cancr. præp. ʒj. *rhab. ſperm. ceti mumia, ſangu. hircinus legit. præp. ãã.* ʒß. *m. doſis* ʒj. *in decocto chæref. &c.*

Cura Empyematis, ſeu quando pus factum eſt, & in cavitate fluctuat, tribus ſcopis abſolvenda venit, 1. *Pus evacuandum*, 2. *Acrimonia ejus noxia corrigenda.* 3. *Læſio partis inducta reſtituenda.*

Quoad *puris Evacuationem*, hæc per convenientes vias inſtituenda venit, Viæ convenientes ſunt vel *naturales* vel *artificiales*, *Illæ*, quibus natura molitur evacuationes, & quæ ſubinde per varia loca inimitabili arte purulentias evacuat, ut dum v. g. pleuriticorum, vel alias in thorace ſuppuratorum purulentias, nunc per *urinas*, nunc per *alvum*, nunc frequentiſſime per *ſputum* evacuat, imo per *purulentam in toto corpore ſcabiem.*

II. *Acrimoniam puris*, & ejus noxam corrigunt, h. e. ut alias dicunt, ulcus abſtergunt & mundificant optime remedia *ſulphurea*; quodcunque acre *temperantia*, & balſamica quaſi vi ulteriorem progreſſum *apoſtematis & puris inhibentia*, uti ſunt *ſulphurea* & *antimonialia fixa.*

III. Ea vero quæ *læſionē partis* poſt abſceſſum ſuppuratum

[illegible] muunt, ſunt vulneraria, præ cæteris *hedera terr.* [illegible] *charef.* [illegible] em *lignorum & radicum* [illegible] octum [illegible] duo junguntur, ſed ſemper habenda [illegible] *partis*, ut [illegible] vel prius vel ſimul evacuet [illegible], 2. [illegible] *adjuncti* [illegible] ne hæc [illegible] lus vel minus intenſi [illegible] te[illegible] *purulentias* ergo [illegible] *abſtergunt & corrigunt anti-* [illegible] *antimonium præſertim diaphor. ad* ℈j. *decocto charefol.* vel *decocto rad. chinæ* propinatum, *Antimonium diaphoreticum purulentias* quaſcun[illegible] urat, [illegible] onem congrumatum & empyema pe[illegible] [illegible] *rad. chinæ* vel [illegible] *guajaci* [illegible] coquend. *hederæ terr. tuſſilago, & conſolida major*, & [illegible] adeſt, etiam *hyſſopus*. Non opus eſt multa addere [illegible] ſimplex ſufficiat decoctum; cum quo prop[illegible] *antimon. diaph. Sulphur* pariter, *ejuſque flores*, item [illegible] *amus ſulph. tereb.* aut *ſuccinatus*, ſunt egregia; mundificant ulcera, & ulteriorem corruptionis progreſſum præcavent; quod ſi igneus ejus pertimeſcatur calor, permiſcetur optime *ſacch. Saturni*, vel *antihecticum Poterii* quæ optime conduc[illegible] in *Tinctura ulphatem Balſamus Peruv.* cui, ut & *balſamo ſulph.* ſubſ[illegible] po[illegible] *decoct.* [illegible] *guajaci*, a[illegible] præ[illegible] rum vulneraius parat[illegible]. Eſt egregium [illegible] Empyematis cura: Nec [illegible] *mentula* hic recipiuntur v. g.

℞. *lign. Guajac.* ℥j. *Saſſafras* ℥ß. *macera per ij. horas in aqua comm.* ℔iij. *coque ad conſumptionem* ℔ß. *adde* [illegible] *ter. comar flor. hyper. h. veron. ana m. j. ad* [illegible] *rad. liquir.* ℥ß *ſem fœn.* ℨvj. *paſſul. min. conquaſſ.* ℥iij. *coque ad remanentiam* ℔iv. M. F. Decoctum de quo æger ad minimum ter in die capiat, ſubjungendo & alia remed[illegible].

Denique *decoctum braſſicæ rub. capie. cum* tantillo *ſacch.* temperatum, perquam egregium eſt, promovendo ſimul materiæ purulentæ e[illegible] itum per urinam: *Lac* quoque *caprillum*, cum *ſacch. roſ.* uſurpatum pro ultimo hoc ſcopo eſt egregium. *Etmuller.*

Cap. XIII.

De Hydrope Thoracis, & Pulmonum.

1\. *Hydrops thoracis* (*pſeudohydrops aliis*) *eſt ejuſdem in cavitate ab aqua & ſeroſi humoris copiâ; cum dolore gravante & diffi[c]ili reſpiratione conſtipatio.*

Morbus ab Hippocrate attactus, ſed Galeno, quia nullam mentionem facit, forte ignotus, Mantuanis etiam hodie, ſine dubio propter lacum familiaris.

2\. *Signa*, & quidem *fientis*, [1] gravitatis incipientis in thorace ſenſus abſque ſenſibili fluctuatione, ſitis & tuſſis arida; ſpiratio denſa in inceſſu, aſcenſu, ſed non decubitu: [4] *facti*, [5] tuſſis ſicca, quia facultas propter imbecillitatem aquoſum humorem efferre non poteſt [6] Reſpiratio denſa & magna, quia pulmo opprimitur, aliquando erectâ cervice, ob ſuffocationis periculum: [7] Febris lenta, quia aqua putreſcit & putridos halitus in cor emittit, & quidem ſine atrophia: *ſitis* clamoſa, ob aquæ ſalſedinem & pulmonis ſiccitatem: *animi deliquium* ob cordis oppreſſionem. & *cruciatus circa mucronatam cartilaginem*, cardialgiam imitantes, propter ſepti tranſverſi dolorificam diſtentionem: *aquæ* vel *fluctuatio*, ſeu concuſſis ægri humeris, ſeu ægro ſe ex uno in aliud latus revolvente; [8] vel *ebullitio* concluſæ & quieſcentis, unde pulmo fervet, ſicceſcit, minuitur, & modò pallidus, modò ob [ſu]ffocationem cœruleus redditur: *facies* ob difficilem anhelitum *livida*; qualis in ſtrangulatu obſervatur: *decubitus* in latere ubi aqua difficilior, quia ab ea diaphragma magis opprimitur: *ventris pedum, & faciei tumor*, quia aqua eò penetrat.

1\. *Hydrops thoracis*) Obſervamus humano in corpore hydropes univerſales & particulares, Univerſales quatuor *anaſarcam*, *leucophlegmatiam*, *aſciten & tympaniam*. Particularem in capite, *hydrocephalum*, In pulmone ac thorace, de quo jam ſermo, In umbilico, *hydromphalum*, In ſcroto *hydrocelen*, In utero, qui *hydrops uteri*, vocatur; In aliis partibus *aquulas*, ſive *veſiculas*, tumoreſque inſigniores, ſeroſo humore refertos. *Sebiſius Man. p. 880.*

2\. *Signa*) Adde his, Noctu poſt primum ſomnum, propter vapores à calore tunc intenſiori elevatos, magna Inquietudo & corporis jactatio, Interdum accedunt Cordis Palpitatio, Pulſus intermittens, aut perturbatus, & crebra animi deliquia. *Willis.*

Diagnoſis hujus affectus difficillima eſt, & omnia fere ſigna cum aliis thoracis morbis communia ſunt; Hoc tamen illi & Empyemati tantum peculiare, Murmur viz. aquæ fluctuantis, quod juxta pectus exaudiri poteſt, ſi corpus ſurſum ac deorſum tranſverſimq; commoveatur, vel à valido homine ſcapulis apprehenſum agitetur. Omnia vero ex *Hippocrat.* recenſenda. 2. de morbis, ſub nomine *Hydropis Pulmonis*, coll[ecti]ve ſumpta, diagnoſin ſatis certam ſtabilire poſſunt.

Febris, inquit, *tuſſis tenet, & acervatim reſpirat, & pedes tument, & ungues contrahuntur, & patiuntur talia qualia is qui ſuppuratus eſt, ſed debilius & diuturnius, Et ſi quid infundas, aut fotum aut ſuffitum adhibeas, pus non ſequitur; Atque ſane ex hoc cognoveris non pus ſed aquam intus eſſe. Et ſi multo tempore, aure ad latera adhibita, audire tentaveris, ebullit intus velut acetum, & hoc quidem aliquando patitur, poſtea erumpit ad alvum, & ſtatim quidem ſanus eſſe videtur, ac morbo liberatus. Verum progreſſu temporis alvus incenditur, eademque illa patitur, & adhuc amplius: Aliqui etiam intumeſcunt ventre, ſcroto & facie.*

Prædictis hoc addere licet tanquam pathognomonicum, & quo ſolo hydrops pectoris à cæteris difficultatis reſpirandi ſpeciebus diſtinguitur, Quando nimirum ſpirandi difficultas primo quoque ſomni tempore invadit, eumque intercipit, ac per noctem magis urget, procedente vero die ſenſim leneſcit: His accedit interdum brachii alterius vel humeri dolor aut paralyſis, quæ fit à ſero in pectore contento, & ad brachia per venas axillares exundante; Vel à refrigeratione muſculorum intercoſtalium; à quibus ad brachia nervi derivantur, vel alia quavis ſympathia viciniæ lege oborta: hanc enim Pectoris & brachiorum ſympathiam notavit *Hippocrat. in Coacis.* Si vehementer inflammentur appendentes utrinque pulmonis partes, ut in latus incumbat, reſolvuntur ea parte corporis. *Riverius.*

In ancilla quadam mea, quam Hydrops Pectoris extinxit, inter alia ſigna hæc tria conſpicua fuere, Suſpirium initio ſomni, labiorum intenſus livos, & brachii ſiniſtri intumeſcentia.

II. Verum inſuper opinari ſubeſt morbum hunc etiam modo altero, (viz. quatenus ſerum ſub propia forma è vaſis exudat) interdum contingere: Enim vero in conſtitutione corporis cacochymica, aut valde Scorbutica, ubi ſanguis aquoſus & debilis, ſerum ſuperfluum è compage ſua paſſim dimittit, & ab arteriarum oſculis etiam laxis & patentibus ubique ejiciens circulationis filo excludit, nihil uſitatius eſt quam cavitates, viſcerum, necnon & præcordia, imo & cerebrum ipſum colluvie aquoſa inundari. Porro in tam generali ad hydropem diatheſi, regionem modo hanc modo iſtam vel alteram, primo & nonnunquam fere tantum occupari; quandoque item, penetralibus intactis, carnes exteriores, ſcil. muſculos eorumque interſtitia, ab illuvie ſeroſa inundari.

III. Inter vaſa materiem hydropicam in pectoris cavitatem infundentia, Lymphæ ductus & Tubi chyliferi merito in ſuſpicionem veniunt: Ad priores quod ſpectat, αὐτοψίᾳ anatomica conſtat ingens horum ſatellitium totos Pulmones perreptare, atque ab exterioribus eorum uris citerius latos, verſus ductus thoracicos tendere, uſque laticem ſuum, quem à ſanguine arteriolis ſuperfluum ubique abſorbent, maxima ex parte infunderet. Si quando igitur hæc vaſa obſtruantur, aut quocunque modo à munere ſuo defungendo impediantur, neceſſe erit aquarum in pectore aggeſtionem fieri, quæ poſtea in pectoris cavitatem decidentes, regionis iſtius hydropem excitabunt.

Enim vero hac Lympha, in compagem pulmonarem reſtagnante, ſæpenumero accidit veſiculas hydatidas dictas, in extima hujus viſceris ſuperficie excitari, quæ poſtea diſruptæ, & aquas in thoracis cavitatem dimittentes, ibidem Aſciten producunt; Hujuſmodi affectio in ovibus, quando ob tempeſtatem humidiorem, & paſcua aquoſa, ab hydrope gregatim intereunt, paſſim cernitur.

Et quidem nonnunquam in homine, Pectoris Aſciten à tali cauſa procedere ſequens hiſtoria arguit; Adoleſcens ſatis ſanus & robuſtus venationi, equitationibus improbis, aliiſque corporis exercitiis quamvis immodicis, dudum impune aſſuetus, tandem in thorace plenitudinem, ſeu velut inflationem quandam perſenſit, in tantum ut pulmonis latus ſiniſtrum intumeſcere, & cor extra locum ſuum dextrorſum protrudi videretur; ea namque ea parte pulſatio ejus maxime percipiebatur; Poſtquam in hoc ſtatu aliquandiu perſtiterat, quodam die cujuſdam quaſi vaſis intra thoracis citatum diſrupti ſenſum habuit, indeque per ſemihoræ ſpatium in regione iſta humoris velut ab alto in pectoris fundum cadentis, ſtillicidium non tantum ab eo percipi, ſed etiam ab adſtantibus audiri potuit: Quanquam affectus hujus raritate primum attonitus eſſet, quia tamen exinde quoad vires, appetitum ſomnumque aliaque naturalia ſatis recte haberet, mox denuo ſecurus, & medicinæ negligens evaſit: poſtmodum vero à corporis motu, inclinatione aut agitatione quavis in latere ſiniſtro aquæ intus aggeſtæ fluctuatio ab ipſo perſentiebatur.

Hinc cum extra dubium fuerit Dominum inſignem Pectoris hydrope tunc affici, ita veriſimillimum videbatur morbum iſtum ex eo originem duxiſſe, quod Lymphæ ductus ad pulmonis latus ſiniſtrum ſpectantes, prope inſertiones ſuas in ductum chyliferum primo obſtructi, ad molem ingentem intumeſcerent, & poſtea diſrupti humorem ſuum in thoracis cavitatem eaſtillarent: Huic communi Medicorum conſenſu lateris ſectio decernitur, itaque poſt factam totius proviſionem, Chirurgus inter 6. & 7. vertebram cauterium applicuit, & poſtridie foramini in pectoris cavitatem ſecto cannulam indidit, quo facto ſtatim liquor craſſus, ac inſtar chyli albeſcens & quaſi lacteus effluebat; Hujus prima vice tantum circiter ſex unciæ detrahebantur; & poſtridie tantundem: Die tertio, cum major paulo quantitas exire ſineretur, magno ſtatim languore affectus, & dein febricitans per diem unum aut alterum male habuit: quapropter donec temperiem & vires recuperaret, materiæ iſtius exitum inhibere viſum eſt, poſtea vero ejuſdem evacuatione tantum parca quotidie facta, pectoris cavitas fere in totum inaniebatur: adhæc vero canalem cum epiſtomio in foramine gerit, quo ſemel nycthemeri ſpatio aperto humoris uſque tantillum emanat; interim ſtomacho, vultu & viribus valens, ſuras ubambulat, equitat, aliaque exercitia prius aſſueta ſatis vegete obit, Pharmacia haud multa uſus eſt aut opus habuit; Poſt ſectionem Cardiaca temperata, ſcilicet pulverem perlarum, Iulapia, & quandoque hypnotica, & poſtea decoctum Traumaticum quotidie bis ſumendum præſcripſimus.

Hac methodo & medicamentorum formulis aliquandiu continuatis; Vir inſignis temperiem, vires, corporis habitum, imo & pectoris immunitatem recuperare viſus erat, uſque tamen cannam argenteam in lateris foramine (è quo ichor quotidie effluxit) gerebat; cumque poſt aliquot menſes hac ſubtracta fontanella iſta occluderetur, intra pectoris ſpecum ejuſdem humoris, per ſonitum & fluctuationem perceptibilis aggeſtio fiebat: deinde vero cum recurrente morbo idem recurreret remedium, proindeque lateris apertio decerneretur, (forte Natura hoc Chirurgi munere defungente) ea ſponte obveniens, materiæ ad erumpendum aptę exitum præbebat; Iamque neceſſe incumbit ad præcavendam Pectoris illuviem, foramen iſtud quaſi lacunam conſtanter patefieri.

Ex his ſatis conſtare arbitror Pectoris Aſciten quandoque ob vaſa Lymphatica intra Pulmonem diſrupta exoriri: nec minus dubito quin idem affectus etiam à Ductibus chyliferis intra thoracem diffractis excitari poſſit: Attamen hic caſus tam raro contingit, ut eum hactenus neque ex propria obſervatione nec aliorum relatione cognoverim: Porro minime refert talis morbi Analogiam inquirere, quia non tantum incurabilis, ſed brevi lethalis exiſtit, quia ſcilicet à chyli inundatione præcordia ſtatim obruuntur, ſimulque ſanguis & ſpiritus animales ſucci nutritii vectigali ſolito defraudati illico exolvuntur. *Willis.*

10. *Pulmo ab ortu vel aliqua occaſione debilis)* Plerumque uterque hydrops, Pulmonum & Thoracis concurrere ſolent; Nam *Hippocrates lib.* περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, dicit Hydropem fieri tum ob cauſas alias, tum etiam ob φύματα, tubercula in pulmonibus enata, & aqua repleta, quæ ſi fuerint rupta, aqua in cavitatem thoracis influit: Et talia φύματα *Hippocrates* ibidem ſe in quibuſdam quadrupedibus obſervaſſe affirmat, ſcilicet in bobus, canibus & porcis; Aquas enim continere exinde liquet, quoniam aperta ſi fuerint aquæ effluunt.

Hæc autem tubercula, ſive veſiculæ, & ὑδατίδες, externam præcipue eorum ſuperficiem occupant; & ſunt, uti dictum, aqua plenæ, quæ ſeroſus & tenuis eſt humor, qui per rarum, laxum & ſpongioſum pulmonum parenchyma tranſit, cumque ad membranam pervenit, inter parenchyma & membranam aliquandiu ſubſiſtit; quoniam membrana iſta denſa eſt atque compacta, ita ut aqua non ita prompte & facile per illam tranſire poſſit, Tandem autem rumpitur, vel ob aquæ copiam admodum diſtenta, vel ob illius acrimoniam, quoniam ſalſi

eſt corroſa, Cumque aqua in dies magis magiſque adaugeatur, accidit ut non parva ejus quantitas in cavitate thoracis colligatur, hacque ratione Hydrops thoracicus inde proveniat. *Sebiſius.*

[11]. *In aquam mutans*) Nonnunquam medio in Pulmone *Hydatides* generantur. Nam quid mirum ſerum tantillo muco, vel potius purulentæ materiæ exquiſite permixtum alicubi colligi, & ejus puris, ſive pituitæ lentæ, partem coacreſcere in veſicam ſive cyſtin, ut in abſceſſibus ſatis frequentibus, atheromate, ſteatomate, & meliceride? nam hydatides certe citra abſceſſum nunquam mihi obſervatæ. *Car. Piſo.*

[12]. *Tranſmitti*) Curioſa eſt obſervatio *Meara in hiſt. Med pag 153.* Hydropis nempe pectoris ex diſcuſſa hydrocele, oborti; Sane jam olim *Laurentius* in ſua Anatome obſervat ſingularem conſenſum pectoris cum teſtibus, adeo ut ipſe notaverit, à tuſſi vehementi obortam hydrocelem. *Etmuller.*

Sed *Laurentio* prior *Hippocrates 2. Epid.* admonet nos *communionis pectoris, mammarum, genituræ & vocis,* Sicuti quum *Tuſſes diuturnæ intumeſcente teſte ſedantur, & teſtis tumor, orta tuſſi ſubſidet, & ſublevatur.* Iterum ibidem, *Et in teſtes aliquando ex tuſſi, & teſtis ipſe in ſeipſum.* Vide *Valleſii* comment. pag. 27.

[13]. *Tranſmitti tam copioſum à Capite*) A Capite oriri poſſe videtur 1. quia cerebrum ob frigidam humidamque temperaturam multum humoris ſeroſi & aquoſi congerit, 2. quia defluxiones pituitæ & aquæ ad aſperam arteriam, pulmonem & thoracem ſunt frequentiſſimæ, præſertim tempore hyberno, & καταστάσει aëris auſtrina, in hominibus maxime phlegmaticis, Obſtare autem huic ſententiæ videtur, quod ſi hydrops iſte à cerebri catarrho aquoſo oriretur, ſemper etiam tuſſis præcederet, ut delapſus humor expectoraretur, quod tamen fieri non conſuevit. *Sebiſius.*

[13]. *Tranſfundi ab abdomine*) Attamen tantam in Aſciticorum abdomine ſeri copiam in abdomine deprehendimus, ut tota in illius cavitate contineri nequeat, ideoque in quamplurimis exundare ſolet, ac deorſum cadere in ſcrotum, crura, tibias, imo uſque pedes, Non ergo aqua in aſciticorum thoracem illabitur, ibique hydropem cauſatur. *Sebiſius.*

[14]. *Hydrops thoracis & abdominis concurrunt*) Ex variis hujus morbi cauſis deſignatis facile erit differentias ejus colligere; nam 1. Pectoris Hydrops, aut, affectu ſimplex primaria eſt, regioni huic peculiaris, aut ſecundaria; ſc. hydropi generali ſuperveniens, uti in cachecticis crebro aſſolet. ij. Hic morbus diſtinguitur quoad loca affecta, nempe quatenus aqua vel in toto pectore colligitur, vel tantum in altero ejus latere. iij. quoad materiam in Aſcite pectorali aggeſtam, quæ modo limpida & plane aquoſa eſt; modo craſſior, albicans & quaſi lactea; *Willis.*

[14]. *Hydrops thoracis & abdominis concurrunt*) Nam cauſæ ſunt eædem cum aliis hydropis ſpeciebus, nempe nonc vitium eſt in maſſa ſanguinea, quando v. g. ſimul cum hydrope univerſali, vel *cum hydrope omnium partium inferiorum ſimul etiam conjungitur ſuperveniens hydrops pectoris;* Vel *vitium eſt in vaſis lymphaticis & lacteis,* per quæ impedito lymphæ motu, hujus ex vaſis ruptis effuſio, & hinc in pectore collectio ſupervenerit, Unde frequenter ex hydatidibus in pulmone obſervatis hydrops pectoris natus fuit: Videatur *Bartholinus cent 2. hiſt. 66.* Nam hic lactea pariter & lymphatica ſubinde primario conſideranda eſſe confirmant. *Bartholinus Cent. 3. Epiſt. p. 327. & Willis.* Etmuller.

[15]. *Curatio* ferè *nulla*, torpido ad expulſionem aquæ pulmone. Et licet ſponte aliquando per alvum irrumpente aqua ſolvi morbus videatur, recurrit tandem & quidem gravius, tandemque ſuffocat. Evaſiſſe ægrum, mutato in herniam aquoſam affectu, & effuſa per alvum aqua, qui tradunt, nec pulmonem nec viſcera in totum fuiſſe læſa, concedant neceſſe eſt.

[16]. Exigit eadem 1. *Aquæ eductionem* vel [17]. per hydragoga, vel per [18]. diuretica; vel [19]. per ſectionem, ſi ab illis exagitata materia reſpirationem intercipit, & ſuffocationem minatur.

II. *Præcautionem* ne nova generetur. Habent & fonticuli in cruribus locum.

Prognoſis.

[15]. *Curatio ferè nulla*) Morbus hic ſanatu ſemper difficilis exitu, & ex opinione vulgi incurabilis habetur: Et revera ſi abdominis aſciti, aut anaſarcæ in toto corpore excitatæ ſuperveniat, deploratus jure cenſetur: attamen ſi affectio ſit primaria, & corpori alias ſano contigerit, de curatione haud protenus deſperetur. *Willis*

Graviſſimus eſt affectus, calor enim nativus admodum debilis eſt, vireſque naturales languidæ ex gravi aliquo viſcerum affectu: unde fit ut quamvis collectus humor in thorace remediis idoneis evacuetur (quod tamen difficillimum eſt) novus ſubinde fiat materiæ affluxus unde morbus non ſolum fovetur, ſed etiam deterior in dies evadit, ita ut tandem in hydropem Aſcitem incidant, multiplicata materia, & in abdominis cavitatem transfuſa, Initio tamen, antequam viſcera inſignem læſionem ſuſceperint, curationem interdum admittere poteſt. *Riverius.*

Raro felicis & fauſti ominis eſſe ſolet hic hydrops, cum ſæpe ad mortem deducat. Et licet idem medicamentis quibuſdam curatus fuerit, aut æger poſt apertionem thoracis [illegible] tentet, non tamen adeo diuturnum ſolet eſſe hoc alleviamentum, quin rec[illegible] ægri. Vid *Tulpium l. 2. cap. 16. Riverium cent. 1. obſ. 3. Salmuth. cent. 2. obſ. 14. & 16.* Etmuller.

[15]. *Curatio fere nulla*) Rarus eſt hydrops Pulmonum & Pectoris, cognituque & curatu difficilis, Imò licet aqua ex thorace ad alvum concedat, ita ut æger liberatus à malo, & priſtinæ ſanitati reſtitutus videatur, tamen progreſſu temporis vitium recrudeſcit, inquit *Hippocrates l. 2. de Morbis*, patiturque, quæ prius & adhuc amplius, nimirum (ut idem ibidem docet) febrim, tuſſim, reſpirationem αἰθρόην factam, pedum tumorem, contractionem unguium, In ſumma iis affligitur ſymptomatis quibus empyi, verum βραχυχρονιώτερος, debilius, & πολυχρονιώτερος, diuturnius, hydrops namque ſuccedit, Id quod ex tumore ventris, ſcroti, pedum & faciei intelligi poſſe *Hippocrates* ſcribit: pleriquè autem ſiti conflictati, tuſſique correpti in vivis agere deſinunt. *Sebiſius.*

Curatio.

[16]. *Exigit eadem &c.*) Quod ad morbi hujus Therapejam ſpectat, Indicationes primariæ, juxta communem in pleriſque aliis affectibus medendi methodum, erunt tres, ſcilicet *Curatoria, Præſervatoria & Vitalis.* Prima, aquas in pectore aggeſtas quoquomodo evacuandas reſpicit; ij. Ne ſubinde nova ibidem illuvies colligatur præcavet; iij. Vires reſtaurandas, & Symptomata eas lædentia quamprimum tollenda procurat.

Ut Primæ indicationi ſatisfiat, atque ut Pectoris Aſcites inaniatur, duæ tantum viæ, ſeu evacuationis modi,

di, quibus aquarum illuvies iſta educatur occurrunt; Nimirum vel ut pectoris vaſa&humorum ductus inaniti lympham iſtam tar[illegible] ctam [illegible]orbeant, & deinde aëris commeatu foras [illegible]nvehant, Vel 1j. ut per lateris ſectionem aquæ iſtæ in propria ſpecie aſſatim educantur.

Prior iſte modus etſi rarus, quandoque tamen ſuccedit, quod equidem ex propria obſervatione teſtari poſſum: Enimvero Pulmonum compages intus ſpongioſa, & extus poroſa admodum aquis ſubſtratis dum quaque vice diaſtoles immergitur, eas in vapores converſas nonnunquam imbibit, adeoque vel ſanguini remandat, vel cum aëre jugiter exſpirato ore exhalat; Hujuſmodi eff[illegible]us pro morbo iſto ſanando ut facilius contingat, [illegible] medica hic in uſum adhibentur: Itaqu[illegible] p[illegible]pter intentionem iſtam ſanguinis, aëris & humorum ductus quantum licebit [illegible], & vacui ſervari debent, In hunc finem purgantia, diuretica & diapho[illegible] mitiora, methodice & per vices exhibeantur.

Item remedia thoracica & expectorantia locum vendicant: Victus ſit tenuis & calefaciens, & ejuſmodi quoad omnia regimen inſtituatur quod ſanguinem plus exhalare, & humores quoſque ſuperfluos evaporare faciat, Medicamentorum in hos uſus accommodatorum libet hic Formulas quaſdam ſubjicere.

Hydromel Purgans. ℞. *rad. cherefol. ruſci bruſci, polyp. qq. ãã. ℥j. eupator. adiant. botryo. heder terr. ãã. m j. ſem carth. ℥j. rad. ireos Flor. ℥ß. ſem ebuli ʒv. rad. calam. arom. ʒß. coqu in aqu. font ℔[illegible] ad iij. partis conſumptionem. Colat adde fol. Senae ℥ß. agar ʒij. mechoac. turbith. ãã. [illegible]ß. ſantal citr. ʒß. rad. galangæ min. ʒj. ebulliant clauſe per horas ij. dein coentur, adde mellis opt. ℥ij. & clarificetur cum. ovi albumine, fiat Hydromel purgans, doſis ℥vj. ad vij. bis vel ter in ſeptimana*

Pilulæ. ℞. *Calomel.* ℈j. *reſinæ Jalap.* ℈ß. Balſami *Peruv. q. ſ. f. Pilulæ iv. ſumantur mane, repetendo intra v. vel vj. dies.*

Tincturæ. ℞. *Tinct. ſulph.* ʒiij. *capiat gutt 7. ad 10. hora ſomni & primo mane in cochleari uno mixturæ ſequ. ſuperbibendo coch.* iij.

℞. *Aqu. limac. lumbric. raphani comp. ãã.* ℥iv. *aquæ è facco bac[illegible] ſambuc. fermentat.* ℔j. *ſyr. e ſucco heder. terr* ℥j. *m. f. Julapium.* Vel

℞. *Tinctur. g. ammon. vel galbani, exhibe ad* gtt. xx. *veſperi* & primo mane cum eadem mixtura.

Pilulæ. ℞. *milleped. præpar.* ʒij. *flor. ſulph.* ℈j. *flor. benzoin.* ℈j. *pulv. ſemin. dauci bardanæ, ãã.* ʒß. *terebinth. Ven. q. ſ.* f. maſſa, formetur in Pilulas exiguas, ſumantur iv. veſperi, & primo mane, ſuperbibendo hauſtulum ejuſdem Julepi.

Aqua calcis, *Hora 9. matut.* & v. poſt merid. ſumatur *hauſtus aquæ calcis vivæ ad* ℥iv. per ſe, vel cum alio *medicamine appropriato.*

Pro Potu ordinario ſumatur ſequens Bochetum.

℞. *rad. zarzæ par.* ℥vj. *ligni ſantal. albi citr. ãã* ʒvj. *raſur ebor. c. c. ãã.* ʒiij. *rad. calami aromat.* ℥ß. *paſſul. exacinat.* ℔ß. *liquir.* ℥iij. *f. a. infundantur & coqu. in aqu. font.* ℔xij. *ad* vj. *f. Colatura. Vi[illegible].*

17. *Per hydragoga*) Hic diligenter obſervandum, quod ſi morbo jam confirmato, & multa ſeroſi humoris copia in thorace collecta purgans validius exhibeatur humores illi valde exagitantur, unde ſuffocatio ingens ægro contingit, quæ illum ſubito de medio tollit: Ideo caute agendum eſt, & in minori dozi, atque iteratis vicibus medicamenta exhibenda ſunt; eaque cum potentioribus aperientibus ac diureticis miſcenda, ut ſimul viæ aperiantur, & ſeroſæ materiæ portio ad urinæ vias deducatur: Inter hydragoga autem, ea quæ ex mineralibus deſumuntur maxime conveniunt, qualia ſunt *Mercurius dulcis* & *Mercurius vitæ* ita correctus ut per inferiora tantum evacuet. *Riverius.*

18. *Per diuretica*) Hæc frequenter uſurpata multum conferre poſſunt, quia materiam antecedentem ad thoracem confluentem avertunt, & per urinas evacuant, tum etiam conſequutione quadam ab ipſo thorace educunt: *Riverius.* Adde affectus thoracis facilius ſolvi per urinarios meatus quam per alvum, experientia demonſtrante.

Sudorifica etiam ad ſeroſam illam materiam educendam utiliſſima ſunt; Et nos vidimus virum ſexagenarium uſu Decocti ſudorifici, ex guajaco & ſalſa parato, per xv. dies, ſudorem excitando cum vapore ſpiritus vini, fuiſſe liberatum. *Riverius.*

19. *Per ſectionem*) Vacuatio certe contentæ materiæ in thorace tentari quidem poſſet ſive purgantibus, ſive per tuſſim vacuantibus, ſive diſcutientibus, ſive aliis id genus; ſed verendum ne ab eorum calore agitata materia dyſpnoea increbeſcat, ſuffocatioque ſuboriatur; Quo ſane conſultius videtur, ut *vacuetur illa ſenſibiliter thorace aperto cauterio potentiali*, eoq; involuto tectoq; emplaſtro &c. in iis qui muliebres animos gerunt; In aliis autem minus maſculi animi, *cauterio actuali*, eoque ſive multiplici, ex *Aetii* ſententia, ſive ſimplici potius, nam unicum ſane ſatis eſſe poteſt, cum præſertim nullum excrementum, neque pus, nedum aqua, confertim evacuari debeat. Equidem ſi quo in morbo illud *Hippocratis* valet, hydropicos ſtatim ſecare, in hydrope thoracis præcognito ſine cunctatione valere debet, cum vires in eo minus effœtæ ſint quam in hydrope qui calamitoſis ſuccedit febribus, viſcerumque inflammationibus aut empyemati. *Car. Piſo.*

20. *Præcautionem*) Generatio illius ſeroſæ materiæ impedietur vitia corrigendo earum partium quæ hanc materiam ſuppeditant: Sic Pulmone ipſo laborante, illi remedia appropriata erunt uſurpanda: Si hepar aut lien intemperie, obſtructione, ſcirrho, aut alio aliquo vitio laborent, illorum affectuum curationes ex propriis capitibus deſumantur, Univerſaliter vero ea quæ partes vitales & naturales roborant ſemper convenire poterunt. *Riverius.*

Cap. XIV.

De Vertebrarum Dorſi luxatione, ſeu Gibboſitate & aliis.

1. G*ibboſitas eſt vertebrarum dorſi de ſuo loco gibbum efficiens dimotio.*

2. *Signis* opus non eſt, cum viſu detegi poſſit. Eſt etiam gibbis plærumque anhelitus fœtidus, quod in 3. anguſto thorace, pulmone ſe non ſatis dilatante, humores & vapores corrumpantur.

4. *Cauſæ* ſunt tam *Externæ*, ut caſus, percuſſio, inflexio nimia, thoracis intempeſtiva per faſ-

cias in infantia,per veſtes in adultiore ætate conſtrictio,conſuetudo corpus frequenter ad interiora & latera movendi;Quam [5.] *Interna*, ut mala conformatio, humores ligamenta ſpinalis medullæ laxantes, ſeu à capite *tranſmiſſi* cujus exemplum in puero apud Tulpium, ſeu aliunde, ſeu etiam circa ſpinam à nativa vel adſcititia illarum partium imbecillitate collecti. [6.] Ligamentum imprimis nervoſum, quo omnes vertebræ connectuntur, quia glutinoſo & tenaci humore ad commodiorem motum circumfuſum eſt, frigidi [7.] ſeu aliunde humoris allapſu, cum nexu vertebrarum laxius aliquando redditur, & [8.] tumor excitatur.

[9.] *Curatio* eſt [10.] ſemper *difficilis* plærumque nulla, ſi affectus diuturnus. [11.] Conſiſtit in vertebrarum ſuæ ſedi reſtitutione, quæ in adultis Chirurgiæ præcipue opera fit, peculiaribus inſtrumentis, de quibus apud *Oribaſium*, *Æginetam*, *Celſum*, & *Pareum*, utentis.

[1.] *Gibboſitas*) Nominare ſolet *Coüs 6. aphor. 46.* ὕβοὺς & κυφοὺς quos omnes nunc Κυρτὸς Gibboſos vocant, ait *Galenus in comment.* Definitur Gibboſitas, Contorſio ſpinæ,frequentiſſime exterius, & oblique ad alterum latus incipiens, ſine febre, *Rolfincius Epit.lib. 4. cap. 4.*

Κύφωσις ſeu κύρτωσις Græcis dicta, *Gibboſitas* Latinis, *Vouture ou Boſſe* Gallis dicitur. Λόρδωσις Græcis, *Repanditas* Latinis, Gallis *Enfonſure*, Σκολίωσις Græcis, *Divaricatio* Latinis, *Entorſure* Gallis, Σεῖσις Græcis, Latinis *commotio*, ſive *concuſſio*, Gallis *Ebranlement*. Quinta his addi poteſt, quæ *Curvitas* potius quam Gibboſitas nominanda, ut quæ nullo pectoris aut ſpinæ vitio accidat, qualis in Senibus decrepitis, potiſſimum procetis, *Panchure ou Courbure en avant* Gallis dicitur. *Liebautius Schol. in Aph. 46.6.*

[2.] *Gibboſitas*) Detractis carnibus muſculoſis quibus ſpina operta eſt, ejus figura admirabilis ἰθυτενής, partim recta, partim obliqua, nunc extrorſum, nunc introrſum inclinans, manifeſte conſpicitur, quam primum *Hippocrates* indicavit. ἰθυτενής quidem eſt per totam longitudinem, ſed in cervice & lumbis eſt ἐπίκαμπτος. In dorſo eſt ἰθυκύφος, ac proinde facilis eſt explicatio morborum viciatæ ſpinæ, cujuſmodi ſunt, λόρδωσις quæ eſt vitium ſpinæ, quando ejus vertebræ loco ſuo motæ ſunt, & in priorem ſive anteriorem partem conversæ, Κύφωσις cum vertebræ in poſteriorem partem convertuntur; Λόρδωσις accidit in dorſo, ut Κύφωσις in cervice: σκολίωσις eſt obliquatio, ſive contorſio ſpinæ in alterutrum latus, Σεῖσις, commotio vertebrarum ſpinæ, quando vertebræ in loco quidem ſuo manent, ſed earum compago dimovetur. *Riolanus Encheir. l. 6. c. 16.*

[3.] *Gibboſitas*) Vertebris dorſi tum lato oſſi pectoris (quod thorax dicitur, ad quod ſemicirculi coſtarum verarum terminantur) ut incurventur intus & exterius plerumque accidit, & fœdam corporis faciant figuram, cum attractione colli & elevatione humerorum, atque exſiccatione coxarum vel anckarum, Et ſi iſta corporis tortura fuerit *ante & retro*, Gibboſitas appellatur. *Bertrutius Tr. 4 c. 5.*

[2.] *Signis*) Indicia incipientis adeo interdum latent, muſculoſis in ſpatiis occultata, ut etiam peritos fugiant; Augeſcens omnium expoſita eſt oculis. *Rolfincius.*

Signa in Pueritia eſt Tuberculum durum circa vertebras aut ſternum, quod primum inſtar avellanæ, deinde inſtar nucis juglandis tactu deprehendi poteſt. *Fr. Joel.*

[3.] *Anguſto thorace*) Anguſtia thoracis ſemper ſuſpecta eſt, quia cum in anguſta cavitate pulmones, dum reſpiratio fit, non ſatis libere moveantur, identidem fortius impingunt in circumſtantes coſtas, atque hinc quia per ſe ſunt partes valde molles, ex longo iſto in coſtas impulſu paulatim flacceſcunt ac debiles evadunt, eorumque vaſis iſta colliſione ruptis contingit hæmoptyſis, & ſanguine in ſpongioſis eorum cavernulis reſtagnante, ac corrupto gignitur ulcus, cujus mox individuus comes ſuccedit tabes cum febre lenta, Hanc ob cauſam inprimis cura gerenda eſt in infantibus, ne iis thorax faſciis nimis arcte conſtringatur, ſicque coſtarum incrementum, & dilatationis thoracis augmentum impediatur, ob quem errorem nimia anguſtia thoracis ab ipſis incunabilis non paucis generatur. *Diemerbroech Anat. l. 2. cap. 1.*

[4.] *Cauſæ ſunt tam externæ &c. quam internæ*) Cujuſlibet Gibboſitatis cauſæ ſunt duplices *Externæ* aliæ, quales ſunt ictus aut caſus violentus in ſcapulas aut coxas, *geſtatio gravioris oneris, nixus in ejuſdem elevatione &c.*) Quoad *Internas*, illæ variæ ſunt, *Tumores* frigidi, duri, crudi ac magni, circa vincula ac membranas vertebrarum adnati, *flatus* qui vincula earundem diſtendunt; *Excrementitia humiditas* ibi congeſta, aut aliunde huc illabens, quæ eadem imbuit, lubricat & relaxat, vehemens *Tuſſis*, quæ vertebras è ſuo loco pellit; Immodica *Siccitas*, quæ earum vincula contrahit, ut ſæpe fit in hecticis, *Inflammatio earundem*: Conſuetudo paulo frequentior inflectendi ac recurvandi corpus in partem aut poſteriorem aut lateralem. *Liebautius.*

[5.] *Quam internæ*) Fit Gibboſitas ob aliquam harum cauſarum.

Prima eſt oſſium prædictorum (vide §. 1. *Gibboſitas*) teneritas & mollitudo, ſimiliter & ligamentorum ejus, ſicut accidit pueris & infantibus, quare non poſſunt molem capitis & gravitatem propriam ſuſtentare. Et hæc eſt ſine febre & dolore, niſi fortaſſe dolor aſſiduus febrem accendat.

Secunda cauſa eſt ventoſitas groſſa, frigida, vertebrarum ligamenta dividens; Sine febre quoque eſt, & urina eſt lactea, alba, groſſa, ætas, complexio, anni tempus, omnia phlegmatica conſentiunt.

Tertia eſt *Apoſtema* latitans in profundo dorſi vel coſtarum, quod ſua magnitudine ligamenta propellit ad extra, & vertebras diſlocat, Et fit hoc proprie poſt Apoſtematis terminationem ad duritiem, & in corpore laxo, raro per naturam; ſive fuerit Apoſtema calidum, ſive frigidum, ſive commixtum, Ubi autem calidum fuerit Apoſtema, febris, dolor, rubor acuentur; Si frigidum, febris, dolor & rubor diminuantur, urina fiet rubra, groſſa. *Beatrutius.*

Certe mihi videntur Gibboſitates non eas ſolum cauſas habere poſſe quas adducit *Galenus capit. 5. 4. de loc. aff.* ictum caſumve (tanquam cauſam externam) aut tubercula in vertebrarum ligamentis orta, ſed omnes cauſas quas Luxationes.

Conſtat vero aliorum oſſium luxationes fieri, non ſolum evulſis è ſuis locis oſſibus, ob contractionem ligamentorũ, ſed etiam ipſis articulis factis laxioribus, ligamentorũ emollitione, Velut enim ſuccus qui in nervos incidit, nunc convolſionem facit, nunc paralyſin, ita qui in ligamenta, nunc contrahit, nunc laxat, Alterum quidem avellit, alterum facit loco excidere oſſa; Utrumque horum fiat in ligamentis vertebrarum, neceſſe eſt gibboſitates ſupervenire. *Valleſius comm. in lib. 5. Epid. p. m. 519.*

Adju-

Adjuvans cauſa eſt affluxio ſuperflui alimentarii humoris ad læſam partem, adaugens Tuberculum, & in callum exercſcens, Sicut enim in arboribus ex ſucci redundantia ex uberantiæ fiunt, ita [illegible] ibbi ex humore affluente ad diſtractas vertebras, Creſcit autem Gibbus uſque ad [illegible] *Fr. Joel.*

Ligamentum inprimis nervoſum) Vbique inter duas vertebras media & [illegible] craſſa cartilago inſtar glutinis interjecta eſt: *Vis enim l.* [illegible] *Off.* ligamentum durum, & quodammodo cartilagineum eſſe ſcribit: Omnes vertebras dura membrana extrinſecus contegit; intus vero vertebræ ligamentum habent membranoſum robuſtum, a ſuprema vertebris uſque ad os ſacrum productum, quod ad tutelam & conſervationem ſpinalis medullæ, præter illas duas membranas appoſitum & circumjectum eſt. *Riolanus ib.*

7\. *Seu a capite, ſeu aliunde*) *Terminum à quo*, ut vocant ajunt eſſe *caput & cerebrum*; unde & deducitur [illegible], Sic Michael *Wolkmannus in* [illegible] *m. Med.* (*ſtemate capit. 31. Materia efficiens arthritid. interdum colligitur in capite ſecundum intimam & extimam partem: Plerumque pituita à capite deſtuit per ſpinalem medullam, à ſpinali medulla ad os ſacrum, ab oſſe ſacro ad ipſam coxam.* Nos vero eum terminum non privatum aliquod membrum, ſed ipſam maſſam ſanguineam eſſe arbitramur. *Schneiderus lib. ſpecialiſſ. de catarrhis pagina 937.*

Ex maſſa ſanguinea veriſimiliter eſſe repetendam ſcaturiginem docent me bina exempla Gibboſitatis, cuticeæ per metaſtaſin materiæ febrilis ortæ, in puero & puella, illo decenni, hac ſeptenni: Uno eodemque tempore febris utrique obvenerat, quæ deſiit decubitu facto in dorſum quod *medium* deformabat, Pueri parens admodum anxius Chirurgum advocavit, qui multa, ut induſtrius videretur, machinatus eſt; Ego puellæ exemplo edoctus, quæ nuperrime ſolis litibus chalybeatis & digerentibus reſtituta fuerat, Parentem rogo tantiſper unum grandis apparatus Chirurgus differret donec per Topica curatio tentata eſſet; qua ſuccedente, hic ſupellectilem inanem convaſavit, mœſtuſque receſſit.

Quod [illegible] partem ſuſcipientem attinet, meminiſſe oportet loci illius *Hippocr. de Loc. in Hom. Affectus quicunque nervos obſidet gravior eſt quam qui venas*, Nervoſæ ſcilicet partes præ denſitate difficilius influentes humores admittunt, admiſſos vero pertinacius retinent.

8\. *Tumor excitatur*) *Tubercula* illa, vel cruda ſunt & dura, vel non ita dura & cruda; Si dura ſunt & incocta, minus periculoſa ſunt, diutiuſque vivere permittunt, quia non ſuppurant; Alia non ita cruda ſunt & dura, quæ tempore ſuppurant, & hæc ſunt periculoſa, nam tum pus in ſpatium thoracis vacuum effunditur, & commota tuſſi ſuffocantur ægri; Sic *in cervice tuberculum* eſt periculoſum, quia ſuppuratio convertitur in aſperam arteriam & ſuffocat: Ergo in Gibbis, cervicis præſertim & thoracis, periculoſum cenſetur provocare ſuppurationem, imo oportebit quantum fieri poterit prohibere, & tubercula dura reddere: At *in lumbis* minus periculoſa ſunt Tubercula, quia poſſunt aliquando beneficio naturæ ſuppurare. *Hollerius.*

9\. *Curatio eſt ſemper difficilis*) Gibboſitas ſi fuerit recens, parva, difficile curatur, Antiqua, confirmata, nunquam; In pueris, iuvenibus, facilius tollitur, quam in adultis & ſenibus induratis, Si corpori catarrhoſo per naturam Gibboſitas accidetit, cadet in empyema ſuffocatus cor tempore non longo. Hinc *Hippocrates*, *Quicunque gibbi fiunt ex aſthmate, aut tuſſi, ante iuventutem pereunt*, quando calor naturalis acuitur, & ejus eventatio minoratur.

Gibboſitas thoracis periculoſior eſt ea quæ in dorſo, quoniam comprimit Pulmonem; Similiter ſi tumor ad interiora prominet, periculoſior eſt ea quam ſi exeat ad exteriora; Verum quomodocunque res ſe habuerit, Pulmonem anguſtabit, interior namque motum ejus ſecundum latitudinem prohibet, exterior vero ſecundum longitudinem.

Omnes Gibboſi ſunt aſthmatici, quare vitam ſuam imprudenter & ex improviſo terminant ante ſenectutem.

Sunt utplurimum iracundi, luxurioſi, elati, quoniam in iis calidum cordis efficienter inflammatur: Gibboſitas accidens ſpondylis colli omnium exiſtit perniurioſiſſima, cito namque ſuffocat, ſicut angina, unde *Hippocrates*, *Si à febre habito convertatur collum*, & vix deglutire poſſit, tumore nullo exiſtente in collo, mortale. *Bertrutius.*

10\. *Plerumque nulla*) *Imo nonnunquam periculi plena*, Nam multoties obſervavi (dum ſolent artifices aliqui iſtos gibbos commodis inſtrumentis paulatim comprimere, atque ita deprimere ut evaneſcant & non appareant (quæ curatio hic apud nos familiaris eſt) quod tali modo curati gibboſi, ob reſtrictam nimiam thoracis anguſtiam, evaſerint aſthmatici, & brevi poſt hæmoptoici, ſicque tandem in phthiſin incurabilem inciderint & perierint: Quamobrem Gibboſis plerumque conſilium damus de non curando Gibbo, utpote cum vivere præſtet quam eo ablato vel curato mori. *Diemerbroeck.*

11\. *Conſiſtit*) Sciendum quod alia Curatio debeatur Gibboſitati quæ fit ab *humiditate relaxante* muſculos exteroos vel internos, debentes continere ſpondylia in debito ſtatu, quam ei quæ fit à materia ſpaſmante, quæ curatur cum digeſtione & evacuatione materiæ: Pilulæ autem de *hermodactylis* non ſtatim exhibendæ ſunt, licet *Rhazes* eas dare juſſerit, ſed poſtea, ubi materia prius evacuata cum mitioribus fuerit, Locum vero inungit *oleo ſambucino* in quo *ſtorax liquida*, *euphorbium* & *caſtoreum* reſoluta ſunt, *Avicenna* vero utitur *oleo de euphorbio*: Interim jubet *Rhaſis* ut à cibis frigidis & craſſis abſtineant, ſcilicet ab omnibus multiplicantibus humiditates phlegmaticas, Et præſcribit *Embrocationem ab alto*, ad majorem penetrationem in profundum, cum virtute reſolutiva, exſiccativa, & confortativa membrorum, in qua cocta ſint *menthaſtrum*, *ſampſuchus*, *ſtæchas Arab.* & poſtea jubet iuungere oleis calidis penetrantibus.

Quod ſi infantibus accidat, non opus eſt ſolutivis, ſolæ inunctiones, ut idem aſſerit, ſufficiunt. *Foreſtus lib. 29. obſ. 25.*

Curatio pro *pueris* ex *teneritate oſſium*, ſeu *ligamentorum*, eſt ut *faſcietur dorſum* & pectus totum cum faſciis latis, mollibus, omni tempore fortiter alligatis, donec dorſi vertebræ indurentur; Præſerventur à fletu, vociferatione, feſſione, ſtatione erecta, quantum poſſibile ſit; multiplicetur cibus ſecundum numerum non ſecundum quantitatem, & utatur cibis ſolidis ſi poſſit, & proprie extremitatibus porcellorum, quieſcat omni tempore ſuper lecto molli; in altero laterum vel dorſo, Si dolor extenſivus fuerit, emplaſtretur dorſum ex *flor. chamom.* coctis in aqua *pluviali & vino rubro ſtyptico*, in quibus *pulvis thuris maſculi* fuerit diſſolutus, deinde diligenter expreſſis, & tepide alligatis ſuper dorſum & pectus cum faſcia forti, ſed non tangatur corpus alio ligno.

Si vero illud non ſuffecerit, rectificetur corpus ligando ipſum fortiter inter duas tegulas planas, ſolidas,

ſubtiles, ſtupa interpoſita carminata, quæ ſtupa imbibatur perfecte in liquore jam dicto & diligenter expreſſo ſuper regulas firmiter, & melior fiet operatio.

Et ſi illud iterum non ſuffecerit firmiter ſuper locum Emplaſtrum ſtypticum conſtrictivum extremæ fortitudinis & dimittatur ſuper locum decem diebus; deinde reiteretur, & dimittatur diebus quinque, & iterum removeatur; & hoc fiat toties donec corpus à tortuoſitate perfecte ſervetur.

In Pueris proprie, ſi cauſa non fuerit fortis & antiqua, ſufficit quandoque *ceratum ex ammoniaco & ladano ā ā. part. aqu. diſſolutis* ſimul ad ignem lentum, & incorporatis in mortario cum piſtillo donec fiat ſicut diachylum, & extenſis ſuper corio albo molli cum tegulis lenibus, & faſciis latis ſæpe revolutis, firmatis ſuper locum.

Et ſi fortius volueris facere, adde in cauſa calida *acaciam, bolum Arm. terram ſigill. balauſtia, cortic. granat. cupulas gland.* In frigida, *bdellium, opopanthus, maſtich. viſcum querc.* In cauſa dubia ſimul miſceantur.

Si ſit *ex humoris vitio una cum ventoſitate*, digeratur materia phlegmatica, & evacuetur cum medicinis fortibus frequentatis; deinde fiant localia ſuper dorſum & pectus calide, Carminantia ventoſitates, & extrahentia cum virtute, qualia ſunt ventoſationes ſiccæ, ſacelli, emplaſtra, & ſi non ſufficerint, veniendum ad emplaſtra rubificantia, Sed firmentur hæc remedia ſuper locum cum tegulis & faſciis latis & fortibus, Et ſi dolor augmentetur propter veſicationem ex Emplaſtro, poſtponatur per dies aliquot, & inungatur cum *ungu albo* vel *de ceruſa*, vel *ol. roſaceo*, deinde reiteretur ſicut prius: In fine vero rei, & cum cauſa fuerit remota, fiant omnia localia ad curam pertinentia, dicta in priori cauſa: Nutriatur cibis calidis & vino vetere, famem & ſitim toleret; ſtudet in ſtupha ſicca in jejunio; habitet omni tempore in aëre calido vel calefacto, Utatur ſæpius *diacymino, diatrionpip. theriaca, Mithrid. elect. anacard. pyrethro*, pipere, cardamomo.

Si ſit *ex caſu*, vel *percuſſione*, à principio fiat *phlebotomia* diverſiva ex baſilica; Et ubi locus ſecurus eſt ab apoſtemate, per repercuſſiones frigidas ſtypticas, perveniatur ad remedia localia, torturam reſpiciendo, uti de prima cauſa dictum eſt.

Si ab *Apoſtemate* maxime calido, hoc exterius manifeſtatur ad ſenſum, ex dolore acuto pungente in parte, cum extenſione ac febre, in initio concomitante: Huic regimen debetur quale in Apoſtemate calido in principio convenit, ſicut eſt V.S. partim diverſiva, partim vacuativa: Nam tunc cum incipit Gibboſitas; ſaltem apoſtema eſt in augmento, manifeſto; tunc igitur præſcribatur regimen tenue, dimittendo calida, & utendo frigidis aliqualiter ad ſtypticum declinantibus, & in principio dimittendum omnino vinum, & dandæ ſunt Medicinæ lenitivæ & aliqualiter ſolutivæ ut ſunt *caſſia, tamarindi* &c. cum *decoctis herbar. frigid.* Et apponenda repercuſſiva moderata cum debilibus reſolutivis, & tandem cum aliis juxta tempora Apoſtematis; In declinatione vero, & cum jam terminatum eſt ad indurationem, procedas alternatim cum Empl. & Vnguentis mollificativis & reſolutivis, Ita tamen ut dorſum continuo faſcietur inter regulas ſupradictas: In fine vero totius intende ſoli poſitioni cum ligationibus & emplaſtris ſtypticis dictis in prima cauſa.

Si vero non fueris vocatus antequam Gibboſitas cœperit Apoſtemari, & intendas curæ ſcleroſeos primo, & gibboſitatis ſecundo, utrique ſimul alternatim, ſic etiam *Gradius* ſupra *Rhaſin*, & poſtea facta cura Apoſtematis, oportet intendere comprimendo leniter dorſum ad interiora cum diverſis ingeniis. *Foreſtus l. 29. obſ. 23. in ſchol.*

Curatio Gibbi inveterati, & ultra modum protuberantis, impoſſibilis eſt, In principio vero exortus Gibbi tuberculo adhuc exiſtente (*parvo*) per deſiccantia abſumentia remedia diſcuti, & ejus incrementum prohiberi poteſt, Ex quibus remediis unum & alterum exquiſitius hic ſubjungam, Si Tuberculum bis quotidie inungatur Chimicis oleis, videlicet *Saturni & Martis*, prohibent incrementum Gibboſitatis: Idem faciunt *lamina plumbi* tenuiſſima tuberculo alligata, Similiter utiliſſimum erit locum affectum quotidie inungere *oleo & ſtrobilis cupreſſi* deſtillatis, & quotidie imponere Cataplaſma ex *fol. ſabinæ*, aut *foliis oleandri* contuſis, & cum oleo roſ. mixtis confectum. *Franc. Joel.*

Puellula 18. menſium excreſcentia vertebrarum dorſi laborare cœpit. 3. & 4. vertebras lumborum extuberantes inveni ad ovi anatis magnitudinem, quas 2. & 5. nonnihil ſequebantur, ita ut in maximum gibbum excreverit ſpina, præcipue verſus ſiniſtrum latus, quare ſiniſtrum crus dextro longe imbecillius erat, In Curatione ſic proceſſi, 1. Dorſum totumque crus ſequenti Aqua ad nervos corroborandos inunxi.

℞. *aqua granor. juniperi ſine vino deſtill. aqu. ſalv. beton. lavend. ā ā. ℥ij. pulv. rad. biſtortæ, torment. roſar. ā ā. ℥j.* m. f. infuſio in ampulla magna per dies 8. vel 10. dein per inclinationem à pulveribus ſeparata aqua ad uſum ſervetur.

Poſt inunctionem ſequens Empl. quo etiam in Fracturis oſſium ottor, applicui.

℞ *Empl. Slotani ℥v. ceræ novæ ℥ij. lapid. oſteocollæ ℥j. pulv. rad. conſol. mai. terræ ſigill. ā ā. ℥iij. pulv. balauſt. nuc. cupr. roſar. odorif. ā ā. ʒj.* miſceantur leniſſimo igne, f. Empl. addendo *ol. roſac. aut maſtich.* q. ſ. &c.

Nune annum ætatis tertium attigit, & quam belle ſe habet. *Fabritius Hildanus obſ. 67. cent. 5.* Curationem manuum opera peractam vide in Chirurgia.

[12]. *Differentiæ* ſumuntur, ab Ægro, vertebris, cauſis & modo luxationis.

I. *Ab ægro.* Alia eſt *ab ortu* & prima conformatione, quæ hæreditaria & incurabilis.

Alia *Infantum*, quæ jam natis [13]. in infantia accidit. Et in hac, coſtæ ægris vel parum vel nihil in latum creſcunt, ſed foras antrorſum porriguntur, unde pulmonibus compreſſis aſthma: cervix ad magnam vertebram recurvatur, & caput pronum fit, unde faucium anguſtia: [14] mors [15]. ante pubertatem ex [16]. aſthmate vel tuſſi, quia thorax malè affectus non poteſt cum corde & pulmone augeri: unde impedita ſpiratione inſitus calor paulatim langueſcit, poſt ſuffocatur.

Alia [17]. *Adultorum*, [18]. quæ in adulta & poſt pubertatem ætate corripit. Et hic, ſi thorax naturali magnitudine inſtruitur, non tam citò interimit: Chirurgicisque inſtrumentis curari debet.

II. *A vertebris.* *Alia eſt quando una ſaltem vertebra luxatur*, quæ periculoſior, quia in

acutum

acutum angulum definens, ſpinalem medullam comprimit & valdè lædit. Alia *quando plures*, quæ minus periculoſa, quia vertebræ obtuſum angulum efficientes, minus ſpinalem medullam comprimunt. Quibus vero [20] *ſpina ad lumbos gibba eſt*, his renum & veſicæ vitia ſuperveniunt, & plærumque infæcundi fiunt.

III. *A cauſis*. Alia eſt κύρτωσις, κύβωσις & ὕβωσις, ſeu *gibboſitas*, in qua vertebræ verſus exteriora luxantur, tumor in dorſo apparet, [21] ſpiritus difficulter & cum ſono trahitur, ſternum fit ſtrictius.

[22] Fit & à tumoribus [23] duobus duarum aut plurium [24] vertebtarum ligamenta obſidentibus, totidem aut pluribus intermediis ſalvis, quæ dum vertebras trahunt, intermedias à ſuo loco dimovent. *Hippocrates* in ea tiliaceas tabulas non ita tenues in pectore ad conſtrictionem geſtatas commendat. [25] Alia eſt λόρδωσις ſeu *repanditas* & *recurvitas*, in qua vertebræ verſus anteriora luxantur, cavitas in dorſo apparet, tumor ante & circa ſternum. Oritur [26] quando unus, duo vel plures tumores, nulla ſalva interjecta vertebra ligamenta quæ occupant, ad ſe in partem interiorem cum vertebra trahunt. *Rariſſima* hæc, quia in ſpinæ parte thoracis ſe cavitati obvertente multa & preſſa inter vertebras laxationem prohibens cartilago, & *Curatu* impoſſibilis, niſi fortè in tenellis corporibus malo adhuc recente, emplaſtra attrahentia aliquid præſtare poſſint. Videri tamen de curanda in adultis *Fabricius Hildanus* poteſt.

Alia eſt [27] σκολίωσις ſeu *obliquatio* & *tortuoſitas*, in qua luxatio in latus alterutrumque fit, paralyſis plærumque in parte luxata, & convulſio in oppoſita accidit, notandumque 1. paralyſin accidere ſi repentina & magna luxatio, adeò ut ſpinalis medulla & nervi inde oriundi comprimantur: 2. non accidere, ſi ſenſim luxantur, & ſpinalis medulla, quæ mollis extendi poteſt.

Alia eſt σεῖσις ſeu *quaſſatio*, in qua, vertebris in ſua ſede manentibus, vertebrarum junctura & compages dimovetur, (fortè *vvehe thun*) læſa undecima vel vicina aliqua vertebra, ubi orificium ventriculi dorſo alligatur, doler dorſum, regio circa ventriculum, & caput, appetitus dejicitur, febris, infantibus inprimis, ſupervenit &c. Oritur plærumque à pondere, & lapſu: [28] prodeſtque *unguentum rubrum potabile, oculi cancri, aqua cum ſale* &c.

De *reliquis quæ ſpinam, vertebras & ſpinalem medullam afficiunt* nota

I. [29] *Curvitatem* [30] ad anteriora [31] in ætate decrepita accidere iis, qui procero ſunt corpore, nec inter morbos cenſeri. *M. Antoninus Pius* tabulis tiliaceis uſus eſt.

II. [32] Primam vertebram, cui inſidet caput, ſi ad poſteriora excidat, ſpinalem medullam comprimere, mentumque ad pectus flectere, unde & ſpiratio & loquela intercipitur, homoque ſubitò jugulatur.

III. [33] Cervicis vertebris integrè luxatis hominem citiſſimè interire, quod compreſſa in prima origine ſpinali medulla & nervis ab ea oriundis ſpiritus animales intercipiantur, & reſpiratio tollatur. At iiſdem in partem anteriorem ſubluxatis, collum diſtorqueri, caput moveri non poſſe, faciem livere, partem affectam dolere, ſpirandique & loquendi difficultatem adeſſe.

Curatur, ſi aliquis toto corpore ſcapulis & humeris ægri in humili ſella ſedentis incumbat: Chirurgus verò caput ad aures comprehenſum concutiat & in omnem partem moveat, donec vertebra ſuo loco reſtituatur.

IV. [34] *Fracturam ſpinæ* lethalem, quia & medulla & nervi læduntur.

V. [35] *Medullâ ſpinali vulneratâ*, inferiores partes, ex ea nervos accipientes reſolvi, & convelli: & quia cerebrum in conſenſum trahitur, dolor ac febris excitatur periculoſum & rarò ſanabile malum eſt, ut Hippocrates docet. VI. Duplicem ſpinalem medullam, vide apud Tulpium Obſ. lib. 3. cap 30.

[22] *Differentia*) Intelligere oportet quod alii Gibbi ſint in *cervice*, alii in *thorace*, alii *ſub ſepto tranſverſo*, & *in lumbis*; Si Gibbus eſt in *cervice*, aut in *dorſo*, prohibetur nutritio thoracis, ita ut coſtæ tendant in acutum; ſed non ampliatur aut augetur thorax, aut certe parum admodum, Si eſt ſub *ſepto tranſverſo* & *in lumbis*, ij habent crura valde gracilia, quia horum prohibetur nutritio: *Hippocrates aph. 46. 6.* agit de Gibboſis in cervice vel in dorſo; Nam ſi gibboſitas ſit in lumbis aut oſſe ſacro, non impeditur nutritio thoracis, & ſpina ac thorax dilatari poſſunt; Si vero in cervice aut dorſo, ſpina ſit brevior, thorax anguſtior, iidem ſere coguntur eſſe capite demiſſo; Collum non eſt ita flexile ac ſequax, niſi ad dentem comprimas vertebras: Quod ſi caput aut collum conentur attollere, gutturoſi evadunt, fit arctior aſpera arteria, redditur vox aſpera & rauca. *Hollerius comm. in aph. 46. 6.*

[23] *In Infantia accidit*) Gibbi à frigidis humoribus vertebras obſidentibus ſi fiant aſthmatici aut tuſſiculoſi in pueritia & antequam pubertatis annos exceſſerint, longævi eſſe nequeunt, ſed ineunte adoleſcentia ſtatim moriuntur, quod augeſcentibus corde ac pulmone iis continendis, illorumque dilatationi ſpina præ anguſtia ſufficere non poſſit, unde ſtrangulatio neceſſario adferetur. *Liebautius.*

[24] *Mors ante pubertatem &c.*) Quæritur an Gibboſi neceſſario celeriter moriantur? Minime, ſiquidem quibus jam adultis fit Gibbus, quum thorax in iis jam habeat juſtam magnitudinem & amplitudinem, non tam cito moriuntur; fere autem moriuntur anno LX. At ſi adhuc pueris accedat Gibbus, celeriter intereunt; partes enim thoracis interiores iis augentur & amplianrur, thorax autem ampliari non poteſt; quum ergo prohibita thoracis ampliatione cor & pulmones conſtringantur, nec libere moveantur, fiunt tubercula, tabes, peripneumoniæ &c. & ita moriuntur. *Hollerius.*

15. *Ante pubertatem*) Priuſquam videlicet adepti ſint amplitudinem thoracis, intereunt, & multo celerius ſi intemperanter vivant, & ſint imbecilli; Quod ſi cui caſu vel ictu commotus eſt Gibbus poſt annos pubertatis, ut anno viceſimo, poterit ſupervivere uſque ad annum etiam LX. ſiquidem robuſtus & temperanter vivat; Alioqui ſi ſit imbecillior, & ſi vivat intemperanter, ex hac vita caput replebitur multis excrementis, quæ in thoracem decumbentia augebunt Tuberculum, unde celerius oritur aſthma, tuſſis, & inde mors. *Hollerius*.

16. *Ex aſthmate vel tuſſi*) Non vult dicere *Hippocrates* dicto *aph. 46. 6.* quod aſthma & tuſſis ſint cauſa Gibbi, ſed quod ejuſmodi Gibbus eſt cum aſthmate & tuſſi: Neceſſario autem oportet intelligere gibbum illum qui eſt in cervice, vel quia propter anguſtiorem locum fit aſthma, quemadmodum accidit iis qui diutius cucurrerunt: *Tuſſis* vero fit quia ex Tuberculo illo non ita duro reſudat aliquid materiæ in partes ſpiritales; Ubi tuſſis commovetur, periculum eſt ne derepente ſequatur ſuffocatio. *Hollerius*.

16. *Aſthmate vel tuſſi*) Qui Gibbi fiunt ex aliis cauſis quam ex tumoribus frigidis, adnatis vinculis vertebrarum, utpote caſu, ictu, flatibus, humorum defluxu, non neceſſario ii fiunt aſthmatici aut tuſſiculoſi, nec tam brevis ſunt vitæ. Videmus enim plures gibboſos ſexagenarios, imo interdum & ſeptuagenarios. *Liebautius*.

16. *Aſthmate vel tuſſi*) Qui gibbi fiunt à tumoribus frigidis, ligamenta ſeu membranas vertebrarum obſidentibus, evadunt *aſthmatici* aut *tuſſiculoſi*, aut *utrique*, *Aſthmatici* quidem, quod ob tumorem internum pectoris ſpatium reddatur anguſtius; nam quo vertebræ intro magis flectuntur, eo ipſum ſpatium magis contrahitur, unde ipſi pulmones non tam liberum ac expeditum habent motum quo aërem inſpiratione attrahant excipiantque, & fuligines exſpiratione expellant.

Tuſſiculoſi vero, non tam à ſeroſo ac tenui humore à tumoribus in pulmones reſudante, aut à pure ab illis tumoribus in pulmonis effuſo, quam à mole tumorum pulmonibus incumbentium, quo modo magnus tumor hepatis aliquando tuſſi vexat.

Utrique vero evadunt, & *aſthmatici & tuſſiculoſi*, ſi duri ac magni ipſi tumores extiterint; nam ſi parvi ac molles illi tumores fuerint, aſthmatici quidem fiunt, non tuſſiculoſi. *Liebautius*.

17. *Alia adultorum*) Gibbi à frigidis tumoribus, ſi fiant aſthmatici aut tuſſiculoſi ea ætate qua interna viſcera ſuam magnitudinem ac perfectam conformationem ſunt adepta, vitam longiorem poſſunt protrahere, quod cavitas pectoris continendis pulmonibus ac cordi eorumque dilatationi ſufficiat. *Liebautius*.

18. *Quæ in adultis*) Contingit interdum in junioribus ut ipſa natura fortior anguſtam capacitatem thoracis ſponte dilatet, & coſtas aliquas flectendo, atque è loco naturali dimovendo gibbum protrudat, ſicque pulmonum motum & reſpirationem liberiorem faciat. *Diemerbroeck Anat. l. 2. c. 1.*

Deformitatem illam natura nonnunquam reparat alia ratione, cum videlicet Gibboſitas contingit per defluxum humoris in ligamenta vertebras connectentia, quem poſtmodum robuſtior diſcutiat & diſſipet. Id à me animadverſum uno eodemque tempore in puero & puella. Utrique à febre in vertebrarum regionem decubuit humor qui *malacian* induxit, Pueri parens admodum ſolicitus Chirurgum advocavit, qui thoraces ferreos fabrefieri curabat ad reſtitutionem vertebrarum [illegible] nbus reſolventibus & roborantibus partes illas foveri jubeo, ſicque reducta ſpina, priuſquam machinæ apparatæ fuerint, Eodem modo curata fuit puella intra breve temporis ſpatium.

19. *A Vertebris*) In Trochoide articuli ſpecie, qua caput ſupra vertebras movetur, cum *cardo* ille, quem *prima vertebra* cum *ſecunda* efficit, adeo ſurſum attolli via queat ut è ſinu ſuo procidat, ſitque tam firmiter ligamentis conſtrictus, evenire vix poteſt ut caput luxationis cauſa motum amittat, Quod ſi vero luxatio articulis, qui *obſcuro motu* per *ſynarthroſin* moventur, fiatque hoc in ea ſpecie, quem *nexum*, ſeu *coalitum mobilem* vocamus, quo *Dorſi vertebræ* invicem [illegible]ſtruuntur, tunc *laxa*, quæ vertebras ſimul conglutinat, *cartilagine* in pluribus illarum ſpatiis, maxime circa *mediam dorſi ſedem*, & *ſuperiorem lumborum*, cum illic copioſior inveniatur, aliquid remittente, accidit ut plures vertebræ (cum una ſola vix adeo extrorſum ferri poſſit, illiuſque qua nectitur cartilago, adeo relaxari, ab invicem plus minuſve ſecedentes, *curvitatem in* [illegible] *ſo*, & cum ſe erigere nequeat, *brevitatem* quoque [illegible]lius, & cum eo totius corporis in *Gibboſis* appella[illegible] procreent; Atque prominentia tunc inde nata ad exteriora potius quam interiora, cum *ſpinæ vertebrarum* illas eo adeo detorquere non ſinant, protuberet, & pro diductionis *vertebrarum* modo vario, nunc acutum, nunc obtuſum & majorem minoremve gibbum efficiat.

Nonnunquam ad *latera* inflexæ vertebræ, alio modo corpus *intortum* & breve efformant; Et in omnibus *illis dorſi curvitatibus*, cum coſtæ dorſo adnexæ ſequantur, pectus quoque vel *elatum* vel *depreſſum*, vel aliter deformatum apparet; unde & *difficilis*, ſi thoracis ſtructura admodum vitietur, ſequitur *reſpiratio*, vel *periculum* quoque *ſuffocationis* ſi *cervicis vertebræ* luxatæ ſint; quod tamen, cum pauca illic intercedat cartilago, nonniſi ſumma vi fieri poteſt: Uti vero nonnunquam *prima vertebra*, quæ per *arthrodiam* laxe jungitur, ſi luxetur, *ſextam anginæ ſpeciem* ab *Hippocrate* vocatam efficit. *Platerus*.

20. *His renum &c. superveniunt*) In Lumbis minus periculoſa ſunt Tubercula, quia poſſunt aliquando beneficio naturæ ſuppurari: Aliquando fiunt dyſenteriæ, aliquando varices in inguine, aut cruribus, unde ſolvitur morbus: Præterea *Gibbi in lumbis* ſolvuntur aut per metaſtaſin aut per ſympathiam: Per *metaſtaſin*, ſi materia quæ gibbum faciebat transferatur in partes ignobiles, vera erit ſolutio: Per *ſympathiam*. ut ſi pus è lumbis demittitur in ilia, inguina, crus, & illic efficiat novam ſuppurationem, Et hoc non eſt ſanare, neque ſolvere morbum, ſed augere. *Hollerius*.

His renum & veſicæ vitia ſuperveniunt, abſceſſus item ad ilia & inguina, coxæ extenuantur, pubes, & barba ſerius increſcit, minor fœcunditas adeſt quam quibus gibba eſt pars ſuperior. *Liebautius*.

21. *Tumor, ſeu gibboſitas, in qua &c.*) In κύφωσι dorſi, ſeu vertebrarum thoracis, ſpiritus difficulter ſtrictim cum ſono movetur; coſtæ in latitudinem non augentur, ſed in partem priorem, pectus anguſtius redditur, ſternum fit ſtrictius, in acutum deſinens. *Liebautius*.

22. *Fit & à tumoribus*) In internis cauſis numeratur *Tuberculum*, varias apud *Hippocratem* & *Galenum* appellationes ſortitum; *Galeno* vocatur φῦμα, *Tumor*, *Hippocrati* φῦμα ἄπεπτον, ἢ σκληρόν, Etiam Galeno abſolute φῦμα, Et in enarratione in libr. περὶ ἄρθρων, φύματα μεγάλα, χρόνια, ἄπεπτα, σκληρά: Si dolorificum ſit Tuberculum & ſanguineum φύγεθλον, Panus, Sive Panis dici poſſit; Sin doloris expers ὄγκος τῷ φύματι: quanquam ſi Panus tumor non altus, ſed ſuperficiarius & parum eminens dicitur, non videtur poſſe difficultatem illam ſpirandi afferre quæ à generatione Tuberculorum in ſpina naſci ſolet.

Tamen

Tamen ſi diligentius res inſpiciatur, quoniam à Tuberculo ſtatim Cyphoſin naſci non oportet, illud [illegible] occaſio & parens dici vereque poteſt, præſertim vero Panus dici, quia cito generatur & tarde in ſuppuratum abit, quæ conditiones Pano quadrant, & ex conſequenti ei Tuberculo quod temporis progreſſu Gibbum afferre ſolet: nec enim cito generato tubere invertitur rachis; Porro Phyma à Phygethlo differt, quod Phyma cito ſupputet, & prognaſcatur paulo tardius, minuſque doloris afferat: Phygethlon autem ægrius ſuppuratur, facilius naſcitur, & dolorificum eſt, propterea ad obliquandam invertendamve compagem verticillorum accommodatum magis eſt. *Ballonius conſil. 51. lib. 1. p. 244.*

23. *A tumoribus duobus*) Cum duo tumores obſident ligamenta interna duarum aut plurium vertebrarum, inter quas una, duæ aut plures interjectæ ſunt vertebræ inviolatæ, nulloque obſeſſæ tumore; tum vertebræ à ſuis ligamentis tumentibus trahuntur ad ſe invicem, compelluntque vertebras, quæ ſunt intermediæ, à ſuo loco dimoveri, ac proinde gibbum foris efficere, non aliter ac videas virides ramos ſui medio curvari, ſi duo eorum extrema ad ſe contrahas. *Liebantius.*

24. *Vertebrarum ligamenta obſidentibus*) Omnes tres contorſionis ſpinæ differentiæ ad nervoſum genus, non autem ad ſpinæ oſſa proprie pertinent, nam cum nervus vertebram muniens afficitur à morbo, poſtea trahitur vertebra ac contorquetur. Sic *Galen.* reprehendit Veteres, qui diligentius verba *Hipp. part. 11. 3. de Artic.* expedêtes putarunt à tuberculis contorqueri coſtas, quod adeo phymata indureſcerent ut ad nutum ſuum traherent oſſa ac contorquerent; at nequit fieri ut tantum duritiei phymata acquirant ut coſtas gravent; Sic oſſa per ſe non ſubvertuntur, ſed affectio eſt corporum ſpondylos colliganuum. *Ballonius l. c.*

25. *Alia eſt* [illegible]) In ea ſumma adeſt reſpirandi difficultas, tuſſis vehemens, movendi ſentiendique in coxis partibuſque inferioribus impotentia ac ſtupor ſuboritur, urinæ ac fœcum involuntaria excretio. *Liebantius.*

26. *Quando unus, duo vel plures tumores*) Ubi unus aut plures tumores, unam aut plures vertebras, inter quas nulla ſit interjecta vertebra occuparint, cum intumeſcunt ac augentur illi tumores, ligamenta quæ obſident ad ſe attrahunt in partem anteriorem, unde neceſſario accidit ut vertebræ ſua ſequantur ligamenta, indeque ſpinam intro contorqueant, ac gibbum intus efficiant. *Liebantius.*

27. [illegible] *ſeu obliquatio*) Inclinatio ſpinæ in alterutrum latus, vel utrumque, quando incedimus, dependet à vitio duodecimæ dorſi vertebræ, ubi fit motus ſpinæ: Hæc vertebra excipitur à vicinis vertebris, tam ſuperiore quam inferiore, nec excipit more aliarum; Eſt enim juncta non per ginglymum, ſed per arthrodiam, ideoque ſi ejus apophyſes acclives, vel declives fuerint depreſſæ, non poteſt hæc vertebra corporis truncum erectum ſuſtinere in motu, ſed cogitur nutare in alterum vel utrumque latus, hocque vitium ab infantia enaſcitur, vel ab ortu, vel ex mala geſtatione infantis, vel ex mollitie iſtarum vertebrarum, dum ocyus quam par eſt ambulare præcipitatur infans; hæcque claudicationis cauſa eſt irreparabilis. *Riolanus Ench. p. 452.*

28. *Prodeſtque*) Empiricus muribus minutatim inciſis farctum anſereuum aſſabat, & collectum inde liquorem ad unctionem Gibberis in dorſo dabat. *Joh. Goeurotus, Geſnerus.*

29. *Curvitatem*) *Erectio* vel *flexio corporis*, nonnunquam perfici nequit, *reſoluto Dorſo*, quod vix ſeparatim hiſce *Dorſi motibus*, ſed aliis ſimul ſublatis evenit, Ex *ſpaſmo* hoc *in Dorſo* nonnunquam evenit ut compellatur, ſicuti integris ſenſibus hoc modo eum diu ſurſum è lecto incurvare, rurſumque relaxando lectum percutere, aliquoties vidimus: Quod & ex *contractione* ſine *ſpaſmo* evenire poteſt, Primum in genere, ut *flecti* nequeat, *corpuſque rigidum & erectum* in *Tetano* ſeu *Rigore* vocato maneat (quod nomen etſi *convulſo dorſo* tantum accommodemus, nos tamen ſi ex *contractione* fiat, illi accommodare quoque poſſumus) velut erigi non poſſit, corporeque incurvato incedant, & vel in anteriora, in *Emproſthotono*, vel in poſteriora in *Opiſthotono*, appellatis, aut *latus alterutrum* inclinet, *parte* tantum aliqua *Dorſi contracta*, illius motus alicubi ſiſtitur, vel retrorſum *dorſi* parte aliqua protuberante, in *Gibbo* appellato, vel in latera; aut, quod *rarius evenit, antrorſum* inflexo; idque in ſingulis plus minuſve, & majore minoreve illius portione eo delata; unde corpus erigere nequeunt; illudque breve, incurvum, cum thoracis inconcinna figura oſtentant, *pectore* præſertim admodum *prominente*, & dorſo depreſſo, *capiteque* retrorſum *inclinante*, ſi dorſum ad anteriora curvatum ſit. *Platerus.*

30. *Curvitatem ad anteriora*) Gibboſitatis ſpeciebus addi poteſt *Curvitas*, quæ cernitur in ſenibus jam decrepitis, potiſſimum procerum corpus habentibus, quibus corpus præ ſiccitate aut imbecillitate nimia in anteriora incurveſcit ac inflectitur. *Liebantius.*

31. *Curvitatem ad anteriora in ætate decrepita*) Huc pertinet quæſtio, *An ſenum jam decreſcentium corpora etiam breviora fiant quam ante fuerunt?* Id multi affirmant, & autopſiam judicem conſtituunt; *Spigelius* vero *Anat. l. 1. c. 7.* id abſolute negat, *Breviores*, inquit, *fieri pernego, graciliores fieri lubens largior, Oſſa enim, ſecundum quæ longitudo corporis exporrigitur, cum partes ſint dura ac ſolida, nec ætatis diuturnitate, nec morbi ullius ſævitia unquam imminuuntur, At caro, ut ab aliis pluribus cauſis, ſic ab ætate facile depaſcitur conſumiturque: Quod ſi breviores eſſe videantur ſeipſis juvenibus, ſeniores facti, ideo accidere credendum eſt, quod articuli omnes, tum à muſculis à caloris inopia tenſis, tum à ligamentis ſiccatis & occaleſcentibus incurvantur.*

Verum etſi *Spigelius* ſpecioſas rationes pro ſua ſententia negativa adferat, tamen affirmativa nobis plauſibilior videtur, cum decrepiti ſenes, non ſolum ratione curvaturæ articulorum & corporis breviores appareant, ſed neceſſario etiam aliquanto, licet non multo, breviores facti ſint; idque inprimis propter cartilagines ſpinæ vertebris & lumborum, aliarumque partium cartilaginibus interjectas, quæ cum in juvenibus ſint molliores & tumidiuſculæ; atque hinc oſſa paulo remotius à ſe invicem ſejungant, corpus neceſſario aliquantum elongatur aliquantum: In ſenibus vero cum illæ paulatim magis magiſque exſiccentur, & tenuiores fiant, corpus hac de cauſa brevius fieri omnino neceſſe eſt; Adde quod etiam ligamenta exſiccata articulorum oſſa propius ad ſe invicem contrahant; Hæc res manifeſte patet in illis ſenibus qui fortiores ſunt, & non curvati (etſi enim plerique, non tamen omnes ſenes incurvantur,) ſed erecti incedunt; quippe ſi applicentur ad menſuram qua ſeipſos in juventute menſurati ſunt, invenientur alii latitudine pollicis, ſeſquipollicis alii, nonnulli duorum pollicum breviores evaſiſſe quam fuerunt in juventute, quæ res ab experientia nobis conſtat. *De Diemerbroeck Anat. lib. 2. c. 12.*

Sed & ipſorum oſſium ratione, qui exſiccentur, ideoque contrahantur & breviores fiant, decurtari ſenes inde probabile eſt, quod dentes, inter omnia oſſa ſolidiſſimi, in viventibus tabeſcant; Obſervavit id *Plinius*, qui Dentes tabeſcere ait; Non ab attritione ſolum inter maſticandum deteruntur, ſed & à ſe invicem, ſuperioris ordinis præſertim, manifeſte abſcedunt; adeo ut in plurimis, quibus continui fere videbantur, in ſenectute à ſe invicem longo intervallo diſcreti cernantur: Quin & nonnullis ſponte ex alveolis excidunt,

XX. interdum XXX. aut XL. diem; dum vero rumpitur Vomica, rigor fit & febris intenſior ſupervenit) inſequitur tuſſis continua & frequens, item obſcura & quaſi è profundo producta; Sonus eſt obſcurus, quia tota hæc actio diaphragmatis occaſione fit, non vero Pulmonum, Illud enim à materia gravatur, Inter tuſſiendum ſentiunt in cavitate pectoris *concuſſionem* aliquam, quia materia diaphragmati incumbens per tuſſim agitata & ſublata recedit, adeo ut ſæpe nihil excernatur; *In progreſſu* vero, poſt multos conatus, purulenti quid excernitur, & tandem etiam aliquid ſanioſi; Febris adeſt, quæ in principio magis acuta eſſe videtur, in progreſſu vero mitior & lenta magis redditur, ad hecticarum fere naturam accedens, quæ veſperi præſertim exacerbatur, & circa noctem vehementior eſt, *Reſpiratio* eſt gravis ac difficilis cum ſenſu gravativo, quando ſtant aut ſedent, Si decumbunt ſentiunt aliqualem *fluctuationem*, & decumbendo ſine moleſtia fere reſpirant, Sic quando calceos aut ligare, aut ſolvere volunt, videntur ſuffocari, Tunc enim à pondere incumbente introrſum verſus, diaphragmatis motus fere impeditur; anxietates ſubinde vexant, ſudores colliquativi nocturni ſuperveniunt, Item *palpitatio cordis*, ſentiunt frequenter *evaporationem ad os* inſtar aquæ ferventis; *male* è regione partis affectæ ſubinde phlogoſi quadam rubent; *Malo* ulterius *progrediente*, percipiunt ſaporem cinereum & putridum: In *pulſu* hoc eſt ſingulare, quod creberrimis vicibus intermittat unum vel alterum pulſum, idque ſpeciatim ſi tangatur in carpo lateris affecti, altero in carpo appoſito pulſu ſubinde rite ſe habente: Si in dextro latere eſt Empyema, tunc decumbente, in eodem bene ſe habent, ſin autem decumbunt in ſiniſtro latere, male habent & contra.

Prognoſis pro quantitate ſanguinis effuſi, & qualitate loci in quem effuſus eſt, variat, Nam ſanguinem collectum, plus minus congrumatum, ſubito evacuari, aut hoc ſi non fiat, ſuppuratum facile per vias naturæ conſuetas; vel per factum & apertum quovis in loco abceſſum excerni optimum eſt: *Febres* interdum periculoſæ ſuperveniunt & *ſequuntur* ſanguinem ſuppuratum, interdum ulcera, non raro gangræna partium internarum. Empyema pectoris utplurimum phthiſin & tabem cauſatur, ſanguis in capite collectus utplurimum mortem infert.

Quoad *Curam*, in ſanguine congrumato, ſi ſit à *vulnere*, aut *caſu ab alto*, incumbendum ut 1. *congrumatus ſolvatur*, 2. Per convenientes vias quantocyus evacuetur, 3. Si hoc fieri nequeat, ejus ſuppuratio adjuvetur. 4. Pus per debitas vias emittatur 5. Læſio partis curetur.

Viæ convenientes per quas ſanguis, tum & pus evacuandum venit, ſunt eæ ad quas ſponte vergit natura, & fere monſtratur per locum in quo eſt ſanguis collectus, ſeu evacuetur per *urinam*, ſeu *ſudorem*, ſeu *alvum*, vel quas docet ars, dum materias in cavitatibus collectas optime evacuat earum perforatione.

Adeoque ſi *vulnus eſt in abdomine*, apertio major, ſi punctim factus eſt vulnus facienda, & ejus debita *paracenteſis* inſtituenda: *Thoracis apertio*, & inter coſtas ſectio convenientiſſimum eſt remedium pro evacuando ſanguine & pure: Denique in *Capite* optimum remedium eſt *Trepanatio*, quæ quo celerius inſtituitur eo optatior eſt ſucceſſus.

Poſt *caſum* ergo ab *alto*, aut etiam quamvis occaſionem *ſanguine in cavo* quodam corporis loco collecto, & hinc plus minus congrumato, in primo principio V.S. inſtituatur, in corpore præſertim plethorico, ne ſanguis conſertum nimis & copioſe in cavitatem irrumpat; Habenda ſemper ratio regularum revulſionis ratione loci in quem influit ſanguis, ut nempe in contrario ſeu oppoſito loco vena ſecetur ſeu aperiatur; Dum nempe ſanguis influit in *abdomen*, vel per interiora thoracis vaſa in *thoracem*, ſecetur in pede: Sin in *capite*, V. S. brachii fere ſufficit; Secta vena ſubito ſanguis omnis congrumatus reſolvendus, Et vel ductu naturæ per vias conſuetas evacuandus, vel per meatus arte apertos arte hauriendus.

Reſolvunt ſanguinem grumoſum vulneraria plurima, quæ inter in ſpecie eminent, rubia *Tinct. tormentilla, ſymph. majus abſinth. hyperic. bellis minor. chæreſol. card. bened. fœniculum*, item *rhabarb.* rad. *vincetox. pimpinella*, in ſpecie *lapides Cancr. oſteocolla*, cum aceto *deſtill.* propinata: hinc *ſanguis hirci* legitime collectus perquam nobilis, *Bolus Armena, ſuccin. ſperma ceti* à ʒß. ad ʒj. in vino calido propinandum, *mumia, carbones tiliæ* ad ʒj. in aqua chæreſol. propinati; *Pinguedo humana* ad ℥j. in potu cereviſiæ eſt optima in caſu ab alto? Hinc *Pulvis Auguſt. contra caſum: Spec. diamnm. Mynſichti, ſpecies diamum hyper. extr. flor. bellidis, antim. diaph.* & quælibet *antimon. fixa*, acidum plus minus abſorbentia.

In propinandis his remediis in *caſu ab alto* ac ſanguine coagulato obſervanda neceſſario cautela, ut nempe his ſemper addantur talia quæ ſanguinem reſolutum per vias urinarias amandent, quod convenientiſſimum eſt, præſertim ſi in *pectore* loci ſive vicinis ſanguis hæreat; Sin magis *in locis remotis, aut vaſis majoribus hæreat ſanguis, ſudor* præſertim provocandus; ſi per alvum educendi animus ſit, *rhabarbarum* aut ſenna conveniunt, v. g.

℞. *Chæreſol. m.* j. *rhabarb. el.* ʒij. *fol. ſennæ* ʒiß. *ſalis tartar.* ℈j. *ad* ʒß. *coqu. in ſ. q. a. ſ. ebulliant leviter, colaturæ adde lapidum cancr. præpar.* ℈ij. *pulv. contra caſum Auguſt.* ʒß. *ſyr. ſcabioſ. q. ſ. pro grato ſapore, miſce pro* ij. *doſibus.*

Lindanus fabro lignario, qui è ſummo tecto deciderat, unde fractura duarum coſtarum, ſanguinem multum ſpuebat, dedit Potionem vulnerariam ex *lapid. cancr.* ex quo ſanguinē protinus mejere cæpit, & quidē integras matulas & brevi reſtitutus fuit, etiamſi quoq; ſanguis in cavum thoracis effuſus fuiſſet, uſus tamen fuit decocto *braſſicæ rubr. artemiſ. conſol. ſarac.* & *bell. min.* Huic decocto infudit aliquid *ſpermatis ceti*; hinc ſeorſim ſumpſit *lap. cancror.* & illis affudit ad eminentiam digiti tranſverſi *acetum*, cumque deferbuiſſent, dedit hujus *aceti cochlear unum* & miſcuit ℥iv. vel v. decocti prioris, unde feliciſſime fuit curatus.

Ac ſane potius præſtat à *diureticis* incipere, in fine autem non incommodum aliquod *ſudoriferum* ſubnectere: Adeoque convenit in dictis caſibus *mixtura polychreſta ex lapid. cancr. cum aceto deſt.* &c. Vel detur hic Pulvis contra caſum ab alto.

℞. *lap. cancr. prep.* ʒj. *rhab. ſperm. ceti mumiæ, ſangu. hircinus legit. prep. ãã.* ʒß. *m. doſis* ʒj. *in decocto chæreſ.* &c.

Cura Empyematis, ſeu quando pus factum eſt, & in cavitate fluctuat, tribus ſcopis abſolvenda venit, 1. *Pus evacuandum*, 2. *Acrimonia ejus noxia corrigenda.* 3. *Læſio partis inducta reſtituenda.*

Quoad *puris Evacuationem*, hæc per convenientes vias inſtituenda venit, Viæ convenientes ſunt vel *naturales* vel *artificiales*, *Illa*, quibus natura molitur evacuationes, & quæ ſubinde per varia loca inimitabili arte purulentias evacuat, ut dum v. g. pleuriticorum, vel alias in thorace ſuppuratorum purulentias, nunc per *urinas*, nunc per *alvum*, nunc frequentiſſime per *ſputum* evacuat, imo per *purulentam in toto corpore ſcabiem.*

II. *Acrimoniam puris*, & ejus noxam corrigunt, h. e. ut alias dicunt, ulcus abſtergunt & mundificant optime remedia *ſulphurea*; quodcunque acre *temperantia*, & balſamica quaſi vi ulteriorem progreſſum *apoſtematis* & *puris inhibentia*, uti ſunt *ſulphurea* & *antimoniaha fixa.*

III. Ea vero quæ *læſionē partis* poſt abſceſſum ſuppuratam

[illegible] tuunt, ſunt vulneraria, præ cæteris *hedera terr.* [illegible] *chare* [illegible] *norum & radicum* d[illegible]ctum [illegible] me hæc duo junguntur, ſed ſemper [illegible] *puris*, [illegible] ve prius vel ſimul [illegible] 2. [illegible] *adjunct* [illegible] hæc [illegible] is vel [illegible] intenſa irrite[illegible] *[illegible]entias* ergo [illegible] *abſtergunt & corrigunt anti-monialia* [illegible], *antimonium præſertim diaphor. ad* ʒ. [illegible] *de* [illegible] *chare* [illegible] vel *de*[illegible] *to rad. chin* propinatum, Hoc *Antimonium diaphoreticum purulentias* quaſcunque curat [illegible] nem congruentum & empyema pe[illegible] tolit, atque [illegible] *rad china* [illegible] *guaiaci* [illegible] quenda *heder.* [illegible] *terr. tuſſilago, con*[illegible] *ida major;* & [illegible] di aliquid adeſt, etiam *hyſſopus*, Non opus eſt multa addere [illegible] lex ſufficiat decoctum, cum quo pro[illegible] *Sulphur* pariter, *ejuſque flores*, [illegible] *amus ſulph.* [illegible] aut *ſuccinatus*, ſunt egregia; mundificant ulc[illegible]a, & ulteriorem corruptionis progreſſum præcavent; quod ſi igneus ejus pertimeſcatur calor, permiſcetur optime *ſacch. Saturni*, vel *antihect*[illegible] *Poterii*, quæ optime conducunt; [illegible] *Tinct*[illegible] *ſulph.* item *B*[illegible]*amus Peter.* cui [illegible] *ſal amo ſulph.* ſubſtitui po[illegible] *d*[illegible] *m* [illegible] *acis*, [illegible] præſertim vulnera[illegible] is p[illegible]ratum [illegible] gium in Em[illegible]matis cura: Nec [illegible] *rula* hic recipiuntur v. g.

℞. *lign. Guaiaci* ℥j. *Saſſafras* ℥ß. *macera per* [illegible] *ho-ras in* [illegible] *commu.* ℔iij. *coque ad conſumptionem* ℔iß, *adde heder. terr. comar flor. hyper. h. veron. aa. m. j. ad* [illegible] *rad.* [illegible] *nir.* ℥ß. *ſem fœn* ʒvj. *paſſul. min. conquaſſ.* ℥iij. *coque ad remanentiam* ℔iv. M. F. Decoctum de quo æger ad [illegible] ter in die capiat, ſubjungendo & alia [illegible].

Denique *decoctum braſſicæ rub. capit. cum* tantillo *ſacch.* temperatum, perquam egregium eſt, promovendo ſimul materiæ purulentæ eff[illegible] per urinam: *Lac* quoque *caprillum*, cum *ſacch. roſ.* uſurpatum pro ultimo ho[illegible] ſcopo eſt egregium. *Etmuller.*

Cap. XIII.

De Hydrope Thoracis, & Pulmonum.

1. H*Ydrops thoracis* (*pſeudohydrops aliis*) *eſt ejuſdem in cavitate ab aqua & ſeroſi humoris copiâ; cum do ore gravante & difficili reſpiratione conſtipatio.*

Morbus ab Hippocrate attactus, ſed Galeno, quia nullam mentionem facit, forte ignotus, Mantuan's etiam hodie, ſine dubio propter lacum familiaris.

2. *Signa*, & quidem *fientis*, 1. gravitatis incipientis in thorace ſenſus abſque ſenſibili fluctuatione, ſitis & tuſſis arida; ſpiratio denſa in inceſſu, aſcenſu, ſed non decubitu: 4. *facta*, 5. tuſſis ſicca, quia facultas propter imbecillitatem aquoſum humorem efferre non poteſt 6. Reſpiratio denſa & magna, quia pulmo opprimitur, aliquando erectâ cervice, ob ſuffocationis periculum: 7. Febris lenta, quia aqua putreſcit & putridos halitus in cor emittit, & quidem ſine atrophia: *ſitis* clamoſa, ob aquæ ſalſedinem & pulmonis ſiccitatem: *animi deliquium* ob cordis oppreſſionem. & *cruciatus circa mucronatam cartilaginem*, cardialgiam imitantes, propter ſepti tranſverſi dolorificam diſtentionem: *aqua* vel *fluctuatio*, ſeu concuſſis ægri humeris, ſeu ægro ſe ex uno in aliud latus revolvente; 8. vel *ebullitio* concluſæ & quieſcentis, unde pulmo fervet, ſiccescit, minuitur, & modò pallidus, modò ob [illegible]ffationem cœruleus redditur: *facies* ob difficilem anhelitum *livida*; qualis in ſtrangulatu obſervatur: *decubitus* in latere ubi aqua difficilior, quia ab ea diaphragma magis opprimitur: *ventris pedum*, & *faciei tumor*, quia aqua eò penetrat.

1. *Hydrops thoracis.*) Obſervamus humano in corpore hydropes univerſales & particulares, Univerſales quatuor [illegible]*ticam*, *leucophlegmatiam*, *aſciten* & *tympaniam* Particularem in capite, *hydrocephalum*, In pulmone ac thorace, de quo jam ſermo, In umbilico, *hydromphalum*, In ſcroto *hydrocelen*, In utero, qui *[illegible]* vocatur; In aliis partibus *aquulas*, ſive *veſiculas*, tumoreſque inſigniores, ſeroſo humore refertos. *Sebiſius Man. p. 580.*

2. *Signa*) Adde his, Noctu poſt primum ſomnum, propter vapores à calore tunc intenſiori elevatos, magna Inquietudo & corporis jactatio, Interdum accedunt Cordis Palpitatio, Pulſus intermittens, aut perturbatus, & crebra animi deliquia. *Willis.*

Diagnoſis hujus affectus difficillima eſt, & omnia fere ſigna cum aliis thoracis morbis communia ſunt; Hoc tamen illi & Empyemati tantum peculiare, Murmur viz. aquæ fluctuantis, quod juxta pectus exaudiri poteſt, ſi corpus ſurſum ac deorſum tranſverſim commoveatur, vel à valido homine ſcapulis apprehenſum agitetur. Omnia vero ex *Hippocrat.* recenſenda. 2. de morbis, ſub nomine *Hydropis Pulmonis*, collective ſumpta, diagnoſin ſatis certam ſtabilire poſſunt.

Febris, inquit, *& tuſſis tenet. & acervatim reſpirat, & pedes tument, & ungues contrahuntur, & patiuntur talia qualia is qui ſuppuratus eſt. ſed debilius & diuturnius, Et ſi quid infundas, aut fotum aut ſuffitum adhibeas, pus non ſequitur; Atque ſane ex hoc cognoveris non pus ſed aquam intus eſſe. Et ſi multo tempore, aure ad latera adhibita, audire tentaveris, ebullit intus velut acetum, & hoc quidem aliquando patitur, poſtea erumpit ad alvum, & ſtatim quidem ſanus eſſe videtur, ac morbo liberatus: Verum progreſſu temporis alvus incenditur, eademque illa patitur, & adhuc amplius: Aliqui etiam intumeſcunt ventre, ſcroto & facie.*

Prædictis hoc addere licet tanquam pathognomonicum, & quo ſolo hydrops pectoris à cæteris difficultatis reſpirandi ſpeciebus diſtinguitur, Quando nimirum ſpirandi difficultas primo quoque ſomni tempore invadit, eumque intercipit, ac per noctem magis urget, procedente vero die ſenſim leneſcit. His accedit interdum brachii alterius vel humeri dolor aut paralyſis, quæ fit à ſero in pectore contento, & ad brachia per venas axillares ſe exundante; Vel à refrigeratione muſculorum intercoſtalium; à quibus ad brachia nervi derivantur, vel alia quavis ſympathia viciniæ lege oborta: hanc enim Pectoris & brachiorum ſympathiam notavit *Hippocrat. in Coacis.* Si vehementer inflammentur appendentes utrinque pulmonis partes, ut in latus incumbat, reſolvuntur ea parte corporis. *Riverius.*

In ancilla quadam mea, quam Hydrops Pectoris extinxit, inter alia ſigna hæc tria conſpicua fuere, ſupinum initio ſomni, labiorum intenſus livor, & brachii ſiniſtri intumeſcentia.

II. Verum inſuper opinari ſubeſt morbum hunc etiam modo altero. (viz. quatenus ſerum ſub propia forma è vaſis exudat) interdum contingere: Enim vero in conſtitutione corporis cacochymica, aut valde Scorbutica, ubi ſanguis aquoſus & debilis, ſerum ſuperfluum è compage ſua paſſim dimittit, & ab arteriarum oſculis etiam laxis & patentibus ubique ejiciens circulationis filo excludit, nihil uſitatius eſt quam cavitates, viſcerum, necnon & præcordia, imo & cerebrum ipſum colluvie aquoſa inundari: Porro in tam generali ad hydropem diatheſi, regionem modo hanc modo iſtam vel alteram, primo & nonnunquam fere tantum occupari; quandoque item, penetralibus intactis, carnes exteriores, ſcil. muſculos eorumque interſtitia, ab illuvie ſeroſa inundari.

III. Inter vaſa materiem hydropicam in pectoris cavitatem infundentia, Lymphæ ductus & Tubi chyliferi merito in ſuſpicionem veniunt: Ad priores quod ſpectat, αὐτοψία anatomica conſtat ingens horum ſatellitium totos Pulmones perreptare, atque ab exterioribus eorum oris citerius latos, verſus ductus thoracicos tendere, uſque laticem ſuum, quem à ſanguine arteriolis ſuperfluum ubique abſorbent, maxima ex parte infundere. Si quando igitur hæc vaſa obſtruantur, aut quocunque modo à munere ſuo defungendo impediantur, neceſſe erit aquarum in pectore aggeſtionem fieri, quæ poſtea in pectoris cavitatem decidentes, regionis iſtius hydropem excitabunt.

Enim vero hac Lympha, in compagem pulmonarem reſtagnante, ſæpenumero accidit veſiculas hydatidas dictas, in extima hujus viſceris ſuperficie excitari, quæ poſtea diſruptæ, & aquas in thoracis cavitatem dimittentes, ibidem Aſciten producunt; Hujuſmodi affectio in ovibus, quando ob tempeſtatem humidiorem, & paſcua aquoſa, ab hydrope gregatim intereunt, paſſim cernitur.

Et quidem nonnunquam in homine, Pectoris Aſciten à tali cauſa procedere ſequens hiſtoria arguit; Adoleſcens ſatis ſanus & robuſtus venationi, equitationibus improbis, aliiſque corporis exercitiis quantumvis immodicis, dudum impune aſſuetus, tandem in thorace plenitudinem, ſeu velut inflationem quandam perſenſit, in tantum ut pulmonis latus ſiniſtrum intumeſcere, & cor extra locum ſuum dextrorſum protrudi videretur; ea namque ex parte pulſatio ejus maxime percipiebatur; Poſtquam in hoc ſtatu aliquandiu perſtiterat, quodam die cujuſdam quaſi vaſis intra thoracis citatum diſrupti ſenſum habuit, indeque per ſemihoræ ſpatium in regione iſta humoris velut ab alto in pectoris fundum cadentis, ſtillicidium non tantum ab eo percipi, ſed etiam ab adſtantibus audiri potuit: Quanquam affectus hujus raritate primo attonitus eſſet, quia tamen exinde quoad vires, appetitum ſomnumque aliaque naturalia ſatis recte haberet, mox denuo ſecurus, & medicinæ negligens evaſit: poſtmodum vero à corporis motu, inclinatione aut agitatione quavis in latere ſiniſtro aquæ intus aggeſtæ fluctuatio ab ipſo perſentiebatur.

Hinc cum extra dubium fuerit Dominum inſignem Pectoris hydrope tunc affici, ita veriſimillimum videbatur morbum iſtum ex eo originem duxiſſe, quod Lymphæ ductus ad pulmonis latus ſiniſtrum ſpectantes, prope inſertiones ſuas in ductum chyliferum primo obſtructi, ad molem ingentem intumeſcerent, & poſtea diſrupti humorem ſuum in thoracis cavitatem exſtillarent: Huic communi Medicorum conſenſu lateris ſectio decernitur. itaque poſt factam totius proviſionem, Chirurgus inter 6. & 7. vertebram cauterium applicuit, & poſtridie foramini in pectoris cavitatem ſecto cannulam indidit, quo facto ſtatim liquor craſſus, ac inſtar chyli albeſcens & quaſi lacteus effluebat; Hujus prima vice tantum circiter ſex unciæ detrahebantur, & poſtridie tantundem: Die tertio, cum major paulo quantitas exire ſineretur, magno ſtatim languore affectus, & dein febricitans per diem unum aut alterum male habuit: quapropter donec temperiem & vires recuperaret, materiæ iſtius exitum inhibere viſum eſt, poſtea vero ejuſdem evacuatione tantum parca quotidie facta, pectoris cavitas fere in totum inaniebatur: adhæc vero canalem cum epiſtomio in foramine gerit, quo ſemel nychthemeri ſpatio aperto humoris uſque tantillum emanat; interim ſtomacho, vultu & viribus valens, foras obambulat, equitat, aliaque exercitia prius aſſueta ſatis vegete obit, Pharmacia haud multa uſus eſt aut opus habuit; Poſt ſectionem Cardiaca temperata, ſcilicet pulverem perlarum, Iulapia, & quandoque hypnotica, & poſtea decoctum Traumaticum quotidie bis ſumendum præſcripſimus,

Hac methodo & medicamentorum formulis aliquandiu continuatis; Vir inſignis temperiem, vires, corporis habitum, imo & pectoris immunitatem recuperare viſus erat, uſque tamen cannam argenteam in lateris foramine (è quo ichor quotidie effluxit) gerebat; cumque poſt aliquot menſes hac ſubtracta fontanella iſta occluderetur, intra pectoris ſpecum ejuſdem humoris, per ſonitum & fluctuationem perceptibilis aggeſtio fiebat: deinde vero cum recurrente morbo idem recurreret remedium, proindeque lateris apertio decerneretur, (forte Natura hoc Chirurgi munere defungente) ea ſponte obveniens, materiæ ad erumpendum apte exitum præbebat; Iamque neceſſe incumbit ad præcavendam Pectoris illuviem, foramen iſtud quaſi lacunam conſtanter patefieri.

Ex his ſatis conſtare arbitror Pectoris Aſciten quandoque ob vaſa Lymphatica intra Pulmonem diſrupta exoriri: nec minus dubito quin idem affectus etiam à Ductibus chyliferis intra thoracem diffractis excitari poſſit: Attamen hic caſus tam raro contingit, ut eum hactenus neque ex propria obſervatione nec aliorum relatione cognoverim: Porro minime refert talis morbi Aitiologiam inquirere, quia non tantum incurabilis, ſed brevi lethalis exiſtit, quia ſcilicet à chyli inundatione præcordia ſtatim obruuntur, ſimulque ſanguis & ſpiritus animales ſucci nutritii vectigali ſolito defraudati illico exolvuntur. *Williſ.*

10. *Pulmo ab ortu vel aliqua occaſione debilis)* Plerumque uterque hydrops, Pulmonum & Thoracis concurrere ſolent; Nam *Hippocrates lib.* περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, dicit Hydropem fieri tum ob cauſas alias, tum etiam ob φύματα, tubercula in pulmonibus enata, & aqua repleta, quæ ſi fuerint rupta, aqua in cavitatem thoracis influit: Et talia φύματα *Hippocrates* ibidem ſe in quibuſdam quadrupedibus obſervaſſe affirmat, ſcilicet in bobus, canibus & porcis; Aquas enim continere exinde liquet, quoniam aperta ſi fuerint aquæ effluunt.

Hæc autem tubercula, ſive veſiculæ, & ὑδατίδες, externam præcipue eorum ſuperficiem occupant; & ſunt, uti dictum, aqua plenæ, quæ ſeroſus & tenuis eſt humor, qui per rarum, laxum & ſpongioſum pulmonum parenchyma tranſit, cumque ad membranam pervenit, inter parenchyma & membranam aliquandiu ſubſiſtit; quoniam membrana iſta denſa eſt atque compacta, ita ut aqua non ita prompte & facile per illam tranſire poſſit, Tandem autem rumpitur, vel ob aquæ copiam admodum diſtenta, vel ob illius acrimoniam, quoniam ſalſa

eſt corroſa, Cumque aqua in dies magis magiſque adaugeatur, accidit ut non parva ejus quantitas in cavitate thoracis colligatur; hacque ratione Hydrops thoracicus inde proveniat. *Sebiſius.*

11. *In aquam mutans*) Nonnunquam medio in Pulmone *Hydatides* generantur. Nam quid mirum ſerum tantillo muco, vel potius purulentæ materiæ exquiſite permixtum alicubi colligi, & ejus puris, ſive pituitæ lentæ, partem concreſcere in veſicam ſive cyſtin, ut in abſceſſibus ſatis frequentibus, atheromate, ſteatomate, & meliceride? nam hydatides certe citra abſceſſum nunquam mihi obſervatæ. *Car. Piſo.*

12. *Tranſmitti*) Curioſa eſt obſervatio *Meara in hiſt. Med pag 153.* Hydropis nempe pectoris ex diſcuſſa hydrocele, oborti; Sane jam olim *Laurentius* in ſua Anatome obſervat ſingularem conſenſum pectoris cum teſtibus, adeo ut ipſe notaverit, à tuſſi vehementi obortam hydrocelem. *Ettmuller.*

Sed *Laurentio* prior *Hippocrates 2. Epid.* admonet nos *communionis pectoris, mammarum, genituræ & vocis,* Sicuti quum *Tuſſes diuturnæ intumeſcente teſte ſedantur, & teſtis tumor, orta tuſſi ſubſidet, & ſublevatur* Iterum ibidem, *Et in teſtes aliquando ex tuſſi, & teſtis ipſe in ſeipſum.* Vide *Valleſii* comment. pag. 27.

13. *Tranſmitti tam copioſum à Capite*) A Capite oriri poſſe videtur 1. quia cerebrum ob frigidam humidamque temperaturam multum humoris ſeroſi & aquoſi congerit, 2. quia defluxiones pituitæ & aquæ ad aſperam arteriam, pulmonem & thoracem ſunt frequentiſſimæ, præſertim tempore hyberno, & [Greek] aëris auſtrina, in hominibus maxime phlegmaticis, Obſtare autem huic ſententiæ videtur, quod ſi hydrops iſte à cerebri catarrho aquoſo orietur, ſemper etiam tuſſis præcederet, ut delapſus humor expectoraretur, quod tamen fieri non conſuevit. *Sebiſius.*

13. *Tranſfundi ab abdomine*) Attamen tantam in Aſciticorum abdomine ſeri copiam in abdomine deprehendimus, ut tota in illius cavitate contineri nequeat, ideoque in quamplurimis exundare ſolet, ac deorſum cadere in ſcrotum, crura, tibias, imo uſque pedes, Non ergo aqua in aſciticorum thoracem illabitur, ibique hydropem cauſatur. *Sebiſius.*

14. *Hydrops thoracis & abdominis concurrunt*) Ex variis hujus morbi cauſis deſignatis facile erit differentias ejus colligere; nam 1. Pectoris Hydrops, aut, affectio ſimplex primaria eſt, regioni huic peculiaris, aut ſecundaria; ſc. hydropi generali ſuperveniens, uti in cachecticis crebro aſſolet. ij. Hic morbus diſtinguitur quoad loca affecta, nempe quatenus aqua vel in toto pectore colligitur, vel tantum in altero ejus latere. iij. quoad materiam in Aſcite pectorali aggeſtam, quæ modo limpida & plane aquoſa eſt; modo craſſior, albicans & quaſi lactea; *Willis.*

14. *Hydrops thoracis & abdominis concurrunt*) Nam cauſæ ſunt eædem cum aliis hydropis ſpeciebus, nempe nunc vitium eſt in maſſa ſanguinea, quando v. g. ſimul cum hydrope univerſali, vel *cum hydrope omnium partium inferiorum ſimul etiam conjungitur ſuperveniens hydrops pectoris;* Vel *vitium eſt in vaſis lymphaticis & lacteis,* per quæ impedito lymphæ motu, hujus ex vaſis ruptis effuſio, & hinc in pectore collectio ſupervenerit, Unde frequenter ex hydatidibus in pulmone obſervatis hydrops pectoris natus fuit: Videatur *Bartholinus cent 2. hiſt. 66.* Nam hic lactea pariter & lymphatica ſubinde primario conſideranda eſſe confirmant. *Bartholinus Cent. 3. Epiſt. p. 327. & Willis.* Etmuller.

15. *Curatio* ferè *nulla*, torpido ad expulſionem aquæ pulmone. Et licet ſponte aliquando per alvum irrumpente aqua ſolvi morbus videatur, recurrit tandem & quidem gravius, tandemque ſuffocat. Evaſiſſe ægrum, mutato in herniam aquoſam affectu, & effuſa per alvum aqua, qui tradunt, nec pulmonem nec viſcera in totum fuiſſe læſa, concedant neceſſe eſt.

16. Exigit eadem I. *Aquæ eductionem* vel 17. per hydragoga, vel per 18. diuretica; vel 19. per ſectionem, ſi ab illis exagitata materia reſpirationem intercipit, & ſuffocationem minatur.

II. *Præcautionem* ne nova generetur. Habent & fonticuli in cruribus locum.

Prognoſis.

15. *Curatio ferè nulla*) Morbus hic ſanatu ſemper difficilis extitit, & ex opinione vulgi incurabilis habetur: Et revera ſi abdominis aſcites, aut anaſarcæ in toto corpore exciteæ ſupervenint, deploratus jure cenſetur: attamen ſi affectio ſit primaria, & corpori alias ſano contingerit, de curatione haud protenus deſperetur. *Willis*

Graviſſimus eſt affectus, calor enim nativus admodum debilis eſt, vireſque naturales languidæ ex gravi aliquo viſcerum affectu: unde fit ut quamvis collectus humor in thorace remediis idoneis evacuetur (quod tamen difficillimum eſt) novus ſubinde fiat materiæ affluxus unde morbus non ſolum fovetur ſed etiam deterior in dies evadit, ita ut tandem in hydropem Aſcitem incidant, multiplicata materia, & in abdominis cavitatem transfuſa, Initio tamen, antequam viſcera inſignem læſionem ſuſceperint, curationem interdum admittere poteſt. *Riverius.*

Raro felicis & fauſti ominis eſſe ſolet hic hydrops, cum ſæpe ad mortem deducat. Et licet idem medicamentis qui[illegible] curatus fuerit, aut æger poſt apertionem t[illegible] ſent[illegible], non tamen adeo diuturnum [illegible] hoc alleviamentum, quo recidivante malo m[illegible]ntur ægri. Vid. *Tulpium l. 2. cap. 16. Riverium cent. 1. obſ. 83. Salmuth. cent. 2. obſ. 14. & 16.* Etmuller.

15. *Curatio fere nulla*) Rarus eſt hydrops Pulmonum & Pectoris, cognituque & curatu difficilis, Imò licet aqua ex thorace ad alvum concedat, ita ut æger liberatus à malo, & priſtinæ ſanitati reſtitutus videatur, tamen progreſſu temporis vitium recrudeſcit, inquit *Hippocrates l. 2. de Morbis*, patiturque, quæ prius & adhuc amplius, nimirum (ut idem ibidem docet) febrim, tuſſim, reſpirationem [Greek] factam, pedum tumorem, contractionem unguium, In ſumma iis affligitur ſymptomatis quibus empyi, verum [Greek], debilius, & [Greek], diuturnius, hydrops namque ſuccedit, Id quod ex tumore ventris, ſcroti, pedum & faciei intelligi poſſe *Hippocrates* ſcribit: plerique autem ſiti conflictati, tuſſique correpti in vivis agere deſinunt. *Sebiſius.*

Curatio.

16. *Exigit eadem &c.*) Quod ad morbi hujus Therapejam ſpectat, Indicationes primariæ, juxta communem pleriſque aliis affectibus medendi methodum, erunt tres, ſcilicet *Curatoria, Præſervatoria & Vitalis.* Prima, aquas in pectore aggeſtas quoquomodo evacuandas reſpicit; ij. Ne ſubinde nova ibidem illuvies colligatur præcavet; iij. Vires reſtaurandas, & Symptomata eas lædentia quamprimum tollenda procurat.

Ut Primæ indicationi ſatisfiat, atque ut Pectoris Aſcites inaniatur, duæ tantum viæ, ſeu evacuationis modi,

di, quibus aquarum illuvies iſta educatur occurrunt, Nimirum vel ut pectoris va[illegible]&humorum ductus mani[illegible] lympham iſtam [illegible] orbeant; & dein aut aëris commeatu [illegible] hant, Vel ij. ut per lateris ſectionem aquæ iſtæ in propria ſpecie affatim edu[illegible]cantur.

Prior iſte modus eſt rarus, quandoque tamen ſuccedit, quod equidem ex propria obſervatione teſtari poſſum: Enimvero Pulmonum compages intus ſpongioſa, & extus poroſa admodum aqui ſubſtrans dum quaque vice diaſtoles immergitur, eas in vapores converſas nonnunquam imbibit, adeoque vel ſanguini remandat, vel cum aëre jugiter exſpirato ore exhalat; Hujuſmodi eff[illegible]us pro morbo iſto ſanando ut facilius contingat, [illegible]a medi a hic in uſum adhibentur: Itaque p[illegible]pter intentionem iſtam ſanguinis, aëris & humorum du[illegible]tus quantum licebit [illegible], & vacui ſervari debent, In hunc finem purgantia, diuretica & diapho[illegible] minora, methodice & per vices exhibeantur.

Item remed[illegible]a thoracica & expectorantia locum vendicant. Victus ſit tenuis & calefaciens, & ejuſmodi quoad omnia regimen inſtituatur quod ſanguinem plus exhalare, & humores quoque ſuperfluos evaporare faciat, Medicamentorum in hos uſus accommodatorum libet hic [illegible]ulas qu[illegible]dam ſubjicere.

Hydromel Purgans. ℞. *rad. cherefol.ruſci bruſci, polyp. qu. ãã.* ℥j *eupator. adiant. botryos, heder terr. ãã. m* j *ſem carth.* ℥j. *rad. ireos Flor.* ℥ß [illegible]*em ebuli* ℥v. *rad. calam. arom.* ℥ß. *coqu in aqu. font* ℔iv. *ad* iij. *partis conſumptionem · Colat adde fol. Sennæ* ℥ ß. *agar* ʒij. *mechoac. turbith. aã.* [illegible]. *ſantal citr.* ʒ ß. *rad. galangæ min.* ʒj. *ebulliant clauſe per horas* ij. *dein colentur, adde mellis opt.* ℥j. *& clarificetur cum o[illegible] albumine, fiat Hydromel purgans, doſis* ℥vj. *ad* vij. *bis vel ter in ſeptimana.*

Pilulæ. ℞. *Calomel.* ℈j. *reſina Jalap.* ℈ß. Balſami *Peruv. q. ſ f. Pilula* iv. *ſumantur mane, repetendo intra* v. *vel* vj. *dies.*

Tincturæ. ℞. *Tinct. ſulph.* ʒiij. *capiat gutt.* 7. *ad* *m. hora ſomni & primo mane in cochleari uno mixturæ ſequ. ſuperbibendo coch.* iij.

℞. *Aqu. limac. lumbric. raphani comp. ãã.* ℥iv. *aquæ e ſucco baccar ſambuc. fermentat.* ℔j, *ſyr. è ſucco heder. terr* ij. *m. f julapium.* Vel

℞. *Tinctur. g. ammon. vel galbani, exhibe ad* gtt. xx. *veſperi* & primo mane cum eadem mixtura.

Pilulæ. ℞. *milleped. præpar.* ʒij. *flor. ſulph.* ℈ij. *flor. benzoin.* ℈j. *pulv. ſemin. dauci, bardanæ, ãã.* ʒß. *terebinth. Ven. q. ſ.* f. maſſa, formetur in Pilulas exiguas, ſumantur iv. veſperi, & primo mane, ſuperbibendo hauſtulum ejuſdem Julepi.

Aqua calcis, *Hora 9. matut. &* v. poſt merid. ſumatur *hauſtus aquæ calcis vivæ ad* ℥iv. per ſe, vel cum alio *medicamine appropriato.*

Pro Potu ordinario ſumatur ſequens Bochetum.

℞. *rad. ſarzæ par.* ℥vj. *ligni ſantal. alb. citr. ãã.* ʒvj. *raſur. ebor. c. c. ãã.* ʒiij. *rad. calami aromat.* ℥ß. *paſſul. exacinat.* ℔ß. *liquir.* ℥iij. *f. a. infundantur & coqu. in aqu. font.* ℔xij. *ad* vj. *f. Colatura. Wi[illegible]*

17. *Per hydragoga*) Hic diligenter obſervandum, quod ſi morbo jam confirmato, & multa ſeroſi humoris copia in thorace collecta purgans validius exhibeatur humores illi valde exagitantur, unde ſuffocatio ingens ægro contingit, quæ illum ſubito de medio tollit: Ideo caute agendum eſt, & in minori dozi, atque iteratis vicibus medicamenta exhibenda ſunt; eaque cum potentioribus aperientibus ac diureticis miſcenda, ut ſimul viæ aperiantur, & ſeroſæ materiæ portio ad urinæ vias deducatur: Inter hydragoga autem, ea quæ ex mineralibus deſumuntur maxime conveniunt, qualia ſunt *Mercurius dulcis* & *Mercurius vitæ* ita correctus ut per inferiora tantum evacuet. *Riverius.*

18. *Per diuretica*) Hæc frequenter uſurpata multum conferre poſſunt, quia materiam antecedentem ad thoracem confluentem avertunt, & per urinas evacuant, tum etiam conſequutione quadam ab ipſo thorace educunt: *Riverius.* Adde affectus thoracis facilius ſolvi per urinarios meatus quam per alvum, experientia demonſtrante.

Sudorifica etiam ad ſeroſam illam materiam educendam utiliſſima ſunt: Et nos vidimus virum ſexagenarium uſu Decocti ſudorifici, ex guajaco & ſalſa paratu, per xv. dies, ſudorem excitando cum vapore ſpiritus vini, fuiſſe liberatum. *Riverius.*

19. *Per ſectionem*) Vacuatio certe contentæ materiæ in thorace tentari quidem poſſet ſive purgantibus, ſive per tuſſim vacuantibus, ſive diſcutientibus, ſive aliis id genus; ſed verendum ne ab eorum calore agitata materia dyſpnoea increbeſcat, ſuffocatioque ſuboriatur; Quo ſane conſultius videtur, ut *vacuetur illa ſenſibiliter thorace aperto cauterio potentiali*, eoq; involuto tectoq; emplaſtro &c. in iis qui muliebres animos gerunt, In aliis autem minus maſculi animi, *cauterio actuali*, eoque ſive multiplici, ex *Aetii* ſententia, ſive ſimplici potius, nam unicum ſane ſatis eſſe poteſt, cum præſertim nullum excrementum, neque pus, nedum aqua, confertim evacuari debeat. Equidem ſi quo in morbo illud *Hippocratis* valet, hydropicos ſtatim ſecare, in hydrope thoracis præcognito ſine cunctatione valere debet, cum vires in eo minus effœtæ ſint quam in hydrope qui calamitoſis ſuccedit febribus, viſcerumque inflammationibus aut empyemati. *Car. Piſo.*

20. *Præcautionem*) Generatio illius ſeroſæ materiæ impedietur vitia corrigendo earum partium quæ hanc materiam ſuppeditant: Sic Pulmone ipſo laborante, illi remedia appropriata erunt uſurpanda: Si hepar aut lien intemperie, obſtructione, ſcirrho, aut alio aliquo vitio laborent, illorum affectuum curationes ex propriis capitibus deſumantur, Univerſaliter vero ea quæ partes vitales & naturales roborant ſemper convenire poterunt. *Riverius.*

Cap. XIV.

De Vertebrarum Dorſi luxatione, ſeu Gibboſitate & aliis.

1. G*ibboſitas eſt vertebrarum dorſi de ſuo loco gibbum efficiens dimotio.*

· *Signis* opus non eſt, cum viſu detegi poſſit. Eſt etiam gibbis plærumque anhelitus fœtidus, quod in [1] anguſto thorace, pulmone ſe non ſatis dilatante, humores & vapores corrumpantur.

4. *Cauſæ* ſunt tam *Externæ*, ut caſus, percuſſio, inflexio nimia, thoracis intempeſtiva per faſ-

cias in infantia, per veſtes in adultiore ætate conſtrictio, conſuetudo corpus frequenter ad interiora & latera movendi; Quam [5] *Interna*, ut mala conformatio, humores ligamenta ſpinalis medullæ laxantes, ſeu à capite *tranſmiſſi* cujus exemplum in puero apud Tulpium, ſeu aliunde, ſeu etiam circa ſpinam à nativa vel adſcititia illarum partium imbecillitate collecti. [6] Ligamentum imprimis nervoſum, quo omnes vertebræ connectuntur, quia glutinoſo & tenaci humore ad commodiorem motum circumfuſum eſt, frigidi [7] ſeu aliunde humoris allapſu, cum nexu vertebrarum laxius aliquando redditur, & [8] tumor excitatur.

[9] *Curatio* eſt [10] ſemper *difficilis* plærumque nulla, ſi affectus diuturnus. [11] Conſiſtit in vertebrarum ſuæ ſedi reſtitutione, quæ in adultis Chirurgiæ præcipue opera fit, peculiaribus Inſtrumentis, de quibus apud *Oribaſium*, *Æginetam*, *Celſum*, & *Pareum*, utentis.

[1] *Gibboſitas*) Nominare ſolet *Cons 6. aphor. 46.* ὕβοις & κυφοὺς quos omnes nunc κυρτοὺς Gibboſos vocant, ait *Galenus in comment.* Definitur Gibboſitas, Contorſio ſpinæ, frequentiſſime exterius, & oblique ad alterum latus incipiens, ſine febre, *Rolfincius Epit. lib. 4. cap. 4.*

Κύφωσις ſeu κύρτωσις Græcis dicta, *Gibboſitas* Latinis, *Vouture ou Boſſe* Gallis dicitur. Λόρδωσις Græcis, *Repanditas* Latinis, Gallis *Enfonſure*, Σκολίωσις Græcis, *Divaricatio* Latinis, *Entorſure* Gallis, Σεῖσις Græcis. Latinis *commotio*, ſive *concuſſio*, Gallis *Ebranlement*. Quinta his addi poteſt, quæ *Curvitas* potius quam Gibboſitas nominanda, ut quæ nullo pectoris aut ſpinæ vitio accidat, qualis in Senibus decrepitis, potiſſimum proceris, *Panchure ou Courbure en avant* Gallis dicitur. *Liebautius Schol. in Aph. 46.6.*

[1] *Gibboſitas*) Detractis carnibus muſculoſis quibus ſpina operta eſt, ejus figura admirabilis ἰθυσκόλιος, partim recta, partim obliqua, nunc extrorſum, nunc introrſum inclinans, manifeſte conſpicitur, quam primum *Hippocrates* indicavit. ἰθυσκόλιος quidem eſt per totam longitudinem, ſed in cervice & lumbis eſt ἐγκυρτόν, in dorſo eſt ἐγκύφος, ac proinde facilis eſt explicatio morborum vitiatæ ſpinæ, cujuſmodi ſunt, λόρδωσις quæ eſt vitium ſpinæ, quando ejus vertebræ loco ſuo motæ ſunt, & in priorem ſive anteriorem partem converſæ, Κύφωσις cum vertebræ in poſteriorem partem convertuntur; Λόρδωσις accidit in dorſo, ut Κύφωσις in cervice: σκολίωσις eſt obliquatio, ſive contorſio ſpinæ in alterutrum latus, Σεῖσις, commotio vertebrarum ſpinæ, quando vertebræ in loco quidem ſuo manent, ſed earum compago dimovetur. *Riolanus Encheir. l. 6. c. 16.*

[1] *Gibboſitas*) Vertebris dorſi tum lato oſſi pectoris (quod thorax dicitur, ad quod ſemicirculi coſtarum verarum terminantur) ut incurventur intus & exterius plerumque accidit, & fœdam corporis faciant figuram, cum attractione colli & elevatione humerorum, atque exſiccatione coxarum vel ancharum, Et ſi iſta corporis tortura fuerit *ante & retro*, Gibboſitas appellatur. *Bertrutius Tr. 4 c. 5.*

[2] *Signa*) Indicia incipientis adeo interdum latent, muſculoſis in ſpatiis occultata, ut etiam peritos fugiant; Augeſcens omnium expoſita eſt oculis. *Rolfincius.*

Signa in Pueritia eſt Tuberculum durum circa vertebras aut ſternum, quod primum inſtar avellanæ, deinde inſtar nucis juglandis tactu deprehendi poteſt. *Fr. Joel.*

[3] *Anguſto thorace*) Anguſtia thoracis ſemper ſuſpecta eſt, quia cum in anguſta cavitate pulmones, dum reſpiratio fit, non ſatis libere moveantur, identidem fortius impingunt in circumſtantes coſtas, atque hinc quia per ſe ſunt partes valde molles, ex longo iſto in coſtas impulſu paulatim flacceſcunt ac debiles evadunt, eorumque vaſis iſta colliſione ruptis contingit hæmoptyſis & a ſanguine in ſpongioſis eorum cavernulis reſtagnante, ac corrupto gignitur ulcus, cujus mox individuus comes ſuccedit tabes cum febre lenta, Hanc ob cauſam inprimis cura gerenda eſt in infantibus, ne iis thorax faſciis nimis ante conſtringatur, ſicque coſtarum incrementum, & dilatationis thoracis augmentum impediatur, ob quem errorem nimia anguſtia thoracis ab ipſis incunabilis non paucis generatur. *Diemerbroech Anat. l. 2. cap. 1.*

[4] *Cauſæ ſunt tam externæ &c. quam interna*) Cujuſlibet Gibboſitatis cauſæ ſunt duplices. *Externæ* aliæ, quales ſunt ictus aut caſus violentus in ſcapulas aut coxas, *geſtatio gravioris oneris, nixus in ejuſdem elevatione &c.*) Quoad *Internas*, illæ variæ ſunt, *Tumores* frigidi, duri, crudi ac magni, circa vincula ac membranas vertebrarum adnati, *flatus* qui vincula earundem diſtendunt; *Excrementitia humiditas* ibi congeſta, aut aliunde huc illabens, quæ eadem imbuit, lubricat & relaxat, vehemens *Tuſſis*, quæ vertebras è ſuo loco pellit; Immodica *Siccitas*, quæ earum vincula contrahit, ut ſæpe fit in hecticis, *Inflammatio earundem*: Conſuetudo paulo frequentior inflectendi ac recurvandi corpus in partem aut poſteriorem aut lateralem. *Liebautius.*

[5] *Quam interna*) Fit Gibboſitas ob aliquam harum cauſarum.

Prima eſt oſſium prædictorum (vide §. 1. *Gibboſitas*) teneritas & mollitudo, ſimiliter & ligamentorum ejus, ſicut accidit pueris & infantibus, quare non poſſunt molem capitis & gravitatem propriam ſuſtentare. Et hæc eſt ſine febre & dolore, niſi fortaſſe dolor aſſiduus febrem accendat.

Secunda cauſa eſt ventoſitas groſſa, frigida, vertebrarum ligamenta dividens; Sine febre quoque eſt, & urina eſt lactea, alba, groſſa, ætas, complexio, anni tempus, omnia phlegmatica conſentiunt.

Tertia eſt *Apoſtema* latitans in profundo dorſi vel coſtarum, quod ſua magnitudine ligamenta propellit ad extra, & vertebras diſlocat, Et ſi hoc proprie poſt Apoſtematis terminationem ad duritiem, & in corpore laxo, raro per naturam; ſive fuerit Apoſtema calidum, ſive frigidum, ſive commixtum, Vbi autem calidum fuerit Apoſtema, febris, dolor, rubor acuuntur; Si frigidum, febris, dolor & rubor diminuantur, urina fiet rubra, groſſa. *Bertrutius.*

Certe mihi videntur Gibboſitates non eas ſolum cauſas habere poſſe quas adducit *Galenus capit. 5. 4. de loc. aff.* ictum caſumve (tanquam cauſam externam) aut tubercula in vertebrarum ligamentis orta, ſed omnes cauſas quas Luxationes.

Conſtat vero aliorum oſſium luxationes fieri, non ſolum evulſis è ſuis locis oſſibus, ob contractionem ligamentorũ, ſed etiam ipſis articulis factis laxioribus, ligamentorũ emollitione; Velut enim ſuccus qui in nervos incidit, nunc convulſionem facit, nunc paralyſin, ita qui in ligamenta, nunc contrahit, nunc laxat, Alterum quidem avellit, alterum facit loco excidere oſſa; Utrumque horum fiat in ligamentis vertebrarum, neceſſe eſt gibboſitates ſupervenire. *Valleſius comm. in lib. 5. Epid. p. m. 519.*

Adju-

Adjuvans cauſa eſt adfluxio ſuperflui alimentarii humoris ad lælam partem, adaugens Tuberculum, & in callum excreſcens, Sicut enim in arboribus ex ſucci redundantia ex uberantiæ fiunt, ita Gibbi ex humore affluente ad diſtractas vertebras, Creſcit autem Gibbus uſque ad ἀκμὴν Fr. Jeel.

Ligamentum inprimis nervoſum) Vbique inter duas vertebras media & craſſa cartilago inſtar glutinis interjecta eſt. *Galenus l. de O.* ligamentum durum, & quodammodo cartilagineum eſſe ſcribit: Omnes vertebras dura membrana extrinſecus contegit; intus vero vertebræ ligamentum habent membranoſum robuſtum, a ſuperioribus vertebris uſque ad os ſacrum productum, quod ad tutelam & conſervationem ſpinalis medullæ, præter duas membranas appoſitum & circumjectum eſt. *Riolanus ib.*

7. *Seu capite an aliunde*) *Terminum à quo*, ut vocant, ajunt eſſe *ſpinæ & cerebrum*; unde & deducuntur ſtatui, [illegible], Sic Michael *Wolkmannus in Cl. m. ſed.* [illegible] *emate capit. 31. Materia efficiens arthritid. interdum colligitur in capite ſecundum intimam & extimam partem: Plerumque pituita a capite deſinit per ſpinalem medullam, à ſpinali medulla ad os ſacrum, ab oſſe ſacro ad ipſam coxam.* Nos vero eum terminum non privatum aliquod membrum, ſed ipſam maſſam ſanguineam eſſe arbitramur. *Schneiderus lib. ſpecialiſſ. de catarrhis pagina 927.*

Ex maſſa ſanguinea veriſimiliter eſſe repetendam ſcaturiginem docent me bina exempla Gibboſitatis, quæ ceu ac per metaſtaſin materiæ febrilis ortæ, in puero & puella, illo decenni, hac ſeptenni: Uno eodemque tempore febris utrique obvenerat, quæ deſiit decubitu facto in dorſum quod exinde deformabat, Pueri parens admodum anxius Chirurgum advocavit, qui multa, ut induſtrius videretur, machinatus eſt; Ego puellæ exemplo edoctus, quæ nuperrime ſolis linibus chalaſticis & digerentibus reſtituta fuerat, Parentem rogo tantiſper unum grandis apparatus Chirurgus differret donec per Topica curatio tentata eſſet; qua ſuccedente, hic ſupellectilem inanem convaſavit, mœſtuſque receſſit.

Quod [illegible] ſuſcipientem attinet, meminiſſe oportet [illegible] *Hippocr. de Loc. in Hom. Affectus quicunque nervos obſidet gravior eſt quam qui venas*, Nervoſæ ſcilicet partes præ denſitate difficilius influentes humores admittunt, admiſſos vero pertinacius retinent.

8. *Tumor excitatur*) *Tubercula* illa, vel cruda ſunt & dura, vel non ita dura & cruda; Si dura ſunt & incocta, minus periculoſa ſunt, diuiuſque vivere permittunt, quia non ſuppurant; Alia non ita cruda ſunt & dura, quæ tempore ſuppurant, & hæc ſunt periculoſa, nam tum pus in ſpatium thoracis vacuum effunditur, & commota tuſſi ſuffocantur ægri; Sic *in cervice tuberculum* eſt periculoſum, quia ſuppuratio convertitur in aſperam arteriam & ſuffocat: Ergo in Gibbis, cervicis præſertim & thoracis, periculoſum cenſetur provocare ſuppurationem, imo oportebit quantum fieri poterit prohibere, & tubercula dura reddere: At *in lumbis* minus periculoſa ſunt Tubercula, quia poſſunt aliquando beneficio naturæ ſuppurare. *Hollerius.*

9. *Curatio eſt ſemper difficilis*) Gibboſitas ſi fuerit recens, parva, difficile curatur, Antiqua, confirmata, nunquam; In pueris, iuvenibus, facilius tollitur, quam in adultis & ſenibus induratis, Si corpori catarrhoſo per naturam Gibboſitas acciderit cadet in empyema ſuffocans cor tempore non longo. Hinc *Hippocrates, Quicunque gibbi fiunt ex aſthmate, aut tuſſi, ante iuventutem pereunt*, quando calor naturalis acuitur, & ejus eventatio minoratur.

Gibboſitas thoracis periculoſior eſt ea quæ in dorſo, quoniá comprimit Pulmonem; Similiter ſi tumor ad interiora proceſſerit, periculoſior eſt ea quam ſi exeat ad exteriora; Verum quomodocunque res ſe habuerit, Pulmonem anguſtabit, interior namque motum ejus ſecundum latitudinem prohibet, exterior vero ſecundum longitudinem.

Omnes Gibboſi ſunt aſthmatici, quare vitam ſuam imprudenter & ex improviſo terminant ante ſenectutem.

Sunt utplurimum iracundi, luxurioſi, elati, quoniam in iis calidum cordis effrenatè inflammatur: Gibboſitas accidens ſpondylis colli omnium exiſtit pernicioſiſſima, cito namque ſuffocat, ſicut angina, unde *Hippocrates*, *Si à febre habito convertatur collum*, & vix deglutire poſſit, tumore nullo exiſtente in collo, mortale. *Bertrutius.*

10. *Plerumque nulla*) *Imo nonnunquam periculi plena*, Nam multoties obſervavi (dum ſolent artifices aliqui iſtos gibbos commodis inſtrumentis paulatim comprimere, atque ita deprimere ut evaneſcant & non appareant (quæ curatio hic apud nos familiaris eſt) quod tali modo curati gibboſi, ob reſtrictam nimiam thoracis anguſtiam, evaſerint aſthmatici, & brevi poſt hæmoptoici, ſicque tandem in phthiſin incurabilem inciderint & perierint: Quamobrem Gibboſis plerumque conſilium damus de non curando Gibbo, utpote cum vivere præſtet quam eo ablato vel curato mori. *Diemerbroeck.*

11. *Conſiſtit*) Sciendum quod alia Curatio debeatur Gibboſitati quæ fit ab *humiditate relaxante* muſculos exteroos vel internos, debentes continere ſpondylia in debito ſtatu, quam ei quæ fit à materia ſpaſmante, quæ curatur cum digeſtione & evacuatione materiæ: Pilulæ autem de *hermodactylis* non ſtatim exhibendæ ſunt, licet *Rhazes* eas dare juſſerit, ſed poſtea, ubi materia prius evacuata cum mitioribus fuerit, Locum vero inungit *oleo ſambucino* in quo *ſtorax liquida, euphorbium* & *caſtoreum* reſoluta ſunt, *Avicenna* vero utitur *oleo de euphorbio*: Interim jubet *Rhaſis* ut à cibis frigidis & craſſis abſtineant, ſcilicet ab omnibus multiplicantibus humiditates phlegmaticas, Et præſcribit *Embrocationem ab alto*, ad majorem penetrationem in profundum, cum virtute reſolutiva, exſiccativa, & confortativa membrorum, in qua cocta ſint *menthaſtrum, ſampſuchus, ſtæchas Arab.* & poſtea jubet inungere oleis calidis penetrativis.

Quod ſi infantibus accidat, non opus eſt ſolutivis, ſolæ inunctiones, ut idem aſſerit, ſufficiunt. *Foreſtus lib. 29. obſ. 25.*

Curatio pro *pueris ex teneritate oſſium*, ſeu *ligamentorum*, eſt ut *faſcietur dorſum* & pectus totum cum faſciis latis, mollibus, omni tempore fortiter alligatis, donec dorſi vertebræ indurentur; Præſerventur à fletu, vociferatione, ſeſſione, ſtatione erecta, quantum poſſibile ſit; multiplicetur cibus ſecundum numerum non ſecundum quantitatem, & utatur cibis ſolidis ſi poſſit, & proprie extremitatibus porcellorum, quieſcat omni tempore ſuper lecto molli; in altero laterum vel dorſo, Si dolor extenſivus fuerit, emplaſtretur dorſum ex *flor. chamom.* coctis in aqua *pluviali & vino rubro ſtyptico*, in quibus *pulvis thuris maſculi* fuerit diſſolutus, deinde diligenter expreſſis, & tepide alligatis ſuper dorſum & pectus cum faſcia forti, ſed non tangatur corpus alio liquore.

Si vero illud non ſuffecerit, rectificetur corpus ligando ipſum fortiter inter duas regulas planas, ſolidas,

acutum angulum deſinens, ſpinalem medullam comprimit & valdè lædit. Alia *quando plures*, quæ minus periculoſa, quia vertebræ obtuſum angulum efficientes, minus ſpinalem medullam comprimunt. Quibus vero [20]. *ſpina ad lumbos gibba eſt*, his renum & veſicæ vitia ſuperveniunt, & plærumque infæcundi fiunt.

III. *A cauſis*. Alia eſt κύρτωσις, κύβωσις & ὕβωσις, ſeu *gibboſitas*, in qua vertebræ verſus exteriora luxantur, tumor in dorſo apparet, [21]. ſpiritus difficulter & cum ſono trahitur, ſternum fit ſtrictius.

[22]. Fit & à tumoribus [23]. duobus duarum aut plurium [24]. vertebrarum ligamenta obſidentibus, totidem aut pluribus intermediis ſalvis, quæ dum vertebras trahunt, intermedias à ſuo loco dimovent. *Hippocrates* in ea tiliaceas tabulas non ita tenues in pectore ad conſtrictionem geſtatas commendat. [25]. Alia eſt λόρδωσις ſeu *repanditas & recurvitas*, in qua vertebræ verſus anteriora luxantur, cavitas in dorſo apparet, tumor ante & circa ſternum. Oritur [26]. quando unus, duo vel plures tumores, nulla ſalva interjecta vertebra ligamenta quæ occupant, ad ſe in partem interiorem cum vertebra trahunt. *Rariſſima* hæc, quia in ſpinæ parte thoracis ſe cavitati obvertente multa & preſſa inter vertebras laxationem prohibens cartilago, & *Curatu* impoſſibilis, niſi fortè in tenellis corporibus malo adhuc recente, emplaſtra attrahentia aliquid præſtare poſſint. Videri tamen de curanda in adultis *Fabricius Hildanus* poteſt.

Alia eſt [27]. σκολίωσις ſeu *obliquatio & tortuoſitas*; in qua luxatio in latus alterutrumque fit, paralyſis plærumque in parte luxata, & convulſio in oppoſita accidit, notandumque 1. paralyſin accidere ſi repentina & magna luxatio, adeò ut ſpinalis medulla & nervi inde oriundi comprimantur: 2. non accidere, ſi ſenſim luxantur, & ſpinalis medulla, quæ mollis extendi poteſt.

Alia eſt σεῖσις ſeu *quaſſatio*, in qua, vertebris in ſua ſede manentibus, vertebrarum junctura & compages dimovetur, (fortè *wehe thun*) læſa undecima vel vicina aliqua vertebra, ubi orificium ventriculi dorſo alligatur, dolet dorſum, regio circa ventriculum, & caput, appetitus dejicitur, febris, infantibus inprimis, ſupervenit &c. Oritur plærumque à pondere, & lapſu: [28]. prodeſtque *unguentum rubrum potabile, oculi cancri, aqua cum ſale* &c.

De *reliquis quæ ſpinam, vertebras & ſpinalem medullam afficiunt* nota

I. [29]. *Curvitatem* [30]. ad anteriora [31]. in ætate decrepita accidere iis, qui procero ſunt corpore, nec inter morbos cenſeri. *M. Antoninus Pius* tabulis tiliaceis uſus eſt.

II. [32]. Primam vertebram, cui inſidet caput, ſi ad poſteriora excidat, ſpinalem medullam comprimere, mentumque ad pectus flectere, unde & ſpiratio & loquela intercipitur, homoque ſubitò jugulatur.

III. [33]. Cervicis vertebris integrè luxatis hominem citiſſimè interire, quod compreſſa in prima origine ſpinali medulla & nervis ab ea oriundis ſpiritus animales intercipiantur, & reſpiratio tollatur. At iiſdem in partem anteriorem ſubluxatis, collum diſtorqueri, caput moveri non poſſe, faciem livere, partem affectam dolere, ſpirandique & loquendi difficultatem adeſſe.

Curatur, ſi aliquis toto corpore ſcapulis & humeris ægri in humili ſella ſedentis incumbat: Chirurgus verò caput ad aures comprehenſum concutiat & in omnem partem moveat, donec vertebra ſuo loco reſtituatur.

IV. [34]. *Fracturam ſpinæ* lethalem, quia & medulla & nervi læduntur.

V. [35]. *Medulla ſpinali vulnerata*, inferiores partes, ex ea nervos accipientes reſolvi, & convelli: & quia cerebrum in conſenſum trahitur, dolor ac febris excitatur periculoſum & rarò ſanabile malum eſt, ut Hippocrates docet. VI. Duplicem ſpinalem medullam, vide apud Tulpium Obſ. lib. 3. cap 30.

22. *Differentia*) Intelligere oportet quod alii Gibbi ſint in *cervice*, alii in *thorace*, alii *ſub ſepto tranſverſo*, & *in lumbis*; Si Gibbus eſt in *cervice*, aut in *dorſo*, prohibetur nutritio thoracis, ita ut coſtæ tendant in acutum; ſed non ampliatur aut augetur thorax, aut certe parum admodum, Si eſt ſub *ſepto tranſverſo & in lumbis*, ij habent crura valde gracilia, quia horum prohibetur nutritio: *Hippocrates aph. 46. 6.* agit de Gibboſis in cervice vel in dorſo; Nam ſi gibboſitas ſit in lumbis aut oſſe ſacro, non impeditur nutritio thoracis, & ſpina ac thorax dilatari poſſunt; Si vero in cervice aut dorſo, ſpina ſit brevior, thorax anguſtior, iidem fere coguntur eſſe capite demiſſo; Collum non eſt ita' flexile ac ſequax, niſi ad dentem comprimas vertebras. Quod ſi caput aut collum conentur attollere, gutturoſi evadunt, ſit arctior aſpera arteria, redditur vox aſpera & rauca. *Hollerius comm. in aph. 46. 6.*

23. *In Infantia accedit*) Gibbi à frigidis humoribus vertebras obſidentibus ſi fiant aſthmatici aut tuſſiculoſi in pueritia & antequam pubertatis annos exceſſerint, longævi eſſe nequeunt, ſed incunte adoleſcentia ſtatim moriuntur, quod augeſcentibus corde ac pulmone illis continendis, illorumque dilatationi ſpina præ anguſtia ſufficere non poſſit, unde ſtrangulatio neceſſario adferetur. *Liebautius.*

24. *Mors ante pubertatem &c.*) Quæritur an Gibboſi neceſſario celeriter moriantur? Minime, ſiquidem quibus jam adultis fit Gibbus, quum thorax in iis jam habeat juſtam magnitudinem & amplitudinem, non tam cito moriuntur; fere autem moriuntur anno LX. At ſi adhuc pueris accedat Gibbus, celeriter intereunt; partes enim thoracis interiores iis augentur & ampliantur, thorax autem ampliari non poteſt; quum ergo prohibita thoracis ampliatione cor & pulmones coſtringantur, nec libere moveantur, fiunt tubercula, tabes, peripneumoniæ &c. & ita moriuntur. *Hollerius.*

Tamen ſi diligentius res inſpiciatur, quoniam à Tuberculo ſtatim Cyphoſin naſci non oportet, illud φῦμα τῆς κυφώσεως occaſio & parens dici vereque poteſt, præterea vero Panus dici, quia cito generatur & tarde in ſuppuratum abit, quæ conditiones Pano quadrant, & ex conſequenti ei Tuberculo quod temporis progreſſu Gibbum afferre ſolet: nec enim citò generato tubere invertitur rachis; Porro Phyma à Phygethlo differt, quod Phyma cito ſuppuret, & prognaſcatur paulo tardius, minuſque doloris afferat: Phygethlon autem ægrius ſuppuratur, facilius naſcitur, & dolorificum eſt, propterea ad obliquandam invertendamve compagem verticillorum accommodatum magis eſt. *Ballonius conſil. 51. lib. 1. p. 244.*

23. *A tumoribus duobus*) Cum duo tumores obſident ligamenta interna duarum aut plurium vertebrarum, inter quas una, duæ aut plures interjectæ ſint vertebræ inviolatæ, nulloque obſeſſæ tumore; tum vertebræ à ſuis ligamentis tumentibus trahuntur ad ſe invicem, compelluntque vertebras, quæ ſunt intermediæ, à ſuo loco dimoveri, ac proinde gibbum foris efficere, non aliter ac videas virides ramos ſui medio curvari, ſi duo eorum extrema ad ſe contrahas. *Liebantius.*

24. *Vertebrarum ligamenta obſidentibus*) Omnes tres contorſionis ſpinæ differentiæ ad nervoſum genus, non autem ad ſpinæ oſſa proprie pertinent, nam cum nervus vertebram muniens afficitur à morbo, poſtea trahitur vertebra ac contorquetur, Sic *Galen.* reprehendit Veteres, qui diligentius verba *Hipp. part. 11. 3. de Artic.* expedêtes putarunt à tuberculis contorqueri coſtas, quod adeo phymata indureſcerent ut ad nutum ſuum traherent oſſa ac contorquerent; at nequit fieri ut tantum duriter phymata acquirant ut coſtas gravent; Sic oſſa per ſe non ſubvertuntur, ſed affectio eſt corporum ſpondylos colligantium. *Ballonius l. c.*

25. *Alia eſt λόρδωσις*) In ea ſumma adeſt reſpirandi difficultas, tuſſis vehemens, movendi ſentiendique in coxis partibuſque inferioribus impotentia ac ſtupor ſuboritur, urinæ ac fœcum involuntaria excretio. *Liebantius.*

26. *Quando unus, duo vel plures tumores*) Ubi unus aut plures tumores, unam aut plures vertebras, inter quas nulla ſit interjecta vertebra occupantes, cum intumeſcunt ac augentur illi tumores, ligamenta quæ obſident ad ſe attrahunt in partem interiorem, unde neceſſario accidit ut vertebræ ſua ſequantur ligamenta, indeque ſpinam intro contorqueant, ac gibbum intus efficiant. *Liebantius.*

27. *Σκολίωσις ſeu obliquatio*) Inclinatio ſpinæ in alterutrum latus, vel utrumque, quando incedimus, dependet à vitio duodecimæ dorſi vertebræ, ubi fit motus ſpinæ: Hæc vertebra excipitur à vicinis vertebris, tam ſuperiore quam inferiore, nec excipit motu aliarum; Eſt enim juncta non per ginglymum, ſed per arthrodiam, ideoque ſi ejus apophyſes acclives, vel declives fuerint depreſſæ, non poteſt hæc vertebra corporis truncum erectum ſuſtinere in motu, ſed cogitur nutare in alterum vel utrumque latus, hocque vitium ab infantia enaſcitur, vel ab ortu, vel ex mala geſtatione infantis, vel ex mollitie iſtarum vertebrarum, dum ocyus quam par eſt ambulare præcipitatur infans; hæcque claudicationis cauſa eſt irreparabilis. *Riolanus Ench. p. 452.*

28. *Prodeſtque*) Empiricus muribus omnibus ibidem ſaccis farctum anſereum aſſabat, & collectum inde liquorem ad inunctionem Gibberis in dorſo dabat. *Joh. Goeurotus, Geſnerus.*

29. *Curvitatem*) *Erectio* vel *flexio corporis*, nonnunquam perfici nequit, *reſoluto Dorſo*, quod vix ſeparatim hiſce *Dorſi motibus*, ſed aliis ſimul ſublatis evenit, Ex *ſpaſmo* hoc *in Dorſo* nonnunquam evenit ut compellatur, ſicuti integris ſenſibus hoc modo cum diu ſurſum è lecto incurvare, rurſumque relaxando lectum percutere, aliquoties vidimus: Quod & ex *contractione* ſine *ſpaſmo* evenire poteſt, Primum in genere, ut *flecti* nequeat, *corpuſque rigidum & erectum* in *Tetano* ſeu *Rigore* vocato maneat (quod nomen etſi *convulſo dorſo* tantum accommodemus, nos tamen ſi ex *contractione* fiat, illi accommodare quoque poſſumus) velut erigi non poſſit, corporeque incurvato incedant, & vel in anteriora, in *Emproſthotono*, vel in poſteriora in *Opiſthotono*, appellatis, aut *latus alterutrum* inclinet, *parte* tantum aliqua *Dorſi contracta*, illius motus alicubi ſiſtitur, vel retrorſum *dorſi* parte aliqua protuberante, in *Gibbo* appellato, vel in latera; aut, quod *rarius evenit, antrorſum* inflexo; idque in ſingulis plus minuſve, & majore minoreve illius portione eo delata; unde corpus erigere nequeunt; illudque breve, incurvum, cum thoracis inconcinna figura oſtentant, *pectore* præſertim admodum *prominente*, & dorſo depreſſo, *capiteque* retrorſum *inclinante*, ſi dorſum ad anteriora curvatum ſit. *Platerus.*

30. *Curvitatem ad anteriora*) Gibboſitatis ſpeciebus addi poteſt *Curvitas*, quæ cernitur in ſenibus jam decrepitis, potiſſimum procerum corpus habentibus, quibus corpus præ ſiccitate aut imbecillitate nimia in anteriora incurveſcit ac inflectitur. *Liebantius.*

31. *Curvitatem ad anteriora in ætate decrepita*) Huc pertinet quæſtio, *An ſenum jam decreſcentium corpora etiam breviora fiant quam ante fuerunt?* Id multi affirmant, & autopſiam judicem conſtituunt; *Spigelius* vero *Anat. l. 1. c. 7.* id abſolute negat, *Breviores*, inquit, *fieri pernego. graciliores fieri lubens largior, Oſſa enim, ſecundum qua longitudo corporis exporrigitur, cum partes ſint duræ ac ſolidæ, nec ætatis diuturnitate, nec morbi ullius ſævitia unquam imminuuntur, At caro, ut ab aliis pluribus cauſis, ſic ab ætate facile depaſcitur conſumiturque: Quod ſi breviores eſſe videantur ſeipſis juvenibus, ſeniores facti, ideo accidere credendum eſt, quod articuli omnes, tum à muſculis à caloris inopia tenſis, tum à ligamentis ſiccatis & occaleſcentibus incurvantur.*

Verum etſi *Spigelius* ſpecioſas rationes pro ſua ſententia negativa adferat, tamen affirmativa nobis plauſibilior videtur, cum decrepiti ſenes, non ſolum ratione curvaturæ articulorum & corporis breviores appareant, ſed neceſſario etiam aliquanto, licet non multo, breviores facti ſint; idque inprimis propter cartilagines ſpinæ vertebris & lumborum, aliarumque partium cartilaginibus interjectas, quæ cum in juvenibus ſint molliores & tumidiuſculæ; atque hinc oſſa paulo remotius à ſe invicem ſejungant, corpus neceſſario aliquantum elongatur aliquantum: In ſenibus vero cum illæ paulatim magis magiſque exſiccentur, & tenuiores fiant, corpus hac de cauſa brevius fieri omnino neceſſe eſt; Adde quod etiam ligamenta exſiccata articulorum oſſa propius ad ſe invicem contrahant; Hæc res manifeſte patet in illis ſenibus qui fortiores ſunt, & non curvati (etſi enim plerique, non tamen omnes ſenes incurvantur,) ſed erecti incedunt; quippe ſi applicentur ad menſuram qua ſeipſos in juventute menſurati ſunt, invenientur alii latitudine pollicis, ſeſquipollicis alii, nonnulli duorum pollicum breviores evaſiſſe quam fuerunt in juventute, quæ res ab experientia nobis conſtat. *De Diemerbroeck Anat. lib. 2. c. 12.*

Sed & ipſorum oſſium ratione, qui exſiccentur, ideoque contrahantur & breviores fiant, decurtari ſenes inde probabile eſt, quod dentes, inter omnia oſſa ſolidiſſimi, in viventibus tabeſcant; Obſervavit id *Plinius*, qui Dentes tabeſcere ait; Non ab attritione ſolum inter maſticandum deteruntur, ſed & à ſe invicem, ſuperioris ordinis præſertim, manifeſte abſcedunt; adeo ut in plurimis, quibus continui fere videbantur, in ſenectute à ſe invicem longo intervallo diſcreti cernantur: Quin & nonnullis ſponte ex alveolis excidunt,

quod & eorum radices exſiccatæ contrahantur; ut & loculi quibus coercebantur; adeo ut excidant neceſſe ſit, exſiccatis ſimul fibrillis quarum ope colligabantur: Adeo ut & reliquis oſſibus, multo minori ſoliditate præditis, tabem quoque accidere veriſimile ſit.

32. *Primam vertebram cui inſidet caput &c.)* Tuberculum aut ſuperiores verticillos, aut medios, aut inferiores occupat; Si illos, anginoſos facit, *Galeno* interprete, ſcribit enim in conſtitutione peſtilenti, quam *Hippocrates* deſcripſit, eos [illegible] vocaſſe quibus ad cervicis ſpondylos tuberculum aliquod adnatum fuerat; quod tuberculum cum ad ſuppuratum tenderet, tuſſiculoſos reddebat, cum ſua mole ac circumſcriptione crudus maneret, ſpirandi difficultate eos exercebat; non difficultas autem illa ſpirandi quicquam pulmonem laborare ſignificabat; Cur autem, dicat quis, non gibbos efficit? Mors longe antevertit, & gibboſitas non illa parte contingit niſi cum morte repentina; quo enim tuberculum primis verticulis eſt propinquius, eo funeſtius: Accedit quod poſito pari vitio in ſuperioribus vertebris & inferioribus, in ſuperioribus (excipio periculi præſentiam) magis eluceſcit prohibitione incrementi, quam infero loco locatis: Valet enim illud theorema *Galeni comm. in part. 12. l. de Artic. Quanto ſpina ſuperius juxta originem ſuam læditur, tanto minus augeſcit, eo quod à ſuperiori parte & exortum & incrementum accipit: Ballonius conſ. 51. lib. 1. p. 245.*

33. *Cervicis vertebris)* Ea Gibboſitas quam perverſio primæ vertebræ cervicis parit, mentum deprimit ad pectus, degluciendi ac loquendi omnimodam difficultatem, indeque citiſſimam mortem affert; In Gibboſitate reliquarum vertebrarum cervicis tota cervix contorquetur, reſpirandi ac loquendi non levis difficultas invehitur, ſpiritus cum ſono redditur, & ſtertor in dormiendo auditur. *Liebautius.*

34. *Fracturam ſpinæ)* Vertebræ raro franguntur, ſæpius colliduntur, Periculoſa eſt Fractura quam paralyſis membrorum ſequitur, ſi non ſuccedat, ſperabilis curatio: Quare ſi ſpina recta & poſtica vertebræ penitus effracta fuerit, locus quidem concavus apparet, punctiones in eo ſentiuntur, quia neceſſe eſt ea fragmenta ſpinoſa eſſe, quod fit cum homo in anteriorem partem ſubinde nititur: quia dum incurvatur ſpina, cutis diſtenditur, quæ ſpinoſa fragmenta comprimit, & ab iis viciſſim compuncta acutiſſimum dolorem percipit &c. *Vigierius Chir. l. 4. c. 7.* Reliqua vide in Chirurgia.

35. *Medulla ſpinalis vulnerata &c.)* Ubicunque locorum ſpinæ, ſive dorſi, ſive lumborum, vulneretur hæc medulla, ut plurimum eſt lethalis; & ſi tranſverſim præciſa ſit, ſtatim quicquid partium corporis infra vulnus ſubjectum eſt, id omne protinus ſenſum & motum amittit, quia deſtituuntur ſpiritu animali ex cerebro per nervos defluente; Præterea pernicioſiſſimas infert convulſiones & reſolutiones; ideo præciſio ejus ſimpliciter deplorata & lethalis eſt; Non itaque erunt huic vulneri manus temere admovendæ, nec poteſt actio Chirurgi feliciter procedere ſicuti in cerebri vulneribus, propter impedimentum vertebrarum. *Fr. Joel.*

Cap. XV.

De Tabe Dorſali & Vermibus Dorſi.

Tabes Dorsalis.

Tabes *Dorſi* eſt, quando illud contabeſcit. Species ejus ſunt quatuor.

I. [1] *A nimia Venere*, & [2] tum videntur ægris ex ſuperioribus partibus à capite [3] velut formicæ in ſpinam demitti, [4] ſemen ipſis interdiu & noctu effluit, in [5] principio nulla adeſt [6] febris, ſed temporis ſucceſſu accedit, illaque [7] ex malignarum genere.

II. [8] Cum calor *ſpinalis medullæ* inſitus à [9] *copioſiore ſanguine* obruitur, & ferè extinguitur,

III. Cum occluſis *meatibus*, per quos nutrimentum ad eam defertur, [10] *exſiccatur*.

IV. [11] Cum *prava deſtillatio, à capite inprimis*, [12] *per modum catarrhi ad ſpinalem medullam decumbit*, & non tantum per vaſa à cerebro ad ſpinam ſanguinem & ſpiritum devehit, quod autumno frequentius accidere ſolet; unde [13] marcor & ariditas medullæ: ſed etiam, ſi acrior eſt & tenacior in os quoque ſacrum impetum facit, & inde acetabula coxendicis ſeu juncturas adoritur: unde dolores à ſcapulis ad lumbos & coxendicem ob nervoſum genus affectum, amboque pedes & crura conſequuntur. Exitialis autumnus; morbus ad 20. vel 40. protenditur. Reſerandi poris tundenda brachii aut poplitis vena: Evacuandum, nec *cucurbitulæ* prohibendæ, ſi minor materiæ copia.

1. *A nimia Venere)* Tabes Dorſalis, etſi in noſtro ſeculo nomen ſuum fere amiſit, aut forſan mutavit in Gonorrhœam, tamen *Hippocr.* mentionem ejus facit, & morbum hunc ex profeſſo tractans, duplicem ejus ſpeciem aſſignavit, ſcil. unam ex *immodica Venere*, & alteram à *diſtillatione in ſpinam dorſi.* Prior, longe frequentior, item duplex exiſtit, Ea nimirum vel à magno, vel nimis crebro humoris genitalis diſpendio, aut continua pituitæ partibus genitalibus profluvio exoritur.

1. Quoad prius, obſervatione ſatis vulgari conſtat immoderatum Veneris uſum, etiam involuntarium (ſi magnus ille & continuus fuerit) ſeminis effluxum, totius corporis languorem & demum contabeſcentiam parere. Hujus ratio non eſt quod ſemen juxta quorundam opinionem à [illegible] nervos in corpora ſpermatica deſcendat proindeque à magno ejus diſpendio imprimis ἐγκέφαλον; & conſequenter partes omnes à ſpirituum inde ſcaturientium influentia dependentes, infirmentur & contabeſcant.

At vero cum ſatis evicerimus materiam ſeminalem è maſſa ſanguinea in partes genitales immediate ſuppeditari, eandemque prorſus cum illa exiſtere, è qua in cerebrum inſtillata ſpiritus animales procreantur, neceſſario ſequetur, quo major ejus portio pro reparando ſeminis diſpendio ad teſtes corripitur, eo cerebrum debito ipſius tributo defraudari, & propterea tandem in toto corpore functionem, tum motivam tum nutritivam, vacillare ac imminui.

Quod autem veſani ſcortatores majorem circa lumbos debilitatem ſentiant, parteſque infra hos ſitæ, ſcil. femora & tibiæ, maxime contabeſcant, ratio eſt, tum quia ſpirituum animalium penu in prima ſcaturigine, viz. ἐγκεφάλῳ deficiente, rivi extremi, ſcil. ſpinalis medullæ fines, nervique ab ea oriundi, defectum hunc primo ac potiſſimum luunt; tum inſuper, quia

quia juxta lumbos ſanguis arterioſus præſtantiores & maxime inſtaurativas ſui particulas, dorſo enutriendo deſtinatas, plus nimium teſtibus elargitur, ac interea ſanguis venoſus propterea effœtus, quicquid opulenti poteſt à lumbis ſuffuratur.

Seminis diſpendia, contabeſcentiam inducentia, modo ſunt voluntaria, cujuſmodi noxam patiuntur ſalaces ac Veneri dediti, modo ſunt involuntaria, cujus affectus variæ ſunt ſpecies: Nam in aliquibus fere tantum propter inſomnia aut phantaſmata impudica contingit; in aliis vero præter iſtas occaſiones, nixus quilibet dorſi, ſive ob ponderis lationem, ſive propter urinæ aut fæcum alvi excretionem, etiam humorem genitalem dimitti facit, cujus cauſa eſt, & quia ſemen aquoſum & tenue, ſimulque acre ac irritativum exiſtit; & præterea quod partes ſunt debiles, proindeque ipſum nec rite concoquere nec retinere valent.

In Tabe altera Dorſali, non ſemen ipſum, verum ichor ſeu putrilago quædam, è partibus genitalibus profunditur, cujus effluxus ſiquando ingens & continuus fuerit, non raro totius corporis vires labefactat, & materiem nutritivam ſubtrahendo, & prodige ablegando, atrophiam ſive contabeſcentiam inducit.

Enimvero juxta vaſa ſpermatica, aut in tranſitu ab iis, tum in viris tum in fœminis, emunctoria quædam conſita ſunt, quorum munus eſt humorem à ſemine efformato ſuperfluum excipere; & quando exuberat per partes genitales foras amandare: proinde quidem ut in utroque ſexu ductus iſti (ne excreſcant, ac rigidi aut minus ſenſiles fiant) lubricentur ac irrigentur; Proſtatæ in viris, & Glandulæ circa uteri cornua in fœminis conſtituuntur, è quibus utriſque ſemper in actu coitus, & nonnunquam citra ipſum, quandoque vaſa ſpermatica nimia humiditate ſcatent; & in quibus has vias Natura ad menſtruam excretionem fecit, hoc ſæpius ac multo uberius contingit quam in viris: Quod ſi Emunctoria iſthæc debilitate magna, aut virulentia quadam afficiantur, ita ut laticem illuc miſſum aut corrumpant, aut non ſatis detineant, non modo iſte perpetim amandatus copioſe per pudenda effluit, ſed & alii totius corporis humores ſuperflui, aut excrementitii, ad partes illas debiles affluentes una profunduntur.

Quinimo & ſuccus nutritius partibus quibuſque vicinis deſtinatus illuc confluit, & continenter abſcedit; ita demum ut propter ſucci nutritii (qui ibidem affluens corrumpitur & continuo amandatur) diſpendia, non modo partium vicinarum, ſed totius corporis languores & emarceſcentia ſuccedant: Hæc ſatis vulgo innoteſcunt in Gonorrhœa, item in Fluore muliebri, ſive affectus iſti per impurum concubitum, aut Veneris immoderationem, ſive ob plagam, contuſionem, nixum majorem aliamve noxam lumbis inflictam excitantur. *Willis de Medic. Facult. ſect. 1. cap. 5.*

Deficit nutrimentum corpori, unde Tabes, ob nimiam Venerem, quæ cum ſpiritibus mediante genitura & nutritivum rorem exhaurit; Pertinet huc *affectus novorum maritorum*, *Tabes Dorſalis* dictus, ſeu *hectica maritorum*, nempe nimis attenti ad rem talem *Dorſi atrophiam* incurrunt. Duplex *Hippocr.* ejus ſpecies eſt, vel à deſtillatione in ſpinam,

Vel à genitura, aut huic analogi liquaminis copioſiore excretione, unde ad Gonorrhœam quamvis fere inſequi ſolet; Utriſque in caſibus ægri in dorſo ſucceſſive extenuantur, ſpina prominet, ſenſus vermiculationis cum titillatione ſubito per medium dorſum decurrente percipitur. Vide exempla apud *Solenandrum* conſ. 5. *Tulpium* l. 3. obſ. 34. *Zacutum* Pr. adm. l. 1. obſ. 122. *Ettmuller P. 2. Pr. p. 2.*

2. *Tum videntur ægri*) Hanc ſpeciem (quæ à Gonorrhœa nomine tantum, non re differt, inquit *Salius*) ſic deſcribit *Hippocrates lib. 2. de morb. t. 125.*

Dorſalis Tabes à medulla fit, corripit autem maxime recentes ſponſos & Veneri deditos, Sunt autem ſine febre, & cibum bene capiunt, ac conſumuntur. Et ſi interroges ita affectum dicet ſibi ſuperne de capite in ſpinam velut formicas deſcendere videri, & ubi mingit, aut ventrem exonerat, prodit ipſi genitale ſemen multum & liquidum, & genitura minime fœcunda eſt, & in ſomnis ſemen profundit, ſive dormiat cum uxore ſive non, Et cum iter fecerit, aut cucurrerit, tum alias tum ad acclivem locum, anhelatio ac debilitas ipſum corripit & capitis gravitas, & aures ſonant: Hunc temporis progreſſu, ubi febres fortes ipſum corripuerunt, perdunt febres lipyriæ.

3. *A capite velut formica*) Quia cum ſpina ſit pars frigidior, indeque ab ea rigor, ut docet *Hippocr. 6. Epid. 3. 19. aph. 69. 5.* primo ſentiatur ac ortum ducat, hinc etiam fit, eunte corpore ad extenuationem, ut hæc eadem pars magis refrigeretur; & hoc potiſſimum cum ei alimentum accommodum, cujus ratione calor inſitus conſervatur, ſurripiatur; ex qua refrigeratione inæqualitatem quandam percipiens, videtur ipſi tanquam formicas ex capite in ipſam deſcendentes perſentire. *Salius.*

4. *Semen ipſis &c.*) A vaſorum ſeminalium relaxatione, & ſumma imbecillitate ad nimiam Venerem inſequente, unde illa nec ſemen continere, nec integre concoquere poſſunt, unde merito imperfectæ coctionis fit ut infœcundum id evadat, liquidumque ſit, cum perfectam coctionem non ſit adeptum: Merito autem imbecillitatis contentivæ ſequitur ut ex quacunque levi irritatione, tam vigilantes quam dormientes ſemen profundant, vigilantes quidem, ut ſi mingere, aut ventrem exonerare tentent; Dormientes autem, quoniam in ſomno retractus calor ea vaſa ſtimulat & laxat, & ad ſeminis profuſionem excitat. *Salius comm. in Hipp. lib. 2. de morb. p. 254.*

5. *In principio nulla adeſt febris*) Progreſſu tamen temporis, corpore male affecto, & virtutibus omnibus admodum hinc labefactatis, febres putridæ ſuccedunt, quæ tandem hominem interimunt. *Salius.*

6. *Febris temporis ſucceſſu*) In tergemina, nervorum, venarum & arteriarum via, invenire quoque eſt viam inducentem vel *febrem* convulſioni, vel convulſionem febri; Siquidem febris ſupervenit convulſioni, diſcutit, ut cum *Galeno* loquar, æſtuans cordis calor illud frigus quod lenta ac viſcida pituita induxerat nervis ſpinalis medullæ: Quod ſi vero convulſio ſequatur febrem, vel exarunt ſpinæ medulla, præ febrili incendio, vel acris fervidæ bilis vapor, ab accenſo corde per arterias illuc effuſus, pupugit tam rigide ſenſiles ipſius membranas, ut inde ſequatur exitialis nervorum contractio, potiſſimum ſi vires exhauſerit præcedens febris. *Tulpius.*

7. *Ex malignarum genere*) Leipyrias ſuccedere ait *Hippocr.* Sed cur hæ & fiunt, & patientem interimunt? Quoniam, ut alias declaravi, ex nimia Venere ſolent cauſari peſtilentes & malignæ febres; quæ ubi pravitatem propriam conceperint, ad eum ſtatum deducunt patientes, ut in eis partes exteriores frigeant, interiora autem urantur; quod febri Lipyriæ eſt proprium; hæ autem febres ſunt lethales, ex aph. 48. 4. *Salius.*

Curatio Tabis ex Veneris abuſu orta.

Quoniam in hoc morbo omnes virtutes, præcipue naturales labefactantur, hinc integræ coctiones non fiunt, neceſſario pravi humores congeruntur, ideo corpus purgandum jubet *Hippocrates*, triplicique pro more ratione, Primo fomento, ad laxandum corpus, præmiſſo per *Vomitum* evacuat, 2. *caput purgat*, 3. *deorſum purgans* exhibet, Quæ tria evacuationis genera, ſicuti erant antiquis familiaria, ita & evacuantia: At nos qui duabus primis evacuationibus ſumus inſueti, ab illis etiam abſtinere poſſumus, contenti ea quæ deorſum fit purgatione.

14. *[illegible]mones*) Mutuaverunt plurimi morbi nomina ſua ve[illegible], vel à forma repræſentanti quædam [illegible] animalia, ut ſunt cancer, lupus &c. ſic & hoc [illegible] quens Pilorum accidens [illegible] *Ariſtot.* H. A. [illegible] c. 11. *Pilare malum*, quod [illegible] generatione debili pilorum non valente extra corpus pr[illegible] ſed in [illegible] cutim hærentes [illegible], conſimile illi malo puerperarum in mammis oriri ſolita; Gallis à crinibus Cridones. *Haſenreſſerus de Cut. aff. l. [illegible] c. 11.*

[illegible] Vermiculis habet *Sebiſius*, Vermiculi, *inquit*, ſunt exigui, ſimiles ferè iis qui *Aſcarides* dicuntur, aut qui in caſeo naſcuntur, longè tamen minores, hærent inter cutem & carnem, potiſſimum in dorſo, in brachiis tamen [illegible] & femoribus &c. E poris cutis nunquam toti [illegible]unt, ſed *capitula* ſolum, nigris inſignia [illegible]. Fabuloſa, *addit*, hæc non ſunt ſed veriſſi[illegible], [illegible] experientia plana facta, quæ teſtatur [illegible] quod & alia tum aliorum animalculorum genera in locis ſubcutaneis, muſculoſis cum primis fuerunt procreata. *Mercurialis p. 1839.* Vide *Ulyſſem Aldrovandum de Inſectis lib. 6. c. 2.*

15. *[illegible] infeſtant*) *Saxonia* credit pilos non ſemper in ipſa cute, ſed interius quoque formari poſſe, cujus aſſert om calculum addo, qui diligenti inquiſitione [illegible], qualiſnam ſit affectus iſte pilans, tandem obſervavi puerulos illos, qui piloſi tam capite quam toto corpore naſcuntur, hoc morbo non affici, ſicuti in filiis meis duobus, ut & filia mihi licuit obſervare, qui omnes ſubtilium pilorum proventum aſpectabilem ſecum attulerunt, mox ſponte ſua cadentium: At ultimus natu, tali lanugine deſtitutus, mox cæteris tenerior & magis macilentus, revera hunc Pilarem affectum perpeſſus eſt, ubi *melle* inunctione facta cum ſubſequenti frictione, tam in dorſo quam in brachiis & femoribus, per poros cutis, innumerabiles cridones, ſeu eminentias quaſi craſſiorum pilorum evocatas vidi. *Gr. Horſtius tom. 2. p. m. 267.*

Affectus ab *Horſtio* t. 2. p. 354. deſcribitur quod proveniat ex obſtructione pororum cutis, ob difficilem primæ lanuginis egreſſum, indeque caloris nativi denegatam e[illegible]ationem. Non negaverim tamen illud ipſum temporis diuturnitate in vermiculos degenerare, & vitam induere, nec non alimentum abſumere poſſe, quod *Sennertus* quoque videtur inſinuare. *Hoeſerus H. M. l. [illegible] p. m. 313.*

16. *Cognoſcuntur*) Hocce malo quando divexantur, eorum dorſum quaſi aranearum aculeis torquetur, cum tumore quodam ſubalbido, unde huc & illuc ſe jactitant, & quietis ſunt impatientes, clamoribus diurnis nocturniſque tempus conſumunt, appetitu proſtrato, ſic in atrophiam incidunt, repente carnem amittentes, vigiliis cruciantur, indeque capitis dolor cum calore. Dicta inquietudo calorem naturalem cum convertat, etiam cum illo *Pulſum* immutat, nativoque celeriorem reddit, Appetitus dejectus, urinam paucam, tenuem, quandoque turbidam, ob humorum commotionem projicit. *Haſenreſſerus.*

17. *Infantes quidem comedunt, ſed non nutriuntur*) Veriſimile videtur hecticam diſpoſitionem, & maciem in tali caſu, pueris accidere propterea quod materia illa viſcida, quæ præter naturam in poris cutis retenta ſunt, impedimento ſit quominus calor inſitus convenientem tranſpirationem habere poſſit, quam ob cauſam idem calor interius augetur; ita ut admodum quidem *appetant pueri*, & fame quaſi torqueantur, nihilominus convenienti nutritione & augmentatione deſtituantur: quamprimum vero cutis ab ejuſmodi materia obſtruente prædicto modo liberatur, mox partes antea flaccidæ ſuum habent incrementum, & reliqua pilaris affectus ſymptomata deſinunt. *Horſtius.*

18. *Contabeſcunt*) Quin putredinalis hic calor à partibus ignobilioribus ad nobiliores tranſiens gravia alia gignit mala, Caput enim angens, epilepſiam, Jecur; leucophlegmaticam, Cor tremorem, ac ipſam tandem mortem: *Haſenreſſerus.*

19. *Capilli quidam cineritii*) Affectus durat donec per abſtergentia convenientia pori cutis ab obſtructione liberentur, Quicquid autem abſtergitur ſimilitudinem habet pilorum decurtatorum, vel ſordium, quales in balneo frequenter videmus. *Hoeſerus.*

20. *Oriuntur a materia viſcoſa*) Puerulos comprimis infeſtant, qui humidi ſunt, voraces, & phlegmaticarum cruditatum feraces. *Sebiſius man.* p. 1859.

21. *Tolluntur*) Auſertur hoc malum 1. Diæta & convenienti regimine ſex rerum non naturalium; *Aer* inſtituatur qualitati peccanti contrarius: Caveantur omnia quæ ſuperfluitates gignunt, vel occaſionem præbent ut generentur vitioſi humores, vel ſi vitioſi fuerint in bonos degenerent. Cibus igitur ſit boni nutrimenti, abſtinendo à motu ſtatim poſt ingeſtum cibum &c. 2. *Vacuandi* humores putridi hoc vel ſimili medicamento.

℞. *Diaſenna* ℈j. conf. *Hamech* ℈ß. *ſeri caprini* ℥ij. *aqu. fumar.* ℥ß. *miſce*, Vel

℞. *Syrup. fumar.* ʒß. *diaſer.* ℥i. *decocti ſennæ* ℥ij. *miſce.*

Purgato corpore mulierum cœtus, facto fotu pluſquam tepente aqua, liniunt tergum ex *melle & farina frumentacea*, quo pilos ſubcutaneos prolectos volſellis vellunt; æquant autem ejuſmodi pili vix aciculæ longitudinem.

Quidam pulverem *ſanguinis dracon.* cum *ſpiritu vini* cataplaſmatis modo imponunt.

Alii ex *auripigmento & fermento Emplaſtrum* parant. *Gabelkovverus ex vitro contuſo & melle* tergum inungere jubet.

Cereſolium coctum cum tota ſubſtantia in aqua fontana, cui parum aceti ſit permixtum, & tergum lotum, malum tollit.

Radix bryoniæ in lixivio ex cinere quercino parato cocta, & illo lixivio univerſum corpus abluatur, volſellis vermiculis hiſce avulſis, rurſus dicto lixivio abluendum corpus, & curabitur. *Aggerius lib. 1. part. c. 119. Gabelchoverus c. 6.*

Poſt frictionem in balneo *pane cum melle mixto* factam capilli cineritii aut nigri ſimiles è cute prorumpunt, Tolluntur cum novacula, vel cruſta panis *abraſi*, tum remediis ſequentibus ut ſunt.

Aqua alettica Timæi *illita.*

Balneum ex *decocto rad. bryon.* in *lixivio cin. querc.* Ex *micis panis admixto melle.* Ex *ſideritide herba Tinctura antimonii* interne. *Hodeg. pag. 1568.*

Ex *cinere quercini ligni* fiat lixivium, cui imponatur per noctem ſacculus *ſtercoris pullorum gallinaceorum* repletus; ſequenti die deducatur in ſudatorium infans, ibique dicto lixivio inſideat uſque ad collum per ſemihoram; quo facto detineatur per aliam ſemihoram extra lixivium, & probe ſudet, toto corpore prius melle perunctο; Sudore peracto deradatur cutis cultro raſorio: Hoc per ſeptimanam ter repetatur, & reſtituentur infantes.

Eodem plane effectu *zedoaria* in *lixivio querno* decoquitur, quo infans ante & poſt raſuram in ſudatorio diligenter abluitur. *Joh. Steph. Strobelbergerus manud. ad Puer. aff. c. 4.*

22. *Capitella, quæ vermiculi mox*) Vermiculorum intercutaneorum quoddam genus putat *Kufnerus*, quanquam ego nil quicquam quod vitæ teſtimonium perhiberet in ejuſmodi eminentiis obſervaverim, utpote cum inſtar ſordium, in poris cutis hærentium per reiterata balnea abſtergentia poſtea tollantur, ſubſequente puerorum nutritione & refectione convenienti. *Gr. Horſtius.*

Cap. XVI.

De Coſtarum Luxatione & Fractura.

Luxatio.

[1] L*Vxantur* coſtæ [2] à percuſſione vel caſu ; [3] Excipitque luxationem ſpirandi, [4] thoracem movendi & curpus erigendi difficultas ; dolor pleuritidem referens, & quandoque muſculoſæ carnis inflammatio. [5] *Curatur* repoſitione. Luxantur diverſimodè.

1. Vel *verſus ſuperiora.* Et *tum*, hinc cavitas, ibi extuberantia apparet : Coſtæ capitulum, ægro ex januæ alicujus parte ſuperiore ſtante, comprimi debet donec in locum ſuum redeat.

2. Vel *verſus inferiora.* Et *tum* etiam cavitas & extuberantia : Coſtæ ægru prono incurvato, manibus ſupra genua innixa, compreſſa, in lucum ſuum reprimitur.

3. Vel *verſus anteriora.* Et *tum*, ſola cavitas viſitur. Emplaſtris attrahentibus ſæpius revulſis agendum.

Inflammatio tolli *diachylo ireato*, vel aliquo alio conveniente cataplaſmate poteſt.

[1] *Luxantur Coſtæ)* Proceſſus in coſtis, inſtar tuberculorum duo in parte poſtica ſe offerunt, firmioris articulationis cum vertebris gratia : In decima coſta tubercula illa dubia ſunt ; in undecima adhuc minus conſpiciuntur ; duodecima vero abſque tuberculo ullo vertebris plerumque conjungitur. *Blaſius Ther. ſpec. p. 126.* Connexio ipſis duplex, una cum ſterno per arthrodiam, altera cum vertebris per diarthroſin, beneficio tuberculorum dictorum cartilagine incruſtatorum. *Idem p. 127.*

[2] *A percuſſione vel caſu)* Cauſæ præcipue ſunt externæ, monet tamen *Fernelius Pathol. l. 5. c. 12.* palpitationis cordis tantam eſſe vim ut ſæpe ſit animadverſa thoracis vicinas coſtas effregiſſe ; ſæpe & eas quæ ſupra mammam ſunt de propria ſede depuliſſe : Vicarias palpitationi operas præſtant motus quicunque vehementiores, qui ex articulis coſtas dimovent. D. *Simon Paulli*, Vir Clariſſ. ſuperata febre maligna vocatus in Scaniam ad Nob. ægrum, in itinere ſalebroſo & ſaxoſo, ſive crebris concuſſionibus, ſive à defluxu humorum, poſt morbum ad ſpinam dorſi, dolore ingenti lateris ſiniſtri prope ſpinam corripitur, cum ſterni tumore & protuberantia ; Eo latere recumbere non potuit, nec prorſus ſedere, ſtans vero, dextroque lateri incumbens dolorum expers fuit ; Tumor ſublatus latentem prodidit affectum ; accurate enim pertentantibus ſemiluxatio viſa eſt octavæ coſtæ veræ, Tandem illis cruciatibus aliquot hebdomadum ſpatio maſculo ſuperatis, apparuit quoque fractura coſtæ octavæ ejuſdem lateris, integra cute hactenus occulta, quæ per callum paulatim coaluit. *Th. Barthol. Hiſt. 66. cent. 4.*

[3] *Excipitque luxationem)* Aliquando inappetentia & vomitus ; ſicuti vidi in Nobili Virgine Lauſannenſi, quæ diu conqueſta de dolore compreſſivo circa regionem orificii ventriculi, adeo ut & concideret appetentia, & à pauciſſimis ingeſtis gravaretur ventriculus ; tandem deprehenſa coſta intro vergens, qua attractivis medicamentis reducta, opera viduæ Chirurgi, omnia accidentia illico ceſſarunt.

[4] *Thoracem movendi)* Motum coſtis competere docet reſpiratio, deorſum in expiratione moveri videmus. *Blaſius.*

[5] *Curatur)* Optima natura medicatrix, vias curandi ſine ratione invenit ubi nullæ ſunt : Filius minorennis Viri Religioſi ab interno fluxu ſiniſtras coſtas inferiores diu habuit luxatas, ut viſu tactuque facile malum diſcerni potuerit, Varia remedia ſprevit ſenuluxatio, quibus tandem ita attritæ fuere pueri vires ut febricula ſit acceſſa : Per *proximum* circa ſpinam eodem latere dolenti puſtula erupit, qua rupta ſenſim rantum peccantis materiæ, (luxationis cauſa) evacuabatur, ut coſtæ luxatæ ad ſolitam articulationem ſua ſponte redierint ; ulcere per ſe ſanato, & puero optime convaleſcente. *Th. Bartholinus Hiſt. An. 22. cent. 1.*

FRACTURA.

II. [6] *Fractura coſtarum* fiunt à cauſis violentis, caſu nempe, percuſſione & aliis.

[7] *Cognoſcuntur*, inæqualitate & cavitate, ſupervenitque carnis coſtæ ſuperjacentis infla[illegible] Viſui & tactui ſe offerens, ſi comprimatur, quam carne ab oſſe ſeparatà, & inductâ parti ab ictu imbecillitate, alimentum per dolorem copioſius affluens, concoqui non poteſt, & partim crudum manens, partim in flatus & vapores reſolutum, cauſatur ; dolor gravis pleuriticorum ſimilis, ſi interna fracta, reſpiratio difficilis, tuſſis, & quandoque ſanguinis ſputum.

[8] *Curantur* I. [9] *Operoſius*, ſi coſta non ſolum fracta [10] ſed & intro compreſſa ; ſi inflationi, inflammatio & febris vel abſceſſus ſucceſſit : ſi coſta ab ſuccedente in locum carnis ab oſſe abſcedentis aëre, corrumpitur.

II. Curantur, 1. *Coſta fracta conjunctione & compoſitione*, per tuſſim, ſpiritus retentionem, manuum operam, vel *Emplaſtra*, ex *terebinth. reſinâ*, *pice nigra*, *farinâ hordei* vel *fabarum*, *maſtiche* & *aloë* formata.

2. Ejuſdem, ſi fragmentum membranam pungit, unde ingentes dolores & alia ſymptomata, metuſque mortis inde, parte qua fracta eſt inciſione facta, ut eximi poſſit,

3. *Vena ſectione*, inprimis ſi contuſio adeſt, ne inflammatio inſequatur.

4. *Coſta per callum unitione*, quod quidem naturæ opus : ſoletque coſta per callum die vigeſimo coaleſcere, ſed cui ſubveniendum. *Emplaſtrum* vide [11] apud *Sennertum.* Sunt, qui in progreſſu morbi faſcias *aquâ roriſmarini* imbutas applicant.

5. *Diætâ*, in qua à tuſſi, riſu, ſternutatione & loquela quies imperetur. Victus tenuis in principio eſſe debet.

[6] *Fractura*

[6] *Fractura coſtarum)* Coſtæ *veræ* ubique & in omni parte [illegible] tanguntur · *Spuriæ* juxta ſpinam cum rel quo corpore ſuht cartilaginoſæ.

Coſta autem vel tota rumpitur, vel interior tantum, aut exterior ſuperficies effringitur, quæ vitia incidunt integra & inoffenſa cute, vel contuſa. *Vigerius Chir. l. 4. c. 6.*

[7] *Cognoſcuntur)* Intro ubi declinant, aut extra eminent, præter inæqualitatem & cavitatem, viſu & tactu obſervabilem, accedunt ſtrepitus quidam, dolor, reſpirationis difficultas, tuſſis, ſanguinis ſputum, carnis coſtæ impoſitæ inflatio, & exinde ſæpe inflammatio cum carnis à coſta ſeparatione, *Tota* autem *ſi fracta non ſit*, nihil horum adeſt: Si vero licet fracta ſit, partes tamen ejus loco non moveantur, ea quidem adſunt quæ diximus, aſt leviora omnia. *Blaſius.*

Si interna coſtæ ſuperficies fracta fuerit, dolor pungens acutiſſimus ægrum divexat. *Vigerius.*

[8] *Curantur (&c.* Si coſtæ ſola externa ſuperficies frangitur, manu facile reſtituitur, tunc cibis uberioribus utendum, ut quam pleniſſimus ventriculus coſtas fulciat, quas inedia ſuſpendit ait *Hippocrates*: Proinde ubi coſtæ rumpuntur, qui magis ventricoſi ſunt, minus dolent: Quibus gracilis venter eſt & contractus, majore dolore torquentur, authore *Galeno*; Quidam adhibent *Cucurbitulam*, exemplo Arabum, quam merito damnavit *Paulus* metu majoris inflammationis: Alii *Emplaſtrum adſtringens* vel ipſummet *Viſcum fractæ* coſtæ imponunt, quod ubi tenacius adhæſit, violenter extrahunt.

In hac Fractura tenuis convenit Diæta propter metum inflammationis.

Ubi tota coſta tranſverſim abrumpitur, ſi fractura ſimplex fuerit, ſine cutis contuſione, celerrime curatur, & ſine periculo, At *ubi conjuncta eſt cutis contuſio*, non vacat periculo, & ſæpiſſime contuſio ſola, ſine fractura, periculoſior eſt.

Coſta tranſverſim effracta antitaſi reponitur; Si febris adſit, deterior eſt inedia quam cibus.

Faſciatio communis eſſe debet, duntaxat ad conſervanda & continenda medicamenta · Duabus utitur *Celſus*, quas vulneri ſeu parti affectæ medias injicit, ne cutis in alterutram partem inclinet; *Hippocrates* primam faſciam à parte affecta circumducit; Secundam vulneri mediam injicit. *Vigerius.*

Si *coſta tota fract[illegible] non ſit* v[illegible] [illegible] cta licet loco tamen p[illegible] non dimota, nec [illegible] [illegible] entium partium contuſio adſit, medicamentum [illegible] quod fracturæ conveniens [illegible].

Si *frac[illegible]* [illegible] extra promineat, manuali compreſſione [illegible] natu[illegible] ſitum reduc[illegible], [illegible] idem Emplaſtrum conve[illegible] adhibendum.

Si intro [illegible] æger ſpiritus, ore clauſo, retentione, coſta [illegible] rius compellat, manibus quantum fieri poteſt [illegible] rendo: Quod ſi non ſuccedat, admove Empl. attrahens &c.

Si *fragmentum coſtæ membranam pungat*, adeoque gravia ſymptomata excitet, apertione facta id eximendum, vel præcidendum.

[9] *Operoſius)* Simplex ſi ſit Fractura abſque partium vicinarum contuſione; periculo vacat, & intra xx. diem coalitus fit: Si vero caro ſimul conteritur, periculoſior eſt ob ſymptomata varia, maxime cariem: Periculoſa quoque cum coſta intropellitur, ob ſymptomata pleuritidi ſimilia, & vix ante xl. diem cura abſolvitur. *Blaſius.*

Si interna coſtæ ſuperficies fracta fuerit, difficillime ejuſmodi fractura reducitur. *Vigerius.*

[10] *Sed & intro compreſſa)* Fracta coſta interdum intro declinat interdum extra eminet; interdum etſi tota frangatur loco tamen proprio non dimovetur: interdum ſimul caro circa coſtas contunditur: *Blaſius Ther. ſpec. p. 131.*

[11] *Apud Sennertum) Prax. Med. lib. 9. part. 5. cap. 17.*

Pectoris Contuſio.

Sæpiſſime contuſio ſola, ſine fractura coſtæ, periculoſior eſt; In illa tenuem & exquiſitum victum conſulit *Hippocrates*, & venæ ſectionem, quam *Celſus* è directo partis affectæ facit, contra morem Arabum, Quin etiam levem purgationem imperat, quæ non moveat, ſed tantum molliat alvum. Pus vero in affecta parte jam factum, mature evacuandum, ne in thoracis capacitatem effluat. Et ſi vitiata appareat coſta, ferramento candente inurenda eſt. *Vigerius l. 4. Chir. cap. 6.*

Cap. XVII.

De Mucronatæ Cartilaginis prolapſu.

1. DE hoc morbo notanda ſequentia.

I. Non tam [2] prolapſum eſſe quam [3] depreſſionem & reflexionem: potiuſque morbum in [4]. figura & ſitu quàm continui ſoluti, quòd ejus ſubſtantia, [5] inter oſſa & ligamenta media, illis mollior, his durior, & ubique ſua mollitie cedens, nullo ferè modo frangi poſſit: citiuſque mulieres quàm viros, quòd humidiores ſint, invadere.

II. [6] *Cognoſci* ex eo quòd [7] propter orificii ventriculi anguſtiam, cibus durioris inprimis ſubſtantiæ, nec benè dentibus fractus, difficulter ad ventriculum tranſeat, dolorque hinc & aliquando vomitus, quòd appetitus imminuatur, reſpiratio in aſcenſu, quia diaphragmati vis infertur, difficilis evadat; quod morbus regius ſi [8] *jecur comprimitur*, intercepto naturali ſucci bilioſi ductu, inſequi ſoleat, ipſumque atrophia excipere.

III. *Oriri* vel ab *Externis*, ictu, caſu, [9] nimia corporis extenſione, diſtorſione, aut circumvolutione: vel ab *Internis*, [10] humore nempe tenui & craſſo circa ipſam collecto, qui laxando magis obnoxiam depreſſioni facit.

IV. *Curari* [11] facilius in principio, [12] difficilius ſi neglectus.

I. [13] Plenitudinis imminutione & fluxus inhibitione ſi eſt ab internis.

II. Cartilaginis [14] in ſuum ſtatum reſtitutione, per [15] cucurbitulam ſupra perforatam cum levi flamma impoſitam, illito prius butyro non ſalito, vel ſolo, vel cum ol. amygdal. dulcium & pauxillio croci permiſto, inprimis ſi prolapſus à cauſa externa oritur, & antiquus eſt.

III. [16] Cartilaginis in ſuâ ſede firmatione, per fomentum ex *vino nigro* in quo aliquid *thuris*, *maſtiches*, *balauſtiorum* &c. efferbuit. De cætero cartilago ſi præſcindatur non recrudeſcit: ſi rumpitur, nunquam ſolideſcit.

1. *Mucronata cartilaginis*) Sternum oſſibus conſtat, non uno, ut fere in ſenibus conſpicitur, ſed pluribus, Primum & ſupremum amplius eſt craſſiuſque, planum & inæquale: Secundum anguſtius eſt, Tertium adhuc minus, deſinit in cartilaginem quæ dicitur ξιφοειδὴς, enſiformis, enſiculata, & mucronata, quia inſtar mucronis gladii circa finem acuitur, Arabibus *malum Punicum*. vulgo Enſiformis. Eſt triangula hæc cartilago & oblonga, in fine aliquando rotunda, aliquando lata, nonnunquam bifida, unde quibuſdam *furcella*, rarius duplex, *Bartholinus Anat. p. m. 744.* Uſus eſt ſua molline diaphragmati & rebus occurrentibus cedendo reſiſtere, & ſubjectas partes tueri: quæ cum intro curvetur, diaphragmatis & oris ventriculi propugnaculum eſt, ut ex nauſea quæ ex ipſius compreſſione vel fricatione ſequitur; quemadmodum etiam ex dolore quem vomituri ibi perſentiunt, colligere eſt *Bauhinus Anat p. m. 255.*

2. *Non tam prolapſum eſſe quam depreſſionem*) Ne putes abſurdum cum *Laurentio, Anat libr. 3. cap. 11.* hanc cartilaginem decidere; quum ita imo pectori firmiter adhæreat, ut nonniſi ſummâ vi divelli poſſit, quod obtrudit *Columbus*; nam hoc de ſtatu naturali intelligendum eſt, quoniam uterus nervoſus, & obſidentibus partibus multis variiſque ligamentis *adſtrictus*, ita aliquando humoris copia laxatus procidit totus, elabitur, & flacceſcit, ut virilem priapum mentiatur. Confirmat inſignis *Veiga ad cap. 4. l. 11. de l. aff.* quem ſequitur *Carrerius*, dum enim plurimas tabis cauſas recenſet, potiſſimam accidere putat quando cartilago hæc emollito glutine, quo pectori tenaciter adhæret, laxatur & decidit: Habere autem quidpiam mucoſum, quo pectori alligatur, docet *Galenus xi. de uſ. Part. 18. Zacutus M. P. H. p. m. 287.*

3. *Depreſſionem*) *Depreſſionem* tantum, non *prolapſum* agnoſcunt alii; ſic *Bartholinus l. c.* Hæc ſi nimium, *aut* introrſum prematur & curvetur, ſubjectæ partes læduntur, epar & ventriculus, *Riolanus Encheir. l. 6 c. 2.* compreſſa & incurvata hæc cartilago, adeo ſubjectum hepar lædit, ut atrophia infantes pereant, & in adultis continuam vomitionem parit, donec reducta fuerit. Et *Barbette Anat. Pr. c. 5.* Cartilago mucronata ſterni frequentius quam quidem Practici annotant, indebite incurvatur ab humoribus affluentibus plus juſto emollita, ſicque mucrone ad interiora vergens, ventriculum premit, unde appetitus proſtratus, adſumptorum vomitus, imo ventriculi continuus dolor, quod vitium Anatomiæ periti facillime tactu deprehendunt, & interjecto paucarum horarum ſpatio curatione auferunt: *Ita Diemerbroeck Anat. l. 9. c. 14.* Frequenter extrorſum, nonnunquam introrſum recurvatur, non ſine multiplici ventriculi vicinarumque partium damno, onde ſingultus, atrophia aliique graves affectus oriuntur.

4. *In figura & ſitu*) Hinc *Blaſius Therap. ſpec. p. m. 150.* Præcipuum quod in cartilagine mucronata conſiderabile vitium. *Figura* eſt depravata, dum indebite incurvatur, adeoque mucrone ad interiora magis vergit.

5. *Inter oſſa & ligamenta*) Aliquando in ſenibus oſſeam ſubſtantiam acquirit. *Pavius* quoque oſſeam duritiem hic vidit in quodam qui ſumma ſpirandi difficultate laboraverat. *Bartholinus.*

6. *Cognoſci*) Hunc affectum comitantur in ventriculo flatus, gurgulationes, ructus, ſingultus, oſcitationes ab ſpiritu flatuoſo prognatæ, quæ omnia à debili coctione, ventriculique imbecillitate originem ducunt; Cum enim cartilago hæc ventriculum ab externis injuriis tueatur & defendat, ſi flaccida eſt & muco oblita copioſo, relaxatur & flectitur introrſum, ventriculi os premit & debilitat, unde reproba concoctio, nauſea & vomitus: Ægri difficile reſpirant, nam ad diaphragmatis, quod eo loco nerveum eſt, tutelam conſtructam fuiſſe hanc cartilaginem *l. 7. de uſu part.* docet *Galenus.*

Diaphragma autem eſſe princeps ac primarium liberæ reſpirationis inſtrumentum *Galenus* paſſim confirmat, nam tenditur in expiratione, laxatur in inſpiratione: Inſuper languet appetitus; Os continuo madeſcit, ſputo craſſo viridoque reſperſum. Adeſt cephalalgia, ob maximum ventriculi cum capite conſenſum: In partium extremitatibus, totiuſque corporis habitu, nodi duri indolenteſque apparent, à frigido humore ſuborti; quem natura ex infauſta coctione velut excrementitium ad partes extremas, tanquam ignobiles detrudit. *Zacutus l. c.*

Noſcitur præter tactum, ex adſumptorum, maxime duriorum, ad ventriculum cum dolore deſcenſu; ne alia quæ hepati veſica fellis afferre valet producamus. *Blaſius.*

7. *Propter orificii ventriculi*) Hujus uſus primarius eſt ut ventriculi os tueatur: Illum ridet *Columbus l. 1. de oſſ. c. 10.* quia diſtare longo intervallo ab ore ventriculi, quod dorſo applicatur, ratus eſt: At præterquam quod falſum eſt in viventibus ita diſtare, ejus placitum multo ante redarguerat *Galenus 7. de V. P. c. 21.* inquiens, *Ob eam igitur cauſam, & ad partem oſſis pectoris ultimam (quam ob enſis ſimilitudinem Xiphoidem appellant) adhereſcit, quam certum eſt propugnaculum eſſe oris ventriculi, & partis ſepti tranſverſi quæ illic eſt, jam autem & cordis &c.* Firmant *Veſalius, Paræus, Bauhinus, Riolanus, Diemerbroeck* &c. Zacutus.

8. *Si jecur comprimit*) Compreſſa & incurvata hæc cartilago adeo ſubjectum hepar lædit, ut atrophia infantes pereant, & in adultis continuam vomitionem parit donec reducta fuerit. *Riolanus Ench.* Hæc cartilago ſi nimium introrſum prematur ſubjectæ partes læduntur, hepar & ventriculus, infanteſque atrophia pereunt. *Bartholinus.*

9. *Nimia corporis &c.*) *Bartholinus cent 4. Epiſt. 77.* meminit cujuſdam prolapſus cartilaginis ut ſuſpicatur) laborantis; quia ſæpius legendo & ſcribendo menſæ duræ pectore incubuit.

10. *Humore nempe tenui & craſſo*) Hæc cartilago cum nimio mucore, humiditateque excrementitia, ob infauſtam ventriculi coctionem, ex ipſius debilitate contractam, eſt infarcta, emollito glutine, quo pectori hæret, decidit & laxatur valde; *Zacutus.* Indebite incurvatur, ab humoribus affluentibus plus debito emollita. *Barbette.*

11. *Curatur facilius in principio*) Hoc vitium Anatomiæ periti facillime tactu deprehendunt, & interjecto paucarum horarum ſpatio curatione auferunt, quo alias ad annos plurimos homines miſerrime divexantur. *Barbette.*

12. *Difficilius ſi neglectus*) Affectus hic contumax eſt & rebellis, & qui ſæpiſſime neglecti cauſa, ob medicorum incuriam, putantium hujus cartilaginis decidentiam anicularum eſſe fabulas, contemptis præſidiis diuturnus fit, & deinde auxiliis Medicis vix mitescit. Imo ſenſim ac ſine ſenſu, furtimque habitu, ventriculi intemperies ſucceſcit, ex qua tabeſcunt ægri & pereunt; non enim inepte cocto alimento nutritur corpus commode, quin extenuatur & areſcit: Ex prava enim

enim coctione non fit laudabilis hæmatoſis; impurum ſanguinem carnes non trahunt; ita ſuo genio & nectare vivifico defraudatæ contabeſcunt, quoniam tantum habemus caloris quantum ſanguinis, quare ægri marcidi facti, ſæpe hectica ventriculi correpti, vitam cum morte commutant. *Zacutus.*

[13] *1. Plenitudinis &c.)* Reductio quo commodius fiat, non ſolum internis humores (ſi adfuerint) corrigendi & educendi, verum & externis, linimentis, fomentis &c. pars emollienda. *Blaſius.*

[14] *In ſuum ſtatum reductione)* In figuram naturalem reducitur 1. faſcia apta ventrem ſurſum devinciendo, (haud tamen in gravidis) & hinc hypochondria utrinque comprimendo, 2. manu molli etiam reponendo. *Blaſius.* Unum habet hic affectus peculiare, quod hæc cartilago manus opera ad ſuum locum delapſa reducatur: Quod opus licet pluribus modis celebrari poſſit, nullo melius *Picatione* perfici poſſe exiſtimo, Os ergo ventriculi modice concutiatur, ferula illita pice, ita ut leviter ſuaviterque caro attollatur, parſque incaleſcens rubefiat; Imponatur deinceps cucurbitula, cum magna flamma (hæc enim potentiſſime calorem ad ventriculum debilem attrahit) Quà ablata ſtomachica emplaſtra ex calidis, roborantibus tamen medicamentis parata, ori ventriculi adaptare oportet; addita ſemper *terebinthina*, cujus vi tenacius adhærent, & opus ſuum per moram complere queunt. *Zacutus.*

[15] *Cucurbitulam)* In medio, foramine, primo clauſo, poſt, ut removeri commode queat, aperto, præditam. *Blaſius.*

Ut vitium hoc emendes, ſolummodo cucurbitula ventoſa amplioris orificii externus cuti, cui cartilago ſubjacet, ſicque illa affixa relinquatur uſque dum inſpiratio impeditur; ſubito tunc removeatur, & cartilago dicta ſæpius prima vice locum naturalem iterum occupabit. Quod ſi non contigerit, repetat Chirurgus operationem ſemel aut bis. *Barbette.*

[16] *Cartilaginis in ſua ſede)* Præmiſſa illitione *olei roſar. & myrtill.* Emplaſtrum hoc apponatur, per aliquot dies in affecto loco detinendum

℞. *Rad. biſtortæ, nucum cupreſſi, ãã.* ℥j. *maſtichis, thuris, ãã.* ℥ß *balauſt.* ℈j. *olei nuc. moſch. expr.* ℈j. *picis navalis & terebinth. ãã. q. ſ.* Miſce fiat Emplaſtrum. *Idem.*

De Symptomatibus Pulmonum & Thoracis.

Cap. XVIII.

De Reſpiratione læsâ.

Symptomata pulmonum & thoracis ſunt, *Reſpiratio læſa, Aſthma, Strangulatio, Tuſſis, Dolor pectoris, & ſputum ſanguinis,* ſeu *Hæmoptyſis.*

[1] *Reſpiratio* [2] *læſa eſt pulmonis & thoracis motus à naturali deflectens* [3] *propter aliquod in facultate,* [4] *organis, uſu aucto, vel aëre vitium.*

Signis opus non eſt.

[5] *Cauſa* in genere conſiſtit in facultatis illius motricis læſione vel impedimento, in ſpecie in organis, uſu aucto, vel [6] aëris vitio. I. *Organis reſpirationis*, nempe.

1. [7] *Pulmone*, quoad *ſubſtantiam* quando is ab ortu juſto minor: & [8] quando cum concavo thoracis ſtrictius connectitur: [9] quoad *motum* [10] quando à ſuo tenore recedit, & calido innato non ita ut debet perfunditur: hine facultatis motricis læſio; vel [11] quando non habet in thorace tantum ſpacium quantum ad motum requirit.

[12]. 2. *Thorace*, quoad *ſubſtantiam*, [13] quando muſculi dolent, contunduntur, inflammantur, vulnerantur, exulcerantur: [14] quando cartilagines in oſſium ſubſtantiam indurantur: quoad *motum*, quando *vel* facultas motrix per ſe læditur, [15] ſubtracto ſpiritu animali, ad motum neceſſario, *ſeu* quòd ob defectum aut non influat, ut in apoplexia, *ſeu* quòd [16] per nervorum vitium non recipiatur: *vel* impeditur in dilatione inprimis; *ſeu* ob dolorem diaphragmatis, colli, abdominis &c. *ſeu* ob aquam, ſanguinem, pus &c. quæ in eo continentur; *ſeu* [17] ob vapores à venis meſaraicis, aut aliunde elatos; *ſeu* [18] ob viſcerum tumores; *ſeu* ob ventriculi plenitudinem; *ſeu* denique ob [19] coſtarum aut vertebrarum fractionem aut luxationem.

3. [20] *Diaphragmate*, [21] quoad *ſubſtantiam*, quando inflammatur, vulneratur, aut catarrho inter muſculos intercoſtales delapſo deprimitur; [22] quoad *motum*, quando is aut ab aqua, pure, vel ſanguine in thoracis cavitate contento; aut [23] à vaporibus & flatibus ab inferioribus elatis & ibi ſubſiſtentibus; aut viſcerum & abdominis obſtructione, inflatione, diſtentione, tumore &c. impeditur.

4. *Arteriis aſperis*, quando illæ anguſtiores propter ſanguinem, pus, aquam vel pituitam collectam vel illapſam, nec non grandines, calculos, tubercula fiunt.

5. *Partibus aërem tranſmittentibus*, ore nempe, naribus, faucibus, larynge, ſi obſtruantur, adſtringantur, coarctentur.

II. [24] *Uſu* vel aucto vel imminuto, unde variæ reſpirationis differentiæ.

III. *Aëre*, qui *nimis tenuis* non permittit hominem reſpirare; craſſus & caliginoſus, fumis metallicis & carbonum, vaporibus uliginum, cereviſiæ vel muſti ferventium infectos facilè poteſt ſuffocare.

[1]. *Reſpiratio læſa eſt &c.*) *Poteſt & ſic definiri, ſub generali τῆς Δύσπνοιας nomine, cum* Galeno l. 1. *de Diff. Reſp. Aſthma pariter atque orthopnœam comprehendentes, ſiquidem non tam ſpecie quam gradibus differunt.* Δύσπνοια eſt reſpiratio læſa, qua correptus æger ita affligitur, ut vel denſe & crebro admodum, vel cum ſibilo & laborioſa anhelatione, vel nonniſi recta cervice reſpiret, ſine febre quidem, plerumque tamen cum tuſſi conjuncta, ab inſigni pulmonis & bronchiorum anguſtatione, intrinſecus vel extrinſecus facta, originem trahens. *Strauſſius Pal. Med p. 2. Gymn. 2.*

[2]. *Eſt Pulmonis*) Cum præcipua Pulmonum functio & uſus fuerint ſanguinem & aërem per totas partium compages, intimoſque receſſus atque ductus quoſque minutiſſimos traducere, & ubique invicem committere, in eum nempe finem, ut ſanguis venoſus à circuitu redux, & chymo recenti dilutus, proindeque crudus, & velut ſemi-extinctus, tum perfectius miſceatur & velut ſubigatur, tum potiſſimum ut ſecundum omnes ſui partes ab aëre nitroſo de novo accendatur.

Hinc primaria circa hoc negotium, ſive munus pulmonare, delicta, inprimis in his duobus conſiſtere, ſcil. 1. quod *Sanguis* non rite trajicitur per cordis ſinus & vaſa pneumonica, & 2. quod *Aer*, haud debito modo in tracheam ejuſque ductus inſpiratur exſpiraturque: Utriuſque horum duæ ſunt partes, 1. enim quoad *Sanguinis trajectionem*, culpa interdum intra cordis ſinum dextrum, aut arterias pulmonicas; quandoque intra venas pulmonares, aut cordis ventriculum ſiniſtrum committitur.

Dein 2. quoad *Aerem*, modo in inſpirando, modo in expirando imprimis ac potius delinquitur, quanquam inſuper utraque functio interdum ex æquo peccet: Quod ſpectat ad *Sanguinis vitium*, quo minus expedite hic cordis ſinum dextrum & arterias pneumonicas trajicit, id non tam proprio ipſius quam facultatis animalis vitio aut defectu accidere ſtatuimus, Si quando enim ſpiritus, cordis fibras motrices actuantes, aut deficiunt, aut in ἀτaξίαν ſpaſmodicas adigantur, *Cor* proinde inordinate vibrans, laticem cruentum aut infirme aut irregulariter foras propellit.

Quod autem *ſanguis* corde egreſſus arterias pneumonicas haud ſemper expedite trajicit, id interdum propria ex culpa, quandoque item ob vias obſtructas, quin & alias ob cauſas paſſim contingit: Ipſe ſanguis aut quoad accenſionem, aut quoad craſin ſuam peccans, proprio per pulmones tranſitui officit: Utriuſque horum varii ſunt caſus.

1. Enim quatenus iſte aut minus, aut nimis quam par eſt, accenditur, in circuitu pulmonari impeditur: Si quando in maſſa ſanguinea, ſpiritu ac ſulphure abſumptis aut depreſſis, partes aqueæ, terreſtres, aut ſalino fixæ præpolleant, id propter latex ejus æque aut parum ab aëre nitroſo accenſus, non facile intra ductus pulmonares rareſcit, eoſque exilientis inſtar flammæ ſua ſponte vix trajicit, ſed gravis, & quaſi limoſus, uſque in viis hæret, atque plurimum moleſtiæ & laboris, quo circumpellatur, cordi creat; Hinc quoties à totius corporis, aut partium ejus motu citatiore ſanguis paulo uberius in præcordia urgetur, cor & pulmones pro circumpulſione ejus difficillime & extremis quaſi cum nixibus laborant, Atque in hoc caſo veriſimile eſt ſanguinem, intra cordis ſinum dextrum rapidius aggeſtum, aliquatenus ſtagnare, quia nimium in ductus à fronte oppletos ſtatim transferri nequit.

Porro ob hanc cauſam concretiones iſtæ grumoſæ, ſive carnoſæ cordis polypi dicti interdum exoriri videntur; Hinc & in p[illegible], leucophlegmatia, hydrope ac ſcorbuto inv[illegible]o [illegible] rporis motu citatiore reſpiratio valde [illegible]ſſectis ac laborioſa exiſtit. 2. *Sanguis* interdum *nimis accenditur*, totuſque fere in flammam erumpens, ac ſupra modum expanſus intra ductus pulmonares, quos plurimum inflat & extendit, vix contineri poteſt quin eos inflammare ſive accendere periclitatur, quare ne diutius in iis moretur, præcordia creberrimis ſimulque fortiſſimis nixibus vibrant, ut ſanguis ita nimis accenſus ſatis eventilari & circumagi poſſit, ſecus enim iſte intra pulmones aggeſtus, eoſque totos inflammans, functionem vitalem cito deſtruet.

Præter hæc Sanguinis vitia quoad accenſionem, reſtant alia quoad *craſin* ſive *mixtionem* ejus vitia, propter quæ ductus pulmonicos minus libere aut expedite trajicit: Enimvero, quando compages ejus aut minus laxa, aut ſupra modum ſtricta exiſtit, per exiles pulmonum meatus haud facile pertranſibit, quin ſæpe in iiſdem ſtagnare & hærere, aut etiam excurrere & extravagari periclitatur: *Sanguis* in compage diverſimode *ſolutus*, aut deliquia, aut recrementa, aut corruptelas ſuas in pulmones exuit, quæ in vaſorum receſſibus depoſita, aut parietibus eorum affixa, rivi ſanguinei curſum variis modis inhibent aut pervertunt.

1. *Sanguinis diſſolutio*, quæ pulmonibus ſæpe (quamvis non periculoſe admodum) infeſta eſt, contingere ſolet, quatenus *ſeroſitates*, intra maſſam ejus contineri inhabiles, cum non ſatis per diaphoreſin, aut diureſin è veſtigio amandantur, intra pulmones à cruore abſcedunt, adeoque effervescentes, & à propriis vaſis exudantes, tum aëris, tum ſanguinis tranſitus perturbant, aut præpediunt, proinde ut recrementi hujus ſeroſi expellendi, & circuitus ſanguinei continuandi gratia, pulmones in tuſſim crebram & valde moleſtam nitentur: (*Cauſas & occaſiones ob quas latex ſeroſus in pulmones exundat, vide capite de Tuſſi §. Vel tenuis*)

Nec tantum latex ſeroſus, ſed & plures alii humores, aut ſanguinis recrementa in pulmonibus depoſita, eorum ductus ſæpe infarciunt, adeoque tum aëris tum cruoris tranſitus præpediendo, dyſpnœam aut tuſſim inducunt: Hoc in cacochymicis, bibonibus, aliiſque vitam inordinatam aut deſidem agentibus paſſim cernitur; quapropter curſores, ut pulmones humorum illuvie & ſanguinis recrementis uſque immunes habeant, diæta tenui & perquam exacta utuntur: Obſervavi quoſdam melancholicos, ſanguinis fæce aduſta intra ductus pulmonares exundante, ſputum inſtar atramenti nigricans; quin & alios biliosos aut ictericos flavum, & quandoque ſumme amaricans (ſi quidem pura puta bilis fuit) excreviſſe. iij. Inſuper Pulmones interdum ſanguinis corruptelas & putrilagines luere plures inſtantiæ ſatis manifeſte declarant: Si quando enim maſſa ejus miaſmate, aut contagio peſtilente aut venenato tacta, corrumpi incipiat, inque portiones coagulatas & ſphacelatas faceſſat; pulmones inde labem præcipuam, unde ſcilicet maximum vitæ periculum imminet, ſuſcipiunt: Hoc in morbillis, variolis, peſte & febribus malignis notius eſt quam ut explicare aggrediar: à quibus affectibus quoties ægri intereunt, ita fieri videtur. vel quia ſanguis intra cordis aut pulmonum vaſa grumeſcens, proprii ibidem circuitus obſtruit viam, proinde ſtatim ut influxus ejus in cerebrum præpediatur: vel quia ſanguinis corruptelæ ductuum pulmonarium parietibus affixæ, affectionem quaſi phlegmonoden iis inducunt, proindeque tuſſim moleſtiſſimam, aut Dyſpnœam, & non raro ſputum ſanguineum accient.

Hactenus de circulationis ſanguineæ impedimentis, quæ intra Pulmones, ob cruoris maſſam nimis diſſolutam, inque partes aut portiones (quæ ibidem relictæ ipſorum ductus obſtruunt) abſcedere aptam contingunt, Superſunt aliæ præcordiis haud minores injuriæ, quæ à ſanguinis compage nimis ſtricta, & nihil à ſe dimittente procedunt, cujuſmodi ob cauſam, aut febris

bris cauſas, aut Pleuritis vel Peripneumoniis oriuntur, De quibus conſule propria capita.

Præter has ſanguinis, dum præcordia pertranſit, remoras, ob propriam ipſius noxam excitatas, ſunt inſuper alia ſufflamina, & impedimenta ejus, quæ aut *cordis*, aut *viarum*, aut etiam *aëris* inſpirati vitio vel defectu contingunt.

Quot modis, & quibus de cauſis Cor in motu peccans ſanguinem minus recte aut debite è ſinu ſuo dextro per pulmones in ſiniſtrum propellit, oſtendemus in de Affectibus Cardiacis: Nimirum muſculus iſte, nonnunquam ſpirituum inopia, aut defectu laborans, vibrationes ſuas haud ſatis vegete & robuſte peragit, Vide §. *Subtracto ſpiritu animali*) iij. *Viarum* quod ſit impedimentum, vide ſupra cap. iuj. De *Pulmonis anguſtia*, §. *alia arteriarum laeviam.*

iij. Reſtat ſanguinis in itinere pneumonico impedimentum, quod viz. ob *Aëris* defectum aut vitium accidit. Si quando ſanguis intra Pulmonum ductus, ab aëre per tracheam inſpirato, haud debito modo accenditur, propterea ſtatim uti flamma ejus irregulariter habet, ita & motus varie inhibetur aut pervertitur; Quanquam enim ſanguis mero cordis impulſu per pulmones adigitur, attamen hujus pulſus juxta iſtius ab aëre accenſi tenorem proportionatur, quare cum ſanguinis flamma, propter aëris vitium aut defectum diminuta aut ſuppreſſa exiſtat, pulſus ſtatim languidus aut inæqualis evadit, atque ob ſanguinis curſum perturbatum aut ſubſiſtentem, ſtatim in toto corpore pallor ac refrigeratio cum membrorum enervatione ſuccedunt, Quod ſi inſpiratio penitus intercipiatur, aut (quia deſunt particulæ nitroſæ) fruſtratur, ſtatim pulſus ceſſat, & vita una perit: Quorum omnium ratio eſt, tum quia ſanguis ab incendio multum prohibitus aut extinctus, inſtar muſti defervens, mox ſubſidit, atque ad motum ineptus eſt, tum præcipue quia ſanguinis flamma concidente, & à cerebro ſubſtracta, illico ſpirituum animalium hypoſtaſis, quaſi lux exinde emanans, ſtatim concidit, ſimulque omnium facultatum exercitia ſive actus ceſſant: Si quando ſanguinis ſulphure, atque aëris nitro plus debito concurrentibus, cruor ſupra modum accanditur ideo ſtatim, quo hic nimis effligrans ſatis eventiletur, cordis pulſus qu ad ultimum ejus molimentum intenditur. *Willis de Med. Oper. ſect. 1. c. 2.* Plura vide ibid.

3. *Propter aliquod in facultate, organis &c.*) Reſpiratio lædi dicitur quando *Uſus* ejus fruſtratur. aut quoquo modo inhibetur, quod ſæpiſſime accidit propter Aëris inſpirandi vitium, vel defectum, Sed & ut plurimum illud accidit propter Reſpirationis *organa*, vel quoad *motum* impedita, vel quoad *meatus* obſtructa. *Willis.*

4. *Organis*) Reſpirationis Organa, aut ſunt mere *paſſiva*, quæ nempe moventur, uti Pulmones, aut ſunt *activa*, quæ ſeipſa ac ſimul iſtos movent, uti *muſculi thoracis* ac *diaphragma*; In quibuſque horum motus impedimenta, quibus reſpiratio læditur, varie contingunt, Et 1. quod ad *Pulmones* ſpectat, oſtendemus hoc interdum ob vaſa plurimum diſtenta, & ſanguine impleta, valde intumeſcere, in tantum ut rigidi & inflexiles thoracis *συστολαῖς* & *διαστολαῖς* victibus minime obſequantur Porro interdum accidit ob phlegmonem, tubercula, aliaſque diverſimodas concretiones parem in ipſis rigiditatem excitari.

2. Reſpirationis organa activa, ſive partes moventes, ſcil *Pectoris muſculi* & *diaphragma*, à functione ſua motiva varias ob cauſas inhiberi aut perverti ſolent: Solutio continui in quolibet horum facta, ſive per ſanguinis aggeſtionem, ſive per ſeri aliorumque humorum decubitus, uti in pleuritide & ſcorbuto, ſive à plaga aut vulnere inflictis, dolorem in loco affecto cum motus impotentia, & reſpiratione difficili paſſim ciet: Quinimo interdum ſine dolore, aut cauſa quapiam evidente, partes iſtæ à motu præpeditæ Dyſpnœam graviſſimam inducunt; prout in Aſthmate, ſuffocatione uterina, & quibuſdam aliis affectibus ſpaſmodicis, aut hypochondriacis crebro cernitur.

Cujuſmodi pathematum ratio proculdubio in eo conſiſtit, quod ſpiritus animales functioni iſtarum partium motrici dicati, aut circa originem perturbati, aut intra nervorum ductus impediti, à debito in fibras motrices influxu avertuntur: quapropter multi quoad Pulmones ſatis ſani, & tantum cerebri & nervorum affectibus obnoxii, etiam DyſpnϾ paroxyſmis horrendis ſæpe corripi ſolent.

2. *Aëris*, quo minus libere Pulmones ſubeat, inhibitio reſpirationem lædens, ſæpenumero ob vias, nempe *tracheæ* ductus occluſos, aut non ſatis patentes contingit: Enimvero ductus iſti occludi, & plenum aëris ingreſſum prohibere ſolent, quatenus vel opplentur, vel comprimuntur, vel arctius contrahuntur. Cum plures ſint cauſæ & modi, quibus Tracheæ ductus oppleri ſolent, imprimis & ſæpiſſime hoc facit *Seri*, dum à ſanguine abſcedit, fluor catarrhalis, & è vaſis ſanguiferis in has vias exundatio, quod primo tenue & acre tuſſim moleſtiſſimam parit, poſtea per coctionem craſſeſcens, & tracheæ parietibus adhærens, inſpirationis vias valde anguſtat, & extremitates earum prorſus implendo, decurtat: pariter etiam ſanguinis extravaſati, nec non puris aut materiæ ſeroſoſæ è lymphæductibus, aut ſanguiductibus, in veſiculas tracheales exudatio, dyſpnœam gravem, & non raro phthiſin producit.

1. *Ductus Tracheales*, tum ultimos tum intermedios, ſæpenumero per compreſſionem anguſtari, aut occludi obſervatione conſtat: Enimvero à paſtu uberiore, nec non à vini aut cereviſiæ fortioris potu copioſo (quatenus vaſa pulmonica ob cruoris turgeſcentiam valde diſtenduntur, & tracheæ latera compreſſa liberum ſolitumque aëris ingreſſum non admittunt) homines, alias ſani, difficulter & anhelose reſpirant; quod quidem ob pulmones repletos & extenſos, potius quam à ſtomacho ſaginato, & diaphragmatis ſyſtolen impediente, accidere putamus: Porro, ob hanc rationem, etiam in febrium paroxyſmis reſpiratio crebra & laborioſa exiſtit; Nec tantum à ſanguine turgeſcente, ſed etiam ab eodem ſtagnante, & extravaſato; Inſuper à concretionibus lapidoſis, aliiſque diverſimodis, tracheæ vaſa compreſſa inſpirationem liberam perficere nequeunt.

3. *Tracheæ ductus* nonnunquam à fibris eorum ſpaſmodice affectis propius contracti & occluſi, aëri ad debitam inſpirationem aditum negant: Hinc cum nulla ſit in Pulmonibus obſtructio, aut mala conformatio, nulla inſuper diatheſis tabida, tamen à fibris iſtis præternaturaliter convulſis, & ſimul contractis, Aſthmatis paroxyſmi horrendi ſæpe oriuntur.

Præter hos Inſpirationis læſæ caſus, ſubſunt quidam alii, qui propter aërem in primo aditu, ſcil. intra nares, guttur, aut laryngem à tumore, aut mala conformatione prohibitum excitantur. Ita nempe Polypus in nare, angina in gutture, aut tonſillarum inflammatio Reſpirationem difficilem reddunt, pari quidem ratione ac arenæ circa portum aggeſtio navium exitus redituſque obſtruit. *Willis de med. oper. ſect. 1. c. 3.*

4. *Propter aliquod in facultate, organis*) Cum ad Reſpirationis munus ſpectent Pulmonum vaſa, ſcil. trachea cum bronchiis, & veſiculis; Item cor cum arteriis & venis; Inſuper adſint nervi cum fibris, tum muſcularibus tum nerveis, Lymphæductus & glandulæ: Porro eum & vaſorum horum contenta, viz aër, ſanguis vetus & recens, cum ſero ejus, lympha & ſpiritus animales, vitium quodvis in unoquoque horum contingens ſæpe totam functionem pneumonicam perturbat

Nec minus etiam organa Pectoris motiva, ſcil. muſculi cum diaphragmate, atque nervi iis deſtinati, quinimo interdum ſpiritus animales, antequam nervos eos ſubeunt, perperam ſe habentes, non raro magnas circa reſpirationem ἀταξίας inducunt. *Willis.*

5. *Cauſa in genere &c.)* Reſpirationis actus dependet, tum à *Pulmone* movendo, cujus conſormatio ejuſmodi eſſe debet, ut *ductus* ejus, & *meatus* omnes, pro aëre libere inſpirando, & exſpirando, ſemper pateſcant: Tum à *partibus*, ſive *organis* ipſum moventibus, quæ per alternas ſyſtolen & diaſtolen vices pectoris cavitatem, & conſequenter ipſos pulmones dilatari & contrahi faciant: Cum itaque plures & diverſimodæ ſint afficiendi rationes, quibus reſpiratio læditur, ad bina hæc capita fere omnes reduci poſſunt, nempe quod vitium ſit, vel in *Pulmone movendo*, vel in *partibus*, ſive inſtrumentis, quæ ipſum movere debent; atque hinc morbi iſtius differentiæ & ſpecies optime deſignantur, nam juxta variam cauſæ morbificæ naturam & ſitum, Aſthma dicitur vel *mere Pulmonicum*, omnino à ductibus aëriferis obſtructis, aut non ſatis patentibus procedens: vel *mere convulſivum*, quod tantummodo aut defectu, aut culpa in organis motivis exoritur: vel *mixtum*, quando utræque partes in vitio conſpirant; cujuſmodi originem Aſthma quodvis immane & inveteratum habere ſolet. *Willis de med. op. l. 1. c. 12.*

5. *Cauſa in genere)* In genere cauſa omnis Dyſpnœæ eſt *deficiens admiſſio & reciprocatio aëris*, propter expanſionem veſicularum plus minus deficientem, unde anxietas & ſuffocationis periculum, ſive pulmonum, ſive thoracis, ſive aliarum partium impedimento hoc ipſum eveniat. *Etmuller Prax. l. 1. p. 276.*

5. *Cauſa in genere)* Melioris doctrinæ ergo Aſthma dividatur ſecundum *Willis & Helmont*, in *Humidum* & *Siccum*, ſive, ut alias vocantur, *Manifeſtum* & *Occultum*; *Manifeſtum*, ſive *Humidum*, eſt quod à *materia vitioſa* movetur, ita ut ab ejus præſentia, motu aut occaſione oriatur, ab ejus vero remotione iterum ceſſet.

Aſthmatis humidi ſedes eſt, prout materia vitioſa movetur, vel in *pulmonibus* vel in *ſtomacho*: In *Pulmonibus* eſt vel *mucus viſcidus*, ut plurimum, ex deficiente naturali, ac depravata, præternaturali pulmonum nutritione natus, vel *pus in vomica. abſceſſibus pulmonum, empyemate, phthiſi*, Vel *ſerum copioſius* inundans pulmones; Vel *ſanguis in motu per pulmones* plus minus *impeditus*, vel ob *abundantiam*, vel *ab acido coagulationem*; vel ob nimiam *turgeſcentiam*, & quaſi ebullitionem, vel ob *vitiam cachecticum.*

In *ſtomacho* vero & primis viis eſt vitium, ſi *muco crudo*, & inde natis *flatibus* obſideantur; item ſi ab hydrope abdomen nimis occupetur.

Siccum ſive *occultum Aſthma*, fit vel *ratione conformationis vitioſæ* in gibboſis; item ob *tubercula cruda, grandines, calculos*, bronchia obſidentes: *Deglutita* illa obſtruentia: Item propter *deficientem Pulmonum nutritionem*, indeque *horum corrugationem & exſiccationem*, ſive ratione *convulſionis nervorum & muſculorum* reſpirationi inſervientium, diaphragmatis, laryngis, aliorumque; vel denique ratione *fibrarum* propriarum pulmonis nimis ſtrictarum, ac contractarum veſicularum dilatationem impedientium; idque coincidit cum *caduco Pulmonum Helmontii. Etmuller. Pr. l. 1. p. 276.*

6. *Vel Aëre vitium)* Reſpiratio ſæpiſſime læditur ob Aëris reſpirandi *vitium* vel *defectum*. Quoad prius, ſi forſan Aër depravatus fuerit ſanguinem nec rite accendit, neque eventilat, quinimo nonnunquam hujus craſin pessundat, ſive venenat, prout in auræ conſtitutione admodum maligna, ſive peſtilente paſſim cernitur: Hujuſmodi effectuum ut rationes præcipuas attingamus, advertere eſt quod quidem particulæ aëris nitroſæ (uti multiplici experimento conſtat) ad vitam tuendam ſuprema neceſſariæ exiſtunt, ita frequenter accidit *illud aëris nitrum* aut deficere, ſive plane deeſſe, aut ab aliuſmodi particulis obſcurari in tantum, aut ligari, ut vim ſuam ζωτικὴν ſatis exerere nequeant: Aut denique eidem corpuſcula maligna ſive exitialia adjungi.

1. Aëris particulæ nitroſæ deficiunt, ſi quando ipſo ſtagnante, aut valde æſtuante, nitrum inde abigitur, aut in actum minime concitatur; quare in camera arctiore, vel nimis concluſa, aliiſque in locis, aut hominum frequentia ſtipatis, aut Solis ardore effervefactis, difficulter ac ægre reſpiramus: Idem uſu venit in locis valde excelſis, ſupra montium altorum cacumina, atmoſphæræ ſummitatem excedentia, in quibus ob nitri defectum reſpiratio ægre ducitur, & diu illic vivere non licet.

2. Particulæ aëris nitroſæ ab aliis ac aliis acceſſoriis interdum obſcurari, aut obtundi, quandoque item nimis acuari ſolent: Quoties enim flante Auſtro aura nimis humida & craſſa evadit, in quantum particulæ nitroſæ ab aquoſis ac ſulphureis occupantur, ac plurimum obtunduntur, dum inſpiratur illa, ſanguis haud vegete accenditur, verum inſtar ligni viridis igni ſuppoſiti, fumigat potius quam clare efflagrat, proinde ut durante tali aëris ſtatu torpidi ac hebetes, ac ad modum inepti perſtemus: E contra autem quando ſæviente Borea particulæ frigorificæ, acerrimæ & ſumme aculeatæ, nitroſis adjunguntur, ſanguis ſatis accenditur, & libere reſpiramus: Attamen flamma vitalis à gelu intenſo ipſi improportionato undique reprimitur, & ſui motu & calore reſocilletur, non raro prorſus extinguitur. *Willis de Med. Op. ſ. 1. c. 3.*

7. *Pulmones quoad ſubſtantiam)* Pulmonum vitio non ſufficiens, ideoque frequentior fiet Reſpiratio, quando eorundem Parenchyma univerſum, vel ſaltem maxima ſui parte eſt minus ſpongioſum minuſque explicabile, aut ipſi Peripneumonia tenentur, mediocrive duntaxat aſperæ art. ramorum notabilium anguſtia urgentur: Minus *ſpongioſum* exiſtit *Pulmonum Parenchyma*, quoties id fit magis carnoſum & ſolidum, quale non raro reperi in quibuſdam cadaveribus; aut etiam *Corrugatum*, quale tridem à me obſervatum: Conjecto carnoſius & ſolidius fieri parenchyma, cum ab acriore ſimul & viſcidiore ſanguine, idem parte arteriis veniſque intermedia tum leviter excoriatur, tum iterum conſolidatur & nutritur, ita ut ſenſim ſolidior fiat ipſius caro; (*Vel tum, juxta Malpighium, veſiculis conſtet, ex illapſo, ſed ſenſim, à tali cauſa ſanguine, caro concreſcit, & carneum parenchyma exhibet*) Corrugationem autem parenchymatis ejuſdem, acceptam refero ſanguini auſteriori & acriori, ibidem ipſum leviter excoriantum potenter contrahenti potius quam vere nutrienti. Niſi forſan idem accidat vel pure vel aqua ſimilibus auſteris, & in pectoris cavitate collectis, ipſumque paulatim penetrantibus & conſtringentibus. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 22.*

Siquidem Pulmo expandi nequit niſi illius bronchia aërem undique admittant, cellulæ autem ſanguinem & aërem; Viceverſa ſeſe contrahere nequit, quin utrumque expellat ex bronchiis & cellulis: Quapropter ſi impedimentum aliquod occurrat in venis quod ſanguinis introitum impediat ab arteriis in has propulſi, quo Pulmones obturantur, ſicuti accidit in Peripneumonia, aut materia quæpiam viſcida obſideat meatus, ut in aſthmate, nonniſi vix ſpiritum ducimus. *D. Duncanus Expl. mech. mot. anim. cap. 11.*

8. *Quando cum concavo)* Convexus Pulmonum cum convexo thoracis per fibras ſtrictior, eos libere quod vero requirebatur, moveri non ſinit, anheloſque præſertim dum ſe movent reddit, quod à quibuſdam ab ortu, aliis poſt caſum vel pleuritidem evenire ſectio tandem patefecit, cum alioquin non liceat hoc niſi conjecturis aſſequi. *Platerus.*

9. *Quos*

9. *Quoad motum*) [illegible] concipere licet quomodo Pulm[illegible] moveri queat, ſiquidem [illegible] nno[illegible], mu[illegible] ulus aute[illegible] motus un[illegible] & imme[illegible]tum ſtatuitur inſtrum[illegible]. At ab experimento [illegible]quenti [illegible] eorum ſententia qui mo[illegible] ill[illegible] denegant, qu[illegible] oſtenditur ſpontaneu motu illos moveri. Nervorum par octavum, in cane vivente [illegible] vinculo conſtrinxi; ligatura hæc vocem & reſpirationem illi intercepit, etiamſi muſculis pectoris nulla vis [illegible] illata; quapropter infero hos, neque cauſam unica[illegible], neque adæquatam eſſe motus Pulmonum quorum motus ab hac ligatura ideo ſolum deſiit, quod ſp[illegible] ituum influxu deſtituti in motu ſibi innato per[illegible] non potu[illegible]runt. Ex Incubo enim idem inferre li[illegible] (vide *cap. 2. lib. 2.*) Tandem violenti Pul[illegible]um motus irritatorum in Tuſſi & Aſthmate, qui [illegible] aliud ſunt quam eorundem motus convulſivi, [illegible]e oſte[illegible]unt motum illorum ſpontaneum. Non [illegible] tamen [illegible] ceſſare reſpirationem quo momento [illegible] a[illegible]lis thorax adapertus fuerit, quia nem[illegible]gi[illegible]dus ſubito invadens ſpongioſam Pulmo[illegible]ſtantiam, illam protinus comprimit, expel[illegible] [illegible] extinguit ſpiritus; Ita cuivis obvium eſt partes [illegible]ore correptas adeo turpidas reddi ut exinde motu [illegible]nt.

Objiciet quiſpiam. Quomodo ſponte moveri poteſt Pulmo, quandoquidem nullis præditus eſt muſculis? Reſpondeo revera muſculos proprie dictos illum non obtinere, ſed cuncta illius bronchia, & membranæ cellulas conſtituentes, è quibus totus quantus eſt conſtat, plurimis donata ſunt fibris carneis, muſculi vices ſupplentibus. Fibræ hæ intumefactæ, & ab influxu ſpiritus animalis contractæ Pulmonis ſyſtolen efficiunt; ſuanitæ autem & relaxatæ, diaſtolen, Harum cellularum membranæ expanſione ſua & conſtrictione aërem admittunt, viciſſimque expellunt. Niſi Pulmones innato motu cierentur, nemo rationem reddiderit quapropter octavum nervorum par maximis adnumerandum, omnes fere ſuos ramos illis impendat; Niſi potiu ſingulæ hæ cellulæ motu conſtrictionis gauderent, vix ſanguine, quo plurimum abundant, ſe liberarent; cum viciſſim expanſæ ex arteria eundem admittant, ſeſe contrahendo illum exprimant & in venam propellant; non ſecus ac bronchia aërem admittunt ſeſe dilatando in inſpiratione, expellunt vero ſeſe contrahendo in expiratione. Tandem ſiquidem reliquæ membranæ motus capaces ſunt; id quod obſervare licuit illis qui motui inteſtinorum periſtaltico attenti fuere, paradoxon hoc nemini fuerit, Pulmoneas membranas motu ſibi innato frui. Etiamſi nequaquam negaverim Thoracis muſculos ad reſpirationem facilem concurrere &c. *Dom. Duncanus Expl. mechan. &c. cap. 9.*

10. *Quoad motum, quando à ſuo tenore recedit*) Antiquorum ſchola quoad motum Pulmonum ſancivit, hos eapropter ſolum expandi ut repleatur vacuum in capacitate thoracis ſuperſtes futurum dum invicem abſcedunt, niſi corpus quodpiam adveniret occupaturum locum quem deſerunt hi parietes dum attolluntur. Sed adde quod hoc modo adducitur cauſa finalis pro efficiente, Pulmonibus præterea aſſignat intelligentiam qua revera ſunt deſtituti, ac vacui metum panicum, cujus incapaces ſunt.

Tandem experimentum mox adducendum hanc opinionem convellit, apertè oſtendens Pulmones ſponte moveri; Octavum par nervorum, prius in aperto poſitum, colligavi in cane vivo; qua ligatura protinus animali vo[illegible] & reſpiratio interceptæ ſunt, etiamſi muſculis pectoris ſua [illegible]gritas ſervata eſſet: quapropter colligo hos neque [illegible] eſſe cauſam, neque præcipuam motus Pulmonum qui ea ſolum de cauſa motu ceſſaverunt, quod ſpirituum influxu deſtituti, in motu ſpontaneo perſiſtere non potuerunt. Hujus rei veritatem confirmat *Incubus*, nam hoc in affectu motu Pulmonum tantummodo ſiſtitur, quia ſerum adimplens quartum cerebri ventriculum, compreſſione facta octavi nervorum paris, Pulmones adeuntis, ne ſpiritus hi admittant prohibet.

Conceſſerim tamen reſpirationem feriari ſtatim ac animali cuipiam adapertum fuerit Pectus, quia viz. aër frigidus ſubito pervadens Pulmonum ſubſtantiam ſpongioſam, confeſtim illam comprimit, expellitque aut extinguit eorum ſpiritus: qua ratione obſervare eſt partes frigore occupatas aliquando adeo torpidas fieri ut motu ideo deſtituantur.

Si quis objiciat Pulmones ſpontaneo motu agitari non poſſe, ſiquidem muſculis careant? Revera, proprie loquendo, muſculos non habent; ſed omnia illorum bronchia, ac membranæ cellulas componentes, fibris plurimis carneis donantur, muſculorum vices obeuntibus: Fibræ iſtæ expanſæ & tumidæ, ac ab influo ſpiritu animali tumidæ, Pulmonis ſyſtolen inducunt; eædem inanes & relaxatæ, diaſtolen efficiunt; Dum membranæ iſtarum cellularum dilatantur & contrahuntur, aërem illæ excipiunt, ac ſucceſſive eundem expellunt.

Niſi pulmones ſponte moverentur, nulla appareret ratio quamobrem octavum par nervorum, maximis adnumerandum, cunctas ſuas fere ramificationes illis impertitur. Revera niſi ſingulæ hæ cellulæ motu ſeſe contrahendi pollerent, non facile liberarent ſeſe ſanguine qui illas adimplet, at ſui expanſione facta ſanguinem ex arteriis admittunt contractione vero ſuccedente eundem exprimunt & in venas compellunt, non ſecus ac bronchia aërem admittunt dum dilatantur in inſpiratione, eundem vero expellunt ſeſe contrahentes in expiratione.

Tandem ſiquidem cæteræ membranæ motus capaces ſunt, ſicuti de rei veritate conſtat apud eos qui inteſtinorum motum periſtalticum obſervarunt, nihil paradoxum attulerit qui dixerit Pulmones ſpontaneo motu cieri. Neque tamen negare auſim muſculos pectoris reſpirationi plurimum conferre. At tandem vehementiſſimi motus quo irritati Pulmones concutiuntur per Tuſſim & Aſthma, qui motus ſunt revera convulſivi, luce me[illegible]ia clarius demonſtrant hos ſponte moveri. *Dom. Duncanus Tract. de motu Anim. c. xi.*

11. *Vel quando non habet in thorace tantum ſpatii &c.*) Augeri credendum Pulmonum nutritionem, quando conſiſtentiam ſuam & ſubſtantiæ modum naturalem ſervantes nimium tamen excreſcunt, atque pectoris cavitatem ita replent ut inde impedita potius quam difficilis reddatur inſpiratio: Cauſam puto partim conſtitutionem ipſorum optimam, partim uſum alimentorum nutriendis Pulmonibus maxime aptorum. Auctam illorum nutritionem indicabit reſpiratio citra evidentem cauſam impedita, exiſtente corporis reliqua conſtitutione laudabili. *Fr. Sylvius Pract. l. 1. cap. 24.*

12. *Tantum ſpatii quantum ad motum requirit*) De motu Pulmonum, Vide inferius §. *Quando vel facultas motrix.*)

13. *2. Thorace*) Thoracis affectus reſpirationi nocentes, (*præter muſculorum vitia de quibus mox*) ſunt qui motui *ipſius*, vel pulmonum, vel utrique, cum ambo hi motus ad reſpirationem faciendam requirantur, obſtant. Quod fit ſi thorax extrinſecus illi incumbentibus comprimatur aut conſtringatur, cum motui illius hæc afferant impedimentum; quod & adſtringentibus uſu ſoris pectori admot[illegible] fieri poſſe vulgus Medicorum credit, (*Et ego cum vulgo Medicorum experientia perſuaſus*

O

aſſero, nam cum uxor mea, mamma tumore laboraret, ex conſilio matronæ cujuſdam, ab admoto Empl. Noribergenſi hora ſomni, tanta gravitas pectus obſidebat ut ſuffocationi proxima eſſet, protinus deſinens eo remoto.) *Cartilagines coſtarum*, quæ ad motum faciliorem edendum circumferentiam pectoris ex parte componunt, ſi induratæ in ſubſtantiam oſſeam, reliquis coſtis ſimilem convertantur, quod ſenii cauſa aliquibus, aliis citius, idque fere mulieribus, mammarum ſuſtinendarum cauſa, evenit, quia tunc thorax ſufficienter dilatari non poteſt, ſuſpirioſos, accedente præſertim pondere mammarum, ſi mammoſæ mulieres dorſo incumbunt, efficit; Ob coſtarum vitium, (vide infra §. *ob coſtarum.*)

Cavitas thoracis ſi pure repleatur in empyemate, & pulmonum corruptione, vel *aqua* in hydrope, Aut *ſanguis* rupta vena, eo defluat, quia thoracis, pulmonum & ſepti motibus detrimentum affert, dyſpnoeam parit. Quod & forte à *flatibus* in pectore ſuſcitans fieri poteſt, idque accidere poſſe, ex murmure circa thoracem, nullo cum ſtertore, in dyſpnoea ſeſe manifeſtante, in quodam colligere cœpi. *Platerus.*

13. *Quando muſculi*) Reſpirationis naturalis defectus Thoracem *conſtituentium & moventium muſculorum* morbi cauſa interdum accidit, nec tantum cum validam exſufflationem facere volumus, quod potiſſimum hi muſculi præſtant, ſed & ſi cauſa magna ſit naturalis quoq; reſpiratio impeditur: Idque fere à defluxione in muſculos thoracis atque intercoſtales deſinente, unde magna ſæpe pectoris anguſtia cum dolore ſequitur. Quod & fit iis *contuſis, inflammatis*, unde tumores & dolores extrinſecus ſe offerunt; Et ſi *abdominis muſculis*, qui thoracem etiam movent, excrementaque etiam exprimunt, hoc accidat, conatum illum vehementem, qui ex ſpiritus retentione, & muſculorum horum preſſione in excrementorum egeſtione requiritur, edere amplius nequeunt. *Platerus.*

14. *Quando muſculi*) Quæ Aſthmata ex ipſis *muſculis* affectis fiunt, pro muſculorum varietate diverſa ſunt, varietas autem illa duabus in primis fit ex cauſis. 1. Propter texturam & tractum, ſive diſpoſitionem plane ſingularem *nervi intercoſtalis & paris vagi*, qui præſunt membris ac partibus colli, thoracis & abdominis, qui nervi ultra mirabilem ſui diſtributionem, & pluribus plexibus hinc inde diverſimode ſociantur, & hinc per cõſenſum mutuum varios ſpaſmos etiam remotioribus in locis excitare valent. Qua ratione & nephriticos quoſdam difficiliore reſpiratione laborantes, hinc non raro aſthmata convulſiva incurrere, quorum fomes latet in abdomine, ibidem afficiens nervos, ex quorum conſenſu thoracis pathemata oriuntur, ut in hypochondriacis notum eſt.

ij. Eſt varietas muſculorum, duplici motui, dilatationis & conſtrictionis, tam laryngis quam thoracis inſervientium, & tam in anteriori quam poſteriori thoracis parte ſitorum, una cum diaphragmate, qui omnes & variam ſtructuram, & diſtinctum motum, & hunc vel dilatationi vel conſtrictioni thoracis inſervientem cum obtineant, mirum non eſt tam inſignem varietatem circa aſthmata convulſiva obſervari. *Etmuller.*

14. *Quando cartilagines in oſſeam ſubſtantiam*) Quod malum etſi videatur incurabile, nonnullos tamen, ait *Fr. Sylvius*, artificio nonnullos oſſa quævis emolliviſſe, varie inflexiſſe, & iterum pro lubitu induraſſe. Imo jam & in Anglia & Pariſiis ars invenitur oſſa elixatione in carneam prope mollitiem deducendi. *N. de Blegni Zodiaci Med. Gall.*

15. *Subtracto ſpiritu animali*) Muſculus iſte (*Cor*) nonnunquam ſpirituum inopia aut defectu laborans, vibrationes ſuas haud ſatis vegete & robuſte peragit; Revera nam à [illegible] exercitio cruor [illegible]to uberius è cava vena in cordis ſinum ingeritur, ſiquidem hoc firmiter ſe contrahere nequit juxta vires ſuas impigre laborans pulſus crebertimos ſimulque debiles exerit; porro huic ut ſuppetiæ ferantur, tum arteriæ pneumonicę, tum aliæ in variis corporis partibus, quæ ſanguinem quoquomodo circumpellunt, contractiones crebras & inordinatas edunt.

Hoc obſervavi in virginibus pica laborantibus, aliisque interdum cachecticis, à motu corporis citatiore, non ſolam cordis palpitationem, ſed in collo & temporibus aliiſque locis arterias irregulariter pulſaſſe, Nec tantum ſpirituum defectus, ſed quandoque etiam illorum in motu inordinatio, in cauſa eſt quod præcordia minus recte ſanguinem trajiciant, quippe interdum ſpiritus, nervorum cardiacorum incolæ, à copula incongrua irritati, & ſpaſmodice affecti, cordi & arteriis contractiones irregulares, quibus ſanguinis iter varie pervertitur, aut impeditur, imprimunt, uti paſſim in cordis palpitatione, tremore, pulſu intermittente aliiſque hujus farinæ pathematis accidit. *Willis de Med. oper. ſ. 1. c. 2.*

16. *Nervorum vitio non reſpiratur*) Rarius reſpiratio ſola & ſeparatim citra alias læſiones, *nervorum* cauſa, patitur defectum, cum ſeptum tranſverſum, cujus motus ad moderatam reſpirationem ſufficit, nervos non ſolum à ſexta nervorum conjugatione, ſed & à dorſali medulla inſignes utrinque nervos à primis illius paribus invicem junctis, progreſſus, & ad ſeptum deſcendentes acceperit; Quam ob cauſam non niſi & dorſali medulla ſimul læſis, quod vix niſi circa exortum in cerebro fieri poteſt, reſpirationem ceſſare contingit, ſicuti in apoplexia; uti neque in paralyſi impediri, niſi læſio utriſque & paribus & conjugationibus nervorum accidens, & ad ſepti quoque pertingens nervos pluribus motibus incõmodet. Fit tamen etiam ut majores præſertim nervi ſepti, à dorſali medulla progreſſi defluxionibus, aut aliis morbis ſeparatim & ſoli infeſtati dyſpnoeam quandam pariant, qualem in aſthmaticis, nullis aliis pulmonum affectorum indiciis apparentibus, continuo ægros infeſtare obſervamus. *Platerus.*

17. *Ob vapores à venis meſaraicis, aut aliunde elatos*) Difficilis in multis Reſpirationis cauſam, non poſtremam minimamve, quin potius unam ex primariis fuiſſe aliquando annotavimus, *Halitus Flatuſve* multivarios, ex notatis ſæpius Humoribus, *bile ſucco pancreatico, ſaliva*) in tenui inteſtino productos, ac per lacteas venas, ductumq; thoracicum ad dextrum cordis ventriculum, mox & *pulmones* delatos ibidem moram nectentes, ipſiſque adeo Pulmones tum *diſtendentes*, tum *diſtento* tenentes, ſicque ipſorum complicationem, atque ideo *Expirationem* quoque, ac proinde Inſpirationem ſimiliter impedientes.

Hos quidem Halitus, Flatuſque quovis tempore produci poſſe docuimus, ſed copioſius ac nocentius, *incipientibus febrium Intermittentium paroxyſmis*, ut & iiſdem *ad augmentum* tendentibus, quin etiam vigentibus, quamvis pro temporibus illis variis varii ſoleant attolli Halitus Flatuſve, prout ſcilicet nunc hic, nunc ille dominium tenet humor, Incipiente namque paroxyſmo, & urgente frigore, qui attolluntur Halitus magis ſolent eſſe auſteri, acidi & glutinoſi; quemadmodum qui calore incipiente, aut urgente, quaquaverſum propelluntur, ſubtiles magis ſunt æſtuanteſque, atque ad inclinationem uſque ad ſudoris eruptionem valde urgentes. Unde diverſis quoque diſcutiendi ſunt medicamentis, ſicuti enim conducunt incipiente ac durante frigore *ſalia* volatilia & *olea* aromatica, & in ſpecie *caryophyllorum*, ſic urgente æſtu præferendus *nitri ſpiritus*, tam *purus* quam *dulcis*, potui admiſtus, à quo ſimul promovetur exoptatus febrientium ſudor, paroxyſmum ſolvens, dummodo non ſit nimius, vireſque exolvens ac deterens. *Sylvius Append Tr. x. §. 997.*

18. *Aut*

18. *Aut viſcerum*) Ut in aſcite gravi, uteri ſublimi geſtatione, ventriculo aut inteſtinis flatu diſtentis &c.

19. *Ob coſtarum aut vertebrarum*) Ex coſtis una vel plures contractæ, introrſumque detruſæ, quia pulmonum dilatationi obſtant, & thoracis motui quoque detrimentum afferunt, reſpirationi etiam incommodant. Quod & *luxatis coſtis, & vertebris dorſi* introrſum inflexis eadem ratione evenit. Quæ duæ læſiones, uti per vim externam coſtis accidere poſſunt; ſivè à valida cordis palpitatione confractam coſtam, quam ego potius luxatam crediderim, teſtatur *Fernelius. Platerus.*

20. *Diaphragmatis*) Motus diaphragmatis non minus ad Reſpirationis perfectionem conducit quam muſculorum thoracicorum; ſi enim neceſſe ſit pectoris parietes abſcedere quo pulmones ad latera accedant, requiritur etiamnum ut diaphragma recedat quo ad inferius poſſit ſe extendere. Diaphragma muſculus eſt compoſitus, qui non alio ſere ſqoam cæteri tum movetur; fibræ illius ſunt veluti totidem lineæ, ab ejus centro tendinoſo deductæ, ad circumferentiam illius dorſo annexam protenſæ, ſterno & coſtis: Cum illius fibræ diſtentæ ſunt per rareſactionem ſucci nervei & liquoris arterioſi, neceſſe eſt ab his dum contrahuntur verſus centrum diaphragmatis adduci coſtas ipſi connexas, ac proinde cavitatem pectoris contrahi; At vero id fieri non poteſt quin aër internus impellatur, comprimatur Pulmo, & ab hoc expellatur aër in eo contentus, hinc ſuccedente exſpiratione.

Nullus dubio locus eſt ſi illius ſitus animadverſus fuerit in animali recentiſſimè mortuo; ſemper enim ſurſum compulſum reperitur, quaſi ultimi ſuſpirii gratia perficiendi, compreſſione facta Pulmonem impellens ad expulſionem poſtremi aëris ſuſcepti. Si quidem autem exſpiratio tantummodo perficitur quia cavitas pectoris contrahitur ob parietum mutuam approximationem, quæ fit quia à fibris diaphragmatis adducuntur verſus centrum, quaſi mediantibus totidem funiculis; ſuperficies autem interior hujus viſceris in exſpiratione concava fit, ſuperficiemque planam in inſpiratione acquirit, ſequitur hinc ab intumeſcentia & contractione fibrarum diaphragmatis ſuperficiem hujus inferiorem concavam effici; à relaxatione autem earundem, æqualem: Si fibræ hæ ea tantum de cauſa contractiores fiunt quod à ſpiritu à tendine influente intumeſcant, neceſſario hinc colligendum eaſdem eapropter ſolum relaxari quod idem ſpiritus in illas redeat. *Dom. Duncanus Expl. mech. mot. Anim. c. xii.*

21. *Quoad ſubſtantiam*) Septum tranſverſum cum naturalis reſpirationis ſit organum præcipuum, ſi læditur, non ſolum per conſenſum nervorum illius, ſed per ſe, tunc dyſpnoeæ potiſſima cauſa exiſtit, fit autem hoc præſertim ſi defluxio quæ in nervos illius decumbit, vel intercoſtales muſculos, ad ſeptum quoque pertingit, unde vehementer aliquos angi vidimus. Aliis vero morbis ſi petatur, motus potius depravatur quam debilitatur, licet & fieri poſſit, ut quia liberum in interioribus lateris interno calore undiquè expoſitum eſt, in cauſone eo exſiccato & conſtricto, dyſpnoea, quæ in febribus hiſce evenit ſæpe, oriatur. *Platerus.*

22. *Quoad motum*) Siquidem motus Diaphragmatis ad reſpirationem tantopere confert, nemo mirabitur ſi quæcunque motui ejus obſtant, reſpirandi quoque difficultatem inducant; Quo fit ut ii quibus abdomen nimiopere infarctum eſt, ſpiritum difficilius trahant, compreſſo ſepto à partibus ſubditis: Hepar juſto majus, diaphragmati appenſum, inſtar gravis ponderis, ad inferiora detrahentis, aſcenſum illius prohibet: Splen Pulmonis inſtar tumidus, cujus ſtructuram propemodum refert: Inteſtina nimis diſtenta, ut in colico dolore flatulento aut convulſivo, Intumeſcentia autem à paſſione hyſterica aut hypochondriaca inducta toti ventri inferiori, reſpirationis offenſam inducere apta nata ſunt, à dempta ſepto motus proprii libertate. *Duncanus ibidem.*

23. *Aut à vaporibus & flatibus*) Vapores quantitate aut qualitate manifeſta, vel maligna & venenata, in ventre inferiore ſuſcitati, & circa hoc interſtitium ſeptum collecti, illicque, donec ulterius ferantur, aliquandiu ſubſiſtentes, & illius liberum motum variis modis, ſi præſertim copioſi ſint, impedientes, nunc *dyſpnoeam*, nunc *ſuffocationis* motum inducunt; aliaque inſuper accidentia; A *venoſo* autem *genere* ejuſmodi vapores, ut à ſanguine crudo, impuro, pravo & maligno, nondum tamen putrido (alioquin febris fieret) plerumque ſuſcitari credimus: Sed in ventre inferiore potiſſimum, tanquam ſentina excrementitii ſanguinis collecti, ſurſumque magna copia affatim ſeptum petentes, illudq; moleſtantes, vel ſuffocationem tantum, vel alia inſuper procreant accidentia. *Platerus.*

24. *Uſu aucto*) Sanguinis ſcil. per pulmones delati culpa, cum is nimium in corde accenſus & rareſactus ſatis temperari nequit ab Aëre conſueta quantitate & ratione inſpirato, verum ejuſdem quantitatem deſiderat ſolito majorem, quocirca ut illi ſuccurratur defectui; pluſque aëris inſpiretur, & major fit, & imprimis frequentior thoracis & diaphragmatis explicatio, cum facilius ipſa feſtinetur quam intendatur. Adde quod nimium effervescenti ſanguini continuo temperando magis conveniat ſæpius iterata externi aëris pauca inſpiratio, quam ejuſdem copia major rarius accedens. *Fr. Sylvius Pr. lib. 1. c. 12.*

25. *Differentiæ* læſæ reſpirationis ſunt variæ. Bartholetus quadruplicem facit,

1. *Magnam & raram*, qualis in deliris.

2. *Parvam & denſam*, qualis in dolore thoracis.

3. *Magnam & denſam*, quæ vel ex uſu aucto; vel anguſtia pulmonum; vel aſperarum arteriarum; vel lævium, vel cerebri, & vaſorum jugularium; vel narium; vel muſculorum thoracis convulſione oritur.

4. *Parvam & raram*, quæ vel ex uſu imminuto, vel ex facultatis motricis imbecillitate; vel ex refrigeratione.

Ad has quatuor reducit, ſublimem, erectam, ſtertoroſam; anhelationem brevem, longam, multam, extendentem, urgentem, detenti ſpiritus; exſpirationem calidam, frigidam; 26. ſpiritum offendentem, revulſum, revocatum, ſuperinſpiratum, introduplicatum, intus relictum, protenſum; reſpirationem crebram, frequentem, celerem, exiguam, vehementem, continentem, convulſoriam &c. Nobis quatuor ſequentes ſufficient.

I. Μεγάπνοια, ſeu reſpiratio *magna*, thoracem admodum diſtendens, & copioſum aërem adducens, quod *vi febrium*, in quibus cordis calor accenditur, ideóque refrigerii plurimi & fuliginum eductionis magna eſt indigentia, accidit.

II. Ταχύπνοια, ſeu reſpiratio major & *frequentior* quàm pro naturæ modo, uſu ejus à calore & fuliginibus adaucto, *Oritur* vel ab [27]. intemperie cordis, pulmonum, pectoris; vel abundantia halituum calidorum; præſertim ubi facultas imbecillior, quam ut juſtæ thoracis diductioni ſufficiat.

III. Δύσπνοια, ſeu reſpiratio naturali frequentior & validior, vitio ipſorum organorum exorta, quæ

Cognoſcitur facilè, & ultrò ſeſe in ſenſus ingerit.

Oritur I. Vel ab *externis*, fumo nempe argenti vivi, carbonum, calcanthi, calcis, inunctione periùs Mercurii, & aliis.

Vel ab *internis*, anguſtiam vaſorum, ſeu obſtructionem, ſeu compreſſionem (de quibus ſuactum eſt) inferentibus.

Subſidere etiam ob arefactionem, quamvis raro iſta accidere ſolet, quando pulmonum ſubſtantia ulcere ita conſumpta aut exſiccata eſt, ut dilatari amplius nequeat, quod phthiſicis ante mortem accidit, conſuevit.

II. Alia eſt *per eſſentiam*, cui hactenus dicta competunt.

Alia per *conſenſum*.

1. *Thoracis*, cujus motus ſeu ſpirituum ſeu muſculorum vitio impeditur.

2. *Diaphragmatis*, cujus motus impeditur, vel quod nervi ipſi inſerti lædantur: vel quod [28]. vapores ab inferioribus exhalantes, circa idem ſubſiſtant: vel [29]. quod humor aquoſus id comprimat &c.

3. *Abdominis*, *Epatis*, *Lienis*, & *Ventriculi*, quæ interdum diſtenduntur & tument.

III. Alia eſt *Levior*, in qua denſior crebriorque citra ſonum & anhelationem ſpiritus.

Alia *Gravior*, ſeu *Aſthma*: de quo inferiùs.

IV. Ἄπνοια, ſeu ſenſilis reſpirationis ablatio, ſummo cum ſuffocationis periculo conjuncta

Oritur partim ab iiſdem cauſis in ſummo peccantibus; partim contrariis, neceſſitate nempe diminuta, [30]. vel uſu ſublato.

Contigit aliquando poſt eſum *fungorum*, aliquando in graviſſima uteri ſuffocatione & ſyncope.

Curatio ad cauſas & morbos (de quibus alibi) obvertenda.

25. *Differentia læſæ Reſpirationis*) Eſt circa fauces malum quod apud Græcos aliud atque aliud nomen habet prout ſe intendit, Omne in difficultate ſpirandi conſiſtit, Sed hæc dum modica eſt, neque ex toto ſtrangulat, Δύσπνοια appellatur; Cum vehementior eſt, ut ſpirare æger abſque ſono & anhelatione non poſſit, Ἆσθμα. Cum acceſſit id quoque ut niſi recta cervice ſpiritus trahatur, ὀρθόπνοια dicitur. *Celſus l.4.c.4.*

26. *Spiritum offendentem, revulſum, revocatum &c.*) In Diaphragmate fit Convulſio quæ nomen non habet; 2. De *cauſis ſympt. 2.* quo ex loco hoc deduco videri non ad omnes thoracis muſculos, ſed ad diaphragma ſolum pertinere τὸ πνεῦμα προσκόπτον. ἢ ἀνεσπασμένον, ἢ ἀνακαλούμενον, ἢ δεκτικὸν, ἢ μυωδέστερον, ἢ κλαυθμῶδες. & forte aliter, per quod fit ἐγκατάληψις τῆς ὅλου ἐνπνοῆς, reſpiratio quaſi aliſa, ſive interrupta, ob ſubitaneam revocationem, & veluti ſuperſpirationem. Cum hoc idem eſſe cenſeo τὸ πνεῦμα ἀλυζῶδες, quæ ſit reſpiratio inquieta, & quaſi hinc inde jactata, proportione reſpondens τῷ ἄνω στόμῳ τοῦ στομάχου à ventriculi orificio: Idem quoque eſt τὸ πνεῦμα ἀνεσπασμένον, reſpiratio ſubito ſurſum retracta: Nullo autem modo huc pertinet τὸ πνεῦμα ἀνακαλούμενον ex 3. in l. Epid. 18. *Philiſcus* enim ille delirabat, & oblitus quaſi reſpirationis aliquando ex imo pectore ſenſim trahebat: Hoc ipſum putem eſſe τὸ ἀναφύσημα potius quam ὑπολύζειν ἀναπνέοντα, *ſub ſingultire* in reſpiratione. *Hofmannus Inſt. l 3. c. 87.*

27. *Ab intemperie pectoris, cordis &c.*) Ab aucto ſanguinis in corde incendio & rarefactione frequentior reddita aëris inſpiratio, curabitur ſedato illo æſtu, tam per ſanguinis eductionem quam per acida temperatiora, vel ſaltem nitrum & purum, Salem prunellæ dictum. *Fr. Sylvius l. c.*

28. *Vapore ab inferioribus*) Hinc origo *Aſthmatis flatulenti* ſeu *hypochondriaci*, quando flatus craſſi & copioſi ab hypochondriis elevati diaphragma comprimunt, ejuſque motum impediunt, unde ſumma reſpirandi difficultas ſine ſtertore procedit: *Aretæus* inter ſigna aſthmatis imminentis flatus in præcordiis, & eructationes præter rationem enumerat, quæ proculdubio à materia cruda in præcordiis exagitata proveniunt. *Riverius.*

28. *Vel quod vapores ab inferioribus exhalantes*) Ex ſententia *Fr. Sylvii Prax. l. 1. c. 22.* excitatur Dyſpnoea omnis, tum frequentius à *Flatibus* vel *Halitibus* in tenui inteſtino ex pituita per bilem rarefacta productis, & partim per ventriculum œſophagumque ad os aſſurgentibus, hinc cum aëre inſpirato in pulmonum bronchia & ulterius forſan penetrantibus. Partim copioſiùſque per lacteas venas, ductúmque Thoracicum ad venam cavam ſuperiorem, hinc dextrum cordis ventriculum, denique pulmonum vaſa, ipſumque parenchyma ſpongioſum tranſlatis, ibidem hærentibus, ipſorumque adeo explicationem requiſitam non minus quam complicationem impedientibus, ſicque ægros mire & valde angentibus.

29. *Vel quod humor aquoſus id comprimat*) Faber ferrarius laborabat abſceſſu interno infra diaphragma, quod à poſteriori confirmatum eſt; adaucta difficultate reſpirandi, & tumore pedum accedente: Dato purgante, materia purulenta copioſe per alvum ejecta, integerrime convaluit. *Wedelius.*

27. *Uſu ſublato*) Ceſſat aliquando, nulláque fit aëris inſpiratio, quando nulla ejus eſt neceſſitas, ut in ſynkope, ac quibuſdam hypochondriacæ affectionis ſpeciebus, in quibus ſine vitæ cum morte commutatione, carere poteſt homo aliquando ad tempus aliquando ſatis notabile, dies puta integros, reſpiratione omni, ad ſenſum ſaltem manifeſta. Nulla vero tunc eſt inſpirati aëris neceſſitas, ob nullum in cordis ventriculo dextro excitatum notabile ſanguinis incendium, nullam contingentem ejuſdem rarefactionem notabilem, quocirca nulla indiget tunc ſanguinis æſtus nullus temperatione, nulla ejuſdem rarefactio deſiderata condenſatione, quia haud expanduntur valde, irritanturve aliter ad ſui contractionem in tali affectu cordis ventriculi, unde, deficit neceſſario tunc pulſus ad ſenſum. *Sylvius de le Boe.*

Aſthma

Aſthma Siccum.

Tunc *Aſthma* oritur *ſiccum* (Vide ſupra §. *Cauſa in genere*) *Helmontio* ſic dictum, quod citra materiæ ſenſilis cujuſdam acceſſionem aut receſſionem, aut excretionem, paroxyſmum & inchoat & finit; Aſthma tale vocat *Idem*, *Caducum Pulmonum* : *Willis Aſthmata convulſiva*, Vide mox §. *Subtractio ſpiritu animalis*) *Lindanus* in MS. Aſthma tale ſiccum *Crambum*, ſive *Convulſionem diaphragmatis* appellat, Nolli latitudinem aſt. hus debite exhauriunt. Sane legi merentur obſervationes quas habet *Helmont. Tract.* Aſthma & Tuſſis: At apud veteres altum eſt de his ſilentium quoad theoriam, utut qui attente Practicos legent plurima invenient exempla *Aſthmatum* tam *occultorum* quam *manifeſtorum*.

Interim omnes veteres Practici, *Helmontio & Williſio* exceptis, ſua hypotheſi falſa præoccupati de infarctu Pulmonum, in omni aſthmate neceſſario demonſtrare nituntur Aſthmata talia oriri ex flatibus in Pulmonibus genitis, utut interdum videntes difficultates, ultro fateantur ſe non poſſe ſufficienter explicare; Aſthmatum talium exempla invenimus, in *Car. Piſone Tr. de morbis a Colluvie ſeroſa* & nititur eorum originem demonſtrare ex ſua hypotheſi per *ſerum*. ſed fruſtraneo conatu, *Platerus in obſ. p 361*. cum videret quod non poſſit conciliare talia exempla cum infarctu Pulmonum, dicit oriri ex *catarrho* qui ſubito ex capite derivetur ad Pulmones, *Joh. Colle* Tr. *Coſmitor Medicaus p. 159*. ſimilia *Helmontianis* refert exempla, ubi fateri tandem cogitur oriri tale Aſthma à *Pulmonum motu pravo & conſtrictione*, ſive à *flatuum & fuliginum* copia. Ipſe *Sylvius* talia Aſthmata ex *vaporibus & halitibus*, ex inteſtinis oriundis & pulmones replentibus derivat.

Jam ut pateat quid ſentiendum ſit, libere pronuntio me nec præciſe facere cum *Helmontio*, nec cum *Williſio*, Notum eſt hypotheſeos *Helmontiana* fundamentum falſiſſimum, quod Pulmo nullomodo moveatur, ſed ſaltem ſit cribrum per quod trajiciatur aër, unde tale *Aſthma ſiccum* vocat *Caducum Pulmonum*, i. e. obſtrui & occludi in eodem Pulmonum poros, per quos aër tranſire debeat, quibus occluſis tale ſequatur Aſthma.

Willis è contra peccat in exceſſu, dum proprios Pulmoni nervos, & proprium iidem attribuit motum. Unde Pulmonibus convulſis, *inquit*, & ſurſum ad fauces quaſi protractis ſequitur tale Aſthma, Unde dum *Willis* à convulſione Pulmonum hoc malum derivat, non admittendus eſt. Videtur tamen ſeipſum poſtmodum correxiſſe, dum *Part. 2. Pharm. rat.* de tali pulmonum motu nihil memorat, ſed ſaltem in nervis & muſculis convulſis acquieſcit.

Res ut pateat, conſideremus *tria*, quæ ad *pulmonum motum* legitimum & hinc aëris reciprocationē faciunt

j. Legitima partium mechanica conformatio,

ij. Muſculorum inſtrumentaliter moventium, & nervorum, muſculorum motum, mediante ſpirituum animalium influxu, dirigentium conſtitutio.

iij. Obſervandæ ſunt fibræ ipſæ nerveæ pulmonum, tam membranæ undique pulmones cingentis, quam aliæ ad ipſas veſicas pulmonales, pro iſtis rite colligendis, hinc inde diſperſæ; quæ fibræ, pro fibrarum natura, motu ſaltem contractivo erunt inſtructæ, adeoque conſtringere ſaltem & coarctare veſiculas pulmonares, ſed nulla aliaratione conſtringere poterunt, Nempe de his fibris refert *Malpighius* in Pulmonibus unum obſervari non indignum conſideratione, In ranis enim & lacertis exterius reticularis adeſt plexus ex carne & fibris, ita ut ſit mitus muſculus comprimens ſingulas cellulas pulmonis; & in teſtudine, præcipue interius, etiam hujuſmodi reticularis muſculus mitus obſervatur; Idem etiam plexus carneus circa pulmones in reliquis perfectis animalibus patet, ſi extremitates lobulorum turgidæ adhuc & molles perluſtrentur, tunc enim caro aliquantulum rubet & turget. Ac ſane ab his fibris *caducus* iſte *Pulmonum* leniorum, vel eorum ſpaſmus rectius derivari videtur

Secundum tria hæc conſiderata, etiam triplex *Aſthmatis ſicci* oritur differentia .1. Ea quæ fiunt vitio conformationis, e. g. quando fiunt aſthmata propter crudum *tuberculum*, aut *grandinem*, aut *calculum* in pulmonibus enatum, aut propter alia concreta præternaturalia, ſive in parenchymate Pulmonum, ſive in eorum bronchiis hæreant; Notum porro quod *gibboſi* ut plurimum ſint aſthmatici, *Item* ſterni ac notharum coſtarum vitioſa conformatio. Facit huc *deficiens Pulmonum nutritio*, Unde flaccidi & aridi redditi inſtar membranæ exſiccatæ exſiccantur, ut minus expandi queant; Quo etiam diſponit crebrior Nicotianæ fumus, immediate afficiens Pulmones eoſque plus minus ad atrophiam diſponens, non vero caput immediate alterans.

ij. Sunt *Aſthmata convulſiva*, in ſpecie ſic dicta; quæ fiunt ratione nervorum, muſculos reſpirationi inſervientes ad ſpaſmos & convulſiones adigentium. Sane ſæpius miror Veteres quare non viderint thoracem moveri per tot & tam inſignes muſculos; nullumque reſpectum ad hos ipſos habuiſſe. Creberrima hac ſunt Aſthmata, quorum exempla vide apud *Helmontium & Williſium*. Exemplum Dyſpnoeæ talis manifeſtum eſt, quod vexat eos qui *ſubluxationem* vertebrarum dorſi patiuntur, qui quaſi cingulo circa nothas coſtas conſtricti difficulter admodum reſpirant, propter *nervos* ex vertebris ſubluxatis prodeuntes nonnihil compreſſos, & hinc ſenſilius irritatos. Pertinet huc obſervatio *Thoneri lib. 2. obſ. 1.* qui notat Orthopnoeam cum ſuffocationis periculo, ob *ſummam faucium conſtrictionem*, cum aliarum ſpaſmodicis convulſionibus excitatam occaſione vermium inteſtinorum.

Pertinet huc *Aſthma muliebre ſeu hyſtericum*, ac in viris *hypochondriacum*, ſæpius namque mulieres hyſtericæ inſignem patiuntur ſpirandi difficultatem, quæ revera ſiunt à *Convulſionibus*, vel *diaphragmatis*, vel *muſculorum* thoracem *moventium* vel *muſculorum laryngis*. Partes hic affectæ revera ſunt *muſculi reſpirationis*, ac præſertim *inſpirationi inſervientes*, ſive ſint *diaphragma*, ſive ſint *thoracis muſculi externi* aut *intercoſtales*, ſive *muſculi laryngis ac faucium*. Vitium hic hæret in nervis ubicunque etiam in ſuo tractu afficiantur, ſive in exortu in cerebro & cerebello, ſive in progreſſu circa plexus, ſive denique in ipſis muſculis quibus inſeruntur: Exemplum talis Aſthmatis convulſivi vitio nervorum circa ſuum exortum affectorum apud *Hoboken Anat. ſecund. Hum p. 214*. Ex plexibus vero affectis, ſive ſuperioribus circa pectus, ſive inferioribus in abdomine, oriuntur *aſthmata hyſterica* dicta.

Quæ denique ex his muſculis affectis fiunt, pro muſculorum varietate diverſa ſunt; (vide ſupra §. *Quando muſculi*)

Cauſa horum *Aſthmatum convulſivorum*, quæ nervos afficiendo talia mala producit, eſt *acidum vitioſum* nervis inimiciſſimum, quocunque in loco nervos vellicarit. Hinc *hypochondriaci*, *Scorbutici* & ſimiles, talibus aſthmatis ſolent divexari, non ſecus ac ſi qui inunctionibus mercurialibus pro cura luis venereæ male ſunt tractati, aut ſub ipſa cura aëri incautius ſe expoſuerunt, his ſubinde nervorum impreſſionibus vitioſis aſthmata convulſoria ſunt familiaria.

Pertinent pariter huc *Arthritici confirmati*, & in quibus vel rarius vel difficilius paroxyſmi podagrici ſuperveniunt, In talibus hujuſmodi aſthmata ſolent ſupervenire.

iij. Obſervandæ veniunt *Pulmonum fibræ nerveæ*, eæque propter obſcurum pulmonum motum, non tam ſenſiles quam motrices, & ſpeciatim conſtrictoriæ, propter quem finem & pulmo ſuis nervis inſtructus eſt; Fibræ dictæ prout ſtringuntur nimis, aut contrahuntur, diverſimode, præſertim ſi irritatæ convellant veſiculas pulmonum membraneas ſtringendo, anguſtiores pro aëre ſuſcipiendo ineptiores redduntur, adeoque ſui ſtrictura *aſthmaticum pathema* producunt, Exemplum talis aſthmatis quilibet experiri poteſt in ſe ipſo, dum ſulphur incenſum naribus admovet, aut *butyr. antimon.* vel *aqua fortis recent.* odorem ſuſcipit; in inſtanti enim halitum ſuſpendi, fauces & thoracem conſtringi, ac ſpiritum intercipi percipiet, conſtrictis nempe occaſione inſpirati objecti admodum ſenſibilis pulmonum fibris & inde difficili reddita reſpiratione.

Undecunque igitur irritentur, aut male afficiantur dictæ fibræ pulmonum, ſive ſit *acidum internum*, ſive *externum*, eas irritans, corrugans aut conſtringens, ſive ſint *ſpiritus metallici*, ſive aër externus inclementior, aut impurior inſpiratus, tale Aſthma inde oriri poteſt. Aſthmata hæc *nempe humida & convulſiva* nunc ſunt ſolitaria, nunc ſubinde conjuncta. Ac ſane rarum eſt humidum Aſthma, cui non & ſubinde convulſivum ſupervenire ſoleat.

Scabioſorum huc videntur pertinere Aſthmata, ſiquidem ex *ſcabie retropulſa* ordinario difficultas reſpirationis, interdum perfecta ſuffocatio ſupervenire ſolet; Malum videtur tunc eſſe complicatum, natum partim à *fermento ſcabiei acri*, pulmonum fibras vellicante, & ita ad fortiores contracturas ſtimulante, partim *ex ſanguinis craſi hinc vitiata*, in debito fermentationis motu ac textura depravata, ac quaſi cachectica reddita, unde & Aſthma pituitoſum ſimul ſupervenire ſolet.

Hinc obſervandum *materiam rejectam* per os in aſthmaticis, interdum eſſe *cauſam mali*, nempe in *aſthmate humoroſo*, interdum vero eſt *effectus*, nempe in *aſthmate ſicco* eorum qui conſtitutionis ſunt ſucculentioris & humidioris, & quorum ſanguis & lympha mollioris quaſi & minus fermè texturæ, alterari facilius & in variam formam mutari poteſt. In talibus enim ex crebriori pulmonum agitatione, & aëris per aſperam arteriam reciprocatione, ſubinde copioſior *paulo* lympha, per glandulas in aſperam arteriam effuſa, in mucum coit, in paroxyſmi convulſivi declinatione ejiciendum. Hinc ulterius in omni *Aſthmate*, etiam *humoroſo*, ad *motum thoracis* plus minus *liberum* vel *impeditum*, ſemper reſpiciendum; Nam ratione ſpirituum, ex irritationis cujuſdam circa pulmones ſenſu, ut plurimum in paroxyſmo aliquid convulſivi concurrit, Unde & pro hujus ratione plus minus malum intenditur, ac tali ex cauſa *Diæta* interdum leniunt tales paroxyſmos,

Notandum ulterius quod difficilis iſta Reſpiratio, quæ tam in tuſſi humida, in ſtatu, quam etiam in Tuſſis ſiccæ principio adeſt, non eſt ſemper, aut ſaltem non ſolum à *Pulmonum infarctu aut catarrho*, aut ſimili quodam vitio, ſed frequentiſſime oritur ex *irritatione pulmonum*, & hinc fibrarum eorum contractura, indeque impedita plus minus eorum expanſione, *Signum* mihi erat adeſſe talem irritationem, quoties æger vel loquens, vel validius inſpirans, tuſſire cogebatur. Nam in talibus caſibus, propter crebriorem aëris reciprocationem, irritari magis pulmones; tuſſim concitabant magis, unde difficultatem magis ex ſimplici irritatione pulmonum quam materiæ peccantis coacervatione ortam judicavi. Hinc tali in caſu ex opiatis, v. g. ex *ſpiritu ſalis armoniaci*, *aniſi*, *cum eſſentia opii* miſto ſemper levamen obſervavi, non ſaltem minorem tuſſis violentiam, ſed etiam liberiorem mox reſpirationem, vellicationis nempe ſufflaminato ſenſu; Huc etiam *ſenſus doloris compreſſivi*, ſive *gravativi*, in pectore, ſive *profundo pulmonum*, non ſemper *à copia materiæ*, ſed ſæpius à *fibrarum pulmonalium* in particulari quodam loco *irritatarum conſtrictione*, quam compreſſivus ac gravativus talis doloris ſubinde inſequi ſolet. *Etmuller Pr. part. 1. p. 180. &c.*

Aſthma Convulſivum.

Aſthmatis *convulſivi* meminit *Willis*, quod aliam ex hujus morbi ſpeciem conſtituit, & ſine magna bronchiorum obſtructione, aut compreſſione, à meris fibrarum motricium ſpaſmis excitari ſtatuit, Quod non uni loco, aut peculiari cuipiam organo limitatur, ſed ἐνέργειαι valde diffuſæ, ad partes fere omnes reſpirationi dicatas (quarum modo hæc, modo illa vel alia in culpa eſt) extenditur.

Enimvero, *ait*, affectio ſpaſmodica inſultum aſthmaticum ciens, ad vaſorum pulmonarium fibras motrices, ad diaphragma, ad muſculos pectoris, ad nervos, qui è pectoris aut pulmonis ditione ſunt, quinimo ad nervorum iſtorum origines intra ἐγκέφαλον conſitas ſpectat, atque ſingulis hiſce in locis dum materies morbifica hoſpitatur, reſpirationis opus inhibens, aut pervertens, morbi iſtius paroxyſmos infert: Quippe ſpiritus animales, ad reſpirationis munus deſtinati, ſi quando moleſtantur valde, inque motus irregulares urgentur, organorum ſpirabilium fibras, tum nerveas tum motrices, inordinate ſubeunt, eaſdémque proinde irregulariter modo contrahi, modo diſtendi, necnon ſolemnes & æquabiles ſyſtoles & diaſtoles vices varie perturbari aut impediri faciunt.

Cauſa morbifica, ſive materies operi pneumonico nervos accinctos irritans, cum variis in locis, tum præcipue in his tribus vim, ſive potentiam ſuam exerere ſolet, viz. 1. aut in ipſis fibris muſcularibus, aut 2. in ramis vel propaginibus nerveis, vel 3. denique intra ἐγκέφαλον, juxta nervorum origines. 1. Quoad prius, interdum materies heterogenea, & ſpiritibus inimica, ab ἐγκεφάλῳ in nervorum truncos excuſſa, exinde per eorum ductus & propagines, ſi forſan in quantitate perexigua fuerit, abſque noxa magna, aut multum ſenſibili, in fines ultimos dilabitur, eumque dein fibris nerveis inciderit, & ſenſim indies aggeſta demum in molem accreverit, ſpiritus incolas moleſtare, inque ſpaſmos Aſthmaticos concitare incipit, qui ſubinde infeſtant, & pro ratione cauſarum evidentium augentur, nec plane ceſſant donec penus materiæ ſic aggeſtæ diſcutiatur penitus & abſumatur, dein quando renovatus iſte ad plenitudinem aſſurgit, morbi iſtius paroxyſmi repetunt, proindeque, uti obſervationi communi patet, ſæpenumero periodici exiſtunt. Juxta hanc afficiendi rationem, Aſthmatis convulſivi cauſam, nonnunquam in vaſorum pneumonicorum tunicis muſcularibus, nonnunquam in ſepti aut proceſſuum ejus lumbarium fibris delituiſſe merito ſuſpicamur: Haud multum probabile eſt morbi iſtius nidum intra hujus aut iſtius muſculi pectoralis fibras conſiſtere, quanquam in Scorbuticis etiam ab hac materia morbifica obſeſſis, dolores & ſpaſmos leviores cum læſa reſpiratione obortos novimus.

ij. At vero (prout alibi non tantum ratiocinio, ſed per obſervationes plane oſtendimus) Aſthma convulſivum ſæpius infertur, quoties materia morbifica in nervos pneumonicos delapſa, alicubi intra ductus eorum, & præcipue circa plexus hæret, unde quoties ad plenitudinem aggeſta diſcuti & moveri incipit, propterea ſpiritus ibidem ſcatentes, & ad reſpirationis organa adfluentes perturbantur, inq; anomalias adiguntur, illiq;

mox

mox ſpiritus alios fibrarum pectoralium aut pulmonalium incolas afficiunt, inque ſpaſmos irregulares & aſthmaticos excitant, Propter hujuſmodi cauſam & afficiendi rationem, non tantum hujus morbi inſultus, ſed inſuper & præcordiis proinde perturbatis paſſiones cardiacas acciері declaravimus.

iij. Aſthmatis convulſivi cauſam nonnunquam in occipite juxta nervorum origines conſiſtere per obſervationes anatomicas plane deteximus; Nimirum adverti quoſdam ægros, qui cum ab aliis morbis deploratis decumbentes inſuper aſthmatici fierent, neceſſum habuerunt intra lectum aut cathedram, cum capite ſemper erecto, aut prono detineri, inclinati autem, aut ſupinati, ſtatim anheli, ac velut moribundi, difficulter reſpirabant, cujus cauſa (prout diſſectione apparuit poſt obitum) tantum erat, quod cum intra cerebri cavitates ſeri acris colluvies ingens aggereretur, ſi ob caput reclinatum, illa in nervorum octavi paris originem recideret, illico præcordia, ac imprimis ſpirabilia ſpaſmis horrendis tentabantur: Porro ob hanc rationem interdum videtur eſſe quod Orthopnoici in lecto abſque ſuffocationis periculo decumbere nequeant, quia corpore erecto ſedere coguntur.

Quamvis autem Aſthma nonnunquam ab initio ſimplex, ſcil. vel Pneumonicum mere, vel convulſivum exiſtat, attamen poſtquam alteruter morbus aliquandiu increbuit, plerumque alterum ſibi adſciſcit, hinc ut concludere liceat Aſthma quodvis inveteratum affectionem mixtam eſſe, & partim pulmonis male conformati, partimque nervorum & fibrarum nervearum ad ſpirabilia pertinentium vitio excitari; quippe cum ductus pneumonici à qualibet cauſa coarctati, vel obſtructi, liberam aëris inſpirationem, exſpirationemque non admittunt, propterea etiam ſanguis, quinimo & humor nerveus à curſibus ſuis præpediti, atque lente procedere & ſtagnare coacti, fæculentias ſuas & recrementa partibus nerveis affigunt, unde ſpirituum meatus obſtruuntur, aut perveruntur, ipſiſque demum labes ſpaſmodica accreſcit. Porro ſanguis, ſiquidem intra præcordia haud debite inſpiratur, eventilatusque, tandem in craſi ſua vitiatus, cerebro & nervoſo generi ſuccum nonniſi depravatum ſuppeditat, cujus delicta reſpirationis organa, utpote prius læſa & debilitata maxime luunt. Pariter etiam è contra reciprocatur malum, quoties hic morbus nervoſi generis culpa incipit, nam quatenus pulmonum motus, propter fibrarum muſcularium ſpaſmos crebro ſiſtitur aut impeditur, tum ſanguis, tum liquor nerveus, à motibus ſolitis coerciti, recrementa & fæculentias congerunt, eáque partibus continentibus affigunt, à quibus non tantum humores viſcoſi, & ductuum obſtructivi, ſed & tumores aliáque ſolidiora concreta, pulmonis conformationem vitiantia producuntur. *Willis: Epicriſin ex Etmullero,* Vide proxime §. *Quando vel facultas motrix.*)

Aſthma Stomachicum.

A quo oritur *Aſthma humidum.* Vide ſupra §. *Cauſas in genere)* quod plerumque *Stomacho* originem debet; fitque vitio illius ac primarum viarum; Subinde occurrit in iis quorum ſtomachus reperitur infarctus materia craſſa, flatibus generandis apta, quæ ubi fuerit quacunque occaſione commota, ut incipiat turgeſcere, & quaſi inflari, gravia dat *aſthmata, per paroxyſmos ſubinde affligentia*: partim quoniam nimia ventriculi diſtenſione impedit motum diaphragmatis deorſum, ad pulmonum dilatationem ſumme neceſſarium; partim quia ipſum diaphragma quodammodo in conſenſum trahitur, ex irritatione ventriculi, unde illius convulſio, & hinc vitiatus ſub reſpiratione motus ſequitur, adeo ut frequentiſſima ſint *aſthmata ex ſtomacho* ſæpius, ſed male *pectori* dicam.

Sic pertinent fere huc iſta quæ vomitu fuere curata, V. g. *Timæus in Epiſt. p. 12* . aſthma contumaciſſimum, nullis cedens remediis tandem vehementi provocato vomitu curatum refert; *Sylvaticus cent. 2. conſ. 49.* refert aſthma certis noctibus recurrens, cum ſuffocationis periculo, à quo non prius ægri ſunt immunes quam ſuccederet ſponte vomitus aſthmaticorum & materiæ pituitoſæ, ut taceam alia exempla. Et tales *ſtomachi vitio Aſthmatici*, & ſtertorem in faucibus, & tuſſim, & hujus medio materiæ viſcidæ excretionem ſubinde habere obſervavimus, non ſecus ac ii qui ex Pulmone aſthmatici ſunt.

Ac ſane veriſſimum de omni Aſthmate humido pituitoſo, tam *Pulmonali* quam *ſtomachali*, effatum *Gabelchovveri cent. 4. obſ. 20.* annotatum. Quicunque aſthmati ſunt obnoxii, fere habent ventriculum frigidum, imbecillum, flatulentum, hepar calidum, renes obſtructos. quæ omnia ad aſthma conferunt.

In talibus aſthmaticis ex vitio primarum viarum, ſæpius etiam conjuncti ſunt flatus, qui multum ad dyſpnoeas conferunt. Sæpius in *Scorbuticis* & *hypochondriacis*, poſt paſtum præſertim veſpertinum, difficillimæ oriuntur dyſpnoeæ, quæ nonniſi ex vitio digeſtionis, & inde copioſis genitis flatibus originem ducunt: Imo novi *ſcorbuticos*, qui quando poſt paſtum vel hauſtulum vini capiunt, brevi aſthmatici fiunt, *Aſthma* tale *à flatibus*, & ex *hypochondriis*, dicitur *Riverio Aſthma morbum*, Et exiſtimo *unum ex ſignis certiſſimis mali hypochondriaci*, quando poſt paſtus, & interdum etiam matutino tempore, conqueruntur de difficili reſpiratione propter impedimenta circa hypochondria, quæ oriuntur partim *à flatibus*, partim à *materia viſcida* in ſtomacho & vicinis regionibus hærentibus. *Etmuller pag. 179.*

De Suſpirio

Reſpiratio magna in *Suſpirio* dicto fit, in quo magno niſu & conatu aër attrahitur, rurſumq; exſufflatur cum ſono quodam lacrymali, Sanis etiam conſuetum & in morbis accidens. Cauſa autem omnium *Depravatæ reſpirationis* generum, *cordis*, vel *organorum reſpirationis* occaſione procedunt, *Cordis* cauſa (cum propter Cor, ad ſpiritus vitalis generationem reſpiratio fiat) *reſpiratio*, & præſertim *inſpiratio* intendatur, ſi aër ſufficiens illi non ſubminiſtretur, vel ſpiritus illius vehementius agitentur, *Aere* (quo ad generationem ſpiritus vitalis continuo dum movetur cor opus habet) ſi ob intermiſſam reſpirationem aliquandiu cor privetur, tunc ut illud quod omiſſum fuit reſarciatur, inſpiratione magna per ſuſpiriũ ducta indiguit; qua aër affatim attractus defectum hunc illius reponit. Intermittitur autem quando animus, per illius affectiones aliis rebus adeo intentus eſt, ut reſpirationis quaſi oblitus, ad eam ducendam tamdiu non impellat, donec neceſſitas rurſum eam excitet, & ut major fiat incitet. *Spirituum cordis* nimia per mentis perturbationes commotio, & cordis veluti quidam dolor, oppreſſio & ſuffocatio, qualem per animi affectus ſentimus, inſpirationis illius magnæ quæ per ſuſpiria ducitur cauſa eſt, cum per eam cor oppreſſum eventiletur, & refocilletur, ſicuti aperte cordis dolores, ut vocant, allevari per ſuſpiria ſentimus: Quæ potior ſane ſuſpiriorum cauſa eſt: nec enim tantum ob intermiſſam reſpirationem, animo aliis intento hæc fieri ex eo patet, quod & noctu quieſcẽtes, animó tunc penitus veluti ſopito, nihilominus ſufficienter reſpiremus.

Suſpiria ſi frequenter hominem fatigent, ob mentis perturbationem, ſi animus affectus ad ſe redeat, vel mitigetur, ea remittunt. In mente captis & delirantibus, morbi magnitudinem denuntiant. In aliis morbis gravibus, conſtante mente, crebra ſuſpiria, vel puſillanimitatem, vel virtutem proſtratam, quod nil boni portendit, ſignificant. *Platerus;*

Cap. XIX.

De Aſthmate.

1. *Aſthma eſt* [2] *frequens, denſa & anheloſa cum ſtertore & ſtrepitu reſpiratio, à pertinaci bronchiarum pulmonis ſeu obſtructione, ſeu compreſſione proveniens.*

Signa incipientis ſunt gravitas pectoris in curſu & acclivi itinere difficilis reſpiratio, raucedo, 3. tuſſis, flatus in præcordiis &c.

[4] *Præſentis* in definitione ſunt expoſita, Adeſt aliquando febris, ſed & [5] ſonitus & ſtertor, quia quandoque [6] materia in bronchiis aſperæ arteriæ hæret, quæ, dum ſpiritu exploditur, ſonitus excitatur: quandoque extra eas in lævibus arteriis. Inſpiratio exſpiratione eſt difficilior. Cum enim in inſpiratione nec pulmones ob materiæ copiam, nec thorax ob motus imbecillitatem facilè moveri poſſint; natura interpoſita quaſi quiete vires dejectas refocillare conatur; in exſpiratione operis inſtrumenta ſuapte ſponte concidunt.

[1] *Aſthma*) Dicitur ab ἀσθμαίνειν (quod eſt anhelare ſive difficulter reſpirare) deſcribi poteſt, Quod ſit reſpiratio difficilis, crebra & anheloſa, cum magna pectoris agitatione, & plerumque citra febrem. *Willis.*

Ἆσθμα latinum nomen non habet, & videtur dici quaſi ἄσμα, cantus, *Heſychius* enim exponit per συριγμόν, fiſtulationem, fortaſſis ex 7. *Epidem. 28.* in filio *Antiphanis* cui συριγμὸς ἐν φάρυγξι: mecum eſt *Celſus lib. 4. c. 4.* Vide Foëſium in ὑποσυρίζειν, Accidit tum cum bronchia pulmonum ita ſunt oppleta, ut reſpiratio non fiat ſine ſibilo, qua ratione pertinet ad inſtrumentum tantum. *Hofmannus Inſtit. l. 3. c. 79.*

[2] *Eſt frequens, denſa, anheloſa &c.*) Inter affectus quibus pectoris regio infeſtari ſolet, ſi illorum tyrannidem & feritatem ſpectes, Aſthma (quod ob peculiare interdum ſymptoma etiam *orthopnoea* dicitur) locum merito obtinet; hujus enim paroxyſmis vix quicquam aſperius aut terribilius occurrit; Reſpirationis organa, quin & præcordia, quæ ipſius vitæ fundamenta & columnæ ſunt, ab hoc morbo tanquam à terræ motu concutiuntur adeo & nutant, ut nihil minus quam totius fabricæ animalis ruina imminere videatur, quippe reſpiratio, per quam potiſſimum vivimus, hujus morbi inſultu valde impeditur, & tolli periclitatur. *Willis.*

[3] *Tuſſis*) Tuſſis aſthmatis comes eſt cum occurrit in Pulmonum bronchiis materia acris fibras vehementer vellicans ac in fortes contractiones adigens, quarum cauſa cum aër ſolito celerius majorique impetu ad exitum ſollicitetur, ac violenter allidat tracheæ arteriæ parietibus ſonum excitat in tuſſi perceptibilem: Tuſſis autem hæc humida eſt, cum materiæ in pulmonibus contentæ ea conſiſtentia donatæ ſunt quæ requiritur ut ab aëre comprehendi poſſint, & tandem per anacatharſin extrudi; *Sicca* contra tuſſis eſt cum materia admodum tenuis & ſubtilis eſt, neque enim ab aëre excipi poteſt, qui ſecum eam extrudat, in expiratione. Vel quia ſupra bronchia poſita, quo loci fortiter adhæret, commode enim, ratione ſitus expelli nequit. Attamen nullo præſente humore acri intra bronchia, interdum Tuſſis ſicca ægris moleſta eſt; tunc credendum eſt hanc induci ab irritatione fibrarum, facta à quibuſdam corporibus in ejuſmodi meatibus latentibus; cujuſmodi ſunt, e. g. tubercula, ſcirrhi, calculi, aut tandem aliqua materia congeſta quæcunque illa fuerit. *Ex Tract. Nov Pr. p. 25.*

[4] *Præſentis*) Ut rite dignoſcantur *Aſthmata ſicca vel humida*, obſervandum quod in *Aſthmate manifeſto*, ſi malum ſitū *muco in bronchiis pulmonum contento*, quod reſpiratio difficilis fiat *cum ſonitu ex profundo*, eoque *ſtertente & tuſſi*, ac pituitæ plus minus copioſæ excretione, quæ quo magis excernitur, eo magis affectus minuitur.

Si vero materia peccans ſit *in ſubſtantia Pulmonum*, vix talis adeſt ſonitus, nec niſi ſucceſſive quiddam, idque non adeo copioſe, per tuſſim aliquid rejicitur.

Si tamen *vitium eſt humorale*, in pulmonibus aut ventriculo, aſthma ſolet eſſe continuum, quod ſemel etiam curatum, antequam denuo repetat, ſucceſſivi incrementi ſigna prodit; Utut autem ſit continuum, ſubinde tamen exaſperatur, idque præſertim veſperi ac nocte, quo tempore omnes ægri, aſthmate humoroſo affecti, pejus habere ſolent, quod tamen omni aſthmati fere commune eſt, ut veſpertino ac nocturno tempore acerbius affligat, *Item* quod motu corporis ſemper exaſperetur, *item* quod pro aëris mutationibus melius vel pejus habere ſoleant ægri.

Quoad *Aſthmata* vero *ſicca*, ſpeciatim *convulſiva*, ſine talis materiæ peccantis, vel præſentis, vel antecedentis indiciis affligere ſolent, ac etiam ceſſare citra talis materiæ excretionem manifeſtam. Ex improviſo enim irruit in ægros, alias optime reſpirantes, atque evaneſcit citra ſenſile reſpirationis nocumentum, utut debiles admodum, plus minus tamen, ægri eſſe ſoleant. Saltem difficile eſt hariolari ubi lateat fomes & fermentum, ſive ſpina, nervos hoſtili ſua præſentia irritans & ad ſpaſmos provocans.

Si vitium *in capite* eſt, *vertigo*, aut alia capitis ſymptomata præcedunt paroxyſmum, aut alia ægros affligunt.

Sin vitium ſit *in abdomine*, in *plexibus meſenterii lienaribus* &c. alia ſymptomata *abdominis* vel antecedere vel conjungi ſolent, in ſpecie ſonitus, murmurationes, ſenſus vermiculationis in uno vel altero abdominis loco, tenſiones hypochondriorum &c.

Quod ſi *diaphragmatis muſculi*, aut loca vicina ſint affecta primario, ſenſus zonæ inſtar in iſta regione ubi diaphragma coſtis adnectitur, percipitur ab ægris. Sin *muſculi thoracem moventes* afficiantur, conqueruntur quodem ægri in paroxyſmo de ſenſu quaſi thorax univerſus firmiter conſtringeretur ac componeretur.

Si *laryngis & faucium muſculi* affecti ſint, ſuffocationis quaſi laqueo injecto ſenſum habent ægri.

Sin *Pulmo* conſtrictus primario ſit, inexplicabile quoddam impedimentū reſpirationis experiuntur ægri.

Obſervandū & hoc, quando *ſpaſmi* vel *muſculorum*, vel *fibrarum pulmonalium* dant aſthmata, quod tunc ut plurimum ſimul & tardior ſanguinis circuitus per pulmones eſſe ſoleat; adeo ut ex impedito plus minus ejus motu, inſignis in pulmonibus anxietas & majus imminentis ſuffocationis periculum adſit: ac tali in caſu malarum ac faciei rubor, vaſorum in collo major intumeſcentia, aut ſenſilis etiam arteriarum pulſatio adeſſe ſolet. *Etmuller.*

[5] *Sonitus & ſtertor*) Quæritur an ſibilus neceſſario adſit? Ita, ſi quidem Aſthma eſſe debet, Ante enim

quam

quam enim fiat Aſthma non eſt, ſed Dyſpnoea ; *Hofmannus l. c.*

6. *Materia in bronchiis*) Qua per tuſſim excreta ceſſat vel imminuitur affectus.

7. *Cauſa eſt aſperarum arteriarum*) Vias nullibi magis liberas eſſe decet quam in Pulmonibus , ſive anguſtentur quoad ſubſtantiam & viciniam, ſive quoad canales aſperæ arteriæ ; Sunt enim bronchia extrema capillamenta aſperæ arteriæ , infinitis ramis , poſtquam cartilagines deſerunt , patentia. Nihil enim eſt aliud Pulmo quam velut ſpongia quædam, infinitis canaliculis excavata, tegmine membraneo undique intertextus & circumveſtitus, ut totus inflari ab extra preſſura aëris poſſit ; interſtinctus tamen hinc canalibus , alias venoſis, arterioſis & lymphaticis , quæ ultima inprimis copioſiſſima illac decurrunt ; Hinc temperamentum calidum & humidum , illud ab influxu ſanguinis , hoc à lympha deducendum , inprimis in Pulmonibus attendendum eſt ; Cum vero viæ & expanſio reſpective ſe magis paſſive habeant , humores vero obſtruentes & ſubſiſtentes active , principaliter Thoracicorum theoria in hoc abſolvitur omnis , Sunt enim in genere quæ bronchiorum ſufficientem expanſionem , eorundemque & membranularum æqualitatem in integritatem, præcipue vero ſingulis illis velificantem humorum ſequacitatem & qualitatem reſpiciunt. *Wedelius Am. m. m. p. 140.*

7. *Cauſa eſt aſperarum arteriarum. ſed & levium &c.*) Medici plerique morbi hujus cauſam uſque proximam & fere unicam ſtatuunt Bronchiorum anguſtiam , viaquod ductuum illorum ſparta vel per obſtructionem, vel compreſſionem coarctata , quoties reſpirationis uſus augeatur, aërem in copia ſatis idonea non admittunt, quare ob pleniorem aëris quantum opus erit inſpirationem, reſpirationis organa nixibus creberrimis, repetitis difficillime laborant. Quod autem nonnulli ſine manifeſta pulmonum labe paroxyſmis Aſthmaticis obnoxii reperiuntur, totum hoc vaporibus à liene , utero, meſenterio, aut alio quodam viſcere ſatis immerito adſcribitur. *Willis.*

8. *Obſtructio & compreſſio*) Si quidem ſtertor & ſibilus in Aſthmate eſſe debet, hinc reſponſio patet, an Aſthma à *frigiditate* quoque fiat ? Eſt dyſpnoea, & illa quidem à debili facultate , An à *ſiccitate* ? Non, eſt dyſpnoea , Et quis credat bronchia, corpora tam ſicca, ita collabi poſſe ut aëri negetur reciprocatio illa ? An à flatu quoque ? Dico iterum, eſt dyſpnoea , à compreſſo diaphragmate , non autem ipſis bronchiis , ἀνευρυσμα enim ſunt. An à pure ? Tum empyema eſt. *Hofmannus l. c.*

Prognosis.

9. *Curatio* cauſas reſpicit, & 10. eſt *difficilis, ſi* ægri ſint ſenes, 11. ſi aſthma ipſum inveteratum. *Parvæ ſpei,* 12. *ſi* gibbi ex eo fiant, quia in his pulmonibus creſcentibus & ſpina non creſcente, in anguſtia pectoris calor ſuffocatur : *ſi* ſit cum febri acuta , quia cauſa aſthmatis à calore febrili exſiccata ineptior ad ejiciendum redditur , *ſi* Tuſſi ceſſante , difficultas reſpirationis manet, *ſi* vires ſunt imbecillæ, quia citò in ſyncopen incidunt.

9. *Curatio cauſas reſpicit*) Hæc vel *in paroxyſmo*, vel extra paroxyſmum inſtituenda, Deinde *Aſthma*, vel *ſiccum* vel *humidum* , Et tertio Aſthma eſt vel *morbus primarius* , vel *ſecundarius*, v. g. quod affligit phthiſicos aut hypochondriacos. Illud *primarium* in ſpecie curandum venit, *ſecundarium* vero non, niſi paroxyſmus aliquis gravius urgeat , Nam morbo ſanato , vel ablato primario, & hoc ſymptoma ceſſat, *Ettmuller.*

10. *Et eſt difficilis*) Si præſertim Aſthma Pneumonicum ſocium ſibi adjunxerit convulſivum , nam etiamſi alterutrum ſolitarium ſit initio, tandem & alterum accedit, quapropter inferre licet quodvis Aſthma inveteratum affectum eſſe complicatum ; vel partim oriri ex vitio pulmonum prave conformatorum ; partim fibrarum & nervorum organa reſpirationis adeuntium: meatus enim aëris à quacunque cauſa adſtricti aut obſtructi , non eam admittunt aëris copiam quæ ad liberam reſpirationem requiritur, unde duo eaque non levia emergunt ſymptomata, quorum prius eſt, quod ſanguis non ut par eſt, aëris penuria , excitatus libere non præterfluit vaſa pulmonum , & ſegniter admodum exuit partem excrementorum propriorum in partes nerveas hujus viſceris.

Alterum eſt, quod idem ſanguis , aëris penuria corruptionem ſubiens, & refrigerationis defectu , cerebro vitioſum ſuccum, materiam ſpirituum animalium ſuppeditat; quem potiſſimum experiuntur inſtrumenta reſpirationis , jam ante debilia & læſa. Sin vero Aſthma ſpaſmodicum prius natum ſit , ſucceſſu temporis Pneumonicum comitem ſe adjunget, affectusq; fiet reciprocus, ratio eſt, quod motus pulmonum ſæpenumero interceptus, aut impeditus ab irritationibus irregularibus & convulſivis quæ crebro accidunt organis reſpirationis, ſanguis libere circulare nequit , neque ut decet excrementa excutere , quo fit ut illorum portio pulmonum ſubſtantiam ſubeat , præſertim bronchia , qui poſtmodum ibi craſſitiem adipiſcatur & indureſcit ; adeo ut ibi exoriantur aut tubercula, aut ſcirrhi, à quibus obturantur aut comprimuntur meatus , liberum aëri ingreſſum non permittentes. *Ex tract. novis Pr. ad Nebi ment. c. 1.*

11. *Si Aſthma ipſum inveteratum &c.*) Quod ad Prognoſin ſpectat , Aſthma inveteratum difficillime aut vix unquam curatur; veruntamen medicamentis & medendi methodo rite inſtitutis, magnum ſæpe juvamen affertur; viz. paroxyſmorum ferocia minuitur, induciæ longiores procurantur , quinimo ipſius vitæ diſcrimina frequenter imminere viſa tolluntur.

Morbus iſte in deterius vergens , aut phthiſin , aut hydropem, aut affectum quendam ſoporoſum, vel convulſivum minatur, juxta quod ſerum ob ἀξιωολων præpeditum (quia ægri in lecto ſatis dormire nequeunt copioſius aggeſtum , aut in pulmone defigitur , aut in habitum corporis , aut ad cerebrum transfertur : Propter hanc rationem affecti melius in æſtate , quando liberius tranſpirant, quam hyeme degunt; melius item in regione calida quam frigidiori; flantibus Auſtro aut Zephyro, quam Euro vel Borea. *Willis.*

Aſthma chronicus eſt affectus, & curatu difficillimus, ſæpeque in cachexiam vel hydropem degenerat ; Juvenes aliquando liberantur & non ſine magno labore, ſenes vero nunquam. Infantes, niſi mature curentur, ſuperveniente catarrho ſuffocante intereunt.

Aſthmati pleuritis aut peripneumonia ſuperveniens lethalis , quia pulmo à longo morbo debilitatus non poteſt graviſſimo morbo ſupervenienti reſiſtere, & materiam morbificam expellere. *Riverius.*

Aſthmata omnia ſunt periculoſa , & quidem inveterata , ſive ſint *humoroſa*, nam hæc fere inſignem Pulmonum læſionem arguunt , ſive *convulſiva* , nam talia epilepticum in quodam nervorum plexu radicatum fomitem præſupponunt. Rariſſime perfecte curantur, quod vel leviſſimo diætæ errore ſubito recidivent. Tandem omnes aſthmatici ſub contumacia morbi, vel cachectici vel hydropici tandem fiunt & moriuntur. *Ettmuller.*

12. *Si Gibbi ex eo fiant*) Aphoriſmus eſt *Hippocratis* 47. *lib.* 6. *Qui Gibbi ex Aſthmate fiunt, ante pubertatem moriuntur.* Textus hic *Leoniceni*. Textus Græcus Baſileenſis habet, ὁκόσοι ὑβοί. ἐξ ἄσθματος ἢ βηχὸς γίνονται πρὸ τῆς ἥβης ἀποθνήσκουσι. Verba Græca Latinis non quadrant, cum aliud ſit dicere *moriuntur* ſimpliciter, aliud *moriuntur ante pubertatem*, hic enim in textu *Leoniceni* ordo immutatur, immutatæque periodi videntur; Scrupulus autem hic nobis injicitur, cum dicat *Hippocrates Qui gibbi ex aſthmate aut tuſſi fiunt*, An aſthma contorſionis ſpinæ cauſa eſſe poſſit, Item & tuſſis, & quomodo fiat, Quis enim unquam ſcripſit à tuſſi & aſthmate gibberum contingere, eumque functum, cum gibber illorum cauſa eſſe vulgo perſpiciatur.

Ut res explicetur, notandum textum Baſil. duobus in locis depravatum eſſe, *primo*, quia particulæ illa πρὸ τῆς ἥβης non eſt referenda ad partem contextus, poſtremam ad verbum nimirum ἀποθνήσκουσι ſed ad priorem, ut legatur, ὁκόσοι ὑβοὶ γίνονται πρὸ τῆς ἥβης, *Altero*, quod omiſſa vox illa ταχέως, quæ ad verbum ἀποθνήσκουσι adjungi debet, Hujus rei fidem facit contextus *Galeni* ὅσοι δὲ πρὸ τῆς ἥβης κυφοῦνται διὰ ἄσθμα ἢ βῆχα, διαφθείρονται θᾶττον ταχέως, Nam cum hic aphoriſmus ad prognoſin pertineat, nil *Hippocratis* ingenio dictum, niſi dicat gibbos ex aſthmate ante pubertatem factos, aut cito aut tarde mori, & vi aſthmatis & inflexionis; qui enim caſu incurvantur, ob læſionem non integre creſcente ſpina, iis mors celerior eſt quam aliter affectis &c.

Dicendum itaque, *Qui Gibbi ex aſthmate aut tuſſi ante puberes annos fiunt*; Quam lectionem prætterquam quod confirmat ratio & contextus *Galeni*, plurimum roboris affert alius locus *Hippocratis lib. de Artic. Quibus adhuc pueris, aut prinſquam corpus adoleverit, ſpina in gibbum contrahitur, iis corpus ad ſpinam augeri non ſolet* &c. Demum ſi legendum eſſet, *Gibbi ex aſthmate*, Aſthma cauſa gibberi efficiens videretur, quod rationi non conſonat; At probabilius eſt à Tuberculis primum naſci dyſpnoeam & tuſſim, illæſo per ſe pulmone, deinde gibbam fieri ſpinam vi panorum ſen phymaton, Et illud eſt quod *Hippocrates* vocat ἐξ ἄσθματος κυφοῦνται: Textus illa eſt periodus, τοῦ πρὸ τῆς ἥβης κυφωθῆναι διὰ ἄσθμα ἢ βῆχα. διαφθείρονται ταχέως, Jam vides formam loquendi immutari, nec enim dixit κυφωθῆναι ἐξ ἄσθματος ſed διὰ ἄσθμα. At dicere idem eſſe ἐξ ἄσθματος & διὰ ἄσθμα, Græcam linguam ignorare eſt, κυφοῦσθαι enim διὰ ἄσθμα ἢ βῆχα, eſt incurvari in aſthmate & tuſſi, id eſt, cum jam adeſt tuſſis, aut anheloſum quid, ob phyma ſpinæ adnatum, ſuccedit gibboſitas, non vi tuſſis (quanquam poteſt paulum juvare, ſed vi phymatum tuſſim & difficultatem ſpirandi præmittentium &c.

Patet itaque Tubercula non obſidere Pulmonem, ut inde Aſthma fiat, ſed Phymata ipſa primo, per ſe, ſitus circumſcriptione, mole, lædunt nervoſum genus ſpinæ, propterea gibbum fit, non autem ab aſthmate aut tuſſi fit, ut verba *Hippocratis* in aphoriſmo notaſſe videntur. Et idem contingit à tuberculo quod à caſu, lapſuque, ut dicat quis aphoriſmum & de cauſis internis & externis intelligi poſſe, Nam quibus à caſu læſa ſpina, quoniam nunquam eo modo ſe habet quo prius, videtur ob vitium non poſſe bene nutriri ac augeri. Sed longe alia ratio eſt, nam quibus à caſu vitiata ſpina, ea ſui vitii ſignum edit, & manu artificióque, ſi non omnino, at ratione aliqua vitio occurri poteſt, At non idem judicium de vitiata ſpina à tuberculo, nam cum inorta ſpina eſt jam in ſummo vigore malum eſt, & latenter ſenſimque obliquatur; Præterea cum à caſu invertitur, non eſt tuſſis & tanta difficultas ducendi emittendique ſpiritum (niſi qua parte maxime dimovetur Pulmo) At cum tuberculum eſt, præſertim eminens, ut ὄγκος potius dicatur quam phygethlon, tuſſis eſt cum humidius eſt phyma, & difficultas ſpirandi cum durius, Et cũ tuſſis eſt & dyſpnoea, deinde vi tumoris cyphoſis ſuccedit, non eſt dubium quin vitæ noſtræ filum ſtatim præcidatur, quod non contingit in iis ſpeciebus contorſionis ſpinæ quas cauſa externa invehit. Ant ſi in alus contingit à lapſu, caſuque, nec tam ſubito, nec ita manifeſte vt cum à tuberculis. Demonſtrationem autem affert *Galenus comm. in aph.* 46. 6. loquens de iis qui dicuntur ὑπὸ χρονίων ἀσθμάτων, Thorax non vult, *ait*, cum aliis, i. e. cum corde & pulmone augeri, propterea anguſtia ſequitur partium reſpirationi dicaturum. *Ballonius conſ.* 51. *lib.* 1. Sic & tuſſis & aſthma, & cyphoſis, ſunt tuberculorum ſoboles ὁμογάστριοι. *Idem.*

Differentia partim à cauſis obſtruentibus & comprimentibus, partim ab acceſſionibus, & aliis ſumuntur.

I. Aliud eſt ab *humore* [13] *crudo & viſcido*, in venoſo genere collecto, & per venam arterioſam in pulmones effuſo, bronchia infarciente, [14] quod exinde *cognoſcitur*, quod difficilis ſit cum ſonitu & tuſſi reſpiratio.

Curatur [15] extra paroxyſmum, I. [16] *Venæ ſectione*, baſilicæ, paribus cæteris, ſi magna ferventium vaporum in pulmone & circa cor copia; malleoli vel tali, ſi menſes ſubſtitere; & hæmorrhoidum, ſi ſuppreſſæ apertione.

II. [17] *Materia* per Incidentia, detergentia & expectorantia benigniora, humectantibus temperata, ſæpiu, ne natura aſſueſcat *inciſione*, [18] cavendo nimis calida & exſiccantia. [19] Laudan- [20] *aqua* [21] *bryoniæ* cum *ſyrupo violaceo &* [22] *ſpiritu veneris. Aqua Nicotianæ,* [23] *decoctum galli veteris* cum pectoralibus herbis. *Compoſitum* ex *aqua* quæ in radice *bryoniæ* excavata colligitur, unc. viii. & [24] *Spiritus* [25] *ſulphuris* unc. ſ. factum, cochlearis unius doſi, [26] ſyrupus [27] *Nicotianæ*, ſed ſuccus debet benè digeri, unc. jſ. pondere: *de Eryſimo Lobelii* apud *Sennertum* deſcriptus.

Oxymel [28] *ſcilliticum*, quod tamen in principio materia adhuc cruda, quia acrimonia ſua tuſſim excitat, adhiberi non debet. [29] *Rob. nucum* cum *aqua fructuum rubi*, addita & illa quæ fit ex [30] *ſaccharo* [31] *& raphani taleolis*, de qua apud *Hartmannum*. *Spiritus veneris* [33] *cum gummi ammoniaco*, gutt. xv. in aliquo decocto vel ſyrupo pectorali. [34] *Looch* ex *radic. enulæ campanæ* [35] cõdit. dr. vj. *ſacchari candi* unc. j. [36] *ſyrupi de hyſſop.* unc. iv. [37] *gummi ammoniaci* in aqua vitæ diſſolut. dr. j. paratũ, pro duabus doſibus. [38] *Electuarium diabutyri* ex *paſſulis, caricis, butyro & melle*, cui alia addi poſſunt, paratum. [39] *Oleum ſacchari magiſtrale compoſitum*, quod paratur ex *radic. ireos Florent.* & *helenii* unc. ſ. *pulpa dactylor. & paſſular.* mundatarum, ana dr. iij. *cortic. arantior.* & *citrior.* ſiccor. ana dr. ii. *benzoes* dr. ii. *croci* dr. i. infuſorum in *ſpiritu vini* ſæpius rectificati per biduum, ſeparato mox per

inclina-

inclinationem liquore, cui *ſacchari candi* pulverizati q.ſ. immiſceri debet & accenſo *ſpiritu vini* totum id tam diu coltello agitari, donec flamma extincta, liquor olei conſiſtentiam acquirat, cui tandem *ſpirit. ſulphur.* ad gratum acorem affundi debet. Adde his, *ſuccum raparum* corticibus exutarum, inciſarum, affuſa aqua coctarum, poſt ea abjecta in altera recoctarum, expreſſum cum *ſaccharo cando* & *butyro recenti* à *Cratone* commendatum, & [42] extra [41] *unguentum pectorale ex ſucci caulium ſeu braſſica unc. j. ß. radic. Enula* m. j. *ſumitat. veron.* p. j. *pingued. anſerina* dr. x. *ad conſumpt. ſucci decoct. colat. & addit ungu cancr. & dialthea* dr. j. permiſtis factum.

II. [43] *Materia praparata & inciſa per epicraſin* [43] *evacuatione*, ſeu per *pulverem aſthmaticum Rulandi*, de quo apud *Hartmannum*; ſeu per *agaricum*, [44] *terebinthinam aqua violarum* lotam, addito pauxillo *diagridii*, ſi aliunde materia mittitur, [45] *frictionibus* ea, *clyſteribus* & *ligaturis* validis avertenda: ſi malum invereratum *cauteria actualia*, ſecundum collum, pectus & dorſum, circa medium vertebrarum & coſtarum adhibenda.

III. *Reliquiarum exſiccatione*, per *pulverem Stokcheri*, qui ex *ſacchari candi* p. ij. *florum ſulphur.* p. j. ſubtiliſſime in pulverem redactis paratur, & ſcr. jſ. pondere ſuper panem toſtum vino malvatico imbutum exhibetur; per *lignum Guajaci, ſaſſafras* &c. per *thuris, myrrha, maſtiches, ſtyracis, gummi juniperi* ſuffitus, cavendo *arſenicum*.

IV. · *Diata*, cui convenit humectans & incidens cibus; in potu vinum ſubdulce, tenue, cereviſia pectoralibus ſeu thoracicis caſtigata, deambulatio lenis, venus nulla.

[13] *Humore crudo & viſcido*) De hoc vide caput præcedens, ubi de Aſthmate ſicco, ex *Etmullero* §. circa finem.

[14] *Quod exinde cognoſcitur*) Vide ſupra §. 4. *Praſentis.*)

Curatio in paroxyſmo.

[15] *Curatur*) Circa Aſthmatis therapeian duæ ſunt primariæ indicationes, ſeu potius tot diſtinctæ medendi methodi, ſcil. *Curatoria* & *Praſervatoria*, Prima docet quid agendum ſit in paroxyſmo, ut laborans à præſenti periculo liberetur; Altera quid extra Paroxyſmum, pro cauſæ morbificæ ſublatione, ne affectio iſtæc ſæpius aut gravius repetat, moliri oporteat.

1. Itaque Paroxyſmo urgente duæ erunt præcipuæ medendi intentiones.

Viz. 1. ut ratione tum Aëris, tum Pulmonis habita reſpiratio uberior, ſaltem quantum pro vita ſuſtentanda ſufficiat, procuretur.

Et 2. ut Reſpirationis organa à ſpaſmis initis, & pervicaciter continuari ſolitis, quamprimum avocari & compeſcique queant.

Ad Priorem quod ſpectat, imprimis æger ſitu corporis recto, in loco apertiori & modice perflato, à fumis & adſtantium halitibus libero collocetur, deinde navetur opera ut Pulmones ab omni infarctu & oppreſſione interna, necnon compreſſione externa immunes facti, ſpiritum altius ducere & reciprocare poſſint: In hos fines, ne viſcerum inferiorum ὄγκος præcordia comprimat aut anguſtet, alvus ab *enemate* ſubducatur; *veſtimenta*, & alia quæque thoracem operientia, aut ſuccingentia *laxentur*, cumque inſuper in hoc caſu, aut à ſanguine intra vaſa pulmonica ſupra modum turgeſcente, aut à ſero in ductus tracheales ex arteriis & glandulis depluente, opprimi ſoleor, utriuſque humoris orgaſmi & impetuoſitates compeſci ac ſedari debent: hinc, ſi vires ferant, & pulſus ſatis robuſtus fuerit, *Phlebotomia* ſæpe convenit. Porro quæ ſanguinis æſtuantis ſerum ac ſuperfluitates per urinas ac ſudores amandant, ſedulo exhibeantur; cui intentioni Julapia, Apozemata, Pectoralia vulgo dicta, egregie inſerviunt; quinimo *Pulveres teſtacei*, *Millepedum praparata*, *ſpiritus & ſales volatiles* cum fructu ſumuntur; Interim præterea exhibeantur quæ tracheæ ductus aperiant, lubricent & expectorationem cieant, quæque inſuper, ſi opus fuerit, catarrhum in eos depluentem ſiſtant, in quos fines *eclegmata*, *decocta pectoralia* & *ſuffumigia* conveniunt.

ij. Quoad alteram in paroxyſmis Aſthmaticis medendi intentionem, viz. ut reſpirationis organa à ſpaſmis initis ad penſa ſua ordinaria tranquille redeant (niſi hoc ſponte poſt ſedatas ſanguinis & ſeri intra Pulmonem æſtuationes ſuccedit) remediis Antiſpaſmodicis & Anodynis utendum erit, Etenim medicamenta in paſſionibus hyſtericis exhiberi ſolita, etiam in Aſthmate convulſivo conveniunt.

Spiritus c. c. fuliginis, & imprimis *Salis ammoniaci*, cum *gummi ammoniaco diſtill.* item *Tinctura Gummi Ammon. Sulphur. Caſtor. Aſa fœtid. Syrupi ex ammon. de Sulphure, oxymel ſcillit.* & ſimilia, quæ cum ingrati ſaporis & odoris ſint, ſpiritus quaſi diſſipant, & à tumultibus retrahunt, nonnunquam egregie juvant: Quod ſi hoc modo ſpiritus debacchantes ſedari nequeunt, ad *Narcotica* perveniatur, ut quibuſdam profligatis cæteri in ordinem redeant. Enimvero, niſi obſtat Pulmonum infarctus, cum inſigni præcordiorum oppreſſione, *Opiata* nonnunquam inſigniter proſunt:

In horrendis morbi hujus paroxyſmis, cum alia medicamina minus effeciſſent, ſæpe bono cum fructu *Diacodion*, imo *Laudanum Tartariſatum* exhibui: Verum hæc non ſine magna cautione propinentur, quia cum reſpirationem (quæ jamjam difficilis eſt & præpedita) amplius & omnis impediunt, non raro in vitæ diſcrimen adducunt. Inſuper his, ut ſpiritus pulmonici à ſpaſmis ſuis evocentur, nonnunquam expedit ſpiritibus aliis in locis moleſtiam inferre; nam aliquibus alibi afflictis, ut plurimum cæteri quoque perculſi inordinationes ſuas dimittunt, Quapropter *Veſicatoria*, *Cucurbitula*, *Ligatura* & *Frictiones* dolorificæ juvamen conferunt; Imo ob hanc rationem *Vomitoria* in medio paroxyſmo ſumpta proſunt.

Medendi ſcopis, quomodo Aſthmatici urgente morbi inſultu tractari debent deſignatis, jam remediorum quædam Formulæ proponendæ. *Primo* igitur ad *ſanguinis* ac *ſeri* fluxiones ſedandas, eorumque ſuperfluitates à pulmone derivatas per *diaphoreſin* ac *diureſin* amandandas, ſequentia præſcribantur.

℞. *Aqua folior. hedera terr.* ℥viij. *ruta, pulegii, draconctii* āā. ℥ij. *ſalis prun.* ʒiß. *ſyr. byzant. papav. rhæ.* āā. ℥j. *m. f. Julep. ſumatur ad* ℥iij. *vel* iv. ter aut ſæpius in die.

℞. *Rad. gramin.* ℥iij. *ruſci.* ℥ij. *enul. camp. cond.* ℥iß. *hordei* ℥ß. *paſſular. ſolis* ℥j. *coqu. in aq. font.* ℔iij. *ad* ij. *colat. adde ſalis prun.* ʒiß. *edulcoretur, ſi opus fuerit, cum q. ſ. ſyrupi byzant.* aut violacei.

℞. *Tinct. ſulph.* ʒiij. *dozis gtt. vj. ad x. veſperi & primo mane in cochleari uno ſyrup. è ſucco hederæ vel violæ.*

℞. *Fecula aronis, bryon.* āā. ʒiß. *flor. ſulph.* ʒj. *flor. benzoin.* ʒß *ſacch. cand.* ℥ß. *liquir.* ʒij. *fiat Pul:* ſumendus *ad* ʒß. *vel* ℈ij. bis in die cum Julapio vel Apozemate ſuperiori. Vel

℞. *Pulv. præſcripti* ℥ij. *mellis vel oxymel. q. ſ. f. Linctus*, capiat hora ſomni, & primo mane circiter cochleare ſemis, aliis temporibus lambat cum bacillo liquiritiæ.

℞. *Syrupi de praſſio, de altho,* āā. ℥iß. *tinctura croci, caſtor.* āā. ʒij. miſce ſumat circiter cochlear parvum in agonibus.

℞. *Spir. ſal. armon. cum gummi ammon.* ℥iij. *aq. limac. lumbric.* āā. ℥iii. *ſyr. praſſii* ℥ij. *m. ſumat cochlear* intra iv. vel v. horas

℞. *Pulv. de eryſimo, vel ex hedera terr. æſtivo ſole* collect. ℥j. *oxymel. ſimpl. q. ſ.* f. Linctus.

In Paroxyſmo ſtatim *vena ſecanda* eſt, præmiſſo Clyſtere, ſi ſanguis mediocriter abundare videatur, nam depletis ſanguine *vaſis* liberior erit reſpiratio, Quod ſi affectus ſit antiquior, pluriesque ſanguis fuerit detractus, ſatius eſt à phlebotomia abſtinere, quia calorem nativum imminuendo majorem promovet pituitæ copiam, Sectio malleoli præſtans, præcipue in affectu ſympathico. Ea Aſthmatis ſpecies quæ ſine ſtertore fit, venæ ſectione efficaciter oppugnatur, adeo ut quamprimum ſanguis fluere incipit ægri ſtatim melius reſpirare incipiant.

Poſt venæ ſectionem, *Phlegmagogum* eſt exhibendum; ex iis quæ in frigidæ cerebri intemperiei curatione præſcripta ſunt, adjectis perpetuo quibuſdam thoracicis, quantum remedii forma permittere poteſt. *Vomitoria* vero, licet à nonnullis improbentur, in hoc affectu tamen convenientiſſima ſunt, ut frequens experientia docuit, & non raro hoc ſolo remedio paroxyſmus ſolutus eſt. Inter alia autem Vomitoria principem locum obtinet aqua *Nicotiana* exhibita ad ℥i. reduci poteſt in ſyrupum cum ſaccharo, doſis cochlearia duo (quomodo juvent vide *Indicem Med. Practicum.*)

Vomitum etiam leviter movet, ſimulque per inferiora purgat *ſuccus ireos noſtratis ad* ℥ß. & *vini hippocratici* ℥j. quem ſe feliciſſimo cum ſucceſſu uſurpaſſe refert *Platerus*. Poteſt ſucci illius dozis augeri ad ℥ij. ſi minori exhibitus ſufficienter operatus non fuerit. *Clyſteres* etiam acriores frequenter injici poterunt revulſionis gratia; Eorum tamen quantitas ſit exigua, ne inteſtina admodum replendo diaphragma comprimant.

Frictiones in partibus inferioribus celebrandæ, iiſdemque *Cucurbitulæ* plures affigendæ, tum etiam cervici.

Poſtmodum *Humores craſſi liquandi* & attenuandi, *Flatus* ab iiſdem humoribus excitati *reſolvendi* atque diſcutiendi. In quem uſum utiliter exhibetur *aqua cinnamomi*, per ſe vel cum *ſyrupo viol.* E.g.

℞. *Aqua cinnam.* ℥ij. *ſyr. violar.* ℥j. m. vel hujus loco admiſce *oxymel.* ad lentos humores potentius diſcutiendos: unde etiam eſt *ol. ſalviæ, roriſmar. aniſi ſtillat.* ad gutt iij. iv. v. exhibendo *cum vino*, vel his aſpergantur *Tabellæ diatrag. frig. croci* ℈j cum *vini* cochleari. *Aqua* *[illegible]* in hunc modum compoſita.

℞. *Aqua vita* unc. iv *aq. tuſſil.* *[illegible]* *& ſcabioſ.* āā. unc. iij. *ſacch.* unc. ij. *cinnam.* ʒiij. *trajiciantur per manicam, Hippocr.* da unc. j. *vel* ij.

Fumus nicotianæ per tubulum hauſtus paroxyſmum cohibet, Idem præſtat *nicotiana* *[illegible]* tantum admota. *Fumus* *[illegible]* per tubulum hauſtus. Interim *Expectorantia* exhibenda ſunt quæ craſſiorem materiam per anacatharſin educant

℞. *Syr. de praſſio, de liquir. de tuſſilag.* āā. unc. *oxymel. ſimpl.* unc. j. m. da ex cochl. ſenſim lambendum.

℞. *Terebinth. claræ* unc. j. *ammon.* ℈ij. *flor ſulp.* ℈j. miſce fiant Pilul. molles, quarum una ſingulis duabus horis deglutiatur *cum ſyr. de hyſſopo* unc. ß.

℞. *Olei amygd. dulc. rec. ſine igne expreſſi* unc. *[illegible]* *ſacch. cand.* unc. ij m. capiat ſenſim lambendo.

℞. *Rad. enul. c. ſacch. cand.* ʒiij. *ſacch. c.* unc. ß. *ſyr. de hyſſopo & de praſſio* āā. ʒj. *g. ammon. aq vitæ diſſol.* ʒß. m. f. Lohoc.

℞. *Conſerva violar. & rad. enul. camp.* āā. ʒj. pulv. Electu. *diatragac. frig. & diair. Salom.* āā. ʒj. *ſyr. violac. & capill. ven.* āā. *q. ſ. f. Looch.*

℞ *Rad. alth.* ℔j. *rad. enul. camp.* unc. iv. *cydonior, vel eorum loco carnis cydonior. condit.* unc. vj. bulliant in aqua ad exſiccationem, contundantur, trajiciantur per ſetaceum, addendo *mellis* ℔ij. coqu. leviter, extrahe ab igne, & adde *cinnam.* ʒj. *flor. ſulph.* unc. ß. liquir. cum moſcho & aq. roſac. *aromatiz.* ʒij. f. Elect. molle, de quo teneat in ore ad magnitudinem avellanæ per intervalla. Utiliſſimum etiam extra paroxyſmum ſi de eo ſumatur unc. ß. mane & ſero.

Exterius etiam pectori admovenda Ungu. & Linimenta laxantia & diſcutientia, in hunc modum compoſita.

℞. *Olei chamem. irin. & amygd d.* āā. unc. ß. *axungiæ gallinæ rec.* unc j. *pulv. rad. alth. ireos flor.* āā. ʒj. *far. ſem. lini & fœnugr.* āā. ʒij. *g. ammon. cum vino diſſol.* ʒiß. *ceræ q. ſ. f. Linimentum*, Vel

℞. *Mucilag. ſemin. cydonior. lini & fœnugr. extr. cum aqua tuſſilag. vel ſcabioſ.* āā. ʒvj. *pulv. rad. ireos, hyſſopi* āā. ʒß. *croci* ℈j. *olei lilior. & amygd. dulc.* āā. unc. ij. ceræ q ſ. m. f. Linimentum.

Si paroxyſmus protrahatur, *Veſicatorium* applicetur poſteriori parti cervicis. *Riverius.*

Curatio extra paroxyſmum.

Curatio extra paroxyſmum) Indicatio altera præſervatoria, cauſæ morbificæ, & totius *[illegible]* ſublationem intendens, duas habet partes, ſive diſtinctos medendi ſcopos, qui ambo plerumque in uſum adhiberi & complicari ſolent. *Unus* horum Pulmonis conformationem, ſi quovis modo læſa aut vitiata fuerit, emendandam, atque *alter* partium motricium & ſpirituum ad eos deſtinatorum anomalias tollendas molitur, Utriſque his intentionibus optime ſatisfiet, ſi remedia vulgo dicta pectoralia cum antiſpaſmodicis conjungantur, atque horum uſus cum medicamentis aliis, totius corporis præparationem & ſymptomata emergentia reſpicientibus intercaletur; in quos fines methodus & remediorum formulæ ſequentes adhiberi poſſunt.

℞. *Aloes roſat.* ʒß. *flor. ſulph.* ʒj. *ſal. ſuccin.* ʒß. *picis liqu. q. ſ. f. Pil. xxiv. da iv. veſperi noctibus* ſingulis vel alternis

℞. *G. ammon. & bdell. in aceto ſcill ſol.* āā. ℥ß. *flor. ſulph.* ʒiij. *pulv. fol. eryſimi & ſatur.* āā ʒß. *cum ſ. q. ſyr. diaſulph. vel oxymel. ſcyll.* f. maſſa, f. Pil. exiguæ, da *[illegible]*, omni veſperi. Vel

℞. *Millep. præpar.* ʒij. *flor. benz.* ʒß. *ſalis ſucc.* ℈ij. *extr. helenii* ℥ß. *caſtor.* ʒß. *croci* ℈j. *Terebin, Ven. q. ſ. f. maſſa* in Pilul. exiguas efformanda, capiat iv. omni veſperi & mane, exceptis purgandi temporibus.

Quod ſi formula Pilularis non arridebit, aut pharmaca prædicta minus juvabunt, ſequentia deinde pro Pulmonibus ab infarctu liberandis tententur.

℞. *Spir.*

℞. ſpir. g. ammon. cum ſale armon. deſtill. ʒiij. *ſyr. è ſucco hederæ* ℥iij. *aquæ limacum mag. lumbricor. ãã.* ℥j. *tinct. croci* ʒij. *M. da cochlear. j. hora ſomni & primo mane.* Vel

℞. Tincturæ g. ammon. ʒiij. *Doſis gtt. xv. vel xx. in cochleari uno oxymel. aut ſyr. ex hedera terr.* Vel

℞. Tinct. ſulph. ʒ ij. *do gtt. xij. ad xij. aut* xx. iiſdem horis medicis cum vehiculo idoneo.

Pari inſuper modo ſpiritus alii ſale volatili prædiri, eamque ſyrupis pectoralibus & aquis cephalicis permiſti, veſperi & mane utiliter præſcribi poſſunt.

Loco mixturæ, vel Julapii aſthmatici ex aquis deſtillatis officinalibus, ſequens Magiſtralis in uſum crebrum & mult plicem paretur.

℞. rad. helenii. irid. flor. angel. imperat. ãã. ℥iij. *bryon.* ℔j *fol. marrub. albi, hyſſopi ſatureiæ, puleg. hed. terr ãã. m. iv. baccar. junip. hederæ rec. ãã.* ℔ij. *lauri* ℔ß. *ſem. fœnic. d. carvi, aniſi, leviſt. aneth. ãã.* ℥j. *cubeb.* ℥ij. *piper. lo . caryophyll. macis ãã.* ℥j. *infuſis omnibus & contuſis affunde Cereviſ. Brunſvvic.* ℔viij. de ſtillentur organis com n. Liquor totus miſceatur, edulcoretur ad placitum cum *ſacch* vel *ſyrupo de ſucco hederæ*, vel cum *oxymelite*.

Porro loco *oxymelitis*, vel ſyr. cujuſdam pectoralis vulgaris, ejuſmodi medicaminum in Aſthmate magis appropriatorum formulæ ſequent ſcribantur, atque imprimis *ſyr de helenio* ab *Horatio Augenio* inventus, eoque nomine inſignitus, deinde à *Platero*, *Sennerto*, *Riverio*, aliiſque Practicis celebrioribus commendatus, hic notari, inque uſum crebrum adhiberi debet.

℞. rad. helen. & polypod. qu. præparat. ãã ℥ij. *paſſul. corint.* ℥ij *ſebeſten n. xv. farfara, pulmonar. ſatur. calaminth. ãã. m. j. fol. nuum tabaci, liquir. raſ.* ʒij. *ſem. urtic. bombac. ãã.* ʒiß. *coqu. in mulſa diluta ad* ℔iß. *& cum ſacch. tantundem f. Syrupus*, ſumatur vel per ſe in forma Linctus, aut cochleatim veſperi & mane, vel addatur cochl. j. dozi aquæ diſtill. aut apozematis.

℞ rad. ireos Flor. elenii ãã. ℥ß. *allii excortic.* ʒiv. *caryoph.* ʒij. *benzoin. albiſſ.* ʒiß. *croci* ℈j. *inciſa & contuſa digerantur calide in ſpir. vini rectific.* ℔ß. *per 48. horas, colatura adde ſacch. albiſſ* ℔j. pone in ſcutella argentea ſuper prunas ardentes dein liquor accenſus agi etur quouſque flagrabit, dein flamma extincta in ſyrup abibit, uſus qui ſuperioris.

Huc referri debent *Decoctum Galli veteris*, quod & purgans & non purgans parari poterit. *Willis.*

Extra Paroxyſmum humoris fluxio cohibenda eſt, eum qui jam influxit, & iu pulmone continetur, incidendus, detergendus & expectorandus eſt : Ad fluxionis impetum cohibendum conveniunt omnia quæ in catarrhi frigidi curatione propoſita ſunt. At circa nonnulla remedia ibi propoſita ootandum, 1. ut remediis ibi propoſitis loco cephalicorum thoracica admiſceantur, 2. Non convenire apophlegmatiſmos ob vicinitatem partium ad quas decurrit humor in pulmonem. 3. Non convenire ſuffitus, ſaltem ore & naribus exceptos, eo quod difficiliorem anhelitum efficiunt & aſthmatis paroxyſmum excitare valent, at vero iis operimenta capitis extra ægri cubiculum tuto perfundi poterunt.

Ad *deterſionem* & *expectorationem* humorum craſſiorum, pulmonum bronchiis impactorum, expectorantia ſupra deſcripta uſurpari poterunt ut & ſequentia.

℞. Rad. enulæ camp. ʒiij. *tabaci Indic.* ʒj. *infunde per noctem in* vj. *aqu. vitæ vulgaris, mane* fiat colatura, cui *adde ſacch. criſtall.* ℥iv. *incendatur continuo agitando, adde ſyr. de eryſimo aut tuſſilagine* ℥ij. ol. ſulphur. q. ſ. ad gratam aciditatem, utatur ex cochleari, aut bacillo liquiri confuſio.

Millepedes ſeu Aſelli n. xij. panno lineo involuti in vino albo macerantur, hinc facta expreſſio potui datur, quæ brevi ſaburratos pulmones deplet, *Decoctum Caulium rubr. cum pauci ſacch.* per plures dies ſumptum. Efficacior multo eſt *eorum ſuccus* cum *ſacch. roſac.* vel *ſyr. de tuſſilag.* Julepi forma. *Riverius.*

In paroxyſmo quantum poſſibile libera & ſufficiens inſpiratio procuranda 1. Impedimenta aeri libero acceſſum per pulmones denegantia removenda. 2. Reſpirationis organorum inordinati motus plus minus convulſivi compeſcendi. 1. Ratione *prioris*, aëris ambientis ventilatio, erecta ſeſſio, alvi ſubductio venæ ſectio, potiones ſanguinem attenuantes, ejus motum circularem promoventes, viſcida Pulmonem infarcientia incidentia, ſpirituoſæ, blànde dulces pulmones demulcentes conveniunt, Interdum etiam *vomitoria* convenienter adminiſtrantur. Ratione *Poſterioris*, antiſpaſmodica, anodyna, ſolaria &c. ſunt optima. *Etmuller pag. m. 187.*

16. *Extra paroxyſmum*) In *Aſthmate humido* pro cauſarum varietate cura varianda.

1. *Aſthmatis humidi, κατ' ἐξοχὴν* & extraordinarie ſic dicti, à *viſcido muco* geniti, cura fit, 1. per materiam peccantem *attenuantia* & *incidentia*.

2. Per ea convenientes vias vel *tuſſi*, vel *vomitu* ejicientia.

3. Regenerationem & deinde recidivam præcaventia; In quo puncto ſtomacho inprimis ſedulo ſuccurrendum venit

II. *Pus* ſi aſthmatis cauſa, evacuandum vel per *expectorantia*, vel per *paracenteſin* thoracis *abſceſſus*, vel *ulcus conſolidandum*. Vide caput de Phthiſi.

III. A ſanguinis vitio curantur hæc corrigendo. 1. ejus *copiam imminuendo*. 2. *Coagulatum diſſolvendo* 3. *vitium cachecticum emendando*, de quo ubi de cachexia. 4. Solitas evacuationes revocando. S g. menſes proritando, aut, ſi fieri nequeat, *fonticuli* in regione loci conſuetæ evacuationis vicini, inurendi. 6. Turgeſcentiam quamlibet, *acidum efferveſcens abſorbentibus*, aut blande aut *copiam ſanguinis imminuentibus* corrigendo.

IV. Si Aſthmatis cauſa *eſt Serum*, hoc evacuandum per *urinam* vel *ſudorem*, vel *veſicatorium* confeſtim, vel per *fonticulum* pedetentim.

Sin ortum ſit in *ſtomacho*, *vomitoria* & *carminantia aromatica*, ac digeſtionis vitia, præſertim *cruditatem acidam corrigentia* conveniunt : Ut plurimum cura methodica circa *Scorbutum & malum hypochondriacum* inſtituenda. *Aſthma Siccum.*

In *Aſthmate ſicco.*

1. *Conformationis vitia* difficillime curantur; excreſcentiæ tamen, *tubercula*, aut *grandines* beneficio *ſpiritus ſulph. per camp.* ſucceſſive abſumi poſſe ſunt qui aſſerant.

II. *Aſthma convulſivum*, ex *nervorum & muſculorum vitio*, curabitur radicitus 1. *fomitem ejus corrigendo*, reſpiciendo præſertim viſcus in quo lateat; In ſpecie *in paroxyſmo acidum* nervis inimicum corrigendum *volatilibus*, item *mineralibus antepilepticis* & ſimilibus.

2. *Paroxyſmus imminens* ſuſpendendus per *Opiata*.

3. Recurſus paroxyſmi præcavendus *Veſicatoriis*, vel brachiis, vel *nucha*, vel *femoribus* applicatis, pro nervorũ vel nidi varietate, etiam Fonticuli interdum inurendi.

III. Ex propria *fibrarum pulmonalium ſtrictura* natum Aſthma curetur.

1. Cauſam irritationis, quantum poſſibile eſt corrigendo & removendo.

2. *Opiatis* ſenſum vellicationis ſiſtendo.

3. *Appropriatis* ſimul *vulnerariis & balſamicis* Pulmonibus ſuccurrendum.

Pro ſcopis iſtis rite aſſequendis obſervandum.

1. *Vomitoria* fere in quovis Aſthmate eſſe egregia, non ſaltem in *humido*, ſed etiam interdum in

convulſivo, tam *extra paroxyſmum*, quam in ſpecie *in paroxyſmo*; Hinc omnes cordati Practici ſemper in aſthmate *Vomitoria* uſurpant & ſubinde graviſſimorum paroxyſmorum, Vomitoriorum propinatorum uſu levatorum obſervationes proſtant; nec eſt exinde metuatur ſuffocatio, Inanis hic eſt metus nunquam tale quid obſervatum: In *humido* ſane æqualiter exhaurit materiam vomitus, ſive in pectore ſive in ſtomacho hæreat, unde *pus phthiſicorum*, quod in pulmonibus fluctuat, ſæpius optime & feliciter evacuatur per *Vomitoria*, Quin etiam expectorantibus commode *Vomitoria*, ſed imminuta doſi, poſſunt commiſceri, ut ſaltem ſtimulent expectorationem, non autem vomitum inferant, Exempla *vomitoriorum* feliciter uſurpatorum vide in *Rulandi Theſ. Pract. p. 103. 109* &c. apud *Platerum obſ. p. 165. Timæum in Epiſt. p. 121. Hæſerum H. M. p. 118. Horſtium Probl. Dec. 4. Q. 5. Poterium cent. 2. cur. 16. & 46. Cent 3. cur. 22. Hartmann. Pr p. 134. Riverium Pr. l. 7. c. 1.*

In ſpecie etiam convenit *Aſthmati ſicco* tam in quam *extra paroxyſmum* ubi radix mali eſt in hypochondriis vel abdomine, niſi forſan pathemata hyſterica obſtiterint. Hinc ſecretum eſt *Freitagii* ad Aſthma & Empyema in *Aur. Med. Cur. 26.* & eſt *Vinum Emeticū Heurnii* ex *helleb. albo*, quod vide apud *Schroderū l. 4. p. 239.* Hujus ſemicochleate, cum aliis laxantibus exhibitum, alvum ſine vomitu movet, cochl. vero unius menſura vomitum citat, *Linctibus* aliquot guttæ additæ Empyematis expectorationes copioſe promovent, hinc præſtantiſſimum ad Aſthmata & Empyema dicit.

℞. *paſſular. mund.* ℥iv. *liquir. raſ.* ℥j. *mell. deſpum.* ℥iij. *ſacch. c.* ℥v. *vini Hiſpan.* ℥vj. bulliant ut fiat inſtar *Conditi*, cui tantum admiſce *ſpir. ſulph. per c.* ut gratum acquirat acorem; hinc aliquot guttulæ illius *helleborati vini* inſtillentur: Dentur maſticandæ *paſſulæ*, *vel quoties eas ore recepturus eſt, gtt. ij. vel* iij. *hujus vini* inſtilla.

II. Quoad *Purgantia*, hęc in *Aſthmate convulſivo* minus conveniunt. Quoad *Aſthmata humida* in nullo paroxyſmo conducunt, inprimis proprie ſic dicta, ſiquidem hunc potius exaſperant; Facit huc monitum *Scholtzii in conſ. 92.* In aſthmaticis, *dicit*, diligenter cavendum ne dentur fortiora evacuantia, à quibus commoveatur & agitetur materia, ipſæq; fluxiones augeantur; videmus enim homines, alioquin ſanos, poſt purgationem multum exſpuere, & emungere nares ſæpe, ob motam materiam; quanto magis hoc illis accidere poſſit quibus ſponte, & quidem continuo, fluxiones ad pectus moventur.

Poſt ſedatum vero paroxyſmum, conveniunt &c. præcavendum malum & reliquias exhauriendas.

III. *Venæ ſectio*. de qua vide ſuperius §. *Venæ ſectione*.

IV. *Sudorifica* in Aſthmate *convulſivo*, tam in fine paroxyſmi quam extra paroxyſmum non negligenda ſunt; In Aſthmate humido etiam ſuum locum habent quodammodo, id quod confirmat *Scholtzius conſ. 92.* inquiens, multum prodeſt *Sudor*, qui & fuligines & aquoſitates collectas diſcutit &c. Provocari poteſt *decocto guajaci calide aſſumpto*; facit quoque ad *expectorationem & pituitæ* in pectore *inciſionem*: Scio quoſdam *decocto ligni* uſos pro Potu quotidiano in vigore hujus morbi & alios id ſaltem loco vini in principio paſtus aſſumpſiſſe, & exinde eximiam opem ſenſiſſe.

V. *Opiata* multum conferunt, præſertim reſpectu paroxyſmi, quando enim nimius ſpirituum impetus, & hinc inordinatæ pectoris motiones item quorumcunque in corpore contentorum fluidorum nimii, motus ad pectus urgent, optime his omnibus *Opiata* rite adminiſtrata, præſertim appropriatis permiſta, multū conferūt.

In *Aſthmate* quidem *humido*, in quantū materiæ peccantia motum & excretionem ſufflaminant, ſuſpecta videntur, cum magis incraſſetur, & quaſi inſpiſſetur materia peccans. Ad nimiam vero paroxyſmi ferociam mitigandam, quæ concitationi ſpirituum motu per accidens quaſi exacerbatur, optima ſunt, Tutiora ſunt in *Aſthmate ſicco*, tam ante paroxyſmum, eundem præcavendo, quam in paroxyſmo, eundem minuendo: Talia ſunt *eſſentia opii, theriaca, mithridat. diacod. Montani.* &c.

Nempe in quovis paroxyſmo aſthmatis, tam humidi quam ſicci, ſpirituum impetus, & hinc concitatior *ſanguinis ac lymphæ* motus ad partem probe attendendus, & ſi nimius, nonnihil ſufflaminandus. Docuit hoc Veteres experientia practica, Hinc *Fonſeca lib. 1. conſ. 83.* inquit, *Arculanus* in paroxyſmo aſthmatico, & difficultate reſpirandi ſuffocativa, damnat communem curationem, quæ fit *avertendo materiam* quæ fluit, quia hic modus curandi agitat magis illam; Eſſe potius fluxionem inhibendam iis quæ incraſſent, præſertim ſi fuerit *tenuis*; quare exhibet *ſyrup. de papav. diacodium*, & devenit ad *Opiata*, quale eſt *Philon. Rom. ad* ℈j. quam etiam curationem *Catarrhi ſuffocantis* videtur laudare *Galenus*: Deinde adhibet *cucurbitulas ad vertebras dorſi*, & ſuper ſcapulam, hac ratione, *inquit*, omnes evaſerunt, Illi vero in quibus proceſſit *evacuantibus, divertentibus, & materiam agitantibus*, perierunt: Quæ certe vere prorſus proferuntur, ut mihi etiam experientia compertum eſt.

Aſthma ex Scabie retropulſa.

VI. Si oriatur Aſthma à *Scabie retropulſa*, Opera inprimis danda eſt ut eadem ipſa iterum effloreſcere queat, pro quo ſcopo uſurpari poſſunt *Eſſentia fumar. comp. Extr. & eſſentia helenii, Extr. theriacale, Decoctum helenii & fœnic. Antimon. diaphoret* cum *ſalibus fixis*, Niſi enim fomes Scabiei denuo ſub cute defigatur, omnis cura erit fruſtranea, In quem finem, etiam veſicatoria femoribus & brachiis applicata optima ſunt, Quod ſi nullo modo produci poſſit ſcabies, imitandus eſt *Zacutus*, qui talem ægrum cum alio ſcabioſo in eodem lecto collocat, ut ab hoc fermentum ſcabiei hauriat, & ita denuo ſcabies introducatur.

VII. Si Dyſpnoea oriatur à *frigido aquæ potu*, vel *admotione*, præſertim poſt æſtum, inprimis conducunt quæ ſanguinem grumo ſum reſolvere valent: In quo puncto *ſuccus bellidis, acetarium ex bellide* uſurpentur.

VIII. Si Aſthma ſit ex *fumis metallicis, mercurialibus* &c. nil in ejus cura perficitur cum aliis ad hunc affectum appropriatis remediis, nec expugnatur niſi mineralibus & metallicis; hinc *Mercurius dulcis, Mercurialia fixa cinnab. antimon antimon, diaphor.* &c. ſaltem in uſu ſunt, monente. *Horſtio l. 7 obſ 25.*

Aſthma Humidum.

Remedia igitur quæ ad *Aſthmata humida*, eaque et *pulmonum* aut *ſtomachi vitio*, ac viſcida plus minus ſeroſa materia aggravata, ut pote quæ ordinario fere nomine *Aſthmatis* intelliguntur, conducunt, ſunt incidentia, reſolventia, expectorationem promoventia &c. In ſpecie *Nicotiana. Gummi Ammon.*

Spiritus Aſthmaticus D. Michaelis, *ex part.* ij. *viridæris, gummi ammon. part* j. *ſulphuris* ¼. partis, v. g.

℞. *Virid. æris* ℥ij. *g. ammon.* ℥j. *ſulph* ʒvj. *M.* deſtillentur per retortam, ſeparetur ſpiritus ab oleo, rectificetur per alembicum cui imponatur Nodulus *Croci*, Spiritus hic potenter incidit, attenuat, reſolvit, Doſis guttæ XXX. vel XL. aut diluitur cum *decocto hyſſopi*, *eſſentia helenii*, & fiat miſtura cochleatim uſurpanda. Porro *radix raphani, ari, zed. zinzib. bryon. conveniunt.*

Radix *ari* acris pulveriſata pro expectoratione etiam egregia eſt, *Aqua*, ſive *ſpiritus* rad. *zedoariæ* multum confert ad liberandum pectus à ſaburra & uberiorem ſpirituum procurandum.

Hiſce addatur *helenium*, *marrubium*, *hyſſopus*. *calaminth. roſmar.* tantopere à *Borello* laudatus, *Cent 4. obſ 48* *crocus* item, ut & *ſperma ceti*, quod in paroxyſmo à ʒß. ad ʒj. in vehiculo *cerevisiæ* calidæ propinatum

mirabile

mirabile eſt in eodem ſufflaminando; Vide *Timæum Epiſt. pag. 112. In caſ. p. 7.* Mirabilis eſt hujus effectus in paroxyſmo aſthmatico, etiam atrociſſimo.

Ex his plures licet concinnare formulas, v. g. vinum Pectorale.

℞. *radic. ireos Flor.* ℥j. *helenii* ℥ij. *imperat.* ſive *zedoar.* ℥ß. *herbar. marrub. m.* ij. *comar. hyſſopi, roſmar.* āā. *m.* j. *ſemin. aniſi fœnic.* āā. ʒvj *paſſular. min.* ℥ß.

Inciſa infundantur in vino, vel *coquantur cum aqua & melle pro mulſa pectorali*; Vel cum *aqua, aceto & melle* pro *Oxymelite ſquillitico*.

Tentandum etiam aliquando *quid Salivatio Mercurialis* in *Aſthmate hum.* contumaciori præſtitura ſit. Occaſionem ſuggerit *Thiermair. conſ. p. 146.* qui refert aſthma per ptyaliſmum ex *Pil. cum Merc. dulci* curatum.

Idem refert aſthmaticum ex *pediluvio cerevisiæ cal.* factum aſthmaticum, & ab aſthmate liberatum. Unde confirmatur pediluviorum uſus in aſthmate. *Etmuller.*

Quoad *Aſthmata ſicca, convulſiva*, ſive *occulta* medendi rationem habuimus, Quoad *materiam medicam*, obſervandum eſt dictum *Helmontii*, quod nempe id quod Epilepſiam adultam ſanat etiam tabem aſthmaticam ut remedia *antepileptica & antihyſterica* tam *fixa*, quam in ſpecie *volatilia*, hic ſunt convenientiſſima, obſervante *Williſio*, quibus ſubinde de *laudano* aliquid addendum, quod in talibus morbis convulſivis nulli cedit remedio.

Veſicatoria quoque ſcapulis aut brachiis applicata, ſubinde multum opis præſtant, tam irritatione moleſta *ſpirituum inſilientium motum divertendo*, quam *ſeri acrioris*, præſertim *ſcorbutici*, talis aſthmatis crebriorem fomitem *derivando* aut *avertendo*.

Conveniunt igitur *ſal volatile ſuccini, c. c. ſanguinis humani* ac horum *ſpiritus, caſtoreum*, atque ex hoc parata remedia, Medicamenta ex *aſellis* & *lumbricis, cinnabarina* & ſimilia: *ſulphura metallica* & ſimilia.

His remediis utiliter interdum interponitur, interdum præmittitur *Vomitus*, inprimis ubi malum hæret in abdomine, niſi hyſterica pathemata obſtaculo fuerint, Certe refert *Boyle in Exper. p. 92. & 377.* Aſthma inveteratum, & fere deſperatum, per uſum *laudani Opiati.* cum *ſpiritu ſangu. humani* alleviatum, Item p. *370.* aſthma convulſivum per ſalia volatilia curatum. *Etmuller.*

16. *Venæ ſectione*) Quin & in ipſo paroxyſmo, inſtituta cito nonnunquam ægrum ab oppreſſione liberat, neque enim magis idoneum aut efficacius occurrit præſidium ſanguinis miſſione, ſæpius iteranda juxta paroxyſmi vehementiam & ægri vires: ſive enim oppreſſionem faciat decubitus humorum in meatus aſperæ arteriæ, per arterias & glandulas; ſive hanc inducat ſanguis admodum rarefactus & æſtu percitus, vaſa expandens, pulmonum, & bronchia comprimens ſua hac rarefactione; venæ ſectio optimum perpetuo fuerit remedium, & celerrimum auxilium afferens duabus de cauſis, 1. quia ſedat & compeſcit fermentationis humorum motum, ac fluxionis partem ſubtrahit 2. quia depletis vaſis prohibet ne pulmonum vaſa tracheæ arteriæ ductus comprimant, adeo ut aër facilius hos ſubeat, ac reſpiratio illico facilior fiat, quin & ipſum ſerum vaſis elapſum facilius & citius tunc reſorbetur & reſumitur à maſſa ſanguinea, cum plenitudo vaſorum dempta fuerit. *Ex Tract. novus Pract. p. 30.*

16. *Venæ ſectio* per ſe in Aſthmate nullum habet locum, per accidens vero ad circulatorium ſanguinis motum promovendum ſubinde neceſſaria eſt, v. g. ſi vel ex primario ſanguinis vitio, vel ex accidenti in paroxyſmo ſanguis ſtagnat circa Pulmones, adeoque plus minus in ſuo circulo ſiſtitur ad venæ ſectionem properandum, pro liberiori ſanguinis circuitu per pulmones conciliando. *Etmuller.*

17. *Materia per incidentia &c.*) Medicamenta alia, quæ aſſumpta *leniendo vias & detergendo*, *incidendo* materiam in pulmonum vaſis infarctam, ad expulſionem per tuſſim idoneam reddunt, aut ſaltem ne in anguſtiis hæreat, ſed rurſum in ampliores vias remeet procurant, unde & in qualicunque cauſa conveniunt, variis formis exhibentur: *Decocta* ejuſmodi ſæpe exhibita, mane & veſperi proderunt.

℞. *rad. liquir.* ℥j. *enul. ireos* āā. ℥ß. *capill. ven. hyſſopi*, āā. *m.* ß. *paſſular. enucl. ficuum*, āā. ℥j. *croci* ℈j. *coque, adde mellis q. ſ. bibat.* Vel ſic.

℞. *marrub. ficer, chamædr. hyſſopi* āā. *m.* j. *flor. ſtœch. p.* j. *coque in aqua & melle, bibat.* Vel ſic.

℞. *rad. ireos* ʒij. *fol. marrub. rutæ, calamint.* āā. ʒj. *ſem. urticæ, fœnugr.* āā. ʒij. *paſſul. enucl.* ℥j. *bulliant, addito melle, vel etiam oxymel. ſcill. utatur.*

Vinum ex maceratione ſequentium hoc utile erit.

℞. *rad. liquir.* ℥iß. *ireos* ℥j. *enulæ* ℥ß. *angel. ſeſile ppr.* āā. ʒj. *marrub. hyſſopi* āā. ʒiij. *ſem. aniſi, fœnic.* āā. ʒij. *urticæ naſturt.* āā. ʒj. *mell. deſpum.* ℥vj. *Vini albi menſ.* j. Platerus.

17. *Materia per incidentia*) Vide infra cap. v. de Tuſſi §. *Incidentibus & expectorantibus.*

18. *Cavendo nimis calida & exſiccantia*) Partes enim tenuiores abſumendo reliquum incraſſare poſſunt, & ita affectum contumaciorem reddere, ideo humectantia admiſceantur, *paſſulæ, ficus, liquiritia, jujubæ, violæ. Riverius.*

19. *Laudantur*) Hoc Decocto *Joel Pr. l. 3. ſect. 1. c. 4.* in Orthopnœa facultatem reſpirationis ſæpius reſtituit.

℞. *Zedoar.* ℥ß. *gummi ammon.* ʒij. *flor. ſulph.* ʒiij. *croci* ℈j. *contuſa coquant. in hydromel.* ℔j. ad medias, de quo ſæpius propinetur cochl. j.

Spiritus baccar. ſambuci in ſumma dyſpnœa valde proficuus eſt, da coch j. vel ſemis cum ſaccharo. *Martinus Blockvvitzius Anat. Sambuc. ſect 3. c. 13.*

Flores roriſmarini, ſeu ejus *folia coque* cum *vino* optimo & *melle* ad dimidiat, ſume ante ſomnum, miro aſthmati conferunt, vocemque clarificant. *P. Borellus cent. 4. obſ. 46.*

Secretum *ſemen ocymi citrati* ex *jure pulli* decoctum cum *moſchi gr.* ij. *J. Ph. Brendelius conſ. 73.*

Vitum ad x. horas aſthmatico paroxyſmo afflictum vidi, cui cum forte ab adſtantibus offerretur *ſpongiola aceto roſ.* intincta, ut vires recolligeret, ſubito fluxus interceptus, & ita paroxyſmu quaſi miraculo quodam ſedatus eſt. *Balth. Brunnerus conſ. 34.*

Mulieri paroxyſmo aſthmatico conflictatæ adfui, derepente ſuaſi ut ſumeret *aceti rutæ*, quod ſtatim ſupra januam cubiculi in promptu erat, cochlearia duo & ita miraculo quaſi quodam ſedatus eſt paroxyſmus. *Dom. Schonfelder. Hiſtor. & curat. 44.*

Oleum Fraxini in aſthmate mirificum eſt, ſi ʒij. ſingulo mane ſumantur. *J. Th. de Bry Intr. ad vit. Phil. Tr. 2. c. 16. Cl. Deodatus.*

Dioſcorides maxime probat in potione *Botrym*, & eſt valde efficax ad diſſipandam materiam in pectore contentam, *Capivaccius Pr. l. 2. c. 2.*

Mire probatur *Decoctum botryos* cum *meliſſa, beton. hyſſopo, pulv. rad. alth. &c. Crato l. 1. conſ. 91.*

Vinum meliſſatum eſt maximum ſecretum in aſthmate, ut & *vinum pulmonariæ*: Item *infuſio aſell. in vino albo* eſt ſecretum in aſthmate. *Cl. Deodatus Panth. p. 140.*

Semen urticæ cum melle deſpumato conditum in aſthmate eſt remedium. *Auguſt. Etzlerus Iſag. Phyſ. mag.*

Convenit pomum dulce *Appium*, quod excavetur, immitte *pulv. thuris* ʒj. *ſacch. c.* ʒiß. tunc obturatū operculo, & involutum charta madida, coquatur ſub cineribus calidis, mundatum detur ægro hora ante cœnam ad aliquot dies; Præſtantiſſimum eſt remedium ad omnes

Pulmonum affectus, quia lenit, maturat, ſputum adjuvat, ſi addatur pomo ℈j. *flor. ſulph.* adhuc præſtantius erit. R. à *Fonſeca Tom. 2. conſ. 85.*

Curavi quendam qui ſæpius inter ambulandum & dormiendum hoc malo corripiebatur, exhibito pulvere ex *cinnab. antimon. gr. ij. ex aqua aſthmatica* per integrum menſem & liberatus eſt. *Obſerv. Grembs.*

Arcanum eſt quod ſequitur.

℞. *croci* ℈ß. *moſch. gr.* ij. Miſce cum *decocto rad. ireos. Hertodus Crocolog. c. 12.*

Arcanum & hoc eſt.

℞. *Vird. æris* ℔iß. *g. ammon.* ℔j. deſtillatus ſpiritus ab oleo ſeparatus rectificetur, appoſito alembico *croci* ʒj. Doſis gtt. x. vel xii. in *hydrom.* vel ſimili. *Idem ib.*

Si à *potu frigido* oriatur, ſolo *ſucco bellidis* curatus eſt à D. *Michaelis. Frid. Hofmannus m. m. p. 310.*

Dyſpnœam mirabiliter levat ſola *rad. zedoariæ* comeſta. *Fr. Joel.*

Contra Aſthma quod *metallici ex mercurialibus halitibus* contrahunt, præſcribere ſolent *aquam panis porcini*, unicum contra Pulmonis vitia remedium, Ineſt enim vis mire diaphoretica. *Ath. Kirkerus. Mund. Subt. lib. 10.*

Importuna orthopnœa *combuſta noctuæ* pulvere cum *ſacchare*, vel elect. ex eo cum *melle* parato curatur, dozis ʒß. mane & veſperi, *Zacutus in Pr. hiſtor.*

Orthopnoea ex obſtructione à flatu craſſo ſuborta, *ebeni* decocto curata. *Idem.*

Aqua quæ in arborum lacunis caviſque corticibus conſiſtere ſolet, ſuſpirioſo potui data, celeriter eum ſanabit, & omni periculo liberabit, ſi aſſidue vel ipſa pura vel mixta exhibeatur. *Marcellus lib. Med. c. 17.*

Solemus tum extra paroxyſmum tum in eo uti medicamento quod eſt efficaciſſimum, & eſt *aqu. deſtillata ex cochleis* ſeu *limacibus* in qua immaceratur. *Botrys: Mercurialis.*

A proprietate occulta maxime valent *lepuſculi* combuſti & in cinerem redacti. *Idem.*

℞. *balſam. ſulph.* ʒß. *flor. benzoes* ℈ij. *olei ſacch. per deliqu. facti cum ſpir. vini* ℥iiß. *m. dozis cochl.* j. omnibus pulmonum morbis maxime prodeſt. *Johann. Bapt. Spondanus. Tract. de Pulv. viper. p. 185.*

Nihil magis profuit quam *ſperma ceti* & potiuncula *ex ammon.*

℞. *g. ammon.* ʒß. *aqu. hyſſopi* ℥iiij. *vini Rhen. unc.* ij. M. ſuper ignem, fiat Potus. *Timæus.*

Paroxyſmum nullo modo feliciter demulcere potui quam *aqua ſaſſafras*, cum *cinnam. & cortic. rad. fraxini* exhibitione Vrinæ & ſudores ejus uſu ſatis copioſe profluxere; *Idem caſ. 11. lib. 2. de aſthmate feroſo.*

Ad difficile aſthma detur non febricitanti cum *vino bolus Armen.* cum *vino calido lymphato*: qui hac medicina non ſanatur, nulla alia ſanabitur, quod multoties experti ſumus, Et hoc habet à proprietate mirabili & divina, quæ in eo eſt. *Gul. Varignana.*

Quidam avem *bubonem* totam cum plumis comburunt, pulveriſant, & cum *ſyr. ſcabioſæ* permixtum feliciſſime dant. *Arn. Weickardus.*

Radix aronis pulveriſetur, cum farina miſceatur, panis inde coquatur, qui mirifice juvat. *M. J. Wittichius.*

Efficaciſſimum, nobiſque valde probatum hoc eſt.

℞. *radic. ari, liquir. ireos, ãã.* ʒj. *hyſſopi, ramuſcul. lentiſc. ãã. p. j. bulliant in ſ. q. aquæ*, colentur, adde *boli Arm. pulv. liquir. pulm. vulpis præp. ãã.* ℈ij. *maſtich. croci. ãã gr. ij ſacch. albi in decocto ſolut. q. ſ. f.* Confectio in Tabulis ſæpius in ore tenendæ & deglutiendæ. *Zecchius conſ. 58.*

Fiat diverſio per clyſtera, deinde procuretur dilatatio pectoris cum *oleo amygd. dulc.* id continuo paulatim lambendo; Q[illegible] ſemper [illegible] um ſentiret paroxyſmum [illegible] um, b[illegible] hauſtum olei ſimpl. & ſanabatur.

Montanus conſ. 123.

Aſthma diuturnum in quodam tandem curatum eſt *aqua ſalis armon.* quæ ſic paratur.

℞. fol. ſempervivi xx. aut xxx. contunde in mortario, affuſo aquæ font. momento, cola cum expreſſione, ſicut emulſiones fieri ſolent, adde *ſalis armon.* ℈j *m.* Aliis contulit egregie. Idem præſtat ſpiritus ejus, vi diuretica. *Jeremias Martius obſ. 12.*

Præmiſſo vino emetico, quod pulmonum & pectoris mala mire ſublevat, ſequens Pulvis à ℈ß. ad ʒj ſingulis diebus mane ac veſperi, cum vino albo aut juſculo uſque ad mali declinationem exhibeatur.

℞. *card. ben. ſinapi ſylv. ãã.* ℈ij. *piper. longi* ℈j. *fol. ſennæ mundat.* ʒij. *aniſi* ℈j. *f. Pulvis ſubtiliſſ.* Hiſpano plures priſtinæ ſaluti reſtituimus *M. Ruland Cent. 6. Cur.*

Laudantur) *ſuccus ſcabioſæ & ſonchi* per ſe vel cum *melle* exhibiti. Vel

℞. *ſuccor. enulæ, hyſſopi, marrub. ãã.* ℥j. *aq. hyſſ. ungul. caball. ãã. unc.* iij. *ſacch. q. ſ. coqu. capiat frequenter.*

Vrinæ propriæ potus plurimum juvare creditur. *Aqua* ſequens ſenſim ſumpta cochleatim, ut ad pulmones penetret, multum proderit.

℞. *rad. ſcyllæ præp.* ℈ij. *rad. enul. unc.* ß. *porror. unc.* j. *ſem. ſinapi & naſturt. ãã.* ʒj. *cinnam* ʒiij. *contundantur addito vino forti elicitatur Aqua ad uſum, cui adde mell. ſcyll. vel anth. donec* dulcoretur.

Oleum amygd. r. bibitum plurimum confert vel *butyrum* recens affatim ſumptum.

Comeſta ſequentia proderunt, *Caricæ* parum aſſæ, & in *aqua vitæ* maceratæ.

Caparum vel *porrorum rad. coque ſub cineribus*, edant pauperes cum *melle & butyro*; Vel *ari* & *ſerpentariæ radices* ſic toſtas: ne fauces inflamment contundantur, & cum *ol. amygd.* ſumantur & *ſacch. vel melle*: Vel coquantur prius & aqua abjecta uſorpentur.

Scylla item toſta cum *melle*, Forte commodius ſic.

℞. *ſuccor. porror. unc. ij. ſucc. rad. ari vel ſerpent. unc.* j. *ſucci ſcyllæ, raph. ãã. unc.* ß. *ſucc. hyſſopi, enul ãã. unc.* j. *mell. opt. quart.* j. *coque ad conſiſtentiam Electuar.*

Conſerva enulæ & rad. ireos frequenter ſumpta. *Laricea* ʒj. *cum vitello ovi & melle.*

Sulph. præp. i. e. ſæpe ablutum *aq. ung. caball.* cũ *rad. ireos* & pauco *ſale* in *ovo* ſorbili ſingulis ſumat matutinis.

Pulvis hic conveniet.

℞. *rad. liquir. polyped. ſicci ãã.* ʒij. *ireos, enul. ãã.* ʒj. *ari* ʒß. *ſem. naſturt. urticæ ãã.* ʒj. *cinn.* ʒj. *croci* ℈j. *pulm. vulp. præp.* ʒij. *ſacch. ad dimidium ponderis, f. Pulvis, vel cum aqua tuſſilag. aucta ſacch. quantitate fiant Tabulæ.*

Laudatur hoc admodum.

℞. *croci* ℈j. vel ℈ß. *moſchi* gr. j. detur cum *vino albo.*

Pilulæ ex ſequ. lacrymis ſunt efficaces.

℞. *gum. amm. diſſol. in aceto ſcyll.* ʒij. *ſtirac ſagapeni myrrhæ ãã.* ʒß. *laricea cocta* ʒj. *ſpicæ* ℈j. *croci* ℈ß. *excipe melle, f. Pilulæ*, Capiat frequenter ʒß. *Platerus.*

20. *Aqua Bryoniæ*) Ex *radice bryoniæ* excavata, & ruſum proprio operculo obturata, inque cella poſita, intra paucas horas aqua colligitur, quæ ſæpius exantlata in Balneo deſtillatur, *cujus* ℥iij. *cum ſpir. vitrioli* ʒij. miſcedentur. Ejus cochleare j. quotidie exhibitum aſthmaticos mirifice juvat, pulmoneſq; impuritatibus refertos expedit, reſpirationemq; liberã reddit. *Finckius Ench. c. 15.*

Anguſtiam Pectoris *ſuccus bryoniæ* mirabiliter dilatat, & omnib. præſtat, qui ſic paratur &c. *J. Harmann. in Pr.*

21. *Bryonia*) Quæ præter vim laxativam ſpecialem uſum habet contra aſthmata: diſſolvit quoque grumoſum quicquid eſt & coagulatum in corpore, & pectus liberat. *Eimuller.*

Aqua *vitis albæ* mirabilia operatur, *Petræus.*

22. *Aqua Nicotianæ*) *Aqua de Peto* deſtillata eſt [illegible] gia, *Eſſentia Peti cum ſpir. vini* extracta, & melle excepta, egregium eſt expectorans, *Syrupus de peto* ex multiplici inſi-

infuſione paratur, atque ſic magis à vi vomitoria liberatus, eſt perquam utilis. Hinc *Oxymel de Peto Quercetani* admodum proficuum eſt, Hinc & *Poterio* eſt baſis *Oxymel. ſui aſthmatici cen.. 2. cur. 45.* Alii.

℞ *vini malvat. vel Hiſpan. melioris coctis ā ā.* ℔ vuj. *folior. tabac. ſicc.* ℥ß. *rad. enulæ* ℥iv. *polypod.* ℥ij. bulliant, Fit Potus aſthmaticis valde utilis

Imo ſolus *fumus Nicotianæ* per tubulum hauſtus, paroxyſmum cohibere obſervatur. *Etmuller.*

Tabaci fumus per multos dies ſumptus, non tantum ab affectione liberavit, ſed in præcautione etiam idem mirabiliter profuit. Sed opportune ſumendus, bis tantum in die, nempe à ſomno, & duabus horis ante cœnam, Prodeſt in aſthmate à cauſa frigida, in ſubſtantia & bronchiis pulmonum obſtructis. *G. Calder. Illuſtr. 15.*

Aqua & ſyr. nicotianæ veræ valde juvant. *Fr. Joel.*

Tinctura peti ſicci extracta cum *aqua vitæ, melle* excipitur. datur ad piſi vel fabæ magnitudinem, in ore detinetur ſenſim deglutiendo pituitam copioſe trahit à ventriculo & pulmone. *Riverius.*

β. *Decoctum galli veteris*) A Antiquis & priſcis & neotericis laudatum, quod licet *Septalius* velut craſſum & effœtum damnavit Riverius tamen poſtliminio vindicat, atque ad teſtandam hujus remedii efficaciam, experientiam ſuam alterius experientiæ opponit: Iura hæc bini generis viz. cum vel ſine purgantibus, & utriuſque varia & diverſimoda apud practicos recepta extant; unam autem aut alteram formulam proponemus.

Sine Purgantibus exemplum vulgare hoc eſt.

℞. *rad. enulæ & ireos Flor. ā ā* ʒß. *fol. hyſſopi & praſſ. ſiccat. ā ā.* ʒvi. *ſem. carth* ℥j. *ſem aniſ. & aneth. ā ā.* ʒij *liquir. raſ. & paſſular. mundat. ā ā* ℥ij. *præparentur & inſuantur ventri galli vet. qui decoquatur in aq. font.* ℔. xv. *donec caro ab oſſibus abſcedat, colatura per ſubſidentiā depuretur, Liquoris clari* ℥vj. *dentur cum oxym. ſimpl.* ℥j.

Vel ſi remedium hoc ſolut. deſideratur, in unoquoque hauſtu diſſolve *caſſiæ rec. mannæ ā ā.* ℥ß. ſumatur per plures dies continuos. quandoque per menſem integrum.

℞. *rad. Enul. & Ireos flor. ā ā.* ʒiß. *fol. hyſſop. tuſſilag. ā ā m. ß. liquir. raſ. paſſul. mundat. ā ā.* ʒij *fic. pingu. n.* iv. *ſenn. mundat.* ʒiij. *rad. polypod. qu. ſem. carth. ā ā.* ʒiß. *ſem. aniſi* ʒß. coqu. cum tertia vel quarta parte Galli veter. ſ. a. & fiat Juſculum pro una vice mane ſumendum, Continuetur per xii. vel xv. dies. *Willis.*

Platerus ſequentem Galli præparationem cæteris anteponit.

℞. *Gallum aliquot annorum jugulatum, Infarciatur ſequentibus Pulmonis vulpis fruſto recenti, vel præpar. & ſiccati* ℥j. *paſſular. mundat. & ficuum ā ā* ℥ij. *rad. enul.* ʒj. *ß. hyſſopi, ſatureja, marrubii, thymi, calament. puleg. ſiccar. ā ā.* ʒj. *ſem. fœnic. aniſi ā ā.* ʒj *ſem. carth. contuſi rad. polyp. ā ā* ℥ß. *tart. alb.* ʒj. *ſalis* ℥ß. *vitell. ovor. n.* ij. *butyr. r.* ℥ß. Incidantur & *contundantur ſ. a.* inſuantur Gallo, decoquantur donec caro ab oſſibus ſecedat, in multa aqua, vaſe amplo, ne opus ſit novam affundere, Dein eam colato, & in ℔ x. adde mellis deſpum. ℔j. ne cito corrumpatur: Capiat Scutellam unam mane, diſſolvendo *caſſiæ recentis & mannæ ā ā.* ℥ß. continuando ad multos dies, ut menſem & amplius: Quod eo melius juvabit ſi mox etiam *terebinth.* ʒj. cum penidiis in forma boli aut aliter aſſumatur.

Septalius in animadv. Pract. hæc *Jura galli veteris* damnat tanquam inutilia, vel potius noxia; rationes illius ſunt, Quod experientiæ non reſpondeant, & irrito ſucceſſu à ſe & aliis Medicis Mediolanenſibus fuerint uſurpata, Quod ex longa ebullitione nutritiæ illæ partes ſubſideant, atque in percolatione abjiciantur, Alias rationes vide in *Indice Med. Pract.* vel ipſum *Riverium*, qui hanc formulam proponit.

℞. *rad. enul. camp. & ireos Flor. ā ā.* ʒiß. *fol. hyſſopi & tuſſilag. ā ā. m.* j. *liquir. raſ. & paſſular. mund. ā ā.* ʒij *ficuum pingu. n.* v. *ſenna mund.* ʒiij. *polypod. qu. & ſemin. carth. cont. ā ā.* ℥ß. *ſem. aniſi* ʒiß. *coqu. cum tertia vel quarta parte galli veter. ſ. a. & fiat Juſculum.* Nota Gallo demenda eſſe ἀκρωτήρια. Licet alarum extrema, pedes, collum & caput, quæ ſuccum viſcidum & glutinoſum emittunt.

α. *Compoſitum ex aqua &c.*) Propoſitum etiam à *Riverio.* Aquam autem deſtillari vult in maris Balneo.

β. *Syrupus Nicotianæ*) Vel magis ſic compoſitus.

℞. *fol. peti, hyſſopi, praſſii albi, capill. Ven. ā ā. m.* j. *rad. ireos Flor. liquir. raſæ ā ā.* ℥ß. *coqu. ad* ℔iß. *In colat. diſſolve ſacch. albi* ℔j. *mellis albi* ℔ß. *f. ſyr. perfectè coctus, clarific. & aromatiz. tantillo croci & cinnam. da* cochlear unum vel ij. mane, Ejuſdem virtutis eſt *oxymel & ſyr. de Peto Quercet.* in Pharmac. deſcriptus. Ex *Nicotiana ſicca* elicitur Tinctura cum *aqua vitæ melle* excipitur pauca illius quantitas, & ad piſi vel fabæ magnitudinem in ore detinetur, ſenſim deglutiendo: Pituitam copioſe trahit à Ventriculo & Pulmone (*& à vaſis ſalivaribus &c.*) *Riverius.*

γ. *Spiritus ſulphuris*) Qui viſcidam pituitam diſſolvit & bronchia aperit, ſi illius guttæ iv. aut v. ſumantur cum juſculo aut ſyrupo convenienti.

δ. *Sulphuris*) Cujus *flores* cum *butyro recenti* ad Pilular. formam redacti, per triduum exhibiti mane ad ℈j. aſthmaticis multum juvant.

Ejuſdem *Lac* idem præſtat majori efficacia & minori doſi, quæ gr. viii. tranſcendere non debet. Ex *floribus* fiunt Tabellæ optimæ.

℞. *pulpæ rad althææ & rad. ſymph. maj. ā ā.* ℥ij. *flor. ſulph.* ʒij. *flor. benzoini* ʒß. *ſacch. in aqua lilior. alb. diſſol.* ℥viij. f. Tabellæ ore detinendæ *Crocus* in condimentis pectori utilis eſt, Tum etiam *Bellarium ſinapi cum melle* paratum egregie expectorat. *Riverius.*

24. *Spiritus ſulphuris*) *Spiritus ſulphuris per camp.* egregius eſt in paroxyſmo, Sicut alias extra poroxyſmum crebrior *flor ſulph.* uſus pulmonibus optime confert, In paroxyſmo nempe

℞. *aquæ hyſſopi* ℥iv. *ſyr. de helenio* ʒii. *vel* iij. *ſpir. ſulph. q. ſ. ad gratam aciditatem, m.* capiatur crebrius cochl. j.

Quin etiam ſolus *ſpiritus ſulph.* cum aqua appropriata propinatur ad attenuandum, abſtergendum, & tuſſim expuitione promovendam à quibuſdam exhibetur, V. g.

℞ *aqu. flor. rapar.* ℥iv. *cinnamomi ſpirituoſæ* ℥ß. *ſyr. de nicotiana unc.* j. *ſpir. ſulph. q. ſ.* pro ſubtili ſapore acido. M. Vel

℞. *aquar. hyſſopi, fœniculi. flor. rapar ā ā. unc.* j. *ſpir. zedoar.* ʒvi. *ſulph. q. ſ.* ad gratum acorem.

Quibus etiam miſturis *gummi ammon.* addi poteſt, niſi ſapor moleſtus fuerit. *Etmuller.*

Magnæ virtutis eſt in paroxyſmo aſthmatico *ſpiritus ſulphur.* ex ſulph. *& viridi æris* paratur, doſis ad ℈i. cum cereviſia. *Rolfinkius.*

25. *Sulphuris*) *Flores ſulphuris* extra paroxyſmum pro pulmonum conſervatione, atque, ſi læſi fuerint, reſtitutione uſurpantur. E. g.

℞. *flor. ſulphur. ſacchari ā ā. q. v. MS.*

Aut etiam *balſamus ſulphur. terebinth. & aniſatus*, nobile eſt in aſthmatibus humidis, præmiſſis præmittendis remedium. *Etmuller.*

In aſthmate *Tinctura ſulphuris* eſt optimum. *Johan. Agricola comm. in Poppium Tr. de ſulph. p. 450.*

Eſſentia ſulphuris aſthmatici egregie medetur. *Idem pag. 466.*

Cap. XIX.

De Aſthmate.

1. A*ſthma eſt* [2]*. frequens, denſa & anheloſa cum ſtertore & ſtrepitu reſpiratio, à pertinaci bronchiarum pulmonis ſeu obſtructione, ſeu compreſſione proveniens.*

Signa Incipientis ſunt gravitas pectoris in curſu & acclivi itinere difficilis reſpiratio, raucedo, [3]. tuſſis, flatus in præcordiis &c.

[4]. *Præſentis* in definitione ſunt expoſita, Adeſt aliquando febris, ſed & [5]. ſonitus & ſtertor, quia quandoque [6]. materia in bronchiis aſperæ arteriæ hæret, quæ, dum ſpiritu exploditur, ſonitus excitatur: quandoque extra eas in lævibus arteriis. Inſpiratio exſpiratione eſt difficilior. Cum enim in inſpiratione nec pulmones ob materiæ copiam, nec thorax ob motus imbecillitatem facilè moveri poſſint; natura interpoſita quaſi quiete vires dejectas refocillare conatur; in exſpiratione operis inſtrumenta ſuapte ſponte concidunt.

[1]. *Aſthma*) Dicitur ab ἀσθμαίνειν (quod eſt anhelare ſive difficulter reſpirare) deſcribi poteſt, Quod ſit reſpiratio difficilis, crebra & anheloſa, cum magna pectoris agitatione, & plerumque citra febrem. *Willis.*

Ἄσθμα latinum nomen non habet, & videtur dici quaſi ᾆσμα, cantus, *Heſychius* enim exponit per συριγμόν, fiſtulationem, fortaſſis ex 7. *Epidem.* 28. in filio *Antiphanis* cui συριγμὸς ἐν φάρυγγι, mecum eſt *Celſus lib.* 4. c. 4. Vide Foëſium in ὑποσυρίζω, Accidit tum cum bronchia pulmonum ita ſunt oppleta, ut reſpiratio non fiat ſine ſibilo, qua ratione pertinet ad inſtrumentum tantum. *Hofmannus Inſtit. l.* 3. *c.* 79.

[2]. *Eſt frequens, denſa, anheloſa &c.*) Inter affectus quibus pectoris regio infeſtari ſolet, ſi illorum tyrannidem & feritatem ſpectes, Aſthma (quod ob peculiare interdum ſymptoma etiam *orthopnoea* dicitur) locum minimo obtinet; hujus enim paroxyſmis vix quicquam aſperius aut terribilius occurrit; Reſpirationis organa, quin & præcordia, quæ ipſius vitæ fundamenta & columnæ ſunt, ab hoc morbo tanquam à terræ motu concutiuntur adeo & nutant, ut nihil minus quam totios fabricæ animalis ruina imminere videatur, quippe reſpiratio, per quam potiſſimum vivimus, hujus morbi inſultu valde impeditur, & tolli periclitatur. *Willis.*

[3]. *Tuſſis*) Tuſſis aſthmatis comes eſt cum occurrit in Pulmonum bronchiis materia acris fibras vehementer vellicans ac in fortes contractiones adigens, quarum cauſa cum aër ſolito celerius majorique impetu ad exitum ſollicitetur, ac violenter allidat tracheæ arteriæ parietibus ſonum excitat in tuſſi perceptibilem: Tuſſis autem hæc humida eſt, cum materiæ in pulmonibus contentæ ea conſiſtentia donatæ ſunt quæ requiritur ut ab aëre comprehendi poſſint, & tandem per anacatharſin extrudi; *Sicca* contra tuſſis eſt cum materia admodum tenuis & ſubtilis eſt, neque enim ab aëre excipi poteſt, qui ſecum eam extrundat, in expiratione. Vel quia ſupra bronchia poſita, quo loci fortiter adhæret, commode enim, ratione ſitus expelli nequit. Attamen nullo præſente humore acri intra bronchia, interdum Tuſſis ſicca ægris moleſta eſt; tunc credendum eſt hanc induci ab irritatione fibrarum, facta à quibuſdam corporibus in ejuſmodi meatibus latentibus; cujuſmodi ſunt, e. g. tubercula, ſcirrhi, calculi, aut tandem aliqua materia coogeſta quæcunque illa fuerit. *Ex Tract. Nov Pr. p.* 25.

[4]. *Præſentis*) Ut rite dignoſcantur *Aſthmata ſicca vel humida*, obſervandum quod in *Aſthmate manifeſto*, ſi malum ſit à *muco in bronchiis pulmonum contento*, quod reſpir[ati]o difficilis fiat *cum ſonitu ex profundo*, eoque *ſterto[r]e & tuſſi*, ac pituitæ plus minus copioſæ excretione, quæ quomagis excernitur, eo magis affectus minuitur.

Si vero materia peccans ſit *in ſubſtantia Pulmonum*, vix talis adeſt ſonitus, nec niſi ſucceſſive quiddam, idque non adeo copioſe, per tuſſim aliquid rejicitur.

Si tamen *vitium eſt humorale*, in pulmonibus aut ventriculo, aſthma ſolet eſſe continuum, quod ſemel etiam curatum, antequam denuo repetat, ſucceſſivi incrementi ſigna prodit; Utut autem ſit continuum, ſubinde tamen exaſperatur, idque præſertim veſperi ac nocte, quo tempore omnes ægri, aſthmate humoroſo affecti, pejus habere ſolent, quod tamen omni aſthmati fere commune eſt, ut veſpertino ac nocturno tempore acerbius affligat, *Item* quod motu corporis ſemper exaſperetur, *item* quod pro aëris mutationibus melius vel pejus habere ſoleant ægri.

Quoad *Aſthmata* vero *ſicca*, ſpeciatim *convulſiva*, ſine talis materiæ peccantis, vel præſentis, vel antecedentis indiciis affligere ſolent, ac etiam ceſſare citra talis materiæ excretionem manifeſtam. Ex improviſo enim irruit in ægros, alias optime reſpirantes, atque evaneſcit citra ſenſile reſpirationis nocumentum, utut debiles admodum, plus minus tamen, ægri eſſe ſoleant. Saltem difficile eſt hariolari ubi lateat fomes & fermentum, ſive ſpina, nervos hoſtili ſua præſentia irritans & ad ſpaſmos provocans.

Si vitium *in capite* eſt, *vertigo*, aut alia capitis ſymptomata præcedunt paroxyſmum, aut alia ægros affligunt.

Sin vitium ſit *in abdomine, in plexibus meſenteriis lumbaribus* &c. alia ſymptomata *abdominis* vel antecedere vel conjungi ſolent, in ſpecie ſonitus, murmurationes, ſenſus vermiculationis in uno vel altero abdominis loco, tenſiones hypochondriorum &c.

Quod ſi *diaphragmatis muſculi*, aut loca vicina ſint affecta primario, ſenſus zonæ inſtar in iſta regione ubi diaphragma coſtis adnectitur, percipitur ab ægris. Sin *muſculi thoracem moventes* afficiantur, conqueruntur quodem ægri in paroxyſmo de ſenſu quaſi thorax univerſus firmiter conſtringeretur ac componeretur.

Si *laryngis & faucium muſculi* affecti ſint, ſuffocationis quaſi laqueo injecto ſenſum habent ægri.

Sin *Pulmo* conſtrictus primario ſit, inexplicabile quoddam impedimentū reſpirationis experiuntur ægri.

Obſervandū & hoc, quando *ſpaſmi* vel *muſculorum*, vel *fibrarum pulmonalium* dant aſthmata, quod tunc ut plurimum ſimul & tardior ſanguinis circuitus per pulmones eſſe ſoleat; adeo ut ex impedito plus minus ejus motu, inſignis in pulmonibus anxietas & majus imminentis ſuffocationis periculum adſit: ac tali in caſu malarum ac faciei rubor, vaſorum in collo major intumeſcentia, aut ſenſilis etiam arteriarum pulſatio adeſſe ſolet. *Ermuller.*

[5]. *Sonitus & ſtertor*) Quæritur an ſibilus neceſſario adſit? Ita, ſi quidem Aſthma eſſe debet, Ante enim

quam

quam enim fiat Aſthma non eſt, ſed Dyſpnoea; *Hofmannus l. c.*

[6]. *Materia in bronchiis*) Qua per tuſſim excreta ceſſat vel imminuitur affectus.

[7]. *Cauſa eſt aſperarum arteriarum*) Vias nullibi magis liberas eſſe decet quam in Pulmonibus, ſive anguſtentur quoad ſubſtantiam & viciniam, ſive quoad canales aſperæ arteriæ; Sunt enim bronchia extrema capillamenta aſperæ arteriæ, infinitis ramis, poſtquam cartilagines deſerunt, patentia. Nihil enim eſt aliud Pulmo quam velut ſpongia quædam, infinitis canaliculis excavata, tegmine membraneo undique intertextus & circumveſtitus, ut totus inflari ab extra preſſura aëris poſſit; interſtinctus tamen hinc canalibus, alias venoſis, arterioſis & lymphaticis, quæ ultima inprimis copioſiſſima illac decurrunt; Hinc temperamentum calidum & humidum, illud ab influxu ſanguinis, hoc à lympha deducendum, inprimis in Pulmonibus attendendum eſt; Cum vero viæ & expanſio reſpective ſe magis paſſive habeant, humores vero obſtruentes & ſubſiſtentes active, principaliter Thoracicorum theoria in hoc abſolvitur omnis, Sunt enim in genere quæ bronchiorum ſufficientem expanſionem, eorundemque & membranularum æqualitatem in integritatem, præcipue vero ſingulis illis velificantem humorum ſequacitatem & qualitatem reſpiciunt. *Wedelius Am. m. m. p. 140.*

[7]. *Cauſa eſt aſperarum exteriarum, ſed & levium &c.*) Medici plerique morbi hujus cauſam uſque proximam & fere unicam ſtatuunt Bronchiorum anguſtiam, viz. quod ductuum illorum ſpatia vel per obſtructionem, vel compreſſionem coarctata, quoties reſpirationis uſus augeatur, aërem in copia ſatis idonea non admittunt, quare ob pleniorem aëris quantum opus erit inſpirationem, reſpirationis organa nixibus crebërrimis, repetitis difficillime laborant. Quod autem nonnulli ſine manifeſta pulmonum labe paroxyſmis Aſthmaticis obnoxii reperiuntur, totum hoc vaporibus à liene, utero, meſenterio, aut alio quodam viſcere ſatis immerito adſcribitur. *Willis.*

[8]. *Obſtructio & compreſſio*) Si quidem ſtertor & ſibilus in Aſthmate eſſe debet, hinc reſponſio patet, an Aſthma à *frigiditate* quoque fiat? Eſt dyſpnoea, & illa quidem à debili facultate, An à *ſiccitate*? Non, eſt dyſpnoea, Et quis credat bronchia, corpora tam ſicca, ita collabi poſſe ut aëri negetur reciprocatio illa? An à flatu quoque? Dico iterum, eſt dyſpnoea, à compreſſo diaphragmate, non autem ipſis bronchiis, [illegible] enim ſunt. An à pure? Tum empyema eſt. *Hofmannus l. c.*

Prognosis.

[9]. **Curatio** cauſas reſpicit, & [10]. eſt *difficilis, ſi* ægri ſint ſenes, [11]. ſi aſthma ipſum inveteratum. *Parvæ ſpei*, [12]. *ſi* gibbi ex eo fiant, quia in his pulmonibus creſcentibus & ſpina non creſcente, in anguſtia pectoris calor ſuffocatur: *ſi* ſit cum febri acuta, quia cauſa aſthmatis à calore febrili exſiccata ineptior ad ejiciendum redditur, *ſi* Tuſſi ceſſante, difficultas reſpirationis manet, *ſi* vires ſunt imbecillæ, quia citò in ſyncopen incidunt.

[9]. *Curatio cauſas reſpicit*) Hæc vel *in paroxyſmo*, vel extra paroxyſmum inſtituenda, Deinde *Aſthma*, vel *ſiccum* vel *humidum*, Et tertio Aſthma eſt vel *morbus primarius*, vel *ſecundarius*, v. g. quod affligit phthiſicos aut hypochondriacos. Illud *primarium* in ſpecie curandum venit, *ſecundarium* vero non, niſi paroxyſmus aliquis gravius urgeat, Nam morbo ſanato, vel ablato primario, & hoc ſymptoma ceſſat. *Etmuller.*

[10]. *Et eſt difficilis*) Si præſertim Aſthma Pneumonicum ſocium ſibi adjunxerit convulſivum, nam etiamſi alterutrum ſolitarium ſit initio, tandem & alterum accedit, quapropter inferre licet quodvis Aſthma inveteratum affectum eſſe complicatum; vel partim oriri ex vitio pulmonum prave conformatorum; partim fibrarum & nervorum organa reſpirationis adeuntium: meatus enim aëris à quacunque cauſa adſtricti aut obſtructi, non eam admittunt aëris copiam quæ ad liberam reſpirationem requiritur, unde duo eaque non levia emergunt ſymptomata, quorum prius eſt, quod ſanguis non ut par eſt, aëris penuria, excitatus libere non præterfluit vaſa pulmonum, & ſegniter admodum cavit partem excrementorum propriorum in partes nerveas hujus viſceris.

Alterum eſt, quod idem ſanguis, aëris penuria corruptionem ſubiens, & refrigerationis defectu, cerebro vitioſum ſuccum, materiam ſpirituum animalium ſuppeditat, quem potiſſimum experiuntur inſtrumenta reſpirationis, jam ante debilia & læſa. Sin vero Aſthma ſpaſmodicum prius natum ſit, ſucceſſu temporis Pneumonicum comitem ſe adjunget, affectusq; fiet reciprocus, ratio eſt, quod motus pulmonum ſæpenumero interceptus, aut impeditus ab irritationibus irregularibus & convulſivis qui crebro accidunt organis reſpirationis, ſanguis libere circulare nequit, neque ut decet excrementa excutere, quo fit ut illorum portio pulmonum ſubſtantiam ſubeat, præſertim bronchia, qui poſtmodum ibi craſſitiem adipiſcitur & indureſcit; adeo ut ibi exoriantur aut tubercula, aut ſcirrhi, à quibus obturantur aut comprimuntur meatus, liberum aëri ingreſſum non permittentes. *Ex tract. novus Pr. ad Nebi ment. c. 1.*

[11]. *Si Aſthma ipſum inveteratum &c.*) Quod ad *Prognoſin* ſpectat, Aſthma inveteratum difficillime aut vix unquam curatur; veruntamen medicamentis & medendi methodo rite inſtitutis, magnum ſæpe juvamen affertur; viz. paroxyſmorum ferocia minuitur, induciæ longiores procurantur, quinimo ipſius vitæ diſcrimina frequenter imminere viſa tolluntur.

Morbus iſte in deterius vergens, aut phthiſin, aut hydropem, aut affectum quendam ſoporoſum, vel convulſivum minatur, juxta quod ſerum ob [illegible] præpeditum (quia ægri in lecto ſatis dormire nequeunt copioſius aggeſtum, aut in pulmone defigitur, aut in habitum corporis, aut ad cerebrum transfertur: Propter hanc rationem affecti melius in æſtate, quando liberius tranſpirant, quam hyeme degunt; melius item in regione calida quam frigidiori; flantibus Auſtro aut Zephyro, quam Euro vel Borea. *Willis.*

Aſthma chronicus eſt affectus, & curatu difficillimus, ſæpeque in cachexiam vel hydropem degenerat; Juvenes aliquando liberantur & non ſine magno labore, ſenes vero nunquam. Infantes, niſi mature curentur, ſuperveniente catarrho ſuffocante intereunt.

Aſthmati pleuritis aut peripneumonia ſuperveniens lethalis, quia pulmo à longo morbo debilitatus non poteſt graviſſimo morbo ſupervenienti reſiſtere, & materiam morbificam expellere. *Riverius.*

Aſthmata omnia ſunt periculoſa, & quidem inveterata, ſive ſint *humoroſa*, nam hæc fere inſignem Pulmonum læſionem arguunt, ſive *convulſiva*, nam talia epilepticum in quodam nervorum plexu radicatum fomitem præſupponunt. Rariſſime perfecte curantur, quod vel leviſſimo diætæ errore ſubito recidivent, Tandem omnes aſthmatici ſub contumacia morbi, vel cachectici vel hydropici tandem fiunt & moriuntur. *Etmuller.*

[12.] *Si Gibbi ex eo fiant*) Aphoriſmus eſt *Hippocratis* 47. *lib.* 6. *Qui Gibbi ex Aſthmate fiunt, ante pubertatem moriuntur.* Textus hic *Leoniceni.* Textus Græcus Baſileenſis habet, ὁκόσοι ὑβοὶ ἐξ ἄσθματος ἢ βηχὸς γίνονται πρὸ τῆς ἥβης ἀπόλλυνται. Verba Græca Latinis non quadrant, cum aliud ſit dicere *moriuntur* ſimpliciter, aliud *moriuntur ante pubertatem*, hic enim in textu *Leoniceni* ordo immutatur, immutatæque periodi videntur; Scrupulus autem hic nobis injicitur, cum dicat *Hippocrates Qui gibbi ex aſthmate aut tuſſi fiunt*, An aſthma contorſionis ſpinæ cauſa eſſe poſſit, Item & tuſſis, & quomodo fiat, Quis enim unquam ſcripſit à tuſſi & aſthmate gibberum contingere, eumque funeſtum, cum gibber illorum cauſa eſſe vulgo perſpiciatur.

Ut res explicetur, notandum textum Baſil. duobus in locis depravatum eſſe, *primo*, quia particulæ illa πρὸ τῆς ἥβης non eſt referenda ad partem contextus, poſteriorem ad verbum nimirum ἀπόλλυνται ſed ad priorem, ut legatur, ὁκόσοι ὑβοὶ γίνονται πρὸ τῆς ἥβης. *Altero*, quod omiſſa vox illa ταχέως, quæ ad verbum ἀπόλλυνται adjungi debet, Hujus rei fidem facit contextus *Galeni* καὶ ὅσοις πρὸ τῆς ἥβης κυφώσεις ἐπὶ ἄσθματι καὶ βηχὶ διαφθείρονται ταχέως, Nam cum hic aphoriſmus ad prognoſin pertineat, nil *Hippocratis* ingenio dictum, niſi dicat gibbos ex aſthmate ante pubertatem factos, aut cito aut tarde mori, & vi aſthmatis & inflexionis; qui enim caſu incurvantur, ob læſionem non integre creſcente ſpina, iis mors celerior eſt quam aliter affectis &c.

Dicendum itaque, *Qui Gibbi ex aſthmate aut tuſſi ante puberes annos fiunt*; Quam lectionem præterquam quod confirmat ratio & contextus *Galeni*, plurimum roboris affert alius locus *Hippocratis lib. de Artic. Quibus adhuc pueris, aut priusquam corpus adoleverit, ſpina in gibbum contrahitur, iis corpus ad ſpinam augeri non ſolet* &c. Demum ſi legendum eſſet, *Gibbi ex aſthmate*, Aſthma cauſa gibberi efficiens videretur, quod rationi non conſonat; At probabilius eſt à Tuberculis primum naſci dyſpnoeam & tuſſim, illæſo per ſe pulmone, deinde gibbam fieri ſpinam vi panorum ſeu phymatoo, Et illud eſt quod *Hippocrates* vocat ἐξ ἄσθματος κυφώσεις: Textus illa eſt periodus, καὶ πρὸ τῆς ἥβης κυφωθεῖσιν ἐπὶ ἄσθματι καὶ βηχὶ. διαφθείρονται ταχέως, Jam vides formam loquendi immutari, nec enim dixit κυφωθεῖσιν ἐξ ἄσθματος, ſed ἐπὶ ἄσθματι, At dicere idem eſſe ἐξ ἄσθματος & ἐπὶ ἄσθματι, Græcam linguam ignorare eſt, κυφοῦνται enim ἐπὶ ἄσθματι καὶ βηχὶ. eſt incurvari in aſthmate & tuſſi, id eſt, cum jam adeſt tuſſis, aut anheloſum quid, ob phyma ſpinæ adnatum, ſuccedit gibboſitas, non vi tuſſis (quanquam poteſt paulum juvare, ſed vi phymatum tuſſim & difficultatem ſpuandi præmittentium &c.

Patet itaque Tubercula non obſidere Pulmonem, ut inde Aſthma fiat, ſed Phymata ipſa primo, per ſe, ſitus circumſcriptione, mole, lædunt nervoſum genus ſpinæ, propterea gibbum fit, non autem ab aſthmate aut tuſſi fit, ut verba *Hippocratis* in aphoriſmo notaſſe videotur. Et idem contingit à tuberculo quod à caſu, lapſuque, ut dicat quis aphoriſmum & de cauſis internis & externis intelligi poſſe, Nam quibus à caſu læſa ſpina, quoniam nunquam eo modo ſe habet quo prius, videtur ob vitium non poſſe bene nutriri ac augeri. Sed longe alia ratio eſt, nam quibus à caſu vitiata ſpina, ea ſui vitii ſignum edit, & manu artificióque, ſi non omnino, at ratione aliqua vino occurri poteſt, At non idem judicium de vitiata ſpina à tuberculo, nam cum intorta ſpina eſt jam in ſummo vigore malum eſt, & latenter ſenſimque obliquatur; Præterea cum à caſu invertitur, non eſt tuſſis & tanta difficultas ducendi emittendique ſpiritum (niſi qua parte maxime dimovetur Pulmo) At cum tuberculum eſt, præſertim eminens, ut ὄγκος potius dicatur quam phygethlon, tuſſis eſt cum humidius eſt phyma, & difficultas ſpirandi cum durius, Et cū tuſſis eſt & dyſpnoea, deinde vi tumoris cyphoſis ſuccedit, non eſt dubium quin vitæ noſtræ filum ſtatim præcidatur, quod non contingit in iis ſpeciebus contorſionis ſpinæ quas cauſa externa invehit. Aut ſi in aliis contingit à lapſo, caſuque, nec tam ſubito, nec ita manifeſte ut cum à tuberculis. Demonſtrationem autem affert *Galenus comm. in aph.* 46. 6. loquens de iis qui dicuntur ὑπὸ φυμάτων κυφωθεῖσι, Thorax non vult, *ait*, cum aliis, i. e. cum corde & pulmone augeri, propterea anguſtia ſequitur partium reſpirationi dicaturum. *Ballonius conſ.* 51. *lib.* 1. Sic & tuſſis & aſthma, & cyphoſis, ſunt tuberculorum ſoboles ἐπιγεννήματα. *Idem.*

Differentiæ partim à cauſis obſtruentibus & comprimentibus, partim ab acceſſionibus, & aliis ſumuntur.

I. Aliud eſt ab *humore* [13.] *crudo & viſcido*, in venoſo genere collecto, & per venam arterioſam in pulmones effuſo, bronchia infarciente, [14.] quod exinde *cognoſcitur*, quod difficilis ſit cum ſonitu & tuſſi reſpiratio.

Curatur [15.] extra paroxyſmum, I. [16.] *Venæ ſectione*, baſilicæ, paribus cæteris, ſi magna ferventium vaporum in pulmone & circa cor copia; malleoli vel tali, ſi menſes ſubſtirere; & hæmorrhoidum, ſi ſuppreſſæ apertione.

II. [17.] *Materiæ* per Incidentia, detergentia & expectorantia benigniora, humectantibus temperata, ſæpiu, ne natura aſſueſcat *inciſione*, [18.] cavendo nimis calida & exſiccantia. [19.] Laudan-[20.] *aqua* [21.] *bryoniæ* cum *ſyrupo violaceo &* [22.] *ſpiritu veneris. Aqua Nicotianæ*, [23.] *decoctum galli veteris* cum pectoralibus herbis. *Compoſitum* ex *aqua* quæ in radice *bryoniæ* excavata colligitur, unc. VIII. & [24.] *Spiritus* [25.] *ſulphuris* unc.ſ. factum, cochlearis unius doſi, [26.] ſyrupus [27.] *Nicotianæ*, ſed ſuccus debet benè digeri, unc.jſ. pondere: *de Eryſimo Lobelii* apud *Sennertum* deſcriptus.

Oxymel [28.] *ſcilliticum*, quod tamen in principio materia adhuc cruda, quia acrimonia ſua tuſſim excitat, adhiberi non debet. [29.] *Rob. nucum* cum *aqua fructuum rubi*, addita & illa quæ fit ex [30.] *ſaccharo* [31.] *& raphani taleolis*, de qua apud *Hartmannum*. *Spiritus veneris* [33.] *cum gummi ammoniaco*, gutt. XV. in aliquo decocto vel ſyrupo pectorali. [34.] *Looch* ex *radic. enulæ campanæ* [35.] cōdit. dr. vj. *ſacchari candi* unc. j. [36.] *ſyrupi de hyſſop.* unc. iv. [37.] *gummi ammoniaci* in aqua vitæ diſſolut. dr. j. paratū, pro duabus doſibus. [38.] *Electuarium diabutyri* ex *paſſulis, caricis, butyro & melle*, cui alia addi poſſunt, paratum. [39.] *Oleum ſacchari magiſtrale compoſitum*, quod paratur ex *radic. ireos Florent & helenii* unc. ſ. *pulpa dactylor. & paſſular.* mundatarum, ana dr. iij. *cortic. arantior. & citrior.* ſiccor. ana dr. ii. *benzoes* dr. II. *croci* dr. I. infuſorum in *ſpiritu vini* ſæpius rectificati per biduum, ſeparato mox per inclina-

inc iſationem liquore, cui *ſacchari candi* pulverizati q.ſ. immiſceri debet & accenſo *ſpiritu vini*, totu id tam diu cultello agitari, donec flamma extincta, liquor olei conſiſtentiam acquirat, cui tandem *ſpirit. ſulphur.* ad gratum acorem affundi debet. Adde his, *ſuccum raparum* corticibus exutarum, inciſarum, affuſa aqua coctarum, poſt ea abjecta in altera recoctarum, expreſſum cum *ſaccharo cando* & *butyro recenti* a *Cratone* commendatum, & [40] extra [41] *unguentum pectorale ex ſucci caulium ſeu braſſicæ unc. j. ß. radic. Enulæ* m. j. *ſumitat. veron.* p. j. *pingued. anſerina* dr. x: *ad conſumpt. ſucci decoct. colat. & addit. angu cancr. & dialthea* dr. j. permiſtis factum.

II. [42] *Materia præparatæ & inciſæ per epicraſin* [43] *evacuatione*, ſeu per *pulverem aſthmaticum Rulandi*, de quo apud *Hartmannum*; ſeu per *agaricum*, [44] *terebinthinam aqua violarum* lotam, addito pauxillo *diagridii*, ſi aliunde materia mittitur, [45] *frictionibus* ca, *clyſteribus* & *ligaturis* validis avertenda: ſi malum inveteratum *cauteria actualia*, ſecundum collum, pectus & dorſum, circa medium vertebrarum & coſtarum adhibenda.

III. *Reliquiarum exſiccatione*, per *pulverem Stokcheri*, qui ex *ſacchari candi* p. ij. *florum ſulphur.* p. j. ſubtiliſſimè in pulverem redactis paratur, & ſcr. jſ. pondere ſuper panem toſtum vino malvatico imbutum exhibetur; per *lignum Guajaci, ſaſſafras* &c. per *thuris*, *myrrhæ*, *maſtiches*, *ſtyracis*, *gummi juniperi* ſuffitus, cavendo *arſenicum*.

IV. [46] *Diætâ*, eui convenit humectans & incidens eibus; in potu vinum ſnbdulee, tenue, cereviſia pectoralibus ſeu thoracicis caſtigata, deambulatio lenis, venus nulla.

[13] *Humore crudo & viſcido*) De hoc vide caput præcedens, ubi de Aſthmate ſicco, ex *Etmallero* §. circa finem.

[14] *Quod exinde cognoſcitur*) Vide ſupra §. 4. *Præſentis*.)

Curatio in paroxyſmo.

[15] *Curatur*) Circa Aſthmatis therapeian duæ ſunt primariæ indicationes, ſeu potius tot diſtinctæ medendi methodi, ſcil. *Curatoria* & *Præſervatoria*, Prima docet quid agendum ſit in paroxyſmo, ut laborans à præſenti periculo liberetur; Altera quid extra Paroxyſmum, pro cauſæ morbificæ ſublatione, ne affectio iſtæc ſæpius aut gravius repetat, moliri oporteat.

1. Itaque Paroxyſmo urgente duæ erunt præcipuæ medendi intentiones.

Viz. 1. ut ratione tum Aëris, tum Pulmonis habita reſpiratio uberior, ſaltem quantum pro vita ſuſtentanda ſufficiat, procuretur.

Et 2. ut Reſpirationis organa à ſpaſmis initis, & pervicaciter continuatis ſolitis, quamprimum avocari & compeſcique queant.

Ad Priorem quod ſpectat, imprimis æger ſitu corporis recto, in loco apertiori & modice perflato, à fumis & adſtantium halitibus libero collocetur, deinde navetur opera ut Pulmones ab omni infarctu & oppreſſione interna, necnon compreſſione externa immunes facti, ſpiritum altius ducere & reciprocare poſſint: In hos fines, ne viſcerum inferiorum ὄγκος præcordia comprimat aut anguſtet, alvus ab *enemate* ſubducatur; *veſtimenta*, & alia quæque thoracem operientia, aut ſuccingentia *laxentur*, cumque inſuper in hoc caſu, aut à ſanguine intra vaſa pulmonica ſupra modum turgeſcente, aut à ſero in ductus tracheales ex arteriis & glandulis depluente, opprimi ſolent, utriuſque humoris orgaſmi & impetuoſitates compeſci ac ſedari debent: hinc, ſi vires ferant, & pulſus ſatis robuſtus fuerit, *Phlebotomia* ſæpe convenit. Porro quæ ſanguinis æſtuantis ſerum ac ſuperfluitates per urinas ac ſudores amandant, ſedulo exhibeantur; cui intentioni Julapia, Apozemata, Pectoralia vulgo dicta, egregie inſerviunt; quinimo *Pulveres teſtacei*, *Millepedum præparata*, *ſpiritus & ſales volatiles* cum fructu ſumuntur. Interim præterea exhibeantur quæ tracheæ ductus aperiant, lubricent & expectorationem cieant, quæque inſuper, ſi opus fuerit, catarrhum in eos depluentem ſiſtant, in quos fines *eclegmata*, *decocta pectoralia* & *ſuffumigia* conveniunt.

ij. Quoad alteram in paroxyſmis Aſthmaticis medendi intentionem, viz. ut reſpirationis organa à ſpaſmis initis ad penſa ſua ordinaria tranquille redeant (niſi hoc ſponte poſt ſedatas ſanguinis & ſeri intra Pulmonem æſtuationes ſuccedit) remediis Antiſpaſmodicis & Anodynis utendum erit, Etenim medicamenta in paſſionibus hyſtericis exhiberi ſolita, etiam in Aſthmate convulſivo conveniunt.

Spiritus c. c. fuliginis, & imprimis *Salis ammoniaci*, cum *gummi ammoniaco diſtill.* item *Tinctura Gummi Ammon. Sulphur. Caſtor. Aſa fœtid. Syrupi ex ammon. de Sulphure, oxymel ſcillit.* & ſimilia, quæ cum ingrati ſaporis & odoris ſint, ſpiritus quaſi diſſipant, & à tumultibus retrahunt, nonnunquam egregie juvant: Quod ſi hoc modo ſpiritus debacchantes ſedari nequeunt, ad *Narcotica* perveniatur, ut quibuſdam profligatis cæteri in ordinem redeant. Enimvero, niſi obſtat Pulmooom infarctus, cum inſigni præcordiorum oppreſſione, *Opiata* nonnunquam inſigniter proſunt.

In horrendis morbi hujus paroxyſmis, cum alia medicamina minus effeciſſent, ſæpe bono cum fructu *Diacodion*, imo *Laudanum Tartariſatum* exhibui: Verum hæc non ſine magna cautione propinentur, quia cum reſpirationem (quæ jamjam difficilis eſt & præpedita) amplius & nimis impediunt, non raro in vitæ diſcrimen adducunt. Inſuper his, ut ſpiritus pulmonici à ſpaſmis ſuis evocentur, nonnunquam expedit ſpiritibus aliis in locis moleſtiam inferre; nam aliquibus alibi afflictis, ut plurimum cæteri quoque perculſi inordinationes ſuas dimittunt, Quapropter *Veſicatoria*, *Cucurbitula*, *Ligatura* & *Frictiones* dolorificæ juvamen conferunt; Imo ob hanc rationem *Vomitoria* in medio paroxyſmo ſumpta proſunt.

Medendi ſcopis, quomodo Aſthmatici urgente morbi inſultu tractari debent deſignatis, jam remediorum quædam Formulæ proponendæ. *Primo* igitur ad *ſanguinis* ac *ſeri* fluxiones ſedandas, eorumque ſuperfluitates à pulmone derivatas per *diaphoreſin* ac *diureſin* amandandas, ſequentia præſcribantur.

℞. *Aquæ folior. hederæ terr.* ℥viij. *rutæ*, *pulegii*, *dracontii* ãã. ℥ij. *ſalis prun.* ʒiß. *ſyr. byzant. papav. rhæ.* ãã. ℥j. *m. f. Julep. ſumatur ad* ℥iij. *vel* iv. ter aut ſæpius in die.

℞. *Rad. gramin.* ℥iij. *ruſci.* ℥ij. *enul. camp. cond.* ℥iß. *hordei* ℥ß. *paſſular. ſolis* ℥j. *coqu. in aq. font.* ℔iij. *ad* ij. *colat. adde ſalis prun.* ʒiß. *edulcoretur, ſi opus fuerit, cum q. ſ. ſyrupi byzant.* aut violacei.

℞. *Tinct. ſulph.* ℥iij. *dozis gtt. vj. ad x. veſperi & primo mane in cochleari uno ſyrup. è ſucco hederæ vel violæ.*

℞. *Feculæ aronis, bryon.* āā. ʒiß. *flor. ſulph.* ʒj. *flor. benzoin.* ʒß *ſacch. cand.* ʒß. *liquir.* ʒij. *fiat Pulv. ſumendus ad* ʒß. *vel* ℈ij. bis in die cum Julapio vel Apozemate ſuperiori. Vel

℞. *Pulv. præſcripto* ℥ij. *mellis vel oxymel. q. ſ. f. Linctus*, capiat hora ſomni, & primo mane circiter cochleare ſemis, aliis temporibus lambat cum bacillo liquiritiæ.

℞. *Syrupi de praſſio, de altho,* āā. ℥iß. *tinctura croci, caſtor.* āā. ʒij. miſce ſumat circiter cochlear parvum in agonibus.

℞. *Spir. ſal. armon. cum gummi ammon.* ℥iij. *aq. limac. lumbric.* āā. ℥iii. *ſyr. praſſii* ℥ij. *m. ſumat cochleatim* intra iv. vel v. horas

℞. *Pulv. de eryſimo, vel ex hedera terr. æſtivo ſole* collect. ℥j. *oxymel. ſimpl. q. ſ.* f. Linctus.

In Paroxyſmo ſtatim *vena ſecanda* eſt, præmiſſo Clyſtere, ſi ſanguis mediocriter abundare videatur, nam depletis ſanguine *vaſis* liberior erit reſpiratio. Quod ſi affectus ſit antiquior, pluriesque ſanguis fuerit detractus, ſatius eſt à phlebotomia abſtinere, quia calorem nativum imminuendo majorem promovet pituitæ copiam, Sectio malleoli præſtans, præcipue in affectu ſympathico. Ea Aſthmatis ſpecies quæ ſine ſtertore fit, venæ ſectione efficaciter oppugnatur, adeo ut quamprimum ſanguis fluere incipit ægri ſtatim melius reſpirare incipiant.

Poſt venæ ſectionem, *Phlegmagogum* eſt exhibendum; ex iis quæ in frigidæ cerebri intemperiei curatione præſcripta ſunt, adjectis perpetuo quibuſdam thoracicis, quantum remedii forma permittere poteſt. *Vomitoria* vero, licet à nonnullis improbentur, in hoc affectu tamen convenientiſſima ſunt, ut frequens experientia docuit, & non raro hoc ſolo remedio paroxyſmus ſolutus eſt. Inter alia autem Vomitoria principem locum obtinet aqua *Nicotiana* exhibita ad ℥i. reduci poteſt in ſyrupum cum ſaccharo, doſis cochlearia duo (quomodo juvent vide *Indicem Med. Practicum.*)

Vomitum etiam leviter movet, ſimulque per inferiora purgat *ſuccus ireos noſtratis ad* ℥ß. & *vini hippocratici* ℥j. quem ſe feliciſſimo cum ſucceſſu uſurpaſſe refert *Platerus*. Poteſt ſucci illius dozis augeri ad ℥ij. ſi minori exhibitus ſufficienter operatus non fuerit. *Clyſteres* etiam acriores frequenter injici poterunt revulſionis gratia; Eorum tamen quantitas ſit exigua, ne inteſtina admodum replendo diaphragma comprimant.

Frictiones in partibus inferioribus celebrandæ, iiſdemque *Cucurbitulæ* plures affigendæ, tum etiam cervici.

Poſtmodum *Humores craſſi liquandi* & attenuandi, *Flatus* ab iiſdem humoribus excitati *reſolvendi* atque diſcutiendi. In quem uſum utiliter exhibetur *aqua cinnamomi*, per ſe vel cum *ſyrupo viol.* E.g.

℞. *Aqua cinnam.* ℥ij. *ſyr. violar.* ℥j. m. vel hujus loco admiſce *oxymel.* ad lentos humores potentius diſcutiendos: utile etiam eſt *ol. ſalviæ, roriſmar. aniſi ſtillat.* ad gutt iij. iv. v. exhibendo *cum vino*, vel his aſpergantur *Tabellæ diatrag. frig. croci* ℈j cum *vini* cochleari. *Aqua clareta* in hunc modum compoſita.

℞. *Aquæ vitæ* unc. iv *aquæ tuſſil. ir. & ſcabioſ.* āā. unc. iij. *ſacch.* unc. ij. *cinnam.* ʒiij. *trajiciantur per manicam, Hippocr. da* unc. ij. *vel* ij.

Fumus nicotianæ per tubulum hauſtus paroxyſmum cohibet, Idem præſtat *nicotiana* linguæ tantum admota. *Fumus caryophy.* per tubulum hauſtus. Interim *Expectorantia* exhibenda ſunt quæ craſſiorem materiam per anacatharſin educant

℞. *Syr. de praſſio, de liquir. de tuſſilag.* āā. unc. *oxymel. ſimpl.* unc. j. m. da ex cochl. ſenſim lambendum.

℞. *Terebinth. clara* unc. j. *ammon.* ℈ij. *flor. ſulp.* ℈j. miſce fiant Pilul. molles, quarum una ſingulis duabus horis degluttiatur *cum ſyr. de hyſſopo* unc. ß.

℞. *Olei amygd. dulc. rec. ſine igne expreſſi* unc. ß *ſacch. cand.* unc. ij. m. capiat ſenſim lambendo.

℞. *Rad. enul. . ſacch. cand.* ʒiij. *ſacch. c.* unc *de hyſſopo & de praſſio* āā. ʒj. *g. ammon. aq. vitæ diſſol.* ʒß. m. f. Lohoc.

℞. *Conſerva violar. & rad. enul. camp.* āā. ʒj. pulv. Electu. *diatragac. frig. & diair. Salom.* āā. ʒj. *ſyr. violac. & capilli ven.* āā. *q. ſ. f. Looch.*

℞. *Rad. alth.* ℔j. *rad. enul. camp.* unc. iv. *cydonior, vel eorum loco carnis cydonior. condit.* unc. vj. bulliant in aqua ad exſiccationem, contundantur, trajiciantur per ſetaceum, addendo *mellis* ℔ij. coqu. leviter, extrahe ab igne, & adde *cinnam.* ʒj. *flor. ſulph.* unc. ß. liquir. cum moſcho & aq. roſac. *aromatiz.* ʒ j. f. Elect. molle, de quo teneat in ore ad magnitudinem avellanæ per intervalla. Utiliſſimum etiam extra paroxyſmum ſi de eo ſumatur unc. ß. mane & ſero.

Exterius etiam pectori admovenda Ungu. & Linimenta laxantia & diſcutientia in hunc modum compoſita.

℞. *Olei chamem. irin. & amygd. d.* āā. unc. ß. *axungia gallinæ rec.* unc j. *pulv. rad. alth. ireos flor.* āā. ʒj. *far. ſem. lini & fœnugr.* āā. ʒij. *g. ammon. cum vino diſſol.* ʒiß. *ceræ q. ſ. f. Linimentum*, Vel

℞. *Mucilag. ſemin. cydonior. lini & fœnugr. extr. cum aqua tuſſilag. vel ſcabioſ.* āā. ℥vj. *pulv. rad. ireos, hyſſopi* āā. ʒß. *croci* ℈j. *olei lilior. & amygd. dulc.* āā. unc. ij. ceræ q. ſ. m. f. Linimentum.

Si paroxyſmus protrahatur, *Veſicatorium* applicetur poſteriori parti cervicis. *Riverius.*

Curatio extra paroxyſmum.

Curatio extra paroxyſmum) Indicatio altera præſervatoria, cauſæ morbificæ. & totius [illegible] ſublationem intendens, duas habet partes. ſive diſtinctos medendi ſcopos, qui ambo plerumque in uſum adhiberi & complicari ſolent. *Unus* horum Pulmonis conformationem, ſi quovis modo læſa aut vitiata fuerit, emendandam, atque *alter* partium motricium & ſpirituum ad eos deſtinatorum anomalias tollendas molitur, Utriſque his intentionibus optime ſatisfiet, ſi remedia vulgo dicta pectoralia cum antiſpaſmodicis conjungantur, atque horum uſus cum medicamentis aliis, totius corporis præparationem & ſymptomata emergentia reſpicientibus intercaletur; in quos fines methodus & remediorum formulæ ſequentes adhiberi poſſunt.

℞. *Aloes roſat.* ʒiß. *flor. ſulph.* ʒj. *ſal. ſuccin.* ʒß. *pici liqu. q. ſ. f. Pil. xxiv. da iv. veſperi noctibus* ſingulis vel alternis

℞. *G. ammon. & bdell. in aceto ſcill ſol.* āā. ℥ß. *flor. ſulph.* ʒiij. *pulv. fol. eryſimi & ſatur.* āā ʒß. *cum ſ. q. ſyr. diaſulph. vel oxymel. ſcyll.* f. maſſa, f. Pil. exiguæ, da iv. omni veſperi. Vel

℞. *Millep. præpar.* ʒij. *flor. benz.* ʒß. *ſalis ſucc.* ℈ij. *extr. helenii* ℥ß. *caſtor.* ʒß. *croci* ℈j. *Terebin. Ven. q. ſ. f. maſſa* in Pilul. exiguas efformanda, capiat iv. omni veſperi & mane, exceptis purgandi temporibus.

Quod ſi formula Pilularis non arridebit, aut pharmaca prædicta minus juvabunt, ſequentia deinde pro Pulmonibus ab infarctu liberandis tententur.

℞. *Spir.*

℞. *ſpir. g. ammon. cum ſale armon. deſtill.* ʒij. *ſyr. è ſucco hederæ* ℥ij. *aquæ limacum mag. lumbricor.* ãã. ℥j. *tinct. croci* ʒij. *M. da cochlear.* j. *hora ſomni & primo mane.* Vel

℞. *Tincturæ g. ammon.* ʒij. *Doſis gtt.* xv. *vel* xx. *in cochleari uno oxymel. aut ſyr. ex hedera terr.* Vel

℞. *Tinct. ſulph.* ʒj. *doſis gtt.* vij. *ad* xij. *aut* xx. iiſdem horis mediis cum vehiculo idoneo.

Pari inſuper modo Spiritus alii ſale volatili præditi, eumque ſyrupis pectoralibus & aquis cephalicis permiſti, veſperi & mane utiliter præſcribi poſſunt.

Loco mixturæ, vel Julapii aſthmatici ex aquis deſtillatis officinalibus, ſequens Magiſtralis in uſum crebrum & multiplicem paretur.

℞. *rad. helenii, irid. flor. angel. imperat.* ãã. ℥iij. *bryon.* ℔j. *fol. marrub. albi, hyſſopi ſatureiæ, puleg. hed. terr* ãã. *m.* j. *baccar. junip. hederæ rec.* ãã. ℔ij. *lauri* ℔ß. *ſem. fœnic. d. carvi ani, leviſt. aneth.* ãã. ℥j. *cubeb.* ℥ij. *piper. long. caryophyll. macis* ãã. ℥j. *infuſis omnibus & contuſis affunde Cereviſ. Brunſvic.* ℔viij. deſtillentur organis comm. Liquor totus miſceatur, edulcoretur ad placitum cum *ſacch.* vel *ſyrupo de ſucco hederæ,* vel cum *oxymelite.*

Porro loco *oxymelitis*, vel ſyr. cujuſdam pectoralis vulgaris, ejuſmodi medicaminum in Aſthmate magis appropriatorum formulæ ſequentes præſcribantur atque imprimis *ſyr. de helenio* ab *Horatio Augenio* inventus, eoque nomine inſignitus, deinde à *Platero, Sennerto, Riverio*, aliiſque Practicis celebrioribus commendatus, hic notari, atque uſum crebrum adhiberi debet.

℞. *rad. helen. & polypod. qu. preparat.* ãã ℥ij. *paſſul. corinth.* ℥ij *ſebeſten n.* xv. *farfara, pulmonar. ſatur. calaminth.* ãã. *m.* j. *fol. unum tabaci, liquir. raſ.* ℥ij. *ſem. urtic. bombac.* ãã. ʒiß. *coqu. in mulſa diluta ad* ℔iiß. *& cum ſacch. tantundem f. Syrupus*, ſumatur vel per ſe in forma Linctus, aut cochleatim veſperi & mane, vel addatur cochl. j. dozi aquæ diſtill. aut apozematis.

℞. *rad. Ireos Flor. elenii* ãã. ℥ß. *allii excortic.* ʒiv. *caryoph.* ʒij. *benzoin. albiſſ.* ʒiß. *croci* ℈j. *inciſa & contuſa digerantur calide in ſpir. vini rectiſic.* ℔ß. *per* 48. *horas, colaturæ adde ſacch. albiſſ* ℔j. pone in ſcutella argentea ſuper prunas ardentes, dein liquor accenſus agitetur quouſque flagrabit, dein flamma extincta in ſyrup. abibit, uſus qui ſuperioris.

Huc referri debent *Decoctum Galli veteris*, quod & purgans & non purgans parari poteſt. *Willis.*

Extra Paroxyſmum humoris fluxio cohibenda eſt, tum qui jam influxit & in pulmone continetur, incidendus, detergendus & expectorandus eſt: Ad fluxionis impetum cohibendum conveniunt omnia quæ in catarrhi frigidi curatione propoſita ſunt. At circa nonnulla remedia ibi propoſita notandum, 1. ut remediis ibi propoſitis loco cephalicorum thoracica admiſceantur, 2. Non convenire apophlegmatiſmos ob vicinitatem partium ad quas decurrit humor in pulmonem. 3. Non convenire ſuffitus, ſaltem ore & naribus exceptos, eo quod difficiliorem anhelitum efficiunt & aſthmatis paroxyſmum excitare valent, at vero iis operimenta capitis extra ægri cubiculum tuto perfundi poterunt.

Ad *deterſionem* & *expectorationem* humorum craſſiorem, pulmonum bronchiis impactorum, expectorantia ſupra deſcripta uſurpari poterunt ut & ſequentia.

℞. *Rad. enula camp.* ʒiij. *tabaci Indic.* ʒj. *infunde per noctem in* ℥vj. *aqu. vitæ vulgaris, mane* fiat colatura, cui *adde ſacch. cryſtall.* ℥iv. *incendatur continuo agitando, adde ſyr. de eriſymo aut tuſſilagine* ʒij. ol. ſulphur. q. ſ. ad gratam aciditatem, oratur ex cochleari, aut bacillo liquiritiæ contuſo.

Millepedes ſeu Aſelli n. xij. panno lineo involuti in vino albo macerantur, hinc facta expreſſio potui datur, quæ brevi ſaburratos pulmones deplet, *Decoctum Caulium rubr. cum pauci ſacch.* per plures dies ſumptum. Efficacior multo eſt *eorum ſuccus cum ſacch. rubac.* vel *ſyr. de tuſſilag.* Julepi forma. *Riverius.*

In paroxyſmo quantum poſſibile libera & ſufficiens inſpiratio procuranda 1. Impedimenta aëri libero acceſſum per pulmones denegantia removenda. 2. Reſpirationis organorum inordinati motus plus minus convulſivi compeſcendi. 1. Ratione *prioris*, aëris ambientis ventilatio, erecta ſeſſio, alvi ſubductio, venæ ſectio, potiones ſanguinem attenuantes, ejus motum circularem promoventes, viſcida Pulmonem infarcientia incidentia, ſpirituoſæ, blande dulces pulmones demulcentes conveniunt, Interdum etiam *vomitoria* conveniente[illegible] adminiſtrantur, Ratione *Poſterioris*, antiſpaſmodica, anodyna, volatilia &c. ſunt optima. *Etmuller pag. m.* 187.

16. *Extra paroxyſmum*) In *Aſthmate humido* pro cauſarum varietate cura varianda.

1. *Aſthmatis humidi,* κατ' ἐξοχὴν & extraordinarie ſic dicti, *à viſcido muco* geniti, cura fit, 1. per materiam peccantem *attenuantia* & *incidentia.*

2. Per ea convenientes vias vel *tuſſi*, vel *vomitu* ejicientia.

3. Regenerationem & deinde recidivam præcaventia; In quo puncto ſtomacho inprimis ſedulo ſuccurrendum venit.

II. *Pus* ſi aſthmatis cauſa, evacuandum vel per *expectorantia*, vel per *paracenteſin* thoracis *abſceſſus*, vel *ulcus conſolidandum.* Vide caput de Phthiſi.

III. A ſanguinis vitio curantur hæc corrigendo, 1. ejus *copiam imminuendo.* 2. *Coagulatum diſſolvendo* 3. *vitium cachecticum emendando*, de quo ubi de cachexia. 4. Solitas evacuationes revocando. S. g. menſes provitando, aut, ſi fieri nequeat, *fonticuli* in regione loci conſuetæ evacuationis vicini, inurendi. 6. Turgeſcentiam quamlibet, *acidum efferveſcens abſorbentibus*, aut blande aut *copiam ſanguinis imminuentibus* corrigendo.

IV. Si Aſthmatis cauſa *eſt Serum*, hoc evacuandum per *urinam* vel *ſudorem*, vel *veſicatorium* confeſtim, vel per *fonticulum* pedetentim.

Sin ortum ſit in *ſtomacho*, *vomitoria* & *carminantia aromatica*, ac digeſtionis vitia, præſertim *cruditatem acidam corrigentia* conveniunt: Ut plurimum cura methodica circa *Scorbutum & malum hypochondriacum* inſtituenda. *Aſthma Siccum.*

In *Aſthmate ſicco.*

1. *Conformationis vitia* difficillime curantur; excreſcentiæ tamen, *tubercula*, aut *grandines* beneficio *ſpiritus ſulph. per camp.* ſucceſſive abſumi poſſe ſunt qui aſſerant.

II. *Aſthma convulſivum*, ex *nervorum & muſculorum vitio*, curabitur radicitus 1. *fomitem ejus corrigendo*, reſpiciendo præſertim viſcus in quo lateat; In ſpecie *in paroxyſmo acidum* nervis inimicum corrigendum *volatilibus*, item *mineralibus antepilepticis* & ſimilibus.

2. *Paroxyſmus imminens* ſuſpendendus per *Opiata.*

3. Recurſus paroxyſmi præcavendus *Veſicatoriis*, vel brachiis, vel *nucha*, vel *femoribus* applicatis, pro nervorũ vel nidi varietate, etiam Fonticuli interdum inurendi.

III. Ex propria *fibrarum pulmonalium ſtrictura* natum Aſthma curetur.

1. Cauſam irritationis, quantum poſſibile eſt corrigendo & removendo.

2. *Opiatis* ſenſum vellicationis ſiſtendo.

3. *Appropriatis* ſimul *vulnerariis & balſamicis* Pulmonibus ſuccurrendum.

Pro ſcopis iſtis rite aſſequendis obſervandum.

1. *Vomitoria* fere in quovis Aſthmate eſſe egregia, non ſaltem in *humido*, ſed etiam interdum in

convulſivo, tam *extra paroxyſmum*, quam in ſpecie *in paroxyſmo*; Hinc omnes cordati Practici ſemper in aſthmate *Vomitoria* uſurpant & ſubinde graviſſimorum paroxyſmorum, Vomitoriorum propinatorum uſu levatorum obſervationes proſtant; nec eſt exinde metuatur ſuffocatio, Inanis hic eſt metus nunquam tale quid obſervatum: In *humido* ſane æqualiter exhaurit materiam vomitus, ſive in pectore ſive in ſtomacho hæreat, unde *pus phthiſicorum*, quod in pulmonibus fluctuat, ſæpius optime & feliciter evacuatur per *Vomitoria*, Quin etiam expectorantibus commode *Vomitoria*, ſed imminuta dozi, poſſunt commiſceri, ut ſaltem ſtimulent expectorationem, non autem vomitum inferant; Exempla *vomitoriorum* feliciter uſurpatorum vide in *Rulandi Theſ. Pract. p. 103. 109* &c apud *Platerum obſ. p. 165. Timaeum in Epiſt. p. 122. Hæferum H. M. p. 118. Horſtium Probl. Dec. 4. Q. 5. Poterium cent. 2. cur. 16. & 46. Cent. 3. cur. 22. Hartmann. Pr. p. 134. Riverium Pr. l. 7. c. 1.*

In ſpecie etiam convenit *Aſthmati ſicco* tam in quam *extra paroxyſmum* ubi radix mali eſt in hypochondriis vel abdomine, niſi forſan pathemata hyſterica obſtiterint. Hinc ſecretum eſt *Freitagii* ad Aſthma & Empyemam *Aur. Med. Cur. 26.* & eſt *Vinum Emeticū Heurnii ex helleb. albo*, quod vide apud *Schroderū l. 4. p. 239.* Hujus ſemicochleare, cum aliis laxantibus exhibitum, alvum ſine vomitu movet, cochl. vero unius menſura vomitum citat, *Linctibus* aliquot guttæ additæ Empyematis expectorationes copioſe promovent, hunc præſtantiſſimum ad Aſthmata & Empyema dicit.

℞. *paſſular. mund.* ℥iv. *liquir. raſ.* ℥j. *mell. deſpum.* ℥iij. *ſacch. c.* ℥v. *vini Hiſpan.* ℥vj. bulliant ut fiat inſtar *Conditi*, cui tantum admiſce *ſpir. ſulph. per c.* ut gratum acquirat acorem; hinc aliquot guttulæ illius *hellebor ati vini* inſtillentur: Dentur maſticandæ *paſſula*, *vel quoties eas ore recepturus eſt, gtt.* ij. *vel* iij. *hujus vini* inſtilla.

II. Quoad *Purgantia*, hęc in *Aſthmate convulſivo* minus conveniunt, Quoad *Aſthmata humida* in nullo paroxyſmo conducunt, inprimis proprie ſic dicta, ſiquidem hunc potius exaſperant; Facit huc monitum *Scholtzii in conſ. 92.* In aſthmaticis, *dicit*, diligenter cavendum ne dentur fortiora evacuantia, à quibus commoveatur & agitetur materia, ipſæq; fluxiones augeantur; videmus enim homines, alioquin ſanos, poſt purgationem multum exſpuere, & emungere nares ſæpe, ob motam materiam; quanto magis hoc illis accidere poſſit quibus ſponte, & quidem continuo, fluxiones ad pectus moventur.

Poſt ſedatum vero paroxyſmum, conveniunt &c. præcavendum malum & reliquiax exhauriendas.

III. *Venæ ſectio*. de qua vide ſuperius §. *Venæ ſectione*.

IV. *Sudorifica* in Aſthmate *convulſivo*, tam in fine paroxyſmi quam extra paroxyſmum non negligenda ſunt; In Aſthmate humido etiam ſuum locum habent quodammodo, id quod confirmat *Scholtzius conſ. 92.* inquiens, multum prodeſt *Sudor*, qui & fuligines & aquoſitates collectas diſcutit &c. Provocari poteſt *decocto guajaci calide aſſumpto*; facit quoque ad *expectorationem & pituitæ in pectore inciſionem*: Scio quoſdam *decocto ligni* uſos pro Potu quotidiano in vigore hujus morbi & alios id ſaltem loco vini in principio paſtus aſſumpſiſſe, & exinde eximiam opem ſenſiſſe.

V. *Opiata* multum conferunt, præſertim reſpectu paroxyſmi, quando enim nimius ſpirituum impetus, & hinc inordinatæ pectoris motiones item quorumcunque in corpore contentorum fluidorum nimii, motus ad pectus urgent, optime his omnibus *Opiata* rite adminiſtrata, pręſertim appropriatis permiſta, multū conferūt.

In *Aſthmate* quidem *humido*, in quantū materiæ peccantis motum & excretionem ſufflaminant, ſuſpecta videntur, cum magis incraſſetur, & quaſi inſpiſſetur materia peccans. Ad nimiam vero paroxyſmi ferociam mitigandam, qui concitatiori ſpirituum motu per accidens quaſi exacerbatur, optima ſunt, Tutiora ſunt in *Aſthmate ſicco*, tam ante paroxyſmum, eundem præcavendo, quam in paroxyſmo, eundem minuendo: Talia ſunt *eſſentia opii, theriaca, mithridat. diacod. Montani:* &c.

Nempe in quovis paroxyſmo aſthmatis, tam humidi quam ſicci, ſpirituum impetus, & hinc concitatior *ſanguinis ac lymphæ* motus ad partem probe attendendus, & ſi nimius, nonnihil ſufflaminandus. Docuit hoc Veterex experientia practica, Hinc *Fonſeca lib. 1. conſ. 85.* inquit, *Arculanus* in paroxyſmo aſthmatico, & difficultate reſpirandi ſuffocativa, damnat communem curationem, quæ fit *avertendo materiam* quæ fluit, quia hic modus curandi agitat magis illam; Eſſe potius fluxionem inbibendam iis quæ incraſſent, præſertim ſi fuerit *tenuis*; quare exhibet *ſyrup. de papav. diacodium*, & devenit ad *Opiata*, quale eſt *Philon. Rom. ad* ℈j. quam etiam curationem *Catarrhi ſuffocantis* videtur laudare *Galenus*: Deinde adhibet *cucurbitulas ad vertebras dorſi*, & ſuper ſcapulam, hac ratione, *inquit*, omnes evaſerunt, Illi vero in quibus proceſſit *evacuantibus, divertentibus, & materiam agitantibus*, perierunt: Quæ certe vere prorſus proferuntur, ut mihi etiam experientia compertum eſt.

Aſthma ex Scabie retropulſa.

VI. Si oriatur Aſthma à *Scabie retropulſa*, Opera inprimis danda eſt ut eadem ipſa iterum efflorеſcere queat, pro quo ſcopo uſurpari poſſunt *Eſſentia ſumar. comp. Extr. & eſſentia helenii, Extr. theriacale, Decoctum helenii & fumic. Antimon. diaphoret* cum *ſalibus fixis*, Niſi enim fomes Scabiei denuo ſub cute defigatur, omnis cura erit fruſtranea, In quem finem, etiam veſicatoria femoribus & brachiis applicata optima ſunt, Quod ſi nullo modo produci poſſit ſcabies, imitandus eſt *Zacutus*, qui talem ægrum cum alio ſcabioſo in eodem lecto collocat, ut ab hoc fermentum ſcabiei hauriat, & ita denuo ſcabies introducatur.

VII. Si Dyſpnoea oriatur à *frigidæ aquæ potu*, vel *admotione*, præſertim poſt æſtum, inprimis conducunt quæ ſanguinem grumoſum reſolvere valent: In quo puncto *ſuccus bellidis, acetarium ex bellide* uſurpentur.

VIII. Si Aſthma ſit ex *fumis metallicis, mercurialibus* &c. nil in ejus cura perficitur cum aliis ad hunc affectum appropriatis remediis, nec expugnatur niſi mineralibus & metallicis; hinc *Mercurius dulcis, Mercurialia fixa, cinnab. antimonii antimon. diaphor.* &c. ſaltem in uſu ſunt, monente. *Horſtio l. 7 obſ. 25.*

Aſthma Humidum.

Remedia igitur quæ ad *Aſthmata humida*, eaque et *pulmonum* aut *ſtomachi vitio*, ac viſcida plus minus ſeroſa materia aggravata, ut pote quæ ordinario fere nomine *Aſthmatis* intelliguntur, conducunt, ſunt incidentia, reſolventia, expectorationem promoventia &c. In ſpecie *Nicotiana. Gummi Ammon.*

Spiritus Aſthmaticus D. Michaelis, *ex part.* ij. *virid. æris, gummi ammon. part* j. *ſulphuris* ¼. partis, v. g.

℞. *Virid. æris* ℥ij. *g. ammon.* ℥j. *ſulph* ʒvj. *M.* deſtillentur per retortam, ſeparetur ſpiritus ab oleo, rectificetur per alembicum cui imponatur Nodulus *Croci*, Spiritus hic potenter incidit, attenuat, reſolvit, Doſis guttæ XXX. vel XL. aut diluitur cum *decocto hyſſopi, eſſentia helenii*, & fiat miſtura cochleatim uſurpanda. Porro *radix raphani, ari, zed. zinzib. bryon. conveniunt.*

Radix *ari* acris pulveriſata pro expectoratione etiam egregia eſt, *Aqua*, ſive *ſpiritus* rad. *zedoariæ* multum confert ad liberandum pectus à ſaburra & uberiorem ſpiritum procurandum.

Hiſce addatur *helenium, marrubium, hyſſopus. calaminth. roſmar.* tantopere à *Borello* laudatus, *Cent. 4. obſ. 48* *crocus* item, ut & *ſperma ceti*, quod in paroxyſmo à ʒß. ad ʒj. in vehiculo *cereviſiæ* calidæ propinatum

mirabile

mirabile eſt in eodem ſufflaminando ; Vide *Timeum Epiſt.pag.112. In coſ.p. 7.* Mirabilis eſt hujus effectus in paroxyſmo aſthmatico, etiam atrociſſimo.

Ex his plures licet concinnare formulas, v. g. vinum Pectorale.

℞. *radic.ireos Flor.* ℥j. *heleni* ℥ij. *imperat. ſive zedoar.* ℥ß. *herbar. marrub.m.* ij. *comar. hyſſopi, roſmar.* ãã. *m.j. ſemin.aniſi fœnic* ãã. ʒvj *paſſular.min.* ℥ ß.

Inciſa infundantur in vino, vel *coquantur cum aqua & melle pro mulſa pectorali* ; Vel cum *aqua, aceto & melle* pro *Oxymelite ſquillitico.*

Tentandum etiam aliquando *quod Salvatio Mercurialis in Aſthmate hum.* contumaciori præſtitura ſit. Occaſionem ſuggerit *Thiermair. conſ p. 146.* qui refert aſthma per ptyaliſmum ex *Pil.cum Merc.dulci* curatum.

Idem refert aſthmaticum ex *pediluvio cerevisiæ cal.* factum arthriticum, & ab aſthmate liberatum. Vnde confirmatur pediluviorum uſus in aſthmate. *Etmuller.*

Quoad *Aſthma ut ſicca, convulſiva,* ſive *occulta* medendi rationem habuimus, Quoad *materiam medicam,* obſervandum eſt dictum *Helmontii* , quod nempe id quod Epilepſiam adultam ſanat etiam rabem aſthmaticam, ut remedia *antepileptica , & antihyſterica* tam *fixa,* quam in ſpecie *volatilia,* hic ſunt convenientiſſima, obſervante *Williſio* , quibus ſubinde de *laudano* aliquid addendum , quod in talibus morbis convulſivis nulli cedit remedio.

Veſicatoria quoque ſcapulis aut brachiis applicata, ſubinde multum opis præſtant , tam irritatione moleſta *ſpirituum influentium motum divertendo* , quam *ſeri acrioris,* præſertim *ſcorbutici,* talis aſthmatis crebriorem fomitem *derivando* aut *avertendo.*

Conveniunt igitur *ſal volatile ſuccini, c. c. ſanguinis humani* ac horum *ſpiritus, caſtoreum,* atque ex hoc parata remedia, Medicamenta ex *aſellis* & *lumbricis, cinnabarina* & ſimilia : *ſulphura metallica* & ſimilia.

His remediis utiliter interdum interponitur, interdum præmittitur *Vomitus* , inprimis ubi malum hæret in abdomine, niſi hyſterica pathemata obſtaculo fuerint, Certe refert *Boyle in Exper.p.92.& 377.* Aſthma inveteratum , & fere deſperatum , per uſum *laudani Opiati,* cum *ſpiritu ſangu. humani* alleviatum , Item p. *370.* aſthma convulſivum per ſalia volatilia curatum. *Etmuller.*

[16] *Venæ ſectione*) Quin & in ipſo paroxyſmo, inſtituta cito nonnunquam ægrum ab oppreſſione liberat , neque enim magis idoneum aut efficacius occurrit præſidium ſanguinis miſſione , ſæpius iteranda juxta paroxyſmi vehementiam & ægri vires : ſive enim oppreſſionem faciat decubitus humorum in meatus aſperæ arteriæ, per arterias & glandulas ; ſive hanc inducat ſanguis admodum rarefactus & æſtu percitus , vaſa expandens, pulmonum , & bronchia comprimens ſua hac rarefactione; venæ ſectio optimum perpetuo fuerit remedium, & celerrimum auxilium afferens duabus de cauſis, 1. quia ſedat & compeſcit fermentationis humorum motum , ac fluxionis partem ſubtrahit 2. quia depletis vaſis prohibet ne pulmonum vaſa tracheæ arteriæ ductus comprimant , adeo ut aër facilius hos ſubeat, ac reſpiratio illico facilior fiat , quin & ipſum ſerum vaſis elapſum facilius & citius tunc reſorbetur & reſumitur à maſſa ſanguinea , cum plenitudo vaſorum dempta fuerit. *Ex Tract. novus Pract. p.30.*

[16] *Venæ ſectio* per ſe in Aſthmate nullum habet locum, per accidens vero ad circulatorium ſanguinis motum promovendum ſubinde neceſſaria eſt ; v.g. ſi vel ex primario ſanguinis vitio, vel ex accidenti in paroxyſmo ſanguis ſtagnat circa Pulmones , adeoque plus minus in ſuo circulo ſiſtitur ad venæ ſectionem properandum, pro liberiori ſanguini circuitu per pulmones conciliando. *Etmuller.*

[17] *Materia per incidentia &c.*) Medicamenta aliæ, quæ aſſumpta *leniendo vias* & *detergendo* , *incidendo* materiam in pulmonum vaſis infarctam , ad expulſionem per tuſſim idoneam reddunt , aut ſaltem ne in anguſtiis hæreat, ſed ruſum in ampliores vias remeet procurant, unde & in qualicunque cauſa conveniunt , variis formis exhibentur ; *Decocta* ejuſmodi ſæpe exhibita, mane & veſperi proderunt.

℞. *rad.liquir.* ℥j. *enul.ireos* ãã. ℥ß. *capill. ven.hyſſopi,* ãã. *m.* ß. *paſſular. enucl.ficuum,* ãã. ℥j. *croci* ℈j. *coque, adde mellis q.ſ. bibat.* Vel ſic.

℞. *marrub. ſicci , chamædr. hyſſopi* ãã. *m.* j. *flor. ſtæch. p.* j. *coque in aqua & melle, bibat.* Vel ſic.

℞. *rad.ireos* ʒij. *fol. marrub.rutæ, calamint.* ãã. ʒj. *ſem. urticæ, fœnugr.* ãã. ʒij. *paſſul.enucl.* ℥j. *bulliant, addito melle, vel etiam oxymel. ſcill. utatur.*

Vinum ex maceratione ſequentium hoc utile erit.

℞. *rad. liquir.* ℥ iß. *ireos* ℥j. *enula* ℥ß. *angel. ſeſeli ppr.* ãã. ℥ij. *marrub. hyſſopi* ãã. ʒiij. *ſem. aniſi, fœnic.* ãã. ʒij. *urticæ naſturt.* ãã. ʒj. *mell. deſpum.* ℥vj. *Vini albi menſ.* j. Platerus.

[17] *Materia per incidentia*) Vide infra cap. v. de Tuſſi §. *Incidentibus & expectorantibus.*

[18] *Cavendo nimis calida & exſiccantia*) Partes enim tenuiores abſumendo reliquum incraſſare poſſunt, & ita affectum contumaciorem reddere , ideo humectantia admiſceantur, *paſſulæ, ficus, liquiritia, jujubæ, violæ. Riverius.*

[19] *Laudantur*) Hoc Decocto *Joel Pr.l.3.ſect.1.c.4.* in Orthopnœa facultatem reſpirationis ſæpius reſtituit.

℞. *Zedoar.* ℥ß. *gummi ammon.* ʒij. *flor.ſulph.* ʒiij. *croci* ℈j. *contuſa coquant. in hydromel.* ℔j. ad medias, de quo ſæpius propinetur cochl. j.

Spiritus baccar. ſambuci in ſumma dyſpnœa valde proficuus eſt, da coch j. vel ſemis cum ſaccharo. *Martinus Blockvvitzius Anat. Sambuc.ſect 3.c.13.*

Flores roriſmarini, ſeu ejus *folia coque* cum *vino* optimo & *melle* ad dimidiat , ſume ante ſomnum , miro aſthman conferunt , vocemque clarificant. *P. Borellus cent. 4. obſ. 48.*

Secretum, *ſemen ocymi citrati ex jure pulli* decoctum cum *moſchi gr.* ij. *J. Ph. Brendelius conſ. 73.*

Virum ad x. horas aſthmatico paroxyſmo afflictum vidi , cui cum forte ab adſtantibus offerretur *ſpongiola aceto roſ.* intincta, ut vires recolligeret, ſubito fluxus interceptus, & ita paroxyſmu quaſi miraculo quodam ſedatus eſt. *Balth. Brunnerus conſ. 34.*

Mulieri paroxyſmo aſthmatico conflictatæ adfui, derepente ſuaſi ut ſumeret *aceti rutæ* , quod ſtatim ſupra januam cubiculi in promptu erat, cochlearia duo & ita miraculo quaſi quodam ſedatus eſt paroxyſmus. *Dom. Schonfelder. Hiſtor. & curat.44.*

Oleum Fraxini in aſthmate mirificum eſt , ſi ʒij. ſingulo mane ſumantur. *J. Th.de Bry Intr. ad vit. Phil.Tr. 2.c.16.Cl. Deodatus.*

Dioſcorides maxime probat in potione *Botrym,* & eſt valde efficax ad diſſipandam materiam in pectore contentam, *Capivaccius Pr. l. 2. c. 2.*

Mire probatur *Decoctum botryos* cum *meliſſa, beton. hyſſopo, pulv.rad. alth. &c. Crato l.1. conſ. 91.*

Vinum meliſſatum eſt maximum ſecretum in aſthmate, ut & *vinum pulmonariæ* : Item *infuſio aſell. in vino albo* eſt ſecretum in aſthmate. *Cl. Deodatus Panth.p. 140.*

Semen urticæ cum melle deſpumato conditum in aſthmate eſt remedium. *Auguſt. Etzlerus Iſag. Phyſ.mag.*

Convenit pomum dulce *Appium,* quod excavetur, immitte *pulv.thuris* ʒj. *ſacch.c.* ʒiß. tunc obturatũ operculo, & involutum charta madida, coquatur ſub cineribus calidis, mundatum detur ægro hora ante cœnam ad aliquot dies ; Præſtantiſſimum eſt remedium ad omnes

infuſione paratus, atque ſic magis à vi vomitoria liberatus, eſt perquam utilis: Hinc *Oxymel de Peto Quercetani* admodum proficuum eſt, Hinc & *Poterio* eſt baſis *Oxymel. ſui aſthmatici cen.. 2. cur. 45.* Alii.

℞. *vini malvat. vel Hiſpan. melioratis coct.* ā ā. ℔ viij. *folior. tabaci* ... ℥ß. *rad. enula* ℥iv. *polypod.* ℥ij. bulliant, Fit Potus aſthmaticis valde utilis.

Imo ſolus *fumus Nicotianæ* per tubulum hauſtus, paroxyſmum cohibere obſervatur. *Etmuller.*

Tabaci fumus per multos dies ſumptus, non tantum ab ac... ſſione liberavit, ſed in præcautione etiam idem mirabiliter profuit. Sed opportune ſumendus, bis tantum in die, nempe à ſomno, & duabus horis ante cœnam. Prodeſt in aſthmate à cauſa frigida, in ſubſtantia & bronchiis pulmonum obſtructis. *G. Caldera Illuſtr.* ...

Aqua & ſyr. nicotianæ veræ valde juvant. *Fr. Joel.*

Tinctura peti ſic... extrahitur cum *aqua vitæ, melle* excipitur, datur ad piſi vel fabæ magnitudinem, in ore detinetur ſenſim glutiendo pituitam copioſe trahit à ventriculo & pulmone. *Riverius.*

21. *Decoctum galli veteris*) A plurimis & priſcis & neotericis laudatum, quod licet *Septalius* velut craſſum & effœtum damnavit, Riverius tamen poſtliminio vindicat, atque ad teſtandam hujus remedii efficaciam, experientiam ſuam alterius experientiæ opponit: Iura hæc bini generis ... cum vel ſine purgantibus, & utriuſque varia & diverſimoda apud practicos recepta extant; unam autem aut alteram formulam proponemus.

Sine Purgantibus exemplum vulgare hoc eſt.

℞. *rad. enulæ & ireos Flor.* ā ā ℥ß. *fol. hyſſopi & praſſ. ſiccat.* ā ā. ʒvi. *ſem carth* ℥j. *ſem aniſ. & aneth.* ā ā. ʒij *liquir. raſ. & paſſular. mundat.* ā ā. ℥iij. *præparentur & inſuantur ventri galli vet. qui decoquatur in aq. font.* ℔. xv. *donec caro ab oſſibus abſcedat, colatura per ſubſidentiã depuretur, Liquoris clari* ℥vj. *dentur cum oxym. ſimpl.* ℥j. Vel ſi remedium hoc ſolut. deſideratur, in unoquoque hauſtu diſſolve *caſſiæ rec. mannæ* ā ā. ℥ß. ſumatur per plures dies continuos, quandoque per menſem integrum.

℞. *rad. Enul. & Ireos flor.* ā ā. ʒiß. *fol. hyſſop. tuſſilag.* ā ā *m. ß. liquir. raſ. paſſul mundat.* ā ā. ʒij *fic. pingu.* n. iv. *ſenn. mundat.* ʒiij. *rad. polypod. qu. ſem. carth.* ā ā. ʒß. *ſem. aniſi* ʒ ß. coqu. cum tertia vel quarta parte Galli veter. ſ. a. & fiat Juſculum pro una vice mane ſumendum, Continuetur per xii. vel xv. dies. *Willis.*

Platerus ſequentem Galli præparationem cæteris anteponit.

℞. *Gallum aliquot annorum jugulatum, Infarciatur ſequentibus Pulmonis vulpis fruſto recenti, vel præpar. & ſiccati* ℥j. *paſſular. mundat. & ficuum* ā ā ℥ij. *rad. enul.* ʒj. *b. hyſſopi, ſatureiæ, marrubii, thymi. calament. puleg. ſiccar.* ā ā. ʒj. *ſem. fœnic. aniſi* ā ā ʒj *ſem. carth. contuſi rad. polyp.* ā ā. ℥ß. *tart. alb.* ʒj. *ſalis* ℥ß. *vitell. ovor.* n. ij. *butyr. r.* ℥ß. Incidantur & *contundantur ſ. a.* inſuantur Gallo, decoquantur donec caro ab oſſibus ſecedat, in multa aqua, vaſe amplo, ne opus ſit novam affundere, Dein eam colato, & in ℔ x. adde mellis deſpum. ℔j, ne cito corrumpatur: Capiat Scutellam unam mane, diſſolvendo *caſſiæ recentis* & *mannæ* ā ā. ℥ß. continuando ad multos dies, ut menſem & amplius: Quod eo melius juvabit ſi mox etiam *terebinth.* ʒj. cum penidiis in forma boli aut aliter aſſumatur.

Septalius in animadv. Pract. hæc *Jura galli veteris* damnat tanquam inutilia, vel potius noxia; rationes illius ſunt, Quod experientiæ non reſpondeant, & irrito ſucceſſu à ſe & aliis Medicis Mediolanenſibus fuerint uſurpata; Quod ex longa ebullitione nitroſæ illæ partes ſubſideant, atque in percolatione abjiciantur. Alias rationes vide in *Indice Med. Pract.* vel ipſum *Riverium,* qui hanc formulam proponit.

℞. *rad. enul. camp. & ireos Flor.* ā ā. ʒiß. *fol. hyſſopi & tuſſilag.* ā ā. *m.* j. *liquir. raſ. & paſſular. mund.* ā ā. ℥ij *ficuum pingu.* n. iv. *ſennæ mund.* ʒiij. *polypod. qu. & ſemin. carth. cont.* ā ā. ℥ß. *ſem. aniſi* ʒiß. *coqu. cum tertia vel quarta parte galli veter. ſ. a. & fiat Juſculum.* Nota Gallo demenda eſſe ... ſcilicet alarum extrema, pedes, collum & caput, quæ ſuccum viſcidum & glutinoſum emittunt.

α. *Compoſitum ex aqua &c.*) Propoſitum etiam à *Riverio.* Aquam autem deſtillari vult in maris Balneo.

β. *Syrupus Nicotianæ*) Vel magis ſic compoſitus.

℞. *fol. peti, hyſſopi, pruſſii albi, capill. Ven.* ā ā. *m.* j. *rad. ireos Flor. liquir. raſæ* ā ā. ℥ß. *coqu. ad* ℔iß. *In colat. diſſolve ſacch. albi* ℔j. *mellis albi* ℔ß. *f. ſyr. perfecte coctum, clarific. & aromatiz. tantillo croci & cinnam.* da cochlear unum vel ij. mane, Ejuſdem virtutis eſt *oxymel & ſyr. de Peto Quercet.* in Pharmac. deſcriptus. Ex *Nicotiana ſicca* elicitur Tinctura cum *aqua vitæ melle* excipitur pauca illius quantitas, & ad piſi vel fabæ magnitudinem in ore detinetur, ſenſim deglutiendo: Pituitam copioſe trahit à Ventriculo & Pulmone (*& à vaſis ſalivaribus &c.*) *Riverius.*

γ. *Spiritus ſulphuris*) Qui viſcidam pituitam diſſolvit & bronchia aperit, ſi illius guttæ iv. aut v. ſumantur cum juſculo aut ſyrupo convenienti.

δ. *Sulphuris*) Cujus *flores* cum *butyro recenti* ad Pilular. formam redacti, per triduum exhibiti mane ad ℈j. aſthmaticos multum juvant.

Ejuſdem *Lac* idem præſtat majori efficacia & minori doſi, quæ gr. viii. tranſcendere non debet. Ex *floribus* fiunt Tabellæ optimæ.

℞. *pulpæ rad althææ & rad. ſymph. maj.* ā ā. ℥ij. *flor. ſulph.* ʒij. *flor. benzoini* ʒß. *ſacch. in aqua lilior. alb. diſſol.* ℥viij. f. Tabellæ ore detinendæ. *Crocus* in condimentis pectori utilis eſt, Tum etiam *Bellarium ſinapi cum melle* paratum egregie expectorat. *Riverius.*

24. *Spiritus ſulphuris*) *Spiritus ſulphuris per camp.* egregius eſt in paroxyſmo, Sicut alias extra paroxyſmum crebrior *flor ſulph.* uſus pulmonibus optime confert, In paroxyſmo nempe

℞. *aqua hyſſopi* ℥iv. *ſyr de helenio* ʒii. *vel* iij. *ſpir. ſulph. q. ſ. ad gratam aciditatem,* m. capiatur crebrius cochl. j.

Quin etiam ſolus *ſpiritus ſulph.* cum aqua appropriata propinatur ad attenuandum, abſtergendum, & tuſſim expuitione promovendam à quibuſdam exhibetur, V. g.

℞ *aqu. flor. rapar.* ℥iv. *cinnamomi ſpiritnoſa* ℥ß. *ſyr. de nicotiana unc.* j. *ſpir. ſulph. q. ſ.* pro ſubtili ſapore acido. M. Vel

℞. *aquar. hyſſopi, fœniculi. flor. rapar* ā ā. *unc.* j. *ſpir. zedoar.* ℥vi. *ſulph. q. ſ.* ad gratum acorem.

Quibus etiam miſturis *gummi ammon.* addi poteſt, niſi ſapor moleſtus fuerit. *Etmuller.*

Magnæ virtutis eſt in paroxyſmo aſthmatico *ſpiritus ſulphur.* ex ſulph. & *viridi æris* paratur, doſis ad ℈i. cum cerevisia. *Rolfinkius.*

25. *Sulphuris*) *Flores ſulphuris* extra paroxyſmum pro pulmonum conſervatione, atque, ſi læſi fuerint, reſtitutione uſurpantur. E. g.

℞. *flor. ſulphur. ſacchari* ā ā. *q. v. MS.*

Aut etiam *balſamus ſulphur. terebinth. & aniſatus,* nobile eſt in aſthmatibus humidis, præmiſſis præmittendis remedium. *Etmuller.*

In aſthmate *Tinctura ſulphuris* eſt optimum. *Johan. Agricola comm. in Poppium Tr. de ſulph. p. 450.*

Eſſentia ſulphuris aſthmati egregie medetur. *Idem pag. 466.*

A[illegible] ſiſtendum affluxum materiæ tenuis refrigerantia & [illegible] ngentia requirun[illegible] qu[illegible] a tunc *ſtercus* [illegible] *per* [illegible] *aqua font.* mixtu[illegible] ad g[illegible] um [illegible] corem: [illegible] tc aſſir[illegible] mu[illegible] me cum ſtupore [illegible] viſſe, [illegible] ſtat in red[illegible] liberiu[illegible] [illegible] tardius red[illegible]. *E. Brunnerus conſ.* [illegible] *es ſulph.* aud[illegible] *ata l. ſ. conſ.*

Nullum [illegible] rob[illegible] [illegible] & probatius remedium *Balſamo ſulphur*[illegible] q[illegible] omnium, non ſi[illegible] ing[illegible] ti ſtup[illegible] curat [illegible], De[illegible] à gt. v. ad vj. cum *ſyr. violar.* [illegible] *Grembs.*

Tinctura [illegible] *lphuris* in difficili reſpiratione [illegible] alet. *Adr. a Mynſicht.* [illegible] *p. ſt.* [illegible] id[illegible] ſup[illegible] §. [illegible]

[illegible] *Syrupus* [illegible] *otiana*, Hic à v[illegible] vom toria liberatus, nobil[illegible] um [illegible] remed um in aſt[illegible] [illegible] toris [illegible] ſcreation[illegible] opus habentibus, *Epiph.* [illegible] *erdinandus h. ſtor. 38. & 48.* hunc ceu remedium div[illegible] um [illegible] xto [illegible] diuu[illegible] cum [illegible] aſt[illegible] mate [illegible] ad pus in empyemate [illegible] evocandum, Sed nece[illegible] ut viscera [illegible] median[illegible] diuturna digeſtione in[illegible] tur, propterea ita deſcribi[illegible].

℞. [illegible] *tabaci* ℥j. bulliant in *aqua dulcis* ℔ij. ad conſumptionem medietatis, [illegible] n fine *malvæ, brancæ urſinæ, violar. aa. m.* j. *Coletur & cum ſapa* miſceatur, & calidiuſculum detur pluries. *Etmuller.*

Sumit *H. Augenius decocti fol.* ℔ ß. coquit cum *ſacch. q. ſ.* exhibet lambendum cum *mulſa* diluti ex decoctione hordei, ſumendo *ſyr.* ℥ij. *mulſa* ℥iv. Magnam [illegible] pro[illegible] [illegible] nando aſthmate habere vim ſemper novi.

In hoc affectu valet hic Syrupus.

℞. *Nicot. ſiccæ m.* iij. *calaminth. praſſii, aa. m.* ß. *capill. vener.* [illegible] *abroſ aa. m.* j. *ficuum n.* 6. *dactylor. n.* 10. *rad.* [illegible], *fenic. aa.* ʒß. *ſemin. aniſi fœnic. ſem. urticæ. aa.* ʒß. *rad. ireos* ʒij. *liquir.* ʒx. *coqu. in aqu. libr.* iij. cum *ſacch. & melle* fiat ſyrupus. *Obſerv. Grembs.*

27. *Nicotiana* Ego nullum præſentius novi quam *ſuffitum, ex foliis* Tabaci factum, mirum remedium eſt, quod non modo potenter expectorat, quicquid in ipſo thorace continetur, ſed etiam roborat Pulmones, fit autem mane quinque diebus continuis, ante prandium horis. *Hor. Augenius T. 2. Epiſt. l. 4. c. 19.*

[illegible] *Syrupus*) Hic eſt admodum efficax.

℞. *rad. raph. rec.* ℥iv. *porror.* ℥iij *ireos rec* ℥ij *enulæ, dracunc. vel* [illegible] *re*[illegible] *aa.* ℥j. [illegible] ʒß. *liquir.* ℥j. *herb. ſatureja, pulco. hyſſop.* [illegible] *marrub chamædr. aa. m.* j. *caul.* [illegible] *cabal.* [illegible] *m.* ij. *flor* [illegible] *ſem. fœnic. carth. aa.* ʒvj. *baccar. lauri* ʒß [illegible] *ica* ℥ß. *croci* ℈j. *fiat decoctio, addito ſacch. vel melle* [illegible] ſyrupus. *Platerus.*

27. *Syrupus Nicotianæ*) In Aſthmate Nicotiana pro ſpecifico habetur, *unde aqua ejus deſtillata, Syrupus de Peto* dictus, per iteratas infuſiones paratus, in potionibus antaſthmaticis præſcribuntur; & *Chriſt. Langius not. in Fabr.* in Anglia, beneficio attracti Nicotianæ fumi ad mortem fere aſthmaticum vomitu *curatum vidit. Wedelius.*

28. *Oxymel ſcylliticum*) *Oxymel cum agarico* utiliſſimum etiam eſt ad pulmones expurgandos, dando mane cochlearia duo. *Riverius.*

[illegible] *Oxymel*) Veteres [illegible] frequenti uſu habuerunt, Hinc & *Riverius cent.* [illegible] *obſ.* 8. *& alia* in paroxyſmo aſthmatico multum laudat.

℞. *aqu. cinnam.* ℥ij. *oxym. ſcill.* ℥j. M.

D[illegible] chle[illegible] im, præſ[illegible] um temporibus.

Ac tale [illegible] *Oxymelita* tali[illegible] præſtant fere *ſyrupis de hyſſopo, de helenio, de eryſimo* [illegible] belit, de *marrubio* &c. *Etmuller.*

[illegible] *Oxymel*[illegible] *comp.* ſpeciatim proſunt ad inc[illegible] em [illegible] rum[illegible] e In Aſthmate Oxymel [illegible] rum prodeſt, [illegible] d hic elegans in [illegible] locus *Scaligeri Exerc.* [illegible] non pauci[illegible] non

raro nnn p[illegible] [illegible] is ſemper [illegible] inteſtina [illegible] [illegible] h[illegible] [illegible] mo [illegible] dolor [illegible] [illegible] ur, [illegible] ar, ſemen [illegible] tale corrumpi[illegible] [illegible] Ubi [illegible] ad inci[illegible] endum datur [illegible] [illegible] natur[illegible] [illegible] aſſatur bona, quapropter [illegible] c[illegible] um [illegible] & qui bus [illegible] um [illegible] eſt [illegible]

28. *Ox*[illegible] *Venam, A*[illegible] *mel,* [illegible], in paroxyſ[illegible] [illegible] ant. [illegible] Scy[illegible] craſſam ac p[illegible] toſam [illegible] mucilaginem, inde [illegible] viſcerum obſtructionum, [illegible] ut [illegible] & miræ eſt energiæ. Radix præparata in uſu [illegible] ad [illegible] t mo [illegible] ente [illegible] [illegible] libano cum miſ[illegible] p[illegible] [illegible] ctione, [illegible] nativa [illegible] humid[illegible] e h[illegible] de [illegible] [illegible] naro pr[illegible] [illegible], tel[illegible] s partibus terreſ[illegible] [illegible] *Lud. Hoffmannus.*

28. *Oxymel Scylliticum*) M[illegible] entum a[illegible] dendi[illegible] pituitam [illegible] inum, in aſthmate & cum craſſi, viſcid[illegible] mat[illegible] [illegible] pr[illegible] [illegible] A[illegible] dulcia, inſida ſun[illegible] ntia, [illegible] nd menta & [illegible] potius quam prim[illegible] ſtupand[illegible] nemp[illegible] [illegible] dentur [illegible] [illegible] ſanguinem, adeoque obſtructio[illegible] adauge[illegible]. Locum ta non habent, vel ubi [illegible] ſanguis conci[illegible] andus, vel ubi abſterg[illegible] ndum [illegible] modum [illegible] d[illegible] cium cum acid[illegible] [illegible]; quatenus hæc [illegible] ſunt correctorium, & vi ſua inc[illegible] [illegible] aſſectiones [illegible] vant, lentorem vero corr[illegible] unt. *Wedelius Am. m.*[illegible]

28. *Scylliticum*) Q[illegible] *vim pra*[illegible] *ſa*[illegible] *matur. Scillæ* crudam ſuccum expri[illegible], & [illegible] um melle permixtum ad prunas [illegible] e, ejuſque cochlearia duo deglutienda præbe, Summe hoc prodeſt, evidentque ejus cu[illegible] periculum fecit, inquit *Archigenes*[illegible] *T.*[illegible] *2. lib. 4. cap. 17.*

29. *Rob. nucum*) [illegible] primis medetur ſi cum deſtillata aqua ex *fruct. mori* [illegible] temperatum fuerit, mirabiliter enim reſolvit. *Ioachim Fuch c. 13.*

Aqua deſtillata ex fructibus *rubi*, cum *rob. nucum* ſumpta pro pl[illegible] cito, aſthma reſolvit mirabiliter præſertim ſi cum ea detur *Elixir Propr. Paracelſi* a gtt. 6 ad 8.

30. *Sacchari*) Obſervandum ne nimis abutamur *ſaccharo* & *ſaccharatis*, ſpeciatim in affectibus pectoris, *Saccharum*, propter facilem efferveſcentiam, & hinc flatulentiam, multos exaſperat morbos, quorum radices in primis viis, [illegible] tebres, ſcorbutum, malum hypochondri cum deter[illegible] : Pectori mala, [illegible] ut familiariſſime [illegible] ccharat[illegible] præſcribantur, in nimia tamen copia potius [illegible] tavant, [illegible] diora reddendo excrementa, & pituitaginem & corruptelam pulmonum magis intendendo. *Etmuller.*

31. *Sacchari & raphani*) *Aqua ex raphano* recentis taleolas inciſo, & *ſaccharo* [illegible], inter duas patinas expre[illegible] poten[illegible] ſſi[illegible] um eſt expectorans & mucum reſolvens. *Etmuller. Guil*[illegible] *us Fri. 2. part. 2.* reſolvit [illegible] *quit*, mirabiliter aſthma, Recens paretur, alias cito fœtet.

32. *Spiritus Veneris*) Qui fit ex *viridi æris* pulvere, & ex retorta vitrea in arena, igne tertii gradus deſtillato. *Zwelfero Alka eſt* dicitur; humores craſſos attenuat, aperit, viſciditatem humorum reſerat: Deſtillatum cum gumm. ammoniaco, vide §. *Laudatur.*

33. *Gummi ammoniacum*) Conveniunt *Pilulæ* quæcunque quibus ſemper *gummi ammoniacum* eſt admiſ[illegible] um. Vel

℞. *maſſæ Pilul. de hiera cum agarico* ℈j. *gum. ammoniaci in aceto ſcill. ſoluti* ℈ß [illegible] *xtr. troch. alhandal*[illegible] *gr.* j. *vel* ij. *cum ſ. q.* [illegible] *ir. amſi* [illegible] *ant Pilulæ.* N[illegible] gendus in tali[illegible] n *Mercurius d*[illegible] *cis* cum *ſcamm. ſulph.* acuatus, *Etmuller.*

34. *Lobos*

34. *Lohoc*) Quæ lingendo ſumuntur, Eulitati ſunt *ſyrupi* [illegible] conveniunt *de hyſſopo*, *marrubio*, *oxymel*, *ſimpl.* *ſyll.* & præcipuè *Damocratis*. E[illegible] *de cauliculis de farfara de a*[illegible] *experimur de ſcilla*. Et [illegible] *ſimplex* [illegible] *Salom. Plerea*[illegible] [illegible] poſſunt.

[illegible] ʒij. *ſem. na*[illegible] *prepar* ʒj [illegible] ʒiß *ex ipſa autem mell. ſcyllit.* [illegible]

Per [illegible] ſic fiet convenientius Expecto[illegible]

℞ [illegible] *menta* [illegible] *aſſ. a.a.* ℥j. [illegible] *butyr. rec. aa.* ℥j *m.* Plate[illegible]

In A[illegible] ſequens Lambitivum *Geſneri* [illegible]

℞. *ſulphur* [illegible] *cum aqua tuſſilag.* [illegible] *hapat* [illegible] commiſc. *Achille* [illegible] *ſerm obſ.* 11.

35. *Lohoc ex* [illegible] *Lohoc* [illegible] *in affectibus pectoris* exim[illegible]

℞. *p*[illegible] *aa.* ℔ß *cremor. hord.* [illegible] *ad le ſpec* [illegible] *por. ſulphur.* j. F[illegible] .49.

35. *Enula campana*) Optimum anatalmaticum, quocunq; modo uſurpatum, imprimis pulver ſicum, & cum *melle* in Electuarii formam redactum; In aſthmate ſtomachali multum con[illegible]. *Ermuller*.

36. *Syrupi de hyſſopo*) Expertum eſt hoc ſecretum uti ter in die [illegible] one.

℞. *ſuc. ennle, ſuc. hyſſopi aa* ℥.j. *aqua ung. caball.* ℔j. *bulliant ſimul una ſeria & longa ebullitione* [illegible] *ſacch. q. ſ. f. ſyrupus, dotis* ℥ij. *ſine aquis* mane, meridie & veſperi, *Ben.* [illegible]

37. *Cum gummi ammon.*) Ex hoc (& aliis) fiunt Pilulæ ſpecificæ & ab affectu liberando efficaciſſimæ.

℞. *gummi ammon. & bdellii in aceto ſcillit. diſſolut. aa.* ℥ß. *flor. ſulph.* ʒiij. *pulver. tuſſilag. & ſatur. pector. & pulveras. diaireos* [illegible] ß. *cum ſyr. de hyſſopo f. maſſa Pil. ex* ʒj. *formentur* [illegible] *vj. dentur n.* iij. x horis ante cœnam, bis in hebdomada. Vel

℞. *al. ſocotrine* ʒß *myrrhe, ammon. aa.* ʒß *croci* ℈ß. *flor. ſulph.* ʒiß. cum ſyr. de tuſſilag. f. maſſa, da ʒj. 2. horis ante prandium. *Riverius*.

37. *Gummi Ammoniaco*) Quod egregium eſt incidens & expectorans; hinc eſt decantatiſſima Aqua *Brunneri* quam habet conſ. 34.

In paroxyſmo eandem laudat.

℞. *aqua hyſſopi* ℥iij. *vini Rhen.* ℥ß *gummi ammo.* ʒ. MS.

Ingrata eſt, ſed admodum in paroxyſmo *Aſthmatis humidi* laudata. *Ermuller*.

Ad Orthopnœam expertum hoc eſt.

℞. *ammoniaci cum melle ſcill. ſol.* ʒiij. *pulv. zedoar. ariſtol. rot. vera, myrrha, aa.* ℥ß. *ſem. naſturt. ſinapi aa.* ℥ß. *aqua theriac. ſyr. de cinnam. aa.* ℥ß. *lohoc ſani & exp. ſyr. nicotiana aa.* ʒiij. *extr. croci* ℈j. *loch ex aro.* ʒiß. *ſpir. ſulph. acida* ʒß. *MS. Joh. Freitingius Aur. Med. c. 25.*

Sequens decoctio in Orthopnœa facultatem reſpirationis ſæpe ego reſtitui.

℞. *zedoar.* ℥ß. *gummi ammon.* ʒij. *flor. ſulph.* ʒiij. *croci* ℈j. contuſa coque in *hydromel.* ℔j. ad medias, datur crebro cochl. j. *Fr. Joel.*

Exce[illegible] *ammon.* in aqua *veronic. ſalvia, hyſſopi* ſolutum, [illegible] *Rolfincius*

38. *Electua*[illegible]) Quod eſt *Ben Victorii*, ſecretumq; in eſſ: & [illegible] quacunq; cauſa ſit aſthma: doſis eſt ℥ß. man[illegible] & [illegible] greſſu.

℞. *butyr. rec. decies in aqua font. loti* ℥iv. *caricar. nucl. pini, dactylor. amygd. am.* [illegible] ℥ *ſucc.* [illegible] *ac. aa.* ℥ß. *hyſſopi*, [illegible] *thymi*, [illegible] *pra*[illegible] *ſem urtic.* [illegible] ℥ß *cinnam.* [illegible] *piper. nig. aniſi, carvi, cardam. aa.* [illegible] *moſch.* [illegible] ʒj. *aqua mell.* ℔ [illegible] *bene tra*[illegible] *in aqua me*[illegible] *deinde poſt lento igne coque ſuccum exprime* [illegible] *mel* [illegible] ℔ j. [illegible] *lent*[illegible] *iterum cola* [illegible] *amygdalas, bene omnia contuſa, & omnia in mortario nul*[illegible] *ceteros* [illegible] *ducito, alia vero omnia* [illegible] *pulveriſata pra*[illegible] *immittito*, Cui adde *pulmonis vulpi*[illegible] ℥j. *& dextrius permiſcendo ad* [illegible] *nem fiat* [illegible] *varium*

F[illegible] *Dja*[illegible] ab Italis vocatum, mirifice pituitoſo[illegible] humores ex[illegible] educere multoties magno ſucceſſu vidi. *Balth.* [illegible] *nnerus Conſ.* 32. Mirifice confert uſus *Diabut*[illegible]

39. *Oleum ſacchari magiſtrale*) Excellentiſſimum eſt remedium expecto[illegible] promovens. *H. Petraus*: datur eclegmatis inſtar. Excellens hoc eſt remediũ, ait *Riverius* [illegible] addc *olei ſulph. q. ſ.* ad gratam aciditatẽ.

40. *Extra*) Extrinſecus Pectus inungi debet relaxantibus ut liberius ſpirent, & concoquentibus, ut materia præp[illegible]retur.

℞. *ol. amy. d. d.* [illegible] *aa.* ℥j. *ſucc. hyſſopi* ℥ß. *coq. ad ſuc*[illegible] *butyr.* [illegible] *ſem. fœni* [illegible] *rad. li*[illegible] *sub prunis aa.* ℥ß. [illegible] ℥ß. *croci* ℈j. *cera alba parum, unge pectus.* Valet *Vnguent.* [illegible]

Ventriculo [illegible] remedia admoventur, ſiflatibus diſtentus malum augeat.

Vti & capiti ea quæ catarrhos ſiſtunt, caputque ſiccant & roborant, ſi inde oriatur vitium & exacerbetur, admovenda, Lotiones capitis ejuſdem gratia fiunt. *Platerus*.

41. *Extra unguentum*) Vltimum remedium eſt, ut pectus omni ſero in ingreſſu lecti, ante & retro inungatur hoc Vnguento ſecundum omnem ambitũ coſtarum.

℞. *ol. violac. am*[illegible] *d. dulc. aa.* ℥j. *pingu*[illegible] *anatis, butyr. rec. aa.* ℈iv. *croci, cera* ℈j. *cera q. ſ. miſce* f. Vngu. *B. Montagnana conſ.* [illegible]

42. *M*[illegible]) Præparantia humorem pituito[illegible] exhibentur, tum etiam poſt eas, quia [illegible] ad expectorationem impactum humo[illegible] præparant, Per ſyrupos & Aquas hoc modo.

℞. *ſyr. de liquir. de hyſſopo aa.* ʒiß. *oxymel. ſimpl. vel ſcill.* ſi tenax ſit materia ℥j. *aquar. hyſſopi, fœnic. ung. caball. aa.* ʒiij *f. julep per triduum ſumendum, aromatizandum pulvere diaireos*, vel dando *Tabulam* poſtea.

℞. *liquir.* ℥ß *enul. ireos aa.* ℥ß. *b. marrub. capill. ven. hyſſopi, ungulæ caball. aa. m.* j. *flor. ſcabioſ. ſtach. violar. malvæ* [illegible] *ſem. aniſ. fœnic. aa.* ʒij. *paſſul. enucl. jujub. aa.* ℥iß. *dactyl. enucl. n.* iij. *ficuum n.* x. *fiat decoctio, diſſolve in colat. oxymel.* ℥ij. *aromat. pauco cinnam. f. Apozema.* Platerus.

43. *Per epicraſin*) Notandum Purgantia in hoc affectu eſſe iteranda, idque ſub variis formulis, ne uni eidemque remedio Natura aſſueſcat: Sic etiam remedia detergentia, incidentia, expectorantia, aliaque per vices immutanda eandem ob cauſam, *Riverius*.

43. *Per epicraſin evacuatione*) Vino Purgante per dies ſex hauſto *Platerus* mulierem curavit Dyſpnœa laborantem & ad hydropem inclinantem.

℞. *rad. Irid.* ℥j. *enul. ſcilla prap. aa.* ℥ß. *marrub. m.* j. *cortic ſambuc. & ebuli aa* ʒj *ſenna* ℥iß. *agar.* ʒij. *zinzib.* ʒj. conquaſſentur omnia, & adde vini ℔iv. coquantur parum in duplici vaſe. Bibit cubitum itura per dies ſex, ceſſa itque Dyſpnœa, tumor evanuit, pulchreque curata fuit.

43. *Evacuatione per epicraſin*) *Etiam una generoſa*

malum ſuſtulit. Mulier quædam anheloſa erat & ſuſpirioſa, difficillime trahens ſpiritum, adeo ut ob pectoris anguſtiam ſuffocationem timeret; deploratæ talem Potionem miſi.

℞. *ſeri lactis bene deſpumati* ℥vj. *extr. eſulæ* ℈iß.

Permixta colataque bibit: multoties egeſſit & continuo ſanitatem acquiſivit, *M. Rulandus Cent. 2. Cur. 90.*

Quædam orthopnoica erat, magna copia pituitæ putris in pulmone, Purgatione & ventris inferioris; & multa anacatharſi melius habuit: In difficultate ſpirandi non eſt formidanda etiam frequens & magna purgatio. *Ballonius Epid. lib 2.*

Obſervandum vomitum hic aliquando ſatis commode inſtitui, cum conſtet per experientiam vehementi vomendi conatu promoveri quoque contentorum in Aſpera arteria expulſionem, Excepto ſanguinis ſputo, in quo vomitus ſemper exitialis. Vide *Walæum in Meth. Med.*

Vomitoria quandoque exhibentur inconſuetis, ſi forte hoc impetu è pectore cedat materia, ſed extra paroxyſmum, ne nimio conatu ſuffocationis periculum augeatur, Inprimis pro ſingulari in hoc affectu probatur *aqua Nicotiana* deſtillata. *Platerus.*

42. *Vacuatione*) Aſthmaticis extremis *Vomitorium* ſatis validum ſuccurrit; Fœminam jam ex ſuffocatione exſpirantem, pulſu formicante, frigidiſque ſudoribus præſentibus, vitæ reſtitutam fuiſſe memini, mox *ſyrupi emetici* ℥j. exhibita, cujus operatione, materiæ tenacis ac viſcidæ libræ aliquot ejectæ fuerunt. *Greg. Horſtius Obſ. 3. l. 10.*

℞ *aquæ ben* ℥j: f Potio.

Hæc paucis horis ex toto contumax cujuſdam ſenis aſthma removit & ſanitatem ipſi reddidit, licet octogenarius erat. *M. Rulandus cent. 7. cur. 85.*

43. *Per epicraſin evacuatione*) Exhibentur purgantia extra paroxyſmum, ſi defluxiones aſthma procrearint, vel foveant, illarum cauſa, cum è pectore alias nihil educant, Et in aliis cauſis, ut corpus ab excrementis purum commodius tractetur; Vbi tamen non nimis temere, niſi corpus impurum admodum ſit, ſunt affligendi, & leviora potius ſunt exhibenda, & *ſucceſſive purgandi*, niſi defluxio admodum moleſter; cujus cauſa quid faciendum obiter hic recenſebimus, Aſthmatis vero cauſa præcipue ſic procedendum, *Leviora purgantia*, quæ ſimul expectorant, ſunt *Caſſia, Manna & Polypodium*, ſic exhibita.

℞ *rad. liquir.* ℥ß. *paſſul. enucl. ficu.* ãã. ℥j. *jujubar.* ʒß. *polypod. ſiccati* ʒv. *f. decoctio, diſſolve manna* ℥iij. *vel caſſia* ʒiß.

Jus Galli decrepiti ab omnibus commendatur, in quo diſſolvi poteſt *manna vel caſſia*, Vel ſi fortius purgandum, alia Electuaria Phlegmagoga.

Vel hoc modo uſurpari poteſt.

℞. *gallum aliquot annorum, jugulatum, deplumatum, eviſceratum*, dein ſume, *paſſular. ficuum* ãã. *quart.* ß. *conquaſſentur in paſtam; ſem. carth. rad. polypod.* ãã. ℥ij. *ſenæ* ℥j. *agar.* ʒij. *ſem aniſ.* ℥j. *turbith.* ʒiß. *Zinzib.* ʒß. *contundantur & miſceantur cum paſta qua infarciatur gallus & coqu. in aqua*; Sume hujus decocti pro tribus vicibus, & ſi prima vice non operatur, miſce ſequentibus aliquid de *caſſia vel manna*, *vel utriſque*; Poſſent & in jure jam prius à *gallo decocto* prædicta incoqui, *Aliam præparationem* Vide §. 23. *Decoctum galli veteris* §. 23.

Trochiſci de violis ſine ſ ammon. pectori appropriati & pituitam purgantes hic probantur ʒiij. quantitate exhibiti, cum decocto vel aqua pectorali diſſoluti, inſuper adjectis aliis ſi minus ſunt efficaces: Validiores ſic parabantur ... ionibus dandi.

℞. *flor.* ... *omnino* x ... *ar.* ℥j. *turpeth.* ʒiv. *agar.* ʒiij *ſucco liquir. manna* ãã. ʒij. *ſ. ammon.* ℈ß. *cum ſyr. de violis f. Troch. Doſis* ʒij.

Potio hæc comperet.

℞. *agar.* ʒiß. *turbith.* ʒj. *Zinzib.* ʒß. *pulverata infundantur in oxymel. ſimpl. vel hydromel.* ℥j. *vini albi tantundem aqu. hyſſopi, fœnic.* ãã. *q. ſ. exprimantur colentur diſſolve diaphœn. vel diacarth.* ʒiß. *mannæ* ℥j. *ſyr. viol.* ℥j. *f. Potio.*

Vinum hoc valde proderit, præſertim ſi *flatus*, qui anguſtiam augent, ut ſæpe fit, adſint.

℞. *ſenn.* ℥ij *agar. trochiſc.* ℥ß. *turbith troch.* ʒij. *dic. ſcillæ* ʒij. *abſinth.* ʒiij. *baccar. lauri n. x. ſem. aniſ fœnic. carvi,* ãã. ʒij. *infunde in vini menſ.* iß. *& pocula uno mellis deſpum. Bibat aliquoties mane.*

Colocynth. pulpa intuſa in vino, & vinum exhibitum, in deploratis magnum cenſetur remedium; *Electuar. uſuale.*

℞. *Manna, caſſ. rec.* ãã. ℥ij. *diaph. diacarth tab.* ãã. ℥j. *ſyr. violar. oxymel. ſcyll.* ãã. ℥ß. *f. Elect. doſis à* ʒij. incipiendo, ad plures procedendo. *Platerus.*

43. *Evacuatione*) De vomitoriorum uſu in Aſthmate, Vide ſuperius §. *Extra paroxyſmum*

μ. *Cauteria actualia ſecundum*) Importunum aſthma curatur cauterio in capitis ambitu & nucha celebrato. *Zacutus Pr. Hiſt. l. 2. c. 7.* Ad tabem aſthmaticam fonticulus ſub axillis excitatus mire prodeſt, nullius incantamenti inſtar profuit. *Idem.*

ν. *Per lignum guajaci ſaſſafras*) De Sudoriferorum uſu vide ſupra §. 15 *Extra paroxyſmum.*

44. *Terebinthinam*) Quæ valde commendatur ad ʒij. vel iij. frequenter exhibita cum *oleo amygd. d. vel conſerva violar.* vel opiatæ forma.

℞. *Terebinth. aq. tuſſilag. diligenter lotæ* ℔j (*ſatius eſt illotam dare, vis enim Tereb in aquam tranſit ab aqua nihil mutuatur*) *ficuum pingu.* ℔ß *penid.* ℥iv. *olei amygd. d.* ℥j. Miſce. *Riverius.*

45. *Frictionibus, clyſteribus &c. avertenda*) Quid de horum præſidiorum uſu ſentiendum, vide ſupra §. 15. *Extra paroxyſmorum, num. v. de Opiatis.*

Diæta.

46. *Diæta*) In eo hoc eadem quæ in Incubo dicta ut tenuis, euchymus ſit, & facilis concoctionis minimeque flatulentus, crudus, adſtringens obſervanda; Inter reliqua, *Jus ſenum gallorum probat Dioſcor.*

Cochleæ comeſtæ à quibuſdam laudantur: In Condimentis *Crocus* pectori prodeſt, & inter *bellaria ſinapi* cum *melle* egregie expectorat; *Fabæ, hordeum, orobum, amygdalæ, pinea* laudantur, ſi flatulenta vis addito *ſemine carvi & fœnic.* corrigatur; *Ficus, paſſulæ,* *ecligmata* probantur.

Ferculum valde conveniens.

℞. *Porror. mundat. concisor.* ℥ij. *coq. in aqua vel jure galli decrepiti donec molleſcant & diſſolvantur, tunc adde vitellum unius ovi, butyri* ℥ij. *ſacch* ℥ß. *iterum parum coqu.* Comedat mediam partem in prandio, alteram in cœna.

Bibat *Melioratum*, quod in dies coquitur ad uſum, vel *hydromel*, quod certo tempore, caniculæ inprimis, præparatur & aſſervatur diu ad uſum, quo nomine hæc duo differunt: hiſce *hyſſopus* ſi incoquatur efficaciora ſunt; Vel *Ptiſanam*, quæ ſic gravior fiet.

℞ *hordei p.* ß. *liquir. baculos duos longos conquaſſatos*, paſſul. *enucl. n.* xx. *ficuum n.* xv. *decoqu. in menſuris* xi. *donec redeant ad* viii. *Si catarrhus urget addat jujubas n.* xii. Platerus.

Durante *paroxyſmo* (modo non ſit diuturnior) abſtineat à cibo & potu, quo enim venter magis turget, & minus facile fit reſpiratio.

Victus tenuis ſit; ſiccans & attenuans; abſtineat æger ab alimentis craſſos humores generantibus, à flatulentis

valentis, ab *aquoſis*, catarrhi materiam ſuppeditantibus; ab *aridis*, tuſſim provocantibus, à *vino* & alio potu vaporoſo à *ſomno* meridiano; *aere* veſpertino & nocturno, & à *ſupino decubitu*, quia in eo ſitu excrementa in aſperam arteriam à cerebro facile decurrunt: *Exerceat* ſe lenta deambulatione. Sæpe toleret famem & ſitim; ut ſuperfluus humor abſorbeatur: Vtatur *amygdalis, prunis, butyro inſulſo* cum ſaccharo miſto. *Ench. M. Pr.*

[47.] *Dividitur* humor in eum qui *in pulmone* colligitur: & tum ſenſim difficulter reſpirare æger incipit; difficultas eſt continua. Et eum *qui* [48.] *aliunde allabitur*: & tum continua totaliter non eſt: exacerbationes ſunt manifeſtæ: Purgantia propter periculum vitanda.

II. Aliud eſt *ab* [49.] *humore ſeroſo*, in ramis venæ cavæ majoribus fervente, & ἀθρόως per dextrum ventriculum cordis in pulmones irruente, ac arterias comprimente. [50.] Et hoc eſt frequentiſſimum. Devenit inprimis *ab Epate*. Hinc pedes aſthmaticis intumeſcunt ob ejuſdem imbecillitatem, humores ad pulmones primo ruentes, lapſu ad renes ſuo, urinæ difficultatem excitant. Eructationes & flatus in præcordiis inter ejuſdem ſigna cenſentur. Sæpius evacuandum; poſt exhibenda ſudorifera.

III. Aliud eſt à *crudo tuberculo, grandine & calculis*: de quibus ſuperius in anguſtia pulmonum actum eſt,

IV. Aliud eſt *Levius*, cum ſtertore, ſtrepitu, & tuſſi violenta, diaphragmate & intercoſtalibus; imò & abdominis muſculis opitulantibus. Aliud *Gravius*, [51.] *Orthopnæa* dictum, in quo reſpiratio eſt parva, denſa & velox admodum, quæ nonniſi pectore & cervice rectis peragitur, muſculis etiam ſuperioribus pectoris & ſcapularum operam conferentibus.

V. Aliud eſt *non periodicum* quod paroxyſmorum tempora non obſervat.

Aliud [52.] *periodicum*, quod [53.] certis temporibus; hyeme & autumno præcipue, quia materia eſt pituitoſa, *noctu*, quia tum temporis movetur, ſecundum lunæ motum, & quarto ferè die, exacerbatur & redit.

I. *Vel* quia humor ſe propria natura ad majus ſpacium extendit.

II. *Vel* quia [54.] in pulmonibus collectus, à cauſis externis, ut ira, crapula, flatulentorum uſu commovetur. Et [54.] *tum* [55.] quiete potius opus eſt, quod ſi *paroxyſmus ultra quartum diem* protrahitur, veſicatoria in dorſo, è regione pulmonis applicanda, vel [56.] ſinapiſmi anteriori thoracis parti admovendi.

III. *Vel* quia [57.] aliunde affluit. [58.] Et *tum* ſi *ſanguis* peccat, ſecanda baſilica vel mediana; ſi menſtrua intercepta, ſaphena; ſi hæmorrhoides, aperiendæ: ſi [59.] humor *tenuis* & mobilis, [60.] clyſteribus, frictionibus & ligaturis validis agendum; pedes in aqua calida detinendi: ſi *craſſus*, humectantia & [61.] diſcutientia, extra etiam ex oleis & pinguedinibus apponenda.

IV. *Vel* à flatibus & vaporibus ſubito irruentibus concitatur. Et *tum* validè calefacientibus etiam ab extra abſtinendum, ne materia fuſa malum augeatur.

De cætero, valent etiam ad incidendum & diſcutiendum, *Theriaca* in ore detenta & deglutita. *Vinum* in quo [62.] *aſelli* ſeu *millepedes* panno lineo excepti infuſi, abſque expreſſione propinatum, quod *Augenio* laudatiſſimum, quia tartarum craſſum & induratum diſſolvunt. *Vrtica* in vino decocta & pota. *Semen rapi toſtum* cum melle in forma linctus. [63.] *Aqua è floribus raporum* deſtillata, cum croco & pauxillo moſchi propinata. *Croci ſcrupulus in vino* calido exhibitus. [64.] *Potiuncula Brunneri* ex *ammoniaci* dr. j. aquæ *hyſſopi unc.* IV. *vini Rhenani unc.* II. compoſita. [65.] *Vinum* [66.] cum *croci ſcr.* j. *moſchi gr.* ij. propinatum: *allium in lacte caprino* coctum: *ficus ſemine ſinapi* conſperſæ, in vino coctæ & manducatæ &c.

VI. Eſt & *Hereditarium*, habentque ad id diſpoſiti laxos & debiles pulmones, qui vel humores facile cumulant vel affluentes recipiunt.

[47.] *Dividitur humor in eum*) Aſthma, quod fit ex *vitio Pulmonum*, & ut plurimum intelligitur ſub Aſthmatis mentione, eſt vel per *Epigeneſin*, vel per *Metaſtaſin*, Per ἐπιγένεσιν, vitio nutritionis propriæ depravatæ, per μετάστασιν vitio materiæ ex ſanguine, vel immediate, vel ex alio loco, mediante ſanguine aut lympha, ad pulmones depoſitæ.

Per ἐπιγένεσιν igitur fit Aſthma, quando vitio *vel* aëris, *vel* aliorum inſpiratorum, v. g. in metalli fodinis, foſſoribus, *vel* alia quacunque ratione lædunt pulmones, ut vitietur eorum digeſtio præfata ac nutritio, cujus effectus eſt coacervatio ſuccorum craſſorum, viſcidorum, aut ſimul [illegible]tioſa qualitate præditorum, qui vel in proprio Pulmonum parenchymate, vel in eorum bronchiis hærentes, aëris reciprocum motum impediunt, unde Aſthma.

Par ratio eſt quando ex *vitio lymphæ catarrhalis* aſpera arteria læditur, excoriatur aut alia ratione nutritio ejus propria vitiatur, unde alimentum ejus pervertitur, & in ſuccum viſcoſum ac mucilaginoſum degenerat; Nempe hoc eſt quod *Petrus Joh. Faber.* in *Pathol.* tradit, nempe excrementa in Pulmone ab ejus alimentis ſequeſtrata & abundantia, eſſe cauſam grandinis vel lapidis tartarique coagulati, ſi indureſcant; quod ſi vero adhuc ſint liquida, oriri aſthmata, tuſſes & catarrhos ſuffocativos, ſi ſcilicet liquidum hoc excrementum in lentam, gypſeam, & vitream mutetur viſciditatem verum produci Aſthma,

Fieri hoc ſolet inprimis iis qui in fodinis metallicis ſunt occupati, aut qui mineralia, aquas fortes, antimonialia, mercurialia tracta, quorum inſpiratum Gas, ſive fumi maligni cum aëre hauſti, ita depravant digeſtionem Pulmonum, ut loco aſſimilationis alimenti proprii, hoc ipſum degeneret in excrementa varii generis.

tranſitum ſpiritibus animalibus concedentes; Ideoque *Dom. Williſii* manca eſt ſententia, quippe qui rem falſam ſupponat; Porro ſi materia hæc morbifica fixa eſſet, ſicuti ſupponit, ac velut concreta intra fibras muſculares organi alicujus reſpirationis grata facti, vel quopiam nervorum plexu, illuc excurrentium, quis conciperat hanc tamdiu citra acorem inſignem ſuccedentem poſſe ſubſiſtere; quin paulatim partem corroderet, ulcuſque excitaret; id quod nequaquam accidit, docente experientia.

Ex mea autem ſententia veriſimilius eſt materiam morbificam, à qua excitari ſolent paroxyſmi periodici Aſthmatis ſpaſmodici, è ſanguine deduci, ſed ſolummodo facta illius congeſtione, eoque incremento ut valeat fermentationem inducere maſſæ ſanguineæ, hancque motu extraordinario concitare, ob particulas illas heterogeneas quibuſcum male illi convenit: ſive id contingat à prava ſanguinis ipſius diſpoſitione, ſive à vitio primæ concoctionis, vel tandem à quapiam cauſa interna vel externa qualiſcunque illa fuerit: Materia inquam hæc ad certam uſque menſuram congeſta, ope tandem fermentationis effunditur extra vaſa, & partes nerveas invadens, aut Diaphragmatis, aut Pulmonum, aut Muſculorum intercoſtalium villos irritat, ac in conſtrictiones & dilatationes adeo violentas & irregulares impellit, paroxyſmi aſthmatici convulſivi eſſentiam conſtituentes; tamdiu exporrecti quamdiu ſuppetit materia illa acida & irritans, neque plane deſinens quin ex toto conſumpta ſit. Demum materia iſta acris de novo ſuccreſcens intra maſſam ſanguineam, & ſicuti prior incrementum aſſumens, donec æqualem quantitatem nacta ſit, eodem tempore etiam è vaſis elabitur, in quibus cum ſanguine circulabatur; & in fibras delata, aut nervos inſtrumentorum pneumaticorum, eoſdem ac prior materia effectus edit, agitationes ſcil. violentas & convulſivas; hincque deducenda eſt *Periodorum* ratio in aſthmate, quæ certis temporibus ægros affligunt, alias ſemel in menſe, alias bis, alias rarius. *Anonymus Tract. Cur. de morb. pect. c.* 1. Gallice edito.

11. *Certis temporibus*) Cauſæ Aſthmatis evidentes, præcipuæ ſaltem, & maxime communes, ſpectant *aerem* & *ſanguinem*, pro diverſis alterationibus & immutationibus quas ſubire apti nati ſunt.

Aerem quod ſpectat, notum eſt 1. Aſthmaticos ægrius hyeme quam æſtate ſpiritum ducere, graviuſque illa quam hac tempeſtate paroxyſmũ urgere, quia videlicet aër, tunc impenſe frigidus corporis poros cõſtringit, ac vaſorum capillarium, per habitum corporis ſparſorum; adeo ut ſanguis excurſu libero carens, propriiſque fuliginibus gravatus, ob defectum tranſpirationis, in majora vaſa remeare cogatur majori quam antea impetu: vaſa autem pulmonum permeans illa admodum repleat & expandeat: Iſta autem expanſio fieri nequit, quin ſimul bronchia ſolito magis conſtringantur, hinc fit ut minor aëris copia pulmonum meatus ſubeat quo tempore ſanguis illo magis indiget ad ſui refrigerium, cum ſcilicet maxime calet & æſtuat; ideoque fit ut tunc Aſthmatici tam difficili reſpirandi difficultate premantur; Id quod æſtate non accidit, niſi vehementius accedat exercitium, quia pori magis patent, humoreſque facilius tranſpirant.

2. Aër craſſior, copia vaporum & exhalationũ inquinatus, cujuſmodi eſt paludum & locorum lacuſtrium, paroxyſmum aſthmaticum ſæpenumero ciet, humorum prohibendo tranſpirationem; at non eadem ratione qua aër ſumme frigidus, conſtrictione pororum corporis, ſed eoſdem obſtruendo.

3. Paroxyſmum aſthmaticum excitare aptus eſt *aër marinus* in iis qui navi vehuntur aut loca maritima incolunt, duplici ratione, 1. quia aër calidior, ſalinis corpuſculis donatus, quæ hauris ex maris vicinia, fermentationem inducit & admodum diſſolvit maſſam ſanguineam, ideoque idoneam reddit commovendis fluxionibus & eruptionibus ſeri in pulmones.

Illud enim ſcire intereſt, vim aëris ſitam eſſe in facultate quadam elaſtica, quæ nihil aliud eſt quam rigiditas quorundam ſalium illum componentium: Sicuti autem aquæ vis ineſt quodvis ſalis genus diſſolvendi, itidem quo plus aër humidi obtinet, eo plus illi decedit de vi elaſtica, ac proinde minus idoneus evadit attenuando & impellendo ſanguini quantum ſatis eſt ad circulationem facilem reddendam & æqualem: Id porro manifeſtius eſt in aëre pluvioſo, experimento aſthmaticorum; is enim cũ multo vapidior ſit & humidior aëre marinum, eapropter multo minorem obtinet vim elaſticam, per quam ſanguini robur conciliat, ejuſque motum foveat & augeat.

4. Aër admodum tenuis & levis, cujuſmodi in cacuminibus montium hauritur, aut faſtigio excelſæ turris campanariæ, nonnunquam paroxyſmum aſthmaticum ciere valet, eo quod citiſſime pulmones permeet, nec juſto tempore moreatur, illos ſufficienter expanſurus, adde quod præ tenuitate pauciſſimos ſibi adſumat ſanguinis fumos, quos in expiratione ſecum auferat; id quod dyſpnœæ cauſa eſſe poteſt.

Tandem aër corruptus & peſtifer ſæpenumero paroxyſmum invehit; quod ſcateat ſalibus corroſivis & incidentibus, ideoque contextum ſanguinis facile diſſolviat, Sanguinis autem diſſoluti portio tenuiſſima ſerũ, affatim in pulmones irruit nẽpe, jã ante male conſtitutos in ejuſmodi affectibus, Adde his ſanguinẽ, jam ante admodum in contexto ſuo diſſolutum, fere eſſe immobilem, quia ſpiritus qui motum illi conciliant, à cæteris partibus facile ſejuncti, pæne omnino abſumpti ſunt, adeo ut hic ſanguis, Pulmones permeando, in iis hæreat, & viſcus hoc gravet non ſecus ac ſi coagulatus eſſet.

Cauſæ evidentes Aſthmatis ex parte *ſanguinis*, internæ ſunt aut externæ; *Internæ* ſunt quæ in illum immediate agunt, ſuppeditando particulas heterogeneas idoneas fermentationi inducendæ & diſſolutioni, Cujuſmodi ſunt aliquando ſuppreſſio menſium aut hæmorrhoidum, aut alius cujuſpiam vacuationis particularis; ulcus inſigne in quopiam viſcere, & febris: Sanguis enim cum tunc admodum æſtuet diſſolutus, in pulmonibus excitare poteſt mutationes ante adnotatas; magnam agitationem in vaſis, compreſſionem meatuum aëris, & inſignem ſeri aut lymphæ in eorum cavitates effuſionem; Pulmone autem hoc in ſtatu admodũ oppreſſo, ne ſuffocationis periculum incurrat æger, ſeptum tranſverſum & muſculi pectoris admodum enituntur, ac, ut ita dicam, extremos adhibent conatus quo aër in bronchia admitti queat; id quod naturaliter accidit, & machinæ ſtructuræ, ratione ſola neceſſitate impellẽte: Vel quia anima ex firma apprehenſione vehementię affectus, ſpiritus animales determinat ad uberiorẽ influxum in muſculos reſpirationi dicatos, opem quoquomodo laturos.

Externæ ſunt quævis exercitia vehementiora, aut errores à quibus incendi poteſt maſſa ſanguinea, & motu extraordinario impelli, Id quod potiſſimum patet in concitatiori curſu, aut in acclivi aſcenſu; nam præterquã quod, non ſecus ac cætera exercitia vehementiora, ſanguinem accendunt, modo præterea ſingulari in excitando paroxyſmo concurrunt; ſpiritus enim animales ante determinati ad influxum copioſum in muſculos tibiarũ, urgente neceſſitate, quo curſui ſatisfiat, aut ad gravis ponderis elevationem, non ſufficiens eorum copia illabitur in pulmones, uti nec in muſculos pectoris & diaphragma, ad legitimam intumefactionem & compreſſionem pulmonum, & aëris eam copiam admittendam quæ ſufficiat fovendæ circulationi ſanguinis: Atque

hinc arceſſenda eſt magna illa dyſpnoea quæ aſthmaticos urget, ob quam nonnunquam in via ſubſiſtere coguntur in curſu aut aſcenſu locorum acclivium. Id quidem nonnunquam experiuntur, eadem de cauſa, ij qui pulmones à natura obtinent probe conſtitutos, hoc tamen diſcrimine quod aſthmatici quam hi magis anheloſi fiant; nam præter inopiam ſpirituum qua laborant organa reſpirationis, laborant prætereà vitio conformationis pulmones, præ quo commeatus aëris inhibetur, quo priores non laborant, *Tract. Novor. de morb. Pect. ad rec. mentem c.1.*

53. *Periodicum, quod certis temporibus*) Aſthmata convulſiva ſæpius ſunt hæreditaria, non ſecus ac morbi epileptici; Sunt enim utplurimum *periodica*, certum tempus recurſus obſervantia, Et ubi ceſſaverunt aliquandiu, facile per multiplices occaſiones externas, v. g. per iracundiam, mutationes tempeſtatum &c. recidivam incurrunt. *Etmuller.*

54. *In pulmonibus collectus*) Paulatinam congeſtionem refuto, cum enim Natura non ceſſet per tuſſim ejicere quæ moleſta ſunt, adeoque tuſſis in id ſit inſtituta, quis credat Naturam tamdiu otiari ut fiat acervus pituitæ? An ſi fiat, morbus eſt in ſuperficie lævigata? Tunica enim interior bronchiorum, ex palato eo deducta, cum valde ſenſilis ſit, ſi imbiberit aliquid de pituita, non ſentiet ſtimulum. *Hofmannus l. c.*

54. *Vel quæ in pulmonibus collectus &c.*) Bronchiorum anguſtia, primam Aſthmatis ſpeciem inducens, per obſtructionem fieri ſupponitur, quoties aut humores craſſi & viſcidi, vel materies purulenta, vel ſanguis extravaſatus iis impinguntur; aut tubercula, ſcirrhi, vel calculi eorum ductibus inſidebunt; vel denique humoris ſeroſi catarrhus in eos confeſtim depluet: Porro idem affectus per compreſſionem excitari putatur, quoties ejuſmodi (cujuſque illorum generis) materies arteriæ aut venæ pneumonicæ ductibus inhærebit; Profecto à variis huſce cauſis & afficiendi modis diatheſis Aſthmatica dependet; verum morbi inſultus quique, aut ſaltem paroxyſmi majores; propter accidentia quædam, aut occaſiones excitari ſolent: Quippe dum ſanguinis rivus dimiſſus, & leniter decurrens, reſpiratione modica contentus eſſe poteſt, præcordia ſine magno pulmonis aut pectoris labore pertranſit. Sin vero effervefcens iſte, & pulmones impetuoſius trajiciens, pleniorem aëris [illegible] deſiderat, propter hunc per vias anguſtas uberius admittendum organa pneumonica ſtatim omnia in nixus creberrimos accientur; Quicquid igitur ſanguinem effervefacit, inque orgaſmum concitat, uti motus violentus corporis aut animi, frigoris aut caloris externi exceſſus, vini potus, venus, quinimo interdum merus lecti calor prædiſpoſitis inſultus Aſthmaticos accerſit.

Vſitatum eſt huic morbo obnoxios ſæpe lectum ingredi non auſos, tantum modo in cathedra, aut ſuper cubile veſtibus indutos dormire poſſe: Cujus ratio eſt, quod corpore ſtragulis cooperto & concalefacto, ſanguis proinde in motum paulo concitatiorē concitus & fervefcens uberiorem aëris inſpirationem requirit quam per tracheæ ductus coarctatos ſuppleri queat, nam quo plus ſanguinis quaque ſyſtoles & diaſtoles vice pulmones trajicit, eo propter accenſionem, ſimul eventilationē ejus aër copioſius & celerius ingeri & regeri debet, cui penſo (cum propter impedimenta non facile ab[illegible]itur) tamen quoquomodo peragendo partium omnium reſpirationi dicatarum, cum magna totius pectoris contentione, conatus ultimi exeruntur. Porro ſanguis agitatus, in prædiſpoſitis non tantum aſthmatis occaſio, ſed aliquatenus cauſa exiſtit, nam proinde vaſa ſanguifera intra pulmones magis [illegible] plera & diſtenta, ductus tracheales jam jam anguſtos comprimunt, & multo a[illegible] *Willis*

55. *Eptum*) [illegible] Dyſpnoea ſi [illegible] ita viſcida è *capite in fauces* delabente, atque Pulmonum bronchia occupante, curanda 1. impediendo illius in capite pro[illegible]ium, per medicamenta quævis aromatica, *rorem marinum, ſalviam* &c. ſæpius in die quovis tempore [illegible] dori uſurpanda. 2. Eandem in capite collectam incidendo attenuandoque per eadem aromatica, & Educendo tum per alvum, tum per nares errhinorum ope, tum per os maſticatoriorum. 3. Eandem in Pulmones delatam incidendo per modo dicta aromatica, & tuſſi med[illegible] excreando, per aromatica Bolluca in ore contenta, [illegible] niſi leniſſime deglutita, quo illorum pars aliqua penetret ad Pulmones. *Fr. Sylvius.*

Soluto paroxyſmo ejuſque cauſa ſputatione repurgata, ne fiat ejus reverſio, capiti, fluxionis origini, providendum. Vtendum ergo matutinis capitis frictionibus, pectine verſus poſteriora *ducto*, occipitis frictione mane quondie mucus expurgetur per nares; ſucco *ſalviæ, majorana, anagall & ſim. Sternutamenta* etiam poterunt cieri, ut cerebri excrementa deſcendant in nares; Nec vero utendum *apophlegmatiſmis*, quia in hoc affectu tuta non eſt humoris derivatio quæ fit in os. ob vicinitatem faucium per quas fluxio decurrit, à cerebro in Pulmones. Interdum ſemel aut bis in quaque hebdomada, mane ante lecti egreſſum, capiti tonſo admovebuntur ſacculi quam calidiſſime: Fiunt illi ex *ſem. aniſi. fœnic. cumini. baccis lauri. junip. ſale comm. arena, ſol ſalvia, roriſm.* torrefactis in ſartagine, mox repoſitis in ſacculo. Interim ſemel aut bis purgabitur quoque menſe, ut antecedens morbi cauſa ſubtrahatur. *Suffiuntur* etiam integumenta capitis extra cubiculum, cavendo maxime ne eum ſuffitum æger ore excipiat; hic enim non aliter ac quilibet alius fumus in aſthmatis paroxyſmo reſpirationem facit difficiliorem. *Enchir. Pr.*

55. *Et tum quiete*) Quieti, cum paroxyſmo laborant, ſint, nec corpus admodum moveant, aut multum loquantur, quia hiſce concitatior facta reſpiratio magis angit. Et ſi decumbant, capite & thorace in altum, ſuppoſitis pulvinaribus collocatis, cubent. *Platerus.*

56. *Sinapiſmi anteriori*) Si pectoris medio veſicatoria apponantur, in omni aſthmate magnum afferunt juvamentum: Quam partem & urere jubet *Aetius*. *Alii Dropaces* etiam applicant. *Platerus.*

57. *Aliunde affluit*) Si humores aliunde in pulmones per intervalla affluant, difficilis reſpiratio continua non eſt, ſed per intervalla recurrit, Licet enim Aſthma quod à materia in pulmone contenta excitatur exacerbari plerumque ſoleat à cauſis externis, ita, aëre auſtrino, & ſimilibus in aſthmate tamen quod à materia aliunde affluente producitur, exacerbatio illa longe manifeſtior eſt. *Riverius.*

Si Aſthmatis materia à cerebro defluat, catarrhi ſigna adſunt: Sin vero nulla hujus indicia appareant per venas (*aut arterias*) materiam affluere conjiciendum eſt: Hepatis affecti, & partis mandantis rationem habentis, indicium eſt tumor pedum & cachexia. *Riverius.*

58. *Et tum ſi ſanguis*) Cum aliquem adoritur paroxyſmus, baſilica ſtatim ſecanda, maxime ſi ſit plethoricus & validus, ſeque veluti laqueo ſtrangulari conqueratur; depletis ſanguine venis liberior erit reſpiratio: Quod ſi hoc ſymptoma ſit vetus & aſſuetum, ac pleniſque jam miſſus ſanguis fuerit, ab eo remedio abſtinendum; licet enim ſymptomati ſuccurrat, ejus tamen cauſam fovet: Exhauſto enim per venæ ſectionem ſæpius repetitam calore, qui in ſanguine reſidet, magnus fit pituitoſorum, humorum, qui hunc affectum excitant, proventus *Enchir. Med. Pract.*

59. *Si humor tenuis*) Si catarrhus adſit, adfluxiones ſiſtendas, ſenſum pectoris obtundendum, *incraſſantia & ſtupefacientia* interdum propinantur, de quibus C. de Catarrho: Hic autem uti poſſumus Hordeato ſequenti.

℞. *Decocti hordei mundi ſelecti q.ſ.macera per vij.horas, poſtea coque perfecte, ut diſſolvi poſſit, paſſetur, dein accipe amygd. d. excort.* ℥iij. *ſem. cucurb. mundat.* ℥iſs. *melon.* ʒj. *papav. albi lactuc. ãã.* ℥ſs. *contuſis omnibus cum aqua hordei elicìatur lac, quod cum* ℔ij. *pulpa hordei permixtum coquatur parum, adde ſacch. portionem.* Bibat ad ℥x. aliquot matutinis ſuperdormiendo, & nonnunquam in lecti introitu.

Uſitatum Gallis & Italis ad defluxiones ſiſtendas & mitigandas remedium.

Ex Narcoticis vero dantur per intervalla *Opiata, theriaca, mithridatium, Philonium, cum pulvere liquir.* etiam in ipſo paroxyſmo, vel cum *diapen.* & *loch. de pulm. vulpis*, Teneat in ore *diatragac.* Vel

℞. *Pulv. diatrag. fr.* ʒij. *thur.* ʒj. *ſucci liquir.* ʒſs. *croci* ℈ſs. *cum ſyr. de violis fiant formula.* Platerus.

59. *Subinmor tenuis & mobilis clyſteribus) Fernelius*, ubi venæ ſectioni locus non eſt, ipſo ſtatim invaſionis tempore valide purgat ad revulſionem humoris in pulmones fluentis: Quod ſi una purgatio non ſufficiat, adhibet & ei alteram, dum fluxio magna ex parte ſit cohibita. Cujus conſilium pleriqne ſequuntur. *Enchir. Med Pract.*

60. *Clyſteribus*) Sunt qui Clyſteres acres ad revulſionem humoris in pulmones decurrentis indant, quibus tamen abſtinendum cenſeo, quia tumefaciunt inteſtina; his autem diſtentis comprimitur diaphragma, & per conſequens pulmo, unde difficilior evadit reſpiratio. *Ench. Med. Pr.*

α. *Vel a Flatibus & Vaporibus) Fr. Sylvius Pr. l.1. c.22.* In occulto dicto Aſthmate ſolos urgere credit halitus flatuſve: Uti eoſdem in Anhelatione, Incubo & hypochondriaca ſtrangulatione.

β. *Valent etiam ad incidendum & diſcutiendum*) Sunt qui *aquam cinn.* ex cochleari ſumptam ad lenendum aſthmatis paroxyſmum præſentaneum remedium eſſe dicunt, ut *ol. ſalviæ, roriſmar.* & *aniſi* arte Chymica extract. quorum guttæ 3. 4. aut 5. cum vino propinantur; vel his aſperguntur, vel irrigantur *tabellæ diatrag. frig.* quæ ægro vorandæ dantur; *Dodonæus* ſcribit ſe felici ſucceſſu uſum ſæpiſſime ℈j. *pulv. croci* cum cochleari *vini malvat.* Ego ſoleo in valde ſenibus & pituitoſis, & frigido temperamento donatis, *aquam vitæ hippocrat.* exhibere; hæc enim egregie coquit craſſos & pituitoſos humores, flatus colliquatos & diſſipat, vires roborat, ſputum facilitat. E. g.

℞. *Aqu. vitæ* ℥iv. *aqu. ungul. caball.* & *ſcab. ãã.* ℥iij. *ſacchari* ℥ij. *cinnam.* ʒvj. *trajiciantur per manicam Hippocr. Ench. Med. Pr.*

60. *Clyſteribus, frictionibus, ligaturis) Crurum lotio* calida à capite plurimum divertit & à pectore, facta ex *decocto ſalviæ, lavendulæ, flor. chamom.* ſambuc. aliiſque odoratis calidis. *Frictiones* extremorum eodem nomine comperunt; *Cucurbitulæ* ſcapulis affixæ, cruribus item, repetitæque diebus aliquot humorem ad pectus fluentem revellunt, & ſi morbo perſeverante ſub mammis affigantur, etiam materiam è pectore diſcutiunt. *Cauteria* in brachiis, cruribus inuſta, ſi à catarrho fiat, revellunt; *Veſicatoria* in carpo vel palma manus, aut etiam poſt aures adhibita idem potenter præſtant; Injiciuntur *Clyſteres* potiſſimum in conſtipatis, flatus diſcutientes & alvum ſolventes, tunc enim flatibus & fæcibus deorſum ſubſidentibus atque erumpentibus levantur: Quo nomine & ſuppoſitoria induntur. *Platerus.* De Clyſteribus vide §. 60. *Clyſteribus*)

61. *Et Diſcutientia*) Suffumigium ſequens ore excipiendum, ad exſiccandum, non tamen affatim ne ſuffocet

℞. *Fol. tuſſilag. ſiccor.* ʒj. *thuris, maſtich. ſtirac. ãã.* ʒſs. *ſulph.* ℈j. excipiantur pulveriſ. *terebinth.* f. Trochiſ. *Platerus.*

62. *Aſelli ſeu millepedes*) Ex præſtantiſſimis ſunt ſpecificis contra Aſthmata, communiter quidem ad *Humida* laudantur, non inepte tamen etiam ad convulſiva adhibentur à *Williſio*, adeo ut fomiti quorumvis Aſthmatum eradicando videantur convenientiſſima, Lindanus in M. S. ſuper *Hartmannum* in hoc ſolo animalculo curam perfectam aſthmatis eſſe aſſerit, *Vim habent anodynam* & potenter *diureticam, penetrativam, abſterſivam*, hincque contra arthritidem vagam, item contra ulcera & fiſtulas interno uſu ſunt commendatiſſimi, ſale volatili nitroſo admodum penetrante turgent.

Modus utendi varius eſt, quidam eos pulveriſatos in ſubſtantia ad ℈j. propinant: alii pulveriſatos cum melle miſcent; addunt etiam modicum *gum. ammon.* & cum *ſyr. nicotianæ* ac *hyſſopi* faciunt Electuarium aut Linctum; Optimus præparandi modus eſt ſi aſelli linteo incluſi infundantur vino: quod *Vinum infuſionis millepedum*, expreſſum & filtratum, ſingulare eſt ad aſthma remedium. Vel

℞. *Vini infuſionis milleped.* ℥iiij. *ſyr. de marrub.* & *hyſſopo ãã.* ℥ij. *extr. helenii* ʒij. *croci* ʒſs. m. ſ.

Alii in *aſthmate puerorum millepedes vino cum croco* & *cinnamomo* infundunt, & modico *Sacchari c. albo* edulcorant, certiſſimo, ut dicunt, experimento: At vinum tale macerationis in Diæta loco vini conſueti quidam adhibendum ſuadent. *Etmuller.*

Efficacia hoc præſidium Authores profuiſſe ferunt, *Millepedes* panno lineo excepti, & in vino albo macerati, citra expreſſionem potui dati. *Mercatus.*

63. *Aqua è floribus raporum*) Vidi *aquam ex flor. raparum*, cum *croco* & pauco *moſcho*, mixtam, miraculoſe aſthmaticis reſtituere reſpirationem liberam. *Balth. Brunnerus conſ. 32.*

Sunt qui *rapis exſiccatis, & in aqua card. ben. coctis & contuſis cum pulvere hyſſopi & pinguedine gallinæ*, cataplaſma factum maximo & laudabili ſucceſſu admovent. *Idem ibid.*

64. *Potiuncula Brunneri*) Extremum, *inquit conſ. 34.* & nunquam falleos habetur &c. Tanta efficacia à ſuffocatione liberat, ut præclarius remedium non viderim. Et Ph. *Grulingius Pr. l. 2. part. 2.* Extremum eſt, nunquam fallibile remedium,

65. *Vinum*) Vinum pro ſanando Aſthmate ab *Hor. Augenio*, quo pater ejus cum felici ſemper ſucceſſu uſus eſt, adducitur; Habet *vini dulcis*, quale potiſſimum *Vernacia* eſt, non craſſi ſed tenuis, *melicrati cocti ãã.* ℔x. *pulv. fol. tabaci in umbra exſiccat.* ℥iſs. *rad. polypod. qu. rec. ac minutiſſ. conciſi* ℥iij. *rad. helen. remoto meditullio & inciſar.* ℥iv. *macerentur horis 48. cola per manicam, conſervetur* in loco frigido: Dantur ℥vj. pro vice ſingulis diebus horis v. ante prandium.

66. *Vinum cum croci*) *Olei*, vel *eſſentia croci, gr.* v. *vel* vj. *moſchi opt. gr.* ij. *vini optimi q. ſ.* f. hauſtus. ſingulare experimentum eſt. *Cunradus Kunrath. Med. deſt. p. 336.*

Pulvis *croci* cum *cochl. vini malvatici* potus felici cum ſucceſſu adhibetur. *Sebiſius manual.*

67. Eſt & *Hæreditarium*) Sic familiam novi Genevæ in qua plerique aſthmatici intereunt, toto vitæ decurſu (cujus filum cito abrumpitur) vel tuſſi fatigantur, vel anheli incedunt, vel pulmonis morbis occupati intereunt: Ex illis vir quinquagenarius, jam pridem aſthmaticus, vindemiæ tempore cellam vinariam ingreſſus eſt, hinc tanta dyſpnœa ut intra bihorium extinctus ſit; Aperto cadavere, tumentes admodum, deprehenſi pulmones, bubulis majores, qui quod expandi ad aëris ſusceptionem, nec contrahi ad fuliginum expulſionem potuerant, præ loci anguſtia, citæ mortis cauſa fuerunt.

Cap. XX.

De Suffocatione.

Suffocatio, ſeu [1] *ſtrangulatio*, *eſt reſpirationis interceptio quod* [2] *nec aër neceſſarius per inſpirationem attrahitur, nec fuligines calidæ exſpiratione emittuntur.*

Signis opus non eſt.

Cauſa generalis in definitione expoſita.

Curatio, pro diverſitate cauſarum variat.

[3] *Differentiæ* ſumuntur à cauſis.

I. Alia eſt *à cauſis externis*, nempe

1. *Laqueo*, [4] in qua hoc ſoluto vena ſemel atque iterum ſecanda: aquæ antepilepticæ infundendæ: & hiſtoria puellæ ſub tyrannide *Cromwelli* [5] ſuſpenſæ & ad vitam revocatæ conſulenda.

2. [6] *Vaporibus* cloacarum, puteorum, cavernarum, [7] carbonum, muſti, cujus notabile exemplum apud *Borellum Cent. II. obſerv.* 4. cerevíſiæ &c. in qua [8] deportandi in aërem liberum ægris aſpergendi aquâ frigidâ, ut vaporum ferocia mitigetur: *Theriaca* cum *aqua vitæ* ad diſcuſſionem inſtillanda: vomitus & ſternutatio excitanda: *panis aqua vitæ imbutus* cordi applicandus, & thorax *oleo rutæ* inungendus.

3. [9] *Aqua, in qua haud pauci ſubmerguntur.* Et *tum*, capite deorſum inclinato, ſurſum elevatis pedibus, pennâ oleo intinctâ vel digito immiſſo, vomitus ciendus: poſt vinum generoſum vel aqua vitæ exhibenda &c.

4. [10] *Fungis venenatis*, & tum vomitus *raphani decocto cum oxymelite* excitandus: & vinum in quo meliſſa cum abſynthio maduit exhibendum.

II. Alia *ab internis*, id eſt.

I. *Vel* partium aëri attrahendo inſervientium, ut oris & narium anguſtia.

II. *Vel* [11] earum quæ tranſmittendo dicatæ ſunt, [12] ut faucium, præſertim circa laryngem, capitis aſperæ arteriæ, ſeu rimulæ, [13] ejuſdemque ductus, qui aliquando laqueo, fungis, catarrho &c. conſtringitur.

III. *Vel* [14] catarrho ſuffocativo.

IV. [15] His adde [16] fruſtula carnea cum pinguedine ad venæ cavæ orificia in ſubito ſuffocatis à *Riolano* inventa, quorum ſimiles carunculæ ad utrumque cordis ventriculum à *Bauhino* & aliis obſervatæ ſunt.

Spiritum aliquando ita inflammatum ut ei refrigerando externus aër non ſufficiat, inprimis ſi aliqua maligna conſtringendi qualitate imbutus eſt.

Nota denique exempla apud *Galenum*, & *Chriſt. à Vega* teſtari [17] non omnes quibus circa os ſpuma ſuffocatos interire.

[1] *Suffocatio, ſeu Strangulatio)* ἀπάγχω, ſtrangulo, ſuffoco, ἄγχω conſtringo, fauces conſtringo, unde ἀγχόνη ſtrangulatio: Strangulati intelliguntur quibus collum laqueo interceptum eſt, aut etiam manu: Poſſent etiam intelligi illi Anginoſi qui ob viam reſpirandi & deglutiendi interceptam quaſi ſuffocantur. *Dietericus Iatrei pag.* 192.

[2] *Quod nec aër neceſſarius)* Quando urget quidem aëris inſpirandi neceſſitas, exiſtente notabili ſanguinis in dextro cordis ventriculo efferveſcentia & rarefactione; atque permanet, ad tempus breve licet, pulſus ſatis magnus & robuſtus, deſinit autem tolliturque ſubito ipſa inſpiratio, tunc accidit Suffocatio vel Strangulatio. Aboleretur autem tam neceſſaria vitæ actio, vel Thoracis & Diaphragmatis, vel Pulmonum vel Viarum colpa: Solius thoracis, vel diaphragmatis culpa non putem aboleri poſſe inſpirationem, quamvis utroque ſimul in motu ſuo deficiente id accidere nil obſtet: Deficient ſimul in moto ſuo cum in apoplexia graviſſima ſpiritibus animalibus deſtituuntur partes omnes, hinc & ſenſu motuque, unde mors certo & confeſtim ſuccedit: *Pulmonum vitio* aboletur, quando aſpera in ipſis arteria quocunque modo extreme anguſtatur, *viarum* ad pulmones tendentium culpa, cum vel os & nares ſimul plane obturantur, vel larynx obſtruitur comprimiturve ſummopere, in catarrho ſuffocativo dicto, Angina, Strangulatione &c. *Fr. Sylvius Pr. l.* 1. 28.

[3] *Differentiæ ſumuntur à cauſis)* Abolitæ reſpirationis, ſive Suffocationis cauſa, ex triplici haurienda fonte, quatenus reſpiratio, ſive aëris admiſſio, & reciprocatio tollitur, Vel 1. vitio *viarum*, aërem non tranſmittentium; Vel 2. vitio *Pulmonum*, aërem non admittentium, Vel 3. *vitio muſculorum ac nervorum*, thoracem non legitime dilatantium ac moventium.

Poſtremam hanc ob cauſam forti *apoplexia* tacti inſtar ſtrangulatorum ſuffocati intereunt, propter deficientem thoracis & pulmonum motum, Sed præterea quoque in *Syncope*, deficiente ſanguinis & ſpirituum in pulmonibus motu: Tandem propter nervorum ceſſantem motum, ex ſpirituum animalium defectu lethalis ſuffocatio ſupervenit, qui modi ſunt ex nervorum reſolutione.

Contrarium virium *nervorum* eſt, quando *Suffocatio* fit ex *convulſione nervorum*, quales ſunt quas patiuntur hyſtericæ, in quibus nervi paris vagi ac intercoſtales ſpaſmo affecti, ut pleraque viſcera abdominalia, ita in ſpecie muſculos thoracis ac laryngis conſtringunt; hinc enim eſt quod hyſtericæ percipiant *anguſtias faucium*, quaſi laqueo ſtrangulentur, ex ſpaſmo nempe muſculorum laryngis.

Ex Venenis nonnullis aſſumptis, in ſpecie ex *Fungis* ob id *ſtrangulatoriis* dictis, ſubinde imminet ſuffocatio, quæ ſimiliter videtur originem ducere à ſimili convulſione laryngem aut diaphragma afficiente.

Facit

Facit huc etiam obſervatio *Plateri lib. 1. p. 171.* de imminente *ſuffocatione in coitu*: Notum vero eſt quod congreſſus recte appelletur parva Epilepſia, propter quaſi convulſionem quandam qua in tali actu afficiuntur nervi, Unde ex ſimili convulſivo impetu nervorum, thoracem moventium, talem ſuffocationem in coitu natam fuiſſe probabile eſt,

In ſuffocatione hac convulſiva eadem conveniunt quæ in paſſionibus hyſtericis & epilepticis, in ſpecie *caſtorina* & talia volatilia. *Etmuller p. 273. & 276.*

4. *Laqueo, in qua*) Laqueo pene ſtrangulatis *acetum cum pipere*, vel *pulegium tritum cum vino* exhibenda, & *collum lana ſuccida oleo irino calente* madida involvendum; Exhibeantur etiam *aqua epileptica*, vitæ, cinnam. & reliqua. *Joh. Schmitzii Ench. p. m. 421.*

4. *Laqueo, in qua*) In *ſuſpenſis* laqueus ſolvendus, vena ſecanda, frictiones artuum inſtituendæ, ſpirituoſa liquida infundenda; in loco calido ſeponendi, Conferatur methodus revivificandi ſuſpenſos ex *Wepfero Tr. de Apopl. p. 182. Barthol. cent. 2. Epiſt. 96.*

5. *Suſpenſa & ad vitam revocata*) *Janus Cornarius, Diomedis*, magni illius Hippocratici Doctoris in Academia Marpurgenſi Filius, in *Hiſtoriis admirandis raris*, hanc hiſtoriam ex antiquo libro Actorum Facultatis Medicæ Viennenſis deſcripſit, Anno 1492. *Conradi Prautenavers, de Puechperg*, ob furta ſuſpenſi & ſtrangulati, corpus Facultati Medicæ ſecandum tradebatur, Animadverterunt Medici aliquem ſpiritum vitalem in corpore ſupereſſe, proinde ex utraque cephalica ſanguinem largum detraxerunt, aliaque neceſſaria adminiſtrarunt; Apparuerunt in eo ſymptomata horribilia, ſuffocationem minantia, *aderat ſpuma circa os notabilis & perſeverans*, propterea Medici aphor. *Hippocratis* allegabant, Hunc trium literarum hominem fortiſſime conſtrictum ob vehementes capitis, pedum, imo totius corporis commotiones quatuor robuſtæ perſonæ tenuerunt, mente nimirum laborantem; Retulit poſtea ſe non poſſe in memoriam revocare ea quæ ſecum acta fuerint: Tandem comite Pedello ad B. Virginem in Ottingen patriam ſuam ivit.

Medicus quidam in Anglia pollicitus fuerat ſe omnes ſuſpenſos poſt horam unam atque alteram reſtituturum, modo nulla facta ſit diſlocatio vertebrarum cervicis, referente Domino *Conringio* Diſſert. ad *Duncanum Liddelium Art. Med. l. 3. c. 9.* Dietericus Iatrei p. 192. De ſuſpenſa in vitam revocata ope medica Vide *Wepferum Diſſert. de Apopl.*

6. *Vaporibus cloacarum, puteorum &c.*) Quæſtio eſt de his, quomodo interimant? An Gas, ſive fumi exhalantes, afficiant immediate Pulmones & ſanguinem per os circulatum, An vero afficiant caput & cerebrum, ſpiritusque animales in iiſdem habitantes? Res eſt difficilis, conſiderentur ſymptomata, Revera videntur Apoplectici, Probabilius tamen videtur revera ſuffocari tales, & ex alteratione ſubitanea ſanguinis per Pulmones circulati; hinc à ſpirituum vitalium inchoata extinctione, & continuati radii cum ſpiritibus animalibus interruptione omnia iſta mala oriri. Id quod hoc ipſum confirmat, eſt quod in tali aëre quilibet ignis extinguatur &c. *Vide reliqua lib. 1. cap. de Cerebri anguſtia ex Etmullero.*

7. *Carbonum*) Notat *Schenckius* Jovinianum Imperatorem media hyeme Romam proficiſcentem, & in cubiculo recens cruſtato & calce obducto, in quo ad hanc ſiccandam magna vis carbonum accenſa fuerat pernoctantem, ex hac vita emigraſſe.

8. *Deportandi in aërem liberum*) Qui ex fumo carbonum, aëre cellarum, aut puteorum ſuffocati videntur, iis inprimis convenit *Vomitorium*, tam præmittendo, quam permiſcendo ſimul aquas & potus ſpirituoſos, & quidem in majore longe doſi danda ſunt *Vomitoria*, cum difficulter talibus exhibeantur ægris: *Spirituoſa*, tam præmittenda quam intermiſcenda ſunt; *ſpiritus vini*, *ſpiritus theriacalis*, *aqua apoplectica*, & ſimul etiam ſternutatoria inſufflanda ſunt ægris; Item in aërem exportandi ſunt ægri, os diducendum, continuo *ventus* faciendus, *facies* crebro *frigida* aſpergatur, *acetum* naribus admovendum, Refert enim *Nardius in Noct. Gen.* à fumo carbonum ſemi-mortuos ſolo calido *vapore aceti* ſuſcitatos, Item *caſtoreum* cum aceto admoveatur naribus, vel *acetum rutaceum*, aut *aqua hirund. cum caſtoreo*.

An larga *venæ ſectio* conducat, ad imitationem *Panaroli*, fere dubito, niſi forſan in plethoricis aut obeſioribus, in quibus natura tardior eſt ſanguinis motus pro hoc melius promovendo conducat? ſive locum inveniat. *Etmuller.*

9. *Aqua, in qua haud pauci*) Quid patiantur illi quibus aqua in aſperæ arteriæ feneſtram caſu influit, & quam anguſtiam pariat, ac quomodo magna vi tuſſis inde eam per os & per narium amplitudinem excutiat, ſæpe videmus in aliis: & in nobis ipſis interdum experimur; Via autem alio affectu laryngis rimula laborat, niſi quando per conſenſum à vicinis impeditur aut premitur; Et qui ſubmerguntur non tam ob aquæ influxum, quam impeditum omnem aëris tranſitum ſuffocantur. *Platerus.*

10. *Et tum capite &c.*) Si quis à naufragio in littus ejectus, præter membra artuſque frigore rigentes aquam etiam marinam affatim hauſerit; ea quæ urinam affluenter provocant illi exhibenda, & ne ſalſugo internas partes exulceret, potiunculam confici jubeo ex *hordeo*, *ficubus*, *uvis paſſis*, *ſem. aniſi*, *fœnic.* ejuſque *radice*, ac rubenti *cicere*, addito *radicis liquir.* momento: hæc enim marinæ aquæ ardorem atque acrimoniam retundunt, parteſque exulceratas leniunt ac mitigant.

Quod ad *cibi* rationem attinet, omnia ſalſa, acida, acerba, acria evitentur; *Aqua mellis*, *lactis bubuli*, potus cum modico *zacchari* ne coaguletur, præclare iis medetur: *Ptiſana* & quicquid ex *hordeo* conficitur, vel in ſorbitiunculis, vel pulmenti aut cremoris modum mirifice confert.

Quod ſi cutis foris (ut aſſolet) ex urenti ſalſugine erodatur, linimentum ex *recenti butyro*, *adipe ſuillo* non ſalito, *axungia anatis*, *anſeris*, *gallinæ*, *ungu. roſac.* atque è *populo nigra* (*peuplier*) admovenda. *Levin. Lemnius.*

Sub aquis ſuffocati ut reſtituendi ſint docet *Helmont. Tr. Demens idea* §. 50. nempe elatis pedibus inclinato corpore concutiendi ſunt, ut aqua effluat; Hiſce encheiriſibus addatur methodus *Borelli*, qui ſuffocatis talibus panis aſſati micas ſpiritu vini calide imbutas admovet, eaſque ſæpius repetit, & hinc, ubi reviviſcere incipiunt ægri, pro alteratione corporis interna imitemur *Foreſtum*, propinando *decoctum flor. chamom.* in cerevîſia factum, evocando in lecto ſudorem; Ipſe puellam duorum annorum, in aquam saponariorum delapſam, fere mortuam, leni vomitu curavit. *Etmuller.*

10. *Fungis venenatis*) Quomodo noceant, Vide ſupra §. *Differentiæ ſumuntur à cauſis*) Et Tract. de Venenis.

11. *Et tum vomitus raphani &c.*) *Fungorum* nimia ingurgitatione & malitia ſi ſtrangulatio angat, Vomitus concitari debet, dando *decoctum raphani*, vel *ſtercus gallinæ* exſiccatum pulveriſatum cum *oxymel.* Vel

℞. *Oxymel* ℥iſs. *ſalis Nitri* ʒß.

Dein ſequentia propinanda,

℞. *Abſinth. meliſſæ infunde in vino* & parum decocta bibat. *Platerus.*

Oleum *cort. citri* tanquam ſpecificum alexipharmacum commendat *Sanctorius in meth. vit. Err.*

Fungorum alexipharmacum eſt *oxymel ſquilliticum*, vel ſolum vel cum *theriaca* propinandum, præmiſſo pro circumſtantiarum ratione Vomitorio. *Etmuller.*

& anima cum ſpiritu fertur, In *Apoplexia* vero forti vix vitæ ulla manifeſta adſunt indicia, neque *deficientis*, aut exinde *male habentis reſpirationis* adſunt ſigna; Eſtque itaque catarrhus talis affectus ad *Peripneumoniæ* ſuo modo accedens: Et ejuſdem exemplum videtur repræſentare mulier catarrho ſuffocante interempta, quam refert *Platerus l. 1. obſ. p. 187.*

Quin etiam eum illuſtrat exemplum canis tali catarrho ſuffocativo mortui (*vide lib. 2. cap. de Catarrho. §. Suffocativus qui magno impetu*) Ex *Johan. Dolæo.*

Spuma ergo in iis qui laborant *Catarrho ſuffocativo*, & quæ tandem ſupervenit apoplexia graviore affectis, etiam ex pulmonibus eſſe videtur: Præter ſpumam in talibus apparentem, etiam interdum obſervatur *mucus*, qui dedit occaſionem figmento catarrhi à capite depluentis, qui tamen revera nihil eſt aliud qoam lympha paulo viſcidior, ex larynge tunc uberius emulcta, & io tantis anguſtiis, mediante crebriori reſpiratione, cum aëre ſecum elevata.

Cauſæ, quæ talem ſanguinis in pulmonibus ſtagnationem, aut uberiorem influxum, aut ſubſiſtentiam inducere poſſunt, *remotæ*, ſunt variæ, præſertim aëris obſervandum vitiom, ratione cujus & epidemicum ac malignum fuiſſe catarrhum conſtat. Sed propinquiores cauſas triplices eſſe arbitror, 1. Vel *ſanguis nimis abundans*, & qui præter rarefactionem intenſiorem & uberiorem, undecunq; concitatam, in Pulmonibus majus ſpatium occupat, adeoque tardius circulatur, tandem vere ſtagnat; ij. Eſt *vitium ſanguinis viſcoſioris* ſive *pituitoſi*, h. e. chylo crudiore imprægnati, ad motum tardioris, adeoque ſtagnationi aptioris. iij. Eſt *ſanguis ab acido vitioſe*, aut inſpirato aëre nimis frigido, aut deniqoe ex quacunque alia ratione *coagulatus ac inſpiſſatus.*

Quoad *Prognoſin*, res clara eſt, periculi eſſe pleniſſimum hunc affectum, propterea maturanda eſt cura, in qua *primarius ſcopus* eſt ut promoveatur ſanguis per pulmones, Id quod *vel* imminuendo ejus quantitatem, *vel* reſolvendo ejus coagulationem, *vel* denique eundem attenuando, ſicqoe liberiorem ipſi conciliando motum, perficitur.

Ex *remediis* inprimis ſe offert *Venæ ſectio*, fere ſemper neceſſaria, cum nil citius ac potentius ſanguinis circuitum multom immutare, eundem accelerare, & ſtagnationem impedire queat, quam hæc ipſa; Hinc etiam *Cucurbitulæ cum ſcarificatione* hinc inde affigendæ, *Clyſtere* quoque acriori alvus eluatur; Interna remedia ſunt *aqua aſthmatica*, ac pectorales dictæ ſpirituoſæ, inprimis temperatis & *anodynis* miſtæ mitioribus; Item *ſperma ceti* ad ℈ß. in hauſtu vehiculi calidi propinatum eſt egregium, & ab omnibus authoribus laudatum remedium, tam infantibus quam adultis egregie convenieos: Forſan etiam hic locum invenit *miſtura Sylvii* quam habet in *Praxi l. c. p. 280.* Quod ſi & tuſſis, & materiæ per laryngem tranſſudantis ſuperveniat rejectio, declinante paroxyſmo etiam leniter expectorantia uſurpari poſſunt. *Etmuller Pr. Part. 1. p. 232.* Vide lib. ij. volum. 1. cap. de Catarrho.

15. *His adde*) Huc refer varia *ſanguinis* vitia intra vaſa ſtagnantis, in quibus nonnunquam concreſcit, in carneam ſubſtantiam migrat; De hujuſmodi vitiis *Etmuller* l. c. Vitium hæret in pulmonibus, *ait*, aërem noo admittentibus; id quod fit interdom quando ſanguis ex quacunque ratione vitioſe ſtagnat in pulmonibus eoſque vitioſe replet; Sic *Panarolus Pent. 2. Obſ. 13.* Suffocationem excitatam à *venis ſanguine turgentibus* notat: Quo facit etiam *obeſitas nimia*, à qua nonnullos ſuffocatos refert *Schenckius.*

Stagnatio talis *ſanguinis*, præter *ſui abundantiam*, item præter viarum impedimenta, etiam fit ab aliis cauſis quæ coagulationem ejus inferre poſſunt; V. gr. ii qui poſt nimium motum & exercitium calefacto nimis corpore, ſubito ingurgitant potum frigidum, facile ſuffocationis periculum incurrere poſſunt; dum tali ex cauſa ſaoguis ad ſui coagulationem diſponitur, id qnod patet quia tali à cauſa noo raræ ſunt pleuritides, unde ſuffocationis periculum; Exemplum habuit *D. Michaelis*, in coquo, qui cum diutios & vehementius prope ignem incaluiſſet, ex ſubito frigido hauſtu in taotam ſpirituum anguſtiam incidit, ot quovis momento ſuffocandus videretur, quem curavit cum *ſucco expreſſo ex bellidis flore rubro*, quæ præter vim vulnerariam, inſignem habet vim diſſolvendi ſanguinem congrumatum, *Maurocordatus Tr. de uſu Pulm.* p. 88. notat ſuffocaoonem ob iiopeditum ſanguinis motum ob calculum io arteria venoſa natum, Sic *Polypus cordis*, quatenus ſanguinis motum intercipit, ſuffocationem infert.

Catarrhus ſuffocativus itidem propter effectum ita dicitur, de cujus inanibus commentis ſuo loco. Pertinent huc *ſub aquis ſuffocati*, Ex *fumo carbonum*, Ex *exhalationibus vinorum* ſive *cerevisiæ fermenteſcentium*, Ex *parietibus calce recens incruſtatis*, Ex *fumis metallicis*, aut *fumis cryptarum ſubterranearum*, *latrinarum diutius occluſarum*, *ex fornacibus lithanthracum*; Ex hauſtu *fumis aquarum fortium*, *ſulphuris incenſi* aut *ſimul.* vel ſuffocatio inducitur, vel ſaltem ejus periculum imminet. *Etmuller.*

Sanguis ſtagnans vel v. s. corporis quiete, vel internis ſanguinem plus minus attenuantibus, & liberiorem motum ipſi coocilianobus in debitum motum reſtituatur. *Idem.*

15. *His adde*) *Hippocr. l. 2. de morbis* meminit *morbi Pituitoſi*, qui *ſuffocationem* quandoque inducit: Non immerito vero ſuſpicatur *Schneiderus* l. de catarrh. ſpec. legendum potius Νῶτις πτυγματώδης quam φλεγματώδης, cum non mious bilis quàm pituitæ redundantis adſint indicia; Sic autem deſcribit *Hippocr. Corripit quidem morbus Pituitoſus etiam viros, ſed magis mulieres, & eſt hæc quidem craſſa & bene colorata, verum iter faciens debilitatur, & maxime ſi ad acclivem locum iter faciat: Corripit etiam ipſam febris tenuis, quandoque etiam* ſuffocatio, *& evomit ubi jejuna eſt bilem, & ſalivas multas, ſæpe etiam ubi cibum accepit, de cibo tamen nihil; Et quum laborarit dolet pectus & dorſum, alias alia parte & rubicundis cutis eminentiis impletur, velut ab urtica unuſtis.* Sedem morbi conſtituit commentator *Salius* io cavitate illa, de qua 7. aphor. 55. meminit *Hippocr.* inter ventriculum & ſeptum tranſverſum, quæ forſan eadem eſt quam memorat *Spigelius*, à me adnotata io anatome Veſalæ, in qnam eum Chirurgus manum intruſiſſet, lutulentam, quaſi ſterquilinio immiſſam, eduxit. Curat autem Hippocr. frequenti purgatiooe præſertim, & vomitu.

16. *Fruſtula carnea*) Polypos vocant, de quibus elegaotem tractatum edidit *Malpighius.* Vide §. 14. *Catarrho ſuffocativo.*

17. *Non omnes quibus circa os*) *Quibus larynx opprimitur, non reſtituuntur quibus os obſitum ſpuma eſt*, Aphor. 2. 43. Celſus: *Neque is ad vitam redit, qui ex ſuſpendio ſpumante ore detractus eſt*, Spuma ſi ex ſalivari oris humiditate, non mala, quia ſuſpenſus oondum ſuffocatus: Quæ vero ex pulmonis nativa humiditate, eſt mala, quia ejuſmodi ſpoma indicat caloris naturalis, ob magnam efferveſcentiam extinctionem & perfectam ſuffocationem; Servi interdum ſuſpendebantur ex ira à Dominis, quos detrahebant ira abeunte, & Medicis curandos dabant, notante *Mercuriali pag. 157.* Vide ſupra §. *Non omnes quibus circa os*)

Cap. XXI.

De quibuſdam Vocis depravationibus.

1. VOcis ſymptomata ſunt aliquot : at quia de aphonia, blæſitate & balbutie in ſymptomatibus linguæ egimus: hic de reliquis dicturi ſumus. [2] Depravatur verò vox, quando vel [3] *rauca* evadit, vel *alio modo à naturali diſpoſitione* diſcedit.

I. *Rauca* evadit [4] quando membrana [5] laryngem & aſperam arteriam inveſtiens [6] præter naturam [7] exaſperata & inæqualis redditur, quod fit

1. Vel à [8] *cauſis* [9] *externis*, ut [10] *clamore* nimio, & vociferatione, ubi *arteriaca* ex *amylo, tragacantha, penidiis, ſaccharo cando* &c. locum habent; [11] aëre frigido, ſicco, venenato, pulverulento, [12] hauſtu aquæ frigidæ vel vini, [13] cibis ſalitis & acribus, ([14] lupi viſio vulgare quid) quæ facilius leviter [15] refrigerantibus & humectantibus emendatur.

II. Vel [16] *ab internis*, nempe

1. [17] *Humiditate organi nimia*, quod in [18] catarrhis à capite delabentibus accidit, quæ [19] ſi per unum & alterum annum duravit, [20] vix ſanabilis eſt.

Et *tum*, præceſſit defluxio, [21] ſuſpendendaque eſt, *ſi* illa [22] frigida & tenuis proſunt ex arteriacis *diatragac.* calidum, *mel roſatum*; cum *ſucco glycyrrhizæ* : *ſi* calida & tenuis, adhibenda *diatragac.* frigidum, ſyrup. de *papav.* de *jujubis* &c. *ſi* [23] craſſus & viſcidus, exhibenda incidentia & organum lenientia, ut *loch paſſulatum* cum [24] *ſyrupo* de *eryſimo Lobelii.*

2. [25] *Pure* [26] *in pulmone contento*, unde tuſſis vehemens. Et *tum* curatio ex locis ſuis petenda.

3. [27] *Vlceribus* [28] *organorum vocalium*, quæ [29] etiam in lue venerea affligunt.

[1] *Vocis*) Vitia Vocis ibi indubie hærent & conſident ubi Vox efficitur, & ſonus aëris ſcilli in innumeras articulationes formatur.

Illud ergo per mechanicam, ad regulas & fundamenta ſonorum aliorum, aſſerimus eſſe *Glottidem* Medicis vocatam, ſeu rimulam laryngis, quæ & *Lingula* dicitur; & lingulam tibiæ non minus quam inſtrumenti vocalis in homine ac brutis quoque notat.

Id ut melius pateat, de ſtatu naturali communis hujus omnis vocis & ſermonis inſtrumenti quædam ſupponenda ſunt : & 1. Epiglottidem eſſe rimam oblungam in media larynge, quæ caput ſummum & oſtium eſt aſperæ arteriæ, ſubſtantiæ plane ſingularis, Latinis *Guttur* audit, ut *Pharynx* gula, oſtium œſophagi.

2. Eſſe hunc angiportum aëreum, qua aër dilabitur, tranſit, it, redit, refringitur, Unde cum idem omnium ſonorum ſit ſubjectum, huc unice invenit ubi allidatur & ſonum efficiat.

3. Aliud, eſſe reſpirare, aliud loqui, utrique vero præeſſe Glottidem; In reſpiratione paſſive ſe habet Glottis, uti etiam cedendo, ſuo modo, in deglutitione ipſa, In loquendo vero, active.

4. Omnem motum, qualis inprimis ſermo eſt, fieri à facultate animali, & conſequenter à muſculis, fibris, & nervis, quæ ſingula & dilatare & conſtringere, & deprimere pro exigentiæ modulo apta nata ſunt, unde & inter loquendum manifeſte circa aſperam arteriam taliſmodi undulatio, ſeu modulatio potius, & juxta hanc varians motus conſtrictorius & dilatatorius perſentitur ipſo ſenſu: In reſpirando vero eadem quieſcit, alias omnis reſpiratio eſſet canora.

5. Nervos Recurrentes eſſe vocales, quibus conſtrictis vox, ſonus & ſermo omnis interpolatur, vel amittitur, laxatis iterum redit & ſibi redditur: illi ſcil. ab interiori ſede reflexi in laryngem inſinuantur; irradiant vim motricem muſculis & fibris motricibus; atque ſic, ut loquitur *Piccolominus*, *Præl. Anat. p. 316.* motum ei motui perſimilem afferunt qui in architecturæ machinis trochlearum ope completur.

6. Per arteriam aſperam totam, adeoque, & præcipue circa laryngem decurrere vaſa lymphatica, ſuis velut cataractis & diverticulis glandulis, coërcita & producta plurimis, imo totum hoc clima ſpongioſum glandulis infinitis ſcatere, & lymphæ eſſe receptaculum; unde & ſcreatus ad excutiendum quod laryngi moleſtum eſt, ut tuſſis quæ Pulmonem infeſtant facit.

7. Glottidem lævitate temperata gaudere, ut & libere dimitti, liberius ſcindi, & citra remoram aër hinc in ſonos formari ſciſſus poſſit.

8. Ad vocem tum ſimplicem, tum articulatam edendam, requiri tenſionem aſperæ arteriæ, ut quando loqui volumus, vel clamare, huc intendamus aërem, cæteroquin nude & quiete tranſiturum, ſicque fiat hujus ſciſſio, quam modificant inferius impulſio ſeu tenſio aëris varia, ſuperius concamerationes & refractiones aëris variæ: In Reſpiratione ergo laxitas, in Voce edenda tenſio eſt neceſſaria. *Wedelius Theſ. de Raucedine.*

[2] *Depravatur vero vox*) Vitia vocis ſunt varia, quando nempe diverſimodè & non naturali modo ſonat vox: Præſuppoſita nempe hic conſtitutionem fiſtulæ pneumaticæ, ejuſque capitis laryngis, ceu vocem formantis, h. e. *vocales*, qui ſunt ſonus ex larynge ſimpliciter emiſſus, & oris certa amplitudine; majori vel minori, abſque nova alliſione variatus, ſicut dum partes oris, ſpeciatim lingua, vocem varia alliſione & inflexione modificant, *conſonantes* fiunt, & conſequenter propria ſic dicta loquela, ſive *vox* articulata efformatur: Jam, uti notum eſt quod per fiſtulam pneumaticam in longitudine & latitudine, humiditate & ſiccitate, aliiſque qualitatibus & circumſtantiis varius formetur ſonus, nunc clarus, nunc ſtridulus, nunc raucus &c. ita ſimili ratione cum noſtra fiſtula pneumatica, ſive aſpera arteria, comparatum eſt, ſimilibus ex cauſis vocem variante, ſpeciatim quando eſt ſicca & arida profert vocem claram, quam ſpeciatim in febribus vocant *Clangoſam*, ubi vero eſt nimis humida, vox fit rauca & obſcura. *Ettmuller Pr. p. 1. p. 215.*

[3] *Depravatur vero vox*) Exaſperata & inæqualis arteria, aſperam, lævigata vero & æqualis lenem ac ſuavem

ſuavem vocem emittit ; Inæqualitas enim inſtrumenti inæqualem vocem efficit, & hanc vocis inæqualitatem aſperitatem dicimus ; quod etiam exemplo demonſtratur, ſcilicet quando ſonus iſte qui ex lima aut ferro elicitur, ob limæ inæqualitatem ferrum inæqualiter percutientis inæqualis aſperque redditur magis ac minus pro limæ majore minoreve inæqualitate : Quicquid enim læve & glabrum eſt, dulcius ſonat, aſperis vero & inæqualibus exaſperatur vox. *Codronchius de Vit. voc. p. 19. Wedelius.*

3. *Rauca*) Raucitas à parte principaliter affecta dicitur [illegible], ſicut ægrotantes [illegible] vocantur ; βράγχος etiam raucedinem, à βραγχώδης raucedinoſum ſignificat, βράγχος enim non modo ſumitur pro catarrho in fauces illabente, ſed etiam pro ſymptomate, nempe vocis raucitate à catarrho illata : Notandum quoque ab *Ariſtot. 8. an.* βράγχος accipi pro anginâ ſuum, ut patebit textum conſulenti, quam vocem interpretes commune ſignificatum ſequuti, Raucedinem male verterunt. *Menjotius.*

Raucedo dicitur βράγχος, unde & βραγχᾶν, rauceſco, hinc etiam βραγχώδης vocatur qui raucus eſt &c. *Raucedo* ſine dubio quod philologis viſum ob aſperitatem R R, & gravitatem vocalium ſequentium dicta eſt, ut hoc ipſo aſperitas vocis & ſermonis, ſeu res quam ſignat exprimatur convenienter : plura vide in Lexicographis.

Synonyma non prætereunda, variis enim inſignitur nominibus hic morbus, ſic vocatur nonnullis *catarrhus gutturis* ; Cœlio Aureliano, *Influxio faucium*, Plauto *Ravus*, unde *ad ravim* uſque *clamare*, Plinio *Raucitas*, Lucretio *Aſperitas vocis*, Schneidero *Sudatio nimia laryngis.*

Definitur autem Raucedo, quod ſit *Depravatio vocis ex clara in obtuſam, æquali in aſperam, dependens à ſciſſione aëris in rimula laryngis inæquali.* Wedelius Theſ. de Raucedine.

4. *Membrana larynge*) Aſperæ arteriæ, quæ fiſtula eſt, per quam reſpiratio naturalis & vocalis redditur, morborum cauſa, vox & loquela deficiunt : Nam ſi capitis illius, *laryngis* dictæ, rimula nimium *adſtricta* ſit, quod *membrana* occaſione, in qua illa ſciſſa eſt, evenit, quando plus juſto ab aëre frigido, vel aqua frigida, aut adſtringentium uſu exſiccata corrugataque eſt, tunc vox *rauca* vel exigua redditur : Quod & vocis impedimentum ex diutius adhærente *muco craſſo* accidit. *Platerus.*

4. *Quando membrana laryngem*) Sicuti fiſtula ſonum raucum emittit ſi nimio humore perfuſa eſt, itidem ſi trachea arteria nimiopere madeat, vox irrauceſcit, ſi præſertim humore acri imbuta ſit, ſicuti in catarrho, accidit quia videlicet glandulæ membranæ interioris ſeri acrioris nimiam copiam eructant, quod ſputis materiam præcipue præbet, in catarrho ejici ſolitis. *Dan. Duncanus Tr. de mot. An. c. 13.*

5. *Laryngem & aſperam arteriam*) Ut partem primario affectam denominemus, ex ipſa ratione formali ponimus ibi indubie hærere affectum & conſidere, ubi vox efficitur, & ſonus aëris ſciſſi in diſtinctas articulationes formatur.

Illud ergo per mechanicam, ad regulas & fundamenta ſonorum aliorum, aſſerimus eſſe *glottidem* Medicis vocatam, ſeu rimulam laryngis, quæ & lingula dicitur, & lingulam tibiæ, non minus quam inſtrumenti vocalis in homine ac brutis quoque notat ; Hanc in Raucedine primario affici, atque hujus *Subjectum principale* eſſe merito concludimus.

Id ut melius pateat, operæ pretium eſt ſtatum naturalem communis hujus vocis & ſermonis inſtrumenti ſtatum naturalem perpendere (vide ſupra §. 1. *Vocis.*) Hinc ut ſtatus p. n. in Raucedine melius percipi & declarari poterit, ita conſectarium eſt ſubjectum hoc morbi modo affici per protopathiam, eſſentiam & propria labe, quando non aliunde afficitur, ſed circa ſuum clima cauſa morbifica inhæret, ſolum, modo per ſympathiam, deducto huc malo è vicinis aliiſve corporis locis.

Subjectum adæquatum, ſeu minus principale, conſtituunt reliquæ partes quæ ad formationem vocis ſecundario concurrunt, quando nimirum vitio quodam afficiuntur, qualia ſunt fauces, aſpera arteria, pulmones, qui inſtar follis ſunt, ſiquidem pro formanda voce continuo ſuggerunt. *Wedelius.*

5. *Laryngem & aſperam arteriam*) Vocis ἀνωμαλία, etſi à laryngis ac tracheæ arteriæ affectionibus ſæpenumero derivetur, à faucium tamen, palati & linguæ aſpritudine vocis lenitatem interdum quoque deperdi indubitatum eſt ; meritoque *Ariſtoteles 5. de gen. an. 7.* hujus affectus ſubjectum ſtatuit partes omnes à ſpiritu percurſas, quæ ſcil. è pulmone ad os uſque protenduntur, Nam, ut ait *Hippocr. 1. de Diæt. Per quos meatus aër movetur, & ad quoſcunque incurrit, talem vocem eſſe neceſſe eſt.* Et *ſect. 2. 2. Epid.* vocis aſperitatem in linguam ſcabroſam rejecit ; Et revera ſi ſalebroſa exiſtente trachea arteria, quæ larynge eſt inferior, ac in qua vocis materia duntaxat præparatur, vocem aſperari poſſibile eſt, larynge interim (vera vocis officina) naturalem ſervante lævorem, cur partes larynge ſuperiores, in quibus vox omnibus ſuis numeris perfecta redditur ac expleta, plus juſto inæquabiles factæ, vocem non exaſperabunt ? *Menjotius.*

5. *Aſperam arteriam*) *Hippocratis, Platonis & Ariſtotelis* ſeculo ἀρτηρία ſignificabat fiſtulam ſpiritalem ἀπὸ τοῦ ἀέρα τηρεῖν quam etiam Græci βρόγχον vocant & Aurelianus Rumam appellavit ; Sed ſequentibus temporibus arteriæ nomen venis pulſatilibus tributum eſt, quas Antiqui venas ſimpliciter nominaverunt ; Arteria vero, qua aër perperam vehitur atque revehitur, ad differentiam lævium arteriarum pulmonis, Aſpera cum adjuncto nominata fuit, quod membrana internam ejus ſuperficiem ſuccingens ex ſe paululum aſperior ſit, ut ſpiritus inter perlabendum magis repercutiatur. *Menjotius.*

6. *Præter naturam*) Non agitur hic de naturali vocis mutatione in puberibus, ſed de morboſa τραχυφωνία, eaque duplici, una obtuſa & rauca, altera ſonora & clangoſa, velut intra fictile ſiccum, aut cavum ædificium vox emitteretur, quales ſunt voces gruum, anſerum, & aquilarum clare ſtrepentium *Menjotius.*

6. *Præter naturam exaſperata & inæqualis*) Aſpera arteria cum adjuncto nominata fuit, quod membrana internam ejus ſuperficiem ſuccingens ex ſe paululum aſperior ſit ; Verumtamen ad moderationem iſtius aſperitatis humiditate quadam viſcoſa naturaliter oblinitur, & nonnihil æquatur, ac [illegible], inquit *Aphrodiſæus 1. Probl. 119.* hæc namque ſi deficiat, & quavis de cauſa ſcabri nimis fiant ac impoliti vocalis arteriæ parietes, vox τραχεῖα ſeu aſpera redditur, haud ſecus ac lima ferrum affricante aſper ſonus eiicitur : Sonus iſte non unus eſt atque continuus, ſed ex pluribus minutiſſimis creberrimiſque ſonis conflatus, aëre nempe, ob corporis cui allidit inæqualitatem, in varias portiunculas diſpertito, ac idcirco auribus moleſtior eſt quam major ſonus, nec interruptus ; quemadmodum in ſenſu tactus cutis ex plurimis punctiunculis ſævius dolet quam ex vehementi plaga : Auditus porro parvula interciſorum ſonulorum diſcrimina confundit, unicumque ac indiſcretum ſonum judicat, ſicut mixti per minima contrarii colores, tanquam conjuncti à viſu apprehenduntur, licet reapſe disjuncti ſint. *Menjotius.*

7. *Exaſperata & inæqualis redditur*) Cauſa imme-

diata, ut ex definitione patet, eſt *Sciſſio* aëris inæqualis in rimula laryngis, Hac enim poſita, ſtatim præſto eſt Raucedo, atque inter hanc & illam nulla alia intercedit: *Cauſæ mediatæ* proximioris vicem ſuſtinent quæcunque hanc aëris ſciſſionem inæqualem atque aſperam, eidem inducere apta nata ſunt: quando enim ad laryngis rimulam delatus inæqualiter allıditur, neceſſario hinc raucedo inducitur, atque ſic hujus naturalis lævitas atque æqualitas tollitur. *Wedelius.*

7. *Exaſperata & inæqualis*) In Raucitate duo occurrunt, vocis ſummiſſio & ejuſdem aſperitas, Animæ ductibus nimiopere humentibus vox quaſi devoratur, fitque ſubſurda; nam quemadmodum quæ madore flacceſcunt minus reſonant, ſic organa vocalia ultra modum madeſcentia ictum exſufflati aëris retundunt, eoque ſenſu docuit *Galenus* 6. K. T. 1. aphoniam & raucedinem ſola intenſione diſtare, *Affectio*, inquit, *intercepta ac raucoſa vocis ejuſdem generis eſt, magnitudine tamen differunt inter ſe hæc mala, Cum enim vocis inſtrumenta vehementius, & ut ægre ſolvi poſſit, fuerint madefacta, vox perditur, quando vero moderatius ſunt humecta, oboritur Raucedo: Organa vocis cum dico, arteriam accipe, & ejus ſummum, ac fauces,* Secus enim ſi Raucedo conſideretur quatenus aſperitatem habet adjunctam, vox erit depravata, ſpecie non gradu ab aphonia diſcrepans. *Menjotius.*

7. *Vel à cauſis &c.*) Raucedo fit vel peculiari vitio *Epiglottidis*, quæ eſt primum vocis inſtrumentum, ex *Avicenna*: vel ipſius *arteriæ*, idque ab externa vel interna cauſa; vel ipſius *Pulmonis* vitio, Item quibus *gargareon*, ſeu ligula exeſa eſt, iis vox vitiatur & tabidi ſiunt, ait Aphrodiſeus. *Ballonius.*

8. *Vel à cauſis &c.*) Ex iis quæ dicta ſunt *lib. 2. cap. De Olfactus læſione, Gravedine) faucium phlogoſis & dolor, guſtus abolitio; Raucedo & tuſſis, Coryza graviori ſupervenientes* ordinario, facile deduci poſſunt, cum omnia partim ex læſione per cauſam externam facta, partim per lympham ex membrana pituitaria ſuperiore in coryza depluente, & hinc ad fauces deſcendente, & ita loca vicina magis magiſque irritante originem ducunt; De qua *membrana pituitaria*, & per hanc tranſudante coryza, videatur *Schneiderus Tr. de Oſſe cribr. & lib. de Catarrhis. Etmuller Pr. l. 2.*

9. *Externis*) Cauſæ externæ προηγούμεναι, ſunt pulvis, fumus, oratio prolixior, vociferatio, nam quemadmodum ἀναφώνησις moderata, mediocriter ſiccando, raucedini medetur; ita ſi immoderata fuerit, aſperitatem phlegmonoſam infert pulmonum canaliculis: Potus crudior atque algidior, Oleum, omnia oleoſa, ut nuces, potiſſimum ſi frixione aut vetuſtate raucorem contraxerint, Aquæ nivoſæ & glaciatæ, quas κρυσταλλώδεα vocat *Hippocr. l. de A. A. L.* Ingluvies omnis, ac præſertim meri ingentium virium liberior compotatio, nam ſobrius jejuniſque vox ſuavior eſt ac liquidior, docetque *Ariſt. 11. Probl. 22.* à cibo vocem aſperari, quod exiens ſpiritus largus ac fervidus arteriæ lævitatem corrumpat; Vigilantes etiam irraureſcunt, propter cruditatem, qua, authore eodem *Ariſt. ib. pr. 11.* corpus maxime circa ſupernas partes nimium humeſcit: Eſculenta inſuper acriora & acida voci incommodant, ac poma quoque obeſſe creduntur.

Notanda ſunt *Tranquilli* verba, ſcribentis *Neronem nihil eorum omiſiſſe quæ citharœdi vel conſervandæ vocis cauſa, vel augendæ factitarent, ſed & plumbeam chartam ſupinus pectore ſuſtinere, & clyſtere vomituque purgari, & abſtinere pomis cibiſque officientibus*: Chartam autem, plumbeam, alias frigore thoraci noxiam, pectori imponebat, ac, ut ſcribit *Plinius*, ſub ea cantica exclamabat, quo gravati preſſique thoracis muſculi validius eniterentur, ut amoto poſtmodum pondere redderentur agiliores; in quem finem ſaltatores & laniſtæ calceamentorum ſoleis plumbi lamellam conſueverunt interponere. *Menjotius.*

Cauſa remota eſt irritatio laryngis, cujus occaſione copioſior contingit lymphæ irrigatio, ſive fiat irritatio à cauſa *externa*, ſive interna, Quoad *externam*, eſt *inclementia aeris hyberni, inſpiratio fumi ſulphuris* accenſi, aliorumve acriorum, quæ ad raucedinem diſponunt: Quibus & ſuo modo *diuturna loquela*, vel *vociferatio intenſior*, aut *cachinnus* diuturnior & vehementior, addi poſſunt, nempe quo plus loquimur, eo copioſior emulgetur ſaliva per vaſa ſalivalia, ratione motus linguæ: Parili ratione per motum laryngis & anulorum aſperæ arteriæ, copioſior lympha ex hujus glandulis provocatur. *Etmuller.*

Motus & *Quies* concurrunt, efferato enim & citatiori motu ſi corpus incaleſcat, ingeminata quoque halitus productione, circa anguſtias ſpiritales facile intemperies conſurgit; idque tanto magis ſi udum corpus à rarefacto ſero aërem frigidum admittat; Adde quod motus immoderatus ſpiritus in partibus undulantes diſſipat, hinc ſanguis effœtus redditur, humoribus acrimoniam imprimit, omniumque membrorum robur diſſolvitur. Vita vero ſedentaria humorum excluſionem retardat, dum pori & meatus obſtruuntur, hinc totum corpus repletur vitioſis particulis. *Somnus* quoque huc ſpectat, humorem augendo, *Vigiliæ* autem depauperando; Somnus enim nimius ſpiritus demergit, lymphæ motum refrænat, ejuſque coagulum, imprimis circa laryngem promovet, unde à ſomno, ſæpius etiam in ſanis, vox gravior eſt, priuſquam ſcreatu pituita ex loculis his excutiatur: *Vigiliæ* vero nimiæ ſpiritus exhauriunt, alimentorum coctionem turbant, quod videmus in illis quibus ſomnus interruptus gravitates, fluctuationes, & cruditates ventriculi movet, ac partibus ſolidis inſignem inducunt acrimoniam.

Excreta & *Retenta* huc faciunt, quatenus ſerum hinc inde in corpore extra vitales terminos abit, & ſua invenit excernicula, His ſi obex quomodocunque ponatur, imprimis circa hæc ſpiracula, *mox*, coagulum, acrimonia ejuſdem facile emergit, ut vocis hæc læſio exſurgat.

Sic & *Sudor ſi* ſupprimatur, calefacto corpore nudato, tum à motu, tum à balneis, & aliàs, ſanguis impuritatibus conſpurcatur, remanent enim partes ſalſæ, acidulæ, vappeſcentes, uliginoſæ, quæ huic deinde peregrinum inducunt motum atq; fermentationem; inquinatur ſerum ſanguini, calor non liber eſt, ſed præternaturalis, ſpirituſq; fatigantur, & clauſtris quaſi deonerat.

Quoad *Venerem*. certum eſt ab immutatione ſeri, & conſequenter ſpirituum, immutari quoque vocem, exemplo caſtratorum, pubeſcentium & ſimilium, & huc facilius quoque Raucedinem inſerri debilioribus ſuo modo partibus. Exinde vero patet omnino, pro diverſo concurſo undulantium ſpirituum vocem quoque, ſeu impulſum glottidis mutari. *Wedelius.*

10. *Clamore nimio & vociferatione*) Ad raucedinem ex tali cauſa obortam vide remedia experimento comprobata §. *Si craſſus & viſcidus*) ex *Codronchio.*

11. *Aere frigido, ſicco*) A *qualibet intemperie induci poteſt Raucedo*: Si cauſa fuerit *intemperies calida ſolum abſque materia*. in inſtrumentis vocalibus excitata, alterari ac permutari debet cum refrigerantibus, juxta vulgatum axioma, *contraria contrariis curantur.* modo *mitioribus*, modo *acrioribus*, pro intemperiei magnitudine & paucitate; Obſervantes tamen ut medicamenta præter refrigerationem etiam leniant.

Si cauſa affectionis ſit *intemperies ſicca* earundem partium ſimplex erit, tum humectantibus ac lenientibus retundenda, ut ſunt mucagines & alia convenientia raucedini factæ ex tenſione inflammata, dum eſt in principio.

Quod

Quod ſi oriatur Raucitas ab *intemperie frigida*, tantum conveniunt ea remedia quæ raucedini à deſtillatione frigida proſunt.

Si ab *intemperie* ſolum *humida* generetur branchos, exſiccantibus curatur.

Si *frigida* & *humida intemperies* ſimul jungantur, calefacientia & exiccantia debent adhiberi: Eadem ſi *calida* & ſicca intemperies gignat raucedinem, cum frigidis & humidis eſt profliganda. *Codronchius*.

Inter res non naturales primum locum occupat *Aër*; Facit huc *calidus* rarius & per accidens magis, quatenus enim particulis ſulphureis celerius agitatis abundat, totam humorum maſſam celerius commovet, & ſua effluvia, quæ continet, huic communicat; hinc ſpiritus diſſipantur, pori aperiuntur, glandularum tonus laxatur, ſanguis ſuo individuo comite ſero, plus juſto defraudatur, hujuſque major contingit eductio, unde corpus humido ſuo naturali depauperatur, ſiccitas præternaturalis indoeitur, & ſic larynx ſiccitate, aſperitate atque inæqualitate afficitur, unde ad Raucedinem facili diſponitur negotio.

Frigidus vero *aer* inprimis hic conſideretur, quatenus non ſolum cutis poros occludit, unde humores alias excerni ſoliti occluſa via recedunt, & ſic ſerum viſcidum ac pituitoſum evadit, quandoquidem humorum motum languidum & torpidum reddit: quod videmus in illis qui frigus ingens perpeſſi ſomno corripiuntur, imo ni expergefiant moriuntur; Sed & quatenus Aër frigidus per inſpirationem ad laryngem delatus, hujus glandulas conſtringit, atque ſic impedit humoris hujus ſecretionem, unde inæqualitatem atque aſperitatem inducit; hinc quoque illi qui aëris frigidioris inclementiam experiuntur, utplurimum catarrhis & Raucedini obnoxii ſunt.

Humidior ejus conſtitutio corpus noſtrum copioſiori mactat ſero, hinc ſanguinem aquoſiorem facit, fermentationem hujus, & ſpirituum animalium copias imminuit, atque ſic tuſſis raucedinisque generationem promovet; *Siccior* vero *Aer* contrarios edit effectus.

Illuſtrari hæc poſſunt magis, ſi non tam primas qualitates aëris quam ſecundas & tertias luſtremus; Denſior quippe, nebuloſus, obſcurus, ſalibus nitroſis, ammoniacalibus, hamatis, pungentibus & rodentibus, quod hyeme fit magis, repletur, inæqualitatem facilius in via, perpetua ſua per glottidem inducit; aſperat & raucos facit; Hinc Borealibus plagis, præ calidioribus, paluſtribus, præ aridis locis frequens eſt, teſte *Coo lib. A. de A. A. & L.* Pertinent huc *vapores ac fumi*, tum ſimplices, lignorum, carbonum, qui præter oculos etiam aſperæ arteriæ, atque hujus capiti laryngi maxime ſunt infeſti: tum inprimis minerales, acres, acidi, venenati, ſulphurei, antimoniales, arſenicales, saturnini aliique: Hinc effluvia iſta, mediante aëre, qui vector eſt miaſmatum omnium taliſmodi mineralium, per inſpirationem cum aſpera arteria communicantur, atque ſic ſuis ſpiculis acutis, acuminatis, hamatis, aluminoſis, vitriolicis, nitroſis, ſalinis, quibus prædita ſunt, aſperæ arteriæ membranam irritant, arrodunt, exaſperant, aſthma, tuſſim, raucedinem inducunt.

Spectat huc *inæqualitas Aëris*, & ſubitæ mutationes frigidioris in calidum, aut fervidi in frigidum, quæ periculoſæ ſunt, Nihil enim magis inimicum Naturæ eſt quam inæqualitas ſubitanea, unde ſtatim & tranſpiratio impeditur, & reſpiratio patitur in edenda voce ſuns manes; Hinc anni tempora tum abſoluta, tum reſpectiva mutatione ſua multum huc faciunt; Sic hyemi raucedo familiaris eſt, *3. aph. 23.* hinc & veri *3. aph. 20.* Nec autumnus quoque excludi debet, inprimis ſi æſtas ſicca & aquilonia, autumnus autem pluvioſus & auſtralis fuerit, *3. aph. 13.* quod confirmatur *lib. de A. A. & Loc.* ab eodem. *Wedelius*.

[12] *Hauſtu aquæ frigidæ, vel vini*) Exceſſus vel error in Potu, affectum hunc inducere valent; Sic videmus illos qui nimio indulgent Potui, altero mane raro eſſe ſonora voce, quatenus ſanguis ſeroſior hinc evenit, qui deinde delatus ad loca varia, nec evacuari nec recipi poteſt, hinc reſtagnat circa lymphæ excretoria cribra, coagulum ſubit, & tum alia tum Raucedinem quoque producit.

Huc referimus Potum frigidiorem, & magna copia hauſtum, ut æſtate aqua puteana, aut fontana, aut vinum nive vel alia ratione gelatum. Vide *Platerum T. 1. Pr. p. 467.*

Notiſſimum etiam eſt ſi deflectat Potus ab ordinaria via, & epiglottidis ponte non æqualiter inferatur, tum tuſſim tum raucedinem quoque excitat.

Memorandi hic quoque illi qui *Tabaci fumum* trahere conſueverunt, in quibus ſerum copioſius per glandulas laryngis ad hujus ſubſtantiam deponitur, quoniam tali modo ſeri motus intenditur, & ſic hujus copia minuitur, dum ſæpius exſpuunt, unde larynx, hujuſque glandulæ liquore ſuo naturali depauperantur, etiam altera luce raucedine afficiuntur, quoniam larynx, aſperitate atque inæqualitate laboret. *Wedelius*.

[13] *Cibis ſalitis & acribus*) Cibus & Potus varie poſſunt procreare hoc malum; hæc enim non tantum ſecundæ valetudinis, ſed etiam omnium morborum communia eſſe præſidia *Celſus l. 2. c. 18.* ait, Peccant autem Cibi vel quantitate, vel qualitate, vel modo utendi: Si copia peccent, fermentum ſtomachale ſuam perdit activitatem, fibræque atque tonus hujus laxatur, unde centrali ingeſtorum reſolutioni impar Ventriculus ſegregando, chylum generat crudum, qui hinc terreis, viſcoſis, acidis, tartareis effluviis maſſam ſanguineam inficit, unde innumeri oriuntur morbi.

In *Qualitate* etiam ciborum multum poteſt peccari; ita ex cibis qui acredinem, auſteritatem, ſalſedinem nimiam conjunctam habent, adeoque ſalſos humores procreant, tales autem ſunt ſalſugine, muria & aceto maceratæ carnes, iſte affectus metuendus: Nec frigidioris & humidioris temperiei alimenta excludenda ſunt, ut lactuca, cucumeres &c. imprimis copioſe ſumpta.

Huc pertinent omnia *oleoſa*, quæ acredinem quandam in receſſu conjunctam habent, inprimis rancida facta, in quibus ſalinum principium magis explicatur, in recentibus enim adhuc liquore dulci oleoſo obtunditur, v. g. nuces juglandes, amygdala, pineæ &c. Hinc quoque obſervatum *Pulv. Haly* contra Tuſſim, niſi recenter diſpenſetur, plus nocumenti quam emolumenti afferre; quatenus tuſſim excitat, aſperamque irritat arteriam.

Utendi denique *modo* id fit, quando ſæpius de die novi ingeruntur cibi, unde multorum morborum occaſio. *Wedelius*.

[14] *Lupi viſio*) In vulgi opinione receptum eſt illum rauceſcere quem Lupus prior inſpexerit, ſic apud *Maronem*

Vox quoque Mœrim
jam fugit ipſa, Lupi Mœrim videre priores.

Hinc lupus in fabula dici ſolitum, quoties is de quo confabulamur ex improviſo intervenit, ita ut quaſi attoniti obmuteſcamus: Non deſunt authores Phyſici qui cauſam in malignum luporum halitum, aut venenatos oculorum radios, aliaſve cauſas referant; Verum priuſquam perquiratur τὸ διότι, conſtare debet de τῷ ὅτι: atqui eventus ille plane fabuloſus eſt, proindeque otioſi opus, ut loquitur *Seneca*, manum exercere, ac in ventum jactare brachia. *Menjotius*.

[15] *Refrigerantibus & humectantibus*) Hic confert *portulaca* cruda eſitata, quæ mire omnes aſperitates lenit, præſertim faucium. *Platerus*.

16. *Ab internis)* An raucedo à ſanguine vel melancholia oriri poſſit? dubitat *Codronchius*: Obiit ante aliquot, vir xxx. annorum ex febre, ut ita dicam annos capitali, nam illius effectus præſertim in capite eluceſcebant, & oſtendit exitus; nam illo mortuo plurimus ſanguis ater ex ore, naribus, quin & auribus prodiit: Toto morbi decurſu, qui acutiſſimus fuit, raucedine affectus fuit: Jugularium venarum apertionem ſuadebam, proculdubio futuram utilem, quæ admiſſa non fuit.

16. *Internis)* Ex præternaturalibus cauſis, non pauci affectus hunc excludunt, *A catarrho* orta obſervata *Raucedo*: Ex *inſania* ad raucedinem cum tuſſi aliquando fieri diſceſſum author eſt *Cous Coac. 329. Difficultati ſpirandi* ac *deglutiendi* jungitur, teſte *Scholzio l. 7. conſ. 80. Anguſtiam pectoris* comitatur, *Montanus conſ. 132.* Cum febri hectica conjunctam obſervant *Mercurialis*, cum tuſſi *Rolfinkius*, *Phthiſici* non raro rauci ſunt: Poſt diuturnam *Colicam* raucedo nonnunquam oritur, vide *Bartholinum Anat. l. 3. c. 2. Surdaſtri* non raro raucedine laborant; *Leproſos* ac *lue Venerea* laborantes raucedinem incurrere novum non eſt, *Columellæ* læſionem ſæpe ſequitur: Imo epilepſia & pleuritis eandem excitare queunt: Non raro quoque *catarrho ſuffocativo*, *variolis*, *morbillis*, *gonorrhœa virulenta*, *hydrophobia*, aliiſque morbis ſeroſis laborantes raucedinem experiuntur: Omnes ſcilicet morbi, in quibus maſſa ſanguinea particulis acutis, acidis, ſalinis eſt inquinata, hujus authores exiſtere queunt, quatenus ad laryngem delatæ, ejuſdem ſubſtantiam ſuis ſpiculis inſipidis, acuminatis exaſperant, ac inæqualitatem inducunt; Elegantiſſimum exemplum raucedinis à calculoſo pulmonis & aſperæ arteriæ coagulo *Helmontius l. Aſthma & Tuſſ. t. 42.* recenſet *Wedelius*.

16. *Vel ab internis)* Author eſt *Hipp. l. Dem. Id.* mulieribus quibus ademtæ ſunt mammæ *voces aſperas fieri*, nempe propter miram pectoris (*ſect. 1. 2. Epid.*) mammarum, genituræ, vociſque communionem ab eodem alibi obſervatam: Adoleſcentium quoque, præcipue marium, minus vero fœminarum, ubi ex ephebis excedunt, ac in palæſtra Venerea cæpere velitari, vox, quæ amœna fuerat ac venuſta, paulo aſperior efficitur, & quaſi durior ob ἔκλαμψιν caloris nativi, totius corporis humiditates, ſed præſertim ſub pinguem laryngis humorem aliquantulum abſumentis, propter dictam ſocietatem vocalium genitaliumque membrorum: Græci ob ſimilitudinem cum hircina voce, τραγίζειν Latini Hirquitallire, Muſici noſtri *Muer* vocitant; hinc Principes inhumani pueros ſymphoniacos, antequam adoleſcant, infibulare, &, quod crudelius eſt, evirare ſolent, ne defloreat canorus vocis ſonus, ac ætatis progreſſione deliciis inepti evadant. *Menjotius*.

16. *Ab internis)* Interne ad raucedinem diſponit, ſive irritat laryngem, *lympha acrior*, *ſalſior*, aut *acidior*, quacunque occaſione vel vitiata, vel ad aſperam arteriam delata, quæ titillando & irritando uberiorem lymphæ effuſionem excitat, Ac talis raucedo vulgo catarrho à capite tribuitur: Facit huc *excoriatio partium arteriæ internarum*, ex lympha ſimili acri, id quod in lue Venerea obtinet, quæ ſæpius gravem & diuturnam raucedinem infert, *Scorbutici* etiam ob acrius ſerum facile rauceſcunt; *Tuſſis* crebrior, præſertim in qua acrior plus minus materia rejicitur, irritando laryngem, & hinc copioſioris lymphæ inſtillationem provocando, ad raucedinem diſponit: Hinc *phthiſici*, item *empyematici*, non raro rauceſcere ſolent. *Etmuller*.

17. *Humiditate organi)* Vox rauca redditur quando aër exſpiratur per aſperam arteriam & laryngem nimis humidam: Præſuppono hic continuam in aſperam arteriam tranſſudare lympham, item moderate glutinoſam, quæ eam humectat, & partim ab aëre inſpirato, vel inclementiori, vel variis permiſto defendat; partim ut ubique eandem planam reddendo, voci formandæ aptiorem reddat; Et tranſſudat hæc ipſa ex glandulis juxta annulos laryngis ſitis, quibus addatur membrana glanduloſa interius cingens aſperam arteriam, de qua *Willis*. Quod ſi lympha hæc copioſius effundatur, & nimis humectet aſperam arteriam, Raucedo oritur. *Etmuller*.

17. *Humiditate organi nimia)* Si humiditas nimia raucos facit, ſiccandum, contra fit. *Ballonius*.

17. *Humiditate organi nimia)* Aſperitas vocis oritur ab humore arteriam inæqualiter irrorante: Τραχύτης namque fit non ſolum aliquid demendo de corporum ſuperficie, ſed etiam ei aliquid addendo; imo nihil obſtat ab æquali humectatione raucitatem induci, quatenus interior arteriæ tunica relaxatur, & relaxata corrugatur; ſicut cutis ſupra modum humigata quampluimis ſulcatur rugis: alias enim non eſt cur φωνασκοὶ ram religioſe ab oleoſis caveant, ac oleum lævigandi facultate pollens, vocem non leniat, potius quam aſperet. *Menjotius*.

17. *Humiditate organi)* Contra *defectus Lymphæ* itidem huc confert, cum enim ſubſtantia laryngis, uti ex ſuperioribus patet, humore quodam perfuſa perpetuo obſervetur, ſi hic tollatur, vel deficiat, affectum hunc producere itidem conſectarium eſt: Sic in febribus ardentibus, ubi ſerum in tota maſſa ſanguinea deficit, lingua & fauces notabili afficiuntur ſiccitate, atque ariditate quaſi dehiſcunt; Propter defectum ſcilicet ſalivaris humiditatis, atque ſic non raro his Raucedo jungitur.

Pertinent huc quoque illi qui orationem in longius diffundunt tempus, atque vehementem & altam, ſicque ad ravim uſque edunt vocem, quatenus nimirum nimio motu, & perpetuo aëris illiſu humiditas illa naturalis tollitur, abſumiturque, hicque vero per inſpirationem crebriorem attractus, glandularum poros conſtringit, qui deinde humorem iſtum dimittere atque ſecernere nequeunt, hincque inſtrumenta vocalia nimirum exſiccantur atque areſiunt: Tanto vero magis id accidit quo citatiore fervore animi intenditur oratio, minus eodem pacato & lenius impellente: Confirmat idem hoc remedium, quippe propinato potu ſæpius remittit, quatenus nimirum organa vocalia iterum humore naturali perfunduntur ſuo, hiſque tali modo lævitas atque æqualitas priſtina inducitur, unde vel ob hoc Cantores, quod aiunt, amant cantharos. *Wedelius*.

17. *Humiditate organi nimia)* Ex *Vaporoſa* cauſa Raucedo rarius, vel ſaltem non citra humorem ſimul affectum & alteratum accidit, *Humoroſa* vero omne abſolvit punctum; Neque difficultas elucet, quinam *humor* peccet, vel accuſari debeat, ſi penſitemus præter dictas partes has *lymphæ* eſſe receptacula, tum communi tum proprio uſu; exſudare illam hic continuo, coagulari item, inprimis noctu, & ſub ipſa Raucedine, atque hinc ſcreatu notabili excerni pituitam lentam, viſcidam, ex lymphæ coagulo & concremento unice enatam.

Cum itaque non ſolum os continuo humore perfundatur, ſeu continuo exudet in cavitatem palatinam ſalivam, ſed & ipſe larynx, in ſtatu conſtitutus naturali perpetuo madeat, teſtibus *Schneidero*, *Williſio*, *Bartholino*, non ſolum ob lævitatem, ſeu loquelæ neceſſitatem atque commoditatem, ſed etiam ob aërem perpetuo itinere per eum tranſcurrentem, cum ſaliva lymphæ ſit progenies, imo ipſiſſima lympha, cum utraque per glandulas ſecernatur, quæ nullibi conſpectiores, eminentiores & copioſiores ſunt quam in ore, v. g. ſublinguales, buccarum, labiorum, uti quoque & ipſa uvula glanduloſa eſt, ipſa quoque laryngis ſubſtan-

tia multis gaudeat glandulis, merito quoad eſſentiam cauſamur lympham, quæ in hoc opere vocali munus ſuum egregie tutatur & obit: Inducit Raucedinem *Lympha* aërea tribus illis delinquendi modis, *Quantitate, Qualitate & Motu*, quando vel exceſſu, vel defectu, vel immanenter, vel tranſeunter, à facultate læſa, vel errore externo, improportionem talem inſtrumento ſonorum inducit ut exaſperatum ſcindere rite aërem nequeat.

Exuperantia lymphæ huc facit, quando in toto corpore ſerum copia excedit, atque ſic maſſa ſanguinea humore nimis copioſo obruitur; hinc ad laryngis ſubſtantiam, moderatius tamen adhuc, delatus, hujus pelliculam particulis ſuis uvidis, aquoſis, pituitoſis, plus juſto mundat, hinc ſonus ille, in quo vocis eſſentia conſiſtit, minus perfecte poteſt formari in rimula laryngis, atque hinc vox depravatur, & ſic Raucedo inducitur: Exempli loco ſint organa muſica, quæ dum nimia perfunduntur humiditate, vocem claram atque ſonoram edere nequeunt; Corpora enim ſicciora clariorem habent vocem; impoſſibile enim eſt corpora illa, quæ multis humiditatibus gaudent, vocem claram emittere poſſe; hinc ſeroſiores ut catarrhis, ita & raucedini magis ſunt obnoxii.

Cumprimis vero *qualitatibus* peccans *lympha* in cauſa eſt, per naturam quippe blanda, lævis, æqualis, dulcis eſt, & in his locis quam maxime talis requiritur: Quando vero in qualitatibus primis deſciſcit in calore, frigore, roſcida humiditate; quando in mucilaginoſum coagulum degenerat, aſperatur, ſpiſſeſcit, lævorem exuit; quando ſalia recipit, vel recepta in partibus circa glottidem expandit, acria, acida, auſtera, criſpantia, & lævorem exuentia, Raucedinem infert.

Acceſendus huc & *Motus*, tum *generationis*, tum *localis*, prout vel in ipſo loco affecto, & circa ejus clima generatur, & colligitur per κατὰ θροισμόν, lentam & paulatinam congeſtionem, vel aliunde huc amandatur, ἀθρόως, vel quaſi talem à circulatione ſua læſa concipit: Hinc operæ pretium eſt conſiderare partem *Recipientem*, *Mandantem*, *Vias* & *Modum*.

Recipiens locus eſt tenerior, ſubtilior, ſuoque modo ad excretionem quoque ſeri accommodatur, adeoque ſæpè etiam luit tum reliquorum culpam, tum domeſticam calamitatem; Accedit debilitas, & ad faciliorem receptionem diſpoſitio, aliquando *nativa*; videas enim qui ab ineunte velut ætate vocem raucam vel quaſi talem edunt; aliquando adſcititia; adeoque actio etiam partis hujus læditur, vel ob errorem externum, vel ob facultatem læſam intemperie, conformatione & unitate; Intemperatæ hæ partes redditæ, cumprimis quoad qualitates paſſivas, mox fœtum hunc excludunt.

Quando item Glandulæ iſtæ recenſitæ non juſta gaudent configuratione, ſed harum pori nimis aperti, vel morbo labefactati ſunt; vel denique humor, quem continent, atomis peregrinis, heterogeneis inquinatus eſt, ſtricturam ſuam oſcula amittunt, ad excretionem ſtimulus fit, ut in alveolis ſuis contineri neſcius, aggere quaſi rupto, glottidis ſubſtantiam copioſius irruat, hujuſque latera aggravet, nimioque perfundat humore, ut ad ordinarium ſonum, ſeu vocem, reddendum rimula ipſa ſibi fiat diſſimilis.

Illuſtrari poteſt hoc ipſum per mechanicam, quandoquidem æqualia & lævia quæ ſunt, ab extraneo acuto in partes diviſa æqualitatem amittant ſuam: Ad eundem modum ſe res habet in corpore, quando ἀλλοιούμενα in lympha ſubeuntia ſalia, illam ab indole ſua blanda, ſubſtantifica & roſcida disjiciunt, qualitatibus peregrinis inquinant, & manifeſtam aſperitatem inducunt.

Meritò ergo ex Chymicorum hypotheſibus *Salinum* accuſatur principium, quod laryngem mordacitate ſua, occulti ignis inſtar urit, corrodit, atque inæqualitatem manifeſtam inducit.

Helmontius vero *acorem* hic ſuum, ventriculo alias gratum, ad maſſam ſanguineam derivatum accuſat, qui deinde mediante hac, ſemitiia ſua ab una parte ad alteram propagat, hinc ſpiritus animales laryngem inhabitantes ad iram commovet, qui peregrinum fermentum, tunicis hujus impactum, cedereque renuens, expulſuri continuo inſurgunt.

Sylvius, uti & alias, ita & hic ad *liquorem* ſuum *lixivioſum* & *ſalſum*, ſimulque *ſuccum pancreaticum* exorbitantem confugit, dum ſcilicet affectum à ſpiritu ſalino muriatico deducit, partes voci dicatas male afficiente. *Prax. p. m. 870.*

Carteſius particulas hamatas, ſagittatas, cuſpidatas, laryngis tunicam lævem atque æqualem dividentes, divellentes, perforantes atque diſcindentes accuſat.

Tachenius, & ejus aſſeclæ, *acidum* exuperans, *alkali* vero depreſſum cauſantur.

Alii *ſuccum nerveum nutritium*, à blanda ſua dulcedine deſciſcentem, atque in juſto acidiorem degenerantem qualitatem ex nervorum propaginibus, laryngis ſubſtantiam perreptantibus delatum defendunt.

Mandantis generalis vicem obit totum corpus, quando ſcilicet peregrina talia ſalia, vehiculo humoris utriuſque, cumprimis aquei appropriati, diverſas corporis perambulant partes; mediante vero circulatione ad laryngem delata, ſi cauſa occaſionali quacunque, huc invitentur; præ aliis huic vitioſum characterem imprimunt.

Mandantis ſpecialem locum ſuſtinent partes ſonorio officio ad vocis modulationem concurrentes, ſive ad motum, ſive ad ſeri diſpoſitionem & diſpenſationem concurrant.

Muſculi laryngis hic non excludendi, quatenus nimirum vocem operantes, ob magnas non ſolum vociferationes ſpiritu vel aëre læduntur, verum etiam ſuperaeatenſi vehementius notabilem ſuſtinent laſſitudinem, hinc eorum tonicus deſtructus motus, fibræ fatigantur atque laxantur, ſicque nimio replentur humore, neque ſufficiens robur obtinent ad contrahendam rimulam laryngis: Vide *Aetium Tetr. 2. ſerm. 3. c. 51. p. 465.*

Spectant huc quoque *Nervi*, qui voci edendæ inſerviunt, cum ſcilicet inciduntur, divelluntur, refrigerantur, obſtruuntur: Vide *Schneiderum l. 5. de Catarrh. c. 3. p. 206.* qui affirmat canem vel dextro vel ſiniſtro nervo recurrente præciſo, non ſolum latrare non potuiſſe, ſed & irrauſiſſe.

Præcipue huc ſpectant vitia *Glandularum oris* atque *laryngis*, quando fermenta, quibus à natura gaudent, à ſtatu ſuo naturali recedunt, unde & ipſæ facile vel aciditate conſtringuntur, & in poris ſuis lympham retardant, unde ſubſiſtit atque in coagulum abit, & ſic humoris ad lævigationem glottidis neceſſarius allapſus impeditur; Vel laxantur, unaque particulis acutis, acuminatis ſalinis, acrius ad excretionem ſtimulantur; hinc exterius ad laryngem ſecretum ſerum huic copioſius ſeſe affigit, fermentoque ſuo exotico ſeſe incorporat, commiſcet, atque hujus membranas pungentibus, auctiſque ſuis angulis, quaſi ſpina infixa lancinat, corrodit, divellit, & ac redine ſua exaſperat.

Notabile ergo eſt Raucedinem, qua talem, ſine tuſſi eſſe, manifeſto indicio in hac irritationem, & conſequenter inæqualitatem eſſe majorem, in illa minus; Hinc ſi aſperitas, corrugatio quaſi æqualis aſperæ arteriæ inhæreat, fit Raucedo; Ubi enim in ſolo larynge ſalia iſta peregrina, acida hærent, abeſt tuſſis moleſtia, ſimulac vero ad aſperam arteriam quoque feruntur, hujus membranam vellicando tuſſim excitant, quoniam membrana hæc

ſenſu pollet exquiſito ac acutiſſimo. *Wedelius.*

17. *Humiditate organi nimia)* Humectatio inſtrumentorum voci devotorum Raucedinem parit, ſicca enim corpora magis ſonora ſunt, quanquam moderata temperies facit ut clara & ſonora ſit vox: Si id verum, corpora ergo calida & ſicca ſonoram magis vocem aut ſonum edetent: De ſiccis verum non de calidis, nam vehementi calefactione exaſperatur magis arteria. *Ballonius conſ. 2. l. 3.*

18. *Catarrhus à capite)* Præcipue humiditas iſta, qua aſperæ arteriæ caput inundatur, à capite, ſeu cerebro depluere ſtatuitur, hincque nomine catarrhi inſignitur, Qua in re ut recte procedamus, mediam ingredi viam conſultum eſt: Non omnes catarrhi, quod veteribus placuit, à capite indifferenter ad partes ſubjectas depluunt, unde modo cum tecto, quod fumoſæ domus, modo cum cucurbita, quæ alembico imponitur comparatur: Hinc ut quodvis membrum lympha & glandulis à natura donatum eſt, ita verum eſt quoque quodvis habere ſuum fontem atque radicem defluxionis, ut non opus ſit ſemper caput tanquam fontem accuſare; Nec nulli à capite arceſſendi ſunt, quaſi nullum excrementitium ſerum ad cerebrum tendat, ſed ante fores deponatur à maſſa ſanguinea in narium clauſtra: De Glandularum numero Cerebrum eſt, atque hinc quoque ab *Hippocr.* Glandula maxima dicitur, officina quoque ſpirituum ac lymphæ eſt, & hinc in dies magna humorum fit ſecretio; Externum quoque caput innumeris poris atque glandulis, ut & vaſis lymphaticis à natura præditum eſt, imo copioſior etiam lymphæ abundantia in hoc repetitur ac in corde; Accedit quod viæ ad nares è cerebro obſerventur, notante *Bohnio Diſſert. de Catarrhus*, ac per os cribriforme iiſdem exitum concedi &c. *Wedelius.*

18. *Quod in Catarrhus à capite)* Raucedo ſymptoma eſt laborantium faucium, vel ob pulmonis aſperæque arteriæ humidiorem intemperiem, vel ob humorem ſuperfluum à capite ſtillantem, in fauces & vocis inſtrumenta plus æquo humectantem, vel non ſolum ob humorem à capite labentem, ſed ab aliis partibus vel inferioribus ad pulmonem miſſis vel attractis: Ita enim *Galenus* ad *partem 17. ſect. 1. l. 1. Epid. Tabem advenire* ait *aut ob diſtillationes à capite, aut ob vitium ipſius pulmonis*, aut *affecto pulmone, non ob diſtillationem à capite, ſed ob affluxum ab aliis partibus:* Unde videre licet quam male vulgus credat ſemper caput accuſandum eſſe authorem diſtillationum & affluxus ad Pulmonem. *Ballonius conſ. 2. l. 3.*

18. *In catarrhus à capite)* Animadvertendum eſt experientiſſimi cujuſdam Medici ſententia, *in raucedine orta ex deſtillatione à capite*, potiſſimum frigida humida, mittendum non eſſe ſanguinem à cubito, veniſque ſuperioribus, etiamſi febris aliqua raucedini copuletur, Quoniam ex hac caput magis frigeſit, & imbecille redditur; faciliuſque defluxus ad organa vocis & fauces decumbit; ex quo gravia gignuntur ſymptomata, priori morbo graviora, cum & experientia comprobatum ſit illos quibus per venas ſuperiores ſanguis miſſus eſt, raro vel nunquam vocem recuperaſſe, & à morbo convaluiſſe. *Lindenius, in Hartman. Prax. Chim.*

Raucedo Catarrho vulgo tribuitur, & proprie dicitur *Bronchus*, qui nullatenus à capite deſtillare putandus eſt, contra vulgatam opinionem, ſed ex propriis laryngis & aſperæ arteriæ glandulis effunditur, & frequentiſſime à cauſis externis provocatur; Interdum tamen etiam & ex vitio interno oritur. *Etmuller.* Vide §. 16. *Vel ab internis)*

Signa diagnoſtica.

Ratione *generis*, vix hic affectus aliis criteriis quam ſenſu auditus indiget, nec celari poteſt. Ratione *ſubjecti*, an per ſe, an per conſenſum affligat, cognoſcere eſt ex reliquorum affectuum ſignis, quibus jungitur, ſeu à quibus fovetur; ſic affectis pulmonibus v. g. ulcere, ex ſignorum præſentia cognoſcimus.

Ratione *cauſarum*, Ab *internis* quidem, ſi à *copia ſeri*, ſeu *catarrho*, fiat, is adeſt vel adfuit, & ſigna catarrhorum conjunguntur, dolor capitis, gravedo, dolores narium, rheumatiſmi, ſputationes crebriores, defluxiones in alias partes &c. Si à *lympha*, acida, tenui, ſalſa, acri, mordicante, ipſo ſenſu dignoſci poterit; adeſt enim tum mordicatio, titillatio, pungitivus dolor in faucibus; Nonnunquam laryngis excoriatio, quæ fit ob adjunctam acrimoniam. Si aliis morbis jungatur, illorum morborum ſigna adſunt.

Si *cauſis externis* originem debeat, ex rerum non naturalium abuſu atque exceſſu præcedente id manifeſtum fiet, Sic ſi in Raucedine ſerum coagulamineſt, tuſſiſque ſimul affligit, ægrum diu ſub Jove frigido verſatum fuiſſe colligere licet. *Wedelius.*

Differentia.

Ratione *Generis*, *Raucedo* alia *mitior* eſt, alia inteſa, gravior, ferocior, qualem habet *Borellus cent. 4. obſerv. 27.*

Alia eſt *ſolitaria*, *ſimplex*, quæ per ſe, abſque alio morbo præcedente ægrum affligit; Alia *comitata*, quæ aliis conjungitur morbis; Alia eſt *humida* cum copioſa materia, alia *ſicca*.

Subjecti ratione, alia eſt per ſe, vel per idiopathiam, quando aſpera arteria quoad caput, ſeu glottidem, per ſe affecta eſt; Alia per *ſympathiam*, quando cauſa morbifica aliunde huc tranſlata eſt.

Ratione *Cauſarum*, totuplex eſt quot cauſæ concurrere poſſunt: Alia *nativa*, alia *adſcititia*, alia *conformatione*, vel unitate læſa, ab *ab intemperie*.

Ratione temporis, alia eſt *Recens*, lenis & tranſitoria; alia Longior & inveterata; Alia eſt *continua*, alia *periodica*, quæ per certa intervalla revertitur. *Wedelius.*

19. *Si per annum vel alterum annum)* Hic differentia Raucedinis, vel *recentis* vel *inveteratæ* obſervanda: *Illa* à lympha ſimpliciter tenui, nunc minori, nunc acriori, nimis ſaltem humectante; *hæc* à craſſiori, mucoſo tegmine aquoſo obducente interius bronchum naſcitur: *Etmuller pag. 211.* Omnes dictæ cauſæ moderatæ, aut quæ facile corrigibiles ſunt, *levem* adferunt *raucedinem*: Sin vero majori impetu, aut diutius affligant, ita ut vel copioſior lympha continuo effuſa tandem ſpiſſeſcat, & in mucum degeneret, Vel aſpera arteria ad ſucceſſivam ſui excoriationem plus minus diſpoſita, ſimul nutrimentum proprium, ſub aſſimilatione alienatum, cum lympha tranſmittat, & undique branchiarum cannis affigat, talia *inveteratam* raucedinem, & quæ muci ſpiſſioris expectoratione ſolvitur, inferre ſolent; Quin & inprimis in tali inveterata raucedine, aut in diuturniori malo, ad pulmones vel maxime reſpiciendum erit, cum talis *occultam vomicam* tunc inſequatur Pulmonum: *Etmuller.* Vide *Acta Hafnienſia vol. 2. p. 295.*

Extat *Gordonii* prognoſticum, Raucedinem quæ per annum duravit vix curari, Id tamen cum grano ſalis intelligendum, quando cauſæ gravitas adeſt, & non tam intemperies quam vitioſa conformatio vel eroſio malum fovet, vide & longinquam multi Authores, ac plurium annorum fuiſſe tandem depulſam confitentur. *Wedelius.*

20. *Vix ſanabilis eſt)* Branchi & coryzæ in valde ſenibus pepaſmum non admittunt, *2. aph. 40.* ob caloris coquenus debilitatem & ſeri vappeſcentiam, Contrarium tamen accidere poſſe oſtendit Leoniceni exemplum, qui cùm anno 96. tentaretur raucedine & gravedine,

dine, recitanti citatum aphor. *Savonarolæ*, reſpondit verum eſſe, ſed non de Medicis, quod & eventus teſtatus eſt, referente *Dieterico* in *Iatreo*.

Quæ ab humoribus ſalſis, acidis, auſteris oritur, periculoſior eſt. hi enim dolores, eroſiones, accenſiones laryngi inferunt, Unde cum raucedine ſputa viſcoſa & ... uginoſa mala ſunt, *Hippocrat. in Coac.* Sic gravior eſt quæ per ſe & primario larynge affecto, quam quæ per conſenſum fit: Uti & quæ ſiccitatem nimiam agnoſcit adeoque habituatam intemperiem notat. *Wedelius*.

10. *Vix ſanabilis eſt*) Infantes ob lactis faucium ſordes detergentis uſum ravim minus experiuntur, Senes contra crebrius raveſcunt, ac propter caloris humores coquentis imbecillitatem ægrius perſanantur.

In febribus chronicis minus periculoſa eſt *ἀφωνία παθμώδης*, in acutis vero & æſtuoſis convulſionem, hypochondriorum intro revulſionem mortemque intentat, quoniam fit ab exhauſto, niſi forte ægri mollitia & animi defectione talis vox ſimulata ſit, non vera, quo pacto reduces defunctorum animæ ab impoſtoribus confingi ſolent.

Raucitas cum tuſſi & alvo liquida pus educit, hoc eſt tabem affert, cerebro acerrimam pituitam in ſpirabiles ſimul alvinaſque partes perpluente. Factis porro jam phthiſicis atque empyicis vocis aſperitas exitium prænuntiat, quia puris copiam & acredinem teſtatur, alioquin raucedo importuna eſt, ſed ex ſe parum nocua, præſertim ſi cæteræ cauſæ ipſam concitaverint. *Menjotius*.

Bronchi & coryzæ in valde ſenibus coctionem non admittunt, *Hippocr. aph. 40. 2.* Raucedines quæ ob *ſuppurationem* ſive *tabem* fiunt, fere ſub mortem futuram fieri ſolent. *Etmuller*.

Formidabilis eſt raucedo, præſertim perſeverans, & maxime quæ infantibus accidit, & incipit, tum enim non amplius ſymptoma eſt, ſed morbus. *Ballonius conſ. 2. lib. 1.*

10. *Vix ſanabilis eſt*) Eſt ubi Raucedo floccipendi debet, & non attolli, eſt ubi magni fieri debet, Unde *Galeno 1. Epid. circa initium*, Quæ deſtillationes hominibus primo tuſſim concitant, deinde raucedinem, neque conſiſtunt, alteram tabis differentiam afferunt, *Et commun. ad partem 17. ſect. 1. lib. 1. Epid.* facit plurimi ipſum vocis vitium; Cum multas ob cauſas tabes conſequatur, tum maxime ob deſtillationem fit, eam præcipue quam vitium vocis conſequi ſolet. *Ballonius*.

Si à *Tumore* aliquo aut *Ulcere* fiat ſancium, illis cura adhibeatur, Cum enim integre ſanata ſunt Raucedo ceſſat; Si vero ea non curentur, aut ita curentur ut remaneat nihilominus inæqualitas, Raucedo relinquitur incurabilis, Sicuti ex *lepra*, lue *Venerea*, aliſque faucium affectibus raucos tota vita permanſiſſe multos vidimus: Si vero à *frigiditate & ſiccitate* accidat, calore, humiditate, & lubricitate loci ſponte ceſſat, aut uſu illorum emendatur: Quod ſi *ab humoris defluxu* in fauces eveniat, excreatione facta ceſſat. *Platerus*.

10. *Vix ſanabilis eſt*) Modus eventus conſiderandus, Ad ſalutem terminatur *Pepaſmo*, alteratione, materiæ diſcuſſione, paulatina ſolutione, ac excretione: Sic quando raucedini ac tuſſi ſupervenit ſputum, bonum ſignum eſt, notat enim hanc ſolutam fore remota per ſcreatum materia vitioſa à glottidis confiniis, Ad *mortem* colliquatione, quod de hepaticis confirmat *Hippocrat. Coac. 1. 270.* item ſuffocatione, quando enim difficili reſpi... ſupervenit, ægro periculum imminet ne ſuffocatus intereat. *Wedelius*.

Curatio.

An Raucedini *Vena* ... Cum non tam ſanguis peccet quam lympha ſeu ſerum, humor à ſanguine diverſus, Cum non tam in vaſis quam extra vaſa idem conſiſtat, facile patet V. S. Raucedini ... qua tali minus convenire.

Nunnullis, inprimis ſi Catarrhus jungatur, illam valde periculoſam eſſe pronunciant, cum catarrhoſi phlebotomati utplurimum fiant rauci: Id tamen ex uno vel altero caſu factum eſſe magis videtur quam ex V. S. Confer *Schneiderum lib. 4. de Catarrhis* p. m. 550. qui pluribus falſo catarrho laborantibus venam ſecuit, nullum vero factum vidit raucum.

Ut ergo Raucedo promiſcue & directe Venæ ſectionem non indicat, ita catarrhus eandem abſolute non prohibet, Hinc caſus dari poſſunt ubi V. S. etiam in Raucedine conveniat, imo neceſſaria ſit, ut quando affluxus catarrhi ſit gravior, quando corpus ſanguine abundat, atque ebullitio nimia ſimul adeſt, æger vino copioſius uſus, ſuppreſſæ evacuationes conſuetæ, menſes, hæmorrhoides, autore *Mercur. Conſ. 12.* ætas, vires, anni tempus, conſuetudo &c. conſentiant.

Locus ſit vena vel communis, vel cephalica, & ſi in toto plenitudo redundet, etiam mediana hinc enim ſanguinis, & hujus vehiculi, ſeri, ſcil. motus impetuoſior refrænatur, & humoris morbifici ad partem affectam inhibetur affluxus, motuque hinc ducitur contratio.

Ne vero liberaliter inſtituatur, nam tutius eſt infra ſubſiſtere quam vacuare exquiſite.

Succedaneæ venæ ſectionis ſunt *Cucurbitulæ* & per ſe quoque conveniunt, *Scarificatas* ad ſcapulas commendat *Horſtius l. 1. Obſ. 12.* Cum enim glandulæ & vaſa lymphatica notabili ſint copia in partibus intercutaneis, hac ſanguinis & ſeri vacuatione manifeſta fit humoris depletio, Nec metuendum ne Cucurbitulæ dorſo & ſcapulis admotæ humores in thoracem trahant, atque ſic major fiat affluxus ad Pulmones, imo & commode Cruribus & brachiis applicari poſſunt: *Siccæ* vero, quoniam ſpiracula cutis reſerant, atque lympham, ſeu ſerum ad circumferentiam promovent, divertunt & diſſipant, tanto præſentius ſe commendant.

Veſicatoria nuchæ vel parti cervicis poſticæ applicata, huc referendi, laudata *Mercuriali conſ. 90.* quando malum magis urget, à defluxionibus & ichoreſcentia ſeri ſovetur, diutius duravit, nec levibus depelli vel ſolis pharmaceuticis geſtit, Eadem eſt ratio

Fonticulorum, qui licet quotidie parum evacuent, ſucceſsive tamen magna ſeri acrioris & vitioſi copia educitur, cum inſigni levamine, Hinc quoque in hoc affectu admittendi, inprimis ſi malum per aliquod tempus duret, & rebelle magis ſit: Sic enim humores morbificos ad partes alias debiles & diu afflictas deſerti aſſuetos, fonticulus divertit, & convenientiori loco educit, adeoque ab illorum incurſu partem affectam liberat.

Locus applicationis poteſt eſſe vel in brachio, vel in pede, vel in ipſa nucha quoque: Sunt qui in ſutura coronali applicant, dum ſibi perſuadent per hanc viam expurgari illos humores qui in capite generantur, & ad partes ſubditas deſcendunt. Setaceum quid præſtiterit in hoc morbo, docet *Hildanus*, cent. 6. obſ. 24. *Wedelius*, Vide §. 27. *Ulceribus organorum*.

11. *Suſpendendaque eſt*) Curatio tribus abſolvitur Indicationibus *Curatoria*, quæ tota, in eo erit ut affectus, in aſperitate & inæqualitate conſiſtens, hac ablata, complanata & correcta tollatur, ſicque fiſsione aëris inſtrumenta ſonora iterum velificentur.

Præſervatoria removendis cauſis invigilat, & ne inſtrumenta vocalia obſideant, impetuntq;, vel profligata novas acquirat, occupata eſt.

Vitalis, totius vires, & partis affectæ tonum reſpicit, ſymptomatibuſque aliis urgentibus, ſi quæ fuerint obvia, frena ponit. Hiſce indicationibus ex triplici fonte ſatisfit. *Wedelius*.

21. *Suſpendendaque eſt*) Præmiſsis univerſalibus; & 1. *Lenientibus*, quæ primas vias liberent ab humoribus vitioſis, & ſic collectas impuritates peregrinas ad inteſtina deriveut ne ſtagnare in reliquum corpus poſsint, atque ad laryngem quoque conſequenter redundare. Humoris correctoria *Præparantia* & hic ſunt neceſſaria, quibus peccans nō ſolum alteratur, ſed & ad expulſionem aptus redditur humor: Sequūtur *Purgantia* quæ optime huic affectui conveniunt. Hæc enim ſerum & copia peccans, & vitioſis, exoticis atque peregrinis particulis inquinatum, & in coagulum pronum, optime diſsiciunt, fundunt educunt; ſeu primæ viæ vitioſorum humorum ſaburra abundent, quam è corpore prompte eliminant; ſeu ipſa maſſa ſanguinea ſero vitioſiori & recrementitio ſcateat; Imo vix ſucceſſum felicem ſibi quis citra hæc, ſub morbi gravioris mora, promittere poterit; his enim præmiſsis, & partibus porioribus, craſsioribus, viſcoſis ablatis, à diaphoreticis hinc tenuius reſtitans commodius evacuatur.

Vomitoria an conveniant? dubium, quod non via ciborum regia, ſed vicina huic altera affectus conſiſtat, unde excuti non æque poteſt humor peccans: Et verum ſane eſt fruſtra fere ſollicitari œſophagum & ventriculum ubi aſpera arteria male habet, Attamen certis caſibus non negligenda penitus eadem, quando ſcil. ventriculus vitioſis humoribus impletur, unde nonſolum digeſtio & fermentatio ciborum vitioſe peragitur, ſed & cum maſſa hinc ſanguinea partes iſtę heterogeneę vitioſam ſuam ideam communicant, Ventriculum igitur expurgare, & eliminare primarum viarum ſordes convenit, ut fermentum priſtino ſuo reſtituatur vigori; atque hinc potentior atque efficacior hujus emergat efficacia, & ſic ſua munia iterum, modo caute id fiat, nec læſio major inde timenda ſit, rite exſequi queat.

A primarum viarum expurgatione, optimum præſidium in *Diaphoreticis*, Hæc enim non ſolum in abundantia & repletione humorum magni ſunt momenti, verum etiam acrimoniam conjunctam ſalinam, acidam ac rodentem obtundunt & domant, atque maſſam ſanguineam ab exoticis fermentis liberant, & ſeroſum laticem per cutis poros excludunt, una vero torpidos & & quieſcentes humores agiles reddunt magis & vividos, reſolvunt, attenuant, & evacuant, unde jure merito Panacæa morborum ſeroſorum vocantur. e. g.

Elect. Diaſcord. Frac. ℨj. *pulv. Bezoart. maj. Wedelii gr.* xv. *mag. anodyni gr.* ij. *ſacch. q. ſ. m. f. Bolus.*

℞. *C. c. philoſ* ℈j. *bezoart. mart. antimon. diaph.* āā. ℈ß. *cinnab. antim. gr.* ij. *m. f. Pulvis.* Vel

℞. *Aqu. card. ben. flor. ſambuc.* āā. ℥j. *el. diaſcord. Frac.* ℨj. *lapid. cancr. terra ſigill.* āā. *gr.* vj. *flor ſulph.* ℈ß. *ſyr. de fumar. q. ſ. m. f.* Hauſtus.

Diuretica licet prima fronte parum videantur proficua, quod locus ſit remotior, nec in infimi ventris cohobiis latex ſtagnet, nihilominus tamē polychreſtum & communem ſuum uſum etiam hic monſtrant, quandoquidem ſerum fundunt eximie & lympham à coagulo arcent, divertunt quoque excernendum aqueum ad alveos debitos, Ex horum delectu *ſuccinata* cum primis huc fecerint, nec non *nitroſa*, e. g.

℞. *aqu. petroſel. apii, fœnic. carefol.* āā. ℥j. *ſpir. ſalis armon. aniſ.* ℥j. *extr. irid. Flor. helen.* āā *gr.* iij. *ſyr. capill. ven.* ℨvj. *M.*

℞. *Arcani dupl. Mynſ ſuccini albi ppti* āā. ℈j. *ocul. 69. prap. antimon. diaph.* āā. ℈ß. *ſalis volat. ſuccini gr.* iij. *M. F. Pulv.*

Inter *particularia Evacuantia* ſeri *Errhina* huc ſpectant, à *Codronchio* in conſ. de Raucedine commendata, locum habent cum caput gravatum eſt, ac humores viſcidi & pituitoſi ſive coagulati diſsiciendi ſunt, dum non ſolum glandulosas narium partes penetrant, ac tenuitate ſua viſcidioris humoris ſecretionem promovent, ſed etiam conſequutione quadam ipſorum ventriculorum cerebri ſuperfluam lympham deplent, cum Nares cerebri emunctoria ſunt, atque ſic ulteriorem humorum ad laryngis ſubſtantiam affluxum prohibeant.

℞. *aqu. anagall. majoran.* āā ℥ß. *pulv. euphorb. ppti, elater.* āā *gr.* iij. *moſchi gr.* j. *MS.*

Hujus liquoris quotidie ſemel vel bis per nares parum attrahatur, prout opus erit.

Maſticatoria vero non admittenda quibuſdam videntur, quaſi humores trahant ad partem affectam, laryngem, magis, quoniam vero particulis ſuis activis ſerum viſcidum concretum diſſolvunt, atque humores ſalivales fluxiliores reddunt, & glandulas palati, faucium, majores miliareſque ſolicitant; ſerum copioſius ſecernitur, quod collectum per os exſpuitur, atque ſic affluxus ad laryngem inhibetur, potius quam ut vim inferre queat eidem: Accedit quod Maſticatoria blande agunt, horumq; uſus ſecurior videtur, quoniā caput non ita ac à ſternutatoriis concutitur; Conveniunt tamen tantum quando ſerum in coagulum abit & pituiteſcit: aſt ſi hoc acrimonia tenui & fluxilitate peccat, atque fauces ulceribus laborānt, minus locum habent; Talia ſunt *caryoph. aromat. zinziber, pyreth. cubeba, ſal armon.* quod linguæ admotum avocat humores pituitoſos. *maſtiche* & alia.

Gargariſmata, quatenus abſtergunt, alterant, & vias lubricas præſtant adhiberi etiam debent.

Quando vero reliquæ partes, atque viſcera, V. g. caput, pulmo ſuum contribuunt ſymbolum, cephalica, thoracica, &c. eſcui ſonubus petenda.

Externa ſi deſiderentur, locum inveniunt *Empl. de meliloto cum ol. amygd. dulc.* ad colli & maxillarum confinia, aliaque catarrhis diſſipandis dicata; In Raucedine à frigore contracta commendat *Borellus centur.* 4. *obſ* 27. *fumum flor. ſulphur.* per os exceptum cum *ſalvia foliis*: Caute tamen hæc, ut & *fumus tabaci* ipſe, hauriendа, Omnis quippe fumus ſalinis atomis gaudet, quæ facilem laryngem magis aſperare quam lævigare norunt. *Wedelius.* Laudat *Rulandus centur.* 1. *Carabes* ſumum in Tonſillarum tumore, qui eadem ratione in Raucedine locum invenire poteſt.

21. *Suſpendendaque eſt*) Si ab humoris defluxu in fauces eveniat, excreatione facta ceſſat, Si repetat deflexio ſæpe, aut humor pertinaciter adhæreat, eadem remedia quæ in Tuſſi catarrhi nomine convenire diximus, hic quoque conveniunt; Et ex illis quæ ſumuntur Expectorantibus, hic potiſſimum abſtergentia lenientiaque conveniunt. *Platerus.*

Quoad *curam*. attendendum ante omnia, ut *cauſa remota*, & hinc *propinqua* removeatur: Unde attendendum inprimis an Raucedo ab *interna* vel *externa* cauſa inducatur, Deinde an *lympha* humectans *mitior*, an vero *acrior* fuerit, id quod juncta tuſſis oſtendit; Ac denique ſit *recens* vel *inveterata*, h. e. an ſimpliciter à *lympha tenui*, ſed *copioſiore*, an vero ſimul à *muco craſſiori* oriatur, id quod partim ex ſenſu majoris vel minoris titillationis, partim exexcretis per os, quæ ſcreatu vel tuſſi rejiciuntur, manifeſtum eſt.

In *recenti* igitur malo, ſi ſit à *cauſa externa*, hac remota, *Opiata* ac lenientia, temperantia irritationem, & hinc lymphæ effuſionem, *ſiſtendo* eam curabunt.

Si vero ſit *recens* à *cauſa interna*, *temperantia* ac *Opiata*, acrimoniam irritantem *demulcentia*, ſudorifera, quælibet corporis contenta, atque etiam lymphæ *mundificantia*, & ordinarium motum ejus *promoventia* conveniunt, præmiſſis, ſi opus fuerit, *purgantibus* talibus quæ ſub ſeri forma evacuare ſolent; in ſpecie *jalap, eſula, elaterium* &c.

Lavo-

Inveterata vero curanda venit per *incidentia*, & hinc *expectorantia*, Pro quo ſcopo interdum *Vomitus* etiam neceſſarius eſt.

Quod ſi altiores in corpore radices habeat malum, v. g. *luem veneream*, *ſcorbutum*, *vomicam pulmonum* &c. ad hæc primaria cura dirigenda eſt, Simul tamen ſymptomati raucedinis ſuccurrendum. *Vigierius Tr. de Catarrho.*

20. *Præceſſit fluxio, ſuſpendendaque eſt*) Vide ſupra §. 4. *Quando membrana laryngem*) Obſervetur quod præter *Suffitus*, cap. de Coryza memoratos, ſpecialius *Opiata* tempore veſpertino adhibita conducant, Deinde ubi ex lympha acriori partium affectarum dolores, rubores, phlogoſes ſuperveniunt, *acrimoniam* temperantia uſurpanda, quæ alias *incraſſantia* dicuntur, & inter quæ *papaverina* eminent. *Etmuller.*

21. *Suſpendendaque eſt ſi illa frigida & tenuis*) Præmiſſis evacuantibus ad *Alterantia* deveniendum, Ea vero ſerum moderari debent, modo craſſum, tenax, viſcidum, concretum, modo *tenue & fluxile*, magis, *acre, ſalſum*.

Poſteriori modo affectum, quamvis præ altera paulo rarius, indicat *incraſſantia*, quæ partibus lentis & viſcidis, quibus gaudent, hujus motum nimium inhibent, tenuitatem corrigunt, conſiſtentiam craſſiorem reddunt, atque acrimoniam domant, ex *althea*, *bolo Arm. tragac. terra ſigill. ſpec. diatrag. fr. loboc de papav. diacod. decoct. florum & fructuum ſyrup. papav. rh. dialth.* ut & *mucilagines ſem. cydon. pſyll. &c.* cum aquis pectoralibus extractæ.

His adnumeranda *Opiata*, quæ inſtar omnium ſunt, quatenus fluxiones ſiſtunt, acredinem ſalſam ſeri corrigunt, & ad ſtatum deducunt naturalem, ſicque materiam peccantem ad ejectionem diſponunt: Ex horum claſſe ſunt, *Eſſentia anodyna, laudanum opiatum, Pilul. de cynogl. trochisc. hic narcotici Plateri* & ſimilia, tum per ſe, tum cum bechicis commixta. *Wedelius.*

22. *Si illa frigida & tenuis*) Si particulæ oleoſæ, volatiles, ſulphureæ ſub ſeroſarum ſunt dominio, adeoque ſeroſæ excedunt, & ſic illas ſuperant, unde remiſſior calor, & reſpective frigus oritur, Vel etiam ſi ſerum mite à blanda ſua majori gradu remittit dulcedine, atque ſalſis, acidis, auſteris conſpurcatur atomis, facile anſam huic affectui præbet. *Wedelius.*

22. *Si illa frigida & tenuis*) Cui medicamenta calefacientia & exſiccantia conveniunt, quæ ratione fluxus, ſiſtant, ratione vero fluxi humoris, & partibus vocalibus contenti, leniant & educant, ut *hydromel* cum *ſyr. myrtino* mixtum, *ſuccus liquir.* & *diatragac. in ſapa infuſum*, ex quibus pilulæ formari poſſunt, aut

℞. *tragac. amylum amygdalas dulces* āā. & *cum ſacch. f. Confectio. Codronchius.*

22. *Si calida & tenuis*) Tum *temperantia*, item *Opiata* & ſimilia valent, præſertim *papaverina*, unde *ſyr. de papav. diacod. Montani, eſſentia opii*, *theriaca* conveniunt; præterea dulcia temperata, v. g. *ſyrup. de liquir. violar. de jujubis*, quem *Rulandus* & *Dodonæus* valde commendant, v. g. in raucedine *recenti à lympha tenui, acri.*

℞. *ſyrup. de jujub. liquir. violar.* āā. ℥ß. *de papav. albo* ℥iij. MS. ſumat ſubinde lambendo.

Rapa, earumque decoctum, præſertim ſecundum, cum *ſaccharo* perquam egregium eſt temperativū, ac quælibet ex *rapis* dulcibus, ſive recentibus ſive ſiccis parata remedia, *Paſſulæ* elegantes etiam ſunt, in ſpecie minores, unde *rob. paſſular. decoctum paſſular.* cum *aniſo* optimum eſt remedium. *Etmuller.*

23. *Si calida & tenuis*) In qua frigida lenientia, humorem incraſſantia, ac modice adſtringentia conveniunt, ut *diatragac. frig. remota camphora*, *ſacch. roſar. violato* commixtum. *pilula bechica*, *diacod. penidia*, *compoſitio ex amylo, tragac. amygd. d.* ſeu *earum ol. recenti & ſacch.* parata: Valent *diapapaver*, ſeo *loch. de papav. julep. ac ſyr. roſar. & violar. myrtin. jujubin.* Nec aſpernandum *decoctum* factum ex *dulci rad. viridi, ſebeſten. ziziph. & ſaccharo*, quibus addere licet *hordeum ſine cortice*, aut *violar.* aut *adiantum* aut omnia ſimul. Poteſt inſuper os collui cum *aqua hordei, violar.* aut malvarum cum *liquir.* decocto. *Codronchius.*

a. *Adhibenda*) Multa quæ in Catarrho conveniunt, & hic quoque utilia, quibus & ſequentia ſelectiora addenda.

Myrrha electa ore concluſa, dum ſponte diſſolvatur, magnum adjumentum affert.

G. tragacant. mucilago ex infuſione *violar.* vel *roſar.* odoris cauſa, aquæ,

Mucilago ſemin. pſyllii & cydonior. cum *ſacch. cando & penid. melle* vel *ſyr. violar.* permixta & lincta.

Lac tepidum in quo *album. ovi* conquaſſatum diſſolutum eſt, vel *mucilagines*, gargariſatum.

Ovum crudum comeſtum vulgus pro experimento habet.

Sorbilo cum *butyro* eſitare, vel ſorbere non minus efficax, & minus nauſeoſum; cum nihil crudum, præter lac, ab animalibus deſumptum, citra nauſeam comedamus.

Cochleæ toſtæ comeſtæ, ob lentorem forte, ſed ægre ſine ſale ſicuti uva comeduntur. *Porrum, Braſſica. Atriplex*, cocta & cum butyro ſumpta. *Portulaca* cruda eſitata mire aſperitates lenit, non ſolum dentium, unde *hæmodiam* ſanat, ſed & faucium, cocta etiam prodeſt.

Cubeba cum *paſſulis* contritæ & maſticatæ, præſertim ſi à frigore fuerit.

Succus liquiritiæ retentus.

Succus caulium cum *melle* coctus & linctus: *Oleum amygd. dulc.*

Butyrum recens, *Aquam phyllitidis* laudat *Matthiolus*.

Compoſita ex his utilia fiunt medicamenta.

℞. *Myrrhæ, thuris. ſacch. candi*, āā. *p. equ. cum mucil. g. tragac. f. Troch. lupinares ore tenend.* Vel ſic.

℞ *reſin. laric.* ʒij. *diſſolvatur in vitello unius ovi minoris, addendo ireos, myrrha* āā. ʒß. *cubeb* ℈j. *ſar. orobi & amyli*, āā. ʒij. *ſacch. penid.* ℥ß. *mell. q. ſ. f. Lohoc.*

Pilulas de Benzoino Rondeletius, Pilulas *Avicennæ Can. 5. Helidæus*, ore retentas mire commendant.

Gargariſmus hic confert.

℞. *rad. liq. alth.* āā. ℥ij. *malv. cum toto m. j. hordei int. ſabar. orobi conquaſſ.* āā. *p. j. paſſul. enucl. par.* xx. *ficuum*, *jujubar. ſebeſten.* āā. *p.* vj. *myrrh. thuris* āā. ʒiij. *f. decoctio, adde ſacch. & mellis q. ſ.* pro Gargariſmate. *Platerus.*

22. *Si craſſus & viſcidus, proſunt*) Quando ſerum glutinoſitate magis peccat, conveniunt *incidentia, attenuantia*, quæ omnia laryngem ab iſta liberant moleſtia, Laudantur inprimis *Elixir pector. Rolfincii, Eſſent. myrrhæ, balſamic. rorella, helenii ſpir. ſalis armon. ſimpl. & aniſ.* quem in raucedine commendat *Sylvius*. *Acetum ſcyll.* commendat *Avicenna*, quod tantum convenit in Raucedine à defluxione, non in ea quæ clamorem nimium ſequitur.

Faciunt huc quoque quæ ſulphure blando oleoſo conſtant, ut *ſuccinum, benzoe*, & inprimis *flores* hujus, qui tamen in copia non aſſumendi, ne laryngem irritent.

Reſolventia non omittenda; qualia ſunt *lapides ὀφ. ſuccinata, antimonium diaph. & cinnab nativa*, quatenus lympham alterat & fluxilem reddit, ut & cætera reſolven-

tia, quæ lympham fluxilem reddit, ut & cætera reſolventia quæ expectorationem promoveut, Item *ſperma ceti*, commendatum ab *Etmullero*.

Cum primis vero *dulcia* quaſi medium locum tenent, & abſtergendi & inviſcandi uſu laudanda, ut ex *melle & ſaccharo* parata omnia; *liquiritia*, ejuſque *ſuccus* groſſior & ſubtilior, *jujuba, ſebeſten, carica* &c. *Extract. helenii, irid. liquir. lohoc ſan. & exp. troch. bech.* omnis generis, ſyrupi pectorales & præ omnibus decantatiſſimus de *Eryſimo Lobelii*, quo juvenculam decennali raucedine laborantem ſe curaſſe refert: *Syr. pector. Mynſicht* quem pro arcano venditat. Imo ipſa *anodyna* ſecundaria ſecundaria & refracta incidentibus addantur; hic adhiberi nequeunt, quatenus reſolutioni & attenuationi ſeri velificantur, hujuſque demulcent acrimoniam.

Ex compoſitis.

℞. *Lohoc ſani & exp. de farfara* āā. ℥j. *ſpec. diair. Salom.* ʒij. *ſuccin. albi præpar. extr. liquir.* āā. ʒß. *ſyr. de Eryſimo Lobelii q. ſ.* M. f. Lohoc, da ex baculo liquiritiæ.

Aſſumatur per vices parum & detineatur in ore donec diſſolvatur, atque ſic pedetentim deglutiatur; inde enim modificatur in tranſitu lympha in larynge ſubſiſtens, atque ad excretionem magis præparatur. *Wedelius*.

23. *Si craſſus & viſcidus*) Tunc in uſum veniant ea quæ incidere, attenuare, abſtergereque poſſunt ipſum humorem, & inſtrumenta ſimul lenire. Ea in liquidiori & ſolidiori forma poſſunt parari, *Priora, ex caricis, uvis paſſis*, & melle, additur, ſi fortiori medicamento opus ſit, *hyſſopus, pulegium & liquiritia*, Poteſt fieri & decoctio illarum per ſe, vel duobus tantum mixtis, vel miſceri decoctu *glycirrhyſa* cum *ſapa*, quæ etiam ſola ex *vino dulci* parata, aut cum melle mixta, commendatur; In communi uſu commendari ſolent *oxymel, ſyr. de liquir. de hyſſopo*, quæ omnia accipi poſſunt aut pro potu aut pro gargariſmate.

Inter ſolidiora medicamenta, quæ ſubtus lingua teneri poſſunt, maxime ex uſu eſt *ſuccus braſſicæ* depuratus, & melle mixtus, qui ſuccus inter medicamenta hujus generis fortaſſe primas tenet.

Recentiores laudant *Lohoc de pino*, *ſanum & expertum*, *de caulibus ſuccum liquir. grana cubebæ* manſa, *myrrham* electam, aut *ſemen althææ* retentum, & guttam *aceti ſcyll.* deglutitam.

Cum autem pituita præ ſui tenacitate partibus vocalibus valde hæreat, admovendæ ſunt manus ad ea quæ fortius extergere & incidere valent, ut eſt *oxymel ſcyll. acetum ſcyll.* & ſuperius deſcriptum *Electuar. ex ſucco braſſicæ* paratum, ſæpius experimento probatum, *Codronchius*, Vide inferius hujus Elect. deſcriptionem.

Si viſcidior mucus hinc genitus, iſtas partes obſideat, *incidentia* ſeu *expectorantia* volgo dicta præbeantur; muliercculis noſtratibus præſervativum Raucedinis & Tuſſis ab aëre frigido, præbent *paſſulas majores maceratas ſpiritu aniſi*, quarum aliquot mane jejuno ſtomacho maſticatæ & deglutitæ præſervant fauces & aſperam arteriam à læſionibus aëris hyberni: Inductos vero jam catarrhos faucium & laryngis fere curant per *ficus*, quibus in fruſtula diſſectis *ſpiritum vini* infundunt, & hunc deflagrare ſinunt, continuo agitando hinc fruſtula illa ſemiaſſata veſpertino tempore comedunt, & ſic tuſſim & aſperitatem faucium egregie demulcent. *Etmuller*.

Quoad *Incidentia & expectorantia*, in *Raucedine inveterata* inprimis convenientia, excellit *Syr. de eryſimo*, Convenit *Electuar. ex ſcordio. fol. ſalviæ rad. helen. pulveriſ.* cum *melle*: quod doſi caſtaneæ aliquoties in die aſſumptum diſſolvit & expectorationem promovet:

Nam *mel ſimplex, ſquillit.* alias hic in uſu eſſe ſolet. *Radix ari acris* inprimis commendatur ab *Horſtio*, propinando *pulverem rad. aronis*, cum *ana ſacch. c. ſyr. violar. vel jujub.* inſtar Eclegmatis. Vel

℞. *aqu. hyſſopi* ℥iß. *aſthmatica Rudolphi* ʒj. *ſyr. de eryſimo* ʒiij. *m.*

Braſſica, ſive *caulis*, in ſpecie ejus *ſuccus*, admodum ad raucedinem diuturnam laudatur; Vel ſolus ſuccus nonnihil inſpiſſatus, & cum melle miſtus, admodum ad raucedinem extollitur. *Etmuller*.

Duo medicamenta felici cum ſucceſſo à nobis experta ſunt, ut & vox fere omiſſa horum beneficio unica nocte reſtituta fuerit, Quorum unum.

℞. *Hordei opt. cum cortice*, *paſſular. ſine nucleis* āā. ℥j. *liquir. raſæ & contuſæ* ʒij. *caricar. pingu. nu. vj. capill. ven. hyſſopi* āā. *man.* ß. *ſemin. braſſicæ* ʒij. *pinear. rec.* ℥ß. *m & f. Decoctio in aqu. commun. ſ. q. ſ. a.* Pro qualibet decocti libra adde *mellis deſpum. ſacch. opt.* āā. ℥vj.

Ejus potionis bibant concionatores ℥vj. ante ſomnum, & totidem in diluculo, vel etiam interdiu noctuque paulatim ſorbendo.

Alterum eſt quod

℞. *ſucci braſſicæ depur.* ℥ij. *penidiar.* ℥j. *oxymel. ſcyll. aut ſimpl. ſi minori ſit opus inciſione q. ſ. f. Electuar.* quo ſæpe & paulatim lambendo utantur, *Codronchius lib. 2. de vit. vocis c. 2.*

Hæc duo remedia, inſtar omnium commendat *D. Michaelis* tanquam probata; Convenit Potio inprimis in raucedine quæ fit ex vociferatione, v. g. in concionatoribus & acclamatione, ita ut congeratur quaſi tenſiva & phlegmatoſa diſpoſitio; Hujus uſu vox fere amiſſa una nocte fuit reſtituta. Uno nomine *Potio* hæc temperat mire & demulcet acrimoniam lymphæ, ac irritationem aſperæ arteriæ, adeoque in raucedine recenti inprimis conveniens eſt.

Electuarium vero convenit in pituita craſſa & tenaci incidenda, unde fortius *extergentia* adhibenda, in quibus caſibus hanc miſturam ſæpius experientia confirmavit; Uno nomine in Raucedine inveterata inprimis conducit. At notandum loco *ſacchari penidii* potius *ſyr. de eryſimo* recipiendum. *Etmuller.*

Myrrha electa ore contenta, dum ſponte diſſolvitur magnum adjumentum affert. *Platerus Wekardus.*

Pilulæ noſtræ de *benzoino* optimæ ſunt ſi bis vel ter in hebdomade capiat unam pilulam: Mirabilem enim vim habent clarificandi vocem. *Rondeletius.*

℞. *Syr. violar. de liquir.* āā. ℥j. *oxymel. ſcyll.* ℥ß. *aceti ſcyll* ʒij. *m. f. lohoc*, quod lambebat mane, ante & poſt cibum, & ante introitum lecti; atque hoc ſolo remota eſt raucedo intra XXIV. horas. *M. Rulandus. Cent. 4. cur. 35.*

Raucedine puella diutiſſime laboravit ut vix cum loqueretur intelligeretur; hoc remedio ſanata fuit alus iterius.

℞. *ſucci liquir.* ʒij. *myrrh.* ʒj. *g. tragac.* ℈j. *ſacch. c. & penid.* āā. ʒj. *cum aqua roſar. f. morſuli*, teneat unum in ore itura cubitum, ſinatque ſponte diſſolvi, cubet in dorſo. *Platerus obſ. p. 216.*

24. *Si craſſus*) Si craſſus & calidus ſimul ſit catarrhus.

℞. *amyli ſacch. albiſſ.* āā. ℥ij. *pulv. liquir.* ℥j. *tragac. g. Arab.* āā. ʒv. *amygd. d.* ℥ß. *cum ſyr. violat. f. confectio.* Vel

℞. *ſacch. c. & liquir. rec.* cum *ol. amygd. d. fiat compoſitio.* Vel

℞. *farin. amyli ſacch. c.* āā. ℥j. *ſucci liquir.* ʒj. *violar.* ℈ij. *tragac. g. arab.* āā. ʒj. *cum aqu. capill. ven. fiat confectio.*

In

In hoc caſu etiam apta ſunt nonnulla medicamenta lo- e[illegible] uæ[illegible] inflammatoria diſpoſitione, cum eſt in ſtatu, o[illegible] un[illegible]. *Codronchius.*

Ad Catarrhum cum Raucedine ſæpe cum fructu uſurpavi hoc *Foreſti* medicamentum.

℞. *ſuccor. ligni liquir. ſacch. albi āā.* ℨij. *ſemin. portulac. cucumer. melon. citrulli āā.* ʒß. *aniſi, tragac. āā.* ℈j. *ſacch. penid.* ʒß. *m. f. Pilul. ſublingulales. Gr. Horſtius obſ.* [illegible] *2 ob. 12.*

Flores ſulphuris egre[illegible]um ſunt remedium, item *balſamus ſulph.* Illi quidem in *recenti*, temperando lympham, & præſervando partes ſpiritales ab eroſione vel excoriatione: *Balſamus* vero *ſulph. aniſatus* vel *terebinth.* vel ita ſimpliciter uſurpatus, vel cum ſacchari pulveris forma [illegible] redactus, cōvenit inprimis in raucedine inveterata, e[illegible]ā ſi ad aliquot annos duraverit; curat ſimul excoriationem aut incipientem plus minus exulcerationem partium ſpiritalium; *Sperma ceti* itidem à ʒß. ad ℈j. in vehiculo juſculi calidi aſſumptum hic convenit. *Etmuller.*

Paretur *lixivium ex cineribus fo. ſambuc. cum aqua flor.* de quo *ſacchar.* vel *melle* dulcorato ſæpius in die aliquot cochlearia exſorbeantur: Raucedinem brevi ſpatiō ſi quid aliud tollet: Mulieres pro ſecreto habent. *M. Blokvvitz.*

Sequens euporiſton ſæpe à me probatum,

℞. *Flor. paon. lilior. convall. lavendul. ſalv. crucigera. fol. roriſmar. beton. āā p.* iij. inciſa coquantur in *cerevisia*, adde in fine *aqu. ceraſor. nigr.* F. Gargariſmus. *Frid. Hofmannus m. m. p. 307.*

Raucedo recens certo curatur aſſumpto *vitello ovi cum ſaccharo. Joh. Kortmhaverus.*

Ad vocem aſperam aut clangoſam clarificandam mirifice hoc confert.

℞. *pinear. mundat. amygd. d. āā.* ℥ij. infundantur per 24. horas *in aqua roſar.* adde *penidior. ſacch. candi āā.* ʒß. ſyr. violar. q. ſ. f. Elect. *Euſtac. Rudius.*

Ad vocem ablatam & raucedinem.

℞. *Seminis lini toſti cribrati, paſſular. exacinat. nucleor. pini, nuc. purgat, avellanar.* q. ſ. Terantur omnia, melle crudo excipiantur, cochl. j. præbeatur. Hoc præcipue laudatur dum vox poſt diuturnas capitis deſtillationes intercipitur. *Idem.*

24. *Cum ſyrupo de Eryſimo*) Syrupo hoc decennio raucedine laborantes juvenculas ſe ſanaſſe *Lobelius* teſtatur, longo & continuo uſu; Valet autem, *inquit Wedelius*, quatenus obſidens aſperam arteriam mucilago pituitoſa hoc modo aufertur.

℞. *Eryſimi totius rec. m.* vj. *rad. enul. tuſſilag. rec. liquir. āā.* ℥ij. *borrag. cichor. capill. ven. āā. m.* iß. *flor. cord. anthos, ſtach. vel beton. āā. m.* ß. *ſem. aniſi* ʒvj. *paſſul. mund.* ℥ij. *f. Decoctio in decocto hordei, hydromel. addito ſucci irionis ad* ℥vj. *& in colat.* ℔ij. *vel* iij. *adde ſacch. q. ſ. coqu. ad formam ſyrupi.*

Alias vocatur *ſyrupus ad raucedinem*, mediante quo deſperatam ſe curaſſe aſſerit *Laudanus*, Baſis dicitur eſſe *eryſimon*, cujus ſemen & planta ſapore acri, penetrante ad inſtar antiſcorbuticorum, egregie incidit & diſſolvit mucum in raucedine inveterata; Syrupi hujus loco conveniunt *paſſulæ minores*, aut *earundem pulpa cum ſemine eryſimi contuſo* probe ſubacta, aut cum *eryſimo* rec. decocta. *Etmuller.*

Pulvis eryſimi mane & veſperi, ad 2. vel 3. ſeptimanas aſſumptus, curat omnem raucedinem diuturnam. *Johann. Kortmhaverus, Commen. in Parac. pagina 32.*

25. *Pulmone*) Maxime vitiat vocem vehementior Pulmonis calor[illegible] Quidam ex veteribus notavit à calore multo ipſius pulmonis, & arterias vocem vitiari; id quod ſanguineis & junioribus à ſanguinis repletione contingit cogitur enim animans ob attractionem frequentiorem aëris & fuliginoſi excrementi expulſionem, quodammodo irraueſcere. *Ballonius.*

Diæta.

In *vitali Aer* ſit æqualis, temperatus vel ad calidum magis inclinans, purus, omniumque inquinamentorum expers, Frigidus vero, nocturnus, pluvioſus, humidus nimis vitetur.

In *naturali, Cibi* ſint ſorbiles, & ex his qui commode albunt, probum nutrimentum præbent, neque excrementa gignunt: Vitando crudos, craſſos, viſcidos, acres, ſalſos, fumo induratos, acidos, & omnino illos qui ſua acrimonia laryngis ſubſtantiam quoquomodo exaſperant; Parcior ſemper ſit cœna; Conveniunt contra ea quæ lentore blando complanare parietes norunt, juſcula avenacea, paſſulæ, pultes, ova ſorbilia, gelatina c.c. dulcis, ipſaque pro re nata lacticinia. Condiantur dulcibus, moderate tamen, Aromata vero, excepto *croco*, raro in uſum veniant.

Potus ſit non nimius, *Cerevisia* defæcata & legitime fermentata; *Vinum* vitetur per totum morbi decurſum, vel parce bibatur ſaltim, quod occulto gaudet acido: Magis nocet vinum in acri, tenui catarrho quam craſſo & viſcido: Sunt qui hujus loco commendant Decocta pectoralia; *Decoctum hordei cum ficubus, paſſulis, ſem. aniſi & ſacch.* habita cautæ & ventriculi ratione; vel vulgo etiam celebratus *Decoctum rapar. ſiccatum.*

Pertinet quoque huc abſtinentia à Potu per biduum aut triduum continuata, laudata quatenus tali modo ſeri copia notabiliter imminuitur; quod tamen tantum valet quando ſerum copia peccat, neque acrimoniam aut ſalſedinem conjunctam habet.

In *Animali*, Animi affectus modum non excedant, inprimis ira, mœror, vitentur.

Alvus urina, & aliæ excretiones, rite procedant, *Veneris* uſus parciſſimus vel nullus: *Somnus*, *vigilia*, *motus*, *quies*, juſtis menſuris gaudeant, *Vociferatio* nimia; & ſermo continuatus vitetur. *Wedelius.*

26. *In pulmone*) Si viſcera alia luſtremus, quædam proximius, quædam indirecte & ſecundario huc culpa ſua faciunt: *Pulmones* ſi ſalſi, acres acidique humores impleant, horum ſubſtantiam corrodunt, & ſæpius hæmoptyſin, vel ſine illa, ulcera excitant atque tabem producunt; Hinc non ſolum aër, qui per exſpirationem ad fauces amandatur, atomos iſtas exoticas habitu ſuo thermopylis hiſce affigit, ſed & excretione per tuſſim hic appellentes in via aſperam afficiunt arteriam, inde ad hujus caput delati copioſius ſeſe parietibus affigunt, & membranam peregrinis atque vitioſis ſuis fermentis exaſperant.

Hepar quoque *Hildanus p. 525.* accuſat, quatenus ex hoc præter modum calido continuo vapores ad caput aſcendant, ibidemque condenſati ad partes inferiores defluant, Meliori autem jure hoc in loco accuſatur hepar, quando à conſtitutione naturali aberrat, bilemque non rite tranſcolat, unde particulæ ſulphureæ & acriores volatiles, quæ alias in veſicula fellea colliguntur, & hinc ſeorſim ad inteſtina expelluntur, ſanguini confuſæ manent, quæ deinde varia excitant ſymptomata.

Tacemus *Ventriculum*, acidis vomitibus vicina oſtia non raro pulſantem, *Lienem*, *Pancreas*, *Renes* glandulis inſtructa infinitis, & ſeri diſpenſationi invigilantia; imo *Teſtes* ipſos, quorum cum vocalibus inſtrumentis conſenſus inſignis eſt, *Hippocrati* dudum notatus. 4. Epid. *Wedelius.*

27. *Vlceribus Organorum*) Huc pertinent Vlcera aſperæ arteriæ, ſeu vocalium inſtrumentorum, quæ ob eun-

dem rationem quod Glottidis conformationem vitiant, Raucedinem inducunt; Frequentius autem hoc contingit in illis qui lue laborant Venerea, Ubi nempe ſalia iſta acria, acida, venenata, corroſiva, non ſolum laryngis membranam, quæ valde ſenſilis, irritant, corrodunt, aſperam atque inæqualem reddunt. ſed & hanc ſæpius intimius vitiant, exulcerant, unde etiam ejuſmodi ægri, gravius his locis affecti, vix ſonoram edunt ac claram vocem.

Vulnera quoque ab extra illata laryngi huc faciunt, quale exemplum ſtudioſi habet *Schneiderus* eaque laryngis extrema enſis acie penitus erat trajectum, Cujus vox primum erat amputata, mox valde rauca, tandem clara naturaliſque; vulnere ſcil. ad ſanitatem perducto. *Wedelius.*

27. *Ulceribus Organorum*) *Vlcera* in faucibus, ut & *Tumores Organorum* præter naturam Raucedinem pariunt, uti in variis morbis, Lepra & Lue venerea. *Platerus.*

Nobilis Raucedine & eroſione amygdalarum propter catarrhum acrem ſalſum laborabat; duobus Medicis ſe curandum commiſit; Ex his unus ſuaſit ut ad humores acres revellendos & evacuandos ſetaceum fieret; Alter Medicus ſenior acriter repugnavit, & altercatio per aliquot menſes duravit, interim mirum in modum adauctus fuit morbus: Tandem mortuo ſeniore Medico, alter iterum ægro applicationem ſetacei ſuaſit, cumque id ſine meo conſilio admittere nollet æger, ad eum Argentinam me confero, quem ex deplorata raucedine reſtituimus; præcipuum autem præſidium fuit *ſetaceum* cervici adhibitum. *Fabritius Hildanus cent. 6. Obſ. 24.*

28. *Organorum vocalium*) *Vvula* huc referenda, quando vel vulneratur & inciditur, vel corroditur, quod & *Codronchius de vit. vocis p. 22.* propria confirmat experientia, dum obſervavit ex hujus inflammatione, magnitudine aucta, & laxatione, homines raucos factos fuiſſe: Aſſentitur *Sennertus*, quando ait, quibus Gurgulio exſcinditur, vel eroditur, raro clare & diſtincte loquuntur: Utut vero quidam contrarium obſervarint, utpote nonnullos quibus gurgulio fuit eroſus, clare & diſtincte loquutos fuiſſe; variat nempe læſionis Columellæ modus, & conſequenter etiam effectus: Quomodo vero huc conferat, Videatur *P[...] Med. p. 322.*

Nec *Gula* expars eſt aliquando in producenda Raucedine, ob vicinitatem, quando aſperæ arteriæ ſubſternitur, hinc vomitus præternaturales, quibus humores acriores rejiciuntur, hic quoque accuſandi ſunt: Fit autem hoc quando ingeſta quælibet à vitiato ventriculi calore, non debite cocta, & à ſuppreſſo fermento non rite contemperata hinc facile aceſcunt in ventriculo, atque ſic fibræ nerveæ interiorem villoſam hujus tunicam conſtituentes, humore iſto acido atque peregrino ſenſim ſaturantur, hinc propter humoris acrimoniam vellicantur, in conſenſum tractis fibris carneis his ſubſtratis, unde ſpiritus fibrarum incolæ ſumme irritantur, & contractiones validiſſimas, ad peregrini hujus hoſpitis expulſionem ſubeunt, hincque vomitu rejiciuntur: Fiunt autem vomitus iſtiuſmodi frequentius in hypochondriacis, ubi tanta ſæpe eſt hujus ſucci acrimonia, ut diuturniori per vomitum ejectione in hoc morbo excoriatus obſervatus ſit œſophagus, & larynx contactu ſolum adeo exaſperatus & exſiccatus, ut vocem raucam & inſonoram redderet, Imo gramen & plantas acido hoc per vomitum rejecto conſperſas ſucco exareſcere vidimus, adeo ut cum oleo vitrioli aciditate & vi cauſtica contendere videatur, referente *Highmoro de paſſ. hypoch. p. 207. Wedelius.*

Pertinet huc *idiosyncrasia*, ſeu *glottidis* à primo quaſi ortu conformatio vitioſa, vel debilitas quoque, tum quoad ipſam fiſtulam, tum quoad vicina; Ita accidit, aliquando ut uvula deficiat penitus à natura quoque; uti p. n. ab eroſione gallica frequentiori vel ſcorbutica rariori, qualia exempla obſervavimus, Eo caſu vocem vitiari, & nominatim in raucam, ſubmiſſam mutari neceſſum eſt, ob reſultantem in glottidem vicinam noxam: *Idem.*

29. *Etiam in lue Venerea*) In qua ut ſerum eſt deturpatum, & ſalibus vitioſis peregrinis inquinatum, quæ fermenti inſtar per totum corporis habitum ſeſe explicant, atque ſeminia iſta ab una parte ad alteram propagant; ſic ad laryngem delata depravatæ ſuæ indolis ſeminia, tum hoc quoque communicant, hincque Raucedinis exiſtunt authores *Wedelius.*

II. 30. *Diſcedit alio* 31. *à naturali diſpoſitione modo,* 32. quando *acuta, obtuſa, ſtrangulabunda, tremula, abrupta* & *tarda* evadit.

I. 33. *Acuta*, quæ & 34. *Clangoſa*, qualis plæriſque longi colli animalibus fit à vocalium inſtrumentorum ex ſiccitate in anguſtiam coactione, quod in febribus ardentibus & phrenitide accidit 35. quæ ſi *ſuſpirioſa* ſimul, qualem in fletu pueri edunt & cum oculorum hebetudine ex proſtrata cerebri ſenſatione jungitur, convulſionem minatur.

II. 36. *Obtuſa*, quæ & *tenebricoſa*, & *turbida*, fit à columellæ abſciſſione, vel pituitæ viſcidæ & craſſæ organis vocis adhæreſcente.

III. *In ſtrangulabunda*, quæ πνιγώδης ſpiritus cum liberè extra ferri non poſſit, ob anguſtiam naribus reſonat, quod accidit, quibus vertebra cervicis intro deſidet.

IV. 37. *Tremula* (*ſtridula*) evadit vel 38. à timore, calore & ſpiritibus ad cor recurrentibus vel à ſpirituum pauperie, unde organa vocalia æqualiter moveri non poſſunt; vel ab humoris alicujus in muſculos inſtrumentorum & ipſorum nervos decubitu, quod ebriis & quibus alvi præter rationem ſolvuntur, accidit.

V. 39. *Abrupta*, quæ & *confracta, effracta, interrupta*, provenit à facultatis muſculos aëri efflando inſervientes moventis imbecillitate, hinc ceſſatio.

VI. 40. *Tarda* ab humore in ſpinalem medullam & nervos muſculis thoracis inſervientes effuſo facultatem thoracem moventem ſupprimente.

30. *Diſcedit alio à naturali*) Maxime vitiat vocem vehementior pulmonis calor, aut humiditas, aut refrigeratio; cum à calore eſt *major & gravior eſt vox*; Cum frigiditas *acutior*, Siccitas *exaſperat & vocem gruum voci ſimilem* movet, Nimia humiditas veram *raucedinem* facit, quanquam in quibuſdam rauceſcit vox ingratiorque eſt, non ob ſimplicem illam humiditatem, nam aliquando humor elueretur, ſed ob vitium vel nativum

nivum ipſius arteriæ & bronchiorum, vel ob vitium adſcititium: Cæterum *Tremula* fit vox cum nimium humectantur, *Rauca* cum pauca eſt humiditas, aliquando major dilatatio raucitatem facit, & tunc quædam eſt l ſſitudo & loquendi difficultas. *Ballonius.*

31. *A naturali diſpoſitione*) Vocum diſcrimina ſumuntur à *laryngis & aſperæ arteriæ temperamento*, nam ſi moderatum *temperamentumque* fuerit, vox fit ſuavis, dulcis, amœna, blanda, placida, auditu grata; A *temperamento pauco ſicciori* vox fit canora, clara, reſonans, clariſona etiam dicitur *Claudiano*, nam inſtrumenta muſica, ut fides, cytharæ, debent eſſe ſicca, proinde fluxione humectatis vocalibus inſtrumentis vox rauceſcit: A *temperamento multo ſicciori* vox fit tinniens, tinnula, ſtridula, clãgoſa, ſimilia gruum; A *temperamento humidiori* vox fit *fuſca*, *infuſcata obſcura, confuſa*; Quod ſi larynx, aut arteriæ membrana ſit humidior à defluxu excrementorum, vox fit non ſolum *obſcura*, ſed & *rauca*; βραγχώδης: A *temperamento calidiori* fit larynx & arteria ampla, unde *vox gravis*: A temperamento *frigidiori*, fit larynx & arteria anguſtior unde *acuta & exilis* vox. *Vigierius Tract. de catarrho &c. pag. 148.*

Si membrana interna ſuccingens & ſublinens laryngis cartilagines fuerit lævis, humoreque ſubpingui moderate oblita & tanquam ſuperficie polita æquabilis & lævigata, vox erit dulcis, lenis, liquida, limpida, blanda, ſuavis, pura; nam aër & ſpiritos ſine impedimento ad laryngem uſque, ubi vox colliſa formatur æquabiliter permeat. Sin tunica hæc fuerit inæqualis, aſpera, ſalebroſa, natura vel accidenti, vox erit inæqualis, exaſperata, interrupta, interciſa; Nam quum aër efflatus in arteriæ partes inæquales impingit, ſonum facit exaſperatum, diſſonum, ſtridulum, ut fit in ſono qui à lima inæquali & ferro eliditur; hujuſmodi ſonus & vox emittitur à gallinaceis pubeſcentibus.

Ex hac tunicæ æqualitate & inæqualitate, alia etiam vocum differentia ſequitur, nempe vocum alia eſt mollis & flexibilis, alia durior & rigida, abſona: nempe ex arteria molli & lævigata, vox exiſtit ductilis, fluida; liquida, & ad omnes motus flexibilis quod enim molle eſt & lentum, vorium fieri poteſt, modo parvum modo magnum, nunc grave nunc acutum: Contra arteria durior, & tanquam rigida, non facile cedit ac flectitur, nec ad vocum varietatem eſt obſequioſa. *Idem pagin. 151.*

32. *Quando acuta, obtuſa &c. evadit*) Vox diminuitur & debilitatur ab iiſdem cauſis à quibus fit aphonia, ſed levioribus, ut quum facultas animalis φωνητικὴ mittitur quidem, ſed ægre & diminute à cerebro: Cum muſculi laryngis ægre moventur ob tumorem, aut pituitam inhærentem laryngi, aut ulcus, aut cum humore lento, craſſo, multo impediti ſunt, aut nimia ſiccitate exſucci; vix flecti moverique poſſunt, tunc vox læditur varie; Et modo minuitur modo depravatur, nunc aboletur, pro ratione & magnitudine cauſæ.

Thorace vulnerato uſque ad muſculos intercoſtales, vulnere præſertim inſigni & penetrante ad ſpatium thoracis, aut altera ejus parte reſoluta, homo fit ſemiſpirans aut ſemivocalis.

Alter nervorum recurrentium ſi præcidatur, aut ſi in extractione ſtrumarum evellatur, homo fit ἡμίφωνος ſemivocalis.

In Febribus acutis & cauſo, ſiccitas & calor urens in larynge & arteria, cauſæ ſunt contractionis & anguſtiæ in larynge, ſiccitate. Unde febricitantes, & gravi morbo calido laborantes, fiunt ὀξύφωνοι vocemque ſonant acutam, tinnulam, caſſam, defectam, hinc obſervamus vocem quæ per bonam valetudinem gravis aut magna fuerat, in febre ardente degenerare in acutam & parvam & reſtitantem.

A ſiccitate arteriæ majori quam par ſit, vox primum fit acutior, mox aſperior, deinde aucta ſiccitate fit clangoſa & ſtridula. Tandem malo increſcente fit κλαυθμώδης luctuoſa, interciſa, offenſans & ſuſpirioſa, Humor minus madefaciens vocalia inſtrumenta, præſertim laryngem & tunicam ejus interiorem, primum vocem infuſcat & obſcurat, deinde raucam efficit: Quod ſi humor & inſtrumenta nimium in arteriam deſtillarint, vox rauca etiam languet, contremiſcit, vacillat, ut in ebriis & pueris: Tandem malo increſcente vox aboletur ac reſolvitur, fitque Aphonia. *Vigierius.*

33. *Acuta, qua & Clangoſa*) In Clangoſa ſive ſtridula voce duo ſpectari debent, primum quod ſit *clariſona*, deinde quod *aſpera*; Claritas ſequitur immodicam ariditatem, quæ membranam tendendo ipſam clareſcere facit ac reſonare: Aſperitas autem naſcitur vel à mero calore exſiccante, ut per febres ardentes, inanitis enim membri ſpatiolis humiditate imbutis, quaſdam ejus particulas paululum eminere, quaſdam vero deprimi neceſſe eſt, vel ab acri materia arteriæ tunicam leniter arrodente, ſcilicet aut ab evecta eſſera anathymiaſi, aut à mordaci humore, ut in phthiſi ac empyemate; Item in catarrhis ferinis, ac lethalibus capitis vulneribus pus interne deponentibus, ut obſervavit. Hippocr. 7. Epid. *Menjotius.*

5. *Acuta*) Acuta vox fit ab arteria anguſta & arcta: *Ariſtoteli* tamen tria requiruntur ad ὀξυφωνίαν, arteriæ anguſtia, aëris per arteriam velocitas: Unde pueri, mulieres, ſpadones vocem acutam edunt ob arteriæ anguſtiam: Senes etiam & ægri acutum ſonant, quia parum aëris movent ob imbecillitatem, & quia paucus aër emittitur acute ſonat.

Hæc eſt ratiocinatio *Ariſtotelis* de natura vocis acutæ; Unde quo quis infirmior, frigidior, magis acutum ſonat, quia parum aëris movet; Valde exercitati etiam acutum ſonant, ſed alia ratione, quia efflant vehementius, unde aër à pulmone velocius expiratur: Quod autem velox in dilatatione & motu per arteriam, acutum in voce. *Vigierius p. 148.*

Λεπτόφωνοι ſeu ὀξύφωνοι *Aëtio*, dicuntur gracili & acuta voce præditi.

34. *Clangoſa*) De hac *Hippocr.* tum *in Coacis* tum in *Prorr.* Eſt autem vox clangoſa ſub-rauca, ſed acuta fere, ac ſonora, gravis aliquando. Similis refertur ſi quis in fictile ſiccum aut cavum ædificium caput immittat, atque inde loquatur; Vulgus redeuntes animas defunctorum mortuorum ea voce vane confingit: Hanc vocem emittunt animalia omnia quæ collo ſunt admodum longo, & cartilagines habent ſiccas, ut grues, de quibus *Homerus.*

Clangore hæ quidem volant ſupra Oceani fluenta.

cauſa ex *Galeno*, pluribus in locis, eſt vehemens ariditas vocalium inſtrumentorum quæ ad laryngem & aſperam arteriam pertinent, & præſertim ſiccitas tunicæ interioris arteriæ, quæ naturaliter levi humiditate rigatur & quaſi æquatur. *Vigierius.*

35. *Quæ ſi ſuſpirioſa ſimul*) Vox *clathmodes* Græcis, Latinis *plorabunda, querula, luctuoſa, debilis & lugubris*, à majori quam clangoſa reſiccatione fit, ut in febribus incendioſis ac phrenitide uſu venire ſolet, quamvis etiam ex vitiuni imbecillitate, nec non etiam ex deſtillatione à capite, ut in tabidis, ortum ducere poſſit: Sicut & *Galenus l. aph. 54.* luctuoſas reſpirationes fieri optime declarat: An vero hæc una & eadem ſit cum abrupta, vel diverſa, conſiderandum. *Vigierius.*

36. *Obtuſa quæ & tenebricoſa*) Vox *tenebroſa*, vel *conturbata*, ſeu *turbida*, ut teſtatur *Avicenna*, illa eſt quæ ſimilis eſt ſonitui quem edit plumbum ex unius

laminæ cum altera attritione, obſcurum nempe, quem caſſum dicunt, *Codronchius de Vitiis voc. l. 1. c. 14.*

37. *Tremula)* Vox tremula, ut ex *Ariſtotele* & *Avicenna* colligi poteſt, utplurimum ex virtutis imbecillitate, ſeu ex inopia caloris innati ortum ducit: Imbecilliter enim movente facultate, inæqualiter ac deſultorie tranſcurrit ſpiritus, uti in quibuſdam acutis calidiſſimis ac ſicciſſimis morbis evenire ſolet.

Nonnunquam vox fit Tremula ex quadam nervorum convulſione, vel brevitate aut adſtrictione, ut libere non moveant, ſed cum quadam veluti trepidatione vox etiam tremula emittitur, ubi copioſus humor, vel intrinſecus ſeſe in muſculos vocales inſinuaverit, & quominus libere moveantur, impedimento eſt, vox enim contremiſcit inſtrumentis præ mollitudine titubantibus ac vacillantibus.

Fieri etiam poteſt vox Tremula, ex peculiari laryngis imbecillitate, vel ex ſuperflua cerebri ac nervorum humiditate, propter quam etiam ebrii balbutiunt, & vocem quandam tremulam edunt, quoniam in ipſis cerebrum non ſolùm multa humiditate madeſcit, ſed etiam præ copia gravatur & opprimitur, Quocirca uſu venit ut quibus Tremula vox eſt, hi vel cerebrum humidius habeant, vel linguam, & ſummam arteriam vel utrumque. *Codronchius.*

38. *Vel à timore)* Quæritur cur qui metuunt voce, manibus, ac labio inferiori tremant? *Ariſtoteles ſect. 7. Probl. 6. & 7.* reſpondet primo univerſaliter, quoniam timor eſt paſſio quædam in qua deficit calor in partibus ſuperioribus, quæ partes calore ac ſpiritu quoquo pacto deſtitutæ, non poſſunt inſtrumentis vocalibus, labris ac manibus facultatem tranſmittere, unde tremere coguntur. 2. Peculiarem affert rationem Tremoris vocis ex Timore, nam cum vox initium habeat à thorace, ipſius muſculis tam dilatantibus quam coarctantibus tremore correptis, vox etiam tremit: In timore autem propter retractionem caloris ac ſpirituum refrigerato thorace, illius muſculi contremiſcunt. *Codronchius.*

39. *Abrupta, quæ & confracta &c.)* *Hippocrates 4. acut.* meminit *vocis abruptæ*, quam in *Coacis* Effractam vocat, eo quod media intercidatur; Hanc ex affecto gutture proficiſci ait *Galenus in commun.* ab imbecillitate moventis poteſtatis & inſtrumentorum quæ materiam vocis excludunt, & ipſam efformant, & materiæ quoque inopia contingere poſſe ſcribit: Quomodo enim in follibus, quæ muſica organa ſpiritu implent, ſi imbecillis ſit ille qui folles movet, ſonus interrumpitur, Eadem ratione ſi ea virtus quæ thoracem, & ex eo pulmonem movet ad efflationem, quæ materia vocis eſt, imbecilla ſubſiſtat, neque cunctum ſuum ſpiritus teneat, vox refringitur, ex quo *refracta*, ſeu *effracta*, vel *abrupta* appellatur. *Braſſavolus comm. in c. l.* aſſerit vocem abruptam fieri ex prava tendonum cervicis affectione, eo quod tendones illi ad vocis generationem & ſpiritus attractionem uſui ſint; Qua autem ratione inſerviant vocis emiſſioni & ſpiritus attractioni, percipere minime poſſumus, ni fortaſſe muſculis laryngis inſerantur, quibus tamen laryngem non egere credimus. *Vigirius.*

40. *Tarda)* Vocis tarditatem fieri ex diffuſione pravi humoris in vocalia inſtrumenta, & in exortum ſpinalis medullæ ſcribit *Hippocr.* in *Coacis*, cum enim pravus quiſpiam humor nervos voci famulantes, & præſertim recurrentem dilluit, aut in muſculos thoracis, & præſertim intercoſtales decumbit, facit vocis tarditatem: impeditur enim ſpiritus animalis exitus, & facultas opprimitur quæ motus thoracis & exſufflationis eſt cauſa. *Vigirius.*

Cap. XXII.

De Tuſsi.

1. T*Uſsis* 2. *eſt vehemens, crebra & ſonora ſpiritus copioſi* 3. *prius à pulmonibus attracti* 4. *efflatio,* 5. *veloci* 5. *pulmonis &* 6. *thoracis contractione edita,* 6. *ut id quod ſpirandi organis moleſtum eſt excutiatur.*

7. *Signis* in tam evidenti ſymptomate opus non eſt.

8. *Cauſa* eſt, 9. quicquid pulmones & aſperam arteriam, membranamque qua intus veſtitur, afficere poteſt, ſive ſit aliquid externum, ſive humor ſive vapor &c.

1. *Tuſſis* [illegible], & in plurali [illegible], Tuſſim & Tuſſes ſignificat, & neſcio qua dialecto [illegible], ſimul materiam illam ſignificat quæ cum tuſſi rejicitur. *Hofmannus Inſt. l. 3. c. 112.*

2. *Tuſſis eſt vehemens &c.)* Sic deſcribit *Willis*, quod ſit *Exſpiratio vehemens, crebrior, inæqualis & ſonora, propter cujuſdam moleſti & irritantis, aut ſedationem, aut à pulmonibus per tracheæ ductus expulſionem excitata:* Quippe aër violente excluſus, & in tranſitu ad ductuum trachealium latera alliſus, quicquid iis uſpiam impactum eſt, ſi facile mobile fuerit, diſcutit & abſterget, & non raro foras amandat.

Strauſſius ſic.

Eſt *vehemens crebra & ſonora ſpiritus copioſe admiſſi à pulmonibus per aſperam arteriam efflatio, à partium pulmonis ſenſibilium irritatione, & concurrente veloci muſculorum thoracis & abdominis contractione, ad expellendum id quod ſpirandi organis moleſtum eſt edita.* Quæ definitio [illegible] in textu.

4. *Vehemens)* Notandum duas Græcis, præſertim *Hippocrati* & *Galeno* valde uſitatas occurrere appellationes, quarum altera [illegible], *Tuſſim perfectam*, ſeu *integram & violentam* Pulmonis [illegible] altera vero [illegible], levem tuſſiendi conatum ac libidinem denotat. *L. Strauſſius P. 2. Pal. p. 2.*

Tuſſis opus quidem naturæ, hoc eſt, inſolentia actionis, excitata propter materiam morbificam, i. e. actio extraordinaria, quæ non fit niſi adſit materia naturam irritans, adeoque eſt bonum ſignum mala cauſa; *Eſt autem Tuſſis motus convulſivus exſpirationis thoracis*, fit ſcilicet dum muſculi thoracem cingentes, & aërem ſic expellentes, non blando, nec naturali modo ſubſident, ſed potius violenter ſimul contrahuntur, contractione quidem momentanea, ſæpius tamen reiterata, ob id ad motus convulſivos pectoris, non autem veras convulſiones recte refertur Tuſſis. *Ettmuller. p. 214. Pr. p. 1.*

3. *Prius à Pulmonibus attracti)* Omnem Tuſſis actum inſpiratio ſubita intenſior præcedit, nempe ut aër, in majore copia admiſſus, ſtatim violentius explodi poſſit:

poſſit: in quo tuſu non tantum recens, qui modo inſpiratur, ſed etiam vetus, intra veſiculas tracheales aggeſtus, ad augendum ſpiritus exſufflatum una exploditur: cumque non primo impetu, quod moleſtum eſt ſedatur aut amovetur, hujuſmodi vehemens exſpiratio crebra vice uſque ad magnam naturæ fatigationem iteratur. *Willis.*

4. *Efflatio*) Sicut Exſpiratio multo facilius, & cum minore negotio quam Inſpiratio peragitur, ita quoad actum ſuum minus inhiberi aut perverti periclitatur; Enim vero ad iſtum perficiendum muſculorum pauciorum nixus contractivi requiruntur, in tantū ut nonnulli aſſerant partium motricium, à quibus pectoris dilatatio perficitur, meras relaxationes ad conſtrictionem ejus ſufficere: Hinc cum in agone mortis ultimus Naturæ labor ſit thoracem aperire, & ſpiritum ducere, quo vitæ flamma perennetur, quamprimum irritus iſte conatus fuerit, nullo cum negotio animal exſpirat ac moritur: At vero manifeſtum feci ἐκπνοῆς penſa haud minus quam εἰσπνοῆς à muſculorum peculiarium opera obiri.

Quare cum Exſpirationis organa lædi aut inhiberi contingit, neceſſe erit functionis iſtius difficultatem aut depravationem oriri: Partes motrices, quæ Pectus conſtringunt, ejuſque cavitatem coarctant, præcipuæ ſunt *Muſculi Pectorales interni, lumbares quidam*, aliique *abdominis*; inſuper *laryngis & tracheæ fibræ muſculares*: propter vitia quævis, modo has modo iſtas, aut ſingulares, aut plures ſimul occupantia, Exſpiratio diverſimode inhiberi aut perverti ſolet.

Quanquam autem functionis hujus læſio ſæpenumero ab inſpiratione læſa dependeat, quandoque tamen ea ſolitarie contingit, ita ut ſpiritum ſatis recte & facile ducimus, eum non niſi impedite aut perverſe reddamus: Quod quidem ob varias cauſas, & pluribus modis fieri ſolet, ſi enim aliquando ſolorio continuo, vel affectio ſpaſmodica, vel paralytica in muſculo (qui exſpirationem facit) uno aut pluribus accidat, propterea thoracis cavitas ad aërem ſive ſpiritum plenius efflandum, non ita libere conſtringi ac comprimi poterit.

Hinc non tantum Pleuritide, ſed tumore, aut vulnere in muſculis intercoſtalibus, aut abdominis laborantes, tuſſire, aut canere, alioſque exſpirationis fortioris actus non facile obire poſſunt; nec minus ob fibras iſtarum partium motrices reſolutione aut ſpaſmo affectas, thoracis conſtrictio debita inhibetur. Exſpirationis autem actus cum varie pervertatur, aut perturbetur, tum potiſſimum hoc in Tuſſi, ſternutatione, riſu, ploratu, ac ſingultu contingit. *Willis De Med. oper. ſect. 1. cap. 3.*

5. *Pulmonis & thoracis contractione*) Adeſt complicata actio in Tuſſi, ex ſtrictura nempe aliquali laryngis ob irritationem, ex forti & vehementi aëris ex thoracis eliſione, propter vehementem hujus contractionem; Utrumque occurrit in Tuſſi; exinde enim exſurgit ille ſonitus qui in tuſſi percipitur, ſi larynx non ſtringitur, ut vehementer expiremus non tuſſimus, ſed ſi ſtringitur, ſonitus ac vera tuſſis adeſt. *Etmuller.*

Ad Tuſſin concitandam, tum muſculi thoracem contrahentes, tum bronchiorum fibræ motrices, intima συνεργείᾳ in motu concurrunt; Quippe dum illi pectoris cavitatem arctantes, ac undique totos pulmones comprimunt, hæ ductus tracheales, modo illos contrahendo, & à tergo aërem, dum foras propellitur occludendo, expulſionem ejus citiorem & vehementiorem moliuntur. *Willis.*

5. *Thoracis contractione &c.*) Tuſſis non minus quam ſternutatio eſt motus duplex, alter *naturalis*, ab irritatione tunicæ interioris bronchiorum, quæ valde ſenſibilis eſt: alter *animalis*, à neceſſario ſubſequente muſculorum thoracis motu, quorum reſpectu non minus quaſi convulſio quædam eſt quam ſternutatio, & potiori ratione Singultus, Poſteriorem hunc motum, quatenus animalis actio eſt Reſpiratio, demonſtrant nobis Tuſſes illæ præcipue quæ ſunt cum thoracis valida concuſſione: *Convulſionem* quaſi perſuadet vehemens in iiſdem motus. *Hofmannus. l.c.*

6. *Ut id quod ſpirandi organis*) *Pars affecta* ſunt *nervi ac muſculi*, à ſpirituum impetu in motum convulſivum acti: Afficiuntur igitur hi à quavis irritatione, quæ liberam reſpirationem impediat, in quocunque etiam ſit *reſpirationis organo*, in *pulmonibus*, *faucibus*, *diaphragmate*, *ventriculo*, *hepate inflammato*, &c. frequentiſſime tamen occaſione *irritationis aſperæ arteriæ*, vel ſine tali occaſione prævia, ex *ſolis ſpaſmis & motibus convulſivis* tam ex primario affectu, quam ex *conſenſu cum aliis partibus*, *nervorum*, in Tuſſi nempe *convulſiva*. Sic enim quærunt Anatomici, unde ſit quod auriculæ membrana interiore vellicata ſtylo oriatur Tuſſis inanis? ac recte dicunt fieri per conſenſum propter irritationem & hinc aliqualem ſpaſmum plexus nervi auditorii, cum nervis intercoſtalibus, præſertim iſtis ad aſperam arteriam derivatis.

Sic etiam obſervantur ſubinde *Tuſſes convulſivæ* præternaturales ſine vitio partium ſpiritalium, per ſimplicem nervorum ſpaſmum, Exempla videantur apud *Williſium l. de morb. convulſ.* ubi de Tuſſi convulſiva; Quales Tuſſes convulſivæ hypochondriacis & hyſtericis ſunt frequentes, In genere iis qui vitiis nervoſi generis ex acido præternaturali ſunt obnoxii.

Tuſſis autem quæ cauſam materialem, reſpirationis organa afficientem, agnoſcit, præſertim ea quæ ex prævia irritatione aſperæ arteriæ originem ducit, adeoque tam laryngis quam bronchiorum, cum appendicibus veſicalibus ſive lobularibus, ut vocat *Willis*, affectionem ſequitur, oritur, ut *Helmontius* loquitur, *à ſenſu noxio infeſtantis laryngem* à ſui principio uſque ad pulmonum profunditatem, ſive mediate ſive immediate eadem afficiatur. Ad quem poſteriorem modum & ventriculus acri lympha vellicatus, & *diaphragma* male affectum ſpectant vel concurrunt: Quo facit hiſtoria *Bartholini* de tuſſi in vacca per annum inveterata, in qua ſalvis pulmonibus inventum fuit jaculum diaphragmati infixum, *Centur. 6. h. 97.* Et *hepar inflammatum* quod ſiccam tuſſim comitem habet. Adeoque *pars affecta* à cauſa occaſionali materiali, eſt *aſpera arteria ſenſibiliſſima*, cujus *cauſa occaſionalis* irritantis focus ſive fomes nunc in pectore, nunc in ſtomacho obſervatur. *Etmuller. pag. 215.* Vide inferius §. *Differentiæ.*

6. *Ut id quod ſpirandi organis moleſtum eſt*) Hoc ſymptoma *Galenus* in de diff. ſymptom. 2. expreſſe dicit in exaſperata ſuperficie interna aſperæ arteriæ: Morbus hic confirmatur ab iis catarrhis qui in exulcerationem faucium & aſperæ arteriæ deſinunt, *Hofmannus.* ib.

7. *Signis opus non eſt*) Diagnoſin Tuſſis ratione generis non poſtulat, habet enim hoc cum amore & ſcabie commune, quod celari non poſſit: *Subjecti* tamen & *cauſarum* reſpectu diligens inſtitui debet diagnoſis; Quod ſi itaque Pulmo per eſſentiam laboret, Tuſſis quoque aderit valde contumax & laborioſa, & parva admodum intervalla concedet, neque etiam in aliis viſceribus diſpoſitio p.n. obſervabitur: Alias enim ab aliis quoque cauſis continua excitari Tuſſis poteſt, uti *Canonicus* ille *Tonſillarum abſceſſu* laborans apud *Langium l. 2. Ep. 57.* expertus eſt, Sin ſecus res habuerit, domeſtici partium κατὰ συμπάθειαν inductam hinc Pulmonibus labem vel moleſtiam, cum quodam vel decremento, vel incremento, morbi præſentis genium æmulante oſtendent. Sic *ventriculus* in puello trium annorum apud Grabngium Cent. 1. Cur. 57. ſeſe validæ tuſſis autorem, mediante cibali vomitu prodidit.

Interdum febribus continuis in declinatione tuſſis humida ſupervenit, quæ ſi recte procedat expectoratio, bona eſt; Sin minus, hecticæ periculum infert. *Ettmuller.*

Licet ſi quis tuſſiat, id non adeo curet populus, cum aliquando juxta Græcorum proverbium [illegible], quin etiam Tuſſis ſicca interdum Naturæ inſtinctu, velut *antliæ loco*, ad conciliandum ſanguini motum rapidiorem, teſte *Williſio*, excitetur, tamen minus tuta res eſt, Tuſſiſque inſtar foveæ occultæ ſe habet, in quam plures dum ſecuri, & nullo de malo ſunt ſoliciti, impingunt.

Recens interim & levicula periculo minus involvitur; vehemens tamen ſi fuerit, & antiquum obtineat, certo aliquid monſtri alit, niſi forte rariori exemplo Naturæ bonitas, & Pulmonum optima conſtitutio imminentem alias noxam repellant.

Diu ſæpe affligit Tuſſis moleſtia, ita ut per annos xviij. quidam illa laboraſſe legatur apud *Schenkium*; In quodam, *apud Lotichium p. 244.* quotannis redibat, & abſque induciis fere ægrum affligebat.

Quæ *per eſſentiam* adeſt Tuſſis magnam curationi parit difficultatem; quæ vero ex vicinarum partium conſenſu oboritur, ſublatis iſtarum morbis plerunque ceſſat, quanquam ea accidentis pravum præbet ſignum, prius hydropici experiuntur, *aph. 35. 6.*

Inflammatio, Tuberculum, ſanguiniſq;, ob plenitudinem vel depauperationem *ſtagnatio*, item *concretiones argillaceæ, lapideæ, vermes &c.* Tuſſim ſiccam & inanem, ſed valde moleſtam inducunt, Id quod etiam quandoque materia tuſſim excitans, non in organis reſpirationis hæret, vel licet ibi hæreat, ad excretionem tamen eſt inepta, accidere ſolet.

In quodam qui fruſta grandini ſimilia tuſſi rejecit pluribus annis non potuit mitigari affectus, quin commoreretur; dum interim plures alii ſimiliter ſpuentes in multos vitam extenderent annos, teſte *Galeno 6. loc. aff. c. 4.* Nec calculoſæ tuſſes ſunt ſemper [illegible], licet in quibuſdam vaſe rupto [illegible] periculum vitæ acceleravit. *Strauſſius p. 14.*

Curatio.

[10] *Curatio vel reſpicit*) In hac ante omnia attendendum an Tuſſis ſit morbus primarius, an vero *ſecundarius*, qualis v. g. *phthiſicorũ, pleuriticorũ* &c. nam hæc primario morbo ſublato, vel ſponte ſe dat, aut ſedatur; Interim *motus* materiæ promoveatur, ſi hic deficiat, ut in phthiſicis, *expectorantibus* ſuſcitetur; aut inhibeatur ſi ſit nimius, ut in tuſſi ferina crebrius inani; Alias materia medica in tuſſi tribus fere generalibus capitibus abſolvitur, nempe *incraſſantibus, incidentibus*, & *balſamico vulnerariis. Ettmuller.*

[11] *Curatio vel reſpicit cauſam &c.*) Etſi contra Tuſſim recentem remedia fere tantum Empirica uſurpari ſolent, & nullus è plebe ſit quin multis & diverſimodis hujus farinæ inſtruatur, quæ ſine Medici conſilio plurimi confidenter & [illegible] paſſim ſumunt, attamen homines conſtitutionis teneræ, aut ad tabem hæreditario jure proclives, vel prius interdũ à tuſſi periclitari ſoliti, à primo ſtatim ejus appulſu cavere, & ſtatim ad [illegible] præcepta ſe recipere debent; juxta quam ut medendi methodus rite inſtituatur, indicationes therapeuticæ potiſſimum erunt hæ tres, viz. i. Sanguinis inordinationem, à qua ſeri fluxiones procedunt, ſedare aut tollere. ij. Cruoris recrementa, & exuvias quaſque, ab eo ſecedere aptas, à pulmonibus ad poros cutis, aut vias urinarias, aliaque emunctoria derivare: iij. Ipſos Pulmones contra ſeri aliorumque humorum ſuſceptiones corroborare ſimulque contra frigoris externi, à quo amplius lædi ſolent, occurſus munire.

I. Indicatio reſpicit tum *ſanguinis efferveſcentiam*, quapropter ſanguinis effluvia cohibita, ſi nimis æſtuat ille, ac in vaſis ebullit, tum diſſolutionem ejus, qua nempe in compage ſolutus ſerum alioſque humores à complexu ſuo nimis dimittit: Pro utriſque tollendis *victus ratio tenuis* inſtitui, atque frigoris externi injuria ſedulo vitata, diaphoreſis paulo uberior procurari, aut ſaltem aſſueta reſtitui debet, In hos fines patiens illico *craſſius veſtiatur*, & intra lectum aut cameram ſe contineat; ſaltem vix domo egrediatur; veſperi & mane è liquore poſſet, cum roremarino aut ſalvia incoctis ſudatio tenuis provocetur. Si nihilominus Tuſſis ingraveſcat, *Phlebotomia*, modo vires & conſtitutio ferant, ſæpe cum fructu adhibetur: qua celebrata, *hypnotica* fere ſemper juvant, in quantum ſcil. ea cordis motum, & conſequenter ſanguinis curſum nimis præcipitem retardant: Porro efficiunt ut leniter iſte, & moderate, ſine magna ſeroſitatum rejectione vaſa pulmonica tranſeat, & quod ſuperfluum eſt per diaphoreſin potius aut urinas amandet; In hunc uſum etiam *Decocta pectoralia*, quatenus humorum aciditates deſtruunt: ſanguinis diſſolutionem, ac in ſeroſitates fuſionem inhibent aut ſiſtunt adhibenda; Pari etiam ratione & efficiendi modo, *medicamenta ex ſulphure* parata contra Tuſſim adeò inſigniter juvant,

II. Indicatio, viz. ut ſerum, aliaque ſanguinis recrementa, aut exuviæ, à Pulmonibus derivatæ, per alias vias evacuentur, perficitur per medicamenta *Diaphoretica, Diuretica & lenia* Purgantia, quæ cum aliis remediis intertexi; aut ſubinde intercalari debent: Itaque poſt *Phlebotomiam*, mox *catharticum* exhibere, & aliquando repetere ſolemus: Decocta Pectoralia, *radices cherefolii, ruſci, enulæ campanæ*, aliaque ſudores ac urinas moventia ingrediantur, *millepedes, ſal ſuccini volatile, aliique ſales fixi, & pulveres teſtacei, cum terebinthina in Pilulas redacta* ſæpe cum fructu exhibentur.

III. Indicatio, ut Pulmones eorumque ductus contra humorum fluxiones & frigoris occurſus muniantur, atque vulgo *Catarrhi ſuppreſſio dicta*, per linctus, eclegmata, aliaque privata remedia perficitur, & duo imprimis reſpicit, Nempe ut vaſorum & glandularum oſcula, in tracheam dehiſcentia, ne ſeroſitates in eam nimis exſpuant, modice adſtringentibus occludantur, Et 2. ut ductuum tracheæ latera ſatis mulceantur delinianturque, ne nec à ſeri acris ſuffuſione, neque à frigoris externi occurſu offendantur, inque Tuſſim moleſtam continue irritentur: Ac inſuper, ut cum ductus iſti ſatis lubricantur, ſputum, parietibus ipſorum quandoque pertinacior adhærens, facilius excuti & extuſſiri poſſit.

Propter Intentionem priorem eſt quod *conſerva roſarum rubr. olibanum, maſtiche, lohoch de pino, ſyrupus jujubinus, de roſis ſiccis, de muſco pyxidato*, aliaque adſtringentia præſcriptionum pectoralium formulas ita crebro ingrediantur: Pro ſecunda Intentione, *Liquiritia*, cum variis ejus præparatis, adeo celebre contra Tuſſim quamcumque remedium habetur. In hunc finem ſyrupi, eclegmata, & cuncta alia pectoralia dulcia inſtitui videntur; Quibus additur *oleum amygdal. dulcium*, aut per ſe exhibitum, aut cum ſyrupo pectorali longa agitatione in pultem lactiformem redactum.

Formulæ quædam remediorum ſelectæ, & 1. Mixturæ.

℞. *Syrupi de meconio, jujub. ãã. ℥iß. olib. pulveriſ. ʒj. aqua lumbric. vel hyſterica, vel paon. comp. ℥j. m. da cochl. j. unum hora ſomni & poſt mediam noctem.*

℞. *aqu. limac. lumbric. ãã. ℥iß. laudani liquid. tartariſ. ʒij. ſyr. violac. ℥j. da cochl. j. hora ſomni.*

℞. *aqu. limac.* ℥vj. *ſyr. è ſucco heder. terr.* ℥ij. *flor. ſulphur.* ʒß. *m. Doſis cochl.* j. *hora ſomni & primo mane.*

℞. *ſyr. noſtri diaſulph.* ℥iv. *aqu lumbric.* ℥j. *doſis cochl.* j. *eodem modo.*

2. Linctus.

℞. *ſyr. Jujub. capillor. ven. ãã.* ℥iß. *ſyr. papav. rhoead.* ℥j. *m. lambatur cum baculo liquir.*

℞. *Olei amygd. dulc. rec. ſyr. capill. Ven. ãã.* ℥iß. *ſacch. c.* ʒij. *M. terendo in mortario vitreo, vel agitando in phiala donec albeſcat.*

3. Eclegmata.

℞. *Conſerv. roſ. rubr.* ℥iiß. *Lohoch ſani* ℥iß. *ſpec. diatragac. frig.* ʒiß. *flor. ſulph.* ʒß. *ſyr. violac. vel papav. rh. q. ſ. f. Eclegma molle, Doſis* ʒiß. *mane & veſperi, aliis temporibus lambatur cum baculo liquir.*

℞. *Pulv fol. eryſim. vel erucæ* ℥iß. *mellis deſpum* ℥iv. *m. f. Eclegma, da eodem modo, convenit in conſtitutione frigidiore.*

4. Tincturæ.

℞. *Tinct. Sulphur. ſine empyreumate* ʒiij. *dozis gutt. vj. ad x. veſperi & primo mane in cochleari uno ſyr. violac. vel è ſucco hederæ terr. Haud novi præſtantius remedium in tuſſi quacunque, modo febris abſit.*

℞. *Tinct. ſulph. antimon.* ʒij. *doſis gtt. xx. veſp. & m. in cochleari uno ſyr. pectoralis.*

℞. *Tinctur. G. ammon. cum tinctura ſalis Tart. parati* ℥j. *dozis gutt. xv. ad xx. Eodem modo Tinctura Galbani, Aſa fœtid. g. hederæ, eodem modo parata ad tuſſim conveniunt in conſtitutione frigida.*

5. Balſama.

℞. *Opobalſami* ʒij. *dozis gtt. 6. ad 10. in cochl. j. vel ij. aqu. hyſſopi vel pulegii, aut alius pectoralis.*

℞. *Balſami artific. diſtill. vulgo dicti matris Balſami* ʒij. *dozis gtt. 6. ad x. in cochleari uno ſyr. violac. vel vini Canar. mane & veſperi.*

℞. *Balſami ſulph.* ʒij. *dozis gtt. v. vel x. eodem modo.*

℞. *Balſam. Peruv.* ʒj. *dozis gtt. ij. ad iv. vel vj. cum conſerva violac.*

6. Trochiſci.

℞. *Spec. diatrag. frig.* ℥ß. *liquir.* ʒj. *flor. ſulph.* ℈j. *flor. benzoin.* ℈j. *ſacch. penid.* ℥iij. *ſolutionis tragac. in aqua hyſſopi facta q. ſ. f. Paſta, fiant Trochiſci. pond.* ʒß. *ſumatur unus ſæpius in die vel nocte.*

℞. *Semin. papav. alb.* ʒvj. *pulv. flor. papav. r.* ʒj. *extr. liquir.* ℥ij. *lactis ſulph.* ʒß. *ſacch. penid.* ℥ij. *mucilag. ſem. cydon. q. ſ. f. Paſta, formanda in Trochiſcos.*

℞. *ſpec. diatr. è pulmone vulp. ãã.* ℥ß. *ſacch. pen.* ℥j. *ſolut. tragac. q. ſ. f. maſſa in Trochiſcos efformanda.*

℞. *Pulv. rad. enul. camp. ſem. aniſ. liquir. ãã.* ℥ij. *flor. ſulph.* ʒj. *ſacch. tabul.* ℥iß. *ſucco liquir. diluti & trajecti q. ſ. f. maſſa & Troch.*

7. Tabulæ.

℞. *ſpec. diatrag. frig.* ℥iij. *pulv. flor. papav. rh. lactis ſulph. ãã.* ʒß. *ſacch. ſolut. in aqu papav. & ad tabulat. cocti* ℥j *f. ſ. a Tab. ponderis* ʒß.

℞. *ſpec. diatr. è pulm. vulp. ãã.* ʒiij. *flor. ſulph. rad. enul. c. ãã.* ʒß. *benz. albiſſ.* ʒj. *f. Pulvis ſubtilis, adde ol. aniſi* ℈j. *ſacch. ſol. & ad tabul. cocti* ℥viij. *f. ſ. a. Tabula pond.* ß.

8. Pulveres.

Hi, licet rarius, quandoque tamen in Tuſſi & affectibus pneumonicis cum fructu exhibentur.

℞. *ſummit. hederæ terr. nonnihil rubeſcentium q. ſ. Contuſa formentur in placentam, quæ ſole fervido ſtatim exſiccata in pulverem ſubtilem redigatur, & in vitro ſervetur: Hæc planta virtutem cum odore & colore optime ac diutiſſime ſupra omnes conſervas aut ſyrupos diutiſſime retinet; atque in Tuſſi gravi & pertinaci ſummopere prodeſt; Sumat* ʒß *ad* ʒj. *bis in die cum aqua diſtill. vel decocto.*

Eorum Pulveres ex plantis aliis pector. fiunt & exhibentur.

℞. *Muſci pyxidati* ʒij. *lact ſulph* ʒj. *ſacch. c.* ʒß. *f. Pulvis Doſis* ℈j. *ad* ʒß. *bis in die, Tuſſi convulſiva laborantibus convenit.*

℞. *flor. ſulph. oliban. ceruſſæ. antimon. ãã.* ʒij. *divide in xij. partes; Sumatur una mane & veſp. in cochleari uno vehiculi idonei.*

9. Pilulæ.

℞. *Aloës roſat. vel potius Pilu. Ruffi flor. ſulph. ãã.* ʒiß. *flor. benzoes* ℈j. *ſucci liquir. cum aqua limac. diluti, q. ſ. f. Maſſa, formetur in Pilulas exiguas: dentur iv. veſperi. repetendo noctibus ſingulis vel alternis.*

℞. *Pulv. rad. enul. camp. liquir. flor. ſulph ãã.* ʒj *flor. benzoes* ʒß. *picis liqu q. ſ. f. maſſa in Pilulas exiguas fingenda; dozis iij. vel iv. primo mane & veſperi.*

℞. *Millep. præpar.* ʒij. *pulv. ſem. urticæ bardan. ãã.* ʒß. *olei nuc. moſch. ſtill* ℈j. *ſal ſuccin.* ʒß. *ſucci liquir. q. ſ. f. Pilulæ, quarum ſumantur iij. mane & veſp.*

10. Decocta.

Hæc ſumuntur vel per ſe, vel cum lactis additione: Inter ea quæ ſunt prioris generis 1. occurrit *Decoctum Pectorale* juxta Pharmacopœam Londinenſem, quod ſumatur bis in die ab ℥iv. ad ℥vj vel viij.

℞. *fol. heder. terr. adianti, lingu. cervin. tuſſilag. eupat. ãã. m. j. rad. cherefol. ruſci (bruſci) ãã.* ℥j. *ſemin. carthami, fœnic. dulc ãã.* ℥ß. *capiat in aqu. font.* ℔vj. *ad medietatem, addendo circa finem vel liquir.* ʒiij. *uvar. paſſar. enucleat.* ℥ij. *& jujub. vj. (vel) mellis opt.* ℥iij. *deſpumando fiat Apozema clarificat. cum album. ovi: Doſis* ℥vj. *calide bis vel ter in die.*

Decocta cum Lacte ſumenda uſurpantur mane & veſperi, loco jentaculi & cœnæ juxta modum ſequentem.

℞. *flor. bellid. maj. m. j. limaces mund. n. iij. rad. eryng. condit.* ℥ß. *hordei* ʒiij. *coqu. in aqu. font.* ℔iß. *ad* ℔j *ſumat* ℥vj. *ad viij. calide, addendo lactis tantundem, & deinceps hujus quantitas ſemper augeatur.*

Eodem modo *muſcus pyxidatus*, item folia *hederæ terr. hyper.* & aliorum pector. coquantur & cum lacte ſumantur.

Decocta ex *Lignis* ſæpenumero ad Tuſſim pertinacem curandam plurimum conducunt, præſertim ſi loco cereviſiæ pro Potu ordinario conſtanter & aliquandiu ſumantur.

℞. *rad. zarzapar.* ℥iv. *chinæ* ℥ij. *ſantal. albi, rubr. ãã.* ℥ß. *raſur. ebor. c. cervi ãã.* ʒiij. *Infundantur ſ. a. & coquantur in aqu. font.* ℔viij. *ad iv. addendo liquir.* ʒvj. *In conſtitutione phlegmatica aut frigidiore addatur raſura ligni ſ.*

11. Aquæ deſtillatæ.

Harum cuique licebit formulas pro re nata & multiplices & diverſimodas componere, atque juxta patientis conſtitutionem, modo lac ſimplex, modo lac cum aliqua vini parte, modo illam, aut cereviſiam Brunſvvicenſem deſignare, In ſpecimen harum formulas ſubdemus.

℞. *fol. heder. terr. hyſſopi. puleg. ãã. m. iv. limac. ſemicoct. cum teſtis* ℔ij. *nuc moſch. inciſas n. vj. Omnibus ſimul minutim conciſis affundo lactis rec.* ℔viij. *deſtillentur organis commun. Doſis* ℥iij. *bis aut ter in die per ſe,*

vel

vel cum alio medicamento, quæque dozis edulcoretur inter ſumendum cum ſacch. c. *vel cum ſyr.* de ſucco *hed. terr.*

In conſtitutione minus calida, præſertim ſi nulla adſit ſanguinis aut præcordiorum æſtuatio, lactis ℔vj. aut vij. adde vini canar. ℔j. aut ij. atque in corpore phlegmatico aut ſenili, vice lactis, menſtruum ſit alla vel cereviſia Brunſvvicenſis.

Porro tempore hyberno, quando Limaces haud facile poſſunt haberi, ſatis commode ſubſtitui poſſunt Pulmones agnini aut vervecini; quandoque item vitulini ſemicocti, & minutim inciſi, & cum prædictis ingredientibus, & menſtruo idoneo additis, in organis communibus ſive roſaceis deſtillentur. *Willis.*

[12] *Quæ aut leniuntur paregoricis, ſeu anodynis, aut tollitur ſenſum &c.*) Si ſit tuſſis nocturna, adeoque catarrhalis, curatur nunc præmiſſo, nunc omiſſo *vomitu*, qui in quavis Tuſſi eſt proficuus, in contumaciori vero, præſertim ſtomachali, eſt neceſſarius, per *volatilia ſudorifera, opiatis mixta, lympham corrigentia*, blande *diſcutientia*, & vellicantis irritationem ſiſtentia, veſperi inprimis aſſumenda, V.g. *ſpiritus ſalis armon.* præſertim *aniſatus, liquor c.c. ſuccinatus*, cum *eſſentia opii* miſtus: Quæ præſertim conducunt ſi *febris catarrhalis* juncta fuerit.

Si vero *citra febrem* fuerit talis *Tuſſis ſicca nocturna*, pro *lympha vitiis* corrigendis optimæ ſunt *Pilulæ de ſtyr. Sylvii*, item *Schroderi n°. vj.* de *ſtyrace*, aut *Pilula ad Tuſſim. N. 7.* Item præter *opiata ac papaverina* temperata *incraſſantia* ex *rapis, violis, jujub. ſuccino, benzoe, ſpermate cet. flor. ſulph.* & cæt. paratæ. Item *ficus* cum *ſpir. vini combuſta, ſpecies diatr.* uſitatæ, *pulveres pectorales*, varii &c.

V.g. ℞. *Aqu. fœnic.* ℥iij. *aſthmat.* ʒvj. *diacod. Mont.* ℥ß. *m.* capiatur ſubinde cochleatim, Item

℞. *Syr. de jujub. papav. ſimpl.* ãã. ℥ß. *aqu. papav. rh.* ℥j.

M. pro ij. doz. 1. bihorio ante cœnam, 2. ſub introitu lecti aſſumendis. Vel

Spec. diatr. uſitat. ʒj. *flor. ſulph.* ʒij. *laud. op. g. iv. vel v. cum ſ. q. ſacch. in aqu. ſcab. ſolut. f. Rotula.* Vel

℞. *Spir. ſal. armon. aniſ.* ʒiß. *ad* ʒij. *eſſentia opy* ʒß. m. Signa *Spiritus.*

Da gtt. 40. vel 50. bihorio ante cœnam, & ſi opus ante introitum lecti.

In *Tuſſi* vero *ſicca*, cum febricula catarrhali juncta

℞. *Aqua ſcab.* ℥iij. *ſpir. ſal. arm. aniſat.* vel *liquoris c. c. ſuccinati* ʒj. *vel* ʒiß. *ſyr. papav. albi* ʒvj. *vel* ℥j. m.

Capiatur crebro imminente paroxyſmo, & poſt mediam noctem, expectando blandum ſudorem, Vel

℞. *Conſerv. tuſſilag.* ℥ß. *laud. op. gr. ij. m. f. Bolus*, dandus bihorio ante cœnam. *Etmuller.*

Quæ inter aſſumendum vel devorantur, vel bibuntur Tuſſis remedia, etſi minus operentur, eo quod non diutius in faucibus ſubſiſtant, quia tamen dum fauces tranſeunt; iſtis adhærentia; ſalivæque permixta, vires ſuas quoque deponunt, non inutiliter exhibentur.

Ficus, Paſſulæ, Pruna comeſta proſunt, *Ficus* ſi in aqua vitæ madefiant, inde torreantur, comeſtæ.

Amygdala, Pinea, Piſtacia, per ſe vel ſaccharo obducta.

Martius panis, & ſimilia multa condimenta dulcia; ſenibus præſertim utilia.

Bellariaex butyro ſupradicta. *Hordeaca, Avenata, fabarum* eſus ex *Dioſcor.*

Inprimis *hordeatum* cum *lacte amygd.* ad catarrhos ſiſtendos utile, præparationem vide in de Aſthmate; Vel ſumatur de hoc ferculo cochlearia aliquot ſub veſperam in introitu lecti.

℞. *Far. hordei, amyli* ãã. *ſcutellam* ß. *album. ovor. agit. n°. ij. coqu. parum cum lacte, adde ſacch. q. ſ.*

Cepa elixa ſub cineribus toſta, cum *butyro* & ſaccharo; Ex *cepa alba* paulo majore, excavata parum, tantillo *theriaca* repleta, in cineribus aſſa, *ſuccus* expreſſus cum ſacch. c. miſtus lambendo ſumptus.

Porrum in *juſculo.*

Raphanus cum multo *oleo rec.* pauco *aceto* & *melle.*

Ova ſorbilia in *butyro* recenti frixa, ſed leviſſime ſalita, quia ſal tuſſim movet, *Spinachia* & *eruca* cum *butyro.*

Edulium ex *ovis, ſapa* & *butyro*, vel *ovis*, vino, *ſaccharo* & *butyro.* *Lac* potum tepidum; addito *ſacch. cando* & *penid.* eximium.

Ex *pomis redolentibus, ſubacidis* ſuaviſſimum & utiliſſimum poteſt fieri remedium, ſimul ad virium reſtaurationem in aliis morbis utile.

Poma in orbiculos diſſecantur, qui in baculis vaſi incruſtato, in cella vinaria collocato, impoſitis diſponuntur, *ſacch.* præſertim *candum*, inſpergitur, Succi defluentis

℞. ℥ij *aqu. vitæ roſar.* ãã. ℥j. *ol. caryoph. ſtill. cinnam. ſtillat.* ãã. gtt. ij. m. detur cochleare unum aut alterum. *Platerus.*

Diæta.

Aër calidus Tuſſientibus convenit, præſertim ſi à frigore Tuſſis nata ſit, tunc illius ſola inſpiratio eam ſanare poteſt; Caveant autem ſibi à frigida aëris conſtitutione, flante præſertim Borea; Ab humida item, ut aëre nocturno, & cum flat Auſter. Sed & Aquilo ſtringit, quæ nocent ſi à fluxionibus malum fiat; Eaſque promovent *radii ſolares*, ſi caput iis petatur. *Decubitus* ſupinus, quia per illum humor in fauces citius deſcendit, obeſt, niſi propter bechica aſſumpta, ut eâ ſimul eo ferantur, illum concedamus. *Jejunare* aliquando, vel cibo parcius uti. *Exercere* convenienter corpus. *Somnus* moderatus ad proventum humorum impediendum convenit. *Platerus.*

[13] *Differentiæ* tuſſis ſunt variæ.

I. [14] Alia eſt à [15] *cauſis externis*, ut [16] aëre frigido, pulvere ex lino, [17] vaporibus calcis, rancidis, pinguibus, [18] ſcalptura vehemente aurium, [19] unde affectus dolorificus partium nervoſarum oritur, quæ minus vehemens eſt, niſi [20] à re aliqua in tracheam incidente oriatur; ſed & minùs periculoſa. [21] Curatur cauſa ablata. [22] A *frigiditate*, ſola ſpiritus cohibitione.

A [23] nimio ſucci limonum uſu, *decocto raporum.*

[13] *Differentia Tuſſis*) Tuſſis convulſivæ mentio hic ſæpe occurrit, de qua ubi de Affectibus Puerorum, ſi quidem hi illi Tuſſis ſpeciei maxime obnoxii.

[13] *Differentiæ Tuſſis*) Obſervandum varias Tuſſium differentias ſubinde complicari, ita in diſpoſitis *Tuſſi humidæ* facile ſupervenit *Tuſſis convulſiva*, Exemplũ habemus in Infantibus, qui interdum nimis tuſſiendo pectore convulſo à reſpiratione ceſſant, (Galli dicunt, *il ſe pâme*, verbo à ſpaſmo deducto) Sic in fœmina gravida, alias pathematis epilepticis obnoxia, gravem tuſſim ſtomachalem patiente, obſervavi quod aliquãdo per plures dies tuſſi humidę, propter viſciditatem materiæ laborioſæ, validiſſima convulſio pectoris ſupervenerit, ceu genuinũ aſthma convulſivũ, ita ut ægra ſubinde ſuffocanda videretur: Sic pariter Tuſſis humida tam ſtomachalis quam pectoralis fere cõplicari ac ſimul affligere ſolent. *Etmuller.*

14. *Alia eſt à cauſis*) Cauſæ irritantis ratione oritur Tuſſis vel ab interna vel ab externa cauſa: Utræque Tuſſim tam *ſiccam* quam humidam, & quidem pro foci materiæ occaſionis ratione vel *Pectoralem*, vel *Stomachalem* excitare poſſunt. *Etmuller.*

15. *Cauſis externis*) *Tuſſis Pectoralis ſicca* frequenter oritur ab *externis inſpiratis*, quæ primo dant *Tuſſim ſiccam*, ſimpliciter ex irritatione, conſequenter etiam *humidam*, ex *majore partis irritatæ læſione*. Hinc enim *aër inclementior*, præſertim hybernus, *fumi acidi minerales* inſpirati, ordinario nunc aſperam arteriam, nunc membranam pituitariam poſteriorem, prope fauces ſitam afficiendo & irritando tuſſim inferunt. *Etmuller.*

15. *A cauſis externis*) Huc refer Tuſſim ingraveſcentem ad veſperam cum ægri lectum intrant, quia particulæ ſalinæ quæ antea immotæ jacebant, nunc à calore lecti magis agitantur, & in nervos impelluntur, & ſic irritationem ad tuſſim efficiunt. *J. Dolæus.*

16. *Ut aëre frigido*) Si quiſpiam in dubium revocaverit num Aër Nitro imbutus ſit, ſicuti ſupponimus, ſuppoſiti veritatem deprehenſurus eſt ſi per biduum aut triduum dio expoſuerit caput mortuum cujuſcumque ſalis, id enim non minimam copiam prædicti ſalis obtinuiſſe comperiet, quod non aliunde quam ab aëre prodiiſſe potuit. Ideoq; cuivis manifeſtum exiſtimo in corpore humano ſanguinem plurimum illud poſſidere, ſi modo perpendatur illius commiſtio cum aëre qui Pulmones ſubit. Quamobrem enim ne minima particula iſtius viſceris caret bronchio, arteria & vena? quo videlicet nitrum aëri inexiſtens, per bronchiam delatum, ſanguini commiſceatur, per arteriam in eandem particulam influenteni; uterque autem per venam illabatur in ventriculum cordis ſiniſtrum.

Admodum probabile eſt ab immoderata iſtius ſalis copia per aërem ſparſa; vel ab excedente illius copia produci *Epidemicam Tuſſim*, univerſo aliquando populo infeſtam; Cujuſmodi fuit quæ accidit Pariſiis anno 1576. Curioſi enim qui in cauſam inquiſiverunt, illam in aëre compererunt, quem inquinabat nebula nitroſa, adeo craſſa, ut etiam lintea data opera dio expoſita, humiditatem corrodendi vim conceperint, à qua cuprum diſſolvebatur non ſecus ac à ſpiritu nitri. *Duncanus Tract. Gallico de Action. Anim. c. 9.*

16. *Aëre frigido*) Qui *intemperiem* organis pneumaticis inducit, Quam cauſam agnoverunt etiam Pneumaticæ ſectæ probatiſſimi, quorum eſt & *Athenæus*. Hinc *Galenus l. 2. de cauſ. ſympt. 4.* Neceſſitatem, *inquit*, propter quam ex intemperie Tuſſis oriatur, alii eorum omnino ne conati quidem ſunt reddere; alii in ſeipſum impingere ſpiritum ajunt &c.

Quicquid vero ſit de *ſpirandi organis refrigeratis*, cum hinc ea tantum Tuſſis, in qua nihil exſpuitur, quæve nec omnino violenta, ſed adeo parva eſt ut ſpiritus cohibitione vinci ſanarique poſſit, eodem teſte exoriatur, miſſa accuratiori hujus conſideratione; placet objectum iſtud ſpirandi organis moleſtum, non tam in quadam *intemperie ſine* materia, quam tali *δυσκρασίᾳ*, quæ materiam cauſam habet, intueri, ſiquidem prior illa, ceu umbra ſine corpore, & accidens ſine ſubſtantia, parum à figmento abeſt. *Stranſſius.*

16. *Ut aëre frigido*) Tranſpiratio inſenſibilis inhibita vel ſuppreſſa Tuſſim ſæpe inducit, quippe effluvia, per poros cutis evaporare ſolita, intus cohibita, ſanguinem fermentant & cito pervertunt; inque ſeroſitates fundi & præcipitari faciunt; quæ cum aliis ſanguineæ maſſæ recrementis ſtatim in pulmonibus depoſitæ, Tuſſim moleſtam & non raro tabificam cient. Hinc vulgaris obſervatio eſt, frigoris, quo pori conſtipantur, ſuſceptionem, ſive per auræ gelidæ afflatum, ſive à pluvia aut fluvio madefactionem, ſive veſtis depoſitionem, aut alio quovis modo fiat, quamplurimos ad affectus thoracicos diſponere, quare noſtro idiomate, poſita cauſa pro cauſato, Tuſſis appellari ſolet *frigus ſuſceptum*. *Willis capite de Phthiſi.*

16. *Aëre frigido*) Nemini dubium ſit Aërem plurimo nitro imprægnatū eſſe ab hoc experimento; Per biduum aut triduum exponatis caput mortuum cujuſcunq; ſalis, nam poſtmodum illud imbutum ejuſmodi ſale non pauco comperturus eſt, quod non aliunde quam ab aëre prodire potuit. Hinc manifeſtum puto in ſanguine noſtro plurimum deliteſcere ſerum ſi modo attendamus ad commixtionem ejuſdem cum aëre factam in Pulmonibus: Si enim ne minimam reperire eſt particulam in hoc viſcere quæ bronchio proprio careat, arteria & vena, credendum id eo fine factum quo nitrum aëris per bronchia delatum, commiſceatur ſanguini per arteriam illuc delato, utrumq; autem per venam feratur in ventriculum cordis ſiniſtrum. Admodum autem veriſimile eſt ab immodica hujus ſalis copia, per aërem ſparſa, aut ejuſdem inſigni acrimonia, deducendā eſſe cauſam Tuſſium illarum epidemicarum univerſæ regioni aliquando infeſtarum. Cujuſmodi fuit illa quæ accidit Pariſiis an. 1576. Curioſi enim cauſæ illam in aëre compererunt nebula denſa & ſpiſſa inquinato, eaque adeo nitroſa, ut lintea data opera illi expoſita humiditatem corrodendi vi præditam induerint, à quo cuprum etiamnum erodebatur, nō ſecus ac accidit à ſpiritu Nitri. *D. Duncanus Expl. N. & mech. motus an. p. m. 106.* Vide inferius §. *A frigiditate.*)

17. *Vaporibus calcis*) Ab aëre mineralium fumis inquinato, ne corpori noceat, præſervant *panis* comeſtus largiter *butyro* illitus, item *theriaca* uſurpata, præſertim ſi hinc expectetur ſudor, mediante quo aliqualis noxa inducta prompte elicitur. Quod ſi ex his cauſis, nata tuſſis fiat humida, eodem modo ac aliæ tuſſes humidæ curabitur. *Etmuller.*

18. *Scalptura vehemente aurium*) Nervus *ἀνανεύς* muſculis laryngis & aſperæ arteriæ ramos nonnullos impertit, quapropter cum ſpiritus vehementi impetu in nervum auditorium feruntur, affatim irruunt in muſculos vocales, hinc Tuſſis illis accidit qui aures ſcalpunt. Sic per conſenſum octavi paris Tuſſis vomitum concitat, & viciſſim Vomitus Tuſſim, quia ſcilicet diſtribuit nervos pulmonibus & œſophago: Epropter etiam Aſthma per emeticorum exhibitionem curatur; ſicuti id apparet ex obſervat. Riverianis. *Da. Duncanus. Tr. de mot. Anim. c. 7.* vide §. 6. *Ut id quod ſpirandi organis*)

19. *Unde affectus dolorificus*) Tuſſim ſiccam aliquamdiu continuatam, & pectoris anguſtia, & quaſi compreſſivus ac gravativus circa pulmones ſenſus, cum aliquali reſpirationis difficultate inſequi ſolent; quæ omnia ſymptomata, non materię collectionē ſed irritationem bronchiorum & pulmonum inſequuntur. Ex horū enim aliquali contractura, & gravitatis ille ſenſus, & hinc reſpirationis aliquale impedimentum ſequuntur. *Etmuller.*

20. *A re aliqua in tracheam incidente*) Humores aliave corpora craſſiora, ſi in aſperam arteriam incidant, cum illa exquiſitiſſimo ſenſu prædita, vel levem horum contactum ferre non poſſit, mox *Tuſſim* movent, eamque admodum validam, ſi ab illis ob acutiem, aut aſperitatem ſimul irritetur, aut acredine pungatur. Uti fit ſi ex aſſumptis cibis, aut potu, dum deglutiuntur aut bibuntur, aliquid à recta via declinans in laryngis rimulam feratur; Sicuti loquentibus ea dilatata, quando ſimul deglutire volunt, ſæpe contingit; aut aqua, vel vinum, vel mica panis, aut aliud quid in aſperam arteriam illapſa, tuſſim moveant, cujus vi mox iterum per os excutiuntur, & nonnunquam etiam in narium amplitudinem propulſa per nares rejiciuntur; vel ſi magna copia fuerint, liquores illapſi effunduntur; Poteſt & alio caſu aliud quid ut pulveres, per aërem præſertim attracti, in haſce vias ferri & Tuſſim movere. *Platerus.*

21. *Curatur*

[1] *Curatur cauſa ablata*) Præſeruant inclementiæ aëris inſultum, *balſamum ex oleis deſtillatis* v. g. *apoplecticum*, largiter naribus illitum. *Ecmuller*

[2] *Frigiditate ſola &c.*) Ab aëre aut potu frigidis orta [illegible] tur, compreſſa ſæpius aliquandiu exſpiratione, quo aucto [illegible] faucibus & pulmonibus calore corrigatur vitium ab externo frigore productum: Singultum eadem ratione curari quandoque oſtendit experientia. *v. Sylvius P. l. c. 23.*

[22] *Frigiditate*) Aër frigidus affatim attractus ſtuciam a petæque [illegible] tunicam moleſtando, & uti frigidum partibus [illegible] bus facere ſolet, mordicando, *Tuſſim* movet *ſiccam* cum raucedine conjunctam, ſi conſtringendo, & ſiccitate ſua partes has, quæ læves & lubricæ eſſe debuerunt, exaſperet: quod ſi admodum fiat, vox quoque deperditur. Sed & defluxiones movendo humidam ex accidenti Tuſſim cauſare poteſt. *Aqua frigida* affatim hauſta, idem præſtat, imo raucedinem ſimili ratione parit. Quod quoque ab adſtringentium uſu fieri poteſt. *Platerus.*

[23] *Animoſo ſucci limonum*) Juriſconſultus delectatus impendio minus acris limonum ſucco, eo proceſſit dementiæ ut quotidie biberet ſex plus minus uncias. Excitata inde moleſtiore tuſſi quam ut ullis curationë reciperet remediis, præterquam ſolo *raparum decocto*, quod uti omnibus tuſſientibus ex uſu eſt, ita quoque huic ægro plurimum opis attulit, enavigato intra menſis curriculum periculoſo hoc ſyrtium æquore, in quo facilè hunc ſubmerſus fuiſſet. *N. Tulpius obſ. 20. lib. 4.*

Alia eſt à *Cauſis internis*, nempe; [24] 1. *Humore*, qui 1. [25] vel eſt *viſcoſus*; & tum nihil, aut admodum parum exſpuitur. Intemperiem frigidam conjunctam habet, validior eſt. [26] Curatur [27] præmiſſis univerſalibus, [28] incidentibus & expectorantibus. [29] Inter purgantia dilutum *agarici* cum pauxillo *Oxymellis ſcillitici* præſtat. Inter [30] incidentia & [31] expectorantia. *aqua vitæ bechica Joëlis*; [32] *Liquor* [33] *ſacchari* Hartmanni [34] *Elixir proprietatis* à gutt. VI. ad XII. *Syrupus ſcabioſæ*, *praſſii*, *Origanum* ex melle lambitum.

2. Vel [35] *Tenuis*; & tum nihil exſpuitur, quia inter ejiciendum à ſpiritu ita diſploditur, ut in pulmones relabatur. Intemperiem calidam & catarrhum plerumque conjunctum habet. Materia intus putreſcens, aut febrem putridam, aut hecticam, [36] aut ulcus excitat.

Curatur præmiſſis [37] univerſalibus incraſſantibus & [38] lenientibus; qualia ſunt, *ſyrupus jujubinus*, *papaver rhœad. diatragacantum frigidum*, juſculum *caponis* & [39] *raporum*, cui percolato addi debet *ſaccharum & butyrum*, aliquando *extr. liquiritiæ* ſine vino: Rotulæ ex *ſpeciebus diatragac. frigidi*, *bolo armeno* & *ſaccharo in aqua roſarum ſoluto* factæ; quæ poſt inductam moderatam craſſitiem excipere debent detergentia, qualis eſt *ſyrupus capillorum veneris*. [40] *Narcotica* non niſi præſente rumpendi vaſis metu in pectore adhibenda.

3. Vel *in pulmonibus* continetur, & tum intemperiei habenda eſt ratio: vel [42] ab *aliis partibus* appellit, [43] ut *cerebro* in [44] catarrho, ubi ſigna catarrhi adſunt, tuſſis eſt vehementior & perſeverans in ſenibus; quia non maturatur: periculoſa ſi frequens ac diuturna, ad ſanguinis ſputum deducit.

Inferioribus partibus, ut in hydrope, lienis, epatis, & [45] ventriculi inflammatione &c.

II. [46] *Vapore*, [47] qui vel pulmones obſtruit, vel membranam ferit; & tum, ab aliis plerumque partibus & morbis [48] vapor ſubmittitur, tuſſis eſt arida, & interdum parum irritans: quando patiens loquitur aut hiat, potius accidit. In curatione agendum per cauſæ vapores mittentis remotionem, vaporis repulſionem, revulſionem &c. Accidit, [49] aut in *Febribus* quæ inſtare paroxyſmum indicat: futuros abſceſſus prænunciat: ſi febre ſoluta remanet, recidivæ periculum minatur: aut [50] *in Verminis*, quæ vel per vaporum putridorum ad pulmones appulſum, vel per membranæ œſophagi, quæ membranam aſperam arteriam inveſtientem in conſenſum trahit, vellicationem exoritur, & ſignis vermium ſe exſerit.

III. *Pure*, quod in phthiſi, peripneumonia: pleuritide, vulnere & inflammatione diaphragmatis &c. accidit.

IV. *Tuberculo crudo*, *grandine* &c.

II. Alia eſt [51] *Sicca*, in qua nihil tuſſiendo excernitur, ſeu facultatis ſeu materiæ vitio, infeſtátque in principio vomica pulmonis laborantes, cum difficultate anhelitus, in qua Oleum amygdalorum dulcium, ova ab omni albumine pura, recentia, ſaccharo cando conſperſa, nec non trochiſci bechici nigri proſunt. Alia [52] *Humida* [53] in qua materia rejicitur.

Utraque vel eſt *Recens*, [54] *χίρχνος* dicta, in qua levis duntaxat ad tuſſiendum propenſio fatigat, non ſecus ac nauſea vomitum præcedens, & quæ ſola ſpiritus cohibitione interdum comprimitur: vel *Inveterata*, graviora ſymptomata proferens. In [55] utraque [56] laudatur in principio vomitus ad exturbandam pectoris ſaburram: [57] in hac Extract. Cardui benedicti: nec non compoſitio *ex mellis & butyri* ana unc. IV. calefactis & *cumini pulveriz.* dr. j. conſperſis parato & ex cochleari ſumpto, [58] ſi à tenuibus ſunt deſtillationibus, *laudanum opiatum* haud inutile erit [59] modo thorax à pituita craſſa infarctus non ſit. Obſervatum aliquando in vehementi & cum periculo ſuffocationis, lividas quaſdam maculas per habitum corporis diſpergi, ſine dubio ab imminente ſpiritus vitalis extinctione, ad quam colori vivido luridus ſuccedit.

III. Alia eſt *Periodica*, quæ ex certis intervallis bis terve anno affligit, & exirruente deſtillatione plerumque proficiſcitur.

Alia, quæ vel *continenter*, vel *non nulla intermiſſione* fatigat, quæ aut vitioſam pulmonum affectionem, obſtructionem, aut aliam ſtabilem cauſam intus habet;

24. *Humore*) Materia pulmones irritans, vel *Humoroſa* eſt, vel *Vaporoſa*, docet enim ipſamet Natura rerum magiſtra, Humorem qui peccat jam *ſanguineum*, jam *ſeroſum*, jam *purulentum*, aut alia qualitatum ἀμετρία excedentem hoſce (ut ita dicam) crabrones excitare; Quo pertinent, qui humorum ſoboles eſſe ſolent, *Grandines* & *Vermes*, ipſo in Pulmone interdum concepti partim ac formati.

Neque deſunt viæ quibus cum ſanguine varii ad Pulmonum Humores deferri poſſunt, cum viſcus hoc non ſolum vaſis ſanguifluis è corde & aorta oriundis inſtructum ſit ſatis inſignibus, ſed etiam lymphaticis ductibus gaudeat. *Stranſſius.*

Tuſſis Pectoralis.

24. *Humore*) Communis hic fert fabula, deſtillare talem materiam ex capite in laryngem, quod falſiſſimum eſt, non enim ſaltem in larynge & bronchiis pulmonum, ſed in ipſo etiam pulmone ſucceſſive colligitur, & hinc evacuatur, Nempe

1. Uberior *Lympha* ex irritatione tranſudat in illa loca, quæ pedetentim condenſatur in *mucum* plus minus craſſum & viſcidum, Quod ſi gravior ex irritatione dictorum ſit læſio, & plus nimius *phlegmonodes diſpoſitio*, vel etiam aliqualis *excoriatio*, ipſum nutrimentum dictarum partium in debita aſſimilatione impeditum una tranſudat, & ſucceſſive alteratum, ſub *muci pituitoſi* forma evacuatur. Hinc ordinario duo tempora in tali Tuſſi diſtinguere ſolent; quamdiu enim eſt *ſicca*, tuſſim à *catarrho tenui* eſſe aſſerunt, & materiam adhuc crudam, vacuationi ineptam. Hinc remedia *coquentia*, ſive *incraſſantia* dicta, revera *anodyna* & temperantia uſurpant. Deinde dum eſt *humida*, & mucus excerni incipit, materiam *coctam* aſſerunt, adeoque *incidentia* pro facilitanda expectoratione uſurpant.

Generari iſta in ipſis partibus affectis, non vero ex capite eo tranſmitti, aut in tali Tuſſi à *cauſa externa*, tanquam ſaburram excrementitiam in pulmones deponi à natura ex maſſa ſanguinea proprio exemplo didici. Eram ſaniſſimus, æſtatis tempore, ac parabam *clyſſum antimonii acidum*, ſed dum rumperetur retorta, inſpirabam copioſe fumum ex *ſulphure & antimonio*, ex quo acido fumo in vehementem coryzam & tuſſim per 4. ſeptimanas incidebam, excernendo utrinque copioſa & mucilaginoſa, quæ non deſtillabant ex capite, cum nullæ pateant viæ, nec in corpore aut maſſa ſanguinea inerant, ſed fiebant in ſummitate narium & aſpera arteria propter *acidum* lædens has partes, unde primo copioſior lympha alluebat, poſtmodum ſuperveniente *diſpoſitione phlegmonode*, & aliquali excoriatione dictarum partium, ex degeneratione alimenti proprii copioſa mucilaginoſa ejiciebam, donec irritatione ceſſante, indeque lymphæ copioſiore affluxu deſinente, & ſponte naturæ reſtitutis partibus læſis, alimento nonamplius degenerante omnia illa ſymptomata ceſſarent.

Hoc nempe eſt quod ſuis cuſtodibus tribuit *Helmont.* qui dictis partibus præſides, eas ab inſpiratorum externorum injuriis defendunt, quibus læſis, & errantibus hinc, privata illorum dolorum digeſtio vitiatur, & ros nutritivus in tale liquamen viſcidum pervertitur, Quæ omnia facile ex dictis conciliari poſſunt, per cuſtodem dictarum partium, ſpiritum inſitum, & hinc influentem intelligendo.

Ex tali *cauſa externa*, genitæ Tuſſes, nunc ſunt *propria*, nunc vero *ſparſa* ſeu *epidemica*, prout quodcunq; grave aëris vitium inſpiratione plures læſerit.

Oritur etiam non raro *Tuſſis Pectoralis* ex vitio *lymphæ acrioris* & ſalſo-acidioris, & in ſpecie *Tuſſis catarrhalis* dicitur, ut plurimum febrim catarrhalem junctam habens, ſive prævia externa occaſione, ſive proprio naturæ motu. Lympha ita alterata ad laryngem, aſperam arteriam ac Pulmones feratur, & *Tuſſim ſiccam*, ſucceſſive humidam infeſtat.

Talem *Tuſſim catarrhalem* fere ſolet comitari *Febris* catarrhalis plus minus intenſa, in qua ægri interdiu ſatis commode habent, à meridie & apparente veſpera vagis horripilationibus vexantur, quas ingruente nocte insequitur æſtus totius corporis, non tamen adeo intenſus, ſed plus minus moderatus, præſertim capitis, & hinc reliqui corporis, donec revertente aurora febricula denuo ceſſet; Hinc etiam non raro accidit, ut etiam ſub æſtu illo febrili *artuum lancinationes & dolores vagi* una affligant, ex *lympha acido ſapore* partes nerveas vellicantis oriundi, Tuſſis inprimis eſt nocturna, interdiu parcius longè affligens.

Tuſſis talis catarrhalis originem ducit ex *lympha vel ſalſiore, vel acidiore*, tam organa ſpiritalia irritante, quam in maſſa ſanguinea *febrim* talem plus minus *lentam* excitante. Non rarum quoque eſt *Tuſſim* talem *ſiccam nocturnam ſine febre* affligere, pariter ex vitio lymphæ catarrhali oriundam.

Itidem catarrhis è cerebro depluentibus tribuunt authores eam, ſed poſt *Helmontium*, inprimis *Schneiderus* caliginem excuſſit. Hic enim in eo eſt, totus ut dicat *Tuſſes tales catarrhis tribuas*, tam *ſiccas*, quam quæ ſucceſſive ſuperveniunt, *humidas*, oriri *ex materia tranſſudante ex ſanguine per membranas*, ceu colatoria, Verum rectius *Steno* obſervavit, quod poſt tales tunicas, communiter *pituitarias Schneideri*, ac alias ſimiles per quas ſeroſæ materiæ fit tranſcolatio, copioſæ ſitæ ſint glandulæ, quarum orificia per iſtas tunicas hient, & ita lympham in iſtas cavitates effundant; adeoque, dum dicit *Schneiderus* in *coryza* tranſudare mucum per tunicam pituitariam ſuperiorem, in *Broncho* vero tranſudare membranam aſperam arteriam veſtientem, potius cum *Stenone* dicendum ſub his tunicis latitare glandulas, lympham ſuam per iſtas excernentes.

Lympha talis præternaturalis *acrior*, *ſalſior*, *acidior*, aliove ſimili plus minus corroſivo ſapore impregnata eſt, qualis in iis qui ad *phthiſin* inclinant, item qui aliàs *affectibus habitualibus* ſunt obnoxii, item in *Scorbuticis* obſervatur, Talibus hujuſmodi *tuſſis* inprimis *nocturna* frequentior exiſtit. Procedente tempore ex dictis cauſis *tuſſis* fit *humida*, & dum excoriatur, ac procedente ulterius malo exulceratur aſpera arteria aut pulmo, *phthiſis perfecta pulmonalis* eam inſequi ſolet, dum primo ex *nutrimento vitiato mucus*, *procedente ulterius corroſione*, materia quaſi *purulenta*, tandem in perfecta exulceratione *pus genuinum* tuſſiendo expectoratur.

Radix mali, unde talis *lympha vitiata* generatur, *tuſſim talem catarrhalem* præſertim nocturnam inferens, eſt in ventriculo, errata nempe diageſtionis ejus, & hinc deficiens inteſtinis ejuſdem perfectio, quibus in locis *chylus vitioſus*, *ſalſus* aut *acido ſalſus* genitus ſui labem, mediante lympha, variis partibus, ac ſpeciatim, quavis etiam occaſione eo derivetur, Pulmonibus affricat.

Ratio, quare tuſſes tales veſpertinæ & nocturno tempore magis exaſperentur, adhuc intricata eſt; Univerſale alias eſt, quod *morbi à ſeri ac lympha vitiis* oriundi his tẽporibus magis exacerbari ſoleant; Ad quod ipſum non parum videtur conferre prohibita plus minus tranſpiratio inſenſibilis, veſperi, ex remittente tempore diurno, minus copioſè procedens.

Ad has tuſſes, ex *lymphæ vitio* genitas, pertinent etiam Tuſſes quæ in principio *variolarum* & *morbillorum* ſolent affligere, Item quæ *infantibus ex male curata ſcabie*, aut ex *tinea capitis*, aut *achoribus* quovis modo repulſis naſcitur. Hæ rite tractatæ curari poſſunt, ut non fiant *humidæ*, ſin minus Tuſſis etiam humida ſupervenit, ex ſupradictis rationibus, Imo & Phthiſis variolis ſucceſſiſſe obſervatum fuit.

Ad

Ad has *Tuſſes Pectorales* pertinent etiam iſtæ *Humidæ* quæ poſt *febres ardentes*, præſertim minus acutas contingunt, dum nullibi apparente criſi, natura materiam aut tam in fine ſtatus, & in declinatione morbi ex vaſis ſanguineis in Pulmones deponit, & ita copioſa tuſſi humida & mucilaginoſa judicat.

Ad Tuſſes Pectorales pertinent & iſtæ in *Pleuritide*, quæ in principio ſunt *ſiccæ*, procedente tempore ex *lympha ſanguine mixta*, & mutua temperatura tertium mucorum conſtituentibus *humidæ*, quin & in *ſuppurata pleuritide purulentæ*, non ſecus ac in Pulmonum exulceratione.

Ne autem confundatur *Tuſſis Pectoralis* cum *Stomachali*, in ſpecie conſiderentur 1. *Locus irritationis*, ſive *titillationis*, quæ ad Tuſſim ſtimulat, quæ ſi in *Larynge* aut *aſpera arteria*, aut *ſuperioribus pectoris locis* percipiatur, manifeſtum eſt exinde excitari tuſſim. NB. jubeatur æger profundius reſpirare; ſic enim mox tuſſire incipiet, ſi vitium eſt in pectore ac pulmonibus, ſecus ſi in ſtomacho.

2. *Reſpiratio*, quæ quo magis affligitur, & quidem ita ut circa *ſuperiora pectoris loca* ejuſdem impedimentum percipiatur, *tuſſim pectoralem* eſſe indicio eſt.

3. *Sonitus*, qui magis ſuperficialis, item interdum quicunque ex *cavo thoracis* procedit, tuſſim pectoralem oſtendit. Sane tot ſunt modi in ſonitu Tuſſis, quot ſunt loci in quibus materia latet, & quot ſunt differentiæ materiæ excernendæ,

4. Adjuncta quoque ſymptomata ſimul conſideranda ſunt, Sane ubi magis noctu affligit, aut ubi febricula ſimul adeſt nocturna, Tuſſim Pectoralem oſtendit.

Tuſſis Stomachalis.

Quoad Tuſſim, cujus occaſionalis fomes in *Oeſophago & Stomacho* latitat, & hinc *mediate aſperam arteriam* afficit, ſive quatenus diaphragma ab affecto orificio ventriculi ſuperiore vellicatur, ſive quod ſimul oeſophagus vellicatus contiguam ſibi aſperam arteriam afficiat, ac in tuſſim proritet.

Paradoxum quidem videri poſſet ex *ventriculo Tuſſim* derivare velle, ſequor tamen in eo *Lindanum*, qui in ſuis *meletematibus* &c. expreſſis verbis dicit, *Mihi compertum eſt pluribus obſervationibus* plerumque Tuſſim eſſe à ventriculo, *Ubi autem materia lateat, & unde procedat, ex ſono dicere poſſum, qui variatur pro materia & loci conditione. Si materia eſt tenuis, acutus eſt ſonus. Si ſalſa & tenuis, & in ventriculo delitescat, furibunda Tuſſis eſt, in qua vix aliquid egeritur, licet cum ſummo conatu tuſſiant. Certum eſt quod dixi, pleraſque Tuſſes fieri ex ventriculo, cum materia vellicans eſt in rugis ejus & orificio ſuperiori.*

Hanc *Lindani* ſententiam notabili exemplo confirmatam vide in *M. A. N. C. anni 6. obſ. 6.* Quo etiam pertinet in *Schenckio obſ. p. 237. Tuſſis* nova Lutetiæ graſſans, *Quinta* dicta, in qua etiam ventriculus affectus fuit, Ac ſane quotidiana illuſtrat obſervatio quædam deglutita, etiamſi non intrent aſperam arteriam Tuſſim, concitare, quoties nempe bibimus aquam vitæ, aut aliud ſpirituoſum acrius, eo tempore quo tranſit gulam fiunt ſimul Tuſſes ſiccæ, ſubinde ſatis vehementes; Hinc præter aſſumpta, etiam ex cauſa interna frequentes ſunt *Tuſſes Stomachales*, tam *ſiccæ* quam *humidæ*. Siccæ quidem, ſpeciatim *ferinæ à materia ſalſa, acri*, præſertim tenui, pertinacius orificium ſuperius affligente.

Pertinent huc etiam Tuſſes illæ quæ *in principio paroxyſmorum febrium intermittentium*, una alterave hora paroxyſmum antecedunt, quæ revera ſunt ex *ſtomacho* & ſequuntur motum inchoatum fermenti febrilis tam in ſtomacho quam motum humorum in primis viis, à dicto fermento febrili agitatorum, ac tales fere ſunt *hypochondriaci*. Tales etiam Tuſſes ſunt quas quidam contrahunt, dum in lectis aëri liberiori ſe exponunt circa regioné ſtomachalem, exinde facile fit ut pertinax Tuſſis ſtomachalis superveniat.

Humidæ autem *Tuſſes* ex *ſtomacho* oriuntur, interdum ſed rarius, ex prægreſſo errore Diætæ aut digeſtionis, undecunque facto impedimento, & congeſto hinc *muco ſalſo*, orificium vellicante, & mediante ac per conſenſum Tuſſim provocante, cum materiæ viſcidæ excretione ex profundo, & ipſis ægris fatentibus, ſtomachi regione elevata.

Sed frequentior *Tuſſis humida* fit per ἀλληλουχίαν, quod ſæpius fit ex *læſione membranæ pituitariæ poſterioris*, ſive ab aëre externo inſpirato male afficiatur, quâ occaſione fere *coryzam* conjunctam habet; ſive interdú *lympha acrioris* per membranam hanc tranſcolatæ eandem irritantis, & plus minus excorianns, vino accidat; Talis enim occaſionibus per hanc membranam copioſe lympha craſſior, & junctim ſimul *nutrimentum ejus proximum* pedetentim per œſophagum deſtillat, orificium ventriculi ſuperius vellicat, & hinc primitus Tuſſim ſiccam, hinc humidam ſtomachalem cócitat; ſequitur hinc Tuſſis gravis cum copioſę admodum materię viſcidæ rejectione, imo non raro ſuperveniente vomitu, nunc pituitæ, nunc alimentorum ingeſtorum. Eſtque Tuſſis iſta quam cómuniter ægri dicunt eſſe *catarrhũ* ex *capite defluentem*, cujus defluxum per fauces exacte ſentiant.

Media, quibus hujuſmodi *Tuſſis Stomachalis* cognoſcitur, ſunt 1. *Locus irritationis*, ſive ubi primo ſentiunt ægri tuſſiendi ſtimulum. 2. Eſt *ſonitus* non adeo ſuperficialis ac in pectore, ſed fere quaſi ex profundo loco erũpens. 3. *Vomitus* tuſſim hanc graviorem, præſertim in inferioribus concitans; 4. Adjuncta, nempe ἀνορεξία, ἀπεψία, *ſenſus ſtomachi gravativus* & ſimil. cum vero interdũ ſubſit *catarrhale vitium*, ratione lymphæ, per illam pituitariam membranam excretæ; etiam non rarum eſt veſpertino tempore magis exaſperari hanc Tuſſim, utut magis continuo affligere ſoleat.

Quoad *Senum Tuſſim*, Variæ ſunt hæ ipſæ, Nunc vitium eſt in aſpera arteria, idq; fere contractum occaſione *inſpirati aeris*; Quod ſi citra tale erratum præcedens Senes tuſſientes excernant copioſa viſcida, ac ſimul conquerantur de *dolore* plus minus *compreſſivo circa ſcrobiculum cordis*, *Tuſſis eſt revera ſtomachalis*, nata ac ſuſtentata ex defectu digeſtionis, præcipue in ſenibus.

De *Arthriticorum* Tuſſi res etiam intricata videtur, Obſervavi aliquoties arthritidi obnoxios, ſi hæc aliquãdiu inducias dederit, quod tales facili occaſione *Tuſſim*, eámq; *humidam* incurrant, cum ſenſu moleſto circa ſcrobiculum cordis, ac difficili plus minus inſpiratione, quæ ſymptomata superveniente podagra breviter & quaſi ſponte evaneſcunt; Revera *ſtomachalis* hęc videtur Tuſſis, cum *Fabes podagræ* revera in *ſtomacho cudatur*.

Curatio Tuſſis Humidæ Pectoralis.

Materiæ vel *cauſæ irritantis evacuatione*, adeoq; per *incidentia, attenuantia* atque *expectorantia dicta*, interpoſito præſertim *Vomitorio*, vel moderato *Purgante* (nam tuſſes pectorales à purgantibus ſolent exaſperari) Deinde per *pectoralia vulneraria*, læſionem bronchiis & pulmonibus inductam tollenna, ulteriorem progreſſum, aut recidivam faciliorem præcaventia.

Pro *priore ſcopo gummata*, in ſpecie *ammoniacum, ſpir. aſthmaticus. ſyr. nicot. oxymel. ſuccus raph. mel*, & ex hoc, & *ſcordii* & *helenii pulv.* paratum *Electuar*. In genere omnia ea quæ in *aſthmate humido*, item *rancedine inveterata* fuerunt commendata.

Pro *poſteriore ſcopo* conveniunt, *Potiones Pectorales* ex *tuſſilag. hedera terræ ſcabioſa, helenio, veronica, ligno ſaſſafr.* item *ſulphur. benzoes. balſam. ſulphur.* &c. V. g.

℞. *Aqu. hyſſopi, tuſſilag.* ãã. ℥ij. *ſyr. de tuſſilag.* ʒvj. *nicotian.* ℥ß. *oxymel. ſcyll.* ʒj. *aquæ aſthmat.* ʒß. m. Vel

℞. *Aqu. fœnic. hyſſopi* ãã. unc. ij. *aſthmat.* ℥j. *oxym.*

De Evacuatione per *Vomitum*, Vide §. 24. 1. *Humore*) ubi de Tuſſi Pectorali Humorali.

28. *Incidentibus & expectorantibus*) Quandocunque humores ſeroſi, Pulmonum incolæ, quieti, craſſi, lenti, viſcidi deprehenduntur, quod frequentius obtingit, Thoracica primæ claſſis (hæc enim ex duobus communibus fulcris conſtituo, Incidentium & Incraſſantium) & *ἀποχρεμπτικὰ* talia ſunt 1. *Incidentia, attenuantia, detergentia*, quæ in motum eoſdem cient, & exſcreari, extuſſiri eoſdem faciunt, quatenus & infarctum omnem expediunt, ac motum promovent.

Talia ſunt juxta diviſionem conceptam, (1.) *Acria*, ſale volatili fœta, ut *radix ari. trefolium fibrinum, angelica*, herbæ *hyſſopi, rorella. flor. benzoes. eryſimum*, & inde *paratus ſyr. Lobelii, ſpir. ſalis armoniaci Aniſatus*, &c.

(2.) *Amara*. radix *helenii, ariſtol. rot. tuſſilag. ſalſapar. ſquilla mar.* herbæ *hyſſopus, marrubium, ſcordium, tuſſilago* &c.

(3.) *Sulphure blando volatili*, vel *oleoſo*, vel *aquoſo* conſtantia, v. g. radices *Ireos Flor. liquirit.* herbæ, *cherefol. veronic. botrys*, flores *ſcabioſæ*, ſemina *aniſi, fœnic. card. ben. Mariæ*, ligna, *ſaſſafras*, nuces, *pinea, piſtacia*, Elix. *Pectorale Joh Michaelis, Rolfincii*, & ſequens

℞. *Radic. helen. alth. irid. flor. ſquillæ pr. ligni ſantal. rubr.* ãã. ℥j. *rorellæ* ℥ß. *benzoes* ʒvj. *myrrhæ, liquir. ſem. aniſi*, ãã. ℥ß. *gummi ammon.* ʒij. *croci* ℈iii. *Extrahantur ſpiritu vini rectificato, adde ſpir. nitri parum.* *Aqua aſthmatica, eſſentia myrrha balſamica, rorella, helenii, balſamum ſulph. omnes & olea deſtill. extract. liquir. helenii, croci, flor. ſulph.*

(4.) *Dulcia* & roſcida, complanantia & detergentia, ſpeciatim ſunt quaſi pectoralia; rad. *liquirit. polypod. rapa exſic. ſemin. aniſi carica pingues, dactyli, jujubæ, ſebeſten. paſſul. min. manna*, ſyr. *capill. ven. de eryſimo Lobel. hyſſopi, liquir. de piloſella, tuſſilag.* Looch *ad aſthma, de farfara. de caulibus, ſacch. cant. mel* &c.

(5.) *Acida & acido-dulcia*, Acida quidem magis ſalina, non vitriolata, ut *ſpiritus ſalis, oxymel ſimpl. & ſquillit.* in aſthmaticis maxime utilia, item *ſpir. ſulph. ſpir. Aſthmaticus Michaelis.*

ij. Quieti humorum in Thorace contentorum ſpeciatim quoque debentur *Reſolventia*, quæ *vim* ſanguinis & ſeri ubicunque, v. g. in bronchiis arteriæ, vel alterutro latere pleuræ conceptam diſjiciunt, unde ſuppuratio, niſi maturè obviam eatur, preſſo ſequi ſolet pede; Hæc itaque ſeorſim quoque Pectoralia exornant, ſeu ſanguis illapſu ſuo inflammationem minetur, ut in pleuritide, peripneumonia &c. ſeu ſerum ſpiſſeſcens, & in coagulum abituriens, excutiendum ſit. Talia vero ſunt tum univerſalia, *diaphoretica*, volatilia & fixa, in omnibus *catarrhorum generibus genuina ſpecifica*, tum quæ *in caſu ab alto* conveniunt, nominatim *bellis, cerefol. veronica, flor. ſcabioſ. ſem. card. mar. bened. flores ſulph ſperma ceti*, in aſthmate hinc laudatiſſimum, *lapid. cancr. conchæ præpar. antimon. diaphor. myrrha, antihect. Poterii, gum ammon. cinnabar. nat.* ipſaq; ſuo ſenſu *papaveracea & opiata*, refracta doſi data. *Ungu. rubr. potab. pulvis pleurit. noſter, pulv. pectoralis balſam.* ex *radic. liquir.* ℥j. *irid. Flor.* ʒij. *flor. ſulph.* unc. ß. *benzoes* ʒj. *ſacch. cant. albi* unc. ij. *ol. aniſ. fœnic.* ãã. gtt. x. Et reſolvens ex *rad. aſari, irid. Flor. antimon. diaphor. flor. ſulph. cinnab. nat. ocul. cancr.* ãã. ℈j. miſcendus cum anodynis & aliis.

Hæc reliquis immixta indicationibus optume ſatisfaciunt. Tacemus Decocta, Potiones, Infuſa, aliáque compoſita ex aquis & ſimplicibus, ac præparatis aliis facile miſcenda: Memorabile eſt & Euporiſton, ſi *radix helenii condita*, vel ſola, vel cum *cortic. citri, arantiorum* conditis inciſa coquatur cum *aqua ſcabioſa*, addito *ſpirit. ſulph.* parum & ſyr. convenienti, egregiam

conſtituere potiunculam expectorantem; *Wedelius Am. m.m. p. 140.*

Notandum in affectibus thoracis magis *Reſolventia* quam expectorantia prodeſſe. Reſolventia enim expectorationem promovent, Expectorantia ſeu Bechica non, qua talia, reſolvunt. Reſolventia ſunt velut anima pectoralium, ſine quibus nec beghica proſunt, nec figentia, ipſa enim cauſam genuinam & fontem reſpiciunt, diſjiciendo coagulum ſereum, Bechica ſaltem parietes lubricant. Sunt tamen affectus merito ſimul diſtinguendi, ut utriſque utamur pro varietate indicationum, vel ſolis vel mixtis. *Idem pag. 143.*

29. *Inter purgantia*) *Cathartica*, ſi à defluxione Tuſſis fiat, exhibentur, cavendo tamen ne nimium illis irritando catarrhum augeamus, cujus cauſa adſtringentia quoque permiſcentur. Si tenuis & calida ſit defluxio, hoc modo.

℞. *Cortic. myrob. citr.* ʒij. *rhabarb. el.* ℈ij. *agar. troch.* ʒj. *ſpica gr. vj. infund. in vino albo, In expreſſione diſſolve Elect. de ſucco roſar.* ʒj. *ſyr. roſ. ſol.* unc j. *bibat.* Vel

℞. *Pil. aggregat.* ʒß. *aurear.* ℈j. *cum vino. f.* Pilulæ.

In craſſiore & frigidiore humore ſic purgandum,

℞. *Agar.* ʒj. *turbith.* ʒß. *ſpica* ℈ß. *zinzib.* ℈j. *infundantur in vino & melle, exprimantur, diſſolva diaphoen.* ʒij. *mell. roſ. ſolut.* unc. j. ß. *bibat*, Vel per Pilulas.

℞. *Pilul. de Agar.* ℈ii. *Cochiar.* ℈j. *cum vino vel aqua cinn.* f. Pilul.

Si corpus majore purgatione indiget, detur Decoctum tribus vel iv. matutinis, E. g.

℞. *Rad. liquir.* ℥ij. *ireos* ℥j. *enulæ* ℥ß. *h. marrub. ungul. caball. hyſſopi, beton.* ãã. *m. j. ſem. aniſ. fœn.* ãã. ʒj. *paſſul. n. xx. ficuum n. x. dactyl. n°. x. carthami, ſena* ãã. ℥iß. *f. Decoctio in aqua & pauco vino, infunde in fine agar.* ʒiij. *turbith.* ʒij. *exprimantur, adde mell. roſ. quart. j. coqu. adhuc parum, cola.*

Per vices alvus laxa ſervanda, atque ſucceſſive, ut corpus purum ſit, evacuandum, Ex *lenientibus* valet Elect. hoc

℞. *Paſſular. maj.* ℥iß. *minor* ℥j. *ſebeſten n°. xv. ficuum n°. xv. dactyl. n°. v. caſſia e canna ſumpta* ℥iß. *tamarind.* ℥j. macerentur & bulliant *in vino albo, Extrahatur pulpa, cui adde manna. el.* ℥iij. *ſyr. violac. & roſar ſol.* ãã. ℥j. *bulliant adhuc parum, capiat cochleare unum vel duo ante cœnam.*

Quando leviter *Evacuare* & *catarrhum* ſimul *ſiſtere* volumus.

℞. *Agar.* ʒij. *maſtiches, thuris.* ãã. ʒß. *cum ſucco hyſſopi fiat maſſula, capiat* ʒß. *noctu* cubitum ituſus: Vel ſumat ℈j. *Pilular. maſtich.*

Aut ſi validiores vis

℞. *Pil. aſſatereth. agar. troch. rhabarb. el.* ãã. ʒj. *thuris maſtich.* ãã. ℈j. *croci* ℈ß. *cum ſyr. papav. f. maſſula, capiat* ʒß. in introitu lecti. *Platerus.*

Mulier ab octo menſibus laborabat humerorum & brachiorum doloribus, cum pectoris anguſtia tuſſi, & difficultate ſpirandi, multum extuſſiendo materiæ pituitoſæ & aquoſæ excernebat; multa ab alio Medico præſcripta, Ego exhibeo bolum ex *calomelanos gr. xii. & diagr. gr. x.* cum *conſerv. roſ.* horis duabus poſt copioſe ſudavit, poſtea ter copioſiſſime depoſuit, Poſtero die dixit ſe perfecte convaluiſſe; Tamen triduo poſt idem remedium aſſumpſit, ac perfecte liberata. *Riverius Cent. 3. Obſer. 21.* Eſt remedium ad contumaces fluxiones eradicandas efficaciſſimum. *Idem Obſ. 47.*

29. *Inter purgantia*) De his vide §. 24. 1. *Humore*) ubi de Tuſſi humorali pectorali.

30. *Inter incidentia & expectorantia*) Alterantia

tum ad ſiſtendum Catarrhum ſi ille Tuſſim foveat, emplaſtica & ſiccante potius quam adſtringente vi id præſtantia; Tum ad Expectorandum *incraſſando*, ſi *tenuis* ſit *humor*. *Incidendo* ſi *craſſus*, *abſtergendo*, ſi adhæreat; tum ad vias leniendas & ſtupefaciendas, formis diverſis unum aliquod ex hiſce vel plura ſimul efficientia, qualia multa, præcipue quæ *materiam tenacem incidunt & abſtergunt*, in Aſthmate quærenda.

Solidiores forma in Tuſſi potiſſimum, ut diutius ſic in ore retineri, antequam omnino diffluant, poſſunt uſurpari: Quod & ad catarrho viam præcludendam illic in fa●ibus, ne in aſperam arteriam delabatur, & ut ſenſim quoque aliquid ſputo mixtum ad aſperam arteriam perveniat, illicque operari poſſit, convenientiſſimum exiſtit. Quo nomine multa dantur maſticanda, vel in ore retinenda, & formantur *trochiſci*, aut *orbiculi*, *lupinares*. vel *tabula*, forma ſicca vel humida, ſed dura *pilularum* inſtar, ut ſub lingua, vel in buccis retineant, unde & *pilulas ſublinguales* vocant, noctuque cubitum ituris exhibent, quia inter dormiendum rectius retinentur, nec ſtatim quod ab illis liqueſcit deglutitur, ſed remanet. & ſenſim, capite præſertim in decubitu declivi, in fauces illabitur; licet & interdum illa in buccis retineri poſſint, ubi loquelam minime impediunt, atque inter loquendum ſe apertæ laryngi facilius inſinuant. Sic *liquiritiæ* radix dulcis ore retineri ſæpéque maſticari ſolet, quæ leniendo & abſtergendo juvat, uſitatumque Tuſſis eſt remedium: ut & *ſucci illius ſtoſi* & *nigri* portiuncula uſurpari.

Sacch. candum, præſertim quod in *ſyr. violar.* vel *roſar.* concreſcit & vaſis adhæret, buccis quoque includitur, Ex uſualibus *Trochiſcis Bechici albi* communes in uſu ſunt & ad *catarrhum* ſiſtendum, leniendum & expectorandum conveniunt; Magis autem *catarrhum ſiſtunt Rubri* dicti, propter *bolum* additum.

Compoſiti fiunt *Nigri* appellati, ob ſuccum liquir. additum, quo denigrantur, quibus & plura adduntur expectorantia. *ſtiraxque* ad catarrhum ſiſtendum. His & *ſlavi* addi poſſunt, grati & efficaces

℞. *Amyli* ℥iij. *liquir.* ʒij. *rad. enul. ireos*, ana ʒß. *rad. angel.* ℈ß. *croci* gr. vj. *ſacch. cand. & penid.* ana unc. ij. *cum infuſ. g. tragac. f. Trochiſci adde ol. aniſ. gtt. ii.*

Tabulæ uſitatæ ſunt *Diatragac. frig. Diapenid. ſine ſpec. ſacch. roſat. tabul.* in cauſa calida. In frigida *Dia ireos ſimpl. & Sal diatrag. cal.* & ſimiles. *Eclegmata*, ut cum lambendo ſenſim deſcendant, vires in pectore etiam exerant, conſueta in Tuſſi ſunt, ſumendo de iis cum baculo *liquir.* contuſo Uſitata multa ſunt in *cauſa calida*, præſertim *lohoc de pſyllio, de althæa, de mucilaginibus*; malus *Looc ſanum, de pino, de pulm. vulpis, de farfara, de caulibus &c.*

Alia componi poſſunt, primum *ſine pulveribus*, quia magis leniunt; Unctuoſa quædam, quia fauces veluti inungendo admodum leniunt, valde Tuſſim corrigunt, quibus & alia vi operantia ſimul adduntur, quæ forma infantibus quoque, quia alimentum redolet, & dulcis non ingrata eſt. *Bellaria ex butyro. Maſalia* dicta, Germanis valde conſueta, utilia ſi ſenſim comedant vel lambant.

℞. *Amili* unc. j. *diſſolvatur in lacte, coquatur parum ad pul●s formam. adde butyr. rec. quart.* jß. *ſacch. bonam partem.* cum refrigeſcit condenſatur, & firmum manet.

Ex oleo paratur Eclegma utile tuſſientibus

℞. *Ol. amygd. dulc. rec.* unc. j. *ſacch. c.* unc. ß. *mucilag. ſem. pſylli extracta cum aqua roſar.* unc. ß. *m. lambat frequenter.*

Ex mucilaginibus hoc admodum lenit.

℞. *Mucilag. ſem. lini, fænugr. pſyll. cydonior. extracta cum aqu. roſar. ad* ℥iß. *penid. infuſ. g. tragac. facta in aqua cinnam.* ℥ß. *ſacch. cand. penid.* ana *q. ſ. f. Linctus.*

Ex *alvum & fauces* ſimul lenientibus & laxantibus hoc utile, ſi Tuſſientes conſtipati ſint, juniores præſertim.

℞. *Caſſ. manna* ana ʒiij. *ſacch. penid. candi* ana ʒij. *ol. amygd. d. vel butyr. rec.* ana *q. ſ. f. Lohoc.* De quo multum lambat ſi alvum liberam eſſe velit.

Ex *reſina* hoc valde commendatur.

℞. *Laricea vel terebinth.* ʒj. *vitellum* j. *ovi, butyr. rec.* ʒij. *mellis* ℥ß. *m. lambat.*

Ex *Decoctis & ſuccis* parantur *ſyrupi* & *Boli*, quæ Eclegmatum loco uſurpantur ad lambendum vel ſenſim degluriendum, Uſitati ſunt ſyrupi, *myrtinus*, qui plurimum commendatur, *Violac. jujubinus*, in cauſa calida, in reliquis *liquir. capill. ven. hyſſopi.*

Rob. ex fructibus decoctis inſpiſſatum, *mellis* loco ſumimus, quod in tenui fluxione nimis eam movet, niſi corrigatur, cujus loco compoſitum ſic fit.

℞. *Rad. liquir. raſ. ſiliquar. è granis mundat.* ana ℥iij. *paſſular. maj. & min. ficuum* ana *quart. i. prun. dulc. n°. x. jujubar. ſebeſten.* ana *par. xii. coqu. donec fructus omnino diſſolvantur, exprimantur optime & coqu. ad conſiſtentiam Rob. vel ſyr. capiat frequenter.*

Vel ſic ex ſuccis

℞. *Succor. tuſſilag. caulium, rub. portulac.* ana unc. j. *ſucc. marrub. hyſſopi, ſalviæ* ana unc. ß. *ſucci liquir. inſpiſ.* ʒij. *ſacch. & mellis* ana unc. ij. *coq. ad ſpiſſitudinem ſyrupi.*

Vel ex *Decocto in materia frigida.*

℞. *Rad. liquir. alth.* ana unc. ß. *enul. ireos, fænic.* ana unc. ß. *angel.* ʒij. *conſolid.* unc. ß. *capill. ven. hyſſopi, pulegii* ana m. j. *marrub.* m. ß. *ſem. aniſi* unc. j. *fænic.* unc. ß. *ſem. lini* ʒiij. *fænugr.* ʒij. *flor. violar. anthos* ana *p. ſ. ſiliquar. repurgat. a granis* unc. ij. *paſſular. enucl.* unc. iij *ficuum n°. xii. jujub. & ſebeſten.* ana *par. x. f. Decoct. & colat. adde mell. & ſacch.* ana *quart. j. clarif. & aromatiz. cinnam., coquantur ad conſiſtentiam ſyrupi.*

Quæ Pulveres recipiunt *Eclegmata*, niſi admodum lævigantur, vel levi aſperitate aut inæqualitate tuſſim commovent.

Parantur ex variis, Ex ſemin. & rad. ſic.

℞. *Semin. lini. fænugr.* ana ʒj. *ſemin. urtic. rad. bryon. alth. ireos. enul.* ana ʒß. *g. tragac.* ℈j. *ſucci liquir. diſſoluti in oxymel.* ʒj. *miſce f. inſtar Lohoc.*

Vel ex *fructibus enucleatis.*

℞. *Amygd. dulc. pinear. excort.* ana *ſemin. cucurb. & melon. excort.* ana unc. ß. *ſacch. penid. & candi* ana unc. j. *Manna* unc. ß. *ſyr. violar. vel de liquir. q. ſ. f. Lohoc.*

Ex *ſulphure* probatur hoc

℞. *Sulphuris puri* ʒj. *rad. ireos* ʒß. *ſacch. c.* ʒjß. *f. Pulvis, ſumat cum ovo ſorbili.*

Veronicæ aqua cum ſacch. bibita, Tuſſim ſanat, cui interdum pulvis ipſius plantæ miſcetur, *Platerus.* Vide infra §. *In hac.*)

Hoc magnopere conducit ad mitigandas Tuſſes inveteratas, & ex frigidis & craſſis humoribus ortas

℞. *Nucum pinear. torrefact. amyli, rad. dulcis, ſemin. urticæ, lini* ana *ſextantem, irid. piper. hyſſopi, ſem. naſturt. amygdal. amar.* ana ʒß. (Ego ʒi. acciperem) Excipe *melle* probe deſpumato, præbe cochlearium mediocre. *Altimarus Pr. c. 47.*

Ad ingentes deſtillationes medicamentum optimum

℞. *Styrac. caſtor. piper. cardam.* ana ʒß. *opii, zinzph. ſemin hyoſcyam.* ana ʒß. vino dulci excipiantur, Ervi magnitudine dormituris datur. *Al. Benedictus Pr. p. 207.*

Ad veterem & ſiccam tuſſim medicamenta veteruni.

Vulgus in deplorata Tuſſi *fabam* freſam in cibo cum *alio* coctam quotidiano uſu aſſumit, & *flores alth.* in lacte decoctos præſentaneo remedio. *Idem c. 21.*

Pluobus hoc Decoctum profuit, Decoquantur in aqua puriſſima rapæ communes, *hordeum excortic. liquir. āā q. pl. bonus decotti.*

℞. ℔iij. in quo coquantur ad caſum tertiæ partis *uvar paſſar.* ℥j. *ſemen petroſ. fœnic. āā.* ʒß. *urticæ, aniſi āā.* ʒj. *cinnamom. craſſiuſcule inciſi* ℈ij. quibus in puppa ligatis adde inter bulliendum *rhabarb.* ʒj. *rhapont.* ℈ij. exprimatur puppa, reliqua exſubeantur. *Finckius Ench. p. 76.*

Plurimi in tuſſi ab humore craſſo viſcido commode uſi ſunt *Lohoc de Borrybe*. Vel *ficus aridas* ad ignem parum toſtas, ſub noctem dum cubitum irent devorare juſſimus, & hoc unico remedio multi à tuſſi liberati ſunt. *Foreſtus l. 16. obſ. 4. in Schol.*

℞. *Aqu. juniper.* ℥vj. *ſacch. c. albi contuſi* ℥ii. m. & cum filis ſulphuratis accendatur, & fila ſulphurata ardentia ſimul imponantur, agitetur liquor & ardere ſinatur donec ſacch. eſt diſſolutum, tandem coletur, adde *croci* ℈j. mane & veſperi cochlear unum ſumatur. Is liquor Tuſſes omnes ex frigidis humoribus ſolvit & diſcutit. *Franc. Joel.*

30. *Inter incidentia & expectorantia*) Celebre medicamentum ad Tuſſim vehementius excitandam, & expectorandam, quod ob utilitatem Magiſterium vocatur antiquis, ſicque paratur,

℞. *Gentiana. myrrha. ariſtol. baccar. lauri āā. p. aqu. melle cocto excipiantur, detur quantitas faba cum mulſa.* *P. Mich. de Heredia Opuſc. med. p. 337.*

Inter incidentia & expectorantia) Efficaciter hoc materiæ expectorationem promovet.

℞. *Pulv. ſem. enula* ℥ß. *pulv. ſabina* ℈ij. *mellis* ℥ij. *butyri rec.* ℥uj. *miſce* (*P. Mich. de Heredia op. Tr. 3. ſect. 4. Diſput. 3. c. 4.*

Ad materiam Pulmonibus impactam digerendam, attenuandam, & per ſudores ſucceſſive evacuandam, nihil utilius facile excogitari poteſt *Decocto ligni guajaci*, quo tanquam hujus affectus bezoartico tum alii tum ego ſingulari ſucceſſu uſus ſum. *Joh. Petr. Lotichius Obſ. Med. l. 3. c. 1. obſ. 1.* ubi præparatio.

31. *Expectorantia*) In Bechicis ſemper humoris expectorandi qualitas attendenda, ut intee Incidentia & Incraſſantia accurata fiat diſtinctio: Laboret quis hæmoptyſi, ibi damnoſum fuerit & fruſtraneum *arum*; *ſyr. de eryſimo*, & alia propinare, quin potius ſtypticis & anodynis unice locus eſt; Laboret quis contra ex Aſthmate, vel tuſſi ſterili, anxioſa, repletis bronchiis, ibi ſane opiata adhibita maxime nocebunt: Intelligendum tamen id eſt de utriſque extremis, non de mediis, nam *radix china, liquir. ſcabioſa* & alia utrobique proficua reperiuntur, deinde etiam de doſi primaria.

In Tuſſi duo ſunt attendenda, 1. Materia expectoranda; pituitoſa, vitioſa, 2. Irritatio continua & affluxus. Si itaque hæc fuerit major debito, ipſa opiata etiam in craſſiori paulo materia locum habent, cum aliis mixta v. g. cum *elixirio pectorali*, durante ſalina acrimonia conjuncta, etiam ſola quandóque, doſi refracta, & magis liquida; Laborabat vir generoſus Tuſſi graviſſima, die & nocte urgente, non juvantibus reliquis, tandem per aliquot dies, circa lecti ingreſſum, propinabamus *eſſentiam anodynam* ad guttas x. inde feliciſſime reſtituebatur, Sic in phthiſi ſpeciatim notabile eſt tamdiu ſpem vitę ſupereſſe quam diu ſuccedit expectoratio ſputi, promovenda hinc omni modo, ipſis quoque anodynis hiſce: Sin incraſſantibus, Opiatis fortioribus, aliiſque huic remora accedat, in promptu mors eſſe conſuevit, & qui ſupereſſe potuiſſet, maturius fato ſuo fungitur. *Wedelius Amœn. m. m. p. 149.*

32. *Liquor ſacchari*) Seu ſyrupus

℞. *Sacch. candi q. v. affunde ſpir. vini ad eminentiam digiti, accendatur, efflagretque ad conſiſtentiam ſyrupi.* Prodeſt in Tuſſi aliiſque affectibus Pulmonum, incitione ac lævigatione opus habentibus. Apud vulgus uſitatiſſimus eſt, magnæque æſtimationis.

Liquor alius, exhibendus ad Tuſſim & gutturis aſperitatem in infantibus, Extrinſecus conterens *oculorum rubedini.*

Inde ſacchar. cand. ovi album. cocta ad duritiem, ad liqueſcendum repone. Schroderus.

Oleum ſacchari compoſitum, ſeu *Sacch. potabile analepticum.*

℞. *Rad. irid. flor. helenii* ana ℥ij. *pulpa dactyl. paſſulæ, ana* unc. ß *cortic. arant. citri, ſiccor. ana.* ʒj. *reſina benzoini* ℥iß. *croci pulv.* ℈ß. *ſpir. vini canthar. j. ſtent in digeſtione per 4. dies*, In liquore per inclinationem ſeparato miſce *ſacch. Canarienſis albi quart.* j. Accendantur ut deflagret in fictili. *Rolfincius.*

33. *Sacchari*) Succus vegetabilis ſaccharinus nulli non eſt notus, Saccharum mellis genus, in arundinibus naſcens, ſimile ſali eſt concretione, & ſub dentibus friabilitate; Melli ſimile eſt facultate exterſoria, apertoria & humidorum è centro evocatoria, qua inprimis pulmonibus grata præſtat obſequia. Atomis & moleculis conſtat apta ratione in rotunditatem configuratis, quæ faciunt ut eorum porulos ſubeuntia, catarrhoſa, ſeroſa & ſalivalia, quæ fauces & pulmones irritabant excrementa facile iiſdem accommodentur, deliniantur, demulceantur, placide afficiantur, & ad dejectionem diſponantur. Limoſum qui credunt reddere ſanguinem & viſcoſum, idq; probant eclegmatum & pectoralium effectu in Tuſſi, confundunt id quod eſt per ſe ab eo quod per accidens, Scopæ pulverem excitant, movendo eum qui aderat, non producendo novum. *Rolfincius ord. & meth. ſpec. p. 683.*

34. *Elixir. proprietatis*) Affinis eſt Pulvis concinnatus ad imitationem *Paracelſi*, qui *pulverem ſulphuratum* cum *aloe, croco* & *myrrha* præparatum commendat ad Tuſſim recentem & antiquam, utilem præterea ad Peſtem & Pleureſin.

℞. *Flor. ſulph.* unc. ß. *aloes, myrrha ana.* ℈j. *croci* ℈ß. *ſacch. albi* unc. j. miſce f. Pulvis Doſis ℈ß. j. in juſculo matutinis horis. *Rolfincius.*

Externa Medicamenta.

Fuerat uxor mea à multis annis Tuſſi obnoxia, præſertim hyeme, cujus cauſa medicamenta molta adhibita; Quum vero quidam plumea *pelle cygni*, pellicea arte adaptata ipſam donaſſet, eamque pro tegumento pectorali geſtaſſet, paulatim à Tuſſi liberata fuit, Hinc pellem hanc ſpecifica quadam facultate pectori prodeſſe conjicio. *Hildanus Obſ. 22. Cent. 6.*

Allium ſevo urſino permixtum, plantis pedum inunctum, ad tuſſim tollendam certum quorundam prædicatur remedium. *Platerus.*

Ego expertus ſum *Suffitum Vernicis* in tuſſi calida, cum & ſine materia, & fumus excipiatur. *V. de Taranta. Bayrus.*

Plantæ pedum *pinguedine Lucii piſcis* inungantur, Inprimis valet in catarrho & tuſſi puerorum. *Weickardus.*

℞. *Aloes, puleg. calam. mont. cortic. citri, ana. f. Pulvis*, qui incorporetur cum *ladano & modico acacia* & applicetur ſuper commiſſuram coronalem & ſagittalem: Siſtit catarrhum excitantem Tuſſim, & eſt expertiſſimum. *P. Bayrus.*

Unguentum ad Pectus valde utile.

℞. *Mucilag. tragac. facta in aqua flor. violar.* unc. ij.

pingued. anat. & gallinæ rec. āā. ℥j. *croci* ℈j. *ceræ q. ſ. f. ungu. Idem.*

35. *Vel tenuis*) I. e. ſeroſa; Sanguinis diſſolutio Pulmonibus ſæpiſſime infeſta, contingere ſolet quatenus ſeroſitates intra maſſam ejus contineri inhabiles, cum non ſatis per diaphoreſin aut diureſin è veſtigio amandantur, intra pulmones à cruore abſcedunt, adeoque effervescentes, & è propriis vaſis exundantes, tum aëris tum ſanguinis tranſitus perturbant aut præpediunt, proinde ut recrementi hujus ſeroſi expellendi, & circuitus ſanguinei continuandi gratia, Pulmones in Tuſſim crebram & valde moleſtam irritentur. Cum autem plures ſint cauſæ & occaſiones propter quas latex ſeroſus, è ſanguinis compage ſoluta abſcedens in pulmones exundat, plerumque illud ob unam aut alteram ex tribus contingit, ſcil. 1. & ſæpiſſime, quia *poris externis à frigore conſtrictis*, ſeroſitates per diapnoen amandari ſolitæ, in maſſam cruoris regurgitant, quam ſtatim effervescere, & ſuperfluitates ſeroſas intra pulmones exuere cogunt.

Ab hujuſmodi cauſa catarrhi & tuſſes frequentiſſime oriuntur, proinde ut vulgo cujuſque Tuſſis initium tali *ἀψύξει*, nempe frigori contracto, conſtanter imputari ſoleat. ij. *Liquorum acidorum*. uti pomacei, vini Rhenani albi, Clareti Pariſienſis, aliorumque tenuiorum potus, nonnullis tuſſim, aut affectionem catarrhalem fere ſemper acceſſit. Cujus ratio eſt, quod ſanguis, in craſi debilis uti lac ab acidis injectis, ſtatim funditur, inque ſeroſitates, quæ arteriarum interiorum ſtagni oſculis exundent, præcipitatur.

Hoc equidem in meipſo quotannis expertus ſum, cũ æſtivo tempore (quando ſanguis ſulphure abundat) pomaceum & vina meraciora impune, imo ſæpe cõmode biberim, eadem hyeme (cum ſanguis ad acorem proclivis eſt) vel modicè libata illico Tuſſim excitare.

iij. Subeſt altera diluvii ſeroſi in pulmones exundantis cauſa, viz. quando *lympha*, partes ſolidas & nerveas irrigans, ſubito fluorem patitur, proindeque è fibris & glandulis, aliiſque ductibus & receptaculis in ſanguinem regurgitat, cujus liquorem illico fundit, inque ſeroſitates, quæ pulmones non raro infeſtant, præcipitat: Propter hanc rationem Tuſſis ſubitanea ac moleſta affectus ſpaſmodicos ſæpenumero comitatur, quæ vulgo *Tuſſis vaporoſa* dicta, Vaporibus adſcribitur. Verum inſuper in magnis aëris mutationibus, & præcipue cum tempeſtas à ſicca in humidam alteratur, & propterea ſales volatiles aut fixi deliqueſcunt, Tuſſis & catarrhi valde increbeſcunt. *Willis Sect. 1. c. 2. de medic. oper. in corp. hum.*

35. *Tenuis*) Quo ſenſu *tenuis* aut *craſſus humor* dicendus ſit, vide ſupra §. 24. *t. Humore.*

35. *Vel tenuis*) Quandocunque tenues, acres, ſalſi, titillantes, & rodentes humores, ſeu lympha, vel in propriis thalamis exundat, vel in ſuperiori contignatione velut per impluvium illabitur, Tuſſim ferinam, hæmoptyſin excitando, quod uno fere nomine catarrhorum ſalſorum, tenuium, acrium comprehenditur, iis ipſis debentur Incraſſantia. *Wedelius Am. m. m. p. 142.*

36. *Aut ulcus excitat*) Tum conveniunt *balſamico vulneraria*, quæ noxiam excoriationem bronchiorum, aut pulmonum, aut ſtomachi emendant, ut ulteriores progreſſus mature inhibeantur. *Etmuller.*

37. *Incraſſantibus*) Incraſſantia ſunt *Opiata*, ac temperata, quæ irritationis ſenſum ſiſtunt; acre vellicans mitigant, & ita materiam vellicantem ad conſiſtentiam moderatam pro meliori expectoratione diſponunt. Unde ab effectu Incraſſantia dicuntur. *Etmuller.*

Incraſſantia tenuibus, acribus, ſalſis, titillantibus & rodentibus humoribus, ſeu lymphæ, quietem impetrant, pepaſmum inducunt & ad expectorationem aptant ut ad frugem reducantur, & ſub naturæ dominio hinc ejiciantur; Tollunt orgaſmum & acrimoniam fluxilem reddunt ac moderantur, unde & *intercipientium* titulum obtinent, quod in via ituros ad pulmones humores quaſi remorentur, Et *Figentium*. quod in centro detineant ſal irritativum morboſum., ne extravaſari poſſit.

Sic Incraſſant 1. *mucilaginoſa*, temperata, terrea, ſulphurea, analeptica, aliaque, ut *rad. alth. boli Armena, lichen. herba coſta, gelatina c. c. conſerva roſar. papav. rh. polygonum*, in hæmoptyſi ſpecifice proficuum, *flor. papav. rhoead. nuces pineæ, ſemen. hyocyam. g. arab. amygd. dulc. jujuba. ſebeſten, piſtacia, ſantal. rubr. pulv. Haly contra phthiſin, ſpecies diatrag. frig.*

2. Opiata. ut Pilul. de cynogl. theriac. laudanum op. eſſentia anodyna, diacod. troch. narcot. Plateri, Tinctura & ſyr. papav. rhœ.

3. Adſtringentia & Traumatica, conſolidantia, ut *ſanicula, agrimonia, eſſentia traumatica, Tinctura ſulphur. vitrioli, ſyr. de roſ. ſiccis, de ſymph. Fernel. Pulvis ſtypticus N. O. ſiliqua, lapis hæmat. ſanguis draconis &c.* Wedelius *Am. m. m. p. 142.*

Exhibentur præparationis nomine ante evacuationem humorum, quæ & poſtmodum expectorationis cauſa proſunt, ſi *tenuis* ſit & humor *acris* per triduum ſumendi. E. g.

℞. *Syr. jujub. violar.* āā. ℥iß. *mell. roſac. ſyr. de papav.* āā. ℥ß. *aquar. ungul. caball. violar.* āā. ℥iv. *f. Hauſtus*, Vel

℞. *Jujubar. ſebeſten.* āā. *n°. xv. prun. dulc. n°. x. hord. mund.* ʒß. *rad. liquir.* ℥j. *flor. viol. p. q. roſar. p. j. ſem. myrtill.* ʒj. *f. Decoctio, adde ſacch. penid.* ℥j. *pro ij. dozibus. Platerus.*

37. *Incraſſantibus & Lenientibus* Dum dormiturus eſt Pilulam faciam *ex ſtyrace calamita, ſucco liquir.* & ſeminis *papav. albi modico* ſub lingua detentum interdum profuiſſe ſcio; medicamentum quoque illud *de ſeminibus* (*Diaſpermaton*) à *Galeno* uſque adeo celebratum) *S. l. c. 5. & 5. m. m.* pertinaces haſce fluxiones exſiccare conſueviſſe certum eſt, *Mercurialis conſult. 90. Tom. 1.*

In Tuſſi ferina hoc mirandum in modum vulgo laudatur

℞. *Fol. ſambuc. rec. aut ſiccator. in umbra, m. j. coqu. in aqua fontis menſ. j. ad tertias*, colat. adde *ſacch. c. vel mel deſpum.* Detur mane & veſperi hauſtus tepefactus. *Mart. Blocknitzius. Anat. Samb.*

In Tuſſi ex acri fluxione exhibui *Vitellum ovi crudum cum ſacch. cando*, illico in principio, Tuſſis evanuit, ut aliis opus non fuerit. *Foreſtus lib. 16. Obſerv. 123.*

Præmiſſa purgatione (in Tuſſi ſicca ex materia acri & ſalſa) hoc Looc vix bis aut ter æger ſumpſit, & miraculi inſtar à Tuſſi liberatus eſt.

℞. *Syrup. jujub.* ℥iß. *de liquir. loch. de papav. pulm. vulpis* āā. ʒß. *ſpec. diatrag. frig.* ʒj. *flor. ſulph.* ʒß. *ſpir. ſulph. gtt. x. rubini ſulph. g. v.* cum *pauca aqua ſcab. f.* Eclegma. *Grulingius.*

Enormes & tenues catarrhos ad pectus magnopere ſiſtit hoc.

℞. *Conſerv. roſar.* ℥j. *maſtich.* ʒß. *cum Diacod. Montani. f. Electuar. S. Pauli Quadr. pagina 540.*

Lac tepidum epotum, *permiſto ſacch. c.* vel *penid.* valde prodeſt. Valde utile hoc eſt

℞ *Capit. papav. hortæ pene maturor.* ℥iij. *ſiliquar. purgat. à granis, liquir.* āā. ℥j. *coque, colatur. adde ſacch. penid. & cand.* āā. ℥iiij. iterum coque ad conſumptionem, Utatur loco *Diacod.* noctu lambendo. *Platerus.*

Aquam papav. err. cum ſacch. cand. noctu bibitam valde

valde prodeſſe in Tuſſi quidam pro ſecreto ſcripſerunt, illius aquæ aliquot cochlearia exhibentes. *Idem.*

Bechicum hoc valde admirabile in acri & ſubtili fluore

℞. *Myrrhæ denar. pondo vi. thuris denar. pondo v. lacrymas papav. hyoſcyam. cynogl. rad. corticis, cujuſque denar. pondo iv.* co ees prius exſiccentur & pulveriſentur, *papaveris lacryma* aqua diluatur. Hinc fac Paſtillos ſingulos pondere denarii unius, dato cuique pro viribus. *Trallianus.*

Electuar. ex *duabus part. tragac. & tertia ſucci liquir.* cum *julep. violar.* valet ad Tuſſim ſiccam à catarrho calido *P. Bayrus.*

Ad Tuſſim catarrhalem calidam, recentem & veterem, mirabile eſt *diapapaver Meſue.*

℞. *Papav. alb.* ℥xl. *liquir. tragac. penid.* ãã. ℥xx. *g. Arab. ſucci liquir. far. ſabar. aniſi, fœnic. ſeminum lactuc. portulac. amyli , ſem. malvæ* ãã. ℥x. *ſem. cucum. melon. & cucurb. excortic.* ãã. ℥v. *cum melle colato & penid.* q.ſ. confice. Doſis *aurei* ij. pro vice. *P. Bayrus.*

38. *Et Lenientibus*) Medium quaſi locum tenent inter Incidentia & Expectorantia, ac Incraſſantia *Dulcia* & *Lenientia*, utrique claſſi communia & facile jungenda, *temperantia* item & *humectantia*, imprimis , quæ deficientibus & exhauſtis quaſi humoribus , ut & medio ſcopo debentur: Diluunt, abſtergunt, reficiunt, analeptica ſunt & reliquorum complementum , ſeorſim in hectica & phthiſi laudem merentia, ut *aqua pulmonum vituli*, cum ſuccis herbarum, *acaciæ, papav. ſcabioſæ*, emulſiones, potiones & diluentia aquea alia ; Sic & alia communia exiſtentia , non minus ac adſtringentia & traumatica conſulto cum pectoralibus junguntur, V.g. in hæmoptyſi , imo & in aliis affectibus pectoris: Ut enim indicationes, ita & remedia mixta adhibere conſultum eſt, nominatim in phthiſi, ubi & putrilago attendenda, & expectoratio & febris hectica. *Wedelius Am. m.m.p.143.*

38. *Lenientibus*) Circa horum uſum notandum, Dulcia pectoralia Ventriculo facile nocent, hinc in quantitate illorum tum continua tum diſcreta non excedendum; *Continua* , nimia obtunditur ventriculi menſtruum, laxantur ejuſdem parietes & villi, appetitus debilitatur; *Diſcreta*, ſi una vice adſumantur , parum juvant Pulmonem , ventriculum vero inſigniter lædunt; Hinc linctus & pulveres pectorales dulces proſunt quidem omnino, ut & ſuccus ipſe liquiritiæ inſpiſſatus, ſed paulatina deglutitione, quatenus hoc modo ſuccũ lymphaticum in glandulis acieis alterant, membranas ob viciniam demulcent, & hærentem ibidem pituitam abſtergunt. *Wedelius Am.m.m.p.146.*

39. *Raporum*) Ad Tuſſim miſifice *decoctum raporum cum ſacch. & butyro*, vel *ol. amygd. dulc.* prodeſſe animadverto ; ſed detrahendus eſt illis cortex, & coctura aqua abjicienda. *Crato Epiſt.p.341.* Ex quo *Weickardus*, ad Tuſſim. au, nihil præſtantius.

40. *Narcotica nonniſi*) Conveniunt tamen *Pectorali Tuſſi ſiccæ* , ſi fuerit recens , & à cauſa interna inducta, hac tantiſper remota, vel correcta; eam enim ſiſtunt. *Etmuller.*

41. *Vel in Pulmonibus*) *Paracelſus* affectum hunc excrementalem pronuntiat, & ortum ſuum habere ex *tartaro*, ſeu *mucilagine* lutoſa contendit, ſive illa fruſtrata ſeparatione, & expulſione in pulmonibus & viis ſpiritus proveniat, ſive in forma reſoluta, liquida vel vaporoſa ab aliis partibus tranſmittitur. Per *tartarum* vero (quem etiam merdam & ſtercus cujuslibet partis appellat) intelligit quemvis humorem excrementitium, ſylveſtrem, ſive tenuem ſive craſſum , qui ſuapte natura ad coagulationem tendit, nec in ſe habet virtutem ad expellendum , ſed vim adſtringentem & acidam, ſeu aluminoſam ; lateris enim partibus adhærens ſenſim ſine ſenſu vi caloris ſicceſcit, & craſſeſcit, ut ſuperventu ſpiritus ſalini in viſcum, arenam, bolum, calculum, quæ ſpecies tartari ab ipſo habentur, mutatur. Vel (ut cum aliis loquamur) in pituitam ſalſam, vitream, gypſeam, grandinem, tophum coagulatur & concreſcit : Hic tartarus lateribus adhæreſcens meatus anhelitus obturat, & acrimonia acquiſita membranas irritat , pulmones aperta vi infeſtat , quia naturæ eſt ſalinæ (cujus proprium eſt, ut ex aqua gignatur & coaguletur) ita à vi ſalina diſſolvente, incidente , abſtergente, reſolutus tartarus , à ſpiritibus pulmonis mechanicis ſeparatoriis & expulſorius, ſurſum per emunctorium proprium, aſperam ſcil. arteriam, rejicit. *Joh. Dolæus in Encycl. ex Petræi Noſ. Harmon.*

42. *Vel ab aliis partibus, ut cerebro*) Humores pituitoſi à capite in aſperam arteriam delabentes, *ſi Acidi* ſunt, ad ſui correctionem deſiderant *oculos cancror. coralia, margaritas* &c. *Salſi* vero *gummi tragac. Arabic. rad. Althææ, ipſiuſque ſaccharum, liquir. Ejuſdem ſuccum concretum, Pil de cynogl.* vel *ſtyrace* deſiderant: Humores autem *Pituitoſi*, inſipidi, ſi ſimul *tenues & aquei*, ad ſui correctionem & incraſſationem iiſdem pilulis indigent.

Qui vero *craſſi & viſcidi*, ad ſui attenuationem; tum *acida dulcia*, tum *aromatica, oxymel. ſimpl. & ſcyll.* cum *ſyr. de hyſſopo , ij. & v. rad.* &c. requirunt , vel forma Linctus , vel aquis aromaticis diluta cochleatim uſurpentur.

Iidem humores pituitoſi, multifarii in ſanguine, capite ſaltem redundantes per phlegmagoga & hydragoga, ut & quandoque diuretica & ſudorifica : Quin aliquando ad ipſam ſalivationem recurrendum variis modis excitandam. *Fr. Sylvius Pr.l.1.c.23.*

43. *Ut cerebro in catarrho*) *Helmontius l. Aſthma & Tuſſ. inſcripto.* Ægros ideo ſteriliſſe derelictos conqueritur, quod omnis medentum cura partim circa præcautionem, & faciliorem ſordium ejectionem verſetur, non autem circa illius Vulcani corruptoris, qui ex bono pulmonis alimento phlegmata fabricat, emendationem occupetur. Tuſſim nempe fieri, non quod quidpiam à capite decidat, ſed quod quicquid Tuſſi rejicitur in cannis Pulmonum proprio vitio producatur. At quamvis caput ſæpe culpa vacet, non raro tamen , ſymbolum quoque conferre in Tuſſi, tum ægrorum querelæ, tum ſenſuum fides, tum copioſæ in ſupremo medioque ventre ab αὐτοψίᾳ detectæ Glandulæ ſatis confirmant; Accedit quod in tam anguſto Pulmonum ſpatio tantam , quæ diu aliquando extuſſitur, materiam, nonniſi ex corrupto Pulmonum nutrimento provenire rationi pariter ac experientiæ repugnet. *Stranſius.*

43. *Cerebro in catarrho*) Hoc in caſu, indantur naribus *Errhina* catarrhi cauſa, quę illum ne ad pectus fluat, in nares derivent, Injiciunturque nonnunquam *Clyſmata*, ut & hæc aliquo pacto revellant: *Maſticatoria* vero & *gargariſmata* , pituitam capitis evocantia , quia humorem ad fauces promovent , in Tuſſi competere nequeunt: *Suffitus* ad cerebri exſiccationem præſcribuntur; hic vero in Tuſſi, qui ſimul ore naribuſque excepti, & ad pulmones inſpiratione, & ad cerebrum odoratu attracti, utriſque exſiccando prodeſſe poſſunt, tales conveniunt , *Vaporem* decocti ſequi calidum ore excipiat æger.

℞. *Maſtich. thuris* ãã. ʒiß. *ſalis* ʒij. *ſulph.* ʒj. *rad. acori*, ʒiij. *fol. tuſſilag. marrub.* ãã. m.j. *decoqu. in aqua, vapor per embubam hauriatur.*

Fumus ab accenſis validius operatur , modo non nimia copia anguſtiam pariat aut acrimonia tuſſim moveat , E.g.

℞. *Fol. ungul. caball. ſiccor.* ℥ß. *ſchoen. ſtyrac.* ʒij. *maſtich. thuris , myrrhæ* ãã. ʒj. *ſem. hyoſcyami* ʒß. *cum laricea , vel inſuſ. g. tragac. in aqua roſ. ſ. Tr* [illegible] *ſc pro Fumo.* Capiti etiam Catarrhi cauſa Pulveres ſiccantes & caput corroborantes in cucupha applicantur , vel etiam capillis inſperguntur.

43. *Cerebro in catarrho*) Certum eſt & caput plurima Lympha, vaſiſque hanc vehementibus pollere, Et Fauces aſperamque Arteriam iiſdem unice gaudere, uo hinc ſolenniter icreatu epcimus, præſertim mane, ſerum coagulatum, non aliunde proveniens quam è vaſis lymphaticis tranſſudando continuo, ſed leniter. *Wedelius.*

Ex veterum placito Tuſſis humida ab humore, qui à capite in aſperam arteriam & pulmones depluit defluitque oritur, qui ſi magna copia magnoqoe impetu feratur, maxima coocurrit ſpirandi difficultas, ſimul magna gravitas io pectore percipitur, & in dorſo interdum, ubi pulmones nonnunquam membranis affiguntur; Pituita ergo craſſa obſtruit, ſecuodum eos organa reſpirationis meatuſque, & has partes exaſperat titillatque. *Johan. Doleus Encyc. pag. 231.*

Vide §. 24. 1. *Humore*)

44. *In catarrho*) Cenſemus utplurimum à Lymphæ vitio, non tameo à catarrho, ut is vulgo explicatur, hunc affectum provenire; Si quis vero per catarrhum intelligat *evaſationem* ſeri, & non defluxum à capite, cum ipſo non diſputabimus; *Nocet* ergo *Lympha*, quatenus ex aſperæ arteriæ, & vicinis ſuis glandulis copioſius effuſa, fauces & inprimis aſperam arteriam occupat. Nimia etiam *aciditate* ſua, quam per moram acquirit, partes has nervoſas irritat vellicátque, onde tam doloroſæ dictarum fibrarum motiones, & repetitæ ſpaſmodicæ criſpaturæ inſeruntur, quo ipſo Tuſſis illa moleſta convulſiva oritur.

Si autem ſeroſa illa colluvies ita viſcida eſt, ut plane obliniat aſperæ arteriæ rimas & foſſulas, tunc oritur *Raucedo*: Præcedit ſæpiſſime aëris inſpirati vitium, dicta loca, quæ penetrat, lædens, ioſenſibilem tranſpirationem nonnihil impediens, unde acrior acidiorque exiſtit lympha, & uberior ex glandulis ſcaturit, & ſic tuſſim moleſtam cum *coryza* producit. Cum enim corpus humaoum valde eſt calefactum, pori cutanei valde patent, per quos copioſa materia inſenſibilis tranſpirationis avolat; cum itaque tale corpus frigido aëri exponitur, particulæ multæ aëris ſeſe in poros cutaneos apertos inſinuant & eos anguſtant, quare inſenſibilis tranſpiratio ex parte impeditur, avolantibus per poros anguſtatos particulis ſubtilioribus, craſſiores remaneot, quæ magis ac magis craſſeſcunt & indureſcunt; Si tunc materia hæc craſſa in muſculis & membranis pectoris, & pulmonis hæret, ſua acrimonia nervos vellicando Tuſſim movet. *J. Doleus.*

Decoctum hoc laudatur, præſertim ad catarrhos ſiſtendos, quod bibendum parum & frequenter.

℞. *Thuris, maſtich. ãã. ℥j. rad. liquir. ℥ß paſſul. enucl. par. x. ficuum par. v. jujubar. ſebeſten ãã. par. vj. coqu. colat.* adde *penid. q. ſ.* Platerus.

45. *Ventriculi*) Tuſſis ſæpiſſime oritur ſi fluctuent pituitoſa aut acido ſalſa in ventriculo, quæ ſucceſſive irritant ſuperius orificium ventriculi, infenſa ſua & moleſta acrimonia, inde diaphragma, proximioreſqoe ipſi muſculi exſpirationi dicati convelluntur, indéque concutiont pectora, Qualem tuſſim obſervare licuit in fœmina cancro in mamma ſiniſtra laborante, quæ ob muſculos iſtos pectorales, ſete ob acrimooiam ſanguinis demanſos, continuo aſthmate & tuſſi ſicca laborabat, quæ & tandem inde ultimum vale mundanis dixit. *Joh. Doleus.*

De Tuſſi ſtomachi vitio oborta vide §. 24. 1. *Humore.*

46. *Vapore, qui vel pulmones obſtruit*) Vapores ex crudo ſanguine producti, quoties præpedita excluſione vel in pulmonum cavernulis coacervantur, vel extra thoracem ab hypochoodriis &c. elevati diaphragma infeſtant, Tuſſis, præſertim ſiccæ, authores ſunt. *Stranſſius p. 9. part. 2.*

Plempius In Fundam. med. l. 2. artificii (*naturæ*) meminit quo coeant arteriæ venoſæ oſcula cum oſculis aſperæ arteriæ, ut aëri & vaporibus fumidis liber pateat ingreſſus & egreſſus, non autem ſanguini & cæteris humoribus, niſi impetu & tuſſi, hincque diſſecto cadavere nunquam aſperam arteriam cruentam reperiri. Artificii modum noo addit, oaturæ providentiæ relinquendum. In arteria venoſa artificium aliud neceſſarium noo eſt, quia ſanguinis ad bronchia regreſſum naturalis circuitus impedit; In venæ arterioſæ cum bronchiis, ſeu veſiculis anaſtomoſi, per quam ſolam vapores fumidi & aër pulmonum ſubſtantiæ infunduntur, quid ſit quod remoretur ſanguinis egreſſum in ſano ſtatu obſcurum eſſe noo poteſt, ſi cauſas expendamos quæ in ægro ſtatu fluxum cruoris promovent, vel enim venæ arterioſæ nativa tenuitas incuſanda, vel ſanguinis tenuitas aut acrimonia.

His autem recte ſe habentibus tranſmittitur fuligines, retinetur ſanguis, qoi aëre craſſior anguſtos poros penetrare noo poteſt, niſi vehementi aliqua accedente vi io tuſſi, vel puris excretiooe imitaore: pus enim ſi concoctum bene ſit tenuius evadere & magis fluxile oſtendit, *Angenius Ep. l. 7. c. 9.* ſive pus ex cavitate thoracis rejiciendum per poros pulmonis, ſive ex univerſo corpore per venam arterioſam, per quam ob ſanguis & pus tantú in morboſis, ſed in ſanis *fuligines* excernuntur in expiratione, quæ nihil aliud ſunt quam aëreæ particulæ in ſanguine cordis & reliqui corporis excitatæ, unde flatus in venis quoq; ex *Hippocrate & Galeno* moleſti, qui niſi cum fuliginibus evacuentur per commune corporis ventilabrum, non varia tantum ſymptomata inducunt, doloris plena, ſed vel venas rumpere, vel corpus univerſum in tumorem elevare poſſunt ſi reſtagnent.

Hos ventos cumulat Pulmo in veſiculis ſuis, ſi forte vel magnarum rerum agitatione intentis cogitatio tardior, ſpiritúſque tari ducantur, vel vitio quocunque viſcus labaſcat. Præligatur illis pectus, inanibus ventis, ut ad ſanitatis ſtatum non reducantur niſi concepti flatus crebriori ſpiritu diſſipentur, exſpiratioq; crebra procuretur, Si enim in ſpiritus continentia bullatus talis extinguatur, pulmones adeo flatu poſt fata turgent, ut omnem thoracis cavitatem adimpleant, quod vidit *Rhodius cent. 2. obſ. 22.* Nempe anguſtia pectoris laborant hujuſmodi pulmnoici. Melius flatibus intra vacuos pulmones conſulitur ſi naturę munere ad exteriorem membranam, quo veſiculæ terminantur, protrudi poſſint, & in aquam ſoluti per hydatides ſe prodant &c. *Th. Bartholinus de Pulm. ſect. 3. p. 46.*

47. *Vapore, qui vel &c.*) Aliquando halitus flatúſve à tenui inteſtino ventriculove per gulam elatus, & una cum aëre in Pulmones allectus, vel ab eodem inteſtino per lacteas venas in cor & pulmonum vaſa, imo ſubſtantiam, uſque ad tracheam arteriam ſeſe inſinuaotes, ipſam continuo ſine ſui excretione ad Tuſſim irritant. *Fr. Sylvius Pr. lib. 1. c. 23.* Vide §. 51. *Alia eſt ſicca in qua*)

48. *Vapor ſubmittitur, tuſſis eſt arida &c.*) Admirationem mihi peperit Tuſſis ſuperiore hyeme gravedini ſuperveniens, ordinariis medicamentis, ſimilem tuſſim facile curare ſolitis, minime cedens, atque *urgens* potiſſimum me, aliíſque *ad lecti ingreſſum*. Hæc autem obſervatio in me adhuc infirmo aliiſque facta, & mira viſa, excitavit me ad iſtius eventus cauſam diligentius inveſtigandam, quin flatibus eodem tempore me urgentibus, ad flatus diſcutientia primum in lecto, deinde ante lecti ingreſſum aſſumenda, unde factum eſt ut eructatis aliquot flatibus compeſceretur brevi Tuſſis pene ſicca aliàs per horæ quadrantem, & aliquando diutius me vexans.

Hoc experimento in aliis quoque cum pari ſucceſſu feliciter facto, rationem ipſius viſus ſum mihi aſſequi ſequentem.

[illegible] videlicet ſatis copioſam, in me aliiſque occurrens, in tenui inteſtino, plurimarum calore ſuiſſe ſolutam, & à bile acriore tunc ſimul commota in Flatus redactam, mox & ad Pulmones delatam, à quibus irritati Pulmones tuſſiebant, & tuſſi tum reliquum corpus omne, tum cerebrum quoque concutiendo humores ſimul inibi contentos agitabant, qui ad fauces delabentes Tuſſim omnem ita productam incitebant; donec obſervatu flatibus, eorumque aſcenſu, facilis fuerit per carminantia dicta olea, ante lecti ingreſſum, ex liquore convenienti ad aliquot guttas aſſumpta, hujus Tuſſis curatio. *Sylvius Append. Tract. x. §. 499.*

Quamprimum id in me primum, mox in aliis quoque obſervavi, facilis fuit huic Tuſſi, medela per aſſumpta *olea aromatica flatus diſcutientia, cortic. araut. citri, ſemin. anıſ. fœnic.* & ſimil. ad aliquot guttas ex convenienti liquore, *vino* qualicunque, *Hiſpanico* &c. mixtura aromatica & ſimilibus ſumpta *Idem §. 581.*

Sic memini Virum Nobiliſſimum, Dominum *Budaum. de Veraſſe* &c. ejuſmodi Tuſſi, à ſimili cauſa excitata, aliquando fatigatum, in uſu frequenti habuiſſe *anıſum* eſitatum, ejuſdemque decoctum; ex quo cum emolumentum perciperet, quibuſcunque Tuſsi infeſtatis id remedium urgebat, utpote experientia propria & crebra confirmatum. Vide ſupra quæ de Tuſsi ſtomachica ex Etmullero allata ſunt, huc pertinentia.

Pure) Pus in pulmonibus collectum ſimili ratione ad vias dictas progreſſum Tuſſim commovere frequenter ſolet; quale nonnunquam ex pituita diu retenta, & veluti maturata aut ſoppurata exſpuitur: Alias ex ſanguine excrementitio, etiam extra exulcerationem gignitur. Qua ratione in pleuriticis quoque & peripneumonicis, inflammatis Pulmonibus excernitur; Alias à pulmonum ulcere & abſceſſu hoc procedit; & in phthiſicis continuo tuſsiendo redditur: In quibus omnibus, ſi pus album coctum temperatumque exiſtat, minorem faciet Tuſsim, pertinaciorem ſi ex humorum permixtione aut corruptione, flavum, ſubviride, ſubatrum & fœtidum exiſtat. *Platerus.*

49. *Aut in Febribus*) De Tuſsi febribus acutis ſupervenıente, illaſque indicante, vide §. 24. *1. Humore*)

50. *Aut in vermina*) Quidam moleſta quadam tuſſicula laborabat, & cum diu nihil conferentibus auxilis hoc malum toleraſſet, ad me venit, Ne quid intentatum relinqueretur, *Marrubii ſuccum ex melle* ægrum devorare juſsi ſingulis diebus, tum & interjectis temporibus *ſcyllam* lambere; donec vermis ex ejus pectore una cum tuſſi propulſus hominem ſanitati reſtituit. *Anton. Benivenius de Abd. cap. 77.*

51. *Alia eſt ſicca*) Tuſſis ſicca, quoties pulmonum idiopathia eſt, pluribus modis, & ob varias excitatur; hanc enim ductuum quorumconque pneumonicorum obſtructio, ſive per compreſſionem, ſive oppletionem, ſive contractionem ea fiat, neceſſario inducit: quapropter inflammatio, tumor, tuberculum, ſanguinis ob plenitudinem aut depauperationem ſtagnatio; item concretiones argillaceæ, lapideæ, polypoſæ, vermes, quin & multa alia præternaturalia, quatenus fibras nerveas perpetuo irritant, Tuſſim ſiccam & inanem, ſed valde moleſtam inducunt.

Cæterum Tuſsis ſicca interdum Naturæ inſtinctu, velut anthæ loco excitatur; nimirum ut ſanguis, vel ob propriam dyſcraſiam, vel ob vaſa pneumonica non ſatis patentia, Pulmones ægre pertranſiens, partium harum ſucceſſu promoveri, ac in motum rapidiorem urgeri poſſit. *Willis.*

51. *Alia eſt ſicca*) Per conſenſum non ſolum ventriculi; ſed & inteſtinorum, & viſcerum illi adjacentium, ſepto conſentiente, illis offenſis & irritatis laborantibuſque *Tuſſis ſicca* nonnunquam affligit, uti à lumbricis ventriculum & colon illi vicinum infeſtantibus *tuſſicula* pueros divexare ſolet nonnunquam & ſternutatio prodit quam pruritus narium, quo nomine & eas fricant, ejuſdem tunicæ conſenſu, ſolet præcedere; Et in aliis horum viſcerum obſtructionibus, ſepto moleſtato, ipſorum pondere, vel moleſtia, Tuſsis ſicca ægros offendit. *Platerus.*

51. *Sicca*) Tuſsis hæc aliquandiu continuata, & hactenus ſicca, tandem evadit *humida*, ac materiæ primo *ſeroſa*, tandem *mucoſa expectoratio* ſequitur. *Etmuller.*

51. *Sicca*) Quoties magno labore nihil excernitur, ſed iterato tuſsiendi conatu corpus univerſum fatigatur, qua tuſsi inani non raro tam capitis, quam hypochondriorum aliarumque partium dolores contundentes, plus minus lacerantes oriuntur, imo Herniæ excitantur, nunc involuntarium urinæ aut alvi profluvium ſubſequitur; Qualem Tuſsim graviorem ac vehementiorem *Tuſſim ferinam* ſecundum *Hippocratem* appellare ſolent. *Etmuller.*

Humores valde viſcidi aliquando Siccæ Tuſsis cauſa exiſtunt, potenterque incidentibus continuo quantitate exigua deglutitis emendari ſolent, Valent *Trochiſci bechici albi, Radix helenii pulverata cum ſaccharo in tabellas redacta, vel condita* &c. Si ore contineantur, & continuo ſaliva ſoluta una cum ipſa in aſperam arteriam deferantur; *Catarrhi ſalſi & acres* temperantur *Pilulis de cynogloſſa vel ſtyrace*, non neglectis *hydragogis.*

Halitus flatuſve ab inteſtino tenui per lacteas venas ſurſum ad pulmones aſſurgentes, atque Siccam Tuſſim concitantes, ad ejus & ſui curam deſiderant medicamenta humores, tum ſemper bilioſos & pituitoſos, tum aliquando ſimul acidos temperantia educentiave, Ipſos halitus flatuſque diſcutientia, vel tam in ſuo exortu quam poſt ipſum eoſdem ſœpientia: *Spiritus carminativus* meus magnatum in hoc affectu curando eſt virium. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 23.*

52. *Alia humida*) Tuſsis omnis vel *humida* vel *ſicca* eſt, In priore humor quidam, alicubi intra ductus tracheales depoſitus, tuſsiendo ſuccutitur, ſurſumque in os foras excernendus ejicitur: Humor iſte cum multiplex & diverſimodus exiſtat, utplurimum dicatur vel *ſeroſus*, vel *nutritius*, vel *purulentus*, vel *ſanguineus*, Prioris plures ſunt ſpecies & differantiæ, nempe, quoad *conſiſtentiam*, aut *tenuis* aut *craſſus* eſt, ſive *crudus* vel *concoctus*, quoad *colorem*, aut *albus*, aut *flavus* aut *ſubviridis*, quandoque item *caſius* aut *ater*.

Porro *Tuſſis humida* varie diſtinguitur quoad *loca*, è quibus humor extuſsiendus procedit: quandoque enim laryngis parietibus adhærens, aut iis exudans, fibris motricibus per levem tuſsiculam ſuccuſsis, facile ac brevi tranſitu in os ejicitur, interdum materies excernenda paulo altius bronchiorum tubis impacta non niſi per exſpirationes magnas & crebro repetitas excutitur: denique nonnunquam accidit recrementa ejicienda intra tracheæ veſiculas ultimas deponi, è quibus non niſi vehementer & crebrius iterato tuſsiendi labore educitur, & dein longo per totos pulmones itinere foras propellitur; De Tuſsi humoris *nutritii*, item *ſanguinei* & *purulenti* progenie, Vide Caput de Phthiſi. *Willis.*

53. *In qua materia ejicitur*) Tuſsis cauſa eſt quicquid Aſperam pulmonum arteriam vellicare, aut quovis modo irritare poteſt ac vellicare. Et *Humida* quidem cauſa multiplex obſervatur, Alias humores à capite delabentes (& quidem utplurimum *pituitoſi* multifarii, nunc Acres, Salſi, vel Acidi, nunc Blandi & Inſipidi, nunc Tenues Fluidique, nunc Craſſi & viſcidi, quandoque *Sanguis* purus, vel cum aliis humoribus

miſtus, & quandoque Pus vel Sanies) in eandem aſperam arteriam penetrantes, ad tuſſiendum Pulmones cogunt; Alias Humores itidem varii (*Sanguis, Pus, Sanies, & Pituita*, forſan Serum) ex Pulmonum ſubſtantia vel vaſis in arteriam eandem tranſlati Tuſſim producunt. *Fr: Sylvius.*

54. Κερχνὸς) A κέρχω exaſpero, raucum ſonum edo, Item κερχμὸς; Eſt aſperitas quædam faucium & raucus ſonus gutturis, cum exiguo ad tuſſiendum conatu, ita ut ſicut vomitum nauſea, ita tuſſim hoc ſymptoma præcedat, ex *Galeno 2. de c. ſympt. c. 4. & 5.* Cauſa ex natura Catarrhi & Tuſſis petenda; Inprimis alimenta κερχνώδη accuſantur ab *Hippocr. de art. l. 61.* qualia ſunt pinguia, acida, & acria: Κερχνάλεον, vel κερχαλέον dicitur etiam ſonus creperus, & acutus in faucibus. *7. Epid. vij. 3.* Tuſſis rauca βὴξ κερχαλέη. *Bruno in Caſtello ren. p. 271.*

55. *In utraque laudatur*) Pectori etiam extrinſecus applicantur utiliter quædam ad illud dilatandum, ut liberius in hoc vehementi motu moveri queat, & ad illius dolores, quos ex concuſſione hac in Tuſſi ſentit, mulcendos, materiamque in eo contentam maturandam: Inungitur hoc modo in cauſa calida.

℞. *Ol. violac.* ℥j. *ol. amygd. d. butyr. rec. loti in aqua violar. axung. gallinæ, mucilag. ſem. pſyll. extracta in aqua tuſſilag. ãã.* ℥ß. *m. pro Linimento.* In cauſa frigida

℞. *Ol. lilior. cheir. ãã.* ℥ß. *mucilag. ſem. lini & fœnugr. ãã.* ℥ß. *rad. ireos* ʒß. *croci* ℈j. *ceræ parum f. Linimentum.*

Ungu. Reſumpt. horum loco ſumi poteſt; Emplaſtr. *ex bulbis lilior. & caparum coctis ſub prunis, contuſis, butyro miſtis*, Vel

℞. *Ol. chamæmel. violac. ãã.* ℥iß. *lactis, ſeu emulſionis amygd. facta cum decoct. hordei mundi perfecte cocti* ℥iv. *intingantur panni expreſſi parum, f. Epithema.*

Præſertim vero pectus diligenter pectoralibus à frigore muniendum, quod & calefaciendum, ſi à frigore fuerit Tuſſis. *Platerus.* Vide Caput de Aſthmate.

Crura quoque ad fluxiones divertendas abluuntur *aqua calida*, vel in qua herbæ capitales decoctæ ſint, calefacientes, Sed & nonnunquam refrigerantes incoquuntur in Tuſſi calida & vigiliis, *Allium ſevo urſino* permixtum, plantis pedum inunctum, ad Tuſſim tollendam certum quorundam prædicatur remedium.

Ligatura, Cucurbitula, Cauteria, revulſionis cauſa in catarrho conveniunt.

Spiritus retentionem, uti ſingultum & ſternutationem compeſcere diximus, ſic & Tuſſim mitigare, non quod calor in pectore ſic major excitetur, ſed ob cauſam in ſingultu explicatam. *Platerus.*

56. *Laudatur in principio Vomitus*) De vomitus utilitate vide §. 24. *c. Humore*) Ubi de cura Tuſſis Pectoralis humoralis.

57. *In hac*) *Vina* per *infuſionem* vel *decoctionem* competunt, ex uſitatis *vinum Enulatum*, inſtar ſapæ coctum; *Vinum* ut quo *juniperi baccæ* ebullierint; potentius fit ſi ſerpillum & hyſſopus ſimul decoquantur; Ex *amaris*, quæ cum *dulcibus* cocta ingratum faciunt medicamentum *Vina* ſic commoda parabuntur.

℞. *Rad. Enulæ* ℥ß. *Ireos, ſcillæ pr. ãã.* ʒij. *marrub. card. ben. chamædr. ſalviæ, puleg. veron. ãã. m. j. macerentur* vel *decoqu. in vino*, *Bibat ſæpe.*

Zinziber pulv cum *vino* calido, datum ante ſomnum, ad tuſſim hyemis tempore arcendam bibere ſolent aliqui: Quod ſi à frigore Tuſſis fiat, non poteſt non prodeſſe; & quia fauces inflammat, & per conſenſum vi illa ad pulmones perfertur, ſic quoque expectorat, Uti & *piper* delinctum juvare ait *Dioſcorides. Platerus.*

58. *Si à tenuibus ſunt diſtillationibus*) Ea quæ præterquam quod catarrhum ſiſtunt & expectorant, ſtuporem etiam inducunt, irritationemque quæ in tuſſientibus fit, mingant, valde in *pertinaci Tuſſi* juvant, *Oleum amygd. dulc.* recens ſumptum.

Diacodium, ſi cubitum ituri lambant, vel *ſyr. de papav. Lohoc de papav.*

Valde utile hoc eſt

℞. *Cap. papav. hort. pene maturor.* ℥iij. *ſiliquar. repurgat. à granis, liquir. ãã.* ℥iß. *coqu. In colat. adde ſacch. penid. & cand. ãã.* ℥iv. *coqu. iterum ad conſiſtentiam, utatur loco Diacodii* lambendo noctu.

Aquam papav. errat. cum ſacch. c. noctu bibitam valde prodeſſe in Tuſſi pro ſecreto aliqui ſcripſerunt, illius aquæ uncias aliquot exhibentes. *Pilulæ cynogloſſæ*, vel *ſtiracis*, valde in uſu ſunt, ſumendo unam aut duas pondere *gr. vj.* cum lectum intrat. *Platerus.*

58. *Si a tenuibus ſunt diſtillationibus*) Tunc utimur Incraſſantibus, potiſſimum intrinſecus, ad materiam quæ bronchiis Pulmonum inhæret, & ob tenuitatem expectorari nequit, tuſsi commode rejiciendam; Si enim ſupra modum tenuis ſit, impellentis ſpiritus vi tuſsiendo non facile in arteriam ſuſtolli excernive poteſt, ſed ob tenuitatem ab aëre velut inciſa diſploditur, inque pulmones relabitur, aëre ſolo eluctante: Quare ſputum tenuius addenſari oportet, ut impetu tuſſis, & vehemente exſufflatione, quam ἀναφώνησιν Græci appellant, expurgetur: *Wedelius Am m. m. p. 77.*

59. *Deſtillationibus*) In perſeverantibus Defluxionibus *ſudores moventia* exhibita, corpore purgato, plurimum proſunt. Præſertim in Balneo ſicco, quia ſudores movet; illi tamen corpore prius purgato excitandi. *Platerus.*

59. *Modo therax à pituita craſſa*) *Opiata*, ac ſimilia, in *tuſſi humida*, ubi expectoratione opus, non conveniunt; excretionem enim impediunt, & hinc materiam evacuandam craſſiorem ac viſcidiorem reddunt: In fine tamen, ubi maximam partem evacuata eſt mucilago, & crebrior tuſſis inanis, ſæpius repetens, in talibus ad veſtigia læſionis irritantis delenda, commode cum aliis *papaverina* uſurpari poſſunt, ut nempe his nimia irritatio, ac crebrior fruſtranea tuſſis, interim vero materia expectoranda præparetur, ut minori labore excernatur, E. g.

℞. *Aqua ſcabioſ.* ℥iij. *aſthmatica* ʒvj. *flor. ſulph.* ℈j. *ad* ʒß. *diacod. Mont.* ℥j. M. f. *Etmuller.*

Cap. XXIII.

De Hæmoptyſi.

1. *Hæmoptyſis eſt* 2. *Sanguinis cum tuſſi ex partibus* 3. *reſpirationi dicatis rejectio, citra illarum inflammationem accidens.*

4. *Signis* opus non eſt, cum affectum viſus patefaciat

Cauſa eſt 5. quicquid 6. venarum 7. unitatem ſolvit, 8. ſive id fiat 9. modum 10. anaſtomoſeos, ſive 11. diæreſeos, ſive 12. diapedeſeos.

13. *Curatio*

1. *Hæmoptyſis eſt*) Græci uno verbo efferunt [illegible] vocant. [illegible] vocabat *Eraſtratus*: Adulterina ſunt tria illa vocabula, [illegible], [illegible], [illegible]. *Hoſmannus Inſt. l. 3. c. 95.*

Quam affectionem Græci [illegible] ſive [illegible] vocant, hanc Latini [illegible] *ſanguinis rejectionem per os*, vel ſputum ſanguinis [illegible] ſolent; Cum autem hujus magna ſit [illegible]udo, atque [illegible] generaliter omnem *ſanguinis ex*[illegible]*itionem* ſeu rejectionem, à *quacunque parte profluentem*, & tam *ſolitariam* quam *aliis affectibus copulatam* ſuo ambitu complectatur. Nos jam in ſpecie de eo *ſanguinis ſputo* quod *ſolitarium* eſt, atque ex *thorace* provenit, potiſſimum agemus: Unde nobis definitur, Quod ſit, *Sanguinis ex partibus reſpirationi dicatis cum tuſſi conjuncta rejectio, ab excitata ibi vaſorum apertione originem habens. Strauſſius.*

2. *Sanguinis cum tuſſi*) Ordinarie quidem cum tuſſi fit *Hæmoptyſis*, nempe quando Pulmo affectus eſt, aut profundiores tracheæ rami, Interdum vero *ſine tuſſi* etiam gravis Hæmoptyſis contingere poteſt, quando nempe ſaltem ſuperior tracheæ pars affecta eſt, in quo caſu plus minus aliquali ſcreatu prævio ſanguis erumpit. Sicuti è contra non omnis ſanguis qui tuſſi rejicitur præciſe ex thorace eſt, Nam ſi ſanguis confertim ex faucibus erumpat, & laryngem plus minus irritet, ſputum ſanguinis cum tuſſi inferre poteſt, utut malum non ſit in aſpera arteria vel thorace. *Etmuller.*

3. *Ex partibus reſpirationi dicatis*) Sanguis ore rejectus, vel ex palato eſt, ejuſque partibus, dentibus, gingivis, lingua, tonſillis, columella; vel ex gula & ventriculo, vel ex aſpera arteria & pulmonibus: Qui ex Palato, ſimplici exſputione opus habet; ex Gula, cum ſcreatu eſt, qui ex Ventriculo, cum vomitu, & peculiarem titulum habet: qui ex Aſpera arteria & Pulmonibus, cum tuſſi: Rurſus ſanguis hic, vel ex ipſis partium vaſis tantum eſt, non ſubminiſtratus aliunde, vel aliunde venit, ex capite, liene, renibus, utero, (*paucis, ex maſſa ſanguinea*) *Hoſmannus Inſt. l. 3. c. 95.*

4. *Ex partibus reſpirationi dicatis*) Loca in quibus ſanguis extravaſatus deponitur, hæc præcipue, & fere tantum ſunt, *Aſpera Arteria*, ejuſque partium cavitas interna; Quippe in hanc, velut in cloacam, ductuum quorumcunque cæterorum recrementa quæque, aut ſuperfluitates, per ultimos, qua licet, Naturæ nixus ſtatim amandanda derivantur; Quod ſi in lobulorum interſtitia ſanguis extravaſatus impingetur, vel membrana extima exſudans in thoracis cavitatem decidet, hic empyema, & illic frequenter abſceſſum creat; Ut plurimum vero cruor, à circuitu pulmonari deciduus, varias ſputi cruenti ſpecies producit, juxta quod nidum ſuum, vel ſuperius intra laryngis cavitatem, vel paulo inferius circa intermedios ductus tracheales, vel denique ulterius *intra veſiculas orbiculares* naniſcitur: Prior affectus ſolummodo procedit ab arteriæ cujuſdam, quæ tracheæ truncum obducit, oſculis reſeratis, proximus quandoque forſan ab hac cauſa, ſæpius tamen ab ipſis arteriis pneumonicis apertis, aut diſruptis; quæ vaſa cum majora fuerint, ſanguinis quantitatem ſæpe horrendam profundunt; cujus item exſputio, & totius pectoris muſculis, ſimulque ipſius tracheæ fibris multum irritatis, & valde contractis, copioſa & violenta exiſtit: Sin vero ſputi cruenti ſcaturigo in *ultimis veſiculis* conſiſtat, ſanguis in minore quidem copia, ſed cum tuſſi profunda, ſæpius iterata & valde moleſta ejicitur. *Willis.*

4. *Signis opus non eſt*) Diagnoſis ſputi cruenti, ſi hoc ipſum conſideraveris, per ſe patet, neque *criticum* à *ſymptomatico* diſtinguere difficile eſt, cum *illud* prægreſſæ coctioni ſuperveniens ægrum ſublevet; *hoc* autem initio, cum omnia adhuc cruda eſſe ſolent, appareat, hincque ægrum plerumque enecet: *Subjecti* autem ratione ſignis quam maxime opus eſt, quæ partim à *cauſis præcedentibus* partim à *modo excretionis* deſumi debent: Quod ſi Hæmoptyſis ex *conſueta quadam ſanguinis evacuatione ſuppreſſa*, vel ex prægreſſo *clamore*, *corporiſque motu vehementiori*, vel *tuſſi ferina* ortum habuerit, juſta ſemper læſionis vaſorum in pulmone ſuſpicio ſubeſt, ſecus vero res habet quoties aliæ cauſæ præceſſerunt &c. Dolor non multum urget ubi *Pulmo* laborat, niſi quod extravaſati ſanguinis pondus ſanguinem gravet; Major autem longe moleſtia tum in *aſpera arteria*, tum in *membranoſa* [illegible]que *muſculoſa* pectoris ſubſtantia, ob ſenſum utrobique valde urgentem percipitur: Num vero Pulmo per *eſſentiam*, an per *conſenſum* affligatur, examinatæ viſcerum actiones; Excretionis intervalla, & *dolor* hypochondria occupans edocebit.

Signa cauſarum quod ſpectat, *Anaſtomoſin* plethoricum ægri corpus, & ſanguis mediocri tum copia, tum abſque dolore egrediens indicant, ſimileſque ſi præceſſerint cauſæ, prorſus confirmant, [illegible] præter copioſe erumpentis ſanguinis plenitudinem, ex corporis gravitate, & tumore venarum (nonnunquam flatulento) colligendam, *Vis* præſertim *extrinſecus* illata demonſtrat; [illegible] ex antecedentibus catarrhis, & ſanguine admodum ſalſo & acri, maleque colorato cognoſci ſolet; Sanguis inſuper in principio paucus exſpuitur, in progreſſu vero, aucta jam eroſione, copioſior, tandemque puris ſputum conſequitur. *Strauſſius.* Signa à partibus deſumpta vide inferius.

5. *Cauſa eſt quicquid*) *Cauſas mediatas remotas*, quæ *humores* illos *acres*, *ſalſos* &c. *generant & fovent*, ſimulque ad *motum* p. o. diſponunt, videamus, Occurrunt

1. In *claſſe rerum naturalium Temperies calida & ſicca*, aph. 16. ſect. 5. *Ætas juvenilis*, aph 29. ſect. 3. *Nativa pulmonum imbecillitas*; Num viri an fœminæ frequentius corripiantur Vide *Zacutum Pr. Hiſt. l. 8. c. 6.*

2. In claſſe *rerum non Naturalium*, non ſolum *Aer calidus & ſiccus*. ſed etiam *frigidus pectori inimicus*, aph. 23. ſect 3. ille bilem augendo, humoreſque fundendo, hic vaſa conſtringendo rumpit: Unde *Hippocr.* aph. 24. 5. frigida, veluti nivem & glaciem, ſanguinis effluxiones efficere ait: *Cibi* calidi, acres, ſalſi, facile fermenteſcentes, fomitem huic malo ſubminiſtrant; Frequens & nimius *vini* generoſi uſus, ut apud *Moebium Med. Phyſiol. p. 265. Timæum l. 2. caſ. 15. Medicamentorum* præſertim *aloeticorum* crebrior uſus, *Acidularum potus*, Vide *Helvvigium obſ. 67. Vehemens motus corporis*. Excedens modum ſaltatio, ut virgini apud *Rolfinkium* M. O. & M. p. 122. accidit. *Conſueta ſanguinis evacuationes ſuppreſſa* multum hic habent ponderis; *Animi pathemata*, quoque conferunt, ſic apud *Highmorum Diſqu. Anat. p. 178.* Virgo intermedio menſium fluxus ſpatio dum ſanguis abundare cœperat, ſi *ira* &c. perturbaretur, aut ſi odores ſuaves naribus admoveret, ſtatim ſputum ſanguineum aceeſſit.

3. In claſſe *Rerum p. n.* frequentes ſe offerunt caſus, frequens autem ſymbolum conferunt *Catarrhi ſalſi*, *Caſus ab alto* &c. *Strauſſius.*

6. *Quicquid venarum*) Ex circulationis lege ſupponendum ſanguinem, ſponte erumpentem, omnino ex *Arteriis* prodire, nam venæ, donec integræ maneut, eum verſus cor reducunt, ac minime effundunt; quamvis inficias non eamus illas interdum à *vulnere*, *caſu*, *contuſione*, alioque accidente violento quoad unitatem ſolutas, ſanguinem extra ſinus ſuos dimittere: Verumtamen ſæpiſſime ſanguis, Hæmoptoen faciens, ab arteriarum oſculis reſeratis aut diſruptis procedit, & tunc in culpa eſſe ſolet aut ipſius ſanguinis dyſcraſia, aut vaſorum mala conformatio. *Willis.*

7. *Venarum*) Affligitur Pulmo primario ſecundum *vaſa ſanguiflua*, [illegible], venulam nominat *Hippocrates l. 1 de Morb. ſect. 10.* per quam pleraque in Pulmonibus diſſeminata vaſa (præter aſperam arte-

ſiam) intelligit, ſive illa arteriæ ſive venæ fuerint; Vocabulo enim [illegible] Antiquos utraque hæc vaſa intellexiſſe, apud *Hippocr. lib. de carnib.* videre licet. *Strauſſius.*

§. 7. *Venarum*) Id diverſis fieri *in vaſis locisque* poſſe Medicorum obſervationes teſtantur, jam enim cruor ex vaſe *perexili*, jam ex *magno* & alterutro quidem vel in Pulmonis ſummitate prope *laryngem*, vel in regione illius media, [illegible] *majores vaſorum ramos*, vel denique in extrema, inter *veſiculas orbiculares* conſito erumpit.

8. *Venarum unitatem*) *Cauſa immediata*, hujus ſymptomatis vaſorum ſanguiferorum apertioni adſcribenda eſt, Niſi enim vas aliquod in pectore aperiatur ſanguinis ſputum excitari non poteſt; Nunquam enim teſte *Diemerbroeck*, hæmoptyſes ſine ejuſmodi vaſorum apertione vitæ ſunt; Notanter *Apertionem* dicimus, ut latiori hoc ſignificato pleroſque *Reſerationis* modos complecti liceat.

Neque adverſantur huic aſſerto qui culpam in *læſionem Retentricis vaſorum Pulmonalium*, *à læſa unionis ſolutione* oriundam, transferre ſolent; hancque Retentionem vel ob *læſam facultatem*, vel ob *errorem aliquem externum* volunt excitari, cum omnis res eo tandem recidat, & ad *morbum vaſa Pulmonum lædentem* deveniendum ſit, ſive jam intemperies quædam, ſive læſa aliqua conformatio, ſive unitas ſoluta illud morbi genus determinet, Ubi quidem duorum ultimorum mentionem facit *Galenus m. m. l. 5. c. 2.* tum *Sylvius l. 1. Prax. c. 20. §. 16.* Hæmoptoen fieri ſcribit quando ſanguis è vaſis ſuis eroſis ruptisque per os in aſperam arteriam rejicitur, Vel, ut loquitur *Diemerbroeck*, in veſiculoſam ſubſtantiam & bronchia profunditur. *Strauſſius Gymn. P. 2. pag. 96.*

9. *Per modum anaſtomoſeos, ſive diæreſeos, ſive diapedeſeos*) Adde *rixeos* ſive *ruptionis*. Nempe *ruptio* ejuſdem vaſis in pulmone ex *clamore* fit, *corporis motu*, *oneris geſtatione*, *tuſſi* concitatiore, copioſiore effuſioreque riſu &c. *Etmuller.* Vide §. 28. *A cauſis externis*)

10. *Anaſtomoſeos*) Ob evacuationem quandam ſolennem ſuppreſſam, præſertim in partibus corporis inferioribus; Sic nil frequentius eſt quam quod ſuppreſſionem menſium & hæmorrhoidum ſubſequatur ſputum ſanguinis, ex ſanguine circa præcordia coacervato, ſtagnante & anaſtomoſin vaſorum faciente. *Idem.*

11. *Diæreſeos*) Seu eroſionis in pulmonibus factæ, aut ab *externis inſpiratis*, v. g. *ſpiritu aquarum fortium* aut ab internis; Vera *cauſa interna*, eaque omnium frequentiſſima, *Lympha nimis acris*, tam *ſalſa* quam *acida*, erodens, ſcorbutica, aut alia ſimili labe inquinata, quam ſubinde ſolet antecedere *Tuſſis ferina nocturna*; Et hæc Hæmoptyſis eſt iſta quæ relinquit *Vomicam Pulmonum* & *Phthiſin* pediſſequas, Pertinet huc quod poſt ſanatum ulcus pedum ſupervenit ſanguinis ſputum, dubio procul ex retrogreſſo fermento acri & corroſivo partes pulmonales erodente, quale exemplum refert *Rhodius cent. 2. obſ. 54.*

12. *Diapedeſeos*) Hanc non tam *vaſorum* quam *ſanguinis* potius *ſereſcentis* vitio, ob quod tunicis contineri nequeat, adſcribit *Hofmannus comm. in lib. 5. m. m. c. 2.*

a. 9. *Sive id fiat per modum &c.*) Non minus ex *vaſorum* culpa quam *ſanguinis* dyſcraſia hic affectus exoriri ſolet, quatenus nimirum iſta v[illegible]l tenera nimis, vel gracilia, nonnunquam à motu [illegible]iolentiore, uti à tuſſi, vociferatione, ſaltu alioque exc[illegible]itio vehementi diſrumpuntur: vel in[illegible]tum ea laxa nimis & humida quoad oſcula ſua [illegible] & ſanguineinæ circuitu erumpe[illegible] nunc [illegible] dum quatenus venæ à frigor[illegible] & corrugatæ, cruorem non prompte tran[illegible]

ciunt, iſte reſtagnans arteriolas diſtendit, & ex earum oſculis erumpit. *Willis.*

Sanguinem ſua vel *copia*, vel *qualitate*, vel *motu* peccantem variis aperiendi dicta vaſa modis Affectui præbere occaſionem poſſe, Antiqui non modo, verum etiam Recentiores [illegible] [illegible], Hinc *Galenus 5. m. m. c. 2.* ſanguinis *tenuis* [illegible] & *acris* meminit: Quæ vero de *diapedeſi* habet, ita explicat *Hofmannus in comm.* ut hanc non tam *vaſorum*, quam *ſanguinis ſereſcentis* vitio (ob quod tunicis contineri nequeat) fieri aſſeveret.

Nimirum omnis generis *Humores*, *ſalſi*, *acres*, *copioſi*, qui & *reſerare* & *aperire vaſa* queunt, teſte *Rolfinckio in Epiſt. p. 143.* ſymbolum conferunt, id quod ipſa quoque experientiæ fides confirmat, Variam hanc maſſæ ſanguineæ diathesin breviter exponit *Willis*, (Vide inferius §. 18. *malam ſanguinis qualitatem*) *Strauſſius.*

De Lymphæ vitio vide §. 9. *Per modum anaſtomoſeos &c.*)

Prognoſis.

Nullus fere è plebe eſt qui non ſanguinis ſputum periculo plenum habeat; at cum variæ ſint ſpecies, alia quidem plus aut minus periculoſa deprehenditur, Sanguis è tracheæ vaſis exudans malo ſæpe vacat: Porro è vaſis pulmonaribus extremis & minoribus erumpens curationem ſæpe admittit, ſaltem multo tutior quam copioſa ab arteriæ ramis majoribus, in tracheam apertis contingens: Cæterum patient[illegible] prædiſpoſitio magnam circa Prognoſin differentiam facit, nam ſi Hæmoptoe ob cauſam evidentem ſolitariam excitabitur, ac corpori prius ſano & quadrato accidet, longe maior ſalutis ſpes erit quam ſi affectus ſponte ortus cachectico, phthiſico, ſcorbutico, aut alias valetudinario continget, utcunque hunc morbum minus tutum, & ſemper curatu difficilem exiſtere communis obſervatio eſt, cujus ratio liquido patet, in quantum Pulmonum munus, in motu perpetuo conſiſtens, continui ſoluti therapeiæ, ad quam imprimis ſedatio & quies requiruntur, omnino contrarium eſt.

Hoc quoque impedimentum maius accedit, quod moles Pulmonaria, non (uti putabatur) parenchyma eſt, ſed vaſorum innumerabilium textura, ſive rela admodum ſubtilis; cujus unitas ſi quando ſolvatur, impoſſibile prorſus erit vaſculorum disjunctorum fines rurſus coire, aut ſpatium, uti in aliis partibus, carne aut callo adimpleri; At vero unicum hoc ſupereſt, ut dum vaſorum extremitates incongrue ſemper & imperforate coaleſcant, ſanguinis circulatio, in parte affecta ceſſans, per aliam vicinam ſuppleatur, quod quidem raro ſine totius pulmonis noxa aut incommodo ſuccedit. *Willis.*

Terrent pleroſque ſanguinis ſputa, ſive ex liene per vomitum, ſive ex pulmonibus per tuſſim rejecta, Neque ille metus vanus cenſendus, quippe morte purpurea plerumque terminandus, ſi ſibi relictus cruor extra mediocritatis terminos evagetur, Non is quidem per ſe lethalis, [illegible] enim dicit *Hipp. 4. aph. 25.* non [illegible] Nam ex *liene* lienem expurgat, ægrumque ſpleneticum ſublevat, ſi modum ſervet & vires ſint ferendo.

Vidi ad menſuras pluſculas evomuiſſe lienem per dilatata vaſa cruorem obſtruentem ſalvo ægro & ſuperſtite: Vidi etiam eodem affectu extrema paſſos: Quem *Pulmones* per vices fundunt, onere ingenti vaſa levat; *Coi* eſt oraculum 4. aph. 47. exſcreationes cruentas [illegible] bonas ſi commod[illegible] rodeant, in febribus nempe cum conferentia venæ ſectionis vicariæ ſunt; Si *menſtrua* vel ſuppreſſa vel im[illegible]ura ſint, Invicem enim ſuccedere ex 5. aph. 32. di[illegible]imus. Matronam novi ſanguinem floridum rejicientem tempore menſtrui fluxus, quanquam ſatis cop[illegible] ſanguine corpus abundat. Tuſſi an[illegible] præſentit imminentem hæmoptoiſin.

Bon

Bona igitur eſt hæmoptoiſis ad vaſorum depletionem, quando vires integræ ſuperſunt, etiamſi largior ſit, 5. aph. 3. licet parca extra mali periculum nos ponat, ſi per vices effluat; Nam Illuſtris quidam, ſed ſenex, male habuit quoties hæmoptoiſis ſolennis ſuppreſſa fuit, Alius mihi notus, jam per integrum annum ſputa cruenta videt, [illegible] v. s. abhorrens: Malum quod inde ſequetur Phthiſis eſt, quam per plurimos annos vitam protogaſſe obſervavi, magno ſenis ſolatio: In exulcerato enim Pulmone ſanguis effluens ſuppuratur; Hinc ſputum puris à ſanguinis ſputo; Junioribus periculoſior eſt propter ſanguinis fervorem & acrimoniam, vaſorumque teneritudinem, Neque enim ob motum pulmonis cito conſolidantur vaſa quocunque modo patentia, & conſolidata cito recrudeſcunt tuſſi, motu thoracis perpetuo, & acrimonia cruoris: Hæ cauſæ infamem illam ſputationem reddunt, & remedia in tempore poſtulant, ne malum per longas moras invaleſcat. *Th. Bartholinus Med. Sept. T. 2. p. 180.*

Hæmoptoica paſſio, etſi quibuſdam fœminis præſertim, citra noxam graviorem, quod tamen ratum eſt, contingat, periculo tamen non caret, ſi præſertim frequentius hæc invadat, augeaturque ſanguinis, qui excreatur, quantitas: Lethalis interdum ob ſubitam & magnam ſanguinis profuſionem exiſtit, tam in morbis quibuſdam quam extra illos eveniens: Frequentius cum copioſiore parcioreve ſanguinis excretione accidens in Phthiſin tandem convertitur. *Platerus.*

Prognoſin hujus affectus *Hippocrates* generatim inſtituit *aph. 25. 4. Sanguinem ſuperne quidem efferri, qualiſcunque ſit, malum*; Omnis enim vaſorum apertio quæ ſanguinem effluere ſinit periculoſa eſt, præcipue in Pulmone, de qua imprimis audiendus eſt aphor. Fit tamen interdum ut talis ſanguinis excretio innoxie contingat; Natura motu quodam critico ſanguinem ſuperfluum per illas vias expurgante; Et obſervatum eſt quaſdam mulieres ſuppreſſione menſium laborantes, certis periodis ſanguinem ex pulmone, per illius venarum anaſtomoſin innoxie excreviſſe: Ratione cauſarum, *Diapedeſis* minus periculoſa eſt, *Anaſtomoſis* magis, *Rixis* adhuc periculoſior; niſi enim intra 3. vel 4. diem conſolidetur, inflammatio ſuccedit; quæ in ſuppurationem verſa ulcus producit, à quo Phthiſis conſequitur, unde *Hippocr. aph. 15. & 16. ſect. 7. A ſanguinis ſputo* puris *ſputum, à puris ſputo phthiſis.* Omnium vero periculoſiſſima eſt *Diabroſis*, & *Galenus* eam incurabilem pronuntiat, ob ulcus inſanabile quod illam conſequitur. *Riverius.*

13. *Curatio* ſanguinem ſiſtere juber, & 14. cauſas reſpicit.

Nota in ea, 15. Revulſionem fieri debere per 16. venæ ſectionem 17. in brachio; vel, ſi menſium ſuppreſſio adeſt, in talo.

18. Malam ſanguinis qualitatem temperandam eſſe.

19. *Purgantia* non debere eſſe calida, nec fortia.

Inflammationem, in parte, unde ſanguis exit, avertendam 20. Grumos ſanguinis, ſed 21. non ſolo aceto diſſolvendos.

22. Adſtringentibus vel 23. ſiſtentibus ante avertentium uſum ſuperſedendum.

Topica frigida fugienda.

Laudantur 24. inter ſiſtentia, *Centinodium* in juſculo coctum, & 25. partibus adhibitum.

13. *Curatio ſanguinem ſiſtere jubet*) Cura vel *in paroxyſmo* vel *extra paroxyſmum* inſtituitur, In paroxyſmo primo *ſanguinis impetus ad partem affectam ſiſtendus.* 2. *Vaſorum læſio* tollenda; *Prius* fit *cauſa vel remotione*, vel ſaltem ſuſpenſione, & ſanguinis motus certa determinatione, h. e. vel ſpirituum impetum, vel *ſanguinis turgeſcentiam* vel *copiam* &c. *revellendo*, *derivando*, papaverinis &c. cohibendo; *Poſterius* peragitur *vulnerariis* peragitur.

Cura extra paroxyſmum, præſervatoria, conſiſtit in eo, ut recidiva præcaveatur 1. *Cauſam ex toto removendo*, 2. *Pulmones* plus minus læſos ſanando: In quem finem poſteriorem, ſi quid reſtiterit grumoſi ſanguinis poſt paroxyſmum, ſedulo hoc removendum. *Etmuller.*

14. *Curatio ſanguinem ſiſtere jubet &c.*) Quod ſpectat ad Hæmoptoes Therapeian, Indicationes curativæ erunt potiſſimum hæ duæ, viz. 1. ſanguinis effluxum protinus ſiſtere & cohibere; dein ſecundo continui ſolutionem, abſque tabe in pulmonibus relicta ſanare. Circa priorem hæc duo erunt imprimis procuranda, primo nempe ut ſanguis ad partem affectam non confluat 2. atque interea, ut vaſis apertura quoquomodo claudatur. 1. Ut ſanguis ad partem affectam non confluat, plures medendi intentiones ſimul in uſum veniunt, viz. ſanguinis *copiam* minuere, *æſtuationem* ejus compeſcere, *intemperiem* alterare, atque *motum* deprimere, aut alio divertere oportebit; In quos fines *phlebotomia ligatura* & *frictiones* ſæpiſſime conveniunt: Porro Julapia, Decocta, Emolſiones & ſucculentæ herbarum expreſſiones propinari debent; Quinetiam *Hypnotica* moderata, & imprimis Diacodiata, cum fructu exhiberi ſolent; hæc enim cordis motum ſufflaminando ſanguinem deferveſcere cogunt.

2. Ut *vaſis apertura* claudatur, remedia *adſtringentia* & *agglutinantia* imprimis conveniunt: Horum præcipua in forma *linctus* exhiberi ſolent, ita ut inter deglutiendum, quædam ex iis particulæ, aſperæ arteriæ illapſæ, virtutem ſuam parti affectæ immediatius communicent: Verum hæc ἰατρικὴ ratio haud magni momenti eſſe videtur, quia medicaminum ipſorum efficacia potiſſimum, ac fere tantum ſanguinis commeatu ad morbi ſedem pertingit, Quare non ſolum *Eclegmata*, ſed etiam Decocta, *Pulveres* & *Pilulæ* ex *Traumaticis* & *Balſamicis* cum fructu præſcribuntur.

2. *Indicatio*, quæ & Præſervatoria, *continui ſolutionem*, abſque reſidua pulmonum noxa, ſanandam reſpiciens, duo malorum genera præcavere debet, viz. ne Hæmoptoë (in quam affecti poſtea fere ſemper erunt proclives) ſubinde repetat, & ne Phthiſis, quæ Hæmoptoicos quoſque minatur, ſuccedat; Ob hos fines, circa morbi hujus prophylaxin, & pulmonibus cura aſſidua, ſive medendi ratio conſtans adhiberi ſolet.

Quoad *Sanguinem*, maſſa ejus in debita ſemper quantitate, recta temperie, motu leni & æquabili contineri debet; Hinc ne ſuperabundet, aut dyſcraſia affectus turgeſcentias ineat, aut impuras fæculentias in pectore deponat, *phlebotomiam* & blandam *catharſin* interdum celebrare oportet: Exacta *victus ratio* ſemper neceſſaria eſt: Porro ad cruorem depurandum & edulcorandum, *Lactis aſinini*, aut *Acidularum* potus nonnunquam egregie conferunt: Cæterum *decocta*, *aqua ſtillatitia*, *herbarum ſucci*, quæ ſanguinis dyſcraſias tollunt, atque ſerum aliaſque impuritates à pulmonibus derivant, & per diapnoen aut urinam foras deducunt, ſedulo erunt propinanda: Præterea in hanc rem *Fonticulla* ſumme conducunt.

3. Nec minus ipſius Pulmonis ratio haberi debet, quo nimirum tota ejus compages, & imprimis locus affectus, in debita conformatione & recto tenore præſervari queant: Hinc motus quiſque violentus, à quo omnis magis diſſolvatur, aut reſtitutio ejus impediatur, ſedulo vitetur; In *Aëre* nitido & perflato, attamen haud aſpero nimis & acuto degatur: *A cibis* craſſioribus, *ſomno* meridiano, cœna lautiore, aliiſque in victu errans, quæ præcordiis repletionem aut obſtructionem inducant, abſtineatur: Cæterum remedia quæ vi peculiari, ſeu virtute quadam ſpecifica pulmones curare perhibentur, in crebro ſint uſu. *Willis.*

[13] *Cauſas*) Omnis generis *humores ſalſi, acres, copioſi*, reſerare & aperire vaſa queunt; Generantur autem prædicti humores p. n. vel in loco affecto per ἀναστόμωσιν, ob læſam ipſius Pulmonis διάθεσιν & texturam; Vel *extra iſtum locum*, idque tum vitio totius, in *plethora & cacochymia*, vel *partis cujuſdam determinatæ culpa* producuntur, & per μεταστάσιν ad partem affectam irruunt.

Num vero *Flatuum* quoque hic habenda ſit ratio? non inepte quæritur, Cum enim teſte *Galeno 2. ad Glauc. c. 6.* in venis & qualibet corporis noſtri parte reperiantur, rumpi quoque venas ab his poſſe à vero non adeo alienum videri debet, Bene *Sebiſius Exerc. Pathol. p. 306.* raro id quidem fieri, ſed fieri poſſe arbitratur, & tum flatus ſeu halitus dictos, ſiquidem αἱμοῤῥαγίαν aut quamvis aliam ſanguinis effuſionem facere dicantur, id ipſum non tam vaſa rumpendo, quam tunicas eorum diſtendendo, & orificia diducendo & aperiendo efficere ſtatuit.

Paracelſus, ejuſque aſſeclæ, ſputi cruenti genealogiam in *ſalia acria & lixivioſa* referunt; hæcve ſi benignorum mulcedine deſtituta luxurient, vaſorum tunicas erodere &c. perhibent, Quo ipſo nihil quod Dogmaticorum aſſerta pervertat aſſeritur: Hinc *Sylvius Pr. l. 2. c. 18. §. 11. & 14. Bilem* copioſius genitam, *fluidiorem & acriorem, ſanguini commixtam* accuſat.

Quin & *ventum* in ſanguine agnoſcit *Paracelſus l. 1. de Tartaro, Tr. 2. c. 2.* iſtiuſque cauſam in calorem ſanguinis rejicit; Id quod tamen cum grano ſalis accipiendum, cum aliter Flatus à calidis diſcuti potius conſtet.

Helmontius in *Archeum Pulmonis*, ubi onerosum tum *quantitate* tum *qualitate* cruorem furore percitum, omnem culpam transfert: Quæ quidem in ſanguine vitia ſicuti dudum agnoverunt Scholæ, ita non eſt ut quandam ob verborum diſcrepantiam, deceptionis ſtatim argui debeant. *Strauſſius.*

[14] *Et cauſas reſpicit*) Secunda Indicatio *Præſervatoria*, ejuſmodi remedia ſuggerit quæ *ſanguinem* in recta temperie, & *Pulmones* in debita conformatione continendo, & Hæmoptoës *recidivam* & Phthiſeos ſucceſſionem præcaveant: Talia quæ reſpiciunt *Sanguinem*, vel ſunt blande *Evacuantia per ſedem, urinas & diapnoen*, vel mere *alterantia*: Unaquæque horum præſcribi ſolent, vel in forma *Potus, Pulveris, Electuarii* aut *Pilularum*, Quædam ſubjiciemus.

Quoad *Evacuantia*, lenis purgatio ad hunc modum quandoque inſtituatur.

℞. *Sennæ opt.* ʒiij. *caſſia cum fiſtula contuſa* ℥j. *tamarind.* ʒij. *ſem. coriand.* ʒiß. *coqu. in aq. fontan. ſ. q. ad* ℥vj. *colat. adde ſyr. de cichor. cum Rhabarb.* ℥j. *clarifica cum ovi album.* Vel

℞. *Decocti Sennæ Gereon.* ℥iv. *ſyr. de pomis purg.* ℥j. *m. Potio.*

2. Ut ſanguinis εὐκρασία præſervetur, ejuſque recrementa à Pulmonibus derivata continuo per urinas & diapnoen amandentur, *Alterantia* fere in conſtanti ſint uſu; quæ item virtute ſanativa pollentia Pulmonibus infirmis, aut quoad unitatem ſolutis ſuccurrunt.

Pro *Potu* ordinario Aqua ſimplex, præſertim in conſtitutione calida, aut aqua vino clareto parum tincta bibatur: Quibus hic Potus haud congruit, *Bochetum ex China, zarza, cum raſ. ebor. c. c. & ſantalo albo*, vel *cerevifia* ſive *Alla tenuis, cum foliis lingua cerv. aut ſimilibus infuſis bono cum fructu uſurpari ſolet.*

Decocta Pectoralia, aut Hydromelita, cum herbis traumaticis temperatis, ſumantur bis aut ter in die, ad ℥vj. vel vij.

℞. *Rad. urtic. rec. charefol.* ãã. ℥j. *fol. lingu. cerv. veronic. piloſell. heder. terr. hyper.* ãã. *m.* j. *coqu. in aq. font.* ℔iij. *ad* ij. *addendo paſſul. exacin.* ℥iß. *liquir.* ʒij. *colat. adde ſyr. Byzant.* unc. ij. *clarificentur cum ovi album. f. Apozema ſumendum ad* ℥iv. *vel* vj. *bis aut ter in die per menſem.*

In conſtitutione frigidiore, aut phlegmatica, omiſſis liquiritia & paſſulis cum ſyrupo, adde circa finem mellis optime deſpum. unc. ij. coletur, Doſis eadem. Horum uſus interdum intercaletur cum aqua deſtillata in eundem finem appropriata; quæ item in nonnullis, quibus Apozemata nauſeæ & tædio eſſe ſolent, crebrius uſurpetur.

℞. *Summit. cupreſſ. fol. heder. terr.* ãã. *m.* vj. *limac. ſemicoct.* ℔iß. *ſantal. omn. contuſor.* ãã. unc. j. *inciſis & contuſis affunde lact. rec.* ℔viij. *deſtilla organo comm. doſis* unc. iij. *vel* iv. *cum cochl. uno ſyr. e ſucco heder. terr. bis in die.*

2. Reſpectu *Pulmonis*, nempe ut ſine vaſorum obſtructione, vel apertione partium unio, & tonus debita conformatio præſerventur, Balſamica temperata imprimis conducunt: In hunc finem *Balſamus Lucatella* hæmoptoicis quibuſque aſſiduo & longo tempore ſumendus vulgo præſcribitur: Chymici & fœminæ quædam Illuſtres Oleum Balſamicum deſtillatione prolectum, *Balſami matrem* ab iis dictum, ſummis laudibus prædicant. *Willis.*

Humores ſeroſi & bilioſi ſanguinem tenuiorem & fluidiorem efficientes, repurgandi medicamentis adſtringendi vi præditis, & eo nomine humores minime commoventibus E. g.

℞. *Rhei el.* ʒj. *myrobal. citr.* ʒß. *tamarind.* ʒß. *infund. in aqua plantag. Expreſſioni adde Rhei pulver.* ʒß. *ſyr. de roſis ſiccis* unc. j. *f. Potio.*

Sedato ſanguinis fluxu, ad impediendam *recidivam*, vitanda 1. ea omnia quæ humores exagitare valent, ut vehemens exercitium, ingens calor, excandeſcentia, vociferatio, vina generoſa, cibi ſale aut aromate conditi. *Conſerva roſ. ſiccar.* teneatur in ore frequenter, præſertim ſub lecti ingreſſum.

Purgetur æger quater in anno, vel etiam ſæpius ſi opus videatur, Potione *ex rhabarb. & myrobal.* ſupra tradita, addendo loco ſyr. *manna granat.* unc. j.

Utiliter etiam ſumi poteſt per aliquod tempus à ſedata hæmoptoë *rhabarb. torrefacti* ℈j. ſingulis diebus mane hora una ante paſtum; Imo vero ſi ſanguis plurimum aqueus & ſeroſus ſit, ut plerumque in omni hæmorrhagia ſolet contingere, idem *rhabarb.* non torrefactum, ſed tantum pulveratum dicta doſi maxime conveniet: Sic enim ſanguis expurgatis paulatim ſeroſis illius humoribus, priſtinam ſuam craſſitiem recuperare poterit.

In uſum etiam venire poterit *Syrupus magiſtralis* ad ſanguinem mundificandum à ſeroſis & tenuibus humoribus.

℞. *Fol. bugl. urt. fumar. lupul. cichor. endiviæ, agrimon. plantag. polytr.* ãã. *m.* j. *ſummit. aſpar. verbenæ, euphraſ.* ãã. *m* ß. *ſem. cucurb. & melon.* ãã. ʒß. *ſemin. endiv. cuſcut.* ãã ʒij. *liquir. raſ. & paſſul. mund.* ãã. unc. j. *prunor. dulc. par.* vj. *ſenn. mundat.* ℥iv. *polypod.*

qu-

qu. unc. ij. agar. in panno r[illegible] ligati ʒvj. macis ʒj. flor. iij. cordial. & cicer. rub. ää. pug. j. coqu. ad ℔iß. In colat. diſſolve ſucci pomor. redol. unc. iij. ſacch. albi quart. x. fiat ſyrupus perfecte coctus, aromatiz. ſantalo citr. Poſtea in eo infunde rhab. electi contuſi, & in panno raro ligati unc. j. [illegible] ℥iß. vel ij. cum juſculo bis in menſe.

Cauterium affigatur alterutri tibiæ, prout hepar aut lien [illegible]ionem malo præbent.

[illegible] *asinini chalybeati* uſus per menſem integrum utiliſſimus erit, vel ad potentius hepar refrigerandum, *ſerum caprillum* chalybeatum poterit ſubſtitui. *Riverius.*

15. *Revulſionem fieri debere per venæ ſectionem*) Interdum neceſſe eſt in paroxyſmo ut præmittatur 1. *Venæ ſectio*, quo ſub liberiore ſanguinis circulo minus conſertum per venam læſam effluat; Non tamen hoc in omnibus æque obtinet, cum in quibuſdam phlebotomia interdum malum exaſperare ſoleat; Confer *Willis Pharmacrat. Part.* 2. p. 167. adeoque circumſtantiæ ſupra circa venæ ſectionem in hæmorrhagiis inſtituendam in genere inſinuatæ probe notandæ, obſervando ſimul *revulſionis* leges, v. g. ſi *ſanguinis ſputum* ex *menſibus ſuppreſſis*, ſecetur vena in pede: Ubi ex hæmorrhagia narium ſuppreſſa ſolenni, ſecetur vena in brachio &c.

In iſta autem Hæmoptyſi quæ eſt *ex corroſione* ab acrimonia contentorum, inepta penitus & fruſtranea eſt Venæ ſectio. *Etmuller.*

15. *Revulſionem*) Poſt venæ brachii ſectionem, in pede etiam aperienda ut fiat revulſio ad diſtantiſſima: Si æger ſit obnoxius hæmorrhoidibus, utiliter etiam aperientur admotis *hirudinibus*, *Cucurbitula* etiam *ſcarificata* ſcapulis & dorſo; *Sine ferro* hypochondriis & inguinibus: *Frictiones* & *Ligatura* extremorum, per intervalla toto curationis decurſu. *Riverius.*

16. *Per venæ ſectionem &c.*) Evacuantia variis modis adminiſtrantur, primum ſanguinis miſſione per venam ſectam, in brachio illius lateris in quo gravedo aut punctio quædam ſentitur, quæ ſi plethora adſit, & immoderate fluat, cum revellendo fluxum illius nonnihil compeſcit; Idem molimur *ſcarificatione*, adhibitis ſimul *cucurbitulis*, in ſcapulis, colli lateribus, carpo: Vel *cucurbita* majori *hypochondriis* vel inguinibus admota; Dein & *Ligaturis*, *Frictionibus* extremitatum, ſicuti in hæmorrhagiis aliis, & præſertim narium: Provocamus *menſes* ſi ſubſtiterint, aut parce fluant, in muliere plethorica, Et in viris *hæmorrhoides* prius conſuetas ſi in hoc caſu ſint ſuppreſſæ. *Platerus.* Vide §. *Curatio ſanguinem ſiſtere jubet*)

16. *Per venæ ſectionem*). Niſi per pulſum debilem & caloris defectum prohibeatur. *Willis.*

17. *In brachio*) Illius lateris in quo gravitas aut punctio percipitur; In pauca quantitate, & per intervalla repetendo ad majorem revulſionem. *Riverius.*

18. *Malam ſanguinis qualitatem*) Sanguis quandoque tenuior eſt, ſimulque acris, tunc arteriolarum oſcula reſerat aut exedit: quandoque item craſſior, & ad coagulandum aptus, cum à venis ſatis prompte excipi nequeat, extravaſatur: Propter hujuſmodi ſanguinis vitia Scorbuto, aut febre peſtilente laborantes, etiam qui venena quædam biberunt, frequenter in Hæmoptoen cadunt. *Willis.*

18. *Malam ſanguinis qualitatem*) Ob quam ſanguinis corruptio in pus vel ſaniem metuenda, & modis omnibus prævenienda, inprimis per *Balſamum ſulphuris aniſatum*, cujus ope impeditur perverſio ſanguinis in pus aut ſaniem, pariſque ulceris incrementum, quin & promovetur hujus curatio, addendo decocto, micturæ &c. pectoral. *Sylvius de le Boë Pr. l. 1. c. 23.*

19. *Purgantia*) *Purgantia* vitentur, *Diuretica* potius ſunt optima, nam hæmoptoici minus ferunt catharſin, utpote à qua facile in tabem conjiciuntur, At ſane ipſi, uti & alii cognatis pectoris affectibus, ad tabem facile terminabilibus affecti, copioſiſſime, etiam à levi purgante, adeoque non ſine noxa purgantur. *Etmuller.*

Quoad *Purgantia*, prudentiæ medicæ ſelectus eorum & uſus commendantur, quæ nonniſi urgente bilis proventu impetuque, & ubi affectus quaidam dat inducias, blandiora cholagoga, v. g. *tamarinds*, *rhabarb.* in *aqua plantag. malvæ*, *portulac.* &c. infundi quandoque poſſunt; v. g. *rhabarb.* in ſubſtantia, aut *ſyrup. de cichor. cum rhabarb.* vel *ſyrupus magiſtr. Riverii* cap. de hæmopt. præſcriptus locum habent. Frequentius vero *clyſteres lenientes & refrigerantes*, alvo præſertim adſtricta, in uſum veniant. *Stranſſius.*

Vide §. 14. *Et cauſas reſpicit*)

20. *Grumos ſanguinis*) Sanguis undecunque delatus ne ibidem coaguletur, hinc & corrumpatur, mox convenientibus medicamentis ſervandus ſolutus, vel iterum ſolvendus excernendusque: In quem finem multis aliis præferendi ſunt, una cum *antimonio diaphoretico*, cancrorum oculi pauco aceto ſtillat. ex parte ſaltem ſoluti, & gratis additis aſſumpti, omnem enim abſolvunt paginam, E. g.

℞. *Aqu. hyſſop. fænic.* ana unc. j. *vitæ Matth.* ʒij. *aceti ſtillat.* ℥ß. *oculorum cancri* ʒß. *antimon diaphor.* ℈j. *ſyr. capill. ven.* unc. j. *Fiat miſtura cochleatim uſurpanda.*

Cavendum autem in talibus miſturis, oculos cancrorum aceto ſolut. capientibus, ſyrupi ex mucilaginoſis parati addantur, v. g. de *Althæa Fernelii*, *Jujubinus*, *violac.* &c. quia mox, aut paulo poſt redduntur inde inſtar mucilaginum ad inſtar ſpiſſæ, & ad uſum ineptæ, quod non facile fiet ſi ex aromaticis parati uſurpentur ſyrupi, ac præſertim ſatis recentes, cum temporis tractu evadant viſcidiores. *Idem.*

21. *Sed non ſolo aceto*) Toto curationis decurſu, ſi ſanguinis concreti in thorace ſuſpicio, diſſolvendus erit oxycrato; Id autem ex *Galeno* 5. m. m. ita temperandum erit ut potu ſit jucundum, nec ob acetum copioſius tuſſim excitet; ita enim ſanguinem ſolvit, & leviter adſtringit: dentur ℥vj. tepide bis aut ter in die, ſacch. etiam addito ne tuſſim moveat. Dandum autem cum jam aliquomodo fluere ceſſit ſanguis: Valent ad id carabe, & mumia, adſtringentibus & glutinantibus permiſcenda. *Riverius.*

22. *Adſtringentibus*) Adſtringentia reſolventibus vel bechicis moderando fiunt Pectoralia: Ita enim adſtringendum, ne vel aliquid relinquatur quod nocere queat, vel motus humorum vitalium, ipſiuſve pulmonis expanſio impediatur: Hinc in Hæmoptyſi optimæ ſunt ſpecies pro infuſo, vel decocto, ex plantis adſtringentibus, traumaticis, & pectoralibus: Hinc eadem adſtringentia cum *melle* miſcenda tunc monet *Galenus*: Hinc plurimos curavimus feliciter *pulvere ſtyptico* cum *lapid. cancror.* ad ℈j. ʒj. circiter dato; addito *laudano Opiato* ad gr. j. iij. Niſi enim hæc obſervetur cautio, permanens aliqua adhuc intus cruoris particula acrimoniam concipit, ichoreſcit, ſuppurationem, & conſequenter facile phthiſin inducit; Sic præter dicta id facit quoque *mumia*, *ſuccinum*, *ſanguis dracon.* aliaque quæ non ſolum ſanguinem coagulatum diſſolvunt, verum etiam ejus fluxum ſiſtunt, Sic & vi nimia adſtringentium juvenem hæmoptoicum præfocatum vidit *Jacchinus in 9. Rhaſ.* cui circumforaneus Emplaſtrum ex *gypſo*, *bolo*, *acacia*, *ſanguine draconis* &c. effecerat, toti pectori id applicando, adeo ut immobiles fierent muſculi, nec pectus expurgari poſſet. *Wedelius Am. m. m. p.* [illegible]

21 *Adſtringentibus*) Adſtringentium vis, obi paulo poſt remittit, novis doſibus juvanda eſt, ut conſtans ſequatur effectus: Contra eis deſiſtendum ubi metus recidivæ non eſt, vel mitiori gradu procedendum: Hinc 1. Pulveres, 2. Tincturas, 3. Infuſa & Decocta uſurpamus. *Wedelius Am. m. m. p. 61.*

22. *Adſtringentibus, vel ſiſtentibus*) De his etiam notandum, quia horum uſu ſputum ſupprimitur, unde difficultas ſpirandi exoritur, per intervalla recurrendum eſſe ad ea quæ pectus leniunt, & nihilominus ſanguinis ſputum cohibent: qualia ſunt ea quæ componuntur ex *g. arab. tragac. amylo & ſyr. de roſis ſiccis, cydonior. myrtillor. jujubino, de ſucco portul.* aut *plantag.*

De adſtringentibus etiam obſervandum, dum in uſum revocantur, ſi alvus non procedat, clyſtere proluendam eſſe, vel purgante medicamento adſtrictionem aliquam relinquente. *Riverius.*

23. *Siſtentibus*) *Alterantium* ſicut magis urget indicatio quam purgantium, ita eorum tutior quoque uſus, Præſtant vero quæ ſanguinis ferociam & æſtum mitigant, ejuſque fluorem incraſſando & adſtringendo corrigunt, e. g. *aqua plantag. burſa paſtor. portulac. hypnotica* & *contra ſputum ſanguinis Dornerellis, centenod.* ſyrupi *flor. papav. errat. portulac. ſymph. Fernelii,* Species *diaplantag. Mynſichti*, *Pulvis contra ſputum ſangu.* Heurnii (ob ſemen *hyoſcyami* quod ingreditur, cum caput lædat, diutius hic Pulvis non debet continuari) *Bolus Armena, uſnea homin. crocus martis adſtringens Tinctur. ſulphur. vitriol. Terra Japonica*, ſeu *catechu. Mixtura ſylvii* (omni ſanguinis excretioni conveniens) *l. 1. pr. c. 9. §. 15.* deſcripta &c. *Strauſſius.*

Præterea quæ ad Hæmorrhagiam in genere laudantur, ea conveniunt quæ acrimoniam vaſa erodentem, utpote cauſarum frequentiſſimam reſpiciunt, Inprimis *portulaca* & *plantago* ſunt inſignis commendationis, unde & *decoctum portulac.* cum *radice ſymphiti* & *herba prunella* in *vino rubro* paratum prodeſt: hinc & *hedera terreſtris*, plane mirabilis, idque inprimis poſt paroxyſmum, *partim* ſi qui adſunt grumi, reſolvendo, *partim* læſionem inductam conſolidando, *partim* alterxionem conſentorum hinc recidivam præcavendo; Hinc ejus *ſyrupus, decoctum*, conſerva ſunt polychreſta, v. g.

℞. *Conſerv. heder. terr.* unc. ij. *troch. de carabe* ʒj. *terra ſigillat. lapid. hæmat. prep. āā.* ℈j. *laudani op. gr.* iij. *cum ſ. q. ſyrupi de ſymph.* Fernelii *f. Electuarium.*

Conſerva etiam *roſar.* antiquæ, item *pulvis ſummitatum* & *piloſarum excreſcentiarum cynosbati* egregia ſunt ſpecifica in hoc malo, Non ſecus ac *oleum lini* cochleatim uſurpatum mira præſtat.

Si copioſe fluat ſanguis nobile eſt remedium hoc ſimplex

℞. *Mala cydonia cruda, ſeu matura, ſeu immatura, ſcinde minutim in tenues lamellas, coque diu in aqua communi in diplomate, donec molleſcant, ubi cocta ſunt, ſepara aquam ſeorſim, laminas vero exprime fortiter.* Hic *ſuccus* detur à cochl. j ad ij. *ter quaterve in die.*

Hoc, præmiſſa *Vena ſectione*, ſiſtit omnem hæmorrhagiam pulmonum, etiamſi à corroſione fuerit.

Deinde *aquam illam decoctionis cydoniorum*, per reſidentiam clarificatam, & addito modico *ſacch. candi*, vel *decoctum hordei* in quo *paſſula corinthiaca* coctæ, Hoc ego nunquam ſine certo auxilio niſus fui.

Stercus muris ʒß. ad ʒj. cum ſucco *plantaginis propinetur, addito ſaccharo pauco, miſce fiat Potio mane ſtomacho jejuno, & veſperi in introitu lecti danda, per aliquot dies.*

Conveniunt in ſpecie ſi fuerit hæmoptyſis ob ruptum pulmonis vas.

In malo graviori ex cauſis externis, ſæpe recidivante, *Decocta pectoralia ex lignis* ſunt egregia. *Alexander.*

Si malum ſit ex *eroſione*, eaque exigua, *Galenus 9. m. m. c. 6.* exhibet *paſtillos Andronis, Polyida, paſtillos è charta combuſta*, qui habent vim abſumendi materiam fluxam & purulentam: *Cap. 1. l. 3. K. T.* & conficiuntur è vehementiſſimis medicamentis, tum ex aliis tum è *chalcantho*, unde aliqui habent pro ſecreto in ſputo ſanguinis *ol. deſtill.* è *chalcantho, cujus gtt.* i *ad ſummum* ij. exhibent cum *aqua plantag.* Si [illegible] *eroſione* ſanguis paulatim exit, ſtatuit *Galenus* [illegible] Paſtillos eſſe exhibendos: Si autem ſanguinis fluxus profuſior & copioſus, oportet uti vehementer adſtringentibus; deinde his adſtringentibus oportet permiſcere dictos Paſtillos, & tandem exhibere ſolos *Paſtillos*, ſed diſſolutos cum ſucco, vel *decocto è rubo, è myrtho, lentiſco, cotoneo, meſpilis.* In *ſputo ſanguinis ex eroſione* adeſt ſoluta unitas cum deperditione ſubſtantiæ partis; hujus ratione, oportet uti medicamento exſiccante, abſumente purulentam materiam quæ generatur in abraſione, quæ impedit nutritionem, incarnationem, Indicatur ergo ſiccans, cujus materia eſt *paſtillus*, Subito devenit *Galenus* ad paſtillos ita vehementes, quia ubi malum progreditur, actum eſt: Medici noſtri his nunquam utuntur, dant *ſacchar. roſat. bolum Armenum, aqu roſar.* & omnes ægri moriuntur, quoniam niſi fiat exſiccatio ex integro, non eſt poſſibile tolli ſolutam unitatem. *Capivaccius Prax. l. 2. c. 6.*

Multis quibus ſputum copioſe reddebatur, neque medicamenta juvarent, *profuit* ʒj. *Philon. Perſic.* cum *aqu. plantag. & portul.* ante cibum. Ut & *jus frigidum* decoctorum *zizipborum* in quo candens ferrum extinctum fuerit. *Foreſtus lib. 16. obſ. 11.*

Secretum *Hectoris de Manfredis* hoc eſt

℞. *Chamadr. q. ſ. contunde, infunde in aqua ſcabioſa & vino*, exprime & calide bibe. *Rud. Goecnius.*

Medicus quidam ſummi experimenti pro certo tradit *aquam* ſeu *ſuccum cyclaminis* ad virium habere, ſi ad unc. iij. vel iv. exhibeatur. *Chriſtoph. Guarinonius conſ. 188.*

Non contemnendum remedium hoc eſt, ex *pellicul*is exiſtentibus ſupra *carnem glandium* aut caſtanearum, quarum *Pulvis ex decocto centinodia, cauda equina, ſem. arnogloſſa, & tormentilla* utiliſſime datur cum *gtt. 4. vel 6. olei vitrioli*, aut cum pauco *vino rubello*. *P. Mich. de Heredia Oper. p. 112.*

Sal ex urina hydropici paratum, ſæpius repetita diſſolutione & coagulatione depuratum, & q. l. ſpirituale redditum, mirabilia præſtat in omni ſanguinis profluvio. *Joh. Sophron. Kozack Tr. de Sale c. 6.*

Soleo ſummo cum fructu ſingulo mane ʒß. plus minuſve *ſem. papav. albi cum* ℥ß. *ſacch. roſ. antiqui prabere*, quod remedium pluribus inſigne juvamen attuliſſe ſcio. *H. Mercurialis Pr. l. 2. c. 3.*

Cortex è radice olea tenerrime raſus crebro guſtatus, & illinctus *ex melle roſac.* ſanguinem expuentibus miraculo quodam medetur. *Ant. Mizaldus, Horti Med. camp. 7.*

Thus ebibitum ſingulare præſidium eſt, ut & *ferula*. *G. Varignana Secr. Tr. 8. c. 6.*

Deum teſtor quod multos hoc modo ſanavi.

℞. *Tragac. g. Arab. ſangu. dracon. boli Arm. amyli. ſpod āā.* ℈iij. *hæmat. ſem. plantag. papav. mumia, acacia, hypociſt. āā.* ʒiij. *ſyr. roſ. q. ſ. m. f. Electuar. Idem.*

Secretum & infallibile experimentum eſt datum qualibet hora & tempore.

℞. *Teſtam. ovi crudi*, abjecta cuticula interiore, pulveriletur,

℞. *Hujus pulver.* ʒij. *aqu. plantag.* ℥uj. M. ſ.

Si efficacius operari cupis, per v. dies continuos ʒij. dabis *cum ſyr. de portulaca, de roſis ſiccis, & myrtino āā.* ℥ß. *Miſc. Ben. Vict. Faventinus Empir. c. 13.*

Syrupus iste eſt admirabilis,

℞. *Succ. plantag. & verbenæ depurata* ℔ij. in quo eb[illegible] *gumm. Arab. tragac. aſſat. ſucci liquir.* āā. [illegible] *n. dracon. bolo arm.* āā. ℥iß. *ſacch. roſ.* [illegible] *rupis.* [illegible] valet ad utum ſanguinis unde-[illegible] *Villanovanus Brev. l.2.c.8.*

[illegible] pertum.

℞. [illegible] bulliant in *vino rubello*, vel [illegible] ptionem tertiæ partis. Da ma-[illegible]

[illegible] ſanguinem putum aliquot dies cum [illegible] effundebat, ſequente mox ſumma imbecill[illegible] *trochiſcos de alkek. cum opio* ut aliquot noc[illegible] cum *lacte caprillo* diſſolutos biberet, Profuerunt plurimum & à lethali morbo ſanus evaſit. *Felix [illegible]laterus Obſerv. p.792.*

Philonium Perſ. [illegible] aut tantundem noſtri Electuar. ad putum ſanguinis, quod eſt mirabile, ſumat mane & veſperi.

℞. *Semin. hyoſcyami albi, papav. albi* āā. ʒx. *terræ ſigil. corall. r.* āā. ʒv. *ſacch. roſati antiquiſſ. q. ſ.* f. Electuarium. *Helidaus de Paduanus conſ.7.l.3. conſ. Crato nis.*

[24] *Topica*) Extrinſecus Thoracis regioni admota, ad venam in Pulmonibus apertuam, vel rupturam, adſtrictionem parum juvare poſſunt, cum pulmones pectori minime ſint continuati; & valide adſtringentia pectori appoſita, ſanguinem in eo retineant; itaque ea malumus omittere, cum *leviora* ex illis iuncta, quæ tantum concedunt, ut *oleum myrtillor. lentiſcin. cydonior.* exiguum effectum præſtare poſſint; & *fortiora*, quæ ſi è vena thoracis aliqua ſanguis emanet, eo in loco ubi dolor aliquis in eo ſentitur, adhibentur, cum tunc ſanguis ille minime expuatur, illius expuitioni proinde minime conveniant, ſed empyemati potius aut phthiſi, quæ inde ſubſequitur. *Platerus.*

Externus mire prodeſt id quod fit ex *thure, terra ſigill. bolo Arm. ovi* albumine incorporatis.

Emplaſtrum etiam hoc mirabilis efficaciæ eſt.

℞. *Ceræ, picis, reſinæ pini, bitumin.* āā. ℔ß. *mannæ thur.* ʒiij. *ceruſæ* ℥ij. *opopan.* ℥j. *olei* ℥iiij. *aceti ſextarium*: *Ceram, bitumen, oleum*, & majorem *aceti* partem in vaſe colliquato, deinde *picem* & *reſinam* adjice, & ubi ſecoctum fuerit, & utcnoque refrigeratis *atramentum ſutorium* potgatum, & ex *aceti ſextarii* levigatum ſiccatumque paulatim inſpergito & commoveto, ne quid effervefcat; hinc *opopanac.* immittito; poſt *ceruſſam* & *mannam thuris* inſpergito, fiat ſ. a. Empl. *Mercatus Pr. l.2.c.5.*

Tritum *apri ſtercus* admotum ſanare certiſſimum eſt *Brunsfelſius.*

Vitetor intempeſtivus Adſtringentium uſus, quo juvenis ex cantu factus hæmoptoicus, cum circumforaneus *Empl. ex bolo, gypſo, acacia, ſanguine dracon* &c. toti ægrotantis pectori *ἀνεμωσμένως* impoſuiſſet, præfocatus periit, *Jacchinus in Rhaſin l.9. c.36.*

Experimentum mire ſanans cruenta excreſcentes, Ex *pini reſina* corio ſuperextenſa, *farinæ maſtiches* pauxillo atque *caryophyllor.* pectori & ventriculo appoſitum. *Ant. Fumanellus.*

Inter ſiſtentia, Numerantur *Polygonum*. ſpecifice proficuum; *Nuces pineæ*, admodum commendatæ, magis tamen in alimento proficuæ: *Wedelius Am. m. m. p.143.*

[25] *Et partibus adhibitum*) In curationis decurſu, ad fervorem hepatis temperandum, Epithema refrigerans hypochondrio dextro admovendum.

℞. *Aqu. roſar. plantag. & cichor.* āā. ℥iv. *aceti roſ.* ℥ij. *pulv. elect. triaſant.* ʒiß. *campb.* ℈j. Fiat Epithema applicandum tepide. Poſt uſum Epithematis inungatur eadem pars *unguento roſac.* vel *cerato ſantal.* addendo aceti roſac parum unctionis tempore. Lumbi etiam & ſpina dorſi illinantur *oleo roſac. & nymph.* lotis in aceto, addendo parum *camphora*, ut ſanguinis in majoribus vaſis contenti fervor temperetur: Cavendum tamen eſt ab iis quæ vehementer adſtringunt, quia ſanguinem à majoribus vaſis in pulmonem propellerent.

Balneum in hoc affectu conveniret ad viſcerum calorem temperandum, ſed quia relaxare, & venas magis reſerare poteſt, ideo illius uſus fugiendus eſt. *Riverius*

Bufo transfoſſus, ſi in manibus teneatur, certum eſt experimentum per ſympathiam; Valet etiam de pectore ſuſpenſus. *Fred. Hofmanns m. m. p. 311.*

Burſa Paſtoris ſub axillis geſtata, vel etiam retenta manu plurimum prodeſt. *S. Pauli Quadr. Bot. p. 231.*

Diæta.

Vivendi rationem quod attinet, in Aëre verſentur frigidiuſculo & ſicciore, per ſe vel arte facto, qui attractus cum ad Pulmones recta perveniat, plurimum ſiccando juvabit; maxime ſuffumigatus, accenſo *thure, maſtiche*, aliiſque ſiccantibus.

Cibis utantur glutinoſis, ex ejuſmodi carnibus coctis: *Cochlearum terreſtrium* elixarum eſum commendant, uti & *turturum ſanguinem*, itidem *hœdi*, Comedant *amylum* cum *aqua roſar.* coctum, & *pultes* alias ex *farinis.*

Item *oryzata, hordeata, ovum* leviter coctum, & velut crudum adhue, ſæpe ſorptum, probatur *Portulaca* recens ſæpe manſa, vel in acetariis, ut alias ſolent, comeſta, aut etiam cocta, valde proderit, *Fructus acidali*, crudi præparative.

Bibant *aquam, lac, ptiſanam*, Temperent ſibi à *vino* potenti, & alias actu potenti aliove potu actu potentiave admodum calefaciente.

Quies, ſomnus, qui niſi ſponte adſit ſoporiferis invitandus proſunt, A *vociferatione & tuſſi* ſibi caveant, parum loquantur. *Platerus.*

[26] *Differentia* à cauſis & [27] partibus ſumuntur.

I. Alia eſt à [28] *cauſis externis*, imprimis [a] *caſu ab alto*, in qua ſi febris adeſt, vena ſecanda, [29] ſanguis ſequentibus ſiſtendus, *coagulatus diſſolvendus*, [30] cui ſcopo inſerviunt *ſperma ceti, ſanguis hirci, oculi cancri*, cum *halecum anima, carbones tiliæ dr.* I. *pondere in aqua charefolis* vel *aceto*, hauſtus *aquæ ſalſa*; *diaphoreticum in peracutis*; *Radix Cruciata* in olla cereviſiæ plena, benè munita, decocta.

Alia [31] ab *internis*, [32] ut anaſtomoſi, diapedeſi, diæreſi, de quibus caput de hæmorrhagia narium videndum.

De cætero [33] inter ſiſtentia hæmoptyſin ſunt & ſequentia, *Terra Lemnia* [34] *lapis hæmatites, corallium, ſemen* [35] *hyoſcyami, papaveris, camphora* ſcrup. I. in cyatho aquæ ciſternæ exhibita: Conſerva *roſar. rubrar vetus cum camphora*, [36] ſyrup. [37] *portulacæ, piloſellæ*, ſeu de *pede cati, plantag. ſymphyti*: Mixtura ex [38] *aqua radic. urticæ deſtill. unc.* j. cum [39] *olei vitrioli* q. ſ. ad gratum acorem: [40] *excrementorum porcorum campeſtrium ſuccus in cereviſia, aceto vel vino coctus & exhibitus.* [41] *Pulvis Scaligeri* ſummopere ab *Hallerio* commendatur, qui paratur ex *Spod. roſ. rubr.*

bolo armena, *terra ſigill. hæmat.* ana dr. v. *corall. rubris*, *carabe*, *margarit.* non perforat. ana dr. ii. *gummi arab. tragac.* ana dr. ii. *ſemin. papav. albi*, *ſem. malvæ*, *roſar. plantaginis*, *cornu cervi uſti* ana dr. ii. *acat. ſucci liquirit.* ana dr. ii. *amyli torrefacti* dr. iii. qui dr. ii. pondere in aqua pluviali vel fluviatili datur. Curatum diuturnum (triginta annorum apud *Tulpium* habes) [42] *amylo* in aqua decocto & ſine calce parato, panarellæ inſtar per menſem integrum manè ſumpto. *Mercurialis* ſe hunc affectum fomento ex [43] *aqua gelidâ teſtibus appoſito* curaſſe in Epidem. II. p. 40. ſcribit.

II. Alia eſt à [44] *Cerebro mittente*, quæ [45] *Cognoſcitur* ex ſanguine minimè ſpumoſo cum [illegible]tu nonnunquam & tuſſi rejecto, capitis dolore gravativo, venis frontis elatis, exſcreatione frequenti, ſenſu caloris & ſaporis ſanguinei, Gargariſmata hic valent.

Alia à *Faucibus*, quæ *Cognoſcitur* ex ſcreatu, ſolutione continui depreſſa lingua conſpicua, quæ gingivas & oris partes etiam prodit cum ſimplici exſpuitione. Gargariſmate ex *corticibus radic. prunor. ſylveſtr. ſumach. &c.* tollitur.

Alia à [46] *Gutture*, [47] in qua ſanguis frequenti tuſſicula cum dolore laryngis rejicitur.

Alia ab [48] *Aſpera arteria*, in qua prodit ſanguis paucus, ruber & calens; aliquando cum ramento parva tuſſi rejecto, & partis nonnullo dolore.

Alia à *Thorace*, in qua ſanguis eſt minimè ſpumoſus, ſed nigricans & grumoſus, interdum fœtidus & puri miſtus, cum tuſſi & dolore rejectus.

Curatur 1. Venæ epaticæ dextri lateris ſectione, & detrahi per vices ac paulatim ſanguis debet. 2. Evacuatione per cholagoga. 3. Incraſſatione, ubi valent [49] *Trochiſc. de Carabe*, *de ſpodio*, *de terra ſigillata*, Spiritus vitrioli gutt. vi. cum dr. ſ. aquæ ſanguinis humani per B. M. deſtillati in juſculo, ſecreti loco apud Salam.

Alia à [50] *Pulmonibus*, in qua ſanguis eſt [51] ſpumoſus perſeveranter, floridus, fervens, confertus [52] cum tuſſi, abſque dolore: quandoque ipſius putrefacta particula una rejicitur.

Alia ab [53] *Inferioribus partibus*, in qua ſanguis exiguus, vomitu cum dolore & cruenta dejectione ejicitur &c.

[26] *Differentia*) Hæmoptyſis nunc eſt *recens*, nunc *inveterata*, & hæc vel *periodica* vel *non periodica*: Sane Hæmoptoſeon inveteratarum periodicarum innocuarum, quin potius cum euphoria ægrorum plura hinc inde proſtant exempla: Sic *anniverſariam hæmoptyſin* obſervavit *Rhodius cent. 2. obſ. 84.* Sic *diurnam periodicam* notat *Amatus cent. 6. cur. 49.* Caſus revera ſingularis, cum æger ſingulis horis interdiu ſemel exſpuat ſanguinem, noctu vero licet vigilet nihil excernat. *Indolens* ſubinde eſt *Hæmoptyſis*, nunc vero *cum dolore* plus minus conjuncta, vel *conſtrictivo* pulmonum, vel *gravativo* obtuſo eorundem, vel *rodente* & plus minus irritante in aſpera arteria &c. pro cauſarum ſcilicet varietate. *Etmuller.*

[27] *A partibus ſumuntur*) Aliquando à *Naribus* deſcendens ſanguis in os exſpuitur: Tunc non aliam curam quam quæ Narium hæmorragiæ debetur, ut inde fluens ſiſtatur, exigit: Si tamen periculum ſit ne in os delatus deglutiatur, vel in pulmones defluat; quod tamen vix fieri poteſt, cum ad aſperam arteriam perveniens, mox tuſſim excitans, ſubito per eam rejiciatur, decubitu prono, capitiſque inclinatione antrorſum, ut potius per nares effluat, quam retrorſum in narium amplitudinem, indeque ad fauces relabatur, aliquo pacto cavebitur: *Aquæ retentione in ore*, ne ultra deſcendat, itidem præcavetur. *Platerus.*

[28] *A cauſis externis*) Inter cauſas Evidentes referri debent imprimis caloris aut frigoris exceſſus, quippe cum ſanguis ſupra modum æſtuat, aut tranſpiratio ejus per poros cutis impeditur, immaniter exinde turgeſcens, frequenter è vaſis pneumonicis erumpit: hinc notavit olim *Hippocr.* & etiamnum vulgi obſervatio eſt, hæmoptyſes ſæpiſſime contingere in hyeme flante Borea, Nec minus rar[illegible] Therm[illegible]rum uſus multis, antea ſatis ſanis, hoc malum intulit Quinimo hoc plures à vini, aut aquarum a[illegible] potu, ab ictu, lapſu, exclam[illegible]u, tuſſi, aliaque violenta totius po[illegible] pulmon[illegible] ag[illegible]tione paſſi[illegible] contrahunt, [illegible] quædam & juxta *Heurnium*, tadi lu[illegible] (cujus ratio non facile patet, neque fides conſtat) hunc affectum excitare perhibentur. *Willis.*

Cauſæ externæ ad anaſtomoſin, diapedeſin, eroſionem & ruptionem vaſorum concurrunt mediate vel immediate: Immediate id præſtant ictus, caſus, vulnus & alia id genus: Mediate vero operantur quæcunque ſanguinem multiplicare, calefacere aut attenuare poſſunt, ut victus plenior aut calidior; menſium aut hæmorrhoidum ſuppreſſio, exercitatio nimia, calor ingens, æſtus, longa in ſole mora, & alia quamplurima.

Frigus etiam externum vaſorum diſruptionem poteſt adjuvare, eorum tunicas duriores, & ad extenſionem difficiliores reddens: ad hoc tamen concurrere debet motus vehemens, aut humorum abundantia. *Riverius.*

Rarum eſt quod cum potu hauriantur *hirudines*, quæ in fontibus morantes, & ſanguinem emulgentes hæmoptyſin inducant; *Thermarum* uſus in quibuſdam hoc malum excitavit. *Etmuller.*

a. *Caſu ab alto*) Vide ſuperius caput de Empyemate.

[29] *Sanguis ſiſtendus, coagulatus diſſolvendus*) Medicamentum ſingulare, ſtipticans locum unde fluit ſanguis, & ſanguinem qui eſt coagulatus & congelatus ſecernit, ſiſtendo ſanguinis fluxum qui exit ab ore, qui propter aliquam violentiam vel conatum decurrit ad interiora. Hæc autem debent ſtatim ab initio fieri antequam fiat Apoſtema.

℞. *Cinerem vitis domeſtica, extingue in aceto, deinde addens plus de aceto permiſce & cola per pannum, & permiſce parum de aqua, & exhibe in potu patienti cochlearis quantitatem vel circa.*

Poſtquam feceris remedia prædicta, da ʒj. *trochiſc. de carabe cum aqua portulac. vel burſa paſtor.* aut cum decoctione *cydonior.* aut *myrtillor.* ſed primo cum *aceto* mane & ſero, per horas duas ante cibum: Quod ſi parum ſanguinis extraxiſti, reitera phlebotomiam, & unge pectus cum iiſdem *trochiſcis diſſolutis cum aqua burſa paſtor.* [illegible]rtulacæ, aut applica ſuper pectus *lenticulam paluſtrem contuſam*, aut *radicem conſol. maj.* aut *fimum columbar. exſiccatum*, & pulveriſ. diſſolutum cum aceto. *Pet. Bayrus Pr. l. 9. c. 2.*

30. Cu

[illegible] *[illegible]mo inſervinnt*) Datur *rhabarbarum* ab al[illegible], rupt[illegible] & tam interne quam externe [illegible]mo [illegible]to, præſertimque ſi *vino auſte*[illegible] pondere [illegible]atur, addito ſinceræ *mumia* [illegible]to, ac [illegible] *erythrodani radicis* tantundem. *Matthiolu*.

[illegible] bi[illegible]ter ab alto devolutis, ex *fili*-*que*[illegible] e medul[illegible], additis *Lemnia ſphragitide*, & *rub*[illegible]ce. *Idem.*

31. *Alia ab internis*) Quoad cauſas Procatarcticas & Evidentes, utræque harum multiplices & variæ exiſtunt, In priore cenſu habentur imprimis Pulmonum indiſpoſitio hæreditaria, uti cum ipſi debiles & teneri, cum pectoris anguſt[illegible] originaliter fuerint; Porro illorum à tuſſi, empyemate, aut pleuritide prægreſſis mala affectio, & præſertim obſtructio, aut conformatio ad Hæmoptoen valde diſponunt, ac ita potius, ſi tali diatheſi ſanguinis acrimonia, ſive dyſcraſia, à mala victus ratione, aëre inſalubri, aut aliis modis contracta acceſſerit. Fluxus menſtrualis, hæmorrhoidalis, aut è naribus effluentis ſuppreſſio, quoivis fere ad ſputum ſanguineum inclinat. *Willis.*

32. *Ut anaſtomoſi, diapedeſi &c.*) Cum omne ſymptoma pendeat à morbo, tanquam cauſa proxima & immediata, hujus cauſa erit morbus Organicus, qui duplex, Anaſtomoſis, & Diapedeſis: vel Communis, qui etiam duplex, Eorundem vaſorum *Ruptio* & *Eroſio*: Si per *Anaſtomoſin* ſanguis feratur, cauſæ vaſorum orificia aperientes præceſſerunt, Internæ ſunt ſanguinis quantitas vel qualitas excedens: Quantitate peccans venas rumpere, aut orificia illarum aperire poteſt, & ſic rixin aut anaſtomoſin efficere: Idem vero qualitate peccans, ſi nimirum calidior tenuiorque ſit, per anaſtomoſin effluere poteſt, quia calor orificia dilatat, & tenuitas ſanguinis efficit ut facilius effluere poſſit: Præterea ſanguis egreditur mediocri quantitate & ſine dolore.

Si per *diapedeſin* effluat ſanguis, ſeroſus is eſt, paucus & ſine dolore; Eædem vero qualitates illam faciunt; calore enim rarefacit tunicas vaſorum, Tenuitas vero ſanguinis efficit ut per poros earum tunicarum facilius transfluere poſſit; Per *Rixin* erumpens copioſus eſt, ſi plethora præceſſit, vel cauſa aliqua externa ruptionem vaſorum efficere valens. Si denique per *venarum eroſionem* ſanguinis profluxerit, ſalſæ vel acres è capite defluxiones præceſſerunt, ſanguis ſalſedinis vel acrimoniæ particeps apparet; & male coloratus: præceſſereque cauſæ humores acres generantes: Initio paucus ſanguis exſpuitur; In progreſſu, aucta eroſione, copioſior, tandemque puris ſputum conſequitur. *Riverius.*

33. *Inter ſiſtentia*) Agmen merito ducunt quæ ſymptomati plurimum urgenti occurrunt, ſanguinis per tuſſim, aut alias è pulmonibus ejecti effluxum ſubito cohibeant; In hujuſmodi medicamentorum primipilo habeantur iſta quæ impediunt ne ſanguis ad partem affectam confluat, ſimulque virtute quadam adſtrictiva, ſimulque agglutinativa, qua vaſis apertura claudatur, pollent, atque, poſt alvum per enema ſubductam, phlebotomiam, protenus exhiberi ſolent in forma Julapii, Decocti, Emulſionis, ſucculentæ Expreſſionis, Pulveris, Pilularum aut Eclegmatis: Singulorum ex his, ubi etiam Hypnoticorum, præſcripta quædam elegantiora & maxime efficacia ſubjiciemus, quæ tamen non paſſim & indifferenter, ſed juxta prudentis Medici conſilium, pro varia patientis conſtitutione, & morbi conditione uſurpari debent.

Iulapia & Aqua diſtillata.

℞. *Aqu. portul. papav. rhœad.* ā℥vj. *ſangu. drac. tenuiſſ. levigat*, ʒß. *ſyr. papav. rhœad.* ℥ij. *ſpir. vitr. martis* ℈ß. *miſce. Doſis* ℥iij. *repetendo intra* 5. *vel* 6. *horas*.

℞. *Aqu. plantag.* ℔iß. *gumm. tragac. arab. pulv.* āā ʒß. *miſce & diſſolve, dein adde ſyr. roſ. ſicc.* ℥iß. *f. Jul. doſis* ℥iij. *vel* iv. 3. *vel* 4. *in die*.

℞. *Ror. vitrioli ſive phlegmatis fere inſipidi* ℔j. *ſyr. myrtin.* ℥ij. *m. Doſis* ℥iij. *aut* iv. *ſæpius in die vel nocte*.

℞. *Summ. Cypreſſ. m.* viij. *fol. aut flor. ſalic. m.* vij. *rad. ſymph. maj. nymph.* āā ℔ß. *balauſt. m.* ij. *omnibus ſimul conciſis affunde lactis rec.* ℔viij. *deſtilla organis commun. doſis* ℥iij. *vel* iv. *ter aut* 4. *in die*.

℞. *Hujus aqu. deſtill. & aqu. plantag.* āā. ℔ß. *g. tragac. arab.* āā. ʒij. *diſſolve, doſis* ℥iij. *tertia quaque hora*.

Sequens mixtura cochleatim à *Fred. Deckero* præſcribitur, & remedium utile videtur.

℞. *Aqu. plantag.* ℥ij. *cinnam.* ʒij. *conf. hyacinth.* ʒiß. *aceti ſtill.* ℥ß. *corallor. ppr.* ʒß. *flor. balauſt. ſang. drac.* āā. ℈ß. *laud op. gr.* iij. *ſyr. mirth.* ℥j. *m.*

℞. *Aqu. plantag. roſ. rub. portul.* āā. ℥iv. *lap. hæmat. & ſangu. drac. in pollinem redacti* āā. ʒß. *ſacch. c.* ʒvj. *f. Julapium*.

Solutio vitrioli comm. vel vitrioli martis in aqu. font. facta & cum petiis vulneri applicata, hæmorrhagias quaſcunque egregie ſiſtit, Eam vero intus exhibere haud convenit.

Decocta, Tincturæ, Emulſiones.

℞. *Fol. ſanguinar. pervinca, piloſella, plantag. lunula, bellid. utr.* āā. *m.* j. *flor. roſar. r. m.* ß. *hordei* ʒß. *paſſul.* ℥ij. *coque in aqu. extinct. ferri* ℔iij. *ad* ij. *colat. adde ſyr. è ſucco hyperici* ℥ij. *vel. de piloſella, f. Apozema, doſis* ℥iv. *vel* vj. *ter in die*.

℞. *Fol. hyper. torment. totius, pimpin. mai. ulmar.* āā. *m.* j. *ſemin. portul. plantag. acetoſ.* āā. ʒj. *conſ. roſar. r.* ℔ß. *aqu. font.* ℔iv. *ebulliant clauſe in B. M. per horas* xij. *colat. adde ſyr. vitr. martis* ℈ß. *ſumat eodem modo*.

℞. *Aqu. hord. cum radic. rubia tinctor. incocti* ℔iß. *affunde tepide flor. roſar. rubr. m.* j. *adde ſpir. vitrioli* ℈j. *f. Emulſio clauſa & calida per horas* iij. *f. Tinctura, colaturæ adde ſyr. e ſucco hyper.* ℥iß. *ſumantur* ℥iij. *vel* iv. *ter vel quater in die*.

℞. *Decocti rad. urtica rec.* ℔ß. *ſem. papav. albi, hyoſcyami,* āā. ʒij. *ſem. melon. excortic.* ʒvj. *f. ſ. a. Emulſio edulcorata cum ſacch. penidiato, Doſis* ℥iv. *ter vel quater in die*.

Herbarum ſucci, & expreſſiones ſucculentæ.

℞. *Succi fol plantag.* ℔ß. *ſume ad* ʒij. *vel* iij. *ter in die cum aqua deſtill. ſuperius præſcripta, edulcorando ad placitum*.

℞. *Fol. urtic. rec. plantag. bellid. min.* āā. *m.* iv. *ſimul contuſis affunde aqua portul.* ʒvj. *f. expreſſio fortis, ſumatur eodem modo*.

Pulveres & Pilulæ.

℞. *Pulv. lap.* hæmat. ſangu. drac. cum aqu. roſ. in marmore *triti*, *margar.* āā. ʒj. *boli arm. terræ lemn.* āā. ʒß. *trochiſc. de alkek.* ʒij. *f. Pulvis, divide in* xij. *partes capias* j. *ter in die cum aqua deſtill. ſuperius præſcr.*

℞. *Sem. hyoſcyam. papav. a.* āā. ʒx. *terræ ſigill. corall. r.* āā. ʒv. *ſacch. roſ.* ℥iij. *f. Pulvis, Doſis* ʒj. *mane & veſp.* Compoſitio hæc cum ſyr. idoneo in conſiſtentiam mollem redacta, *Electuarium Helidæ*, olim in Germania celebre, vocatur.

Prædicti Pulveres etiam poſſunt in Pilulas & Tabulas *idoneas, adjiciendo ſolutionem tragac. vel ſyrupum idoneum redigi.*

Excreſcentia ſpongioſa cynorrhodi fructibus adnaſci ſolita, in pulverem redacta, ad ʒß. bis in die exhibita, remedium in Hæmoptoë valde proficuum eſt.

℞. *Millefol. contuſi & æſtivo ſole ſiccati q.v. redigatur in Pulverem ſubtilem, & in vitro ſervetur ad uſum: Doſis ʒß. ad ʒj. bis in die in vehiculo idoneo.*

Eclegmata & Electuaria.

℞. *Conſerv. roſ. rubr. cynorrh.* āā. ℥ij. *pulv. ſem. papav. albi, hyoſci.* āā. ʒij. *ſpec. diatrag. frig.* ʒiß. *lap. hæmat. ſangu. drac. præpar.* āā. ʒß. *ſyr. papav. rh. q. ſ. f. Electuar. Capiat qu. nuc. caſtaneæ. veſperi & mane; aliis temporibus lambat cum baculo liquir.*

℞. *Conſ. flor. ſymph. maj. nymph.* āā. ℥iß. *trochiſc. de alkek. diatragac. fr.* āā. ʒiß. *ſyr. jujub. q. ſ. f. Eclegma molle de quo ſæpe lambatur.*

℞. *Album. ovi fortiter agitati* ℥ij. *ſacchar. roſat.* ʒj. *amyl.* ʒiij. *f. Lohoc, ſumendum ſæpe è cochleari.*

℞. *Conſerv. roſ. rubr.* ℥iij. *Balſami Lucatellæ* ℥ß. *troch. de alkek.* ʒij. *ſyr. papav. rh. q. ſ. f. Eclegma molle: Qu. nuc. caſtaneæ mane & veſperi ſumatur.* Willis.

Julepus ſequens ab initio ter in die repetendus.

℞. *Aquar. plantag. papav. rh.* āā. ℥ij. *ſyr. de roſ. ſiccis.* ℥j. *ſalis prunellæ* ʒj. *m. f. Julep.*

Demum exhibeantur medicamenta quæ oſcula reſerata occludant vi emplaſtica & adſtringente, ita tamen ne nimia adſtrictione ſanguinem in pectore retineant: Quin potius ea interdum permiſceantur quæ ſanguinem extravaſatum & concretum diſſolvant & expectorent; Sequentia præſtantiſſima ſunt.

℞. *Boli armen. terræ ſigillat. corall. utr. lap. hæmatit.* āā. ʒß. *ſacch. roſac.* ℥ß. *album. ovi cum aqu. roſ. fortiter agitatum n°. j. f. Lohoc, quo utatur ex cochleari frequenter.*

℞. *Liquor. album. ovi fortiter agitati* ℥ij. *ſacch. roſ.* ℥j. *amyli* ʒiij. *m. f. Lohoch.*

℞. *Conſerv. roſ. ſiccat. troch. de carabe. de terra ſigill.* āā. ʒß. *margar. præpar.* ℈j. *ſacch. roſ. ad pondus omn. fiat Conditum, capiat cochlear unum hora ante paſtum.*

℞. *Succi portul.* ℥xij. *ſacch.* ℥viij. *coqu. in ſyr. ſumatur frequenter ſenſim lambendo*, Syrupus hic præ cæteris excellit. In Portulacæ defectu fiat ex *ſucco plantaginis.*

Efficax eſt ſyrupus ex ſymphyto *Fernelii*, apud *Bauderonium.*

℞. *Millefol. flore albo & fl. luteo* āā. *m. ij. rad. torment. rec. & cum foliis ſi haberi poſſit*, ℥iß. *pimpin. maj. m. j. conſerv. roſ. rubr.* ℔ß. *aq. font.* ℔. xvj. *Ponantur in olla vitreata, quæ cum ſuo operculo diligenter lutetur, ut vapores non exſpirent: committatur M. B. bullienti per horas xvj. Colatura ſervetur in vaſe vitreo, doſis* ℥vj. *mane, meridie & veſperi.*

℞. *Troch. de Carabe* ʒj. *aqu. plantag. & roſar.* āā. ℥iß. *ſyr. myrtin. & de roſ. ſiccis* āā. ℥ß. *m. f. Julep.*

℞. *Spir. vitr.* ℈ß. *aqu. plantag.* ℥iv. *m. f. Potio*, Subito ſiſtit ſanguinem tuſſi vel vomitu rejectum.

Syrupus corallor. ad cochl. ij. ſingulis diebus exhibitus omni ſanguinis fluxui convenientiſſimus eſt. At *Tinctura corall. cum ſucco limon.* recenti extracta, citius operatur.

Quercetanus in Pharmacopœa *Aquam* deſcribit magnarum virium, datur ad cochl. ij. vel iij. per ſe, aut cum ſyrupo.

Valet *Diacodium album* in curatione Phrenitidis deſcriptum.

Sanguis draconis omnem venarum apertionem internam mire conglutinat ad ʒß. cum aqua plantag. aut alio liquore conveniente.

Pilulæ ſublinguales uſitatiſſimæ ſunt. E. g.

℞. *Mucilag. g. tragac. & arab. extracta cum aqua plantag.* ʒij. *mumiæ, maſtiches*, āā. ʒj. *ſacch. roſac. q. ſ. miſce.* Unam continuo teneat in ore.

Juſculis Pulvis ſequens permiſceatur.

℞. *Corall. r. margar. præpar.* ʒß. *g. arab. tragac.* āā. ʒij. *m.*

Vel in Juſculis *ſem. papav. albi & ſumach* in panno lineo ligata coquantur.

Narcotica multum præſtant. E. g.

℞. *Syr. de papav. jujub. & roſ. ſicc.* āā. ℥j. da cochlear hora ſomni. Vel

℞ *Syr. de papav. & de portul.* āā. ʒiij. terræ ſigill. ʒß. *aqu. portulac. & plantag.* āā. ℥ß. *f. Pōo.* Vel

℞. *Syr. myrtini, de papav.* āā. ℥j. *boli Arm.* ʒß. m. utatur noctu ex cochleari.

Theriaca rec. quatuor menſium, ex *Galeno* ſ. m. m. 13. *Philon. Rom. Laudanum op.* uſurpari poſſunt: Refert *Platerus* ſe hæmoptoicum curaſſe ſolis *Troch. alkekingi* cum opio in lacte diſſolutorum, per aliquot noctes.

Pro *Potu* utatur æger *ſyrupo myrtino. de portulaca.* aut *de roſis ſiccis*, aut *ſaccharo roſac. cum aqua hordei*, aut cum *aqua infuſionis lapid. hæmatitis*, vel *terra ſigill.* aut *conſerva roſar.* cum ea aqua permixta, vel cum aqua *infuſionis coriandri* præparata & acidula reddita cum *ſpiritu vitrioli, vel cum Tinctura roſar.* Riverius.

Decoctum ſcoriæ ferri, addita *raſura cornu cervi* factum in *aqua ſtillatitia plantagin.* vel alia probant aliqui: Alii *pulveris lapidis hæmat. decoctum.* Conditura *radicis ſymphyti maj.* cum *ſaccharo* vel *melle* probatur: *Narcoticorum* miſtione cum *emplaſticis* & *adſtringentibus* remedia admodum efficacia reddimus; cum non ſolum tunc enarratos uſus præſtent, ſed & ſenſum ſtupefaciendo, naturæque motum ſic compeſcendo, ut minus ſanguinis fluat, & tuſſis mitigetur, vel ceſſet, quæ alias plurimum obeſt, efficiant.

Pulvis ſummopere excellens.

℞. *Sacchari cocti cum aqua roſac. vel violar.* donec *iterum concreſcat* ℥j. *ſem. hyoſcyam. ſubtiliſſ. triti* ʒj. *f. Pulvis.* Capiat ʒj. vel paulo plus, per ſe, vel cum ſyrupo aut aqua convenienti.

Addere poſſumus ubi multum ſanguinis expuunt, pulverem *corall. rubr.* & *boli*, vel *terræ alicujus pinguis* āā. ʒß. *gummi arab.* ℈j. *ſacch. penid.* ʒij. *doſis tunc* ʒiß.

Pilula de cynogl. ad gr. vij. commode etiam exhibentur, quæ præter *Opium ſemen* etiam *hyoſcyami* recipiunt, ſanguinemque un & catarrhos ſiſtunt. *Platerus.* Vide ſupra §. 22. & 23.

54. *Lapis hæmatites*) A *Tralliano l. 7. c. 1.* admodum commendatus, eoque ſe multos hæmoptoicos curaſſe refert, dando ad ℈iv. cum ſucco *mali Punici* aut *polygoni* iis qui ſanguinem copioſum ſpuebant, In quibus vero ſanguis non copioſe ſpuebatur, cum aqua pura tepida; Exacte autem lævigandum jubet, ut fiat impalpabilis; tum crebro exhibendum ut commodius diſtribuatur, In vino quoque infuſum ad præcautionem præbet. Vide *Foreſtum Obſ. 17. l. 16.*

n. Semina hyoſciami. papaveris) Eximie laudantur à *Mercuriali* in conſultat. ſumenda præcipit cum *ſaccharo roſar.* & *ſyrupo portulacæ* commixta.

34. *Lapis Hæmatites*) Hæmoptyſin aliquoties felici- … cavi cum pulvere *lapid. hæmat.* in emulſione *amygd. d.* cum *papav. albo. Frid. Hofmannus m.m.pag.33.* D. *Mæbius* Comitiſſa nihil aliis juvantibus dedit *lap.hæmat.* ℈ß *margar corall. ãã. gr.* v. in *Emulſione amygd. d. papav. alb. cum aqu.torment.roſar.papav. errat.* parata, Et ſtatim hoc … oma ſedatum.

Hyoſcyamus, papaveris) Præ aliis hæmorrhagiarum … tis, præſertim in Hæmoptoe, *Opiata* ſunt per- … proficua, & inter hæc ipſa in ſpecie *ſemen hyoſcyami*, ſpecificum in hoc caſu, præſertim ſi malum eſt ab acrimonia corrodente; Sane ab omnibus decantatum eſt hoc remedium, idque jam ab *Hippocrat.* temporibus commendatur, Unde & *Heliданus Paduanus Elect.* ad hæmoptyſin expertiſſimum habet; Ut & Elect. *Heurnius, ex conſerv.roſar.* cum *ſem.hyoſcyami, bolo, lap.hæmatite. Etmuller.*

36. *Syrupus portulacæ, piloſella*) Quæcunque adſtringentia particulas habent laxiores, minus tuta ſunt quibus fidere poſſis: Sic dulcibus, ut ſyrupis, minus fidendum, partim quia roſcidis ſunt implicitæ particulæ adſtrictoriæ, unde minus incuneare poſſunt laxa; pulpoſa & dulcia enim potius emolliunt & lubricant; partim quia fermentandis humoribus apta ſunt; Exemplo ſit ſyr. *myrtinus.* de *roſis ſiccis*, de *ſymph. Fernelii*, qui magis condimenti & ſecundarii remedii locum ſuſtinent. *Wedelius Am. m. m. p. 62.*

37. *Portulaca*) Speciatim ea conveniunt quæ acrimoniam vaſa erodentem, utpote cauſarum internarum frequentiſſimam reſpiciunt, inprimis *portulaca* & plantago ſunt inſignis commendationis: *Portulaca* enim quocunque modo uſurpata ſanguinis fluxum ſiſtit &c. Simul acrimoniam corroſivam ſi quæ ſubeſt, temperat, unde ejus ſuccus & ſyrupus ad aliquot uncias propinatus egregie prodeſt, præſertim opiatis ſociatus. *Etmuller.*

Si ab eroſione venæ, mirabilis eſt *portulaca* comeſta, aut *ſuccus ejus cum ſaccharo* & *amylo* permiſtus: *Albumina ovorum* recent. *aqu.portul.* & roſar. rubr. miſcentur, & addito *pulvere tragacant.* & *amyli* leviter toſti, cum pauco *penidior.* mirabile eſt medicamentum attemperans; ſumatur lambendo paulatim. *P. Mich. de Heredia oper. p. 152.*

37. *Syrupus portulacæ*) Hic præ cæteris excellit, paraturque ex ſucci *portulac.* iij. part. coctis cum duabus *ſacch.* ad conſiſtentiam; Poteſt in hujus ſucci penuria, cum planta non ſit perennis, & ſuccus ægre aſſervetur, à *Meſue* deſcriptus *ſyrupus de Portulaca* uſurpari, ex *ſemine illius, ſucco endiviæ, & aceto* cum ſacch. coctus: Proderit *ſyrupus ex plantaginis ſucco* eodem modo paratus, vel ex aliarum herbarum recentium ſucco vel decocto. *Platerus.*

38. *Aqua rad. urticæ*) Illius ſuccum plurimum prædicat *Amatus Luſit.* his verbis, *Qui ſanguinem ex pectore rejectarunt, & à Medicis tanquam deplorati ſunt habiti, ſolo urticæ ſucco convaluerunt: Poſt multa autem machinata remedia nullum ita contulit ut ſanguis cohiberetur ac* urticæ ſuccus, *quem ad 5. vel 6. dies ebiberunt, ſingulis ſcil. diebus* ℥iv. *jejuno ſtomacho, Imo & ipſam urticam incoctam jure pulli, aut vervecis ſæpe comedebant.*

39. *Cum olei vitrioli*) Notabile eſt aſſertum *acida coagulare* ſanguinem, puta fervefactum ac ebullientem nimis, quem coercent *acida*, ſive ſint *diffuſa*, ſeu *concentrata.* Hinc commendant authores *ſpiritum vitrioli*, quod cum grano ſalis accipiendum, quando ſcil. vitio hepatis & maſſæ ſanguineæ ſymptoma illud magis contingit, habere aliquando locum poteſt, alias non item ſi vitio pulmonis determinato magis eveniat. *Wedelius Am. m. m. p. 500.*

39. *Olei Vitrioli*) Conveniunt Acida coagulandi & refrigerandi ſanguinem fine aliquando, quod paſſim alias commendant, ſed non tam univerſim quam ſympathica magis hæmoptyſi, quando maſſa ſanguinea orgaſmum paſſa, illuc exitum affectat & eructarit, aut eſſentiali pulmonum eroſione præſente, unde iiſdem ſolis non æq; fidendum: conveniunt autem Acida, Salina & Nitroſa, ut *ſpiritus ſalis, clyſſus antimonii*, ſed mixta & refracta cum dulcibus. *Wedelius Am. m. m p. 146.*

Spiritus vitrioli à Caſtello commendatur tanquam expertus in ſputo ſanguinis, quia coagulando ſanguinem, eumque inſpiſſando, eruptionem ejus impedit. v. g.

Aquæ *plantag.* ℥vj. *ſyr. de roſis ſiccis* ℥j. *ſpir. vitriol. rectific. vel ejus olei* ℈j. m. ſ. capiatur cochlearium.

Sed cave, dicit *Laudanus*, ne propines ſi vel minima ſuſpicio ulceris in pulmone eſt: Prodeſt alias ad fervorem ſanguinis reſtinguendum, quatenus acre ſerum præcipitat & ducit ad vias urinarias. *Etmuller.*

40. *Excrementorum porcorum*) ℞. *ſtercor. ſuilli, ſanguin. patientis ãã. m j. butyr. rec.* parum. m. ſ. da pro cibo; Quidam ab aſſumpto hoc cibo ſtatim liberatus eſt, *Landrino* teſte. *J. David Rulandus Pharm. nov. p. 98.*

Fimus apri, cum *aqua ſcreantis ſanguinem* ſingulare præſidium eſt. *Brunsfelſius. Syrupus* ex eo conficitur, qui in omni rejectione confert, lavatur in *aqua roſ.* in eadem incoquitur cum *ſacch. roſac.* & fit *Syrupus. Gul. Ballonius Conſ. 22. lib. 1.*

41. *Pulvis Scaligeri*) Quem à *Serapione* deſumpſit, capite de ſputo ſanguinis, & tanquam expertum tradit: Ex eo concinnari poſſunt *Tabella cum ſaccharo in aqu. roſar.* diſſoluto, Aut in electuarii formam, aut conditi &c. redigi. *Riverius.*

Novi hæmoptoicum, qui cum alternis temporibus multum rejectaſſet ſanguinem, nec ullis potuiſſet remediis ſaneſcere, ad *Jul. Cæſarem Scaligerum*, Medicorum ſuæ tempeſtatis facile principem confugit, ex quo Pulverem accepit: Hujus formulam, quam mihi communicavit, libet hic adſcribere. ℞ &c Hoc remedium tandem deſcriptum reperi apud *Serapionem cap. 25. Tr. 2. Antonius Valetius* ad *cap. 11. lib. 1. Pr. Hollerii.*

42. *Amylo in aqua*) Quo remedio quendam per triennium hæmoptyſi laborantem ſe curaſſe ait. *Riverius Obſ. 11. cent. 4.*

41. *Aqua gelida teſtibus*) Plurimum enim valet ad ſanguinis fervorem temperandum, ejuſque fluxum cohibendum, ob maximum qui inter ſpiritalia & genitalia membra in eſt conſenſum, ex *Hippocr. Ad eundem effectum conducit oxycratum. Jul Cæſ. Claudinus Conſ. 124.*

43. *Aqua gelida*) Ad aquam gelidam multi feliciter confugere, ſic Illuſtrem quendam hæmoptyſi graviſſima; probatiſſima … reſpuente laborantem, feliciter vidit curatam *Rademin. Diſſut. de Hæmorrhagia* §. 50. ipſius corpore à calce uſque ad pubem *linteis aqua frigidiſſima madidis* involuto. *Strauſsius.*

44. *Alia à cerebro mittente*) Sanguis à capite in Pulmones delatus in effluxu ſuo ſiſtendus, Venæ ſectione quidem in plethora, vel notabili ſanguinis fervore aut ſolita vacuatione ſuppreſſa; & ſi fervor nimius, acidis, & præſertim auſteriuſculis compeſci quoque poſſit. E g.

℞. *fol. plantag. m. ij. ſemperv. maj. acetoſella ãã. m. j. coqu. in aqua hordei, Colat.* ℥xx. *adde ſyr. jujub.* ℥iij. *ſalis petræ purif.* ʒj. *vel Spir. vitr. gtt. xx. m. f. Apozema,* Cujus hauſtum mediocrem ſubinde aſſumat æger ad quemvis ſanguinis æſtum nimium, hinc & ſubſequentem quamvis hæmorrhagiam compeſcendam. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 23.*

Si acris fluxio in Pulmonem è capite irruens cauſa ſit hujus ſymptomatis, præter ſupradicta, convenient ea remedia quæ catarrhi calidi curationi debentur. *Riverius.*

45. *Quæ cognoſcitur ex ſanguine)* Sanguis non parum juvat cognitionem loci unde manat, Qui floridus eſt & paucus, non eſt ex capite; Qui niger, grumoſus & multus, certo inde eſt: Qui cum tuſſi exigua, floridus, & paucus, ex aſpera arteria eſt: Qui cum tuſſi ſonora, iſque iterum floridus, ex imo thorace eſt, ſive in pulmonibus ſit malum, ſive in corde, ſive in pleura, ſive in muſculis thoracis: hic ipſe vel multus vel paucus eſt, prout affectum eſt vas vel magnum vel parvum. *Hofmannus l. c.*

46. *Alia à Gutture)* Cruor in laryngem exudans, poſt levem in gutture titillationem, *ſine tuſſi*, aut ſcreatu, facile & fere inſenſibiliter in os aſcendit, & ſi hujuſmodi cruoris extravaſatio in ſomnis continget, evigilantibus Hæmoptoes vix conſcius Statim ore effluit, quatenus nimirum tracheæ fibræ motrices, etiam inter dormiendum contractæ, ſanguinem recens exſtillatum jamjam in fauces exantlarunt: *Willis.* Vide ſupra §. 2. *Sanguinis cum tuſſi.*

47. *In qua ſanguis eſt &c.)* Si è vaſe majori circa medios pulmones dehiſcente, aut diſrupto, ſanguis (qui ſemper ſpumoſus eſt) affatim in ductus tracheales erumpat, iſte mox tuſſi concitata exinde ſurſum cum impetu & copia ingenti ejicitur, ut videantur affecti cruorem evomere potius quam extuſſire: Quod ſi denique cruor ex vaſorum plexibus, quibus veſiculæ orbiculares cinguntur; erumpens in cellulas iſtas decident, inde per vices in quantitate minore, nonniſi per tuſſim profundam ſæpius repetitam excernitur. *Willis.*

48. *Alia ab aſpera arteria)* Circa Arterias, è quibus ſanguis Hæmoptoen faciens erumpit, multum intereſt cujuſmodi illæ, ac ubinam loci conſitæ fuerint; præterquam enim quod ſputi cruenti differentiæ inſignes oriantur, juxta quod cruor vaſe perexili, aut magno ac alterutro, aut in vaſis ſummitate prope laryngem, aut in regione ejus media inter vaſorum ramos majores, aut denique in extrema inter veſiculas orbiculares conſita erumpit; Inſuper advertimus arterias ſanguinem exſpuere ſolitas, vel ex earum numero eſſe quæ è ſtirpe pulmonari oriundæ tracheæ ramos ubique comitantur, vel quaſdam ex illis eſſe quæ originem ſuam aortæ debentes, tracheæ tunicam denſa ramificatione obducunt.

Quippe manifeſto liquet ex harum, uti & glandularum oſculis, humorem unctuoſum ad tracheæ ſuperficiem interiorem lævigandam exudare, porro, quatenus ex iiſdem humor ſeroſus affatim in aſperæ arteriæ cavitatem deſtillat, catarrhum exoriri; quapropter minime dubitamus aſſerere, etiam ex harum oſculis reſeratis merum cruorem in ductus tracheales quandoque exudantem, in perexigua licet quantitate, ſputum cruentum parere.

Obſervavi plures ſine tuſſi, aut pulmonum indiſpoſitione quavis, ſemel aut bis in die, ſputum unum forſan aut alterum cruentum excreviſſe; quod quoties ingruit, patientes in imo gutture, aut ſummitate pectoris, quandam quaſi deſtillationem percipiunt, unde ſtatim intra fibrarum trachealium contractione, ſive motu velut cochleari, parum ſanguinis fluidi, pituita permixti, ac minime ſpumoſi, expuitur, cumq; interdum per plures menſes talis affectio perduraſſet, exinde nihil incommodi, aut quod phthiſin inferret aut minaretur, inſequutum eſt, quod minime fieret ſi quædam ex vaſis pulmonicis aperta fuiſſent. *Willis.*

49. *De Carabe)* Oleum de Carabe chymice extractum potentiſſime penetrat, adſtringit & ſiccat, ſi guttæ duæ in potu dentur cum *aqua plantag. Caſalpinus in Catoptro.*

50. *A Pulmonibus)* Sanguinis è Pulmone ſputum, & per tuſſim modo leviorem & fere nullam, modo fortiorem ejectio, affectus ſatis frequens (& mirum eſt quod non frequentior) exiſtit: Quippe cum vaſa ſanguifera in ſurculos & propagines innumeras & perquam exiles dividantur, cumque per [illegible] los omnes, inter ſe multifariam complicatos, & [illegible] intortos, ſanguis uſque immaniter æſtuans rapidiſſime deferatur, vix concipere licet quomodo circulatio ejus, adeo perplexa & tortuoſa, ſimulque impetuoſa, abſque impedimento aut interruptione quavis peragatur. Et quidem in viventibus hanc difficillimam eſſe concludimus, quoniam in defunctis per injectiones ægre ſuccedit: quippe liquor arteriæ pneumonicæ, per embolum immiſſus, haud prompte ſtatim & facile per venas redibit; quin diutius in tranſitu hærens, & ductus uſitatos tranſiliens, in veſiculas alioſque tracheæ canales, inque loculorum interſtitia alioſque hiatus varie excurret. *Willis.*

51. *Eſt ſpumoſus perſeveranter)* De ſpuma maxima eſt controverſia, Sunt enim qui ſemper ex pulmonibus eſſe volunt, quod non eſt; Imo vero propono cunſiderandum [illegible] Annon ſomnis ſanguis, cum tuſſi exiens, neceſſario ſpumoſus ſit? aër enim ſublevans illum permiſcetur, Unde veriſimiliter dicas, *Quo ſpumoſior, eo locus affectus eſt depreſſior. Hofmannus Inſtit. lib. 3. cap. 95.*

Sed aliud eſt aliquid ſpumæ permixtum educi, aliud ex toto ſpumeſcere, quod ſolius ſubſtãtiæ Pulmnnum proprium eſt: Ita tres ſpumæ gradus in concreto ſanguine notari poſſunt: Aut enim ex toto ſpumans eſt ex Pulmonis carne, cujus induit ſimilitudinem, eſt enim Pulmo coagulata ſpuma; aut plurimum ſpumans è Pulmonis vaſis, aut ſpumæ permixtus ex thorace. *Riverius.*

At vero notandum non ex ſolo thorace, aut pulmone educi ſanguinem ſpumoſum, cum & hic ſæpenumero, in vaſis talis circuletur; teſtis eſt per venæ ſectionem eductus, qui ſpuma refertus frequenter apparet, adeo ut ſi ad pulmonica & thoracica vaſa affluat, ſpumoſus; neque Pulmonibus neque Thoraci ſpumei ſanguinis cauſa perpetuo adſcribenda ſit.

51. *Spumoſus perſeveranter, floridus &c.)* Sanguis qui excernitur, *nunc*, idque frequentius, eſt floridus, ſpumoſus; *nunc*, idque rarius, obſcurus, niger, & ſemigrumoſus: Nam ſanguis qui ex Pectore effluit, cum ex *arteriis* promanat, & vehiculo reciprocantis aëris rejicitur, floridus, tenuis ac ſpumoſus erumpere ſolet: Qui vero diutius in Pulmone, thorace, aut loco vicino hæſerit, & ita demum ejicitur, niger, obſcurus, plus minus grumoſus eſſe obſervatur. *Etmuller.*

52. *Cum tuſſi)* De Tuſſi difficultates ſunt maximæ, Negando quidem valet, *Non ejicit cum Tuſſi, Ergo ex pectore non eſt*; Affirmando non valet, *Ejicit cum Tuſſi, ergo eſt ex pectore*, potiſſima difficultas in eo eſt, Annon deſcenderit ſanguis ex capite, vel inferioribus viſceribus regurgitaverit; & ita res extra periculum ſit, Si enim ex ipſo thorace ſit, res gravior eſt, & fere phthiſin minatur. Ratio dubitationis eſt, Cui ex capite deſcendit ſanguis in thoracem, ille fere perſenſit capitis gravitatem, dolorem, tinnitus aurium, vertiginem, quæ ſymptomata jam vel abiere, vel mitiora ſunt: Idem homo alio tempore hæmorrhagia laboravit præcedentibus iiſdem ſymptomatis: Idem forte ſentit titillationem in ſuperiori palati parte, ipſamque palatum cruentum eſt. *Hofmannus Inſt. l. 3. c. 95.*

53. *Alia ab inferioribus partibus)* Partem mandantem quidam ajunt eſſe hepar, aliquando lienem, aliquando, uterū: Sed revera origo eſt ex maſſa ſanguinea, cujus neque hepar neq; lien, neq; uterus fons dici debet: Etſi ſæpius contingat ſanguinem, qui per hunc effluxum habere debebat, commeatu impedito ad Pectoralia

viam

viam affectare; ſed id fit quia is remiſcetur maſſæ ſanguineæ, quæ onus ſuperfluum in Pulmones deponit cum per naturalem viam non licet. *Schneiderus.*

Juveni annor. xx. magna ſanguinis per os rejectio, valde Pulmonibus metuebatur, omni arte Pulmonibus ſtudetur: Forte fortuna dum hypochondria manu blande continguntur, pulſus percipitur, ac veluti *ſtrepitus* necnon ab hypochondriis decurrentis ſanguinis, at partes ſuperiores affectantis curſus percipiebatur; ac ſi manu ſanguis duceretur, prout partes ſuperiores petebat, horror quidam excitabatur, ac tum confertim rejiciebatur Pulmonibus: Talis rejectio erat hæmorrhagiæ loco, quæ jovenibus eſt familiaris: Relictis tum præſidiis quæ Pulmoni ſtudebant, converſum eſt ad hypochondriæ ſtudium; expurgata innumera colluvie prærepta eſt occaſio ei ſanguinis rejectioni. *Ballonjus Epid. l. 1. p. 61.*

Cap. XXIV.

De Cordis Morbis.

COr afficiunt, & morbi, qui etiam *pericardium* infeſtant, & ſymptomata, inprimis *Palpitatio* & *Animi deliquium.*

I. [1] *Pericardii* morbi ſunt.

1. [2] *Aqua* vel [3] *defectus*, unde maraſmus; vel [4] *nimia quantitas* [5] unde palpitatio & alia.

II. [6] *Vermes*, qui licet tremorem, anxietatem & animi deliquia inferant, raro tamen exactè ante mortem cognoſcuntur, ſubitoque illa ingruere ſolet. Commendatur allium, nec non ſuccus ejus cum ſucco naſturtii permixtus.

III. [7] *Defectus*, quod Columbus obſervavit, unde perpetua ſyncope.

IV. [8] *Tumores*, qui ut difficulter & nonniſi ſingulari conjectura cognoſcuntur: ita curatu ſunt impoſſibiles.

V. [9] *Vulnera*, vidiſſeque partem ipſius ablatam *Cardanus* refert, ægrumque ſanatum, ſed ſuſpiria alta duxiſſe, nec multis ſuperfuiſſe annis.

[1] *Pericardii*) Quod etiam alias involucrum, capſa, caſula, arcula cordis appellatur: In eo Cor vertatur velut in veſica, ex *Hippocrat. l. de Corde*, Veſicæ enim & ratione figuræ, & ratione ſubſtantiæ, & ratione temperamenti, & ratione contenti ſimile eſt, quin humorem aqueum continet, *Bern. Suevus de Inſp. vuln. cap. 8.*

[2] *Aqua*) Pericardium liquorem in ſe continet feroſum, in naturaliter conſtitutis corporibus rubicundum, è Vaporibus ex corde protruſis, ac in pericardio nonnihil condenſatis genitum, quantitate unius aut alterius cochlearis: Hæc eſt vera ejus generatio, neque audiendi ſunt qui illum ex potu, ex ſaliva, adipe cordis, aliiſve cauſis produci arbitrantur; *Steno* ſuſpicatur illum è lymphaticis quibuſdam vaſculis in pericardium deponi. Hic liquor extrinſecus cor humectans & lubricum faciens, illius motum reddit faciliorem, nimiamque ſiccitatem prohibet: Invenitur in viventibus æque ac mortuis, ut ex viventium brutorum anatome patet: In morboſis corporibus hujus colorem magis aqueum, interdum urinæ, interdum aquæ turbulentæ omnino ſimilem, copiam quoque multo majorem ſæpe invenimus. Eundem ſemper comperi pauciorem, magiſque rubicundum eſſe in hominibus calidi temperamenti, in quibus vapores è corpore exhalantes ſunt tenues, paucique in pericardio condenſantur, Et qui condẽſantur illi à valido cordis calore citius attenuantur, ac per pericardii poros facile exhalãt; Contra vero eundem copioſiorem, magiſq; aquoſum ac pallentem ſemper obſervavi in naturis frigidioribus, in quibus à pravo victu, morboſa conſtitutione, aliiſve cauſis calor debilis evaſerat, unde craſſiores è cordis ſubſtantia propulſi vapores in pericardio, majore copia condenſati ac collecti, & defectu ſufficientis caloris minus diſcuſſi fuerant; Hinc ſcribit *Veſalius* in mulieribus eum copioſiorem eſſe quam viris; eundemque *Riolanus* in ſenibus uberiorem obſervavit quam in juvenibus. *Diemerbroeck Anat. libr. 2. capit. 13.* Vide cap. ſequens de Palpitatione cordis.

[3] *Vel defectus*) Unde diuturnior defectus ſiccitatem & tabem non ſemel induxit: Deficit autem cum per Pericardii vulnus, exulcerationem, aliamve continui ſolutionem, Cordis ille ſudor in eo condenſatus effluit, nec in eo detinetur: Obſervatum tamen à Practicis eum per vulnus pericardii elapſum, poſtea occluſo vulnere fuiſſe regeneratum, & ægros ſanitati reſtitutos. *Idem ibidem.*

[5] *Aqua vel defectus &c.) Peccat nonnunquam conſiſtentia,* Nuper offendimus corpus, cujus diſſecti liquor contentus in pericardio inveniebatur congelatus in conſiſtentiam quæ cultro ſcindi poterit; Circumdabatque dicta conſiſtentia Cor ad profunditatem duorum digitorum latitudinis. *Dom. Martellus de Monte Albano Act. Phil. Angl anni 1670.* Hinc firmari videtur eorum ſententia qui liquorem pericardio incluſum lymphaticum eſſe ſtatuunt, ſiquidem lympham in gelatinam abire eſt compertum.

[4] *Vel nimia quantitas) Ab aqua pericardii* copioſius per *vaſa lymphatica* (juxta modernorum αὐτοψίαν) adducta, negante licet id *Platero*, & *Lovvero de corde p. 104.* (ubi hanc *lympham* non tam *cauſam* quam *effectum* potius palpitationis cordis eſſe teſtatur) excitari ſolet. *Rolfinkius Epit. p. 161.* ſe in palpitationi ſubjectis ægris, in cordis membrana *Hydatidas* obſervaſſe teſtatur.

Palpitationis cauſam frequentiſſimam ſtatuit *Carolus Piſo. de Illuvie ſer.* Colluviem ſeroſam, quæ aut in vaſis ferveſcit, aut inde in cordis ſinus de ſubito inſilit, aut in *pericardio ejus* continetur, vel propria ejus tunica; Confirmante experientia potiſſimum, non ſolum *Galeni* ſed omnium fere Medicorum, qui in apertis cadaveribus diuturna laborantium palpitatione pericardium plurima turgens aqua reperierunt; Et in quodam longe ante palpitatione laborante, & ſpirandi difficultate, pericardium repertum eſt immanem in tumorem elatum, pluribuſq; aquæ libris diſtentum, ex obſervatione *Petr. Baroti Prof. Anat. in Academia Pontana.*

[4] *Vel nimia quantitas*) In morboſis corporib⁹ ejus copiã multo majorem ſæpe invenimus; In Noſocomio noſtro

multa occurrebant ſubjecta in quibus iſtius liquoris ſemilibra, imo varia io quibus integra libra à me reperta: Anno *1651.* io cadavere *Angli*, pravis alimentis diu nutriti, atque in cachexiam pituitoſam delapſi, & ſic tandem mortui, liquoris turbulenti, aquei coloris, ad minimum libras duas, in diſtento plurimumque laxato pericardio contentas ſpectatoribus *oſtendimus. Diemerbroeck. ib. Hydrochardia.*

4. *Nimia quantitas) Affectum inde ortum Hydrocardiam vocat. Hildanus*, Georgius Benedictus, *inquit, cent.1. obſ.43.* Pharmacopola quinquagenarius, ſcirrho hepatis, obſtructione ſplenis, & venarum meſeraicarum, item dolore continuo tum capitis, tum circa homoplatam deatram, cum diſtillatione ad pulmones, tuſſi & nonnunquam palpitatione cordis aliquot menſibus, eſt vexatus, Mortui inveni plenum pectus ſeroſi humoris, &c. In pericardio ultra libras quatuor ſanioſi ſanguinis & materiæ purulentæ, Nollum tamen indicium ſolutionis continui, neque in ipſo corde, alioqui externa ſui parte leviter inflammato; neque in pericardio, neque patebat via ulla perquam materia & aqua illa ſeroſa ad pericardium percolata fuiſſe videretur. Id tamen ex ipſo nonnunquam audivi, quum æger eſſet, percipere ſe interdum ad partem colli utramque, qua carotides arteriæ aſcendunt, ſrigidiſſimum quendam humorem ex capite delabentem ad pectoris regionem.

5. *Vnde palpitatio)* Notavimus majorem copiam iſtius liquoris non facere Palpitationem cordis, quod tamen, ea *Galeni* ſententia communiter tradunt Medici, nam in omnibus iis in quibus poſt mortem in pericardio humoris iſtius aquei majorem copiam reperi, antea dum morboſi viverent, nullam omnino cordis palpitationem, ne quidem in iſto Anglo (§.5. *nimia quantitas*) ſed contra pulſum languidum ac rariorem inveni, Neque etiam à copia iſtius liquoris tanta fit pericardii anguſtia (etſi id vulgo prædicetur) ut cor ſe in eo libere movere queat, atque hinc palpitet; ſed contra ſemper animadvertimus pericardium hinc adeo laxum latiuſque reddi ut cor in eo multo facilius moveri poſſit quam in pauco liquore; Ita ut hujus liquoris copia palpitationem minime faciat, eaque potius eacitetur à quovis liquore, etſi pauco, dummodo præter ordinem plurimum & raptim dilatari, vel acrimonia, putredine, aliave vellicante qualitate cor infeſtare, idque ad tam moleſti hoſtis depulſionem incitare poſſit. *Diemerbroeck.*

6. *Vermes)* vide infra §.8. *Vermes.*

7. *Defectus, quod Columbus)* Hic *Anatom. libr. 15.* Diſcipulum, *inquit*, in Romana Academia mortuum ſecui; Huic miſero juveni pericardium deerat, Itaque ſubinde in ſyncopen incidebat, ſubinde mortuo ſimilis videbatur, quo genere morbi exanimatus eſt.

8. *Tumores qui)* Licet *involucrum* cordis inter partes ignobiles reponitur à *Galeno 5. de loc. aff. c.2.* ipſoque ſolo affecto nullum periculum ſequi poſſe eaemplo ſit manifeſtum, quod proponit *Galenus 7. anat. adminiſtr.* in puero *Marulli mimographi*, cui os pectoris exciſum, & computruerat cordis involucrum, & tamen ſupervixit, Attameo hac membrana *Tumore*, ſeu inflammatione quavis affecta, pericula ſubſequi non eſt dubitandum: Hoc monuit *Idem l.c.* quia dicit, niſi quãdo eo inflãmatione tentato cor conſortii lege afficiatur; *Pericardii* autem *inflammationem* funeſtam eſſe ac lethalem, & ſæva inferre ſymptomata, acutam ſebrem, ſitim ingeotem, inquietudinem, celerrimam reſpirationem & frequentem, thoracis incendium certum eſt; quæ ex pulſus indicibili inæqualitate, anguſtia maaima ac ſyncope venari docet *P. Salius l. de Aff. part. c.6.*

Inflammatio hæc acutiſſima, à ſervida bile ſanguineque tenuiſſimo originem ducit, periculoſiſſima ob cordis viciniam & difficiliorem curandi aditum; Si autem vulneratum, ſectum, & eaciſum in puero *Marulli* mortem oon intulit, ſed cito ſanatum fuit, hoc contigit, quia eo ſolo affecto illa affectio cordi non fuit communicata, quam, ſi perſeveraſſet, diuturnitate temporis cor in conſenſum ducere, ac mortem inferre potuiſſe nullus dubitabit qui præſtantiam hujus partis, cum corde, ratione viciniæ maximum conſenſum habeotis penſiverit.

Alterius Tumoris meminit *Galenus 5. de loc. aff. 12.* Simia, *inquit*, quædam cum emaciari in dies videretur, poſt mortem à me ſecta; in hac, reliquis omnibus corporis partibus illæſis, à me ſecta; inventus eſt in ambiente cor tunica tumor p.n. humorem in ſe continens qualem puſtulæ (Græce hydatidas vocant) emittere ſolent; Atque in Gallo quoque vidimus cordis tunicam hujuſmodi ſcirrhoſo tumore affectam, perinde ac ſi plures craſſæ membranæ involutæ altera alteri fuiſſent, Verum in eo nihil humoris continebatur, Vnde veriſimilis conjectura elicitur, homines etiam poſſe ſimilibus affectibus infeſtari &c.

Inflammatio hæc quæ in *Simia* viſa eſt, fuit Tumor p.n. ex craſſo pituitoſoque humore in hac tunica impacto, emittens ea ſe humorem qualem puſtulæ, hydatides dictæ emittere ſolent; Eſt enim *Hydatis*, ex *Manardo libr. 7. Epiſt. 2. tit. de ocul. aff.* ſubſtantia quædam ſubpinguis, ſub cute palpebræ p.n. collecta, quæ in quibuſdam, præcipue pueris, adeo augetur, ut multorum accidentium cauſa evadat; aggravat enim oculum &c. Quid ergo mirum, ſi ab humore iſto pingui, in hac membrana impacto, tumoremque committente, retento & putri, febris, ob viciniam cum corde, jugis lentaque eacitetur, & ex hac noxia putridaque fuligine cordi communicata, diuturnitate temporis hectica contingat, cæterarum inflammationum ritu, quæ ſpiritales partes exercere ſolent, præſertim cum maaimus ſit hujus tunicæ uſus, cordis quaſi domicilium, licet autem cordis corpori connexum non ſit, cum haud parva quædam regio media ſit, motui cordis accommodata, tamen ad baſin ipſius, prodeuntibus ab illo vaſis, à quibus trahit ortum, connectitur; Ad hæc, cur cor ſanum permanere poterit, ſi tunica qua involvitur, idque ab externis injuriis defendit, inflammatione laborat? Cor autem continuo à putridorum vaporum halitu concuſſum, vitalem calorem partibus omnibus ſumme neceſſarium perpetuo influxu non ita temperat ac conſervat, imo partes, actione caloris febrilis diutina labefactatæ, aut vehementi membri ſolidi temperie è verſa enervantur, & ipſemet calor adeo ſeſe inſinuat, ut radicatus habitualiſque fiat, unde diſſipata à calore febrili humiditate nativa, ita ſiccitatem creſcere eſt neceſſe, ot abſompto hac de cauſa humido, & colliquatis membris macies ſequatur immedicabilis.

Quam etiam ſequutam fuiſſe ex *ſcirrhode tumore in hac tunica in Gallo* prognato, ob dictam cauſam eſt veriſſimum; Cum enim humor hic lentus in pericardio fixus, ab adurenti cordis calore eſſet craſſior factus & induratus, non dubito quin conſumpta parte tenuiori, reliqua tumoris portio in ſcirrhoden tumorem commigrarit. Poſſe autem in hac Tunica hos Tumores, imo in arteria venoſa, & vel in ſubſtantia cordis abſceſſus duros innaſci probant *Benivenius cap. 35. de Abdit. Hollerius de morb. int. l. 1. capit. 29.* Columbus *Anat. lib. 15.*

Obduratum callum in ſiniſtro cordis ventriculo vidit *Benivenius capit. 81. & 89. de Abd.* in eodem ventriculo abſceſſum pituita redundantem. *N. Maſſa* in corde cujuſdam mortui ea vulnere capitis iovenit *apoſtema* ootabile &c. Enimvero, licet *Inflammatio pericardii* ab humore calidiſſimo pro

pronata, immania importet ſymptomata, tamen hæc quæ ab humore tenui, ſed frigido, in prædictam tunicam it nente originem ducit, periculoſis ſignis eſt inſignita, nam eam ſequuntur animi deliquium, pulſus durus, parvus, & putreſcentib excrementis ratione loci affecti ſequitur febris, quæ hecticarum more contabeſaciendo interficit.

Periculoſus ergo eſt hic morbus, & immedicabilis fere. 1. quia humor, ubi denſam hujus tunicæ ſubſtantiam ob tenuitatem penetravit, vix elui poteſt, cum tunica hæc ſubſtantia conſtet craſſa, & admodum dura 2. quia licet tenuis primo acceſſu ſit materia, tamen retenta, & à calore cordis craſſeſcens, coctioni & expulſioni fit rebellis. 3. Affectio eſt in loco ubi valida auxilia exerceri non poſſunt; Et ſi inveteraſcente tumore, ſuppuratio à natura tentetur, præterquam quod ſuppuratus humor effuſus ſupra cor ſubitum mortis periculum infert, ſi res bene ſuccedat ulcus fit quod cum ſit in parte valde recondita, carnes colliquando ad interitum deducit.

Difficilis admodum curationis eſt affectus hic, quo pacto autem ſit curandus ſe ignorare ait *Salius l. c.* licet enim affectos omni ingenio præſervare tentaverit, nunquam tamen proficere potuit, imo omnes, levi febricula adjuncta, ſyncope frequenter prehenſos, tabeque conſumptos conſpexiſſe refert. Si ſit tentanda curatio, ea ad curationem *Tuberculi pulmonis* eſt referenda. *Zacutus M. P. H. lib. 2. hiſt. 41.*

De Inflammatione Pericardii vide ſupra Caput de *Inflammatione Mediaſtini.*

9. *Vulnera, vidiſſeque partem*) Pericardii vulnera per ſe lethalia non ſunt; Eſt enim pars ignobilis, vaſaque & nervos habet admodum paucos & parvos: Adhæc cordi immediate non adhæret, ſed tantum ab eo diſtat quantum ejus motus & humor aqueus poſtulabat. Per *accidens* tamen fieri poſſunt lethalia, præſertim ſi ſint magna, & tanta ut aqueus humor effluat, hoc enim deficiente hectica hominem corripit, cum ſit ad refrigerationem & humectationem deputatus: In conſenſum præterea diaphragma & Cor trahere poſſunt; eſt enim pericardium tendinoſæ diaphragmatis ſubſtantiæ annexum, & cordi contiguum: Hiſtoriam læſi pericardii habet *Benivenius de Abd. c. 65.* verum ſi accuratius illa examinetur, ſatis monſtrat non ſolum pericardium læſum fuiſſe, ſed etiam Cor, id quod ſymptomata probant, videlicet [illegible], lipothymia, ſudor frigidus, virium dejectio, & alia. Functio tamen cum ignobilis ſit mortem non neceſſario infert; iv. enim modis ſauciata membra mortem inferunt, vel *neceſſitate officii,* ut Pulmo, vel *præſtantia naturæ,* ut Cor; vel *ſanguinis profluvio,* ut jecur, arteriæ magnæ & venæ: Vel *ſymptomatum pravitate,* ut nervoſa, ventriculus & veſica, Nam quod inſanabilia ſint ridiculum eſt dicere lethalia, Oſſa enim, & cartilagines, & ligamenta ſic vulnerata mortem inferrent, Pericardium ergo non per ſe lethale eſt, ſed quia vulnerari non poteſt quin multa alia nobilia membra ſimul lædantur, ait *Cardanus comm. ad aph. 18. l. 6. Suevus ibidem.*

9. *Vulnera*) *Ad vulnera* refer *Contuſionem* Auriculæ cordis, Puer annorum viij. dum pueriliter inter ſcabella & menſam vitulatur, offendit inopino caſu pectus, quod illiſum capiti ſedilis ictum excipit graviſſimum; Ille diſſimulat factum, ſed ex eo tempore ad ludendum ſegnior paucis poſt menſibus palleſcere incipi, & de ventris doloribus conqueri: Non ita multos poſt dies ex ægritudine decedit; Aperitur corpus mortui, Dextra cordis auricula decuplo major ſiniſtra, ſed livida, ſanguine coagulato referta, ſcilicet illa parte ante 4. menſes ictum receperat, In dextro cordis ventriculo fruſtum carneum, oblongum ſed nuſquam annexum; In ſiniſtro pinguedo item libera, & vermiculio cætera non diſſimilis: Pulmo dexter, qua lividam illam cordis auriculam ſpectabat, flavus & pene putridus, ſiniſter coſtis adnatus, *Olaus Borrichius.*

II. [10] *Cordis* morbi præcipui ſunt.

I. [11] *Intemperies,* vel [12] *Calida,* de qua in febribus.

Vel [13] *Frigida,* quæ rara, ex pulſu cordis parvo, tardo, raro, reſpiratione ſimili & corporis frigiditate cognoſcitur, & [14] calefacientibus curatur.

Vel [15] *Humida,* à rebus totum corpus humectantibus, in qua pulſus mollis; totum corpus humidius, & cui ſiccantibus ſubvenitur.

Vel [16] *Sicca,* tam ab *externis,* aëre nempe, cibis, potu, animi affectibus, vigiliis, quam ab *internis,* ut febribus, tumoribus proveniens, cum corporis extenuatione & pulſu duro, quæque *balneo aquæ dulcis, pectoris ol. amygdal. dulc. violar. mucilag. ſem. pſyllii, & althea* illitione curari ſolet.

II. [17] *Vermes,* [18] prodente id *Vidio & Hartmanno,* quorum ſignum pathognomonicum cum puncturis & doloribus cordis, convulſio, Inprimis ſi ea dejectis vermiculis recurrit, [19] & qui pelluntur vel *Mercurio ſucco limonum* mortificato in *conſerva roſar. rubrar.* exhibito, vel *ipſo in aqua frigida* per noctem infuſo.

III. [20] *Calculi,* repertique in optimi illius & ſubditorum amantiſſimi *Imperatoris Maximiliani* II. corde tres.

IV. *Carnoſa excreſcentia* in dextro vel ſiniſtro ventriculo, unde dolor cordis, ſyncope & [21] pulſus intermittens. M. *Aurelius Severinus* ſubſtantiæ carnoſæ in gyros collectæ, ſerpentem referentis in ſiniſtro ventriculo invento, in libro ſuo de abſceſſibus meminit, illiuſque iconem exhibet.

V. [22] *Polypus cordis;* quorum unus obſervatus eſt à *Tulpio,* [21] ex alba ac concreta pituita membranaceo involucro concluſa conſtans, & ſuis radicibus carneis cordis fibris infixa, bifido trunco aſſurgens; icone ibidem expreſſus; alter à *Kirſtenio;* cujus deſcriptionem *Bartholinum* Centuria III. hiſtoria 17. cum icone vide.

10. *Cordis morbi*) Id tametſi *Ariſtoteles 3. de Part. Animal. capit. 4.* ſcribat ſolum inter viſcera; cæteraſque interiores corporis partes nullum gravem affectum pati, experientia tamen & [illegible] teſtatum fecerunt rem ſecus ſe habere, Extant enim hiſtoriæ & obſervationes virorum fide dignorum, quibus probatur Cor graviſſimos quandoque affectus paſſum eſſe, *Ulcera, Tumores, Apoſtemata, Saniem Putredinē ſuperficiariam. Tabem* &

conſumptionem, Calculos, Vermes, Abſceſſus &c. ut de *Peſtilentiali*, hectica & ardente febri, ſyncope & palpitatione, nihil jam dicamus, qui affectus Cor occupant, & quidam illorum frequentiſſimi ſunt, neque tamen omnes in univerſum Cor è medio tollunt.

Vtitur quidem *Ariſtoteles* l. c. ad defenſionem ſuæ θέσεως ſpecioſis quibuſdam rationibus, ſed quas ſolvere facile eſt, 1. Quia cor principium vitæ eſt, quo corrupto & labefactato nihil eſt quod cæteris, quæ ab eo dependent, præbere queat auxilium.

Reſp. 1. Corde penitus corrupto animal interire, non quovis modo affecto, Sicuti experientia teſtatur.

II. In nulla adhuc hoſtia cor ita affectum fuit deprehenſum ut viſcera alia, & præſertim pulmo, hepar, ac lien.

℞. Cor, non ſecus ac viſcera alia variis affici poſſe vitiis demonſtratum.

III. Quæ animalia pereunt, iis diſſectis affectus morboſi in corde conſpiciuntur.

℞. Concedimus quoſdam Cordis affectus efficere ut animal moriatur, Omnes autem hoc præſtare negatur, Multi enim ex febribus, ſyncope, leipothymia, intemperie & palpitatione convaleſcunt, imo & ex Peſte evadunt. *Schiſius Manualis p. 908.*

Hippocr. l. 4. de morbis ſ. 13. tx. 17. Cor, eo quod ſolidum ſit, atque denſum, ab humore non ægrotare, adeoque nullum in eo oboriri morbum ſcribit, longe tamen aliud (niſi hæc de cordis ῥώμῃ καὶ ἀσθενείᾳ juxta *Galenum* explicentur) ipſa res, & obſervationes Medicorum evincunt. *Stranſius.*

10. *Cordis morbi*) Cordis morbi curationi medicæ ſubjecti, *Intemperies* maxime ſunt, *Venenata qualitas, Anguſtia*: Qui enim alii quandoque in ipſo occurrunt, *Mutatio in ſubſtantiam cartilagineam, Extabeſcentia, Situs mutatus, Vulnera, Vlcera*, & hujus generis alii, incurabiles omnino ſunt, ſæpe nequidem cognoſcibiles.

Intemperies omnis, venenataque qualitas in totum à ſanguine qua generationem, cognitionem, curationemque dependent.

Anguſtia ſanguinem fere pituitoſum, lentum & concretum cauſam agnoſcit; hic ſiquidem copioſior, craſſior, variiſve modis diviſus ſi fuerit, *Polypus cordis* oritur. *Blaſius Ther. Sp. p. 295.*

10. *Cordis morbi*) *Situm id mutaſſe deprehenſum eſt*, & latus thoracis dextrum pulſaſſe, quod in viro quadragenario, & *Regina matre Chriſtianiſſimi Regis Ludovici* xiij. vidit *Riolanus Animadv. in Bauhinum*: Vidimus cum miraculo idem in Typographo *Volf. Chr. Cramero*, cui cor in dextro latere ſemper palpitat; *G. Wolf. Wedelius M. S. vol. 1. p. 477.*

Idem à me obſervatum, ſed à cauſa p. n. in puello bienni, filio *Dom. Henrici Favarger.* Nob. Neocomenſis: Abſceſſus illi, tunica incluſus, in pectoris parte ſiniſtra, ab ictu obortus fuerat, qui mole ſua Cor in adverſam partem protrudebat; manifeſte enim in dextra parte valide micabat viventi.

Cor plane inverſum ac ſiniſtrum ejus ventriculum dextram thoracis partem occupantem, vidit *Val. Andreas Mollenbrocc. M. S. p. 477.*

10. *Cordis morbi*) *His accenſendi qui partes appenſas attingunt, Vaſa ſcil. magna, arteriam aortam & venam cavam*; Sic ſubitanea morte quendam concidentem aperuit *Phil. Hacquart* Chirurgus, fodiendi labore fatigatum in quo vena cava prope cor diſrupta ſanguine mundavit viſcera, referente *Thom. Bartholino in Actis Danicis.*

Intemperies Cordis.

11. [illegible] Signa affectionum cordis, & cauſarum [illegible] onum, ex *Galeno in arte parva* ſumuntur ex [illegible] *tate reſpirationis* Nam cum reſpiratio referatur ad refrigerationem cordis, & generationem ſpirituum, ut ad ſuum finem, ob quem à natura fuit inſtituta, quales & quantæ ſunt affectiones *Cordis*, tales & tantæ ſunt reſpirationis: Præterea ex *Palpitatione illius*, qui motus eſt p. n. in quo nititur cor expellere quod noxium eſt, Ex quo colligitur cor male affici: Ex *Pulſibus*, variantur namque pro diverſis cordis & arteriarum affectionibus: Ex *animi concitatione* & *demiſſione*, Illa namque, ut & omnis concitatus animi motus, cordis robur & calidam intemperiem oſtendit, ut *demiſſio* frigidam: Ex *Febribus*, quod in corde habeant focum, nulla enim febris poteſt eſſe quin cor afficiatur: Ex *Rigoribus*, nam ſi cor refrigeſcat, aut ad ſe calorem attrahat, refrigeſcunt reliquæ corporis partes atque rigent; Ex *colorum differentiis*; nam licet colores externæ cutis pendeant ex humoribus ſub illa latentibus, tamen coloris & ſpirituum abundantia aut penuria naſcitur; *Dolores* denique, *cordis ſymptomata*, denotant illius morbos, utpote effectus cauſas ſuas, ſignificant enim ipſas cauſas affectionum, ut facillimum eſt cognoſcere. *Jac. Fontanus Prax. lib 2 cap. 14.*

Intemperies omnis cordis, *Calida* præcipue & *frigida*, cum ea quæ ſanguinis eſt, omni modo convenit, ut & *Venenata qualitas*, in totum à ſanguine, qua generationem, cognitionem curationemque dependet. *Blaſius Therap. ſpec. p. 295.*

11. *Vel calida*) Potiſſima ſigna deſumuntur ab *Actionibus* & 1. *Reſpiratione*, cujus finis cum ſit *ventilare*, ſeu refrigerare calidum nativum, quo intenſior eſt calor ille, eo majorem, celeriorem, & crebriorem fore reſpirationem neceſſe eſt; Idem *Cor*, ſi contingat (& hæc jam alia cordis actio) pulſari externa aliqua injuria, exardeſcet in iram vehementiſſime; Vbi difficultas exiſtit, nam apud *Galenum 2. in 1. Epid.* duæ ſunt voces, ὀξύθυμοι (cum qua idem eſt ἀκρόχολοι) & βραδύθυμοι, quarum hæc cor calidum denotat, illa frigidum.

Res ita habet, ſunt inter homines qui ſubito & ad leviſſimas injurias excandeſcunt, ſed facile remittunt, ſi videant adverſarium: Sunt alii qui magnanimi ſunt, & injuriarum contemtores, non ſine ſumma ratione incaleſcentes, at ubi ſemel arma induerunt, non facile placantur; De utriſq; quaſi ex uno ore loquuntur *Valleſius & Th. a Vega, com in Art.* βραδύθυμοι, *inquiunt*, ſunt animoſi, quales qui ſunt, calidi ſunt, qui multa & magna audent, ſed ſemper cum ratione, ὀξύθυμοι, ſunt temerarii quales qui ſunt, frigidi ſunt, & multa aggrediuntur, verum tamen præcipiti conſilio. Quamobrem βραδύθυμοι fuerunt, qui iram ſciunt ſumere & deponere, ὀξύθυμοι qui neutrum, Cæterum quod de *Ira* dicitur, trahendum eſt ad alia quoque, *dolorem, metum* &c.

Et hæc de *Actionibus*, De *ſymptomatis* ita habendum, Tales fere *rubicundos* tota facie, aliquando cum puſtulis, Iidem ad *tactum* perpetuo ſunt *ignei*, præſertim manus: Iidem *venas habent conſpicuas* & magnas: Quidam, cum proceſſit calor, *pectus* habebunt *nigrum*, & veluti atramento ſuffuſum, Talis fuit *Hercules* toto corpore, præſertim podice, inde *Melampigus* dictus. Quidam horum valde *ſiticuloſi* ſunt.

Quod ad vicinum *thoracem*, erit is bene proportionatus, quamvis fere amplior, Caloris enim eſt dilatare. Idem *thorax pilis* multis, denſis, nigris obſitus erit, In quibuſdam in corde ipſo inveni. Tandem ſi quis in intenſiſſimo frigore non ſubito tremat, contra, ſi vel frigus leviſſimum ferre non poſſit. *C. Hofmannus Inſt. l. 4. cap. 8.*

De *Corde calido & ſicco*, Sciendum quoad *Reſpirationem*, vix ec[illegible] quid poſſe dici, antequam thorax inſpiciatur, amplus an anguſtus ſit? Dubia enim hic res eſt, quod [illegible] tas faciat quidem quod ſolet, *dilatet* inquam, Sic[illegible] tem repugnet: Si thorax ſit amplus, non poteſt non magna eſſe reſpiratio, quæ una *alquâ*

tantum

tantum attrahit aëris quantum duabus anguſtus: Cum magnitudine & crebritas & frequentia (*celeritas*) adeſt, ſine tamen inæqualitate. Sin anguſtus ſit, & crebritas (celeritas) & frequentia major eſt.

2. De *Pulſu* non minus res difficilis eſt. Durum eſſe ait *Valeſius* in Arte magnum, celerem & crebrum: De Duritie conſen[illegible] Interpr. quos audio, in magna *ſiccitate*; mihi ſatisf[acit] *Th. Verga*, qui ait Calidos tantum habere pulſum magnum, ſed ob copiam carnis vix perceptibilem: *Calidos & ſiccos*, ob contrariam cauſam, habere evidenter magnum, cum celeritate & frequentia, ob copiam fuliginum.

3. In *Animi affectibus* (non in ſola *ira*) tales non ſubito cedunt, ſed ubi ceſſerunt, perſiſtunt; Sunt *Sanguinarii* &, ſi accedat potentia, Tyranni, immiſericordes, illo[ti]ales, contemtores aliorum, audaces, arrogantes, libidinoſi, alioquin *activi*.

4. *Thorax* in mediocritate fere conſiſtit, Idem eſt hiſpidus pilis denſis; nigriſque, forte etiam criſpis.

5. *Colore*, ſunt toto corpore nigri, ſolidi ad tactum, calidique (ſiccitas enim eſt lima caloris) venis tumidis, præſertim in ſenectute, cum jam amareſcunt, ut *Cicero* loquitur, hoc eſt fiunt melancholici, quibus flatus nunquam deſunt, & facile laborant tales febribus tertianis, cauſis eryſipelatis &c.

Quoad *Cor calidum & humidum*, conſiderant iterum *Thoracis* vel latitudinem vel anguſtiam, *Illa* ſi adſit, fiet reſpiratio magna, crebra, & celer; Sin, tantum decedet de magnitudine & conſequentibus quantum de latitudine.

2. *Pulſus* eſt mollis, ob humiditatem, quæ quoniam obſequentem habet arteriam merito magnus etiam eſt: His addita celeritas eſt & frequentia, ob fuliginum copiam potius quam acrimoniam.

3. In *Affectibus animi*, præcipue *ira*, hic magna eſt proclivitas, ob humorem, qui facile recipit, facile dimittit, Summa, hi tales facile volunt, facile nolunt, ut pueri.

4. *Thorax*, utplurimum eſt amplus, ſed minime piloſus.

5. *Colore* ſunt florido, pilis ruſis, mollicellis, Ipſi lenes & amicabiles, ad riſum faciles.

Hic Quæritur, Quatenus tales ſunt temperati? Quamdiu caliditas & humiditas ſtant in æquilibrio, At vero ſi vincatur calor, præ foribus eſt putredo, ex putredine febres putridæ, cum eo uſque aſcendit ut actiones lædat, Hoc eſt quod *Galenus* ait *10. m. m. 5. Si contingat tales laborare febre Ephemera, facile fit inde putrida, quando etiam cum ſani ſunt tales fœtent inſtar hircorum*: Et hæc quidem eſt putredo dicta proprie; interim laborare poſſunt tales etiam putredine impropriedicta, quæ *combuſtio* dicitur, *8. m. m. 9.* cum videlicet Ephemera ultra diem ſuum naturalem durat, & *Synochus* fit *imputris*, qui ipſe tamen in *Putrem* degenerare poteſt: An accidit hoc cum flos ſanguinis in bilem verſus eſt, ita tamen ut non propterea calidi & ſicci ſint dicendi? Quicquid ſit, appellatur hic *Synochus* à quibuſdam *febris aſthmatica*, quod propter maximum circa cor incendium reſpiratio ſit valde intenſa & cum ſtertore: Solet & *Inflativa* dici, à peculiari ſymptomate, quo faciem attollit in tumorem, putatque vulgus ab aura venenata eſſe. *Idem ibid.*

l. Vide inferius cap. 24. *de Palpitatione cordis* §. 26. *Liquor. cardiacus.*

m. *Vel calida*; Incaleſcit Cor ab *externis & internis cauſis*, *Externa* ſunt *aer æſtuoſus*, *cibi valde calidi*, aromatiſati, acres & mordaces, *vina* potentia & generoſa, *Exercitia* corporis crebra & vehementia, *Ira* & excandeſcentia. *medicamenta* calorifica, *balnea* naturalia & artificialia, ſicca pariter atque humida.

Interna ſunt vapores, fuligines & humores fervidi.

Curatur hujuſmodi intemperies *internis & externis* remediis.

Interna ex *ſimplicibus* ſunt.

Acetoſa, acetoſella, viola, roſa, nymphaa.

Succus limonum, mali citri, granatorum, aurantiorum, pomorum redol. rubi idæi.

Santalum citr. terra ſigill. Bolus Arm.

Margarita, corall. rubr. hyacinthus ſapph. ſmaragd. lapis bezoar, cornu cervi, os de corde cervi.

Ex arte factis ſunt.

Aquæ, *acetoſa, acetoſella, nymph. violar. roſar. fragor.*

Syrupi, *acetoſa, acetoſell. acetoſ. citri, limon aurant. granat. acidor. cydon corallinum, fragor. rubi Idæi, pomor. redol.* Iulepus *roſar. & violar.*

Conſervæ *violar. roſar. acetoſit. citri acetoſa, acetoſella, nymphaa.*

Ribeſia condita, *Ceraſa.*

Species *diamarg. frig. trioſantal de gemmis frigida.*

Externa ſunt Acetum *roſar. rubi Idæi, flor. caryophyll.* *Oleum violar. roſar. nymph.*

Vnguenta *roſat. violat. ſantalin.* Ex quibus Sacculi, Fomenta &c. parari poſſunt.

His addenda *victus ratio* refrigerans. *Sebiſius M. pagina 812.*

n. *Vel frigida &c.*) *Reſpiratio* proculdubio eſt parva, rara & tarda, at hoc ita intelligere oportet ſi ſervetur eadem dilatationum magnitudo, frequentia & crebritas, Alioquin thorax parvus valde dilatatus magnam facit reſpirationem, & conſequenter tantum trahit aëris quantum thorax magnus parum dilatatus.

2. Pulſus neceſſario eſt parvus, *inquit Author Artis*, ſed non neceſſario tardus & rarus, niſi, *addit Valleſius*, frigiditas jungatur inſignis.

3. Tales ſunt è genere ὀλιγοθύμων illorum, qui hoc habent à debili colore, & vocantur μικρόψυχοι. de quorum natura eſt, *auctore Valleſio*, furere in ira ſi mitius tractentur; cedere ſi aſperius; ſunt enim timidi, ſegnes, ſibi diffidentes, cunctatores, l. 4. Iidem ſunt *Colore albo* toto corpore, præſertim facie: *Venas* habent parvas & inconſpicuas.

5. Thorax pleriſque omnibus & anguſtus eſt & planus, ſcapulæ prominentes, unde [Greek] vocantur Græcis.

6. *Pili* in hoc aut nulli ſunt, aut pauci, iique ruſi, De his vetus eſt *aphor. 24. ſect. 5.* Frigida enim pectori inimica, faciunt enim catarrhos, hæmorrhagias &c. Æſtate melius habent quam hyeme. *C. Hofmannus Ibid.*

Si *Cor frigidum ſit & ſiccum.* In *reſpiratione* denuo inculcant thoracis amplitudinē, Ego vero, ut in humido vix agnoſco anguſtiam, ita in hoc neutiquam amplitudinem, repugnat enim utraque qualitas; Dico vero 1. Reſpiratio in hoc ſtatu eſt parva, tarda & rara; frigus enim peſſundat omnia naturæ opera.

2. *Pulſus* proculdubio ſunt parvi durique ſunt & rari.

3. In *ira*, in amore, in odio, in metu, in gaudio &c. tales ſunt ſtipites, interim ſi cœperint tale quid, non facile alio transferuntur; Iram vero diſtingue à moroſitate & impatientia, ut in ſenibus & mulieribus; hi omnes avari ſunt.

4. *Thorax* anguſtus eſt, quo reſpicit utraque qualitas;

5. *Cutis* eſt talis qualem qualitates ſuæ permittunt,

6. Valde hi ſunt miſeri cum Boreas flat. *5. aph. 24.* Vitales hi non ſunt, quia mors ipſa eſt frigida & ſicca. *Hofmannus. ib.*

Si *Cor frigidum & humidum* 1. *Reſpiratio* tarda & parva eſt, necnon rara: modicus enim calor nonniſi modica ventilatione indiget.

2. *Pulſus* eſt mollis.

3. *Iram* non facile ſumunt & facile placantur; Accipe vero eo ſenſu quo dixi, mulieres enim, & pituitoſi omnes canum more petaces ſunt, non enim bene diſflantur ob pectoris anguſtiam.

4. *Thorax* anguſtus eſt, ſimulque vel *depilis*, vel paucis tenuibuſque veſtitus.

5. *Cutis* eſt talis qualis eſſe poteſt.

6. *Catarrhis* valde ſunt obnoxii, cor enim præbet cerebro copioſam materiam. *Idem ib.*

14. *Et calefacientibus) Frigida Cordis intemperies* emendatur ſequ. *Simplicibus.*

Radicibus, *angelica, imperator. ſcorzon. card. ben. dictamni. acori veri, zedoar. helenii.*

Herbis, *meliſſa, ruta, baſilici, roſmar. puleg. ſcordii, betonica, ſerpilli.*

Floribus, *roriſmar. baſilic. caryoph. calend. lavendul. mali citrii.*

Xyloaloe, cinnam. caryophyll. macere, croco, nuce moſch.

Seminibus *citr. mali*, baccis *lauri & juniperi.*

Corticibus *citri, limon. aurant.*

Ambra, moſcho, ſuccino.

Ex *arte paratis* extant.

Aquæ *meliſſa, angelic. imperator. roſmar. puleg. ſcordii, flor. citri, aurant.*

Syrupi *meliſſa, cinnam. cortic. citri. flor. caryoph.*

Cortices *citri cond. aurantior. limon. nux moſch. cond. flores citri conditi.*

Species *diambra, diamoſchi d. diamarg. cal. diaxyloaloe.*

Theriaca Androm. Mithridat. Damocr. Diaſcord. Fracaſtor.

Externa ſunt.

Balſamum *angel. ruta, ſuccini, citri, Linimentum ſalutis.*

Olea *citri, cinnamomi, roſmar. Cortic. aurant. ſuccini.*

Obſervanda quoque *Diæta* calefactoria. *Sebiſius pag. 914.*

14. *Et calefacientibus curatur &c.*) Noſcendum eſt *Sanguinem* nihil ſine *Corde*; Cor nihil ſine Sanguine poſſe, 2. Labefactari vero vires vitales toto die, & Cor in motu ſuo fatiſcere, pulſatione ad ſenſum, ſi non intercepta, tamen valde turbata; 3. Vincula principiorum vitalium, *ſanguinis* & *ſeri*, ſæpe violenter quaſi diſſolvi, fibris ex ordine dimotis, grumeſcentibuſque particulis, adeoque *Cardiaca* eſſe quæ ſanguinem & ſpiritus, ſeu maſſam ſanguineam & flammam vitalem, calidũ & humidum reſpiciunt; tum *Inſtaurantia, Reficientia, Rarefacientia, & motum ſanguinis Promoventia*: Tum *Deprimentia, Refrænantia, & Rarefactionem moderantia*; inſimul vero conſiſtentiam ſeri & ſanguinis proportionatam reddunt: *Inſtauranda eſt facula vitalis* in affectibus iis ubi *depreſſa* eſt, nec ſatis emicat, in lipothymiis, ſyncope, cachexia, laſſitudine, initio febrium malignarum, expellendis exanthematibus & impediendo eorum recurſu; *Inſtauranda* quoad particulas mercuriales, volatiles, ſpirituoſas, ſulphureas, balſamicas; Hinc *rarefactio* quam intendimus, eſt duplex, naturalis & præternaturalis. *Naturalis*, qua continuo in motum cietur novum, elaſtica virtute ſpirituum & partium aërearum expanſa in corde, quod perficitur prima parte Cordialium, de qua jam: *Præternaturalis*, quando ultra moderationis terminos, pluſquã par erat incenſæ ſunt particulæ calidæ, ſulphureæ, volatiles; ut non amplius, ſed tumultuoſe impellantur; quæ temperanda coercendaque eſt per ea quæ ſecunda claſſe dicemus; Cumque & ſanguinis & ſeri motus ad utramque requiratur, utraque iterum ſunt duplicia, 1. quæ magis ſanguinis oleoſitatem intendunt, & ſpirituoſas adaugent deficientes particulas, ut ſpirituoſa, ſulphurea, balſamica.

2. Quæ ſero fluxilitatem majorem conciliant, ut Salina.

Hinc duplex Inſtaurantium Cordialium inſurgit materia, Sulphureorum & Salinorum volatilium & fixorum, Inſtaurant ἰκανῶς ſanguinis & rarefactionem, ſpirituſque ſopitos excitant proximius magis *volatilia, ſulphurea, & quidem vel oleoſa & balſamica*, ut odorifera, aromatica, v. g. ex herbis *meliſſa, roſmarin. ocymum, ſpica Celtica & Indica, ſalvia* & alia cephalica, Flores *citri, arantior. lilior. conv. ſpica lavend. anthos, tunica, crocus, camphora, lignum aloes, caryoph. aromat. cinnam. cortex citr. ambra, moſchus, oliban. ſtyrax, ſuccin. ſpec. cordial. temper. diambr. diamoſch. diamarg. cal. diaxyloal. roſat. nov. de gemmis cal. proepith. cordis, Conſ. alkerm. de hyacintho, Extr. croci, balſam. vitæ, Olea & Balſama* ex dictis, imprimis *apoplecticum*, quæ potentiſſime reficiunt, Item *conſerva herb. dictarum.*

Vel *ſpirituoſa*, ut *vinum* imprimis generoſum, unde videmus & ſtatim refici inde labentes vires, &, ſi excedatur uſu, inebriari hominem, ob partes ſpirituoſas nimis adauctas in gradu, unde & calor oritur & ſomnus.

Aqua cinnam. cum vino, *bugloſſ. cydoniat.* Aqua *roſar. apoplectica*, Spiritus *lilior. convall. roſar. meliſſæ.* Eſſentia *ligni aloes, ambra* &c. Et in receſſu talia, dulcia, *mel, ſacchar.* ſyrupi, ut *bugloſſ. julep. roſat.*

Inſtaurant volatilia ſalina, ſpiritus urinoſi, quicunque. *ſalis Armoniaci, fuliginis*, ſumme decantatus hinc ab *Hartm. ruta, lilior. convall.* aliorumque ſimil. Inſtaurant ex his *mixta*, ut ſalia volatilia oleoſa, quæ omnibus reliquis hinc palmam præripiunt, ut *ſpiritus ſalis Armoniaci urinoſus, ol. cinnam. caryoph. macis* impregnatus.

Refrænanda & deprimenda vero eſt facula vitalis p. n. exardens & efferata, ut alienis quaſi uratur, vel urat potius flammis, quæ conveniunt in febribus quibuſcunque, in anxietatibus, pulſu frequenti, virium debilitate, lypothymia à reſolutione & rarefactione nimia, hectica &c. *Refrænant*, quæ rarefactionem præternaturalem, & exuperantes partes ſalinas volatiles & ſulphureas exacerbatas deprimunt; Refrænant v. g. *aquea* diluentia, quatenus & ſeri ſtabiliunt quantitatem, ſubſtantifice augendo, ut ſufficiat, & una temperant ſal acre volatile rarefactum peregrinum unde enatum Sic præſtant id *flores cordiales. bugloſſ. borrag. violar. roſar.* temperata aquea & terrea ſua qualitate, item *aq. bugloſ. borrag. acetoſa. acetoſella, roſar. ſcorzon. emulſio 4.* ſem. frig. maj. decocti hordei cum c. c. potus largior, quæ ipſa quoque reſolutionem impediunt; Refrænant *Acida* ſulphur efferatum domantia, & obtundentia, unaque infringentia ſalia volatilia efferata, tum interne, ut *acetoſa* quævis; tum Externe, *acetum ſimplex, acetum ruta, flor. lavend. lilior. convall.*

Refrænant *Nitroſa*, ſulphori efferato domando, & ſalium volatilium effervеſcentiæ obtundendæ aptiſſima: Refrænant *demulcentia* & inviſcantia mucilaginoſa, *rad ſcorzon. c. c. grana Kermes* &c. item *Præcipitantia* terrea: Refrænant denique, quæ reſolutionem impediunt & fatiſcentem *κρᾶσιν* conſervant, tum *adſtringentia* ſimplicia & bezoartica cum primis; Vnde hic & *pulvis ſtypticus, bolus Arm. corallia, unicornu verum & foſſile* &c. pertinent magni uſus in fluxibus colliquativis febrium, quibuſcunque diarrhoeis, hæmorrhagiis, Tum *Opiata*, efferationem nimiam ſpirituum & maſſæ ſanguineæ concentrantia: licet horum quædam ſint quæ exter-

exemplo p[illegible]rum opiatorum pluribus indicationibus ſimul fauſt[illegible], & pro diverſa diſpoſitione humorum & reſolvant & re[illegible]lutionem impediant; Tacemus hinc ex jam dictis quæ, ut polychraſta itidem vincula ſeri & ſanguinis roborant, ut aquea mucilaginea, quæ quaſi communia ſunt pluribus ſcopis debita.

Cum vero, ſi quæ alia Conſortantia, latiſſime pateant Cordialia, & non ſolum intemperies calida vel frigida, ſed & conſiſtentia maſſæ ſanguineæ, & peregrina illata conſideranda ſint, notandum eſt in utraque claſſe dari ſeorſim quæ mediate & remotius unicuique velificentur; Sic *mediate & remote inſtaurant* calidum vitale, quæcunque impedimenta rarefactionis tanquam vincula removent & auferunt; qualia ſunt *abſorbentia & reſolventia* volatilia & fixa, comprimis quæ grumeſcentiam ſimplicem ſubjugabilem tollunt, & coagulationem impediunt, ſpecialiter in *lipothymia, ſyncope, palpitatione cordis*, & malignam, ſeu cum febri talem domant; ut bezoartica *volatilia & fixa*, de quibus ſeorſim, utraque in *virium debilitate* expetita.

Ad utrumque caſum, cum & extra febrim, pertinent tum *volatilia*, ut *Tinctura bezoartica*, Tum *media*, ut *miſtura ſimplex*, Tum *fixa*, *ut Corallia, lap. bezoar utrque, ebur ſine igne prap. lapides cancr. os è corde cervi; Unicornu utrumque, perla & mater perl. lapid. V. pretioſi, lapis lazuli, magiſt. corallor. & perlar.* Ex compoſitis, inſtar omnium *pulvis abſorbens noſter*, cum quo tantum non mira effecimus: Laborabat juvenis à pluribus menſibus lipothymia, ita ut ſæpius unoquoque menſe eadem inter medios labores corriperetur, ſine ſenſu & motu jacens, donec paroxyſmus excuteretur, Fruſtra curatur ultra annum à Medicis, tandem à duobus ſolis perfecte convaluit remedijs 1. Pulvere abſorbente, 2. *miſtura ſimplici antiſcorb.* nullo recidivæ ullius veſtigio ſemaoente, Egimus de hoc *anno* ij. *Ephem. cur. obſ. 196. pag. 298.* Et *Decade* ij. *anni 1. obſ. 8. pag. 21.* Sic *mediate & remote refranant*, & in ordinè redigunt exæſtuantè maſſam ſanguineam itidem volatilia, quatenus peregrinum malignum fermentum diſcutiunt, ne ſævire amplius, & nuptum vitali purpuræ vel deſtructionem principus vitalibus inducere queat, Unde *camphora* v. g. *tinctura bezoart. miſtura ſimpl. ſpir. theriacal.* &c. licet in ſe calida & inſtaurativa, tamen curant febrim, quatenus exhalationem promovent, unde tanto latius patent; & æſtimanda magis ſunt; Hinc diſtinguendi affectus, tempora & remedia omnino fuerint.

Ex quibus etiam patet quare plurima dentur *Cordialia*, etiam fixa, quæ primo intuitu non videntur quicquam *ἄξιον λόγου* præſtare, inprimis quod non poſſins ad Cor ire, ſufficit ultimate & *chylum* & *ſanguinem*, & *ſerum* huc tendere, & in actum hinc facile deduci characterem quem ſecum recepere: Patet tam neceſſaria eſſe *confortantia refranantia* quam *inſtaurantia*, cum utroque extremo facilis erretur, & mors ipſa eveniat, unde debito tempore & loco nitroſa æque ſunt cordialia quam pretioſiſſima vel calida alia, Neque enim conſiſtere ultra modulum debitum natura poteſt. *Wedelius Am. m. m. pag. 147.*

15. *Vel humida*) Hic omnia ſunt contraria Cordi ſicco, & duo tantum monenda 1. *Thorax* ſemper eſt magnus 2. nugantur qui hepar hic infamant. *Hofmanum ibid*

Corrigitur *hyacintho, ſmaragdo, ſapphiro, granatis, margaritis, corall. cornu cervi, uſti & ppti. Oſſe de corde cervi, Bolo Armena, terra ſigillata*, Cum hac pharmacia conjungenda *Diæta* ſiccans, *Sebiſius*.

16. *Vel ſicca*) Hic 1. *Reſpiratio*, ob inſtrumentorum contumaciam juxta & exilitatem, parva eſt, tarda & crebra.

2. *Pulſus* durus parvus & creber.

3. Ad *iram* (cæterorum affectuum pene eadem eſt ratio) cor hoc non eſt aptum natum, quia ſiccitas non admittit impreſſionem, verum ubi admiſit, non dimittit.

4. *Thorax* ſemper eſt parvus, ob defectum materiæ.

5. *Totum corpus* excarne & oſſeum eſt, non autem neceſſario nigrum. *Pili* ſi adſunt ſubito adſunt juvenib⁹.

6. Læduntur tales ſiccis, juvantur humidis. *Hofmannus l. c.*

Siccæ cordis intemperiei medentur, Ex *ſimplicibus*.

Lactuca, portulaca, flores *violar. borrag. bugloſſa, pruna dulcia, jujuba, uvæ paſſæ, liquiritia.*

Ex arte factis.

Aquæ *borrag. bugloſſi, violar. lactuca, portulac. nymph. papav. albi, ſempervivi.*

Julepus *violar. ſyrupus violar. jujub. liquirit. è pomis redolentibus ſyrupus nymph. ceraſa condita, mora condita, lactuca Hiſpan. condita.*

Emulſiones *amygd. dulc. ſemin. papav. albi, 4. ſemin. frigid. maj.* cum *decocto pruuor. paſſular. jujubar. violar. liquir. &c.* paratæ.

Extrinſecus inungantur

Olea *amygd. dulc. violar. lilior. alber. Pineorum.* Adde *Fotus* &c. *Sebiſius*.

Cordis Marcor.

16. *Sicca*) *Huc refer ejuſdem marcorem & tabem*: Promacoada Nobilis cujuſdam, ab illo irato bipalio percuſſa nihil inde damni percepit, altero vero die, ob inflictam ab eo alapam excanduit, & ſic in fervore abiens inter abeundum arcæ allidit, & ſiniſtram tibiam, quo loco fonsiculum naturalem geſtabat, ſauciavit, unde ſanguis tanta copia effluxit ut medicamentis ſanguinem ſiſtentibus deſtituta, elapſis paucis horis vitam cum morte commutaret; Aperto mortuæ thorace occurrebat Cor, non flaccidum, ſed quoad ipſius ſubſtantiam plane conſumptum inſtar loculi vacui & corrugati. *Melchior Fribe M. S. Vol. 1. p. 473.*

Vermes in Corde.

17. *Vermes* Præcipue intra pericardium Cordi adhærentes, Affectus rarus, nec ubique cognitus, Patiuntur tales ægri Palpitationem cordis ſubito recurrentem; ſoſiones, puncturas, & dolores cordis, præſertim roſiones internas circa regionem cordis, facies pallet, ex improviſo interdum lypothymiæ imminent, interdum etiam convolſiones ſupervenire obſervantur. Curioſa eſt obſervatio quam exſcripſi ex dictatis MS. *Petri à Caſtro Practici Veronenſis*, Mihi contigit, *inquit*, hoc dirum morbi genus in Cantabria obſervaſſe ſub Epidemica conſtitutione, in qua poſt ingentem ægrotantium ſtragem, qui omnes convulſi cum frequentiſſima & fere continua cordis palpitatione moriebantur, Diſſectis cadaveribus, invenimus in ſingulis *vermem* magnitudine fere minimo digito æqualem, capſulæ cordis affixum: Non valuere præſtantiſſima alexipharmaca vermem occidere, non bezoar orient. non theriaca, non confect. alkermes, non ſcorbonera &c. nec allium, à quo tamen magis quam ab omnibus aliis angebatur, & videbatur lædi; Solus *ſuccus ſcabioſæ* vermem occidit. Unde hac experientia obſervata, *ſcabioſa* in poſterum uti juſſimus langnentes; tam in juſculo excocta, quam decoctis & ſyrupis ex ea fabricatis: tandem nulla auxilia ægrotantibus apponebantur abſque hoc ſpecifico alexipharmaco, Et certe mirum fuit ab eo tempore nec ullum ægrorum periiſſe: Itaq; non cordialibus curari hic affectus potuit per aliquot horas, *Mercur. vivus Mercur. dulcis* ad gr. 12. ex-

hibitus cum *conſerva flor. ſcabioſ.* magnopere. *Hæc à Caſtro.*

Alias medicamenta ad hunc Vermem uſitata ſunt inprimis *Mercurialia*, & hinc *ſuccus allii, raphani*, *naſturtii* &c. Externe expertum eſt *Cataplaſma* pro enecando verme pericardii, ex *foliis cinaræ, tanaceti*, *& abſynthii aceto vini* coctis, & cum pauco *mithridatio* mixtis, admotum cordis regioni, *Louveri Tr. de corde p. 107.* experimento. *Etmuller.*

Quandoque generantur Vermes ſub corde, vel ſub capſula cordis, & faciunt puncturas & dolores, & medicamenta dantur cordialia, ſed nihil proficiunt, & æger moritur, Sed vera cura eſt talis

℞. *Succi alii, raphani, & naſturtii*, detur, & ſtatim curabitur, crede experto; quia verum eſt; Ex M. S. *Joh. Stockeri*, cujus veſtigiis volui inſiſtere, & curatio in puella 17. vel 18. annorum ſucceſſit. *Wolf. Gabelchoverus Cent. 3. obſ. 1.*

18. *Vermes prodente id*) Fabuloſum haud eſt Vermes in Corde generari, Hoc enim *Meſues* docet, *Hollerius. M. Cornax, Alexius Pedem.* & alii, *J. Heberſtreit. l.* de Peſte, Principem quendam ex morbi ſævitia periiſſe narrat, in cujus cadavere vermis albus, præacuto roſtello, eoque corneo præditus, cordi adhæreſcere deprehenſus eſt. *Schenckius* ex *Sphererio* civem Florentinum, morte ſubita correptum, in cordis capſula vermem vivum habuiſſe refert.

19. *Et qui pelluntur*) Ajunt multi certiſſimo experimento *ſucco allii, raphani & naſturtii* hos vermes necari; qui ex teſtimonio *Pedemontani*, in corde deliteſcentes, ſyncopem, epilepſiam, & mortem inferre ſolent.

Juvenis in conflictu lethaliter vulneratus in ſiniſtro abdominis latere, die xx. obiit &c. Cum ad cor deventum, quod optime alias ac naturaliter conſtitutum fuit, ventriculique diſſecti, non ſolum copia atri ac grumoſi ſanguinis, ſed & *vermes* in iiſdem latitantes oculis adſtantium exhibiti, oculis, auribus ac proboſcide inſtructi, colore albi; dimidium digitum longi, ambo tamen mortui. *Goth. Samuel Poliſius M. S, Vol. 1. pagina 479.*

Calculi in Corde.

20. *Calculi*) *Oſſa* etiam reperta, ſic in cadavere *Urbani* viij. Pontificis Romani, in ſiniſtro cordis ventriculo os triangulare, literam T. referens, repertum memorat. *Th. Bartholinus Hiſt. 45. cent. 2.* In filio *Pares* Typographi Palpitatione cordis laborantis. *Platerus.*

In ſexagenariæ innuptæ, extreme macilentæ, melancholiæ hypochondriaco hyſtericæ obnoxiæ, quæ ſibi forfice gulam diſſecuerat, Aortæ trunco deſcendente, & utroque arteriæ cœliacæ ramo aliquot oſſicula teretia, nonnihil concava, nec adeo parva, ita tamen parietibus arteriarum adnata ut liberum ſanguinis tranſitum neutiquam ſufflaminarint, reperta ſunt, *Georgius Adr. Merclinus M. S. Vol. 1. p. 447.* Nunquid forte extrema illa macilentia adſcribenda non libero ſanguinis commeatui?

De Valvulis cordis oſſeis repertis in quodam morte ſubita extincto vide ibid. p. 479.

20. *Calculi*) Non ſemel in corde *lapides* reperti ſunt, quod quibuſdam mirum, ſed non ſine variis optimorum authorum teſtimoniis: Id autem fieri poteſt, quoniam quæ in corde generantur, ut lapilli & oſſa, non ei vim inferunt ut externa accidentia. *P. Borellus cent. 1. obſ. 88.*

Rari quidem calculi in inteſtinis ſunt, at rariores longe qui in ipſa cavitate cordis ſolidiſſimi reperiuntur, qualem aliquando in ſectione Nobiliſſimæ fœminæ conſpexi &c. Totam cordis cavitatem adimplebat, corpore incurvo, colore cineritio, in cujus apice duo veluti roſtra prominebant. *Bern. Schleiberus Ep. ad Greg. Horſtium lib. 4. obſerv. 47.* Alia exempla vide 4. apud *Thom. Burnet. Theſ. p. m. 337. Zacutum*, *& alios.*

20. *Imperatoris Maximiliani corde tres*) *Thomas Eraſtus in conſ. Cratonis. conſ. 10. l. 3. Joh. Wierus libr. 4. de Præſtig. Dæmon. c. 16.*

Pulſus intermittens.

21. *Pulſus intermittens*) Præ aliis Pulſuum differentiis maxime obſervandus eſt *Pulſus intermittens*, quando arteria οὐδαμῶς κινεῖται, non movetur & micare deſinit, quo ipſo morborum artifex non raro terretur, ſæpius fallitur, vel minimum dubius hærere cogitur, unde non videtur de nihilo accuratius in hujus ſcrutari naturam, quod optime eo ipſo fit ſi Pulſus intermittentis diviſio notetur 1. enim Pulſus intermittit apparenter, cum ob profundiorem ſitum arteria ictum cum manu tangente non communicat, quod in carnoſis quandoque contingit, ubi cautio opus eſt, ut ſemper in tali caſu, ne ægrum, vel ſaniſſimum, moriturum prædicemus, & inde non levis pudor poſtmodum oriatur.

II. Pulſus intermittens datur naturalis, qui ob *ἰδιοσυγκρασίαν* à primo ortu talis eſt: Vivit hic loci Vir ſeptuagenarius cui cum pulſum tangerem, intermittentem illum & ſemper in vibratione deficientem deprehendi, qui ſe à primo ortu ſemper eodem modo pulſum ſuum deprehendiſſe aſſeruit, Exempla plura vidi apud alios.

Præternaturaliter Pulſus intermittit ſæpius, idque noſtra experientia tribus potiſſimum in affectibus: id aliquoties in Pleuriticis obſervavi interpolari Pulſum, modo quarta, modo ſeptima modo nona vice Intermittentem. Cereviſiæ coctor & Polygraphus ſimul pleuritide decumbebant, uterque pulſum exhibebat intermittentem, feliciter nihilominus evadentes.

2. In *febribus malignis* pulſus itidem ſæpenumero intermittit; præſertim cum malignitas ad cor tendit. Fœmina Cauponæ 1669. febre conflicta ta Petechiali, ſentiebat recedere ſubito maculas, *pulſus intermittebat*, anxietas in pectore urgebat, peſſimum alias ſignum, ſed propinato Sale volatili, & alexipharmaco, c. c. ſpiritu albo, deſubito omniam ceſſabant ſymptomata, & feliciter terminabatur non longe inde morbus, quod in aliis quoque vidi ſimiliter.

3. In *hypochondriacis & ſcorbuticis* paroxyſmis ſolenniter apud quoſdam intercidit Pulſus, commixtis cum ſanguine acidis, ponticis, & auſteris particulis, quæ coagulationem intendunt, grumos pariunt, & conſequenter œconomiam ſanguinis & cordis turbant, Quod præter alios in Coriario obſervavi, cui cum tumeret pes ſiniſter, & gangrænam ſcorbuticam minaretur, cum anxietate præcordiorum, & dolore gravativo hypochondrii ſiniſtri, Pulſus ſemper modo quinta modo ſexta intercidebat micatione, Et ſane optime per grumeſcentiam ſanguinis quicquid p. n. in Pulſu interpolationem procurat, explicari poſſe videtur, cum nempe fibræ ſanguinis τῆς μίξεως διαχώρισιν pariuntur & à ſanguine ſecedunt, Nuper in tabellione cachectico, primum intermittentem, hinc caprizantem Pulſum notavi, qui alias Canibus eſt admodum familiaris.

4. Poteſt huc referri interceptio Pulſus artificialis, ut apud *Galenum 6. de Plac. Hipp. & Plat.* Empiricus Theriacam probaturus puerum ſine pulſu produxit, nam vinculis interclusæ arteriæ pulſu omni micationeque orbabantur, quod probe notandum in illis quibus ob fracturam, vel alias cauſas membra ligantur. *Wedelius.*

Adnotata quoque mihi exempla Pulſus Intermittentis

tis naturalis in perſonis robuſtis & vivacibus, Nobiliſſ. Matrona Domina Lecta, Genevenſis, annum attigit fere octuageſimum, fluxionibus, dum viveret, in pectus obnoxia, Pulſum exhibuit in proſpera etiam ſanitate, Medico ſemper intermittentem, Nobiliſſ. *D. Johannes à Turretini*, qui octogeſimum exceſſit annum, ab anno quinquageſimo firmiſſima uſus valetudine, qui ante perpetuo querulus fuerat; Pulſum quoque intermittentem, ſed validum obtinuit. In vivis adhuc eſt, pluribus nominibus colenda, Domina Andrion, alias Perdreau, celeberrima ubique tæniarum denticulatarum argentearum & aurearum opificio, ſeptuageſimum quartum hæc premens Intermittentem, quoque ſed magnum & validum obtinet pulſum.

Inter [illegible] autem quibus aſſidet Pulſus intermittens, duo præterea adnotavi: Si quis valide tuſſientis pulſum contingat, hunc vel deficere vel obſcurum admodum fieri deprehenſurus eſt. A vomica Pulmonum, ramis levium arteriarum proxima, obortum Pulſum intermittentem ante decennium obſervavi in viro Clariſſimo, amico ſyncero obſervavi: Febre hic laborabat cum ſuſpiriis frequentibus; Ex quatuor autem uucationibus duæ deficiebant, idque per triduum integrum: Ab exhibito lapide bezoar probatiſſimo, diſrupta vomica, excreta ſunt cruoris purulenti duo circiter cochlearia, hinc mox integritati redditur pulſus, ſuſpiria deſinunt; reduce non diu poſt ſanitate, qua adhuc fruitur.

De Pulſu Intermittente iterum.

Paſſionibus Cardiacis accenſeri debet *Pulſus Intermittens*, & quidem merito, quoniam in hoc affectu, aut ſaltem quadam ſpecie ejus, Cor ipſum laborat, tamen more nonnihil diverſo quam in palpitatione, aut tremore ejus; quippe in his, quoad motum ſuum; in iſto vero quoad quietem perperam & irregulariter habet, hæc nempe nonnunquam duplo longior quam ritum ordinarium aſſolet.

De Pathemate hoc imprimis diſtinguere oportet, cujus (ni fallor) duæ ſunt diſtinctæ fiendi rationes: Nam licet quandoque Pulſus intermittat, quoniam cor pro eo tempore à motu ceſſat, attamen propterea tactu indice, Pulſus nonnunquam in carpo intermittere videtur, dum cor in pectore celerrime ac inceſſanter (uti fit in Tremore ejus) vibrare ſentitur; Cujus cauſam eſſe ſuſpicor, quod urgente iſta cordis paſſione ſanguinis portio tantum perexigua quaque ſyſtole in aortam projicitur, quare hæc inanita & flacceſcens, atque ſarcina promovenda carens, ne fruſtra ſæpius agat, contractionem ſuam quandoque intermittit: Pariter hoc fieri videtur ac circa navem exonerandam, viz quo tempore merces difficilius & impedite admodum depromuntur, bajulatores exportaturi ituum & redituum vices quaſdam prætereunt: Porro in febribus malignis aut funeſtis, ſi quando pulſus creber & debilis ſit, etiam is ſubinde intermittit, Cujus ratio eſt, non quod Cor à motu interdum ceſſat (hoc enim tunc imprimis indeſinenter laborat) ſed quatenus ſanguis non uberi ſatis penu quaque diaſtole in aortam propellitur, quare hæc, opere ſatis agendo carens nonnunquam otiatur.

Verum inſuper Pulſus quandoque intermittit, quia Cordis ipſius contractio per vices quaſdam ſuſpenditur, ſive pauſa ejus duplo longior exiſtit, quod quidem manu pectori admota quiſpiam in ſeipſo, aut alio facile deprehendat Imo laborantes per gravamen pectoris, & oppreſſionem, plane in ſe perſentiunt, quoties Cor à motu ceſſat. Porro hæc affectio non tam languidos, moribundos, aut periculoſe ægrotantes, quam ſatis validos, & quoad plurima recte habentes paſſim inceſſit; quare non ſemper, juxta vulgi opinionem, pro morbo, aut ſigno pernicioſo admodum, aut valde ſontico ſumi debet: Huic obnoxii plerumque cum Vertigine, cephalalgia, aut pathematis ſpaſmodicis, moleſtari ſolent: Cæterum iſte cordis defectus, quoad typum varius eſt, nam intermiſſionum periodi modo ſunt certæ, & ad pulſus vicem quandam, puta 3.4.5. alteramve aut crebriorem aut rariorem, determinatæ, modo incertæ ſunt ac vagæ, ut neceſſario poſt Pulſus jam pauciores, mox plures contingat: Arteriæ vibrationes dum continuantur, ſatis validæ ſive fortes exiſtunt, & plerumque ſunt æquales; quandoque tamen pulſatio prima poſt intermiſſionem maxima eſt, quæ ſuccedit paulo minor, ac ita ſenſim minuuntur, donec intermiſſio repetat; dein poſtea pulſus magnus incipiens quaſi per Scalam rurſus [illegible] adeſcendit.

Novi quoſdam Pulſu intermittente (quantum obſervationi noſtræ res conſtare potuit) ſemper præditos, ut nullo non tempore Arteriam tangens ita habuiſſe deprehenderem; interim ut illi ſatis ſani viſi, de nulla alia ægritudine quererentur: attamen alios quoſdam adverti tantummodo cum adeſſet, vel immineret cephalalgia immanis, aut capitis affectio quæpiam gravior, etiam pulſum ſolito tardiorem & intermittentem habuiſſe.

Ex his conſtare arbitror Pathematis modo deſcripti cauſam, ſive rationem formalem, non à ſanguinis miſtione aut craſi, ſed tantum ab irregulari ſpirituum animalium è cerebello in nervos cardiacos, indeque in tendines cordis, diſpenſatione pendere: Enim vero ſuſpicari fas ſit, propter nervos iſtos nonnihil obſtructos, ſpiritus animales haud pleno ſatis alveo, aut influxu ad muſculi hujus tendines deſcendere, quare cum penus eorum nonnihil deficit, cordis motus pro unico pulſu ſubinde ceſſat, donec ſpirituum copiis mox denuo inſtauratis, actio ejus redintegrari poſſit: Ita vidimus molendinum à rivo perexiguo circumactum, lympha interdum ſubſiſtente, & pene exhauſta, paulo ſubſiſtere, & deinde mox, cum aſſurgeret aquarum cumulus, circuitus ſuos repetere.

Quorum Pulſus ex ſe magnus, & ſatis fortis, intermittere ſolet, illi non tantum cephalalgiis, & affectibus vertiginoſis, ſed etiam incubo, & raro apoplexiæ obnoxii degunt, nam ſi contigerit nervos cardiacos, prius non ſatis apertos & expeditos, poſtea in totum obſtrui, propterea neceſſe erit corde (quod primus elater eſt) immobili facto, corporis animati machinam, mox totam à motu, & conſequenter à vita ceſſare.

Quamvis affectio hæc præſente incommodo, aut periculo ſæpiſſime careat, curationem præproperam non exigat, tamen præſervationis gratia, ne graviora ſequantur, remedia & methodus therapeutica adhiberi debent, ſaltem ratio victus quoad omnia rite ordinetur imo Medicinæ curſus quidam levis vere & autumno ſolemniter ſervetur; viz. ut quantum liceat, morbida quævis ſeminia, intra ἐγκέφαλον jacta, aut ibidem progigni apta, tollantur & præcaveantur: In hunc finem huc referimus methodum cum medicamentis contra Apoplexiæ inſultus, prophylacticam à nobis præſcriptam, *Willis.*

Vide ſupra cap. 2. de hoc Pulſu ex *Wedelio*,

Polypi Cordis.

22. *Polypus Cordis*) Polypi nomen à ſubſtantiæ piſcis ſimilitudine ortum, peculiari cuidam tumori in naribus excitato adaptari cœpit, donec obſervata quadam in præcordiis luxuriante materia novus hic cordis & vaſorum morbus hominum mentes ad ſe traxit; Licet utplurimum elongatis multiplicibus & oblongis pedibus cordis ventriculos, & adjacentium vaſorum cavitatem quaſi repleat, varium tamen ſitum nanciſcitur, &

rudem etiam configurationem, Interdum enim placentulæ inſtar ventriculorum medietatem occupat, & elongatis ramoſis productionibus, per venas & arterias hinc inde excurrenti ſanguini præbet ſpatium: Interdum tamen, ut in cadavere Nob. Iuvenis, ita circa cordis columnas, & carnoſos lacertos hæret, & quaſi radicibus implantatur, ut alterum ventriculum intra cordis clauſtra efformatum dicas: Talem habet denſitatem, & continuitatem ut intra ſe receptum per foramen ab auricula ſanguinem, vi circumſtantis cordis ipſum immediate urgentis, foras protrudat: quo caſu etiam productæ per vaſa Polypi appendices ita perforantur, ut vaſorum lateribus hærentes ſanguinis commeatum intra ſe admittant, quod etiam in cordis auriculis frequenter obſervatur: Hæc Polypi moles in dextro præcipue ventriculo amplior eſt ac in ſiniſtro, ut multoties cum *Bartholetto* & *Riolanno* obſervavi, Quin & color etiam non raro diverſus obſervatur, nam ut plurimum Polypi in dextro cordis thalamo excitati color ſub albidus eſt lardi inſtar: In ſiniſtro autem genitus colorem ut plurimum atrum, & denſiorem obtinet ſubſtantiam. Morboſa hæc excreſcentia ſuam quoque ſtructuram habere videtur, etenim præ ſe fert congeriem ſuperpoſitarum extenſarumque pellicularum, quæ ſubſtantiæ modo nervoſum corpus, cum aliquali tamen mucoſitate referunt, & ſi eadem laceretur, ſolvi videtur in oblonga & ſolida filamenta: hæc manifeſtiora redduntur in ejus appendicibus, quæ faſciculi inſtar in fibras quaſi nerveas reſolvuntur &c.

Polyporum generatio quibuſdam in morbis contingit; in tentatis enim *Venerea labe* frequenter ſubortos Polypos, cadaverum ſectionibus edoctus teſtatur *Severinus*: Eoſdem inſignes etiam, in præcordiis illorum, quos improviſus concuſſit timor, bis obſervavi; Et memini ægrum, alioqui robuſtum, ex timore in pulſus inæqualitatem, ejuſque obſcuritatem, præcipue in ſiniſtro carpo incidiſſe, abſq; febre, & recurrente reſpirandi difficultate inſigni, ſed brevi tandem per ſputa quandoque rubri ſanguinis portionem quandoque copioſa alba quædam fruſtula, veluti polypos excreviſſe, & tandem turgentibus ſuperioribus, ex eo eruta ſanguinis copia ſuffocatum interiiſſe.

In *Apoplexia* pariter, in vaſis tum majoribus tum minoribus, per cerebri meninges extenſis; coaleſcere Polypos multi teſtantur. In *Cardiaca ſyncope*, cujus ſymptomata apoplexiæ ſimillima ſunt, de facili in præcordiis & pulmonibus luxuriant. Sic in juvene, qui ſenſu & motu illico privatus brevi interierat, ſecto cadavere, in utroque cordis ventriculo Polypi erumpere, univerſaque Pulmonum ſubſtantia albis fruſtulis ita referta apparuit ut impenſe ponderaret.

Pleuriticorum cadavera non in præcordiis tantum, ſed in hepate & venoſo genere hujuſmodi copioſe continent, quod & *tabidis*, & quibuſdam *aſthmaticis* etiam familiare eſt, & iis in quibus glandulæ, præcipue conglobatæ, ita duritie laborant ut animalis œconomia harum miniſterio privetur &c.

Ex his & ſimilibus conjectari forte licet, Polypos ſuſcitari, quoties ſanguinis maſſa non in totum debito gaudet fluore, & compage, ſed præcipitatis quibuſdam, albis ſcilicet particulis, quæ præ cæteris fortaſſe graviores ſunt, vel fortaſſe conglobatione, ſeu multiplici coacervatione & aggregatione tales reddi poſſunt, contexturæ quædam ſubſequuntur, quæ ex continentium partium & reliqui ſanguinis viribus figuram & molem ſortiuntur, quas Polypos appellare placuit &c. *Marcellus Malphigius Tract. de Polypo cordis*, Vide reliqua huc pertinentia p. 270.

Ex alba ac concreta pituita) A quanam materia excitetur, obſcurum adhuc, Pluribus pinguedinis fruſtulum eſſe arriſit; Alii concretam in corde pituitam credidere, ignorum tamen in ſcholis huc uſque videt pituitoſi humoris exiſtentiam & proprietatem, cum paſſiones quæ huic vi quaternariæ humorum diviſionis, aſſignantur, non congruant ſucco, qui dum ſenſus noſtros incurrit, Pituita appellatur, Et licet ut alimentalis humor, in maſſa ſanguinis potentia contineri credatur, velut idealis tamen entis ſenſum effugientis proprietates deprædicantur. Non minor etiam hæſitantia occurrit apud illos qui portionem quidem ſanguineā eſſe negant, ſed crudum putant humorem, à jecore Cordi ſuppeditatum, qui declinante Cordis calore, abſumptis tenuibus partibus ſoliditatem acquirat; His & ſimilibus cum non integre acquieſcerem, inquirendam duxi Polypi materiam: quamplurima mente revolventi occurrere, inter quæ vi ignis concreta ſanguinei ſeri ſubſtantia; quoniam tamen Polypi materia, ut ſæpius expertus ſum, calore non tota concreſcit in conſiſtentem ſubſtantiam, eandem molem retinentem, ſed excitatis bullis ſero, & tandem flatu turgidis, impenſe gracileſcat, & elixata admodum tenuis redditur, quod concreſcibili ſero non accidit, aliena quærenda, è ſanguine pregnata duxi, Et tandem pellea cruſta, in ſuprema extracti & refrigerati ſanguinis parte concreſcens, ultimo ſeſe obtulit, ex cujus indagine (cum perſimilia ſint in utriſque phænomena) Polypi forte minera & productionis modus emerget: Scio varia de hac ſanguinis cruſta prolata fuiſſe: pro chyli enim portione apud plures eſt habita, mox pro nerveo ſucco, putrorem ſanguinis partem credidere nonnulli, quæ dum ſanguis ſuperaſſatur; ex rubra & tenera ejuſdem parte in albam & tenacem excoquatur ſubſtantiam.

Hic quæ mihi occurrere probabiliter enunciabo; Video quibus pro Polypi generatione, vel chylus, vel nerveus ſuccus arridet, hoc præcipue perſuadere, quia ſcil. in utriſque eſt communis ſubſtantiæ modus, color conſimilis, aſſignatæ inſuper materiæ, venis quibus ſanguis continetur, admittuntur; quare ſi philoſophandi ſemita hæc mihi ſit calcanda, copioſior & ſimilior forte occurret materia è ſanguinis maſſa pro excitanda hac cruſta; tota ſcil. concreti ſanguinis moles, quæ rubra ſanguinis portio ſeu melancholia appellatur; hæc enim licet affuſa purpura lippientes noſtros fallat oculos, ſi multiplicibus tamen lotionibus, aqua communi factis, rubicundæ iſtæ particulæ implicitæ deturbentur, totus concreſcit ſanguis qui impenſe rubeſcebat, vel nigreſcebat, in actu temporis albeſcet, rubefacta aqua quæ ſecum inficientes particulas rapit; Et ſi pulchrum exoptas ſpectaculum, microſcopio hunc perluſtra ſanguinem, contextutam namque fibroſam, & quaſi nerveis fibris compaginatum rete videbis, in cujus exiguis excitatis ſpatiis, & ſinibus, veluti cellulis rubicundus ſtagnat liquor, qui aquæ deterſus ſubalbidam hanc reticularem implicationem relinquit, quæ nudis oculis mucoſæ membranæ ſpeciem exhibet,

Hanc vero reticularem ſanguinis portionem, cum innatante cruſta eandem ſortiri materiam, quin & naturam, probabiliter tibi indicabit diligens ſanguineæ cruſtæ exploratio; Etenim ſi concretus ſanguis, cui copioſe cruſta alba & denſa innatat, quæ tamen concreſcibili ſero non turgeat, ſed quaſi pellea, mollis, & complicabilis ſit, per longum ſcindatur, & per iteratas vices abluatur, in ſuperiori parte ejus ſub albis pelliculis contextam cruſtam, meatibus & fere veſiculis perviam obſervabis, quæ diaphano, & minus gravi ſucco replentur, Et ſi ulterius hujus ſubſtantiæ proſequaris productionem, mox ubi concreta ſanguinis moles rubeſcere incipit, in fibrulas diviſam, & laciniatam, diverſum elon[illegible], & harum elegant implicatione meatu-

los

los & ſinus excitari iterum obſervabis, qui coërcitis rubris atomis turgent & infiiciuntur, & in quibuſdam etiam grandioribus ſpatiis ſubflavum ſerum coërcetur, vel cum rubro confundirur ichore: quare ſenſus ipſe nobis firmare videtur ſanguineum hunc albom & reticulatum pleuum, totum concreti cruoris corpus firmare, & potiori ipſum donare corporatura &c.

Vt autem dictorum veritas illuſtretur, Polypum in ſiniſtro cordis ventriculo concretum, qui rubra utplurimum habet ſtigmata, vel ſubnigro pollet colore multa aqua ablue, emergentibus enim exiguis ſpatiolis, ſpeciem ſanguinis omnimodam præ ſe feret, Interdum etiam exiguus cordis Polypus ampliore ſui parte cruſtam ſanguinis albam æmulatur, reliquiſque excreſcentiis impenſe rubet: aliquando exteriores Polypi portiones albeſcunt, velut extenſa membrana, reliquum vero ita rubet ut videatur ſanguinis portio, quæ circum ambiente ventriculo, vel vaſis, velut cyatho detenta concreverit, ita ut dubitari etiam poſſit nonnunquam Polypum à portione totius ſanguineæ maſſæ ſuſcitari; ex continuo tamen pertranſeuntis ſanguinis impetu, velut affuſa aqua, relictis obſtantibus albis fibris rubras particolas rapi: Sanguineæ igitur fibræ, aqua dilutæ, vel dum ſanguis exit è vena, in calente aqua receptæ, dum elixantur, gracileſcunt; & ſi ſuperaſſentur in tenuem evadunt membranam, quod ad amuſſim in Polypo accidit; hæc item omnia oleo ſulphuris affuſo colorem rubiginoſum acquirunt. *Idem ibidem*, ubi plura lectu digniſſima.

[21]. *Ex alba ac concreta*) Cum inopinato quidam octiduo ſpatiu à febre quadam ſymptomatica jugularetur, Corde aperto, in ſiniſtro ejus ventriculo invenimus maſſam quandam fibroſam, pinguedinem referentem, nulla parte adnatam, ſed liberam, ovi columbini magnitudine, Nubilis ille nunquam de ulla pectoris anguſtia ſive tuſſi conqueſtus fuit, ſed exercitio equeſtri, armorum & chorearum quotidie vacabat, cum tamen Pulmonum minima ſaltem pars in ſuperiore parte ſana eſſet. *Got. Chr. Wincler Med. Sept. T. 1. p. 474.* De ejuſmodi cócretionibus vide plura obſ. ſeq. ex *D. D. Jung.*

Cap. XXV.

De Palpitatione Cordis.

1. Cordis præcipui affectus ſunt, *Intemperies, Palpitatio, & Animi deliquium.*

De [2]. *Intemperie*, calida præſertim, libro ſecundo actum eſt. De humida frigida & ſicca, nihil ſingulare occurrit, cujus in reliquis non poſſit fieri mentio. Itaque de iſtis duobus duntaxat agemus.

[3]. *Palpitatio* [4]. *cordis, eſt ejuſdem vel* [5]. *quod moleſtum eſt expellentis, vel* [6]. *quod utile eſt attrahentis & deficiens reſtaurantis* [7]. *inordinata, & ex dilatatione & ſubſidentia* [8]. *compoſita motio.*

[9]. Differt à *Tremore*, quod hic locum mutet; illa majorem & minorem ſaltem occupet, hic ſit facultatis moventis; [10]. illa inſtrumentorum, & partibus alioquin immotis accidere poteſt.

[11]. *Signa* ipſis ſenſibus ſatis ſunt manifeſta, [12]. viſui nempe, tactui, & [13]. auditui. [14]. Arteriæ præcipuè jugulares ſubſultant, [15]. pulſus eſt inæqualis & inordinatus.

[1]. *Cordis præcipui affectus ſunt*) Nonnulli alii enumerati ſunt capite ſuperiori.

[2]. *De intemperie calida præſertim*) De hac & aliis itidem capite ſuperiori.

[3]. *Palpitatio cordis*) Gravem hunc affectum, à Græcis τῆς καρδίας παλμὸς ἀπὸ τοῦ πάλλειν, vel παλλόμενον, agitari, contremiſcere, dictum; Cujus etymologiæ ratio (Galen. 2. m. m. 2.) à *ſymptomatis & partis affectæ natura* defluxit, non in latiori ſignificatu, quo etiam Tremor, *Saltus*, *Vellicatio*, item *Cordis dolor palpitans*, arteriarum pulſum referens (quem *Hippocrat.* in *Coacis 2. ſect. 11. tx. 30.* οἷον παλμώδεα appellat) aliæque id genus palpitationes ſpuriæ, in quacunque corporis parte factæ comprehendi *ſolent, ſed ſtricte acceptum* conſideramus.

[3]. *Palpitatio Cordis eſt ejuſdem &c.*) *Definimus*, quod ſit, *Motus cordis depravatus, a ſanguinis circa cordis baſin, & vaſorum radices remora atque aggeſtione dependens*: Dum loco *Generis proximi*, cum *Galeno lib. 2. de Cauſ. ſymptom. capit. 1. Motum vitioſum* ſeu errantem ponimus, 1. aſſignamus *genus* ejus *remotum*, quod eſt motus, non *naturæ*, ſed *morbi*, & hujus quidem in latiore ſignificatu ſumpti. Innuimus 2. *differentiam* qua *Galenus d. l. palpitationem* inter *motus errantes* refert, Eſt enim πλημμελὴς, præter ordinem, quo alias motus cordis naturaliter fieri conſuevit naturaliter. Non *tollitur*, neque *imminuitur* Motus forma & affectio, ſed tantummodo *depravatur*: Vnde jam conſtat *Palpitationem cordis* inter *ſymptomata actionis vitalis depravata læſa referendam eſſe*: Quidam interim per *Actum* definire *Motum* malunt; Quibus eas quoque *actiones*, quæ *actæ & vehementiores* videntur ad *Depravatas* reduci poſſe reſpondemus: Scrupulum quem h. l. injicit *Gal.* dum l. de *Trem. Palp. & Rig. capite 5.* πάλμον καρδίας *motum* eſſe *Tardiorem* aſſerit, tum ſuppeditata ab ipſo d. l. diſtinctio inter *cauſam calidam & frigidam*, tum *vehementiæ gradnum* facile eximent, Interim *Moderni*, ut hujus motus naturam melius exprimant, non ſolum *inordinatum*, ſed etiam *convulſivum* eſſe aſſerunt; *Strauſſius Palæſtr. Med. Part. 2. Gymn. 8.*

[4]. *Cordis*) Hic motus Cordis quamvis ad ſenſum multiplicem perceptibilis ſit, attamen rationi nondum conſtat quæ pars ita moveatur ut quovis pulſu ſuo pectoris latus ſiniſtrum exilire faciat. Credo omnes tum doctos, tum imperitos uno ore profiteri partem ita motam & fortiter vibratam, ipſummet Cor eſſe, Sed quæro utrum cordis tota compages, aut aliqua ejus pars ita exiliat, & ſolitam vibrationis ſuæ ſphæram tranſgrediatur? Si dicatur corpus ejus totum ita efferri, aſſignent vellem, an hoc in ſyſtole ejus aut diaſtole fiat? certe non prius, quia dum cor contrahitur, αὐτοψία paret molem eius quoad omnes ſuas partes minui; nec magis in Diaſtole dicatur, quoniam in eo ſtatu Cor ad ſitum, & magnitudinem tantummodo naturalem & ordinariá redit, inque eo aliquantulum manet: Hinc ſiquidem

cor juxta vibrationis ſuæ, quantumlibet auctæ aut intenſæ, leges adeo palpitare & exilire nequit, (quod etiam amplius conſtat, quoniam in paroxyſmo febrili, ubi vehementiſſime pulſat, non extra ſalit, & coſtas percutit) olim ſuſpicatus fui ipſum durante affectu illo motum convulſivum, & ordinario plane diverſum obtinere; quo nempe, velut membrum ſpaſmodice agitatum, Cor prorſus totum elevetur, & è ſuo loco moveatur.

Attamen Nevrologia plenius intellecta, ab hac ſententia ſtatim receſſi, quia certum eſt cor à nullo alio muſculo præter ſuas ipſios fibras motrices, quaquam attolli aut efferri poſſe: Quapropter ſuper hac re ſerio magis cogitanti, demum animo occurrit, quod dum Cor ad ſanguinem è ſinubus ſuis excludendum contrahitur, atque mucro & latera undique concidunt, & propius adducuntur, ſi tamen ſanguis illico totus quaque ſyſtole penitus ejici & eliminari nequeat, neceſſe erit vaſorum radices ad ſummum impletas, & plurimum extenſas cum impetu quodam exilire; dein, propter reverberationem hic factam, totam cordis compagem concuti.

Profecto à tali interdum causâ Affectum iſtum oriri ex obſervatione Anatomica nuper confirmatum vidi: Theologus inſignis, poſtquam Palpitationi cordis per crebras vices modo ſponte, modo occaſionaliter obnoxius degiſſet, tandem ea continue dies ac noctes, cum gravi dyſpnoea affligi cœpit, & deinde intra paucos menſes à morbi moleſtiſſimi aſſiduitate attritus fatum obivit. Cadavere aperto, Cordis ſinus dexter mox ſanguine concreto tumidus apparuit; cujus item auricula, in immenſum aucta & extenſa, cruoris grumoſi copiam ingentem continebat.

Contentorum horum ratio ſtatim apparebat: Viz. quia Pulmones ſumme obſtructi, & cruore atro extravaſato, & ubiq; ſtagnante infarcti, ſanguinem è ventriculo iſto jugiter explodendum haud totum admittere potuerint: quapropter dum Cor, excluſioni ejus totali ſumme adlaborans, unaquaque ſyſtole juxta conum & medietatem intus contrahitur, & quoad magnitudinem diminuitur, baſis ejus ob ſanguinem ibi coacervatum, ac in tranſitu hærentem aut reverberatum, valde impleta exuberat; atque ob auriculæ molem magis tumida amplius evibrat, & latus attollit. *Willis.*

5. *Quod moleſtum eſt expellente*) Ad ſui contractionem crebro vel continuo vellicatur Cor, tum à quocunque *acri* una cum ſanguine ad ipſum delato, ſive illud ſit *acidum*, ſive *ſalſum lixivum*, ſive ex utroque miſtum, quale ſalſum eſt muriaticum: Tum à quocunque *halituoſo* vel *flatulento* in cordis ventriculos penetrante ipſiuſque parietes aliquantum, non tamen nimium explicante, & ita quidem ut iterum queant contrahi, Tum à *re cordi externa*, in pericardio puta contenta, ipſumque rodente aut pungente; Vidi in pericardio humorem ſalſum & acrem, à quo tam pericardii quam cordis membrana eroſa excoriataque. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 26.*

6. *Quod utile eſt attrahentis*) Vide §. *Cauſa eſt vel res*) ex Platero.

7. *Inordinata motio*) Cordis Palpitatio adeo vehemens & immanis aliquando exiſtit, ut non ſolum tactu manifeſtius percipi, verum & oculis conſpici, imo interdum ad diſtans quoddam audiri poſſit: Porro ab Authoribus fide dignis narratur, à vehementiore cordis vibratione, & coſtarum percuſſione, eas interdum effringi, aut in junioribus foras propelli protuberanteſque manere. *Willis. Sylvius de le Boë.* Sæpe arteriam dilataſſe in Aneuriſma contracti pugni magnitudine, in quo & tactu & viſu conſpicua erat pulſatio, ait *Fernelius*,

8. *Ex dilatatione & ſubſidentia*) *Ad differentiam* facit *ſpecificam*, ſi ita loqui liceat, *modus*, qui ſimilis *ſyſtolæ* & *diaſtolæ cordis* exiſtit, In palpitantibus enim partibus *elevationes & depoſitiones* apparentes, *corporum* veluti *oppleterum diſtenſiones* ſunt, & rurſum velut *evacuatorum conſeſſus*, notante *Galeno d. l. Strauſſius.*

8. *Inordinata & ex dilatatione & ſubſidentia compoſita motio*) Eſſentiam Palpitationis cordis conſiſtere putamus in motu ejus inordinato (non tamen ſemper violento, idcirco cenſemus violentiam eſſe duntaxat illius gradum majorem) nec tantum ſecundum *magnitudinem* aut *robur*, aut *frequentiam*, at ſecundum omnes illos modos ſimul ſumptos: Adeo ut tunc demum cor Palpitans veniat dicendum, quando in *omnibus illis ſpeciebus ſimul ſumptis* obſervatur *Pulſus inæqualitas.* Cujus inæqualitatis cauſa quævis, ubi gravior exiſtit, atque ſimul *Cor contrahens* cauſa reſtat potens, tunc demum violentia ſimul modo dicta concurrit, & unicuique manifeſta eſt, non tantum quoad *tactum*, ſed *auditum* quoque, ac *viſum*: Ubi vero debilis exiſtit vis cor contrahens, tunc talis non adeſt violentia, nec tam manifeſta ſenſibus Palpitatio. *Fr. Sylvius Append. Tractat. 2. §. 214. &c.*

Tremor Cordis.

9. *Differt à Tremore*) *Tremor Cordis* talis eſt trepidatio in qua fibræ muſculorum cordis celerrime, & quaſi ſemicontractæ, ſyſtoles & diaſtoles vices obeunt, Confunditur communis hic Tremor cum cordis Palpitatione, cum multum differant: Palpitatio, ſecundum Hippocrateam ſententiam, Convulſio cordis vocatur, atque uberius à *Lowero Tr. de corde pagina 132.* confirmatur; *Tremor* vero *cordis* eſt cum minores ſunt Pulſationes, & crebriores, & quaſi tremulæ: *Etmuller.*

Tremoris cordis, in quo pulſus inæqualis & languidus, interdum quaſi vermicularis percipitur. Cauſa vel in *muſculo cordis*, vel in nervis inveſtiganda, cum convulſivi quid ſapiat; Quod ipſos *cordis muſculos* attinet, equidem in his aliquid vitioſum, ſive præternaturale contineri videtur, quod fibras motrices parenchymatis eorum continuo vellicare, & hinc ad contracturas irritare valet: Cum vero neceſſario diaſtole cordis à ſanguine influente ſuperveniat, hæc vix ſufficiens conceditur, quin ex dicta cauſa ſubito contractio repetita ſuperveniat, & ita continuus, ſed interruptus, adeoque tremulus ſic fiet motus: Quoad *nervos*, *Scorbutici* etiam ac *hypochondriaci*, ex his ipſis affectis, & ab aliorum viſcerum nervis, per conſenſum in ſpaſmos coactis, leviores licet, Tremores in corde pari obſervantur. *Etmuller.*

9. *Differt à Tremore*) *Tremor Cordis* (qui etiam ſub nomine *Paſſionis Cardiaca* vulgo venit) affectus à *Palpitatione* ejus diſtinctus, imo diverſus exiſtit; In eo namque ipſius fibræ carneæ, ſive motrices, per ſe affici, nec prout in altero iſto pathemate, cauſa morbifica in ſanguine, aut in arteriis cardiacis ſubſiſtere videtur.

Cordis Tremor, Optime deſcribi poteſt, quod ſit Carnium ejus convulſio ſpaſmodica, ſive potius trepidatio, qua nempe fibræ motrices celerrime, at tantum ſemicontractæ, ſyſtolen & diaſtolen vices crebriſſimas, verum abruptas, & quaſi dimidiatas efficiunt; proinde ut ſanguis per minutiſſimas tantum portiones, tum cordis ſinubus inferri, tum ex iis efferri poſſit.

Quandoquidem hæc affectio ſit muſculi cujuſdam,

ſcilicet

ſcilicet cordis motus convulſivus, ad pleniorem ejus notitiam huc pertinent quæ de motu muſculari, & de pathematis convulſivis alibi diſſeruimus · Verbo tantum adnotetur, Vnumquemque muſculum duobus tendinibus & ventre carnoſo conſtare, atque contractionem inde peragi, quatenus ſpiritus animales è fibris utriuſque tendinoſis in carneas proſiliunt; quas dum inflant & intumefaciunt, propterea decurtant & contractivas reddunt, Motu autem finito ſpiritus in tendines redeunt, &, fibræ carneæ relaxantur.

Cum functio motiva ſit duplex, ſcilicet ſpontanea & mere naturalis, Priore advertimus ſpiritus è tendinibus in fibras carneas per imperium appetitus evocari, atque inter has in actione manere, donec illius nutu dimittantur, deinde vero in tendines reverſos quieſcere, donec rurſus foras ire jubentur; hinc ut illorum motus & quietis tempora ſint inæqualia, incerta, & pro libitu noſtro varie determinanda.

In functione mere naturali multo ſecus habet, quippe ſpiritus animales è tendinibus in carnes, perpetua vice, ſive conſtanti reciprocatione efferuntur, & contractione brevi facta, mox ex illis in hos reſiliunt, ac ita viciſſim; Ad quem modum cor ipſum, arteriæ, & reſpirationis organa, quinimo ventriculi, & inteſtinorum fibræ carneæ, niſi propter objecta ſua alias determinentur, per ſyſtolas & diaſtolas perennes agitantur,

Juxta hos ritus ordinarios, functionis utriuſque motivæ munia peraguntur, Quæ tamen juxta quod ſpiritus Animales, motuum iſtorum executores varie afficiuntur, diverſimode perverti aut perturbari ſolent. Enimvero ſatis manifeſto liquet motus cujuſque contractivi, à quocunque muſculo obeundi, inſtinctum, cerebro aut cerebello, juxta appetitus juſſum, aut Naturæ indigentiam, per nervos convehi; viz. ſpiritus animales, intra horum ductus ſcatentes, juxta impreſſionem à capite factam exciti, ac in tota ſerie commoti, mox alios tendinum incolas exſuſcitant, inque motus analogos cient, pari fere modo ac ſi quiſquam pulveris pyrii acervos per funem igniarium ad diſtans accenderet: Quamdiu igitur ſpiritus iſti, tum in principio, viz. intra ἐγκέφαλον, tum in via, ſcilicet ductibus nerveis; tum in fine, viz. intra tendines confiti, recte ac ordinatim habent, motus cujuſque ab Anima aut Natura requiſiti inſtictum illi formant, iſti convehunt, atque hi demum exequuntur: Sin vero ſpiritus ad functionem motivam deſtinati, intra quamvis ditionem præternaturaliter affecti, in ἀταξίαν adigantur, propterea ſtatim in membris, aut muſculis reſpectivis, motus convulſivi excitantur: Quo ritu ob cauſam morbificam juxta originem nervoſam in capite; quo item propter eam alibi intra ductus nerveos conſitam, membrorum aut viſcerum, aut præcordiorum affectiones ſpaſmodicæ exoriri ſolent, alibi declaravimus, viz. in quantum ſpiritus intra nervos ſcatentes, à cauſa quadam præternaturali & vehementer irritati, ac veluti oeſtro quodam perciti, dum in has aut illas partes ruunt, motuum ciendorum ſigna injuſſa & falſa deferunt, neceſſe erit in his vel illis muſculis, aut membranis, contractiones aut diſtenſiones violentas ac convulſivas accieri: Hic notandum, præter varias affectuum ſpecies in Spaſmologia traditas, inſuper dari alia Spaſmorum genera, quæ ſine præſenti aut magno ὀργασμῷ, aut nervorum vitio, ob ſpiritus animales ipſorum tendinum incolas potiſſimum, ac fere tantum in culpa exiſtentes oriuntur

Affectionis hujus ſingularis & velut privatæ duæ ſpecies obſervandæ occurrunt, Vna ſatis vulgo nota eſt, qua ſpiritus injuſſi ſæpe è tendinibus proſiliunt, atque fibras carneas valide atque moleſte inflantes, non ſtatim aut facile recedunt; Altera, licet minus notabilis, tamen frequenter occurrit in qua ſcilicet ſpiritus muſculares, neq; intra tendines neque intra carnes diu permanere poſunt, verum ſumme irrequieti, ex his in illos & viceverſa, appetitu vel Natura invitis excurſus ſuos valde crebros, ſed debiles uſque & inordinatos faciunt, Super his affectibus ſpaſmodicis (quoniam à pleriſque adhuc Medicis fere intacti manent; eorumque notitia ad Paſſionis Cardiacæ naturam & cauſas rite explicandas plurimum facit) operæ pretium hic duco pauca ſubjungere.

APPENDIX.

De Affectu la Crampe *dicto.*

Prior iſte affectus, qui proprie σπασμὸς atque idiomate tum noſtro tum Gallico, la *Crampe* appellari ſolet, plerumque exoritur in quantum ſpiritus animales injuſſi è tendinibus, ſcilicet aut uno, aut ſimul utroque, in muſculi ventrem ſponte proſiliunt, unde pro more ſolito mox regredi nolunt, verum diutius intra carnes manentes, eas valde inflant, & ſumme contractivas reddunt; dein ſiquidem alii muſculis hiſce neque cedunt, neque in contractione conſpirant, pars rigida & cum ſummo dolore tenſa evadit: Hujus cauſa eſt materies quædam heterogenea, & φυσώδης, quæ per ductus nerveos, una cum ſucco eorum in muſculos deſcendens, & ſpiritibus conærens, eoſdem elaſticos, ſimulque obſtinatos reddit, proinde ut intra fibras tendineas contineri nequeant, ſed ſpatia ampliora deſiderantes, in carnes excurrant, ibidemque, donec deferbuit eorum tumor, permaneant,

Subſultus membrorum Tremor cardiacus.

II. Ad poſteriorem iſtam motus Convulſivi ſpeciem proprie ſpectat paſſio, ſive Tremor cordis; Porro ad hunc cenſum referri debet Affectus ſatis vulgo notus, & pleriſque familiaris nempe ut interdum muſculi quidam privati, puta in labro; gena, in oculis, aliiſve membris, *ſubſultus*, ſive *trepidationes* valde crebras & æquales patiantur, quæ poſtquam per duo forſan aut tria momenta perduraverint, ſponte ceſſant: Non ita pridem conſulebar pro viro quodam, cujus muſculos omnes, in toto corpore ejuſmodi ſubſultus, ſive velut trepidationes fere perpetuo exercebant, adeo ut carnes exteriores, ubique exilientes, ipſius cordis vibrationes ſive pulſus, ad amuſſim æmularentur.

Hujuſmodi affectuum, uti & *Tremoris Cardiaci*, ratio formalis in eo conſiſtere videtur, quod ſpiritus animales ad muſculos quoſdam pertinentes irrequieti, ac velut œſtro perciti, è tendinibus continue in carnes proſiliant, redeantque; adeoque perpetua vice excurſus ſuos recurſuſque iterent, interea cum exiguis tantum copiis efferuntur, ut fibras carneas haud plene inflent, in iiſque minimo tantum ſpatio morentur, nixus motivos, creberrimos licet, tamen nonniſi debiles & valde minutos edant, ita tantum ſcilicet ut membra, & artus, à muſculis ita perpetuo agitatis, haud loco moveantur, & cor, durante ejus tremore, utut celeriter concuſſum, tamen vix & ne vix ſanguinem circumpellere valeat, uti plane conſtat ex pulſu parvo ac velut tremulo, atque virium omnium fatiſcentia.

Quod ſpectat ad pathematum iſtorum cauſas, videlicet conjunctam & procatarcticam, à quibus nempe ſpiritus muſculares ita inſtabiles fiunt, ſive vim iſtam deſultoriam acquirunt; Videtur, quod materies quædam heterogenea, & elaſtica, cerebrum & ductus

nerveos tranſgreſſa, demum in muſculos eorumque fines tendinoſos defertur, ubi ſpiritibus ſubinde accreſcens, eos irritet valde, ac velut œſtro quodam afficiat, proinde ut nullibi conſiſtant, verum huc illuc continue diſcurrant, atque interim penſa debita, aut omittant, aut non ſtrenue præſtent.

Quod ſpectat ad Therapiæ rationem in Tremore Cordis adhibendam, quandoquidem hæc affectio ſit mere ſpaſmodica, idcirco remedia non Cardiaca, quin potius Cephalica, aut Νευρωτικὰ indicantur, quæ tamen juxta temperamentum, & conſtitutionem patientis, aut calidiora, aut mitiora, aut modo hujus modo illius Naturæ eſſe debent: Paucis, cum in morbo iſto tria remediorum genera maxime proficua eſſe ſoleant, viz. *teſtacea*, *chalybeata*, & *ſale volatili prædita*, formulas quaſdam ſingulorum dabimus: Facta ergo per Evacuantia totius proviſione, & pharmaciæ, quæ magis ex uſu eſſe videbitur, delectu habito, præſcribatur modo ſequenti.

℞. Corall. præpar. margar. ãã. ʒij. bezoar. mr. ãã. ʒß. ſuccini albiſſ. ℈ij. ambr. gr. ℈j. f. Pulvis, Doſis ʒß. bis vel ter in die, cum aqua diſtill. aut Julapio appropriato.

℞. Pulver. è chelis compoſ. ʒij. pulv. rad. pæon. mar. cranii hum. ppti ãã. ʒj. flor. pæon. mar. lilior. convall. ãã. ʒß. f. Pulvis ſumendus eodem modo.

℞. Ebor. corall. rub. præpar. ãã. ʒiij. ſpec. diambr. ʒj. ſacch. albiſſ. in ſ. q. aqu. napha ſolut. & ad tabulat. cocti ℥vij. f. ſ. a. Tabula pond. ʒß. Comedat j. aut ij. *ſæpius in die ad libitum.*

℞. Conſerv. flor. lilior. convall. ℥vj. pulv. corall. præpar. margar. ebor. ocul. cancr. ãã. ʒiß. vitr. Mart. ʒj. cum ſ. q. ſyrup. è Corall. f. Elect. Doſis ʒj. ad ij. bis in die ſuperbibendo hauſtum Julapii ſequ.

℞. aquar. napha, citri totius ãã. ℥vj. è cortic. Arant. cum vino deſtill. ℥ij. ſacch. ℥ß. f. Julapium.

℞. Syrup. noſtri de chalybe ℥vj. Doſis cochl. j. mane, & hora v. pomerid. cum ℥ij. Julap. præſcript. ſine ſacch. vel cum aqua diſtill.

℞. Pulv. ebor. cordial. ãã. ʒiiiß. ſpec. diambr. ʒj. ſalis chalyb. ʒij. ſacch. ℥viij. ambr. gr. ſolut. ℈ß. f. Tabellæ pond. ʒß. Doſis ʒiij. vel iv. bis in die.

℞. fragor. rec. ℔viij. *cortic. exter.* xi. *Arant. limat. ferri rec.* ℔ß. *ſimul contuſis affunde vini albi* ℔viij. *fermententur in cella clauſa per 24. horas, poſt diſtilla.*

℞. Spirit. c. c. aut ſangu. aut ſim. ʒiij. *doſ. gtt. xx. bis in die.*

℞. Flor. ſal. armon. corall. pr. ãã. ʒij. *Doſis* ℈j. *bis in die.*

℞. Cryſtall. min. ʒij. *ſal. ſuccini* ʒj. *ſalis c. c.* ℈j. *Miſce, Doſis gr. xv. ad xx. bis in die cum aqua deſtillata.* Willis.

10. *Illa inſtrumentorum*) Inter quæ *nervos* recenſe, Nervi ad Cor derivati affecti ejuſque aot. viſcerum inſignium motui inſervientes, undecunque irritati, vel ſpaſmo affecti, cordis Palpitationem inferunt, & convulſionem, ubicunque etiam cauſa occaſionalis delituerit. *Etmuller.*

11. *Signa ipſis ſenſibus*) Sic ubi thoracem ægri nudamus, *viſu*; Ubi ſub ſiniſtra mamilla admovemus, *Tactu* cognoſci poteſt. Quod poſterius plerumq; propterea neceſſarium putat *Sylvius*, quoniam hic affectus ex *arteriarum pulſu* (quem alias *inæqualem, celerem, tremulum*, ac frequentem eſſe Practici docent) ex parte quidem, plane tamen cogn[illegible] Concuſſio hæc interdum [illegible] vehemens in [illegible]ibu[illegible] extitit, ut adſtantium aures [illegible]etiiſſe, imo vicinas effregiſſe coſtas traditum ſit; aut eaſdem de ſede depuliſſe. Imo ſeptum cordis amplo hiatu diſrupiſſe, teſte *Harveo Exerc. Anat. 2.* Quin *omnium arteriarum pulſationem* conjunctam recenſet *Rhodius Centur.* [illegible] *obſ. at. 40. Strauſſius.*

Notat *Piſo de Colluvie feroſa pag. 166.* Palpita[illegible]nem in qua indumenta quaſi flabello mota, inæqualem cordis motum æmulabantur; & thorax & ſternum ab illo motu à ſede naturali dejecta mediocriter exuberabant: Ex quo affectu patet eſſe convulſionem muſculi cordis in tali palpitatione. *Etmuller.*

11. *Signa*) Quoad *ſubjecti* ſigna, Cor [illegible] borare, tum *affectus magnitudo*, tum *continua duratio, ſymptomatumque gravitas* indicant. Per *conſenſum* vero ubi affligitur, læſæ viſcerum actiones, aliaque ab his dependentia ſymptomata manifeſtabunt: *Cauſarum* ſigna detegunt humorum *copia*, vel *qualitate*, tam *occulta* quam *manifeſta* excedentium characteres proprii; idque eo magis ſi *cauſæ præcedentes*, humoris hujus vel illius *generationem promoventes*, una cum *lædentibus* & *juvantibus* probe perpendantur. *Strauſſius.*

12. *Viſui, tactui* & *auditui*) Hujus tanta vis eſt ut ſæpe ſit animadverſa thoracis vicinas coſtas effregiſſe. Sæpe & eas quæ ſupra mammam ſunt de propria ſede depuliſſe, ſæpe etiam arteriam foras dilataſſe in aneurysma contracti pugni magnitudine, in quo & tactu & viſu conſpicua erat pulſatio. *Fernelius.*

13. *Auditui*) Juvenis vulneratus fuit in dorſo, vulnere thoracem tranſeunte, qui mox febre valida correptus eſt, & in Cordis palpitationem adeo vehementem & violentam incidit, ut etiam extra domum, in qua æger decumbebat, à tranſeuntibus palpitatio cordis exaudiretur, ut in vita ſimilem caſum neque audierim neque viderim. *Foreſtus. obſ. 1. lib. 17.*

14. *Arteria*) *Regius in Praxi* dicit aliquando Arterias etiam affici, quod ex earum vehementi pulſatione manifeſtum eſt; Id poterit intelligi ſi concipiamus ſpiritus animales, ut in eorum inordinate influunt, ita etiam illos in fibras arteriarum influere, atque ita ſanguinem intus contentum magis premere, atque ideo ſanguinem vehementer propellere. *Anonymus Prax. Med. Reform. p. 234.*

Particulares Arteriarum Pulſationes.

a. *Arteriæ præcipue jugulares ſubſultant &c.*) Frequentior quam par erat cordis arteriarumque pulſus ſæpe fit tam in ſanis alioquin quam in ægris, inſpiratione tunc quoque vel cita, vel minime citata; quem & ſi magnus ſimul ſit cum moleſtia aliqua qui hoc patiuntur in thorace, collo, in capite, & ipſis auribus, cum dolore in cephalalgia ſentiunt, atque contactu non tantum ſi frequens & magnus ſed & parvus & citus ſit, in locis non ſolum dictis, ſed & in omnibus in quibus pulſu ſe manifeſtant deprehenduntur, & à Medicis in carpo tangitur.

Vehemens ſeu immodica pulſatio & agitatio, & concuſſio cordis & arteriarum, ſymptoma eſt, ſæpe per ſe, alias in *cachecticis* puellis, præſertim antequam menſes erumpant, vel melancholia hypochondriaca laborantibus eveniens, quod cordis *Palpitationem* & *Tremorem*, quia cum inæqualitate aliqua hic fit motus, appellant, Hæc q[illegible] per valida eſt, manifeſte in *ſiniſtra pector[illegible]* pulſare ſentitur ſæpe & in [illegible], [illegible] quam & ſub hypochondriis, ſiniſtro [illegible] leſtiam magn[illegible] ægris parit, eoſque [illegible] ſi perſeveret debilitat. Aliquoties quoque vi & impetu coſtas thoracis vicinas impellens interdum etiam,

eſſum, teſte *Fernelio*, [illegible] ngens, vel potius luxans, aut [illegible] pe [illegible]. Q[illegible] etiam arteriam ita dilatans [illegible] ns, ut *tumor*, quem *Aneuriſmá* v[illegible] g ius in ſede aliqua corporis appa[illegible] & [illegible] tur.

Cor & arter[illegible] tu pulſationem hanc depravatam [illegible], [illegible] aliud pulſet certum eſt. Quorum motu [illegible], cum moderate & decenter fiunt [illegible] me ſentire debuerunt, idque ne [illegible] hic ſonus & ſtrepitus corpori noſtro aff[illegible] ſicuti accidit quando vehementius pulſantibus, [illegible] ſedes quatientibus, pulſum hunc [illegible] uni no[illegible] *ſentiunt*, & nonnunquam *audiunt* [illegible] locis ubi arteriæ ſunt majores plur[illegible], [illegible] nec muſculis immerſæ, ut in ſiniſtr[illegible] non tam ob cordis ſiniſtrum ſinu[illegible] & auriculam quoque ſe moventem, quam art[illegible] magnam illic á ſiniſtro cordis ſinu productam, [illegible] ſiniſtrum vertebratum latus deſcendentem, [illegible] n jugulo utroq; ſede, quam arteria magna a[illegible] diviſaque [illegible] epiat, illicque ſporales & brachii arterias p[illegible]. Sicuti & ſub *hypochondri[illegible]*, ſiniſtro præſertim, tum quia arteria magna illic deſ[illegible] dens, ſiniſtro potiſſimum lateri adhuc inſiſtit; tum quia magnas ibi art[illegible], quæ venæ portæ ramos, ſiniſtrum potiſſimum ad viſcera naturalia & lienem propagatur, comitantur, promit; Ob quas cauſas, illis præcipue in ſedibus, cum arteriæ vehementer pulſant, pulſus ſentitur moleſtiamque parit.

Aliis autem in locis, ubi minores ſunt arteriæ, aut abſconditæ, non adeo, etſi validius quoque ipſarum ſic pulſus obſervatur, niſi ob dolorem partis vicinæ, quæ vel levi contactu exacerbatur, arteria ſuo motu eam percutiente pulſum, eumque cum dolore ſentiunt; Vt in ca[illegible] ios doloribus, ob ſinus cerebri magnos pulſantes, & in inflammationibus pulſantem hunc dolorem ægri experiuntur; vel ſi ob vicinum nervum in loco anguſto, arteriolâ [illegible] minima validius pulſante, eum afficiat, ſicuti in auribus hoc accidere diximus, pulſumque hunc, ſi concitatus ſit auditus obſtrepere ſemus: Sed & in nudis & excarnibus corporis locis, quo [illegible] teria deferatur, pulſus tam naturalis quam depravatus contactu explorari & qualis ſit dijudicari poteſt. *Platerus.*

Præter Cordis Palpitationem, ſubinde etiam *particulares arteriarum palpitationes* moleſtæ ſunt ægris, ita ut modo in hac modo in illa parte ſenſilis arteriarum percipiatur Palpitatio. *Tres* inprimis *cauſæ* ſunt particularis illius Palpitationis ſive Pulſationis ſenſus. 1. *Inflammatio* ejuſdem loci, exinde enim arteriæ tenduntur, & ex fibrarum aliquali contractura dilatationi renituntur, unde ſemper dolor Pulſatorius ſupervenit.

II. Eſt *impedimentum quoddam in ſanguinis circulo*, hujus enim nonnihil in quadam parte ſufflaminato tranſitu, diſtentæ unius arteriæ manifeſtum pulſationis ſenſum exhibent; In ſpecie hypochondriaci ex dicta cauſa pulſationem arteriarum percipiunt, nunc in toto corpore, nunc & in ſpecie *in Dorſo*, in regione infra coſtas, proxime, ubi nempe arteria cœliaca, & in ſpecie inſignior ejus ramus ſplenicus ſitus eſt. In his arteriæ per conſenſum ſplenis aut partium vicinarum aliquid convulſivi patiuntur, unde rigidiores propter fibras ſenſibiliter pulſant; & talis pulſatio paroxyſmi ejuſdem hypochondriaci, aut melancholiæ, aut ſanguinis, vomitus indicium eſſe ſolet: *Curatur* hoc malum per *Martialia*, ſicut priores duo modi inprimis per Sudorifera. Ettmuller. *Prax. Part. 1. pag. 248.* Tertia ſpecies prætermiſſa eſt ab authore.

[15] *Pulſus eſt inæqualis & inordinatus*) Inordinatus & inæqualis Pulſus obſervatur, moleſtiamque parit, qui vero levius pulſat, non ut ſymptoma, ſed ſignum tantum, morbum & vires denotans, conſideratur, eamque ob cauſam à Medicis tactu exploratur: *Platerus.*

[15] *Pulſus eſt inæqualis & inordinatus*) Palpitatio cordis ex Pulſu arteriarum vix ullo poteſt cognoſci; Sic enim *Timæus* in *Epiſtolis p. 140.* obſervat Palpitationem cordis mirabilem, in qua nullus in carpis pulſus percipi potuit; Inde utplurimum neceſſarium eſt lateri ſiniſtro admovere manus, ut ritè percipiatur, Pulſu ipſo in arteriis ſubinde vix aut leviter mutato, utut leviori in malo celerior aut frequentior ſoleat obſervari.

[16] *Cauſa* eſt vel [17] res facultatem motricem irritans, [18] vel refrigerationis propter intemperiem calidam neceſſitas, vel ſpirituum defectus: de quibus ſpecialiter in Differentiis.

Curatio eſt *difficilis*. Eſt enim [19] morbus periculoſus; peracutus in ſingulis paroxyſmis; at diuturnus, quia intermittens & [20] ſæpius repetens. Ex frigiditate cordis ſi eveniat, ſi diu perennet, pluresque recidivas faciat, plerumque [21] per ſyncopen in mortem terminatur.

[16] *Cauſa eſt vel res*) Cauſam puto eſſe, quicquid abſque intermiſſione Cor ad ſui contractionem inordinatam, & quandoque ſimul vehementem aptum eſt incitare, ſive id intra cordis ventriculos, aut in ejuſdem ſubſtantia contineatur, ſive Extra cor exiſtens; ipſum tamen ad tempus, aut ſemper continuo vellicat, mordet pung[illegible] ve: Eaque cordi adhærens, vel inhærens, ac continuo ad ſui contractionem irritans, ac proinde inordinatam & inæqualem.

Quicquid ex venis & auriculis effunditur in ventriculos, mox iterum ejuſdem contractione expellitur in arterias [illegible] ſiquidem aliquando Pulſus majoris potentioriſve cau[illegible] no[illegible] m Palpitationis. *Fr. Sylvius.*

Cauſæ quarum occaſione *Cor & arteriæ* tantopere ad *Pulſus* illos ci[illegible] concitantur, veriores ſunt, *Spirituum vitalium diſſipatio*, & *arteriarum repletio* atque *dilatatio*, quibus alias quoque minus probabiles adjungunt Medici, de quibus ſingulis judicium noſtrum interponemus.

Spiritus vitales, *Influentes* dicti, ſi *ſubito* aut *nimium diſſipentur*, ita ut *inſiti* illis frui & gaudere continuo & ſufficienter nequeant, cum ſit neceſſe ſemper novos à corde univerſo corpori ſubminiſtrari, idque per hanc pulſationem cordis & arteriarum fiat, non mirum tunc motum quoque illarum intendi, celerioremque &, ſi cauſa magna ſit, vehementiorem fieri; inſpiratione tunc ſimul concitata, quæ ſpiritui vitali gignendo materiam ſuggerit, quod & ſpiritibus cum ſanguine agitatis, illiſq; cum corde & arteriis vehementius calefactis accidit.

Agitatis nimium *ſpiritibus* ſubitoque huc illuc propulſis & diſperſis, nec æqualiter corpori communicatis, ut novi mox reponantur. Pulſatio hæc cordis & arteriarum cita inſurgit, reſpiratioque intenditur, quæ niſi ſuppetias ferrent vires mox collaberentur. Quod à motu corporis & animi ſicut in reſpiratione, quam quoque promovet, prodire ſolet. Vnde per affectus animi, iram, gaudium, terrorem, metum, pudorem, ſpiritibus commotis, pulſatio hæc adeo

increſcere ſolet, quod cognoſcens *Eraſiſtratus*, ex pulſus illa ſubita, propter intuitum novercæ, quam deperibat, commotione, hoc ex affectu animi, amore ſcil. prodire, deprehendit & confecit; Quæ cauſa eſt verior, quare ex motu corporis valido vel celeri, non ſolum reſpiratio; ſed & pulſatio hæc intendantur, frequentioresque fiant; Quod & citius in debilioribus vel diſpoſitis accidit; unde vel & leve corporis exercitium cordis palpitationem in his qui illi malo obnoxii ſunt commovet; Sicuti eam in veneris actu ſibi ſtatim ſupervenire ſolere quidam mihi faſſus eſt, ab eaque adeo ſe angi, ut niſi deſiſteret, ſuffocaretur, quod & tandem illi accidit.

Sed & *ſpiritibus* aliis de cauſis *diſſipatis*, & uti in *agone mortis* jam evaneſcere incipientibus concitatior, etſi ſumma interim adſit debilitas, eſt hæc pulſatio per quam natura, in extremo periculo poſitis, hoc motu, ſpirituumque recollectione adhuc ſuppetias ferre nititur.

Incaleſcentibus quoque *ſpiritibus*, una cum ſanguine, non tantum quod tunc efferveſcentes inquieti ſint, ſed & quia tunc citius abſumuntur, ſic ut & cordis motus arteriarumque pulſus, ut quod cito deperditur cito iterum reſarciant augeantur; ſive hoc ab externis cauſis, calore ſolis aut ignis, internisve fiat; eoque magis ſi cor ſimul incaleſcat, diutiuſque perſeverat, ſi calor ille in eo, ſicuti in febribus contingit, diutius impreſſius hæreat; Vel ſi à motu corporis calor ille ſuſcitetur, aut dum calet, corpus exerceat, gemina tunc accedente cauſa; Aut animi talis ſit affectio, quæ non ſolum ſpiritus exagitet, ſed & accendat, qualis ira exiſtit: Aut tria hæc ſimul concurrant, ſicuti in exercitio parvæ pilæ Nobilem admodum calentem, iraque correptum, tantopere in pulſatione hac & reſpiratione commotum fuiſſe vidimus, ut cum recolligere ſe amplius non poſſet, nec motus hi remitterent, extinctus ſubito fuerit.

Repletis arteriis, nimiumque dilatatis à ſanguine, copia ſua arterias implente & diſtendente, (cum ut ſpiritui vitali locum minime præoccuparet, non adeo ſanguine uti venæ, turgidæ & impletæ, cum naturaliter ſe habent, ſicuti apparet, eſſe debeant, quia tunc amplioribus illis factis, pulſus illarum quem prius cum moderatus erat non ſentiebant, major pleniorque factus ab ægrotantibus percipitur, vehemens illa & apparens circa cor & arterias majores præſertim diaſtole, in cordis Palpitatione dicta, suborıri ſolet, tunc potiſſimum infeſtans, ſeque manifeſtans cum affluente hoc ſanguine admodum, vel in ſiniſtrum cordis ventriculum, illique connatam auriculam, quæ admodum dilatari poteſt; vel arteriæ magnæ exortum aut progreſſus illius ſedem aliquam, nimium ex adimplentur diſtenduntur que: Et tunc iterum remittit, quando ab illis locis aliquomodo refluens non amplius illas attollit dilatatve. Vel perſeverantes quoque moleſtat, ſi ita alicubi arteria, ſicut *Fernelius* ſe obſervaſſe ſcribit, dilatetur, ut tumor magnus, *Aneuriſma* dictus, inde ſequatur, quod intrinſecus in magnæ arteriæ aliqua ſede, in pectore, jugulo, hypochondriis, vel etiam in ipſa cordis auricula, quæ & ipſa valde ampliari poteſt, tamen non minus quam externum aneuriſma perpetuo pulſantem ſentiunt in eo loco ubi eſt movet, illiuſque cordis palpitationis dictæ, quæ tamdiu durat, hominemque tandem conficit cauſam aliquando eſſe *ſectio* nobis, ſi in illis qui hoc morbo extinguuntur inſtitueretur, ſicuti à quibuſdam obſervatum eſt, ſine dubio patefaceret.

[illegible] autem ſanguinis arterioſi hæc proficiſ[illegible] pot[illegible]um, cum non aliud arteriæ in ſe conti[illegible] [illegible]us patet; *Galenuſque* eo quod omnes ſanguinis emiſſione ſanari vel juvari ſcribit; etiam videtur innuere: Quæ & Palpitatio eo major fit quo ſanguis, & ſpiritus il[illegible] con[illegible]uſus arterias implentes fervidiores exiſtunt. Qualem ſanguinem in arteriis ſummo excalore veluti retorridum, *biliſque* atræ comparatum deprehendiſſe teſtatur *Fernelius*. Quem nos *ſanguinem bilioſum fervidumque* præcipue nunc inquinatum impurumque, in *arteriis meſentericis* collectum, majoribuſque arteriis inſultum eſſe hiſce demonſtramus, Quod ejuſmodi ſuccus, qualem in venis meſaraicis frequenter naſci ab eſculentis potulentiſque alibi docuimus, ſicuti ex venæ portæ ramis in cavam venam tranſlatus ſanguinem illic accendere & contaminare ſolet, ita quoque in meſaraicas arterias, ſingulis [illegible] meſaraicis annexas, quandoque ſe inſinuat; indeque per majores arterias perlatus illarum ſanguini confunditur, & cum eo undique etiam ad cor uſque diffuſus, ſic illas implet, modoque enarrato afficit, eoque facilius quod arteriæ hæ meſaraicæ propagines magnæ ſint arteriæ, venæque meſ[illegible]ve à cava minime proficiſcantur, nec illi n[illegible] intermedio hepatis ſubſtantiæ con[illegible]uentur. Hin[c]que adeo frequens hic affectus *Vi[illegible]inibus*, cauſa ſuppreſſorum menſtruorum malum acquirentibus habitum melancholiaque hypochondriaca laborantibus exiſtit, in quibus uti venarum arteriarumque ſanguinis plenitudo vitiumque cachexiæ & melancholiæ, ſic cordis & arteriarum pulſationi occaſionem præbet. *Platerus.*

10. *Cauſa eſt vel res facultatem m[illegible]tricem &c.* Licet morbus iſte à cauſis diverſ[is] exoriri poſſit, in iis tamen omnibus eandem uſque afficiendi rationem eſſe judicamus: Videtur enim quod Cor ſolummodo palpitat, quatenus in ſyſtole ejus, dum conus & latera ſimul contracta anguſtantur, baſis cum vaſorum radicibus, ob ſanguinem illic aggeſtum, & nonnihil hærentem aut repercuſſum, ampliata extumeſcat: Revera ſanguinis curſum hic loci nonnihil præpediri, aut repercuti, inde conſtat, quia dum cor in latere vehementer, & fortiſſime vibrat, arteria in carpo plerumque languide & debilius pulſat, utpote ſanguinis rivum nonnihil exilem convehens: Cum itaque morbi iſtius cauſa conjuncta, ſive ratio formalis, omnino in ſanguinis circa baſin cordis, & vaſorum radices remora & aggeſtione conſiſtat, Inquirendum ſequitur quot modis, & ob quas alias cauſas, ejuſmodi affectio produci ſoleat.

Super his, ut Cordis carnes, ſive [illegible] proprias motrices non multum culpemus, vitium hoc potiſſimum, & maxima ex parte, aut *ſanguini*, aut *vaſis cordis* appenſis imputandum videtur. *Prioris* ratio ſatis conſtat, in quantum ſanguine aquoſo, atque ad efferveſcentiam aut accenſionem minus apto præditi, uti virgines chloroſi laborantes, atque viri aut mulieres cachectici, huic morbo plerumque obnoxii reperiuntur, & inſultum ejus à corporis motu quovis citatiore fere conſtanter pati ſolent: Cujus cauſa eſt, quod cruor, ſiquidem particulis ſegnioribus, & non ſatis activis conſtans, è cordis ſinubus non libere & expedite ejicitur, ſed partim in iis ſæpe reſidet & facile ſtagnat; idcirco quoties à corporis motu iiſdem uberius infertur, ut penus ejus totus quaque ſyſtole eliminari nequeat, Cor ſummo niſu laborans in baſin ſuam & vaſorum radices, & vix ultra propellit; Ubi cum aggeritur, & paululum ſubſiſtens partes co[illegible]nentes extumeſcere facit, paſſio[n]em Cardiacam [illegible] cum dyſpnœa [illegible]e[illegible].

Præterea tamen affectio iſtæc Cardiaca quoſdam [ſan]guine præfe[rvi]do, & prompte ſatis accendi aut efferveſcere apto præditos ſæpenumero infeſtat. Pleriſque enim paſſioni hypochondriacæ, hyſtericæ,

aut

[illegible] ulium obnoxiis, hoc ma- [illegible] e t, quapropter in his ca- [illegible] ſas in culpa habendas ine- [illegible] harum obſtructio, ſan- [illegible] uxum impediens, cordis [illegible] tia modo citata oſtendit, [illegible] occluſiones, & infarctiones a[illegible] effectum producere poſ- ſint.

Non [illegible] fortioris ac vetuſtæ, nec non vinorum [illegible] multis annis aſſuetum, præ- dictis [illegible] ros pati ſolitum; Cujus po- ſt [illegible] celo, cum vomitu quotidiano, [illegible] uſque ſymptomatis defuncti, [illegible] tur, deprehendi arteriæ magnæ [illegible] à cordis egreſſu plane oſſeum, ſeu po- [illegible] um, ejuſque latera valde compreſſa fuiſſe, ut [illegible] reli[illegible] anguis vix per dimidium, quo de- bebat to[illegible] m, eſſl [illegible] porue[illegible]: Proinde ut huic cau- ſæ palpitationem cardiacam, et ſæpi[illegible] moleſtam, meri- [illegible] berim: Cæterum probab[illegible] eſt pathema iſtud [illegible], intra cordis ſinus & vaſa appenſa, gru- m[illegible] ac in [illegible] ſta quaſi carn[illegible] nereto interdum pr[illegible] ed[illegible]re.

Verum [illegible] ſupe[illegible] h[illegible] liquidem Palpitat[illegible] rdiaca affectus alios ſpaſmodicos, prout modo [illegible] uimus, ſæpenumero comitari ſolet, etiam ſuſpicari licet il- lius cauſam quandoque mere convulſivam eſſe; Olim ex obſervationibus anatomicis oſtendimus nervos, & propagines nerveas fere innumeras, in pluribus locis ac præcipue juxta baſin cordis, arteriarum truncos complecti & circumligare: quorum uſus & actiones ejuſmodi fuiſſe putabamus, ut diverſimodi ſanguinis æſtus fluxus & refluxos imo interdum ſtagnationes, propter vehementes iræ, timoris, gau- dii, triſtitiæ, alioſque affectus excitari ſolitæ, prop- terea contingant, quatenus funiculi iſti nervei vaſa hæc ſanguifera varie ſtringunt, comprimunt, aut forſan aliquando penitus occludunt; Porro haud multum improbabile eſt, ob vaſa iſta ſpaſmodice affecta, & pau- lo diutius conſtricta, ita ut è corde ſanguinis exilitio- nem liberam præpediant, Palpitationis cardiacæ in- ſultus nonnunquam exoriri: Profecto tum hanc, tum alteras iſtas cordis paſſiones, tali cauſæ merito impu- tamus.

Verum circa efficiendi rationem à ſententia iſta pau lulum recedere viſum eſt: Poſtquam enim nervorum actiones & uſus exactius perpenderam, deprehendi tandem ipſos, eorumve propagines, nihil omnino tra- here, aut conſtringere, ſed totum hoc negotium om- nino à fibris carneis perfici, atque nervos ſolummodo in has partes motrices novas ſubinde ſpirituum copias, inſuper & motuum obeundorum inſtinctus convehe- re: quale pariter munus erga fibras membranaceas pro ſenſionibus peragendis exequuntur.

Dum itaque [illegible]o perquirerem quibus uſibus toti- dem nervi, per vaſorum truncos diſſeminati inſerviant, demum reperi arterias illas proprio marte, pariter ac alia præcordia ſe contrahere & dilatare, ac pro mo- tibus illarum tum naturaliter, tum pathetice obeun- dis, & ſpirituum copias & inſtinctuum rationes per nervos iſtos deferri; Enim vero ex obſervatione Anato- mica [illegible] conſtat; arteriæ cujuſque tunicam mediam eſſe plane [illegible], atque fibris carneis (cujuſmo- di ſunt [illegible], [illegible]ſtinorum, & quorundam aliorum viſcerum) per tot[illegible] conſtare Quæ fibræ annulares, denſa velut cap[illegible]llamentorum ſerie arte- riæ ductum ſive tubum ubique cingentes proculdu- bio ſyſtolas ſuas proprias & diaſtolas, æque ac cor ipſum, obtinent.

Quapropter imprimis: dum fibræ cardiacæ, & dein hæ ar[illegible]rioſæ ſucceſſive & ſeriatim contrahuntur, neceſ- ſe erit ſanguinem è meta una ad alteram rapidiſſime propelli; Quare haud prorſus de nihilo eſt quod Me- dici quidam [illegible] tam Arteriis facultatem Pulſificam at- tribuerunt: quippe multum improbabile eſt mero cordis tanquam emboli impulſu, ſanguinis circuitum peragi, quanto veriſimilius eſt arteriam in toto du- ctu [illegible], fluctus cujuſque ſanguinei tergo aliquare- nus contactam, ipſum uſque prorſum per rivulos, licet minores, & ſpatia magis anguſtata, urgere? Jux- ta hunc ritum ordinarium, ſanguine æquabiliter cir- cumpellendo, arteriæ conſtantes ſyſtolen & diaſtolen vices habere videntur: Quæ licet celeres admodum, & ictu oculi citius, ſucceſſive tamen per omnes rubi arteriæ partes peraguntur: Cæterum vero cum ad- vertamus æquabilem ſanguinis curſum, juxta paſſio- num impetus diverſimode interrumpi & perturbari, neceſſe erit tantummodo ita fieri quatenus arteriæ (propter inſtinctum per nervos ad fibras motrices datum) variis in locis ſubito conſtrictæ, fluentem ſanguinem aut ſiſtunt, aut reprimunt, aut prorſum impetuoſius adigunt: In timore, triſtitia ſubita, pa- vore, amore, aliiſque pathematis, Animi conſter- nationem, aut confuſionem magnam inducentibus, probabile eſt Aortæ truncum à fibris iſtis ſubito & diutius conſtrictis, adeo contrahi & coarctari, ut ſan- guis ægre tantum, & nonniſi per minutas portiones è cordis ſinubus exiliat; quamobrem ab illo ibidem aggeſto & ſtagnante, gravamen ingens, & oppreſ- ſio magna ſtatim ſentiuntur; Deinde ſi huic ſangui- nis remoræ cordis ad ſanguinem ejiciendum pulſatio fortis & vehemens ſuperveniat, neceſſe erit, ob cruo- rem quaque ſyſtole in cordis baſin ejectum, ibique repercuſſum, partes eas plurimum diſtendi, proinde- que Palpitationem cardiacam inferri.

Quemadmodum autem Paſſiones animi vehemen- tes affectum iſtum quibuſvis fere accerſunt, ita hy- pochondriaci, & ſpaſmodice affecti inſultus ejus de levi qualibet occaſione, imo interdum ſine ulla mani- feſta cauſa ſubeunt: Enimvero in quibus nervi ſplah- nici & cardiaci materia morbifica ſæpius obſideri ſo- lent, proinde ut illi, ob plenitudinem aut irritatio- nem commoti, ſpiritus iſtarum partium & vicina- rum incolas frequenter in ſpaſmos & contractiones inordinatas adigat; paſſim accidit propter nervos, ar- teriarum cardiacarum radicibus inſertos, à tali cauſa affectos, etiam vaſorum horum fibras ſpaſmodice affectas, & contractas eo quo dictum eſt modo Pal- pitationem cardiacam excitare: Quo ritu nervi Car- diaci à cauſa propinqua aut remota, à materie mor- bifica aut in capite juxta originem nervoſam, aut circa præcordia, aut hypochondria ſubſiſtente irritan- tur, inque ſpaſmos varii generis aguntur, alibi di- ctum, Unde Palpitationis cardiacæ, quoties ea- dem etiam ſpaſmodica fuerit, cauſæ deduci poſſunt, *Willis.*

[16]. *Cauſa eſt vel res) Cauſa mediata remotiores* conſiderandæ, Inter *res 1. Naturales* eminet *Tempe- ramentum*, modo *ſanguineum*, modo *ſeroſum*; *Hæ- reditaria diſpoſitio*, quæ illam cordis *[illegible]* vir- tutiſque ψυχικῆς imbecillitatem, de qua *Galenus 2. aph. 41.* involuit.

Inter *Res* (ij.) non *naturales*, *Aër*, tum calidior, tum frigidior, Idem variè naturæ *[illegible] inquinatus*, & *aura illa arſenicalis*, quam cordi plurimum inſenſam *metallarii* experiuntur, occurrit. Sic ab attractis in præpara- tione *antimonii diaphor. atomis*, palpitaſſe ſibi cor, ac ſi coſtas perrumpere vellet, teſtatur. *Schulzius tr. de Tinct. Bezoart.*

Nec minus ſuſpecti ſunt *Galeno* l. de *Palp. & Trem. cap.* 5. *cibi frigidi & flatulenti*, quibus *acres & mali ſucci* addi poſſunt, Ab *oleribus & leguminibus* ſumptis Palpitationem cordis ſe perſentire ſolitum teſtatur *Malpighius Ep.* 1. *de Pulm.* Poſt *cibum copioſum* excitari oſtendit, cauſamque ex *lacteis thoracicis* eruit *Bartholinus Hiſt. Anat. de Lact. Thor. cap.* 4. Quantum *Potationes* Venuſque immoderata noceant *Adoleſcens in Melibaa* 3. Epid. ſ. 3. Ægr. 16. oſtendit; A frequentiori *cinnamomi* uſu Matrona apud *Moebium Epit. Inſt. pag.* 157. Inducunt vehementiora *Animi pathemata.* Illuſtr. quædam Princeps ab *Ira, Timaus lib.* 2. *cap.* 16. Monachus *melancholicus* apud *Foreſtum lib.* 17. *obſerv.* 5. *metu* inani vexatus. Polonus Nobilis *mæſtitia* cum *iracundia* correptus, apud *Fonſecam* T. 2. *conſ.* 41. Quo pacto hæc fiant, & cur ſpaſmodicam potiſſimum inducant *Cordis palpitationem* exponit *Williſ.* (Vide §. 17. *Cauſa eſt vel res facultatem motricem.*)

III. In claſſe *Rerum p. n.* occurrunt fere innumera quæ cor ſolitam vibrationis ſuæ ſphæram tranſgredi cogunt; *Silenus, febre ardente* correptus apud *Hippocrat.* 1. *Epid. Aegr.* 2. *Hypochondriacis & ſcorbuticis* hoc malum valde familiare eſſe ſuevit; *Hyſterica* & *chloroſi* laborantes virgines, *Hippocrat. lib. de M. Virg. Pragnantes*, *Foreſtus l. c. obſerv.* 8. Ob *vermes* & *calculos* non raro Cor palpitaſſe notum. Adde *vitioſam cordis conformationem*, *Kerkring. Spicil. obſervat.* 16. 17. quo refer *venam pulmonalem*, qua ſe in ſiniſtrum cordis ventriculum exonerat, à cartilagine ei intus adnata fere occluſam; apud *Majovv* Tr. *de motu Muſc. Polypos cordis*, *Tumores*, *Abſceſſus*, Varios *Viſcerum morbos* &c. *Stranſius.*

17. *Res facultatem motricem irritans*) Quæ cauſa eſt inæqualitatis ſecundum triplices Pulſus ſpecies (*magnitudinem*, *robur*, *frequentiam*) eadem cauſa eſt Palpitationis: Inæqualitatis autem cujuſvis in Pulſu dicimus eſſe *Cordis ad ſui contractionem irritationem*, ſed non ordinatam, & à cauſa ordinaria & ordinata, ſed inordinatam, & à cauſa vel ordinaria, verum ſimul inordinata, vel extraordinaria & plane vitioſa.

Tales cauſæ ſunt, vel 1. *ſanguis*, ſed *vitioſus*, *Acris* puta, propter humores admiſtos *acriores*, nec à ſanguine temperari aptos, *Lympham* præſertim, *ſuccumve pancreaticum*, ipſamve *Bilem*, vel 2. *Vapores*, *halitus flatuſve* acres, una cum ſanguine ad cor delati, Vel 2. *venenum* aliquod naribus attractum, ore aſſumptum, aut forinſecus per poros, vulnera, ulcera vel aliter admiſſum & ſanguini admiſtum, ac ſuam in ipſo acrimoniam ſervans, Vel *aliquid* in *pericardio harens & acre*, Cor morbificans vel pungens.

Hæc & ſimilia inæqualiter & inordinate cor vellicantia & ad ſui contractionem irritantia, cauſæ poſſunt ac ſolent eſſe Cordis palpitationis, quod verum eſſe tum uſurpatorum commiſſorumve uſurpatio; tum curatio hujus affectus, hoc eſt juvantia & lædentia, tum Cadaverum ſectio per experientiam probant, vel ſaltem confirmant: Oritur ergo cordis Palpitatio à re quavis Cor ad ſui contractionem inordinate ac inæqualiter irritante. Quod ſi ejuſdem vis animalis potens exiſtat, hoc eſt copioſi ad cor ferantur ſpiritus, nihilque ejus contractionem impediat, cum vehementi quaſſatione coſtarumque verberatione accidit illa Palpitatio, Quod ſi contra invalida ſit cordis facultas animalis, hoc eſt pauci ad cor ferantur ſpi[illegible] animales, aut ineptum ſit ad ſui con[illegible] Cor ob flatus [illegible]ſcidos ipſius ventricu[illegible]um expandentes, aut extremam ſanguinis copiam, vel rarefactionem, tunc talis non obſervatur coſtarum verberatio, ſed ſumma ægri anxietas, & reſpirationis difficultas, imo mire angens anhelatio cum imminenti quaſi continuæ ſuffocationis periculo. *Fr. Sylvius Append. T.* 2. § 213. *&c.*

18. *Vel refrigerationis propter intemperiem calidam*) Quæ tum præcipue adeſt cum calor p. n. in corde augetur, quo ſpiritus vitus accenduntur, ideoque motus cordis & arteriarum augetur, ut quod abſumitur reſtituatur, & calor refrigeretur: Id ſi quidem fieri ſolet interdum à cauſis internis, quod tamen rariſſimum eſt, frequentius vero ab externis, ut ita, exercitatione vehementi & ſimilibus: Sic apud *Platerum* juvenis admodum calens ab exercitatione parvæ pilæ ira correptus, conjunctis duabus cauſis, palpitatione cordis adeo vehementi correptus eſt ut inde mors conſequuta ſit. *Riverius.*

Prognoſis.

19. *Eſt enim periculoſus morbus*) Prognoſis παλμοῦ Καρδίας etſi non ſtatim nec[illegible] ſit lethalis, tamen tum ob affectæ partis præſtantiam, tum ob periculoſum à ſtatu naturali receſſum, merito terrificum; atque metu plenum pronuntiat, idque eo magis ſi crit per eſſe tiam laboret, cauſæque prægreſſæ potentiores, & ſymptomata graviora fuerint: Gravior quoque eſt quæ Scorbutum quamque affectionem hypochondriacam comitatur, ob lipothymias iſti valde familiares: Raro grand[illegible] ætatem attingunt qui frequentibus Cordis palpitationibus corripiuntur; hinc *aphor.* 41. 2. [illegible] ſolum de ſyncope, ſed etiam de Palpitatione cordis intelligi debere *Galenus in* commun. monet Et admiratione dignum eſt exemplum *Philippi Neri*, qui licet crebrius cum hoc ſymptomate conflictaretur, ad annum tamen LXXX. uſque vitam produxit, *Schenkio* referente. Palpitatio Cordis ab *Aqua pericardii*, *calculis*, *vermibus* &c. oborta ſenſim ad mortem ægros deducit. *Stranſius.*

Si Palpitationi Cordis ſuperveniat Pulſus ſenſim remittens, imminentis ſyncopis ſignum eſt.

Quæ ex *malo hypochondriaco*, aut ſcorbuto eſt cordis palpitatio, frequentior quidem eſt, ac ſæpius recidivans, levior autem reliquis ſpeciebus, præſertim per idiopathiam cordi[illegible], aut partium vicinarum accidentibus

A *Conformatione* læſa ſi[illegible] fere incurabile malum erit, ac ſaltim p[illegible] exactam diætam, & minimum animi ac corporis motum, quantum poſſibile ſuſtentandi tales ægri. *Ettmuller.*

19. *Morbus periculoſus*) Ob læſum cordis motum quo vita conſervari debet, frequenter ad ſyncopen deducens, tandemque hominem de medio tollens; veriſſima enim eſt obſervatio à *Galeno* propoſita *commun. aphor.* 41. 2. *& loc. affect.* 2. omnes qui juvenes, aut in declinante ætate cordis palpitationi maxime obnoxii fuerunt, ante ſenectutem mortuos eſſe: Frequens enim palpitatio ſignum erat facultatem vitalem admodum debilem fuiſſe: *Idiopathica* ſympathica periculoſior, imo utplurimum lethalis: Tum etiam illa quę ab interna cauſa producitur, niſi magna ſit externę cauſę vehementia, ut veneni vel alicujus vulneris inſignioris. Si à *cordis tumore*, vel *ſoluta unitate* procedat, eſt deplorata. *Riverius.*

Difficilior eſt hic [illegible] curatu in mulierib[illegible] ob corpora impuriora [illegible]a, & ob vitam [illegible]dentariam, q[illegible] Quamvis nonnul[illegible] ab hoc morbo l[illegible] per V S. victumque extenuantem [illegible]tra ſunt qui fruſtra hiſce [illegible] poſt annum [illegible] plures menſes eo malo rurſus correpti fuer[illegible] & ante ſenectutem morbo præve[illegible] & [illegible] per acutas febres, nonnulli vero cum

ſani

ſani vi fuerint, ſubito & ex improviſo per animi deliquium & catarrhum ſoffocativum extincti ſunt. *Job. Dolaus.*

Plurimi tamen quoque reſtituuntur, ſublata unde hæc affectio oriebatur causa; Quæ plerumque circa vaſa naturalia, partibus naturalibus diſtributa ſuam debebat originem. *Platerus.*

[2] *Sæpius repetens*) Remittit quandoque hoc ſymptoma ... uſque vel tardius rurſum redit, alias levi ex cauſa, alias alio tempore: durataque paroxyſmus quoque, *diutius* interdum, vel levius mitiuſque vel gravius afficit, aut ſtato tempore exacerbatur. *Platerus.*

[21] *Per ſyncopen*) Leipothymia in hoc affectu oritur, quia cum cor inordinate convellitur, etiam aliquando convellitur ipſiſſimo illo tempore quo ſanguis illud intrat, hinc fermentatio, non rite procedit, hinc ſpiritus pauci generantur, indeque animi deliquium. *Anonymus ibidem.*

[23] *Reſpicit* 1. *Paroxyſmum*, in quo locum habet fomentum [25] ex *meliſſa* & *borragine*.

[24] Aqua ex *cordibus animalium* apud *Heurnium*, ſuccus *Cardiaca*.

[25] Extra paroxyſmum, valet [26] *liquor Cardiacus Sale*, de quo Oper. pag. 374. ad dr. ſ. vel ʒj. cum *aqua ſanguinis cervi per M. B. deſtillata* exhibitus. Zacutus [27] *Cucurbitulas* ſcarificatas, regioni cordis applicitas laudat.

II. *Cauſas*, de quibus in Differentiis dicetur.

[22] *Curatio reſp...*) Quod ſpectat ad affectus hujus Therapiam, ſiquidem cauſæ ejus variæ & multiplices exiſtunt, etiam curatio diverſimoda inſtitui debet. Nam quod nonnulli ſtatuunt ejuſmodi remedia, quæ vulgo *Cardiaca* dicta, Cor refocillare, eique laboranti ſuppetias ferre creduntur in quibuſque his caſibus convenire, tum rationi tum experientiæ communi refragatur; Cum itaque declaraverimus Cordis palpitationem, vel à ſanguinis, vel ab arteriarum cordi appenſarum vitio procedere, & utraſque horum varias afficiendi rationes innuerimus, modo reſtat unicuique morbi iſtius ſpeciei aptam medendi methodum, accommodare.

Primo igitur ſi quando morbus hic à *ſanguinis vitio* procedat, Intentio therapeutica primaria erit ſanguinem nimis aquoſum, & accendi & fermenteſcere inhabilem ad meliorem exaltare craſin, ejuſque principia activa depreſſa, aut diminuta evehere, aut augere: In quem finem medicamenta ſpirituoſa, itemque ſalina cujuſque generis, ſulphurea & imprimis chalybeata conducunt: Quinimo huc referri poſſunt quæ in Pica, leucophlegmatia, & Scorbuto frigidiore præſcribi ſolent.

℞. *Conſerv. abſynth. Pont. flavedin. Aurant. & limon. ā ā.* ℥ij. *Cortic. Winter. pulver.* ʒij. *ſpec. diacurcum.* ℥j. *chalyb. præpar. cum ſulphur.* ʒiij. *ſalis abſinth.* ʒiß. *cum q. ſ. ſyr. e. cortic. citr. f.* Elect. Doſis quantitas nuc. *moſch. Mane & hora v. pomerid.* ſuperbibendo *Julapii ſequ.* ℥iij. *& deambulando.*

℞. *aqu. ſal. Ari* ℔j. *puleg. hyſſopi, ā ā.* ℥iv. *aqu. lumbric. limac. mirab. ā ā.* ℥j. *ſacchar.* ℥j. m. f. Julep.

℞. *Tinct. antimon.* ℥j. Doſis gtt. xx. ad xxv. bis *in die cum eodem Julepo.*

Porro huc *Tinctura chalybis*, *aut. ſyrup. ejuſdem* Item

Elixir Propriet. cum multis aliis accenſeri poſſunt,

Secundo, Cordis Palpitatio & crebrior & multo immanior ab Arteriis cardiacis in vitio habentibus exoritur, Et tunc illarum culpa, aut Obſtructio eſt, aut affectio Spaſmodica.

Prior iſte morbus plerumque continuus & non raro incurabilis exiſtit, præſertim vero ſi à Pulmonibus tabidis, aut arteriarum ... dicibus propter tuberculum, aut excreſcentiam oſſeam ſemi oppletis, aut compreſſis excitatur: Cujuſmodi cauſæ ſi quando ſubſint, & perfecte dignoſci poſſint, fruſtra eſſet earum ſublationes moliri, quin potius id unice agatur, ut levamine quodam per hypnotica ſubinde procurato, ægrotorum vita, etſi miſera, paulo diutius protrahatur.

Cæterum vero non improbabile eſt (prout modo innuimus) Arterias interdum à *concretionibus polypoſis* ibidem, ac interdum intra cordis ſinus progigni ſolitis, magna ex parte impleri, proindeque ſanguinis exilitionem liberam & totalem impediri: Hujus vero uti diagnoſin valde difficilem, ita curationem non minus raram putamus; quando illius ſuſpicio eſt, maxime ex uſu fore videntur medicamenta ſalina, & ex iis ſale Volatili aut Acido prædita exhibenda; eadem vero non ſimul, ſed quodam temporis ſpatio hæc (quibus non juvantibus) dein hæc altera experiri oportet.

℞. *Spir. ſal. ammon. vid. cum milleped. vel cum aliis antaſthmat. diſtill.* ℥v. *doſis à gutt.* 16. *ad* 20. *ter in die cum Julapio, vel aqua deſtillata appropriata: Eodem modo ſpir. c. c. fuligin. ſanguin. cranii deſtill.* tentari poſſunt.

℞. *Spir. ſalis marini aut vitr. cum Spir. vini herbis pneumon. impregnati deſtill.* ℥iij. *Doſis gtt.* 15. *ad* 20. *eodem modo. In hos uſus ſpir. tartar. ligni Guajaci, aut Buxi uſurpare ſolent.*

III. Palpitatio cordis ſæpiſſime *affectio convulſiva* eſt, & à ſimili cauſa & afficiendi ratione qua pathemata alia hypochondriaca vel aſthmatica produci ſolet; Cujus item curatio per remedia antiſpaſmodica pariter tentari debet: quorum vero delectus, ſub diſcrimine quodam, juxta quod morbus in temperamento aut calido aut frigido contingit, inſtituatur.

Reſpectu prioris ſequentia præſcribantur.

℞. *Spiritus ſuccini armon.* ʒiij. *Doſis* gtt. 15. aut 20. bis in die cum *Julapio vel aqua deſtillata appropriata*; Eodem modo *Tinctura tartar. chalybis*, vel antimonii per vices exhiberi poſſunt. *Willis.*

II. *Cauſas*) Curatio varia eſſe debet pro varietate affectuum à quibus dependet, ac ea quæ à peculiari affectu cordis aut pericardii eſt, curationem non recipit, Ideo tota Practicorum curatio ad ſympathicam dirigitur, quæ à variis partium inferiorum affectibus dependet, quorum curatio è propriis locis depromenda eſt. *Riverius.*

Primo *acre illud*, ſive *acidum viſcoſum*, & aliquando *volatile* peccans, debet corrigi, præparari, & quovis modo eliminari, emendari, In quem finem conducunt illa omnia quæ ſpecifica vi prodeſſe ab ...

chotibus compertum eſt. ut ſont *margaritæ. c. c. uſtum præpar. terra Lemnia fragmenta lapid. pretioſ. bezoart.* E. g.

℞. *Ebor. præp.* ʒij. *c. c. præp. corall.* āā. ʒj *marg. occident. præpar.* ℈j. *lap. ſmaragdi* ℈ß. *m. f. Pulvis ſubtiliſſ.*

℞. *aqu. meliſſ. borrag. bugl.* āā. ℥iij. *rubi idæi, cinnam. cord. Saxoniæ* āā. ℥ij. *miſce. detur cum prædicto pulvere, addito julapio roſat. vel ſacch.*

Si cuncta hæc velis efficaciora, quo ſimul pituitam viſcidam ac tenacem infringas, & fluiditatem concilies, adde *Sal volatile c. c.* ſeu *ſal volat. oleoſum noſtrum* V. g.

℞. *Aqua bugl. cinnam. meliſſæ* āā. ℥ij. *eſſentia ambr.* ʒß. *Salis volat. oleoſi noſtri* ʒß. *ſyr. perlat.* ℥j. *miſce.*

Hoc in caſu conducunt quæcunque aromatica, *ſalia volatilia, ex cinnam.* ſcilicet & *ambra* parata; Sic & *ſperma ceti* in abſorbendo omni hoſtili acido palmarium remedium; In quem finem & egregie conducit *tinctura corall.* cum *ſale tartari volatili* parata ad gtt. 12. exhibenda. Sedato aliquomodo paroxyſmo tum Lenientia magni uſus ſunt, (de his vide §. *Evacuationibus & revulſionibus*) Poſt hæc ad reliquias viſcidas incidendas ac diſcutiendas, acidumque ſimul abſorbendum, locum inveniunt *Diaphoretica* E. g.

℞. *Antimoniac. diaphor. c. c. ſine igne præpar.* āā. ℈ß. *magiſt. ſpin. viperæ gr. v. m. fiat Pulvis. Horſtius Tomo ſecundo* habet *Spirit. theriac,* egregium, *Aqua theriac. camphorata,* aut *Tinctura opii* ejus vices implebit.

Si ſuſpicio adſit malum hoc ortum habere à *ſanguinis nimia efferveſcentia,* à ſalibus heterogeneis & ſylveſtribus, in ſero ſeu ſanguine turbam excitantibus, prout id ſe manifeſtat aliquando per puſtulas in pectore & alibi, tunc præter V. S. commendamus temperata cardiaca ſimulque antiſcorbutica, in quem finem conducet ſequens Deſtillatum

℞. *Rad. ſcorzon. borrag. bugl. filic. mar.* āā ℥j. *fol. ceter. acetoſ. rutæ murar. trichomanis, fl. calend. borrag. bugloſſi, trifol. flore cæruleo, geniſt. anagall.* āā. *m. j. raſ. c. c.* ʒvj. *pomor. citr. & aurant.* āā. *n. j. minutiſſ. inciſa ſingula ingredientia infunde vini* ℔iij. *ſeri lact. capr* ℔j. *per biduum, adde ſucci beccabungæ, card ben.* āā. ℔ß. *diſtilla vitreo organo: Doſis* ℥iß. *cum* ʒß. *conſ. Alkermes m. & v.*

Omnes *Aquæ frigidæ cordiales* apud Practicos proſtantes ad partes vocari poſſunt, præſertim *ex cordibus,* Vide §. 24. *Aqua ex cordibus.*)

Hoc in caſu vero nihil excellentius, nihil validius reperi quam *Acidulas Swalbacenſes.* Sæpius in hoc affectu in urina conſpiciuntur arenulæ lateribus urinalis adhærentes, hoc in caſu præter dicta conducent *Diuretica* e. g. *ſpirit. ſalis, lapid. cancror. liquor ſplenet. Schroderi è tartaro & nitro paratus.*

Præterea cum ſtatutum ſit Palpitationem cordis ſæpiſſime, niſi ſemper, oriri ob nervos & fibrillas cor & arterias ambientes ſpaſmodice contractas, indeque ſanguinis motum è corde, plus minus liberum efficientes, & ventriculos cordis coarctantes, eo caſu *antepileptica,* vel ad alios motus ſpaſmodicos proficua, cardiacis juncta exhibenda; In primis vero *Opiata* palmam ſæpe præripiunt; Civis Hanovienſis ſola, per vices tamen exhibita *Theriaca cœleſti Hanovienſi* feliciter ab hoc malo liberatus fuit.

Al[illegible] *humor glutinoſo ſalſus* è latibulo aliquo [illegible] ſanguine [illegible] deſ[illegible]tur, & tum *Capivaccius* applicat leniter adſtringentia, ut eſt *maſtix* [illegible].

Si Palpitatio à *conſenſu partium* reliquarum, *uteri, lienis, hypochondriorum,* oriatur, tunc & ſimul proſpice his partibus læſis, in quem finem conveniunt *chalybeata,* ſic enim una fidelia plures dealbabis parietes.

Si à *concretionibus Polypoſis, ad ſalia volatilia, non* ſatis in hoc caſu laudata, cum *Willisio* confugimus.

Si à *Vermibus,* conveniunt medicamenta ex *naſturtio aquatico* & medicamenta ſpecifica cordialibus.

Si à cauſa maligna, convenit *Theriaca cœleſtis & Smaragdina.*

Si à *Terrore,* conducit venæ ſectio. *Johannes Dolæus Encycl.*

Quoad cæteras cauſas, ſive *ſanguinis* ſubſit *vitium,* ſive *ſpaſmodica per hypochondriorum conſenſum pathemata;* Pro his ipſis corrigendis *tria remediorum genera* maxime proficua obſervantur, nempe *Martialia,* hinc *Terrea,* quo in ſpecie pertinent *corallia,* Item *ſalia volatilia,* quibus pro virium ac ſpirituum reſtauratione *analeptica volatilia* inprimis temperata conducunt. Nam quoad *volatilia ſulphurea,* aut *fortiter oleoſa,* attendendum non omnibus talia convenire, ſed hæc ipſa quibuſdam hypochondriacis vel hyſtericis genus nervoſum fortius afficiendo paroxyſmum exaſperare, quod pariter in aliis affectibus convulſivis obſervandum eſt. Et ſi à talibus jam forſan exaſperatus fuerit, acida, ac ſpeciatim *ſpiritus nitri dulcis* cum dentio [illegible], V. g. *Cinnamomum,* & omnia ex hoc parata, excellunt in paroxyſmo palpitationis cordis, non ſecus ac in lipothymiis, & mire in his laudantur à *Lindano*; Nihilominus palpitationem cordis excitatam à *cinnamomo,* per modo dicta acida ſedatam vide *in M. C. A. 31. pagin. 244.* Extra paroxyſmum igitur ut iſta *abſorbentia* inprimis conducunt, ita in paroxyſmo volatilia ſalia oleoſa præſtantiora ſunt. *Ettmuller.*

23. *Meliſſa & borragine*) *Meliſſa* inprimis laudari ſolet ad cordis palpitationem, tam interne ex ea parata remedia, quam *externus fotus,* cum *meliſſa viridi & flor. borrag.* cum *aqua roſac. & aceto diſtill.* calide applicatus: Facit huc quod *Foreſtus libr. 17. obſervat. 1.* refert in thoracis vulneribus, ex ſanguine concreto ingentes palpitationes cordis excitatas, curatas per V. S. & hinc *meliſſam vir. & borrag.* cum *aqua roſar. & tantillo aceto* irroratas calide cordi admovendo. *Ettmuller. Spiritus meliſſæ* ſolus curat palpitationem cordis purgato corpore. *P. Joh. Faber Panth. Sap. lib. 3. cap 6.*

24. *Aqua ex cordibus*) Corda animalium quadrupedum, volatilium comeſta ſæpe proprietate juvare creduntur, præſertim aſſa, *caryophyllis* prius fixa. *Aqua* hæc efficaciſſima.

℞. *Cor cervi,* ſi haberi poteſt, Vel *bovis, vel porci, ad* ℔j. *quibus corda avium,* perdicum inprimis addi poſſunt, incidantur minutim; adde Pulveres ſequ. *flor. iv. cordial. additis, fol. majoran. meliſſæ, ocymi. phyllit.* āā. ʒij. *ſemin. ocymi, citri,* āā. ʒj. *Cort. citri,* ʒiij. *caryoph.* ʒij. *cinnam. ſantal. moſch. ligni aloes* āā. ʒj. *Macer. Zedoar.* āā. ʒß. *Croci* ℈j. *moſchi vel ambr.* ℈ß. *irror. vino malvat. donec fiat inſtar Pultis, Eliciatur* Aqua, Doſis ab ℥ß. ad ʒvj *per ſe, vel cum julep. roſ. violac. vel ſyrup. acetoſitatis citri* & ſimul. ſæpe. *Platerus.*

Liquor ſequens utiliſſimus.

℞ *Corda po*[illegible] *n.* iij. *cinnam. & caryophyll* [illegible] *acetoſ. & lactuca* āā. ʒiß. *vini albi* ℥j. *aq.* [illegible] *cabioſ. & roſar.* āā. ℥iß. *conf. alkermes* ʒj.

bullitæ

bulliant omnia inter duo vaſa: da cochlearia ij mane & veſperi. *Reverius.*

Ejuſmodi *remedia ex animalium cordibus* deſumpta rejicit *Etmuller.* Revera, *inquit*, nil valent; quin præparata horum, ſpeciatim *ſpiritus* & ſalia volatilia ejuſdem valoris & uſus ſint, ac alia ejuſdem generis, *Tinctur. corallor. cum ſpiritu c.c.* egregia & multi uſus in tali caſu. *D. Michaelis.* Alii magnifaciunt, *Fr. Oſw. Grembs.* Succum ex *Vervecum cordibus* extractum cor mirifice roborare ait.

℞. *Cor vervecis* aut *hoedi ſiccato* infixis aliquot *caryoph.* imponito vaſi teſtaceo, & in furnum calentem indito, in quo cor in ſuccum eliquatur, qui ægris propinatur. *David Herlicius Tr. Germ. de cura Grav. c. 16.* ſequentem *Aquam* pro arcano adhibet.

℞. *Cord. ſuum* vel *bruni* pro vel *Cerv.* āā. *n.* ij. conſcinde, adde *caryoph. galangæ, ſem. baſilic.* āā ℥ij. *flor. bugl. anthos, borrag.* āā. *m.* ij. *aromata & ſemina concidantur & craſſe contundantur, affunde vini malvat. q. ſ. digerantur per 24. horas, deſtilla, dozis* ℥ß. *cum ſacch.* Mirabilis efficaciæ eſſe *aquam ex corde cervi vel bovis*, ait *Mercatus lib. 2. Pr. c. 11.*

25. *Extra paroxyſmum valet*) Syrupus hic eſt efficax.

℞. *flor. cordial.* āā. *p. j. caryoph. hort. p.* ij. *h. meliſſæ, ocimi* āā. *m.* j. *caryoph. aromat.* ʒij. *coqu. in vino & aqua, clarif. & aromatiz. cinnam. addito ſacch. f. ſyrupus.* Vel ex ſuccis.

℞. *ſuccor. pomor. redol. granat.* āā. ℥iij. *ſuccor. bugl. roſar.* āā ℥ij. *ſucci citr. vel limon. & plantag.* āā. ℥j. *aq. roſar. meliſſæ* āā. ℥ij. *ſacch.* ℔ß. *coqu. in formam ſyrupi, aromatiz. cinnam. & caryoph. pulver. ſumat* ℥j. *per ſe aut cum vino &c.*

Vinum laudatiſſimum ſic fiet.

℞. *Rad. Angel. enul. torment. dictamni albi* āā. ℥ß. *zedoar. galangæ* āā. ʒij. *cortic. citri ſicci* ℥j. *caryoph* ℥ß. *cinnam.* ʒij. *flor. cord.* āā. ʒj. *flor. anthos, lavend.* āā. ℥ß. *fol. meliſſæ, ſalviæ, ocymi* āā. ℥ij. *ſemin. ocymi majoran. citri*, āā. ʒj. *baccar. myrthi* ʒij. *conquaſſ. omnia, affunde vini opt.* ℔xij. *vel* xv. *ſerva in dolio, prius vino ferventi pulver. caryoph. permixto. imbuto. Bibat* de eo mane eum ſuſculum ſumit, vel initio menſæ.

In ſubſtantia *Pulveriſata* multa variis formis exhibentur, dando Pulveres cum *aqua flor. caryophyl. hort. meliſſæ, ocymi, acetoſæ, plantag. ſcabioſæ*, E. g.

℞. *Sem. ocymi* ʒij. *rad. galangæ dr.* j. *caryophyl. dr.* ß. *m.*

℞. *Rad. angel. galangæ, zedoar. cortic. citr. ſicci, folior. meliſſæ*, āā. ʒß. *ſem. ocym. caryoph.* āā. ʒj. *ſem. portulac. Macer. cinnam ſantal. moſchat.* āā. ʒj. *croci, camphorat.* āā. *dr.* ß. *Corall.* ʒj. *m. f. Pulvis, Doſis* ʒj. Vel

℞. *Corall. margar. cryſtall. raſur. ebor. vel oſſis de corde cervi, vel unicornu* āā. ʒß. *ſem. ocimi dr.* ij. *Caryophyll. dr.* j. *f. Pulvis*, Vel dentur *Tab. Diamar. frig. Diamoſchi, Diambra.* Vel ſic.

℞. *ſpec. diamarg. frig.* ℥j. *ſpec. diambr. diamoſch.* āā. ʒß. *troch. de camphor. dr.* ß. *ſacch. in aqua roſar.* ℥iij. *& meliſſæ* ℥ij. *aqu. cinnam.* ℥j. *ſol. f. Tabellæ*, deaurentur.

Forma *Electuarior.* hæc quoque uſurpari poſſunt ſi ſyrupis excipiantur, ut *ſyrupo de Bugloſſo utr. violar. roſar. citri, de acetoſa, pomor. & ſimil.* vel *Conſervis* horum, Aut ſic fiant.

℞. *Conſerv.* iv. *flor. cordial. conſerv. acetoſ. meliſſæ* āā. ℥ß. *condit. cortic. citri, myrobal. chebul.* āā. ℥j. *condit. zinzib. nuc. moſch.* āā. ʒij. *pulv. prædict.* ʒij. *cum ſyr. pomor. redol. f. Electuar. capiat* ʒij. *ſuperbibendo de vino ſupradicto vel Aquis.*

Pilulæ hæ convenientiſſimæ ſunt.

℞. *Carabes* ℥ß *ſmaragdi, hyacinth.* āā. *dr.* ij. *margar. dr.* j. *ſem. ocimi* ℥j. *camphor. dr.* ß. *cum ſucco citri f. maſſula. Da* ʒß. eum hoc affectu premuntur. *Platerus.*

Si contingat cordis Tremor aut Palpitatio, ſolent recentiores illi ſuccurrere infraſcripto Electuario.

℞. *Coaguli hœdini, coaguli cervini.* āā. ℥iiß. *& vocatur.* Electuar. de coagulis, *Vini malvat. odorati* ℥ij. *teſticul. coctorum in poſca, facta ex aceto temperato cum aqua bugloſſa* ℥iß. *electu. triumſant. diarrh. abb.* āā. ℥j. *ſacch. roſat* ℥vi. *pulv. unionum, ſmaragdi* āā. *dr.* i. *cum ſ q. ſyr. roſar. aut cort. citri f. Elect. molle, da cochlear. unum.* Gab. *Fallopius.*

26. *Liquor cardiacus*) Quandoquidem Pharmaca pro Cardiacis vulgo habita in duo genera diſtinximus, viz. alia quæ *Sanguinem*, & alia quæ *ſpiritus Animales* potiſſime ac immediatius afficiunt, In primo illorum cenſu quæ ad *Sanguinis accenſionem* regulandam deſtinantur, ea poſuimus, quæ liquorem ejus nimis frigidum, & motu tardum, plus æſtuare, atque particulis ſulphureis copia magis adauctis, aut exaltatis, uberius accendi, efflagrare cogunt, qualia ſunt *Vina generoſa, Aquæ ardentes, deſtillata compoſita, Spiritus & Tinctura croci, Elixir vitæ Quercetani, Tinctura ſalis Tartari, chalybis, aliaque*, ſpiritu imprimis ac ſulphure copioſis referta, quorum modo hæc modo illa, pro cujuſque patientis libitu ſumantur.

Quoties ob *ſanguinem minus accenſum*, proindeque intra præcordia aggeſtum nimis, & fere ſtagnantem, languor & ſpirituum fatiſcentia, magna cum cordis oppreſſione infeſtant, in hoc caſu *Aqua mirabilis, cinnamomi, Caryophill. Abſinth. compoſ. item è cortic. Aurant.* cum vino deſtillatæ conveniunt, quibus interdum ſpiritus, elixiris, vel tincturæ cujuſdam dozis addatur.

Attamen cavendum ne frequenter nimis hujuſmodi cordialibus indulgeatur, Novi enim plures in malam hanc conſuetudinem lapſos neceſſe habuiſſe ſæpius in die aut vini generoſi, aut ſpiritus vel aquæ cujuſdam fortioris hauſtulum ingerere: Porro eorundem dozes (ſiquidem Natura extraordinariis parumper aſſueta, haud diu iiſdem contenta perſtat) in dies augere, ac ſæpius repetere, proinde tandem ut ſtomachus nihil mediocre ſufferre, aut digerere poſſit, potentiora, uſque & calidiora expetens.

Cæterum viſcera alia, ac inſuper hepar, exſiccantur adeo, & aſſantur, ut ſanguine, quoad penum ſuum diminuto, & quoad craſin depravato, cacochymia morbifera, aut vitæ abbreviatio ſupervenerit.

In *ſecunda Cardiacorum claſſe* poſuimus ea quæ *ſanguinis efferveſcentiam nimiam* nonnihil ſedant, ejuſque incendium immodicum paulo cohibent, & attemperant, uti aquæ deſtillatæ, acida, nitroſa &c.

℞. *Aquæ lujulæ, citri totius, fragar.* āā. ℥iv. *ſyr. è ſucco citri* ℥j. *margar. pulver.* ℥j *f. Julap. Doſis* ℥ij. *ter vel quater in die.*

℞. *Aqu. pomor. redol. rubi Idæi* āā. ℥vj. *ſyr. violac.* ℥j. *ſpir. vitr. gtt.* xij. *f. Julap.*

℞. *Aqu. fontis* ℔iß. *ſucci limon.* ℥ij. *ſacch.* ℥iß. *f. Potus cujus ſumatur ad libitum.*

℞. *Rad. gramin.* ℥iij. *eryng. cond.* ℥xvj. *poma duo inciſa, (vel uvar. Corinth.* ℥ij.) *raſur. ebor. c.c.* āā. ʒij. *fol. lujulæ m.* ij. *coqu. in aqu. fontan.* ℔iij. *ad* ij.

colat. ſtatiſ. adde ſalis prun. ʒiß. *ſyr. violac.* ℥iß. *f. Apozema, dozis* ℥iii. *vel* iv. *ter in die.*

℞. *conſerv. roſar. rubr. vitriol.* ℥iv. *aqu. fontis* ℔ii. *diſſolve clauſe & calide, dein coletur, dozis* ℥iii. *vel ad libitum.*

℞. *conſerv. oxyacant. rob. rubi Idai* ãã. *unc.* iß *margar. prap.* ʒß. *conſ. de hyacint.* ʒi. *ſyr. i ſucco citr. q. ſ. f. confectio, Doſis unc.* ß. *ter in die.*

Tertia Cardiacorum claſſis ejuſmodi medicamenta ſuggerit, quæ contra ſanguinis effervefcentis vitia deſtinata, compagem eius ſtrictam reſerant, & aperiunt, qno recremeota eius ſecerni & amandari queant. Hæc cum præcipue & fere tantum *ſalina* fuerint, pro multiplici particularum è quibus conſtant, ſalinarum ſtatu, etiam diverſimoda exiſtunt; utplurimum vero eorundem baſis, aut eſt *ſal volatilis*, aut *alkaliſatus*, aut *acidus*, *fixus*, aut *nitroſus*, Cujuſque horum Formulas quaſdam proponemus.

Primu *Cardiaca ſale volatili* prædita, tum in febribus reſpectu ſangumis, tum inſuper in *Deliquiis*, & ſubitis languoribus reſpectu ſpirituum animalium, iuxta præſcripta ſeqeentia utiliter exhiberi ſolent.

℞. *Spiritus c. c. gtt.* xv. *aqu. theriacar.* ʒii. *detur è cochlear. ſuperbibendo hauſtulum liquoris appropriati: Eodem modo ſpiritus ſanguinis, cranii hum. fuligin. vel ſpiritus ſalis Armoniac.* compoſitius propinari debent.

℞. *Salis viper.* ʒj. *cryſtall. min.* ℥ij. *pulv. è chelis compoſ.* ʒiß. *m. f. Pulvis, Doſis* ʒß. *ad* ℈ij. *in cochleari Julapii cardiaci, ſuperbibendo* hauſtulum ejuſdem.

℞. *Flor. Salis Armoniac.* ℈ß. *bezoart. miner.* ℈j. *fiat Pulvis, Detur è cochleari liquoris appropriati.*

Secundo *Cardiacorum* nomine apud vulgus maxime inſigniuntur, quorum baſis *ſal alkaliſatus* eſt, ſive *petrificans*, uti imprimis *Bezoar. orientalis*, *margarita*, *corallia*, aliaque, *Pulveres teſtacei & lapides.*

℞. *Pulv. Gaſcon. ſive de chelis comp.* ℈j. *ad* ʒß. *detur in cochl. Julapii cardiaci, ſuperbibendo ejuſdem* ℥ij.

℞. *Lap. Bezoart. Orient. gr.* vj. ad xx. detur eodem modo.

℞. *Pulv. è chelis & ocul. cancror.* ãã. ℥j. *margar. corall. utr. prapar.* ãã. ℈iv. *Bezoar. utr.* ãã. ʒß. *boli Arm. opt. auri diaphor.* ãã. ℈ij. *bezoart. min.* ʒj. *m. f. Pulvis cardiacus Doſis* ℈j. *vel* ij. *aut* ʒj. cum vehiculo idoneo.

In Pleuriticis ſequentia pro Cordialibus maxime appropriatis habentur, quatenus nimirum ſalis acidi præpollentias deſtruendo, ſanguinis coagulationes, & extravaſationes tollunt aut præcavent.

℞. *Pulv. dentis aprugni* ʒß. *ad* ʒj. *cryſtall. min* ℈j. *pulv. flor. papav rhoead.* ℈ß. *fiat. Pulvis ſumendus in quolibet liquore: Eodem modo Pulv. oculorum Cancri & mandibulæ pulvis Lucii exhibetur.*

III. Huc ſpectant etiam *Nitri præparata*, quæ juxta formulas ſequentes cum fructu exhibentur.

℞. *Cryſtalli miner.* ℈j *ſalis volat. c. c. gr.* iij. *ad* vj. *miſce fiat Pulvis, detur è cochleari Julapii cardiaci.*

℞ *Cryſtall. min. antimon. diaphor.* ãã. ℈j. *pulv. bezoart.* ℈ß. *f. Pulvis, detur eodem modo.*

IV. Medicamenta, quorum baſis *ſal fluidus*, ſive *acetoſus* eſt, in Febribus ad reſerandam ſanguinis compagem, juxta formulas ſequentes præſcribantur.

℞. *Spir. vitrioli gtt.* iv. *ad* vj. *aqu. card.* ℥iij. *theriacal.* ʒij. *ſyrup. e ſucco citri* ℥iij. *margar. dr.* ß. *f. Hauſtus ſumendus bis vel ter in die, Eodem modo ſpirit. ſalis vel nitri ſumantur, In eundem finem Potus de Cherbet. limonenſ. in aqua fontis diſſolutus, Item Potus divinus Palmarii conveniunt.*

℞. *Pulv. c. c. calcinati, vel antimon. diaphor.* ʒij. *ſpiritus vitr. vel ſalis* ʒj. *terantur in mortario vitreo, & exſiccentur, Doſis dr.* j. *ad* ʒß. *in cochleari Julapii Cardiaci.*

V. *Sales herbarum fixi*, Sive lixiviales Alexipharmacorum compoſitiones ſæpe ingrediuntur, Inſuper medicamina, quorum baſes illi ſunt, quatenus Febrifuga plurimum inſignia habentur, etiam Cardiacis accenſeri debent, E. g. mitum illud proponimus.

℞. *Salis abſynth. dr.* j. *aqu. card.* ℥iij. *ſpir. vitr. vel olei ſulph. dr.* j. *ſyr. violac.* ʒiij. *f. hauſtus ſumendus hora 2, vel 3. ante Paroxyſmum.*

℞. *Aqu. citri totius, Lujula,* ãã. ℔ß. *ſalis Tart.* ʒiß. *ſucci limon.* ʒij. *ſacch.* ℥ß. *miſce, fiat Julapium,* Cujus uſus in febribus anomalibus, quæ ſine apyrexia exacerbationes quotidianas habent. Doſis unc. iij. bis in die.

Vltima Cardiacorum claſſis, & quidem aliquo reſpectu potiſſima, Alexiteriis debetur, quatenus nimirum ea ſunt maxime volatilia: quorum uſus contra Peſtilentiæ aut malignitatis cujuſcunque contagium. *Willis. Pharmac. Rat. ſect. 0. c. 2.*

[27]. *Cucurbitulas Scarificatas &c.*) Quidam practici admovent thoraci ſine ſcarificatione, quibus magnam vim tribount diſcutiendis ac digerendis flatuoſis ſpiritibus qui in partibus internis incluſi continentur. Alii hypochondriis admovent quando in iis locis mali minera reſidet. *Riverius.* Dorſo admovet ſcarificatas *Rhaſis.*

[28]. *Differentia* à Cauſis ſumuntur.

I. [29]. Alia eſt à [30]. *Vapore ſeu flatu* [31]. expultricem cordis ſtimulante, qui eo

[32]. *Cognoſcitur*, quod repentina fiat acceſſio, à levi corporis motu excitetur, ſæpe tremor in genibus, oculorum tenebræ, &c. obrepant.

1. Vel ibi *colligitur*, [33]. reſolutus ex materia frigida & craſſa eo loci hærente, cum intemperie ſæpius frigida, rarius calida, quæ ſi inæqualis, multos elevat vapores, & [34]. *Tollitur* Venæ ſiniſtri vel dextri brachii, prout pulſus in hoc vel illo magis inquietus eſt, & [35]. plethora adeſt, ſectione. [36]. Cucurbitularum ad crura affixione. [37]. Cauſæ ſuppeditantis & [38]. moventis ablatione. [39]. Diſcuſſione. [40]. Valet hic *Oleum Citri*, cum aliqua conſerva, [41]. *Raphonticum verum* ſcrup. ij. pondere in vino exhibitum, *Confectio Alkermes*, *Aqua Theriacalis camphorata Crollii.*

2. Vel [42]. *à partibus inferioribus*, [43]. ventriculo, [44]. utero, [45]. hypochondriis &c. mittitur, & [46]. tum illarum partium ratio habenda eſt.

3. Vel [47]. eſt *malignus & venenatus*; & tum magna adeſt motus vehementia, quæ in

omnimodam

omnimodam inæqualitatem, lipothymiam & ſyncopen tranſit. [48] ... andatur [49] *Cordiale Crollii* ... *auro* ſeptem ſigillis munito. [50] *Emulſio margarit.* cum *aqua borraginis &* [51] *Cinnamomi. Experimentum Th*... ex *corall. rubr. præparat. Margaritis*, in *aqua Lavendulæ* per inſperſionem *ol. ſulphuris vel* ... *ſoluti*. *Aqua* [52] *Cinnamomi* cum *ſpiritu juniperi. Extractum ligni aloës*, Eſſentia *terræ* ... *ta*, [53] *ſmaragdi præparati* pulvis. [54] *Epithemata ex Alexipharmacis.*

4. Ve... *venenatus* cui ſuperiora applicari poſſunt.

[28]. ... *a cauſa*) Illam efficit motrix à re moleſta & aliunde irritata. Quæ irritant ſunt *vapores & flatus* ... bus m..., menſium ſuppreſſione, & melanchol... aca, cor ſubeuntes; *Humore* putridi & ... um copioſi, *calculi* item *oſſa & vermes Tumore in pericardio* exorti & *ſanguis in vulnere* ... effuſus. *Spirituum etiam vitalium defectus & calor in corde p. n. Th. Burnet Theſ. lib. 8. ſect.* ...

... *hac eſt*) Ideo Cordialia non omnia poſſunt. Non ſunt ... unda quæ ſero debentur reſtaurando, cum iis quæ ... articul... leoſas balſamicas confortat, non fixa c... volatilibus, non confortantia generalia cum ſp... alimentis cum medicamentis. Ex quo etiam appar... quid ſentiendum ſit de medicina univerſali ... prom... ut velimus, ſive ſanguis ſit efferatus ſive ... ſive ſpiritus defecian... ſeu turbati ſint & ... Sal ... generali & univ... illa egent ſpecial... ... licationibus accurate ſatisfaciat. *VVedelius Amœn. m. m. p. 154.*

[29]. *A vapore ſeu Flatu*) Quanquam quæ *veteribus* ſolenne fuit *Vaporibus* adſcribere, *moderni* in *conſenſum nervorum* transferunt, neque nos eundem inficiemur, ſuum tamen adhuc *vaporibus*, vel *Flatibus* quandoque locum ſupereſſe *credimus*. Hinc quibuſdam *μάλιςα φυσώδης* appellari ſuevit *Palpitatio*, hujuſque cauſam proximam eſſe *Flatus* ſcribit *Sebaſtianus Piſonus l. 2. de Palp. cordis*. Sic etiam *Highmorus Ex. de Aff. hypoch. c. 6. ſanguinem tenuem & flatulentum* agnoſcit. Neque aliam cauſam *Bartholinus* in muliere Hafnienſi quam flatus accuſat. A quibus inſuper palpitationes illæ in Præſide Rothomagenſi apud *Hollerium* ortum ſuum traxerunt, quandoquidem paroxyſmi, emiſſis magno eum ſtrepitu Flatibus Ructibuſque, illico ſolvebatur. *Strauſſius.*

3. *Alia eſt à vapore &c. alia eſt ab humore &c.*) Inducitur etiam à rebus ſolidis p. n. in corpore repertis, *Calculis*, *offibus*, *vermibus* &c. (*Vide caput præcedens de Morbis cordis*) Sic in Filio Typographi, palpitatione cordis ſæpius laborante, in medio cordis diſſecto; os tribus articulis conſtans, flavumq; & arenoſa quadam materia repletum ſe inveniſſe ait *Platerus l. 3. obſ. p. 636*. In *Maximiliano II.* Imper. corde lapis etiã repertus &c.

[30]. *A vapore ſeu flatu*) A flatibus arterias implentibus Palpitationem fieri poſſe aliqui voluerunt; at cum neq; venas iis repleri, aliquis obſervaverit, approbare minime poſſumus: Ut neque vapores circa præcordia, aut lienem, aut uterum collectos, arteriiſque vel cordis ſinui inſertos, Vel craſſum vaporem cordi incluſum aliúnde eo importatum, adeo ... implere poſſe ut talis Pulſatio ſequatur, concedimus. *Platerus*. At flatus venas diſtendere, etiam Veniſecis notum, cum ſæpe exoluta vena flatus tantum cum impetu obtrudar.

[30]. *A vapore ſeu flatu expultricem &c.*) Cauſa cor moleſtans utplurimum eſt vapor vel flatus, qui quantitate, vel qualitate vel utraque cordi moleſtiam parit; Qualitas autem vel eſt manifeſta vel occulta; Vapor manifeſta qualitate moleſtus, vel in ipſo corde eſt, & partibus vicinioribus, vel aliunde ab aliis partibus remotioribus tranſmittitur, iiq; ... abditos cordis ſinus ingreſſus expultricem ... ſtimulat quod ſummo robore naturaliter prædi... ... urgit & vehementiori niſu hoſtem expellere ... itur. In corde, aut partibus vicinis, potiſſimum pericardio, hu...es ... gidi & craſſi

interdum colliguntur, è quibus vapores el... antur, & ad cordis ventriculos transferuntur, ubi Palpitationé efficiunt. Ab aliis vero partibus remotioribus vapo... & flatus ad cordis ventriculos elevantur, ventriculo... ene, ute o cæteriſque in ventre inferiore contentis. Vapor occulta qualitate manifeſtus occurrit in febribus malignis, peſtilentibus in venenis aſſumptis; aliquando vermes putreſcentes, ſanguis menſtruus retentus, ſemen corruptum aliaque putrida materia vapores malignos ad cor mittunt, qui facultatem illius vehementer irritant. *Riverius.*

Expenſis iis quæ tum in hoc affectu laborantibus, tum ab aliis Medicis vidi notata, judico Palpitationem hanc ut plurimum ortum ſuum debere Humoribus Flatibuſve multum viſcoſis, ac ſimul acribus ad cordis ventriculos delatis, & in ipſis hærentibus, idque ad inordinatam inæqualémque ſui contractionem continuo irritantibus.

Hi humores atque flatus frequentius ex tenui inteſtino deferentur ad cor, ſive ſponte, ob vitioſam effervecentiam commoti eo pellantur, ſive ob corporis motum concitatiorem, animi affectum gravem, ſive ab externa cauſa, aëris æſtu aut frigore gravi, alimentis dulcibus, acidis, odore potenti &c. ſimiliter ad effervefcendum, habituſque tam glutinoſos quam acres producendos, & ad cor tranſmittendos, adigantur & urgeantur.

Hinc eſt quod in pleriſque affectionis hypochondriacæ ſpeciebus adeo ſit familiaris cordis Palpitatio, ac tam ſæpe circa febrium intermittentium initia, urgente adhuc aut remittente frigore, aut in ſummo æſtu. *Sylvius de le Boe.*

Notandum Palpitationem cordis longe frequentiorem eſſe quæ fit *per conſenſum* aliarum partium quam ipſo corde primario affecto, habet enim cor cum omnibus corporis partibus conſenſum per arterias & venas, per quas vapores, flatus & humores tranſmittuntur. *Riverius.*

[31]. *Expultricem cordis ſtimulante*) Nobis non tam inviſum eſt facultatũ nomen, ut plane exploſum velimus, quin potius fundamentum, cui recepta in Scholis de *Facultatibus miniſtris* doctrina innititur, firmo ſatis talo adhuc ſtare judicamus: Cum enim ignobilioribus quoq; membris, ad varias tum perferendas, tum amovendas, & declinandas injurias *inſita* quædam Potentia cõceſſa ſit, quis *Principi parti*, cujus incolumitas vitæ conſervandę ſumme neceſſaria eſt, eam denegare audebit? Et perinde nobis fuerit, ſive *Facultatem*, ſive *Archeum*, dixeris irritatum, cum utrobique, in quo iſta conſiſtat *irritatio*, quoue à morbi genere proxime dependeat, diſpiciendum reſtet. *Strauſſius.*

[32]. *Cognoſcitur quod repentina*) Flatus indicat ſubita mali invaſio, eum *tremulo genarum* & palpebrarum motu *oculorum caligine & ſonitu, tinnituq; aurium*, Co... cta, *Strauſius*. Non eſt perpetuum hoc ſymptoma, quia flatus continuo non tot generantur, quot cor lædere poſſunt. Aut quia non ſemper à corde continentur, ſed ex vicina ei parte aliqua in ipſum irruunt. Solent etiam quieſcentes non ſentiri, moti autem magis offendere. Ex quibus jam intelligitur quid ſerre poſt motum concitatiorem, aut animi perturbationem vehementiorem, à quibus ſanguis & humores agitantur, invade... ſolet. *Th. Eraſtus in conſ. Scholtzii p. 276.*

Præterea reſpiratio interdum difficilis eſt, ſonitus

adeſt autium, & dolor non raro alicujus partis ſubito evaneſcens. Cujus autem naturæ & qualitatis ſit vapor aut flatus, ex ſignis humoris in corpore aut partibus quibuſdam redundantis, colligitur, cum vapores & flatus ab humoribus perpetuo elevari ſoleant. *Riverius.*

33. *Reſolutus ex materia*) Qualis ſit humor hujus mali cauſa ex ſignis humoris in toto corpore redundantis facile internoſci poteſt. Ac præcipue ſanguinis copia, à qua frequentius quam ab aliis humoribus generatur, cognoſcitur ex pulſu vario & inæquali, ita ut nunc magnus, nunc parvus, tardus iterumque velox exiſtat; cui etiam reſpiratio proportione reſpondet, cor ægro conſtringi & opprimi videtur. Id ipſum teſtantur calor excedens, diſtenſio venarum, rubor faciei, tempus vernum, ætas, regio & victus ratio ſanguinem multiplicans. *Riverius.*

Notante *Helmontio*, otioſi palpitatione cordis affligi ſolent, quia ſcil. chylus non recte elaboratus in culpa eſt; Item quod ſanguis non recte actuetur, qui dein ſtagnat, craſſus viſciduſque redditur, & per conſequens acrior & vellicans: hinc quoque non difflantur per tranſpirationem particulæ alias evolare ſolitæ, ſeroſæ nempe aceſcenteſque, ſed in maſſa ſanguinea, inprimis circa ſedem auguſtam permanent, eamq; cruditatibus atq; excrementis multis, maſſæ ſanguineæ & ſpiritibus animalibus in nervis exiſtentibus intenſis, & hunc affectum ſæpiſſime producentibus augent. *Joh. Dolæus.*

33. *Reſolutus ex materia frigida & craſſa*) Aliqui hoc affectu laborant cum *lac cum ſacchare* comederũt, quod videtur nobis aliquid de morbi hujus natura explicare, Nam *lac* ſanguinem viſcoſum & tenacem reddit, & *ſaccharum*, quia eſt ſpecies ſalis volatilis, ſanguinem acriorem reddit. Sanguis ita viſcoſus exiſtens, cum efferveſcit in corde, in magnam molem attollitur, quia ſpiritus ſe propter ſanguinis viſcoſitatem extricare non poſſunt, ut aqua cum ſapone mixta, & vento inflata, in magnas bullas elevatur, quia aër interius incluſus viſcoſitatem aquæ non facile perrumpit, hinc cordis latera vi à ſe invicem diducuntur, ſpirituſq; cordis parenchyma tranſeuntes ſua acredine cor vellicant, quare multi ſpiritus & copioſi in cordis muſculos influunt, atque cordis mucronem ad baſin vehementer contrahunt; atque ideo Palpitatio cordis eſt quædam cõvulſio, & forte ſpaſmus muſculorum cordis eſt, Et omnis convulſio excitatur cum acrimonia quædam hæret inter fibras muſculorum, quæ fibrillas nervorum vellicat. *Craanen Pr. Reſor. p. 235.*

34. *Tollitur vena*) Venæ ſectio omnibus remediis præſtat in hoc affectu; urgente paroxyſmo; Et *Galenus* teſtatur *1. loc. aff. c. 2.* ſe nunquam inutiliter venam ſecuiſſe in cordis palpitatione. *Riverius.*

Sanguinis detractio, niſi quid obſtet, plurimum convenit, qua omnes juvari *Galenus* teſtatur. Quæ ſi ex ipſis arteriis fieri poſſet commode, cum cauſam ipſam hunc affectum inducentem auferret aut minueret, ſine dubio magnum afferret juvamentum: ſicuti & vertiginem à tali repletione arteriarum factam arteriotomia ſanari diximus; Verum & è vena emiſſo ſanguine nihilominus proderit, tum ad cauſam antecedentem minuendam, tum quod venæ maniti à vicinis arteriis ſæpe rapiant ſanguinem.

Quapropter magna & generalis vena tundi debet; in brachio humeralis, ſeu baſilica, dextro ſiniſtrove latere, prout pulſus hoc illove magis inquietus eſt. Quæ & repeti ſi emolumentum inde ſentiant, poteſt. *Crurum* quinque venas aperire, ut à ſuperioribus de[illegible]ſum derivemus [illegible]onferet; idque præſertim ſi menſtrua, uti fere [illegible] fœminis accidit, ſubſtiterint. Hæmorrhoides provo[illegible] in hoc caſu ma[illegible]num eſſet adiumentum, [illegible] à v[illegible]ſis m[illegible] [illegible]guinem e[illegible] [illegible] *arterius* [illegible] ſine [illegible] ceſſaverit arterioſum

& ſpiritibus plenum, ſubtiliſſimum ſanguinem, ac ſerum volatile in arteriis potius abundare [illegible]mus, ſectionem arteriarum, ubi ad manus liquo[illegible] ſtupe[illegible] Anglicus, admittimus, & inde maximum commodum hactenus vidimus, Sic & Infuſionem cum Exc. *Ftmoll[illegible]ro* non quidem contemnimus, ſed cum inſici h[illegible] facile non admittant & Medici etiam novo huic invento non facile famam ſuam exponant; hactenus cum maximo damno inventum hoc haud ad partes vocatur. *Joh. Dolæus.*

35. *Et plethora adeſt ſectione*) Utilis nonnunquam [illegible] Venæ ſectio abſente plethora; quæ præcipuum [illegible]ns indicans. ut in gravi Animi affectu. Quomodo juvet oſtendit. *Sylvius Prax. lib. 3. c. 10. §. 4. & ſequ.*

Siquidem indicetur V. S. 1. à plethora. 2. ab ejuſdem æſtu magno. 3. ab ejuſdem motu ceſſante. 4. ab eodem ad hanc aut illam partem nimium ruente, aut è vaſis ſuis alicubi effluente, Exiſtimo aut id fieri quatenus in vehementi animi affectu ſiſtitur plus minus ſanguinis motus; turbatur ſaltem non tantum illius eff[illegible]r[illegible]ſcentia, ſed eadem non raro au[illegible], aut minuitur; augetur fere ab ira, minuitur vero à [illegible] & [illegible]ore.

Siſtitur plus minus in quovis A[illegible]imi affectu vehementi ac inexpectato ſanguinis motus, quoniam ſiſtitur, mox turbatur ſpirituum animalium motus animalis, hoc eſt animæ motus compoſitos ſequens qui Animæ motus, quoniam in tali affectu ſunt mo[illegible]inati, non mirum ſi animales ſpiritus, ſicut Anima ipſa prim[illegible] quieſcant, mox inordinate moveantur unde non tantum cordis contractio primum minus [illegible] mox turbata obſervatur, verum etiam [illegible] c[illegible]em minora, hinc inordinate contr[illegible] utique in eiſdem liquores ſimiliter propelluntur, qui animales ſpiritus ipſi quaquaverſum ferri deſinunt, mox confuſe ac inordinate conſeruntur, unde non tantum liquorum quorumvis motus, verum præparatio quoque alteratur & turbatur; quapropter docuimus Bilem [illegible]um Pancreaticum, Lympham & cæteros corpor[illegible]tes fieri ad vehementem animi motum Acriores, [illegible] in peragendis ſuis muneribus ineptiores, quin nocentes.

Quoniam vero metus eſt, ne ceſſante diutius ſanguinis motu, ſanguinis partes variæ in dextro cordis ventriculo hærentes nocentius in ſe agant, & ſubinde ſuffocationem ac mortem, ſubinde alias noxas & affectus graves pariant, utile eſt aperta in tempore vena ſanguinem alio à corde derivare, motumq; ipſi conciliando noxium illud quaquaverſum [illegible]re.

Maximum enim m[illegible] eſt [illegible], vitæ fontem, quod [illegible] ſanguine corruptum eſt [illegible] hæreat, unde in vitæ diſcrimen adducuntur omn[illegible] quibus hoc accidit, facilius autem illo periculo liberantur aperta vena, & remoto in tempore à vitæ fonte memorato ſanguine, quod neceſſario evenit qua[illegible]nus in educti locum pergit omnis prope cor prius ſubſiſtens. Atque hac potiſſimum ratione putamus cõducere ſanguinis eductionem feſtinanter inſtitutam p[illegible] animi [illegible]ffectum gravem, & quidem graviter affligentem.

36. *Cucurbitularum ad crura*) Juvant & ſiniſtro hypochondrio affixæ *quod affe[illegible] ius minera plerumq. ibi lateat*), ut & Frictiones extremitatum, cruris præſertim & lateris ſiniſtri. *Platerus.*

Quidam Practici admovent thoraci cucurbitulas ſine ſcarificatione, quibus magnam vim tribuunt diſcutiendis ac digerendis flatuoſis ſpiritibus, qui in partibus internis inclu[illegible] co[illegible]tur, Alii hypochondriis admovent [illegible] locis mali minera reſidet. *Riv*[illegible]

[illegible] *Cauſa* [illegible] *ablatione*) [illegible] ac affectio[illegible] [illegible] natu[illegible] ralibu[illegible] d[illegible] habeat or[illegible]; arteriis [illegible]ra[illegible] [illegible]uvies hæc inferatur [illegible]em ſine quo

quæ in melancholia hypochondriaca, & cachexia, & ca- [illegible] ſolet adhiberi quæ & hunc affectum fere co- [illegible] hic nil [illegible], Nimirum cavendo proventum [illegible] ſangui[illegible] tum [illegible]; humorum & flatuum, ea- que quæ hic [illegible] redundare cognoſcimus, bilio- ſos piceos ſuccos evacuando, ventriculu & partes na- turales [illegible]borando, omnibuſque cordialia permiſcendo, & [illegible] cum [illegible] junctam cauſam, quæ in arteriis & corde continetur, ægre evacuare queamus, illas tamen partes cord[illegible] bus d[illegible] s con[illegible]ſtemus. *Platerus.*

38. *Moventis ablatione*) Conferunt etiam clyſte- res purgantes & carminantes, qui frequenter injecti flatuoſam materiam potenter evacuant & diſcutiunt. *Riverius.*

39. *[illegible]fuſione*) Notandum vero ne vel nimis rarefa- ciamus unquam, non tolerante id ſanguinis & ſpiri- tuum conſiſtentia, vel rarefactioni nimis obicem pona- mus, unde moderanda ſunt cordialia pro ipſius ſangui- nis diverſo ſtatu, prout vel fixior fuerit, ad acetoſum inclinans, vel volatilior, ſalinis, alkalinis, lixivioſis par- ticulis exuperantibus, id quod ſane ſæpe latet prima fronte, & cautum requirit medicum; Sic obſervatum eſt *cinnamomum*, cordiale laudatiſſimum, & in palpitatio- ne cordis proficuum, in aliquibus frequentiori uſu eam induxiſſe; Sic ſcorbutici ſæpe non ferunt volatilia, ut ſpirituum cochleariæ, imo inde manifeſte læduntur; Ex quo clarum eſt plus ultra reſpiciendum eſſe in cordiali- bus, non in ſimplici alteratione in quamcunque partem acquieſcendum eſſe: Hinc & in anxietatibus & leipo- thymiis calida, utaquæ apoplecticæ, ſæpe nocent, vel non opem ferunt, Acida vero vel odoratu prodeſſe ma- gis viſuntur; Breviter, nec intendendus calor nimis, quocunque modo, nec refrænandus, habito ſemper reſpectu ad ſphæram naturæ, ad calidum & humidum, elementa vitalia. *Wedelius Am.m.m.p.152.*

40. *Diſcuſſione*) Quæ eſt à Flatibus, urgente paro- xyſmo curabitur tum incidentibus & diſcutientibus, tum acrimoniam, acidam præſertim, temperantibus

℞. *Aqu. petroſel. fœnic.* āā. ℥iß. *vitæ Matth.* ℥j. *olei macis ſtillat.* gtt. iv. *ſp. ſalis armon.* gtt. xx. *laud. Op. grana* iij. *ſyr. menth.* ℥j. m. *da miſtura cochl. unum ſingulis hora quadrantibus.* Sylvius.

41. *Valet hic oleum*) *Oleum caryophyll. cum conchis & cinnabari* conſtituit Pulverem præcipitantem exi- mium, cum ſucceſſu à nobis frequentatum, & aliis caſi- bus. *Wedelius.*

41. *Rhaponticum verum*) Quod in palpitatione à cauſa frigida commendatur, à *Mercate Pr. l. 2. c. 11.* ex *vino*, vel *vinum* in quo maduerit cum *panace, ariſtol. rot aut fœnogr.* Probatum & à *Riverio.*

42. *Vel a partibus inferioribus*) Vide §. 22. *curatio reſpicit.*)

42. *Vel à partibus inferioribus &c.*) Tremoris Car- diaci cauſa communiter in Lienem rejicitur, etenim vulgo ſupponitur ab hoc viſcere obſtructo, aut alias perperam habente, vapores tetros ad cor elevari; qui ipſum ferventes, adeo concutiunt cogunt, & trepidare imo quodam velut rigore afficiunt; Opinioni huic fi- des inde adſtruitur, quod Hypochondriaci, ſeu, quod idem fere ſonat, ſplenici, huic paſſioni cardiacæ pluri- mum obnoxii reperiantur. Ex ſequentibus (vide infra de Tremore cordis) ſatis liquet ſententiam iſtam, re- ceptiſſimam licet, de corde à Vaporibus affecto, futi- lem prorſus ac erroneam eſſe; Quod autem pro Lie- noſis, etiamque Hyſtericis vulgo habitis, Tremore cor- dis tam paſſim infeſtantur, in cauſa eſt magna iſta affi- nitas, ac intima communicatio, quam nervi ſplachnici cum cardiacis habent, adeo ut non ſolum partis unius affecto alteram facile in conſenſum trahat, verum ſi quando materies ſpaſmodica nervorum ramos ad lie- nem aut viſcera imi ventris pertinentes, inſiderit; ra-

ro abeſt quin eadem pariter nervos ad præcordia ſpe- ctantes occuparit. *Willis.*

43. *Ventriculo*) Carminativa in palpitatione cordis promptiſſimum ferunt auxilium: Plerumque tales ægros hypochondriacos notavi, & Ventriculi debilioris, Un- de etiam ab hoc ipſo paroxyſmus utplurimum capit exordium, Hinc non tam cordialibus quam mineram halituoſam & tremefacientem diſſipantibus & præci- pitantibus illam debellare licet; Unde cum utrique in- tentioni inſerviat *aqua cinnamomi*, eſt etiam non mi- nus ac *elixir propriet. Helmontianum album*, in palpi- tatione cordis probatiſſimum, tum per ſe, tum cum ſpe- ciebus cordialibus temperatis aſſumptum. *Wedelius Am.m.m.p.360.*

44. *Utero*) Per conſenſum *uteri* Palpitatio cordis non tantum ex crudo & flatulento ſpiritu in Virginum leucophlegmatia, ut & in Prægnantibus, quando ſub- ſtantia flatulenta à detento menſtruo per arterias & ve- nam cavam in cor elevatur, fieri ſolet, ſed etiam alias, ubi ſuffocationes uteri frequenter invadunt; In omni- bus eo reſpiciendum ut appropriata uterina conjun- gantur cum Uterinis; exceptis tamen quibuſdam natu- ris, ubi potius odorata quam fœtida conveniunt.

Confugiendum igitur hic ad illa quæ ad abſumptio- nem & diſcuſſionem vaporoſæ illius ſubſtantiæ mali- gnæ faciunt, ita tamen ut utero non noceant, qualia ſunt quædam fœtida & graveolentia, quæ huic inten- tioni ſatisfaciunt; tum quod inimica quaſi naturæ vim expultricem ſuſcitent, ita ut ad expellendas res noxias magis inſurgat, tum etiam quod pleraque vim attenuan- di, vehementerque diſſipandi vim habeant, quod pa- tet in *caſtoreo, galbano, aſa fœtida* & ſimil. Quare præ- miſſis frictionibus & ligamentis, mox nodulus *ex aſa fœtida, galbano & caſtoreo*, paululum calefactus naribus frequenter admoveatur; Interius *extractum caſtorei*, vel *decoctum ejus cum flor. chamom* concedatur, præ- miſſa tamen tum etiam uteri evacuatione modica per medicamenta appropriata facta. *Bezoartica* quoque non negligantur, ea potiſſimum quæ non admodum aromatica, amara potius quam dulcia, utpote quæ utero ſatis amica. *Gr. Horſtius cent. v. Quæſt. 4.*

45. *Hypochondriis*) De curatione Palpitationis ab hy- pochondriis Vide §. 22. *Curatio reſpicit*) ex *Ettmullero*: Et §. 70. *A bile retorrida.*

46. *Et tum illarum partium*) In palpitatione cordis promptiſſimum ferunt auxilium carminativa; Pleróſque tales ægros hypochondriacos notavi, & ventriculi de- bilioris, unde etiam ab hoc ipſo paroxyſmus ut pluri- mum capit exordium: Hinc non tam cordialibus quam mineram halituoſam & tremefacientem diſſipantibus & præcipitantibus illam debellare licet; unde cum utri- que intentioni inſerviat *aqua cinnam.* eſt etiam non minus ac *elixir propriet. Helmontianum* album, in palpitatione cordis probatiſſima, tum per ſe tum cum ſpeciebus cordialibus temperatis aſſumpta. *Wedelius.*

47. *Vel eſt malignus & venenatus*) Qualitas venena- ta ab externis cauſis internisve humoribus, vaporibusve prodiens, & cor petens, illudque hoc modo exagitans. Aut alias maligna in ſanguine arterias implente impreſ- ſa, qui ſanguis tunc non ſolum arterias diſtendendo, ſed & Cor ſimul hoc modo ſolicitando, Pulſationi huic duplicem cauſam præbet. *Platerus.*

48. *Laudatur*) *Camphora, Crocus, Caſtoreum*; præ cæteris laudari ſolent, *interne & externe*, Hinc *eſſentia croci*, cum *eſſentia caſtorei* & ambræ miſta, in paulo largiori doſi uſurpata conducunt.

Caſtoreum jam à *Galeni* temporibus in quavis palpi- tatione cordis in uſu fuit. *Nodulus ex croco & cam- phora* circa cordis regionem ſuſpenſus idem confert; aut *camphora*, aut *crocus*, vel hujus loco *caſto-*

caſtoreum cum *ſpiritu ſalis armon. urinoſo*, vel cum *ſpiritu carminativo* ſoluta, & in eſſentiæ formam redacta per conſenſum hypochondriorum palpitantibus conveniunt. In quibus *corallia*, & hinc *ſalia volatilia* in paroxyſmo ſunt optima, *Etmuller*.

Somat hanc *Potionem*, quam in multis ad miraculum prope conferre novi.

℞. *Aquar. borrag.* unc. j. *ſyr. borrag.* unc. j. *julepi roſar. aq. cinnamomi* āā. unc. ß. *margar. ſol.* ʒij. *auri diſſol.* ℈j. *miſce.* *Joh. Crato conſ. 9. l. 3.*

Mirifice corroborat & palpitationem ſedat *fruſtulum panis ſimilaceí in vino cretico* madefactum & eſitatum. *Fr. Joel.*

Generoſum remedium hoc eſt

℞. *Aqu. roſar.* unc. ij. *ſpir. roſar.* ʒj. *Julep. roſ.* unc. ß. *ol. roſar. deſtill.* gtt. iv. *cinnam.* gtt. ij. *eſſent. corall. margar.* āā. gtt. iv. *troch. gall. moſc.* gr. ij. m. *Roſenbergius Rhodol. p. 366.*

Liquor Cardiacus.

℞. *Fol. meliſſæ ſicca, flor. borrag. ſem. ocymi caryophyll. rad. doron. cinnam.* āā. ʒij. *ligni aloes, croci* āā. ʒj. *ambræ* ℈j. *ſpir. vini opt.* unc. v. *ſpir. vitr.* gtt. ix. Infunde & digere per menſem, tunc exprime, cola per chartam, adde de *ſucco citri, granat. violar. borrag.* āā. unc. ij. Præſentaneum eſt remedium ad palpitationem, detur aliquoties in ſeptimana. *Ang. Sala Anat. vitr. Tr. 2. c. 3.*

49. *Cordiale Crollii ex auro*) Notabilis eſt modus agendi Cordialium curioſus, hæc ipſa, inprimis metallica, *aurum, margaritæ, corallia, cinnabarina*, irradiatione quadam & illuminatione ſerenare ſpiritus, licet in ſe ſint temperata & fixiora paulo, quod non ſolum ad *Helmontii* mentem commode ſtatuere licet, verum etiam jamdudum veterum fuit ſententia; Nominatim *Ebſina lib. de medic. cordialibus tr. 1. cap. 9.* modum agendi medicinarum lætificantium, ſeu cor confortantium deſcripturus, lætificare ſcribit, vel quia nutriendo ſpiritus reſtaurant, ut *vinum*: Aut præbent ei ſplendorem & lumen, ſicut *perle* & *ſericum*, Aut congregando eos, aut prohibendo celerem diſſolutionem eorum, ut *ſuccinum* & *chebuli, corallia.* Aut temperando complexionem in calidam & frigidam, Vel confortando ſubſtantiam ipſorum, ut odorata & dulcia, Aut arcendo quod noxium eſt cordi virus, tetros vapores melancholicos, *ut lapis lazuli, bugloſſ. &c.* Id ſane ſi cum grano ſalis intelligatur non eſt de nihilo, ſi concipiamus ſulphur eſſe lucis matricem, & quanto purius eſt ſulphur, tanto generoſiorem quoque fovere ſecum lucem, quam lux vitalis ſibi attribuere & appropriare poteſt. *Wedelius Am. m. m. p. 348.*

50. *Emulſio margaritarum*) *Margaritas* Orientales ſplendidaſque cum *aceto terebinth.* ſolves, ſolutas ſeparato per evaporationem menſtruo, aqua fontis deſtillata dulcorabis, donec ſapor ablatus fuerit. Abeant deinde in cella vinaria in oleum vel liquorem, ſuper vitrum vel marmor collocatæ. Tum accipe *ſpir vini opt. q. ſ.* qui guttatim in liquorem hujus magiſterii inſtillatus ipſum in talumam quaſi mirabiliter convertit. Id vero coagulum per retortam pelles, & in oleum vertetur.

Hoc ex margaritis quidem elaboratum, in virtute vero eſt verum *Talci oleum*, quod à Chimicis celebratur: hoc nitor margaritis reſtituitur, hoc mulierum facies albeſcunt ſplendeſcuntque. Cordiale eſt nobiliſſimum, aurum potabile in operatione quam proxime accedens, Nam epilepſiam depellit, cardiacas paſſiones vincit, ſanguinem rectificat, in confortatione cerebri, memoriæ, & cordis conducit: Fœtum in utero, humorem vitæ & naturam internam in omnibus membris fortificat, putredines arcet ſenectutis incommoda retar[illegible] optimum arcanum tu[illegible] in umq. [illegible] ℈ß. ad ℈ij. in aqua cordi[illegible] D. D. [illegible] ed. ſept [illegible] p. 486. Vide ib. plurima præſtantiſſima [illegible]rdiaca ex *Eodem.*

51. *Cinnamomi*) Cujus nimius uſus Palpitationé cordis induxit in matrona hypochondriaca, nam quoties eo tum in cibo, tum in condimento utitur illam incurrit; hæc aliquando tantum invaluit, ut meum auxilium implorare cogeretur. In cura volatilia & aromatica nihil faciebant, Ab acidis inſigne ſentiebat levamen, præcipue à *ſpiritu nitri dulci.* A. Hermannus Cummenus.

52. *Ex coralliis rubris præpar. margaritæ*) ita ſæpe aromaticis & volatilibus præſtantiora, moſchata ſæpe magis noxia; Sive enim humores acidi abſorbendi fuerint, unice proderunt ipſa præcipitantia, qualis eſt pulvis abſorbens, divinum medicamentum, ſive fermentatio & orgaſmos bilioſus ſedandus, ſive motus fluctus & rarefactio omnia tollenda; ſive alia indicatio ſimilis, ſi ita ferunt auxilium, ſi non nomi[illegible] e ſaltem re & effectu: Unde ut mirandum non eſt ſæpe ex præcordiis lipothymias & palpitationes cordis ſcaturire, ita nec præcipitantia eſſe cordialia; licet vel in ventriculo ſtatim characterem illum vitioſum extinguant, ſive ſuum filum cum maſſa ſanguinea communicent, ut hinc effectus ad cor redundet. *Wedelius Am. m. m. p. 154.*

Oleum corallor. & perlar. arte chymica elicitum, per ſe guttatim, vel cum ſaccharo exhibitum, valde commendatur. *Platerus.*

52. *Ex corall. ppr. margar.*) *Oleum corallor. perlarum* per ſe guttatim, vel cum *ſaccharo* valde laudatur *Platerus Tom. 2. p. 566.*

53. *Smaragdi*) *Hyacinthum* gemmam, exterius admotam regioni cordis, experimento conferre aſſerit *Solenander conſ. 10. ſect. 3.*

54. *Epithemata*) Topica carpis & cordis regioni applicata magnum afferunt ſolatium, unde Theriaca Andromachi, tanquam efficaciſſimum remedium in *Maximiliano* Imperatore, cui malum hoc ſolenne erat, laudat *Mercurialis.*

Optimus fit *Balſamus cordialis ex oleo meliſſæ, citri & cinnam.* melius *ſacculi ex ſpec. cordialibus confecti cum aqua meliſſæ*, vel alia cordiali applicantur. Vel

℞. *Aq. flor. napha, carſunc. ſolar. meliſſæ cum vino* āā. unc. ij. *aceti flor. tunica* unc. j. *croci* ʒß. m.

Vel in cauſa calidiore,

℞. *Aqu. cord. frigid.* unc. j. *bugl. roſ.* āā. unc. ß. *aceti rub. idæi* unc. j. ß. *conſ. Alkermes ſp. diamarg. fr.* āā ʒj. m. J. Dolæus.

℞. *Ungu. roſac.* unc. ß. *ol. cinnam & caryoph.* āā. gr. vj. *moſchi, ambr.* āā gr. iv. *m. f. Linim.* pro regione cordis. *Riverius.*

Hypochondrii ſiniſtri Fotus convenit cum ſpongia in hoc Decocto madefacta

℞. *Flor. chamom. melilot.* āā *p. 1. ſem. aniſ. fœnic.* āā ʒj. *fœnigr.* unc ß. *coqu. in vino albo mediocre.*

Camphora appenſa in collo valde juvare creditur. *Platerus.*

54. *Epithemata ex alexipharmacis*) Inſignis efficaciæ eſt *Theriaca*, qua *Maximilianus II.* Imperator nullum expertus eſt præſtantius remedium. Negari certe non poteſt medicamenta externa, ut ſunt unguenta, balſama, epithemata, arteriis & cordi applicata multum prodeſſe. Nota autem talia medicamenta cordialia, etſi cor in medio ſitum eſt, melius applicari, non in medio pectoris, quod cartilaginoſum e[illegible] ra in mam ſiniſtram, quo vergit cordis [illegible]. *Wo[illegible]. Hæjerus H. M. lib. 2 cap. 1.*

II. Alia eſt ab 55. *Humore*, qui ex eo *Cognoſcitur*, quòd non ita ſubitò invadat, & diutius duret.

V[illegible] peri[c]ardio hærens, qui [57] eum nonniſi duorum ſit per naturam cochlea-r[illegible] ad [illegible] teſte *Tulpio* aſcendit.

[illegible] [illegible]itur, etſi malum ſit continuum, & ægri de ſuffocatione cordis conerantur.

[illegible]cutientibus tam internis, ut [59] *Theriaca*, [60] *Confect. Alkermes, ſpeciebus diambræ;* [61] quam ex-[illegible], ut [62] *pane calente* aqua cordiali irrorato & regioni cordis applicato tollitur, [63] veſicaro-[illegible], & [64] ve[illegible] ſe[illegible]ionem [65] reſpuit.

[66] Ve[l] *aliunde mi[ttitur]*, & vel [67] mole ſua venas, arterias, & ventriculos cordis nimis gravat, ut liber[e] moveri nequeat, [68] ut fit in vulneribus, formidine, tertore; vel [69] qualitate idem inf[e]ſtat, quod præcipuè à [70] bile prætorrida & præaſſata fieri ſolet; & tum [71] Evacuationibus & revu[lſi]o[nib]us opus. [72] Cauteriis *nullæ Cantharides* immiſcendæ. [73] *Theriaca* in materia frigida extra ad[illegible], commendatur.

2. V[e]l eſt *Non malignus*: de quo jam dicta accipi debent.

Ve[l] *M[al]ignus & venenatus*, & tum [74] magna varietas in pulſu, magnitudinis præſertim & parvitati[s] ratione accidit &c.

III A[l]ia eſt a [75] *Tumore*, [76] qui ſi *Calidus* eſt, magna erit in corpore inflammario, reſpiratio diffic[i]lis: ſi *Durus*, & in pericardio, motus eſt continuus, æger ſenſim ſine cauſa manifeſta con-[illegible]it.

Curatio, ad tum[o]rem eſt obvertenda.

Colligitur quandoque anteriore thoracis parte abſceſſus, qui ſeptico admoto aperiendus eſt.

IV. *A pericardii cordi adhæſione*, unde continuus excuſſionis conatus.

V. A [77] *vermibus*, de quibus ſupra: valetque hic & *lapis bezoar*.

VI. A [78] *Spirituum defectu*, qui [79] ex antegreſſu cauſarum diſſipantium cognoſcitur, *Curatur* Reficientibus, ut *vina odorata* &c.

VII. [80] Ab *intemperie calida*: de qua ſuperius.

[illegible] *Ab [tu]more*) [Qua]mvis plurima occurrunt, quæ vel [di]cta *Intemperie* vel vitiata *Organi* ſtructura, vel *continui ſ[olu]tione*, ſanguinis [illegible] (quam *impeditam*, ob quaſi *repercuſſum ſanguinis curſum*, cauſam immediatam ſtatuimus) remorari ac turbare poſſũt; ſua tamen luce radiat, *Cauſas mediatas proximiores* in *maſſa ſanguinea* quatenus aut *copia*, aut *qualitate*, aut *motu* peccat, [illegible]m partem quærendas eſſe. Ægrotat enim homo, docente *Hippocr. l. de Nat. hom.* quando horum (loquitur de *Humoribus* corpus conſtituentibus) quid *minus* vel *amplius* fuerit, aut *ſeparatur* à corpore, & non fuerit reliquis omnibus *contemperatum*.

Neque prorſum diſſentiunt Recentiores, etiamſi illud [illegible] *Hippocr. l. de morbo ſac.* ſubſtantiamque craſſiorum partium *halituoſam Galeni 2. de cauſ. ſympt. c. 2.* tumque inſuper illam Galenicorum *calidam & bilioſam* materiam, quæ juveni bilioſo apud *Foreſtum obſ. 4.* & *frigidam* atque *pituitoſam*, quæ mulieri pallidæ apud *Eundem obſ. 3.* palpitationem cordis acceleraverant, *ſuo modo* exponunt. Quæ explicandi ratio eo potiſſimum redit, ut res omnis ex *ſeri* & *ſanguinis ſtatu*, [illegible] & [illegible] deducatur; Unde æque frequenter *Humores* & *Flatus* multum *viſcoſos*, ſimulque *acres*, quam *Acidum* & *Alkali*. Nec minus *ſanguinem*, modo *aquoſum* [aut] *craſſum*, modo *præfervidum*, & ſatis proinde *accendi* a[p]tum, quam *particulas* hujus *ſulphureas*, *ſalinas*, *mercuriales* &c. ab uſdem accuſari obſervamus.

Et hæc omnia ad exemplum non tam *Novæ* quam *Veteris Medicinæ*, ubi, *teſte Hippocr. lib. de V. M.* præter *calidum & frigidum*, *amarum* quoque, *acerbum*, *ſalſum*, *acre*, *fluidum*, & alia *infinita* in *ſanguine* & *humoribus* (non tamen ſine *calido* & *humido* admittebantur, juxta [qu]æ ponderari ſolebant. Hinc non ſolum *plethora* impetus) qualem juvenis [illegible] apud *Foreſtum l. 17. obſ. 2.* expertus eſt, ed[illegible] *cacochymia* ſoboles, & inde proveniens [illegible] *io*, *Coagulatio*, *Grumeſcentia* &c. In [illegible]

Pertinet huc *Seri* [illegible] effervefcentia, ob quam juveni apud *Horſtium* [illegible] *p. 157.* cor ſæpius p. n. palpitavit, quam mo[illegible] *aqua pericardii* copioſius per *lymphatica* adducta excitare ſolet. Nimirum, ſicut jam olim *Galenus*, ejuſque aſſeclæ, omnis generis *humores*, *bilem*, *pituitam*, *melancholiam*, *ſerum*, *aquam pericardii*, una cum *vaporibus* & *flatibus* ad hanc [illegible] claſſem admiſerunt, Ita non plane adverſantur Recentiores, ſed potius clarius explicare conantur, dum ex modo dicta p. n. *ſanguinea maſſa* [illegible]. jam *Cor*, jam *vaſa ejus arterioſa*, nervoſque his inſertos *diverſimode*, nec raro *ſpaſmodice* affici deducunt: Ut proinde Doctrina de *Humoribus* & *Vaporibus* etiamnum hodie in reddenda hujus ſymptomatis ratione, aliorumque hinc dependentium [illegible], non leve pondus obtineat.

Quando itaque *Paracelſus 2. de Tartar. p. 282. Tartarum* ſuum obtrudit, huncque *vaporoſa* & *reſoluta ſubſtantia* omnibus ineſſe alimentis, & cum eo ad membra deferri, tumque inſuper quoties infirmus *Cordis Archeus* hunc ipſum recte ſeparare, & ſeparatum expellere nequit, in Pericardiu (veluti *cordis* ventriculo) colligi, nec tam *membranarum frigiditate & denſitate* quam *ſpiritu ſalino* ibi vigente, in liquorem cogi, ſicque liberam cordis motionem impedire, ſuo loquendi modo, perhibet, næ obiter valde in his verſatum eſſe oportet, qui hæc omnia *Dogmaticorum* ſententiæ nihil, aut certe parum adverſari non videat: præſertim cum etiam ab his *Tartarus*, i. e. *pituitoſus*, *viſcoſus & melancholicus humor* tantum abeſtut rejiciatur, ut potius hunc circa *cor*, & hujus *capſulam* colligi, quandoq. & in *arenas* & *lapillos* concreſcere plerique concedant.

Neque *Helmontium*, quando *Palpitationem cordis* ab hujus *Archeo propter peregrinos hoſpites*, vel *tranſmiſſos*, vel, ob *vitiatam in corde digeſtionem*, *intus genitos*, *perperam ſeſe habente*, vult excitari, aut tunc *quando exotica aporrhoea* p. n. *cordis limites inordinario attingunt*, *per conſenſum fieri*. in Tract. *Endemica* inſcript. n. 11 docet, hocve caſu *confeſtim* nos *palpitationum rythmos ſentire* ſcribit, *novum* quid & quod, *Scholas* plane latuerit afferre in medium præter verba arbit[r]amur.

Carteſius, ſicuti *ſanguinis rarefa[ct]ioni* [illegible] ad unam vel alteram guttulam factæ, indeque *ſanguini intumeſcenti*, & è *cordis ventriculo ad arterias elabenti Pulſum*

adſcribit *naturalem*, Ita *cauſam Palpitationis cordis ſanguini craſsiori*, vel *ſpirituoſiori*, *impetuoſius* vel *placidius efferveſcenti*, indeque vel *celeriter* vel *tardius cordis ſinus tranſeunti* acceptam refert, ut ex *Tr. de Homine* colligere eſt; Verum enim vero, ut jam non dicamus plurimos indignari quod Hominem ſuum in numerum machinarum, automatum &c. ligneæ *Dædali Veneri* ſimilem redegerit, adeoq; magno licet ingenio, ex ingenio affabre efformatum, tamen imaginarium credere, eo quod quæ nuſpiam in Natura vel picta vel ſcripta repeniuntur, oſtendat, non minoribus ſane difficultatibus involvitur illa *Pulſus naturalis efficiens cauſa à Carteſio* aſſerta, Unde quid de cauſa, à qua cordis palpitationem deducit ſentiendum veniat? facile quis judicaverit. Interim cum *vitioſum ſanguinis motum*, utut aliter expoſitum agnoſcant *Carteſiani*, neque inficientur à nimia quoque ſanguinis *balſamoſi* copia, particuliſque acribus &c. naſci hunc morbum poſſe, patet ſane Eum, quoad rem ipſam, non multum à Veterum dogmate abire. *Stranſſius.*

53. *Humore*) A multo *ſanguine* excitari oſtendit *Foreſtus l.17. obſ.2.* Juvenis, *ait*, multo ſanguine abundans, cum ſubito in cordis palpitationem incidiſſet, ſtatim venam ſecari juſſi, In mentem enim venit illud *Galeni* dictum *l.5. de loc. aff. c.2.* quod palpitatio cordis pluribus integra valetudine degentibus, tum adoleſcentibus tum adultis, ſubito, ſine ullo alio accidente manifeſto acciderit, atque eos omnes ſanguinis detractio juvit.

54. *Ab Humore*) *Cauſa interna*, reſpectu cordis, Palpitationem inferentes rariores ſunt ipſi *affectus cordis*, ut *abſceſſus in corde*, aut ſimile quid, ſed potius omnia ea quæ *ſanguinis* motum localem quacunque ratione per Cor impedire valent, unde circa cordis baſin & radices vaſorum aggeſtus crebriores & validiores contractiones, adeoque Palpitationem concitat, *Internæ cauſæ* rationem obtinent. *Cujus ſanguinis in circulo ſuo plus minus impediti* non leve argumentum eſt quod *Pulſus* in carpo minus cordis motui reſpondeat, languidus & diminutus ſubinde percipiatur, quaſi *ſanguine* non ſufficienter diſtendente arterias. *Has inter cauſas* ſunt tam ipſe *Sanguis* non rite ſe habens, quam alia *ſanguinis*, etiam recte conſtituti, motum impedientia. *Sanguinem* quod attinet, ipſe vitioſus, *minus turgeſcibilis & ferme miſcibilis*, indeque ad ſtagnationem pronus, ad palpitationem diſponit: Hac ratione *menſium ſuppreſſio* mulieres ad palpitationem cordis aptas reddit, quam levi ex motu tunc contrahunt; non ſecus ac *cachecticæ* alii ſubinde hoc malo corripi ſolent, Item *ſanguinis grumeſcentia*, aut *aliqualis ab acido coagulatio*, indeque in ventriculis cordis plus minus ſubſidentia palpitationem Cordis infert. *Alia quæ ſanguinis* bene conſtituti motum impediunt, ſunt in primis conformationis vitia, v.g. *pulmonum infarctus* & obſtructio, Truncus arteriæ magnæ prope cor oſſeus palpitationem gravem infert, & alia. *Etmuller.*

55. *Aqueus in Pericardio*) Aliqui Authores pro cauſa ponunt copiam ſeri in capſula cordis, quatenus ſcilicet illud ſua copia cor obruit, Verum ſi hoc recte perpendamus, non fuit cauſa ſed effectus Palpitationis, quia enim cordis latera maxime diſtenduntur, pori inter fibras dilatantur, quare per apertos poros magna copia vapores tranſeunt, qui coarctati intra capſulam cordis, ibi copioſam lympham componunt. *Craanvan Prax. Reform. p.236.*

56. *Aqueus in pericardio*) Qui tamen non mere excrementitius eſt, aut inſtar roris ſtillantis aqueus, ſed ſeri potius nutritii [illegible] anguine promanantis partem eſſe exinde conſtat, quod ignis calori vel paululum admotus non aliter [illegible] guini poſt v. s. innatans, aut lympha [illegible] eta in gelatinam albam incraſſatur, qual- [illegible] nec ſudor neque urina qualiſcunque coctione acquirit, ſed vel omnino in auras exhalat, aut in ſabulum induratur; Unicum ta[illegible] ſemper hac re obſervandum eſt, nempe a[illegible] p[illegible] contentam illam ſolummodo haud expe[illegible] nt[illegible] eſſe quæ in animali bene conſtituto & violenta morte perempto reperitur, cujus utpote ſanguis ſero nutritio diluitur, Nam in animalibus morbo defunctis, [illegible] ga inappetentia & inedia confectis, quorum nempe [illegible] guis ſucco chyloſo prorſus deſtituitur, neque eadem [illegible] tio eſt, & impar ſucceſſus, cæterum in [illegible] niotibus [illegible] manifeſta res eſt, ut aperto jugulato bovis per [illegible], magnam plerumque gelatinæ concretæ copiam invenias, quæ extincto tantum calore partis, aut ſponte ſua, aut à frigore in iſtam conſiſtentiam condenſatur non ſecus ac decoctum cornu cervi, ubi frigido a[illegible] ponitur, in gelatinam ſubito concreſcit. *Lower* [illegible] *de Corde pag.6.*

57. *Qui enim nonniſi duorum*) Inter externas cauſas (reſpectu cordis) hinc inde fit mentio *aquæ pericardii nimis abundantis*, quæ aqua nihil aliud eſt quam lympha, eo per certa vaſa lymphatica [illegible] ata, qua abundante fit *Hydrops pericardii* qu[illegible] rmatum Palpitationem inferat, S[illegible] dubium eſt quoad hanc cauſam, An non actior (auctior) lympha potius impediat motum cordis, Imo lymphæ hujus ube[illegible] non tam cauſa quam effectus conſequens palpitatio[illegible]. Vide *Lowerum Tr. de corde p.104.* Siquidem in homine vivente paucior quam in mortuo hujus aquæ reperitur quantitas, *Etmuller.*

58. *Difficulter cognoſcitur*) Cor [illegible] na Ægro non ſitienti videtur, Et [illegible], que *reſpiratio* difficilis & quaſi ſuffocans eſſe ſolent. *Stranſſius.*

Conjectura tamen eam ſuſpicari poſſumus ſi pulſus mollis & languidus ſit, & æger conqueratur cor ſibi velut in aqua natare & ſuffocari. Si malum ſit continuum, & in atrophiam vel hecticam degenerat. *Roverius.*

59. *Diſcutientibus interim*) Et in rarefacientibus & in reſolventibus cordialibus tonica interpolanda; Quod in aliorum viſcerum ſpecificis urgetur, quod debeant eſſe tonica, roborantia, quæ villos & fibras nerveas tueantur, & calorem conſervent, id quoque in cordialibus quam maxime valet; Verum eſt bezoartica volatilia, vel cordialia quoque talia, in ſtatu reſpective febrili & extra febrim optima ſunt, generoſiſſima & potentiſſima, ſæpe tamen cedunt fixioribus refrigerantibus cum virtute adſtrictoria. Utrique peccant, & qui mera bezoartica, & cordialia volatilia, urinoſa, v.g. aromatica &c. propinant, & qui meris fixis pulveribus bezoarticis, pulveribus cordialibus utuntur & confidunt; Verum eſt *cinnabarina* eſſe nervina, & laudatiſſima medicamenta, habent tamen id vitii, ut in efferationibus ſanguinis minus illis fidi poſſit, ſiquidem ſudores colliquativos adaugent, ſimul accerſunt ſæpe nimia fuſione, Tonica modicè adſtringentia congregant quaſi ſubſtantiam cordis, ut loquitur *Ebſina*, ſpirituſque nec diſſolvi patiuntur; Unita vis eſt fortior diſperſa. *Wedelius Am. m. m. p. 153.*

60. *Confect. Alkermes, ſpec. diambra*) Moſchata nimis rarefaciunt, & in motum ſæpe cient ſpiritus, unde reddunt inquietos; Par ratio eſt hinc *confect. Alkermes completa*, quæ ſalus & vita mortuorum vocatur. Eſt revera egregium & laudatiſſimum me[illegible] mentum, ſed eo non abutendum ut ſæpe fit; ſive in febribus, ſeu pal[illegible] & hæmorrhagiis ſeu denique al[illegible] mp[illegible] ſiu ctus præſtat, P[illegible] c. phi[illegible] pr[illegible] to in pulverem [illegible] lubitu præpara[illegible] *Wedelius Am. m. m. p.* [illegible] Vide §. *Ex corallis rub. ppt. marg* [illegible]

61. *Quæ*

64. [illegible] *[illegible]am externa* [illegible] Externe Balſami, olea, ſpiritus, regio[illegible] quid præſtant interdum, ſed p[illegible] is [illegible] endo, graviora ſymptomata inhibe[illegible]. Salum ergo in malo, ex paſſione hyſterica nato [illegible] aut per ſplenis conſenſum excitato, L[illegible] & in ſpecie huic, de *Nicotiana* appli[illegible] *[illegible]mnie*.

[illegible] *[illegible] ente aqua cordiali irrorato)* Cordialia [illegible] no[illegible] le debent penetrantia, quæ interius cito evol[illegible]ut, & ad cor [illegible], & exterius in poros admittan[illegible] pr[illegible] ius. [illegible] [illegible]thema ata ad pulſus & cor non [illegible] den[illegible] fi[illegible]ora penitus, ut *perle, os de corde* [illegible] ue [illegible] ſimul recipiuntur, Hinc & cum [illegible] præſcribuntur liquida, ſpirituoſa & [illegible] actuata intro vibrent virtutem. *[illegible] Am.m.m.p 153.*

[illegible] *at[illegible]ia & venæ ſectionem)* *Fons Chirurgicus* optime inſerviet, ubi *ſanguinis abundantia*, vel *repentina efferveſ[illegible]* impetum facient, niſi forte æger [illegible] unt: Quod [illegible] *preſſis menſibus* cor pal[illegible] *[illegible]a ta* [illegible] cabitur, im a *Liene, hæmorrhoidales,* [illegible] o is hitud[illegible]ibus retrari poterunt; Ubi vires ſunt debiles V. S. [illegible]cem cuc[illegible] bit[illegible]æ ſcapulis applicatæ & *ſcarificatæ*, [illegible] *Sicca* vero interim partibus mandantibus [illegible]teni, Utero admovebuntur. *Veſicatorii* [illegible] *E*[illegible]*s. Fonticul*, partim *extra paroxyſmum*, partim in eo, laudabilem quandoque uſum, cauſæ impetum avertendo, & derivando, præſtare ſo[illegible]nt. *Strauſſius.*

64. *Vena [illegible]onem)* Paroxyſmo fortius urgente V.S. [illegible] neceſſaria eſt, ut ſanguinis ſtagnationi, ejuſque impedito motui, aut præſenti aut imminenti, afferatur aliqualis medela, ut depleto ſanguinis quanto, facilior ejus circulus fiat, nec tam inſigniter, aut copioſe, item in uno loco ſubſiſtere queat; Eo magis hæc convenit ſi ſubjectum ſit *plethoricum*, ſive revera tale, ſive apparens. Item ſi ex *terrore* aut *metu*, aut *ſuſpicione grumorum ſanguinis* malum ortum fuerit, aut ſi ex prægreſſa *inſigniori corporis commotione* supervenerit; In quibus omnibus caſibus cum ſuſpicio vel ſanguinis circa cor aggeſti, vel impetuoſius circa vaſa moti, venæ ſectio ſemper locum invenit. *Etmuller*. Vide ſupra §. *Tollitur venæ.* Apud *Zacutum m. P. H. hiſt. 39. l. 2. Tom. I.* Palpitatio ſæva *hirudinibus* ſupra cor admotis curatur.

65. *Venæ ſectionem reſpuit)* *Galenus* omnem Palpitationem juvari venæ ſ[illegible]ctione author eſt 5. de loc. aff. Qui *Galen.* interpretantur, ideo locum ſectioni venæ dant, etiam poſito quod cauſa frigida Palpitationem inducat, quoniam aut minuatur Plethora, aut obſtructio ſectione venæ liberetur, aut revellatur curſus materiei flatuoſæ: ſupponit enim *Galen.* à craſſo vapore Palpitationem ferè omnem oriri; ideo non eſt dubium quin ad divertendum revellendumq; curſum phlebotomia conferat: *Meſuæus* de ſectione venæ loquens, ex hypotheſi loquitur: *Arculanus* etiam ad ſyncopen uſq; excluſivè in Palpitant[illegible] ſanguinem mittit, An ſequendum horum conſilium? Nequaquam, nam eorum qui Palpitationi ſunt obnoxii ita comparata ratio eſt, ut *[illegible]* ſint ac ſæpe in Phlebotomiis & Purgationibus opprimantur & moriantur; accedit quod Palpitatio diſpoſitio quædam media ſit inter Pulſum & debilitatem & ſyncopen: ſed *Arculanus* unam tantum rationem affert quæ nos inducere poſſit ad tam luculentam & copioſam ſanguinis effuſionem, ut pote cùm in ſanguinis copia & orgaſmo, & ad cordis arcem raptus me[illegible] ne derepente in Corde apoſtema c[illegible] inde ſubita interimeretur, Aut etiam [illegible]bita ſint argumenta, quæ ipſius Pal[illegible] ſit: in iſto enim caſu, quoniam inſignis & ſu[illegible]tio requiritu[illegible] ne brevi tota ipſa regia infla[illegible] conflag[illegible]t, nullum præſentius auxilium venæ ſectione, eaque conferta & copioſa: In cæteris à largis iſtis vacuationibus temperandum eſt. *Ballonius.* Si ratione etiam cujuſdam doloris irritetur fluxio in partem aliquam, & metu majoris raptus, commodè vena percutiatur, cur non id fiet in metu raptus & ſanguinis & ſpiritus ad cor? *Idem Annot. 6. in id conſ.* Præterea in omni Palpitatione cordis eſt flatulentum quid & *[illegible]*, at ad hoc valet maximè phlebotomia, ut ſect. 5. lib. 6. Epidem. docet Hippocrates. *Idem Annot. 7. in id conſ.*

Meſuæus ita de Phlebotomia in Palpitatione ſcribit: *Si cum cordis tremore fuerit Pulſus velocitas & febris, æger ex Baſilica minuendus eſt.* Ex dextra quidem, ait *Arculanus*, ad minuendam plethoram: ex ſiniſtra ad removendam replenonem vaporoſam: Sed vix evenit ut ſanguis hunc morbum patiat, ac à vapore potiùs eſt aut cauſa conſimili: Quanquam ſunt qui venam in cruribus aut poplite ſecent, ſi præſertim ab hypochondriis malum eſt, ut per Arteriam cœliacam à parte ſiniſtra, præſertim verò è Lienis regione vapor craſſus, quem in cor elatum, facultas ipſius partis, tanquam ſubſultantem hoſtem nititur expellere: at erroneum hoc eſt, ſic quidem, ſi hoc valeret, cùm Palpitationū pars major ab hypochondriis ſit, venas Poplitis aut malleoli utiq; aperire conveniret, at hoc non fit, Sed excluſa iſta ratione, tanquam parùm probabili, duabus de cauſis inferiorum venarum reſerano ex uſu futura eſt, prior eſt ſi ſuppreſſio aut menſium, aut hæmorrhoidum in cauſa ſit: poſterior, ſi revellendi ſtudium eſt: alioqui brachiorum ſectio profutura eſt potiùs: *Idem.*

Venæ ſectio non eſt metuenda, quia vires non ſunt attritæ, ſed tantum oppreſſæ, quamvis adſit lypothymia. *Craavven Pr. Reform. p. 236.*

66. *Vel aliunde mittitur)* Quæ per conſenſum aliarum partium Palpitatio excitatur, ex propriis illarum partium affectarum ſignis innoteſcit; Sic conſenſum *Ventriculi* indicat inappetentia, nauſea, & humorum peſſimorum vomitus & ſtomachi morſus. Moleſta circa pancreas aut lienem pulſatio, aut alius lienis affectus, mater am in iis partibus latitantem ſignificat, à qua vapores & flatus ad cor tranſmittuntur, ſic menſium ſuppreſſio & [illegible]ffectiones hyſterieç ab utero malū exoriri ſignificant. *Riverius.*

66. *Vel aliunde mittitur, & vel mole ſua &c.)* Vir Hypochondriacus tum aliis olim ſymptomatibus, vertigine præſertim afflictus, tum hactenus aliquoties *Palpitationem cordis* paſſus eſt tantam, ut ad 50. aut 72. horas non raro duraverit; Imminente malo, ſi leviter in ſtrictiſſima diæta, vel minimum exceſſerit, ſentit cor quaſi conſtringi ab elatis ex hypochondriis humoribus; Quis dubitet à conflictu humorum, & miaſinate inde in ſanguinem diducto *coagulationem* illi attentari, unde cor palpitat: Bini hypochondriaci, alter juvenis, alter 35. *ann.* dolore hypochondriorum vexati Syncopen aliquoties de ſubito experti, cum ephidroſi, pallore, & fere aſphyxia, ſolis reſolventibus, & præcipitantibus reſtituti hactenus nihil tale patiuntur. *Wolf. Wedelius M.S.T. 1. p. 482.* Cauſam iſtius coagulationis vide cap. ſequ. §. *Humor crudus & craſſus circa cor, ejuſque venas & arterias.*)

67. *Mole ſua venas, arterias, ventriculos cordis nimis gravat)* Vir annorum 27. gracilis corporis habitus, temperamenti calidi & ſicci, quatuor annis laboravit cordis continua palpitatione, cujus remedium unica fuit ſanguinis miſſio: Verum ſymptomate recrudeſcente tandem ſyncope correptus interiit; Corde palpitante non in loco proprio, ſed circa diaphragma lateris ſiniſtri valde demiſſo.

Aperto cadavere cor maximum apparuit, ſolum unam continens cavitatem ſeu ventriculum. In eo ℥xvi ſanguinis nigerrimi adnumeratæ ſunt, Cordis corpus totum erat emaciatum, arteriæ præ pondere elon[illegible]atæ & [illegible]niventes, ita ut ſanguis ſpirituoſus motu cordis non potuerit amplius expelli ad arterias. Loco dextri [illegible]

vena cava aſcendens in ingentem elevata tumorem. Dicite jam ſi ambo ventriculi cordis neceſſarii ſunt, An in uno præparentur, in alio perficiantur ſpiritus? *Ant. de Pozzis M.S. vol. 1. p. 484.*

67. *Et vel mole ſua venas &c.*) Si ab humore viſcoſo & acri puteus producta, utendum alterantibus, incidentibus, & acrimoniam temperantibus. Ab alterandum valet miſtura *pro Flatibus* præſcripta, ſquin nonnunquam perſeverente diutius paroxyſmo, vacuantibus. Ad educendum cæteris omnibus præfero Pilulas ex Gummatibus, cum & glutinoſos humores ſolvant &c. faciliorem ſui eductionem diſponant.

℞. *Gummi Galb. aceto ſcyll. ſol. & iterum inſpiſſ.* ʒß. *Trochiſc. alhand.* ʒß. *diagr* gr. xv. *ol. carvi gtt.* ij. *Miſce, Dentur v. aut vij. vacuo ventriculo*, ſuperhauſto juſculo, cereviſia cum pauco pane cocta *macere* aromatizata &c. Vel fiat Apozema ex incidentibus aromaticis, expurgantibus. ℞. *Rad. apii* ℥j. *angel.* ʒj. *raſur. ligni* ℥iij. *baccar. lauri* ʒij. *pulp. colocynth.* ʒj. *ſem. carvi* ℈ij. *cortic. arant.* ʒij. *coq. ſ. a. in aqua pura, In colat.* ℥xxx. *diſſolve ſyr. roſar. ſol. cum Senna* ℥iij. *ſpir. vini rectif.* ℥ij. *Doſis* ℥iij. *ad v.*

Si parum dejiciat æger, eodem die aut ſequ. reperatur, per epicraſin humorem noxium vacuando. Extra paroxyſmum alterantia & vacuantia uſurpari poſſunt & debent in dies, nam nonniſi temporis tractu debellari poſſunt dicti humores; per intervalla etiam educendi, pertinaciores ſcil. ac inemendabiles: Satiuſque iterato ſenſimque vacuare, quam ſimul ac ſemel in graviores affectus ægros conjicere. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 5.*

68. *Ut fit in vulneribus*) Juvenis vulneratus fuit in dorſo ſub ſcapula ſiniſtra, vulnere thoracem tranſeunte, qui mox febre valida, continua, acuta correptus eſt, & in cordis palpitationem adeo vehementem incidit, ut etiam extra domum à tranſeuntibus exaudiretur; Ego hanc ortum habere credidi à ſanguine intus remanente, vel ibidem concreto: Venam ſiniſtri brachii ſtatim tundere feci, & illico à detractione ſanguinis, *meliſſam* viridem & *borraginem* contrivi, eaſq; ſupra tegulã mundam ignitam poſui *aqua roſac.* & aceti momento irroratas, quas cum cordis regioni admoviſſem miraculi modo illico ceſſavit Palpitatio. *Foreſtus lib. 17. Obſ. 1.*

69. *Vel qualitate infeſtat*) Humores qualitate peccantes cordi ſunt infenſi, eique moleſtiam afferunt, ſi venenati, putridi, corrupti, acres & calidi nimis fuerint, ut bilis retorrida. *Reverius.*

70. *A bile retorrida*) In iis quos exempli gratia (ſupra §. *viſus, tactus, & auditus*) recenſui, Palpitationem pepetit retorrida bilis, quæ alias ſponte vacuari conſueverat, in arterias effuſa. Hanc in duobus qui à valida pilæ exercitatione repentina morte ſublati ſunt illic deprehendimus in tophi nigri ſpeciem concreviſſe, In cæteris vero cauſam animadvertimus *bilem* eſſe prœaſſatam, interdum in præcordiis, ſæpius in liene congeſtam: quamobrem in hoc ſymptoma plurimum propenſi ſunt qui hypochondriaca melancholia laborant; & quibus lien bilis atræ copia turgeſcit. *Fernelius.* In his etiam circa lienem & pancreas conſpicua & moleſta percipitur arteriæ pulſatio, ex eóque loco per arterias, quibus multis Lien perfuſus eſt, teter aterque vapor prompte in cor vicinum ſubit, cujus vi & malignitate irritatum, vehementiori pulſatione nititur quod noxium eſt excutere, haud ſecus atque cerebrum in Epilepſia. *Fernelius.*

71. *Evacuationibus & revulſionibus*) In evacuatione cacochymiæ, melancholiæ aduſtæ hanc plerumque accommodant cordialibus ſemper additis: Præparatur humor, viæque obſtructæ aperiuntur ante Purgationem, primis [illegible] prios repurgatis, exhibitis, & imprimis Clyſteribus [illegible] caſu pro[illegible]ntur, cum materia illa in [illegible] hæreat. [illegible] decoctiſque, per triduum ſuperadditis hoc [illegible]

℞. *Syr. de ſucco [illegible] citr. [illegible] limon. vel de pomis [illegible] de acetoſa, de bugl.* ãã [illegible] ij. *aqu. bugl. fumar.* [illegible] ℥ [illegible] *miſce.* Vel De[illegible] hoc

℞. *Rad. aperit macerat. in vino* [illegible] ß *h. meliſſa ſalv. fumar lupul. ceterach. capill. ven.* ãã. m. j. *flor. anthos. [illegible] olar. bugl. utr.* ãã. p. j. *ſem cuſcutæ. acetoſ. ani[illegible] a. fiat decoctio; adde ſucci pomor.* ℥ij. *ſacch. q.* [illegible] *lar[illegible] & aromatiz. cinnam. pro 3. vel 4. vicibus.* V[illegible]

℞. *Rad. aper.* ãã. ℥ß. *cortic. tamarisc. abſinth. [illegible] meliſſa, fumar.* ãã. ʒiij *flor. cord. ſem. citr.* ãã. ʒi *macerentur in vini debita quantitate.*

Purgetur dein non violẽtis ſed moderatis, niſi neceſſitas exigat, ſæpe tamen repetitis, ut potione ſe[illegible]

℞. *Rhab. el* ℈iv. *myrobal citr.* ʒij. *contun[illegible] rentur parum ſucco citri vel pomor. donec m[illegible], poſtea infundantur in vino & aqua meli[illegible] & [illegible] aqu. cinnam. Expreſſioni adde ſyr. roſar. ſimpl. vel mannæ* ℥ij. f. Potio.

Vel ſi mavis Potionem amaram

℞. *Rhabarb. el.* ℈iv. *myrob. citr.* ʒij *agar. troch.* ʒj. *cinnam.* ʒß. *fol. ſenæ* ʒj. *macera in [illegible] Abſinth. q. [illegible] detur Expreſſio. Decoctum* pro plu[ri]bus vicibus, vel *Syrupus* ſic fiet

℞. *Rad. cichor. acetoſ.* ãã. ℥ij. *co[illegible] amar.* ℥ß. *bugloſſ. utr. cum toto fumar lupul. thymo meliſſæ capill. v.* ãã. m. j. *flor. cordial. ſcabioſ. nymph. anthos* ãã p. j *ſemin. aniſi, portulac. citr.* ãã. ʒj. *paſſul. tamarind.* ãã. ℥j. *rad. polypod.* ℥ij. *fol. ſennæ* ℥iß. *fiat decoctio, In colat. fervente infunde myrobal citr. emblic.* ãã. [illegible] *turbith el.* ʒij. vel *agar.* ℥ß. *zinzib. ſpica* ãã. ʒß. fiat [illegible] adde *ſyr. de bugloſſa & roſar. ſol. ſimpl.* ãã. ʒij. ſumat [illegible] b. vel quat. matutinis. Vel *additis ſacch. q. ſ. coqu. in formam ſyrupi.* Platerus.

Sedato aliquomodo paroxyſmo, tunc *Lenientia*, & *acrimoniam acidam, flatuum matrem*, corrigentia ac diſcutientia ſunt magni uſus, E. grana.

℞. *Extr. rhab.* ℈j. *vel melanag. maſſæ Pil. aloes marocoſt.* ãã. ℈ß *croco mart. aper.* gr. iij. *elix. propr. anti carb. q. ſ. m. f. Pilula.* Vel

℞. *Maſſ. Pil. Tart. Quercet. de gummi* ãã. ℈ß. *vitr. martis* gr. ij. *cum Tinct. Tart. q. ſ. f. Pilula.*

Poteſt fieri *Infuſum Rhabarb.* addito *ſale tartari*, vel alio *ſale alkaliſato.* Eſt enim ejuſmodi ſal inſtar clavis, quæ medicamentum reſerat, ex cujus additione & Rhabarb. melius reſolvitur: quod aſſertum probatur per id, quod aqua cui infunditur nanciſcitur colorem rubicundum, quod à ſolo rhabarbaro infuſo non fit. *Joh. Dolæus.*

72. *Cauteris*) Apud *Zacutum Pr. Med. Adm. l. 1. obſ. 3.* Ex purulentis teſtibus orta palpitatio fonticulo infra inguina excitato ex toto ſanatur.

73. *Theriaca*) *Theriaca* vetus cum vino generoſo & croci modico cordi illata palpitationibus inſigniter ſuccurrere ſolet. *Mercurialis conſ. 112. l. 1. Zecchius conſ. 29. Hæferus Herc. m. l. 2. c. 1.*

74. *Et tum magna varietas*) Virium etiam hic eſt magna dejectio, & interdum lipothymia, aliáque malignitatis ſigna conſpiciuntur.

75. *Alia eſt a Tumore &c.*) Si à Tumore oriatur, notabilis ſopul[illegible] apparet varietas, & motus cordis à naturali valde recedit, admodum inæqualis & inordinatus eſt, Et ſi *humor ſit calidus* ingens erit in corpore inflammatio, ſitis magna, difficilis reſpiratio, ſuccedit lipothymia & tandem mors. Si *tumor durus in pericardio &c.* ſit *caro* vel *quidpiam aliud ſolidum* [c]ordi adnaſcatur, palpitatio à morbi [illegible] ad mortem continuo hominem in[illegible]

76. *A Tumore* [illegible], licet rarius hujuſmodi affectum exci[illegible]tio cordi [illegible] ceſſus, tuberculum [illegible] art[illegible] pulmonum prope cor [illegible] quod *A[illegible] Medico* contigiſſe refert *Galenus 4. loc. aff.*

Ic. aff. unde poſt pulſum inæqualem in palpitationem & aſt[illegible] ex quo [illegible] interiit. *Vide exempla apud* [illegible] *Sepulcr.* [illegible] *noſtro.*

I[illegible] quodam diu [illegible] cordis Tremore è medio ſublato, oſſeum quid [illegible] cartilagineum in corde deprehenſum fuiſſe [illegible]. *Platerus.*

75. *A Tumore qu*[illegible]*c.*) *Tumores, calculi, vermes,* aliæque *peregrina ſub*[illegible]*antia*, Cor gravantes ex motu valde inæquali, anxietudine continua, pungente & rodente, ac plerumque lethali colliguntur. *Stranſius.*

76. *A Tumore, qui p. calidus eſt*) Cor inflammationem pati poſſe cenſet *Galenus in loc. aff. 1.* ubi ait Eos quibus ipſa ſubſtantia cordis vulneratur, niſi etiam ventriculi ſcindantur, moriantur que hæmorrhagia, vivere [illegible] per totum diem naturalem; uſque dum inflammatio oborta ſtrangulet illos; Imo vero ad ſuppurationem pervenire, & ſupereſſe poſſe, notum eſt ex hiſtoria quam habet *Sennertus 5. Pract. c. 1.* Et poſſe cor laborare aliis etiam abſc[illegible]ſſibus notum eſt ex Schenckio & aliis. *Hofmannus Inſt. l. 3. c. 50.*

77. *A vermibus*) Mulier ruſtica palpitatione cordis & inflatione ventris, ac ſi utero gereret, laborabat, Vermes prodiere quamplurimi, convaluit. *Ballonius Paradigmate 7.*

78. *A ſpirituum defectu*) Qui fit per inediam, vigilias, iram, gaudium [illegible]um, pudorem, morbos vehementes, aliaſque cauſas ſubito & copioſe ſpiritus diſſipantes, quem ſpirituum defectum cor reſarcire contendens, ut iſtos pro[illegible]ptius & copioſius regeneret, & ad totum corpus celerius tranſmittat, motum ſuum intendit ac celeriorem efficit. *Riverius.* Vide §. *Cauſa eſt vel res*) ex Platero.

79. *Qui ex antegreſſu cauſarum*) A quibus vix magna ſpirituum exolutio fieri potuit. Tum etiam ex pulſu crebro, celeri & parvo, & quod ex quovis labore etiam leviſſimo, palpitatio contingit. Simile quidpiam convaleſcentibus contingit, quibus ex deambulatione, aut alia quavis corporis agitatione, etiam leviori, pulſus immutatio fit ſatis inſignis & palpitationi analoga. *Riverius.*

80. *Ab intemperie calida*) Ut hic morbus recta intelligatur, primo ſciendum eſt non tantum motum ſpirituum, & ſanguinis rarefactionem, cor movere, ſed etiam contingit, *ſanguinem ex vaſis coronariis ferventiſſimum* delabi in cor, & una cum ſpiritibus tubulos muſculorum implere, & ita cor conſtringere; Si jam omnes cauſæ moventes hæ vehementer agant, præcipue ſi ſanguis ſit paulo viſcidior & ſpirituoſior, motum convulſivum efficiunt, nam *iſte ſanguis in corde efferveſcens* in majorem amplitudinem cor diſtendit, & ſpiritus craſſi ab eo generantur, qui muſculos cordis valide inflant, Raro autem totus ſanguis ita eſt conſtitutus primo invaſionis tempore, verum humor iſte fermentabilis & viſcidus ex parte aliqua ſolida eruitur, & ſic ad cor defertur. *Craan. Prax. Reform. p. 234.*

80. *Ab intemperie calida*) Vide ſupra § *vel refrigerationis propter calidam intemperiem* &c. cognoſcitur ex pulſus magnitudine, celeritate & crebritate, febre & calore thoracis, magna & frequenti reſpiratione, & frigidorum appetentia. *Riverius.*

Cap. XXVI.

De Animi deliquio.

1. *Animi deliquium eſt* [2] *præceps ſubituſque* [3] *virium omnium* [4] *vitalium cum primis lapſus, cum* [4] *pulſu imminuto fereque abolito, & ſudore frigido, à* [5] *ſumma* [6] *cordis debilitate, vitio & defectu ſpirituum vitalium, quorum etiam reliquum à corpore ad centrum confluit, exortus.*

Pro [7] diverſitate graduum, diverſa etiam ſortitur nomina. [8] ἔκλυσις eſt leve deliquium, λειποθυμία & λειποψυχία eſt gravius, συγκοπὴ eſt graviſſimum: quæ ſi couſque devenit, ut in toto corpore pulſatio aboleatur, ἀσφυξία dicitur. In definitione ejus habetur ratio. Obſervatumque fuiſſe quendam quatuor ante mortem menſibus *planè ſine pulſu*, propter decem aut duodecim grumos ſanguinis craſſi, nigri, concreti, in ipſo arteriæ ductu ſtabulantis de quo *Barthol.* Cenr. 11. hiſt. 7.

1. *Animi deliquium*) Ἀπὸ τοῦ συγκόπτω fit συγκοπή, quam Medici explicant per ἔξοιαν [illegible] ἀθρόαν τῆς δυνάμεως [illegible], quaſi ruinam ſubitaneam & ſimultaneam facultatis, quæ apud eoſdem vel ipſa Anima eſt, vel proximum ejus inſtrumentum, Spiritus, Fuerit ergo hic συγκοπὴ idem quod [illegible]. [illegible], [illegible] quæ vocabula φυγὴν, fugam ſpirituum explices. *Hofmannus Inſt. l. 3. c. 30.*

1. *Animi deliquium*) Alias ſyncope; vel leipopſychia animi eclypſis, lipothymia, *Aureliano* ſolutio naturæ, defectio, *Seneca* conciſura, *Paracelſo*, cordis Paralyſis, & *Fulmen* microcoſmi, *Scaligero* Spirituum ſubtractio. Deſcribi poteſt, quod ſit Microcoſmi eclypſis, ſeu præceps virium defectus, ex ſpirituum luminoſitate & irradiatione extincta, & Cardimeluchis, (*Arches*) ab officio ſuſpenſione, à nimia ſanguinis diſſolutione, quandoque ab ejuſdem nimia coagulatione orta. *Joh. Dolæi Encyc. p. 356.*

2. *Præceps ſubituſq; &c.*) Dicitur *præceps*, ut ab aliis affectibus diſtinguatur in quibus vires paulatim deficiunt, donec mors ſubſequatur. *Avicenna* quidem proponit ſigna ſyncopis advenientis, ſed intelligendus de cauſis ſpiritus diſſolventibus, quæ licet aliquando ſenſim & paulatim operentur, attamen ingraveſcentes ſubito ſyncopen efficiunt; ideo *Avicenna* proponit potius ſigna eam antecedentia quam ſyncopen ipſam præſentem. *Riverius.*

2. *Præceps ſubituſque virium lapſus*) Videtur hæc definitio etiam Apoplexiæ competere, in qua contingit præceps omnium virium lapſus; ſed id verum non eſt, nam vires cordis in apoplexia permanent, & pulſus ut plurimum magnus & plenus reperitur. Sic & reſpiratio in apoplexia inſigniter læditur, quæ ut plurimum eſt cum ſtertore, quæ eam à ſyncope diſtinguit, in qua reſpiratio nullo modo læditur. *Idem.*

3. *Virium omnium vitalium cum primis &c.*) Quæritur cur ceſſante actione cordis, actio cerebri ſtatim ceſſet, cum ſpiritus animalis ex vitali generetur per viam coctionis, & in cerebro aliquandiu manere debeat, licet vitalis continuo non influat? *Reſp.* Cerebrum, ut & omnes alias partes, ad actiones ſuas perficiendas indigete continuo affluxu caloris influentis, quo ceſſante illæ ſtatim ceſſant, calor autem influens per ſpiritus vitales defertur. *Idem.*

³· *Virium omnium*) Id eſt naturalium, animalium & vitalium, Naturales lædi hoc eſt judicium quod oritur ephidroſis, i. e. ſudor frigidus ob debilitatem partium, ſive retentricis ſaculiatis. Primo autem deficiunt vitales, tum animales, poſtea naturales, *Joh. Wallæus Med. Pract. cap. 14.*

⁴· *Cum pulſu imminuto, ſudore frigido*) Hoc etiam obſervare eſt quod qui ſyncope laborant fere habent motum convulſivum inordinatum oris & capitis, Unde apparet non omnes omnino deficere vires. *Wallæus ibidem.*

Tremor & motus convulſivi non ſemper viſuntur, cum non tam irritati & primario affecti ſunt ſpiritus animales quam depreſſi, & vitalium regimine deficiente, non pandentes cerebri valvas, nedum laceſſentes. *Wedelius.*

⁴. *Cum pulſu imminuto &c.*) In omni animi deliquio *Pulſus* minor fit ac debilior, adeo ut in leviore ipſius ſpecie, vix; & in graviore minime percipi poſſit; *Senſus interni* & externi plerumq; ſimul offuſcantur, aut etiam operari deſinunt. *Animalis* quoque, ſive *voluntarius motus* debilis exiſtit, aut nullus, ipſaque adeo *reſpiratio* vel obſcura deprehenditur, vel plane deficit. *Sylvius de le Boë.*

⁵· *A ſumma cordis debilitate, vitio & defectu ſpirituum vitalium*) Virium lapſus, eſt vel in *efficiente*, ut propter intemperiem, vel in *ſpiritibus*: Vitium in *ſpiritibus* eſt, quando non veniunt ad partes, quod fit vel cum via intermedia conſumuntur, vel quando non mittuntur ſiniſtro cordis ventriculo in ſingulas partes: Intermedia via conſumuntur ratione ſenſibili, ut venæ ſectione, aneuriſmate, vel nimia venere, vel nimia excretione alvi, aquæ, puris apoſtematis majoris evacuatione, vel inſenſibili ut in dolore, qui ſpiritus valde diſſipat, ut tandem deficiat homo, ut in dolore nephritico, calculo veſicæ. Non mittuntur ſpiritus à ſiniſtro cordis ventriculo; idque contingit quando ſanguis non poteſt per obſtructos pulmones, ut in aſthmate; vel per pulmones collapſos tranſire à dextro ad ſiniſtrum cordis ventriculum; vel ſpiritus in ſiniſtro deficit, quando dexter obſtruitur, quod rarum.

Vitio *Efficientis* contingit cum calidum innatum cordis, vel *diſſipatur* à nimio calore, ut aliquando in febribus ardentibus contingit, vel *corrumpitur* ab externa cauſa venenata, vel in corpore genita vel aſſumpta, vel ab internis humoribus valde vitioſis & pravis, ut pure nimio cor tranſeunte, vel bile porracea, æruginoſa aut glaſtea.

Huc referendæ aliæ Syncopes cauſæ, quando nimirum humor bilioſus aut pituitoſus hæret in ventriculi ore ſuperiori *Walæus med. Pr. c. 14.* Vide inferius §. *Imo ventriculus.*

⁵· *A ſumma cordis &c.*) Ex prædictis patet partem affectam in ſyncope Cor, ſpirituum vitalium officinam, quorum influxu inſitus ſingularum partium calor ac ſpiritus in actum deducitur, ideo ceſſante illa actuatione, ob prohibitum ſpirituum vitalium influxum, omnium partium vires collabi actionéſque ceſſare neceſſe eſt. *Riverius.*

Aliis ſubjectum eſt *Cerebrum*, per id probantibus quod ſubitus animalis potentiæ caſus, ob retrocedentes ſpiritus animales ad ipſum cerebrum contingat, luneq; inſtrumenta ſenſus & motus ſpiritibus deſtituta ſuas exequi actiones nentiquam valeant; Verum enim vero ſi id fiat, cum limitatione ſubjecti mali & cauſæ illico quilibet ſe extricabit, ſpiritibus enim retrocedere eſt neceſſe ſi ſanguis in corde plane obruatur. *Jo. Dolæus.*

⁵· *A ſumma cordis debilitate*) Cor vitæ ſubjectum minime ſtatuendum eſt, ſed imprimis & fere tantum ſanguis, ipſaque Anima (à cujus exiſtentia & actu in corpore, vita dependet) partim in ſanguine, partimque in ſpirituum animalium aggerie cum ſundatur, facile ſequetur remedia, quæ vitam integram conſervant, aut periclitantem inſtaurant, has Animæ partes, nempe ſanguinem & ſpiritus animales potius & immediatius quam cor reſpicere: Hoc enim non viſcus nobile & princeps eſt uſque adeo, ut perhibetur, ſed merus muſculus, carne tantum & tendinibus more cæterorum conſtans, & ſanguini circumpellendo inſerviens: Quoties autem ab hoc munere rite peragendo deficit, aut delinquit, hoc non propria ipſius culpa, ſed aut ſanguinis aut ſpirituum animalium, quibus actuatur vitio contingit. *Willis.*

Machinæ noſtræ corporeæ *vis vitalis radicata eſt fundamentaliter in ſanguine*, exſerit vero ſe formaliter per ſubtiliſſimá ſanguinis ſubſtantiam ſive partem ſumme activam & mobilem, quam *ſpiritus* appellamus, qui in pulmonibus & corde, adjumento aëris volatiliſati, inſtar radioſæ & luminoſæ texturæ per totum corpus diſtribuuntur, *nunc junctim* in ſanguine per vaſa, qui *vitalis dicitur, nunc ſeorſim*, trajiciendo per cerebrum & nervos, qui *animalis* appellatur; In Sanguine igitur *remote* & fundamentaliter, in ſpiritibus proxime & quaſi effective, debilitas virium vel ſucceſſiva vel repentina inveſtiganda, quatenus hi vel deficientes, vel minus mobiles, vel nimis diſſipabiles, vel nimis inordinate mobiles exiſtunt; Adeoq́ue repentina *virium imbecillitas*, ſive *lipothymia*, vel vitio ſpirituum vitalium in ſanguine, vel vitio ſpirituum animalium in ſyſtemate nervoſo contingit, Unde & in omni virium imbecillitate *pulſus notabiliter alteratur*, in magnitudine quidem & parvitate vitium ſanguinis & ſpiritus vitalis, in robore vero majori vel minori vitium ſpiritus animalis ſequitur.

Obſervandus autem hic ſimul *Circulus*, quatenus hi ſpiritus à ſe invicem dependent, ita ut vitalibus peſſum euntibus, ceu radices inde diffuſi evaneſcant & eclipſentur animales; ſicut his evaneſcentibus cordis ac ſanguinis & ſpirituum vitalium motus itidem ceſſant; *prius* in ſuſpenſis, *poſterius* in apoplexia forti manifeſtum eſt.

Ex dictis planum eſt quod *cauſa virium imbecillitatis* ſit deficiens ſanguinis in pulmonibus & ſiniſtro cordis ventriculo turgeſcentia ac ſpiritualeſcentia. Unde hujus reſpectu pulſus minores & rariores, ſicut hinc dependentis ſpirituum animalium moventium defectus, debiliores exiſtunt. *Cauſa remota* conſiſtit in vitiata craſi maſſæ ſanguineæ, ſpeciatim in deficiente acrimonia particularum ſalinarum, in ſpecie ſalis volatilis urinoſi oleoſi, cui è contra non raro ſupervenit acidi vitioſi exaltatio.

Horum cauſæ ex primis viis, adeóque ex cacochymia inveſtigandæ veniunt, ita ut & hoc in puncto cruditas chyli, plus minus acida, etiam fere primariam ſui conſiderationem mereatur: Conſentit fere *Sylvius*, qui languorem talem ægrorum propter nimiam ſanguinis viſcoſitatem & glutinoſitatem oriri aſſerit, unde partes ejuſdem ſalinæ activæ obrutæ minus fermentare poſſunt. Malum hoc eſt eo deterius quo magis acidum vitioſum ſimul peccaverit.

Hinc eſt quod poſt morbos acutos curatos, ſi tantillum in diæta peccarint ægri, ſpeciatim in alimentorum aſſumptione excedant, languores adhuc superveniant, *Hinc* eſt quod in ſcorbuto vires ſubinde ſint adeo imbecilles, quoniam ex vitioſo acido maſſæ ſanguineæ fermentatio non leviter imminuitur; Sanguine taliter conſtituto, ex ſpiritualeſcentiæ defectu, etiam ſpiritus animales pauciores erunt, vix ſenſuum functionibus, aut motui voluntario, vel motui naturali, ſpeciatim cordis ſufficientes. *Etmuller. Prax. P. 1. pag. 235.*

⁶· Cordis)

⁹· *Cordis*) Quod ſubjectum principale merito ſtatuatur ... alium officia, quorum influxu ... inſitus ac ſpiritus in actum de... illa actuatione & irrad... ob prohibitum ſpirituum ... partium vires ... eſt. ... ominamus, id una cum ſangui... intellectum volumus, impel... ſtrumen... impulſis contentus, Feriatur ... pe & cor præcipue in movendo; ut pulſus ad ſenſum ... nec ſemillario vitalis produc... ſpir... deficiente ac interpellata. *Wedelius* ... *de Syncope*.

Pro diverſitate graduum) Affectus qui tum comitantium ... ptomatum ratione vari, tum gradibus diſtincti obſervantur, in genere *Imbecillitatis*, in ſpecie *Animi deliquii*, ... ſyncope & aliis nominibus deſignantur. Obſervatur ergo ... *Univerſalis languor partium, functionumque ac virium omnium*, vel a *nativitate* connatus, vel *poſt eam* ... nſim ac inſenſibiliter obortus, aut poſt ... *alium* præcedentem accedens remanenſve. Hunc *Infirmitatem*, *Imbecillitatem* aut *Debilitatem* nominant.

Eidem comes adeſſe ſolet *Pulſus* tum *Parvus* & *juſto minor* tum *Debilis* & juſto languidior, tum plerumque *Rarior*, tum quandoque ſemel aut ſæpius per intervalla certa vel incerta *Intermittens*, tum aliquando ſecundum irterius ductum magis magiſque deficiens, *Myurus* ... dictus, tum ſubinde *Formicans* aut *Vermiculans*.

Concurrunt fere ſimul in affectu graviore *ſenſuum* tam *internorum* quam *externorum hebetudo*, atque *motus corporis, animalis* vocati, defectus, *Laſſitudinis* nomine notus.

Obſervatur quoque aliquando non permanens quidem, aut continuo perſeverans, ſed ordinate inordinateve, adeóque per intervalla, nunc certa nunc incerta repetens, atque nunc levius nunc gravius ægros affi... *Imbecillitas*, eadémque iterum alias eirius, alias ſegnius recedens, ni ægros ſimul è medio tollat & occidat: *Imbecillitatis* hujus & *debilitatis*, ſi quis duas duntaxat ſpecies, gradibus maxime differentes, ac medicinæ faciendæ haud ineptas conſtituere volet, ſpeciem leviorem animi deliquii, *Lypothymias*, graviorem *Syncopes*, *Leipopſychias* vel *Aſphyxias* nomine indigitare poterit. *Sylvius de le Boe.*

⁸· *Eſt leve deliquium &c.*) Nil ambigo olim fuiſſe confuſiones inter quatuor nomina unius affectus. Ex 12. m.m. 5. liquet *Syncopen* à *Lipothymus* fuiſſe olim diſtinctam. Syncopas videlicet vocaſſe quoſdam ſimpliciter, quas alii cum adjectione cardiacas. *Lypothymias* à *Lipopſychias* ſeparare voluerunt quidam ex 4. ſan.tu.10. ſed revera fruſtra ſunt; Lypothymias & ... non differre manifeſta eſt *Galeni* aſſertio, in illo ad *Glauc.* F. Quod autem quidam dicunt Lipothymiam eſſe syncopes initium, id apud *Galenum* nondum reperi; ſed ubi repereto, dicam res eſſe diſtinguendas, nomina eſſe deſinenda.

Res eſt, Syncope cardiaca ſeorſim collocanda eſt; quia per eſſentiam eſt & cor apprehendit, reliquæ omnes per conſenſum ſunt, vel ipſius cordis, vel cerebri, vel denique utriuſque: Partium mittentium catalogum dat *Galenus* in illo ad *Glauc.* Ego hoc addo, Quia ſæpius afficitur os ventriculi, dicitur illa ſtomachica quidem, non autem *Cardiaca*. Καρδία enim Cor eſt in propria ſignificatione. *Hofmannus Inſt. lib. 3 c. 81.*

⁹· *Signa,&c*, ¹⁰· quidem *Imminentis*, ſunt. ¹¹· in aſſuetis præſertim, ¹²· improviſa anxietas, vertigo, alieni & varii coloris obverſatio, pulſus iterata ſæpius immutatio.

¹³· *Præſentis*, ſubitus omnium virium lapſus, pulſus debiliſſimus, obſcurus.

Sic ¹⁴· ab *Apoplexia*, in qua pulſus inſigniter non mutatur.

Et ¹⁵· *Uteri ſtrangulatu*, in quo reſpiratio aufertur, ſed non pulſus, diſtinguitur: totius corporis, maximè extremorum frigiditas, ¹⁶· ſudor frigidus, ſyncopticus ideo dictus: præcipuè in temporibus, collo, & thorace erumpens; qui cum pulſus abolitione pathognomonicum eſt.

⁹· *Signa &c.*) Animi deliquium præcedere ac prænuntiare ſolent ut plurimum *Cardialgia* vel titillatio in orificio ventriculi ſuperiore, *cordiſve compreſſio* & *Oſcitatio*, & aliquandu *ventris diſtenſio*, *rugitus* vel *tormina*, *caligines* aut *tenebræ ob oculos verſantes*, cum conſequent, aut comitante mox *vertigine*, *auriumque tinnitu*, *pandiculatione*, & ſubinde *motu convulſivo*. Notandum enim, cum non tantum gradibus, ſed ſymptomatum quoque numero ac vehementia differant Animi deliquia, non ſemper modo eodem omnes hiſce corripi. Ubi animi deliquium iterum ſolvitur, & ad ſe redire incipiunt ægri, tunc *cor* rurſus *agitari*, imo ſæpius palpitare ſolet quin Pulſus non tantum ſenſim major & robuſtior, ſed etiam frequentior deprehenditur; ac *ſenſibus externis*, una cum *internis*, utut languidis adhuc, ſenſim reſtitutis, *Cordis* quoque *anxietas* & *compreſſio*, aliáque ſymptomata minui, tandemque evaneſcere notantur, niſi quod *Laſſitudo* & univerſi corporis *defatigatio* ſegnius recedat.

Graviſſima & ſingularis *animi deliquii* ſpecies eſt *ſyncope*, in qua ... aurium tinnitu, ſubito ac pene ... ægri. *Aura frigida* quaſi corpori ..., *Pulſus* mox *nullus* ... *nulla reſpiratio*. ... *ſyncope* & *ſuffocationi hypochondriaca* graviſſimæ proprium. Internus *ſudor* & ... & *Intimoſus* erumpit, partesque corporis omnes *frigent* & *pallent* quin ſæpe *urina* & *alvi excrementa* effluunt, adeo ut mortuis qui iam vivis exiſtant ſimiliores. *Sylvius de le Boe.*

⁹· *Signa*) Vel reſpiciunt Subjectum, ad illum affectum recipiendum magis idoneum: vel Paroxyſmum *imminentem*, vel *præſentem*, vel *cauſas* producentes. *Riverius.*

⁹· *Signa & quidem &c.*) Adde his *ſigna cauſarum*, quæ majori ex parte manifeſta ſunt, Febres enim malignæ, acutæ, ſyncopales, ſyntecticæ, ſincopen idiopathicam efficientes per ſe ſatis conſpicuæ ſunt. *Cauſæ* etiam *externæ*, repentinam ſyncopen inducentes obviæ ſunt ſenſibus, ut ira & gaudium immodicum, terror ſubitus & repentinus, odores tetri, hæmorrhagia larga, aliæque evacuationes copioſæ, vigiliæ pertinaces, inedia longa, efferata venus, dolores atrociſſimi. *Humores tenuiores* & *corporis raritatem* ſignificant, nares acutæ, oculi concavi, collapſa tempora. *Flava bilis* abundantiam oſtendunt ... oris ventriculi, anxietas, vellicatio, calor & dolor inſignis: *Humorum crudorum* copiam ſignificant totius corporis moles amplior, præcordiorum tumor, color faciei albidus, nigricans aut liveſcens, pulſus minor, obſcurus & inæqualis. Syncope vero *ſymphatica*, ex aliarum partium vitio producta, ex earúndem partium affectarum ſignis innoteſcit, ſic ex affecto ventriculo ſi proveniat, ejuſdem partis affectus præceſſerunt nauſea, vomitus, morſus ventriculi, ſitis amator, ſitis & ſingultus. Idem de aliis partibus eſt judicium. Si vero ...

lum alicujus partis affectæ indicium appareat, ex primario cordis affectu ſyncopen exoriri in icio eſt. *Riverius.*

10. *Et quidem imminentis*) Hæc inter eſt 1. *Anxietas Pectoris*, quæ deduci poteſt vel à præcordialium nervorum ſtrictura, unde diaphragma in motu ſuo impeditur, Vel à ſanguine viſcoſo & grumoſo circa cor reſtagnante, quo facto & ſcortantes in officio circulationis ſanguinis pulmones in munere ſuo fatiſcunt, & in iiſdem circulatio particularis ſufflaminari cœpta hoc ipſo univerſalis mox ceſſandæ indicium præbet.

2. *Perturbatio capitis* quæ labaſcentibus debetur ſpiritibus animalibus, à primogenia flammæ vitalis luce & foco non ſatis irradiatis, unde ſtationes ſuas deſerunt, & confuſe nutant.

Uſus linguæ abolitus, ab inhibitione influxus ſpirituum animalium ad nervum ſeptimi paris, ob motum cordis ſuppreſſum, influxum hunc ſpirituum impedientem, unde illo motore deſtituta lingua haud poteſt in ſubſidium corporis neceſſarium. *Wedelius Diſſert. pro Syncoptico.*

11. *In aſſuetis præſertim*) Subjecta magis diſpoſita ad Syncopen recipiendam ſunt homines debilitate quadam nativa, vel adſcititia à morbo, aut alio caſu præditi: Puſillanimes, fœminæ potius quam mares, virgines menſtrua patientes, mulieres gravidæ, tum etiam illi qui ſunt raræ texturæ, icterici, ſplenici, & melancholici. *Riverius.*

12. *Improviſa anxietas &c.*) In Lypothymia præſente eadem ſigna reperiuntur, ſed paulo graviora, quibus non raro ſudor frigidus adjungitur, tum ægri (quod præcipuum eſt) de animi delectione conqueruntur. *Riverius.*

13. *Præſentes, ſubitus*) Proſtratum jacet corpus inſtar mortui quietum recubans, eclipſantem Archeum & ſpiritus vitales juxta ac ſanguinem in motu ſuo ad extra interpolatos pro cauſa agnoſcit, unde reliqua machina non vigorata ſpiritu intus agente corruit. ij. Facies pallida provenit à recurſu ſpirituum vitalium ſeu ſanguinis verſus ſuum principium, cor ſcil. quapropter neceſſe eſt inde partes exteriores palleſcere & ζωὴν, inprimis ἄνθος diſpaleſcere. iij. Sudor frigidus circa frontem, ab imbecillitate naturæ & totius compagis, dum ſuccum alibilem ſeroſum glandulæ ſubcutaneæ ob ſpirituum reſolutionem nequeunt retinere, exoritur iv. Reſpiratio ad ſenſum deficit, ob ſufflami[illegible] refaciendi & vigorandi in torulis cord[illegible] ſum, unde externa cauſa, actus preſſio[illegible] na, ventilabra agit [illegible] ſola neſcit. [illegible]

14. *Sic ab Apoplexia* Non omnes qui ſub[illegible] tur, Apoplexia moriuntur, & fruſtra ſæpe ab Anatomicis cauſa in capite cum in thorace ſit. Hujus [illegible] riam habet *Frambeſarius* in Exam Docto[illegible] Vidit is in milite, ſubito poſt longum mœror[illegible] tuo, viſceribus r[illegible] quis [illegible]lvis, in pericardio non[illegible] quam modo ſed & copioſum ſanguinem concretum. An ratio diſtinctionis eſt, In Apoplexia quantumvis fortis ſtertor eſt, quamdiu id quod e cerebro accidit muſculis thoracicis ad complementum reſpirationis, ſolum eſt ablatum, durante adhuc ebullitione naturali in corde, In ſyncope cardiaca nullus eſt ſtertor quia cor ipſum ſubito occupatur. An quidam ex iis qui ebriis bus laborant, præſertim ſanguinei hac ſyncope extinguuntur ſubito. *Hofmannus Inſt. l. 3. c. 8.*

15. *Uterus ſtrangulatu* A quo diſtinguitur quod in hoc partes ſpiritales utplurimum maxime afficiantur, ægrotantes ſtrangulari [illegible]ntur pulſus tamen non valde imminuterut, neque [illegible]or, qui ſtatum naturalem ſervat, imo frequenter rubicundior apparet, In ſyncope vero reſpiratio non læditur pulſus fere abolitus eſt & facies admodum pallet. Aliquando tamen ſyncope cum uteri ſuffocatione conjungitur, & tum pulſus interdum non percipitur. *Riverius.*

16. *Sudor frigidus, ſyncopticus*) Qui dicitur *Coactivus*, à debilitate vel revera, vel quaſi [illegible] oriundus eſtque 1. Vel *Oppreſſorius*, cujus ſignum anxietas, [illegible] nua copia ſeri exitum affectantis, ut in febris; [illegible] ſuffocatione velut intentata, ut in aſthmate. 2. *Reſolutivus*, ab archei deficientis debilitate, quæ ejuſdem eſt character, unde ſtationem ſuam derelinquunt ſpiritus, ut in ſyncope, lipothymia, ubi modo ephidroſis, modo ſudatio gravis accedit; quod &, alio licet ſenſu vel efficiente calore p. o. in phthiſicis accidit. Præcipue tamen obſervatur quoque *diffuſivus*, ſive *extretorius*, ut à motu forti, balne[illegible] medicamentis. *Wedelius.*

16. *Sudor frigidus ſyncopticus*) Sudor hic, ut recte dicit *Helmontius*, nil aliud eſt quam mucilago rorida nutritiva partium ſubcutanearum, quæ ſyncope reſoluta, ſpontaneo motu, per poros hiantes, ob reſolutum fibrarum tonum emanat. *Ettmuller.*

17. *Cauſa* eſt, 18. ſpirituum vitalium ſubitus defectus, 19. ſine quibus nec cor, nec ulla pars in corpore ſuas actiones edere poteſt: de quo fuſiùs in differentiis.

17. *Cauſa eſt*) *Williſius* (qui ſupponit accenſionem, ſeu deflagrationem ſanguinis, & fermentum nitro-ſulphureum, à quo flammam revera accendi exiſtimat) Cauſam hujus affectus latere cenſet, vel in ipſo ſanguine quatenus non ſatis accenditur, nec cum vigore circulatur, h. e. quod cruor ob particulas ſulphureas nimis deflagratas, aut depreſſas, fere vappidus & effœtus evadat, proindéque parcius in corde & pulmonibus accendatur. Cui ſæpius accedit quod regimine animali etiam fatiſcente, cor pleniore ſpirituum influxu deſtitutum, ſanguinem, quo vegetius effervefcat & accendatur non ſatis exagitet, prout in multis languidis, ægritudine diuturna defunctis, vel hæmorrh[illegible]ur evacuationes magnas paſſis, aut ſenio confectis obſervare licet; Sic & quod & *ſanguis nimium in corde accendatur* cauſam quoque hujus affectus eſſe poſſe ideo defendit ex eo, probans quod ſanguis ob particulas ſulphureas nimis ſolutas & in effervefcentiam actas plus debito accendatur, indeque calor intenſior [illegible] ſi b[illegible] non ſtatim ven[illegible]letur [illegible] id docen[illegible] ac[illegible] aliique morbi calidiores, nec quoque negat, quod & affectus hic aliquando oriatur à denegato ſpirituum animalium influxu.

Carteſius, ejuſque ſequaces, prout ſpiritus pro ſubtiliſſimis ſanguinis particulis habent, ita eos per rarefactionem quoque in corde produci exiſtimant: Ebullitionem vero iſtam, igni cuidam vitali, in corde exiſtenti, (quem lucentem, & flammulæ vitalis nomine inſigniunt) unice tribuentes ob hujus ad tempus extinctione ſeu obrutione deducunt ſyncopen. Id vero variis modis fieri poſſe dicunt, cum ſpiritus perverſi cor ſolito plus contrahunt, cum ſcil. per nervulum, quo orificia cordis circundantur deferatur, atque hoc pacto præ denegata ſufficienti ſpirituum copia, tum etiam humorum circulantium motus (qui in ſe utrique motus debet eſſe continuus) aggerie diminuta, & determinatione in muſculos illo tempore ceſſante, contingit ut corpus hominis repentino caſu, inſtar trunci in ter[illegible]tur, donec ſenſim ope ſpirituum humorum[illegible]ant-um ex [illegible] nunc naſcentium diſcuſſis nubibus in integrum [illegible]tuantur [illegible]dque breviter, v[illegible] poſt aliquod, præ majori a[illegible]

lev

leviori affectu, intermiſſum temporis ſpatium, prout diſſent *Broechauſen* art. 105. Oecon. Anim. *Joh. Dolaus Encycl.* p. 360. Cujus ibidem vide ſententiam de Cauſis Sync......

17. *Cauſa eſt) Paracelſus* cauſam deducit à Synoviæ (quæ ipſi ii eſt radix & eſſentia vitæ) à corde ſeparatione, qua mediante ſalutaris ſtella, interpoſitis nebulis craſſis, eclypſin patitur, hincque tota vitalis regio tenebris horrendis & lethiferis umbris circumfunditur; Sit quoque hunc morbum per conſenſum, ab ore ſcil. ventriculi, utero &c. oriri poſſe contendit.

Helmontius Tr. Ignot. act. regim. n°. 26. dicit, In ſyncope eſſe *venenum anodynum diſperſivum ſpirituum*, hincque tollens ſtatim ſenſum & motum: quod venenum ſæpe in ſtomacho latere alibi docet; & quidem ejus orificio, tanquam in centrali puncto atque radice principioque vitæ, digeſtionis ciborum & diſpoſitionis eorundem ad vitam. Spiritus ipſi non corrumpuntur, (ait *Oſwald. Grembs* p. m. 139. vol. 2.) hoc enim citra mortem fieri non poteſt, ſed venenum id in cauſa eſt cur Archeus profundat ſpiritus prodigaliter, in immodicis evacuationibus, in fame, in abſceſſu rupto, in vacuatione repentina hydropis, empyematis diſtrahuntur ſpiritus; ſic ab animi paſſionibus ſyncope excitatur, ſpiritibus confluentibus plus ſubito in cor. In febribus propter exurentem calorem, qui tenuem corporis ſubſtantiam depopulatur, unde vires labaſcunt. (*Vide Caput de Languore Univerſali ex Riverio & Sylvio.*)

17. *Cauſa eſt ſpirituum vitalium ſubitus defectus) Immediata* ſcilicet, & diſpenſatio in reliquum corpus ſuffaminata, dum eclypſin quaſi patitur flamma vitalis, inſtrumentaque huic operi dicata, arteriæ, ad ſenſum non pulſant, Indicio manifeſto ſanguinem in motu ſuo & ... eſſe turbatum, nec legitime evolvi, rarefieri & dividi in univerſa corporis vaſa & poros: Eſt in corde fermentum ſeminale, ſeu vis immutativa & multiplicativa, qua tum chylo tum ſanguini venoſo refluo à partibus, & ſpiritibus velut orbo, novum characterem imprimit, ut denuo atque in circulum ad partes vis nova & vigor ſpirituoſi ſanguinis per arterias adducatur: Per mechanicam illuſtrari poteſt tum *ignis* exemplo, qui ſumma ſui pernicitate obvia ſulphurea, ex objectas elicit, caloremque & flammam hoc ipſo perpetuat, Tum *aceti*, quod vinum ſucceſſive infuſum fermento ſuo ſeminali immutat, ſicque multiplicativum ſui eſt. *Wedelius.*

17. *Cauſa eſt ſpirituum vitalium) Cauſas ſyncopes proximas* ſtatuimus eſſe, aut ſpiritus vitales ſubito *deficientes*, ob *ceſſantem ſanguinis fermentationem ac circulum*; aut *ſpiritus animales* ſubito in motu naturali deficientes, unde quaſi abrupti, vel ad alias ... aut convulſiones acti, movendo cordi minus inſervire poſſunt, unde ſpirituum conſortio abrupto ſyncope ſupervenit.

Hinc cauſæ *remotæ* omnes recenſitæ, vel ſanguinem, vel ſpiritus vitales afficiunt, vel ceu objecta ſenſibilia ſpiritus animales in motu ſuo alterabunt, ita ut vel in motu debito, ſpeciatim cordis, vel *deficiant*, dum oppreſſi, & quaſi concentrati, in ſua activitate impediuntur, v. g. in *ſubitaneo terrore*; Vel *diſſipati*, vel *reſoluti evaneſcant*, ac in operando deſiſtant.

31. In motu quaſi *exorbitent*, & ex irritatione quadam, & exinde natis ſpaſmis, undecunque concitatis, *Cor in continua ſyſtole detineant*; Sic *ſanguinem & ſpiritus vitales afficiunt* quælibet evacuationes, mutationes ſubitæ æris; *Sanguinis* quæcunque inſignes aut in *craſi*, aut in *motu locali* alterationes.

Vitio vero *ſpirituum animalium*, in *motu* deficientium, oritur ſyncope, poſt odores graves ex objectis, & idioſyncraſia hoſtilibus, Item quæ *ſtomachi orificium* afficiunt, ex cujus cum univerſo nervorum ſyſtemate conſenſu, facilis ſpirituum in motu abruptio fit: *Dolores* item, ſpirituum animalium ratione, ſyncopen inferunt.

Neque etiam hic negligendum quod *Piſo de Seroſa coll. p. 166.* ſcribit ex obſtructis, aut interceptis nervis cordis motoriis ſyncopes oriri, Undecunque nervus is afficiatur, aut (verba ſunt *Piſonis*) ab aquula in eum è cerebro derepente pluente, ſpirituum motus impediatur. *Gaudium nimium*, ſpiritus diſſipando; item *dolores* diuturni pariter ex dicto fonte ſyncopen inferunt: Quod vero *ſpaſmum cordis*, ac convulſionem ejus, à ſpiritibus animalibus inductam attinet, ſane in morbis convulſivis, præſertim partium internarum, non rara hæc ipſa eſt; unde tali caſu ægri ad ſe redeuntes conqueruntur cor ſibi veluti manibus comprimi, id quod innuit validam muſculi cordis contractionem. *Etmuller.*

18. *Spirituum vitalium ſubitus defectus)* Ex noſtra ſententia ſpiritus animalis ſolitarius muſculi intumefactionem, ad motum requiſitam, perficere nequit: neque enim ſi univerſus qui in cerebro continetur, in unicum muſculum conflueret, ſatis eſſet extenſioni illi perficiendæ, præſertim ad continuationem tota die, ſiquidem tam facile reſolubilis eſt, Sed rem apertius oſtendit experimentum *Dn. Nic. Stenonis*, ex quo apparet eam in rem ſanguinis influxum omnino eſſe neceſſarium; Peritus iſte Anatomicus, ligatura facta in trunco arteriæ deſcendentis, obſervavit partes quaſcunque, ramificationes inde obtinentes, momento temporis motu deſtitutas fuiſſe: Hinc eluceſcit ratio cur in vera Syncope ſuccedat immobilitas, ſiquidem ſubito intercepta circulatione ſanguinis, ſucco arterioſo fraudantur muſculi, ad motum intumeſcentiam requiſito. *Dan. Duncanus Tract. de Motu An. c. xx.*

19. *Sine quibus nec cor nec ulla pars ſuas actiones) Virium robur unde pendet? Vis* eſt modus movendi, Debetur itaque primario *motori*, ſecundario iis *per quæ movet. Motor* eſt *ſpiritus*, ſeu ignis calidiſſimus & fortiſſimus, ille qui in corde ardet ferverque &c. corde ſcaturiens perenni flumine influit in corpus univerſum: Quoad *ſpiritum*, Vis *fortis* eſt ſi ille multus aut unitus eſt, *fortiſſima*, ſi multus & unitus, contra *debilis*, ſi ille paucus; *debiliſſima*, ſi inſuper disjunctus: *Per quæ* ſpiritus movet ſunt Sanguis & Membra.

Quo ad *ſanguinem*, vis *fortis* eſt, ſi ille moderatus & bonus eſt, *debilis* contra, ſi paucus aut nimius; *debiliſſima* vero ſi inſuper *malus*: *Malitia* vero ſicuti non una ratio eſt, ſic neque languoris: *Malus* eſt ſanguis putreſcens, *pejor* putridus, *peſſimus* corruptus: *Malus* eſt melancholicus, *pejor* piceus, *peſſimus* atrabilarius: *Malus* eſt pituitoſus, *pejor* ſeroſus, *peſſimus* ichoroſus ſeu colliquatus, ſic in aliis.

Quoad *membra*, oportet diſtinguere intus vires Naturales & Animales, *Naturales* appello quæ in coctionibus, ſeu in alimenti præparationibus cernuntur; & in Excretionibus, ſeu alieni Expulſionibus non voluntariis: In *iſtis* vis *fortis* eſt à Partis denſitate, unientre Spiritum, *Debilis* à raritate, in qua palatus ille, & ſe remittit de intentione ſua.

Animales potiſſimum ex Motionibus arbitrariis æſtimantur, ſive ex Muſculorum, inprimis artuum, contentionibus: In *illis* vis *partim* à Tendinibus pendet, *partim* à Ventribus: *Fortis* quidem à *tendinum* Soliditate dura, duritie lenta, lentitudine tenaci, tenacitate valida; A *Ventrium* Fibroſitate firma, & carnoſitate vaſta atque denſa, *Debilis* contra à contrariis cum *Tendinum* tum *Ventrium* conſtitutionibus.

Ex dictis apparet *Vires* pendere non niſi *diſpoſitive* à Solidis partibus, revera autem & effective à *ſpiritu*, ceu primo omnium motore; denique à *Sanguine*, utroque modo, *Sanguis* enim, reſpectu membrorum, movet *effective*, quemadmodum contra *ſpiritus* reſpectu, qui illo utitur ceu vehiculo & vecte; diſpoſitive tantum.

Quæ ſi ita ſunt, ut aliter eſſe non poſſunt, jam conſtat, ſi *conſpirent* Spiritus, Sanguis, Muſculi, validiſſimas vires conſtituere, & eſſe *robuſtiſſimum* Corpus, quadratum, ſucculentum, igneum; *debiliſſimum* contra, quod excarne, exangue, *ſegne*, h. e. *ſine igne eſt*: Nunquam non *vegetum corpus eſt* quod ſpirituoſum, *languidum*, quod effœtum & effœminatum.

Expende ad hæc aph. 16. l. 5. *Calidum* quodcunque uſurpatum, *nocet* attenuatione & diſſolutione ſpirituum; atque hæc incommoda, imo damna, adfert *ſæpe* & quovis tempore *utentibus*, videlicet *carnium*, ſive muſculorum *effæminationem*, mollitiemque humidam & flaccidam, & ineptam contentionibus validis: *Nervorum*, ſive ligamentorum, quibus inter ſe convinciuntur artus & articulationes, *incontinentiam*, ſeu adſtrictiones motui neceſſariæ remiſſionem reſolutionemque: *Animi* in intelligendo, *ſtuporem*, in meditando, torporem, in memorando languorem; *Hæmorrhagia*, ſive frequentes ichoroſi ſanguinis è naribus aliisve naturæ locis, & cum ſanguine virium profuſiones, *Lipothymias*, atque animi primum, mox animæ defectiones crebras: Hæc autem eveniunt quibus *mors imminet*, & ſupra caput adſtat. *Van der Linden Selector. xiv. §. 37. ad §. 45.*

Curatio eſt [20] *Alicujus ſpei*, *ſi* eſt ex ſimplici cordis intemperie; *ſi* ex [21] evidentibus cauſis; *ſi* per conſenſum. *Nullius*; *ſi* [22] æger ſæpe & ſine manifeſta cauſa animo linquitur, *ſi* in corpus debile incidit, *ſi* [23] ab ea homo poſt irrorationem faciei cum aqua roſarum & vini exhibitionem, poſt ptarmica etiam non reſtituitur, *ſi* cor primaria affectione laborat, *ſi* febricitantes, ob magnam humorum copiam, cum ventriculi & hepatis inflammatione affligit.

Prognoſis.

[20] *Curatio eſt alicujus*) Periculoſiſſima eſt ſyncope, & magna tam ratione eſſentiæ quam partis principalis affectæ, Ratione *eſſentiæ*, quod ex diris ſyptomatibus licet colligere, præprimis ex maxima anxietate pectoris, ſudore frigido circa frontem, & reſpiratione fere abolita. Ratione *partis principalis affectæ*, ſeu Cordis, Cor enim vitæ fons eſt, quo perturbato aliter fieri non poteſt quin etiam patiantur rivi & œconomia tota, quæ inde vitalitatem expectat, unde primo intuitu argui poſſet ægrum oneri ſuccubiturum, cum ſyncopen è medio tollere, & in ſcholis Medicis ſit notiſſimum, & mortis ſororem eſſe; Modum eventus deſignarons diſcuſſionem peregrinorum illorum miaſmatum, quæ fibras maſſæ ſanguineæ ex ordine dimovere conſueverunt, & correctionem hujus fontis ſalini, coagulationis principii. *Wedelius.*

[20] *Curatio eſt alicujus*) Leipothymiæ quævis perículoſæ plus minus, prout magis vel minus vel durat, aut deficit motus cordis, Item, prout cauſæ antecedentes graviores vel leniores fuerint, Sudor frigidus ſyncopizantibus ſuperveniens, quo copioſior ac frigidior, eo ſtatus ægri periculoſior.

Sine cauſa manifeſta languidi in morbos inclinant; reconvaleſcentes, præſertim à morbis acutis, diu languidi, vel cachexiam, vel recidivam incurrunt. In morbo quocunque præter manifeſtas cauſas mox ſuperveniens ſumma virium proſtratio, maligni morbi ſignum eſt. *Etmuller.*

[21] *Si ex evidentibus cauſis*) Ut quæ ab immodicis evacuationibus, timore, triſtitia &c.

[22] *Si æger ſæpe &c.*) Ex *Hippocr. aph. 41. 4. Qui frequenter ac fortiter ſine cauſa manifeſta deficiunt animo, derepente moriuntur*. Quia ſyncope gravior vires cordis penitus opprimit, vel exolvit, unde mors. *Riverius.*

[23] *Si ab ea homo &c.*) Cum quis à Syncope ſuſcitatur, non ſtatim ſalus promittenda eſt; ſi enim pulſus non reſtituitur, & color vividus non redit, ægerque frigidus ſemper manet, in ſyncopen citò relabitur, ex qua periculum impendet. *Riverius.*

[24] *Reſpicit* I. [25] *Paroxyſmum*, [26] In quo ſpiritus [27] aceto *flor. tunicæ*, *Rutæ*, *ſambuci*, balſamo *ſuccini albi*, [28] naribus admotis, *vino*; [29] Aqua *roſarum*, *cinnamomi*, *carbunculi* &c. reficiendi. In calidis morbis frigida, in frigidis calida adhibenda, [30] fœminis [31] odoramenta [32] graveolentia admovenda. [33] Cordis regioni [34] Epithemata, & inunctiones ex *theriacâ*, *Mithridatio*, oleo *Citri* adhibendæ, *Vinum odoratum* vetus eſt [35] efficaciſſimum.

II. [36] *Intermiſſionem*, de qua in differentiis agetur.

[24] *Reſpicit*) Curatio ex legibus methodi medendi tribus nititur principalibus indicationibus, *Curatoria*, quæ ſymptomati ipſi hoc loco maxime urgenti, *Præſervatoria*, quæ cauſæ foventi, & *vitali* quæ viribus opem fert.

Curatoriam quod ſpectat, indicat affectum ipſum tollendum eſſe, ſatis atrocem, in paroxyſmo jubet excitare labeſcentem archeum, ut, qui deſtituit, iterum vegetet membra, ſanguinem item grumeſcentem in motum citare, rarefactionem eidem debitam reſtituere, ſpiritus diſperſos colligere, & roborare itaque cum *Vitali* indicatione viribus, vitalibus maxime, reparandis & conſervandis operam dare.

Extra paroxyſmum *Indicatio præſervatoria* locum haber, jubens ut radix mali extirpetur, fermentum morboſum non generetur in corporis cohobiis, genitum vero educatur & corrigatur, quo finis optabilis & ſalus ægri conſtans conſequi poſſit. *Wedelius.*

[24] *Curatio reſpicit*) Ut medicamentorum quæ Cordialia dicuntur rationes & operandi modi innoteſcant, conſiderare oportet hæc duo, ſcil. 1°. quot, aut quibus præcipue modis, *Sanguis* (*vide §. A ſumma cordis debilitate*) aut quoad accenſionem, aut quoad miſtionem ſuam perperam habens, & non raro periclitans, ſubſidia, quibus præſervetur, aut emendetur, medica requirat.

II. Quo ritu ob defectum, aut delictum, in regimine animali cor à debito motu impeditur, aut pervertitur, & propterea medicamenta, quæ ſpirituum copias adaugeant, & rectius componant, indicantur. *Willis.* Vide hæc ſigillatim explicata. *Pharmacent. Rationalis ſect. 6. cap. 1. Et ex eo, in Indice Med. Pract. lib. 19. cap. de Cardiacis.*

Præter illa remedia quæ cauſæ ſublationem reſpiciunt, uſurpanda etiam ſunt quæ ſymptomatis ſedationi, aut lenitioni conferunt, Cor reficiendo roborandoque,

randęque, necnon flatus & vapores ex humoribus melancholicis aut crudis ac pituitoſis elevatos diſcutiendo, qualia ſunt Juleps, Opiatæ, Epithemata, Odoramenta &c. E. g.

℞. *Conſerv. meliſſ. anthos. flor. borrag. & caryophyll. hort.* ā. ʒj. *conf. Alkerm. & theriac. vet.* āā. ʒj. *pulv. Elect. diambr. & diamoſch. dulc.* āā. ℈j. *cum ſyr. cortic. citr.* Opiata, *qua utatur frequenter*

℞. *Aqu. bugl. roſar. & flor. arantior.* āā. ℥ij. *ſyr. caryophyll. noſtr.* ℥iß. *aqu. cinam.* ℥ß. *ſpir. roſar.* ʒij. *conf. alkerm.* ʒj. *miſce da cochl.* ij. *per intervalla.*

℞. *Roſar. rubr. & flor. roriſmarin.* āā. ʒij. *flor. lavendul.* ʒj. *ſemin. angel. cortic. citr. caryoph. cinnam. macis* āā. ʒß. *croci* ℈j. *moſchi, ambræ* āā. *gr.* vj. *cum ſindone rubra fiat ſacculus, qui irroretur vino albo & aqua roſar. applicandus tepide regioni cordis.*

℞ *Ungu. roſac.* ℥ß. *ol. cinnam. & caryophyll.* āā. *gutt.* vj. *moſchi, ambr.* āā. *gr.* iv. m. f. Linimentum pro regione cordis. *Riverius.*

[24]. *Paroxyſmum, in quo ſpiritus*) In ſyncope aliisve animi deliquiis levioribus præ cæteris officinalibus commendat, per quotidianam experientiam edoctus *Franc. Sylvius Pr. l.* 1. *c.* 19. §. 75. & ſuadente ratione, *Salia volatilia & olea aromatica*, ex horum analyſi, atque animi deliquiorum, hypochondriacæque ſuffocationis cauſa efficiente, Pituita viſcida & acida, vel halitibus itidem viſcidis & acidis auſteriſve, ſimul collatis petita; Habeant namque ſalia iſta volatilia & olea vim omne viſcidum ſolvendi ac incidendi, omne autem acidum & auſterum temperandi & corrigendi, omne demum halituoſum & flatulentum diſcutiendi ac diſſipandi.

Ubi æger magis mortuo quam vivo ſimilis os nec aperire nec claudere, multo minus debite aliquid deglutire poteſt, tunc commodum erit laudata olea aromatica, cum ſimplicia, tum magis compoſita, cum rectificato vini ſpiritu, vel confuſa duntaxat, vel circulatione diutina juncta penitus, ad guttas ij. iij. iv. ſubinde in ægrorum os, ac imprimis per infundibulum ad fauces uſque immittere, quo tum in ventriculum ac inteſtina (unde tam gravis mali cauſa utplurimum quaquaverſum propellitur) tum in aſperam pulmonum arteriam uſque ad ipſum ſanguinem in pulmonum vaſis hærentem poſſint penetrare, atque ubique noxam urgentem corrigere ac emendare. *Franc. Sylvius Pr. l.* 1. *c.* 19.

[25]. *Paroxyſmum, in quo &c.*) A quacunque fiat cauſa conveniunt *ſupinus decubitus*, injectio *aquæ frigidæ* in faciem, ſternutamenti concitatio, *vini generoſi*, *aquæ imperialis*, *vitæ*, *cœleſtis* & ſimilium in os exhibitio: Admotio prope nares *panis è furno calentis*, vociferatio & ægri agitatio, narium compreſſio, digitorum contorſio, pilorum avulſio, *frictiones*, *ligatura*. *cucurbitulæ. Riverius.* Conveniunt oris patefactio, Linguæ frictio, Excitantur quoque citius clamore & ſtrepitu: Si capite declivi, corpore altius collocentur, citius ad ſe redeunt, Quieti extra paroxyſmum maneant, nam qui debiles ſunt ex levi commotione animo deficiunt. *Platerus.*

[26]. *Paroxyſmum, in quo ſpiritus*) In ſyncope præſtantiora paulo quam *in Languore & Imbecillitate virium* requiruntur remedia; habita ſemper ratione cauſarum antecedentium: In genere tamen conveniunt, ratione *ſpirituum* quidem *deficientium*, volatilia ac penetrantia, & quæ ſpirituoſitate ſua ſpiritibus deficientibus facile applicabilia ſunt.

Ratione vero *ſpirituum animalium in motu deficientium*, ea quæ partes ſenſiles, tum internas quam externas, fortius vellicare, & ita ſpiritus animales in motum debitum revocare valent. Ratione vero eorundem ſpirituum, aut facilius diſſipabilium, aut in motus convulſivos, adeoque contintuandam cordis ſyſtolen pronos, ea quæ eos quodammodo figunt, ac convulſivum eorum impetum iſtere valent.

Remedia igitur ad tres claſſes revocari poſſunt.

I. *Spirituoſa, ſulphurea, ac oleoſa*, Quo pertinent quilibet *ſpiritus inflammabiles* per fermentationem parati, *Spiritus*, & *oleoſa deſtillata aromatica*, tam ſimplices quam compoſiti, plus minus ſuaviter olentes.

II. *Spiritus ſalini, volatiles, acres, urinoſi*, quo omnia ſalia volatilia pertinent, eo præſtantiora quo magis oleoſa prius reddita fuerint.

III. *Acida volatilia*, acria, *vinum*, *acetum deſtill.* quæ partim ſenſuum organa potenter afficiunt, partim ſpiritus diſſipabiles, ne nimis exolvantur prohibent.

IV. His addantur *Opiata* mediocri dozi, in ſcopo nempe ultimo ſupra memorato, ſpirituum nempe aut diſſipabilium, aut in impetus convulſivos proniorum impetum ſiſtentia.

In *ſpecie*, in *prima claſſe* ſunt *aqua ſpirituoſa*, *cinnamomi*, *eſſentia croci*, dicta *Paracelſo* ſumma cordis lætitia; Quo ad *ſalia volatilia*, inprimis *ſpir. ſalis armoniaci oleoſus* factus quicunque, item *ſpir. c. c. ſal. volat. viper.* Sic *Sachſius* in *Ampelogr.* Novi Medicum, inquit, qui frigidos, & calore nativo deſtitutos, hauſtulo *Elix. vitæ Matthioli*, in quo grana aliquot *ſalis viperarum volat. diſſoluta* ſe recreaturum confidit. Quoad *Acida*, *vinum ſpirituoſum ac generoſum*, *ſuccus citri*, *ſuccus aut ſyr. rubi idæi*. *aceta varia* &c. uſurpari poſſunt.

Quoad *Opiata*, præter *laudanum* in parva dozi, *Theriaca*. *Mithridatium*, *Extr. theriacale* ac his compoſitiones cognatæ adminiſtrari poſſunt. *Etmuller.*

In omni ſyncope nihil præſtantius *cucurbitula magna*, cum multa flamma, ſiniſtro admota humero. *Claudinus Emp. rat.*

[26]. *In quo ſpiritus*) *Auro potabili*, aliorumque efficiis ſpiritibus, ut vocant *Elixirque* appellatis, Chymiſtæ ſe non ſolum vires, ſed & vitam conſervare, ſeniumque impedire poſſe pollicentur; Multum & tribuunt *Oleo ſuo ſancto*, ex ſanguine humano diſtillato.

℞. *Sanguin. hom. ſani* 25. *aut* 30. *annor.* ℔iij. *ſperm. ceti, medull. oſſ. bubul.* āā. ℔j. *deſtillentur in alembico bene lutato: Oleum rubicundum ultimo prodiens* (quod ad Lunæ phaſes mutari aiunt) *ſervetur ad uſum, gutt.* iij. *in vino aut aqua cordiali* exhibitæ, vires reficere prædicantur. *Platerus.*

℞ *Aquæ meliſſæ cum vino* ℥iij. *ſyr. flor. tunic.* ʒvj. *conf. alkerm* ʒj. *Q. E. Matthioli* ʒij. Miſce

℞ *Aq. cord. Saxoniæ, cinam. borrag. meliſſæ cum vino* āā. ℥j. *ſpir. theriacal. ſimpl.* ℥ß. *elixir. citri* ʒvj. *eſſent. ambræ* dr. j. *ſyr. cortic. citri* ℥ß. m.

℞ *Ambra gr.* gr. vij. *ſolve in oleo cinnam. & cardam.* āā. gr. viij. *adde extr. ligni aloes* ℈ß. *margar. præp.* dr. j. *ſacchar. candi* ℥j. Miſce. *Etmuller.*

Flores Autumon. diaphor. valde proſunt, *Agricola in Poppium.* Purgato corpore, *ſpir. vini rectificatus* cum *ambra* & *moſcho* aromatiſatus, & *ſaccharo* dulcoratus, ſummum lipothymiæ eſt remedium.

Id facit *eſſentia citri*, *corall. margar. meliſſa* & *olei ſuccini albi rectific.*

Item ſummopere valet *eſſentia ambræ & zibethi*. diſſolvatur gtt. j. in *aqua cinnam.* & potetur P. Joh. Faber *univ. ſap. l.* 3. *c.* 7. *Myroth. l.* 1. *c.* 36.

Tinctura ſmaragdi cum *ſpiritu vini* parata inſigne cordiale eſt: doſis ad 6. vel 8. guttas. *Vinckrus in Ench.* Experientia conſtat quod exhibitio *pulv. lapid. bezoar* in ſyncope pulſus mox ſe explicuerit. *Grembs Arb. cum.* Succus ex vervecis corde extractus remedium eximium, *Zacutus Pr. Adm. obſ.* 144. 145.

Succus qui ex *capone aſſo* exprimitur ſublata pinguedine, ovi vitello permiſtus, addita *nuce moſchata* &

ſale, coquatur, efficax eſt reſtauramentum. *Platerus obſ. l. 1. p. 218.*

25. *In quo ſpiritus*) Nunquam ſpiritus nimis intendendi; arcus nimis tenſus rumpitur, ſpiritus nimis intenſi eccentricitatem patiuntur, freno egent & ſtimulo; Ita ergo ſemper ſtimulandi, ut refrænari queant & contra; laxari & intendi volunt: Inde vero quies ipſis interdicitur quatenus in perpetuum motum citantur: Valet id quoque de lucubrationibus, de bezoarticis aliisque. *Wedelius Am. m. m. p. 153.*

26. *In quo ſpiritus*) *Aqua lilii convall.* capiti inprimis utilis, *ſi quidem flores lilii convall.* vino generoſo & forti macerati, ac aliquoties diſtillati, loquelam amiſſam reſtituunt, Syncope correptis auxilio ſunt &c. menſura cochlearis poti. *Hier. Tragus.*

27. *Spiritus aceto*) Acetum & Acida ſumme proſunt, 1. quia propter ſal volatile ſubito penetrant ad cor. 2. una ſtimulant naturam, quæ inde ad ſe redit. 3. quia reſolvunt ſanguinem *ad grumeſcentiam tendentem.* 4. quia abeuntes ſpiritus quaſi figunt. *Wedelius.*

28. *Naribus admotis*) Odore ſuavi prædita admodum refocillant, & ſyncope prehenſos ut & ad ſe citius redeant efficiunt, qualia permulta ſunt *Odoramenta, Suffitus*, & quæ per cubiculum lectumque ſparguntur, Subito ſequ. parari poſſunt, *Acetum roſac. ſpongia* vel *panno* exceptum naribus adhibetur: Efficacius erit ſi *pulegium contuſum* cum aceto admoveas, vel *ocymum, vinum* excalfactum. *Caryophyllos* mandere ſolent, & halitum poſtea in nares vel os animo delinquentium inſufflare, Vel ſic

℞. *Caryoph. ſantal. citr.* (quod valde commendant) *roſar. ãã.* ʒj. *camph.* ℈j. *contund. cum aceto, admove naribus.*

℞. *Aqu. roſ.* ℥j. *aceti roſac. ſucci pomor. ãã.* ℥ß. *caryoph.* ʒß. *ol. ſpic. gtt.* j *admove.*

Zibetto illinantur nares, vel *oleis chymicis* odoratis, *caryophyll. cinnam. cera alba ſubactis.* Platerus,

Naribus temporibus & labiis affricanda ſunt cardiaca, ſpirituoſa, *Aqua carbunculi, libor. convall. balſamus* &c. Item admoventur naribus *ſpir. ſalis armon.* aut ſimilis acrior, *acetum vini, acetum flor. tunicar.* & ſimilia. *Etmuller.*

Sal commune expertiſſimum eſt remedium, ſi eo labia fricentur, millies expertus ſum. *Gr. Horſtius obſ. 20. lib. 3.* Præſtantiſſimum eſt remedium ſi labia eo fricentur, vel æger illud maſticaverit, Vel volæ manuum & pedum eo fricentur. *Fred. Hofmannus l. 1. c. 19.*

Experimento longo comperi ſyncope affectos ſubito recreari ſuffitu ex accenſa *carabe* alb. Vel *oleo carabino* naribus illito. *Marc. Rulandus Theſ. l. 2. p. 78.*

29. *Aqua roſarum*) Stillatitia florentis jam herbæ, *Verbaſcum* dictæ, Aqua datur utiliter potanda in animi deliquiis, & ubi corpus imbecillitate virium affectum ſit, nam, ut inquiunt experimentatores, mirifice cor roborat. *Matthiolus.*

30. *Fœminis odoramenta*) Spiritus & oleoſa deſtillata aromatica caute in his uſurpentur, cum non ſolum omnes talia commode perferre nequeant ſuaviter olentia, ſed etiam mares plures, præſertim literati, aut lucubrationibus dediti, propter rariorem ac ſubtiliorem ſpirituum texturam, fortius odorifera, & quaſi nimis fumoſa, non commode ferant; cum talia nimis ſpiritus vel ſanguinem afficiant, unde cephalalgiam vel capitis gravitatem quaſi ebrioſam inde contrahunt, Alias tam interne quam externe ſenſuum organis admodum conducunt. *Etmuller.*

31. *Odoramenta*) Cum recta cor petant utilia, præſertim hoc,

℞. *Fol. meliſſæ, ocym. rad. caryophyll. ſicca ãã.* ʒij. *rad. angel. cortic. citri ſicci, ãã.* ʒj. *croci* ℈ß. *camphora gr.* vj. *moſci, ligentur in nodulo, irrorentur aqua roſ. & meliſſa, cum vino malvatico.* Platerus.

32. *Odoramenta graveolentia*) Quo in caſu fœtida ſæpe ſunt cordialia, etiam præ ſuaveolentibus, in fœminis, quod putrilagini magis reſiſtant, quod disjiciant & diſſipent; quod nervina ſint egregia, ſale volatili fœta, humoribus acetoſis domandis apta, ut *aſa fœtida, caſtoreum, ſpiritus ſalis armoniaci*, potentiſſima rarefactoria. *Wedelius Am. m. m. p. 149.*

33. *Cordis regioni*) Quæ & efficaciter ſcrobiculo cordis admoventur, ejusque interiora pervadunt, quia os ventriculi, cor dictum, ob ſummum conſenſum cum corde, cuti vicinius eſt.

34. *Epithemata*) Cordis & pulſuum regioni Epithemata, vel alia apponuntur,

℞. *Aqu. roſar.* ℥iij. *vini* ℥ij. *aceti roſ.* ℥j. *ſucci pomor. redol. vel limon.* ℥ß. *caryoph.* ʒj. *croci* ℈j *m.* Vel

℞. *Aqu. roſar. meliſſæ ſcabioſ. ãã.* ℥ij *aceti roſ. ſucci pomor. ãã.* ℥j. *ſpec. diamarg. fr.* ʒj. *camph.* ℈j. *croci* ℈ij. *m.*

Pulveres in *ſacculo* politi, & decocti in *vino*, loco illorum pulſibus alligari poſſunt

℞. *Caryoph.* ʒij. *galliæ moſch.* ʒj. *croci* ℈ß. *ſem. ocym* ℈j. *camph.* ℈ß. *pulverentur.*

Vel inungantur Pulſus.

℞. *Olei caryophyll. ol. cinnam. diſt. ãã. gtt.* iij. *ceræ parum, m.* Illinatur quoque Cordis regio *ungu. in cordis Palp.* dictis, vel *oleo jaſmini*, vel *ungu. nenuph. citrino*, his uſibus dicato.

℞. *Ol. nenuph.* ℥ij. *ſucci citr. aceti roſ. ãã.* ℥ß. *coq. ad conſiſtentiam, adde ſantal. omn. roſar. ſem. acetoſæ ãã.* ℈j. *corall.* ʒj. *margar.* ʒß. *camph.* ℈ß. *cera q. ſ. f. Linim.*

℞. *Theriac.* ℥iß. *cerati ſantal.* ʒß. *ſpec. diamoſch. diambræ, ãã.* ℈ß. *m. f. Empl.*

Sacculus Cordialis.

℞. *Santal. omn. ãã.* ʒj. *ligni aloës* ℈j. *cort. citr. ſicci, 4. flor. cordial. ſcab. fol. meliſſæ ãã.* ʒß. *raſ. ebor.* ℈ij. *ſpec. diamoſch.* ʒj *f. Sacculus irrorandus vino & aqua roſ. vel illorum vapore imbuatur,*

Facies ſi irroretur vel aſpergatur *aqua frigida*, cui *roſac.* vel *acetum*, aut *vinum* permiſceri poſſunt, citius liberantur. *Platerus.*

℞. *Mica panis tritici* ʒj. *cinnam.* ʒij. *caryoph. macis ãã.* ʒj. *conf. alkermes* ℈iv. *cum aqu. roſ. parumque* aceti fiat paſta, linteo excipienda. *Fabritius Hild. cent. 6. obſ. 33.* Summitates tenellæ frondium *mali citrii concisa* ſupra laminam ferream lento igne infocantur, donec excalefactæ fuerint, mox *aqua roſac. opt.* imbutæ cordi imponuntur, & hoc ſæpe repetatur: *Panarolus Pent. 3.* Horum penuria *cortices mali citrii, ſcil. cuticula*, aceto roſac. vel aqua cinnam. teratur, *meliſſa* item.

35. *Eſt Efficaciſſimum*) Cordialia commendat, vel juvat ſaltim, ſubtilitas & penetrantia, debent enim citam opem ferre, debent partes ſpirituoſas corporis afficere atque roborare, Ergo omnino debent quoque eſſe penetrantia, quæ interius cito evolvantur, & ad cor eant, & exterius in poros admittantur promptius. *Wedelius Am. m. m. p. 153.*

36. *Intermiſſionem*) Indicationi *Præſervatoriæ* ſatisfacient materiæ præſidiorum deſumptorum ex triplici fonte *Chirurgico, Pharmaceutico* & *Diætetico*: Ex *Chirurgico* ſe offert *venæ ſectio, Cucurbitula, Frictiones*; Ex *Pharmaceutico* primo intuitu ſe ſiſtunt Lenientia, flatus & ejus matrem diſcutientia, acidum corrigentia & alvum leniter ſubducentia, Talia eſſe poſſunt ſequentia.

℞. *Elect. lenit.* ℥ß. *tinctura tartari* ℈j. *aquæ card. ben. borrag. bugloſſ. ãã.* ℥j. Mſ. f. Potio.

℞. *Maſſæ pil. tartar. Schrod.* ℈j. *extracti aloës* ℈ß. *vitrioli martis gr.* iij. *cum elix. propr. antiſc. q. ſ.* f. Pilulæ.

Lenitis primis viis opus eſt ut *præparantia* materiam peccantem, in corpore latitantem ad faciliorem exituram diſponant, cumque materia non ſolum quantitate,

tate, verum & qualitate dicta ſit peccare cenſemus præpar... an... ulum per aliquod tempus eſſe conn... ...um, Hu... in finem

℞. *Aquæ ...zon... acac..., bug... ..., ſcorb. polychr. āā. ℥... oper. Penoti, ... ʒij. ſyr. ſcelots. loci Fo... ℥ß. m. s.*

℞. *Spec. diarrh. abb. ʒj. croci martis aper. cum ſa... lib. ℥j. pulv. ſtomach. Querc. ℈j. olei cinnam. gtt. ij. m. F. Pulvis.*

℞. *Pulv. Cachect. Querc. ʒj. ſpec. triaſant ʒß. diamarg. ... ℈j. antimon diaph. ℈ß. elæoſacch. citri gr. x. m. F. Pulvis.*

℞. *Conſerv. ...blear. bugl. fumar. āā. ℥ß. ſpec. triaſant. diarrh. ...b. āā. ʒj. tinct. Corall ℈j. MS. cum ſyr. fumar. f. Elect.*

℞. *rad. ...ypod. ſcorzon. v. aper. āā. ʒj. herb. meliſſa m. j. chamædr. card. ben. veron. āā. m. ß. ſumm. fumar. centaur. min. āā. p. iij. flor. 4. cord. āā. p. j. ſem. aniſ. fœnic. āā. ...j. cortic. tamariſci ʒij. ſchoen. ℈ij. ligni aloes, ſantali flavi āā. ʒß. conciſa contuſa g. m. ... ſpecies.*

Humoribus per aliquod tempus præparatis ad *Purgantia* veniendum ut materia peccans præparata eo aptius educatur, locum autem inveniunt Purgantia, vel ἄνω vel κάτω.

Ἄνω quæ purgant, ſunt *Vomitoria*, quæ hic vel maxime videntur conv... oire ob humores pituitoſos, lentos, viſcidos, cruditatemque acidam in ventriculo contentam & reſtagnantem, quæ niſi expurgentur, ſed diutius aſſerventur, facili negotio malum fovere, augere, aliaque plura mala dare poſſunt; Proinde de illis neutiquam dubitantes commendamus exempli in vicem ſequentia.

℞. *Rad. azari, vitrioli albi āā. ℈ß. elæo-ſacch. aniſi gr.* vj. dentur,

℞. *Croci metallor. gr.* vj. *vini Rhenani ℥j. ſtent per noctem, mane detur colatura.*

℞. *Conſerv. roſ. ℈j. tartari emet. gr. ij. olei cinnam. gtt. j. ſacch. parum* m. f. Bolus.

℞. *Fol. aſari n°.* vij. *rad. raphani ℥ß. ſem. anethi ℥j. coqu. in ſ. q. aqua, colat. ℥iij. adde oxym. ſcyll. ſyr. de pomis āā. ℥iij. m. f. Potio.*

Sin Purgantia κάτω ſtimulum ſuum exerentia videantur magis ex uſu.

℞. *Pulv. laxat. veget. gr.* xxv. *cryſtalli tartari gr.* v. *olei citri gr. j.* m. f. Pulvis.

℞. *Mag. gialappæ ſcammon. āā. gr.* viij. *m. Pil. aloet. gr.* v. *olei aniſi gtt. ij. cum elix. propr. q. ſ. f. Pilula.*

℞. *Rad. v. aper. āā. ℥ß. rhabarb. el. ʒij. fol. ſennæ ſ. ſt. ℥ß. flor.* iv. *cordial. āā. p. ij ſem. aniſi ʒj. cortic. citri. cinnam. āā. ʒij. mſ. conciſa, contuſa g. m. dentur in charta.*

Diaphoretica quoque huc referenda, quæ maxime conveniunt, quatenus ea, quæ relicta vitioſa in corpore abſorbent atque educunt per poros, una vero in ordinem maxime reducunt maſſam ſanguineam peregrinis diſcuſſis hoſpitibus, ut in alveis ſuis imperturbata, provolvi, & cum omnibus æqualiter partibus communicari inoffenſo pede poſſit;

℞. *Aqua card. ben. nymph. typhorum cervi āā. ℥j. cinnam. borrag. āā. ʒß. ſpir. ſal. armon. ℈j. tartari dupl. ʒß. ſyr. citri parum m. f. Potio.*

℞ *Antimon. diaphor. c. c. Phil. āā. ℈ß. lap. bezoar. orient. gr.* iv. *m. f. Pulvis.*

Diuretica ex uſu eſſe queunt, tum aperiendi fine, quo amurca venarum ſcorbutica leniter corrigatur, tum educendi, ut una correcta per vias urinarias excludatur, Serum vero defæcatum hoc pacto quoque connubium cum ſanguine novum inibit, & minus hinc grumeſceotia, mali unica cauſa, timenda erit.

℞. *Magiſt. ocul. cg. ſuccini ppti. ſpir. ſalis āā. ℈j. m. f. Pulvis.*

Excipiunt hæc *Alterantia* ſpecifica & *Roborantia* cordialia, ſpirituoſa & abſorbentia, quæ complementum curationi addent, eaque tum *Interna*, tum *Externa* &c.

Concludimus cum fonte *Diætetico*. Aër ſit purus, ſerenus, nullis vitioſis miaſmatibus contaminatus, Calidus anxioſus eſt & ἀσινῶ facile ſyncopticam citare poteſt; Frigidus & liberior afflatu ſuo ſpiritus abituros & ſudores compeſcere ſolet. Videndum ergo quid æger ferat magis: Imminente paroxyſmo mutare eundem conſultum eſt; Cibus ſit εὔχυμος & εὔπεπτος, temperantis, boni ſucci; Condiri pro meliorum ſpirituum generatione poteſt aromatibus, Vitentur frigidi, flatulenti, craſſi, viſcidi, fructus horarii, legumina &c. Victus ſit parcus, nutriens tamen &c. *Potus* purus, vinum concedi poteſt πολύφορον, quod & nutrit & vires reſtaurat promptiſſime, *Motus* & *Quies* juſtis temperentur menſuris, *Alvus* quotidie reſpondeat, Venus devitetur, donec morbus debelletur, *Animi* pathemata rationis fræno moderetur æger &c. *Wedelius Differtat. de Syncoptico.*

Differentiæ à cauſis ſpirituum defectum inducentibus ſumuntur.

I. Aliud eſt, quod *ſpiritus non generentur*, ſeu ob defectum materiæ, ſanguinis nempe nimium evacuati, & [37] aëris corrupti, ſeu ob facultatis vitium, tam [38] propter morbos cordis inſigniores, intemperiei & inſtrumentales; quam propter cerebri & hepatis, [39] imo ventriculi & [40] uteri affectus; ubi [41] illorum omnium habenda eſt in curatione ratio.

II. Aliud à *ſpirituum genitorum diſſipatione*, quam inferunt

1. *Evacuationes inſenſiles* per habitum, ſeu ob nimiam cutis raritatem; & tum, odoramentis & [42] boni ſucci cibis agendum. Cutis *oleo myrtino*, *maſtichino* denſanda; ſeu ob contentorum tenuitatem, ubi cibi non facilè diſſlabiles locum habent.

2. [43] *Evacuationes ſenſiles*, [44] tam ſanguinis quàm [45] aliorum humorum, ubi *nota*, [46] ſiſtendas illas eſſe. Corpus frigidis conſpergi non debere. In [47] ſudore largo, illa ſolum quæ [48] cutim conſtringunt, locum habere.

3. *Morbi*, ut vigiliæ, de quibus ſuperius. [49] Dolor vehemens, cardiacus, colicus, nephriticus, dentium. Vermes, ſanguinis menſtrui ſuppreſſio, [50] antipathiæ ſingulares. Ruptio apoſtematis ſubita, in qua inſtauratio cibis, odoribus, & quiete fiat. [51] Ulcera auriculam cordis exedentia, de quibus *Tulpius*.

4. [52] *Evidentia*, [53] fames, venus, exercitatio nimia, [54] gaudium effuſum, balnea.

III. Aliud à [55] *Spirituum alteratione & corruptione*, quam maligna materia, ſeu externa ſeu interna adfert, [56] ut humorum putredo, [57] venenum aſſumtum, morſus animalium; & tum Curatio ex ſuis locis petenda eſt.

IV. Aliud à [58.] *Spirituum ſuffocatione*, quam infert

1. *Sanguis nimius*; & tum plethoræ ſigna adſunt. [59.] Venæ baſilicæ ſectio juvat.

2. [60.] *Humor crudus & craſſus*, circa cor ejuſque venas & arterias, capſulam & membr cina redundans, vel ibidem collectus, [61.] vel à capite aliiſque partibus tranſmiſſus, & bitus eſt hydropicus, [62.] nec venæ ſectio, nec purgatio ſuſtineri poteſt, [63.] frictiones deo factæ, inunctiones per olea laxantia, [64.] *Oxymelitis* cum decocto alior. incidentium uſus, dia, niſi pulſus ſubitò ad imbecillitatem mutetur, juvant.

3. *Fuligines pravæ* copioſe circa cor & membra vicina congregatæ, quibus reſpiratio tur. Diſcutientibus maximè tolluntur.

4. *Repentinus* [65.] *terror & metus*, cui Evacuatio, ne ex affluxu ſanguinis obſtructio aliq vaſis aut inflammatio excitetur, convenit. De reliquis conſule Practicos.

Sequuntur affectus Mammarum, quos uſitata methodo inſiſtentes, ad muliebres retulimus.

57. *Et aeris corrupti*) Vitium materiæ eſt defectus, vel corruptio aëris & ſanguinis, ex quibus ſpiritus vitales generantur, Aëris defectus contingit ex reſpiratione vel tranſpiratione læſa: corruptio accidit cum alienam qualitatem induunt, ſic aër inquinatus in conſtitutione peſtilenti lipothymiam & ſyncopen non raro inferre ſolet: Sic tetri odores nonnullis eundem effectum præſtant, imo vero ſuaves mulieribus quibuſdam. *Reverius*.

58. *Propter morbos cordis*) Morbi proprii cordis inſigniores ſunt Intemperies magnæ nativam temperiem evertentes, aut ſubſtantiam partium & caloris nativi depaſcentes: quales ſunt febres ſyncopales, acutæ, & malignæ, colliquantes, peſtilentes, hecticæ, maraſmodes; his accedunt morbi organici, ut conſtrictio & dilatatio nimia & continui ſolutiones, quæ ad ventriculos cordis penetrantes citiſſime interficiunt. *Reverius*.

58. *Tam propter morbos cordis quam cerebri*) Soluto paroxyſmo recreandæ vires tum animales, tum vitales, ut plurimum proſtrati tam ſpirituoſis quam aromaticis: non parum enim inde ſolent languere Animales; an quia non producti ſunt paroxyſmo durante ſpiritus in cerebro? Reſtituuntur autem illi confeſtim *vino generoſo*, ejuſdemve ſpiritu parce uſurpato: *Aromatica* vero reparare ſolent vitales dictas vires: an quia cum bile magis conveniunt, quæ non parum ab acidis halitibus fracta eſt ac debilitata, tum in tenui inteſtino, tum in corde? Si proinde vino jungantur quædam aromatica, vel uſurpetur ſpiritus vini aromaticus, una eademque opera debilitati utrique ſuccurretur: E. g.

℞. *Aqu. beton.* ℥ij. *vitæ Matth.* ℥j. *conf. Alkerm.* ʒj. *ſyr. borrag.* ℥j. *F. mixtura* ſæpius cochlearim exhibenda. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 34.*

Syncope Stomachica.

59. *Imo Ventriculi*) Hic ſui conſiderationem meretur *Syncope Stomachica* dicta, ſeu ex orificio ventriculi ſiniſtro affecto ſuperveniens, de qua videatur *Gorræus* in *Definit.* & quidem præ cæteris ex cauſis internis natis leipothymiis, frequentior hæc eſt *ſtomachica*, Ex *lacte coagulato* lipothymiam obſervavit *Heer obſ. 15.* Ex eſu fungorum *Zacutus* lib. v. M. P. hiſt. 23. *Amatus cent. 1. cur. 39.* *Acres ſucci* præſertim *æruginoſi*, dictum orificium infeſtantes, præter anxietates, crebras leipothymias, præſertim in ſubjectis tenerioribus & rarioris texturæ inferunt. Tales ſyncoptici, præter ſymptomata, quæ circa ſtomachi regionem percipiunt, item præter inexplicabiles iſtius loci mutationes, ſeu moleſtias, ſub imminente ſyncope ſentiunt vertiginem & caliginem oculorum unde ſic animo delinquunt; Ut frequens eſt hæc ſyncope ſtomachica, ita etiam nunc per ſe, ex contentis ſtomachi; nunc per conſenſum affectis partibus. aut nerveis abdominis, ſtoma ſimul plus minus afficientibus accidere ſolet. In leipothymia quempiam corripit, quin ſub eadem minente alterationem quandam notabilem, vix explicabilem, circa ſtomachi regionem percipiat *muller*.

59. *Imo Ventriculi*) Quando humor bilioſus a tuitoſus hæret in ore ventriculi, *Syncope inducitur.* debet eſſe quædam partium communio, communi tem eſt, vel quia materia transfertur in cor, vel qu partium communionem fit quædam immutatio: pter materiæ tranſlationem non videtur eſſe, ut i bribus apparet, in quibus ſæpe pituita aut bilis in de hæret, nec tamen illud producit vinum, quare cauſa ſubeſſe debet, quam puto eſſe hanc, nimi cum bilis vel pituita ibi compacta hæret, nervum tæ conjugationis comprimi, qui etiam in cordis va las tendit (ita videtur quoſdam ab aſſumpto viſcid lento in ſyncopen incurrere) compreſſo ergo n Valvula cordis non poteſt bene moveri, unde nec poteſt ſanguinem expellere, quia ſanguinis non re tur, ſed regurgitat, ac inde materiæ defectus & ſy pe. *Walæus Med. Pract. c. 14.*

Per conſenſum facultas cordis læditur à reli principiis, Cerebro & Hepate, quæ maximam cum de ſympathiam habent, ſæpiſſime etiam ab *ore ven culi*, ob viciniam ſenſumque exquiſitum, unde ort diviſio ſyncopes in *Cardiacam* & *Stomachicam*: *diaca* eſt illa quæ fit corde primario affecto, Sto chica vero quæ per conſenſum ſtomachi produc *Reverius*.

40. *Uteri affectus*) Si in *hyſtericis paſhematis*, *biſve convulſivis* &c. ſyncope gravior adfuerit, *volatilia. liquor c. c. ſuccin. ſpir. carminat. de tri* præſertim cum *caſtorinis*, ſi ferre queat æger, pr nentur, aut *opiatis* etiam additis malum præcavea *Etmuller*.

41. *Ubi illorum omnium habenda*) Sic v. g. in *cope Stomachica* interdum *vomitus* provocari po ubi nempe adſunt indicationes excrementorum cuandorum: Sic *Foreſtus l. 17. obſ.* refert *Syncope utero*, ex defectu menſium, afflicto ſimul ſtoma per vomitum curatam: *Faber curatione 86.* refert S copen deſperatam per vomitum cum *aqua cinn* copioſa curatam: Confert ergo vomitus in ſync ſtomachica, ac ubi fomes mali circa primas vias h præſertim ubi nauſea & ſymptomata ſimilia urgen caſu quo non tam reſoluti quam oppreſſi, aut ino nate agitati ſpiritus videntur, excitat quoque ægros *Vomendi conatus*, ac quaſi in vitam revocat. ipſo vomitionis actu, ne animo delinquant, od penetrantes, inprimis vini generoſi, naribus ad vent.

42. *Boni ſucci cibus*) Et roborantibus.

43. *Evacuati*

41. *Evacuationes ſenſiles*) De evacuantibus quibuſ[illegible] notaeſt quod v.g. *ſanguinis*, aut *ſemi*[illegible] nem equatur lipothymia & ſyncope, [illegible] *aquarum hydropicorum* evacuatio, *puris* [illegible] ſertim facta ex thorace [illegible], nimius *ſudor* &c. ſyncopen inducunt. *Etmuller*.

42. *Evacuationes ſenſiles*) Æger odoribus, cibo, po[illegible], ſomno & quiete reficiendus. *Riverius*.

43. *Sanguinis*) Imponatur æger lecto, capite decli[illegible], qua frigida facies irroretur, detur parum vini albi aqua frigida dilut. *Riverius*.

44. [illegible] *ſanguinis*) Si à *venæ ſectione* immineat Syncope, imponatur æger ſupinus pavimento, ac *ſal commune* ori indatur, vel labra ejus hoc ipſo fricentur; defectu ſalis communis *urina* utiliter uſurpatur, vel *acetum* applicetur naribus, & affricetur linguæ: Ubi metus eſt *lipothymiæ* à v. ſ. optimum eſt præmittere Juſculum ante adminiſtrationem v. s. & hinc in dorſo cubanti is venã apetiatur: Quod ſi ex nimia ſanguinis excretione, v. g. *nimio menſium* fluxu ſyncope immineat, *Opiata* v. g. *acidis* ſociata ſunt optima, addito *pulvere corallorum*. *Etmuller*.

45. *Aliorum humorum*) Si ab hypercatharſi, detur *theriaca recens*, vel in ejus defectu *antiqua*, cum *opii* gr. iij. in vino diſſoluta, vel, quod melius eſt, *laudani* gr. iij. Totus venter oleis ſequentibus inungatur,

℞. *Ol. myrth. & cydonior.* ãã. ℥ß. *olei abſinth.* ℥j. *aceti roſac. parum*. Miſce, inunge frequenter.

Injiciatur clyſter ex *lacte chalybeato*, addendo *vitellos ovor.* n°. iij. *Philon. Rom.* ℨij. Fiant *frictiones* brachiorum & partium ſuperiorum: Mica panis vino madefacta, aut etiam vinum ipſum exhibeatur; Evacuatio quævis aliorum humorum, per vomitum aut alvi fluxum remediis, propriis capitibus deſcribendis, cohibeatur. *Riverius*.

45. *Quam aliorum humorum*) Hi licet excrementitii ſint, majori tamen copia excreti maximam ſpirituum diſſipationem faciunt & ſyncopeu inferunt; Tales humores excerni ſolent per vomitum, alvum, urinas &c.

41. *Tam ſanguinis quam aliorum humorum*) Si ex evacuationibus quibuſvis, ſpeciatim *purgatione* nimia immineat ſyncope *theriaca*, item *extractum theriacale* in *aqua cinnam.* & miſtura ex *aqua menthæ*, *ſpir theriacalis*, & *conf. alkermes* conveniunt. *Etmuller*.

a. *Inſtauratio, cibis, odoribus, quiete*) Vitium debilitas nec ſolis medicamentis, nec ſolis cordialibus corrigitur; Indicatio hæc, Vires ſunt debiles, eſt generica & univerſalis; aliis ſpecificis ſubſtans: Cum enim in omni tali ſtatu ſpiritus ſint vel gravati, nimis agitati & rarefacti, vel exhauſti & deficientes, merito ad hanc cauſam unice reſpiciendum, Imo ſæpe *diæta*, *liberior aer*, aliaque ſuccendicula, reficiendis ijs ſufficiunt: Indicatio vitalis ſi urgeat, omnibus quidem eſt præferenda, ſin minus nonniſi ſecundario reſpicienda, & indicano præſervatoria, quæ cauſis debetur, cordi habenda: Valet id tum de aliis in genere, tum de dulcibus quoque, quæ dum propinantur largiter, cauſam morbificam & fermentationem ſæpe magis adaugent. *Wedelius Am. m. m. p.152*.

b. *Ulcera auriculæ cordis*) Faciunt huc *cordis vitia*, præſertim *abſceſſus ejus & partium vicinarum*, qui rupti ſubito dant periculoſas ſyncopes: Ulceris in auricula cordis ſiniſtra, & inde ortam lipothymiam, narrat *Tulpius l. 2. c. 16*. Notabilu eſt obſervatio quam haber *Sanches* in *Obſ. Operum* p.372. de Bibliopola, qui longo tempore leipothymia ſæpe deprehendebatur, quo mortuo magnum in corde apoſtema inventum, mediam ejus partem occupans. Alius Venetus in corde apoſtema habebat dimidii ovi [illegible]udine. *Etmuller*.

44. *Siſtendas illas eſſe*) *Theriaca*, aliaque antidota opiata, ſi à carthartico violento animo deficiant, conveniunt. *Platerus*.

47. *In ſudore largo*) Quæ à ſudore nimio excitatur ſyncope, curatur, remediis ſudorem coercentibus, ut aqua frigida vel roſacea, ſola, aut cum modico aceto, in faciem & manus afflatim conjecta: *Aer* etiam prædictis aquis & flagellatione refrigeretur: Epithemata frigida cordi adhibeantur, ex aqua *roſar. acetoſa*, *borrag. & pulv. diamarg. frig.* cum tantillo *vini* penetrationis gratia. Julepi etiam refrigerantes ex *ſyrupo acetoſo*, *violac. de pomis*, *aut de limon.* cum *aquis refriger.* & *ſale prunella* frequenter exhibendi. Obſtruantur pori Inunctionibus cutis ex *ol. roſaceo* &c. A vino æger abſtineat, a *frictionibus* cavendum, ſæpe locum mutando & leviter operiendo, Lectus ſequenti pulvere ſinapiſcetur

℞. *Flor. nymph. & roſ.* ãã. ℥iij. *ladani puri* ℥ß. *ſtyrac.* ℨij. *myrtillor. & gran. ſumach.* ãã. ℥ij. *f. Pulvis*. Riverius.

48. *Cutim conſtringunt*) Ideo æger exponendus aeri frigidiori.

49. *Dolor vehemens*) In iis præſertim qui ſunt rarioris texturæ adeoque ſpiritus rariores & facilius diſſipabiles habent.

50. *Antipathia ſingularis*) Sic quidam ignorantes præſentiam felis, tamen cum ſudore frigido & anxietatibus animo deficere incipiunt.

51. *Evidentia, fames &c. gaudium &c.*) Ex *non naturalium* numero confert *Aer* autumnalis, frigidior, aſperior, denſiorque, quippe qui poris claudendis, concentrando ſanguini, & coagulando ſero aptior eſt, tum ambitu ſuo, quo glandulis ſubcutaneis ſe ingerens characterem ſui humoribus vitalibus fœnerari potuit, Tum inſpiratione, fracidas, nebuloſas atomos cum pulmone communicando, & mediante hoc ad ipſos cordis thalamos aditum affectans.

Cibus peccans qualitate, pravi ſucci, & difficilis coctionis, hic etiam [illegible], [illegible] non poteſt non huic affectui anſam præbere; Confert *Motus*, præſertim poſt ingeſtum cibum ſtatim inſtitutus, præcipitatus namque chylus crudus ex ventriculo, diſtributuſque per omne corpus (quod vitium primæ coctionis vix poteſt corrigi 2. & 3.) humores flatuſque acidos procreando, facile huic affectui pondus addere poteſt.

Inter *Animi pathemata* præcipue hic accuſari meretur *Terror*, & conſequens metus & mœſtitia &c. cum autem notum ſit omnes animi perturbationes vim ſuam exferere in ſanguinem cor ipſum, nullum dubium eſt maximam inde in maſſam ſanguineam & totum corpus redundare mutationem: Terrore enim ſubito concentratus ſanguis ad cor, ibique accedente metu & mœſtitia ſtagnat, turbatur in circulo, & præſertim in cacochymico & diſpoſito facile coagulatur, grumeſcit & figitur. *Wedelius Diſſert. pro viro ſyncoptico*.

51. *Evidentia*) Ad *cauſas remotas* refer *Odores*, Quod ab ingratis ægri concidant in Syncopen, non ſecus ac præſentia rei quam ex idioſyncraſia quidam horrent, eadem ſupervenit, Sic *Amatus cent. 2. cur. 36*. ab aſpectu vel odore roſæ graves lipothymias in Monocho obſervavit; Hinc eſt quod fœminæ hyſtericæ ſubinde ex odore zibethi vel moſchi, cum paſſione hyſterica incidant in Syncopen. 2. *Subitas mutationes* ex calido in frigidum, ut etiam *Ingurgitationem potus intenſe frigidi poſt inſignem corporis incaleſcentiam*, lypothymias ſecum ducunt. *Etmuller*.

52. *Fames*) Si ex defectu alimenti ducit originem, vino generoſo aſſumpto reparetur, & cruſta panis in eodem madefacta ſumpta; tum etiam alimentis ſorbilibus & valde nutrientibus, ut juſculis, deſtillatis, reſtaurantibus. Inter alia plurimum valet ferculum ex

ovis, ſaccharo, vino & cinnamomo. *Vide Cap. de Palp. cordis.* Riverius.

54. *Gaudium effuſum*) Animi affectus ſubitanei & magni, quia in illis ſpiritus extrorſum introrſumve cum impetu feruntur, debilitatem cauſant, quandoque lipothymiam, ſæpe mortem accerſunt: Sic *gaudio nimio*, profuſis ſpiritus ad exteriora, aliquos syncope corripi vidimus, mortuos alios legimus: In *Ira* quoque, etſi ſpiritus admodum efferuntur, adeo ut rubore irati ſuffundantur, cum tamen mox iterum remeent, ut pallor mox ſubſequens oſtendit, & laſſitudo, licet ira jam deferbuerit, remanet; Neque autem quod ob *iram*, uti ex *gaudio*, non moriantur cauſa hæc quod robuſti tantum irati fiant, uti putarunt, exſtit, cum & ſenes & ægri ſimul ad iram proni, facile commoveantur; *Terrore* vero magno ſpiritibus vehementer commotis aliquos extingui, frequentius verò admodum debilitari contingit, Quod *pudor* & *verecundia* eandem ob cauſam facere poſſunt, quibus & *Homerum* è medio ſublatum ſcribunt, ſed & perſeverantes diuturnique, ſi validi ſint affectus, triſtitia aut metus, aliive cogitatione indeſinenti, ſpiritus exagitantes, tandem eoſdem abſumunt, &, ut inquiunt, oſſa exſiccant, ſic hanc ſpirituum conſumptionem appellantes. *Platerus.* Immoderato Gaudio ad cœleſtia abiit Avus conjugis noſtræ, quod & evenit matri cuidam filios ex pugna (in qua eos obiiſſe putabat) reducentes videnti, quæ præ nimio gaudio syncoptica moriebatur, teſte *Livio* l. 22. c. 7. *Joh. Dolaus.*

A *Gaudio nimio ſyncope* curatur per acida, *vinum, ſuccum vegetabilium* aut *ſyrupos acidulos. Etmuller.*

55. *Spirituum alteratione & corruptione*) Quam infert prava viſcerum diſpoſitio, & quæcunque malignam & cordi inimicam qualitatem obtinent, ut aër & halitus fœtidus, venenoſus & peſtilens, reſpiratione vel tranſpiratione attractus. *Riverius.*

β. *Quam infert ſanguis nimius*) C. *Hofmannus* cauſam proximam syncopes cardiacæ Sanguinem ſtatuit, cor occupantem, prohibentemque diſtributionem ſanguinis & ſpirituum: In reliquis omnibus Vaporem eſſe ait, tota ſubſtantia Naturæ contrarium, in corde quidem, per conſenſum, ſtringentem illud, veluti in syncope uterina, In cerebro autem ruinam facientem ſpirituum. *Inſtit. l. 3. c. 81.*

β. *Quam infert ſanguis nimius*) Syncopes graviſſimæ, mortiſque repentinæ à ſubito ſanguinis & ſpirituum refluxu ad cor habet *Riverius* in *Praxi*. de virgine huic affectui ab ineunte ætate obnoxia, quæ cum matrimonio jungeretur, & penna à tabellione tradita eſſet ut nuptialem contractum ſubſcriberet, inter ſcribendum ſubito in terram exanimis concidit: Unde facile fuit conjicere ex vehementi animi pathemate, maximam & ſubitaneam ſanguinis & ſpirituum retractionem ad cor factam fuiſſe, quæ calorem nativum & ſpiritum inſitum ſuffocaverit, onde mors repentina.

γ. *Sanguis nimius*) Sanguinis habenda ratio, quia aut nimis *parcus*, poſt copioſas excretiones; aut pure viciatus, aut ſubito coagulatus, & ob id fermentationi & ſpiritualeſcentiæ debitæ ineptus; aut in debito circulo impeditus v. g. in syncope cardiaca lipothymias comites ducit; Hinc ſanguine in corde ſtagnante, adeoque deficiente plus minus ejus motu, tam locali quam inteſtino intercipitur neceſſarium ſpirituum animalium & vitalium commercium, hinc ægri mortuorum inſtar corruunt. *Etmuller.*

56. *Maligna materia*) Cardiaca & alexipharmaca uſurpentur, ex febrium malignarum curatione repetenda.

57. *Venenum aſſumptum*) De venenis res nota eſt, quod eadem ſive extrinſecus applicata, per morſum aut puncturam animalium venenatorum, Vel intrinſecus ſumpta, graves excitent lipothymias. *Etmuller.*

57. *Venenum aſſumptum*) Si ex *veneno ſit ſyncope*, præter alexipharmaca, aut remedia appropriata venit *Vomitus*, ubi venenum in primis viis adhuc fuerit. *Etmuller.*

57. *Venenum aſſumptum*) Tunc illud vacuanti conveniunt, & tum manifeſtis qualitatibus, tum peculiari proprietate illud oppugnantia: Ideoque vomitus ſtatim provocetur, poſtmodum theriaca ex... Deinde ſi ſentiatur ardor vel eroſio ventriculi, ... botyrum accipiat, vel juſcula pinguia, aut potiones cardiacas refrigerantes. *Riverius.*

57. *Venenum aſſumptum*) Nobiliſſ. virgini cum poculo venenum propinatur, illaque partim naturæ robore, per ſpontaneas eaſque plurimas dejectiones ſurſum deque factas, partim etiam ope alexipharmacorum, ab ejus nociva vi liberatur. Sed quovis ibi intoxicati aſſumpti die, nempe ſexta Maii, per plures annos, uſque ad ultimum vitæ terminum memorabile ſymptoma ſemper recurrebat, ſcil. anxietas cordis cum leipothymia graviſſima; quæ tamen accepto aliquo cordi pharmaco largiſſimo ſudore ſolvebatur. *Simon Schultzius.*

58. *A ſpirituum ſuffocatione*) Ob ſanguinis coagulationem ac concretionem, quamvis ſummam vix poſſim comminiſci ſubitaneam, niſi forte in graviſſima ſyncope, ab acido acri abundantius in cor delato, ſicut id non ſemel obſervavimus factum à ſpiritibus acidis per ſyringam in cavam venam notabilem infuſis. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 20.*

58. *Spirituum ſuffocatione*) Ad ambitum corporis illi revocandi ſunt, frictionibus, ligaturis, cucurbitulis & ſimilibus. *Riverius.*

59. *Vena baſilica ſectio*) An inſtitui debeat non immerito dubitari poſſet, cum vires proſtratæ & exhauſtæ fere videantur, & abſtinere magis quam progredi nos jubeant: Verum quia hic virium proſtratio iſta & debilitas non à reſolutione, ſed magis oppreſſione orta, & ſanguis ad grumeſcentiam inclinans, & motum vitioſum, evacuatione quoque provida vigoretur ventileturque, non videtur contemnenda, ideoque & eam admittimus, modo hæc cautela obſervetur ne majori pondere effundatur ſanguis, & poſtmodum depreſſio magis quam refocillatio ſubſequatur, idque 10 progreſſu magis roborata prius natura.

Tundi itaque poteſt mediana vel baſilica dextri brachii, vel ſalvatella ſaltim, & ſanguis ad ℥ij. vel iij. emittitur, Sin id reformidet æger, in pedibus cephalica vel pollicaris ſecari poteſt.

Cucurbitulæ etiam loco V. S. ſcapulis adhibitis, ſeu cum ſcarificatione, quippe quæ ſanguinis motum promovent, revellunt & humores vitioſos evacuant, ſeu ſine illa.

Alii quoque dominante cauſa frigida eaſdem cum ſcarificatione regione cordis applicatas magnifaciunt; uti de ea præprimis mentionem fecit *Zacutus* in *Obſ.* id quod potiori jure mittendum ducimus. *Wedelius.*

α. *Humor crudus & craſſus circa cor*) A ſanguine frigido & craſſo, copioſe circa cor & in majoribus vaſis congregato *Syncopen* oriundam vidit *Pet. Salius Div. l. de aff. part. c. 4.* in puella xiv. annum agente, quæ cum per diem capitis gravitatem, vertigines & anxietatem paſſa eſſet, die ſequenti ſubito extincta eſt; Secto poſt mortem cadavere, in arteria magna, & in vena cava totus ſanguis concretus apparuit, ut apprehenſo illius altero principio ita integer ex vena & arteria educeretur ac gladius è vagina extrahi ſolet; Quare judicatum fuit ſubitam hanc mortem a ſola interceptione venarum, & occluſione ... ſanguine concreto cauſatam fuiſſe &c. *Riverius.* ... tiam require ſupra §. *Cauſa eſt &c.*) ex *Franc. Sylvio*

59. Vena

59. *Vena ſectio*) Si à plenitudine oriatur ſuffocatio, ſanguis copioſe, ſed per intervalla detrahendus. *Riverius.*

Non ſemper syncopticis nocet *Sanguinis detractio*, id quod confirmat *Zacutus Pr. adm. lib. 1. obſ. 135.* Ex *menſium* nempe *ſuppreſſione* syncope gravis *vena ſectione* curata.

60. *Humor crudus & craſſus circa cor ejuſque venas & arterias*) Quam præcipuam cauſam agnoſcit *Wedelius*, grumeſcentiam nempe ſanguinis : In Chimicis, *ait*, liquores varii ſecum confuſi non invicem ſemper ſe ſubeunt : ſed prout particulæ variis figuris, motibuſque & proportionibus inter ſe invicem præditæ, & conſequenter ſymbolicæ vel aſymbolicæ exiſtunt, ita vel ... ſtruunt mutuo, vel amicabili actu junguntur, vel in aliud ens mutantur : Hoc modo elegans experimentum fecit *Olaus Borrichius*, qui ſanguini canis arterioſo, in quinque diverſis vaſculis poſito, quinque diverſos liquores miſcuit, *Acetum diſtill. Sal tartari ſolutionem aluminis, ſpirit. vini. & ſpiritum ſalis armon.* & accurate inde productos effectus adnotavit. Certum eſt a ſubeuntibus ſanguinem humoribus varie alterari in corpore ipſius craſin, varioſque inde reſultare morbos, Et inter alia producta non leve eſt *Grumeſcentia ſanguinis*, quæ ſi contingat, accedente nimirum ſanguini concentrante fixanteque tali liquore vel vapore, certiſſimum eſt turbari ipſius œconomiam ; dari *leipothymias & syncopes*, ſi in gradu majori id fiat ; Sin minori, expultrix cordis ad motum illegitimum incitatur, Palpitationem Tremoremve inducit ; Huc ſpectat concentratus fixuſque leviter ſanguis *Harvæi Exerc. de G. An. p. 193.* Tunc talia quæ coagulationem hanc impediunt ſumme proſunt, hinc *corallia, Ocul. 69. perla, cinnabar. & lap. bezoar* ipſe proſunt, item *ſuccus citri* & commendata *Zuvelfero, mixtura ſimplex* aliaque ; Illud enim mirum eſt quod acida ſanguinem fluxilem & tenuem coagulent, craſſum vero & coagulationi deditum diſſolvant ; Hinc & externe in dictis cordis infirmitatibus acetum & acida ſumme proſunt, 1. quia propter ſal volatile ſubito ad cor penetrant ; 2. quia ſtimulant naturam, quæ inde ad ſe redit ; 3. quia reſolvunt ſanguinem ; quibus non inconcinnè additur à quibuſdam, 4. quia abeuntes ſpiritus quaſi figunt.

Aſſerti veritatem dilucidant fibræ ſanguinis, quæ, juxta *Platonem*, in ſanguinem diductæ & ſparſæ ſunt, ut mediocrem tenuitatis & craſſitudinis halitum conſequatur ; neque propter caliditatem, cum ipſe ſit lubricus, ex raro corpore defluat, neque, ſi craſſior ſit, ad motum fiat ineptior, atque ægre per venas fluat & refluat ; Harum ſi natura conſideretur, quod (quæ etiam verba *Platonis* ſunt) à bile aliiſque humoribus cum puro ſanguine mixtis ex ordine facile dimoveantur ex hypotheſi Sylviana, varios morbos, tum hunc ipſum Tremorem, quem *Plato* nomine tenus attingit, oriri poſſe manifeſtum eſt. Vide *Platonis* locum elegantiſſimum in *Timæo p. 549. G. Wolf. Wedelius m. t. vol. 1. p. 482.*

De Languore Univerſali, Leipothymia & Syncope.

60. *Humor crudus & craſſus circa cor*) Cum in *Languore Univerſali, Leipothymia & Syncope, Pulſus* obſervetur naturalis & *minor & languidior*, cauſam ipſorum cenſeo, tum ſemper *glutinoſitatem auctam in ſanguine*, cæteriſque ex ipſo *ſecretis humoribus*, tum ſimul aliquando *Aciditatem auctam* in *ſucco Pancreatico, Lympha* & forſan ipſa Saliva.

Quoties autem aut ex *Glutinoſiore parentum ſemine*, aut *matris* ſaltem *ſanguine* ſimilem ſanguinem, ſimileſque humores adeptus eſt in matris utero *infans*, toties *connatum* habebit *univerſalem languorem*, non raro in praxi occurrentem.

Quoties vero, licet ſanus natus fuerit infans, *citius* aut *ſerius* ex *diæta vitiis* paulatim noxam ſimilem in *ſanguine*, *humoribuſque* omnibus contraxerit homo, toties *Languor* ille *Univerſalis* vocabitur *Acquiſitus*, itidem in praxi haud rarus.

Quoties denique per affectum quemvis, non lente, aſt propere ac nuper ortum, Medicique, Ægri Adſtantiumve culpa non rite curatum accedit, remanetve *glutinoſitas* in *ſanguine*, humoribuſve nimia, toties *Languor* ille *univerſalis* dicetur *ſymptomaticus*, nimis frequens in praxi, Accidi, *accedere* aut *remanere Glutinoſitatem in ſanguine* atque *humoribus nimiam*.

Accedit namque illa, quoties uſurpantur nimium vel diutius medicamenta Humores fluidos ac tenues incraſſantia & inſpiſſantia, *Remanet* eadem quoties in affectibus à glutinoſitate humorum ortis, non adhibentur ſatis potentia, vel ſatis diu medicamenta Incidentia & Attenuantia.

Quoties *humorum omnium Glutinoſitati* copulatur *Aciditas* ex inſigni Diætæ vitio in *Glandularum* quarumvis, ac *præſertim Pancreatis, liquoribus* aucta, toties *Languori univerſali* jungitur facile, aut *Animi deliquium*, aut etiam ſyncope, prout nimirum levius, graviuſve fuerit utrumque vitium : quamvis non novum abſque notabili *Humorum lentore* produci *Animi deliquium*, non item *ſyncopen*, quam ſine ullo vix putem unquam obſervatam ; quin potius cauſa externa exiſtente graviſſima, mortem ; plura ſiquidem ad Syncopen quam mortem inferendam requiruntur.

In *Languore univerſali*, quia propter *humorum omnium Sanguinem conſtituentium, aut producentium glutinoſitatem auctam*, exilior fit ſanguinis ejuſdem rarefactio, & idcirco *Pulſus minor*, contingit quoque idem neceſſario *debilior*, Niſi enim expandantur multum cordis ventriculi, non poterunt iidem conſtringi valde, nec proinde potenter : Adde quod ſanguis tenax & lentus ineptus eſt ſpiritibus Animalibus copioſis ac ſubtilibus ex ſe depromendis ; qua de cauſa quoque Pulſus exiſtet debilior naturali.

Rarior erit tunc etiam *Pulſus*, propter Humores omnes, *blandiores* dicam aut hebetiores, atque idcirco imbecillius efferveſcentes, minuſque aut *acrimonia* propriæ, aut *efferveſcentia*, atque ideo *exſurgentium halituum*, ratione, ad ſui contractionem cor irritantes, ni forſan *externa* cujuſdam *cauſa* reſpectu ad tempus breve concitatior fiat Pulſus.

Atque ita pene ſe habet *Languoris univerſalis* generatio, *Animi* vero *deliquii* & *Syncopes* productio, ſicut vulgo per vitales ſpiritus traditur, quoniam mihi non ſatisfacit, conabor illam ex cauſis eorundem manifeſtis, tanquam principiis notioribus, gradatim & paucis aliter deducere.

Obſervatur ergo tum *Animi deliquium*, tum & aliquando *ſyncope* conſequi 1. *certos odores*, nunc per ſe gratos, nunc ingratos cum aëre inſpiratos, moſchi, roſar. &c. fumi candelæ accenſæ &c. 2. *Rerum perſonarumve ingratarum*, & viſarum conſpectus animi deliquium in nonnullis ciet. 3. A *rerum* quovis modo *ingratarum* aſſumptione idem fit : 4. Ab *inedia* protracta obſervatur fieri. 5. Inter *animi affectus*, ab effuſo *gaudio*, A *terrore* vehementi ; A *mœrore* ut & *Ira*, non tam videtur effici *Animi deliquium* quam ad ipſum diſponi homo, qui facilius in hoc incidet malum, ſi ſucceſſive ac ſubito utroque hoc contrario agitetur animi affectu, h. e. ſi valde *mœrenti*, aut *tementi gaudium* circa idem objectum eveniat inopinatum & magnum ; ſi valde *irato terror & motus*, ſo

proindè mœror incutiatur maximus: 6. A *magna ſanguinis effuſione* per nares, uterum &c. 7. Nimia *ſeminis* effuſione: 8. Poſt nimiam humorum per vomitum, alvum, ſudorem &c. vacuationem, imprimis cum id cum magnis doloribus fit, corporiſque agitatione vehementi; 9. Ubi vel hydropicorum aqua, vel empyicorum pus confeſtim effunditur. 10. Ab *ictu* vel *morſu quorundam animalium* venenatorum: 11. In quarundam Febrium *Intermittentium* paroxyſmis, aut mox in principio, aut ſæpius in augmento, aut ſubinde in vigore, rarius in declinatione, niſi forſan ob ſudores copioſiores. 12. *Doloribus* quibuſdam vehementioribus, *dentium*, *ſuperioris oris ventriculi*, inteſtinorum &c. ſuccedit: 13. nonnullis poſt nimium *corporis motum* ac *defatigationem* extremam. 14. Ab *æſtu* ſummo vel ſolis, vel ignis, balnei, febris: 15. A *Fame*, *Siti* diutius & valde urgentibus: 16. Quibuſdam fœminis evenit ob nimiam *Lactis deperditionem*, imprimis à robuſtiori potentis infantis ſuctu; ut & nonnunquam ob *dolorem papillarum fiſſarum*.

Ex enumeratis autem, ac ſimilibus cauſis manifeſtis ſedulo expenſis, atque cum iis quæ in ſuperioribus propoſuimus diligenter collatis, arbitramur *Omne Animi deliquium* deduci debere proxime ac immediate, *ab ipſo ſanguine ad cor* utrinque *accedente*, atque *iis omnibus* quæ *tum ſecundum tum præter naturam ipſi conjunguntur & una cum ipſo ad Cor deferuntur, ipſiuſque Efferveſcentiam naturalem ita turbant & immutant, ut non tantum ſanguinis rarefactio minuatur, ſed Cor ipſum non ſatis expandatur contrahaturque, ſanguiſque inſufficienter in arterias effundatur, ideoque Pulſus minor & languidior, quin aliquando Nullus ſentiatur.*

Si enim ad *Pulſum* laudabilem efficiendum requiratur, ſicuti omnino requiri arbitramur, Tum 1. *Sanguis* undique & utrinque ad dextrum cordis ventriculum refluens, 2. *Bilis* aſcendenti ſanguini juncta, 3. *Lympha* undequaque cum deſcendente ſanguine affluens, 4. Singularis ex continuo bilis, ſucci pancreatici, & ſalivæ in tenui inteſtino concurſu poſt ſui efferveſcentiam ortus, & mox per lacteas venas translatus liquor; 5. Forte *Aer* inſpiratione in Pulmones attractus, & aliqua ſui parte ſanguini per ipſos circulanti admiſtus: 6. *Chylus*, ſed poſt aſſumpta demum alimenta propulſus ad cor: Quæ omnia tum adeſſe debent, tum rite diſpoſita.

Pulſus ergo *deficit plus minuſve in magnitudine* 1. Ob univerſalem *ſanguinis* defectum poſt hæmorrhagiam inſignem, unde & ſimul alii quoque humores, bilis, lympha &c. deficient, ad vitalem ſanguinis rarefactionem, Pulſumque adeo magnum efficiendum neceſſarii.

2. Ob *bilis* defectum in alvi fluxu, & vomitu enormi, cholera morbo, nam ſi quantitate minore vel nulla ad cor deferatur bilis, minor vel nulla excitabitur efferveſcentia; hinc minor vel nulla ſanguinis rarefactio, ventriculorumque cordis expanſio & contractio.

3. Ob *Lymphæ* defectum, à *Sudore* nimio, cum quo præter ſpiritus animales Lympham quoque minui evincere videntur Acida, non minus quam ſpirituoſa volatilia ſudantes recreantia. Defectu autem Lymphæ ſubacidæ, tum ſanguinis conſiſtentia mediocris, tum ejuſdem efferveſcentia deficiet, unde idem nec ſatis rarefiet in corde, nec hujus explicatio complicatioque ſufficiens, unde Pulſus naturali minor.

4. Ob *Liquoris* ex inteſtinali triumviratu exurgentis defectum, in vomitu & alvi fluxu moleſto & continuo. Hoc enim ex parte, aut in totum excluſo, carebit neceſſario ſanguis ejus beneficio, cenſemus autem *coagulationem* naturalem ſanguini conciliare (quod alibi probavimus) ea propter ſi plus vel minus deſtituatur ſanguis, nec hujus defectus reparetur continuo, minus erit aptus ad rareſcendum ſanguis, cordiſque ventriculos explicandos, hinc Pulſus minor.

5. Ob inſpirandi *aeris* defectum, in oris, narium, faucium, aſperæ arteriæ anguſtia, unde cum inſufficiens accedat ſanguini refrigerium, hinc ſegnius propulſus per pulmones ſanguis, nec ſufficientem novo ex dextro cordis ventriculo ſuccedenti locum faciens, cordis contractionem impedit.

6. Ob *Chyli* defectum, & in inedia, & alimentorum fermentatione, aut ſecretione aut tranſcolatione quovis modo impedita: Niſi enim chylus ad cor deferatur, nec reſarcietur ſanguis, nec reliqui humores.

Non tantum ex enumeratorum humorum defectu, ſed & quandoque exceſſu minor & languidior fit Pulſus; 1. Sanguinis redundantia impedit ne ſpatii defectu copioſius in arterias expelli poſſit ſanguis, nec proinde idem in dextro cordis ventriculo valde ſatiſque rarefieri, cordiſque parietes multum explicari rurſumque complicari queant.

2. *Bilis* majori copia ad cor delata, in ardentibus febribus præſertim, ſanguinem non tantum ſolito magis potentiuſque rareſacit, cum pulſu majore ac robuſtiore, ſed poſtquam iſta rarefactione nimia tandem vaſa multum diſtendendo, & plethoram ad vaſa conſtituendo, ſpatia ipſorum omnia replevit, licet ardorem conſervet noxium, non poteſt tamen loci defectu ut prius ſanguinem diducere, ac pulſum magnum robuſtumque producere.

3. *Lympha ſubacida*, ſi copia majore accedat ad cor, quia conſiſtentiam tribuet ſanguini firmiorem ac ſolidiorem quam ut debite poſſit rarefieri ad cordis ventriculos ſufficienter dilatandos, quo ſuccedat notabilis eorum conſtrictio ad pulſum magnum & robuſtum conſtituendum neceſſaria.

Idem dicendum 4. de *Liquore* inteſtinorum triumvirali, poſito ejus munus eſſe coagulationem naturalem, ab acido ſub auſtero pendentem ſanguini præſtare: hoc enim aucto augebitur quoque ſanguinis coagulatio, minuetur proinde aptitudo ad rareſcendum, hinc pulſus minor & debilior. 5. à *chylo* majori copia ad cor delato, quatenus vaſa ſanguinea nimis replet.

Idem præſtabunt iidem humores qualitate peccantes noxia, nam 1. *Sanguis* vel fluidior, vel ſolidior, ineptus eſt laudabili rarefactioni, qua deficiente pulſus fiet & minor & languidior.

2. *Bilis* glutinoſa, minuſque acris efferveſcet minus, parteſque igneas de ſe promet parcius, unde ſanguis rareſcet minus.

3. *Lympha* vel acidior, vel auſterior ſanguinem præſtabit glutinoſiorem, ideoque ad rareſcendum ineptiorem; ſed & non parum obtundet bilem parteſque illius igneas.

4. Idem dic de *Liquore* triumvirali vel acidiore vel auſteriore.

5. *Aer* Borealis & aſperior ſanguinem valde coagulare aptus eſt, ipſiuſque rarefactionem impedire.

6. *Alimenta* acidiora, auſteriora ſi fuerint, chylus quoque fiet ſimilis, unde & Pulſus minor & debilior. Qui & quoque debetur aliis rebus p.n. ad cor delatis, humoribus corruptis, halitibus, flatibus ex illis productis, venenis corpus ingreſſis, ſi una cum ſanguine cor accedant, & illum aut nimis ſolvant ac diſſolvant, aut nimis coagulent coganetve, aut alio modo ad debitam rarefactionem ineptum reddant.

Ut autem omnia quæ hactenus præmiſimus, *Animi Deliquio* & *Syncopi* preſſius applicemus, & utriuſque Affectus naturam generationemque clarius deducamus,

deducamus, quoniam non tantum *Pulſus* in utroque obſervatur *minor* ac *debilior*, vel nullus, ſed *Animales* quoque *functiones* ſenſus & motus non parum labefactantur, videndum. An & Qui ab una eademque cauſa tam diverſi affectus poſſint produci.

Conſideranda vero & diſtinguenda ſunt ſymptomata quæ utrique affectui ſolent eſſe communia, ab iis quæ *Syncopi* ſunt peculiaria; *Sudor* enim tum *frigidus*, tum glutinoſus erumpit in *Syncope*, non item in *Animi deliquio*, in quo ne quidem *corporis univerſi frigus* ſemper obſervatur, quamvis perpetuum ſit ſyncopi: cætera vero ſymptomata in affectu utroque ſolent ſubinde notari, unde patet partim gradibus differre hos affectus, partim aliquid gravius *Syncopen* continuo comitari.

Symptomata autem omnia ſuperius enumerata, ut & *cauſas externas* ſive *manifeſtas* ſi quis fuerit trutinatus, & cum iis quæ modo de *Pulſu* tam *minore* quam *debiliore* deduximus contulerit, concludet facile affectum utrumque, ac præcipue *Syncopen*, ortum habere imprimis ab *Acido majori copia ad cor deducto*, & imperium in ſanguine habente; non neglecta interim humorum variorum *glutinoſitate*.

Hoc ut fiat evidentius, tum ſymptomata notata, tum cauſas memoratas expendere libet, atque omnia *exuperanti Acido* & Glutinoſo adſtruere. 1. *Signum* inſtantis *animi deliquii* poſuimus *Cardialgiam*, vel *titillationem in orificio ventriculi ſuperiore*, Quid vero aptius eſt utrumque hunc affectum excitare quam Acidum? Illud enim *blandius* ſi fuerit, & ad ſuperius ventriculi orificium *halitus* forma aſcenderit, partem dictam duntaxat titillabit & vellicabit; ſin acrius extiterit, mordebit eundem & dolorem pariet moleſtum, *Cardialgia* nomine notum.

2. Præcedit quandoque *cordis compreſſio* & *oſcitatio*; Quamvis autem *pituitoſo humori*, tum *copioſo* tum *glutinoſo* debeatur cordis compreſſio; & *halitibus flatulentis* oſcitatio; quoniam vero hi affectus obſervantur non tam perpetuo ægros urgere, quam ipſos ante mox ſecuturum *animi deliquium* infeſtare, ac proinde cauſam inſuper aliam, & quidem vel Pituitam otioſam in actum deducentem, vel halitus flatulentos ex eadem deducentem agnoſcere, facile patet tum ad Pituitæ vim excitandam & augendam, tum ad Oſcitationem gignentes halitus efficiendos requiri *Acidum*, quippe quod, auſteriuſculum præſertim ſi fuerit, glutinoſio rem præſtet pituitam, quæ *gravitatis* & *compreſſionis* ſenſum citius & potentius producat; cum Bile autem vitioſe ac victorioſe effervеſceos, ſicut in *Febrium Intermittentium* plerarumque initiis evenire docuimus, *flatulentis halitibus*, adeoque ipſi *Oſcitationi* auſam præbeat.

3. Præcedit quandoque *Animi deliquium Ventris diſtenſio*, *rugitus* vel *tormina*: quæ omnia cum ortum habeant à *flatibus*, vel *blandioribus*, vel *acrioribus*, ex *pituita* vel *viſcoſa* duntaxat, vel ſimul *acida* certo tempore, ac paulo ante *animi deliquium* deductis & diductis, veritas dictorum noſtrorum patet abunde.

4. *Caligines* aut *tenebræ*, ob oculos verſantes, una cum *vertigine auriumque tinnitu*, quæ ortum ducunt ab *halitibus* ex partibus inferioribus ad cerebrum aſſurgentibus, nunc blandis, nunc acribus, atque ſemper pituitam viſcidam, ſubinde eandem ſimul *acidam* pro materia habentibus, atque *ſpirituum animalium motum* mire conturbantibus.

5. *Pandiculationes motuſque convulſivi*; quæ *Pandiculationes* eandem ac Oſcitationes agnoſcunt cauſam efficientem: *Motus* autem *convulſivi* ab humore halituve acri, ſed acido, nervorum initia alternatim rodente ac vellicante; unde non parum noſtra confirmatur ſententia.

Inter *Accidentia* autem *Animi deliquium* comitari ſolita, non poſtremum locum occupat *Pulſus minor* & *languidior*, vel *Nullus*, ſenſu ſaltem manifeſtus, de cujus cauſis ſupra: Trahuntur autem in omni *animi deliquio* in conſenſum *Senſus* tam *interni* quam *externi*, quin aliquando ceſſant ab omni ſua operatione: Ut ratio pateat, conſiderandum in *Vertigine* omni, quam monuimus præcedere utplurimum Animi deliquium, ac præſertim graviorem ipſius ſpeciem, turbari & offuſcari quodammodo *Senſus* tam *internos* quam *externos*.

Poſtquam vero per manifeſtam experientiam oculorum *gyros rei externæ viſa*, aut ipſius corporis, producere vertiginem, agitatis, & iisdem in gyrum, confuſe ſaltem, actis animalibus ſpiritibus, cur dubitabimus quoties in corpore ab *halitibus* valde agitatis, & ad cerebrum aſſurgentibus ſimiliter agitantur, conturbantur, & in gyrum forſan coguntur iidem ſpiritus, non tantum turbari & conturbari, ſed etiam offuſcari, tandemque ita obnubilari *ſenſus* & *internos* & *externos*, ut ad tempus ceſſare videantur, Nam ſi quid tunc operati fuerint, quod ignoratur, memoriam nullam ſervavit mens conturbata, & confuſa, nec ſui compos.

His ita conſtitutis, non mirum ſi in Animi deliquio, *Animalis* quoque, ſive *voluntarius motus minuatur* vel *aboleatur*, ipſaque *reſpiratio* vel *obſcuretur*, vel *deficiat*; ſequitur namque motus animalis tum ordinatum ac perpetuum, tum à voluntate pro re nata & affectu vario determinatum ſpirituum animalium motum per nervos ad muſculorum omnium, ſelectorumve fibras; quorum motuum neuter cum integer conſiſtere poſſit cum conturbato, perverſoque ſpirituum animalium motu, neceſſum ut in tali caſu luxetur laxeturque; aut in totum tollatur *motus animalis*, & ipſa quoque *reſpiratio*.

Non tantum autem ad tempus ceſſabunt *ſenſus externi* & *interni*, *motuſque animalis*, ob *conturbatum* ſpirituum animalium *motum*, verum etiam ob *motum* eorundem *impeditum* vel *ſublatum*; quod fiet cum iidem produci, atque à ſanguine ſecerni deſinent ob *coagulatam* & *immobilem factam* ab *Acido* quovis, & imprimis auſteriore, ſanguinis maſſam; opus enim eſt ad *ſenſus* tam *internos* quam *externos*, & *animalem motum* abſolvendum, ſpiritibus animalibus libere ac copioſe ad ſingulorum organa motis, quamvis quænam illa ſint, quæ internis ſenſibus peculiariter inſerviant, pro lubitu fingere ſit facilius quam ſolide deſignare: Obſervamus tamen in quavis mentis functione attenta, tendi quaſi cerebrum, & animales ſpiritus multos perire ac conſumi; quod tantiſper ſufficiat ad organum aliquod internis ſenſibus aſſignandum, donec diſtinctius queant hæc omnia ſenſibus externis capi, & aliis explicari, ac tandem ſingulorum aſſenſus ad ſenſum eundem habendum blande cogi.

Cauſa propoſita confirmari poteſt per ea quæ obſervari ſolent cum ſolvitur *Animi deliquium*; diximus enim tunc cor paulatim denuo agitari, atque palpitare; Fuit ergo *Animi deliquii* talis cauſa quæ cordis motum impedivit, quaque ſuperata & devicta, motus ipſi reſtituitur.

Si proinde motus cordis vera cauſa ſit Cordis ventriculi dextri expanſio, tum ab impulſi ſanguinis copia, tum ab ejuſdem mox ab effervеſcentia rareſcentis amplitudine; Siniſtri vero imprimis à ſanguinis fervidioris, & adhuc quaſi bullientis, utut in pulmonibus ab inſpirato aëre plus minus temperati copia; Utriuſque autem coarctatio ex mire turbinis ad inſtar contorta muſculoſa cordis ſubſtantia, cæterorum muſculorum ritu, per animales ſpiritus fibras ejus replentes contracta.

Utique Humorum Sanguini confuſorum *Glutinoſitati* vel *Aciditati*, vel utrique tribuenda erit, tum

Effervescentia in Corde ad ſenſum ceſſans, tum partium ignearum eruptio valde Diminuta, tum Sanguinis univerſi Rarefactio Deficiens, tum proinde cordis Motus & Pulſus deſideratus, qui actutum redintegratur, ubi ex parte ſaltem correcta devictaq; eſt extrema Glutinoſi Acidique vis & noxa, & quidem à *Bile*, vel quovis *Aromatico* naribus admoto, vel alibi foris adplicato, & ad cor uſque, aliumve mali focum fomitemque penetrante: Tunc enim à Bile, uſurpatiſque aromaticis ſucceſſive dominium in Glutinoſum & Acidum obtinentibus, non tantum ſanguis denuo rareſcit magis, ſed inſuper halitus flatuſve producuntur, à quibus omnibus *expanduntur* iterum cordis ventriculi, *Excitantur* ſpiritus animales torpidi, mox & *complicantur* iidem ventriculi, atque ſic *reſtituitur* ſanguini ſuus motus, quin redditur idem concitatior & conturbatus, h. e. fit cordis Palpitatio.

Nec tantum cum ſolvitur *animi deliquium*, reſtituitur cordi motus, qui plerumque redditur inordinatus & palpitans, ſed recipit Pulſus paulatim *magnitudinem* amiſſam toburque, licet initio ſit ſimul frequentior: Correcta vero, debellataque paulatim tot malorum cauſa, non mirum ſi cætera quoque gradatim leventur tollanturque ſymptomata, Quæ autem functiones poſterius fuere labefactatæ, tardius quoque videntur reſtitui, quamvis pro mali foco & fomite diverſo hæc omnia varient non parum, quæ quivis, ad omnia attentus, facile aſſequetur ex jam dictis.

Symptomata ſyncopi omni ac ſemper conjuncta, documus non tantum eſſe *Partium corporis omnium frigus & pallorem*, ſed imprimis *Sudorem* quoque & *frigidum & glutinoſum*. cujus ſemper comes *anxietas cordis extrema* ægros ac ſi mors inſtaret turbans: *Frigus* illud & in *corpore* & in ſudore *algidum*, non aliunde deducendum quam ab humore *Acido*, poſtquam in continua & ſollicita aliquot luſtrorum praxi, & omnium externarum cauſarum obſervatione laborioſa, nihil reperi hactenus in rerum Natura quod manifeſte frigus pariat in homine præter Acidum, & quicquid de Acido participat, id quod variis exemplis hic & alibi teſtatus ſum. Ab *Acido* ergo, & tantum ab *Acido* Frigus in homine produci poſſe ac ſolere cum conſtet mihi, puto merito me *Frigidi ſudoris corporiſque in ſyncope* cauſam exiſtimare *Acidum humorem*, *halitumve*, ſanguini aliunde admiſtum, ad Cor delatum, & una cum ſanguine quaquaverſum propulſum, atque in corporis ſuperficie hærentem, ac ibidem tum Ægris tum Adſtantibus, Mediciſque ipſis ſui ſenſum præbentem; *Glutinoſus* exiſtit *Sudor* idem ratione *humoris pituitoſi* à *notato Acido ſoluti*, & una cum ipſo foras expulſi, atque ſponte iterum extra corpus *concreſcentis ac coagulati*.

Pallor accidit *corpori univerſo* ratione ejuſdem *Acidi* dominium obique nacti, accedente imprimis *glutinoſa pituita*, *Acidi* æmula & ſocia: *Anxietas cordis* ac *Præcordiorum* extrema, ægriſque inexplicabilis, partim mali Focum *abdomen*, parteſque in tenue inteſtinum ſe exonerantes, præſertim Pancreas, partim mali ſomitem manifeſtat, *humorem* non tantum *Acidum*, qui dolores lancinantes rodenteſve, aut perterebrantes pareret, ſed inſuper *glutinoſum*, qui partibus omnibus firmiter adhærens, ab iiſdem recedit lentius ac difficilius, ac proinde urget pertinacius, quin à Bile oppreſſa, in halitus flatuſque viſcoſos lentoſque deductus notatam auget anxietatem: Atque ſic videor luculenter *Languoris univerſalis*, *Animi deliquii* & *Syncopes* ortum deduxiſſe partim à *Pituita Lenta* & *Glutinoſa*, partim à ſucco Acido, & quandoque ſimul *Auſtero* ipſi admiſto. *Sylvius de le Boe, Prax. L. 1. c. 3.*

60. *Humor crudius & craſſius circa cor*) *Cauſa mediata proximior*, ſeu materia defectum ſpirituum cauſans, & vi deſtruendi pollens, quoad *Eſſentiam* ſunt humores in corpore *quantitate & copia* non mediocres, *qualitate* vero potiſſimum acidi, viſcidi pituitoſi, cum ſanguinis undis commixti, eandem concentrantes, ut in corde tanquam fonte, ob particulas [illegible] das, fixiores, coagulantes & figentes, in fon[illegible] ficiat, fibris ex ordine motis grumeſcat, vt umque lapſus deſubito ſuccedat: Acidum peregrinum & [illegible] cidum exuperans obtundit ſulphur vitale, ſigu[illegible] volàtile ſanguinis, unde fermento illi ſeminali quaſi paralyſia quædam inducitur, Vitali micanti luculæ velut deliquium, majus vel minus, donec eluctante archeo ſuperetur & vincatur, tum proprio niſu, quo reſiſtit materiæ morboſæ, tum adjuto externa ope. *Wedelius.*

61. *Vel à capite aliiſque partibus tranſmiſſus*) Cum quod apoplexia eſt in ſanctiori regimine, id in regia microcoſmica ſit ſyncope, merito & hic cauſam adimbimus, non ſimplici intemperiei, ſed obſtructioni, ſeu grumeſcentiæ, non extus quidem repagulis oppoſitis, ſed intus conſurgentibus in hydraulicis cordis concamerationibus: Recte hinc *Rolfinckius*, Subitaneus, *ait*, inſultus ſyncopes, notat eam non fieri ab intemperie, quæ tam ſubito accedere & recedere nequit, ſed à conformatione: *Flatus* etiam, ob cibum ingeſtum, quantitate & qualitate peccantem, groſſiorem, in ventriculo & inteſtinis geniti & collecti, poſtmodum cum chylo ad cor delati, videntur huc ſpectare poſſe.

Motus autem, quo peccat materia morbifica, duplici modo poteſt conſiderari, *generationis vel localis*, Non generata eſt materia peccans in ipſo loco affecto, ſeu corde, per *συνδιάθεσιν*, ob facultatem læſam, ſed *extra locum*. tum vitio totius, à cacochymia biliosa, acida, ſcorbutica, tum *partium determinatarum*, hepatis, lienis, pancreatis, & reliquis deputatoriis viſceribus male diſpoſitis, & fermentis ſuis deficientibus, unde congeſta per influxionem eo delata, in momento quaſi fugit ſpiritus, imo & ventriculus ipſe plurimum confert, ſine dubio, quatenus ab aſſumptis cibis illo expanſo eliquatur quidem magis è glandulis miliaribus, ſed minus commodum menſtruum à lympha acidiori: ſingula hæc paſſus mandanus titulo venire queunt; Interim Cor, ſeu pars affecta, & recipiens, ob malam & debilem conſtitutionem, ſeu ſpirituum, non tam connatam quam acquiſitam texturam minus firmam, facilius huic injuriæ extraneæ vacavit. *Wedelius Diſſertatione pro Ægri ſyncope laborante.*

62. *Nec venæ ſectio, nec purgatio, ſed; Languori univerſali* ſemper, tum etiam metuendo *Animi deliquio & ſyncopi*, debetur *Humoris glutinoſi & pituitoſi* continua lentaque *correctio ac Emendatio*, ut & ejuſdem, ubi ſimul redundaverit, aut in totum emendari nequiverit, per repetitas vices *Evacuatio*, imprimis per alvum & urinas: Quia vero ſæpius actum de Pituitoſi humoris correctione ac evacuatione, hic tantum formulas quaſdam ſubnectemus, Conducit præſertim *vinum medicatum* (aut *Cerevisia*) per varias plantarum variarum partes aromaticas præparatum, inter prandendum cœnandumque quotidie exhibitum (obſervavi namque Alterantia, ſed blanda, ſæpe ſic majore ægrorum commodo quam alio tempore uſurpari, quia vis medicamenti ſe blande admiſcet, non ſolum ſalivæ in ventriculo, ſed & humorum ternario in tenui inteſtino, quin ſanguini quoque univerſo) mediocri quantitate, E. g. ex ſolis radic.

℞. *Rad. Angelic. Galangæ*, āā. ℥j. *rad. Apii, Enul. camp. fœnic.* āā. ℥ij. *Leviſtici* ℥j. conciſis, craſſe contuſis, ſacculo inditis, vaſi anguſtioris orificii immiſſis, affunde vinum optimum ad ℥xxx. Cui folia addent

℞. *Fol. roriſm. maj. hyſſopi, ſalviæ, rutæ hort. calaminthæ mont. menthæ cr.* fol. ſerpill. āā. m ß. Includantur ſacculo &c. Si *vinum abſinthites* placet, abſinthii aliquid addatur.

datur. Si *flatus* ſimul urgent, aliis plantarum partibus adde *ſemina aromatica*; E. g.

℞. *ſem. Coriandri. fœnic. d. aniſi āā.* ʒij. *apii petroſel. āā.* ʒß *cardam. carvi, āā.* ʒj. Contuſis, ſacculo ... pti ... ffunde vinum aut cereviſiam.

Poſſunt quoque è variis plantarum partibus ſimul junctis parari.

℞. *Rad. Calam. aromat. Helenii āā.* ʒiij. *fol. major. ſalv. āā. m.* j. *flor. roſmar. caryophyll. ſtœch. Arab. āā. p.* j. *ſem. polii mont. fœn. dulc. cinnam. ac āā.* ʒij. *nuc. moſ. cortic. aurant. ſic. āā.* ʒj. f. ſ. a. Vinum med.

Etſi autem vini aut cereviſiæ forma commodiſſime poſſint continuari aliquandiu medicamenta, licet tamen eadem Pulveris, Elect. Tabell. Apozem. Pilular. vel alia præparari. Sic plures circumferuntur ſpecies aromaticæ convenientiſſimæ, *Diacalam. Diagalanga, Dialaccæ maj. Diambra, Dianthos*, quæ in Tabellas, Electuaria poſſunt deduci.

℞. *Conſ. flor. beton.* ʒj. *anthos, euphraſ. āā.* ʒß. *Sp. diamb.* ʒij. *diacal.* ʒj. *ſyr. menth. q. ſ. M. Fiat* Conditum, ad nucis moſch. quantitatem comedendum: In Pituitæ autem glutinoſæ correctione cavendum à multo ſaccharo & ſaccharatis, quia ab his indies glutinoſior redditur: Si *Pilulæ* magis placent.

℞. *G. Galbani cum aceto prap. dr.* ij. *ſuccini albi, maſtiches el. āā. dr.* j. *olibani, myrrha r. caſtor. ſeleti āā. dr.* ß. *vitrioli martis ad albedinem igne lento exſiccati* ʒß. *Ol. mac. ſtill. gutt.* vii. *M. f. Pilul.* xl.

Tres aut quinque omni tempore poſſint aſſumi, præſertim mane, aut hora una poſt cœnam.

Hactenus medicamenta vulgo nota, ſed ſi quis ſupra vulgus ſapere velit, ad præparationes Chymicas, ſed rite præparatas, confugiat, præſertim *Tincturas Extractaque. tum Olea*, ex prædictis confecta, tum ſalia volatilia, & imprimis oleoſa: Hæc cum vulgaribus medicamentis minus ſint ingrata, ſumantur longe minore quantitate; operentur citius, blandius, efficacius, exoptantur merito ab ægris per ſe ſatis afflictis.

Non tantum autem corrigi poſſunt ac debent dicti humores, verum cum redundant educendi maxime per alvum & urinas, *Decocti* formula per urinas moventis.

℞. *rad. apii eryng. aſari āā.* ℥j. *fol. eupator. cannab. urtica, cereſol. āā. m.* j. *ſem. fœnic. d. ſeſel. ſaxifr. āā.* ʒij. *coqu. ad* ℥xxx. *adde ſyr. v. rad.* ℥iij. *ſpiritus ſalis dulcis, vel ſalis volatilis ſuccini* ʒj. *Miſce. Doſis ad* ℥iij. bis in die, vacuo ſtomacho, præſtabit ſi calens uſurpetur.

Idem efficiunt *Salia* volatilia diutine, etiam cum alimentis aſſumpta, quæ pituitam glutinoſam incidunt & emendant, ac partem ejus ad urinæ vias amandant ſedimenti forma, quod tamen paulatim in urinis deficit, atque eo ipſo Pituitæ maximam partem correctæ & ſuperatæ ſignum præbet indubitatum. *Sylvius.*

[63] *Frictiones deorſum factæ*) Quæ juvant quatenus extimam veſtem laxiorem & perſpirabilem magis reddunt, & prohibent quominus inutiles humorum collectiones in corpore coacerventur, & ad excitandum archeum maximo commodo commendantur. *Wedelius.*

[64] *Oxymelitis cum aliorum incidentium decocto uſus*) Cum ad *Animi deliquii & ſyncopes* productionem concurrant *Pituitoſa glutinoſa* cum *liquore acido*, imprimis *pancreatico*, utriuſque habenda ratio, Quare Acidi quoque correctio ſemper ac eductio ſubinde inſtituenda, & quidem in affectuum iſtorum præcautione, atque extra ipſum paroxyſmum, quo urgente uſurpanda magis efficacia & ſpirituoſa, quo ad partes maxime affectas penetrare mox, ac inſtans periculum amovere poſſint; Quæ viſcoſam pituitam emendare poſſunt, aromatica & ſale volatili abundantia, eadem ſimiliter conducunt Acido temperando & corrigendo; Hinc temperato ... unt Hydragoga vulgo dicta.

Paroxyſmo inſtante, exhibenda quæ halitus flatuſque acidiuſculos, quandoque ſimul glutinoſos, tum potenter concentrare, tum diſcutere apta ſunt; hæc autem multum efficacia ſint & ſubtilia, ut quaquaverſum penetrent & ipſis jungantur; Sunt autem talia & Spirituoſa, & Salia volatilia, & Oleoſa, ... ine artis ... pera unita! Hinc conducunt omnia *Salia volatilia Oleoſa*, ex variis animalium præſertim, v... tarum quarundam partibus arte parata; Tincturæ Aromaticæ, *ſpiritus vini* rectificati beneficio ex variis aromatibus plantarumve, ut & animalium partibus quibuſvis aromaticis, infuſione aut diſtillatione eductæ: quæ convenientibus liquoribus ſolvi debent; ſæpiuſque exhiberi. E. g.

℞. *Aqu. menthæ. fœniculi āā.* ℥j. *cochleariæ, vitæ Matth. āā.* ℥ß. *laud. op. gr.* ij. *ſyr. menth.* ℥j. *Ol. caryoph. macis ſtill. ana gtt.* ij. *Miſce.*

Si quis miretur additum *laudanum*, ſciat is opium vim habere ſummam impediendi compeſcendique vitioſam humorum acrium effervescentiam tum in corde tum alibi, ſine qua non ſolent excitari facile Halitus noxii & acidiuſculi, cuiuſdos affectus producentes: Miſturæ addi poſſunt varia efficacia, *Tinctura caſtor. Spir. ſalinus, ſalis armon. vel urinæ, ſal volatile ac oleoſum ſanguinis, oſſium, cornuum ungularum &c.* Olea rectificanda tum ut empyreumate liberentur, tum ut penetrantiora fiant & potentiora; Commode fit Rectificatio cum ſpiritu vini tartariſato.

Vis prædictorum volatilis quaquaverſum diſpergitur, & ad intima penetrans ſuo ſimili, hoc eſt halitibus volatilibus facile jungitur, atq; eoſdem alterat, mutat, temperat, adeo ut deſinant aciditate ſua non tantum partes ſenſiles irritare aut vellicare, frigoriſve ſenſu afficere, ſed imprimis ſanguinem nimis condenſare, ac vitam pene obliterare. *Sylvius de le Boe.*

[65] *Repentinus terror & metus*) Syncope ſæpe à terrore producitur; quia ſpiritus maxima vi, inordinate & violenter in totum corpus & membra influunt, quare hi etiam copioſius & inordinate in cor arterias influunt, & cor & vaſa conſtringunt, unde ſanguis in cor illapſus, propter anguſtiam loci in corde conſtricto non multum poteſt rareſcere, quare etiam non cum vi in arterias pulmonales, & hinc in ſiniſtrum cordis ventriculum, ac ex illo in arterias propellitur, hinc ſtatim minori copia ſpiritus animales ſecernuntur & in membra influunt, unde animi deliquium & pallor oboritur; & quia fermentationes ſanguinis maxime ſunt imminutæ, ideo humor aliquis in ſanguine copia peccans, non amplius ſanguineæ permiſcetur maſſæ, ſed è ſua copia ſecedit à ſanguine per poros arteriarum in os, ubi oris amaritudinem inducit; in ventriculum, ubi inter membranas ſtomachi hærens ſua viſciditate nauſeam, & acrimonia nervos vellicans vomitum facit cum æger ad ſe redierit. *Johann. Dolæus.*

Ex *Ira* ſyncopis lethalis exempla collegit *Camerarius*, Ex *Amore* vide *Riverium libr. 8. Pract. capite 1.*

[65] *Terror & metus*) Sic ex timore gravem obortam ſyncopen per venæ ſectionem curatam refert *Fontanus in Conſ. & Reſponſ.* Imo ſola imaginatio & cogitatio rei horrendæ leipothymiam inferre valet. Vide *Hildanum Epiſt. 43.*

[65] *Terror & metus*) Si ex *Terrore* nata ſit Syncope, præter volatilia urinoſa, in ſpecie *ſalia volati-*

lia oleoſa, etiam graviori in ſyncope, *venam aperire*, & aliquali ſanguinis detractione liberum motum huic conciliare non inconſultum eſt. *Etmuller.*

De Imbecillitate Virium, Languore univerſali.

Etſi virium imbecillitas omnium actionum, animalium, vitalium & naturalium læſionem generatim comprehendat, ſtricte tamen & peculiariter vitales ſignificat, quæ pulſu debili & infirmo denotantur, Illa autem virium debilitas in omnibus morbis gravibus, in quibus Natura vel ſuccumbit, vel ægerrime reſiſtit cauſæ morbificæ, reperiri ſolet: Vt igitur in palpitatione actio cordis, nimirum pulſatio, eſt depravata, ſic in virium debilitate eſt imminuta: In quo quidem cum ſyncope coincidit, ab ea tamen differt, quod pulſus imminutio in ſyncope tanta eſt, ut ille fere ſit abolitus, & ægerrime percipiatur, In debilitate virium pulſus manifeſtus eſt, ſed non adeo imminutus ut in ſyncope: In hac perpetuo facultas animalis etiam offenditur, unde motus impotentia conſequitur, quæ ſine ullo cerebri, nervorum aut muſculorum vitio contingit, ſed tantum procedit à ſpirituum vitalium defectu, qui ſufficienter cerebro non communicantur, ut ex iis ſpiritus animales generentur.

Cauſa proxima eſt caloris nativi & ſpirituum defectus, à quibus vita & robur partium dependet: Contingit autem ille defectus in ſingulis partibus ex defectu ſpirituum vitalium & caloris influentis à corde: Deficiunt autem ſpiritus vitales, vel quod in ſufficienti copia non generentur, vel quod geniti diſſipentur, corrumpantur aut ſuffocentur, ſicut in ſyncope fieri diximus, hac tamen differentia, quod in ſyncope cauſæ ſpirituum defectum producentes ſubito & derepente effectum ſuum producant, in virium autem imbecillitate ſenſim, paucioreſque quam debebant ſingulis partibus communicentur. Præterea cum calor nativus, non ſolum calore influente, ſed etiam humido primigenio tanquam pabulo indigeat, ſi humidum illud deficiat & imminuatur, etiam calorem nativum debilitari & vires labefactari neceſſe eſt: Cauſæ autem defectus ſpirituum eædem ſunt quæ in ſyncope, onde & diagnoſis & prognoſis deſumenda.

Curatio ad duo dirigenda eſt, ad cauſarum ſublationem, & cordis ac ſpirituum vitalium inſtaurationem: Cauſæ ſunt omnes fere morbi graves, in quibus vel Natura ſuccumbit, vel ægerrime reſiſtit cauſæ morbificæ, Ergo cauſarum ſublatio omnium fere morborum curationes reſpicit, à ſuis locis repetendas. Cordis vero roboratio, & ſpirituum vitalium inſtauratio ſeorſim inſtituenda eſt, imo interdum cauſarum morbificarum curationi præferenda, cum mortis periculum impendet, cavendo tamen perpetuo ne vires reficiendo cauſas morbificas augeamus; Atque adeo in calido morbo cardiaca magis temperata, in frigido frigidiora magis uſurpentur.

Primo igitur in alimentis cardiaca miſcenda, ut *confectio alkermes* vel *hyacinthina* cum *juſculis*, vel etiam *cum vino odorifero*, aut *aqua cinnamomi* in majori imbecillitate: In juſculo etiam decoquatur, inter duas patinas, fruſtulum coxæ vervecinæ, detractis membranis & pinguedine, ſumatur Juſculum uno hauſtu. Caro caponis, pelle detracta & pinguedine, in fruſta diviſa, ponatur in olla vitreata bene locata, & maneat in BM. bulliente per quinque horas, Liquoris dentur cochl. ij. vel iij. cum ſingulis Juſculis.

Deſtillatum reſtaurans.

℞. *Caponem vel gallinam, detracta pelle & pinguedine, in fruſta divide, affunde aqu. bugloſſ. borrag. acetoſ. roſar. & flor arant. ãã. ℔ß. pulv. aromat. roſat. triaſant. & cinnam. el. ãã. ʒß. ſant. citr.* ℥j. *limones inciſos n°.* iij. f. diſtillatio l. a. ſumatur è cochleari omni hora.

Succus carnis vervecinæ ſolus ac ſimplex in uſu eſt. Coxa vervecina aſſatur, inter aſſandum, cum jam cocta eſt, cultro mucronato pungitur, Expreſſus ſuccus parum adhuc in panna coquitur, datur per ſe vel ex juſculis, aut vitellis ovorum permixtus; *Valleriola* ſuccum ex *cordibus vervecinis* extractum miris effert laudibus; Confirmat *Zacutus* propria experientia, exemplo divitis cujuſdam viri, qui frequenter in ſyncopen incidebat ex debilitate facultatis vitalis, ſanguinis & ſpiritus reſolutione, per menſem exhibendo. Vervecis cor, aut hœdi, finditur medium, aqua probe eluitur, ultimo aqua roſacea fovetur in taleolas oblongas diſſecatur, inque vitreato vaſe teſtaceo cum caryophyllis aliquot imponitur ſine ullo liquore; probe operculato vaſe, paſta vel luto ſapientiæ, in calentem furnum, extracto pane inditur inventus in vaſe ſuccus ægro propinatur: Itali in uſu habent ſorbitionem ex vitellis ovorum, vino, ſaccharo & cinnamomo paratam, quæ optima & valde reficiens eſt, Julepus cardiacos.

℞. *aquar. bugl. roſar. flor. arant. ãã.* ℥j *ſyr. de pomis & de limon. ãã.* ℥ß. *conf. a. kermes* ʒß. *aqua cinnam.* ʒij. Miſce.

Mixtura. ℞. *ſacch. albiſſ.* ℥ij. *humectetur cum aqua cinnam. optima & non nihil fluidum reddatur ſaccharum; adde ſpir. vitrioli q. ſ. ad gratam aciditatem*, eſſentiæ cinnam. gtt. iij. eſſent. caryophyll. gtt. ij. Miſce, utatur æger per ſe, aut cum juſculo.

Opiata Reſtaurans. ℞. *conſerv. roſar. bugloſſ. borrag. & caryoph. noſtr. ãã.* ℥j. *cort. citr. condit. & nuc. moſch. condit. ãã.* ʒij. *myrobal. condit. n.* j. *conf. alkermes unc.* ß. *ſpir. roſar. & eſſent. citri ãã.* ʒß. *eſſent. cinnam. gtt.* vj. *cum ſyr de pomis* Miſce, utatur frequenter.

Aqua præſtantiſſima. ℞. *Gelatinæ cornu cervi cum vino albo extracta* ℔iv. *ſangu. agni & vituli, manibus agitati & à fibris liberati ãã.* ℔j. *vini moſchat. Canar. aut malvat.* ℔iij. *corda vituli per fruſta ſecta & valde recentia n°.* iij. *mica panis albiſſ. rec. lacte vaccino inebriatæ* ℔iß. *ſucci meliſſæ recenter expreſſi* ℔ß. *aqua roſar fragrant. & flor. arantior. ãã.* ℔j *mala citria majora in taleolas ſecta n°.* iij. *cinnam. opt. unc.* iv. *macis unc.* j. *ponantur in alembico vitreo capaci, & diſtillentur in* BM. Aquæ dimidia pars prima prodiens ſervetur ad uſum.

Liquor cardiacus excellens. ℞. *ambr. gr.* ʒij. *moſch. opt.* ℈ij. *ligni aloes* ℥ß. *partis albæ benzoini puriſſ.* ʒiij. *contuſis & ſimul mixtis affunde ſpir. vini ut* iv. *digitis ſupernatet, & ad leniſſimum cinerum calorem extrahatur Tinctura ſaturata, fiatque liquoris tincti per chartam emporeticam colatura, & evocetur dimidia pars ſpiritus in cineribus calore lentiſſimo per alembicum*; liquor in cucurbita reſtans ſervetur in ampulla vitrea forti optime obturata ſubere cerato, & veſica, Doſis gtt. ij. iij. iv. cum juſculo, vino, julepo, aut ſyrupo ſequ.

Syrupus. ℞. *Aquæ cinnam. unc.* iv. *aqu. flor. arant. fragrantiſſ. aqu. roſar. admodum odor. ãã. unc.* vj. Miſce, & in his diſſolve ſacch. candi quantum diſſolvi poterit, & fiat ſine ullo calore veluti ſyrupus; cujus cochleari uni permiſceantur guttæ iv. liquoris cardiaci prædicti.

Ex magmate reſiduo illius liquoris, addito pari pondere *roſar. Damaſcen.* quadruplo *benzoini*, fiant *Paſtilli* ſuaves pro ſuffitu cubiculi.

Cordi applicentur Epithemata, ſolida, & liquida, & pulli columbini per medium ſecti, pulveribus cardiacis conſperſi, *Ventriculo* admoveantur ſacculi ex aromatibus

maribus in vino madefacti *Teſtes & pudenda* foveantur, *confect. alkermes* in *vino* diſſoluta. *Arteria temporum*, manuum & pedum eadem confectione illinantur, addendo tantillum *aquæ cinnam.*

Odoramenta. ℞. *fol. meliſſ. ocymi, & major.* ā ā. ℈ij. *cortic. citri, ſant. citrin. caryoph.* ā ā. ℈j. *croci* ℈ß. *ambr. gr.* vj *moſch. gr.* iv. *ligentur in nodulo, & irrorentur aqu. cinnam.* & *rosar.* frequenter Naribus admoveantur. Vel ex prædictis Oleis deſtill. *ex nuce moſch. cinnam. & caryoph.* cum tantillo *cera* fiant Balſama naribus illinenda. *Riverius.*

De Languore univerſali vide ſupra §.60. *Humor crudus & craſſus*

In *languore ſucceſſivo* conveniunt ea omnia quæ a moribus & ſubtilioribus particulis ſalinis volatilibus, præſertim oleoſis turgent, adeoque *acidum* corrigere, bilem acuere, ventriculum reſtaurare, ſanguinis glutinoſitatem attenuare, ejuſdem fermentationem, ac conſequenter ſpirituum [illegible]entiam promovere valent, id quod uno nomine præſtant *Aromatica*: Pertinent huc *Clareta*, ſive *vina Hippocratica* dicta, Item Noduli ex aromaticis vino infuſis ſubinde uſurpati, Item *Eſſentia & Elixiria ſtomachica, Aqua vitæ, Apoplectica &c. Salia volatilia oleoſa, Elixir proprietatis ſine acido* &c. ter quotidie uſurpanda, mane, à meridie, & ſub introitu lecti, etiam ſub ipſo paſtu talibus uti. *Etmuller.*

APPENDIX

De Agone.

Summa virium proſtratio eſt in *Agone* dicto, qui mortem vitæ & virium omnium terminum & finem proxime anteire, & brevius longiuſve durare, gravius mitiuſve ante obitum ægrum exercere ſolet, In quo, etſi jam ob conflictum illum, quo mors cum vita luctatur, aut ob *convulſiones*, quæ aliquando ſupervenire ſolent, membra adhuc exagitentur, vires tamen extreme dejectæ & collapſæ ſunt; Et Pulſus aliquoties intermittere, & ſenſim deſinere incipit, flammæ inſtar, quæ deficiente nutrimento, cum fere extinguitur, tamen pauxillum reſiduum veluti lambendo, rurſum ſe erigit, quo mox abſumpto penitus deficit: Sic pulſus nunc ſe recolligens nonnihil, mox remittens, donec omnino quieſcat, inæqualiter ſe habet; Ut & cordis motus & reſpiratio, quæ antequam deficiant, prius in illo agone laborantia, valde concitata ſunt, ita ut & thorax univerſus concutiatur, alæque narium motu agitentur, ſudorque è corpore, crepituſque per inferiora (unde *animam eos cacare* Poëta ludit) erumpunt, & morte jam proxima ſenſim exteriora, quæ calor primum deſerit, ut pedes, manus, naſus, poſtmodumque cæteræ partes, ſaltem pectore adhuc aliquandiu calente, refrigerantur, donec jam omni ceſſante reſpiratione, ore oculiſque apertis permanentibus, & colore corporis in luteum converſo, quibus certis ſignis illos jam extinctos cognoſcimus, vitæ finem faciant, animaque corpus derelinquat. *Platerus.*

Finis Libri Tertii.

THESAVRI MEDICO-PRACTICI SIVE SYNTAGMATIS NOSOCOMICES SPECIALIS

JOHANNIS JONSTONI

Explicati, & Commentariis ex variis Authoribus depromptis Illuſtrati.

LIBER QVARTVS.

De Affectibus Infimi Ventris, Sive Abdominis.

CAPVT PRIMVM.

De Affectibus Oeſophagi.

De Morbis [1] *Oeſophagi.*

AFFECTUS Infimi ventris comprehendunt ſub ſe affectus, *Oeſophagi, Ventriculi, Inteſtinorum, Ani, Meſenterii, Epatis, Lienis, Renum, Veſicæ, Partium genitalium in viris, Partium genitalium in mulieribus, Umbilici, & Abdominis.*

[2] Morbi Oeſophagi ſunt *Intemperies, Tumor, Anguſtia, Vulnus, & Vlcus.*

[1] *Oeſophagi*) Oeſophagus tres habet tunicas, Harum interior in intima ſuperficie quoddam quaſi velum habet, fibris ſeu villis tenuiſſimis conſtans, quod totam ejus cavitatem velut lanugine quadam inveſtit; Reliqua hujus tunicæ ſubſtantia tota nervea eſt, fibris nerveis & diverſimode contextis donata, pariter ac ventriculi & inteſtinorum tunica interior: Porro hæc membrana illi quæ palatum, os, fauces & labia tegit continuatur; inſuper illa uſque ad ventriculum deſcendens, os ejus circumcirca, & inferius ſpatio trium digitorum latorum oris latera intus obducit: Pars ea proculdubio ad ſenſationem maxime exquiſitam facit; hinc enim grata comeſta & deglutita, grata jucunditatis affectio uſque ad ventriculi ingreſſum comitatur; quin & ab ingratis ingeſtis & comeſtis irritatione hic facta, nauſea ſæpe ac vomitus ſuccedunt: Porro hujus tunicæ altior in ventriculum inſertio, intimum ac citiſſimum illud inter ſtomachum & gulam commercium facit, ita ut ſi pars alterutra in vomitionem cieatur, mox altera in [illegible] adducatur, cumque eadem tunica palatum aliaſque oris partes inveſtiat, etiam hæ cum illis circa vomitionem mutuo conſenſu afficiuntur.

ij. Proxima Gulæ tunica carnoſa admodum & craſſa eſt, veluti ſi eſſet muſculus perforatus: *Hofmannus* revera hanc muſculum eſſe & paralyſi & convulſionibus obnoxiam fieri aſſerit: Hujus tunicæ fibræ carneæ ſpirales ſunt, atque duplicis ordinis, quæ ſe mutuo intercuſſant, & binas velut cochleas oppoſitas conſtituunt; Hinc videtur mihi totus Oeſophagus duobus muſculis compoſitis conſtare.

iij. Et extima Oeſophagi tunica, quæ huic & ventriculo communis, atq; à diaphragmate (cui, dum foramen ejus pertranſit, unitur) oriunda, tenuiſſima, & fibris tantum membranaceis & perquam exilibus prædita exiſtit.

Quod ad uſus & officia harum partium ſpectat, dicimus in genere *tunicam interiorem potiſſimum ad ſenſus, mediam ad motus munia.* præſtanda, atque *tertiam* ut totius integumentum componi.

Primo igitur quod Oeſophagi tunica interior cruſta villoſa, ſeu velut lanugine quadam obducatur (quæ iteoi palato & linguæ communis eſt) hoc ita fieri videtur ad comeſſationem; quæ pro vita tuenda neceſſaria eſt, magis invitandam, nempe ut, dum alimenta grata deglutiuntur, in toto Oeſophagi tranſitu à villis iſtis arripi, uſque diutius adhærere, & iucunditatis ſenſum imprimere queant: Quod autem tunica ipſa fibris tantum nerveis varie intertextis conſtat, inprimis ad ſenſationem facit; dein ad robur & firmitatem, uti cum ſportula pluribus viminibus intexitur, & 3. ut pars ea melius diſtendi queat; Præcipuum vero illarum munus eſt ſenſibilium appulſus ſuſcipere, eoſq; mox [illegible] tradere, proinde ut juxta complacentiæ aut diſplicentiæ affectus ibi dem excitatos deglutitionis aut rejectionis

motus

continuentur, aut de novo excitentur.

Hic autem merito inquiritur, annon hęc Tunica, prorſus nervea, ſiquidem fibris ita numeroſis & variis intextur, etiam motui cuipiam inſerviat? quippe cum Oeſophagum, ejuſque partes, inter deglutiendum, exſpuendum, evomendum, oſcitandum, aliaſque affectiones diverſimode moveri conſtet; Porro cum alia viſcera membranacea, inprimis ventriculus & inteſtina, in varios ſpaſmos, inflationes & diſtenſiones paſſim agantur, Explicare oporte[t] quibus fibris, & quo ritu affectis, iſtiuſmodi variæ [. . .] actiones, ſive paſſiones obeantur.

A nobis oſtenſum *quod & quomodo omnis contractionis motus à fibris* tantum *carneis perficiatur*, viz. hæ ſpirituum (*quæ a fibris tendinoſis proſiliunt*) *incurſibus ſubito inflata ac intumefacta mox abbreviantur*, *proindeque partes appenſas* [*v*]*erſus ſe corripiunt.*

Cæterum vero, cum & plane conſtet quaſdam partes nerveas ac inprimis viſcera concava, non ſolum contrahi, ſed [. . .]ndi, multum inflari, inque majorem capacitatem ampliari, quod e[. . .]re per contractionis motum fieri nequit, cumque inſuper liquido pateat ſpiritus animales intra fibras nerveas, haud minus quam intra carneas moveri, inque iis non tantum blande ſcatere, ſed interdum valde irritatos, aut exploſos impetuoſius exilire, Hinc non dubitamus ſtatuere ſpiritus animales intra fibras nerveas ſive membranaceas ſcatentes non modo ſenſiones, quæ proprium illarum munus ſunt, ſed & motus quoſdam locales, ſcilicet expanſiones ſive inflationes efficere: Quippe dum ſpiritus animales in exploſiones acti, & inſigniter rarefacti, has fibras (quæ ſecus ac carneæ, non certis ordinibus, ſed quaquaverſus diſpoſitæ, plurimum attenuari, ioque majores expanſiones diſtendi & dilatari poſſunt) impetuoſius ſubeunt, neceſſe eſt viſcus ex iis conſtans ubique inflari, ejuſque latera, quaquaverſus explicata, ſummeque attenuata, in majorem capacitatem ampliari. Profecto ex inſtituto naturæ quandoque ad hunc modum fieri convenit, nimirum ut dum partes, quas membranæ conſtituunt, ſubtendunt aut inveſtiunt, hoc ritu expanduntur, humores ſuperflui aut moleſti eiſdem infixi, aut adhærentes, excuti & ablegari poſſint: In hunc finem, & hac ratione, pandiculationes, oſcitationes, & quoſdam alios inflationis aut diſtenſionis motus excitari putamus.

Exterior Gulæ tunica, carnoſa admodum & craſſa, ſiquidem duobus fibrarum carnearum ordinibus, qui oblique aſcendunt ac deſcendunt, ſeque mutuo decuſſant, conſtat, duplex quaſi muſculus cenſeri debet, cumque unus fibrarum duplicatarum ordo ſic deſcendens deglutitioni inſerviat, alter proculdubio aſcendens exſpuitionis & vomitionis opera perfic[i]t.

3. De tunica extima & communi Oeſophagi non eſt ut multa dicamus. *Willis de Med. Oper. ſect. 1. c. 2.*

Quibuſdam Oeſophagus dicitur muſculus, quod *Galenus* refert 2. *de motu muſc.* quare & eum reſolvi poſſe dicunt. *Rondeletius Prax. l. 1. p. 404.*

[1] *Morbi Oeſophagi*) Oeſophagus, cibi potuſque via, raro morbis tentatur, quod in eo nihil quod perlabitur diutius moretur, aut tardet. At interdu[m v]el intemperies, vel tumor aliquis præter naturam obſtruens; iſque modo frigidus, modo inflammationis particeps, nonnunquam & ulcus afficit. *Fernelius Pathol. l. 6. c. 2.*

Secundum *Avicennam* membrum hoc obnoxium eſt cuilibet vitiorum generi, ſiquidem intemperie, mala compoſitione, & ſoluta unitate corripi poteſt, At cum omnia hęc mala, ut inſinuare videtur *Avicennas*, conſentientia eſſe videantur prout uni officium Deglutitioni, propter quam Oeſophagus eſt creatus, ob id de Læſa Deglutitione ſermo inſtituendus. *Capivaccius Pr. l. 3. c. 1.*

[2] *Morbi Oeſophagi ſunt &c.*) Hos breviter perſtringit *Fernelius*, Oeſophagus cibi potuſque via raro morbis tentatur, quod in eo nihil quod perlabitur diutius moretur aut tardet; At interdum vel *intemperies*, vel *tumor* aliquis p. n. obſtruens, iſque modo frigidus, modo inflammationis particeps, nonnunquam & *ulcus* male afficit: His omnibus devorãdi actio præpeditur, ſed quodam diſcrimine, Quum ſimplex eſt *intemperies*, eſculenta potulentaque tarde delabuntur, toto œſophago æquabiliter affecto, ſine ullo anguſtiæ doloriſve ſenſu, quod iis etiam commune eſt qui nauſea faſtidioque cibi vix devorare queunt; Verum ſi *ſcirrhus*, aliuſve *tumor p. n.* durus ac frigidus œſophagi viam intercludat, ſive is in œſophago, ſive in cervice extuberet, difficilis quoque ac tardus tranſitus eſt, ſed cum partis cujuſdam anguſtia; Quum vero *phlegmone* inhæreſcit, præter vorandi tarditatem & loci anguſtiam, dolor quoque lancinans excruciat, cum calore, ſiti magna & febr[e], hinc tempore pus vel ſcreatu vel vomitione exit; *Vlcus* tandem his accedit, à quo dolor in affecta par[te] acerbior evadit, qui mirum in modum exacuitu[r], ſi vel acre, vel ſalſum, vel acidum, v[el] acerbum quidpiam voretur.

Omnis porro Oeſophagi dolor in dorſi ſpinam incũbit, in quam gula quoq; reclinat, & adhæreſcit. *Pathol. l. 7. c. 8.*

Cap. II.

De Oeſophagi Intemperie & Tumore.

1. I*Ntemperies Oeſophagi eſt ejuſdem à nativa temperie ad præternaturalem receſſus.*
[2] *Cognoſcitur*, ex læſa deglutitione, toto œſophago æqualiter affecto ſine ulla anguſtia & doloris ſenſu.

Dividitur [3] in *Calidam*, quæ *Extra*, à fumis, pulveribus, &c. [4] *Intra*, à vaporibus in febribus ardentibus, uteri calida & ſicca intemperie accidit, *Tum* rubor & aſperitas [5] in lingua percipitur, adeſt ſitis, [6] per refrigerantia; lentorem habentia *curatur*.

2. [7] *Frigidam*, quæ vel à potu nimis frigido, vel aliunde, accidit, & [8] calefacientibus tollitur.

3. [9] *Humidam*, quæ à catarrhis defluentibus, ſalivatione &c. exſiſtit, & relaxationem œſophagi, ita ut pars ipſius inferior, & os ſuperius ventriculi hient, infert.

4. [10] *Siccam*, quæ à ſiccis exoritur, ac aſperitatem infert, ſorbitionibus ex *jure pulli*, *butyro* nõ ſalito, oleo amygdalar. dulcium curatur.

[1] *Intemperies Oeſophagi*) Quæ de Ventriculi Morbis proponuntur ſuo modo & Oeſophago debentur, Cauſa *intemperiei*, non ſolum *ſanguis* hoc aut illo modo conſtitutus, loco peccans, ſed & vapores ex ventriculo aliisque partibus aſcendentes, *aer* itidem, *aſſumpta deglutita*, *fumi &c. G. Blaſius Th. ſp. p. 244.*

2. *Cognoſcitur ex læſa deglutitione*) Notandum quod omnis dolor gulæ, ſive Oeſophagi, ad ſpinam dorſi perſentitur; ei enim gula membranoſis fibris connexa & adnata eſt, Quare Topica remedia, in gulæ affectionibus, non anticæ corporis parti, ſed dorſi ſpinæ ſunt applicanda. *Fr. Joel. Pr. l. 4. ſect. 1.*

3. *In calidum*) *Huc refer ejuſdem Inflammationem*, ab influxu ſanguinis (quod rarum eſt) unde dolor gravis, præſertim in deglutitione, à principio gulæ ad ventriculum uſque ſeſe exterens, ſed non cum tanta ſpirandi difficultate ac in angina, niſi ad vicinas quoq; partes ſe extendat: Cujus ſanguinis influxus cauſa eadem quæ cæterarum, inflammationum, nimirum plethora, ſanguine in corpore admodum redundante, vel ferventiore & tenuiore exiſtente, eo potius quam alio ob partium diſpoſitionem ſe exonerante, idque plerumque per febrem ſynochum, ſanguine prius in venis accenſo, portioneque illius eo effuſa.

In Oeſophagi inflammatione, *adſtringentibus* ab initio, mox *digerentibus* utendum, remediaque intus adhibenda, illa plerumque quæ, ſi fieri poſſit, ut rectius ad partem deveniant, deglutiantur, qualia multa in *Angina* tradita ſunt; Quibus & hæc, *Lenientia* addi poſſunt, *Cremor hordei, mucilagines, albumen & vitellum ovi* cum *ſaccharo* deglutita. Vel

℞. *ſebeſten par. xij. ſem. cydon. ℥ß. ſem. pſyllii & papav. albi ā̄ā. ʒij. hordei mund. p. j. coqu. & in colat. mucilaginoſa diſſolve penidia.*

Extrinſecus, etſi Oeſophagus in profundo lateat, eadem quæ in reliquis faucium inflammationibus exterius adhiberi poſſunt, *Abſceſſus* ſi in gula poſt inflammationem naſcatur, nec per ſe rumpatur, ea quæ in Angina deglutita abſceſſum diſrumpunt, hic cum ad partem ipſam perveniant, citius illud præſtabunt; qui & inſtrumentis, quibus Oeſophago hærentia extrahere ſolemus, aperiri poteſt. *Platerus.*

4. *Intra à Vaporibus*) Nova ſpecies depravationis ſenſus Tactus, eaque rarior, à me primum obſervata aliquoties, Senſus moleſtus, *aura* vel *aqua* ardentis, vel frigidæ, circa *Oeſophagum & ventriculum*, in deglutitione maxime ſe manifeſtans: Symptoma *paralyticu* vel *convulſiv*, cum difficultate deglutiendi, loquendi, ridendi, tuſſiendi, interdum adveniens; Vel etiam ſine reſolutione partium iſtarum, tantum ſenſu hoc moleſto admodum homines divexans. *Idem.*

5. *In lingua percipitur*) Differentiam cauſaſque intemperiei primario ex lingua habemus, ſpectatis ejus colore, ardore, frigiditate, ſiccitate, humiditate; quin &, ob viciniam tracheæ; vocis læſionem incurrit. *G. Blaſius.*

6. *Per refrigerantia, lentorem*) Si ab exſiccatione in febribus, interne *mucilago ſeminis cydonior. cum ſperm. ranar.* extracta eſt egregia, Externe, *Ungu. Zacuti* ad hunc affectum; compoſitum ex *ungu. filii Zachariæ, ungu. roſat. reſumpt. ol. amygd. dulc. violar. & mucilag. cum lacte muliebri. Etmuller.*

7. *Frigidam*) Cujus cauſæ προκαταρκτικαὶ ſunt frigidiſſimorum liquorum continua ingeſtio, lentus & craſſus humor hærens in ipſa gula, & aër vehemens [illegible] gidus per gulam illabens: Signa [illegible] rum villorum eſt univerſæ poteſtatis devorandi amiſſio. *Franc. Joel.*

8. *Calefacientibus tollitur*) Vide inferius §. 6. c. 3. *Medicamentis in Paralyſi*) Et §. 8. *Si a defluxione fit*. Si ex refrigeratione fibrarum in gula prorſus extincta eſt devorandi degluriendique facultas, & tanquam paralyticè, omni motu ſit gula privata, fruſtra internis remediis curatio tentabitur, cum æger nec cibum nec potum devorare queat, ut fame ſitique enecari cogatur; Tum pro victus ratione adhibenda ſunt Enemata, In quem uſum conveniunt *Juſcula carnium recentium, ac amygdal. cremor. ptiſana & ova* recentia cum quibuſdam juſculis commixta, quæ quotidie bis loco prandii ac cœnæ infundenda ſunt, Epar enim eſuriens ex venis meſaraicis hæc alimenta ad ſe allicit, & in ſanguinem convertit, eaq; ratione hominis vita diutius ſuſtentari poteſt. Interim foris eſt tentanda curatio, & fauces quidem ſubinde irrigandæ liquoribus calefacientibus, eorumque tentanda eſt ſubinde deglutitio, Hujus generis ſunt *aqua cinnamomi, aqua juniperi & vinum Creticum*. Foris autem ſpina dorſi inter ſcapulas uſque ad vertebras lumborum quotidie bis inungi debet ſequentibus oleis.

℞ *Olei è maſtiche, e piperibus, ā̄ā. ℥ß. ol. de euphorbio ʒij. adde pauxillum aquæ junip.* his tepidis prædictus locus inungatur, *Fr. Joel. lib. 4. p. 303.*

9. *Humidam &c.*) *Ubi Gula ob nimiam* humectationem, & tenacium humorum adhæſionem difficultate deglutiendi laborat, interque devorandum adſit nauſea, primum Clyſtere ex detergentibus parato, *abſynthio, centaur. min. betonica, majorana, pulpa colocynth. ad dr. j.* quæ poſt unam ebullitionem eximi debet, diſſolvendo *hieram* ſimpl. *olei de abſynthio, ſal &c.* Alio die, ſi ulla ratione fieri queat, deglutiat æger ʒj. *Pilul. hieræ ſimpl. quæ in oleo vitrioli* ſint madefactæ,

Porro lambendo aſſumat æger, idque frequenter, ſequentis *Elect.* quantit. avellanæ, ſenſimque in ore reſolutam devorare conetur.

℞. *Oxymel. ſimpl. unc. j. ol. vitrioli ʒj. zinzib. pulver. unc. ß. m. f. Electu.*

Aqua quoque *cinnamomi*, aut *aqua juniper.* ſenſim deglutita exſiccat & abſumit ſuperfluam humiditatem in gula. Foris vero ſpina ipſa inter ſcapulas quotidie bis inungatur ſequ. Linimento.

℞. *Ol. abſynth. nard. ā̄ā. unc. ß. ceræ parum* m. f. ſ. a. Linimentum, quod eluatur cum *aqua juniperi*, Fr. Joel. Vide §. 8. c. 3. *Si a defluxione fit.*

10. *Sorbitionibus ex jure*) Salivæ defectus potu præſertim *vini*, vel cerevîſiæ ſecundariæ reſarcitur; item *cryſtalli* fruſtula in ore circumacta ſalivæ copiam nonnihil provocant; *Etmuller*. Apud *Hochſtetterum* anguſtia œſophagi, & ſtrangulatio oborta ab hauſtu vini in quo conſolida major macerata, propinato aceto reſtituta fuit.

II. 11. *Tumor Oeſophagi eſt ipſius in magnitudine ſua exceſſus.*

Cognoſcitur, ex dolore in deglutiendo in poſteriore magis parte & dorſo; deglutiendi impedimento, ſi magnus bolus deglutiendus eſt, ut interdum potus per nares effluat.

Oritur ab iiſdem cauſis, à quibus tumores in genere oriri diximus.

Curatur ſæpe *difficulter*, periculoſuſque propter ſuffocationem, aſperæ arteriæ via compreſſa, & quia cor vel cerebrum facile compatitur.

12. *Eo modo* quo alii tumores, nempe, in principio repellentibus, in augmento reſolventibus externis, internis; in ſtatu diſcutientibus, tumore ad ſuppurationem tendente emplaſticis & pinguibus; materia in pus mutata, abſceſſus rumpentibus, rupto abſceſſu ulcera detergentibus, aqua ſcilicet hordei cum ſaccharo & melle roſato. *Vomitus* metu ſuffocationis, mota ad locum affectum materia, vitetur, niſi forte ſuppuratione facta, tumor rumpi debeat.

Dividitur

Dividitur 1. In *Calidum*, cui adeſt febris, ſitis major, dolor, in cujus curatione venæ ſectio locum habet.

Et [13.] *Frigidum*, in quo minor dolor, & in cujus curatione repellentia mitiora, reſolventia & diſcutientia fortiora eſſe debent.

In [14.] *illum, qui ſuperiori Oeſophagi parti* inſidet, & tum cibi non deſcendunt: & *illum qui inferiorem* infeſtat, & tum cibi, poſtquam aliquouſque deſcenderunt, hærent.

[11.] *Tumor Oeſophagi*) Vide inferius §.12.c.4. *Inter Oeſophagum & arteriam.*

[12.] *Eo modo* ... Si Tuberculum, vel Tumor in gula ſuccreſcit, & ... orationem impediat, id quod ex dolore certæ part... ſpinam inter deglutiendum dignoſcitur, tum præter *veræ ſectionem*, & febriculæ curationem, locus dolens emollientibus, & tubercula maturantibus linimentis inungendus eſt, & Empl. ſubſequens imponendum. Inungantur autem tali Linimento.

℞. *Ol. e maſtich. c. nardin. ãã. unc. ß. ceræ parum M.S.* Inuncto loco dolenti imponatur *Empl. diachylum ſimplex.*

Si autem *caliditas cum tuberculo* & ſitis excruciet, *Oleo roſarum & cydoniorum* ſpina inungatur, & *Empl. refrigerans Galeni* imponatur, Intra vero ſitis & calor mitigetur *ſyr. violar. & rob. è ribes.* Ubi vero Tuberculum ſive Apoſtema ruptum fuerit, & æger per vomitum ſanguinem purulentum projicit, anxietatemque percipit, tunc utendum eſt medicamentis abſtergentibus &c. *Franc. Joel.* Vide infra curationem *Excoriationis & Ulceris cap.10.*

[13.] *Et frigidum*) Singularis tumoris meminit Nic. *Gul. Becker*, M... tor ... qui inno de deglutitionis difficultate ... gine, dolore gravativo in dies augeſcente languore totius corporis contabeſcentis, nullo in faucibus tumore vel dolore apparente conqueſtus, ad fata vitanda plurimis inciſſum uſus remediis, corpore ob deglutitionis impoſſibilitatem ſanguine ac ſpiritibus deſtituto, tandem miſerabiliter violenta expirare cogitur.

Cadavere diſſecto, tribus ab ore ventriculi digitis, Oeſophagus à cartilagine annuliformi, exiguo foramine prædita, ab ipſo œſophago enata, obturatus repertus fuit. *Med Sept. vol. 1. p. 504.*

[14.] *Illum qui ſuperiore*) Conſiderandum num in tota ſubſtantia *mera* ſit nocumentum, tunc enim cibi non deſcendunt niſi cum anguſtia, dolore, & per intervalla. Si in parte inferiori, deſcendit quidem, ſed quando pervenit ad partem affectam non poſſe tranſire, ita ut infirmo videatur cibus ibidem permanere inviſcatus, *Foreſtus l.15. obſ. 31.*

Cap. III.

De Oeſophagi Anguſtia, Vulnere & Ulcere.

Anguſtia Oeſophagi eſt [1.] *quando illius meatus imminuitur.*

Cognoſcitur ex eo, quod aſſumpta in certo loco ſubſiſtant, & quod facilius liquida quam ſolida deglutiantur.

Dividitur pro ratione cauſarum, nam alia eſt *à cauſis externis*, ſeu medicamentis conſtringentibus, ſeu [2.] re aliqua deglutita, *Tum*, ex udſtantibus vel ipſo ægro res cognoſcitur.

[3.] Aut vomitu vel tuſſi [4.] rejicienda eſt: aut humectantibus & emollientibus extra & intra adhibitis promouenda: aut ſpongia Oleo *amygdalarum dulcium* illita detrudenda, aut ſingulari *Fabritii Hildani* inſtrumento eximenda.

Alia à *Tumore, Vermibus*, ex ventriculo & inteſtinis aſcendentibus [5.] *ſcorbuticis & hypochondriacis* [6.] *vaporibus* œſophagum diſtendentibus & [7.] arteriam aſperam comprimentibus, [8.] *Luxatione vertebrarum cervicis* & dorſi, quæ in ſuis locis videantur.

Alia à *pituita craſſa, lacte coagulato* &c. inhærentibus, ubi *Oxymel ſcilliticum*: & vomitus locum habent.

[1.] *Quando illius meatus imminuitur*) A cauſis quæ *Anguſtiam* facere poſſunt, cujus ſpecies ſex recenſentur, *Obſtructio, Compreſſio, Conſtipatio, Occluſio, Subſidentia, Coaleſcentia:* Ad occluſionem pertinere videtur ſequens inducta ab Oeſophago reddito *Cartilagineo.*

Fœmina diu difficultate deglutiendi prædita Medicum adiit, qui ſtylum ex oſſe balenæ confectum, longum flexilemque immiſit, in ventriculum obſtaculum aliquod invenit quod ſtylus nullo modo ſuperare potuit; Medicus illam pro deplorata habuit, poſt paucos menſes obiit fame è necta: In diſſecto cadavere totus œſophagus à claviculárum regione ad ſtomachum ipſum inventus eſt pura puta cartilago, neque erat pervius, niſi cavitate valde minuta, vix ſetam porcinam admittente, eaque labyrinthea, &c. *Henricus Sampſonius Med. Septentr. 2. p. 504.*

Res aliena deglutita.

[2.] *Re aliqua deglutita*) Deglutitæ res alienæ in faucium iſthmo vel hærent, vel extra hunc, vel ad ventrem tandem deſcendunt, Dum in faucibus hærent, præter inimicam ſui præſentiam interdum ſimul dolorem excitant; unde tumor, inflammatio, abſceſſus, uque vel lethales, de quo vide *Hildanum centur. 1. obſervat. 35. Centur. 5. obſervat. 35.* ex oſſiculo Oeſophago infixo, tumor, dolor, febris, inflammatio, mors, vel hoc rupto abſceſſu, rei peregrinæ cum pure excretionem aut deſcenſum faciunt; ſic apud eundem *Cent. 1. obſ. 32.* Mulier Oſſiculum devoratum, quo pene ſuffocabatur, 7. tandem die, excitata ſuppuratione egeſſit; vel per alia plus minus vicina loca exitum ſibi quærunt: Quo facit exemplum apud *Paræum libr. 24. cap. 29.* de geminis ramulo deglutito, qui poſtea integer per intercoſtale ſpatium erupit: Item. *Spina piſcis* gutturi biennium infixa, poſt excitato abſceſſu, in extrema colli parte extracta. *Hildanus obſervatione c.1.33.*

Dum vero ad ventriculum quocunque modo de-

ſcendunt, vel inferius per anum ſucceſſive denuo excluduntur. Sic V. g. miles metu ne in itinere ſpoliaretur ſex deglutivit ducatos, eoſque poſt aliquot dies, injecto clyſtere abſtergente ſine noxa rurſus reddidit, teſte *Dom. Michael.* (*Sic anno 1686. quidam ex vallibus Pedemontanis Religionis cauſa profugus, viginti nummos aureos, Ludovici Regis effigie ſignatos deglutivit, quos Genevæ redditus poſt aliquot dies egeſſit, ſumpto cathartico in Pharmacopolio D. Rubatti*) Vel dum fiſtula deglutita tertio die ſine noxa per alvum fuit reddita: *Bartholinus centur. 1. hiſtor. 59.* Vel in ſtomacho pertinacius hærentes varia mala inferunt, dum V. g. pylorum obſtruunt, ſic apud *Kerkringium* mors ex obſtructo pyloro, *Spicil. obſervat. 1.* Quo pertinent *acicula* alias cum periculo, alias ſine, deglutitæ. *Etmuller.*

Puer avide comedens carnes cyprini piſcis, ſpinis majoribus ſimul deglutitis in œſuphagi tunicam ſe inſinuantibus, tumore cum inflammatione mox ſuborto miſere ſuffocatus fuit. *Platerus Pr. T. 1 pagin. 427.*

2. *Deglutita*) Illicque vel ob magnitudinem, vel tenacitatem, vel aſperitatem aut acutiem retenta, aut alioquin ſe affigentia; uti ab *hirudinibus* accidiſſe ſcribit *Rhazis*, à quibus inhærentibus ſi magna ſint, vel dura, quia aſperæ arteriæ latus membranoſum, œſophago continuum premunt, eamque ſic arctant, reſpirationem una cum deglutitione ſimul impediunt. *Idem.*

Quæ contra naturam deglutiuntur aliena, ſive id ſtudio fiat, ſive caſu, ratione termini ad quem, in duplici ſunt differentia, aut enim in ventriculum deveniunt, aut in œſophago, ceu in via intercipiuntur, Vtrobique non leve negotium faceſſentia, En primi exempla.

Aurifabri filia 18. annorum inter comedendum deglutiit aciculam æneam, cuſpide primum κάτω tendente; manſit illa in œſophago; immanes dolores creans; præcipue cum ſolida per eandem viam offerenda eſſent ventriculo: Chirurgus ſpongiola melli intincta, incurvo & ſubtili affixa ferro, deturbare eandem, cum reditus in os eſſet impoſſibilis, fruſtra conatus eſt; Injectæ collutiones aliaque mucilaginoſa nihil effecerunt quam ut fixa ibidem permanens levioribus ægram, quotidie tamen incrudeſcentibus doloribus mactarent, Non propinatum vomitorium exturbando extraneo huic hoſpiti par fuit, non alia: Poſt annum ſuaſu noſtro detruſa eſt in ventriculum acicula per candelam ceream ſartorum, eam quotidie bis terve leviter intrudendo, inunctam ol. amygd. d. quod ſine dolore fuit, & hinc ad ventriculum detruſa, hactenus nihil moleſtiæ exhibuit. *Georg. Wolf. Wedelius in miſc. Cur.*

Puer 12. annorum infanti dimidium Imperialem Hiſpanicum capitatum tradidit, quem ori ſuo indès detinuit, infans vero, manu in os, ut illum inde repeteret, intruſa, uſque ad œſophagum deturbavit, hinc maximi dolores, vi tanta nimium quantum diducto ductu: Chirurgus fruſtra extractionem intendit, ut coactus fuerit eundem ad ventriculum adigere, quo non ſine magno labore facto, traumaticis & peragoricis mucilaginoſis, Oeſophago dolenti, & tantum non vulnerato, proſpectum fuit: hinc adhibita pinguia, lubricantia, purgantia, alia, abſque effectu: Æger interim, ſimul atque receptus eſt ventriculi capacitate nummus, optime præter dictos dolores oeſophagi & deglutitionem difficilem habuit, nec ad hunc uſque diem, poſt IX. annos, quicquam moleſtiæ ſenſit. *Idem.*

3. *Aut Vomitu vel tuſſi &c.*) Fœmina aciculas ore duas retentas, unam magnam, alteram minorem, forte deglutiit: hærebant autem primum aliquot horis in gula circiter palmam latam ſub larynge cum multo dolore & anguſtiis: Ad quam accerſitus, ut nihil cibi vel potus prius exhiberetur quam incurva forcipe exigua tentaſſem num illæ retrahi poſſent: paulo poſt ſorbitiunculam propinatam intelligo, qua in œſophagi partes inferiores, paululum ſupra ventriculi orificium deprimuntur; ubi novo cruciatu, pungitivoque dolore excitato revocatus, juſſi cereviſiam cum butyro & pane ſecalino craſſius conciſo hauriri affatim, atque eam erecto decubitu ſomnum capere, ſiquidem nox erat; Hoc modo aciculas ad ventriculum deturbatum iri ſperabam, cum eas infixas, vomitu has partes contrahente, firmiuſque eo niſu impingente, tuto per fauces reddi poſſe non viderem: Sic poſt noctis medium tertia hora, panis illius pondere depreſſæ receſſerunt, inde eam ſecundo die juſculis pinguibus, cereviſiaque cum butyro ali, ac in dextra decumbere libero ventre, pulvinaribus ſuppoſitis femori & brachio, ut minus impedite è ſtomacho per pylorum in inteſtina deſcenderet acus, juſſi, A meridie ſurgentem tunc inde inflectere corpus nolui, ne inæquali motu in inteſtinis alicubi infigerentur aciculæ, ſed ut citra inflexionem erecta moderate inambularet, quo cum excrementis proclivius ad inteſtina magna ſiderent acus conſului; atque ut deinde exoneratæ primum fæces in vaſe conſervarentur, quibus mane poſtero depoſitis apparuerunt aciculæ qua dixi forma; longior vero erat curvata nonnihil. *Joh. Wierus in obſ.*

4. *Rejicienda eſt*) Si ab illapſis in œſophagum via hæc obturata deglutitionem impediat, ſintque *corpora craſſiora*, aut tenacia, aut alioquin quæ facile adhærent, ut *membrana*, illic ſubſiſtentia: ſurſum deorſumve propellere ſtudebimus variis artibus, *Potu aquæ* vel alterius liquoris, affatim bibiti, magno hauſtu, ſæpe res propelluntur.

Panis buccella aut alio ſolidiore deglutito, res hæ plerumque cedunt.

Sternutatione facta quoque excutiuntur; majoreque impetu vomitionem, faciliuſque ſi multam per *aquam & oleum* prius haurire poſſunt, &, ut vult *Rhaſis*, ægri cervicem interim concutiamus.

Inſtrumentis ad id accommodis obſtaculum hoc auferemus, ſi pateat & apprehendi poſſit, illudque *forcipe* idonea extrahemus.

Vel alio *inſtrumento flexili*, quod gulæ ductui ſe accommodare poſſit, intruſo illud deorſum deturbabim⁹.

Bacillo craſſiore *betulæ ex ſcopis*, qui ſemper ad manum inveniunt, illud commode præſtabitur, cum citra fracturam facile flectatur, ſi recens ſit; Vel ſi aridus, in *lixivio* ferventi prius emollitus nonnihil fuerit, atque oleo inunctus.

Plumbeo ad hoc utitur *Rhaſis*; Quod & *cerea candela*, in oleum prius intincta commode fit.

Deglutiendo *ſpongiolam parvam* ſiccam, filo alligatam, poſteaque mox aquam ſuperbibendo, ut intumeſcat, eamque denuo extrahendo, impedimentum è gula hac arte evelli poſſe docent; quod in *acutis* vel *tenuibus* Oeſuphagum moleſtantibus potius, quam deglutitiones penitus impedientibus locum habebit, cum niſi ſpongia deglutiatur ullus ſequatur effectus: Forte & *globulus precarius*, filo tranſmiſſo alligatus, cum facilius deglutiatur, commodius illud, una vel repetitis vicibus deglutitus extractuſque præſtabit.

Ad *lubricam viam* reddendam, ut facilius cedant, *oleum*, *butyrum* bibendum vel ſumendum damus, Et ut dilatetur *Collum inungimus*, *Hirudo* in fauces irrepens, ſi oeſophago adhæſit, cum ſigillatim illius curam *Rhaſis* doceat (eſt id rarum, uti vero frequens eſt *lumbricos per Oeſophagum* ad os & nares uſque ſerpere ſic nos inſtituerunt.

Evellitur

Evellimus forcipe, ſi apprehendi poſſit, quod cauda illius eminente fieri poteſt (Vel ſurſum provocamus calida aqua bibita, & poſtea frigida in ore retenta; aut deorſum uſi & reliquus vermes pellimus, exhibitione eorum quæ illis ingrata ſunt, ut *acetum* bibendo *ſalſa* edendo, *cepas*, *allia* cruda, *ſinapi* bellariorum lambendo, aliaque multa lumbricis adverſa. *Platerus*,

5. *Scorbuticis & hypochondriacis vaporibus*) Si quando Halitus Ructu ve ac ribi & auſteri, vel copioſi ſaltem, è ventriculo aſſurgant, ſiſtunt, & quandoque repellunt alimenta d[illegible]; *Sylvius de le Boe.* vide §. 10. c. 4. *Vitio ſpi[illegible]*.

Si à vitio hypochondriorum, per *acidum abſorbentia & opiata*, item *caſtorina* curatio inſtituatur. *Ettmuller.*

6. *Vaporibus Oeſophagum diſtendentibus*), *Quod & a Flatibus ſieri poteſt*, D. N, graviſſimu ventriculi dolore ſimul cum deglutiendi difficultate ſumma laborabat; tractatu [illegible] me diligenter cum ventriculi regione hypochondriis, deprehendi renitentem tenſionem undiquaque has partes occupantem, ſimulque rugitum internum, frequentibus ructibus per os emiſſis exitum habentem; quæ cauſa erat quamobrem nec juſculum nec cibus ullus ad ventriculi fundum, debabi poſſet nimirum ſublato & ſuſpenſo à flatuum copia cibo: Cum jam 4. aut 5. dies à cibo abſtinuiſſet, hinc periculum immineret ne corpus edendi penuria abſumeretur, in id totum curationis ſcopum direxi, ut tantam flatuum abundantiam diſcuterem, quare admoveri juſſi ventriculi & hypochondriorum regioni (injecto prius clyſtere partim diſcutiente partim evacuante) ſotus calidos ex diſcutientibus, carminantibus, litus, &c. unde meliuſcule habuit. Tandem admota ventriculo cucurbitula cum multa flamma, à qua flatus adeo potenter diſcuſſi fuerunt, ut poſtea & juſcula & quævis edulia transglutire potuerit. *Reverius centur. 4. Obſervat. 11. in frequent.*

7. *Aſperam arteriam comprimentibus*) *Anguſtus evadit Oeſophagus ab illapſis in arteriam aſperam, hinc Deglutitio impeditur*, Puella 14 ann. deglutit *nucleum prunorum*, quem cum in medio thoracis hærere diceret Chirurgus, ceream candelam œſophago indidit, & nucleus hac ratione detruſus, Ipſa tamen cum longo tempore antea tuſſiſſet, nunc multo magis tuſſire cœpit, ſed dolorem in thorace non ſenſit; [illegible] ſubinde cruenta & purulenta, febrilis [illegible] Triduo antequam nucleum ejecit, incidit in dyſpnœam maximam cum continuo rauco ſonitu, labia ſubinde convellebantur, & oculi, & crura, tuſſis ſine intermiſſione durabat, donec tandem nucleum cum tuſſi rejiceret, cum cruenta & purulenta excretione, tunc illico dyſpnœa & raucus ſonitus ceſſavit, hinc reſtituta.

Putabam ab initio nucleum aſperam arteriá non intraſſe, ſed tuſſis ſtatim à deglutitione exaſperata, cruenta & purulenta è pectore excreta, febris putrida accedens, tandem dyſpnœæ junctum ſonitum raucum & convulſiones, tuſſim ſine intermiſſione durantem, cum pure & ſanguine nucleum rejectum fuiſſe perpendens, mea ſententia fuit nucleum aſperam arteriam omnino ingreſſum eſſe; quod & ſenſus ejus in medio thoracis teſtabatur &c. *Chriſtoph. Roeslerus Med. Sept. vol. 1 p. 508.*

7. *Et aſperam arteriam comprimentibus*) Si ab externis injuriis hoc fiat, *vinculis aut luxata vertebra*; uterque ductus interclusus vel anguſtatus ſit, reſpiratio una cum deglutitione impeditur. *Platerus.*

8. *Luxatione vertebrarum*) Sentitur dolor in collo, ſpondylus, & ſpatulis, & non poteſt jacere æger ſupra dorſum, dolor enim occupat locum affectum. *Foreſtus l. 15 obſ 31.*

Vulnus.

II. *Vulnus Oeſophagi*, in duplici, ratione cauſarum, eſt *Differentia*, Vel enim *à telo infertur*; & 9. tum, ſitus vulneris id oſtendit: ſi vomitus accidit, aliquid per illud ejicitur, difficulter curatur. Vel *ab oſſiculis deglutitis*; & tum facile patet. Medicamenta ventriculo grata adhiberi debent.

Vlcus.

III. 10. *Vlcus* œſophagi ß *Cognoſcitur*, ex dolore, quando res acris, auſtera, ſalſa, etiam in parva quantitate deglutitur; mordicatione, & 11. puris rejectione.

12. *Curatur* 13. difficulter propter difficilem coaleſcentiam, utpote in parte membranoſa.

Differentias à cauſis ſortitur. Aliud eſt ab δ. *Externis erodentibus*, ut aqua forti, 14. mercurio ſublimato. *Tum* vomitoriis lenientibus & lentorem habentibus, ut eſt *mucilago, ſemin. cydonior.* juſcula pinguia, agendum.

Aliud à *Vulnere*; *Tumoribus*, *Apoſtematibus*.

Aliud ab *Humoribus acribus* rejectis &c.

9. *Situs vulneris*) Icta gula neque epulæ neque pocula tranſeunt, ſed ut primum ſumi cæperunt vomitione redduntur; accedit ſingultus, animi defectio: & interdum nervorum diſtenſio, *Jod. Scommius Med. obſ. p. m. 70.*

Inſequitur ſingultus & bilis vomitus, redditio cibi & potus, venarũ motus elangueſcũt (*Fernelius* ponit lipothymiam) ſudores frigidi oriuntur tenues, per quos extremæ partes refrigeſcunt. *Suevus de Inſſ. vuln p 110.*

10. *Vlcus Oeſophagi*) Oeſophago & ventriculo iidem fere morbi accidunt. Sunt tamen Oeſophago magis peculiares, ut *difficultas deglutiendi*, *Vlcus*, *Excoriatio*, quæ fit à cauſis procatarcticis, ut veneno vel alimento acri, vel male manſo, vel aſpero, vel oſſe devorato, aut à *cauſa* interna, ut humore acri defluente à cerebro, vel vomitu rejecto; Accidit & nonnunquam in febribus ardentibus ſiti diu tolerata, & ob caliditatem & ſiccitatem acrioribus factis humoribus; Excoriatio dicitur ſumma tantum parte deciſa; Vlcus, vero quando profundius penetrat. *Rondeletius Pr. pagina 402.*

ß *Cognoſcitur*) Hujus affectus indicia ſunt ſenſus doloris dum vinum aut juſculum, aut quidpiam aliud calidum bibitur; Si ſalſa & acris defluxio præceſſerit, quæ circa illam partem firmata ſit, aut ſi vomitus bilioſus etiam, aut ſi venenum ſumptum eſt, adeo paucum ut ad ventriculum non potuerit deſcendere. *Idem.*

11. *Puris rejectione*). *Quin & fruſtula tunicæ interioris aliquando excreta ſunt*; Vir quidam cætera ſanus

ſenſit pondus quoddam gravativum circa cartilaginem ſterni quartæ vel quintæ coſtæ, exinde omnia aſſumpta ſtatim per os reddidit, Intruſum exploratorium inſtrumentum eo loci ubi dependere conquerebatur, remoratum vidimus tantillum, ſed tamen ulterius deſcendit, at tandem remoram, ubi extraheretur, ſenſit, Ex eo tempore fruſtula tunicæ interioris excreta ſunt, non quidem per vomitum vehementiorem, ſed quaſi buccatim rejicere incepit; Cum nihil poſſet aſſumere, urgente ſemper vomito intra 6. vel 7. hebdomadas obiit *Caſpar Bartholinus Th. Filius. Med. Sept. vol. 1. p. 504.*

12. *Curatur difficulter*) Præſertim ſi ulcus fuerit cancroſum, *Etmuller.*

12. *Difficulter curatur*) Vulnera vel parva ſunt & ſuperficiaria, vel profunda, quæ penetrant in ejus cavum; Utraque rurſus vel *recta*, vel *transverſa*, vel *ventriculo vicina*, vel longius ab eo diſſita; *Parva*, recta, & quæ à ventris orificio remotiora, minus ſunt periculoſa; *Magna* vero, transverſa, & prope ventriculum inflicta, lethalia cenſentur, neque curantur amplius ſecundum *Guidonem*, quia tranſitus, *ait*, cibi & potus agglutinationem impedit.

Poſſunt & aliæ cauſæ dari, 1. quia humiditate ſemper perfuſa eſt, eaque vel à capite vel amygdalis deſcendente, communicata à corpore glandoſo, quod gulæ in medio ductu adhæret (vide Gulæ anatomen §. *Oeſophagus.*

2. Quia officiom ejus ad vitæ ſuſtentationem ſumme neceſſarium eſt, ſcil. cibi potuſque delatio ad ventriculum, unde ex defectu alimenti animalis interitus.

3. Qoia cibus potuſque, ſecundum *Celſum l. 5. c. 46.* protinus evomitur, ob inſignem conſenſum eum ventriculo, ratione interioris tunicæ utrique communis, Unde *Celſus* ait vulnerata gula ſingultum & bilis vomitum ſupervenire; Et *Vidus Vidius l. 9. c. 6.* Si vulnus in Gulam inflictum ſit, tunc prolato prius eo præſagio, quod morbi magnitudo ac ſpecies ſuaſerit, debita ſutura orarum vulneris (ſi ea opportuna videatur) ac medicamentis partim adſtringentibus, partim ſarcoticis, amiſſa unitas reſtituenda eſt, quamvis raro concedatur locus ipſis præſidiis. Namque aſpera arteria, guttur ac ſpinæ medulla, plerumque una ſimul ita offenduntur ut paulo poſt mors hominem occupet. &c. *Suevus de Inſp. vuln. p. 109.*

13. *Curatur*) Oeſuphagi excoriatio, vel ulcus, ſi à *defluxione acri* eo deſcendente, vel *vapore ferventi* aſcendente, hæc primum, ſi adhuc perſiſtant, avertenda erunt, defluxioque ſiſtenda, fauceſque leniendæ, ſenſuſque nonnihil obtundendus: Vel ſi vulneratus ab acutis ſit, illaque adhuc hæreant, illis artibus, quæ in deglutitione difficili traduntur, prius eximenda. Poſtea Topicis adhibitis ulceri medendum, Ea potiſſimum eligendo in *ſimplici excoriatione* quæ leviter abſtergendo & ſiccando eam ſanant; & ut ad partem affectam perveniant innoxie deglutiri poſſunt: Qualia in faucium ulcere poſt anginam gargarizata prodeſſe dictum: Inprimis autem *albumen ovi* fortiter agitatum, aut infuſio *gumm. tragac.* facta in *aqua roſ. & plantag.* ſaccharo dulcorata, ſi frequenter ſumant juvant.

Quod ſi *ulcus profundius* fuerit & *ſordidum*, validius etiam abſtergendum ſiccandumque: Uti & ſi vulneratus alioquin ab aſſumptis fuerit; remedia in *gargareonis & tonſillarum ulceribus* expoſita, quæ *terras pingues, Armenam*, vel *Lemniam*, ſuccoſve alios fructuum ſiccantes, *ut acaciam, emphacium & ſanguinem dracon.* vel gummoſa, ut *thus* recipiunt; aliaque ex adſtringentibus & ſiccantibus in inflammatione faucium adductis, quæ nullam in ſe deleteriam vim habent, uſurpari debent: *Fumi ex ſuffitibus*, qui & in *oris ulceribus* commendatur, devorati aliquomodo hic quoque ſiccando proderunt, Externaque remedia, ut in Angina, *Platerus.*

Si ulcus fuerit profundius, magis tergendum & ſiccandum eſt (*quam in excoriatione*) Medicamenta eliguntur quæ citra magnam caliditatem ſiccent, & non habeant venenatam qualitatem; & quæ non ſint ingrato ſapore, nec multum medicamentoſa, ob id metallica omnia ſunt rejicienda, excepto *alumine, bolus Armena* convenit, *terra ſigillata, farina hordei, orobi, cicerum, fabar. radix panacis, cortex thuris, corallus, ſanguis draconis, pyra, cotonea*, quibus adjungenda ſunt quædam viſcida, ut parti adhæreant, uſus *ſuffituum* non eſt improbandus, quamvis videatur minus conferre, quam in ulceribus tracheæ arteriæ vel pulmonis, ſed vix fieri poteſt quin aliquid etiam gulam intret dum in arteriam trabitur; Suffitus eſt qualis deſcribitur capite de catarrho. *Rondeletius.*

∂. *Externis erodentibus, ut aqua forti*) Tunc in uſum ducenda juſcula pinguia, Lac tum ſumptum tum injectum confert.

14. *Mercurio*) Mercurius improviſo ſumptus, & ulcus œſophagi cauſans, in vi ſua maligna obtunditur per *oleum tartari*, propter vim præcipitantem & acrimoniam dementem. *Joh. Michaelis Prax. Clin. gen. p. 128.*

15. *Ab humoribus acribus*) In acri defluxione primum competunt ſyrupi & decocta incraſſantia, deinde detergentia & incraſſantia, poſtremo reſiccantia & adſtringentia, quæ poſſunt excoriationem vel ulcus reſiccare: Interim videndum eſt morbus ſit ſimplex an compoſitus, an cauſam præſentem habeat aliudve ſymptoma quod curam ad ſe trahat, ut ſi una cum excoriatione magna ſit inflammatio; vel intemperies calida ſicca, vel ſi quod excoriationẽ facit adhuc adhæreat: Caliditas enim & inflammatio tum morbum augent, tum curationem tardant, In magna caliditate medicamenta ſint frigida, & quæ lentorem quendam habeant, ut adhærere poſſint, & excoriationem non exaſperent: Si inflammatio adſit, mittatur ſanguis, deinde detur in principio cremor hordei mundati, quoniam minus terget, magis lenit, dolorem ſedat; poſtea utetur cremore hordei integri, quia magis terget, vel *decocto ſebeſten*, vel mucilaginibus, ut

℞. *Semin. pſyllii non conquaſſati ſemin. cydon. unc. ß. ſemin. papav. albi ʒiij. infundantur in aqua roſar. & extrahatur mucilago, addatur parum ſacch. ad dulcedinem.*

Præſtantiſſimum eſt remedium *totum ovum*, fortiter agitatum addito pauco *ſaccharo.*

Si eſt inflammatio aut dolor magnus, aut medicamentum venenoſum devoratum, *ovum* ſit *crudum*, nam ſi coctum eſſet & incraſſatum devolveretur in ventriculum. & ita nihil prodeſſet; His remediis ſæpe curatur lenis excoriatio. Datur etiam commode *ſyrup. de papav.* aut *diacod. Galeni* cum volumus compeſcere defluxionem, vel detergere, habet enim *ſapam* æglych. quæ detergent.

Excoriatio ſi ſit facta à *bilioſo humore* à ventriculo aſcendente, neq; aliud ſymptoma adſit, dentur quæ flavę bilis acrimoniam extinguunt, & citra morſum detergent, e. g.

℞. *Liquir. raſ. ℥ij. paſſular. ℥ß. ſebeſt. jujubar. prunor. ãã. par.* xx. (*ficus* non conveniunt quia nimis detergent, & aliquid habent acrimoniæ à lacte ſuo) *tamarind. el.* ℥ij. *4. ſemin. frig. maj. ſem. malv. ãã.* ʒij *flor. violar. p. j.* f. Decoctio, de qua capiat 4. quoque die unc. iv. cum unc. j. *ſyr. roſ. lax.* & de reliquo capiat aſſidue lambendo.

Si bilis poſt eas vacuationes adhuc in ventriculo reſtet, quod ex amarore oris & nauſea noſces, deorſum trahenda eſt, ne partem affectam exaſperet magis. Idem faciendum eſt in acri fluxione. Se defluxio ſit à *pituita ſalſa*, aliquid erit adjiciendum quod pituitam ducat. *Rondeletius.*

CAP.

Cap. IV.

De Oeſophagi ſymptomatibus.

INter [1] Oeſophagi ſymptomata præcipuum eſt *Deglutitio læſa*, quando [2] vel nihil omnino, vel admodum difficulter deglutiri poteſt. Duplex vero, [3] ſi cauſas reſpicias, iſta

I. [4] Alia *nervorum* [5] *ſexta vel ſeptimæ conjugationis ad muſculos faucium & Oeſophagum tendentis vitio* contingit. Et tum, nervi reſoluti ſunt; [6] ſolida facilius quam liquida degluciuntur, quia facilius contracta ſuperiore Oeſophagi parte ad ventriculum detruduntur; liquida, ſi ſponte ſua diffluunt, velut in lagenam cum ſonitu decidunt.

[7] Medicamentis in paralyſi linguæ uſitatis agendum: [8] pluma actibus imbuta & faucibus, ex conſilio *Aëtii* immiſſa, pituita muſculis impacta elicienda; quod tamen remedium ſuffocationis aliquando periculum infert, quia ut in integra deglutitione quantum deprimitur gula, tantum aſperæ arteriæ caput invicem elevatur, & dilatata rima fit, ut ob adſumptum cibum, non anguſtius ſed liberius trahatur ſpiritus, ſic in reſoluta gula contrarium fit.

[8] Si à *defluxione* fit, capitis gravitas, tenſio colli, & defluxio ipſa ſentitur: ſi [9] *à virium reſolutione* in febribus, mortis inſtantis indicium eſt.

II. Alia *accidit* [10] *vitio ipſius organi*, quod

I. Vel *anguſtum* evadit, 1. *ſeu* [11] per ſiccitatem in febribus ardentibus contractam 2. *ſeu*, per luxationem vertebrarum, de qua ſuperius; 3 *ſeu* N. per [12] tumorem durum [13] inter œſophagum & aſperam arteriam reſidentem, modo foris conſpicuum, modo deliteſcentem intus, atrabiliarium, pituitoſum aut ſcirrhoſum; quorum *ille* cum ſpiritu difficili, gutturis fervore, ſputis ſalſis, ac perenni ſalivæ abſque tuſſi ſcreatione affligit, incurabilis ferè; [14] *iſte* pillulis XII. ex maſſæ *pillular. agarici, extracti catholici* ana ſcr. j *chitta je.non* ſcr. ſ. *croci, maſtichis* ana gr. VI. formatis, tribus una vice exhibitis, *decocto chinæ, & gargariſmo ex flor. roſar. rubrar. ſambuci, nymphææ albæ ana m. j. in aqua plantaginis decoctis*, additis colaturæ libræ uni cum dimidia *aceti ſambucini unc.* iij. parato, curatus eſt: contra hunc laudatur Emplaſtrum de *ſucco cicutæ ol. chamamelin. & cera*, q. ſ. paratum.

II. [15] Vel *Eroditur*, & dolet, ſeu à defluxione, ſeu à cauſis externis.

III. Vel *vulneratum* eſt, [16]. convulſioneque, quam Chirurgi *ſpaſmum ad ſtomachum* appellant, corripitur. Et *tum* os tenetur clauſum; dolor mammas & vicinas partes infeſtat: difficulter in ſenibus curatur.

IV. Vel epiglottis duritiei oſſeæ eſt, incurabiliſque iſta.

III. Adde his deglutitionem quæ *immotis fit organis*, cujus exemplum apud *Cardanum*, & ß. deglutitionem *rerum alienarum*, ut vitri, acicularum, & ſimilium quæ ventriculum lædere poſſunt; & quandoque in corpore hærent, quandoque ejiciuntur, [17] Exhibetur contra illa frumentum Saracenicum coctum, cibi lenti & viſcidi, & quæ alvum lubricant juſcula, olea &c.

[1]. *Inter Oeſophagi ſymptomata*) Inter quæ enumeranda venit.

Vomitionis difficultas.

Ex enarratis cauſis (*Deglutitionem impedientibus*) aliquæ quoque *Vomitioni*, ſi illa facienda eſſet, impedimentum afferrent, non tamen omnes, cum *vomitio* majori impetu, motu naturali & voluntario facta, ſibi viam eſtius faciat quam *Deglutitio*, quæ ex ſolo arbitrio noſtro dependet; Præter quos *Oeſophagi morbos*, ſi ille in anguſtiore loco poſitus, admodum dilatari nequeat, *Vomitioni* præſertim impedimentum afferre & Deglutitioni etiam in craſſioribus rebus deglutiendis obſtare, non tantum probabili ratione, ſed ex eo etiam colligimus, quod eos qui *anguſto* ſunt *pectore*, *colloque brevi* ad vomitionem ineptos eſſe, communis eſt opinio, quam conſtitutionem thoracis & colli hac ratione id efficere potius quam alia cenſemus.

Ventriculi occaſione vomitio præcipue ægre ſuccedit, Si ita conſtitutus ſit, ut non *nimis* laxus, nec dextrum illius orificium, ſeu ſtomachus nimis amplus & patens exiſtat; quod cum naturale ſit in bene formato ventriculo, idcirco qui cum ſani ſunt ventriculum recte conſtitutum habent, & bene concoquunt, etſi poſtea ægrotantes, ab aſſumptis vel illic collectis excrementis ad vomitum concitentur, vix tamen, & non ſine magno labore vomunt: Uti è contra hi qui multa crapula ſtomachum & ventriculum plus quam par erat dilatarunt, facillime etiam ex levi irritatione vomunt: Sicuti & illi qui uſu frequenti vel ob ebrietatem, vel cruditates ſæpe vomere conſueverunt, ventriculumque ſic ampliarunt, ſibi ipſis vomitionem facilem & conſuetam excretionem reddiderunt: Si quoque *pertinacius humor* in ventriculo hæreat, etſi ad vomitionem ſolicitet, tamen cum egeri non poſſit, vomitus fieri non poteſt, vel ſi fit, imperfectus eſt, cum per illum aſſumpta tantum, cibus & potus egerantur: Licet frequentius alias hoc fiat, ut humores pituitoſi evomantur, cibuſque interea in ventriculo remaneat, etſi jam pridem ſumptus fuerit, natura veluti vitioſum ab utili ſegregante atque rejiciente.

Vomitio ſi utilis ſit ad præcautionem morborum, ut aliquando fiat, vel ſemel in menſe, quod bonum eſſe *Avicenna* cenſuit, vel etiam frequentius, vel ſi alioquin neceſſaria in morbis ad excernenda ea quæ ventriculum moleſtant, ſi ægre ſuccedat, ob conſtitutio

nem talem quæ ad vomendum inepta eſt, ob colli brevitatem & pectoris, atque *orificii ventriculi anguſtiam*, eam per vim ſolicitare plurimum ſæpe incommodat; Quod ſi tamen etiam in naturis hiſce ægre vomentibus ſit ſumme neceſſaria; vel his cauſis non obſtantibus, alioquin non invitet, aut etſi conatus adſit, non tamen ſuccedat, qua ratione vomitum provocare debeamus fauces & gulam irritando, ventriculumque implendo, & ut vocant ſub vertendo, paſſim in affectibus, in quibus Vomitio requiritur, docetur. *Platerus.*

². *Vel nihil omnino, vel admodum difficulter*) Læditur Deglutitio quando *impeditur*, ſive *imminuitur & aboletur*, Vel quando *depravatur*, Imminuitur 1. ex parte, *Oeſophagi* 2. *Stomachi*, ſeu orificii ventriculi ſuperioris. *Depravata* Deglutitio eſt 1. Quando liquida difficulter, ſolida facile, & contra, degluriuntur, 2. Quando in eodem vel aſſumptorum vel ſolidorum vel liquidorum genere, quædam facile, quædam difficulter; quædam omnino non deglutiri poſſunt. *Etmuller. lib. 3. Pr. p. 38.*

³. *Si cauſas reſpicias*) Alimentorum degluotio læditur, vel ob *linguam* paralyſi, convulſione, vulnere, ulcere, aut dolore laborantem; cujus officium cum ſit cibos, præſertim ad fauces protrudere, hac affecta cibus vix intruditur.

II. Ob *Oeſophagum, exſiccatum, obſtructum* à carne in eo excreſcente, aut devorata, aut vermibus, lacte coagulato, pituita craſſa, oſſe, nucleo ibi morante, *Compreſſum*, à tumore vicioo, ut in Angina, aut in ſcorbuticis & hypochondriacis, à vaporibus replentibus & diſtendentibus ac conſtringentibus, aut in luxatione vertebrarum cervicis & dorſi ad inferiora: *Coalitum* poſt ſui excoriationem. *Laborantem* paralyſi, vulnere, excoriatione, exulceratione, Vide §. 10. *vitio ipſius organi.*)

III. Ob *ventriculum mittentem* halitus ructuſque acerbos & auſteros copioſos ad os. *Averſantem* res ingratas; *Quod ſuperius ejus os* inflammatum, excoriatum, exulceratum, carnea excreſcentia obſeſſum &c. *Marggravius Pudr. p. 8. ex Sylvio.*

Orificium ſuperius ventriculi, ſive *ſtomachus*, in cauſa eſt, quando rite licet per Oeſophagum demiſſa, nihilominus admittere debite recuſat; id quod fit inprimis quando quacunque de cauſa irritatus, ſive laceſſitus, contumacius ſe ſtringit & claudit, adeoque aſſumpta ulterius progredi impedit, id quod fit quando vel (α.) inflammatum, vel velut excoriatum, aut plus minus exulceratum vel tumore quocunque, à priori nullo modo cognoſcibili, obſeſſum fuerit; (β.) quando copioſiores, plus minus acriores, *flatus* in ejuſdem anguſtiis incluſi fuerint, quorum inimica præſentia, utrumque (ſpeciatim ſuperius orificium ad pertinacem ſtricturam ſui irritatus, unde aſſumpta nonniſi difficulter admittit, aut admiſſa eadem copioſi flatus eructationes, inſequuntur, eaque plus minus ſimul una rejiciuntur, (γ.) Quando quacunque de cauſa nauſeat, aut aſſumenda horret ventriculus, nam & ſic orificium claudit, non aſſumpturus ſibi hoſtilia; Hac ratione familiare eſt febricitantibus, quælibet liquida aut eſculenta fluida deglutire, ſed carnes, ova frixa, vel ſimilia reſpuere, & oblata nullo modo, aut nonniſi difficulter admittere. *Etmuller.*

Vide apud *Amatum Cent. 6. Cur. 49.* hiſtoriam puellæ cui poſt ſcreatum ſanguinis, & aſſumptorum vomitionem, deglutiendi omnimoda difficultas, etiam aquæ, ſola vini aſſumptione ſalva; à carne ſupercreſcente in œſophago eo in loco è quo ſanguis prodibat.

⁴. *Alia Nervorum*) Nervorum ſextæ & ſeptimæ conjugationis ramorum, ad faucium muſculos (quos primum *Fallopius* deglutitioni perficere, non villos Oeſophagi oſtendit) pertingentium cauſa, ſi illi reſolvantur, vel convellantur, difficultatem deglutitionis ſequi, & ab iiſdem morbis, à quibus & reliquarum partium paralyſes & convulſiones fiunt proficiſ... atque ſi in vulneratis fiat hoc ſymptoma *ad ſtomachum* appellari à Chirurgis, in motus impotentia declaratum ...; Eſtque paralyſeos tunc, vel ſpaſmi ſpecies illic e...cata: In quibus Deglutiendi impotentius hoc accidere interdum experientia comperi; præſertim ſi à paralyſi fiat, quod liquida difficilius ſorbere & bibere quam res ſolidiores deglutire poſſunt; Sed & eorundem nervorum affectorum cauſa, in reſolutionibus quibuſdam, ut difficulter vocem claram edere, & tuſſire poſſe diximus, ita & longe minus vomere, natura licet impellente, & non niſi cum periculo ſuffocationis poſſunt. *Platerus.*

Accuratior recentiorum Anatome oſtendit *Fibris motricibus donari Oeſophagum*, Vide ſupra capit. 1. §. 1. *Oeſophagus*) & §. 10. *Vitio ipſius organi.*

⁴. *Nervorum*) *Qui non paralyſi ſolum tentantur, ſed & ſpaſmo, hinc* clauſura faucium & Oeſophagi à ſpaſmo *aromaticis & nervinis*, blandis *Opiatis* ...ſtis, tam internis quam externis curanda. *Etmuller.*

⁵. *Solida facilius quam liquida*) Sexagenario deglutitio adeo depravata fuit, ut liquida omnia, præſertim vinum, non ſine ſuffocationis metu deglutire poſſet, reliqua, quamvis ſolidiſſima, faciliime ad ventriculum deſcendebant, Ratum hunc affectum præceſſit catarrhus & paralyſis ſiniſtri lateris; Cum itaque liquida ſorbere non poſſet, & ſolidis non ſatis nutriretur, tandem ad ſummam maciem lapſumq; virium deductus eſt; Vocatus ego 1. Pilulis, quas facillime deglutiebat, corpus leniter expurgavi; deinde viribus ſtudui; Et quia liquida, inprimis vinum, ſine ſuffocationis metu ſorbere non potuit, Juſcula utcunque ſpiſſa præparavi, additis vitellis ovorum; lac amygdal. dedi, hinc factum eſt ut liquida facilius quam ante ſorberet: At non diu poſt meum abitum catarrhus denuo magno cum impetu ad latus ſiniſtrum & laryngem delapſus eſt, & de novo paralyſin iſtius lateris induxit, quapropter cum nihil liquidi deglutire poſſet, brevi poſt obiit. *Hildanus Cent. 2. obſ. 34.*

⁵ *Solida facilius quam liquida*) *Contrarium aliquando accidit hoc ipſo in affectu paralytico*; Quidam levem patiebatur Apoplexiam, à qua remediis appropriatis curabatur, hoc tamen relicto ſymptomate, quod ſolida omnia, panem, carnes maſticabat, & in ore volutabat, deglutire autem, imo nec multo potu diluta detrudere poterat, potulenta autem liberrime deſcendebant; Ex paralyſi muſculorum, pharyngis contractioni inſervientium, malum hoc oriri exiſtimabam.

Notum eſt in *hydrophobia* potulenta deglutiri non poſſe, ſolida è contra minori cum moleſtia deſcendere; In cauſa reddendo Practici ſeſe macerant, exiſtimante, potulenta arctius à pharynge comprehendi debere, liquiditatem autem motum contractionis quaſi effugere, ſicque ad ſuperiora regurgitare, ſolida è contra arcte comprehendi, & ſic ſenſim in ventriculum muſculorum ope detrudi poſſe.

In præcedenti caſu ratio eſt diverſa, ubi potulenta ponderoſa liquiditate, ſine muſculorum ope, in ventriculum quaſi defluunt; Solida autem, propter muſculorum actionem læſam, per Oeſophagi compreſſionem ad ventriculum deduci non poſſunt, cum ob ſiccitatem lateribus adhæreant ſolida, per muſculorum autem actionem, quippe quæ læſa eſt, deprimi non poſſint.

Notum quippe eſt ex Anatomicis Oeſophagum, ſeu Gulæ ſphincterem, ab utroque ſcutiformis cartilaginis latere qui ortum trahit, & per gulæ partem poſteriorem tranſverſim expanditur, adſtricto œſophago cibum inhærentem deorſum compellere: habet muſculus

hicce

hicce tria muſculorum paria alia, ad elevandum & conſtringendum œſophagum comparata, ſibi miniſtrantia, quorum actione læſa, in ſubjecto noſtro, deglutitio obin non potuit, quamvis ſolius ſphincteris læſionem ſymptomati huic ſufficientem dediſſe occaſionem exiſtimem. *Joh. Schmidius Med. Septentr. vol. 1. p. 505.*

6. *Medicamentis in Paralyſi*) Si ob nervorum affectum reſolutis muſculis faucium difficultas transglutiendi in paralyſi generaliore accidat, eo graviorem paralyſin eſſe, quod non tantum paria dorſalium nervorum affecta ſint, ſed & ſexta ſeptimaque nervorum conjugatio ſignificat, Niſi particularis tantum hujus partis hæc ſit paralyſis, & vicinarum illi partium, ut linguæ, quæ tamen eſt ſatis pertinax generalioremque ſæpe minatur; *Cura* autem illi non alia quam quæ Paralyſi debetur, pro ratione cauſæ procedendo, quæ fit ab humoris aquei defluxu ad nervos, expurgando, revellendo, abſumendo humorem, & partem confirmando.

Inter reliqua *ſinapi* ore contentum, variis modis, huic affectui ſanando convenit.

Multum quoque præſtare poterit *radix pentaphylli* dentibus attrita, diuque in ore retenta, copioſe enim pituitoſos humores, cum copia ſalivæ ad excreandum prolicit; Sic *Tabula* de *nuce moſchata* præſtantiſſimæ.

Gargariſmata, quia faucium attingunt muſculos, qui hic affecti ſunt, admodum proſunt;

℞. *Rad acor. veri* ℥ß. *h. ſalv. roriſmar.* āā. *m.* j. *flor. lavendulæ p.* j. *nuc. cupreſſi n°.* iv. *nuc. moſch. n°.* ij. *caryophyll.* ʒj. *coqu in aqua, & vini quarta parte: In colat.* ℔ ß *diſſolve mellis anthoſ. & ſcill.* āā. ℥ij. *aceti ſcill.* ℥ß. *pro gargariſmate*, Vel ſic

℞. *Diamor. oxym. ſcyll.* āā. ℥iß. *aqu. ſalv. & lavend.* āā. ℥iv. f. *Gargariſmus.*

Inunctiones externæ in lateribus colli faciendæ, E. g.

℞. *Olei maſtich.* ℥j. *nardin.* ℥ß. *olei ſpicæ gtt.* v. *ladani, thuris, ſtyracis.* āā. ʒß. *ceræ parum, f. Liniment.*

Quod ſi vero difficultas tranſglutiendi, quæ à *nervorum affectu* procedit, ſpaſmi ſit ſpecies, eandem prædictionem & curationem cum cæteris ſpaſmi ſpeciebus requirit, *Topica* quoque, ut in Paralyſi dictum, accomodanda, Inprimis vero periculoſum & lethale ſi à vulnere fiat. *Platerus.*

Paralyſis partium Deglutitioni inſervientium curatur per *decoctum ſalviæ in vino*, & continendo in ore *ſpir. vini infuſionis thymi*, vel *decoctum ſalviæ & erucæ* gargariſatum & in ore contentum egregium eſt, *Nux moſchata* maſticata & deglutita eſt egregia. *Oleum ſuccini deſtill.* aut *aniſi, ſalviæ*, guttatim intra fauces aſſumpta ſunt efficaciſſima: *Eſſentia caſtorei, ſpir. ceraſor. nigror. lilii convall. ſpir. theriac. cum eſſentia caſtor.* juncti: Item *aqua Anhalt.* eſt egregia.

Illinatur collum ac nucha *öl. lumbric. coſtino, deſtill. ſuccini, aniſi, lavend.* &c. *Etmuller.*

In Deglutitione læſa conveniunt nervina & antiparalytica; Fiant Inunctiones non ſolum in loco affecto, ſed etiam in principio nervorum. *J. Michaelis Prax. Clin. gen. p. 128.*

7. *Pluma acribus imbuta*) Mulieri quinquagenariæ reſolvebantur tam pertinaciter muſculi deglutitionis, ut propterea flacceſcentes ne guttulam potuerit deinceps tranſmittere, licet nec dolor, nec tumor, nedum ulla ipſam urgeret anguſtia.

Quod reſolutæ gulæ impedimentum ablaturi Medici, intruſere faucibus plumam acribus medicamentis imbutam, ex ſententia *Aetii*, ſed illa non elicuit adeo pituitam muſculis impactam, ut potius conjecerit ægram in præſens ſuffocationis periculum, Integra enim deglutitio, quantum deprimit gulam tantum elevat invicem caput aſperæ arteriæ, & dilatando ipſius rimam efficit ut ob aſſumptum cibum, non anguſtius ſed liberius trahatur ſpiritus: In reſoluta autem gula contrarium fiat, mirum profecto non eſt ægram hanc propemodum fuiſſe ſuffocatam, à pluma obturante non minus laryngem quam gulam, Quarum partium anguſtia in cauſa fuit quo minus deinceps voluerit admittere ſalutarem illum tubulum, quem in ſimili neceſſitate deſcribit *H. Capivaccius l. 1. c. 54.* cujus ope licuiſſet fortaſſis per os purulenta ventriculo infundere, eaque ratione vitam, ſi non integre, aliquandiu ſaltem ipſi prorogare. Quo auxilio obſtinate repudiato, ſtetimus tamen, qua licuit, vires ipſius tueri, infuſis juſculis per alvum beneficio clyſteris, Tantum tamen haud profuit mulieri, ut propterea licet infunderetur inteſtinis ſatis detерſis, extenderit vitam ultra diem ſeptimum, in quo diem ſuum obiit. *Tulpius Obſ. l. 1. c. 43.*

8. *Si à defluxione fit*) Obſervandum dum humor fluit, & nihil in parte firmatum eſt, nec humeris nec collo cucurbitulas eſſe affigendas, ut quidam recentiores imperant; Nec ligandas, aut aſperius fricandas partes exteriores, id enim auget defluxionem & ad partem affectam humores trahit, Satius vero fuerit capiti raſo cucurbitulas admovere, ſi modo poſſint adjacere, & humoris fluentis impetum ſiſtere, Poſtquam vero conſiſtit fluxio, expedit, ut & in angina, derivare ad partes vicinas, vel ab interna parte ad externam, & tum cucurbitularum uſus circa illas partes eſt utilis: *Rondeletius* (An vero à cerebro defluat humor œſophago ulcus inducens, ſub judice lis eſt.)

Vacuato capite pars ægra ſiccanda, Vacuatur *pil. de hiera, alephangini*, poſtea imperantur ſyrupi calefac. & ſiccantes, ut de *Stoech. de hyſſopo, mel. roſat. anthoſ.* Abſtinendum ab aperientibus, ut *de bizant. de v. rad.* quia nimis attenuando fluxionem augent, quod in omnibus morbis à defluxione ſemper eſt obſervandum, Affigendæ ſunt cucurbitulæ ad evacuationem ſecundum longitudinem colli, & metaphrenі in utraque parte, & maxime colli, Non eſt ſcarificandum niſi pars affecta fuerit inflammata, tunc enim poſt univerſalem ſanguinis miſſionem licebit poſt admotas cucurbitulas ſcarificare, ut in Angina, In hoc autem morbo affiguntur magis ut in partem affectam ſanguis trahatur.

Ad abſumendam nimiam illam humiditatem Oeſophagi, medicamenta partim admoventur, partim ſumuntur; Admoventur quæ calfaciunt & ſiccant, ut *oleum nardinum. de coſto de piperib. de lateribus* & ſim. quæ potius in lateribus colli admovenda ſunt quam vel in anteriore vel poſteriore parte, ſic enim citius ad partem affectam perveniunt, Optimum eſt remedium ex *ol. ac ſtercore*, vel *nido*, vel *cineribus hirundinum*, ut in angina, in qua olea relaxantia conveniunt, hic vero adſtringentia modice & ſiccantia.

Sumuntur per os illæ compoſitiones magnæ multum antiquæ, *theriaca, mithridat.* aurea *Alexandr.* quæ omnia ſiccant, & nullo modo refrigerant, & incraſſant, eoque nomine in hoc morbo fugienda ſunt, niſi forte tanto impetu flueret humor ut adſtrictione ſit opus. Datur *conſerva anthos, ſtoech. ſalviæ, enul. camp. conſ. aromat. roſat. diamoſch. diagalanga* &c. ſed quia hæc in ventriculum delabuntur, magis faciunt ad reſiccationem materiæ antecedentis quam conjunctæ: Admiſcenda ſunt viſcida & lenta, quæ ſuo lentore adhæreſcant, & ſua mora ſiccent, ut in affectibus tracheæ arteriæ fieri ſolet, Talia enim miſcentur ut dum in œſophago diutius morantur, penetrent in aſperam arteriam ut ſi accipiamus *cinerem ſtercor. canis*, aut *priapi tauri*, aut *hirundin.* aut *oſſium*, quæ valent in hoc affectu, & in angina, quia ſiccant & diſcutiunt; addimus *mel*, quia deterget & eſt gratum, ac lentore adhæret, aut *ſyr. conſerv. cort. citri, ſyr. de ſtœch ſyr. conſ. zinzib* Si pituita ſit multum viſcida, *mel ſcyll.* aut *oxymel* addendum, fiatque ut lohoc; Cavendum à potu valde frigido & valde calido; *Rondeletius*, Vide §. 6. *Medicamentis in Paralyſi*)

9. *Si à virium reſolutione)* Interdum Oeſophagus ſatis contrahi non poteſt, ut cibum propellat in ventriculum, ac maxime potum, qui conſiſtentiam non habet; nam cibum facilius poteſt tranſmittere. Aliquando videtur cibus velut in lagenam demitti, Utrumque ſignum eſt peſſimum in febribus acutis, ſive propter imbecillitatem, ſive propter nimiam dilatationem non poſſint deglutire ægri, Cum eo pervenerunt ſere ſunt deplorati, & ſolis prognoſticis relinquendi. *Rondeletius.*

10. *Vitio ipſius organi)* Oeſophagi vitium eſt 1. quando vel muſculorum tria paria, fauces ſui ampliatione efformantium, una cum ſphinctere paralyſi reſolvuntur 2. quando ipſa muſculoſa ejus tunica ſimili malo corripitur, (Vide Caput præcedens §. *Oeſophagus)* 3. quando anguſtatur nimis, ſive hoc (α) fiat vel à tumoribus tam propriis quam partium vicinatum; *Illud* quando inflammatur *ſynanchi*, aut quando *tumore ſcirrhoſo* obſidetur, aut quando à *caruncula* excreſcente vitiatur; Hoc, quando tonſillæ, aſpera arteria, aut uvula intumeſcunt, inflammantur &c. ſive hoc fiat (β) ab arcta nimis clauſura & ſtrictura fibrarum ejus, idque nunc ex *ſpaſmo*, ſive convulſione.

Quo pertinent *hypochondriaci* ſubinde, non ſecus ac *mulieres hyſterica*, gulæ adſtrictionem & contracturam, per nervorum ſpaſmos, ob conſenſum patientes; quod alii ex vaporibus ſtypticis, ex hypochondriis elatis, fauces ſtringentibus male derivant; Nempe huc pertinet *gula ſtrictura ab utero*, cujus meminit *Helmont. Tr. Aſthma & Tuſſ.* Hinc etiam in *Epileptico paroxyſmo* difficillima aut nulla ſolet eſſe deglutitio: Nunc ex *illarum nimia exſiccatione in febribus ardentibus continuis*, Quo etiam ſuo modo pertinet *defectus ſalivæ*, deglutitionem plusminus impediens, Nunc *ex illarum ab aſſumptis conſtrictione aut corrugatione.* Sic cuidam adſtrictio gulæ contigit ex potu vini malvatici, in quo radix conſolidæ majoris infuſa fuit; Sive hoc fiat (γ) ab *obſtructione propter deglutita varia,* aut majora in faucium iſthmo ſive principio œſophagi hærentia, ut boli majores &c. aut acuta gulæ infixa, ibique tam inſolita ſui præſentia, quam propter dolorem, & hujus occaſione inflammationem, aut abſceſſum, deglutitionem impedientia; v. g. oſſicula, ſpinæ piſcium &c. *Etmuller.*

11. *Per ſiccitatem in febribus ardentibus)* Si ab exſiccatione Oeſophagi cauſa intenſi caloris in febribus hoc fiat, cura potiſſima in febris incendio reſtinguendo adhibetur, eoque nomine uti varia tentantur, ſic & inprimis epithemata hepati (*cordi potiſſimum, quod officina ſanguinis habetur*) adhibentur, & *Topica* in gargariſmis, linctibus, eadem quæ in raucedine ab exaſperatis faucibus valent: *Exhibenda* quæ nuantur deglutire, cibos humidos, unctuoſos, hordeatum, emulſiones, *Inungendum* totum collum, vel *fovendum.*

℞. *Lactis recent. p. j. ol. violac. ſucci lactucæ, ãã. part. ij. mucilag. ſem. pſyllii facta cum aqu. violar. part. j.* miſce. *Platerus.*

12. *Tumorem durum)* A tumentibus pariſthmiis, ſive Amygdalis, & in gypſeam duritiem concretis, nucem juglandem mole æquantibus, lethalem obortam vidi Oeſophagi obturationem, & deglutiendi difficultatem in viro quinquagenario, qui tabidus interiit, cui nomen *Joh. Meſtral,* hinc per tres hebdomadas ſolo vino ſuſtentatus, quod per paleæ calamum ſorbillabat.

13. *Inter œſophagum & aſperam arteriam)* Inter œſophagum ac aſperam arteriam inſinuat ſe nonnunquam durus & exitialis quidam tumor, modo foris conſpicuus, modo vero intus deliteſcens, primum autem coarctat, ſed mox occludit gulam, & quidem tam ſtricte ut denegato omni alimentis tranſitu, certo peſſundet hominem.

Cauſam autem agnoſcit vel pituitam, vel ſuccum melancholicum, & prout ſive hic ſive ille humor uberius redundat, pro eo etiam augetur imminuiturve diſcrimen in quod præcipitat ægros: Pituitoſum tumorem ut interdum, ſic nunquam domabis illum ab atra bile, præſertim ſi occupet mollem aſperæ arteriæ partem, cujus flexiles membranæ, ut pone facile deprimuntur, ſic ante reſiſtunt potenter huic tumori cartilaginei illi annuli, quos inſtar ſcuti nobiliſſimi huic fiſtulæ præpoſuit ſolicita natura.

Signa ejus ſunt gulæ anguſtia, ſpiritus difficilis, gutturis fervor, ſputa ſalſa, ac perennis ſalivæ ſcreatus: Ipſa autem pars affecta, digito depreſſa, oſtendit tumorem magis latum quam elatum, qui quanto deliteſcit penitius, tanto magis coarctat cum gulam tum aſperam arteriam, adeo ut interdum, nec detur ſpiritui exitus, nec alimentis, conveniens in ventriculum ingreſſus.

Viduæ, ſuccrevit paulatim ex deſtillatione, humilis ac latus tumor, inſidens firmiter lateri aſperæ arteriæ, paulum ſupra jugulum; hinc impediri evidenter ſpiritus, & tandem tantopere deglutitio, ut circa ſummum tumoris incrementum vix quicquam amplius tranſmiſerat Gula, niſi forte exiguas aliquas lactis vaccini guttulas, hinc emacuit corpus, & exceſſit non invita è vita.

Diſſecto cadavere offendimus hunc tumorem ad inſtar carcinomatis, colore lividum, & radicibus diffuſum, per quemcumque colli partem, potiſſimum vero circa gulam, prementem eam tam arcte, ut ex complicatis ipſius tunicis excreſcerent intus varia filamenta, obturantia intricata ſua textura uſque eo perviam hanc fiſtulam, ut ne ferreum quidem ſpecillum per eam licuerit nobis tranſmittere.

Intumuerant ad hæc, à perenni pituitæ curſu, tam vehementer glandulæ, in medio thorace, gulæ extrinſecus adpoſitæ, ut nemo miraretur amplius mulierem hanc incidiſſe in ſummas anguſtias famemque inexpugnabilem, tandemque mortem. *Nic. Tulpius l. 1. c. 44.*

14. *Iſte Pilulæ)* Vidua obſeſſa ab hoc eodem tumore (vide §. 13. *Inter œſophagum & aſperam arteriam*) ſed à pituita, curabatur deinceps admodum cum per catapotia, tum decocta Chinæ, ſed potiſſimum per continuam gargariſationem, elicientem non tantum pituitam faucibus impactam, ſed compeſcentem præterea fervorem gutturis, tumori huic ſumme noxium &c. *Tulpius cap. 45.*

15. *Vel eroditur & dolet)* Ab exhalatione calida & acri in febribus ardentibus & malignis, œſophagus quoque findi nonnunquam & excoriari aliquo modo poteſt, unde diu poſtea inter deglutiendum ardentes dolores à ſummo ad imum uſque protenſos experiuntur. *Platerus.*

16. *Convulſione quam Chirurgi &c.)* Nervoſa parte, eo præſertim in loco ubi nervi eam ſubeunt, majoremque ipſius portionem conſtituunt, vulnerata, ut veſica in collo, muſculis circa initia, vel caſu, vel dum Chirurgi & Lithotomi ſectiones in corpore moliuntur, læſis, convulſiones periculoſæ frequenter ſuperveniunt, quas *tranſglutiendi difficultas* (quam *ſpaſmum ad ſtomachum* vocantes Chirurgi tantopere metuunt) præcedens præſagire ſolet. *Platerus.*

*. *Deglutitionem rerum alienarum)* Supra de invitè deglutitis, hic mentio facienda eorum qui ſpe lucri abſurda devorarunt, Mirandas hiſtorias vide in *Medicina noſtra Septentr. vol. 1. lib. 3. ſect. 1.* De cultrivoro Baſileenſi, De Cultrivoro & Pyrophago Londinenſi &c.

17. *Exhibetur contra illa)* *Malvæ aut ſemin. lini ſuccus* multus in potu exhibitus inteſtinorum obortam aſperitatem leniet, & labi faciet deglutitum. Item ea quæ fortiter purgant pharmaca ſunt ex uſu; Iſtis præſidiis è periculo, juſſu *Henrici* Chriſtianiſſimi Regis, liberavimus morionem, qui in ludo gladiatorio coram Rege, & nobis videntibus, cuſpidem enſis fracti acutiſſimam & dodrantalem acceptam confeſtim deglutivit. *Henr. Montuus.*

CAP. V.

De Affectibus Ventriculi.

Cap. V.

De Morbis [1] *Ventriculi.*

2. AFfectus ventriculi vel ſunt Morbi, vel Symptomata. Ad *illos* pertinent *Intemperies*, *Tumores*, *Vulnus & Vlcus*.

[1] *Ventriculi*) Ventriculi uſus vulgo ſatis ſuperque notus eſt, quod nempe ſit veluti penu & promptuarium totius corporis, ſiquidem præſtanti hoc potentiæ nutritiæ inſtrumento munus illud publicum, ſeu confectio chyli, ut exinde in hepate ac corde poſtmodum ſanguis ſingulis partibus in alimoniam perfici queat, expediatur; atque ſic coctio prima dicta abſolvatur, unde etiam coquus & œconomus à *P. Joh. Fabro*, imo Rex totius corporis à *Sereno* ſalutatur, propterea quod

Ventriculi validus firmet tenor omnia membra

Helmontius principatum ſtomachi multis argumentis & mirabilibus exemplis ſtabilire conatur; quod v. g. tanta ſit ventriculi authoritas in caput; quod ſtomachica medicamenta diſſitos etiam ſanent morbos, adeoque in eodem omnium ægritudinum, ac ipſorum etiam vulnerum vera curatio ſollicitanda veniat, Quod rector digeſtionum omnium exiſtat, Quod vitæ falces aut fræna geſtare videatur, Quod uteri claves teneat, & conſimilia quamplurima.

Unum hoc admiratione condignum eſt, quod ex diverſis edulus, quæ prius bene maſticata, & fermento ſalivali imbuta, per alterationem & colliquationem ibi in prima quaſi elementa rediguntur, homogeneus ſucſeu chylus in membranacea hac, ac ſua natura, ut primo intuitu videtur, frigida olla parari poſſit: De fermento vitali, ac ſpirituali acore, qui dubio ſine à benignitate ſplenis, viſceris illius tam multiplici venarum, & cumprimis arteriarum contextu locupletati, ventriculo inſpiratur, ut coctionis primæ vigor feliciter ſuccedat, controverſiæ ſerram trahere nolumus, ſiquidem hoc negotium per ſe planum ſit, modo veritatis fundamenta non ſuſque deque quis habeat: Huic accedit præter venas notabilis arteriarum complexus; qui per totam ventriculi ſubſtantiam expanſus vitale lumen huic inſinuat; unde perſpicere ſtatim licet quomodo chyli digeſtio ac diſpoſitio, radicale ad vitæ principium in ipſo jam ventriculo accipiat.

Videmus hinc ventriculum pariter calorem proprium, & non adeo exiguum eum, ut vulgo creditur, habere, quem tamen à calore viſcerum ſanguineorum adjacentium, tam hepatis quam lienis, nonnihil foveri non negamus, ut proinde dicta jam viſcera recte quaſi foculos quoſdam igniarios vocaverit *Galenus*. Ex ſimplici igitur hac chyli materia, h. e. cremore illo lacteo, ad inteſtina tenuia, ubi ultimam is acquirit perfectionem tranſmiſſo, quibus inſerta vaſa lactea vaporis ſub ſpecie meliorem chyli partem exſugunt, & ſurſum ad ſanguificas vecto, fit ſanguis &c. *Chriſt. Langius Pathol. Anim. cap. 33. §. 1.*

[2] *Affectus Ventriculi*) Quemadmodum ventriculus recte coqoens & digerens adſumpta, adeoque ſpartam ſuam decenter ſuſtinens, ſanitatis unica ſcaturigo quaſi eſſe videtur, & cuncta in corporis œconomia tunc plerumque ex toto valent; ita ex adverſo à depravata vel impedita ventriculi actione morbi propemodum cuncti natales ſuos habent; Siquidem error concoctionis primæ non corrigatur facile in ſecunda, ſed vitioſus exinde excrementitiuſque ſanguis neceſſariò generatur, multo minus in tertia, cujus poſtmodum cauſa omnes atque ſingulæ partes male nutriuntur, & hinc variæ paſſim ſeditiones ſuccreſcunt; Huc reſpiciens *Plinius*, ventrem vas corporis peſſimum, non immerito dixit, quod circa illum numeroſiſſima ſit medicinæ opera, & una alvus plurimum ſollicitudinis negotiique mortalibus exhibeat; *Idem ibid.*

Cap. VI.

De Intemperie Ventriculi in genere.

1. I*Ntemperies* [2] *ventriculi eſt* [3] *ſimilarium ejus partium præternaturalis* [4] *in primis qualitatibus conſtitutio.*

[5] *Signa* illius ſunt Concoctio & Appetitus læſio, Excrementorum mutatio, ventriculi gravitas, fluctuatio, deſtillationes capitis quæ plerumque accidunt.

[6] *Cauſa*, quicquid vel internè [7] vel externè eundem alterare poteſt.

Curatio peragitur I. *Intemperiei* [8] *per contraria alteratione*, tum [9] Medicamenta debent eſſe ventriculo grata, ſolida potius quàm liquida. Cibi [10] potius medicamentoſi quàm medicamenta exacta. [11] Adſtringentibus, [12] ne ventriculus laxetur, permiſta; non acria, ſalſa, erodentia, ne orificium ventriculi laceſſant, *Si* [13] externa, [14] mucronatæ cartilagini verſus umbilicum, & in dorſum ad 12. & 13. vertebras applicentur.

II. [15] *Cauſarum tam externarum quàm internarum remotione.*

III. [16] *Ventriculi corroboratione*; *ubi* [17] appropriata, ut [18] Magiſterium *corallorum rubrorum*, [19] *Tunica ventriculi gallinæ interiores* &c. locum habent.

Dividitur in [20] Intemperiem ſine vel cum materia, de quibus in ſequentibus articulis.

[1] *Intemperies*) [illegible], ſignificat declinationem temperamenti inæqualis à primo illo quod [illegible], æquale & medium dicitur. *Hofmannus in Inſt.*

[2] *Intemperies ventriculi*) Ventriculum hic accipio pro eo ſacco ſolo qui os ventriculi & inteſtina interjacet, Hic quia aliquando [illegible] dicitur, & [illegible], quæ vox

etiam [illegible] eſt, στομαχικοί, ἢ κοιλιακοί, vocantur, non qui quovis modo laborant ventriculo, ſed qui eo ſolo de quo agimus, (§. 1. *Intemperies*) Ita medicamenta στομαχικά, ἢ κοιλιακά, ea tantum ſunt quæ tantum huic intemperiei opponuntur: Hæc ipſa intemperies ſpeciatim ἀτονία, ἢ ἀῤῥωστία, *Imbecillitas* dicebatur priſcis, quia ſolebant argumentari à remotione aliorum affectuum qui coctionem turbant; Ventriculus, *dicebant*, male coquit, non ob inflammationem aliumve tumorem p. n. noo ob ulcus vulnuſve, qui affectus cognitu faciles ſunt cognitu, Ergo ob *Imbecillitatem*; at Galenus hunc morem non probat; ait enim *2. m. m. 4.* & alibi, vocem hanc nihil indicare, Intemperies autem frigida indicat calefaciendum eſſe &c. *Hofmannus ibid.*

3. *Similarium ejus partium*) Ventriculus ſubſtantia præcipue conſtat *membranacea*, quam *fibra carnea* variæ, vaſaque plurima pererrant, ſingulariſque cruſta interius incruſtat.

Membrana huc triplex, Prior & extima, peritonæum habetur, hujuſqoe conditionem retinere dicitur, niſi quod tenuior, eo quod ventri limites ponit, *Communis* dicitur, *Secunda*, quæ *propriarum prima*, ſitu media, fibrarum carooſarum omnis generis mira textora ad robur, motumque varium, valde incraſſata eſt: *Tertia, propriarum altera*, ſitu intima, nervoſior eſt, palati tunicæ continuata, rugis plurimis, ad facilem aſſumptorum amplexum, inæqualis, cruſta rubicunda, lenta, firmiter eidem adhærente munita.

Vaſa hic occurrentia, *Vena* præcipue ſunt, *Arteriæ*, & *Nervi*, alia enim Anatome nondum deprehendit (*Lymphatica* præterea deprehenſa à *Rudbeckio*) *Vena* & *arteria* ventriculo ſolitariæ competentes, *Gaſtrica*. vocantur, Eidem cum omento communes *Gaſtro epiploica*, *Arteria*, ab arteriæ magnæ ramo cœliaco, ejuſque cum dextra, tum præcipue ſiniſtra propagine productæ, *Venæ*, à Portæ trunco, duplicive ramo, ſplenico nempe & meſenterico exortis, veluti conjugibus ſociantur, *Nervi* à ſexti paris ramo externo, tam dextro quam ſiniſtro, copioſe ad ventriculum, ad ſuperius orificium præcipue deducuntur, à loco *Stomachici* appellati: Qnoad *Qualitates* calidus eſt & humidus moderate. *Blaſius Therap. ſpec. p. 239.*

4. *In primis qualitatibus*) Non agitur hic de alia qualitate quam eade qua actum eſt in doctrina de Temperamentis; Eſt autem non illa tantum quæ conſiſtit in primis & manifeſtis qualitatibus, ſed & quæ *in tota ſubſtantia Galeni*, cui quidam dant novum nomen Occultarum proprietatum. *Hofmannus.*

Ventriculi imbecillitas ab ejuſdem laxitate & mollitie.

8. *Præternaturalis in primis qualitatibus conſtitutio*) Sæpenumero oritur ventriculi imbecillitas à præternaturali diſpoſitione qualitatum quas vocant ſecundas, ex ventricnli mollitie & laxitate nimia, citra intemperiem aliam, quod patet ex *Galeni* verbis *1. Glauc.* ubi ait ſyncopen fieri ab imbecillitate ventriculi, quam ſolis curat adſtringentibus, appoſitis ſupra ventriculum, Nam eodem in loco curat poſtea imbecillitatem ſi conjuncta ſit intemperiei, frigiditati, humiditati, vel ſiccitati, idque cum materia aut ſine materia.

Fit affectio hæc poſt multas comeſſationes quæ ventriculum multum diſtenderunt, aut quia ventriculus eſt ſuapte natura magis laxus, aut major quam oporteat, & quia uſus eſt nimis relaxantibus, omnes iſtæ cauſæ diſtenſionem ventriculi faciunt, quæ facit ut minus bene cibos amplectatur; quod ſi non facit non bene concoquit; Erunt igitur apponenda medicamenta in primis qualitatibus temperata & adſtringentia, Quod ſi minus proſint, ſint augenda frigida adſtringentia, quia magis adſtringunt quam calida, & ad intra repellendo calorem augere poſſunt; Poſt cibum vero aſſumenda quæ per partem ſuperiorem ventriculum poſſunt conſtringere, quales ſunt Pulveres qui parantur ex aliquibus adſtringentibus, ut *roſis*, *cinnamomo craſſo*, *cortic. citri*, *cypero*, *corallio* & aliis, ut *pulv. diacydoni. ſine ſpeciebus*, Sed quia ventriculi infrigidatio magis periculoſa eſt quã calfactio, admiſcemus aliqua conſtringentia calida, ut *galangam cyperum* & *cinnamomum*, Vel imperamus ut accipiant à cibo, fructus adſtringentes, ut *mala cotonea*, pyra cocta: Divitibus paramus Condita E. g.

℞. *Carn. cydonior. cond. cum ſacch.* ℥ij. *cortic. citr. cond.* ℥j. *myrobal. chebul.* ʒj. *ablue cum vino ſtyptico, contundantur diligenter, adde pulv. diacydon. ſine ſpec.* ʒij. *corall. rub.* ℥j. *roſ. rubr. cyperi, galangæ craſſæ* ãã. ℈j. *ſacch. roſ. tab. q. ſ. f. Conditum*, capiat poſt cibum nihil ſuperbibendo.

Extrinſecus apponuntur unguenta *ex oleo myrtino & cydon.* cum pauca quantitate *ol. de abſynth.* vel *nardino*, quibus ſi addatur *acetum roſac.* efficacius erit & citius penetrabit, Poteſt fieri ſinapiſatio ſupra illam illinitionem ex oleis ad majorem adſtrictionem, ut

℞. *Myrtillor. maſtich. nuc. cupr. flor. labruſcæ & roſar. rubr. cortic. citri, balauſtior.* ãã. ʒj. *ſantal. & corallor. rub.* ʒß. *caryoph. & ſpica nardi* ãã. ℈ß. f. Pulvis tenuiſſimus. *Rondeletius p. 409.*

5. *Signa illius ſunt*) Potius Fermenti (cui à Neotericis aſſignatur alimentorum appetitus, eorumque concoctio) vitiati indicia ſunt: *Excrementorum* autem *mutatio*, depravatæ digeſtionis, *Ventriculi gravitas, fluctuatio*, impuri ventriculi potius ſigna præbent quam intemperati: *Deſtillationes à capite* (ſi modo hinc laboret ventriculus) cauſam vitiatæ coctionis denotant.

6. *Cauſa quicquid vel interne vel externe*) Ventriculus cum à natura deſtinatus ſit ut alimenta cuncta, etſi varia, in chylum homogeneum ac ſimplicem convertat, ita nullum eſt dubium quin inter coctionem & alterationem diverſorum alimentorum multum ab excrementis paratur quæ à chylo tunc ſeparantur, præſertim ſi ventriculus non adeo fortis exiſtat, unde ventriculi imbecillitas, βραδυπεψία, ſeu vitiata concoctio & cruditas exoritur, quæ omnia ex unico fonte, nempe ex imbecillitate nativa, ſeu ſemine parentum originem habent; Et quamvis hoc ipſum vitium corrigi queat benigno ſiderum aſpectu, & optimo victus regimine, nihilominus tamen ſeminis interna virtus ac energia ſemper in parobus inde generatis elucere ſolet. *P. Joh. Fabri Pathol. Spag. cap. 33. §. 2.*

Succiſa ratione cauſas depravatæ chylificationis, ſeu deficientis ventriculi *Auctor* hic ediſſerint, Ubi 1. luxum & diverſorum ciborum ingeſtionem recte accuſavit, quæ vel operoſam, vel difficilem, vel vitioſam plane coctionem, reddere ſolet, Scimus enim naturam paucis eſſe contentam, & cibi ſimplicitatem, eidem, utpote quæ ipſa ſimplex eſt, quam maxime acceptiſſimam; Varia ergo & diverſa non alunt, ſed inquinant, ut *Seneca* ait, quum impoſſibile ſit ut omnia illa quæ diverſas & qualitates & ſubſtantiam habent, inſimul à natura ſubigi & decenti coctione æque evinci poſſint; adeoque tunc manebunt pleraque incocta, & proinde corrumpentur poſtea, putrilaginem accerſent, & excrementitia evadent, quæ chylum inſigniter contaminare & chylificationem turbare ſolent.

Ut autem diverſitas illa mirum quantum nocet ac reluctatur naturæ, ſic & multitudo ciborum ventriculi tonum impenſe evertit; hinc voracitas ſemper ſuum ultorem habet, videlicet cruditates & hinc natam omnigenam morborum ærumnam: Huc refero cibos parum aut plane non maſticatos, vel natura ſua coctu difficiles, aut pejoris ſucci, quos poſtea ventriculus comminuere atque in ſuccum redigere nequit.

Altera & frequentior, magiſque celebrata cruditatum ac depravatæ chylificationis cauſa, eſt *Imbecillitas ventriculi*, præſertim ſi crebrius committatur in victu error,

ror parentibus traducta illa ut plurimum ac hæredi-
tariſſe ſolet, adeoque non pauci à nativitate ſtatim
quidam ventriculi diatheſin ſeu dyſcraſiam obtinent,
is ratione ex optimis etiam cibis peſſimus chylus
citur, Hæc ſane innata, & per traducem ſeminalem parentibus transfuſa ſtomachi infirmitas, ſeu *diſpoſitio*, tut eam cultus ſobrietatis, ac temperatus vitæ modus, cui alioquin ſanitas tanquam filia tribuitur, nec-non blandiens ſiderum benignorum (ſunt enim & Aſtra ad emolumentum & ſalutem hominis condita) adſpectus, quodammodo mulcere ac ſolari valens; nulla tamen ratione ex fundamento, aut perfecte ſanari, atque ad exoptati roboris conſtantiam redigi poterit, adeoque medici, licet præſtantiſſimi conatum nunquam non elidet atque eludet. *Chr. Langius Animad. 2. in id caput.*

7. *Vel externe*) Huc pertinet *Error externus* cujus *Galenus lib. de cauſis ſympt.* & de quo multi multa, Pertinet error hic non tantum ad impedimenta cauſæ efficientis principalis, ſed etiam ad inferiores omnes, ſive ſint coadjuvantes, ſive ſine quibus non; Error hic externus eſt *ſymptoma Cauſæ. Hofmannus. in Inſt.*

8. *Per contraria alteratione*) Authores retulerunt medicamenta in ordinem quendam, ita ut quæ illis videbantur manifeſtiora, dicebantur *primæ qualitatis*; quæ minus manifeſta, *ſecundæ qualitatis*; & quæ minime, *tertiæ*, quamvis manifeſtiores non intellexerunt, multo minus ſequentes; Nam in illis medicamentis neque calor eſt, neque frigus, neque ſiccitas, neque humiditas: Illi nunquam noverunt quid ſit in objecto, quid in mente noſtra; quod excitat calorem, frigus, ſiccitatem & humiditatem.

Idea *caloris* confuſa eſt, nam in idea caloris nihil eſt, quod commune ſit cum idea agitationis particularum; Non autem ideæ confuſæ dicuntur, quia inter ſe confunduntur, ſed quia nobis non detegunt eſſentias rerum, ideo *Carteſius* eas vocavit confuſas.

Calefactionem veteres conſideraverunt in re ipſa, ſed eſt in mente noſtra; Idea enim caloris eſt toto cœlo diverſa à calore in re ipſa; Si veram *caloris* ideam volumus habere, debemus conſiderare illud quod in re ipſa eſt; *Medicamenta calida* nobis erunt quæ in nobis excitant ideam caloris; *Frigida*, quæ frigoris ideam excitant &c.

Videamus nunc quæ ſint calida, & quæ frigida; *Calida* ſunt quæ majorem habent motum quam noſtrum corpus; *Frigida* quæ minorem habent motum, ita ut tantum ſint reſpectiva ad noſtrum corpus.

Frigida ſunt etiam quidem calida, ſed paululum frigidiora noſtro corpore; ſunt quidem in motu, ſed non tanto ac noſtri corporis humores, E. g. ſi aqua eſt tepida, quæ neceſſario aliquem calorem habet, tamen nobis erit frigida, ſi noſtri humores ſint in majori motu.

Sic etiam videmus corpus ab uno homine dici calidum, quod ab alio rurſus dicitur frigidum, Et hoc ſenſu corpus poteſt eſſe calidum & frigidum: Exinde videmus calorem & frigus eſſe meras relationes, Gradus quietis non dantur, ſed illi inter ſe ſunt æquales.

Quæritur nunc, Qua ratione unum corpus ſolidum poteſt eſſe frigidius alio corpore ſolido? Reſpondetur quod hic conſiderandi ſint diverſi pori, & per illos fluere diverſam materiam æthercam, ſic per unum corpus fluit plus materiæ primi elementi, & ex majori transfluxu illius materiæ primi elementi major fit calor, Vel etiam, quia in uno corpore plures ſunt pori quam in alio. *Objicitur*, Si corpus quo ſit poroſius eo majorem quantitatem materiæ ætheræ tranſmittit, glacies debebit eſſe calidior marmore; atqui falſum poſterius, ergo & prius: *Reſpondetur*. verum quidem glaciem eſſe poroſiorē, quod ex inflexilitate ejus patet, ſed præterea ejus poros eſſe tantos ut tranſmittant materiam, ſive globulos ſecundi elementi, & ut calor adſit corpori, opus eſt ut multum materiæ primi elementi tranſmittatur, & ut globuli ſecundi elementi excludantur.

Si pori ſint tanti ut non ſolum materiam æthercam tranſmittant, ſed etiam globulos ſecundi elementi, tunc nobis tale corpus non poteſt dici calidum; Et ſi pori ſint accurate figurati ad recipiendam materiam ſecundi elementi, tunc minime erit corpus calidum, & vix aderit primi elementi materia.

Si vero contingit ut pori ſint tam parvi, ut excludatur ſecundi elementi materia, vel ut in ipſis poris ſint obſtacula quo minus tranſire poſſint, tunc manebunt interſtitia, per quæ non fluit niſi materiaætherea primi elementi, & quo corpora plura habent interſtitia, eo dicuntur calidiora.

Ex præcedentibus audivimus & intelleximus naturam caloris & frigoris, quæ nonniſi relativa erunt ad noſtrum corpus, naturam *Temperatorum* jam ex dictis facile intelligimus, nam etiam illa utut relata ſunt condetanda. *Theod. Craanen Not. in Sennerti lib. de Aux. mat. p. 11.*

9. *Medicamenta debent eſſe ventriculo grata*) Hinc *aqua cinnamomi* ventriculum ſumme roborat, ſingulis diebus mane jejuno ſtomacho ſumpta ad ℥j. ſic enim ſpiritus inſitus ventriculi, ſanitatis & coctionis ibidem verus œconomus, ſpiritu cinnam. & vini, qui ſimul in *aqua cinnam.* ſunt juncti, ſummopere roboratur, modo tartarea & viſcoſa excrementa antimoniali purgatione prius foras expellantur, Spiritus quidem cinnam. ſpiritum ventriculi ſuo vitali nectare ac calore omnino reſocillat, unde facili negotio ab omni tartaro ſe vindicat. *J. Pet. Faber* §. 6. *cap.* 33.

Aquam & oleum cinnam. quod fragrantiſſimi hujus corticis virtus naturali balſamo noſtro intime correſpondeat, & excellentiſſimum corroborandi exhilarandique omnia viſcera, nec non ſpiritus vitales multiplicandi efficaciam habeat, tanquam ſpecificum ſtomachicum ſummum veneramur, vel propterea quod confortato ſtomacho is eo potentius poſtea ab inimica cruditate ſe expedire valeat, ſed prius decenter ſit purgatus ventriculus, Cum enim fermentum vivificum omnium partium, & ſic quoque ventriculi, ſit progenies ſpirituum vitalium, patet quoque quod multiplicatis excitatiſque hinc ſpiritibus vitalibus (odores ſiquidem juxta *Helmontium*, immediatum cum ſpiritibus vitalibus contactum habent) tam ſplenis, quam per conſequens ventriculi vitale fermentum oppido inſtauretur, ac renovetur, vel ad minimum purificetur illumineturque: Quo autem odoratius eſt mixtum aliquod, eo nobilius & magis luminoſum id habere fermentum manifeſte liquet, unde *Helmontius* vel ſolo odore graviſſimus morbos feliciter curari aſſeverat. Nos *oleum caryoph. aromat. ſtill.* ob fragrantem acredinem ſuam, valde acceptum etiam eſſe ventriculo experti ſumus, ex quo v. g. Rotulæ ſtomachales ſic præſcribi poſſunt.

℞. *Sacch. in aqua caryoph. arom. ſoluti* ℥j. *ol. caryoph. ſtill gtt.* viij. *F. l. a Rotula.*

Nobilitabitur remedium addito *magiſt. maſtich.* ℈j. *vel* ʒß. Pro ditioribus addatur Rotulis *ambra* vel *moſchus* ad ℈ß. *Chr. Langius ibid. p. 348.*

Si quis *aqua cinnam.* caliditatem metuit, utatur *Aqua Clareta Monſpelienſium*, *aqua roſac.* caſtigante illius calorem: Deſcriptionem illius vide apud *Riverium* cap. de Imbecill. Ventriculi.

10. *Cibi potius medicamentoſi quam medicamenta*) *Alimentoſum* videtur compoſitū quid, ut multa dantur talia; nempe quod conſtat ex alimento & medicamento; particulæ enim alimentoſæ & medicamentoſæ in illo ſunt: *Alimentoſa* particulæ tranſmittunt materiam æthercam, convenientem noſtro ſanguini; *medicamentoſa* vero non tranſmittunt per poros ætherem inconſuetum, nempe non convenientem ætheri noſtri ſanguinis, qui tunc luctam aliquam, ſeu fermentationem excitat; Et ſi fermentatio noſtri ſanguinis (nempe conſueta) major ſit quam peregrina, tunc ejiciuntur particulæ pe-

regrinum ætherem tranſmittentes, ut fæces ejiciuntur ex recenti cereviſia, quæ particulæ ſunt quæ motui fermentationis obſequi non poſſunt; ita fit in purgatione.

Hinc oritur quæſtio, *Quare natura dicatur medicamento aſſueſcere?* aſſueſcere nempe non alterare, nam idem eſt ac ſi diceremus, medicamentum non alterat; Ratio eſt, quia quamdiu idem medicamentum alteramus, particulæ ætheree per illud medicamentum fluentes, ibi ita multiplicantur, ut prædominentur, ſicque conſtituant naturam ſanguinis, ut ab eodem medicamento non alteretur magis, ſed fiat quid indifferens, quod nec ſit alimentum nec medicamentum.

Hinc ſequitur quod in omnibus morbis chronicis utile ſit medicamentum, quamvis optimum, mutare, quia nullus datur amplius conflictus inter medicamentum & ſanguinem, æther enim tunc valde ſimilis ſit ætheri, in noſtro ſanguine exiſtenti; ideo ſatius eſt medicamentum aliud earundem virium adhibere, ut poſſit, ex diverſitate materiæ ethereæ, major pugna excitari: In affectibus non inveteratis nocet quotidie mutare medicamenta; quamvis ſingula ſunt bona, quia pori hoc medicamento, vix confirmati, altero iterum deſtruuntur, quod peſſimum eſt. *Ex Obſervat. Theod. Craanen in Sennertum de Auxil. mat. p. 4.*

11. *Adſtringentibus ne ventriculus laxetur)* Quæ cogunt & corrugant ſeu conſtringunt fibras viſcerum, quando villi, parietes, ſeu fibræ membraneæ eorundem molliores, flaccidæ & expanſæ: idque tanto magis quia ventriculus ipſe totus membranoſus eſt, & fibræ nerveæ per totum corpus intertextæ: Hinc ut robore villorum conſtante calor quoque & humores circulandi in quacunque parte bene habent, ſpeciatim in ventriculo, Adſtringentia merito roborantium titulum obtinent, quatenus præter calorem, ſeu archeum partis & fermentum ſpecificum, villos roborant, contorquent & uniunt, ut contractioni & expulſioni magis vacare queant, unde *cinnam. nux moſch.* & ſimilia dicuntur roborantia, quod ſingula reſpiciant quæ collective & conjunctim ad ventriculi robur faciunt: Par ratio eſt hepatis, cerebri & aliorum. *Wedelius Am. m. m. p. 54.*

In Adſtringentibus ſemper ratio habenda eſt ventriculi, nec ultra quam pororum & fibrarum, vel viſcerum ratio permittit, adſtringendum eſt: quatenus enim terrea ſunt, fermentum ventriculi deſtruunt; quatenus auſtera & fixiorum partium, evaporationem chyli impediunt: Id ipſum quoque in affectibus Pulmonum valet. *Idem p. 60.*

12. *Ne ventriculus laxetur) Maſtiches* grana aliquot deglutita, vel pulveriſata prius, & cum liquore bibita, à ℈j. ad ʒj. vel ſaltem grana aliquot, ſi ſæpe repetatur, admodum ventriculum roborant. *Platerus.*

13. *Si externa)* Obſervandum in Topicis ventriculo admovendis, num hepar ſimili intemperie laboret ac ventriculus; nam ſi diſſimili, non erit inungenda regio ventriculi ab anteriore parte ad cartilaginem & hypochondria; nam ſi prius, hepar afficitur, poſtremo vero ventriculus, & veluti per acceſſus, cum ſcilicet qualitatem hepati impreſſam recipiat, quod incommodum ut vitetur, ſatius eſt in dorſo è regione ventriculi inunctiones facere; Sed quia eſt vertebrarum, & multarum craſſiſſimarumque denſitas, ut medicamentis ad ventriculum penetratio impediatur, præſtat quoſcunque ventriculi affectus aſſumptis curare, quorum etiam promptiſſima eſt actio, nam mox integriſque viribus pertingunt, & ab interna parte afficiunt, at vero admota non item, niſi hepatis & ventriculi ſimilis intemperies corrigenda veniat; excepta tamen ventriculi refrigeratione, quæ ex hepate calidiore provenit, hepate enim refrigerato ventriculus ad ſuam temperiem facile revertitur. *Joubertus in Praxi, cap. de Ventr. Aff.*

Ἀπεψία in concoctione quæ accidit ob calidius jecur, non à ventriculi refrigeratione eſt, ſed à defectu iſtæ temperiei quæ ad concoctionem requiritur; quælibet enim intemperies functiones partis pervertit, Vitio-tius à depravatione fermenti ad concoctionem requi-ſiti.

14. *Si externa, mucronata)* Inunctiones in anteriore regione, ubi eſt fovea dicta fiari debent, ad ſiniſtrum potiſſimum latus declinando; Sed & poſteriore loco directo jam dictæ ſedis, è vertebris dorſi verſus ſiniſtram ſedem, inunctiones ſi fiant, in ventriculum quoque ſuas vires exſerunt. *Platerus.*

Remedia externa anteriore parte ad ſterni initium ſub pectore aptanda ſunt, quanquam & poſteriore parte ad duodecimam vertebram probato remedio applicari poſſunt; Utraque parte poſita magis juvabunt; ſed oportet ea quæ poſterius ponuntur habere aliquid tenuium partium, quo per difficiliorem viam penetrare poſſint. *Hollerius.*

Fugienda eſt regio jecoris, illud namque incumbit ventriculo, parte extera, & partem dextram ventriculi totam ambit; Qui ergo ea parte applicant medicamenta, alterant jecur, nihil autem ventriculo conferunt, aut nocent, Quare à linea alba verſus carnem ſunt applicanda, & præſertim calida; quæ ſi dextra parte applicantur, jecur calefaciunt, nec pertingunt ad ventriculum. *Jac. Fontanus Pr. l. 3. c. 2.*

15. *Cauſarum tam internarum quam externarum remotione)* Antequam ad Confortantia ſtomachica veniamus neceſſe omnino eſt ut ab impuritatum & cruditatum ſarcina prius liberetur ventriculus, id quod expeditius haud præſtari poterit quam Emeticorum beneficio, tunc demum enim confortandi intentio feliciter ſuccedet; Quod ſi vero negligatur Purgatio, vitioſum fermentum ex uſu remedii acidi potius exaſperabitur, ac proinde ſymptomata graviora, præſertim circa ſenſitivam ventriculi facultatem ſuborientur. *Chr. Langius.*

16. *Ventriculi corroboratione)* Ut ventriculi actio mediante calore nativo, & vitali fermento ſubacidulo, volatili & vitali, & his inſerviente villorum robore inprimis perficitur, Ita *Stomachica* ſunt in genere quæ his velificantur; Seu principaliter illa ſunt & dicuntur Stomachica, quæ evaporationem chyli promovent, & impedimenta quæcunque ejuſdem tollunt, Res enim omnis eo redit ut actiu ventriculi adjuvetur, in hoc ſolo conſiſtens principaliter ut διάκρισις & σύγκρισις, evaporatio chyli probe fiat.

Cum ergo in officina hac microcoſmica opus ſit 1. *Calore*, qui evocet & propellat. 2. *Menſtruo*, quod ſi non ſolvat, ſolutionem tamen adjuvet. 3. *Robore villorum* & fibrarum nervearum, hinc juxta hæc quaſi capita etiam Stomachicorum claſſes diverſæ ſunt, licet ſymbolicæ: Viſque horum eximie probatur exinde quod immediate huc ferantur medicamenta, atque hoc loco juvantia & nocentia primam explicent occaſionem, unde & animam in ventriculo locat *Helmontius* ſenſitivam.

Stomachica ergo dum dicimus calorem reſtaurare, omnia ea complectimur quæ effecta caloris prædicari poſſunt, nempe 1. tam neceſſariam anathymiaſin promovent, ut partes alibiles utiles à recrementitiis colcothatinis ſeparentur, adeoque

2. Motum chyli & chymi promovent, ne in ventriculo plus juſto moretur, & gravitate ſua ac diſtenſione moleſtias creet & μώλωπα pariatur; inſtar maſſæ panis non fermentantis ac aëraſcentis.

3. Cruditates expediant & tollant, tum acidam, tum pituitoſam cumprimis, ac nidoroſam, tanquam effectus vitiatæ coctionis.

4. Placant irritatos nerveos villos, ſive retinere nequeat ventriculus præ debilitate cibos ingeſtos, ſive vi extrudat tum ipſos tum alia etiam utilia; tum dolentem partem ipſam in cardialgia.

5. Eva-

5. Evaporationem vitioſam avertunt & prohibent, ac vel aquoſa ſola, vel aliis characteribus notata in flatus & fluctuationes citentur, ut in ructibus, ſingultibus, ſalivatione præternaturali &c.

Denique 6. omnia impedimenta removent, quæcunque turbare coctionem ex his ſuodamentis, queunt, unde affectus coofurgunt varii. *Wedelius Am. m. m. p. 155.*

¹⁰. *Ventriculi corroboratione*) Ad quam in omnibus attendendum eſt, quatenus ſemper adſtrictio villorum tuenda eſt, nec ea admittenda ſolum quæ ullo titulo roborant, parietes vero ventriculi & villos laxant, ut ex hoc fundamento quænam ſint potiora ſtomachica unice ſit decidendum. *Wedelius Am. m. m. p. 164.*

¹¹. *Corroboratione, ubi appropriata*) Ut ſulphur eſt matrix caloris, ita ventriculi calorem unice & principaliter principio hoc fœta balſamica, ſulphurea, promovent & conſervant, quatenus particulis ſuis volatilibus ignem vitalem adjuvant, ut focus ſplendidior conficet, ſanguine arterioſo & ſpiritibus roboratis: Talia igitur cum late pateant, ſunt

1. *Aromatica*, Aromata omnia ſunt Stomachica, ſeu ipſa κατ' ἐξοχὴν talia, ſeu ad horum claſſem referenda vegetabilia varia, & exin præparata, ut *cinnamomum, caryoph. nux moſch. macis, lignum aloes, rad. acori veri, galanga, pimpinella, zedoar. caryophyllata, mentha omnis, cortices aurant. citri, pulvis ſtomachal Quercet. ſpec. aromat. roſ. caryophyll. roſ. novella, diagalang. diaxyloal. tragea ſtomach. aqua menthæ, cinnam. cum vino & cydoniata, eſſentia ligni aloes, elixir propr. Helmontii extr. acori veri.*

2. Oleoſa balſamica ſuavia, & reſinoſa blanda, ut ex nativis *maſtiche, ambra, balſ. de Peru, ladanum*, iode *ceratum de ladano Cratonis, & tacamah.* externe proſunt, & deſtillata, *Oleum macis, caryophyll. mentha, cinnam. nucis moſch.* expt. & deſtillatitio.

3. *Spirituoſa*, quæ ſunt laudatiſſima ſtomachica, & cruditatum correctoria, hæc quippe evaporabilia ſunt quam maxime, unde in momento ſæpe gravitatem & anxietatem ventriculi tollunt: Pertinent huc *vinum* (Vide §. *Vinum*) *Elixir ſtomachicum Rolfincii, Minſicht. Michaelis & alior. Elixir vitrioli.*

4. Carminantia, ut præter dicta, *ſemen Coriandri, ſem. iv. carminativa*, Hæc enim omnia revera talia ſunt, quæ evaporationem vinoſam tollunt, unde flatus fiunt, & nativam promovent, Inprimis vero ipſorum *olea*, ut oleum *aniſi, carvi*, anethi, *cortic. aurantior. carminat.* in cardialgia, ſingultu, ructu optima.

5. *Nervina & cephalica* etiam ſunt ſtomachica, ut *roſmar. ſalvia, majorana, beton. meliſſa* &c. imprimis vero *caſtoreum*, quod in cardialgia divinum eſt remedium, item in ſingultu & ructibus: In vito laborante *febri ſingultuoſa cinnabarina, caſtorina. & optata* unice prodeſtant; Pertinent huc externa balſamica, ſuaviter archeum demulcentia & roborantia; Ut vero flatus fiunt à calore debili, ſeu per ſe tali, ſeu reſpectu objectorum, ita etiam carminativa & aromatica, & ſpirituoſa, aliaque, roborant eundem duplici hoc reſpectu, ſeu debilis fuerit in ſe, in frigidioribus ſenibus; ſeu per accidens, mediate, in cruditatibus, vel reſpectu ciborum duriorum, piſcium pinguium.

6. Speciatim etiam ventriculi calorem tuentur leniter *Adſtringentia*, quatenus villos conſtringendo unuunt etiam magis ſpiritus & ſanguinem, unde quæcunque ex laudatis ſimul ſunt ſtyptica, ſeu adſtrictoriis particulis cum aliis junctis gaudent, κατ' ἐξοχὴν ſunt ſtomachica, ut inter externa *Empl. de cruſta panis, de baccis lauri, diaphœn.*

Secundario vero & adæquate calorem reſtaurant & {ſaburra?} ſuſcitant *ſalina*, v. g.

7. *Acria*, volatili ſale fœta, incidentia & detergentia pituitam, unaque rarefacientia, ut radix *ari, pimpinella, piper. ſinapi, zz.* tum per ſe, tum refracte in *zinzib. in India condito.*

8. *Amara*, ut ſummit. *centaurii min. abſinth. Elixir propr. Parac.* unde *tinctura propriet. Minſichtii* nata eſt, *Eſſentia abſinthii* ſimplex & compuſ. qualis hæc eſſe poteſt, polychreſta in ventriculi affectibus, cruditate acida, pituitoſa & bilioſa, febribus item intermittentibus, flatibus & affectu hypochondriaco.

℞. *Rad. galanga, zedoar. ſumm. abſinth.* (per immerſionem levem in aquam calidam correctarum) āā. ℥j. *acori veri* ʒvj. *flor. centaur. min.* ℥ß. *caſſia, caryophyll. ligni colubr. amar. chin. de china.* āā. ʒiij. *cortic. arant. citri, rhabar. Alexandr.* āā. ʒij. *macis, nuc. moſch. caryophyll.* āā. ʒiß. *coſti veri, ſchœn. veri* āā. ʒj. *m. extrahantur cum vini ſpir. rectificato, vel appropriato, acidulato ſpiritu ſalis, facile cum liquore vitrioli in Tincturam Martis abſinthiacam* redigenda, variato ſic colore, virtute & ſapore, danda ad guttas xx. xxx.

Non minus vero & *Fermenti*, ſeu *menſtrui* potius Ventriculi ratio habenda eſt, ſeu *iners* fuerit & acuendum, ſeu *acrius* & obtundendum: *Acuunt Menſtruum* iners, deficiens, principaliter *Salina*, quæ viſcidam pituitam incidunt & humores ſuperfluos attenuant, ut 1. *acria volatilia*, ut *rad. ari, ejuſque fecula, pimpinella, raphanus ruſtic. ſinapi, cochlearia* & plantæ antiſcorbuticæ, item *zinzib. flores ſalis armon.*

2. *Aromata & aromatica, mentha, abſinthiaca*, & reliqua jam dicta.

3. *Acida* liquida & ſolida, ut *acetum, conſerva roſ. vitriolata, acetoſa, ſpiritus ſalis, vitrioli, martis, veneris, hepaticum rub. cremor & cryſtalli Tartari, ſpiritus vitrioli coagulatus, ſpiritus ſalis vel vitr. dulcis, elixir vitrioli*; Externus & interius prodeſt *fermentum panificum*, Sane & *panis* ipſe, acidula & analeptica ſua qualitate, nutribile eſt eximium, & ita roborando fermentum, cum interne tum externe officium facit, inprimis cum aromaticis, ac aceto ipſo mixtus: Fermenti hujus intuitu ſine dubio factum eſt quod tunicæ ventriculi quorundam volatilium magni fiant.

Ut vero perpetua eſt inter calorem & menſtruum ventricoli ſymboliſatio, ita optimum eſt maritare hæc duo, ut indicationibus undique fiat ſatis, Et ſingulari providentia naturæ videtur factum quod ab utriſque conjunctim ei ſatisfiat, quod ab alterutro expectari non poterat: Cum enim ſulphurea caleſaciant quidem, una vero appetitum obtundant, Salia vero licet appetitum cieant, tamen calorem non reſpiciant, ſed diſgregent potius, optimum eſt conjungere utraque, vel interpolare ſaltem, id quod apprime faciunt *abſinthiaca* &c.

Cum vero hinc inde etiam legatur ſcriptum ab auctoribus, *ſalem abſinthii* v. g. aliaque id commatis facere quoque ad appetitum excitandum, ſeu ſtomachica eſſe, unde & *lapides cancr.* & *ſal abſinth.* ac *junip.* ingrediuntur *Pulver. ſtomach. Quercetani*, notandum eſt id fieri mediate magis & per accidens, quatenus alkalina hæc præcipitantia, quæ alias immodice uſurpata deſtruunt appetitum, fixitatem acidam excedentem fermenti tollunt, unaque ſuperfluitatem humorum corrigunt, quando fermentum aquoſis humoribus magis eſt dilutum: Hinc *concha preparata*, & *cinnabarina* quoque egregia ſtomachica ſunt, & in humorum abundantia, & acore corrupto appetitum aliquando cient: Neque enim abundante in ventriculo acido vel appetitus æque ſtimulat, vel coctio probe perficitur, ſiquidem tunc obtunditur calor, & evolutio, evaporatio impeditur, quando nempe eſt fixius debito, unde gravitas potius ventriculi & cruditates fiunt.

Ut itaque dicamus de *obtundentibus fermentum acrius*, bilioſum vel ſalinum, ut in ſoda, ſiti, eroſione, fame canina, & ubi humores acidi magis peccant, te-

nendum eſt in genere tenendum eſt omnia illa principaliter id præſtare, quæcunque ſalino-acidulis ſunt contraria; adæquate, quæ calori vel tono debilitando apta deprehenduntur.

Obtundunt *pinguia*, mucilaginea & oleoſa. Notum enim eſt ex Chimicis nullum eſſe jus acidis in pinguia, adeoque cum hæc minus ſubigantur ab iiſdem, cum minus ſint evaporabilia, cum multum nutriant & ſatuient, commendantur ab authoribus non immerito in *bulimo* & appetentia canina, ut *butyrum, oleum oliv. lini* &c.

Diluunt aquea communia, ſerum lactis *caprini*, potus largior, inprimis *aquarum nitroſarum*, potiones, emulſiones, in Siti unice expetita.

Invertunt lixiva, alkalia, & alkalina, ut *lapides cancrorum, creta, corallia*, in cholera humida, & ſicca optima, Cum vero præter hæc & alia id præſtent, cautione tamen egeant, ſeorſim ſub pervertentium & figentium titulo ea fuere tradita: Nimirum tum per ſe in horum uſu cautione opus eſt, tum quando adhibentur pro fermenti correctione, ut duæ exſurgant hinc Regulæ.

1. *Quæcunque medicamenta, alias etiam bona, vel optima adhibeantur, videndum eſt quomodo ſe habeant erga ventriculum*, ne continuato uſu actioni hujus naturaliſſimæ noceant ullo modo, Alias enim officiuſe nocet Medicus hæc non attendens, vel penitius non noſcens quid in receſſu gerant: Sic dulcia optime nutriunt, & ventriculo ſunt amiciſſima; ſi tamen excedas eorum uſu, v. g. ne de alimentis dicamus, potionibus dulcibus, ſyrupis, electuariis, lohoc, certo certius emorietur, vel inſigniter lædetur appetitus.

Sic ſalina media, ut *Tartarus vitriolatus, arcanum tartari, ſpiritus vitrioli coagul.* remedia ſunt polychreſta, aperitiva, diuretica, nephritica, frequentiori tamen uſu ventriculo faceſſunt negotium, vel inſenſibiliter, ut ne id credas quidem, vel ipſi ægri, primo intuito. Sic ſpeciatim Nitroſa, lapis *prunellæ, nitrum antimoniat. arcanum duplicatum* &c. ad ſitim extinguendam, ad febres, ſunt generoſiſſimum remedium, ſunt etiam acido ſale fœta, nihilominus cum tono non amica ſunt, nec particulis adſtrictoriis pollent, facile ventriculum exolvunt, ut & appetitus abeat, & laxetur alvus, debilitato utrobique ſtomacho; Sic *Saturnus* vel in ipſa bechica commendatur quammaxime, inde tamen ventriculus noxam ſentit, ſeu quod nimis adſtringant, ut *ſaccharum Saturni* (nam & nimis adſtringentibus læditur, læſa evaporatione) ſeu quod nimis præcipitent fermentum, ſeu quod ob metallicam ſuam naturam ſuperent ejus virtutem, ut ſubigi nequeant: Imo & Martialia, imprimis groſſiora, ut *crocus martis cum ſulphure* per fuſionem paratus, eundem cenſum nonnunquam ſubeant, ructus nidorulentos una excitando plurimos, ut Jovialium, Lunarium non mentionem faciamus, licet ſingula optima ſint medicamenta: Id vero obſervare magis in iis licet qui alias ſunt quoad ventriculum & reliquum corpus ſani, excepta una aliqua parte, v. g. in pollutione nocturna, vel gonorrhœa ſimplici, vel virulenta.

Sic *ſpiritus ſalis ammoniaci* ipſe laudatiſſimum eſt medicamentum, aſt, quod de aliis urinoſis volatilibus itidem valet, continuata uſurpatione appetitum dejiciunt, & laſſitudine torpida membra mactant magis; cum acidulum in receſſu menſtruum ſtomachicum abſorbeant & invertant, id quod & à fixioribus ipſis, *lapidibus cancr.* & pulveribus nephriticis continuatis non raro obtingit.

Adeo & hic concludere licet, juxta *Gal.* nullum eſſe tam generoſum medicamentum, quod jam magnifice proſit quin aliqua ex parte noceat, Et ſemper attendendum eſſe ventriculum ſeorſum in morbis, Et optimum ſæpe eſſe medicamentum, juxta *Hippocr.* medicamento non uti.

Altera regula eſt, *Ita ſemper corrigendum eſſe fermentum, vel menſtruum, ne calorem vel tonum negligamus, ipſiſve noxam inferamus*, quod dictorum exemplo clarum fit: Et vice verſa, *ita ſemper calor alterandus & roborandus, ut ligemus fermentum*, Utriuſque exemplum præbent tum ſpirituoſa & ſulphure vaporoſo pollentia quævis, tum imprimis Opiata, In genere enim arguere licet, *quæcunque ſulphure magis fœta ſunt, obtundunt* appetitum, *Laxitatem* denique & tonum debilem villorum corrigunt, tum *Nervina*, roborantia, v. g. in *ſingultu*, tum *adſtringentia*, terrea, firmantia & orificium & parietes, ſeu fibras, unde in vomitu, cholera, diarrhœis proficua; Imo & *Acida*, modo citra excretionem urgentem talem flacciditas corrigenda ſit, egregie enim ventriculum corrugant; Licet ergo ſeorſim horum non fiat recenſio paſſim, revera tamen, ſaltem in reliquis jam recenſitis ſeorſim, attendenda ſunt, quin etiam ſeorſim in praxi, ubi laxitas præcipue corrigenda fuerit: Sic ex dictis id præſtant præcipue, tum amara, ut *mentha*, tum *aromatica*, ut *cinnam. nux moſch.* tum terrea, *ut corallia*, unde præcipue merentur laudem; Valet id quoque de externo *topico* uſu, unde de his diximus quænam huc quadrent magis, nempe *acida* & *aromatica*, utraque ob penetrandi, roborandi & conſtringendi vim, Quæcunque vero Topica, unguenta, emplaſtra, cataplaſmata, ſacculi ex talibus, non conſtant, minus ſunt æſtimanda. *Wedelius Am. m. m. p. 155.* &c.

17. *Appropriata*) Ut ventriculi actio mediante calore nativo, & vitali fermento ſubacidulo, volatili & vitali, & his inſerviente villorum robore inprimis perficitur, ita *Stomachica* ſunt in genere quæ his velificantur, ſeu principaliter illa ſunt & dicuntur *Stomachica* quæ evaporationem chyli promovent, & impedimenta quæcunque ejuſdem tollunt, Res enim omnis eo redit ut actio ventriculi adjuvetur, in hoc ſolo conſiſtens principaliter, ut ἀλλοίωσις καὶ πέψις, evaporatio chyli probe fiat.

Cum ergo in officina hac microcoſmica opus ſit 1. *calore*, qui evocet & propellat, 2. *menſtruo*, quod ſi non ſolvat, ſolutionem tamen adjuvet, 3. robore villorum & fibrarum nervearum, hinc juxta hæc quaſi capita etiam ſtomachicorum claſſes diverſæ ſunt, licet ſymbolicæ.

Viſque horum probatur exinde, quod immediate huc ferantur medicamenta, atque hoc loco juvantia & nocentia primam explicent occaſionem, unde & animam in ventriculo locat *Helmontius*.

Stomachica ergo, dum dicimus calorem reſtaurare, omnia ea complectimur quæ effecta caloris prædicari poſſent, nempe 1. tam neceſſariam ἀναθυμίασιν promovent, ut partes alibiles à recrementitiis colcotharinis ſeparentur, adeoque

2. Motum chyli & chymi promovent, ne in ventriculo plus juſto moretur, & gravitate ſua ac diſtenſione moleſtias creet & μώλωπα patiatur, inſtar maſſæ panis non fermentantis ac aëraſcentis.

3. Cruditates expediunt ac tollunt, tum acidam, tum pituitoſam cumprimis, ac nidoroſam, tanquam effectus vitiatæ coctionis.

4. Placant irritatos nerveos villos, ſive retinere nequeat ventriculus præ debilitate cibos ingeſtos, ſive vi extrudat tum ipſos, tum alia etiam utilia, tum partem ipſam dolentem in cardialgia.

5. Evaporationem vitioſam avertunt & prohibent, ne vel aquoſa ſola, vel aliis characteribus notata in flatus & fluctuationes citentur, & in ructibus, ſingultibus, ſalivatione p. nat. &c.

Denique 6. omnia impedimenta ſemovent, quæcunque turbare coctionem ex his fundamentis queunt, unde affectus conſurgunt varii. *Wedelius Am. m. m. p. 155.*

17. *Appropriata. ut magiſterium*) In ſtomachicorum claſſe cumprimis eminere docet *J. P. Faber Path. Spag. c. 33. ſpiritum vitrioli Veneris*, quem peculiari titulo *Paracelſus Spiritum acetoſum eſurinum* ſalutavit, quod ſit arcanum mirifice ventriculum infirmum roborans, &

virtutem

virtutem ejus reſtaurans, imbique cruditates oppido emendans: Atque cum laniſſime jam notæ ſint vires *ſpiritus vitrioli communis*, quas Practicorum conſenſus unanimis eidem adſcribit, proculdubio efficacius competent *ſpiritui qui ex vitriolo Veneris* deſtillatur: Vel obiter ſubolfaciant hinc, & ſapere demom diſcant fermenti oſores, laudatæ coctionis principatum fermento recte ſe habenti cumprimis deberi; dum infirmitates ventriculi appropriatorum acidorum uſu potiſſimum corrigere, vel ipſi neſcientes quid agant, eumque ſic reficere ſtudent.

Cupro autem magnæ aſſignantur virtutes, ita ut quibuſdam placeat nullum metallorum ſalubriorem ſpirare auram, Imo *Hippocrati* præter reliqua metalla & mineralia cuprum frequentius fuit in uſu, Sufficit nobis certitudo illa ex *Venere* eximia parari medicamenta, præſertim ex *vitriolo ejus* rite parato, Hyperbolicam ejus laudem, ejuſdem uſu tam robuſtum fieri ventriculum ut vel ferrum digerere poſſit, modeſte excuſamus, utendi modum quod attinet, ſumi poteſt ex *conſerva vel ſyr. violar.* ad gratam aciditatem, aut cum juſculo carnis: Utiliter commiſcetur etiam cum *ſpir. maſtich.* per diſtillationem facto,

℞. *Spir. maſtich. opt.* ℥ij. *ſpir. vitriol. ven.* ℥j. *m. ſ. Doſis gtt. 30.* In hujus defectu *ſpiritus vitrioli* vulgaris, ſed probe rectificatus, vel *ſpiritus vitrioli Martis* ſubſtituetur. *Chr. Langius Path. p. 346.*

17. *Ubi appropriata) Thermæ naturales* aliquæ bibitæ diuturnam ventriculi imbecillitatem emendant, ab humiditate nimia, aut ſordium pituitæve copiam contractam; Imprimiſque ex illis nitroſæ, *Porrellanas* laudant Itali, Germani variis abundant. *Platerus.*

18. *Magiſterium corallorum*) Per calcinationem immerſivam paratum, unde & calx corallorum dicitur: Siccat & adſtringit; blande temperat acidum ventriculi, unde corroborare dicitur, Doſis eſt ℈ß. ad ʒß. *Collect. chymic. Leydenſium p. 137.* Ubi præparano.

19. *Tunicæ ventriculi gallinæ*) Fermenti ventriculi intuitu ſine dubio factum eſt quod pelliculæ ſeu tunicæ Ventriculi quorundam volatilium magnificant à quamplurimis: Si tamen conſideremus minus eſſe evaporabiles illas ipſas, ſed craſſioris & frigidioris texturæ, tantam vim ipſis adſcribere non addecet ad chylificationem læſam: quicquid faciunt, magis præſtant in demulcenda acrimonia, præcipitando, abſorbendo & roborando; unde novimus pro ſpecifico dyſenterico, idque non ſine cauſa, haberi à quibuſdam, præcipue ob acidos, bilioſos, & his ſimiles corroſivos humores; una vero tueri parietes membranacos apta nata ſunt, unde & in vomitu ſunt egregium remedium. *Wedelius A. m. m. p. 160.*

20. *Intemperiem ſine vel cum materia*) Omnis ex indebita temperie morbus fovetur à quadam materia; ac proinde male illum aliqui diſtinguunt in *intemperiem cum materia*, & *ſine materia*. Alius tamen fovetur à materia in corpore genita, ut humida cerebri intemperies, quatenus fovetur à pluſcula pituita in ſtomacho & inteſtinis; Alius fovetur à materia aliqua in corpore non genita, ſed mere extrinſecus adveniente; ut intemperies calida cerebri mere à radiis ſolaribus, ſeu materia ſubtili ultro illi intruſa. *Franc-Zypæus Fundan. Med. p. 242. Vide l. 2. c. 1.* An hujuſmodi Intemperiei diſtinctio admittenda ſit.

Cap. VII.

De Intemperie Ventriculi ſine materia.

1. I*Ntemperies ventriculi ſine materia, eſt ſimilarium ventriculi partium præternaturalis in qualitatibus ſuis diſpoſitio, à cauſis internis & externis* 2. *nulla humorum præſentiâ illatâ.*

Signa ejus & *Cauſæ in differentiis* exponentur.

Curatio ſola alteratione & cauſarum remotione nititur.

Dividitur ſecundùm qualitates.

I. Alia eſt *Calida*, quæ

3. *Cognoſcitur* ex cibi inappetentia, ructibus nidoroſis, ſalivæ lentitudine, faucium & linguæ aridirate.

Oritur externè à ſex non naturalibus, calorem ipſius augentibus: 4. internè à morbis internis, febribus ardentibus, Inflammatione epatis, lienis &c.

5. *Curatur* 1. Refrigerantibus, ſed 6. levibus, nec diu applicatis.

2. 7. Diæta refrigerante, ubi locum habet *Aqua hordei*, emulſio *quatuor ſeminum frigidorum* majorum. Nec lac quia facilè corrumpitur, nec ova, quia in nidoroſam cruditatem vertuntur, ſatis commoda.

1. *Intemperies ſine materia*) Hæ intemperies quatenus dicuntur *Nudæ*? Quatenus opponuntur illis quæ ſunt cum *affluxu ſubſtantiæ*, & *Tumores* p. n. vocantur: Quare ſi definitionem poſtules harum Intemperierum, non poſſum ſpem alius facere quam illius quæ fit per remotionem oppoſitæ intemperiei, Quare dico, Quicquid intemperatum non eſt *inflammatio*, non *eryſipelas*, non *œdema*, non *ſcirrhus* eſt Intemperies nuda, Afferam huc exemplum *melancholiæ morbi*, qui proculdubio eſt *Intemperies nuda*, De hoc agens *Galenus 3. loc. aff. 7.* afficì in eo ait *Cerebrum* ut eſt pars ſimilaris, Ibidem mox cauſatur *Galenus* craſſos humores qui in cerebro abundant. Et de eodem 2. de *Cauſ. ſympt. 5.* fieri aut ex nudis qualitatibus, aut diſperſo per cerebrum toto modo humore aliquo intemperato. *Hofmannus Inſtit.*

2. *Nulla humorum præſentia*) Difficilius dignoſcuntur quam curantur intemperaturæ ventriculi: Intemperaturæ autem ſine materia raro fiunt; quod ſi fiant diu ſine ea eſſe non poſſunt, nam omnis intemperies ventriculi nata eſt coctionem impedire: Quod ſi frigida intemperies, vel ſicca, præſens ſit, cruditatem faciunt, à qua pituita multa acervatur in ventriculo; Si calida, vel cibos urit vel corrumpit, vel aliam cruditatem facit. *Rondeletius Prep. 408.*

3. *Cognoſcitur ex cibi*) Et ex ſiti crebra, caloris ſenſu circa ventriculi regionem, Jocunditate ex cibis, potibus & medicamentis refrigerantibus, moleſtia vero ex calefacientibus percepta, Tum ex prægreſſis cauſis calefacientibus, v. g. cibis, potu vini generoſi, & meraci, medicamentorum & aromatum, thermarum calefacientium. *Sebiſius man. p. 1010.*

4. *Interne*) *Intemperiei calida* cauſa *Chylus* eſt, aut *ſanguis* accedens, calidiores juſto. *Blaſius Theor. ſp. p. 240.*

5. *Refrigerantibus*) Tum internis tum externis, ſimplicibus & arte paratis.

Simplicia ſunt.

Folia, *acetoſa, acetoſella, portul. lactuca, endiv. cichor. ſonchi, ſolani, ſempervivi.*

Flores *roſar. violar. balauſt.*

Radices *cichorii.*

Semina 4. *frig. ma. & min. hord.*

Fructus *mora, fraga, ceraſa, ribeſia, rubi idæi, berber. pruna dulcia & acida, poma acidula, paſſulæ Corinth. cucum. cucurb. melones tamarindi.*

Succus *granat. acid. limon. aurant. citrior, ribeſ. berber.*

Santalum, corallia.

Compoſita ſunt, Aquæ *ex fol. & flor. enumeratis, ſemperv. nymph. ſerum lactis capr.*

Julepus *roſac. violac.*

Syrupi *ribium, berber. fragor. ceraſ. portulac. endiv. cichor. acetoſ. citri*, ex *ſucco aurant. limon. granat. acidor. rubi idæi, agreſta, acetoſa, acetoſus ſimplex, oxyſacch. corallior. papav. errat. nymph.*

Conſervæ *acetoſ. citri, acetoſ. acetoſella, violarum violat. roſar. vitriol. nymph.*

Conditura, *Moror. ribeſ. ceraſor. berberor. cydonior. cynosbat. lactuc. Hiſpan. rad. cichor.*

Tabulæ *ex ſucco ribium berb. mali citrii, roſ. ſp. vitr. Species triumſant. diarrh. Abb.*

Externa ſunt

Olea *roſar. violar. ſambuc. nymph. plantag. cydon.*

Unguenta *roſat. ſantal. refrigerans Galeni.*

Ceratum *ſantal.*

Epithemata ſtomachica ex *herbis, flor. rad. ſuccis oleis, aquis* &c. parata. *Sebiſius Man. p. 1013.*

Parari poteſt opiata exhibenda tribus horis ante paſtū, ſuperbibendo parum *aq. cichor.* vel *endiv.* vel *ciſt.* V.g.

℞. *Conſerv. roſar.* ℥j. *conſerv. flor. cichor. & nenuph.* āā. ℥ß. *pulv. triaſant.* ʒij. *diatrag. fr.* ℥iß. *diamarg. fr.* ℈j. *cum ſyr. endiv. ſimpl. f.* Opiata,

Nec erit præter inſtitutum addere *conſervam caulium, lactucæ*, (vocant vulgo *Gorge d'Ange*) & *carn. cucurb. conditar.* Refrigerant enim, *ventriculo & palato* gratiſſima ſunt medicamenta, vel abluantur aqua frigida, per duas horas ante paſtum ea comedant, ſuperbibendo parum aquæ. *Rondeletius p. 410.*

Prodeſt *tinctura violar. roſar. Decoct. citri* Minſichti, *flor. aurant. aqua acetoſ. ſtomacho ejuſdem. Michaelis Pr. clin. p. 128.*

[6]. *Refrigerantibus, ſed levibus nec diu applicatis*) Refrigerantia & per ſe & reſpective nocent: Per ſe, niſi indicentur, ac nimia quantitate; reſpective, relata ad calida; unde ſi præſumitur in ventriculo intemperies calida, caute refrigerandum eſt. & quidem ita ut tonus ejus denuo non exolvatur. *Wedelius.*

Ita alterandus ventriculus, ne contrarius p. n. ſtatus inducatur, modo enim noverimus alterandi intentionem, ejuſdemque gradum & proportionem, facile in medio erit conſiſtere. *Idem.*

[6]. *Sed levibus nec diu applicatis*) Ita ventriculus medicamentis tractandus ne coquere alimenta intermittat, Crebrior uſus medicamentorum ipſum lædit, alimentorum juvat, illa quippe diverſa ſunt, hæc ſimilia, Plus caloris & menſtrui impenditur ſæpe in medicamento actuando quam alimento; Imo & à juvantibus ipſis nimia quantitate aſſumptis læſio in eundem redundat, & cordialibus. *Wedelius.*

7. *Diæta refrigerante*) Calidior ventriculi conſtitutio, quæ adhuc naturalis eſt, etſi morboſa nondum ſit, quia tamen prona ad morbos, eam ob cauſam quod in ea ventriculus à cibis calidioribus facile & nimium incaleſcens ſitim ardoremque ventriculi pariat, & cibos facile corrumpat ac in bilem convertat; ideo ne tale quid accidat, decenti victus ratione inſtituta, cum ſi in ea peccetur, hæc tunc primum nocere ſoleat, & ſi hoc frequenter fiat, in deterius converti prohibebitur.

Id fiet, ſi huic obnoxii ab Alimentis quæ facile corrumpuntur, abſtineant, *pinguibus, piſcium pinguedine*, præſertim noxia; *Lac* quoque in calidioribus ventriculis corruptioni obnuxium; uti & *ova*, quæ in bilem meraciſſimam ſæpe convertuntur; Quod & *ova piſcium, barbi* imprimis, quæ purgare ob id vulgus credit, faciunt, aliaque multa, ab animantibus & fructibus petita, quæ licet, teneriora cum ſint, facile concoquantur, in ejuſmodi conſtitutionibus cito corrumpuntur nocentque; Sicuti vero ea quæ concoctioni in imbecillioribus ventriculis non facile cedunt, à calidioribus ſine negotio concoquuntur, nec ab illis afficiuntur. Imprimis vero nimia cibi conditura, caliditatem aliquam adepti, vel per ſe calidiores & medicamentoſi, ipſis minus conveniunt, ſicuti & illi qui ob putredinem incipientem calidiores & deteriores evadunt: quales ſunt nimiis aromatibus conditi, unde acrimoniam, vel nimis ſaliti, unde ſalſedinem acquirunt; à quibus admodum læduntur: vel ſi ob moram rancorem, uti pinguia, contrahant; vel alias ſitum, uti caro ferina; vel fœtorem, ut caſeus putris redoleant, à quo ventriculi ardor inducitur.

Sed & dulcia cibis addita hos calidiores corruptioniq; magis obnoxios redeuut, & qui in bilem facile convertantur; Quæ ex ſua natura quoq; ſunt talia, quorum caliditatem odor, acrimonia vel dulcedo inſignis arguit, illis ſunt noxia; veluti *vinum dulce*, generoſum, fructus dulces, *melones, ficus* ſimileſque, Et in quibus quidam eſt ſuccus pravus, ad corruptionem facilis, ut in *cucumeribus*; atque olera acria, ut *naſturtium, ſium. Crateva, cepe, porra, allia*, poſt quorum eſum maxime eructant, ſingultiunt, uruntur que; Sicut autem quæ non talia, ſed temperata potius, vel ad frigiditatem aliquam inclinant, illis magis conveniunt, ſicuti *lactuca, endivia*, bugloſſum, ſpinachia, ſimileſque herbæ & fructus; *Aqua* item *frigida* potus illis, uti aliis, nocere minime poteſt, ſive per ſe interdum, vel etiam ex conſuetudine loco vini vel vino permixta bibatur.

Acida imprimis melius refrigerantia his accepta & utilia ſunt, ut cibi acidis conditi: qualia multa ejuſmodi alimenta nonnihil refrigerantia in ardoribus ventriculi à bile prodeuntibus, hiſce naturis competunt, uti & medicamenta varia: quorum uſu ſi calidior conſtitutio ejuſmodi ad morboſam jam inclinare videatur illis corrigi nonnihil poſſit: Inter quæ Acidularum potus ejuſmodi naturas ſæpe penitus immutat, quæ alioquin & ætatis ſucceſſione vix dum alioquin caliditatem amittunt, quin calidorum prædictorum uſu tunc nonnihil, etſi minus forte quam dum juvenes eſſent, læduntur. *Platerus.*

II. Alia *Frigida*, quæ

[8]. *Cognoſcitur* ex appetitus intenſione, niſi ſit nimia; ructu acido, ſi nec multi nec frigidi cibi aſſumti, nec pituita redundat, flatu, ſalivæ nimietate.

Oritur, Externè à ſex non naturalibus: [9]. Internè ab incumbentibus partibus, Epate, Liene, muſculis abdominis frigiditatem inducentibus.

[10]. *Curatur* 1. [11]. Calefacientibus appropriatis, ſed non nimiis, intus & extus, humidis [12]. ne ſiccitas inducatur: [13]. qualia *oleum ſtomachale* Cratonis, *ladanum, balſamum Peruvianum*, [14]. verſus umbilicum & regionem ſiniſtram, ne in dextra hepar incaleſcat, applicanda.

2. Diæta, ubi [15]. *vinum abſinthites* locum habet.

Diſtinguitur in *Poſitivam*, de qua nunc actum eſt: & *Privativam*, quæ *Conjungitur* cum ſiccitate. *Oritur* ex [16]. defectu calidi innati, quem inducunt nimia calefacientia, ut [17]. vini uſus frequens:

quens : alimentorum defectus : partium incumbentium, ut epatis, muſculorum abdominis & omenti calor & ſiccitas, quorum in curatione habenda ratio.

8. *Cognoſcitur ex*) Præterea ex ciborum concoctione tarda & diminuta ; Siti nulla aut rara, atque exigua, nullo ardore, voluptatis & delectationis perceptione ex rebus calidis ; Noxa & moleſtia ex frigidis. Ex prægreſſis cauſis refrigerantibus, aëre, aqua, cibis, medicamentis, balneis, & natatione in aqua frigida ; quæ ſigna *Galenus ex parte proponit Meth. c. 63.*

9. *Interne ab incumbentibus partibus*) *Galenus* partes iſtas foculos igniarios vocat, ventriculo adſitos, qui ejus calorem imbecillem, ex membranoſis nempe partibus conſtitutum, foveant & ſuſcitent ; Sed & non pauco nativo pollet calore ventriculus, quem illi largiuntur numeroſiſſima vaſa, venæ ſcil. & arteriæ per illud diſperſæ, ſanguinem caloris fontem continentia : Adeo ut intemperiei frigidæ ventriculi, debiliſque tunc concoctiones, cauſa deducenda videatur, ex cordis intemperie frigida, & ſanguinis ab eo geniti, à quo calorem mutuatur ventriculus, ut & circumjacentia viſcera, hepar, lien &c. quæ eodem fruuntur cum ventriculo alimento, ſanguine ſcilicet, qui ſi frigidior fuerit, fovendo ventriculi debili calori ineptus erit, ipſaque adeo illa viſcera intemperie frigida unque laborantia.

10. *Curatur*) Curatio inſtituitur per contraria, quæ calefaciendi vim habent, eaq; tum *Interna* tum *Externa*.

Interna vel *ſimplicia* ſunt vel compoſita,

Simplicia [Greek] ſunt, *abſinthium*, *mentha criſpa*, *rubra*, *& græca*, *ſalvia*, *betonica*, *roriſmar. majorana*, *ſerpill. meliſſa*, *origanum*, *calamintha*.

Radices, *acori veri*, *zedoar. galanga*, *cyperi*, *raphani ruſtic.*

Diaxyloaloë, *caſſia lign. cinnam. zinziber.*

Semina *aniſi*, *fœnic. carvi*, *coriandr. præpar. ammeos*, *mali citr. cumini*,

Cardamomum, *cubeba*, *caryoph. nux moſch. macis*, *piper album*, *nigr. & longum*, *crocus*, *ſpica Indica.*

Cortex *aurant. & citrior. malorum.*

Schoenanthus, *ambra*, *moſchus*, *maſtix*,

Compoſita ſunt

Aquæ, *abſinth. mentha criſpa*, *ſalvia*, *roſmar majoran. angelica*, *ſerpylli*, *fœnic. aniſi*, *cinnam theriacal. cum vino*, *nucis moſch. macis*, *calami aromat. zedoar.*

Elixir vitæ Matthioli, *Elix. propr. Paracelſi.*

Spiritus *vini*, *aniſi*, *fœnic. abſynth. calami. aromat. caryophyll. betonica.*

Vinum Hippocraticum.

Syrupi *abſynthii*, *mentha*, *cortic. citri*, *cortic. aurant. beton ſyr. cinnam. mixva aromat. Nicol.*

Conſervæ *abſinth. Pont. & vulgar. mentha*, *ſalv. beton.*

Acorum cond. zinzib. Ind. & Chin. cond. Galanga condita, *nux moſch. condita*, *calamus arom. cond. cortic. aurant. & citr. conditi.*

Theriaca Androm. Mithrid. Damocratis,

Extracta *calami arom. galanga*, *croci*, *zedoar. xyloal. myrrha*, *abſynth. card. bened.*

Species *arom. roſ. compl. & incompl. aromat. caryoph. diacinnam. diagal*, *diazinzib. diatrionpi. diambr. diaxyloal. dianiſi*,

Tabulata *ex hiſce ſpeciebus & diacymo morſuli Imper.*

Tabulæ *ex oleo aniſi*, *ex ol. fœnic. ex oleo cinnamomi*,

Trageæ *communis ſuavior*, *groſſa* ſive *ſpecies inciſæ*.

Olea deſtillata cum *aquis deſtill. brodiis*, *vino* aut *conſervis* ad guttulas aliquot aſſumpta, *calami arom. cinnam. cortic. aurant. aniſi*, *fœnic. carvi*, *macis*, *caryoph. nuc. moſch. deſtill. vel expr. cortic. citri*, *zedoar. abſinthii.* Hæc materia in varias mutari poteſt formulas.

Externa [Greek] ſunt Ungu. *Linimenta*, *Empl. Cataplaſm. Olea*, *Fomenta* ſicca & humida, *Sacculi*, quos *ſcuta ſtomachica* vocant : Adde his *aquas thermales*, *ſtillicidia* ex iiſdem &c.

Officinalia ſunt

Olea *abſynth. menth. nuc. moſch. expr. calam. aromat. nardin. ſimpl. & comp. ol. de piper. coſtin. ſtomach. Crat. cortic. aurant.* Quibus *olea chymica* addi poſſunt ad guttas aliquot.

Ceratum ſtomachale Galeni. *Epithemata ſtomachi* ex herbis, *radic. flor. ſeminib. aromat. oleis &c.* facta

Embrochæ ex *decocto herb.* paratæ, *Sebiſius man. p. 1006.*

Ad *frigidam* diſpoſitionem

℞. *Cortic. rad fœnic.* ℥ij. *coqu. in vini opt.* ℥iv. ad dimidias, Quod ſi major refrigeratio eſt, coletur vinum per manicam Hippocraticam cum *cinnam.* ʒij. Inſtituuntur quoque Trochiſci qui infirmitati ſtomachi à frigida cauſa mirifice medentur.

℞. *Roſar. rubr.* ʒiij. *ligni aloës*, *ſpica*, *maſtich. ſchoenanth. maceris*, *maſtich cinnam. abſynth.* ãã. ʒj. *Ex vino veteri* fiant Trochiſci,

Diatri. cumpip. diacydon. Galeni, cum *aromat.* conveniunt, Exhiben vero ſolent Electuaria, lozengiæ, ſyrupi, horis ij. ante cibum ; primum quidem lozeogiæ deinde ſyrupi. *Theriaca* & *Mithridatio* hic utendum eſt. *Hollerius.*

Calorem refovent *catuli*, *cati*, *canicula*, *pulli*, manus admota ventri, *raſura dibaphi*, quæ plurimum convenit, *goſſypium*, *ſacculus è molliſſima pluma anſeris*, *pellis leporis*, *Goſſipium in vino odorifero*, *decoctione mentha immerſum*, expreſſum, ſiccatum, impoſitum, *Ceratum ſtomachic. Galeni.* vel hoc,

℞. *Ol. de ſpica* ℥iv. *cera* ℥j. *maſtiches* ℥ß *liquefiant in vaſe duplici*, adde *cyperi*, *macis*, *cinnam* ãã. ʒj. *miſce diligenter*, & *raſura dibaphi excipe* q. ſ. calidum apponc. *Hollerius.*

11. *Calefacientibus*) Stomachicis calidis, minus ex toto reſolubilibus, minus fidendum eſt ; quia nempe inæqualis fit & damnoſa evaporatio, exemplo raphani ruſticani, ſinapios, Inde enim vel remanent groſſiores particulæ & ventriculum gravant, vel irritant ventriculum ad vomitum, ex quo ipſo etiam evaporationis chyloſæ dogma magis ſtabiliri poteſt. *Wedelius.*

12. *Ne ſiccitas inducatur*) In adhibitione ſtomachicorum ita procedendum ut juvemus ſine læſione conſequente, tum ipſius, tum aliorum : Videndum ergo an per ſe an per conſenſum laboret, Non calefaciendu nimis, & ſemper attendendo una hepar ac bilem, ne dum acidum ventriculi juvare eſt intentio, bilem nimis infringamus, & inertem reddamus, vel vice verſa, ne dum acuere & roborare calorem eſt animus, bilem acuamus, adeoque [Greek] quandam inducamus. *Wedelius.*

13. *Qualia oleum &c.*) Valet cataplaſma ex *fermento & aceto*, additis aromatibus & aromaticis, *mentha*, *ſem. aniſi*, *macis* aut *citri*, *caryoph. caſtorea*, quale eſt *Catapl. de fermento Mynſichti*, à baſi excipiente ita dictum, *Wedelius Am. m. m. p. 88.*

In frigida ventriculi intemperie mirabilis efficaciæ, diuturno experimento, comperi ceratum ſequens.

℞. *Diachyl. mai. picis*, *aut terebinth. abietis* ãã. ʒij. *diarrh. Abb.* ℈ij. *cera q. ſ. f. Ceratum*, Mercatus,

14. *Verſus umbilicum &c.*) Topica quædam magis antica parte proſunt & conveniunt, Poſtica tamen aliquando non rejicienda, Priori loco magis patet acceſſus & penetratio, poſteriori minus, In iiſdem vero deficiendum nec luxuriandum, *Wedelius.*

15. *Vinum abſinthites locum habet*) Deſcriptum à *Dioſcoride*, deterget, roborat, appetentiam reddit ; Quod ſi deeſt, molliores *abſinthii* cauliculos recentes leviter conquaſſabis, vino odoro auſterioſculo macerabis, & leviter fervefacies, vel ſiccos eoſdem cauliculos vino infricabis. Id vinum maxime facere ad ſubverſionem ſtomachi *Atria*, celebris fœminæ, hiſtoria à *Galeno c. 3. l. de*

Theriaca ad Piſon. deſcripta ampliſſime confirmat; Hæc non appetebat, non continebat, utpote ſtomachi affecta diſſolutione, atque adeo in atrophiæ periculum incurrebat, At ubi *Galeni Medici* conſilio *vinum ex abſynthio* confectum propinarunt, illico appetentia eſt reſtituta, & ventriculus confirmatus. *Hollerius Pr. l.1. c.32.*

16. *Oritur ex defectu calidi innati*) Simul & influentis, unde imbecillis redditur ſecundum fibras, ob potum valde frigidum, aut medicamenta ſtupefacientia, & ſpiritibus animalibus aditum ad ventriculum præcludentia, vel ipſos ibidem inſpiſſantia, coagulantia, vel alias inertes ac inutiles præſtantia. Reſtaurandi ſunt per vinum medicatum, ejuſve ſpiritum; plantis aromaticis imbutum, ſæpius & quantitate parva uſurpandum. *Fr. Sylvius.*

17. *Ut vini uſus frequens*) Vinum, inter potus genera optimum, ventriculo admodum gratum eſt, & vix alia ratione melius Lac ſenum audit quam quod debilem eorundem ventriculum roborat, & calidum innatum confortat: Hinc pro brutorum genere aquam, pro humano vinum magis ordinavit divinum numen, licet & ipſa ſit nutribilis; Hinc in regionibus Septemtrionalibus, utpote frigidioribus, non ſolum cereviſiæ uſus, quaſi vini ſecundarii, verum & ſpiritus vini frumentaceus, & mulſum inventum eſt, ad ſolandum & juvandum calorem; Pertinent huc vinorum varia genera, & ſpirituum ex hac radice, vel frumentis quoque tractorum, v. g. *ſpiritus cochlearia, mentha*, Hinc quod de *ſpiritu vini* in genere prædicatur, quod nullum medicamentum nubile dici mereatur, niſi quod cum ſpiritu vini optimo arctiori nexu ſit nuptum, ut ad penitiores vaſorum receſſus penetret, id inprimis valet de ſtomachicis: Notabile vero eſt, quod reſtauret ſpiritus vini quidem, ut & vinum ipſum, optime calorem ventriculi & corporis totius, ſed moderate & proportionate: Unde tutior ejus uſus frigida temperie prædıtis, iiſque qui flatibus & crudıtatibus laborant, morbiſque frigidis tentantur; In his cruda colluvies objicit pabulum, in quo acerrima ac urens vis ſe frangit atque hebetat, abſque qua ſi eſſet, deprædaret vitale humidum, viſcera accenderet, & nimia conſuetudine exequias iret ſuæ virtutis admiratori ante mortem, *Verba ſunt Rolfincij Chim. p. 186.* longe veriſſima, *Wedelius Am. m.m. paſſ.*

III. 18. Alia *Humida*, quæ

Cognoſcitur ex abſentia ſitis, ſalivæ redundantia &c.

Oritur à cauſis externis humiditatem inducentibus.

19. *Curatur* 1. Siccantibus citra inſignem caliditatem vel frigiditatem, ut ſunt, *Cinis inteſtinorum gallinarum, hirundinum, cornu cervi uſtum, corallia rubra, trochiſci e viperis, galanga, ſal uſtulatum.*

2. 20. Diætâ oppoſitâ.

18. *Alia Humida*) Quæ ventriculum flaccidum reddit ſecundum membranoſam ſuam ſubſtantiam, ex nimio ac diuturno aquoſorum, aquæ puræ, algidæ præſertim, apozematum valde humectantium refrigerantiumq; &c. uſu, unde diminuta accidit alimentorum è vẽtriculo in inteſtina expulſio, eorundem fluctuatio &c.

19. *Curatur*) *Humida intemperies* facilius curatur quam ſiccà, quia partes humidæ facilius vim medicamentorum ſuſcipiunt quam ſiccæ; Siccæ enim, propterea quod partes conciderunt, & denſiores factæ ſunt, non facile cedunt medicamentis: Adde quod medicamenta humida non multum alunt, nec multum reſiſtunt; Frequenter adſumant Pilulas de *aromat.* vel de *hiera*, Capiant cineres ex *cornu cervi*, vel *inteſtinorum gallina* vel *priapi tauri*, vel *coralli uſti*, vel *trochiſcos de viperis*, vel *cineres viperarum*. Ex his conficiatur Pulvis appropriatus ventriculo & inteſtinis.

℞. *Ciner. inteſtin. gallina* ℥iij. c. c. & *corall. rubr. uſtor.* ãã. ℥j. *ciner. hirund. vel viperar.* ℥ß. vel ſi utrumque reperiatur, ãã. ʒiij. *galanga, cinnam. piper.* ãã. ʒj. *ſacchar. cand. ad medium omnium f. Pulvis.*

Poteſt etiam addi *ſal aſſum* in furno loco ſacchari, & uti pulvere illo pro condimento, Vel amotis odoratis, *ſale uſto* & *cinere inteſtinorum gallinæ tantum*. Si paretureum *ſaccharo*, capiat ante paſtum tribus horis cochlear unum nihil ſuperbibendo.

Iſtis Pulveribus addi poſſunt pulveres parati ex *fragmentis lapidum pretioſorum*, & qui vocantur *de gemmis, & de margar. diarrhod. diagalanga, aromat. roſat.* vel ex iſtis & aliis *opiatam* facere.

℞. *Cortic. citr. conditi in forma ſicca* ℥j. *conſerv. acori vulg.* vel *capill. ven. flor. anthos* vel *ſalv.* ℥ß. *conf. aromat. roſ. & diamarg. fr.* ãã. ʒij. *ciner. inteſt. gallina* ℥j. cum *ſyr. de mentha f. Opiata*, capiat mane ad quantitatem fabæ, ſuperbibendo parum *vini antiqui generoſi diluti cum aqua abſinth.*

Supra ventriculum Emplaſtra magis ſiccant quam unguenta, ut *Empl. de maſtiche, cerat. ſtomach. Galeni, Empl. Divinum.* Nec erit inconveniens *Empl. de palma*, modo addatur aliquid odoratum, ut *ſpica*, vel *galanga*. Vel ſi maceretur cum *oleo nardino*, vel *de abſynth.* & potentiſſime exſiccabunt, nec ventriculi robur dejicient, cum adſtringendi vim habeant, & calefaciendi ob medicamenta odorata addita. *Rondeletius p. 413.*

Humidiori ventriculo convenit

℞. *Ambr. citr. maſtich. trid.* ãã. ʒij. *roſar. ſiccar.* ʒiß. *fiat Pulvis. detur* ʒj. *cum magno cochleari ſucci granator.* vel *ſero lactis.*

Quod ſi *frigiditas* adjuncta eſt, addes *cinnam. ſchænanth. macer.* ãã. ℈j.

Quin etiam humidiori ventriculo convenientiſſimum eſt iſtud remedium.

℞. *Aqua vitæ* ℔ij. *aqua roſar.* ℔j. *cinnam.* ℥j. m. s. deinde bis autter cola per manicam *Hippocr.* poſt infuſionem horar. 24. capiat cochleare unum hyeme bis in hebdomada, æſtate ſemel;

Humiditatem quoque reſiccant fere omnia in *frigidis* numerata, & *vino* quod adſtringat incocta.

Ad idem paratur *racematum vinum*, in quo macerantur *caryophyll. abſinth. Rom.* &c. ut ſi *fervente muſto* noduli vel ſacculi pendeant *è caryophyll. zinzib. menta abſynth.* Sed ubi frigiditas conjuncta eſt, aromata commiſcenda. *Hollerius,*

Ventriculo nimis humido confert *Eſſentia pulegii*, quæ hic plurimum valet. *Phil. Grulingius cent. 1. cur. 54.*

20. *Diæta oppoſita*) Curabitur humida intemperies inedia, aut victu tenuiore & reſiccante, ut ſi abſtineat à multo potu vini diluti, & potius utatur *vino generoſo* meraciori, vel *poſca*, vel *oxymel.* aut *hydromel.* parum coctis & multum dilutis, ut magis detergant & parum nutriant; Abſtineant à Juſculis, utantur carnibus & piſcibus ſalſis & aſſis: Pane biſcocto cum multo ſale, veſcantur. *Rondeletius.* Corpus eſt diligenter exercendum, jejunandum, dormiendum ſine cœna. *Idem.*

IV. Alia 21. *Sicca*, quæ

Cognoſcitur ex regionis ventriculi extenuatione & contractione, ad quam gracilitas totius corporis ſequitur.

22. *Oritur, externè* à diæta ſiccante, evacuatione nimiâ, fumis metallicis: *internè* à partium incumbentium ſiccitate.

Curatio eſt [23] *Difficilior*, quia cum febrili calore maraſmum inducit : ſi vomitus accedat, caloris innati ſummam inopiam indicat.

Peragitur 1. [24] Humectatione, quæ [25] per alimenta medicamentoſa optimè perficitur.

2. [26] Diætâ, [27] ubi lac locum habet ab exigua doſi incipiendo, *Ova recentia*, [28] *amygdalæ paſſulæ, pineæ &c.*

Alia *Compoſita*, cujus ratio ex ſimplicibus colligi poteſt.

[29] *Calida & ſicca* intemperie laborantes, habent ſanguinem paucum, ad nutriendum ineptum, fiunt macri, alvi adſtrictæ, venarum eminentium, ad ſcabiem ſiccam proclives.

[30] Calida & humida facilè emendatur: poſt hanc [31] frigida & humida : frigida & ſicca curatu difficillima.

[21] *Sicca*) Sicca intemperies corporis ut & ipſius ventriculi quadruplex eſt *Galeno cap 5. & 6. l. 7. m. m.* Siccantur enim partes, aut quia inanitæ ſunt venæ, aut quia roſcidus humor, quo actu nutriuntur partes, conſumitur, aut quod adeps, aut caro, aut fibræ exſiccantur, quæ ſunt baſes partium ſolidarum; *Venæ* inaniuntur ſanguinis effluxu, longa media, calore vehementi diſſipante attractrice extincta aut impedita per morbos ductuum, quæ poſſunt eſſe ſigna medio illius exſiccationis. *Roſcidus humor exſiccatur* per inanitionem venarum, & à calore vehementi, quo fuſio generatur, ab excrementis alvi, urinis pinguibus & oleoſis, Illis conſumptis ſequitur *fibrarum* exſiccatio. *Jac. Fontanus Pr. lib. 3. c. 2.*

Cauſa hic ſunt *chylus* vel *ſanguis calidior*, & omnia externa exſiccativam vim habentia. *Blaſius p. 241.*

[22] *Oritur externe*) Vide §. 24. *Humectatione.*)

[23] *Difficilior*) Intemperies ventriculi naſcens ex qualitatibus activis facilius curatur quam ex paſſivis, quod ſint efficaciores ex *Galen. 7. m. m.* Inter paſſivas autem ſiccitas difficilius ſanatur. Difficilius namque eſt, inquit *Galenus 1. de cauſ. ſympt.* exſiccata humectare quam humida ſiccare; humiditas enim parum activa eſt, produciturq; non tantum à paſſiva qualitate, nam ſiccitas ſiccitatis eſt effectus, ſed à calore & frigore : Primi generis exſiccatio, quæ naſcitur ex vaſorum inanitione, ſanationem recipere facile poteſt. Quæ à roſcido humore abſumpto, quo actu nutriuntur partes; aut adipis aut carnis conſumptione, difficile ; quæ à fibrarum conſumptione nullo modo.

Exſiccatio ventris facilius curatur quam cordis, niſi à frigore naſcatur; etſi inſanabilis ſit, tardius tamen occidit; Facilitas vero curationis in affectionibus ventriculi pendet ex prompta & facili remediorum applicatione tum etiam ex integritate virium medicamentorum ; ea namque eſt conformatio ventriculi, ut omnia quæ vorantur & bibuntur cadant in ventriculi capacitatem, quæ integris viribus ad illum perveniunt, & in eo diu morantur, niſi præ debilitate in eo retineri non poſſint:

Intemperies ſicca difficilius curatur quam reliquæ, nam corpus refici quidem poſtulat, cibus vero per ſe cum eo corpore coaleſcere non poteſt, ſed partis quæ nutritur operam, qua præparentur, requirit, quæ tamen imbecilla eſt, & parum accommodata ad accipiendum alimentum, quocirca major in hac cura eſt adhibenda. *Jac. Fontanus Pr. l. 3. c. 2.*

[24] *Peragitur 1. humectatione*) Si à ſiccitate, ſine caliditate, imbecillitas eveniat, ventriculo tunc adſtricto duróque, nec rectè ſe dilatante, cum hoc non niſi magnam ob cauſam eveniat, in ſenibus præſertim, toto corpore ſimul ſiccis & attenuatis, vel in hectica febre, in qua univerſum corpus emaciatum adſtrictumq; eſt : uti & ſi ſine hectica corpus emaciatum ſit, aliquando & ob omnimodam cibi potuſque diuturnam abſtinentiam ventriculo exſiccato; quemadmodū ſenectus reparari minime poteſt; hectica & atrophia à ſiccitate ægre curari, ſic & hæc in illis curatu impoſſibilis, in his difficilis, nec quoq; aliam privatam ab ea quæ in hecticis univerſo corpori humectando & reficiendo debetur curandi rationem requirit. Sed uti in ea ſic & hic præſertim per aſſumpta, & cibum & potum, condituras, conſervaſque, aliaque medicamenta humectantia & reſtaurantia, in hectica explicata, ventriculum humectare & relaxare ſtudebimus, Quod & inediam diu paſſis facere convenit, modo non adeo ſit areſactus ventriculus ut emendari amplius nequeat. *Platerus.*

[24] *Humectatione*) Omnibus ſiccitatibus maxime contrarius eſt uſus auſterorum, ſive ea cibi fuerint, ſive potiones, ſive medicamenta; nā ea quæ acerba & auſtera exiſtunt, ſi quid ſit humoris primigenii in partibus reliquum abſumunt, partim ebibentia, partim in ventrem per exiguos meatus exprimentia, partim ad continentes partes detrudentia.

Curabis igitur ipſas, & reliquas partes exſiccatas, ſi meatus contractos dilataveris, ac quod in vicinas partes compulſum revellas, Præterea ſi particulas partis ſimilaris propria humiditate repleveris &c.

Verum quoniam ſunt diverſi modi exſiccationis & extenuationis, in omnibus eſt obſervandus ille *aphoriſ. 7. l. 2. Quæ longo tempore extenuata ſunt corpora lente reficere oportet, & quæ cito, brevi.* Nam exſiccata corpora longo tempore, dura ſunt reddita, quæ durities non facile poteſt evinci, quare mora eſt opus & tempore; Cum vero cito extenuantur, ut à ſanguinis magna effuſione, cum partes evacuatæ remaneant molles, facile recipiunt alimentum & convertunt in ſuam naturam, Ergo cito refici poſtulant, cum earum diſpoſitio id permutat. *Jac. Fontanus Pr. l. 3. c. 2.*

[24] *Humectatione*) Ventriculus humectari deſiderat non laxari. Humectant aquea, in ſitu, ac humidi deficientis indicationibus quibuſcunque. Laxant vero tepida, nauſeam & vomitum cientia; Laxant pinguia & oleoſa omnia, merito hinc moderanda; Hinc & cum oleo olivarum præparata acetaria longius ventriculo immorantur, tardius evaporant. In ſiccitate majori, cum acrimonia conjuncta, nonniſi demulcentia, vel ſaltem *ἄποια* & temperata conveniunt. Quin & in reliquis ſpiritibus mineralibus fortioribus caute mercandum eſt, Obſervatum ſiquidem eoſdem & gravitate & corroſivitate nocuiſſe. Par ratio eſt *ſucci citri* ſi quis diſpoſitus in eo excedat ; longe magis vero *mercurialium* minus bene præparatorum, Obſervabatur tale foramen in ventriculo nobilis juvenis, à ſolo intempeſtivo & inconſulto uſu mercurialium, minus etiam forte bene præparatorum. *Wedelius.*

[25] *Per alimenta medicamentoſa*) Intus poſſunt dari medicamenta aliqua quæ humectent, ut *ſyr. viol. de cucurb.* cum *aqu. bugloſ. violar. lactuca, Aqua carn. porcelli, vitulorum*, deſtillatæ, magis quam in alia affectione hic convenit, niſi diutius ſervata ſit & jam putreſcat. Ejus vero magnam quantitatem aſſumere oportet, ſemper addendo parum vini oligophori, medicamenta pauca ſunt quæ habent vim humectandi ſubſtantifice, Et in hac intemperie talia oportet eſſe remedia, quia cum hac affectione ſemper adjuncta eſt totius corporis atrophia : Si tamen ſubſtantificam materiam non reſtituunt, multi

ſunt quæ magnam illam exſiccationem retardant, & partes irrorant, ut *ſemina frigida majora* in priſana appoſita, recens mundata. Item *caro caulium lactucæ*, & *lactuca* humectant; Si quis Opiatam velit conficere, ex his fiat,

℞. *Caulium lactucæ condit. cum ſacchare liqu.* unc. ii. *carnis cucurb. eodem modo cond.* unc. j. *conſerv. rad. bugl. & violar.* ana. unc. ß. 4. *ſemin. frig. maj. minutim inciſor.* ʒj. *cinnam.* ℈ij. (ad penetrationem & ne hæc humidiora flatus gignant) *cum ſyr. violato fiat Opiata*, de qua capiat mane, & ſuperbibat parum vini bene diluti. *Rondeletius.*

26. *Diæta*) Curabis ſi meatus contractos dilataveris, ac particulas partis ſimilaris propria humiditate replevens, quare degat in aëre temperato, *motum* omnem violentum vitet, *ſomno* indulgeat, *venere* abſtineat, quia ſiccat, *triſtitiam* & *iram* præſertim vitet, comedat ea quę vim habent humectandi, & quæ facile poſſunt converti in chylum; qualia ſunt *juſcula carnium* animalium temperatorum, ut vervecis juvenis, vituli, gallinæ, capi &c. à quibus removeatur pinguedo, quæ difficile coquitur; utatur pane mediocriter cocto & albo; comedat carnes toſtas, quæ habent plus ſucci, piſces ſaxatiles elixos; Nam cibus huic affectioni conveniens maxime oportet ut ſit concoctu facilis & multum nutriens, minime glutinoſus & excrementoſus: *Vinum* ſit aquoſum mediæ ætatis, novum enim parum nutrit, & fæculentum eſt, antiquum, nimis calidum ſiccat, Oportet autem *ut aqua* ſit cocta leviter, nam cruda flatus parit, & ventriculi robur debilitat, nec diſtribuendo alimento per corpus conducit, cocta vero illa vitia perdidit, & vino permiſta contrarios ſupradictis producit effectus. Quantitas autem erit, ut nec in ventriculo natet, nec pondere gravet. *Jac. Fontanus.*

Curatur uſu *Lactis*, quia humectat & nutrit bene; Uſu *vini* non antiqui & bene diluti, *juſculis* pinguibus, quibus addẽdum eſt parum vini ad faciliorem diſtributionem & concoctionem: *Cremor ptiſanæ* paratæ cum *oleo amygd. dulc.* vel cum *axungia gallinæ*, vel tota *ptiſana vino* conſperſa non parum conducunt. In Juſculis carnis decoqui debent folia *lactucæ, borraginis*, *Piſces ſaxatiles* dare non eſt præter rationem, & *teſtudines* aquaticas, & poſtea nemorales, quarum caro ſiccior & durior eſt quam aquaticarum; harum vero tenerior, & coctu facilior: quare in hoc affectu magis convenit, omnia coctu facilia, quia concoctio in hac affectione difficilis eſt; *Piſces* meliores erunt ſi in jure carnis decoquantur, vel ex jure albo ſine porro & anetho, ſed ex aqua & oleo tantum. *Succus carnis, teſticuli gallorum* inter præſtantiſſima alimenta numerantur, ut *& ovorum vitelli* recentes & tremuli, *Cerebrum porci* laudat *Galenus*, quod tamen difficilioris eſt concoctionis, Ego mallem *cerebrum avium* dare, quod concoquitur facilius, aut cerebrum piſcium, quia ſunt ſubſtantia minus denſa. *Ficus* recentes non ſunt prohibendæ, facile enim concoquuntur & ſaginant corpus, argumento eſt, quod qui ficus & uvas edunt viſuntur pingues, ſed ea pinguedo minus durat, tamen propter id prohiberi non debent; nam illa, etſi tenuis & facilis humectatio, parat corpus ad ſolidiorem nutritionem.

Parum & frequenter *comedendum*, multum *dormiendum*. Et quia propter uſum iſtorum humidorum frequenter multa gignuntur excrementa, ſatis erit injicere clyſterem, aut dare *caſſiam* diſſolutam in *brodio pulli* aut *lacte aſinæ*, vel dare *mannam in eodem lacte*, ſed accipienda eſt magna quantitas lactis; ut facilius perturbet ventrem & laxet; id faciendum per magna intervalla, ut ſemel in menſe; nam ſi in ventriculo remorentur talia excrementa perfectam concoctionem & humectationem impediunt. *Rondeletius p. 412.*

27. *Ubi lac locum habet*) *Lac* exhibendum *aſininum* aut *caprinum*, Animal autem nutriatur *hordeo & fæno* ſed à *Balneo*, quod paretur ex aqua temperata ſola, nam frigidiora & calidiora denſant & cogunt poros diverſo modo, illa quidem adſtringendo, hæc vero exſiccando, at inſtitutum eſt relaxare. Poſt oportet inungere ægrum *oleo viol.* aut *amygd. d.* ut humor retineatur, deinde quieſcere permittimus. Atq; ante ſecundum ingreſſum balnei modice fricabimus corpus, *ſi lac* aſſumptum jam fuerit digeſtum, quod deprehendemus ex ructu & ventriculi vacuitate, modica autem frictio eſt facienda uſque ad partium corporis tumeſcentiam; ultra quam ſi fricueris diſſipabis attractum alimentum, attenuabiſque magis. *Jac. Fontanus p. 309.*

Lac debet eſſe *muliebre*, aut *ovillum*, & nõ ex *aſina*, ut Practici ſolent facere, nam aſinæ lac plus ſeri habet quam alterius ſubſtantiæ, & ad deterſionem magis quam ad nutritionem phthiſicis datur, Quod ſi aliud lac non reperiatur, *Vaccinum* erit accipiendum, vel aſinæ nutritæ in otio herbis recentibus, vel hordeo & ſecali, hordeum ſit in aqua maceratum & excorticatum; avena macerata & decocta etiam dari poteſt, tunc enim lac redditur craſſius, minus ſeroſum & laxans. *Rondeletius p. 412.*

28. *Amygdalæ, paſſulæ, pineæ*) *Nuclei pinearum* in lacte macerati humectant & bene nutriunt, cujus rei argumẽto eſt quod ſemen multum augent. *Amygdalæ rec.* bene maſticatæ ventriculum humectant; *Uvæ recentes & ſuſpenſæ, & paſſa*, non ſunt prohibendæ, neq; ficus etiam recentes. *Rondeletius.*

29. *Calida, & ſicca*) Ad curandam *intemperiem calidam ſiccam* ventriculi, humectandum & modice refrigerandum, vini copia & qualitas immutanda, *Vinum* itaq; quo recentius eo melius. *Lavandum* illi eſt, ſed aqua parum tepeſcat quo penetrare poſſit; *frictionibus* utendum moderatis, ad attrahendum. *Potus aquæ frigidæ* prodeſt, modo fuerit ante cocta, aqua enim ſua natura humectat, & quia moderate frigida, moderate etiam refrigerat, quare exunguit calorem & ſiccitati eſt remedio.

In hac intemperie, ſive ſit naturalis, aut contingat ex calidiore jecore, fumi efferuntur ad caput, qui ut reprimantur, exhibendum ſequens medicamentum

℞. *Conſerv. roſ.* ʒvj. *lig. aloes, ſumach. enucl.* ãã. ℈iv. *coriand. præp.* ℈v. *cinnam. maſtich. cariophy.* ãã. ℈ij. *ſpica nardi* ℈j. *ſtorac. calam.* ℈ß. *rob. de ribes* ℥j. *cũ mivà cydon. f. Elect. da* ʒj. *ant* ʒij. poſt paſtum. *Jac. Fontanus l. 3. c. 5.*

Cum ventriculus totus membranoſus, frigidus & ſiccus ſit, vix unquam, primario & per ſe validiore intemperie laborat; Quoties igitur ejus calidioris notæ ex ſiti inexplebili, frigidi potus appetentia, linguæ ariditate, & nigritie, à frigidis tum ſumptis, tum admotis recreatione, à calidis vero offenſione, nidoroſis ructibus, nauſea, oris amarore & inappetentia ſeſe produnt, vicinum jecur calidius accuſari debet, cujus ſympathia ventriculus facile afficitur, cum enim jecur ventriculo incumbat, ſuas qualitates facile ei imprimit.

Si Jecur in cauſa ſit, præſcribatur victus refrigerans & humectans, ſyrupi, apozemata, epithemata & ſimilia, V.S. frequens bilis purgatio, balneum aquæ dulcis, *ſyr. violat. acetoſ. gran. lim. cydon.* qui vel ſumuntur ex cochleari, vel diſſolvuntur in *ptiſana*, aut *decocto lactuc. portul. rad. oxalid. oxylapat. gramin. paſſular. jujub. ſebeſten. tamarindor. ſem. frigid. hordei mundati*. Hic ſyrup. egregiam vim habet ad ſtomachum calefactum roborandum & refrigerandum.

℞. *Succi cydon. per reſidentiam depurati & ſiccati* ãã. ℔j. *aceti* ℥iij. coque in ſyrupum.

Fiant *opiata ex conſerv. roſar. nymph. borrag. flor. cichor. lactuc. cucum condita* quibus miſcentur pulv. *corall. roſ. ebor. diamarg. frig. & ſyr. viol.* & ſe ſumuntur ad quantitatem avellanæ hora una ante paſtum, ſuperbibendo *aquæ cichor.* ℥iv.

Extrinſecus admoventur *ol. roſ. cydon. myrtill. nymph. & violar.* lota in aceto, quibus parum aliorum oleor. calid. admiſcetur, ne nimium refrigeretur ventriculus. *Ench. Med. Pr. p. 175.*

De calida Ventriculi intemperie, & frigida, quibus *humiditas vel ſiccitas, moderata* conjunguntur.

Superiori capite agebatur de calida & ſicca intemperie excedentibus, hoc autem de *calida* ſatis *intenſa*, & de *ſicca* vel *humida* moderatis.

Calida & ſiccæ iisdem remediis curatur quæ in ſuperiori capite ſunt deſcripta, parum tamen remiſſioribus; Sunt autem humidæ intemperiei, cum ſola conſiſtit, remedia cibi qui citra valentem calefactionem refrigerationemve ſiccare poſſunt, præterea conſuetæ potionis parcitas.

Ejus autem intemperiei quæ cum caliditate conjuncta eſt, adſtringentium ciborum & potionum uſus remedio eſt; ſint autem auſteri ſine calefactione.

At ejus quæ cum frigiditate eſt copulata, optimum eſt præſidium exigua potatio, atque ea *vini* inſigniter calentis & vetuſti; Ad proportionem vero eorum quæ comeſta & bibita ſunt, reliqua omnia quæ foris applicantur adhiberi debent cerata, empl. unguenta &c. *Idem cap.6.*

In calidorum vero admotione diligenter cavendum ne hepati noxa inferatur; neve immodice calefiat ventriculus, ne ſcil. nativus ejus calor reſolvatur. *Ench.M. Pract. p 175.*

10. *Calida & humida*) In calida & humida intemperie feliciter uſus ſum Electuario hoc ex chalybe

℞. *Coriandri ppti* ℥ß. *ſpec diatrienſant.* ʒij. *roſar. pulver.* ʒj. *chalyb. præpar.* ʒvj. *ſacchar. in aqua roſ. q. ſol.* f. Electuarium. *Hercules Saxonia.*

11. *Frigida & humida*) Præſentaneum cenſetur eſſe in frigido & humido ventriculo *ſyr. de card. bened.* ſi mane calide bibatur, Summe etiam laudatur ſi *flores chamom. Rem & ſummitates meliloti* in vino coquantur, & colatura actu calida bibatur. *Arn. Weickardus.*

12. *Frigida & ſicca*) Siccitas ſola diu permanere non poteſt in ventriculo, celerrime namque ex nutritionis defectu refrigerantur partes, quod ex calido & humido naturaliter nutriantur. Quare cum *frigida & ſicca intemperie* laborat ventriculus, calidis & humidis eſt curandus, moderata autem ſint oportet, nam ſiccant valde quæ intenſe calida ſunt; In hac calefactione ſupra dictis humectantibus tantum admiſcendum eſt calidorum quantum particula ad frigus inclinavit, *Aer* ſit calidus & humidus, *Juſculis* ex carne caponum, vervecis &c. incoqui poſſunt *mentha* & ſimiles herbæ; *Piſces* nulli concedendi quod ſint frigidi & viſcidi, *ova* ſorbilia ſumenda; exerceat mediocriter corpus, vinum bibat dilutum, ſed non aquoſum, *Ungu. nardino* aſſidue venter ungendus, aut *maſtichino*. *Siccus* nunquam remaneat venter, ſed ſemper hauriat æger aliquid humidi.

Balſamum Tolutanum efficaciſſimum eſt ſumptum & admotum. Si frigiditas fuerit intenſa, augetur ſiccitas difficiliorque curatio redditur, nihilominus iiſdem remediis nullo modo auctis eſt utendum verum longiore opus eſt tempore: Optimum in hoc affectu remedium eſt *Picatio*.

℞. *Picis comm. q. ſ. ol. tereb.* parum, ſimul fundantur, excipiantur aluta, applicentur ſtomacho, avellanturque priuſquam refrigerentur, fiat id bis in die, nam ſi ſæpius repetatur, diſſipat attractum alimentum, non ſecus ac frictio vehementior.

Galenus præcipit pueri nudi ventrem ventriculo applicandum, aut *pullos animalium*. Poterimus etiam uti aquis calefacientibus & humectantibus, *ut violar. bugloſſ. borrag.* & ſyrupis: Quia vero Electuaria & Conſervæ ſicca ſunt conſiſtentia, ſola in hoc affectu non exhibeantur, ſed mixta cum aquis, ſyrupis & decoctionibus convenientibus. Poteſt parari unguentum ſequ.

℞ *Maſtich. g. elemi, ammon* āā. ʒij. *butyri vet. loti in aqua abſynth.* ℥j *olei amygd.d.* ʒij. *ceræ q. ſ.* f. Unguentum. *Jac. Fontanus Pr. l.3. c.4.*

Cap. VIII.

De Intemperie Ventriculi cum materia.

I*Ntemperies ventriculi cum materia eſt, quando ventriculus à ſua temperie propter aliquem humorem vel ibi genitum, vel aliunde delapſum, dejicitur.*

Signa & Cauſæ in definitione ponuntur: in *Differentiis* prolixius explicabuntur.

Curatio abſolvitur, [1] I. Humoris peccantis alteratione & [2] evacuatione.

II. Partis ipſius per externa & interna appropriata roboratione. Vide in Differentiis.

Differentiæ intemperiei hujus ſunt variæ.

I. Alia eſt *à materia in ventriculo genita.* Tum ſymptomata continuò apparent: totum corpus & membra omnia ſalva ſunt.

Curatur [3] per Evacuationem materiæ, [4] quæ commode *Aloëticis, Hierâ picrâ, Mechoacannâ,* & lenioribus vomitoriis, perficitur: & Roborationem partis.

Alia [5] *à materia aliunde delapſa,* Tum membrum quod per periodos afficiebatur, non laborat amplius, aliqua conſueta evacuatio ſupprimitur. Vel conſueta diæta mutata eſt, vel in toto aut in aliqua parte aliquid hæret, ſymptomata remittunt. In [6] *Curatione* ratio membrorum mittentium habenda.

II. Alia eſt à [7] *materia in cavitate ventriculi hærente.* Tum fluctuatio eſt, vel nauſea, quam vomitus vel alvi dejectio ſequitur.

Alia [8] à *materia tunicis impacta.* Tum, nauſea eſt abſque vomitu, ſæpe cum ſingultu, materia difficilius tollitur.

1. *Curatio abſolvitur*) Ventriculi intemperies calida, frigida, humida & ſicca cum materia, eodem quo ſupra modo curatur, niſi quod frequentius utimur pilulis, vel ſyrupis, vel pulveribus laxantibus. *Rondeletius.*

2. *Evacuatione*) Humores redundantes magna ex parte ſunt bilis, pituita, & aliquando melancholia, ſed raro; Evacuãtur autẽ *vomitu*, ſi nihil prohibeat, ut affect⁹ thoracis, aut corporis cõſtitutio, A cibo facilior eſt vomitus;

ante cibum plus materiæ evacuatur. *Rondeletius.*

3. *Per evacuationem materiæ*) Si materia in ſtomacho genita eſt, conveniunt *Pilulæ cum agar. marocoſt. mindereti* de Succino *Cratonis. Michaelis Pr. clinica p.128.*

4. *Quæ commode aloëticis*) In intemperie ventriculi cum materia omnia aloëtica proſunt, & quo plus continent hieræ picræ eo plus juvant. *Michaelis Pr. Clinica p.128.*

5. *A materia aliunde allapſa*) Aliunde confluere percipitur humor ex catarrhi in ventriculum prolabentis ſignis, Ex qualitate humoris vomitu rejecti. Nam ſi porracea ſit bilis, confluit in ventriculum è venis, Si pallida aut flava, ex jecore manat. Si homo ſucco melancholico abundaverit, conjectura maxima eſt effuſionis humoris melancholici è vaſe brevi in ventriculum, qui ſuis ſignis ab aliis facile ſeparatur. *Jac. Fontanus p.302.*

Quænam materiæ in ventriculo contineantur, ſive indigenæ, ſive advenæ, oſtendit *Willis lib. de med. oper. ſect.2.c.1.de Vomitione: 1. Pharmaca* aut *alimenta quædam*, 2. materies nonnunquam in ventriculo generatur, nempe cum aſſumptorum nulla ſit culpa, quandoque *chylus*, aut ventriculi ſuccus fermentativus in humorem acidum, auſterum, aut amarum, aut alias infeſtum degenerat, prout in cholericis & hypochondriacis paſſim evenire ſolet. 3. Nec minus frequenter humor in ventriculum aliunde ſuffunditur, nam & *bilis*, ac (uti nonnulli opinantur) *ſuccus pancreaticus* modo ſingulatim, modo ſimul congreſſa in ſtomachum ſuffunduntur; Inſuper heterogenea per arterias huc transferuntur, ut in paroxyſmis, criſibus febrium, in peſte & variolis ſæpiſſime contingit: Interdum maſſa ſanguinea turgeſcens recrementa ſua, ſi quidem per ἀδενώδη expellere nequit, per arteriæ cœliacæ ramos ventriculi & inteſtinorum cavitatibus ingerit. Nec per arterias, ſolum ſed quandoque etiam per nervos materies vomitiva deſcendre videtur. Vide cap. de Vomitu.

6. *In curatione ratio membrorum*) Si humor ſit in capacitate ventriculi, aut ibi eſt natus, aut aliunde defluxit. Si natus ſit, vomitu eſt rejiciendus; Si vero ab aliis proficiſcatur partibus, totam curam transferre oportet in eam partem quæ mittit; corroborare interim ventriculū, ne facile recipiat id quod aliunde confluit; Quod ſi ventriculus generet humores, & recipiat aliunde (*quæ duo ſimul* fere concurrūt, *ſiquidem aliunde influentia concoctionem vitiant, unde excrementorū propriorum proventus*) duplici via incedendū, una repercutiendo adſtringentibus, altera corroborando per ſimilia; Quare videndū an corpus fuerit excremētoſum, an plethoricum; Et an cacochymia illa proficiſcatur à ſolemni aliqua evacuatione ſuppreſſa, ut mēſium, hæmorrhoidū, narium; aut à vomitu humoris, aut à diarrhoea periodica, cujus ope evacuabatur corporis redundantia; an membrum aliquod fuerit abſciſſum; An certo tempore aliquo dolore vexetur, nunc vero eo caret; Nam catarrhus fuerit converſus in ventriculū: Hinc conſiderabis an pars, à qua fluit humor, ſit ignobilis an princeps, Siquidem fuerit ignobilis, quod ſuperfluum eſt, quodque in ventriculum influit, ad ipſam revelles, quod minus periculi inſtet retrahendo unde influxerint, quam permittendo ut ad ventriculum confluant: Si vero pars ex qua fluit humor, eſt princeps, ambabus partibus ſimul conſules, nempe removendo à parte affecta mittente affectionem, quæ fluxum excitat, nimirum intemperiem quæ parit materiam fluentem in ventriculum, & ipſum ventriculum corroborando, ne recipiat: Si plethora totius corporis appareat, totum corpus evacuandum eſt, 1. ſanguinis miſſione, deinde purgatione redundantiū humorum. Si cacochymia laboraverit, purgandum, deinde ad ventriculum veniendum, nam cum jam plures dies ventriculus receperit excrementa partis mittentis, aliquid vitii ex eorum mala qualitate, cunctatione & mora contraxit. *Jac. Fontanus Prax. l.3. c.7.*

7. *Materia in cavitate ventriculi herente*) Tunc proſunt vomitoria, & in primis *infuſ. jugland.* de quo vide *Cratonem* apud *Scholtzium p.4. & ſim Pauli Quadr. p.97.*

8. *A materia tunicis impacta*) Vacuatio poteſt fieri per vomitum & ſeceſſum. Per *vomitum* ſi æger ſit nauſeabundus & facile vomat, medicamentis ciendo vomitui deſtinatis: Si vero illi humores craſſi ſint, & tunicis impacti, æger que vomitui non ſit aſſuetus, per alvum deturbandi ſunt, præcipue Pilulis, quæ hic magis conveniunt, quia in ventriculo diutius morantur, docente *Galeno c.7. l.4. de ſan. tu.* Qui etiam valde commendat *Pilulas de Hiera*, quæ exhiberi poſſunt ad ℈ij. vel ʒj. mane duabus horis ante paſtū, vel recenter ſic cōponi poſſunt.

℞. *Aloes el. ſucco abſynth. diligenter nutrita* ℥j. *agar. troch.* ʒij. *rhei pulv. & vino albo irrorati* ʒj. *nuc. moſch & ſpica nardi* āā ʒß. *ſalis tart. ir. maſtich. & cinnam.* āā ℈j. *cum ſyr. de abſynth f. maſſa Pil. ex* ʒj. *formentur Pil. vj.* deaurandæ, ſumat ſummo mane, ſi velis integre purgare; vel ſumat ʒß. horis 2. ante prandium, bis aut ter in ſeptimana, Poſſunt acui *dacrydio*, ſi validius purgare volumus. Si metus ſit calidioris Jecoris, poterunt miſceri quædam refrigerantia, ut *roſæ rub. ſantala. pulv. diamarg.* fiat maſſa cum *ſyrupo de cichor, cum rheo.*

Validiores Pilulæ non conveniunt, quia humores ab aliis partibus ad ventriculum alliciunt.

Si Pilulæ devorari non poſſint, *Hiera* propinanda cum Decocto convenienti, Vel ſi Potio videatur ingrata, fiat infuſio *folior. ſennæ, myrobal. rhei, & agarici in vino abſynth.* vel decocto ſtomach. diſſolvendo tantillum Elect. de citro ſolut. ſi magis purgans medicamentum componere ſit animus. *Terebinthinæ* uſus opportuniſſimus eſt, quia viſcera omnia commode repurgat, maxime ſi ex ea & rhabarb. Pilulas confeceris. *Reverius.*

III. Alia eſt *Bilioſa*, calida nimirum & ſicca, quæ, præter ſuperiora ſigna

Cognoſcitur 9. ex nauſea, oris amaritudine, roſionis cujuſdam ſenſu, & vomitu interdum bilioſo.

Oritur à bile ſeu ex veſicula fellea eo delapſa, ſeu ex cibis corruptis generata.

Curatur 1. Diæta, in qua jus pullorum, lactuca & endivia conditum præſtat.

2. Materiæ eductione, 10. tum per vomitoria ex pulvere *julor.* ſeu *florum juglandis* in fumo ſiccatorum, & dr. 1. pondere cum hydromelite datorum, parata; tum per 11. purgantia 12. ex *hiera picra, Syrupo roſar. ſolutivo, tamarindis* &c. compoſita. 13. Abſynthii decoctum abſtergit, ſi cum ſaccharo vel melle paretur.

3. 14. Alteratione per refrigerantia, & humectantia, 15. inter quæ præſtant, Aqua *Cichorii, violar.* ſyrupi *granat. corall. Quercet. Fragor. de Ribes.* Tinctur. *Roſarum.* Condir. *lactucæ, Cichorii* &c.

9. *Noſcitur ex nauſea*) Bilis in ventriculo contentæ ſigna ſunt morſus ventriculi, iracundia, capitis dolor per conſenſum, ſomnia turbulenta, breves ſomni, amaror percipitur è ventriculo manans, ægro etiam jejuno: Si æger vomuerit facilius, quia humor in ventriculo ſtabulatur, deprehendimus; His ſignis adjungantur ea quæ ducuntur ex cauſis procatarcticis & antecedentibus. *Jac. Fontanus p.301. Prax.*

10. *Tum*

10. *Tum per vomit[illegible]* Si bilis vacuanda, poſt juſcula multa, vel poſt po[illegible]m liberaliorem provocandus eſt vomitus, nam bi[illegible] oleum his ſupernatat & ob id fa[illegible] adde quod acrimonia ejus temperatur mixt[illegible] potionum. Datur *ſyrupus violatus cum aqua t[illegible]* vel *juſculum pinguę ſine ſale*, aut *dec[illegible]ctum be[illegible]leo violac.* vel *communi*, vel *amygdalar.* Rondeletius.

11. *Purgantia ex Hiera picra*) Hieræ picræ & rhabarbari uſus eſt ubi [illegible]bibitus eſt humor [illegible] ho[illegible]us tunicis ventriculi, utriuſq[illegible] ʒ. j. aut ℈ iv. ex *decocto abſynth. cicer. rubr. ſeru la[illegible] aqua endiv.* ſatis eſſe poſſunt: alioquin *caſſia* ℥ j. aut *catholicum* imperandum eſt. *Hollerius.*

12. *Ex hiera picra, ſyr. roſar. ſolut. &c.* Bilis *rhabarbaro* infuſo, [illegible] & aliis mictionibus educenda; duas ob rationes, tum quia materia è longinquo non eſt va[illegible], & ventriculus non eſt vexandus fortioribus, [illegible]id multum faciunt, ſed acres eſſe oportet ut [illegible]ribus etiam inteſti[illegible]is evacuetur. *Rondeletius.*

13. *Abſinthii decoctum abſtergit &c.*) Abſynthii decoctum deterget & ſubducit, ſiquidem alius non ſuerint imbibita; & hoc magis *melioratum ex abſynthio*, aut *decoctum abſynthii* cum octava parte *mellis roſati* dulcoratum. Infeſtiſſimum vero *abſynthium*, & quæ adſtringunt, quibus pituita ventriculo inhæret; tum enim prius incidi & tenuari materia poſtulabit. *Hollerius Prop. m. 241.*

11. *Abſinthii decoctum abſtergit*) Vini abſinth. hauſtus bibitus, non ſolum pituitam, ſed & bilem abſtergit & deturbat, hinc bile affecto ventriculo admodum & ſubito ſæpe juvat; Amarus Pulvis paratu facilis ad bilem abſtergendam

℞. *Abſinth.* ʒ j. *ſumm. centaur. rad. imperat.* ana ʒ ß. *fiat pulvis ſubtiliſſimus, bibat cochleare unum cum vino.* Platerus.

14. *Alteratione per refrigerantia &c.*) Notandum diligenter, ſi cum frigida ventriculi intemperie calida hepatis concurrat, ut ſæpe fit, calida medicamenta eſſe caute adhibenda, & temperatiora potius uſurpanda. *Riverius.*

14. *Alteratione per refrigerantia & humectantia*) Calorem exceſſivum ventriculi, ſeu humores acres, ſalſos, biboſos deprimunt communia magis, tum *aquea*, diluentia, emulſiones, tum *præcipitantia & abſorbentia*, terrea, acida, auſteriuſcula, & ex parte nitroſa, acido-ſalſa, non omiſſis roborantibus. quæ ipſa vero partim communia ſunt cum alterantibus univerſalibus, ſiquidem ventriculus per conſenſum calidiorem intemperiem præternaturaliter habeat, ut in febribus, partim etiam fermentum corrigentibus ſpecialius. Proſunt vero potiſſimum in ſiti & ſoda ſeu ardore ventriculi, & cardialgia, cum aromatibus mixta; ſita nempe ſemper ſitis ſedanda eſt, ne laxemus tonum ventriculi; ſita præcipitandum, ne bilioſum roſivum ſal negligamus: Hinc vidimus in Cardialgia dyſenterica ſæpius nil profuiſſe quam pulverem *conchar. præpar.* cum *ol. caryoph.* remixtum, quo ipſo aliquos reſtituimus ex voto. *Wedelius Am. m. p. 158.*

Simplicia quædam in ardore ventriculi, quædamque ex illis *calida* commendat *Dioſcor. ſcord. puleg. nardum, apium, juncum odor. pæoniæ ſemen, liquir. pulverem.*

Vini abſynth. hauſtus bibitus, cum non ſolum pituitam, ſed & bilem abſtergat & expurget in bile affecto ventriculo admodum & ſæpe ſubito juvat. Syrupi in primis ſi præſtant *acidi* vel per ſe ſumpti vel aquis aut decoctis diluti, *ſyr. acetoſus ſimplex* cum aceto paratus, *oxyſacch.* ſuccum granat. ſimul recipiens; ſyrupi ex *ſuccis granat. pomor. prun. acid. limon. citri, agreſta, ribes, berber. fol. acetoſæ*, ex *ſucco cydon.* aut *mova cydonior.* addito *aceto* potius quam vino dum coquitur, unde majorem ſyrupus acqui[illegible] aciditatem, qua ratione & ſyrupi dicti in quibus dulcedo fere prævalet, addito aceto acidiores facti bilem melius retundent, quam illas nimis dulcia generant. Proin & *ſyrup. violac. roſac.* vel horum Julepi, de *endiv. cichor. nenuph.* &c. nunniſi bene diluti aquis aut decoctis tunc enim non refrigerando, ſed diluendo bilem m[illegible]dure ſuo operantur, illius acrimoniam mitigant idque potentius ſi ſyrupi acidi ſuccive illis permiſceantur, quibus omnibus & *ſyr. de abſynth.* ut bilis magis detergatur quandoque additur.

Conſerva & conditura fructuum & herb. ex quibus ſyrupi parantur idem efficiunt, cavendo ſemper à nimis dulcibus, cum bilem ut efferveſcat concitent.

Carnes cydon. citri, cucurbit. lactuca caulium condita.

Rob. fruct. acid. idem præſtant, eoque magis ſi *ſine ſaccharo*, uti veteres ſolebant, & *Extracta* ounc fiunt, parentur, niſi *aceto* addito aciditas ipſorum acuatur, uſitata ſine ſaccharo fiunt *Rob de ribes, berberis*, de *agreſta, omphacium* dictum.

Electuaria ex miſtione horum fiunt, uſitatum eſt *Diacydoaites ſine ſpeciebus.*

Panis medulla in ſuccis acidis intincta, *granat. limon. aliorumve exhibita* prodeſt, efficacior ſi *acetum*, gratior addito *ſacch.* fiet. *Pulveres* uſitati ſunt *diatrion ſant.* quod nulla alia *aromata* recipiat, ut & Pulvis *diarrhod. abb.*

Trochiſc. de ſpodio, de camphor. de berber. pulveres ad bilis fervorem exſtinguendum reliquis pulveribus quoque commiſcentur. In quibos, cum *ſpodium* omnes recipiant, *antiſpodium ex citoneis* illius loco in ventriculi hiſce affectibus ſumendum erit. *Platerus.*

Bilis *acrimonia Salina lixiva & volatilitate aucta peccans* corrigitur ac temperatur feliciſſime ab *Auſtero* blando & grato, quippe quod utrique ſatisfacit indicationi, nec facile nauſeam vel faſtidium parit ægris. Optima in tali caſu ſunt *Omphacium* inter condimenta, ut & *ſuccus granat. prunorum ſylv. mala ſylveſtria, meſpila, berber. acetoſella, plantago, ſempervivum majus alumen rup* uno verbo, quicquid ſapore eſt ſubauſterum, ſubacerbum, in quo & aciditatem valdę temperatam obſervamus & blandam linguæ conſtrictionem.

Huc referri debent *omnes argillæ* medicatæ, *terra Lemnia & ſigillata* quævis, *Turcica, Sileſiaca &c.* quibus præter ſubſtantiam terrenam occurrit pars ſulphurea illi permiſta, adeo ut nonniſi magna ignis vi ſecedant ab invicem, & quidem *ſpiritus acidus* relinquens conjunctam terræ magnam partem olei. Inter compoſita & officinalia merito laudatur *Diaſcordium, cydoniorum caro & mova, ſyr. myrtinus, de portulaca, conſ. hyacinth. &c. Sylvius Append Tr. 10. §. 600.*

Bili acriori temperandæ conducunt omnia *Acida*, præferendo ſemper blandiora, quippe quæ cum minore corporis læſione, humorumque agitatione opus ſuum peragunt. *Inter* hæc laudo inprimis ſubauſtera, quippe quæ bilis acrimoniam ſalinam potentius reprimunt & infringunt, blande tamen. Conducunt bili acriori temperandæ 2. *ſubpinguia*, ſimulque *aquea*, & inprimis *Emulſiones ex leguminibus, ſeminibus, nucleis, hordeo, amygd. dulc. ſemin. frig. maj. papav. albi*, & *terra pingues &c.*

Conducunt 3. ſpirituoſa, ſed nonniſi cautiſſime uſurpata, & in iis tantum in quibus eadem minus inflammabilis, ne plus noceant quam proſint; præferenda proinde duo præmiſſa, utpote tutiora.

Conducunt 4. *Aquea*, licet potius diluant & debilitent Bilis acrimoniam, nec ipſam proprie corrigant temperentque.

Eandem *Bilem volatiliorem* figunt præ aliis omnibus *ſubanſtera*, de quibus ſupra. *Idem Tr.1.§.225.*

[15.] *Inter quæ præſtant* In imbecillitate ſtomachi plurimus olim uſus medicamenti è *cotoneis*, Syrupus acetoſus ex iis ſic fit,

℞. *Succi cydonior. per reſidentiam depurati, ſacch.* āā. ℔j. *aceti* ℥iij. *coque ad ſpiſſitudinem.*

Convenit calfacto ſtomacho & inde infirmato; Poteris tamen imminuere modum *ſacchari*, ut erit auctus calor, *aceti* ut erit ſenſus ſtomachi. *Hollerius.*

IV. Alia eſt *Pituitoſa*, frigida nimirum & humida, quæ [16.] *Cognoſcitur* cum ex ſignis ſuperius recenſitis, tum ex gravitatis in ventriculo, præſertim poſt cibum aliquot horis ſenſu, fluctuatione, ructu ſæpe acido.

Oritur à pituita vel tenui, & tum ſputatio frequens, ſaliva multa, vel craſſa.

β *Curatur* I. Evacuantibus [17.] tum per vomitum, cui in [18.] *craſſa* incidentia in forma ſolida exhibita, (præſtat *Diatrion piper. diacalaminth. eſſentia meliſſæ, pulegii* &c.) præmitti debent: tum [19.] per inferiora ita, ut [20.] purgantia vel ſola vel præparantibus mixta exhibeantur: vomitoria ſunt [21.] *ſalis vitrioli* dr. ſ. in juſculo, *Oxymel* cum decocto *raphani*, vomitorium *ex helleboro Heurnii.*

II. Roborantibus, in quibus *intra* [22.] Radices *calami aromatici*, *& cortices citri*, *aurantiorum*, cum ſpiritu vitrioli philoſophico, *Elixir proprietatis*, *pulvis ſtomachicus Birckmanni*, præſtant.

[23.] *Extra*, [24.] inunctiones ex oleis ſtillatitiis, *abſinth. menthæ, cumini, pulegii, maſtiches* compoſitæ, cerotum ex *ladani puri parte j. cum partibus duabus ceræ*, [25.] una hora ante prandium adhibitis, valent.

III. [26.] Diæta oppoſita.

[16.] *Cognoſcitur tum ex ſignis*) Cum præter intemperiem materia adeſt, ſi *frigida* extiterit, flatus parit, qui etiam ſine cibi aſſumptione generantur, gravitas ſtomachi, capitis pondus, obdormitio, præſertim ſi pituita cruda adfuerit, per quam etiam appetentia extinguitur, ex *Galeno ad finem lib. de Plenit.* Ab ſputatione etiam aquea, mucilaginoſa, trahitur indicium pituitæ redundantis in ventriculo, Acida pituita appetentiam excitat ut ſalſa ſitim, ſed differentia petenda ex ſalſo ſapore percepto. *Jac. Fontanus Pr. p. 300.*

β. *Curatur*) Præparatur ſequenti miſtura

℞. *Aqu. menthæ* ℥ij. *cinnam.* ℥ß. *ſyr. fœnic.* ℥j. *ſpir. ſalis q. ſ. ad gratam aciditatem.* Miſce, Vel

℞. *Salis Tartari vitriol.* ʒß. *cremor. Tart.* ʒj. *ſacch. cand. albi* ʒij. Miſce fiat Pulvis in tres dozes dividendus, ſumat bis, vel ſemel in die ex vino Rhenano, aut miſtura dicta; Loco *ſpiritus* ſalis addi poteſt *Elix. Propriet.* ʒß. cochleatim ſumendo.

Si Acida offendunt,

℞. *Aquæ menthæ, fœnic.* āā. ℥iß. *Vitæ Matth. vel alterius aromat.* ʒvj. *ol. macer. ſtill. gtt. iij. ſyr. menth.* ℥j. *miſce*

Vel paretur *vinum medicatum*,

℞. *Rad. Enul. camp. acori* āā. ʒij. *fol. ſalv. majoran. rutæ hort.* āā. m. j. *ſemin. fœnic. dulc.* ʒij. *cortic. arant.* ʒj. Conciſa, & craſſe contuſa inſuantur ſacculo, cui in cantharum immiſſo affundatur vinum album ad ℥xx. per noctem ſtet in cella, dozis ad ℥v. jejuno ſtomacho, aut inter paſtus, prout magis conducere obſervabitur. *Ubi Purgandum*

℞. *Maſſ. Pilul. fœt. major.* ʒß. *cochiar.* ℈j. *Extr. cathol.* ℈ß. *ol. caryoph. gtt.* ij. Miſce f. Pilul. xv. dentur quinque aut plures. Vel

℞. *G. Ammon.* vel opopan. &c. *aceto mund. & inſpiſſ.* ʒß. *Troch. alhandal. mercur. ſubl. dulc.* āā. ℈j. *m. f. Pilul. xv.* da v. aut plures. Vel *Apozema*

℞. *Rad. liquir. raſ.* ℥ß. *apii* ℥j. *raſ. l. guaiac.* ℥iij. *baccar. lauri, ſem. aniſ.* āā. ʒij. *pulpæ colocynth.* ʒß. *coqu. ſ. a. in aqu. pluvia. In colat.* ℥xxx. *diſſolve ſyr. roſac. ſol. cum ſenna, diacnici* āā. ℥iß. *ſalis Tart. vitr.* ℈ij. *Tinct. cinnam.* ℥j. *doſis* ℥iij. *ad* v. ad vacuationem per epicraſin humoris pituitoſi. *Sylvius de le Boe.*

In intemperie pituitoſa cum materia prodeſt *ſpir. vitrioli philoſ. Eſſentia abſinth. Elixir. ſtomachus.* Pluribus medicamentis præſtat *ſpir. vitriol. philoſoph.* optime rectificatus. *Ceratum ex ladano Crat. pulv. ſtomach. Querc.* fere catholicus eſt in omnibus ventriculi affectibus ſed notandum quod ob nimiam ſacchari additi copiam, aliquid *ſecular. aronis* addendum, ut aperiat & deobſtruat magis. *Michaelis Pr. Clinica p. 129.*

[17.] *Tum per vomitum*) Si pituita vacuanda ſit, mane ante cibum evacuetur, quia ſemper majori eſt in quantitate quam bilis, & in fundo ventriculi magis hæret, ob id vomenda ante cibum. Vel ſi lenta ſit & nimis hæreat, *ſyrup. acetoſus ſimplex, dilutus aqua* vel *decoctione betarum*, vel parum *agar.* vel *aſari* propinandum erit, prius relaxata regione ventriculi *oleo lilior.* vel *amygd. inuncta*, aut immiſſo digito, aut penna oleo inuncta. Quod ſi fiat poſt corporis agitationem, vel frictionem ſuper ventriculum in gyrum, facilius & plus vomant. *Rondeletius.*

[18.] *In craſſa incidentia*) Si pituita admodum lenta viſcidáque fuerit, ante purgationem diſſolvenda eſt uſu *mellis roſacei, oxymel. ſyr. de hyſſopo*, aliiſque cum decocto incidente & abſtergente, vel ſequ. Apozemate utrumque fieri poterit

℞. *Rad. acori vulg. cyper. calam. arom.* āā. ℥j. *cort. citr. ſicci & rad. ſalſ. par.* āā. ʒvj. *ſal. abſinth. pont. menth. majoran. chamædr.* āā. m. j. *ſem. citri & aniſ.* āā. ʒij. *ſenn. mundat.* ℥ij. *carth. cont.* ℥j. *agar. troch.* ʒiij. *epith. flor. ſalv. anth. & lavend.* āā. p. j. *f. Decoctio ad* ℔iß. *in qua diſſolve ſyr. de abſinth. pont. & condit. cortic. citr.* āā. ℥ij. *f. Apozema clarum & aromatiz. pauco cinnam. & pulv. elect. aromat. roſat. pro iv. doſibus matutinis, in quarum prima & ultima diſſolvi poſſunt ad uberiorem purgationem Elect. de citro ſolut.* ℥iij. *cum rhei pulv.* ℈j.

Terebinthina uſus opportuniſſimus eſt, quia viſcera omnia commode repurgat, maxime ſi ex ea & Rhab. f. Pilulæ. *Riverius.*

[19.] *Tum per inferiora*) Purgantia exhibita, ſi ab humore crudo, vel pituitoſo, vel flatibus inde genitis ventriculus impetatur; aut hæc in imbecillitate illius ſæpe congeruntur locum habent; Illáque interdum aliquoties repetuntur & per vices uſurpantur, ſi præſertim levio [illegible] fortioribus ventriculum offendere volumus. Quibus tamen etiam cum neceſſitas urgent [illegible] admiſcendo ſemper ea quæ vim illorum

ventriculo

ventriculo adverſam corrigunt, eumque ſimul ſi imbecillis ſit roborent. *Platerus.*

Si humores craſſi [illegible] & impacti tunicis ventriculi, ægerque vomitui non ſit aſſuetus, in alvum ſunt deturbandi Pilulis potius quam Potionibus, quia Pilulæ melius eluunt & detergent ventriculum, & propterea magis roborant, Conveniunt *Pilula ex hiera ſimplici*, quibus efficaciores ſunt *Pilula Aſſaieret* & validiores his *maſtichina*, quæ quia agaricum continent, validius pituitam craſſam expurgant quam quæ fiunt ex ſola aloe: his ſi miſceatur *rhabarbarum*, fient præſtantiſſimæ. Quod ſi metus calidioris jecoris, his ſimul miſceantur refrigerentia, ut *melon. mundat. ſemen, pulvis roſar. rubr. pulv. triaſantali*, & fiat malaxatio cum *ſyrupo de cichor. comp. cum rheo*: validiores Pilulæ quæ à d[illegible]nioribus partibus pituitam extrahunt, non conveniunt, ut *ſine quibus, aurea* & ſimiles, Quod ſi æger à Pilulis abhorreat, infuſio fiat *folior. ſenna*, [illegible] in decoctu convenienti &c. *Enchir. Med. Pract. p. 172.*

20. *Ut Purgantia*) *Pilula de aromatibus*, aut *de hiera*, agarico, ſine aliquibus adſtringentibus. *Rondeletius.*

21. *Vomitoria ſunt ſalis vitrioli*) De *ſale vitrioli*, per experientiam noſtram aliorumque, notum eſt (1.) non eſſe medicamentum violentum, quin datum ad ℈j. v.g. cum *rad. aſari* nonniſi paucam vomitionem ſæpe præſtitiſſe. (2.) Eſſe in vitriolo partes irritativas emeticas, & roborantes aperitivas: ratione ſalis emeticum eſſe & aperitivum; ratione ſulphuris & partium terrearum, abſorbens & placans, ratione auſteritatis conſtrictivum. (3.) Cum doſi debeat dari majori paulo, nauſeabundum eſſe medicamentum, quod fauces conſtringit, adeòque idipſum etiam fieri ſi ſolvatur in aqua appropriata, & potulenta liquida forma detur.

Hinc colligere licet iterum, ceu poriſmata, 1. habere locum ſuum etiam *Emetica vitriolata*, quando magis hæret in ventriculo materia, minus ſi profundius immerſa ſit; Vitriolata videntur bilem minus ſpumeſcentem reddere, reſpectu Antimoniatorũ, ſed magis & proximius cum ventriculi archæo nauſeabundum characterem communicare, unáque materiam ibi hærentem pituitoſam fermentare, Ergo hoc caſu primo locum habent, pro fortiori vero cuneo antimoniata inſervire & præſto eſſe.

2. Convenire inprimis Vitriolata Emetica in laxitate ventriculi, quando parietes nimis lævigati minus corrugantur; quæ ipſa corrugatio per accidens quoque ad excutiendam materiam facit, relinquunt poſt ſe robur, non debilitant tonum, ſed potius eundem magis reſpiciunt.

3. Cum ventriculum ejuſque villos membranaceos immediate afficiant, & eliquent glandulas miliares, hinc etiam quando per conſenſum ventriculi vel præcordiorum afficitur caput, vitriolata emetica habere locum, partim placando, ut in Epilepſia; commendata hinc à *Quercetano*, *Sala* & aliis; partim fundendo pituitam, ut in apoplexia & incubo, in quo non ſine ſucceſſu propinantur: Locum vero non habent hæc Vitriolata in affectibus pectoris eſſentialibus, cum acrimonia vel eroſione conjunctis; etiam in fieri, inde enim tuſſis adaucta facile ruptura & exeſio vaſorum, Unde non audiendi qui iis in caſibus commendant quoque ſal vitrioli. *VVedelius Am. m. m. p. 300.*

22. *Roborantibus* [illegible] *in quibus intra*) Poſt purgationem ſufficientem [illegible] borantia veniendum eſt, interna & externa. *Syrup*[illegible] *ab*[illegible]*h. pont.* ℥j. mane jejuno ventriculo per aliquo[illegible] *num abſinthites.*

℞. *Conſerva anth.* [illegible] *cortic. citr. cond. nuc. moſch. cond.* ā̄ ʒß. *myrobal. condit.* n°. j. *conf. alkerm.* ʒij. *tunic.* [illegible] *ventric. gallina prap.* ʒij. *cinnam.* & *pulv. arom. roſat.* ā̄ ʒj. *cum ſyr. de mentha f. Opiata, vel cum ſacch. roſac. fiat conditum, utatur mane*, ſuperbibendo patum vini generoſi.

Dictis remediis utiliter additur *ſal. abſinth.* vel *ol. mentha diſtillat.* Vel *ſal abſinth. & corth. arant.* vel alterutrum *ad* ʒß. *ex vino* vel *juſculo.*

Efficax ſequens ſyrupus

℞. *Syr. cydonior. & condit. cortic. citr.* ā̄ ℥ij. *aqu. cinnam.* ℥j. *ol. ſulph.* gtt. xij. detur cochlear. unum per intervalla.

Aqua Clareta multis eſt in uſu, ſic paranda.

℞. *Cinnam. craſſiuſcule trit.* ℥ij. *macera in* ℔j. *aq. vita per ſe in vaſa vitreo*, In alio vaſe vitreo ſeorſim macerentur *ſacch. albiſſ.* ℥vj. *aqua roſar.* ℔ß. *ſtent in infuſione per duos aut tres dies, Tandem ſimul miſceantur illa materia & per man. cam tranſmittantur*; Da cochlear j. aut ij. vacuo ſtomacho.

Apud Pariſienſes laudatur *Syr. de Abſinth. Pena*

℞. *Cortic. citr. ſacch. condit. & in taleolas diſſecti* ℔ß. *coqu. in aq. part. aqu. cichor. & agrimon. ad protrelag. uſque, Expreſſioni forti adde ſucci cydonior. & aqu. ſtillat. abſinth. pont.* ā̄ ℔ß. mixtis infunde per quatriduum *ſchoenant.* ℥iv. *in vaſe bene clauſo, vitreato, ſupra cineres calidos. In valida expreſſ. diſſolve ſacch. albiſſ. q. ſ. coqu. in ſyr. perfectum, in quo calente diſſolve ambra ciner.* ʒj. Servetur in vaſe.

In maxima frigiditate ventriculi *aqua cinnam.* ſola præſtantiſſima. Permiſceri poteſt cum *ſyr. de abſinth. mentha, corallor.* quibus *ambr. gr.* addi poteſt. *Syrupus cinnamomi cum aqua vita factus Quercet. Aqua cinnam. cum ſucco cydon.* diſtillata. *Spiritus maſtiches* ſic conficiendus.

℞. *Maſtich.* ℥iij. *galanga* ℥j. *ſpir. vini* ℔ß. digerantur ac diſtillentur.

℞. *Pulpa cortic. arant. rec. pulv. aromat. roſ.* ā̄ ʒij. *ſacch. albi in aqu. flor. arant. diſſol.* ℥iv. *f. Tabella.* Eundem uſum præſtant *Tabella arom. roſat. Opiata Salom. Theriaca vetus.*

In affectu inveterato valet Decoctum *ligni Guaiac. aut Saſſafr.* in plures dies ſumptum, cum aut ſine ſudore, ſed levi.

Aqua thermales ſulphur. & nitroſa, quales *Belilucana*, magna copia per plures dies ſumptæ, craſſos & mucilaginoſos humores, omnemque ventriculi & inteſtinorum illuviem potenter abſtergunt & evacuant. *Hartmannus* valde commendat uſum *zedoaria*, ſi ſæpius comedatur, *Coſtæus vini calidi* uſum prædicat in potu ordinario ebibitum. Vinum diluendum *aqua decoctionis coriandri.*

Ut Stomachus moderate calefiat, neque exſiccetur, hunc Bolum commendat *Zecchius*

℞. *Terebinth. clara* ʒij. *maſtich. pulv.* ʒß. *pulv. aromat. roſ.* ℈ß. m. ſumatur duabus horis ante prandium.

Pulvis digeſtivus concoctionem ventriculi adjuvans

℞. *Coriand. prapar.* ℥ß. *ſemin. fænic. d. & aniſi* ā̄ ʒij. *cinnam. caryoph.* ā̄ ʒß. *ſacch. duplum* ad pondus omnium, *f. Pulvis* detur cochlear unum poſt ſingulos paſtus, nihil deſuper comedendo vel bibendo.

Balſamus Peruv. efficax eſt, guttæ aliquot cum vino Hippocr. &c. hora una ante paſtum exhibeantur. Vel gutta una aut altera ſacch. miſta forma Pilul. ſumatur.

Magis familiaria medicamenta, ſunt *vinum hippocras. Bochetum ex decocto aniſ. & coriand.* cum *ſacch. & cinnam.* pro Potu ordinario. *Pulvis Ducis*, *ex 7. ſacch part. cinnamomi 1.* omnibus alimentis inſperſus. *Sal* ad condiendos cibos, ex *pulv. coriand. aniſi, piper long. galanga, nucis moſch. cum ana ſalis comm.*

Piperis grana aliquot integra vel contuſa, ventriculo jejuno ſumpta.

Nuces juglandes caryoph. & cinnam. transfixæ, & ſacch. conditæ; *cort. citri & arant.* condit,

Semina *aniſi, fænic. coriand.* & fruſtula cinnam. ſaccharo incruſtata.

Citri cortex guſtui gratiſſimus, ſed quia ſæpe ab exſiccatione duritiem contrahit ut dentibus cedere non poſſit, cogimur non raro eum in mortario marmoreo cum aqua roſar. contundere in formam Opiatæ.

Myrobal. cond. nux moſch. cond. eodem modo poſſunt contundi,

Eſſentia aniſi, cinnam. cortic. citr. nuc. moſch. & caryoph. ventriculum efficaciter roborant: Uſus ut in affectibus cordis. *Riverius.*

23. *Extra*) Multi Practici topica remedia admovent non ſolum parti anteriori ſupra cartilaginem Xiphoidem, ſed etiam poſteriori ſupra xiij. vertebram, quia orificium ventriculi ſuperius ad poſteriora fertur. Attamen tanta eſt craſſities vertebrarum, & muſculorum eis ſubjectorum, ut vires medicamentorum eas partes penetrare nequeant & ad ventriculum deferri. *Riverius.*

24. *Extra innunctiones*) Exterius admoveantur Fomenta, Linimenta, Emplaſtra.

℞. *Rad. cyper. galangæ, ireos Flor. cortic. citr. ſicci* āā. unc. ij. *fol. menthæ, hyſſop. ſalv. roriſmar. major.* āā. m. j. *ſemin. aniſ. baccar. laur. nuc. moſch caryoph. cinnam.* āā ʒiij. *flor. ſtach. ſchœn. roriſm.* āā. p. j. *Præparentur ſ. a. includantur duobus ſacculis interpunctis, macerandis in vino generoſo*, applicandis calide regioni ventriculi viciſſim.

℞. *Ol. de abſinth. de menth. nardin.* āā. unc. iß. *ol. nuc. moſc.* ʒij. *ligni aloes, macis, cinnam.* āā. ℈j. *ceræ parum. m. f. Linim. adde ſi vis præſtantius ol. caryoph.* gtt. vj. *moſchi & ambr. gr.* āā. *gr. vj*

Linimentum ex *oleo nuc. moſch. & Balſamo Peruv.* Vel ex *ol. abſinth. maſtich. & dicto Balſamo.*

℞. *Empl. de maſtich.* unc. j. *pulv. aromat. roſ.* ʒj. *ol. nuc. moſch. q. ſ.* miſce f. Empl. ſcut[illegible] forme.

℞. *Radic galangæ & calam. aromat.* āā. ʒiij. *maſtich caryophyllor.* āā. ʒij. *nuc. moſch.* n°. j. *cortic. citri ſicci* unc. ß. *ſem. aniſ.* ʒiß. Ex his contuſis fiat ſacculus interpunctus *cum ſindone rubra, & cotone moſch.* perpetuo geſtandus *ſupra regionem* ventriculi.

Ad idem valde laudantur *pelles vulturis* præparatæ, & ſupra ventriculi regionem geſtatæ. Earum defectu *pellis leporis*, aut pannus ſcarlatinus uſurpari poteſt. *Riverius.* Commeodatur & pellis *mergi.*

25. *Una hora ante prandium*) Admonet *Galenus* 7. m m. Emplaſtra ventriculum roborantia diutius non eſſe in parte detinenda, quia tandem calorem diſſolvunt.

26. *Diæta oppoſita*) *Pituitæ* viſcoſiori corrigendæ conducit 1. *Aer* ſerenus, ac mediocriter ſaltem æſtuans; ſi talis deſit, talis arte parari debet concl[illegible] in conclavi mundo ægro, excitatoque in ipſo igne luculento, diſperſis per pavimentum, aut ſuſpenſis ex tabulato, appenſiſve parietibus plantis aromaticis ſuaveolentibus, ægtóque gratis. ij *Alimenta* tum ſpirituoſa, tum acidis vel aromaticis condita, vinum generoſum, modiſve variis factum medicatum & aromaticum. *Condimenta* vero petenda ex aromatibus, *cinnamomo, n. moſch. macere, caryoph. pipere*, partibuſvè quibuſvis *plantar. aromat. radicibus, lignis, corticibus, fol. flor. fruct. ſeminibus &c.* iij. *Exercitia* & *motus corporis* diuturna & ſatis vehementia. iv. *Vigiliæ*, licet debilius illud præſtent; v. *Inter animi motus* plurimum præſtat *ira*, dummodo non ſit nimia aut nimis durans, propterquam bilis reddita acrior non parum ſolet incidere pituitam glutinoſam. *Sylvius Pr. Tract. 9. §. 194.*

CAP. IX.

De [1] *Tumoribus Ventriculi.*

1. TUmor ventriculi eſt, quando idem in juſto majorem magnitudinem elevatur. Continet ſub ſe tria.

1. *De Tumoribus ventriculi*) Explicatis vitiis pertinentibus ad ventriculum, ut eſt conſtitutus è partibus ſimilaribus, agendum de vitiis attinentibus ad ventriculum, ut eſt inſtrumentum & quid diſſimilare, Hæc vitia ſunt *Parvitas & Tumor.*

De Parvitate Ventriculi.

Parvitas ventriculi eſt vitium nativum, intelligimus autem vitium reſpectu ad reliqua membra, ad totum corpus, non enim intelligimus parvitatem ſimpliciter, ſed in reſpectu ad alia membra, ut ſi ventriculus ſit parvus, jecur autem magnum, totum corpus magnum.

Eſt igitur ventriculi parvitas, Magnitudo imminuta ventriculi, producta à fruſtatione generatricis. Forma eſt magnitudo imminuta, quæ ut eſt magis vel minus imminuta, & proinde ut magis vel minus proportione caret ad magnitudinem reliquorum organorum, ita magnitudo hæc imminuta locum ſibi vendicat modo ſymptomatis, modo morbi: ſymptomatis in qualitate mutata, i. e. in magnitudine diminuta, quæ cum parum deficit a proportione reliquorum inſtrumentorum, non eſt cauſa læſæ actionis, non igitur morbus eſt ſed ſymptoma: Parvitas autem ventriculi habet rationem morbi cum multum recedit à magnitudine reliquorum inſtrumentorum, ita ut lædatur actio, & per conſequens fit morbus.

2. *Galenus c. 71. Art. Med.* monet quandoque ventriculum eſſe adeo eminentem, i. e. ad exteriora vergentem, ut tangentes facile magnitudinem & parvitatem ventriculi agnoſcant, ut propterea parvus ventriculus ita conſtitutus non egeat ſignis. Si autem ventriculus ſitum obtineat profundiorem, cum *Avicenna* ventriculi parvitas indicatur è difficili tolerantia cibi copioſi, ut patientes repleantur ante ſaturitatem cibi.

Quoad Indicationes, attinent hæ ad præſervationem, ut ſcilicet homo præſervetur à malis quæ vi parvitatis ventriculi occurrere poſſint; Ac cum hæc mala prodeant à vitiis attinentibus ad opera, i. e. à vitioſis operibus parvi ventriculi, ſciendum hoc opus eſſe vel alimentale, vel excrement[illegible] Opus alimentale eſt chylus quantitate [illegible] ſufficit pro alendo corpore, unde atrophia [illegible]; Quare hujuſcemodi opus ita deficiens indicat remedium producens chylum copioſum ut ſufficiat pro corporis nutritione: Opus excrem[illegible]um eſt prima ſuperfluitas, quæ ut noxia, indicat remedium expellens, ſeu evacuans.

Licet

Licet nulla ſit ſpes ampliandi ventriculum, quia deſideratur tum agens, tum materia è qua, non tamen eſt impoſſibile ſcopos præſervatorios explere: Verum facilius eſt primas ſuperfluitates vacuare, minus facile procurare ut chylus generetur ita copioſus ut ſufficiat pro totius corporis nutritione, Difficultas autem varia occurrit pro ratione parvitatis ventriculi, & temperamenti, & totius corporis, nam difficultas magis magiſque augetur quo ventriculus erit minor, in reſpectu ad totum corpus, nam opus eſt copioſo alimento, quod ventriculus parvus non poteſt coquere; Difficultas augetur ſi annectatur intemperies, nam ventriculus dyſcratus adhuc ægrius concoquit; Et difficultas etiam intenditur ſi totum corpus fuerit calidum & ſiccum, h. e. abſumens copioſum alimentum; Et ſi etiam totum corpus fuerit rari habitus, non fit diſſolutio.

Quoad *medicamenta*, probantur Lenientia, & Roborantia; *Avicennas* probat vomitum bis in menſe, ſi homo facile vomat, ſit autem ex levioribus vomitoriis, ut *oxymel. ſimpl. in jure tepido.*

Quoad *Diætam*, *Avicenna* probantur cibi copioſi alimenti, & exigui excrementi; Sed hi cibi debent eſſe copia exigui, ob ventriculi parvitatem, ſed pluribus exhiberi debet vicibus in die; nam cauſa nutritionis opus eſt copioſo alimento, quod ventriculus nequit capere cum ſit parvus, ideo pluribus vicibus cibi euchymi & multum nutrientes ſunt offerendi. *Capivaccius Prax. l.3.c.3.*

Tumores Ventriculi.

2. *Tumor ventriculi eſt quando idem in juſto majorem*) Quoad nomen Tumoris, ſciendum cum *Galeno lib. de Tum. p. n. l. 1.* Tumorem bifariam ſumi poſſe, primum ut attinet ad quantitatem non primam, Declaro, Per quantitatem primam intelligimus Tumorem prodeuntem à materia ſola peccante copia, ut hæc materia, v. g. eſt bona vel caro vel pinguedo; Per non primam quantitatem intelligere oportet vitium ſeu Tumorem qui ſpectat ad materiam peccantem, non modo ſecundum quantitatem, verum etiam ſecundum qualitatem, ut v. g. eſt tumor qui fit à bile copioſa, unde fit à bile & copioſa & calida ſiccáque, ac proinde à materia & copia & qualitate peccante.

In præſentia igitur per Tumorem intelligimus ſpectantem ad quantitatem non primam, ut inſtitutum ſit dicere de Ventriculo non carnoſiore, non obeſiore, ſed correpto inflammatione, eryſipelate, oedemate, ſcirrho, cancro, carbunculo, abſceſſu & inflatione, Verum cum Tumor, ſic acceptus cum *Galeno*, poſſit eſſe tum morbus tum ſymptoma, in præſentia per Tumorem intelligimus morboſum; Adhæc cum vi Tumoris morboſi lædatur actio ventriculi, & ut ventriculus eſt inſtrumentum, & ut obtinet partes ſimilares, nunc principaliter ſermo erit de Tumore ventriculi, ut eſt inſtrumentum, ſecundario vero ut ventriculus obtinet partes ſimilares, V. g. cum inflammatio ſit morbus in compoſitione & intemperie, principaliter reſpicimus ad inflammationem, ut eſt morbus in compoſitione.

Tumor igitur hunc in modum acceptus ſic generatur, Dum nutritum Ventriculo occurrit materia peccans & copia & qualitate, ut ventriculus & augeatur & alteretur, atq; ad eam perducatur magnitudinem & intemperiem, ut ratione utriuſque lædatur actio. Quare, Ventriculi tumor eſt magnitudo aucta cum intemperie, lædens operationes. *Capivaccius ibi. cap. 4.*

Signa ſubjecti Tumorum

Si afficiatur totus ventriculus, ſenſus vel dolorificus, vel gravitans, cruciabit ſecundum omnes partes, ot quomodocunque decumbat æger noxam percipiat; At ſi Tumor fuerit in *parte* quidem *interna*, cognoſcitur è dolore ſi aſperior evadet dum cibus ingeritur, & dum cibus concoquitur, Ratio eſt, quia dum cibus aſſumitur, per fibras rectas attrahitur, ut eo tempore tunica interna agitetur, cum ergo dolor per quietem miteſcat, per motum exacerbetur, & cum laboret tunica interna ventriculi in deſcenſu cibi, ideo hoc tempore dolor intenditur; Et ſimiliter dum cibus concoquitur, cum cibus internam tunicam tangat, ſua copia, & quandoque etiam qualitate, eſt in cauſa ut tumor validius ſolvat continuum.

Si autem ventriculus afficiatur ſecundum *partem externam*, cognoſcitur ſi poſt cibi coctionem dolor augetur, & ratio eſt, quia tunc cibus ventriculum egreditur, unde deſcendit in inteſtina, in meſenterium, ut in his partibus aliquantiſper cibus concoctus detineatur, unde dum cibus egreditur ventriculum, cum expellatur per fibras tranſverſas, quæ ſunt inſertæ in tunica externa, dolor in hoc egreſſu augetur; Dum autem cibus in inteſtinis detinetur & in meſenterio; ſimiliter intenditur dolor, quia cibus ventriculum ſecundum tunicam externam comprimit, ſed præterea & vapor, ſi acris ſit, ſi poſt cibum concoctum petat ventriculum, eſt etiam in cauſa, ut dolor augeatur.

Si autem Tumor occupet ventriculum ſecundum *partem dextram* vel ſiniſtram, cognoſcitur faciliime è ſede doloris,

Similiter ſi afficiatur ventriculus ſecundum *partem ſupernam* vel *infernam*, &, cæteris paribus, ſi tumor eſt in parte ſuperna, dolor eſt acerbior, quia pars ſuperior eſt exquiſitioris ſenſus.

Præterea cum affici poſſit ventriculus ſecundum *partem anteriorem* vel *poſteriorem*, Tumorem eſſe in *parte anteriore* deprehendi poteſt tactu, ut ſignis non ſit opus. Si tumor ſit in *parte poſteriori*, ſi malum in poſteriori parte pertineat potius ad externam tunicam, cognoſcitur, quia æger pejus habet dum ſupinus decumbit: ſi autem tumor in parte poſteriori ſpectet potius ad partes internas, cognoſcitur quia æger pejus habet dum pronus decumbit, quia moleſtior eſt ille decubitus per quem pars affecta magis comprimitur. *Capivaccius ibid.*

Prognoſis Tumorum Ventriculi in genere.

Tumor ventriculi eſt malum inſignis momenti, nam neceſſario adeſt vehementia & eſſentiæ & dignitatis. *Eſſentiæ*, nam dum tumor lædit operationes, ut non habeat rationem ſymptomatis, ſed morbi, dubio procul eſt magnus receſſus à naturali ſtatu; quæ præterea intenditur, quia plura p. n. annexa ſunt, intemperies, morbus in magnitudine aucta: *Dignitatis*, nam afficitur ventriculus qui adducere poteſt in conſenſum præcipua viſcera, præterea alimentum concoquit pro toto corpore, ut in tumore tum jecoris tum ventriculi opus ſit tenuiori cibo quam in aliis tumoribus: Unde *Galenus l. 10. m. m. c. 5.* loquens de ventriculi inflammatione, ait vitium eſſe mortiferum his patientibus qui imbecillas obtinent vires. Nam inflammatio prohibet alimentum, quo tamen eget virtus debilis.

Sed pro vi differentiarum periculum intenditur, ſic quo magnitudo eſt vel magis vel minus aucta, ſic intenditur & minuitur periculum; Summa eſt vehementia ſi totus afficitur ventriculus, remiſſior ſi ſecundum partem; Et quoad partem eſt remiſſior dignitatis vehementia ſi afficiatur ſecundum partem externam, Quoad internam, remiſſior eſt ſi afficiatur ſecundum internam, nam minus imminet vehementia facultatis.

Quoad differentias quæ ſumuntur ab Efficiente, cum ſit flatus, ſanguis, bilis, pituita, melancholia &

pus, Notandum *flatum* magis recedere à ſtatu naturali quam recedat ſanguis, minus tamen periculoſum eſſe tumorem flatulentum, quam ſit tumor inflammatorius, quia ſanguinis vitium vehementius eſt vitio flatus, etſi intenſior ſit vehementia eſſentiæ in flatu.

Quoad mineram, malum eſt mitius ſi fiat à ſanguine quam ſi fiat ab ichore ſanguinis, vel à bile ſive flava, ſive atra, ut ſi ſervetur parita, minoris diſcriminis ſit inflammatio quam eryſipelas, cancer, carbunculus, nam horum tumorum materiæ magis recedant quam ſanguis.

Si autem materia ſit pituitoſa vel melancholica, magis quidem recedunt à natura quam ſanguis, interim tamen inflammatio eſt magis periculoſa oedemate & ſcirrho, nam ſanguis eſt majoris activitatis, ut immineat vehementia facultatis, hinc majus eſt diſcrimen dum adeſt major activitas, hinc ſit oedema & ſcirrhum, cum pendeant à ſpecie magis recedente à naturali ſtatu, ſed exiguæ activitatis, eſſe minus periculoſos quamvis longiori tempore poſſunt expugnari. Si invicem conferantur pituita & melancholia, ſtatuendam eſt hanc magis recedere à natura, nec minoris eſſe activitatis, ac proinde ſcirrhum magis periculoſum oedemate.

Tandem ſi materia ſit *purulenta*, ſi quidem pus etiam optimum eſt à toto genere p. o. & quia ſequitur inflammationem, vi cujus facultas reddita eſt debilis, ideo vehementiam facultatis minatur, eoque magis quod materia purulenta producat ulcus; Augetur etiam periculum dum magna eſt inflammatio, quia hinc imminet gangræna, ſphacelus, mors.

Si prognoſticum capiatur à *materia ut peccat ſecundum qualitatem*, vitium magis eſt periculoſum ſecundum caliditatem quam ſecundum frigiditatem. Ratio eſt, nam ubi urget caliditas eſt contrarietas inter indicationes, quæ contrarietas non adeſt dum materia peccat frigiditate. Nam dum materia caliditate peccat, reſolventia materiam, ut calida caliditatem intenduot; in tumore autem frigido reſolventia, quatenus calida, frigiditatem remittunt; Et ſi invicem conferantur tumores calidi, quo materia calidior eo malum magis periculoſum, hinc eryſipelas pejus inflammatione. Idem ſtatuendum de materia frigida. Quoad materiam, ut eſt *craſſa vel tenuis*, craſſa eſt periculoſior, unde ſcirrhus eſt periculoſior quam oedema; hinc carbunculos, cum producatur à materia & vehementer calida & craſſa, ob id citius interficit quam cancer.

Quoad vitium ſecundum *quietem*, ſicuti materia magis quieſcit, ita vitium eſt magis periculoſum, unde *flatus* facilius ſuperatur, difficilius *tumor oedematoſus*, adhuc difficilius ſcirrhoſus, quia in ſcirrho materia pertinaciſſime quieſcit.

Quoad tempus eventus, Tumoris frigidi tardius eſt, quia materia tarde movetur, ut in oedemate, ſcirrho, ad differentiam inflammationis & eryſipelatis &c. *Capivaccius ibid. Vide plura ibid.*

Curatio.

Quoad materiam Chirurgicam, hæc dirigi poteſt vel ad *ſanguinem*, vel *ad alias materias*. Si ad *ſanguinem* patet probari v. ſ. hirudines, cucurbitulas; Excipitur Tumor *calidus purulentus*, nam cum hic (abſceſſus) ſequatur inflammationem, & rationi conſonum ſit venam fuiſſe ſectam, cauſa inflammationis, & vires eſſe debiles, non præter rationem eſt deſiſtendum à vacuantibus ſanguinem in abſceſſu.

Quoad *Tumores frigidos, oedema, ſcirrhum*, in his cum generetur chylus pituitoſus, vi cujus ſit ſanguinem potius deficere, ideo ſanguis non eſt vacuandus.

Quoad Chirurgiam ut reſpicit alias materias à ſanguine, materiæ hæ morbificæ vel *fluunt*, vel *ſunt fluxa*. Si *fluant*, probantur Fonticuli, potiſſimum in tumoribus frigidis, Si ſint *fluxa*, mate a Chirurgica probatur in *Abſceſſu* & in *Tumore flatulento*, Quoad *Abſceſſum* nonnunquam ad ferrum confugiendum, non tamen in omni, unde *Galenus 13. m. m. c. 5.* Si pus notabile in ſuppurante particula ſit contentum, non expedit promtius incidere, ſed digerentibus eſt procedendum, Alias in puris copia oportet ſecare, quia digeſtioni non cedit.

Ratione *flatulenti tumoris* ſi dolor urgeat, (*c. 6. l. 2. ad Glanc.*) magna cucurbitula cum copioſa flamma applicanda ubi eſt Flatus.

Quoad *Pharmaciam*, miſſis communibus medicamentis, hic reſpiciendum ad medicamenta quæ dirriguntur ad *materiam tumoris*, In genere ratione cujuſque materiæ debent eſſe medicamenta Evacuantia, Cauſa Abſceſſus, etiam pus moventia; Præterea ſiperpendamus medicamenta cauſa materiæ, ſunt vacuantia inſenſibiliter, dum eam vel intro pellunt, vel foras evacuant, vel ſiccando abſumunt. *Reprimentia* dimittenda ſunt in *Tumore Flatulento, in oedemate, in ſcirrho, in Abſceſſu*, nam horum Tumorum materiæ reprimentibus non cedunt, ſed vi eorum magis contumaces evadunt, Probantur autem in *Inflammatione, Eryſipelate, Cancro, Carbunculo*, Verum in tumore calidiore reprimentia ſint magis efficacia: Ergo in materia Tumoris non admodum calida, probatur medicamentum è *mentha, maſtiche, abſynthio, miva cydoniorum ſimpl.* Si calidior ſit materia fiat è *roſis, ſantalis, caphura, cydoniis, myrtho, granatis, & ſucco immaturo*, vel *limonis*, vel *citri*, *omphacio*, Inter aſſumenda hoc præſcribi poteſt.

℞. *Pulv. menthæ, maſtiches, abſynth. pont.* ãã. gr. xv. *cum miva cydon. ſimpl. f. Pilulæ.* n°. v. *pro doſi.* Extra,

℞. *Ol. roſar. compl. maſtich. de abſynth.* ana. ℥ß. *pulv. maſtic. nuc. cupreſſ. ſpec. diarrh. abb.* ãã. gr. vij. *ceræ lotæ in vino tenui* ʒij. *f. Linim.* Nota, lavari hic ceram in *vino tenui*, ut ſit vehiculum reprimentium.

Quoad *reprimentia frigidiora*.

℞. *Pulv. roſar. rubr. corallor. r. ſantal. rub.* ana. ℈ß. *caphur.* gr. v. cum *omphac.* vel *vino granat.* vel *ſucco cydon. f. Pilul.* n. v. Si medicamentum eſt applicandum.

℞. *Carnis cydon. ſub cineribus cocta, carnis pyror. immat. cocta* ana. ℥ß. *ſucci paſſul. immat.* ʒiij. *granat. integr. & contuſi* ʒij. *pulv. roſar. rubr. ſantal. cortic. cucurb. portul.* ana. gr. vij. *olei cydon. myrtin.* ana ʒvj. *ol. maſtich.* unc. ß. *far. hord.* unc. j. *f. Empl.*

Quoad *modum*, *in Tumore calidiori* repriment actu frigida, ſed moderata exhibeantur, & moderate calida admoveantur, In Tumore autem minus calido, actu calida ſunt uſurpanda reprimentia, Ratio eſt, quia tumoris materia calidior valentius fluit & movetur, ideoque ægrius cedit reprimentibus; unde quæ actu frigida ſunt, cum efficacius reprimant, in calidiori materia potiſſimum probantur; Verum actu frigida vehementer prohibet calor ventriculi, qui ſimilia poſtulat, multo magis actu frigida prohibentur à partis externæ calore; nam hic eſt imbecillior calor ventriculi: accedit medicamenta quæ applicantur frigida actu, vim ſuam reprimentem non poſſe communicare materiæ lædenti ventriculum quemadmodum efficere poſſunt quæ exhibentur intro, Et ob id Reprimentia actu frigida poſſunt exhiberi, non autem applicari.

Quoad *quando agendum*, adminiſtranda ſunt dum materia morbifica reprimenda præſens vincat alia indicantia, quare toto evacuato, & dum materia fluit, vel jamjam eſt fluxa needum impacta, Nempe in principio & augmento, & valentiora in principio, non probantur in ſtatu neque in declinatione, nam impacta

materia

materia reprimentibus non cedit: Si quæ tunc reprimentia adduntur, id fit gratia caloris naturalis ne diſſolvatur, & ad corrigenda reſolventia.

Quoad *Reſolventia*, . 4 *l. 2. ad Glaucon.* ſunt duplicia, *debilia*, quæ vocantur *Emollientia*, & *validiora*, nomine generis ſic dicta 1. Priora illi dicuntur, quæ calore ii habent non vehementem, & humiditate ii nec multam, nec omnino minimam; etenim ubi nimia eſt humiditas, medicamenta plus quam ... ret ſiccant, ubi autem copioſior eſt, medicamenta ... omnino reſolvunt, Emollientia igitur habent vim reſolvendi, Et *Galenus* . *ſimp. 2.* ait illa eſſe cal. & & hum. ea ratione ut ſint calidiora pus moventibus, & ob id intenſiorem accendant caliditatem quam ſit in corpore patiente, ut reſolvant, hincque reſolutio fiat vi calid ... ut humiditas non ſuffragatur, quia hæc admodum eſt exigua, ſed nec humiditas refragatur, quia admodum copioſa non eſt. De his *Galenus 2. ad Glauc.* . 4. ait præter id quod ſenſim per halitum digeri... materi in concretam ſeu congelatam fundere, item tertia quid ſimile patiatur illis quæ ſub Sole funduntur. Ideo cum Emollientia nonnihil ſint calidiora paſſo, præterea aliquantiſper humida, fit ut hæc prorſus advertentur durities; Nam cum durities fiat à concretione, a repletione, & à ſiccitate, & hæc omnia concurrant in ſcirrho, Emollientia per calorem occurrunt concretioni; Per calorem intenſiorem caliditate corporis, occurrunt repletioni; ut inſenſibiliter minuunt, quatenus humiditatem continent, occurrunt ſiccitati, propterea materia morbifica ſiccior, ſicuti ope humiditatis attemperatur, ita à caliditate promptius funditur & digeritur.

Emollientium materiam, proponit *Galen 2. ad Glauc. c. 4. medullas, adipes,* & 5. ſimpl. c. 7. *bdellium, ſtirac. galbanum, ammoniac.* valent etiam *malva, alth. paſſula dulc. fœnugr. melilot.* Inter compoſit. *Empl. de melilot. diachyl. ſ. cum gummis.* Pro uſu interno.

℞. *Ammon.* ʒß. *cum mucilag. alth. f. Pil. iij.* quibus devoratis detur ℥j. *paſſul.* cum *decocto rad. alth.* ad unc. j. Sumptis Pilulis pro emollitione illico ſumatur ſequens

℞. *Caricas n°. iij. paſſul. dulc.* ℥j. *rad. alth.* ʒij. *aqu. commun.* ℔j. f. decoctio ad conſumpt. 3. partis; dentur decocti unc. ij. Extra

℞. *Medullæ vitul. adip. anſer.* ana. unc. ß. *ammon. bdellij* ana. ℥j. *mucil. alth. ſem lini,* ana. ʒiij. *ol. amygd. dulc.* unc. j. & pro relaxantium correctione *maſtiches* ʒß. m s.

Quoad *valide Reſolventia*, hæc ſunt calida & ſicca, tenuium partium, & probantur in Tumore tum calido tum frigido; Probatur medicamentum è *ſchoenantho, calam. majorana, ſerpillo, aromat. gajaco, ſaſſafras.* Inter compoſ. *diatrionpip. diacyminum, diagalanga, magna antidoti*; *Avicennas* ad reſolvendum materiam in potu exhibebat *caſtoreum* cum *oleo antiquo*, & *aceto ſcyllit.* ut mirandum non ſit ſi nos hoc tempore non curemus tumores ventriculi, quia ſolum mitioribus utimur.

℞. *Caſtor.* ℈ij. *olei antiqui, aceti ſcyllit.* ana. unc. ß. m s. *Aetius dabat. ariſtol. long. & rot. ad* ℥j. Idem probat *ovillum talum uſtum* bibitum. Ad extra utebatur veſica *bubula aqua & oleo plena*, ſed loco aquæ vino uti licet. Et urgente neceſſitate etiam aſcendendum ad *catapl. è ſinapi.* Capivaccius lib. 3. Pr. c. 9.

I. [3] *Inflammationem*, quæ [4] *Cognoſcitur*, tum ex ſignis generalibus, tum ex dolore vehementi, æſtu, ſiti, febre ardentiſſima, vomitu aut frequenti dejectione alvi, [5] niſi quando orificium aut pylorus obſidetur, [6] accedunt ſymptomata facultatum principum, ſi cerebrum in conſenſum trahitur.

[7] *Oritur* à ſanguine præter naturam per venas à porta derivatas effuſo, ſive [8] puro ſive mixto, [9] ſive tranſmiſſo, ſive attracto.

[10] *Curatur* ad modum aliarum inflammationum, ubi obſerva

1. [11] Evacuationem per vomitum [12] aut alvum non convenire, niſi ad [13] collecti puris eruptionem.

2. Repetendam potius [14] venæ ſectionem, quam ut [15] una vice multum ſanguinis evacuetur.

3. [16] Inter [17] Repellentia externa *ſaccharum Saturni cum aqua plantaginis vel ſolani*, adjecto abſinthii vel menthæ pauxillo, laudari: [18] Interna [19] actu moderatè frigida exhiberi debere.

4. [20] Reſolventia, quæ lenia & emollientia eſſe debent, adſtringentibus ob partis præſtantiam caſtiganda eſſe.

5. [21] Si ſuppuratio prohiberi non poteſt [22] calorem moderatè calidis, humidis & viſcidis, tam intra quam extra fovendum.

6. [23] Abſceſſum [24] *ſucco ſcabioſæ vel ſolo, vel cum melle mixto* optimè [25] rumpi poſſe.

[26] *Dividitur* pro ratione partium ventriculi.

[27] Alia eſt *Totius*, in qua æger, quocunque etiam ſitu decumbat, dolore afficitur.

Alia eſt [28] *Partis* 1. vel [29] *Externa*, in qua dolor poſt cibi coctionem, ob fibras tranſverſas intentas, intenditur, appetitus ſe non ita male habet, nihil de abſceſſu vomitu ejicitur.

Vel [30] *Interna*, in qua omnia ſunt contraria: melius verò, ſi in hanc pus abeat, quam ſub peritonæum: quia ibi facilè expurgari poteſt, hic non item.

2. Vel *Superioris*, in qua quia pars exquiſito ſenſu prædita eſt, graviſſima accidunt ſymptomata, anguſtia ſub finem deglutitionis, ubi attractio viget, maximè percipitur.

Vel *Inferioris*, in qua dolor magis in cibi coctione intenditur.

3. Vel *Anterioris*, in qua tactu tumor deprehenditur.

Vel *Poſterioris*, in qua, ſi externa occupantur, æger graviter decumbit ſupinus; ſi interna, graviter pronus.

3. *Inflammationem*) Apoſtema è nonnullis vocatur, licet ſi in abſceſſum abeat rectius tunc ſic dicatur, *Platerus.*

3. *Inflammationem*) Ardentiſſimus alter dolor, cum vomitu aliiſque accidentibus periculoſis ſimul tunc infeſtantibus, accidere poteſt, ex morbo alio ventriculi, Eryſipelate ſcilicet obortus & Eryſipelas quoque ideo appellatur. *Platerus.*

Eryſipelas Ventriculi.

Ab Inflamamtione diſtinguitur *ſymptomatum* vehementia, majus namque eſt incendium, inquietudo, ſingultus, dolor & reliqua omnia vehementiora, minor tamen tumor. *Fontanus Prax. p 316.*

Harum ægritudinem diverſa eſt curandi ratio. In *Eryſipelate* enim magis refrigerantia quam in inflammatione conveniunt, Et Medicus in hujus curatione magis quam in inflammatione ſolicitus eſſe debet; animadvertens ſi purum ſit Eryſipelas non alia poſſe ratione quam per frigide exhibitionem, etiam non apparentibus coctionis ſignis curari. Quod ſi Eryſipelas ipſum ſit cum inflammatione mixtum, curabitur etiam per frigidæ exhibitionem; quæ tamen ſolum apparentibus coctionis ſignis, exhibenda erit, docente *Galeno 9. m.m.c.5.* Quæ curandi ratio nequaquam inflammationi puræ convenit. *P. Salius Not. in Altim. cap. 68.* Hoc affectu extinctus fuit Pharmacopœus celebris Genevenſis *D. Rubatti* anno 1652. quod ex diſſecto cadavere apparuit.

4. *Cognoſcitur*) Huic ventriculi inflammationi pluximum affinis ea quæ vel ſummam jecoris partem, qua ventriculus obtegitur: vel incumbentem illi abdominis regionem occupat; quæ ſola ſymptomatum vehementia & pernicie diſtinguitur; nempe ventriculum obſidens inflammatio omnia ſævissima & periculoſiſſima præ ſe ferre conſuevit. *Riverius.*

4. *Quacognoſcitur*) Signis dignoſcitur variis, *primum* contribuunt *cauſa*, ſanguinem loco peccare in genere, & ſpeciatim in ventriculo valentes; ij. *Effecta*, actiones nempe & morbi conſequentes alii, cujuſmodi ſunt Tenſio circa epigaſtrium, generalis tumidi ventriculi nota, dolor vehemens, vigiliæ, ſitis, æſtus, vomitus cibalis, animi deliquia, magis minuſque ſævientia prout ad bilis naturam magis minuſve ſanguis acceſſerit, iij. *concomitantes morbi*, ut febris ardens, urina flammea &c. *Blaſius.*

Dolor contactu loci & preſſione exacerbatur, in dorſum uſque protenſus, ac ſi cingulo corpus illic ſtringeretur; Febris adeſt continua, cujus cauſa pulſus eſt citus, urinæque unctæ ſunt. *Platerus.*

Signa diagnoſtica ſunt ingens dolor, ardens, & pungens, diſtendens & pulſans, & in dorſum uſque protenſus; tumor adeſt tactu conſpicuus, imo & interdum viſu; Scapulæ deorſum trahuntur, reſpiratio difficilis eſt, ſicut & deglutitio atque eructatio: Cruentum nonnunquam aliquid evomitur; febris ardentiſſima ſæviſſimis comitata ſymptomatis. *Riverius.*

4. *Cognoſcitur*) Non confundenda autem eſt Ventriculi inflammatio cum *inflammatione lobi hepatis*, ſuper ventriculum ex parte protenſi. Tumor enim proveniens cum dolore in ſitu ventriculi hoc indicat: Illud in hepate malum magis dolens, tactui magis patens; magis circumſcriptum, gravioribuſque ſymptomatis ſtipatum. *Etmuller.*

5. *Niſi quando orificium*) Longe graviora oſtendunt ſe ſymptomata in ore ventriculi quam in ipſo ventriculo, Et author eſt *Galenus 1. Progn. 32.* ore affecto facile ſupervenire delirium ob affectum diaphragma; Nec alio ducit nos vicinia cordis quæ febrim continuam gignatur, cum indicibili anxietate, jactatione, faſtidio cibi, extremorum frigore, &c. *Hofmannus Inſtit. lib. 3. c. 43.*

Prognoſis.

6. *Accedunt ſymptomata*) Malum eſt peracutum ex quo pauci evadunt, Quod ſi non evaneſcat, ad ſuppurationem tendit. Si aperiatur abſceſſus, melius eſt ut intra ventriculum aperiatur, ſic enim per inferiora excernitur: Sin vero extra peritonæum aperitur, malum Pus enim peritonæum aut inteſtina inficere, aliamve quampiam partem, & mediante gangræna ægrum inficere poteſt. *Etmuller.*

Curatur rectius ſi reſolvatur, nam ſi ſuppuretur, in abſceſſum, inde in ulcus verſa, novum inducit morbum æque noxium, qui ægre ſanatur, & quandoque poſt ſe duritiem calloſam, ventriculo quoque incommodantem relinquit. *Platerus.*

Quo quædam futura prædici poſſint facilius, conſideranda natura membranarum ventriculi, quæ hujuſmodi eſt ut ſemper aliquid ex iis reſudet in capacitatem internam & externam, ex *Galeno lib. 13. m. m. c. 17.* ut fit in tumoribus pleuræ & oculorum, qui omnes fere diſſolvuntur per reſudationem; Quare raro ex abſceſſu ventriculi fit ulcus, cum antea diſſipetur materia per reſudationem quam coqui poſſit & in pus verti. Quocirca raro ulcus prædicendum in inflammationibus ventriculi, minus in eryſipelate, fere nunquam in ſcirrho; facilius poteſt fieri in oedemate, ob difficultatem reſudationis, & moram materiæ in partibus. *Fontanus p. 316.*

6. *Accedunt Symptomata &c.*) Facile eſt Prognoſin elicere, & affectum valde periculoſum, imo ut plurimum lethalem nuntiare. Periculoſior tamen eſt qui totum ventriculum, aut ſuperiorem ejus partem occupat, vel qui ad eryſipelatis naturam accedit. *Riverius.*

7. *Oritur à ſanguine*) Inflammatio Ventriculi eſt ejus Tumor præter naturam à ſanguine per arterias ab Aortæ ramo cœliaco deriuatas, in ventriculi ſubſtantiam ejúſque membranas effuſo, quem venæ ad Portæ truncum attinentes non revehunt.

Inflammationis, aut etiam Eryſipelatis, in ventriculo Cauſa eſt eadem quæ in aliis partibus, Sanguis nempe calidior, aut omnino bilioſus, loco peccans. *G. Blaſius Ther. ſpec. p. 241.*

7. *Oritur*) Inflammatur Ventriculus ex cauſis iiſdem in genere quas reliquæ habent inflammationes. In ſpecie aſſumpta acria, aut vitioſa interdum illam inducunt. Sic *Hildanus Cent. 1. obſ. 34.* notat inflammationem ventriculi cum febre ardente & horrendis ſymptomatis ex deglutita acicula.

Hic ſpeciatim ut adjuvantia, conſiderari merentur *Aſſumpta*, aut *exterius applicata*, calida ſanguinem in tunicis ventriculi calefacere valentia; Violenta itidem quævis eidem occurrentia, ut caſus &c. extravaſationem producentia. *Blaſius.*

8. *Sive puro ſive mixto*) Sanguis vel purus eſt ac ſyncerus, & Phlegmonem proprie dictam parit; vel cum bile, pituita aut melancholia permixtus, & phlegmonem oedematoſam, eryſipelatoſam, aut ſcirrhoſam efficit. Si a puro, inflammatio aliquanto mitior eſt; Si Eryſipelatoſa, ſimptomata ſunt.

9. *Sive tranſmiſſo, ſive attracto*) Cauſæ externæ plurimæ eſſe poſſunt, quæcunque videlicet ſanguinem fervidiorem efficiunt, ut alimenta calidiora, & meri potio: vel eum ad illam partem promovere poſſunt, ut contuſio ventriculi, dum præſertim cibo turget, Quibus addi poſſunt calidiſſima & acerrima aſſumpta, ut cantharides ſublimatum & ſimilia. *Riverius.*

Rarius tamen in ventriculo inflammatio, cum noxas

ſuas

præſentiens ſtatim ſurſum deorſumque propellat, & vix dum niſi à cauſa violenta ſuboritur: Qualis contuſio ventriculi, dum præſertim cibo turget, facta una eſſe potuit; Vel ſi caliſſima actu potentiave, ut *cantharides, ſublimatum ſumpta*, eum ſubito inflamment: Poteſt tamen & ob fervorem ſanguinis in venis meſeraicis in febribus, aliſve morbis, in eum effuſi, hoc ſine cauſa externa accidere. *Platerus.*

9. *Curatur ad modum*) Scopus curandi eſt, ut ſi in *principio* adhuc exiſtit, augmentum illius impediamus, *caloremque* reſtinguamus, *dolorem* lentamus, *febris* interim habita ratione, & *animi defectus*, quem facile patiuntur, & ut deinde *materiam fluxam reſolvere* ſtudeamus, quod ſi fieri nequeat, *maturemus*; *ulcuſque* ſanemus, *Platerus.*

10. *Curatur ad modum aliarum inflammationum*) Exceptiones tamen affert *Saxonia Prælect. Pract. p. 2. c. 8.* Difficillimam, *ait*, aggredior curationem Inflammationis ventriculi, quæ varias habet intentiones pro materiæ inflammationem facientis varietate, & pro vario inflammationis tempore, In *principio* repellere eſt neceſſarium, In *augmento* repellentibus diſcutientia quædam miſcenda, In *ſtatu* potius digerendum quam reprimendum, ſicuti in *declinatione* ſolis digerentibus eſt utendum, non prætermiſſis adſtrictoriis, ut robur ventriculi conſervetur; Et quidem locum habent in inflammatione ad reſolutionem tendente, quandoque enim ſuppuratur, nonnunquam induratur.

Eſto, ſit inflammatio legitima, & in principio, revulſione ante omnia opus eſt, *Sectio venæ* aut ex cubito aut infernis partibus, prius os ventriculi roborando, ſi valde langueat, aut lipothymia immineat.

De *medicamentis* maxima eſt dubitatio, nam valida omnia, quod trahant humores ad ventriculum ſunt rejicienda, nam ex *Galeno 13. m. m.* Ventriculo & inteſtinis laborantibus per has partes non eſt evacuandum; Proponunt Arabes *Lenientia* quædam, *caſſiam & myrobalanos*; quidam improbant *caſſiam* propter laxitatem, nam laxatis meatibus facilius confluunt humores; præterea in principio adminiſtrantur quæ repellunt; *Myrobalani* aliis ſuſpecti ob inſignem adſtrictionem, hinc *Galenus 8. de comp. ſ. l.* In materia jam tunicis imbibita maximum ex adſtrictoriis nocumentum infertur: Ego tamen utrumque vel aliud ejuſdem facultatis tuto præberi poſſe credo, v. g.

℞. *Flor. caſſ. rec.* ℥j. *myrobal. citr. pulv.* ʒij. *pulpæ tamarind.* ʒiij. *M. S. f. Boli.*

Aetius hoc in caſu præbet *ſerum*, ſed parum & ſæpe: placet id mihi, modo aliquo adſtrictorio alteretur; nec præparetur cum *oxymelite*, nam *acetum* omnibus inflammationibus, excepta phrenitide, ex *Galeno*, eſt inimicum, præparetur cum *acido citri* vel *limon.* addita *abſynthii* coma ad robur.

Quoad *Repellentia* quæ non vacuant, interna & externa, proponuntur in initio refrigerantia & adſtrictoria; at his ſemper aut *abſynthium* aut *ſpicam*, quanquam fluxio ſit calida, admiſceri volo; ex *Galeno* ergo ſemper reprimentibus quædam digerentia, ſed tamen robur ventriculi conſervantia, miſceantur, e. g.

℞. *Pulpam cydon. coctam in aqua*, imbue *ol. abſynth. aut maſtich.*

Propterea non accipiatis Arabum conſilia, qui non ſolum *lactucam, endiviam*, ſed & *ſuccum papav.* exhibent actu frigida, nam pars hæc adeo nobilis non tam refrigeranda.

Paulatim dictis admiſcenda *Digerentia*. *ſpica nardi, rad. ireos & chamom.* olea ex his confecta & ſimilia.

Adventante ſtatu, videndum an *inflammatio ad reſolutionem* tendat, quod noſcetis ex febre & ſymptomatis admodum minutis, an ad *ſuppurationem*, in quo caſu febris & rigor repetere conſueverunt; *aut forte induretur*, quod cognoſcentis, quia etiamſi febris ſit imminuta, ſymptomata non deficiunt, gravitas ventriculi, inappetentia, vomitus &c.

In hoc caſu unico auxilio, ſed vario modo compoſito, volo ut omnibus ſatisfaciatis, eſt autem *Empl. de meliloto*, Si ad *reſolutionem* tendat, addatis illi *crocum*, *myrrham, cinnam. ſpicam & abſynth* pulveriſata. Si in *abſceſſum, butyrum, rad. alth. coctas, fol. malvæ*. Si diruptio inſtet, addatis etiam *caricas, ſtercus columb.* aliquid *ſaponis nigri*, Si *indurata fuerit inflammatio*, addatis *mucilag. ſem. malvar. alth. ol. amygd.* ſed ſemper additis robur ſervantibus.

Interna proportione reſpondeant, initio detur *ſuccus granat. cydon. roſar.* addito pauco *pulvere de abſynthio*. videl. *pontico*, nam cõmune nimis amarũ & calidum.

In *augmento* augeantur digerentia, omiſſis *ſacch. & melle*, nam dulcia omnia inflammationem augent.

In *ſtatu*, ſi ad reſolutionem tendat, detis frequenter *decoctum ſchœnant. ſpica, rad. diuret.* Detur quotidie, aut alternis diebus ʒj. *Spec. hiera* aut *pil. aloe phang.* vel *aloes*, in vino albo non adſtrictorio, aut decocto digerente.

Si ad *ſuppurationem* tendat, frequens ſit uſus decocti ex *malva, alth. fœnugr. caricis, paſſulis*, cum portiuncula *abſynth.* aut *ſpica* ad robur ventriculi.

Alimenta ſint pauca & tenuis ſubſtantiæ, nam ex Gal. in inflammationibus ventriculi & hepatis unica ſalutis ſpes eſt virium robur, inflammationibus harum partium ex alimento ſemper increſcentibus, ideo ad ſtatum uſq; nutriantur ægri ſola *aqua hordei*, aut ad ſummum *colata ptiſana, aut emulſ. ſem. mel.* Si vires hoc non permittant, ad alia confugiendum alimenta, ſed prædicendum ægrum moriturum; quod ſi quis multo alimẽto aſſumpto ſuperſtes evadat, abſceſſum effugere non poteſt. *Saxonia.*

11. *Evacuationem per &c.*) Purgantia improbantur, quia humores conturbant & in partem affectam attrahunt. Attamen *Avicenna Tamarindorum decoctum*, aut *Caſſiæ* ℥ß. cum *aqua endiviæ* vel *ſero lactis* diſſolutam commendat, ſingulis diebus uſq; ad ſeptimum diem exhibitam, quia molliendo non trahendo expurgat, mitigat acrimoniam & lenit dolorem; Satius tamen eſt ab omnĩ purgatione in principio abſtinere: Septimo elapſo, apparentibus quibuſdam concoctionis & declinationis indiciis, poteſt etiam inſtitui purgatio ex *rhabarbari* ʒj. *cum ſantal. rub.* ℈j *in aqua borrag. infuſa addendo ſyr. roſac.* ℥j. *vel* ij. ut ſordes parti inhærentes paulo valentius eluantur. Interim *Clyſteres* emollientes, refrigerantes & lenientes ſingulis diebus erunt injiciendi, E. g.

℞. *Juris pulli. vel decocti malvæ & violar.* ℔j. *caſſiæ recens extr.* ℥j. *ol. roſac. & viol. ãã.* ℥ij. *ſacch.* ℥iß, *vitell. ovor. n.* j. *miſce.* f. Clyſter. *Riverius.*

12. *Aut alvum*) Injecto clyſmate revellimus & refrigeramus, doloremque lenimus, cum illud ad colon uſque aſcendens vires ſuas ventriculo, cui colon proxime ſubtenſum eſt, communicet. *Platerus.*

13. *Ad collecti puris eruptionem*) Nam inflammatio nonnunquam in abſceſſum convertitur, tuncque dolor augetur, eoque rupto pus vomitur. *Platerus.*

14. *Venæ ſectionem*) A qua pluries repetita inchoanda curatio, in utroque brachio, quantum vires ferre poſſunt; Ac licet ob ſyncopen & extremorum refrigerationem, vires ab initio dejectæ videantur, illa tamen virium infirmitas eſt ab oppreſſione; quæ vacuationem poſtulat, atque ita venæ ſectionem prohibere non debet. Præterea *apertio hæmorrhoidum*, ſi æger evacuationi aſſuetus ſit, ſanguinem à ventriculo utiliter revellere poterit: Quod etiam munus utiliter præſtabunt *Cucurbitulæ, ſcarificatæ* & ſiccæ, ſcapulis, dorſo & natibus admotæ, *Frictiones & Ligaturæ* partium extremarum, & calefactio earundem partium (quæ frigere plerumque

ſolent) admotis linteis calentibus, & inunctione olei nardini, irini, aliorumque calidorum. *Riverius.*

14. *Venæſectionem*) In brachio facta initio confert; etſi enim à venæ Portæ ramis ventriculi venæ deriventur, tamen à venæ cavæ ramis ſanguinem extraxiſſe, quod tum ratione febris, ſi adſit, conferat, & hoc modo quoque alia fiat revulſio, juvabit. *Platerus.*

14. *Venæſectionem*) Si inflammatio originem ducat à fluxione, utemur revulſione; *Rhazes* ſuadet ut baſilica brachii dextri tundatur, cum fluxio fiat à jecore, Nam inanito jecore retractio fit, cum venæ ventriculi à Porta naſcantur (*in eam refundit ſanguinem à nutritione reſiduum*) cujus radices radicibus cavæ annectuntur; Quare trahendo à Cava, trahit à Porta & à ventriculo: At ſi à ſuppreſſis menſibus, aut hæmorrhoidibus, tumor ille naſcatur, venæ inferiorum partium ſunt aperiendæ, quo deorſum humores revellantur: In Eryſipelate eadem ratio ſervanda, niſi quod ſanguinis copia debet trahi minor. *Jac. Fontanus Pr. pag. 317.*

15. *Una vice multum ſanguinis*) Cautio eſt adhibenda ne plus ſanguinis evacuetur quam opus eſt, ſolet enim affectum hunc ſyncope & virium ſumma proſtratio, propter vehementem dolorem inſequi. *Etmuller.*

16. *Inter repellentia externa*) Exterius Fotus ſequens initio admoveatur.

℞. *Rad. acetoſ.* ℥ij. *fol. endiv. cichor. malvæ āā m. j. ſemin. lact. & papav. albi āā.* ʒiij. *ſantal. albi & rubr. āā.* ʒß. *flor. violar. & nymph. āā. p. j. f. Decoctio, adde aceti roſac. parum.* Foveatur regio ventriculi tepide.

Vel ex *aquis ſtillat. endiv. lact. & nymph. cum tantillo aceti & pulv. triaſant.* idem fotus parari poterit. A Fotu inungatur pars *ol. roſac. & violac.* permixtis vel ungu. ſequ.

℞. *Ol. roſac.* ℥jß. *ol. violac. aceti roſ. ſucci hieracii āā.* ℥ß. *bulliant ad ſuccorum conſumptionem, deinde adde ſantal. rubr* ʒj. *roſar. rub.* ʒß. *ſpica & camph. āā.* ℈ß. *ceræ albæ q. ſ. f. Ungu.*

Cataplaſmata initio non conveniunt, quia partem pondere ſuo gravant, & calorem retinendo inflammationem augent. *Riverius.*

17. *Repellentia*) Malum inventum ab illis quibus circulatio fuit ignota: Tamen illos non poſſumus ita accuſare ac Recentiores qui norunt circulationem ſanguinis & humorum: Impoſſibile eſt ut humores qui ad aliquem locum feruntur, repellantur, Idem eſt ac ſi diceremus fluvium repelli verſus ſuam originem: Repellere conſiſtit in eo quod impediamus quominus in partem influant, tunc concedi poteſt, ſed hoc minime dici poteſt remittere, vel repellere: Repellentia quæ humoris influxum prohibent, nunquam debent adhiberi niſi in principio aut declinatione: In principio poſſumus obtinere quod humorum influxus impediatur: Cum humores influxerunt tum velle adſtringere futile hoc eſt, *Theod. Craanen. obſ. in Sennerti lib. de Mat. Med p. 84.* Vide plura l. de Tumor. in Chirurgia.

8. *Saccharum Saturni*) Convenit *nitrum* cum *Saturno præpar.* ſeu *ſal ſaturni cum nitro*, & *ſaccharo ſaturni* datum *a gr. iv. ad* viij.

℞. *Aquar. plantag. roſar. āā.* ℥iß. *ſacch. Saturni* ℈ß. *MS. ungu. roſ. refriger. meliloc. āā.* ℥iß. *ſacch. ſaturni gr. x. MS. Michaelis Pr. Clin. p. 129.*

18. *Interna*) Alterantia & roborantia per os aſſumenda eadem eſſe poterunt quæ in curatione doloris ventriculi ab humore bilioſo ſunt propoſita: Peculiariter conferunt *ſyrup. de nymphæa & de ſucco portulac.* præſertim initio; quia repellentis medicamenti vicem implere poſſunt. Conferunt etiam non parum *Emulſiones iv. ſemin. frigid. maj. & ſemin. papav. albi,* dolorem enim leniunt & calorem contemperant: Tum *Julepi* ſequentes.

℞. *Aqu. roſar.* ℥iij. *aqu. plantag.* ℥ij. *ſucci acetoſ. vel vini granat.* ℥iß. *ſacch. roſ.* ℥j. *bulliant parum & colentur, capiat* ℥ij. *bis aut ter in die.*

Si dolor vehementer urget, *Syrup. de papav. dari poteſt:* Pro Potu utatur *decocto hordei* cum *ſyr. violac.* & frig. bibatur. *Riverius.*

18. *Interna*) Interne in principio & incremento conveniunt medicamenta ex *papavere rhœade & card. ben.* Item *nitrum antimoniatum* (quo ſolo *nitro*, tam *purificato* quam fixato, in decocto hordei ſæpius propinato, *Landanus* ſuam filiam inflammatione pylori laborantem curavit. Porro *ſpiritus nitri dulcis. ſacch. Saturni, antihecticum Poterii*, convenienter uſurpari poſſunt; Potui inſerviat *infuſum* aut *decoctum ligni r. raſa* in *aqua ſimplici*, cum ſ cceſſu adhibitum in ventriculi inflammatione à *Rulando in Theſ. Pr. pagin. 115. Etmuller.*

18. *Interna*) Alterantia potentia actuque frigida, quæ ab initio dum materia fluit, leviter quoque adſtringere debent, poſtea humectare, permiſſis illis quæ dolorem leniunt, variis modis propinantur.

Aqua fontis ſi *aceto* addito aciditatem aliquam adepta ſit ab initio convenientior erit, & gratior ſi addito *ſaccharo* in Iulepi formam decoquatur.

Lac frigidum potum idem facit, & dolorem ſimul lenit; *Emulſio 4. ſem. frig. maj.* dolorem ſedat & calorem contemperat; ſi *ſemen papav.* albi ſimul additum fuerit dolorem magis mitigabit: *Aquam lentis paluſtris* commendat *Dioſcor.* Conferunt *aqua plantag. roſar. acetoſa* exhibitæ: *Julepi roſar & violar.* per ſe vel diluti dati: *Decoctum hordei* frigidum, quod efficacius additis *violis* recentibus.

Decoctum refrigerans & ſimul cordiale.

℞. *Rad glychyrr.* ℥j. *cort. citr.* ʒij. *flor. cord. āā. p. j. flor. nymph. p. ß. hordei p. j. ſem. 4. frig ma āā.* ʒij. *ſem. portul. & papav. alb. āā.* ℥j. *ſem. citr.* ʒß. *f. Decoctio ad menſur. j. ſaccharo* vel ſyrupis dicendis additis.

Syrupi per ſe exhibiti, vel cum *aqua frig.* aut *alia ſtillat.* ſupra dicta, ſunt convenientes in principio, qui refrigerant cum adſtrictione quadam, de *roſis rub. ſiccis, cydon. de agreſta, de ribes, granatis acidis, de berber.* vel rob horum: In progreſſu qui refrigerant & humectant, ut *violar. portulac. nymph.* Et ſi hepar ſimul incaluerit, uti fere fit, & ratione febris, *ſyrup. endiv. & cichor. ſimpl.* Et quia facile *animo deficiunt*, *ſyr. de utroque bugloſſo*, Et ad doloris mitigationem, *ſyr. de papavere.* Ad *reſolvendum reſiduum inflammationis*, ſeu *apoſtematis ventriculi*, ut vocant, circa finem valent *Aqua chamomillæ* cum *aqua endivia* primum propinata, mox ſola ad ℥vj. repetitaq; *Platerus* Vide §. *Reſolventia quæ lenia.*

19. *Actu moderate frigida*) Aquam fontis actu frigidam loco potus uſurpare, quam nive & glacie infrigidatam exhibere aliqui docent, non ſatis tutum, cum ſubitanea hæc repercuſſio non fiat ſine periculo. *Platerus.*

19. *Actu moderate frigida*) An repercutientia debent applicari frigida? ℞. In Eryſipelate frigida, in phlegmone tepida; Nam in Eryſipelate non timetur à frigido concretio, unde ſcirrhus naſci poteſt; at in phlegmone verendum ne à refrigeratione fiat ſcirrhus: *Fontanus*: Admittendum id quidem foret, ſi Eryſipelas intemperies eſſet nuda ſine materia; at ſiquidem oritur à tenui ſanguine bilioſo, ibi coërcito, qui difflari debet, à frigida id non expectandum, quin potius illius incraſſatio: Reſolutio ergo illius juvanda eorum ope quæ minus calent quam ad phlegmonem, valent nitrata, ſpiritus nitri dulcis; Si externo Eryſipelati refrigerantia adhibes; livorem pars contrah t, naſcenti illi adhibe ſpiritum vini, illico diſparet, monente *Waleo in m. m.*

Reſolventia,

20. *Reſolventia, quæ lenia*) In *progreſſu* morbi, alia medicamenta prædictis erunt miſcenda, quæ *reſolutionem* adjuvent. E. g.

℞. *Syr. de nymph. de pomis & de ſucco portul. ãã. ℥j. ſyr. de abſynth. pont. ℥ß. aqu. lact. acetoſ. & fœnic. ãã. ℥iij pulv. elect. diamarg. fr. ℈j. fiat Julep. pro iij. doſib. bis in die ſumendis.*

His addere licet opiatas inſtaurantes, narcotica & ſimilia, Quæ omnia varianda ſunt multis modis pro Medici judicio & prudentia. *Terebinthina cum aqua abſynthiis lota*, ſi bis terve detur, vel reſolvit vel maturat apoſtema.

In *Declinatione* ſi contingat, & tumor reſolutione finiatur, quod maxime eſt exoptandum, *Fotus reſolvens* admoveri poterit E. g.

℞. *Rad. Ireos Flor. ℥ij. fol. menth. majorum. pulegii & abſinth. pont. ãã. m j. ſem fœnugr. & aniſi ãã. ʒij gran. Kermes ʒj. flor. ſtoech. anth. chamom. ãã. P. j. f. Decoctio, addendo ſub finem parum vini albi.* Fiat Fotus ventriculi, Poſt inungatur eadem pars *oleo abſynth. nuc. moſch. nardino*, &c. ex quibus addita *cera, & pulv. ireos Flor.* aut *cinnam.* poteſt fieri ungu.

Emplaſtra vero & Catapl. quia gravant partem hic non conveniunt. *Riverius.*

In moderata inflammatione *Ceratum à Galeno* deſcriptum *ſ. m. m. c. ſ. ex cera, ungu. nardino, aloe* & maſtiche præſcribit *Altimarus*, at notandum nonniſi in ultima morbi declinatione locum habere, cum tantum in hoc recipiantur calida & roborantia; quæ urgente inflammatione non conveniunt. *Petrus Salius Notis ad cap. 68. Pr. Altimari.*

Cum reſolvendum erit, ſolus exhibeatur *ſyr. de abſynth.* Fontanus.

21. *Si ſuppuratio prohiberi*) Si Tumor ad ſuppurationem tendere videatur foveatur pars *decocto flor, chamom. & roſ. rubr.* Poſt ſequens Cataplaſma admoveatur.

℞. *Rad. alth. ℥ij. fol. branch. urſin. roſar. ãã. m. j. coquantur optime & contundantur; adde far. hordei, ſem. lini, fœnugr. & pulv. chamom. ãã. ℥ß. ſantal. albi & rubri ãã. ʒij. cum oleo roſar. & chamamel. paucaque pinguedine gallinæ f. Cataplaſm.* ſæpe renovandum. *Riverius.*

Si diſcuti nequeat inflammatio, adeoque in abſceſſum degenerare incipiat, convenit *Terebinthina* cum *aqua abſynthii lota*, ſi bis terve detur, reſolvit enim vel maturat abſceſſum, ſicuti & omnia ex *ſcabioſa* parata & maturant & etiam ſanant interne quoſcunque ventriculi abſceſſus, præſertim ſi *ſpiritus tartari rectificatus* fuerit additus.

℞ *Aqua ſcab. ℥ij. ſyr. de ſucco ſcabioſ. ℥iß. ſpiritus tartari rectific. vel carminat. de tribus* ℈j. *miſce. Etmuller.* Si in Abſceſſum vergat inflammatio, ut is maturetur, quædam remedia in Angina ſuppurata per os exhibita, hic quoque proderunt: Ubi & extrinſecus adhibita, illic explicata, niſi quod hic partis nobilioris ratione, quæ eam reſpiciunt quoque adjicienda erunt: Empl. *diachylon irriatum oleo de mentha* malaxatum idem quod Cataplaſma præſtat. *Platerus.*

22. *Calorem moderate calidis*) Pus moventia ſunt quæ fovent calidum innatum, quod pus optimum generatur, & præſertim ſi foveatur; quare probantur calida humida, vaporoſa, viſcida, non mordacia, ſeu acria, quæ vim habent liquandi, attrahendi, & non adhærent parti, Oportet autem ut medicamentum pus movens parti adhæreat, ideo probatur *Galeno* farina triticea pura, ſi quidem eſt calida & humida, emplaſtica, mordacitatis expers, Probatur item medicamentum *è caricis pinguioribus, dactylis pinguibus, amygd. dulc. althæa, malva, oleo commun. adipe ſuillo*, vel *gallinaceo*: quibus medicamentis quandoque addenda ſunt frigida, quandoque calida; *frigida* quidem, ratione calidioris ſanguinis, vel calidioris ventriculi, item ſi à calore extraneo turbetur calor naturalis: *Calida* vero ratione frigiditatis vel ſanguinis vel ventriculi: Quoad *frigida*, erunt veluti *decoctum cydonior. violar.* cum exiguo *lacte* vel *aſinino*, vel *caprino*. *Calida* ſunt, veluti medicamentum confectum è *granis pini* cum exiguo *croco*, licet etiam uti *rad. petroſel.* ſed *viridibus*, quia loquimur, non de reſolventibus, ſed de pus moventibus; Præterea probatur medicamentum confectum *è Supa, Semina lini, rad. cucum. agr. far. orobi, ol. aneth. lil. alb. diachylum cum gummis.* Capivaccius.

23. *Abſceſſum*) Si inflammatio non interimat, neque reſolutione curetur, in eum abire ſolet; qui cognoſcitur febris & doloris remiſſione, tumore perſeverante. *Riverius.*

23. *Abſceſſum ſucco ſcabioſæ*) Cum medicamentis quoque pus vacuari poſſit, non improbantur propoſita reſolventia; Sed oportet etiam quandoque confugere ad medicamenta vacuantia ſenſibiliter, quæ habent vim attenuandi, laxandi, & ſolvendi continuitatem partium abſceſſus, ut hinc pus facile egrediatur, veluti eſt medicamentum ex *decocto caricarum, paſſular. liquir. malvæ*, addita *mulſa* cum *pipere & radice ireos*; Et urgente neceſſitate aſcendendum ad *ſinapi* cum *ſale*, quo aſſumpto medicamento agitandus eſt ventriculus vomitu, tuſſi, ſternutamento, ut fiat diſruptio: Et ſi contingat ut poſt ruptionem pus non evacuetur, eſtote diligentes, & exhibeatis *mel roſat. ſolut.* & deinde fiat agglutinatio, Notandum ut exhibeantur medicamenta in ſumma doſi, quoniam vehemens eſt puris activitas, danda actu calida non rigida, Præterea quamprimum exhibeatis, nam periculum eſt in mora, & expedit tum exhibere, tum quandoque applicare. *Capivaccius.*

24. *Succo ſcabioſæ*) Cujus uſus præcipuus in apoſtematibus (unde & nomen habet) pleureſi, angina &c. *Schroderus.*

In abſceſſibus partium internarum & tumoribus ſuppuratis reliquis omnibus præfertur ſimplicibus. *Etmuller.*

Mire juvat *aqua & ſuccus ſcabioſæ*, V. g.

℞. *Aqua ſcabioſæ ℥iij. ſyr. ſcabioſæ ℥iß. ſpir. tartari* ℈j. *MS.* valet in rumpendis ventriculi apoſtematibus. *Michaelis. Pr. Clin. p 129.*

25. *Rumpi poſſe*) Non poſſum ſatis mirari Barbaros Medicos, qui tutiorem exiſtimant abſceſſus ruptionem ad exteriora quam ad interiora, cum tamen ipſa doceat Anatome, ac propria comprobarim experientia, diſruptum abſceſſum in exteriore ventriculi tunica ſaniem effundere in illam capacitatem ventris quæ eſt inter peritonæum & inteſtina, ubi aqua hydropicorum colligitur; Locus ſane ex quo ſanies educi nequit, & in quo ulcus inſanabile remanet, Hoc vidi in meo Socero, 7. die habuit abſceſſum, hinc factus paralyticus & mox obiit: Quod ſi diſrumpatur abſceſſus in membrana interiore, minus eſt malum, quia ſanies per alvum & vomitum educitur, ulcuſque ab aſſumptis medicamentis ſanatur. *Saxonia.*

25. *Rumpi poſſe*) Si aperto abſceſſu jam genitum ſit ulcus, uſurpetur *decoctum hordei* vel *hyſſopi cum melle*, item *ſerum lactis*, aut *lac chalybeat.* mundificant & conſolidant; *Decoctum rad. Chinæ* cum *herba ſcab. præpar.* confert; Item C. C. *uſtum, terra ſigillata, bolus armen. &c. ol. ſeu Balſam. maſtiches* cum *ol. hyper.* expertum fuit in cultrivoro Pruſſiaco, de quo *Beckerus pagina 182.* ubi plura huc facientia reperiuntur. *Etmuller.*

Diæta.

Accuratior victus eſſe debet in ventriculo inflamma-

to ac Jecore, quam in Pulmonis Inflammatione: ac tenuiſſimo victu utendum, quod pars ſit Officialis & naturalis: etſi enim penu eſt & promptuarium omnis alimenti, & quoniſi agente & alimentum cæteris partibus ſubminiſtrante, animal brevi concidat, atque ea ratione plenius alendum ſit, ne aliæ partes, quæ mutuas ad opus curationis tradunt operas, fatiſcant, ac labantur, Sed cum morbi omnium ſint acutiſſimi, proptereaque extremos labores habeant, ideò tenuiſſime hic alendum, vigor enim in propinquo eſt, & hic plus occupatos nos eſſe oportet in oppugnatione morbi, qui plurimi eſt momenti, quam naturæ corroboratione, tametſi magna virium jactura ſequatur: præterea ex eventu tenuiſſimæ diætæ occaſio ſeſe profert; cum enim partes illæ extremè laborent, dubium non eſt quin in eis alimentum corrumpatur, corruptio autem illa ægris damnum eſt magis auctura, quam ſi in totum alimento abſtineatur. *Ballonius conſ. 22. l. 1.*

[27]. *Alia eſt totius*) Inflammatur rariſſime ventriculus integer, id quod eſt malum adeo furioſum ut penitus ſit deſperatum, aut ſaltim unum alterumve ejus orificium, ubi junctam febrem ardentem habet acutam; adeſt ſimul aliqualis tumor circa ventriculi regionem ſub coſtis nothis admodum dolens, cum æſtu ejuſdem loci, ſiti inexplebili, corporis [illegible] & vigiliis; nonnunquam ſuccedunt deliria, [illegible]nunquam convulſiones, nauſeant ægri & aſſumpta ſere evomunt. *Ettmuller.*

[28]. *Vel externa*) Percipitur etiam tumor eminens tactu & viſu, præſertim cum grandior fuerit. *Fontanus c. 8. lib. 4.*

[29]. *Vel interna*) Tumor deliteſcit, licet renitentia ſemper adſit. *Fontanus.*

[30]. *Superioris, in qua pars*) Dum orificium ſuperius inflammatione laborat, tumor ſuperiores partes ventriculi occupat ad Xiphoidem; adſunt delirium, nonnunquam convulſio, inappetentia, cibi faſtidium, ſingultus, inquietudo, & ſæpiſſime lipothymia, ob conſenſum cum corde, quæ omnia ſunt communia cum morſu illius partis facto ab acri aliquo humore: verum quando illis conjungitur tumor, à morſu fit diſtinctio. *Jac. Fontanus.* Citiſſimum adeſſe delirium ait *Galenus 1. Progn. comm 32.*

II. [31]. *Oedema*, & [32]. *Scirrhus*, de quibus nihil ſingulare occurrit.

[31]. *Oedema*) Notandum pituitam, Oedematis cauſam, peculiare quid (circa reſolventium uſum) poſtulare, Nam expedit cum medicamentis calidis & ſiccis, tenuiſque ſubſtantiæ miſcere adſtringentia, ut volt *Gal. 2. ad Glauc. c. 3.* ſtatuens in œdemate curationis intentionem eſſe miſtam, cum expediat aliquid ſubſtantiæ diſſolvere, & aliquid congregare, & reſtringere; nec præter rationem, ſi quidem *7 m m. c. 6.* auſtera medicamenta humiditatem abſumunt, dum partim ebibunt, partim in ſinum ventris per exiguos meatus humiditatem exprimunt; Et propterea hæc ſunt medicamenta quę evacuant, ſeu conſumunt, ſed exſiccando, non autem quod evocent materiam ad circumferentiam.

Componantur hæc medicamenta ex *ſale, aceto, cinere*, ideoq; probatur *lixivium cum alumine. Capivaccius l. 3. cap 9. Prax.* De *Oedemate & ſcirrho* vide quædam Cap. ſuperiori de Tumor. Ventriculi in genere.

[32]. *Scirrhus*) Si à tumore p. n. duro, veluti à callo poſt ventriculi læſionem relicto, vel *ſcirrho* illic exorto gravedo in ventriculo fiat, etſi difficillime hæc auferri queant, & proin ſemper ponderis aliquem ſenſum, ſi præſertim etiam cibi accedat copia, ſentiant, uti & imbecillitatem, & proin ea cura tantū quæ & imbecillitati confert ſuſtententur, Tamen cum horum tumorum ſuſpicio eſt, tentandum mox emollientibus remediis eos emollire, & ſi fieri poteſt abſumere. Quod *maſtiche* emollita, *gummi ammon. & tereb.* in pilul. formatis, ſæpeque deglutitis commode tentabitur, vel his Pilulis.

℞. *G. ammon. in ſucco ireos emoll. maſtich ãã. ℥j. ſtyrac. myrrhæ, ladan. ãã. ℥ß cum ſucco ireos f. maſſula, capiat ſæpius.*

Olei myrrhæ vel *maſtiches* guttula una vel altera cum *ſacch.* aliove modo ſumpta proderit, *Foris* vero ea quæ in hepatis & lienis duritie admota conveniunt, hic quoque competunt. Vel

℞ *Malvæ, abſynth. ãã. m. j. flor. chamom. p. j. ſchœn. ℥ij. ficuum n. xij. coqu. in vino, contund. adde g. ammon. bdell. diſſolut. in vino decoctionis prædicta, myrrhæ ãã. ℥ij.* mellis q. ſ. f. *Cataplaſma. Platerus.*

III. [33]. *Inflatio* quando ventriculi magnitudo [34]. à flatu in ejus capacitate concluſo augetur.

[35]. *Cognoſcitur* ex [36]. tenſione, ventriculi regionem ſupra umbilicum infeſtante, tumore, & reſiſtentia tactui ibidem obvia, ructibus, quibus malum levatur.

[37]. *Oritur* à materia flatus ſuppeditante, de qua in Differentiis.

Curatur [38]. *difficulter*, *ſi* convaleſcenti accidat, quia recidivam ſignificat: *ſi* ſit in febribus acutis, quia calorem naturalem à præternaturali abſumi indicat: *ſi* diu duret, quia in hydropem ſiccum terminatur.

[39]. *Quomodo peragatur*, vide in Differentiis.

Dividitur pro ratione cauſarum.

I. Alia eſt ab [40]. *Alimentis flatulentis*, [41]. quæ ex ægri relatione cognoſcitur. [42]. Diæta bona & [43]. diſcutientibus, *balſamo* nempe *fœniculi, oleo carvi* intra & [44]. extra adhibitis, balneo aquæ calidæ, cui [45]. *radices Ebuli* incoctæ, ſacculis, *pane à furno calente oleo rutaceo perfuſo*, curatur.

II. Alia à *Materia pituitoſa* flatus excitante, quæ ex ſignis intemperiei pituitoſæ cognoſcitur.

[46]. Evacuatione materiæ præparatæ, & Diſcuſſione flatuum tollitur. [48]. Proſunt *rotula ex oleo & aqua cinnamomi. Elixir amygd. amarar. ex barum unc. VIII. Spiritus vini rectific. & l. 1. cinnamomi contuſi dr. ſ.* fermentat. & diſtillat. paratum. [49]. Diſcutiunt etiam [5] cucurbitula magna, cum multa flamma abſque inciſione applicata ac ſæpius repetita. [51]. *Talorum ſuillorum* adultorum & cum aqua rutæ præparatorum drach. una in hauſtu vini exhibita, *diaphoreticum in peracutis* in vino abſynthite. *Oleum fœniculi* vel *carvi, ammi, balſamum de Tolu.*

33. *Inflatio*) Accidit quandoque Ventriculo affectus quidam, qui a Græcis, præſertim à *Paulo cap. 38. libr. 3.* & à *Galeno 3 de cauſ. ſymptom.* πνευματώσεως γαστρός, dicitur, Et ipſi *Galeno* [illegible] *m. m.* ἐμφύσημα quoque; à Latinis *Inflatio Ven*[illegible] Affectus nihil aliud eſt quam Ejuſdem *ventriculi* [illegible] *& dolor ex flatuoſo ſpiritu.* A *Galeno 14. m. m.* inter morbos reponitur in quantitate ſeu magnitudine. *Foreſtus libr. 18. in Obſervat. 39. in ſch.*

Primum vitium alimentorum Retentionis læſæ in Ventriculo eſt quando copioſis flatibus diſtenditur, & exinde turbatur ingeſtorum receptio, retentio, coctio: Affectus à Flatibus diſtendentibus dicitur *Inflatio ſtomachi*, qui, ſi flatus erumpunt cum ſonitu, dicitur *Ructus*, ſin coproſe, *cholera*; qua ratione parum hi affectus differunt; Flatus hi ſi in ſtomacho retineantur, ſatis ſunt moleſti, adeo interdum ut peſſima inducant ſymptomata. *Etmuller. Pr. Part. 1. pagina 47.*

34. *A flatu in ejus capacitate*) Tunicam ventriculi nerveam frequenter diſtendi inflari, intumeſcere, inque majorem capacitatem ampliari ſatis manifeſto liquet; quod ita fieri contingit, non ſolum à flatibus intra ſtomachi cavitatem genitis, ſed longe ſæpius à ſpiritibus fibrarum ipſarum incolis, qui ſi valde irritati, inque impetum exploſivum adacti, iſtas ſimul omnes dum tumultuoſe & ἀθρόως incurrunt, ſumma inflant & diſtendunt, proindeque totam membranam, quaſi veſicam inflatam intumefaciunt: Nam ſi fibræ illius nerveæ omnes eſſent cavæ & tubulatæ, iiſque ventus ſubito inſufflaretur, neceſſe foret vas quod contexunt, illico diſtendi & dilatari; Pariter habet quando ſpiritus, velut œſtro perciti, in eas impetuoſius irruunt; Propter hujuſmodi cauſam conjunctam & afficiendi rationem, ventriculus in paroxyſmus hyſtericis & colicis, & non raro in affectione hypochondriacæ intumeſcere ſolet. *Willis De ſimpl. Med. oper. ſect. 1. cap. 2.*

35. *A Flatu in ejus capacitate*) Flatus ventriculum implens Diſtendentem illius dolorem parit, quem *Inflationem Ventriculi*, ob Flatum vocant, Qui vel in Ventriculo ex cibo potuve crudis, aqueis, flatulentis, humoreve tali, vel à ventriculi cruditate, aut diminuta concoquendi vi naſcitur, in eoque colligitur, ventriculumque diſtendit; Et ſi copia ſimul adſit excrementitii humoris, unde originem trahit, ſimul gravat; Ab inteſtinis ſi eo cum irrumpat, quod tamen rarius fieri, ex eo cum ructus, qui tunc eduntur, non excrementoſum, ſed acidum, aut nidoroſum odorem ſpirent, colligitur, idem quoque accidere poteſt.

Aër per gulam eo delatus ac deglutitus, quod nonnunquam avide bibendo, aëremque ſimul hauriendo fit, ſi copioſus eſſet, illicque ſubſiſteret, idem faceret, ſed quia mox iterum cibo, ab œſophago in ventriculum delapſo, per eandem viam liberam denuo per ructum, erumpit, illud rarius accidit; Si tamen cibo hinc inde confuſus ſubſiſtat, ut in farciminibus cum carne, dum illa intruditur, commiſceri videmus, tunc hiſce concurrentibus cumus gravatur ventriculus & diſtenditur. *Platerus.*

35. *Cognoſcitur*) Differt ab Oedemate, quoniam hoc prementibus cedit, digitique alte in ipſum deſcendunt, Inflatio vero digitis preſſa veſtigium non retinet, ac ſonitum veluti tympanum reddit, ex eodem *Galeno* gravitas quandoque & diſtenſio non ſolum circa ventrem ipſum, ſed juxta totum pectus, aliquando vero retro juxta collum, ac dorſum, ac ad ipſa vertibula irruit, ſæpe autem utrinque occupatos tenet; Aliquando & tumorem circa os ventriculi efficit ructuſque inanes fiunt, modice allevantes, & inhibitio flatuum, qui per alvum excerni conſueverunt: Quibuſdam eorum dolores accidunt, ac appetitus perditiones, ac capitis dolor, ut patet ex *Aetio c. 27. l. 9.*

Si vero ante perfectam reſtitutionem cibum accipiant, amplius membra ipſa inflantur, & cum dolore diſtenduntur, levantur autem alimento inferne ſubeunte & flatibus ſive per ructus ſive per inteſtina excluſis, *ut idem Aetius inquit*; Ubi vero flatuoſus ſpiritus per inteſtina movetur, multiformes edit ſonitus, quorum non omnes nomina ſunt ſortiti, verum prudenti ex diverſis ſonitus differentiis quale quantumque excrementum ſit, ac quo maxime loco volvatur, patere poteſt, ait *Galenus 3. de c. ſympt.* Foreſtus.

35. *Cognoſcitur*) Si in Inflatione Stomachi erumpunt Ructus, ſponte ſua ſe prodit malum, Verum quando orificium ſtomachi ſiniſtrum eſt occluſum, adſunt anguſtiæ in præcordiis, deinde præcordia ſunt diſtenta, ſi tangatur locus præcordiorum reiſus quidam ibi percipitur, ægri conqueruntur de difficili reſpiratione, cum diſtento ſtomacho impediatur diaphragmatis motus, præterum quando incumbunt ſupinati, quod in hypochondriacis frequens: Subinde quoque percipiunt flatulentias quaſdam in ſtomacho, quando ſe jactitant ex uno latere in alterum, ſeu, ut deſcribitur à *Foreſto lib. 18. Obſ. 39. in ſch.* gravitas & diſtenſio quandoque non ſolum circa ventrem ipſum, ſed extra totum pectus, aliquando vero retro, & juxta collum & dorſum ac ipſas vertebras irruit, ſæpe autem utrinque occupat, aliquando vero tumorem circa os ventriculi efficit; Ructus inanes fiunt, modice allevantes, & inhibitio flatuum, qui per alvum excerni conſueverunt. Si vero ante perfectam reſtitutionem cibum accipiant, amplius membra ipſa inflantur, & cum dolore diſtenduntur. *Etmuller.*

36. *Tenſione ventriculi regionem*) Hortulano ventriculus ex ventoſitate prominebat, ita ut fere abſceſſum metuerem: huic cum medicamenta flatus diſcutientia propinaſſem, adjectis quibuſdam amaris & detergentibus, idem poſt vomitum & ſeceſſum poſt multos ructus, vermes plurimos rejecit, ventriculo mox ſubſidente, egregie convaluit. *Foreſtus l. 18. obſ. 40.*

37. *Oritur a materia* Vide Caput xi. *de Dolore ventriculi* & de Ructibus.

37. *Oritur a materia*) Flatus fiunt in ſtomacho per *vitioſam fermentationem* factam ab *acido*, ex & in materia viſcida craſſa & pituitoſa. Hinc eſt quod Veteres dixerunt oriri flatus à melancholia, unde & hypochondriaci abundant flatibus, propter acidum fermentans materiam pituitoſam, Dico fieri in inteſtinis & ventriculo per fermentationem ex aſſumptis, Quod enim non in ſunt aſſumptis, patet ex eo quod duo homines iiſdem alimentis utentes, eorum unus generat flatus, alter non. Ratio eſt diverſitas fermentorum in ventriculo, unde hypochondriaci & hyſtericæ fere ex omnibus alimentis eliciunt flatus, quod alia ſubjecta non faciunt. Verum quidem eſt eſſe multos cibos præ reliquis aptiores ut ex illis generentur flatus, uti ſunt *raphanus, allium, cepa*, quoniam tales ſale acri volatili abundantes incidunt, attenuant mucilaginem ſtomachi, & poſtmodum cum acido concurrentes generant flatus, Niſi ergo occaſione talium ingeſtorum nati ſunt flatus, de ſubjecto materiæ viſcidæ, ſeu pituitoſis humoribus confirmetur ſuſpicio. Quod vero adſit in talibus talis mucilago acida, viſcida, experientia teſtatur, quia vomitu excernuntur copioſa, craſſa ac tenacia, plus minus acida. *Etmuller.*

37. *Oritur*) Ubi flatus ibi humores quaſi rebelles Archeo, & ubi hi, ibi rarefactio vitioſa, Deſtructa ergo, vel correcta materia, nido & foco, deſtruuntur primario flatus; unde porro inferimus, ubi flatus, ibi αἰσθησιοποίησις ſive elaboratio chyli non legitime peragitur, ibi vero

Piperis grana aliquot integra vel contuſa, ventriculo jejuno ſumpta.

Nuces juglandes caryoph. & cinnam. transfixæ, & ſacch. conditæ; *cort. citri & arant.* condit,

Semina *aniſi*, *fœnic. coriand.* & fruſtula cinnam. ſaccharo incruſtata.

Citri cortex guſtui gratiſſimus, ſed quia ſæpe ab exſiccatione duritiem contrahit, ut dentibus cedere non poſſit, cogimur non raro eum in mortario marmoreo cum aqua roſar. contundere in formam Opiatæ.

Myrobal. cond. nux moſch. cond. eodem modo poſſunt contundi.

Eſſentia aniſi, cinnam. cortic. citr. aur. moſch. & caryoph. ventriculum efficaciter roborant: Uſus ut in affectibus cordis. *Riverius.*

23. *Extra*) Multi Practici topica remedia admovent non ſolum parti anteriori ſupra cartilaginem Xiphoidem, ſed etiam poſteriori ſupra xiij. vertebram, quia orificium ventriculi ſuperius ad poſteriora fertur. Attamen tanta eſt craſſities vertebrarum, & muſculorum eis ſubjectorum, ut vires medicamentorum eas partes penetrare nequeant & ad ventriculum deferri. *Riverius.*

24. *Extra inunctiones*) Exterius admoveantur Fomenta, Linimenta, Emplaſtra.

℞. *Rad. cyper. galangæ, ireos Flor. cortic. citr. ſicci* āā. unc. ij. *fol. menthæ, hyſſop. ſalv. roriſmar. major.* āā. m. j. *ſemin. aniſ. baccar. laur. nuc. moſch caryoph. cinnam.* āā ʒiij. *flor. ſtæch. ſchœn. roriſm.* āā. p. j. *Præparentur ſ. a. includantur duobus ſacculis interpunctis, macerandis in vino generoſo*, applicandis calide regioni ventriculi viciſſim.

℞. *Ol. de abſinth. de menth. nardin.* āā. unc. iß. *ol. nuc. moſc.* ʒij. *ligni aloes, macis, cinnam.* āā. ℈j. *ceræ parum. m. f. Linim. adde ſi vis præſtantius ol. caryoph.* gtt. vj. *moſchi & ambr. gr.* āā. *gr. vj*

Linimentum ex *oleo nuc. moſch. & Balſamo Peruv.* Vel ex *ol. abſinth. maſtich. & dicto Balſamo.*

℞. *Empl. de maſtich.* unc. j. *pulv. aromat. roſ.* ʒj. *ol. nuc. moſch. q. ſ.* miſce f. Empl. ſcuti forme.

℞. *Radic galangæ & calam. aromat.* āā. ʒiij. *maſtich caryophyllor.* āā. ʒij. *nuc. moſch.* nº. j. *cortic. citri ſicci* unc. ß. *ſem. aniſ.* ʒiß. Ex his contuſis fiat ſacculus interpunctus *cum ſindone rubra, & cotone moſch.* perpetuo geſtandus *ſupra regionem* ventriculi.

Ad idem valde laudantur *pelles vulturis* præparatæ, & ſupra ventriculi regionem geſtatæ. Earum defectu *pellis leporis*, aut pannus ſcarlatinus uſurpari poterit. *Riverius.* Commendatur & pellis *mergi.*

25. *Una hora ante prandium*) Admonet *Galenus* 7. m m. Emplaſtra ventriculum roborantia diutius non eſſe in parte detinenda, quia tandem calorem diſſolvunt.

26. *Diæta oppoſita*) *Pituita* viſcoſiori corrigendæ conducit i. *Aer* ſerenus, ac mediocriter ſaltem æſtuans; ſi talis deſit, talis arte parari debet concluſo in conclavi mundo ægro, excitatoque in ipſo igne luculento, diſperſis per pavimentum, aut ſuſpenſis ex tabulato, appenſiſve parietibus plantis aromaticis ſuaveolentibus, ægróque gratis. ij. *Alimenta* tum ſpirituoſa, tum acidis vel aromaticis condita, vinum generoſum, mediſve variis factum medicatum & aromaticum. *Condimenta* vero petenda ex aromatibus, *cinnamomo, n. moſch. macere, caryoph. pipere*, partibuſvè quibuſvis *plantar. aromat. radicibus, lignis, corticibus, fol. flor. fruct. ſeminibus &c.* iij. *Exercitia & motus corporis* diuturna & ſatis vehementia. iv. *Vigiliæ*, licet debilius illud præſtent; v. *Inter animi motus* plurimum præſtat *ira*, dummodo non ſit nimia aut nimis durans, propterquam bilis reddita acrior non parum ſolet incidere pituitam glutinoſam. *Sylvius Pr. Tract. 9. §. 194.*

Cap. IX.

De [1] Tumoribus Ventriculi.

I. TUmor *ventriculi eſt, quando idem in juſto majorem magnitudinem elevatur.* Continet ſub ſe tria.

1. *De Tumoribus ventriculi*) Explicatis vitiis pertinentibus ad ventriculum, ut eſt conſtitutus è partibus ſimilaribus, agendum de vitiis attinentibus ad ventriculum, ut eſt inſtrumentum & quid diſſimilare, Hæc vitia ſunt *Parvitas & Tumor.*

De Parvitate Ventriculi.

Parvitas ventriculi eſt vitium nativum, intelligimus autem vitium reſpectu ad reliqua membra, ad totum corpus, non enim intelligimus parvitatem ſimpliciter, ſed in reſpectu ad alia membra, ut ſi ventriculus ſit parvus, jecur autem magnum, totum corpus magnum.

Eſt igitur ventriculi parvitas, Magnitudo imminuta ventriculi, producta à fruſtratione generatricis. Forma eſt magnitudo imminuta, quæ ut eſt magis vel minus imminuta, & proinde ut magis vel minus proportione caret ad magnitudinem reliquorum organorum, ita magnitudo hæc imminuta locum ſibi vendicat modo ſymptomatis, modo morbi: ſymptomatis in qualitate mutata, i. e. in magnitudine diminuta, quæ cum parum deficiat à proportione reliquorum inſtrumentorum, non eſt cauſa læſæ actionis, non igitur morbus eſt ſed ſymptoma: Parvitas autem ventriculi habet rationem morbi cum multum recedit à magnitudine reliquorum inſtrumentorum, ita ut lædatur actio, & per conſequens ſit morbus.

2. *Galenus c. 71. Art. Med.* monet quandoque ventriculum eſſe adeo eminentem, i. e. ad exteriora vergentem, ut tangentes facile magnitudinem & parvitatem ventriculi agnoſcant, ut propterea parvus ventriculus ita conſtitutus non egeat ſignis. Si autem ventriculus ſitum obtineat profundiorem, cum *Avicenna* ventriculi parvitas indicatur è difficili tolerantia cibi copioſi, ut patientes repleantur ante ſaturitatem cibi.

Quoad Indicationes, attinent hæ ad præſervationem, ut ſcilicet homo præſervetur à malis quæ vi parvitatis ventriculi occurrere poſſint; At cum hæc mala prodeant à vitiis attinentibus ad opera, i. e. à vitioſis operibus parvi ventriculi, ſciendum hoc opus eſſe vel alimentale, vel excrementitium. Opus alimentale eſt chylus quantitate deficiens non ſufficit pro alendo corpore, unde atrophia imminet; Quare hujuſcemodi opus ita deficiens indicat remedium producens chylum copioſum ut ſufficiat pro corporis nutritione. Opus excrementitium eſt prima ſuperfluitas, quæ ut ornata, indicat remedium expellens, ſeu evacuans.

Licet

Licet nulla ſit ſpes ampliandi ventriculum, quia deſideratur tum agens, tum materia è qua, non tamen eſt impoſſibile ſcopos præſervatorios explere: Verum facilius eſt primas ſuperfluitates vacuare, minus facile procurare ut chylus generetur ita copioſus ut ſufficiat pro totius corporis nutritione, Difficultas autem varia occurrit pro ratione parvitatis ventriculi, & temperamenti, & totius corporis. nam difficultas magis magiſque augetur quo ventriculus erit minor, in reſpectu ad totum corpus, nam opus eſt copioſo alimento, quod ventriculus parvus non poteſt coquere; Difficultas augetur ſi annectatur intemperies, nam ventriculus dyſcratus adhuc ægrius concoquit; Et difficultas etiam intenditur ſi totum corpus fuerit calidum & ſiccum, h. e. abſumens copioſum alimentum; Et ſi etiam totum corpus fuerit rari habitus, non fit diſſolutio.

Quoad *medicamenta*, probantur Lenientia, & Roborantia; *Avicennas* probat vomitum bis in menſe, ſi homo facile vomat, ſit autem ex levioribus vomitoriis, ut *oxymel. ſimpl. in jure tepido.*

Quoad *Diætam*, *Avicenna* probantur cibi copioſi alimenti, & exigui excrementi; Sed hi cibi debent eſſe copia exigui, ob ventriculi parvitatem, ſed pluribus exhiberi debet vicibus in die; nam cauſa nutritionis opus eſt copioſo alimento, quod ventriculus nequit capere cum ſit parvus, ideo pluribus vicibus cibi euchymi & multum nutrientes ſunt offerendi. *Capivaccius Prax. l.3.c.3.*

Tumores Ventriculi.

2. *Tumor ventriculi eſt quando idem in juſto majorem)* Quoad nomen Tumoris, ſciendum cum *Galeno lib de Tum. p. n. l. 1.* Tumorem bifariam ſumi poſſe, primum ut attinet ad quantitatem non primam, Declaro, Per quantitatem primam intelligimus Tumorem prodeuntem à materia ſola peccante copia, ut hæc materia, v. g. eſt bona vel caro vel pinguedo; Per non primam quantitatem intelligere oportet vitium ſeu Tumorem qui ſpectat ad materiam peccantem, non modo ſecundum quantitatem, verum etiam ſecundum qualitatem. ut v. g. eſt tumor qui fit à bile copioſa, unde fit à bile & copioſa & calida ſiccâque, ac proinde à materia & copia & qualitate peccante.

In præſentia igitur per Tumorem intelligimus ſpectantem ad quantitatem non primam, ut inſtitutum ſit dicere de Ventriculo non carnoſiore, non obeſiore, ſed correpto inflammatione, eryſipelate, oedemate, ſcirrho, cancro, carbunculo, abſceſſu & inflatione, Verum cum Tumor, ſic acceptus cum *Galeno*, poſſit eſſe tum morbus tum ſymptoma, in præſentia per Tumorem intelligimus morboſum; Adhæc cum vi Tumoris morboſi lædatur actio ventriculi, & ut ventriculus eſt inſtrumentum, & ut obtinet partes ſimilares, nunc principaliter ſermo erit de Tumore ventriculi, ut eſt inſtrumentum, ſecundario vero ut ventriculus obtinet partes ſimilares, V. g. cum inflammatio ſit morbus in compoſitione & intemperie, principaliter reſpicimus ad inflammationem, ut eſt morbus in compoſitione.

Tumor igitur hunc in modum acceptus ſic generatur, Dum nimium Ventriculo occurrit materia peccans & copia & qualitate, ut ventriculus & augeatur & alteretur, atq; ad eam perducatur magnitudinem & intemperiem, ut ratione utriuſque lædatur actio. Quare, Ventriculi tumor eſt magnitudo aucta cum intemperie, lædens operationes. *Capivaccius ibi. cap. 4.*

Signa ſubjecti Tumorum

Si afficiatur totus ventriculus, ſenſus vel dolorificus, vel gravitans, cruciabit ſecundum omnes partes, ut quomodocunque decumbat æger noxam percipiat; At ſi Tumor fuerit in *parte* quidem *interna*, cognoſcitur è dolore ſi aſperior evadet dum cibus ingeritur, & dum cibus concoquitur, Ratio eſt, quia dum cibus aſſumitur, per fibras rectas attrahitur, ut eo tempore tunica interna agitetur, cum ergo dolor per quietem miteſcat, per motum exacerbetur, & cum laboret tunica interna ventriculi in deſcenſu cibi, ideo hoc tempore dolor intenditur; Et ſimiliter dum cibus concoquitur, cum cibus internam tunicam tangat, ſua copia, & quandoque etiam qualitate, eſt in cauſa ut tumor validius ſolvat continuum.

Si autem ventriculus afficiatur ſecundum *partem externam*, cognoſcitur ſi poſt cibi coctionem dolor augetur, & ratio eſt, quia tunc cibus ventriculum egreditur, unde deſcendit in inteſtina, in meſenterium, ut in his partibus aliquantiſper cibus concoctus detineatur, unde dum cibus egreditur ventriculum, cum expellatur per fibras tranſverſas, quæ ſunt inſertæ in tunica externa, dolor in hoc egreſſu augetur; Dum autem cibus in inteſtinis detinetur & in meſenterio, ſimiliter intenditur dolor, quia cibus ventriculum ſecundum tunicam externam comprimit, ſed præterea & vapor, ſi acris ſit, ſi poſt cibum concoctum petat ventriculum, eſt etiam in cauſa, ut dolor augeatur.

Si autem Tumor occupet ventriculum ſecundum *partem dextram* vel ſiniſtram, cognoſcitur facillime è ſede doloris,

Similiter ſi afficiatur ventriculus ſecundum *partem ſupernam* vel *infernam*, &, cæteris partibus, ſi tumor eſt in parte ſuperna, dolor eſt acerbior, quia pars ſuperior eſt exquiſitioris ſenſus.

Præterea cum affici poſſit ventriculus ſecundum *partem anteriorem* vel *poſteriorem*, Tumorem eſſe in *parte anteriore* deprehendi poteſt tactu, ut ſignis non ſit opus. Si tumor ſit in *parte poſteriori*, ſi malum in poſteriori parte pertineat potius ad externam tunicam, cognoſcitur, quia æger pejus habet dum ſupinus decumbit: ſi autem tumor in parte poſteriori ſpectet potius ad partes internas, cognoſcitur quia æger pejus habet dum pronus decumbit, quia moleſtior eſt ille decubitus per quem pars affecta magis comprimitur. *Capivaccius ibid.*

Prognoſis Tumorum Ventriculi in genere.

Tumor ventriculi eſt malum inſignis momenti, nam neceſſario adeſt vehementia & eſſentiæ & dignitatis. *Eſſentia*, nam dum tumor lædit operationes, ut non habeat rationem ſymptomatis, ſed morbi, dubio procul eſt magnus receſſus à naturali ſtatu; quæ præterea intenditur, quia plura p. n. annexa ſunt, intemperies; morbus in magnitudine aucta: *Dignitatis*, nam afficitur ventriculus qui adducere poteſt in conſenſum præcipua viſcera, præterea alimentum concoquit pro toto corpore, ut in tumore tum jecoris tum ventriculi opus ſit tenuiori cibo quam in aliis tumoribus: Unde *Galenus l. 10. m. m. c. 5.* loquens de ventriculi inflammatione, ait vitium eſſe mortiferum his patientibus qui imbecillas obtinent vires. Nam inflammatio prohibet alimentum, quo tamen eget virtus debilis.

Sed pro vi differentiarum periculum intenditur, ſic quo magnitudo eſt vel magis vel minus aucta, ſic intenditur & minuitur periculum; Summa eſt vehementia ſi totus afficitur ventriculus, remiſſior ſi ſecundum partem; Et quoad partem eſt remiſſior dignitatis vehementia ſi afficiatur ſecundum partem externam, Quoad internam, remiſſior eſt ſi afficiatur ſecundum internam, nam minus imminet vehementia facultatis.

Quoad differentias quæ ſumuntur ab Efficiente, cum ſit flatus, ſanguis, bilis, pituita, melancholia &

pus, Notandum *flatum* magis recedere à ſtatu naturali quam recedat ſanguis, minus tamen periculoſum eſſe tumorem flatulentum, quam ſit tumor inflammatorius, quia ſanguinis vitium vehementius eſt vitio flatus, etſi intenſior ſit vehementia eſſentiæ in flatu.

Quoad minoram, malum eſt mitius ſi fiat à ſanguine quam ſi fiat ab ichore ſanguinis, vel à bile ſive flava, ſive atra, ut ſi ſervetur parita, minoris diſcriminis ſit inflammatio quam eryſipelas, cancer, carbunculus, nam horum tumorum materiæ magis recedant quam ſanguis.

Si autem materia ſit pituitoſa vel melancholica, magis quidem recedunt à natura quam ſanguis, interim tamen inflammatio eſt magis periculoſa oedemate & ſcirrho, nam ſanguis eſt majoris activitatis, ut immineat vehementia facultatis, hinc majus eſt diſcrimen dum adeſt major activitas, hinc ſit oedema & ſcirrhum, cum pendeant à ſpecie magis recedente à naturali ſtatu, ſed exiguæ activitatis, eſſe minus periculoſos quamvis longiori tempore poſſunt expugnari. Si invicem conferantur pituita & melancholia, ſtatuendam eſt hanc magis recedere à natura, nec minoris eſſe activitatis, ac proinde ſcirrhum magis periculoſum oedemate.

Tandem ſi materia ſit *purulenta*, ſi quidem pus etiam optimum eſt à toto genere p. n. & quia ſequitur inflammationem, vi cujus facultas reddita eſt debilis, ideo vehementiam facultatis minatur, eoque magis quod materia purulenta producat ulcus; Augetur etiam periculum dum magna eſt inflammatio, quia hinc imminet gangræna, ſphacelus, mors.

Si prognoſticum capiatur à *materia ut peccat ſecundum qualitatem*, vitium magis eſt periculoſum ſecundum caliditatem quam ſecundum frigiditatem. Ratio eſt, nam ubi urget caliditas eſt contrarietas inter indicationes, quæ contrarietas non adeſt dum materia peccat frigiditate. Nam dum materia caliditate peccat, reſolventia materiam, ut calida caliditatem intendunt; in tumore autem frigido reſolventia, quatenus calida, frigiditatem remittunt; Et ſi invicem conferantur tumores calidi, quo materia calidior eo malum magis periculoſum, hinc eryſipelas pejus inflammatione. Idem ſtatuendum de materia frigida. Quoad materiam, ut eſt *craſſa vel tenuis*, craſſa eſt periculoſior, unde ſcirrhus eſt periculoſior quam oedema; hinc carbunculus, cum producatur à materia & vehementer calida & craſſa, ob id citius interficit quam cancer.

Quoad vitium ſecundum *quietem*. ſicuti materia magis quieſcit, ita vitium eſt magis periculoſum, unde *flatus* facilius ſuperatur. difficilius *tumor oedematoſus*. adhuc difficilius ſcirrhoſus. quia in ſcirrho materia pertinaciſſime quieſcit.

Quoad tempus eventus, Tumoris frigidi tardius eſt, quia materia tarde movetur, ut in oedemate, ſcirrho, ad differentiam inflammationis & eryſipelatis &c. *Capivaccius ibid. Vide plura ibid.*

Curatio.

Quoad materiam Chirurgicam, hæc dirigi poteſt vel ad *ſanguinem*, vel *ad alias materias*. Si ad *ſanguinem* patet probari v. s. hirudines, cucurbitulas; Excipitur Tumor *calidus purulentus*, nam cum hic (abſceſſus) ſequatur inflammationem, & rationi conſonum ſit venam fuiſſe ſectam, cauſa inflammationis, & vires eſſe debiles, non præter rationem eſt deſiſtendum à vacuantibus ſanguinem in abſceſſu.

Quoad *Tumores frigidos, oedema, ſcirrhum*, in his cum generetur chylus pituitoſus, vi cujus ſit ſanguinem potius deficere, ideo ſanguis non eſt vacuandus.

Quoad Chirurgiam ut reſpicit alias materias à ſanguine, materiæ hæ morbificæ vel *fluunt*, vel *ſunt fluxa*, Si *fluant*, probantur Fonticuli, potiſſimum in tumoribus frigidis, Si ſint *fluxa*, materia Chirurgica probatur in *Abſceſſu* & in *Tumore flatulento*, Quoad *Abſceſſum* nonnunquam ad ferrum confugiendum, non tamen in omni, unde *Galenus 13. m. m. c. 5.* Si pus notabile in ſuppurante particula ſit contentum, non expedit pronus incidere, ſed digerentibus eſt procedendum; Alias in puris copia oportet ſecare, quia digeſtioni non cedit.

Ratione *flatulenti tumoris* ſi dolor urgeat, (*c. 6. l. 2. ad Glauc.*) magna cucurbitula cum copioſa flamma applicanda ubi eſt Flatus.

Quoad *Pharmaciam*, miſſis communibus medicamentis, hic reſpiciendum ad medicamenta quæ diriguntur ad *materiam tumoris*, In genere ratione cujuſque materiæ debent eſſe medicamenta Evacuantia, Cauſa Abſceſſus, etiam pus moventia; Præterea ſi perpendamus medicamenta cauſa materiæ, ſunt vacuantia inſenſibiliter, dum eam vel intro pellunt, vel foras evacuant, vel ſiccando abſumunt. *Reprimentia* dimittenda ſunt in *Tumore Flatulento, in oedemate, in ſcirrho, in Abſceſſu*, nam horum Tumorum materiæ reprimentibus non cedunt, ſed vi eorum magis contumaces evadunt, Probantur autem in *Inflammatione, Eryſipelate, Cancro, Carbunculo*, Verum in tumore calidiore reprimentia ſint magis efficacia: Ergo in materia Tumoris non admodum calida, probatur medicamentum è *mentha, maſtiche, abſynthio, miva cydoniorum ſimpl.* Si calidior ſit materia fiat è *roſis*, *ſantalis*, *caphura*, *cydoniis*, *myrtho*, *granatis*, *& ſucco immaturo*, vel *limonis*, vel *citri*, *omphacio*, Inter aſſumenda hoc præſcribi poteſt.

℞. *Pulv. menthæ, maſtiches, abſynth. pont.* ãã. gr. xv. *cum miva cydon. ſimpl. f. Pilula. n°. v. pro doſi.* Extra,

℞. *Ol. roſat. compl. maſtich de abſynth.* ana. ℥ß. *pulv. maſtic. nuc. cupreſſi, ſpic. diarrh. abb.* ãã. gr. vij. *cera lota in vino tenui* ʒij. *f. Linim.* Nota, lavari hic ceram in *vino tenui*, ut ſit vehiculum reprimentium.

Quoad *reprimentia frigidiora.*

℞. *Pulv. roſar. rubr. corallor. r ſantal. rub.* ana. ℈ß. *caphur.* gr. v. cum *omphac.* vel *vino granat.* vel *ſucco cydon. f. Pilul.* n. v. Si medicamentum eſt applicandum.

℞. *Carnis cydon. ſub cineribus coctæ, carnis pyror. immat. cocta* ana. ℥ß. *ſucci paſſul. immat.* ℥iij. *granat. integr. & contuſi* ʒij. *pulv. roſar. rubr. ſantal. cortic. cucurb. portul.* ana. gr. vij. *olei cydon. myrtin.* ana ʒvj. *ol. maſtich.* unc. ß. *far. hord.* unc. j. *f. Empl.*

Quoad *modum*, *in Tumore calidiori* reprimens actu frigida, ſed moderata exhibeantur, & moderate calida admoveantur, In Tumore autem minus calido, actu calida ſunt uſurpanda reprimentia, Ratio eſt, quia tumoris materia calidior valentius fluit & movetur, ideoque ægrius cedit reprimentibus; unde quæ actu frigida ſunt, cum efficacius reprimant, in calidiori materia potiſſimum probantur; Verum actu frigida vehementer prohibet calor ventriculi, qui ſimilia poſtulat, multo magis actu frigida prohibentur à partis externæ calore; nam hic eſt imbecillior calor ventriculi: accedit medicamenta quæ applicantur frigida actu, vim ſuam reprimentem non poſſe communicare materiæ lædenti ventriculum quemadmodum efficere poſſunt quæ exhibentur intro, Et ob id Reprimentia actu frigida poſſunt exhiberi, non autem applicari.

Quoad *quando agendum*, adminiſtranda ſunt dum materia morbifica reprimenda præſens vincit alia indicantia; quare toto evacuato, & dum materia fluit, vel jam jam eſt fluxa necdum impacta, Nempe in principio & augmento, & valentiora in principio, non probantur in ſtatu neque in declinatione, nam impacta

materia

materia [illegible] nibus non cedit: Si quæ tunc reprimentia ad[illegible]untur, id fit gratia caloris naturalis ne diſſo vatur, & ad corrigenda reſolventia.

Quoad *Reſolventia, e c. 4. l. 2. ad Glaucon.* ſunt duplicia, *debilia*, quæ vocantur *Emollientia, & validiora*, nomi[illegible] e g[illegible]neris ſic dicta 1. Priora illi dicuntur, quæ calorem habent [illegible]p[illegible]um, non vehementem, & humiditatem nec multam, nec omnino minimam; etenim ubi min[illegible]ma eſt humiditas, medicamenta plus quam o[illegible]rtet ſiccant, ubi autem copioſior eſt, medicamenta n[illegible] omnino reſolvu[illegible], Emollientia igitur habent vim reſolvendi, Et *Galenus 5. ſimp. 2.* ait illa eſſe cal. & & hum. ea ratione ut ſint c[illegible]lidiora pus moventibus, & ob id iute[illegible] ſorem accendant caliditatem quam ſit in corpore pati[illegible], ut reſolvant, hincque reſolutio fiat vi cal[illegible]tis [illegible]ui humiditas noo ſuffragatur, quia hæc admodum eſt exigua, ſed nec humiditas refragatur, quia admodum copioſa non eſt. De his *Galenus 2. ad Glauc. c. 4.* ait præter id quod ſenſim per halitum digerunt, materiam concretam ſeu congelatam fundere, ut materia quid ſimile patiatur illis quæ ſub Sole funduntur. Ideo cum Emollientia nonnihil ſint calidiora paſſo, præterea aliquantiſper humida, fit ut hæc prorſus adverſentur duritiei; Nam cum durities fiat à concretione, à repletione, & à ſiccitate, & hæc omnia concurrant in ſcirrho, Emollientia per calorem occurrunt concretioni; Per calorem intenſiorem caliditate corporis, occurrunt repletioni; ut inſenſibiliter minuunt, quatenus humiditatem connectunt, occurrunt ſiccitati, propterea materia morbifica ſiccior, ſicuti ope humiditatis attemperatur, ita à caliditate promptius funditur & digeritur.

Emollientium materiam, proponit *Galen 2. ad Glauc. c. 4. medullas, adipes,* & 5. ſimpl. c. 7. *bdellium, ſtyrac. galbanum, ammoniac.* valent etiam *malva, alth. paſſula dulc. fœnugr. melilot.* Inter compoſit. *Empl. de melilot. diachyl. ſ. cum gummis.* Pro uſu interno.

℞. *Ammon.* ℥ß. *cum mucilag. alth. f. Pil. iij.* quibus devoratis detur ℥j. *paſſul.* cum *decocto rad. alth.* ad unc. j. Sumptis Pilulis pro emollitione illico ſumatur ſequens

℞. *Caricas n°. iiij. paſſul. dulc.* ℥j. *rad. alth.* ℥ij. *aqu. commun.* ℔j. f. decoctio ad conſumpt. 3. partis; dentur decocti unc. ij. Extra

℞. *Medulla vitul. adip. anſer.* ana. unc. ß. *ammon. bdellij* ana. ℥j. *mucil. alth. ſem. lini*, ana. ℥iij. *ol. amygd. dulc.* unc. j. & pro relaxantium correctione *maſtiches* ℥ß. m. s.

Quoad *valide Reſolventia*, hæc ſunt calida & ſicca, tenuium partium, & probantur in Tumore tum calido tum frigido; Probatur medicamentum è *ſchoenantho, calam. majorana, ſerpillo, aromat. gaiaco, ſaſſafras*, Inter compoſ. *diatrionpip. diacyminum, diagalanga, magna antidoti*; *Avicennas* ad reſolvendum materiam in potu exhibebat *caſtoreum* cum *oleo antiquo, & aceto ſcyllit.* ut mirandum non ſit ſi nos hoc tempore non curemus tumores ventriculi, quia ſolum mitioribus utimur.

℞. *Caſtor.* ℈ij. *olei antiqui, aceti ſcyllit.* ana. unc. ſ. m. s. *Aetius dabat. ariſtol. long. & rot. ad* ℥j. Idem probat *ovillum talum uſtum* bibitum. Ad extra utebatur veſica *bubula aqua & oleo plena*, ſed loco aquæ vino uti licet. Et urgente neceſſitate etiam aſcendendum ad *catapl. è ſinapi.* Capivaccius lib. 3. Pr. c. 9.

I. [3] *Inflammationem*, quæ [4] *Cognoſcitur*, tum ex ſignis generalibus, tum ex dolore vehementi, æſtu, *ſiti*, febre ardentiſſima, vomitu aut frequenti dejectione alvi, [5] niſi quando orificium aut pylorus obſidetur, [6] accedunt ſymptomata facultatum principum, ſi cerebrum in conſenſum trahitur.

[7] *Oritur* à ſanguine præter naturam per venas à porta derivatas effuſo, ſive [8] puro ſive mixto, [9] ſive tranſmiſſo, ſive attracto.

[10] *Curatur* ad modum aliarum inflammationum, ubi obſerva

1. [11] Evacuationem per vomitum [12] aut alvum non convenire, niſi ad [13] collecti puris eruptionem.

2. Repetendam potius [14] venæ ſectionem, quam ut [15] una vice multum ſanguinis evacuetur.

3. [16] Inter [17] Repellentia externa *ſaccharum Saturni cum aqua plantaginis vel ſolani*, adjecto abſinthii vel menthæ pauxillo, laudari: [18] Interna [19] actu moderatè frigida exhiberi debere.

4. [20] Reſolventia, quæ lenia & emollientia eſſe debent, adſtringentibus ob partis præſtantiam caſtiganda eſſe.

5. [21] Si ſuppuratio prohiberi non poteſt [22] calorem moderatè calidis, humidis & viſcidis, tam intra quam extra fovendum.

6. [23] Abſceſſum [24] *ſucco ſcabioſæ vel ſolo, vel cum melle mixto* optimè [25] rumpi poſſe.

[26] *Dividitur* pro ratione partium ventriculi.

[27] Alia eſt *Totius*, in qua æger, quocunque etiam ſitu decumbat, dolore afficitur.

Alia eſt [28] *Partis* 1. vel [29] *Externa*, in qua dolor poſt cibi coctionem, ob fibras tranſverſas intentas, intenditur, appetitus ſe non ita male habet, nihil de abſceſſu vomitu ejicitur.

Vel [30] *Interna*, in qua omnia ſunt contraria: melius verò, ſi in hanc pus abeat, quam ſub peritonæum: quia ibi facilè expurgari poteſt, hic non item.

2. Vel *Superioris*, in qua quia pars exquiſito ſenſu prædita eſt, graviſſima accidunt ſymptomata, anguſtia ſub finem deglutitionis, ubi attractio viget, maximè percipitur.

Vel *Inferioris*, in qua dolor magis in cibi coctione intenditur.

3. Vel *Anterioris*, in qua tactu tumor deprehenditur.

Vel *Poſterioris*, in qua, ſi externa occupantur, æger graviter decumbit ſupinus; ſi interna, graviter pronus.

3. *Inflammationem*) Apoſtema è nonnullis vocatur, licet ſi in abſceſſum abeat rectius tunc ſic dicatur, *Platerus*.

3. *Inflammationem*) Ardentiſſimus alter dolor, cum vomitu alviſque accidentibus periculoſis ſimul tunc infeſtantibus, accidere poteſt, ex morbo alio ventriculi, Eryſipelate ſcilicet obortus & Eryſipelas quoque ideo appellatur. *Platerus*.

Eryſipelas Ventriculi.

Ab Inflamamtione diſtinguitur *ſymptomatum* vehementia, majus namque eſt incendium, inquietudo, ſingultus, dolor & reliqua omnia vehemeotiora, minor tamen tumor. *Fontanus Prax.p 316.*

Harum ægritudinem diverſa eſt curandi ratio. In *Eryſipelate* enim magis refrigerantia quam in inflammatione conveniunt, Et Medicus in hujus curatione magis quam in inflammatione ſolicitus eſſe debet; animadvertens ſi purum ſit Eryſipelas non alia poſſe ratione quam per frigide exhibitiooem, etiam non apparentibus coctionis ſignis curari. Quod ſi Eryſipelas ipſum ſit cum inflammatione mixtum, curabitur etiam per frigidæ exhibitionem; quæ tamen ſolum apparentibus coctionis ſignis, exhibenda erit, docente *Galeno 9. m.m.c.5.* Quæ curandi ratio nequaquam inflammationi puræ convenit. *P. Salius Not.in Altim. cap. 68.* Hoc affectu extinctus fuit Pharmacopœus celebris Genevenſis *D. Rubatti* anno 1652. quod ex diſſecto cadavere apparuit.

4. *Cognoſcitur*) Huic ventriculi inflammationi plurimum affinis ea quæ vel ſummam jecoris partem, qua ventriculus obtegitur: vel incumbentem illi abdominis regionem occupat; quæ ſola ſymptomatum vehementia & pernicie diſtinguitur; nempe ventriculum obſidens inflammatio omnia ſæviſſima & periculoſiſſima præ ſe ferre conſuevit. *Reverius*.

4. *Quacognoſcitur*) Signis dignoſcitur variis, *primum* contribuunt *cauſa*, ſanguinem loco peccare in genere, & ſpeciatim io ventriculo valentes; ij. *Effecta*, actiones nempe & morbi conſequentes alii, cujuſmodi ſunt Tenſio circa epigaſtrium, generalis tumidi ventriculi nota, dolor vehemens, vigiliæ, ſitis, æſtus, vomitus cibalis, animi deliquia, magis minuſque ſævientia prout ad bilis naturam magis minuſve ſanguis acceſſerit, iij. *concomitantes morbi*, ut ſebris ardens, urina flammea &c. *Blaſius*.

Dolor contactu loci & preſſione exacerbatur, in dorſum uſque protenſus, ac ſi cingulo corpus illic ſtringeretur; Febris adeſt continua, cujus cauſa pulſus eſt citus, urinæque tinctæ ſunt. *Platerus*.

Signa diagnoſtica ſunt ingens dolor, ardens, & pungens, diſtendens & pulſans, & in dorſum uſque protenſus; tumor adeſt tactu conſpicuus, imo & interdum viſu; Scapulæ deorſum trahuntur, reſpiratio difficilis eſt, ſicut & deglutitio atque eructatio: Cruentum nonnunquam aliquid evomitur; febris ardentiſſima ſæviſſimis comitata ſymptomatis. *Reverius*.

4. *Cognoſcitur*) Non confundenda autem eſt Ventriculi inflammatio cum *inflammatione lobi hepatis*, ſuper ventriculum ex parte protenſi. Tumor enim proveniens cum dolore in ſitu ventriculi hoc indicat: Illud in hepate malum magis dolens, tactui magis patens; magis circumſcriptum, gravioribuſque ſymptomatis ſtipatum. *Etmuller*.

5. *Niſi quando orificium*) Longe graviora oſtendunt ſe ſymptomata in ore ventriculi quam in ipſo ventriculo, Et author eſt *Galenus 1. Progn.32.* ore affecto facile ſupervenire delirium ob affectum diaphragma; Nec alio ducit nos vicinia cordis quæ febrim continuam ſinatur, cum indicibili anxietate, jactatione, faſtidio cibi, extremorum frigore, &c. *Hoſmannus Inſtit.lib.3.c.43.*

Prognoſis.

6. *Accedunt ſymptomata*) Malum eſt peracutum ex quo pauci evadunt, Quod ſi non evaneſcat, ad ſuppurationem tendit. Si aperiatur abſceſſus, melius eſt ut intra ventriculum aperiatur, ſic enim per inferiora excernitur: Sin vero extra peritonæum aperitur, malum Pus enim peritonæum aut inteſtina inficere, aliamve quampiam partem, & mediante gangræna ægrum inficere poteſt. *Etmuller*.

Curatur rectius ſi reſolvatur, nam ſi ſuppuretur, in abſceſſum, inde in ulcus verſa, novum inducit morbum æque noxium, qui ægre ſanatur, & quandoque poſt ſe duritiem calloſam, ventriculo quoque incommodantem relinquit. *Platerus*.

Quo quædam futura prædici poſſint facilius, conſideranda natura membranarum ventriculi, quæ hujuſmodi eſt ut ſemper aliquid ex iis reſudet in capacitatem internam & externam, ex *Galeno lib.13.m m.c.17.* ut fit in tumoribus pleuræ & oculorum, qui omnes fere diſſolvuntur per reſudationem; Quare raro ex abſceſſu ventriculi fit ulcus, cum antea diſſipetur materia per reſudatiooem quam coqui poſſit & in pus verti. Quocirca raro ulcus prædicendum in inflammationibus ventriculi, minus in eryſipelate, fere nunquam in ſcirrho; facilius poteſt fieri in oedemate, ob difficultatem reſudationis, & moram materiæ in partibus. *Fontanus p.316.*

6. *Accedunt Symptomata &c.*) Facile eſt Prognoſin elicere, & affectum valde periculoſum, imo ut plurimum lethalem nuntiare. Periculoſior tamen eſt qui totum ventriculum, aut ſuperiorem ejus partem occupat, vel qui ad eryſipelatis naturam accedit. *Riverius*.

7. *Oritur à ſanguine*) Inflammatio Ventriculi eſt ejus Tumor præter naturam à ſanguioe per arterias ab Aortæ ramo cœliaco derivatas, in ventriculi ſubſtantiam ejúſque membranas effuſo, quem venæ ad Portæ truncum attinentes non revehunt.

Inflammationis, aut etiam Eryſipelatis, in ventriculo Cauſa eſt eadem quæ in aliis partibus, Sanguis nempe calidior, aut omnino bilioſus, loco peccans. *G.Blaſius Ther. ſpec. p. 241.*

7. *Oritur*) Inflammatur Ventriculus ex cauſis iiſdem in genere quas reliquæ habent inflammationes. In ſpecie aſſumpta acria, aut vitioſa interdum illam inducunt. Sic *Hildanus Cent.1. obſ.34.* notat inflammationem ventriculi cum febre ardente & horrendis ſymptomatis ex deglutita acicula.

Hic ſpeciatim ut adjuvantia, conſiderari merentur *Aſſumpta*, aut *exterius applicata*, calida ſanguinem in tunicis ventriculi calefacere valentia; Violenta itidem quævis eidem occurrentia, ut caſus &c. extravaſationem producentia. *Blaſius*.

8. *Sive puro ſive mixto*) Sanguis vel purus eſt ac ſyncerus, & Phlegmonem proprie dictam parit; vel cum bile, pituita aut melancholia permixtus, & phlegmonem oedematoſam, eryſipelatoſam, aut ſcirrhoſam efficit. Si a puro, inflammatio aliquanto mitior eſt; Si Eryſipelatoſa, ſimptomata ſunt.

9. *Sive tranſmiſſo, ſive attracto*) Cauſæ externæ plurimæ eſſe poſſunt, quæcunque videlicet ſanguinem fervidiorem efficiunt, ut alimenta calidiora, & meri potio: vel eum ad illam partem promovere poſſunt, ut contuſio ventriculi, dum præſertim cibo turget, Quibus addi poſſunt calidiſſima & acerrima aſſumpta, ut cantharides ſublimatum & ſimilia. *Riverius*.

Rarius tamen in ventriculo inflammatio, cum noxas

ſuas

præſentiens ſtatim ſurſum deorſumque propellat, & vix dum niſi à cauſa violenta ſuboritur: Qualis contuſio ventriculi, dum præſertim cibo turget, facta una eſſe poteſt. Vel ſi calidiſſima actu potentiave, ut *cantharides, ſublimatum ſumpta*, cum ſubito inflamment: Poteſt tamen & ob fervorem ſanguinis in venis meſeraicis in febribus, aliiſque morbis, in eum effuſi, hoc ſine cauſa externa accidere. *Platerus.*

10. *Curatur ad modum*) Scopus curandi eſt, ut ſi in *principio* adhuc exiſtit, augmentum illius impediamus, *caloremque* reſtinguamus, *dolorem* leniamus, *febris* interim habita ratione, & *animi defectus*, quem facile patiuntur, & ut deinde *materiam fluxam reſolvere* ſtudeamus, quod ſi fieri nequeat, *maturemus*, *ulcuſque* ſanemus, *Platerus.*

10. *Curatur ad modum aliarum inflammationum*) Exceptiones tamen affert *Saxonia Prælect. Pract. p. 2. c. 8.* Difficillimam, *ait*, aggredior curationem Inflammationis ventriculi, quæ varias habet intentiones pro materiæ inflammationem facientis varietate, & pro vario inflammationis tempore, In *principio* repellere eſt neceſſarium, In *augmento* repellentibus diſcutientia quædam miſcenda, In *ſtatu* potius digerendum quam reprimendum, ſicuti in *declinatione* ſolis digerentibus eſt utendum, non prætermiſſis adſtrictoriis, ut robur ventriculi conſervetur; Et quidem locum habent in inflammatione ad reſolutionem tendente, quandoque enim ſuppuratur, nonnunquam induratur.

Eſto, ſit inflammatio legitima, & in principio, revulſione ante omnia opus eſt, *Sectio vena* aut ex cubito aut infernis partibus, prius os ventriculi roborando, ſi valde langueat, aut lipothymia immineat.

De *medicamentis* maxima eſt dubitatio, nam valida omnia, quod trahant humores ad ventriculum ſunt rejicienda, cum ex *Galeno 13. m. m.* Ventriculo & inteſtinis laborantibus per has partes non eſt evacuandum; Proponunt Arabes *Lenientia* quædam, *caſſiam & myrobalanos*; quidam improbant *caſſiam* propter laxitatem, nam laxatis meatibus facilius confluunt humores; præterea in principio adminiſtrantur quæ repellunt; *Myrobalani* aliis ſuſpecti ob inſignem adſtrictionem, hinc *Galenus 8. de comp. ſ. l.* In materia jam tunicis imbibita maximum ex adſtrictoriis nocumentum infertur: Ego tamen utrumque vel aliud ejuſdem facultatis tuto præberi poſſe credo, v. g.

℞. *Flor. caſſ. rec.* ℥j. *myrobal. citr. pulv.* ʒij. *pulpæ tamarind.* ʒiij. *M. S. f. Boli.*

Aetius hoc in caſu præbet *ſerum*, ſed parum & ſæpe: placet id mihi, modo aliquo adſtrictorio alteretur; nec præparetur cum *oxymelite*, nam *acetum* omnibus inflammationibus, excepta phrenitide, ex *Galeno*, eſt inimicum, præparetur cum *acido citri* vel *limon.* addita *abſynthio* coma ad robur.

Quoad *Repellentia* quæ non vacuant, interna & externa, proponuntur in initio refrigerantia & adſtrictoria; at his ſemper aut *abſynthium* aut *ſpicam*, quanquam fluxio ſit calida, admiſceri volo; ex *Galeno* ergo ſemper reprimentibus quædam digerentia, ſed tamen robur ventriculi conſervantia, miſceantur, e. g.

℞. *Pulpam cydon. coctam in aqua*, imbue *ol. abſynth. aut maſtich.*

Propterea non accipiatis Arabum conſilia, qui non ſolum *lactucam*, *endiviam*, ſed & *ſuccum papav.* exhibent actu frigida, nam pars hæc adeo nobilis non tam refrigeranda.

Paulatim dictis admiſcenda *Digerentia*, *ſpica nardi*, *rad. ireos & chamom.* olea ex his confecta & ſimilia.

Adventante ſtatu, videndum an *inflammatio ad reſolutionem* tendat, quod noſcetis ex febre & ſymptomatis admodum minutis, an ad *ſuppurationem*, in quo caſu febris & rigor repetere conſueverunt, *aut forte induretur*, quod cognoſcetis, quia etiamſi febris ſit imminuta, ſymptomata non deficiunt, gravitas ventriculi, inappetentia, vomitus &c.

In hoc caſu unico auxilio, ſed vario modo compoſito, volo ut omnibus ſatisfaciatis, eſt autem *Empl. de meliloto*, Si ad *reſolutionem* tendat, addatis illi *crocum*, *myrrham*, *cinnam. ſpicam & abſynth* pulveriſata. Si in *abſceſſum*, *butyrum*, *rad. alth. coctas*, *fol. malvæ*, Si diruptio iminet, addatis etiam *caricas*, *ſtercus columb.* aliquid *ſaponis nigri*, Si indurata fuerit *inflammatio*, addatis *mucilag. ſem. malvar. alth. ol. amygd.* ſed ſemper additis robur ſervantibus.

Interna proportione reſpondeant, initio detur *ſuccus granat. cydon. roſar.* addito pauco *pulvere de abſynthio*, videl. *pontico*, nam cōmune nimis amarū & calidum.

In *augmento* augeantur digerentia, omiſſis *ſacch. & melle*, nam dulcia omnis inflammationem augent.

In *ſtatu*, ſi ad reſolutionem tendat, detis frequenter *decoctum ſchœnant. ſpica, rad. diuret.* Detur quotidie, aut alternis diebus ʒj. *Spec. hiera* aut pil. *aloe phang.* vel *aloes*, io vino albo non adſtrictorio, aut decocto digerente.

Si ad *ſuppurationem* tendat, frequens ſit uſus decocti ex *malva, alth. fœnugr. caricar*, *paſſulis*, cum portiuncula *abſynth.* aut *ſpica* ad robur ventriculi.

Alimenta ſint pauca & tenuis ſubſtantiæ, nam ex Gal. in inflammationibus ventriculi & hepatis unica ſalutis ſpes eſt virium robur, inflammationibus harum partium ex alimento ſemper increſcentibus, ideo ad ſtatum uſq; nutriantur ægri ſola *aqua hordei*, aut ad ſummum *colata ptiſana*, *aut emulſ. ſem. mel.* Si vires hoc non permittant, ad alia confugiendum alimenta, ſed prædicendum ægrum moriturum; quod ſi quis multo alimēto aſſumpto ſuperſtes evadat, abſceſſum effugere non poteſt. *Saxonia.*

11. *Evacuationem per &c.*) Purgantia improbantur, quia humores conturbant & in partem affectam attrahunt: Attamen *Avicenna Tamarindorum decoctum*, aut *Caſſiæ* ℥ß. cum *aqua endiviæ* vel *ſero lactis* diſſolutam commendat, ſingulis diebus uſq; ad ſeptimum diem exhibitam, quia molliendo non trahendo expurgat, mitigat acrimoniam & lenit dolorem; Satius tamen eſt ab omni purgatione in principio abſtinere: Septimo elapſo, apparentibus quibuſdam concoctionis & declinationis indiciis, poteſt etiam inſtitui purgatio ex *rhabarbari* ʒj. *cum ſantal. rub.* ℈j *in aqua borrag. infuſa addendo ſyr. roſac.* ℥j. *vel* ij. ut ſordes parti inhærentes paulo valentius eluantur. Interim *Clyſteres* emollientes, refrigerantes & lenientes ſingulis diebus erunt injiciendi, E. g.

℞. *Juris pulli. vel decocti malvæ & violar.* ℔j. *caſſiæ recens extr.* ℥j. *ol. roſac. & viol.* āā. ℥ij. *ſacch.* ℥iß. *vitell. ovor. n. j. miſce.* f. Clyſter. *Riverius.*

12. *Aut alvum*) Injecto clyſmate revellimus & refrigeramus, doloremque lenimus, cum illud ad colon uſque aſcendens vires ſuas ventriculo, cui colon proxime ſubtenſum eſt, communicet. *Platerus.*

13. *Ad collecti puris eruptionem*) Nam inflammatio nonnonquam in abſceſſum convertitur, tuncque dolor augetur, eoque rupto pus vomitur. *Platerus.*

14. *Venæ ſectionem*) A qua pluries repetita inchoanda curatio, in utroque brachio, quantum vires ferre poſſunt; Ac licet ob ſyncopen & extremorum refrigerationem, vires ab initio dejectæ videantur; illa tamen virium infirmitas eſt ab oppreſſione; quæ vacuationem poſtulat, atque ita venæ ſectionem prohibere non debet. Præterea *apertio hæmorrhoidum*, ſi æger evacuationi aſſuetus ſit, ſanguinem à ventriculo utiliter revellere poterit: Quod etiam munus utiliter præſtabunt *Cucurbitulæ*, *ſcarificatæ* & ſiccæ, ſcapulis, dorſo & natibus admotæ, *Frictiones & Ligatura* partium extremarum, & calefactio earundem partium (quæ frigere plerumque

ſolent) admotis linteis calentibus, & Inunctione olei pardini, irini, aliorumque calidorum. *Riverius.*

14. *Venæſectionem*) In brachio facta initio confert; etſi enim à venæ Portæ ramis ventriculi venæ derivventur, tamen à venæ cavæ ramis ſanguinem extraxiſſe, quod tum ratione febris, ſi adſit, conferat, & hoc modo quoque alia fiat revulſio, juvabit. *Platerus.*

14. *Venæſectionem*) Si inflammatio originem ducat à fluxione, utemur revulſione; *Rhazis* ſuadet ut baſilica brachii dextri tundatur, cum fluxio fiat à jecore, Nam inanito jecore retractio fit, cum venæ ventriculi à Porta naſcantur (*in eam refundit ſanguinem à nutritione reſiduum*) cujus radices radicibus cavæ annectuntur; Quare trahendo à Cava, trahit à Porta & à ventriculo: At ſi à ſuppreſſis menſibus, aut hæmorrhoidibus, tumor ille naſcatur, venæ inferiorum partium ſunt aperiendæ, quo deorſum humores revellantur: In Eryſipelate eadem ratio ſervanda, niſi quod ſanguinis copia debet trahi minor. *Jac. Fontanus Pr. pag. 317.*

15. *Una vice multum ſanguinis*) Cautio eſt adhibenda ne plus ſanguinis evacuetur quam opus eſt, ſolet enim affectum hunc ſyncope & virium ſumma proſtratio, propter vehementem dolorem inſequi. *Ettmuller.*

16. *Inter repellentia externa*) Exterius Fotus ſequens initio admoveatur.

℞. *Rad. acetoſ.* ℥ij. *fol. endiv. cichor. malvæ āā m. j. ſemin. lact. & papav. albi āā.* ʒiij. *ſantal. albi & rubr. āā.* ʒß. *flor. violar. & nymph. āā. p. j. f. Decoctio, adde aceti roſac. parum,* Foveatur regio ventriculi tepide.

Vel ex *aquis ſtillat. endiv. lact. & nymph. cum tantillo aceti & pulv. triaſant.* idem fotus parari poterit. A Fotu inungatur pars *ol. roſac. & violac.* permixtis vel ungu. ſequ.

℞. *Ol. roſac.* ℥jß. *ol. violac. aceti roſ. ſucci hieracii āā.* ℥ß. *bulliant ad ſuccorum conſumptionem, deinde adde ſantal. rubr* ʒj. *roſar. rub.* ʒß. *ſpicæ & camph. āā.* ℈ß. *ceræ albæ q. ſ. f. Ungu.*

Cataplaſmata initio non conveniunt, quia partem pondere ſuo gravant, & calorem retinendo inflammationem augent. *Riverius.*

17. *Repellentia*) Malum inventum ab illis quibus circulatio fuit ignota: Tamen illos non poſſumus ita accuſare ac Recentiores qui norunt circulationem ſanguinis & humorum: Impoſſibile eſt ut humores qui ad aliquem locum feruntur, repellantur, Idem eſt ac ſi diceremus fluvium repelli verſus ſuam originem: Repellere conſiſtit in eo quod impediamus quominus in partem influant, tunc concedi poteſt, ſed hoc minime dici poteſt remittere, vel repellere: Repellentia quæ humoris influxum prohibent, nunquam debent adhiberi niſi in principio aut declinatione: In principio poſſumus obtinere quod humorum influxus impediatur: Cum humores influxerunt tum velle adſtringere futile hoc eſt, *Theod. Craanen. obſ. in Sennerti lib. de Mat. Med p. 84.* Vide plura l. de Tumor. in Chirurgia.

Saccharum Saturni) Convenit *nitrum* cum *Saturno præpar.* ſeu *ſal ſaturni cum nitro, & ſaccharo ſaturni* datum *à gr. iv. ad* viij.

℞. *Aquar. plantag. roſar. āā.* ℥iß. *ſacch. Saturni* ℈ß. *MS. ungu. roſ. refriger. meliloc. āā.* ℥iß. *ſacch. ſaturni gr. x. MS. Michaelis Pr. Clin. p. 129.*

18. *Interna*) Alterantia & roborantia per os aſſumenda eadem eſſe poterunt quæ in curatione doloris ventriculi ab humore bilioſo ſunt propoſita: Peculiariter conferunt *ſyrup. de nymphæa & de ſucco portulac.* præſertim initio; quia repellentis medicamenti vicem implere poſſunt: Conferunt etiam non parum *Emulſiones iv. ſemin. frigid. maj. & ſemin. papav. albi,* dolorem enim leniunt & calorem contemperant: Tum *Julepi* ſequentes.

℞. *Aqu. roſar.* ℥iij. *aqu. plantag.* ℥ij. *ſucci acetoſ. vel vini granat.* ℥iß. *ſacch. roſ* ℥j. *bulliant parum & colentur, capiat* ℥ij. *bis aut ter in die.*

Si dolor vehementer urget, *Syrup. de papav. dari poteſt.* Pro Potu utatur *decocto hordei* cum *ſyr. violac. &* frig. bibatur. *Riverius.*

18. *Interna*) Interne in principio & incremento conveniunt medicamenta ex *papavere rhœade & card. ben.* Item *nitrum antimoniatum* (quo ſolo *nitro*, tam *purificato* quam fixato, in decocto hordei ſæpius propinato, *Lindanus* ſuam filiam inflammatione pylori laborantem curavit. Porro *ſpiritus nitri dulcis, ſacch. Saturni, antihecticum Poterii*, convenienter uſurpari poſſunt; Potui inſerviat *infuſum aut decoctum liquir. raſæ* in *aqua ſimplici*, cum ſucceſſu adhibitum in ventriculi inflammatione à *Rulando in Theſ. Pr. pagin. 115. Ettmuller.*

18. *Interna*) Alterantia potentia actuque frigida, quæ ab initio dum materia fluit, leviter quoque adſtringere debent, poſtea humectare, permiſtis illis quæ dolorem leniunt, variis modis propinantur.

Aqua fontis ſi *aceto* addito aciditatem aliquam adepta ſit ab initio convenientior erit, & gratior ſi addito *ſaccharo* in Julepi formam decoquatur.

Lac frigidum potum idem facit, & dolorem ſimul lenit; *Emulſio 4. ſem. frig. maj.* dolorem ſedat & calorem contemperat; ſi *ſemen papav.* albi ſimul additum fuerit dolorem magis mitigabit: *Aquam lentis paluſtris* commendat *Dioſcor.* Conferunt *aquæ plantag. roſar. acetoſæ* exhibitæ: *Julepi roſar. & violar.* per ſe vel diluti dati: *Decoctum hordei* frigidum, quod efficacius additis *violis* recentibus.

Decoctum refrigerans & ſimul cordiale.

℞. *Rad. glychyrr.* ℥j. *cort. citr.* ʒij. *flor. cord. āā. p. j. flor. nymph. p. ß. hordei p. j. ſem. 4. frig. ma. āā.* ʒiv. *ſem. portul. & papav. alb. āā.* ʒj. *ſem. citr.* ʒß. *f. Decoctio ad menſur. j. ſaccharo* vel ſyrupis dicendis additis.

Syrupi per ſe exhibiti, vel cum *aqua frig.* aut *alia ſtillat.* ſupra dicta, ſunt convenientes in principio, qui refrigerant cum adſtrictione quadam, de *roſis rub. ſiccis, cydon. de agreſta, de ribes, granatis acidis, de berber.* vel rob eorum: In progreſſu qui refrigerant & humectant, ut *violar. portulac. nymph.* Et ſi hepar ſimul incaluerit, uti fere fit, & ratione febris, *ſyrup. endiv. & cichor. ſimpl.* Et quia facile *animo deficiunt, ſyr. de utroque bugloſſo*, Et ad doloris mitigationem, *ſyr. de papavero.* Ad *reſolvendum reſiduum inflammationis*, ſeu *apoſtematis ventriculi*, ut vocant, circa finem valent *Aqua chamomillæ* cum *aqua endivia* primum propinata, mox ſola ad ℥v, repetitaq; . *Platerus* Vide §. *Reſolventia qua levia.*

19. *Actu moderate frigida*) Aquam fontis actu frigidam loco potus uſurpare, quam nive & glacie infrigidatam exhibere aliqui docent, non ſatis tutum, cum ſubitanea hæc repercuſſio non fiat ſine periculo. *Platerus.*

19. *Actu moderate frigida*) An repercutientia debent applicari frigida? ℞. In Eryſipelate frigida, in phlegmone tepida; Nam in Eryſipelate non timetur à frigido concretio, unde ſcirrhus naſci poteſt; at in phlegmone verendum ne à refrigeratione fiat ſcirrhus: *Fontanus*: Admittendum id quidem foret, ſi Eryſipelas intemperies eſſet nuda ſine materia; at ſiquidem oritur à tenui ſanguine bilioſo, ibi coërcito, qui difflari debet, à frigida id non expectandum, quin potius illius incraſſatio: Reſolutio ergo illius juvanda eorum ope quæ minus calent quam ad phlegmonem, valent nitrata, ſpiritus nitri dulcis; Si ex [illegible] Eryſipelati refrigerantia adhibes; livorem pars contrahit, naſcenti illi adhibe ſpiritum vitæ, illico diſparet, monente *Waleo in m. m.*

Reſolventia,

20. *Reſolventia, quæ lenia*) In *progreſſu* morbi alia medicamenta prædictis erunt miſcenda, quæ *reſolutionem* adjuvent. E. g.

℞. *Syr. de nymph. pomus & de ſucco portul. ãã. ℥j. ſyr. de abſynth. pont. ℥ß. aqu. lact. acetoſ. & fœnic. ãã. ℥iij. pulv. elect. diamarg. fr. ʒj. fiat Julep. pro iij. dozib. bis in die ſumendis.*

His addere licet opiatas inſtaurantes, narcotica & ſimilia, Quæ omnia varianda ſunt multis modis pro Medici judicio & prudentia. *Terebinthina cum aqua abſynthii* lota, ſi bis terve detur, vel reſolvit vel maturat apoſtema.

In *Declinatione* ſi contingat, & tumor reſolutione finiatur, quod maxime eſt exoptandum, *Fotus reſolvens* admoveri poterit E. g.

℞. *Rad. Ireos Flor. ℥ij. fol. menth. maioran. pulegii & abſinth. pont. ãã. m. j. ſem. fœnugr. & aniſi ãã. ʒij gran. Kermes ʒj. flor. ſtœch. anth. chamom. ãã. P. j. ſ. Decoctio, addendo ſub finem parum vini albi.* Fiat Fotus ventriculi, Poſt inungatur eadem pars *oleo abſynth. nuc. moſch. nardino*, &c. ex quibus addita *cera, & pulv. ireos Flor.* aut *cinnam.* poteſt fieri ungu.

Emplaſtra vero & Catapl. quia gravant partem hic non conveniunt. *Riverius.*

In moderata inflammatione *Ceratum* à *Galeno* deſcriptum *ſ. m. m. c. ſ. ex cera, ungu. nardino, aloe* & maſtiche præſcribit *Altimarus*, at notandum nonniſi in ultima morbi declinatione locum habere, cum tantum in hoc recipiantur calida & roborantia; quæ urgente inflammatione non conveniunt. *Petrus Salius Notis ad cap. 68. Pr. Altimari.*

Cum reſolvendum erit, ſolus exhibeatur *ſyr. de abſynth.* Fontanus.

21. *Si ſuppuratio prohiberi*) Si Tumor ad ſuppurationem tendere videatur foveatur pars *decocto flor. chamom. & roſ. rubr.* Poſt ſequens Cataplaſma admoveatur.

℞. *Rad. alth. ℥ij. fol. branch. urſin. roſar. ãã. m. j. coquantur optime & contundantur; adde far. hordei, ſem. lini, fœnugr. & pulv. chamom. ãã. ℥ß. ſantal. albi & rubri ãã ʒij. cum oleo roſar. & chamamel. paucaque pinguedine gallinæ f. Cataplaſm.* ſæpe renovandum. *Riverius.*

Si diſcuti nequeat inflammatio, adeoque in abſceſſum degenerare incipiat, convenit *Terebinthina* cum *aqua abſynthii lota*, ſi bis terve detur, reſolvit enim vel maturat abſceſſum, ſicuti & omnia ea *ſcabioſa* parata & maturant & etiam ſanant interne quoſcunque ventriculi abſceſſus, præſertim ſi *ſpiritus tartari rectificatus* fuerit additus.

℞ *Aquæ ſcab. ℥ij. ſyr. de ſucco ſcabioſ. ℥iß. ſpiritus tartari rectific. vel carminat. de tribus ʒj. miſce. Etmuller.* Si in Abſceſſum vergat inflammatio, ut is maturetur, quædam remedia in Angina ſuppurata per os exhibita, hic quoque proderunt: Ubi & extrinſecus adhibita, illic explicata, niſi quod hic partis nobilioris ratione, quæ eam reſpiciunt quoque adjicienda erunt: Empl. *diachylon ireatum oleo de mentha* malaxatum idem quod Cataplaſma præſtat. *Platerus.*

22. *Calorem moderate calidis*) Pus moventia ſunt quæ fovent calidum innatum, quod pus optimum generatur, & præſertim ſi foveatur; quare probantur calida humida, vaporoſa, viſcida, non mordacia, ſeu acria, quæ vim habent liquandi, attrahendi, & non adhærent parti, Oportet autem ut medicamentum pus movens parti adhæreat, ideo probatur *Galeno* farina triticea pura, ſi quidem eſt calida & humida, emplaſtica, mordacitatis expers. Probatur item medicamentum *è caricis pinguioribus, dactylis pinguibus, amygd. dulc. althæa, malva, oleo commun. adipe ſuillo*, vel *gallinaceo*: quibus medicamentis quandoque addenda ſunt frigida, quandoque calida; *frigida* quidem, ratione calidioris ſanguinis, vel calidioris ventriculi, item ſi à calore extraneo turbetur calor naturalis: *Calida* vero ratione frigiditatis vel ſanguinis vel ventriculi: Quoad *frigida*, erunt veluti *decoctum cydonior. violar.* cum exiguo *lacte* vel *aſinino*, vel *caprino*. *Calida* ſunt, veluti medicamentum confectum è *granis pini* cum exiguo *croco*, licet etiam uti *rad. petroſel.* ſed *viridibus*, quia loquimur, non de reſolventibus, ſed de pus moventibus; Præterea probatur medicamentum confectum è *Sapa, Seminibus lini, rad. cucum. agr. far. orobi, ol. aneth. lil. alb. diachylum cum gummis.* Capivaccius.

23. *Abſceſſum*) Si inflammatio non intermittat, neque reſolutione curetur, in eum abire ſolet; qui cognoſcitur febris & doloris remiſſione, tumore perſeverante. *Riverius.*

23. *Abſceſſum ſucco ſcabioſæ*) Cum medicamentis quoque pus vacuari poſſit, non improbantur propoſita reſolventia; Sed oportet etiam quandoque confugere ad medicamenta vacuantia ſenſibiliter, quæ habent vim attenuandi, laxandi, & ſolvendi continuitatem patientium abſceſſus, ut hinc pus facile egrediatur, veluti eſt medicamentum ex *decocto caricarum, paſſular. liquir. malvæ*, addita *mulſa* cum *pipere* & *radice ireos*; Et urgente neceſſitate aſcendendum ad *ſinapi* cum *ſale*, quo aſſumpto medicamento agitandus eſt ventriculus vomitu, tuſſi, ſternutamento, ut fiat diſruptio: Et ſi contingat ut poſt ruptionem pus non evacuetur, eſtote diligentes, & exhibeatis *mel roſat. ſolut.* & deinde fiat agglutinatio, Notandum ut exhibeantur medicamenta in ſumma dozi, quoniam vehemens eſt puris activitas, danda actu calida non rigida, Præterea quamprimum exhibearis, nam periculum eſt in mora, & expedit tum exhibere, tum quandoque applicare. *Capivaccius.*

24. *Succo ſcabioſæ*) Cujus uſus præcipuus in apoſtematibus (unde & nomen habet) pleureſi, angina &c. *Schroderus.*

In abſceſſibus partium internarum & tumoribus ſuppuratis reliquis omnibus præfertur ſimplicibus. *Etmuller.*

Mire juvat *aqua & ſuccus ſcabioſæ*, V. g.

℞. *Aqua ſcabioſæ ℥iij. ſyr. ſcabioſæ ℥iß. ſpir. tartari ʒj. MS.* valet in rumpendis ventriculi apoſtematibus. *Michaelis. Pr. Clin. p 129.*

25. *Rumpi poſſe*) Non poſſum ſatis mirari Barbaros Medicos, qui tutiorem exiſtimant abſceſſus ruptionem ad exteriora quam ad interiora, cum tamen ipſa doceat Anatome, ac propria comprobarim experientia, diſruptum abſceſſum in exteriore ventriculi tunica ſaniem effundere in illam capacitatem ventris quæ eſt inter peritonæum & inteſtina, ubi aqua hydropicorum colligitur; Locus ſane ex quo ſanies educi nequit, & in quo ulcus inſanabile remanet, Hoc vidi in meo Socero, 7. die habuit abſceſſum, hinc factus paralyticus & mox obiit: Quod ſi diſrumpatur abſceſſus in membrana interiore, minus eſt malum, quia ſanies per alvum & vomitum educitur, ulcuſque ab aſſumptis medicamentis ſanatur. *Saxonia.*

25. *Rumpi poſſe*) Si aperto abſceſſu jam genitum ſit ulcus, uſurpetur *decoctum hordei* vel *hyſſopi cum melle*, item *ſerum lactis*, aut *lac chalybeat.* mundificant & conſolidant; *Decoctum rad. Chinæ* cum *herba ſcab. præpar.* confert; Item *C. C. uſtum, terra ſigillata, bolus armen. &c. ol. ſeu Balſam. maſtich.* cum *ol. hyper.* expertum fuit in cultrivoro Pruſſiaco, de quo *Beckerus pagina 182.* ubi plura huc facientia reperiuntur. *Etmuller.*

Diæta.

Accuratior victus eſſe debet in ventriculo inflamma-

33. *Inflatio*) Accidit quandoque Ventriculo affectus quidam, qui Græcis, præſertim à *Paulo cap. 38. libr. 3.* & à *Galeno 3. de cauſ. ſymptom.* [illegible] dicitur. Et ipſi *Galeno* [illegible] *m. m.* [illegible] quoque; à Latinis *Inflatio Ven*[illegible] Affectus nihil aliud eſt quam Ejuſdem *ventriculi* [illegible] *& dolor ex flatuoſo ſpiritu.* A *Galeno 14. m. m.* inter morbos reponitur in quantitate ſeu magnitudine. *Foreſtus libr. 18. in Obſervat. 39. in ſch.*

Primum vitium alimentorum Retentionis læſæ in Ventriculo eſt quando copioſis flatibus diſtenditur, & exinde turbatur ingeſtorum receptio, retentio, coctio: Affectus à Flatibus diſtendentibus dicitur *Inflatio ſtomachi*, qui, ſi flatus erumpunt cum ſonitu, dicitur *Ructus*, ſin copioſe, *cholera*; qua ratione parum hi affectus differunt; Flatus hi ſi in ſtomacho retineantur, ſatis ſunt moleſti, adeo interdum ut peſſima inducant ſymptomata. *Etmuller. Pr. Part. 1. pagin 45.*

34. *A flatu in ejus capacitate*) Tunicam ventriculi nerveam frequenter diſtendi inflari, intumeſcere, inque majorem capacitatem ampliari ſatis manifeſto liquet; quod ita fieri contingit, non ſolum à flatibus intra ſtomachi cavitatem genitis, ſed longe ſæpius à ſpiritibus fibrarum ipſarum incolis, qui ſi valde irritati, inque impetum exploſivum adacti, iſtas ſimul omnes dum tumultuoſe & [illegible] incurrunt, ſumme inflant & diſtendunt, proindeque totam membranam, quaſi veſicam inflatam intumefaciunt: Nam ſi fibræ illius nerveæ omnes eſſent cavæ & tubulatæ, uſque ventus ſubito inſufflaretur, neceſſe foret vas quod contexunt, illico diſtendi & dilatari; Pariter habet quando ſpiritus, velut œſtro perciti, in eas impetuoſius irruunt; Propter hujuſmodi cauſam conjunctam & afficiendi rationem, ventriculus in paroxyſmis hyſtericis & colicis, & non raro in affectione hypochondriaca intumeſcere ſolet. *Willis De ſimpl. Med. oper. ſect. 1. cap. 2.*

34. *A Flatu in ejus capacitate*) Flatus ventriculum implens Diſtendentem illius dolorem parit, quem *Inflationem Ventriculi*, ob Flatum vocant, Qui vel in Ventriculo ex cibo potuve crudis, aqueis, flatulentis, humoreve tali, vel à ventriculi cruditate, aut diminuta concoquendi vi naſcitur, in eoque colligitur, ventriculumque diſtendit; Et ſi copia ſimul adſit excrementitii humoris, unde originem trahit, ſimul gravat; Ab inteſtinis ſi in eum irrumpat, quod tamen rarius fieri, ex eo cum ructus, qui tunc eduntur, non excrementoſum, ſed acidum, aut nidoroſum odorem ſpirent, colligitur, idem quoque accidere poteſt.

Aër per gulam eo delatus ac deglutitus, quod nonnunquam avide bibendo, aëremque ſimul hauriendo fit, ſi copioſus eſſet, illicque ſubſiſteret, idem faceret, ſed quia mox iterum cibo, ab œſophago in ventriculum delapſo, per eandem viam liberam denuo per ructum, erumpit, illud rarius accidit; Si tamen cibo hinc inde confuſus ſubſiſtat, ut in farciminibus cum carne, dum illa intruditur, commiſceri videmus, tunc hiſce concurrentibus citius gravatur ventriculus & diſtenditur. *Platerus.*

35. *Cognoſcitur*) Differt ab Oedemate, quoniam hoc prementibus cedit, digitique alte in ipſum deſcendunt, Inflatio vero digitis preſſa veſtigium non retinet, ac ſonitum veluti tympanum reddit, ex eodem *Galeno* gravitas quandoque & diſtenſio non ſolum circa ventrem ipſum, ſed juxta totum pectus, aliquando vero retro juxta collum, ac dorſum, ac ad ipſa vertibula irruit, ſæpe autem utrinque occupatos tenet; Aliquando & tumorem circa os ventriculi efficit, ructuſque inanes fiunt, modice allevìantes, & inhibitio flatuum, qui per alvum excerni conſueverunt: Quibuſdam eorum dolores accidunt, ac appetitus perditiones, ac capitis dolor, ut patet ex *Aetio c. 27. l. 9.*

Si vero ante perfectam reſtitutionem cibum accipiant, amplius membra ipſa inflantur, & cum dolore diſtenduntur, levantur autem alimento interne ſubeunte, & flatibus ſive per ructus ſive per inteſtina excluſis, *ut idem Aetius inquit*; Vbi vero flatuoſus ſpiritus per inteſtina movetur, multiformes edit ſonitus, quorum non omnes nomina ſunt ſortiti, verum prudenti; ex diverſis ſonitus differentiis quale quantumque excrementum ſit, ac quo maxime loco volvatur, patere poteſt, ait *Galenus 3. de c. ſympt.* Foreſtus.

35. *Cognoſcitur*) Si in Inflatione Stomachi erumpunt Ructus, ſponte ſua ſe prodit malum, Verum quando orificium ſtomachi ſiniſtrum eſt occluſum, adſunt anguſtiæ in præcordiis, deinde præcordia ſunt diſtenta, ſi tangatur locus præcordiorum ſenſus quidam ibi percipitur, ægri conqueruntur de difficili reſpiratione, cum diſtento ſtomacho impediatur diaphragmatis motus, præſertim quando incumbunt ſupinati, quod in hypochondriacis frequens: Subinde quoque percipiunt flatulentias quaſdam in ſtomacho, quando ſe jactitant ex uno latere in alterum, ſeu, ut deſcribitur à *Foreſto lib. 18. Obſ. 39. in ſch.* gravitas & diſtenſio quandoque non ſolum circa ventrem ipſum, ſed extra totum pectus, aliquando vero retro, & juxta collum & dorſum a e ipſas vertebras irruit, ſæpe autem utrinque occupat, aliquando vero tumorem circa os ventriculi efficit; Ructus inanes fiunt, modice allevìantes, & inhibitio flatuum, qui per alvum excerni conſueverunt. Si vero ante perfectam reſtitutionem cibum accipiant, amplius membra ipſa inflantur, & cum dolore diſtenduntur. *Etmuller.*

36. *Tenſione ventriculi regionem*) Hortulano ventriculus ex ventoſitate prominebat, ita ut fere abſceſſum metuerem: huic cum medicamenta flatus diſcutientia propinaſſem, adjectis quibuſdam amaris & detergentibus, idem poſt vomitum & ſeceſſum poſt multos ructus, vermes plurimos rejecit, ventriculo mox ſubſidente, egregie convaluit. *Foreſtus l. 18. obſ. 40.*

37. *Oritur a materia* Vide Caput xi. *de Dolore ventriculi* & de Ructibus.

37. *Oritur a materia*) Flatus fiunt in ſtomacho per *vitioſam fermentationem* factam ab *acido*, ex & in materia viſcida craſſa & pituitoſa, Hinc eſt quod Veteres dixerunt oriri flatus à melancholia, unde & hypochondriaci abundant flatibus, propter acidum [illegible] mentans materiam pituitoſam, Dico fieri in inteſt[illegible] & ventriculo per fermentationem ex aſſumptis, Quod enim non in ſunt aſſumptis, patet ex eo quod duo homines iiſdem alimentis utentes, eorum unus generat flatus, alter non, Ratio eſt diverſitas fermentorum in ventriculo, unde hypochondriaci & hyſtericæ fere ex omnibus alimentis eliciunt flatus, quod alia ſubjecta non faciunt. Verum quidem eſt eſſe multos cibos præ reliquis aptiores ut ex illis generentur flatus, uti ſunt *raphanus, allium, cepa*, quoniam illæ ſale acri volatili abundantes incidunt, attenuant mucilaginem ſtomachi, & poſtmodum cum acido concurrentes generant flatus, Niſi ergo occaſione talium ingeſtorum nati ſunt flatus, de ſubjecto materiæ viſcidæ, ſeu pituitoſis humoribus confirmetur ſuſpicio. Quod vero adſit in talibus talis mucilago acida, viſcida, experientia teſtatur, quia vomitu excernuntur copioſa, craſſa ac tenacia, plus minus acida. *Etmuller.*

37. *Oritur*) Vbi flatus ibi humores quaſi rebelles Archeo, & ubi hi, ibi rarefactio vitioſa, Deſtructa ergo, vel correcta materia, nido & foco, deſtruuntur primario flatus; unde porro inferimus, ubi flatus, ibi [illegible] ſive elaboratio chyli non legitime peragitur, ibi ver[illegible]

triculus, vel ſua reſpective culpa, vel objectorum in munere ſuo deficit. *Wedelius Am. m. m. pag. 356.* Junge his quæ ex eodem adducta ſunt ſupra §. 34. *Aſlatus*) Et quæ de *Carminantium* natura tradita §. 39. *Quomodo peragatur*) unde generatio flatuum illuſtratur.

38. *Difficulter*) Flatus ſi in ſtomacho retineantur, ſatis ſunt moleſti, adeo interdum ut peſſima inducant ſymptomata; Sic *Bartholinus centur. 2. Epiſt. 81.* refert ingentem ventriculi Inflammationem in fœmina, exinde pro gravida habita. *Etmuller.*

39. *Quomodo peragatur*) Sunt *Carminativa* in genere quæcunque humorem ſtagnantem, & vitioſe rarefactum diſplodunt vel invertunt, ubi flatus ibi humores, quaſi rebelles archeo, & ubi hi, ibi rarefactio vitioſa &c. vide ſupra §. *Oritur*) Hinc 1. *quæcunque particulas obtinent facile exhalabiles, mobiles, ſulphureo ſalinas, illa ſunt carminativa*, In omni carminatione requiritur diſploſio, principium vero diſploſionis primum eſt *ſulphur*, ſecundarium *ſal*; quod videmus in pulvere pyrio, fulminante, &c. licet id hic mitius & blande contingat; Carminativa igitur dum diſploſionem & rarefactionem naturalem promovent, vitioſam avertunt; Principaliter ergo carminativa ſunt ſulphurea, adæquate ſalina.

Tantoque magis id ipſum præſtant quo magis ſimul reſpiciunt & producentem calorem, & productam materiam ex qua; Reſpiciunt *archeum*, motus omnis in corpore motorem, ſeu calorem reſpective debilem, & improportionatum: Reſpiciunt *minerum flatulentam*, humores dictos aqueos, acidos, auſteros, & pituitoſos, mucilaginemque ponticam, Illum reſtaurando & excitando, hanc incidendo & attenuando, unde calore roborato humores frigidi inciduntur & diſcutiuntur.

Talia ſcilicet ſunt κατ' ἐξοχὴν, 1. *aromatica*, ſtomachica, ſale volatili oleoſo ſerta, ut radix *zedoaria, galanga*, in torminibus, radix *mei*, *carlina*, herbæ *mentha*, *calaminth.* folia & baccæ *lauri*, *juniperi*, ſemen *anethi*, carvi, *cumini*, *fœniculi*, *aniſi*; *macis*, *cinnamomum*, *caryophylli aromatici*, cortices *aurant. citri*, horumque ſpiritus, & olea, *zedoaria*, *aniſi*, *carvi*, *lauri*, carminat. *Mynſichti*, Species *diaglanga*, *diacum. diaſpolit.* Galeni, *aromat. roſat. caryophyllat.* ſpiritus & eſſentiæ *cortic. citri*, *zedoar. f. &c. ſal. armon. aniſat. fœniculatus. cinnamomiſat.* &c. aqua *carminativa Dorncrellii*: Elect. Empl. de *baccis lauri*, Pulveres, Elæoſacchara, &c. Inprimis huc facit *aurum fulminans*, in Tympanitide hinc maxime commendatum, (Si in loco varient. & *ventriculo* potiſſimum inhæreant, etiam *Stomachica* alia huc pertinent.

Talia ſunt 2. *Acida ſulphurea volatilia*, quorum inſtar omnium eſt *ſpiritus nitri ſimplex*, & ex hoc enatus *dulcis*: gaudet enim virtute explutiva ſumma, inciſoria, attenuante & ſudorifera, unde (modo provide activitatem ejuſdem attendamus) probatiſſimus eſt, Acida vero alia, ut *ſpiritus ſalis*, *vitrioli*, mediate quidem proſunt, cauſam in ventriculo reſpicientia, minus tamen in conjunctis doloribus.

II. *Quæcunque particulis gaudent temperantibus, diſſipantibus, præcipitantibus & invertentibus, illa ſunt carminativa*, Cum enim Flatus originem quoque agnoſcant ex *acido*, conjunganturque ſæpe numero cum phlogoſi viſcerum, *aliis* humorum, merito etiam hos domant recenſita, inprimis 1. *alkalina*, quæ & acorem abſorbent, & humores fundunt, ac in motum cient torpidos, aqueos, ſeroſos; bilem vero diſſociant, & ſic exhalationem vitioſam impediunt, & antevertunt quaſi, quod & per ſudorem ipſos diſcutiunt, & grumeſcentiâ halituoſam tollunt, ut *oculi cancror. concha, mater perlarum*, & laudatiſſimum *antimonium diaphor. antimon. martiale cachecticum bezoart. joviale*; & merito etiam hunc cenſum ſubeuntia *cinnabarina ac opiata*, cum *tinctura tartari*, quæ eo potiſſimum caſu proſunt quoque ubi calculi & colicæ vel connubium fit, vel etiam alter alterum affectus mentitur, utrique enim indicationi ſatisfaciunt; reſolvunt ſabulum, reſolvunt ſerum, pituitam & flatus.

2. *Nitroſa & media, arcanum tartari*; *tartarus vitriolatus*, *arcanum duplicatum Mynſichti*, *nitrum antimoniatum*, *clyſſus antimonii*, quæ ſalina, ut & *tinctura tartari* ſimul quoque alvum blande adaperiunt, & portam exituris concedunt, Neque obſtat dictis, flatus accenſitos fuiſſe calori debili; revera enim eſt debilis, non ſolum deficiens, ut in ſenibus & pituitoſis, verum etiam inquietatus, turbatus, irritatus, ut in ſcorbuto calido, colica biliosa & aliis.

Ut vero hæc ſunt proprie dicta carminativa, quæ calori & humori improportionatis debentur, ita huc ſpectant porro, licet adæquate & ſecundario magis, quæ reſpiciunt comitantia vel producta flatuum, quibus neglectis, nec remotis, unave curatis fruſtranea ipſa ſunt, dolores puta & obſtructiones, Hinc

III. *Quæcunque dolores tollunt, ſive ſuavi exhalatione, ſive ligatione blanda, ſunt carminativa, vel ſaltem illis præcipue ſocianda*, Talia ſunt *nervina* & paregorica, non ſolum roborantia calorem, & inciſoria pituitæ, verum quoque ſua blanda anathymiaſi tranſpirationem facilitantia, Ita paregorica quoque ſunt ſummit. *anethi*, flores *chamom. Rom.* Cardialgiæ ſpecificum, *meliloti* &c. Item *caſtoreum* in ſingultu & flatibus hyſtericis probatiſſimum, ejuſque eſſentia ac ſpiritus, oleum, pinguedo, *mithridatium & theriaca*, in colica probatiſſima, & revera polychreſta, olea deſtillata dicta, Oleum *ſtanni*, *zibethum*, quod umbili oblitum in torminibus infantum & aliis egregie conducit, & opiata ipſa quoque, Hinc ſacculus polychreſtus in variis, in primis flatulentis doloribus, ex flor. *Chamom. ſem. lini*, *carvi*, *ſale & furfur. tritic.* Actu enim calida externa diſſipant quoque.

Et ſane tertia hæc claſſis erit mixtorum, adeoque optima quaſi: Non poteſt commode carere Medica praxis hac ipſa.

IV. *Quæcunq; viam laxant flatibus, eoſq; cum pace dimittunt potius quam incarcerant, ſunt carminativa*; Potiſſimum enim flatus fovet obſtructio viarum & meatuum, unde niſi illæ liberæ ſint, ſæpe dolores & anxietates majores conſurgere oportet, imo ipſa carminativa, præcipue calidiora, primi generis, idipſum non raro præſtant, licet per accidens; valet id inprimis quando cum flatibus, & exin productis torminibus, conjunguntur alvi obſtructiones, tunc enim primaria, vel quaſi talis cura eſt per hæc viam laxantia.

Singula hæc inſignem habent uſum in ſingulis ventribus, ſic in vertigine & tinnitu aurium, tum hæc tum alia, infimum ventrem ſimul reſpicientia, locum habent, ita ut *martialia* & carminativa præcipua quaſi ſint ſpecifica in *Inflammationibus ventriculi*, præprimis poſt cibum, adjuvando *digeſtionem* eadem conveniunt, unde & *Pulveres peptici* enati. In *Pleuritide ſpuria* intus & extus unice proſunt, *cardialgiam* extemplo ſedant, *ructus* & *ſingultus* tollunt, *colicam* præſentiſſime curãt, *tormina dyſenterica*, & cũ diarrhœis aliis conjuncta ſed unde, in dyſenteria calorem externum, cum linbua, ex *oleo cera*, *chamemilla*, *anethi*, *aniſi*, *fœnic. hyoſcyami*, inveni laudatiſſimum, imo in torminibus quoque variolas præcedentibus, Sic & *in tympanitide*, & *doloribus hypochondriorum* proſunt, hi enim ſæpenumero non tam ſunt ſplenici quam inteſtinales, ab inflatione coli oriundi; item *doloribus poſt partum* cum anodynis & *paſſionibus hyſtericis* præſto ſunt, Imo her-

niam

nialem quoque *inteſtinalem*, experimento *Helmontii* & noſtro curant. Tenſionem enim inteſtinorum demendo, eadem locis ſuis detinent, ne ſpatium longius occupando herniam intolerabilem vel incarceratam reddant.

Notandum vero hinc . . *carminativa diſploſiva, præſente calore præternaturali, minus commoda*, Ut in omnibus ſpecificis diſtinguendæ ſunt circumſtantiæ, ita ut illa ſaltim talia ſint quæ exquiſite hiſce debentur, & ſunt oppoſita. Sic inprimis id quoque valet de carminativis, Diſploſiva [illegible]ur conveniunt ubi diſplodi materia flatulenta poteſt, non item ubi calori non eſt ſui juris, ſed habituoſitatem efficit gradu aucto, tunc enim temperantia potius ex uſu ſunt.

In diſcutiendis flatibus magis cauſa quam effectus reſpiciendus, ſive humor ſit *pituitoſus*, calidis optime excutiendus & carminandus, ſive *acidus*, invertendus, ſive *bilioſus*, temperandus, Valet id maxime in flatibus productis quando non tam ἀθρόως καὶ βιαίως irruunt & dira excitant ſymptomata, quam lanea pede moleſtum nihilominus poſt ſe trahunt effectum & doloroſum: In ſingulis archei & materiæ exhalantis eſt habenda ratio, adeoque & craſſiorum & tenuiorum flatuum.

III. *Flatus doloroſi carminativis, anodynis & educentibus, obtemperant*: Methodus hæc eſt curandi *colicam*. 1. dando diſcutientia, *eſſentiam carminativam, theriacam* vel ſimilia, 2. laxando alvum, ſeu clyſtere, ſeu purgante, ſi nihil obſtet, 3. demulcendo tenſas abdominis partes, oleis, linimentis, ſacculis paregoricis & ſimilibus.

IV. *Pauciores flatus diſplodi, copioſiores educi amant*, hinc carminativa non conveniunt ſi copia adeſt materiæ, tunc enim adhibita, cum non poſſint illam diſcutere, attenuant potius craſſos & frigidos humores, & in halitus elevant, unde ſæpe dolores & cruciatus augentur.

Carminativis viam ſternunt ſtomachica, purgantia & opiata. Cum enim in omnibus flatibus craſſioribus concurrant ventriculus, velut obſtetrix, quatenus cruditates generantur, nec legitime evolvuntur particulæ alimentariæ chyloſæ utiles, optime ſe gerunt ſtomachica, calorem roborantia, & menſtruum ventriculi, ut & domeſtica debilitas, ſive intemperies frigida tollatur in ſe, & ab aſſumptis extra flatulentia dometur: Cum productum morboſum ſint flatus ex humido, velut materia, illud utrumque expediunt recte purgantia, vel alvum ſaltim lenientia, Hinc optimæ ſunt eo caſu *pilulæ aloeticæ*, quæ dempto viſco ſunt mitiores, nec teneſmum hæmorrhoidalem inducunt.

Denique cum ſingula vel producat vel foveat *Diæta*, illa quoque mutanda eſt, plurima enim ſunt flatulenta, ut ex veſcis dicta oleracea, ex potulentis potus nimius, cerevisia & vinum recens &c. Hæc niſi attendantur, non poſſunt feliciter vel impendi carminativa, vel curari flatibus debiti affectus. *Wedelius Am. m. m. p. 354. ad 369.*

40. *Ab alimentis flatulentis*) Ut ſunt *raphanus, allium* &c. Sed rara eſt Inflatio ventriculi abdominiſque ſubita cujus meminit *Rhodius cent 2. obſ. 51.* quæ accidit Illuſtri cuidam, quum ad intemperiem capitis humidam *Chinæ* decocto xx. diebus eſſet uſus, aſſumptis piſcibus ventriculus & abdomen confeſt. intumuere, hinc in tympanitem lethalem incidit.

41. *Quæ ex ægri relatione*) Si ex flatuoſis cibis inflatio oriatur ex exiguo & brevis temporis ſpirim flatuoſo orto, qui uno vel altero ructu vacuatur, comprehendi poterit: At ſi ex iiſdem cibis, natura ſua non quidem flatuoſis, ſed in vapores per mediocrem caliditatem reſoluta Inflatio fiat, ab aſſumptione eorundem, pauco poſt tempore inflatio generabitur, & proinde ex laborantium ſeu adſtantium ſermone id percipies. *Foreſtus.*

42. *Diæta bona*) *Exercitatio* primo levis, deinde major adhibenda, maximeque ea quæ ſuperiores partes moveat, quod genus (*Celſus l. 4. c. 5.*) In omnibus ſtomachi vitiis aptiſſimum eſt; *Frictiones* item extremarum corporis partium conferunt: *Alvus* omnino ſit levis, & ſi adſtricta, ſtatim clyſter infundendus, ut *Ætius* jubet, Interponenda quoque abſtinentia juxta *Celſum*, præcipue vero, teſte *Ætio*, ubi ex diſſolutis in vaporem cibis orta fuerit inanitio, At ſi eam ferre non poſſint, *cibi* exhibendi ſunt calidi, attenuantes, minimeque inflantes, boni ſucci & coctu faciles, quantitate exigui; Dividantur autem (ex mente ejuſde *Aetii*) ita ut in prandio tertiam, in cœna vero reliquas duas accipiant partes, Fructuum vero ac olerum humidorum eſum ſemper habeant ſuſpectum, *Potus* cibum non interpellet; per omnem tamen cibum *Vinum* meracius exhibeatur, at non multum, nam multum potum tanquam infeſtiſſimum hoſtem devitent, *Aetio* monente, *Foreſtus.*

43. *Diſcutientibus*) Cavendum, ex *Arculano*, ne dum calefacimus inducamus majorem calorem febrilem, ita enim in gradu augetur calor, ſed in humiditate & quantitate imminuitur. *Ballonius l. de Virg. & m. m. capite 8.*

44. *Extra adhibitis*) Ad extra ponatur Empl. magnum ſupra totum ventrem, de *baccis lauri*, vel *Empl. ſtomachicum Galeni*, vel Emplaſtra relaxantia & adſtringentia, additis ſeminibus calidis majoribus & ſulphure; nam illa emplaſtra conſtringentia prohibent illam magnam dilatationem ventriculi, & ſic fortius flatus vel ſupra vel infra truduntur; Fiant ex Empl. pro matrice, de maſtic. & contra rupturam, Addimus *ſemina, cumini, apii, ſeſeli, carvi, galangam, cyperum* & ſimilia odorata, utcunque adſtringentia, ſi dolor id prohibeat, Tunc enim ratione doloris aliis diſcutientibus & aliis utcunque relaxantibus eſt utendum; Sed ſi ſine dolore ſit, conſtrictio adaugeri debet; nam partes quę ſemel diſtentę ſunt, aut propter diſtenſionem laxæ, non redeunt ad priſtinam formam niſi vel faſcia, alio modo retineantur compreſſæ: Ob id in hujuſmodi affectibus ſolemus imperare, poſt aliquam evacuationem & diſcuſſionem, ut regionem ventriculi ſenſim & leviter comprimant, & quotidie magis ac magis conſtringant. *Rondeletius Pr. c. 4. l. 2.*

44. *Extra adhibitis*) Si dolor admodum urgeat

℞. *Ungu. dialth* ℥j. *maſtich* ʒij. *ol. aneth. vel chamemel. ãã.* ʒß *ſem. cymini, fol. menthæ ãã.* ℈j. *croci q. ſ. f* Ungu. *Platerus.*

45. *Radices ebuli*) *Ebulus* quacunque ra[illegible] & modo uſurpatur, ad Inflationes ventris, & omnium partium, ſummopere prodeſt; Radix ejus foliis efficacior ſingulari experimento hydropicis in vino cocta & pota prodeſt. *Gabelchoverus cent. 3. cur. 46.*

ł *Quæ ex ſignis*) Si aſſumptio ciborum non præceſſerit natura flatuoſorum, pituitoſos humores in ventriculo contentos, ac in halitum ſolutos, Inflationis cauſam exiſtimabis: Nam ſi ex *atra bilis* in eundem ventriculum effuſione flatus generetur, quam affectionem hypochondriacam ac flatuoſam nominant, præter reliqua peculiariter metus & mœſtitia aderunt. *Foreſtus.*

46. *Evacuatione materia præparata, & Flatuum &c.*) Curandus eſt affectus remediis diſcutientibus & evacuantibus Flatulentam illam materiam, tum etiam Pituitam, à qua flatus concitantur.

Ac primum injiciendus eſt *clyſter* emolliens & laxans, cui etiam ſuccedat alter carminans & diſcutiens, ex *decocto folior. origani, calamenthi, pulegii, rutæ, centaur. min. ſem. aniſ. fœnic. dauci, cumini, & ſimil.* In quibus diſſolvatur *benedicta laxat. ol. aneth. rutacerum. mel anthoſ.*

Si affectus perſeveret, ex oleo rutaceo aut *nucum.* & *vini generoſi aut hippocrat.* partibus æqualibus clyſter erit componendus, addendo aquæ vitæ *unc.* ij.

Vel paretur clyſter ex vino albo, cum *olei iuniperi*, aut *cinnamomi*, aut caryophyll. Chymice extracti gutt. viij. qui miraculi inſtar liberat.

Poſtea admoveatur Fotus, E. g.

℞. *rad. cyperi, galangæ, calam. aromat. ãã. unc. j. fol. menthæ, origani, pulegii, majoranæ, hyſſopi, ſalviæ, ãã. m. j. ſemin. aniſi, fœnic. carvi, dauci & baccar. lauri ãã. unc. ß. flor. chamom. melilot. anthos & lavend. ãã. p. j. contundantur & incidantur, includanturque duobus ſacculis, qui bulliant in vino generoſo, dein expreſſi ventriculo & toti ventri alternatim admoveantur.*

In materia minus frigida poteſt parari Fotus à *Foreſto* laudatus, ut qui reliquis remediis non conferentibus ægrum citiſſime à dolore liberaverit.

℞. *Rad. alth. unc. ß. roſar. rubr. flor. chamom. ſummit. abſynth. ãã. m. j. coquantur in aqua comm. & chamom. ad ℔ iß. in fine addendo vini Rhenenſis opt. aquæ roſac. & aceti ãã. parum.*

Poſt Fotum fiat Illitus *ex oleo rutaceo & anethino* mixtus *cum aqua vitæ*, quibus aliquid addatur *olei ſalviæ* aut *caryophyll.* chymice deſtillati.

Interim dum hæc fiunt, ſi nauſea adſit, excitabitur *vomitus* blandiori vomitorio, aut *catharticum* exhibebitur materiam evacuans: Purgato corpore exhibeatur *ol. amygdal. amar.* recenter extractum & cum *vino albo* mixtum, *aut vinum Hippocr. Aqua clareta*, vel *Aqua cinnamomi.*

Julepus ſequens ad dolorem ſedandum, flatus diſcutiendos, pituitam detergendam, & ventriculum roborandum efficaciſſimus eſt.

℞. *Fol. abſinth. vulgar. centaur. min. & agrimon. ãã. m. ß. coqu. ad unc. v. In colatura diſſolve ſacch. albi unc. j. capiat mane per biduum.*

Amatus Luſitanus valde commendat *Aquam e floribus chamameli* deſtillatam, tanquam præcipuum leniendis ventriculi & inteſtinorum doloribus auxilium, cujus unc. iij. calide exhibeantur, Vel in aquæ illius penuria, *decoctum flor. chamameli* uſurpari poterit, à *Foreſto* laudatum: Ex hoc autem decocto, cum *ſemine anethi* parato, aut etiam *agarico*; vel *radice azari*, diſſolvendo *oxymel, ſyrupum acetoſum aut roſatum ſolut.* parari poteſt vomitorium ab initio morbi, quod evacuando mitigare dolorem poterit.

Utiliter admovetur *panis recens è furno extractus* per medium ſectus, tum per ſe, tum pulveribus aromaticis conſperſus. *Riverius.*

44. *Evacuatione*) Qui vult huic ſymptomati mederi, auferat cauſas, nempe pituitam, illam medicamentis pituitam dejicientibus, & leviter laxantibus; Optimum erit imperare *Pilulas de hiera & de aromatibus*, quæ leviter purgant, & calorem ventriculo ſuppeditant. *Rondeletius.*

Hoc malum in me expertus, tormina ventriculi una cum ventoſitate ſentiens & ingenti dolore; Cum flatulentos cibos non ſumpſiſſem, ex pituitoſis excrementis dolorem & flatum ortum conjiciebam, Ideo optimum duxi ſequentes Pilulas ſumere, quæ utrumque faciunt, ſcil. leviter purgant, & calorem ventriculo ſuppeditant.

℞. *Pilul. comm. ſeu peſtil.* ℈ ij. *pil. de hiera* ℈ j. *cum aqua fœnic. f. Pil. v.* Mane eas hora 9. devoravi, & mane ſequenti quatuor ſeceſſus habui valde copioſos, pituitoſos, & corruptos, cum emiſſione ventoſitatum, quibus dolor, tormina atque rugitus ceſſarunt. Sumpſi quoque *decoctum flor. chamom. & aniſi* in cerevifia communi. *Foreſtus.*

46. *Materiæ preparatæ*) Si quis velit pituitam illam coquere, & ventriculum corroborare, id fiet ſyrupis, ut *ſyr. de mentha, ſyr. conſervationis corticis citri, ſyr. de ſtæchade* in pauca quantitate, cum aliis quibuſdam temperatus, *Mel anthoſ.* cum *aquis hyſſopi, menthæ, beton.* & abſynth. quæ minus adſtringit, quam ſyrupus vel decoctum herbæ, ob id cum ſyrupis attenuantibus & detergentibus dari poteſt, non autem decoctum ut prohibuit *Gal.* Vel fiat talis ſyrupus, qui tria præſtabit, cauſam Materialem expulſioni præparabit, Efficientem minuet, & Flatus diſcutiet, qui ſunt immediata cauſa Inflationis, Parabitur ergo ex leviter attenuantibus modice calidis & flatus diſcutientibus, ut

℞. *Cortic. citri unc. j. galangæ min. unc. ß. menthæ ſiccæ, hyſſopi ſicci, beton. ſiccæ ãã. m. j. aniſi, fœnic. ãã.* ℥ ij. *flor. anth. ſtæch. ãã. p. j. f. decoctio ad* ℥ iij. *In fine decoctionis adde vini albi opt.* ℔ ß. *ſacch.* ℔ j. *clarificetur & aromatizetur cum* ℥ j. *cinnam.* fiat ſyrupus, capiat ℥ iv. ante prandium & ante cœnam duabus circiter horis.

Ruſticis dare poterimus *decoctum cymini*, *vel ſeſeli cum mentha vel hyſſopo in vino decoctis*, *Rondeletius.*

Hic obſervare oportet quod herbæ ſiccæ ſunt uſurpandæ non humidæ, neque fructus dulces ponendi, quia flatus gignunt talia, Additur *vinum* ad attenuandum, & calefaciendum. *Idem.*

46. *Evacuatione materiæ preparata & Diſcuſſione*) *Hic ordo obſervandus*, Nam diligenter obſervandum hic quod nullus omnino, aut exiguus admodum uſus ſit impenſe calidorum, cum ſimplicium tum compoſitorum, antequam cruda craſſaque pituita quovis modo ſit evacuata, Omnia enim acria, & abunde calida, ſi in denſam atque viſcidam pituitam incidant, flatus ſuſcitant, non diſcutiunt, quare dum curare ſatagimus, majoris moleſtiæ anthores ſumus, & quæ alioqui poſt evacuationem craſſi humoris ſalubria ſunt, illo adhuc in corpore ſubſiſtente evadunt pernicioſa, Caute itaque ſe gerat Medicus in horum adminiſtratione, niſi forte levioribus medelis malum non evincens, aut valentioribus perperam uſus Inflatio diutius perſeveret, ægrum in Tympanitem dejiciat, & mali Medici nomen ſibi conciliet. *Fienus Phyſogr. p. 147.*

47. *Diſcuſſione Flatuum tollitur*) Ope ſequentis Miſturæ non tantum *pituita glutinoſa* poteſt incidi, ſed *bilis* quoque acrior temperari ad cochleate aſſumpta.

℞. *Aqu. plantag. acetoſæ ãã.* ℥ ij. *alexipharmaca* ℨ vj. *oxymel. ſquill.* ℥ ß. *ſyr. acetoſ. citri* ℥ ß.

Hoc medicamento utraque flatuum cauſa, & *Materialis* & Efficiens poteſt corrigi, & Flatuum generatio impediri.

Quoad ipſorum Flatuum jam genitorum exiſtentiumque Diſcuſſionem, nil novi quod *ſpiritui nitri*, tam *puro & ſimplici* quam *dulci* facto queat comparari; poſtquam pleraque vulgo nota ſunt *Aromatica*, & hactenus bilis acrimoniam quodammodo ſaltem intendentia & augentia, quo etiam refero ſalia volatilia, qualiacunque, quæ omnia *ſpiritui nitri* cedunt; Hinc eſt quod tam ſolicite diſcutiendis Flatibus medicamenta præſcribant Medici, ſæpius experientia mihi edoctæ, non parum ipſa nocuiſſe ſuis ægris, propter Bilem ab ipſis acriorem factam, incendiumque ab ipſis in corpore auctum; Hujus autem effectus rationem ignorant quotquot Efferveſcentiæ utriuſque, calidæ frigidæque, ignorant & naturam & rationem, quibus perſpectis percipitur facile ratio incendii ab uſu carminantium facti & quod primarium eſt, percipitur quoque ratio qua poſſit præveniri hoc malum: Uſum ergo magnum in praxi recte ac rite inſtituenda habet doctrina de Efferveſcentia, ejuſque differentiis & cauſis veris. *Sylvius App. Tr. 2. §. 415.*

48. *Proſunt ratula*) Cubebæ in flatibus præſertim laudantur, *Galanga* in ore ſaltem retenta, *ructum* allevare creditur, *Caſtoreum* cum *vino* bibitum flatus mirifice pellit; inquit *Dioſcorides*, *Platerus.*

49. Diſcutiunt

49. *Diſcutiunt etiam*) Nihil convenientius, & coctioni accommodatius eſt quam geſtare cerotum ex una parte *ladani* puriſſ[illegible] & *ʒ. cera* impoſitum; ſuaviſſime enim fovet calorem [illegible]tum, & ad flatus diſſolvendos & coctionem mul[illegible] facit. *Crato.*

50. *Cucurbitula magna*) *Ex Galeno*, qui Cucurbitulam admotam ventriculo illius dolores citiſſime teſolvere inſtar incantamenti ait: Hæc tamen cautio adhibenda eſt ut nihil aut parum humoris crudi in ventriculo lateat, alioqui dolorem intendit. *Riverius.*

51. *Talorum ſuillorum*) *Paulus* dat *Ovillum* uſtum. Alias *ſuillum talum, ſeu aſtragalum*, commendari ait ad fracturas oſſium, ut & ad colli capitiſque dolores. *Schroderus.*

Cap. X.

De Vulneribus & Vlceribus Ventriculi.

V*Ulnera ventriculi* oxinde

a. *Cognoſcuntur*, quod abdomen profundius è regione ventriculi ſit ſolutum, ſingultus & bilis vomitu[illegible] ſequatur, cibus potuſque interdum rejiciatur.

1. *Curantur nullo ferè modo* ſi totum ventriculi corpus perforatum; vel 2. ſi ſuperior ipſius pars circa o[illegible]ſum vulnerata. 3. *Difficulter*, ſi exterior ſaltem tunica, & 4. ſi fundus ventriculi, qui carnoſus eſt, & medicamenta ſuſtinere poteſt. 5. *Peragitur Curatio* ut in aliis vulneribus. 6. *Maſtiche* 7. omnibus modis ſumpta utilis eſt. Vulnus penetrans & amplum conſui debet, orificio inferiore parte relicto. 8. In Diæta ab omnibus acribus abſtinendem. 9. Singulare ejus apud *Cornarium* in ruſtico quodam exemplum.

a. *Cognoſcuntur*) Vbi ventriculus fuerit vulneratus, ſub mucronata cartilagine eſt vulnus, ſingultus & bilis vomitus excitatur: Appetitus dejectio & nauſea, & ſi quid cibi vel potionis eſt aſſumptum id cito per vomitum redditur; Arteriarum motus elangueſcunt, Sudores tenues oriuntur, per quos extremæ partes frigeſcunt, per vulnus chylus, vel aſſumptus chylus & potus egreditur, dolorque ingens excitatur, qui ſyncopen aliquando efficit, frequens vertigo fit, ſputum ſanguinolentum redditur, præcordia indurantur, ſingultus continuus mors eſt in propinquo. Chylus ſi per vulnus exit, perpetuus vomitus conſequitur. *Vigerius Chirurg. l. 2. c. 26.*

1. *Curantur nullo fere modo*) *Hippocr. aph. 18. 6.* vulnera ventriculi ſtatuit lethalia. Idem ſentit *Celſus l. 5. c. 26.* *Avicenna* dicit *l. 4. tr. 1. cap 1.* lethalia eſſe utplurimum; Contra *Schenckius in obſervat.* hiſtorias aliquot ex diverſorum authorum monumentis recenſet, quibus ventriculi vulnera curata fuiſſe teſtatur.

Vt contradictio hæc concilietur, diſtinctiones aliquot adhibendæ ſunt.

Magna vulnera, & penetrantia, quæ διακοπή ab *Hippocr. aph. 18. 6.* nominantur, inſanabilia ſunt, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Parva, levia & ſuperficiaria non item.

Vulnera quæ prope ventriculi orificium inflicta ſunt, periculoſa ſunt valde, Minus lethalia ſunt quæ fundo aut lateribus ejus ſunt impacta.

Iuxta primam diſtinctionem, ſcribit *Galenus comm. 18. 6*, vulnera ventriculi ſuperficiaria conſolidari ſæpius, Penetrantia vero, quæ uſque ad internam cavitatem pertingunt, rariſſime; Id quod non tam propter membranoſam ventriculi ſubſtantiam dicit accidere, quam propter ἀδυναμίαν τῆς θεραπείας, quoniam ventriculo non, ut partibus externis medicamenta imponere licet, quo nomine *Authorem l. de leth. vuln.* vulnera ventriculi διὰ τῶν πινομένων, per ea quæ bibuntur ſanare conatum fuiſſe aſſeverat.

Iuxta diſtinctionem ſecundam, perículoſiſſima ſunt magna & penetrantia vulnera orificii ſiniſtri, quod à Græcis καρδία dictum. Cauſas vide inferius. *Sebiſius Man. p. 1022.*

2. *Vel ſuperior pars*) Periculoſiſſima ſunt magna & penetrantia vulnera orificii ſiniſtri, à Græcis καρδία dicti, 1. quia inſignem cum cerebro & corde conſenſum habet, ut experientia docet. 2. quia ob nervos ſtomachicos exquiſito admodum ſenſu eſt præditum 3. quia illi remedia commode applicari nequeunt, nam potiones, quę illius cauſa aſſumuntur, ſtatim ad fundum abeunt. 4. Quia ſedes eſt appetitus animalis, quemadmodum fundum ejus officina χυλώσεως eſt, & alimentorum receptaculum 5. quia graviſſima conſequuntur ſymptomata, leipothymia, ſyncope, vomitus, ſingultus, dolores acerbi, refrigeratio extremorum, ſudores ſyncoptici, anorexia, convulſiones, 6. quia partes ventriculi nervoſæ ſunt & exangues, quæ ægre coaleſcunt. *Gal. 6 m. m c. 4.* duas ſolum cauſas ponit, ἀναισθησίαν καὶ ἀδυναμίαν τῆς θεραπείας: ait enim orificium iſtud medicamentorum contactu in tranſitu tantum frui. *Sebiſius manu. p. 123.*

3. *Difficulter*) Cur omnia in univerſum ventriculi vulnera magna & penetrantia periculi plena ſint, partim ex dictis liquet, partim ex ſequentibus, 1. quia officium ejus toti corpori ſumme neceſſarium eſt, cum ſit τῆς χυλώσεως ἐργαστήριον, quæ reliquarum concoctionum eſt fundamentum, 2. Quia juxta *Q. Sereni* placitum, *Regi ſimilis eſt ventriculus*, Nam ſi ventriculo bene eſt, bene quoq; ſolet eſſe reliquo corpori; Sin male, male etiam reliquum corpus ſe habere affirmat: Ventriculo enim male affecto, aut longa officii vacuitate facto ignaviore, tota œconomia naturalis corruit. 3. Quia vulnera ejus propter exánguem nervoſamq; ac membranoſam ſubſtantiam ęgre uniuntur; 4. Quia ſi maxime vulneris labia ſint conjuncta, manere tamen conjuncta non poſſunt, idque propter cibum & potum, qui quotidie aſſumēdi. 5. Quia interna remedia ad laborantem quidem locum perveniunt, at diu in eo non perſiſtunt, ideoque etiam parum aut nihil efficiunt. 6. Quia ventriculus acute ſentit, & cum cerebro, corde, hepate, mire conſpirat. 7. Quia vulnerato ventriculo gravia ſubſequuntur ſymptomata: *Sebiſius ibidem.* Adde quod proximus ductui pancreatico & poro choledocho, *ſuccos* inde fluentes, ob viciniam facile ſuſcipit & allicit.

4. *Et ſi fundus*) Minus lethalia cenſentur vulnera in fundo accepta, 1. quia fundum craſſius eſt & carnoſius, ideoque conſolidatur facilius, teſte *Galeno l. 6. m. m. c. 4.* ij. Quia in eo Potiones & medicamenta vulneraria aliquandiu manent, atq; ſubſiſtunt, *eodem authore.* iij. Quia illius tanta dignitas non eſt ac orificii. iv. Quia fundum adeo acris ſenſus non eſt atque orificium. *Idem ibid.*

Vulnerum fundo ventriculi inflictorum curatorum hiſtorias habent *Fallopius* de cap. vuln. cap. 12 *Cornax* in Epiſt. *Julius Alexandr. ad l. 6. c. 4. m. m. Galeni Schenckius* in obſ. *Diemerbroeck Anat. l. 1. c. 6.* Mirabiles ſunt hiſtoriæ quas de Cultrivoris ſcribunt *Bern. Suevus* de Inſp. Vuln. *Crollius*, in Prax. Baſilicæ *Sennertus Prax. l. 3. ſect. 1. c. 15.* aliique plures de ruſtico Bohemo, ut qui anno 1602. cultrum longitudinis novem pollicum deglutiit, qui culter poſt ſeptem hebdomadas è ventriculo exci-

ſus, & æger ſanitati reſtitutus fuit. Cultrivori Pruſſiaci hiſtoriam edidit *Daniel Beckers*; Culter eductus aſſervatur in theatro Anatomico Leydenſi.

5. *Peragitur Curatio*) Si vulnus penetret, conſiderandum eſt an magnum vel parvum fuerit vulnus, & quamvis omne penetrans ventriculi vulnus, & præſertim oris ejus, lethale ſit, tamen ſine curatione relinquendi non ſunt ægri, cum multa præter Medici ſpem eveniant. Si magnum igitur fuerit, quidam volunt ut eadem ſutura quæ inteſtinis debetur, conſuatur. Si vero conſui non poſſit, vel parvum ſit vulnus, & inſtrumento anguſto ac perforante factum, tunc inconſutum relinquendum, & abdominis vulnus conſuendum; inque vulneris inferiori parte orificium relinquendum, ut pus expurgari poſſit; intraque dictum orificium turunda immittenda, quæ intra ventriculi vulnus ingredi nullo modo debet, ſed ut ad illud perveniat tantummodo ſufficit, quæ illinatur *ſyrupo de roſis ſiccis cum pulv. ſangu. dracon. boli Armena, terra ſigill. & maſtiches*, Poterit applicari *ceratum ſtomachicum*. Vigierus.

Vena ſecari poteſt ſi vulneratus eam queat tolerare: Corpus, ſi cacochymia adſit, vacuandum per clyſmata; A purgantibus enim deglutitis ventriculus offenditur, & ad vomitum proritatur: Inungenda turunda ungu. aliquo vulnerario, *ex terebinth* v. g. *& oleo hyperici*, vel etiam *maſtichino*, *memordica*, *nicotiana* &c. vel *Empl. ſtiĉlico Crollii*, vel Empl. Nigro; Valet *ungu. de beton. ungu. aureum*, &c. *Sebiſius*.

6. *Maſtiche*) Sæpe etiam dari poteſt *ſacch. roſ. veteris* vel *diatragacanthum*, vel *radix conſolida major. ſacch. condita*, vel *cydonia condita*, & alia quæ glutinandi ac conſolidandi vim habent, quæ fere continuo in ore detineri paulatimque deglutiri debent, *Vigierius*.

Intus offerenda *ſyr. roſar ſicc*, *myrthinus*, *cydon. granat. acidor*, *conſerva roſar. rubr. acetoſa*, *acetoſella ſymph. maj. diacydon. ſine ſpec* Decoctum *rad. tormentill. biſtorta*, *pentaph. ligni lentiſc. ſanicula*, *alchym. ophiogl. pyrola*, *piloſella*, *agrimon. herniar. beton. bugloſſ. maſtichis*, Sebiſius.

Externe prodeſt *Empl. magneticum* & medicamenta

ex ocul. 69. Michaelis.

6. *Maſtiche*) Quæ ventriculo admodum commendatur, & in quibuſcunque ejus pathematibus adhibetur, adſtringit & m. roborat, *Etmuller*,

7. *Omnibus modis ſumpta*) Coquitur in aqua, (*vide Schroderum*) quod tamen melius fit ſi pluvialis recipiatur; quod decoctum in diarrhœa frequenter uſurpatur, Eſt & alius modus aquam maſtichinam reddendi, Fumum ejus excipiunt vaſe quodã novo vitreo; quod ubi fumo probe repletum fuerit, ſubito vel aquam communem, vel aliquam deſtillatam affundunt, quæ exinde potum dat ſtomachicum: Poteſt & uſurpari in ſubſtantia, ſi ejus gr vj. vel vij. x. jejuno ſtomacho deglutiantur in affectibus ejus: Appetitum mire provocat, & poſt paſtum digeſtionem promovet, *Etmuller*.

8. *Vulnus penetrans*) Curatio *non penetrantis* ſoli fere naturæ committitur; quandoque tamen & balſamus aliquis vulnerarius per abdominis vulnus immittitur, aut turunda removetur: At penetrans ſi fuerit, ſtatim filo ſericeo conſuendæ tunicæ, conſuendum & abdomen, ita tamen ut apertio ſufficiens hic maneat pro puris egreſſu; & hinc vulneraria, interna & externa, etiam ſymptomatum ratione habita adhibenda. *Blaſius Ther. ſpec. p. 243.*

9. *In Diæta*) In victu maxima curationis pars conſiſtit, & in iis quæ per os aſſumuntur, Parciſſime comedere debet patiens, ne ex cibi copia ventriculus diſtendatur, ſed corrugatus maneat, & ſic vulnus facilius uniatur & glutinatur, Et ne etiam ex cibi copia vomitus excitetur, qui conglutinationem impediat; & niſi dicto victu ſuſtineri poſſit, nutrientes clyſteres indantur. *Vigierius*.

Cibus ſit concoctu facillimus, in quantitate valde paucus *Sebiſius*.

Fercula tenuia & pauca, ſæpe tamen ſunt exhibenda, quæ cum decocto *ſymphiti*, *ſarmenti Indici*, & pauxillo *maſtichis & caryophyll.* ſunt præparata: Verum ſi alimentum per vulnus effluat, aut ventriculus tolerare nequeat, præſtat liquidiora alimenta ut ſunt *juſcula pullorum*, *lac amygdal. & ovorum juſcula* per clyſteres infundere. *Franc. Joel.*

II. [10] *Vlcus* ventriculi [11] *cognoſcitur* ex dolore pungente & ulceroſo, ardore à [12] cibo calido ingeſto excitato, ſupra umbilicum infeſtante, ructibus fœtidis; cauſis ulcus generantibus, febre lenta &c. [13] *Oritur* 1. [14] *Ab externis*, [15] ut medicamentis & [16] venenis acribus, & tum relatio ægri indicio erit.

2. Ab [17] *Humoribus acribus*, vel aliunde allapſis, vel ibi genitis, & tum ad intemperiem cum materia recurrendum eſt.

3. Ab *Apoſtemate*, poſt inflammationem rupto, & tum illa præceſſit.

4. *A ruptura venæ*, & tum ſanguinis vomitus præceſſit. [18] *Curatur difficulter*, tum quia detergentia dolorem excitant, tum quia ſemper à chylo humectatum exſiccari nequit. Inveterata lienteriam inferunt.

[19] In *Curatione* nota 1. [20] Humorem, ſi adeſt, lenientibus duntaxat educi debere.

2. Vomitum plane vitandum, ne quod ulceratum eſt magis dilaceretur.

3. [21] Conſolidantibus internis aliquid mediocriter abſtergentium ſemper admiſcendum.

10. *Vlcus ventriculi*) Per ventriculi ulcus intelligimus ſolutam unitatem diſtinctam à vulnere; Generatur id dum cauſa morbifica agit in ventriculum, & ita agit ut ventriculi ſubſtantiæ, modo per modum abraſionis, modo una eroſionis abſumatur, & unitas ſolvatur; Atque ob id ulcus ventriculi eſt Soluta unitas cum magnitudine imminuta, producta à cauſa morbifica; *Capivaccius lib. 3. Prax. c. 2.*

11. *Cognoſcitur*) Secundum *Avicennam* ventriculi ulcus indicatur è dolore pungitivo, ulceroſo, præſertim dum in ventriculum aliquid inſuave deſcendit, quo fit ut quiete dolor mitior evadat; Indicatur etiam ex inappetentia; è ſiti, è ructu fœtido (quia ubi ulcus, ibi pus) è vomitu ſaniei.

Cæterum cum ulcus poſſit corripere vicinas partes, i. e. vel gulam, vel ſuperna inteſtina, hæc ita diſtinguentur, Si enim in gula ſit ulcus, indicabitur è dolore in poſteriori parte inter ſcapulas; item è dolore cruciante à collo, ſeu cervice, uſque ad pectoris initium, & præſertim intendetur dolor tempore deglutitionis, Si autem ulcus attineat ad inteſtina, indicabitur è dolore affligente circa umbilicum & infra, & dolor acerbior evadet tempore expulſionis (*præſertim affecto pyloro*) Si autem ulcus ſit in ventriculo, indicabitur è dolore vigente in regione ventriculi, & augebitur dolor dum cibus ingreditur ventriculum, dum etiam concoquitur, & præterea dum tranſmittitur in inteſtina, nam hoc tempore movetur ventriculus. *Capivaccius*.

11. *Cognoſcitur*) Signa ſunt dolor lancinans, præſertim ſi quid acidum, ſalſum, & acre ſit comeſtum, cibi inappetentia, vomitio puruleſota, ſanioſa, cruenta, &c. *Sebiſius, Man. p. 1027.*

12. *A cibo calido ingeſto*) Vel ſi quidpiam excedente aliqua qualitate præditum aſſumitur, acre ſal. acidum vel ſalſum.

13. *Oritur*) Vl[illegible]ntriculi fit à cauſis internis vel externis *Internæ* ſunt, Abſceſſus ruptus, quod puris excretione per vomitum & ſeceſſum rejectis cognoſcitur: Humores acres in ventriculo geniti, vel aliunde in eum tranſmiſſi; vel bilis flava, atra, vel pituita ſalſa: Externæ cauſæ ſunt medicamenta acria & erodentia, aut venena; Hue referri poſſunt vulnera ventriculi male curata, quæ in ulcus degenerant; Ruptio venæ alicujus inſignioris, quæ coaleſcere ſufficienter non potuit, poſt vomitum ſanguinis copioſum. *Reverius.*

14. *Ab externis*) Externa cauſa poteſt eſſe neceſſario occurrens, ut agrumina, id eſt allium, cæpe &c. vel non neceſſario occurrens, veluti medicamentum corrodens, venenum corrodens. Quoad *agrumina, Galenus l. 3 de temp. c 3.* ait hæc cutim exulcerare, cum ſincera applicantur; at partes internæ ab iis non exulcerantur, quoniam calor harum reſiſtit, & præterea cum cibo copioſo miſcentur agrumina; at cutis calor iis cedit, non reſiſtit. *Capivaccius.*

15. *Ut medicamentis*) Ut colocynthide, euphorbio &c. Ab uſu Jalapæ ventriculo inductam phlegmonoden diatheſin ñata. *Wepferus de Cicuta aquat.*

16. *Venenis acribus*) Si ex acribus corroſivis, aut ſimilibus aſſumptis arroſus aut exulceratus fuerit ventriculus, præmiſſo in principio vomitu, *lacticinia*, item *terra ſigillata* ſunt convenientiſſima; item *tragac. in aqua flor. nenuphar. ſolutum*, vide *Barthol. cent. 6. Hiſt. 21. Etmuller.*

17. *Ab humoribus acribus*) Cauſa eſt interna vel externa, Interna eſſe poteſt quilibet ſuccus, & cum *Avicenna*, cum materia catarrhalis, & atra bilis, unde prodit ulcus cancroſum: Succus autem mordax talis eſt vel propria ratione, ut bilis flava, bilis atra; vel ratione putredinis, veluti in pituita & materia catarrhali. *Capivaccius.*

17. *Humoribus acribus*) Bile porracea, æruginoſa, pituita ſalſa, atra bile, *Sebiſius.*

Cauſa chylus eſt putridus, ſanguis ſimilis, vermes. *Blaſius.*

18. *Curatur difficulter*) Prognoſis funeſta utplurimum inſtituenda eſt, niſi ulcus ſit perexiguum, & ſuperficiem tantum occupet, ac febrem conjunctam non habeat: Membrana enim ventriculi ulcerata, utpote pars ſpermatica, difficillime coaleſcit: alimenta in ventriculo male affecto non bene concoquuntur, & ante abſolutam concoctionem rejiciuntur, ulcus lancinantia; Præterea medicamenta parum præſtant, quia detergentia medicamenta ulceris curationi neceſſaria, dolorem excitant; Exſiccantia vero, quæ alteram curandorum ulcerum indicationem implent, impediuntur continuo ab eſculentis, potulentis & chyloſa materia, aliiſque humoribus qui in debili ſtomacho continuo reſtagnant. *Reverius.*

19. *In Curatione*) Si à rupto abſceſſu, ulcus detergeatur hydromelite in potu exhibito, cui addendi interdum manna thuris, *Galeni* præcepto, vel *aqua hordei* cum *ſacchāro roſaceo* in principio, & conſtitutione calidiori exhibenda: Vlcere vero in vetuſtatem abeunte, ſive ab hac cauſa, ſive ab alia quavis, ut humoribus acribus & ardentibus, vel aſſumptis cauſticis & venenatis rebus genitum fuerit, conveniunt primum *juſcula herbis refrigerantibus, & modice adſtringentibus alterata, hordeata, amygdalata*, cum *ſacchāro roſ.* parata, *lac recens mulctum cum ſacchāro* & *tantillo mellis*, ac tandem *chalybeatum*: Tum etiam *aqua ferrata pro Potu ordinario*, aut in qua *boli armena*, aut *terra ſigill.* fruſtula maduerint; Cui addi poterit vinum rubrum auſterum, ſi perexigua caliditas in parte apparuerit.

Dein Apozema ſequens veniat in uſum.

℞. *Hordei integri p. 3. fol. ſcabioſ. agrimon. pimpin. & capilli ven. āā. m. ß. ſemin. melon. ℥ij. roſar. rub ſicc. p. j. fiat decoctio ad ℔j. in qua diſſolve ſyr. de roſis ſiccis ℥iij. f. Apozema pro iv. doſibus frequenter iterandis.*

Ad interna etiam ulcera plurimum confert decoctum *radicis Chinæ*, ubi febris abfuerit, per xx. aut plures dies ſumptum, leviter ſudores provocando, ſic enim ulcus paulatim exſiccatur; Si vero tabes & corporis conſumptio timeatur; decoquatur radix prædicta in *juſculo pulli gallinacei*, vel columbini cum herbis prædictis & *hordeo mundato*.

In diuturniori ulcere, Potus *aquarum mineralium*, vitriolat. ferratarum, aluminoſarum, quales ſunt noſtræ *Monenſes*, per menſem integrum ſumptæ, non parum conferent.

Toto morbi decurſu, ad ventriculum ab illuvie repurgandum, conferunt leviora cathartica, ut *rhabarbarum, tamarindi, myrobal. ſyr. roſac. & cathol.* ſemel in ſeptimana uſurpata.

Denique ad ulceris *occluſionem*.

℞. *Boli Arm. terra ſigill. corall. r. lapid. hæmat. aqua roſar. diligenter lotor. āā. ℥j. ſangu. dracon. gummi arab. & tragac. āā. ʒß. ſemin. papav. albi leviter contuſi & aſſi, hypoc. thuris & ſarcocollæ āā. ℈j. ſacch. roſ. ℥j. f. Pulvis Cujus capiat ʒj. ex aqua plantag. aut conſerva roſar.* ſingulis diebus.

Vel ex eodem Pulvere poteſt fieri Opiata cum *conſerva ſymph. & roſar. ſyrupo. cydon. aut myrth.* exceptis:

Vel etiam poſſunt fieri Trochiſci, ex eodem Pulvere cum *mucilag. ſeminis pſyllii* aut *tragacantha*, Quibus omnibus viciſſim æger uti poterit, ne ejuſdem remedii tædio afficiatur.

Externis vero ad ulceris occluſionem admoveri poterit, regioni ventriculi *Fotus ex decocto abſynthii, roſar. malicor. gallar. balauſt. myrtillor. thuris, maſtiches, ac ſimilium.* Ac deniq; pars eadem inungenda unguento adſtringente, vel Empl. adſtringens admovendum. *Riverius.*

19. *In curatione*). Oportet cauſas removere, ulcus mundificare, cavitatem implere, & impletum cicatrice obducere: Pro abſterſione & purificatione conveniunt *Syrupi de veronica betonica, ſcabioſa, carduo bened. agrimon. marrubio, & abſynthio mel roſat. colat. ſyr. de roſis ſiccis, de cichor. hydromel:* Decoctum *cicer. rubr. hordei, liquir ficuum*, Emulſio *ex nucleis pineis, amygdalis amar.* cum decocto propoſito, *Aqua ſacchar.* Vlcere probe abſterſo natura ipſa ſanationem præſtat. *Sebiſius Man. pag. 1027.*

20. *Humorem ſi adeſt lententibus*) Cauſa generationis carnis probantur medicamenta vacuantia excrementa per modum Deterſionis & Exſiccationis, quæ non debent eſſe mordacia, Verum expedit ut validiora adminiſtrentur pro excrementorum copia, & lentore: Contra ſi res habuerit, i. e. ſi excrementa non ita ſint copioſa, nec ita lenta, probantur debiliora, & præſertim in ventriculo æſtuante, quare probatur *aqua ſaccharata, aqua hordeacea cum ſemin. melon. ſerum lactis* vel ſincerum vel cum *lacte*, probatur *aqua Virginis, aqua Veronenſis.*

Expedit quoque in his medicamentis admiſcere *mannam*, vel *ſyr. roſ. ſol.* quoniam opus eſt ut deterſum excrementum evacuetur, vel per alvum, vel per renes.

Si autem excrementum fuerit viſcidius, ut in ventriculo non æſtuante, probatur *mel non coctum, mulſa non aquoſa, jus cicerum cum melle & ſucco puſſul.* Quod ſi excrementum in ulcere fuerit putridum, cum *Avicenna* poteſtis aſcendere *ad hieram*, ſed deinde exhibeatis

vel *ſerum*, vel *aquam hordei*.

Quoad vacuantia per modum Siccationis, quibus utimur gratia excrementi tenuis, probantur *tragacantha, thus, maſtiche, ſarcocolla, cornu cervi*, cum aqua *hordei* vel cum *ſero*. Capivaccius.

21. *Conſolidantibus internis*) Quoad agglutinantia, cum *Galeno 4. m. m. c. 7.* uti licet *hypociſtide, balauſtiis, gallis immaturis, malicorio, ſucco plantag.* &c. Notandum in calidiore ventriculo hæc medicamenta eſſe danda cum *aqua*, vel *plantag.* vel *roſac.* Sin frigidior, cum *decocto menthæ*, cum *vino auſtero*, Abſtineatis à *melle*, quoniam abſtergit, *Galenus* l. c. proponit mel ſimul cum glutinantibus, ſed in ratione vehiculi, quia reſpicit ad ulcera remota, at hic agitur de ulcere ventriculi, ubi vehiculo opus non eſt; Quinimo in praxi obſerveus ut medicamentum diu maneat in ventriculo, ideoque non probatur dilutum admodum copioſum; Præterea proderit admovere medicamentum è *pice navali*, addita *maſtiche, bolo Armena, ſanguine draco*, & ſimilibus adſtringentibus. *Capivaccius l. c.*

Eroſio, Tabes ſeu Phthiſis Ventriculi.

Excrementa illa tartarea, viſcida & lenta, quæ ex reliquiis chyloſos in ventriculo relinquuntur, non ſolum cruditates & imbecillitates generant, ſed & ſæpiuſcule *Eroſiones, Tabem* ac Phthiſin in ventriculo producunt, Excrementa enim Tartarea illa, quo longiori tempore reſident in ventriculo, eo fortius coquuntur; & ex coctione hac fortiori acriora evadunt, & ita quidem ut in cauſtica potentialia tranſeant, quæ ipſum ventriculum ſolvunt atque cauſticant, ut inde ulcera cum ſummo dolore fiant, Et ſic perſentitur eroſio & ardor ſummus in ventriculo, cum febre lenta & hectica, quæ hinc exoritur, unde tabes illa ſeu phthiſis ventriculi.

Nihil igitur aliud eſt Eroſio, Tabes ſeu Phthiſis ventriculi, quam ulcus erodens in ipſo ventriculo ab excrementis tartareis mordacibus & acribus productum. Inflammatur autem ventriculus ab ulcere, ac propterea marceſcit, cum alimentum ejus à depravata & vitiata coctione ſua pariter depravetur, donec demque totum pedetentim marceſcat corpus, quoniam & illi tunc verum deficit alimentum. Si enim ventriculus deficiat in præparando chylo, hepar etiam in præparando ſanguine deficit, ut pote quod talem depravatam coctionem corrigere non poteſt, cum nimis magna ſit: Si levis eſſet illa depravata coctio, corrigere eam adhuc poſſet, aſt cum ſit adeo magna, ut in calore omnino deficiat, ſanguis laudatus inde fieri non poteſt; hinc deficit omnibus corporis partibus alimentum, quem defectum tabes totius ſequitur.

Hæc conſumptio non omnibus Medicis cognita eſt, Cordi enim referunt cujuſcunque conſumptionis initium, quod à veritate alienum, quia ſæpiſſime ex ventriculo ortum habet, & à coctione exacerbationem ſuſcipit, id quod non fieret ſi in corde eſſet hujus tabis fundamentum.

Curatio Eroſionis & Tabis Ventriculi dependet ex ſublatione excrementorum tartareorum, quæ ex reliquiis coctionis ventriculi ortum habent, Ergo in roboratione virtutis ventriculi tota cura reſidet, quæ ex *antimonio* petenda, ſolum enim hoc ventriculum ab omnibus hiſce tartareis excrementis purgat ac liberat. *P. Joh. Faber Pathol. Spag. c. 34.*

Infrequens plane eſt affectus iſte (cujus ex ſiccitate ventriculi Vitæ tabis mentionem quoque facit *Galenus*) *Avicenna* Ventriculi Hecticam, *Sennertus* Maciem ejus & extenuationem, *Zacutus* Ventriculi Maraſmum, Alii Marcidam ejus Siccitatem dicunt; Atque cum Auctor *eroſionis* nomen hic uſurpet, eadem ratione & ulcera ventriculi huc reduci queunt: Notum autem eſt quod ventriculus in homine convenientem debitamque craſſitiem ſuam obtinere debeat, utpote quæ non parum ad coctionem recte abſolvendam conducit, unde animantia, præſertim volucres, ventriculos ſucculenta craſſitie probe munitos, ut ſic durisſimos cib..., imo lapillos etiam digerere videant, habere obſervamus: Si itaque decentem ſui parenchymatis craſſi...em amittat ventriculus, coctionis negotium manifeſte impeditur & læditur, imo omnimode & ita everntur, ut maraſmus totius corporis hinc non ſuccedere non poſſit, ſiquidem defectus Chyli ſanguinis inopiam evidenter inducat.

Circa cauſas hujus mali, vix adſtipulabimus Auctori, dum tartarum ſeu putrilaginem quandam, ſeu humores corruptos ob longam in ventriculo moram acquirere cauſticam acrimoniam, ac quaſi calcinari aſſerit, ut non tantum conſumptio carnoſæ craſſitiei, qua ventriculus naturaliter inſtructus eſſe debet, verum ſubſtantiæ ipſius etiam ſolutio, ſeu exulceratio, eamque comitans doloris indubitata atrocia, & ex inflammatione febris hinc ſuccreſcat, tantus urentis caloris adparatus in ventriculo non eſt, ut hunc præſtare effectum queat, Niſi igitur *animata & verminoſa putredo*, quæ in ventriculis haud difficulter ſubnaſci poteſt, ſicut alioquin vermium geneſis in ventriculo notoria ſaus eſt, hic ſubcogetur, & talis quidem quæ interiori etiam parenchymati ejus, quo præditus eſt ventriculus, ſit impacta, ut ſuccus & craſſities ventriculi ſic conſumatur, vel etiam ſubſtantia ejus penitus ulceretur, ſerio præſupponatur, veram hujus affectus cauſam haud exogitare potenmus. Et quamvis aciditas, eaque vehementior ac præternaturalis non raro torqueat ventriculum, & ipſi ſit admodum familiaris, tamen illa non tam extenuandi quam corrugandi ac conſtringendi potius tunicas ventriculi vim habebit.

Crapula tamen ac intemperantia præſertim quotidiana ſilentio hic nequaquam prætereunda, ubi ventriculus cibi potuſque copia adeo extenditur, ut craſſitiei ſuæ ſtabilimentum hinc perdat, atque tunicæ ejus poſtea diſtentæ maneant, adeoque ventriculus ſe iterum contrahere & ingeſta, prout opus erat pro commodiore digeſtione, arcte complecti amplius non poſſit: Exemplum dedit noſtra ætate *Ferdinandus* uj. *Imperator*, cujus cadaver eviſcerantes Archiatri, ventriculum adeo extenuatum deprehenderunt, ut delicatiſſimi floſculi ſeu folii, vel interioris in cepa pelliculæ teneritudinem ſive tenuitatem ſaltim æquaret.

Medicamenta ab Auctore deprædicata (*ab expurgato ſcilicet ventriculo exhibito oleo rubeo antimonii, quod ventriculum roborat omnino, ac ejus virtutem ſeu facultatem coctricem confortat, ipſumque priſtinæ ſanitati ita reſtituit, ut aliis medicamentis ad curationem ſuam abſolutam eroſus, vel tabe affectus, non egeat; Butyrum quidem margaritarum ſumme prodeſt* ad hanc *ventriculi tabem emendandam, ſed qui oleo dulci & rubeo antimonii utitur, aliis medicamentis ad curationem ventriculi ſic affecti opus non habet. In hoc enim ſolo oleo ſunt omnia quæ requiruntur ad perfectam morborum omnium curationem præſertim ſi illud auri viribus impregnetur*) quæ dignitate illuſtri & catholica in praxi utique fungi monuimus, in hoc periculoſo, deſperato & immedicabili, adeoque lethali morbo incaſſum adhiberi, famamque probatæ nobilitatis, qua ſplendent illa alioquin, proſtitui potius non ambigimus, quare circa impoſſibilia prolixiorem quoque ſollicitudinem non impendemus. *Chriſt. Langius Animadv. in cit. locum.*

De Ventriculi ſymptomatibus.

Cap. XI.

De Dolore & Ardore Ventriculi.

1. **S**Ymptomata ventriculi ſunt, *Dolor, Ardor, Anorexia, Nimia appetentia, Appetitus vitioſus, Situs nimia, Concoctionis læſio, Singultus, Ructus, Rugitus, Nauſea, Vomitus, & Cholera.*

[1] *Symptomata ventriculi ſunt*) Ventriculum varia ſymptomata infeſtant, in *Actione læſa & Excretorum ametria* Actio ventriculi eſt Appetitus & Coctio, ſive Chyloſis: Læditur *Appetitus*, dum aboletur, diminuitur aut depravatur, *Abolctur* in Anorexia vel Apoſitia, ſed hæc cum faſtidio eſt, præſertim carnium, ideoq; deterior. Frequentiſſime minuitur in morbis appetentia, quod in nullis non eſt ducendum: ſed *depravatio* appetentiæ deterior eſt, Depravatur autem in canina famc, ſive βουλιμία.

Chyloſis abolita vel imminuta, *Apepſia* dicitur, vulgo *corruptio chyli* appellatur, Cum longiore mora coctio perficitur quam par ſit βραδυπεψία dicitur; Cum in pravam qualitatem mutatur; δυσπεψία.

Ad actionem læſam pertinent *tactus*, *motus*, & *dolor ventriculi* Senſus tactus eſt in ventriculo, ſed exquiſitus in orificio ſuperiore.

Abolctur & imminuitur cum eſuriendi & ſitiendi neceſſitas adeſt, & tamen non ſentiunt & recuſant cibum & potum. Id accidit ab intemperie magna, calida vel frigida, quæ mortificationẽ inducit, niſi æger deliret.

Senſus tactus in dolore totius ventriculi, vel *ſuperioris* ejus orificii conſiſtit; trahit in conſenſum cor, onde is ſtomachi dolor cardialgia & cardiogmos vocatus, & accerſit ſyncopen, ſtomachicam dictam.

Ad hunc ſtomachi dolorem pertinet *Anxietas & Inquietudo*, ſeu *Iactatio corporis*, Græcis ἀλυσμὸς, ἄση.

Motus ventriculi eſt relaxatio & coarctatio quæ fieri debent circa cibos, ergo ubi deeſt iſte motus, fluctuationes & κλυδωνες in ventriculo oboriuntur, tam aſſumpro cibo quam vacuo ſtomacho.

Motus ventriculi depravatur in *Singultu* & *Ructu*. Singultus eſt moleſtior ructu; Apud *Hippocratem extat morbus Ructuoſus*.

Excrementorum ametria frequens eſt in ventriculo, vel *per ſuperiora*, in vomitu & Salivatione, vel *per inferiora* in lienteria, diarrhoea, & cœliaca: Excretio flatuum frequens cum ructu ad vomitum revocari poteſt, & forſan *Cholera ſica* dicitur: Sed ſymptoma malignum eſt Cholera humida.

Symptomatis Ventriculi accenſeri debet *Ruminatio*, quæ fit reſupino & inverſo ventriculo, quæ facilis eſt in quibuſdam, ut in animalibus de qua legendus *Horſtius* in Epiſt. (& Eruditiſſimus *Peyerus l. de Rumin. Humana.*) Riolanus Encheir. cap. 24.

Dolor Ventriculi.

I. [2] *Dolor* [3] *Ventriculi eſt* [4] *triſtis ejuſdem ſenſatio, à rebus* [5] *diſtendentibus vel* [6] *mordicantibus, & ſic continuum ejus ſolventibus exorta.*

[7] *Signis* in hoc ſymptomate opus non eſt, niſi mens ægri laboret.

[8] *Cauſa* in definitione eſt expoſita, & largius in Differentiis de ea.

[2] *Dolor ventriculi*) Nominatur is, καρδιαλγία, quaſi ἄλγος τῆς καρδίας, à parte affecta & ſymptomate, notante *Galeno* 2. m.m. c. 2. Voce quidem origine Græca, uſu tamen Latina; Quamvis vero καρδία cor proprie ſignificet, de Ventriculo tamen non minus frequenter hoc nomen accipitur, hinc *Galenus l. 8. de comp. Med. ſec. loc.* Medicis conſuetum eſſe ſcribit Os ventriculi, ſicuti καρδίαν, ita quoque ϛόμαχον appellare; Uſitatiorem tamen quendam τῆς καρδίας appellationem fuiſſe: At vero *Hippocr. 4. de Morb.* non Medicos nominat, ſed in genere *homines*, dum Καρδιώσσειν οἱ ἄνθρωποι λέγουσι, inquit, ac ſi dicere vellet non ipſos quidem Medicos vocem καρδίας à principali illo viſcere Corde ad ventriculum tranſtuliſſe, ſed homines ægros ita primum appellaſſe, quos deinde Medici, quibus plerumque more vulgi loquendum eſt, ſecuti fuerint. *Laur. Stranſſius Pal. Med. Gymn. 1. Part.* 31.

[3] *Ventriculi*) In ventriculo tres partes plurimum inter ſe diſcrepantes conſiderandæ ſunt, Orificium ſuperius, Inferius, vel Pylorus, & reliquũ corpus totam cavitatem conſtituens; Superius exquiſitiſſimo ſenſu donatum eſt, ob nervum inſignem quem à ſexta conjugatione mutuatur, & ideo dolores in eo fiunt acutiſſimi, qui viſcus nobiliſſimum ibi vicinum, Cor nimirum, in conſenſum trahit, unde *Cardialgia & Cardiogmos* nominatur, Si vero membranæ ventriculi cavitatem conſtituentes, aut Pylorus, dolore afficiantur, *Dolor ventriculi* ſimpliciter nominatur, & interdum *Colica ventriculi*, præcipue quando à flatibus excitatur. *Riverius.*

[4] *Triſtis ſenſatio*) Quæ generis locum in definitione obtinet, ob quam cardialgia ad *ſymptomatum*, & quidem *functionum animalium ſenſitivarum*, & proprie *ſenſus tactus*, claſſem pertinet, docente *Galeno. 1. de cauſ. ſympt. c. 6.* Dolor autem, quatenus eſt ſymptoma, eſt illa ipſa triſtis atque moleſta ſenſatio, quam objectum improportionatum, dum affatim & cum impetu continui ſolutionem in partibus nervoſis inducit, excitare ſolet, ſicque una ſpiritus animales, ibi hoſpitantes, in ejuſmodi motus p.n. vel, ut ait *Willis*, ἀταξίαν adigit *Stranſſius.*

[5] *A rebus &c*) Proxima hujus doloris cauſa eſt ſolutio continui à rebus mordentibus vel diſtendentibus excitata, Illæ autem res mordentes, vel diſtendentes, præcipuæ & frequentiores ſunt, Humores vel Flatus, Quibus addi poſſunt *Lumbrici* tunicas ventriculi vellicantes: *Humores* acres vel maligni, ut bilis porracea, æruginoſa, vel atra, pituita ſalſa, corrupti ichores, pus fœtidum, ex diſrupta thoracis vel hepatis vomica, in ventriculum effuſum, & quicunq; alii humores acrimonia prædiu, dolores in ventriculo excitare poſſunt: *Vapores* etiã acres ex iiſdem humoribus elevati hunc dolorem efficere conſueverunt: *Flatus* vero in cavitate contenti inflationem & tenſionem dolorificam efficiunt, ſed multo magis intra tunicas ipſius coërciti, qui affectum contumacem, afficiunt, cum difficilius inde excuti valeant; *Morbi* etiam tum ipſius ventriculi, tum partium

vicinarum, ut intemperies quælibet excedens, tum calida tum frigida, ſed multo magis inflammatio; interdum vero ſcirrhus, aut alius tumor durus, gravantem dolorem efficiens, vulnera &c. *Riverius.*

5. *A rebus diſtendentibus*) Ut & *comprimentibus, aggravantibus*, ut cum vicinarum partium, hepatis, lienis, (*pancreatis*) renum, coli, ſepti, obſtructorum, tumeſcentium, aut induratorum inflammatorumve cauſa aggravationem ſentit: Curatio autem hiſce morbis debetur, cum niſi hi ſanentur, aut mitigentur, compreſſivus hic dolor ſtomachi, accedente interdum dyſpnoea non tollatur, de quo tamen plerumque magis quam de aliis illorum ſymptomatis conqueruntur.

Quod ſi à *cartilagine Xiphoide* introrſum curvata, ventriculum premente hoc fiat, quia ægre reducitur, incurabile quoque hoc plerumque vitium, quod poſt cibum ſumptum adeo gravat ut nullam quietem donec ſupini recumbant, ventriculo à parte affecta tunc recedente, ſentiant; vel abſoluta ciborum digeſtione ventriculus ſubſideat. *Platerus.*

6. *Mordicantibus*) Unde *Rodens dolor*, *qui Cardiogmos*, *Cordis roſio*, & *morſus* vocatur, In quo *eroſionis* & mordicationis ſenſus, cum *punctionibus* interdum quibuſdam in cordis dicta regione ſentitur, accedente nonnunquam *compreſſionis*, alias etiam *ardoris* ſenſu: Quod ut in multis morbis, ita & in ſanis alioqui quibuſdam, & præſertim dum jejuni ſunt, ſæpe evenit: aliis ante prandium, ſi illud diutius differant; qui *Pterochebeli* vocantur, quibus ejuſmodi roſiones familiares ſunt, cum *oris amaritudine*, aliiſque capitis & viſionis impedimentis: Aliis ante cœnam potiſſimum hoc accidit, ſi ſcribendo inclinantes huic ſedi, ſeu ventriculo, incumbant, tunc ejuſmodi impedimenta ſentiunt, appetitum cœnandi amittunt; hoc vitium præcaventes ſi ſtent ante pulpitum.

Sed & ſummo mane, antequam è lecto ſurgant hoc quibuſdam contingit, ſi vigiles diutius jaceant, quod tamen poſtquam ſurrexerunt, alvumque reddiderunt, aut flatus, mox iterum remittit; In aliis hoc poſtquam ſurrexerunt ſubito accidit, & ſternutatione facta illico evaneſcit.

Nec ſolum *jejunis*, ſed & *poſt cibum*, illius *immoderati* & *pravi* uſus cauſa ſolum hæc cum compreſſione ſæpenumero accidit; Cujus privatam quandam ſpeciem *Bayrus* ſtatuit, ſi poſt cibum, cum compreſſionis ſenſus & ſumma anhelitus difficultate, frigore corripiantur, pulſuſque debilis ſit; atque ratione cauſæ, *Converſionem cibi in phlegma* hunc caſum vocat, cujus & *Galenus* meminit. *Platerus.*

Huc pertinet *vellicatio*, vel etiam *titillatio* ventriculi ſola, quæ conatum ad vomendum, vomitumque ipſum concitando, ventriculum, ut vocant, ſubvertendo, dolorem illum qui hæc præcedere ſolet, procreant, graviorem; diutiuſque in illis perſeverantem qui ægre vomere vel minime poſſunt; leviorem in aliis, ſicuti ab omnibus illis quæ nauſeam vomitumque excitare poſſunt, & in omnibus morbis, in quibus ejuſmodi ventriculi ſubverſiones adeſſe ſolent, tales cardialgiæ ventriculi gignuntur. *Idem.*

Chimici morbos ventriculi pleroſque ab impuritatibus tartareis derivant: Si mucilagines hæ ſalium acrium & corroſivorum habeant tincturas, ut calcis, ari, perſicariæ, dolorificas paſſiones, inprimis vero in ejus orificio inducunt, & morſiones intolerabiles excitant. Sal reſolutum, quod guſtu ſuave ac dulce, ex officio ſuo delapſum, & congelationem paſſum alii accuſant. *Rolfincius.*

7. *Signis in hoc ſymptomate*) Signa varias oſtendunt doloris *differentias*, diverſas *cauſas*, diverſos *locos*, *Cardiogmum* cognoſceris ſi morſus habeat quædam intervalla, ſi adſint aliqua ſigna vomitionis futuræ, e. g. vertigo tenebricoſa, tremor labii inferioris: *Cardialgiam* cognoſceris ex continua oris ventriculi mordicationes; *Cardiacam* ex omnium virium languore, jactatione, extremorum refrigeratione, & unctuoſo ſudore capitis, colli & lateris. Anxietas deprehenditur ex ſenſu gravitatis circa ventriculum, jactatione corporis cum virium robore.

Dolor ventriculi diſtinctus à *dolore oris ventriculi* deprehenditur ex ſitu; nam ubi dolet os, dolor ad ſpinam potiſſimum ſentitur, in regione illa poſteriori quæ reſpondet cartilagini ſcutiformi, Cæteri dolores *ventriculi* ſunt inferiores & potius ad ſiniſtram partem tendunt, ſicut & pondus ventriculi.

Varietatem *humorum* ſic diſtinguetis, Si ſit *pituita acida*, ſimul cum morſu adeſt inſignis appetentia & frequens exſpuitio, juvatur à calidis. In *melancholico* humore, qui eſt acidus, adeſt quidem appetentia, ſed non juvatur à calidis, & præterea mœrore ac timore vexantur.

Si *bilioſus* ſit humor, ſenſus doloris cæteris eſt vehementior, adeſt ſitis, amaritudo oris, inappetentia, nauſea, vertigo, bilioſi vomitus, ac dejectiones bilioſæ; Si *humor* ſit *ſalſus*, adeſt quidem ſitis, ſed non oris amaritudo, & quod per ſputum ejicitur ſalſum eſt; Si adſit *inflammatio*, ſigna omnia lethalia, febris ingens, ſitis, omnia ſymptomata cardiaci affectus, ſyncope, quæ ſæpe ſæpius ſuccedit Si adſit *Ulcus*, præter excretionem ſanguinis & puris, præter nauſeam & vomitum, ſuccedit etiam ſenſus mordicationis ex quacunque re acida & ſalſa per os ſuſcepta.

Si adſit *Flatus*, dolor eſt extenſivus cum tugitu, & regio illa ventriculi manu appoſita tumida in modum follis inflati apparet. Si adſit *lapis*, dolor eſt continuus cum ſenſu gravitatis, neque ullis medicamentis cedit.

Si *Abſceſſus*, ſignum ejus accipitur ex inflammatione præcedente cum dolore perſeverante, Sic dicebat *Hippocrates 7. aph. 22. Habentibus dolorem diuturnum, ſuppuratio.*

Si dolor ſit *diuturnus*, materiæ impactæ eſt indicium in ipſis membranis, ſive cum tumore ſive ſine; Quod ſi habeat *intervallum*, ut exacerbetur ante cibum, argumentum eſt doloris qui fit ex fluxione materiæ bilioſæ à jecore, propter ſenſibilitatem oris ventriculi, Si vero *exacerbatur* ſtatim *à cibo*, ſignum eſt materiæ bilioſæ aut acris, contentæ in fundo ventriculi, quæ cibo ſumpto agitatur.

Si exacerbatur dolor poſt 5. aut 6. horas, argumentum melancholiæ eſt, aut fluentis ab ipſo liene, ad ventriculum, aut reſidentis in fundo ventriculi, Quod ſi *longiora* habeat *intervalla*, quandoque dierum, quandoque hebdomadarum, poteſt fieri fluxio vel à cerebro, vel ab utero, vel à toto corpore, quarum partium affectus propriis ſignis ſunt diſtinguendi. *H. Saxonia Prel. Pract. P. 2. c. 7.*

Quoties orificia ventriculi (dextrum & ſiniſtrum) potiſſimum affliguntur, triſtis illa ſenſatio intenditur magis & exacerbatur. *Strauſſius.*

8. *Cauſa*) Cauſa proxima *Cardialgiæ* eſt læſio inſignis orificii ventriculi ſiniſtri, qui ratione partis, ſenſibiliſſimæ ratione nervorum, ac ſpirituum animalium inſigniter affectorum, facile totius microcoſmi œconomia turbatur, ac gravia ſymptomata oriuntur, interdum totum genus nervoſum in conſenſum trahitur; Quicquid ergo lædere poteſt orificium ventriculi ſiniſtrum, dat cauſam huic malo, ſive id fiat per *eſſentiam*, ſive per *conſenſum*: Per *conſenſum*, v. g. in *nephritide*, *in contorſione vertebrarum dorſi*, Per *eſſentiam*, aut ipſius ſtomachi, aut partium vicinarum ſubeſt vitium, vel in ſtomacho contentorum, & horum vel *intus genitorum*, vel *intrinſecus aſſumptorum*: In ſpecie quoad *contenta* ſunt Flatus, *Contenta*

renta porracea, Aſſumpta vitioſa varia deglotita.

Quod ipſum attinet *ventriculi*, aut partium vicinarum vitium, Cardialgiam inferens, varium eſſe poteſt, ulcus, tumor, Pertinent huc ſuo modo & *luctus, mœrores*, aut diuturnæ triſtitiæ ad cardialgias contumaces diſponentes; Vide exempla apud *Platerum*, *Ettmuller*.

Dolores qui ventriculo accidunt varii & multi exiſtunt; ac vel *primario & per ſe* contingunt, morbi ſcil. *intemperies cal. frigida. diſtentio* & *aggravatio*, *vellicatio, irritatio*, idque maxime accedente cauſa adjuvante, *diſpoſitione viz. ventriculi*, quæ facile patitur, qualis eſt imbecillior aut calidior illius conſtitutio: Vel *per Conſenſum* hi dolores ventriculo, nervorum ipſi inſertorum cauſa accidunt, Quales dolores rariores, per talem conſenſum nervorum ventriculi orificii ortos, conjunctos cum ſummo mœrore, eiulatu, & aliquando levi delirio obſervavi, qui ſemper & ſtatim, ſequente ſuborta vomitione ceſſarunt, *Platerus*.

9. *Curatia* reſpicit

10. *Ipſum* [10] *ſymptoma*, ſi nimis urgens eſt; [11] in quo obtundendo valet [12] *ſacculus* ex *radic. althea* [12] *flor. chamomilla, raſis rubeis* & *abſinthia* confectus, *aqua Quercetani* anodyna in Pharmacop. reſtituta [13] *Oleum chamomillæ* [14] *ſapphirinum*, [15] quod ex floribus addita portione *terebinth. Cypriæ*, in aqua ſolutæ, deſtillatione per veſicam paratur in *Syrupa dialthea* vel *canſerva acetoſella*, gutt. aliquot exhibitum. [16] *Bolus* ex *electuar.* [17] *diaphænic.* dr. iiſ. *philonii Romani* ſcr. ij. formatus, de Leonibus laudatiſſimus [18] *laudani opiati* gr. iv. cum decocto chamomillæ, *ſacculus* ex *panis* toſti ſubtiliſſime triti q. ſ. & *maſtiches* dr. ii. calidè impoſitus, poſt quorum omnium uſum roborantia ventriculum expedienda ſunt.

11. *Ipſam cauſam*, [20] de qua in Differentiis.

9. *Curatio reſpicit*) Curatio pro cauſarum varietate maxime varianda eſt: Si enim ab aliarum partium affectibus oriatur, illorum affectuum therapeja adhibenda eſt: Si vero in ipſo ventriculo cauſa ſtabuletur, dolor vel à flatu, vel ab humoribus acribus & bilioſis, vel ab inflammatione, abſceſſu, aut ulcere procedit. *Riverius.*

De curatione orti à Flatibus doloris ventriculi vide ſupra Cap. de *Inflatione ventriculi.*

10. *Ipſum ſymptoma*) Non ſufficit de eliminanda cauſa ſolum cogitare, cum hoc negotium non raro fruſtra tentetur, vel ſaltem ob doloris vehementiam commode peragi haud poſſit, quio *Alterantibus partemque Roborantibus* prius utendum veniat, De his itaque ſolliciti ſimus oportet, ita tamen ut horum in delectu in ipſius peccantis humoris [illegible] alterum oculum conjiciamus. Frequenter autem *Flatus* diſtenſione quam excitant ventriculo moleſti ſunt, & tunc *Carminativa* inſignem afferre utilitatem, [illegible] (*quorum materiam & naturam vide cap. de Inflatione ventriculi*) quæ ſimul partium nervoſarum tenſionem, motuſque ſpaſmodicos prohibent.

Sio vero materia nimis viſcida & tenax fibras nerveas vellicet, ſpirituoſa, & magis incidentia conducunt, qualis eſt *mixtura Doles*, ex *aqua mentha*, *ocymi*, Tinctura *ſuccini anodyn. cinnam. ol. macer. & ſyr. mentha parata*, cui felici cum ſucceſſu granum j. vel ij. *laudani op. vel theriac. cal.* & in fœminis *caſtoreum* ſe admiſcere felici ſucceſſu teſtatur.

Quando autem pleraque oſurpata medicamina in vanum laborant, doloris ſævities eorum vim elodit, vel in principio ſtatim adeo urget, ut methodo extraordinaria ferocientes ſpiritus ſuaviter demulcere, uno ſopire, figere, partique affectæ ſtuporem quendam inducere, neceſſe ſit, tunc ad *narcotica* ceu ſacram anchoram confugiendum eſt; inter quæ eminet *opium*, hinc *laudanum op. theriacu Andr. Mithrid. Philon. Rom & Perſic.* Sic propinatis Pilulis ex *extracto helen. calami arom. theriac.* cum *eſſentia anodyna* formatis, additis gr. j. vel ij. *laud. op.* urgentes ſtomachi cruciatus ſæpe mitigavimus: Matronæ Pilulas ex *conf. alkerm. incompl.* ebore in pollinem redacto, *lap. bezoart. or. & occid.* cum *laudano op.* felici cum ſucceſſu à nobis præſcriptæ fuerunt. *Stranſſius.*

10. *Ipſum ſymptoma*) Utut vagum ſit ſymptoma Cardialgia, interdum tamen periodicum obſervavi, qua ratione dolorem alternis diebus affligentem notat *Bartholinus centur. iij. hiſt. 90.*

11. *In quo obtundendo valet*) *Caſtoreum* in cardialgia divinum eſt remedium. *Wedelius Am. m. m. pagina 157.*

Gummi bedera grana aliquot deglutita, vel pulveriſata prius, & cum liquore aliquo bibita à ℈j. ad ʒj. ſi ſæpe reperatur, magnopere dolores ventriculi ſedare & arcere aliqui teſtantur, uti & *ladanum* ſic etiam uſurpatum. *Nucis moſch. pulvis* cum aqua chamom. exſtillata dolorem ventriculi mox ſedat. *Platerus.*

11. *In quo obtundendo*) Dolore pertinaciter adhærente confugiendum eſt ad Balneum ex Decocto herbarum emollientium & calefacientium, quod tutiſſimum & efficaciſſimum eſt: flatus enim diffundendo, & per poros apertos reſolvendo à dolore liberat, Quod citius efficietur ſi in ipſo Balneo remedium aliquod diſcutiens ægro exhibeatur: Concurrente enim utroque præſidio, tum interno tum externo, opus rite peragitur. Balneum eſſe debet valde calidum, ut facilius flatus diſcutiantur, & humores craſſi colliquentur. *Riverius.*

Senes ſubinde doloribus ſtomachi gravioribus corripiuntur, ad quos, ut etiam alias cardialgias cum virium proſtratione junctas, egregiæ ſunt *Pilulæ Poterii cent. 3. cur. 30.*

℞. *Ambr. gr. ij. moſchi, croci orient. ãã. gr. j. opii Theb. gr. iv. m. f. Pilulæ.*

Idem curat 31. diuturnum ventriculi dolorem, ſed continuato uſu *decocti ligni ſaſſafras* curatum refert.

Comperi ſæpe efficax & juvans in dolore ſtomachi & ventriculi ex flatu & acetoſitate. *Pulv. calami aromat.* ʒiß. *cum ſucci abſynth. depurati* ℥ij. calide exhibitum, Ventriculi dolorem ſtatim ſuſtulit & mitigavit. *Solenander.*

Succus anethi cum aqua coctus & bibitus ad cyathos tres, mire relevat dolorem ſtomachi, qui eſt cum nauſea & ſingultu. *Varignana.*

In dolore continuo ac vomitu, ita ut nihil in ventre remaneat, hoc remedium magna experientia juvat; *Luteum ovi rec. mellis cochl.* ij. *maſtiches pulv.* ʒß. in calice ſub ferventi cinere calefacta ter in die devorentur. *Alex. Benedictus. Pr. lib. 1. c. 9.*

Cucurbitula magna cum flamma multa, per horam, illico ſanat, quaſi incantamentum. *Andr. Ceſalpinus Catopt. l. 7. c. 3.*

Hoc Electuar. mire profuiſſe ſcio.

℞. *Conſerv. roſ.* ʒvj. *Spec. aromat. roſ.* ℈ij. *thur. albi* ℈j

m. Capiat hora decubitus magnitudinem caſtaneæ: *Crato Conſ. 16. lib. 1.*

Ego maximos ventriculi & inteſtinorum dolores hoc ſyrupo ſedavi.

℞. *ſumm. abſinth. Pont. chamæm. ãã. p. j. thuris albi* ʒj. *coqu. in aqua q. ſ. Colatur.* ℥iv. *adde ſyr. de ſucco chamom. matricar. ãã.* ℥ß. *M. pro ij. doſibus,* Idem *l. 2. conſ. 10.*

℞. *Conſerv. roſar. rec.* ℥ij. *ſpec. aromat. roſ.* ℈ij. *thur. albi* ℈j. *MS.* Eſt præſtantiſſimum remedium in Cardialgia. *Idem.*

Liquor mirificus dolores ſtomachi mirifice ſedans, ſi ʒß. detur.

℞. *Maſtiches* ℥iv. *alkool vini* ℔ß. *galangæ* ʒj. macera, digere, per alembicum diſtilla. *Cl. Deodatus Panth. l. 3. c. 24.*

Magnæ efficaciæ eſt per os ſumptum *oleum amygd. dulc.* ſimul cum *jure* in quo ebullierint aliquot *ſemina citri*, *Lac* pariter ex iis extractum mirabile eſt. *Lel. à Fonte Conſult. 35.*

Experimentum mirabile in Cardiaca paſſione, & præcipue valet pueris hora qua patiuntur vermes.

℞. *Aloes hepat.* ℥ß. *croci* ℈j. *ſucci citr.* ʒij. *vini albi odoriſ.* ʒj. *MS.* extende hanc miſturam ſuper petiam, & cordi applicetur, *Ben Victorius.*

Mulcet mirifice *nux myriſtica* dolores, ſi trita decoquatur ex *rhodomel.* ℥vj. *aqua vitæ* ℥ij. quouſque aqua evaneſcat, Nam ſi hujus liquoris quotidie cochl. iij. jejunis proculdubio juvabuntur, ubi cauſa à frigidis oriatur excrementis, aut à flatu. *P. A. Matthiolus: Platerus* mire commendat *Tom. 2. Pr. p. 497.*

Dolorem ſubito tollit *ſuccus meliloti, chamæm.* ad ℥ß. cum vino aliove modo bibitus. *Platerus ib. p. 498.*

℞. *Spec. hieræ* ʒij. *ſpec. diarrhod. abb.* ʒß. *cum mucilag. cydon. non aromat.* bolos confeci, & quibuſcunque exhibui omnes eodem die ab omnibus fere ſymptomatibus liberati ſunt. *Euſt. Rudius.*

Talus ſuillus calcinatus pulv. ad ʒj. cum vino in quo prius flores chamom. cocti ſint ſine dubio juvat. *Wittichius.*

Topica remedia.

12. *Sacculus*) Non negligenda *Topica*, hæc enim ſicuti ſuavi calore partem dolentem demulcent, & materiam vinoſam, laxatis poris, diſſipant, ita quoque internorum auxiliorum uſum & ἐνέργειαν feliciter promovent. Laudem hic jure merentur *Ol. ſtomachale Cratonis*, *Ol. nuciſtæ*, *Ol. ſtillat. macis, abſinth. menth. chamom. cinnam. &c. Balſ. Peruvianus*, Empl. *de baccis lauri*, de *cruſta panis*, de *tacamah.* de *caranna*, & inprimis *Sacculus* paregoricus ex herbis *menth. abſinth. abrot. chamom. rad. alth. zedoar. flor. chamom. Rom. ſumm. anethi, ſem. aniſi, carvi, baccis lauri, junip. furfure, ſale* &c. Strauſſius.

Foreſtus lib. 18. Obſ. 27. 22. Fotibus ex decocto prædictorum ſimplicium, addendo in fine *vinum Rhenanum aquam roſar.* & aceti parum, mulierem cum alia non juvarent, ſe curaſſe ait.

Aliam ſequenti Fotu incantamenti inſtar curatam fuiſſe refert.

℞. *Abſinth. comm. & Rom. flor. chamom. roſ. rubr. menth. ſicca ãã. m. j ſemin. ſumach. myrtill. ãã.* ʒß. *ãã.* ʒß. *flor. melilot. p. j. coqu. in aqua pro* ℔iß. *colat. adde ſpec. diarrhod.* ℈iiß. *arom. roſ.* ℈j. *aqu. roſ.* ℥ij. *aceti roſ.* ℥iß. ſemel ebulliant, fiat *Fotus* pro ventriculo.

In Cardialgia ex acida pituita, crudiſque ſuccis ventriculo impactis, miræ efficaciæ eſt *oleo ex aniſo* ventris regionem, inungere. *Mercatus.*

Multos recenſere poſſem qui ſolo cerato ex *gummi tacamahaca* convaluerunt ex acerbiſſimis ventriculi doloribus. *P. Poterius.*

Ego in hoc affectu utor hoc, Accipio *ova tria confracta, & conficio fritalia cum oleo roſac. & maſtiche,* & adhibeo ori ventriculi, hoc maximum præſtat auxilium. *H. Saxonia.*

Quod attinet *Externa*, hæc inter ſunt inprimis *oleo chamom. deſtill. macis, caryophyll* item *ol. Stomach Craton.* Externis quibuſvis præferenda eſt *Tacamahaca*, qua ſola Empl. forma regioni ventriculi applicata acerbiſſimos dolores curavit *Poterius cent. 3. cur. 32.* & hactenus crebra experientia ejus uſus fuit confirmatus, V. g.

℞. *Tacamah. part.* iij. *Balſami Peruv. p. j. liquefacta tacamah. ſubigatur cum Balſamo & f. l. ad ſcutum ſtomachale, eſt nobile remedium in hujuſmodi cardialgia.*

Nec cedit *Tacamahle gummi Caranna*, eaſdem, ſi non majores, obtinens vires, Unde *Empl. ſtomachicum de Tacamah. Schroderi*, vel ſimile *Empl. Poterii* circa finem Pharm. Spagyr, hic commode uſurpari poſſunt.

Fotus etiam externi in Cardialgia conveniunt, ſive *Sacculi* ſicci, ſive in vino ebulliti, ſive ipſum vinum decoctionis cum linteis multiplicatis v. g.

℞. *Flor. Chamom. Rom. m. ij. comar. abſint. majoran. ãã. m. j. ſem. aniſi. fœnic. carvi. dauci ãã.* ʒß. *baccar. junip. contuſ.* ʒvj. *inciſa & contuſa includantur ſacculo interpaſſato.*

Quod ſi dolor ſtomachi & ventris ſit occaſione *refrigerationis corporis externa*, & inde natis flatulentis malis, conveniens eſt ſacculus.

℞. *Milii toſti m. ij. furfuris m. iij. ſalis comm. decrepit. m. j. m. Calefiant in ſacculo & applicentur.*

Mulieres interdum *vitio*, ut putant, *matricis*, & ejus occaſione impuritatibus injectis contumaces dolores in orificio ventriculi ſuperiori percipiunt, eoſdem in tali caſu tollit ſequ.

℞. *Ungu. Pomat.* ℥ß. *ſevi hircini* ℥j. *MS. quibus inungatur* ſcrobiculus cordis, mane, meridie & veſperi. *Etmuller.*

Dolentem ventriculum ab epoto quodam veneno ſic fovebam.

℞. *Fol. hyoſcyam albi, abſynth. Rom. ãã. m. ß. maſtich.* ʒiij. *cryſtall. puriſſ.* ʒj. *coqu. in oleo roſar. violar. lilior. & aneth.* ℥iv. *vini rub.* ℔ß. *infunde in veſicam ſuillam*, quæ calide ventriculo admoveatur, mirum quam hoc remedio fuerit adjuta. *Valleriola obſ. 2. l. 1.*

Ab hoc etiam cataplaſmate dolor ventriculi mire ſedatus eſt.

℞. *Fol. hyoſcyam. albi, malvæ ſub prunis coct. & piſtat.* ℥iij. *far. hord. & lent. cum aqua decoct. malvar. ãã.* ℥ij. *mucilag. tragac. ſem. pſyllii & cydon. recent. extracta ex aqua nymph.* ℥ij. m s. fiat Catapl. quod dolentibus partibus acrimonia & dolore vexatis imponebam *Idem.*

13. *Oleum Chamomillæ ſapphir.*) *Aqua chamomillæ & oleum ſtillat. ejus* ſingulares tunc ſibi vindicat laudes, quod efficaciſſima virtute dolores mitigare valeat, unde etiam extrinſecus, & quidem in dorſo præcipue, utpote cujus oras ſtomachus potiſſimum occupat (quod Practico bene notandum) regio iſta oleo *chamæmel*, cui guttulæ quædam de deſtillato ejuſdem oleo ſunt inſtillandæ exoptato cum ſucceſſu inungi ſolet. *Chr. Langius.*

Chamomilla duplex eſt, *Vulgaris* & *Romana*, utraque tum odore tum oleoſitate dicitur aroma, vis autem hujus conſiſtit in ſale volatili; hinc in *chamæmelo* vis anodyna eſt obvia: hinc in ſpecie Romana in affectibus abdominis doloroſis anodyna & carminativa eſt; In curanda colica certe vix ſimile habetur remedium, præcipue oleum ex floribus deſtillatum, tam interne, quam externe umbilico illitum mire prodeſt. *Etmuller.*

14. *Sapphirinum*) Oleum ex floribus deſtillatum cærulei coloris eſt, quem Veneti quidam adſcribunt, ſed falſo, *Etmuller.* Oleum ex vulgari cum terebinth. de-

ſtillatum

ſtillatum, cæruleum dat colorem. *Schroderus.*

15. *Floribus chamomillæ*) Quorum Decoctum maxime laudatur à *Foreſte*, qui ſe mercatorem, ingenti ſtomachi dolore affectum, cum inſigni clamore, hoc ſolo Decocto ſemel exhibito curaſſe refert, quo epoto, emiſſis ructibus, in ſudorem ſolutus eſt, & incantamenti inſtar omnis dolor evanuit, ut nullis aliis præſidiis opus fuerit, *Riverius.* Præſertim ſpecificum eſt *chamomillæ*, tam vulgaris quam, præſtantiori cum effectu, *Romana*, Hinc decoctum ejus egregium experimentum, aut etiam *eſſentia* ejus ex *flor.* vel cum *proprio ſpirit.* vel cum *ſpiritu carminativo vegetabili* parata à ℈ß. ad ℈j. propinate, Ejus etiam *Ol. deſtillat. Saphirinum* &c. Etmuller. *Flores chamom.* in Cardialgia ſunt ſpecificum. *Wedelius*

16. *Bolus ex Electuario*) Quia Purgantia ventriculo ſunt inimica & facile poſſunt exaſperare malum, propterea convenientiſſimum ut Opiata iiſdem addantur, quæ licet & omnes humorum excretiones ſiſtant, indeque hypercatharſi conveniant, nihilominus tamen convenientibus purgantibus permiſta, hæc blande & ſatis operari faciunt, De quo negotio videatur *Riverius* cap. de *Vomitu*, Veteres quidem *Elect. Diaphœn. cum Phil.* propinarunt, pro doloribus ſiſtendis ac pro alvo laxanda; Sed quoniam Elect. talia fere ſunt nauſeoſa, propterea alia in forma uſurpanda veniunt, qualia interdum in colica proficua. E. g.

℞. *Tartar. vitriol. arcan. duplic. Minſicht. āā. gr.* v. *ſcammon. ſulph. gr.* ij. *vel* iij. *laud. Op. gr.* ij. *ol deſtill. carvi gr.* ij Miſce Vel

℞. *M. P. aloephang. cum ſcamm. gr.* xv. *ad* ℈j. *extract. trochiſc. alhandal. gr.* j. *laud. Op. gr.* j. *ad gr.* iß. *cum ſ. q. eſſentia abſinth. f. Pilula.*

Obſervanda hic ſimul cautela, ut quando Purgantibus admiſcemus *Opium*, doſis purgantis reſpective nonnihil augeatur, ne ſupprimatur omnino minor purgantis doſis, Et tales mixturæ conveniunt imprimis iis qui laborant inteſtinorum doloribus, aut mulieribus quæ ex levi purgatione ſuffocationi uterinæ ſunt obnoxiæ, Item qui facilis alias ſunt ſolutionis alvi; Item iis qui acidis ſuccis abundant, ac lympha acriori ſalſo-acida turgent, ut ſcorbutici &c. ne in talibus ex purgantis uſu graviora abdominis ſuperveniant accidentia: *Poterius cent.* 1. *curat.* 24. curavit cardialgiam, omnibus irritis, per laudatiſſimas ſuas *Pilulas Catholicas*, quas deſcribit in *Pharm. Spag.* Præcipuum ingrediens eſt *Magneſia Saturnina meteoriſata*, quæ eſſe videtur *flores antimonii correcti*, ita ut per inferiora ſaltem purgent, *Magneſia* enim *Saturnina*, alias eſt *Antimonium*. Meteoriſatio nihil aliud eſt quam in flores ſublimatio. *Etmuller.* Vide §. 48. *Fortioribus miſcendum.*)

17. *Diaphœn.* ʒiiß. *Philonis &c.*) Quod remedium *Foreſtum* ab *Eliden* mutuatum eſſe ait *Riverius*, remedium Potionis forma exhibens.

℞. *Diaphœn.* ʒß. *Philon. Rom.* ℈ij. *cum aqua vel decocto chamomillæ* fiat Potio; A permiſtione enim purgantium cum narcoticis ſimul & dolor ſedatur, & materia peccans educitur.

18. *Laudani Opiati*) Ad id confugiendum ubi ex doloris vehementia periculum imminet, Narcoticis enim prudenter exhibitis admirandus non raro ſubſequitur effectus. *Riverius.*

19. *Ipſam cauſam*) Pharmaceutica auxilia quod ſpectat, *Evacuatione*, & *Alteratione* opus erit. *Vomitu*, ſi humor tunicis ventriculi impactus (Vide §. *Tum vomitus prodeſt*) *Purgantia* quæ *v..* evacuant (Vide §. 45. *Fortioribus miſcendam*) *Clyſteres* quotieſcunque humores acres abſtergendi vel demulcendi, flatus diſcutiendi, vermes educendi, non exiguam merentur laudem, idque eo magis quod non raro dolores colici & nephritici concurrunt, quibus ſopiendis Clyſteres apprime conveniunt: Quoties autem imminens *Inflammatio*, vel conjuncta cum *dolore ventriculi febris*, requirit *diaphoretica*, præſto erunt ex *volatilibus* Tinctura *bezoart. D. M. mixtura ſimplex*; *ſpiritus theriac. ſ.* & *camphor. theriaca. ſpiritus c. c. flor. ſambuc.* &c. Ex *fixis vero, c. c ſine igne calcinat. bezoart. min.* & *anim. antimon. diaphor.* quibus moderni *laud. op.* quod & ipſum inſigne diaphoreticum eſt, ſed refracta doſi adhibent.

Neque *Diuretica* omittenda, cum non ſolummodo *ſerum* talibus lixivioſis, acidis, impuris, quæ in *cardialgia ſcorbutica* potiſſimum abundant, impregnatum per vias urinarias feliciter educunt, ſed etiam *flatus à ſero* oriundos expellant: Ex his ſeligere placet *aquam alkekingi* cum *ſucco citri* paratam, *Aquam vitæ juniper. Horſtii*, *Tincturam tartari*, *aperitivam Mœbii*, *liquorem ſilicum*, *arcanum dupl. Mynſicht*, *Oculos cancr. ſal volatile* & *fixum ſuccini*, *geniſtæ*, *juniperi*, *chamædr. tamariſci*, *ſabar. tartar. vitriolat.* &c. Strauſſius.

Quæ in Cardialgia conveniunt remedia, & quæ poſt purgantia ventriculum placant, ac dolorem ſedant, ſunt pro cauſarum ratione, vel *aromatica blanda*, in caſu quando flatus ac ſimilia adſunt; Vel *abſorbentia*, in bile præſertim, ſeu recrementis porraceis, ut taceam *propria ventriculi vitia* debitis modis curanda, *Aromatica* talia, ad cardialgiam uſitata, præ cæteris ſunt *rad. enul. camp. angel. fœnic.* præſertim ſpecificum eſt *Chamomilla*, ulterius *mentha*, *flor. anthos* & *verbaſci*, item *cortices citri* & *aurant.* Item *vinum* in quo decoquitur *ſalvia*, commendata admodum à *Deckero* in praxi ad dolorem acrem. *Spiritus vini aniſatus* experimentum eſt *Lindani*. Vel

℞. *Spir. ſalis armon. aniſat.* ʒiß. *eſſent. opii* ʒß. *m. pro* iij. *doſibus.*

Pertinent huc *olea deſtillata*, in Cardialgia ſubinde efficaciſſima, ſic *Thonerus obſ. pag.* 136. dolorem totius abdominis clamoſum per v. guttas *olei deſtill. carvi* curavit, & ſolo hoc oleo à ſævo ventriculi dolore curavit etiam alium: Item ingens dolor ventriculi per intervalla, præſertim à cibo ſumpto, ad ſcapulam ſe extendens ex ſympathia cum ventriculo, cujus orificium ſuperius alligatum ſeptimæ dorſi vertebræ, v. *guttis olei deſtillati ſuccini* ab eodem curatus fuit. *Etmuller.*

19. *Ipſam cauſam*) In cura inprimis removenda cauſa lædens ſtomachum, ſive ſit interna ſive externa, Item ſive per eſſentiam, ſeu per conſenſum fuerit. ij. Placandus eſt dolor, tam appropriatis aptis quam intermiſtis opiatis. *Etmuller.*

19. *Cauſam*) An *venæ ſectio* convenit? Reſp. per ſe nil adjumenti affert in cardialgia delenda, adeoque quæ proſtant exempla cardialgiarum curatarum per S. m. ſunt potius vel caſualia, uti eſt obſervatio *Riverii cent.* 1. *obſ.* 44. de dolore vehementi ventriculum & lienis regionem occupante, aliis fruſtraneis V. S. curatam; Vel propter alium affectum ex ſanguine ortum, & cum hoc ſuo modo conjunctum, ratione cujus phlebotomia indicata fuit, ut quando *Thonerus* in Obſerv. pag. 135. dolorem immanem ventriculi, aliis irritis, in plethorico, cum ſuſpicio eſſet de inflammato ventriculo, ſubito per V. S. incantamenti inſtar curavit, *Etmuller.*

Quamvis V. S. non purgato prius corpore, in cacochymico celebratam, excitaſſe cardialgiam teſtetur *Hildanus centur.* 4. *obſervat.* 22, ſuam tamen laudem tanquam remedium revulſorium & evacuatorium obtinet, modo κατὰ δεῖ administretur; Hinc *Galenus libro* 12. *m. m.* 8. de ratione curandi dolores differens, *Si ſanguinis abundantia adſit*, inquit, *quod oſtendat*, velut

profectò in plegmone fieri ſolet, protinus ubi vires ægri valentes ſunt. ſanguis mittendus eſt, ſed ſi is vel S. M. timeat, vel imbecillus ſit viribus, tum revellendus in diverſum ſanguis eſt, tum per propinqua derivandus; Quam *Galeni* ſententiam de V.S. in ipſo paroxyſmo intelligendam eſſe res ipſa docet, nam extra paroxyſmum hoc in affectu ſæpius, ex alia aliaque ratione ſecari venam debere conſtat.

Sic apud *Hippocr. 5. Epid. ſecta tr. 7.* Vir in Oeniadis, cum ſine cibo eſſet, fortiter in Ventriculo ſugebat, dolebatque, etſi omnis generis phármaca [illegible] biberat, nihil tamen opis ſenſerat, [illegible], ſecta vena in utraque manu, poſtea utilitatem percepit & à malo liberatus eſt: Inde tamen obſcure liquet V.S. in tollenda Cardialgia per ſe nihil adjumenti afferre, ſed quæ curatæ per V.S. cardialgiæ exempla proſtant, in iis maximam partem propter alium affectum, ex ſanguine natum, & cum dolore ventriculi conjunctum V.S. profuiſſe, uti notat *Etmuller Pr. p. 1. c. 7.* Quare ſuſpectus V.S. uſus eſſe debet quoties alieni à ſanguinis natura ſucci peccant, quo caſu de aliis auxiliis cogitandū; Quoad ſ. m. locum, in [illegible] hepatica ſuperiores: in uterina inferiores, in lienari hæmorrhoidales venæ communi Practicantium calculo ſuadentur ſecandæ; Tempus autem adminiſtrandi *Galenus 1. ad Glauc. 14.* magna cum [illegible] determinavit, dum roborato prius ventriculo, & reſtauratis ſpiritibus id fieri debere monnit; *Stranſius. Part. 3. Pr. p. 56.*

Quod de *viro in Oeniadis* &c. pronuntiat *Hippocrates*, id mulieri adſcribit *Hollerius* in Pr. Mulier, *ait*, quædam quæ in vehementiſſimo dolore ſtomachi, nullis aliis adjuta remediis, ſanata educto ex utraque manu ſanguine.

Neque *Cucurbitula* hic parvi facienda eſt, quippe quæ multa cum flamma ventriculo admota incantamenti inſtar, teſte *Galeno cap. 19.* ut tempore opportuno & idoneo corpori affigatur, obſervari debet, cavendumque ſedulo, ne humoribus ad partem affectam attractis inflammatio ſuſcitetur.

[20]. *Ipſam cauſam, de qua in differentiis*) Sic ſi à malignitate ortus fuerit iſte ſtomachi dolor, illis remediis curatio expeditur quæ putredinis excellentiæ potenter reſiſtunt, & animatam eam de ſubito mortificadt: Sin vero ab acrimonia nidorulenta, ſeu aciditate humorum putrilaginoſa provenerit, præſtantiſſimum remedium exhibebunt ea quæ vim tam maſcule præcipitandi quam radicitus recrementa illa expellendi habent: quam ob cauſam Emeticum hoc famigeratum ex antimonio confectum fundamenti loco præmittendum erit, & poſtea Præcipitantium uſus, uti ſunt *pulvis Marchionis, ſperma ceti, magiſt. eboris, corall. ocul. 69. tinctura tartari &c.* His ita obſervatis, fragrantia & aromatica etiam, utpote quibus Archeus ventriculi ſingulariter delectatur, ſpecifice convenire, & adpropriatum habere locum concedimus, unde illa medicamenta quæ *P. Joh. Faber* curando huic affectui conſecravit, multum pollere confirmamus, *Oleum* ſcilicet *aniſi* egregie diſcutit excrementitii humoris impactum vitium, atque ſaburram iſtam in ventriculo collectam blande ejicit, imo ſtomachicum per ſe audit: *Citri cortices* putredinem oppido compeſcunt, eamque, ſi animata ſit illa, ex ſeutentiæ fugant; *Aqua chamom.* & *ol. ſtillat.* ejus ſingulares habet dotes: vide ſupra §. 13. *ol. chamomillæ.*)

A vulgo contra hoc malum uſitatiſſime experiri *aurum potabile*, quod *butyrum rubrum* alioqui vocatur, ſolet, quo ſcrobiculum cordis inungunt, mulierculæ, imo ad intra etiam non inutiliter accipiendum porrigunt, habet enim efficaciam efficaciter diſſolvendi ac diſcutiendi, ſicuti etiam *caſtoreum & ſperma ceti*, tanquam nobiliora ingredientia iſtius remedii præſtantiam ſuventibus argumentis affatim ſtatuminant. *Chr. Langius.*

Stomachi dolores curat ſequ. Electuarium.

℞. Cortic. citri conditi, contuſ. & aqua cinnamomi diſſoluti. ℥v. *olei anis* ʒj. *ol. cinnam.* ʒß. *moſch. & ambr. ãã. gr.* vi. *Miſce.*

Vtatur æger poſt purgationem ad quantitatem ʒß. jejuno ventriculo. *Petr. Job. Faber, Path. Spag. c. 25.*

[21]. *Differentiæ* à partibus & [22]. cauſis ſumuntur.

I. Alius eſt *Tunicarum*, qui Dolor eſt ſimpliciter, & cui ſuperiora applicari debent.

Alius [23]. *Orificii*, [24]. qui ſe animi deliquio & ſyncope, interdum immoderato ſudore & [25]. anxietate prodit: & tum ab

[26]. *Attritione ventriculi*, quæ poſt cibum ſumtum cum frigore, pulſuum conſtrictione & anhelitus compreſſione accidit, à cibo ſeu antequam excernatur exæſtuante, ſeu in pituitam verſo oritur, & [27]. *Ol. nardino* calido ventriculo impoſito; & dr. j. *piperis* exhibita, curatur, [28]. Tum ab

[29]. *Adſtrictione* ipſius, quæ propter utriuſque orificii adſtrictionem evenit, & [30]. deſcendente cibo quieſcit, diſcerni debet.

Curatio eſt [31]. *Nullius ſpei, ſi* in eos inciderit, qui [32]. exquiſiti ſenſus orificium habent: *ſi* extrema frigeant, & *ſi* à venenatis procedat.

[21]. *Differentia*) *Praterea alius ventriculi dolor per idiopathiam, alius per conſenſum*; Sic coli inteſtini dolores, illic ubi ventriculi fundo colon attenditur, atque omenti intermedio proxime illi connectitur facti, ad cordis dolores quoque referuntur, cum ea in regione, quæ cordis eſſe dicitur, ſe quoque tunc manifeſtent: Quemadmodum ſi à flatibus aut excrementis, illic ſubſiſtentibus, colon ibi diſtēdatur aut irritetur accidit ut ſi ventriculi illic eſſet dolor, ſed vagus, qui ad hypochondria, & in latera deorſum uſque excurrit, ſentiatur; Adeo ut Coli inteſtini dolores aliqui ventriculi eſſe cenſeantur: *Septo* etiam *tranſverſo* affecto, cum illud ventriculum non ſolum poſteriore tota ſede, quæ cordis nominatur, interdum quoq; ſe produnt; Nervorum quoq; cauſa, quibus ſtomachus circa introitum refertur, plurimi affectus etiam in partibus diſſitis cardialgiā inferunt: *Platerus* Vide §. 24. *Qui ſe animi deliquio.*

[21]. *Differentiæ*) Formales ſunt, Cardialgia, Cardiogmus, Cardiaca paſſio, Anxietas, *Dolor totius ventriculi*, Dolor alius *Intenſus*, alius *Remiſſus*, *Antiquus* alius, *Remiſſus alius*, *Continuus* vel *Periodicus*, alius, *primogenius*, alius *deuteropathicus*, alius ab *intemperie ſimplici*, alius à compoſita, eaque vel *materiali*, vel *immateriali*, alius à *flatu*, à *ſolida ſubſtantia* alius. *Rolfincius.*

[22]. *Differentia à partibus*) Subjectum [illegible] quodnam ſit? tum ex nominis notione, tum ex ipſius affectus

affectus definitione patet, utrobique enim ventriculum triſti ſenſatione laborare innuitur: Quandoquidem vero commune hoc [illegible], promptuarium, (ceu *Galenus lib. 4. V. P. cap. 1. Ventriculum vocat*) duplici *orificio, fundoque* conſtare [illegible] docet, videndum quænam ex hiſce partibus [illegible] ſuſtineat; Hic plerique Practicorum illud accuſant orificium, quod tota Vetuſtas cum *Hippocrate 1. Prorrh. &c. Epid.* [illegible] *Cor.* Recentiores [illegible] appellarunt, *Os ſtomachi*, & alioquin, reſpectu *ſitus*, ſiniſtrum dici ſuevit; præ aliis tamen rem accuratius perpendens *Veslingius, Synt. An. cap. 3.* fruſtra hoic orificio imputari dolores, contra vulgarem ſententiam adſerere non dubitat; Quod quidem ſi quis ſitum ventriculi in homine paulo diligentius conſideret, forſan non abſque cauſa dictum animadvertet; Id ſane hinc manifeſtum evadere perſuaſum habemus, non *ſemper*, neque ſoli iſti *orificio* hoſce cruciatus eſſe imputandos, quin potius *dextrum* quoque *orificium*, quandoque quidem ſimul, quandoque vero horum alterum, principaliter affectæ partis vicem ſubire laborareque vero maxime conſentaneum arbitramur; neque enim ſiniſtrum duntaxat, ſed dextrum quoque nervis à ſexta conjugatione copioſis inſtructum, adeoque hoc non minus ac illud ſenſu exquiſito præditum eſt; Cæterum *Willis Pharm. rat. ſect. 2. cap. 2. Nerveam ventriculi tunicam* pro ſubjecto agnoſcit; qui ſi ſubjectum, non tam primarium quam ſecundarium, & Cardialgiam paulo latius acceptam, hoc loco intellectam vellet, facile ejus amplecti ſententiam poſſemus. *Stranſſius.*

Helmontius Tr. Duum vir. inſcripto, Cardialgiam in orificio ſtomachi (quod in corporis trunco centri locum tenere, hincque radios ejus tam ſurſum quam deorſum commodiſſime ſpargi ait) ex vitio digeſtionis ciborum, horumque diſpoſitionis ad vitam fieri ait; Hinc *Grembs l. 2. Arbor. Ro. pag. 179.* hanc ſententiam illuſtraturus, Fit cardialgia, *inquit*, dum Pylorus furioſe, inſtar uteri, excentricum ſuum *Blas* movet, &c. Et mirabile eſt, *addit*, quod janitori Pyloro tanta vis inſit, ut diverſas tempeſtatum ſcenas ille ſolus excitare poſſit &c. unde etiam liquere perhibetur auguſtius eſſe Pylori quam Orificii miniſterium, Si quidem *ille Rector totius Oeconomia ſtomachica uſque in ultimum inteſtinorum gyrum &c.*

At quæ ſit ventriculi actio, & qualis *Pyloro* æque ac orificio ſtomachi competat poteſtas, nec *Hippocratem* nec *Galenum* latuiſſe patet tum ex *lib. 4. de V. P. cap. 3. & 4. & l. 5. c. 4.* unde diſcuſſis verborum nebulis haud obſcure apparebit in illorum ſcholis plurimum ſemper attributum fuiſſe *Digeſtionis* atque *Diſtributionis vitiis & erroribus*, neque radios iſtos è ſtomacho diſperſos à Veteribus plane prætervifos fuiſſe &c. *Stranſſius.*

22. *Differentiæ à partibus & cauſis ſumuntur*) Sumuntur & à diverſitate naturarum quibus hæ moleſtiæ accedere & conſuetæ eſſe ſolent, ex eo potiſſimum cognitæ quod in aliis appetitus eſt *languidior*, in aliis vero vehementior. Languidiore appetitu conſtantes naturæ, aliiſque accidentibus, quæ à concoctionis imbecillitate prodeunt, Ventriculi doloribus conſuetis obnoxiæ ſunt, qui *comprimendo* & *diſtendendo*, graviuſque interdum quoque, ut rodendo, moleſtant, & levi aſſumptorum peccato, aliarumve externarum, ut frigoris præſertim occurſu, contra quod ventriculum perpetuo munire coguntur, excitantur: Qui dolores cum à cauſa, quæ eſt imbecillitas ventriculi oriantur, ſub eo quoque deſcribuntur, eodemque nomine appellantur: Vehementiores appetitus naturæ, avidiuſque ob id cibos appetẽtes, eoq; ſe opplentes, ventriculi dolores facile patiuntur, cujuſmodi à cauſis cum vellicãtibus & irritantib⁹ rodentes & ardentes contingere ſolent: Qui ut in aliis à vehementiore tantum exceſſu fiunt, ſic iiſdem etiam ob leve commiſſum erratum, acriſque alicujus cibi, aut ſalſi uſum contingunt familiareſque ſunt: Qui dolores pro ratione cauſæ itidem ſub calida conſtitutione deſcribuntur, nedum aliter nominantur. *Platerus.*

23. *Alius orificii*) Notandum quoties hic partem primario affectam, & maxime, dicimus orificium ventriculi ſuperius, toties non negari reliquum ventriculi corpus, quin tenuia inteſtina ventriculo proxima, ipſumque diaphragma in nauſea vomituque, ſemper concurrens ſimul affici, ſed non primario & maxime, ſed aut ſecundario aut minus, quam ipſum ventriculi orificium ſuperius, in cujus regione tum dolores ſentiuntur acriores, tum anxietates majores. *Sylvius App. Tr. 5. §. 87.*

23. *Alius orificii*) Situs doloris orificium ventriculi ſuperius affici oſtendit, quando ſcilicet ſub cartilagine xiphoide percipitur, ſed multo certius hanc partem affici ſignificant, & veram eſſe cardialgiam dolor acerbiſſimus, ab exquiſito partis ſenſu promanans, anxietates & jactationes, ut æger in uno ſitu conſiſtere non poſſit: Accedunt ſæpe animi defectiones, ob cordis conſenſum, cujus ſumma eſt cum ventriculo ſympathia, tum propter viciniam, tum ob magnam ſpirituum diſſipationem, quæ per iſtos cruciatus contingit: Interdum etiam cerebrum trahitur in ſympathiam, ob inſignem nervum qui huic particulæ implantatur, & vapores acres, qui inde recta ad caput elevantur, unde hemicraniæ, cephalalgiæ, aliquando vertigines & epilepſiæ oriuntur. In aliis vero ventriculi partibus dolores quidem fiunt acerbi, ſed tam gravibus ſymptomatis comitati non ſunt, atque adeo dolores colicos æmulantur, ſitu tantum doloris differentes. *Riverius.*

Malum hoc ſicuti vulgus tribuit cordi, ſic ſaniores recte ſtomacho, in quo vel propterea vitale minus reſidere videtur, quod lipothymiæ, & alii etiam morbi, qui cordis eſſe creduntur, & ab ejus dignitate nomen habent, revera hinc proveniant; Confirmante id praxeos fide, ubi hujuſcemodi animi deliquia (quę propterea ſtomachica dicuntur) angores & dolores, ſeu roſiones ac morſus, dato ſpirituoſo liquore, vel inſinuata aromatica fragrantia, confeſtim & in continenti ægrum ſe recolligere ac melius habere experimur. *Chriſt. Langius Path. anim. c. 35. §. 1.*

23. *Orificii*) Regio ſtomachi, præſertim in ſcrobiculo cordis, Veteribus vocata fuit [illegible] quæ vox utut proprie ſignificet Cor, at quia exinde lipothymiæ, ſudores frigidi, ac plura ſubinde ſymptomata oriuntur, propterea vocarunt hunc dolorem Cardialgiam, quaſi dolorem cordis: Et quidem dolor iſte propter ſymptomatum gravitatem toti corpori funeſtus eſt; Ob quam & cauſam *Helmont.* ſtatuit ibidem ſedem eſſe animæ & duumviratum, hoc eſt conſpirationem lienis cum ſtomacho, ceu ſede Animæ, cujus Duumviratus jus ſe extendat ad quaſvis operationes animales: Nobilis pars eſt hic locus affectus, nam ex levi vulnere, imo ex pugno violenter illi parti inflicto aliquando mors exorta. *Ettmuller.*

23. *Orificii*) Qui dolor proprie *Cardialgia* dicitur, qui ſi conſuetus ſit, ſæpe ob levem cauſam recurrens, *Cardilea* (ſicuti capitis dolores hoc pacto quoque diſtinguuntur) ad differentiam Cardialgiæ dici poteſt. *Platerus.*

Eſt ſenſibile hoc orificium admodum, propter nervos multos eo pertingentes, & ſpiritum animalem quo illud hinc turget; Spiritus autem animalis eſt verum ſenſationis organum, non nervi, Aſt quia per nervos hic ſpiritualis facultas defertur; ideo illis etiam aliqua ratione ſenſationis fundamentum conceditur; Cum ergo ſuperius ventriculi os animali ſpiritu valde turgeat, ſenſu etiam exquiſito abundat, unde noxia potenter

ſus, & æger ſanitati reſtitutus fuit. Cultrivori Pruſſiaci hiſtoriam edidit *Daniel Beckers*; Culter eductus aſſervatur in theatro Anatomico Leydenſi.

[5] *Peragitur Curatio*) Si vulnus penetret, conſiderandum eſt an magnum vel parvum fuerit vulnus, & quamvis omne penetrans ventriculi vulnus, & præſertim oris ejus, lethale ſit, tamen ſine curatione relinquendi non ſunt ægri, cum multa præter Medici ſpem eveniant. Si magnum igitur fuerit, quidam volunt ut eadem ſutura quæ inteſtinis debetur, conſuatur. Si vero conſui non poſſit, vel parvum ſit vulnus, & inſtrumento anguſto ac perforante factum, tunc inconſutum relinquendum, & abdominis vulnus conſuendum; inque vulneris inferiori parte orificium relinquendum, ut pus expurgari poſſit; intraque dictum orificium turunda immittenda, quæ intra ventriculi vulnus ingredi nullo modo debet, ſed ut ad illud perveniat tantummodo ſufficit, quæ illinatur *ſyrupo de roſis ſiccis cum pulv. ſangu. dracon. boli Armenæ, terræ ſigill. & maſtiches*, Poterit applicari *ceratum ſtomachicum*. Vigerius.

Vena ſecari poteſt ſi vulneratus eam queat tolerare: Corpus, ſi cacochymia adſit, vacuandum per clyſmata; A purgantibus enim deglutitis ventriculus offenditur, & ad vomitum proritatur: Inungenda turunda ungu. aliquo vulnerario, *ex terebinth* v. g. *& oleo hyperici*, vel etiam *maſtichino, memordica, nicotiana* &c. vel *Empl. ſticlico Crollii*, vel Empl. Nigro; Valet *ungu. de beton. ungu. aureum, &c. Sebiſius.*

[6] *Maſtiche*) Sæpe etiam dari poteſt *ſacch. roſ. vetus* vel *diatragacanthum*, vel *radix conſolidæ major. ſacch. condita*, vel *cydonia condita*, & alia quæ glutinandi ac conſolidandi vim habent, quæ fere continuo in ore detineri paulatimque deglutiri debent, *Vigerius.*

Intus offerenda *ſyr. roſar ſicc. myrthinus, cydon. granat. acidor, conſerva roſar. rubr. acetoſa, acetoſellæ ſymph. maj. diacydon. ſine ſpec* Decoctum *rad. tormentill. biſtorta, pentaph. ligni lentiſc. ſanicula, alchym. ophiogl. pyrola, piloſella, agrimon. herniar. beton. bugloſſ. maſtichis*, Sebiſius.

Externe prodeſt *Empl. magneticum* & medicamenta *ex ocul. 69. Michaelis.*

[6] *Maſtiche*) Quæ ventriculo admodum commendatur, & in quibuſcunque ejus pathematibus adhibetur, adſtringit enim, roborat, *Etmuller.*

[7] *Omnibus modis ſumpta*) Coquitur in aqua, (*vide Schroderum*) quod tamen melius fit ſi pluvialis recipiatur; quod decoctum in diarrhœa frequenter uſurpatur, Eſt & alius modus aquam maſtichinam reddendi, Fumum ejus excipiunt vaſe quodã novo vitreo; quod ubi fumo probe repletum fuerit, ſubito vel aquam communem, vel aliquam deſtillatam affundunt, quæ exinde potum dat ſtomachicum: Poteſt & uſurpari in ſubſtantia, ſi ejus gr. vj. vel vij. x. jejuno ſtomacho deglutiantur in affectibus ejus: Appetitum mire provocat, & poſt paſtum digeſtionem promovet, *Etmuller.*

[8] *Vulnus penetrans*) Curatio *non penetrantis* ſoli fere naturæ committitur; quandoque tamen & balſamus aliquis vulnerarius per abdominis vulnus immittitur, aut turunda admovetur: At penetrans ſi fuerit, ſtatim filo ſericeo conſuendæ tunicæ, conſuendum & abdomen, ita tamen ut apertio ſufficiens hic maneat pro puris egreſſu; & hinc vulneraria, interna & externa, etiam ſymptomatum ratione habita adhibenda. *Blaſius Ther. ſpec. p. 243.*

[9] *In Diæta*) In victu maxima curationis pars conſiſtit, & in iis quæ per os aſſumuntur, Parciſſime comedere debet patiens, ne ex cibi copia ventriculus diſtendatur, ſed corrugatus maneat, & ſic vulnus facilius unitur & glutinatur, Et ne etiam ex cibi copia vomitus excitetur, qui conglutinationem impedit; & niſi dicto victu ſuſtineri poſſit, nutrientes clyſteres indantur. *Vigerius.*

Cibus ſit concoctu facillimus, in quantitate valde paucus *Sebiſius.*

Fercula tenuia & pauca, ſæpe tamen ſunt exhibenda, quæ cum decocto *ſymphiti, ſarmenti Indici*, & pauxillo *maſtichis & caryophyll.* ſunt præparata: Verum ſi alimentum per vulnus effluat, aut ventriculus tolerare nequeat, præſtat liquidiora alimenta, ut ſunt *juſcula pullorum, lac amygdal. & ovorum juſcula* per clyſteres infundere. *Franc. Joel.*

II. [10] *Vlcus* ventriculi [11] *cognoſcitur* ex dolore pungente & ulceroſo, ardore à [12] cibo calido ingeſto excitato, ſupra umbilicum infeſtante, ructibus fœtidis; cauſis ulcus generantibus, febre lenta &c. [13] *Oritur* 1. [14] *Ab externis*, [15] ut medicamentis & [16] venenis acribus, & tum relatio ægri indicio erit.

2. Ab [17] *Humoribus acribus*, vel aliunde allapſis, vel ibi genitis, & tum ad intemperiem cum materia recurrendum eſt.

3. Ab *Apoſtemate*, poſt inflammationem rupto, & tum illa præceſſit.

4. *A ruptura venæ*, & tum ſanguinis vomitus præceſſit. [18] *Curatur difficulter*, tum quia detergentia dolorem excitant, tum quia ſemper à chylo humectatum exſiccari nequit. Inveterata lienteriam inferunt.

[19] In *Curatione* nota 1. [20] Humorem, ſi adeſt, lenientibus duntaxat educi debere.

2. Vomitum plane vitandum, ne quod ulceratum eſt magis dilaceretur.

3. [21] Conſolidantibus internis aliquid mediocriter abſtergentium ſemper admiſcendum.

[10] *Vlcus ventriculi*) Per ventriculi ulcus intelligimus ſolutam unitatem diſtinctam à vulnere; Generatur id dum cauſa morbifica agit in ventriculum, & ita agit ut ventriculi ſubſtantiæ, modo per modum abraſionis, modo una eroſionis abſumatur, & unitas ſolvatur; Atque ob id ulcus ventriculi eſt Soluta unitas cum magnitudine imminuta, producta à cauſa morbifica; *Capivaccius lib. 3. Prax. c. x.*

[11] *Cognoſcitur*) Secundum *Avicennam* ventriculi ulcus indicatur è dolore pungitivo, ulceroſo, præſertim dum in ventriculum aliquid inſuave deſcendit, quo fit ut quiete dolor mitior evadat; Indicatur etiam ex inappetentia; è ſiti, è ructu fœtido (quia ubi ulcus, ibi pus) è vomitu ſaniei.

Cæterum cum ulcus poſſit corripere vicinas partes, i. e. vel gulam, vel ſuperna inteſtinia, hæc ita diſtinguentur, Si enim in gula ſit ulcus, indicabitur è dolore in poſteriori parte inter ſcapulas; item è dolore cruciante à collo, ſeu cervice, uſque ad pectoris initium, & præſertim intendetur dolor tempore deglutitionis, Si autem ulcus attineat ad inteſtina, indicabitur è dolore affligente circa umbilicum & infra, & dolor acerbior evadet tempore expulſionis (*præſertim affecto pyloro*) Si autem ulcus ſit in ventriculo, indicabitur è dolore vigente in regione ventriculi, & augebitur dolor dum cibus ingreditur ventriculum, dum etiam concoquitur, & præterea dum tranſmittitur in inteſtina, nam hoc tempore movetur ventriculus. *Capivaccius.*

Cognoſcitur

11. *Cognoſcitur*) Signa ſunt dolor lancinans, præſertim ſi quid acidum, ſalſum, & acre ſit comeſtum, cibi inappetentia, vomitio purulenta, ſaniosà, cruenta, &c. *Sebiſius, Man. p. 1027.*

12. *A cibo calido ingeſto*) Vel ſi quidpiam excedente aliqua qualitate prædicum aſſumitur, acre ſcil. acidum vel ſalſum.

13. *Oritur*) V[illegible] ntriculi fit à cauſis internis vel externis *Interna* ſu[illegible], Abſceſſus ruptus, quod puris excretione per vomitum & ſeceſſum rejecti cognoſcitur: Humores acres in ventriculo geniti, vel aliunde in eum tranſmiſſi; vel bilis flava, atra, vel pituita ſalſa: Externæ cauſæ ſunt medicamenta acria & erodentia, aut venena; Huc referri poſſunt vulnera ventriculi male curata, quæ in ulcus degenerant; Ruptio venæ alicujus inſignioris, quæ coaleſcere ſufficienter non potuit, poſt vomitum ſanguinis copioſum. *Riverius.*

14. *Ab externis*) Externa cauſa poteſt eſſe neceſſario occurrens, ut agrumina, id eſt allium, cæpe &c. vel non neceſſario occurrens, velut medicamentum corrodens, venenum corrodens. Quoad *agrumina Galenus l. 3 de temp. c. 3.* ait hæc cutim exulcerare, cum ſincera applicantur; at partes internæ ab iis non exulcerantur, quoniam calor harum reſiſtit, & præterea cum cibo copioſo miſcentur agrumina; at cutis calor iis cedit, non reſiſtit. *Capivaccius.*

15. *Vt medicamentis*) Vt colocynthide, euphorbio &c. Ab uſu Jalapæ ventriculo inductam phlegmonoden diatheſin ita. *Wepferus de Cicuta aquat.*

16. *Venenis acribus*) Si ex acribus corroſivis, aut ſimilibus aſſumptis arroſus aut exulceratus fuerit ventriculus, præmiſſo in principio vomitu, *lacticinia*, item *terra ſigillata* ſunt convenientiſſima; item *tragac. in aqua flor. roriſmar. ſolutum,* vide *Barthol. cent. 6. Hiſt. 21. Etmuller.*

17. *Ab humoribus acribus)* Cauſa eſt interna vel externa, Interna eſſe poteſt quilibet ſuccus, & cum *Avicenna*, etiam materia catarrhalis, & atra bilis, unde prodit ulcus cancroſum: Succus autem mordax talis eſt vel propria ratione, ut bilis flava, bilis atra; vel ratione putredinis, veluti in pituita & materia catarrhali. *Capivaccius.*

17. *Humoribus acribus*) Bile porracea, æruginoſa, pituita ſalſa, atra bile, *Sebiſius.*

Cauſa chylus eſt putridus, ſanguis ſimilis, vermes. *Blaſius.*

18. *Curatur difficulter*) Prognoſis funeſta ut plurimum inſtituenda eſt, niſi ulcus ſit perexiguum, & ſuperficiem tantum occupet, ac febrem conjunctam non habeat: Membrana enim ventriculi ulcerata, utpote pars ſpermatica, difficillime coaleſcit: alimenta in ventriculum male affecto non bene concoquuntur, & ante abſolutam concoctionem rejiciuntur, ulcus lancinantia; Præterea medicamenta parum præſtant, quia detergentia medicamenta ulceris curationi neceſſaria, dolorem excitant; Exſiccantia vero, quæ alteram curandorum ulcerum indicationem implent, impediuntur continuo ab eſculentis, potulentis & chyloſa materia, aliiſque humoribus qui in debili ſtomacho continuo reſtagnant. *Riverius.*

19. *In Curatione)* Si à rupto abſceſſu, ulcus detergeatur hydromelite in potu exhibito, cui addenda interdum manna thuris, *Galeni* præcepto, vel *aqua hordei cum ſaccharo roſaceo* in principio, & conſtitutione calidiori exhibenda: Vlcere vero in vetuſtatem abeunte, ſive ab hac cauſa, ſive ab alia quavis, ut humoribus acribus & ardentibus, vel aſſumptis cauſticis & venenatis rebus genitum fuerit, conveniunt primum *juſcula herbis refrigerantibus, & modice adſtringentibus alterata, hordeata, amygdalata,* cum *ſaccharo roſ.* parata, *lac recens mulctum cum ſaccharo & tantillo mellis*, ac tandem *chalybeatum*: Tum etiam *aqua ferrata pro Potu ordinario*, aut in qua *boli armena*, aut *terra ſigill.* fruſtula maduerint; Cui addi poterit vinum rubrum auſterum, ſi perexigua caliditas in parte apparuerit.

Dein Apozema ſequens veniat in uſum.

℞. *Hordei integri p. j. fol. ſcabioſ. agrimon. pimpin. & capill. ven. ãã. m. ß. ſemin. melon. ℥ij. roſar. rub. ſicc. p. j. fiat decoctio ad ℔j. in qua diſſolve ſyr. de roſis ſiccis ℥iij. f. Apozema pro iv. dozibus frequenter uterandis.*

Ad interna etiam ulcera plurimum confert decoctum *radicis Chinæ*, ubi febris abfuerit, per xx. aut plures dies ſumptum, leviter ſudores provocando, ſic enim ulcus paulatim exſiccatur; Si vero tabes & corporis conſumptio timeatur, decoquatur radix prædicta in *juſculo pulli gallinacei*, vel columbini cum herbis prædictis & *hordeo mundato.*

In diuturniori ulcere, Potus *aquarum mineralium*, vitriolat. ferratarum, aluminoſarum, quales ſunt noſtræ *Meinenſes*, per menſem integrum ſumptæ, non parum conferunt.

Toto morbi decurſu, ad ventriculum ab illuvie repurgandum, conferunt leviora cathartica, ut *rhabarbarum, tamarindi, myrobal. ſyr. roſac. & cathol.* ſemel in ſeptimana uſurpata.

Denique ad ulceris *occluſionem.*

℞. *Boli Arm. terra ſigill. corall. r. lapid. hæmat. aqua roſar. diligenter lotor. ãã. ℨj. ſangu. dracon. gummi arab. & tragac. ãã. ℨß. ſemin. papav. albi leviter contuſi & aſſi. hypoc. thuris & ſarcocollæ ãã. ℈j ſacch. roſ. ℥j. f. Pulvis Cujus capiat ℨj. ex aqua plantag. aut conſerva roſar.* ſingulis diebus.

Vel ex eodem Pulvere poteſt fieri Opiata cum *conſerva ſymph. & roſar. ſyrupo. cydon. aut myrth.* exceptis:

Vel etiam poſſunt fieri Trochiſci, ex eodem Pulvere cum *mucilag. ſeminis pſyllii* aut *tragacantha*, Quibus omnibus viciſſim æger uti poterit, ne ejuſdem remedii tædio afficiatur.

Exterius vero ad ulceris occluſionem admoveri poterit, regioni ventriculi *Fotus ex decocto abſynthii, roſar. malicor. gallar. balauſt. myrtillor. thuris, maſtiches, ac ſimilium.* Ac denique pars eadem inungenda unguento adſtringente, vel Empl. adſtringens admovendum. *Riverius.*

19. *In curatione*). Oportet cauſas removere, ulcus mundificare, cavitatem implere, & impletum cicatrice obducere: Pro abſterſione & purificatione conveniunt *Syrupi de veronica betonica, ſcabioſa, carduo bened. agrimon. marrubio, & abſynthio mel roſat. colat. ſyr. de roſis ſiccis, de cichor. hydromel*: Decoctum *cicer. rubr. hordei, liquir. pennum,* Emulſio ex *nucleis pineis, amygdalis amar.* cum decocto propoſito, *Aqua ſacchar.* Vlcere probe abſterſo natura ipſa ſanationem præſtat. *Sebiſius Man. pag. 1027.*

20. *Humorem ſi adeſt lententibus*) Cauſa generationis carnis probantur medicamenta vacuantia excrementa per modum Deterſionis & Exſiccationis, quæ non debent eſſe mordacia, Verum expedit ut validiora adminiſtrentur pro excrementorum copia, & lentore: Contra ſi res haboerit, i. e. ſi excrementa non ita ſint copioſa, nec ita lenta, probantur debiliora, & præſertim in ventriculo æſtuante, quare probatur *aqua ſaccharata, aqua hordeacea cum ſemin. melon. ſerum lactis* vel ſincerum vel cum *lacte*, probatur *aqua Virginis, aqua Veronenſis.*

Expedit quoque in his medicamentis admiſcere *mannam*, vel *ſyr. roſ. ſol.* quoniam opus eſt ut deterſum excrementum evacuetur, vel per alvum, vel per renes.

Si autem excrementum fuerit viſcidius, ut in ventriculo non æſtuante, probatur *mel non coctum, mulſa non aquoſa, jus cicerum cum melle & ſucco paſſul.* Quod ſi excrementum in ulcere fuerit putridum, cum *Avicenna* poteſtis aſcendere *ad hieram*, ſed deinde exhibeatis

vel *ſerum*, vel *aquam hordei*.

Quoad vacuantia per modum Siccationis, quibus utimur gratia excrementi tenuis, probantur *tragachanta, thus, maſtiche, ſarcocolla, cornu cervi*, cum aqua *hordei vel cum ſero*. Capivaccius.

11. *Conſolidantibus internis*) Quoad agglutinantia, cum *Galeno 4. m. m. c. 7.* uti licet *hypociſtide, balauſtiis, gallis immaturis, malicorio, ſucco plantag.* &c. Notandum in calidiore ventriculo hæc medicamenta eſſe danda cum *aqua*, vel *plantag.* vel *roſac.* Sin frigidior, cum *decocto menthæ*, cum *vino auſtero*, Abſtineatis à *melle*, quoniam abſtergit, *Galenus* l. c. proponit mel ſimul cum glutinantibus, ſed in ratione vehiculi, quia reſpicit ad ulcera remota, at hic agitur de ulcere ventriculi, ubi vehiculo opus non eſt; Quinimo in praxi obſervetis ut medicamentum diu maneat in ventriculo, ideoque non probatur dilutum admodum copioſum; Præterea prodest admovere medicamentum è *pice navali*. addita *maſtiche, bolo Armena, ſanguine draco*, & ſimilibus adſtringentibus. *Capivaccius l. c.*

Eroſio, Tabes ſeu Phthiſis Ventriculi.

Excrementa illa tartarea, viſcida & lenta, quæ ex reliquiis chyloſeos in ventriculo relinquuntur, non ſolum cruditates & imbecillitates generant, ſed & ſæpiuſcule *Eroſiones, Tabem* ac Phthiſin in ventriculo producunt, Excrementa enim Tartarea illa, quo longiori tempore reſident in ventriculo, eo fortius coquuntur, & ex coctione hac fortiori acriora evadunt, & ita quidem ut in cauſtica potentialia tranſeant, quæ ipſum ventriculum ſolvunt atque cauſticant, ut inde ulcera cum ſummo dolore fiant, Et ſic perſentitur eroſio & ardor ſummus in ventriculo, cum febre lenta & hectica, quæ hinc exoritur, unde tabes illa ſeu phthiſis ventriculi.

Nihil igitur aliud eſt Eroſio, Tabes ſeu Phthiſis ventriculi, quam ulcus erodens in ipſo ventriculo ab excrementis tartareis mordacibus & acribus productum. Inflammatur autem ventriculus ab ulcere, ac propterea marceſcit, cum alimentum ejus à depravata & vitiata coctione ſua pariter depravetur, donec denique totum pedetentim marceſcat corpus, quoniam & illi tunc verum deficit alimentum. Si enim ventriculus deficiat in præparando chylo, hepar etiam in præparando ſanguine deficit, ut pote quod talem depravatam coctionem corrigere non poteſt, cum nimis magna ſit: Si levis eſſet illa depravata coctio, corrigere eam adhuc poſſet, aſt cum ſit adeo magna, ut in calore omnino deficiat, ſanguis laudatus inde fieri non poteſt; hinc deficit omnibus corporis partibus alimentum, quem defectum tabes totius ſequitur.

Hæc conſumptio non omnibus Medicis cognita eſt, Cordi enim referunt cujuſcunque conſumptionis initium, quod à veritate alienum, quia ſæpiſſime ex ventriculo ortum habet, & à coctione exacerbationem ſuſcipit, id quod non fieret ſi in corde eſſet hujus tabis fundamentum.

Curatio Eroſionis & Tabis Ventriculi dependet ex ſublatione excrementorum tartareorum, quæ ex reliquiis coctionis ventriculi ortum habent, Ergo in roboratione virtutis ventriculi tota cura reſidet, quæ ex *antimonio* petenda, ſolum enim hoc ventriculum ab omnibus hiſce tartareis excrementis purgat ac liberat. *P. Joh. Faber Pathol. Spag. c. 84.*

Infrequens plane eſt affectus iſte, (cujus ex ſiccitate ventriculi Vitæ tabis mentionem quoque facit *Galenus*) *Avicenna* Ventriculi Hecticam, *Sennertus* Maciem ejus & extenuationem, *Zacutus* Ventriculi Maraſmum, Alii Marcidam ejus Siccitatem dicunt; Atque cum Auctor *eroſionis* nomen hic uſurpet, eadem ratione & ulcera ventriculi huc reduci queunt: Notum autem eſt quod ventriculus in homine convenientem debitamque craſſitiem ſuam obtinere debeat, utpote quæ non parum ad coctionem recte abſolvendam conducit, unde animantia, præſertim volucres, ventriculos ſucculenta craſſitie probe munitos, ut ſic duriſſimos cibos, imo lapillos etiam digerere videant, habere obſervamus: Si itaque decentem ſui parenchymatis craſſitiem amittat ventriculus, coctionis negotium manifeſte impeditur & læditur, imo omnimode & ita evertitur, ut maraſmus totius corporis hinc non ſuccedere non poſſit, ſiquidem defectus Chyli ſanguinis inopiam evidenter inducat.

Circa cauſas hujus mali, vix adſtipulabimus Auctori, dum tartarum ſeu putrilaginem quandam, ſeu humores corruptos ob longam in ventriculo moram acquirere cauſticam acrimoniam, ac quaſi calcinari aſſerit, ut non tantum conſumptio carnoſæ craſſitiei, qua ventriculus naturaliter inſtructus eſſe debet, verum ſubſtantiæ ipſius etiam ſolutio, ſeu exulceratio, eamque comitans doloris indubitata atrocia, & ex inflammatione febris hinc ſuccreſcat, tantus urentis caloris adparatus in ventriculo non eſt, ut hunc præſtare effectum queat, Niſi igitur *animata & verminoſa putredo*, quæ in ventriculo haud difficulter ſubnaſci poteſt, ſicut alioquin vermium geneſis in ventriculo notoria ſatis eſt, hic ſubrogetur, & talis quidem quæ interiori etiam parenchymati ejus, quo præditus eſt ventriculus, ſit impacta, ut ſuccus & craſſities ventriculi ſic conſumatur, vel etiam ſubſtantia ejus penitus ulceretur, ſerio præſupponatur, veram hujus affectus cauſam haud excogitare potemmus, Et quamvis aciditas, eaque vehementior ac præternaturalis non raro torqueat ventriculum, & ipſi ſit admodum familiaris, tamen illa non tam extenuandi quam corrugandi ac conſtringendi potius tunicas ventriculi vim habebit.

Crapula tamen ac intemperantia præſertim quotidiana ſilentio hic nequaquam prætereunda, ubi ventriculus cibi potuſque copia adeo extenditur, ut craſſitiei ſuæ ſtabilimentum hinc perdat, atque tunicæ ejus poſtea diſtentæ maneant, adeoque ventriculus ſe iterum contrahere & ingeſta, prout opus erat pro commodiore digeſtione, arcte complecti amplius non poſſit: Exemplum dedit noſtra ætate *Ferdinandus iij. Imperator*, cujus cadaver eviſcerantes Archiatri, ventriculum adeo extenuatum deprehenderunt, ut delicatiſſimi fluſculi ſeu ſolii, vel interioris in cepa pelliculæ teneritudinem ſive tenuitatem ſaltim æquaret.

Medicamenta ab Auctore deprædicata (*ab expurgato ſcilicet ventriculo exhibito oleo rubeo antimonii, quod ventriculum roborat omnino, ac ejus virtutem ſeu facultatem coctricem confortat, ipſumque priſtinæ ſanitati ita reſtituit; ut aliis medicamentis ad curationem ſuam abſolutam eroſus, vel tabe affectus, non egeat; Butyrum quidem margaritarum ſumme prodeſt* ad hanc *ventriculi tabem emendandam, ſed qui oleo dulci & rubeo antimonii utitur, aliis medicamentis ad curationem ventriculi ſic affecti opus non habet. In hoc enim ſolo oleo ſunt omnia quæ requiruntur ad perfectam morborum omnium curationem præſertim ſi illud auri viribus impregnetur*) quæ dignitate illuſtri & catholica in praxi unique fungi monuimus, in hoc periculoſo, deſperato & immedicabili, adeoque lethali morbo incaſſum adhiberi, famamque probatæ nobilitatis, qua ſplendent illa alioquin, proſtitui potius non ambigimus, quare circa impoſſibilia prolixiorem quoque ſollicitudinem non impendemus. *Chriſt. Langius Animadv. in cit. locum.*

CAP.

De Ventriculi ſymptomatibus.

Cap. XI.

De Dolore & Ardore Ventriculi.

1. SYmptomata ventriculi ſunt, *Dolor*, *Ardor*, *Anorexia*, *Nimia appetentia*, *Appetitus vitioſus*, *Situs nimia*, *Concoctionis læſio*, *Singultus*, *Ructus*, *Rugitus*, *Nauſea*, *Vomitus*, & *Cholera*.

¹· *Symptomata ventriculi ſunt*) Ventriculum varia ſymptomata inſeſtant in *Actione læſa & Excretorum ametria*. Actio ventriculi eſt Appetitus & Coctio, ſive Chyloſis. Læditur *Appetitus*, dum aboletur, diminuitur aut depravatur, *Aboletur* in Anorexia vel Apoſitia, ſed hæc cum faſtidio eſt, præſertim carnium, ideoq; deterior. Frequentiſſime minuitur in morbis appetentia, quod in malis non eſt ducendum: ſed *depravatio* appetentiæ deterior eſt, Depravatur autem in canina fame, ſive βούλιμῳ.

Chyloſis abolita vel imminuta, *Apepſia* dicitur, vulgo *corruptio chyli* appellatur, Cum longiore mora coctio perficitur quam par ſit βραδυπεψία dicitur; Cum in pravam qualitatem mutatur, διαφθορὰ.

Ad actionem læſam pertinent *tactus*, *motus*, & *dolor ventriculi*. Senſus tactus eſt in ventriculo, ſed exquiſitus in orificio ſuperiore.

Aboletur & imminuitur cum eſuriendi & ſitiendi neceſſitas adeſt, & tamen non ſentiunt & recuſant cibum & potum. Id accidit ab intemperie magna, calida vel frigida, quæ mortificationẽ inducit, niſi æger deliter.

Senſus tactus in dolore totius ventriculi, vel *ſuperioris* ejus orificii conſiſtit; trahit in conſenſum cor, unde is ſtomachi dolor cardialgia & cardiogmos vocatus, & acceſſit ſyncopen, ſtomachicam dictam.

Ad hunc ſtomachi dolorem pertinet *Anxietas & Inquietudo*, ſeu *Iactatio corporis*, Græcis ἀλυσμὸς, ἄση.

Motus ventriculi eſt relaxatio & coarctatio quæ fieri debens circa cibos, ergo ubi deeſt iſte motus, fluctuationes & κλυδωνισμοὶ in ventriculo oboriuntur, tam aſſumpto cibo quam vacuo ſtomacho.

Motus ventriculi depravatur in *Singultu* & *Ructu*. Singultus eſt moleſtior ructo; Apud *Hippocratem extat morbus Ructuoſus*.

Excrementorum ametria frequens eſt in ventriculo, vel *per ſuperiora*, in vomitu & Salivatione, vel *per inferiora* in lienteria, diarrhoea, & cœliaca: Excretio flatuum frequens cum ructu ad vomitum revocari poteſt, & forſan *Cholera ſica* dicitur: Sed ſymptoma malignum eſt Cholera humida.

Symptomatis Ventriculi accenſeri debet *Ruminatio*, quæ fit reſupino & inverſo ventriculo, quæ facilis eſt in quibuſdam, ut in animalibus de qua legendus *Horſtius* in Epiſt. (& Eruditiſſimus *Peyerus l. de Rumin. Humanâ.*) Riolanus Encheir. cap. 24.

Dolor Ventriculi.

I. ²· *Dolor* ³· *Ventriculi eſt* ⁴· *triſtis ejuſdem ſenſatio*, *à rebus* ⁵· *diſtendentibus vel* ⁶· *mordicantibus*, *& ſic continuum ejus ſolventibus exorta*.

⁷· *Signis* in hoc ſymptomate opus non eſt, niſi mens ægri laboret.

⁸· *Cauſa* in definitione eſt expoſita, & largius in Differentiis de ea.

²· *Dolor ventriculi*) Nominatur is, καρδιαλγία, quaſi ἄλγος τῆς καρδίας, à parte affecta & ſymptomate, notante *Galeno* 2. m.m. c. 2. Voce quidem origine Græca, uſu tamen Latina; Quamvis vero καρδία cor proprie ſignificet, de Ventriculo tamen non minus frequenter hoc nomen accipitur, hinc *Galenus l. 8. de comp. Med. ſec. loc.* Medicis conſuetum eſſe ſcribit Os ventriculi, ſicuti καρδίαν, ita quoque στόμαχον appellare; Vſitatiorem tamen quondam τῆς καρδίας appellationem fuiſſe: At vero *Hippocr. 4. de Morb.* non Medicos nominat, ſed in genere *homines*, dum Καρδιώσσειν οἱ ἄνθρωποι λέγουσι, inquit, ac ſi dicere vellet non ipſos quidem Medicos vocem καρδίας à principali illo viſcere Corde ad ventriculum tranſtuliſſe, ſed homines ægros ita primum appellaſſe, quos deinde Medici, quibus plerumque more vulgi loquendum eſt, ſequuti fuerint. *Laur. Strauſſius Pal. Med. Gymn. 1. Part.* 3ij.

³· *Ventriculi*) In ventriculo tres partes plurimum inter ſe diſcrepantes conſiderandæ ſunt, Orificium ſuperius, Inferius, vel Pylorus, & reliquũ corpus totam cavitatem conſtruens, Superius exquiſitiſſimo ſenſu donatum eſt, ob nervum inſignem quem à ſexta conjugatione mutuatur, & ideo dolores in eo fiunt acutiſſimi, qui viſcus nobiliſſimum, ſibi vicinum, Cor nimirum, in conſenſum trahit, unde *Cardialgia & Cardiogmos* nominatur, Si vero membranæ ventriculi cavitatem conſtruentes, aut Pylorus dolore afficiantur, *Dolor ventriculi* ſimpliciter nominatur, & interdum *Colica ventriculi*, præcipue quando à flatibus excitatur. *Riverius.*

⁴· *Triſtis ſenſatio*) Quæ generis locum in definitione obtinet, ob quam cardialgia ad *ſymptomatum*, & quidem *functionum animalium ſenſitivarum*, & proprie *ſenſus tactus*, claſſem pertinet, docente *Galeno*. *1. de cauſ. ſympt. c. 6.* Dolor autem, quatenus eſt ſymptoma, eſt illa ipſa triſtis atque moleſta ſenſatio, quam objectum improportionatum, dum affatim & cum impetu continui ſolutionem in partibus nervoſis inducit, excitare ſolet, ſicque una ſpiritus animales, ibi hoſpitantes, in ejuſmodi motus p.n. vel, ut ait *Willis*, ἀτάκτως adigit *Strauſſius*.

⁵· *A rebus &c.*) Proxima hujus doloris cauſa eſt ſolutio continui à rebus mordentibus vel diſtendentibus excitata, Illæ autem res mordentes, vel diſtendentes, præcipuæ & frequentiores ſunt, Humores vel Flatus, Quibus addi poſſunt *Lumbrici* tunicas ventriculi vellicantes: *Humores* acres vel maligni, ut bilis porracea, æruginoſa, vel atra, pituita ſalſa, corrupti ichores, pus fœtidum, ex diſrupta thoracis vel hepatis vomica, in ventriculum effuſum, & quicunq; alii humores acrimonia præditi, dolores in ventriculo excitare poſſunt: *Vapores* etiã acres ex iiſdem humoribus elevati hunc dolorem efficere conſueverunt: *Flatus* vero in cavitate contenti inflationem & tenſionem dolorificam efficiunt, ſed multo magis intra tunicas ipſius coërciti, qui affectum contumacem, afficiunt, cum difficilius inde excuti valeant; *Morbi* etiam tum ipſius ventriculi, tum partium

viciniarum, ut intemperies quælibet excedens, tum calida tum frigida, ſed multo magis inflammatio; interdum vero ſcirrhus, aut alius tumor durus, gravantem dolorem efficiens, vulnera &c. *Riverius.*

5. *A rebus diſtendentibus*) Vt & *comprimentibus, aggravantibus*, ut cum vicinarum partium, hepatis, lienis, (*pancreatis*) renum, coli, ſepti, obſtructorum, tumeſcentium, aut induratorum inflammatorumve cauſa aggravationem ſentit: Curatio autem hiſce morbis debetur, cum niſi hi ſanentur, aut mitigentur, compreſſivus hic dolor ſtomachi, accedente interdum dyſpnoea non tollatur, de quo tamen plerumque magis quam de aliis illorum ſymptomatis conqueruntur.

Quod ſi à *cartilagine Xiphoide* introrſum curvata, ventriculum premente hoc fiat, quia ægre reducitur, incurabile quoque hoc plerumque vitium, quod poſt cibum ſumptum adeo gravat ut nullam quietem donec ſupini recumbant, ventriculo à parte affecta tunc recedente, ſentiant; vel abſoluta ciborum digeſtione ventriculus ſubſideat. *Platerus.*

6. *Mordicantibus*) Vnde *Rodens dolor*, *qui Cardiogmos*, *Cordis roſio*, *& morſus* vocatur, In quo *eroſionis* & mordicationis ſenſus, cum *punctionibus* interdum quibuſdam in cordis dicta regione ſentitur, accedente nonnunquam *compreſſionis*, alias etiam *ardoris* ſenſu: Quod ut in multis morbis, ita & in ſanis alioqui quibuſdam, & præſertim dum jejuni ſunt, ſæpe evenit: aliis ante prandium, ſi illud diutius differant; qui *Perocheli* vocantur, quibus ejuſmodi roſiones familiares ſunt, cum *oris amaritudine*, aliiſque capitis & viſionis impedimentis: Aliis ante cœnam potiſſimum hoc accidit, ſi ſcribendo inclinantes huic ſedi, ſeu ventriculo, incumbant, tunc ejuſmodi impedimenta ſentiunt, appetitum cœnandi amittunt; hoc vitium præcaventes ſi ſtent ante pulpitum.

Sed & ſummo mane, antequam è lecto ſurgant hoc quibuſdam contingit, ſi vigiles diutius jaceant, quod tamen poſtquam ſurrexerunt, alvumque reddiderunt, aut flatus, mox iterum remittit; In aliis hoc poſtquam ſurrexerunt ſubito accidit, & ſternutatione facta illico evaneſcit.

Nec ſolum *jejunis*, ſed & *poſt cibum*, illius *immoderati & pravi* uſus cauſa tuſſis hæc cum compreſſione ſæpenumero accidit; Cujus privatam quandam ſpeciem *Bayrus* ſtatuit, ſi poſt cibum, cum compreſſionis ſenſus & ſumma anhelitus difficultate, frigore corripiantur, pulſuſque debilis ſit; atque ratione cauſæ, *Converſionem cibi in phlegma* hunc caſum vocat, cujus & *Galenus* meminit. *Platerus.*

Huc pertinet *vellicatio*, vel etiam *titillatio* ventriculi ſola, quæ conatum ad vomendum, vomitumque ipſum concitando, ventriculum, ut vocant, ſubvertendo, dolorem illum qui hæc præcedere ſolet, procreant, graviorem; diutiuſque in illis perſeverantem qui ægre vomere vel minime poſſunt; leviorem in aliis, ſicuti ab omnibus illis quæ nauſeam vomitumque excitare poſſunt, & in omnibus morbis, in quibus ejuſmodi ventriculi ſubverſiones adeſſe ſolent, tales cardialgiæ ventriculi gignuntur. *Idem.*

Chimici morbos ventriculi pleroſque ab impuritatibus tartareis derivant: Si mucilagines hæ ſalium acrium & corroſivorum habeant tincturas, ut calcis, æris, perſicariæ, dolorificas paſſiones, inprimis vero in ejus orificio inducunt, & morſiones intolerabiles excitant. Sal reſolutum, quod guſtu ſuave ac dulce, ex officio ſuo delapſum, & congelationem paſſum alii accuſant. *Rolfincius.*

7. *Signis in hoc ſymptomate*) Signa varias oſtendunt doloris *differentias*, diverſas *cauſas*, diverſos *locos*, *Cardiogmum* cognoſceris ſi morſus habeat quædam intervalla, ſi adſint aliqua ſigna vomitionis futuræ, e. g. vertigo tenebricoſa, tremor labii inferioris: *Cardialgiam* cognoſceris ex continua oris ventriculi mordicationes; *Cardiacam* ex omnium virium languore, jactatione, extremorum refrigeratione, & unctuoſo ſudore capitis, colli & lateris. Anxietas deprehenditur ex ſenſu gravitatis circa ventriculum, jactatione corporis cum virium robore.

Dolor ventriculi diſtinctus à *dolore oris ventriculi* deprehenditur ex ſitu; nam ubi dolet os, dolor ad ſpinam potiſſimum ſentitur, in regione illa poſteriori quæ reſpondet cartilagini ſcutiformi, Cæteri dolores *ventriculi* ſunt inferiores & potius ad ſiniſtram partem tendunt, ſicuti & pondus ventriculi.

Varietatem *humorum* ſic diſtinguetis, Si ſit *pituita acida*, ſimul cum morſu adeſt inſignis appetentia & frequens exſpuitio, juvatur à calidis. In *melancholico* humore, qui eſt acidus, adeſt quidem appetentia, ſed non juvatur à calidis, & præterea mœrore ac timore vexatur.

Si *bilioſus* ſit humor, ſenſus doloris cæteris eſt vehementior, adeſt ſitis, amaritudo oris, inappetentia, nauſea, vertigo, bilioſi vomitus, ac dejectiones bilioſæ; Si *humor* ſit *ſalſus*, adeſt quidem ſitis, ſed non oris amaritudo, & quod per ſputum ejicitur ſalſum eſt; Si adſit *inflammatio*, ſigna omnia lethalia, febris ingens, ſitis, omnia ſymptomata cardiaci affectus, ſyncope, quæ ſæpe ſæpius ſuccedit. Si adſit *Vlcus*, præter excretionem ſanguinis & puris, præter nauſeam & vomitum, ſuccedit etiam ſenſus mordicationis ex quacunque re acida & ſalſa per os ſuſcepta.

Si adſit *Flatus*, dolor eſt extenſivus cum rugitu, & regio illa ventriculi manu appoſita tumida in modum follis inflati apparet. Si adſit *lapis*, dolor eſt continuus cum ſenſu gravitatis, neque ullis medicamentis cedit.

Si *Abſceſſus*, ſignum ejus accipitur ex inflammatione præcedente cum dolore perſeverante, Sic dicebat *Hippocrates* 7. aph. 22. *Habentibus dolorem diuturnum, ſuppuratio.*

Si dolor ſit *diuturnus*, materiæ impactæ eſt indicium in ipſis membranis, ſive cum tumore ſive ſine; Quod ſi habeat *intervallum*, ut exacerbetur ante cibum, argumentum eſt doloris qui fit ex fluxione materiæ bilioſæ à jecore, propter ſenſibilitatem oris ventriculi, Si vero *exacerbatur* ſtatim *à cibo*, ſignum eſt materiæ bilioſæ aut acris, contentæ in fundo ventriculi, quæ cibo ſumpto agitatur.

Si exacerbatur dolor poſt 5. aut 6. horas, argumentum melancholiæ eſt, aut fluentis ab ipſo liene, adventriculum, aut reſidentis in fundo ventriculi, Quod ſi *longiora* habeat *intervalla*, quandoque dierum, quandoque hebdomadarum, poteſt fieri fluxio vel à cerebro, vel ab vtero, vel à toto corpore, quarum partium affectus propriis ſignis ſunt diſtinguendi. *H. Saxonia Prel. Pract. P. 2. c. 7.*

Quoties orificia ventriculi (dextrum & ſiniſtrum) potiſſimum affliguntur, triſtis illa ſenſatio intenditur magis & exacerbatur. *Strauſſius.*

8. *Cauſa*) Cauſa proxima *Cardialgia* eſt læſio inſignis orificii ventriculi ſiniſtri, qui ratione partis, ſenſibiliſſimæ ratione nervorum, ac ſpirituum animalium inſigniter affectorum, facile totius microcoſmi œconomia turbatur, ac gravia ſymptomata oriuntur, interdum totum genus nervoſum in conſenſum trahitur; Quicquid ergo lædere poteſt orificium ventriculi ſiniſtrum, dat cauſam huic malo, ſive id fiat per *eſſentiam*, ſive per *conſenſum*: Per *conſenſum*, v. g. in *nephritide*, *in contorſione vertebrarum dorſi*, Per *eſſentiam*, aut ipſius ſtomachi, aut partium vicinarum ſubeſt vitium, vel in ſtomacho contentorum, & horum vel *intus genitorum*, vel *intrinſecus aſſumptorum*: In ſpecie quoad *contenta* ſunt Flatus, *Contenta*

tentia porracea, Aſſumpta vitioſa varia deglutita.

Quod ipſum attinet *ventriculi*, aut partium vicinarum vitium, Cardialgiam inferens, varium eſſe poteſt, ulcus, tumor, Pertinent huc ſuo modo & *luctus, mærores*, aut diutinæ triſtitiæ ad cardialgias contumaces diſponentes; Vide exempla apud *Platerum*, *Etmuller*.

Dolores qui ventriculo accidunt varii & multi exiſtunt; ac vel *primario & per ſe* contingunt, morbi ſcil. *intemperies cal. frigida. diſtentio* & *aggravatio*, *vellicatio*, *irritatio*, idque maxime accedente cauſa adjuvante, *diſpoſitione* viz. *ventriculi*, quæ facile patitur, qualis eſt imbecillior aut calidior illius conſtitutio: Vel *per Conſenſum* hi dolores ventriculo, nervorum ipſi inſertorum cauſa accidunt, Quales dolores rariores, per talem conſenſum nervorum ventriculi orificii ortos, conjunctos cum ſummo mœrore, ejulatu, & aliquando levi delirio obſervavi, qui ſemper & ſtatim, ſequente ſuborta vomitione ceſſarunt, *Platerus*.

[9] *Curatio* reſpicit

[10]: *Ipſum* · *ſymptoma*, ſi nimis urgens eſt; [11] in quo obtundendo valet [12] *ſacculus* ex *radic. althea* [13] *flor. chamomilla, roſis rubeis* & *abſinthio* confectus, *aqua Quercetani* anodyna in Pharmacop. reſtituta [13] *Oleum chamomillæ* [14] *ſapphirinum*, [15] quod ex floribus addita portione *terebinth. Cypria*, in aqua ſolutæ, deſtillatione per veſicam paratur in *Syrupo dialthea* vel *conſerva acetoſella*, gutt. aliquot exhibitum. [16] *Bolus* ex *electuar.* [17] *diaphanic.* dr. iiſ. *philonii Romani* ſcr. ij. formatus, de Leonibus laudatiſſimus [18] *laudani opiati* gr. iv. cum decocto chamomillæ, *ſacculus* ex *panis* toſti ſubtiliſſime triti q. ſ. & *maſtiches* dr. ii. calidè impoſitus, poſt quorum omnium uſum roborantia ventriculum expedienda ſunt.

II. *Ipſam cauſam*, [20] de qua in Differentiis.

[9] *Curatio reſpicit*) Curatio pro cauſarum varietate maxime varianda eſt: Si enim ab aliarum partium affectibus oriatur, illorum affectuum therapeja adhibenda eſt: Si vero in ipſo ventriculo cauſa ſtabuletur, dolor vel à flatu, vel ab humoribus acribus & bilioſis, vel ab inflammatione, abſceſſu, aut ulcere procedit. *Riverius*.

De curatione orti à Flatibus doloris ventriculi vide ſupra Cap. de *Inflatione ventriculi*.

[10] *Ipſum ſymptoma*) Non ſufficit de eliminanda cauſa ſolum cogitare, cum hoc negotium non raro fruſtra tentetur, vel ſaltem ob doloris vehementiam commode peragi haud poſſit, quin *Alterantibus partemque Roborantibus* prius utendum veniat, De his itaque ſolliciti ſimus oportet, ita tamen ut horum in delectu in ipſius peccantis humoris indolem alterum oculum conjiciamus. Frequenter autem *Flatus* diſtenſione quam excitant ventriculo moleſti ſunt, & tunc *Carminativa* inſignem afferre utilitatem præſtat (*quorum materiam & naturam vide cap. de Inflatione ventriculi*) quæ ſimul partium nervoſarum tenſionem, motuſque ſpaſmodicos prohibent.

Sin vero materia nimis viſcida & tenax fibras nerveas vellicet, ſpirituoſa, & magis incidentia conducunt, qualis eſt *mixtura Doles*, ex *aqua mentha, ocymi*, Tinctura *ſuccini anodyn. cinnam. ol. macer. & ſyr. menthæ parata*, cui felici cum ſucceſſu granum j. vel ij. *laudani op. vel theriac. cal.* & in fœminis *caſtoreum* ſe admiſcere felici ſucceſſu teſtatur.

Quando autem pleraque uſurpata medicamina in vanum laborant, doloris ſævities eorum vim eludit, vel in principio ſtatim adeo urget, ut methodo extraordinaria ferocientes ſpiritus ſuaviter demulcere, imo ſopire, figere, partique affectæ ſtuporem quendam inducere, neceſſe ſit, tunc ad *narcotica* ceu ſacram anchoram confugiendum eſt; inter quæ eminet *opium*, hinc *laudanum op. theriaca Andr. Mithrid. Philon. Rom & Perſic.* Sic propinatis Pilulis ex *extracto helen. calami arom. theriac.* cum *eſſentia anodyna* formatis, additis gr. j. vel ij. *laud. op.* urgentes ſtomachi cruciatus ſæpe mitigavimus: Matronæ Pilulas ex *conf. alkerm. incompl.* ebore in pollinem redacto, *lap. bezoart. or. & occid.* cum *laudano op.* felici cum ſucceſſu à nobis præſcriptæ fuerunt. *Stranſſius*.

[10] *Ipſum ſymptoma*) Utut vagum ſit ſymptoma Cardialgia, interdum tamen periodicum obſervavi, qua ratione dolorem alternis diebus affligentem notat *Bartholinus centur. iij. hiſt. 90.*

[11] *In quo obtundendo valet*) *Caſtoreum* in cardialgia divinum eſt remedium. *Wedelius Am. m. m. pagina 157.*

Gummi hederæ grana aliquot deglutita, vel pulveriſata prius, & cum liquore aliquo bibita à ℈j. ad ʒj. ſi ſæpe repetatur, magnopere dolores ventriculi ſedare & arcere aliqui teſtantur, uti & *ladanum* ſic etiam uſurpatum. *Nucis moſch. pulvis* cum aqua chamom. exſtillata dolorem ventriculi mox ſedat. *Platerus*.

[11] *In quo obtundendo*) Dolore pertinaciter adhærente confugiendum eſt ad Balneum ex Decocto herbarum emollientium & calefacientium, quod tutiſſimum & efficaciſſimum eſt: flatus enim diffundendo, & per poros apertos reſolvendo à dolore liberat, Quod citius efficietur ſi in ipſo Balneo remedium aliquod diſcutiens ægro exhibeatur: Concurrente enim utroque præſidio, tum interno tum externo, opus rite peragitur. Balneum eſſe debet valde calidum, ut facilius flatus diſcutiantur, & humores craſſi colliquentur. *Riverius*.

Senes ſubinde doloribus ſtomachi gravioribus corripiuntur, ad quos, ut etiam alias cardialgias cum virium proſtratione junctas, egregiæ ſunt *Pilula Poterio cent. 3. cur. 30.*

℞. *Ambr. gr. ij. moſchi, croci orient. āā. gr. j. opii Theb. gr. iv. m. f. Pilula.*

Idem curat 31. diuturnum ventriculi dolorem, ſed continuato uſu *decocti ligni ſaſſafras* curatum refert.

Comperi ſæpe efficax & juvans in dolore ſtomachi & ventriculi ex flatu & acetoſitate. *Pulv. calami aromat.* ʒiß. *cum ſucci abſynth. depurati* ℥ij. calide exhibitum. Ventriculi dolorem ſtatim ſuſtulit & mitigavit. *Solenander*.

Succus anethi cum aqua coctus & bibitus ad cyathos tres, mire relevat dolorem ſtomachi, qui eſt cum nauſea & ſingultu. *Varignana*.

In dolore continuo ac vomitu, ita ut nihil in ventre remaneat, hoc remedium magna experientia juvat; *Luteum ovi rec. mellis cochl. ij. maſtiches pulv.* ʒß. in calice ſub ferventi cinere calefacta ter in die devorentur. *Alex. Benedictus. Pr. lib. 1. c. 9.*

Cucurbitula magna cum flamma multa, per horam, illico ſanat, quaſi incantamentum. *Andr. Caſalpinus Catopt. l. 7. c. 3.*

Hoc Electuar. mire profuiſſe ſcio.

℞. *Conſerv. roſ.* ʒvj. *ſpec. aro mat. roſ.* ℈ij. *ebur. albi* ℈j

ſtillatum, cæruleum dat colorem. *Schroderus.*

15. *Floribus chamomillæ*) Quorum Decoctum maxime laudatur à *Foreſto*, qui ſe mercatorem, ingenti ſtomachi dolore affectum, cum inſigni clamore, hoc ſolo Decocto ſemel exhibito curaſſe refert, quo epoto, emiſſis ructibus, in ſudorem ſolutus eſt, & incantamenti inſtar omnis dolor evanuit, ut nullis aliis præſidiis opus fuerit, *Riverius.* Præſertim ſpecificum eſt *chamomillæ*, tam vulgaris quam, præſtantiori cum effectu, *Romana*, Hinc decoctum ejus egregium experimentum, aut etiam *eſſentia* ejus ex *flor.* vel cum *proprio ſpiritu*, vel cum *ſpiritu carminativo vegetabili* parata à ʒß. ad ʒj. propinare, Ejus etiam *Ol. deſtillat. Sapphirinum* &c. Etmuller. *Flores chamom.* in Cardialgia ſunt ſpecificum. *Wedelius.*

16. *Bolus ex Electuario*) Quia Purgantia ventriculo ſunt inimica & facile poſſunt exaſperare malum, propterea convenientiſſimum ut Opiata iiſdem addantur, quæ licet & omnes humorum excretiones ſiſtant, indeque hypercatharſi conveniant, nihilominus tamen convenientibus purgantibus permiſta, hæc blande & ſatis operari faciunt, De quo negotio videatur *Riverius* cap. de *Vomitu*, Veteres quidem *Elect. Diaphœn. cum Phil.* propinarunt, pro doloribus ſiſtendis ac pro alvo laxanda; Sed quoniam Elect. talia fere ſunt nauſeoſa, propterea alia in forma uſurpanda veniunt, qualia interdum in colica proficua. E. g.

℞. *Tartar. vitriol. arcan. duplic. Minſicht. ãã. gr.* v. *ſcammon. ſulph. gr.* ij. *vel* iij. *laud. Op. gr.* ij. *ol deſtill. carvi gr.* ij Miſce Vel

℞. *M. P. aloephang. cum ſcammo. gr.* xv. *ad* ℈j. *extract. trochiſc. alhandal. gr.* j. *laud. Op. gr.* j. *ad gr.* iß. *cum ſ. q. eſſentiæ abſinth. f. Pilula.*

Obſervanda hic ſimul cautela, ut quando Purgantibus admiſcemus *Opium*, doſis purgantis reſpective nonnihil augeatur, ne ſupprimatur omnino minor purgantis doſis, Et tales mixturæ conveniunt imprimis iis qui laborant inteſtinorum doloribus, aut mulieribus quæ ex levi purgatione ſuffocationi uterinæ ſunt obnoxiæ, Item qui facilis alias ſunt ſolutionis alvi; Item iis qui acidis ſuccis abundant, ac lympha acriori ſalſo-acida turgent, ut ſcorbutici &c. ne in talibus ex purgantis uſu graviora abdominis ſuperveniant accidentia: *Poterius cent. 1. curat. 24.* curavit cardialgiam, omnibus irritis, per laudatiſſimas ſuas *Pilulas Catholicas*, quas deſcribit in *Pharm. Spag.* Præcipuum ingrediens eſt *Magneſia Saturnina meteoriſata*, quæ eſſe videtur *flores antimonii correcti*, ita ut per inferiora ſaltem purgent, *Magneſia* enim *Saturnina*, alias eſt *Antimonium*, Meteoriſatio nihil aliud eſt quam in flores ſublimatio. *Etmuller.* Vide §. 48. *Fortioribus miſcendum.*)

17. *Diaphœn.* ℥iiß. *Philonis &c.*) Quod remedium *Foreſtum* ab *Elidæo* mutuatum eſſe ait *Riverius*, remedium Pottonis ſomna exhibens.

℞. *Diaphœn.* ʒß. *Philon. Rom.* ℈ij. *cum aqua vel decocto chamomillæ* fiat Potio; A permiſtione enim purgantium cum narcoticis ſimul & dolor ſedatur, & materia peccans educitur.

18. *Laudani Opiati*) Ad id confugiendum ubi ex doloris vehementia periculum imminet, Narcoticis enim prudenter exhibitis admirandus non raro ſubſequitur effectus. *Riverius.*

19. *Ipſam cauſam*) Pharmaceotica auxilia quod ſpectat, *Evacuatione*, & *Alteratione* opus erit, *Vomitu*, ſi humor tunicis ventriculi impactus (Vide §. *Tum vomitus prodeſt*) Purgantia quæ *vom.* evacuant (Vide §. 45. *Fortioribus miſcendam*) *Clyſteres* quotieſcunque humores acres abſtergendi vel demulcendi, flatus diſcutiendi, vermes educendi, non exiguam merentur laudem, idque eo magis quod non raro dolores colici & nephritici concurrunt, quibus ſopiendis Clyſteres apprime conveniunt: Quoties autem imminens *Inflammatio*, vel conjuncta cum *dolore ventriculi febris*, requirit *diaphoretica*, præſto erunt ex *volatilibus* Tinctura *bezoart. D. M. mixtura ſimplex*; *ſpiritus theriac. ſ. & camphor. theriaca. ſpiritus c. c. flor. ſambuc. &c.* Ex *fixis vero*, *c. c ſine igne calcinat. bezoart. min. & anim. antimon. diaphor.* quibus moderni *laud. op.* quod & ipſum inſigne diaphoreticum eſt, ſed refracta doſi adhibent.

Neque *Diuretica* omittenda, cum non ſolummodo *ſerum* ſalibus lixivioſis, acidis, impuris, quæ in *cardialgia ſcorbutica* potiſſimum abundant, impregnatum per vias urinarias feliciter educunt, ſed etiam *flatus à ſero* oriundos expellant: Ex his ſeligere placet *aquam alkekengi* cum *ſucco citri* paratam, *Aquam vitæ juniper. Horſtii*, *Tincturam tartari*, *aperitivam Mœbii*, *liquorem ſilicum*, *arcanum dupl. Mynſicht.*, *Oculos cancr. ſal volatile & fixum ſuccini*, *geniſtæ*, *juniperi*, *chamædr. tamariſci*, *fabar. tartar. vitriolat.* &c. Strauſſius.

Quæ in Cardialgia conveniunt remedia, & quæ poſt purgantia ventriculum placant, ac dolorem ſedant, ſunt pro cauſarum ratione, vel *aromatica blanda*, in caſu quando flatus ac ſimilia adſunt; Vel *abſorbentia*, in bile præſertim, ſeu recrementis porraceis, ut taceam *propria ventriculi vitia* debitis modis curanda, *Aromatica* talia, ad cardialgiam uſitata, præ cæteris ſunt *rad. enul. camp. angel. fœnic.* præſertim ſpecificum eſt *Chamomillæ*, ulterius *mentha*, *flor. anthos & verbaſci*, item *cortices citri & aurant.* Item *vinum* in quo decoquitur *ſalvia*, commendata admodum à *Deckero* in praxi ad dolorem acrem, *Spiritus vini aniſatus* experimentum eſt *Lindani.* Vel

℞. *Spir. ſalis armon. aniſat.* ʒiß. *eſſent. opii* ʒß. *m. pro* iij. *doſibus.*

Pertinent huc *olea deſtillata*, in Cardialgia ſubinde efficaciſſima, ſic *Thonerus obſ. pag. 136.* dolorem totius abdominis clamoſum per v. guttas *olei deſtill. carvi* curavit, & ſolo hoc oleo à ſævo ventriculi dolore curavit etiam alium: Item ingens dolor ventriculi per intervalla, præſertim à cibo ſumpto, ad ſcapulam ſe extendens ex ſympathia cum ventriculo, cujus orificium ſuperius alligatum ſeptimæ dorſi vertebræ, v. *guttis olei deſtillati ſuccini* ab eodem curatus fuit *Etmuller.*

19. *Ipſam cauſam*) In cura imprimis removenda cauſa lædens ſtomachum, ſive ſit interna ſive externa, Item ſive per eſſentiam, ſeu per conſenſum fuerit. ij. Placandus eſt dolor, tam appropriatis aptis quam intermiſtis opiatis, *Etmuller.*

19. *Cauſam*) An *venæ ſectio* convenit? Reſp. per ſe nil adjumenti affert in cardialgia delenda, adeoque quæ proſtant exempla cardialgiarum curatarum per S. m. ſunt potius vel caſualia, uti eſt obſervatio *Riverii cent. 1. obſ. 44.* de dolore vehementi ventriculum & lienis regionem occupante, aliis fruſtraneis V. S. curatam: Vel propter alium affectum ex ſanguine natum, & cum hoc ſuo modo conjunctum, ratione cujus phlebotomia indicata fuit, ut quando *Thonerus* in Obſerv. pag. 135. dolorem immanem ventriculi, aliis irritis, in plethorico, cum ſuſpicio eſſet de inflammatio ventriculo, ſobito per V. S. incantamenti inſtar curavit, *Etmuller.*

Quamvis V. S. non purgato prius corpore, in cacochymico celebratam, excitaſſe cardialgiam teſtetur *Hildanus centur. 4. obſervat. 22.* ſuam tamen laudem tanquam remedium revulſorium & evacuatorium obtinet, modo κατ' ἀρ. administretur; Hinc *Galenus libro 12. m. m. 8.* de ratione corandi dolores differens, *Si ſanguinis abundantia adſit*, inquit, *quod oſtendat*, velut

profectò in plegmone fieri ſolet, protinus ubi vires ægri valentes ſunt, ſanguis mittendus eſt, ſed ſi is vel S. M. timeat, vel imbecillus ſit viribus, tum revellendus in diverſum ſanguis eſt. tum per propinqua derivandus; Quam *Galeni* ſententiam de V.S. in ipſo paroxyſmo intelligendam eſſe res ipſa docet, nam extra paroxyſmum hoc in affectu ſæpius, ex alia aliaque ratione ſecari venam debere conſtat.

Sic apud *Hippocr.5.Epid.ſecta tr.7.* Vir in Oeniadis, cum ſine cibo eſſet, fortiter in Ventriculo ſugebat, dolebatque, etſi omnis generis phármaca καὶ ἄνω καὶ κάτω biberat, nihil tamen opis ſenſerat, φλεβοτομηθεὶς ἐν μέρει ἑκατέρῳ τὴν χεῖρα ἕως ἔξαιμος ἐγένετο, ſecta vena in utraque manu, poſtea utilitatem percepit & à malo liberatus eſt: Inde tamen obſcuse liquet V.S. in tollenda Cardialgia per ſe nihil adjumenti afferre, ſed quæ curatæ per V.S. cardialgiæ exempla proſtant, in iis maximam partem propter alium affectum, ex ſanguine natum, & cum dolore ventriculi conjunctum V.S. profuiſſe, uti notat *Etmuller Pr.p.1.c.7.* Quare ſuſpectus V.S. uſus eſſe debet quoties alieni à ſanguinis natura ſucci peccant, quo caſu de aliis auxiliis cogitandũ; Quoad ſ. m. locum, in συμπαθείᾳ hepatica ſuperiores: in uterina inferiores, in lienari hæmorrhoidales venæ communi Practicantium calculo ſuadentur ſecandæ; Tempus autem adminiſtrandi *Galenus 1.ad Glauc.14.* magna cum ἰσχύϊ determinavit, dum roborato prius ventriculo, & reſtauratis ſpiritibus id fieri debere innuit; *Strauſſius. Part.3.Pr.p.56.*

Quod de *viro in Oeniadis* &c. pronuntiat *Hippocrates*, id mulieri adſcribit *Hollerius* in Pr. Mulier, *ait*, quædam quæ in vehementiſſimo dolore ſtomachi, nullis aliis adjuta remediis, ſanata educto ex utraque manu ſanguine.

Neque *Cucurbitula* hic parvi facienda eſt, quippe quæ multa cum flamma ventriculo admota incantamenti inſtar, teſte *Galeno cap.19.* ut tempore opportuno & idoneo corpori affigatur, obſervari debet, cavendumque ſedulo, ne humoribus ad partem affectam attractis inflammatio ſuſcitetur.

20. *Ipſam cauſam, de qua in differentiis*) Sic ſi à malignitate ortus fuerit iſte ſtomachi dolor, illis remediis curatio expeditur quæ putredinis excellentiæ potenter reſiſtunt, & animatam eam de ſubito mortificadt: Sin vero ab acrimonia nidorulenta, ſeu aciditate humorum putrilaginoſa provenerit, præſtantiſſimum remedium exhibebunt ea quæ vim tam maſcule præcipitandi quam radicitus excrementa illa expellendi habent: quam ob cauſam Emeticum hoc famigeratum ex antimonio confectum fundamenti loco præmittendum erit, & poſtea Præcipitantium uſus, qui ſunt *pulvis Marchionis, ſperma ceti, magiſt. eboris, corall. ocul. 69. tinctura tartari &c.* His ita obſervatis, fragrantia & aromatica etiam, utpote quibus Archeus ventriculi ſingulariter delectatur, ſpecifice convenire, & adpropriatum habere locum concedimus, unde illa medicamenta quæ *P.Joh. Faber* curando huic affectui conſecravit, multum pollere confirmamus, *Oleum* ſcilicet *aniſi* egregie diſcutit excrementitii humoris impactum vitium, atque ſaburram iſtam in ventriculo collectam blande ejicit, imo ſtomachicum per ſe audit: *Citri cortices* putredinem oppido compeſcunt, eamque, ſi animata ſit illa, ex ſententiæ fugant; *Aqua chamom.* & *ol. ſtillat.* ejus ſingulares habet dotes: vide ſupra §.13. *ol. chamomilla.*)

A vulgo contra hoc malum uſitatiſſime experi *unguen. potabile*, quod *butyrum rubrum* alioqui vocatur, ſolet, quo ſcrobiculum cordis inungunt, mulierculæ, imo ad intra etiam non inutiliter accipiendum porrigunt, habet enim efficaciam efficaciter diſſolvendi ac diſcutiendi, ſicut etiam *caſtoreum & ſperma ceti*, tanquam nobiliora ingredientia iſtius remedii præſtantiam ſuadentibus argumentis affatim ſtatuminant. *Chr. Langius.*

Stomachi dolores curat ſeqn. Electuarium.

℞. *Cortic. citri conditi, contuſi. & aqua cinnamomi diſſoluti.* ℥v. *olei ani* ʒj. *ol. cinnam.* ℈ß. *moſch. & ambr. ãã. gr.vi. Miſce.*

Utatur æger poſt purgationem ad quantitatem ℈ß. jejuno ventriculo. *Petr. Joh. Faber, Path. Spag. c.35.*

21. *Differentiæ* à partibus & 22. cauſis ſumuntur.

I. Alius eſt *Tunicarum*, qui Dolor eſt ſimpliciter, & cui ſuperiora applicari debent.

Alius 23. *Orificii*, 24. qui ſe animi deliquio & ſyncope, interdum immoderato ſudore & 25. anxietate prodit: & tum ab

26. *Attritione ventriculi*, quæ poſt cibum ſumtum cum frigore, pulſuum conſtrictione & anhelitus compreſſione accidit, à cibo ſeu antequam excernatur exæſtuante, ſeu in pituitam verſo oritur, & 27. *Ol. nardino* calido ventriculo impoſito; & dr.j. *piperis* exhibita, curatur, 28. Tum ab

29. *Adſtrictione* ipſius, quæ propter utriuſque orificii adſtrictionem evenit, & 30. deſcendente cibo quieſcit, diſcerni debet.

Curatio eſt 31. *Nullius ſpei, ſi* in eos inciderit, qui 32. exquiſiti ſenſus orificium habent: *ſi* extrema frigeant, & *ſi* à venenatis procedat.

21. *Differentia*) *Præterea alius ventriculi dolor per idiopathiam, alius per conſenſum*; Sic coli inteſtini dolores, illic ubi ventriculi fundo colon attenditur, atque omenti intermedio proxime illi connectitur facti, ad cordis dolores quoque referuntur, cum ea in regione, quæ cordis eſſe dicitur, ſe quoque tunc manifeſtent: Quemadmodum ſi à flatibus aut excrementis, illic ſubſiſtentibus, colon ibi diſtẽdatur aut irritetur accidit ut ſi ventriculi illic eſſet dolor, ſed vagus, qui ad hypochondria, & in latera deorſum uſque excurrit, ſentiatur; Adeo ut Coli inteſtini dolores aliqui ventriculi eſſe cenſeantur: *Septo* etiam *transverſo* affecto, cum illud ventriculum non ſolum poſteriore tota ſede, quæ cordis nominatus, interdum quoq; ſe produnt; Nervorum quoq; cauſa, quibus ſtomachus circa introitum refertus, plurimi affectus etiam in partibus diſſitis cardialgiã inferunt: *Platerus* Vide §.24. (*Qui ſe animi deliquio.*

21. *Differentia*) Formales ſunt, Cardialgia, Cardiogmus, Cardiaca paſſio, Anxietas, *Dolor totius ventriculi*, Dolor alius *Intenſus*, alius *Remiſſus*, *Antiquus* alius, *Remiſſus alius*, *Continuus* vel *Periodicus*, alius, *primigenius*, alius *deuteropathicus*, alius ab *intemperie ſimplici*, alius à compoſita, eaque vel *materiali*, vel *immateriali*, alius à *flatu*, à *ſolida ſubſtantia* alius. *Rolfincius.*

22. *Differentia à partibus*) Subjectum καρδιαλγίας quodnam ſit? tum ex nominis notione, tum ex ipſius affectus

affectus definitione patet, utrobique enim ventriculum triſti ſenſatione laborare innuitur: Quandoquidem vero commune hoc ταμεῖον, promptuarium, (ceu *Galenus lib. 4. V. P. cap. 1. Ventriculum vocat*) duplici *orificio, fundoque* conſtare ἀκριβῶς docet, videndum quænam ex hiſce partibus τὸ πρῶτον πάθος ſuſtineat; Hic plerique Practicorum illud accuſant orificium, quod tota Vetuſtas cum *Hippocrate 1. Prorrh. &c. Epid.* Καρδίαν *Cor.* Recentiores τὸ στόμα τῆς γαστρὸς appellarunt, *Os ſtomachi*, & alioquin, reſpectu *ſitus*, ſiniſtrum dici ſuevit; præ aliis tamen rem accuratius perpendens *Veſlingius, Synt. An. cap. 3.* fruſtra huic orificio imputari dolores, contra vulgarem ſententiam adſerere non dubitat; Quod quidem ſi quis ſitum ventriculi in homine paulo diligentius conſideret, forſan non abſque cauſa dictum animadvertet; Id ſane hinc manifeſtum evadere perſuaſum habemus, non *ſemper*, neque ſoli iſti *orificio* hoſce cruciatus eſſe imputandos, quin potius *dextrum* quoque *orificium*, quandoque quidem ſimul, quandoque vero horum alterum, principaliter affectæ partis vicem ſubire laborareque vero maxime conſentaneum arbitramur; neque enim ſiniſtrum duntaxat, ſed dextrum quoque nervis à ſexta conjugatione copioſis inſtructum, adeoque hoc non minus ac illud ſenſu exquiſito præditum eſt; Cæterum *Willis Pharm. rat. ſect. 2. cap. 2. Nerveam ventriculi tunicam* pro ſubjecto agnoſcit; qui ſi ſubjectum, non tam primarium quam ſecundarium, & Cardialgiam paulo latius acceptam, hoc loco intellectam vellet, facile ejus amplecti ſententiam poſſemus. *Stranſſius.*

Helmontius Tr. Duum vir. inſcripto, Cardialgiam in orificio ſtomachi (quod in corporis trunco centri locum tenere, hincque radios ejus tam ſurſum quam deorſum commodiſſime ſpargi ait) ex vitio digeſtionis ciborum, horumque diſpoſitionis ad vitam fieri ait; Hinc *Grembs l. 2. Arbor. Ru. pag. 179.* hanc ſententiam illuſtraturus, Fit cardialgia, *inquit*, dum Pylorus furioſe, inſtar uteri, excentricum ſuum *Blas* movet, &c. Et mirabile eſt, *addit*, quod janitori Pyloro tanta vis inſit, ut diverſas tempeſtatum ſcenas ille ſolus excitare poſſit &c. unde etiam liquere perhibetur auguſtius eſſe Pylori quam Orificii miniſterium, Si quidem *ille Rector totius Oeconomiæ ſtomachicæ uſque in ultimum inteſtinorum gyrum &c.*

At quæ ſit ventriculi actio, & qualis *Pyloro* æque ac orificio ſtomachi competat poteſtas, nec *Hippocratem* nec *Galenum* latuiſſe patet tum ex *lib. 4. de V. P. cap. 3. & 4. & l. 5. c. 4.* unde diſcuſſis verborum nebulis haud obſcure apparebit in illorum ſcholis plurimum ſemper attributum fuiſſe *Digeſtionis* atque *Diſtributionis vitiis & erroribus*, neque radios iſtos è ſtomacho diſperſos à Veteribus plane prætervisos fuiſſe &c. *Stranſſius.*

[22] *Differentiæ à partibus & cauſis ſumuntur*) Sumuntur & à diverſitate naturarum quibus hæ moleſtiæ accedere & conſuetæ eſſe ſolent, ex eo potiſſimum cognitæ quod in aliis appetitus eſt *languidior*, in aliis vero vehementior. Languidiore appetitu conſtantes naturæ, aliiſque accidentibus, quæ à concoctionis imbecillitate prodeunt, Ventriculi doloribus conſuetis obnoxiæ ſunt, qui *comprimendo & diſtendendo*, graviuſque interdum quoque, ut rodendo, moleſtant, & levi aſſumptorum peccato, aliarumve externarum, ut frigoris præſertim occurſu, contra quod ventriculum perpetuo munire coguntur, excitantur: Qui dolores cum à cauſa, quæ eſt imbecillitas ventriculi oriantur, ſub eo quoque deſcribuntur, eodemque nomine appellantur: Vehementiores appetitus naturæ, avidiuſque ob id cibos appetentes, eoq; ſe opplentes, ventriculi dolores facile patiuntur, cujuſmodi à cauſis cum vellicantibus & irritantibus rodentes & ardentes contingere ſolent: Qui ut in illis à vehementiore tantum exceſſu fiunt, ſic iiſdem etiam ob leve commiſſum erratum, acriſque alicujus cibi, aut ſalſi uſum contingunt familiareſque ſunt: Qui dolores pro ratione cauſæ itidem ſub calida conſtitutione deſcribuntur, nedum aliter nominantur. *Platerus.*

[24] *Alius orificii*) Notandum quoties hic partem primario affectam, & maxime, dicimus orificium ventriculi ſuperius, toties non negari reliquum ventriculi corpus, quin tenuia inteſtina ventriculo proxima, ipſumque diaphragma in nauſea vomituque, ſemper concurrens ſimul affici, ſed non primario & maxime, ſed aut ſecundario aut minus, quam ipſum ventriculi orificium ſuperius, in cujus regione tum dolores ſentiuntur acriores, tum anxietates majores. *Sylvius App. Tr. 1. §. 37.*

[23] *Alius orificii*) Situs doloris orificium ventriculi ſuperius affici oſtendit, quando ſcilicet ſub cartilagine xiphoide percipitur, ſed multo certius hanc partem affici ſignificant, & veram eſſe cardialgiam dolor acerbiſſimus, ab exquiſito partis ſenſu promanans, anxietates & jactationes, ut æger in uno ſitu conſiſtere non poſſit: Accedunt ſæpe animi defectiones, ob cordis conſenſum, cujus ſumma eſt cum ventriculo ſympathia, tum propter viciniam, tum ob in gnam ſpirituum diſſipationem, quæ per iſtus cruciatus contingit: Interdum etiam cerebrum trahitur in ſympathiam, ob inſignem nervum qui huic particulæ implantatur, & vapores acres, qui inde recta ad caput elevantur, unde hemicraniæ, cephalalgiæ, aliquando vertigines & epilepſiæ oriuntur. In aliis vero ventriculi partibus dolores quidem fiunt acerbi, ſed tam gravibus ſymptomatis comitati non ſunt, atque adeo dolores colicos æmulantur, ſitu tantum doloris differentes. *Riverius.*

Malum hoc ſicuti vulgus tribuit cordi, ſic ſaniores recte ſtomacho, in quo vel propterea vitale initium reſidere videtur, quod lipothymiæ, & alii etiam morbi, qui cordis eſſe creduntur, & ab ejus dignitate nomen habent, revera hinc proveniant; Confirmante id praxeos fide, ubi hujuſcemodi animi deliquia (quę propterea ſtomachica dicuntur) angores & dolores, ſeu roſiones ac morſus, dato ſpirituoſo liquore, vel inſinuata aromatica fragrantia, confeſtim & in continenti ægrum ſe recolligere ac melius habere experimur. *Chriſt. Langius Path. anim. c. 35. §. 1.*

[23] *Orificii*) Regio ſtomachi, præſertim in ſcrobiculo cordis, Veteribus vocata fuit Καρδία quæ vox utut proprie ſignificet Cor, at quia exinde lipothymiæ, ſudores frigidi, ac plura ſubinde ſymptomata oriuntur, propterea vocarunt hunc dolorem Cardialgiam, quaſi dolorem cordis: Et quidem dolor iſte propter ſymptomatum gravitatem toti corpori funeſtus eſt; Ob quam & cauſam *Helmont.* ſtatuit ibidem ſedem eſſe animæ & duumviratum, hoc eſt conſpirationem lienis cum ſtomacho, ceu ſede Animæ, cujus Duumviratus jus ſe extendat ad quaſvis operationes animales: Nobilis pars eſt hic locus affectus, nam ex levi vulnere, imo ex pugno violenter illi parti inflicto aliquando mors exorta. *Ettmuller.*

[23] *Orificii*) Qui dolor proprie *Cardialgia* dicitur, qui ſi conſuetus ſit, ſæpe ob levem cauſam recurrens, *Cardilea* (ſicuti capitis dolores hoc pacto quoque diſtinguuntur) ad differentiam Cardialgiæ dici poteſt. *Platerus.*

Eſt ſenſibile hoc orificium admodum, propter nervos multos eo pertingentes, & ſpiritum animalem quo illud hinc turget; Spiritus autem animalis eſt verum ſenſationis organum, non nervi, Aſt quia per nervos hęc ſpiritualis facultas defertur; ideo illis etiam aliqua ratione ſenſationis fundamentum conceditur; Cum ergo ſuperius ventriculi os animali ſpiritu valde turgeat, ſenſu etiam exquiſito abundat, unde noxis potenter

præſertim cœna liberaliore prægreſſa quibuſdam familiare eſt; huicque ſententiæ vulgo receptæ occaſionem præbuit, ut *ſit nocte levis ſit tibi cœna brevis*, Qui ſi admodum ſe ingurgitaverint, ſepti tranſverſi liberum motum impediendo, dyſpnœam aliquam ſimul patiuntur, adeo ut & in ſuffocationis periculum noonunquam veniant. *Platerus.*

26. *Attritione ventriculi, quæ poſt cibum ſumptum &c.*) Si ventriculum valde gravet angatque, vireſque ſatis conſtent, excitandus quandoque vomitus, immiſſo in fauces digito, pennave oleo madida, & comprimendo ſimul abdomen, quo facilius refundantur & ſurſum propellantur aſſumpta, liquidiora præſertim, Eſculentorum ſi quidem, cum ſola difficilius vomitu excerni poſſint, ſolutionem ac fermentationem ſatius erit ſpirituoſis & ſale volatili abundantibus feſtinare, quo poſtmodum pro re *nata deorſum vel ſurſum* expellantur. *De le Boe Sylvius.*

27. *Oleo Nardino calido &c.*) Interius roborando ventriculum flaccidum aromaticis, cum vino generoſo ejuſveſpiritu mixtis. *Idem.*

28. *Piperis* ℥j. *exhibita*) *Piper* cum *vino Galenus* mox poſt cibum aſſumptum exhibet, ſi eo in phlegma converſo frigore æger corripiatur, cum anguſtia anhelitus & pulſu debili; Quem caſum & *Baius* deſcribit, & privatum ac ratum ſtatuit, cum tamen idem ſit cum Cardiaca. *Platerus,*

Adſtrictio ventriculi.

29. *Ab Adſtrictione ipſius*) Ventriculi *adſtrictionis* meminit *Aetius*, quam ſic explicat *P. Salius Diverſus de Aff. part. cap.12.* Cum ventriculus; *inquit*, laborat incoctione, neceſſario plurimæ fiunt evaporationes, quod ſi contingat ventriculum, tum quoad meatum ſuperiorem, tum quoad inferiorem ita adſtrictum eſſe ut nec flatus nec vapores ad extra poſſint erumpere, nihilque extra corpus, ob cutis adſtrictionem, vel exſiccationem erumpere queat, tunc fit accenſio horum vaporum, incaleſcuntque hi adeo ut univerſum corpus æſtuet, præcipue autem manuum pedumque extremitates, unde frigiditatem quærunt, & facies rubeſcit, pulſus mutatur in denſitatem, hinc præbent ſenſum febris, multique qui hanc affectionem, vel non animadvertunt, vel ignorant, patientes febricitare ſuſpicantur. Hac affectio, *ait*, utplurimum gignitur, in aridis naturis, & condenſatam carnem habentibus, ſoletque ſæpe convaleſcentibus accidere, quia in his ſolet eſſe exſiccatio cutis, unde nihil poteſt evaporare; Hoc Medici ſæpe affirmant ratione jecoris fieri, quod tamen non ſemper eſſet aſſerendum, cum etiam fiat ratione ventriculi dicto modo affecti: quæ affectio celebrata coctione, & deſcendente cibo per ſe multoties ſolet quieſcere.

Cauſa ergo hujus affectionis, *primo* eſt imbecillitas ventriculi, *ſecundo* eſt *adſtrictio cutis*. Ventriculus debilis facit plurimas evaporationes, cutis aotem nihil admitut exhalare, onde detinentur ſpiritus, qui deinde accenduntur, & prædicta ſymptomata inducunt: Coratio conſiſtit in remotione imbecillitatis ventriculi, quæ utplurimum fit ratione intemperiei frigidæ, Præterea in laxatione & humectatione cutis, quæ fit optime per Balneum aquæ dulcis; frictiones mediocres, inunctiones ex *oleo amygd. d. &c.*

30. *Deſcendente cibo quieſcit*) De alimentorum expulſione ex ventriculo ad Inteſtina læſa, *Sylvius de le Boe Praxeos* libro 1. capite 8. agit: Aſſumpta, *ait*, ore alimenta, eademque ſufficiente tempore in veotriculo retenta fermentataque, *paulatim per pylorum deorſum protrudi ſolent ad inteſtina*, In hunc finem per fibras ſuas circulares ventriculus ſeſe contrahendo cavitatem ſuam coarctare ſolet; atque contenta deorſum expellere; Hæc *alimentorum expulſio* p. n. vel *aboletur*, *diminuitur* ſaltem, ac leotius ſegniuſque fit, vel *præcipitatur & citius* quam decebat perficitur; vel via *præpoſtera* convenienti abſolvitur.

Abolita, vel potius *diminuta* duntaxat ceoſenda iſta expulſio, quando lentius procedit ipſa & imperfecta, unde bona alimentorum pars diutius reſtitat in ventriſculo, ipſumque gravitatis ſenſu premit: Non puto enim aboleri poſſe hanc Expulſionem quin brevi pereat æger, poſtquam non ſemel obſervati ſunt in *Partium* cavitatem formantium, & contenta quædam deferentium, *motus contractionis*, *naturales* mihi vocati, ad plures horas externo ſenſus notabrius, adeoque ſuperſtites abolito licet atque in totum ceſſante omni muſculorum motu animali & voluntario dicto, quinimo jam mortuo bruto vel homine: *Citius* nonnunquam perficitur præcipitaturque eadem alimentorum *Expulſio* è ventriculo &c. Ut & *præpoſtera via* eadem tentatur & abſolvitur in vomitu &c.

Aboletur, vel potius *diminuitur* dicta Expulſio è ventriculo, tum ipſorum alimeotorum tum ventriculi culpa, *Alimentorum*, quoties *copia nimia* fuere ingeſta, unde ad immenſum explicatus ventriculus ſegnius difficiliuſque ad ſui complicationem redit, atque interim moleſtum *ponderis & gravitatis ſenſum* patitur *Ventriculus*, quando hic vel *flaccidus* eſt factus ſecundũ membranoſam ſuam ſubſtantiam, ex nimio ac diuturno aquoſorum, aquæ puræ, inprimis algidæ &c. uſu, vel imbecillis eſt redditus ſecundum ſuas fibras, ob potum valde frigidum, aut medicamenta ſtupefacientia, & ſpiritibus animalibus aditum ad ventriculum præcludentia; Vel ipſos ibidem inſpiſſantia, coagulantia, vel alias inertes ac inutiles præſtantia.

Curabitur abolita, diminutave Expulſio ad inteſtina 1. Promovendo ipſorum in ventriculo exiſtentium protruſionem ad deſcenſum, uſurpando aliqoones & cochleatim *ol. amygd. d. vel olivar.* enjus ope, tum alimenta reddentur magis fluida, tum pylorus facilius ampliuſque explicabitur ad exitum ipſis præbendum.

2. Si ventriculum valde gravent angantque, vires autem male ſic affecto ſatis conſtent, excitando quandoque vomitum, immiſſo in fauces digito, pennave oleo madida, & comprimendo ſimul abdomen, quo facilius ſurſum refundantur ac propellantur aſſompta, liquidiora præſertim ac porulenta, *Eſculentorum* ſiquidem, cum ſola difficilius vomitu poſſint excerni, *Solutionem ac fermentationem* ſatius erit 3. *ſpirituoſis & ſale volatili præditis*, ſive *aromaticis* feſtinare, quo poſtmodum pro re nata deorſum vel etiam ſurſum propellantur.

4. Cavendo ab ulteriori multorum alimeotorum ingurgitatione.

5. Roborando ventriculum flaccidum *aromaticis* cum *vino generoſo*, ejuſve ſpiritu mixtis.

6. Abſtineodo à multum aqueis, actu præſertim frigidis, horum loco uſurpando ſpirituoſum & paucum Potum.

7. Reſtaurando ſpiritus animales inertes aut ſtupefactos per vioum medicatum, ejuſve ſpiritum plantis aromaticis imbutum, quantitate parva uſurpandum.

31. *Curatio eſt nullius ſpei &c.*) Quod ad Prognoſin ſpectat, Certum eſt Cardialgiam reliquis ventriculi doloribus eſſe longe periculoſiorem, ob exquiſitum oris ventriculi ſenſum, & maximum illius cum partibus principibus conſenſum: Major vel minor cauſæ morbificæ pravitas, & ſymptomatum vehementia, majus vel

bolum conferunt; in omnib⁹; quippe *cibis & potibus* & bilioſi quid in eſt, & aquoſi, & ſanguinei, & pituitoſi, in alio plus, minus: Varia eduliorum genera, corruptioniſque modos affert *Platerus in Pr. T. 2. p. 375.* Adde *Errores* in victu; cathartica, præſertim validiora, diuturnâ inediam.

Res præter naturam innumera fere complectuntur, unde & cum quibus Cardialgia excitari ſolet, In *febribus*, præſertim malignis & peſtilentibus frequens eſt, De *venenis* res notiſſima, Non raro ex abditis, nec niſi poſt ægri mortem in lucem prodeuntibus cauſis ventriculi dolor producitur, ut de inflammatione ventriculi, cui vas cholidochum ad ventriculi fundum implantatum anſam dederat, meminit *Zacutus Pr. Adm. l. 2. obſ. 1.* Acerbiſſimum & continuum ventriculi dolorem à ſcirrho pylorum, pancreas, &c. occupante notat *Riverius.* A prolapſu mucronatæ cartilaginis inferri vult *Codronchius*: Accenſe *vermes* vel in ventriculo genitos, vel illuc delatos; quin & hirudines, ſerpentes, canthatides, &c. Familiare hoc malum affectui hypochondriaco, ſcorbuto, nephritide & arthritide laborantibus &c. Vide plura apud *Foreſtum l. 18. obſ. 20.* Et in *ſepulchreto noſtro p. 768. Ex Stranſio p. 68. Part. 2.*

34. *A cauſis externis*) Cauſæ externæ ſunt *alimenta*, vel prava qualitate infecta, aut ſumma acrimonia prædita, quæ per ſe talem dolorem inferre poſſunt, vel flatibus generandis idonea, vel nimia quantitate aſſumpta, ita ut putreſcant & acrimoniam induant; vel calidiora plus juſto, ut ex iis copia bilis producatur, Sic etiam *medicamenta* fortiora, vel acriora, vel deleteria facultate prædita, vel nimia quantitate aſſumpta, vel non ſatis correcta, *& venena* exhibita hunc dolorem efficere poſſunt. *Riverius.*

Ab externis ventriculo incumbentibus, duris aut gravibus idem poteſt fieri. Sicuti non tam muniendi ventriculum, quam corporis gracilis, quod elegans eſſe exiſtimant, fingendi gratia pectoralia admodum ſuffarcinata & ſpiſſa gerentes, hoc incommodum, poſtquam præſertim ſe cibo impleverint, ſentientes, illud patienter ferunt. *Platerus.*

34. A *Cauſis externis*) Sic refert *Rhodius cent. 2. obſ. 72.* cardialgiam graviſſimam ab *hirudinibus*, naribus pro hæmorrhagia artificiali applicatis, per nares in gulam irrepentibus, inductam, aqua tamen ſalita propinata curatam fuiſſe. Pari nempe ratione interdum hirudines hæmorrhoidibus applicatæ anum ingrediuntur, & gravia inferunt ſymptomata; mediante tamen clyſtere ex aqua ſalita denuo evocantur. *Etmuller.*

35. *Vt nucleus, acicula*) Alia varie deglutita v. g. *arſenicum, ſcarabeum, anguillam vivam, cochleare*, cardialgiam afferentia, vide apud *Platerum in obſervationibus.*

35. *Vt nucleus, acicula*) A cauſis extraordinariis & infrequentibus talis dolor excitari poteſt, Narrat lapides in ventriculo genitos *Schenckius*, De cortii lardi fumo exſiccati fruſto per duos annos in ventriculo commorante *Hildanus cent. 4. obſ. 33.* ope vomitorii excluſo. *Riverius* Pertinet huc obſervatio *Thoneri obſ. 2. fol. 131.* de dolore punctorio circa regionem ventriculi, propinatis ℥iß. *ol. amygd. dulc. in jure galli* & acicula per vias urinarias intra iij. horas excreta, ſubito evaneſcente.

35. *Nucleus, Acicula*) Irritatio cum dolore, veluti erodente, pungente ardenteve, ſi caſu à *deglutitis*, quæ ventriculum vulnerant proficiſcatur; Tunc primum ut, ſi fieri poteſt, vis illa à ventriculo propellatur, procurandum, non vi, uti per vomitum (ſic enim conſtricto ventriculo forte altius quæ ipſum lædunt infigerentur) ſed iis quæ viam faciendo, eaque abluendo, ut deſcendant, promoveant; quæ eadem opera ne inteſtina in tranſitu lædantur, efficere poſſunt, Quomodo & præcavemus ſi quid acuti deglutierint, ne quid inde patiantur, quod & fere alias fit, cum non tam facile illic ſubſiſtant, aut ſe infigant, ſed à ventriculo & inteſtinis, uti alia dura ſponte propellantur, & per alvum, ubi quandoque primum propter anguſtiam podicis ſubſiſtunt: Vix enim, ſicuti aliqui prodiderunt, per venas meſeraicas in vaſa tranſire, & alicubi in corporis habitu per cutem ſibi viam facere, illicque prodire, niſi prodigioſe hoc fiat, credimus: Vidi tamen vitri devorati fruſtulum per urinas, cum doloribus nephriticis acutiſſimis, poſt fortius diureticum exhibitum, redditum vidi, manibuſque palpavi.

Abluuntur autem liquidis quibusdam affatim bibitis, pinguibus præſertim, quæ vias ſimul relaxant, ut *juſculis, lacte, oleo, butyro*, ſimilibuſque.

Quibus factis, ſi ex dolore vel *acum* vel *ſpinam*, vel tale quid infixum eſſe ſuſpicemur, tunc ne fiat inflammatio, aut ſi jam facta ſit, uti in inflammatione dictum in dolore ſedando, inflammationeque arcenda procedemus: Et ſi ob magnam læſionem ſanguinem vomant, quæ illius fluxum ſiſtunt, (ut in vomitu ſanguinis dictum) uſurpanda: At ſi pus poſtea reddant, quæ ulcus abſtergunt propinanda, dein ſiccantibus ulcus ſanare tentabimus (*vide caput de Oeſophagi exulceratione*) Quod tamen ægre in parte hac nobili ulcerata perficitur, & ſi ſuccedit, callo fere tunc relicto, imbecillitatem poſt ſe relinquit, quæ duo quo pacto tractanda in hiſce vitiis tractatur. *Platerus.* De Acicula deglutita ex Oeſophago in ventriculum deturbata, vide in Oeſophagi Affectibus, §. *De alienis deglutitis,*

35. *Nucleus, Acicula*) Huc refer *Nummos*, Fœmina licitando merces groſſum ore recondebat, illius oblita de oblato libo comeſtura eundem deglutivit, hinc dolor gravativus ventriculi, mane, & egreſſo è ventriculo chylo præſertim moleſtus, cum ſapore cupreoſo, ob communem faucium & ventriculi tunicam, Conſultus, cum emenicum ſuis de cauſis propinare dubitarem, juſſi lubricantibus & pinguibus ſedulo uti, & propinavi *ſpiritum* ſalis rectificatum bis in die ad gtt. vj. vel ix. unde ſenſim & ſenſim imminuto pravo ſapore, mox & triſtis ſenſatio deſiit. Hic contigit quod *Theophraſtus* l. de Igne ſcribit, *Ventrem numiſmata liquare.* Spiritus autem acidi ventriculo adeo non nocent, æris vero & argenti vitriolum evocando atterunt pondus, ut dehinc facilius per inteſtina exire poſſit. *Wedelius.*

Iſenaci puer trium annorum cum orbiculos duos æneæ, catenæ unciæ unius longitudine ori ingeſſiſſet, incaute deglutivit, qui cum adhuc in Oeſophago hærerent, præ doloribus valde clamavit, hinc ſimul ac in ſtomachum delati fuerunt, non viſus eſt pejus habere, quin vegetus edit & bibit; Solliciti parentes quotidie omnia excrementa fruſtra quæſiverunt, ut firmiter concluſerint abſumptos fuiſſe ſenſim & ſenſim in ſtomacho; quin nec excrementa à ſtatu naturali declinaſſe viſa ſunt. *Idem.*

Puellus v. ann. plumbum, panno ſignaculi loco affigi ſolitum, cum deglutiiſſet, dolore graviſſimo, antequam ad ventriculum dilaberetur, prægreſſo, curatus fuit, D. D. *Baltha. Glaſio* propinato *aceto ſtillatitio*: Nil tamen de iſto, ſatis lato & craſſo excerni fuit obſervatum, ſed etiamnum optime valet, Optimo vero conſilio *acetum deſtillatum* propinatum fuit, quod compagem *Saturni* ſolvendo, illum in ſaccharum commutat, *Idem.*

36. *Cibo acriore, vel corruptionem paſſo &c.*) Vide inferius §. 60. *Cauſa ſunt.*)

36. *Cibo acriore, vel corruptionem paſſo*) Aſſumpta & hæc vitioſa cardiacam inferre ſolent, ſic ex *caſeo* nimio eſu inducta fuit cardialgia gravis: Ex *lacte coagulato*

graviſſima cardialgia non raro obſervata fuit: Sane *lac* tale in ſtomacho *coagulatum* venenis aſſumptis ſimilia infert ſymptomata, unde & inter *venena lac coagulatum* è quibuſdam relatum fuit. *Etmuller.*

37. *Cibo multo*) Aſſumpta ore alimenta, ac ſufficienti tempore in ventriculo retenta fermentataque, deorſum protrudi ſolent ad inteſtina; Hæc alimentorum expulſio, vel *abolétur*, tunc brevi pereat æger neceſſe eſt, vel *diminuitur*, lentiuſque ac ſegnius procedit, hinc bona alimentorum pars diutius reſtitat in ventriculo, ipſumque *Gravitatis ſenſu* premit: Id vero ipſorum contingit *alimentorum* culpa, & accidit confeſtim quoties copia nimia fuere ingeſtas unde ad immenſum explicatus ventriculus ſegnius difficiliuſque ad ſui complicationem redit, atque interius moleſtum ponderis & gravitatis ſenſum patitur. *Sylvius Pr. l. 1. c. 8.*

38. *Tum vomitus prodeſt*) Vel promovenda alimentorum in ventriculo exiſtentium protruſio ac deſcenſus, uſurpando aliquoties & cochleatim oleum amygd. dulc. vel olivarum; cujus ope alimenta reddentur tum magis fluida, tum pylorus facilius ampliuſque explicabitur ad exitum ipſis præbendum. *Idem.*

38. *Multo & tum vomitus prodeſt*) Inter evacuantia Vomitus in omni repletione ventriculi convenit; nam ſi à cibi nimia ingurgitatione ventriculus admodum diſtentus doleat, vomitione facta ſubito allevatur; Si modo vomere poſſint, cum ſæpe nimium à cibis dilatato ventriculo hoc ægre fiat, & ſi dyſpnoea ſimul adſit, eam augeat; Præſertim vero ſi ab humorum crudorum pituitoſorumve repletione gravedo hæc fiat, competit; uti & imbecillitate ventriculi inde profecta; in qua ſi ſingulis menſibus repetatur proderit: alias enim niſi excrementorum adſit proventus, ventriculum potius debilitaret quam juvaret: præſertim ſi ad vomendum inepti aut non conſueti ſint, uti & in *flatibus* ſi citra materiam ventriculum diſtendunt, non temere concitandus erit: Promovetur autem ille tum actu irritando fauces, ventriculumque fricando; vel exhibitis vomitoriis quæ citra magnam molem, ſi jam prius repletus ſit, illum queant ſubvertere: Vel ſi tenax in eo ſit pituita, quæ eam abſtergant & incidant, ut *oxymel ſimplex vel compoſitum*, vel *diureticum*, vel *ſcilliticum*, aut *ſyr. acetoſum* dando *cum aqua tepida*, vel decocto *radicis raphani, fol. betæ, ſem. atriplicis, aſari, agarici &c. Platerus.*

38. *Vomitus prodeſt*) *Per clyſteres etiam* ſi ventriculus vel cibo, vel humore repletus gravetur, aut à flatibus diſtendatur, naturam ſolicitando, ſicque revellendo, & viam ad inferiora aperiendo, cum inteſtina exinaniant, plurimum juvant: Acribus autem utendum ut à ſuperioribus major fiat diverſio, flatuſque diſcutientibus, ſi inde procedat. *Platerus.*

38. *Tum vomitus prodeſt*) Si humor peccans tunicis ventriculi impactus hæreat, *Emetica*, non tamen abſque ſelectu, in uſum vocare licebit: Sic *Galenus commen. in 6. Epid. 6. tx. 5.* contractis in ventriculi oſtiolo humoribus vomere jubet: De *Venenis* conſtat ea quamprimum vomitorio eſſe expellenda, omnemque ſalutis ſpem in celeri iſtius auxilii uſu eſſe reponendam: *Vermes* ubi ventriculum occupant, Emeticorum uſus plurimum conducit, cum ipſa quandoque natura, præſertim ſi anthelminticis aut alexipharmacis juvetur, mediante vomitu levamen ſibi quærat; Ipſa inſuper neceſſitas, fruſtra adhibitis iis quæ κάτω evacuant; tandem ad emetica confugere nos jubet; exemplo eſt femina illa quæ apud *Hildanum* pagina 317. fruſtum corii laridi fumo exſic[illegible] biennium deglutiti, emetico excluſit: Pro[illegible] quoties *cruditates* in ventriculo collectæ has turbas movent: Sic ſtrenuo potatori cardialgico *Foreſtus* Emeticum exhibuit. *Strauſſius.*

38. *Tum vomitus prodeſt*) Mulier licitando merces groſſum ore recondidit, cujus oblita, de oblato libo comeſtura eundem ſimul invita deglutit, hinc non modo dolor quidam gravativus ventriculi ortus eſt, qui mane præſertim, & vacuo ab egreſſu chyli ventriculo moleſtus erat, verum quoque ſapor cuproſus, ob communem faucium & ventriculi tunicam in ore ſe exeruit: Conſulius, cum emeticum ſuis de cauſis propinare dubitarem, juſſi lubricantibus & pinguibus ſedulo uti, & propinari *ſpiritum ſalis rectificatum* bis de die ad guttas 6. vel 9. inde ſenſim & ſenſim imminuto pravo ſapore, mox & triſtis ſenſatio deſiit, Hic contigit quod *Theophraſtus l. de igne* ſcribit, [illegible] *Ventrem* numiſmata liquare. Spiritus autem acidi ventriculo adeo non nocent, æris vero & argenti vitriolum evocando atterunt pondus, ut dehinc facilius per inteſtina exire poſſit. *W. Wedelius Med. Sept. p. 506.*

39. *Et ſi venenum aſſumptum eſt*) Alterantia exhibentur ſi à *Veneno* ſumpto, aut *Cathartico* violento, vel alio medicamento ventriculus irritetur, vel erodatur, vel uratur, quæ diluendo, & humiditate ſua contemperando ea vim illorum reprimunt, vel ventriculum illinendo, lentoreq; obducendo, ut minus patiatur efficiunt; & ſi gravius ab illis afficiatur eroſiones illius leniunt, & ſanant, ac quæ Venenorum vim proprietate quadam extinguunt.

Lac tepidum affatim bibitum, *lactens cremor amygdal. pinear. ſemin. cucurbitacei generis*, cremor hordei mitigant & leniunt; *Succus lactens tragopogi, hieracii, ſonchi, ſycomori*, valent in eroſionibus, Et *mucilag. ſem. cydon. pſyllii, pomor. pyror. Decoct. ſem. lini*, eroſiones ventriculi à cantharidibus ſumptis factas mitigat, & pro antipharmaco habetur, *Ol. amygd. dulc.* affatim bibitum, *ſeſamin.* laudat *Dioſcor.* Vel

℞. *Rad. alth.* ℥j. *rad. conſol.* ℥ß. *ſem. lini & cydon. ãã.* ʒj. *coqu. in aqu. bona quantitate, colaturæ adde ſacchar.*

Theriaca, mithridatium, aliaque antidota opiata, cum ſint alexipharmaca & narcotica ſimul, utroque nomine, tum quia cauſam auferunt, & dolorem ſimul tollunt, juvant, In *cathartico* quoque violento ſumpto, plus ſenſum obtundendo, ut facultas expultrix irritata ab opere ceſſet, dolores & dejectiones corrigantur, quam vi alexiteria, uti creditum eſt, efficiunt; Antidota quoque alia *ſine opio*, quæ peculiari proprietate certis venenis contraria ſunt, quocunque ex veneno is pereant, exhiberi poſſunt. *Platerus.*

40. *Alexipharmaca mox admovenda*) Pertinet huc Cardialgia intenſiſſima, nata ex hauſto *Mercurio ſublimato*, de qua *Vulleriola l. 1. Obſerv.* vij. Summa cura Interne fuit facta cum *cryſtall. præpar.* ʒj. *theriac.* ʒij. & *butyr. rec.* ℥j. *in decoct. hordei q. ſ. propinato*: Talibus ſcilicet obtunditur *acidum corroſivum Mercurii ſublimati*, ac ſenſilis dolor ventriculi mitigatur. Externe inprimis proficuum fuit Fomentum ex *fol. hyoſcyami alb. abſynth. Rom. & maſtiche in oleo roſat. violat. liliac. & aneth. coctis.* Item cataplaſma egregium anodynum.

℞. *fol. hyoſcyami albi & malvæ ſub prunis coctor. & debite piſtat. ãã.* ℥ij. *far. hordei & lentium cum decocto malvæ ad debitam conſiſtentiam redactar. ãã.* ℥ij. *mucilag. tragac. ſem. pſyllii cydon. ãã.* ℥ij. *M. applica calide.* Vide ſupra § *39. Et ſi venenum.*

41. *Alius eſt à cauſis internis*) Objectum quod Continui unitatem improportione ſua ſolvit, in *cauſis mediatis* uſque *præ[illegible] morbus, & internis*, præſ[illegible]ente faculam *Hippocr. 4. de morbis. Sanguis*, optimus alias vitæ theſaurus, una cum individuo ſuo comite, *Sero*, quo[illegible] es non tam quantitate quam qualitatibus, præſertim ſecundis peccat,

peccat, ingens ſymbolum confert, Sic *bilioſa* ſanguinis conſtitutio ad producendos hoſce in ventriculo cruciatus idonea eſt. *Salſaq; & feroſa humiditas*, ob acrimoniam ſuam frequenter ab antiquis accuſatur.

Quæ *maſſæ ſanguineæ* vitia Recentiores pariter inculpant, & illuſtrant, dum quoties particulis ſanguinis roſcidis ſeu balſamicis inverſis, ſeu diſpulſis, bilioſas, acres, lixivioſas exaltari, illarumque in locum copioſius ſuccedere contingit, triſtem induci partibus membranoſis ſenſationem docent. Quo in negotio *ſerum*, ſicuti *ſalium vehiculum* eſt, & omnium humorum tincturas imbibit, ita quoque utramque frequenter paginam implet, Pater vero hunc *Salſa*, ſive *acria* ſive *acida*, rigidis quaſi aculeis ſuis membranoſo generi multum incommodi & moleſtiæ afferre, quippe quæ præterquam quod valde irritent, magno inſuper cum dolore lancinare partes ſoleant.

Tali ſpiculo cum humores *excrementitii*, & inter hos *bilis*, præſertim *flava*, abundant, frequentes cardialgiæ authores exiſtunt, idq; eo validius quod interdum dictus humor bilioſus, vel mediate ab hepate, per meatum choledochum in Ventriculum inſertum, (de quo *Mœbius Fund. Med. c. 15.*) communicetur, Vel mediate ex inteſtino duodeno, in ventriculum curſu p. n. ſuffundatur.

Neque vero ab adventitiis ejuſmodi hoſtibus duntaxat hoc periculi genus inferri ſuevit, ſed ipſum quoque *Fermentum*, gratiſſimus alioquin ventriculi hoſpes, imo inquilinus, dum à blanda ſua ſalſedine, qua alias in ſtatu naturali appetitum ciet, in acrem acidamque [illegible] degenerat, [illegible] ſub halitus forma &c. vehementius mordet & affligit, quo fixius (fracta ſua volatilitate) dictæ modo parti inhæret.

Præterea *Flatus* quoque, præſertim acriores, ſimilem ventriculo moleſtiam creant, quoties aut ex calore debili, aut cibis flatulentis enati, aut ab humore bilioſo, in materiam viſcidam & mucoſam (pituitam alioquin dici ſolitam) agente, eandemque reſolvente producti, nerveis ventriculi fibris validius ſeſe inſinuant, eaſque admodum diſtendunt, imo lancinant ac divellunt.

Paracelſus varia *Tartari* genera, ſeu mucilagines *tartareas* à ſpiritu *ſalis* coagulatas, ventriculique orificio ſuperiori firmiter adhærentes incuſat; utpote quæ, ubi fortiores ſalium tincturas obtinuerint, vim mordacem & corroſivam naciſcuntur, ſicque vehementiores, & valide doloríficas induerint paſſiones. Quam ſententiam Antiquorum doctrinæ neutiquam adverſari ex dictis facile liquet; Quamvis enim *Paracelſus* nomen *Tartari* nimis late extendere videatur, dum pro omni alimentorum excremento, & materia vitioſa accipit, ac propterea ab *Helmontio* arguatur, pathologica tamen ſignificatio, ob egregiam *vini* cum *ſanguine* comparationem, non adeo incongrua eſt, ſi tempeſtive adhibeatur &, ceu ipſius rei natura fert, explicetur. *Strauſſius.*

Carteſius, vel potius ejus aſſeclæ, (ipſe enim quod ſciamus, nihil hac de re ex profeſſo ſcripſit) ſuper cardialgiæ cauſa ſententiam rogati, particulas maſſæ ſanguineæ acres, vel acidas, per *pituitam* ad orificium ſtomachi delatas, dum progreſſu temporis eidem magis impactæ adhærent, ſpiculis ſuis fibras nervoſas vellicando, pungendo atque divellendo, intolerabilem ſenſum producere reſpondent. Unde colligere eſt quoad materiam peccantem (licet omnia in Natura juxta leges mechanicas fieri perſuaſi; materiæ motum modumque aliter explicent) parum vel nihil ab Antiquorum doctrina diſſentire. *Idem.*

41. *Cauſis internis*) *Huc refer cum* Adjacentium viſcerum cauſa ventriculus ſic afficitur, ſi ab illis nimium impletis obſtructis, tumentibus, induratis prematur, aut etiam inflammatis ſimul accendatur, unde compreſſivus aliúſve illius occurrit dolor. Qualem in *hepatis* illi incumbentis, & *lienis* eidem ſucumbentis, ejuſmodi vitiis; & *renibus* quoque non procul diſſitis, aut ſepto adjacente, inflammatis, & *colo* ventriculo ſubſtrato & adnato, diſtento admodum ventriculus perſentit; Quinetiam frequenter accidit ut introrſum inflexo *oſſe xiphoide*, ſicque ſubſiſtente & confirmato, ventriculus cibo plenus & diſtentus, in illud impingens, ab eoque preſſus moleſtiam tamdiu ſentiat, donec cibi digeſtione facta ille rurſum ſubſideat; vel decubitu in dorſum ab eo retrocedat, ſicuti hoc vitium multis vidi contingere. *Platerus.*

Medicamento cathartico ſumpto, poſt horas aliquot, cum operatio illius incipere debet, tranſeuntibus tunc excrementis pravis per coli ſuperiorem viam, tamdiu donec dejectio ſequatur, murmura illic ſentiunt & gravis ſæpe *cardialgia*, adeo ut in ſyncopen interdum cadant, affligat, vomitus urgeat, & cum dejectiones redeunt repetat; Quæ omnia cauſam horum in *colo inteſtino*, non ventriculo, exiſtere ſatis demonſtrant, cum ſi in ventriculo illa eſſet, mox ab initio, dum medicamentum ſumptum in ventriculo adhuc hæret, uti quandoque fit, dolor ille non tum demum quando diu poſt ulterius cum excrementis ad colon uſque progreſſum verſus exitum contendit, ſuboriretur.

Septo tranſverſo affecto, cum illud ventriculum non ſolum poſteriore tota ſede tangat, ſed & ſtomacho connaſcatur penitus, dolores in ea ſede, quæ cordis nominatur, interdum quoque ſe produnt; cum illud pravis aut multis evaporationibus in incubo, uteri ſuffocatione &c. moleſtatum, dolorem qui cinguli inſtar corpus in eo loco ambit & ſtringit, infert, & ſi ventriculus conſentiat, illi quoque condolet. *Platerus.*

Hinc ſi nervorum cauſa ventriculus aliis partibus vehementer dolentibus conſentiens ſimul condoleat, illis potius à quibus origo mali quam ventriculo compatienti cura adhibetur. Si eorundem nervorum cauſa in animi affectibus etiam cor doleat, illi emendentur, ob *colon inteſtinum*, in ſuperiore illius ſede, retentis flatibus vel excrementis, ſi in regione dicta cordis cardialgia ſuboriatur, illis erumpentibus ſponte ceſſat dolor. Si ſubſiſtant, ſubveniendum imprimis per clyſmata. Si ob ſeptum tranſverſum cardialgia oriatur, cum & dyſpnoea tunc moleſta ſit, magiſque angat, quid agendum ibi explicatur. *Idem.*

42. *Humoribus nempe bilioſis*) Quos inter *contenta porracea*, à colore viridiuſculo ſic dicta, crudeliſſimas anxietates & graviſſimas cardialgias inferre ſolent. Oriuntur partim ex corruptione aſſumptorum ſub digeſtione; partim tranſmittuntur ex inteſtinis, in ſpecie ex duodeno in ventriculum, quando nempe pancreatica lympha, aut bilioſus ſuccus, ſunt inquinati, aut plus minus vitiati, ex horum tam ſolitaria quam ſimultanea cum chylo miſcela varii humores diverſarum proprietatum ſolent generari, in ſpecie in bile porracea & æruginoſa peccat acidum, plus minus ſimul vitioſe auſterum, ex quo cum bile amara concreſcit liquor ventriculo inimiciſſimus, indeque anxietates, cardialgias, choleram morbum inferens, ſeu per ſe vitiata extiterint talia contenta; ſive occaſione fermentorum vitioſorum ad motus & excretiones præternaturales concitata fuerint. *Etmuller.*

42. *Humoribus Bilioſis*) Qui à Bile dolor excitatur, curandus eſt humoris peccantis evacuatione, vomitorio blando, aut cathartico medicamento, aut clyſteribus frequentibus, emollientibus quidem, non acribus, aut calefacientibus. Poſtmodum demulceatur humorum acrimonia Julepis refrigerantibus & incraſſantibus, *Emulſionibus ſemin. frigid. maj. lacte recenter mulcto, oleo amygd. dulce recenti, vitellis ovorum* & ſimil.

Interim non omittantur opiatæ, aliaque *roborantia*

Tandem urgente neceſſitate ad *Narcotica* veniendum.

Extra admoveatur *Cataplaſma ex mica panis in lacte* decocta, additis *vitellis ovor. & croco.*

Panis recens ab igne extractus, per medium ſectus, *in aceto* madefactus. *Fotus* partis ex decocto *flor. chamom. violar. & nymphææ.*

Præſtantiſſimum *Balneum* aquæ dulcis tepidæ.

Dolore ſedato, ne fiat ejus reverſio, detur *Purgatio* bis in menſe, viſcerum temperies calida corrigatur victu refrigerante & remediis convenientibus. *Riverius.*

41. *Humoribus nempe bilioſis*) Si oriatur dolor à contentis acribus, acidis, porraceis & æruginoſis, ſive praſſinis, commode propinantur quæ *acidum deſtruunt,* ut ſunt *pulveres cochlearum marin.* ac *c.c. lapid. cancror. cryſtalli* &c. v.g.

℞. *Cryſtalli præp.* ʒj. *corall. r. præp. c. c. uſti* ãã. ʒß. *laud. op. gr. ij. vel iij. m. pro aliquot doſibus.*

Nempe in tali bile æruginoſa, teterrima ſymptomata ventriculo inferente, *cryſtallus* ejuſdem ſpecificum alexipharmacum dicitur *Langio.* Ettmuller.

Cucurbitula hepatis ſedi affixa, ſi bilis ab hepate in ventriculum regurgitet, eam retrahendo, ut putant, juvabit, doloremque ſic levabit, aut tollet.

42. *Bilioſis*) Ab aliis malignis & venenatis humoribus in corpore genitis, ventriculus offenſus quoque in ejuſmodi morbis dolores patitur, una cum lipothymiis quæ tunc ſuperveniunt. *Platerus.*

43. *Pituitoſis*) Humor excrementitius, crudus, pituitoſus, in ventriculo ex cruditate genitus, vel à cerebro defluxus, non ſolum ſi frigidus ſit, intemperie ſua, ſed & ſi copioſus ſit, cum gravando, *compreſſionis* ſenſum præbet; & ſi in flatus convertatur, admodum angit: quæ cruditas ab imbecillitate ventriculi vel cibi indigeſtione proficiſcitur: A qua ſi phlegma crudum tale, quale deſcribunt, gignatur, tunc privatim ſpecies illa à quibuſdam annotata, quam *Converſionem cibi in phlegma* vocant, prodit. *Platerus.*

44. *Seu aliunde illapſis, ſeu &c.*) Humores & flatus, vel in ipſo ventriculo excitantur, vel à toto corpore, aut quibuſdam illius partibus in eum confluunt, A toto corpore in febribus, vel dum corpus pravis humoribus refertum eſt. Ab aliis partibus vero fluunt, præcipite ab hepate, liene & cerebro: ab hepate bilis, à liene melancholia vel atra bilis; à capite pituita ſalſa. *Riverius.*

45. *Seu ibi genitis*) Imbecillitas ventriculi, ſeu apepſia & cruditas, generat ventriculi dolores graves, atroces eroſiones, ardores, flatus &c. dum nempe in ventriculo ex alimentis male coctis ac digeſtis, vel depravata ventriculi coctione excrementa tartarea, viſcida, acria & mordacia producuntur ac remanent, quæ parietibus ventriculi adhærent, & membranam ejus acrimonia ſua lancinant ac erodunt. *P. Joh. Faber Pathol. Spagyr. c. 33.*

Cauſam Cardiogmi facile cognitam habere poſſumus, ſi in mentem revocemus acida & nidoroſa, imo & putrilaginoſa quævis, ob imbecillitatem ventriculi à cruditatibus ac corruptis edulis facili negotio hic oriri ac cumulari, quæ ipſa dum ad orificium ventriculi ex fluctuatione illa, quam patiunt aut junctam habent, adpellunt eidemque adhæreſcunt; vel ſi putrilaginoſi vapores & effluvia, ſeu flatus huc perveniant, calamitoſam hanc, moleſtiſſimamque lancinationem efficiunt. Hinc patet etiam cur infantes huic malo familiariter obnoxii ſint, quod nempe lac, præſertim ſi male conſtituta ſit nutrix, facillime aceſcat, In febribus malignis omni dubio procul iſta anxietas dolorifica circa ſtomachum, à venenoſa putredine & malignitatis gradu eſſentiam ſuam habet, *Ibr. Langus Animadv. in id cap.*

46. *Quæ ſi hic admiſtis*) Cauſæ dolores efficientes propriis ſignis dignoſcuntur, quorum magis perſpicua ab Excretis deſumuntur. Si enim bilis, vel pituita, vel flatus, vel lumbrici per os aut alvum excernantur, facile eſt conjicere ab hujuſmodi cauſis affectum dependere: Attamen etiamſi nulla materiæ morbificæ excretio fiat, ſignis peculiaribus bilis, aut pituitæ, aut flatuum redundantiam internoſcere poſſumus, tum etiam Lumbricorum intus latitantium ſigna ex proprio capite ſunt deſumenda.

Colligitur etiam diagnoſis humoris dolorem committentis ex tempore invaſionis, incrementi, aut ceſſationis doloris. Quibuſdam enim ante cibum dolor exacerbatur, & hoc Bilis dominium ſignificat, quæ jejunii tempore exagitatur & in ventriculum attrahitur, aut magis intenditur & acrior evadit.

Aliis ſtatim ab aſſumpto cibo dolor commovetur, quia humores crudi & mordaces, qui antea quieti erāt, & ventriculi tunicis infixi, ab aſſumpto cibo commoventur, vel qui in fundo ventriculi hærebant, ſurſum attolluntur & orificium ventriculi afficiunt.

Aliis dum cibus concoquitur dolor exacerbatur, quia vapores acres & mordaces elevantur ex materia morbifica, à calore aucto in ventriculo tempore concoctionis.

Aliis iv. aut v. horis à paſtu, quia ex coctione depravata cibi corrumpuntur, & corrupti ventriculum vellicant.

Quibuſdam denique poſt ſomnum dolor exacerbatur, & ille fit à catarrho, fluente humore à cerebro per ſomnum, qui majori copia cumulatus dolorem in vigilia producit: Sedatur vero interdum dolor à cibo, quia ciborum benignitate humorum acrimonia demulcetur. *Riverius.*

47. *Hieram in viſcido humore*) Catharticum neceſſarium eſt, quo humor ventriculo impactus removeatur. Quapropter *Riverius* ſi propter doloris vehementiam clyſteres vel injici, vel retineri nequeant, in ipſo Balneo catharticum jubet propinari, & in eo per horam integram aut dimidiam immorari, donec vis purgatoria ventriculum & viſcera attingat.

Dolore autem prorſus ſublato, in iis qui ei ſunt obnoxii, ſemel aut bis in menſe, Purgatio iteretur, ut proxima flatuum cauſa auferatur, tum remedia roborantia uſurpentur. *Riverius.*

47. *Hieram*) Duabus mulieribus, in febre longa futura, opinione noſtra, dolor ingens ventriculi, inopinato utraque breviſſime convaluit uſu Pilular. ſtomachicarum: Et revera tollunt cauſam quandam conjunctam mali. Et idem in contumacibus ſtomachi doloribus faciendum. *Ballonius 1. Epid. p. 215.*

48. *Fortioribus miſcendam*) Purgantia non majori quandoque cum emolumento quam Emetica præbentur: Sic apud *Foreſtum* cum cardialgico vomitorium datum fuiſſet, ac nihilominus dolor ventriculi perſeveraret, ab exhibita potiuncula purgante ex *ſenna, agar. &c.* multis adhuc bilioſis, fœtidis & aquoſis excretis, melius habere cœpit: Patet hinc quæ mitiora videntur tutius ſæpe propinari non modo, verum etiam felicius operari, Eſt tamen ubi nonniſi calidiora uſurpanda veniant, Sic *Foreſtus* cognatæ ſuæ, neceſſitate urgente, *ſtomachicum laxat. ex ſcammon.* & aucta quidem doſi feliciter exhibuit. Prout itaque humores, vel *bilioſi,* mordaci orgaſmo ferociunt, vel *pituitoſi* ſua viſciditate ventriculo adhærent, danda ſedulo eſt opera ut Purgantia iſtis, æque ac ægrorum conſtitutioni prudenter accommodentur. Et hac de cauſa ubi *bilis* peccat, *rhabarb.* ubi *vermium* ſuſpicio, *mercurius dulc.* ubi *ſeroſa* colluvies *Gialapa,* quæ quandoque vomitum ciet (& vermes deturbat, imo etiam latos) commode & bono cum eventu propinantur. *Strauſſius*

49. *Vomitum*

48. *Vomitum commode cieri*) Primo ad removendas cauſas in affectu per eſſentiam, nempe humoralium contentorum ſeu aſſumptorum ſeu intus genitorum, vitia, per ſe planum eſt quod optima ſint Vomitoria, ab omnibus authoribus, ubi videntur neceſſaria commendata. Poſt hæc ſe offerunt Purgantia, ſed & ipſa inimica ventriculo, facile poſſunt exaſperare malum. *Etmuller.*

Quomodo in uſum ducenda illũ ſcientia, vide ſupra §. *Bolus ex Electuario*) Licet ſpõte ille inſurgat, ventriculo ab enarratorum vi irritato & perverſo, tamẽ ſi minus prompte ſuccedat, aut non ſufficienter fiat, noxamque extrudat, nihilominus natura juvanda, exhibitis iis quæ humore multo ventriculum eluant, & vomitionem faciliorem reddant: ut ſi *aquam tepidam, juſculа*, potumve alium copioſum bibant, permiſcendo pinguia, oleaginoſa, butyroſa, quæ ventriculum ungendo ſubvertant, humorumque acrimonias compeſcant, vel dulcia, *mel & ſacchar.* quæ ſimul à ventriculo abſtergant, quo nomine tunc & *hordei decoctum* valde prodeſt; Vel in bilioſo & acri ſucco, quæ ſimul ipſorum vim infringunt, ut ſi *aquam aliumve liquorem* cum *aceto*, ſyrupóve *acetoſo, oxymelite*, acidam factam bibant. *Platerus.*

49. *Vomitum commode cieri*) *Clyſmata* etiam injecta laxantia, leviterque ad excretionem ſtimulantia, ut citius noxa deſcendat, ventriculumque deſerat, revellendo promovent; Et ſi ſponte hoc fiat (uti diu illic ſubſiſtere nequeunt, ſed expultricem irritando ſeipſa promovent) nihilominus leniendo ſimul dolorem tum in ventriculo, tum per colon ad ventriculum uſq; enim aſcendere poſſunt, tum in inteſtinis demulcent. *Suppoſitoria* etiam naturam ſollicitantia ad revulſionem horum aliquid quoque præſtare poſſunt. *Purgantia* quoq; exhibita in bilioſo humore & acri ſucco, ſi ſubſiſtant diutius, præſertim locum habent. Poſſuntq; chologoga varia exhiberi, ſic tamen ea componendo ne ventriculum nimium exagitent. *Idem.*

50. *Pilulas ſequentes ex aloes*) Pilularum forma propter aloën, quæ potiſſimum in ventriculo purgando utilis cenſetur, (cum tamen tetro odore nauſeam moveat) magis in uſu eſt, cum alia ratione ob amaritudinem & inſuavitatem vix aſſumi queat Aloë; (ſuccus ſcil. illius inſpiſſatus) quæ quo magis rufa eſt, h. e. ex rubro flaveſcit, eo præſtantior. Sed & ut melior fiat præparatione efficitur, quando pulveriſata prius obiter duntaxat, nulla illius portione ſuculenta effuſa, à ſordibus ſabuloque aqua abluitur, quæ vera eſt illius lotio, unde nihilo fit ad laxandum, uti vero putatur, invalidior: Verum & efficacior fit quando contrita, & in liquore convenienti infuſa diſſolutaque, maceratione, ſuccus illius innatans à ſubſidentia effunditur, aliquotieſque hoc iteratur, rurſumq; calore quod effuſum purius eſt, inſpiſſatur, & concreſcit; qui liquor ſi vinum fuerit, illiuſve ſpiritus dictus, aut aliud aromaticum vinum, aut decoctum, eo magis ſimul ventriculum calefaciet roborabitque: Et ſi in vino abſinthite hoc fiat, aloës vis ad laxandum abſtergendumq; ventriculum erit validior. Maxime hic mihi placet *Aloe roſata cum rhabarb.* quæ ſic paratur.

℞. *Aloës ſocotrina puriſſima* ℥iij. *imbuatur novies ſucco roſar. Damaſcen. exiccetürq; toties, adde poſtea pulv. roſ. rubr.* ℥iij. *rhabarb. opt. & electi* ʒj. *extracti ejuſdem* ʒß. *ſpica Indica*, ℈j. *cum ſyr. de abſinth. f. maſſa.* Platerus.

51. *Laudani Opiati*) Senſum ventriculi minoentia in ſummis cruciatibus exhibẽtur, veluti *Opiata, Electuaria*, ut ſunt antidota in cauſa frigida, quæ, ſi præſertim recentia ſint, etſi multa calida recipiant, hic quoque conveniunt; Inter quæ *Philon. Rom. ad* ℈ij. *in Pilul.* aut *Elect. de ſucco roſar.* in bile educenda permiſcent, ſicque exhibent, *Requies Nicol.* ʒß. pondere cum vino quoque propinatur, Vel

℞. *Syr. de papav.* ℥vj. *ſyr. roſar. & de abſinth.* ãã. ℥j. *da cum aqua convenienti, vel vino.*

Si *opus gr.* j. *in ſyrupo*, levi ebullitione bulliat, dein cum jure pulli detur, ſingulare aliqui ſtatuunt remedium. Horum loco alia ab aliis obſervata, & noſtra elegantia Narcotica, neceſſitate urgente ſine periculo dantur, interdumque aliquoties repetuntur; Ita *in vomitu bilioſo*, ex prægreſſa ira orto, cum maximis cruciatibus & calore intenſiore corporis juncto, ſæpius feliciſſimo ſucceſſu nepenthes meum exhiboi. *Platerus.*

52. *Vermibus*) Qui motu ſuo potius quam ſuctione, præſertim circa orificium ipſius ſenſile, ſi eo aſcendant, ſic moleſtant, *Platerus.*

52. *Vermibus ad orificium*) Experimentum mirabile, & præcipue valet pueris qui patiuntur vermes.

℞. *Aloes hepat.* ʒß. *croci* ℈j. *ſucci citri* ℥ij. *vini albi odoriſ.* ʒj. omnia bene miſceantur, Extendatur hæc mixtura ſuper petiam, & cordi applicetur. *Ben. Victorius.*

Diæta.

Ex fonte Diætetico non una ſperanda utilitas, modo ne incauta ægri obſtet negligentia, minus enim reliqui feliciter fluunt, niſi temperata *Aeris* puraque ſerenitas eos recreet, & æger ejus frigiditatem à nuda ventriculi regione diligenter arceat, *Cibis* utatur εὐπέπτοις, εὐχύμοις, hoſque, ne flatuoſæ cruditates, à debili calore oriundæ ſuſcitentur, aromatibus condiat; Vel à paſtu tragea ſtomachali utatur: Ubi vero fermentum acrius inſtat, parca manu calidiora adhibeat, ſive de *alimentis*, ſive de Potu moveatur quæſtio, quam ea quæ ex ratione ἀναλογίας, idioſyncraſia & conſuetudine deſumuntur, optime ſolvent. Hinc aliis *vinum*, aliis *cerevisia* magis convenit, aliis *decoctum hordei cum cinnam.* &c. prodeſt. Sic in cauſa pituitoſa *Galenus 1. de Alim. fac. c. 1. bevam* cum *ſinapi* ſumere juſſit. *Motus corporis*, etſi coctionem alias juvet, adeoque extra paroxyſmum nocere non poſſit, præſtat tamen in paroxyſmo placida quiete frui. *Alvus* ſervetur lubrica, Triſtes *animi curæ* & graviora pathemata moderato gaudio diluantur &c. *Strauſſius.*

Qui pravos rodenteſq; in ore vẽtriculi humores continent, his primum omnium illos cibos offerre cõvenit, qui præterquam quod refrigerant, etiam particulam reſolutam poſſunt confirmare. Itaque probe refrigerant, corroborantque tum *mali Punici grana* comeſta tum *ſuccus eorum*, Trallianus *l. 7. c. 10.*

Hippocrates 2. Epid. recenſet mulierem quæ cor dolebat, & nihil remittebat, in mali Punici *ſuccum polentam* immiſiſſe; Semel in die (ait) hanc comedens ſanata eſt, ſine vomitu.

Nihil magis Cardiacos lædit quam diu jejunare. Trallianus.

In vino, Cardiacorum morbo, unicam eſſe ſpem certum eſt. *Plinius lib. 3. c. 1.*

III. Alius eſt 53. à *morbis ventriculum infeſtantibus*, 54. intemperie nempe 55. tumoribus, vulnere, ulcere, 56. flatibus &c. de quibus ſuprà actum.

53. *Morbis ventriculum infeſtantibus*) Imbecillior ventriculi conſtitutio, *Imbecillitas ventriculi* appellata ſi ab *intemperie* aliqua prodierit, non ea quæ dolorem per ſe inducit, de qua infra §. *Intemperie*) ſed tantum

labefactat, uti ſegnius ipſius functiones peragendo, inprimis difficilem & tardam coctionem, & cruditatem inde natam efficiendo, ita & doloribus ob excrementorum proventum, à quibus poſtea ventriculus moleſtatur, occaſionem præbet, quos conſuetos *Cardialgiæ* nominatæ ſpeciem, Imbecillitatem quoque ventriculi vocatam conſtituimus.

Talis autem ventriculi imbecillitas, *à caloris* ipſius inſiti, ſeu nativi penuria, ab *ortu*, ab *ætate* in ſenibus, quæ & inſita eſt & permanens, proficiſcitur; Alias vero à *morbis diuturnis* ventriculo ſæpe labefactato, ab *evacuationibus nimiis & venere*, uti univerſo corpore, ſic & ventriculo debilitato provenit. Vel à *frigiditate & humiditate*, unde *ventriculus laxior*, aut *ſiccitate*, unde *adſtrictior*, cibos recte amplecti nequit; quæ intemperies à *cauſis externis internisve*, vel *morbis*, diu vel admodum ventriculi *temperaturam* in *frigidiorem*, *humidiorem*, vel ſicciorem, imbecillitatemque ab his cauſis natam pervertentibus proficiſcuntur.

Sed & *organi* alio *vitio* hæc imbecillitas, aliquandiu vel ſemper durans naſcitur; Inter quæ ipſius *tenuitas*, ob nimiam & ſæpius iteratam illius ex crapula *diſtenſionem* nata & permanens, occaſionem huic imbecillitati ſæpiſſime præbet, cum, quo craſſior eſt ventriculus (exemplo avium,) quæ quod craſſiſſimos habeant ventriculos, duriſſima legumina conficere poſſunt) eo rectius & citius res quoque concoquat & evincat.

Calidior ventriculi quoque *conſtitutio*, etſi naturaliter adhuc ab ortu progreſſa ſit, vel potius continuo uſu calidorum, vel quia citius quam par erat juvenes illis utuntur, contracta vel quod talis poſt *morbos calidos*, veluti empyreuma quoddam relicta ſit, quamvis per ſe, ſi recte gubernetur, morboſa nondum exiſtat, tamen quia ut facile cibi corrumpantur aliqui, & in *bilem acréſque ſuccos* abeant occaſionem dat, per accidens ſic cardialgiis iis, quæ ab illis humoribus cauſam præbet.

Hæc diſpoſitio ventriculi maxime ex eo cognoſcitur, quod ſitibundi ſunt, acidis delectentur & juventur, dulcia averſentur, illiſque offendantur, ut & calidis cibis, acribus, aromatizatis ſalſiſque, & potu vini meracioris potentioriſque, duros cibos cito concoquant, alios facile corrumpant. *Nervorum* quoque cauſa, quibus ſtomachus circa introitum refertus, & duobus nervorum generibus intextus eſt, accidit ut in omnibus ferè morbis dolorem intenſum afferentibus, ventriculus per conſenſum hunc nervorum quoque aliquid patiatur, unde & in *colicis*, *nephriticis*, aliiſq; *intenſis cruciatibus*, etiam in procul diſſitis locis evenientibus, uti & à *vulneribus*, *contuſionibus* profectis, non ſolum compatiente ventriculo appetitum proſtratum adeſſe videmus, ſed & *condolere*, adeo ſæpe ut, ſi ventriculo pleno exiſtente hæc accidant, contenta in eo nonnunquam evomant.

Sed & eorundem *nervorum* cauſa accidit ut ventriculus ſenſu exquiſitiore quam par erat præditus, facilius incommoda; etiam levia aliquando perſentiens, doleat & à gravioribus affectus graviter offendatur, adeo ut ad ſyncopen ægrum impellat. Dein & ob hunc conſenſũ, in *animi gravioribus* affectibus graviter offendatur, adeo ut ad ſyncopen ægrum impellat. Dein & ob hunc conſenſum, in *animi gravioribus affectibus* cordis dolor ventriculi quoque offenſi cauſa evenit, aliæque ventriculi functionum læſiones, inprimiſque dejectus appetitus ſeſe manifeſtant.

Coli inteſtini dolores, illic ubi ventriculi fundo colon attenditur, atque omenti intermedio proxime illi connectitur facti, ad *cordis* dolores quoque referuntur, cum ea in regione, quæ cordis eſſe dicitur, ſe quoque tunc manifeſtent. Quemadmodum ſi à *flatibus* aut *excrementis* illic ſubſiſtentibus, colon ibi diſtendatur aut atteratur, accidit ut ſi in ventriculo ille eſſet dolor, vix tamen diutius *fixus*, ſed *vagus*, qui ad hypochondria, & latera deorſumque uſque excurrit, ſentiatur, veluti & in aliis cordis cruciatibus eos quoque eo uſque ſurſum porrigi, & circa ventriculi ſedem etiam deprehendi experimur: Adeo ut coli inteſtini dolores aliqui ventriculi eſſe cenſeantur. Hincq; fit ut mane decũbentibus in lecto diutius, nec dormientibus, quia eo tempore alvi excrementa, quæ ſurgentes mox reddere ſolent, in coli ſuperiore ſede retẽta, nec propter decubitum deſcendentia, colon illic vellicant, & per conſenſum ventriculum ſimul irritant, & nauſea & cardialgia quædam aliquamdiu moleſta interdum ſit; quæ tamen moq; è lecto ſurgentibus, deſcendentibus illic tunc excrementis, præſertimque flatu aliquo erumpente per alvum vel excrementis dejectis ceſſant. *Platerus.*

De ventriculi affectibus vide ſupra §. 41. *A cauſis internis.*)

54. *Intemperie*) *Calida intemperies* ſola ſine materia vix dolorem efficit, cum calidis potius gaudeat & juvetur ventriculus: vel ſi admodum incaleſcat ab aſſumptis, & in morbis calidis, ut in febribus, hepatis calore, aliiſve, niſi aliud accedat, ſitis potius quam dolor affligat, niſi ex accidenti, alia interveniente cauſa, ut in conſtitutione calida ventriculi oſtenditur, hoc fiat. *Frigida intemperies* ſimplex, ſive humida, ſive ſicca ſimul fuerit (etſi hoc aliqui negent) ut nerveis partibus, ſic & ventriculo adverſa, dolorem in eo non infrequenter eum parit qui cum roſionis ſenſu, accedente veluti animi defectu ſeſe offert. Quod ab externo aëre frigido, ſi nudam ventriculi regionem ſubito refrigerent, ſæpe accidit, in macilentis præſertim cum hanc ſedem non bene integunt, vel dum calent & ſudant, aperto thorace pectus ſubito denudant, aërique frigido exponunt; Unde graviter ipſos de cordis dolore, ut aiunt, conqueri, animaque interdum deficere ſæpe obſervavi.

Quod & ab aliis *frigidis*, *actu* ſubito admotis, ut aqua, integumentis aliiſve poteſt accidere, *A potu frigidiſſimo*, Aquæ præſertim, quæ fere congelata erat, vel *vini*, *quod glaciei impoſita* magnates ſumme frigidum reddunt, vel aliis, ut *lacte*, idem contingere poteſt, idque præcipue ſi dum corpus admodum calet hoc faciant: Ab *humore frigido* ſubito & affatim in ventriculum à capite defluente idem poteſt evenire, unde nauſea & compreſſio quoque cum cæteris moleſtat; vel ſi vitrea pituita acidave in eum ſubito irrumpat: Nam quæ ſenſim in eo generatur humectando, eumque ſic relaxando, potius imbecillitatem ad functiones edendas, quam quod dolorem afferat, reddit, niſi copia ſua quoque gravet & repleat, ſicuti in eo dolore cauſa explicatur. *Platerus. Vide ſuperius cap. de Intemp. Ventriculi.*

55. *Tumoribus*) Sic *Riverius cent. 1. obſ. 90.* notat ventriculi dolorem diuturnum lethalem; ubi aperto cadavere inventus *ſcirrhus*, pancreas, meſenterium, jejunum & pylorum occupans.

55. *Ulcere*) Sic *Hildanus cent. 3 obſ 20.* obſervat dolorem, ventriculi primo levem, hinc graviſſimum, cum dolore capitis, tandem vage omnes corporis partes viciſſitudine mira affligentem, lethalem. In aperto cadavere *Ulcus cavum magnum*, & fœtidum circa orificium ventriculi ſiniſtrum fuiſſe inventum.

56. *Flatibus*) Cardialgiæ authores frequentes ſunt *Flatus*, præſertim in vacuo ventriculo oberrantes, hi namque ex potenti utriuſque orificii ſtrictura incluſi, inſignes anxietates ac ſubinde cardialgias inducunt, Symptoma hinc tale frequens eſt *hypochondriacis*, ac *hyſtericis* in ſpecie, ſi corripiantur febre quadam intermittente: tunc nimirum in principio paroxyſmorum talia mala ſe offerre ſolent: *Semina flatuum* ſunt excrementa quæ-

cunque

cunque in ſtomacho ſtabulantia, inter quæ primarium locum obtinet *pituita acida*, ſeu ſpontaneo motu effervеſcentiam flatulentam concipiat; ſive occaſione bilis, nec non ſucci pancreatici vitioſe effervеſcentium, & nonnihil per pylorum regurgitantium flatus naſcantur. *Etmuller.*

Flatus ventriculum implens *diſtendentem* illius dolorem parit, quem *Inflationem ventriculi* ob flatum vocant, De qua vide ſupra caput de *Tumoribus ventriculi. cap. 9.*

Si Cardialgia oritur à flatibus, aut exhalationibus ex effervеſcentia humorum in inteſtino duodeno, uti v. g. interdum in febribus intermittentibus, It. in paroxyſmis hypochondriacis contingit, conveniunt in primis clyſmata ex carminativis præſertim parata E.g.

℞. *Rad. angel.* ℥ij. *fol. origan. prunell. menth.* ãã. m. j. *flor. chamom.* m. ß. *ſem. aniſ. fœnic. dauci* ãã. ℥j. *bacc. lauri* ℥iß. *coqu. in ſ. q. aq. & hum. urinæ. In col.* ℥viij. *diſſ. Elect. Lenit. de bacc. lauri.* ãã. ℥ß. *ol. ſtill. aniſ. fœnic.* ãã. ℈ß. m. f. Cl. vel una vice injiciendus, vel *ſi flatuum obſtiteria præſentia, iterato.*

Riverius in tali caſu Clyſmata habet ex *ſolo vino albo* cum *oleis deſtill. carminat.* parata. *Etmuller.*

Ructus plurimum allevat in omnibus hiſce cauſis; nam in *Flatu*, cauſam ipſam ſubito evacuat, In *cibi & humoris copia* ventriculi diſtenſionem minuit; Erumpit autem is vel ſponte, præcipue repleto ventriculo, maxime ſi corpus inclinet, aut alio modo moveant. *Platerus.*

Ardor Ventriculi.

II. [57] *Ardor ventriculi eſt humorum in ventriculo, vi caloris præternaturalis* [58] *concitata ebullitio; ita ut* [59] *fervor ad gulam uſque ſentiatur.*

Signis in hoc ſymptomate opus non eſt.

[60] *Cauſa* ſunt [61] halitus acres, ſeu à cibo natura ſua acri. in πλεογχόλοις, durante cibi coctione, & ventriculo valido motu turbato excitati; [62] ſeu à bilioſo humore elati, qui dum erumpere per œſophagum coguntur, ibi hærentes eum & ventriculi orificium urunt.

Curatio eſt *difficilior* in illis quibus ventriculi ſubſtantia bile quaſi imbuta eſt, quod ejuſdm regio à veſicula bilis croceo colore tingatur, eadémque macula ad internam uſque membranam penetret.

Reſpicit I. *Ardorem ipſum*, cui ſedando multa remedia dantur. [63] Præcipua ſunt iſta, *bolus* ex *ſacchari roſati* dr. ii. *Oculi cancr.* præp. unc. ij. *boli Armeni* unc. ſ. compoſitus, & per particulas deglutitus, *pulvis* ex *cryſtall.* calcin. dr. jſ. *Margarit.* præp. ſcr. j. *Corallor.* præp. *Cretæ* ana. dr. j. *ſacchari candi* dr. ij. compoſitus, & drachmæ unius pondere cum cerevіſia datus, *Spiritus vitrioli coagulatus* ſcrup. j pondere in cerevіſia exhibitus, quem [64]. linimentum ex *pomada* opt. unc. ſ. *camphoræ* dr. j. *olei lateritii* dr. ij. *Axungiæ Taxi* unc. ſ. *ſalis vitrioli* dr. j. excipere debet.

II. [65] *Cauſam ardoris*, quæ temperanda & evacuanda.

[57] *Ardor ventriculi (&c.) Ardens dolor*, qui calore vehementi, ac veluti urendo moleſtat, etiam ſanis alioquin ſæpe moleſtus & frequens eſſe ſolet, tum cibo ſumpto tum jejunis accidens. Inter quos frequens ille eſt, in quo cum eructare volunt, vehementem ardorem ſentiunt, intercluſo veluti aëre flammeo in gula, nec erumpere valente, idque poſt cibum ſumptum præſertim, corporeque validius per equitationem, aut curſum aut alium motum validiorem tunc commoto: quem affectum Germani *Sode*, quod ebullitionem ſignificat, vocant, noſque *Ardorem ventriculi ebullientem* vocare vocamus: cujus mentio facta in *Eructandi difficultate.*

Multorum morborum Ardens dolor eſt quoque ſymptoma, ut inflammationis ventriculi. Platerus.

[58] *Concitata ebullitio*) Alkalia & Acida ſibi mutuo obviantia, immediate *effervеſcentiam*, mediate vero fermentationem gignunt, quæ ab invicem gradibus ſolummodo differunt; cum enim duo illa confunduntur, propter pororum anguſtiam, diverſamque particularum figuram diverſimode à materia ſubtili concutiuntur; quia nunc ab aliis corpuſculis ramoſis ac hamoſis non impediuntur, motus fit ſubitaneus ac illico ceſſans, quemadmodum exemplum ſatis notum habemus in *tartaro vitriolato* & *martis vitriolo* conficiendo, verum cum aliæ particulæ motui citatiori impedimento ſint, tardius peragitur illud negotium, & *Fermentatio* appellatur. *Steph. Blancardus Pr. Med. id. u. §. 24.*

[59] *Fervor ad gulam uſque*) Eructandi conatus aliquando infeſtat, & cum non ſuccedit moleſtiam parit, In eo potiſſimum affectu quem Germani *Sode* vocant, in quo ad eructandum aliquis impellitur, ſed tamen cum ſenſu viæ quaſi in medio interclusæ, & ardoris cujuſdam, quæ impediunt quo minus ructus poſſit erumpere. Cauſa eſt humor acris & calidus in ventriculo veluti ebulliens, & è bullis, quas excitat diſruptis flatum vel vaporem, flammæ inſtar ardentem, ſurſum ad os ventriculi demandans conatum eructandi illum, qui in affectu *Sode* dicto, (Sabaudis *la Couraille*) ſentitur, cum ſenſu ardoris parit, ſed qui flatus antequam per œſophagum irrumpat, diſpergitur, ructum nullum edere poteſt. *Platerus.* Vide cur. in Cardialgia.

[60] *Cauſa ſunt*) Oritur vel à *cibo* ex ſua natura acri, velon *cæpis, porris, allio, caſeo putri*, vel adurente; naſturtio, *ſio crateua* &c. poſt quorum uſum, qui calidiore præſertim ſunt ventriculo, ſinguttiunt ructant, eroſionem ardoremque ſentiunt; Quod & à *cibo*, licet per ſe non tali, ſed corruptione primum acrimoniam adipiſcente in ventriculis qui cibos facile corrumpunt, evenit aut à dulcibus, pinguibus, rancidis præſertim, humidiſque veluti *ovis, lacte, cucumeribus*, ſimilibuſque fructibus horæis, qui corrupti non in frigidam, uti putarunt, ſed acrem & bilioſam materiam degenerantes iiſdem tunc accidentibus ventriculum moleſtant.

Quæ & ciborum pravitas aut corruptio, in calidioribus præſertim ventriculis, huic privato ardori, quem *Ebullientem* vocamus, occaſionem præbere poteſt, ſi ſuccus, vel humor ille calidus & ardens, qui inde gignitur, & veluti ebulliens, quod maxime dum concoctio ciborum fit, accidit; eoque magis ſi per corporis commotionem vehementiorem eo tempore ventriculus conturbetur, eaque quæ continet, invicem confundantur, è bullis diſruptis halitum ardentem, flammæ inſtar diffundat, qui dum per ructum erumpere nititur, ad anguſtias ſtomachi orificii ſenſiles admodum perveniens, illud vehementer urit;

ſed mox diſſipato eo iterum ceſſat, rurſumque nova expiratione redeunte redit, idque tamdiu donec concoctione abſoluta ceſſet, aut aſſumptis humidis aliiſve, ardor ille reſtinguatur, vel horum permiſtione ſucci hujus acrimonia contemperetur & compeſcatur.

A *bilioſo humore* & *flavo* ac *viridi* magis adhuc, & denique *atrabile* adhuc amplius ventriculus, frequenter irritatur, & ſi pertinaciter illi adhæreat, veluti eroditur & aduritur, dolórque *Rodens* & *Ardens* oboritur.

Quæ Bilis interdum in ipſo ventriculo naſcitur, ex *aſſumptis*, quæ ob illorum pravum ſuccum, quem in ſe continent, *in bilem* degenerant; vel ex *cibis* aliis quæ ex ſua natura multum bilis generant: vel in illum per duodenum inteſtinum infuſa morſiones & roſiones ventriculi, dum jejunus præſertim eſt, quia tunc facilius afficitur in picrocholis conſuetas parit; Quæ ſi in ventriculi ſubſtantiam delata eum bile imbuat, diuturnior tunc illius ſequetur ardor. Sicuti contingere poteſt, quando ob *contactum bilis veſiculæ* ventriculi regio illi incumbens & contigua inficitur, croceóque calore tingitur maculaturque, ad interiora illius macula crocea quandoque penetrante; quod ſectione in illis ſe habere quibus ardor ventriculi perpetuo fere moleſtus erat, invenimus. Quod & illis poteſt accidere quibus fere copioſior in cyſti bilis colligitur; eáque diluta magis ſudat, & veſiculam perfluit, viciniaque (ſicuti ſæpe ſpectavimus) intus foriſque inficit. Eoque citius in illis quibus ventriculus raro vacuus, ſed ſemper crapula diſtentus eſt. Vel qui dum ſcribendo, aliudve agendo, dum corpus inclinant, ventriculum ad bilis veſiculam validius premunt eamque veluti exprimunt, quo tempore & tunc majores fiunt ardores, Sicuti & *ardentiſſimus* ſine dubio *dolor* erit, & periculoſus, ſi Eryſipelas ex ſincera bile in ſubſtantiam illius infuſa naſcatur. Quod quoque fieri poſſe, morbumque gravem & periculoſum cum vomitione continuo infeſtantem, ventriculo perpetuo irritato, naſci credibile eſt. *Platerus.*

60. *Cauſa ſunt*) Alkalia & Acida ſibi mutuo obviantia, immediate Efferveſcentiam, mediate vero Fermentationem gignunt, quæ ab invicem gradibus ſolummodo differunt; cum enim duo illa confunduntur, propter pororum anguſtiam, diverſamque particularum figuram, diverſimode à materia ſubtili concutiuntur, quia tunc ab aliis corpuſculis ramoſis ac hamoſis non impediuntur, motus fit ſubitaneos ac ſubito ceſſans, quemadmodum exemplum ſatis notum habemus in tartaro vitriolato, & martis vitriolo conficiendo. Verum cum aliæ particulæ motui citatiori impedimento ſint, tardius peragitur illud negotium, & Fermentatio dicitur. *S. Blancardus Pract. Med. nova* §.19.

Ventriculum dolor exercet plerumque immanis, cujus cauſa aut flatus eſt in illius capacitate coarctatus, nimiopere diſtindens, haud ſecus atque in colico dolore, aut humor cibuſve acer & mordax tunicis impactus, aut tumor p. n. aut ulcus. Intemperies vero ſola dolorem vix infligit, Indoleſcit nonnunquam & ventriculus incubantium, viſcerum tumore, aut humorum decumbentium copia, atque hic etiam dolor contractu preſſuque ex acitur. *Fernelius Pathol. lib.* v.

61. *Halitus acres ſeu à cibo*) Si motus ventriculi debito citius peragatur, fit ſæpe nimia *acidi* copia, unde *Ardor ventriculi* concitatur, Ille motus aliquando contingit poſt *Tabaci* ſuctum, item quando *faba* vel *piſa butyro*, *aceto*, ſaleque circumfuſa convivis apponuntur; Fumus quippe *tabaci*, propter ſuum alkali primo effervescentiam cum acido ventriculi concitabat, cujus motu glandularis tunica afficiebatur, ſeque contrahens liquorem acidum majori quantitate ſegregabat: Eandem de *fabis, piſiſque* rationem reddere poſſumus. Hiſce medemur ſaturantibus. *Steph. Blancardus.*

62. *Seu à bilioſo humore*) Non raro ebulliunt præternaturaliter in ventriculo contenta varia, unde percipitur *dolor* & *ardor ſtomachi*, quaſi copioſi fumi ſulphureꝫ per gulam aſcenderent. *Cauſa eſt* ab *acido effervescente vitioſo cum quodam ſalino oleoſo*, Salinum enim, ſive alkalinum, & acidom dum effervescunt acorem inducunt, qui eo major quo plus olei vel ſulphuris adjunctum eſt, unde ii qui ſunt iracundi, à quibus proinde acrior bilis ex duodeno in ventriculum regurgitat, obnoxii ſemper huic affectui, propter effervescentiam bilis cum acido ventriculi tunc temporis vinoſi obortam; Item *hypochondriaci* plures, ſi aſſumunt *dulcia*, in ſpecie *mellita* aut *ſaccharata*, hunc ardorem incurrunt, quoniam dulcia effervescendo, & acorem nimium contrahendo, facile eas excitant turbas, Imo etiam *aromatica* & *acria*, v. g. *allium & cepa* aſſumpta copioſius, effervescendo cum acido, non raro Sodam inducunt. *Etmuller.*

63. *Præcipua ſunt iſta*) Si cum cardialgia percipiatur *ardor in regione ſtomachi*, appropriatis vide ſupra §. *Curatio reſpicit*) *temperata acida*, & quæ *ardorem* reſtænant quæ inter *ſyr. granator. acidor.* & præſertim *ſpir. nitri dulcis*, inprimis cum *ſpiritu aniſi* dulcificatus, addenda ſunt iſtis appropriatis.

℞. *Aqu. chamom.* ℥iij. *ſucci cydon.* ℥j. *elix. menth.* ℥ß. *olei deſtill. chamom.* ʒvj. *laud. op. gr.* ij. *ſyr. de canella* ʒiij. *miſce, dozis cochl.* ij.

Mixtura hæc diverſimode ſpecificari poteſt: hinc loco *ſucci cydonior. ſpir. nitri dulcis*, vel aliis in caſibus *ſpir. ſal. armoniaci*, vel pro alia indicatione pulveres abſorbentes fixi, omnia in debita dozi poſſunt addi. *Etmuller.*

Uſitatus eſt hic Pulvis.

℞. *Cretæ albæ* ℥ß. *nuc. moſch.* ʒj. *ſacch.* ℥j. *dozis cochl.* j. Platerus.

Ad ardorem ſtomachi, quem *Paracelſus* orexin vocat, Germani *den zod*, nominant, hos morſellos experti ſumus,

℞. *Cretæ præpar.* ℥j. *ocul. ꝯ.* ℥ß. abluantur ter aut quater cum *aqua borrag. & violar. boli Arm. veri* ℈iiß. *coralli rub.* ℈ij. *margar. præpar.* ℈j. *macis torrefacti* ℈ß. *cinnam. inciſi* ℈j. *ſacch. candi* ℥viij. *cum aqu. roſar.* f. Morſuli. *Finckius Enchirid. c.*19.

63. *Præcipua ſunt iſta*) Ad ſodam curandam in aulis quibuſdam ſolenne eſt uti *Carlina* ſcandente, poſt florem perfectum in ſemen fatiſcente, quæ ſolo obtutu eam curat: Novimus Nobilem eruditiſſimum, qui malo iſto mirum quantum vexatus una hac utitur antidoto, cum inſigni ſucceſſu, nulla forſan alia de cauſa quam quod aſpectu illo archæus moveatur fortius ad reſiſtendum effervescentiæ illi humorum acidorum & bilioſorum conſtringentium. *Wedelius Am. m. p.* 175.

64. *Quem Linimentum*) Foris ventriculi regioni ad ardorem illius & roſionem, à cauſis quibuſvis, maxime à bile excitata compeſcendũ, quibus & utimur ad bilis influxum ab hepate repellendum, apponimus refrigerantia & conſtringentia, additis ſemper quibuſdam calidis ventriculo appropriatis, cum extrinſecus admota adeo minime calefaciant, ſed potius eum roborent, & ad penetrationem aliquid conducant: Quæ omnia non actu frigida nimium, ſed potius tepida adhibentur.

Ex *oleis* uſurpantur uſitata frigida, *Roſaceum*, magis adſtringit *omphacinum*, *ex olivis immaturis* paratum, *cydonior. myrtinum*, *myrtillorum*, *lentiſc.* temperata *maſtichinum*, calida quæ iſtis quandoque permiſcentur *abſynth. de mentha, nardinum*: quibus *acetum* interdum majoris

majoris refrigerationis & penetrationis gratia, vel *vi-num* corroborationis cauſa incoquuntur, donec abſumantur, vel miſta adhibentur, aut manus hiſce tempore inunctionis madeſiunt. *Galeni roſac.in frigid. cera-tum ſantal.* in ſtomachi ardoribus æque ac aliorum viſcerum conveniunt. In ſummo ardore.

℞ *Ol. roſ.omph.* ℥ij. *ſucci ſonchi, polygoni, aceti* ãã. ℥ß. *alabaſtri pulveriſ.* ℥ß. *laricea lota q.ſ. f. inſtar Nutriti.* Vide caput de Inflam. Ventriculi. *Platerus.*

Fomentum tale ſit pro Ardore ſtomachi.

℞. *roſar. rubr. m.* j.
fol.acetoſella,intybi ſativi, Lati fol. ãã. *man.* ß.
abſynth. ſicci.
coriandri prepar. ℥ß.
ſantal. omnium ãã. ʒ·ß.
baccar.oxyacant. ℥ij.

Decoquantur ſecundum artem in ſuff. quant.aqua.

Huic decocto calido ſpongia immergatur, dein exprimatur eademque ventriculus ſæpius fomentetur. Finckius Ench.p.200.

[6]. *Cauſam ardoris quæ temperanda*) Si à bile,vel alio ſucco acri ardores & irritationes ſentiat ventriculus, danda tum quæ aquea humiditate, vel aciditate frigida acredinem ipſius infringunt,vel quæ eam diluunt,ventriculum irritare non ſinunt, aut quæ ſenſum ipſius imminuendo dolori ſuccurrunt,qualia ſunt ſequentia.

Ex *comeſtu* in cibis & condimentis, *fructus acidi* ardorem ventriculi compeſcunt,ut *citriorum, limonior. aurant. granat. pomor.prunor.ceraſor. uva criſpa,fragor.* in primis racemi *ribes* & *berberis.*

Olera humida, *lactuca, intybi genera, violar. borragø*,ex acidis, *acetoſa, trifol. acetoſ. fol. vitis, capreoli, fol. berberis*, in acetariis alióve modo uſurpata.

Aqua ardorem ventriculi compeſcentes humiditate ſua per ſe bibitæ, vel cum ſyrupis in julepis formandis mixtæ. ſunt *aqua acetoſa, endiv. cichor. bugloſſi, lentis pal.* quam probat *Dioſcor.* Juſcula, decocta herb. refrigerantium & humectantium, *Decoct.hordei* affatim bibitum, maxime additis aceto aliiſque acidis, quod & *decoctum abſinth.* facit. *Succi* prædictorum *fructuum olerúmve acidorum* per ſe, vel cum *ſacch.* vel ſyrupi, ſi nimis acidi ſunt, exhibiri.

Hordei farina cum *brodio caponis* cocta,addito *ſucco granator.* remedium *Hippocr.* bilis ardorem & irritationem ſedans.*Pinea* excorticatæ ſumantur, ſuperbibatur; *ſuccus portulacæ* ad ardorem ſtomachi. *Platerus.*

Facile occurrimus modo temperemus acrimoniam humórum efferveſcentium, aut invertamus acidum vitioſum per *abſorbentia*, conveniunt igitur *lapilli cancrorum, ebur uſtum,bolus Arm. corall. pr. lapis carpion. cryſtall. prepar.lac Luna* ſpeciatim *creta.* Quibuſdam uſitatum eſt *lateres* pulveriſatos propinare, qui potenter præcipitant quamvis in ſtomacho efferveſcentiam. *Siliqua ceracea* comeſta eſt egregia, *Syrupus ex ſummit. quercus, album gracum, Portulacæ ſuccus & ſyr.* aut ipſa *planta* recens comeſta experta eſt; *lapis prun.* in *aqua ſambuc. cremor. tart.* ʒß. datus certi eſt effectus. *Etmuller.*

Et evacuanda) Si temperata ſunt contenta, & ſedata efferveſcentia, evacuanda veniunt per *decoctum* aut *infuſum tamarind.* vel per uſum *rhabarb.* aut ſimilium. *Idem.*

Cap. XII.

De Anorexia.

A*Norexia eſt proſtrata ciborum omnium* [1]. *appetentia,* [2]. *ex defectu ſenſus ſuctionis in orificio ſuperiore ventriculi exorta.*

[3]. *Signis* ipſum ſymptoma non indiget. Æger conqueritur, & ab adſtantibus ipſis obſervatur.

[4]. *Cauſa* eſt [5]. ſenſus ſuctionis [6]. in orificio ventriculi [6]. ſuperiori defectus;qui unde proveniat in Differentiis dicetur.

Curatio eſt [7]. *Dubiæ ſpei, ſi* in declinatione morbi, ſeu ex ejus diuturnitate, ſeu virium imbecillitate, ſeu immodica evacuatione accidat; quia caloris naturalis extinctionem indicat, & [8]. recidivam minatur: *ſi* [9]. in pueros. qui natura edaces & plurimo alimento indigent, quia magnus præter naturam exceſſus ſignificatur: *ſi* in [10]. morbo diuturno cum ſinceris dejectionibus affligat, quia extinctionem facultatis appetentis in orificio ventriculi, ſeu ob maximum frigus, ſeu ob materiam maximè putrefactam indicat: *ſi* ex læſione nervorum ſextæ conjugationis à cerebro oriatur. [11]. *Nullius ferè*, *ſi* in morbo aliquo eam ſubitò, non præcedente ulla criſi vel morbi imminutione, ingens cibi appetitus ſequatur, quia cerebri læſionem & virtutis ſenſitivæ extinctionem ſignificat.

[12]. *Reſpicit* cauſas: de quibus in Differentiis agemus.

[1]. *Appetentia*)Quia calidum agit perpetuo in humidũ, ac humidum conſumit, debet ſemper eſſe inſtauratio, Appetitus itaque non ſolum materiam frigidam & humidam, aut calidam & humidam, ſed qualiſcunque ſit, appetit, *Fames* eſt *appetitus materia, Sitis vehiculi*: Fames duplex eſt, *Naturalis*, quando partes ſentiunt aliquid deficere, h.e. ſenſus defectus omnium partium; Et *Animalis*,ſenſatio rei moleſtæ in una parte,quæ indicat moleſtiam in toto, Et eſt in ventriculi orificio: Dolor oritur, quia eſt membranoſæ naturæ, & habet copiam nervorum.

Cauſa Efficiens eſt, non Suctio quædam, ut cum una pars ſuget ex alia, & deinceps illa ex alia, Ratio eſt quia ſuctio eſt in plethoricis, ubi non eſt defectus,ſed abundantia: Sed eſt in humore divellente, in orificio, qui eſt Acidus humor & Spiritus: quod talis humor veniat in orificium, videmus in obſtructione Lienis. Acidum humorem habere illam vim ,coquis & aliis notum eſt; Proinde patet Famem eſſe tantum deſiderium corrumpendi & obtundendi humorem Acidum. *Walæus Inſtit. Med.p.m.24*

[2]. *Proſtrata ciborum &c.*) Appetitus aboletur,imminuitur, vel depravatur; *Aboletur*, Vel quia deeſt humor vellicans, vel quia pars vellicationem non ſentit. Vel cum non venit debita copia, vel qualitate: Primo non debita copia venit, quia debita copia non generatur, ut cum ventriculus, hæque partes non bene coquunt, & humorem Acidu m non bene ſegregant, Vel (licet

ſatis copioſa eſt) propter obſtructionem Pancreatis, aut ob exiguum pulſum non ſatis venit ad ventriculum. A debita qualitate deficit, ſi excrementitiis multiſque tenacibus humonbus miſceatur ſpiritus Acidus, unde ejus vis infringitur (quod patet in cacochymicis) excepta melancholis; at hæc nimis eſt craſſa ut per ora arteriarum incidat cum ſpiritu acido in ventriculum: *Pars autem vellicationem non ſentit*, cum humor oleoſus, aut pituitoſus hæret in ventriculi orificio, vel ob paralyſin & vitium in nervis, vel ſi ſit nimis laxatum ſuperius orificium. *Idem Med. Pract. c. 16.*

[2] *Ex defectu ſenſus ſuctionis*) Cum cibo opus nobis ſit, aut quia reſoluta, aut quia expulſa para aliqua noſtri ſit, ait *Scaliger 1. de cauſis Plant. p. 36.* ejus Indicans & urgens cibum, ſeu alimentum, eſt *Fames & ſitis*, quæ veluti interpretes indigentiæ corporis ſunt, & uno nomine *Appetitus* conjunctum veniunt. Nullum eſt ex animalibus, nedum homo, qui non hiſce duobus, interpolatis vicibus, ceu indicantibus animalibus, urgeatur; Nimirum animalis facultas magiſtri aulæ vicem obit, quiquid in microcoſmo diſpenſandum ſit proſpicit, totius incolumitati invigilat, & illa omnia procurat quæ huic fini ſunt neceſſaria.

Nota eſt hanc in rem *Galen.* hypotheſis *l. 1. de ſympt. cauſis c. 7.* ſtatuit nempe 1. hoc opus, cum naturale ſit, non animale, ſimiliter & in ſtirpibus & animalibus perfici, 2. In Vegetalibus terram nutrimenti penu eſſe, in animalibus ventriculum; 3. In utriſque eſſe penuriæ ſenſum. 4. venas (per quas & arterias intellexere veteres) ex ipſo ventriculo, ceu emulgentes ſugentéſve, aliquid trahere. 5. ventriculum eum ſuctum non ferentem, & commotum quaſi offenſæ hujus medelam cibum comparare. 6. Suctionis hujus ſenſum Famem eſſe. Appetitum eſſe duplicem, alterum Naturalem, alterum Animalem, illum præcedere, hunc ſequi; illum evacuationem ſequi, hunc ventria ſuctionem, unde ſenſus hujus & appetentia demum emergat.

Dubium hoc viſum fuit & ipſis ſenſibus & rationi minus conforme recentioribus, ipſiſque adeo imprimis *Helmontio*, ex generali illa hypotheſi Famem non arguere defectum cruoris abſumpti, neque enim in vivo ſanguinem unquam deficere, vel venas & arterias unquam eſſe vacuas, & ſequi alias à venæ ſectione & dyſenteria famem auctum iri, in plethoricis vero eandem minorem fore.

Ut vero ex hoc labyrintho egredi liceat, notare fas eſt paulo penitius ipſius hujus Appetitus phænomena: præſupponimus nempe 1. Appetitum eſſe affectionem ejus, quo caremus potiundi, ſeu ponere eundem quandam corporis penuriam, quæ alimenti copia reſarcienda eſt novo ſuccendiculo.

2. Nutritionem fieri per ſimilis, ſeu ſuccum ſubſtantificum, qui & irrorare & apponi poſſit.

3. Appetitum ergo ratione partium alendarum, eſſe vel partialem, quem Naturalem vocant, qua quævis pars deſiderat ſui alimoniam; vel totalem quæ omnibus æque proſpicitur, quem Animalem vocant.

4. Ratione materiæ vero, alium eſſe ſolidi, alium liquidi, ſeu cibi & potus, ut ex utriſque alimentaris ſubſtantificus emergat liquor.

5. Non appetere partes frigidum & humidum, vel calidum & ſiccum, per quas qualitates, vulgo famem & ſitim definiunt, neque enim qualitatibus elementaribus egent, ſed determinato ipſis vitali alimento.

6. Affectionem hinc ejus, quo caremus, potiundi, ſine motus aliquo genere fieri non poſſe.

7. Manifeſtari hunc appetitum eminenter, & cum quadam quaſi moleſtia, citra tamen manifeſtam ſuctionem aut vellicationem ipſius ventriculi.

8. Satiari eundem cibo & potu, ceu unico & optimo remedio.

9. Modo famem magis urgere, modo ſitim: illam magis in frigidis vulgo dictis, hanc calore exæſtuante febrili, febricitantes vero, phthiſicos, & ſimiliter affectos minus comedere, 10. Excitari appetitum acidis, ſpirituoſis, aromaticis, acribus, Enori vero à terreis, lixivioſis, fixis & volatilibus, pinguibus. 11. Nullum dari in corpore humano vacuum, ſed omnes adeo poros, vel ſanguine repleri, vel alio humore alimentario, vel ſaltim excrementitio.

Hinc arguere porro licet 1. Stimulum Appetitus principaliter attribuendum *Archeo*, nominatim ventriculi, qui ceu architriclinus eſt microcoſmi, omnibus ex æquo proſpiciens, & penuriæ ſenſum ſupplere geſtit.

2. Cauſam ejuſdem inſtrumentalem eandem eſſe quæ coctionis, ſeu adminiſtrationis ipſius, calorem nempe & menſtruum.

3. *Suctionem venarum* arteriarumque animalem ſenſibilem nullam dari; Vegetantem vero, ſeu defectum partium nutribilium exprimentem rationi ſatis eſſe probabilem.

4. Ipſius chyloſi, in prima culina confecti, ſucci acceſſione, non ſolum ſubſtantifice refici ſpiritus, actionum & virium diribitores ac opifices, verum etiam motum ſanguinis verſus cor largiorem promoveri; ac vice verſa patulis magis redditis poris infimæ culinæ miniſtrantium viſcerum, Illis magis illabi ſanguinem, & adeo verſus ventria vacuum, ut loquitur *Sanctorius lib. 3. §. 17. pag. 59* Sanguinem tendentem relinquere cor, unde non poſſunt non & ſpiritus & calor ſuo modo in opere ſuo deficere.

5. Unde patet cur venæ ſectio & dyſenteria non reddat famelicos, debiles tamen utraque, & dyſenteria ſatis ſitibundos, quia alia eſt motionis ejus ratio.

6. Fieri ergo Appetitum è duplici cauſa, communi una, particulari altera, *Illa* eſt τῶν ὅλων, defectus publicus, & conſequenter ſanguinis circulus verſus officinæ publicæ limites promotus, unde iam defectus partium imprimis roridarum & ſpirituoſarum (unde jejunio protracto ſanguinem inſpiſſari magis certum eſt) quam à corde quaſi longior receſſus, ille Archeo obvenit, quem reſarcire omnibus modis, & ſolita propulſare chylum vis annititur: Hinc Pulſus à cibo ſumpto citatior, à jejunio vero tardior, ut alia non adducamus, hinc facit. Hæc ventriculi propria eſt, ipſiuſque imprimis orificii ſiniſtri, tanquam magis ſenſibilioris, Neque enim dubium eſt, tum inanitione conceſſa, poros glandularum, & vaſorum chyliferorum magis hiare, ſanguinem vero partibus roridis, ſerum enim in primis depaſcitur, & ſpirituoſis ſuo modo exhauſtum ipſis membranoſis villis, & nervoſis ipſis ſurculis, minus ut antea jucundum, blandum, ſed acriorem paulo ſalſioremque occurrere, adeoque ſtimulare, unde fames & ſitis oritur, Neque enim deſiderium hoc eſt tam humidi & ſicci, quam humidi ſubſtantifici, unde etiam potu repleri citius licet quam cibo, elogio *Hippocratis.*

Præter hæc vero inſtrumentales cauſæ concoctionis illæ omnea concurrunt, prima *calor*, & altera *menſtruum*, calor animalis in ventriculo inſigniter viget, unde ſi non habet in quod agat, ſi vacua ſit retorta microſcomica; rareſit magis, & expanſione illa quoque in vivo & tam ſenſitivo corpore moleſtiæ ſenſum exprimit, Menſtruum vero ſeu fermentum, cum ſit ſalinæ naturæ liquor, omnino à liberius

vagans

vagante calore agitatum magis quoque ſtimulat.

Quoties nimirum fermentum ſtomachi bene diſpoſitum objectum habet in quod agat, tunc nullam ſui notam ad extra exprimit, è contrario vero illo deficiente, conſumit, ut loquitur *Helmontius*, proprium ſtomachi alimentum, ſeu, cum eodem in ſtatu corpori nihil ſuggeri poſſit, agit in membraneos villos & fibras ipſius ventriculi, vel æqualiter, ut cibus & potus aſſumantur proportione ſibi geometrica reſpondentes, vel inæqualiter, prout ipſum eſt diſpoſitum. Nimirum appetitus licet in ventriculo ſe exſerat potiſſimum, non tamen à ſolo ventriculo unice, ſed ſemper reſpectu habito ad calorem & ſanguinem fit, hinc quando acidius eſt, & liquidior quam ſanguis, magis famem oboriri teſtatur experientia, ſi ſalſum, & ſanguis inſpiſſatus magis, ut in febribus ardentibus & ſimilibus affectibus, magis potus deſiderium, imo ſæpe inſatiabile occurrit. Et ex oppoſito, ſi omnino iners ſit, ſi calor obtuſus, facultas illa naturalis omnino ceſſat, unde hinc reſtaurantibus, acribus, ſalſis, acidis, aromaticis eget. *G. W. Wedelius Med. Phyſiol. ſect. 3. cap. 6.* De menſtruo ventriculi. Vide caput de Concoctione læſa.

3. *Signa ipſum ſymptoma*) Modo mens ſibi conſtet, & ſimulatio abſit; Signa tamen cauſarum inveſtiganda ſunt; *Calidam* ventriculi intemperiem ſitis, ructus oleoſi, linguæ ariditas; *Frigidam* ſitis nulla, ructus acidi, frigidorumque intolerantia produnt, Quod ſi *humor pituitoſus* in ventriculo abundet, nauſea cum vomitu ejuſmodi ſaburræ adeſt, interim nec ſitis nec eroſio percipiuntur; Ubi *bilis* ſtagnat, morſus & eroſiones, ſtomachum excruciant, vomituſque bilioſi ſuperveniunt; *Chyli* vel *alimenti* abundantiam talis in ventriculo arguit inappetentia; quæ etſi diuturnior, nullam tamen viribus jacturam affert: *Meſenterium* ubi fuerit *obſtructum*, plerumque alvus liquidiora excernit, & alia accidunt, de quibus *Matt. Martin. de morb. meſent. p. 12. & 23.*

Quando malum eſt *per ſympathiam*, tum ex læſione, vel *cerebri*, vel *nervorum ſexti paris*, aut aliorum *viſcerum labe* cognoſcitur: Interim morbi *ſolutionis continui*, & vitiatæ conformationis, non raro latent in ventriculo, nonniſi poſt ægri mortem detegendi. *Strauſſius.*

Si Inappetentia fiat quia *facultas non tranſmittatur*, noſcetis ſi patientes apoplexia, delirio, aut alio ſimili cerebri affectu laborent. Si *diſſolvatur facultas*, aut adſint veneni ſuſpicio, aut etiam nunc adeſt febris ardens aut maligna. *Si non fiat ſuctionis ſenſus*, propter nervos aut obſtructos, aut denſatos, petenda ſigna ex Cap. de *Bulimo*.

Quod ſi non fiat ſuctio propter *defectum calidi non digerentis*, iſti ſunt omnino torpidi, pigri, ſomniculoſi, neque ad cibos, neque ad potiones feruntur, ſputo abundant, urinæ ſunt crudæ: Quod ſi adſit *pituita dulcis* aut inſipida copioſa, præter hæc ſigna habent etiam vomitum, aut nauſeam & ſubverſionem.

Quod ſi adſit *pituita ſalſa*, ſiti laborant ſine oris amaritudine & cum morſu oris ventriculi. Si *non fiat ſuctio* quia *non fit inanitio*, noſcetis vel quia excrementa conſueta retinentur, cutis eſt denſata, corpus eſt plenum, venæ ſunt turgidæ, verſantur in aëre frigido, otioſi ſunt, præfuit victus ratio quæ vel plenitudinem vel cacochymiam, vel utrumque inferre potuit. *Saxonia Prælect. p. 217.*

4. *Cauſa eſt*) *Cauſa generalis* eſt *defectus vellicationis* in orificio ſtomachi ſenſili, à fermento digeſtivo acido volatili. Cauſa eſt vel in *orificio ſtomachi nervoſo*, vel in *fermento digeſtivo*. Quoad *orificium* ſenſile, deficit ſenſus vellicationis in ſtomacho propter nervos vel propter ſpiritus animales affectos, ita ut alterutro vitio non ſentiatur ſtimulus in orificio ſtomachi. Si *Nervi* ſive per eſſentiam, ſive per conſenſum male habeant, anorexiam inferunt; Si *nephritis* appetitum dejicit, quoniam renibus affectis etiam rel qui nervi ex plexu Falloppiano, ſive meſenterii ſimul afficiuntur, unde non tantum dolorem ſtomachi & vomitus excitant, ſed præterea appetentiam dejiciunt: In *colica* & affectibus inteſtinorum cæteris, *hernia* &c. quibus ratione communitatis ſtomachus ſimul plus minus afficitur. Quoad *ſpiritus animales* quomodo inappetentiæ cauſa ſunt vide inferius §. *Aut ſpiritus Animales.*

Quoad *digeſtivum Fermentum*, hoc Anorexiam infert quando vel *deficit* in ſtomacho, vel *quando* acidum eſurinum eſt obtutum à copioſa materia viſcida *vel* redditum iners à materia vel ſubſtantia pingui.

Deficit in ſtomacho *Fermentum digeſtivum* variis ex cauſis, Hinc *Aer* æſtivus calidus & ſqualidus, minorem reddit appetitum, contra hybernus eundem auget, arbitror *ibi* rariores & ſubtiliores ſpiritus magis abſumi, *hic* vero eoſdem magis concentrari, unde varia fermenti activitas. *Potus nimius* etiam appetitum proſternit, diluendo fermentum digeſtivum; in ſpecie *ſeri lactis* uſus nimius appetitum proſternit, obſervante *Timæo*, in ſero nempe lactis alkali volatile eſt copioſum, plus minus oleoſum, ratione cujus refrigerat & laxat, ſed ſimul fermentum ſtomachi debilitat. *Calculus ſtomachi*, appetitum proſternit, teſte *Horſtero A. M. p. 137.* non ſecus ac *alkalia* aſſumpta, item *martialia* appetitum enervare ſolent, de quibus notiſſimum eſt quod notabiliter appetitum dejiciant, obtundendo penitus activitatem ac acrimoniam fermenti digeſtivi. Præterea nil magis eſt quod *pituitam* acidam in ſtomacho primiſque viis accumulet quam pinguia copioſius aſſumpta; ſuperingeſto potu frigido *Gulones* nimis una vice ingurgitantes appetitum dejectum poſtmodum aliquandiu experiuntur. *Saliva* itidem *viſcida*, & glutinoſa ordinario appetentiam dejectam ſolet inferre: præcipitari enim ſolet tartarus ac fæces in ſtomacho, quæ cum ſint naturæ terreſtris alkalinæ, inſigniter debilitant fermentum ſtomachale; *Spiritus vini* copioſius ſumptus ex ſe proſternit appetentiam, acrimoniam ſalſam fermenti temperando & coërcendo, ſic & *Cerevifia* & *Potus* non probe defæcatus, præſertim illa recentior, *Excernenda* deniq; ſuppreſſa alterantia contenta corporis, etiam immutando plus minus Acidum eſurinum ſtomachi, id præſtant, Sic ex *ſuppreſſis menſibus* dejicitur & depravatur appetitus: *Schenckius* habet exemplum inſignis inappetentiæ ob *Venerem intermiſſam*. Aliquando *Bilis* (*Sylvius Pr. l. 1. p. 15.*) vitioſo motu ſuo regurgitat in ſtomachum, unde fermentum digeſtivum alteratur. Ex omnibus his cauſis inter internas frequentiſſima eſt viſcidum qualecunque in ventriculo, acidum eſurinum enervans, ejuſque activitatem impediens. *Etmüller P. 1. p. 7.*

Quando in *cauſas inſtrumentales* Medico potiſſimum inquirendum conſtat, *Caloris & Fermenti ſtomachalis* rationem hic maxime habendam eſſe arbitramur; *Has*, ceu *cauſas ſocias*, in excitando Appetitu ſ. n. pro *una* ſtare, ſicuti plurimæ rationes videntur evincere, ita quoque quoties ille ſeſe p. n. habet, neutram ex dictis cauſis, ceu culpa vacantem abſolvi poſſe conſequitur. Et caloris quidem animalis ἐνέργειαν in ventriculo nemo facile in dubium vocaverit, quippe quam admirabilem Moderni pariter atque Antiqui confitentur. *Fermentum* vero ab omnibus non æque admittitur, eo quod entia præter neceſſitatem multiplicare neutiquam conveniat, Hujus interim jam dum *Hippocrates l. de Pr. Med.* & *Galenus*

lib. 3. de Fac. Natur. cap. 7. mentionem feciſſe videntur; cumque ſuccus acido ſalinus viſu & guſtu, tum in embryonum, tum in adultorum Ventriculo ſe prodat, eum dari neminem doctorum ſacile amplius dubitaturum cenſet *Schenckius Exerc. An. p. 24.* vbi hanc addit [illegible]. Utitur dominus calor ventriculi ſervi ſui, *ſpiritus famelici*, opera, cui nequaquam poſſumus totius Appetitus munus adjudicare. Quoties itaque ſubſtantia hæc famelica, ſive ſuccus fermentitius, quadam vellicationis moleſtia irritare ſenſum ventriculi (affective quidem & obſcure *totius*, effective autem, *ſiniſtri ejus orificii*) ceſſat, *immediata* (quam eruere ſumus conati) anorexiæ cauſa præſto eſt.

Languet autem ſeu ceſſat potius, ob *cauſas mediatas*, quarum *proximiores* doctrina *de humoribus* ſuggerit, Sive enim *ſalivam* ſive *lympham*, in os per glandulas ventriculi colatam, harumque à papillis tranſſudantem, tanquam primum & univerſale quoddam menſtruum; Sive remotam ejus materiam *ſanguinem* reſpiciamus, ne utrobique quod fermentum ſui generis ventriculo inſitum & ſeminale, adeoque juxta individuorum varietatem mire ac diverſimode proportionatũ valdopere immutare poſſit reperiemus, Jam enim vel humores *bilioſi*, vel *pituitoſi*, & *viſcidi*, tum in ipſo ventriculo copioſe collecti, tum ab aliis cacochymici corporis partibus tranſmiſſi, ſalinam fermenti aciditatem plane obtundunt; vel *putridi & corrupti*, aciditatis tamen & ſalſedinis expertes, naturalem orificii ventriculi tenorem evertunt. Hæc αἰτιολογία, etſi ad *ſuctionis ſenſum* ab aliis ſit traducta, facile tamen *vellicationi* quam Recentiores tuentur, accommodari poteſt.

Paracelſus tartarum. venas meſeraicas alioſque poros quos permeat, obſtipantem arguit; eundem reſolutum appetentiam comedendi tollere docet; quæ ritè expoſita antiquorum ſententiam nequaquam evertunt. *L. Stranſſius p. 7.*

5. *Senſus ſuctionis*) Ex definitione allata patet illud deſiderium ad actiones animales referri poſſe ac debere, cum revera ſentiat quiſque ſe deſiderare alimenta, ſenſus autem ad functiones animales pertinet. Poteſt igitur & *actio Naturalis*, ratione cauſæ ſtimulantis, quæ acor eſt fermenti, dici, & *Animalis*, reſpectu perceptionis quæ fit per ſpiritus animales, animæ ſenſitivæ emiſſarios. *Bruno Lex. p. 113.*

6. *In orificio ventriculi*) Appetitus, Appetentia, ὄρεξις ὁρμὴ, alias ἐπιθυμία, dicitur, hinc ἐπιθυμητικὴ δύναμις Veterum excogitata, cujus ſedem in hepate, in quo ſpiritus naturalis gigneretur, eſſe finxerunt, Verum hodieque hujus opinionis abſurditas ex Anatomicis principiis ſatis ſuperque inclaruit, quod in Hepate nullus peculiaris generetur ſpiritus, ſed ſolum organum ſit ſanguinis depuratorium. *Idem ibid.*

6. *In orificio ventriculi*) Subjectum Anorexiæ eſſe ventriculum tum iſtius deſcriptio docet, tum ἀντικειμένων lex, qua contrariorum idem eſſe ſubjectum aſſeritur, evincit; Hinc *Galenus lib. 4. de V. P. cap. 1.* Naturam ait τοῖς ζώοις ventriculum tanquam ταμεῖον, promptuarium quoddam conſtituiſſe dicit: Et *Lindenius Med. Phyſiol. cap. 4. art. 4.* Ventriculi uſum eſſe dicit, ut ſit Receptaculum cibi ac potus, & pro lebete ſerviat Naturæ, ad coquendam pultem illam quam chylum vocamus.

Si quæras ſecundum quam partem? *Galenus lib. 2. de C. S. cap. 7.* ſecundum os *ventriculi* reſpondet; idque ob exactum quem habet præ aliis membris, ſenſum: Nempe alimentorum aſſumptionem, præter appetitum quarumlibet partium naturalem, exigit *Deſiderium* quoddam, Ventriculo proprium, publicæ tamen illarum utilitati deſtinatum: *in ſuctione moleſta, in orificio ventriculi ſiniſtro* (*ſuperiori* alias dicto) juncta eſt, verbis *Bohn Exerc. Phyſ. 1.* Ad hoc itaque orificium, ejuſque ſtructuram attendentes, in hoc potiſſimam *partis affectæ* rationem collocamus, ſi quidem nervi paris vagi ad ventriculum, quaſi ultimam ſuam metam, delati, juxta dictum orificium plexus inſignes, imo & quoddam quaſi reticulum, quo totius ejus ambitus obducitur, conſtituunt. Hinc exquiſita illa vellicationis perceptio, quam ſpectans *Galenus 5. de V. P. cap. 9.* Os ventriculi τὸ αἰσθητήριον, quaſi ſenſorium, non ſine ratione appellavit, hincve inſuper mirus ille cum cerebro & præcordiis ſtomachi conſenſus. *Laur. Stranſſius Part. 3. p. 3.*

7. *Dubia ſpei*) Quoad *Prognoſin*, nunquam bonum ſignum appetitus proſtratus, imprimis ſi citra cauſam manifeſtam, aut citra oppreſſionem ſtomachi ex acidi naturalis ſtomachi defectu, vel ejus omnimoda extinctione oriatur, ut initio febrium malignarum evenire ſolet; peſſimum eſt ſignum: Pejus ſi nihil appetunt ægri quam ſi appetunt alimenta, allata vero faſtidiunt.

Appetitus in principio & ſtatu morbi dejectus non eſt adeo malum ſignum, modo in declinatione revertatur: Quod ſi vero in declinatione demum morbi proſternatur, ſignum eſt vel recidivæ vel alterius cujuſdam morbi novi; Speciatim poſt quaslibet febres tam continuas quam intermittentes curatas, bonus redire debet appetitus: quamdiu hic non redit, aut qui redit, denuo proſternitur, ſemper pertimeſcimus recidivas febres. Alias veriſſimum eſt in qualicunque etiam articulo verſetur æger, quod inſinuatur ab *Hippocr. aph. 3. ſect. 2.* adea quæ offeruntur recte ſe habere, i. e. adhuc aliquantulum ſine faſtidio comedere, ſemper bonum ſignum eſt. *Ettmuller.*

7. *Dubia ſpei*) Sicut bona appetentia in omnibus morbis laudabilis eſt, ex *Hippocr. aph. 33. 2. Mente conſtare & bene ſe habere ad oblata bonum*, ſic etiam Inappetentia malum omen eſſe conſuevit, magnam enim à ſtatu naturali perverſionem indicat, oriturque, ut docet *Galenus comm. in 3. Epidem.* aut à pravis malignisque humoribus ventriculi orificium occupantibus, aut ab ipſius facultatis extinctione, cujus munus erat alimenti indigentiam ſentire, idque conſequenter appetere. Sic *Hippoc. 1. Epid.* de tabidis in epidemica conſtitutione mortuis ait, Cibos omnes perpetuo faſtidiebant, non ſitiebant. Sic & *Galen. comm. in 3. Epid.* multos ſe vidiſſe affirmat in quadam peſtilenti conſtitutione qui nihil quicquam ciborum aſſumebant & de medio tollebantur, Quoſdam tamen, fortiores quippe, qui vim ſibi ipſis inferentes cibum oblatum aſſumpſerunt, ſuperſtites fuiſſe ait. Ita apud *Hipp. 3. Epid. ſect. 1. Ægr. 2. Hermocrates*, qui 27. die mortuus eſt, cibum averſabatur toto morbi tempore, & ultimis diebus ne deguſtare quidem poterat, *Et ſect. 2. ejuſdem lib. Ægr. 6. Euryanactis filia abhorrebat omnes cibos toto tempore, neque appetebat quicquam, ſine ſiti, neque aliquid bibebat effatu dignum.* interiit autem poſt xii. diem: Advertendum tamen eſt cibi faſtidium eſſe quidem funeſtum ſi à caloris nativi exolutione prodeat, ſed non eſſe ita pernitioſum ſi ab humorum pravorum redundantia & cacochymia oriatur; vt. 7. *Epid. in Cleomenis* filio, cibi faſtidio citra febrem totos duos menſes laborante ex pituitæ crudæ & viſcidæ copia, quæ tandem vomitu copioſo fuit excluſa; Sic in morborum, ac febrium præcipue initiis non eſt adeo periculoſa inappetentia, quia tunc natura putreſcentium humorum pepaſmo intenta, minus appetit alimentum, quod illam ab inſtituto revocaret, poſtmodum enim ſedata febre, & humoribus morbificis excluſis ſponte ſua munus ſuum repetit intermiſſum. *Riverius.*

8. *Recidivam minatur*) Propter reliquias materiæ morbificæ.

9. Si

[9]. *Si in pueros*) Et ob nimiam valde ac diſſipabilem ſubſtantiam qua præditi ſunt, quæ majori reſtauratione indiget per uſum alimentorum. *Riverius.*

[10]. *In morbo diuturno cum ſynceris &c.*) In *morbo diuturno* cibi faſtidium & dejectiones ſynceræ, malum. *Hippocr. 6. aphor. ſ. 7.* Cibi faſtidium per ſeipſum pravum ſignum eſt in diuturnis morbis, in iis enim qui à talibus morbis ſunt evaſuri contrarius affectus ſolet accidere, vehemens ſcil. ciborum appetentia; At dejectiones ſynceræ ſupervenientes deterius multo præſagium efficiunt; quandoquidem per ſinceras dejectiones intelligit *Hippocrates* impermixtas aquoſæ humiditati, quando ſolus humor ſero ſuo deſtitutus ejicitur, ſive is bilioſus ſit, ſive melancholicus: nam dejectiones hujuſmodi exuſtam eſſe omnem humiditatem nativam ſignificant à calore febrili. *Riverius.*

[11]. *Nullus fere*) Fatale eſt ſignum quando ægri in ſumma virium debilitate ſubito alimenta, quæ antea faſtidio erant, appetunt. *Etmuller.*

[12]. *Reſpicit cauſas*) Curatio methodica duabus potiſſimum nititur Indicationibus, quarum *prior* cauſas, *altera* partem affectam reſpicit. *Cauſa* quælibet ſui ablationem, *Pars affecta* roborationem indicat. Hinc *fermenti & caloris ſtomachalis defectus* reſarciri, *vitia* vero convenienti alteratione corrigi debent. *Stranſſius p. 13.*

In Appetentia dejecta curanda habeamus rationem cauſarum, his ſublatis tollitur effectus. Hinc ſi à *cauſa externa turbentur ſpiritus*, ſi per conſenſum nervi afficiantur, ad hæc ſcopus dirigendus venit; In ſpecie quod hic agendum ſupereſt Medico, eſt ut expurgentur ea quæ vitioſa hærent in ventriculo, & hinc appropriatis, plus minus aromaticis, item acrioribus membranas ſtomachi ſenſiles nonnihil ſtimulantibus, appetentia ſucceſſivè revocetur. *Etmuller.*

[12]. *Reſpicit cauſas*) Si ab aliarum partium vitio dependeat, ab iis curatio deſumenda eſt, Sin ex proprio ventriculi vitio contingat, ad calidam vel frigidam illius intemperiem conjunctam reducenda eſt. *Riverius.*

[13]. *Differentia* appetitus proſtrati ſunt variæ.

I. Alia eſt *Major*, quæ propriè *Anorexia* dicitur, in qua nihil omninò appetitur; cui & definitio ſuperior competit.

Alia *Minor*, ſeu δυσορεξία dicta, in qua minus aut tardius quam pro naturæ exigentia cibus appetitur, & oritur ex debilitato & [14]. labefactato ſuctionis ſenſu.

II. Alia eſt *ſine nauſea & abominatione ciborum*, quæ *Inappetentia* dici poteſt: de cujus cauſis ſequenti Differentia agetur.

Alia *cum abominatione*, & [15]. dicitur *Ciborum faſtidium.*

Oritur à [16]. ſuccis [17]. bilioſis & corruptis, aciditatis tamen & ſalſedinis expertibus, qui quia alendo corpori apti non ſunt, orificium ventriculi obſident, à venis non ſuguntur.

[18]. *Curatur* iis quæ [19]. calidam intemperiem corrigunt, & [20]. humorem evacuant. *Cataplaſma* apud Zacutum l.ult.c.1.num.5. vide. Exhibendus [21]. *Spiritus vitrioli* [22]. *Philoſophicus* in vino vel aqua acetoſæ. [23]. Extra, prodeſt, *unguentum* ex *butyro capræ* cum *oleo caryophyllorum*: nec non *Epithema*, ex *vino malvat.* & *aceto* ana, cum *cruſta panis* pulvere *caryophillorum* aſperſa.

III. Alia eſt à *ſuctionis carentia*, [24]. quam inferunt

1. [25]. *Alimenti in toto corpore abundantia*, in [26]. qua vires non proſternuntur, quæque inedia, exercitiis, frictionibus &c. tollitur.

2. *Corrugationis in ventriculo impotentia, vel* propter [27]. intemperiem ſive calidam [28]. ventriculum relaxantem, & materiam fundentem; [29]. ſive frigidam, calorem nativum, primam appetitus cauſam labefactantem. [30]. *Vel* propter vitioſi humoris, inprimis [31]. excrementi crudi, inſipidi, lenti & pituitoſi, ſive ex cibis geniti, ſive aliunde affluentis redundantiam. [32]. Curatio ex capite de intemperie peti debet.

3. *Attractionis defectus & imbecillitas*, *vel* ob intemperiem frigidam & humidam: *vel* [33]. ob interceptionem viarum, à meſaraicarum & cavi epatis obſtructione, [34]. cujus in curatione ratio habenda eſt.

4. [35]. *Diaphoreſis negata*, ſeu cum ſubſtantia corporis non evacuatur, *vel* ob conſtipationem pororum & cutis denſitatem, quam [36]. *balneum aquæ dulcis* tollit: *vel* [37]. caloris nativi debilitatem, ſeu ex Intemperie frigida, ſeu otio, acquiſitam: *vel* humidi ſubſtantifici, quod calori miti ac placido depaſcenti non facilè cedit, tenacitatem, fixamque & ſtabilem concretionem.

Alia à *ſuctionis non perceptione*, quam tollunt

1. *Morbi cerebri*, in quibus aut [38]. nervi ſexti paris afficiuntur; aut [39]. ſpiritus animales vel non generantur, vel influere impediuntur; vel, quod in acutis [40]. febribus accidit, [41]. languent; aut facultas, ut in phreneticis, &c. aliò convertitur. [42]. Curatio morbos illos reſpicere debet.

2. [43]. *Ventriculi ipſius morbi*, [44]. ſive illi ſint intemperiei, ſive compoſitionis, [45]. ſive ſolutæ unitatis, de quibus ſupra actum eſt.

[46]. Excitatur [47]. ſublatis cauſis appetitus [48]. partim refrigerantibus, ſi cauſa calida præceſſerit, partim calefacientibus, ſi frigida. [49]. *Vinum abſinthites* [50]. vehementer commendatur.

[13]. *Differentia appetitus proſtrati ſunt variæ*) Inappetentia vel *primaria* eſt, vel *conſectaria*, ob reſtantem cacochymiam febris exactæ, aut etiam de novo ſuccreſcentem, quando neceſſitati impar eſt ævi in coquendo commoditas.

Præterea Inappetentia, aut *ſimplex* exiſtit aut *faſtidioſa*. In *ſimplici* inappetentia æger perinde ac ſi eſſet ἀνόρεκτος, remoto tamen omni faſtidio, nihil

apperit; tuncque quoniam aut ventriculus ex ſe innoxius eſt, aut tenuior ſaltem ejus labes ad linguam nondum ſerpſit, guſtus perſtat inoffenſus, ac de ciborum ſapore inculpate judicat, etſi eorundem ſuavitate non recreetur; At *faſtidioſa* inappetentia guſtus pravitatem ſibi ſemper adjungit: *Hippocrates* ἄσιτοι, ſed frequentius ἀποσιτίαν vocat.

Ἀποσιτίας tamen triplex eſt acceptio 1. apud *Areteum* 2. *de cur. Diut.* 7. inediam ſignificat 2. ſumitur pro ſimplici inappetentia; 3. & proprie, non dicit privationem actus in virtute appetente cibos, ſed includit actum poſitivum appetitus per modum fugæ, adverſaturque deſiderio. Quemadmodum in ſanis ſaturibus intermiſſa epularum, etiam quæſitiſſimarum appetentia, toto genere ſejungitur ab ejuſdem appetitus averſione adverſus ingrata edulia, ſic in ægris quies otiumve facultatis appetitivæ diſtingui debet ab ejuſdem faſtidio; nec minus depravatur vis ὀρεκτική, abominans quæ utilia ſunt, quam dum in picaceo affectu abſurdorum ciborum & abhorrentium ardentiſſimo uritur deſiderio.

Hujus porro faſtidii plures ſunt gradus, nam τὸ ἀποσιτεῖν. Alii non omnes deſpiciunt cibos, ſed quoſdam lubenter aſſumunt, Alii oblatis certis quæ optaverunt edulis ſtatim nauſeant, vel ſi ori ea immittere cogantur, illico expuunt, Alii, quamquam ceperit omnium eduliorum odium, tamen ſi compellantur aliquid devorant, Alii tandem quælibet alimenta tantopere deteſtantur, ut non modo ipſorum guſtum & odoratum haud ſuſtineant, ſed neque conſpectum tolerent; aut, quod terribilius eſt, ad illorum quoque mentionem exhorreſcant & ad vomitum uſque angantur; *Hippocrates* πῶνος σιτίων βδελυγμὸν appellat. *Menjotius Diſſert. Path. p. m.* 531.

14. *Labefactato ſuctionis ſenſu*) Sicuti ſi *fermentum naturale* (*ſuccus in ventriculo ſubacidus*) concoctionis præcipuum adminiculum, uti in animalibus brutis abſumptum, ſic & in homine deficiens nonnunquam etiam Appetitus proſtrati & dejecti cauſam eſſe, ſicuti, quod in nonnullis obſervavi, indubitato colligere poſſum. *Platerus.* Vide §. 2. *Ex defectu ſenſus ſuctionis.*

Joh. Dolæus Encyclop. p. 371. definit Anorexiam per Depravationem fermenti ventriculi: Fermentum id, *ait p.* 378. ſæpius crudioribus alimenti particulis obruitur & ſupprimitur, unde appetitus proſternitur atque aboletur.

Certorum ciborum faſtidium.

15. *Dicitur ciborum faſtidium*) Et Potuum, etiam in ſanis, ubi notandum omnes fere faſtidire magis actu calida & tepida; odore olfactum magis afficientia quam frigida, Eſt autem vel *Nativum*, quod ſequitur plerumque Animi affectum matris fœtum utero gerentis, & ſimilia vel præſentia, & in ſenſus externos incurrentia, ſæpius tamen in memoriam revocata, & nunc ob humores vitioſos in corpore exiſtentes, nunc ob præjudicia pro ingratis judicata faſtidientis. Vel *adventitium*, in ſanis, aut ex præjudicio, alimenta iſta pro immundis, ingratis aut noxiis habente.

Hoc alimentorum faſtidium tam freqnens eſt ægris ſymptoma, ut adverſæ valetudinis ſit quandoque ſignum, præſertim in pueris. Nota non ſolum carnes & juſcula, pinguia maxime, ægros faſtidire, ſed & dulcia & acido dulcia; idque faſtidium ſublato morbo quandoque ſuperſtes eſſe. In ægris pendent ut plurimum & 1. à vitioſis halitibus in tenui inteſtino, vitiata ob vitiatos, ſimul vel ſeorſim, Bilem, Pituitam ſuccumve Pancreaticum; effervescentia productis, atque ad ventriculum & os aſſurgentibus, famem notabiliter minuentibus, ſitim vero plus minus depravantibus, ad conſpectum, olfactum, mentionem, nauſeam moventibus. Merito humoribus dictis in tenue inteſtinum confluentibus, adſcribitur illud ægrorum faſtidium, cum illis emendatis aut evacuatis tollatur, cureturque in plurimis. Prout autem alias hic, alias ille humor, ita hujus vel illius ſaporis alimenta præ aliis faſtidiunt ægri; qui ubi plures ſimul notabiliter peccant, omnis generis alimenta pene averſantur. Quis vero humor, & quomodo peccet, conjuncta oſtendent ſymptomata, *Sylvius prax. l. 1. c. 3.*

Curatur in ſanis liberando mentem omni præjudicio, aut ſenſim aſſueſcendo eſui alimentorum faſtiditorum. Eodem modo in Ægris curandum ſi à præjudicio, Si autem ab humorum vitio pendet, hi *corrigantur* medicamentis ſupra traditis & aliis poſtmodum dicendis, *Excludantur* per vomitum, ſi fluxiles aut eo vergant, alias per alvum. *Idem.*

Cum conſuetudo in cauſa ſit ut à teneris certa quædam appetamus, alia faſtidiamus; eadem conſuetudine efficere poſſumus ut quædam quæ omnino prius averſabantur, & tamen illis utilia eſſe cenſemus, ſenſim eis aſſueſcendo, perſuadendo, tallendo, poſtea familiaria reddamus: uti *Abſtemios* aliquos, & eos qui *caſeum* aut aliud quid non comedebant, aſſumpſiſſe tandem conſuetos vidimus. *Platerus.*

16. *Oritur à ſuccis*) Quia cibi faſtidium non eſt everſio, ſed error facultatis cibos appetentis, quæ nullibi reperitur quam in ventris oſtio, ita quoque ab hujus duntaxat vexatione, eaque non mediocri, ortum ducit. Tam gravis autem vexationis cauſam præbent 1. Peſſima ciborum in ventriculo putrefactio, 2. maligna excrementi melancholici corruptela, per quam poſita naturali aciditate, horridam naturæque infeſtiſſimam qualitatem adipiſcitur. 3. Bilis putidiſſima, Ac denique venenata cacochymia, ut in febribus male moratis: Dum enim nequiſſimis ejuſmodi ſuccis oſculum ventris obſidetur, hujuſque tactus contriſtatur, vis Imaginatrix appetitui dictat quæcunque alimenta nocivis iſtis ſuccis eſſe conſimilia, ſicque ſtatim juxta renuntiationem Imaginationis, & cibos & humores tanquam ejuſdem perverſitatis participes pariter odit; Quamobrem orientibus primum febribus, propter æſtum ventriculi cadit appetentia; at in earum progreſſu, humoribus ſordidius putreſcentibus, eduliorum & maxime carnis horror ſupervenit; Omittimus internecionem virtutis appetentis cibos, quippe quæ appetentiam quidem tollat, ſed alimenta non reddat exoſa, quod emortua facultas odii ac cupiditatis ciborum æqualiter ſecuta ſit. *Menjotius.*

17. *Succis bilioſis, corruptis*) Offenſio, ſeu irritatio ventriculi, ſicuti cum gravis eſt, eum ut illam excutiat, ad vomitionem excitat, ſic ſi levior ſit propenſionem ad vomitionem, quæ *nauſea* dicitur, parit, per quam & ea quæ continet, & quæ aſſumere debebat faſtidit; Quod illi tum ab aſſumptis cibis acribus, medicamentis irritantibus, catharticis, venenatis, accidere poteſt; præſertim vero *bilioſus humor*, & *flavus*, & *viridis*, & *ater*, ex cibis genitus, vel in ventriculum effuſus, in variis, qui inde ſequuntur morbis illum moleſtando, cibi faſtidium cum nauſea, aliiſque quæ inde ſequuntur accidentibus, parit; Quod & alii pravi humores illic collecti, vel eo delati, malignitate poſſunt efficere. *Platerus.*

Bilioſis

17. *Bilioſi)* Anorexia à bile ſola utplurimum non producitur, ſed demum cum bilis viſcoſa eſt, tunc obſtructiones inter membranas & tubulos ventriculi efficiendo Appetitum proſternit, & ventriculi fermentationem inhibet. Os amarum eſt à particulis bilioſis per arterias in os depoſitis, aut forſan etiam ex vaſis ſalivalibus: Sic quoque Bilis aliquando evomitur, non quod aſcenderit ex inteſtino tenui ad ventriculum, ſed ex arteriis quæ ventriculo immiſſæ ſunt, in ipſum deponitur. *Craan Praxeos Med. Reform. cap. 64.* Vide §. *Cauſa eſt.*

1. *Oritur à ſucco bilioſo &c.)* Ægrotorum faſtidia pendent utplurimum & 1. à vitioſis halitibus, in tenui inteſtino vitiata, propter ſimul, vel ſeorſim, vitiatos, bilem, pituitam, ſuccumve pancreaticum, Effervescentia productis, atque ad ventriculum & os aſſurgentibus, famem notabiliter minuentibus, ſitim vero plus minus depravantibus, & ad factam alimentorum mentionem, aut conſpectum, inprimis olfactum, guſtumve, nauſeam plerumque ſimul moventibus.

Pendent eadem aliquando, & 2. à moleſtia percepta à ſimilium alimentorum aſſumptione inſequuta, hincque formato præjudicio pertinaci de ſimili moleſtia, ſi amplius aſſumantur, reditura, unde nonnullis ex ſola ingratorum vel noxiorum alimentorum memoria nauſea, hinc & vomitus excitari ſolet.

Merito bili, ſucco pancreatico & pituitæ in tenui inteſtino confluentibus, atque vitiatis, adſcribitur illud ægrotorum faſtidium, cum illis emendatis, aut evacuatis, tollatur curetúrque mox in plurimis: Prout autem alias hic, alias ille humor peccat, ita & hujus vel illius ſaporis alimenta præ aliis faſtidiunt ægri; qui ubi plures ſimul notabiliter peccant, omnis generis alimenta pene averſantur; Quiſnam vero humor, & quomodo peccet, conjuncta oſtendent ſymptomata. *Fr. Sylvius.*

17. *Curatur)* Curatur emendando Bilem illam, aut ſi redundet, educendo ſurſum vel deorſum: Emendandæ conducit præſertim *Elixir propr.* ad gutt. v. vel vj. ex vino, aut convenienti miſtura paulo ante cibum. Qui Acidiora minus ferre poſſunt, ejus loco uſurpent ſpiritum ſalis dulcem, cum vini rectificato ſpiritu aliquot cohobationibus paratum. Emendat & Abſynthium, & vinum abſynthites, vel aliæ plantæ aromaticæ vino infuſæ: utiliter inter prandendum vel cœnandum mediocri quantitate ſumptum, *Calaminth. mont. majorana, roſmar. ruta hort. hyſſopus, thymus, ſalvia* &c. Bilem per vomitum educunt varia ex *Antimonio, crocus metall. vitrum,* & ex hoc *ſapa vomitoria, oxyſacch. oxymel vomit. mercur. vita* &c. Eandem per alvum evacuant, *Rhabarbarum, Scammon. Tamar.* &c. Qui vano ac præpoſtero terrore à blandiſſimi & tutiſſimi, potentis tamen, Scammonii & Scammoniator. uſu abhorret, utatur Rhabarb. *Sylvius de le Boe lib. 1. c. 33.*

17. *Curatur iis)* Sanorum faſtidium curabitur liberando mentem omni præjudicio, aut ſenſim aſſueſcendo uſui alimentorum faſtiditorum; quod aliquando fruſtra, aliquando cum ſucceſſu tentatum; Eodem plane modo curandum Ægrotorum faſtidium à præjudicio ortum. Ubi autem ab humorum vitio præſenti ortum habet, id præjudicium, Curatio ſequetur ſi humores peccantes corrigantur, vel expurgentur, *Corrigentur* medicamentis *idoneis*, *Expurgabuntur* per *vomitum* humores tum fluxiles, tum ſponte ſurſum vergentes: *Expurgabuntur* per alvum nullam ſurſum viam affectantes, & valde viſcidi. *Franc. Sylvius lib. 1. cap. 33.*

19. *Calidam intemperiem corrigunt & humorem evacuant)* Juvenis macilentus ob bilioſos humores cibum averſabatur; cum hi ventriculum lancinarent, & in vomitum proclivis eſſet, dedi jejuno *emeticum* blandum; Dein pro levi *purgatione ſyr. roſ. pall.* ℥ij. *cum ſeri lactis* ℥iij. bilioſo humore evacuato, & intemperie ventriculi calida *ſyr. acetoſ. citri & granat. acid.* alterata, aſſumpſit *perſicam* in principio paſtus, quæ appetentiam maxime excitat ſi à cauſa calida proſtrata ſit; ideo valet *ſyr. de Perſicis*, ſic parandus.

℞. Succi Perſic. nondum plenam maturitatem adeptorum ℔iv. coque ad mediæ partis conſumptionem; fæces ſubſidant, adjice ſucci *malorum Punicor.* ℥vj. *ſacch. q. ſ. coque, adjice ſantal. citr. q. ſ. da* ℥ij. m. & v. duabus horis ante paſtum. Si deſint, ſubſtitue ſuccum *malorum acidor. redol.*

Exterius fotus & ungu. adhibui, appoſui *ceratum ſantal.* Victu refrigerante utens & moderato ſomno, recte deinde valuit. *Foreſtus l. 18. obſ. 17.*

Acida hic ſanguini ſuppeditanda ſunt, quia ſalem bilis infringere poſſunt; Hinc ex *tartaro* parata proſunt, ut *cremor tartari* legitimus, *tamarindi*, *tartarus nitratus*, qui hic plurimi eſt uſus, quia *nitrum* bilem corrigit, & tartarus acidus eſt; *Craan Prax. Med. Reform. p. 287.*

19. *Calidam intemperiem corrigunt)* Eſculenta potulentaque actu frigida propinata juvant; quo nomine *Aqua frigida potus* laudatur, potentiuſque operatur ſi ante cibum bibatur; Et qui loco vini aquam bibunt, avidius cibum expetunt; quæ & non minima eſt cauſa quod animalia quæ crudis continuo veſcuntur adeo voracia exiſtant.

Cibi ſi acidorum fructuum, ſuccis (qui fructus & eo nomine eduntur) condiantur, appetitum excitant, inprimis *omphacio* & *agreſta*: *Vinum acidulum* in naturis calidioribus bibere conſuetum, ut majori appetitu edant facit: *Acetum* appetentiam valde excitat, *juſculis* inditum, vel in acetariis, bellariis, vel alias per ſe ante paſtum bibitum; quo pacto & ſi bona quantitate bibatur, faſtidium illud cibi à *vini potu*, in quo *radices ſolani furioſi* maceratæ fuerint, profectum, ut *Matthiolus* ſcribit, iterum tollit; Et ſi ab aliis *narcoticis* ſumptis appetitus ſublatus eſſet, idem faceret: *Perſica* in principio menſæ ſumpta, appetentiam provocare ſi à cauſa calida ablata ſit, docent; quod grata quoque aciditate, niſi alia accedat proprietas, faciunt.

Mala arantia, limonia acida, diviſa aſperſaque, *aqua roſac. & ſacch.* condimenti loco menſæ appoſita juvant, *Braſſica capitata*, *rapa* cocta & condita, ſicuti Germani ſolent, eſta initio menſæ, appetitum movent: *Acetoſa* prodeſt, & *portulaca* aceto condita, *Oliva & capparum fructus ſale condita*, cum *aceto*, ad appetitum excitandum communiter menſæ apponuntur, *ſyrupi* conveniunt de *ſucco Perſicorum*, *de ſucco citri, granator. ribes, de agreſta, acetoſus, oxyſacch. ſyr. de abſinth.* quoque datur; qui ſi aceto addito coquatur, magis illud præſtabit: *Compoſitus* ad eoſdem uſus ſic fit

℞. *Succi Perſic. acidul.* ℔j. *ſucci granat. vel pomor. acid. quart. j. ſucci granat. quart. ß. coqu. addito ſacch. q. ſ. addendo acetum album, ut aciditatem decentem acquirat, coquatur, detur* ℥j. *vel plus.*

Conditura & conſerva fructuum acidor. ſi modo non nimia ſacchari additione aciditatem amittant, ſic quoque dantur, tum per ſe, tum invicem admixta, hoc modo,

℞. *Conſerv. roſar. acetoſæ, rob. de ribes* āā. ℥j. utatur. *Platerus.* Vide §. *Exhibendus eſt ſpiritus)* & §. *Sublatis cauſis appetitus)*

20. *Humorem evacuant) Vomitus* ſi à recrementis, vel ab humoribus pituitoſis, aut bilioſis, aut aliis quibuſcunque ventriculum replentibus, vel offendentibus fiat, anorexia aut nauſea competit; Quæ ſi tenaciter adhæreant, *vomitoria*, abſtergente & incidente

provocari debent; *Oxymel ſimplex & ſyrupum acetoſum ſimplicem* liquoribus permiſcendo.

Expurgandus quoque eadem ratione repletus ventriculus, ſi vomitui non cedant humores, vel ægre vomant; Catharticis huic illive humori expurgando deſtinatis, & imprimis *amaris*, quæ quia ſimul abſtergunt, ventriculo accommodata ſunt; Quo nomine *Aloe* ſtomacho amica dicitur, atque uſurpatur, ſicuti in *Pilulis de Hiera, Aloephanginis* & ſimilibus: Quorum loco uſuales hoc modo facere poſſumus, in quocunque humore,

℞. *Rhabarb. myrobal. citr.* ā ā. ʒj. *ſpec. hiera* ʒij. *maſtich. ſantali albi, odor.* ā ā. ℈ß. *cum ſyr. de abſinth. f. Maſſula, doſis* ʒj. Vel poteſt *acus diagryd.* ſi validius purgare volumus, *Vinum abſinthites*, in quo infuſa ſint *rhabarb. myrobalani, ſenna*, Et in pituita *agaricus*, loco Pilularum dari poteſt. *Platerus*.

Evacuantia inter *Vomitoria* ſunt optima, utpote ſtomachum immediate evacuantia, eaque ex *Antimonio* deſumpta; Qui abhorrent à Vomitoriis, purgantibus utantur, quæ inter præpollent *aloetica* omnia, e. g. *Pilul. Francof. Pilul. aloephang.* cum *ſcammon.* acuatæ; quæ pro ſcopo purgandi mane ſumuntur; Pro ſcopo ſtomachum ſaltem ſucceſſive purificandi capiantur veſpertino tempore, una alterave hora ante cænam, Ubi fortius purgandum, veterum compoſitio, nempe *maſſa Pil. hieræ cum agar.* convenit, addendo ſimul, pro muci ſtomachum obſidentis inciſione, vel *gummi ammon.* aut pro ejuſdem correctione *extr. abſynth.* &c. v. g. pro muco viſcido ex ſtomacho evacuando.

℞. Extr. *abſynth. gr.* vj. vel hujus loco, *g. ammon. in aceto ſol. gr.* viij. *ſcamm. ſulph. gr.* j. *extr. troch. alhand. gr.* ß. *cum ſ. q. elix. abſynth. aut propr. Par. q. ſ. f. Pilula.* Etmuller.

Si bilis in ventriculo ſtagnans moleſtiam creet, valeot Emetica *antimoniata* varia, *crocus metall. vitrum*, & ex hoc parata *ſapa vomitoria, oxyſacch.* vel oxym. vomit. *Mercur. vitæ*, quibus dictam bilem commodiſſime educi ait *Sylvius* 1. *Pr. c.* 2. Nobis *vitriolum alb. Schroderi* arridet &c. *Strauſſius*.

Pituita viſcida, ubi ſuo lentore fermentalem ſuccum obtundit, pariter expellenda eſt; quo autem ſequacem magis experiamur, eam prius *ſalinis & aromaticis* correxiſſe proderit, cui ſcopo *ſpiritus ſalis dulcis* imprimis inſerviet, quibus præmiſſis dicta ſaburra, vel per Potiunculam ex *fol. ſennæ, agar. ſem. carth.* &c. paratam, vel, quod forte melius, per Pilul. ex *maſſa Pil. de hiera picra & agar. aloephang.* &c. cum *elix. propr.* paratas è corpore feliciter evacuabitur. *Idem*.

21. *Exhibendus eſt ſpiritus &c.*) Humor bilioſus alterabitur julepis aut juſculis refrigerantibus, in quibus non omittendus *ſpiritus vitrioli aut ſulphuris*; cum Acida omnia bilem valde contemperent, & appetitum valde excitare valeant: hinc acetaria æſtate ad excitandam appetentiam frequenter uſurpantur: Vel ſimul & ſemel humor ille bilioſus alterari & expurgari poterit Apozemate convenienti, cui ratione ventriculi addi poterit *abſynthii Pontici* m. ß. *cum myrobal. citr.* ℥ß. Riverius.

22. *Spiritus vitrioli philoſophicus*) De efficacia *ſpir. vitrioli*, præſertim *eſurini Paracelſo* dicti, vide ſupra caput de *Intemperie ventriculi* in genere §. *Appropriata ut magiſterium*)

23. *Extra prodeſt*) Sequenti Unguento ventriculi regio inungatur,

℞. *Ol. roſar. myrth. & cydonior. aceto roſ. lotor.* ā ā. ℥ij. *ſantal. omn. corall. r. coriand. pr. roſar. rub.* ā ā. ʒj. *granor. Kermes & ſpodii* ā ā. ʒß. *cera alba q. ſ. fiat Linimentum* ſubtepido, & in vola manus tantum tepefacto inungatur dicta regio bis aut ter in die, addendo etiam *aceti roſac.* parum unctionis tempore.

Vel eidem parti admoveatur placenta roſacea aceto irrorata, aut in eodem parum macerata, quæ removenda priuſquam incaleſcat.

In perſeverante affectu plurimum proderit *Balneum*, vel *Semi-cupium* refrigerans & humectans, bis aut ter repetitum, Quo maxime recreantur convaleſcentes, & in priorem ſtatum atque appetentiam ſæpe reſtituuntur, *Riverius*.

Exterius conveniunt *Olea ſtillat. abſynth. menthæ, macis cinnam. cruſta panis toſta* cum *vino malvat.* irrorata, aſperſo *pulvere caryophyll. macer. nuc. moſch. cinn. theriaca, Empl. de cruſta panis* &c. Nonnulli *pellem vulturis plumaceam* in forma triangulari ſtomachu impoſitam mire commendant. *Strauſſius*.

Inter Externa conveniunt *cruſta panis* probe ebria *vino* aut *aceto*, pulvere *caryophyll.* aliorumve aromatum aſperſo ad inſtar ſcuti ventriculo applicata, Item *elixir menthæ* calide cum *fruſtulo panis* intincto, ventriculo impoſitum, applicando deſuper laterem calefactum, admodum convenit præſertim in ſpirituum defectu; *Balſamus angelicus* ventriculo illitus mire etiam appetitum provocat. *Etmuller*.

24. *Suctionis carentia, quam inferunt &c.*) Partium inanitio ſi quacunque de cauſa defuerit, non fit ab illis attractio ab aliis partibus & ventriculo, ſicque appetentia non excitatur: Deeſt autem illa partium inanitio, vel cum repletæ ſunt crudorum ſuccorum copia, ob crapulam & ingluviem, vel ob intermiſſas exercitationes aut evacuationes conſuetas, vel cum tanta eſt pinguedinis moles, ut partibus ipſis ad alimoniam ſufficiat &c. Aliquando autem licet partes inanitæ ſint, non trahunt tamen à venis ob robur illarum exolutum, ſed velut effœtæ, ac muneris ſui oblitæ, languent & feriantur, ut ſolet contingere in febribus acutis, malignis, peſtilentibus, ſynrechicis & hecticis: Idem contingit in immodicis ac diuturnis evacuationibus, ut in fluxu hepatico, uterino, hæmorrhoidali, hæmorragia narium, ſudore diaphoretico, Venere effrænata, inedia longa & ſimil. Quæ ſecunda cauſa eſt vitiatæ appetentiæ naturalis, vel ſecundum ſymptomata enumeratorum à *Galeno* 1. *de ſympt. cauſis c.* 7. *Riverius*.

25. *Alimenti in toto corpore*) Ob ſanguinis in venis meſeraïcis, & præſertim in ventriculum diſperſi redundantiam, ob quam cum nulla vel exigua fiat ſuctio, Appetentia quoque vel nulla vel pauca exiſtit: Et præſertim quod ventriculus ſanguine plenus, eoque veluti ſaturatus novum ſuccum minime appetat; Sicuti in plethoricis, illiſque qui otioſi non ſe exercent (cum tardius ſubſtantiæ corporis aſſumptio, & proin pro reſtitutione illius; non tam ſubito alio ſuccu opus habeant, tardiuſque illius fiat diſtributio) ut tardius quinuſque eſuriant contingit; niſi forte famem ſibi præternaturalem ex nimia crapulæ mala conſuetudine conciliaverint. *Platerus*.

26. *In qua vires non proſternuntur*) Cauſæ quæ inanitionis defectum pariunt noſcuntur ex victu liberaliori prægreſſo, corpore admodum repleto, intermiſſis exercitationibus aut evacuationibus, ſomno longiore aliiſque cauſis crudorum ſuccorum copiam congerere idoneis, tum etiam ſi corpus obeſum & venæ diſtentæ appareant; Eumque inanitionis defectum ſignificat cutis denſitas, quæ humoris alimentarii diſſipationem impedit. *Riverius*.

27. *Intemperiem ſive calidam*) Si ab internis externiſve cauſis corpus adeo incaleſcat ut & ventriculo accenſo ſitiant, potum tunc citius quam cibum expetunt; Et ſi cibis calidioribus utantur, jejuno præſertim adhuc ventriculo, ut ſi in principio mox menſæ vino generoſo

generoſa bibant, vel dulcia, aut aromatiſata comedant appetitum edendi amittunt; Et in omnibus morbis calidis, in quibus vel ſolus ventriculus, vel cum illo vicina viſcera, vel totum corpus in febribus incaleſcit, appetentia proſtrata eſt. *Platerus.*

28. *Sive calidam*) Illam biliosique humoris redundantiam, ſignificant æſtus in præcordiis, ac præſertim in regione ventriculi, ſitis, linguæ & faucium ariditas & amaror, interdum febris adeſt; & ſi ab alia parte humores calidi & biliosi influant, illius partis affectus innoteſcet, ut hepatis &c. inflammatio: Si vero nulla alia pars laborare videatur, in ipſo ventriculo intemperiem reſidere conjiciendum, aut vinoſorum alimentorum uſum præceſſiſſe: Accedunt ſæpe nauſea, cardialgia, vomitus, vel alvi fluxus: Et ab excretis humoris peccantis natura innoteſcit. *Riverius.*

28. *Sive calidam ventriculum relaxantem &c.*) Quæcunque intemperies ventriculi valde excedens appetentiam vitiat, præcipue calida & ſicca, Calor enim ingens humidam ventriculi ſubſtantiam diſſipando appetentiam aufert; Frigus etiam valde intenſum eam vitiat, non ſolum poſitivum, cum viſcera ab externo aëre, aqua, glacie, nive & ſimil. ita refrigerantur ut in narcoſin incidant, ſed etiam privativum ab exhauſto calore nativo, quod *Galenus* Narcoſin appellat, ut per longas hæmorrhagias, febres ardentes &c. quibus exhauritur ventriculi & aliarum partium robur. *Riverius.*

28. *Ventriculum relaxantem*) Intemperies calida ventriculi, non tam relaxando illum, quam quod ſitim parit, famemque tollit, appetitum proſternit, cum diverſi hi ventriculi ſenſus, ſitis nimirum & fames, vix poſſint ſimul concurrere, unoque prævaleſcente alter quieſcat. *Platerus.*

29. *Sive frigidam, calorem nativum &c.*) Imbecillitates ventriculi aliæ, quæ functiones illius concoctionem & diſtributionem labefactant, etiam hunc illius ſenſum, appetitum qui illis inſervit, proſternunt; Et ſi illæ recte procedant, hic quoque ſuo munere recte fungitur; Quod ut ab ortu quibuſdam, aut ob ætatem ſenibus accidit, ſic & ex diuturnis morbis & gravibus, ventriculo tandem debilitato contingit, ut ſicuti tardius digerit cibos, ita & minus & rarius appetat. Et cum *affectus animi* aliqui cardialgiam cauſent, fit ut qui mœrent, & ex dolore animi circa præcordia anguntur, appetitum omnem amittant; Et cum ventriculus propter eximium ſenſum tot partibus conſentiat, accidit ut in tam diverſis etiam aliarum partium morbis & doloribus, conſentiente ventriculo, ſymptoma appetentiæ hoc dejectæ reliquos affectus comitetur. *Idem.*

30. *Vel propter vitioſi humoris*) Humores pravi & excrementitii, tum calidi tum frigidi, Inappetentias excitare ſolent, calidi quidem, ut biliosi & adusti, putridi aut virulenti, ſive in ventriculo, ob vitiatam coctionem generentur, ſive ex aliis partibus male affectis tranſmittantur, Frigidi vero & pituitoſi, viſcidi ac lenti in ventriculo collecti, ex male concoctis alimentis, vel illapſi ex toto corpore, ut in illis qui per vomitiones conſuetas aliarum partium impuritates in ventriculum allicere conſueverunt, vel ex cerebro per catarrhos, in quibus frequenter ventriculus ab humore pituitoſo gravari conſuevit, ſuppreſſis menſibus aut hæmorrhoidibus, calorem ſuffocando, appetentiam imminuit. *Riverius.*

Famis diminutæ cauſam frequentiorem & graviorem, quamvis lente ortam reor (*inquit Fr. de le Boe Sylvius*) Salivam viſcidiorem & pinguiorem, adeoque ad promovendam alimentorum, hinc & eorundem reliquiarum fermentationem ineptam; quinimo Pituitam in tenui inteſtino ſimilem producentem, à qua ſucci Pancreatici aciditas blanda obtundatur, & tandem omnis in corpore Aciditas minus acris reddatur & iners: Ejuſdem *Diminutæ* Famis cauſam rariorem, leviorem, ac ſæpe ſubito ortam. *Idem* judicat *Bilem pinguiorem* ab inteſtino tenui ad ventriculum aſſurgentem, atque tum alimentorum reliquias tum ſalivam corrumpentem, ac gratam ipſarum aciditatem obtundendo Appetitum proſternentem. *Diminutæ Famis* cauſæ ſi graviſſimæ fuerint, tollent in totum & abolebunt Famem.

31. *Excrementi crudi, inſipidi &c.*) Repletio ventriculi, à qua ſenſus hic illius appetendi obtunditur, Appetentiam tollit, quæ illi à *chylo*, quem conficit, diutius illic retento nonnunquam evenit; Sicuti enim inanitus ab eo, ad alium conficiendum, novum cibum appetit, ſic quamdiu ille ſubſiſtit, tamdiu nulla fame ſtimulatur: Quod illi ex diſtributionis chyli defectu accidit: quod uti ab obſtructionibus venarum meſaraicarum (*lactearum*) contingere poteſt, ſic & ob ſanguinis in venis meſaraicis, & præſertim in ventriculum diſperſi redundantem, appetentia quoque nulla vel pauca exiſtit.

Humore etiam alieno ſi ventriculus refertus ſit, idem accidit, ut ſi *lentore illo*, quo ut lubrica eſſent ventriculus & inteſtina, naturaliter alias inunguntur, ſaniique dum ea abluunt, abradere ſolent, nimium abundet; Tunc enim hoc *limo* illi obducto veluti incruſtatus, ſenſus illius retunditur. & ventriculus eo, cum dulcis ſit, nec ita adhuc alienus, ac ſi chylus eſſet, ſatiatus, cui cibi glutinoſi & pinguis immoderatior uſus occaſionem præbet; Quod & à *pinguedine*, ſi illa, ut in valde obeſis, fieri poteſt, ſiniſtro illius fundi latere, ubi plerunque invenitur, Vel circa illius orificium, ut vult *Fernelius*, copioſius accreverit, eadem ratione evenit; Et ſi *humor alius*, vel *excrementum crudum, inſipidum*, aqueum, vel lentum atque pituitoſum, ex cibo & potu natum, aut eo defluxum, ventriculum adimpleat; vel illi pertinaciter adhæreat, eodem modo appetentiam dejicit, atque ſi ventriculus eo humectetur continuo, ut & minime ſitiant, efficit. *Platerus.*

Quomodo vacuandus ejuſmodi humor, crudus, lentus, viſcidus, vide §. 20. *Humorem evacuant*)

32. *Excrementi crudi, inſipidi &c.*) Pituitoſorum humorum copia, frigidaque intemperies, innoteſcit ex cauſis refrigerantibus prægreſſis, vel nativum calorem inſigniter diſſipantibus & extinguentibus: Tum etiam ex gravitatis ſenſu in regione ſtomachi, ructu acido, humore viſcido & craſſo per os aut per alvum excreto: Idem etiam ſignificant catarrhus frequens aut diuturnus, & affectus alicujus partis quæ humorem pituitoſum aut melancholicum ad ventriculum tranſmittere poteſt, ut lienis, uteri & ſimilium. *Riverius.*

32. *Curatio ex capite de intemp. &c.*) Illius curatio primum reſpicere debet intemperiem partium mandantium, quæ corrigatur remediis è propriis capitibus deſumendis: Ipſi vero ventriculo medicatio adhibenda eſt per evacuationem humoris morbifici, & partis corroborationem: *Vide cap. de Intemp. Ventriculi cum materia.*

32. *Curatio ex cap. de intemperie*) Famis ſenſim *Diminutæ*, vel *Abolitæ*, curationem inſtituit *Sylvius de le Boe*, medicamentis, humorem *Pituitoſum*, viſcoſum, corrigentibus ac educentibus, *Corrigunt*, ac incidendo emendant, tum *Acida*, tum *Sale lixivo*, tam *fixo* quam *volatili* prædita, & *aromatica* omnia: Correctum humorem, ſimul redundantem, evacuant *Colocynthis*, *Turpethum*, *Hermodactyli*, *Mercurius* tum *præcipitatus*, tum *ſublimatus*, tam *corroſivus* quam *dulcis*.

33. *Vel ob interceptionem viarum*) Tertia cauſa ex *Galeno l. c.* eſt tractio & ſuctio venarum meſaraicarum (ad quas omnium partium attractio terminatur) ab in-

teſtinis & ventriculo: Ea tractu vitiari ſolet per obſtructiones inſignes illarum venarum, quarum ratione partes inanitæ non poſſunt materiam chyloſam attrahere, neque orificio ventriculi divulſionis ſenſum inferre: ſic videmus ſæpe pueros ſtrumis laborantes cum alvi fluxu chyloſo, eoque diuturno, ſenſim contabeſcere, eo quod univerſum meſenterium in iis glandulis eſt refertum, quæ venas illius obſtruunt & chyli commeatum impediunt, quo fit ut ille ſemi-cunſectus per alvum excludatur, ſicque partes alimento neceſſario fraudentur. *Riverius.*

34. *Cujus in curatione*) Si obſtructiones adſint, prodeſt Decoctum quod ſic ſe habet,

℞. *Ligni ſantal. citr. cortic. tamariſci, fraxini*, radic. *zarzapar. China*, āā. ℥j. *cichor.* ℥j. follior. *acetoſ. tarax.* āā. *m.* ij. *flor. roſ. p.* j. *tamarind.* ℥iß. *paſſular. corinth.* ℥ij. *tartari albi* ℥ß. *coqu. in vini Rhen. & aqu. hordei part. aqu. In colat.* ℔iij. *diſſolve lap. prun.* ℈iv. *ſpir. nitri q. ſ. ad gratam aciditatem* m. ſ. f. Apozema. *Prax. Med. Reform. p. 287.*

35. *Diaphoreſis negata*) Ex ſex rebus non Naturalibus dictis *diminuunt Famem* 1. *Alimenta* copioſius aſſumpta, & maxime pinguia & viſcida, 2. *Aer* æſtuans & pluvioſus, 3. *Somnus* nimius, 4. *corporis* quies ac ſegnities (tranſpirationem non promovens) 5. *Cura* extremæ, 6. *Alvi* fluxus. *Sylvius de le Boe.*

36. *Quam Balneum aquæ*) *Corporis refrigeratio* externa appetitum excitat in calidiore cauſa, ut ſi in aëre frigidiore verſentur, rectius eſuriunt quam ſi in calido moram trahant: *Balnea, pedum lotiones*, ex *aqua frigida* idem præſtant, Quo & *indnſiorum frequens permutatio* refertur, unde appetitus egrege promovetur. *Platerus.*

37. *Vel caloris nativi debilitatem*) Vel ejuſdem ad morbificæ cujuſdam materiæ pepaſmum revocationem, neglecta interim partium nutritione, ut in febribus fieri conſuevit. *Riverius.*

38. *Aut nervi ſexti paris*) Inappetentia vel per eſſentiam eſt vel per conſenſum, Illa fit occupato ore ventriculi à vitioſo humore qui fere è capite diſtillat, t. in *1. Epid. 29.* Hoc capio de ναρκώσει ſive ἀναισθησίᾳ nervorum è ſexto pari magno numero implexorum ori ventriculi: Hæc accidit in morbis frigidis & tabificis, in ſenibus, in otioſis &c. Hinc intelligitur intemperiem eſſe in cauſa: Atqui, *inquis*, frigus auget appetitum? Diſtinguo cum *Facchino*, modicum id facit: paralyſin vero quis non agnoſcit pro frigore magno? Et hæc quidem cauſa eſt frequentiſſima; rarior eſt intemperies calida, præſertim laborante hepate, vel φλογώσει tantum vel phlegmone etiam. *C. Hofmannus Inſtit. l. 3. c. 29.*

39. *Aut ſpiritus animales*) Hi Inappetentiæ cauſa ſunt, *quando* narcoticis ſtupidiores redduntur, indeque nervi minus ſenſiles; vel *quando* motus eorum à fortiori objecto ita immutatur, ut vel non ferantur ſufficienter ad ſtomachum, vel facta ibidem impreſſio non ſufficiat determinando ſpirituum motui, à fortiori objecto perturbato; Sic notum eſt *Opiata & Narcotica* appetitum proſternere, quatenus ſtupidum ſuo modo reddunt ſuperius orificium ſtomachi, ut quaſi inſenſibile fiat, unde & fumus tabaci ſolet obtundere famem: hinc milites ſumum tabaci uſurpant pro fallendo & profligando appetitu: Pertinet huc quod delitia, triſtitia, terror, triſte ex inopinato allatum nuntium ſubito appetitum dejiciant, aliaque graviora pathemata quælibet; Item *magni dolores*, quatenus hæc omnia conſpirant ut ſpirituum animalium motum immuteut, ut *partim* non dirigantur ad ſtomachum pro ſupplemento fermenti digeſtivi, *partim* ſpiritus vehementius commoti in cerebro non recipiant impreſſiones in orificio ſtomachi factas, utpote aliis minus vehementes: Sic parili ex cauſa ex *ſubitanea pedis luxatione* optimus etiam *Helmontii* proſtratus fuit appetitus. *Etmuller pag. 8. part. 1.*

40. *In acutis febribus*) Quibuſdam in febribus proſtratus eſt appetitus, *partim* ex perturbato ſpirituum in corpore motu, *partim* ex humorum, adeoque lymphæ, plus minus facta alteratione & imminutione in univerſo corpore. *Etmuller.*

41. *Languent*) Ex propter morbum gravem, peculiare membrum obſidentem; à quo facta eſt caloris nativi in toto corpore diſſipatio, ita ut ſumma debilitas illius non poſſit attractum ad partes alimentum ſufficienter conficere, ejoſque penuriam inferre. *Riverius.*

42. *Curatio morbos illos*) Sic eorum cauſa, quorum appetitus defectus ſymptoma eſt, ſanguinis detractionem in ejus plethora maxime convenire ait *Platerus Tom. 1. Pr. p. 491.* ut in pluribus ventriculi intemperiebus, continui ſolutione, tumoribus &c.

Ventriculi ſtupor.

43. *Ventriculi ipſius morbi*) His acceuſe illius *ſtuporem* ſeolus tactus, qui etiam guſtus eſt particeps, ut ideo nihil appetat; quod ab exhibitis narcoticis accidere poteſt, ut in aliis experimur: Sic in *ſolani* furioſi radicis infuſione in vino facta propinataque fieri, & ab eadem etiam famelicos mox omnem ciborum appetentiam amittere teſtatur *Matthiolus*. Quam & non minimam cauſam quod ebrioſi parum comedant & multum bibant, non tantum ex calore vini, ſed & narcotica illius vi profectum eſſe exiſtimo. *Platerus.*

44. *Sive illi ſint intemperiei*) Ut ſuctus non ſentitur ſi membranoſa ventriculi ſubſtantia ab æſtuoſa intemperie admodum corii, dum incipit igni admoveri; vel cutis in primis hecticæ gradibus, colliquetur relaxeturque, ita ut exucta obſequentius ac citra reniſum corrugetur, unde nulla moleſtia, proindeque nulla fames: Sicut vice verſa *frigidior intemperatura* (niſi ſumma fuerit, omnes univerſim ventriculi virtutes extinguens) appetentiæ conducit; paſſimque docuit *Galenus* calidi ventriculi coctionem ejuſdem appetitu eſſe potiorem; ac ex adverſo algidiorem ventriculum plus appetere quam concoquere poſſit: Nec eſt tamen quod aliquis exiſtimet, ut coquendi negotium calori fuit commiſſum, ſic mediocrem frigiditatem appetitionis effectricem eſſe, hæc namque nullius functionis vitalis cauſa eſt, nec ideo famem ciet, niſi per accidens, quod denſatæ ventris tunicæ factam à membris ſuctionem licet mitiorem gravius perſentiſcant, quicquid enim induruit, divellenti cedere neſcium, violentius dilaceratur.

Præterea cum ventriculi, ſicut etiam inteſtinorum parietes, phlegmate quodam mucilagineo tanquam armatura adverſus acrium humorum inſultum naturaliter loricatæ ſint, non aliter quam figlina vaſa vitreo unguine obducuntur, Si pituitoſa illa quaſi cruſta ſupra modum cumuletur, obtuſior fit ſenſus ventriculi, hujuſque tunicæ nimiopere molleſcentes effœminantur, unde facillimam, ac proinde indolentem à membris patiuntur ſuctionem. *Menjotius.*

45. *Sive compoſitionis, ſive ſoluta unitatis*) Sic inflammato, ulcerato, vel aliter dolente ventris orificio profligatur appetentia, non tantum ob aſſeclam intemperiem calidam, ſed maxime quod ſenſus, nulla ſuctione, utpote minus infenſa, in objectum vehementius totus obvertatur; nam è duobus doloribus (*2. aph. 46.*) non modo in diverſis membris, ſed etiam in eadem particula ſimul obortis, fortior alterum obſcurat. *Menjotius.*

46. *Excitatur*) *Conſuetudo* ad appetitum ita conſervandum, ut decenti tempore exſurgat magnum adfert adjumentum; quod fit ſi ordinem rectum in cibis ſumendis tum in prandio tum cœna, certa hora ſem-

per

per eos capiendo, ſervemus; ſic enim naturam, ut tunc ſemper appetat, aſſuefacimus; cum ſi temporis nulla habeatur ratio, naturæ opus in hiſce, ut in aliis operationibus, confundamus.

Jejunium moderate & ſtrictius nonnonquam etiam obſervatum, quia ventriculum ob penuriam alimenti ad Appetentiam excitat, convenit in anorexia, ſi à *repletione ex cibo*, *chyli* aut *ſanguinis* vel *pinguedinis* redundantia nata ſit: Aut ex eo quod *humore lento* ventriculus ſordidus ſit, vel humore copioſo madeat, eum omnia hæc, ſi diutius jejunus madeat, ſponte abſumat, eaque à venis meſeraicis, quæ vix otioſæ ſunt, tandem quoque rapiantur; quod tamen ſi *bilis* in cauſa ſit, non prodeſt, quin obeſt quia inedia illa acuitur.

Exercitium decens & validum, in illis qui hoc ferre poſſunt, cum omnes functiones acuat, etiam ventriculi appetitum, diſtributionem ciborum potius quam concoctionem promovendo, provocat augetque; Quod & ante cibum fieri debet; Hinc ſanos opera validiora exercentes, etiam ter quaterve cibum in die appetere videmus; Otioſos contra vix ſemel avide eum expetere: In *ægris* vero, ſi exercere ſe nequeant, etiam Frictiones id præſtant.

Somnum nauſeam depellere ſcribunt, ſed Appetentiam minime provocare ex eo conſtat, quod chyli diſtributio per vigilias potius fiat; eaque facta primum appetitus redeat, niſi ex accidenti hoc ſomnus faciat; Proin & vigilantes citius eſurimus, ſpatiumque illud quod inter prandium & cœnam vigilantes obimus, etſi breve ſit, nos ad cibum iterum capiendum æque invitat, atque longum illud quod inter cœnam & prandium ſequentis diei, cui horæ ſomni ſeptem vel octo accedunt, intercedit. *Platerus.*

Quoad *Alterantia*, ad appetentiam dejectam reſtituendam, ſunt tam *aromatica*, ſed paulo acriora, quam blanda *acida*, non ſaltem corrigentia pituitam mucilaginoſam in ventriculo, eamque ſale volatili oleoſo plus minus acri incidentia, attenuantia, ac rugas ſtomachi blande detergentia, quo pacto ſponte redit appetitus. *Acida* vero pro ſimili incidendi & attenuandi conveniunt uſu, ac præterea blanda adſtrictione tonum ventriculi firmant, plus minus per opiata, copioſa potulenta, ſpiritus vini abuſum, aliiſve modis reſolutum.

Sed obſervandum quod per acida provocare quidem, ſeu irritare nonnihil poſſumus tamen, ſed genuinam pro ſtimulo digeſtionis præparare medico impoſſibile eſt, adeoque optimum eſt removere potius impedimenta, quo facto ipſa natura appetitu debito ſeſe refocillat ſive recolligit; Appetitus talis per *acida*, quaſi arte factus, ſubinde plus nocet quam prodeſt; nam hi occaſione acidi ſtimuli plus ingerunt ægri, quam naturali fermenti virtute digerere valent, unde cruditates acidæ ſic colliguntur, mille malorum matres. Sane vix, præterquam à *tartaro*, uſum proficuum obſervavi ab aliis, præſertim mineralibus, niſi forſan in atonia ventriculi, hanc reſtituendo, aliquid opis attulerint; adeoque aromatica, præſertim acriora paulo, inprimis proficua obſervavi. *Etmuller p. 10*

Spiritus ſalis, *vitrioli* à quibuſdam uſurpantur, ſed melius conferunt tales ſpiritus ſi cum *ſpiritu vini dulcificentur*, ſic enim nonnihil temperatiora melius conducunt. *Etmuller.*

47. *Sublatis cauſis Appetitus, partim &c.*) Ex iis quæ cauſæ contraria Appetitus defectum corrigunt, faciunt illud, vel quia *refrigerant ventriculum*, quorum uſus, ſi à *caliditate illius* anorexia procedat; quod vel actu faciunt vel potentia, atque inter ea inprimis quæ *Acida* ſunt, quæ &, ſi *bilis* in cauſa ſit, ſimul illius acrimoniam, qua ſtomachum vellit, retundunt; Alia quia *ventriculum* leviter ſtimulando, illius hunc ſenſum movent, & *torporem* excitant, appetentiam provocant; uti *Acida* inprimis quæ proin non tantum in ſupradictis cauſis, qualitate il[...], ſed & in aliis quoque multis aciditate ſua, & [...]uitate, ventriculum obiter vellicando, accedente inſuper proprietate quadam, ut appetat, impellunt.

Sicuti naturaliter à melancholici ſucci aciditate, in ventriculum ob eam cauſam, ut appetentiam faceret, à *liene*, uti voluerunt infundi ſoliti, fieri ſcribunt, Nos vero à *Chyli aciditate*, quam ex ſua natura in ſe habere, & ab aſſumptis ſibi adſciſcere, & ſic veluti à naturali ſuo & inſito fermento, de quo ſupra, §. *Labefactato functionis ſenſu*) fermentari (& deperditam aciditatem reſtaurari ſicut illud in aliis fermentationibus multis obſervamus, iterum poteſt) ex eo quod omnis *vomitus*, etiam in illis qui vinum non bibunt, ſit acidus, conjicimus proficiſci, ab eoque ventriculum ita ſolicitari putamus: eoque magis ſi *acida* ſumantur, quæ & ſtupente omnino ventriculo ex narcoticorum uſu, eum revocant, vireſque ſtupefacientium aſſumptorum infringunt.

Alia quoque *abſtergendo ventriculum à ſordibus* id præſertim præſtant, qualia ſunt *ſalſa*, à *limo* & *dulci ſucco* ventriculum abſtergendo, appetitum conciliantia; & forte quod eundem quoque inertem ſtimulo ſuo, ut acida, excitent, *Amara* abſtergendo eaſdem *ſordes*, & *pituitam*, & *bilem*. Si hæc appetentiam dejiciant, eadem ratione illam revocant.

Alia *proprietate* quadam *incognita* hoc faciunt, inprimis quæ guſtui grata ſunt, appetitum excitant, nauſeamque corrigunt, præſertim ſi inſuavitatem reliquorum emendent: quo nomine in febribus & morbis calidis, ægri dulcia tantopere reſpuunt, *acida* appetunt, & inſipida, ſi *ſale ſapida* facta, expetunt, Sed & quæ *ventriculum roborant*, ſicuti alias illius functiones, ita & appetentiam juvant, & nauſeam quoque emendant, quæ in illius imbecillitate potiſſimum conveniunt: quod & *adſtringentia calidaque* faciunt, quæ calida in apuſitia, ſi interdum fiat, exhibita, ut & rurſum potum appetant, procurant. *Platerus.*

Allium appetitum excitare docent, è quo hoc ferculum parant, *Allio contuſo* mortarium & piſtillum inficiunt, eoque abjecto *micam panis* & *amygdalas* in eodem mortario, ut odorem allii hauriat, contundunt, juri carnium commiſcent & propinant; quod, quibus gratum eſt, forte grata magis quam alia vi appetitum movet.

Vinum abſinthites in principio menſæ bibitum, ſi modo non à calore proficiſcatur, alias in quibuſcunque excrementis, & pituita & bile etiam redundantibus in ventriculo, appetitum dejectum revocat: Multum quoque præſtant *Eſſentia*, ſeu *Tinctura*. *abſynthii*, *zedoar*. *imperator*. & *croci*, ſeparatim aut conjunctim ſumptæ, initio menſæ, cum cochleari *junculi*. aut hauſtu *vini albi*.

Hoc *Electuar*. abſtergendo ventriculum à *limo*, appetentiam excitare compertum eſt.

℞. *Mellis* ℔j. deſpumetur, adde *ſucci abſynthii*, *parietar*. āā. ℥iv. coqu. in formam decentem, capiat mane & veſperi inſtar caſtaneæ:

Aqua chamæm. bibita, appetitum excitare creditur.

Quæ *ventriculum corroborando* juvant, alibi explicantur, inter quæ *Piper*, eo nomine forte comeſtum appetitum juvare docuit *Dioſcorides*; uti & alia multa, qualia *Pulveres imperatoria* & *tunicarum ventriculorum gallinar*. præpar. laudantur, quæ concoctionem juvant, appetitum quoque reparare ſcribunt, quæ tamen nauſeam potius impediunt; qualia inſuper ſunt, *Panem ex vino malvatico* ſumere, *aromatibus cibum* condire, *mentha*, *calamintha* & ſimilibus uti, quæ & *Apoſitiam* emendant.

Injecta *clyſmata abſtergentia* Appetentiam excitant, ſi *ſordibus*, *pituita*, aliiſve recrementis, una cum ventriculo etiam inteſtina ſcateant, quale *ex urina pueri* paratum laudatur, vel *ex lixivio* non nimis acri. Vel

℞. *Beta alba cum toto, mercur. caulium*, ãã. *m.* j. *hordei p.* j. *agar.* ʒj. *f. decoctio, adde parum urina pueri vel lixivii ad* ℥iv. *diſſolve in colat. ſucci mercurial. vel beta* ℥j. *mellis* ℥iß. *ſalis* ʒj. detur ſine oleo, quia potenter tunc abſtergit.

Si à *calore Nauſea* urgeat in febribus, *refrigerantia Clyſmata* aliqui ad eam emendandam injiciunt, E. g.

℞. *Aqu. lactuca, endiv. violar.* ℥iv. *ſucci portulac. lactuca*, ãã. ℥j. *ol. nenuph. violac.* ãã. ℥ß. *f. Clyſter.*

Extrinſecus ventriculi regioni cum corroborantia applicantur, *calida frigidave adſtringentia*, pro cauſæ diverſitate, cavendo ab unctuoſo odore præditis, ingratis, quia nauſeam excitant.

Epithemata quæ hepar refrigerant, ſi à *calore* faſtidium cibi procedat, tum hujus affectus, tum aliorum inde profectorum cauſa in febribus uſurpantur.

Sanguinis detractio in illius plethora convenit ſi morbus, cujus appetitus defectus eſt ſymptoma, eam requirat. *Platerus.*

Aliquoties obſervavi cum in declinatione morborum, occaſione ſalivæ viſcidæ ac glutinoſæ, quod ex infuſione *rad. acori & helenii rec.* in vino optime habuerint ægri, dum ſic ſaliva correcta appetitus egregie provocatus fuerit;

Sal armoniacum egregie incidit & attenuat *mucilaginem viſcidam in ventriculo harentem*, præſcribitur convenienter cum aromaticis.

℞. *Salis armon.* ʒj. *ſpec. diapip.* ʒß. m. ſ. *pro* iij. *vel* iv. *doſibus.*

Si oriatur appetitus dejectus ex *vitio ſpirituum animalium & nervorum*, v. g. in ultimo ſenio, convenit *ambra*, item *balſamus Peruvianus*, ſi aliquot guttæ in hauſtu vini propinentur, quod *Riverius* ceu expertus commendat, unde *tinctura balſami Peruviani*, ſive *eſſentia* in hoc caſu foret uſurpanda.

Quando *pinguia* proſternunt appetitum, aut *bilis*, conveniunt medicamenta ex *abſynthio*, item *elix. propr.* cum *eſſentiis amaris* miſtum: In *febribus*, præſertim intermittentibus, ad revocandum appetitum, amara talia ſunt optima, ut *Elix. febrile Mynſichti*, vide Ejus Arınam. p. 254.

Si à *Narcoticis*, acida eum revocant. *Etmuller.*

Faſtidium ciborum ingens cum inſigni amarore oris ſic curavi.

℞. *Rad. cichor. herb. abſynth. Rom. card. ben.* ãã. *m.* j. *centaur. min. m.* ß. *decoquantur in vini & aqua cichor.* ãã. *menſ.* ß. *ad* iij. *partis* conſumptionem, m. & v. bonus hauſtus capiatur. *Thonerus lib. 2. obſ. 1.*

In inappetentia ex debilitate ventriculi, in declinatione morborum, ante omnia præſtat *ambra à gr.* j. *ad* v. cum *fecula ari miſta*: *Ebur ſine igne calcinatum* etiam hic prodeſt. *Fr. Hofmannus m. m. p. 319.*

Mortificatio ventriculi *allii* eſu præter ſpem ſanatur; Siccatum ſit, nam viride flatus parit, *cum melle* delibratum exhibeo. *Zacutus.*

48. *Partim refrigerantibus ſi cauſa calida*) Ad ventriculum roborandum, præmiſſa purgatione convenient *myva cydonior.* aut *cydoniatum* ipſum, vel *ſyr. de abſynt. Pont.* mixtus: *Tabella diamargar. fr. trioſant.* vel etiam *diarrhod. Abb.* ſi quædam obſtructionum ſuſpicio adſit, vel opiata ſequens.

℞. *Conditur. lact. & cucurb.* ãã. ℥j. *conſerv. acetoſ. roſar. flor. cichor. & bugl.* ãã. ℥ß. *ſantal. rub. corall. prap. & marg. prap.* ãã. ʒß. *trochiſc. de ſpod. & ſem. acetoſ.* ãã. ℈j. *cum ſyr. limon. f. Opiata.* doſis caſtaneæ magnitudo mane & ſero, ſuperbibendo parum vini dilutiſſimi. *Riverius.*

49. *Vinum abſynthites*) De hoc vide ſupra §. 47. *Sublatis cauſis appetitus, partim.*)

47. *Abſinthites*) In potu *abſynthii decoctum* inter omnia auxilia præſentaneum remedium eſt. *Al. Benedictus.*

49. *Abſinthites*) Quin & abſinthium intra calceos pedibus ſubſtratum appetitum demortuum excitare experimentum docere ait *Chriſt. à Vega*, Valet autem caloris ratione, & frigidis ventribus pituita vacuis, *aqua mulſa* in qua abſinthii coma madnerit per noctem, jejuno ventre bibita.

50. *Vinum abſynthites vehementer commendatur*) Quod ventriculum hujuſque *fermentum* corroborat: *Corroborantibus* autem locus ubi priori Indicationi, (vacuandi) ſatisfactum: Ex quorum ingenti apparatu quædam probata ſeligere placet, nempe *eſſentiam helenii, mentha, abſynth. compoſ. calami aromat. Elix. propr. Parac.* Spiritus *mentha, maſtiches*, Aqua *phyſagona, zedoar. cum vino, cinnam. Tinctura propr. Mynſichti, cum ſpiritu panis* permiſta; *Oleum macis* &c. quæ quidem pro diverſa ventriculi intemperie cauſarumque ratione prudenter immutanda ſunt.

In Anorexia à debilitate caloris ventriculi oriunda, optimum eſt remedium *Ambra*, vel in ſubſtantia, vel cum *ſacch.* miſta, Valet *myva cydonior.* mire à *Zacuto*, nec immerito commendata, Laudantur Extr. *card. ben. centaur. min. galanga, calami aromat.* &c. in forma Pilul. mane & veſperi uſurpata. *Strauſſius.*

Inter *aromatica* excellit *mentha*, item *abſynth.* in genere omnia aromata, inprimis *cinnamom.* & *piperata* in appetitu dejecto ſunt convenientia, ut *zinziber* & *zedoar.* hinc *Elixir. mentha, cum ſpir. proprio* per infuſionem paratum, addito pauco *ſacch* eſt egregium; *Radix acori*, quæ quo acrior eo melior, recens uſurpata, minutim inciſa, cum cochleari *ſpiritus junip.* Vel eadem in loco umbroſo ſiccata, ſed non præparata, in pulverem redigitur, ſeligendo ſaltem ſubſtantiam intermediam acrem, & cum dimidio *extracti tormentilla*, miſcendo egregium ſuggerit Pulverem ſtomachalem contra anorexiam: *Radix armoracia* recens merito etiam commendatur à *Gabelchovvero cent. 1. cur. 14.* *Radix helenii* ſingulare eſt ſtomachicum, item *radix acori veri*, Poteſt fieri Nodulus compoſitus.

℞. *Rad. acori veri* ℥ij. *helen.* ℥j. *menth. criſp. m.* iij. *zedoar.* ʒvj. m. ſ.

Æger horis aliquot ante paſtum, aut etiam in ipſo paſtu, hauſtum capiat.

Extra hæc & *acriori amaricantia* pari ex cauſa appetitum provocant, In *obſerv. Riverii* proſtat obſervatio *decocti ex fol. agrimon. abſynth. & cent. min.* ãã. cum pauco *ſacch.* ſumpti, quod ad aliquot dies continuatum adeo auxit appetitum ut etiam canina appetentia fere ſequuta ſit: (*Iſtius decocti efficaciam ante decennium obſervavi in Uxore mea, qua ex graviſſimo morbo reſurgens, ſed ſuperſtite anorexia adeo inſigni ut nihil tranſglutire poſſet cibi ſolidiuſculi, appetitum exulem revocavit uſu iſtius decocti, quanquam amaritie abominandi*) Eſſentiæ *mentha, zedoar. pulegii* & ſimiles in uſu ſunt.

Elixir ſtomachale *D. Michaelis*,

℞. *Herb. menth. cr. m.* iij. *meliſſa puleg. ſalv.* ãã. *m.* ij. *rad. pimpin.* ʒij. *calam. aromat.* ʒj. *gran. maſtich.* ℥iß. *zedoar. galanga* ãã. ʒiß. *cubebar. nuc. moſch. cinnam. macis caryoph.* ãã. ʒß. *infunde in ſpir. mentha acuato ſpiritu eſurino vitrioli Philoſoph.* ad gratum ſaporem.

Eſſentiæ probe extractæ additur *extr. calami aromat. quantum poteſt in eſſentia diſſolvi*, Doſis gtt. 30. vel 40.

Quoad Acida, ad appetitum provocandum, interdum (præter *tartarum*, ſimul primas vias blande abſter-

abſtergentem & relaxantem, mire conveniunt *cydonia*, In his enim abſoluta quaſi cura eſt appetitus proſtrati, imprimis cum alvi fluxu plus minus conjuncto; hinc *Zacutus* ſatis commendare non poteſt quovis modo uſurpata: hinc *ſuccus cydonior.* per ſe aſſervatus, item *pulpa* plus minus aromatizata ſunt egregia.

℞. *Aqua menthæ* ℥ij. *cinnam.* ʒj. *ſucci cydon.* ℥j. *ad* ʒiß. *ſyr. cydonior aromat.* ʒß. *m. ſ.* Etmuller.

Vir conſularis inappetentia laborabat, & à medicamentis abhorrebat; Macerabam *abſynth. Rom. comam & dentis leonis rad. unam* & alteram. contuſam *in vino Rhenano*, mane vinum expreſſum propinabam: Vir ſeptuagenarius vermem mortuum, poſt vivum rejecit, & appetitus ſtatim rediit. *Foreſtus obſ. 8. l. 18.*

Experta eſt hæc Tinctura noſtra ſtomachalis,

℞. *Croci, myrrhæ, aloes,* āā. ʒß. *cortic. arant.* ʒij. *nuc. moſch.* ʒj. *rad. aronis* ℈ij. *conſerv. flor. tunic.* ʒiiß. *conſ. kermes cum moſcho,* ʒß. *El. vitæ Matth.* ℥x. *irrorentur ſpecies ſpir. vitr. vitriol philoſ.* ℈ij. *ſtent in vitro clauſo, f.* Tinctura *coletur; adde eſſent. ambr. liquid.* ℈ß. m. Dozis c[illegible] j. cum vino. *Hertodus Crocol. c. 15.*

Sal cachecticum chalybeatum ſumme conducit in appetitu proſtrato. *Schroderus l. 3. p. 475.*

Miles chronica febre male mulctatus, incipiens aliquantiſper reſpirare ab acceſſionibus, à me petiit ut appetentiam plane dejectam revocarem; alioquin intra quatriduum indubie periturum; Præſcripſi *potionem ex* ʒß *diaph. cum abſynth. vulg. & agrimon.* Decocta, Poſtea ſequentibus, velum cote, appetentiam acui.

℞. *Fol. agrimon. abſynth. vulg. centaur. min.* āā. *m. ß. f. Decoctio, de colatura da* ℔ß. *cum pauco ſacch.*

Juſſi ut per novem dies huic decocto indulgeret, Sed poſt dies quinque rediit ad me, enixe rogans ut caninam appetentiam ſedarem; huic conſului ut *butyro* & vino generoſo uteretur. Plures eodem remedio in talem affectum incidiſſe teſtis ſum. *Petr. Pachequus.*

Egregiam laudem decoctum id meretur, quod me ex inappetente furentem reddiderit. *Bernardus Swalve Ventre quer. p. 286.*

Diæta.

Fons *Diatericus*, ſicuti pleraque quæ orificium ventriculi laxant, ut pinguia, oleoſa, butyrum &c. vel quæ ingrata ſunt, & nauſeam movent, vitare jubet ita appetitu: ſtimulandive vim habentia v.g. acida, ſpirituoſa commendat; Hinc proſunt *poma citria, aurantia, cappares, olivæ:* Aſſuetis etiam quandoque cibi deteriores, noxæ concedendi, *aph. 38. 2. Hippocrates* notante; etiam *nimis calida* non cuivis conducere monet *6. Epid. ſ. 40.* calido ventriculo præditos, à cibis & potibus fortioribus perturbari pronuntians, θερμοὶ κοιλίαι, ait, ἰσχυρῶν τῶν ὑπὸ βρωμάτων ταράσσονται: Alimenta actu frigida propinari vult *Rondeletius l. 2. c. 14.* Conveniunt etiam corporis motus & vigiliæ, modum tamen ne excedant, alioquin contrarium efficiunt. *Animi pathemata* mediocritatis fræno, quoad licet, cohibeantur. *Stranſſius.*

In alimentis *acetum* & acida omnia erunt utiliſſima. *Riverius.*

Ex alimentis ſalſa appetentiam plurimum excitant, Imo vero & acida uſurpari poterunt, in parva quantitate, ne ventriculum refrigerent. *Idem.*

Cap. XIII.

De nimia [1] *Appetentia.*

N*imia* [2] *appetentia in duas diſtinguitur ſpecies;* [3] *Caninam* nempe *appetentiam*, & *Bulimum.*

[1] *Appetentia*) Sic definit *Moebius Epit. Inſt. l. 12. c. 7. Deſiderium ad alimenta, cibum & potum, perceptum in ventriculo ab humore fermentali ortu:* Fortaſſe clarius ita deſcribi poſſet, quod ſit *Perceptio vel commotio animæ ſenſitivæ ad cibum & potum, proveniens a ſpirituum animalium intenſione, per fermenti in ventriculo partim aciditatem*, partim ſalſedinem acrem majorem *& liberiorem excitata. Bruno Lexic. pag. 113.*

[1] *Appetentia*) Duplex in ventriculo ſubeſt appetitus, animalis alius, & alius naturalis: Animalis dicitur qui fit ſenſibiliter & in gratiam totius corporis œconomiæ, unde etiam publicus audit, quod alimentum ſeu chylus, ex aſſumptis in ventriculo, tanquam in culina, pro toto corpore coquatur ac præparetur: Naturalis vero nominatur qui fit inſenſibiliter, cauſa nutriendæ ventriculi ſubſtantiæ à ſanguine per vaſa ventriculi tunicis [illegible] huc tranſlato, (nullatenus enim chylo nu[illegible]triculum in confeſſo eſt) expeditur, atque propterea privatus dicitur, quod ventriculi nutritionem ac conſervationem ſollicitet. *Chriſt. Langius Path. Anim. c. 39.*

[1] *Appetentia*) Naturalis Famis ſtatuit *Sylvius de le Boe*, cauſam primariam. Alimentorum in ventriculo fermentatorum reliquias in ipſo reſtitantes, atque à deglutitæ continuo Salivæ parte ipſis adhærente, magis magiſque fermentatas, & tandem halitum ſubacidum gratumque, qui ſuperius ventriculi orificium blande afficiat, ſicque *Famem* producat, emittentes. Hanc naturalem Famem, (imprimis ubi alimentorum aſſumptio differtur ſolito diutius) augere poteſt in ſanis etiam *Succus Pancreaticus*, ad tenue inteſtinum delatus, & poſt alimentorum ſecretionem depulſionemque abſolutam in confluentem Bilem duntaxat, & Pituitam inteſtinalem agens; atque itidem Halitus acidiuſculos & gratos in ventriculum propellens, quod vel ex fame ad animi deliquium nonnunquam ob alimenta tardius aſſumpta procedente videtur patere.

[2] *Nimia Appetentia*) Appetentia abolettur, imminuitur, vel depravatur: Depravatur autem duobus modis, cum viz. vel quantitate vel qualitate peccat, Quantitate, dum majori copia alimenta expetuntur quam naturalis ordo requirit, Qualitate, cum cibi abſurdi, aut ea quæ extra rationem cibi ſunt expetuntur: Symptoma ergo hoc ad actionem depravatam pertinet, reſpectu quantitatis, quæ actio *aucta* nominatur, nempe Appetentia modum naturalem excedens. *Riverius.*

[2] *Nimia appetentia*) Hic non belluinam τῶν γαστριμάργων edacitatem excutimus, vel, ut ludebat *Comicus*, *Sancta ſaturitati* litantium, ſed immanem eſuriginem, quæ corporea eſt ac morboſa affectio, Id morbi à nonnullis male vocatur ὀξυρεγμία. neque enim hæc vox ὀξεῖαν ὄρεξιν, acutum appetitum exprimit, ſed ὀξεῖαν ἐρυγὴν, acidam eructationem, A vetere Gloſſarum collectore dicitur *Furcilla*, à Græcis λυκορεξία, ac frequentius Κυνορεξία, Fames lupina vel canina, à cognatione cum lupis atque canibus, ob inteſtina minus tortuoſa,

τῷ βυβῶνι deditis; Item *φαγέδαινα*, *quod nomen ſine modo exedentium eſt*, *& alias ulcerum*, ait *Plinius l. 26. c. 11.* Nonnunquam eſt cum *λιμὸς*, ſine adjuncto, appellat *Hippocr. 2. aph. 21.* Vulgo autem *βουλιμία* & *βούλιμος* nuncupatur. *Menjotius Diſſert. Path. p. 548.*

[3] *Canina*) Non ſolum quia cibos nimia quantitate ingeſtos vomitu excludunt, canes ſed & quia vehementi in cibos feruntur.

[3] *Caninam Appetentiam & Boulimon*) Interdum hæc duo nomina confunduntur, & pro uno eodemque uſurpantur, interdum diſtinguuntur, ut *Fames canina* dicatur cum poſt nimium aſſumptum alimentum vomitus conſequitur, & ita ægri canum more afficiantur, qui cibos nimia quantitate aſſumptos vomitu rejicere ſolent: Quibuſdam tamen alvi fluxus potius ſuccedit, Natura copiam alimenti, quam coquere nequit, detrudente: In *Boulimia* vero vomitus non accidit, ſed eam interdum lypothymia comitatur. *Riverius.*

Hæc inter talis eſt differentia, quod ii qui laborant *fame canina* avide ingerant alimenta comminuta, eaque vel digerant, vel ſubito ingeſta denuo evomant: *Bulimos* vero eſt magna fames, in qua ægri propter orificium ſtomachi ſuperius moleſtius affectum, per ejuſdem conſenſum animi deliquium patiuntur: *Ettmuller pag. 12. Pr. part. 3.*

Quanquam appetitus caninus atque bulimus promiſcue interdum accipiantur, reapſe tamen longiſſime diſcrepant; Etenim in appetitu canino implacatæ ſemper urget flamma gulæ cum ſubita ciborum in ventrem, ceu in barathrum continuo conjectorum, aut vomitione aut dejectione, verum abſque animi deliquio; Bulimus vero *ἀνορεξίας* expers eſt, quin potius cibo propulſatur etiam pauxillo, tandemque in *λιποθυμίαν* degenerat, nec vomitum ſed lypothymiam habet comitem, unde Arabes *Famem* ſyncopalem nominant, Imo plerique Boulimum de immiti fame dici inficiantur, licet nomen hanc ſonet, ſed de ſyncope importentem famem ſubſequente, quæ fuit etiam opinio *Galeni 1. ad Glauc. 13.* Demum appetitus caninus atque Boulimus ut ſymptomatis ſic & cauſis diſſentiunt; hic enim unicam agnoſcit *αἰτίαν*, videlicet frigus externum, Ille vero vel ab acidis humoribus ori ventriculi impactis, vel à ſumma partium omnium exolutione, ſuam ducit originem. *Menjotius Diſſert. Path. p. 550.*

Canina Appetentia.

I. [4] *Canina appetentia, eſt continua ac inſatiabilis vorandi cupiditas, à vehementi ſuctionis in ore ventriculi ſenſu exorta,* [5] *aliquando cum vomitu, aliquando cum diarrhœa affligens.*

[6] *Signis* opus non eſt, cum ſint in definitione expoſita.

[7] *Cauſa* eſt ſenſus ſuctionis & ſtimulationis in orificio ventriculi vehemens: unde verò is veniat, in Differentiis exponetur.

[8] *Curatio*, quæ tempeſtivè adhibenda, ne ægri vel in vomendi conſuetudinem, vel in cœliacam paſſionem, vel in hydropem incidant [9] reſpicit.

I. [10] *Famem ipſam*, [11] quæ compeſcitur vel pinguium uſu, vel *vitellis ovorum* aqua induratis, vel [12] quod optimum eſt, *vino*.

II. *Cauſas*, de quibus in Differentiis agemus.

[13] *Differentiæ* ſumuntur [14] à cauſis, ſuctionem ſtimulantibus.

I. *Alia eſt à nimia* [15] *alimenti in corpore indigentia*, *ſeu* propter [16] vermes chylum depaſcentes, qui ſe morſu exſerunt, & uſu *hiera picra* deturbantur: *ſeu* [17] propter nimias evacuationes tam ſenſibiles, quàm inſenſibiles, per habitum corporis, ob [18] calorem nimium partium, & humiditatum ſubſtantiam diſſolventem, cui multum conferunt humorum tenuitas, corporum raritas, pororum laxitas &c. [19] tum ſudores infeſtant, & [20] curatio ad morbos ipſos obvertenda eſt: *ſeu* propter longum uſum alimentorum detergentium, ut ficuum, gari &c.

II. Alia ab *Humoribus frigidis* [21], *acidis*, *& auſterioribus*, orificium ventriculi corrugantibus, comprimentibus, & vellicantibus; ut ſunt pituita [22] acida, & [23] melancholia in ventriculum effuſa; & tum, [24] intemperiei frigidæ [25] ſigna adſunt. Inter [26] purgantia *hiera picra* valet, ut & *vinum Zacuti* lib. ult. Hiſt. Prax. c. 2. n. 9. [27] Exhibetur & [28] *eſſentia meliſſæ* cum ſpiritu vini extracta, *cum aliquot olei carvi guttis, cochlear.* j. *doſi.*

[4] *Canina appetentia eſt continua & inſatiabilis*) In appetitu canino implacatæ ſemper urget flamma gulæ; Itaque quale *πάθος* in renibus eſt diabetes, tale in ſtomacho eſt *κυνορεξία*, nimirum *Inſatiabilis edendi libido, per quam cibi avide devorati ſtatim aut vomitu refunduntur, aut per alvum detruduntur*, Nam cum cauſa appetitum accerſens nunquam unquam indulgeat interſtitione, ac alimentorum degulitorum ponderi par non ſit ventriculus, æger eſitat vomitatque, nec fit *ἐν τῷ ἀπαλῶ ἐμπλήσει*, ut exprobrabat *Pompeius* ingrato *Marcellino*, quem ditaverat, ſed ſimul eſuritor eſt atque vomitor. *Menjotius p. 551.*

[5] *Aliquando cum vomitu &c.*) Eſuriunt immoderate cum avidius cibum quam par eſt experiunt, eoque vel vix dum ſatiari poſſunt, vel vix priore concocto novum expetunt: Quod ſanis alioquin nonnunquam contingit, alias morborum quorundam eſt ſymptoma, Appetentiaque, ſeu Appetitio immodica, *Boulimos*, &, ſi magis urgeat, Fames inſatiabilis dicitur; Alia quoque interdum afferens accidentia in illis qui hoc patiuntur; alias enim ob cibum nimium ingeſtum, qui illos gravat, compreſſionis dolorem in ore ventriculi ſentiunt, tamdiu donec ille concoctus digeſtuſque fuerit: Alii ventriculo non ferente onus, cibum nimia copia ingurgitatum mox iterum *evomunt*, &, ut canis ad vomitum, ut proverbium habet, ſic & illi à cibo ad vomitum ſe conferunt, ob eamque cauſam caninam appetentiam, aut famem, hanc ſpeciem appellant; Aliis *diarrhœa* potius quam vomitus ſupervenire, & repletionem illam deorſum potius quam ſurſum excutere ſolent: Aliqui, niſi famem mox ſedare poſſint, *animo deficiunt*, & ſyncope gravi, quam mors nonnunquam ſubſequi ſolet, corripiuntur; quod tamen quibuſdam *debilitato* primum *ventriculo* & dolente ob hanc immoderationem, appetentia jam potius proſtrata quam aucta, ex cardialgia illis contingit, cum in

illis

illis qui hoc malum aliquandiu paſſi ſunt, tandem ſumma ſtomachi imbecillitas & ciborum faſtidium ſobſequi ſoleant. *Platerus.*

5. *Aliquando cum vomitu* Quod in fame canina vomant, eſt quod affecti à pituita ſalſa aut bile ſameſcant, quæ cibos non ita minuere poſſunt, unde gravato ventriculo fit vomitus. In Boolimo ob copiam ſpiritus acidi non vomunt. *Walæus Med. Pr. c. 16.*

6. *Signis &c.*) Signa diagnoſtica ſatis manifeſta ſunt, per ſe enim ægris & aſtantibus apparet appetentia depravata, & excedens, quæ plures cibos aſſumere cogit, qui tamen poſtmodum nimium gravantes per vomitum rejiciuntur, & eſt *Fames canina*, vel ſi vomitus non ſubſequatur, animi deliquium adeſt cum extremorum refrigeratione, & tunc eſt *Boulimia.* Signa cauſarum ex antecedentibus, comitantibus, & conſequentibus facile deſumi poſſunt, *quæ vide* in Differentiis. *Riverius.*

7. *Cauſa eſt ſenſus*) Senſu ſuo, ex tactu & guſtu permixto, un ventriculus appetit, ſic ſi exquiſito admodum præditus ſit, cum tunc facilius afficiatur, fit ut defectum citius ſentiat, & ad appetentiam magis ſit proclivis: Quod aliis *natura* ab ortu evenit, ut à teneris voraciores ſint cæteris: Aliis à *conſuetudine* vitioſâ, ut dum ob crapolam continuam, illum ſine intermiſſione adimplent & vacuum eſſe non ſinunt, ita aſſuefaciunt, ut nonniſi diſtentus & plenus eſſe velit, ob eamque cauſam, niſi talis ſit, perpetuo eſuriat; &, ut vocant, latret. *Platerus.*

7. *Cauſa eſt*) Cauſa appetitus aucti tam in *Boulimo* quam in *Canina appetentia*, in genere eſt *Acidum potentius*, idque volatile, vel penetrantes activum, adeoque non à materia viſcida irretitum, ſive fixum, ſed ſubtile & quaſi ſpirituoſum, ſtomachi orificium ſiniſtrum continuo morſicans: In hoc ipſo omnes medicorum ſectæ conveniunt, *Veteres* enim *dum accuſant humorem melancholicum*, hoc ipſo *Acidum Hippocratis* confirmant.

Alii accuſant *bilem porraceam & æruginoſam*, ſed in hac bile primario peccat *acidum*: Hermeticorum ſchola ad ſpiritum ſalinum, eſurinum & vitriolicum ſamelicum confugit, prompte quælibet ceu forte menſtruum diſſolvens, indeque ſtomachum rodens, Et hoc ipſo indem Acidum inſinuat, nec deeſt Experientia, Acida enim aſſumpta appetitum naturalem provocant, unde & à ſimili concludendum ſimiliter. à tali cauſa caninam appetentiam excitari: Illuſtrat hoc experientia illorum qui laborant appetentia canina, hi enim jejuno ſtomacho vomitu rejiciunt ſuccos inſigniter acidos, teſte *Fonſeca l. 2. obſ. 86.*

Atque hæc quidem ordinaria eſt Appetentiæ caninæ cauſa, *Extraordinaria canina appetentia* oritur à *vermibus*, cujus exemplum habet *Trallianus* de muliere immodica appetentia laborante, poſt excretum vermem xij. cubitos longum ab *hiera* uſu curata; Item *Zacutus M. P. H. l. 2. obſ. 68.* D. *Michaelis* curavit fœminam Scorbuticam, appetentia canina laborantem, quæ poſt uſum *ſucci naſturtii aquatici* rejecit lumbricum latum inſignis longitudinis, ex quo appetentia canina ceſſabat, Verum an vermes ſoli inducere poſſint caninam appetentiam, dubitatur merito; quia taliter appetentes prompte digerunt, quod à vermibus nequit *adde quod inducta anorexia a verme exemplum habet* Foreſtus, *eo excluſo deſinentis*) Putarem igitur potius cum vermibus ſimul adeſſe acidum eſurinum, à quo & appetentia oriatur & promoveatur digeſtio.

Cæterum utut tales canina appetentia laborantes multa devorent, & cito digerant, raro tamen pingueſcunt, quia in talibus maſſa ſanguinea aſperior & minus nutritiva eſt, propter acrius acidum in corpore luxurians: Nutritio enim fit objective, ſeu materialiter à ſucco blando, ſobdulci, chyloſo, unde eorum maſſa ſanguinea, qui probe nutriuntur, eſt ſemi-lactea, ut videmus in infantibus. Unde rarum quod habet *Amatus cent. 7. cur. 37.* de muliere cum ingenti fame multa devorante & exinde pingueſcente. *Etmuller, Pr. Part. 3. p. 13.*

8. *Curatio quæ tempeſtive*) Prognoſis ita inſtituenda eſt, ut ſi à *cauſis externis* omnino dependeat, periculoſus non ſit affectus, modo illæ cito auferantur; A *lumbricis* etiam oriundus parum infert periculi, quia illis ſublatis etiam ille tollitur. Maximè autem periculoſus eſt ſi ingentes *evacuationes* aut *colliquationes* corporis conſequatur, præcipue ſi poſt ingens alimentum, & ventriculo adhuc pleno exiſtente animi deliquia contingant; quando enim ea quæ maxime juvare debent non juvant, magna ſignificatur ventriculi atonia. Sic etiam canina appetentia, cum vomitu aut crebra dejectione perſeverans, periculoſa eſt, in cachexiam enim, hydropem, lienteriam, marcores, alioſque lethales affectus degenerare ſolet. *Riverius.*

Malum non eſt tam magnum, niſi ingens cardialgia adſit, quæ venit à vellicatione. *Walæus.*

Appetitus κυνώδης inſolita eſt horrendaque affectio, pro diverſis ſui gradibus facilius ægriuſve conſaneſcens, *Nam ubi quis* (inquit Galenus) *duplum alimentorum conſuetorum aſſumpſerit, neque corpus ali videatur, idque citra alvi fluorem, non ſolum privati, ſed Medici quoque, hunc affectum parvi pendunt, Cum vero triplum ingerit. idoneis auxiliis liberari poteſt, prinſquam ſcilicet ad quadruplum aut quintuplum pervenerit.*

Mors eſuriendo ſemper inexplebili aviditate animalium uni homini, ait *Plinius lib. 11. cap. ult.* Quibus verbis docet Appetitum caninum ſoli homini lethalem eſſe; cum alia quædam animalia ſint famis immodicæ, ut corvi, lupi, canes, unde proverbium Canis ad vomitum: Sic avis Charadrias & vorat & è veſtigio deponit alvi proluviem, unde Charadrii vita, fertur parœmice de voragine ac gurgite *[illegible]* qui ventrem ſaburrat identidem, atque exonerare ſatagit, ut denuo eum oppleat.

Canina appetentia inſuperabilem vomendi conſuetudinem interdum affert, ac in hydropem cœliacoſque fluxus tandem faceſſit. Deterior eſt ſi generalem ſectetur corporis deprædationem; at minus periculoſa ſi fiat ab acido humore, quamvis fortiùs ardentius bacchetur; hujus enim tyrannidem edulia pinguia & oleaginea compeſcunt, ſuo unguine atque viſcedine humoris ſeritatem lenientia. *Menjotius.*

9. *Reſpicit*) Quod ad curationem ſpectat, quia ut plurimum Fames canina ab humoribus melancholicis, aut pituitoſis, ventriculi tunicis impactis & imbibitis docit originem, ad eos præſertim remedia dirigenda ſunt, quæ tum humoris peccantis evacuationem & alterationem, tum partis roborationem reſpiciunt: Evacuatio inſtituenda eſt per vomitum vel ſeceſſum, remediis in curatione Inappetentiæ à frigida cauſa ortæ, Et Intemperiei ventriculi cum materia propoſitis; Licet enim hi duo affectus invicem contrarii ſint, ab iiſdem tamen humoribus, ſed frigiditatis gradu & ſecundis qualitatibus admodum diverſis, ac ventriculum diverſimode afficientibus produci ſolent. *Riverius.*

Auctam Famem curabunt, (inquit *Franciſcus de le Boë Sylvius, lib. 1. cap. 2. §. 16.* exhibendo ea quæ ſoccum Acidum in corpore temperant, infringunt ac emendant, ejuſdemque augmentum præveniunt, 1. *Salia lixivia*, tum fixa tum volatilia, *Corallia, margaritas, oculos cancrorum, cretam, lapidem hæmatitem, ſuccinum, chalybis limas.*

11. *Pinguia & oleoſa* omnia,

III. Spiritus volatilis ex vino aliuſve paratus, tum ſimplex, tum aromaticus.

IV. Eundem enervant & diluunt aquea quævis, quæ conjuncta pro re nata plus efficient;

℞. Corall. rub. præpar. margar. pr. ãã. ℈j. cretæ alb. ℈ß. ſacch. albi ʒiij. Miſce f. Pulvis in vj. doſes, bis in die tribus quatuorve horis ex vini potentis cochleari ſumendus.

℞. Aqu. menth. Tinct. cinnam. cum ſpir. vini rectificato per infuſionem paratæ ãã. ℥ß. ſyr. abſynth. ℥j. Miſce.

℞. Ol. macis ſtillat. gran. junip. ãã. ℈j. miſce, Da gutt. ij. vel iij. aliquoties in die, ex vino generoſo: Valent & Juſcula pinguia, ad gelatinæ conſiſtentiam accedentia, nullo acido condita.

Refrigerantia & humectantia famem nimiam frigore vehementi, ut aquæ frigidiſſimæ magno hauſtu, forte quia ventriculi actiones lædit, & *aeris* quoque *frigidiſſimi* inſpiratione tolli docet *Rhaſis*. Platerus.

10. *Famem ipſam)* Illam peculiariter obtundunt quæ Ventriculum potenter humectant & relaxant, humorisque aciditatem leniunt, qualia ſunt pinguia omnia oleaginoſa, ut adipes, olea, extremitates animalium: Villanovanus refert quendam hoc affectu percitum panem calentem olei amurca imbutum comediſſe, Et mulierem bovis liquatum adipem cum pari caleotis olei quantitate duabus vicibus bibiſſe, & in tantum cibi faſtidium utrumque incidiſſe, ut nihil per quinque dies comederint & à priori affectu ſint liberati. *Narcotica* ſenſum ventriculi nimis exquiſitum obtondendo, famem illam caninam poſſunt obtundere, Et inter illa *Theriaca* recens magis ex uſu eſt, quia præter vim narcoticam humorum etiam malignam qualitatem, quæ à nonnullis in hoc affectu ſubeſſe creditur, virtute alexiteria corrigere valet: Quia vero narcotica raro, & nonniſi ſumma urgente neceſſitate uſurpanda ſunt, aliis temporibus theriaca antiqua, propter rationem dictam, tum etiam roborationis cauſa erit uſurpanda. *Riverius.* Vide §. *Acidis & auſterioribus.*)

11. *Quæ compeſcitur) Taurus* Philoſophus dum fame maxime moleſtabatur, ejus importunitatem compreſſis hypochondriis & ventris ſtrictione compeſcebat. *Aulus Gellius.*

12. *Quod optimum eſt, Vino)* Vinum meracum, ſatis copioſe ſumptum, famem potentiſſime reſolvit, juxta *Hippocr. aph. 1. ſect. 2.* Idque potentius præſtat ipſius ſpiritus, vel aqua vitæ. *Riverius.*

13. *Differentiæ ſumuntur a cauſis) Galenus 2. de* ſympt. cauſ. c. 7. cauſas hujus affectus proximas ad duo genera reducit, *Vitioſa*, ait, *appetentia, quæ modum in quantitate excedunt, vocanturque a quibuſdam caninæ, tum exiſtunt cum vel acidus quiſpiam vitioſus ſuccus ventriculum mordet, vel totum corpus immodice digeſtum inops alimenti redditur, Vitioſus namque ſuccus, qui frigidus eſt, ſimilem ſuctus morſum infert, appetentiam vero provitat naturalis affectus ſimilitudine.* Cauſa igitur proxima auctæ p. n. appetentiæ, juxta *Galeni* mentem, eſt 1. humor vitioſus & frigidus in ventriculo hærens, 2. alimenti indigentia ob nimiam digeſtionem. *Riverius.*

14. *A cauſis ſuctionem ſtimulantibus)* Cauſa eſt vel in humore vel in parte; In *Humore*, cum acidus nimis abundat, quod fit ob lienis obſtructionem, unde regurgitat in ventriculum; vel ob nimium uſum Acidorum, vel ob alios humores acres, ut bilem, pituitam ſalſam, cum ſpiritu acido una in ventriculum influentes: vel ſi ſpiritus acidus ſit nimis depuratus ob exercitium aut inediam, unde valde acris redditur: In *Parte* vitium eſt, Si nimis cito è ventriculo cibus expellitur, unde ſpiritus acidus in inanem ventriculum incidens, ejus tunicas ferit: Vel ſi pars nimis ſit ſenſilis, ut ex eſu aceti & ſalis nimio, quæ abradunt tunicarum cruſtas: *Waleus Med. Pract. c. 16.*

15. *Alimenti indigentia)* Nutrimenti penuria, quæ indies eo abſumpto accidit, uti famem naturalem excitat, ſic ſi diutius perſeveret per inediam diuturniorem nimium famelicos facit, Acciditque hic, vel propter ciborum longiorem defectum, vel quod illis qui pauci nutrimenti ſunt, aut facillime digeruntur, diu uſi ſunt, vel quia diebus aliquot, vel multis, in morbis diuturnis, præſertim ob appetentiam proſtratam, nihil omnino, vel ſaltem quod alere ſatis potuerit, comederunt, unde poſtea convaleſcentes tam avidè cibos appetunt, & licet cibentur, cum natura exhauſta ſubito chylum confectum rapiat & exugat, unde & conſtipari facile illos accidit; Si quoque alia ratione citius quam par erat in diſtributione nimis cito facta, chylus è ventriculo rapiatur, propter exercitia, evacuationes, ſudores, idem accidit: Vel ſi ex humidiori cibo, aut naturam ſolicitante & detergente, ut vult *Rondeletius*, ſæpius uſurpato, vel potu nimium diluto chylus in ventriculo moram non trahat, ſed ſtatim deſcendat &c. *Platerus.*

15. *Alimenti in corpore indigentia, ſeu propter &c.)* Exhauritur univerſum corpus, vel à prædatrice ſua caliditate, vel propter retentricis potentiæ imbecillitatem, qua quicquid alimenti ad partes allabitur, conſentiente rariore corporis textura, ſeu latenter, ſeu ſenſibiliter per ſudores dilabitur: Verumtamen cum vomitus, vel receſſus ciborum affatim uſque immiſſorum ſignum ſit τῆς κυνορέξεως inſeparabile, jure poteſt dubitari, An immenſa eſuritio, nata pro corporis egeſtate, canina dici mereatur, cum alimenta propter rapidam, [illegible], nec ſurſum nec deorſum exigantur, alvuſque defectu materiæ pigreſcat, docente *Galeno 1. de ſympt. c. 7.*

Sed præter eſſentiale illud diſcrimen inter famem immoderatam, quæ ab acido humore, & eam quæ à partium indigentia procreatur, gemina iterum differentia obſervatu digna eſt: Primum quidem in appetentia aceroſi ſucci ſobole, ob humoris indeſinenter mordicantis ſtimulum, ventriculus quanquam ſagina refertus perpetuo hiat latratu; ſicut hydropici aquarum multitudine inundati dira ſiti nihilominus cruciantur, In fame vero ab exhauſto prognata vis appetens inducias dat ſaltem iſthmiacas, ac tamdiu feriatur quamdiu venter periſtat ciborum Ingeſtorum mole turgidus: Præterea in priore appetitu præit fames animalis ventriculi, huicque ſuccedit naturalis fames membrorum, propter confeſtam alimentorum per os vel alvum excluſionem, At in poſteriore præcedit naturalis partium fames, hæcque famem ventris animalem mox exſuſcitat. Animadvertendum autem, quemadmodum altus diuturnuſque ſomnus excipiens perennes vigilias, atroces dolores ac ſuperfluas evacuationes minime caraphoticus eſt, quod ſomni copiam æquet dormiendi neceſſitas, quemadmodum *Philiſtes 3. Epid.* dicitur ὕπνοι καρώδεες, τῷ ὕπνῳ vim verbi decurtante, Ita quoque dari famem mediam & limitaneam inter naturalem ac morboſam, quæ non ut illa mediocri cibo conquieſcit, neque ut hæc eſt adeo [illegible] atque [illegible] ut ventrem defatiget eduliis ſuffarcium ac diſtentum, ſed quæ alimentis paulo crebrius ac pleniore manu exporrectis depletur, qualis eſt appetitus convaleſcentium, reſpondens corporis penuriæ, vimque ventriculi coctricem non magnopere excedens. *Menjotius.*

16. *Propter vermes)* Sic refert *Trallianus l. 7. c. 4.* mulierem quandam Boulimia laboraſſe, quæ ab uſu *Hieræ* vermem duodecim cubitos longum excrevit & liberata

liberata eſt: Sed ſi à lumbricis, uti ſcribunt, chylus ventriculo ſubripiatur, eos ſane, cum magna conſumptio chyli, ut bulimus inde ſequatur; fieri debeat, plures numero, ſi illud faciant eſſe oportet; Unde alii à lato lumbrico, cum longiſſimus ſit, illud potius fieri autumant; quod ſi fit illud non ea ratione quod chylo generetur & nutriatur hæc faſcia contingit. *Platerus.*

17. *Propter nimias evacuationes*) Per hæmorrhagiam, alvi fluxum, vomitum, ſudorem, vigilias, balnea, exercitia immodica, venerem effrænatam, quæ omnia humiditatem ſubſtantificam maxime diſſolvunt, ab iiſque facta inanitione, & alimenti penuria, citius cibus quam debebat à ventriculo abripitur. *Riverius.*

18. *Ob calorem nimium partium &c.*) Quidam inſatiabili edendi deſiderio premuntur, qui nec vomunt, nec alvi fluxu tenentur, ſed omnes cibos ingeſtos probe concoquunt; & niſi mox alium cibum ſumant male habent: Cujuſmodi exemplum habet *Sennertus* de quodam ſtudioſo, nigro corporis habitu prædito, qui etiam noctu edebat, cibum rite concoquebat, imo craſſos cibos expetebat, quia à delicatis ſatiari non poterat: *Riverius.*

Famelicum ſimilem novi Neocomi Helvetiorum anno 1660. patria Bruxellenſem, nomine *Henric. Loot*, peritum Scribam, cui quanquam non mediocre accederet lucrum ex diſcipulorum multitudine, non tamen ſatis id erat ad alimoniam. Procera illi ſtatura, ſtrigoſa, abdomen admodum depreſſum, alvus vix ſemel toto octiduo [illegible] & [illegible] dejiciebat, vultu & habitu melancholicus erat, ſexies ad minimum in die comedebat, ſemel, imo bis noctu: Ultra lx. poma una vice devorantem vidi; Si vineam ingrederetur racemos edendi gratia, prono corpore ſe inducebat, ne à cuſtodibus animadverti poſſet; depopulabatur vero quicquid erat circumſitum ad paſſus aliquot, adeo ut, antequam deprehenſus foret, ab urſo vaſtata vinea crederetur: Convivio aliquando adhibitus, quicquid erat epularum ſolus abſumpſit, ut reliquiæ nullæ ſuperſtites forent: Si vel unius miliaris iter conficiendum, ſemper paſto ſtomacho ſuſcipiebat, ſed comite viatico, alias deficiebat in via. Hoſpitem illum aliquandiu habui, filii mei pædagogum, ſed à menſa removendus fuit, ne & illam conſumeret, Fermentum in illo Stomachicum ſtrenuum, ſpirituſque eſurini, ut vocat *Helmontius*, efficaci vi prædiri.

19. *Tum ſudores infeſtant*) Si à defectu alimenti dependeat ægri emaciantur, & cauſæ humiditates corporis diſſolventes adſunt vel præceſſerunt. *Riverius.*

20 *Curatio ad morbos ipſos*) Si à bile & pituita ſalſa, danda Purgantia & ſimul adſtringentia (*vide §. Purgantia*) Si ob lienteriam, curatur roſis conditis & cæteris, ut lienteria: Si humor acidus ſit nimis copioſus, aut acris, aut ventriculi orificium nimis ſenſile, damus caſeum recentem, ova, lacticinia (*ſerum lactis tepens hauſtum urgente fame eam citiſſime cohibet*) pilulas de v. generibus *myrob.* tragacanthum: Si à cardialgia, damus panem toſtum in vino rubro maceratum. *Walæus Med. Pr. 5. 16.*

21. *Acidis & auſterioribus*) Stupendi hujus appetitus cauſam Hermetici ſtatuunt ſpiritum quendam diſſolventem in corpore genitum, qui inſita proprietate, quicquid ciborum ingeritur, tam prompte conſumit & reſolvit ut legitimum & neceſſarium nutritioni terminum Naturæ non concedat: Hunc ſpiritum vocant famelicum, eſurinum, voracem, ſalinum, acidum & vitriolatum: Sicut enim, *inquiunt*, ex variis ſalibus, vitriolo, nitro, ſale, comm. ammoniaco, & ſimilibus, ſpiritus, ſeu liquores, quos aquas fortes vocant, arte chymica eliciuntur, qui lapides duriſſimos, & duriſſima metalla, brevi temporis ſpatio in liquorem reſolvunt; ita ut aurum, quod ne igne quidem fortiſſimo intra menſis ſpatium diſſolvi poteſt, attamen intra horæ quadrantem in aqua regia ſolvatur, & in liquorem aquæ ipſi perſimilem ſolvatur.

Hæc doctrina diligenti examine digna eſt, ſicut enim digeſtio ventriculi naturaliter ſe habens ſedulis rerum naturalium indagatoribus quidpiam mirabile oſtentare videtur, ſic eadem immoderata & præternaturalis reddita quidpiam habet admiratione dignum; Hoc autem admirabile eſt in digeſtione ventriculi naturali, quod cibi duriſſimi in eo diſſolvantur, & trium vel quatuor horarum ſpatio in liquorem chyloſum convertantur, ita tenuem ut per anguſtiſſimos venarum lactearum ramos tranſcolari ac velut filtrari valeant: Quod carnes, oſſa duriſſima, in eundem liquorem convertant: hoc certe calori intenſiori valide concoquent tribui non poteſt, cum cibi in olla, igne, quantumvis luculento, intra 24 horas, ac plures dies in ſimilem ſuccum converti nequeant.

Dicunt Galenici à facultate ventriculi illud pendere, ſed facultas non agit ſine inſtrumento; quod etiam aſſignatur idiocraſiæ partis, quæ tamen idiocraſia, ſi eſt certa primarum qualitatum proportio, ut vulgo circumfertur, præcipua illius actio erit à calore, frigiditas enim, humiditas & ſiccitas, nihil faciunt ad eximiam illam ciborum liquationem, calor autem, ut dictum eſt, non habet illam efficaciam.

Eſt igitur illa idiocraſia aliquid aliud ignotum & inexplicabile, Liceat ergo illud inquirere per ea quæ fiunt in macrocoſmo, quorum analogia quædam eſſe poteſt in microcoſmo: Ideo dicunt Hermetici, ſpiritum quendam, ſeu liquorem acidum, transfundi à liene in ventriculum, qui ſolidiora alimenta diſſolvit, & in liquorem chyloſum brevi tempore convertit, ita ut ſpiritus ille, ſeu *liquor acidus*, ſit præcipuum digeſtionis organum: Et quædam hujus rei conjectura ex eo deſumi poteſt quod aves, quæ duriſſima alimenta conficiunt, lienem habeant ventriculum undiquaque ambientem, caro enim illa quæ ventriculis avium circumducta reperitur, Lienis ſubſtantiam omnino repræſentat, unde Lieni nobiliorem uſum tribuunt quam qui ab antiquis traditus; cum alimentorum concoctioni maxime ſerviat: Si igitur ſpiritus, aut humor ille acidus, à liene promanans, naturaliter ſe habens, digeſtionem naturalem & moderatam perficiat, idem ille ſpiritus, à naturali ſtatu dejectus, & vitioſus redditus, acutior nempe & nimia diſſolvendi vi præditus, ſolida alimenta promptius liquabit & conficiet, uſque diſſolutis, & à ventriculo confeſtim deturbatis, nova Fames, eaque immodica exurget. *Riverius.*

Scribunt Neoterici *ſuccum acidum* prægnantem eſſe vitriolans ſpiritibus, qui intra mediocritatem ſtantes fermentatoria indole alimentorum confectionem debito tempore peragunt; ubi autem activiores uberioreſque evaſerunt, hominem reddunt [illegible], dum ſcil. in rabiem ſuam, ut loquuntur, exaltati, & quodam modo inſatiabiles facti, derepente, ac uno ferme momento, ad inſtar aquarum fortium metalla diſſolventium, cibos quantumvis [illegible] conterunt reſolvuntque, ita ut ſemper locus ſit inanis edendo, nullaque aut manca admodum facta nutritione, appetitus propter jacturam corporis minime reparatam, enormiter adaugeſcat: Verum an credibile eſt à ſpiritibus ejuſmodi [illegible] atque mordacibus, illibata ventriculi ſubſtantia cibos atteri? Deinde alimenta in hocce affectu, non confeſtum, vel potius nullatenus conſumi ipſorum ſuperna rejectio, aut inferne dejectio luculenter demonſtrat. *Maujetius pag. 554.*

21. *Acidis & auſterioribus*) *Quibus temperantia debentur*. Temperant autem *acre acidum* 1. dicta *alkalia*, tam volatilia quam fixa, præſertim poſteriora. 2. *Corpora terrea* quæ iſtud abſorbent, & imbibunt. 3. *Pinguia & oleoſa*, hiſque ſimilia quæ obtundunt & hebetant acidum: Ex his patet quod *ſal abſynth. bolus Arm. terra ſigill.* & omnia *Martialia* conveniunt in appetentia canina corrigenda, v. g.

℞. *Corall. rub. præp. limat. Martis minutiſſime triti ãã.* ʒß. *lapid. cancr. carpion. ãã.* ℈j. *croci or.* ℈ß. *m. f. Pulvis.*

Qui copioſe aſſumptus manifeſte appetitum vel tollit vel minuit, Eſt autem aſſumendus in juſculo pingui: Additur etiam c. c. *creta* &c.

℞. *Rad. Jalapæ* ℈ß. *reſin. ſcamm.* gr. v. *limaturæ Martis præp.* ℈ß. *ſal. tartari* gr. m ſ. pro ſcopo laxandi.

Quoad *Oleoſa*, quælibet *Olea expreſſa*, & potentiſſime *olea deſtillata*, *carvi*, *caryoph.* &c. conveniunt; Pertinent huc *vitelli ovor.* ad duritiem coctorum, qui egregie proſunt in canina appetentia, continent nempe in ſe multum olei vini acidum obtundentis: Præterea comedendæ *cochleæ*, *cancri fluviat. caro ſuilla &c.* talia enim difficilioris paulo coctionis inſtingunt acrimoniam corroſivam acido eſurinam: *Oryza* quoque cum multo *butyro* cocta ex eodem puncto convenit. Sic ulterius *ſpiritus volatiles*, *ſpir. vini*, *menthæ*, aut *ſalviæ*, *vinum generoſum*, *infuſionis ſalviæ* & *abſynth.* uſurpari poſſunt; Denique non inepte his ſociantur, vel ſubjiciuntur *narcotica*, ſenſum ventriculi ſtupefacientia; Caute tamen uſurpentur, cum palliando ſaltem conveniant, ut *laudanum*, *op. theriaca*, *mithrid.* &c. *Etmuller.*

22. *Acida*) *Franc. Sylvius* Auctor Famis cauſam petendam putat à Succo acidiore in corpore abundante, ac præſertim ex Pancreate ad inteſtinum delato, ac inde halitus (*ſpiritus vocat Walæus*) ſolito acidiores ad ventriculum amandante, qui famis ſenſum intendant, & poſt detruſa deorſum alimenta eandem mox renovent & potentius augeant: Acidum hunc ſuccum in univerſo corpore augere ait, 1. cibos acidos, vel acidis conditos, potuſque acidiores, vinum acidiuſculum ex uvis minus maturis expreſſum. 2. Aërem frigidiorem, ſerenum tamen, 3. Triſtitiam moderatam & diu continuatam; quorum vim intendat, 4. Corporis motus vehementes, 5. Vigiliæ nimiæ, 6. Alvum naturali adſtrictiorem.

23. *Et melancholia*) Utplurimum in Liene in Ventriculum transfuſa, quæ in ſtatu naturali poſita, & moderata quantitate & qualitate prædita, naturalem & moderatam appetentiam excitat; Si vero p. n. ſe habeat, & in prædictis excedat, eam intenſiorem ac præternaturalem efficit. *Riverius.*

24. *Intemperiei frigidæ*) *Frigidam intemperiem* ventriculi appetentiam immodicam excitare plerique ſtatuerunt, idque eum viderent eos qui in *aere frigido*, aut aquam frigidam bibunt, quam *voracem* ob id vocat *Hippocrates*, avidius cibos ſumere: Verum cum frigus ſenſum non acuat, ſed potius obtundat, aliam hujus rei cauſam proponimus, quod nimirum ſi calidior ſit ventriculus, indeque appetentia proſtrata, frigiditas calorem illius corrigendo, & ventriculum ad temperiem naturalem reducendo, potius quam intemperiem frigidam in illo excitando, appetentiam provocet: Et quod ob frigus externum hyemis tempore, & in locis frigidioribus, calore ad interiora repulſo, illicque collecto & abundante, &, ut inquit *Hippocr.* quia ventres tunc ſunt calidiſſimi, copioſiore alimento indigentes, illud avidius tunc app[illegible] ita ut caloris nativi abundantia, ex *Hippocr.* in [illegible] qui dum creſcunt plurimum calidi nativi habent, fieri docet, appetentiam potius augeat, & *frigiditas ventriculi* illam è contra imminuat: Quod cum ita ſit neque *acidus humor*, quia refrigerat, etſi in calidioribus ventriculis appetentiam de[illegible] tam hac ratione revocet, & ventriculum nonnihil excitet, immoderatæ illius appetentiæ, quam caninam vocant, cauſa eſſe poterit; uti neque *melancholicus hum[illegible]* aut *pituitoſus*, uti voluerunt, ſua frigiditate aut acid[illegible], ob ſupradictas cauſas, illud efficere poterit. *Platerus.*

25. *Intemperiei frigidæ ſigna*) Frigidæ intemperiei, & humorum acidorum in ventriculo reſtagnantium ſigna ſunt ructus & vomitus acidi, dejectiones crudæ, ſitus carentia, & cauſæ externæ refrigerantes prægreſſæ. *Riverius.*

26. *Purgantia*) Purgatio per inferiora facta, ſi humor pravus in ventriculo latens appetentiam vitioſam, vel nimiam cauſet, convenit, in aliis cauſis minime; niſi diarrhœa ſpontanea, ſicut interdum fit, accedat; In qua nihilominus tamen, ut per eam humor pravus queat educi, natura catharticis eſt adjuvanda; ex levioribus & adſtringentibus paratis: *Præparato* prius humore, ſi illud opus ſit: Quæ omnia nos, alia potius obſervantes quam melancholiæ vel pituitæ aciditatem, eligimus & dextre exhibemus: Et ſi à *vermibus* fiat, ut illi deorſum ſimul expellantur ex amaris concinnata propinantur. *Platerus.*

26. *Purgantia*) Nulla præſcribit *Franc. Sylvius*, eo quod, ait, nulla mihi nota ſint humores acidos blande educentia: Edoctus præterea per experientiam irritari potius quam cum fructu evacuari tales humores.

Walæus ſi ſit à bile & pituita ſalſa jubet dare purgantia & ſimul adſtringentia, *rheum*, *myrobalanos*, aut medicamentis myrobalanos adjici.

Imitandus venit *Foreſtus lib. 18. obſ. 15.* qui appetentiam caninam Monachæ, in qua eſuriens cibum evomebat, ſimulque acida, & in fine vomitus ſentiens aliquid amarulenti, quod fauces vellicavit, curavit per Pilulas,

℞. *Pulv. hieræ ſimpl. Galeni* ℈j. *rhabarb. opt.* ℈ß. *cum ſyr. roſar. f. Pilula.*

Eas cum aliquoties mane ſumpſiſſet, vomitus morbuſque ceſſavit, Qua ratione & alius juvenis curatus fuit. *Etmuller.*

26. *Inter Purgantia*) Vomitus etiam probatur, ſi humor peccans in ventriculo latens appetentiam nimiam cauſet; qui niſi ſponte ſuperveniat, conciliandus: In *canina appetentia* quoque etſi vomant, in principio præſertim, antequam vomitio nimium invaluerit, ut per eam non ſaltem aſſumpta, ſed & humor noxius educatur, promovenda; In aliis vero cauſis non convenit vomitus. *Platerus.*

27. *Exhibetur*) Proprietate quæ appetitum tollunt immoderatum faciunt illud, vel ob vim adverſam, quam nauſeoſam vocamus, qua ratione forte *Gliriam pinguium* caro aſſa devorata appetitum proſternere dicitur: *Vinum* in quo *anguilla* ſuffocata propinatum, ut abſtemii poſtmodum omnino fiant facere ſcribitur: Quod alia qualitate *alexiteria* præſtant ſi à venenata cauſa procedat; Alia vero narcotica ut ſenſum ventriculi nonnihil retundentia illum tollunt; Qua & forte vinum præſtans, illiuſque ſpiritus adhuc efficacius, ſi jejuno detur, non tam calefaciendo quam ſtupefaciendo famem tollit: Et infuſio *radicis ſolani furioſi* in vino facta & exhibita ſubito omnem appetentiam, etiam in ſumme famelicis evertit: Et tum *Theriacam*, *Mithridatium* cum vino exhibita, caninam appetentiam ſanare ſcribunt, illud eadem vi narcotica, tanquam Opiatas, facere putamus, adjuvante etiam alexiteria, cum ſint ſimul antidota, ſi à malignis pernitioſiſque, uti fere fit, hæc prodeant humoribus: Quod & alia Opiata medicamenta, etſi antidota minime ſint, aut admodum

admodum c[illegible], ſimiliter facere ex eo conjicimus quod po[illegible] horum uſum, etiam alterius rei cauſa appetitum [illegible] nus experiamur; illeque aceto, quodeorum vires inſ[illegible]git, dato revocetur. *Platerus.*

[27] *Exhibetur* [illegible] Remedia etiam ventriculum calefacientia & roborantia tam interna quam externa conveniunt. Q[illegible] non ſolum conferunt frigidam intemperiem corrigendo, ſed etiam exſiccando & ſitim inducendo, at urgente ſiti fames *imminuitur. Riverius.*

[28] *Eſſentia meliſſæ &c.*) Ambragriſea ad gr. v. vel vj. cum ovo ſorbili ſumpta, non ſolum ventriculum roborat ſed etiam proprietate ſpecifica huic affectui prodeſſe creditur. *Idem.*

[28] *Eſſentia meliſſæ*) In genere arguere licet, Quæcunque ſulphure magis fœta ſunt, obtundunt appetitum, quatenus ligant fermentum, ligant calorem, & vaporoſitate ſua defectum ſupplent; Sic à *Croci* uſu appetitus minuitur, ob narcoſin ſulphuream vaporoſam, unde vel ex hoc capite ſolenni concluſione publicaodum eſſet, quod nos facimus, ne anatica proportione in *Elixir propriet. Paracelſi* recipiatur, quod ipſum tamen tantupere, etiam à vulgo, ad appetitum ciendum laudatur, neque id de nihilo, cum pituitam optime extergat & domet, facile martiale reddendum cum liquore martis, & roborandum guttula una vel altera *olei caryophyll.* Sic *fumus Tabaci* obtundit appetitum, ſic *ſpiritus vini* ipſius id facit, unde non videas facile Tabaci-bibulum multum comedere, vel qui mane & veſperi *ſpiritum vini frumentaceum, juniperinum* &c. ordinarie haurit, appetitu ſolidorum ciborum decenti gaudere: Imo par ratio ex *abſynthiacorum*, quæ ipſa quoque incauto uſu ſopiunt appetitum; unde & ad apoplexiam inducendam aptum eſſe eorum abuſum nonnulli recte ſtatuunt, In ſpecie vero id competit Opiatis, unde natura ipſa id innuit quando his ſolicitatur, vomitum excitans nonnunquam. *Wedelius A. m. m. pag. 163.*

Bulimos.

II. *Bulimos eſt* [29] *appetitus magnus, periodicus, qui ſæpe in nauſeam cum lipothymia & virium dejectione deſinit.*

Signa in definitione ſunt expoſita.

De [31] *Cauſa* inter medicos dubitatur: plerique tamen intemperiem ventriculi frigidam ſtatuunt [32] unde per altam nivem iter longum facientibus ſæpius accidere ſolet.

Curatio [33] eſt *Nulla*, ſi in morbis chronicis accidat: interdum poſt febres & alios morbos recidivam minatur.

[34] *Reſpicit* I. *Tempus paroxyſmi*, quando animi deliquium accidit, in quo frictionibus, & refocillantibus; ut odore vini, aceti, &c. agendum.

II. [35] *Tempus extra paroxyſmum*, in quo poſtquam ſe æger recollegerit, cibi boni ſucci, [36] panis vino madidus, &c. dandi; & per externa [37] calor ventriculo reſtituendus. [38] Proderit forte & *vomitus*, vel *Spiritus vitrioli philoſophicus*, cum *ſyrupo granator. limon. acetoſ. citri*, *tinctura roſar.* &c. [39] *Pachequus butyro*, & *pinguedine* intro ſumptis & [40] *vino* [41] *generoſo* affectum hunc [42] curabat.

[29] *Boulimus*) Nomen [illegible] deducitur, quia βοῦ particula aliis vocibus addita ſignificationem auget, ac ſi Bovis magnitudini conferatur; Vocant etiam [illegible], quod nomen ulceribus quoque tribuitur quæ carnem depaſcunt, & continuum incrementum capiunt. *Riverius.*

Boulimos) [illegible] & [illegible] appellatur ingens fames, veluti exæquans bovis ſtaturam; βοῦ enim apud Græcos particula eſt [illegible], ſic [illegible] ſunt pueri adultiores, jamque exoleti; & mariſcæ [illegible] vocitantur, & equus Alexandri Βουκέφαλος propter capitis amplitudinem, quantumvis rei equariæ periti capitis parvitatem in equis commendent; Eoque ſenſu [illegible], pariter ac τὸ βοῦ denotat τὸ μέγα, ſeu in fine ſeu in principio dictionis, ut [illegible] ſilicernium, [illegible], ſcortum turpiſſimum; ac illa ipſa vox plantarum nomenclaturis præpoſita harum inter congeneres proceritatem apud Botanicos ſignificat, ut hippoſelinum, hippolapathum. Inſcite igitur nonnulli τὸν [illegible] famem bovillam vel vaccinam Latine reddiderunt, ac ſi boves huic morbo eſſent obnoxii. *Menjotius.*

[30] *Boulimus eſt appetitus magnus, qui &c.*) Deſcribitur *Boulimus, Pergrandis appetentia, ſed pauco alimento ſatiabilis ab extremo ambientis algore progenita, in cibi faſtidium ac lipothymiam brevi deſinens.* Eo morbo *Brutus* quondam correptus fuit, (*Plutarchus in ejus vita*) Dyrrachio Apolloniam per altas nives proficiſcens, militeſque pane ab urbis hoſticæ excubitoribus impetrato Ducem ſuum jam [illegible] atque ſeminecem refocillarunt: *Cyri* quoque militibus per largam nivem iter agentibus (*Xenophon l. 4. c. 7. contigit* [illegible]. *Menjotius p. 557.*

[30] *Boulimus eſt appetitus magnus*) Cauto opus eſt ne, quod vox jubet, *magnam famem* interpretemur, ut enim *Galenus* nos erudit, 2. aphor. 20. eſt quaſi perpetua lipothymia, ortum habens ex magna fame; Hujus rei inſigne exemplum eſt de Bruto apud *Plutarchum 6. Symp. 8. Hofmannus Inſt. l. 3. c. 29.*

[32] *Unde per altas nives*) Non conſtat de modo quo aëris frigiditas creat [illegible]. *Eraſiſtratus apud Gellium lib. 16. cap. 31.* rationes ſibi incompertas eſſe cur Boulimus in diebus frigidiſſimis multo facilius accidat quam dum ſerenum eſt cœlum atque placidum: Sed *Plutarchus* duplicem attulit cauſam, 1. nativum calorem ab externo frigore ad intima coactum pabuli depopulatorem, in qua eadem ſententia fuit *Ariſtoteles 2. Probl.*

2. Subtilem mordacemque halitum à nive, tanquam hujus ætherem ramentumque tenuiſſimum emiſſum, facultate pollentem ſecandi ac dividendi, non carnem tantum, ſed argentea etiam vaſa ac ænea, nix namque ab eis non continetur, verum exterior illorum ſuperficies obducitur tenui humore, glaciei ſimili, quem nivis ſpiritus reliquit per metalli poros occulte egrediens. Sicut ergo conſtat hauſtam ni-

venti eſſe [illegible], ita niveus vapor ac φλογώδης, ignis inſtar diſſecando ac pervadendo, urit extimas eorum partes, qui per nives ambulant, dumque cutis plurimum rareſcit, calor foras diſperſus ab occurrentis nivoſæ exhalationis frigore extinguitur, cum rorida ſudatiuncula, viriumque excidio, maxime ſi corpore per motum calefacto, multus calor ſeſe foras proripiat.

Cæterum quod frigiditas non denſandi modo corpora, ſed liquandi quoque facultatem poſſideat, vel inde confirmat *Plutarchus*, quod acribus duriſque hyemibus cotes plumbeæ liqueſcant; habetque Chymicos [illegible], qui ſalem nitroſum in nive detexerunt, non modo ex nativa ejus figura, quæ ſimiliter ac in nitro ſexangularis eſt, at potiſſimum ex læta illa fœcunditate qua inſtar pinguis fimi agros beat, etiam ſeptentrionales ac per ſe ſteriles: Nam quamvis Chymici ſtatuant nitrum eſſe frigidum, ut patet è cryſtallo minerali, ac febrium intermittentium rigores ſoleant referre ad actualem nitri frigiditatem, ſicut ipſarum ardores ad ſulphur inflammatum, qualitatem tamen [illegible], frigori commixtam non poſſunt in nitro non admittere, ſecus aquarum fortium compoſitionem nunquam ingrederetur &c. *Ariſtoteles 4. met. 5.* frigus per accidens, calorisque repercuſſu interdum calefacere ſcripſit atque comburere; Sed contra, calor à circum obſiſtente frigore ad præcordia quidem poteſt retroagi, *Ventres*, inquit Hippocrat. *hyeme ſunt calidiſſimi*; At nemo dixerit cum ratione intra artus, multoq; minus intra cutem animalium ac plantarum gemmulas, dum à ſummo frigore proxime continguntur, calorem comprimi atque glomerari, proindeque ambuſtionem à præacuta frigiditate; non ex eventu, ſed per ſe ac immediate, non quatenus frigus eſt [illegible], ſed quatenus *penetrabile*, ut ajebat Poëta, fieri neceſſe eſt. *Menjotus.*

[1]. *De Cauſa inter Medicos*) *Plutarchi* doctrinam prolixum eſſet ſigillatim expendere (vide ſuperius §. *Vade per altas nives*) nobis veroſimilius videtur bulimum oboriri actu refrigerato ob longiorem in frigidiſſimo aëre moram, ventriculi oſculo, partim à tantula inſpirati aëris portione ſubinde ad ipſum deducta, pariter ac aliquid potus deflectit in aſperam arteriam: partim ab aëre via tranſpirationis ad illud permeante, præſertim cum modica carne contectum ſit: partim etiam quoniam nudum & immateriale frigus penetrata cute [illegible] ac intro ſeſe inſinuat, à vehementiſſima namque frigiditate non fit antiperiſtaſis, quod nulla ſit analogia inter qualitatem circumdantem & circumdatam, ſed [illegible] interiora ſimul cum exterioribus frigeſiunt, ita ut interdum mors obrepat. Igitur ope introacti frigoris, expreſſo, ut quibusdam lubet, ſucco ventriculi nutritio vera maſculaque fames commovetur, nondum tamen cibatu placanda, ob peculiarem unius ventriculi inopiam; Vel potius compreſſo ſtrictoque ventris orificio, ſenſus quidam ſuctionis æmulus, hincque fames ſpuria, tametſi aſperrima emergit.

Ne mireris autem ſævi realiſque frigoris introrſum penus appulſum à ventriculo citra [illegible] tolerari, cum glacies innoxie deglutiatur, Imo notandum non à frigore modo aëris, ſed quoque è ſuccis actu algentibus in ventre congeſtis [illegible] pronaſci poſſe, Ventriculo nempe ob ceram materiæ diſpoſitionem humores gignente ſemet ipſo frigidiores; ut patet ex generatione vitreæ pituitæ in viſceribus; ſic ferventiſſima bilis perſæpe ſuccreſcit in jecore, à qua ipſum magis incandeſcit; idque demonſtravit *Galenus* exemplo cujuſdam domus in Myſia, quæ ob ſtercus columbinum & reſinam, ſolaribus radiis conflagravit.

Igitur à validiſſima ac [illegible] frigiditate, primum fames conſurgit, ad immodicum modum inſoleſcens, moxque ſtupefacto ventriculo tranſitus fit ab uno extremo ad aliud, nempe ab effuſa [illegible], quam aſſectantur imbecillitas & torſio ventriculi, fœdus corporis color, artuum tremor, vocis exilitas, pulſus tardus & humilis, caſus virtutum omnium, ac præcetum animæ defectiones.

Bulimus *Galeno 1. de ſympt. capit. 7.* eſt ſymptoma [illegible] orificii ventriculi; Qui hanc paſſionem ſurgere autumant per [illegible], vi circumſtantis frigiditatis, ſcribunt à calore concentrato depaſci alimentum, indeque, juxta ordinem verborum *Galeni*, orificii ventris primo indigentiam; deinde debilitatem, tandemque perfrigerium ex caloris nativi ruina induci, Nos autem, qui ventris oſculum cenſemus actu frigeſcere. [illegible] in textu Galenico adeſſe arbitramur, ſtomachumque primum refrigerio; poſtmodum, ſi negetur paſtus, ex inanitione, ac poſtremo atonia teneri.

Cauſa adjuvans [illegible], eſt mucoſæ pituitæ, ventris parietes naturaliter illinentis, ſive à ſalſis obſoniis ſive ab amaris pharmacis deterſio, qua adeo evehitur ſenſus ventriculi ut minimo negotio carpatur.

Nec eſt quod prætereamus (adeo ſcriptores de natura bulimi diſcordant) celeberrimis quibuſdam viris placere, membra in hoc affectu profuſum ſubſtantiæ ſuæ effluxum patientia, violenter nimis trahere è ventriculo, qui ſimul ac primum cœpit eſt inſurgere ad appetendum, proſtratis viribus ad lipothymiam uſque concidit, ob graviſſimam divulſionem rapaciore ſuctu illatam: Ac ideireo ut [illegible] eſt appetitus ventriculi abſque fame, [illegible] ex oppoſito definiunt famem membrorum ſine appetitu ventriculi, vel, ut habet *Avicenna*, cum ſatietate ventriculi non quaſi revera ſatiatus ſit, ſed quod, veluti ſatur eſſet, ad corporis inanitionem præ languore obſtupeſcat. *Menjotus. Diſſert. Path. p. 560.*

Utut hujus negotii vera explanatio difficultate non careat, tentabimus tamen paucis expedire, Ventres hyeme calidiores ac robuſtiores eſſe *Hippocrates* docet; nam concentratur ac conſtringitur tunc magis à calore in microcoſmo æque ac macrocoſmo, quod frigus ſummam poros ſeu ſpiracula tam terræ quam corporis noſtri vim conſtipandi habeat, quominus exhalare ac imminui poſſit laudatus ignis: Conſtat etiam quod hyberno tempore Solis potentia in ſublunaria ſit imbecillior, unde etiam eo, quo pollet, magnetiſmo, Solem corporis noſtri, ac telluris ipſius internum extrahere ac reſolvere, adeoque debilitare non poteſt: Tunc itaque præſupponitur, ob præſentem hactenus ventriculi imbecillitatem, eum jam ſcatere multis cruditatibus atque impuritatibus, quas dum Ventriculi Archeus, qui eo tempore magis vegetus exiſtit fortius adgreditur, ac digerere eas nititur, fit poſtea ut illi humores excrementitii, jam alioquin ſubacidi magis magiſque corrumpantur, adeoque potentiorem aciditatem hinc concipiant, unde neceſſario quoque ob inſignem acidi exceſſum vitiatur ventriculi fermentum, & hinc illa appetendi intemperantia efficitur, quod delictum fermenti copioſi ſtomachum valdopere conſtringat, ac morſicando vellicandoque cum impenſe irritet, adeoque ſenſitivæ facultatis furorem hinc concitet.

Vel oriri etiam poteſt appetitus hujus ferocia ac côtumacia, à fermento ex ſplene, (quod viſcus ut omnia

nia viſcera hyberno tempore etiam, vegetius eſt) nimus im[illegible] n [illegible] um confluente, veluti omne [illegible] m v[illegible] eſſe novimus: Ut enim fermentu[illegible] ſp[illegible] enti iſtius genuina officina, ventr[illegible] ratum egregiam ad appetendam comm[illegible], ita è contrario vehementem & impo[illegible] mem nimia fermenti [illegible] bus, præterim ſi [illegible] ſit [illegible] pti, & appetitus d[illegible] fectum ſeu poſtr[illegible] penuria patit.

Frigus habere vim vehementer conſtringendi & quidvis corrugandi, omnibus notum, imo vel ſola cutis, quæ tunc rigida aſperitate horret, teſtarum facere poteſt; Nervis enim & membranis, ſeu nervoſis ac membranaceis partibus, ut infeſta ſemper eſt ac inimica intenſa frigoris vehementia, ita facile licebit ſubſumere quod per conſequens ſtomachus ex appulſu & ambitu ferocientis gelu conſtrictionem, validioremque corrugationem illam tunc ſuſcipere ſoleat, Et hæc quoque eſt cauſa cur ventriculus hyberno tempore rectius feliciuſque digerat concoquat, quia tunc accuratius clauditur orificium ventriculi, atque ſe tam caloris quam fermenti virtus tunc concameratior ac unita magis ſervari poteſt, non ſecus ac olla tegmine munita coctionis negotium melius ſemper accelerare ſolet.

Sin vero ventriculus multis tunc turgeat cruditatibus, certum eſt quod excedens acor, tanquam corruptionis filius (hic enim ex cruditatibus & nulla ratione chyli ſalubris ſuavitas expectanda) magna & celerrima capturus incrementa, ac poſtea eo modo, ut ſupra expoſitum, urgentiſſimi appetitus laſciviam ſit progeniturus.

Ea ſi ſolertius ponderemus; vel manu palpabimus ſuctionem illam quam Veteres finxerunt, nihil aliud eſſe quam dictam illam ſtomachi conſtrictionem, quam non ſine exacta ſenſatione fieri poſſe ex ſuperioribus colligere eſt:

Suſpicio quoque in hoc caſu habenda eſt *lumbricorum* pluralitatis pariter, ac magnitudinis præſertim, qui ſi in ventriculo hoſpitentur, implacabilem famem atque caninam hanc eſuriem, imo & ipſum Bulimum excitare poſſunt. *Chr. Langius Pathol. anim. c. 39.*

a. *Cauſa*) *Plutarchus* in *Bruti* vita aſſerit non ſolum homines, ſed equos etiam atq; aſinos Boulimo affligi, potiſſimum cum mala geſtant vel caricas; *Cleomenes*, ut Boulimum definiebat ſtomachi affectionem leipopſychiæ parentem, verum abſque famis œſtromania (alioquin, *ait*, modico pane nunquam fugaretur bulimus, ſed eſculentis copioſis opus eſſet ad proportionem appetitus) ita hujuſce effectus cauſam rejiciebat in odorem iſtorum fructuum, non qui reddat corpus indigum; quomodo enim metus odor membra omnia tantopere devaſtare poſſet? ſed qui καρδιαλγίαν καὶ ἀνακλασμὸν, hoc eſt dolorem quendam in ore ventriculi & exagitationem, proindeque animi deliquium excitet: *Plutarchus* vero aliter ſentit, nempe è malis atque caricis aliquid vibrari quo jumentorum tenuetur ac diffletur calor: Ut enim, *inquit*, alia aliis naturaliter recreantur, ſic quoque offenduntur. *Menjotius ibid.*

33. *Eſt nulla*) Bulimus propter aſſeclam leipopſychiam malum eſt perniicioſum, nempe ſi alimenta præſto non fuerint quibus æger poſitas reſumat vires; Bulimo namque paucis cibis promptiſſime ſubvenitur, quod facultas τῆς καρδίας intrinſece vegeta, ac violentia duntaxat ac impetu extrariæ cauſæ è naturali ſtatu lapſa, vel leviſſimo ſubſidio facile reſurgat, ut probavit *Ariſtoteles 2. Probl. 9.* exemplo trementium præ metu atque pallentium, qui periculo defuncti illico ſibi redduntur. *Menjotius*

Βούλιμος ſuperveniens morbis chronicis, quartanæ, hydropi, &c. fere funeſti eventus eſſe ſolet. *Etmuller p. 14.*

34. *Reſpicit 1.*) Duæ primariæ ſunt Indicationes 1. ut temperetur *Acidum* iſtud volatile, quo acrimoniam ſuam amittat, 2. Temperatum ita [illegible] vel C[illegible]roſivitate ſua exotom evacuetur, Si enim humorem acidum [illegible] purgare antequam temperetur à ſua acrimonia, morbus eſt ne peſſima inferat ſymptomata. Si enim ſurſum vis evacuare per vomitum, metus eſt ne cholera morbus excitetur, ut putat *Hartmannus.* Sin velis per inferiora purgare, metus eſt ne exulceret inteſtina & ita inferat affectum dyſenteriæ ſimilem. *Etmuller.*

35. *Tempus extra paroxyſmum*) Prudenter quicunque Africam & Aſiam peragrant, ubi oppida longo intervallo diſſita ſunt, quoniam altiſſimorum montium juga ſuperando nivium algoribus vexantur, ad Boulimi prophylaxin præpotare conſueverunt, cibiſque ſeſe onerare; ac officioſe veteres in gratiam peregrinantium Viatoria quædam ἀντιβούλιμα, eaque ἀδίψητα paſſim conſcripſerunt; Inter herbas exiguo guſtu ſitim amolientes, ſimulque amorem edendi obturantes, duæ laudantur à Plinio, *Scythice* & *Hippice.* *Plutarchus* tam in jumentis quam in hominibus *6. ſympoſ. 8. panem* celebravit, cui tamen *vinum* præfertur, quo modo enim naturæ ſtudet, urgentibus ſymptomatis, famem nimium, ac præſertim leipothymiæ ſatisfaciendo, ſed primitivæ quoque medetur paſſioni, delendo frigiditatem ventris ori forinſecus impreſſam, λιμόν, inquit *Hippocrates 2. aphor. 21.* id eſt βούλιμον, *ſolvit vini potio*, θώρηξις dicta, quod corpus muniat, ciſque inſtar thoracis adverſus inſultum ingruentium morborum: Sed præcipuum τῶν βουλιμώντων ſolatium eſt ἀκρατισμὸς, offula panis vino meraco intincta, ad modum ſpongiæ meri è ventriculo præcipité elapſum commode retardans: Famis vero caninæ tanto plane eſt adverſa, etenim ſi ab aciditate ſuſcitetur, merum aceſcet in ventriculo, ſi ſequatur egregie magnum corporis effluxum, nonniſi præſumpto cibo vinum concedendum eſt, alioquin nervoſum genus lædendo jejunis officiet. *Menjotius p. 565.*

36. *Panis vino madidus*) Bulimus curatur optimo per vinum, quod quo generoſius eo melius ſatisfacit ſcopo Medici: *Malvaticum* præ cæteris convenit. Item odor panis ſolius, vel quod melius, vino intincti, eſt proficuus; Loco vini ſimplicis, vinum compoſitum Hippocraticum, *ex nuce moſch. cinnamomo*, ſimilibuſque infuſis præparari & uſurpari poteſt. *Etmuller*, Vide §. *Prophylaxis.*

37. *Calor ventriculo reſtituendus*) Calefacientia & ſiccantia ventriculum in Boulimo, ab humoribus genito, plerumque poſt expurgationem illorum uſurpantur; quæ non tam quod illis ſtomachus refrigeratus alteretur, quam quod ventriculus hiſce accenſus atque exſiccatus magis ſitiat quam eſuriat, famem ſic compeſcunt; Hoc autem præſtant aſſumptus cibus calidus actu & potentia, aromatibus conditus, & dulcefactus: quæ validius operantur, ſi jejuno adhuc ventriculo, vel nondum admodum cibis repleto aſſumantur: Quod & cito valideque *Potus vini meracioris*, à natura *dulcis*, vel alioquin potentis aut aromatiſati & dulcorati facit; Impnimiſque *aqua vita*, quam ut famen diutius ferre poſſint ruſtici jejuni bibere ſolent. Idem medicamenta alia ventriculum calefacientia, qualia ſunt dulcia & acria, & adurentia, item vehementer odorata præſtant: Vel ſi *Extrinſecus* calidis actu potentiave ventriculus foveatur, inungatur, emplaſtretur; aut corpus univerſum exercitiis aut balneis incaleſcat. *Platerus.*

38. *Proderit forte & vomitus*) Si contumacia infame hoc malum reddat, Emeticum ſine ullo dulco exoptatam

tunc præſtabit efficaciam, & radices morbi funditus avertuncabit: *Chr. Langius*. Si dependet hic affectus ab excrementis acidis ex digeſtione depravata in ventriculo collectis ac relictis, tunc hæc excrementa purgatione noſtra antimoniali, vel extracto noſtro elleborino radicitus extirpari debent: oportet autem ter vel quater repetere hanc purgationem repetitis vicibus, & poſtea ventriculum roborare vino puro &c. *P. I. Faber*.

39. *Butyro & pinguedine*) Relaxantia ventriculum, pinguia, & viſcoſa, quia illum veluti ſubvertunt, & illinendo ſenſum illius nonnihil retundunt, appetitum dejiciunt; quo nomine unctuoſa, *butyrum, oleum, adipes*; & glutinoſa, *extremitates vituli, agni, hœdi*, & ſimilia dantur. E quibus ſi quæ nauſeoſam in ſe vim habeant, tanto magis appetitum proſternent, uti de *glirium pingui carne* aſſa exhibita ſcribunt. *Platerus*.

40. *Vino generoſo*) Si a ſimplici intemperie frigida & ſicca ortum habeat, ut ſolet contingere in quibuſdam debili ventriculo præditis tempore hyemis, ſi per nives glaciemque diu deambulent, tunc ſolum curatur hic affectus meri potione; Merum enim, ſeu vinum purum & optimum, calidum & humidum eſt, cauſa autem mali frigida & ſicca; *P. Ioh. Faber Path. Sp. capite 39*.

41. *Generoſo*) Auctor non vinum ignobile, aut crudum (quod acore ſuo cruciat, hic innuit, ſed vinum merum, generoſum ac purum (quod quidam Vinum vivum quadranter ſalutant) prætereaque bene maturum, & ſufficienti fermentatione exaltatum, vel etiam aromatizatum, ſeu claretum, quale eſt *Hippocraticum*, in Gallia uſitatiſſimum, quod nimirum ad famem caninam curandam, ſi frigori ſcaturiginem debeat, remedium ſit citra controverſiam præſtantiſſimum; Loco canonis igitur præſupponimus, Vinum optimum virtute ſua, qua excellente po[illegible]bus in ventri[illegible] po-deſſe. Si itaque [illegible] agnoſcat m[illegible] tor. qui [illegible] entem [illegible] cans regulam [illegible] contra[illegible] quam vinum [illegible] mavult, fermenti vitalis ſeu aſtra[illegible] bere, atque [illegible] rata ignitum [illegible] potum quam eſſ[illegible] corpora ac viſcera ca[illegible] cere ſeu refocillare [illegible] vinum quoque ſingulari præcipitandi, & acid[illegible] temperandi robore gaudere, illi non negabunt quæ *Paracelſo* recorroabuntur Vinum quam maxime præ cæteris vitriolatum eſſe, Jam ſi ad vitrioli, quod ad diſſem nobiliorum præcipitantium jure me[illegible]o re[illegible] naturam provocemus, & hoc ſuo lumine ſplendebit, Præcipitantia autem cumprimis in curatione hujus affectus locum habere cum Artis filiis credimus [illegible] diſplicet ratio quam *Helmontius* ſubicit, dum vinum in hoc affectu eam ob cauſam potiſſimum convenire affirmat, quod facultas immoderate appetens ac ſenſitiva ſic velut inebrietur, atque furor ejuſdem hinc conſopitur, oppido placari queat. *Chr. Langius*.

42. *Curabat*) Ad mentem *Hippocrati* λιμὸν θώρηξις Famem caninam thorexis, (id eſt vini generoſi potio, dulcis & pinguis) ſolvit *Aphor. 21. ſect. 2.* Thorexis vocabulum eſt politicum (inquit *Heurnius* in comm.) idem enim eſt ac ſi dicas armaturam quandam thoracis; nam vini generoſi potio thoracem armare ac calefacere videtur, ita à vini largiore uſu quidam jactant ſe contra frigora ſumpſiſſe armaturam.

Cap. XIV.

De [1] Appetitu depravato, ſeu Pica.

Pica, (ab [2] ave ita dicta, quæ eodem affectu laborat) *quæ & [3] κίσσα & [4] μαλακία eſt [5] appetitus abſurdus ſubſtantiæ alienæ, [6] liquidæ, vel ſolidæ, præter naturam & rationem alimenti, [7] ex triſti ſuctionis ſenſu, & [8] judicii res eſui idoneas vel ineptas diſcernentis corruptione, à vitioſo excremento tunicis imbibito, peculiari ſubſtantiæ proprietate os ventriculi infeſtante.*

[9] *Signa* manifeſta ſunt, quia [10] cibos vitioſarum qualitatum [11] appetunt: præceſſit ingluvies, ingeſtio, uſus ciborum & potuum pravæ qualitatis, ſuppreſſio menſium &c.

[12] *Cauſa* eſt triſtis ſuctionis ſenſus, [13] quem excitat *materia tunicis* [14] *ventriculi* impreſſa, *ſeu* [15] tota ſubſtantia agens, *ſeu* manifeſta qualitate, ex prava victus ratione orta, vel aliunde, ut ab utero, unde [16] utero gerentibus [17] circa ſecundum & tertium menſem eſt familiaris, miſſa, infeſtans. [18] Solet autem in principio, dum cauſæ alterant, *contrariarum rerum* cupiditas excitari, quando vero longa conſuetudine familiaritas eſt contracta, *ſimilia* efflagitantur.

[19] *Curatio* eſt feſtinanda, [20] ne cacochymia vel hydrops acceſſatur. [21] Vomitu materia peccans commodiſſime ejicitur, quæ in prægnantibus lenioribus concitari debet.

[22] Ventriculus roborari poteſt *aqua cinnamomi, corticum aurantiorum, magiſterii corallorum* &c. Si res cupita haberi non poteſt, valet [23] *aqua pampinorum vitis alba*, quæ ſtatim [illegible] hibenda.

1. *Appetitu depravato*) Depravatum vocamus, ſi immoderatius quam per famem aut ſitim naturalem fieri ſolet, cibum potumve appetant, hoc e[illegible] eſuriant ſitiantve; Vel ſi *vitioſus* ſit, hoc eſt [illegible] quam cibum potumve expetant. *Platerus*.

1. *Appetitu depravato*) In genere *Pica* dicitur, in gravidis *Malacia*; Mares rarius, fœminas frequentius divexans, maxime vel ante menſtruorum fluxum, vel ipſis ſuppreſſis, unde fere fiunt ſimul cachecticæ: Appetuntur autem vel alimenta minus apta & inſueta, vel

vel [illegible] habitæ [illegible] creta, carbones &c. huc [illegible] ita quidem ſunt, [illegible] *de le Boe lib. 1. cap.2.*

2. [illegible] nominatur a Pica [illegible] quo donata eſt [illegible] res autem hoc a[illegible] ſimilia, plerumque [illegible]

K[illegible] ab avicula cognomine, quæ [illegible] plumiſque veſtitur verſicoloribus, Vel pariter ac *hederæ* [illegible] dicta, pro adminiculis quibus innititur in [illegible] ces convolvitur plexus, nam in Pica muliebri [illegible] que appetitus exercent. *Menjotius.*

[illegible] *Plinius l. 26. cap.6.* prægnantium malaciam quaſi mollitiem vocavit, propter appetitivæ potentiæ, [illegible] abſurdiſſimarum deſiderio prævinctæ [illegible], Nonnulli tamen hunc *Plinii* textum malaciæ exponunt de laxitate & quaſi effæminatione ventriculi [illegible] appetentis cibos neque amplexantis, eo quod ibidem *Plinius* adverſus malaciam commendet malicorium, cujus vis adſtrictoria relaxatum qui dem ventriculum roborat,ut eidem pica laboranti minus conducit. *Menjotius Diſſert. Path.p.568.*

4. *Κίττα & μαλακία*) *Pica* in genere eſt appetitus ita depravatus quo quocunque tempore inuſitata penitus appetuntur, *Malacia* vero eſt appetitus nimius, uſualium tamen, vel ita ut appetantur uſualia, ſed cum appetitu ſive deſiderio nimis intenſo, unde & interdum plus quam conducit comedunt; v. g. *Pica* eſt quando gravida appetit carbones, Malacia vero quando haleces ſed utrumque appetitu nimio. *Etmuller.*

Opponitur Picæ & malaciæ *Faſtidium determinatum*, quando determinatæ cibi quidam faſtidiuntur, uti v.g. averſatio caſei in quibuſdam. *Idem.*

Recentiores non incommode Picam à Malacia ita diſtinguunt, ut hæc utero gerentium propria ſit, amica quidem exoptantium edulia, verum animo tenaci, ut niſi voti reddantur compotes, vel in lipothymiam labantur, vel rei appetitæ ſtigmate fœtum ſignent, vel etiam abortiant: *Prior* autem mares ac fœminas promiſcue infeſtet, ſitque corruptio & quaſi *παρόρεξις* appetitus,inſolentes cibos ardentiſſime affectantis. Liceat hic *ciborum* voce abuti pro quibuslibet ingeſtis, permulta enim ab ægris expetita nonniſi *κατάχρηστικῶς* ciborum titulo decorantur. *Menjotius.*

5. *Appetitus abſurdus*) Hujus varietas pro diverſitate illorum quæ appetunt exſurgit; cum aliæ crudas partes animalium, & carnes edere anthropophagorum inſtar geſtiant; cujus inordinato, appetitu adeo commotam quandam fuiſſe narrant, ut beſtiarum inſtar in hominem ſæviret, hominemque morderet, Aliæ vero ea quæ per ſe non nutriuntur, ſed condimenta tantum ſunt, ſola magnaque copia citra noxam devorant, ſicuti illa quæ libras zinziberis innoxie devoravit; Alia quæ acetum fortiſſimum aſſatim bibebat; Alia ad me conſilium cauſa venit, [illegible] continuo & ſine intermiſſione avide n ima[illegible] copia, piperis grana, ſine ullo ventriculi ardoris ſenſu aut incommodo deglutiebat; Plerumque autem ſicca, ut farinam, cineres, cretam, lutum, [illegible] ſtas, pannos attritos, cum voluptate comedunt, Nonnunquam & noxia ex illis, ut calcem vivam, cujus inſignem portionem quandam citra noxam devoraſſe *Fernelius* teſtatur. *Platerus.*

6. *Eſt appetitus abſurdus &c.*) Definiri poteſt Pica quod ſit *Appetitus variarum rerum abſurdarum, ex phantaſia corrupta quacunque occaſione vitiata originem ducens*; Adeoque [illegible] hac latitudine *Subjectum picæ* erunt ſpiritus animales, vel vitiati, vel vitiate moti quatenus exinde opus phantaſiæ depravatur, utut crebrior occaſio ſit ex ventriculo, & [illegible] ejus fermento alterato, ubi ſubjectum radicatum erit. Uno nomine, videtur Pica revera eſſe ſpecies [illegible] melancholiæ hypochondriacæ, in quaad certum quendam phantaſma di[illegible] Imaginatio *Etmuller.*

[illegible] *mida vel ſolida*) Verſatur nonnunquam [illegible] a ci[illegible] *tum*. ægris nimirum aquam marinam, vel lacuſtrem, urinam, vinum vapidum, & ſimiles liquores naturæ noſtræ minus congruos acriter appetentibus Sed talis affectus non ita vulgaris eſt, ſicuti [illegible] er ta[illegible] tem longe numeroſioribus ciborum quam [illegible] tuum generibus utimur, ita per mo[illegible] bos appetitus noſter circa ciborum magis quam potuum *πλανᾶσθαι* hallucinari conſuevit. *Menjotius.*

7. *Ex triſti ſuctionis ſenſu, & judicii &c.*) Pars affecta primaria [illegible] ſtatuitur Stomachus, ſeu orificium ſuperius, Ubi enim fundam[illegible] eſt, & quaſi reſidet appetitus naturalis, ibi quoque reſidebit præternaturalis,ſeu depravatus: Sed ſi rite rem conſideremus, manifeſtum evadit affici ſimul phantaſiam, guſtum, odoratum, auditum, ſeu horum ſenſuum organa; *Phanthaſiam* ſtici ex eo certum eſt,quod homines,dum appetitio ſenſibili ſtomachos, ut ſic dicam, afficitur,ſeu à fermento digeſtivo vellicatur ſingulari affectu feruntur in tam varia, ut ſunt creta, coralla, carbones &c. nam fermentum præciſe non determinat hoc vel iſtud, ſed phanthaſia, ergo & utique phantaſia vitium habet, Si inter fermentum ſtomachi, ejuſque ſi nervos operationem, & inter appetitum hunc conſequentem animalem intercedit intermedium phantaſiæ opus, ut ſcilicet appetitus depravetur, neceſſe eſt ut prius phantaſia, quæ id quod à reliquis ſenſibus externis, & interno communi ſuſceptum fuit, componendo & dividendo, quaſi actu perficit, prave afficiatur, à quacunque cauſa occaſionali fiat, quæ tamen frequentiſſime in ventriculo ſomitem ſeu nidum ſibi eligit, adeoque Picæ & Malaciæ ſedes primaria in facultate animali, id eſt Subjectum inhæſionis in ſpiritibus animalibus erit locandum.

Quod *Guſtus* afficiatur, certum eſt ex eo quod cibi peſſimi ſaporis cum inſigni voluptate deglutiantur, ut dicant tales cibos habere ſapores elegantiſſimos: Sic *Salmulth. cent 2.obſerv 62.* Picantem refert omnia candida, etiam calcem parietum; ac ceruſſam ſingulari voluptate deglutientem: *P. Borellus centur 4.obſervat.2.* Virginem picantem refert ſtercora humana comedentem; Unde certum eſt affici Guſtum, quia alias talia ingerere non poſſent.

Res illuſtrari poteſt ex eo, quod ſuppreſſio menſium in mulieribus crebertime det Picam, quando ſcilicet ſanguis ſeparatus in vaſis uteri, indeque ad corruptelam ſui tendens, ob denegatam excretionem, ſenſim ſenſimque regurgitat in totam maſſam ſanguineam, unde & conſequenter afficitur lympha, quæ illi per internam tunicam ſtomachi glandulotam tranſudando, ad ſupplementum fermenti digeſtivi concurrit, ita eadem ſalivæ materia exiſtit, Dum igitur ſaliva infecta eſt, non poteſt non lingua ſimul affici & Guſtus depravari · *Fracaſſatus* equidem in *Epiſtola de Lingua pag. 255.* guſtandi hanc in pica depravatam voluptatem à papillis nerveis vitiatis in lingua dedocere nititur, Sed conſultius puto ſi fundamentum conſtituatur in Saliva.

Afficitur etiam *Odoratus*, *Salmulth. centur.2.obſ.62.* Virginem picantem refert quæ mire delectabatur fœtore veterum librorum,à blattis & tineis exeſorum, ſituque prorſus corruptorum, unde & totos dies naſum in libros illos immittebat: *Borellus* e. l. aliam memorat quæ cum odore delectabatur,ut ſemper illud pro maſticatione inore detineret.

Probant hæc [illegible] ſimpliciter ad ſtomachum,ſed phan-

taſiam ſpiritoſque animales; & hinc cætera ſenſoria reſpiciendum eſſe: Id quod ulterius confirmatur ex eo quod picantes non præciſe in alimenta ferantur, aut in talia quæ alimentorum loco ab iis ingeri poſſunt; ſed etiam in alia aliorum ſenſuum, non præciſe guſtus aut tactus in ſtomacho objecta; v. g. dum pica impellit mulierem ad exſuctionem venti ex follibus; vel dum alia per Picam appetit fragorem carbonum foſſilium pedibus contritorum, qualia exempla cum præciſe ex ſtomacho, ſecundum certam famis vel ſitis modificationem affecto non oriantur, potius phantaſiæ, ſuo modo aberranti rectius tribuuntur.

Interim frequentior depravationis Phantaſiæ occaſio eſt ex ventriculo, ob vitium fermenti digeſtivi alterati, unde & frequentiores Picantes ad edulia omnia, aut quæ horum loco ingerere poſſunt, declinant.

Confirmat hanc Fermenti in quibuſdam caſibus depravationem exemplum *Hildani cent. 1. obſ. 37.* nempe ex ulcere faucium pica, qua appetebat patiens haleces, piſces & carnes ſalitas ac fumatas, quæ optime deglutiebat; res vero non appetitas, juſcula &c. nullo modo deglutire poterat; illa tamen & deglutire poterat, & licet graviora, ſine ullo nocumento digerebat bene, ſcil. ex ulcere faucium diſtillans ſucceſſive in ventriculum acrior ſanies acido ſalſa, alteravit in tantum fermentum digeſtivum, & tam ſingularem impreſſionem fecit in orificio ſtomachi, ut exinde talis inordinatus, determinatus tamen, appetitus fuerit inſecutus: Sic ex *ſcabie* retropulſa picam cretæ vide *in M. C. Anni 1. p. 199.* Sic cum *ſcorbuto* interdum malacia cōplicari ſolet. *Etmuller.*

Vide *De Diemerbroeck Anat. l. 1. cap. 6.* unde hæc videntur deducta.

[8] *Et judicii res eſui idoneas*) Pica illis præcipue contingit quibus ſunt debiliores animæ, & quibus mentis nullum fere eſt imperium in proprias cogitationes, quibuſque volupe & præcipuum exercitium, dum in ſenis perpetuo otioſi ſunt, attendere & diſtinguere omnes motuum varietates quæ accidunt nervis linguæ & ventriculo implantatis, adeoque guſtui & appetitui inſervientibus: Adeo ut hic morbus non minus ſit morbus mentis quam corporis: Atque Medici eſt mentem potius quam ſymptomata corporis curare. *Prax. Med. Reform. p. 291.*

[8] *Judicii &c. corruptione*) *Judicium illæſum eſſe cenſet Menjotius.* Luber nonnullis *ait*, ut bilioſi incendia, ac pituitoſi flumina inter ſomniandum intueantur, ſic in Pica objectum humori noxio ac dominanti conſentaneum, non autem diſſentaneum offerri Phantaſiæ, proindeque appetitum ad rei ſymbolæ, non vero à ſymbolæ proſequutionem inſtigari: Sed contra in inſomniis humores vaporeſve, quibus cerebrum repletur, congeneres quidem imagines in memoria locatas commovent, quibus tangitur ſtatim imaginatio: unde nil mirum ſi nocturna viſa reſpondeant humorum dominio; Verum in Pica humor in ventriculo ſtabulans nequaquam vaporat ad cerebrum, nec ferit imaginatricem, hæcque tædium duntaxat ab importuno humore oris ventris exhibitum percipit, & confeſtim appetitum ad amorem rei contrariæ, tanquam ventriculo infeſtato ſubventuræ compellit, non ſecus ac bilis in ventris oſculo, non calidi ſicci, ſed frigidi humidi cupiditatem excitat.

Jam vero etſi Pica adeo fortiter atque imperioſe aliquando urgeat, ut fœminæ multa poſcant patrentque inhumana, ac nonnullæ proprii mariti ac infantis carnem dentibus dilaniaverint, non eſt tamen quod delictum ſubeſſe arbitremur, quoniam violata ratio appetitum hic non depravat, ſed ex adverſo v[illegible] appetitus omne rationis conſilium evincat [illegible] ipſi quoque Κορυφαῖοι deſiperent.

[9] *Cauſa*) Anxietates hic oriuntur [illegible] ructionibus pororum ventriculi, à particulis ſcabris & craſſis aſſumptorum, unde circulatio humorum in [illegible] partibus impeditur, [illegible] quaſi [illegible] ore [illegible]: Sic etiam hu[illegible] phaticis, [illegible] partibus [illegible]nt. *Prax. Med. Reform.*

[10] *Cibos* [illegible] malacia delectantur quidem aliq[illegible]us extraneis, aliquando vero delectantur [illegible] al mentis, ſed uſ[illegible] adeo avide appetunt, ut [illegible] cupiant, aut fœtum interficiant, aut abortum [illegible] fœtum ſtigmate illo ſignatum edant. I[illegible] autem facta ſpirituum & ſanguinis revulſione à utero ad ipſum caput propter continuam imaginationem. *H. Saxonia Pral. Pr. Part. 2. cap 10.*

[11] *Appetunt*) Ventriculus tam perverſo oblinitus ſucco, prodigioſa tamen ejuſmodi appetentia haud jugiter vexatur, quoniam materiæ fetidas ex pluribus adjunctis & permixtis nunc exacerbatur, nunc miteſcit: Si nec calculus renum aut veſicæ indeſinenter ſolet naturam laceſſere: Imo fieri poteſt ut fœda illa cacochymia non ſedeat in orificio ventriculi, ſed ſolas occupet ejus tunicas, indeque per intervalla, nec perenniter, vaporem quendam, aut ſaltem meram qualitatem ad ventris oſculum diffundat. *Menjotius.*

[12] *Cauſa eſt triſtis*) Sicut in genere Appetitus oritur à fermento digeſtivo vitali, ita in ſpecie appetitus tam auctus quam depravatus in Pica & Malacia, ex illo originem ducit; Ex hoc videmus quod omnia animalia, ut in ſuo genere determinatum habent fermentum digeſtivum, ita ab hoc ipſo etiam determinatur eorum appetitus; Sic canis appetit oſſa, felis mures, ciconia ranas, Cujus nulla alia eſt ratio niſi quod ſpecificum in illis fermentum appropriatum ſuæ activitati poſtulet objectum: Unde ſimili ratione Pica vel Malacia oriri videtur, utut ſpecificatio iſta fermenti, ut nempe in ſingulis ſpeciebus certo modo appetitum determinet; à priori adhuc imperſcrutabilis ſit. *Etmuller.*

Pica oritur, quia in ſanguine & ventriculo eſt peregrinum fermentum aliquod, per cujus poros tranſit materia ætherea inſolita, quæ inſolito quodam modo nervos ventriculi afficiendo occaſionem dat ut in anima inſoliti oriantur appetitus, ſæpe illorum quæ alimenta non ſunt, ut lapidum, cretæ, frumenti, terræ, &c. Sæpius autem in ſanis hominibus & convaleſcentibus eſt appetitus exinde eorum quorum defectus eſt aliquis in ſanguine, qui poteſt reſtitui ab iſtis deſiderans alimentis. *Prax. Medica Reform. p. 291.*

[13] *Quem excitat*) *Cauſa proxima* eſt viciatus ſpirituum motus quatenus phantaſiæ munia turbat: *Cauſa remota* occaſionalis eſt multiplex, *Menſium defectus, graviditas,* fermenti digeſtivi alienatio, & quæ ſunt aliæ plures circumſtantiæ, ſemper hic probe obſervandæ. *Idem.*

[14] *Seu tota ſubſtantia*) Qualitas quædam, & proprietas rei alicujus, ſic ventriculum alterans ut in eo appetitus excitetur potius quam dejiciatur, uti alia contraria vi prædita id faciunt, *appetitus immodici*, vel etiam vitioſi cauſa eſſe poteſt. Qualem in humoribus, quos *melancholicos* vocant nonnunquam invenire putamus; qui in venis meſeraicis interdum nati, ſanguinique permixti, nec tantum, uti credunt, à lienis venis, ſed & aliis venæ portæ ramis ad ventriculum deſinentibus in illum effuſi, Boulimum illum poſſunt efficere: Quod non tam ab aciditate illorum aut auſteritate, vel ab *atra bile*, aut etiam *pituita acida*, uti putarunt, quod ea ventriculum conſtringendo appetitum excitent, proficiſci, quam ab occulta illius proprietate, qua ſenſum hunc immoderatum excitat, evenire, ex eo conjicimus, quod neque talis ab acidis ventriculi conſtrictio, aut ſicuti nos volumus, extimulatio, aut frigiditas, aut alia qualitas manifeſta adeo functionem illius

hus, quæ [illegible]ius à cau[illegible] hiſce proſternitur, quam augetur p[illegible]ſat bilis fames ſequatur, niſi obſtr[illegible] qu[illegible] t vis illud effic[illegible]ns: Sicut humor[illegible] Medici melancholiæ & [illegible] nus eque *corruptos. aduſt*[illegible] nenatas qualitates diverſa[illegible] ffectus tam varios & incredi[illegible] quædam qualitas eſt, quæ [illegible] potentias facere poteſt; alia vero vi[illegible] [illegible]ius rei adverſæ & abominabilis alias appetitu[illegible], qualis in Pica occurrit profecto; Et proin appe[illegible]uum horum p. n. cauſam unam aliam quam venen[illegible] & m[illegible]lignam vim, quæ ex effectu potius c[illegible]noſ[illegible]tur quam deſcribi poteſt, in humoribus in v[illegible]um il[illegible]is, vel etiam nonnunquam ex cibo in il[illegible] ge[illegible] ſtatue[illegible] e poſſumus: *Platerus*) Vide Caput de [illegible] Siti §. *Venenis.*)

1[illegible] *[illegible] ab utero*) Depravatæ, inque fœminas ſæ[illegible]vientis Fam[illegible], cauſa ut plurimum ex ſuppreſſis deducenda menſtruis; ab illis namque circa uterum ſtagnantibus, ib[illegible]que plus minus corruptis, poſtea ſanguini univerſo demum permiſtis, eundemque inficientibus, tota ipſius maſſa vitiatur & depravatur, A qua ſicut cachexia univerſalis producitur, ita & ſaliva, ſuccus pancreaticus, cæterique humores in corpore generantur vitioſi, & una cum pleriſque & quando omnibus functionibus Fames quoque depravatur. *Sylvius*, Similem, undecunque tandem Sanguinis & cæterorum humorum corruptionem & depravationem, in viris, ut & mulieribus, quandoque locum habuiſſe quoties Pica laborant, omnino cenſendum. *Idem* vide §. *Ex triſti ſe[illegible]ionis ſenſu, & judicii.*)

16. *Utero gerentibus*) Quod hoc malum gravidis præcipue ſolet accidere, eſt quia à ſpiritu ſeminis virilis multum alterentur fermentationes ſanguinis, atque ſic fit (cum fermentum peregrinum deponatur in ventriculum) ut ventriculi fermentationes multum immutentur, & conſequenter appetitus: Quo multum facit quod fœminæ, quæ ordinario magis quam viri, hos affectus patiuntur, non coerceant tales cogitationes, ſed per petulantiam ſæpe illas foveant, dum putant mulierculæ ſibi illo tempore, quo gravidæ ſunt, nihil non per laſciviam licere. *Prax. Med. Reform. pagina 292.*

16. *Utero gerentibus*) Pueri quoque ob ingluviem, impuritatis feracem, appetendi vehementiam, ac judicii imbecillitatem adultis crebrius [illegible]: item fœminæ viris, præſertim ſi muliebria reſtiterint; In virginibus chloroſis picam, viciſſimque pica chloroſin fovet.

Scribit *Hippocrates 2. Prorrh. Juvenes quibus colores diu & continenter pravi ſunt, non tamen ictero modo, ſive viri fuerint, ſive mulieres, capite dolere & lapides terramque devorare.* Notavit præterea *lib. de Superfœtatione*, *Prægnantibus ſi terra aut carbones in cibum expetuntur, eaque edunt, in fœtus capite ubi in lucem editus* fuerit, ipſorum ſignum apparere. *Menjotius.*

Quoad occaſionales cauſas, verum omnino eſt frequentius Picas obſervari in mulieribus gravidis, aut quibus menſes ſuppreſſi ſint: *Riverius* tamen exemplum habet *cent. 4. obſ. 93.* de ſele picante, non quidem gravida, ſed etiam ſterili, unde liquor genitalis, vel aliud ſimile excernendum corruptum occaſionem malo ſuggeſſit · Non tamen hoc univerſale eſſe confirmant *Pica* puellarum adhuc impuberum, v. g. Pica in puella 8. annor. obſervata *M. A. N. C. Anni 4. pag. 150.* Sic pueri, item infantes picantes ſubinde obſervantur: Puer 3. annor. Pic[illegible] laborans curatus refertur à *Fabro curat. 62.* Quinimo & viri interdum Pica laborare obſervantur, nam ſicut certum eſt laborare viros *affectu ſuffocationis hyſterica* ſimillimo ita & exempla proſtant virorum Pic[illegible] laborantium, ut [illegible] dicam de curioſa obſervatione mariti pro uxor[illegible] gravida Pica laborantis, vide *M. Cur. Anni 2. p. 216.*

Quod ſi intenſior ſit Picantis matris [illegible]avidæ appetitus, non raro hæreditarium ſolet eſſe malum, quale e[illegible]en plu[illegible] habet *Fonſeca libr. 2. conſult. 29* de puella 4. annorum ab infantia calcem parietum, & laterum fragmenta ſæpe comedente, cujus mater quoque teſtas & calcem comedere ſolita fuit. *Etmuller.*

17. *Circa ſecundum & tertium*) Gravidæ mulieres, natura ſua cacochymæ facile fiunt [illegible], nempe à XL. poſt conceptum die, uſque ad finem tertii menſis, quo tempore ſolent [illegible], puſillo fœto (qui primis duobus primis menſibus nondum ἔμβρυον, ſed κύημα, id eſt conceptus nominatur) paucum ſanguinem tunc prolectante, unde quod ſupereſt corrumpitur, & ad ventriculum regurgitat, juxta illud *Hippocrat. in Coacis*, *Terra cupiditas ſanguinis* [illegible] *denuntiat*. At quarto geſtationis menſe, aut circiter, deſinit plerumque hæc ægritudo; vel quod natura vitioſis illis ſuccis jam aſſuefacta ſit, vel potius quod auctior fœtus uberiore opus habeat alimento, ita ut nihil aut modicum redundet, interim vitiatus ſuccus, qui antea cumulabatur, partim vomitione frequenti jam excluſus ſit, partim conſumptus aut concoctus caloris nativi virtute, ob prægnantium [illegible] in humores ſuperfluos converſa. *Menjotius.*

18. *Solet autem in principio*) Apud authores controvertitur, an appetitus depravatus feratur ad ea quæ diatheſi ventriculi præternaturali ſimilia ſunt, an vero ad contraria: Dubitantiam dedit *Galenus Art. parv. capit 3.* ubi docet ventriculum p. n. ſe habentem appetere contraria, & in ſtatu naturali ſimilia: *Avicenna* ſequitur *Fen. 13. libr 3. tr. 2. capite 10. Quando in ſtomacho aggregatur humor malus diverſus à conſueto in qualitate ſua natura tunc requirit aliquid, ſibi contrarium*, quapropter incidit quibuſdam appetitus luti, imo *carbonum & terræ, & gypſi, & rerum hujus generis, propter qualitatem qua in eſt, exſiccantem aut incidentem, contrariam qualitati humorum*. Sociorum tamen judicium eo dirigitur ut ſimilia potius quam contraria appetantur, cum enim ad excitandam appetentiam phantaſia maxime concurrat, quæ à diſpoſitione corporis maxime excitatur, veriſimile eſt dominantem humorem ad ſimilium appetitum phantaſiam movere; Sicut enim bilioſi in ſtatu tum ſano tum morboſo, ignis & irarum inſomnia patiuntur; Pituitoſi, nivium, aquarum, quarum rerum phantaſmata ab humore dominante excitantur; Sic etiam affecta ſede appetentiæ humores vitioſi in ea diu ſtagnantes, ſui ſpeciem phantaſiæ imprimunt, quæ ab ea obſeſſis ſimilium appetentiam excitat, etiam ratione repugnante, quæ à vehementi illa imaginationis vi ſuperatur, Adde quod ſi contraria morbo aut illius cauſæ appeterentur, continuato illorum uſu morbus tandem curaretur, cum tamen ab iis deterior in dies reddatur; Huic ſententiæ experientia ſuffragari videtur, cum virgines chloroſi laborantes, & prægnantes ea plerumque appetat quæ temperamento & præſenti cacochymiæ conſentanea ſunt; ut ſcilicet quibus ſalſi & aduſti inſunt humores, carbones, ſalem, aromata & ſimilia appetant; quibus vero melancholia, aut acida pituita dominatur, ad acetum, fructus immaturos, & ſimilia feruntur: Quod ad *Galeni* authoritatem, quidam eam rejiciunt, quia ſi verum eſſet morboſas diſpoſitiones contraria appetere, omnes cacochymia laborantes [illegible]ibos euchymos expeterent; at contra videmus ſæpe ægros & convaleſcentes pravos cibos

euchymos expeterent; at contra videmus ſæpe ægros & convaleſcentes pravos cibos appetere laudabiles reſpuere, Sic corpora excalefacta, ſive in ſtatu p.n. ut in febribus, ſive in naturali refrigerationem expetunt: Alii *Galeni* ſententiam explicant; dicentes in Pica intemperiem ventriculi eſſe veluti habitualem & connaturalem, ideo facere appetentiam ſimilem naturali, quæ eſt ad ſimilia: Vel, dici poteſt, Omnem temperiem naturalem appetere ſimilia, præter nat. vero contraria, intelligendum eſſe poſtremum de intemperiebus quæ fiunt ſine ſucci redundantia, cum ſucci ſunt imbibiti in tunicis ventriculi, appetunt potius ipſis ſuccis, quibus madent, ſimilia, quia humor qui totas tunicas jam penetrat, etſi noxius ſit, moleſtiam tamen non infert: Contra cum humor partem tantum aliquam ventriculi occupat, vel ſolum cavitatem, ventriculus appetit contrarium ei quod ſibi noxium eſt: Sin humor totum ventriculum occupet, illiuſque tunicis ſit imbibitus, tunc facultas illius naturalis obruitur, & ita immutatur, ut non appetat niſi ſimilia humori imbibito, Et ſic recte dici poteſt illum humorem factum fuiſſe veluti connaturalem: *Platerus & Sennertus* ad qualitatem occultam confugiunt, ex eo quod ſi hujuſmodi ægri appeterent ſimilia cauſæ morbificæ, ex eorum uſu copioſo maxime augeretur affectus, cum tamen Pica laborantes rebus noxioſiſſimis ſeſe ingurgitent, ex iis leviſſimam noxam percipientes, quæ ſanos interficere poſſent: Addunt Prægnantes humores ſalſos & acidos ſæpe rejicere, cum tamen ſalſa & acida non appetant ſed toto genere diverſa: Tandem, nullam eſſe inter carbones, calcem &c. cum humoribus convenientiam; ideo qualitatibus manifeſtis non eſſe acquieſcendum: Fatetur tamen *Sennertus* probabile eſſe ſimili potius quam contraria qualitate Picam oriri, quænam vero ſit illa qualitas explicari non poſſe, cum res quæ appetuntur nullam cum humoribus, dulcibus, ſalſis vel acidis, in manifeſtis qualitatibus utplurimum convenientiam habeant: Hæc conciliare poſſumus dicentes rerum abſurdarum appetentiam ab humoribus ſimili natura & temperie præditis excitari, ſed illos humores, præter nativam temperiem, vitio quodam peculiari, è corruptela quadam oriundo eſſe præditos; quod vitium cum diſerte explicari nequeat, ad qualitatem occultam revocari poteſt. *Riverius.*

Walæus contraria ſemper appeti dicit, etſi videantur ſimilia, nam aliis qualitatibus vellicationi reſiſtunt.

19. *Curatio eſt feſtinanda ne cacochymia &c.)* Quod ad Prognoſin ſpectat, Chronicus eſt iſte affectus, non tamen admodum periculoſus, ſi natura vel arte corpus ad priſtinum ſtatum revocetur, quod non valde difficile contingit; excluditur enim ſæpe ſucceſſu temporis humor noxius crebris vomitionibus, vel medicamentis convenientibus evacuatur: Et ſuppreſſæ menſium aut hæmorrhoidum evacuationes, quæ huic malo anſam præbebant, cum tempore reſtituuntur; Quæ tamen ſi negligantur, & natura oneri ſuccumbat, morbi graviſſimi ſuccedere poſſunt: Vitiata enim prima coctione neceſſe eſt ſecundam & tertiam corrumpi, unde graves obſtructiones, cachexiæ & hydropes contingunt; Vel etiamſi humor majori copia in ventriculum feratur, & malignitatis majoris particeps ſit, cardialgias inſignes interdum producit, ex quibus lipothymia & ſyncope, & nonnunquam mors ſuccedere ſolet.

Si mulieres hoc affectu laborantes ab edulis pravis abſtinere incipiant, & laudabilibus [illegible] minori faſtidio, proximæ ſalutis & cura[illegible] ſignum eſt [illegible]ſſimum. Gravidæ [illegible] malacia utplurimum liberæ ſolent circa [illegible]m geſtationis menſem, quia fœtus grandior factus maju[illegible] rum copiam abſumit [illegible] e bus [illegible] nibus iſtam illuvi[illegible] ſi [illegible]alum [illegible] progrediatur, [illegible] impreſſam fu[illegible] n qua [illegible] negotio exter[illegible] ho[illegible] borantes acida & [illegible] cujus [illegible] natura alienas exop[illegible], ut [illegible] *tr. 2 capit. 20.* Majorem eni[illegible] ſignificat ſtatu[illegible] rali receſſum, qui difficilius emendari valeat. *[illegible]rius.*

20. *Ne cacochymia vel hydrops)* Pica affectio eſt hypo[illegible]nica, nec infrequenter in hydropem, cachexiam vel maraſmum invehit, nam ſi ægrotantes fruantur optatis, male nutriuntur; ſi iis fraudentur an[illegible] inquietari, ſicque quoquomodo ruunt ad m[illegible]. *Menjotius*

At quæritur, Cum in Pica ſubinde extraordinaria [illegible] geruntur, hocne fiat cum, aut ſine nocumento æg[illegible] cut in ordinario victu ſobrietas eſt cardo diætæ, & alimenta etiam optima moderate aſſumpta conducunt, immoderate vero nocent, ſic pariter, modo non nimium una vice ingerant, raro nocumentum exinde pati ſolent: Sic *Tulpius Obſerv. 24. l. 2.* obſervavit gravidam quæ tempore geſtationis 400 halec[e]s devoravit ſine noxa, Sic ſtupenda quam habet *Platerus obſerv. pag. 223.* de puella quæ cæpam ſub cineribus octam theri[a]ca repletam, & bubonibus peſtilentialibus impoſitam, poſteaque remotam devoravit, nec inde mali quicquam paſſa: Ac ſane plurima talia proſtant exempla abſurdorum & noxiorum, ſine incommodo aſſumptorum, Scilicet appetitus determinat aſſumenda; ſi igitur aſſumuntur ordinate, nec una vice nimis copioſe, non nocent, alias optimi etiam cibi, inordinatius aut copioſius aſſumpti, in venena degenerant. *Etmuller.*

21. *Vomitu)* Curatio varia inſtituenda eſt pro varietate corporum, In gravidis enim pauca celebrantur remedia ob ſubjecti ineptitudinem & abortus periculum, In illis tamen leviora uſurpari poſſunt, & benigniora, ex iis quæ ad ventriculum evacuandum & roborandum in curatione inappetentiæ proponuntur: Neque omittenda Venæ ſectio quæ parca manu celebrata, & frequenter, ſi opus fuerit repetita, maximum ad hujus affectus curationem habet momentum. In chloroſi autem laborantibus virginibus curatur iſte affectus remediis illi dicatis: Quæ vero contingit Pica in viris, quod tamen rariſſimum, cum ab obſtructionibus hepatis & lienis dependeat, earum curatione eliminabitur. *Riverius.*

Vena ſecanda in gravidis, & puellis, & adhibenda quæ magnam vim habeant humoris efficaciam frangendi, ut opium. *Walæus.*

Comperi hactenus præ omnibus medicamen[tis] conducere *Salia volatilia*, inter quæ ea ſeligenda à quibus plus utilitatis accurata obſervatione provenit, Eo autem utiliora ſunt quod lente ac blande men[ſes] quoque moveant; à quibus ſuppetiis plerumque pen[]det: Optima uſus ratio eſt ſi ad plures pauciores[ve] guttas, prout potentiora ſunt aut debilia, bis terve, aut ſæpius in die ſumantur ex vino &c. præſertim inter paſtus. *Franc. Sylvius.*

Si vitio fermenti digeſtivi oriatur affectus ad certum quoddam edulium, vel aliud qui[d] inuſitatum phantaſia dirigitur, Tali in caſu 1. ſtomachus vacuandus 3. fermentum vitiatum acrius factum &c. vel per *martialia* ſaturandum vel per alia appropriata alterandum. 3 Ventriculus approprians plus minus acidis roborandus. *Etmuller.*

Cum præſertim Pica & Malacia in ſtomacho fundata ſit, remediis ſtomachicis curanda venit, Stomachus

vomitorio

vomitor[illegible]ndus, in non gravidis tutius, in gravidis cauti[illegible] vel tertio geſtatio[illegible] menſe, & [illegible] vomitu; In ali[illegible]ſibus vel [illegible] periculo propinquior.

Præmiſſo vomi[illegible] ventriculo [illegible] quod fieri nequit niſi remove[illegible] es ſuppre[illegible] ſint, pr[illegible] vo[illegible]

Hinc demum [illegible] optata, inter hæc *ſucci cydonior. limon. granat. acidor*, ſunt egregii. Specifice commend[illegible] à quibuſdam *aqua pampinorum vitis*, vel ex viticum [illegible] ſtillans: Convenienter cum ea poſſ[illegible] *aqua theriacalis, ſuccus citri, & aurant.* in [illegible] Julepi. *Riverius cent. 4 obſerv. 93.* ſpecifice [illegible] *pulverem ſtomachalem Quercetani* [illegible] *hroderum Ph. lib. 2 p. 269. Foreſtus* [illegible] curavit per *ſyrupum de abſinth.* [illegible] propinando poſtmodum infuſum [illegible] *ſennæ*: [illegible] generoſi non eſſe [illegible] amicum eſt [illegible] per *ſol. menthæ & abſinth. Laudatur* [illegible] *Hartmannum* ſpecifice commendat *conſervam roſar.* cum *ſpiritu vitrioli* acidulatam, pulvere *zedoar.* permixtam.

℞. *Conſerv. menthæ criſpæ* [illegible] *pulv. zedoar.* ʒiß. [illegible] *ſyr. cydonior. aromatiſ q. ſ. Elect.*

Quæritur de *venæ* [illegible]*one*. An [illegible] Equidem in iis ex quibus ex [illegible] ſuppreſſione o[illegible]ur vitium, nullum dubium eſt quin ea debite inſtituta conferat, Non tamen opus eſt ut præciſe venæ ſectio ſemper in tali affectu adminiſtretur, nec niſi plethora aliaque indicantia adſint quæ illam ſuadeant, Sic enim *Rhodius in obſervat.* refert de quodam malacia inſigni laborante, hæmorrhoidum fluxu curato: Unde in tali affectu ad naturam melancholiæ hypochondriacæ accedente, hirudinum ad hæmorrhoides applicatio interdum utilis videtur.

Alias in non gravidis cura fere ad imitationem Melancholiæ hypochondriacæ inſtituatur. In Gravidis vero, præter dicta blandis abſorbentibus & ſtomacho gratis remediis ſucceſſive ſuccurratur, v. g. præmiſſis præmitt. fiat mixtura ſtomachalis talis.

℞. *Aqua menthæ meliſſæ, ãã.* ℥j. *Elix. menthæ* ʒij. *ſucci cydon.* ʒvj. *MS.* de quo ſubinde aliquot cochlearia ſumantur. *Ettmüller.*

Si quædam in ventriculo indigeſta & fluide adeſſe putemus, tunc Vomitorium poteſt exhiberi, quod alias non admitteretur, licet hoc malum præcipue in ventriculo & inter membranas ejuſdem reperiatur, niſi materia ibi congeſta ſit fluida.

Præſertim ergo ſanguis & humores incidendi ſunt, & obſtructiones ſolvendæ: Subinde *ſpiritus ſalis armoniaci* ſumatur, & ſubinde *ſpiritus ſalis vitrioli* varietatis cauſa, nec non *ſpiritus tartari, ſulph. ſalis, Elix. Paracelſi* novis modo paratum Et quia lapides, cretam & ſimilia alia aſſumpſit (*æger*) quæ fermentationem inierunt cum fermento ventriculi, adeoque valde illud inefficax reddiderunt, ideo illud excitandum erit, In hunc finem [illegible] erit *tartarus nitratus, vel tartarum vitrio*[illegible] proſunt omnes tales volatiles oleoſi & aromatici. Sed medicamenta diu uſurpari debent, quia [illegible] & obſtructiones ab alimentis illis ſiccis [illegible] productas, vi[illegible] adeoque con[illegible] adhuc valet. longe [illegible] omnia [illegible], *a. ex fecibus animalium vino extractus ol. expr. & ſtillat. nucis moſch.* &c. Sed curatio etiam debet dirigi pro ratione aſſumptorum, *Med. Pr. Reform. p. 293.*

N[illegible] mirabilem habere vim pro[illegible] malaciadare ʒß. *pulver ſemin. ammeos* 4. diebus ſucceſſivis nam aut liberantur mulieres prorſus, aut multò melius habent. *Hor. Augenius.*

Si prægnans prava appetat, dentur ei *faba cum ſaccharo. Tr[illegible]ula de paſſ. mul.*

Poma granat. acida uſus ſunt præcipui in Pica gravidarum. *Schroderus.*

Folia vitis proſunt in Pica. *Idem.*

Si mulieres labor[illegible] appetitu pravo, laudat *Aegineta* uſum *vini vetuſti & odorati*: *Aquam virgæ paſtoris* potatam, & præſertim poſt cibos; *Anethum* etiam vino maceratum *Mercurialis.*

Pilulæ mirabiles ad Picam gravidarum.

℞. *Rhapont. el.* ʒiij. *cinnam.* ʒj. *ligni aloës* ʒß. *balſami* [illegible] *maſtich.* ʒij. *aloes hepat.* ʒiiß. *g. Arab.* ʒß. *roſ.* ℈j. *conſ. hyacinth.* ℈ij. *calami arom.* ℈j. *menthæ* ℈ß. *ambr. gr.* xx. *cum ſyr. roſar. ſolut. & abſynth. ãã. q. ſ. f. Pilulæ,* Doſis ℈j alternis diebus iij. horis a cœna. *Laurentius.*

Maximo hic erit uſui *Decoctum maj. chamameli*, quod ſimul unum abrotonis eſt, quod omne remediorum genus ſuperat. *Hollerius & Michaelis.*

Contra Picam prodeſt *Magiſterium matris perlar.* Mirifice etiam juvat *ſpiritus vitrioli Philoſoph.* Fr. Hofmannus.

In Pica ſeu malacia à tota ſubſtantia hæc duo operantur.

℞. *Capit. jugland.* ℥iv. *aloes ſocotr.* ℥j. *ſucci eupat.* ℥ß. *thuris* ʒj. *ſchoen.* ʒiij. *m. & tere.* In *aqua bene coque* ad aquæ fere conſumptionem, Expreſſioni adde *tantundem mellis.*

II. ℞. *Sinapi* ℈ß. *Oſſ. columb. aſſat. & in cinerem redact.* ʒiß. *ſemin. portul. & cinnam.* ℈ij *ſucci cydon.* ℥ij. *ſacch. albi* ℥iij. *M. in duplici vaſe ad ignem, Doſis mane* ℥ß. altero quoque die. *J. C. Claudinus Emp. Rat. p. 238.*

Veriſſimum eſſe obſervavi *amylum* ſanare malaciam: Exhiberi debet diſſolutum *jure columbarum, pullorum turriculorum. Frendelius conſ. 103.*

[22] *Ventriculus roborari poteſt*) Mirum in modum ventriculum hoc confirmat,

℞. *Cortic. citri, aurant. calami aromat. ãã.* ℥ß. *folior. meliſſa Turcica m. ij. coqu. in vino, contuſis adde ol. nardini maſtich. ãã. p. æqu. cum mica panis furfur. f. Cataplaſm.* calide applicandum. *Arn. Weickardus Theſ. pag. 193.*

[23] *Aqua pampinorum vitis alba*) Valde hoc prodeſt.

℞. Menſe Majo prima vitis germina alba, contuſa, deſtilla per alembicum. De hac aqua prægnans bibat aliquid per tres aut plures dies, & fœtui nihil nocebit, Nec nævum ei imprimet, licet gravida non potiatur cibo affectato. *David Herlicius de cura Gravid. capite 16.*

Cap. XV.

De Nimia [illegible] ſiti.

Definitio, Cauſæ, Signa.

2. N*imia ſitis, ſeu πολυδιψία, eſt major & frequentior* [3] *potionis* [illegible]*onſueta appetentia, ob* [4] *triſtem ſuctionis* [5] *in ore ventriculi ſenſum, ex alimenti humidi defectu, & propriæ humiditatis alteratione exorta.*

6. *Signa* ſymptomatis per ſe manifeſta ſunt.

7. *Cauſa* eſt triſtis ſuctionis ſenſus, quem 8. humoris inopia & caloris copia excitarunt. Vnde vero iſta procedat, in Differentiis exponetur.

1. *Sitis*) Sitis naturalis oritur quando in ſanguine minus aquæ reperitur, unde evenit ut minus ſalivæ generetur ad partes humectandas in ore & œſophago, unde ſicciores evadunt, & inſolitum motum nervis imprimunt, Nam quia hæ partes naturaliter blande moventur aqueis particulis ad eaſdem delatis, anima huic motui aſſueta eſt, ita ut eum propter conſuetudinem non advertat: Enimvero cum hæ partes non moventur ab aqueis, tunc alium motum acquirunt ab acribus & ſalinis particulis tum præterlabentibus, tum ex ventriculo ſub forma vaporum adſcendentibus, qui motus animæ inſolitus & moleſtus Sitis nomine indigitatur; Verum hæc Sitis à defectu liquoris orta copioſo potu reſtinguitur. *Prax. Med. Ref. p. 6.*

Sitis auctio oritur à ductuum ſalivalium, & tubulorum faucium obſtructione. Sicuti ejuſdem abolitio à copia lymphæ fauces irrorantis, *Waldſchmed. Inſt. Med. pag. 74.*

2. *Nimia Sitis*) Nimia Sitis vocatur, ubi extra tempus aſſumendorum ciborum quo naturaliter ſitimus, copioſior vel frequentior potus appetitur; Hæc ſi ſumma fuerit; alias dicitur *Hippocrati* Sitis ἀναίσιμος, violenta, 2. Sitis καυματώδης 3. Sitis profunda, Denique Sitis νηδύιος. i. excellens ac inexhauſta: Alii tamen Sitim νηδύιον, alvinam exponunt, ἀπὸ τῆς νηδύος, ab alvo, ad diſcrimen ſymphaticæ, præſertim pulmonicæ; Sunt etiam qui νηδύιον malint interpretari νήδυμον, placidam, ut ſomnus νήδυμος, hoc eſt dulcis & tranquillus. *Menjotius.*

2. *Nimia*) Imprimis læditur quoties vel *augetur* vel *depravatur*, rarius enim cum hominis detrimento *minuitur* vel *tollitur*: neque enim credendum ſublatam vere in quibuſdam cum oris ariditate corporiſve ardore delitantibus Sitim ejuſve cauſam, quoniam eam non ſentiunt vel obſervant. *Sylvius de le Boe Pr. libr. 1. cap. 1. Imminuitur* autem non raro à dulci & inſipido humore, ventriculi tunicas irrigante, vel ab humiditate nimia in toto abundante, unde fit ut partes potulentam materiam à ventriculo non trahant. *Aboletur* vero in morbis acutis propter interceptionem primi ſenſorii, quando mens ægrotat, aut quia concidit omnino facultas naturalis, extincto propemodum calore nativo, unde *Hippocrates, In cauſa Siti ſevera non ſitire malum*, Cum autem Sitis *imminuta* ab iiſdem cauſis pendeat à quibus imminuta appetentia, *Abolita* vero morborum acutorum ſit ſoboles, ad earum curationes recurrendum. *Riverius.*

2. *Nimia*) Sicuti nimiam auget Sal lixivus in bile abundans, vel acrior, ſic eandem *Depravare* videtur reliquarum in ipſa bile exiſtentium partium vitium: quod cum & ratione partium multiplicium bilem componentium, & ratione modi multifarii quo peccare queunt ſingula, multiplex eſſe poſſit, difficile eſt ſingulas iſtius *Depravationis* ſpecies & cauſas exacte ac diſtincte perſequi & deſcribere: Adde quod & Succus Pancreaticus, & Pituita inteſtinalis, ob vitium ſibi peculiare, vitioſam cum bile effervcſcentiam excitando, Sitim non parum queant depravare: *Depravata* Sitis cauſa ſex rerum non naturalium dictarum nul[illegible] in ſpecie tribui poteſt, ſed inexplicabili, vitioſe tamen plurium concurrentium effectui.

Sitim auctam Curant quæ vitioſam bilis, ſucci pancreatici, ac pituitæ inteſtinalis, al[illegible]rumve humorum conſtitutionem corrigunt; quæ quoniam non ita mox paret, uſurpari poſſunt utiliter omnia humores qualeſcunque emendantia univerſalia, & imprimis Salia volatilia, ſed temperatiora, & quidem aqueis juncta, cumque vino haud generoſo per vices exhibita. *Sylvius de le Boe.*

2. *Nimia Sitis*) Sitis ſeu potius appetentia, non minus ac Fames tripliciter lædi poteſt *imminute, abolite ac depravate*; Sitis autem *depravata* bifariam dividi poteſt, ut & Fames, ut una ad potulentorum varia genera feratur, altera vero ſit aucta & potus quantitatem ac frequentiam reſpiciens: Quæ potus g[illegible] abſurda reſpicit, ad Picam refertur, cum ſcilicet ægri appetunt acetum, ſuccum limonum vel aquam ſalſam, *Riverius.*

3. *Potionis conſueta*) Notum eſt quod appetamus etiam liquida, eum in finem ut iis ſerviant inſtar vehiculi, tam nutrimentis intra corpus diſtribuendis, quam excrementis extra corpus eliminandis, Ille liquidorum appetitus, naturæ curſu in ſolam aquam fertur; inde & quælibet animalia ſola aqua pura ſunt contenta: Homines vero per artem nutrimentum ſimul cum vehiculo iſto conjungunt, ut videmus in cerevisſia, dum ſimplicis cujuſdam, v.g. *hordei grana* incoquuntur aquæ, ut mucilaginem hordei nutritivam eliciant. *Etmuller Pr. p. 3. p. 20.*

4. *Triſtem ſuctionis in ore ventriculi ſenſum*) Sitis eſt intolerandum quiddam in multis morbis, & in febribus ardentibus nonniſi clamatur de ſiti; Torretur ſicci lingua, & *aqua, aqua* clamatur; Sitis illa adeſt cum linguæ ſiccitate & ſcabritie, jactatione & inquietudine corporis; Vt hic applicare queamus verſus *Lucani l. 4. Pharſal. ut 324.* quibus Sitis gravitatem deſcribit.

Torrentur viſcera flamma
Oraque ſicca rigent ſquamoſis aſpera lingua
Jam marcent venæ, nulloque humore rigatur
Aeris alternos anguſtat pulmo meatus
Reſciſſoque nocent ſuſpiria dura palato
pandunt ora ſiti, nocturnumque aera quærunt,

Dietericus Jatrei §. 210.

5. *In ore ventriculi ſenſum*) Sitis & Fames eſt ſenſatio naturalis, reliqui ſenſus pertinent ad facultatem animalem, à naturali contradiſtinctam, ità ut hæc ſubſiſt, illa prædominetur; hic contrarium accidit, non enim referri poſſunt ad ullum aliquem ſenſum animalem & voluntarium hinc dictum, qui poſſit agere & non agere prohibita; Naturalis eſt, cum Plantis omnibus creſcentibuſque communis, ut & ſic ſuctionem plantis analogam, ſed ſenſibus ſigillatam exprimat; Naturalis eſt; de vitalibus fomentis proſpiciens & curam gerens, animali vero velut miniſtro utens &c. *Wedelius Phyſ. Med. Reform. p. 222.* vide plura ibid.

5. *In ore ventriculi*) Lubet nonnullis famem quidem eſſe ſymptoma unius ventriculi, at Sitim eſſe affectionem non ſolum ventriculi ſed gulæ quoque, faucium atque linguæ, imo ſitim quandoque obortam illæſo ventriculo, ſolaque oris ablutione relevari. Cum ergo Sitis ad plures extendatur particulas ipſam fame laborioſiorem eſſe quidam judicant, at contra hic agitur de intenſione non de extenſione paſſionis; deinde virtus ὀρεκτικὴ τῶν ποτῶν, ſimiliter ac τῶν βρωμάτων nullibi quam in ventriculi oſtio inhabitat: ac dum lingua, faucibus ac gula calefactis atque arefactis ſitis fugatur, id non fit niſi alterato per communionem ejuſdem membranæ ventris orificio. *Menjotius.*

5. *Ore ventriculi*) Nonnunquam Sitis oritur à ſola linguæ

linguæ & palati ſiccitate citra affectum ventriculi, tunc ſufficit ablutio oris ex aqua frigida ſola, vel miſta cum vino albo, vel tantillo aceti. *Enchir. med. Pract.*

7. *Cauſa eſt*) Cauſa Sitis in genere eſt omne id quicquid certo modo acrimonia plus minus intenſa, ſalſa, vel huic ſimili, fauces aut orificium ſtomachi ſiniſtrum ſtimulat; Unde prout cauſa talis vellicans in ventriculo plus minus glutinoſa ſive viſcida hæret, inde facilius ſive difficilius eluitur, magis vel minus contumax eſſe ſolet. Quoad cauſas *remotas*, ſunt hæ *externæ* vel *internæ*: De his vide inferius. *Etmuller.*

Signa manifeſta ſunt) Ex ſola enim ægri relatione affectus innoteſcit: Partem præcipue affectam eſſe orificium ventriculi notiſſimum eſt, cum illud ſit ſedes appetentiæ. Cauſa enim ex ſuppoſita ſimilium appetentia, conjectura indagari poteſt, Si enim appetant carbones, ſale & ſimilia, colligere eſt ab humoribus ſalſis & adultis affectum pendere; quæ omnia clarius innoteſcent, ſi humorum prædictorum portio per vomitum vel alvum rejiciatur; Si ructus acidi vel nidoroſi; ſapor amarus, acidus, vel ſalſus adfuerit. *Riverius* pertinet hic §. ad cap. de Appetentia.

7. *Signa*) Cauſæ propriis ſignis dignoſcuntur, ut calida & ſicca intemperies ventriculi, aut aliis partibus inhæreſcens, tum humores acres, Salſi vel amari, quorum portio interdum excluditur, vel ſaltem ſimiles ſapores in ore repræſentant: Si in ventriculo contineantur, vel per conſenſum aliarum partium Sitis excitetur, affectuum eorundem ſigna ſeſe prodent.

8. *Humoris inopia & caloris copia*) *Ariſtoteli lib. 7. de Anim. cap. 3.* humidi & frigidi appetitus dicitur: Cæterum ad calorem ſiccitatemque compeſcendam Potu quidem opus eſt; at non ſemper ubi urget *Sitis* adeſt interior calor vel ſiccitas: quandoque enim fallax quidam ſiccitatis ſeu ariditatis ſenſus in interiori faucium oeſophagi, ac ventriculi tunica Sitim excitat: qui quidem fallax ariditatis ſenſus oritur frequenter ob *inæqualitatem*, ſeu *aſperitatem quandam* ſuperficiei illius tunicæ, ſecundum exiles particulas inductam, per nitroſum, acrem vel ſalſum humorem, halitumve fuliginoſum (ut in hydrope ſimilibuſque affectibus) vel per aſſumpta exaſperantia, ſalſa, acria, quæ ſimul partium ſunt terreſtrium, pulverem, fumum &c. nec non per inordinatum ſudorem ac ſpirituum diſſipationem, qualis ſitis felicius vini ſpiritu ſedatur quam refrigerantibus & humectantibus.

Quandoque ejuſmodi ariditatis ſenſus eſt ſimplex quædam illius tunicæ affectio, per conſenſum excitata, ob materiæ cujuſcunque motum; qualis ſitis oboritur in initiis paroxyſmum febrilium, ob materiæ fermentalis commotionem, atque in partes membranoſas impetum; quæ frigidis & humidis non modo non ſedatur, ſed quandoque exaſperatur (velut item ſitis ab aſſumptis ſalſis, terreſtribus &c.) ſimiliter mulieres novi quæ ſimul atque infans uberibus admotus ſugere incipit, illico Siti afficiuntur, ſcilicet ex ſolo ſimplici conſenſu, quæ mox ſua ſponte ceſſat: Simplicem hanc affectionem exiſtimo à ſubitaneo humorum ac ſpirituum motu excitari.

Non omnis igitur Potus nutritionem concernit, ſed is ſolus nutritioni utilis ac neceſſarius exiſtit, qui commode diluendo cibo inſervit, adeoque ad meliorem hujuſce fermentationem, ſolutionem, concoctionem, atque diſtributionem facit, Is autem ſive per ſe alimentarius ſit, ſive omni alimentaria ſubſtantia careat, velut mera aqua, una cum cibo alimenti rationem, ſaltem per accidens habere cenſetur, *Deuſingius Tract. de Nutrit. p. 148.*

2. *Humoris inopia*) Madoris illius defectus, quem niſi ventriculus eo madeat & refrigeretur, mox per ſenſum illum *Sitis* denuo expetit, uti ſitum naturalem patit, ſic ſi diutius magiſve eo deſtituatur ſitim accreſcere neceſſe eſt, Quod eadem ratione uti ſaniores ob cibi defectum, quando potu diutius caruerunt, aut ille frigidus actu minime eſt, quod ad Sitim ſedandam naturaliter requiritur, evenit: Item ſi frequenti exſpuitione multa humiditate, qua fauces ſemper madere debuerunt, abſumpta & fauces, & per conſequens ventriculus madore priventur; Unde & multam loquutionem, per quam frequenter expuunt, ſitim conciliare docent. *Platerus.*

2. *Humoris inopia & caliditatis copia*) Sitim definit *Ariſtoteles* appetitum frigidi humidi: quæ definitio non tantum conjunctim vera eſt, ſed etiam diſjunctim, ita ut Sitis ſit deſiderium vel utriuſque vel alterutrius qualitatis: Porro extraria caliditas in ventriculo haud multo poſt ſiccitatem, & ſiccitas immodica calorem ſibi aſſociat; ac è ſocietate utriuſque qualitatis ardentior ſuſcitatur Sitis; Utque calor qualitas eſt magis activa, ita citius ſiccitatem ſibi aſſociat, quam ſiccitas calorem; Quæ omnia intelligenda ſunt de Siti particulari, ventriculi nam ſi totius corporis, vel alicujus membri morbo Sitis proveniat, hanc à caliditate ſimulatque ſiccitate oriri neceſſe eſt, videlicet propter abſentiam aquei excrementi, quod frigidum eſt atque humidum. *Menjotius.*

8. *Humoris inopia & caloris copia*) *Galenus in Arte parva* Sitim tradidit tanquam ſignum intemperiei ventriculi; & calidæ ſeparatim, & ſiccæ ſeparatim. Et *6. de loc. aff. cap. 1.* Sitis ingentis cauſam recenſet ventriculi, ac præcipue oris ejus, intemperiem aut calidam aut ſiccam, aut utramque ſimul; Imo à calore humiditati copulato ſitim creari poſſibile eſt, ventris namque humiditas peccat vel in quantitate imminuta, dum nempe deficit; vel in qualitate, ubi citra defectum valde effervescit; quam poſtremam cauſam notavit *Galenus 1. de ſympt. cap. 7.* Sitim fieri docens naturali humido ventris veluti fervente, Atque iſtas omnes Sitis cauſas his verbis breviter complexus eſt *1. ſimpl. 32. Sitim à calore natam acetum compeſcit, quia non inſtrenue refrigerat: Eam vero quæ fit ex humoris penuria intendit, quoniam exſiccat, quamobrem neque ſitim a calore atque ſiccitate genitum acetum perſanare poteſt, at illam quæ ab humiditatis caliditatiſque coitu naſcitur optime extinguit. Menjotius.*

8. *Caloris copia*) Madoris naturalis defectus quo major erit eo ſitim majorem creabit: Hanc autem *calor*, madorem hunc abſumens, interdum excitat, tuncque Sitis eo major fit, quod incaleſcente ſimul ventriculo, non tantum humiditatem, ſed & frigiditatem, quam ex potu actu frigido conſequitur, expetat, ideoq; magis bibere cupiat; Uti fit ſi univerſo corpore à calore accenſo, illoque ventriculum occupante, per æſtus Solis, balneorum, nimios animi aut corporis motus, & in febribus ut tantopere ſitiant, & ſi ardor magnus, ſitim intolerabilem patiantur, Vel ſi privatim ventriculus incaleſcat, ab aſſumptis calidioribus, aut *vino meraciore*, vel *dulcibus*, vel *aromatibus*, aut aliis acribus, *herbis*, *caſeo putri* & ſimilibus; Ita ex *catharticorum* caliditate, dum purgantur, Sitis plerumque urget: Et *bilis* in ventriculo ex cibis genita, vel in eum in variis morbis effuſa, Sitim excitat, eo vehementiorem quo hæc magis eſt ardens: Quod & vaporibus calidis eo delatis poteſt fieri. *Platerus.*

Prognoſis.

Quoad Prognoſin 1. Si æger ſitiens, hoc eſt in quo omnes cauſæ, circumſtantiæ & indicia Sitis, ut lingua arida, os glutinoſum aut exſuceum, æſtus inſignis cor-

pore &c. non conqueratur de Siti, malum, quia innuit adeſſe delirium, aut omnimodam facultatum corpus gubernantium proſtrationem, adeoque imminens fatum.

2. Sitis in febribus ardentibus pauca eſt admodum ſuſpecta, unde non adeo ſecurus ſit Medicus.

3. Cum naturaliter cum fame nulla ſit ſitis, & contra, adeoque quamdiu acidum eſurinum in ſtomacho dominatur, deficiat Sitis, ob id in ſiti plus minus clamoſa, illius nempe naturalis defectum ſemper concludamus: Sicut etiam ſitis talis defectu illius aliqualem adhuc præſentiam;& plus minus dominium colligamus. *Etmuller.*

Prognoſtica quod attinet, Sitis quæ à cauſis procatarcticis. excitatur tutiſſima eſt, illa enim potu ſumpto facillime ſedatur: Quæ vero à cauſis internis procedit, pro illarum varietate magis vel minus periculoſa exiſtit: Quæ in febribus contingit, aliiſque affectibus curatu facilibus cum eorum ſolutione ſponte evaneſcit: Si vero à gravibus morbis & periculoſis dependeat, eſt valde periculoſa, ut in hydrope contingit, in quo potu non ſedatus, ſed potius magis intenditur. *Riverius.*

Curatio.

β. *Curatio* reſpicit I. *Symptoma nimis urgens*, [9] quod leniunt [10] *cryſtall.* vel *corallium* in ore detentum [11] *aqua frigida* modico aceti caſtigata, *ſucci cancrorum vivorum* cum *aqua violar. & ſempervivi; pauxillo nitri aſperſus*, ad gargariſmum. [12] *Looch ex mucilag. ſemin. pſyllii, ſemin. cydoniorum ana unc. ſ. ſacchari candi violati pulveriz. amyli, tragacanthi ana dr.* I *ſyrupi violati* q. ſ. compoſitum; [13] *Aqua fontana* cum ſaccharo candi decocta, pomo citrio inciſo addito, &c. aqua eadem cum [14]. *Sale prunella.*

II. [15] *Cauſas*, de quibus in Differentiis agetur.

8. *Curatio reſpicit*) Quoad curam, 1. Tollatur cauſa irritans, 2 Augeatur lympha Salivalis. 3. Fallatur Sitis. Tollunt cauſam partim *acida*, partim *temperata*, acrimoniam ſalſam plus minus temperantia. *Etmuller.*

8. *Curatio reſpicit*) Sitim *auctum* curant præ aliis omnibus & *Aquea*, lixivum bilis ſalem diluentia, & ad urinæ vias deducentia, & *Acida*, ejuſdem acrimoniam potenter frangentia, & invertentia; Et *Oleoſa*, eandem acrimoniam lenientia, Lac puta, & Emulſiones ex oleoſis ſeminibus paratæ; Poſſunt commode *Aquea* tum *Acidis* tum *Oleoſis* jungi, atque tunc plus efficiunt. *Sylvius de le Boe.*

9. *Quod leniunt*) *Sitim cohibet os claudere, tacere, ventum cum potu frigidum inducere*, ait *Hippocrates* 6. *Epid. ſect.* 3. Hæc qui facit, & quietus manet, neque cibis utitur ſiticuloſis, ſi ſanus quidem degit, ſine ſiti eſt; Si quam maxime tenetur affectu aliquo ſiticuloſo, tamen ſitim moderatius fert; Hanc ob cauſam æſtivo tempore ſanis, & quibus otium eſt, ut ſanitatis ſtudeant tutelæ, præcipio ut domi ſe contineant, quieti in cubiculo temperato, os habeant clauſum taceantque, & aërem, quem ſunt reſpiraturi, ventilatione &c. temperent, Et aquam vinumque, ut cujuſque fert conſuetudo, refrigerari curent, ut cujuſque eſt temperies & conſuetudo, Eadem & ad febricitantes fieri jubeo, plus aut minus, prout eſt morbi tempus univerſale & hora paroxyſmi, Illud vero eſt mihi ſemper curæ ne plurimi ægri lecto aſſideant, neque omnino illum inviſant, ne illorum frequentia aërem, qui inſpiratur, calefaciat, & æger multa cogatur loqui, itaque ob id augeatur ſitis & febris. Ventum autem frigidum & Potum frigidum ſitim tollere conſentaneum eſt rationi, quandoquidem ſitis caloris & ſiccitatis eſt ſoboles. *Valleſius comm. in l. c. pag.* 654.

9. *Quod leniunt*) Refrigerantia & humectantia Sitim quacunque de cauſa genitam emendant: Hoc potiſſimum Potus, ventriculum aridum egregie madefaciens, facit, eoque magis ſi actu quoque frigidus ſit; & adhuc validius ſi potentia etiam refrigeret: Sicuti variæ ejuſmodi potiones, hinc inde in morbis convenientes occurrunt.

Aqua madore ſuo atque actuali frigiditate (quam potentia temperatam eſſe cenſemus) præſertim præſtat, potuſque eſt ſitis pellendæ gratia omnibus animalibus communis, & tantopere ab ægris ſitientibus expetitus: Quæ & cruda, vel ſi quid obſtet, cocta; ne cruditatem & flatus procreet, exhibetur, vel ſi magis refrigerare volumus, tantillo *aceti*, aliiſve ſuccis acidis acetoſitatem illi conciliatores propinamus, Cui guttulas *ſpiritus vitrioli* eo nomine addunt Chymici.

Aqua atramentoſa acida naturales ſic bibuntur; & qui diu ſiti ardenti afflicti fuerunt, ſi diutius illas bibant liberantur.

Vinum, uti uſitatus eſt adultis ſitis ſedandæ cauſa potus, ſic & ad præternaturalem ſitim extinguendam in aſſuetis præſertim concedi poteſt, ſi præſertim vinoſum non fuerit, quod non adeo calore ſuo, præſertim ſi diluatur aqua, nocere moderate ſumptum in certis morbis queat.

Lac juvenibus & conſuetis idem præſtat, & in quibuſdam affectibus; illiuſque *ſerum* in conſtipatione nonnunquam permittitur; In quibus vero morbis facile corrumpitur, improbatur.

Emulſio amygdal. dulc. cum aqua cruda vel cocta extracta, quam *lac amygdalinum* vocant, ad ſitim extinguendam communiſſima eſt.

Decocta varia fiunt, uti *Aqua decoctum* cum pauco *hordeo*; Cum *pane*. ex *ſiligine* præſertim piſto.

Cum *ſemin. cucum. excortic* vel aliis *frigidis maj.*

Cum *prunis, ceraſis, paſſulis*, cum *cinnam. vel ſem. aniſi, fœnic. &c.* cum flatus metuntur.

In uſu ſunt *Cerevisia, Ptiſana* pro cujuſque natura & morbi ratione parata. Vel

℞. *Aqua menſ.* ij. *ſucci granat. vel agreſta*, ℥ij. *ſacch.* ℥ß. *coqu.*

℞. *Aquar. acetoſa, endiv.* ā ā. ℔ij. *ſucci ribes* ā ā. *vel agreſta, granat.* ℥iij. *ſucci limon. vel pomor. acid. parum, coqueaddito ſaccharo vel ſine eo.*

Julep Alexandrinum ſic fit.

℞. *Aqua roſar.* ℔j. *ſacch.* ℔ß. *coque ad conſiſtentiam, dilue ad uſum aqua fontis vel cocta.* Vel ſic.

℞ *Aq. fontis* ℔j. *aqu. roſar.* ℥iv. *ſucci ceraſ. vel agreſta* ℥ij. *ſacch.* ℥iiij. *coque parum, vel ad conſiſtentiam ſi diſſolvi debet.*

Syrupi varii *acidi, de ribes, de agreſta, de ſucco malor. Medic. vel etiam vulgar. de ceraſis, prunis, granatis, acetoſa, aceto* parati, ut *acetoſus, oxyſacch.* ſic diſſoluta in *aqua fontis*, vel *ſtillatitiis*, aut utriſque dantur. Si *dulcia* non reſpuunt, *ſyr. violac.*

Angurtarum maturarum *ſuccus* exſuctus ad ſitim ſedandam

ſedandam valde in uſu eſt illic ubi bene matureſcunt: *Succus granat. recent.* prius ſæpe preſſorum & perforatorum.

Oris refrigeratio actualis plurimum juvat, ſi ſæpe colluatur aqua frigida, addito præſertim *aceto*, vel *aqua ſtillat. roſar. violarum*, ac oſæ &c. & ſi in ore *cryſtallum* refrigeratum, v *lapillos*, vel etiam *glaciem* teneant, ſæpeque permutent. *Platerus.*

Quæ ſitim ſ..lunt ſunt ea quæ os abſtergunt, fauces gargariſando eluunt, ac ſimili ratione, licet non tollant, ſaltem minus equere faciunt, Convenit igitur cereviſia ſecundaria calida pro faucibus crebrius eluendis, item liquores *gargariſmatum* inſtar in ore volutandi & r tinendi, præſertim quando lingua ſimul eſt arida, ſcabra, plus minus nigricans; In talibus caſibus *ſuccus ſempervivi mai. mucilag. ſem. cydon. pſyllii &c.* *l armoniac.* imprimis conveniunt, v. g.

℞. *Aquar. ſempervıv. mai.* ℥iij. *ſucci ſempervıv. mai.* ℥ß. *mucilag. ſem. cydonior. cum aqua ſperm. ranar. extr.* ℥j. *ſal. armon.* ʒj. m s. Liquor detineatur in ore aliquandiu, hinc denuo exſpuatur, *Vel*

℞. *Mucilag. ſem. cydon. cum aqua ſemperv. extr.* ℥iß. *ſucci ſemperv.* ℥j. *nitri* ʒj. ms.

℞. *Mucilag. ſem. cydon. cum phlegmate vitr. extr.* ℥ß. *ſyr. violar.* ʒvj. m s.

Miſturæ hæ linguæ impoſitæ eandem denuo tractabilem reddunt, & fauces blande humectando, ſitim ſedant.

Pauperculis ſola *aqua, cereviſia ſecundaria*, in qua ſolutum ſit *nitrum* ſufficit. *Etmuller.*

10. *Cryſtallo vel corallium ore detentum*) Globuli etiam plumbei, lapilli &c. quatenus ore volutati lympham ex vaſis oris lymphaticis comprimendo exprimunt; humoremque ſic in os alliciunt; copioſa enim vaſa ſalivaria in os excurrunt, de quibus *Warthon, Steno & alii*, quibus hiantibus hoc irrigatur, ſitiſque levatur; iis contra obſtructis aut humore deſtitutis, ſitis ſuboritur.

11. *Aqua frigida*) Obſervatione dignum eſt, quam cito hauſtus frigidæ ſitim naturalem, utut gravem compeſcit: Potus nimirum ſumptus faucibus & trachea obiter irrigatis, in ventriculum deſcendit, unde via compendiaria ſanguini ſuffuſus effectus ſuos ſive humectatione, ſive refectione opus ſit, dictum factum exſerit. *Mundius comm. de Aere vitali p. m. 305.*

12. *Modico aceti*) Quam ſitim leniat *Acetum* oſtendit *Galenus 1. ſimpl. 32.* Sitim à calore natam acetum compeſcit, quæ ἐκ ἀγμοῦ, haud inſtrenue refrigerat: Eam vero quæ fit ex humoris penuria intendit, quoniam exſiccat; quamobrem neque ſitim à calore atque ſiccitate genitam acetum per ſanare poteſt; at illam quæ ab humiditatis caliditatiſque coïtu naſcitur optime extinguit. Probat Euſtach. Rudius potum poſcæ ex pauciſſimo aceto.

12. *Modico aceti*) De uſu *aceti* & acidorum vide inferius §. 7. *cauſas*) & 9. *Differentia ſumuntur à cauſis*)

13. *Loboc*) In ſolidiore forma multa maſticata, & ſenſim deglutita, licet minus quam quæ bibuntur madefaciant, vel devorata, ſitim compeſcunt.

Ex *acidis* ſunt, *acetoſa*, *trifol. acetoſum* manſa, *lactuca, portulaca, endiv. cichor. bugloſſi utr. flores* in acetariis. *Braſſica capitata, rapa, poma cocta, aciditatemque* adepta addins *racemis berberis*; ſicuti condiri ſolent. *Medica mala, poma, ceraſa, pruna, mala Punica, ribes, berberis, uva criſpa, paſſulæ, uvæ, acida* præſertim, vel ſaltem vinoſa recentia, vel etiam ſiccata rurſumque macerata, ut *pruna, ceraſa, paſſula* comeſta ſitim extinguunt, minus ſi ſaccharo condita dentur.

Ex *dulcibus*, licet ea Sitim pleriſque augeant, tamen quibus grata ſunt ut ſenibus, *radix liquirit.* maſticata recens ſitim ſedat

Sacchar. item *cand.* & præcipue è *ſyr. violac.* ore retentum: *manna. ſacch. roſ. tabul. manus Chr.* comeſta, *Conſerva roſ.* præſertim ſi cum *ſpir. vitr.* ruborem & aciditatem contraxerit, *Conſ. violar. cond. caul. lactuc. & carnis cucurb. citr.* Vel

℞. *Conſerv. roſ.* ℥ij. *conſ. acet.* ℥j. *conſ. viol. bugl. nenuphar.* āā. ℥ß. *rob. de ribes q. ſ. f. Electuar.* Platerus.

11. *Loboc*) Linctus ad ſitim parantur, E. g.

℞. *Mucilag. ſem. pſyllii, cydonior. vel g. tragac. extracta cum aqu. roſar.* addito *ſacch.* vel *ſyr.* convenienti,

℞. *Mucilag. prædict.* ℥j. *ſyr. de agreſta* ℥ß. *ſacch. parum f. Linctus.* Platerus.

Semina pſyllii cydon. ſacculo indita, addito *ſacch.* in aqua refrigerata ſæpe linguæ imponantur.

Trochiſci in ore eandem ob cauſam donec ſenſim diffluant retinentur,

℞. *Medullæ quatuor ſem. frig. mai.* āā. ʒj. *ſemin. portul. amyli, ſucci liquir.* āā. ʒß. *incorporentur cum infuſione g. tragac. f. Formula.*

Sunt qui *mucilaginibus ſemin.* & *oleo roſac.* linguam illinunt.

12. *Loboc ex mucilagine*) In univerſum omnibus Sitis generibus hæc conveniunt,

℞. *Succi portul.* ℥vj. *ſucci cydon.* ℥iv. *aqu. acetoſ.* ℔j. *aceti roſ.* ℥ij. *ſacch. c.* ℥iij. *f. Potio* pitiſſando aſſumenda. *Joel.*

13. *Aqua fontana*) Sitis, cujus origo à toto petitur corpore, vino lymphatico promptius quam aqua ſimplici lenitur, quoniam vinum ſua ἀναδόσει aqua, alioquin ægre meabili, curſum verſus membra adjuvat: Sitis vero cujus cauſa in ventriculo inſidet, aqua pura melius expletur, quod nulla opus ſit penetratione. Imo panis aqua madidus, hujus è ventriculo exitum remorando, meræ aquæ antefertur. *Menjotius.*

15. *Aqua fontana cum ſacch. &c.*) *Julep. acidiuſculum gratiſſimum*,

℞. *Aqu. hord.* ℥xxx. *flor. roſ. rubr.* ʒß. *ſpir. vitr. ad gratum acorem, ſtent in aq. tepida per horas tres, aut donec colore rubello tincta ſit aqua: Fitoſar. Tinctura dicta, cui colata affunde ſyr. Jujubinis* ℥iij. Gratiſſimæ Rotulæ fiunt ex ſaccharo cum ſucco citr. ſucco berber. rib.

14. *Cum ſale Prunellæ*) *Hartmannus* in praxi miſcet hujus ſalis ℥j. cum menſura j. liquoris ſeu aquæ pro potu febricitantium, Ego vix ʒv. tranſcendo, nimium aliquantulum debilitat ventriculum, unde & alvi fluxus concitare nonnunquam ſolet; Alias à ʒß. ad ʒj. propinari ſine noxa poteſt. præcipue autem cum *ſacch.* qui amaror tingatur. *Schroderus.*

Sitim ſedant eamque impediunt *Troch. ex ſale nitri præpar.* cum *ſantalo, ſacch. & mucilag. gum. tragac. formati*, ore donec ſolvantur retenti. *Platerus.*

15. *7. Cauſas*) Tollunt *cauſam ſitis* partim *acida*, partim *temperata*; acrimoniam ſalſam plus minus temperantia: Verum eſt *Aquam ſimplicem* appetere naturam, ſed in illa, præſertim frigida, propinanda ſimus cauti; Proſtant enim exempla eorum qui ex nimio aquæ frigidæ potu ſunt demortui: Si vero non immineat mors, metus eſt ne periculoſum aſthma inducat, idque propter coagulationem ſanguinis in præcordiis ab aqua frigida factam; Tale obſervat *Gabelchoverus cent. 2. cur. 17. & 18.*

Conveniunt igitur hic potius *Acida*, & hinc *temperata*, *Acida* plus minus auſtera in affectibus febrilibus ſunt optima; hæc inter ſunt *acetoſa, ſempervivum, poma citri, cydonia, horumque ſucci* Item *tamarindi*, qui præter hoc quod ſitim compeſcant, in

ſebribus etiam æſtum impediunt, ac blandiſſime alvum ſubducunt.

Pertinet huc *acetum ſimplex* atque *roſac.* vel *violac.* item *phlegma vitrioli* acidulum, *ſpiritus vitrioli*, *ſalis*; in febribus æſtuoſioribus *ſpir. vitrioli*, item *ſpiritus minerales compoſiti*, *acidi*, ſeu *clyſſi*, potui inprimis ordinario inſtillandi.

Facit huc *Nitrum*, præſertim *antimoniatum* ad ʒj. ʒjj. potui injectum, & ita aſſumptum, alterat egregie, & ſimul ſitim mingat; quin etiam ſomitem ſitis plus minus glutinoſum ac viſcidum reſolvit ac abſtergit: Ex his varia fieri poſſunt præparata, ſpeciatim *ex acetoſa*, cujus *radix* tingit colore rubro, & recens expreſſus *ſuccus* vinum rubellum colore & ſuavi aciduli ſapore eleganter refert, E. g.

℞. *Decocti rad. & fol. acetoſ.* ℔j. *adde ſucci acetoſæ rec.* ℥iij. *ſyrup. rib. granat.* āā. ʒvj. m. pro Julepo.

Uſitate præſcribuntur tales ita,

℞. *Decoct. hord. ſimpl.* ℔j. *ſucci citr. cydonior.* āā. ℥j. *Tinct. flor. bellid. roſar.* āā. ʒj. *ſyr. acetoſ. citri* ℥iß. m. f. Julep.

Julepi inſtar Tincturarum per infuſionem ex tempore parati, qui gratiſſimi ubi *tamarindi* adduntur.

℞. *Tamarind. conquaſſ.* ℥ij. *coqu. in ſ. q. aqu. ſimpl. colatura*

℞. ℔j. *adde tinct. roſar. violar.* āā. ʒj. *ſyr. berber. rib.* āā. ℥j. m s. conveniens etiam *decoct. tamarind. cum paſſulis*, egregie temperans, & ſimul alterans: Præſertim iſtis in caſibus ubi aciditas *tamarindor.* nonnihil ſuſpecta videtur.

Iſta quæ temperando ſiſtunt Sitim, ſunt inprimis *Lac*, ejuſque in ſpecie *ſerum*, item *Paſſulæ*, item ex his parata *decocta*, quibus ſuo modo & radix *China*, item *lignum ſaſſafras* pro circumſtantiarum ratione addatur; Præ cæteris *ſerum lactis*, nitro volatili, ſed & oleoſo temperato turgidum, excellens eſt in ſiti *febrium*, præſertim cum ſcorbuto complicatarum ſiſtenda, alvum ſimul apertam ſervat; ſalia quævis acria corrigit, ac per urinas expurgat: Uſurpatur nunc ſolitarium, nunc cum pauco *ſucco citri* acidulatum; quando nempe in *menſ. ſeri lactis* infunditur *pomum citri*, vel totum, vel dimidium in taleolas inciſum, ac hinc colatur: Sic enim *citri acidum*. butyroſam ac ſuperfluam caſeoſam partem ex ſero præcipitat, ut exinde potus admodum ſuavis emergat; Ex *ſeminibus* item *frigidis majoribus*, item *granis hordei*, *amygd. dulc.* & ſimil. Emulſiones quoque fiunt, contra ſitim non inconvenientes.

Inter *Temperantia* memoranda venit *liquiritia*. Hæc cum *ſemine fœnic.* decocta temperat ſitim, quando hæc oritur præciſe ab *acrimonia ſalſa*, qualis urgere ſolet *phthiſicos*, *hecticos*, *catarrhoſos* in quibus caſibus non adeo conveniunt acida, aut ſaltem parciſſime propinanda, ſed potius temperata talia ex *paſſulis*, *liquiritia*, *hordeo*, & ſimil. v. g.

℞. *Hordei rec.* m. j. *paſſul. min.* ℥j. *liquir. raſ.* ℥ß. *cinnam. ſem. aniſi, fœnic.* āā. ʒj. *coq. in* ℔vj. *aqu. fontis* ad conſiſtentiam, bibat pro libitu.

Ea quæ pro ſecundo ſcopo (vide §. 9. *Curationis*) lympham ſalivalem augent, ſunt *potus aquosi* minus vinoſi; de quibus aliiſque ſalivæ vitiis ... gendis videatur *Sylvius l. 1. Pr. c. 51. & 52.* Ex ... bus quæ ſalivam viſcidam ac glutinoſam attenuant & reſolvunt, inprimis excellit *Sal armoniacum*, interne ſubinde uſurpatum. *Etmuller p. 24.*

Quidam ſani interdum ſiti matutinæ ſunt obnoxii: Hos optime curare ſolet hauſtus *vini abſynthitis*. Idem.

Lini, cydoniorumve ſemen linteolo pilulæ modo alligatum, *violacea aqua* maceratum, ſi ore contineatur mire ſitim mitigat. *Al. Benedictus.*

Mirifice ſitim depellunt hæ Pilulæ.

℞. *Semin. melon. cucum. caul. lactuca, cond. diacod. in forma ſolida, cum ſacch.* ʒij. *ſacch. cand. violat. tragac.* āā. ʒj. *cum ovor. album. f. Pil.* teneatur una ſub lingua, ut paulatim in ore diſſolvatur & deglutiatur. *Euſt. Rudius.*

Pro ſiti arcenda, præſertim in febre peſtilenti, maxime valent offulæ *anguria* in *ore* detentæ. *Idem.* Quidam pro ſecreto retinent aquam cum tanta *aceti* portione quanta lubet ad gratiam ſumentis & bibendum præbeatur. *Idem.*

Differentiæ.

[16] *Differentia* ſumuntur à cauſis.

I. [17] *Alia eſt à* [18] *rorida ventriculi ſubſtantia defectu*, quod

Cognoſcitur ex cauſis præcedentibus, faſtidii abſentia &c.

Oritur ab iis quæ [19] humidum abſumere poſſunt, ut ſunt labores, vigiliæ, [20] inedia, [21] immodica evacuatio &c.

[22] *Curatio* cibo potius quam [23] potu peragenda. Aqua, [24] quæ in illis vomitum & alvi fluxum excitat, vitanda eſt. Initium ab humectatione, quam lenis [25] refrigeratio ſequi debet, ſumendum.

Alia ab humiditatis in ventriculo per calorem diſſipatione, quæ

Cognoſcitur ex cibi faſtidio, faucibus aſperis, [26] ſapore amaro, [27] ſalſuginoſo, nitroſo.

Oritur 1. [28] Aut *per ſe*, ſeu ab *Externis*, [29] aëre calido, [30] cibis acribus; ſalſis, potionibus calidis, [31] motu vehementi linguæ, [32] venenis, quæ omnia amoveri debent.

Seu ab [33] *Internis*, ut [34] Intemperie ventriculi [35] inæquali potiſſimum, ubi [36] Evacuandum. [37] *Emulſione ex quatuor ſeminibus frigidis majoribus* humectandum.

2. Aut *ad* [38] *alios morbos*, [39] nempe febrem, [40] pulmonum caliditatem, [41] hydropem &c. quorum curatio ex ſuis locis petenda.

II. *Alia eſt* [42] *ſine febre*, [43] quam bilis aut [44] pituita ſalſa excitant.

[45] *Alia cum febre*, [46] In cujus paroxyſmi principio potus non dandus, ne æſtus major accendatur, ſed ſitis illis quæ in ore detinentur fallenda; in vigore gargariſmis humectantibus, & [47] refrigerantibus agendum: in declinatione, potus, niſi æger abſtinere velit, concedendus eſt, ut ſudores largius erumpant.

15. *Differentia ſumuntur a cauſis*) Sitis [illegible] fit vel vino univerſi corporis vel culpa partis cujuſdam privatæ, vel proprio malo ventriculi; Corporis univerſitas à febre ardente, largo ſudore; ſimilibuſque cauſis aqueo humore ſpoliata, alium avide trahit mediantibus venis è ventriculo, ubi ſitis quamprimum citatur.

Privatæ partes incendio flagrantes, vel rapta ventriculi humiditate, vel fervore per alterationis continuitatem ad ventriculum propagato, ſitim ſympathicam accendunt, ut renes in dipſaco ſeu diabete, jecur in hepatitide, præſertim ſi inflammatio ſimam ejus partem ventriculo contiguam occupaverit; pulmo in peripneumonia, cor in ira & metu; ſicuti enim cor exolvitur conſortio ſtomachi, ita viciſſim proprias intemperaturas ipſi communicat, eoque ſenſu ſcriptum ab *Ariſtotele Probl. 2.* Sitim exurgere exiccato [illegible] i. e. [illegible]e.

[E]andem peculiari ventris labe conſurgit ſitis, juxta opinionem *Galeni 5. aphor. 27.* vel ob exceſſum caloris, vel ob inopiam humoris, nec modo caliditas ſeorſim, ſed & ſiccitas ſeorſim ſitim provocat, ac nonnulli propter ſuperſtitem è lue venerea faucium ac ventriculi ariditatem in poſterum ſitiiſſe deprehenduntur, quapropter moderate calida, ſi humida fuerit, lentique ſucci, ut liquiritia, Sitim frænant, Neque immerito *Galenus* in *Arte p.* Sitim tradidit tanquam ſignum intemperiei ventriculi, & calidæ ſeparatim, & ſiccæ ſeparatim, & *6. de l. aff. 3.* ingentis ſitis cauſam recenſet ventriculi, ac præcipue oris ejus, intemperiem aut calidam, aut ſiccam, aut utramque ſimul: Imo à calore humiditati copulato ſitim creari poſſibile eſt, ventris namque humiditas peccat vel in quantitate imminuta, dum nempe deficit, vel in qualitate, ubi citra defectum valde efferveſcit, Atque *1. Simpl. 32.* iſtas omnes Sitis cauſas his verbis complexus eſt, *Sitim à calore natam acetum compeſcit, quia non inſtrenue refrigerat, Eam vero quæ fit ex humoris penuria, intendit, quoniam exſiccat.* Menjotius.

16. *Differentia ſumuntur*) Primarie eſt, quod Sitis morboſa vel *idiopathica* ſit, cum innata ventriculi humiditas alteratur, & exhauritur ob inæquali intemperie, ſicca, vel calide, vel utraque, alias ſimplici, crebrius cum materia conjuncta, humore ſcil. acri, aut ſalſo, putrido &c. ventriculi tunicis impacto, vel ejus cavitate incluſo; Aut *Sympathica*, ex conſenſu tonus, aut eliquatuio partium humidum exhaurientium. *Riverius.*

Ante omnia diſtinguendi ſunt *gradus Sitis nimiæ.* Eſt enim vel *moderata*, vel *intenſa*, ſeu *clamoſa*, *Illa*, v. g. ab exercitio, loquela diuturna, ariditate faucium; *Hæc* in febribus poſt aſſumpta purgantia, aſſumpta venena acria &c. *Illius* ſubjectum ſunt ſaltem fauces, vel ſpeciatim dicta pharynx; *Hujus* ſimul orificium ventriculi ſiniſtrum, ſeu vulgo dictus ſtomachus, ceu radicalis ſedes famis & ſitis: *Illa* facile & breviter interdum uno hauſtu, vel reperita ſaltem calida faucium elutione eſt corrigibilis: Hæc repetitis etiam pluribus hauſtibus vix eſt extinguibilis. *Ettmuller.*

Sitis ſi *ſumma* fuerit, atque [illegible]. vetie cognominatur ab *Hippocrate*. Primo ſitis [illegible] violenta; ([illegible] enim vim ſignificat) ij. Sitis [illegible], ſicut ſomnus altus [illegible], & tuſſis valida [illegible] dicitur; iij. [illegible], ſive ſitis profunda; Denique ſitis [illegible]. quaſi [illegible], quæ difficulter ſubigi poteſt, i. e. excellens et inexhauſta, Alii tamen Sitim [illegible] alvinam exponunt, [illegible], ab alvo, ad diſcrimen ſitis ſympathicæ, ac præſertim pulmonicæ: Sunt etiam qui [illegible] malint interpretari [illegible], placidam, ut ſomnus placidus, h. e. dulcis & tranquillus. *Menjotius Diſſert. Path. p. 589.*

17. *Alia eſt*) Hanc differentiam adde ex *Hippocrate 6. Epid. ſ. 4.* quod alia ſit [illegible], ſuperficiaria; alia gravis: De priore ſic l. c. *Levi inter vigilandum ſiti ſomnus medetur, Ei vero quæ ſomno ſuccedit vigilia interdum.* Recte igitur, & juxta *Hippocratis* mentem, interpretatur *Galenus aphor. 27. 5. Qui noctu bibere appetunt, ſi ſuperdormierint bonum*, intelligi de mediocri potus appetentia, Nam ſi quis tenetur ingenti ſiti, ſatis non erit dormire, niſi prius potet; Imo vero ſitis ipſa dormire prohibebit: Si vero mediocris ſolum ſit, dormiendo citra potum ſedabitur; Ita quoque quidam qui cum ſiti expergiſcuntur, vigilando ſolum, etſi nihil accipiant potus, ſiti levantur: Nimirum vigilia ſiccando facit ſitim, quam merito tollit ſomnus, cum humectet, Somnus etiam aliquibus ſitim facit calefaciendo viſcera, quia ex *Hippocr. eodem libr.* qui dormit calidior eſt interius, frigidior exterius; hanc ergo ſitim tollit vigilia, avocando calorem à viſceribus ad externa. Sed neque hanc ſitim vigilia, neque illam ſomnus tollere valet, niſi exigua ſit &c. *Valleſius comm. in cit. l. p. 675.*

17. *Alia eſt*) Propterea non omnis ſitis eſt eadem medela, neque omni æque ſuccurritur frigido aëre aut potu, ſed ut cujuſque eſt cauſa, Ei enim quæ à caloris magnitudine naſcitur, qua paſſione plurimum laborat thorax & pulmo, aëre frigido ſuccurritur melius quam potu, Et potu non tam multo quam frigidiſſimo: Ei vero quæ nonnunquam fit ex ſicca intemperie ſine humore, aut cum humore ſalſo, aut acri, qualis plerumque ex ventriculo aut hepate eſt, melius ſuccurritur potu quam aëre, & talem quidem ſitim ſedat etiam potus aquæ tepidæ. *Valleſius Epid. p. 654.*

18. *A rorida ventriculi ſubſtantia*) Cauſa proxima eſt defectus alimenti humidi, & ſiccitas ventriculi, aliarumque partium quæ ſtomacho penuriam ſuam communicare valent: Illa autem ſiccitas vel humoris penuria exoriri ſolet ab omnibus iis quæ roridam humiditatem ventriculi totiuſque corporis abſumere & exſiccare valent, quæ omnia ad calefacientia & exſiccantia referuntur, Exſiccantia per ſe & primario exſiccant, Calefacientia ſecundario humidum abſorbendo. *Riverius.*

19. *Humidum abſumere*) In genere ſitis ex ſiccitate orta, humectantibus, Ex caliditate refrigerantibus, Ex nimia evacuatione, Refectione ex refrigerantibus alimentis, Valent cremor ptiſanæ, Juſcula pulli aut carnis vitulinæ ſine ſale, cum multa aqua parata; Lac amygd. *Syrup. violac.* ℥j *cum aq. hordei* ℥iiij. &c.

19. *Quæ humidum abſumere poſſunt*) Ea quæ tantum exiccant, nec dum ex ſua natura calorem afferunt, aſſumpta, Sitim conciliant, uti ſalſa omnia, aridaque & ſuffumigata: Aër quoque ore patulo attractus diutius, quia fauces (*utroſus quippe*) & per conſequens ventriculum exſiccat, Sitim parit. *Platerus.*

20. *Inedia*) Quare jejunantes magis ſitiunt quam eſuriunt? Nihil corpus magis calefacit quam inedia, ideo diutius jejunantibus urinæ calidæ ſunt & rubræ, viſcera æſtuant, fauces ſunt ſiccæ, Sitis autem eſt appetitus humidi, quo maxime egent qui ita afficiuntur; Iiſdem vero ob eandem viſcerum affectionem ciborum appetentia minuitur, & fere interdum abolerur. *Franc. Bayle Problem 24.*

21. *Immodica vacuatio*) Hinc exhauſto per Purgantia nimis ſero & Sitis oritur & calor; hinc æſtuante corpore & Sitis vexat ægros, indicio manifeſto quo indigeat natura, ſeri nempe ſufficienti quantitate & contemperatione. *Wedelius Am. m. m. p. 35.*

21. *Immodica vacuatio*) Ut quæ purgationem ſequitur, quam completam eſſe ſitis indicat, Nam 4. aph. 19. *Qui epoto pharmaco non ſitiunt, ipſorum purgationi finis non datur priuſquam ſitiverint*, ob in-

ductam nempe ab evacuatione ſiccitatem, ita ut nulla excuſatio affecti poſſit vel calefacientis ſeu humoris ſeu pharmaci, à quo ſitis infertur priuſquam peracta ſit purgatio, vel æſtuantis ſeu ventriculi ſeu pulmonis: Potiſſimum autem hydragoga, quantumvis cæteris catharticis non ſint calidiora, eductis tamen aquoſis humoribus, calorem contemperantibus, ſitim promovent, ſicut ex adverſo ſalſis bilioſiſve ſuccis expurgatis, non ſolum non movetur ſitis, ſed quæ prius fuerat reſtinguitur. *Menjotius.*

[21.] *Immodica Vacuatio*) Si Sitis aliquam inſignem vacuationem conſequatur, non eſt concedendus prorſus potus ob periculum hydropis, ſed fallenda eſt ſitis retentis in ore, & agitatis nucleis prunorum, ceraſorum, uſu ceraſorum conditorum, ribes, maceratorum in aqua frigida, ad tollendam dulcedinem quam à ſaccharo contraxerunt, Saccharum enim ſitim potius facit quam ſedat, præcipue album, Candidum enim ſitis mitigandæ vim habet; Idem præſtat *radix & ſuccus liquir.* ore retentus, *ſemen* pſyllii, in nodulis ligatum, & in aqua madefactum, *poma arantia & citria* per taleolas diviſa & macerata in *aqua roſar.* & *ſacch. pruna perdigona*, *damaſcena* & alia quæ attactis in os humoribus illud ſiceſcere non ſinunt. *Enchir. Med. Pract.*

[22.] *Curatio cibo potius &c.*) Si ſitis à ſicca ventriculi intemperie, ex immodicis vacuationibus, aliiſve cauſis, 1. vacuationes ſupprimantur, 2. partes inanitæ inſtaurentur. Inſtituatur victus analepticus, qualis in hectica, maraſmo; Valent præſertim *Lac* & *Balneum* ex *Galeno* 7. m. m. Prius convenit, etſi arceat ſiticuloſos *Hippocr.* aph. 64. 5. eos ſcilicet qui ſitiunt à bilioſi & humoris putridi præſentia; non item eos qui ex ſiccitate & conſumptione laborant: *Balneum* autem ex decocto emollientium, *capitum & pedum vervecinorum*; aut addito *oleo violac. butyrove* rec. decocto, ſit autem tepidum crebriuſque uſurpatum, Huc excipiat litus dorſi, lumborum, ventriculi, ex *oleo violac. medulla* cruris vituli, addito lacte caprillo, vaccino &c. *Riverius.*

Juſcula huc referuntur, ex *decocto carnium* vel *caponis*, quæ colata primum frigida, ut pinguedo ſeparetur, dantur. *Platerus.*

Uſu tritum nunc eſt, præſertim apud Gallos, Jus *pulli gallinacei*, aut carnis vitulinæ mactæ, (*aquam pulli, aut carnis vitulinæ vocant*) frigide exhibitum colatum, per linteum tenue: Si laxatio alvi timetur à prægreſſa diarrhœa, incoquitur raſura *cornu cervi*, aut *ſantalum rub. coriandrum* &c. Admodum lenit & temperat ſiccitatem partium: In hectica febre admodum proficuum; hauſtus illius præbetur ante cibum, ut & iis quibus ſqualent viſcera. Utiles ſunt & *Emulſiones amygdalina, hordei cremor.*

[22.] *Curatio cibo potius*) Quin & ſomnus ex *Hippocr.* aliquando medela eſt, nam *aphor.* 27. 5. *Quibus noctu bibendi eſt cupiditas, iis valde ſitientibus obdormiſcere bonum.* Nam per ſomnum retracto ſanguine, viſcera humectantur, cauſaque ſitifera concoquitur & ſubdeſcendit: Secus enim ſitim magnæ evacuationis conſectariam ſomnus exacuit, quia corpus exhauſtum, calore per ſomnum concentrato, magis magiſque exinanitur; Sic quoque à præcordiorum inflammatione ſomnus nocivus eſt; quo ſenſu ſitim, tuſſim & linguæ aſperitatem à ſomno exacerbari notavit in Prorrh. 2. 2. *Hippocr.* Interdum idem ſomnum non ſiti intentæ, ut in præfato aphoriſmo, ſed minori duntaxat opem ferre teſtatur, [illegible], *inquit* p. 2. l. 4. 6. *Epid.* 1. c. *ſuperficialem inter vigilandum ſitim, ſomnus ſedat*, additque eam quæ à ſomno orta eſt, vigilia reprimi. Nam ſomni tempore, quo natura incumbit coctioni, quam multi halitus è cibis elixatis quoquoverſum emittuntur quibus partes concaleſiunt, eædemque refrigerantur per vigilias, quibus fervidi illi vapores diſcutiuntur, unde *Avicenna l. 3. fen. 3. tr. 2. cap. 10. Somnus poſt cibos calidos, ut vinum meracius, ſitim excitat, quam alioquin* [illegible] *ere conſuevit*. Et *Aetius Tetr. 2. ſerm. 1. c. 119. Sitis*, [illegible] *vel ob penuriam humiditatis vel ob abundantiam caliditatis: Siccitatis medela eſt ſomnus, coquit enim humores, caliditatis remedium vigilia, quibus illa verſus ſuperficiem expanſa, evaneſcit. Sitis vero à calore eduliorum, aut liberaliore vini hauſtu medetur frigida potus.* Me[illegible]jotius.

Somnus ſitim ſedat, non quod humectet, uti voluerunt, ſed quia per ſomnum calor ad exteriora potius feratur, ſicut hoc Sudores, qui tunc facilius fiunt, ſatis declarant: *Quies*, cum p[illegible] eam corpus minus incaleſcat, minuique humor diſſipetur, convenit [illegible] quo & pauca *Loquutio*, cum multa ſitim augeat, refertur. *Platerus.*

[23.] *Potu*) Potus non duntaxat reſtinguendo æſtui, ac contemperandæ ſiccitati inſervit, ſed pr[illegible] ejus neceſſitas eſt ad meliorem in ventriculo conc[illegible], hæc enim elixationi quodammodo aſſimilatur. Cibus itaque ubi ſolidior ſiccìorque aſſumptus eſt, pleramque ad meliorem concoctionem, liquationem ac diſſolutionem in ventriculo Potu indiget, quo diluitur, qui ipſe quoque fermentationem inordinatam ac corruptivam, unde quandoque febrilis æſtus exoriri poſſet, vel ad febrem diſpoſitio compeſcit: Inſervit itidem potus meliori alimentorum poſt fermentationem concoctionemque in ventriculo peractam diſtributioni. *Deuſingius Tract. de Nutrit. p. 148.*

[24.] *Qua in illis vomitum*) In ſiti vomitus eam potius auget quam minuit, niſi bilis eam excitarit; In cujus tamen etiam evomitione ſitis concitatur, quæ tamen mox bile evacuata ceſſat. *Platerus.*

[25.] *Refrigeratio*) Extinguendus calor & totius corporis & præcordiorum eſt Epithematibus, quibus ego feliciter ſæpe ſitim extinxi, non minus quam internis: Etenim adhibentes *ſuccum cichorii, endiv. portulacæ* &c. cum *aceto & ſpec. triaſant.* ipſi regioni hepatis, idque ſæpius repetentes mirifice profuimus. *H. Saxonia, Pr. Med. l. 3. c. 8.*

[26.] *Sapore amaro*) An tunc Aquæ potus convenit? Si quidem *Senex* docet *p. 4. ſ. 3. l. de d. ac. docet* in natura bilioſis ſitim aqua non propulſari, at ipſam amareſcere ac in bilem permutari: Et 3. de *Fract.* 49. præſcribit ægro aquæ potum, dummodo non ſit [illegible]. *Trallianus l. 6. c. 1.* illos legitimi ſenſus verborum *Hipp.* ignaros traducit qui aquam damnant veluti bilioſam, verum debuiſſet ſaltem *Trall.* Hipp. mentem aperuiſſe: Multi arbitrantur aqua ſumpta bilem in alvo ſtagnantem elui ac ſitim depelli; ſi vero bilis ventriculi tunicis infixa fuerit ipſam tenacius iis affigi ſitimque adaugeſcere: Alii cenſent ab aqua bilem ita dilui ut hujus amaror ſenſibilior evadat, ſicuti bilioſo humore ſuffuſa plus amarica[illegible] ſi æger aquam deguſtaverit; ac aloë liquore aliquo ſoluta multo amarior guſtu deprehenditur: Quidam exiſtimant bilem in imo ventriculo poſitam, quia levem atque pinguem, aquæ hauſtæ innatare, ſitimque adaugere, quod os ventris propius attingat: At hæc refelluntur 1. Namque hic non agitur de bilioſis ob bilem in ſolo ventriculo redundantem, ſed de illis præſertim qui cæteris paribus toto corpore tales ſunt, 2. Non vult *Hipp.* bilis qualitates aquæ mixtione reddi evidentiores, ſed ipſammet aquam in bilem converti. 3. Bilis non minus ptiſanæ vel juſculo quam aquæ ſupernatat, Proinde nonnulli concedunt quidem [illegible] epota bilem vel extingui, vel per ſudores, urinas, vomitum alvumve exturbari; at illam parce exhibitam, ac bili commixtam, bileſcere contendunt, quomodo, juxta opinionem *Ariſt. 1. de gen. an ult.* paucum vinum multis aquæ amphoris injectum non miſcetur, ſed in aquam tranſmutatur, quod propter quantitatis [illegible] nulla detur rejectio ex parte vini, ideoque temporis momento

mento ab aqua ſuperetur, quo pacto etiam fabri ferrarii aquæ aſpergine focos accendunt.

Nos vero in corporibus biliosis aquam etſi copioſam ſuopte ingenio ac proprietate degenerare in bilem affirmamus ſi præcordia inflammata fuerint, vel obſtructa, quod aqua jam per [illegible] diutius in viſceribus commoretur; quamobrem *Preceptor* acuto morbo cutrepus *p. 3. [illegible] 4. [illegible] Epid.* & quorum hypochondria male habent, aquam interdicit, quam aliqui ſimpliciter biliosis ii petat, ut revera *ψυχρoποσία* à veteribus jactaiut [illegible] præſentaneum cauſi *ιατήρια* ac ex adverſo febribus intermittentibus, etiam tertianis, ut monet *Fernelius meth. cur. feb. c. 11.* adverſatur, quod harum materia primas vias offerciat.

Quemadmodum extra corpus dulcia atque inſipida vi caloris amaritudinem comparant, ut mel, ſaccharum, [illegible] ur & aquæ ſtatariæ putrendo amareſcunt, [illegible] tur [illegible] rem, ut præter experientiam teſtatur [illegible] d [illegible]. A. A. & L. obſervans aquas paluſtres & [illegible] biles à Sole aduri ac biliosas reddi, hiſque utentes ſiti [illegible] fieri, ſic intra corpus bilioſum ac præfervidum aqua apud viſcera [illegible] diutius deſidens corrumpitur, & in bilem præcipue porraceam faceſſit: quanquam enim aqua diſſentaneas obtinuerit cum bile qualitates, ea tamen compute icens amarorem potius quam alium ſaporem duplici ratione ſolet contrahere; prior eſt ex parte agentis ſeu caloris, effectum calidum naturæ ſuæ affinem producentis, ſicut ferventior ventriculus ex alimentis etiam frigidis, ac æſtuoſum hepar è chylo frigidiore bilem congerunt; Altera, & præcipua, ex parte patientis, nimirum ex parte ipſiuſmet aquæ partes terreas complectentis, quarum promptus eſt ab immodico calore in amaritudinem tranſitus, amara enim omnia quoad qualitates, calida ſunt atque ſicca, quoad materiam craſſa & terrena à calore præaſſante *Menjotius*.

27. *Sapore ſalſuginoſe, nitroſe*) Quem Catarrhus ſalſus ſæpe inducit, vel ſaliva ſimilis; tunc facienda medicina Salſedinem illam temperando per *Pilulas de Cynogloſſa* & ſimilia; Tum & ſalſum ſerum, ſi redundet, evacuando per alvum vel urinas: *Sylvius de le Boe.* Hermetici Sitim à ſpiritibus quibuſdam ſitibundis deducunt, ex impuritatibus ſulphureis genitis. Vide *Ind. Med. Pract. Tit. de Siti.*

27. *Salſuginoſo, nitroſo*) Hermetici Sitim immodicam & præternaturalem à ſpiritibus quibuſdam ſitibundis, ex impuritatibus ſulphureis genitis exoriri contendunt, qui non ſimplici refrigeratione & humectatione, ſed ſpiritibus aliis ſibi analogis ſatiari volunt; ſicut videmus in febrium acceſſionibus Sitim intenſam multo aquæ potu parum inhiberi, quæ tamen ſpiritibus acidis, vitrioli, ſulphuris, ſalis & ſimilium, cum longe minori aquæ quantitate permixtis, facilius cedat. *Riverius.*

28. *Seu ab externis*) Cauſæ externæ *προφανεῖς*, ſunt *calor ambientis: Cibi ſalſi, acres* atque *piperati, adſtringentia* omnia, oris ventriculi humiditatem exprimentia; *crapula*, alimentorum in ventriculo *nidorulenta corruptio*, uſus *panis calentis* ex *Hippocr. 1. de Di.* non tantum ratione actualis caliditatis, ſed præcipue quod ſpongioſo corpore atque bibulo humiditates ventriculi exorbeat, *amygdalæ amaræ*, quibus eſis jugulari vulpes niſi biberint author eſt *Plutarchus 1. ſympoſ. 6. Cibus copioſus*, nec non craſſus & lentus, quoniam calor in eo conficiendo plurimum ac diu laborans multum intenditur; hæcque ſitis quieſcit ſtatim ac ventriculus ſuum abſolvit penſum. *melicratum ac vina dulcia*, potiſſimum in picrocholis.

Aqua frigida ſitim igneam à ſalſuginoſa pituita, aut tenaciore bile natam ex eventu magis accendit, craſſiores hoſce humores ventriculi parietibus impingendo, ſicut ex adverſo calidæ potu, humores iſtos liquantis, atque abluentis, ſitis evincitur vel etiam, juxta *Actuarium* conſtanti [illegible], humore tandem exarefacto atque deficiente.

Præterea ſitim augent *immoderata exercitia*, ac *ſomnus ore aperto captus*; ſeu quod aliqua aëris inſpirati portiuncula perveniens ad ventriculum hunc exſiccet, ſeu quod palato, lingua, ac faucibus aëris tactu ſiccatis, ventriculos per continuitatem areſiat. *Metus* quoque, ut in militibus è prælio fugientibus, vel reis qui ducuntur ad ſupplicia, ſitim conciliat, caliditate intro revocata, ob quam ventris etiam [illegible] mentum ſupervenit ex *Ariſtot. 27. Probl. 2.*

Ira denique provocat Sitim, eamque quam metus aſperiorem, quod in illa calor foras diſperſus quamplurimam diſſipet humiditatem; in hoc vero calor contractus minus humoris diſperdit, unde timentes modico, irati nonniſi pleno potu ſatiantur. *Menjotius.*

29. *Seu ab externis*) Cauſæ externæ ſunt quæcunque impenſe calefacere aut exſiccare poſſunt, ut aër valde calidus & ſiccus, diuturna in ſole vel ad ignem mora, uſus aromatum, vini antiqui & generoſi, vigiliæ nimiæ, nimia corporis evacuatio, præcipue per purgantia, animi affectus, iram, terrorem magnum, alvum adſtrictiorem &c.

30. *Aere calido*) Neque enim arva tantum, ſed ventrem quoque ſiti findit canis æſtifer. *Menjotius.*

30. *Cibus acribus, ſalſis &c.*) Si ſitis ſit ſuperficialis tantum, ex cauſis procatarcticis, veluti ex ciborum calidorum ſalſorumque aſſumptione &c. largior ſomnus medicamentum erit, teſte *Hipp. 6.* Epid. Aph. 25. ſect. *Siti ſuperficiali, quæ ex vigilia oritur, ſomnus medela eſt, Ei vero quæ ex ſomno vigilia nonnullis.* Et Aph. 27. 5. *Qui noctu bibere appetunt, ſi ſuperdormierint ſitis ſedabitur.*

31. *Vehementi lingua*) Hinc *Hippocr. 3. 6.* Epid. generalia ſitis præſidia proponens, non modo bibere, ſpiritumque frigidum captare, ſed etiam os continere ac tacere jubet; Ore enim clauſo ac ſilente lingua, roſcida humiditas in ore faucibuſque colligitur quæ oſtium ventris blande irrigando ſitim aufert. *Menjotius.*

31. *Motu vehementi*) Qui æſtuantes, aut intenſius laborantes, aut nimis defatigati, ſiticuloſi exiſtunt, levantur optime per ſpiritus vini aſſumptionem: Hujus loco & vinum vetus generoſum non inconveniens. *Etmuller.*

32. *Venenis*) Venenata ſitis omnium crudeliſſima, eaque [illegible], à morſu viperæ, vel vini potione in quo vipera ſuffocata eſt: ſed præſertim à dipſade ictus cognominem huic reptili patitur affectum, ac ardentis pandit ora ſiti, inflammaturque ad bibendum quouſque præ nimio potu venter rumpatur, Sic *Lucretius* lib. 6. de Peſte Attica,

Inſedabiliter ſitis arida corpora vexans
Æquabat multum parvis humoribus imbrem,

Menjotius.

32. *Venenis*) *Platerus* in humoribus quibuſdam proprietatem ſingularem & occultam ſtatuit, qua ſicut appetitum depravatum nonnulli procreant, ſic & Sitim immodicam, aut depravatam; qualem in humoribus, quos melancholicos vocant, & atrabilarios, qui in venis meſaraïcis interdum oberrant, ſanguinique permixti, boulimum illum poſſunt efficere, invenit putat; nequaquam ab aciditate illorum, aut auſteritate deducendam; Appetituumque horum p. n. cauſam non aliam quam venenatam, & malignam vim agnoſcit, ex effectu tantum manifeſtam ab humoribus in ventriculum effuſis, aut ex cibo in illo genitis: Sicuti *venena* quoque quædam eſſe quæ extrinſecus illata, vel aſſumpta, accidentia appetitus depravati producunt,

Dioſcoride teſte: Veluti & alia Sitim potius intolerabilem, ut ex morſu *dipſadis ſerpentis* evenit, excitant; qualia in corpore quoque naſci, humoreſque in venena converti, *Galenus* monet.

33. *Ab internis*) Internæ cauſæ ſunt ferè triplices, I. eſt acrimonia *alkalina*, plus minus amarulenta & glutinoſa; à Bilis aut cujuſcunque contenti fluidi, vel intra corpus congeniti, vel ex aſſumptis in ſtomacho corrupti, & cruditate nidoroſa, ſalſa, acri, infecti vitio: Hinc in *febribus* ordinaria comes eſſe ſolet ſitis, eaque magis vel minus intenſa, prout nidorulentum acrius magis vel minus infecerit ſtomachum, aut prout parcior ſalivæ tunc ſolet eſſe proventus.

II. Eſt acrimonia ſalſa, ut lympha in genere, ita lymphæ ſalivalis in ſpecie, nempe in *hydropicis*, in quibus ordinario admodum urgere ſolet Sitis, Item in *affectibus catarrhalibus*, in quibus omnibus lympha ſalivalis ſalſior, ac ſimul plus minus glutinoſa exiſtens fomes eſt contumacis hujuſmodi ſitis.

III. Eſt ſaliva, pauca, glutinoſa, plus minus acris, ſalſa, in *nephriticis*, *hecticis*, item *febrientibus* ac ſimilibus, item ex *morbis convaleſcentibus*: In talibus enim talis ſalivæ conſtitutio, ut famem non leviter imminuit, ita & contra ſitim pertinacem ex faucium ariditate & linguæ glutinoſitate ſolet inducere.

Ad modo enarrata ſalivæ vitia multum tribuunt ſpiritus influi, vel materialiter eam ſimul alterantes, vel ad ſecretionem ejus plus minus tribuentes: Hinc illorum defectus, vel *abſolutus* in imbecillioribus, defatigatis &c. vel *reſpectivus*, dum inæqualis eorum in corpore fit motus, & ad quædam ſaltem loca specialius diriguntur, ut in magnis doloribus, iracundia, paroxyſmis febrilibus imminentibus, aut jam inchoantibus, ſitis ordinario ex ſaliva parciore, viſcidiore & glutinoſiore, indeque cum faucium ariditate, ſivo ſiccitate affligere ſolet.

Præter dicta notandum *Pulmones* in promovenda Siti multum ſimul conferre: De cætero ad ſitim vel augendam, vel imminuendam multum facit *conſuetudo*, ſic enim qui aſſueti ſunt magnis potationibus, crebrius ſolent ſitire; quo facit curioſum exemplum *Deodati in valetudin. p. 226.* qui refert puellam ſeptennem admodum ſiticuloſam, ob nutricem bibaculam, à qua fuerat lactata. *Etmuller.*

34. *Intemperie ventriculi*) Inflammatio oris ventriculi ſitim parit longe acriorem quam ſimplex humor, ſive ſalſus fuerit ſive bilioſus; vel utcunque febris, inflammato ventriculo, exæſtuet, febri tamen ſitis neceſſario antecellit, quod phlegmonoſum, ac quaſi Ætnæum ventris orificium plus corde exuratur, ſicut vice verſa in quibuſdam cauſis contingit, ut febris ſiti præpolleat. *Menjotius.*

35. *Inæquali potiſſimum*) Sitis morboſa idiopathica eſt vel ſympathica; Idiopathica fit cum innata ventriculi humiditas alteratur, & exhauritur ab inæquali intemperie, ſicca vel calida, vel utraque; interdum & rarius ſimplici, frequentius cum materia conjuncta, humore ſcil. acri, ſalſo aut putrido, ventriculi tunicis impacto, vel in illius cavitate incluſo: Sympathica vero fit ex conſenſu totius corporis, vel aliquarum partium, quarum venæ exhauſto humido à ventriculo ſugunt, ut in febribus contingit, hepatis, pulmonis & aliarum partium inflammationibus, tum etiam intemperiebus calidis & ſiccis, præcipue renum, ut videre eſt in Diabete, quæ eo nomine dipſacus nominatur, à ſiti ingenti comite. *Riverius.*

36. *Evacuandum*) In ſiti, licet cathartica eam moveant, ad bilem exturbandam, ſi ab illa fiat, commode exhibentur. Sed ex levioribus [illegible] & adſtringentibus parata. *Platerus.*

36. *Evacuandum*) Vide inferius §. *Quam bilis aut pituita ſalſa*)

37. *Emulſione ex quatuor ſeminibus*) Cujus hoc ſit paradeigma,

℞. *Hordei mundat. ad crepaturam cocti* ℥j. *amygd. d. mund.* ʒij. *cum aqua decoctionis hordei fiat Emulſio, addendo ſyr. roſac.* ℥j. *Sylvius de le Boë.*

37. *Emulſione*) Cui affine eſt *lac* quod ex *Hippocr. 5. aph. 64.* Siticuloſis noxium eſt, quia ratione pinguedinis atque dulcedinis in corporibus calidioribus commutatur in bilem, qua ſitis perennat. *Menjotius.*

38. *Ad alios morbos*) Si Sitis ex obſtructo hepate proveniat, præſtat ſingulis diebus ol. vitrioli guttul. ix. exhibere. *Joel.*

38. *Ad alios morbos*) Quandoque lethales, quorum comes eſt ſitis *Inexplebilis*; *Novimus* cruciatos ſiti, inquit *Galenus 1.* de ſympt. c. 7. *ac ex ipſa periiſſe, tum quendam qui deglutiverat viperam (erat autem* [illegible]*) tum meſſores qui vinum in quo talis ſerpens merſus* [illegible] *rat, biberant, tum eum qui vinum vetus biberat ad ſatietatem; Non minus illum qui pertinaciter* [illegible] *ſuſtinuerat: Ad hæc alios in navigio penuria aquæ dulcis, quorum qui auſi ſunt marinam bibere, cum plurimum ſupra cæteros ſitirent, nonnulli quoque eorum fluxa eſſent alvo, non ſine morſu vehementi celerius quam alii perierunt; Vidi autem & ex iis qui Cauſo laborant quendam cum morbus invaleſceret frigidam* [illegible] *ſeu effuſe bibiſſe, nec unquam quoad moreretur expletum.* Verum ſi res exacte penitetior, patebit quidem multos ad ſupremum vitæ diem ſiti [illegible] fuiſſe divexatos, neque tamen hanc extitiſſe cauſam mortis proximam, ſed vel morbum principalem, cujus erat ſymptoma ſitis; vel alia peſtifera accidentia, primario morbo aſſidentia; vel denique lethales quaſdam affectiones per aquæ egeſtatem potus abſtinentis ſuccedentes. *Menjotius.*

39. *Alios morbos nempe febrem &c.*) Datur ſitis in febribus, & aliis quibuſdam morbis, quæ potu non reſtinguitur, quod ſignum non eſt aquam in ſanguine deficere; ſed eandem in os non deponi ob glandulas obſtructas, aut ductus lymphaticos ad fauces & has partes tendentes; quæ ſitis extingui debet medicamentis has obſtructiones ſolventibus: Hinc manifeſtum eſt, contra Authores, Febres acutas non eſſe peſſimas in quibus nulla ſitis adeſt, quia indicat non multum aquæ ex ſanguine evolaſſe, niſi forte adſit phrenitis, ut mens ſiccitatem oris & faucium, quamvis adſit, non tamen advertat. *Craan Prax. Med. Reform. p. 6.*

40. *Pulmonum caliditatem*) Quæritur an Pulmo ſit ſocius & conſors ſitis? Pleriſque placet eſſe alterum ſitis ſubjectum, Nam peripneumonici in ardentem ſitim accenduntur; cantus & loquela pulmones exercendo ſitim conciant; animalia pulmonis expertia ſitim neſciunt, ac idcirco veſica carent; quæ vero pulmone ſunt exangui parum potant, ſicut ex adverſo quæ pulmonem obtinuere ſanguineum bibacula ſunt; Deinde perſeverat interdum ſitis quantumvis ventriculus tanta reſtagnet potus ubertate ut in os reſiliat, unde hoc? niſi quod certum eſt aliquid potus in arteriam deerrare, ac pitiſſando demulceri pulmonicam ſitim, præſertimque hanc ſoperari auræ frigidioris inſpiratu: Attamen non recedimus à *Galeno* qui ſitim ſimiliter ac famem nullibi quæſivit quam in ventriculi oſtio; Cur enim gemina daretur Sitis ſedes, famis vero unica? Et quandoquidem appetitus prævium ſupponit ſenſum; an Pulmo [illegible] congrua erit virtutis potum appetentis habitatio: Imo abeſt à pulmone non modo ſenſus, ſed ea etiam temperatura atque conformatio quam appetitionis inſtrumentum expoſtulat: Itaque ſitis à calefacto pulmone illata, cui potatus algidior medetur, ſympathica eſt, affecto cum viciniæ jure, tum equidem tunicæ communione ventris oſculo; Animalia autem quibus negati pulmones ſunt [illegible] & quæ pulmone conſtant exangui [illegible], non per ſe, ob

carentiam

[illegible]rentiam pulmonis, (ventriculus enim illis non deficit præcipuum [illegible] organum, ſed per accidens quod ſint frigidiora; Contra [illegible] mantia pulmonem gerentia ſanguineum ſunt [illegible] prædominio caloris: Stagnante potionibus ventriculo perſtat ſitis, quod materia ſitifera inſtar calcis, lapidiſve Thraciі aquæ aſpergine effervescat: Poculentorum autem portiuncula deflectit ad pulmones, non gratia levandæ ſitis, ſed ne peremi motu exar[illegible]cant. *Menjotius*.

42. *Pulmonum caliditatem*) Pulmones in promovenda Siti multum [illegible] poſſunt, Id quod patet ex iis qui Pulmonum [illegible] borant, vel empyematicis, in quibus aridiore [illegible] cum ſiti fere ſemper obſervari ſolent. *Etmuller*.

42. *Pulmonum [illegible]ditatem*) A Tracheæ arteriæ & Pulmonum [illegible] & ſicci[illegible]te Sitim oriri poſſe aliqui [illegible]ſerun[illegible] tum cum Pulmones ſenſu hoc, uti & tactu [illegible] tur, ſi illorum, uti & thoracis morborum [illegible] illud non hac ratione; ſed quod per [illegible] ventriculum, œſophagum & aſperam art[illegible] ſimul [illegible] gentis ventriculus quoque afficiatur vel [illegible] in illis morbis *expuitionem*, aut quia *febris* comes eſt, evenit: Nec ſaliva alba, quam ſitientes expuere ſolent, à pulmonibus hoc proficiſci oſtendit, cum in ore, in anhelatione illius ſaliva tenacitatem acquirens, aëris confuſione albedinem illam & ſpumoſitatem adipiſcatur. *Platerus*.

40. *Pulmonum caliditatem*) *Aer* frigidus inſpiratus frequenter, non quod refrigerando Pulmones, ſitim illorum cauſa tantum factam emendet, ſed quia calorem in genere corrigit totius corporis, quia ſuccingentem oris tunicam ſtomacho & ventriculo connatam refrigerat, ut minus ſitiant efficit. *Platerus*.

41. *Hydropem*) A ſeroſo humore, qui ſic detrahendus,

℞. *Irid. hort.* ʒij. *rad. ebuli* ℥iij. *cortic. ſambuc. internor. herb. card. ben. centaur. min.* ãã. *m.* ß. *ſemin. carth.* ʒiij. *coq. in* ℔iß *aqu abſynth. ad* ℔ß. *abſumptionem*, *In colat. macera Rhei* ʒij. *fol. ſenn.* ʒij. *mane ebulliant*, *colat. adde ſyr. Byzant.* ℥ij. *fiant tres doſes.* Fr. Joel.

42. *Sine febre*) Ut in catarrhoſis, ſcorbuticis, hydropicis &c.)

43. *Bilis aut pituita ſalſa*) Dyſcraſia ventriculi διψώδης vel αὐχμώδης exi[illegible]r, vel humori conjuncta, quæ longe acerbiorem ſitim invehit; Humor ſitiferus *Galeno* 1. *de Sympt. c.* 7. duplex eſt, bilioſus atque ſalſus, hicque iterum vel eſt [illegible]ruin, vel phlegma ſalſugiinoſum; Plerique opinantur ab humore ſalſo ac bilioſo ſitim ſolicitari, intermedia ſuctione ac mordicatione in ore ventriculi, perinde ac ſi vera adeſſet in univerſo corpore humidi aquei conſumptio; attamen mordacitas qua talis, non ſitim, ſed cardialgiam ciet, ac multi quid acre perſentiunt in ventriculo ſine ſiti, proindeque ſalſa ac bilioſa materia, veluti nuda intemperies, haud aliter ſitim præſtat quam calefaciendo & exſiccando; pariter ac atra bilis, non quatenus hæc tria ſecum habet adjuncta quæ ſunt acerrimi morſus, [illegible], ſed quatenus præfervida mentem furore quatit, *Galenus* quidem *ibid.* ſcribit ſalſo bilioſove ſucco ventrem mordente potum magis quam cibum appeti, ſed aliud eſt humores iſtos vi pollere qua ventrem mordicant, quod vult *Galenus*, aliud vero ſenſatione iſtius morſus conciliari appetitum potionis; *Menjotius*.

41. *Quam bilis aut pituita ſalſa*) Auctam Sitim plerumque deducendam putat *Sylvius de le Boe* à Bile acriore in tenue inteſtinum delata, ibidemque cum confluente ſucco Pancreatico ita effervescente, ut inde halitus ſalſi, non vero amari, ad ventriculum & fauces eleventur, atque ariditatis ibidem ſenſum producant: Hæc eadem bilis acrior, ejuſve halitus ſalſi, ſi per vaſa lactea penetrent ad cor (idem dicendum de bile eadem per ductum hepaticum eo delata) & ſanguinem ſalſugine ſua nimium inficiant, nil obſtat ſalivam tunc ſimul reddi plus minus ſalſam vel acrem, Sitimque minus temperantem quin augentem.

44. *Quam bilis excitat*) Tunc ſequenti potione bilis exterminabitur,

℞. *Rhab. el. cont.* ʒij. *macerentur in aq. cichor. q. ſ. per noctem*, *mane bulliant*, *colaturæ adde Elect. Lenit.* ʒij. *ſ. Hauſtus*,

Bile vacuata bibat ſitiens pitiſſando hoc Decoctum,

℞. *Liq'ir. rad. cichor.* ãã. ʒij. *ſemin. aniſi* ʒiij. *cinnam. el.* ʒj. ſem. portul. plantag. acetoſ. ãã. ʒiß. conſerv. roſar. ℥j. hordei man. j. cum aquæ ℔viij. in *diplomate coquantur* ad 2. horas. *Fr. Joel.*

β. *Aut Pituita ſalſa*) Si hæc ventriculum obſidet, tum æger ad vomitionem ſi ſit pronus ebibat hauſtum tepidæ cui ſal copioſe admixtum, alias ſubducatur hoc hauſtu,

℞. *Senn. Alex.* ℥iij. *Tartari crudi pelluc.* ʒiß. *affunde aq. abſynth. cichor.* ãã. ℥iij. *ſucci citri* ℥j. *infunde per noctem*, *mane detur colatura.*

45. *Alia cum febre*) De Siti in Febribus Vide *lib.* 1. *pag.* 87. § 80.

45. *Alia cum febre*) Qui Tertiana potiſſimum & quartana laborant, Siti vexantur ægre tolerabili, quæ etiam in ipſo æſtus vigore remiſſior eſt & minus incommoda; Quærentibus à qua cauſa ſitis adeo magna excitatur cum totum corpus præ frigoris vehementia tremit & concutitur; Reſpondetur communiter, in frigore febrili habitum corporis perfrigerari, potiſſimum artuum extrema, attamen in viſceribus æſtum vehementiſſimum, calore nativo ad illa confluente, & habitum corporis relinquente accendi; Addunt aliqui à bile fervente halitus ad ventriculum mitti, quibus ſuperius ejus orificium & œſophagus calefiunt, & exſiccantur; Verum quamvis detur ejus caloris recurſus ad interiora in paroxyſmi vigore; bilis fervor, & halituum bilioſorum ad ventriculum delatio, quibus tribus poſſet ſitis, quæ *adeo ægros* in rigore infeſtat, non video ex allatis deduci poſſe ægros in vigore caloris experiri ſitim minus intolerabilem quam in rigore: An enim urgente calore minor eſt æſtus in intimis viſceribus? An bilis minus fervet? An halitus bilioſi minore copia ad ventriculum & œſophagum feruntur? Dixi quamvis detur caloris recurſus ad interiora &c.

Etenim gratis inprimis dicitur interiora corporis urere in rigore, cum in pleriſque rigoris principium manifeſtu ſe prodat circa lumbos & dorſum, quæ partes ſunt proximæ loco caloris & viſceribus quæ uti dicuntur: Præterea ſi calor ad interiora recurrit, quare pulſus fit & tardus & languidus? certe ab æſtu majore ſanguis & citius fervorem concipit, & ſe magis expandit, frequentius & validius cor pulſat, præſertim accedente bilis fervore & irritatione, & arteria, cum ſequatur motum cordis, ſimilia pati debet, Nec objiciat aliquis in viſcerum inflammatione extrema frigere cum interiora uruntur; id enim cum non fiat continuo quamdiu durat inflammatio, alia præter inflammationem cauſa rigoris aut frigoris eſt aſſignanda.

Sitim, ſeu potus appetentiam, excitat ſiccitas faucium, œſophagi, orificii ſuperioris ventriculi: Si ſiccitati ſit conjuncta caliditas, non ſolum liquidum ad humectationem expetitus, ſed etiam frigidum ad refrigerium: Qui rigent in paroxyſmo Tertianæ aut Quartanæ, aqua etiam tepida ſublevantur, & nulla ſentiunt in faucibus caloris indicia: Aliunde itaque dependet ejuſmodi Sitis quam ab incendio viſcerum, aut à bilis fervore: Nec in paroxyſmis propoſitis tantum ſuboritur ſitis intenſa ſed etiam in variis aliis caſibus, uti in metu, in mœrore, præſertim ſi illa pathemata ſint vehementiora; Sitis ita ſubitæ cauſa facile cognoſcetur ſi

prius perſpecta fuerit cauſa quæ ſitim impedit, Ea ſcilicet eſt continua faucium & œſophagi irrigatio ab humoribus qui continuo ſtillant è ductibus [illegible]valibus variis, ſed copioſius tempore paſtus, qui defluunt e cerebro per infundibulum, è vatiis narium & palati ductibus &c. hinc fit ut in magno febris ardore ægri non ſitiant cum tuſſis adeſt, aut quocunque modo humores in fauces defluunt; Si ejuſmodi fluxus humorum ſupprimatur, ſeu quia humores à calore febrili abſumpti ſunt, aut in alias partes feruntur; aut quia vaſa per quæ fluunt conſtringuntur, ſitis ſtatim excitatur, Hoc poſtremo modo ſitiunt qui metuunt aut triſtitia afficiuntur, in his enim pathematis, ut nonnulla alia vaſa conſtringuntur, ita etiam ea quæ ſalivam profundunt; ſi enim, ut ſolet, flueret, non ſitirent qui metuunt; Idem in rigore contingere quid vetat? tum aliis de cauſis, tum quia adeſt triſtitiæ cauſa ob commotionem cacochymiæ qua partes circa ventriculum vellicantur; Quidni etiam poſſit uberior ſucci pancreatici effuſio ſuccos ſibi analogos ad illas partes deducere? *Franc. Bayle Problem. Phyſ. Med. xxv.*

46. *In cujus paroxyſmi principio potus non dandus)* Sunt quidem ἄξιαι τῆς ἐπαμύνειν δίψης, illis tamen convenit, cum ſitis tenet fauces, abſtinere puteo: Titus Ariſto. *in incredibili febrium ardore ſitim differebat,* teſte *Plinio 2. Epiſt. 22.* Ipſe *Plinius 7. Epiſt. 1.* non indulgebat appetitui *peruſtus ardentiſſima febri, ad abſtinentiam ſe vertebat,* Sic depulit febrim *Franciſcus Philelphus* abſtinentia à potu, cujus verba dabo, *Eam febris moliebatur ſitim qua propediem conficerer, Id ego animadvertens, ejuſmodi ſane inedia hoſpitem accipio ut longe ad corvos tranſire quam meo hoſpitio uti mallet, Itaque liberatus omnino videor radiciſſima & moleſtiſſima hoſpite.* Dieteticus Jattei §. 210. *De Potu in Febr. vide lib. 1. de Febr.*

47. *Refrigerantibus agendum)* Externis etiam locus eſt, *Balneis, pedum lotionibus* & extremitatum, linteaminum, induſiorum mutationibus: Epithemans *hepatis cordiſque* regioni adhibitis: *Colli & gutturis* inunctionibus, *ex ol. violac. nymph.* de *ſalicibus, papaver.* quæ aliquid adjumenti afferre creduntur: Sunt & qui *caput* iiſdem oleis ad ſitim in febribus corrigendam inungunt, conſenſu quod caput cum ventriculo nervorum cauſa habet juvare exiſtimantes, quod ego, quia ſomnum provocat illud facere potius exiſtimaverim. *Platerus.*

De Vacuitate Sitis.

Sitis ſedens ad orificium ventriculi pluribus de cauſis concidit.

1. Ob exceſſum frigoris & humoris regnantis in univerſo corpore, cui nihil eſt opus quicquam humidi prolicere è ventriculo; quamobrem mora juxta fluvios, ſpirantibuſque meridionalibus ventis temperatur ſitis, attractis, & veluti ebibitis per tranſpirationem vaporibus quibus aër roſcidus eſt; Ita ſitibundus balneo indulgens, ſitim ponit, (*Aphrod. Probl. 41.*) quod aridum, bibulum, & velut hians corpus, per cuticulares meatus humorem avide alliciat; & quaſi ad ſe convellat, eoque medullitus madefiat.

Notandumque viceverſa ſiti carentibus, dum lavacro ſe committunt, ſitim obtingere, roſulenta parum humiditate per recluſos poros educta. Quomodo Antiqui ut voluptuoſe compotarent, ſitim Balneis ſibi comparare ſolebant; Huc [illegible] illud *Hippocr. lib. de Affect. Balneum calidum, ſi moderatum fuerit, corpus mollit & auget; at immoderatum ſiccas corporis partes madefacit, humidas autem reſiccat. Et ſicca quidem humectata, imbecillitatem & animi deliquium inferunt, humida vero reſiccata Siccitatem & Sitim.*

II. Tollitur Sitis à ſucco frigido atque humido os ventris irrigante, ita ut quanquam tractio fiat ab univerſis membris, illud tamen ad ſitiendum non impellatur; ſic *Hippocrates* in hiſtoriis ſuis Epidemicis obſervavit ſitim à febribus ardentibus abfuiſſe interdum, aut ſaltem ad illarum magnitudinem non quadraſſe; vel ob frigidam humidam aëris conſtitutionem tranſpiratu ſimul ac inſpiratu ad ventriculum permeantis; vel ob aquoſum humorem è cerebro depluentem in oſtium ventriculi: tuncque lingua non ut decet ſcabra eſt [illegible]da, ſed lævis & humecta, ægerque fit tuſſiculoſus, partibus ſpirabilibus eadem fluxione ta[illegible] [illegible]ndriaci quoque, tametſi æſtuoſi tame[illegible] ut [illegible]atores ſunt propter frigidam alvi crudi[illegible]tem, ſic ſtant [illegible]visexortes.

III. Stupor ventriculi, ſeu [illegible] narcoticis, ſeu à calore nativo elanguenti, ut in moribundis, ſitim enecat.

IV. Ἀβλεψία phantaſiæ, ad oſtenſam ventriculi minime attendentis, affert ſitis abſentiam, ut enim impreſſionem cauſæ ſitiferæ in ventre recipi, ſic ab iſta impreſſione imaginationem pulſari neceſſe; hinc cataphoraci non ſitiunt, ac phrenitici ſunt βραχύποτοι ſive, ut *Aurelianus* loquitur, *paucibibuli.*

V. Scripſit *Plinius* ſitim voluntate vinci poſſe, refertque Equitem Romanum Julium, in pupillatibus annis aquæ ſubtercutem fuſæ morbo, prohibitum à Medicis prehenſum, prohibito humore à Medicis, naturam feciſſe conſuetudine, atque in ſenecta caruiſſe potu.

Poſtremo nonnulli ſcriptis mandaverunt animalia quibus oſſa ſunt concreta, ac ſine medullis, ut ſudorem non emittere, ita nec ſitim ſentire.

Prognoſis.

Sitis identidem mox invaleſcens, mox torpens damnatur in *Coacis*, ſive cauſa ſitis virtutem ſenſificam impariter feriat, ſive ipſe ventriculi ſenſus modo acutior ſit, modo obtuſior; ſive etiam ſuprema cerebri facultas nunc gravius nunc levius vitiata, ſiticuloſam diatheſin, licet continuo ac æqualiter urgentem non ex æquo perſentiſcat; Celeres enim iſtæ, & quæ in horas alternant vel cauſæ ſitiferæ, vel ſentientis ventriculi, vel judicantis phantaſiæ mutationes nil boni præſagiunt.

Verum longe calamitoſior eſt ſitis in morbis acutis παραλόγως ex toto evaneſcens, authore *Hippocr. in Coacis Præſ.* dixit παραλόγως, manente videlicet ſitiendi cauſa, quæ nec per venæ ſectionem, nec per expurgationem bilioſi humoris, ſive naturalem ſive technicam, nec per liberalem frigidæ hauſtum, nec per aëris frigidioris inſpirationem, nec per ſomnum, nec per fotum, nec per alia ἄδιψα fracta eſt, Ejuſmodi enim ſitis ἀφρόνως teſtatur aut imaginationis errorem, aut non amplius αἰσθανομένου, quæ ſpem ſalutis haud penitus abſcindit, ſed jam νεκρωμένου ſenſus in ore ventriculi, eamque plane lethiferam. *Menjotius Diſſertat. Pathol. p. 584.*

Cap. XVI.

De Coctionis ſeu chyloſeos læſione.

Definitio Differentiæ.

1. *Coctionis læſio eſt concoctricis facultatis in ſua* 2. *circa* 3. *alimentum actione* 4. *vitium, quo fit, ut vel non, vel tarde vel depravatè concoquat.*

Tria itaque ſub ſe continet, 5. βραδυπεψίαν, ἀπεψίαν & δυσπεψίαν.

1. *Coctionis*

[1] *Coctionis ſive chyloſeos*) De Chylificatione notum eſt quod [illegible] beneficio *fermenti ſpirituoſi acidi*, à quo [illegible] & volatilizantur ſimul alimenta, quo motu alterantur, ita ut abeant tandem in liquorem plus minus ſpiſſum, lacteum, [illegible], volatilem, temperatum, *Chylum* dictum; ſub qua actione ſpiritus primarii efficientis, mediante neceſſario organo, *acido eſurino*, locum obtinent. *Etmuller Pr. l. 1. c. 5.*

[2] *Coctionis ſive Chyloſeos*) Præcipua ventriculi functio Chyloſis appellatur, item *prima coctio*, ac ſimpliciter *coctio*, communiter [illegible] ſtio, quæ vox præterea alimenti [illegible] expri[illegible] interdum quoque [illegible], ſive reſolutionem, U[illegible] *digeſtiva* vocantur, vulgo *reſolventia*, quæ Græci [illegible]. *Menjotius Diſſert. Path. p. 605.* Quam vulgo *Chylificationem* vocant, malumus *Fermentationis* nomine appellare, *Mutationem aſſumptis alimentis* in ventriculo ſecundum naturam contingentem. *Fr. Sylvius Pr. lib. 1. cap. 7. §. 1.*

[3] [illegible] *ex Chyloſeos læſione*) Cauſam Chyloſeos ut veteres [illegible] unt Calo[illegible], ita in ejus læſionibus accuſarunt [illegible] debilem ſtomachi, ſive intemperiem ventriculi [illegible], & hanc nunc ſimplicem, nunc cum intemperie hepatis calida conjunctam: Sane lecto Practicorum optimus Italorum & Gallorum docet, quod hi omnes accuſent inæqualem intemperiem, ſtomachi frigidam & hepatis calidam: Verum hac in parte laudandus *Helmont.* qui prius caliginem diſcuſſit, & calorem non effective, ſed diſpoſitive digerere ſtatuit, quando potius Fermenta, & Fermentationum læſiones, ceu cauſas proximas digeſtionum læſarum introducit.

Chyloſeos ergo læſæ *cauſa proxima* erit, vel in fermenti ſtomachici vitio, vel in vitio alimentorum aſſumptorum. In *Fermento* quidem, quando non poteſt ſufficienter digerere; aut quando non legitime digerit, ſed potius alimentum depravat; In *alimentis* erit cauſa, quando eadem digeſtioni ſunt inepta, aut quoniam peccant *quantitate*, dum ſunt nimis vitioſa & digeſtioni inepta.

Hæc ut pateant, inprimis Fermentum ſtomachi deficiens, ſpirituum animalium defectu, vel ad alias partes impetu, fruſtratur chylificationem, Hinc debilitati ut minus appetunt, ita minus etiam digerunt ſpirituum defectu; aut quod in locum dolentem *impetum habent*, hinc v. g. nephritici, aut gravioribus animi perturbationibus quaſi præoccupati, minus aut plane non digerunt.

Deinde id *Fermentum digeſtivum* non ſatis volatile, ſed acidius à peregrino acore in ſtomacho corruptum, ut fit in hypochondriacis & ſcorbuticis, diſſolvit quidem prompte alimenta, ſed eadem non debite fermentando, nec debite volatilizat, ſed nimio acore eadem in maſſam vitioſe acidam tranſmutat; unde inprimis *cruditas acida* provenit; Sicut ex ipſius fermenti defectu, ſpeciatim acidi eſurini inertia, *cruditas nidoroſa* ſolet ſupervenire; ad quam ipſam interdum confert perverſus *bilis* motus, in ſtomachum per pylorum aliquantulum regurgitans; Ab hujus enim ſale volatili oleoſo alteratum fermentum digeſtivum, eidem *cruditatem nidoroſam* ſubinde infert: Par ratio eſt *pinguium*, obtundendo efficaciam fermenti digeſtivi, promte cruditatem nidoroſam contrahentium.

Quod ſi eveniat ut quacunque occaſione reliquiæ ex pravis digeſtionibus, vel rugis ſtomachi firmius affixæ ſint; vel intra ejus cavum etiam copioſiores aut parciores; ut plurimum pituitæ viſcidæ aut acidæ ſub forma hæreant, & harum præſertim impedatur fermenti activitas, ceſſat appetitus, deficit coctio.

Verum in unoquoque ſubjecto peculiaris eſt fermenti digeſtivi varietas in ſpecie animalium quam in unoquoque individuo humano, ratione cujus fit ut non tantum appetitus variet, ſed etiam ipſa variet alimentorum digeſtio, ita ut e[illegible] unus appetit vel de, & hinc facile digerit [illegible] alius reſpuat, Appetitus eſt index qui monſtrat aſſumend[illegible] quæ [illegible] aſſumuntur facile digeruntur, quoniam tantum appetuntur ea quæ ſunt appropriata vel amica [illegible] ento ſtomachico: & quæ conſequenter facile diſſolvuntur & fermentantur; Id quod [illegible] confirmat *Hippocr. in aphor. Conſueta licet deteriora,* inſuetis, licet *melioribus, eſſe præferenda.* Siquidem per conſuetudinem fermentum digeſtivum quaſi modificatum eſt, ut ad conſueta ſaltem alimenta magis appropriatum reddatur.

Quod attinet *vitium chyloſeos alterum* ex alimentis aſſumptis, vide inferius §. *Errore externo*) & §. *Aut alimenta non legitime*)

De Fermento ſtomachali, vide inferius §. 9. *Imbecillitate caloris*) & §. 11. *Cauſa adæquata eſt facultatis concoctricis*)

[4] *Circa alimentum actione vitium*) Quiſquis omnes actiones in homine perfici ſolitas conſideraverit, agnoſcet ipſas omnes ita pendere ab invicem, ut nulla queat notabiliter lædi quin & reliquæ inde aliquod patiantur detrimentum, atque iidem plus minus lædantur; Sic ſi chylificatio dicta lædatur, neceſſe eſt ut chylus, ſive alimentum fermentandum non ſe habeat rite, quin hoc aut illo modo reddatur vitioſum, unde ſequitur functiones cæteras iſtam priorem conſequentes iisdem futuras vitioſas; Interim non nego, ſicuti ſæpius id docui, idque diligenter notari opto, *fieri ſubinde, ut non tantum noxa ægris nulla eveniat ex vitioſa chylificatione, quin potius* per ipſam reſtituatur ſanitas amiſſa; Quoties autem id evenit, id evenit *caſu* vel *arte*, quoniam aſſumptis alimentis non uſquequaque laudabilibus, nec facile ſatis exhibendis, paratur talis in ventriculo chylus qui medicamenti vices ſubeat, vitioſis humoribus in corpore ægro exiſtentibus corrigendis ac emendandis, Hinc eſt quod aliquando cucurbitæ ægri aſſumptis alimentis per ſe noxis, & ſibi tamen medicamentoſis, atque neſcio quo ſubinde inſtinctu potenter aut importuniter appetitis & expetitis. *Sylvius Append. Tr. iij. §. 40.*

[5] *In ſua circa alimentum*) Ventriculum alii corporis coquum, alii promum condum appellarunt; At Q. *Serenus* hunc à famulari conditione vindicare non contentus, ad Regalem evehit poteſtatem, qua cæteras partes tanquam ſibi ſubditas, vel tuetur vel plectit.

Qui Stomachum regem totius corporis eſſe
Contendunt vera niti ratione videntur.
Hujus enim validus firmat tenor omnia membra,
At contra ejuſdem franguntur cuncta dolore
Quin etiam, (niſi cura juvat) vitiare cerebrum
Fertur & integros illinc avertere ſenſus:
Menjotius Diſſert. Path. pag. 604.

[6] *Alimentum*) *Aphor. 14. ſect. 1.* Alimenta nuncupantur [illegible] ignis, i. c. caloris nativi fomenta: hinc illi qui hyberno tempore cœnam præter conſuetudinem dimittunt, noctu vix queunt calefieri: Circa alimentum occupatur ventriculus, toti corpori diſtribuendum; adeoque tale eſt univerſum corpus qualis ventriculus: *Quemadmodum arboribus terra*, ſic animalibus *venter*, & *nutrit* & *calefacit*, & *refrigerat*; *calefacit dum repletur*, *frigefacit dum evacuatur*, inquit *Hipp. l. de Humor.*

[7] *In actione vitium*) *Imbecillitas ventriculi* vulgo dicitur, quæ vox etti omnia ejus munia generatim reſpiciat, ſæpius tamen ad principalem ejus actionem obleſam, videlicet coctionem privatim refertur; eamque non ſolum infirmatam, ut verbum ſonat, ſed abolitam quoque & corruptam; Qui autem tenentur imbecillitate ventriculi [illegible] denominantur, ſicut remedia ventriculo robur afferentia [illegible]: *Hippocrates* hanc paſſionem vocavit alvi [illegible]; quod tamen vocabulum alvo haud modo male concoquenti, ſed etiam diffluen-

ti, nec non torminoſo ab eodem *Hippocrate* tribuitur. *Menjotius.*

4. *Concoctricis facultatis in ſua circa alimentum*) Hiſce tribus functionibus & alterationibus omnem Alimentorum dictam præparationem comprehendi judico, *Primam alimenti alterationem in ore* maſticando inchoatam, *in ventriculo perfici* puto eſſe in confeſſo, *Secundam in tenuibus inteſtinis* abſolvi, & quidem magni momenti mutationem ego ſaltem arbitror; *Tertiam in Cordis Ventriculis* atque Arteriis conſummari cenſeo.

Ne autem aliorum opiniones hic vellicem, meam duntaxat paucis proponam: Exiſtimo 1. *Salivam eſſe primariam alimentorum in ventriculo alterandorum cauſam efficientem*; Hæc dum Acidior exiſtit, Promovetur intenditurque Alimentorum appetitus & fermentatio in ventriculo, quin & quandoque corrumpitur, Ubique namque mediocritas requiritur.

Hæc eadem quoties hebetior, atque minus exiſtit Acida, tardioris imbecillioriſque Fermentationis cauſa exiſtit, Famiſque diminutæ, quandoque nullius. Exiſtente vero ſaliva minus acida, & inde Alimentorum fermentatione minus ſufficiente, ſi minori quantitate tunc aſſumantur alimenta, ſenſim redintegrabitur ſalivæ minus occupatæ aciditas; ipſorumque alimentorum fermentatio diminuta & inſufficiens; quæ reſtitutio in integrum Naturæ adſcribetur, Si quis vero rem ipſam rite conſideraverit, comperiet fieri hoc ipſum quatenus alimentorum quantitas diminuitur; Cum autem minor alimentorum quantitas aſſumitur, facilius eadem digeritur & fermentatur in ventriculo, quinimo ſenſim acidior redditur ipſa ſaliva, ſibi nempe magnam partem relicta, & in ſemetipſam quodammodo agens, ſicque ſenſim fermentatione propria magis aceſcens; pleraque enim fermentationis ope plus minus obſervantur aceſcere, & illa inprimis quæ in ſe acidi aliquid continent, & bene conſtituta Subacida vel Acida eſſe ſolent. Sic panis fermentum ſibi relictum potenter aceſcit, utpote quod bene conſtitutum ſolet eſſe ſubacidum.

Dum ergo minus alimenti aſſumitur, facilius fermentatur idem in ventriculo, ac proinde aptior inde paratur chylus, ac proinde ſanguis præſtantiori ſalivæ conficiendæ ſervituturus: Hæc autem in melius mutatio, quoniam nullo aſſumpto venit adſcribenda medicamento, cum nullum fuerit uſurpatum, ſed ſola alimenti aſſumendi quantitas diminuta, ſoli Naturæ ſolet adſcribi, quam oſtendi ex totius iſtius mutationis enarratione uni ſalivæ adſcribendam, poſtquam ex ſalivæ minus quam prius in alimentorum fermentatione occupatæ ſpontanea reſtitutione reddita eſt corpori amiſſa ſanitas.

Atque hæc de prima Functione alimentis dicata, ſive Fermentatione ſponte aut naturæ vi reſtituta dicta ſint, venio ad *ſecundam*. quam in *tenui inteſtino* ego *fieri cenſeo.*

Cenſeo igitur in Tenui inteſtino *Secundam*, eamque *notabilem accidere aſſumptis, & in ventriculo prius Fermentatis alimentis mutationem*, quam chyli à fæcibus alvi ſecretionem alias vocavi, quamque non ſponte, at propter *bilis, ſuccique Pancreatici affluxum & admiſtionem, excitata inſuper tunc ab ipſis Efferveſcentia, ſed blanda & leni, fieri ſum perſuaſus.*

Utique in duas partes plane diverſas, omne aſſumptum elaboratumque in ventriculo alimentum, cibi nomine notum, ab invicem in tenui inteſtino ſecedere notiſſimum, & ita quidem, ut dum craſſior & inutilis ſenſim deorſum ad inteſtinum propellitur craſſum, tenuior & utilis, ſub chyli nomine, tranſcoletur in venas inde Lacteas dictas.

Hanc ſecretionem non ſponte fieri dixi, quemadmodum id obſervamus fieri in Ictero & Lienteria dicto affectu, in quo alimenta, quemadmodum fuerunt in ventriculo præparata, excernuntur per alvum, dum ſenſim contabeſcit univerſum corpus.

Addidi ſecretionis illius cauſam naturalem eſſe Bilem Succumque Pancreaticum, circa tenuis inteſtini principium affluentes, & alimentis ſeſe immiſcentes, atque tum inter ſe, tum cum prædictis alimentis blandam levemque Efferveſcentiam excitantes, cujus ope contingat illa chyli à fæcibus alvi ſecretio.

Quoties ergo vel deficit hæc Secretio, uti plura ejus ſunt exempla in Ictero, Lienteria &c. vel cum turbatur eadem, in variis Alvi fluxibus, Diarrhœa, præſertim, ut & alvo quandoque adſtrictiore; ſi à Natura expectetur illius reſtitutio in integrum, quid aget Medicus?

Abſtinebit à medicamentis quibuſvis, & Diætam duntaxat emendabit, minus alimenti exhibebit, quoties à copioſiore contigit illa noxa; Copioſius impertabit, quoties ab alimenti defectu ortum habuit illud malum.

Qualitatem alimenti mutabit, quoties ab alimento pravo duxit originem hæc infirmitas. Somnum & Quietem imperabit, quoties à vigiliis nimiis aut exercitiis excitatus eſt morbus: atque ſic porro Diætam excitabit ſecundum eas circumſtantias ſecundum quas obſervabit peccatum eſſe ab Ægro, Sed in quem finem? Non in alium niſi ut Bilis, vel ſuccus Pancreaticus à vitioſa Diæta, aliave re externa fortuito occurrente, non tamen valde gravi, aliqua ſui parte impediti aut oppreſſi, Diæta in contrarium Directa, ſenſim expediantur aut liberentur mole ſibi graviore, atque ſic in integrum reſtituatur ſenſim Functio prædicta vitiata.

Non dicam nunc, longe tutius expectandum eſſe illud Naturæ beneficium, ſi blandis medicamentis, uſque tantum non alimentoſis promoveatur illud bonum, tardius & ſolicitius à ſola Natura præſtolandum, quandoquidem hic agimus de curatione unius Naturæ dictæ ope ac beneficio præſtanda, citra medicamentorum uſum &c.

Tertia alimentis contingens mutatio notabilis eſt Sanguificatio, ſive chyli in Sanguinem, in cordis ventriculo inchoata, & in ſiniſtro abſoluta. *Sylvius Append. Tr. 8. §. 214. ad 236.*

5. *Tria ſub ſe continet*) Imbecillitas ventriculi, ſeu ἀπεψία & cruditas, generat ventriculi dolores graves, atroces eroſiones, ardores, flatus, inflammationes, ingentes fluxiones & tabem, Dum nempe in ventriculo ex alimentis male coctis ac digeſtis, vel depravata ventriculi digeſtione excrementa tartarea, viſcida, acria ac mordacia producuntur ac remanent, quæ parietibus ventriculi adhærent, & membranam ejus acrimonia ſua lancinant ac erodunt, Imo non tantum hæc omnia, verum etiam omnis generis febres hinc proveniunt; *P. Joh. Faber Path. Spag. cap. 33. § 3.*

Hic Auctor conſiderat accidentia quæ circa concoctricem contingunt, uno verbo vel Imbecillitatis, vel Cruditatum indigitantur nomine, quas cum fluctuationibus, obmurmurationibus, & ruginbus, à debilitato rectius fermento, quam calore (hujus enim officium ac uſus eſt excitare vim illius, ut hac ratione coctionis cauſa principalis ſit vitalis fermenti vigor, inſtrumentaria vero ſeu miniſtrans caloris robur) fieri novimus.

Triplicem hujus ἀδυναμίας ventriculi faciunt ſpeciem, juxta ternam læſionis claſſem, Pathologiæ Doctores, quarum prima βραδυπεψία, i. e. tarda vel diminuta digeſtio. Δυσπεψία altera, ſeu depravata digeſtio, & ἀπεψία ſeu omnimoda cruditas tertia dicitur.

Hoc præſuppoſito, ſtatim ſupponendum crudos, & male digeſtos cibos, è veſtigio ſubſequi corruptionem, unde & ventriculus dupliciter corrumpere cibum dici-

tur,

ſeur, aut in *Nidorem*, aut in *Acorem*: Hic autem ut illo benignior, & emendatu facilior exiſtit, ita Nidoroſa quævis morbificum vehementioris putredinis fermentum in ventriculo ſignificant, quæ genitalem febrium cauſam quaſi in ſinu gerunt: Ciborum ergo corruptela nihil aliud eſt quam ciborum mucilaginoſa ac putrilaginoſa cruditas, primo acidam, deinde creſcente corruptione nidoroſam acrimoniam acquirens, quam *Theophraſtus*, *Sennertus*, & nos cum illis; Tartarum ac ſqualidam veluti vappam, infinitæ calamitatis originem appellamus; ſicuti aliquin cruditas, in qua ſemper latitat contumax impuritas (quæ enim ſunt cruda, indubitate impura Naturæ ſerenitatem inſigne quantum obfuſcantia exiſtunt) omnium morborum fœcundiſſima audit genitrix. *Chr. Langius Animad. in illum locum.*

⁵· *Tria ſub ſe continet*) His addit *Sylvius cap. 7. l. 1.* Auctam Chyloſin ſeu Fermentationem, quando citius quam decebat abſolvitur ipſa, unde ſi conſueto & naturali tempore moram necterent in ventriculo alimenta, nimium immutarentur, ut ne ſic quidem convenientem corpori præberent nutrimenti materiam, ſicuti panis maſſa ſolito nimium vel diutius fermentata exhibet panem acidiorem minuſque ideo laudabilem; In mediocritate conſiſtit namq; omne bonum, & in extremis malum; Notandum, *addit*, non valde noxiam eſſe Auctam illam Fermentationem niſi perſeveret diutius, quoniam utplurimum alimenta ſufficienter fermentata moram in ventriculo non trahunt, verum mox ad inteſtina propelluntur, ac ibidem in utilem chylum atque alvinas fœces ſecernuntur: Ubi autem aliquandiu perennat Fermentatio aucta, nimium appetitur alimentorum, unde ſenſim, ſi cuncta bene cedant, plethora ſequitur, à qua periculum.

Augetur hæc *Fermentatio* vel 1. Fermenti ſolito & aciditatis & volatilioris culpa, vel 2. Alimentorum, pro aſſumentis conſtitutione naturali, facilius fermentabilium diutine uſurpatorum vitio, vel 3. Humorum aciditate volatili præditorum, & ad ventriculum vel à capite delabentium, vel à Pancreate aſſurgentium cauſa: Fermentum & Saliva, ut ſuccus Pancreaticus, atque Humores à capite decidui, Aciditatem ſuam volatilem auctam debent imprimis Alimentis volatili aciditate præditis, copioſius & diu ſumptis, ut & condimentis ſimilibus, vino, potui generoſo & ſpirituoſo, ſubacido tamen, quale Moſellanum & Rhenanum; etſi non excedente nimis copia uſurpatis; Item promovere poſſunt ex parte mœror ſolicitus, non tamen nimis gravis, aër ſerenus & ſubtilis; non multum æſtuoſus aut rigidus, borealis quodammodo.

Aucta propter *fermentum nimis acidum & volatile*, alimentorum fermentatio, curabitur exhibendo ea quæ Aciditatem illam infringant, & blande figant, coralia, margaritas, oculos cancror. chalyb. limat. cretam &c. Ubi nota horum concentrandi vim efficaciorem eſſe, ſi duntaxat in pollinem redigantur, quam magiſteriorum: Aucta ob alimenta facilius fermentabilia continuo uſurpata eorundem fermentatio, curabitur exhibendo alimenta magis craſſa & viſcida, & fermentationis difficilioris: Orta hinc plethora tuto *vena ſectione demitur*.

⁶· Βραδυπεψίαν. Ἀπεψίαν, & Δυσπεψίαν.) Cibi per ἀπεψίαν in ventriculo morantur integri ac illibati ὡς καινοὶ ποιό-τητος: per βραδυπεψίαν vel manent ſemimutati, fatiſcente ventriculo in medio conatu, vel completam mutationem difficulter ac longiore temporis ſpatio conſequuntur: vel quædam eorum partes proſpere coquuntur, dum reliquæ ſuperſunt leviter immutatæ; Denique per δυσπεψίαν induunt ἀλλόκοτον ποιότητα, qualitatem alieniſſimam atque inemendabilem propter viam à corruptione irremeabilem. *Menjotius.*

Bradypepſiæ definitio.

I. ⁷· *Βραδυπεψία eſt tarda debiliſque concoctio, quando cibus vel* ⁸· *ſemicrudus relinquitur, vel nonniſi longo tempore conficitur, fruſtratione facultatis, &* ⁹· *imbecillitate caloris, à frigida potiſſimum intemperie proveniens.*

⁷· Βραδυπεψία) Ventriculi cruditatem æmulatur quædam ejus repletio, ubi propter generalem corporis plenitudinem, vel propter obturatas hepatis portas *cibi*, ut loquitur Aretæus 2. acut. 3. *in ventriculum delabentes ab illo non deſcendunt*, inde enim, inquit *Hippocr. 3.* de diæta, *Venter concoquit cibum, ſed carnes non ſuſcipiunt, & alimentum intus manens flatus inducit*, Quam ſaturitatis ſpeciem ſedentarii homines frequenter incurrunt, ventremque ſuum, etſi ſalutari fungentem digeſtionis officio, aſſueverunt calumniari, ac importunis remediis laceſſere, cum tamen imbecilliore diæta ſolummodo opus ſit, ac præſertim exercitatione ad cunctantis alimenti diſtributionem. *Menjotius Differt. Path. p. 632.*

⁸· *Vel ſemicrudus*) Cruditas duplex ſtatuitur, *Nidoroſa*, quæ fit quando alimentum in nidoroſam & uſtam quaſi materiam mutatur, & *Acida*, cum cibi in acidam naturam mutantur, His & tertia addi poteſt, cum ob calorem debilem cibus imperfecte coquitur, & in pituitoſam quandam materiam mutatur, citra tamen aciditatem. *Riverius.*

⁹· *Imbecillitate caloris*) Quæritur an Calor ſit coctionis organum? Deinde an ſolus & quomodo concurrat? Sit ergo efficiens Anima, ſeu hoc in loco facultas χυλοποιητική, Nemo enim non novit in corpore inanimo coctionem non fieri, & ſi noverit Animam id præſtare, nihilominus dubium reſtat quomodo id fiat, Neque enim facultas hæc quippiam modi determinat: hunc vero per principia chimica & mechanica explicaturi ſumus: Nimirum, præſuppoſito hoc quod certum eſt, Ventriculum τὸ ποῦ, ſeu locum eſſe chylificationis, hi duo allati modi elegantiſſime modum exprimunt, quos, magiſtros optimos ſequuti, facile in arcanum hunc proceſſum devolvi poterimus.

Vulgo hujus rei duo aſſignantur modi, *Elixatio* & *Fermentatio*, Illius patroni aſſerunt eodem modo ſe hic rem habere, calidum & humidum hic prædominari, eſſe ventriculum velut diploma, maturari & aptari eodem modo cibos, aliamque induere faciem ac in elixatione: Sed diverſa omnino eſt ratio, ſiquidem *Elixatio* nihil aliud dicit quam præparationem quandam, quæ jam facta eſt, vel ſi fiat etiamnum, tamen non hac ipſa explicari poteſt chylificatio, ſeu productio albicantis ſubſtantifici liquoris, Unde quod vulgo ſcribunt, fieri 1. diſſolutionem, penetrare intima chymi calorem, diſſolvi cibos & texturam eorum immutari, 2. ſolutorum unionem, unitorum coctionem, Hæc bene in conceptu quidem ſe habent, ſi modo cum Natura convenirent.

Hujus vero, *Fermentationis*, aſſeclæ turgeſcentiam adducunt, poſtquam jam comminuta ſunt omnia turgeſcere maſſam, & de ſe mittere poſt hæc, quod utile corpori & amicum eſt, ipſoque ſenſu, ſi aures arrigas, motum illum inteſtinum percipi ſatis poſſe.

Verum nec fermentatio ſaturat animum ſciendi veritatem avidum, Omnis fermentatio conſiſtit in confuſione principiorum, adeoque confuſiva eſt, non ſegregativa, niſi alio longe modo, exemplo tum fermentantis muſti tum panis: Diſponit in Chymicis potius res extrahendas, ut ſeparari poſſint, non ſeparat ipſa niſi longiori tempore, in liquidis v. g. ut ſubſidentibus heterogeneis & fæculentis purus extet liquor.

Alia longe hic ratio: Non exhauritur his adminiſtrandi modus, non negatur Fermentatio, non fermentum, ſufficere eam ad chylificationem explicandam negatur; concurrere fermentationem, & conjugi ipſi evolutioni partium utilium concedimus, ſed revera magis ad antecedentem proceſſum ſpectat quam ad ἐγχύμωσιν ipſam omni modo explicandam.

Hinc itaque aſſerimus 1. *coctionem fieri calore*, uti commune eſt Animæ ad omnes actiones obeundas organum, ita & omnino hic quam maxime concurrit.

Præſuppoſito quippe 1. Ventriculum calido eximie pollere, conſtat nempe non ſolum arterioſo ſanguine & nervis copioſis, adeoque ſpiritibus vitalibus ſatis illum inſtructum eſſe ipſiuſque affluxu pollere, verum etiam utut non plicatum, tamen rugoſum eſſe ut eo melius calorem contineret: Quin reliquis undique viſceribus foveri, & hinc in medio quaſi collocatum, ut antice dextra parte hepate, ſuperne diaphragmate, ſiniſtra parte liene, inferius & quoad inteſtina hinc omento, imo circumcirca ceu munimentis, ut calor ſibi conſtaret, vallatum eſſe, ab omnibus conceſſum eſt.

II. *Calorem* hunc proportionatum eſſe debere, inde enim in febribus vacillat chyloſis; neque valet auctum calorem etiam augere chylificationem, niſi intra naturales conſiſtat terminos, uti ergo debilior in ſenibus, frigidis, & aliis coctioni minus vacat, ita quoque fortior ineptus eſt huic operi, ille enim ipſo effectu præternaturalis eſt; unde videmus ſtatim tunc emori appetitum, & coctionem tunc non fieri: Archeus optimus eſt Chymiſta, optime gradus ignis ſeu caloris adminiſtrat.

III. Ventriculi orificia utraque (binis enim pollet, æquali fere eminentia ſeu altitudine viſendis, ne in latus elabatur chylus) non tam claudi ab aſſumpto cibo quam connivere, & conſequenter non tantiſper incarcerari cibum ventriculo donec in chylum ſit mutatus, ſed ſimul ac officinæ huic negotium concoquendi committitur, ſtatim etiam eundem quod ſui muneris eſt exſequi, & indigenti proſpicere corpori, ex quo ipſo quoque patet non poſſe æque elixationi comparari chyloſim.

IV. Statim à cibo vel potu fieri refectionem virium, urinæ promptam excretionem prius quam humores alibiles, poſitis vulgo receptis hypotheſibus, ſive ad membra & viſcera, ſive ad renes venire queant.

V. Omne humidum juſto receptaculo exceptum, calore accedente evaporare, acreſcere, reſolvi in vapores, quod ipſum diſtillationis cujuſcunque fundamentum eſt.

VI. Omne Sal volatile, omne ſpirituoſum, calore accedente, evaporare ſeu reſolvi in vapores & avolatum quærere, adeoque quo promptior coquendi evaporatio, eo promptior refectio & urinæ excretio, non aliter ac ſpiritus vini, & omnes liquores, ſpirituoſi igni ſubjecti ſtatim aſcendunt, contra aquea & craſſa tardius, Hinc juxta *Hippocratem*. Potu facilius eſt repleri quam cibo; hinc vino, juſculis & ſimilibus citius nutrimur.

VII. Poſito calore, & poſito humido ſpirituoſo evaporabili, quæ ſubtiliora ſunt partium citius evaporare, & conſequenter citius diſtribui, ſub vehiculo quidem aqueo, quin hæc ipſa, ſubtilia & evaporabilia magis, reliquorum evaporationem promovere.

VIII. Calida promovere coctionem, frigida lædere & ventriculo inimica eſſe, & tum externe admiſſa, tum interne admiſſa remorari chylificationem, quæ vero minime ſunt evaporabilia, etiam narcoſitate ſua venenoſa eſſe, exemplo hyoſcyami.

IX. Ventriculum aptiſſimum eſſe vas pro continendo, complectendo chymo, & propellendo: æmulatur retortam tubulatam, & eſt retorta microcoſmica, per tubulum ſuperiorem excipiens, per inferiorem dimittens ſubſtantificum ſuccum; corrugari aptus eſt, calore intime pollet, & ſane artificioſiſſimum omnium opus peragit: Hinc adeo unum illud medium, quo ad leges chimicas & mechanicas explicari poſſit chylificatio, invenimus, nempe calorem, ſeu coctionem fieri calore, ſiquidem cibi, concoctioni in ventriculo deſtinati, evaporationes de ſe mittunt, ut omne deſtillationi concreditum & calori ſubditum, mediantibus vaporibus reſolvitur & deſtillat; Adeſt calor activitatis maximæ, nec minus ſubjecti diſpoſitio, ſeu ciborum evaporatio.

Aſt, an ſufficiat calor ſolus? diſquiritur, Eſt quidem hic ipſe generale Animæ ad actiones quaſvis organum, aſt niſi ratione organi, ratione conformationis, texturæ, & aliarum circumſtantiarum accidentium ſpecificetur quaſi, ipſe determinatum effectum per ſe edere non poteſt, Solus ergo non chylificabit: Adducunt Autores communiter etiam calorem alimentorum proprium, verum ille reſpectu caloris nativi ſolum paſſive ſe habet, unde vix alio ſenſu id aſſerere licet, quam quod calida illa dicta, principium mutationis & aptitudinis in ſe habeant magis.

Cum ergo hoc ratum & certum ſit, in ventriculo fieri diſſolutionem & extractionem, adeoque etiam immutationem, conſequenter & propulſionem ciborum, ad omnem vero ſolutionem, extractionem & deſtillationem ſimplicium requiruntur duo, Liquor ſolvens, & Calor undique illum per omnes poros corporis ſubjecti adigens, hæcque duo ſe invicem modificent, agitent, intendant, ut nec calor ſine menſtruo, nec menſtruum ſine calore, æque agat, omnino dicimus

2. *Coctionem fieri calore & menſtruo*, unde etiam de liquore illo ſolvente appropriato, qui menſtruum audit Chimicis, dicendum venit, Neque vero omnia omnibus, ſed ſimilia ſimilibus ſolvuntur: Hoc loco eſt notanda differentia inter Chymum & Chylum, ille nihil aliud eſt ac menſtruum cum corpore extrahendo confuſum; hoc poſt extractionem decantatum; illud adhuc in opere, hoc perfectum; illud impurum adhuc & immerſum aliis, hoc purum & ſecretum, ſibi relictum: Adeoque in ventriculo proprie, ut & in inteſtinis, non audit chylus; uti non audit Extractum vel Eſſentia adhuc cum fæcibus confuſa, ſed quando in vaſis lacteis fuerit collectus: Res ergo eo redit, aut ex ſe ſolis cibum & potum in cremorem hordei ſimilem redigi poſſe, emulgeri, & emulſionem hanc ſubſtantificam alibilem naturalem producere poſito calore, Aut aliud quid accedere quod id adjuvet & promoveat; Non ex ſe, non enim ſibi relinquuntur, ſed jam à ſaliva ipſis imprimitur immutatio ſenſibilis, cujus acceſſus negari nequit, aut ergo ipſa Saliva menſtrui vicem ſubit ſola, aut cum alio.

Præſuppoſito

[illegible] cato, 1. Perpetuum hunc eſſe degluti[illegible], in homine quidem poſtſſimum, comitem ut & hæc quoque per [illegible] continuo deglutiri glandulorum hunc liquorem.

ij. Bilem non [illegible] præter naturam in ventriculum ſuffundi, eoque caſu illum potius lædere.

iij. Vas breve in ventriculum manifeſto non hiare, & ſi venoſum ſit, quod pleriſque accuratioribus viſum eſt, per naturam ſtante circulatione ſanguinis, non poſſe quid advehere.

iv. Canes liene exſecto, non tantum non minus voraces, ſed longe magis tales redditos obſervatos.

v. Deglutita etiam metalla, ut monetam, non ſolum ab avium ventriculo evidenter atteri, verùm etiam, ſi caſus id ferat, in humano ipſo.

vj. In Luporum & voracium animalium aliorum ventriculo citiùs in tabum quaſi reſolvi ingeſta; in Piſcium vero ſui generis rapacium, quin aliorum ventriculis ſæpe, ea, qua fundum ſpectant, facie, circa parietes quaſi eroſa viſa aſſumpta etiam integra.

vij. Ventriculum in diſſectis à paſtu brutis acidum ſpirare, inſtar frumenti fermentati; ipſos digeſtos cibos acidum ſapere, & ſtomachum, in ſpecie ſuillum, ob id accuratius aqua elutriari debere; non tamen perpetuum id eſſe, & ſaniſſimos quoque homines navis circumgyratione, curru vectos vel aliunde inductos, jejunos, non acida vomere.

viij. Ventriculum lentore quodam glandoſo, viſcido pollere, &c, ſi penitus inveſtiges plurimis quoque tubulis, ſive papillis glandulоſis eſſe inſtructum, quod & in pennatorum ingluvie evidenter viſitur, *Vide Meibomium Diſſertat. de chyliſic.* §. 38. In ſpecie vero cruſtæ villoſæ ſuperficiem exteriorem innumeris ſcatere glandulis, hiſque & vaſorum oſculis eſſe referuſtimam, unde & proprie Tunica glanduloſa dicitur; Videatur *Willis Pharmac. rat p.* 32. & 35.

ix. In hypochondriacis, & alias modo liquamen aqueum, modo acidos humores vomitu rejici, utrobiq; coctione male habente.

x. Menſtrua ſalina, & inter hæc Acida, potentiſſima eſſe, nec tamen ipſa aquea omnino inertia eſſe quocunque demum ſtimulo acuata.

xj. Salivam, non eſſe purum putum phlegma, ſed particulis ſalinis & ſpirituoſis fœtam, unde &, licet leviter, mercurium mortificat, hæmorrhoides, ſerpigines & alia curat.

xij. A cibo aſſumpto blande intumeſcere ventriculum, & ventrem ipſum, in jejunis vero detumeſcere utrumque; exemplo juvencularum gravidarum, & ipſorum ſanorum, idque non tam ab ipſo repletionis pondere, quam agitatione, *ἀτμῷ*, ut maſſa panis vel frumenti pro ſpiritu vini parando, blande intumeſcere conſuevit.

Hinc colligitur, [illegible]

1. *Fermentum*, ſeu *menſtruum* ventriculi, ut tale, non quærendum eſſe in liene, unde inſpirari id vult *Helmontius*. idque potiſſimum ex ea ratione. 1. quia nec acor talis ſeparatim collectus in Liene adeſt.

2. Nec viæ adſunt, quicquid etiam de vaſe brevi ſcribant & contendant authores; ſive enim venoſum ſit, ut jam aſſeruimus, ſive arterioſum, nil aliud tamen vehit quam ſanguinem, Id quod in præternaturali ſtatu ſæpe viſitur, Et obſervatum à nobis eſt in fœmina defuncta à vomitu cruento, hians & apertum in ventriculi *διηγήσεως* inſtar calami ſcriptorii, quod & in aliis vomitu cruento laborantibus contingere extra dubium eſt; Hinc etiam in ſtudioſo copioſe ſanguinem evomente id collegimus & obſervavimus, non ſolum ex dolore hypochondrii ſiniſtri prægreſſo, verum quoque ceſſante, licet quoque exinde, quod dextro fere ſolum latere decumbenti paroxyſmus contingeret magis. Ex quo obiter notandum conſultius eſſe in locum affectum decumberet.

3. Nec ſolo inſpiratu, ſolo contactu id communicare poteſt Lien, ut taceamus experimenta in exſectis canibus facta.

4. Non per arterias influere immediate, licet hæ calorem vitalem ipſi quaſi fœnerent: neq; 3. opus eſſe ut à ſanguine materno ipſo, ceu remotiori principio id arceſſamus, ut hinc congenitum ſit ventriculo, quod ipſe huic actioni à primo ortu ſit deſtinatus.

Aut itaque aliunde ad ventriculum invehitur, aut in cibis ipſis eſt quærendum, aut ventriculo domeſticum ſtatuendum ſolum & aliunde ſuggeſtum: Naturæ vero conſueta eſt & conſona homogeneitas & conformitas, hæc ſcil. ſibi ſemper eſt ſimilis.

Cum ergo menſtruum ſit neceſſario liquor, ipſe quidem ſuccus poculentorum confert aliquid, verum ipſe quoque indiget commutatione hac & perfectione; Reliquias quoque ciborum aliquid fermenti relinquere poſt ſe certum eſt, unde & nomen huic derivari poteſt commode, quod ceu characterem quendam continuo propagat, de novo advenituro cibo deſtinatum, eique imprimendum.

Sed ſolæ tamen hæ non ſufficiunt, quin fixius quid præ ſe ferunt, non aliter ac videmus, ipſo ſenſu teſte, à potu largiori vini, ſiquidem vomitus hinc urgeat, poſt evaporatum volatilius, quod ebrietatem quoque conciliat, reliquum id per os ſecretum acidius eſſe ad dentium uſque ſtuporem. Uti proinde conceſſum eſt; & conſtat abunde, ſalivalem glandoſum humorem neceſſarium eſſe ad chyliſicationem, uti conſtat ſuccum Pancreaticum itidem glandoſum, in inteſtinis concurrere, ita fermentum eſſe liquorem in ore ſalivalem, in ventriculo huic æmulum glandoſum ſtatuimus non aliunde oriundum quam à papillis glandularum ventriculi, ex quibus tranſſudat, & ad opus hoc naturaliſſimum quammaxime concurrit.

Viſo proinde, ſeu Fermento hoc, ſeu menſtruo, quoad *ſubſtantiam*, unde & quale ſit origine, nempe glandoſum & lymphaticum, porro jam ejus affectiones ſcrutandæ reſtant; Communiſſima vox eſt eſſe Acidum, Alii, qui accuratius videri poſſunt, Acido ſalinum, ſeu Acido ſalſum eſſe ſtatuunt, per quod quale intelligant non æque patet; Si enim, quod verba ſonant, innuant, erit hoc fermentum naturæ enixæ non alkalinæ, non acidæ, ſed ex utriſque combinatum, naturæ mediæ; Aſt cum videamus illa ipſa, quale v. g. eſt arcanum Tartari, ventriculo reſpectu acidulorum non æque eſſe amica, quin ſi paulo uſus continuetur inde potius appetitum dejici, vix aliud conjicere poſſumus, quam quod ſubinnuant aliquid aliud eſſe Fermentum quam vel alkalia ſunt, vel acida, vel minus commode illud ita dici.

Nobis ſatis eſt, non eſſe id aqueum ſimpliciter, non ſulphureum, & poſſe commodiſſime in genere referri ad ſalina, ſed temperata, ſed inſipida quaſi & menſtrui univerſalis æmula: Inſipidum illud eſt ad ſenſum, ita ut, ſi mechanica ſpectemus alia, vel bibi poſſit commode, non corroſivum, vel ullo modo lædens, non acre, non acidum ita quidem ut acrimoniam ſuam manifeſto exſpl[illegible]et, vel aciditatem ſtygiam æmuletur; inteſtina qu[illegible]p[illegible]e & ventriculus quam ſenſibilia ſint, ſatis patet, ut

vel minimam quaſi acrimoniam lancinantem expetiantur, & inde in ſpaſmus agitentur. Hinc in receſſu ſingula hæc habere diximus, ſiquidem & pinguia à ventriculo noſtro concoqui novimus, quæ tamen alias acido quam maxime reſiſtunt, ut vel ipſa aqua *fortis nullum in eadem jus poſſideat.

Si ergo Mechanice eadem velimus concipere, optimum fuerit ſtatuere, menſtruum hoc *ſalinum*, quod ſui generis tamen eſt, ſiquidem ſalina omnium ſunt potentiſſima menſtrua, & acidulum quidem, ſed acidum volatile, ſubtile, ſuave, ſummæ activitatis; qui enim fixum non potius ligare particulas volatiles poſſit quam promovere earum evolutionem? hinc ut calor, ita & menſtruum hoc proportionatum eſſe debet, toto enim die experimur, acute licet copioſo in ventriculo præſente, tamen nec appetitum nec coctionem decenti modo fieri, quod hypochondriaci, arthritici, aliique magno ſuo damno teſtari abunde queant. Et hoc pacto non ſolum ex labyrintho variarum hypotheſeon exire poſſumus, verum etiam omnium optime phænomena hujus culinæ explicare.

Notabile tamen eſt differre quidem fermenta individualia, aliaque eſſe magis ad acorem, alia magis ad ſalinam acrimoniam diſpoſita; alia magis alia minus diluta; prout non minus ipſe quoque calor ſua gaudet latitudine, unde videmus maximam differentiam ratione appetitus, concoctionis, temporis diſtributionis &c. Unde & hic me[illegible] unumquemque ſ[illegible] modulo ac pede, verum eſt, variando medicamenta apepſiam tollentia, his ſpirituoſa, illis acria, aromatica, aliis acida magis propinando, Nihilominus tamen in genere uniuſcujuſque ſpeciei ſuum eſt ſuum peculiare fermen[illegible], prout inſignis differentia occurrit ſtatus ſanguinis & ſeri. Hoc appetitum efficit, hoc calidis, aromaticis & acidis acribuſque inſtauratur, quin ſtimulum inde acquirit, adeoque aliud eſt domeſticum, inquilinum, intrinſecum, aliud (tei[illegible] juvamenti hujus) extrinſecus accedens, unde ſtimulum acquirit illud & ſeparantur impedimenta, quin & ipſæ reliquiæ ciborum perpetuationi [illegible] invigilant, perpetuat idem ſalivæ continuus affluxus.

Ipſos adeo ſpiritus animales, (quorum vec[illegible] ſuo ſenſu commode dicitur lympha) quoque concurrere extra dubium eſt, unde & torpor quidem, & ſomnolentia ac ſegnities à paſtu ſaturatos impetit, quod tamen ligationi & obnubilationi eorundem abſcribi poteſt. Imprimis vero noxæ id teſtantur quæ lucubrationes in multam noctem protractas conſequuntur; cum enim non vim ſuam habet ventriculus, inquiente *Barclaio*, evocato ad laborantis cerebri ſubſidium igne; inde cruditates, affectus hypochondriacus & ſexcenta mala alia. *Wedelius Med. Phyſiol. ſect. 3 c. 9.*

Signa.

1°. *Signa* ſunt, ventriculi à flatibus ad plenariam ciborum concoctionem diſtentio, odor ciborum poſt plures etiam horas palatum feriens, ructus acidi, vomitus pituitoſi, dejectiones humidæ & crudæ, alimentorum coctu facilium vix longo tempore concoctio &c.

1°. *Signa ſunt*) [illegible] ſymptomata in aliis quidem eſſe conſtat gravitatem tantum quandam inſtar lapidis cum denſa reſpiratione, quos ego meridiari jubeo ſecure. In aliis fluctuationem quandam, ſeu vibrationem, ſeu tremorem, ſeu palpitationem, ſeu quomodo libeat appellare, modo cum, modo ſine borborygmis, denſaque reſpiratione, quos multo magis horror ad lectum eant poſt prandium: hinc ſi ſemedium ſit, reſtat intra fines [illegible]; At ſi eo procedat ut poſt aliquot horas ructus acidi ſe oſtendant (in calida intemperie ſunt nidoroſi) jam corruptus eſt cibus. & [illegible] eſt. Si nauſea aut vomitus etiam, dejectiove eo tempore ſe oſtendant, quo cibus jam concoctus eſſe debebat, jam [illegible] eſt. Hæc omnia, aut certe aliqua, modo ſerius modo citius fiunt prout debilitas major minorve eſt, imo prout vel ſiccitas vel humiditas jungitur, in cujus rei diſtinctione ſæpe falſi ſunt magni nominis Medici. Fiunt autem leviora ſymptomata eo modo quo in culina videmus flammam exiguam ſub multis aut viridibus lignis multum fumi facere, graviora ob vitium [illegible]. ob quam etiam, prout ſurſum vel deorſum vertitur, vel vomitus vel dejectio fit. Ab hoc motu accipit affectus peculiaria tria nomina, & vocitur vel [illegible], ſubverſio ventriculi, vel [illegible] compreſſio, vel [illegible], ſupinitas. Huc per[illegible], fluctuationes, [illegible] Inflationes, [illegible], ob murmurationes &c. *G. Hofmannus Inſt.* [illegible] 3. c. 28.

1°. *Signa ſunt*) Apepſia & [illegible] ad[illegible]pſia [illegible]dem ſignis indicantur, per magis & minus [illegible]tum differentibus. Illa autem ſigna ſunt ructus acidus, alimenti incocti, vel ſemicocti per os aut alvum rejectio, cauſæ ventriculum refrigerantes prægreſſæ, gravitas, tenſio, & inflatio in regione ſtomachi, lætio frigidis aſſumptis, urinæ tenues, aquoſæ & decolores. Interdum tamen urinæ craſſæ & rubræ apparent, ex ſucco impuro ac fæculento, qui ob primæ coctionis imperfectionem à chylo ſufficienter ſeparari non potuit, ſed ad renes uſque tranſmiſſus cum ſeroſo humore impuras etiam urinas reddit, quales interdum à melancholicis præſertim, & ſcorbuticis excerni ſolent, De his urinis Vide *Sennertum lib. 3. parte 1. ſect. 2. c. 7.*

Si idiopathice ventriculus laboret, propria ejuſdem morboſæ diſpoſitionis ſigna aderunt: Si vero ſympathice afficiatur, ex propriis partium affectarum ſignis illa ſympathia eſt eliciendа. Si vero ex errore cauſarum externarum, vel objecti vitio ſymptoma dependeat, ex earum præſenti, aut prægreſſa conſtitutione ægri, vel adſtantium relatu innoteſcet. *Riverius.*

In *imminuta* Chyloſi conqueruntur ægri de dolore ſtomachi poſt paſtum, de ructibus etiam poſt 5. vel 6. horas ab alimentorum aſſumptione moleſtis, ſed genuinum aſſumptorum ſaporem adhuc repræſentantibus, adeſt appetitus, inflatio ſtomachi. Speciatim in talibus ſubjectis poſt paſtum adeſt phlogoſis, quæ ſemper ortum habet ex ſtomacho, eoque præſertim muco copioſo acido onerato. Conqueruntur etiam ſubinde de difficili reſpiratione, quando dorſo incumbunt; Item matutino tempore os muco plenum obſervant, qui revera ex ſtomacho videtur aſcendere, cum per incubationem quaſi regurgitans, ſicque tempore matutino excernitur. *Ettmuller*

CAUSÆ

CAUSÆ.

11. *Cauſa adæquata* eſt 12. facultatis 13. concoctricis fruſtratio, quæ
Aut *impeditur* per 14. morbum organicum, tumorem nempe, inflationes, &c
Vel 15. *labefactatur* per 16. intemperiem frigidam 17. Inductam ab iis, quæ 18. aut refrigerant, aut calorem ſuffocant, diſſipant, aut pabulum ſubtrahunt.
Vel *impeditur* ab 19. *Errore externo*, quem *aut* excrementa in ventriculo coacervata vel aliunde miſſa, 21. *aut* alimenta 22. non legitime, 23. juſta 24. quantitate, qualitate, 25. tempore & 26. ordine aſſumpta; 27 *aut* ſomnus inferunt.

11. *Cauſa adæquata eſt facultatis concoctricis*) Actio ventriculi eſt [illegible] i.e. ex alimentis peculiari coctione ut [illegible] elicere, qui chylus dicitur: Ex veterum [illegible] i inſita ipſius ventriculi ſe undique c[illegible]gentis, ac ſuo viciniarumque partium calore [illegible]limenta in prædictum ſuccum.

[illegible]tcorum ſententia coquuntur in ventriculo Alimenta per modum Fermentationis, ſicque liqueſcunt,& Chylus ex [illegible]is educitur; quam ſic deſcribit *Diemerbroec* Anat.*l.1.* [illegible]*6.* Fermentatio, *inquit*, duplex eſt, Una qua miſti particulæ ſponte ag[illegible] ntur, incaleſcunt ac rar[illegible]unt, & per ſalini vinculi diſſolutionem ita ſegrega[illegible]ur ut ſpirituoſiores e[illegible]adant, maximaq; ſui parte ructus firmiter miſceantur, & mixtæ permaneant; ſicut ſpirituoſæ part[illegible] vini, per fermentationem ſuſcitatæ, ea peracta aqueis permiſtæ manent. Altera (hæc non male Effervescentia multis appellatur) qua particulæ ſ[illegible]lis acidæ magna parte cum [illegible]queа & tartarea aliqua materia effervescentes, per coagulationem concentrantur, adeoque ab aliis miſti particulis ſeparantur, ut cum iis non redeant ad exactam unionem ſeu miſtionem.

Fit hæc Fermentatio, cum Alimentorum ingeſtorum particulæ ſalinæ, à ventriculi calore & acri admiſto ſucco diſſolvuntur, liqueſcunt & ſpirituoſæ fiunt, ſulphureaſque particulas ſimul corrodunt & exagitant, atque ſic è mixtionis ſtricto vinculo cum pugna quadam diſcedentes, per craſſiorem maſſam, una cum ſpirituoſis ſulphureis ſimul agitatis ſubaceſcentes atque acriores expanduntur & vibrantur, ac propter denegatum exitum, miſtionemque craſſioris materiæ nondum exacte ſolutam, identidem repercuſſæ, illam multiplici motu pervadunt, ejuſque minimas particulas ab invicem diducunt, expandunt, & ad faciliorem ſui ſegregationem, alteriuſque pu[l]taceæ ſeu lacteæ ſuſcipiendæ miſtionis formam diſponunt. Quæ vero particulæ hac fermentatione non ſatis diſſolvi, & ad lacteam formam deduci queunt, fæces ſunt, quarum ſeparatio à lacteo ſucco in inteſtinis peragitur.

Hæc Fermentativa coctio, (quæ ſine vehementi motu ſurſum deorſumve, aut tumultuoſa per ventriculi cavitatem agitatione, qualis in aqua ad ignem ebullience contingit peragitur) adeo valida eſt, ut per eam cibi, licet duriſſimi, qui ſuper igne culinario vix totius diei coctione in lebete emolliri queunt, paucis horis non tantum emolliantur, ſed adeo etiam diſſolvantur ac liquentur, ut particulæ ab amica unione diſſectæ, atque ab invicem divulſæ, liquorique ventriculo inhærenti vel infuſo commiſtæ, pultaceam conſiſtentiam, cremori ptiſanæ non abſimilem, conſequantur. *Sylvii de le Boe Diſput. Med. 1.* Vide plura §. 9. *Imbecillitate caloris.*)

12. *Cauſa eſt Facultatis concoctricis &c.*) Errant tamen ij qui ventriculum non chylificare ajunt, ſed eſſe tantum inſtrumentum, ſeu receptaculum in quo fit chylificatio, nec magis chylum conficere quam ollam in qua carnes coquuntur, confici juſculum: Sed cum chylificatio ventriculo adſcribitur, non intelliguntur nudę ipſius membranæ, ſed ventriculus vivens & ſanus, i.e. ſpiritu ac [ca]lore proprio, ex ſubſtantiæque ſuæ proprietate proprio generato, conveniente fermento inſtructus, quorum omnium olla culinaria nihil ex ſeſe habet.

13. *Concoctricis fruſtratio, quæ aut impeditur &c.*) Abolitæ & Imminutæ coctionis cauſæ ſimul ſunt tradendæ: *Galenus 3. de ſympt c.1.* [illegible] fieri docet, vel læſa ipſamet facultate, vel ob [illegible], ſive errorem externum. Ac facultatem quidem affici, vel ratione propriæ ſuæ eſſentiæ, nempe propter intemperiem primarum qualitatum, vel ratione morbi cujuſdam organici, ut tumoris aut abſceſſus in ventriculo: *Errorem* vero externum triplicem proponit, primum in excrementis ventre contentis; ſecundum in cibis, tertium in tempore ſomni. *Menjotus.*

14. *Per morbum organicum*) Sic nimia membranarum ventriculi tenuitas, ob ingentem ac ſæpe iteratam à cumulata ciborum ingurgitatione diſtentionem: ſicut ex adverſo craſſior & carnoſior avium ventriculus duriſſima ſemina, nobis inſuperabilia exterit.

Morbi autem inſtrumentales non creduntur, uti nec ſolutio continui, incommodare coctura, niſi adjuncta ſit activarum qualitatum [illegible]. Verumtamen ventriculus, cui amplitudinem quinque palmorum, ſc licet in ſuo ambitu, dum inflatus eſt, tribuit *Hippocr. lib. de loc. in Hom.* quanquam rite temperatus ſit, tamen ſi natura ſua fuerit anguſtior, vel diuturniore inedia admodum convellatur, (quę coarctatio nonnunquam tanta eſt ut ab inteſtinis vix poſſit diſcerni) multas cruditates per ſe congerit, ni alimenta parum, & ſæpe ingerantur. Idem dicas de ventriculo ab intumeſcentia circumpoſitarum partium compreſſo. *Menjotus.*

15. *Vel labefactatur per intemperiem*) Coctio imminuitur cum cibus non ſatis liqueſcit vel coquitur in ventriculo: Non *liqueſcit* ſatis, cum potus non ſumitur debita copia, Non *coquitur* ſatis, quando *humor acidus* non venit ſatis magna copia ad ventriculum, vel ob nimiam humoris acidi copiam, quæ facit ut non ſatis diu moretur in ventriculo: Denium ob defectum caloris, & intemperiem frigidam & humidam; *Intemperies* venit, vel cum ſpiritus deficiunt in toto, vel in ventriculo, Si in° toto, ſignum eſt pulſus debilis; 1°. in ventriculo deficiunt ob læſionem externam in ventriculo, ut ex cibo vel potu nimis frigido, 2. ab aliquo *Tumore*, vel *materia* affluxu, qua de cauſa fit ut ſpiritus vitales non affluant; Excoriatio etiam multum facit: Cum hæ cauſæ graves ſunt, Concoctio eſt abolita, vel quando calor paucus eſt. *Walæus Med. Pract cap. xvi.*

15. *Labefactatur*;) Pervertitur aliquando coctio ſecundario & per accidens. merito retentricis aut expultricis potentiæ. Peccat *retentrix* dum alimenta ante conſummatam [illegible] ſinit elabi, vel ea minus ſtricte circumplectitur, ita ut in ventre fluctuent, unde nec adunatur calor ventriculi, nec materia coque[n]da ſatis adhæret cuti ventris, à cujus calore digeſtio promovetur; Qua ratione plurimum dilatato ob crebram ingluviem ventriculo, divulſæ hujus fibræ ſufficienter contrahi nequeunt ad ciborum cóplexum, ac guloſos male habet alvi [illegible]. Errat *Expultrix* ubi [illegible]u à bilioſo humore, ſeu ab ingeſtis noxiis migrantve præter modum ſtimulata cibos præpropere deturbat. *Menjotus.*

16. *Intemperiem frigidam*) Aufert minuitve coctionem Intẽperies vẽtriculi frigida, [illegible] u poſitiva, ex præſentia frigoris, ſeu privativa ex abſentia caloris innati. *Menjotus.*

16. *Per Intemperiem frigidam*) Stomacho propter alimenti digeſtionem, haud tam *calore* quam *fermento activo* opus eſſe videtur, Etenim Piſces actu frigidi, eſculenta ſua integra devorant, ac ſine caloris ſubſidio eadem velut à menſtruo quodam reſoluta facile coquunt. *Williſ. de morb. conv. c. 11.*

16. *Per intemperiem*) Ventriculi querelæ ab *Acido* merito dedocendæ. In *apepſia & bradypepſia* glandulæ ventriculi, propter obſtructiones à ſanguine acidis inquinato, & lenteſcente, nonniſi viſcoſus liquor ventriculo inſtillatur, qui propter tenacitatem boni fermenti vicem non ſupplet, adeoque à materia ſubtili non in partes cibi adigitur, ut continua agitatione, ſciſſione, ſectione &c. comminuerentur. Si vero *fermentum* illud, ſeu *liquor glandularis* debito modo fuiſſet conſtitutus, actione ac motione ætheris (qui omnia corpora inſtar fulminis ad intima penetrat) particulæ acidæ & oleoſæ ſi ſulphureæ ſe invicem comprehendiſſent; oleoſa enim ramoſis partibus dotata facile acidas ſuis ramulis, tanquam lacertis prehendunt; figura quippe acidarum particularum eſt oblonga, utrinque inſtar gladii ſecans: mutua porro acidi ac olei comprehenſio album cremorem nobis oſtendit, quem Chylum vocamus. *Steph. Blancardus Idea Med. Nova §. 11.*

17. *Intemperiem frigidam inductam ab iis quæ aut refrigerant aut calorem &c.*) Ea coctioni officiunt quæ *calorem* à corde influentem, vel *repercutiunt*, ut *frigus externum*, ſi ad ventrem uſque penetraverint; ſecus enim per antiperiſtaſin calorem adaugent; unde *ventres hyeme ſicut vere calidiſſimi, uberiorem optant cibatum*, (1. aph. 15.) Vel *diſſolvunt amoventque* à ventriculo, ut *calor ambientis*, nam *æſtate & autumno cibi difficillime feruntur.* (1. aph. 18.) *Venus, dolor, ira, timor*, exercitationes à cibo, quibus non ſolum calor ad exteriora diffunditur, ſed chylus rudis ac inelaboratus ad inteſtina præcipitatur, *balnea, ſtudia. Pars namque magna urbanorum, omneſque pene cupidi literarum imbecilli ſunt ſtomacho* (*Celſus lib. 1. cap. 2.*) *vigiliæ immodicæ, ſomnus* ſtatim à paſtu, commodus quidem ad hæmatoſin, ſed chyloſi adverſus. Cerebro enim, corde ac hepate ſpiritus jure metropolitano per quietem ad ſe revocantibus, ventriculus illiberaliore rigatur ſpirituum influxu, unde cibati ſi mox eant in ſomnum, de crudo ventriculo experrecti conqueruntur, vereque *Plinius l. 11. c. 53. Somno concoquere corpulentiæ quam firmitati utilius, Ideo Athletas malunt cibos ambulatione perficere; Pervigilio quidem præcipue vincuntur cibi.*

Denique viſcerum circumſtantium, ſed præſertim *jecoris*, utpote ventriculo incũbentis, frigiditas elaborationi ciborũ nocet, Ex *omento* quoq; per vulnus egreſſi, hincque putrefacti ac liveſcentis amputatione chyloſin in deterius ruere teſtis eſt *Galenus*, refertque *4. de uſ. Part. 9.* hiſtoriam de gladiatore vulnerato, cui ipſemet totum fere epiploon abſcidit, externi frigoris injuriæ etiam poſt vulneris medelam maxime obnoxio, ita ut ventrem lanis aſſidue obvolvere cogeretur.

Nam in genere quæcunque calorem ventriculi haud ſatis tuentur, coctionem deterunt, ut gracilitas muſculorum abdominis, ſic hiante nimium, ſeu ob edacitatem, ſeu ob *humidiorem* intemperiem ſuperno ventriculi orificio, coctio frangitur, ad quam videlicet plurimum conferat fuliginum caloriſque glomeratio, quomodo in olla operta carnes melius elixantur. *Menjotius.*

[illegible]. *Per intemperiem frigidam inductam &c.*) Adverſus calorem hepatis c[illegible]li auxiliantem, trita eſt objectio, remiſſiorem ventri[illegible] calorem à potentiore jecoris caliditate tanquam à cucurbitula allici; vel more ignis à radio Solari diſſipari; ſicque ventriculum, dum fervet hepar [illegible] ſimultate inteſtina frigeſcere, [illegible] leſque natur[illegible] en iri taxo eſſe obnoxias, ob [illegible] pituitæ & biloſi humoris generationem co[illegible]riam, ex [illegible] u[illegible] uſque viſceris. In en[illegible] natura membra [illegible] embris, ceu gladiatorum par a[illegible] ſpectaculum interdum committit, videlicet cerebrum algidum cordi æſtuoſo, ac hepar fervidum [illegible] ventriculo.

Sed contra, inter notas ferventioris hepat[illegible], inappetentia, ſitis & linguæ amaritudo, falſo adnumerentur, ni ventriculus caloris in hepate regnanti redderetur partic[illegible]ps. Et revera, ao probabile eſt o[illegible] corporis partes, etiam diſtantiſſimas, à [illegible] calefcere, uno [illegible]xcepto ventriculo ipſum attingente. Itaque veriſimilius videtur, vel è cerebro vaporibus à jecore pr[illegible]rvido [illegible]s repleto, frigidos hum[illegible] ſtillare in ventriculum; vel à calore hepatis d[illegible] cumſtantem pinguedinem abdominis [illegible] ſubſtrati ventriculi calorem ab integumentis no[illegible] foveri; vel (uti ſæpius obſervavi) ventriculum non *ἀπεψίᾳ*, aut *βραδυπεψίᾳ*, ſed ob inimicum calorem jecoris incendio prop[illegible]tum, *ἀνορεξίᾳ* qua cibi [illegible]rumpuntur, potius affligtari, ſicut indicat curatio quæ frigidis completur.

Ne quis autem in Jecoris ventriſq; contrapoſita [illegible] temperie decipiatur, cautiones quædam obiter adhibendæ ſunt, Et primo quidem notandum in [illegible] qui vitæ rationem ſuſque deque ineunt, ac præſertim [illegible] crapulantibus, ventriculum permultis ſtagnare cruditatibus, à quibus inflationes ac eructationes exſurgunt, interimque tenuiores potionum ſpiritus proſici ab hepate, unde illud efferveſcit, ſanguinemque calidiorem univerſo corpori diſpenſat, neque tamen ullas aſtare pugnantes viſcerum intemperaturas, quin potius vitæ delicta culpanda eſſe.

Secundo obſervandum non paucos ægros, ac nominatim hypochondriacos, pejus concoquere, non propter frigus ventriculi, ſed propter pravos humores in ventriculum aliunde apportatos, à quibus interturbatur coctionis opus, ita ut omnigenæ cruditates cumulentur, & nidoroſæ & acidæ.

Tertio non eſt omittendum turbatis coctionibus, quod in alimento biliosum eſt in bilem; quod pituitoſum in pituitam proprio nutu faceſſere, ſicq; adverſa excrementa coacervari juxta diverſam non modo viſceris concoquentis, ſed etiam materiæ coquendæ diverſitatem. *Menjotius.*

18. *Aut refrigerant, aut calorem ſuffocant, diſſipant, aut pabulum ſubtrahunt*) Quibus de cauſis revaleſcentium ventriculus non ſufficit ad parandum tantum cibi quantum opus eſt ad explenda vota membrorum eſurientium: Hæcque ventriculi impotentia oritur aut à reſtitante ex antecedo morbo cacochymia, quæ purgationem poſtulat, relictóve empyreumate, quod ſolis extingui debet alterantibus: aut ſequitur ignaviam ventriculi collapſi, ſeu ob diuturnam proprii officii vacuitatem, qua repentinus tranſitus ab otio ad negotium redditur laborioſus, ſeu ob penuriam caloris nativi, febris æſtu & evacuationibus cum naturalibus, tum infitutis exhauſti.

Nam per morbos multo plus decedit ventriculi virtuti quam jecoris, ac ille naturaliter frigidus & exanguis genuino calore celerius depauperatur quam hepar ex ſe calidum atque ſanguineum; Similiter ac externa actualiſque frigiditas ſpermaticis quam carnoſis particulis magis adverſatur, unde nil mirum ſi valetudine emergentium chyloſis hæmatoſi deterior ſit. Hæc [illegible]s *ἀδυναμία* modica ciborum quantitate eſt [illegible]. *Menjotius.*

19. *Aut*

19. *Aut impeditur, vel Labefactatur &c.) Abolita* cenſetur alimentorum Fermentatio, quando ipſa ſufficienter impleta, in ventriculo retenta licet, cruda tamen nec immutata, vel ſurſum, vel deorſum, iterum excernuntur, quemadmodum *Diminuta*, quando eadem tunc aliquantum quidem, minus tamen quam decebat prodeunt immutata.

Utraque accidit nunc ipſorum *alimentorum*, nunc *Fermenti* culpa, nunc propter *Humores vitioſos* ad ventriculum delatos.

Alimentorum vitio, cum vel *quantitate* nimia ingeruntur, vel *qualitate* vitioſa Fermentationem plus minuſve ſiſtunt, aut impediunt.

Qualitas alimentorum vitioſa conſiſtit frequenter in eorum pinguedine exuperante, quandoque in ſpiritu volatili, sæpoſtere nimiumque aſſumpto; quandoque in ſale fixo, vel lixo vel volatili, copioſius itidem uſurpato. Uno verbo in iis quę Spiritum Acidum, ejuſque operationem potenter frangunt, unde incidi atque ab invicem ſufficienter ſegregari nequeunt partes alimentorum viſcidiores; tantum poteſt ubique plurium ad eundem effectum producendum requiſitarum concurrentium certa proportio.

Quo facit quoque *Potus* quivis, præſertim aqueus, copioſius ingeſtus, & tum fermentum diluens abluenſque, tum cibos obruens, ac in ſui fermentatione impediens: *Fermenti* culpa *diminuitur* vel abolitur Alimentorum Fermentatio, tum propter ipſius *defectum*, tum ob *inertiam*. Deficit quando non ſatis generatur, in Salivæ defectu continuáve exputione, vel alio deſertur per continuam potationem, ob quam ad inteſtina propellitur.

Iners exiſtit hoc Fermentum, quia juſto pinguius aut viſcidius, vel aquoſius producitur, ob *Salivam* ſimilem ex *alimentis* conſimilibus diutius uſurpatis ortam; & quando ab *Aeris* externi æſtu, aut vehementi *corporis animive* exercitio ſpiritus animales exhauriente deducendum; & imprimis ubi alimentis ſpiritu volatili abundantibus non reficiuntur, deficientes ſpiritus animales, ad fermentationem alimentorum promovendam ſummè utiles.

Ubi plures cauſæ ſimul concurrunt gravius læditur prædicta alimentorum Fermentatio, & vice verſa: Eandem Fermentationem *Diminuere*, ac quandoque *Abolere* poſſunt quædam, cum aut pro alimentis, medicamentiſve male aſſumpta, & quoniam vel ipſum Fermentum enervant, vel Alimenta Fermentationi inepta reddunt, hactenus pro venenis habenda, qualia ſunt omnia quæ *Figendi* vi excellenti ſunt prædita.

Alimentorum Fermentationem *Diminuere*, ac ſubinde *Abolere* poſſunt *Humores vitioſi*, bilioſi præſertim, alcaliſate peccantes, ad ventriculum aſſurgentes, atque aut Fermentum ipſum corrumpentes ac enervantes, aut ſe Alimentis immiſcendo ipſorum Fermentationem turbantes, impedientes ſiſtenteſve. *Sylvius de le Boe Pr.l.1.c.7.*

20. *Aut errore externo*) Res externæ coctionem vitiare poſſunt, ſi immoderatæ ſunt; ita *Aer* frigidior, calorem nativum obtundendo, ſi debilior fuerit, vel calidior, eundem calorem diſſipando coctionem evertere poteſt: Tum etiam *Exercitationes* immodicæ, præſertim à paſtu, calorem nativum eliciendo à Ventriculo ad partes exteriores, eumque præter modum diſſipando, nec non chylum adhuc imperfectum præcipitando verſus inteſtina; *Alvi & aliorum excrementorum ſuppreſſio*, aut fluxus immodicus, *Vigiliæ* immodicæ, ſomnus diurnus, animi pathemata graviora, præſertim mœror & profunda meditatio ſtatim à paſtu, & ſimiles cauſæ externæ, ventriculi actionem non parum vitiare poſſunt. *Riverius.*

21. *Aut alimenta non legitime juſta quantitate &c.*) Diætæ errata innumera ſunt; 1. Ut Parciore Potu cibi amburuntur, nec fit elixatio [illegible] fuliginoſa, ita plenior ac frequentior Potio coctionem, ſicut aqua lebeti ſæpius affuſa elixationem interrumpit. Nam ventriculi tunicæ propter largiorem liquorem interpoſitum, cibis non ſatis uniuntur, unde hi natant fluitantque, qua ratione flatus non modo ſunt effectus, ſed cauſa quoque vitioſæ concoctionis; haud ſolum quod irrequieto motu cibos in ventriculi fundo non ſinant conſiſtere, miſcentque ima ſummis, at præſertim quod inſlent ventriculum, hujuſque membranis ac edulis interjecti, inſtrumenti coquentis ac materiæ coquendæ proximum contactum impediant.

Secundo cibos imaginationi, vel jure vel injuria odioſos, ut venter animoſe non amplectitur, ita nec perficit; ſicut ex adverſo cibus potuſque paulo inſalubrior, ſi ſuavior fuerit, ſalubriori ſed inſuaviori ab *Hippocr. 2. aph. 38.* præfertur.

Tertio alimenta, vel male præparata, vel generis durioris ſunt [illegible].

Quarto edulia per ſe quidem coctioni [illegible], ſæpe tamen ventriculo etiam ſano non ſunt analoga; venter enim temperie calidior firmiores cibos percoquit, infirmiores [illegible], ſupercoquit. Frigidior contra ut hos vincit, ita ab illis vincitur.

Idem ſentiendum de *quantitate* alimentorum, eorum namque copia quamvis mediocri, crudeſcit delicatior ventriculus; at parciores cibi ab eodem vegetiore ſuperaſſantur, unde *Hippocr. l. de Alim. vis alimenti melior quam moles*, nempe in debilibus, *Moles alimenti melior quam vis*, videlicet in robuſtis; quorum calor quaſi athlericus opus habet exercitari.

Quinto cibi, ob inmaſticatam tranſvorationem ac detectu moliturae imparati ſunt ad futuram coctionem, quam ob rem ſicut dentium multitudo longiora promittit vitæ ſpatia, ita eorundem paucitate vitæ brevitas deſtinatur: quo ſenſu qui raptim manducant, odiſſe animam ſuam dicuntur A. ib. bus.

Sexto [illegible], ſeu ordo incongruus, dum ſcilicet cibi qui debentur primæ menſæ, cœnam claudunt.

Septimo [illegible], quaſi intempeſtivitas, ubi in cibum ferventem adhuc atque fermentatum novus ingeritur; quare cœnarum in multas horas productione nihil eſt nocentius.

Nempe immarceſcunt epula ſine fine petita.

Poſtremo damnoſæ ſunt dapales cœnæ ac fercula [illegible], ut ſi

ſimul aſſis
Miſcueris elixa ſimul conchylia turdis.

Rationem reddit *Ariſtoteles 1. Probl. 15.* [illegible], inquit, [illegible], cibi namque cum non ſint [illegible], ſed alii coctive, alii non coctibiles, illi ſupra chylu, hi infra chylum coquuntur, hancq; imperfectam elixationem *Philoſophus 4. meteor.* [illegible] appellavit, Interpretes *inquinationem* vertere, unde *Author lib. de Flat.* [illegible], *varii ac diſſimiles cibi tumultum cient ac ſeditionem*, quam *Hippocrates* vocat [illegible]. Indeque Athletis in arenam deſcenſuris ſolus panis mane, veſperi ſola caro offerebatur, adeo ſimplicis cibi magna eſt opportunitas, *Simplex olim erat*, ait *Seneca Epiſt. 35* ex ſimplici cauſa *valetudo, multos morbos multa fercula fecere. Plurima* dicebat Plutarch. 4. ſympoſ. 1. & *quaſi rixantes aſſumptorum natura ſociali fœdere nuſquam coeunt, ſed ſe mutuo dirimunt*, haud ſecus ac tonorum diſparitas eſt, [illegible] & promiſcua convenarum turba diſſidet diſcordatque. Quemadmodum [illegible] eſt magis [illegible] quam unius vini hauſtus, ſic plures à ciborum [illegible] cruditates cumulantur, facile utique contrariis ſermonibus fides dari poteſt & aſſenſus quam concoctio diverſis qualitatibus, Adde quod à menſa dubia, ut Sicula vel

Aſiana, vix unquam ſobrie recedatur, appetitu miſſilium *πολυειδείᾳ* inefcato. Deinus porro cibos multigeneres viribus inter ſe non digladiari, calor tamen nativus, qui uniformis eſt, in multiformem materiam ægre agit atque difformiter, multumque luctatur in eduliorum farraginem, tandem indomitam molem deſerere cogitur. *Menjotus p.625.*

[a] *Aut alimenta non legitime*) In victus ſeu cibandi ratione, inprimis in imbecilliori victus conſtitutione, functiones ipſius labefactante, ut ea decenter ſervetur ſtudendum, cum cibus ad ventriculum recta perveniat, in eoque conficiendo illius opus ſit opera, & ne in ea peccetur, unde plerumque ventriculi morbi originem primum trahunt, aut jam prius imbecillior magis labefactatur, cavendum.

Hinc in *Quantitate* cibandi hæc potiſſimum obſervanda erunt. In *cibi* quidem *demenſo*, ut parum pro una vice comedant, cum alioquin difficulter cibum concoquant, adeo ut poſt cibum ſumptum nullam gravitatem aut compreſſionem circa præcordia ſentiant, nec minus libere quamdiu jejuni erant ſpirent. In *modo* vero *cibandi* cavendum ne nimium avide cibum ingurgitando ventriculum ſubito obruant, ſed paulatim (ſic enim avidius eum amplectetur) offeratur.

In *refectionum numero*, hi quibus calor nativus languidior eſt, cum parum comedere pro una vice cogantur, ij frequentius quam qui validiorem habent ventriculum cibandi erunt, rarius vero quibus frigidior eſt ventriculus excrementitiuſq; qui non prius quam priore cibo confecto, appetituque denuo invitante & novo refici debent, unde quoque ſemel in die, ſi illis quorum ventriculus ſordibus inquinatus eſt cibus offeratur, ſufficit. Omnino quoque hi quibus ob copiam ingeſtorum ſtomachus diſtentus dolet, à cibo donec dolor remittat abſtinere debent.

In *Tempore* idoneo eligendo, uti hoc ſanis competit, ſic & illis maxime quibus ventriculus *debilior, frigidior*, aut *ſordidior* exiſtit, ut poſt ſomnum mane horis quinque vel ſex, Et ſi bis in die cibum poſſint ſumere, ante ſomnum veſperi horis tribus circiter, primum cibum ſumant, idque cum poſt ſomnum ante prandium plurium horarum intervallo prioris cibi in cœna ſumpti demum fiat digeſtio, & vix dum ante ventriculus ad novum ſuſcipiendum fiat aptus, eumque appetat. Deinde & ut ante ſomnum poſt cœnam, antequam ſuperdormiant, prius concoctione aliquo pacto facta, vapores, qui copioſi ab initio ſuſcitantur, per vigilias ex parte diſſipentur, nec per ſomnum, ſi ſtatim caperetur, retenti, caput magis petant & oppleant, tantiſper eum differre utilius erit. Quod tamen in ſenibus & debilioribus, qui nocturni ſomni tempus plerumque non adimplent, non adeo ſtricte ſervandum; quin illis etiam mox à cibo ſumpto, poſt cœnam & à prandio circa meridiem ſomnus, qui eo tempore maxime eos invitat, concedatur, cum plus [illegible] recreentur, reficianturque, quam à vaporibus qui [illegible] minus juvenibus comedant pauciores etiam ſunt, [illegible] dantur.

In *qualitate ciborum, ſubſtantia ſuccuſque* horum & *temperies* conſideranda; Cibus *concoctu facilis* eſſe debet, ne ſi tardius concoquatur, ventriculus interea laboret; aut ſi concoqui n[illegible]ueat, vel non ſufficienter, cruditas, excrementorumque & flatuum proventus ſequantur; Qualis ex ſua natura juniorum animalium eſt caro, vel alioquin cibus tenerior [illegible] mollior ſuccoſuſque, qui facilius confi[illegible]tur [illegible] ver[illegible] facilius ſi durus, ſiccus, craſſus, tenax [illegible] te ſic præparetur ut con[illegible] [illegible]nod eum elixando, aſſando, [illegible]gendo, [illegible] uſque præparationibus & [illegible]-ſi[illegible] quibus tamen quoque artibus, velut *ſuffumi*[illegible], *faliendo* &c. cibus interdum depravatur.

Euchymus, qui boni ſucci ſit cibus eligendus quoque, ut ſic quibus calor nativus deb[illegible] melius citiuſque reficiantur, pauciora[illegible]ue excre[illegible]nta [illegible]tur, quod in omnibus ventriculis imbec[illegible] requiritur. Talis autem omnibus alimen[illegible] animantibus aut plantis ſumantur, quæ ver[illegible] [illegible]menta ſunt, nec medicamentoſa vi alterata, quorum pravitatem vel ſapor, vel odor ab alimento alienus rodit ſuccus laudatus ineſt, niſi hæc ſitu, rancore, fœtore, ad putredinem & corruptionem tendentia cacochyma fiant, aut eam naturam habeant, ut in ventriculo primum corrumpantur, aut ob humidam, crudum ſuccum, qui ſimul adeſt, excrementis flatibuſque [illegible] materiam præbeant, vel alioquin ob ſubſta[illegible] duram ægre concoquantur, cum hæc [illegible] *euchyma* & *eupepta* ſint, nec *flatulenta*, concupi[illegible]e debeant.

Temperatus quoque in ſuis qualitatibus, qui ad nutriendum aptus ſit cibus eſſe debet; ſed ad caliditatem aliquam in frigidioribus & flatulentis ventriculis inclinans, qualis admiſtione calidorum & conditura reddi ſolet; tum ad conſuetum cibandi uſum, tum ut medicamenti inſtar eo utantur. *Platerus.*

[21.] *Aut alimenta*) Vitioſa ſunt alimenta ratione *ſubſtantiæ*, quæ duriora ſunt & coctu difficilia, ut carnes cervinæ, fumo vel ſale induratæ, panis furfuraceus, tubera, radices, legumina &c. quæ dyſpepta nominantur: *Quantitatis*, quæ nimia copia aſſumuntur, & eo nomine a calore vinci & ſuperari nequeunt, unde cruditates oriuntur, illis maxime familiares qui genio & crapulæ indulgent. *Riverius.*

[22.] *Non legitime*) Diſtinctio adhibenda abſorbentium & ſpirituoſorum: Abſorbentia vacuo magis ventriculo danda, non repleto, Spirituoſa vero, & conſimilia à repletione gravato, mo[illegible]ata concedi poſſunt; Hinc alimenta medicamentoſa [illegible]onal.o fine apponuntur menſis quam ut ciborum duriorum correctoria. Corrigentium vero & hoc [illegible] ſemper eſſe minor debet doſis: Ita vidimus ab uſu *ſinapios* largiori cum piſcibus, ſeu carpione aſſumpto, ſtomachum male habuiſſe, & longo tempore remanſiſſe averſationem piſcium. *Wedelius.*

[23.] *Juſta quantitate*) Sic Potus nimius turbat quoque digeſtionem. Quoniam i. nimis diluitur fermentum ſpirituoſum digeſtivum. ij. Quia nimiam fluctuationem alimentorum in ſtomacho facit, quæ nonnihil fermentativum motum impedit. iij. Quod tonum ſtomachi lædit, eundem diſtendit, ejuſque fibras iam flaccidas reddit, ut digeſta licet non adeo commode per pylorum poſſint expelli. *Etmuller.*

[23.] *Juſta quantitate*) Sicut nimia cruditatum [illegible] thor eſt, Ita minor quantitas quam par ſit ſp[illegible] quandam cruditatis inducere poteſt, quando cibi pauciores in ventriculo (imprimis bilioſo) exuruntur & præaſſantur. *Riverius.*

[24.] *Qualitate*) Ut quæ nimis frigida & humida flatuoſaque ſunt; vel quæ calidiora tenuiorem chyli portionem exurunt & in nidoroſos vapores convertunt. Ad hoc genus reducenda eſt coquendi & condiendi ratio; varii enim elixandi, aſſandi & condimentorum modi, novas alimenti diſpoſitiones inducunt, propter quas concoctu faciliora vel difficiliora redduntur. *Riverius.*

[24.] *Qualitate*) Quoad *qualitatem*, etiam ciborum delectus habendus eſt. De *Pane* tantum loquor, qui utut ex omnibus alimentis nobis ſit familiariſſimus, tamen *ut omnis repletio mala, panis peſſima* quia [illegible] mi[illegible] indeac[illegible]pta omnia impraegnat, & quia Panis motus [illegible] eſt [illegible], impeditur [illegible]

coctio, quatenus [illegible] ratione non alteratur chylus in ſalſum, cujus [illegible] ratione non [illegible]igitur debite, & in ſubjecto tali [illegible] vitalem raſin, ſi characterem à fermento digeſtivo [illegible]pere [illegible]quit, impeditur adeoque notabiliter digeſtio, quin paſta viſcida & cruda relinquatur [illegible] de in ſtomacho.

Alia reddi poteſt [illegible] *ratio cur panis repletio ſit peſſima quia* [illegible] *in ventriculo non corrumpitur ſirus* [illegible] *alimenta, ideoq; naturam ad excretionem* [illegible] *pondere facilem excluſionem impediens* [illegible] *propter quam obſtru*[illegible] *etiam parens* [illegible]*, maxime* [illegible] *mulagineus ſit, ex puriſſima farina con*[illegible] *imo materiam præbet. quod ferment*[illegible] *castigatur ſed non omnino tollitur.*)

[illegible] ideaduum eſt quare quidam *Ienum* copio[illegible], alii m[illegible], nempe qui cum voluntius [illegible], ideoque n[illegible]us potes eſt ferm[illegible]tum d[illegible]um, ut v. g. in pluribus literatis, hi ut plurimum l[illegible]untur [illegible], hujus acido prævalente acri fermentativo ſp[illegible], unde in talibus æſtus facilis ab acido, ebrietas [illegible] hure, hinc plures hypochondriaci, [illegible] cord[illegible] palpitatione [illegible]us laborantes, tardius inebriari ſolent. *Etmuller*

25. *Temp*[illegible]) Ut ſi q[illegible] horam ciband. conſuetam omittens nocte intempeſta, & immediate ante ſomnum cibis ſtomachum repleat.

26. *Ordine*) Ut poſt ſolidorum & adſtringentium, ut caſei, pyrorum, cydoniorum & ſimilium aſſumptionem, liquida poſtmodum & corruptioni idonea ingerat.

27. *Aut ſomnus infirmant*) Quod alias res nõ nat. *corporis* ſcilicet *animique motus* attinet, *Exercitium* ventriculo debilitato valde proderit, ante cibum factum; quod ſi validius fuerit, illudque perferre poſſint, calorem nativum ſuſcitando, corpuſque calefaciendo, uti functiones illius alias, ſic ventriculi plurimum promovebit. *Sed & poſt cibum exercitium*, non tamen validius, per quod cibus in ventriculo conturbatur, ſed levius, quod ſtando ambulandóque perficitur, cum ſic cibus fundum ventriculi petens rectius concoquatur, conveniet juvabitque. *Quies* quoque moderata corporis, vigiliarum tempore, cum vires refocillet, actiones ventriculi juvat, ſat uſque cibo ſumpto, dum concoctio fit, quieſcere qui[illegible] motibus validioribus ut cibus in ventriculo corrumpatur, aut incoctus maneat, anſam præbere. Quies autem per *ſomnum* inducta, ſi concoctionem juvat, ex accidenti (cum non illius cauſa proprie, ſed ut per eum *corpus* & *animus* quieſcat, data fuerit) hoc pacto juvare aliquomodo poſſet, quod animalibus functionibus tantiſper quieſcentibus, naturales validius ſuas vires exercere videantur.

Concentratio enim illa *caloris*, quam tempore ſomni factam hoc efficere docent, pro vera cauſa afferri, cum dormientibus magis quam alio tempore calor ad extrema vergat, quo nomine & tunc citius ſudant, nequit, & proin ab alia cauſa hoc prodire potius, ſi modo ſomnus coctionem juvat, dicimus, cum per vigilias ob motus, & concoctio & diſtributio citius fiant. Et ſi inſomnes cruditates ſentiunt, hoc illis quod forte nimio, vel inconvenienti cibo ſe intemperatius ingurgitarint, quo repleti dormire nequeunt, accidit. *Excrementorum* dein in dies, idoneoque tempore naturalis *expurgatio per alvum*, maxime certum ordinem ſervando; vel etiam ſi ſubſiſtant, alio modo ea provocando, ſi fiat, ut ventriculus minus gravetur opitulabitur. *Nimia* vero *Evacuationes* maxime per *Venerem*, ut totum corpus debilitant, ſic ventriculi actiones plurimum labefactant, Uti & *animi perturbationes* eodem modo nocent, *Recreationes* vero juvant. *Hilaritas*.

Prognoſi

Prognoſis ita inſtituenda eſt. Coctionis vitium, quod à cauſis externis excitatur, fa[illegible] corrigitur, cauſis illis ſublatis, & idonea victus ratione inſtituta; Facilius etiam curatur læſa concoctio ex humoribus ab aliis partibus in ventriculum translatis quam dum à propria ventriculi vitio exoritur. Humores enim illos expurgans, antequam morbum illum ſtabil[illegible] in ventriculo excitent, coctionis officium reſtituitur.

Abolita ventriculi coctio omnium dete[illegible]ma eſt, quia totius nutritio fruſtratur, unde morbi lethales, ut lienteria, hydrops, atrophia & ſimiles conſequuntur.

Coctio *imminuta*, ſua etiam parit incommoda, ut colicos dolores, cachexias ac tandem hydropis varias ſpecies.

Depravata multorum etiam malorum cauſa eſt, puta obſtructionum, ſcabiei, febrium & ſimilium. *Reverius.*

Inter ſpecies cruditatũ ἀπεψία gravior eſt τῆς δυσπεψίας, ſi nimirum ratio habeatur actionis læſæ, omnis ſiquidem actio multo periculoſius aufertur quam depravatur, cum illic natura ſit quodam modo emortua, hic vero operetur, etſi vitioſe, nec ulla ratione languéant magis vires quam [illegible]ſitione; Si re[illegible]ectu materiæ, ſive alimenti ἀπεψία magis damnatur quam δυσπεψία, etenim mole[illegible]jus eſt cibos corruptione peregrinam comparare qualitatem quam propriæ naturæ integritatem ſervare, quoniam corruptela deſperatæ eſt correctionis, & [illegible] diſtat à coctione, quæ definitur à *Galeno, ciborum in qualitatem animali convenientem alteratio.*

Docet *Plutarchus 2. de ſan. tu.* [illegible] eſſe morborum impendentium [illegible]. & jure quidem, nam quemadmodum ventriculus officii ſui munera fortiter exequens primum eſt ſanitatis [illegible] ita male feriatus, vel inique coquinans, dira morborum ſobole novercatur ac *Avicenna* matrem ægritudinum, originemque ſuſtinuatum appellavit. [illegible] 6. *Epid. 13. Alvi in coquendo ſegnities, omnium* confuſio, vaſorum immunditia. Et lib. de [illegible]. *Oblata*, i. e. *cibi ſi ſuperentur, vigere corpus faciunt. Si ſuperent, alvi fluores, & alia mala afferunt.* Cumque morbi omnes ſint vel à repletione, vel ab inanitione, amborum parens eſt crudior ventriculus, corpus re[illegible] ubertate excrementitium, ſimulque inaniens, ſucci nutritii egeſtate.

Cibi tanto malignius corrumpuntur quanto præſtantiores ſunt, *lib. de Affect.* Nidoroſa cruditas cum alvo lubrica minus nocua eſt; cum alvo adſtricta moleſta eſt; hic enim febres ſuccenduntur ea facili, præſertim ſi ægro quieſcere non concedatur, nec ſolita munia intermittere.

Qui natura ſua ſunt [illegible], nunquam, qui au[illegible] inveterata detinentur ventris [illegible], [illegible] redintegrari poſſunt, *ſed ſtatim redit ventriculo in*[illegible]*litas ſua, niſi iiſdem defendatur bona valetudo quibus reddita eſt.* Celſus *l. 4. c. 5.*

Venter invalidus ex deprædatione calidi inſiti operoſe [illegible] ac repudiato calidorum, ſiccorum & aromaticorum præſidiorum uſu, ſolis analepticis res agenda eſt. *Menjotius p. 634.*

Certum eſt in chyloſeos læſione conſiſtere fundum quamplurimorum morborum chronicorum, in ſpecie ſitis certi quod ex *cruditate acida*, & ejus variis differentiis, oriantur omnes febres [illegible]emittentes, malum hypochondriacum, paſſio colica. Item quod ſimilis acor in ſtomacho vitiato alimenta, ſit pa[illegible]o ego, pariter fomes *morborum cutaneorum*. Igne te omne acidum vitioſum in corpore oberrans fundamentum

habet in vitioſa digeſtione ex corruptione acidi. *Arthritis* ipſa ex hac acida ſtomachi cruditate habet natales primos; ac omnes chronici morbi, ex viſcerum obſtructione vulgo derivati, ex hoc acore vitioſi ſtomachi originem habent. *Ermuller p. 45.*

[28] *Curatio*, niſi ab errore externo affectus proveniat, ad [29] intemperiem frigidam obvertenda præcipuè eſt. [30] Faciunt huc intra, *Acidi Tartari* unc. iij. *radic. Ari* mundatæ in exilia fruſta inciſæ & exſiccatæ unc. j. *Elaoſacchari Cinnamomi* unc. ſ. *Citri* dr. ij. doſis à ſcr. ſ. ad ſcrup. j. *Balſami Peruv. gutt. iij. cum ſaccharo ad pillula formam* ſubactæ, cui tantillum [31] vini generoſi ſuperbibendum. Item, tabella ex [32] *ſtomachici Poterii dr. ij. ſacchari in aqua roſar. diſſoluti unc. j. facta & dr. ij.* pondere. Tinctura *ambræ*, magiſterium *corallorum*, Elixir *proprietatis*, *Diacorum nobile*, condit. *fructuum cynosbati*, Extractum *calami aromatici*, *granorum juniperi*, *zedoariæ*, ſpiritus *vitrioli*, [34] ſi craſſi humores ventriculo ineſſe præſumuntur; tum peſſimus, ubi ventriculi calor languet. [35] *Abſinthii* [36] cœruleus vel viridis. [37] Elixir *vitrioli* [38] *Mynſubii*. Syrupus *granorum juniperi*. Conſerva *roſar. vitriolata*. Sal *philoſophicus* ex [39] ſale *nitri præpar.* fuſi *gemmæ*. ana dr. ij. *Abſinthii*, *Carduibened. Tamariſci ana dr. j. Galangæ*, *Cubebar. Macis ana ſcr. ij.* confectus. *Pulv. e rad. Aronis præparata Birckmanni* in Pharmacopœia Quercet. *Corticum aurantiorum*, *oleum abſinthites*, *potabile Bartoleti*, *Nucis moſchatæ*, *Cinnamomi*, *Maſtichin.* deſtillatum. &c.

Extra [40] optimè conveniunt, [41] *Oleum ſtomachale Cratonis*, *tacamahaca*, *balſamum Peruvianum*, *ſcutum ſtomachale Hartmanni*, *Cerotum ex ladani puriſſimi* unc j. *maſtich. Cinam. Caryophyllor. nuc. moſchatæ*, *ſpic.* āā. dr. ij. *olei nardini*, *maſtichini* ana unc. ij. & ceræ unc. j. paratum.

Adde his omnibus *pulverem pepticum Horſtii*, qui componitur ex *Coriandri præpar.* unc. ſ. *Aromat. roſati tabul.* dr. ij. *ſemin. fœnic. aniſi* ana dr. j. *nucis moſchatæ*, *cortic. aurant.* ana dr. ſ. Sacchari ad pondus omnium, doſis dr. ſ. cum *pane albo toſto*, *vino Malvatico* aſperſo. Item, *pulverem pepticum nobilem*, qui fit, ex *panis toſti in vino Malvatico* diſſoluti, continentis *ambræ gryſ.* gr. iv. *moſchi* gr. ij ter macerati & toties ſiccati unc. j. *Cydoniator. craſſior.* ſicciſſimor. unc. ſ. *ſemin. aniſi*, *fœniculi*, *coriandri* ana dr. ij. *Cortic. Citri & aurant.* condit. ſiccator. ana dr. iiſ. *magiſt. perlar. Cinnam. inter.* ana dr. j. *roſar. rub. menthæ ſummit.* ana dr. ſ. [42] *Ambræ gryſeæ* ſcr. ſ. *ſacchari albiſſimi* quadruplo pond. omnium; & ex cochleari adhibetur.

Omnibus his [42] *Evacuationes* per *pillulas* [43] *aloeticas* præmitti & interponi debent.

[28] *Curatio*) Perficitur ſublatione cauſarum externarum, antecedentium & conjunctarum, quæ affectum efficiunt, augent, vel conſervant. Ac primum advertendum erit utrum ab aliis partibus ad ventriculum humores transferantur, & in hoc caſu humores illi erunt evacuandi ac revellendi, Partis mandantis affectus corrigendus, & ventriculus roborandus. Affectuum aliarum partium curationes ex propriis capitibus deſumantur. Ventriculi vero roboratio ex Inappetentiæ curatione. Quæ vero ex proprio ventriculi vitio coctionis læſio contingit, ea ut plurimum ab humoribus frigidis, aut calidis ducit originem, atque adeo eandem curationem obtinet quæ pro Inappetentia à ſimilibus cauſis oriunda fuit propoſita.

Si denique Hermeticorum cauſa peculiaris animadverſione digna ſit, illi providendum erit, primo Lienis pravam diſpoſitionem corrigendo, & ſpiritus diſſolventes reſtituendo ſubſtantia quadam acida, cujus generis ſunt ſpiritus ſulphuris, vitrioli, ſalis, ſucci limonum, granatorum, arantiorum, & acetum. *Riverius.*

Impoſſibile eſt arte promovere vel inſtituere chyloſin. Eſt enim opus ſimpliciter naturæ, & dos vitalis fermentorum; ob id adjuvemus ſaltem opus naturæ, I. *Impedimenta quæcunque removendo*, II. *Aromaticibus volatilibus* ſtomachum extergendo, & acrioribus quaſi eundem irritando. III. Acidis blandioribus ſtomacho gratis ejuſdem tonum & euphoriam conſervando. *Ermuller p. 45.*

[28] *Curatio niſi &c.*) Curabitur Abolita vel Diminuta Alimentorum Fermentatio, ob ipſorum nimiam copiam ſola ſæpe medi- vel parciore alimento aliquandiu uſurpato. Idem citius obtinebitur uſurpando medicamenta Fermentationem promoventia, imprimis Acida & Salina lixivioſa per ſpiritum volatilem alterata, & plus minus volat- [illegible]. *Spiritus ſal-* cohobatione mixata cum vini ſpiritu dulcis factus: *Sal Tartari* cum Vini ſpiritu volatilis redditus, *Sal ſuccini*, *urinæ*, *c.c.* ipſum *ſal. armon. crudum*, ejus ſpiritus, ſive ſal volatile. Hæc enim omnia cibos, æque ac humores craſſos viſcidoſque in corpore repertos incidunt, & crudos ad fermentationem deducunt, ſic corpori utiles reddunt, uſurpantur autem illa omnia ex vino aliove liquore apto inter prandendum ac cœnandum: ſed & extra illud tempus in uſum deduci imprimis quando *pituita viſcida* ſcatet corpus: *Pinguia* corriguntur à ſpiritu acido dulci potentius, à ſale volatili debilius & ſegnius. Ubi à *ſpiritus vini* uſu nimio oritur *diminuta* vel *abolita* alimentorum fermentatio, juvat plurimum *Spiritus Acidus dulcis* redditus quantitate parva, ſæpius ſumptus, & *Elixir proprietatis* rite præparatum. Idem præſtabit hoc medicamentum, ubi Sale volatili, vel fixo, nimis abundantibus alimentis aliquis uſus fuerit diutius, unde ſpiritus acidus in variis humoribus exiſtens atque omnino neceſſarius nimium infringitur & iners redditur.

Abolita Diminutave alimentorum fermentatio ab ingurgitatione *Potus copioſi*, & imprimis aquei, cerviſiæ puta tenuioris, aut ſimilis profecta, curabitur minuendo in dies Potus talis quantitatem, atque ipſius loco uſurpando parce vinum ſatis generoſum, vel alium potum ſatis potentem, ac ſpiritu volatili præſtantem. *Sylvius de le Boe.*

[29] *Curatio ad intemperiem frigidam obvertenda*) Potius ad *Fermenti defectum*, vel *inertiam*; Ubi ob *Fermenti defectum* diminuitur vel aboletur Fermentatio dicta, idem una cum *Saliva deficiente* augendum, parando, & ſubinde exhibendo miſturam ex ſale volatili pauciore & Spiritu acido dulci copioſiore ſimul junctis. Sic à *continua ſputatione* paulatim deſueſcendum, quin bonum eſt linguam in ore quietiorem continere, cum [illegible] agitatione multa copioſioris Salivæ effuſio prom[illegible]ur, Sic [illegible] tua præmaturáve potatione abſti[illegible]

Fermentum

Fermentum iners, tum *pinguius* tum *viſcidius*, tum *aquoſius* ob ſalivam ſi[illegible], ſed integrabitur modo memorata miſtura, utpote ſingulis hiſce indicationibus ſatisfaciente. A[illegible]neat præterea æger ab alimenti[illegible] conſum[illegible] u[illegible]urpando quæ ſint boni copioſique nu[illegible]menti & fac[illegible] fermentationis, fugiat etiam nubilo ſum aut æſtua[illegible] moderata ſint corporis, animi exer[illegible]cit[illegible], ſomnus.

Ubi à rebus *Fermentum figentibus* & *Aciditatem ejus concentrantibus* [illegible]el alimenta aſſumpta ad fermentationem inepta [illegible]lentibus, creta, puta, cineribus, c[illegible] c[illegible]l[illegible]s &c. in Pica perperam uſurpatis Diminuitur[illegible] Ab[illegible]tur iſta Fermentatio, Acidis utendum & qu[illegible] bla[illegible]dioribus, quæ regula ſemper obſerv[illegible] a rite faciend[illegible], tum quia tempe[illegible] [illegible]e noſtro omnes in corpore exiſtentes [illegible] quia minus temperatis continuo Eff[illegible] [illegible] nobis excitantur majores) ac temperans, pe[illegible] [illegible]vetandumque aliquandiu in eorum uſu, ac præſertim paulo ante ciborum aſſumptionem. Quin non[illegible]to inter prand[illegible]dum cœnandumque conveniunt Salia vo[illegible]tilia mediocri quantitate ex vino minus generoſo ſumpta, cum non tantum alimentorum fermentat[illegible]onem p[illegible] omov[illegible] [illegible]t[illegible] tum fixorum quoque, fixatorumque [illegible]aturam [illegible] immurent ac emendent. *De le Boe Sylvius lib. 1. c. 7. Vide Indicem Med. Pract. tit. de Stomachice.*

¹⁹. *Curatio ad intemperiem frigidam) Quæ calefacientia indicat, attamen Celſus l. 1. c. 2.* Eum qui exple[illegible]tus eſt, aut lente concoquit, jubet omnes potiones aqua includere, ac crudum ructanti, abſque præcordiorum dolore, frigidam propinat per intervalla, Eſtque in eadem ſententia *Plutarchus*, ac *Galenus* ipſe 7. *m. m.* gelidam coctioni prodeſſe teſtatus eſt; An ventriculi calor appulſu contrarii in ſe colligitur, ſopituſque evigilat? An adſtrictus aquæ frigore ventriculus cibos arctius amplectitur? ita demum frigida halitus ſurſum ſeſe efferentes coërcet, quibus calor ventriculi roboratur. *Menjotius pag. 636.*

¹⁹. *Curatio ad intemperiem*) Emendanda 1. Bilis per *Spiritum ſalis dulcem*, aliumve ſimili modo præparatum, Vel, ſi copia ſimul peccaverit, 2. ipſam educendo, aut per os aut per ſeceſſum, purgantia cholagoga: Ubi notandum in principio uſurpanda eſſe iſta Evacuanna doſi parva, ne Bilis per ſe valde fluxilis, ac quodammodo turgens, furorem concipiat, fiatque cholera, diarrhoea &c.

Niſi enim conſtet humores pituitoſos & viſcidos ſimul redundare in corpore, ſemper in bilis expurgatione tutius eſt minore doſi uti ſuperpurgationis metu: Ubi vero Bili, ejuſmodi cruditatem patienti, juncta eſt Pituita viſcida, præter *Spiritum ſalis dulcem*, alterationi ac inciſioni conducentem, phlegmagoga erunt jungenda, & quidem utraque doſi aliquanto majore, quia retardatur à pituita viſcidiore quorumvis purgantium operatio.

Purgantia Pilular. forma maxime conveniunt, quia Gummi ſolvendæ incidendæque pituitæ admodum conducunt, E. g.

℞. *Gummi Ammon. vel galbani &c. aceto præpar.* ʒß. *maſtich. el.* ℈j. *trochiſc. alhandal, reſinæ ſcammon.* āā *gr. xxv. F. Pilul. xxv. dentur mane v. aut vii. vacuo ventriculo*, ſumendo hora poſt juſculum. *De le Boe Sylvius lib. 1. cap. 7.*

¹⁹. *Curatio ad intemperiem*) Quoad *cruditatem nidoroſam*, ceu incorrigibilem, id quod corruptum evacuandum eſt, convenit autem *rhabarbarum* & *tamarinds.* Pro ejus vel aliquali correctione *cremor tartari cum corall. rubr. ſpir. nitri dulc. ſalis dulcis*, *hepaticum rubr. cum ebora ſine igne*, item *conſerva roſar. vitriolata.* Etmuller.

[illegible] *Faciunt huc intra*) Quoad *aromatica* in chyloſi læſa convenientia, conveniunt [illegible] m[illegible] *ſemina ſv. calida mai.* & hinc *zinziber*, cujus egregium uſum in cruditatibus ſtomachi primarum viarum pluribus confirmat *Platerus in Obſerv. Nux moſchata* non eſt inelegans, ſed quia nimis oleoſa eſt, potius aliis utimur. H[illegible] cæt[illegible]is palmam præc[illegible]iunt *abſynthium, acorus, roſmarin. lignum ſaſſafras* v. g.

℞. *Elix. mentha* ℥iij. *aqua cinnam ſpir.* ʒvj. m. in fine cujuſvis paſtus cochl. j. vel ij. capiatur.

Conducit etiam *eſſentia piper.* cum *ſpir. vini tartariſato* parata: hinc *Elix propriet.* cum & ſine acido.

Ad *ſpecifica ſtomachica* pertinet & *Thée herba* non tantum ſtomachum roborans, ſed & à calculo & arthritide præſervans, & capiti inprimis conveniens; præſervat ab ebrietate, & ſomnum arcet, ſtomacho imprimis conſ[illegible]uſus eſt ut *folior.* quantum pugillus magnus capit, ebulliant in aqua ſimplici, fervida, tantillo ſacchari addito; Decoctum colatum bibatur calide; ac talis unus pugillus pro terna ad minimum vice ſufficit. *Etmuller.*

Ad ventriculi nativam imbecillitatem curandam nihil in tota natura fortius *Oleo vitrioli Veneris*, Sumitur cum *conſerva vel ſyrupo violar.* ad gratam aciditatem. *Joh. Petr. Faber univ. ſap. p. 580.* Ad præſervationem morbo[illegible] [illegible] ventriculi nullum remedium præſtantius *Aceroſitate vitrioli* (ſpiritu veneris) *J. Theod. de Bry Introd. in vit Philoſ. Claud Deodatus Panthai p. 131. Finckius Ench. c. 20. Spiritus Veneris* generale & ſæpius probatum & expertum medicamentum ſtomachicum eſt. *Grulingius Florel.*

Fidiſſimo mihi experimento compertum eſt *eboris tenuiſſimam ſcobem in pollinem redactam* ad flaccidum reſolutumque ventriculum firmandum eſſe utiliſſimam. Detur quantitate ℈j. & deſuper vinum generoſum bibendo; addatur *ſacchari* par quantitas. *Zacutus Tom. 1. l. 1. Obſ 21.*

Ad debilem ventriculum à cauſa calida, ſolus *ſyrupus portulac. ad* ℥ij. ſoperbibita ipſius *aqua ſtillat.* noctu herba Empl. modo ventriculo adhibita, præſtantiſſimum remedium eſt. *Idem Tom. 2 obſ. 2. 3.*

In coctionis infirmitate valde prodeſt *conſerva roſar.* inditis aliquot *piper.* granis per medium diſſectis, non contuſis, deglutitis, ſic enim jecur non incaleſcet, & frigida ventriculi intemperies emendabitur. *Car. Roſenbergius Roſ. m. c 33.*

Inter compoſita ad tardam coctionem & ventriculum debilem, & præſertim ratione frigiditatis & laxitatis, mire probatur pharmacum *Damocratis*, quo uſus fuit *Tiberius Cæſar*, & à diuturnis ventris paſſionibus & doloribus liberatus eſt.

℞. *Piper. nigr.* ℥ß. *roſar rub.* ℥viij. *crocomagni.* ℥xv. *pulveriſentur & melle excipiantur ad formam Elect. doſis à* ʒij. *ad* ℥ß. *Euſt. Rudius Prax. p. 70.*

Piperis grana 7. vel 9. confracta non pulveriſata, ut minus fauces urant, cum vino exhibita, ſubito refrigeratum ventriculum juvant, quod & zinziber facit. *Nux moſchata* comeſta concoctionem juvat; cujus *pulvus cum aqua chamom.* deſtillata mixtus dolorem ventriculi mox ſedat; Caryophylli comeſti idem faciunt. *Platerus Pr. p. 444.*

Sequens *aqua vita* pro corroborando ſtomacho valde utilis eſt, nec gutturi nocet, nec moleſtiam ſtomacho parit, quod fere faciunt cæteræ aquæ vitæ.

℞. *Cinnam.* ℥ß. *galanga. zedoar.* āā ʒij. *ligni aloes, calam. aromat.* āā ʒj. *caryophyll. macis cardamomi, nuc. moſch. ſem. citri* āā ℈j. *ſantal. citr.* ℥ß. *ſpir. vini aliquoties rectific. canth.* jß. ſtent in infuſione per triduum, ut vis aromatum extrahatur, poſte[illegible] colentur, & addantur *ſyr. de cortic. citri. mova cydon.* āā ʒiiß. m. f. in modum aquæ vitæ. *Gr[illegible]*

Valde præſtans pro Ventriculo, ut & capite roborando eſt iſta confectio, qua uti poterit, ſed per vices, quantitate juglandis, mane: ſuavis eſt, efficax, ſtomachum & caput à multis morbis præſervans.

℞. *Myrobal. chebul. cond. ℥. cond.* āā. ʒv. *cort. citr. cond.* ℥ß. *aurant. cond.* ʒiij. *eryng. cond.* ℥v. *nuc. muſc. cond.* ℥il. *rad. bugl. cichor. cond.* āā. ℥ß. *conſ. anthoſ. pæon. meliſſ.* āā. ʒij. *pulv. euphraſ.* ʒj. *cinnam. conciſi* ℈j. *macis* ʒß *conditis & aromat. inciſis* f. Confectio. *Idem ibid.*

Feliciſſime hactenus uſi ſumus *Spiritu abſynth.* ſic parato

℞. *Secalem mola confractam & ſem. abſinth.* āā. *q. ſ.* affunde aquam ferventem, probe miſce. Poſtquam tepuit iſta materia, admiſce fæces cerevisiæ; Incipiet materia fermentare; quam poſtea deſtilla & rectifica. Habebis *ſpiritum frumenti abſcynthiacum*, eleganter viridem, qui per phiolam denuo rectificatus ſæpe factus eſt cæruleus. *Finckius Euch. c. 20.*

Spiritus hic *maſtichinus* ventriculum mirifice reficit.

℞. *Maſtich. el.* ℥ij. *cardam. min. cinnam galanga, zedoar.* āā. ℥ß. *coſti Arab. ligni aloes, macis* āā. ʒj. *caryoph.* ʒß. *vini aduſti* ℥iij. digere per triduum vaſe obturato loco calido, poſtea deſtilla; edulcoretur *elaeoſacch. citri q. ſ.* S. ſpir. maſtich. compoſitus *S. Pauli Quadr. p. 541.* Alium habet *Schroderus Pharm. l. 4. p. 200.*

Tunica gallinæ interior ventriculi ſiccata & pulver. ſingularem vim habet roborandi ventriculum. *Schroderus Pharm. l. 4. p. 200.*

Vinum paſtinaca (infuſione ſeu fermentatione factum) ſingulare præſidium eſt. *Varignana ſecr. tr. 10. cap. 2.*

In non concoquentibus cibum hoc Pulvere commode utimur,

℞. *Aniſi* ℥ij. *ſem. fœnic. cinnam. cardam* ℥. āā. ℥ß. *ſpica, croci, baſilic. carvi, ſem. apii, petroſel.* āā. ℥ß. *limat. ferri prap. ad pondus omn. adjecto ſacch. f. Pulvis*, Doſis ʒß. ante prandium. *Foreſtus l. 18. obſ. 35.*

Extractum juniperi inſigne eſt ſtomachi confortativum.

Potus hic mira præſtat

℞. *Granor. junip. m. ß. fol. querc. m. y. card. ben. m. j.* bulliant *in menſ. vini y.* coletur, fiat Hauſtus mane & veſperi. *Henr. Petraus Noſol. Diſſ. 23.*

In quacunque imbecilla & tarda concoctione maxime probatur medicamentum compoſitum ex *malorum cotoneorum ſucco, ex melle optimo & aceto*, dum iſtis adduntur *zinziber.* & *piper. albi* portio ſufficiens. *Euſth. Rudius Art. m. p. 70.*

Magna eſt difficultas de ventriculo frigido & hepate calido, quomodo frigidus poſſit calefieri ne hepar inflammetur, ſiquidem eadem quæ ventriculum calefaciunt, ſimul hepar inflammant; Huic malo *Galenus* prævenire ſtudens excogitavit *Diatrionpip.* quæ compoſitio vi conſtat calefaciendi in tenui ſubſtantia, hæc autem exolvitur antequam ad hepar deveniat &c. *Abr. Seyler. conſ. 6. lib. 4. Crat.*

℞. *Terebinth. claræ* ʒij. *maſtich. pulv.* ʒß. *ſpec. aromat. roſ.* ℈ß. m. f. Bolus, detur horis 2. ante cibum: ſtomachum moderate calefacit, non exſiccat: Nullum ex internis valentius præſidium. *Zecchius conſul. 21.*

Duo vel iij. grana *maſtiches* parum contuſa, ex *ovo ſorbili, vino*, &c. data iij. horis ante cibum mirifice conferunt in firmando ventriculo *Zecchius conſul. 22.*

Rotulæ ſequ, & ventriculum roborant, & hypochondriorum viſcera obſtructa reſerant inſigni efficacia.

℞ *Spec. aromat.* [illegible] *at diarrh. abb. ſpec. troch. de* [illegible] *arb.* [illegible] j. *limat.* [illegible] *b prapar. ſubtiliſſ. triti* ℈ j. *ſacch. albiſſ. in aqua* [illegible] *diſſoluti*, ℥ß. f. Tabellæ. Detur ʒj. mane v. horis ante prandium. *Zecchius conſ. 22.*

Maxime valet medicamentum mihi familiare,

℞. *Conſerv. roſar. antiqu.* ℥iij. *nuc m*[illegible] *ſpec. diatrion pip aromat. roſat.* āā. ℈ij. *ſantal. omn* ʒß. *ipſi aloes* ℈j. *miva cydon. aromat. q. ſ. m* [illegible] *electuar.* doſis ℥ß ij. horis ante prandium 7. diebus continuis. *Idem conſult. 35.*

30. *Faciunt huc intra*) Vide ſupra artic. 1. §. *Curatur 1. calefacientibus & emollientibus.*)

31. *Vini*) Ad *Fermentum Iners* corrigendum, & Humores pituitoſos viſcidos ſimul emendandos, [illegible] poteſt hoc *Vinum medicatum.*

℞. *Rad. helen. galanga* āā, ʒij. *fol. mentha criſpa, calaminth. mont.* āā. *m ß.*

℞. *Sem. aniſ. cinnam. acuti.* āā. ʒij.
Nuc. moſch. ʒj.

Conciſa & craſſe contuſa inſuantur ſ[illegible]ulo, [illegible] vaſi indito affunde vini optimi albi, q. l. e. g. ℔ j. ſtet per horas xii. pluresve loco frigido, bibat in paſtu h[illegible] uſtum æger, addendo *vel ſpir. ſalis dulc. gtt. x. vel* [illegible] *Propr. gtt. v.*

Si cui *Abſinthites magis placet, addi poterit ſumm. abſinth.* m. ß. *De le Boe Sylvius.*

In eodem ceu vehiculo, *ſpiritus nitri dulcis* gtt. xv ad xx. ſumantur. *Etmuller.*

32. *Stomachici Potery*) Hic in uſu habuit *ſpecificum* ſuum *ſtomachicum*, quo plura præſtitit in ſuis [illegible]. Deſcriptio nullibi proſtat, Probabile eſt quod ſit remedium *antimoniale ex regulo antimonii martia* præparatum, ad imitationem fere *antimonii diaphoretici. Etmuller p. 46.*

33. *Ambra*) Quæ optime convenit ſenibus in vitio digeſtionis primæ, ſi cum ſaccharo in formam Pulveris reducatur, ſive ejuſdem *eſſentia* cum *ſpiritu mentha*, ſive *meliſſa* crebrius adhibeatur. *Etmuller.*

34. *Si craſſi humores ventriculo*) *Spir. vitrioli* cum cochleari juris vel panatellæ ante cibum ſumpto, mirifice ſpiritus meus acidus recreatur, & fermentum concoctionis meæ conciliabulum inſtauratur, quin & [illegible] rex ſulphureæque impuritates [illegible] burn deſtruitur. Non tamen cuivis imbecillitati meæ æquabil[illegible]er ſuccurrunt; Inhibent hæc, & omnia a[illegible] excessum. In hunc uſum *conſervam roſar.* vitriolata[illegible] &c. [illegible]a ſalubriora invenio. *Bern. Swalve Ventr. Quer. & oppr.*

35. *Abſinthii*) De Abſinthiacis vide §. *Curatur 1. calefacientibus appropriatis*)

36. *Abſinth. cæruleus*) Vide §. *Faciunt huc intra*)

37. *Elixir vitrioli*) Iſtud commendat *Grulingius Floril. p. 407.*

℞. *Galanga* ℥iß. *calami aromat.* ℥j. *mentha cr. ſalv. mint.* āā. ʒß. *cinnam. caryophyl.* ℥. *albi* āā. ʒ[illegible] *nuc. moſch. cubebar.* āā. ʒj. *m. F. Pulvis, adde ſacch. c. albi* ℥iij. poſtea humectetur optimo *ſpiritu vini*, Mittea ea in vitrum, atque *ol. vitrioli ven.* ſeu *martis*, atque in horum defectu *ſpir. vitrioli* aliquoties rectificati ad 4. digitos eminentiam affunde, & per 3. vel 4. ſeptimanas digere; tunc decanta; ſupra relictam materiam infunde *ſpir. vini.* ulterius eſſentiam extrahe: poſtea Tincturæ extractiones mixtas majoris efficaciæ ergo per xv. dies in Balneo circula & ſerva: Nobilius & efficacius ſtomachicum in tota republica Medica non inventum eſſe experientia teſtatur. Doſis à ℈ß. ad ℈j. cum vehiculo appropriato.

38. *Elixir Vitrioli Mynſichti*) Quod eſt egregium à gtt. xx ad xxx. *Etmuller.*

39. *Sale nitri & gemma*) Facit huc etiam *ſal armoniacum* in primis *in vino abſynth.* aſſumptum, vel etiam in vino infuſionis *ligni ſaſſafras.* Item *tartarus vitriolatus* ad imitationem *Tachenii* paratus, Item *nitrum vitriolatum* &c. cum aromaticis miſtum uſurpari poteſt. *Etmuller.*

40. *Extra optime conveniunt*) Inter Externa conveniunt

niunt præſertim *olea quædam deſtillata*, plus minus *aromatica*, ſpeciatim *o enum* [illegible] *flavum*. Item

℞. *Olei ſtomach. Crat.* ℥ij. *deſtillati menthæ* ʒß. *caryoph. zedoar.* āā. ℈ß. m. ſ.

Illinatur ſtomachi regio, applicando deſuper laterem calefactum.

Item *Empl. de Tacamah. Schroderi l. 2. p. 231.* Simile *Empl.* habet *Mynſicht Tit. p. 50.* Præterea *ſpongia vino generoſiſſimo* vel *ſpiritus vini* cui ſimplicia ſtomachalia infuſa fuerint impregnata, ſtomachi regioni impoſita calide. *Etmuller.*

Ne crudi humores in ventriculo generentur, mei & aliorum exemplo didici nihil eſſe convenientius quam geſtare *Ceratum ex una parte ladani puriſſimi, & duabus ceræ* compoſ. ſuaviſſime fovet calorem innatum & plurimum ad coctionem & flatus diſſolvendos facit, *Crato.*

℞. *Maſtiches* ℥ß. *caryoph. cinnam. nuc. moſch. zedoar.* āā. ʒj. *ſpec. diamoſch. d.* ʒß. *ol. maſtich. q. ſ. ad denſandos pulveres, cera & tereb. q. ſ. f. Ceratum.* Valet pro roborando ventriculo. *Zecchius conſ. 21.*

Inter alia, in confirmando ventriculo, & jovanda coctione, ſæpius hoc admodum efficax eſſe vidimus.

℞. *Nardi Ind. ſcoenanth. cardam. agall.* āā. ℥ij. *maſtich. caryophyll. nuc. moſch.* āā. ʒx. *flor. roſ. rubr. coma. abſinth. & menth.* āā. ℥ij. *olei nard.* ℔j. *ſucci cydon. vini fulvi potentis* āā. ʒvj. *cera cum vino aromat. fuſa* q. ſ. f. Cerotum, *Vidus Vidius de curat. memb. p. 448.*

Efficaciſſimum inter alia præſidia eſt *viventium animalium* calor, qui ventriculum ægri foveat, præcipue pueri boni habitus, ſeu catellus nuper natus, quorum venter ſuper ægri ventriculum diutius conſervetur. *Idem.*

Magnæ efficaciæ eſt ſequens, coctionem promovens, Ventriculum roborans.

℞. *Abſinth. roriſmar. meliſſæ, hyper. urtica* omnium aridor. āā. q. ſ. f. Pulvis ſubtilis, cujus ℞. ℔j. *adde cinnam.* ʒß. *caryophyll. ligni aloes* āā. ʒß. *moſchi aqua roſar. ſolut. gr. v. mellis opt.* ℥ij. *f. cum aceto acerrimo maſſa*, tepide ventriculo imponenda. *Leon. Fioraventi.*

Cerato noſtro ſtomachico infinitos curavimus

℞. *Olei cydon. abſynth.* āā. ℥j. *olei maſtic.* ℥ß. *ſpicæ* ℈ij. *flor. roſar. ſicc. menthæ ſiccæ abſinth.* āā. ʒj. *macis, cinnam.* āā ℈j. *ligni aloes, caryophyll.* āā. ℈ß. *ladani puriſſ.* ℥j. *troch. gall. moſc.* ℈ß. *cera q. ſ. f. Empl.* Hujus ℞. q. ſ. & adde ſi opus *oleum menthæ* &c. Foreſtus *l. 9. obſ. 24.*

In ventriculi imbecillitate hujus medicamenti vires ſæpe expertus ſum mirabiles.

℞. *Carn. dactylor. conpaſſul. & cydon coctor. coqu. in vino malvatico, in fine adde olei abſynth. amygd. dulc. cum mica panis aſſati, m. f. Catapl.* juvat mirabiliter & corroborat. *Joh. Baptiſta Montanus conſ. 139.*

Detentio manus ſupra ventriculum nocte, propter analogiam mutui caloris, coctioni mirificas fert ſuppetias, imbecillem ventriculum roborat, imo diuturnas ventrie ili [illegible] reſtituit. *Gu. Rolfincius Ord. & Meth. conſ. 2. lib. 6.*

40. *Oleum ſtomachale Cratonis*) Quod ſic fit

℞. *Ol. abſynth.* ℔j. *ſumm. abſynth. m.* ʒ. *caryophyll. ſantal. citr.* āā. ℥ij. *roſar. rubr. macis* āā. ʒß. *maſtiches* ʒiß. *vini odorat.* ℔ß. *coqu. ad conſumptionem vini* ponatur in ſole vel loco calido.

Ego tali ungu. quendam inunxi, & ſubito melius habuit. *Crato lib. 9. conſ. 13.*

41. *Omnibus his Evacnationes*) Quoties à Bile pinguiore, ad ventriculum aſſurgente, *Diminuitur*, vel *Abolētur*, alimentorum *Fermentatio*, toties ea corrigenda *ſpiritu ſalis dulci*, vel, ſi *quantitate* ſimul *peccare* deprehendatur, vacuanda per cholagoga blanda, vel vomitoria levia, ex Antimonio præſertim parata. *De le Boe Sylvius l. 1. c. 7.*

Ut removeantur impedimenta, ſiquidem hæc in materiali vitio conſiſtunt, removenda ſunt *vomitu* vel *ſeceſſu*; Equidem *vomitoria*, inprimis *antimonialia*, ſunt optima, Inter *purgantia* &c. vide mox

41. *Per Pilulas aloeticas*) *Aloe* cum purgans ſit eximium, & fel quaſi externum, quod fellis defectum optime reſarcit, juxta has ſuas qualitates etiam modificatur, Ratione enim partium amaricantium ventriculo eſt amica, vermibus, lumbricis & putredini, omni inimica, tantoque magis putredini reſiſtit quo magis emplaſtrica & balſamica; Ob partes reſinoſas, emplaſticas dictas, exterius adſtringit, ſiccat, conſolidat.

Ob partes acres reſolubiles gummeas indiſpoſitas, ſtimulat, aperit, purgat, detergit, adeoque fæces ad exitum diſponit, unaque bilem & pituitoſas partes educit; Prodeſt ergo ubicunque ſanguinis particulæ balſamicæ ſunt reſtaurandæ, & volatiles in motum citandæ, in *cruditatibus* cumprimis acidis & pituitoſis à crapula & aliunde ortis, cachlexia, chloroſi &c.

Prodeſt humidioribus, tum quoad totum tum quoad inteſtina, Siccos vero, niſi teneriori villorum textura & ſenſu polleant, vix movet; Prodeſt in nauſea, ipſarum quoque prægnantium, & vomitu. Nocet vero in ſiccioribus & ſenibus, niſi præſentia humorum in primis viis ſtabulans id urgeat, ventriculo calido & ſicco, hecticis, tabidis: *Aloe* etiam ſomnum citat, non ſolum mediate ex ventriculo educendo quicquid turbare illum crudorum humorum poſſet, ſed etiam alia ratione, quatenus partibus ſulphureis reſolubilibus gaudet.

In uſum vocatur non tam cruda, nec in pulvere, quam præparata & in *Pilulis*, ita enim amarities occultatur; *Lotam* vero, proprie ſumpta voce jamdudum *Galenus* notavit; *ſimpl. c. 15.* aut debiliter aut plane non ventrem ſubducere: optime vero menſtruis aqueis extracta, quorſum & *ſuccus roſar.* vel *violar.* pertinet, vel melius adhuc cum *martialibus* aliiſque confermentata, unde dotes ejus optime venari & quaſi clave quadam licet eruere; Minus Aloeticis favent *Scaliger*, qui *Ebſinam* & *Meſuen* ſequutus plurimos ſe exemiſſe ſcribit à pernicie manifeſta in quam conjecti erant Aloës uſu à Medicis & Empiricis: Et *Hofmannus* l. 1. M. O. c. 3. qui negat ante cibum, vel cum cibo aſſumenda aloëtica, & vidiſſe ſe addit in iis qui de nocte capiebant, obortas cacochymias degeneraſſe in febres malignas: Abuſus revera nunquam tollere debet uſum.

Æmulatur *Aloe* bilem ſapore, qualitatibus & effectis; balſamum eſt bilis corporis, balſamum naturæ *aloe*: Unde æmulari recte jubet *S. Pauli Quad. Bot p. 246.* Chirurgorum ſolertiam, qui cavendum ſuadent ne nimis extergantur vulnera, alias cambium quaſi tollitur, ita aloeticis non extergamus mucum inteſtinorum pluſquam par eſt. Tantum abeſt ut lædatur hepar commodo uſu & lympha non deſtitutum, ut aloetica cum cibis data noxas dictas excitent, ut potius contrarium toto die experiamur.

Facit huc quod olim majori dozi eandem dabant, à ʒß. ad ʒj. quam dozin & *Jonſton in Syntagm.* retinet, unde facilior læſio; hodie vero obſervatum eſt minori quantitate aſſumptas pilulas, pro reſolutionis facilioris modulo, efficacius operari quam majori dozi, minus reſolubili, Eſt igitur Lenientium apex indemnis & innoxia, ipſis quoque & inprimis utilis infantibus, in febribus & aliis. Unde hodie *Pil. Francof. Glaſſiana*, & aliæ, magni nominis ſunt hypochondriacis ipſis utiliſſimæ, modo non viſcera areſcant & caleant ſalina acrimonia: ubi bilis abundat minus prodeſt, contra

vulgatam hypotheſin, citra humorem nempe ſeroſum, unde hecticis, hæmoptoycis &c. minus convenit. *Wedelius A.m m p.256.*

Inter Purgantia, maſſa *Pil. de hiera* cum *agar.* in ſubjectis paulo robuſtioribus conducunt; Hinc *Pilulæ maſtichinæ*, ſeu ſtomacho appropriatæ, Item Pilulæ *de aloephang.* ex aromaticis paratæ, uno alterove *grano ſcammon.* acuatæ; conveniunt, detergendo ſcil. mucilagines ſtomacho adhærentes, v. g.

℞. *M. P. aloephang. gr. xv. ſcammon. ſulph. gr. iij. Extr. troch. alhandal.* gr. ß. cum ſeq. *tinctura tart.* f. Pilulæ.

Vel hæ ipſæ aloephang. ad imitationem *Zwelferi* correctæ & paratæ ſtomacho conducunt; & in hunc finem, impedimenta nempe ventriculi removere, Pilulæ uſuales in morbis chronicis adeo uſitatæ ſunt, vel qualibet ſeptimana ſemel, una alterave hora ante prandium; vel quovis menſtruo ſpatio ſemel uſurpandæ, ex baſi *aloes* confectæ, ut harum ope naturæ ſordes primarum viarum removeantur.

Alii non incommode *cremorem Tartari* in hunc finem adhibent; à ʒß. ad ʒj. in *juſculo carnis vel pulli* bene calido, una alterave hora ante prandium, quavis ſeptimana ſemel uſurpando. *Ettmuller. p.45.*

Pilulæ ſequentes in omni ventriculi, & capitis languore mirabiles ſunt.

℞. *Myrobal. chebul. Indor. rhabarb. cardam. caryophyl.* ãã. ʒj. *maſtich.* ʒij. *aloes hepat.* ℥j *cum ſucco menthæ,ſuque infundantur per noctem agar. troch.* ʒj. *& poſtea exprimatur fiat Paſta, Doſis* ʒj. Crato.

APEPSIA.

II. [44] Ἀπεψία *eſt* [45] *abolita alimentorum in ventriculo concoctio ex privatione alteratricis ejuſdem, qua fit ut cruda ad inteſtina deſcendant, proveniens.*

[46] *Signa* ipſius ſunt; cauſarum prægreſſus, ructus, poſt ſex vel ſeptem horarum ſpacium ciborum naturas ac qualitates referens, incoctorum per vomitũ rejectio, vel per alvum excretio &c.

Cauſa ſunt validiores illis quæ in *βραδυπεψίᾳ* allatæ ſunt.

Curatio etiam exinde peti debet. Laudatur *Arcanum Tartari*, ſingulis diebus ex juſculo gutt. x. ſumptum. *Eſſentia carnis* ſola ebullitione ſine aqua in vaſe clauſo extracta: nec nõ *oleum panis* &c.

[44] Ἀπεψία) Ablata chyloſis ἀπεψία proprie nominatur, Latinis *Cruditas*, vulgo *indigeſtio* licet vox iſta pleniore ſignificatu coctionem deſignet quæ quovis pacto à perfecta deſcivit. *Menjotius.*

[45] *Abolita alimentorum*) Circa *apepſiam* notandum cibos fraudari quidem omni prorſus converſione, ſi ſtatim atque immiſſi ſunt è ventriculo emittantur, ſeu ob perditam virtutem retentricem, ſeu ob facultatem expulſoriam acriter irritatam, ut in affectu lienterico, ſed chyloſin non poſſe primo & per ſe totaliter labefactari ac convelli; adeo ut cibi aliquantum temporis in ventriculo commorantes nullam penitus alterationem ſuſceptent, Ventriculi namque *πολυαισθησίας* vita non ſiſtinet, Imo flatus ἀπεψίας comites tantillum calorem in ventrem ſuperſtitem commonſtrant; algidiſſimum enim non minus quam æſtuoſiſſimum cœlum, ſerenum eſt venuſque placidum. *Menjotius.*

[46] *Signa ipſius ſunt*) In ἀπεψίᾳ gemit ventriculus ſub pondere aſſumptorum, ſpiritus crebeſcit, caput gravatur, inquietudo fatigat, maxime per ſomnum; cibi poſt multas horas reguſtantur, tandemque alvo vel ore erumpunt inconfecti. *Menjotius.*

DYSPEPSIA.

III. [47] Δυσπεψία, *ſeu* διαφθορὰ, *eſt ciborum corruptio, &* [48] *in alienam qualitatem ex fruſtratione facultatis concoctricis ventriculi mutatio.*

[49] *Signa* illius ſunt, [50] fructus nidoroſi, aduſti, acidi, pingues, fœtidi, quos ſæpe ventris rugitus, borborygmi, dolores, mordicationes, vomitus, graveolentium dejectiones ſequuntur, difficilis inediæ tolerantia, anxietas &c.

[52] *Cauſa eſt* intemperies ventriculi & [53] ſæpius calida, quæ [54] cibos adurit, corrumpit & [55] putrefacit: quodlibet autem corruptum, pro natura ſua alienam qualitatem induit; inde fit, ut res diverſa oleant. In primis caloris ſoboles eſt [56] *nidoroſa corruptio*, [57] quæ oritur à morbis calidis, alimentis ejuſdem qualitatis, & facilè corruptibilibus, ut lacte, piſcibus, fungis, fructibus horariis.

Corruptio acida [58] à frigiditate provenit.

Curatio ad intemperiem eſt obverrenda, calidam inprimis, de qua ſuperiùs diximus. Spiritus *acetoſæ*, & *corallorum* Quercetani ſyrupus [59] hic primas tenent.

47. Δυσπεψία ſeu διαφθορὰ) Dyſpepſia juxta etimologiá, ſignificat *difficultatem concoctionis*, ſcil. in ventriculo; At *Galenus* vult rectius tribui hic vocabulum *depravata* alimenti *concoctioni*, ſive alimentorum in ventriculo corruptelæ, *de ſympt. diff. c.4.* Eſtque ſymptoma actionis naturalis depravatæ; Depravatur autem cum alimenta in qualitatem à natura alienam perturbantur. *Caſtellus.*

47. Δυσπεψία ſeu διαφθορὰ) Depravatur alimentorum Fermentatio, quando eadem ita immutantur in Ventriculo, ut convenienti corpori tam continen[illegible] quam contento nutrimentum [illegible] præbeant, ſed noxium, unde infinita prodeunt mala, poſtquam vitia primæ concoctionis non corrigun ur facile in ſecunda, quod ſemper verum de coctione Depravata. *Sylvius de le Boe l.1. c.7.*

48. *In alienam qualitatem*) Depravationes hæ alimentorum alio nomine recte *Cruditates* dicuntur; quæ in genere ſunt duplices, *acida & nidoroſa*, in ſpecie ſunt innumeræ. *Ettmuller.*

49. *Signa illius ſunt*) Cruditas nidoroſa ſuggerit ructus fœtidos, aut ſaltem horridos, ſimiles illis qui eleranſolent poſt ova frixa aſſumpta, matutino tempore ſapientia peregrinum in ore recipiunt, quem non poſſunt ſufficienter explicare, Quæ rejiciuntur vomitu ſunt liquida, ſubflava, aut inſipido dulcia, a[illegible] amarore duæſcentia, alvus plus ſolito aperta [illegible] let. *Ettmuller.*

Δυσπεψία interno [illegible] nui acidis vel nidoroſis ructibus, crepituum atque anhelitus malolentia, à borborygmis, nauſea, cibi faſtidio, ventris mordicatione [illegible] tis, ſomno levi ac turbulento, febre ephemera, urinis [illegible], ac præſertim alvi [illegible] ctione olida & aquoſa. *Menjotius.*

[50]. *Ructus nid*[illegible]) De eorum ortu vide inferius §. 57. *Quæ oritur à morbis.*)

⁵¹. *Graveolentium*

51. *Graveolentiū dejectiones*) Et ſimul aquoſorū aqueſcant enim omnia putreſcentia: imo poſito quod acida cruditas naſcatur à frigore, chylus tamen ratione frigiditatis non ſatis coaleſcens (coctio enim fit incraſſando) neceſſario fluidior remanet. *Menjotius.*

52. *Cauſa eſt intemperies &c.*) Depravationem alimentorum Fermentationis in Nidoroſam cruditatem, adſcribit *Sylvius de le Boe l.c.* Bili acriori & nimis volatili ad ventriculum aſſurgenti, atque Fermentationem non tantum impedienti, at inſuper alteranti ac corrumpenti, unde *Ructus* excitantur qui ventriculum diſtendant vel mordeant, & nunc ova frixa, nunc piſces fœtentes, nunc alia redolentes attollantur: Quoties autem ventriculi diſtenſio concurrit, aut difficilius erumpunt iſti Ructus, toties Pituitam viſcidam peccare certum eſt.

53. *Sapius calida*) De ortu cruditatis nidoroſæ vide ſuperius §.2. *Coctionis ſeu chyloſeos laſione*)

54. *Cibos adurit*) Coctio depravata apud *Avicennam* quadruplex ponitur, *Putrefactio*, *Cruditas nidoroſa*, *Cruditas acida & Uſtio*: Sed contra putrefactio genus eſt ad cruditatem nidoroſam & acidam; Itaque prava coctio gemina tantum cenſeatur, *Uſtio & Putrefactio*; *Uſtio* fit ab ignea ventris caliditate, eaque opluimum nuda ac immateriali, qua cibi velut ad luculentiorem caminum torrentur; ac, juxta *Avicennam*, quaſi in cinerem reducuntur: Quem autem dicit cinerem, non ei parem intelligit qui fit ex aduſtis lignis omni humore ſpoliatis, ſed ita ſummam ſiccitatem, & quantam maximam poſſint in corpore liquores ardens vi conſequi. *Menjotius.*

Uſtionem ciborum notant ſitis, linguæ ſiccitas, ſapor oris vel amarus, vel carnes adipeſve maſſatas referens. *Idem.*

55. *Corrumpit & putrefacit*) Circa putrefactionem non eſt prætereundum ob quandam putredinis & coctionis analogiam σήψις pro πέψις ab antiquis medicis crebro acceptam fuiſſe, ſic ab *Empedocle* apud *Ariſtotelem 4. Top. 5.* vinum definiebatur ὕδωρ ἐν ξύλῳ σαπέν, *putreſcens ſub ligni cortice lympha*, & Ventriculus *Hippocr.* dicitur σηπτικός, putrefaciendi, h. e. coquendi vim poſſidens: Hic vero putrefactio ſumitur pro vera ipſorum διαφθορᾷ, quæ duplex eſt, κνισώδης, i. e. nidoroſa, & ὀξώδης ſive acida. *Menjotius.*

56. *Nidoroſa corruptio*) Inter Depravatæ alimentorum Fermentationis ſpecies varias, duæ vulgo numerantur, primariæ, cruditatis nomine notæ, *Nidoroſa & Acida.*

5. *Nidoroſa corruptio*) Nidor eſt corruptio quædam alimentorum nunc olens piſces putridos, nunc aſſata ova, nunc oleum frixum, nunc qualitatem aliam ineffabilem: vel potius *Nidor* eſt fuligo è cibis eo pacto putreſcentibus exhalans; Quemadmodum varia edulia extra corpus alium aliumq; patiuntur corruptelæ modum, v. g. panis muceſcit, oleum ranceſcit, fructus marceſcunt, ſic intra corpus haud una animadvertitur, ſed diverſiſſima, & ſæpenumero inexplicabilis ingeſtorum putrefactio. *Menjotius.*

57. *Qua oritur*) Corruptio hæcce nidorulenta, quæ *Actio* dicitur, fumoſa & viroſa, καπνώδης & βρωμώδης pendet aut à cauſa efficiente, ſcil. caliditate ventriculi, ſeu ſimplici, ſeu bilioſo excremento comitata, cibos etiam natura ſua εὐφθάρτους vertente in nidorem, aut à cauſa materiali, puta ipſiſmet alimentis per ſe calidioribus, pinguibus, acribus, ut raphano & aliis. *Menjotius.*

57. *Qua oritur à morbis*) Acida cruditas in *Acido* plus minus viſcido, digeſtionis defectu enato conſiſtit: *Cruditas* vero *Nidoroſa* nihil aliud quam Putredinis inchoatæ eſt ſpecies, Poſterius hoc ut pateat, obſervetur *Cruditatem Nidoroſam* contingere in febribus, præſertim acutis, in quibus fermentum digeſtivum, ejuſque debitus acor deficit, unde appetitus ceſſat, & alimentorum nauſea ſupervenit, & cerevisiæ conſuetæ lupulatæ, ceu nimis amaricantis horror adeſt.

II. Oriri eandem frequentibus à pinguibus oleoſis fixis, fermentum digeſtivum, & ejus acidum plus minus obtundentibus, in ſpecie ab ovis, lacte & lacticiniis, oleoſis &c.

III. Quando aſſumpta quælibet in ſtomacho diutius morantur, ſive retinentur: recte ob id monet *Helmont*, non putandum quod chylus vitri inſtar in fornace ſubinde excellentius coquatur, quo diutius, ſed mora nimia alienatur & corrumpitur.

IV. Nidoroſa cruditas emergit ex horæis fructibus, facile putreſcibilibus, unde poſt modum diarrhœæ &c.

V. *Dulcia*, quæ ſub diuturno calore ad amaritiem prona ſunt, v. g. paſſulæ, liquiritia, eadem in ſtomacho facile cruditatem nidoroſam contrahunt, ſub quibus amareſcunt, ſive (ut alias dici ſolet) bileſcunt.

VI. Cruditatis nidoroſæ præſentis ſigna ſunt *Ructus*.

Ex his præſuppoſitis vere ſequitur fieri *cruditatem nidoroſam*, quando fermentum ſtomachi vel deficit; vel aſſumptis, plus minus tendentibus ad diſpoſitionem putredinalem, pro natura aſſumptorum, viz. vel animalium vel vegetabilium, ordinario facile putreſcibilium; unde pro putredinis natura alkali emergens; agens in pingue, ſaporem tetrum, vix explicabilem, ſubinde amaricantem repræſentabit.

Præ cæteris hoc illuſtrant *Ova*, quibus vix citius quidcunque nidorem contrahere obſervatur: Hinc etiam eadem ad duritiem cocta brevi poſt tamen nidorem eructant; Deinde facillime *ova frixa* cum *butyro*, alkali nempe ovorum copioſum agit non ſolum in proprium oleum, ſed ſimul in abundantius adjectum butyrum, unde & hujus additi ratione, & acidum ſtomachi magis obtunditur, adeoque ejus activitas hinc enervatur; Ita ſimul parili ex ratione & nidoris vis intenditur; Hinc tetri *Ructus* erumpunt, qui indicant quidem inchoatam fermentationem, ſed depravatam, & in ipſa actione ex inertia fermenti digeſtivi deficientem; unde ex putredine contentorum ructus tales tetri oriuntur; Accedit Pylorus in furorem actus, qui portas tranſitus claudendo, irritatus ab hoſtili contento, dicta digerenda retinendo, magis magiſque eorum putredinali corruptioni occaſionem præbet. *Ermuller pag. 44.*

58. *Corruptio acida à frigiditate provenit*) *Galenus* Acidam cruditatem oppoſuit nidori, & à frigiditate neceſſario ſuboleſcere pronuntiavit, nimirum vel à frigente ventriculo, vel à ſuccis frigidis in eo ſtagnantibus; vel ab eſculentis frigidioribus, aut etiam calidis, modo copioſis, calorem ventriculi obruentibus.

Verum antequam legitima exponatur acidæ cruditatis cauſa, monere convenit 1. hic agi non de cibis ex ſe acetoſis, aut acidæ pituitæ, fæciſve melancholicæ in ventre redundantis miſtura contaminatis; ut vas enim ſyncerum quodcunque infundis aceſcit, at de cibariis etiam ſaluberrimis, acorem in ventriculo intemperato, abſque ulla acidæ materiæ admixtione contrahentibus.

II. Acidam cruditatem pertinere ad coctionem depravatam, non ad imminutam, 1. quod ſit mutatio in qualitatem naturæ animalis adverſam; neque enim acidis ſed dulcibus nutrimur. 2. quod ſi aciditas eſſet inchoata non corrupta coctio, omnia alimenta ante expletam atque perfectam mitificationem neceſſario aceſcerent, ſicut agreſta vinum præcedit.

Objicies *Hippocr. 6. aph. 11.* in diuturnis lienteriis oxyregmiam fruſtra commendaſſe, niſi illa inceptam non corruptam corruptionem deſignet? Qui coctionis opus fermentis ferunt acceptam, cenſent à ructu acido,

fermenti in ventriculo lienterico deficientis reſtaurationem indicari. Nos vero arbitramur ructum acidum laudari in lienteria, 1. quod quilibet flatus in univerſum caliditatem ventriculi ferme extinctam probet reſurgere, 2. quod flatus ſurſum latus, quodammodo fit antiſpaticus, 3. quod ille ipſe flatus acida ſua ſtypticitate firmet laxiorem ventriculum.

His ita conſtitutis dicimus Acidam cruditatem, non à ventriculi frigore, ſed à nimio ejus calore procreari: Nam 1. frigus non depravat ſed deſtruit vel minuit actiones.

2. Omnis putredo ab extraneo calore proxime inducitur; ergo hic quoque parens erit acidæ corruptionis, & quidem per ſe non per accidens, quatenus naturalem ventriculi calorem deſtruit, ſecus ἀπεψία duntaxat enaſceretur.

3. Acor & nidor aliquando cognaſcuntur, unde hoc? niſi quod unus idemque calor extraneus diverſam putredinem in materiam introducat, pro diverſa hujus diſpoſitione.

4. Idem probatur è regulis curandi per contraria, acidum namque ventriculum ut levant refrigerantia, ſic lædunt calefacientia, vel ſaltem calida remedia ſolummodo ſymptomati medentur, nempe diſſolvendo flatus aciditatis comites, quo ſenſu ſcribebat *Hippocr. 2. de Diæta* ructus acidos ſolvi porro ac coriandro.

Quidam autumant in ventriculo æſtuoſo alimenta quanquam calida aceſcere, ſi calori ſociam habuerint in coquendo pervicaciam, ita ut à caliditate ventriculi etiam excellente non evincantur, ſicque aciditatem oboriri eſu rerum calidarum ac δυσπέπτων, non quatenus calidæ ſunt, ſed quatenus ſuperatu difficiles; Eandem vero ſedari cibis frigidioribus atque εὐπέπτοις, non quatenus frigidi exiſtunt, ſed quatenus mutatu faciles; At contra, non modo calida δυσπεπτα, verum calida quoque εὐπεπτα, ut vinum, augent acorem, dumque alimenta δυσμετάβλητα à calore etiam valido non edomantur, ventriculus κατὰ μικρὸν καὶ ὀλιγοχρόνως, minute coquit ac ſegniter, nequaquam depravare, quod calor ille, licet intenſus ex ſe, ſi non habeat proportionem cum ingeſtis, ſed his ſit inferior, obtineat rationem frigoris.

5. Acidus ventriculus duriora alimenta felicius quam teneriora elaborat, quendam enim, jam diu acore vexatum, exhibitis cibis dyſpeptis ſe perſanaſſe teſtatur *Trallianus l. 12. c. 10.* itaque aciditas caloris proles eſt non frigoris.

6. Id pateſcit exemplo ab externis deſumpto, nam offa farinacea, lac, vinum, juſcula calore coaceſcunt; imo vinum ne congelatione quidem acidum evadit, etſi ſpirituoſis partibus expreſſis, ejus fortitudo haud molliatur modo, verum plane enervetur.

7. Humor melancholicus eo acidior fit quo aduſtior, ac acetum *Ariſtoteli 33. Probl. 17.* eſt calorificum, unde etiam fructus acidi, ut limones maturatione peraceſcunt; Quod ſi vice verſa nonnulli è fructibus, dum maturantur, ex acidis dulceſcant, id contingit accidentario, nimirum coctionis progreſſu, vel diſcuſſis particulis crudorum fructuum acidis atque excrementitiis; vel iiſdem multa humiditate dilutis ac hebetatis: fructus enim coctione humeſcunt & molleſcunt.

Denique tot rationibus accedit authoritas *Hippocratis*, prior *lib. de Affect.* ubi cibi pingues, *unguinoſi, caſeoſi, melliti, ac ſeſamo conditi*, dicuntur materiam præbere acidis ructibus. Altera *l. 2. Epid. 3.* ubi obſervat ſanguineos atque bilioſos oxyregmiæ eſſe opportunos: Neque obeſt *aphor. 6. 33. Qui acidum eructant raro capi pleuritide*, (ſupple vera atque phlegmonoſa, notha ſiquidem atque flatulenta crebro corripiuntur) non enim id contingit ob temperamenti frigiditatem, ſed quod acidum eructantes ventris profluvio dediti ſint, bilem ad coſtas affluxuram detrudente, Expreſſe enim docet *Hippocrates l. de A. A. & L.* quibus alvus natura humidior eſt, omnibus morborum generibus, ac ſpeciatim laterali morbo rarius tentari. *Menjot in Diſſert. p. 622.*

De corruptionis acidæ generatione vide ſupra *§. 2. Coctionis ſeu chyloſeos generatione*)

[58] *Corruptio Acida à frigiditate provenit, Curatio ad &c.*) Acida cruditas curabitur exhibendo medicamenta in Nidoroſa propoſita, & Acidum ſpirituum temperantia, vel concentrantia; Sedulo cavendo à Purgantibus antequam temperati fuerint *humores Acidi*, & ad *Seri* naturam deducti, quos tunc demum redundantes per hydragoga educi nihil vetat; Seroſos autem humores contemperatos edocunt, inter alia mechoacannæ atque Jalapæ radix, Sambuci ac Ebuli partes pleræque; Gummi Gottæ &c. *De le Boe Sylvius l. 1. c. 7. ubi deſcriptio Electuarii Hydragogi egregii.*

[58] *A frigiditate proveniens*) Hanc eam corrigunt *Tinctura tartari acris, vinum & cerevisia abſynth. infuſum rad. armorac. ſpiritus & eſſentia menthæ, ſpiritus pipertidis* perquam egregius eſt in corrigendi cruditate acida; *ſal abſynthii* cum *oculis cancri, & corallis.* Etmullec. *Vide plura in curatione Bradypepſia.*

[59] *Hic primas tenent*) In cruditate nidoroſa prodeſt *tinctura bellidis* cum *ſpir. vitrioli Philoſoph.* extracta, *Frid. Hofmannus m. m. p. 320.*

Cap. XVII.

De Singultu.

Definitio, Signa, Causæ.

1. Singultus eſt [2] *motus ventriculi* [3] *convulſivus* [4] *tenſione & dilatatione fibrarum partis ſuperioris conſtans, quo expultrix irritata* [5] *noxiæ tunicis ventriculi, imprimis oris & œſophagi infixa,* [6] *cum ſonitu & vehementi contorſione elidere tentat.*

[7] *Signa* recenſere non eſt opus. Auditur ab adſtantibus.

[8] *Cauſa* [9] eſt materia, in [10] toto ventriculo interdum reſidens, ſed ventriculum, ſeu [11] qualitate inimica, ſeu *compreſſione* vellicans.

[2] *Singultus* λυγξ à λύζω fit præt. paſſ. λέλυγμαι λέλυγξαι, à quorum illo fit λυγμὸς, ab hoc λύγξ. Singultio, ſingultus, videtur fictum à ſono nomen: hoc quoque ſymptoma eſt in cenſu depravatorum motuum, pendens à morbo in ſuperficie: Apud *Galenum* certo eſt δῆξις, morſus, vellicatio, *Hofmannus Inſt. l. 3. c. 113.*

Singultus nomen à ſono factum videtur, Vel quod ſingulatim, hoc eſt per intervalla fiat. Atque ut Suſpirium,

tuum, ſeu gemitus fit in Pulmonibus, ita etiam Singultus eſt ſtomachi pulſus, aut convulſio ventriculi, non quidem vera, ſed vel quaſi, qua ipſa conditione tanquam ſymptoma, quod in cenſu depravatorum motuum eſt, inter convulſiones particulares collocatur, quatenus nempe œſophagus cum muſculis participare videtur. Recte autem a *P. J. Fabro* hic motus naturæ p. n. vocatur fruſtraneus, quia per eundem revera nihil elidit ur expelliturque, utut etiam ventriculis nocivis tunc ſcateat excrementis. Eſt nempe ſonitus, præterea nihil, & quidem talis qui tam ſingultienti quam adſtantibus admodum moleſtus exiſtit: Aërem quoque per inſpirationem deſcendere una in ventriculum nullum eſt dubium, quapropter hic ipſe aër, quem flatus non raro comitantur, tunc non abſque violentia explóditur, atque facta poſtmodum in faucium fornice, ſeu concamerato palati antro ejus repercuſſione, ſonitus iſte editur. *Chr. Langius.*

Solet ſonus in Singultu fere ſemper eſſe acutus, quia in ſtatu naturali, & cum non loquimur via aſperæ arteriæ ſatis eſt anguſta, inſtar rimæ, per quam, cum aër movetur, præcipue introrſum, ſemper talem ſonum efficit. *Craanen Prax. Med. Reform. cap. 70.*

1. *Singultus eſt motus Ventriculi &c.*) Morboſi Singultus (nam quidam adeo levis eſt & parvi momenti, ut nullam moleſtiam inferat) hanc definitionem tradit *L. Stranſſius Palæſtra Med p. 113. Gymn. 2.*) quod ſit *Motus ventriculi depravatus ab expultricis facultatis irritatione oriundus, quo id quod ei tum quantitate tum qualitate eſt moleſtum excutere conatur.*

Formalis ratio conſiſtit in motu ventriculi depravato, vehementi, inani, ſurſum verſus; Depravatio hæc conſiſtit in *dilatatione & conſtrictione*, illa præcedit, hæc ſequitur; Conſtrictio interdum aliquid elidit, ex tunicis, ſæpe etiam ſuo fruſtratur conatu & magnis excidit auſis: Motus recte refertur ad τὰ ἔργα τῆς φύσεως ἀναγκαζομένης, opera naturæ irritatæ. *Rolfincius Epit. l. 3. c. 4.*

2. *Eſt motus*) Expiratio interrupta & brevis in Singultu fit, aëre cum ſono aliquo veluti in momento erumpente: Sanis ſæpe contingens, & in ægris grave interdum accidens & periculoſum, repetitis continuo vicibus illos per horas vel dies etiam plures nonnunquam affligens. *Platerus.*

3. *Motus Ventriculi Convulſivus*) Convulſionibus accenſeo, parti in authoritate *Hippocr. & Gal. 3. aph 7. 4.* partim ratione, quatenus ventriculus, præcipue Gula cum muſculis participat, Vide *Foeſium*: Verumtamen cum duplici præmonitione, 1. non eſſe mihi quicquam negotii cum *inanitione & repletione Hippocr.* 2. Non eſſe veram convulſionem, ſed vel quaſi, authoritate iterum *Galeni 2. cauſ. ſympt. 1.* non enim fit ab impacto humore ſubſtantiæ nervorum ventriculi, oris ventriculi, gulæ, ut diſtincte loquar, ſed tunicis tantum: Ideo δῆξις eſt, morſus, qui fere ceſſat vacuatis humoribus acribus & rodentibus, *4. ac 89. 5. aph. 1. Hofmannus Inſtit. l. 3. c. 86.*

3. *Singultus eſt motus ventriculi convulſivus*) Singultus eſt convulſivus Diaphragmatis motus, per intervalla brevia repetens, non tamen continue affligens, ſicuti fieri obſervamus in motibus Epilepticis, in quibus agitatio artuum, labiorum, palpebrarum, oculorum, aliarumve partium eſt continua, & aliquamdiu durans, quod in Singultu non fit; Diverſitatis ratio, ut exiſtimo, hæc eſt, quod in Singultu irritatio fit ut plurimum in ventriculi orificio ſuperiore; In Epilepticis autem inſultibus, in nervorum principio; unde ſicut hæc irritatio eſt continua, & quidem alternans, ſequitur quoque neceſſatio motus convulſivus continuus, hoc eſt per muſculos oppoſitos reciprocus: In Singultu autem, quoniam afficitur ventriculi orificium ſuperius, in conſenſum trahitur diaphragma, impediturque in ſui motu ſurſum, cogiturque tunc deorſum denuo contrahi, & quidem alias citius, alias ſegnius, alias potentius, alias levius, prout irritatio illa eſt gravior vel levior, Gravior eſt, cum Flatus ſunt ſimul acres & viſcoſi; levior cum blandi vel minus viſcoſi.

Hæc igitur ventriculi irritatio cum juvetur tantum motu Diaphragmatis deorſum, nec proinde ſequatur ejuſdem retractio ſurſum, mirum non eſt ſi non adſit in Singultu motus diaphragmatis convulſivus reciprocus, ſed tantum contractivus, ſi ita liceat loqui: Non eſt enim hic convulſio, alias in eodem ſtatu permaneret diaphragma, ſed motus convulſivus, quia mox deſinit à violenta & coacta ſua contractione diaphragma, licet nulla concurrat motus illius coacti reciprocatio, qualis obſervatur in cæteris motibus convulſivis: In conſenſum ergo cum trahatur à ventriculo male affecto Diaphragma, ſolo irritatoque, catenus tantum movetur coacte quatenus illi poteſt inſervire, h. e. ſeſe movendo deorſum, quo motu comprimitur quodammodo ventriculus, juvaturque in contenti moleſti excluſione, quod fruſtra expectes ab ejuſdem motu ſurſum, quippe qui non juvat excluſionem contentorum in ventriculo.

Id quod dixi modo verum eſſe patet ex ſitu corporis, ac præſertim abdominis, ad promovendam ructuum, aut humorum quorumvis è ventriculo; tunc enim ſolemus corpus univerſum flectere antrorſum, quin crura attollere, quo anguſtia fiat in abdomine major, ſicque comprimatur anguſteturque magis magiſque ventriculus, quod ſimiliter promovet diaphragmatis motus deorſum: Cauſa igitur Singultus primaria in ventriculo hæret, ad ventriculum ſaltem fertur, atque ipſum primo afficit, mox in conſenſum diaphragma trahit. *Sylv. Append. Tract. 1. c. 4.*

3. *Eſt motus ventriculi convulſivus*) Si convulſio proprie dicta à motu convulſivo in eo differt quod illa ab Inanitione & Repletione fiat, hic ab Irritatione, Cur *Hippocr. aph. 29. 6.* Convulſionem & Singultum à repletione & inanitione fieri dicit, cum ſingultus ſit motus convulſivus? ℞. Repletionis nomen late ſumptum Irritationem etiam comprehendere, quia cauſæ irritantes materiales ſunt, atque adeo replent aliquo modo partes in quibus continentur: Sed hoc modo repletio non eſt cauſa proxima Singultus, ſed tantum mediata, quatenus partem in qua eſt quantitate vel qualitate ſua irritat ad expulſionem; Demum *Hippocr. & Galenus* motum convulſivum communi & generico convulſionis nomine ſimpliciter enuntiant. *Riverius.*

4. *Tenſione & dilatatione fibrarum*) Quæ variæ ſunt, ac prout hæ vel illæ afficiuntur, motus ventriculi vergit vel ad rectum, vel ad obliquum, vel ad tranſverſum, unde varietatem ſingultus deducit *Capivaccius Pr. l. 3. c. 10.* Ventriculus autem, juxta *Williſium de Med. Oper. ſect. 1. c. 2.* tribus conſtat tunicis, una *communi*, à diaphragmate orta; duabus *propriis*; externa internaque; Interior tota nervoſa eſt, ac in ſuperficie interna, ſubſtantia villoſa, ſeu filamentis rectis, tunicæ ipſi perpendiculariter inſertis, ubique obducitur; Fibræ potiſſime ad ſenſationem, & forſan quadantenus etiam ad motum faciunt; Quoad *primas*, hæ irritatæ *famem* excitant, atque præ ſiccitate aut ſalſedine corrugatæ, ab aromaticis &c. excalefactæ; *ſitim* inducunt, Si quando humores acres, aut acidi, has ſtimulant, aut vellicant, *Cardialgia* accietur.

Quoad *poſteriores*, etſi contractiones ſpontaneas ei prorſus denegemus, (*ait Williſ*) attamen ſatis mani-

feſto liquet eam frequenter diſtendi, inflari, intumeſcere, inque majorem capacitatem ampliari, quod ita fieri contingit, non ſolum à flatibus intra ventriculi capacitatem genitis, ſed longe ſæpius à ſpiritibus fibrarum iſtarum incolis: Hinc *Singultus* oritur, ejuſque reciprocationes, propter ventriculum per has fibras modo inflatum, & per diaphragmatis ſyſtolen, modo depulſum contingunt.

Proxima ventriculi tunica, quæ & propria, & per totum carnoſa, fibris omnino carneis conſtat, tantum motibus, iiſque ſolum contractivis obeundis inſervire videtur; Revera totum ventriculi corpus membrana, ſive panniculo hoc carnoſo, qui ipſum diverſimode pro variis, qui occurrunt uſibus, & officiis componat & contrahat, integitur; Quandoquidem enim ſtomachus circa chylificationis opus in varios geſtus alterari & modificari debet, id propter hæc tunica multiplices fibrarum motricium ordines nunquam ſatis admirandos continet &c.

Cum inſuper liquido pateat ſpiritus animales intra fibras nerveas, haud minus quam intra carneas moveri, inque iis non tantum blande ſcatere, ſed interdum valde irritatos, aut exploſos impetuoſius exilire, non dubitamus ſtatuere ſpiritus animales intra fibras nerveas, ſive membranaceas ſcatentes non modo ſenſiones, quæ proprium illarum munus ſunt, ſed & motus quoſdam locales, ſcilicet expanſiones ſive inflationes efficere; quippe dum ſpiritus animales in exploſiones acti, & inſigniter rarefacti, has fibras impetuoſius ſubeunt, neceſſe eſt viſcus ex iis conſtans ubiq; inflari, ejuſq; latera quaquaverſus explicari, ſummeque attenuata in majorem capacitatem ampliari; Profecto ex inſtituto naturæ quandoque ad hunc modum fieri convenit, nimirum ut dum partes quas membranæ conſtituunt, ſubtendunt, aut inveſtiunt, hoc ritu expanduntur, humores ſuperflui, aut moleſti, eiſdem infixi, aut adhærentes, *excuti* & ablegari poſſint. *Willis.*

Dom. Duncanus Explicat. nova & mechan. motuum Animal. qui cum *Platero*, *Sylvio* & aliis *Singultum diaphragmatis* præcipue *affectum* eſſe ſtatuit; quomodo hujus fibræ afficiantur ſic explicat; Si Diaphragmatis, *inquit*, oppreſſio, aut paralyſis, reſpirationis difficultatem inferre valet, itidem motus hujus convulſivus, inſignem reſpirationis anomaliam inducere debet, Quapropter in Singultu, (qui nihil aliud eſt quam agitatio convulſiva diaphragmatis) exſpiratio contingit admodum vehemens & moleſta: Cum enim tunc fibræ admodum intumeſcant, hinc ejus ſuperficies adeo convexa evadit, ut propterea Pulmo ſupra modum comprimatur, expellaturque aër; quo violenter ad epiglottidem allidente, ab ejuſmodi impulſibus excitatur ille ſonus & ſtrepitus: Fibræ autem diaphragmatis pluriminm intumeſcunt in ſingultu, quia inducta à quopiam corpore extraneo irritatio, in cauſa eſt ut repetitis vicibus in illas uberius & affatim irruant ſpiritus, unde inſolita intumeſcentia.

5. *Noxia tunicis Ventriculi*) Ideo à Vomitu diſtinguitur, eo quod materia quæ vomitu redditur in ventriculi cavitate continetur, & ille totus invertitur ut materiam excludat, In Singultu vero materia peccans tunicis ejuſdem infixa eſt, ideo ventriculus ſeſe conſtringit, ac fibras ſuas concutit ut eam excludat: Et ut Nauſeam quoque in hac definitione comprehendamus, dicimus motus ventriculi expulſivos fieri tripliciter, vel enim Natura quandoque vellet inſurgere ad expellendum, & non poteſt, aut ſufficienter ad hunc motum irritatur, & tunc nauſea fit: aliquando inſurgit & expellit, & fit vomitus; vel denique inſurgit ut expellat, ſed non poteſt expellere, & tunc fit Singultus. *Riverius.*

6. *Cum ſonitu*) Eſt hoc ſymptoma cum ſono, quia in ſpatio vacuo ventriculi aliquis aër, aut ſpiritus continetur, qui cum premitur, & per anguſtam viam redditur, ſonum facit, ut evenire docuit *Hippocrates* in ſternutamento, cum inquit, *Sternutamentum fit calfacto cerebro, aut humectata capitis parte inani. Aer enim intus contentus extra prorampit; ſonat autem quia per anguſtum eſt ei exitus.* Rondeletius.

7. *Signa*) Diagnoſis affectus per ſe conſpicua eſt, Cauſæ vero ſigna ita diſtinguenda ſunt, ut ſi *idiopathice* contingat, affectus magis continuus ſit, & humorum in ventriculo contentorum ſigna appareant, & affectio vomitu ſedetur: Humor vero peccans in ventriculo collectus, vomitu, aut ructu, aut oris ſapore aliiſque ſignis internoſci poterit: Si denique ab alterius cujuſdam partis morbo oriatur, ejuſdem ſigna ex propriis capitibus erunt deſumenda. *Riverius.*

Diagnoſis, ſi ratione generis ſpectes, res erit facilis, nam Singultus præſens, ceu ſorex ſono ſe prodit, ipſoque etiam ab ægro indicatur, dum alias imminentem [illegible], teſte *Hippocr. 1. Progn. ſ. 12. tx. 2.* interdum in febribus præſertim prænuntiant, Signa *cauſarum* ex varia ægri conſtitutione, victuque antecedente, atque ἰδίοις cujuſlibet humoris indiciis diligenti [illegible] eruenda æque ac *vermium*, *venenorum* &c. ſigna propriis ex fontibus haurienda: Si orificium ventriculi magis affligatur, cardialgia quoque ac deliquium quoque animi ſupervenient; Sin Gula ſimul laboret, præter difficilem reſpirationem, ciborum ad os regurgitatio moleſta erit. *Strauſſius.*

8. *Cauſa eſt materia*) Cauſa eſt utplurimum *humor, halituſve acer & flatus*, quovis modo, ſed imprimis acrimonia ventriculi orificium ſuperius mordicans & irritans: Nec puto facile abſque comite Acrimonia excitari *ſingultum*, cum ſæpe Ructus angant erumpantque varii, etiam tenaces admodum & glutinoſi, abſque omni ſingultu, quod non fieret ſi ſola glutinoſitate ſua orificium ventriculi angendo Singultum poſſent producere: Poteſt autem ille *humor, halitus*, flatuſve ortum habere à re nuper aſſumpta, licet frequentius originem ſuam habeat ab humoribus in corpore jam exiſtentibus, atque ad tenue inteſtinum confluentibus, ibidemque vitioſe efferveſcentibus, atque tunc aliqua ſui parte ad ventriculum aſſurgentibus, nunc halitus flatuſve acres producentibus, quæ ſimiliter eo tendentes Singultum poſſunt excitare. *Sylvius Append. Tr. 1. c. 4.*

8. *Cauſa eſt*) Cauſæ Singultus immediatæ proponuntur ab *Hippocrate* aph. 59. 6. *Inanitio* & *Repletio*, ſicut & convulſionis, *Galenus* & *Avicennas* tertiam addunt, nempe Irritationem à materia acri (*quæ ſola ab Authore proponitur*) Alii anxie laborant ut materiam irritantem ad repletionis genus trahant, quo ſententiam *Hippocr.* illæſam tueantur, Verum ubi res ipſa loquitur perſpicue, non opus eſt rerum evidentias propter authorum verba confundere & obſcurare: Quid enim clarius eſt quam Singultum fieri à facultate expultrice irritata? Quæcunque igitur irritationem illam efficere poſſunt, erunt cauſæ proximæ Singultus: Jam vero humores, & vapores, quantitate vel qualitate peccant ventriculum irritare poſſunt ad expulſionem, & ſic Repletio & Acrimonia erunt cauſæ diverſæ, toto genere diſtinctæ; Inanitio vero quomodo Singultum excitare poſſit, non eſt facile explicare: Cum enim illius eſſentia conſiſtat in defectu, nemo dixerit Naturam inſurgere ad defectum expellendum, quin potius movebitur ad illum reficiendum, ac reparandum, ac ſic

attractricem

[illegible] potius quam expultricem facultatem movebit. Si vero interdum Singultus magnas evacuationes ſequatur, ut in febribus acutis, malignis, & purgatione ex helleboro contingit, id non evacuationi ſimpliciter tribuendum, ſed potius malignæ cuidam qualitati à morbo, vel medicamenti ventriculo impreſſæ. *Riverius.*

Juxta *Hipp. 39. Aph. ſect. 6. Convulſio naſcitur vel à Repletione vel ab Inanitione, eodem etiam modo Singultus.* Cavendum tamen ne temerè perſuaſi, propoſitione illa generali, in ſingultu, in febrem peſtilentem incidente, evacuandi conſilium capiemus; quare Galenus neglectis duabus illis cauſis tertiam adſtruit. Nam, exempli gratia, in preſſu coſtæ, in maligna qualitate, in perfrigeratione ſumma, in deſcenſu Inteſtini, ſi, ut ſic fit, ſingultus contingat, an is à Repletione, an ab Inanitione? Si à repletione eſt, ecquæ illa repletio? repletio tamen eſt, cùm nemo tam Medicæ Artis ignarus ſtatuat inanitionem illius convulſionis cauſam eſſe, cùm itaque Repletionem cauſam ſui agnoſcat, quâ illi ope ſuccurrendum eſt? ſi enim à Repletione cauſam ducit, huic Inanitio utile eſt remedium; nemo tamen auræ Peſtilenti, aut frigidæ intemperiei, & illius oſu malum imminuitum fuiſſe, aut ſingultui à prolapſu inteſtini nato, evacuans remedium inſtituat; ut neceſſe fuerit Galeno ad peculiarem remediorum inſtitutionem tertiam aliquam ſingultus cauſam inducere, ſcilicet, Auram; Poſſumus & quartam & quintam cauſam agnoſcere, quàm ægrè aut ad Inanitionem aut ad Repletionem referemus: aut ſi referantur, nihilo magis proficitur, ſed tantùm res involvitur, & neſcitur ſæpe quid opis afferendum &c. *Conſ. 59. lib. 1. Ballonius.* Dum omnis Singultus cauſam ad Repletionem & Inanitionem referimus, nimis fortaſſe generaliter pronuntiamus: Hoc autem ſæpe erroris occaſionem in medendo prætexuit: ubi enim medicus putat ab Inanitione affectum non oboriri (non enim ſæpe & convulſio & ſingultus ab Inanitione eſt, quanquam fieri non negamus) ſtatim ad Repletionem tollendam ſe convertit: unde ut evacuationem moliatur, nullum non medicamenti genus experitur, indeque ægris periculum non rarò intentatur: unà enim cum humoribus, quos fruſtra medicamentum exagitat (utpote qui morbi cauſæ non ſint) anima ipſa evolat; ut cum ſingultus à preſſu coſtarum, à maligna aurâ, à perfrigeratione, à prolapſu inteſtini oritur, ab Inanitione quidem non eſt, An à Repletione? Si à repleno, quænam? & quod remedium adhibendum? *Idem l. de Convulſ. c. 7.*

8. *Cauſa eſt materia in toto ventriculo &c.)* Veram ſingultus cauſam putat *Franc. Sylvius* Quicquid ad violentam, non tamen durantem, ſed mox interruptam, ceſſantemve, iterumque ſæpenumero repetentem ſui contractionem, *Diaphragma* cogere aptum eſt, ſive illud in ventriculo reperiatur; ſive idem ex tenui inteſtino, à vitioſa humorum confluentium effervèſcentia excitatum humoris, halitus flatuſve forma eo aſſurgat, & ſuperius ventriculi orificium ita, rodendo præſertim afficiat, ut ipſum ambiens Diaphragma ſimul afficiatur; ſive idem in thoracis abdominiſve cavitate concluſum immediate *Diaphragma* mordicet, vel ad ipſum per vaſa ſua deferatur, ac in ejus ſubſtantia hærens partes ipſius ſenſiles rodat, vel quovis alio modo ad moleſtam illam, convulſivamque ſui contractionem ſolitariam, & ſubinde continuo repetentem ipſum adigat: Quapropter *proprium Diaphragmatis*, nequaquam ventriculi *affectum* judicat Singultum; quæ ſententia quoque fuit *Fel. Plateri.*

9. *In toto ventriculo interdum reſidens)* Sed ita ut Diaphragma in conſenſum trahatur; Ventriculi læſionibus (*inquit Platerus in de Deprav. Reſpir.*) ſi ſeptum illi conſentiens offendatur, ad motus depravatos per exſufflationem edendos concitatur; cum enim non tantum ventriculo propinquum [illegible] que incumbat, ſed & eandem cum ventri[illegible] monem tunicam ſortiatur, eoſdemque nervos in orificium ventriculi & ſeptum inſertos accipiat, non mirum ventriculi incommoda ſeptum perſentire, & cum ventriculus ut illa excutiat, inſurgit, ſeque aperit, ſeptum quoque motu ſuo ventriculum, ut illud rectius præſtare poſſit, impellere, adjuvantibus, ſi magna vi opus ſit, reliquis thoracis muſculis: & quemadmodum ſeptum, opitulantibus abdominis muſculis, inteſtina, cum excrementa dejectura ſunt, premendo, excretionem illorum promovere ſolet, ſic & ventriculum motu ſuo, ad exturbandas noxas juvare, eoque vel leviore, ſi vi minore; fortiore, ſi majore conatu opus ſit. Si enim intrinſecus tantum à ventriculi lateribus offenſa excutienda eſt, motus ille qui per Singultum fit, ſufficit, per quem ſeptum ventriculum concutit, illiuſque expultricem adjuvat, ut adhærentem materiam quæ illum irritabat, in illius cavum deturbet, reliquis contentis permiſceat, unde mox ſtimulo illo ceſſante, quo expultrix ſollicitabatur, ſepti motus, qui ſingultu perficiebatur, remittit; vel ſi materia rurſum ventriculo ſe agglutinet, aut ab eo ægre recedat, ſingultus repetit, diuque ſæpe perſeverat: Vide §. 1. *Singultus eſt motus ventriculi convulſivus.*

Ratio quæ me impellit ut credam Singultus Diaphragma eſſe ſedem, hæc eſt quod ille cohibeatur reſpirationem ſiſtendo; id quod nequaquam contingeret ſi ventriculi motus ille eſſet convulſivus, quæ vulgaris eſt opinio, eo ſolum fundamento innixa, quod hoc ſymptoma tantummodo contingat quum fruſtum aliquod negligenter maſticatum deglutitum fuit; Sed cum ventriculi motus nequaquam noſtri arbitrii ſint, veriſimile non eſt ſingultum inhiberi poſſe coërcendo reſpirationem: Neque tamen abnuo illius orificium ſuperius in conſenſum trahi, eodemque motu convulſivo affici, ſiquidem orificium illius inſigni nervorum copia donatum eſt, quorum ope exquiſito ſenſu pollet; atque affectum in illo initium ducere, ſi ſingultus excitatus fuerit à fruſto cibi ibi ſubſiſtente: Quin & auſim aſſerere motum in hac parte inchoari, ac momento temporis ad diaphragma commeare, cui continuum eſt: Huic continuitatis rationi altera adjungi poteſt, deſumpta à nervorum communione; Octavum enim par utramque hanc partem adit. *Duncanus l. c.*

9. *In toto ventriculo)* Subjectum ſingultus quodnam ſit, Veteres uno conſenſu Ventriculum aſſerunt, Rogantibus vero, ſecundum quam partem ventriculus afficiatur, Reſpondet *Galenus comm. in 6. aphor. 39.* ſecundum *orificium* affligi: Interea alii ſingultum totius ventriculi affectum eſſe aſſerunt, quibus ipſe *Galenus 2. de Cauſ. ſympt. c. 6.* faculam præfert; Nos utrumque recte dici cum nonnullis aſſerimus, modo inter *Singultus eſſentiam & cauſas* probe diſtinguatur. Illam enim quod attinet, Singultus ſedes eſt orificium ventriculi ſuperius, utpote quod exquiſito ſenſu gaudet, & propterea ad moleſtorum expulſionem facile movetur: *Has* vero ſi ſpectes, totus ventriculus partis affectæ rationem ſubit, ſiquidem cauſa modo in ore ventriculi, modo etiam in ipſomet ejus corpore continetur.

Interim communi medicorum fere omnium ſententiæ adverſantur *Platerus*, *Sylvius* & alii, At etiamſi conſenſus ille, quem cum ventriculo thorax, diaphragma & abdominis muſculi habent, negari non poſſit, tamen cum facultas ventriculi expultrix in ſingultu primario irritetur, motumque hunc proxime efficiat, nondum tamen iſti ſententiæ ſubſcribere valemus.

Multo minus noſtram illis adjiciemus calculum qui *Singultum* eſſe *affectum Pulmonis* volunt, innixi *Ariſtotelis* problemate, quo *ſect. 30. Q. 1. & 2.* ſingultum inſtigationem eſſe loci qui eſt circa *Pulmonem* perhibet, & q. ſ. illum fieri putat, quoties ſpiritus vacuans ab humore in loco ſpiritus detinetur, facile enim hæc talia diſcutientur ſi inter verum & ſporium ſingultum diſtinctio fiat. *Strauſſius.*

Fr. Sylvius proprium *Diaphragmatis*, *neutiquam ventriculi*, affectum judicat Singultum, cum, præter dicenda, voluntarius eſſe po t, & à quovis omni tempore pro lubitu excitari queat: Læditur, *aut Pr. l. 1. c. 33. §. 7.* Expiratio in *Singultu*, in quo deprehenditur Ventriculi regio ſubito & violenter antrorſum extrorſumque propelli, ceſſante mox, ſed ſæpenumero iterum repetente motu illo vere convulſivo, adeoque tunc moleſtiſſimo & graviſſimo ægris ſymptomate. In ſingultu autem illa ſui motus parte Diaphragma cenſeo affici qua inſervit Expirationi, quæque in aperto, brutis adhuc viventibus, abdomine, vi ſatis magna verſus ventriculi regionem contrahi tactu non minus quam viſu percipitur. Trahi tamen in plurimum ad ſingultum producendum, ab affecto prius ventriculo, Diaphragma in conſenſum non negaverim & præſertim ab acribus halitibus, vel flatibus, vel humoribus, undecunque accedentibus, & quacunque demum via ad membraneum diaphragmatis centrum penetrantibus, ipſumque pungendo vel rodendo ad convulſivum illum motum efficiendum irritantibus.

Singultus non eſt convulſio ventriculi (*aut Craanen Pr. Med. Reform. c. 7.*) quia in ventriculo etiam vacuo nunquam ſatis aëris continetur ad ſonum iſtum efficiendum, verum eſt convulſio muſculorum diaphragmatis, ob communionem nervorum ejus cum ventriculo: Singultus ortu forſitan etiam poteſt à convulſione ventriculi, facta ab humoribus acribus in tubulis ejus hærentibus, & fibras ejus vellicantibus; & ſic ſpiritus in ventriculum influendo, convulſionem ejus efficiunt, qui convulſus premit forte ita diaphragma ſurſum, ut aër ſubito ex pulmonibus expellatur, qui ad laryngem alliſus ſonum edat ſingultus; quemadmodum è contrario in convulſione muſculorum diaphragmatis aër ſubito per connivenentem laryngem & epiglottida impellitur.

10. *Sed ventriculum ſeu qualitate inimica, ſeu compreſſione)* Nobis nequaquam negotii hic eſt cum inanitione & repletione illa Hippocratica; quoniam ventriculi, præſertim ejus ori membranæ, intervallata hæc ventriculi concuſſio attribuitur, dum dicta tunica ab acid, acribus, vel alia ratione infeſtis humoribus, vaporibus lancinata convulſionem hanc efficit quibus s, aut depreſſis ac præ pitatis, velb ilo illa. & provenients ſingultus ſtatim etiam ceſſat

Repl igitur illa non immediata, ſed mediata ſaltim hujus mol ſtæ cauſa: Præſertim vero magi ſuſpectum inducit ſingultum virulenta, maligna & animata putrilago, ſi tunicis ventriculi illa ſit impacta, atque ibidem contumaciter adhæreat, nec non aſſidua lancinatione affligat quia mali itatis dominium proſtrata & ſubjacente tunc natura exinde manifeſte colligitur. Unde in febre maligna & peſtilentiali, nec non quibuſvis morbis graviſſimus, ſumme exitiale ſignum præbet ſingultus, adeo ut *Epiph. Ferdinandus* Deum teſtetur hoc ſignum ad mortem certo prædicendam ſe nunquam decepiſſe. Quo ergo malignior & ejus characteris erit materia peccans, eo graviorem vehementioremque ſingultum etiam pariet, ſicuti apud Practi. os portentoſi ſingultus non pauca exempla cernere licet. *Chr. Langius Pathol. Anim. c. 36.*

Singultus (utpote convulſionis ſpeci ab obſtructione producitur, nam peccat hic intemperies calida, eaque cum ſalſedine aut aciditate vellicante conjuncta. *Craanen Prax. Reform. c. 70.* Omnis convulſio excitatur cum acrimonia quadam hæret inter fibras muſculorum, quæ fibrillas nervorum vellicat. *Idem cap. 52.*

11. *Qualitate) Qualitatem ſpiritalem* accuſat *Capivaccius Pr. l. 3. c. 10.* quo reſpiciens, *aut* Aëtius, ſingultum fieri dicit in tetanis, in animi deliquiis, in alto ſopore; In tetanis, ut arbitror, quia qualitas ſpiritalis ventriculo impertitur à nervis, non vapor, non aliqua materia, In animi deliquiis impertitur à corde, In ſopore profundiore, à cerebro: Et hinc etiam *Avicenna* ſcribit ſingultum fieri in capitis percuſſione, quia tunc ſpiritalis qualitas à cerebro communicatur ventriculo.

Prognoſis, Curatio.

12. *Curatio* eſt 13. *Nulla*, *ſi* delirium in eo obvenit, quia aut à 14. ventriculo inflammato vapores acres ad caput attolli, aut à cerebro inflammato malum cum nervis orificii ventriculi communicari, indicium eſt: *ſi* in ſomno profundo, animi deliquio aut tetano oboritur.

Dubiæ ſpei, *ſi* in eo lipothymia metuenda eſt, *ſi* ſenibus ſupra modum purgatis obvenit, *ſi* ab inflammatione hepatis oritur, 15. *ſi* à vomitu invadit, quia ventriculum vel cerebrum non parvam pati inflammationem indicio eſt, *ſi* in vomitibus ſinceris accidit, quia magnum aliquod partium circa ventriculum incendium ſignificatur: *ſi* ab ileo incurrit, quia partem nervoſam cerebro conſentientem affici indicio eſt, *ſi* cum aphonia conjungitur.

Reſpicit I. 16. *Symptoma ipſum*, quod cohibetur 17. ſtuporem inducentibus, ut *philonii Romani* ſcr. j. *Croci*, *Cinnamomi ana gr.* ij. *Laudani opiati* gr. j. *cum ol. ſalviæ q. ſ.* nec non, *nodulo* ex *ſemine anethi* & *papav.* in potu.

II. *Cauſas.* de quibus conſulantur Differentiæ.

14. *Curatio* A quacunque cauſa oriatur Singultus, ſequentia utiliter uſurpari poterunt: 1. Humoris peccantis evacuatio per *vomitum*, ſi æger facile ferat, & reiteranda vomitio, ſi affectum imminuat, non autem prorſus auferat; etiam fortioribus exhibitis ſi neceſſitas exigat, ut docet *Platerus* in ſua praxi, cujus rei experimentum proponit in Obſervationibus, de Chirurgo qui b morb ltu frangebatur, ad extremo & ipſe vomitoriis datu bis unde i ilis æ ugmoſe cop vomuit aliquoties, ſuique ſanatus: Si æger vomitum averſetur, per inferiora *expurgandus* eſt.

Præparandus humor ante vacuationem, aut ipſius iterationem, incidentibus & abſtergentibus, poſtea ſequentia conveniunt, *Cucurbitula* admota dorſo in regione ve riculi, v parti anteriori ejuſdem culi per ſcriam *Ariſtæ*, quo minus dilatari que t, Ext emorum *atura Semen aniſi* aſſumptum, od p cultat ter ſing tum ledare creditur; *Clyſteres* q ientes, qui humores noxios à ventriculo revel *Animalia* juniora ven triculo admota, *Acetum ſcilliticum ex cochleari uſurpatum.*

Galenus

Galenus l. K. [illegible]. proponit medicamentum *Aſclepiadis*, cujus ſingula examinat ſimplicia, idque probat, quaſi omnes habeat facultates ad hanc intentionem idoneas, [illegible] di[illegible]ndi & evacuandi materiam noxiam per alvum & lotium, roborandi ventriculum, & poſtremo mitigandi acrimoniam humorum.

℞. *Coſti*, vel [illegible]us loco *galangæ*, *croci*, *ſpicæ nardi*, *roſar. recent. maſtich.* āā. ℈iv. *azari*, *aloes* āā. ℈ij. *opii* ℈j. *cum ſucco pſyllii fiant Paſtilli, de quibus detur* ℈j. *ſingulo mane.*

Ad hujus imitationem brevius parati poſſunt Pilulæ pro una dozi *ex aloes* ʒj. *laudani op. gr.* ij. *vel* iij. Si animus ſit m[illegible] purgare, addi poſſunt *diagridii gr.* iij. vel [illegible]. *Platerus* in obſervationibus refert ſe puerum x. annorum, per octiduum dies noctesque ſingultientem, curaſſe aqua *nucum viridium* cum *raphano* prius in aqua maceratarum de[illegible]latæ quam vomitionis excitandæ gratia propinare ſolebat. Verum etſi minime vomuerit, tamen ſtatim ſingultum deſiiſſe, & cum denuo ſub noctem hauſtum bibiſſet, ab hoc ſymptomate penitus [illegible] liberatum.

Foreſtus narrat ſe hominem gravi ſingultu laborantem curaſſe unico hauſtu decocti ſeminum *anethi, carvi, portulacæ* & *papav.* [illegible] *in* [illegible]*grevi in teneuiori.*

Claudinus [illegible] dat *diaphœnicum cum Philonio Romano* ubi cau[illegible] & [illegible]mptoma valde urgent. *Riverius*, Vide plura [illegible] §. [illegible] *Humores frigidi*)

In omni ſingultu præſentiſſimum affert remedium ʒj. *cornu cervi uſti cum vino rubro* exhibitum. *Fr. Joel.*

Prognoſis.

[13]. *Curatio nulla ſi &c.*) Prognoſin quod attinet, Singultus qui à cauſa aliqua procatarctica, ut cibo, potu, aut frigore exoritur, periculoſus non eſt; tum etiam ille qui criſin per vomitum interdum antecedit; ſed tunc reliqua ſigna in bonum conſentire & ſalutaria eſſe debent.

Si quis in laborioſa febre ſingultiat, morbo laborat peſſimo, Hippocr. in Coacis. Fit enim ille Singultus ab humoribus acribus & malignis, tunicam ventriculi interiorem vellicantibus, & facultatem illius expultricem ſtimulantibus: Et dicit *Valleſius* ſe nullum vidiſſe ſervatum, in extenuatis, aut febre ardente vel maligna correptis, cui ſingultus ſupervenerit: Sic apud *Hippocr. 3. Epid. ſect. 2. Ægro 12.* Mulier quæ in mendacium foro habitabat, die xij. frequentes ſingultus patiebatur & xiv. interiit. *Riverius.*

Singultus in *febribus acutis* ſi accidat, diuque perſeveret, cum ſeptum tunc graviter afficiatur, convulſiones minatur, mortemque ſæpe præſagit. *Platerus.*

Singultum jam magis jam minus metuendum eſſe docent *Febres ſingultuoſæ*, quas *Hippocr. 4. acut.* deſcribit; Infallibile mortis ſignum judicat *Epiph. Ferdinandus* ſi febres malignæ ſingultum comitem habuerint, id quod confirmat *Mercurialis comm. in 3. Epid.* Interdum tamen aliter evenire oſtendit *Zacutus Med. Pr. p.690. & Tilingius Miſc. ann. 2. p. 124.*

Si diu duravit, difficile curatur, quia pori muſculorum diaphragmatis aſſueſcunt præternaturali huic figuræ, ad hunc acrem humorem recipiendum & intra ſe ſervandum, per quem etiam poſtea ſæpius ſingultus producatur. *Craanen.*

Malum hoc in genere conſideratum, neque per ſe lethale, neque etiam incurabile cenſendum: Conceptam ſalutis ſpem periculoſum cauſarum, hincque dependentium [illegible] pondus ad[illegible] dubiam reddit. Cæterum ſatis *diuturnum* quandoq; eſſe ſingultum, & non ſolum a[illegible] 8. [illegible] 2. aut plures dies, ſed etiam ad aliquot annos, teſte *Bartholino cent. 2. Hiſt. Anat. 4.* durare, imo vero continue affligere ſolet, prout adoleſcens apud *Rhodium cent. 2. ob. 6.* ob xr. thoracis vertebram compreſſam expertus fuit. *Stranſſius.*

Criticus eſt ſalutaris qui quarto [illegible] ſupervenit febribus, apparentibus coctioni[illegible], ſi [illegible] ſymptomaticus eſt: *Epiph. Ferdinandus hiſt. 43.* refert Theologum 20 dies ſingultiiſſe, tandem *mechoacan*[illegible] ſtimulo liberatum. *Rolfincius Epiſt. p. 208.*

[14]. *Ventriculo*) Ventriculi vitio ſi fiat magnaque illius ſit offenſa, uti ab helleboro, veneno, aut erodentibus & ſtimulantibus pro[illegible]ns aut morbo alioquin gravi, ut inflammatione mortem prædicere & inferre ſolet. *Platerus.*

[a]. *Si ab inflammatione Hepatis*) *A Jecoris inflammatione Singultus malum*, Hippocr. aph. 17. 7. Singultus tum Jecoris inflammationi ſupervenit, ut docet *Galenus in comm.* quando inflammatio auctior & deterior evadit, tunc enim magna inflammatio in hepate eo uſque accrevit, ut vehementer ſuperiori ventriculo incumbat & ſingultum inducat: imo vero affluente materia nonnunquam inflammatio aut eryſipelas gignitur in ipſo ventriculo; Sin minus ab ea ventriculi tunicis inhibita morſus excitatur. *Riverius.*

Ubi Singultus alterius affectus gravis, febris acutæ, inflammationis &c. eſt ſymptoma, ſponte illo curato remittere ſolet, quamvis tunc nil obſtet ſimul uſurpari prudenter *Opiata*, vel ſudoriferis, vel quibuſvis alter[illegible]bus, affectuique primario, humorive vitioſo corrigendo dicatis medicamentis addita, & ſubinde aſſumpta: A quibus ſi blandus ſudor promoveatur, & ſymptomata cætera una cum Singultu minuantur, bene ſperandum, ſin minus male. *Franc. Sylvius ibid. §. 27.*

[15]. *Si à vomitu invadit*) *A vomitu Singultus, & oculorum rubor malum, Aph. 3. ſ. 7.* Duo hæc ſigna ſi vomitui ſuperveniant in morbis acutis, & ad aliquod tempus perſeverent, ideo lethalia habenda ſunt, quia inflammationem cerebri aut ventriculi indicant; quæ inflammatio non modo ipſius ſingultus ac ruboris oculorum cauſa ſit, ſed etiam vomitus. Si enim vomitus cierentur ab humoribus acribus os ventriculi ejuſque tunicas mordentibus, excretis per vomitum illis humoribus, ceſſaret vomitus & ſingultus, nec à vomitu ullus vapor acer ad oculos deferretur qui oculos rubros efficeret: At cum vomitus non ſolum non profuerit, ſed etiam poſt ſe ſingultum & oculorum ruborem invexerit, certiſſimum eſt illa tria, vomitum, ſingultum, & oculorum ruborem, ab inflammatione ventriculi aut cerebri dependere; Cerebrum enim inflammatum ſanguinem ad oculorum venulas exprimit præ copia, & in externam oculi tunicam effundit, unde oculorum rubor, cui ventriculus conſentiens per nervos ſextæ conjugationis, admodum inſignes, ab ea, cerebri inflammatione facile in vomitum ac ſingultum impellitur: Ventriculus quoque inflammatus vomitum, & à vomitu ſingultum, & una cum ſingultu ruborem oculorum invehit, facto concurſu ſanguinis fervidioris ad oculos ob maximum conſenſum qui inter partes iſtas intercedit, quem facile oſtendunt initia inſuſionum, imaginumque ante oculos apparitiones quæ plerumque vitiato ventriculo contingunt: unde merito *Hipp.* l. de Locis; à vomitu oculos maxime lædi aſſerit. *Riverius.*

Curatio.

[16]. *Symptoma ipſum*) *Mentham* ejuſque *aquam* inprimis conducere ſedando ſingultui ſe obſervaſſe ait *Fr. Sylvius App. tr. 1. c. 5. Oris ablutiones & gargariſmata* ex *aqua frigida* ſingultum compeſcunt.

Manus & pedes aqua calida immergere prodeſt, vel ſi omnino in ea ſedeant. Ligaturæ extremorum juvant.

Reſpiratio ſi aliquandiu contineatur, quia tunc ſepti motus ſiſtitur, facit ut Singultus mi[illegible]me infeſtet. Sic

quoque aliquoties repetita *deglutitio* paulo vehementior *aquæ*, aut etiam ſine liquore ingeminata, ſæpe Singultum ſiſtit. Vel contrario modo, *clamore & vociferatione, curſu reſpirationem conciture*, quia & reliqui thoracis muſculi una tunc cum ſepto ventriculum in excutienda noxa juvant, ſingultum compeſcit: *Animi motus* ſubitanei, ſpiritus revocando, eum tollunt.

Commoventur autem perterrefactione, clamore, aliiſve, & inprimis aſperſione aquæ frigidæ ex improviſo in faciem, *Alyſſon* manibus geſtatum *Dioſcorides* ſingultum ſolvere tradit. *Platerus.*

Bonum eſt faſcia diligenter ventrem comprimere; minor enim fit ſingultus quando minus dilatatur ventriculus, aut minus corpus exagitatur: Et quia compreſſio per faſciam ſingultum facit minorem, ob id puto aëris retentionem, non tam calefaciendo, ut *Galenus* putavit, quam intendendo ſeptum tranſverſum conferre, Eo enim diſtento premitur ventriculus. Mulieres imperant Singultientibus ut cogitent quo in loco viderint B. Virginem lactantem Chriſtum, ut ex illa cogitatione inſpiratio retineatur, quæ prodeſt ut dictum eſt. *Timor* repente factus, ob repentinam ſpirituum motionem, & ceſſationem à reſpiratione, idem præſtare videtur. *Rondeletius.*

17. *Stuporem inducentibus*) In craſtinum purgantis dari poteſt ℨj. *theriac. rec.* quando ſingultus eſt fortiſſimus: quo tempore etiam *ſyrupus de papav.* cum *aqua lactuc.* noctu dandus eſt, addendo parum croci; Conciliat enim ſomnum & partem minus ſenſibilem facit, obtundendo ſenſum: Illius rei cauſa non veritus eſt *Galenus* compoſitiones dare paratas ex *Opio*, ut *Philonium* &c. *Rondeletius.*

Symptomati urgenti, vel potius hinc indicatæ cauſæ vehementiæ, imprimis conducunt Opiata, quippe quæ humorum acrimoniam temperant non modo, verum etiam ventriculi ſenſum obtundunt, ſpirituſque animales ad motum torpidiores reddunt; Exigua autem doſi, per vices uſurpari tamdiu debent donec ſingultus aut ceſſet, aut ſenſibiliter minuatur. *Stranſſius.*

Singultum prope continuum aliquando curavi *tinctura Opii* veræ cochlear unum dando, extractæ ſ. a. cum alkool vini, & ſæpiſſime per chartam bibulam tranſcolatæ, ut ſubtiliſſima tantum opii pars in ſpiritu vini maneat, quæ tinctura miraculoſe ſingultum ſedat; In tinctura opii, ut præſtantior pro ſingultu evadat, diſſolvi poteſt aliquis ſal ſudoriferus. *Craanen.*

Pilulæ de cynogloſſa non ſunt rejiciendæ, nam acrimoniam temperant. *Idem.*

17. *Stuporem inducentibus*) Hoc monemus, *Opiata* præ aliis omnibus conducere in curando ſingultu quovis, non tantum quatenus quoſvis acres humores temperant, ſed ſuper quatenus ventriculi ſenſum obtundunt, & forſan ſpiritus animales quoque faciunt ad motum torpidiores; dummodo per vices exigua uſurpentur quantitate, atque tamdiu donec uſus ceſſet, aut totaliter minuatur Singultus. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 23.* Senſum ventriculi etiam obtundimus nonnihil ut ſic minus noxas ſentiens minus afficiatur, quod fit dando *theriacam, mithridatium*, quibus *tormentillæ* pulvis utiliter permiſcetur, quæ etiam ſi à *veneno* Singultus fiat proſunt, uti alia multa antidota; Sed & alia narcotica, ſi neceſſitas urgeat, & Singultus ſomnum impediat, dari poſſunt. *Platerus.*

8. *Cauſas*) Cauſæ irritantis remotio omni opera promovenda, Materiamque præſidiorum triplex ſuppeditat fons; Quoad *Chirurgicum* plurimum ſe commendat v. ſ. utpote cui ſoli, in brachiu quidem liberalius adminiſtratæ, pertinax & periodicus Singultus, fruſtra adhibitis aliis tandem ceſſiſſe legitur in *Act. Hafn. Ann 1671. p 148.* Nempe ipſa quoque natura ubi non raro hac ratione ſuccurrere conatur; Unde ſexagenarium, incredibili ſanguinis copia effuſa, à convulſione & ſingultu liberatum *Hollerius* ſcribit.

Quam ingens ſubſidium, in *cauſa* præſertim *flatuoſa*, afferre queat *cucurbitula* ventri appoſita, teſtantur *Mercatus Pr. l. 3. c. 5. Fonſeca T. 2. Conſ. 27. Zacutus Prax. Adm. l. 3. obſ. 20.* exemplo ægri febre ſingultuoſa laborantis, cui ipſa opiata in vanum exhibita fuerunt.

Inprimis evidenter auxiliatur Chirurgica ἐγχείρησις dum coſtas e. g. ad ventriculum detortas artificioſe erigit; qua ope quidam apud *Fernelium Path. l. 6. c. 3.* reſtitutus perhibetur.

Pharmaceuticus Fons tam ἄνω quam κάτω Evacuantia ſuppeditat, Sic *Platerus* Chirurgum ſingultientem, cum ad extremum debilitato nihil profuiſſet, tandem vomitorio Chimico feliciter reſtituit, & *Langius* cuidam per decennium ſingultu laboranti *ſal vitrioli* ad ℈ij. cum vino malv. ſumendum non ſine magno juvamine præſcripſit: *Epiphanius Ferdinandus hiſt. 43.* iterata *mechoac. alba* doſi ſingultum 14. dierum ſuſtulit, *Riverius cent. 3. obſ. 42.* ſe puellam 13. ann. *calomel.* ſui h. e. *merc. dulc.* gr. xvj. & *diagrid.* gr. viij. à ſingultu liberaſſe ſcribit: Tutius quandoque blandioribus res peragitur, interdum duro nodo durus adhibendus cuneus &c. *Stranſſius.*

Oportet in ſingultu curando cauſam prius animadvertere, Sic ille qui ſingultum habebat ex ventoſitate, ſequenti remedio evaſit,

Philonii ℈j. *diagalang.* ℈ij. detur cum vino.

Alteri & hoc ſequens profuit

℞. *Theriac. opt.* ℨj. *pulv. dictamni* ʒß. exhibitum fuit cum vino. *Foreſtus l. 12. obſ. 12.*

Differentiæ.

18. *Differentiæ* ſumuntur à cauſis, 19. & aliis.

I. Alius eſt *à cauſis externis*, ut 20. *coſta verſus ventriculum contorſione* quæ erigenda:

Refrigeratione, 21. ſeu ob aërem, ſeu ob 22. potum frigidum, ubi 23. compreſſio ſpiritus, & inunctio dorſi ac ventriculi κ. oleis calidis juvat.

Alimentis vel medicamentis acribus; 24. ubi *ptiſana cremor*, vel *oleum amygdalorum* dulcium remedio eſt.

Evacuatione nimiâ, quam ſiccitas & corrugatio ventriculi inſequitur, ubi *emulſio ſemin. quatuor frig.* cum analepticis temperatis locum habet.

Cibis corruptis, 21. quos *aloë* exturbat.

Veneno aſſumto, cui *Theriaca* obviat.

Alius 2. ab *Internis*, ut ſunt

1. *Humores calidi & acres* qui aliquando febre declinante ad os ventriculi deponun-

tur, ita ut affectus ad duodecimum diem duret. [28] Expoſcunt vomitum vel [29] purgationem lenem. *Terra ſigillata*, *bolo armeno*, miteſcunt.

II. *Humores* [30] *frigidi*, qui incidendi & evacuandi. [31] Valet *Extractum* [32] *Caſtorei*, *Oxymel ſcilliticum*, *Elixir proprietatis*. Habet [33] & ſternutatio locum.

III. [34] *Flatus*, [35] qui *nodulo* ex [36] *ſemine anethi & papaveris* compoſito, *Oleo cumini*, *olei ex ſemine anethi extuſi gutt.* IV. *Cum olei amygd. unc.* ij. [37] *Cineribus quernis vino malvatico* aſperſis [38] impoſitis, [39] *emplaſtro* de baccis lauri, *ſpermatis ceti* non rancidi dr. ſ. cum *cryſtall. nitri* ſcr. j. & *ſalis gemmæ* gr. ſ. diſcutiuntur.

IV. *Pus*, quod in inflammatione hepatis fieri ſolet.

V. *Morbi interni*, ut [40] inflammatio hepatis, uteri, [41] ventriculi, cerebri, [42] vel alterius partis: nec non [43] *febris*, in quibus nota

In *principio febris* leni evacuante tolli debere. In *ſtatu*, quia criſis futuræ per vomitum ſignum eſt, metuendum non eſſe. *In augmento*, vel *humorem ad ventriculi cavitatem* confluere, & tum ſingultus eſt rarior, & aſſumto cibo vel levi medicamento ſedatur:

Vel *in ventriculi ſubſtantiam*; & tum ſingultus eſt ita frequens ut præco æger ſuffocari videatur: ſtupefacientibus, ſi ob vehementiam febris purgare non licet, ſiſtendus eſt. Laudatur [44] Emulſio *ſemin. frigidorum major*. in qua *laudani opiati* gr. ij. *ſalis prunellæ* dr. j. diſſoluta.

[18] *Differentia ſumuntur à cauſis*] *Cauſa* proxima atque *immediata* juxta noſtram Singultus deſcriptionem, eſt *Facultatis expultricis irritatio*, ſive ἀποκριτικῆ δύναμις irritata, quam Veteres agnoſcunt, neque Recentioribus quibuſdam in totum diſplicet, Veram proinde Singultus cauſam putat *Sylvius de le Boe*, quicquid ad violentam contractionem Diaphragma cogere aptum natum eſt, Id quod nobis de Ventriculi Expultrice irritata explicare, non invita veritate licebit.

Mediatas cauſas, & quidem *proximiores*, *Hippocrates* Repletionem & Inanitionem commemorat: (Vide §. *Cauſa eſt ex Riverio.*) Sed tantum abeſt ut pro cauſa immediata obtrudi debeant, ut potius ſola *irritatio*, ſeu vellicatio, ſi rem diligenter perpendamus, ſufficere poſſit.

Quoad materiam ὑλικὴν, corpulentam, non ſolum *humores biliosi*, *pituitoſi*, *melancholici*, ſed etiam *ſanguis extravaſatus* & *ſanies*, imo ipſe *chylus*, etiam non corruptus, ſed accidente naturali moleſtus, moleſtior tamen in cruditate acida, vel nidoroſa, malo anſam præbere & poſſunt & ſolent.

Quoad πνευματικὴν, *materiam vaporoſam*, peccant ſæpenumero Flatus craſſiores, qui ab improportionato objecto, & reſpectiva ventriculi, bujuſve potius nativi, caloris debilitate progeniti, ſtomachi œconomiam naturalem turbant irritantque, quales effectus etiam vapor à membranis imbibitus, acris, ſalſus, acidus, malignus, vel ex alia quadam materia corrupta & putreſcente oriundus edere non raro ſolet.

Paracelſus l. 1. de Tartaro, præcipuam cauſam ab eo, & hinc facta oppilatione hepatiſque obſtructione excitata deducit, ipſumque quoque tartarum ſæpius impingi ventriculi tunicis ſcribit, hincque acrem, acidum, ſalſum, vel malignum evadere & ſtomachum rodere.

Chymiatrorum nonnulli Sal reſolutum & iterum coagulatum accuſant. *Joh. Petrus Faber* domeſticum ventriculi vitium incuſat, ad imitationem forſan *Helmontii*, qui paſſim acorem ſuum, in propria domo degeneratum hujus mali cauſam ſtatuit: Hinc ab Acido peregrino ſylveſtri, ceu exoſo hoſpite, ſtomachum anguſtiari ait Interpres ejus *Grembs*, ad quem expellendum, licet *Archeus* per Blas ſuum motivum aſſurgat, tamen invalidam iſtius potentiam ſuccumbere.

Carteſiani in particulas improportionatas & aſperas diaphragma vellicantes, & ad motum talem inordinatum agentes culpam transferunt.

Dolæus Encych. l. 3. putat Regem Gaſteronacem, in ſtomacho reſidentem, peculiari artificio Sal volatile quoddam elaborare, quod ubi in acidiores & tenaciores degeneret ſordes, hæque orificio ventriculi ſuperiori adhæreant, tales turbas movere.

Sed ſi ſingulas probe examinaverimus opiniones, fatendum eſt quoad rem ipſam eas Veterum doctrinæ non adeo adverſari, unde cuilibet ſuum explicandi modum relinquimus, optantes ut nonnihil magis perſpicue loquantur, vel ſaltem Veterum facultatem ſtomachi *expultricem* irritatam non ſtatim exſibilent, aut Humoriſtis crucem figant; pleræque enim recenſitæ hypotheſes nihil aliud quam acrimoniam & vim irritantem in humoribus, vaporibuſque latentem, Antiquis non ignotam adducunt: Hinc *Sylvius de le Boë* & cum eo plurimi Chymiatri, vitioſam humorum confluentium efferveſcentiam, ſæpe ſub flatuum forma aſſurgentem, parteſque ventriculi ſenſiles rodentem commemorant.

Cauſas mediatas remotiores quod attinet (in claſſe *rerum naturalium* ὁ συμπάθεια ſtomachi debilioris agmen ducit; *Ætatis* ratione, infantes & pueros ob ἀδδηφαγίαν ſingultus ſæpe corripit.

In claſſe *rerum non naturalium*, frigidior *Aër* ventriculo veſtibus minus probe munito plurimum negotii faceſſit. Inprimis *Cibi* tum copia tum qualitate peccantes, ἀμυγδαλ ingeſti, Potuſque incongruus crebri Singultus ſunt auctores: Ex Potu aquæ frigidæ & nitri quidam apud *Timæum lib. 3. pag. 115.* in Singultum incidit; Quid inducta à purgantibus ὑπερκάθαρσις hic valeat *aph. 5. 4.* docet. Subita atque incauta degluritio, hincque reſtitans in œſophago bubuli pulmonis fruſtulum hanc creavit moleſtiam puellæ apud *Hollerium p. 349.* Hic *Timor*, inter animi pathemata, multum ponderis obtinet, non tam quod ventriculus inde refrigeretur, quam quod hoc ex affectu bilis in eum transferatur, ut vult *Galen. 2. de Plac.*

In claſſe *rerum p. n.* Febres ſingultuoſæ, de quibus *Galen. 4. acut. tx. 69.* limen occupant, *Jecoris inflammationem* ſingultus ſequitur, aph. 58. 5. id quod de aliorum viſcerum phlegmone intelligi debet. In *phreniticis* ſingultum contingere confirmat *Mercurialis Pr. l. 1. c. 15.* A *mucronata cartilagine* depreſſa *Fernelius l. 6. Path. c. 3.* De *vermibus inteſtinorum* unde *Sennertum l. 3. Part. 2. c. 5. ſect. 1.* *Calculi* in ventriculo detenti, ventriculi vulnera, ictus &c. huc pertinent. *Strauſſius.*

[19] *Et aliis*) *Ut ſede ventriculi in qua hæret materia laceſſens, quæ aliquando eſt ſtomachus*: Puella perpetuo ſingultiebat, dolor in *œſophago* erat; ante pulmonibus bubulis large uſa fuerat; hinc gravitas in ſtomacho, nauſea, vomitus, fruſtulum pulmonis quem ederat in œſophago reſtiterat, Cucurbitulis rejectum

eſt fruſtulum, & aliis adhibitis remediis convaluit. *Ballonius Parad. 93.*

20. *Coſta verſus &c.*) Vide §. *Cauſas*) A compreſſa thoracis vertebra undecima, quæ ventriculi orificio ſuperiori objecta graviſſime perpetuo torquebatur Singultu Germanus adoleſcens, nec ullis remediis locus fuit. *Rhodius cent. 9. obſ. 61.*

21. *Seu ob aërem*) Inter auxilia valentiora ad Singultum ex vento aut frigore ortum, *dictamni farina*, inter præcipua habetur cum *theriaca* & *vino Cretico* vel *Falerno. Al. Benedictus Pr. l. 12. c. 12.*

22. *Potum frigidum*) Cuidam à potu aquæ frigidæ cum nitro ſingultienti, præmiſſo emetico, *confectio anacardina* cum *ligno aloes* profuit. *Timæus lib. 3. cap. 5.*

23. *Compreſſio ſpiritus*) Tria ſunt decantata apud *Platonem* in *Sympoſ.* & *Athenæum* in Δειπνο. euporiſta, *Spiritus cohibitio*, *Gargariſatio cum aqua frigida*, & *Sternutatio*: Quoad ſuppreſſam in ſingultu reſpirationem, ſi præſertim violentior fuerit, non ſemper tutam eſſe oſtendit Diaconus ille apud *Binningerum cent. 3. obſ. 44.* qui obortum ſingultum cum violenta ſpiritus cohibitione pacaſſet, narium hæmorrhagia inſigni corripitur &c. *Strauſſius.*

μ. *Oleis calidis juvat*) Singultiendi non faciebat fidem quidam, & nonniſi uſu *vini Hippocratici* allevatus; Credibile eſt hunc ventriculi os ſuperius præfrigidum habuiſſe. *Ballonius Paradeigmate 92.*

24. *Ubi ptiſana cremor*) Si ab alimentis vel medicamentis acribus factus fuerit Singultus, citra magnam plenitudinem, præſens remedium eſt *ol. amygd. dulc.* recens, vel *olivar.* vel *butyrum* aſſumere, vel *ptiſanæ cremorem* & multum *aquæ frigidæ*, modo ventriculum non habeat imbecillum. *Foreſtus l. 8. obſ. 12.*

25. *Quos Aloë exturbat*) Quam inſignes vires habeant in hoc affectu medicamenta ex *Aloë* parata, teſtatur *Duretus* his verbis, *Permulti cum ſingultiendo frangerentur, ducta alvo per quinque dies hiera picra, glutinoſis & nigris humoribus ejectis ſingultiendi finem fecerunt.*

26. *Alius ab internis*) Sic lumbrici mordentes in ventriculo contenti Singultum idiopathicum producunt. *Riverius.*

27. *Humores calidi & acres*) Singultus à bilioſis vel corruptis cibis ſi provenerit, ex præcedente victus ratione dignoſcitur, & ex ructibus, vel ex vomitione, ſapore, colore flavo & calore; Quare non minus provocanda erit vomitio quam in pituitoſis humoribus, ſed hic detergentia magis danda ſunt quam incidentia. Humor enim eſt nimis tenuis, & ſua tenuitate ventriculum penetrando, & acrimonia pungendo Singultum facit. *Rondeletius.*

ν. *Ad Ventriculum deponuntur*) Materia Singultum efficiens vel in ipſo ventriculo colligitur, vel aliunde ab hepate, liene, inteſtinis aliiſque partibus, vel etiam toto corpore communicatur. Sympathicum vero inferunt vicinarum partium inflammationes, tranſmiſſo ad ventriculum ichore, aut vapore acri, Tum etiam quod tumor, hepate præſertim inflammato, ventriculum comprimit, unde facultas expultrix aſſidue irritatur: Denique à toto corpore poſſunt transferri ad ventriculum humores acres, vel vapores, in affectibus totum corpus occupantibus, ut interdum in febribus acutis & malignis contingit. *Riverius.*

28. *Expoſcunt vomitum &c.*) Præter ea remedia quæ pro Inappetentia à calida intemperie genita fuerunt propoſita, convenit s. m. ſi plethora adfuerit, vomitio aut purgatio blanda, tertio quoque die repetita, E. g.

℞. *Rhabarb. el. pulv. & aqua endiv. donec molleſcat irrorati* ℥ß. *pulpa tamarind.* ʒij. *ſem. endiv. portul. & ſpodii* ãã. ʒj. *ſantal. citr. & diagr.* ãã. ʒß. *cum ſyr. de limon. f. maſſa*, formentur pil. iv. vel v. mane dandæ.

Aliis diebus detur *conſerva roſar. & borrag. pauco pulv. triaſant.* aſperſa, vel *Opiata* in Inappetentiæ curatione deſcripta.

Emulſiones frequentes ex *ſemin. frig. paratæ* humoris acrimoniam potenter demulcent, Vel in affectu minus calido *lac amygdal. dulcium.*

Syrupus de *Pomis cum ſucco cydonior.* mixtus ex cochleari exhibendus. Juſculum affatim & ſæpe propinandum: *Aqua frigida*, vel *calida*, aut *ptiſana* copioſe bibenda,

Oleum amygdal. dulc. humorum acrimoniam retundit;

Foveatur regio ſtomachi cum *ſpongia in aceto roſ.* macerata:

℞. *Cerati ſant. ungu. roſac.* ãã. ℥j. *maſtich.* ʒß. *cortic. citri & carnis cydon.* ãã. ʒj. *cum ſucco ſempervivi & pauca tereb. f. Emplaſtra ij. quorum unum anterius, aliud poſteriori ſtomachi ſedi applicetur.*

Inungatur regio hepatis unguentis refrigerantibus, quia ab ea parte humores in ſtomachum confluere ſolent; Si *maligna* cujuſdam *qualitatis* ſuſpicio ſit, *theriaca*, aliaque alexipharmaca erunt præſcribenda, Et regio ventriculi *oleo ſcorpion.* Matthioli erit inungenda. *Riverius.*

28. *Expoſcunt Vomitum*) Vomitus, ſi cauſa in ventriculo lateat, convenientiſſimus, cum enim per Singultum ſepium ventriculum in exturbanda cauſa adjuvet, eamque ob cauſam allevet, quo validior fuerit ille motus, & ſepti & thoracis muſculorum, qui vomendo fit, per quem ventriculus adeo impellitur, ut vel offenſam penitus rejiciat, vel ſaltem ab ipſis lateribus nonnihil ſeparet, eo plus hic adjumenti afferet: Dantur itaque *Vomitoria* quæ humorem adhærentem abſtergant, & ſi acris, bilioſus, quæ illius effervefcentiam ſimul retundant, hoc modo

℞. *Syr. acetoſ. ſimpl. oxymel. ſimpl.* ãã. ʒvj. *ol. amygd. d.* ℥ij. *diſſolvantur aqua tiliarum, vel decocto raphani, propinetur.* Iteranda vomitio ſi allevet, ſi tamen Singultus non ceſſet, etiam fortioribus exhibitis. *Platerus.*

28. *Expoſcunt vomitum aut &c.*) Puer de ventriculi dolore conqueſtus, ſine fere intermiſſione per octiduum ſingultiebat, *Aquam* illi *nuc. virid.* cum *raphano* in *aceto* prius macerat. extillatam propinari, qualem vomitionis excitandæ gratia excitare ſoleo, verum etſi minime vomuerit, ſtatim tamen ſingultus deſiit, & cum ſub noctem denuo hauſtum bibiſſet, ab hoc ſymptomate penitus eſt liberatus. *Platerus obſ. p. 217.* Vide §. *Febris, in quibus.*)

Vomitum improbat *Craanen* in ſingultu, quia eſt convulſio ventriculi.

28. *Expoſcunt Vomitum vel &c.*) Quoties alimenta medicamentave noxia & acria, vel potius venena continentur in ventriculo, ni corrigi poſſint per alterantia, expelli debent aut per vomitoria, breviore via, aut per purgantia: Inter alterantia & corrigentia *Opiata* præ aliis omnibus conducunt in quovis Singultu: Inter *Vomitoria* cæteris præfero Antimonialia, quod promiſcue humores quoſvis ad ſtatum laudabilem deducant, ideo humanæ naturæ amiciſſima; cavendo ſimul ne nimia ſumantur copia, quod ſatius ſit minorem doſin dare, unde noxa nulla imminet: Quoties ergo poſt uſurpata convenienter Narcotica ſumpto vomitorio parum vel nihil ſurſum aut deorſum eſt ejectum, & urget adhuc Singultus, quin humorum adhuc reſtitantium adſunt indicia, toties tuto licet, aut eodem die novum, ſed copia minore, exhibere vomitorium, quo vel amplius corrigantur vel deturbentur humores peccantes; Sic tutiſſima abſolvitur Singultus

cura

cura vere rationalis, experientiæ innixa. *Franc. Sylvius l. 1. c. 23.*

28. *Vomitum vel Purgationem*) Injiciantur etiam *Clyſteres* ad revellendum, ut materia citius deorſum vergat: *Suppoſitoriaque* etiam induntur, ut natura illic ſollicitata huc potius quam ad ſuperiora noxam detrudat. *Platerus.*

1. *Purgationem lenem*) *Capivaccius Pr. l. 3. c. 10.* In Singultu Purgantia non convenire ait, ne nova excrementa ad partem trahantur, ſed Lenientia. *Mercatus Pr. l. 3. c. 10.* humorem acrem in ventriculi cavitate concluſum blandis protinus vacuandum jubet, non electivis ne plus materiæ attrahatur: At ſi materia ventriculi ſubſtantiæ infarcta ſit, modo calor febrilis id permittat, ante febris ſtatum medicamento electivo vacuandam, non tamen vehementi, neque copioſe, & confertim, ſed per intervalla ad vitium conſervationem, Niſi à toto corpore affinat, ex *Holleris præcepto lib. 1. c. 3.* tunc enim valentioribus locus.

29. *Miteſcunt*) Quoad *Alterantia* cauſam calidam, acrem, mordicem & valde demulcet *Lac* recens emulſum, cui ſcopo quoque *ſerum lactis*, & Emulſiones ex *ſemin. 4. frig.* cum pulv. ... abſorbentibus, *c. c. eboris nitri, terra ſigill. ocul. cancr. corall.* &c. inſervient. *Febris* obi adnuerit, omiſſo lacte, cæteris ... in dictis inſiſtendum quibus ex *conſerva roſ. vitriol. cichor. acetoſa*, item *pulpa citri, mıva cydonior.* merito adnumerantur. *Strauſſius.*

29. *Miteſcunt* Vetula octuagenaria per ſemi-annum ſubinde ſingultiebat remediis nihil juvantibus, niſi devorato *herb. ſano*, quo ſe tantum juvari aſſerebat. *Foreſtus obſ. 12. l. 18.*

29. *Miteſcunt*) Singultum in quodam ob corrupti humoris acrimoniam & malignitatem in ventriculi tunicis reſiduam fieri ſtatim collegi, quam ob cauſam pro ejuſmodi materiæ evacuatione *tartari vitriolati* ℈iij. cum *vino abſynth.* præſcripſi, quo laudabiliter operante; ſed nee dum expultrice ſtimulata quieſcente, *Julapium Foreſti*, in hoc caſu commendatum (vide §. 43. *Febris, in quibus nota*) ordinavi, de quo ſæpius hauſtum conceſſimus, donec ad uſum *laudani opiati* accederemus; cujus *grana* iij. cum ʒß. *theriacæ* & ʒj. *conſerv. roſar.* permixti dedimus, quo ipſo ad miraculum uſque periculoſum ſymptoma ceſſavit. *Greg. Horſtius obſ. 25. lib. 1.*

Si ſit à caliditate æſtuoſa mirum in modum proſunt *Trochiſci* hi

℞. *Spicæ n. roſar. vir. maſtich.* āā. ʒß. *aloes, aſari* āā. ℈j. *opii extr. cum mucil. pſyllii in decocto lactucæ facta*, f. Paſtilli quant. gr. x. ſumendi, *Mercatus Pr. l. 3. c. 5.* In cauſa calida *frigidæ aquæ potus* mirum in modum ſingultui medetur. *Idem.*

29. *Miteſcunt*) Si per aſſumptum Vomitorium excreti fuerint humores vitioſi & à vomitu defatigati ægri, conducet miſtura aromatica, moleſtis halitibus circa ventriculum hærentibus diſſipandis conveniens; cui addita parva quantitate opiata, tum ad concitatam per vomitum bilis & ſucci pancreatici effervefcentiam compeſcendam, tum ad ſomnum conciliandum, tum ad ipſum ſingultum magis ſedandum.

℞. *Aqu. menthæ* ℥ij. *vitæ Matthioli*, *vel Theriacal. ſimpl.* ʒß. *conf. Kermes* ʒj. *laud. op. gr.* ij. *ſyr. menthæ* ℥j. *miſce*, detur ſæpius cochleatim donec ſomnus obrepat. Huic miſturæ addi poſſunt *ſpir. Nitri guttæ* vj. *vel* viij *ſi flatus* ſimul vexant. *Idem.*

30. *Humores frigidi, qui incidendi &c.*) Qui affectus pertinaces omnes ortum habent ab humoribus viſcidioribus, illos ſaltem agnoſcunt cauſæ ſuæ conjunctos, ideo in obſtinato valent quæ humores viſcidos incidunt ac educunt, in quem finem valent Pilulæ magiſtrales, cap. de colico dolore à pituita vitrea præſcriptæ; quæ ſi ſatis educunt quotidie non erunt uſurpandæ, ſed tertio tantum aut quarto die, diebus intermediis incidentia &c. aſſumendo. *Idem.*

In cauſa frigida vel pituitoſa,

℞. *Galangæ, zinzib.* āā. ʒß *vini malvat.* ℥iß. *aquæ cinnam.* ℥ß. bibat

℞. *Rad. galangæ* ʒiij. *fol. ſiccor. abſint. menthæ* āā. ʒij. *ſpic. celt. majoran. ſem. aneth. carvi*, āā. ʒj. *cinnam. caryoph.* āā. ʒß. *macerentur in vino*, *& de illo bibat.*

32. *Humores frigidi*) Qui fit ab humore pituitoſo, tunicis ventriculi imbibito, curatur remediis humorem illum incidentibus, detergentibus, expurgantibus, ac ventriculum roborantibus, qualia in curatione Inappetentiæ à cauſa frigida proponuntur: ſequentia addantur;

℞. *Caſtor.* ʒj. *ſucci menthæ* ℥iv. *m. capiat æger cochl.* j. *vel* ij. Eodem remedio poteſt inungi ventriculus calide, bis aut ter in die.

Acetum ſcill. poteſt ſumi frequenter, ad materiam tunicis ventriculi impactam incidendam & reſolvendam, vel illius loco *oxymel ſcilliticum*,

Caryophylli in ore frequenter detenti non parum juvant.

℞. *Semin. aneth* ʒij. *vel* iij. *decoqu. leviter in vini generoſi* ℥viij. detur ℥j. mane & ſero: Idem ſemen linteolo inclulum naribus frequenter objiciatur.

In affectu contumaci Pilulæ ſequentes erunt efficaciſſimæ

℞. *Caſtorei & myrrhæ* āā. ʒiij. *ſalis gemm.* ʒß. *diagrid. & maſtich.* āā. ʒj. *agar. troch.* ʒiij. *aloes el. ad pondus omnium. Excipiantur ſucco menth. f. Pilul. maſſa, de cujus* ʒj. *formentur Pilulæ* vj. capiat ij. vel iij. mane 2. horis ante cibum bis in ſeptimana.

Simpliciores Pilulæ & non parum efficaces fieri poſſunt ex *pulvere hieræ* cum *oxymelite*, quarum ʒj. exhiberi poterit:

Intermediis diebus utatur Pulvere ſequenti

℞. *Sem. anethi* ʒß. *zedoar. ligni aloes*, *nucis moſchat. caryophyll. pulv. diambr.* āā. ʒj. *capiat mane* ℈ij. *cum pauco vino odoriſero*, vel adde ſalis comm. ℥iij. utatur pro condimento ciborum ordinariorum.

Ventriculo admoveatur ſequens Cataplaſma

℞. *Rad. ariſtol. longæ, ireos Florent. baccar. lauri. folior. rutæ & menthæ ſiccor.* āā. ʒiij. *caſtor. & myrrhæ* āā. ʒj. *caryophyll & hypociſt.* āā. ʒj. *cum melle anthoſ. fiat Catapl.* Tandem in affectu contumaci ad decoctum *Guaiaci*, *& Thermarum ſulphur.* uſum, tanquam remedia generoſiſſima confugiendum. *Riverius.*

Si Humor tenax ſit 1. præparandus incidentibus & abſtergentibus, ſumendo Julepos vel vinum *abſinthites*, quod & in biliofo & pituitoſo humore prodeſt, quæ dum materiam præparant, ut & ſponte poſtea facilius evomatur, vel ut tectius dejiciatur efficiunt. Exhibentur eo nomine *Purgantia* ſtomachica, ut *Hiera*, & ſimilia in ventriculi noxis explicata, ut in frigida cauſa valent hæ Pilulæ.

℞. *Agar. turbith.* āā. ʒj. *zinzib.* ʒß. *ſalis gemmei gr.* vj. *ſp. hiera* ʒij. *diagrid.* ℈j. *cum oxymel. f. maſſa. capiat* ʒj. Repeti poſſunt ejuſmodi evacuationes ſi perſeveret malum, aut facile redire ſoleat. *Platerus.*

31. *Valet*) Sunt fugienda quæ aliquam habent adſtrictionem, ut *ſyr. de mentha*, *abſynth.* & ſim. niſi facta jam evacuatione humoris; Tunc enim conveniunt ad corroborationem ventriculi, alioquin materiam jam infarctam magis impingunt. Poſt evacuationem utiliſſimum eſt dare *ſyr. de abſynth.* cum *aqua menthæ*, vel *confect. aromat. roſ.* vel *diagalang.* vel *dia-*

cymin. vel decoctum paratum ex *mentha* & *pulegio* in *hydromel.* claro & aromat. cum ℨj. *galangæ* & ℨj. *piper.* Rondeletius.

Frigidos, viſcidos ac tenaces humores *eſſentia abſinth &c. menthæ, caſtor. Tinct. propr. myuſicthi* (quam cum *eſſentia ambræ* & *ſpir. maſtich.* permiſtam ſeni cuidam felici ſucceſſu præſcripſimus) *Elix. propr Parac.* &c. quo ſimul carminativa alia, v. g. *aqua phyſigona, Auguſtan. carminat. Dornerellis, Decoctum ſem. aneth. fœnic.* cum *Mithrid.* &c. *elaoſacch. aniſi, fœnic. carvi* &c. referentur. *Etmuller.*

Expertum & ſecretum eſt, date patienti quolibet mane per tres horas ante cibum, *radicem unam zinzib. virid.* & immediate ſuperbibat duos hauſtus *vini malvatici*, & videbis ægrum citiſſime liberari. *Bened. Victorius.*

Celebre eſt hoc *Aſclepiadis* remedium

℞. *Galangæ, croci, ſpicæ nardi, roſar. vir. maſtich.* āā. ℈iiij. *azari, aloes ana* ℈ij. *opii* ℈j. *cum ſucco pſyllii* f. Paſtilli, dozis ℈j. ſingulo mane *Lel. à Fonte, conſ. 18.*

In cauſa frigida mirum in modum prodeſſe ſcimus *Elect. ſequens*

℞. *Sem. aneth. card. ben citri* āā ℈j. *meliſſæ, cortic. citri,* āā. ʒß. *corall. r. galangæ, macis, cinnamom* āā. *gr.* x. *margar. ſmaragdi* āā. *gr.* viij. *c. c. lapid. bezoar.* āā. ℈j. *cum ſacch. & vino albo* f. Troch. *Mercatus.*

32. *Extractum Caſtorei*) Caſtoreum etiam addi pilulis jubet *Rondeletius* quando materia pituitoſa valde frigida eſt; fortiores uſurpans concocto humore, *Cochias* cum pil. de *hiera*, & *caſtor. gr.* iv. Vis *Caſtorei* (ait *Etmuller comm. Ludov. p. 219.* fundata eſt in ſale volatili admodum oleoſo, & penetrante &c. hinc valet in affectibus abdominis torminoſis & flatuoſis, nervinum enim eſt.

32. *Caſtorei*) Experimentum ad ſingultum ex repletione eſt *Caſtorium* cum *ſucco menthæ* miſce, & in potu tepidum præbe, *Diacaſtorium* etiam cum ſucco menthæ temperatum ſupra ſtomachum poſitum mirabile eſt. *Arn. Villa-Novanus, Brev. l. 2. c. 17.*

11. *Habet & ſternutatio locum*) Quæ materiam in ventriculi tunicis impactam excutit; Sic *Criſimachus*, Medicus apud *Platonem*, *Ariſtophanem* ſingultientem, qui ſpiritus cohibitione, & aqua frigida gargatiſata curari non poterat, ſternutamento excitato curavit. Nam fit, ait *Platerus*, ut ventriculo offenſo, per conſenſum tunicæ illius interioris validiore motu & efflatione, per ſternutationem natura hanc illius moleſtiam nitatur expellere: qua & hi qui *cardialgias* aliquas patiuntur ſubito quandoque levantur, per hinc vim materia in ventriculo ita concuſſa ut minus ſe illi inſinuet, eumque moleſtet.

33. *Habet & ſternutatio locum*) Ptarmica diſcutiunt & diſplodunt humores rarefaciendo, hinc caput levant & ſingultum tollunt; quod hinc inter remedia ejuſdem præcipua refert *Plato*; Singultus pro cauſa habet flatum intimius affligentem, qui dum movetur, non promovetur, & ſpaſmum ventriculo inducit atque præcordiis, ptarmica diſcutiunt halituoſam mineram, & ne ἄνω concuti poſſit corpus, concuſſione totius abdominis & diaphragmatis excutiunt quod ibi male adhæret, unaque motu concurrente, & archeo excitato calorem adaugent; Hinc 6. aph. 13. recte aſſeritur, Singultu detento (a repletione) ſi ſternutatione, πταρμὸς, ad ſufficientem diſcuſſionem ſupervenerint, non ut morbus morbo, ſed ut remedium ſingultum tollunt. *Wedelius A. m. m. p. 456.*

34. *Flatus*) Vaporibus maliguis ſi ſeptum in febribus pernitioſis irritetur & moleſtetur, ut illos excutiat id ſe contractum ſubitoque relaxatum (uti in contractionibus nervorum fieri diximus) veluti convulſum, ſonum illum interruptum edit, qualem in ſingultu in hiſce morbis diu perſeverante & lethali accidere videmus; Vix enim ob ſiccitatem illius, etiam in cautione areſacti hoc, uti volucrum accidit; Unde dyſpnoea potius quam depravatus & concitatus motus ederetur. *Platerus.*

14. *Flatus*) Qui à Flatibus producitur iiſdem remediis curatur quibus ſingultus ab humore pituitoſo, addendo flatus diſcutientia: Admoveantur etiam Cucurbitulæ regioni ventriculi, quæ inſtar miraculi flatulentos infimi ventris affectus repente tollunt & mitigant. *Riverius.* Vide § *Miteſcunt*)

15. *Qui nodulo ex ſemine anethi &c.*) Quidam poſt febrem continuam & ventris fluxum ac ſtomachum incidit in ſingultum; huic, cum ab omnibus pro deplorato haberetur, decoxi *ſem. anethi, carvi, portul. & papav. albi* in cereviſia tenuiore; ex quo decocto tantum unum cyathum bibens miraculi inſtar liberatus eſt.

Alius laborabat ſingultu per triduum, pro quo *J. Tiengius* decoxit *m* j. *ſem. anethi* in nodulo ligati in pintis duabus *cereviſiæ*, quam æger bibebat calide, prius tamen illam purgaverat: Poſt ſumptum *anethi decoctum* ſtomacho applicabat ſequentes ſacculos in aqua calefacta poſitos

℞. *Flor. chamaem. melilot. anethi* āā. *m.* j. *origani, calamint. rutæ* āā *m.* ß. incidantur &c. *Foreſtus*

15. *Semine anethi*) Naribus etiam adhibetur odor *Anethi* decocti cum maſtiche, quia Singultum corrigere creditur. *Platerus.*

16. *Ex ſemine anethi & papaveris*) ℞. *Semin anethi* ℈iiß. *ſem. papav. albi ſem. portulacæ* āā ℈iß m. s. fiat puppa quæ pendeat in cereviſia ordinaria; Fiebat hujus puppæ expreſſio cum cereviſiam biberet, & ſingultus repreſſus fuit. *Foreſtus obſ. 29. l. 6.* Remedio eſt ſi puppa ex *anethi ſemine* ac *papav.* potui immittatur. *J. Heurnius comm. ad aph. 13. 6.*

17. *Impoſitis*) Cucurbitula ventriculo applicata à flatuoſa cauſa eſt auxilium incantamento ſimile, teſte *Galeno.* In ſingultu à ſimili cauſa *Panem* aliqui docti viri calentem adhuc ventriculo adapiare conſuluerunt, Eſt ſane pro ſecreto. *C. Caldera de Heredia Illuſtr. &c p. 74.*

Incredibili efficacia prodeſſe ſcimus *Cucurbitulam* ventri appoſitam. *Mercatus.*

18. *Impoſitis*) Extrinſecus anteriori & poſteriori, interdum utrinque ſimul ventriculi regioni adhibentur varia, uti *Fotus* hic

℞. *Rad. enul* ℥iij. *h. menthæ, abſinth. ſpicæ celt. aneth. pulegii, calam.* āā *m.* j *flor. Lavend. anthos. chamom.* āā *p.* j *ſem. cymin. carvi, anethi* āā. ʒj. *baccar. lauri, junip* āā. ℥ß. *maſt.* ʒij. *coqu. in vino pro Foto ſtomachi anteriore ſede.*

Cineres calidi irrorati vino malvat. & aqua vitæ, in ſacculo vel veſica poſiti; *Fotus cum* ſpongia in *aceto roſac.* in cauſa calida, Inungatur ventriculus *oleis relaxantibus* ante retroque, mox *adſtringentibus.*

Vel ſacculus ſequens apponatur,

℞. *Sem. carvi* ℥ß, *ſem. nmeos, anethi* āā. ʒij. *rad. galangæ, garyoph.* āā. ʒj. *menthæ ſiccæ* ʒij. *maſtich. thur.* āā. ʒj. *irrorentur aceto roſac applicentur.*

Cucurbitulæ ſcapulis & *umbilico* primum, poſtea *ventriculi* ſedi ante retroque affigendæ. *Platerus.*

Ad extra ſupra ventriculum optimus eſt Fotus ex oleis calefacientibus, & maxime his quæ vim habent diſcutiendi flatus, quibus addendum parum *cymini.* Poſſunt fieri *ſinapiſationes poſt inunctiones.* Rondeletius.

Perfuſio

Perfuſio ventriculi facta cum *oleo*, in quo *caſtor. ſtyrax* & naſt che una cum *vino Cretico*, in duplici vale ad conſumptionem vini coquantur, eſt maximi uſus: Linimentum quoque ex *mitridatio* liquato in *aqua ardente* mihi eſt ex uſu: quibus non conſentibus una cum *Avicenna ſinapiſmos* probo, *J.Caſ. Claudinus conſ. 18.*

Extra maxime convenit Fotus ex *aceto* valde acri cum *caſtore, pipere, ſinapi*, bene calido per ſpongiam ventriculo applicatur. *Fonſeca, T.2.conſ.2.*

Extemporaneum pro ſingultu remedium eſt *thoracis compreſſio* Joh.Hartmannus *Pr.p.176.*

Ex multis hoc unum eſt efficacius cæteris, *Spongia aceto acerrimo* imbuta in quo ebullieris *caſtoreum, piper, ſinapi, pulegium* & *aſarum*, adhibeatur ipſi ventriculo adhuc calida, & frequenter foveatur locus ille. *Saxonia* Pr.Pract.p.220.

Cuidam febre acuta continua putrida laboranti, cum mirum in modum ſingultu afficeretur, ſtomachum, tum ſpinam dorſi è regione dorſi inunxi *oleo violac.* etiam bombace in *oleo violac.* tincta admota. Deinde exhibui *ſyrup. violac.* & *mentha* ſimul mixta, quibus remediis ſingultus incantamenti inſtar ceſſavit. *Foreſtus.*

39. *Emplaſtro de bacces &c.*) In cauſa calida valet hoe

℞. *Cerati ſantal. ungu. roſac.* āā. unc.j. *maſtich.* unc.ß. *cortic. citr. & carnis cydon.* āā. ʒj. *cum ſucco ſempervivi & pauca laricea fiant* Emplaſtra duo, quorum unum anterius, aliud poſterius ſtomachi ſedi applicetur. *Platerus.*

40. *Ut inflammatio hepatis*) Hinc inducta ventriculi compreſſione, ad mentem Auctoris, Vide ſupra §.17 *Cauſa eſt.*

Quomodo ſuccedat Inflammato hepati ſingultus, oſtendit *Craanen Prax. Reform. cap. 42.* Auctor ex ſtudent anxie noſcere an convexa an vero concava hepatis pars laboret; quod ad mutationem curationis nihil facit, In noſtro tamen caſu, quia ſingultus, appetitus proſtratus, & nauſea adſunt, ideo probabile eſt concavam hepatis partem, quæ ventriculo proxima eſt laborare; particulæ enim acres, à materia primi elementi motæ, cum ventriculum pungant & vellicent, ſpeciem convulſionis & contractionis producunt, & ſubito convulſus ventriculus, & in figuram globoſam contractus, diaphragma ſurſum premit, quare aër ex pulmonibus vi exiens, & ad fauces alliſus cum ſono expellitur, & dicitur Singultus; Aut eadem ratione poteſt convulſio fieri diaphragmatis, ut ſubita fiat reſpiratio, qua ratione aër alliſus ad caput aſperæ arteriæ conniventis ſimilem ſonitum excitabit.

41. *Ventriculi*) Rei veritas eſt, ſingultum omnem fieri ex cauſa irritante aliqua; Hæc vero aut eſt per eſſentiam, in ventriculo, aut fit per conſenſum: Per eſſentiam eſt flatus vel vapor in membranis, præcipue in exteriore imbibitus: Vapor autem poteſt eſſe aut acris, aut ſalſus, aut acidus, aut veneficus, vel ex alia quapiam corrupta & putreſcente materia elevatus, ſive hæc materia ſit cibus & potus, ex propria natura acris & pravus, ſive ſit humor biliolus, pituitoſus &c. aut ſanies vel ſanguis extravenatus; Aliquando continetur hæc materia in tunicis, vel cum inflammatione, aut alio tumore, vel citra inflammationem & tumorem: Tunc autem tumor & inflammatio non ſunt cauſæ ſingultus proximæ & continuæ, quia cum continuus ſit tumor, continuus eſſet ſingultus, non tamen eſt. Propterea ex tumore flatus vel vapor elevatus eſt, qui exteriorem oris ventriculi tunicam ad excretionem irritat. *Saxonia Prælect. Pr. p. m. 219.*

41. *Ventriculi*) Etsi omnibus remediis ventriculi adſtringentia addenda ſint, quidam tamen objiciunt Singultum, in quo ab adſtringentibus eſt abſtinendum; quod audiendum eſt ſi ſingultus & materia frigida ſit, nam impingeretur magis adſtringentium uſu. *Ballonius.*

42. *Vel alterius partis*) Singultus aut *eſt per eſſentiam* in ventriculo, aut fit *per conſenſum*. Fit per conſenſum tripliciter, aut *communicata affectione*, aut *materia*, aut *per compreſſionem*. Communicatur affectio quando nervus ſextæ conjugationis ori ventriculi inſertus coafficitur cum altera parte nervoſa, & cum illis nervis copulationem habentem. Sic ſcribit *Ariſtot. 33. Probl 3.* ex Pulmonibus ſingultum fieri, eo quod, ut docet *Galenus* 16. de V. P. nervi ſextæ conjugationis primo inſeruntur in *Pulmones*, deinde in ventriculum. Sic *Hippocr. 3. de morbis* ex *pleuritide* ſingultum fieri; In eundem ſenſum docet *Galenus* poſſe intelligi *Hippocr. 9 aph. 3.* inquientem *Vomitum & ſingultum cum rubore oculorum malum.* Quod indicetur inflammatio cerebri aut ventriculi, Pari ratione ſcribit *Hippocr. 3. de Fract.* ex luxatione coxendicis, aut alterius magni articuli, ſingultum fieri, propter communem nervorum paſſionem.

Secundus conſenſus fit *communicata materia*, Si ex inflammatione jecoris tranſmittitur humor bilioſus ad os ventriculi, Ex *Ileo* pariter fit Singultus communicata materia, ex *aph.7. 10. Ex toto corpore*, ut in febre ſingultuoſa.

Tertio fit ſingultus *per compreſſionem*. Sic ex magna jecoris inflammatione Singultus fit, comprimente Jecore ventriculum; Sic, referente *Fernelio*, quidam ſingultum paſſus eſt, ex incurvata coſta ventriculum premente. *H. Saxonia.*

43. *Febris, in quibus nota*) A febre acuta quidam ſingultu laborans capiebat ſæpiſſime ex Julepo ſequenti,

℞. *Hordei mund.* m. j. *ſem. 4. frig. mai. ſem. papav. alb.* āā. ʒj. *ſem. portulac. lact.* āā. ʒß. *ſem. aniſi, aneth. fœnic.* āā. ℈j. *flor. cordial.* p. j. *liquir. raſ.* ℈iij. *coqu. in aqua pro* ℔j. Colatura aromatizetur cum *ſpeciebus diatrag. frig. diarrh. abl. triaſant.* āā. ℈j. *addendo ſyr. violar.* ℥ß. *ſyr. acetoſ. citri, ex infuſ roſar.* āā. ℥j. *M. F. Julepus*, quo ſingultus ceſſavit. *Foreſtus obſ.31.l.7.*

Adoleſcens hemitritæo correptus ſingultu etiam perpetuo afficiebatur, Dedi vomitorium ſequens

℞. *Rad raph.* ℥ij. *ſem. atripl. aneth.* āā. unc. ß. F. *Decoctio*, in *colat.* unc. iv. *diſſolve ſyr. acetoſ ſimpl. ol. oliv.* āā. unc. j. bibat & fauces irritet digito vel penna ut vomat. Juſſi ventriculi regionem fovere *decoctione abſynth. in vino*, addito *pulvere caryophyll.* item ventriculo appoſita *cruſta panis* in vino madefacta & *pulvere caryophyl.* aſperſa, cum longioribus intervallis jam ſingultiebat, dedi iterum tale vomitorium.

℞. *Ol. amygdal.* unc. iß. *ol. aneth.* ℨij. *aqu. unc. vir.* unc. iij. mſ. bibit & denuo vomitio ſequuta eſt; Poſteà ventriculum inunxit *ol. nuc. moſch.* & ſumpſit *conſerv. roſar.* Deinde aliquoties purgatus tandem convaluit. *Platerus obſ. p. 3. 4.*

Singultus in febribus nonnunquam intemperatum ſequitur Julapiorum refrigerantium uſum, quo modo affectos inconſulta temeritate medicorum complurea vidimus, Idque ſymptoma, contra omnium opinionem, *vini* potu ſuſtulimus. *Jodocus Lommius.*

43. *Febris, in quibus nota*) Febris maligna ubi Singultum conjunctum habet, *Tinctura bezoart. pulveres*

bezoart. aliaque alexipharmaca minime negligenda ſunt. *Strauſſius.*

[44] *Laudatur Emulſio ſeminum* &c.) Quidem febre maligna laborans graviſſimo ſingultu & fere aſſiduo torquebatur, Vocatus in conſilium *laudani* gr. ij. &c. intra horam ceſſavit ſingultus, nec amplius redut, *Riverius obſ. 78. cent. 4.*

Cap. XVIII.

De Ructu & Rugitu.

Ructus.

I. R[1] *Uctus eſt* [2] *violenta & ſonora flatus* [3] *in ventriculo ſtabulantis per ſuperiora* [4] *eruptio.*

Signis non eſt quod diſcernatur; manifeſtus enim eſt.

[5] *Cauſa* eſt flatus in ventriculo genitus, vel ex aliis partibus, hypochondriis præſertim eo miſſus.

Curatio non *negligenda.* [6]. Nam ſi ſint frequentes & multi, cauſæ vehementiam ſignificant, & coctionem turbant; ſi ante cibum fiant, ad colicam; ſi poſt, ad hydropem diſponunt. [7] *Bonus* tamen ructus eſt: *ſi* aſthmati ſupervenit, *ſi* in longo alvi fluxu, cum prius non fuerit, obtingit; quia aliquam iterum coctionem fieri indicio eſt. [8] *Reſpicit* præcipuè *cauſam*, de qua alibi.

[9] Quantum ad *Differentias*, [10] dividitur tripliciter.

I. [11] Alius eſt *Moderatus*, qui (quia per os excrementa flatulenta excernit) [12] cohibendus non eſt. Alius [13] *Frequens*, qui tollendus. Viſi qui toto vitæ curriculo eo laborarunt.

II. Alius eſt [14] *Acidus*, qui vel eſt à cibis difficilis coctionis [14] vel ab intemperie ventriculi frigida; & tum mel, ſaccharum & alia, in aciditatem abeunt, hydropem vel lienteriam ſi diu durent, minantur, ægri non facilè pleuritici fiunt.

[16] *Curatio* ad intemperiem obvertenda eſt.

III. [17] Alius *Nidoroſus*, [18] qui *vel* eſt à cibis talem halitum de ſe edentibus, ut ſunt raphanus, cepæ frixæ, ova frixa: *vel* à calore ventriculi nimio cibos ita corrumpente, ſive is ſit talis per eſſentiam, ſive per conſenſum.

IV. Alius *Inſipidus*, qui *vel* à cibis flatulentis, *vel* ab eorum copia provenit, & ſi longo poſt ſumptum cibum tempore ejuſdem ſaporem redoleat, [19] magnam chyloſeos imbecillitatem ſignificat.

Præmiſſo vomitu [20] vel evacuatione prodeſt [21] vinum *abſinthites*, & *ſpiritus ſalis abſinthii*, ſcutum ex *ladani opt.* dr. iij. *ſpecier. aromat. roſat.* dr. j. *ol. nuc. moſchat.* ſcr. ſ. cum *ol. roſaceo* completo & cera factum.

[1] *Ructus* Ἐρεύξις, ἐρυγὴ, ἐρυγμὸς Græcis, proprie nihil eſt aliud quam excretio flatuum per os, Dicitur & Eructatio. *Bruno Lexic. p. 538.*

Ructus nomen à ruendo, ſeu eruendo, i. e cum impetu erumpendo deductum videtur. *Chriſtianus Langius.*

[2] *Ructus eſt violenta & ſonora &c.*) Ubi flatus, halituſve ſonori ſpecie quid erumpit, Ructus id proprie dicitur, & illa excretio *Ructatio*: Flatus quidem propter materiæ ſuæ viſciditatem adhærent magis ventriculo, & difficilius excluduntur, unde ſæpenumero comitatur ipſos ventriculi inflatio & diſtenſio moleſta, quæ ceſſat levaturque eructatis flatibus. Halitus vero & vapores facilius erumpunt è ventriculo, nec niſi raro ſonitum edunt notabilem, ſed ſibilum duntaxat, dum ſæpe ſatis ſonori ſunt Ructus, ſonumque pro materiæ ſuæ viſciditate majore vel minore efficiunt, magis vel minus fortem. *Fr. Sylvius l. 1. c. 9*

Flatus & Ructus in ventriculo naſcuntur & producuntur ab imbecillitate caloris ejuſdem, Nativus enim calor ventriculi dum coquit ac digerit alimenta ingeſta, partem ſubtiliorem alimentorum ſurſum pellit, unde flatus & Ructus fiunt. Hæ ipſæ autem exhalationes & vapores, qui ex digeſtione ſurſum feruntur, ſi laudata ſit ea, ſonum gratum ac levem efficiunt. Sin vero depravata ſit ventriculi digeſtio, nidoroſi & male olentis ructus flatuſque hinc fiunt. *Petr. Joh. Faber Path. c. 37.*

[2] *Sonora*) Sicuti apud *Hippocratem in Prognoſt.* dantur crepitus ventris ſonori & ſilentes, Iidem & Ructus tales occurrunt, nam ſi preſſo gutture, non conſertum ſed lente dimittatur flatus, compreſſiſque utcunque labiis, non cum ſono ſed inſtar peditus ſine ſtrepitu exit, & tunc etiam à ſanis emiſſi fœtorem acidum exprimunt, quamobrem forſan quidam concoctionem putrefactionem eſſe dixerunt, cujus ſoboles eſt fœtor.

[3] *Flatus in ventriculo ſtabulantis*) Ex voluntate noſtra Ructum retinere, ſed emittere vix poſſumus; cum qui ſonum talem inſtar eructationis cum volunt, edunt non flatum è ventriculo eructent, ſed aërem potius, quem prius antequam hoc tentant ore hauriunt, & aliquouſque deglutiunt, ex *oeſophago* potius quam *ventriculo* rurſum ejuſmodi bombos, unde nihilo allevantur emittunt. *Platerus.*

[3] *In ventriculo ſtabulantis per ſuperiora eruptio*) Validiore motu quam per Singultum fieri ſolet, qui per Ructum fit, ſeptum interdum ad excutiendas

haſce

haſce illius offenſas, ventriculum adjuvat, Præſertimque quando flatibus impletur, aut illis offenditur, ſepto tunc adeo illum pulſante & impellente, ut & flatus & aër ſimul per os cum crepitu erumpant, qui odorem materiæ illius, à qua flatus gignitur, redolent. *Platerus Tom. 1. p. 396.*

4. *Eruptio*) Ut eſt quidam motus per quem rejicitur quod in ventriculo continetur, ſiccum aut humidum, qui vocatur Vomitus. Et alius velut inchoatus tantum, per quem nihil rejicitur, qui vocatur Nauſea, Ita eſt quidam *Ructus*, per quem rejicitur facile ex ventriculo aër. Alius *inanis Ructus*, & per quem incipit homo eructare, nihil tamen emittit; Quod fit cum adeſt flatus qui ventriculum irritat, non poteſt tamen expelli, Velut nonnunquam etiam evenit in inteſtinis, quod flatus plurimum diſtendat inteſtina, neque diffundi & extenuari à calore poſſit, vel quod expultrix debilis ſit, quod in colicis ſæpe fieri videmus; ii enim torquentur vehementer donec poſſint eructare & pedere; interim vero neutrum poſſunt facere, cum vero poſſunt, ſublevantur, ut etiam hypochondriaci cum eructant; Si vero aggrediuntur incipiuntque eructare, non tamen obtinent, anguntur & male habent. *Valleſius Comm. in lib. Epid. p. 754.*

5. *Cauſa eſt flatus*) Habent Ructus ortum vel i. ex ipſis alimentis, aliisve aſſumptis flatulentis, *caſtaneis, piſis, fabis &c.* vel ij. ex Humore pituitoſo, viſcido, tum in ventriculo hærente, & ab aſſumptis aromaticis in flatus rarefacto, tam in tenui inteſtino reperto, & à *Bile* itidem in flatus deducto, & ad ventriculum propulſo: *Bilem*, utpote ſale volatili & oleoſo conſtantem, internam eſſe *Flatuum efficientem cauſam* confirmat tum omne Sal volatile, ac præſertim oleoſum, cum omnis plantarum pars diſcutiendis flatibus apta, ſemen imprimis, à quovis pituitam viſcidam in ventriculo aut inteſtinis habente uſurpatum; & in principio quidem flatus excitans vel augens, tandem autem iterum diſcutiens.

Eorundem Flatuum *materialem cauſam eſſe humorem pituitoſum*, & quidem viſcidum, patet tum ex cauſis antecedentibus, alimentis conſimilibus, lacte, piſcibus, animalium extremis, pedibus puta, gelatinam viſcidam continentibus &c. tum ex ipſa eorum cura per ſolam pituitoſi & viſcidi humoris correctionem ac eductionem tuto feliciterque abſolvi ſolitam. *Sylvius Pr. l. 1. c. 9.*

Cauſa nulla alia eſt quam inordinata fermentatio & diſſolutio alimentorum facta à fermento quodam heterogeneo, & improportionato ad materiam diſſolvendam, unde effluvia vaporoſa & halitus excitantur, qui coagmentati prius, poſtmodum ſurſum tendentes cum impetu exitum per ſtomachum & gulam ſibi parant; In hypochondriacis haud dubie, ab aciditate ſucci pancreatici & fermenti chylificantis, acidi ructus ſunt frequentes. *Bruno Lexici p. 538.*

6. *Nam ſi ſint &c.*) Eructationes *fœtidæ*, multæ frequentes, & diu durantes non ſunt contemnendæ, Magnam enim ventriculi imbecillitatem ſignificant, ratione cujus minus rite & perfecte ſuo fungi poſſit munere, ſed cibum aſſumptum corrumpere, & in pravam qualitatem mutare, à quibus poſtea cibis corruptis virtus ventriculi coctrix de novo corrumpitur & labefactatur, Propterea cavendi ſunt viroſi eorum anhelitus qui ejuſmodi pravos fumos eructant, ne ex pravo illorum odore aliquis inficiatur, & lenta tabe infectis pulmonibus poſtea contabeſcat; Experientia porro teſtatur illos brevioris vitæ eſſe, nec admodum diu ſupereſſe qui ejuſmodi peregrinos & fœtidos odores exhalant. *Gabelchoverus Obſ. 15. centur. 2.*

7. *Bonus tamen ructus eſt*) Eructatio una aut altera nihil quidem mali denotat, cum inde robur expultricis ventriculi poſſit colligi, noxios flatus excernere & excludere ſtudentis; unde in nonnullis crit ce, haud malo omine, plurimi flatus per ructus excluduntur, qui nullo modo cohibendi ſunt, imo excretio illorum ſtudioſe procuranda eſt Prodent vero iis præcipue quibus multum flatus in hypochondriis colligitur aut toto ventre, facili tamen exitu per ventrem carens. Item qui cruditate acida laborant, lienoſis, mulieribus ex utero ſtrangulatis, colicis ac ileoſis, quibus nondum malum deorſum repit, & multis nephriticis, Ac ptidie ſi non fiat, provocare convenit. *Gabelchoverus ibid.*

7. *Bonus tamen ructus eſt*) *Hippocrates ſect. 6. aphor. 1.* In diuturnis lienteriis ructus ſi ſuperveniat acidus, qui antea non extiterat, bonum eſſe pronuntiat, Denotat nempe hæc aciditas, quæ hactenus ſepulta quaſi erat, fermentum illud ſtomachale, tutelæ decus, reviviſcere, & coctionis negotium rurſus inſtaurari, adeoque corruptionis labem evaneſcere. *Chr. Langius.*

8. *Reſpicit præcipue cauſam*) In cura primo removenda ſunt externè aſſumpta, quæ occaſionem mali ſuggerunt, ij Evacuanda materia viſcida pituitoſa, in ventriculo aut primis viis hærens, iij. Per medicamenta aromatica, ſalioa volatilia; oleoſa, diſcutiendi flatus, & temperandum acidum.

Ex purgantibus *aloetica* optimus conveniunt, hinc & *Pilulæ maſtichinæ* ad ventriculum crebrius eructantem uſurpantur, *Vomitoria* ſi neceſſaria, per ſe patent.

Quæ alias conveniunt ſunt ulterius *radices gentianæ, ariſtoloch. rotunda, calamus aromat. galanga.* exque his parata, *chamomilla utraque*, *Semina calida maj. & min.* horum *olea deſtill.* vel eadem in *vino* bullita, *caſtoreum*, ejus *extractum & eſſentia: Ambra* in ructu contumaciori optimum remedium cum *ſacch.* pulver. uſurpata à *Zacuto lib. 2 Pr. Adm. obſerv. 7. Species omnes aromaticæ.* Sunt qui commendant *talos leporis* aut *ſuillos* pulveriſatos, *cornu cervi præpar. corall.* &c. Hæc nempe agendo in acidum, flatuum efficiens, tollunt.

Aqua ſtomachica uſitatæ, *ſimpl. & comp. Syr. baccar. lauri* vel *junip. q. e. chamom. Rom. Balſam. ſulph. terebinth. & aniſatum* in contumacioribus ructibus eſt optimus; *Spiritus nitri* perquam egregium eſt carminativum, præſertim ſi cum flatibus conjunctus ſit ardor ſive æſtus, & inde natæ phlogoſes, quæ ſolent oriri ex bile cum acido in inteſtinis concurrente & vitioſe efferveſcente; quo in caſu ſingularis *ſpiritus nitri*, præſertim dulcificatus cum *ſpiritu aniſi* ſive *menthæ, Abſinthium & vinum abſynth.* quatenus corrigit cauſam materialam flatuum conducunt.

Externe *olea* tam *deſtillata* quam decocta aut infuſa ex carminantibus, Item *Empl. de baccis lauri*, malaxatum cum *oleo abſynth. menthæ & juniperi.* Item *ſpir. vini, ſuffuſiones aromaticorum*, Extrinſece applicatus calide convenit *Etmuller p. 49.*

Ad *nidoroſum ructum* ſedandum utilis eſt vomitio, vel purgatio lenis, cum hujuſmodi ructus corruptionis humorum in ventriculo exiſtentium index ſit; Poſt hæc *aquæ frigidæ* hauſtus prodeſt, vel pomorum coctorum cum ſaccharo prima menſa aſſumptio; *Rondeletius.*

Si Ructus fuerint fœtidi & nidoroſi primum ſubſidium petitur à vomitu per *aquam ben[illegible]*, cum *aqua menthæ & aniſi*. Hartmannus.

8. *Reſpicit præcipue cauſam*) Cum ructus fermentationis exorbitantis ſint nepotes, ideo præcipitantium virtus, utut veteribus fuerit ignota, hic non negligenda. *Chr. Langius.*

Curatio hæc per præcipitantia in Ructu acido præſertim convenit, ut acidus ille humor præcipitetur, v. g. *corall. crudum, oculi cancr. ebur uſtum*, c. c. uſtum: Si aceto injiciantur dulceſcit & præcipitatio fit. *Prax. Clin. gen.* D. *Michaelis adſcript. part. 1. l. 4. c. 8.*

8. *Reſpicit præcipue cauſam*) Flatuum generatio ac eructatio curabitur 1. vitando alimenta pituitoſa & flatulenta, 2. Incidendo, ac poſtea educendo *Pituitam viſcidam.* 3. Temperando Bilem, ſi fuerit acrior. 4. Diſcutiendo flatus genitos ac moleſtos, Incidunt Pituitam viſcidam tum Acida, tum Aromatica omnia, & ſale volatili prædita.

Educunt phlegmagoga; Bilem autem acriorem præ aliis omnibus temperat *ſpiritus ſalis Nitri*, ad duas tresve guttas ex miſtura conveniente: Flatus diſcutiunt aromatica pleraque, ex quibus olea poſſunt diſtillari, Semina præſertim, flores ac cortices: Palmam interim præcipit cunctis Spiritus Nitri, omnibus modis utilis, dum & pituitam & bilem corrigit; flatuſque in ſui generatione impedit, genitos autem diſcutit, Conducit miſtura ſequens

℞. *Aquar. menth. fœnic.* ãã. unc. ij. *ſpir. vini rectificati.* Vel *Aqua vitæ Matth. vel ſpir. carminat. Sylvii* ℥j. *ſpir. Nitr. opt. gtt. xx. laudani op. gr. iij. Olei macis ſtillat. gutt. vi. ſyr. menth.* unc. ß *Fiat miſtura cochleatim* crebrius, rarius exhibenda, prout dolores ac tenſiones magis vel minus urgebunt. *Fr. Sylvius.*

Corrigitur hoc vitium roborato Ventriculo. *aqua cinnamomi* ſumm omane epota, vel *aqua imperiali*, vel *eſſentia aniſi*, vel *oleo vitr. vener.* cum *ſpir. vini* permixto, & ſic eum juſculo optimo ſumpto: ſic ructus & flatus evaneſcunt. *P. Joh. Faber c. 37.*

De *cinnamomi* præſtantia notiſſimum eſt ejus uſum tam in vitium imbecillitate eſſe ſolenniſſimum (quod viſcera ſpirituſque ſingulos penitus refocillet) quam concoctiones & digeſtiones etiam potenter juvare, Ergo ſtante hac experimenti certitudine *aquam cinnamomi* ructuum incivilitatem emendare valebit. idem de *aniſo* ſentiendum: De *aqua imper.* vide Diſpenſatoria, quæ quod potiſſimum ex rad. & aromat. foliis, flor aromaticis conſtet, ventriculi imbecillitatibus egregie medetur.

Nobile præterea corroborans præſtare *ſpiritum vini optimum*, cum ſpiritu quodam minerali martiatum chymiatri eumprimis profitentur, adeoque ut *ſpir. nitri* cum *ſpir. vini* combinatur ſpecifici anticolici authoritatem obtinet, ita *ſpir. ſalis vel vitrioli*, præcipuè *martis aut vener.* ſi cum *ſpiritu vini rectificatiſſ.* conjugium ineant, ſtomachum & viſcera nobiliora reliqua radicali refectione beare ſolet. *Zacutus ambram* in ſubſtantia eum *ſpir. vini* porrigendam ſuadet, quotidianumque uſum contra ſummam ructuum importunitatem valdopere laudat, Rectius tamen ambra cum *ſacch. albiſſ.* vel *magiſt. eboris* aut *corall. perlar.* aut ocul. 69. duplo commiſcebitur, poſt cum vino vel ovo ſorbili dabitur. *Chr. Langius in Anim.* Sextuplum vel quadruplum *ſacch.* adſumit *Michaelis in Pr. clin.*

9. *Quantum ad differentias*) Per experientiam notum eſt 1. Flatus alios eſſe groſſos, exhalatione ſua vel ſonitu conſpicuos, & ſatis deprehendendos per ructum, per alvum, per borborygmos, & hiſce analogos. Alios tenues, ſubtiles, qualis è [illegible]bus eſt tinnitus aurium, aliique inprimis in ſpa[illegible]s ſubcutaneis, unde & ſudor quandoque viſus fuit ſonorus. 2. Oboriri eoſdem ex improportione archei & humorum: In ſtatu enim naturali quando archeus, ſeu calor bene habet, generantur quidem flatus quoque, ſed illi inſontes, inteſtini cœci eumprimis incolæ: aſt ſi ſubigere materiam, ingeſta, non poſſit, promptè adſunt. 3. Reſiſtere archeo magis humores auſteros, acidos, aqueos, pituitoſos, mucilagine pontica præditos, unde alimenta tales flatus promoventia præcipue dicuntur flatulenta, unde rectè mater & minera, ſive materia flatuum dicuntur. 4. Datis flatibus varios edi effectus morboſos, maxime vero obſtructiones ciere, vel i[illegible]em poſitus exaſperari & lædere magis, & dolores lancinantes [illegible] tenſiones & inflationes, ſive tumores partium quibus continentur, inteſtinorum, ventriculi, ſcroti producere. *Wedelius.*

9. *Quantum ad differentias*) In Ructu illud conſiderandum jubet *Hippocrates 6. Epid. 8.* Num *quis* inceperit eructitione[illegible] (vid. §. 4. *Erupto*) i. e. perfecerit eructationem, an non, ſed ſolum inceperit. Præterea in Eructatione conſiderandum quanta etiam ſit, ut an multa magnaque, an pauca & parva, & qualis, ut an nidoroſa, an acida, an qualitatis expers, Nam longe diverſas præſtant hæ differentiæ ſignificationes; Multa enim & magna multum flatum, nidoroſa calidam corruptionem; acida frigidam, qualitatis expers flatus generationem ſine corruptione. *Valleſius comm. in l. c. p. 753.*

10. *Dividitur tripliciter*) Ructus ab *Helmontio* recte ſtatuuntur quadruplices 1. eſt *Ructus acidus*, ut in hypochondriacis & jejuno ſtomacho. ij. *Ructus nidoroſus*, iij. *Ructus ſpecificus*, ſive is qui ſimplicium aſſumptorum ſaporem refert, v. g. poſt eſum raphani. iv. Eſt *Ructus inſipidus*, quando adſunt flatus ſine determinato ſapore. Interdum, ſed raro admodum, obſervantur ructus *fœtidi*, qui ſunt peſſimæ notæ. *Etmuller.*

11. *Alius eſt*) De Ructuum diverſitate, & ejus cauſa *Helmontius* probe notanterque ſe exprimit. Stomachus debiliſſimus, *ait*, ructus dat inſipidos, minus autem debilis, acidos, vitioſus tandem nidoroſos, amaros & acres, juxta nempe corruptionis gradus. *Chr. Langius.*

11. *Alius eſt*) *Ludov. Duretum*, Hippocratis genii titulo donatum, ſic aliquando lectionem orſum eſſe audivi à Parente meo b. m. *Andrea Boneto* (qui per lx. annos Medicinam fecit, tum Lugduni Gallorum, tum Genevæ, magna nominis fama) *Crepituum tria ſunt genera, ſonorum unum, Gallis* un Per; *alterum ſilens*, Une veſſe, *Tertium mixtum*, Pet de Maſſon, ou de Vendanges, *cum crepitum editurus ſimul alvi fæces liquidas invitus extrudit.* Ructibus eadem differentia accommodari poteſt, Alius enim eſt *ſonorus*, qui cum ſtrepitu eliditur. Alius *ſilens*, qui preſſo non patente gutture emittitur iiſque accidit qui præ verecundia erupturientem, coercere nequeunt, ſed pederentim emittunt flatum; Iſque ructus ſemper fœtidus eſt, etiam in optime valente, putidumque olet, ut recte videatur cenſuiſſe quidam concoctionem ventriculi per putrefactionem fieri. Tertia ſpecies Ructus etiam m[illegible]ta eſt, ubi cum flatu, ventriculus cibis nimis turget, crudi, incocti portionem una extrudit.

12. *Cohibendus*

12. *Cohibendus non eſt* Ructus ad res p. n. & abſurdas referentes haud eſſe nos perſuadere *Claudii* lex publica potuit, qua juſſit ructus crepituſque ventris inter epulas tolerandos; Unde etiam hujus edicti reſpectu ad menſam ejus hæc quoque adſcripta feruntur verba.

Heic eſt natura præſide turpe nihil,

Ch. Langius Path p.360.

13. *Frequens, qui tollendus*) Quod ad curationem ſive ſedationem ſymptomatis attinet, eo modo aggredienda eſt quo ventriculi intemperiei emendatio in paulo largiore quantitate, quæ diſcutiendi flatus vim habeat.

Compeſcere etiam ructum citiſſime deprehenditur *aquæ frigidæ* potus, idque celerius ſi nidorulentus ſit; Cujus rei cauſam nullam aliam video quam quod aquæ frigiditas ventriculi ſenſum obtundat, unde ab illo conatu expellendi deſiſtit, licet id ructus cauſam augere videatur, verum illa inunctione extrinſecus facta ſuper ventriculum, ex oleis calefacientibus & naturæ ventriculi accommodatis, ut ſunt *nardinum* & *abſynthinum*, aut de mentha & cerato ſtomachico emendabitur.

Pulveres flatus diſcutientes ex uſu erunt, ſi in illis ſacchari quantitatem augemus, quæ aciditatem potentius caſtiget; Quod etiam multum præſtant amygdalæ torrefactæ & ſaccharo coopertæ. *Rondeletius pag. 400.*

13. *Frequens qui tollendus*) Nobilis eſt hic Pulvis

℞. *Sacch. albi* ℥ij. *rubri* ℥ß. *ſuccin. præp.* ʒj. m. inſpergatur ℈j. ovo ſorbili aut juſculo. *Crato.*

Mulier præter omnium opinionem, abſque purgatione & aliis, miraculi inſtar ita curata eſt,

℞. *Semin. fœni. anethi* āā. ʒiß. *liquir.* ℥ß. *paſſular. exacinat.* ℥ß. *bulliant in aqu. q. ſ. Expreſſionis* ℥iij. *adde ſyrupi ex infuſione roſar. comm. ſyr. de cichor. Nic.* āā. unc. ß. m.

℞. *Ol. lilior. alb. aneth. pingued. gallinæ* āā. unc ß. ms. *Foreſtus lib. 18. obſ. 42.*

Ructus moleſtiſſimus *ambræ* uſu in mero diſſolutæ convenit. Hoc potu utitur nunc toto anno aſſumptis *gr. iij. ambræ, vini* unc. ij. *permixta.* Zacutus *Pr. Adm. l 2. obſ. 8.*

Ejus uſu mercator Luſitanus, importuno ructu fatigatus convaluit.

14. *Acidus qui vel eſt*) *Soboles cruditatis Aciditatis dicta*, Cruditas autem acida non eadem eſt ac Fames canina; ſed illa videtur magis volatilis eſſe quam hæc; tum etiam implicitum habere modicum ſalis volatilis, ita ut rationem habeat naturalis fermenti in ventriculo. Sed interim acidum videtur quodammodo prædominari. Ructus indicat quoque auſterum adeſſe, nam ab acido pori ventriculi non obſtruuntur, ſed ab auſtero, & hinc ſimiles ructus oriuntur: flatus autem furſum erumpunt propter levitatem ſuam. *Prax. Med. reform p 300.*

15. *Vel ab intemperie* Acidam cruditatem producunt, *ait Sylvius de le Boe l. c.* Humores acidi, & imprimis Succus Pancreaticus, vel redundantia, vel aciditatis intenſione peccantes, & ad ventriculum delati, unde non tantum præcipitatur alimentorum ſolutio ac fermentatio ſed eadem inſuper vitiatur ac corrumpitur, elevatis eadem opera Ructibus acidis, & nonnunquam valde moleſtis. Nec mirum eandem cauſam pro ſui majore aut minore copia, vel intenſiore aut remiſſiore qualitate functionem aliquam nunc ſecundum quantitatem, nunc ſecundum qualitatem magis aut minus alterare atque mutare, imo lædere.

16. *Curatio ad intemperiem*) Curatio eadem eſt ac famis caninæ, Eaque conſiſtit in pororum ventriculi apertione, & acidi auſteri emendatione; quod efficitur decocto lignoſo aperiente, ſi ei addatur aliquod ſudoriferum; Omnia martiata acidum etiam valde enervant. Si aciditas valde urgeat, tuno exhiberi poteſt *limatura Martis* cruda, quæ abſorbet & enecat acidum. *Pr. Med. Reform. p. 301.*

Grana piperis 5. vel 6. integra, jejune deglutita, experimentum ſunt *Riverii* ad ructus acidos, *obſ. 37. morb. infrequ.*

17. *Alius nidoroſus*) Ad fermentationem in ventriculo non tantum ſalſum ſed acidum etiam requiritur; Cruditas enim nidoroſa præcipue in ſale conſiſtit, quod pungendo ſeparat quidem lente & aliquatenus particulas alimentorum à ſe invicem, ſed moram nimis longam in ventriculo nectendo alimenta longa illa digeſtione putreſiunt, ſal hic in poris & tubulis hæret.

Nidoroſum eſt ſalinum aut nitroſum; ubi nitroſum eſt non eſt adeo calidum, verum cum à nitroſitate recedit aliquando eſt calidiſſimum; & homines quibus ructus ſunt nidoroſi inſtar ovorum frixorum, aut acidi, ſæpe potentiſſimè concoquunt & digerunt.

Ructus *fœtidi* ſunt à mixtura ſalis & pinguedinis, ſicut cum ſulphur coquitur aliquandiu in forti lixivio aut quia ſuperius ventriculi orificium non eſt ſatis clauſum, ita ut vapores fœtidi ex inteſtinis aſcendant ad gulam.

Quia ſal hic peccat, non abſurdum eſt hic metui eryſipelas, ſcabiem, lepram &c. qui affectus in ſale conſiſtunt.

Intemperies non manet in ventriculo, ſed tranſit ad inteſtina, unde denuo ſimilis materia in ventriculum deponitur.

Ructus hic ſæpe percipiuntur inter ſalſos & acidos; quod inquirendum accuratè an æger poſſit eos diſtinguere, num ad acidum, an vero ad ſalſum ructus inclinent. Sæpe tam acres ſunt ut gulam excorient. *Prax. Med. Reform. p. 296.*

In Curatione Vomitorium non omnino eſt rejiciendum, & poteſt prodeſſe ſi multum humorum inhæreat ventriculo, & conſtet ex *croco metallorum* recenti, quia alias corrumpitur, vel ex infuſione *vitri antimonii.* Cinnamomum ſemper ab Auctoribus Vomitoriis additur, ſed nulla ratione, nam ventriculum roborando vomitorii vires imminuit.

Frigida hic non ita nocent, quia fermentum hic tam acre & tam potens eſt: ideoque *ſemina 4. frig. maj.* ſi non adſint obſtructiones, hic poſſent admitti, ut ſal ſuffocetur.

Hic proſunt omnes *herbæ emollientes*, *hordeata*, *theriaca rec*, &c.

Tamarindi vitandi ſunt, ſi diarrhoea adeſt, alioquin proderunt.

Curatio conſiſtit in infractione & eductione ſalis, quod eſt difficillimum; nulla tamen re melius educitur quam per diuretica & ſudorifica, ut cum multa aqua multum ſalis excernatur.

Hunc in finem convenit Apozema ſequens

℞. *Cortic. tamariſci, rad. polypod. qu.* āā. unc. j. *rad. alth.* ʒvj. *herb. acetoſ. ſcolop. vere* āā. *m.* j. *tamarind.* unc. ij. *ſem. pſyll. tart. albi* āā. unc. ß. *ſem. papav. hord.* āā. ʒij. f. *Infuſio cal. in aqua chalyb.* aut *ferri lactis chal. q. ſ.* poſt Decoctio, *In colat.* ℔iv. *diſſolve ſyr. pap err.* unc. j. *de acetoſ. citr.* unc. iß. *lap. prun.* ʒj. *ſpir. nitr. q. ſ.* quod vi ſua narcotica ſalſedinem ſalis imminuet.

Hic convenit *Mercur. dulc.* quia acrimoniam ſalſi fermenti infringit.

Conſervæ & omnia dulcia vitanda, quia ſacchar. eſt ſpecies ſalis. Vitandum vinum Gallicum, Hiſpan. & alia dulcia ob acrimoniam ſalinam. *Corallia & oculi cancr.* hic non proſunt, quia acidum, quod hic deeſt, enervant, niſi prius ſaturentur ſpiritu acido.

Terra ſigill. hic uſurpatur, qua frangitur vis acrimoniæ.

Exhibeatur ſubinde *laud. op. gr.* ꝭ. aut *pil. de cynogl.* gr. iv. v. vi. *Tinctura opii* etiam prodeſt.

Bona *Diæta* malum hoc aliquando ſuperatur, cibi ſint emollientes. Uſus *herbæ* Thee convenit, quia in multa illa aqua multum ſalis diſſolvi poteſt. *Ibidem.* Vide §. 8. *Reſpicit præcipue cauſam*)

17. *Alius Nidoroſus*) De cruditate Nidorulenta Vide Caput de Chyloſeos læſione.

18. *Qui vel eſt*) Cruditas nidorulenta fit quando aſſantur quæ coqui debent. Fit 1. cum Potus eſt imminutus, 2. quando cum humore acido ſimul incidit humor pravus in ventriculum, ut fit in febribus, 3. cum humor acidus non eſt bonus, ſcil. cum habet aciditatem cum acrimonia, ut in iis qui biberunt multum vinum aduſti: Omnis generis humor facit (præſertim bilioſus) qui ex arteriis excidit. 4. Quando nimis calet ventriculus, ſcil. ob ſanguinem calidiorem & tenuiorem, 5. cum non excernitur cibus, ſcil. in iis qui ſunt nimis voraces vel bibaces, uti & in iis qui bibunt vinum & ſuperbibunt cereviſiam. *Walæus Pract. l. 2. c. 17.*

Motus morbi fit pedetentim, tandem laborant diarrhoea, acri, bilioſa; febriculæ adſunt; Deſinit diarrhoea ad ſalutem, ad mortem dyſenteria, vel febri. *Idem.*

19. *Magnam chyloſeos imbecillitatem*) Ructus, præſertim ſi frequentiores illi ſint, impotentiam quandam teſtantur, ſeu ventriculi infirmitatem, & *ἀπεψίαν* præſupponunt, hoc eſt ex vitioſa indigeſti cibi, ſeu cruditatum fermentatione, fluctuatione ac corruptione provenıunt, ut hac ratione Ructus nihil aliud ſit quam cibi potuſq; in ſtomacho male percocti corruptique ventoſa ſeu flatulenta efflatio. Vel flatuum è cruditate ventriculi naſcentium eruptio rejectioq;. *Chriſt. Langius.*

20. *Aut vacuatione*) *Pilul. Iliacarum Rhaſis* ſingularem facultatem ſæpius in Ructu moleſtiſſimo compertam habuimus. Cuidam adeo moleſtus ac difficilis erat affectus ut in extremis eſſe videretur, cum ad eum vocaret, fruſtra fuerunt moleſtiæ. Huic initio exhibuimus Pilulam unam pondere gran. x. per quam vitioſis ac fœtidis humoribus nonnullis expurgatis, melius habere videbatur, Paucis diebus interpoſitis data gr. xv. *tertio* vero ℈j. quo aſſumpto, & expurgatione pravorum humorum ſuccedente, brevi convaluit. *R. Dodonæus Med. obſ. 36.*

21. *Prodeſt vinum abſynthites*) In ructibus vulgo commendatur *vinum abſynthites, Sal & ſpiritus abſynthii* potiora ſunt. *Hartmannus Pr. Chym.*

De Ructu, *Crepitu ventris Ructu.*

Emiſſio Flatuum per os in *Ructu* edendo, vel per alvum in *crepitu* emittendo, quocunque modo fiat, ob ſonum alienum quem crepando edit, nonnunquam & fœtorem, depravata eſſe cenſetur; eoque magis, quod cum hujuſmodi flatus cohiberi poſſent, tamen emittantur; Unde & magis indecentes hi crepitus quam alii ſoni qui in reſpiratione depravata eduntur etſi cum clamore, tuſſi, ſingultu & ſternutatione fiant, cenſentur, quod hanc efflationem reprimere nullo pacto queamus.

A *flatibus* è ventriculo ſurſum per oeſophagum & fauces erumpentibus *Ructus*, Et per illos qui per inteſtina deorſum per rectum inteſtinum & anum exeunt, *Crepitus ventris* prodeunt, *ſonum* & *bombum* eo majorem edentes quo majori erumpunt impetu: Qui *flatus*, ſi *ventriculo*, *inteſtiniſve* occluſi retineantur, nec exitum inveniant, diſcurrendo per horum cavitates & ductus *murmura rugituſque in abdomine* edunt circa ſiniſtrum maxime hypochondrium, ſi in ventriculo, vel illi ſubſtrato & annexo inteſtino colo coerceantur, cum hæ partes hanc ſedem potiſſimum occupent, (quod tamen cauſa lienis qui flatibus impleri nequit, communiter putant accidere) vel etiam in alia ventris regione hi rugitus audiuntur, ſi alibi inteſtinis incluſi ſint, maximeque circa umbilicum, propter tenuium illic inteſtinorum convolutionem: Quorum flatuum cauſas in variis ventris & inteſtinorum affectibus expoſuimus, Inter quas & coarctatio hypochondriorum in virginibus, quam veſtibus arcte ſtrictis, quo graciles appareant, ſibi conciliant, exiſtit: ſic namque flatus coacti murmura illic edunt, & ut turpiter ſe ſæpe dent, occaſionem frequenter præbent. Sed & præter hoſce *flatus ſimplices*, ſi flatus alius humori in ventriculo aut inteſtinis contento permiſtus fluctuet, tunc fluctuans ſonitus cum rugitu ſe offeret, vel ſi humor ſolum agitatus hunc ſonum edat, *fluctuans* tantum emerget. Quod ut à variis fit cauſis, in ventriculi affectibus expoſitis, ſic & frequenter aqua affatim bibita, aliove liquore, ſi tunc corpus agitetur, ventriculuſque comprimatur, fieri obſervamus.

Crepitus oris & ventris, etſi utiles, indecori tamen cum ſint, honeſtatis potius cauſa retinendi ſunt, vel in receſſu ab hominibus ſeorſum emittendi. Quod ſi adeo urgeant ut ægre, & cum damno impediantur, flatuum proventus erit amoliendus, Qua ratione & *murmura* & rugitus ventris impediuntur, cruditatem arcendo, & foris admotis, introque exhibitis flatus diſcutiendo, quorum formulæ in imbecillitate ventriculi proponuntur, Quibus plerumque *Lieni* appropriata in rugitu hypochondriorum virginibus familiari permiſcere ſolent: quod quidem ſi prodeſt, non quod à Liene hi flatus prodeant, aut illic contineantur, vel inde proficiſcantur, ſed quod externorum quæ ſiniſtro latere applicantur remediorum vires ad lienem quoque pertingant; idcirco aliquo pacto huic incommoditati accommodari debent, ut cum ſacculis ex cumino, aliiſque flatibus diſcutientibus paratis *ſemen vitic. ruta, ceterach.* &c. permiſcemus, acetoque pulvere fricamus, vel olea ſplenetica inunctionibus quæ flatus pellunt addimus. *Platerus.*

II. 22. *Rugitus eſt ſonitus ventris* β *excitatus ab humidibus vel flatibus, in ventriculo aut* 23. *inteſtinis diſcurrentibus.*

24. *Cauſas* habet eaſdem.

Sortitur *differentias*, & pro diverſitate ſoni, cujus *cauſa* eſt excrementi copia, & viarum amplitudo, & partis in qua continetur ratio.

Eſt enim *Si[...]us & tenuis*, qui acutum; *Humidus & Craſſus*, qui gravem ſonitum facit

Eſt vel *in inte[...]inis craſſis*, unde graviores bombi erumpunt: vel *in tenuibus*, unde clariores & acutiore[...] & ſi humiditas adſit, murmurillus oritur, qui inſtantis humidæ dejectionis prodromus eſt.

Eſt vel *in C[illegible], vel intra tunicas*; imò viſus eſt flatus per gulam aſcendiſſe, futuræ ſuffocationis ſpeciem præbens, & poſt horæ ſpacium ad ventriculum recurriſſe.

[21] *Rugitus [illegible]*) Alias dicitur Murmur, βορβορυγμὸς mur[illegible], vox ficta quæ affectum repræſentat ut ὑποχόνδρια βορβορύζοντα, q. d. borborantia hypochondria μετὰ ψόφου βορβορυγμός, & inteſtina cum murmurant, & crep[illegible] βορβορύζειν hoc dicunt ita per ὀνοματοποιΐαν facta[illegible]ter ex ſono voce, *Ariſtophanes in Nubibus* expreſſit: Ex βόρβορος, cœnum, lutum, eſt verbum βορβορύζω, murmuro, cum enim agitatur in imo ventris lutum, ut ita dicam, fit murmur. Hinc verbale βορβορυγμὸς notat flatum ab inteſtinis craſſis erumpentem, cum ſonitu quodam humoris: flatuſum impetum & motionem in inteſtinis, aut circum viſcera in hypochondriis ſtationem habentia. *Dietericus Jatrei* §.184.

[22] *Rugitus ventri[illegible]*) Ad præternaturales ſonos, (*Ructum & crepitum ventris*) qui in flatibus hiſce emittendis ſe exerunt, eos referre poſſumus. qui licet non ſtatim [illegible] flatibus à quibus producuntur, è corpore prodeant; ſed co[illegible] incluſi audiantur, tandem tamen per ructum aut crepitum erumpunt, quales ſub hypochondrio utroqu[illegible] ſiniſtro tamen frequentius ſe offerunt, qui ſi [illegible] ſonum exprimant *Fluctuationes*, [illegible] ſi rugitus *Rugitus* appellantur, ali[illegible] ſonos repræſentant, ut ranarum, vel [illegible], unde poſtea hæc revera in ſeipſis [illegible] ejuſmodi [illegible]ſonos e[illegible] ſibi imaginantur. Ejuſmo[illegible] in virginibus ſunt frequentes, & aliis quibuſdam, atq. morborum quorundam, ventriculi & inteſtinorum ſcil. ſunt ſymptomata, Alibi etiam in ventre, inprimis in umbilici circuitu, ejuſmodi ſoni cum ſtrepitu audiuntur & extuberantia quadam vagante, nec in eodem loco perſiſtente. Quod frequenter etiam in ſanis ante excrementorum excluſionem & crepitus evenire ſolet, aliis alio tempore. Et in colicis doloribus familiare quoque exiſtit. *Platerus.*

[22] *Rugitus eſt ſonitus*) Sic definit *Steph. Blancardus Lexici Medici p. 255.* Rugitus eſt *chyli & excrementorum inteſtinis contentorum p.n. efferveſcentia, qua flatus & motus varii in inteſtinis concitantur, & hinc inde per excrementa volvuntur, cum exitus per os & anum facilis denegatur.*

Rugitus βρυχηθμὸς, proprie vox Leonum eſt. Sumitur aliquando pro murmure in inteſtinis & hypochondriis, Græcis βορβορυγμὸς dicto. *Bruno Lexici p.1016.*

Quid ſit *murmur*, Rugitus, late explicat *Gul. Ballonius in Definit. Medicis.* βορβορυγμὸς. ait. non tam definiendus eſt flatus erumpens cum quodam humoris ſonitu, quam flatuoſus, ut ita dicam, impetus & motio, aut in inteſtinis, aut circum viſcera in hypochondriis, ſtationem habentia, ut non tam eruptione ipſa quam tumultu ſit metiendus. Hinc *Hippocrates aph.73. ſect. 4.* Οἷσιν ὑποχόνδρια μετέωρα βορβορύζοντα. *Quibus ilia, ſeu hypochondria melius, elata ſuſpenſaque murmurant*, Ubi diligenter notare oportet duas illas voces μετέωρα & βορβορύζοντα, illa enim vox μετέωρα ad hypochondrion eleganter transfertur, ut jam vitium hypochondrii ſignificet, æqualitas enim debet adeſſe hypochondrio, *ex Hippocr. in Progn.* §.23.

Hypochondrii autem εὐεξία, bona habitudo, in tribus conſiſtit, In ſubſtantia, qualitate & quantitate. In *ſubſtantia*, ut molle ſit, appulſui digitorum cedens ac obſequens, In *quantitate*, ut mediocritas contractionis & diſtenſionis ſit, non contractum aut depreſſum, nec diſtentum nimis; In *qualitate* temperatum, ut nec calidus nec frigidus appareat, ſed in medio qualitatum poſitum ſit, Accedit τὸ ἀσφυγμῶδες, nimium ſit οἰδῆμα, ut non inſit pulſus.

Ergo *Galenus* interpretans duas illas voces, τὰ μετέωρα καὶ βορβορύζοντα, tacite indicat quibus in affectibus borborygmus, aut cum diſtentione hypochondrii eſſe ſoleat, aut ſine illa. Sic ſcribit multis de cauſis attolli hypochondria, è quibus una eſt τὸ φυσῶδες πνεῦμα, ſpiritus flatulentus, Eaque cauſa bifariam conſideratur, aut cum ſit ſequiturque ex affectu qui vix eluis ſolvique poteſt, aut cum a recenti occaſione naſcitur, Prior diſpoſitio *murmur* non habet, licet à flatu ſit, poſterior cum borborygmo eſt.

Res ut intelligatur, has diſtinctiones aſſignare libet. Hypochondriorum μετεωρισμὸς, ἢ ἀνάστασις, aut eſt recens, aut vetus, Si recens eſt, aut borborygmum habet junctum, aut ſine eo eſt. Si junctum habet, necnon cum eo tormina, ſignificat obortos flatus qui alvi profluvio, aut urinæ profuſione, aut ructibus forſaſſe ſolventur. Nam is Borborygmus eſt quidam ſonus flatuoſus, qui neque magnus eſt (quo diſtinguitur à bombo, qui flatus eſt ſiccior cum valido ſatis ſono prodiens, & in craſſis inteſtinis fit ſine materia, borborygmus ibidem ſed cum materia, *cap. 2. l.3. de cauſ. ſympt.*) nec multus cum quadam humiditate ad inferiora impulſus ac incitatus; Si autem diſtenſio recens ſit ſine borborygmo, deterius id eſt, nam ſignificat hepatis aut lienis recens natam inflammationem, præſertim ſi dolor percipiatur, & torminibus nonnullis ſine borborygmo æger conflictetur. Sin autem diſtenſio illa ſit vetus, rurſus aut expers eſt borborygmi, & hecticam quandam intemperiem inteſtinorum ſignificat, quæ in Tympanitem tandem firmari ſolet, de qua *aph.11. lib.4.* Si autem vetus ſit, & ſine borborygmo, ſcirrhum alterius viſceris ſæpius indicabit, de qua forte loquitur *Galenus aph. 73. 4. Diſpoſitio diſtenſionis una fit a difficili ſoluta affectione partium ad alvum attinentium, eáque ſine murmure fit.* Melius forte intelligetur de hectica diſpoſitione inteſtinorum in qua eſt borborygmus, nam in genere loquens ait, unam ex cauſis quæ diſtendunt hypochondria eſſe ſpiritum flatuoſum, quæ dupliciter ſit, aut ob ſolutu difficilem affectionem partium ad imum ventrem attinentium, aut ob recentem occaſionem. Si à flatulento ſpiritu eſt, credibile eſt murmur quoddam eſſe &c.

[β]. *Excitatus ab humoribus*) Fluctuationes ciborum in ventriculo non oriuntur à flatibus in ventriculo hærentibus, ſed à nimia aqua per arterias gaſtricas in ventriculum delata; aut ab humoribus inter membranas ventriculi, aut inter paries abdominis continentes ſtagnantibus. Vel etiam à nimio aſſumpto potu, vel cibo liquido, qui in ventriculo, corporis motu, fluctuationes efficiant. *Prax. Med. Reform. p.300.*

[23]. *Inteſtinis diſcurrentibus*) Flatibus & humoribus horſum vorſum à motu inteſtinorum periſtaltico provolutis, Notante enim Clariſſimo *Pejero Exerc.10. de Glandul. inteſt. c.4* inteſtinorum fibræ non tantum à parte ſuperiore verſus inferiorem conſtanti ordine contrahuntur, verum etiam in ſtatu naturali reciproce nunc ſurſum nunc deorſum blande feruntur; Sin ergo accidat ab infarctu aliquo inteſtinorum humores & flatus ad inferiora tendentes cohiberi ob infarctum illum vel anguſtiam inteſtinorum, remeant illi, & revolvuntur, mutuque reciproco feruntur à vi periſtaltica inteſtinorum, unde murmur ille eouſque durabilis donec reſtituta viarum libertate flatus viam ad exitum inveniant.

22. *In ventriculo aut inteſtinis diſcurrentibus*) *Hippocr. aph. 73. l. 4.* hypochondria ait διαβορβορύζειν, quoties in iis frequens murmur, ſeu βορβορυγμὸς auditur: *Borborygmus vero dicitur ſonus flatus, qui neque vehemens ſit, neque multus, ſed cum humiditate quadam moderata impulſus ad alvum*: Ad alvum vero impelli flatus nequit niſi ipſis in inteſtinis conceptus fuerit: Neque enim arbitror aliquem cogitare heic de flatu qui vel intra omentales fluctuet, vel eo in cavo quod lienem inter & ventriculum interjacet. Alterutro enim in loco ſi eſt, qua ratione impelli ad alvum poteſt: Mihi ne dubitandum quidem videtur in ſumma mediaque coli parte contineri iſtos flatus, qui & tumere hypochondria & murmurare faciunt; Cum autem *hypochondria* dicit *Hippocr.* plurium numero intelligi haud dubie vult totam epigaſtrii regionem inflatione tolli: Certe hoc quotidiani experimenti eſt, præcipue in fœminis crudis, Eodem nos Coli & ſitus & abuſus vocat: In ventriculo flatus concipi, in colo colligi *Fernelius 11. Path. 19.* veriſſime dixit. *Linden. Select. §. 69.*

23. *In ventriculo aut inteſtinis diſcurrentibus*) Flatus præſertim borborygmorum authores ſunt, per inteſtinorum anfractus exitum molientes, quem aut nanciſcuntur, ſuccedente alvi profluvio vel crepitu. Aut prohibentur, ab obſtructione aliqua vel compreſſione inteſtinorum, tum motu retrogrado feruntur, ac reciproco modo à loco ad quem propulſi ſunt, modo ab eo unde primo prodierunt; tamdiu ſuperſtite murmure quamdiu pertinax eſt anguſtia, quæ ſi evicta fuerit deſinit affectio, niſi hectica adſit intemperies, quæ fomitem perpetuum ſubminiſtret: tunc malum fere in Tympanitem deſinit. Inteſtina fibris carneis, & motus capacibus donata ſunt, quarum ope horſum vorſum verſant humores & flatus quiem motum *Periſtalticum* vocant manifeſtum à ſupernis ad inferna, in ſtatu naturali; nec obſcurum ſtatu p. n. teſtis eſt iliacus affectus. Fibras ſplanchnicas motu convulſivo cieri oſtendit *Willis*, quo affecta inteſtina varie exagitari poſſunt humores & flatus, unde borborygmorum occaſio, Vide caput de Tympanite.

24. *Cauſas habet eaſdem*) Fit βορβορυγμὸς quando flatus humiditati permixtus, eam in loco cavo (ut inteſtino) exagitat, Non aliter hæc fiunt quam quod de ventis ſcripſit *Verg. 1. Æn.*

> *Qui venti incluſi magno cum murmure montis*
> *Circum clauſtra fremunt, ſed impulſo monte*
> *Qua data portarunt*

ſic flatus in tenuibus & flexuoſis inteſtinis, ad hypochondria & ilia ſitus incluſi, ſi poſt longum murmur tandem eruperint, ad craſſa inteſtina, cæcum & colon, illic fit diſtenſio, (& lumborum dolor, ex *Hippocr.* ubi ſita ſunt craſſa illa inteſtina) quod ſi flatus cum humiditate deſcendat ad rectum inteſtinum, ſequitur dejectio, ceſſante lumborum dolore. *Hollerius ad aph. 73. 4.*

25. *Vel intra tunicas*) Flatus intra tunicas concluſus inflationem & diſtenſionem inferre poteſt nequaquam murmur; neque enim adeo inſignis poteſt eſſe dilatatio ut flatus intra eas ultro citroque diſcurrere poſſit: adde quod divulſio illa tunicarum ab invicem, & contumaciorem induceret affectum, quod via ad exitum non pateat flatibus nec niſi per ἀδήλων διαπνοὴν. Et periculoſiorem, reſeratis enim oſculis vaſorum, intra membranas excurrentium, effuſio contingeret ſanguinis, hinc inflammatio &c.

Cap. XIX.

De Nauſea & Vomitu.

1. N*Auſea eſt inane vomendi deſiderium, cum triſti moleſtia, aſtu & anxietate, quo ventriculus conſtrictis inferioribus & dilatatis ſuperioribus, ejicere quidem* [3.] *quæ ſibi moleſta ſunt conatur, ſed præ imbecillitate,* [4.] *vel paucitate, aut contumacia materiæ, nihil præter tenuem & aqueum humorem per os excernit.*

Signis opus non eſt. *Cauſæ* ſunt in Definitione expoſitæ, & ſecundùm magis & minus duntaxat, ab illis quæ vomitum producunt, differunt. Itaque de iis ubi de vomitu agemus. [5.] Prodeſt [6.] *zedoaria* radix comeſta, vel ejus extr. aut acetum aſſumpta.

1. *Nauſea*) Ναυτιλία Navigatio, ναυτίλομαι, navigo; hinc ἀπὸ τῆς ναυτιλλομένων dicitur ναυτία, Jonice ναυσίη, Nauſea, proprie illud faſtidium & vomitio navigantium, quod verbo ναυτιᾶν, nauſeare dicunt, Hinc *Plutarchus Qu. nat. p. 924.* quærit, διὰ τί μάλιστα ναυτιῶσιν οἱ διὰ θαλάττης πλέοντες; ἢ διὰ φόβον? Salum ſubvertere ſolet ſtomachum, & à ſalo nauſeare ſolemus atque vomere. *Dietericus Jatrei §. 561.*

2. *Nauſea*) Ἀπὸ τῆς ναυσία, ναυτία, Jonice eſt nauſea, nautea; dubito an à ναῦς; aut etiam aqua illa putida quæ in ſentina colligitur. *Hippocr.* eleganter à ventriculo ad venas transfert, cum ναυτιώδεις vocat profluvia ſanguinis, ἰλιγγιώδεις: Vicinos affectus (niſi forte quidam prorſus ſunt iidem) voco quos *Galenus* quidem 8. K. τόπ. 3. ναυτιώδη διαθέσιν vocat, Ἀνατροπὴν τῆς γαστρὸς, ſubverſionem ventriculi, ὕπτιασμὸν, ſupinitatem ejuſdem ἀποθλίψιν, compreſſionem, ſeu attritionem, quibus jungo κλύδωνας, fluctuationes. *Hoffmannus.*

3. *Quo ventriculus conſtrictis*) Nauſea vulgo dicitur *laxatio* nimia orificii ſuperioris, quod tamen omnino falſum eſt, quando potius pertinax & nimia ſtomachi, ſive orificii ventriculi ſuperioris clauſura eſt, id quod revera *Nauſeam* conſtituit; Quando enim ex re moleſta irritatur ventriculus, & pylorus & ſtomachus ſe contrahunt, eſtque *Nauſea.* Sin vero continuetur irritatio à re moleſta, prævalet tandem fortior pylori conſtrictio, & ſequitur ſic *nauſea cum vomitu*, Nam quod in Nauſea ſit talis adſtrictio & anguſtatio ſtomachi, patet ex eo quod *Nauſea* ſit revera *faſtidii ſpecies*, in omni enim faſtidio ſe contrahit ſtomachi orificium. Hinc eſt quod in Nauſea, non ſecus ac in omni faſtidio, tam difficilis ſit deglutitio, dum boli deglutiti revera hærere videntur in gula, ac nolunt inferiora verſus deſcendere propter ſtomachi conſtrictionem. Deinde quando comedimus nauſeantes aliquid, tunc ſane poſt deglutitionem rei moleſtæ ſequitur ructus, non vero ante, quia

qnia nempe ſtomachus antea erat [illegible] lauſus, qui per inte[illegible]em degl[illegible] aperi[illegible], & hinc ſequitur ructus. [illegible]nc eſt quando audimus res horridas [illegible] olfacimus res [illegible]s, quod hoc ipſo nauſeam [illegible] dum tonis v[illegible]us & [illegible]cia ſe contrahant; Imo ſi nauſe[illegible] rem ingratam intrudas, hoc ipſum ſæpius per vomitum regurgitat, antequam ventri[illegible] ex pertinaciſſima ſtomachi el[illegible] ſura. Eſt igitur *Nauſea ſtomachi quædam contra-ctio rej[illegible]ens rem ingratam.* Etmuller *Pr. Part. 2. pag. 50.*

3. *Quæ ſibi moleſta ſunt*) Qualia ſunt *ci[illegible] non conſueti*, à quibus natura abhorret; vel alias turpia & abominabilia caſu vel neceſſitate ſumpta, quorum & ſola *imaginatio* quibuſdam nauſeam, nonnunquam & vo[illegible]tum m[illegible]vet; Idem faciunt admodum ingrata vel odora tetro & nauſeoſo prædita, qualia multa ſunt *medicamenta*, & inter cætera fere omnia *cathartica Nauſeam* præ cæteris pariunt; Sicuti & quibuſdam *certi cibi*, non per ſe ingrati, ſed illorum naturæ adverſi, adeo ut ſi caſu ingerantur, rurſum evomantur, In *morbis* quoque quamplurimis, in quibus cibos faſtidiunt alimentoſus ipſorum odor inprimis carnis & pinguis odor, nauſeam inducit: Adde his *humores & excrementa* varia in ventriculo coacervata. *Platerus.*

4. *Vel paucitate aut contumacia materia nihil præter tenuem* &c. Nauſea hac infeſtabatur in gravi navigatione *Seneca*, ſcribens ipſe de ſe, *Nondum erat tempeſtas ſed jam inclinatio maris ac ſubinde gravior fluctus: Cæpi Gubernatorem rogare ut me in aliquo littore exponeret; Aiebat ille aſpera eſſe & importuoſa, nec quicquam ſe æque in tempeſtate timere quam terram, Pejus autem vexabar quam ut periculum mihi [illegible]ceret. Nauſea enim me [illegible] hoc ordine exitus torquebat, quæ bilem movet, ne [illegible] Inſtiti itaque, & Gubernatorem vellet nollet c[illegible] ut peteret littus.* [illegible]tola 53.

5. [illegible]*deſt*) Si nauſea aut vomitus im[illegible]eat ab *aſſumpto medicamento*, vel ingrato [illegible]u fœ[illegible]o, convenit mall[illegible]catio *corticum citri* [illegible] ſubinde de pulpa aliquid adhæreat, Vel *pan*[illegible]o int[illegible] & [illegible] & pulvere *caryophillorum* inſperſus. [illegible] nar[illegible]us ad moveatur. *Etmuller.*

Ad nauſeam valet *ſal* uſtus & ſacculo impoſitus; *Mizaldus.*

In Nauſea à ſumpto pharmaco *Cepa* præmorſa, Nux juglans maſticata.

Θεραπεία nauſeæ ex navigatione apud *Celſum* talis eſt. Is qui navigavit, & nauſea preſſus eſt, ſi multam bilem evomuit, vel abſtinere cibo debet, vel paulum aliquid aſſumere, [illegible] pituitam acidam effudit, utique ſumere cibum, ſed aſſueto leviorem: Si ſine vomitu nauſea fuit, vel abſtinere, vel poſt cibum vomere. *Celſus lib. 1. cap. 3.*

Multi vomitoriunt, inrumentem valde aqualiculum habent, imo laxatis veluti fibris aquea ejiciuntur; ſed talis non eſt excretio qualis eſſe debet: In iis nihil prius com[illegible]timus *pilulis ex rheo*, cum aliis roborantibus, addito *aloes* pulvere, nam cum tales non tranſcendant hepar, dum commode ventriculum roborant, vacuando non obſunt ut ea quæ foris admoventur. *Ballonius Epid. l. 2.*

6. *Zedoaria*) *Hartmannus Prax. Chym. p. m. 106.*

Vomitus Definitio, Signa.

II. 7. *Vomitus eſt* 8. *materiæ moleſtæ in capacitate contentæ*, 9. *per ſuperiora*, 10. *ſenſibilis & palpabilis* 11. *cum impetu rejectio.*

12. *Signis* non eſt opus, 13. cum ſymptoma ſit manifeſtum. Res autem eſt 14. non de *Critico*, 15. qui ut opus naturæ in commodum ægri accidit, & vel materiam imminuit, vel tollit; ſed *ſymptomatico*, 16. quem *prænunciant* capitis dolor per conſenſum exortus, tenebræ ante oculos apparentes, rigor, inferiorum hypochondrii partium frigiditas, agitatio labii inferioris, multæ ſalivæ effluxus &c.

7. *Vomitus*) Ἔμετος & ἐμεσία differunt; [illegible] iſ interdum ſignificationem: Τὸν ἐμετικὸν video dici illum *qui vomit*, qui habet [illegible], ut *Cicero* loquitur de conſuetudine vet[illegible]um. Τὸν ἔμετον, *Vomitionem ipſam*, aut etiam *materiam vomitam.* Porro uſurpatur vox, non de ventriculo tantum, & materia ibi contenta, ſed & de [illegible]: Vide Foeſium in [illegible]: Idem ſignificat [illegible], hinc χολεμεσία apud Pollucem. *Hofmannus Inſt. l. 3. c. 114.*

7. *Vomitus*) Sumitur vomendi vox vel *late*, prout quamlibet excretionem copioſam ἄνω factam comprehendit, quo ſenſu non raro uſurpat *Hippocrates* ſic in Coacis, *Qui ſanguinem ſpumoſum vomunt, dolore infra ſeptum tranſverſum non exiſtente, de pulmonibus vomunt &c.* vel *ſtricte* & *proprie* pro vomitu morboſo.

8. *Vomitus eſt materia moleſta*) Vel *Eſt motus ventriculi depravatus, quo facultas ventriculi irritata quæ in ventriculi cavitate poſ[illegible] ſimum moleſta ſunt, ſenſibiliter & cum impetu per os ejicit.* Pertinere hunc affectum ad *ſymptomata actionum læſarum, Motus depravatus*, generis loco in definitione poſitus, haud obſcure innuit: Confirmat *Galenus 3. de cauſ. ſympt. 1.* Etſi vero Idem *lib. de Diff. ſympt.* Vomitum in *excretorum p. n.* genere collocet, duplex tamen reſpectus, quo *ibi quidem facultatem expultricem* tanquam *efficientem* eſt intuitus, *hic* vero *materiam* potius ſpectavit, nodum hunc facile ſolvit. *L. Stranſſius Pal. Med. P. 2. Gymn. 3.*

8. *Materiæ moleſtæ*) Vomitionum varia occurrunt genera, tum in morbis, quorum ſunt ſymptomata, tum extra hos, in nondum ægrotantibus, hacque ratione primum diſtinguuntur. Nullo adhuc morbo præſente, illiuſve aliis accidentibus, ſed tantum hiſce quæ vomitus affert, vomitio ſe offerens, frequens illa eſt quæ poſt crapulam & ebrietatem ſupervenit, quando *vinum* immodice hauſtum rurſum per os effundunt, & una interdum multa *excrementa, bilioſa pituitoſa.*

Eſt alia vomitio poſt *aſſumptos certos cibos nauſeoſos*, aut alioquin adverſos ſuperveniens, per quem ea rurſum, multaque alia contenta in ventriculo rejiciuntur.

Alia ſe offert Vomitio frequens admodum, poſt *medicamentorum* quorundam *vehementium* aut venenatorum exhibitionem, inprimis *catharticorum.*

Vomitus alius *prægnantibus* quibuſdam eſt vel conſuetus primis poſt conceptum menſibus, jejunis, vel poſt cibum ſumptum.

Sunt & vomitiones aliquæ quibuſdam *male* plerumque tunc *diſpoſitis conſueta*, In quibus aliqui *cibum* paulo ſaltem *pleniorem*, vel *minus convenientem*

ingeſtum facile rurſum, vel paolo poſt evomunt, vel dum concoctio fit, aut nondum plene abſoluta eſt, immutatum, crudum, indigeſtum vomitu egerunt. Alii *pituitam copioſam*, *mucum*, vel *bilem*, *Pituitoſa* vomitio præ cæteris in diverſis occurrit morbis, Nec minus conſueta eſt *biloſa* &c. *Stercoroſa* etiam vomitio accidit, ut in ileo. *Platerus.*

9. *Per ſuperiora*) Vomitus omnis motus eſt ventriculi prænaturalis, nam ſ. n. & in ſtatu ſano nemo unquam vomit, poſtquam naturalis ventriculi motus incipit ab orificio ejus ſuperiori, qui blanda ſui contractione excludit per pylorum, orificium ſuum orificius, ad inteſtina quicquid aſſumpſit, & aptum natum eſt, aut factum, deorſum ad inteſtina propelli: Alia enim nulla præparatione indigent in ventriculo, uti ſunt ſpirituuſa volatilia, quæ niſi aliquid offendant in ventriculo, à quo ſiſtantur, mox deorſum feruntur ad inteſtina, hinc & ad Cor, quibus mox ſolent ideo recreari ægri, uti fuerint prius debiles: Alii contra opus habent mora, ſutque aliqua retentione in ventriculo, ut in ipſo aliquam mutationem ſubeant, qua præparantur aſſumpta ad partium ſuarum corpori utilium ſeparationem, in tenui inteſtino futuram, à partibus inutilibus: Præparatione alimentorum in ventriculo abſoluta, incipit ejuſdem contractio à parte ſuperiore, blande propellens deorſum contenta verſus tenue inteſtinum, quod periſtaltico ſui motu admiſſa lente cogit per ſui fiſtulam inferiora verſus.

Dum hæc propulſio fit, admiſſis admiſcetur & bilis & ſuccus Pancreaticus, à quibus & ſimul, & cum admiſtis rite efferveſcentibus, promovetur utilium partium ab inutilibus ſeparatio: ſin eadem, vel admiſſorum, vel bilis, ſuccive pancreatici culpa vitioſa contingat efferveſcentia, Evenit non raro ut inde halitus flatúſve acres prodeant, aut humores ſimiles exurgant, à quibus potenter irritatum inteſtinum tenue arctius ſe conſtringat, contentaque ſub illa ſui conſtrictione vehementius ac celerius propellat: illis vero, quæ loco ſuperiore occurrunt, in ſui deſcenſu viam præcludat; à quibus, acria cum ſint, & ideo irritetur quoque inteſtinum, motus periſtaltici inverſioni anſa præbetur, quo nomine ſurſum repelluntur quæ deſcendebant, & in ventriculum relata, eundem ad nauſeam, hinc & vomitum cogunt. *Sylvius Append. Tr. 1. c. 5.*

10. *Senſibilis & palpabilis cum impetu rejectio*) Si quando quiſpiam vomitu afficiatur, in ſe perſentit fundum ventriculi ſurſum contrahi, atque orificium ſuperius aperiri, Pyloro interim (uti videtur) occluſo aut introrſum deducto, ſimulque totum Oeſophagi ductum motu inverſo, ſcil. ab imo ad ſummum velut cochleatione quadam conniti, ut contenta quæque oſque ſuperius protruſa demum per os egerantur. Hujuſmodi partium iſtarum motus proculdubio perficiuntur per fibras carneas mediam ventriculi tunicam contexentes; Nam in hac advertimus binos diſtinctos fibrarum carnearum ſive motricium ordines, qui ſtomachum quoad omnes dimenſiones ſuas cingunt, atque ſimul contractæ fundum & latera ejus una colligunt, ſurſum ducunt, & verſus hoc vel illud orificium inclinant; propterea ut contenta quæque per oſtium, modo hoc, modo illud ejiciantur.

Quoad fibres interiores, quæ cæterarum omnium contractiones ad hanc vel iſtam evacuationem determinant, ſi irritatione leviori circa ſtomachi fundum aut latera alicubi facta, ſpaſmum juxta pylorum incipiat, atque fibræ motrices internæ in finibus ſuis dextris prius ac potius, contrahantur tota ventriculi compages illuc contracta ſaburram ſuam ad inteſtina ſuffundit: Sin vero irritatio vehemens & valde laceſſens in quavis ſtomachi parte excitata, facile compeſci, aut verſus inteſtina tranſferri nequeat, ſpaſmus juxta fibrarum interiorum fines ſiniſtros incipiens & verſus os ventriculi ducens, illuc totum ſtomachi capacitatem, ſumme coarctatam & ſimul contractam, corripi facit, adeo ut Pyloro intus deducto, vel occluſo, atque ventriculi orificio ſuperiore aperto, contenta quæque ſuperius ejiciuntur.

Eædem fibræ carneæ, prout ſpiritus animales varie proritati, ex his vel illis tendinibus prius in illarum ſinus dextros aut ſiniſtros proſiliunt, ibidemque ſpaſmos inchoant, reſpective ad ſeceſſum aut vomitum moliendum determinantur; Porro dum ad egeſtionem ſupernam ventriculus prædicto modo diſponitur, etiam Oeſophagus propter eadem contenta ejus ſurſum efferenda in actione conſpirat, Quippe cum in tunica ejus carnea fibrarum motricium binos ordines duplicatos, quarum aliæ oblique aſcendentes, aliæque deſcendentes, ſeſe omnes mutuo decuſſant notaverimus, priorum munus eſſe videtur ut illæ in nixu vomitivo ſeriatim contractæ, gulam pone ſaburram egerendam uſque occludant, eamque adeo in oris hiatum propelli faciant.

Vomitus igitur, ſi quidem ſtomachi motus violentus & ſæpiſſime involuntarius fuerit, haud immerito convulſivus dicitur, quem inſuper à ſpirituum animalium, qui iſtas fibras poſſident, exploſione, ſive magna quadam expanſione (juxta ſpaſmologiam noſtram) procedere ſtatuimus: Enimvero ſpiritus iſti, ſumme irritati, & proinde ſtatim elaſtici, primo è tendinibus prope orificium ſiniſtrum conſitis, & deinde mox ex aliis, in fibras carneas impetuoſe irruunt eaſque ſumme inflant ac abbreviant, adeo ut tunicæ iſtius partibus omnibus ad ſe invicem proprius adductis, tota ſtomach cavitas coarctata, contenta quæque velut emboli impulſu, ſupernus per vomitum excernenda propellat.

In pleriſque aliis ſpaſmorum generibus motus convulſivus verſus eundem terminum ac naturalis ſolet peragi: Vomitio autem videtur affectio ſtomachi actioni ordinariæ & naturali contraria; aut ſaltem oppoſita. Hujus enim ſolemnis, & fere conſtans geſtus eſt quo ad totum, aut partes ejus, deorſum, aut verſus pylorum contrahi, tali namque motu & tendentia ejus opus eſt, quo alimenta deglutiri, in ventriculi fundum deſcendere, ibidemque arctius comprimi, de latere in latus devolvi, in chylum digeri, ac demum ad inteſtina tranſmitti queant. Itaque propter hos uſus fibræ motrices utriuſque ordinis, blandis ſpirituum incurſibus inflatæ, ventriculus ad eum modum, quem Naturæ inſtinctus ſuggerit, facile componunt.

Quinimo ſi irritatio quæpiam ſtomachi fibris nerveis acciderit, donec noxa levior & facile mobilis fuerit, contractio expulſiva verſus pylorum potius quam gulam inſtituetur, in vomitu autem fibrarum motricium ſpaſmus ab alteris eorum finibus, viz. ſiniſtris incipiens, & ſtatim violentus, impetuoſior factus, totam ſtomachi cavitatem ſimul collectam, & valde coarctatam verſus orificium ſiniſtrum corripi & illac evacuari cogit: cujus ratio eſt, quoniam ſi quid valde incongruum ac naturæ infeſtum ſtomacho inſederit, iſtud non ordinaria via, per longas inteſtinorum ambages, ut

tandem

tandem per anum [illegible], circumferri, verum ex [illegible] veſtigio, e mora ſua labem [illegible] debet.

[illegible] cum [illegible] à ventriculo diſſitis mo[illegible] dum Natura circa eas oc[illegible] ibi primus vitæ fomes eſt [illegible] ſæpenumero [illegible] per conſenſum excitatur, Adeo ſumma Divina conditoris providentia cautum eſt, ut pro cerebro corporis humani tanquam arcis cuſtodia, qui ubi [illegible] vicinus ingruet, aut inter proprios accolas [illegible] exorietur, illico extra [illegible] mos ad [illegible] ventriculi portam, hoſpites quicunque tanquam perſonæ ſuſpectæ eliminentur.

Itaque Vomitionis cauſa proxima, ſive conjuncta eſt, Spirituum animalium, ventriculi tunicæ carneæ [illegible] rum, ſubita & vehemens exploſio, qua quidem illi [illegible] irritati, proindeque expanſi & rareſacti, [illegible] fibris tendinoſis omnibus, tum primis & præcipue [illegible] quæ prope os ventriculi conjectæ ſunt, in fibras carneas [illegible] proſiliunt, eaque adeo repente inflant ac abbreviant; propterea ut ſtomachi latera & fundus ad ſe invicem propius adducta, ſimulque [illegible] ſinistrum ſurſum correpta (contenta quæque in [illegible] ductum ejiciant, unde) cum & hujus contra [illegible] ab imo ad ſummum è veſtigio ſucce[illegible] per [illegible] *egeruntur.*

Spiritus iſti ejuſmodi exploſiones emeticas ineunt quia ſumme irritantur: qua ratione id fiat in Tract. de Aff. convulſivis oſtendimus, nimirum illi, cum natura valde elaſtica præditi ſint, à quolibet [illegible], imo interdum ſua ſponte, ob copulam heterogeneam exiliunt; & ſe quaquaverſus impetuoſe proripiunt, Attamen, quibus de cauſis, & quibus afficiendi modis eos ita irritari contingit, mox inquiremus: Interim obſervare licet, ſpiritus fibrarum ſtomachicarum incolas, in quibuſdam aut craſſiores aut firmiores exiſtere, ut nonniſi ab irritamento fortiori in exploſiones emeticas agantur, in aliis vero eos ſubtiliores aut nimis elaſticos eſſe, ut à levi occaſione in ſpaſmos vomitivos incitentur; Porro cum noxa aut moleſtia ſtomachi fibris carneis infligitur, ſpaſmus excitatus in his verſus os ventriculi promtius vertit, proindeque aut Vomitio, aut Purgatio ſuccedit. *Willis Pharmaceut. ration. ſect. 2. cap. 1.*

11. *Cum impetu*) Motus hujus deprivationem expoſituras *Helmontius Tract. Pylor. Rector.* Vomitum clauſo fieri pyloro, totamque ſtomachi longitudinem ab infernis ſurſum ad orificium contrahi dicit.

Vomitus revera nihil eſt aliud quam *convulſio pylori & hinc totius ventriculi, concitata propter irritationem ejuſdem gravem & nimiam.* Dum enim pylorus fortiter ſe contrahit, fit ut ſubito ſequatur motus totius ventriculi periſtalticus inverſus, qui à pyloro progreditur ad ſtomachum, idque mediantibus fibris tam circularibus quam tranſverſis ſtomachi tunicas intertexentibus, poſt pylori conſtrictionem ſimiliter conſtrictis. Hanc pylori & ſtomachi convulſionem ſequitur ſimilis gulæ convulſio, indeque omnium contentorum in ventriculo per gulam, & ſic per os conſequenter protruſio: Eſt enim *Pylorus*, inquit *Helmont, rector & præſes retentionis in ventriculo*, Vera eſſe quæ modo dixi, confirmat ocularis experientia: Vide *Ol. Rudbeck in Obſervat. Anatom.* & plura inferius ex *Williſio. Ettmuller.*

12. *Cum impetu rejectio*) [illegible] eſt ſitne vomitus vacuatio naturalis, hoc eſt, talis qualis excrementorum alvi & veſicæ? Non eſt, ita [illegible] non eſt ſymptoma, ſed opus Naturæ, Revera [illegible] ſymptoma congener & tuſſi, ſingultui & ſternutationi, fit quidem à Natura, ſed irritata à cauſa morbifica: uno verbo, [illegible] hic quoque eſt: Si quis, in depoſitione excrementorum natur. annon etiam morſus eſt? videmus enim quantopere nos urgeant ſi loco minus commodo ſimus R[illegible] ex Gal. *Diff. morb. 6.* In homine ſ. n. viventi morſus ille [illegible] tempeſtive, ideo non eſt p. n. *Hoffmannus l. c.*

13. *Signis*) Imminere vomitum ſignum eſt quando oculos caligo obtenebrat, vertigo & gravitas caput occupant, [illegible] & inprimis cardialgia affligit, inferiuſque labiorum tremor, Quibus cibi faſtidia & os crebra ſaliva repleatum. *Coac tx. 566.* Præſens vero vomitus ſignis opus non habet.

Difficilioris negotii res eſt *cauſas*, oportet non minus quandoque latentes quam variantes, mediantibus ſignis in apricum producere, ideo accurato [illegible] opus eſt, *Cauſa humoroſa*, ex *ſapore, colore, odore, cibis aſſumptis* &c. patefiunt, Sic *ſanguis* vomitu rejectus ſua ſe rubedine, puſtulas interdum ichoroſas protrudente, *Bilis* oris amaritudine, ſiti, ventriculi ardore, ructu nidoroſo, anorexia; *Frigidus humor* nihil horum exhibet, potius adeſt nimia appetentia, acidæque, ob cibos in ventriculo aceſcentes) qualitatis in ore perceptio. *Pituitam* dulcem, ſalſam &c. guſtus prodet, ſalſedinem tuis auctior, proſtratuſque interdum appetitus. *Seroſos ac tenues humores*, horumque redundantiam frequentior, & tam ante quam poſt cibos vomitum excitans conturbatio oſtendet; *Vermes, calculos* [illegible] ſigna indicant.

Vomitum [illegible] fieri ventriculi, tenſi ſæpius, & inflati [illegible] ructibus acidis & nidoroſis protruſis docebit; materiamque peccantem in hoc lebete generari, latamque ventriculi ſpatium occupare crebrior, ſtatimque poſt nauſeam obortus, & abſque violentia excitatus vomitus manifeſtum facit; Ubi vero, urgente licet faſtidio, niſi notatu dignum per vomitiones effertur, tum humores biliſoſos & fetoſos, & in ventriculi orificio abſorptos eſſe, Vel cum viſcoſi exiſtant, eos huic orificio infixos hærere veriſimile eſt. Quæ omnia eo certius ipſi ventriculo culpam antea adſcribendam eſſe ſignificabant, ſi vel intemperie, vel morbo organico, vel continui ſolutione laborare ex propriis cujuſque morbi ſignis pateſcat.

Hactenus enumerata ſi defuerint, Ægrique habitus cachecticus non in facie ſolum adumbretur, ſed è diverſis corporis afflictionibus appareat, ventriculum aliis potius viſceribus [illegible] non obſcure innuitur: Nam vero accuſandam cerebrum, hepar, renes, uterus, inteſtina? id ipſum ſigna læſarum cujuſlibet actionum, aliæque huc pertinentes circumſtantiæ manifeſtabunt. *Strauſſius.*

14. *Non de critico*) In quo nihil temere aut ſubito agendum: Exeretio iſthæc, dummodo vires ferant, minime ſiſtatur, quin materiæ expellendæ exitus aut facilitetur, aut feſtinetur, aut alio ducatur: hinc nauſea, aut, nixu vomitivo urgente, cereviſiam lactatam aut ſimplicem, aut cum foliis cardui incoctis alteratam quandoque item oxymel, aut vinum ſcillitium, aut ſubinde exhibere conveniet: Enemata interdum ex uſu erunt, quandoque etiam lenis purgatio materiam in ſtomacho turgentem faciliore excluſionis via per inteſtina perducit. *Willis.*

15. *Qui ut opus natura*) Huc referendi ii vomitus qui periodice infeſtant nonnullos, idque fere ex viſcerum abdominis, ventriculo plus minus vicinorum vel connexorum vitio; Tale exemplum refert *Schenckius lib. 3. Obſerv.* dum quidam ſingulis menſibus per biduum bilem utramque & cum pituita conjunctam, vomere ſolitus, vitam ad multos annos produxit. In primis hoc malo vexantur qui vitio ſplenis ſunt affecti, ut obſervat *Foreſtus l. 18. obſ. 17*, de quodam qui circa lienem ſubinde dolebat, atque per certa intervalla humorem melancholicum, ſæpe etiam atrum evomebat, idque certis fere periodis, Vide ſimilia exempla apud *Borellum cent. 3. obſ. 93. Panarolum Pent. 1. Obſ. 22. Zacutum Pr. adm. obſ. 13.* Facit hunc vomitus ſtudio prolectus in hypochondriacis, ſi ſcil. ſingulis menſibus, aut ſex ſeptimanis ſemel largius vino ſe ingurgitant, & hinc vomitum artificialem inſtituunt. *Etmuller.*

Huc pertinent vomitus cruenti occaſione menſium ſuppreſſorum contingentes; Quin & ipſæ prægnantes ex menſibus retentis interdum vomitu tali ſanguineo affliguntur, idque fere ſine periculo. Eſt enim motus naturæ quos non facile licet alterare. Videatur *Salmuth Cent. 9. H. 54. Schenckius lib. 4. Obſerv. Idem.*

15. *Qui ut opus natura*) *Spontaneus* non eſt curandus, qui fit cum euphoria ægri, quicquid etiam rejiciatur, niſi ſit nimius, adeoque debilitetur æger, vel niſi atonia ſtomachi ex crebriori vomitu metuenda ſit; tunc enim curandus, cauſam irritantem removendo, aut ejus geneſin præcavendo, aut genitam alibi revellendo & avertendo, per v.s. hæmorrhoidum per hirudines apertionem. *Idem.*

15. *Qui ut opus natura*) Vomitus alii ſunt ſupprimendi, alii juvandi, Vomitus omnes optimorum alimentorum, qui fiunt poſt alias vomitiones, ob debilitatem retentricis, vel irritationem expultricis compeſcendi ſunt, Et ſi *ſanguis* per vomitum reddatur. Aliæ omnes ſunt juvandæ, donec corpus ſufficienter à recrementis fuerit emundatum: Regio enim illa eſt aptiſſima ad rejicienda excrementa quæ ſunt collecta in ſuperiore ventriculi regione.

Ob id navigat & vectio quæ vomitum excitant, ſæpe curant dolores ventriculi diuturnos & contumaces.

Neque etiam retinendi ſunt vomitus in illis morbis qui fiunt è plenitudine ventris, ut in colico, nephritico, arthritico doloribus; Aut cum divertit ab inflammationibus inferioribus internis, vel etiam à ſuperioribus, ut in doloribus capitis, aurium &c. modo non affecta ſint collum aut partes thoracis; in talibus enim compeſcendus eſt. *Rondeletius.*

15. *Qui ut opus natura*) Cujuſmodi eſt vomitus ex bile flava & pituita mixtus, qui nec valde craſſus eſt, nec admodum copioſus, & qui duos iſtos humores exacte commiſtos habet, bonus; Talis enim vomitus in ſubſtantia, quantitate, qualitate laudabilis eſt: Ex omnibus enim humoribus excrementitiis pituita & flava bilis ſunt omnium mitiſſimi Si autem quantitate & conſiſtentia mediocri, ac bene invicem permixti per vomitum efferantur omnes laudabilis vomitus conditiones obtinebit: Hinc vomitus bilioſi aut pituitoſi die critico erumpentes boni. Non ſolum enim vomitus permixti ex utroque humore boni ſunt, ſed etiam qui fiunt ſeorſim ex alterutro humore, ſi talis humor morbum committat quo æger detinetur. Sic in bilioſis febribus, bilis critice erumpens, aut pituita in pituitoſis, morbi ſolutionem afferunt, aut ſaltem maximam ſalutis ſpem pollicentur. *Riverius.*

16. *Quem prænuntiant*) Quæ ſigna proponuntur à *Galeno 3. de criſ. cap. ultimo.*

Cauſa, Prognoſis, Curatio.

[17] *Cauſa* eſt,[18] quicquid[19] ſuperius infirmi ventriculi orificium offendere, & ad expulſionem, vel *copia*, vel *qualitate* mordaci, vel *ſubſtantiæ* ratione & diſpoſitione irritare poteſt.

[20] *Curatio* eſt *difficilior*, *ſi*[21] omnes colores vomantur, quia difficiles in corpore affectiones ſignificant, *ſi* vomitus ſit praſinus, aut niger, quia calorem in venis inſignem & magnam humorum corruptionem indicat, niſi vel ex quorundam ciborum cruditate proveniat, vel criticus ſit.

Nulla ferè, *ſi* ſit lividus & graviter oleat, quia putredinem cum caloris nativi extinctione notat, ſi cum eo alia materia, quæ ex corruptione in corpore nigredinem, ipſa natura non nigra, contraxit.

[23] *Reſpicit Ipſum Symptoma* urgens,[24] quod ſiſtendum.

1. [25] *Revellentibus*, ſeu illa ſint[26] clyſteres[27] acres & fortes; ſeu calida extremitatibus appoſita.

[28] 2. *Expultricis motum comprimentibus*, &[29] ventriculum roborantibus.

[30] *Intra* laudantur *pillulæ Zacuti* l. 9. Hiſt. prax. c. 1. n. 4. *Lignum aloës* pulveriz. & cum *ſyrupo acetoſitatis citri* exhibum[31] *ſuccus Cydoniorum* crudus, in cochleari propinatus,[32] *laudanum opiatum*,[33] vomitus.[34] *Sal. abſynth.* dr. j. cum *ſucco limon.* cochleari, *polygoni* maris ſuccus in vino.

[35] *Extra*,[36] *Emplaſtrum theriacæ*, *ſpongia marina* in aceto forti bullita & ſtomacho impoſita: *Cataplaſma* ex *meſpilis ſiccis*, ſucco *roſar.* pauco *corall.* & *nuce moſchata*: item aliud[37] ex *ferment.* acerrimi unc. ſ. *mithrid.* dr. ij. *terræ ſigill.* ſcr. ij. *aceti vini acerrimi q. ſ. ceræ albæ* dr. ij. *Epithema* ex decocto *abſinthii*,[38] *menthæ*, in aqua ferrariorum.

17. *Cauſa eſt quicquid*) Quemadmodum in Ructu flatus tantum, ita in Vomitu vel *alimenta*, eaque nunc cruda, nunc magis aut minus fermentata, vel *Humores* multifarii, aquoſi, ſeroſi, pituitoſi, bilioſi, atrabilarii, Tenues, craſſi, albi, flavi, virides, cœrulei, atri & inſipidi, amari, acerbi, acidi, dulces, quandoque mixti fœtidi aut inodori, acres, blandive; aliquando *ſanguis*, vel etiam *pus*, quin & quandoq; alvi fæces ad ventriculum in iliaco affectu remeantes. *Fr. Sylvius l. 1. c. 9.*

Quoad Vomitionis cauſas remotiores ſpectat, hujus cenſus erunt quæcunq; ſpiritus, ſtomachi fibris carneis inſitos multum aut graviter irritant: Quod ſi quidem pluribus modis fieri contingit, eos ad certa quædam capita reducemus. Atq; imprimis huc referri debent objecta improportionata ventriculi tunicæ alteri interiori ac nerveæ, ſeu potius ſpiritibus ejus incolis admota, hæc enim vellicata ſæpe alteram ſuperſtratam in ſpaſmos Emeticos ciet: Irritamenta iſta ſunt, vel ore ingeſta,

ſcilicet

ſcil. Alimenta incon... Pharmaca aut Toxica, vel manentes in ventriculo ... que e longinquo per arterias ... lata: Aut *ſecundo*, Spiritus fibrarum ſtomachi ... incolæ irritantur propter molestiam quam ... ſpiritibus aliis, hic illic procul diſſitis ... tam, & inde ... fibrarum aut nervorum ductus ventriculo communicatam: Vomitio priori modo excitata dicitur propria ventriculi affectio, atque hæc poſterior per conſenſum fieri. *Willis*.

17. *Cauſa eſt*) *Paracelſus Fragm. med.* culpam in *Tartarum ventriculi* potiſſimum transfert, *Helmontius tr. Alim. Tart. inſont.* tartarum *Paracelſi* prolixe refutat, *& tract. Retenta* in ... pto, *Vomitum ex male digeſtis* deducit; adeoque partim *acorem* ventriculo *genialem*, & inquilinum *degenerem*, ſeu *increſcentem alienam aciditatem*, partim vero *exorbitans fellis fermentum*, vel *per exoticam virulentiam vitiatum* &c. accuſat; *Carteſiani particulis diverſa figura*, atomoſque modo ſexangulares, modo tricuſpides &c ſua ex hypotheſi producunt, vomitumque oboriri perhibent, ſi acres & viſcoſæ particulæ, vel in ventriculo detentæ, vel in hunc per arterias delatæ poris ventriculi ſuis figuris haut correſpondeant, & ſic prius filamentis ventriculi vim inferant, qua ſpiritus animales irritantur, & à motu quo fluere debebant, impediuntur, unde motus ventriculi periſtalticus neceſſario invertitur atque ille quaſi abortire cogitur. At hæc ſi diligentius examinaveris, Antiquorum hinc doctrinam minime everti deprehendere eſt, &c. *Stranſſius*.

17. *Cauſa eſt*) Promovent antecedentem diathesin & latentem fomitem *cauſæ remotiores*: Sic quoad *res naturales*, *temperamentum* ventriculi frigidum & hum. aut etiam cum nativa partis hujus debilitate concurrit; *Ætatem infantilem* vomitioni obnoxiam eſſe ait *Hippocrat. 3. aph. 24.* id quod *Heurnius* propterea fieri putat quod nondum lactis uſui aſſueverint; tamen tum lactis potiſſimum ipſius (quo etiam in utero materno embryonem per os nutriri tradit *Hippocrat. l. de carn.*) tum ſeri quo abũdant, vitio accidere veroſimilius arbitramur. Adde in iis ventriculi *ἀτονίαν* & laxiorem tonum ab humiditate oriundum, puerorumq; *ἀδηφαγίαν*. Quoad *Sexum*, *mulieres* utpote frigidiores & humidiores, dum vel in *utero gerentes*, vel cum *variis menſium conflictantes* vitiis, ſubinde cibos deſiderant deteriores, pravorumque humorum apparatum hinc accumulant, frequentius hoc malo corripiuntur.

Inter *Res non naturales* agmen ducit *Aer*, qui prout *ventis* aliiſque cauſis (quo & *fumus carbonum* pertinet) varie alteratus, vel etiam contagio infectus vomitum ciere poteſt; *Æſtatem* vomitionum fertilem pronuntiat *Hippocrat. 3. aph. 21.* quia tum bilis copioſe gignitur; *Cibus potuſque* immoderatus ſæpe hanc creat moleſtiam, Idem experiuntur non raro tabacophili, Ab eſu *fungorum* immanis in quibuſdam excitatus vomitus, Nimiam *corporis agitationem* conferre teſtantur ii qui *ἀσθενῆ* habent ventriculum, & nec curru vehi, nec equo ferri abſque nauſea aut vomitu valent; *Menſtrua retenta* enormes ſæpe vomitus cauſantur. Inter *animi pathemata ira* præſertim ſymbolum confert: A ſola rei abominandæ imaginatione vomitus non raro excitatur.

In Claſſe *rerum p. n.* præter morbos ventriculi varios *vulnera* cerebri vomitus ſæpe ſequitur; Adde eos qui *cachexia* & catarrhis ſunt obnoxii, vel colicis, nephriticis doloribus, Ileoſos, hypochondriacos: febres eſſe *ἐμετικὰς* teſtatur experientia; Rerum toto genere p. n. proſtant exempla. *Stranſſius*.

18. *Quicquid ventriculi orificium offendere*) Affectio hæc omnino à ſpiritibus ventriculi tunicam carneam incolentibus ſumme irritatis, inque exploſiones ſpaſmodicas actis producitur: Illi vero plerumque ac potiſſimum hujuſmodi motus con... antur propter ſenſationem moleſtam tunicæ ... nerv... impreſſam: Præterea tamen ſpiritus iſtos *ἰδιοπαθῶς* ob ſpiritus alius in locis perturbatos afficiuntur, & mordi... onem ſuam aut fibrarum continuitate aut nervorum ductu ventriculi communicantes. *Willis*. Vide hæc uſius explanata §. *Senſibilis & palpabilis &c.*

1. *Superius ventriculi orificium*) Irritatio ventriculi tunicæ internæ facta præ alia quacunque cauſa vomitionem ciet; Etenim hæc pars nervea, & valde ſenſilis, ab omnibus ſtomachi contentis impreſſiones ſuſcipit; & juxta quod hæc jucunda aut moleſta fuerint, tunica carnea ſuperſtrata ad complexionis vel excretionis ... rum ſtimulatur, & quoad poſteriores hoſce, prout objectum improportionatum plus aut minus Naturæ infeſtum eſt, aut vomitio aut purgatio accietur; Porro in hac ſtomachi tunica peculiare quoddam ſenſorium, ſive tactus, à quovis alio in toto corpore diſtinctum collocari videtur; quippe cum pharmaca aut alimenta quædam, uti Stibium, Mercurius vitæ; flores antimonii, ova Barbi piſcis, cum multis aliis ore maſticata, nullam exhibent ſenſui moleſtiam, illa ſtomacho immerſa tunicam hanc quam immaniter irritant, & brevi ſpaſmos graviſſimos ciere: Porro ſi quis alimenti per antipathiam incongrui portiunculam vel inſcius deglutierit, illud quam minimum licet, aliiſque cibis involutum, & velut larva obtectum, à ſtomacho dignoſcitur, & tanquam eſſet hoſtis clandeſtino ingreſſus, impetu protinus concitato foras ejicitur. *Willis*.

Prognoſis.

19. *Eſt difficilior*) Vomitus, per quem aſſumpta, & cum illis alii permiſti humores excrementaq; ex ventriculo per œſophagum oſque apertum ejiciuntur, præternaturalis fere ſemper, etſi utilitatem aliquam afferat, ideo exiſtit, quod non uti expuitio, mictio, alvi egeſtio, conſueta ſit & neceſſaria, nec tam facile ut illæ excretiones, ſi ſecundum naturam procedant, perficiatur, ſed uti & tuſſis, cum labore magnoq; conatu, vociferatione & ſudore, præcedatque eam nauſea, oris mador & amaritudo, labiorumq; tremor, aliaq; graviora accidentia in illis qui ad vomitum inepti & difficiles ſunt; Inprimiſque vero tunc præternaturalis fit ſi frequenter urgeat, nimiaque copia per eam ejiciatur, vel ſi per eam illa quæ minime oportet ejiciantur. *Platerus*.

20. *Curatio eſt difficilior*,) Cum vomitiones frequentes ſunt, nec ulla fere arte compeſcuntur, & alvus adſtricta eſt, valde à Volvulo metuendum. *Ballonius Epid. pagina 17.*

21. *Si omnes colores*) Vomitus variegati ex multis humoribus conſtantes mali: Significant enim varios humores in corpore latitantes, qui eo majus negotium Naturæ faceſſunt, quod difficilius eſt pluribus inimicis reſiſtere: Si enim adverſus varia alimenta pugnare Naturam grave eſt, quanto difficilius erit & periculi plenum tentare varios humores præter Naturæ modum exiſtentes concoquere & edomare? præcipue in morbis acutis, in quibus breve eſt tempus pugnæ, quod deberet eſſe longiſſimum, ut major ſpes victoriæ ex parte Naturæ haberi poſſet. *Riverius*.

21. *Omnes colores vomantur*) Colorum variegatio in excretis optime à Bile deducitur, Sulphur eſt matrix colorum, Bilis matrix ſulphuris in corpore, unde color omnis fere in excretis accidens à Bile eſt; quod de Martialibus valet quoque: Non opus ergo eſt ut ad occultam medicamenti vim refugiamus, aſſerentes cum quibuſdam corruptos eſſe humores à veneno medicamenti, unde ſtatim in ichorem talem vertatur; Senſus ipſe teſtatur bilem ejici, cur igitur ad alia deflectere & ſenſum dimittere velimus? *Wedelius*.

21. *Praſinus aut niger*) Vomitus porraceus, æruginoſus, lividus, niger aut fœtidus lethalis: Significat enim hujuſmodi vomitus bilem porraceam, æruginoſam, aut atram in corpore redundare: at hæ omnes bilis ſpecies malignos morbos atque lethales ſolent producere. *Riverius.*

22. *Praſinus aut niger*) Vomitus ſynceri & impermixti in acutis febribus mali, *Hippocrat. 1. Progn.* Humor enim ſincerus non ſolum crudus eſt, ſed etiam incoctilis, quippe qui tum actum coctionis tum potentiam excludat; Hippocrates ἄκρητον vocat humorem omnem mixtionis expertem, vel omne excrementum fervidum & crudum, quod ſuo ſero dilutum non eſt, Cujus generatio vel partis alicujus vitio fit, vel fervore ac incendio febrili exhauſta aquoſa & ſeroſa parte: Ideoque in acuta febre magnum intus latere incendium oſtendit, plerumque à natura invincibile. *Riverius.*

Curatio.

23. *Reſpicit ipſum &c.*) Quoad Curam in genere, Cauſa occaſionalis, ſive materialis irritans quæcunque I. removenda. II. *Opiatis* tam acutus ventriculi, ſpeciatim pylori, ſenſus ſopiendus, & nimius ſpirituum impetus, ceu cauſa efficiens formalis, ſufflaminandus. III. Aromaticis volatilibus, ventriculo gratis, hic roborandus. IV. *Adſtringentibus* admiſtis fibrarum tonus firmandus & labefactus reſtituendus.

Pro his ſcopis obtinendis obſervetur. 1. *Somnus* quantum fieri poteſt, concilietur, cum motum humorum quemcumque, tam progreſſivum quam inteſtinum ſiſtat, adeoque & evacuationes quaſvis cohibeat.

II. In *Vomitu ſcorbutico* calida & acria non conveniunt, quia malum exaſperant, conveniunt potius mitigantia calorem & acrimoniam ſalis ſcorbutici; Inprimis *Lac caprillum* cum *ſucco naſturtii & cochlearia.*

III. Vomitum ſanguinis cito compeſcere optimum eſt. alias ob copioſam profuſionem ſanguinis ac ſpirituum ſequuntur leipothymiæ ac ſyncopes lethales.

IV. In vermibus (vide §. *Vermes.*)

V. A *Veneno* (vide §. *Venenum aſſumptum.*

VI. Clyſteres in omni vomitione utiles, ſi injiciantur pauca quantitate, ne pars Coli ventriculo adjacens repleatur, ac fundus ventriculi comprimatur vel irritetur.

VII. In *Nauſea*, *inappetentia*, & ſimilibus ſtomachi humoralibus affectionibus mature hic evacuandum, nec diu cum vomitoriis cunctandum, ne præternaturalibus humoribus alíorſum raptis fruſtra inſtituatur vomitio. *Etmuller.*

24. *Quod ſiſtendum*) In vomitionibus ſiſtendis aut ſedandis multum à pler ſque laboratur, videtur enim eodem modo conari natura in evacuatione materiæ regionem ventriculi occupantis quo & in ventre inferiore evacuando, aut in cerebro repurgando: Et quoniam moleſtus eſt vomitus, inclamatur poſt medicos ut omni arte ſiſtant vomitum; at nonniſi vitæ diſpendio de vomitum compeſcente remedio decernitur; Ut enim alvum liquidam & diarrhœam ſiſtere ſæpe exitiale eſt, ita quoque & vomitum; Et prudenter Medici faciunt qui vomitum vomitu ſecundum *Hippocratem* curant, *Ballonius Epid. l. 2. p. 230.*

Cum concluſa materia aliqua æruginoſa, aut ejuſmodi alia dolores colicos excitat, & inanes vomitiones, prudenter adſtringentibus utendum eſt, quia eorum uſu coërcetur magis, & obſtructionis occaſio major eſt; *Idem conſ. 34. l. 1. annot. 2.*

Mulieri [illegible] cæ, poſt horariorum fructuum uſum immodicum, vomitiones bi[illegible]oſæ, æruginoſæ, dolor ad ſtomachi [illegible]gionem; præter Medici conſilium vomitus repreſſus, mox ſupervenit atrociſſimus dolor cum tumore, in prima [illegible] regione, febris [illegible] lipyria, poſt xij. horas ab hac mors: Sic nocet plurimum diarrhœas & vomitiones ſiſtere, præſertim ſi quæ excernontur excerni debent. *Idem Epid. l. p. 37.*

24. *Quod ſiſtendum*) Alias ratione cauſæ aliter [illegible] agendum, Nam ſi fiat vomitus ab humoribus bilioſis, pituitoſis, aut melan[illegible]licis, quantitate aut qualitate ſua ventriculum ſtimulantibus, humores illi vomitoriis excludendi ſunt: Si vero craſſi & glutinoſi ſint, incidendi & abſtergendi, quemadmodum in curatione inappetentiæ dictum: Vomitus etiam in hoc caſu plurimum confert, qui provocandus eſt *Emetico* mediocri, non imbecillo, quale eſt *oleum tepens*; neque etiam vehementi, quod à longinquis partibus trahat, ut quæ ex *antimonio* parantur, Sed illud tantum maxime convenit, quod valida diſſolvendi ac detergendi glutinoſum illum humorem virtute præditum eſt, talis eſt *gilla Theophraſti*, ſeu *vitriolum album* præparatum: At paulo efficacius id præſtat *ſal vitrioli*, ex *vitriolo* ad intenſam rubedinem *calcinato* extractum: Si vomitoria non [illegible] rideant; clyſteribus frequentibus & catharticis blandis materia peccans detrahenda eſt, addito *Rhabarbaro* quod purgando adſtringit & ventriculum corroborat, *Riverius.*

Cum per vomitiones materiæ aliqua quæ per hanc viâ utiliter nonnunquam & neceſſario expurgatur, è corpore ejicitur, illa minime compeſci, imo ſi non ſufficienter fiat, promoveri potius debet, Quod ſi vero adeo violenter fiat, vel tamdiu perſeveret ut vires dejiciat, vel alioquin damnum inferat, tunc ut facilius procedat, vel remittat, cura adhibenda: Imprimis vero quando inutilis erit vomitio, per quam ea quæ in corpore retineri debebunt, ut cibus & potus, & pharmaca rurſum evomuntur, illa & præcavenda & ſiſtenda erit. *Platerus.*

25. *Revellentibus, ſive ſint*) Parum auxilii ex Chirurgico fonte & peti poſſe ſi videri queat, ſiquidē generoſo alias remedio, *Venæ ſectioni*, exiguus indicati [illegible] locus relinquitur, quippe quo non tam pravi educuntur humores quam virium jactura infertur; Sed metum hunc ſcrupulumque; tum metus imprimis, vel præſentia inflammationis, tum vomitus ſanguineus, in ægro præſertim plethorico, facile eximet, modo V. S. moderate & [illegible] adminiſtretur, ut monet *I. Claudinus de ing. ad inf. c. 3.*

Confirmat hoc experientiæ fides, qua viris æque ac fœminis, illis quidem in brachio, his autem in pede venam felici cum ſucceſſu tundi conſtat. Sic juvenis boni habitus apud *Rhodium Cent. 2. obſ. 62.* ob prorumpentem ex hypochondrio dextro fervidam materiam in vomitionem conjectus, nullis ſanari potuit auxiliis præterquam ſanguinis vacuatione, tametſi Medici multum de ea dubitarint.

Præterea Chirurgia præſentem fert opem, vomitioniſque impetum valide inhibet, dum *Cucurbitam* ſtomacho, ſeu ſcrobiculo cordis, vel medio ventri, vel etiam umbilico cum plurima flamma affligit.

Neque *Ligaturis*, ſi membra oppoſita illis vinciantur, elogium quod *Galenus l. 1 art Cur. ad Glauc. c. 14.* ipſis perhibet invidendum eſt; quale etiam *Veſicatoria* cruribus appoſita ſæpenumero merentur. Pertinet forſan huc *pinna cetacea*, qua inventor *Williſius* in gula cujuſdam obſtructa uſus eſt, effecitque ut cum alias ſemper regurgitaſſet materia, Æger orificium ventriculi per integros xvi. annos ſibi reſeraverit. Vi[illegible] *Pharm. rat. Part. 1. ſ. 2. c. 1.* Strauſſius Vide §. *Salvatelle ſectione.*)

26. *Clyſteres*) Cuidam me[illegible]s per [illegible]nitum re[illegible] [illegible]ti hunc Clyſterem ad d[illegible]verſionem injice[illegible] juſſi.

℞. *Juris pulli dec*[illegible], *cu*[illegible] *una, uva paſſa.* *ſi exiguum incocta erant.* ℔j [illegible] *ca*[illegible] *ia extr. pro clyſt.* ℥ß. *ol. olivar. amygd. dulc. chamom.* ā̄ā. ℥j. *ſalis commun.* ʒj. *ſalis*

[illegible] *ſter.*

[illegible] nvaluit. Ante [illegible] mentibus vena in [illegible].

[illegible] in [illegible] vomitione utiliſſi[illegible] [illegible] pa[illegible] qu[illegible] [illegible]ciamus, neq; fortiter [illegible] antia aut [illegible] ntur, Nam ſi nu[illegible] quantitas injiciatur, [illegible] culo incumb[illegible], repletur, & fun[illegible] pr[illegible] ur, & illi facultate, qua irritat [illegible] cem inteſtinorum, vomitum p[illegible] vocat; ut ex[illegible] in multis oſtendit: Fiun[illegible] Clyſteres [illegible] x emollientibus herbis & ſeminibus di[illegible] tientibus flat[illegible] flo[illegible] us bene decoctis, in quibus diſſ[illegible] vatur *mel ro*[illegible], aut *violar.* aut [illegible], aut *ſuccus mercurialis*, aut *ex*[illegible] *hamamel.* injiciendo tantum ℔ß. decocti.

Poſt vomition[illegible] m longo, vel [illegible] ea vomitione qua alimenta retineri non po[illegible] [illegible] injiciuntur *clyſteres ex decocto capi*, ſine *ſale*, ſine *ſaccharo oleoq;* ſed cum pauco vino ad nutritionem: Danda eſt magna quantitas horum, ut partem ſuperiorem conſcendat, ſed neque [illegible]jor quam ut poſſint retinere. Verum cum inanita ſunt inteſtina rapiunt talem cl[illegible]ſter[illegible] & retinent ad [illegible]u[illegible]tritionem, in his optimum eſt *au*[illegible] decoquere ut & flatus di[illegible]tiant: nam [illegible]teſti[illegible] inanita replentur aëre, qui prohibe[illegible] in[illegible]ſſum clyſteris: Tales clyſt[illegible]res injiciendi ſunt [illegible]ies quoties cibum aſſumere per[illegible] ſolebant: Prodeſſunt enim tribus modis, 1. nutriendo, 2. flatus diſcutiendo, 3. quia quando ventriculus nihil aſſumit, motus ille concitationis ventriculi ad vomitum conquieſcit, & in ſeſe contrahitur ventriculus. *Rondeletius.*

27. *Acres & fortes*) His qui vomunt, non ſunt clyſteres fortes præſcribendi, quia pauca ſunt recrementa; & mediocres ſufficienter attrahendo divertunt. *Idem.*

27. *Clyſteres acres & fortes* In magnis vomitionibus Clyſterum uſus frequens, & boli ex rheo valent, nam potiones facile excluduntur. *Ballonius Epid. pagin. 17.*

28. *Expultrices motum comprimentibus & ventriculum roborantibus*) Vomitionis crebræ & habitualis ſæpenumero cauſa eſt non tam materies ventriculum irritans, quam fibrarum ejus nervearum debilitas & nimia in irritationes propenſio, in quantum ſcilicet illæ teneræ admodum, aut infirmæ, neque ingeſta concoquere, nec eorum onus ſive gravamen ſufferre valent, quin à quolibet iis incumbente mox irritantur, & proinde quod moleſtum eſt expellendi gratia fibras carneas in ſpaſmos emeticos cient.

Hujuſmodi affectionis duo ſunt præcipui caſus, viz. aut *Stomachi debilitas*, fibris ipſis inſita à paſſionibus inordinatis, un crapula, potationibus aſſiduis ac immodicis, vinorum aut aquarum ardentium ingeſtione crebra, aliiſque in victu erroribus contrahitur: quarenus nempe fibræ iſtæ ſupra modum diſtentæ, aut nimis excalefactæ, ac velut afflatæ, ſpiritus ani[illegible]les uberi ſatis copia admittere aut continere nequeant: Vel ij. fibræ iſtæ; quanquam per ſe ſatis recte habentes, tamen propter nervos alicubi obſtructos, debito ſpirituum affluxu deſtituuntur, proindeque languidæ & flacceſcentes ingeſta quæque haud tolerant, quin ſtatim aggravatæ per vomitum ejici cogant; Ita novi plures ſine ventriculi impuritate aut l[illegible]nguore, ab inordinationibus contracto, v[illegible] ceris iſtius quadam quaſi paralyſi affectos appetitu caruiſſe, atque vomitioni aſſiduæ obnoxios fuiſſe.

In priori affectu ejuſmodi remedia indicantur, quæ fibras nimis diſtentas & tenues ſtypticitate ſua corru[illegible], ac in ſpatium brevius contrahi faciant; necnon [illegible]ine ſuo [illegible] illuc copioſius al[illegible] [illegible] t & [illegible]nguidos refocillent.

℞. *Elix. vitriol. Mynſichti* ℥j. *doſis gtt.* [illegible] *ad xv. bis ter* [illegible] *die in cochleari aquæ deſtill. ſequ. cochl. 7. vel* [illegible] n ſuperbibendo

℞ [illegible] *ummit. cupreſſi m. vj. fol. eſclar. m. iv. cortic.* [illegible] *xii. aurant. cinnam. macer. ãã.* ℥j. *rad. cyperi* [illegible] *anea min. ãã.* ʒß. *inciſis & contuſis affunde cereviſ*[illegible] *Brunſvvic.* ℔viij. diſtilla organis communibus.

℞ *Tinctura balſami Tolut. cum tinctura ſalis tartar. extr.* ℥j. *doſis* [illegible] *tt. xx.* cum eodem vehiculo.

Tinctura abſynth. cum eodem menſtruo parata [illegible] [illegible]i poteſt.

℞ *Pulv. fol. abſynth. myrti æſtivo ſole exſiccati ãã.* ʒi. [illegible] *innam. flor roſar. rubr. ãã.* ʒj. *cubebar. rad. galangæ min.* [illegible] ʒß. *corall. r. præpar.* ʒj. *f. omnium Pulvis ſubt*[illegible] [illegible] *acch. albiſſ. in aqua cinnam. ſol. & ad tabulas. co*[illegible] ℥vj. [illegible] *f. a. Tabella ponder.* ʒß. *comedat* j. *vel* ij. ſæpius in die ad libitum.

℞. [illegible]*onſerv. roſar. rub. vitriol.* ℥iv. *myrobal. condit.* ʒvj. *zinzib. in India cond.* ℥ß. *ſpec. de hyacint.* ʒij. *Croci martis rubicundiſſ.* ʒj. *ſyr. è corall. q. ſ. f. Electuarium dozis* ʒj. bis in die ſuperbibendo hauſtulum aquæ deſtillatæ.

2. In ventriculi debilitate, ſive reſolutione propter nervos alicubi obſtructos excitata, remedia antipa[illegible]ytica cum ſtomachicis adjunctis præcipua erunt u[illegible]s

℞ *Elix. propriet. tart.* ℥j. *doſis* ℈ß. bis in die cum aqua ſuperius præſcripta. *Tinctura ſalis tartar. correcti. antimonii*, eodem modo uſurpari poſſunt. In hoc caſu *ſpiritus ſalis dulcis*, item *ſpir. ſalis ammon.* aut *flores* ejus egregium juvamen præſtant: Porro Vomitoria & Purgantia, quin & diaphoretica ſæpe cum fructu adhibentur: Novi hunc affectum per balneationem in *Thermis* noſtris *Bathonenſibus* aliquoties feliciter curatum. *Willis.*

28. *Expultricis motum comprimentibus*) Quoties à vitioſa confluentium humorum acidorum effervescentia pendet inteſtinorum ad periſtalticæ ſui motus inverſionem irritatio, toties humores illi temperandi, imo ſiſtendi, una cum ipſa eorum effervescentia per medicamenta vi tali prædita, quibus ad effervescentiam compeſcendam, ſenſumque inteſtinorum ſopiendum, ex parte ſaltem, addenda ſemper Opiata. *Franc. Sylvius.*

29. *Ventriculum roborantibus*) Quoad *aromatica* ventriculo grata, conveniunt *mentha*, *abſynthium*, *radix zedoaria*, *cortic. citri*, & *aurant. caryoph. nux moſch. macis &c. præ cæteris cinnamom.* Hinc *Elixir. menthæ. ſir. de canella Mynſichti*, *Tinctura Caſſ. lign.* Item *dec*[illegible]*tum foelix* ad quemvis vomitum præſtantiſſimum.

℞. *Caryophyll. craſſiuſcule conciſorum* ʒj. *maſtiches* ʒß. *roſar. rubr. p.* j. *ſimul mixta cum vini rub.* ℔ß. *coquantur in vaſe clauſo ad medias.* fiat Potiuncula.

Spiritus theriacalis tam *ſimplex* quam *camphoratus*, *Elixir propr. Paracelſi*, *Balſamus Peruv.* & ejus tinctura, ad imitationem *Willisij* parata, Hinc ſimplicium iſtorum extracta & olea deſtillata. *Etmuller.*

Spiritus eſſentialis eſt remedium ſiſtendis in momento vomitibus dicatum & certum, idque indifferenter. Doſis gtt. iv. in ſyrupo, juſculo vel vino. *Schroderus Pharm. p. 467.* ubi præparatio.

30. *Intra laudantur*) Poſt ſufficientem purgationem vomitus cohibendus erit partem roborantibus, ut *Syrupo cydonior. granat. acidor. conſerva roſar. vet. vel rad. ſymphyti*, *miva cydonior.* vel Julepo ſequ. ſi vehementiſſimus vomitus ſit valde biliosus, ut in cholera morbo.

℞. *Succi granat. acid.* ℥vj. *ſucci menthæ depur.* ℥ij.

aqua oxalid. ℔j. *ſacch. albi* ℔ß. *fiat julep. in cujus clarificatione. leviter bulliant in nodulo ſantal. citr. roſ. rubr. & ſpodii* ãã. ℥j. *capiat* ℥iv. *mane & ſero.*

℞. Terra ſigil. bol. Arm. corall rub. margar. prapar. ſemin. portulac. & acetoſ. ãã. ʒj. raſ. c. c. fol. menth. ſiccat. ãã. ℈j. roſar. rubr. p. ß. f. Pulvis aſpergendus Inſculis & panatellis, ant ſumendus ex cochlears cum pauca aqua ferrata.

Ex eo Pulvere poſſunt fieri Tabella cum ſaccharo aqua plantag diſſoluto, vel opiata cum ſucco cydon addendo conſervam roſar. aut rad. ſymphyti.

Maſtiches aliquot grana puriora, mane ſumpta non parum valent ad vomitum compeſcendum.

Balſami Peruviani guttæ iij. in ovo ſorbili, aut cum *ſaccharo* in formam Pilul. redactæ.

. *Decoctum fabarum* aut lentium, abjecta priori aqua & addito pauco aceto.

Camphora naribus frequenter admota, vel illita, atque etiam ſumpta cum pauca *aqua roſ.* & tantillo pulv. *moſchi.*

Spiritus vitrioli cum *aqua plantaginis* vel *communi* mixtus, & ad moderatam aciditatem exhibitus.

Si admodum pertinax fuerit vomitus, *ſpiritus vitrioli* quantitas augenda eſt, ut aqua valde acida reddatur; Cum *vino generoſo* utiliter etiam miſceri poteſt; In ejus penuria detur *acetum* fortiſſimum, dando cochleare unum vel alterum purum & impermixtum. *Riverius.*

Porro cum ſanguis impurus aut rancidus materiæ incongruæ penum ſubinde novum, aut per arterias aut per vaſa choledocha ſæpe exundantia ventriculo ſuggerens, diatheſin emeticam infert, phlebotomia non raro juvamen præſtat, & propterea gravidarum vomitiones hoc remedii genere crebro ſanantur: Inſuper ea conveniunt quæ ſanguinem attemperant, quo minus recrementa aduſta in eo generentur: Hinc ſerum lactis, acidularum potus, herbarum ſucci, ſal prunellæ, & ſimilia, quatenus ſanguinem fundunt, ejuſque recrementa alio perducunt, diſpoſitionem vomitivam non raro tollunt: Hujuſmodi remedia etiam in uſu erunt, ſi vomitio crebra ac quotidiana in humoris Biliaru & Pancreatici (uti quorundam fert ſententia) congreſſu & lucta, inque ventriculum regurgitatione procedat.

Vomitio crebrior, & curatu difficilior eſt ea quæ à materia heterogenea, proindeque emetica intra ventriculum genita provenit, quatenus nimirum ob viſceris hujus fermentum vitiatum comeſta quæque in putrilaginem irritativam degenerant.

Quamobrem, in hoc caſu, poſt ſtomachi ſordes per evacuantia lenia deterſas, remedia ulgo Digeſtiva appellata es uſu eſſe ſolent, quæ juxta quod ventriculi ſuccus fermentalis, indolis ut plurimum ſalinæ, quandoque etiam ſulphureæ exiſtens, in vario fixitatis, fluoris, aut aduſtionis ſtatu fuerit, diverſimoda exiſtunt, & modo hæc modo illa potius juvant. *Willis*.

57. *Vel ibidem naſcuntur*) Materies Emetica nonnunquam in ventriculo generatur, nempe cum aſſumptorum nulla ſit culpa, quandoque chylus, aut ventriculi ſuccus fermentativus in humorem acidum, auſterum, aut amarum, aut alias infeſtum, proindeque irritativum degenerat, prout in cholericis & hypochondriacu paſſim evenire ſolet. *Willis*.

57. *Humoribus, qui vel ibidem naſcuntur*) Inter ea quæ cauſam irritantem removent, ſi *per eſſentiam* ſit vomitus, ſunt *vomitoria*; vel etiam *purgantia*; Interdum, ad modernorum imitationem, cum parca *opii* dozi uſurpanda. *Etmuller*.

58. *Ibidem naſcuntur, & tum &c.*) Ejuſdem laborantis ſigna apparent ut cibi faſtidium, gravitas, tenſio & inflatio in ejus regione, tarda & difficilis concoctio, ructus acidi vel nidoroſi, ſigna adſunt illius intemperiei. *Riverius*.

59. *Vel aliunde affluunt*) Tum primaria multiplicis Vomitionis, ab Inteſtinis procedentis, cauſa eſt motus inteſtinorum periſtalticus inverſus & in ſui conſenſum, ſimilemque motus inverſionem ventriculum trahens, imo cogens: Incipit frequentius hæc motus inverſio à loco inſertionis utriuſque ductus Biliarii & Pancreatici, rariſſime ab ipſo podice, ſubinde ab hac vel illa inteſtinis tenuis parte, gangræna vel alio gravi affectu laborante: A loco inſertionis gemini Ductus contingit motus inteſtinorum inverſio, propter potentem ac violentam humorum acrium, in corpore jam exiſtentium, aut à nuper aſſumptis corruptorum, irritatoriuve effervceſcentiam; Exiſtentes in corpore humores acres ſunt Bilis & Succus Pancreaticus, à naturali ſtatu recedentes, ut & aliquando Saliva vel acida, vel Salſa deglutita & ad inteſtina deglutita: Aſſumpta præfatos humores corrumpentia, & ad vitioſe effervelcendum irritantia, ſunt vel fructus horæi, muſtum, medicamenta quævis acria, alterutrum dictorum humorum acriorem reddentia, vomitoria, venena certa, Arſenicum, Mercurius ſublimatus corroſivus. *Franc. Sylvius Pr. l. 1. c. 15.*

59. *Aliunde affluunt*) Si per ſympathiam totius corporis, aut aliarum partium vomitus contingat, affectus totum corpus vel aliquam partem obſidentes apparebunt; *Totum*, in febribus, cachexia, ictero, atrophia; *Partes* peculiares, à quibus frequentius humores ad ventriculum tranſmittuntur, ſunt cerebrum, Hepar, Inteſtina & uterus: Si è *cerebro* humores confluant, diſtillationis ſigna apparebunt, tum etiam vomitus erunt, ſpumoſi ac pituitoſi, nauſea erit magis moleſta quo tempore cibus aſſumitur: Si ex *hepate* humor tranſmittitur, is plerumque bilioſus eſſe conſuevit, atque adeo Bilis vomitu rejicitur & vomitus ante cibum quam eo aſſumpto moleſtior eſt; tum aliquis affectus, ut dolor, tumor aliuſque in hepate apparet; Si ex *Inteſtinis*, dolor colicus aut iliacus adeſt; vel lumbricorum ſigna ſeſe oſtentabunt: Si denique per *uteri* ſympathiam vomitus concitetur, conceptio aderit, vel menſium ſuppreſſio, vel alia ex utero ſymptomata prodibunt. *Riverius*.

59. *Aliunde affluunt*) Ut in principio febrium Intermittentium, dum ſucci pancreatici & bilis in inteſtinum duodenum effuſi, impetuoſius & præternaturaliter efferveſcendo, pylorum irritant vicinum, ut irritatus vomitus inferat. *Etmuller*.

59. *Vel aliunde affluunt*) Non infrequenter humor irritativus in ventriculum aliunde ſuffunditur, prætterquam enim quod Bilis; ac, ut nonnulli opinantur, Succus Pancreaticus, modo ſingulatim, modo ſimul congreſſa & mutuo efferveſcentia in ventriculum exantlata, fibras ejus in ſpaſmos vomitivos cient, inſuper heterogenea per Arterias huc translata vomitus ſæpe immanes excitat; ita in paroxyſmis & criſibus febrium, præſertim peſte & variolis ſæpiſſime contingit: Interdum maſſa ſanguinea turgeſcens recrementa ſua, ſi quidem per *διαπνοὴν* expellere nequit, per arteriæ cœliacæ ramos, ventriculi & inteſtinorum cavitatibus ingerit, adeo ut horum tunicæ, inſigniter vellicatæ, Vomitiones horrendas, ſimulque affectus dyſentericos patiantur: Nec tantum per arterias, ſed quandoque etiam per nervos materia vomitiva deſcendere videtur; hinc colicam ſæpiſſime oriri ſatis clare oſtendimus: Quinimo in multis, qui pathematis ſpaſmodicis obnoxii fuerunt, obſervavi poſt cephalalgiam cum torpore & vertigine diatheſin vomitivam ſucceſſiſſe, ut abſque notabili ſtomachi impuritate quotidie ingeſta vomitu redderent; Materia ita per arterias vel nervos ſtomachi tunicæ ſuffuſa, modo laxa & facile diſſipabilis, brevi rurſus excutitur, adeo ut affectio cito pertranſeat, modo fixior, iiſque pertinacius adhæreſcens, imo nonnunquam in tumores varii generis concreſcens, diatheſin vomitivam diuturnam & non facile curabilem inducit. *Willis*.

Aliquando humores à Capite in ventriculum delabuntur, ipſumque circa orificium inferius rodendo & mordicando ad perverſam ſui contractionem incitanti. Hi humores purgantibus removendi, alterandi & temperandi, iidem in capite ſubſiſtentes, aut contemperandi, aut per nares aliaſve vias convenientes, etiam

univerſales expurgandi. *Fr. Sylvius. l. 1. c. 9.*

80. *Ratio partium habenda*) Obſervando præprimis interea ne alia mala à vomitu excitentur, *Opiatis* irritatio ſtomachi ſiſtenda, vel acutus ſtomachi ſenſus leniendus, & appropriatis roborandus: v.g. ſi ex *nephritide*, aut *capitis vulnere* æger ſæpius vomat, una cum primarii morbi curatione mixturis aromaticis, cum *opio*, aut *papaverinis* miſtis nimius vomitus nonnihil compeſcendus. *Etmuller.*

81. *Etiam ſine cibo fit vomitus*) Qui retinetur, humores vero ſoli plerumque excernuntur. Cum vero humores tunicis adhærent alimenta ſine iis excernuntur, & quod exit craſſum ac viſcidum eſt, magnoque conatu. *Riverius.*

82. *Faces*) Ad vomitum ſtercoris quidam capiebat omni die *faſciculum malvæ* & convaluit, cum alia remedia non juvarent. *Solenander.*

83. *Faces, quæ in Iliaca &c.*) A periſtaltico inteſtinorum motu vitiato, quando obſtructis inteſtinis; humores, liberum exitum non invenientes, ad ſuperiora propelluntur, & quævis in iis contenta, quin & fæces.

Vomitus Sanguinis.

84. *Sanguis*) Sanguinis è ventriculo per os excluſio, quæ *Vomitus ſanguinis* vulgo nominatur, hoc cum omnibus aliis hæmorrhagiis commune habet, ut per *anaſtomoſin, rhexin, diabroſin*, aut *diapedeſin*, Sanguis è venis egrediatur; (*vide caput de Hæmoptyſi*) *Cauſa conjuncta* iſtas ſanguinis effuſiones producens, eſt illius *quantitas* vel *qualitas* excedens, *Quantitas* venas rumpere aut orificia illarum aperire poteſt, ſicque ῥῆξιν aut anaſtomoſin efficit; ut in plethoricis corporibus & athletico habitu præditis contingit.

Qualitate, ſi tenuior calidiorque per anaſtomoſin effluere poteſt, quia calor orificia dilatat, & tenuitas efficit ut facilius effluere poſſit; Eædem qualitates *diapedeſin* etiam pariunt, calor enim rarefacit tunicas vaſorum, ob tenuitatem per poros tunicarum facilius tranſfluit: Sanguinis acrimonia vaſorum tunicas erodit ac diabroſin producit.

Cauſæ antecedentes cum conjunctis eędem ſunt, cum enim ſanguis peccans venas immediate aperit, Conjuncta cauſa eſt; Idem in vaſis contentus cauſę Antecedentis rationem habet.

Ad cauſas Antecedentes referuntur partes *Mandantes*, quarum præcipue ſunt *caput, hepar, lien, & uterus*: Plerumque fertur à *capite* ſanguis ad ventriculum, per palatum & oeſophagum; Sæpe etiam *catarrhus ſerinus*, ex pituita acri & ſalſa genitus ventriculum erodit, venaſque illius aperit.

Ab *hepate & Liene* per venas quæ ad ventriculum feruntur, & cum illis partibus communicant; Ab *utero* denique ſanguis refluens in ſuppreſſione menſium ventriculi venas aperit; ita ut quædam mulieres repertæ fuerint quæ purgationes menſtruas per Vomitum ſanguinis periodicum paſſæ fuerint.

Animadvertendum autem hic, non ſolum per ventriculũ, ſed etiam per alvum in hoc affectu ſanguinem excludi, tum quia portio illius qui ad ventriculum confluxit, ad inferiora deturbatur, tum etiam quia venæ meſaraicæ aperiuntur, & in inteſtina ſanguinem profundunt, qui quidem ſanguis in longo inteſtinorum anfractu denigratur, & picis liquidæ inſtar dejicitur.

Cauſa externa ſunt omnia quæ *vulnerare* aut *contundere* poſſunt, *Æſtus* vehementior, ob ebullitionem quæ in ſanguine commovetur, unde juvenes ad xxx. annum ſanguinis vomitui, aliiſque hæmorrhagiæ ſpeciebus maxime ſunt obnoxii, *Frigus* immodicum conſtringendo venarum ruptionem moliri poteſt. *Intempeſtivi* *motus*, labores, exercitationes inſuetæ, *vociferationes* magnæ, ſanguinem in venis vehementer commoventes: Ac denique quæ Hæmoptoen excitare valent: Sanguis enim in vaſis à quacunque cauſa interna vel externa, vehementer commotus, ad eam partem [illegible] lius irrumpit quæ debilior, & illius receptioni magis idonea eſt, atque ita ſi ventriculus, aut venæ quæ ad ipſum feruntur talem diſpoſitionem habeat, vomitus ſanguinis excitabitur potius quam alia quævis hæmorrhagiæ ſpecies.

Diagnoſis hujus affectus in eo potiſſimum verſatur, ut pars à qua ſanguis profluit innoteſcat: Si ex *ipſo ventriculo* ſanguis effundatur, ſitus partis, & in ea doloris, aut gravitatis ſenſus fere continuus illud demonſtrabit: Deinde minor eſt copia, graciles enim ſunt ſtomachi venæ: Cum nauſea ſanguis effunditur, ac in deglutiendo mordacitas percipitur; Tum ſanguis aliquando cum cibo, alias cum bile, vel pituita mixtus ejicitur.

Si à *Capite*, quædam circa fauces & palatum titillatio percipitur; pars ſanguinis aliquando per nares emungitur, muco permixta, capitis dolor aut gravitas præceſſit, quæ poſt talem hæmorrhagiam ſedatur; Ex *Liene & Jecore* ſanguis copioſior effunditur, ac dolor in illa parte apparet: Ex *Liene* craſſus, globoſus, ac niger; ex *Jecore* rubicundior & quodam modo ſpumoſus: Præterea hic magis per partem inferiorem elabitur, quam per vomitum, quia ab hepate per venas meſaraicas plerumque fluit ad inteſtina, & ab iis (ut vomitum efficiat) aſcendere debet in ventriculum, facilius vero deſcendit in alvum; cum via ſit proclivior: Contra qui à *Liene* fluit, per vomitum potius quam per inteſtina purgatur, quia venæ à liene ad ventriculum ſunt breviores & minus amplæ: Si fiat à *Suppreſſione menſium*, ipſa ſuppreſſio ab ægræ relatu innoteſcet, & ſanguinis excretio periodica erit, quæ augebit conjecturam ſi nullus aliarum partium affectus conſpicitur.

Prognoſis, Vomitus ſanguinis, à quacunque cauſa oriatur, non eſt expers periculi, ut enim ex nimia ſanguinis effuſione mortis ſubitaneæ periculum imminet; Vel ſi in ventriculo grumeſcat & corrumpatur, lipothymias, ſyncopen, & ſuffocationes parit: Minus tamen periculoſus eſt ex *Menſium ſuppreſſione* ortus quam ſi ex *hepate* vel *liene* procedat; provocatis enim quomodocunque menſibus curari ſolet ex *Hippocrat. 34. aphor. 5. ſect. Mulieri ſanguinem evomenti menſtruis erumpentibus ſolutio fit*, Et in his ſæpe ſola venarum inferiorum apertione menſtrua provocantur, aut ſaltem paucis aliis remediis menagogis adhibitis, & ſic vomitus ſanguinis cohibetur.

Qui ex vomitu ſanguinis in hydropem incidunt aſciten, ex eodem pereunt: Teſtatur *Dodonæus* ſe neminem à tali hydrope ſervatum vidiſſe, Et docet experientia à quacunque ſanguinis profuſione Hydropem excitatum eſſe lethaliſſimum; quia ex ſummi caloris nativi diſſipatione exoritur, quæ irreparabilis eſt. *Riverius.*

Quæ afferuntur a Riverio *de ſanguine è Liene in ventriculum confluente ad eius nutritionem, qui ſi nimia copia hinc ad eum confluat vomitum ſanguinis excitet, autopſia in ſectionibus vivorum animalium repugnant, in quibus manifeſtiſſime apparet nihil a Liene ad ventriculum, ſed continue ſanguinem e ventriculo ad ramum ſplenicum confluere: quippe ligatura Vaſi venoſo brevi injecta, mox apparet intumeſcentia inter ventriculum & ligaturam; detumeſcentia vero inter ligaturam & ramum ſplenicum, quod certum eſt indicium ſanguinem ita fluere ut jam dictum, eumque vix unquam pervenire ad lienem (ingreſſus enim vaſis venoſi*

ri

in ramum ſplenicum plerumque nonnihil diſtat à liene) *neque ingredi lienem, ſed in ramum ſplenicum effundi, per eúmque recta ad Portam deferri. Adeo ut eatenus vomitus ſanguinis à Liene procedere dicendus ſit, quatenus ſanguis qui e ventriculo in ramum ſplenicum confluere debebat, hinc in lienem, commeatu illo prohibitus, ob impedimentum, obſtructionem puta, refluit in ventriculum illiusque vaſorum orificia aperit. Idem judicium eſto de ſanguinis vomitu ab utero; nec enim immediate ab hoc procedit, ſed qui ſupervacaneus per illam viam exitum habere debuit, cum effluvium præ obſtaculo aliquo non nanciſcitur, alio tendit, ad ventriculum, nares &c. Hinc ut vomitus ſanguinis ejectamentum ſit maſſæ ſanguineæ cum tranſitus per vias Naturæ aſſuetas, uterum, nares &c. exitus non conceditur.*

64. *Sanguis, qui aut propter*) Sanguis è venis meſeraicis, quæ per ventriculum feruntur, in ventriculum inſtillatus, vel effuſus, vel à vicinis inteſtinorum venis huc uſque regurgitans, Vomitionis ſanguineæ cauſa exiſtit, & prout ille ſanguis ſe habet talis evomitur, interdum *ſeroſus*, vel admodum *inquinatus* aut *niger*, cujuſmodi in venis meſeraicis ſæpe coacervari ſolet nonnunquam &, ſi diutius in ventriculo moram trahat, concretus. E *vaſis* autem excidit, vel ob *copiam*, uti in *menſtruis retentis puellæ* vel *gravidæ* ſanguinem quandoque ſine noxa evomunt: vel nonnunquam ceſſante per nares conſueta hæmorrhagia; vel ob nimiam illius cum *ſero permiſtionem*, vel *tenuitatem*, aut ob illius, quia admodum eſt *biliosus*, *fluiditatem*, in variis morbis, aut aliam illius *impuritatem*, aut malignitatem, in febribus præſertim à natura propulſus; A *contuſione* quoque aliqua facta circa viſcera ventriculo vicina, vel alia *ventriculi* læſione, per deglutita acuta, (*hirudine*) vel ab accepto *vulnere in ventriculo*. *Deglutiens* quoque *ſanguis* in fauces, vel à *naribus*, aut à *thorace* deveniens concretus ſæpe rurſum evomitur. *Platerus.*

64. *Sanguis*) Non definiunt authores ſitne ex ventriculo ſolo: an ex gula quoque? In hac etiam eſſe doceo ex *Gal. 5. loc. aff 6.* idque tam per anaſtomoſin quàm per diæreſin. *G. Hofmannus in Inſtit.*

64. *Sanguis, qui aut propter*) Obſervavimus nuper vomitum cruentum à vermibus ſat gravem, duobus vero lumbricis per os exeretis, ab adhibitis ſcil. balſamicis & traumaticis, brevi æger convaluit, qui moriturus videbatur. *Wedelius.*

65. *Qui aut propter*) Spleneticis valde familiares ſubinde ſunt vomitus, tam cujuſvis materiæ, quam in ſpecie ſanguinis, nempe ſplen nonnihil infarctus admittit per arteriam ſplenicam ſanguinem, qui tamen non poteſt propter obſtructionis impedimentum remeare convenienter ad venam ſplenicam, lege circulationis. Impedito igitur ſanguinis motu in arteria & vena ſplenica, in ſpecie circa vas ejus breve, ante nempe ingreſſum arteriæ in lienem, quod vas breve ad ventriculi fundum ſubrepit, Sub tali occaſione ſtagnatio ſanguinis impediti facta, per vas breve apertum ſanguinem arterioſum in ventriculum vomitu cruento ejiciendo dimittit, Hinc ſæpius ante vomitum ſanguinis percipimus pulſationes circa dorſum prope latus ſiniſtrum, Confer *Zacutum l. 2. M. P. H. 10.* Ubi aliquot ſpleneticorum, ſanguinis vomitu laborantium, proſtant exempla; Item *Schenckium l. 3.* Non tamen ſemper ex ſplene ſunt cruenti iſti fluxus, uti hoc communiter exiſtimant; quin & ex *hepate* citra lienis noxam vomitus ſanguinis fieri poteſt: Vide *Hœfleterum Dec. 1. obſ. 5.* Miræ ſane ut ſubinde ſunt humorum metaſtaſes & tranſlationes, ita & vaſorum anaſtomoſes & apertiones. *Etmuller.*

Rarum eſt quod *Riverius centur. 4. obſerv. 26.* affert de ruſtico, qui cum aquam fluminis potaſſet, ac ſimul hirudinem deglutiiſſet, hæc lateribus ſtomachi affixa continuum ſanguinis vomitum induxit.

65. *Qui aut propter*) Aliquando ſanguis ut ſurſum effunditur ab *Inteſtinis* per vomitum, quem ſuſpicor, ſi non ſemper, ut plurimum ex *Pancreate* prodire, propter vas aliquod in ipſo à ſucco acriore apertum; atque ipſum concurrente tunc efferveſcentia cum bile vitioſa, ſurſum propelli ad ventriculum ut evomatur, dum plerumque pars aliqua deſcendit per inferiora excernenda. Mulier ex ſummo animi mœrore in dolorem lumbarem gravem & diuturnum incidit, hinc & Puris vomitum cum ejus dejectione, à me reſtituta poſt ſeptennium, itidem ex mœrore, in ſimilem dolorem & gravem deducta; Conjectans ex ſuperioris affectus narratione latere in loco affecto pus, ex prævia inflammatione productum ac collectum, exhibui vomitorium antimoniale; primo die per vomitum puris ſatis bene cocti exiere ℥xx. circiter, per alvum bona quantitas. Ab iterato vomitorio denuo pus vomuit, ſed minori copia, excrevitque per alvum; exhibitisque cardiacis & putredini reſiſtentibus brevi convaluit. Ex Pancreate pus illud prodiiſſe putavi quod illius ſitus reſponderet locus affectus, quodque non ſemel poſt mortem in Pancreate pus offenderim, nunquam in ulla alia parte à qua via pateret ad inteſtina. Eadem ratio facit ut ſanguinis vomitum non à Liene, non à Meſenterio, ſed ſolo Pancreate conjecterim deducendum. *Fr. Sylvius Pract. l. 1. c. 15.*

65. *Aut propter membri alicujus abſciſſionem*) Notandum ex *Galeno 7. meth. 11.* Vomitum ſanguinis aliquando criticum eſſe, in iis qui ex negotiis ad otium ſe tranſtulerunt, quibus pes vel manus præciſa eſt; propterea reſpondet Dyſenteriæ cruentæ cuidam.

66. *Ubi diſſolvendus eſt*) Vomitus cruentos ſpleneticorum, ac crebriores recidivas, & inde metuenda plurima mala, removent optime *martialia*, & hinc *abſynthium*. Ad talem ſanguinis vomitum, in quo copioſiore aut æger tandem deficit, aut viribus licet reſumptis, in incurabilem aſciten delabitur, A talibus periculis *abſinthium* ægrum vindicare poteſt, ſi à vomitu refectis, & utcunque reparatis viribus, multo tempore, quocunque libuerit modo uſurpetur, *inquit Dodonæus Hiſtor. ſtirp. p. 24. & in obſerv. pag. 47.* ſuo conſilio hujus uſu quoſdam ſervatos meminit. Præmittenda tamen, aut ſubinde ſocianda erunt *Martialia*, pro cura magis, tuta ac fida. *Etmuller.*

66. *Diſſolvendus eſt ne putreſcat*) In miſturis (quas vide §. *Reſtringendum*) commodè *oculi cancrorum* addi poſſunt, quando nempe metus eſt coagulati ſanguinis adhuc in ſtomacho hærentis, Aut etiam *ſperma ceti in juſculo calido* diſſolutum aſſumatur; ad diſſolvendos ſanguinis grumos ubi fluxus rite fuerit ſedatus: Si quidem ſi poſt vomitum ſanguinis ſequatur color faciei citrinus, aut lividus, debilitas pulſus, aut ſyncope, aut ſtomachi inflatio, hæc ipſa oſtendunt ſanguinem in corpore concretum coagulatumque hærere. *Etmuller.*

66. *Ubi diſſolvendus eſt &c.*) Ad hujus affectus curationem opus eſt remediis *ſanguinem à ventriculo revellentibus, ejuſdem intemperiem corrigen-*

tibus, & *apertionem venarum conſtringentibus* ac *glutinantibus*, Quibus jungenda quæ partem primario affectam reſpiciant, à qua ſanguis in ventriculum tranſmittitur, quibus pro varia earum natura & affectu proſpiciendum erit.

Victus ratio hic maximum momentum habet, *Alimenta* igitur ordinaria ſint adſtringentia & emplaſtica, refrigerantia, actu & poteſtate, ut *hordeata*, *amygdalata*, *oriſata*, *panatella*, *gelatina*, & imprimis *amylum* ſine calce paratum, *cum lacte coctum*, quod ad hæmoptyſim compeſcendam eximium eſt, his omnibus ſemper aliquid *Punici* vel *aceti* roſacei addi poterit. Valent *ova indurata aceto* intincti, *mica panis aqua frigida macerata*, *Juſcula pullorum cum oxalide*, *portulaca*, *plantagine* & *granis uvæ immaturæ* parata. *Pedes*, *inteſtina vervecum*, *hædorum* & *vitulorum* ad putrilaginem uſque decocta: Initio menſæ ſumatur aliquid adſtringens, ut *malum cydonium*, *pomum* aut *pyrum auſterum* ſub cineribus coctum, *miva cydoniorum*, aut *gelatina ex ceraſis acidis*, *meſpilis*, aut *ſorbis* confecta: Abſtineat æger ab omnibus cibis acrioribus, ſalſis, piperatis & frixis, tum etiam euchymis quæ multum ſanguinem generant, niſi aliquando vires collabi videantur, ad quarum refectionem illa aliquando, ſed parca manu erunt exhibenda; Parce admodum ægri nutriendi ſunt, quo minus enim ſanguinis generabitur eo minor erit fluxio, & partes inanitæ ſanguinem magis attrahendo, illius effluxum prohibebunt.

Potus erit perexiguus, ex aqua ferrata cum pauco ſucco granatorum; *Vinum* interdicendum eſt, niſi ſit craſſum & auſterum, quod nos tortivum dicimus, & tunc etiam febris abeſſe debet; *Aer* ſit frigidiuſculus, extra ventorum flatus. Solis & Lunæ radios vitent, *Somnus* ſit modicus, & non diuturnus, quamvis enim in ſomno omnes fluxiones cohiberi dicuntur, hæc tamen ex diuturniori caloris concentratione renovari poteſt: *Alvus* ſemper ſit libera, & omnia *Animi pathemata* vitentur.

Hæc de Diæta, *Chirurgica* & *Pharmaceutica* remedia quod attinet

1°. *Venæ ſectio* ſtatim celebranda eſt parca manu & repetitis vicibus, ut major fiat revulſio, idque è baſilica cubiti dextri, ſi à jecore; vel ſiniſtri ſi à liene malum exoriri videatur, vel ex vena malleoli ſi ex menſium ſuppreſſione profluxerit.

Fiant *Frictiones* & *Ligaturæ* partium extremarum.

Clyſteres detergentes injiciantur. Applicentur *Cucurbitulæ* natibus, cruribus & lumbis, imo & hypochondriis ut ſanguis retineatur. Celebrata ſufficienter phlebotomia, ad cauſæ ſublationem, & integram morbi ſolutionem.

Purgatio blanda & frequens inſtituenda eſt, qua ſanguis à ſeroſis & bilioſis humoribus hunc affectum producentibus repurgatur: Cujuſmodi Purgationes à medico prudenti celebratæ miranda præſtant, ut nos experientia didicimus. Debent autem fieri ex *rhabarbaro*, *myrobalanis*, *tamarindis* & *tryphera Perſica*, quæ medicamenta purgando adſtringunt, & humores nullo modo exagitant, ut inde metuenda non ſit vomitus ſanguinis concitatio: Illa autem exhiberi poterunt, vel in forma Boli cum *ſyrupo myrtino*, aut de *roſis ſiccis*, vel Potionis, cum decocto *cichorii*, *acetoſæ*, *portulacæ*, & ſimilium.

Dum Purgatio celebratur, quæ per tres aut quatuor dies poteſt continuari, parca purgantium doſi, veſpertinis horis exhiberi poterit *Opiata adſtringens*, aut ſyrupus corallorum, aut ſimile quid adſtringens & roborans.

Denique ad *Præcautionem*, *rhei pulver.* ℥j. ſemel in ſeptimana per longum tempus exhiberi poterit, vel *ſyrupus* magiſtralis ad Hæmoptyſeos præcautionem deſcriptus. Tum reliqua fere remedia quæ ad illius affectus curationem & præcautionem traduntur. *Riverius.*

In quacunque cauſa, habita primum illius ratione, ſi ſanguis magna copia evomatur, influxum hunc illius in ventriculum, potius quam vomitum ſiſtere internis externiſque præſidiis oportet, & ſimul ne concreta illius aliqua portio hæreat &c. *Purgantia* hic minime conveniunt niſi morbus illa requirat, [illegible] tamen ſanguinis cauſa *rhabarb.* valde prodeſſet, [illegible] fluxionem augebit: Quo nomine & *ſyr. roſar.* conceditur. *Clyſmata*, ſi ſanguis quoque per alvum reddatur, & ſanguinis vomitus copuletur, qui tunc fere concretus & ater eſt, injecta ad eum *abſtergendum*, ac demum *oſcula vaſorum conſtringenda*, locum habent (*vide c. de dyſenteria.*) Platerus.

[60]. *Diſſolvendus*) Collectus in ventriculo ſanguis ſponte fere, ſuppreſſo effluxu deponitur in alvum, quod ſi metus ſit à coagulatione, addi poterit miſturæ eum reſtringere idoneæ, (vide §. *adſtringentibus*) *oculor. cancr.* ʒß. *uti* & *antimonii diaphor.* ℈j. Fr. Sylvius. *Oxycrati* cyathus exhibeatur ſi ſanguinis concreti ſuſpicio fuerit, Eo enim facile diſſolvitur ſanguis & à ventriculi venis propellitur, eædemque conſtringuntur. *Riverius.*

Si ſanguinis grumi in inteſtinis hæreant, *Poſca* infuſa eos diſſolvit. Ad *grumoſum ſanguinem* diſſolvendum damus *ſuccinum*, *aſphaltum*, id eſt *bitumen verum* vel *mumiam*, *coagulum hædi* &c. *Pulveres* uſitati convenientes ſunt *Troch. de ſuccino*, de *terra Lemnia*, qui præter quam quod ſanguinis fluorem ſiſtunt, ſimul etiam propter *ſuccinum* eundem coagulatum diſſolvunt, quod ambas compoſitiones ſubintrat: *Troch.* etiam de *Antiſpodio* cum *ſemine acetoſæ*, qui ob *papaver* efficacius operantur. *Platerus.*

Utatur ſequenti remedio tanquam præſtantiſſimo

℞. *Camphor.* ℈ß. *poſcæ*, vel *aqu. plantag.* ℥iij. bibat ubi fluor ſanguinis ſuperveniet, fluxum enim inhibet & obſtructiones tollit. *Rondeletius.*

[66]. *Oxymelite*) Ne ſanguis in ventriculo concreſcat dari debet *oxymel ſimplex ad* ℥j. Si vero jam concreverit, omnium præſtantiſſimum remedium eſt *coagulum leporinum ad* ℈j. *cum aceti* ℥iij. in potu datum *Euſt. Rudius.*

[67]. *Reſtringendum*) *Rondeletius* in conſilio quodam hoc remedium commendat

℞. *Camphoræ* ℈ß. *da cum oxycrati vel aqu. plantag.* ℥iv.

Abſente vomitu, ut venæ conſtringantur,

℞. *Album ovi n.* j. *aqu. roſar.* & *aceti* āā. ʒß. *agitentur fortiter*, *adde amyli* ʒj. *m. da ex cochleari.* Vel

℞. *Corall. præpar. terræ ſigill. boli Arm.* lapid. hæmat. & *troch. de Carabe* āā. ℈j. *aq. plantag.* & *ſyr. myrt.* āā. ℥ij. *da ex cochleari ut ſupra.* Vel dicto pulvere utere cum juſculo.

℞. *Succi plantag.* ℥iv. da actu frigide mane & ſero. Teſtatur *Galenus* hoc ſucco nihil eſſe præſtantius ad quodlibet ſanguinis profluvium cohibendum.

Succus portulacæ & *polygoni cum ſaccharo.*

℞. *Aqu. plantag.* & *portulac.* āā ℥ß *ſyr. myr.* ℥ß. *ſyrup. de papav.* ʒij. *vel* iij. ſalis prun. ℈j. m. f. Julep frequenter dandum. Ex decocto prædict. herbarum

idem

herbarum [illegible] in Ju[illegible] fi[illegible].

℞. C[illegible] ad. ſymph. ãã. ℥j [illegible] myrob[illegible] hiſt. de carabe & d[illegible] ãã. ʒj [illegible] l. præpar. & croci ma[illegible] r. de [illegible] ſic[illegible] f. Opiata danda fr[illegible] q[illegible].

[illegible] abe n[illegible] ſolum adſtringunt [illegible] etiam ſanguin[illegible] tu[illegible] vunt, ideo fr[illegible]quenter uſurpandi.

Syrupus corall. eti[illegible] liter uſurpari poterit, ſed *multo utilius eorum* [illegible] *ura, cum ſucco limon. recenter par*[illegible].

[illegible] tma[illegible] ompetu ſanguis rejicitur, nec prædictis [illegible], ut mortis periculum immineat, ad [illegible] eſt, vel aſſumpta, vel per clyſte[illegible].

[illegible] *ato* ventriculi regio fuveatur ſub[illegible].

[illegible] ungatur *oleo roſaceo & myrtino lotis in aceto* Poſt unctionem aſpergatur *Pulvis corall. boli armen. terra ſig*[illegible] l

℞. *Succi plantag. & centinod. ãã. ℥iß. aceti roſac. ℥j. olei omphac. ℥vj. bulliant ad ſuccorum conſumptionem. Adde ſangu. draconis, maſtich. cortu. granac. & m*[illegible] *ãã. ʒj. caphur.* [illegible]*j. cera rubr. q. ſ. f. Ungu*[illegible]

Fo[illegible] eantur [illegible]ypochondria & lumbi ſubfrigide *decocto plantag. & portul.* [illegible] *lo in* [illegible]*crato. Manus demittantur in aquam frigidam, ſic* [illegible] nim omnis vomitus ſedatur. *Riverius.*

Vumitus cruentus à ſanguine, ex ventriculi inteſtinorumve vaſis ruptis eroſiſve effluente ortus, curan[illegible] conglutinatis vaſis per hanc miſturam, in aliis quoque ſanguinis excretionibus utilem.

℞. *Aqu. plantag.* ℥ij. *cinnam.* ʒvj. *aceto ſtill.* ℥ß. *corall. rub. prep.* ʒß. *ſangu. drac.* ʒß. *laud. op* g. iv. *Syr. myrth.* ℥j. *miſce* lata *ſæpe coc leatim.* [illegible]ficax eſt. *Fr. Sylvius l. 1. Pr. c. 9.*

Detur per os *amylatum, oryzatum, hordeatum*, cum *jure glutinoſo* vel *lacte* coctum.

Ovi albumen crudum, mucilagin. ſemin. cydonior. & g. tragac. extractæ cum *aqua roſar. plantag.* bene conquaſſata, dentur per ſe vel cum pauco *ſacch. penidiato* vel *roſato*, vel cum *vino rubro ſtyptico*, vel cum *ſyr. myrtino. cydon. de roſ. ſiccis, de berber. omphac. de plantag. portulaca, ſyrupo acetoſo*, cum ſanguinem concretum diſſolvere volumus. *Succi plantag. burſa paſtor. polygoni, cauda equ.* aut *fructuum auſterorum*, per ſe, vel addito *ſacch. penidiato* aut roſac. vel cum *vino rub. ſtyptico*, vel addito *pauco aceto roſ. Aqua plantag.* data ſanguinem ſiſtit, *Aqua* [illegible] concretum diſſolvit.

Aquam bibant *chalybeatam*, in cujus menſ. iß. coquatur *maſtiches* ℥j. *coral. alb.* ℥ß. *cryſtall. trit vel jaſpid.* ʒij. *Poſca* bibita ſanguinem coagulatum diſſolvit. *Philonium Perſic.* ʒj. quantitate exhibitum valde hic probatur, cui *rhabarb.* ʒß. addita ut concretum ſanguinem ſimul diſſolvat & evacuet efficit.

Extrinſecus Epithemata & Fotus in vomitu bilioſo adducta juvabunt, unguenta &c. *Platerus.*

Primatum obtinent *ſuccus plantaginis & portulacæ*, præ omnibus aliis *ſuccus rad. urticæ mai. ſyrup.* item *de ſymph. Fern.* Sed exp[illegible]rtiſſimum [illegible] in hoc caſu eſt remedium *ſyrupus ex ſucc. fol. plantag. & rad. ſymphyt. mai.* Præparationem vide in *Digby recept. vol. 1. p. 175.* Alias ad ſupprimendum ſanguinem optimum eſt ſi recipiatur *aqua plantag.* vel *urtic. mai.* & aciduleatur ſ. q. *ſpiritus vitrioli* ut fi[illegible] mixtura, ac ita ſucceſſive uſurpetur, quæ, ut dicit *Rulandus*, miraculi inſtar profluvium ſanguinis ſi[illegible]t, Pono ab aliis etiam laudata.

P[illegible] *ocus martis* [illegible] *Tinctura martis* [illegible] *gent Tinct*[illegible] *terra* [illegible] *lapis hamat.* præſ[illegible] tum [illegible] pro[illegible]tu. *Troch. de Carabe* & de *terra* [illegible] e[illegible], Unde ex his, cum aquis c[illegible] tionem expertam habet *Foreſtus*, q[illegible] v. s. [illegible] o juvit, adſtringendo ſ[illegible]. & ſanguin[illegible] cretum reſolvendo,

℞. *Alumin* ʒj. *ſucci equiſ.* ℥j. *aqu. plantag. equiſ.* ãã. ℥ß.

hoc cum totum frigide ebibiſſet æger ſangui[illegible] reſtrictus eſt & vomitus emanſit.

Ad hujus imi[illegible]tionem

℞. *Aqua burſa paſt. portul. plantag* ãã. ℥j. *aceti roſ.* ℥ij. *troch. de carabe. de terra ſigill.* ãã. ʒiß. *ſyr. myrtini* ʒvj. *ad* ℥j. ms. *Ettmuller.*

[68]. *Valet in adſtringendo*) ℞. *Trochiſc. de Carabe, de terra ſigill. aqu. burſa paſt. portul. plantag.* ãã. ʒj. ms. hoc illico juvat. *Ph. Grulingius P*[illegible] *3. p 226.*

Vera dico, Juvene[illegible]e recordari, qui tantam vim puri putique ſanguinis, ſæpe ſine, alias cum tuſſi, per os excernebat, ut jur[illegible]ſſes purpuream illum animam vomiturum quique paroxyſmi tempore herbam *burſ. paſtoris* arcte complectebatur, ſoccis quoque i[illegible] nudis plantis pedum ſubditam, extra pa[illegible]ox[illegible] in[illegible] culcabat, ad votum ſæpicule ſtitiſſe. *Pauli Quadr. cl*[illegible].

Hoc [illegible] uppreſſit vomitum ſanguinis, pectori & ventriculo applicatum

℞. *Panis ſecalini m. iij. ſalis m. j. aceti q. ſ. ms.* f. Pulticula. ſ. Emplaſtrum. *M Rulandus Theſ. lib. 3. pag. 183.*

Amuletum ex *plumbi lamina*, dorſo adniotum, Vel *lagenula plumbea argento vivo* plena, ſed plaſtiforum, in hoc affectu multum habet commodi ſi extrinſecus apponatur. *Joh. Sophron. Koſ*[illegible]*ch. Tr. de Sale.*

Practici ſolent remedia lieni applicare, ut ego experientia edoctus obſervavi, dum ægri aliquot cyathos cruoris nigricantis vomerent, mox appoſito hoc Emplaſtro vomitum ſtitiſſe.

℞. *Far. hordei, gland. rad. ſymph. mai.* ãã. ℥iß. *Lapid. hæmat.* ãã. ʒij. *ſantal. citr.* ʒiß. *maſtich.* ʒj. (ʒj.) *cum aqua plantag. & vino rubro* ãã. q. ſ. ms.

Ad contemperandum etiam furorem poma *granata* in hoc aſpectu valde conducunt. *Oſw. Grembs* p. m. 180.

[69]. *Bilis*) Quæ in ipſo interdum ventriculo generatur, ut Porracea ex corruptis alimentis, docente *Galeno comm. in 2. Prognoſt.* quod apparet in pueris lacteotibus, qui ex lactis corruptione in ventriculo fæces porraceas & æruginoſas excernere conſueverunt; hæc tamen bilis porracea, ex corruptis alimentis in ventriculo genita, non eſt ejuſdem naturæ cum ea quæ ex bile flava per aduſtionem generatur. *Riverius.*

[69]. *Bilis*) Inter humores & excrementa, *Bilis* in ventriculo coacervata, illum irritans Vomitionis illius quæ picrocholis ſæpe [illegible] junis maxime, & in diverſis bilioſis morbis evenit, frequentior cauſa eſt, eo vehementioris diuturnioriſque quo ea deterior exiſtit: Quæ etiamſi admodum tenax & adhærens, qualis ex flavis *vitellina* exiſtit· vel ſumme acris, uti *viridis* vel *atra*, ventriculum gravius vellicans, ac veluti adurens nimiumque ſic afficiens, non tantum vomitum, ſed & dejectionem per inferiora ſimul veluti catharctica violen[illegible] in [illegible]entriculo adhuc contenta facere ſolent, ut iſ[illegible]era morbo concitat. *Platerus.*

72. *Interdum per ductum choled.* [illegible] *huius conformationem, quando* [illegible] *num inteſtinum ſed in ipſum ventriculum* [illegible] unde picrocholi [illegible] nuncupantur qui [illegible] bilioſo ob perverſam hanc inſertionem [illegible] affli guntur.

71. *Salvatellæ ſectione*) Si vomitus ſit vehementiſſimus, & febrem ſymptomaticam inducat, & corpus ſit plethoricum; utile eſt nonnunquam ſanguinem detrahere ad præcautionem inflammationis, quæ in partibus internis ex illa concuſſione poteſt contingere: Id tamen cautè agendum, & parca manu metu dejectionis virium, *Riverius.*

71. *Interdum feliciter ſiſtitur*) Notatu dignum eſt quod *Sorbait. Prax. Tr. 1. c. 33.* recenſet de illuſtri Domicella quæ nullis aliis remediis præterquam uſu *Balnei aquæ dulcis*, cum *hordeo*, vomitu (qui à bile in toto & ventriculi tunicis exiſtente originem duxerat) liberari potuit.

Inter alia omnia *aqua nive refrigerata*, vomitum pertinacem magis ſedare experientia nobis compertum eſt: *Caldera de Heredia Prompt p. 3. 2.*

73. *Sed & ſyrupo de agreſta* [illegible] ubi deſt ventriculi [illegible], humoreſque bilioſi [illegible] rodentes corrigendi veniunt, commodè in [illegible] ſe offerunt *acetoſa, acetoſella, plantago, roſæ tormentilla burſa paſtor. portulaca, cydonia* &c. [illegible] *uſtum, corallia, terra ſigill. catechu. bolus Arm. ocul. cancr. ebur* &c. quæ partim malignitati reſiſtere partim acrimoniam materiæ vellicantis obtundere apta nata ſunt.

Idemque cum blanda, tonumque ventriculi roborante adſtrictione præſtant conſervæ *roſar. antiqua ſimpl. & vitriol.* ſucci *berber. granat. acidor.* ſyrup. *c rall cydonior. agr. ſtypticus mynſ. hi.* Tinctura *mar adſtringens, ſulphur vitrioli.* Troch. *de carabe terr ſigill.* Tinctura *flor. bellid.* &c. Strauſſius.

73. *Sed & Syrupo de &c.*) In vomitione acri & calida medicamenta *ſale acetoſo & vitriolino* prædita magis conveniunt, celebre iſtud *Riverij* in hoc caſu locum habet.

℞. *Salis abſinth.* ℈j. *detur in cochl. j. ſucc. limon.*

℞. *corall. præpar.* ʒij *ſalis abſynth.* ʒj. *ſucci limon.* ʒiiij. *ſtent in vitro capaci, adde aquæ cinnamomi fortis* ʒij. *doſis cochl. j. vel ij.* bis in die vaſe prius agitato.

℞. *Pulver. ebor. corall.* ā ā ʒij. *vitrioli martis* ℈j. *ſacch. c.* ʒj. *miſce.* Divide in vj. vel viij. partes, una ſumatur bis in die cum convenienti vehiculo.

In hoc caſu *Aquæ minerales* purgantes, quæ plurimum *nitri* in ſe habent etiam *Acidulæ ferratæ*, quinimo & noſtræ artificiales chalybeatæ, iuvamen egregium conferre ſolent.

Si quando ſtomachus pleraque ingeſta in putrilaginem bilioſam & amaricantem, uti crebro aſſolet, pervertens, propterea in vomitiones crebras ſit proclivis, remedia tum acida tum amara conveniunt.

℞. *Elix. propriet.* ʒj. *doſis* ℈j. *bis in die in vehiculo idoneo.*

℞. *Rhabarb. pulv.* [illegible] *xxiv. ſalis abſynth.* ℈j *aquæ cinnam.* ʒj. *ſucci limonis* [illegible] ſumatur aut per ſe, aut cum aliquo liquore.

℞. [illegible] *ari compoſ.* ʒj *tartari alb.* [illegible] *lis martis* [illegible] *ch.* ʒ [illegible] *puiv* [illegible] ʒß *vel* [illegible] ndo hauſti [illegible] *ra ab* [illegible]

℞. *Pu* [illegible] ʒj. *tartar chalyb* [illegible] *pu* [illegible] *xum vel* [illegible] *ulo idoneo* [illegible] Waldſ.

[illegible] *Alterantia* multi [illegible] *dialia* [illegible] untur [illegible] do ex [illegible] & nauſeam [illegible] *Fru* [illegible] co ſtive [illegible] in cibi [illegible] um maturi auſteritatem [illegible] *na* [illegible] *meſpila* [illegible] *ba. corna,* [illegible] untur. *Olera* [illegible] al cum [illegible] *Conſervæ & condituræ* [illegible] *balani cor* [illegible] *dita*, [illegible] *acetoſæ Succi* [illegible] *barum acidarum* extra cibos diverſi [illegible] vomitum compeſcunt: *Acetum* [illegible] crapulam, uti ebri [illegible] impedit vel mitigat, *Vinum abſint* [illegible] modo medetur [illegible] poſt [illegible] bus vom [illegible] *Syrupi ac* [illegible] per ſe dat, vel diſſolutum *aqua* [illegible] *nive.* [illegible] & cæteris, in [illegible] debi [illegible] ſcientia adduntur, eſtque inter cæteros [illegible] ingr[illegible]e.

℞. [illegible] *granat. acetoſor. part.* [illegible] *mentb. miſce vel ſucci utriuſque expreſſi* [illegible] pum am menthæ parum [illegible] ur. *Ch* [illegible] aff [illegible] *vino ſuccis*, [illegible] do ſu [illegible] ndus, ſ fi

℞ [illegible] *auſtigor* [illegible] *born* [illegible] *corn* [illegible] *cortic. citri* [illegible] ʒj. *ad.* [illegible] *ntaph* [illegible] *panta* [illegible] *ar.* [illegible] *ebore* [illegible] *corall* [illegible] *vel terra alt* [illegible] *rub.* [illegible]

Mitus *atra bilis* vo [illegible] uſu [illegible] *expatory* diſſolutus [illegible] cum [illegible] exer[illegible]tio. [illegible]

74. *Pituita, melanch* [illegible]) Ab humoribus aliis & excrementis ventriculum nimium replentibus aut offendentibus vomitus quoque interdum concitatur, veluti à *ſucco crudo* [illegible] bo non benè concocto genito, qui in ventriculo fluctuans ventriculumque flatibus adimplens, cum ad vomitum illius, [illegible] tunc fere acidus eſt, quandoque impe[illegible], [illegible] *ſucco* alio præter bilem. acri, ex cibi corruptione unde vomitiones accidunt, quæ vel non longè ſumpto, vel tunc quando concoctio facta eſſe deberet fiunt. Frequenter & à *Pituita* cujuſcunque generis; aut *a lentore*, qui in ventriculo [illegible] ibique diu ſæpe, cum ægre deſcendat, retinetur [illegible] vel alio *aqueo humore*, à quibus uti *nauſea* excitari poteſt, ita vomitus quoque, eoque magis ſi alii quoque pravi accedant humores; qui & per ſe atque unà cum [illegible] in ventriculo geniti, aut eo effuſi [illegible] ionem in variis [illegible] poribus accidentem, ut & in mulieribus quib[illegible], tunc [illegible] gravidæ ſunt, ob ſuppreſſa [illegible] vel [illegible] alias extra conceptum, ob ill[illegible] cum menſibus nunc [illegible] molestiam & in febrium paroxyſ[illegible] criſibus ſymptomaticam, [illegible] morb[illegible] bus, malignis [illegible] & peſtilen[illegible] ompatien[illegible] atque interdum [illegible] ſficiunt. *Riverius.*

74. Pituita

74. *Pituita, mel*[illegible] & *vomitione Acida* medi[illegible], & a Juvantibus m[illegible]hod[illegible]

℞. *Pul*[illegible]*ari comp.* ʒß. *ſalis abſinth.* ℈ij. *ſacch. roſ.* ℥iij. [illegible] *Pu*[illegible] d[illegible] mane & hora v. pomeri d[illegible] cum *macere & cruſta panis ſocta* [illegible] *in aqua des illata, aut tinctura abſynth. Ponti*[illegible]

℞. *Pulv. eboris, ocul*[illegible] *ancri, corall. r.* āā. ʒij. *corall. calcinati* ℈j. *ſantal.* [illegible] *cinnam.* āā. ʒß. *ſ. Pulvis, doſis* ʒß. eod[illegible] modo.

℞. *Pu*[illegible] *ſantal citr. cortic. Winter.* āā. ʒ[illegible] *ret. albi.* ʒj. *ſacch. c.* ℥ß. *ſolut. tragac. in aqua me*[illegible] *ſ. ſ. Paſta*, formetur in Tro[illegible] ʒß. comedat. iij. vel iv. ter vel ſæ[illegible]

℞. [illegible] *Tartari* ℥j. *doſis* ℈j. *ad* ʒß. bis in die [illegible] aqua diſt[illegible]ta appropriat. *Willis.*

[illegible] à *Pituita*, au[illegible] *crudo humore*, vel excrementino modo non *bilioſus*, aut calidus & fervens ſit, Vomitio fiat, ſive in *cacochymicis*, uti & in *Prægnantibus*, vel in *morbis* per hunc excrementa ex purgentur, tectèque procedat, minime impedir debet, Si vero ſæpe eveniat, in ſanis alioquin, vel in morbis non conveniat, aut nimium urgeat, cura ſic erit perficienda; Ob[illegible]rvando diligenter interim ſi *prægnantibus* hoc cont[illegible]gat, aut morbo alio ægri laborent, ne quædam ex hiſce remediis illis incommodent, quæ & tunc omittenda, aliaque quæ minime obſunt uſurpanda: *Vomitoria* exhibita, vomitu perſeverante, tunc ju[illegible] quando humor tenax ventriculo adhærens, eum ad vomitionem continuam ſollicitat, per quam tamen ille minime cedit neque expurgatur, proin & ad v[illegible]itum compellere non deſinit, tunc enim vomito[illegible] ium abſt[illegible]gentibus, & ſi tenax ſit, illum i[illegible]dentibus exhibitis cedens per vomitum quoque [illegible]jicitur cauſaqu[illegible] ſic vomitus vomitu removetur (qualia eſſe debea[illegible] ho[illegible] in caſu vo[illegible]toria vide §. *Symptoma urgens, quod* [illegible]*tendum.*

Purgantia deorſum cauſam [illegible]bi[illegible] præmiſſis, ſi opus ſit, præparantibus, ſi ill[illegible] dictum, ſubſiſtat & hæreat, exhibentur, ut quando per ſuperiora minime an[illegible] non ſufficienter poteſt, è ventriculo deorſum ad inteſtina derivata, cum moleſtate deſi[illegible]at, ſicque via con[illegible]ueta p[illegible]r alvum evacuetur. Quod eadem medicamenta qualia ventriculi imbecillitati competunt præſtant. Formas tamen purgantium gratiores & commodiores eligendo, ne rurſum ea evomant; Inter quas *Vini purgantis* eſt convenientiſſima, vel *Pilularum* ſi eas facile deglutiant; vel reliqua, ſi illis magis delectentur, *Clyſmata* injecta ſimili ratione cauſam deorſum revellendo in vomitu nimio proſunt, non tamen magna quantitate infuſa, necdum admodum acria aut relaxantia, ne dum colon ſubeunt, ventriculum vi[illegible]iuum premendo, aut relaxando vel irritando, magis commoveant.

Propinantur, poſtquam expurgata eſt materia, quæ nondum deſinentem compeſcunt, Talia autem in hac cauſa ſunt *calida, adſtringentia, ventriculo appropriata*, minimeque nauſeam moventia, Qualia multa in ventriculi imbecillitate tradita ſunt; quibus & ſequentia adduntur.

Aqua cinnamomi grata admodum & efficax Vomitionem mox cohibet, vel Aliæ ex *aromatibus* deſtillatæ. *Vinum* præ ceteris ventriculo acceptum, generoſum præſertim, ut malvaticum.

Vinum medicatum ex infuſione factum, amarum magis competit quam dulce cum dulcia vomitum potius promoveant, præferturque *abſynthites* cui in tenaciſſima materia *ſcyllam, gentianam, & ſummitates centaur. min.* adduntur.

V[illegible]*ina aromatica* juvant A[illegible]d ex *mentha, majorana,* [illegible]*num* [illegible] *roriſmar. beton fol.* [illegible] *flor. roſar. rubr ſem. coriand.* infuſis in vino, [illegible] *caryoph. nuce moſch. macere, Hippocraticum* juvat, ſed addita minor *ſacch.* quantitate. [illegible]*oral. rub.* pulverem adjic[illegible]e utile cen[illegible]ſent.

Decocta non adeo ſunt grata, & bibita facile evomuntur, in formam tamen ſyrupi reda[illegible] exhibentur. *Syr. de abſynth.* & *mentha*, cum vino, vel per ſe, additis ſuccis *cydon. granator. menthæ Græco*, q[illegible] aliqui laudant inprimis.

Pulveres ſtomachici varii in imbecillitate ventriculi propoſiti, maxime qui adſtrictionem habent, *Aromat. roſat. caryophyllatum, Roſata novella, diagalanga. Conſerva & conditura* variæ probantur, *mentha*, majoranæ, *conditura citri, nucis moſchat.* aliæque. *Platerus.*

74. *Pituita*) Cujus maximus proventus non raro fit in ventriculo, per cruditates & apepſias, quando ſtomachus debilis alimenta probe non concoquit, eaque in pituitoſum excrementum convertit. *Riverius.*

74. *Pituita*) In vomitu Pituitoſo (ſi vomitoriis ſedari [illegible]queat, exhibendæ ſunt *Pilulæ de Hiera*, addito *hab*[illegible]*aro & agarico*, aut alia c[illegible]thartica huic uſui ido[illegible] [illegible]ſtea ad ventriculum roborantia v[illegible]niendum eſt, q[illegible] [illegible]urati[illegible]ne Inappeteotiæ propoſita [illegible]unt, quibus ſequentia addi poſſunt.

℞. *Conſerva ro*[illegible]*ar. & rad. ſymph.* āā. ℥j. *conf. de hyacint.* ʒiij. *Pulv. elect. diambr. & aromat. roſat.* āā ʒß. *trochiſc. de ſpod. terra ſigill. & gran. Kermes* āā. ℈j. *cum ſyr. cydonior. ſ. opiata.*

Spiritus vitrioli cum aqua abſynth. vel ſucco menthæ mixtus, vomitum potenter cohibet & ventriculum roborat.

Aqua Imperialis cochl. unum aut ij. in magna ventriculi frigiditate. Exterius

℞. *Abſynth. mentha, meliſſæ* āā. m. iij. *coqu in ſ. q. vini & aceto* ad iij. partis conſumptionem, fiat Fotus pro ventriculo.

Poſtea admoveatur Emplaſt. prædictum (vide §. *Extra*) vel cataplaſma ex *cydoniis* ſubſtituendo pulv. *nucis moſch. & caryophyll.* loco *myrthill. & plantag.* vel.

℞. *Abſynth. & menthæ virid.* āā. ℔j. *cruſtæ panis aſſatæ & in aceto roſac. infuſa* ℔ß. *pulpa cydonior. vel cydoniat.* ℥ij. *maſtiches* ℥ß. *macis & nuc. moſch.* āā. ʒij. *Omnia piſtentur fortiſſime cum oleo cydon. & fiat Emplaſtrum.*

Vel fiat *Cataplaſma ex cydoniis* in aceto fortiſſimo coctis & contuſis, *addendo parum ſem. ſinapi & pulvis caryophyllorum.*

Vel admoveatur cruſta panis torrefacta, & in vino generoſo cum ſucco menthæ madefacta, & pulvere nucis moſchat. caryophyll. thuris, maſtiches, & granor. Kermes ſinapiſata.

Villanovanus plurimum commendat *fermentum acre*, quod *aceto acerrimo* & *ſucco menthæ* maceratum applicatur ventriculo, & bis aut ter renovatur, certiſſime enim ſedat poſt convenientes evacuationes & revulſiones.

In Vomitu diuturno, ubi magna eſt ventriculi laxitas, ad valde adſtringentia veniendum erit. E. g.

℞. *Rad. biſtorta, tormentill. cortic. malor. granat. balauſtior. & hypocyſt.* āā. ʒij. *fol. menth. & abſynth. ſiccor.* āā. m. ß. *granor. ſumach. & myrtill.* āā. ʒj. *roſ. rubr. p. j. cinnam. caryophyll. & maſtich* āā ʒß. *gallar. virid. & nuc. cupreſſi* āā. ʒij. Fiat Decoctio in *aqua ferrata & vino rubro* in qua diſſolvi poſſunt gr. aliquot moſchi, quæ odorata maxime

faciunt ad vomitus compeſcendos; Cujus d[illegible] dentur mane ℥ij. & ex eodem foveatur regio ventriculi.

Poſt Fotum admoveatur Emplaſtrum vel Catapl. aliquod ex prædictis.

74. *Pituita, melancholia &c.* Vomitio aliquando oritur ob *flatus*, cibum ſuſpendentes, quapropter danda medicamenta præſcripta ad inflationem ventriculi ante cibum, & inunctiones ad flatus diſcutiendos ſupra totam regionem ventriculi fiant, parte ſuperiori intacta. *Rondeletius.*

75. *Pus*) Ab abſceſſu diſrupto in liene, meſenterio, aliiſque abdominis partibus.

75. *Pus*) Puris vomitus, cum ſequatur fere inflammationem Pancreatis, alteriuſve partis vicinæ, aut ulcus ſaltem notabile undecunque ortum, curabitur curato prius affectu primario, qui indagandus, atque interim miſtura quę tum antimonium diaphoreticum, tum oculos cancr. continebit, utendum ſæpius; quin commodum erit ſubinde *Balſami ſulph. aniſati* guttam unam ex quovis liquore aſſumere, tum ad pus temperandum, tum ad partem primario affectam contra noxam ulteriorem muniendam, imo ſanandam. *Fr. Sylvius l. 1. c. 9.* Vide cap. de Sanguinis vomitu ex eodem. Puris excretio per vomitum ac dejectionem non uſtenda ſed blande promovenda, quia humor toto g[illegible] n. Ejuſdem autem novus ortus quantum licet im[illegible]endus, cum ex ſanguine, ignis noſtri vitalis fomite, [illegible]rtium omnium, generetur. Inter omnia quæ puris excretionem moveant ac promoveãt præſero antimonialia, quæ inſuper corrigunt noxas corpori à pure contingentes, novamque illius productionem impediunt. *Idem cap. xv.*

76. *Vermes*) In vermibus ſemper procurandum ne alvus ſit adſtricta, ſed alternis ad minimum diebus, vel arte vel natura alvi dejectio promovenda. *Etmuller.*

77. *De vomitu ſanguinis*) Vomitus cruentus fit ex aperta quacunque ratione arteriola aut venula ad ſtomachum pertinente, idque vel vitio ſuppreſſarum conſuetarum ſanguinis, aliorumve humorum evacuationum, Vel vitio ſplenis, ex aperto vaſe brevi, Vel denique vitio Pancreatis, in quo una alterave vena à lympha ejus præternaturaliter acidiore exeſa, non raro vomitus ſanguinis inducitur. *Etmuller.* Vide ſupra §. 64. *Sanguis*) & §. 65. *Qui ante propter.*

77. *Vomitus ſanguinis*) Ruſticus vomitu ſanguinis laborabat, qui nullis remediis per multos dies uſurpatis ſedari potuerat. Medicus cupiens ſanguinem in ventriculo collectum educere per vomitum, qui graviter infeſtabat, & oppreſſionem inſignem in ea parte efficiebat, præſcripſit *olei amygd. d.* ℥ij. quibus vomitus excitatus eſt, vomuitque ſanguinem concretum, ſimulque hirudinem unam ſeſe in terra commoventem: Hæc erat cauſa ignota & rara vomitus ſanguinis: Retulit poſtea æger ſeſe in rivulo aquam bibiſſe, cum qua ſimul hirudinem hauſerat. *Laz. Riverius c. 4. obſ. 26.*

Diæta.

Fons Diæteticus legitimum ſex rerum non naturalium uſum inculcat, cauſiſque Vomitus, qualeſcunque fuerint, opponere jubet, Hinc *aer* modo calidus, modo frigidus, prout intemperies ventriculi requirit, ſi natura talis non ſit, arte procuretur: *Varietas ciborum*, quæ valde nocere ſolet cum ſimplici potius victu commutetur.

Cibi ſint ubi humiditas peccat, aſſi potius quam elixi, Sic mercator Patavi[illegible]us Vomitum diuturnum, ab inſigni ventriculi lax[illegible]te oriundum, aſſumtis quotidie mane jejuno ve[illegible], ſine potu, 4. aut 5. horas ante prandium, panis biſcocti ℥ij. vel iij. teſte *Rhodio cent. 2. obſ. 68.* [illegible] ſanavit.

Clyſteres lenientes conducunt quibus ℥i. ad ℥iii. *theriacæ* addita ſit, Interne conveniunt inprimis *mentha*, ceu egregium *ſpecificum*, ſtomachum nempe ſuo modo pacificans; *portulaca* item & *plantago*, ſeu in decocto cum *ſyr. cydonior.* & *confect. de hyacintho* propinentur, ſeu eorum *ſuccus cum mentha* propinatus: Pariter *Emulſiones ex ſemin fr. 4. mai. amygd. d. & ſimil.* quibus *appropriata* addantur, *terra ſigill. terræ martiales, cryſtallus præparatus, ſmaragdus* qui acerrimi illius fermenti corroſivi vim infringit, ſpeciatim ubi jam convulſiones imminere videantur. Ulterius *Martialia* inprimis, *antimonium diaphor. martiatum* eſt egregium; Hinc *c. c. uſtum, ebur ſine igne, corall. rub. &c.* in uſu ſunt, *Ettmuller.*

Effrænatum bilis motum coërcent *julep. roſar.* miſtum cum *ſucco granat. acidor. ſyr cydon. myrtill, roſar.* & ſimiles, qui non debent diſſolvi in aquis, ne magis relaxentur ventriculi tunicæ, corroborandæ potius & adſtringendæ, ſed ex cochleari ſumuntur. *Ench. Medic. Pr. p. 201.*

Ut acrimonia humoris tollatur, tanquam præſtantiſſimum ſecretum reliquis medicamentis admiſcetur pulveris cryſtalli modicum *Mercatus*,

Probatiſſimum & præſtantiſſimum remedium eſt *cryſtallus*, cujus ʒß. vel per ſe vel aliis admiſceri poteſt, *J. Langius. Joh. Andr. Schmitz. Pr. p. 32.*

33. *Partis roborationem*) in roboratione ventriculi *Mentha* decoctum magnas vires obtinet. *F. Rolfinkius Epiſt. & conſ. 3. l. 6.*

34. *Virium & ſpirituum refectionem*) Cum in Cholera contingat nimia Bilis ad inteſtina effuſio, cujus defectu aboleri poteſt in totum ſanguinis in corde effervescentia, reparanda regenerandaque erit Bilis, uſu quorumvis aromaticorum, & acrium, & oleoſorum, ipſorumque adeo oleorum ſtillatitiorum, cortic. citri arant. cinnam. &c. Hæc cum vini ſpiritu unita artificioſe, Balſama vel Elixiria vitæ dicuntur, quorum una vel altera gutta cum vino &c. exhibita languentes ſub bilis defectum vires vitales reſtaurat, moribundoſque ex orci faucibus velut eripit, Valent & ſalia volatilia. *Franc. Sylvius Pr. libr. 1. 19. §. 58. & 60.* Hic motus Bilis perverſus eutrhi nequit ni compeſcatur vitioſa bilis tum in maſſa ſanguinea, tum in tenui inteſtino effervescentia, ſolis opiatis cedens. *Idem cap. 47.*

35. *Virium & ſpirituum refectionem*) Cohibito vomitu & alvi fluxu remediorum uſu, & viribus aliquantulum inſtauratis, *Cardiacis remediis*, ægri à periculo liberati videntur, quod non ſolum adſtantes, ſed etiam Medicos interdum fallit, ſymptomata enim poſt unum vel alterum quietis & intermiſſionis diem fortiora ac vehementiora reſurgunt, & ægrum à priore inſultu valde debilitatum de medio tollunt, Cui ingenti periculo occurrendum eſt, non ſolum vires inſtaurantibus, & humoris fervorem demulcentibus, quæ etiam ſedato inſultu continuari debent, ſed præcipue *vena ſectione*, quæ ſanguinem illum torridum & æſtuantem revellit, & maxime contemperat; eaque ſemel, bis, terve erit iteranda, ſi vires à prima evacuatione nullo modo debilitatæ, ſed potius recreatæ appareant: Quidam Practici in ipſo inſultu, etiam valde proſtratis viribus, venam ſecare audent; quas dicunt eſſe oppreſſas non exolutas; attamen ſine periculo tūc tēporis ſanguis mitti nō poteſt; Et interdum ægri paulo poſt illam evacuationem

è medio ſublati ſunt, non ſine remedii opprobrio: Ac licet virium oppreſſio quædam agnoſcenda ſit ab humore ſuperfluo & Naturæ infeſto in venis contento, maxima tamen earum exolutio negari non poteſt, ab horrendis evacuationibus per vomitum & ſeceſſum comparata; Satius ergo eſt humorum impetum primum cohibere, mox pacatis ſymptomatis ad venæ ſectionem confugere. *Riverius.*

[54] *Virium refectionem*) Quomodo reparandæ vide caput de virium debilitate.

[55] *Symptomatum mitigationem*) Accidentia gravia comitantia, vel ſupervenientia, ſunt *Sitis*, quæ ſedatur *acidis*, in potu & medicamentis expoſitis; *Febris*, quæ tollitur iis quæ biliosos humores educunt, transeundo ad ea quæ illam tollunt: *Convulſionem* imminentem, vel jam præſentem, *inunctionibus ſpina*, aliiſque illi dicatis remediis præcavere vel arcere ſtudebimus: *Virium lapſum animique defectum, victu & cardiacis* corrigemus: Si quid aliud jungatur, uti interdum urinæ ardor, huic peculiariter proſpiciendum. *Platerus*,

Differentia.

[36] Quantum ad *Differentiam*

Alia eſt *quando* [37] *materia irritans in ventriculo continetur*, [38] quæ *cognoſcitur* ex eo, quod adſit nauſeæ, anguſtia, morſus ac dolor ventriculi.

Oritur etiam [39] à medicamentis purgantibus fortioribus, ut & ab [40] inepto acidularum potu.

[41] De *curatione* nota, 1. [42] Non cohibendum eſſe fluxum, ſi evacuatio eſt copioſa, & vires dejiciuntur.

2. [43] In irritatione magna & evacuatione parva, [44] promovendum vomitum lenioribus, [45] purgationem benigne purgantibus & laxantibus.

3. In evacuatione magna, & irritatione parva, ſimul adſtringendum & roborandum.

4. [46] Si vomitus eſt ingens, ducendam eſſe alvum; [47] ſi fluxus alvi nimius, vomitoriis ex *ſero lactis* cum *ſyrupo roſarum* confectis agendum.

5. [48] Optimè ſiſtere *Intra*, *Crocum Martis* ritè præparatum, Decoctum *caryophyli maſtiche & roſarum rubrarum* in vino rubeo, [49] *laudanum opiatum* gr.i. pondere, *ſmaragd.* præparat. *Spongiam* ſalicibus adnaſci ſolitam gr.IV. pondere in vino rubello.

[50] *Extra*, ſpongiam marinam in *aceto* fortiter bullitam, ſtomacho impoſitam, & *ceratum ſantalinum.*

Alia, [52] *quando materia aliunde*, [53] ex epate nempe, pancreate, inteſtinis, meſenterio, ad ventriculum *confluit*.

Cognoſcitur ex eo, quod [54] febris maligna fere adſit, & [55] convulſiones infeſtent. [56] Materia peccans tum eſt *bilis vitellina*, [57] *flava, aduſta, vel ſalſa, nitroſa, & corrupta.*

In *Curatione* 1. Materiæ fluentis fluxus impediendus ſtatim non eſt.

2. [58] Si nimium fluit, vel ſeu ad cutim, ſeu ad urinæ vias, per medicamenta eſt avertenda: vel ad exteriora, per frictiones, ligaturas, & ſimilia revocanda.

3. [59] Eadem eſt temperanda, & partes roborandæ.

[60] *Intra* valet [61] *Cryſtallus* drach.ſ. pondere in *ſucco limonum* exhibitus: [62] *Sanguinea lapid. hæmatit. ſcr.IV. in vino granat. exhibit.* curata eſt.

[63] *Extra* epithemata ex ſucco *endivia, portulaca*, cum farina hordei compoſita, & ventri applicata.

In [64] *Diæta* valet *panis ſucco granatorum imbutus &c.*

[65] De *cholera Indica* vide Bontium.

[36] *Quantum ad differentiam*) Cholera humida dividitur in *veram & ſpuriam*. Illa fit à bilioſo humore, qui furioſa feritate penitus ἐκταραχθὲν, ſimulque ἀθρόως τὸ ὑγρὸν ἀπωθεῖν, quaſi ruptis repagulis excurrit, nec minus labem arguit viſceris unde manat quam partibus ipſis qua fertur calamitoſus eſt; etſi propter celerrimum ejus tranſitum non ſit ἕλκωσις. deeſt enim dyſenterioſa conſtitutio, videlicet tenacitas, ut adhæſu ſuo inteſtina exulceret, quandoquidem craſſitiem acrimoniæ junctam in erodentibus requirat *Galenus 4. Simpl. 19.*

Spuria cholera, quæ πάθος χολερῶδες id eſt, *remiſſior*, & quaſi *modificata cholera* dici poteſt, ſicut ὑποπαραλυτικὸν, & σπασμώδης, leviorem paraplegiam & convulſionem deſignant, Ortum ducit ab eſculentis, aut in ventriculo propter cauſas externas internaſve, per accidens vitiatis, aut ex ſe vitioſis &c. *Menjotius*, (vide ſopra §.19. *ſeu ex cibis per ſe pravis.*)

[37] *Materia irritans in ventriculo*) Partem affectam alii ſtatuunt ventriculum, alii ventriculum & inteſtina ſimul. Verum *Galeni* ſententiæ inhærendum eſt, qui 3. de ſympt. cauſis c.2. partem primario affectam eſſe ventriculum ait; cujus facultas expultrix vehementer irritatur, ut per utrumque orificium humorem noxium expellat;; Secundario vero gulam & inteſtina affici dubium non eſt. *Riverius.*

[38] *Quæ cognoſcitur ex eo*) Cauſæ hunc affectum producentes facile internoſci poterunt, ac primum Externæ ex ægrotum & adſtantium relatu innoteſcunt. Si nimirum æger alimenta in nimia copia, vel prava qualitate infecta ingeſſerit: Si venenum aliquod aut vehemens medicamentum hauſerit: Internæ vero ex humorum qui rejiciuntur qualitate, eorundem intus genitorum copia dignoſcuntur; Primarium eſſe affectum, & ventriculi vitio oriundum conjicimus, ſi reliquæ partes bene conſtitutæ ſint, nulloque affectu laborent, cum nauſea &c. materia ejicitur viridis & æruginoſa. Si vero in venis ſit genita, febris utplurimum maligna adeſt. *Riverius*.

Medicamen-

39. *A[illegible] ſ[illegible] entibus*) Si oriatur C[illegible] hy[illegible] *laudan. Op.* tanquam p[illegible] [illegible]ert. Vel

℞. [illegible] *Opii* ℈ß. *ad* ʒ.

[illegible]tur ad 11. xl. quoties neceſſitas po[illegible] [illegible]um [illegible] *theriaca* in hauſtu *vini generoſi* [illegible] ut [illegible] *abſinth.* [illegible]fert, Doſis ℈j ad ʒj. *Etmuller.*

[illegible] *A medicamentis purgantibus*) Vide §. *Febris* [illegible] *ere ad t.*

[illegible] [illegible]*ritur etiam a* [illegible] *camentis purgantibus fortioribus*) Medicamenta *por[illegible]antia vel acriora*, vel in *nimia* [illegible] vel *ſub*[illegible] [illegible]jus contenta qualibet ſunt acriora, propter [illegible] [illegible]m inducunt, Vide *Reverium Cent.* [illegible] *Rhodium centur. 2. obſervat. 68. Foreſtum 18.* [illegible] qui refert choleram ex infuſo *hellebor*[illegible] [illegible]atam, curatam per ℈ij. *pulver flor. nymph. al*[illegible] propter ejus antidoti: Faciunt huc *venena quædam acriora*, uti ſunt *aqua fortis. arſenicum* & ſimi[illegible], item *Mercurius* præcipitatus. *Etmuller.*

[illegible] *Inepto acidularum uſu*) *Henr. ab Heer* Choleram ab hâc c[illegible]a excitatam curavit cryſtalli mont. uſu, vide §. *Cryſtallus.*

41. *De Curatione nota*) Sedanda prius vomitus violentia, qua ſedata adpoſite monet. *Petr. Joh. Faber*, humores vitioſo[illegible] bene[illegible] *ex[illegible]erati* vel *alapsu vitrioluti*, expugnatos præcipitatoſque, ac velut mortificatos, ne denuo maligni fermenti flammam concipere, ac recrudeſcere calamitates iſtæ poſſint, quantocyus, ſed tamen cum cautela, expurg[illegible]dos. Caute inquam hic procedendum, ut talia nempe huic ſcopo inſervientia pharmac. tunc exhibeantur, quæ citra virium ruinam & tumiam turbationem hanc commode expurgandi intentionem expedire valeant: Ideoque *J. Pet. Faber Mercurium dulcem* rite præparatum, cum *conſerv. roſar. aut violar.* &c. datum, prudenter in hoc caſu laudat, quippe qui omnes humores noxios blande & ſine perturbationis ullo impetu educere potis eſt. *Chr. Langius.*

42. *Non cohibendum eſſe fluxum*) In morbis hujuſmodi, quibus evacuationes p. n. conjunctæ ſu[illegible] [illegible]ſtra, neque ſine magno periculo tentatur adſtr[illegible] adæquam copia excrementi vacuata ſit. Quum ergo evacuationes videntur pro[illegible]ſſiſſe ſatis copioſe, [illegible] neque virtus adhuc labaſcit plurimum (ferendæ enim ſunt aliquæ debilitatis notæ propter ſymptomata,) neque cohibendum, neque provocandum eſt, ſed occurrendum ſolum aliis ſymptomatis: Sin autem videtur proceſſiſſe pluſquam pro excrementorum in corpore abundantia, aut pluſquam pro virtute facultatis, ſiſtendum mox; Sin autem irritatio, dolor & anxietas ſit major quam pro ratione evacuationis; & evacuatio minor quam pro multitudine excrementorum, expurgandum eſt, ut copia affatim vacuata valeas occurrere ſymptomati, quod ratio nimia expulſione eſt, quæ regula in dyſenteria pariter obſervanda eſt. *Walleſius l.c.*

43. *In irritatione magna & vacuatione parva*) Tunc medicamenta ſint in principio abſtergentia & blande evacuantia, inprimis ſi ex corruptione alimentorum nata ſit cholera. In tali caſu. *Sylvius Pr. l. 1. c. 31. §. 29.* propinat *vomitorium* antimoniale admiſto *Opio*, Quod equidem propter vomitorii vim haud facile admiſerim, potius ut temperarem, ſimulque abſtergerem, ſerum lactis ſolu[illegible], vel cum ʒj. alterave *ſyrupi roſ ſol.* permiſtum, aut *ſerum lactis* in quo ʒj. [illegible]ve tamarindorum ebullierit exhiberem; Vel infuſum blandum ex *rhabarb.* & bolum ex eodem cum *conſerva roſar.* exhibenda ſuaderem. *Clyſteres* ıidem lenientes in tali caſu conducunt, quibus ʒj. ad ʒij. *theriaca* addita ſit. *Etmuller.*

Si minus educatur quam oporteat juvanda eſt natura, Sed *de loco* per quê de[illegible] [illegible]ſt al[illegible] d ſficultas; *Rondeletius vult juvandam* [illegible] *natur*[illegible] *per ſupernum ſi patiens ſit facilis ad vomitum* [illegible] *non incidat in ſyncopen, aut convulſionem.* Sed hæc ſententia eſt contraria rationi; i am ſi [illegible] C[illegible] humida materia purgatur per ſuperna & inferna. Ergo Medicus perinde imitatur naturam, ſi educat per inferiora atque ſi educat per ſuperiora; ſed nullo n[illegible] uræ incommodo, Quod ſi educat per ſuperiora a[illegible] [illegible] incommodum, quia ſupernum eſt ſenſibile, [illegible] nec pen, palpitationem, convulſionem, id quod non facit os infernum. Itaque ſatius eſt per inferiora educere. *Saxonia.*

44. *Promovendum vomitum lenioribus*) Vomitoria eadem quæ in cardialgia à bile, & in febribus bilioſis competunt, quæ & evacuando bilem adhærentem, & revellendo ſimul alvi fluxum immodicum, ſiſtendo quoque jovant. *Platerus.*

44. *Promovendum vomitum lenioribus*) Vt hauſtu aquæ tepidæ cum ſyrupo acetoſo mixtæ, aut juſculo pulli magna copia ſumpto, Etſi non vomatur humorum acrimoniam ſaltem temperat. *Riverius.*

45. *Purgationem benigne purgantibus*) Quænam porgantia conveniant vide cap. præcedente de vomitu §. *Interdum feliciter ſiſtitur*) In *cholera* tamen cum tunc alvus alioquin nimium fluat, ſi ob bilem [illegible]ſtinis adhærentem illios evacuatio requiratur, ead[illegible] quæ dyſenteriæ competunt, hic quoque proderu[illegible], Clyſteribus autem hoc tunc tectius perficitur abſtergentibus, bilis fervorem minuentibus; qui & ſi alioquin bilioſus ſit vomitus, revellendo juvare poſſunt. *Platerus.*

45. *Purgationem benigne laxantibus*) Quia ſymptoma vel à principio urget, & irritatio nunquam per hunc morbum omnino tollitur, neque cum expurgamus ſymptoma negligere, neque cum cohibemus, irritantis ſucci oblivisci debemus, ſed expurgantibus debemus admiſcere aliquid adſtringens, & adſtringentibus aliquid extergens, aut aliquid mordacitatem hebetans, aut alternatim uti: Hanc ob cauſam *Hippocrates 5. Epid.* viro Athenis cholera correpto dedit *elleborum in ſucco lentium*, & ſuperbibi juſſit lentium alium ſuccum quantum potuit, Intelligendus autem eſt ſuccus expreſſus *lentium* cum jure bis coctarum, Talis enim ut *Dioſcoridi & Galeno* placet adſtringendi vim habet, & ad choleram & dyſenteriam utilis eſt: Itaque mi[illegible] cur *helleborum* cum ſ[illegible]o lentium, ut expurgans adſt[illegible]ctorium, eodem conſilio quo hodie in hi[illegible] paſſionibus dantur *myrobalani toſti*, aut toſtum *rhabarbarum*, aut *aloe* &c. *Valleſius*

46. *Si vomitus eſt ingens, ducendam eſſe alvum*) Per clyſteres ſcilicet, nam exhibita cathartica irritatus ventriculus nequaquã retinebit, quin protinus ea excludetur, Deinde ab exhibitis per os catharticis, vel leniſſimis, novi tumultus excitabuntur, humorum fermentatione ulteriori inducta, unde oleum igni addetur.

47. *Si fluxus alvi nimius*) Cur *Hippocrates libr. 5. Epid.* dedit viro Athenienſi Cholera laboranti *elleborum*, quo ad ſupernas purgationes ſolebat uti, potius quam dejectorium aliquod. Certe quia dejectio multo major erat quam vomitus, Cum enim inteſtina magis affecta eſſent quam ventriculus, vomitoria expurgatoriis præſtabant, ut totius corporis evacuatio, & à parte præcipue affecta revulſio fieret; Id enim eſt quod in ventris affectionibus maxime timemus, non poſſe expurgari corpus niſi per affectam partem; Vitandum ergo eſt id quam maxime poteſt, atque ſi ventris partes non æque laborant, per eam movendum quæ laborat minus, multo ergo magis in dyſenteria vo[illegible] u[illegible]endum eſt. *Valleſius*

48. *Optime ſiſtere intra*) Cum ab horariis, ac brevi corrumpi ſolitis fructibus excitatur, Opiatis præſtantiſſimis compeſcenda nimia humorum effervescentia in tenui inteſtino excitata, priorem [illegible] una ſtatibus miſturis oſurpari poterit, donec compeſcatur efferus humorum conturb[illegible] motus.

℞. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒij. *conſ. Hyacinth.* ʒj *ſyr. papav. albi* ℥j. *aqu. plantag.* ℥ij. *Fœnic.* ℥j. Miſce. V[illegible] in quorumvis humorum, ſive ſalinorum ſive acidorum acrimonia peccante.

Si ſuccus acidus exuperet.

℞. *Aqu. menthæ, fœnic. āā.* ℥j. *vita Matth.* ʒß. *theriac. vet.* ʒij. *vel laud opiat. gr.* ij. *ſyr. myrth.* ℥j. *miſce.*

Si acrimonia bilis exuperet, utere ea quæ cap. de vomitu (§. *Bilis*) propoſita eſt. *Fr. Sylvius Pr. libr.* 1, *cap.* 15.

Optime compeſcit *Oxycratum* vide §. *Aceto*)

Prægreſſa Purgatione nuſtra antimoniali ad Julapia deveniendum eſt, E. g.

℞. *Aqua fontis* lbß. *tinctura violar. cum ſpir. vitr. extracta* ℥iv. *ſyr. violar.* ℥vj. *m. f. Julep.* pro 6. doſib. m. & v. ſumendis; his perfectiſſime curatur hic affectu crudelis & acutiſſimus. *Faber.*

Julapium hoc inſignem obtinet vim ratione *olei vitrioli*, quod vomitus ſingulariter ſiſtere, ac notabilem præcipitandi, ventriculumque ſeu fermentum ejus vitale confortandi, energiam exſerere ſolet.

Id obſervandum ut hoc Julep ſtudioſe iteretur, utut primum expectationi ſatisfacere haud videatur, ac vomitus illi urgere pergant; quum impoſſibile ſit ut tam vehemens & ſeditioſa humorum commotio adeo repente ac velut ex abrupto ſedari queat.

Deinde nec hoc negligendum ut pro doſi magnum vel *oxycrati*, vel julepi æger aſſumere allaboret, quo eo potentius contemperatio ac præcipitatio effervescentium humorum conciliari queat.

Tandem ſciendum, quod unice vel *poſ. am* vel *julepum* præſcriptum æger tunc uſurpare, adeoque à quovis alio potu omni ſtudio abſtinere is debeat, præſertim vero ab illo qui fermento obnoxius eſſe poteſt. *Chr. Langius*, Vide Sydenham §. *Humorum temperationem*)

Nos una cum Julapiis pulveres ſtrenue adſtringentes; inſimul ac præcipitantes, ut ſunt *raſura ebor. corallia rubra &c.* quibus tamen aliqu[illegible] de *bezoartico Solari*, vel aliis magiſteriis bezoarticis ac ſudorificis nobilioribus ſemper admiſcemus, vel qui tam adſtringentem quam alexipharmacam una habent, ut ſunt *raſuræ c. c. terra ſigill. bolus armena &c.* alternatim porrigimus, quod malignitatis inſidioſus concurſus plerumque tunc præſto eſſe ſoleat ac propterea is arcendi debeat.

Somniferorum uſus non immerito inſuper inſinuatur, quæ notantes valde ab *Helmontio* arcana confortativa ac ſedantia vocari legimus, quod Archei confuſionem quæ in Cholera unque enormis, tollant & tranquillitatem ei imperent; Vel quod Archeum tumultuantem ſopiendo placare ac ſedare oppido valeant. Adprobat hanc medendi rationem ipſum *Hippocr.* oraculum, quo immodic[illegible] e[illegible] æſtuationes, conciliato ſomno cohiberi aſſe[illegible]. *Chr. Langius.*

Nullum præſtantius remedium eſt quam *crocus Martis* Paracelſi. *Fr. Joel*

Vomitioni huic peculiariter reſiſtere dicuntur [illegible] *ces caſt. une. trum* [illegible] *m. malvæ, & gummi ceraſor.* cum vi[illegible] a. *H*[illegible] *ardus.*

Spongia [illegible] ſolita ad gr. iv. cum aqua ſtyp[illegible] *H*[illegible] *rmanns* [illegible] gentes cum al[illegible]

ph[illegible] mac[illegible]: In hoc affectu ſ[illegible] xiph[illegible].

Decoctum carm[illegible] *llor*[illegible] *tha* [illegible] *Mynſicht,* [illegible] *m*[illegible] *h.* [illegible] d[illegible] cinn[illegible]

Cr[illegible] *lus* [illegible] macum [illegible] *ſyrup.* [illegible] *ſtium T. 2. p. 2 6.* [illegible] ſtantia propria: *T*[illegible] *aca ſmarag. d.* p[illegible] à veneno & *tinctura ſmaragdi, crocus marti*[illegible] *ſalic, acetum roſ.*

Ebur pp. præpar. terra ſigillata, liquor [illegible] *pt. Arm. terra ſolaris, ſyr. corall.*

Si adſunt *convulſiones*, medicamenta ex [illegible] ſpecifice prolunt. *Decoct. carm*[illegible] *at.* cum [illegible] *de baccis lauri, decoctum baccar. lauri* cum *vino malvat.* [illegible] *tia carmin. ſpir. carminat. aqua* [illegible] *cdoar. cum ſpirit. & ſyr. aurant. ſpir. nitri* &c. M[illegible] hael. Prax. clin. pagin. 127.

Si a *veneno, proſunt clyſteres ex lacte* & quæ coagulitati reſiſtere valent. Vel

℞. *Herbar. mercur. malvæ, parietar. ſcordii āā. m* j. *flor. malvæ p.* [illegible] j. *rad. alth.*

Coqu. in ſ. q. aqu aquæ comm. colat.

℞. ℥vj. *in quibus diſſolve triph. Perſ.* ℥j. *m.* [illegible] *Clyſma*

℞ *Flor. chamom. verbaſci, malv. āā. m.* ß. *coqu. in ſ. q. lactis, colat.* ℞. ℥viij.

Si dolor ſit acutiſſimus in inteſtinis *lau*[illegible] *op. gr.* ij. vel iij. addi poſſunt.

℞ *Eboris ſine igne cryſtal. ppti mag*[illegible] *ſt. corall. cum ſucco citri ag.* ʒj. *ſmaragd. ppti* ℈j. *m. F. Pulvis.*

Spir. maſtich. ʒij. *liqu. ſtypt.* ʒj. *m. dezugtt. ſe. cochleo.*

℞. *Aqu. cinnam. cydon.* ʒij. *laud. op. gr.* ij. vel iij. *mixtura cydon.* ʒj. *ms.* Idem ibid.

49. *Laudanum opiatum*) Denique vomitui cohibendo [illegible] s iis medicamentis tam internis quam externis quæ ad vomitum bilioſum præſcripta: Inter quæ *Narcotica* primum locum obtinent, ac præ[illegible] *theriaca recens*, quæ ad ʒj. exhibita vehementes illas evacuationes velut in momento c[illegible] hibet Idem præſtat *Laudanum opiatum*, ad granat. iv. exhibitum: Si magna ſit virium exolutio (ut ſæpiſſime contingit, integra laudani doſis tuta non eſt, ſed mel[illegible] us eſt [illegible] j. vel ij. tantum e[illegible] hibere, & ſemel [illegible] die [illegible] que [illegible] iam bis ſi res admodum urgeat: Sic [illegible] petus humorum cohibetur, & Naturæ dantur [illegible] ciæ, ut eos concoquere ac edomare valeat. *Riverius.*

At vero diligenter eſt animadvertendum, quod ſi non receſſerit Medicus niſi poſtquam æger [illegible] tu ac dejectionibus ad horas aliquam multas continuas, puta x. vel xii. fuerit exhauſtus, & jam ſit ei [illegible] extrema membrorum; hoc, inquam, caſu, [illegible] quibuſcunque auxiliis, recto curſu ad [illegible] morbi anch[illegible] ram, *Laudanum* intelligo, [illegible] duum eſt, quod non tantum exh[illegible] ndum [illegible] bus ſymptomat[illegible], ſed etiam [illegible] ſtibus [illegible] ac diarrhœa, mane & ſero quotidie repetendum donec pri[illegible] tes [illegible] ſtupiat [illegible] in tandem receperit. [illegible] h hoc etiam c[illegible] in uſu eſt.

℞ *Aqua* [illegible] ℥j. *mirab.* [illegible] *lau*[illegible] xiv Hujus d[illegible] onem vide p. m. 2[illegible].

Quod ad *Op*[illegible] qu[illegible] unque *laudana Opiata*, [illegible] ho[illegible] cu[illegible] one *theriaca*, [illegible] ſimplex quà *camphorata*, adhiben[illegible] & [illegible] *cord. Fracaſt.*

Pracaſt. item *Opiata Bezoart. Timei. p. 119.* Experti uſus ſunt. *Etmuller.*

9°. *Extra*) Nihil eſt præſtantius ad adſtringendum ex medicamentis externis quam *Empl. de cruſta panis.* Id vero varie componi debet pro varia humorum redundantium qualitate, e. g. in calidis humoribus bile, ſanguine, atra bile, hoc modo.

℞. *Cruſtæ panis aſſati* ℥iij. *imponatur vel in ſucco granat.* vel in *omphacio*, vel in *aceto*, dein contundatur, & per cribrum trajiciatur, huic adde.

Succi cydon. ℥j. *ol. roſac. omphac.* ℥ß. *pulver. roſar. myrtill. acacia āā.* ʒj. *m.*

Ubi humores fuerint miſti cum frigidis, miſtum quoque debet eſſe medicamentum., *Cruſta panis* poterit imbibi aliquo *vino auſtero*, aut generoſo, poterit admiſceri *ſuccus menthæ*, *abſynth.* poſſunt addi pulveres *maſtich. caryoph. cinnam.* Vel accipere aliquid *cinnamomi* aliquid roſarum, & ſic vario medicamentum componere modo. *Saxonia.*

℞. *Pulv. menth.* ℥j. *roſar. rubr.* ℥ß. *rad. tormentill. biſtorta āā.* ʒvj. *maſtich.* ʒiij. *nuc. moſch.* ʒij. *fermenti acerrimi* ℥ij. *aceti roſac. q. ſ.* pro conſiſtentia cataplaſm.

Vel ſpecies poſſunt pulveriſari, & inſpergi pani toſto in vino madefacto.

℞. *Empl. de cruſta panis q. ſ. malaxetur oleo maſtich. & balſamo Peruv. obduc ſyndone rubr. in forma Empl.* ſtomachalis.

℞. *Ol. menthæ maſtich. cydon. āā.* ʒj. *balſami Peruv.* ℈iß. *ol. ſtillat. menth. gtt.* vj. *m.* Prax. clinicæ Michaëlis adſcriptæ *P. 1. l. 4. c. 10.*

Balſamus & Empl. ſtypt. Mynſichti convenit. *Ibidem.*

5°. *Extra*) Admovenda interim ventriculi regioni, anteriori ſedi, nonnunquam & poſteriori, quæ illum conſtringant & roborent, *temperata*, vel ad frigiditatem aliquam vergentia, tactu tamen calida, cum frigiditate facile offendatur ventriculus, proin & licet potentia frigida nonnihil hic uſurpemus, illa tamen permixtis parum calidis temperamus: Hæc ſimul ventris fluxum quoque compeſcunt, & in vomitionibus aliis bilioſis uti ſemper locum habent, ſic maxime quando per os nihil ſumere ob nauſeam volunt præcipue adhibere neceſſe eſt, odore minime nauſeoſo prædita *Olea*, cum propter *unctuoſitatem* omnia actu relaxent, ſola adeo non cōmode uſurpantur, ſi tamen illis uti velimus, eadem *adſtringentia frigida*, admixtis *parum calefacientibus*, competunt, *Acetum* convenit, ſed majori quantitate quam in cardialgia, vel alios ſuccos acidos addendo, & ſuperaſpergendo Pulveres adſtringentes, odoratos, ut nauſeam oleorum auferant, vel hunc qui magis adſtringit.

℞. *Maſtich.* ʒij. *cort. thur. rad. cyperi, balauſt. āā.* ℥j. *abſynth. ſicci, ſpica nardi, āā.* ʒß. *f. Pulvis.*

Vel fiat Emplaſtrum, addendo prædictis pondere duplicatis *ſanguin. drac.* ʒij. *capul. gland. nuc. cupr. cortic. citr. ſol. rubi, myrti, vel myrtill. coriand āā* ʒj. *antiſpod.* ʒiß. *ſpicæ nardi, nuc. moſch. āā.* ʒß. *ſantal. r.* ʒj. *galliæ moſch.* ℈ij. cum *pice, reſina, oleiſque maſtich. vel cydon f. Empl.*

Maſtiche pulveriſata *albumine ovi* incorporata, nonnunquam & additis oleis ſupradictis, Emplaſtri modo applicetur, *Placenta* relicta in furno cucurbitæ poſt extillatam *aquam roſar.* aſperſa *aqua roſar. & aceto roſac. & vino rubro* ſtyptico applicatur, *Cruſta* panis parum toſta, in *aceto roſac.* tumefacta, rurſumve expreſſa, obvoluta tenuiſſimo linteo, ut cohæreat, ventriculi ſedi applicata remedium eſt in vomitu utile & paratu facile, cui & *maſtiche. caryoph.* aliaque inſpergi poſſunt: Vel *cruſta panis* hic toſta, & madefacta in *a-*

ceto roſac. vel ſolo, vel addito etiam *ſucco cydonior. uva acerba*, aliove adſtringente, vel etiam vino *rubro ſtyptico* contunditur, applicatur: Vel hi *ſucci farina communi*, vel *hordei*, vel *lenticum* ſubacti applicantur, Efficaciuſque hæc operantur ſi pulvis *abſynth. menthæ, maſtiches*, roſar. addantur, Vel *planta ha in vino rubro cocta, contuſa*, pani miſceantur, Aliave adſtringentia in Emplaſtris expoſita, Emplaſtr. *Diaphœn. Alexandri*, ex *dactylis, pane, carne cydonior. additis aceto, oleo* multiſque adſtringentibus, vomitum ſiſtit.

Epithema ex *aqu. roſac* ℥iv. *aceti roſac.* ℥ij. cum ſindone rubra calens appoſitum; addi poſſunt *maſtich.* ʒij. *ſantal. rub.* ℥j. *roſar rub.* ʒj. *roſar. rub. caryophyll.* ʒß. *alii camph.* gr. aliquot addunt.

Pannus intinctus in *ſucco cydonior.* vel *pyror.* vel *pomor. acidor.* cum *ſucco citri*, *limon. granat.* calide admotus, quibus & Pulveres enarrati miſceri poſſunt.

Fotus adſtringens paratur ex Decocto cortic. arbor. & folior. *pyri, cydon. quercus, ſorbi, berberis, liguſtri, oleandri, meſpilor. ſumach. myrti. rubi, flor. roſar. labruſca, balauſt. cortic. granat. & gallar.* additis etiam, ratione ventriculi, *abſynthio & mentha*, ſemineque *coriand. & myrtill. ſantalis* interdum cum aliquo aromatum: Decoctio fit in *vino rubro* ſolo, vel contemperato *aqua fabrer.*

Cucurbitula ſupra ventriculum, vel in fundo ventriculi, vel paulo ſubtus affixa Vomitum ſedat, & ſi fiat dum cibus ſumitur, ne rurſum evomatur eum retinet.

Dropax ex pice diſſoluta *oleo* convenienti, ventri appoſitus, retractuſque, aſſiduum vomitum ſiſtit,

Ligatura, Frictiones extremitatum, aliquid præſtant, ut & ſi *facies frigida* conſpergatur.

Odoretur æger & *maſticet* grat. ventriculo, veluti *poma, pyra, cydonia* aliaque in cathartici ſumpti vomitu impediendo expoſita, Aut *manus in frigidam* immergat.

Ex *Ebore* facta *lamina*, tenuis, lata ventri admota, vomitum ſiſtere dicitur,

Jaſpidem viridem appenſum, ita ut ventriculum tangat, idem poſſe ſcribitur. *Platerus.*

Externe conducunt quæ inprimis ſtomachum reſpiciunt, quæ inter eminet *ſpir. vini campheratus*, cum panno vel linteis multiplicatis, quam calide ferre poteſt æger, regioni epigaſtricæ admotus. Vel

℞. Ex tempore *ſpiritus vini ab herbis cordialibus & aromaticis* rectificatus, cujus ſingulis ℥j. addatur *camphora* ʒß. quo ipſum linteum multiplicatum, calidum celeri manu humectatum applicetur; Hoc ipſo æger, qui per 4. dies pertinaci cholera ſupra & infra etiam gratiſſima remedia rejecit, curatus fuit. Alia etiam ſupra in vomitu laudata hic ſunt proficua, ſpeciatim panis toſtus, *vino generoſo intinctus & pulveribus aromaticis* aſperſus. *Etmuller.*

Mirifice Choleram compeſcunt hæc, *Limus in vaſis fabrorum ferrariorum* in quibus ferrum candens extinguunt, cum pauco aceto vini mixtus ventriculo admotus. *Fr. Joel.*

In cauſa calida mira efficacia prodeſſe comperimus *Empl.* de cruſta panis juſto tempore appoſitum, aut *Panis nuper coctus madidus ſucco granat.* Mercatus.

Super ilia, ſeu hypochondria, *ſempervivum & lactuca* adjectis ſeminibus lævigatis & *oleo roſ.* impoſitis, quod ſtupendi eſt, auxilii, ſi per tempus licebit ſuccum palmitum vitis adjicere, præſtantius erit & præſentiſſimo fuerit remedio. *Vidus Vidius.*

Linteum in frigida madefiat, expreſſum collo obvolvatur. quia nervi à cerebro ad ſtomachum deſcendentes ſic refrigerantur & torpor in ore ventriculi, unde ceſſat

triſtis ſenſatio & punctio. *Roder. à Fonſeca.*

Valet *cucurbita magna* ſine igne regioni ventris admota. Item uſtio in humeris celebrata ad revulſionem. *Zacutus.*

51. *Aceto*) *Cum non ſolum externo uſu, ſed & interno locus eſt, nam* inprimis vomitus eſt compeſcendus Poſca antiquorum, id eſt *aceto roſac.* & *aqua font.* ſimul permixtis, hac proportione ut ad ℔j. aquæ ſit ℥j. aceti, quam ſumet æger uno hauſtu, ſtatim à vomitu rurſus iteranda eſt hæc doſis ter aut quater in die, donec affectus vomendi ceſſet. *P. Joh. Faber.*

Ex horum ingredientium viribus certiores reddimur Potionem hanc acidulam habere virtutem ſuaviter adſtringendi, putredinem & malignitatem probe compeſcendi, atque, ſi viva illa ſit, enecandi, humorum fervorem contemperandi, ſeu ferocientis fermenti incendium extinguendi, maſculeque præcipitandi, ſed & vires non leviter corroborandi. *Chr. Langius.*

52. *Quando materia aliunde*) Animadverſione dignum eſt, unde tanta humorum copia derivetur quæ per vomitum & in alvum ejicitur? Vulgo reſpondetur illos humores in meſenterio & locis illi vicinis contineri; nonnunquam etiam è toto corpore confluere: Addere poſſumus humores corruptos in ventriculo, aut partibus vicinis contentos, maligna qualitate alios quoque humores corrumpere, eoſque à natura irritata ad ventriculum & inteſtina protrudi, ſicut venenata medicamenta, ut antimonium, colocynthis, elaterium, & ſimilia, bonos humores corrumpendo hypercatharſin efficiunt. *Riverius.*

52. *Quando materia aliunde*) Vide §. 18. *Et corrupta.*)

53. *Ex hepate nempe, pancreate &c.*) Bilis morſu ſtimuliſque ſæviſſima, vel in ipſomet ventriculo progignitur (nam etſi hepar ex naturæ præſcripto unicum ſit bilioſi excrementi ἐργαστήριον, in plurimis tamen aliis membris calore exæſtuantibus illud conſuevit p. n. pullulare) vel aliunde allabitur, puta à cavis hepatis, ubi cyſteus folliculus ſuam habet ſedem, Perſæpe etiam cholerica illuvies ad meſenterium paulatim affluens, ibi ceu in promptuario colligitur, indeque in inteſtina impetuoſe ac inopinato tandem exundat; ita ut triplex locus affectus veniat exacte diſtinguendus, ἐργαστήριον, in quo producitur materia morbifica; ἀποθησαυρισμὸς, in quem illa reconditur, & ἐκχέσεως, per quem illa effunditur foras, Imo altius interdum humor ſuum orditur curſum, fitque παλίῤῥοος φορὰ, retro fluens motio humoris è venis ac univerſo corpore, qui proinde non illinc ex alvo, ſed illac per alvum refunditur.

Non eſt itaq; quod vulgus tantopere miretur ubinam partium hoſpitaverit ſtupenda illa bilis ἀταξία quam cholerici profundunt, præſertim cum humore freti probos ſuccos quibus commiſcentur facile contaminent, ut patet ex venenis aſſumptis, item ex mochlicis catharticis, quæ non modo ventriculum laceſſendo, humorumque colluviem violenter alliciendo, ſed ſuccos quoque bonæ frugis corrumpendo, pluſque ſuperflui addendo quam demendo choleram inferunt. Sicut igitur in civilibus turbamentis incolæ etiam pacatiſſimi tumultuantium contagione fervent; ita commota in hocce morbo bilis, eſt quaſi fax funeſta inteſtinæ ſeditionis.

Inde quoque ratio peti debet procacis choleræ recurſus, nempe male avulſa è viſceribus primigeniæ cacochymiæ ſeges, & velut oblitum fermentum puriores humores poſtmodum inquinans, Quamobrem *Plutarchus* debitores verſuris obrutos cholericis eleganter comparavit, quemadmodum enim hi, poſthabita integra atque ῥιζοτόμος atque eradicativa, ut loquuntur, morbi curatione, aliquam duntaxat bilis partem per intervalla vacuantes, uberiorem deinceps hujus plenitudinem coacervant, ſic illi debiti ſui ſortem negligentes perſolvere, ſtatis anni temporibus non ſine mærore fœnus pendere coguntur. *Menjotus.*

54. *Febris maligna fere adſit*) Ob fermentationem corruptivam; ſeu colliquefactivam (vide §. 18. *Et corrupta*) non raro febrilia adſunt ſymptomata, ex præternaturali iſta ſanguinis commotione, tam ratione pulſus quam ratione caloris, Quo facit obſervatio *Amati centur. 3. cur. 88.* ubi profluxus menſium, vel alvi, varietate febris juncta nunc imminuebatur nunc augebatur, Sic ut menſes fluentes choleram imminuebant, quantum reſtricti augebant, idque in muliere cacochymica.

Fermentum iſtud in cholera ſæpe eſt malignum (quo nomine nil aliud concipere poſſumus quam venenatam acrimoniam, etiam in minimo interdum efficaciſſimam, nervoſis partibus ſenſibiliſſimam, & ſummam præternaturalem impreſſionem; humoribus vero in textura ſua mutationem inferentem) id quod tetra ac periculoſa teſtantur ſymptomata; item quod theriacalia, ſudorifera & malignitati reſiſtentia, primario in cholera ſunt attendenda.

Vide & *Panarolus Pent. 1. obſ. 28.* choleram à veneno quaſi putredinali oriri aſſerit, & *Joh. Colle lib. 3. Pr. morb. malign.* Choleram inter affectus ventriculi malignos reponit, utut non omnem, In genere quæcunque ſymptomata deleteriam antimonialium purgationem, aut helleborum album ſequuntur, aliudve violentius catharticum, ſimiliter obvia ſunt in cholera; jam vero notum eſt quod dicta recte inter venena corpori inimica reponantur. *Etmuller.*

Internas inter cauſas, *febres malignæ* in principio ſui ſubinde habent adjunctam choleram, Sic & choleræ epidemicæ plus minus malignæ obſervatæ fuerunt; qualem refert *Sydenham Obſervat. in acut. pag. 239.* Sic *Willis Pharm. rat. vol. 1. p. 119.* choleram malignam refert etiam epidemicam, ſub nomine *Dyſenteria non cruenta.* Idem.

55. *Convulſiones infeſtent*) Quando humores acres abundantes à ſanguine ſeparati fuerint, & ad inteſtina ac ventriculum delati, ubi acredo non tantum in vaſis, ſed etiam intra tunicas eorum hæſit, ab iſta acrimonia vellicationes & *convulſiones* fiunt, quatenus nempe acredo fibras inteſtinorum vellicat, & ſic vomitum & dejectionem humorum bilioſorum & acrium producit cum torminibus & doloribus ventris conjuncta. *Prax. Med. reform. c. 78.*

Choleræ originem horariorum fructuum nimio eſui adſcribimus, crebro & muſti potibus, pharmacis deleteris ortum debet; Uvarum pomorumque ſuccus, nec non muſti, particulis acidis turgidi ſunt, quæ cum alkali noſtri ſanguinis miſcentur, Ejuſmodi enaſcitur unionis fermentum ab inteſtinorum glandulis ſeparatum, cujus vellicatione tam ventriculus quam inteſtina in motus anomalos irritantur, iiſque convulſione utique quicquid continebant per os & anum ejiciunt.

Jam liquet unde cætera ſymptomata oriuntur, quando nimirum inteſtina adeo immaniter convelluntur, etiam folliculus fellis, quantum bilis continebat affundit, cujus mixtura humores & excrementa flavo colore tinguntur, unde iſte morbus nomen accepit.

Hic videmus falſum eſſe quod veteres cauſam bili imputabant, cum ea nonniſi coacta elatteretur, & illud ſymptoma ex bilis inopia potius quam abundantia oriatur; cum in eo non ſemper flavi humores exturbentur; Hac *Convulſione* nervi totius corporis, necnon cerebri moles admodum infeſtatur, unde deliquia, partium convulſiones, jactationes ſimiliaque, *Stephanus*

Blancardus

Blancardus Idea Med. nova §. 48. Vide §.11. *Signa ſunt)* ex *Menj tio.*

55. *Materia pec an tum eſt bilis &c. nitroſa & cor rupta,*Hi notandum di genter eſt,ut quatuor ſucci debita proportione, & quadam velut συμμιγίᾳ ſimul commixti, ac ſeſe contemperantes corporis noſtri, ὑγείαν conſtituunt, ſic interdum contingere ut tentata divulſaque eorum contingere ut tentata divulſaque eorum concordia, bilis prætertim, cum tenuiſſima ſit atque molliſſima, à maſſa humorum ſejungatur, moxque choleram concitet, interim nec adaucta conſueta ac legitima illius quantitate, nec propriis ejus qualitatibus, calore ſcilicet & acrimonia, intenſionem ullam adeptis, ſed dun taxat cæterorum humorum, ſocietate non amplius ....is.

Bilis itaque per διάκρισιν facta exlex, ac, ut loquitur *Hippocrates l. de vet. Med.* ἐφ᾽ ἑωυτῆς γενομένη proprio quaſi rebilta arbitrio infert viſcerum λύσσας καὶ δήξιας *rabies atq; morſus*,Nam etſi qualitatum antea retuſarum grades, quos rupto humorum fœdere bilis αὐθέκαστος καὶ αὐθαίρετος jam recuperavit, ipſi naturales ſint, reſpectu tamen humani corporis ſunt ἄκρητοι, ideoque infenſiſſimi: Juxta hanc doctrinam *Hippocrat. in Progn.* vomitum commendavit bile ac pituita maxime commixtum; atque è contrario excretiones omnes ἀκρήτους, i.e. ἀμίκτους, meracas & ſynceras, paſſim infamavit: ac nominatim *lib.de Nat. H.* ſcripſit nos agitare non modo humoribus copia vel qualitate peccantibus, ſed etiam iiſdem à ſe invicem diſgregatis, qua diſgregatione humores, aut αὐθαίρετοι fierique μετέωροι, quaſi ſopra ſocios ſuos exaltati, acrytannide monarchica inſoleſcere, ſicut ex adverſo humores dixit ... ubi dejecti ſunt & proſtrati.

Illa autem humorum ſecretio, ac, ut ita dicam, ..., fit vel à calore extraneo, cujus eſt heterogenea diſſociare; quo pacto lac per æſtatem caſeatur, vel à motu, ut monſtravit *Hippoc.* aptiſſimo Scytharum exemplo (*4. de Morb.*) lactis equini agitatione butyrum, ſerum & caſeum) ... ab ipſis dictum) ſeparabant; unde etiam ad integram ſanitatem humorum quietem optat idem *Hippocrat. lib.de vet. med.* ac hyeme, ob humorum velut concretionem Choleræ infrequentiores ſunt, & narcotica, ceu Irenarchæ refrænant quaſi miraculo cholericos impetus, irreligatum veluti bilem quaſi revinciendo, haud ſecus ac ἀρχίατρος ... ut loquitur *Aphrodiſeus Probl. 2.67.* Ideoque narcoticis aptari poteſt illud *Homeri* de Pharmaco, quo *Helena* triſtitiam curaſque abigebat.

Νηπενθές τ᾽ ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, Ac jore *Hippocrat. l. de Vet. Med.* fluxiones docuit compeſci *Commixtione, attemperatione & concoctione humorum*, nimirum ut intemperies debetur attemperatio, & cruditati coctio, ſic humorum διάκρισις requirit τὴν σύγκρισιν. *Menjotius.*

59. *Eadem eſt temperanda & partes roboranda)* Huic ſcopo conducunt variæ Formulæ

℞. *Aqu. portul.* ℥uj. *aq. cinnam. ſpir. theriac. ſimpl. ãã.* ʒiij. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒiij. *antimon. diaph. Mart.* ʒß. m. f. Potio pro aliquot dozibus, Vel

℞. *Aquæ menth.* ℥iij. *ebor. ſine igne* ℈ij. *cryſtall. prap.* ʒß. *terræ ſigill.* ℈j. *laud. op gr.* iij. vel hujus loco, *eſſentia opii* ʒß. *ſyr. portul.* ʒvj. *Miſce.* Item.

℞. *Theriac.* ʒj. *terræ ſigill.* ℈j. *cryſtall. pr. gr.* xij. *cum ſ. q. ſyr. menthæ ſ. Bolus* ſuperbibendo parum *vini abſinth. calidi.* Vel

℞. *Conſerv. menthæ* ʒj. *terræ ſigill. corall. r. prap. cryſtall. pr. ãã.* ℈ß. *laud. op. gr.* ij. *cum ſ. q. ſyr. corall. f. Bolus.* Vel

℞. *Ebor. ſine igne*, vel *unicorn. veri prap. cryſtalli* *pr. ãã.* ʒj. *bol. Arm.* ℈j. *ad* ʒß. *laud. Op. gr.* vj. *M.S. f.* Pulvis, propinandus in ſequenti vehiculo

℞. *Aquæ menth.* ℥iv. *cinnam. eſſent. theriac.* ʒij *ſyr. corall.* ʒvj. *ad* ℥j. M. in hoc capiatur Pulvis, ſubinde hauriatur unum vel alterum cochleare ejuſdem. *Ecmuller.*

56. *Materia peccans tum bilis)* An bilis cauſa ſit cenſenda choleræ vide §.53. *Convulſiones infeſtent.)*

57. *Bilis vitellina, flava, aduſta)* Vide §.17. *Cauſa eſt materia acris &c.)* ex *Menjotio.*

57. *Vitellina, flava) Fonſeca lib.1 conſult. 84.* refert Choleram in qua evacuabantur ſurſum & deorſum *nigra*, vitio lienis obſtructi ob menſes deficientes.

58. *Materia ſiventis fluxus)* Ab adſtringentibus in initio eſt abſtinendum, atque cavendum ne vomitus atque alvi egeſtio, ſtatim in principio cohibeatur, periculum enim eſt ne recrementa evacuanda, ſeu talia in corpore præextiterint, ſeu à fermento maligno per colliquationem tranſmutata fuerint, ſeu ex aſſumptis genita invita detineantur, unde inimico viſceribus conccluſo, facile multa ac gravia ſymptomata ſupervenire poſſunt, Sicuti è contra, ſi catharticis excretionem promovere velimus, oleum igni adderemus, ita cum leniſſimi cathartici operatio novos inſuper excitet tumultus, ſpectatorem potius naturæ agere debemus, aut ſaltim in principio acre iſtud abſtergendum blande ac diluendum, tunc demum *optatis* impetus morbi frangendos. *Etmuller.* Vide ſupra §. *Non cohibendum eſſe fluxum.)*

60. *Intra valet)* Juvenis bilioſus æſtate incidit in febrem tertianam, in cujus tertia acceſſione tanta fuit humoris bilioſi malignitas ut ex concitato vomitu & alvi fluxu frequenti maxima virium ruina ſequeretur: Præſcribo *clyſterem ex juſculo* cum *conf. alkerm.* ʒiij. *& theriac. rec.* ʒj. quo ſtatim vomitus & alvi fluxus defecerunt; Quia vero in hujuſmodi febribus malignis ſæva illa ſymptomata in ſingulis paroxyſmis redire ſolent, ſicque ægrum de medio tollunt, ad præcautionem præſcripſi victum incraſſantem, *& laudani gr.* iv. duabus horis ante paroxyſmum ſumenda, ſicque ſymptomata non rediere, levis acceſſio fuit, & julepis refrigerantibus, & alexipharmacis curatio abſoluta eſt. *Riverius Cent. 3. obſervat. 78.*

Eundem effectum obtinere licuiſſet uſu *Cortic. Peruviani*, cum *laudani* minori portione,

Mulier correpta eſt cholera circa meridiem. & ad veſpéram uſque xx. alvum depoſuit; cum graviſſimis doloribus ventriculi & inteſtinorum, ita ut ſequenti die etiam vomitu premeretur, multoſque humores acres & bilioſos excerneret: Interim dum alia remedia pararentur, conſului ut cyathum oxycrati ſumeret, quo remedio ſtatim vomitus & alvi fluxus ſedati, extra recidivam. *Idem cent. 4. obſ. 8.*

Mercator ſeptuagenarius gravi Cholera correptus, quatuor præcipue remediis intra tres dies liberatus. *Clyſtere ex lacte, confect. de hyacinth conſerv. roſar. & vitell. ovor. Fotu* ventriculi adſtringente & roborante, cum ſacculis in *vino rubro* maceratis, Julepo ex *decocto plantag. & portul. cum ſyr. cydon. & confect. de hyacintho* mane & ſero exhibito, *& laudano*, cujus gr. j. ſingulis noctibus in Julepo diſſolvebatur: Pro miraculo habita eſt hæc curatio in tam provecta ætate. *Idem cent. 4. obſerv. 53.*

Inter cætera *Syr. ex mentha cum mali Punici ſucco* maxime laudatur, ſi mala ipſa cum interiore pulpa prælo ſubjiciantur. *Al. Benedictus l. 20. c. 41.*

61. *Cryſtallus)* Præparata, ceu ſpecificum bilem æruginoſam temperans, ſæpius convenit: Confer quoad *cryſtalli* uſum *Langium lib. 3. Epiſt. cap. 4. Zacutum l. 2. Pr. adm. obſ. 13. Heer obſ. 1.* Choleram ex uſu acidularum,

corpore non præparato, ſeu purgatu natam, uſu *ryſſelli montani*, in *ſucco* berberorum propinati, uno alterove clyſtere curavit. *Etmuller.*

62. *Sanguinea*) Laterarius media dum æſtate uxorem ſuam formoſam, nimio libidinis ardore accenſus aliquando cognoſceret, valde periclitatus eſt, nam copioſiſſime per vomitum & ſeceſſum ſanguis excernebatur, cum calor & motus ora venarum aperuiſſent iſtum morbum; *Choleram ſanguineam* appellavi, ſanguine ad xij, circiter libras eiecto, Maxima aderant ſymptomata, nempe pulſus deperditio cum dejectione virium, facies hippocratica, ſudor frigidus, & jam deſperatus erat; tamen propinatis eum *vino granator. lapid. hemat.* ℈iv. ſtatim ſanatus eſt magna omnium admiratione. *Panarolus Pent. 2. obſ. 12.*

63. *Extra Epithemata*) Si à venis meſaraicis bilis ad ventriculum feratur, hepatis vel lienis ſedi Cucurbitula appoſita, ubi rami majores harum venarum ſunt, revellendo prodeſt. *Platerus.*

64. *In Diæta valet*) *Hippocrates lib. 5. Epid.* cibatus eſt virum cholera laborantem *polenta* tenui *ex aqua*, cibo ſane tenui, ut à debili etiam facultate commutari poſſet, & lento, & dulci, ut lentore hæreret retineretturque, & alia retinen faceret, & ſi quid recluſum aut excoriatum maneret obturaret & oblinitet; dulcedine vero, ſi quid ſupereſſet irritans, obtunderet, In uſum hunc nos utimur *amylo* ex *jure pulli* aut *gallina.*

Conſidera hic antiquorum prudentiam circa victum debilitatorum, qui recens expurgatis, aut alioquin ſponte exhauſtis, tenuis cibi exiguum exhibebant, adeo ut hic author polentam ex aqua nonniſi tenuem, hoc eſt conſtantem pauca farina exhibere auſus ſit, Contra ac vulgares Medici faciunt, tribuentes multos bene craſſos cibos cum vino, quaſi quod mul[illegible] diebus exhauſtum ſit, una ſint repoſituri, *Walleſius.*

A Potu, quantum poſſibile abſtineat æger, n[illegible] ſcopo abſtergendi ac temperandi vel *ſerum lactis* [illegible] *decoctum hordei*, cum *ſyrupo roſar.* vel *decoctum pulli* aqnoſius, aut ſimile, omnia tamen, quantum poſſibile, tepida exhibeantur. *Etmuller.*

Conveniunt Juſcula & conſummata ad roborandas vires; parva copia, ne magis diſſolvantur vires vent[illegible]cu li; *Gelatina expreſſa carnium* innncta *omphacio aceto*, *ſucco citr. arantior.* & *ova ſorbilia*, cum *tantillo nuc. moſch.* loco ſalis: Pro potu vinum odoriferum, bene defæcatum, aqua chalybeata temperatum *Etm. Med. Pr.*

65. *De Cholera Indica vide Bontium*) *Lib. de Med. Indor. cap. 6.* Familiariter *ait* Indos infeſtat; Cauſa[illegible]cipua, præter calidam ac humidam aëris temperi[illegible]ram, eſt nimia fructuum edendi licentia, plerorumque horariorum, putredini obnoxiorum, ac bilem ærug[illegible]noſam gignentium: Tanta eſt ſævities ut intra xxiv. horas, imo pauciores enecet, quod ſpatium ſi protrahatur magna de cura ſpes eſt, Curationem inſtitui acerrimi humoris mitigatione, maxime per adſtringentia, ventriculum & inteſtina corroborantia, & ſimul modico frigore furorem materiæ morbificæ refrænantia, In his præſtantiſſimus eſt *ſyrupus fructus Bilimbing*, Idem fructus *ſacch.* conditus adjecto *croco, ſyr. e ſucco limon. rec. pſeudomyrobalanus*, ſola vi adſtringente præditus, cum *c. c. uſto*, *lapide bezoar*, raſura *cornu Rhinocer. margar. præparatis*: His non conferentibus, confeſtim ad *Extractum croci* deveniendum, ad ſomnum conciliandum, neceſſarium ad virium recreationem &c.

Cholera Sicca.

II. [66] *Cholera* [67] *ſicca*, quæ & *Notha*, *eſt* [68] *ſpiritus flatuoſi per ſuperiora & inferiora*, [69] *cum inflatione ventris, ſtrepitu, &* [70] *lumborum ac laterum dolore excretio.*

Signa & [71] *Cauſa proxima* in Definitione ſunt expoſita.

Curatio, quæ etiam feſtinanda, *reſpicit*

I. *Spiritus flatuoſi eductionem*, & diſcuſſionem, ubi clyſteres & decocta carminativa locum habent.

II. *Cauſæ*, à qua oritur, *ablationem*, de qua in Differentiis.

[72] Quantum ad *Differentias.*

Alia eſt à *calore ventriculi igneo cibos corrumpente*, & in nidoroſam materiam & acres vapores convertente; in qua cura ad intemperiem calidam obvertenda, & extra, æſtuantia hypochondria refrigeranda.

Alia ab *alimentis acribus & flatuoſis*, raphano, ſemine erucæ, ovis frixis & ſimilibus: & tum materia evacuanda, & diatrion pipereon exhibendum.

Alia à [73] *Bile atra*, [74] & aliis humoribus aduſtis & ſalſis circa hypochondria latentibus, & alterius humoris permiſtione effervescentibus, prout videmus ſales & ſpiritus ſalinos cum ſpiritibus acribus permiſtos, magnam ſpirituum copiam ſuppeditare.

66. *Cholera ſicca eſt &c.*) Eſt actium flatuum ſurſum deorſumque dolorifica eruptio, per quam, *ut ait Hippocrates 4. Acut. Venter inflatur & murmurat, latera ac lumbi dolent, alvuſque adſtricta nihil dejicit.*

67. *Sicca*) Non deſunt Neoterici, qui freti teſtimonio Authoris Iſagoges, in Cholera ſicca, pariter ac in humida, ventrem acerrima bile fartum derepente extumeſcere, & præſigni dolore differri autumant, cum hoc ſolum diſcrimine, quod in Cholera humida portioni humoris per os ſedemque liber ſit egreſſus, in ſicca vero nihil prorſus, nec ſuperne rejectetur nec inferne dejiciatur, licet nauſea & teneſmus urgeant: Attamen bilis intra alvum incluſa non [illegible] cholericum, quin potius colicam, ut ajunt, bilioſam promovet; Dein de *Hippocrat.* in therapia *Choleræ ſiccæ* vomitum interdicit, utpote flatibus diſſolvendis inidoneum, qui alias bilem ventre intercluſam tuto ac facile educeret; Itaque Cholera dicitur Sicca, non eo ſenſu quo pleuritis ſicca, quia [illegible], aut ophthalmia ſicca, quia [illegible]; aut ulcus ſiccum, quia minime ſanioſum; ſed ut hydrops à flatu denominatur ſiccus, ad differentiam aſcitis ab aquoſo humore procreati: Flatus ſiquidem gen[illegible] per quandam humorum exareſactionem, [illegible] *Hippocr. l. de loc.* Meujonius.

68. *Eſt ſpiritus flatuoſi &c.*) Hęc longe Humida rarior frequentior eſt, ſitque à ſpiritu flatuoſo à ventriculo & inteſtinis

[illegible] ſque per quas tranſit [illegible] te. [illegible]

[illegible] m à ſpiritu [illegible] ma [illegible] que [illegible] bo [illegible] [illegible] [illegible] ſcate [illegible] um illo- rum [illegible] tam loc [illegible] ſei- [illegible] Quippe dum [illegible] expl[illegible] & [illegible] tes ra[illegible] carneæ non [illegible] plu- rium [illegible] & dilatat [illegible] eſt viſcus ex [illegible] quaquaverſum [illegible], in ma- jorem capacitatem [illegible] ex inſtituto na- turæ quandoque [illegible] fieri convenit, im- rum ut dum partes quas membranæ conſtituunt ſub- tendunt, aut inveſtiunt, hoc ritu expanduntur, humo- res ſuperflui aut moleſti iiſdem infixi aut adhærentes, excuti & ablegari poſſint: In hunc finem, & hac ra- tione *Pandiculationes, Oſcitationes*, & quoſdam alios *Inflationis* aut *Diſtenſionis motus* excitari putamus: Quo ritu ſpiritus animales in affectibus convulſivis viſcera membranacea valde inflent ac attollant, ac ut vivi animalis exilitiones mentiantur intumeſciant alibi à nobis oſtenſum. Porro cum à *pharmaco incon- gruo*, aut *veneno*, Ventriculi aut Inteſtinorum diſten- ſiones & inflationes horrendæ & non raro totius ab- dominis intumeſcentiæ ſubitaneæ & immanes contin- gant, ita fieri ſolet, in quantum ſpiritus animales ſum- me irritati, inque impetus exploſivos adacti fibras membranaceas ſimul omnes incurſunt, & quoad ul- timum extendunt; proinde ut v[illegible]s ab iis contextum mox totum infletur, & quantum fieri poteſt am- plietur.

70. *Lumborum ac laterum dolore*) Dolor ad late- ra porrigitur, à flatuoſo ſpiritu veluti caniculis eo locorum perreptante, ſed maxime ad lumbos pertingit, ubi coli anguſtia & male pervium Cæcum eſt, nexuſ- que membranei, quibus ea inteſtina renibus ac lumbis colligantur. *Menjotius*.

71. *Cauſa proxima*) Si plurimi humores in inteſti- nis viſcidi & tenaces evaſerunt, ſæpe in bullas inflan- tur, quibus diſruptis flatus per os & anum exprimun- tur, unde Cholera, ut ajunt, Sicca. *Steph. Blancardus Idea Not. 6. 31.*

72. *Quantum ad differentias*) [illegible] alia eſt *mitior*, flatuum è materia mitis, incocta ac pituitoſa, à [illegible] alia *acerbior* [illegible] non modo ut [illegible] ſcia cient [illegible] ac ſine [illegible] mordi- [illegible] que v[illegible] nentis in [illegible] uopte [illegible] unt, ut ſunt ova [illegible] cep[illegible], & ſimilia; [illegible] flatus [illegible] v[illegible] ſtocul[illegible] d[illegible] ſp[illegible] lau- [illegible] us in [illegible] nidoroſus [illegible] te. [illegible] uli crudi[illegible] bus, [illegible] ci[illegible] um [illegible] cum [illegible] uta ſecutis, [illegible] p[illegible] ea [illegible] [illegible] qui [illegible] qu[illegible] d- modum inquit *Hippocr. lib. de* [illegible] *atque* [illegible] *bario copioſius vapor ab aqua ebulliente evehitur* [illegible] *pore* [illegible] *ſpiritus inſtar turbinis convolus* [illegible] *qua dam, ipſum latus per os erumpit*. Quamobrem *lib. 7. Epid.* candide fatetur *Hippocr.* ad horum affectuum curationem in remediis caloriſicis ſe fuiſſe deceptum, hiſ- que diu adhibitis cum æger nihil levaretur, ad frigido- rum u[illegible] ceſſu pertranſiiſſe, [illegible] *Menjotius*.

Notandum porro, quemadmodum nec Aſcites eſt plane [illegible] nec Tympanites penitus [illegible], nam [illegible] ex *Hippocr. lib. de Nat. Pu.* [illegible]) ita Choleræ ſiccæ humidam utplurimum aſſo- ciari, ambaſque combinari. *Idem.*

73. *Alia a bile atra*) Quam cauſam proponit *Sen- nertus* ab Hermeticorum doctrina mutuatam, nempe humores ſalſos & aduſtos circa hypochondria cumu- latos & alterius humoris permiſtione effervefcentes; Quantam enim, inquit, ſpirituum copiam ſales & ſpi- ritus ſalini cum ſpiritibus acribus permixti ſuppeditent, ex olei vitrioli & aquarum fortium cum ſale tartari mixtione apparet, Tale ergo quidpiam etiam in corpo- re humano accidere; & ex humoris ſalſi atque aduſti cum aliis ſpiritibus commixtione magnam ſpiritus fla- tuoſi copiam excitari poſſe incredibile non eſt. *Ri- verius.*

74. *Bile atra aliiſque humoribus*) Non edulia tantum atque cruditates, ſed fervidi quoque homores acrium flatuum materiam ſuggerunt; ipſammet etenim bilem in flatuoſam [illegible] attolli monſtrant bilioſæ dejectio- nes, quibus [illegible], ſive flos ſpumeus innatat; Præterea cum melancholicorum alii frigidi ſint, a- lii aduſti, utroque ſunt [illegible]. Priores quidem, non propter frigiditatem, nec poſteriores ſimpliciter ob ca- liditatis exuperantiam, verum propter humoris melan- cholici acidi, vel ſalſi, cum certis humiditatibus per- mixtionem, ſimiliter ac ſi calci vivæ, aqua, aut cretæ acetum, aut ſali tartari ſpiritus vitrioli affundatur, ab hoſtili contrariorum congreſſu. Vel, ut aliis placet, à ſu- bito motu ſimilium ad ſe invicem fit ebullitio, & quan- doque tanta ut vaſa diſrumpantur; Fatemur quidem ca- liditatem comitem eſſe iſtius [illegible], ſed non tan- quam cauſam, quin potius velut effectum pendentem ab agitatione materiæ bullientis; Sicut etiam concedi- mus, vim acidorum [illegible] externi caloris ope exſuſci- tari ad celerius potentiuſve operandum. Etenim diſtin- cte docuit *Hippocrates lib. de vet. Med.* calidum robore pollere ad deducendas, incitandas & angendas [illegible] alentiſ- ſimas [illegible], ſcilicet amarum, ſalſum, dul[illegible], acidum, acerbum, inſipidum aliaque ſexcenta. *Menjotius*.

DE AFFECTIBUS INTESTINORUM.

Et Primo.

De Morbis inteſtinorum.

1. Morbi inteſtinorum [1] ſunt præcipue: *Inflammatio, Anguſtia, Vermes, Hernia, Vulnus, Vlcus, & Inteſtini recti* affectus.

[1] *Morbi inteſtinorum*) Inteſtina patiuntur morbos *ſimilares, organicos & communes*. Nam laborant intemperie calida, frigida, ſimplici vel juncta cum humore conſimili, Inflammantur, vulnerantur, ulcerantur, nimium arctantur, ſiccantibus & adſtringentibus, vel laxantur humidis, & emollientibus; vel lævigantur rugis inteſtinorum deletis, ut in lienteria & diarrhoea, Interdum ita obſtruuntur ut per vomitum fæces redeant.

Præter morbos hiſce communes habent Inteſtina ſeorſim conſiderata ſuos morbos peculiares, *Duodenum* obſtrui poteſt per compreſſionem à Pancreate, Inde vomitus alimenti per duas aut tres horas concoctionis, quia intercluſus eſt commeatus: *Ileum inteſtinum* patitur *Ileum morbum*, qui inflammatio eſt non contorſio, ſive reduplicatio inteſtinorum, Et quia proximum inguinibus, procidit in inguina vel ſcrotum, unde bubonocele: *Colum* obnoxium eſt colicis doloribus; Vermes in ipſo generantur, Solum hoc inteſtinum præ cæteris obnoxium eſt exulcerationi quæ pus producit: Interdum tumores ſcirrhoſi ibidem naſcuntur qui difficultatem egerendi afferunt, tandemque ad interitum præcipitant. *Rectum inteſtinum* ſuos habet morbos peculiares, teneſmum, inflammationem, abſceſſum. *Motus inteſtinorum periſtalticus* interdum adeo pervertitur ut fæces ſuperne remeent, & clyſteres imo, ſuppoſitoria, remeent, tumque valvulam Coli effringi neceſſe eſt. Omnia inteſtinorum ſymptomata ferme ad Excretorum ametriam referuntur, in exceſſu fluentis materiæ, qualia ſunt alvi profluvia; Alia à defectu pendent, ut alvus adſtricta, quæ non reſpondet aſſumptis. *Riolanus Encheir. l. 2. c. 17.*

Inteſtina, lumbricorum inſtar varie ſe moventia, Intus ſuſceptionem quandoque incurrunt &c. *Barbette Anat. Pract. p. 154.*

Inteſtinum Colon præcipuam & primariam ſedem plerorumque affectuum diuturnorum conſtituit *Author anonymus* libelli Gallici, cui Titulus; le Medecin de ſoy même, *Medicus ſui ipſius*, Inde deducendam credo, *ait*, cauſam plurimorum affectuum humano corpori infeſtorum. Fidem facit illius conformatio atque progreſſus, quapropter excrementa ibi diutius quam decet morantur. Adde quod ejuſmodi moræ præcedere plerumque ſolent morbos qui conſequi ſolent. Eademque argumenta quæ afferre ſolent Medici ad conſtituendam ſedem morborum in meſenterio, pancreate, liene, aliove quopiam viſcere, maxime in hoc inteſtino eluceſcere ſolent.

Singularis enim plane eſt illius ſtructura inter craſſa inteſtina ſolum cellulas diſtinctas obtinet, hoc eſt, exiguas cavitates, utrinque conſtrictas, & quaſi ſinuatas, non parum faventes excrementorum detentioni, quæ cum cellulas has ſubingreſſa ſunt, nonniſi conatu adhibito prodeunt, quem plurima ſæpe prohibent; Illius figura, [illegible] quodammodo referens, & literam S. non parum [illegible] ſecum [illegible] conferunt: Quapr[illegible] ur[illegible] ula [illegible] remoratarum moræ ex[illegible] torum, [illegible] ſunt cum cauſis morborum remotis, tum validæ quas in medium produc[illegible] rationes, ex illius figura & conſtructione ſingu[illegible] deſumptas, fidem abunde faciunt primariam illud ſedem plerorumque affectuum, ſiquidem [illegible] capacitatem illorum cauſa proxima naniſc[illegible] [illegible]ſitiones ad illorum generationem requiſitas.

Denique, cui non notum pleroſque eorum qui aliquem morbum vergunt, diu ante invaſion[illegible] queri ſolere de ventriculi & renum doloribus (quæ loca præciſe ambit & contingit iſtud inteſtinum) oppreſſionem & intumefactionem ibidem experiri quaſi obice objecto & tranſverſim abdomen occupante? id quod non alia de cauſa accidit quam à ſumma hujus inteſtini extenſione; nam id excrementis [illegible]ctum divellit partes quibus adnectitur, & gravitate propria vicinis moleſtum eſt: Nec rarum eſt ea propter adeo expanſum reperiri in ſpecie ventriculi quibuſdam impoſuerit; Hinc excrementis tumidum Medicos non raro in errorem pertrahit, alios affectus ſupponentes.

Vt amplius conſtet in Colo præprimis quærendam eſſe ſedē plerorumque morborum, adducendæ rationes quibus utuntur Medici ut eandem ſedem ſtatuant in meſenterio, pancreate aliove quopiam viſcere, ſententiā meam confirmantes potius quam infringentes: vulgaris ratio à Medicis allata, probaturis aliquod viſcus ſedē præbere pleriſq; contumacibus morbis, eſt obſtructionū præſentia quibus partes illas obſideri ajunt, ratione conformationis; Illi, exempli gratia, qui ſtatuunt meſenterium ſedem affectuum chronicorum dixerunt glandulas in eo exiſtentes eodem officio fungi cum reliquis alibi exiſtentibus, deſtinatas videlicet eſſe excipiendis humoribus ſuperfluis corporis: Accidere illis ut p.n. intumeſcant ſi major copia humores in illas influant, præſertim in corporibus cacochymicis, cum antea ſtabilimento tantum eſſent vaſis meſenterii, jam ab illis comprimi, ab hac autem compreſſione præpediri liberum commeatum chyli & ſanguinis illac tranſeuntis à jecore ad inteſtina, & viciſſim, quapropter vaſis arctatis, & anguſtioribus redditis, tenuiorem tantum portionem & ſeroſam utriuſq; ſucci præterfluere, ac proinde quibuſvis corporis partibus improbum tantum ſuccum impertiri, parum alibilem, unde macies totius ſuccedit, Portionem chyli & ſanguinis in vaſis illis reſiduam, tunicis tandem vim facere, diſrūpere eas, effundi in vacua ſpatia, quo fit ut in ejuſmodi ægris meſenterium ſcrophuloſum ſæpe deprehendatur, ſcirrhoſum, abſceſſibus refertum; Jecur tandem ab appulſu ſeri continuo refrigeratum, hydropi lethali occaſionem præbere.

Ex illorum numero qui eorundem morborum pertinacium ſedem Pancreas faciunt, alii veteris doctrinæ tenaces ſunt, alii aliter ſentiunt, *Priores* dicunt Partem hanc cum ſit ex numero glandularum, illarum conditionem ſubire, humores ſuperfluos excipere truncum venæ Portæ comprimere ejuſque præcipuos ramos, idemque præſtare quod tumidæ meſenterii glandulæ, quæ vaſa intra ejus tunicas decurrentia comprimunt. *Poſteriores*, uſus nobiliores Pancreati aſſignan-

tes, & negant id ſedem eſſe morborum vulgo illi adſcriptorum, quos oriri ajunt à vitio peculiaris ſucci in illo geniti, per proprium ductum elabentis.

Lienem quod attinet in quo morborum rebellium cauſam latere plurimi aſſerunt, ſiquidem verum ejus officium adhuc latet, illorum conjecturis aſſenſum dare nihil nos cogit: Id ſolum intendo, quemadmodum ſimilitudo conformationis iſtius partis cum aliis nonnullis, quarum uſus notiores ſunt, opinionem facit ipſam inſervire ſeparationi excrementitiæ alicujus partis ſanguinis, hinc proclive fuiſſe Medicis ut exiſtimarent Lienem, non ſecus ac cætera viſcera eandem ſtructuræ rationem ſortita, obſtructionibus expoſitum eſſe; Obſtructiones ejuſmodi aptas natas eſſe alterationem inducere ſanguini ob impeditam ejuſmodi ſeparationem; quo fundamento innixi, Lienem ſedem morborum rebellium confinxerunt, eadem ratione qua Meſenterium & Pancreas.

Si quis quærat, quamobrem obſtem obſtructionibus, quas Medici adſtruunt frequentiſſime occurrere in ejuſmodi partibus ſiquidem contextu, exilium vaſorum in illis occurrit, quæ libero ſanguinis per illa commeatui impedimento ſunt at vero ut judicium feratur de impedimentis, intra ejuſmodi organa oriundis, vel mediocrem notitiam, mechanicæ diſciplinæ, & machinarum hydraulicarum ſufficere dico, quarum operatio à leviſſimo etiam obſtaculo præpeditur? Reſpondeo tantum abeſſe ut obſtructiones in ejuſmodi partibus pernegem, quin potius frequentiſſimas in illis eſſe me exiſtimare, Id vero dico, ſicuti prædictæ obſtructiones non fiunt niſi propter vitium ſanguinis, aut aliorum humorum illac tranſeuntium; vitium porro iſtud ut plurimum oritur à diuturniori mora excrementorum in craſſiori inteſtino; Suppoſitionem, inquam, iſtam obſtructionum, utut veriſſimam, non obſtare quominus meæ opinioni inhæream, craſſius videlicet iſtud inteſtinum primariam ſedem plerarumque ægritudinum, Ac proinde rationes quibus tum veteres tum recentiores Medici uſi ſunt ad ſtabiliendum fomitem & focum morborum plerorumque in aliquo viſcere, ſententiam meam potius confirmare quam infringere.

Revera ex Colo affecto, & ſordibus infarcto, plurimi oriuntur affectus aliis adſcriptis partibus: Sic narrat prædictus Author virginem ex diuturna alvi adſtrictione, ipſi familiari paſſam eſſe tumorem ventris qui graviditatem mentiretur, cum dolore & tumore ventriculi, dyſpnœa, voce debili: Accerſitum Medicum pronuntiaſſe Virginem phthiſi laborare; poſtridie adveniſſe diarrhœam, quæ ad 5. aut 6. dies protracta virginem in libertatem vindicavit, cum Medici dedecore, Ante aliquot annos vocatus fui ad puellam XIV. annorum, enormi vomitu laborantem cum omnimoda alvi adſtrictione, Iliaco affectu laborare cenſebatur à Medico qui prior advocatus fuerat, revera cauſa præſto erat, jam XIV. dies agebantur quo nihil excreverat, Præſcribo Enema ex oleo ſolo ad ℔ß. quod emanſit per tres horas, excretumque cum aliquot ſcybalis. Hoc rejecto aliud ſubſtituo ex decocto capitis vervecini ad ℥x. additis ſalis gemmæ ʒij. unde reſerata omnino alvus, plures conſecutæ ſedes ſacrum induratarum, deſiit illico vomitus; biduo poſt in publicum prodiit ægra, in utraq; virgine focum & ſedem morbi procul dubio Colon inteſtinum continebat, Forte eadem in ſede, non in bene, latebat morbus illius de quo Plautus in Curcul. *ſic conquerentis,*

Jam quaſi zona bene cinctus ambulo
Geminos in ventre habere videor filios
Nihil metuo niſi medius diſrumpar miſer.

Quæ ſymptomata tumens & infarctum Colon deſignant, cujus ſitum & circumſcriptionem apprime deſignant.

¹. *Sunt præcipue &c.*) Adde inteſtinorum Intemperies.

Inteſtinorum Intemperies *frigida* omnium eſt frequentiſſima, deinde *Humida*, tum *Sicca*, rariſſime *Calida*. *Sebiſius Manualis p.1087.*

Inteſtinorum frigiditas humiditaſve immoderata cauſam agnoſcit, & Adſumpta talia copioſa, & Externa adnota, & ſanguinem pituitoſum ſeroſum. *Signa* hic & *cauſæ* ſunt, & inter *effecta*, chyli alimentorumve excretio largior, hinc atrophia totius. Cauſam facile dignoſcimus: Malum grave admodum eſt, multorum aliorum mater: Diuturnum quoque, & ſæpe tabe terminum ſumens, aut hydrope. *Blaſius Therap. ſpec. pagin. 247.*

Intemperiem *frigidam* ſolent quidem, noſtri, ſed profecto cum periculo, idque ob duas cauſas, *Alteram*, quod inteſtina ſint unius continuatæque cum ventriculo ſubſtantiæ; & fieri non poſſit ut refrigerato ventriculo non refrigerentur etiam inteſtina, adeoque lædatur ſecundaria eorum actio, quæ coctio eſt; Quin nec primariam eſſe immonem, τὸ ὡσαύτως, rationabile eſt; hinc eſt quod intemperies frigidæ harum partium fere incurabiles ſint, malo quippe communicato toti illi ſpatio quod inteſtina occupant, Alterum quod plerique negligant *Hippocr.* monitum illud, Aërem frigidum, pro reſpiratione attractum, non minus ventriculum, & conſequenter inteſtina ingredi, quam pulmonem: Rationabile autem eſt his partibus nocere amplius, quia quod attractum eſt manet, è pulmone iterum egreditur: Atqui ventriculus, inquiunt, non habet vim attrahendi, ut pulmo? Non eſt vi alia opus quam impetu illo quo aër per nares attrahitur; hac enim ratione ubi aër ad iſthmum dictum appulerit, pene neceſſarium eſt illabi gulæ, Nec deſunt φαινόμενα, qui enim *Colicis doloribus* obnoxii ſunt, quamprimum in frigore verſantur, corripiuntur; Eadem eſt ratio *hyſtericarum* quarundam, quin *hernioſorum* etiam, Ut de *Bubonocele* ſola dicam, familiariſſime novi duas perſonas, quibus poſtquam diutiuſcule in frigore fuerunt, præſertim cum locuti ſunt, frigidumque aërem hauſerunt copioſius, ſtatim protuberat inteſtinum pugni magnitudine, cum denſa reſpiratione & anxietate indicibili, quæ ſymptomata non cedunt niſi in lectum compoſitis omnis generis fomenta adhibeantur: Hoc qui fieri putabit appellente forinſecus tantum aëre, is falſum ſe fuiſſe dicet tandem, & ne in fœminis quidem habere locum, poſſe: Quo enim modo aër (concedam enim appuliſſe) denſans cutim elicere poterit inteſtinum; fit igitur neceſſario, aëre per os ingreſſo, & eo uſque deſcendente.

Sed & abſque hoc ſi ſit, concedere nos oportet inteſtina non raro (præſertim in hypochondriacis) laborare intemperie frigida, ob quam tanta in abdomine flatuum copia eſt, qui modo ſurſum erumpunt, modo deorſum, modo hinc inde reciprocantes borborygmos cauſantur: Horum generationem eſſe ſcimus *ex 3. de cauſis ſympt. 3.* cum calor eſt debilior (propterea frigus eſſe dicitur) quam ut diſcutere poſſit materiam tam copioſam, ideo in flatus mutat, *C. Hofmannus Inſt. l.3. c.30.*

Curatio, externa, fomenta, balnea, linimenta &c. alimenta, potulenta, medicamenta refrigerare indecenter valentia ſenſim intermitti vult; Hinc Diætam contrariæ operationis commendat; Medicamentaque non ſolum calefaciendo moderate alterantia, ſed & leniter educentia, ſæpius iterata; Quibus & ſanguini ipſi, ſi peccet, proſpicit Chirurgia, uti in gangræna & ſphacelo eorum ſummi uſus, venæ ſectionem inſtituens, ut hic nullus. *Blaſius.*

In affectibus Inteſtinorum, notandum, quod Gracilij

bus affectis potius per os aſſumptis medeamur, Craſſis autem laborantibus per anum injectis, clyſteribus & ſuppoſitoriis. *Sebiſius.*

Inteſtinorum Levitas.

Levitas eorum nimiam humiditatem fluxumque humorum ſequitur, Et hic itaque ſuo modo inhibendus eſt, & eâ dicta ratione corrigenda. *Blaſius c.4.*

Tumores p. n. Inteſtinorum.

Tumores Inteſtinorum rariores valde, ſimiliter ut Ventriculi, quæ enim de Inflammatione eorundem referuntur, Intemperiem maxime ſpectant calidiorem.

Cauſæ itaque eædem hic obtinent quæ in ventriculi affectu ſimili, *Chylus* nempe, *ſanguisve* affluens, adjuvante & plurimum medicamento, aut alio externo aſſumpto, Caſu, Lapſu &c.

Signa Affectus præcipua ſunt *cauſa* prægreſſæ, & ex *Effectu* dolor ingens, ſtabilis, febris, homerdæ vomitus, ventris inflatio, urinæ ſuppreſſio, reſpirationis difficultas, ſitis, vigiliæ.

Cauſa ſiquidem â *chylo* aut alio externo deſumi nequit, *Sanguini* primæ debentur.

Maximum eſſe malum quemcunque eorum Tumorum per ſe patet.

Cito ad finem properat, & fere in gangrænam, ſphalum & mortem.

Curatio habendam conſiderationem *Cauſæ* quæ affectum produxit flagitat, adeoque *Chylus* Sanguisve, Diæta Medicamentisve alterandi ac emendandi, ſive per os aſſumantur, ſive per anum injiciantur, cavendo ab omnibus catharticis aliisve acrioribus.

Medicamenta aliaque *aſſumpta*, lenem eductionem exigunt, *Caſus ictus, &c.* partium læſarum emollitionem.

Interea & partis ipſius læſæ habenda ratio, adeoque quod jam ipſi inhæret per leniter refrigerantia atque emollientia, poſt & parum diſſipantia, ſicque dolorem ſedantia, interna & externa auferendum. *Blaſius Capite 5.*

Diſtenſio nimia Inteſtinorum.

Diſtenſio quandoque humiditatem nimiam ſequitur, quandoque chyli aut fæcum copiam aut flatulentiam.

Cauſæ cujuſvis vitii quæ ſint ſatis patet ex iis quæ de Inteſtinorum humiditate, *chylo*, *fæcibus*, *flatu* dicuntur.

Signa & cauſæ & effecta exhibent, Illa conſtant, hæc dolor, ructus, crepitus, alvi ſuppreſſio præcipue ſunt.

Cauſas diſcernimus & ex conditione cauſarum externarum, alimenti, alimenti, potus &c. & ex effectorum diverſitate; ita ſi â *flatu*, crepitus adſunt, diſtenſiones vagæ; Si â *fæcibus* copioſis, diſtenſio magis fixa.

Grave equidem malum eſt, aſt quod diuturnitatem omnem negat.

Cura, Inteſtinorum humiditatem, chyli flatulentiam aut copiam, fæcum abundantiam reſpicit. *Blaſius capit. 6.*

Inteſtinorum Motus imminutus.

Imminutionis abolitioniſque cauſæ, vel ſunt eæ quæ paralyſin eorum producere valent, vel Inteſtinorum nimia humiditas, vel muci eorum craſſities, unde inſenſibilitas ipſis inducitur, vel bilis humoriſque pancreatici minor debito acceſſus. De omnibus locis propriis actum. *G. Blaſius Therap. ſpec p.421.*

Inteſtinorum intus ſuſceptio.

Inteſtina lumbricorum inſtar varie ſeſe moventia, *Intus ſuſceptionem* quandoque incurrunt, inprimis ubi dolore atroci afficiuntur, & hoc modo excrementis tranſitus denegatur. Ileos talis affectus vocatur, Medicis ordinariis nihil efficientibus cucurbitula magna ſine ſcarificatione ſæpius parti dolenti apponi poteſt, atque iterum auferri, Annon etiam præſtaret facta diſſectione muſculorum & peritonæi digitis ſuſceptum inteſtinum extrahere quam certæ morti ægrum obiicere? *Barbette Anat. Pract. p.m.144.*

Cap. XXI.

De Inflammatione Inteſtinorum.

1. INflammatio inteſtinorum [2]. *eſt eorundem tumor, â ſanguine extra vaſa in illa illapſo & putreſcente exortus.*

Signa ſunt, dolor fixus & diſtendens, tumoris perceptio, ut inteſtina chordæ inſtar convoluta deprehendantur, alvi ſuppreſſio, urinæ interceptio, febris præſentia.

Cauſa in definitione expreſſa eſt, [3]. Autumno [4]. ob tenuitatem ſanguis inprimis affluit, quia æſtate geniti humores, tenues & mobiles, autumni frigore inæquali in profundum corporis pelluntur.

Curatio eſt [5]. ad aliarum inflammationum normam inſtituenda, & quidem cito, quia malum eſt acutum, & ſæpe in gangrænam & ſphacelum abit. In ea *refrigerantia*, quæ exhibentur, abſque adſtrictione eſſe debent. [7]. A *purgantibus* planè abſtinendum, ne locus affectus exaſperetur.

Dividitur, ſecundum locum & cauſas.

I. Alia eſt *per ſe*; de qua jam egimus.

Alia ab *Exomphalo*, de qua ſuo loco.

Alia ab *Enterocele*, in qua inteſtina ſtatim reponi debent.

Alia â *Contuſione*, in qua reliquis quæ inflammationis cauſa adhibentur, aliquid lenientium & concoquentium addatur.

II. Alia eſt in *tenuibus inteſtinis*, quæ eſt minus frequens, & in qua ſtomachi diſtentio, ſpiritus anguſtia, vomitus aſſidui, ut nec potus contineri queat, urgent, dolor lancinans in una ſede defixus, tormina magis ad ſuperiora vergunt.

Alia *in Craſſis*, quæ frequentior quia multa carne conſtant, rectum inprimis, & [5] in qua dolor ad hypochondria magis pertingit, lumborum adeſt gravitas, vomitus non ita continuo durat, anodynus etiam clyſter, quia premit, dolorem exacuit.

1. *Inflammatio Inteſtinorum*) Refertur vulgo ad dolorem tam Colicum quam Iliacum, ego vero velim ſeorſim poni, ut conſpectior ſit: Porro autem ut inflammatio Tenuium proculdubio valde tenebricoſa eſt, ita Craſſorum, quia ſubiunt tenuia, non poteſt non evidentior eſſe, præſertim ſi afficiatur coli pars illa quæ ventriculo ſubſternitur; tum enim vehementer coaſtictim ventric ilus. *Hofmannus Inſtit l. 3. c. 43.*

2. *Inflammatio inteſtinorum eſt eorundem tumor à ſanguine &c.*) Inflammantur Inteſtina tam ab ulcere & abſceſſu, quam à cauſis hos affectus facientibus, quæ nihil aliud ſunt quam excrementa digeſtionis ventriculi acria & mordacia, ſua nimirum acredine ac mordacitate inteſtinorum ſpiritum inſitum vellicantia, ipſumque irritantia, unde is inflammatur, æſtumque in ſeipſo concipit: quo inflammato ſubjectum etiam cui ineſt inflammatur; *P. J. Faber Path. ſpag. c. 51.* De Inflammationibus partium quarundam & viſcerum alias egimus, quas ex ſali cruditatum, & hinc ortæ fermentationis vitiatæ, unde fuligines igneæ, ac ſpiritus excrementitii ſulphurei confertim effluentes, calidum nativum inflammant, atque cum furore exorbitantem Archeum reddunt, qui poſtea partem illam in qua reſidet, aut cui inhæret, illius quoque incandeſcentiæ aut inflammationis participem reddit.

Eadem igitur ratione, imo multo magis citiuſque, Inteſtina quoque, tanquam excrementitii oneris conceptacula, inflammationem ob ſulphuream naturam, quam alioquin excrementa illa obtinent, concipere poſſe, vel ſponte in ſenſus incurrit. *Chr. Langius.*

3. *Autumno*) Autumni temperatura (teſte *Galeno, initio l. 1. Epid.*) eſt ut ſit magna ex parte frigidus & ſiccus, etiamſi inæqualis ſit: quippe per noctem & mane frigus urget; meridie æſtus, rurſus veſpertino frigus: Hoc quidem accidit Autumno magna ex parte, alioquin temperaturam ſuam non ſervat; Autumno igitur magna cacochymia eſt inquit *Galenus 6. Epid.* eaque duplex, altera à bile, quæ æſtate exuſta eſt; aſſata & craſſior facta; altera à pituita cruda & craſſa; quæ quidem colligitur multa, tum propter fructuum autumnalium uſum immodicum, & frigidæ potionem, tum quia ab horum fructuum, atque herbarum crudarum eſu, potuque aquæ frigidæ frequenti, calor nativus ventriculi redditus eſt per æſtatem debilior; Præterea humores vitioſi, qui per æſtatem à calore externo ad cutim attrahebantur & difflabantur, autumno ob aëris ambientis frigiditatem confugiunt in profundum corporis & ad medias venas: His accedit quod per æſtum vires ſunt redditæ imbecilliores, adeo ut humores malignos nequeant evincere, Denique nullam queas notare partem anni qua natura ſic ita infirma atque in autumno; Nil ergo mirum ſi hac parte anni, dum imbecillis viribus cruda illa pituita, craſſiori bili permixta, ſeſe confert in venas & principes corporis partes parit pertinaces obſtructiones, unde febres acutiſſimæ, h. e. celerrimæ (ut etiam finiantur ſæpe die quarto) vel etiam vehementiſſimæ: *Hollerius comm. in aph. 9. ſect. 3.*

4. *Ob tenuitatem ſanguis præſertim afflait*) Autumno æſtas præcedens fregit vires, bilem procreavit contumacem ac torridam, acceſſit diætæ vitium ab opora, ac propria autumni vi natura ſtupet, ex inæquali quo contuitur eo tempore humorum motu; Unde hoc tẽpore maxime eveniunt morbi internarũ partiũ, quod frigore inæquali ad interna ſe vertant ſucci: *Heurnius comm ad cit. aphor.* Atque hæc eſt potiſſima ratio (converſio inquam ſuccorum ad interiora) Cur autumno inflammationes accidant; potius quam tenuitas ſanguinis, Autumno enim, ab æſtu præcedente craſſefactos eſſe ſuccos omnium eſt conſenſus: Acidumque tum temporis dominari ajunt, quod præcipua coagulationis humorum & hinc inflammationis eſt cauſa.

5. *Curatio*) Ut hæc inflammatio tollatur & tepeſcat, oportet ut excrementa illa, quæ ſpiritum irritare ac inflammare ſolent, foras ejiciantur, id quod *purgatione mercuriali*, nempe *mercurio dulci* præſcripto ad ʒj. *cum* ℥j. *conſerv. violar.* ſummo mane propinato, ac ter vel quater iterata dozi expediri poteſt, Vel præſcribatur *aqua mercurialis* ad quantitatem guttarum x. vel xii. in aqua laudati fontis data, & fiat Potio gratiſſima, quæ ſine dolore nauſea ac torſione ulla omnia excrementa foras ejicere, & quaſcumque inflammationes temperare & corroborare partes ipſas cum ſpiritu earum inſito ſolet: *Spiritus* etiam *nitri, vitrioli & ſalis comm. ſulphuriſq;* loco aquæ mercurialis, depuratæ ac ſepties deſtillatæ; exhiberi ſolent, Vicarias enim aquæ mercurialis vires poſſident, ſed ita ut aqua communi aut juſculis temperentur. *Faber.*

Qui inflammatum hepar ac lienem, aliaſque partes p. n. flagrantes decenti modo curare, atque ad naturalem temperiem, priſtinique vigoris quietem reducere didicit, is faciliori negotio incendium, quod inteſtinis forte contigit, iiſdem medicamentis, præſertim vero *aqua ſeu eſſentia illa mercuriali*, cujus virtutem admirari licet, temperare poterit; Tantum de Purgante hoc mercuriali ex *mercurio dulci* parato monemus, quod rectius ejuſdem uſui alterans aliquod præmittatur; poſtea vero illud, modo rite recteque præparatus ſit mercurius iſte dulcis, tuto exhiberi poterit, ſed ita tamen ut dozis ultra ʒß. non extendatur, ſicuti etiam conſervæ ℥i. vel ℥ii. ſufficere poſſunt; quoniam paucitas medicamentum, præſertim purgans, valde commendat.

Ex omnibus illis ſpiritibus mineralibus ab Authore hic commendatis (vicarios aquæ mercurialis, quæ raros habet poſſeſſores) unum eligere & adaptare penes Medicum ſit, à facultate ſua, qua vitioſam fermentationem potenter præcipitant, atque ſic ejuſdem incendium, ignearum fuliginum flammas continuo eructans, extinguunt. quam optime jam nobis cognita & amata exiſtunt, Poterunt exinde Julepi duntaxat cum aqua fontana fieri, addito pro delicatis ſacchraro; aut cum juſculo carnis pro libitu aliquot guttæ hujus vel illius ſpiritus ad gratum acorem uſurpari: At nequaquam iſti ſpiritus invicem confundi & ſimul commixti porrigi debent, quum quivis ex illis ſpiritibus excellenter activus ſit: Si itaque duo concurrant, fit ut nobilis agendi facultas infringatur, atque ſic non parum de virtute ſua ſpiritus illi amittant. *Chriſt. Langius p. 459.*

6. *Curatio eſt ad aliarum &c.*) Inflammatio inteſtinorum curanda eſt *venæ ſectione* frequenter repetita ſi vires ferant, tum in brachio tum in pede; *Cucurbitularum* admotione inguinibus cum ſcarificatione, *Clyſteres* etiam emollientes & refrigerantes inijciendi erunt, E. g.

℞. *Rad. alth.* ℥ii. *fol. malvæ, violar. ãã. m. j. ſemin. cucurb.* ℥ß. *ſemin. lini & pſyll. ãã.* ʒij. *flor. nymph. & roſar. ãã. p. j. flor. chamom. p. ß. fiat decoctio, in cujus* ℔j. *diſſolve ol. roſat.* ℥ii. *caſſ. r. extr.* ℥j. *f. Clyſter. In progreſſu addendum erit oleum violac. & chamæmel.*

Prædicta emollientia in *oxycr.* decoqui debent: Vel *lac* recenter mulctum cum pauco *ſacch. & album. ovi*, vel *mucilag. ſem. pſyllii* ℥j. ad dolorem leniendum injici poterit.

more hordei; ex illius mundati decocto expreſſo, addendo *butyr. rec.* & *ſacchar.* parum.

Ex *oxycrato* ſimplici poteſt parari clyſter, & ſingulis diebus injici, quod ad inflammationem inteſtinorum cohibendam plurimum valet.

Inunctiones fiant ex *oleo violato, amygdal. dulc.* & *chamæm.* additis *mucilag. ſemin. lini, fœnugr. cydonior. axungia gallinæ, anatis* & *butyro recenti.*

Tum etiam *Fotus* admoveantur ex decocto ſimplicium pro Enemate deſcriptorum.

Tum ex *Oxycrato* ſimplici fotus in principio præſcribi poterunt, In progreſſu vero prædicta ſimplicia in oxycrato decoquantur.

Cataplaſma ex reſidentia ejuſdem decocti, vel ex *far. hordei, fœnugr. lini*, cum *butyro*, axungiis prædictis & oleis compoſitum.

Ac denique aquæ dulcis *Balneum* tepidum erit conveniantiſſimum, in quo emollientia & refrigerantia bullierint.

Poſt venæ ſectionem exhibeantur *olei amygdal. d.* ℥ij. ad dolorem leniendum, & ſi dolor valde urgeat, ad narcotica erit veniendum.

Si *vomitus* non adſit, provocandus erit hauſtu aquæ tepidæ cum oleo *violac.* eo enim purgantur ſuperiora, & humores revelluntur ad partem affectam defluentes.

In toto morbi decurſu propinandi ſunt Julepi & Emulſiones in ventriculi inflammatione propoſitæ.

Potus ſit *aqua hordei*, Et initio morbi abſtineat æger ab omni alimento per xxiv. horas, ut materiæ morbificæ portio abſumatur, poſtea juſculum pulli exhibeatur, Summa enim cura tractandus eſt hic affectus, quia ut plurimum lethalis eſt: Præcipuum autem curationis negotium in *Abſtinentia* verſatur, idque exemplo à vulneribus inteſtinorum deducto, qui enim ita vulnerati ſunt pene fame conficiontur per xl. dies, Hoc igitur affectu laborantes per 4. aut 5. dies tria tantum cochlearia juſculi ſumant ſingulis diebus, ut vomitus impediatur, qui graviter auget morbum: adde quod exhibitum alimentum nullum ſolatium affert ægro, non enim in nutritionem cedit, ſed plane corrumpitur, & chylus à ventriculo in inteſtina prolabens cum excrementis retentis permiſcetur & vomitionem auget: In Potu paulo major poteſt eſſe libertas, quia facile tranſit ad hepar, & illius materia morbo expugnando idonea eſſe poteſt, ſi oxycratum exhibeatur valde temperatum, & in parva quantitate. *Riverius, cap. de Iliaco dolore.*

Hirudines ſedi, Cucurbitolæ ſcapulis; In magno dolore magna cum multa flamma abdomini applicanda. *Rolfincius.*

7. *A Purgantibus plane abſtinendum*) In *mercurialibus* tamen apicem curationis ponunt *Faber* & *Langius*, Vide ſupra §. 5.

8. *Alia in craſſis*) Inflammatio in tenuia inteſtina non ſæpe incidit; at in craſſiora, quæ ſanguine multaque carne prædita ſunt frequenter, maximeque in id quod *Rectum* appellant. *Fernelius.*

9. *Et in qua dolor*) Dolor in primis acer iſque lancinans, non ut in dyſenteria, aut corradens, aut vagus, aut intermittens, ſed in una eademque ſede defixus conſtanſque premit, Febris quam in dyſenteria ardentior, eaque dum pus conficitur exaſperatur, & inæquali rigore fatigans: Deſidendi cupiditas inanis, & qua præ obſtruentis tumoris magnitudine nihil minimumve dejicitur: In dyſenteria vero nonnihil atque etiam creberrime. Dolorem vel anodynus clyſter mirum in modum exacuit, quod tumorem comprimat, In dyſenteria compeſcit atque demulcet, acri humore detecto. *Idem.*

Cap. XXII.

De Inteſtinorum anguſtia.

1. ANguſtia inteſtinorum [2] ex eo præcipue *cognoſcitur*, quod fæces alvi non recte per alvum excernantur.

Differentias pro ratione cauſarum ſortitur.

I. Alia eſt *ab externis adſtringentibus & exſiccantibus*, ut [3] cydoniis, & aliis, quæ ex relatione ægri & adſtantium cognoſcitur.

In curatione humectantia & emollientia, pinguia, &c. requirit.

II. Alia à *Fæcibus induratis* obſtruentibus, quæ [4] *cognoſcitur* ex eo quod nullus ſit tumor, dolor, fæces tamen non excernantur.

Oritur eo præſertim loci ubi tenuia deſinunt & craſſa terminantur, [5] vel à materia ſicciore & potu minus diluta; vel à vicinarum partium calore, quicquid humidum eſt exſugente.

[6] *Curatur* lenientibus, *balneo aquæ dulcis* cum herbis emollientibus, *pinguedine de anſere* aſſo, cum clyſtere infuſo, inflatione inteſtinorum per follem, quam clyſter fortis cum dr. ſ ſalis gemmæ inſequi debet.

III. Alia [7] ab *Inflammatione*, de qua ſuperiori capite dictum: vel tumore viſcerum aut meſenterii premente; quæ frequens.

IV. Alia ab *Inteſtinorum* coalitu, ſeu per ortum ſeu poſt ulcus, quæ incurabilis eſt ferè, niſi ani meatus membrana duntaxat obſtructus ſit, qui inſtrumento aperiri poteſt.

V. Alia ab *Hernia*, [8] *calculis, vel vermibus*: de quibus infra dicetur.

VI. à [9] *Pituita craſſa* & *viſcida*, quæ

Cognoſcitur ex eo, quod cauſæ eam generantes præceſſerint, cruditas, alvi tarda dejectio, flatus plurimi adſint.

10. *Oritur* vitio victus & debilis inteſtinorum caloris ; & ſi diu ibidem hæreat, ita craſſeſcit, ut inteſtina prorſus obſtruat.

11. *Curatur* pituitam incidentibus, 12. & clyſteribus acribus, de quibus vide caput de Colica.

1. *Anguſtia inteſtinorum*) Obſtructio inteſtinorum ad illos pertinet affectus qui in excrementorum indebita abductione conſiſtunt, Quæ ipſa excretionis actio, licet revera ſit accidentalis, tamen ad tuendam ſanitatem ac conſervandam vitam non minus neceſſaria quam principalis exiſtit ; unde videmus etiam naturam propterea peculiares partes, earumque non incongruum apparatum molita. : Hanc autem inteſtinorum obſtructionem alio Practici termino prorſus exprimere conſueverunt, ubi gemina rurſus loquendi ratio occurrit, dum quidam hunc ipſum p. n. affectum tanquam morbum, quidam vero ut ſymptoma conſiderant, Illi Inteſtinorum Anguſtiam vocant, quam non tantum inteſtinorum incurabilis coaleſcentia, item inflammatio aut hernia, verum etiam fortiter adſtringentia & exſiccantia, necnon fæces induratæ aut excrementa craſſa ac viſcidiſſima inducere queant ; Hi vero adſtrictionem ſeu retentionem alvi, à quacunq; etiam cauſa ortam nuncupant; *Chr. Langius Path. Anim p. 448.* De Alvi adſtrictione diſtincto capite etiam mentio fiet.

2. *Ex eo præcipue cognoſcitur*) Obſtructio aut alimenti prolapſionem, aut fæcis dejectionem, quæ præcipuæ ſunt inteſtinorum functiones, interpellat. *Fernelius*,

3. *Ut cydoniis*) Septennis puella diarrhœa correpta, quum per dies complures ſubalbidam ac putrem oliditamque materiam indolenter alvo redderet, diuturnitatis ejuſmodi fluoris pertæſa, ejus av a conſilium de cohibedo cum aliis mulierculis cepit: In eam rem cydoniato larga manu exhibito, ſic eſt ejus uſu alvus repreſſa, ut eo die & ſequenti nocte nil omnino reddiderit, ſed excitatis ſævillimis ventris doloribus & tormonibus uſque eo intumuerit, ut hydropica derepente evaſiſſe putaretur: Accitus Medicus, quid rei eſſet ſuſpicatus, clyſmatis primum levibus, dein etiam acrioribus identidem alvo noxiam materiam foras evocare, tum dolores lenire tentat, ſed id fruſtra, invaleſcentibus quippe doloribus immanibus cum crebris animi deliquiis, tandemque liquidioris ſtercoris vomitione intra biduum miſerabiliter extincta eſt, Aperto corpore Cæcum inteſtinum coanguſtatum conſtrictumque adeo, obhæreſcente, interioremque ductum obturante *cydoniato* deprehenſum eſt, ut illac nullo modo prorſus quicquam poſſet pervadere &c. *Fernelius.*

4. *Quæ cognoſcitur*) Evidens hæc cauſa anteceſſit, nullus ſubeſt dolor nulluſque tumor. *Fernelius.*

5. *Vel à materia ſicciore*) Obſtructio inteſtinorum interdum fit à reſiccatis obturatiſque fæcibus, quæ in illorum anfractibus reconditæ exturbari vix poſſunt; Siccantur vero quoties tarde deſcendunt, aut quum forenſibus negotiis aliiſve occupationibus coercitæ ſurſum remeant. *Fernelius.*

6. *Curatur lenientibus &c.*) Si alvi obſtructio eſt à fæcibus induratis, *Enemata* valent, Vel *omentum* cum *inteſtinis vituli*, coque cum multo brodio, velut impoſiturus menſæ; Quod ſi fervens ſellæ ſupponitur & vapor ano excipitur, paulo poſt ſcybala eiiciuntur, & obſtructio ſolvitur; quæ deinceps emollientibus expediri in totum debet. Inter quæ vel primum locum habet cremor *tartari*, ſi aliquot diebus ſæpius in juſculis exhibeatur ad ℥i. vel ℥iß *Hartmannus Pr. c. 145.*

7. *Alia ab inflammatione*) Obſtructio interdum, ſed admodum raro fit à Tumore præter naturam, in inteſtini ſubſtantia orto, qui nonnunquam eo uſque increſcit ut ejus ductum viamque impleat. *Fernelius.*

Si à tumore eſt obſtructio alvi, Enema ſpecificum fit ex *lactis & olei olivar.* ãã. ℔ß. *Hartmannus.*

8. *Calculus*) Craſſior pituita in Cœci aut Coli inteſtini cellulis coërcita nonnunquam concreſcit in calculos, quales ſæpe vidimus mole nucis juglandis, Et in quodam magnitudine nucis caſtaneæ, Et in quodam magnitudine nucis caſtaneæ 4. aut 6. quoque die, dolore nullo exturbari. *Fernelius.*

8. *Calculus*) Licet rariſſime contingat fæces alvi ob diuturniorem moram lapideſcere, ſive in calculum indurari, tamen ante ſexennium hujuſcemodi caſus mihi occurrit, Nempe Sacerdos apud Variſcos, gracilis conſtitutionis, per integrum annum nil niſi arenoſa excrementa quotidie dejiciebat, adeo ut illa tam veram arenę formam quam ſcabritiem ac duritiem oſtenderent, Tandem eo perventum fuit ut integri etiam lapilli, in magna ſatis copia, magnitudinem piſi, imo fabæ, æquantes, cum magna dolorum atrocia aſſiduo excernerentur, Abdomen ejus quando tangebatur, & tactu hoc pauliſper movebatur, ſtupendum ſtrepitum edebat, non ſecus nimirum ac ſaccus lapidibus oppletus facta agitatione colliſivum ſonitum reddere ſolet.

Cauſam hujus morbi, & tantæ tamque perpetuæ calculorum arenarumque copiæ nemo è Medicinæ codice, aut naturæ campo petere audebat, ſed quivis, ut & ipſe Patiens, magicas præſtigias conſtanti gemitu hic potius incuſabat, morbumque ſupernaturalem lugebat, ſicuti revera & ego omnia, utut egregie probata ac pretioſa remedia, plane incaſſum tunc exhibita experiebat, donec beata analyſis tam horrido morbo exoptatam adduceret medelam ac finem : Dignum curioſa inquiſitione hoc cadaver fuiſſet, niſi magni ponderis circumſtantiæ id prohibuiſſent. *Chr. Langius p. 449*

9. *Alia à pituita craſſa, & viſcida*) Interdum craſſa, lenta, vereq; gypſea pituita, quæ ſenſim copioſior collecta, firmiuſq; inteſtinis adhæreſcens omnem eorum capacitatem replet : Supervacanea quidem pituita in cerebro, in ventriculo, & in inteſtinis gigni conſuevit, ſed in cerebro tenuis & aquoſa; In his vero craſſa atq; lenta; hæc enim peculiare eſt ventriculi & inteſtinorum excrementum, non fæx alvi, quippe quæ cibi excrementum eſt commune. Etenim quum illorum ſubſtantia frigida ſit atque membranoſa, craſſum eetre ac viſcoſum de ſe excrementum proferet, quale eſt, pituita lenta, Hæc igitur ſecundum naturam gignitur concreſcitque in inteſtinis, è quibus cernitur alias ſponte fæcibus circumjecta deſcendere, alias clyſtere manifeſte deduci, alias dyſenteriæ vi corradi : Quum autem parcius ea vacuatur, ſenſim aucta caloris vi ſic tandem craſſeſcit ut prorſus obſtruens, inteſtina quaſi infarciat, fiatque latentium difficiliumque morborum cauſa,

Caroli Quinti Imperatoris Legatus quidam dolore torquebatur, nec non tumore à dextro hypochondrio per ima ventriculi in ſiniſtrum exporrecto; Huic quum ſexennio toto remedii genus omne tanquam emolliendo ſcirrho adhibitum fuiſſet, injecto tandem acriore clyſtere durum ac firmum quidpiam medio ductu pertuſum pedis longitudine detractum eſt, quod ille inteſtini portionem eſſe metuebat, Sed quum repente levatus eſſe videretur, adhibito conſilio, iterum ac tertio clyſtere prolutus eſt, rurſuſque ſimili evulſa materia, continuo priſtinæ eſt reſtitutus valetudini.

Alteri cuidam ſimilis, ſed gravior affectus alvũ prorſus cohibuit, qui tandem ventre ſupra modum intumeſcente deceſſit è vivis, inventumque eſt Colon inteſtinum uſque adeo infarctum pituita concreta, ut ſolidum

prorſus cenſeretur, nihilque omnino fæcis in alvum delabi fineret; Hæc igitur mala concreſceos pituita e[illegible]r, qua exuperante animus vireſque laogoeor, ventriculi cruditas adeſt, tardaque alvi dejectio, flatus plurimus obmurmurat, venter friget, ac ooonunquam dolore premitur. *Fernelius.*

Pituitam iſtam *mucum Inteſtinalem* vocant Neoterici; De ortu ſic *Franc. Zypaus in Fundam, Medicinæ artic. 16. 1.* Mucus inteſtinalis eſt viſcida & glutinoſa materia inteſtinis interius obducta, §. 2. Non caret omnino illa ventriculus, magis tamen eſt in inteſtinis. § 3. Ejus materia eſt humor pituitoſus qui ad glanduloſam inteſtinorum tunicam per arterias deductus per illam à ſanguine ſeparatur, & in cavitatem inteſtinorum tranſudat.

De hoc eodem muco Inteſtinali ſic *Joh. Conradus Peyer, Exerc. 1. de Glandulis Inteſtin. cap. 2. in fine.* Illud viſcidum inteſtinorum parietibus interne adhæreſcit, muniminis aut propugnaculi vicem præſtare, cavendo ſcilicet ne ſalinarum ſulphureatumque particularum cum ſpiritu acri colluctantium ſpiculis compunctæ aut vellicatæ nerveæ inteſtinorum fibræ doleant; Atque ita hæc ſe habere inde fit veroſimile, quod ſemper magna muci inteſtinorum copia circa plexus glanduloſos inveniatur; imo in Ilei extremo contenta jam aliqualem fæcum conſiſtentiam nata, muco hujuſmodi viſcido penitus obductam ac incruſtatam vidimus. *Etc. 5.* Pituita hæc in craſſis inteſtinis tenacior eſt quam gracilibus. *Plura vide elegantiſſima toto illo Tractatu* de Glandulis inteſtinorum.

10. *Oritur vitio victus &c.*) Frequentiſſima obſtructæ alvi, ſeu adſtrictæ immorigeræque cauſa eſt accumulatio ſumme viſcidorum & craſſorum excrementorum, quam excrementitiam ac lumlentam glutinoſæ mucilaginis tenacitatem hactenus tartarum ſeu tartaream ſaburram nominare medeotes amarunt; dubio ſine quod partes illæ terreſtres, quæ in prima alimenti aſſumpti concoctione remanent, & à ſanguinis natura longiſſime abſunt, cum aquoſa ſeu phlegmatica dicti alimenti portione (non enim omne ſerum per vaſa meſaraica ad ſanguinis rempublicam tanquam vehiculum ejus tranſit) commixtæ talem maſſam craſſam viſcidamque, tartaroque viſcidulo non adeo abſimilem conſtituant, quæ tractu temporis, & accedente diuturniori mora per corruptionem, quæ prompte poſtea ſuccreſcit; majorem ac contumaciorem, imo velut gypſeam ſeu vitream plane viſciditatem adquirit, unde non tantum ab hujus nequitiæ excrementis latera inteſtinorum interna. quaſi incruſtantur, iiſdemque coli cellulæ vehementer opplentur, verum etiam aucta horum excrementorum, inteſtinis firmiter ſic adhærentium congeſtione, internam eorum ſuperficiem velut compingunt, adeoq; viam illam naturalem, per quam natura ſe alioquin commode exonerat; valide demum penituſque occludunt. *Chriſt. Langius.*

11. *Curatur pituitam incidentibus*) Obſtructio inteſtinorum ſi à pituita eſt, ſolvitur medicamentis paſſim apud Authores obviis: mirabilis eſt *eſſentia meliſſæ* ad ℈j. ſumpta cum *oleo aut ſpir. juniperini guttis tribus* Quarum protinus expurgare oportet *extracto colocynth. aut agar. cum ſpir. vini* vel *aqua cinnam.* vel *reſina ſcamm.* aut *panchymagogo vegetabili.* Ex *ſuppoſitoriis* laudabile eſt quod fit ex *mellis* ℥j. & *rad. helleb. n.* ʒj. Hoc quoque in pueris utile. Clyſterem ſi vis

℞. *Croci metall.* ʒj. *aut* ʒ. ß. *incoq; in decocti merc.* ℔j. *decocto adde butyri rec. vel ol. oliv.* ℥j. Hujus etiam uſus eſt in fæcum duritie. *Hartmannus. Pr. Chym. cap. 41.*

12. *Clyſteribus acribus*) Curatio obſtructionis inteſtinorum fit potiſſimum *purgatione noſtra Mercuriali, & antimoniali*, Cætera enim purgantia flocci pendenda ſunt, quia nullius ſunt virtutis, & efficaciæ, quod blandiantur ſolum & palpent morborum cauſas, nullo autem pacto radices eorum funditus evellant, velut longa experientia id didici; Hæc autem medicamenta noſtra, etſi corpus in nonnullis delicatæ texturæ hominibus exagitent & perturbent, nihilominus tamen poſt nubila Phœbus, & poſt tempeſtates quies & tranquillitas exoritur. Clamant quidem Galenici hæc medicamenta, etſi perquam optime præparata, violentiſſima eſſe, quæ Natura abſque læſione manifeſta pati non poſſit, ſed Philoſopho ridiculum hoc videtur, nam etſi aliqua ratione hinc lædatur facili tamen via à læſione illa poſtmodum ſublevatur &c. *Petrus Joh. Faber Path. ſpag. c. 49.*

Circa Purgantia illa, atque cum generoſa virtute operationem ſuam præſtantia, cuncta ſe recte ſub veritatis confirmatæ teſtimonio habent, ſicuti etiam nos illa cathartica nullius momenti eſſe pronunciamus quæ ſaltim palpamenta aggerunt, ac blande movent non vero promovent, modo clyſteres probe abſtergentes, & craſſiora obſtacula removentes (quales ſunt noſtrates cum *liquore noſtro virgineo*, *vel mercuriali aceto ſtillat.* facti, qui viſcidiſſimas etiam alvi fæces attenuare, reſolvere ac potenter ſubducere valent) in anteceſſum adhibeantur, ſic enim via non tantum ex voto patula redditur verum etiam Natura ex parte jam remoto onere liberior facta, cum pharmaco potentius poſtea cooperari, & proinde purgationis effectum deſiderata felicitate ſic adornare poterit.

Hermeticorum armorum apologia, quam dixit hic loci *Faber* appoſita omnino eſt, imo quilibet qui acetum in pectore habet; jam dudum cognovit Purgantia generoſa, & magnifice agentia, non citra quandam virium jacturam ac moleſtiam operationem ſuam exſerere, quæ tamen vel ſponte redeunt poſtmodum, imo robuſtiores longe evadunt; Medico igitur optimis adeo curandum ut ſecurim artis ſuæ ad radicem vitiatæ arboris ponat, illamque ſerio, nulla difficultate, ſi vitæ periculum dunta-xat non portendant, exſcindere conetur, ſic enim frutices ac ſtolones non amplius neque tam facile repullulabunt, &c. *Chriſt. Langius Pathol. An. p. 449.*

Cap. XXIII.

De Vermibus.

Definitio.

1\. V*Ermes* [2]*ſunt animalcula vermicularia,* [3]*toto genere præter naturam* [4]*in inteſtini,* [5]*ex craſſo, lento & viſcido humore,* [6]*principium vitale ſui generis in ſe habente, à calore viſcido* [7]*per putredinem ſuſcitato, genita,* [8]*functiones inteſtinorum impedientia.*

1\. *Vermes*) Appellari ſolent in genere [illegible], quæ tamen vox proprie ſpeciem vermium teretem & rotundam notat, authore *Galeno 14. m. m. c. 17. & 18. Hippocrates* vocat in Coacis [illegible] & [illegible] ob ferocitatem

ſcilicet

ſcilicet quam frequenter in homines exercere ſolent: Apud Latinos *Lumbrici* indigitantur à lubricitate, addita plerumque denominatione partis affectæ, ſeu ſitus, nempe Ventris, *Stranſſius Palæſtr. Med. p. 3.67. m. 10.*

Vermes dicuntur aut à verrendo, aut vertendo teſte *Iſidoro* quaſi verrentes aut vertentes, quod in multas partes ſe vertant, & torqueant dum repunt; vel quia verrunt, id eſt, ut *ut ipſe explicat*, ad oppoſitas partes ſe trahunt; *Rolfincius Epit. l 3.c.20.*

2. *Vermes ſunt animalcula &c.*) *Vel*, ſunt animalia toto genere p. n. in inteſtinis, ex humoribus tum excrementitiis, tum præcipue alimentaribus putreſcentibus, opera caloris progenita; functiones inteſtinorum impedientia. *Stranſſius.*

3. *Toto genere p. n.*) A nonnullis ambigitur ad quod genus affectuum p. o. Lumbrici ſint referendi? omnem tamen dubitationis anſam auferemus dicendo ſub diverſo reſpectu ad omnia genera referri poſſe, prout enim inteſtina vellicant & pungunt, vel obſtruunt, alioſve morbos producunt, cauſæ morbificæ dici poſſunt: Prout vero ſunt ſubſtantiæ, ſuperadditæ iis quæ naturaliter in inteſtinis contineri debent, inter morbos in numero aucto *toto genere p. n.* à *Galeno* accenſentur, ſicut & calculus: Ac denique, prout per alvum excernuntur p. n. aut etiam per os, ad vitium Excretorum ſunt referendi. *Riverius.*

4. *In inteſtinis*) Repériuntur quidem vermes in variis corporis partibus, In capite, oculis auribus, naribus, ſub lingua, dentibus, pulmonibus, mammillis, corde, hepate, veſica fellis, ſub cute, in cute, dicunturque *Sirones*, *Platerus* vocat *Chirones*, quod volas manuum plerumque pruritu infeſtare ſoleant. Hic tamen potiſſimum agitur de vermibus inteſtinorum.

4. *In inteſtinis*) Proximum Vermium, prout à nobis nunc conſiderantur, *Subjectum* ſunt *Inteſtina*, Ventriculus interim, ob vicinitatem hujus, in ſubjecti ſocietatem ſuſcipiendus videtur. Vrgentibus hoc; *proximum* tamen & *principale* nunquam eſſe reſpondemus, Inteſtinorum enim inquilini, imo peregrini potius hoſpites ſunt, quos inveſtigamus, Vermes; qui licet pleraque inteſtinorum perreptant, non uniformiter tamen ſingula affligunt, Generantur, inquit *G. Bravo Reſol pag.376. Lati* per omnia inteſtina. *Teretes* in ſuperioribus, *Aſcarides* in inferioribus: Confirmantur hæc experientiæ fide & αὐτοψία anatomica, in cadaveribus ex Vermibus defunctorum, in Colo præſertim vermes generari, qui interdum ad ventriculum uſque ſerpant, & vomitu rejiciantur. *Stranſſius.*

4. *In inteſtinis*) Cur hæc humiditas à ſpiritu lucis, potius ad vermes quam alia animalia generanda moveatur? hoc ex proprietate quadam naturali inteſtinorum dependet, quæ cum oblonga ſint, & humiditas illa viſcida ac glutinoſa, ex qua vermes generantur facili via extendatur in longum, fit inde ut vermes oblongi etiam generentur; Si vero tam facile non extendatur, & in latitudinem protendatur, Lati hinc fiunt vermes; Quod ſi minutim dividatur iſta humiditas, minuti etiam vermes producuntur; adeoque hoc pendet ex proprietate loci ac diſpoſitione materiæ: Semen enim & uterus, ſeu locus, diſponunt generatum vel productum ad talem vel hanc particularem productionem. *Faber.*

Natura nempe ad generationes rerum, ita diſpoſita eſt, ut ubicunq; reperierit diſpoſitionem, id eſt calorem, (actionis cauſam, ſeu efficientem) cum proportionata humiditate ſeu mucore, (paſſionis ſubjecto, ſeu materia) ibi mox, animal aliquod generet & excludat, Quum itaque in inteſtinis excrementitii ſint humores ſui generis, calidum innatum, ſeu ſpiritum lucis continentes, potiſſimum ſcateant, fit ut conſimile, hoc eſt vile & excrementitium aliquid, nempe monſtroſa hæc verminoſæ prolis ſpurcities ibi generetur, adeoque non immerito inteſtinorum naturalis proprietas, & humorum ibi contentorum moles hic attendenda venıat; *Chriſt. Langius. Pathol. Anim. p.474.*

4. *In inteſtinis*) Frequentius hæc occupant, ex quibus præterea à pleriſque putantur in alias partes permeaſſe, at quomodo in cor ejuſque pericardium, in cerebrum, pulmones, venas, cyſtin felleam, veſicam inde diſceſſerint, haud facile capio. *Lucas Tozzi. Prax. l.3. p.133.*

5. *Ex craſſo, lento & viſcido*) *Materia* eſt crudus humor pituitoſus, ſimplex, vel cum bile & melancholia miſtus, Imo & præcipue *chylus* ex ſe crudus materiam generationis vermium ſuppeditare poteſt, mediante putredine. *Rolfinkius Epit.p.315.*

Non pauci *humores* duntaxat *excrementitios* hic agnoſcunt, ſubſcribentes *Avicennæ*, qui pituitam, quando in inteſtinis caleſcit, putreſcit, atque ibidem conſiſtit, Lumbricorum materiam eſſe pronunciat; Verum enim vero, ſi corporum conſtitutionem, in quibus lumbrici generantur, conſideremus ſtatuendum potius videtur non præcipue *ex humoribus pituitoſis* excrementitiis alimentariis admiſta ipſis *chyli portion*, vermes generari, ut notat *Sennertus* Sic etiamſi ex *ſanguine* vermes generari quidam negent, eo quod ſit humor temperatus, quo natura ad nutritionem utitur, non tamen dubitat *Sylvius l.1.cap.55.* vermes *in renibus* generatos ſanguini ibidem corrupto materialiter adſcribere.

Firmiori quidem videntur inniti argumento, qui ex humore calido & acri, qualis eſt *bilis*; ut & frigido & ſicco, qualis eſſe *melancholia* fertur, hæc gigni inſecta poſſe inficiantur, ſiquidem acria & amara minus putreſcunt, vermeſque necant; frigida vero & ſicca à vitæ principiis plane remota ſunt.

Interim cum hic non tam ad *qualitatem manifeſtam* ſemper quam ad occultum potius principium, & peculiarem materiæ diſpoſitionem, reſpiciendum ſit, melius plerique, & multo veriſimilius ex quolibet humore vermes generari poſſe ſtatuunt, ubi *chylus* primas fere partes obtinet. *Stranſſius.*

6. *Principium vitale ſui generis*) Ut illorum evitemus tela, qui *calorem* nec *coquentem*, nec *putredinalem*, vel quocunque tandem modo vocent, per ſe ſuiſque viribus ſubſtantiam ſemetipſo meliorem producere poſſe contendunt, nequaquam inficiamur *occulta* inſuper adeſſe Lumbricorum ſeminia, quæ occaſione loci, caloris, & inchoatæ putredinis, excitentur fœtuſque vivos excludant, cum virtus iſta ἀγαθὴ formam ſeu *agens principale* ſupponens, id non obſcure innuat. *Stranſſius.*

7. *Principium vitale ſui generis*) Ventriculus & Inteſtina generant Lumbricos ex humiditate corruptibili qua potiſſimum abondant; Hæc autem humiditas habet ſecum aliquid ſpiritus lucis, cujus beneficio incaleſcit; eſt enim Luci ſuus calor innatus ſeu materialis, cujus beneficio agitatur & ad quaſcunque generationes movetur: Cur autem hæc humiditas à ſpiritu lucis ad vermes potius quam alia animalia generanda moveatur, ſuperius §. 4. declaratur. *P. Joh. Faber Gath. Spag. c, 54.*

Ex univerſa artis Medicæ hiſtoria conſtat tam inter præcipuas quam ancillantes ac minus principes corporis humani partes, à quibus interacuranei etiam receſſus non excluduntur, Vermium fœturam pullulaſſe, præſertim vero in ventriculo & inteſtinorum voluminibus, ex putredine è depravato alimento contracta mox hujuſmodi animatam progeniem fuiſſe prognatam: Atque ex hujuſmodi corrupta, ſeu porrilaginoſa

dine, præſertim in inteſtinis, oriri animalcula ventricularia cuivis notum.

Sed unde ex putredine hæc *vitalitas*, ſeu *animatio*, proveniat, non adeo clarum eſſe videtur: Dogmatici iſtum humorem aliquod principium vitale ſui generis in ſe habere, illudque à calore vivido (non intenſo, ſeu magno eo, qui mortificat potius, ſed blando ac velut materno, qui demum ad generationem idoneus eſt) per iſtam putredinem ſuſcitari, & ſic vermes illos progigni aſſerunt: Quod ipſum ut rectè aſſertum pronuntiamus, ita *Faber* dilucide magis hoc thema explicaſſe hic videtur, dum humiditatem illam nunc accuſatam *aliquid lucis* aut *calidi innati luminoſi* in ſe continere ſtatuit, cujus beneficio hæc agitatio, ſeu potius fermentatio, ac fermentans corruptio, ad generationem diſponitur atque movetur: Rectè, inquam, omnia hæc ſe habent, utpote quæ nos ad rerum generandarum penitiora adyta optime manu ducere poterunt; Nihil enim noſtro quidem animo, utut etiam excrementitiæ malitiæ infamia notatum id ſit tam obſcurum quin in ſe habeat aliquid claritatis, nihil tam impurum exiſtit, quod non aliquid puri in centro ſuo foveat; nihil tam venenatum quod non ſalubritatis quoſdam radios ſpargere poſſit; nihil tam morbidū, quod non quoque ſanitatis quiſpiam reconditum exhibere poſſit; nihil tam mortuum deprehenditur quin vitalitatis aliquod ſeminium oſtendere queat, ſeu vitale principium poſſideat, nihil tam frigidum, quin quaſdam caliditatis ſcintillas emittere poſſit; nihil tam putridum ac corruptum quod generationis deſideratæ ſpem offerre non valeat; adeo ut ex ipſa etiam putredine vita, omni theſauro pretioſior ſæpe ſcaturire queat: Ergo mirum nullum eſt quod ex humoribus, licet excrementitiis, etiam ac immundis in corpore vivo ſtagnantibus vivum aliquid oriri poſſit, ſicut etiam res quævis, imo ipſum lignum, aut quodcunque aliud mixtum, verminoſam ſobolem, veluti *Kirckerus* in ſuo de *Peſte ſcrut.* ſublimiorem hanc Philoſophiam eleganter deducit.

Rem autem ipſam melius cognoſci non poſſe, quam ſi ad abſtruſiorem rerum naturalium ſapientiam, & magnum Naturæ librum recurratur aſſeveramus: Admirabiles igitur lucis hujus ac ſpiritus effectus exprimere non licet, niſi venerabile creationes opus accuratiſſime conſideretur, ubi ſtatim percipiemus à Spiritu Divino cujuslibet creaturæ virtutem, ac cujuſcunque mixti lucem derivatam eſſe, & a lucidiſſimo verbo FIAT primum ad cœleſtia deſcendiſſe vivificum hoc robur, unde poſtea vegetatio & efficax propagatio, cum aſſiduo ſplendoris vivifici influxu inferioribus omnibus & mixtis quibuſcunque indita fuit; atque hinc in vegetalibus, mineralibus, ac omnibus rebus lucis ſeu ſplendoris illa ſcintilla, à Sacro Sancto Verbo producta deprehenditur, quæ eaſdem verſus metam perfectionis oppido perpetimque promovere poſtmodum ſatagit: Ergo nullum eſt dubium quin humoribus etiam noſtris aliquid de hac vivace & actuoſa luce inſit, quæ ſuum indubitato habet calorem; veluti etiam ex naturali Sophia diſcimus, calorem illum nihil aliud eſſe quam eſſentialem & activam ipſius lucis, ab ejus motu & vivacitate excitatam ortamque qualitatem; quo ipſo lucis igne, licet valde occulto: nihil mobilius & in motu ſuo ad rerum geneſes potentius eſt.

His præſuppoſitis, quomodo Vermes ex humoribus ac ſuperfluitatibus corporis noſtri; ratione lucis illius & ejus portiunculæ progenerari queant faciliori negotio jam exponi poſſe non dubitamus: Veluti etiam hac ratione luculentiſſimum evadit, quomodo omne non tantum vivens, verum quodcunque mixtum quoque habeat cœlum ſuum, h. e. lucidum portionem quandam, ſeu quintam eſſentiam & aſtrale robur, ut loquitur *Paracelſus*, Sed magnum hoc myſterium nonnihil tetigiſſe, ac ſemitam ad altiora levi tori nerva monſtraſſe hic ſufficiat. *Chriſt. Langius Pathol. Anim. c. 54.*

7. *A calore vivido per putredinem*) Illud ſemper inquiſitu dignum, perarduum habitum eſt, unde ortum illi recognoſcerent: Qui à putreſcentibus humoribus genitos credunt, ac potiſſimum à phlegmate in vermem degenerato, ſicuti facillime ab hac difficultate ſe expediunt, ita longe nimis à veritate aberrare deprehenſi ſunt, cum viventia quæcunque ſuis ſeminibus natalia debeant, In quam rem pulcherrima, & ſcitu digniſſima à plurimis noſtri ſæculi acuratiſſimis naturæ ſcrutatoribus congeſta ſunt, *Liceto, de ſpont. vivent. ortu, Scaligero in Exerc. Sennerto de Conſ. & Diſſ.* præſertim vero ab induſtrio *Franciſco Redi* peculiari opuſculo de Inſectis. *Lucas Tozzi.*

7. *A calore vivido per putredinem*) Cauſa efficiens, quæ in generatione Vermium omne abſolvit punctum, eſt calor internus in corpore. *Materia* eſt crudus humor pituitoſus ſimplex, vel cum bile & melancholia miſtus &c. *Modus generationis eſt Putredo*, Neque *calor* ut efficiens, neque *materia*, ut ſubjectum, ad vermiculorum generationem ſe accingere poſſunt, niſi per putridum; *In magno mundo*, Canit Lucretius 12. de Abd. Mat.

Quippe videre licet vivos exiſtere vermes
Stercore de tetro putrorem cum ſibi nacta eſt
Intempeſtivis ex imbribus humida tellus,

Non aliter in inteſtinis accidit, cum ex humoribus chyloſis, etiam bile permiſtis, evocatur nativus calor, incipit putreſcere. *Rolfincius Epit. Med. libr. 3. pagina 315.*

7. *A Calore vivido per putredinem ſuſcitato*) De cauſa Lumbricorum Efficiente controvertitur, aliis calorem putredinoſum, aliis nativum accuſantibus, aliis utrumque viciſſim concurrere aſſerentibus: Primi omnia inſecta ex putredine ſecundum *Ariſtotelem* exoriri contendunt, Secundi aſſerunt calorem putredinoſum eſſe intenſum, igneum & deſtructivum, atque adeo corporis viventis generationi non eſſe idoneum: Tertii, ut pugnantes haſce ſententias concilient, dicunt à calore putredinoſo diſponi materiam ad generationem vermium, eamque ita præparatam à calore nativo per viam concoctionis in lumbricos converti (*qua in ſententia eſt Author*) ſed hæc conciliatio ſubſiſtere non poteſt, ſi quidem, ex axiomate Phyſico, ejuſdem eſt materiam diſponere & formam inducere, atque ita præparatio materiæ, & inductio formæ, ab eodem agente proficiſci debet: Deinde in cadaveribus generantur vermes, in quibus nullus eſt calor nativus.

Dicendum eſt calorem, qui putredinoſus eſt reſpectu materiæ putreſcentis, fieri nativum reſpectu lumbrici, quia calor naturalis & putredinalis differunt tantum gradibus, ſed ad diverſorum animalium generationem diverſi caloris gradus requiruntur; atque adeo calor qui putredinoſus eſt reſpectu noſtri, poteſt eſſe naturalis reſpectu alterius animalis; Sic calor qui Leoni naturalis eſt, nobis eſt febrilis, & per conſequens putrefactivus: Multi confugiunt ad calorem Solis, qui eſt cauſa univerſalis omnium generationum, ſed agnoſcenda eſt perpetuo cauſa particularis, à qua immediate producitur effectus, concurrente cauſa univerſali. *Riverius.*

8. *Per putredinem*) Hinc quæcunque focum & mineram vermium deſtruunt ſunt anthelmintica; *Putredo* ſaltim in animato corpore, & ſi non à priori, ſaltem à poſteriori eſt nidus vermium; Hac itaque deſtructa vermium ruina præſto eſt, Omnia ergo putredini reſiſtentia ſunt anthelmintica, cumque talia etiam ſint alexipharmaca,

xipharmaca, omnia etiam bezoartica ſunt anthelmintica. *Wedelius.*

[9]. *Functiones inteſtinorum impedientia*) *Latius diffunditur eorum malitia*, Ab ipſis enim omnes propemodum ægritudines provenire putantur, epilepſiæ, vertigines, ſopores, deliria, convulſiones, dolores capitis, ſyncopes, palpitationes, mœrores, pavores, tuſſes, vomitus, nauſeæ, diarrhϾ, ſingultus, punctiones, tormina ventris, inquietationes, eroſiones, tabes, febres acutæ & chronicæ, aliæque innumeræ affectiones, de quibus paſſim referuntur exempla. *Lucas Tozzi.* Vide *Chriſt. Langii* Pathologiam animatam, Ejuſque de *Morbillis* tractatum, quos vermium progeniem eſſe ſtatuit.

Signa.

[9]. *Signa communia* ſunt multa, nempe fœtor oris, ſomnus inquietus cum ſaltu, tremor, ſtridor & crepitus dentium, [10]. pruritus & frictio narium frequens: facies pallida, nonnunquam per intervalla rubore ſuffuſa, oculi concavi & tenebroſi, quorum album in croceum vel pallidum mutatur, ſalivæ ex ore præter ſolitum defluxus, [11]. ventris diſtentio & inflatio cum murmure, [12]. morſus ventris & [13]. exacerbatio tempore famis, interdum fluxus alvi, vomitus, [14]. epilepſia. Si manè jejunis [15]. pueris ſupra os ventriculi frigida ſpargatur, in unum congregantur omnes, & habet hoc ſignum plus ponderis, ſi ætas ſit apta. Mera pleuritica ſymptomata quoſdam afficiunt.

[9]. *Signa communia ſunt multa*) Signa lumbricorum præſentium, & in inteſtinis latitantium, varia ſeſe offerre ſolent; non omnia quidem in omnibus, ſed plura in pluribus, frequentiora tamen & magis ordinaria ſunt, *oris fœtor* peculiaris ad aciditatem vergens; ideo mulierculæ noſtræ acidum anhelitum vocant, & *Dejectiones* ſtercori bubulo ſimiles, ac griſeo colore infectæ, ita ut argillam diſſolutam repræſentent: Alia Signa infrequentiora ſunt.

Febris continua, quæ pluries in die exacerbatur; ex motu vermium, cum anxietate, ſudore frigido interdum, & animi deliquio, nauſea, vomitu & ſiti inexplebili; *Pulſus* eſt inæqualis, Interdum *tremor* adeſt, *Tuſſis* adeſt ſicca & exigua, Interdum *Capitis gravitas* & ſopor, interdum *deliria*: Interdum horrifica eſt in *ſomno* expergiſcentia; nonnulli in ſomno tremunt ac ſurgunt, atque iterum ſopiuntur, Interdum totum corpus præter rationem decreſcit.

Inter ſigna cenſeri debet *gingivarum eroſio & putredo*, Sic apud *Fabritium Hild.* puer eroſione gingivarum à longo tempore graviſſime vexabatur, qui irritis omnibus remediis obiit, In cadavere tanta inventa abundantia vermium, ut aliquibus in locis inteſtina eroſerint, multique in vacuo ventris reperti fuerint. *Riverius.*

In initio adeſt parva febricula, pruriunt nares, & infantes qui his premuntur, vel ſunt valde guloſi, vel proſtratus eſt eorum appetitus, & inſomniis infeſtantur; Poſtea de dolore ventris & roſione incipiunt conqueri, quod de Lumbricis maxime intelligendum, deinde *durior fit venter*, poſtea ad *ventriculum ſerpunt*, rodunt & magnum appetitum excitant.

Quando materia ſurſum vergit, excitatur *tuſſicula*, & dolor aliquando ut pleuriticorum, ab acri materia partem thoracis pungente: Ad nares ſi deferatur, eæ pruriunt, oculi ſcintillant, facies quandoque rubet quandoque pallet; inſomnia turbulenta, & motus convulſivi præſertim in febri; Hæc ſymptomata ſi perſeverarent, febrem quaſi peſtilentem producerent; deſinit excretione. *Walæus Med. Pract. c. 17.*

[9]. *Signa communia ſunt multa*) Diagnoſis vermium non æque eſt facilis ac primo quidem intuitu videtur, nam neque exercitatiſſimus Medicus (verba ſunt *Hofmanni in Inſt.*) certo auſit affirmare Vermes eſſe antequâ viderit excidentes: Hinc *Sylvaticus Contr. 33.* illos horum in affectuum numero ponit qui ſigno pathognomonico carent: Interim potiora, quæ hic obſervari ſolent phænomena, juxta triplicem ſymptomatum claſſem recenſebimus.

Circa læſas *actiones naturales* occurrunt *fœtor oris*, *inappetentia, nauſea, vomitus creber*, *affluxus multæ ſalivæ*, *inflatio ventris cum murmure.* Quorum omnium cauſæ in varia cacochymia, & humorum tum alimentariorum tum excrementitiorum corruptione, fermentatione &c. reperientur. Accedit *fames*, dum ventriculum abſumunt, *Morſus & roſio* ventriculo exiſtente vacuo, *Sitis*, ob exhalationes ſicciores, *Urinæ* variæ, albæ, obſcuræ, ſpumoſæ, perturbatæ: *Sudores* frigidi & humidi, ob ſanguineæ maſſæ valde turbatam craſin, hineque una tranſmiſſos ad diverſas corporis partes: tetros, acres, putridoſque vapores.

Neque *vitales* cordis ac pulmonum *actiones* ſemper integras manere indicio ſunt varii typi *febres*, non raro *continuæ*, *animi deliquia*, *pulſus* inæqualis & quædam ἀρρυθμία. *tuſſis* ſicca, angina, & *reſpiratio* & *loquela* quandoque interceptæ, omnia atomis malignis & putridis adſcribenda.

Quod ſi *Cerebrum* à fomite hujus mali petatur, *delirant* interdum ægri, qui alias in ſomnum valde proclives eſſe ſolent; quandoque tamen, acribus vaporibus meninges vellicantibus, plus juſto *vigilant*, vel inter dormiendum clamitant; dumque, ob turbatum nervoſum genus, variæ partes motui inſervientes in ſympathiam rapiuntur dentibus ſtrident verminantes ægri, jam gemunt, labia contorquent, ut maſticare quaſi videantur: mox genæ per intervalla *rubent*, mox per intervalla *pallent*, hæcque mutatione turbatos ſanguinis circulos, ſpirituumque ἀταξίαν, non raro in *epilepticos* motus deſinentem, atteſtantur, qui motus quandoque tam miris cum geſticulationibus accidunt ut ſpectantes in ſtuporem trahant.

Præter has *actionum læſiones*, in *Excrementis* quoque inſignes obſervare eſt p. n. mutationes, dum non ſolum ſtercori bubulo ſimilia, gryſeoque colore apparent, ſed etiam fœtore vix ferendo nares feriunt, & jam excitata *diarrhæa* diffluunt, jam ab adſtrictiore alvo diutius detinentur. Hinc *corporis* quoque *habitus* variè immutatur, ſuperveniente plerumque atrophia; quibuſdam inſolita *oculorum micatio* adeſt &c. *Strauſſius*, Vide plura apud *Gabucinum* & *Hippol. Brillum*.

[9]. *Signa communia ſunt multa*) Vermes inteſtinorum vomitu aut dejectione ſe prodere ſolent, Sunt tamen qui à morſu, vellicatione, pavore, oculorum ſqualore, oris fœtore, narium prurititu, genarum nunc rubore nunc pallore, tuſſi ſicca, dentium ſtridore, nauſea, vomitu, ſopore, motibus convulſivis aliiſque ſymptomatis illos ſuſpicentur; At conjecturæ iſtæ non raro fallunt, quanquam ſæpe in pueris fideliores ſunt quibus vermes familiares eſſe ſolent. Cæterum in nonnullis

ſymptomata plane inſueta, & his longe admodum diſparia excitare ſolent. *Lucas Tozzi Pr. part. 1. pagin. 133.*

20. *Pruritus & frictio narium*) Vellicatio fibrarum inteſtinorum poteſt quoque *pruritum narium* efficere, quia in ſuperficie interna Ventriculorum cerebri pori nervorum ad inteſtina euntium non multum diſtant à poris nervorum ad nares euntium: dum igitur fibræ inteſtinorum vellicantur, & ſpiritus influunt in poros nervorum inteſtinorum, fit ut ſpiritus animales ſimul etiam influant in poros nervorum narium, ita ut cum nervi inteſtinorum vellicentur, anima eundem motum percipiat ac ſi à nervis narium vellicatis proveniret. *Dolæus Encyclop. p. 1025.*

10. *Pruritus & frictio narium*) Signum hoc non eſt univerſale verum de Vermibus in inteſtinis exiſtentibus, ſæpe enim quoque produci poteſt à vera cauſa intra nares hærente, videlicet à particulis acribus. *Dolæus ib. Craanen Pr. Med. ref. p. 350.*

10. *Pruritus & frictio narium*) Id accidit continuitate interioris tunicæ inteſtinorum. *Duretus.*

11. *Morſus ventris*) Os habere Vermes, dentibuſque inſtructos eſſe rationibus probat *Codronchius l. de Morb. Vulgar. c. 14.*

12. *Morſus ventris & exacerbatio tempore famis*) Vermes in inteſtinis multum chyli abſumunt, deficiente autem chylo arrodunt ipſa inteſtina, atque adeo vellicando ipſorum fibras dolores producunt: Vellicatio fibrarum inteſtinorum poteſt quoque pruritum narium efficere &c. *Prax. Med. Reform. p. 350. ex Joh. Dolæo.*

14. *Epilepſia &c.*) Symptomatum horrendorum cauſa ut eſſe poſſunt vermes, non tamen extra ſphæram, etiam ſummæ activitatis, extendendi, Certum eſt ſæpiſſime Morbos graviores, etiam pro incantatis habitos, à vermibus unice ortos, ut merito in aurem ſibi dictum putare debeat Medicus, Datis inſolentibus ſymptomatibus, de inſolenti, licet non ſtatim ſupernaturali, cauſa eſſe cogitandum; & nominatim de vermibus, inprimis vero in *convulſivis motibus*: Notabile enim eſt hos potiſſimum, ut & vermes ipſos, eſſe Sicut ſymptomata faſcinatorum, ſed non ſola, quia etiam in corpore obtinere poſſunt mineram: Fœmina per duos ferme annos miris & capitis, & brachiorum, imo totius corporis convulſionibus, ſive potius geſticulationibus in ſtuporem tentabatur: Medicus à verminatione cauſam deducens ſpondet curationem, ſed propter opinionem radicatam vulgi, omne id à veneficio eſſe fruſtra; Mortua ea tres lumbrici ex ore egreſſi fidem fecerunt dictorum, ſecto cadavere totum abdomen fecibus undiquaque lumbricis interſertis ſcatens repertum fuit, egreſsis utriſq; per foramen in inteſtino jejuno factum &c. *Wedelius A. m. m. p. 572.* Sic & memini matronam Neocomenſem, *Dom. Petter*, mulierem obeſam, miris convulſionibus anno 1654. divexatam fuiſſe, adeo ut faſcino & veneficio omnia adſcriberentur, quæ excretis teniæ fragmentis convaluit.

15. *Pueris*) *Nonnulli ex Hippocr. 4. de morbis* ab utero vermium ſeminaria deducunt, Generari enim volunt in utero matris; quoniam tunc fœtus non expurgatur à fæce, Non apparere autem niſi ad id tempus quo infans veſci incipit cibo, tum ob benignius lactis nutrimentum, tum quod humidiora, & minus calida ſint illorum corpora; quod certe principium longius petitum videtur, cum in grandioribus, atque adeo ſenibus frequenter ut in pueris naſcantur: *Muſa* ſcribit ſenem annorum LXXXII. in extremis poſitum accidentibus, quæ verminoſis pueris accidunt, & cum gravi halitu, qualis pueris eſſe ſolet; plures 500. excreviſſe medicamento è *ſcordio & corallina*. Hollerius.

Pueris adhuc in utero ſtabulantibus, ex materia quadam chyloſa ſanguinis materni, quæ non effunditur in ullam capacitatem, ut urina effundi ſolet in ſua conceptacula, effunditur, inquam, illa materia chyloſa in tunicam interiorem inteſtini quæ perenni motu & ἀσπλάγχνα tandem ἀσπλάγχνον conſequitur, & mutationem in vermem ſuſcipit. *Duretus.*

15. *Pueris*) Quia pueri refugiunt quæcunque amara ſunt, diductis dentibus, clyſterio aut curvata fiſtula medicamenta in Oeſophagum infundenda ſunt. *Hollerius.*

15. *Pueris*) *Cauſas mediatas* Remotiores quod ſpectat, in *Rebus naturalibus* occurrit *Temperamentum pituitoſum*, quod præ aliis Vermium generationi favere communis fert ſententia, quam languida caloris hebetioris ἐνέργεια, hincque orunda excrementorum copia non parum roborare videntur; Qua corporis conſtitutione cum plerumque gaudeant fœminæ, vermibus obnoxiæ perhiberi ſolent, cum præſertim vita ſedentaria frequenter ſymbolum conferat; Verum enim vero, ſicuti alia quoque temperamenta (v. g. plethoricum) vermium generationi ſatis apta eſſe conſtat, ita quoque nullam ſexus hic prærogativam relinqui, neque illam à lumbricis immunem exiſtere *ætatem* experientia quotidiana docet, adeo ut etiam in vetulo 80. annor. lumbricum excretum *Saxonia* teſtetur. Interim *Pueris*, præſertim τοῖς βορωτέροις ἐν ἡλικίῃ ἐοῦσι καὶ ἀκρασίῃ χρεωμένοις continere aſſerit *Hippocr. aph. 26. 3.* idque propterea quod in pueris ἀδηφάγοις plerumque cibus in ventre, & plerumque inferiori corrumpatur, fieri docet *Galenus in comm.* ſeu ob faciliorem digeſtionis errorem, quem ſenes cum pueris communem habent. *Strauſſius.*

Cauſæ.

16. *Cauſa* eſt 17. humor pituitoſus & viſcoſus, qui 18. ab ingluvie, cibis facile putreſcentibus, & craſſum ſuccum generantibus, ut caſeo, lacte, leguminibus, 19. fructibus horariis, 20. dulcibuſque, 21. ſaccharatis, mellitis &c. oritur 22. quippiam ſemini analogum vi plaſtica inſtructum viviſicamque ζωτικὸν, quæ materiam ad hanc non aliam vermis formam recipiendam diſponit, diſpoſitam hac ipſa forma induit, habet, prout videmus ex abſinthio, ſale marino, equo, vitulo, mori foliis, caſeo, melle, Peculiares vermes provenire.

16. *Cauſa eſt humor*) Horum materia eſt humor vel alimentarius vel excrementitius: Alimentarius, ut chylus, etſi paulo ſit ineptior (unde etiam in ventriculo generantur) vel ſanguis, ut in tumoribus phlegmonoſis videre eſt: Excrementitius, ut 1°. pituita, & quidem lentior, quæ cauſa eſt frequentiſſima. 2. alvi fæces, ut in fæcibus bubulis obſervare licet. 3. bilioſa materia, ſed rarius, Obſervamus tamen in canibus vermes undique circumdatos bile. *Walæus Med. Pr. c. 17.*

17. *Humor pituitoſus*) *Accuſanda* quoque tanquam cauſa vermium ſecundaria. *Bilis inertia*; quam cum expugnent amara, bilemque acuant magis, etiam hoc nomine ſunt anthelmintica; quo facit & alterum, generari illos magis in humidioribus & pituitoſis corporibus. *Wedelius.*

17. *Humor pituitoſus*) *Cauſa materialis* Lumbricorum

rum vulgatiſſima eſt Pituita dulcis, putredinem concipiens, cujus putredinis ope eam concipit diſpoſitionem ut in lumbricos tranſmutetur, verum nullo modo putamus neceſſarium ut alimenta, vermibus generandis idonea, in pituitam prius convertantur. Ex iis enim immediatè, dum putreſcunt, vermes generari poſſunt; Sicut videmus in carne, caſeo, caſtaneis, pomis, pyris, ceraſis, aliiſque innumeris fructibus vermes per putredinem produci: Ita fit in corpore noſtro, præcipue puerorum, qui ingluviei maxime dediti ſunt, prædictis alimentis ſeſe ingurgitant, & plerumque nova aſſumunt antequam priora fuerint concocta; hinc fit ut illa putredinem concipiant, ex qua lumbrici oriuntur. *Riverius.*

Advertendum eſt quod nec ab omni humore albumineo, & ut Praxago . s . cat, vitreo; non à concreta pituita, nec à ſalſa & putri naſcuntur vermes, ſed à pituita purulenta dulci, quæ coctione mitificata eſt, ut mitificatur ovi albumen, & quodammodo fit purulentum, & ὑπόψαμμον, à tali inquam materia naſcuntur vermes; Ex pituita, inquam, dulci, qua qui abundant, facile inediam ferunt & patiuntur: nam quæ fit à concretione, ut gypſea, nec albuminea, ſeu vitrea, flatulenta, aquea, hæc non gignit vermes, ſed purulenta quædam materia mitificata; quæque exitum non habet: Pituitæ materia eſt chyloſum excrementum, quale eſt in pueris multum propter ἀδηφαγίαν edacitatem. *Duretus.*

18. *Ab ingluvie, cibis facile putreſcibilibus*) Inter *Res non naturales* agmen hic merito ducit *prava victus ratio*, qua cibi vel facile putreſcentes, vel laudabiles quidem, ſed ἀκαίρως & ἀμέτρως ſumpti, ſymbolum magni ponderis conferunt; hinc etiam *Galenus comm. in aph. 263.* vermes ex cibis corruptis produci aſſerit. Cumque qualis *cibus*, talis eſſe *chylus*, juxta Medicorum παροιμίαν, ſoleat, non ſine ratione *Lac*, hoc eſt *Chylum à Betto*, aliiſque ante eum, accuſarum eſſe conſtat, fæcibus enim permiſtus, tum calore loci, tum putredine incaleſcens, animari poteſt, verbis *Rolfincii*, etiamſi *Galenus* vermes non ex ſeminibus, ſed ex ſola putredine gigni contendat. *Strauſſius.*

Otium & ſomnus longior, dum excrementitios humores accumulant, æque ac *alvi ſegnities* reliquis pondus addunt. *Idem.*

19. *Fructibus horariis*) Ideo Autumno facilis eſt vermium generatio propter victus rationem, à fructibus crudis & aliis cibis cruditatem gignentibus, & idcirco Autumnus dicitur θερώδης id eſt ferinus. *Duretus.*

20. *Dulcibuſque*) Inter cauſas materiales Lumbricorum dulcia primum locum obtinere vulgo exiſtimātur: quod tamen dubitatione non caret, cum vulgari axiomate ſancitum ſit dulcia facile bileſcere, & bilem amaritudine lumbricos enecare; cui tamen dubio facile eſt reſpondere, in corporibus bilioſis & caloris acrimonia præditis, dulcia facile bileſcere, quia ulteriori coctione amaritudinem cōtrahunt, ut in coctione artificiali quotidie experimur; Verum in aliis temperamentis minus calidis dulcia non bileſcunt, ſed potius in pituitam convertuntur, dum à ventriculo, citius quam par ſit, attrahuntur ad inteſtina, ac ita cruda ac ſemicocta putreſcunt, ac lumbricis generandis materiam idoneam præbent. *Riverius.*

21. *Saccharatis*) Subeſt difficultas de ſacchatu & melle, quæ cum ſubſtantiam habeant putredini minime obnoxiam, imo vero cætera omnia, quantumvis putredini obnoxia, ab ea præſervent; non poſſunt ex iis vermes generari; Quæ cum omnino convincat, dicimus ex ſacchatu & melle vermes non generari, cum habeant ſubſtantiam incorruptibilem, ſed jam genitos excitari ac commoveri, quia lumbrici dulcia maxime appetentes ad ſacchari & mellis occurſum ſeſe exagitant & verſus ventriculum feruntur, necnon citiſſimum incrementum capiunt, unde ſymptomata emergunt Lumbricorum conſectaria. *Riverius.*

21. *Dulcibus, ſaccharatis &c.*) Dulcia, ut & pinguia, dicuntur vermes gignere, non quod proprie hæc ſint materia, ſed quod magna ex parte ad vermium productionem, calorem humidum, putredini idoneum augendo concurrant, Dulcia proinde non tam generare quam commovere Vermes pronuntiat. *Rolfincius. Strauſſius.*

22. *Quippiam ſeminis analogum*) Circa cauſam Lumbricorum efficientem gravis occurrit difficultas, ex eo quod vulgatiſſimo theoremate ſancitum eſt, nihil poſſe ſe ipſo nobilius generare; atque ita non videtur calor eſſe præcipuum agens in generatione lumbricorum, qui ad ſubſtantiæ categoriam referendi ſunt, calor vero eſt accidens, Et quicquid de Sole dicant, perpetuo forma lumbrici, utpote forma viventis, nobilior eſt forma Solis, quæ tantum eſt forma mixti: Hoc dubium in prolixam illam de generatione æquivoca diſputationem conjicit, de qua conſule imprimis *Fortunium Licetum l. de Spontaneo viventium ortu*: Sufficiat hoc loco dicere multorum opinionem eo deduci, ut credant multiplicia rerum ſemina in variis ſubſtantiis latitare, quæ juxta varias illarum permutationes in lucem emergunt; prout ſcil. materia per putredinem, aut aliam quamvis alterationem, ad hanc aut illam formam recipiendam magis diſponitur, & ſemen illi diſpoſitioni magis analogum ſuſcitatur in actum, formamque ſibi propriam introducit in materiam: Hæc ſententia non valde recedit à veteri philoſophia, quæ docet formas educi è potentia materiæ; Sed hi tutius eſſe exiſtimant ſemina rerum in materia recondere, quæ vere ſint efficientia, quam ſolam materiæ potentiam agnoſcere, quæ nullam habet efficiendi vim; cum illa enim materiæ potentia inquirendum eſt aliquod efficiens quod formas de illa deducat, aut potius in eam introducat. *Riverius.*

Quomodo ex humoribus vermes generentur, dictu eſt difficile. Inter varias opiniones probabilior videtur hæc quod in ipſa materia ſeminium quoddam latitet, quod à calore in actum deductum vermem producat: Præter hanc adde quod vermis vermem producat, ut obſervat Hortulanus: *Walæus Med. Pr. c. 18.*

22. *Quippiam ſeminis analogum*) Vermes ex putredine non oriuntur, ſed quod in inteſtinis reperiantur, eſt quia cum alimentis ſæpe *ova* aſſumantur, quæ à muſcis in alimenta depoſita ſunt, quæ in debiliori ventriculo (hoc eſt in iis qui debilem habent calorem, & quibus quaſi putrefactio quædam in ventriculo eſt: (quæ putrefactio quædam in ventriculo eſt, quæ putrefactio nihil aliud eſt quam diminuta fermentatio) non deſtruuntur ut in calido quidem ventriculo fit, ſed excluduntur, & vermes ex iis producuntur (prout autem diverſorum inſectorum Ova fuerint aſſumpta, eatenus diverſa vermium producuntur genera) qui in inteſtinis nutrimentum invenientes ibi remanent, & multum chyli abſumunt; deficiente autem chylo arrodunt ipſa inteſtina; *Craanen Praxeos Med. Reform. p. 349. Joh. Dolæus Encyclop. p. 1024.*

Vermes nequaquam generantur per neſcio quam generationem æquivocam, ſed ex proprio ſemine & ovis, à muſcis aliiſque inſectis depoſitis, Succedit calor putredinalis & blandus, ova ita fovens ut illa animalcula juxta delineationem ipſis ovis impreſſam generentur: Et cum carnes probe ab inſeſſu muſcarum immunitæ nunquam in vermes abeant, obſervante hoc *Nobiliſſ. Rhedi*, è contra dulcia, quibus muſcæ inſidiantur, facillime in inteſtinis verminent, nemo etiam inficiabitur putredinem nunquam primarium vermium dici poſſe parentem. *Jo. Jac. Waldſchmid. Fund. Med. p. m. 69.*

De Lumbricorum ovis, & in corpore noſtro generatione, alias fuſius (*Epiſtola Differt. de part. genital. Cochlear.*) Semina ſane vegetabilium Cerealia, & in ſpecie ſecalina & triticea, vel immediate in pulte farinacea, vel mediate cum pane comeſto ingeſta, imo & alia edulia multa, ſeminali horum inſectorum contagio imprægnata ſunt; quæ dehinc non ſubacta à fermentis ventriculi & inteſtinorum, & una particulis chyli craſſioribus immiſta, nunc in inteſtinis hærent, mucoque horum viſcidiore, quem illæ fovent augentque, ceu nido proportionato fruuntur, nunc cum iis, quod tamen infrequentius eſſe arbitramur, vaſa lactea, ſanguiniſque oceanum ſubeunt, & ad partes varias vehuntur, ubi accedente calore loci, motuque congruo, excluſionem ſui data occaſione expectantia; Et de *illo* quidem febres verminoſæ, ac lumbrici ab infantibus pueriſve diæta non uſque ordinata utentibus, ſed pane ſicco fructibuſque horæis, gulam multum oblectantibus, quibus digerendis, & ſecundum omnes ſui particulas ſubigendis, menſtrua dictarum partium, quamvis pro ratione ætatis ſatis activa, uſque non ſufficiunt; De *hoc* vero teſtantur vermes in viſceribus internis geniti & deprehenſi, præprimis autem iidem per urinam excreti. Nec enim veriſimile eſt animalcula hæc in inteſtinis genita oſcula lacteorum ingredi, hincque continuato itinere ad renes pervenire, eque his, præviis atrociſſimis doloribus eliminari.

Hæc ipſa autem Lumbricorum diverſitas in ſpecie, ovulorum à diverſis inſectis, eduliique vulnere inflicto aſperſorum varietatem arguere videtur &c. Equidem lumbricorum ab infantulis communiter excerni ſolitorum ſemina fere cum pulte orizi ſeminibuſque ſupra nominatis ineſſe, in confeſſo eſſe arbitramur, Tæniarum vero ovula, à quo inſecto deponantur, cuique edulio præciſe aſpergantur, dicere certo jam non licet &c. *Johann. Jacob. Harderus Apiarii pagina 369.*

Legi merentur quæ *Varro* ſcripſit libr. 1. de R. R. cap. 12. In locis paluſtribus ſępicule animalcula quędam minuta creſcere, quæ non poſſint oculi conſequi, & quæ per aëra intus in corpus per os ac nares perveniant, efficiantque difficiles morbos: Quidni ex talium animalculorum ovulis, tum in ovibus, tum in aliorum animantium capitibus depoſitis, tractu temporis varii vermiculi excludi poſſent? Verba ſunt Celeberrimi *Sponii* Patris. *Idem ibid.*

Prognoſis, Curatio.

Curatio, [23] *Difficilis*, *ſi* ſunt plures, majores, rubri & diverſicolores, viventes, *ſi* [24] in febrium quæ & acutorum initiis, ut & augmento, malitia morbi, ſymptomaticè excernuntur.

[25] *Perficitur* I. [26] *Enecantibus*, [27] quæ [28] amara, [29] acria, ſalſa, [30] tota proprietate infeſta ſunt, per ſuperiora, ſed [31] dulcibus miſta, ſemper; per inferiora, [32] dulcibus præmiſſis, tum cum infimis locis vel in inteſtino recto ſubſiſtunt, exhiberi debent. [33] Illis *oleum*, ut in eo ſuffocentur, his *butyrum* quod vehementer reformidant, immiſcendum.

Præcipua [34] ex Enecantibus ſunt, *galeda*, [35] *corallina*, in pulvere drach. j. pondere exhibita, [40] *tinea* in ſpongiolis cynorrhodi pulveriz. *abſynthium* in Majo ante ſolis ortum cum ſuo rore collectum, & cum [37] *pauxillo rhei* in ſyrupum redactum, *ſemen ſantonici*, *centaureum minus*, *flores perſicorum*, *myrrha*; *aloë*, *Zedoaria*, *ſuccus raphani & naſturtii*.

Frigida, [38] Cornu *cervi uſtum*, *ſtanni Angl.* unc. II. in catino diſſolutæ & in decocto e. e. extinctæ, [39] aqua *portulacæ*, ſuccus *endiviæ*, aqua *graminis* cum pauxillo aceti & ſacchari.

Ex [40] *Compoſitis* internis [41] præſtat pulvis *Doctoris Mencelii*, proſoceri mei, compoſitus ex *flor. centaurii minoris*, *tanaceti*, *hyperic. ana dr.* ij. *flor. abſynthii*, *ſabinæ*, *perſicor. ana dr.* j. *Radic. dictamni albi*, *gentianæ*, *aſari ana dr.* j. *Coralliorum rubr. præp. Cornu cervi uſti præpar. ana ſcrup.* ij. *ſemin. Cinæ, Portulacæ, Citri, Cimini, Seſeleos, Caulium, Coriandri præparati, acetoſæ, ana drach.* ſ. *Rhabarb. electi dr.* j. *Myrrhæ, Croci ana dr.* ſ. *ſcammonii præpar. Trochiſc. alhandal. ana ſcr.* ii. *ſalis Abſinthii ſcrup.* ſ. *Corallinæ unc.* ſ. quem pondere à ſcr. ad dr. j. jejuno ſtomacho duabus horis ante cibum in lacte vaccarum dabis.

[42] *Extra* laudatur cerotum ex *myrrha*, *croci*, *aloës hepat.* ana q. ſ. cum *aceto roſarum & felle bovis* compoſitum: & tum ori ventriculi, tum dorſo applicatum. Plura vide apud Authores.

II. [43] *Expellentibus*, quæ ſunt *Butyrum liquefactum oleum* copioſum, *inſeſſus in lacte dulci fumante*, ſi vermes adhuc ſunt vivi: [44] *Diaturbith. cum Rhabarbaro*, pillulæ *Rufi*, de *trib. ſolutivis*. [45] *Mercurii* [46] *ſexies ſublimati gr.* XII. [47] cum *diagryd. gr.* v. *ſi* ſunt mortui. Sæpe nec enecati prodeunt: ſed in [48] humores putridos convertuntur, prout phialæ incluſi & fimo calente obruti in paſtam brevi redigi poſſunt.

[23] *Quæ difficilis*) Prognoſis dum alterum oculum in [illegible] rejicit, nihil boni ominari poteſt, imo etiam ne tunc quidem quando jam lumbricos aliquot, imo plures jam fuiſſe excluſos conſtat; Cæterum quo pejor humorum putredo, eo funeſtior morbi exitus: hinc *mortui* ſi excernantur *Viventibus* excretis deteriores judicari ſolent; Sed etiam ex ore prorepentes lumbrici in morbis gravioribus vitæ periculum attuliſſe obſervatum eſt: Unde *Helmontius* lumbricum vix extra vitalem nidum ſurſum reptare, niſi ob ſibi horridum, ac malæ contagionis obſtaculum, adeoque vix aliquid boni præſagire vermes qui ſponte ſurſum ejiciuntur aſſerit, Verum non ita ſemper in pleriſque evenire experientia edocet. Si tamen gravioribus in malis id accidat, res plena non raro eſt periculi.

Ipſos quod attinet vermes, juxta diverſam conſideratos ſpeciem, *Latos Hippocrat. 4. de morbis* minores eſſe ſcribit, tarditatem motus quo cum homine [illegible] reſpiciens; *Celſus vero libr. 4. capit. 17.* conſi-

conſiderans curationis difficultatem, pejores eſſe aſſerit.

Teretes lumbrici aliis multo ſunt deteriores, hinc enim reptantes pungunt, lancinantque non modo, verum etiam totam quandoque abdominis regionem perforant: Inprimis peſſimi cenſentur *rubri*, qui quaſi ſolo ſanguine ali videntur, ut loquitur *Tulpius pagina* 183.

Omnium rariſſimi *Aſcarides*, utpote qui valde exiles ſunt, & partes ignobiliores occupant, quas tamen interdum exulcerant, ipſumque inteſtinum rectum etiam corrumpunt. *Strauſſius*.

23. *Quæ difficilis*) Non raro periculoſi ſunt, & graves morbos acceſſant, ut febrem intenſam & inordinatam, ſyncopen, aphoniam, delirium, epilepſiam, colicam, vel caninam appetentiam. *Reverius*.

23. *In Febrium*) Vermes vellicando inteſtinorum fibras dolores producunt ſæpe ita atroces ut febris inde producatur; *Febris* autem à doloribus producitur, quia in dolore maxime concutiuntur & tremunt omnes corporis partes, à qua concuſſione ſanguinis mixtura turbari poteſt. *Joh. Dolæus Encycl. p.* 1025.

24. *Si in febrium & acutorum initio*) Morborum initio vermes prodire malum, tam vivos quam mortuos, potiſſimum ſi ſoli & ſine ſtercore exeant: Vivi enim ſummam cruditatem, aut alimenti penuriam ſignificant; mortui vero magnam putredinem, à qua enecantur. Lumbrici in declinatione morbi, & jam coctione apparente, cum excrementis exeuntes Salutem portendunt; oſtenditur enim tunc naturam excrementis dominari. *Reverius*.

25. *Perficitur*) Curatio Lumbricorum ad eorum expulſionem dirigitur, cum ſint toto genere p. n. Illa autem expulſio perficitur commode catharticis, quæ vermes enecant & expellunt, tum etiam putridam materiam; ex qua generantur, evacuant. *Riverius*.

25. *Perficitur*) Diſtinguit *Sennertus* num febris adſit vel abſit, & num alvus fluida ſit vel adſtricta; timet enim uſum medicamentorum acrium & amarorum febre præſente; ſicut etiam evacuantium in alvo lubriciori: Verum timor omnis aberit ſi ea ſpeciatim exhibeantur quæ vermibus ſunt inimica, Enim vero ſæpenumero accidit enectis vermibus propulſiſque, ſponte ſua deſiiſſe febres & alvi fluxus, qui ab ipſis tum ventriculum, tum inteſtina vellicantibus atque cibos aſſumptos humoreſque eo confluentes turbantibus agitantibuſque proficiſcebantur. *Lucas Tozzi*.

25. *Perficitur*) Quæcunque focum & mineram vermium deſtruunt, ſunt anthelmintica; Putredo, ſaltim in animato corpore, etſi non à priori, tamen à poſteriori eſt nidus vermium; hac itaque deſtructa vermium ruina præſto eſt, omnia ergo putredini reſiſtentia ſunt anthelmintica, cumque talia ſint alexipharmaca, omnia etiam bezoardica ſunt anthelmintica: *Wedelius*.

Methodus medendi ſuis innititur indicationibus, quarum potiſſima eſt ut vermes quam citiſſime licet è corpore expellantur ac removeantur; Interim tam ratione *loci* quam *ſpeciei vermium*, quidpiam in curatione diſcrimen obſervandum eſſe liquet, aliter enim tractandi Aſcarides, aliter Lumbrici &c. *Strauſſius*.

26. *Enecantibus*) Purgantia præcedere debent enecantia, aut ſaltem quæ ipſos ad inferiora detrudant, per os aſſumpta, tum quæ eoſdem per inferiora evocant per clyſterem injecta, E.g.

℞. *Aquar. gramin. & portul.* ãã ℥iß. *ſyr. de limon.* ℥j. *conſ. hyacinth.* ʒj. *pulv. contra vermes* ℈j. *fiat Potio quæ detur ſtatim*, & paulo poſt ſequens clyſter injiciendus.

℞. *Hordei integri, furfur. macri, roſar. rub.* ãã. *pug.* j. *liquir. raſ. & paſſular. mundat.* ãã ℥ß. *coquantur ad* ℔ß. *vel quart.* iij. *pro puerulo*. *In colat. diſſolve ſacch. rubr.* ℥j. *vitellum ovi n.* j. *f. Clyſter*, *Quibus poteſt addi caſſia vel cathol.* ſi magis laxare eſt animus.

Quibus remediis ſemel aut bis uſurpatis Potio purgans eſt exhibenda: Si prædictis remediis non ceſſerit affectus ad ſequentia tranſeundum eſt.

℞. *Rhabarb. el.* ʒj. *ſant. citr,* ℈ß. *infundantur in aqu. gram. aut portulaca* ℥iij. *vel* iiij. *In expr. diſſolve rhab. pulver. & pulv. contra vermes* ãã. ℈j. *ſyr. roſ.* ℥j. *m. f. Potio*. *Riverius*.

26. *Enecantibus*) Lumbricis adverſa multa recenſentur, ex *ſimplicibus* quidem, *angelica, abſynthium, abrotanum, dictamnum, centaurium min. contrayerva, gentiana. folia perſic, filix, marrubium, ſcordium, tanacetum, tormentilla, citri ſemen, zedoar. raſura eboris c. c. cortic. auran. aloe, rhabarb. myrrha, ſemin. ſanton. muſcus marinus* vulgo *corallina*; Ex *compoſitis*, *theriaca, mithridatium Orvietanum, Diaſcordium, aqua & ſpiritus theriacalis, aqua alexipharmaca*, & alia hujuſmodi. *Lucas Tozzi*.

26. *Enecantibus*) Non placet *H. Saxoniæ* conſilium, *Galeni* & aliorum, qui vermes teretes primum *interfici* poſtmodum expelli jubent, cum longe melius ſit ſtatim educere vermem quam illum prius enecare, & poſtea medicamentum exhibere. quod illum educat: Quod ſi interfectos facilius excludi ubiicias cum *Sennerto*, hoc plerumque fallax eſſe reſpondet *Saxonia*.

20. *Enecantibus*) Bene monet *Sennertus videndum* eſſe in curatione, num *febris* abſit an ſecus, & num *alvus* ſit *fluida*, *præſente* enim *febri* calidiora minus tuta; & alvo fluida exiſtente *vermes enecare* quam alvum *movere* præſtat. *Strauſſius*.

20. *Enecantibus*) Cavendum quoque ne vehementioribus medicamentis Vermes nimis irritentur, hincque convulſivi motus; leipothymiæ, & aliæ id genus gravia ſymptomata excitentur, ipſaque ſic mors acceleretur. *Idem*.

27. *Enecantibus, quæ amara*) t. Anthelmintica ſunt *amara* & balſamica, v. g. *rad. carlinæ, rhabarb. gentiana, ariſtoloch. filicis*, quæ ſpecifice laudatur in tænia) *zedoar. diptamni*, Ex herbis, *ſcord. abſinth. tanacet gratiola. ſabina, fol. & flor. perſic. centaur. min. aloe, myrrha*, & eſſentiæ horumac a ia præparata, ut *eſſentia abſinth. centaur min. ſcordii, zedoar. myrrha, theriacæ, balſamica, elixir propriet. Pilula aloetica varia*, Oleum *abſinth. tanac. laurin. ſpica, coryliu. colocynth. fel tauri*, item *ſemen ſanton.* ſive *zedoar.* vulgo quoque notiſſimum. *Wedelius*.

28. *Acria, Salſa*) Anthelmintica ſunt *acria*, ſale volatili prædita, *ſalſa*, lixiva, nitroſa; Sic *allium*, licet ſit remedium ruſticum, revera tamen eſt præſtantiſſimum, ut & *naſturtium* omne, *cochlearia*. infuſio *ceparum* crudarum; & minutim conciſarum cum aqua fontana, per noctem facta & pota, quod *H. Tragus* pro ſingulari habet remedio, *Semen ſophia chirurg.* Sic & *aqua ſalſa, marina, lixivium* quodcunque tum per ſe, tum cum *oleo oliv. ar.* concuſſum, quod nonnulli habent pro arcano, Sic *ſpiritus c. c. ebor.* aliique urinoſi potentiſſime necant vermes, ut & ex iis mixta, ut *elix. propr. cum ſpir. ſal. armon. liquor cephalicus*, quæ ob id quoque ſunt polychreſta, Sic *ſpir. urinæ* in autibus verminoſis pro externo ſpecifico, *arcanum duplicatum* interius commendatur; Imo ſpectant huc activa quaſi omnia, quæ humorum motum promovent, exſiccant & corruptioni adverſantur. *Wedelius*.

28. *Amara, acria. ſalſa*) Anthelmintica etiam ſunt *Acida*, ſimplicia, compoſita. & præparata, *Acetum ſimplex, rutaceum, bezoardicum, ſuccus citri, limonum, aurant. berber. ſpir. ſalis, vitriol. nitr. tinctur. roſ. violar. Clyſſus antim. miſt. ſimpl.* Non ferre poſſunt acida ver-

mes, unde inprimis conveniunt in conjunctâ nauſea & febribus, Valet id quoque de nitroſis, Hinc itinerantium remedium commodum præſtant *ſpir. ſalis* & dicta alia, ad aquarum vitia corrigenda, inſtillatis aliquot guttulis. *Wedelius.*

Anthelmintica ſunt *ſulphurea*, quod ipſum latios explicari poſſet, h. l. vero ſaltum de internis nobis proponetur, Sic v. g. anthelmintica ſunt *ſuccinum album præparatum*, ejuſque *oleum, flores ſulph. & balſam. ſulphur. camphorâ*, putiedinis antidotus ſingularis, & *oleum bezoardicum* aliaque. *Idem.*

Alkalina terrea & lixiva ſunt anthelminthica, ut *cornu cervi uſtum*, *muſcus marinus corallinus*: In ſpecie vero nomine *corallina* ſaxeus frutex conſpicuus, quod præcipuum eſt pro lumbricis expellendis ſecretum. *Idem.*

Amara, ſalſa) Notabile amaris, non balſamicis, minus fidendum, nec ſalitis; Obſervavit *B. Schenchius* noſter aliquando puerum Pharmacopœi ex panis ſaliti uſu nimio tot vermes ſibi accerſiviſſe, ut in epilepſiam inciderit, datis anthelminticis, & exinde excretis vermibus curatum: In ipſo etiam abſinthio & ſale vermes generantur. *Idem.*

29. *Tota proprietate infeſta*) Notandum *traumatica* quoque eſſe debere anthelmintica, & optima eſſe balſamica, vel quaſi talia, ne putrilagine concepta ſeminia morboſa in actum deducantur, quod etiam in fracturis oſſium, ut vidimus, & alias evenit. *Wedelius.*

30. *Dulcibus mixta*) Dulcia vermium illecebræ, reliqua dicenda mors, Eſt enim his animalibus etiam ſenſus & appetitus animalis, ut grata amplectantur, ingrata fugiant, quicquid etiam in contrarium aſſerant nonnulli: Mel quaſi fellis debet eſſe vehiculum, lac veneni, ut alliciantur his ipſis, cæteroquin non facile hauriendis, nec effectu conſequente deſiderato: Sic etiam caſſiam nonnulli cum ſemine *Cina* dare aſſulent. *Wedelius.*

31. *Per inferiora, dulcibus præmiſſis*) Nec ea quæ *vermes alliciant* negligenda eſſe quotidie experimur, præſertim in infantibus, ubi *clyſteres ex lacte cum ſacch. & vitellis ovor.* commode uſurpari ſolent; Puello xii. ann. *Enema ex lacte rec.* cui *folia rutæ* incoquebantur, & in colat. *ſacch. cand. rubr.* cum *ol. rutac.* ſolvebantur, cum inici curarem, mox ab hujus uſu excretis ultra xx. vermibus convaluit; Ante vero hujus injectionem *ſyrup. de cichor. cum rhab. & aqua agrim.* propinaverant: Nec minus etiam adultioribus ejuſmodi clyſteres con ducere ſolent. *Stranſſius.* Vide §. *Clyſteres.*)

32. *Dulcibus*) De his notandum 1. Dulcia necandis & averruncandis Vermibus infidum eſſe remedium, Sunt enim his amica potius, quatenus plurimum nutriunt, & plurimum excrementitii humidi gignunt, Hinc notatum eſt quotidiana experientia, non ſolum à lacticiniis & ſaccharatis promptiſſime enaſci in infantibus vermes, verum etiam ab iiſdem, ut & ficubus, pediculos gigni, ex eadem cauſa copioſos; Ne vero quis putet non eſſe qui dulcia ſtatuant anthelmintica, laudabimus unum *Scipionem Mercurium*, qui *l. de Obſtetricibus pagin. 3. cap. 51.* id experimento & ratione inductus probare conatur, Vidi, *ait*, apud Lombardos, nobiles infantibus ſuis ſaccharata & dulcia alia largius conceſſiſſe & pro lubitu, ex quo ipſi à vermibus minus, ſive non amplius fuerunt divexati, quod dignum admiratione eſt, cum ex dulcibus potiſſimum alias gigni viſantur; Tandem, *addit*, in propriis liberis cauſam expertus ſum; & vidi ſaccharum, eoque obducta, ideo eſſe anthelmintica, quod dulcia non ſolum laxant alvum & educunt vermes, verum etiam his dulcibus ad nauſeam uſque & crepaturam ſaturatis moriendum & exeundum fuiſſe, ſuſpectum tamen facetur hoc remedium, quod humores vitioſi inde excitari queant, & ex his febres & diarrhœæ, lumbricis pejores enaſci: Sed hæc duo fundamenta ſunt admodum infirma; quod enim Experimentum ſpectat.

1. Dubium eſt an vermibus laboraverint: non enim promiſcue vermineſcunt infantes quoque à dulcibus, ſed magis humidiores, & quibus eſt bilis iners magis.

2. Notum eſt jejunos & famelicos magis vexari à vermibus, ſaturatos minus, quia cum non habeant quod edant, lancinant ipſas partes lumbrici; quando vero à dulcibus ſaturati fuerunt, conquieſcunt quidem, non ideo tamen necantur ſtatim.

3. Erepere lumbricos nimietate nutrimenti minus probabile eſt, & ſi id fiat vel maxime per accidens id fit: Inde vero

4. Credibile potius eſt, quo magis nutriuntur, eo etiam magis propagare ſui ſeminia, Satius ergo eſt iis abſtinere, Inconveniens enim fuerit morbum nutriendo oppugnare, hinc Dulcia magis ad falleudos & inescandos quam enecandos vermes facere certum eſt; neque eſſe eadem niſi improprie anthelmintica: *Wedelius A. m. m. p. 368.*

33. *Illis Oleum*) Quæcunque vitæ vermium ſunt contraria, ſunt anthelmintica, Vita vero vermium conſiſtit in tranſpiratione, illam igitur deſtruentia & impedientia omnino hunc cenſum ſubeunt; In aquis quidem notabile eſt vivere inſecta; quinimo in acidis liquoribus, ut aceto, ipſiſque amaricantibus nonnunquam iis vivere datum eſt, Nullus vero vermis in oleo vivere eſt viſus, quantum quidem per experimenta cognoſcere licuit, Hinc *quæcunque* oleoſa ſunt anthelmintica, præcipue ſimul balſamica, Oleoſa ſuffocant, & ſuffocando deſtruunt ſeminium verminoſum, hinc *Ebſina* non inepte laudat *ol. olivarum.*

Quo magis hinc ſunt *ſulphurei liquores*, eo minus vermes ferunt. Hinc non ſolum ſpiritus vini ipſe ſola lotione platulas necat, verum imprimis oleum quodcunque, eo quidem magis quo ipſum eſt penetrantius, adeoque expulſivum tum interne tum externe. Remiſſius id præſtant aquea, quo nomine *aqua graminis*, *tanaceti, hyperici, ſcordii* & alia laudantur. *Wedelius.*

33. *Oleum*) Vulgo à mulieribus uſurpatur *oleum commune* cum vino exhibitum: Illud autem lentore ſuo animalium eorum quæ ſola tranſpiratione vivunt, ſpiracula occludens, ipſa ſuffocat & interimit: Vinum etiam acrimonia ſua eadem interficit; At præſente febre melius eſt oleum cum *ſucco limonum vel granatorum* admiſcere; vel, quod multo præſtantius eſt, *oleum amygdal. amar.* cum prædictis ſuccis, vel aqua *flor. aurantiorum.* *Riverius.*

33. *Oleum*) ℞. *Abſynth. Pont. ſanton. abrot. hyſſop. thymi āā ℥i. rutæ, card. ben. mentha, praſii, centaur. min. āā. ℥ß. corall. ℥ii. flor. hyper. ℥iß. ſucci galegæ ℥ii. rad. ireos, enula, gentiana, dictamni albi āā. ℥i. torment. myrrhæ, c. c. uſti āā. ℥ii. agar. rhei, aloes āā. ℥ß. cardamomi, lupinor. āā. ℥iß. ſemin. braſſicæ, portul. coriand. ppti āā. ℥i. amygd. amar. ℥iß. ſemin. citri ℥ß. ſem. ſecalis ℥ii. ſebeſten. pingu.* ℥iiß. m. s. inciſis incidendis, & contuſis coq. omnia in vaſe vitreo ponantur, addaturque *ol. oliv. ol.* quantum omnibus ſupernatet, per xl. dies vas Soli exponatur; Vel, ſi citius hoc *Oleum* parandum, bulliant omnia in M. B. per xii. horas continuo Oleum colετur, abſque forti expreſſione, cujus ego ſoleo ʒi. pueris exhibere, adultis ʒii. & mirifice prodeſt, eoque magis ſi partes etiam pulſatiles inungantur. *I. C. Claudinus Conſ. 64.*

34. *Præcipua ex enecantibus*) Quia ſæpe nonniſi magno labore & longo tempore verminoſi affectus in nonnullis pueris expugnari poſſunt, quamplurima remedia, eaque præſtantiſſima, ab authoribus inventa ſunt.

ſunt. *Stocherus* in Empirica *Oleum è ligno* exſiccato *cor[illegible] avellana*, per deſcenſum paratum laudat, ſi una [illegible] guttæ puero exhibeantur; grandioribus ve-ro tres [illegible] quatuor cum mica panis, *Immediate*, inquit, *interficit & educit per ſeceſſum, imo vero lumbricos & pediculos extra corpus levi contactu enecat.*

Volunt autem authores peritiſſimi, hoc *oleum è ligno coryli* non eſſe *oleum* illud *Heraclinum* quo *Martinus Rulandus* pueros à lumbricis ſere in momento liberabat; labra & umbilicum eodem illinendo; vide illius Centurias. Nos autem experti ſumus *Oleum juniperinum*, ad guttam unam exhibitum cum juſculo, puerulis hiſce à lumbricis laborantibus multum opitulari, modo febris abſit. Pro *Potu ordinario* aqua ex *hydrargyri* infuſione parata erit utiliſſima, vel in qua hydrargyrum per horam integrum in ampulla vitrea ſemiplena agitatum fuerit. Satius autem eſt aquam cum eo parum ebullire, ſic enim efficacius agit.

Non minoris efficaciæ eſt aqua fontis cum *ſpiritu vitrioli* aut *ſulphuris* gutt. aliquot aſſidula reddita ſunt enim aciditatis illæ ſpecifica materia qua moriuntur vermes. Aqua vero, provt puer eſt grandior, magis aut minus acida eſt efficienda.

Vulgo autē paratur, pro *Potu ordinario Decoctū graminis* aut *coriandri præparati cum ſucco limonum* aut *granatorum* mixtioni, vel *decocto graminis ſaccharum cum aceti tantillo* admiſceri poterit. *Riverius.*

Vermes necant *Hydromel, vinum Hiſpanicum*, Walæus *Med.Pr.c.18.*

Inter acria & amara nullum præſtantius inveni remedium quam *Decoctum Scordii*, memini me extraxiſſe ab hinc xxv annis *Scordii decocto* pedales vermes maxima quantitate. *Duretus.*

Plurimum laudatur *Decoctio Sebeſten.*

Vidi quendam pro tabido habitum, & quaſi conclamatum, qui Potu *Pulveris cortic. aurantior* ad ℥j. per tres vices in vino curatus fuit, ejectione innumerorum vermium. *P.Borellus cent.1.obſ.90.*

Puer incidit in febrem gravem & inordinatam cum capitis dolore, tuſſi ſiti, tremore in ſomno, & vociferatione, unde vermibus laborare conjeci; Dedi *tanaceti ſemen* cum *ſyr. viol.* tribus matutinis, unde plures quam centum vermes pedalis longitudinis excrevit & ſanus factus. *Schenckius.*

Nihil *vino* & *ſpiritu vini* præſtantius ad enecandos vermes, quibus etiam in lumbricis utimur. *Th. Bartholinus cent.4.hiſt.19.*

Peculiariter juvat *Vaccinus talus* in cinerem redactus, & cum *vino* potus. *Al. Benedictus lib. 21. Pr. cap 2.*

Quinta eſſentia centaur. minor, tutiſſime vermes educit & generationem eorum prohibet. *P. Joh.Faber.*

Quinta eſſentia lumbric. arcanum eſt mirum ad infantulos à vermibus præſervandos & ab iis liberandos. *Idem Myroth.ſpag. 1. c.23.*

Nullum æque remedium profuit quam *decoctum acetoſa* cum *portulaca & ſcordio, & c.c.uſto.* Foreſtus.

Cuidam ſumma cum laude exhibui coch. unum *ſucci granator.* & cochl ſem. *ol.olivar.* ſimul mixta & multos vermes ejecit *Idem.*

Hoc ſolo *decocto* puer quidam illico vermes dejecit, & miraculi inſtar ſanatus.

℞. *Hyſſopi majoran. fœnic.* āā. m.ß. *fumar. centaur. min.abſinth.* āā. p.j. *coque in aquæ* ℔j. *colat. adde oxym. ſimpl.ſyr.fumar.mell.roſ.* āā. ℥ß. miſce. *Idem.*

In omnibus vermibus pro comperto habemus nullum præſtantius remedium quam c. c. uſtum exhibitum. *Idem.*

Limatura chalybis pura à gr. xv. ad x. data omnes vermes enecat. *Glauberus.*

Succus naſturtii ſolus ſæpe ſatis ſufficiens eſt remedium. *Frid.Hofmannus.*

Acetum antimonii ad ℈j. cum vino datum, omnes enecat vermes quocunque loco ſint. *Joh. Poppius in Agricolam.*

Secalis decoctum in lumbricis pellendis valde prodeſt. *Jac.Primiroſius.*

Hypericum in juſculo datum ſpecificum eſt. *Quercetanus.*

Quidam pro ſecreto habent *ſtercus murium* pulveriſatum, cum *aqua ſcabioſa* bibitum per triduum. *Euſt. Rudius. Oleum Magni Ducis Florent.* ſemimortuos reſtituere ſolet. *Idem.*

Aqua hyperic. in qua agitatus ſit *mercurius vivus colata, detur cochl.*j. omnes moriuntur vermes & ejiciuntur. *Mart Schmuk.Theſ.ſecr.*

34. *Præcipua*) Primum & præcipuum contra vermes remedium creditur *Amato ſemen ſantonici ſacch.* incruſtatum, quo ſcilicet lumbrici alliciantur; quanquam non deſint qui exinde potius oriri vermes autument. *Sennertus corallinam* præfert *Borellus* cortic. *malor. aureorum* pulvere ad ℥j. per tres vices quendam innumeros vermes ejeciſſe, atque ita à tabe liberum evaſiſſe refert. *Idem* commendat *eſſentiam ſemin.ſantonici* umbilico applicitam. *Weckero* efficaciſſimum dicitur *ſemen tanaceti ex ſyr.violarum*, Addendam conſulit *Horſtius H.M.l.7.c.8.* radicem *primula veris.*

Foreſtus ex ſucci punicor ℥j. *& ol.olivar.* ℥ß. conficit hauſtum quo alvum laxari ſimulque vermes educi ait; quippe oleum antidotum eſt ex *Petræo*, nedum enim illos non admittit, ſed & ſuffocat; hinc ſagaciores, fœminæ cibos infantibus multo oleo condire ſolent adjecto *allio* & *fol. lauri* ſimul una incoctis. At *Bartholinus cent.xv.n.19.* nihil *vino & ſpiritu vini* ad lumbricos enecandos præſtantius eſſe ait, quod experimento confirmatum vidit Eruditiſſimus *Redius.* At omnibus palmam præripit Mercurius &c. *Lucas Tozzi*, utuntur quidam *aqua* in qua ſtannum ignitum plures [illegible] ictū ſit.

Raphanus marinus, aceto & vino præparatus, aliis nihil efficientibus plurimos educit vermes, *Sebizius manu.*

Omnes lumbricos expellit *decoctio ſtæchados cum lentibus* propinata in potu, quod ſæpiſſime ſum expertus. *Varignana.*

Succus rad. enula cum vino datus mirabiliter necat omnes vermes. *Idem.*

Secalis & lupulor. flor. decoctum in lacte & bibitum valde laudatur, cum & muſcas interficiat ſi illud ſugant *Weeckardus.*

Cepas conſcinde & projice in aquam, ſtet per noctem, De hac aqua da pueris, vehementer pellit vermes & necat. *Viettelnus.*

C.C. uſto cum aceto ſoluto & pueris dato vix ſalubrior datur medicina. *Idem.*

34. *Præcipua*) Niſi in lumbricis necandis ad valida præſidia confugiamus, ut ad *aloen non lotam*, vel ad *mercurii* ℈j. cum aloës & therebinthinæ pauxillo, ad pilulæ perexiguæ formam recepti, nihil fit. *Sanctorius meth. vit. err. l.5.c.22.*

34. *Ex Enecantibus*) Authores nonnulli Lumbricos è corpore excretos proprii antidoti loco habent, quod tamen minus tutum, imo potius damnoſum remedium; Enim nulla eſt ratio cur ſimile pellat ſimile quod contrarietatis eſt potius, lupus lupum, cornix cornicem amat magis, x. Vermium ſemina ſunt admodum materialia, & infinitis modis hinc propagabilia; hinc 3. excretos vel maxime ab hoc aſſumpto putatitio remedio expulſivo, lumbricos non tam in corpore præextitiſſe, quam generatos potius eſſe vero eſt ſimilius: Lumbricos vero terreſtres præparatos anthelminticos eſſe quidam aſſerunt quoque, præſtat tamen & de iis è dictis indicare, præcipue cum ſufficientiſſime proſtent alia. *Wedelius.*

39. *Corallina*) *Corallinam* (*muſcum marinum* pleriſq; creditum) circumforanei in pulverem contritam in plateis venditant ad puerorum vermes necandos miriſque laudibus efferunt: qua in re nimirum cæteris præſtat medicamentis, ſiquidem non modo interficit lumbricos, ſed eoſdem quoque expellit magna ſæpe cum adſtantium admiratione, quod quandoque viſus ſit puer qui ex aſſumpta hujus pulveris ʒj. centum vermes excreverit. *P. A. Matthiolus.*

Quam *Corallinam* vocamus, & in frequenti uſu eſt pro puerorum vermibus, à *Dioſcor. Galen.* & aliis *muſcus marinus* vocatur; Sed hanc vim ignorarunt antiquiores, quod vermes interficiat, quam poſteriores ita eſſe comprobarunt, & amara eſt, & nunc tota Græcia pro vermibus utitur. Imo ſunt qui per plateas & vicos attritam *corallinam* vendant, ita clamantes [illegible], ac ſi dixerint vermes interficiens &c. *Anton. Muſa Braſſavolus.*

Idem ſcribit ſenem 82. ann. in extremis poſitum, accidentibus quæ vermiculoſis pueris accidunt, & cum gravi halitu, qualis pueris eſſe ſolet, 500. excreviſſe, medicamento è *ſcordio & corallina* Plantam illam deſcrit it *Levinus Lemnius.*

40. *Tinea in ſpongiolis cynorrhodi*) In interna cavitate *roſæ ſylv.* albi vermiculi reperiuntur, qui magno cum commodo contra lumbricos adhibentur. *Crollius.*

47. *Semen Santonici*) Mulierculæ vulgo pueris à lumbricis male habentibus exhibere ſolent *ſemen contra* ſaccharo incruſtatum, vel nudum ſemen cum melle permixtum, Quod remedium præſtantiſſimum eſt, ſiquidem lumbrici, dulcium rerum avidi mel devorant & cum melle ſemen quo interficiuntur. Quia vero ſemen illud valde calidum eſt, temperari poteſt ſi in aceto infundatur per duas horas, poſtea vero cum melle cocto miſceatur ad formam opiatæ, quam *Amatus Luſitanus* prædicat tanquam primum adverſus lumbricos remedium. *Riverius.*

Idem ſemen gratiſſime & efficaciſſime ex ſapa ſumitur, eaque ratione facile pueris imponitur, quod ſapor ſeminis fere omnino delitelcat; imo per moram optime enecantur vermes, ſed purgans aliquod ſuccedere, quo deturbentur, non inutile eſt.

48. *Cornu cervi uſtum*) Quod à *Foreſto* maxime laudatur, cum paſſulis aut alio quovis modo exhibitum, ut nonnulli hoc ſolo remedio curati ſint, Iis præcipue convenit qui lumbricis cum alvi fluxu laborant: In qua affectuum complicatione commendat etiam *ſuccum plantaginis & decoctum* centinodii in potu exhibitum, Quibus poſſunt topica ventri admoveri, partim adſtringentia partim lumbricos enecandi vi prædita. *Riverius.*

49. *Aqua portulacæ*) Non ſola aqua verum etiam ſemen utile eſt, narrat enim *Arn. Villanovus* quendam puerum dum eſſet in mortis periculo conſtitutus propter lumbricorum multitudinem, ſem. portul. ʒß cum lacte ſumpſiſſe atque lumbricos multos emiſiſſe, fuiſſeque liberatum.

50. *Ex compoſitis internis*) Inter interna primum recenſeri debent Pulveres varii. Hi præcipui ſunt; quorum dozis à ℈j. ad ʒj. pro ætate puerorum cum liquore idoneo,

℞. *Sem. ſantonic.* (*alias contra vermes*) unc. ß. *corallin.* ʒiij. *raſur. c. c.* ʒi. *m. f. Pulvis.* Vel

℞. *Sem. contra, corallin. & c. c.* ãã. *p. æqu. f. Pulvis.* Cornu cervi ad ſummam albedinem calcinatum ſit.

℞. *Pulv. hiera ſimpl.* ʒij *ſem. contra. ſcordii, centaur. minor. corallinæ* ãã. ʒj. *f. Pulvis.* Vel

℞. *Rhabarb. & agar.* ãã. ℥j. *trochiſc. albandal.* ℈j. *diagr.* ʒß. *adin . . c. c. uſti* ãã. unc. ß. *myrrha, zedoar. flor. tanaceti.* ãã. ℈j. *ſalis abſinth. & tartari* ãã. ʒß. f. Pulvis tenuiſſimus. *Riverius.*

51. *Præſtat Pulvis*) In hiſce pulveribus adv[ertendum] eſt ut ex calidioribus medicamentis co[mpoſiti], in calidis naturis & febricitantibus raro & [...] dozi uſurpentur. *Riverius.*

52. *Extra laudatur*) Externus ventri admov[eri] ſolent Topica varia e. g.

℞. *Rad. gentianæ* ℥j. *rad ariſtol. rot.* ʒj *cortic. arant.* ℥j. *colocynth.* ʒj. *cornu cervi uſti* ʒj *cr[...]* ʒß. f. *Pulvis, ſubigendus cum oleo de abſynth. vel amygd. amar. cum cera* f. Unguentum.

Oleum ſimplex cum pulp. colocynth. decoctum efficaciſſimum eſt.

Oleum abſinth. & hyperici toti ventri mane & veſperi illitum.

℞. *Ungu. de arthan.* ℥iij. *mercur. crudi* ʒj. m. f. unctio ventris

℞. *Ol. abſinth. menth. amygd. amar.* ãã. ℥ß. *ſucci abſinth. rutæ* ãã. ℥ij. *tormentill. decoct. omni alb. zedoar.* ãã. ʒß. *fellis bubuli* ʒiij. *aloes* ℈j *pulver. & cum pauca cera f. Ungu.* Vel

℞ *Colocynth.* ʒvj *terantur & cum felle bovis & vino imponantur umbilico.*

Quo remedio vermes necantur & venter ſolvitur.

℞. *Myrrhæ* ʒvij. *maſtich.* ℥vij. *aloes hepat.* ℥xviij. *ſalis comm.* ℔j contuſa omnia deſti lentur per retortam lento igne & magna diligentia, exibit primo aqua, deinde oleum, quo ſi illinatur infantium umbilicus, omnem putredinem corrigit quæ in eorum materia reſtagnat.

Valet & ſequens *Cataplaſma*

℞ *Farin lupin.* ℥j *myrrh aloes* ãã. ʒij. *fellis bovis q. ſ. ol. de abſinth.* unc. ij. f. Cataplaſma ventri admovendum.

Si alvi fluxus diutius perſeveraverit, ſequens Catapl. admoveatur,

℞. *Olei cydon & abſynth.* ãã. unc j. *ſucci portulac. cum aceto extracti* unc iß. *far lentium* unc. j. *farin. lupinor.* unc. ß. *corall. r. c. . uſti* ãã. ʒiij *Incorporentur ſimul & cum pauca terebinth. f. ad modum cataplaſmatis.*

Ex ſola *hiera picra* cataplaſma factum efficaciſſimum eſt.

Fotus etiam interdum adhiberi poſſunt, quando magna ventris inflatio & tenſio apparet E. g.

℞. *Fol. abſinth. abrotoni, tanaceti, ſcord. malvæ violar.* ãã. *m. i. lupinor. contuſ.* unc. ß. *centaur. p. i. coqu. in aqua & aceto*, foveatur totus venter calide frequenter. *Riverius.*

Pueris imponimus umbilico Catapl. ex *abſinth. vulgari, non Romano*, quia mitius eſt. *abrotono*, ruta: Quidam *cepam* excavatam replent *pilulis Ruffi & theriaca.* Et *Author de Ther. ad Piſonem*, dixit nihil æque prodeſſe ad illam moleſtiam atque theriacam, hæc & *Mithridatium*, ſi nulla febris, vermes necant & excludunt. *Duretus.*

Medicamen extrahens lumbricos ab inteſtinis.

℞. *Cyminum*, piſta cum *felle tauri* recenti, & pone ad umbilicum *Rhaſis.*

Hoc ego medicamento puerum curavi lumbricoſum, Ex cujus appoſitu, & vermes ab inteſtinis proliciebantur, & per umbilicum incomparabilis multitudinis aqua ſanieſque profluebat. *Sebaſt. Auſtrius.*

53. *Extra*) Umbilico applicantur magis amaricantia & purgantia, ex *felle tauri, oleo colocynt. troch. albandal, ol. tanaceti.* Notandum vero externis his magis utendum in ſubſidium & pro ſolamine ſymptomatum, ad dolores, tormina &c. *Wedelius.*

52. *Extra*) Unguentum hoc habet *Pharmacopœa Bateana.*

℞. *Folior. abſynth. vulg. menthæ, tanaceti, rutæ, porri, jugland.* ãã. m. iij. *ſabinæ man. iv helleb. aſtr. man. vj. contundo probe cum ſeminum ſant. n.* ℥ij. *rad. bryon. rec.* ℥vi. *colocynth. aloes* ãã. unc. ij. *fellis taur.* ℔j. *butyri rec.*

anſoſ

inſulſi ℔v. *vini albi* ℔ij. *coqu. ad vini & ſuccor. conſumpt. fiat expreſſio.*

Ventri & umbilico admota proſunt, *oleum thuris ſtillat. eſſentia ab ſinth. ol. diacolocynth. ligni coryli, nucleor. perſic.* Apud Monachos Caſſinenſes præparatur *oleum viride* ex diverſis herbis medicatum, quo paſſim uti ſolent noſtrates fœminæ, Paratur item *malum aureum ſucco abſynth menthæ utr. fol. perſic. & portul.* repletum, adjecto pulvere *aloes* & *ſemin. colocynth.* cum *felle tauri, fuligine camini, & theriaca,* mox ad ignem excalefactum ventri & lumbis adhibetur. *Lucas Tozzi.*

Theriaca vino veteri, vel *ejuſdem ſpiritu* diſſoluta & umbilico impoſita vermes necat. Et ſi adjiciatur modicum *ungu. de arthan.* alvus quoque laxabitur. *Idem.*

51. *Expellentibus*) Num nidus & ibi nidulantes vermes exturbandi, Non ſatis eſt vermes interimere, majores ruibis daturos putredine ſua actuali & majori; ſed & deſtruere materiam; Unit enim natura ipſa mortuos excernere allaboret, minus hinc repugnantes, Sed ſequentes motum ſcybulorum præſtat tamen non fidere his ipſis, ſed vel purgantibus, ſi id licet demandare hanc provinciam, vel ſaltim non ſine illis unico interimentibus reliquis uti. *Wedelius.*

53. *Expellentibus quæ ſunt*) Inter purgantia præſtantiſſimum eſt *Rhabarbar.* quod etiam præſenti alvi fluxui & febri convenit, E.g.

℞. *Rhabarb. el.* ʒj. *ſantal. citr.* ℈ß. *infundantur in aqua graminis aut portul. ſc.* unc. ij. *aut* iij *In expreſſione diſſolve Rhab. pulver. & pulv. contra vermes* āā ℈j. *ſyr. roſat.* unc j. *miſce f. Potio,* Vel

℞. *Rhabarb. pulv. & corallin.* āā ʒß. *plus minus pro ætate, aqu. gramin.* unc. ij. *ſyr. violac.* unc. j. *f. Potio.*

Si febris magna non adeſt, *Hiera picra* ʒij. plus minus potioni admiſcendæ ſunt; illa enim propter amarorem lumbricos potenter enecat & expellit.

Si prædictis remediis non ceſſerit affectus, præmiſſis enecantibus generoſioribus, Purgatio repetenda eſt, imo frequenter iteranda, donec impuritati corporis ſit ſatisfactum. Imo vero prædicto Decocto *ſenn. agar. rhabarb.* &c. addi poterant & tunc ſemel tantum in die erit exhibendum.

Rondeletius valde probat *Elect. Diacarth.* tanquam remedium præſtantiſſimum ad vermes dejiciendos, & pituitam expurgandam, ac materiam unicè, ſtuporum, ex quibus generantur & nutriuntur vermes, Tum etiam *infuſionem agarici in oxymelite,* Quæ remedia præcipue conveniunt ſi febris abfuerit. *Reverius.*

53. *Rhabarbaro* Ad evacuationem non credo aliud eſſe præſtantius remedium quam *agaricus* & *rhabarbarum, hiera* etiam utilis eſt. *Jo. Bapt. Montanus conſ 221. & 222.*

54. *Rhabarbaro*) mirabilis eſt *Potio ex rhabarb.* cum *aqua gramin.* vel *abſinth.* vel *portulac.* ad vermes cum diarrhœa. *Hieron. Montuus.*

Latos etiam expellit *rhabarb.* ʒj. *aqua gramin. aut abſinth.* ℥ij. *ſpicænardi gr.* iv. Hollerius.

55. *Mercurii* Ut Lumbricorum cauſa materialis foras ejiciatur ex inteſtinis, & corrigatur loci diſpoſitio, ne amplius vermes in eo producantur, *Mercurius* ſpagyricè præparatus ſummum eſt arcanum; Lumbricos enim productos, qualeſcunque ſint, enecat, & ne amplius producantur aut generentur impedit, quia loci diſpoſitionem corrigit deficcando valde ob calorem ſuum innatū. Calidus enim eſt mercurius, quicquid reclament nonnulli, ita ut in ægrum natura validus medicamentū ... lumbricis *Mercurio* ſpagyricè præparato non detur.

Sunt qui ... loquuntur, quod ego non probo, quia cruditas illa mineralis in mercurio ulceroſa eſt, & nimis ... ventriculo periculoſa, ... mineralis igne minerali, qui ... quibus conſiſat mercurius ...

Curantur ergo lumbrici ſequenti methodo.

℞. *Mercurii dulcis ſpagir. prepar. gr.* xx. *opiatæ Salomon.* ʒß. *mis. f. Bolus.* Iteretur hæc doſis per tres auroras, Admiſceatur aliquid pulveris emetici, (aut *diagrid. troch. alband. &c.* ad gr. iij. vel iv. ſi fortius quis purgare deſiderat, ita tamen ut ægri ſint adulti & fortiores. *Joh. P. Faber.*

Sicuti Mercurialia medicamēta rite parata ſanguinem ab omni corruptionis inquinamento effectiſſime mundificant, ita nullum etiam eſt dubium quod verminoſam pullulaginem, tanquam eximiæ corruptionis fructum, vel in tempore arceant, vel ſi jam præſto ſit oppido fugent atque penitus averruncent: Verum an deſiccando hanc efficaciam præſtet, alia ratione admittere non poſſumus quam quod noxios putrenteſque humores citra moleſtiam expurgare, atque ſic meatus ac cavitates corporis omnes, præſertim inteſtina primaſque vias depurare valeat.

Mercurium autem illum vulgarem obtinere, ut omnia illa mixta, calidum ſuum innatum nemo negaturus eſt, ſed tamen non ſequitur ſtatim quodcunque ſuum habet calorem congenitum, illud etiam calidum eſſe, id quod innumeris circumſtantiis oſtendi poteſt. Ideoque haud confundendum eſſe cenſemus Mercurium illum vulgarem qui in monopoliis venum proſtat, & de quo loquitur *Faber*, cum mercurio Philoſophorum, qui argentum vivum igneum, ſeu aqua oreas, liquor igneus, vel ignis humidus, tanquam ſperma omnium metallorum vocatur, Sed tranſeant hæc quæ altioris ſunt indaginis.

An vero crudus mercurius tuto & ſine detrimento ſanitatis aſſumi poſſit, *Faber* diſquiſitioni ſubjicit, Nos provocamus ad curam paſſionis *Iliacæ*, ubi omnia deſperata videntur à crudi mercurii uſu non abhorremus. Tam venenatus enim ac pernitioſus eſſe mercurius ille currēns non poteſt (mortificatum vulgari modo hic excipimus, qui omnino exitialis eſt) ſi alas ſuas adhuc integras habens interne accipiatur; quia cito tranſit, atque ſic propterea de ſubſtantia ſua in corpore nihil relinquit, ut ob corroſivam & ulceroſam cruditatem aliquod hinc ſit pertimeſcendum periculum; Ut autem in Iliaca miſeria mercurium currētem crudum ſine omni hæſitatione ac intrepide porrigimus, ita in occidendis vermibus eum in ſubſtantia præbendum nos quoque non ſuademus, ſed infuſionem ejus ac coctionem potius in *aceto* vel aqua, ſive communi, ſive diſtillata ſpecifica, qualis eſt *flor Perſicor fumar. centaur. minor. portulac. gramin. &c.* factam tanquam mira hic præſtantem cum *Helmontio*, (qui radialem hanc mercurii commiſtionem vocat) & *Poterio* impenſe commendamus, utpote quæ ſine omni malignitatis ſuſpicione eſt. Maceretur, inquit *Helmontius*, argentum vivum vulgare in magna aquæ fontanæ quantitate, tunc illa (etiam ſi ne minimum quid de hoc *Mercurio vivo* ſubſtantialiter in ſe ſorbeat, aut ad ſui naturam convertere queat) ab illo argento vivo hanc proprietatem mutuabit, ut epotum aliquid de hac aqua, radialiter ſic impregnata, ſtatim univerſos lumbricos, & omnis generis vermes, in illis etiam corporis noſtri locis exiſtentes, quo potus ille nunquam pervenit, enecabit. Et porro, *inquit*, aqua iſta, mercuriali ſidere tacta longe ſit validior, ſi ſemel duntaxat cum argento vivo ebullierit; ſic unica uncia, *perget*, millies & indefeſſis viribus tot menſuras aquæ poterit hac virtute imbuere. Hanc ipſam aquam radialē *H. Angenius* & *D. Albertus Munzelius* ſuo calculo approbarunt, qui eandem nuncuparunt *Aquam hermeticam* vocant.

Annotari etiam meretur quod *Poterius* nobis reliquit, Quidam *inquit*, Mercurium crudum in fundo dolii retinent; ferunt enim vinum ne aceſcat, aut vappam contrahat, pendulumque fiat ejuſdem ſingulari virtute præcaveri: Tale vinum plurimum quoque valere ad ventris Lumbricos, ac de capite per os, imo è toto corpore, omnem viſcidam humiditatem ac pituitaginem educit.

Nobis arridet quod mercurium dulcem *Faber* cum pauxillo *Opiatæ Salomonis* (Opiatæ dictæ non quod opium cõtineat, ſed quod medicamentis ab opio baſim habentibus conſiſtentia ac colore reſpondeat) commiſcent, unde non tantum virtutem roborandi, putredinemq́ue compeſcendi, verùm etiam vermes peculiariter perimendi obtinet. *Chr. Langius p. 475.*

55. *Mercurio*) Reliquis omnibus remediis forte præſtaret *Mercurius crudus* ſi cum per os exhibere auderemus, quod tamen magnorum virorum ſuffragia fieri poſſe teſtantur; quorum nonnulla in medium proferam, ut qui hoc remedii genus tentare voluerint, id minime ſine authore feciſſe exiſtimentur. *Matthiolus* Epiſt. 4. *Mirari non debemus ſi ad necandos interaneorum vermes* Braſſavolus *dari pueris argentum vivum nullo incommodo ſcriptum reliquit. Et eo tam feliciter uſus ſit alter quidam clariſſimus Medicus Patavinus, quanquam parandi dandique rationem minime unquam dicere voluerit; Atque ego, etſi hoc medicamento nunquam ſum uſus, vidi tamen dari ſæpe illud* ℈j. *vel* ʒß. *pondere à Goritienſibus obſtetricibus ægre parturientibus nullo prorſus incommodo, ſed felici ſemper eventu.*

Fallopius Tract. de Morbo Gall. Ego exhibeo argentum vivum in vermibus puerorum, & nullum parit ſymptoma, ſolum necantur vermes.

Platerus *in curat. lumbricorum, Argenti vivi*, inquit, *guttam unam vel alteram, vel* ℈ß. *aliqui deglutiendum propinant, quod vermes, quibus maxime adverſum, cito fugat, poteſtque innoxie, ut alibi etiam dictum, ſumi.*

Fabritius Hild. obſ. 71. cent. 2. In Hydrargyro, ait, *præſtantiſſimum eſt remedium, illud enim ad* ʒiß. *purum & per corium trajectum hauſit, & ab eo tempore infeſtare ceſſarunt tam dira hæc animalia.*

Joh. Bapt. Zapata l. de ſecretis mirab. c. 5. Inſignes proponit hiſtorias lumbricis laborantium, in quibus infinita alia remedia, tum *aloe* & *abſinthium* fuerant uſurpata. Illius autem exhibendi modus duplex ab eo proponitur, Primus talis eſt.

℞. *Argenti vivi* ʒj. pro puerulis vero ℈j. vel ℈ij. *benjoini* ℈ß. *aqu. vitæ rectificat. gtt. iv. vel v. miſceantur ſimul in mortario vitreo cum piſtillo vitreo, Adde conſerv. roſar. aut violar. q. ſ. ad incorporandum. fiat Bolus, dandus mane per ſe vel ex pane hoſtiario.*

Secundus talis eſt

℞. *Sacch. valde rub. parum, aqu. comm. gutt. iij. vel iv. miſce in mortario vitreo ad conſiſtentiam mellis, dein adde argenti vivi quantitatem dictam, Incorporentur ſimul, addendo olei amygdalar. dulc. guttas vi. aut vii. quæ impediant ne mercurius viviſicare poſſit, m. & cum pauca conſerv. roſ. f. Bolus.*

Baricellus in Hortulo geniali hæc habet, *Hydrargyrum, quod à multis venenum exiſtimatur, feliciſſimo ſucceſſu contra vermes exhibetur, tantaque certitudinis illud in Hiſpania reputatur, ut mulieres tenellis pueris, qui lactis vomitu laborant, ad quantitatem granorum iij. in propria ſubſtantia propinare audeant. Hac autem via morbus ceſſare videtur frequentibus experimentis. Ego quidem viduam mulierem curavi, quæ novem dierum ſpatio vomitibus continuis ex vermibus laboraverat & fere triduo non comederat, nec cibum retinere valuerat: Huic cum* hydrargyri ℈ij. *cum tantillo* cydonii *mortificati propinaſſem, abſque ulla moleſtia per alvum centum & plures emiſit vermes, & eadem die liberata eſt, & ſolita exercuit domi foriſque negotia, prius debilis & emaciata. Aliis etiam exhibui & bono ſemper eventu, domiq; continuo aquam habeo in qua hydrargyrum infuſum retineo, illamq; puerulis pro vermibus libentiſſime concedo, nec adhuc quempiam ex illo noxam accepiſſe expertus ſum. Uſus eſt hoc remedio Matthiolus.* Hor. Augenius, *& plerique alii celebres viri, qui hujus auxilii extollunt beneficia. Datur pueris in ſubſtantia* ℈j. *grandioribus* ℈ij. *vel* ʒj. *corrigitur & mortificatur in mortario vitreo cum* ſaccharo rubro, *idque tamdiu conteritur ut in partes inviſibiles diſſolvatur. Ne autem in priſtinam formam iterum redeat,* ol. amygdal. dulc. *guttulas binas addere oportet, & cum* ſacch. violac. vel *cydoniato* jejuno ſtomacho propinatur. *Riverius.*

56. *Mercurii ſexies ſublimati*) Qui *Mercurii crudi* uſum reformidant, eodem præparato uti poſſunt, nempe *Mercurio dulci*, non ſolum ter (ut vulgo fit) ſed etiam ſexies ſublimato, ulteriori enim præparatione malignitas illius magis retunditur; admixtis aliquot granis *dacrydii*, ut citius è corpore eliminetur, ſimulq́ue lumbricos eorumq; materiam expellat. Quantitas autem illius augenda vel minuenda eſt pro ratione ætatis, e.g. pro pueris 8. aut 10. ann.

℞. *Mercur. dulc. gr. xii. diagr. gr. vj. f. Pulvis. detur cum pomo cocto & ſaccharo, aut panatella ſaccharata. Riverius in praxi.* Vide interius §. *Aqua in qua portio Riverium cent. 1. obſ. 28. cent. 2. obſ. 5.*

57. *Cum diagryd. gr. v.*) Mercurialia in ſua deſidia aliis acuenda, nec ipſis tamen abutendum; Præſtat ſemper ſuccenturiari cum reliquis tum mercurialibus purgantia, & anthelmintica alia, ut & ipſe & enecti una vermes è corpore mature ſecedant. *Wedelius.*

58. *In humores putridos convertuntur*) Noſtrates mulierculæ putant omnes pueros vermibus laborare, ſed cum nullus rejicitur vermis, eos dicunt in humores putridos fuiſſe converſos, nec male; nam ut vermes in phiala concluſi, & fimo calente obruti brevi convertuntur in paſtam, cur in corpore noſtro, cujus calor fimi calori reſpondet, non idem fiet, vermibus enecatis ab amaris medicamentis? certe hoc videtur mihi rationi conſonum. *Petrus Pachequus.*

59. *In paſtam brevi redigi poſſunt*) Hinc quæcunque *animæ* & corporaturæ verminoſæ ſunt contraria, ſunt anthelmintica; Corporatura vermium conſiſtit in mucilagine lubrica, exemplo *lumbricor. terreſtr.* qui mediante putrilagine in liquorem fatiſcunt, putrilaginoſum & nauſeabundum, ſale tamen volatili penetrante ſeorſim quoque ſeparando: In ſpecie vero omnia *mercurialia* ſunt antihelmintica, quippe liquant pituitam & diſſociant, unde & nutrimentum uliginoſum deſtruitur, & *vinimus* quaſi ipſorum mucaginoſa conſiſtere nequit: Hinc inter præcipua anthelmintica ambulat etiam *Mercurius*, vermium mors, & ex in parata vermibus inimiciſſima. *Mercurius* ſimplex adhibetur hoc fine & interius & exterius per inunctionem: In minimo agit vix comprehenſibili *modo*, ob ſal metallicum volatile ſulphureum, unde fundit pituitam potentiſſime, ſimulque pigriorem archeum eorum penitus atque penitus deſtruit. *Wedelius.*

59. *In paſtam brevi redigi*) Quæ niſi exterminata fuerit, iterum reviviſcit; Hinc *H. ab Heers obſ. 9.* Non probo, *ait*, conſilium vel vulgi vel medicorum, verminoſis pueris vermes vino lotos, in tegula ſiccatos exhibentium; certo enim mihi perſuadeo, experientia edoctus, materiam illam vermium putrem, putri puerorum pituitæ remixtam, à magno illorum calore iterum animari; ut videmus muſcas ſubmerſas, multis diebus mortuas, ſi nõ premantur, ſed ſimpliciter extinguantur, Soli denuo expoſitas novo calore iterum vitam volatumq;, ut & pediculorum pelles in puerilibus capitibus & veſtibus relictas amiſſam inter ungues & pectinem animam recuperare.

Huc pertinet quod ajunt mulierculæ Germanicæ de Pulicibus; Qui eas ſubmergit, lavat, qui occidit, ſanguinem emittit. Qui conterit, illis ſomnum conciliat, At qui in ignem concidit, ille demum eas necat.

Differentia

Differentiæ.

Differentias ſi ſpectes, [60] triplices ſunt Vermes.

I. Alii ſunt *Teretes*, longi & rotundi, lumbricis terreſtribus ſimiles, iiſque plerúmque longiores, in quibus morſus ventris eſt vehementior, nauſea, vomitus, ſingultus, abdomen aliquando tympani more diſtentum, alvus vel ſuppreſſa vel nimis fluida, excrementis bubulum ſtercus referentibus, tuſſicula ſicca & aſſidua, ſyncope cardiaca, inſomnia turbulenta, cum tremore, ſurrectione, clamore, maxillarum motione, & dentium in ſomno ſtridore &c.

Gigni ſolent in gracilioribus inteſtinis; [62] conſcendunt aliquando per gulam in os, proſiliúntque dormientibus inde: aliquando ſe in ipſum venæ portæ truncum inſinuant, unde macies: ſæpius cum excrementis in craſſa inteſtina delati, cum iis per alvum ejiciuntur. [63] Clyſteres [64] non conveniunt ſi non ſunt enecati.

[65] *Enecantur* & pelluntur, [66] *Corallina*, quæ omnium validiſſima: *portulaca* ſemine cum lacte; *ſucco* [67] *ruta capraria* unc.j. pondere exhibito; *ſucco verbena*, pulvere *lapidis aſtroitis* gr. IV. in aqua conveniente propinato; *tineis in ſpongiis cynorrhodi* pulverizatis; Extracto *ligni agallochi*, quod laudatiſſimum; vino in quo *cortex radic. mori* decoctus, adultis propinato & per triduum bibito; *Aqua* in qua portio *argenti vivi* ebulliit cum *ſucco limonum*: *aqua* in qua *capa* per noctem macerata; *aqua fontana ſpiritu ſulfuris* acida reddita. *Eſſentia florum perſicorum* decerptorum cum *ſpiritu vini extracta* à gr. v. ad viii. *ſcordii & chamadryos*, vel è *tinctura flor. hyperici* unc. iß. *aqua violar. cardui ſancti* ana unc. iij *ſpiritus vitrioli* dulcorati gutt. vj. parato, & ſingulis tribus horis, quatuor cochlearium doſi exhibito. *Vitrioli phlegmates* cochlear.j. doſi cum *aqua Cardui benedicti*, [70] *oleo* [71] *ſulfuris per campanam* à gutt. iij. ad IX. [72] oleo *terebinth. cum ſucco abſynthii* per retortam deſtillato, & oleo *ex terra vitrioli*.

[73] Adde his pulverem ex *corallina* ſeu *ſantonici* ana dr. ii. *dictamni albi*, *rhabarbari*, *biſtorta*, *tormentilla* ana dr.j. pulverizatis, aceto irroratis, & in umbra ſiccatis compoſitum; tabellas *ex ſpecier. diaturbith cum rhabarbaro* ſcrup. IV. *ſacchari* dr. VI. formatas, quarum pueris minoribus dr.j. majoribus drach. II. exhibentur.

[74] *Extra* proſunt, *Sal ruber urina* pueri lateribus vaſorum in deſtillatione adhærens, umbilico impoſitus. *Emplaſtrum* ex *balſami aloes*, extr. [75] radic. *gentiana* ana dr. ß. cum pulvere *myrrha* q.ſ. & *ſpiritu vini compoſitum*, qui duobus pannis ventriculo & umbilico applicandus eſt. [76] Rigatur etiam venter à xyphoide cartilagine ad umbilicum *aqua vita* in qua *abſynthium* maduit: madenti loco aſpergitur *pulvis myrrha*; duplex calens linteum applicatum faſcia obligatur, puer verò pronus in terram deponitur.

II. Alii ſunt [77] *Lati*, [78] qui duplices, vel [79] *Tania*, ſeu aſciæ [80] XL. aliquando pedum longitudine, ſive hi [81] aggregatum quid ex vermiculis cohærentibus aut membranæ incluſis; ſive, quod veriſimilius eſt, unus vermis geniculis quibuſdam & nervis diſtinctus, [82] cujus ſingulæ portiones vermes cucurbitinos aut ſemina cucurbitæ referunt: [83] quibus caput verrucoſum & in mucronem tanquam ſubulam deſinit, obſcurior & tardior motus eſt, quique parte una abrepta alteram in ventrem retrahunt, quæ poſt medicamentis extruſa, abſumpta tenuiore & ſemimortua dum in corpore moratur per putredinem parte, nodo in medio manente, figuram ſeminis cucurbitæ refert, [84] prout in icone apud Sennertum obſervare eſt.

Alii ſunt ex partibus pluribus compoſiti, quarum ſingulæ ſemen cucurbitæ referunt. [85] Adeſt tum inexplebilis ciborum appetentia, citra eorum quæ ſumuntur dejectio, gracilitas & atrophia major, dolor modò in dextris modo in ſiniſtris.

Debilitandi primò medicamentis, nec ulla necantibus [86] *admiſcenda purgantia*: debilitatus exit, in pilæ formam totus compoſitus. [87] Valent *filicis recentis aqua, vel pulvis*, à dr. ß. infantibus, majoribus ad dr. I. in *aqua galega* propinatus: *Theriaca* cum *aceto* vel *ſucco limonum*: nec non ſuperiora majore paulò doſi exhibita.

III. Alii ſunt [89] *Aſcarides*, [90] in ano plerúmque ſtabulantes, in quos eſt continuus dolor, pruritus circa anum moleſtiſſimus ac ſi formicis plenus eſſet, cum gravitate dorſi, aſſidua ad egerendum irritatione, tineæ excrementis alvi graveolentibus undique aſperguntur &c.

[91] *Necantur* uſu [92] ſalſorum, acrium, aceti &c. diutino: [93] balano illito, [94] *aloë*, *felle*, vel *oleis amaris*: *aquis acidulis* quæ in confectione florum antimonii alborum procedunt cum *decocto cornu cervi uſti*.

[95] *Educuntur balanis* ex *lardo* pingui & *reſina* cum filo intruſis & ſæpius retractis; addi pulvis ex ſale *hyperici* & *artemiſia* poteſt.

[60] *Triplices ſunt Vermes*) Vulgo tria genera faciunt, [illegible] i.e. teretes & rotundos, qui in ſuperioribus & gracilibus inteſtinis naſcuntur; ventriculum ſubeunt, & per os ſæpe aut nares rejiciuntur; [illegible], i.e. latos & longos, qui aliquando per tota inteſtina extenduntur; à quibus oriuntur Cucurbitini, quod ſemina cucurbitæ referant, Tertium genus *Aſcaridum*, qui exigui ſunt, teretes, vermibus

caſei ſimiles, & in recto inteſtino continentur; Alii præter latos quartum longiſſimum adiciunt, eumq; Tæniam nominant, quãquam ſub Latis cõprehendi poteſt, *Cucurbitinos* etiam à Latis ſeparant, quod neque illius Tæniæ fœtus eſſe poſſint, neque partes animalis, cum ipſi ſint animalia. Sicque in univerſum erunt *Rotundi*, in ſuperioribus inteſtinis, *Taniæ, Longi, Lati, Cucurbitini*, extenſi per inteſtina, & *Aſcarides* juxta anum. In qua diviſione, cum ex rei natura ſumpta non ſit, & membra ſimul permiſceri queant, nihil mirum confuſionem reperiri & controverſiam. Expertia tamen omnia facilia, conſtat enim longos & rotundos in ſuperioribus inteſtinis contineri & per os rejici; Tineam vocatum vermem vidit *Vallerivla Arelata*, longitudine ix. pedum: Cucurbitinos quoque vermes *eiici* certum eſt, ut jam quinque genera inter ſe, vel loco, vel figura, vel magnitudine diſtincta conſtitui eadem ratione poſſint. *Hollerius*.

61. *Abdomen aliquando tympani more diſtentum*) Vermes in inteſtinis hærentes ſua quoque excernunt excrementa; quæ diverſa cum ſint ab excrementis noſtris, hinc fermentationem quandam inire poſſunt cum fæcibus noſtris, hic unde elevantur vapores qui non admodũ bene reſpondent poris inteſtinorum & peritonęi: aut per poros eorum penetrantes ſæpe per poros reliquarum partium continentium abdominis penetrare non poſſunt adeoque in abdomine incluſi illud diſtendunt & inflationem ventris producunt.

Diſtenſio ventris etiam produci poteſt ab humoribus pituitoſis poros inteſtinorum obſtruentibus, unde vapores inde elati diſtenſionem pariunt. *Joh. Dolæus*.

62. *Conſcendunt aliquando*) Quin & referente *Omnibono l.4. de morb. infant.* ex umbilico cujuſdam erumperunt. Ex *Trulliano* hæc animalia ob alimenti inopiam inteſtina aliquando lacerarunt; *Hollerius* conſpexit vermes per inguina & umbilicum prorupiſſe. Conſilium à me petitum olim pro muliere cui ex inguine quatuor lumbrici proruperant; quæ convaluit ſumpto decocto traumatico addito *ſcordio* & *hyperico* citra alia præſidia.

62. *Conſcendunt aliquando*) Si extraordinarie verſus ſuperiora approximent, illuc quoque aliquando citandi, Imo aliquando hoc caſu Emetica, ut *tartarus emeticus*, habent locum; quo memini tæniam duarum ulnarum aliquando excretum, ſed per alvum tamen. *Wedelius*.

62. *Conſcendunt aliquando*) Sal deglutitum aſcendentes vermes ad ſtomachum pellit. *Hollerius*.

63. *Clyſteres*) Dum alia remedia uſurpantur Clyſteres toto morbi decurſu frequenter injiciendi ſunt, primum attrahentes lumbricos, ex dulcibus compoſiti, Qui non ſolum ex *decocto liquiritiæ, paſſularum & ficuum* parari poſſunt, ſed *ex juſculo pulli admixto ſaccharo & melle roſaceo*, Vel ex *lacte*, ſi febris abſuerit, alioqui facile corrumpitur. At ſi lumbricos in craſſis jam inteſtinis eſſe conjiciamus, quia tunc vix amplius in tenuia poſſunt aſcendere, medicamenta illos enecantia per clyſterem infundere poſſumus, E. g.

℞. *Rad. graminis* ℥j. *fol. betæ, malv. mercurial & portulac.* ãã. m.ß. *corallinæ p.j. coriandr. præpar. & ſem. contra* ãã. ʒij. *in* ℔ij. *aquæ f. decoctio. In colat.* ℔j. *diſſolve ol. roſac.* ℥ij. *caſſiæ rec. extr.* ʒvj. *hieræ picr.* ʒij. *mell. violac.* ℥ij. *f. Clyſter*. Si fortiorem deſideres

℞. *Rad. gentianæ* ʒj. *abſinth. vulg. abrot*, ãã. m. j. *centaur minor. m* ß. *lupinor.* ℥ß. *ſem. contr.* ʒij. *F. decoctio, In colat. q. ſ. diſſolue ol. abſynth.* ℥iß. *ſalis* ʒiß. *f. clyſter.* qui iterandus, Et in poſteriori, ut vermes enecati educantur, diſſolve *ben. laxat. hieræ picræ* ãã. ʒiij. *vel* ℥ß.

Si præſens ſit alvi fluxus, ſequens injiciendus

℞. *Rad. tormentill. & ariſtol. rot.* ãã. ℥iß. *cortic. granat. & myrobal.* ãã. ℥j. *lentium* p. j. *baccar. myrt.* ʒj. *roſarum rubr.* p. j. *f. decoctio, diſſolve in colat. ol. menthæ vel abſinth.* ℥j *f. clyſter*. Riverius.

63. *Clyſteres*) Valent ex *vini* ℔j. *ol. abſynth.* unc. iv. *pulv. hieræ* ʒij. Poterit etiam adjici *mellis* unc. j. & *ſalis* ʒj. nam & ſal deglutitum aſcendentes vermes ad ſtomachum pellit. *Hollerius*.

64. *Non conveniunt ſi non ſunt enecati*) Imo conveniunt ex rebus dulcibus confecti ad eos qui non ſunt enecati, ut ad inferiora pelliciantur. Qui ex amaris conficiuntur valent ad eos necandos cum in inferioribus ſubſiſtunt inteſtinis; alias ſi ſuperiora occupent, ab iis ſurſum compelluntur.

65. *Enecantur & pelluntur*) Quæcunque expellunt & necant vermes ſunt optima anthelmintica; conjunctim omnia explent purgantia, Necant acri, amaricante & ſulphurea virtute. Expellunt communi illa vi ſua, acrimoniæ ſalino-ſulphureæ debita, potiſſimum vero cholagoga & proprie dicta; Hinc *helleborum* albus in phthiriaſi optimus eſt, & inter unguenta recipitur, etiam non mercurialia, fuſoria virtute conſpicuus, unde & ſunequi cum Cardano lui venereæ opponunt talia: Valet nempe id tum interne tum externe, ubi *aloe* ejuſque *extractum*, & *troch. alhandal* ad umbilicum, item alia ad ulcera verminoſa, aliaque verminoſa ſeminia conſulto adhibentur; Unde & *Elixir propriet. purgans* huc pertinet, & idem in ulceribus conſimilibus utiliter injicitur. *Rhabarb.* & *ſpecies diarrh. cum rhab.* maxime dilaudat *Velſchius in additis ad Scip. mercurial p. 820.* Wedelius.

66. *Corallina*) Inter omnia medicamenta vermes necantia facile principatum obtinet *Corallina* herba, ſive *muſcus marinus*, ex qua in Italia circumforanei ſuum Pulverem conficiunt, & ad miraculum uſque vermes necant, Doſis ʒj. *Wolfgangus Hoferus. Herc. M. lib. 7. cap 8.*

67. *Ruta capraria*) Pulvis & aqua *galegæ* à pluribus commendatur, hac enim ſtatim necantur vermes. *Cl. Deodatus*.

68. *Aqua in qua portio &c.*) Inter præcipua anthelmintica ambulat *Mercurius*, cujus operæ pretium eſt adhibendi modos paulo luſtrare, Pertinet huc 1. *coctio* aquarum, vel *infuſio* facta cum *Mercurio*, quando *aqua gramin. hyperici, ſcordii, tanaceti* coquuntur cum eodem, ad ſenſum nulla fere facta extractione ſive ponderis diminutione, unde hauſtulus ad unc. ij. vel iij. habetur pro inſigniſſimo remedio, vel tantillum, nempe ſal, tam potens, tam activum poteſt ſufficere: Pertinet etiam huc inprimis 2. *Præparatio*, vel magis ſubſtantifica & groſſior per agitationem, vel ſubtilior, per ſublimationem, Ita

℞. *Sacch. cand. rubr. vel albi* unc. j. *mercurii currentis depurati* unc. ß. *miſce tamdiu in mortario vitreo*, non æneo, in quo adhæret magis, *donec mercurius cum ſaccharo per minima ſit mixtus, nec amplius visus appareat*.

Valet id quoque de *externo mercuriali uſu*; non ſolum per experientiam certum eſt pediculos & vermes omnes exterius per contactum *unguenti mercurialis* mortificari, verum etiam vis illa viſitur in *lintea**minibus aurifabrorum*, quibus ad detergenda vaſa inaurata, per *amalgama mercurii*, uſi ſunt, quæ valent ad platulas, pediculorum genus magis abominabile, ſi affricentur iis partes affectæ, quod aliquoties probatiſſimum experti ſumus. Eſt vero & hoc ipſum infuſi vel decocti mercurii cum aqua exemplum ſubtilitatis effluviorum; Licet enim *Glauberus* irradiationem (per quam Chymici agere volunt mercurium) negare contendat, & corporalem immerſionem per ſubſidentiam demon-

ſtrare

ſtrare ſatagat, negari tamen non poteſt ſal illud mercuriale etiam per minutas atomos in aquam ingredi, quam etiam hinc, proportione obſervata, aliquomodo à corruptibilitate præſervat.

Par ratio eſt *mercurii dulcis*, cujus uſus in purgationibus & unguentis contra vermes frequentatur; Verum tamen eſt monitum *Glauberi*, *mercurii dulcis* uſum, majori quantitate præſertim, infantibus minime fauſte cedere.

Duplici quoque nomine anthelmintica ſunt *Cinnabarina*, tum ratione ſalis mercurialis, tum ratione ſulphuris metallici. Hæc ipſa vero latius patent, & virtutem ſuam diffundunt quam ut hac ſolum ratione, anthelmintica quod ſint, prolint *cinnabarina*, Facit id *S. Pauli Qu. Bot. p. 107.* ubi *cinnabarin antimonii* ſolum in epilepſia à vermibus concedit, alias vero non eſſe epilepticis ſatis conveniens medicamentum, quia nec illo caſu tanto apparatu opus eſſe, cum ſolus *mercurius* eos pellat; Excuſandus omnino more ſeculi, quo inter venena ipſa cinnabaris omnis, maxime vero vulgaris Pictorum, relata fuit, cum tamen jamdudum *Crato cinnabarin* magnetem epilepſiæ vocaverit, non quidem in operibus ſuis, ſed in Præfatione operum Fallopii. *Wedelius.*

Recipiunt alii *vinum album Rhenanum*, illud ſuper *argentum vivum* funduot, & per horas xxiv. conſiſtere permittunt, deinde à *Mercurio* iterum ſeparant, hoc infuſo propinato omnis generis vermes feliciter expellunt. *Stranſſius.*

Mercurii crudi & cocti infuſio fit in *aqua vel vino*, da à ʒj. ad 4. 6. 8 *Poterius, Holmont.*

68. *Scordii*) Cujus decoctum facile primas tenet. *Cl. Deodatus.*

69. *Spiritus vitrioli*) Ad enecandos Lumbricos uſurpantur vulgo *ſpiritus acidi vitrioli, ſulphuris*, & ſimiles, quos agnoſco, & pituitam incidendi, & Lumbricos necandi vi pollere, ſi guttæ ipſorum aliquot potui ordinario admiſceantur, & ipſorum uſus aliquandiu continuetur. Verum in omnibus non æque conducunt, cum acidum ſimul in corpore augeant, & appetitum, qui plerumque nimius eſt in pueris Quapropter niſi urgeat ſimul ſitis, malim uſurpari ſalia volatilia & ſubamaricantes plantas. *Fr. Sylvius App. tr. 1. c. 10.*

70. *Oleo*) Oleum ex ligno avellan. exſiccat. deſtill. per deſcenſum, detur mane cum *mica panis*; *gutta j. vel ij. ad iv.* immediate interficit & educit vermes per alvum, *Dorncrellius Empir. c. 40.* Vide §. *Præcipua ex enecantibus.*

70. *Oleo*) Novi mulierem quæ unam & alteram guttam *olei de ſpica.* non ſine periculo, intra corpus ſumpſit, ſed lumbricos inde multos dejecit. *C. Geſnerus.*

71. *Oleo ſulphuris*) Niſi magnis experimentis præſtantiſſimum præſidium ad puerorum lumbricos comprobaſſem, haud auderem hic inter arcana ſelecta reponere: quippe tanta eſt ejus virtus & potentia ut mortuos fere pueros à vermibus ad vitam trahat. *In libris ſingulis aquæ fontis ol. ſulphur. vel vitrioli* aliquot guttulæ addendæ ſunt, ita ut aqua acidula fiat, quæ pueris natuque majoribus danda eſt diu noctuque ad placitum, *Jul. Caſ. Baricellus Hort. Gen. p. 44.* ex quo *Ant. le Grand. in comp.*

Pulvis efficax quo utor

℞. *Rhabarb. agar. ſcord.* ãã. ʒj. *muſci mar.* ʒiv. *ſem. ſanton. & portul.* ãã. ʒj. *aloes ſiloca* ʒvi. Doſis ℈j. vel ij. vino exceptus pueris innoxie exhibetur.

Interdum & hæc omnia tuſa cribrataque, & cum *abſynthii menthæve* ſucco in catapotia finguntur. *H. Gabucinus.*

Nos cum *ſyr. de aceroſitate citri* infra ſcripti, Pulviſculi ʒj. indifferenter infantibus adultis febrientibus & non febrientibus exhibere conſuevimus.

℞. *Sem. contra* ʒij. *c. c. uſti ſemin. citri & portul.* ãã. ʒß. f. Pulvis. *Altimarus.*

Pulvis *ex aloë, myrrha, & croco* cum *vino* ſumptus, ut & *ſemen tanaceti pulv. cum ſyr. violac.* hauſtus, præſidium eſt efficaciſſimum. *Melchior. Sebizius in Manu.*

72. *Oleo terebinthina*) Empiricus oleum probati uſus aperuit, Vermibus pellendis opportunum, compoſitum erat ex *ſpiritu terebinth.* cum *ſucco abſinth.* per æneam retortam deſtillato: Igitur quemadmodum *ſpiritus terebinth.* renibus externe inunctus calculos pellit, ita eadem vi vermes expellere poteſt, inprimis *ſucco abſinthii* adjutus *Th. Bartholinus Cent. 4. Epiſt. 54.*

73. *Adde his Pulverem*) Iſtum commendat *Joh. Manardus*, Noſtra compoſitio, *aut*, per me obſervata, capit *rhei*, vel *barbar.* vel *pont. coriand. præpar. ſemin. ocymi, arnogloſſ. cortic. mali Punici, carvi, ſumach.* ãã. ʒj. *ſem. card. ben. rament. c. c. & ebor.* ãã. ℥ß. *cortic. rad. mori ſem. portul. dictamni* ãã. ℈ij. *margar. corall. rubr.* ãã. ℈j. mſ. f. Pulvis, de quo detur ʒj. vel ij. cum *vino* hyeme, vel non febrientibus, cum *oxycrato* æſtare vel febrientibus.

Mirabilis hic Pulvis eſt,

℞. *Pulv. ſement. corallin. ſcordii* ãã. ʒß. *mechoac. rhabarb.* ãã. ℈iv. *c. c. prap.* ℈ij. *diagr. gr. iv. m. pro ij. doſibus.* Cl. Deodarus.

73. *Adde his*) Ex *lumbricis*, vel *vermibus terrenis*, ſpecificum medicamen, quod vel ſola ſignatura, ad expellendos vermes confici poſſe, ut ait *Pet. Joh. Faber*, aſſentimur. Quidam hos in furno exſiccare, & in pulverem redocere; quidam calcinare penitus & in cineres ſtatim redigere conſueverunt; Rectius, ut nihil pereat, 1°. aquam hanc diſtillatam hydropicis, arthritide vaga laborantibus podagra, utilem, imo ipſis vermibus infantium infeſtam excipiunt; poſtea calcinationem ſive exſiccationem inſtituunt, vel etiam ſalem è cineribus eliciunt.

Cæterum nos tanquam ſpecifica nobis ad educendos & coecandos vermes, laudamus etiam *ſpir. vitrioli* cum *ſacch. c. coagulatum*, qui ſaporem gratum hinc accipit, & optimum contra vermes ſtratagema præbet, Item reſidua quævis ex *myrrha* & ſulphure facta quævis, *Aqua fellis bovis caſtrati, perſicaria, ſabina* &c. cumprimis vero in praxi noſtra *Clyſter ex aceto noſtro ſtillat. mercuriali* factus nunquam nos deſeruit. *Chriſt. Langius.*

74. *Extra proſunt*) Valde prodeſt hoc Unguentum

℞. *Porror. non tranſplant.* m. ij. incidantur ſubtiliter, & ſub regula calida teneantur, aſperge *aceto vini albi*, adde *diptamni, gentianæ, ſem. ſanton.* ãã. ℈ij. mſ. duobus ſacculis indantur, quorum alter imponatur orificio ſtomachi. *Gaſpar. Ambor. Noſoc. inf. c. 16.*

Remedium optimum ad puerorum vermes.

℞. *Fol. perſica* contuſa, adde *fel. bovis*, admove umbilico. *Obſtetrix Gallica p 4. c 13.*

Colocynth. dimidium cum *felle bubulo* torrefiant in tigillo, impone calidum umbilico, remedium eſt certiſſimum. *Digbans.*

Vermes extrinſece extinguit.

℞. *Farin. lupin. aloes* ãã. ℥ß. *ſem. ſanton.* unc. ij. *ſem. contra* ʒiij. *cum ſucco vermicularis* & pauco *aceto* f. Ceratum pro ventre. *Dyon. Fontanonus.*

Lumbrici ſicci pulveriſat, *oleo* ſubacti, emplaſtri modo ſtomacho appoſiti Vermes in inteſtinis mox interimunt. *At. Kercherus.*

Hypericum ſpecificum eſt ad vermes in ventriculo in cataplaſmate. *Quercetanus.*

Succus abſinth. aut *folia perſic.* macerata ſuper regula calida, acerrimo *aceto* aut vino malvatico acido irrorata,

Novi mulieres quæ ſolo hoc linimento ſtatim multos profligabant vermes.

℞. *Butyrum, ſuccum limon.* & *crocum*, f. Linimentum. vel ungu. pro umbilico. *H. Saxonia.*

75. *Radicis gentianæ*) Illud experientia compertum habeo, quod radice *gentianæ min. Cruciata* dicta, tuſa & ventri emplaſtri modo impoſita, vermes, qui in inteſtinis fuerint, proculdubio necantur. *Matthiolus.*

76. *Rigatur etiã venter &c.*) Ex *Solenãdro conſ. 30. ſect. 3.*

77. *Lati*) Ἕλμινθες πλατεῖαι, κηριοειδεῖς *Galeno. Celſo Lati*, aliis *Plani.*

78. *Lati qui duplices*) Variæ ſunt de *Lumbricis latis* Medicorum ſententiæ quas ex parte expoſuit *Sennertus*, Ubi duorum inprimis eſſe generum monet, quorum unum cohærentia cucurbitæ vel cucumeris ſemina exactius referat, Alterum ex multis particulis geniculatim coagmentatis componatur; delineata ſimul eorum figura, licet & in illis aliqua notetur differentia, Illos vero ſine capite notos bene monuit T. *Bartholinus cent. 3 hiſt 4.* addens tamen, *Certe plerique lumbrici, niſi in inteſtinis detruncentur, caput habent, quanquam non ita manifeſtum, ut à reliquo corpore diſtingui accurate poſſit*, Imo nulli unquam caput defuiſſe merito ſtatuitur, quod tamen ob incuriam in inſpectionibus haud ſemper apparet; præſertim ſi illud ſe contrahendo quaſi abſcondant.

Sunt & qui cavitatem in lumbrici lati corpore nullam agnoſcunt, imprimis qui non animal, aut vermem, ſed neſcio quam inteſtinorum membranam eſſe autumant; quorum fundamenta proponens *F. Platerus l. 3 obſ. p. 891.* viva non eſſe animalia ex in conjecturam ſumit, quod non tantum cavitate deſtituantur, ſed motum quoque nullum edant, nec teretium more titillationes roſioneſve moveant, ligulas faſciaſve membranaceas ex chylo genitas eſſe aſſerens, quales in aliis etiam animalibus, canibus, cancris &c. certo tempore obſerventur.

Aſt *Salmuth cent. 1. obſ. 45.* quidpiam lactis inſtar emittentem vidit, ſubjungens, *Multi quidem lumbricos latos membranas eſſe putant, atque hi quid lactis obtinent.* Qui ſane lacteus exſtillans ſuccus cavitatem aliquam neceſſario præſupponit. *Timæus* ipſius corpus in medio quidem latum eſſe, ſed ab utraque parte in rotunditatem quandam, veluti ventrem aſſurgere ſcribit, cum exigua cavitate.

Immobilia eſſe corpora autopſia haud admittit, unde *Ph. Saracenus epiſt. ad Hildanum cent. 2. obſer. 71.* in muliere tæniarum verminoſarum ſobolem tantopere increviſſe refert, ut non modo per alvum, ſed aliquoties per os nareſque prodierint, *ac tum*, ſcribens, *in abdomine primum conſpicuus fiebat illorum motus, intumeſcebat enim mulieri venter hinc inde non aliter quam fieri ſolet cum ſe fœtus in eo quoquoverſum commovet, mox inde in os obrepebant. ipſoſque illa digitis comprehendens longa ſerie educebat.* Si itaque in nonnullis motus omnino nullus deprehendatur, ii vel medicamentorum virtute, vel aliam ob cauſam enecati erunt dicendi; Sic nullum doloris ſenſum eorum præſentiæ adeſſe, præter complures alios, vel ille *Timæi* æger contradicit, qui jejunus dolorem & morſum in ventre plerumque ſentiens, excretis in magna copia cucurbitinis corpuſculis convaluit.

Quod vero ligulas illas gammarorum vel reliquorum taceam attinet, quibus Tænias has ſimiles indicat *Platerus*, nullam hic valere ſimilitudinem certum eſt, cum corpora illa teretia albicantia, nec corpora ſint præter naturæ intentiones genita, nec etiam animalcula ſive vermes, (quocunque jam appelles nomine) ſed partes tantum in aſtacis maribus conſpicuæ, & certis temporibus ſucco ſeminali candido turgidæ, qui levi preſſione per penes ex utroque latere in pedunculis penultimis latentes exire animadvertitur.

Rectius itaque cum *G. H. Velſchio c. 4. de vena med. p. 131.* præclariſſimorum Medicorum ind[…]is adquieſcendo, Lumbricum latum, tam *cucurbitinum* quam *faſciatum*, è proprio ſeminio quodam in humoribus alimentariis ſeu chyli portione, & ſanguine aut latice nutritio latente, caloris aut ſimplicis aut putredinalis ope, primo quidem exiguum & inteſtinis affixum gigni ſtatuitur, qui poſtea iiſdem, aut vitioſis etiam humoribus nutritus paulatim in magnam illam molem excreſcat. *Lucas Scroeckius Schol. in obſerv 95, Helvvigii.*

79. *Tænia ſeu faſcia*) Græcis ταινία, à ſimilitudine faſciæ, inſtitæ, limbi, laciniæ. ubi videndum ne cum Tinea Latinorum confundatur, Tinea enim eſt animal ſui generis, veſtibus inimicum, at Ταινία eſt ζώνη, faſcia, limbus. *G. Hofmannus in Inſtit.*

79. *Tænia, ſeu faſcia*) *Ætius* latum vermem nihil aliud eſſe vult quam mutationem membranæ interioris tenuium inteſtinorum, in corpus quoddam animatum vivum, mobile: Sed *Galenus* tanquam admirandum proponit in dyſenteria hominem abraſa interiore tunica inteſtinorum vivere poſſe, cum tamen expulſis hujuſmodi latis vermibus ægri longe melius habeant.

80. *XL. aliquando pedum*) Vermes ſecundum longitudinem inteſtinorum extenduntur, vel circumplicantur, ut longiores aliquando ſint ipſis inteſtinis, et qui tricenum ſint pedum, vel plurium, teſte *Plinio.* Fiunt autem à pituita vel à chylo viſcoſo; quod ſi talis materia continua ſit & extenſa, animatur; non ut *Ætius* putavit, quando tunica inteſtinorum interior abſcedit, nam impoſſibile tunicam illam abſcedere, & accipere vitam. *Rondeletius.*

81. *Aggregatum quid ex vermibus*) Nonnullis contingit ut multitudo vermium tunicam ſibi contexerit extenſam toto inteſtino, & omnino ſimilem veri inteſtini. *Hollerius.*

81. *Sive hi aggregatum quid &c.*) Aliqui putant Cucurbitinos eſſe fœtus lati lombrici, ſed id falliſſimum eſt, nam nulla eſt fœtuum diſtinctio, & ex putredine generantur; Alii dixerunt Cucurbitinos eſſe fruſta lati lumbrici, ſed neque id verum eſt, Nam Cucurbitini videntur eſſe animalia, non partes animalis. *Rondeletius.*

82. *Cujus ſingula portiones*) Hinc quidam quartam Lumbricorum ſpeciem faciunt, cucurbitinos continentem, vide *Rondeletium, Sennertum, Platerus.*

83. *Quibus caput verrucoſum*) Eſſe vermibus iſtis cucurbitinis caput teſtes adſunt *Tulpius*, qui breve, planum, latum, & cornutum inſtar limacum, ſine oris hiatu impoſuit: *Febr de abſynth. p. 25.* minutiſſimum, atrum & verrucoſum, trium papaveris ſeminum apte conjunctorum formam exprimens, *S. Schulzius* rubicundum, *Timæus* oblongum, nigrum, villoſum & binis cornibus armatum. *Rubingerus* apud *Schenckium.* Ceciliæ ſerpentis caput referens, *Gabucinus* roſtro veluti quodam acuto, avis piſcis more præditum. *Rondeletius* parvum & longum, nec non ſine oculis. *Amatus* verrucoſum & album deſcribunt. *Lucas Scroeckius.*

84. *Prout in icone apud Sennertum*) *Lib. 3. Pract. part. 2. ſect. 1. c. 5.* Vide etiam *Adr. Spigelium l. de lumbr. lat. Hildanum cent 2 obſ. 70. Tulpium l. 2 obſ. 42.*

85. *Adeſt tum inexplebilis*) Mulieri xx. ann. ſæpiſſime torminibus ventris, imbecillitate ventriculi, nauſea, eructationibus & cibi faſtidio, vexatæ exhibui pulverem laxat. ex *rheo, turbith*, & *ſenna*, cum *ſyr. roſar. ſol. compoſ.* cum *agar. rheo & ſenna*, à quo lumbricum latum dejecit una cum excrementis: is erat xx. ſpithamas longus, latus grana ſex, craſſus grana duo: ſic excreto, expurgatoque iterum corpore, convaluit. *Hildanus obſ. 70. cent. 2.*

85. *Adeſt tum inexplebilis*) Quia omnia alimenta aſſumpt devorat, & abſumit : Præterea vermes eucurbin excernantur latorum ſunt indicia. *Riverius.* Faſciæ corpus languidum & famelicum reddunt, Alvus plerumque adſt ctior eſt. *Walæus.*

86. *Admiſcenda purgantia*) Lati expurgantur cum *ſpeciebus diacarth. diaturbith*, ſi ſingulis ſeptimanis iis bis purgemus. *Walæus.*

Ad Latos Lumbricos & Aſcarides Clyſter ex amaris compoſitus erit utiliſſimus. Cui addi debent *Purgantia*, toties repetita donec corporis impuritaa, ex qua illi generantur, extirpata fuerit. *Riverius.*

87. *Valent*) Illud mini nobis adfert quod commendaverit *Dioſcorides chalcanthum* toſtum ac devoratum ad *latas alvi* tineas, & ad fungorum venena, etſi medicamentum erodens & ſepticæ facultatis habeatur. Si quidem ad eoſdem & alios uſus hoc tempore non modo *chalcanthum* ipſum quidam potui exhibent in peſtilentia, ſed etiam *Oleum* quod Chymiſtæ magna ignium vi eliciunt , nullo ſane incommodo ſed magno juvamento. *Matthiolus.*

Ad *latos lumbricos* hoc ungu. præſtans

℞. *Vngu. Agrippæ* ℥iv. *pulv. colocynth.* ʒvj. *ſcammon.* ℥ß. *myrrhæ. aloes ãã.* ʒiij. *fell. tauri* ʒij. *agar.* ʒv. *pulv. rad. cyclam.* ʒiß. *ol. amygdal. amar.* ℥xi. *ſucci allii, ſcordii, ãã.* ℥ß. *coq. ad conſumpt. ſucc. adde ol. petrol.* ℥ß. vel q. ſ. ms. f. ungu. *Oſw. Grembs.*

87. *Valent*) A quibuſdam commendatur *ſuccus naſturtii; decoctum rad. bryoniæ* & graminis, addito *ſpiritu vitrioli* vel *ſulphur.* Efficax *elixir propriet. extr. aloes & rhabarb.* vel *mechoac.* & *troch. alhandal. ac hiera picra:* quæ cum ſimul lumbricos interficiant, expellant & alvum moveant, locum in adultioribus habebunt. *Lucas Tozzi.*

Lumbrico lato mire prodeſt *ſuccus naſturtii aquat.* recens expr. & matutino tempore exhibitus. *J. Michaelis Med. Clin p 159.*

88. *Succo limonum*) *Syr. acetoſ. citri* ℥j. & ℥ß *ſucci menthæ* laborantibus ſæpe ſalutariter tribuimus. *Altimarus.*

89. *Aſcarides*) Niſi fallor ἀπὸ τοῦ σκαίρω, parvus ſcarus, Attice ἀσκαρίς. Hinc eſt σκαρίζω καὶ ἀσκαρίζω, idem quod ἀσπαίρω, levem motũ edo: ſunt autem ... , vermea aut vermiculi , in extremo ano geniti , fere ex immundine; nunquam excreſcunt in rotundos dictos. *Hofmannus Inſt. pag. m. 403.*

89. *Aſcarides*) *Hippoc. 2. Epid. ſect. 1.* Aſcaridum nomine omnia complexus eſt Lumbricorum genera, *Contingunt*, ait, *in autumno Aſcarides*, i. e. omnia vermium genera generantur. *Duretus in Holler.*

90. *In ano*) Aſcarides quibuſdam quaſi ſacculo incluſi & membrana involuti latitant in fæcibus. *Duretus.*

91. *Necantur*) In podice rodentem dolorem pariunt, unde vivi mortuive tollendi ; novuſque exortus præcavendus; Necãt amara dulcibus juncta, ex *aloe, abſynthio* cum *melle* immiſſis, Exortum impediunt quæ humores præſertim pituitoſos corrigunt & educunt. *Fr. Sylvius.*

Aſcarides curantur ſi ſpongia lacte imbuta, vel melle, (quod melius) imponatur ano vel inteſtino recto; Vel fiat ſuppoſitorium ex caſeo, cui adhærent & expurgantur. *Walæus Med. Pr. c. 18.*

91. *Necantur uſu*) Aſcarides topicis auſcultant magis. Hic vero uſus ſum feliciter 1. Clyſteribus, vel, qui illud renuerunt, balneis ex *abſinthio, centaur. min abrot ſcordio & aliis*, 2. unguentis & ſuppoſitoriis , ex *ol. colocynth. hiera picra* & aliis 3. interdum *elix. proprietatis, eſſentia myrrhæ balſamica* & ſimil. *Wedelius.*

92. *Uſu ſalſorum*) Efficaciſſimum, pueris & aliis, eſt *carnem veterem ſalitam*, pinguedine deraſa , forma ſuppoſitorii podici indamus, & quamdiu ſuſtinere poſſunt, ſinamus, hinc ſolvamus, & *muriam* centaurii ve decoctũ indamus & hoc remedium ſæpe repetamus. *Aetius.*

93. *Educuntur balanis*) Expellunt etiam clyſteres *ex vini* ℔j. *olei abſinth.* ℥iv. *pulv. hiera picra gr viij.* Ex vino, inquam , ſi ſint Aſcarides aut Latus vermis; nam ad lumbricus tenuium inteſtinorum profuerit injicere clyſteres ex lacte &c. *Duretus.*

Non parum conferet ſi ſingula hebdomada clyſter ex *decocto abſynth. lupinor. hord. & corallina* injiciatur ac frequenter anus lupinorum decocto foveatur, Laudo & ut ex linteo tenue collyrium fiat, atque ano imponatur hoc linimento inunctum

℞. *Fell. taur.* ʒj. *pulv. lupin.* ʒiß. *ol. abſynth.* ℥j. *vini albi* ʒiij. ms. ad ignem. *Mercurialis.*

Unguentum ex *argento vivo, reſina & axungia factum* podici illitum, vel illi impreſſum, aut ſuppoſitoriis illitum , præ omnibus remediis ad Aſcarides delendos efficaciſſimum. *Platerus.*

Ungu. ex mercurio & axungia ſi podici illinatur, præ omnibus remediis ad Aſcarides necandos efficaciſſimum eſt. *Veikardus.*

Aqua ardente irroretur venter & umbilicus , mox pulvere myrrhę inſpergatur, deinde ſupinus jaceat puer, videbis vermes mortuos exire, inquit *Alexius Pedem.*

93. *Balano*) In rotundam & ſubloogam figuram *caſei*, quod præſertim vulgus *Siculum* nominat, portionem efformato ita adaptatam podici intrude, ligamentoque adlubito , quamdiu ſuſtinere poſſint ſinemus , deinde ſolvemus, confert, ut nos non raro experti ſumus, maxime ſi melle illinatur, ac ſæpius immittatur ; Conducit quoque ad teretes educendos, etiam in infantibus. *D. Ant. ab Altomari.*

94. *Aloe*) Ad conſumendam omnem Aſcaridum materiam, necnon delendam inteſtinorum ad hæc animalcula procreanda proprietatem, vix quicquam utilius excogitari poteſt quam *ſi aloës ſocotrinæ* ℈j ſingula quaque hebdomada devoret. *Mercurialis Tom. I. conſ. 15.* Aloe enim arcana quadam proprietate extremas inteſtinorum partes expurgare longo uſu probatum eſt. *Idem.*

Facile pelluntur aloë *ſucco abſynthii irrorata* ad ℈j. exhibita. *Lucas Tozzi.*

CAP. XXIV.

De Hernia Inteſtinali.

DEFINITIO.

1. HErnia *inteſtinalis, eſt* 2. *inteſtinorum* ... *de ſua ſede prolapſus.* Dicitur 3. Græcis κήλη, Latinis *Hernia*, aliter 4. *Ramex* & *Ruptura.*

SIGNA.

5. *Signa* ſunt 6. tumor qui modò minuitur , modò increſcit , prout major portio deſcendit, 7. vel flatibus aut ſtercore repletur, dolor adeſt nullus, niſi fortè fæces eo delapſæ ſint. Compreſſo aut reſupinato ægro, relabuntur inteſtina in abdomen , & quidem cum murmure &c.

CAUSÆ.

8. *Cauſæ* ſunt illa, quæ 9. proceſſum à peritonæo productum, 10. vel laxare vel 11. rumpere poſſunt , ut in Differentiis dicetur.

[1]. *Hernia*) Nominatur Hernia, quaſi duritiés. *Hernium* enim *Feſto*, durum & aſperum, dicitur tractum à Sabinorum lingua, qui hernia Saxum nominant, unde *hernia ſaxa virgilio 7. Æneid Rolfincius Epit. l. 3. c. 26.*

Dicitur item *Crepatura*, Eſt in genere Tumor p. n. umbilici, inguinum, ſcroti, obortus ex relaxatione aut ruptura peritonæi, ſubſtantiam aliquam corporis, vel omentum, vel inteſtina, aut aliam materiam, carnoſam, flatulentam, ſcirrhoſam, ſeroſam admittente & continente. *Bruno Lexic. p. 663.*

Proprie eſt inteſtinorum, omenti, in inguina, ſcrotum per proceſſus peritonæi dilatatos prolapſus. Improprie dicitur uteri prolapſus, bronchocele, varices vaſorum ſpermaticorum; *item* diſtenſiones à flatibus, humoribus aquoſis, vel tumoribus p. n. &c. *Steph. Blancardus Lexici Med. p. 158.* Vide Caput de *Affectibus Scroti.*

[2]. *Inteſtinorum de ſua ſede*) Inteſtinorum ſitus naturalis eſt hic, meſenterium interius colligat inteſtina, eadémque à vertebris lumborum ſuſpendit. Exterius vero peritonæum eadem ambiendo velut in burſa continet, Quamdiu hæc burſa peritonæi eſt integra, tamdiu in loco naturali permanent, Si vero eadem in loco quodam aut rumpatur aut laxetur, neceſſe eſt ut inteſtina prolabantur, *Etmuller Pr. Part 1. pag. 153.*

a. *Inteſtinorum*) Inteſtina omnia ſunt vel *tenuia* vel *craſſa*, *Craſſa* tam firmiter lumbis connectuntur & hypochondriis, ut citra vim inſignis tractionis, aut divulſionis ſitum mutare nequeant. Inteſtina vero tenuia, Jejunum & Ileum, una cum Omento in Hernia prolabuntur. *Etmuller.*

[2]. *Inteſtinorum de ſua ſede prolapſio*) Ex inteſtinis duo tantum in ſcrotum prolabi poſſunt, *Cæcum & Ileon*, Duodenum enim & Rectum non poſſe in ſcrotum deſcendere eſt manifeſtum ex Anatome: Jejunum vero hepati per venas meſaraicas appenſum eſt; & colon ſuperioribus partibus alligatum, ita ut prolabi nequeant ſine laceratione vinculorum ſuorum, aut meſocoli, interſtini craſſorum inteſtinorum, quæ Græci κῶλα nominabant, vel meſaræi, h. e. tenuium inteſtinorum interſtini; *Cæcum* vero, Græcis τυφλόν, quod eſt apophyſis inteſtinorum in dextra parte, quoniam lubricum eſt, & à reliquis ſeiunctum, atque ſeparatum, ideo facile prolabitur in dextram Coli partem, laxata vel rupta peritonæi tunica, qua cum aliis concluditur, ſuoque loco continetur, ideo *Galenus comm. ad aph. 3. ſect. 4. l. 6. Epid.* ait hoc ſolum inteſtinum Cœcum omni vinculo ſolutum eſſe, ob idque facile in ſcrotum deſcendere.

Aliud eſt inteſtinum *Ileon* dictum, quod in ſiniſtram ſcroti partem nonnunquam prolabitur, quando ſcilicet ictu, lapſu, caſu, vocis contentione, aut retentione ſpiritus, vel pondere adeo laxatur ut meſaræum diſrumpat, quo cum cæteris inteſtinis connectitur, ipſam etiam peritonæi tunicam. Sic enim ſiniſtra tantum parte in ſcrotum illabitur, idque vel ſolum vel cum epiplo etiam; Quamobrem duplex eſt Enterocele, ſeu inteſtini prolapſus, unus *cæci* in latus dextrum, alter *Ilei* in ſiniſtrum, quanquam fieri poteſt ut cum Ileon in latus ſiniſtrum illapſum primum fuerit, poſtea etiam dextrum occupet, totumque ſcrotum ipſum diſtendat.

[3]. *De ſua ſede prolapſio*) Ab apertione aliqua in Peritonæi membrana, quæ inteſtina & omentum in ventre incluſa retinet facta, ſi inteſtina vel omentum ex abdomine per foramen elabantur, ipſorum procidentia oritur, quæ Tumorum *Cela* dictorum varia genera producit. Hæc autem apertio Peritonæi vel ab ipſius *ruptura*, vel *dilatatione* proficiſcitur. *Plater*

[3]. *Dicitur Græcis* Κήλη. Κήλη dicitur apud veteres tumor omnis quæcunque in parte fuerit, ſive in ſcroto, ut quæ vocatur ἐντεροκήλη, ſive in inguinibus, ſive etiam in gutture, cujus generis ſunt βουβωνοκήλη & βρογχοκήλη, poſtea vero magis dici cœpit de ſcroti tumoribus, quod illi tum frequen[illegible], tum multo magis diverſorum generum. *Gorr. med. p. 224.*

Ramicem alii vocant à ramo, reſpicientes ad [illegible] tumoris ſpeciem in qua ramicoſa venarum & [illegible] rum conglomeratio intortaque hi tumefacti [illegible] quamvis variis in partibus Hernia oriatur, p[illegible] lentiam tamen Hernia ſcroti nomen ſibi hoc quaſi ſingulare ſibi vendicavit. *Rolfincius Epit l. 3. c. 26.*

[5]. *Signa ſunt*) Multa comitantur ſymptomata quæ ſignorum vicem tenent, *Tumor ſubitaneus ſcroti*, notans præternaturale contentum, ibidem non natum ſed factum, & ſpeciatim ab ingreſſu inteſtini per proceſſum peritonæi.

2. *Tumor ſenſim increſcens*, primum caſtaneæ, hinc nucis juglandis, poſtmodum pomi majoris magnitudinem aſſequens, magis minuſque dilatatum, ductum ab incumbente volumine inteſtinorum, ſicque perruptam magis parietem deſignat.

3. *Tumor indolens eſt*, ob æqualitatem læſionis majorem, Dolor enim omnis inæqualitatem tenſionis ſequitur & conjunctam habet, quæ ſi adſit, minor vel nullus eſt; quod per ſolutionem continui in fieri & facto eſſe communiter explicant.

4. *Imminuta movendi promptitudo* adeſt, *partim* ob articulationem femoris per accidens ac conſenſum læſam, ob tumorem ſenſim ſenſimq; adauctum, qui illam impedit, *partim* ob tenſionem majorem, motu & decubitu gravium inductam, utrobique ſpiritibus magis fatigatis & impeditis.

5. *Senſus à paſtu doloris gravativi abdominis, ad locum affectum protenſi*, ob chyli evolutionem & διάζωσιν & ἐξάγωγήν impeditam, indeq; conſurgentes flatus dolorificos: hi cum per inteſtinorum glomerámina volvantur, ad locum affectum, tanquam debiliorem, pertingunt ibidemque magis exprimuntur.

6. *Tumoris inflatio major, cum tenſione & torminibus circa umbilicum*, quæ debetur inflationi & obſtructioni, flatus enim adaucti diſtendunt colon & reliqua inteſtina: diſtenta majus occupant ſpacium, & pondere ſuo fibras inteſtinales vellicant, ſicque tanquam in centro triſtem ſenſum exprimunt.

7. *Deſidenti vel decumbenti levamen contingit*, ceſſante ſic tendente pondere, & motu periſtaltico, ſeu circumpreſſorio liberius ſuccedente, Imo *tumor ſubſidit omnino*, conceſſo ob poſitum hunc corporis priſtino ſpatio, quo pondus extraverſum remeat.

8. *Exacerbatio dolorum à diutina ſeſſione corporis, inclinatione ac motu continuato*, eidem adſcribenda tenſioni, ponderi, a. communioni inteſtinorum minus æquabili.

9. *Tumor à motu animi & corporis increſcit*, *Illud* ob ſpiritus efferatos, vis minus paruliis facilius in motu ordinario turbatis, *hoc* ob pondus gravius laudatorum inteſtinorum cæteroqui lubricorum, ſucceſſione illa magis delabentium.

10. *Caput quandoque dolet, extraverſo tumore*, tum ob vapores illos peregrinos, inæqualiter membranas afficientes, tum conſenſum nervorum ſexti paris. *Wedelius.*

Adde conſtipationem alvi frequenter moleſtam, alvumque interdum penitus ſuppreſſam ſi tumor permaneat, nec abeat, quod quando protrahitur diutius fæces alvi evomunt, ſuccedente convolvulo. *Platerus.*

Enterocele conjunctam habet, ob inteſtinorum anfractus, *inæqualitatem*, interdum poſt cibum ſumptum intumeſcentiam &c. *Rolfincius Epit p. 364.*

[5]. *Signa ſunt*) Signum commune omni ſpeciei Herniæ

eſt

eſt eminentia & additio augmentata; Ruptiones vero à laxationibus differunt quod *Ruptura* in lateribus Ilei fiant, poſt ictum aut ſaltum vehementem vel corpus contorquendo nec in his appareat magnus tumor in principio, ſed proceſſu temporis: magis enim ac magis peritonæum corrumpitur, tumorque immenſæ magnitudinis ſub cute oritur, quia inteſtina extra peritonæum delabuntur, & à ſola cute ſuſtinentur, unde conſequitur dolor pungens & quaſi lacerans, prolapſa enim non ſine dolore reducuntur, quoniam membra habent ſenſum acutum.

Relaxationes vero eveniunt ſolummodo circa foramen, per quod vaſa & muſculi cremaſteres ad teſtes deſcendunt, quovis modo contractetur relaxatio.

Inguinis vero & ſcroti Ramici utrique notæ communes ſunt, conſpicuus enim in ſcroto aut inguine tumor eſt, qui in exercitiis, itinere, ſpiritus retentione, aliiſque occaſionibus major quam ante evadit; compreſſus tarde quidem recurrit, celeriter autem rurſus devolvitur.

Habent etiam ſigna ſibi propria, Nam *Hernia inteſtinal* augetur vel minuitur ratione materiæ collectæ: Inteſtinũ ægro quieſcente, vel reſupinato ſurſum retrahitur, & in loco permanet; aliquando pars altera in ſcroto reſidet; tumor vel cibi ſatietate creſcit, frigore contrahitur. Inteſtinorum clamore relaxatur ſcrotum relucet & multum diſtentum apparet, magiſq; in una quam in altera parte: Aliquando tamen diſcernuntur excrementa indurata, Cum autem removetur inteſtinum, & ad inguen retruditur, ſentitur flatulentum murmur: Tumor autem ſine inflammatione, ſi inteſtinum deſcenderit, non minuitur, modo increſcit ſi ambulaverit, mane detumeſcit, eſtque ſine dolore cum quieſcunt, aut jacet ex toto interdum. Pueris præſertim deſidet clamore, ſanetate vel pondere creſcit, frigore contrahitur, calore diffunditur, ſcrotumque eſt rotundum, eſt & tactu lene. Si comprimitur ad inguen revertitur, dimiſſumq; iterum cum quodam murmore devolvitur. *Geiger. Chelegr. c. 3 p. 25.*

[6]. *Tumor qui modo minuitur*) Qui cedit ſibique rurſumq; remeat, Tumor κήλη vel *cele* in genere vocatur, licet hoc nomen aliis quoque tumoribus accommodetur; à cauſa vero *Ruptura, Hernia, Ramex* appellatur, & qui hoc affectu laborant *Herniosi* & *Rupti* vocantur. Qualis Tumor in inguine tam marium quam fœminarum quandoque prodit: Qui interdum ab initio parvus eſt, mox altior & amplior fit, concolor, nunc mollis, nunc duritiem inæqualem obtinens, preſſus retrocedit, moxque iterum redit, magiſque conatu ex ſpiritus retentione propellitur.

Hic *Epiplocele*, cum ab omento fit, & *Bubonocele* cum Bubonem referat, aliis *Bubo Herniosus*, vel *Hernia inguinalis*, quod illic appareat dicitur. Alias vero *Enterocele*, ſi ab inteſtinis prodeat dicitur; In qua tamen ſpecie frequentius tumor ille in *Inguine* minime ſubſiſtit, ſed inde in ſcrotum, in maſculis deſcendens, prout ſaccum ex parte vel totum implet, tumorem majorem minoremve gignit, cute alioquin in calore non mutata, ſed cum rugoſa alias ſit, jam tenſa exiſtente: Hic Tumor ſi premarur, aut corpus reſupinetur, evaneſcit, rurſumque his ceſſantibus redit, citiuſque ſi ex ſpiritus retentione conatus eum impellat. In mulieribus quoque ejuſmodi tumor Enterocele in inguine, uti in viris in ſcrotum, ſic hic deorſum ſub cutem exporrectus, eam in immenſum ſæpe tumorem elevat, & ſicuti in viris, rurſum remeat iterumque redit. *Platerus.*

[7]. *Dolor adeſt nullus*) Tumor indolens eſt ob æqualitatem læſionis majorem. Dolor enim omnis inæqualitatem tenſionis ſequitur, & conjunctam habet; quæ ſi adſit, minor vel nullus eſt, quod per ſolutionem continui in fieri & facto explicant communiter. *Wedelius.*

[7]. *Dolor adeſt nullus*) In Herniis dolor alias nullus, nec alia quam ex tumore exſurgens moleſtia ſeu impedimentum; alias vero maxime circa [illegible] tunc præſertim, cum ab eo loco in ſcrotum [illegible], dolor lancinans & velut lacerans, & puncturis plus minuſve vexat. *Platerus.*

Sine dolore eſt tumor Herniarum, niſi vel fæces in inteſtinis induratæ, vel in anguſtiori foramine inteſtina incluſa occaſionem doloris ſubminiſtrent. *Ettmuller.*

[8]. *Cauſæ ſunt illa quæ proceſſum*) Cauſa immediata eſt decubitus inteſtinorum, Omnes ſiquidem tumores materiale aliquod poſſident, quod velut cauſa continens eoſdem fovet, quo ablato tolluntur & ipſi. Triplex talis cum eſſe poſſit materia, fluida, vaporoſa & ſolida, poſterior hoc loco accuſanda eſt, omnis enim tumor fovetur ab inteſtino huc delabente, idque immediate.

Cauſa mediata proximior eſt extenſio peritonæi inæqualis: Extenſionem vocamus, ut ſic ſatisfiat quibus vel ruptura vel relaxatio ſaltim in cauſa videtur. Medium hoc aliquod eſt præcipue morbo conveniens, & utrumque complectens, Nunquam fieri poteſt Hernia citra extenſionem; eamq; inæqualem, Inæqualitas hæc propriè Herniam facit, ſeu protuberantiam, In ſtatu enim naturali æqualiter obtenſum undique viſceribus imi ventris viſitur; ſique extenſio fiat æqualis, ſive per ætatem, exemplo adultorum, ſeu per morbum, exemplo hydropicorum, nulla fit hernia, ubicunq; vero inæqualitas talis manifeſta in extenſione obſervatur, ibi eadem ſedem ſuam figit, ſeu in umbilico, ſeu inguine, ſeu ſcroto, ſeu aliis quoque his illis abdominis partibus.

Ita enim ceſſat munus hoc membranæ hujus non infimum, quo integumentum eſt proprium inteſtinorum, quod cum muſculis cum habeat commune, nec illi omnem extra cuſpidem ſint, tum aliis in ſpatiis definitis, relaxatis & inæqualiter tenſis earundem fibris membraneis, tum in *bubonocele & enterocele*, quorſum & moles, inteſtinorum reclinat magis, & ad exitum vaſorum pro teſtibus perforatio datur.

Liceat ſpeciatim & muſculos laudare pyramidales, quorum uſus inter alia eſt firmare baſin reliquorum muſculorum, & una proceſſus peritonæi, ne tam facile laxentur vel tendantur.

Inæqualis extenſio eſt, tum abſoluta, & conſiderata in ſe, ibi facta quorſum tendentium aliorum vis incubuit, tum reſpective: conſentiunt enim in hoc Anatomici & Medici, diſrumpi in Hernia hanc tunicam peritonæi interiorem, externam vero duntaxat relaxari. Id omne *Extenſio inæqualis* ſupplet & comprehendit.

[9]. *Mediata cauſa remotioris* titulum ſubeunt omnia ea quæ quocunque modo extenſioni huic, & conſequenter prolapſui velificantur. *Temperamentum* phlegmaticum, cumulandis in corpore cruditatibus & impuritatibus ſeroſis aptum natum, & ob id laxitati maxime conveniens. Imo partium diſpoſitio mollior & rarior, concurrente cauſa violenta, multum ad Herniam confert.

Ætas conſentit ipſa, cum omnis ætas obnoxia huic malo eſſe poteſt, tum plerumque tamen infantes & pueri, ob texturam teneriorem, adoleſcentes & juvenes ob licentioſam vitam, & errores diætæ varios frequentius hoc ſibi malum acceſſunt. Habitus corporis mollior fibrarum minus robur ac carnium denotat, unde labes facilior oboriri poteſt, tam ab interna humorum indiſpoſitione quam ab externis injuriis.

Ex *non naturalibus* accuſandus venit aër frigidus, qui & in genere calorem concentrando, poros cutis occludendo, inſenſibilem tranſpirationem prohibendo, ſanguinē coagulando, ad varios morbos corpus noſtrum diſponere poteſt, & ſpeciatim inteſtinorum tono infeſtus eſt, inde flatuum proventus largiſſimus ac exacerbatio vomitus. Videas quiete ſæpe degere, hernioſos ſimul

vero aëri frigido exponunt corpus, accendi dolores, tumorem augeri, indurari, incarcerari & minitari alia ſymptomata gravia. Idem longe magis fit in mollioribus, & tali temperamento diſpoſito.

Cibus&Potus conferunt, cum groſſiores cibi archeo negotium faceſſunt, minus obſequi calor, & menſtruo διάκρισιν & σύγκρισιν inſtituentibus, nec prompte evolvuntur inde alimentatiæ particulæ multum vero accumulantur tecrementitiæ: Pinguia, oleracea, leguminoſa ex hoc cenſu ſunt præcipua, flatibus producendis & gravandis inteſtinis aptiſſima, Ex hoc vero inflatio magis, non contenta priſtino ſpatio, novum affectant, extuberant, prolabuntur magis, ut contra ea ſi tenuata ſubſidant, contrahi amant magis ſecumque habitare.

Intemperantia ergo in victu, cum morborum genitrix tum nutrix ampliſſima, etiam Hernioſis onerosa evadit & lugubris. Exceſſus omnis talis cruditates, cruditates, flatus, tumores, dolores, ſingula ubſtructiones, & iliacam paſſionem facile inducunt hernioſis.

Motus geminato vitio accuſandus venit, exceſſu & defectu; In promptu affectus cauſa eſt potiſſima, motus exceſſus, ſaltus citatus cum violentia cunju ictus. Vix ex adultis centeſimus corripitur hernia citra hunc tyrannum, ut in tenellis quoquo motus ſui generis tenſivi clamorum & jectigationum malum hoc toto die producunt; Motus talis Herniæ author eſt, cum niſu iſto ſummo & conatu ad impellendum, unde diaphragmatis ſocium & ſororians peritonæum intenditur magis, facileque laxationem vel rupturam ſubit, tum pondere & mole corporis gravioris, quod ut non labatur, periculoſam tamen quoad hoc concuſſionem patitur, utrobique conjuncto violento impetu, quod ſenſus ipſe teſtatur, ſi de loco in locum fuſſim tranſiliat quis, vel tranſilientem videat abdomine non cincto vel munito, nec corpore alias ſatis robuſto, vel jam dum diſpoſito.

In *defectu* peccatum eſt in vita ſedentaria, quæ af fectui quadrat quidem, eo ipſo vero externenda congerit magis, unde nec alvus reſpondet debite, nec tranſpirant fuligines ſeroſæ, ſed in glandulis ſtagnant, & cum maſſa ſanguinea remiſcent.

Imo violentia hæc motus conjuncta ad cauſatum Præternaturalium claſſem referri meretur, ſiquidem actu lædit magis, unde tuſſis, ſternutationes vehementes, vomitus contumaces, alvi obſtructione pertinaces, indeque orti niſus coactivi, ac plura alia hujus mali certiſſimi authores eſſe ſolent. *Wedelius Diſp. de Hernioſo.*

[8]. *Cauſæ ſunt illa*) Cauſa *proxima* eſt [illegible] obliquorum abdominis muſculorum in utroque ſexu; & *Peritonæi* in virili ſexu productionis internæ ruptura, externæ vero relaxatio, in mulieribus vero utriuſque relaxatio.

Remota variæ ſunt, *Temperamentum* humidum totius, & ſingularum partium, (*Temperamentum ſiccum eundem effectum producit*, hinc *Enterocelen incurrunt ſenes facile à conatibus & geſtatione gravioris ponderis*) *Ætas* puerilis herniarū ferax, humiditatum feraciſſima, *Aer* humidus omnes laxat poros; *Motus* corporis nimius in curſu, equitatione in equo ſuccuſſore, ſaltatione & oneris gravioris elevatione, *Victus* humidus, *Vulnus* in peritonæn acceptum nec conſolidatum, *Caſus* ab alto, *Tuſſis* vehemens, Vomitus contentioſus, *Rolfincius.*

Cauſæ Herniarum ſunt omnia ea quæ aut laxare ſucceſſive, aut dilatare, aut etiam rumpere poſſunt in quodam loco peritonæum. Tales cauſæ *internæ* raræ ſunt vel paucæ; Interdum ſubeſt vitium hæreditarium (imo frequens) ſubeſt, ita ut hernioſi parentes hernioſum producant fœtum. Sic fiunt interdum herniæ inteſtinales ex *nimia & violenta purgatione*, vide exemplum apud *Platerum in obſerv.* ut plurimum ſunt cauſæ *externæ* quæ hernias inducunt, *clamor* nimius, fortior ſternutatio &c. hinc ratione continuati clamoris facile infantes in Herniam incidunt, *Partus* difficilis crebrius omphaloceles eſt cauſa. *Etmuller.*

[9]. *Proceſſum à peritonæo productum*) Peritonæum conſtat duabus firmiſſimis membranis, ſed mollibus, quæ omnia quæ in ventre, aut in infima cavitate ſunt, adeo concluſa tenent, ut inde naturaliter nihil procedere queat; In fœminis os Pubis ultimus terminus eſt, In viris extrema ejus membrana ulterius procedit, & primam propriamque teſticulorum membranam efficit. In inguinibus vaſa genitalia tanquam in vagina circumplectitur, quæ *Proceſſus*, ſive *productio peritonæi* dicitur; Hæc ſi dilatetur, ſive diſrumpatur, cauſa proxima dictarum herniarum, (Enteroceles, Epiploceles) cenſetur. *P. Barbette Chir. cap 7.*

[9]. *A peritonæo*) Loca in quibus vitiatur ſunt varia, frequentiſſima ſunt ejuſdem proceſſus, per quos in ſcrotum deſcendunt vaſa ſpermatica, & poſt hos eſt umbilicus, Nam in his duobus locis faciliime laxatur aut rumpitur peritonæi membrana fibroſa unde etiam hæ duæ primariæ ſunt Herniæ, umbilicalis & ſcrotalis. *Etmuller.*

[9]. *Proceſſum a peritonæo productum laxare &c*) Ex dilatatione, ſeu relaxatione ſola proceſſus peritonæi, per quem vaſa ſeminaria ex abdomine in ſcrotum deſcendunt, citra rupturam, inteſtini vel omenti portio etiam prolabi, atque Enterocele vel Epiplocele fieri poteſt; Quod cum fit, non ſubitanea vis, quæ eum diſrumpere ponus ſolet, ſed conatus ſaltem frequens & validus egerendi ſæpe repetitus in natura conſtipatis in cauſa erit, unde & non ſubito ſed ſenſim naſcitur, cum enim per eum deorſum inteſtina in inguina protruſa; ad hujus proceſſus initium propellantur, illius meatum ſæpe impellendo, illiſque ſe tandem inſinuando, ſicut etiam ruptio illo per conatum fieri videmus, eum ſenſim dilatant; vel ſi majori hoc fiat vi, quandoque diſrumpunt.

In *Fœminis*, *à relaxatione ſola Peritonæi*, illic ubi vas quoddam peculiare ex eo emergit facta, Enterocelen & Epiplocelen gigni, ille forte innuere voluit, qui tendinem quendam ab inguine in peritonæum emitti, illiuſque robore peritonæum, atque hinc inteſtina & omentum confirmari ſcribit, eoque relaxato hernias illic fieri docuit, Verum cum vas illud non adeo uti proceſſus peritonæi membranoſum ſed nerveum & durum exiſtat, nec proin tam facile dilatetur, vix illius relaxationis cauſa, niſi peritonæum illic diſrumpatur, inteſtinum vel omentum in inguen poterit deſcendere. *Platerus,*

[11]. *Laxare*) Id ſic fieri, illiuſque proceſſus exordium eouſque dilatari, atque etiam citra rupturam admodum aperiri poſſe, præterquam quod hæc comprobant, quod & alii ductus anguſtiores & craſſiores ſic ampliari poſſint, veluti ureteres per quos calculus aliquones deſcendit, dein & quod citra progreſſum dolorem ſenſim nec ſubito fiat, etiam oculatis demonſtratio idem nobis patefacit, ſi quidem in hernioſo hydropico, ſecto poſt mortem, ejuſmodi foramen, per quod inteſtinum in ſcrotum deſcendens tranſmittebatur, rotundo margine integrum, nec dum ſciſſum vel ruptum ullo modo deprehendimus; Per quod inteſtini tenuioris portio illa quæ ſupra cæcum eſt, in ſcroti aqua pleni

pleni infimam ſedem uſque ferebatur: Totoque illo ductu hic proceſſus peritonæi hujus aquæ cauſa, quæ tunicas has erodendo, ut conglutinentur facit, firmiter accreverat & adnatum erat; ægro interim dum vivebat, ſanuſque adhuc erat, nihilominus ſine incommodo excrementa egerente nec dum de dolore conquerente. *Fernelius*, qui proceſſum hunc Peritonæi in exteriorem & interiorem illius tunicam diſtinguit, in Enterocele & Epiplocele tunicam interiorem neceſſario dirumpi, exteriorem vero duntaxat laxari ſcribit. *Platerus.*

[12] *Vel rumpere*) Ob *rupturam Peritonæi* Procidentia illa exoritur *inteſtinorum* vel *omenti*, quæ tumorem illum, qui veteris *Hernia* vel Ruptura dicitur gignit, illiuſque ſpecies diverſas pro diverſitate loci ubi ruptura fit & partis quæ procidit variantes; Si enim in *Inguinis* regione fiat *ruptura*, & in maſculis proceſſus peritonæi qui Teſtes cum ſeminariis vaſis ſuſpenſos retinet & includit, initium ſcindatur, *Inteſtinis* tunc per hanc aperturam in inguina ſubcutem ſe inſinuantibus, fit Enterocele, & ſi illic ſubſiſtant, tumor in inguine prodit: Si vero in *ſaccum* deorſum quoque prolabantur, illic tumorem excitant, eumque ſæpe immenſum, ſi magna inteſtinorum portio deſcenderit; vel illa flatibus diſtenſa, aut excrementis referta ſint; quæ ſi dura fuerint, tactu etiam deprehenduntur; Si vero flatus in illis contineantur, cum premuntur murmur edunt, Et ſi illic hæreant inteſtina quia nec reponi (quia diſtenſa, vel convoluta ſunt poſſint) cum excrementorum ductus intercluſus ſit, ut illa minime dejiciantur, cauſam præbent, unde fæcibus coacervatis, ſurſumque regurgitantibus, illæ tandem evomuntur. *Platerus.*

Curatio.

Curatio [13] non eſt *negligenda*, tum quod membrana illa tenuis & nervoſa [14] facile uniri non poſſit: tum quod interdum æger inteſtinis inflammatis in vitæ diſcrimen conjiciatur, & inteſtina inflammata ſphacelo corripiantur.

[15] *Reſpicit* I [16] *Inteſtinorum repoſitionem*, quæ ſi [17] *Flatu turgent*, quod rugitus in Inteſtinis & flatuum emiſſio patefacit, [18] diſcutientibus agendum eſt: ſi [19] *fæcibus induratis*, emollientibus tum clyſteribus tum [20] cataplaſmatibus & fomentis, ſi *pituitoſa materia*, ſenſim [21] per clyſteres [22] & ſuppoſitoria [23] evacuandum, & per interna incidentia attenuandum: ſi iſtis nil proficitur, ad [24] *Chirurgiam* (de qua authores conſule) confugiendum.

II. [25] *Eorundem in ſuo loco retentionem.*

[26] Appropriata hic ſunt, *hippogloſſum*, quod præſtantiſſimum, [27] *piloſella* pulvis in cibis exhibitus, [28] *Perfoliata*, [29] *Herniaria*, *Cinis lactentis leporis in vino rubello* propinatus, *ſemen ſophiæ*, *herba filicula* pondere ana dr. ſ. pulveriſata & data.

[30] Curationem ejus triplicem apud *Riverium* in obſerv. communicatis p 23. 6. 331. & 363. vide.

[13] *Curatio non eſt negligenda*) Inteſtinorum (vel Omenti) procidentia ex ruptura vel dilatatione peritonæi profecta tumorem, quem *Celen* vocant, producens ſi in inguine Enterocelen, vel Epiplocelen gignat, illicque tumor perſiſtat, leviterque ſaltem promineat, nec dolorem graviorem inferat, ſæpe *negligitur*, vel leviore negotio coercetur, & Curationem, ſi mature adhibeatur, citius admittit, uti & in Omphalocele, in qua umbilicum aliquouſque prominentem preſſioneque refugientem, per totam vitam gerunt, Vel alterius ventris regionis Cele, ſi ſimili modo ſe offerat, Sed & Omphalocele aliqua non eſt perſeverans, ſed ſponte iterum evaneſcit.

Quod ſi vero in *ſcrotum* uſque *tumor* hic deſcendat; in Enterocele major curandi difficultas exoritur, vel etiam periculum tunc interdum exſurgit, nam ſi inde remeare non poſſit, nullaque arte propelli, doloremque inferat, & omnimodam conſtipationem alvi, mortem accerſit, quam vomitus alvi fæcum præcedere, & inſtantem indicare ſolet; Quod & in *Omphalocele*, vel alia *Ventris Cele*, ſi eveniat, ut reponi nequeat, eademque accidentia proferat, mortale exiſtit.

In Epiplocele quoque, ſi tumor in ſcroto exortus, induratus, uti jam dictum, ſubſiſtat, quod etiam eſt rariſſimum, aliquando tamen accidiſſe diximus, licet non ea ſymptomata producat, tamen eum quoque neglectum mortem attuliſſe in quodam vidimus.

In aliis vero Enterocelis, tam in ſcroto quam aliis ventris ſedibus ſe exerentibus ſpeciebus, ſi Tumor cedere poſſit, ad eum potius avertendum ne amplius redeat, atque integre ſanandum medicamentis, etiamſi recens malum ſit, hoc perficere, præſertim cum ut ea operentur diu continuari, & æger interim quieſcere & vinculis adſtringi debeat, quod ægre perferunt, eſt difficile; ſi vero inveteratum ſit, impoſſibile niſi manuali opera aliquid præſtetur, quod tamen non ſine labore & periculo mortis, ſi ſectione hoc fiat, & amiſſione illius loci *teſtis*, ſi in inguine ſectio inſtituatur, peragitur. *Platerus.*

In primæ ætatis infantibus herniæ facillime ſanantur, ſed nequaquam, vel ſaltem difficillime in ſenibus, præſertim ſi peritonæum ſit diſruptum. Si inteſtina flatibus, ſive fæcibus ſunt repleta, ſequitur dolor, & ſi non celeriime removeatur, etiam inflammatio; gangræna, & tandem etiam mors inevitabilis. *P. Barbette.*

Bina pericula ſunt quæ ex Herniis ingruunt, nempe morbus Iliacus, occaſione inteſtinorum irritationis in loco prolapſo, ſive irritentur à cauſa externa frigore, contuſione &c. ſive à cauſa interna, retentis flatibus, fæcibus &c. Deinde periculum eſt ne inteſtina prolapſa inflammentur, & inflammata gangrænam concipiant, unde mors; vel ſuppurentur, & ſuppurata foras aperiantur, ita ut ſtercora, & interdum ipſa aſſumpta per aperturam egrediantur. *Etmuller.*

In ſe affectus hic nullum lethalitatis metum incutit, inteſtinis loco quidem alieno exceptis, ibidem tamen non extra archei ſotum & imperium penitus latis; At in adultis rebellis eſt, & ſæpe incurabilis, ob indolentiam neglectus, ſicque productus ut plurimum, præcipue ob interpoſitam hiatui remoram naturalem, ipſis vaſis genitalibus ad teſtes euntibus, & inteſtino illic p.n. hærente, Nulla vero ſolutio continui curari poteſt, niſi extranea quævis, unitionem impedientia, tollantur vel removeantur. Accedit diuturniore mora veluti callus quidam, ſive conſuetudo potius: Nihilominus remotis illis ablatis, congruis remediis viſi ſunt etiam adulti curari.

Ab altera vero parte metuendum eſt ne vel ruptura negligentia reddatur major, ſicque ad motum inconveniens diſpoſitio; Vel incarcerata, obſtetricante frigore, obſtructione aliiſque cavendis: *Incarceratam* vero vocamus quando inteſtina non tam quoad continentem ſuam tunicam includuntur huic malæ emanſioni, quam quoad contenta ſcybala, ut provolvi neq ueant penitus, occluſa ob tumorem & duritiem extraordinaria porta, qua eluctari quidem oportet, ſicque iliaca paſſione inducta.

Si citra heroicam operationem, ad temoram illam tuendam curatio ſperanda fuerit, illud quoque longius temporis requirit ſpatium, unde *[illegible]* facile ſolet; Eſt enim hic morbus ex genere illorum, qui dum facile feruntur, nec periculum intentant majus, ſervantur in ſtatu tolerabili, cæteroquin parum ſanitati vel vitæ officiunt. *Wedelius.*

13. *Non eſt negligenda*) Herniam inteſtinalem omnium ſpecierum periculoſiſſimam eſſe, non eſt quod dubitemus; Cumque duæ ſint ejus ſpecies, quæ ab Ileo accidit longe periculoſior eſt & calamitoſior quam quæ Cæci fit prolapſu, Hæc enim curationem recipit in pueris (quibus familiaris eſt) uſque ad xxv. ætatis annum, quando videlicet nondum ad iuſtam magnitudinem pervenerunt; poſt hoc tempus ſi accidat, eſt inſanabilis, & cum homine conſeneſcit & commoritur; In illis vero qui adhuc creſcunt; ſimul atque prolapſum eſt Cæcum inteſtinum, in ſuum locum debet reſtitui, & reſtitutum in eo contineri, viaque per quam relapſum fuerat adſtringente fotu anguſtior effici, ut aucto cum toto corpore inteſtino, idem accidat quod vulpeculæ *Horatianæ*, de qua *lib. 1. Ep.*

Forte per anguſtam tenuis Vulpecula rimam
Repſerat in cameram frumenti, paſtaque rurſus
Ire foras pleno tentabat corpore, fruſtra,
Cui muſtela procul, ſi vis, ait, effugere iſtinc
macra cavum repetas arctum quem macra ſubiſti.

Ilei vero prolapſus eſt fere inſanabilis, quia ab hoc intercipitur; diſtributio alimenti & chyli, ſtercoriſque ſecretio, quod Ilei officium eſt ad vitam tuendam neceſſarium: præterea graviſſimus dolor excitatur, & inflammatur, indeque gangræna ipſius inteſtini; in cujus affectionis ſympathiam trahuntur omnes partes quarum officio vita carere nequit: hinc tandem fit Ileus morbus, & huic ſuccedit vomitus chyli, aut ſtercoris, tanquam ſymptoma quod mortem in propinquo eſſe denuntiat, Quibuſdam inde ſingultuoſæ febres, in quibus repoſitu inteſtino mors acceleratur: Experientia etiam docuit paulo poſt mori quibus vi reponitur; Jam quoque; licet inciſione multi evenitur, quamplures etiam periclitantur, Ideo eſt dubia & affirmatoria curatio. quia aliquando ſupervenit ſpaſmos & convulſio, aliquando febris, ſubinde & fluxus ſanguinis, quare plurimi in manibus Chirurgorum moriuntur.

Conſiderandum etiam eſt quod ſciſſi, vel inciſi, à quibus unus aufertur teſticulus, licet in juventute generent, in ſenectute vis eorum genitiva deficit; quia ſenes cum duobus teſticulis modicum habent ſeminis, minus cum uno.

Neque hoc omittendum Rupturam, cujus deſcenſus eſt inter pellem & didymum, niſi ſuccurratur à principio, intra xv. aut xx. dies poſt non curari, *Geiger cap. 4 pag. 32.*

14. *Facile vinci non poſſit*) Præſertim in ſenibus, in quibus curandi herniam difficultas, ex infirmitate calidi nativi, quod in conſolidandis partibus adiutrices manus alias porrigere tenetur, manifeſta eſt, Niſi enim naturæ efficaciter cooperantis robur, quod in ſenibus deeſt, in pueris vero floret, in curatione morborum Medico velificetur; oleum & operam perdet. *Chr. Langius.*

Curatio.

15. *Reſpicit*) *Cautela præterea quadam obſervanda.* 1. Herniæ à *frigore*, præſertim *ſubitaneo*. ſolent fieri lethales; irritata nempe inteſtina dolorem, hinc ſpaſmum & duritiem corripiunt, quas inſequitur Ileos. *Etmuller.*

2. In Enterocele non debet Chirurgus ſæpe admovere manum, etenim creſcit dolor, & cum dolore attractio.

3. Abſtinendum à rebus omnibus calidis, tum intra tum extra, quoniam inflammationem pariunt, ex qua corruptio & mors.

4. Ita debemus ægrum collocare, ut altiores pedes ſint quam caput.

5. Cibi omnes ſolidi fugiendi, & tantum liquidis utendum eſt.

6. Parti dolenti applicare poſſumus *omentum* caſtrati tepidum, & ungere cum *oleo recenti amygd. dulc.* ſine igne extracti, dummodo frigide non calide applicetur.

7. Advertat Chirurgus facile ſponte inteſtinum regredi hiſce remediis, abſque ulla manuum vi, nam ſi manus admoveantur, irritatur natura, & deſperata res eſt.

8. Abſtineat æger à vino, etiam ſi decrepitus: Id tamen animadvertendum eſt quod ſi in ſtomachi incidat dolorem, concedendum eſt ut mane capiat vini potentis Græci, unciam unam. & non amplius: Quibus præſidiis favente Deo fere omnes ſanantur. *Panarolus Pentec. 5. obſ. 49.*

Nota quoad iij Cautelam, ubi frigida intra & extra commendantur. quod periculoſiſſimum eſt, quin tepida aut calida interne & externe uſurpanda remedia. *Etmuller.*

15. *Reſpicit*) Si ægri ſectionem vitare velint, cura erit ejuſmodi tumores, quos avertere penitus nequimus, ſaltem reprimere, & ne excreſcant retinere; Quæ omnia qua ratione fieri debeant, & per *medicamenta aſſumpta admotave*, vel manuali operatione adminiſtrari tum demonſtrari. Primum quo pacto hæc *cauſa*, hoc eſt *partis prolapſæ*, dein quomodo *morbo* ipſi, hoc eſt *ſolutioni huic continui*, in *ruptura*, vel *contiguitatis* in *relaxatione peritonæi* accommodari debeant; *Partis*, quæ vel *inteſtinum* aut *omentum* eſt, *prolapſa* extra *peritonæi* cavitatem, *tumoremque* vel in *inguine*, aut in alia *ventris ſede* excitantis cauſa, ea adminiſtramus quæ eam *reponere*, *repoſitam retinere*, & ne *relabatur* impedire poſſunt. *Platerus.*

19. *Inteſtinorum repoſitionem*) Reponimus digitis & manu ſenſim tumorem in *inguine* & *ſcroto* vel ventre prominentem, premendo & huc illucque impellendo verſus foramen unde prociderat. quod digito eo deducto aliquando deprehenditur; Fierique hoc debet ſupinato ægro, & ſic collocato, ſi in inferioribus ſit, ut diductis cruribus pedes reliquo corpore altiores ſint, quo & ſolo ſitu inteſtinum ſuſpenſum ſponte quandoque ſenſim relabitur; Sic ego binis vicibus ruſticum in utroque latere ruptum manuali hac & digitorum opera à morte imminente, quam vomitus ſtercoreus & ingentes, cruciatus præſagiebant liberavi: Et virginem hernioſam, excrementa etiam evomentem, præter omnem ſpem inteſtinis eadem *operatione manuali repoſitis* reſtitui. *Platerus.*

16. *Inteſtinorum repoſitionem*) *Quam promovent ea* quæ *regioni lumbari applicantur*, ut ibidem vi quaſi tractoria inteſtinorum repoſitionem promoveant,

Quo facit Emplaſtrum *Foeder. Hofmanni*, in *Meth. Med.* quod tale eſt.

℞. *Gumm. ſagap. ammon. galban.* āā. ℥uj. *terebinth.* *cera*

cera virgin. [illegible] ℥ß. [illegible] *ad.ari* ʒj. Gummata diſſulvantur in a[illegible] in formam Emplaſtri, ad[illegible] reliqu[illegible] tur ſuper aluiam. F. E[illegible]pl. d[illegible] & un b[illegible] p[illegible]ndum; Alias *pinguedo urſina*, vel [illegible]ta, ad reponenda inteſtina.

[illegible] ſi per hanc operationem non [illegible] no præſertim egreſſo frequentius e[illegible] quand[illegible] ob [illegible]atus diſtenſum aut contortum [illegible] ad o intumuit ut anguſtam [illegible] nequeat, tunc ante omnia hæc occu[illegible] excrementorum tranſitu impedit[illegible] aut inflammatio ſup[illegible], Proinde in ejuſmodi caſibus, ſi [illegible] inflammationis adſin[illegible] phlegmone [illegible] applicanda erunt. *Platerus.*

[illegible]) Ideo in Hernia inteſtinali cordatus Medicu[illegible] rationem habeat, & proinde nobi[illegible]nantium & præcipitantium uſuio quam [illegible] flatus mire exaſpereot Herniam. [illegible] 913. [illegible] *ſcutientibus*

18. [illegible] *utientiis* [illegible] *rendum e* Carminativa Herniam [illegible] in *Helmontii* & noſtra curant, T[illegible] eſt[illegible] dendo, eadem locis ſuis de[illegible] ipſiuium lo[illegible] occupando herniam [illegible]. Confirmat h[illegible] ab *Helmontio lib. 5. Duumvir* [illegible] C[illegible] enim [illegible] ad capitis magnitudi[illegible] viſſet tumor [illegible] & intumuiſſ[illegible] modum, ob[illegible] hauſtu [illegible] bul[illegible] *ſemin. contuſis aniſi, carvi; fœn*[illegible] *& coriand.* [illegible] emollita durue, & herni[illegible] impulſu, facto prius *fotu* cum *lacte & ſtercore bubulo*; H[illegible] recte de his [illegible] ſcribit [illegible] corruptionem ſimul atque aciditatem materiæ inhibere, eſſ[illegible] inteſtinorum ſolu[illegible] Hæc ſcilicet eſt meth[illegible]dus curandi herniam & ſimplicem & devſam, incarce[illegible]tam. Simpl[illegible] propinando *ſemina quatuor carminativa*, cum *ſemine perfoliata*, *lapid. cancror.* cum [illegible], qu[illegible] mus poſt cibum capere ordinem velu [illegible] eſt cum. Externus applicando ſubl[illegible]culum & pro[illegible]nata, *Emp. contra rupt. Ilcoſam* [illegible] carminativa & pu[illegible]antia, præmiſſis quandoque [illegible], u genie vomitu. Externus per fotus emollient. *Wedelius A. m. m. pagina 360.*

Præter inferius enarranda, aliis tam *aſſumptis* quam *admotis*, non ſolum flatibus inteſtinum prolapſum impellentibus, ſed & ne iterum ubi repoſitum eſt, ſi flatuum adſit copia, illud propellant, illi præcavendi aut diſſipandi, ſicuti in ventriculi inflatione, & colicis doloribus à flatibus proponuntur. *Platerus.*

Quibus & flatus abſumentur, ne inteſtina impellendo propellant, commiſcentur veluti *ruta,* præ[illegible] *agreſtis.* [illegible] mint. *centaur. min. & roriſmar. flor. ſto had.* vel *lavendula. ſemina cymini, carvi, fœniculi,* H[illegible] *omnibus ſi alumin. & vitrioli* ãã ℥j. vel plus addatur, vires Fotus admodum augebit.

Ex quibus ſolis in liquoribus ſupra dictis, pro Fotu diſſolutis, fomentatio efficaciſſima eſt, admiſto nonnunquam & *bolo* vel *gypſo uſto. Liquorem* qui in *ulmi folliculis* reperitur nonnulli commendant. *Platerus,* Vide ſupra §. *Extra.*

43. *A Chirurgia*) S. E[illegible] poſtremum eſt remedium, quod in ruptura & relax[atione] pe[ri]tonæi ſananda locum habet, cum per ea[illegible] ap[er]ta peritonæum apprehendi, conſtri[n]g[i illegible] cujus nomine ſectio fit) poſſit; quæ tamen, quia cum maximo ægri dolore fit & periculo, non, niſi omnia prius tentata irrita fuerint, tentanda, Sed nec nunc quoque confert, niſi ejuſmodi hernioſi tumores ſupra modum incommodent, & facile procidentes magnum cruciatum ſæpe ægro pariant; & metum ne forte extra ſubliſtentia [illegible] nequeant, alioquin ſatius ſubligaculis ejuſmodi procidentias avertere leviorique hac moleſtia dolores atrociores & vitæ diſcrimen declinare: Talis autem *ſectio rupturas* ejuſmodi & *relaxationes* idcirco avertere poteſt. & ſanare dicitur, quod per eam cute apert[a], præſertim ſi in inguine fiat, proceſſus peritonæi ruptus aut dilatatus vinciri poſſit, & ſic via hæc intercludi, & in vulneris conſolidatione carne accreſcente, ne vinculo ſolum membrana, quę alias difficulter coaleſcit, rurſum diducatur, hoc veluti glutine juncta contineri. Quæ & ſectio in aliis abdominis rupturis, ſi illic fiat, licet peritonæum [illegible] ſſum tunc non facile colligi ligarique poſſit, tamen ob adnaſcentem carnem [o]bturantemque foramen. hoc pacto eas curare poteſt. *Platerus*, Vide [illegible] ſtn in Chirurgia.

44. *Cognoſcitur quod tumor*) Vide ſupra § *Signa ſunt.*)

45. *Alia eſt*) Præter ſimplices Hern[ias], & compoſitas, ut prou[illegible] deſcribuntur, a nobis plures alias experientia demonſtrat, & quę p[illegible] ptores non rep[eri]untur; nam experientia me docuit Peritonæum etiam in parte poſteriori

posteriori, verſus dorſum poſſe diſrumpi, & ibi Herniam efficere.

Experimur etiam Proceſſum peritonæi in inguinibus ita poſſe diſrumpi ut inteſtina non in ſcrotum ſed inter cutim & muſculos verſus femur ſeſe urgeant.

Præterea non ſemel tantum obſervavimus *vas deferens* corrugatum in ſcrotum deſcendiſſe, & ibi herniam effeciſſe, quæ manuum ope facillime reduci poterat; imo quæ ſi corpus reſupinaveris, ſua ſponte intro recedit, à qua tamen nihil mali expectandum aut metuendum eſt. Modus curationis nihil habet peculiare quam quod idonea ſubligacula ſint excogitanda, quæque partes prolapſas ita in priſtinam ſedem reducant ut integræ non lædantur. *Barbette.*

. Οσχεοκήλη, quando inteſtina) In Conſultatione referebat *Joh. Dom. Sala* vidiſſe ſe meſenterium cum inteſtinis tenuibus omnibus in ſcrotum delapſum, abdomenque alterum præ ſe tuliſſe, qua mole compreſſo veſicæ collo, urinæque impedito tranſitu neceſſitatem moriendi ægro eſſe accitam. *Thom. Bartholinus Hiſt. 93. cent. 2.*

45. *Oritur tum à Peritonæi*) Si fortes cauſæ externæ fuerint ac violentæ, magis rupturam inferunt, Si debiles, accedentibus aliis cauſis internis; relaxationem inducunt, quamvis præcipua cauſa interna relaxationis ſit humiditas excedens in partibus jam dictis, & humorum fluxiones ad eaſdem partes, præcipue debilitatas, & quæcunque remolliunt & relaxant; Et quamvis humiditas ſit cauſa præparans, fortis tamen compreſſio Omenti vel inteſtini perficiunt relaxationem. *Geiger pag. 14.*

45. *A peritonæi humiditate*) Quam inferre valet olei, butyri & rerum pinguium uſus familiarior, hinc in Provincia Galliæ ab uſu liberaliori olei epidemica fere eſt Hernia; In nonnullis Helvetiæ locis idem accidere ſcio à butyri abuſu; Forte & malum hæreditarium eſt, quibuſdam enim familiis gentilitium eſt, ut erroribus in victu nequaquam ſit adſcribendum.

45. *A peritonæi humiditate*) Cum in laxitatibus ejuſmodi membranarum lymphæ copia & qualitas plurimum momenti addat, tum ad ipſam lubricitatem, tum affluxum & ...., huic ſufficient *Diaphoretica*, vi ſua halituoſi lympham in motum cientia, rarefacientia, diſſipantia, & per poros cutis expellentia: Imo hoc pacto depurato ſanguine, & diſcuſſis, ob affinitatem operandi flatibus, conſolidatio non leviter promoveri, ſymptomata vero arceri poſſunt.

℞. *Bezoart. martial. gr.* xv. *magiſt. c.c.* ℈ß. *cinnabar. nat. gr.* vi. *laud. Op. gr.* j. *m. f.* Pulvis.

℞. *Rob ebuli* ʒi. *antimon. martial. cachect. gr.* xji. *conchar. præpar.* ℈ß. *cinnab. antim. gr.* iii. *ſacch. q. ſ. m.* F. Bolus.

Diureticis abſtergi amat amurca venarum, fluxilitas vero & feroſitas ſuperflua, alioquoque corpori inconveniens, educi, quo pacto minor pituitæ proventus torporem minorem inteſtinorum relinquit, eligendo inprimis magis polychreſta, v.g.

℞. *Magiſt. ocul.* 69. *tartar. vitriolat.* āā. ℈j. *ſalis enixi.* ℈ß. *olei ligni ſaſſafras gtt.* j. m. f. Pulvis. *Wedelius.*

46. *Quando inteſtina in ipſum uſque ſcrotum*) Subjectum hujus morbi eſt Scrotum; Sin ſubjectum cauſæ luſtrare velimus, non aliud niſi peritonæum eſt, ejuſque proceſſus alteruter; Proprie enim Scrotum eſt *Subjectum recipiens*, *Subjectum* adæquatum ſunt Inteſtina, proxime huic loco accumbentia, & ordinarie ab his thermopylis ſecluſa, uti per mechanicam quoque notum eſt per minores canales concedi poſſe tranſitum peculiarem, citra adapertam portam pro aliis quibuſcunque: Hic vero ampliori conceſſo ſpatio & pondere ſuo prolabuntur mox inteſtina, & eodem ampliant ſibi ſpatium, cumprimis & ipſa magis expanſa: Nominandum ſpeciatim hinc *Ileum*, quod & longiſſimum omnium, & lubricitate magis ad exitum pronum, & quod palmarium eſt accubans huic regioni, Illud enim excidit, citra ullam ...., quod proximum eſt, trudentibus, vel cedentibus quoque ſuperioribus. *Wedelius.*

47. *In ipſum uſque ſcrotum deſcendunt*) Locus illapſus eſt proceſſus peritonæi, quo mediante communicant cum reliquo corpore teſtes, extra mœnia quaſi publica locati, latis illuc vaſis ſpermaticis, & communi ſpeciei uſui, & proprio teſtium dicatis: Proceſſus concedit tranſitum his canalibus, & per accidens quoque inteſtinis, facta hic locorum læſione particulari, nam & plura alia dantur, & vicina inguina etiam in viris; utut minus conſtantem ramicem ſuſtinent non raro. *Idem.*

47. *Quando inteſtina*) Plerumque inteſtinum Ileum deſcendit, aliquando etiam alia ſubſequuntur, & in ſcrotum prolabuntur, quod profecto ſimplicis dilatatione ſupra dicti proceſſus ſive vaginæ fieri nequit, ſed in omnibus & ſimilibus magnis herniis neceſſario vagina illa dirupta. *Barbette.*

48. *Bubonocele*) In Inguinis mulierum regione ſi peritonæum illic diſrumpatur, ubi vas quoddam ex utero per illud in inguina extrorſum fertur, tunc uti per proceſſum in viris, ſic in fœminis per hanc viam prolabentibus quoque inteſtinis, Enterocele quoque prodibit, in qua immenſus tumor quandoque in inguine ſe offert; vel Epiplocele ſi omentum procidat, quod cum longius in mulieribus quam in viris exiſtat, tumorem quoque eminentiorem in hiſce quam in illis progignit. *Platerus.*

Ramicem inguinis Latini appellant, Mulieribus ſæpe accidit, cum laxatur foramen illud per quod ligamentum uteri ad internam inguinis partem deſcendit; aut diſrumpitur peritonæum propter fœtus magnitudinem aut multitudinem, ut in his quæ duos vel tres pariunt, accidit aliquando. *Rondeletius.*

Periculoſiſſimæ ejuſmodi Herniæ in mulieribus, doloris atrocitate utplurimum, lethales, adnotante. *Hildano*, Duas mulieres extinctas vidi ab ejuſmodi Bubonocele, quamvis tumor avellanæ magnitudinem non excederet.

49. *Hæc interdum cutem valde extendit*) Hernia inguinalis nobis indicabitur quando Ileon vel omentum rupto peritonæo in inguine exeant, tumorque ibi remaneat, nec perveniat ad ſcrotum, in ipſo nimirum inguine affecto exiſtente, Dignoſcitur inteſtinalis ab omentali hernia, quod Epiplocele ſit tumor permanens; nec minuatur, ſed ſemper perſeveret, ſive jejunet, ſive corpus huc & illuc moveatur, aut quovis modo collocetur; Si vero retineatur ſpiritus non adeo increſcit, tactu inæqualis, mollis & lubricus ſentitur. *Geiger capit. 3.*

50. *Ἐντεροκήλη,*) Hernia ſcrotalis, hæc vel eſt *perfecta* ſive *completa*, vel *Imperfecta*, ſive *incompleta*, Imperfecta eſt *Hernia inguinalis*, ſive *Bubonocele*, quando inteſtina ſaltem prolabuntur in inguina, & ſuper oſſe pubis hærent; Quod ſi vero ſucceſſive ulterius deſcendunt, donec in ſcrotum perveniant, eſt Hernia ſcrotalis perfecta. *Etmuller.*

51. *Quando Inteſtinum Ileum maxime excidit*) Nob. mulier à deſcenſu inteſtini in Iliacam paſſionem incidit: Id quod foras eminebat adeo erat exiguum ut id omnes negligerent, imo Chirurgus negabat eſſe inteſtinum, alioqui, inquiebat, alius foret tumor & major: Quidam tamen Medicus, rei anatomicæ peritiſſimus, obſervavit Enterocelen mulierum eſſe periculoſiorem quam

virorum, licet ſit multo minor, & ab ea ſæpius interire, Et ſane hoc vidimus, nam mulieribus id quod tumet ſæpe non ſuperat medietatem annularis digiti, at in viris ſæpiſſime capitis magnitudinem refert, & non ita periculoſe laborant: An quod in mulieribus vere Cœcum inteſtinum obſtruitur & deſcendit; In viris autem alia inteſtina, & præſertim Ileon? *Ballonius Epid. pagin. 24.*

8. Utraque vel eſt ἐπιπλοκήλη &c. vel ἐντεροκήλη) *Epiplocele* dignoſcitur à tumore parvo, quia magis in oſſe pubis fit quam in ſcroto, Tumor autem permanens eſt, nec minuitur ſed ſemper perſeverat, ſive jejunet, ſive huc illuc corpus moveatur, aut quovis modo collocetur: Si vero retineatur ſpiritus; non adeo increſcit, tactu inæqualis, mobilis & lubricus ſentitur. *Enterocele* augetur vel minuitur ratione materiæ collectæ: Inteſtinum ægro quieſcente, aut reſupinato corpore rurſum retrahitur & in loco permanet; aliquando pars altera in ſcroto reſidet: Calore vel cibi ſatietate creſcit: frigore contrahitur, Inteſtinum clamore relaxatur, ſerotum relucet & multum diſtentum apparet; & magis in una quam altera parte; aliquandu diſcernuntur excrementa, Cum autem removetur inteſtinum & ad inguen retruditur, ſentitur flatulentum murmur, Species hæc eſt omnium periculoſiſſima, potiſſimum ſi reduci non poſſit inteſtinum, & excrementa adeo ſint indurata ut excerni nequeant, tunc enim per os redduntur ut in iliaca paſſione. *Rondeletius.*

52. *Quando Omenti aliqua pars*) Si *Omenti portio* per enarratam Rupturam (vide §. *A Peritonæo rupto*) in inguen feratus *Epiplocele* fit; tumore illic plerumque remanente, nec ulterius deſcendente; cum omentum ob brevitatem longitudine ſua os pubis vix ſuperantem, tantopere deſcendere uti inteſtina, quæ longiora ſunt, non poſſit; niſi forte de illo portio abrupta, quod eadem vi qua peritonæum ſcinditur, fieri poteſt, eoque citius ſi poſtquam egreſſum & retentum, attractum admodú & tenſum eſt, vi hac illi illata ulterius feratur, & in ſcrotum tunc pars illius ſubſideat, quæ tamen amplius reponi minime poſſet, Vidimus & in *Inguine* immenſum in quodam tumorem, quem ex Omento eo prolapſo proceſſiſſe; ex contactu adipis duriuſculi, inæqualiter, uti in Omento adnaſci ſolet, ſe offerentis, dijudicare potuimus; quod diſruptum fuiſſe copia illius quæ huc prociderat aliquo pacto innuere videbatur vel maximam fuiſſe hic relaxationem, cum dolorem alioquin nullum ſentiret, unde neglecta cura non diu poſtea ſupervixit, *Platerus.*

In Omenti exitu, cum illud in inguine plerumque ſubſiſtat, & vel *decubitu* ſolo, aut ſimul adhibita manu intro remeet, externis applicationibus, quemadmodum in Enterocele minime uſus eſt; niſi & illud ſcrotum uſque delapſum, uti aliquando eveniſſe conſtat, inde cedere nolit, tunc enim & relaxantibus tumor quoque foveri emplaſtrarique debet, flatuum non adeo hic habita ratione, niſi hi in ſcrotum per aperturam, quæ Omento fecit viam, eruperint. *Platerus.*

53. Ἐξόμφαλος) Omphalocel[illegible]mmuni fœminarum parturientium damno ſatis innotuit, At ſupra umbilicum dilatari ita cutem ut viſcera interiora excipiat, ab uſu quotidiano eſt remotius: Mulier grandæva Hafnienſis, corpore quadrato & robuſto, multis laboribus defatigata, ſupra umbilici regionem, mox infra cartilaginem enſiformem tumore exorto & rupto peritonæo, Herniam patitur iſtius loci plane ſingularem, quæ quotidianoque labore incrementum capit: Non tamen æqualis uſque tumor. *Th. Bartholinus Cent 1. Hiſt. 95.*

54. *Fovetur primo decocto*) Hernia umbilicalis eandem cauſam habet quam Enterocele, iiſdemque curatur remediis; tantum hoc obſervandum eſt pro magnitudine herniæ, in medio rotundi Emplaſtri ad herniam fruſtulum protuberantis ceræ, idoneis & convenientibus medicamentis commixtæ, figendum eſſe, ut ita ſecte, uti decet, in locum ingeri & contineri poſſit. *P. Barbette.*

Prophylaxis.

Impedimus quoque ne facile inteſtina prolabantur, cauſam quæ illa ut citius excidant impellit ſubtrahendo; Veluti cibi & potus copiam, eorumque quæ multa excrementa flatuſque gignunt uſum, cum hiſce inteſtina repleta diſtentaque facilius procidant; ob quam & cauſam ad ipſorum proventum impediendum, & ſi redundent, ad ea *expurganda* Purgantia interdum exhibentur; Qualia in ventriculi affectibus & colicis doloribus præſcribuntur; Quibus ſi ſimul conſtringendo aliquid rupturæ cauſa opitulari volumus *rhabarb. myrobal.* aliis addimus, vel illis ſolum utimur; vel alia quæ rupturatum cauſa propinantur hiſce permiſcemus, ex decoctis præſertim parata: Frigus quoq; conſtringendo exitum inteſtinorum aliqua cura ratione promovet, maxime vero ſi hæc jam prolapſa ſint, cum ex frigore intumeſcant & lædantur, nocet, ob quam cauſam à *frigore* prohibeantur ægri: *Motus* nimii præſertim cavendi, ut qui per exercitia violenta corporis & conatus nixuſque validos in excretionibus, vociferandoque obeuntur, cum per ea abdomen conſtrictum inteſtina propellat: *Venus* quoque commotione nimia exercita hac ratione incommodat; *Quies* convenientiſſima, non ſolum præcautionis gratia, ſed & curationis. *Platerus.*

Cap. XXV.

De Ani procidentia, ac Vulneribus & Ulceribus Inteſtinorum.

1. A*Ni* 2. *procidentia, eſt exterioris in recto inteſtino partis extra prominentia.*
Signis opus non eſt. *Cauſæ* in Differentiis dicentur.

3. *Curatio* requirit

I. 4. *Ani prolapſi repoſitionem*, quæ molliter 5. manu perficitur, 6. fomento ex emollientibus & humectantibus, ſi intumuit, præmiſſo.

II. *Repoſiti in ſuo loco*, ſeu per decocta adſtringentia, ſeu per pulveres, è thure, maſtiche, &c. 7. *retentionem.*

7. Laudatur *intra* Decoctum *radic. prunellæ ſylveſtris* bibitum.

8. *Extra* 9. *Aſſer quernus* lævigatus, & maſtiche poſtquam incaluit illitus anoque ſuppoſitus. Cinis *ſcarabæorum pilularium* ſuper inteſtinum ſparſus.

Differentiæ a cauſis petuntur.

I. Vel [1] eſt à *magno conatu*, qui *aut* fit in egeſtione fæcum; & tum laxa alvus tenenda : *aut* [2] in partu.

Vel [3] *ab irritatione magna*, quæ *vel* in dyſenteria vel teneſmo affligit, ad quæ Curatio obv… debet.

Vel … imbecillitates muſculorum, [4] qui poſt alvi egeſtionem anum propulſum retrahere ſolent, *ſeu* ob frequentem ani procidentiam : *ſeu* ob refrigerationem, & [5] tum nervi ſunt roborandi, & [6] intemperies frigida corrigenda.

III. Vel … à *Reſolutione*, *ſeu* ob nervorum circa oſſis ſacri aut coccygis regionem contuſionem, ubi conſolidantia locum habent : *ſeu* ob eorundem validam refrigerationem, de qua nunc dictum: *ſeu* ob abſceſſum vel fiſtulam circa muſculos ſphincteris exorta.

[1]. *Ani* Anus, … , δακτύλιον, ἕδρα, κωλῆς, idem qu… , *culus* dicitur inferior corporis pars, in qua eſt … inteſtini extremum, per quod excrementa redduntur, … *l* 5. *de U. P. c.* 14. Hujus exterior pars muſculo ſphinctere donata, *Annulus*, δακτύλιος dicitur, *l. Introd.* … *to.* Bruno *Lex. p.* 96.

[2]. *Ani*) Habet tres muſculos, primus *ſphincter* appellatur ibus oſſis ſacri parti … infimis annexus, anum in orbem ampl… tur, a… conſtri… git ut fæces retineat, Reliqui duo *Levat… e nomi… antur*, *qui* anum per excretionem depulſum ſurſum … trahunt.

[2]. *Procidentia*) Πρόπτωσις, nomen eſt generale pathologicum, denotans morbum in … vitiato, quando pars quædam prolabitur extra ſuum locum genuinum. *Bruno.*

[1]. *Ani procidentia*) *Plinio* Sedis procidentia dicitur, item procidua ſedes, Πρόπτωσις ἀρχοῦ ἢ ἕδρας, Προπτωσις ἀρχοῦ. *Blancardus Lex. p.* 253.

[2]. *Ani Procidentia eſt exterioris*) Ab inverſione Podicis & recti inteſtini extrorſum verſus Podicis procidentia naſcitur, tunc enim ſic inverſa foras protuberant : Sicut enim in alvi dejectione podex vi & impulſu excrementorum patefactus, & ut elabi queant inverſus, donec rurſum retrahatur protinus ; Ita ſi ob conatum & impetum vehementiorem durorum excrementorum adeo propellatur, ut portionem recti inteſtini ſimul trahens inverſam una exerat, tunc ut hæc aliquandiu foris permaneant cauſa exiſtit. *Platerus.*

Fit quando ſub excretione ſecum rectum inteſtinum multum promittet, & extra protruſum hæret, ut non poſſit rurſum ſponte in corpus retrahi : Nempe in omni alvi excretione inteſtinum rectum aliquantiſper protruditur, ſed facta excretione idem inteſtinum à muſculis levatoribus ſurſum retrahitur, Quando igitur iſta protruſio excedit, aut retractio deficit, oritur affectus quem dicunt Ani Procidentiam. *Etmuller Part.* 1. *pag.* 157.

Prognoſis,

Podex ob conatum validum inverſus, & ultra quam par erat una cum portione recti inteſtini ſimiliter inverſa expreſſus, atque aliquamdiu emanens, ſponte interdum iterum rurſum in ſuum locum reducitur, vel ſi hoc non fiat, facile reponitur. Si vero ſæpe hoc accidat, & quotieſcunque dejicit alvus procidat, nec vel ob imbecillitatem aut reſolutionem muſculorum retineri poſſit, difficilius curatur, omniumque ægerrime vel nunquam … ſi ob avulſionem à membranis, quibus ſuſpenſus retinetur, procidat. *Platerus.*

Si ob *partus difficultatem*, aut dolorem intenſum in ſectione lapidis hoc accidit, hiſce ceſſantibus hoc etiam temittit : Procidentiæ Podicis quæ debetur cura eſt ut *prolapſum reponamus, repoſitum retineamus &c. Idem.*

Pro cauſarum varietate vel facilius vel difficilius curatu exiſtit, Num etiam periculoſior, nunc minus periculoſa eſſe ſolet, Si diutius procideric anus, ſubinde tumorem inſignem contrahit, in ſpecie inflammationem, quam facile gangræna conſequitur, Ani procidentia à *paralyſi* orta, adeoque ex reſolutione muſculorum elevatoriorum difficulter curatur, quia licet ſemel repoſito ano, iterum tamen excidere ſolet. *Etmuller.*

[3]. *Curatio requirit*) In curatione *cauſa* primum erit avertenda; poſtea *morbo*, hoc eſt huic *ani ſitus permutationi* ſeu procidentiæ accommodanda. *Cauſa* ut declinetur, ſi *conatus* vehemens, ob dejectionis difficultatem, prolapſum ani procreet, ut alvus libere reſpondeat, atque fæces molliores & dilutæ ſint, ne tanto conatu inter egerendum opus ſit, procurandum, … lorumque nimia congeſtio impedienda, quod exhibitis injectiſque, victuſque ratione idonea perficitur.

[4]. *Ani prolapſi repoſitionem*) Reponitur alvus intra corpus manuali opera ipſius ægri vel Chirurgi, premendo eum digitis, vel panno ad id formato ; Quod ſi *intumeſcentia* quædam ſuborta, vel *inflammatio*, hanc repoſitionem impediat, hiſce primum abigendis cura adhibebitur, eo modo ſicuti in uteri procidentia, ſi hi tumores quoque ſupervenian, exponitur. *Platerus.*

Si inteſtinum rectum procideric, illud oblinito *oleo roſ.* & *myrtill.* parum *pulveris gallar.* commiſcendo, & … digitis vel linteo leniter reducito ; Inflammatio ſi impedimento ſit, anum ſic foveto.

℞. *Flor. ſambuc. chamom hyperic. ana. m* ß. *roſar. rub. p.* 1. *ſumm. abſynth. meliloc. ana. m.* ß. ms. & coque ex *lacte vel vino rubro.*

Inprimis neceſſarium eſt Inteſtinum rectum prolapſum externo frigore non corripi, nam ſubito gangræna, cum plane ejus eſſes immemor, ſe proderet : quare operam dato ut quamprimum metudatur, & interea temporis naturalem ejus calorem præſcripto ſomento & linteis calidis diligenter conſervato ; Sed aliud inſuper adhuc reſtat, quod primo intuitu quidem riſu dignum videtur, ſed quod in hoc caſu valde conducit ; Nates patientis extenſa manu quinquies aut ſexies, aut pluries verberato ; quo muſculi ani levatores inteſtinum rectum ſtatim in priorem ſedem attollant ; Sed antequam hiſce verberibus excipiatur æger, inteſtinum rectum *oleo roſar.* & *myrtill.* circumlliniri neceſſe eſt. *Barbette Chirurg. capite* 8. *Part.* 1.

Procidentia Ani curatur 1. repoſitione inteſtini. ſed ante adhibitis Decoctis emollientibus, Si vel tumor vel durities impedituins eſt Chirurgiam, Poſtea ad adſtringentia accedendum tum interna tum externa.

Inter *interna* laudabile eſt *decoctum rad prunella ſylv.* ubi enim omnes fere radices alvum ſolvunt, propter ſuccum mercurialem quem in terra hauriunt hæc ſola ex cerevitia vel aqua decocta & ſæpius hauſta leniter adſtringit, ita tamen alvus quoque ſimul ſit libera, quã & in ejuſmodi caſibus ſemper oportet eſſe talé, quo ne fortiori conatu egerendi inteſtinum rurſus procidat:

Externa varia ſunt, ſed elegans eſt *aſſer quernus*, ſi optime lævigatus, & calens, ac *maſtiche* illitus, ſtatim ano ſupponatur, aut ei ſuperſedeatur: Non amplius vero caleat quam ut tolerari poſſit.

Quod ſi inteſtinum repoſitum intus manere non poſſit, præſens remedium *eſt cineres ſcarabæorum pilularium.*

℞. *Scarabæos in ſtercore equino natos q.v. Ex his in vitro incluſis & ad ſolem bene ſiccatis. fiat pulvis ſubtiliſſimus*, ſparge quem ſuper inteſtinum prolapſum, & hoc, quomodo poteris repone: nunquam enim rurſus egredietur; præſertim ſi deinceps decoctum radicis *prunellæ ſylv.* ad tempus uſurpatum fuerit.

Aluminis uſus, propter nimiam ſtypticitatem cauté vitandus, Sed & corrodit præterea partem, venulaſque aperit, *Hartmannus Pr. Chym. cap. 163.*

Si hoc ſymptoma excitatum ſit à reſolutione nervi qui ab extrema ſpina ad ſedem porrigitur, Topica applicanda ſunt extremitati ſpinæ, qua parte Iſchium cum oſſe ſacro connectitur, iiſque remediis utendum quæ paralyſi conveniunt. *Enchir. Med. Pr. pag. 262.*

Ego ſemper utor *muria* tepida, & valde probe facit. *Aetius.*

Efficax & ſingulare putatur remedium quod paratur ex XII. *limac. rubris*, conſperſis in olla *ſalis & alumin.* ãã. ℥ß. crebro agitentur; his enim tandem mortuis ſubſidet humor, qui goſſypio exceptus deciduo inteſtino apponitur. *Gabelchovverus cent. 1. cur. 71.*

Mirifice prodeſt *fuligo caminorum ovi albo* excepta & illita. *Euſtachius Rudius.*

Cura à me multoties experta

Mundificetur inteſtinum prominens com *aqua plantag. mucronatæ*, ſeu *millefolii*, deinde inungatur cum *acacia vel lycio* aut viſco liquefacto, Et ſuperaſperſa *aloe* pulverata recondatur, Hoc modo plures curavi, Poteſt præcedere lavacrum cum *aqua decoctionis tragoriganı, roſar. &c. Joh. Kufnerus.*

Liniatur *pice* liquefacta, & ſuperaſperſo pulvere *aloes* intrudatur. Eſt ſæpius expertum. *Georgius Kufnerus.*

5. *Repoſitionem quæ molliter manu*) Sed prius impedimentis remotis, quæ non raro occurrunt, recidivam præterea minantibus, quæ neceſſe eſt ut mature ante repoſitionem removeantur; v. g. ſi adſint *ſtercora dura*, aut *multa*, in ano, vel inteſtinis ſubſidentia; neceſſe eſt ut prius Enemate emolliatur alvus, & hujus medio avocentur excrementa, ante repoſitionem alias recidivat malum; Convenit ergo *lac decoct. herb. melilot. verbaſc. flor. chamom. ſambuci &c.* Si adſint ſordes, aut quæcunque acria inteſtina ſtimulantia, prius abluendum eſt inteſtinum fomento abſtergente & leniente; Eadem igitur quæ modo inſinuata fuerunt hic conveniunt, vel horum loco *decoctum fol. quercus, parietar. cicer. rubr. flor. verbaſc.* cum *aqu ferrarior.* factum uſurpetur.

Si adſit *inflammatio*, aut tumor inteſtini prolapſi, impoſſibile eſt ut reponatur debite inteſtinum quamdiu hæc durant, adeoque inflammatio *fotu diſcutiente & reſolvente* arceatur, ex *fol & flor. chamom. verbaſci, ſambuci, malvæ, violariæ*, decoquantur nunc in *lacte*, nunc in *aqua ferrariorum*, nunc in *vino rubro adſtringente.*

In diuturno malo, quaſi paralytico.

℞. *Flor. chamom. anthos fol. ſalviæ, balauſt.* ãã. m. ß. *gallar. par. iij. coqu. in vino chalyb.* quo foveatur anus abluatur, & ſucceſſive reponatur, *Etmuller.*

5. *Manu perficitur, fomento &c.*) Fit imprimis manuum ope, quando indice digito intruditur anus; aut quando *linteo, decocto emolliente vel aſtringente ebrio*, circumvolvitur index digitus, & ita anus intruditur, *Etmuller.*

6. *Fomento ex emollientibus*) Ante repoſitionem ungatur anus cum *oleo hyperici*, quod infantibus præſertim confert: Aut illinatur *oleo roſaceo*, ſuperaſperſo ſubtiliſſimo *pulvere gallarum Etmuller.*

7. *Retentionem*) Retinemus anum, ne prolabatur, variis remediis, quæ illud præſtant, vel quæ vasa illius *adſtringunt*, vel *ſeparationem* factam ſuo unitam, vel ſi ob *muſculorum podicis refrigerationem* naturam vel *imbecillitatem* aliam, aut *reſolutionem*, retinere nequeat, quæ ea corrigunt. Quod *exhibitu externo* ... *motus, podicique applicatus*, in eumque *intromiſſus* perficitur. *Platerus.*

Quando ita repoſitus eſt anus, patiens crura & coxas extendere, & ita extenſo, quouſque poteſt corpore, vel ſupra ventrem, vel ſupra alterutrum latus, quamdiu poteſt, quietus jacere debet ut ita repoſitus melius firmetur anus. *Etmuller,*

8. *Laudatur intra*) Exhiberi poſſunt, ſi à *ſoluta continuitate* alvi exitus dependeat, quædam ex illis quæ in eadem cauſa in uteri Procidentia aliquid conſolidando efficere poſſunt: Abſtinendum tamen à nimium adſtringentibus, ne hiſce alvum difficiliorem redd... proin conatum majorem excitando illius ... potius promoveamus quam impediamus. Deni... *reſolutione* ab humore defluente progreſſa, aut e... uti putant, procederet, illius cauſa & purgantia, & ... rerantia, in paralyſi deſcripta etiam propinari poſſent, *Platerus.*

9. *Extra*) Prominenti Podici, & cum portione recti inteſtini inverſo eadem quæ in uteri procidentia *Fomenta* applicata, & pulveres iidem aſperſi, hæc quoque ſimili modo uſurpata conveniunt, eundemque effectum, Podicem retinendo firmandoque præſtare poſſunt: Præter quæ etiam alii *Pulveres*, quales in uteri ſimili affectu commodius ſinui illius forma peſſi... dixi, quam foris propendenti apponi debere diximus; hæc ano ſuppoſitorii inſtar ſuppoſiti, quia cum ſi mulando mox iterum excernerentur illi, antequam repoſitum ... prius inuncto, vel alioquin humectato, aſpergi debent; Veluti hunc Pulverem

℞. *Gallar.* ʒij. *balauſt.* ʒß. *maſtich. thur.* ãã. ʒj *ſuccini, ſangu. drac.* ãã. ʒß. *c. c. uſti, antimon* ãã. ʒj. *f. Pulv. ſubtiliſſ.* Huic addi poteſt *bitumen, pix*, item *cochlearum putamina, piſces ſalſi, fimus caninus ſeta porcina, & alia* prius uſta.

Intromiſſi in Podicis & recti inteſtini interiora *Suffitus, fumi* inprimis, hic, cum alia craſſiora immiſſa anus, vel liquidiora injecta non retineat, præ cæteris convenient, Poteritque & *ſuffitus* in uteri cura deſcriptus hic quoque uſurpari, vel ab aliis & inprimis decocto *thapſi barbati* in *aceto* facto ſuſcitari: Vel *vapor*, qui ab *aceto* ſupra *lapidem molarem* candentem fuſo exurgit, podice excipi; *Fumus* item *ex gummoſis & reſinoſis* illic nominatis accenſis excitati, admiſſi multum proderunt, omiſſis hic ſumme fœtentibus *aſa* ſcilicet & *caſtoreo*, addendo tamen & *bdellium*, interdum & *acaciam, hypociſt.* aliaque quædam ex *adſtringentibus*, uti & ex aromaticis, *galangam, cyperum, caryophillos, macerem, nucem, moſch.* flores item *roſar. & verbaſci &c.*

Extrinſecus *fovetur*, vel *balneo* immergitur inferior corporis ſedes ſubtus circa anum & lumborum regionem, hiſce quæ adſtringendo anum retineant & conſolidando, ſi connexus illius ſolutus ſit, eum rurſum uniant, dein & quæ, ſi muſculorum adſit imbecillitas, vel refrigeratio calorem nativum fovendo, & calefaciendo, frigidam conceptam intemperiem corrigant; denique proprietate quadam cum nervoſo genere, maxime ſi à reſolutione procedat,

proc[illegible], [illegible] [illegible]ddant. Finnique hęc ex [illegible] ctis [illegible] [illegible]um & conſolid[illegible] um [illegible] a- [illegible] [illegible] pr[illegible] [illegible]a de cr[illegible] pau- ciora [illegible] nd[illegible], atque in liquore [illegible] co- qu[illegible] de[illegible] h[illegible] ex [illegible] us, im- pri[illegible] prop[illegible] *bama[illegible] p[illegible]mulam vert*, *ab[illegible] marrubium [illegible] pulegium utr.* fl[illegible] es *chamom. an[illegible] [illegible]tach. & ſimul.* *Aquæ thermarum* ſimil[illegible] h[illegible] ut in [illegible] procidentia con[illegible] [illegible]; illa- rumq[illegible] uſus c[illegible] [illegible]tus nonnunquam juvat.

[illegible] *ta* [illegible] *ra* [illegible]c deſcripta hic quo- que p[illegible] lumbis vel etiam podici admota, [illegible] & muſculorum cauſa, ſi hæc labe[illegible] [illegible] calida adhiſcetur *Olea*, velut *c*[illegible] *laurinum vulpinum de caſtoreo* [illegible] P[illegible] s *oſti galangæ cyperi & quoru*[illegible] *m aromatum*, E. præter *Emplaſtra* vu[illegible] *oxycroceum* [illegible] *ceron*[illegible]*um*

Cataplasmata [illegible] [illegible]xt[illegible]dentia decocto fieri poſ- ſunt, [illegible] a p [illegible] n.

℞ [illegible] *n er* [illegible] *nea* [illegible]*c.* āā ℨß. [illegible]*allar.* ℥j. *far.* [illegible] *vel* [illegible] *er. rnor.* ℥j. *rad. cycla- m*[illegible] [illegible] *ma*[illegible] [illegible] *c pra* vel *o- lumb*[illegible] *n*[illegible] m [illegible]*rtar ad nuc.* j. *ol. myrt*[illegible] [illegible] *herba* [illegible] *ve ventis aa. q. ſ. pro Catapl.*

Sacculi [illegible] prolap[illegible] admovere poſſimus, qui podici ap[illegible] [illegible] & alii *pul- vini* duriuſculi, eum ſuſtinendo premendoque ſi- mul cohibere poſſunt; quod fiet i[illegible]s inſidendo, vel firmiter podici *ſubligaculis* eos alligando ſtringendo- que. *Platerus.*

Ut inteſtinum rectum plus minus repoſitum fir- mius cohæreat, optimum eſt *Emplaſtrum* calidiſſime *oſſi ſacro*, aut etiam *lumbis* applicatum; quod fit ex *gumm. ſagap. opopan. āā. q. ſ.* inducantur ſuper alutam. Item ad firmandum anum egregius eſt *Suffitus Keslera m. Centur. n. 396.*

℞. *Alſpha ti. ſuccini; maſtiches. thuris, myrrha āā.* ʒj. Contuſ[illegible] ſuper carbonibus ignitis inſperganitur.

Alii cum *medulla cervina*, vel cum *pingued cervi- na*, aut *[illegible]rcina* [illegible] acta, & [illegible] inteſtino prolapſo il- lita, una hoc blande [illegible]p[illegible]nendo, aſſeri calefacto ma- ſtiche illito inſid[illegible]ndo, malum curant, Loco pingue- dinum haium recipiuntur *flores verbaſci in butyro non ſalito* frixi, ac probe tranſculati, ſimiliter proce- dendo.

Sacculi itidem facti ex *furfure fol. millefol. & fol. verbaſci in aceto, deſtill* vel *vino rub.* cocti calide ap- plicati, Conveniunt inprimis ſi poſt partum difficilem ma- lum natum fuerit.

Si ex *hæmorrhoidibus* fuerit, inungatur inteſtinum prolapſum *Oleo ſcarabæor.* in *oleo maſtiches* bullito- rum.

Si in eodem *oleo maſtiches* bulliant *flores verbaſci* egregium eſt contra *procidentiam ani.* ex *teneſmo.* Et- mullet.

Effica[illegible] ſingulare putatur remedium, quod paratur ex xii. *limacibus rubris*, conſperſis in olla *ſale & album- min.* āā. ℥ß. crebro agitentur, his enim tandem mor- tuis ſubſidet humor, qui [illegible]ſſypio excipitur qui deci- duo inteſtino imponitur. [illegible]*rulingius.*

Si inteſtinum antea repoſitum nulla arte intus mane- re poſſit, hoc unicum eſt præſens remedium,

℞. *cineres ſcarabæorum pilular.* ſparge ſuper inteſti- num prolapſum, & quoquomodo poteris repone, nun- quam egredietur amplius, præſertim ſi d[illegible] ii ceps [illegible]eco ctum *rad. prunellæ ſylv.* ad tempus uſurpatum fuerit, *Hartmannus.*

Mirifice prodeſt *fuligo caminorum* ovi albo excep-

ta & il[illegible]. *Euſtachi Rudius.*

Cura mul[illegible] oties expert[illegible] Mundifi[illegible] [illegible]ſtinum prominens cum *aqua plantaginis mucron*[illegible] *mille- folii*, dei[illegible] de inungatur cum *acacia*, [illegible]u *h*[illegible], [illegible] ſuper- aſper[illegible]a *aloe* pulveriſata rec[illegible]ndatur. Hoc mod[illegible] [illegible]ures ci[illegible]. P[illegible]teſt etiam præcedere [illegible] ani aq[illegible] *de- co*[illegible] *[illegible] origani cruris galli, myrti, & roſar.* & lumbum *ſal. Kniperius.*

Contra exitum ani expertum, Liniatur anus promi- nen[illegible] *pice* liqu[illegible]cta, & ſuperaſperſo pulv[illegible]e *aloe* in- tru[illegible]atur, & eſt ſæpius expertum. *Georg. Kuf*[illegible]*us.*

Torpedinem marinam admotam juvare docet *Dioſco- rides.*

[illegible] *Aſſer quernus*) Infantes ani procidentia, inprimis ob reln[illegible]erationem laborantes, quod & in adultis fieri poteſt, bonum eſt ſupra truncum quercus recenter cæ- ſæ, calefac[illegible]in, & ſ[illegible]undum rectitudinem ligni ere- ctum, collocar[illegible], idque ideo quia ejuſmodi truncus de ligno [illegible]centi, maxima adſtringendi vi præditus eſt. *Platerus.*

[illegible] *A magno conatu*) Ab aliis conatibus quam qui in egeſtione durorum excrementorum contingunt, hoc idem poteſt accidere; ut in Partu, quando fœtus cum difficultate excluditur, alvus quandoque etiam excidit à Et inciſione facta in perinæo pro veſicæ calculi extra- ctione, ob cruciatum illu[illegible] magno cruciatu & podicem admodum propulſum fuiſſe, & [illegible]am ſimul, etſi exi- gua admodum eſſet in in[illegible] multum intumuiſſe ſeque crexiſſe vidimus: Imo ego in quibuſdam pueris calculo veſicæ laborantibus, non ſolum ani hanc pro- cidentiam, ſemper ſupervenientem quoties urinam ma- gnis conatibus, irritis tamen, reddere conabantur, ſed & membri virilis prolongationem & intumeſcentiam, inprimis in glande ſeu præputio, idque extractione frequenti glandis, ob dolures illos atroces, ab ægris facta, calculi renum pathognomonica indubitata ſigna eſſe obſervavi.

Quod ſi à *conatibus* illis validis adeo podex extror- ſum trudatur, ut rectum inteſtinum ſecum trahendo à membran[illegible] meſenterii, à qua inteſtina ſuſpenſa retinen- tur, non[illegible] avellatur, tunc extrorſum hęc ſimul dela- ta & propendentia non amplius remeare poſſunt: & repoſita longius ſubſiſtere nequeunt Lic[illegible]t enim muſ- culi ut anum leviter exeuntem retrahant [illegible] appoſiti ſint; tamen ſi tantopere elabatur, nec aliis ligamentis ſuſtineatur, illud ſoli efficere nequeunt; eoque minus cum & tunc, ſi procul exeat, una cum podice in- verſo prolapſo, è corpore prodeant. *Platerus.*

[illegible] *Vel eſt a magno conatu &c. vel ab &c.*) Duplex eſt ejus origo. [illegible]. eſt nimia, aut frequentiſſima, aut vio- lenta ani extruſio; 2. Eſt muſculi plus minus reſoluti de- ficiens retractio, quæ nunc ſ[illegible]orſim nunc junctim ac- cidunt, v.g. à calculo veſicæ, & irritari continuo per conſenſum inteſtinum rectum, ac ad continuam pro- truſionem ſtimulari poteſt: Quin etiam tali occaſione à crebriori excretionis conatu in tantum extendi ac re- laxari poſſunt muſculorum levatoriorum fibræ, ut per- tinax hinc ſequatur alvi protruſio, qualis Procidentia in calculo veſicæ, diutius adfligente, ordinaria eſſe ſo- let. *Etmuller.*

11. *In partu*) Scilicet difficili, quando parturien- tes, omni conatu; & reſpiratione retenta, motum ex- cretorium inferiora verſus moliuntur, qua occaſio- ne & ani ſimultanea procidentia non rara eſt. *Et- muller.*

12. *Vel ab irritatione magna*) Nimiam & frequentem, aut violentam extruſionem inferunt quæcunque acria & mordicantia [illegible] inteſtino recto hærentia, quæ omnia inteſtinum dictum vellicando & irritando indeſinentem egerendi conatum, & ita continuā inteſti[illegible] protruſionē

inferunt, quod ipſum tandem in tantum elabitur, ut non poſſit denuo retrahi, hinc dyſenteriam ac teneſmum ſequitur, Item fit ob acrimoniam [illegible] ſuppoſitorii, authore *Panarolo Pe.* [illegible] *obſ. 23.* Si ercora dura, aut excrementa viſcida, in inteſtino recto obſiſtentia continuo ſtimulo idem malum inducunt. *Hæmorrhoides* dolentes, anum continuo ſtimulantes, item nimis fluentes, pariter ad hoc malum diſponunt. *Etmuller.*

[15] *Vel ab imbecillitate muſculorum*) A *muſculorum*, qui podicem in egeſtione excrementorum propulſum, poſt eam factam ſurſum iterum retrahunt & conſtringunt, *imbecillitate* fieri poteſt, ut cum tunc functio ip[ſo]rum debilitetur, podex inter excernendum propulſus & dilatatus, non ſufficienter aut difficulter in ſuam ſedem reduci queat, aut ſe poſſit conſtringere, Ob quam rem anus foris quidem remanere poteſt, non tamen, niſi per conatum præcedentem extrudatur, prolabi, cum hiſce muſculis exiguis non ita ſuſpenſus teneatur, ut actione ipſorum remittente, ſtatim eum citra majorem vim, è corpore in quo incluſus retinetur, membrianiſque nectitur, excidere neceſſe ſit; Hæc autem imbecillitas, quæ hoſce muſculos impotentes ad ani reductionem in læcum egeſtione exeuntis reddit, illis, vel quia ſæpe ani procidentiam, vel podicis diuturnam emanentiam paſſi ſunt, tandem evenit; Vel etiam à refrigeratione omnia hujus ſedis, ſumme ſenſilis, ob ſeſſionem ſupra ſaxum frigidum, vel ſimile quid; aut moram in aëre aquave frigidis, anum præcipue tangentibus & refrigerantibus poteſt contingere. *Platerus.*

[13] *Ab imbecillitate muſculorum*) Vitio fibrarum motricium, Sic *percuſſio*, ſive *caſus ab alto* ſupra os ſacrum, aut ſpinas lumborum, paralyſin horum muſculorum nervorum ratione inducit: *Item* inteſtinum rectum protruſum, ſi diutius extra hæreat, ita ut fibræ muſculorum retrahentes nimis laxentur ac extendantur, Procidentiam ani ſubinde chronicam inferunt. *Excrementa feroſiora*, aut *aquoſiora*, copioſius & crebrius per anum ſecedentia, inteſtinum rectum ac fibras muſculorum relaxando ſimilem prolapſum inferunt. *Etmuller.*

[14] *Muſculorum*) Anus habet tres muſculos, primus *Sphincter* appellatus, oſſis ſacri partibus infimis annexus, anum in orbem amplectitur ac conſtringit, ut fæces retineat; Reliqui duo *Levatores* nominantur, qui ab oſſium coxendicis ſacrique ligamentis orti, deſcendunt diſtincti ad ſphincterem, eique inſertio- [illegible] ſua [illegible] commiſcent, ut anum per excretionem depulſum ſu[illegible] [r]etrahant [illegible] is muſculis quacunque de cauſa relaxatis, fit *ani procidentia* ſeu potius inteſtini prolapſus. [*Di*]*emerbroeck Anat. libro* [illegible] *capite 7.*

[15] *Et tum nervi ſunt roborandi*) Si propter *muſcu*[*lorum*] *levatoriorum reſolutionem*, anus denuo firman[dus] [illegible]mat, *nervina* ſunt recipienda. v.g.

℞. *Flor. chamom. anthos balauſt. folior. ſalviæ, lauri ãã. p. ij. gallar. contuſ. par. vi. malicor.* ℥ j. *coqu. in aqua & vino chalyb.* & applica pro Fotu. *Etmuller.*

[16] *Intemperies corrigenda*) Poſt repoſitionem ani firmato, aliquando remanet *calor* vel *rubedo* [illegible] ne ſuperveniat inflammatio &c. *aqua plantag.* in [qua] ſolutum eſt *ſacchar. Saturni* blande t[illegible] prodeſt, aut fomentis adſtringentibus utendum, *Etmuller.*

[17] *Vel a reſolutione*) A reſolutione eorundem muſculorum, a defluxione in nervos eorundem [illegible], ani procidentiam eam gigni quam ani [illegible], eam particularem vocant, plerique [illegible] tis hæc illius tantum parti [illegible] à defluxione gignatur, haud v[illegible] copioſe ab alt[illegible], ut paralyſin effi[illegible] tantum in in ani oſſis [illegible] edem [illegible] hi muſculis [illegible] communi [illegible] & non potius totius oſſi[illegible] tet nervoru[m] [illegible] retur reſolutio [illegible] opplete [illegible] fieret, aut muſculorum, non [illegible] ſed & illi cum toto corpo[re] [illegible] bus communis paralyſis ſequere[illegible] extrema omnium partium in ap[illegible] qu[illegible] reſolutio, minime fieri, nec anum procidere [illegible], nec in ana paralyſi, in qua partes inferiæ [illegible] omnes reſolutæ ſunt, cum ea laborantes [illegible] fæces alvi dejicere, podicemque ſponte re[illegible] repoſſint, & licet quandoque invalidius [pro]pter hunc morbum id fiat, tamen minime prolabi, [illegible] nervorum cauſa talis ani ſequatur, non p[illegible] difficultas, cum & hæc rarius in pa[illegible] [defl]uxione nata fiat, eam potius a compreſſion[e] nervorum ob contuſionem aliquam ex caſu vel [illegible], circa oſſis ſacri aut coccygis infimam ſedem factam, aut inſignem aliquam refrigerationem harum ſedium, non ſolum muſculos hoſce ſed & nervulos [illegible] [a]ntem procedere non ſine ratione opinabimur. *Platerus.*

Vulnera Inteſtinorum.

II. *Vulnera inteſtinorum* ([18] taceo perforationis à vermibus, flatibus, &c.) vel [19] ſunt *Tenuium*, in quibus [20] cibus & potus exit, bilis vomitu rejicitur, dolores cum febre magni adſunt, [21] quæque, quod tunica ſit nervoſa, multis vaſis referta, nulla ferè ratione, vel ſaltem difficillime [cu]rantur.

Vel *Craſſorum*, in quibus ſtercus egreditur, alvus ſupprimitur, quæque, ſi ſunt ſecundum longitudinem, & parva, facilius: ſi ampla & per tranſverſum, difficilius curantur. Nullo modo, ſi livida evadunt.

Curationem [21] vide apud Practicos.

[18] *Taceo perforationem*) Præter vulnus & ulcus contingere quandoque nota[n]t Practici qu[od] *Rupturam* incurrant, *Perforationem*. *Illius* cauſæ [ſu]nt ictus aut violentum externum, *hujus* Ve[rmes]. Utri[u]sque ut ſigna certa nulla ſunt, ita n[ec] [cu]*randi* rationes. *Blancard. Therap.* [illegible] *p. 249.*

[19] *Vel ſunt tenuium*) V[illegible] craſſa aut [illegible] inteſtina ſint vulnerata ex ſitu [illegible] pot[illegible], [illegible] & [illegible] a uni [illegible] [illegible] modo [illegible] par[illegible] Præt[illegible] [illegible] um ex uplurimum [illegible]us, hoc eſt ſuccus pulti av[e]naceæ ſimilis. *Fr. Joel.*

[20] *Cibus & potus exit*) Tum potius ſignum ventriculi, in quo cibus in chylum tran[s]mutatur, [illegible] itidem vomitu rejecta idem innuit.

[21] *Quæque quod tunica ſit nervoſa*) Vulnera [illegible] plurimum in[c]urabilia ſunt & lethalia. Membr[a]nis inteſtinorum ub[illegible] ægre admodum [illegible] untque inteſti[na] flatibus, ch[y]lo, fæc[ibus] [illegible] motibus aliunde ad illa affluentibus [illegible] ſunt exquiſiti admodum ſenſus cujus [illegible] tam dolores ſunt atrociores ſupe[rv]eniunt inflam-

[illegible] & [illegible] dunt Vigiliæ ac f[illegible] [illegible] cera *tenuium* int[illegible] [illegible] quo [illegible] ler ium, qui ipſi [illegible] ſubſt[illegible] æ eſt nerv[illegible] [illegible] tributa num [illegible] [illegible] fficium, quod eſt dig nus & nobis [illegible] ſunt [illegible] madoſi chyli, craſſa excipiunt fæces & excrementa.

Experientia tamen docuit fuiſſe quoſdam quibus [illegible] rant inteſt[illegible] tutos, qua de re videantur obſ[illegible] Propterea [illegible] ſtinguenda ſunt hæc vul[illegible] curam admittunt, *penetrantia* [illegible] per quam raro: *Tenuium* vulnera lethalia [illegible] n, ex *H[illegible] pocr. aphor. 18. 6. Craſſa*, quoniam [illegible] ventriculo magna ex parte remotiora [illegible] us vaſis prædita, & continendis duntaxat [illegible] ſque fæcibus dicata, ita etiam compara[illegible] ta ut [illegible] camenta quæ per [illegible] ius ad ea perv niunt quam [illegible] jud[illegible] *Sebiſini manual. p.*

[illegible] *Curationem* Spes curationis [illegible] in n [illegible] uboie, H[illegible] in [illegible] Medicamenta *Topica* [illegible] vel non perveniant; vel pervenium [illegible] diu adhær re nequeant, parum efficiunt, N[illegible] igitur bo[illegible] regimine roboranda eſt, Impedimenta, quantum licet, per laxanna & abſter[illegible] removenda, & [illegible]. ex *fanicula*, [illegible] *piloſella*, *ophi-gloſſo*, *nummularia*, *virga aurea*, *conſolida ſaracenica*, *pyrola*, *agrimonia*, *herniaria*, *bugula*, *verbena betonica* &c. p[illegible] nda. *Sebiſius*.

[23.] *Vide apud practicos* Tertiam hujus operis partem quæ Chirurgiam continet.

[illegible] *Ulceribus* in Dyſenteria agitur, putaturque veſicatorium aliquod, ſtercori adhuc [illegible] imp[illegible] ium, inteſtinis eroſionem inferre.

[illegible] dest *unguentum* e *oleo roſacei*, *mell. roſati*, *cera* ana unc. ſ. *lithargyri* dr. iſ. *myrrha*, *zinzib*. [illegible]

[26.] *Sphacelus* [illegible] um, herniam, ileum, & inflammationem excipere ſ[illegible] let. Accidit & in vulneribus, ſi extra abdomen p[illegible] b aëre alterantur, & li[illegible] ida evadunt.

De Ulceribus inteſtinorum adi [illegible] ertius Caput de Tumoribus, Abſceſſibus & Ulceribus inteſtinorum.

[24.] *De Ulceribus*) Ulcus inteſtinorum pro cauſa agnoſcit *Chylum* aut *ſanguinem putridum*, *calidum*, *ſalſum*, *acidum*, *malignum*.

Signa affectus, poſt cauſas, ſunt dolor ſummus, fluxus al[illegible] ſanguinolentus, mox purulentus, ſæpe & cum ramentis inteſtinorum.

Chylo an *ſanguini* debeatur ex utriuſque vitiis patet.

Graviſſimum malum eſt, maxime quod inteſtinorum tenuium, ac à cauſa maligna, acri, putrida productum.

Curatio, primo chylum aut ſanguinem vitiatum debito [illegible] emendari ex[illegible], hinc, & uno interea dum illud efficitur, ulcus per abſt[illegible] leniter purgantia: conſolidantia conglut[illegible] *[illegible] Therap ſpec. p. 249.*

[25.] *Prodeſt*) Cum in craſſis inteſtinis ſit ulcus, atque ad locum affectum pertingere poſſunt Enemata, valde prodeſt ſequens, diutiſſime ſervandum, ſæpius iterandum.

℞. *Lactis bubuli*, *prius chalybeati* ℥viij. *terebinth. Veneta ovi vitello ſoluta* ʒß. *mellis roſ.* ʒj. *m.* Tali enemate, & quidem unico, circa initia, adeoque mature injecto, curavi non ſemel Dyſenteriam cum puris dejectione junctam.

Quando Ulcus hæret in tenuibus inteſtinis, ſequens Apozema vulnerarium conferet, ſæpius in die ſumendum ad aliquot uncias.

℞. *Rad. conſol. Saracen.* ʒß. *fol. pyrola*, *alchim.* ää *m. j. hedera terr*, *m. ʒ. [illegible] maris ſumm. hyper.* ää *m. ß. [illegible] c. c.* ʒi. *coq. [illegible] q. aqu. ferrata In colat.* ℥xxv. *diſſolve ſyr. de alth. Fernel botryor.* ää ℥ß. *tinctura cinnam. [illegible] vini rect. ſpiritu extracta* ʒß. *miſce.*

Valet & mixtura ſequ.

℞. *Aqu plantag.* ℥[illegible] *cinnam. aceti ſtillat.* ää ʒß. *Diaſ[illegible] rd. Fracaſt.* ʒj. *ocul. cancr. pulver.* ʒß. *antimon. diaphor* ℈j. [illegible] *ſcrub.* ʒi. *m.*

℞. *Conſ[illegible] b. r[illegible] rubr.* ʒi. *Diaſcord.* [illegible] ʒii. *conſ. Hyacinth.* ʒj. *c[illegible] uſti & pulv[illegible]* ʒß. [illegible] *rup. myrt q. m.* [illegible] *ditum* dnais aliqu[illegible] die ad [illegible] ucis mo[illegible] quantitat[illegible]

B. Prodeſt unguentum) Ad Ulcus tam mundandum quam conſolidandum, præ aliis omnibus forte ſerviet *Balſamus Sulphuris*, vel *aniſatus* gratior, vel cum *ſuccini oleo* paratus, potenti[illegible], ad guttas duas treſve cum prædicta mixtura, vel Decocto aliquoties in die ſumendus; *Idem ibid.*

[26.] *Sphacelus*) Sphacelus interdum eumque præcedens *Gangrana*. inteſtina ſæpe occupat.

Cauſam agnoſcit inteſtinorum per vulnus abdominis extra corpus, aut p[illegible] peritonæi proceſſum in ſcrotum prolapſum, vel etiam Inflammat[illegible]nem ſimplicem.

Signa, valde hic incert[illegible] unt, *Vulnus* ubi adeſt, oculis ſe exhibet affectus, fœtore ſtercoriſ[illegible] expurgatione notabilis quoque: *Inflammatio* ubi præceſſit, aut *Hernia*, ejus ſign[illegible] locum habent, fere omnerda per os rejicitur, aut dolor intolerabilis adeſt, uſque dum pe[illegible] rota tu inteſtino fæces in cavitatem ventris tranſeant.

Maximi periculi morbum eſſe, celeriter hominem interimentem, morbi & partis affectæ conditio docent.

Cura ſi qua tentanda, aliqua poteſt eſſe ubi vulnus abdominis adeſt, per ea quæ Gangrænæ conveniunt, Sphacelus enim hic nullam admittit: *Hernia*, aut *Inflammatio inteſtinorum*, quam exigunt ſuo loco dicetur; Aſt ut incertum eſt ſi ne an Gangræna aut Sphacelus dictis affectibus adſint, aut inſequantur, ita & *curatio* nulla certa inſtitui poteſt *Blaſius c. 2. ſect. 42. Ther. Spec.*

Inteſtini jejuni ſi hac[illegible] mihi contigit anno 1660. in viro Reverendo, qui a pluribus annis Omphalocele laborans, paſſus eſt abrab Empirico admoveri vas orichalcū, ſcutellam referens, reprimendi tumoris ergo, hinc brevi conſequuta inflammatio, in qua cum macula nigra, vix lente major, appareret Chirurgus ungue ſcalpſit unde magna vi protupit inteſtinum jejunum ſubditum, quod crepans chyli aliquid effudit; ad manus erat acus cum [illegible] lo, qua ſe [illegible] te inteſtin[illegible] ſatagebat, ſed inſtar [illegible] madidæ diffluebat: adeo ut diſrupti plane inteſtini [illegible] mitates filo conſtringere utrinq; nece[illegible] tamen qui robuſtus erat, de ſanatione [illegible] deſperante, ſed mors præ foribus fuit

De Symptomatibus inteſtinorum.

Cap. XXVI.

De Iliaca paſſione.

1. **S**Ymptomata inteſtinorum ſunt, [2] *Iliaca, Colica, Alvi retentia* & *alvi fluxus*

[1] *Symptomata Inteſtinorum ſunt Iliaca, Colica*) Naturaliter quidem alimenta diſtribuuntur aut egeruntur, nulli dolores in inteſtinis percipiuntur, niſi quod inteſtinum rectum ſaltim ſtimulum ſentiat quando fæces ſunt excernendæ: Deinde adſunt interdum murmura & borborygmi, quando flatus naturalis, inteſtinorum tenuium, ſpeciatim Ilei, periſtaltico inteſtinorum motu, hinc inde agitatus iſta phęnomena infert; Verum præternaturaliter crebrius dolores patiuntur Inteſtina, quæ dicuntur *Tormina*, à torquendo, quod inteſtina quaſi contorqueri & convolvi videantur.

Ac revera formaliter omnes fere dolores, pauciſſimis exceptis, à convulſivo ſpasmo inteſtinorum, in quem à ſpirituum impetu cientur, immediate oriuntur: Vtut autem cauſaliter ſint varii, vix tamen quæcunque cauſæ dolores inferunt, niſi ad motus convulſivos per irritationem inteſtina diſponantur; id quod non ſolummodo confirmat obſervatio *Helmontii Tr. de Flat.* §. 38. ſed & ordinario fere alvus ſuppreſſa eſſe ſolet ſub talibus inteſtinorum doloribus, dum ſpaſmus iſtis impeditur, & plus minus retardatur naturalis motus periſtalticus, & hujus medio contentorum protruſio.

morte eſſe refert, hauſtis ſcilicet *argenti vivi* in aqua ſola libris tribus; pondere enim ſuo inteſtinum velut vinctum expediri & evolvit, præduraſque & obſtruentes fæces ſeorſum deturbat, quod remedium ab aliis etiam authoribus non paucis approbatur; qui & illud innoxie ſumi poſſe teſtantur: Verum tanta mercurii quantitas pertimeſcenda eſt, ne frigiditate ſua calorem nativum extinguat & ſanguinem in venis coaguletur: In caſu igitur deſperato ſanius eſt minorem quantitatem exhibere: Quidam exhibent ℥ij. in *ovo ſorbili*, & iterandum cenſent ſi prima exhibitio non ſuccedat; unius tamen unciæ exhibitionem felicem ſucceſſum habuiſſe in obſervationibus noſtris videre eſt. *Riverius in Prax.*

Uſum *Globulorum* (vide §.77. *ſumpſit Mercurii*) ſuperat *Mercurius vivus* copioſe ingeſtus, Refert *Lindanus* Iliacam paſſionem *Mercurii* tandem ope curatam, poſtquam tres bombardæ globi ſine auxilio devorati fuiſſent: Uſus *Mercurii* eſt, ut ad minimum ℥iij. vel iv. aſſumantur, applicando ſimul externe fomenta blande calefacientia, & quam primum per alvum effluxit, capiat æger *olei amygd. d.* ℥ß. *cum olei deſtill. anis.* ℈ß. Ut autem melius operari queat, conſultum eſt agitare & movere in curru ægrum: Vel ſummittatur æger in *ſolium aqua tepida* plenum poſtquam *Mercurium* ita aſſumpſit, ut internus *Mercurii* uſus promoveatur per externum iſtum fotum, Curavi mulierem pertinaciſſima alvi obſtructione laborantem, cum abdomine hinc indurato, tumido & doloroſo, & præſertim in hypochondrio ſiniſtro tumore duro, unde mali cauſa: Cum metuerem jam imminentem Ileum, dedi 14. Jun.

℞. *Aqu. menthæ* ℥j. *Mercur. vivi bene depurati* ℥iij. mſ. Capiatur una vice, Factum ſine alteratione. Die 15. Iun.

℞. *Aqu. menth.* ℥j. *Mercur. v. purg.* ℥iij. *aq. cinnam.* ʒij. mſ. Capiatur veſperi ſequ.

Die 16. Jun. Potio eadem hauſta ſed fruſtra; Meridie

℞. *Aqu. menth.* ℥j. *cinn.* ℥ß. *ſyr. roſ ſol.* ʒvj. *Merc. viv. purg.* ℥v. mſ. Hauſit fruſtra.

Externe.

℞. *Axung. anſer.* ℥iii. calide abdomen iungatur. Die 17. Jun.

℞. *Lact. bubul.* ℥viii. *terebinth. ovi vit ſol.* ʒij. *ſalis tart* ʒij. *mſ pro Clyſt.* Injiciatur duabus vicibus.

Potio Mercurialis proxima denuo hauſta mane, & denuo veſperi, ita ut ℔ij. *Mercuriales* in corpore haberet, unde & varios môtus in corpore perciperet, ſed alvus clauſa manebat, unde & eodem Inſeſſus ex emoll. ordinatus, continuato litu cum *axung. anſer.*

Die 18. Jun. Inſeſſus ac Clyſma iterum, Mercurius hærebat, uti & 19. & 20. die: hoc tempore dolebat collum, tumeſcebant gingivæ, vacillabant dentes & ſalivatio ſuperveniebat, unde pro faucibus & collo leniendis.

℞. *Mell. roſ ſyr. viol.* āā. ℥i. *mſ.*

Pro abdomine.

℞. *Ungu. de arthan. ol. diacolocynt Qu.* āā. ʒij. m.

Die 21. ultra octiduum *Mercur.* hærebat, ideo pro fæcibus duris, & tumore in colo ſub hypochondrio ſiniſtro emolliendo, *cum dicto ungu.*

℞. *Empl. de Cicuta g. ammon. in aceto ſol.* āā. *q. ſ. malaxetur cum ſ. q. olei tartar. deſtill.* Applica,

Die 22. Jun.

℞. *Decoct. ſpec. emoll.* ℥viii. *ſal. ciner. clavell.* ʒvi. *mell. depur.* ℥iii. *mſ.* pro clyſmate, ſæpius iterando.

His & ſimilibus factum eſt ut pedetentim ſoluta alvus, ſcybalis lapidis inſtar induratis prodeuntibus, *Mercurio* vivo ſucceſſive in pauca copia apparente, Continuantur clyſmata, ungu. donec 29. Jun. nocte ex improviſo lectum copioſo Mercurio repletum obſervavit, Unde pro alvo aperta ſervanda, & *Mercurio* fauces adhuc affligente eliciendo.

℞. *Lact. vacc.* ℔j. *mell. roſ. col.* ℥iv. *ſal. cin. clavellat.* ℥ß. m. pro Clyſtere aliquoties applicando per 2. vel 3. vices.

Sed cum adhuc *Mercurii* ſupereſſent veſtigia, die 23. Jun.

℞. *Pulv. Bezoart. Senn.* ℈j. *bezoart. Sol* ℈ß. *mſ.*

Vomitus copioſæ materiæ viſcidæ creberrimus ſupervenit; Continuatis interne juſculis, externe Clyſmatibus ſucceſſive convaluit. *Etmuller.*

79. *Adhibitis poſt Fotus*) Aliqui pro Fotu utuntur ſpiritu vini ſolo, ſi ſit ab humoribus frigidis, aut, uti dicunt, à flatibus.

Cataplaſma ex reſiduo magmatis fomenti, vel clyſteris, poteſt pro Fotu exhiberi, ut & *oleum viol.* Mucilagines ex ſeminibus lenientibus, ut *fœnugr. lini &c.* valde proſunt, cum pinguedine anſerina applicatæ, *Craanen.*

80. *Clyſteres*) Conveniunt in hoc morbo ratione alvi clauſæ, qui debent eſſe abſtergentes & emollientes, quos *ex vino, urina pueri*, & *ſeminibus carminantibus* paratos commendat *Zacutus*: Emollientia ſimplicia, & ex his parata decocta, item *olea lini, raparum, &c.* clyſmatis inſtar uſurpata, ſunt cognita; *Rulandus in Theſ. Pract. p. 32.* Volvulum periculoſum curavit clyſtere ex *olei ſem. lini* ℥vi. *troch. alhandal.* ʒiß. parum bulliant; Hoc bene inunxit umbilicum, deinde injecit, excretis copioſis hoc ſolo curavit. *Riverius* commendat *Decoctum inteſtinorum & omenti vervecini*, in quo *butyrum & parum ſalis gemmæ* diſſoluta fuerint.

Quod ſi *inflammatio* inteſtinorum adſit, *Lindanus* adhibendum ſuadet Clyſma ex *decocto hordei* cum *nitro* Quod facit Clyſma *Zacuti* 2 *adv. P. 97.* de Iliaco morbo cum vomitu ſtercorum, per *clyſterem ex oleo cum ruta & nitro decocto* curatum. *Etmuller.*

Si anguſtatio producatur ab *Inflammatione*, præmiſſa V.S. clyſter debet injici qui hic optime convenit ex lenientibus & emollientibus paratus, ut ita humores acres temperentur, & partes ab acrimonia defendantur; Præterea hoc commodum affert quod vias lubricas reddit, & diſtenſibiles, & propterea eas præparat ut fæces facilius deſcendant, & vapore ſuo fæces emollit, & ideo ſal non eſt addendus, E g.

℞ *Lactis d.* ℥x. *adde ſacch. & album. ovor. & mucilag. ſem. pſyllii.*

Non nimis magna quantitate injiciendus eſt clyſter, ne nimium diſtendantur inteſtina, & dolor exacerbetur, adeoque ad unc. x. injiciatur.

Ubi ter quaterve injectus fuit Clyſter, & jam minor eſt convulſionis metus, Clyſteri aliqua vis poteſt addi ad expellendas fæces, adeoque in eo diſſolvi poterunt *El. Cath.* ʒvj.

Optimus Clyſter leniens poteſt parari ex ol. olivar. cum parte butyri inſulſi.

Si materia per vomitum ejecta fuit bilioſa, tunc ab oleis poſſumus abſtinere, *Craanen.*

80. *Et Clyſteres*) Laudat & *ſuppoſitorium* ſequens *Mercurialis Pract. l. 3. c. 27.* ad excitandam expultricem.

℞. *Nitri, ſalis gemm.* āā. ʒj. *grani gnid. helleb. nig. colocynth.* āā. *gr.* v. cum melle f. Suppoſitorium, hoc enim eſt acerrimum,

Quidam Ileo laborabat cum vehementiſſimis doloribus ſupra & infra umbilici regionem, gravibus vomitibus, etiam ſtercorum, & alvi per ſeptimanas xviii. continua ſuppreſſione, Curam ita inſtitui.

℞. *Ol. ſemin. lini* ℥vj. *troch. alhandal.* ʒiß. mſ. fiat ebullitio parva.

Bene inunxi umbilicum hoc Litu, ac reliquum per

ſiphonem injeci: Poſt duas horas egeſſit ſtercora duriſſima, mucoſa, purulenta, fœtidiſſima, varia & plurima, Intra diem ſanatus. *Mart. Rulandus Centur. 10. Cur. 69.*

Cuidam ſtercora vomenti, nihil per inferiora dejicienti, poſt injectos multos fruſtra Clyſteres follem fabrilem ano indidimus, & eo flatum in ventrem immiſimus, quo extracto *infuſum* emolliens, *cum troch. alhandal.* paratum per clyſterem ſubito ejaculari fecimus, quo ſtercora illico diſſoluta ac colliquata fuere & demum educta. *Amatus cent. 1. Cur. 100.*

81. *Humores acres & mordaces*) Tunc juſculis utendum pinguioribus per os aſſumptis & ano applicatis ac injectis, quo acrimonia quævis humorum quorumvis, ubivis exiſtens demulceatur, ac moleſta inteſtinorum irritatio ſedetur: Valent fomenta & enemata emollientia.

℞. *Rad. alth.* ℥ij. *fol. ejuſdem, malvæ, verbaſci āā. m. ij. ſemin. lini, fœnugr. āā.* ʒiß. coq. colatura tepente foveatur podex.

℞. *Ejuſdem Decocti* ℥viij. *ol. lil. alb.* ℥j. *pingued. gallinæ* ʒß. f. Enema crebro injiciendum: Ad eandem irritationem ſopiendam, humoreſque temperandos, internis & externis medic. addi poterunt anodyna, imo narcotica.

℞. *Hordei mund. & ad crepaturam cocti* ℥iß. *amygd. d. mund. ſem. papav. albi āā.* ʒiij. *cum aqua decoct. hordei f. Emulſio ad* ℥xv. *adde ſyr. diacod.* ℥iß. *aqu. fœnic. vel roſ.* ℥j. *miſce, detur hauſtulus per intervalla.* Cui minor doſis arridet, paretur hæc miſtura, ſed potentior.

℞. *Aqu. plant.* ℥ij. *fœnic.* ℥j. *conf. hyacinth. kermeſ. āā.* ʒß. *laud. op. gr. iij. ſyr. papav. albi* ʒj. *m. da cochleatim.* Qui præter Pilulas nil aſſumere poſſunt

℞. *Laud. op. gr. iv. f. Pil. n. viij.* inaurandæ.

℞. *Maſſæ Pil. de Cynogl. laud. op. gr. āā iij, F. Pil. n. x.* ſumat ſubinde alterutrarum unam æger, donec vomitus tantillum compeſcatur, ſomnuſque obrepat, qui obſervandus, non neglectis externis rem. *Fr. Sylvius Pr. l 1. c. 15*

81. *Humores vel craſſi*) Si a pituita, vel flatibus Ileus generetur, ille dolori Colico utplurimum ſuccedit, & præceſſerunt ſigna Colici doloris à pituita vel flatibus oriundi. *Riverius.*

81. *Vel acres & mordaces*) *Si ob Obſtructionem excrementa cohibeantur*, hæcque retenta biliosa ſint, aut alioquin prava per ſe exiſtant, vel ob moram putreſcentia, aut corrupta, acrimoniam & pernitioſam ac malignam vim adipiſcantur; cum tunc inteſtina ſimul vellicent, (cum diſtenſione) dolor erit eo vehementior, & licet ad excretionem ſua acrimonia naturam nonnihil ſolicitent, tamen cum quamdiu obſtructio durat, ad inteſtina craſſa ferri nequeant, alvus nihilominus conſtipata manet, nec ab illis ad excretionem ſtimulatur; cum, niſi impeditus hic ipſorum eſſet tranſitus, & alioquin in inteſtinorum cavitate redundarent, ea irritando diarrhœam & choleram morbum, vel, ſi inteſtinis adhærerent, dyſenteriam potius cum alvi fluore quam iliacum hunc dolorem, in quo alvus ſuppreſſa eſt, excitarent; quod vero in inteſtinis tenuibus incluſa facere nequeunt, ſed hinc inde divagando cruciatus enormes illos, qui non ceſſant donec obſtructio hæc ſolvatur, eaque redeunte recidivas facere conſueverunt: Quorum bilioſorum, perverſorumque humorum excrementis permiſtorum cauſa, ſi diutius retineantur, alia quoque gravia accidentia, icterus, febres, tandemque, nervoſo genere conſentiente, convulſionea, aliaque nervorum affectus ſequuntur: Sed & tit, propter omnimodum illius anguſti meatus inteſtini obſtructionem, ſurſum in ventriculum fæcum regurgitatio. *Platerus.*

82. *Deturbandi*) Si malum ex craſſa & viſcida pituita fiat, potiſſimum probatur *raphani decoctum*, vel *infuſio*, vel *aqua*, Nec non *vinum* potens in quo *aromata* & herbæ incidentes & attenuantes ebullierint. *Euſt. Rudius Art. Med. l. 2. c. 29.*

82. *Deturbandi, ſed abſtinendum a validioribus*) In Ileo fortiora *purgantia*, aut etiam leviter ſtimulantia per os exhibita non conveniunt; niſi ubi jam ſedata eſt omnis irritatio, & hinc motus inteſtinorum inverſus, Subſiſtente enim irritatione, & durante aut imminente vomitu inteſtinali Purgantia, & lenia & fortiora, ſemper evadunt vomitoria, malumque non leniter exaſperatur; Vnde recte dicit *Sydenham in meth. cur. Feb.* non applicanda eſſe Purgantia niſi prius corroborato ventriculo, Atque hæc inprimis de ſtimulantibus per os intelligenda ſunt; quæ enim clyſmatum forma &c. injiciuntur, tutius uſurpantur, Et in genere fortiora Purgantia minus conveniunt, ſed ſaltem laxantia. *Etmuller.*

Alex. tamen *Benedictus l. 19. c. 10.* ſi æger vomitu non exagitetur, Pilulas has Iliacas dandas ſuadet.

℞. *Colocynth. ſagapeni āā.* ʒx. *ſalis cappar. ſcammon. āā.* ʒiiß. modus eſt ad pondus ſeſquidrachmæ, præſentaneum eſt ait, ad iliacos dolores remedium. His Pilulis *R. Dodonæus obſ. 36.* Pharmacopoeum, qui maximo Ilei tertio quoque die dolore torquebatur, quo ſæviente febris aderat ſatis vehemens, multis tentatis, ℈j. in die quietis exhibito, aliquando plus, & repetitis vicibus, ſe liberaſſe ait, earum ope excretis fœtidis & pravis humoribus.

83. *Deturbandi*) Obſervandum licet periculum præſens vitatum ſit, memendum tamen niſi ſequatur multa excretio, & revocetur omnino motus humorum deorſum, qui ſurſum ferebatur, non extra periculum eſſe ægrum, Nam quia totus venter inferior commotus eſt, non prius ſecuritas concilianda erit quam ſequatur alvi profluvium, aut ſponte aut per artem provocatum: Vnde mortui ſunt nonnulli incuria iſta, de quibus Medi[illegible]us erat · ut dicit *Ballonius libr. 2. conſ. 24.* Etmuller.

83. *Deturbandi, ſed abſtinendum à fortioribus*) Purgantia fortiora in Ileo, aut etiam leviter purgantia per os exhibita, non conveniūt niſi ubi jam ſedata eſt omnis irritatio, & hinc motus inteſtinorum inverſus: Subſiſtente enim irritatione, & durante aut imminente vomitu inteſtinali purgantia & lenia & fortiora ſemper evadunt vomitoria, malumque non leniter exaſperatur: Vnde recte dicit. *Sydenham Meth. Cur. Febr p 68*, non applicanda eſſe purgantia niſi prius corroborato ventriculo, atque adeo ad motum naturalem deducto: Atq; hæc imprimis de ſtimulantibus per os intelligenda ſunt, Quæ enim Clyſmatum &c. forma injiciuntur, tutius uſurpantur: Et in genere fortiora purgantia minus conveniunt, ſed potius ſaltem laxantia. *Etmuller.*

84. *In uſu quandoque*) *Helmontius* utiliter aliquot globulos muſquetarum ſeu bombardarum deglutiri jubet, qui ſolo pondere ſuo obſtructionis contumaciam ſolvere, aut ſi excrementa forte tunc obſtent, propellere ſufficiunt; Quo plures, inquit, ac majores deglutiuntur, eo tutior celeriorque tunc ſequitur ſanatio, modo æger paulisper ſtare, vel ambulare, vel erecto abdomine duci poſſit.

85. *Mercurii crudi*) Mirabile videtur Hydrargyrum, quod à multis venenum reputatur, in deſperato Coli dolore exhibitum plurimum prodeſſe: Equidem *Marianus Sanctus* ex multorum conſilio, qui ab hoc lethali morbo ſanati ſunt; ſuadet, ſi obſtructio perſeveraverit, & fæces per os extrudantur, haurire cum aqua ſola argenti vivi libras tres, Probat hoc ea ratione vinctum, ſeu duplicatum inteſtinum, hydrargyri pondere explicari: fœces detrudi, vermeſque,

Sibi

ſi ibi fuerint, inte[illegible] & ægrum liberati.

Haud ab hoc di[illegible] aux[illegible] quidam nobilis, poſt al[illegible], ad morbi hujus a[illegible]tatem mac[illegible]amenta [illegible] eſt; [illegible] hauſtis ol. am[illegible] gd. dulc. ſine [illegible] extracta [illegible] n albo & qua pa[illegible] tariæ inix[illegible] *plumbea ar[g]ento vivo* [illegible] ta [illegible] p[illegible] [illegible] ex[illegible] it, [illegible] ex ano abſque [illegible] [illegible] idit. *A Pareo l.* [illegible]

10. *A Flatibus* Flatus diſtenſionem potius & inflat[ionem] [inteſ]tinorum pariat quam I[leu]m affectum, nam cu[m] hujus cau[ſa] [s]ynectica ſit [illegible] us inteſtinorum [illegible] lat[illegible] us inv[illegible] b quem omnia ſurſum re[illegible] [illegible] aut nihil per [illegible] excluditur, [illegible] d[iſ]tenſione quam [illegible] xe[illegible] ant flatu[s] motus [illegible] omn[illegible] ſiſtitur ita ut nihil neque per upe[illegible] ta [illegible] que per inferiora excludi queat. Adde quod conc[illegible] te[illegible] d bene cauſæ flatus incarcerant[illegible]s, hernia, infl[amm]atio [f]æces induratæ, pituita g[l]utinoſ[a] &c. [illegible] [illegible] flatibus conceditur [illegible] itus adeo ut [illegible] quam flatibus I[le]i cauſa ſit adſcribenda.

Diæta.

In ipſo [illegible] o ægri vitent *frigida*, quia *cal*[illegible] & [illegible] of[illegible] ntur Omnis *Potus* [illegible] g d[illegible] tu[illegible] dus, [illegible] c[illegible] s ventriculus demul[c]endus, J[illegible] valet[illegible] n c[illegible] tanquam Puerperas tractabis [illegible] frigi[illegible] xpo[n]ant, nec in victu peccent [illegible] Q[illegible] in & poſt [illegible] tum *Victus tenuis* ordinetur u[illegible] niſi [illegible] ch[illegible] liquot juſculi ex pullo gal[l]in[illegible] ſorbenda uſ[illegible] qum & adnotus externis ſtudioſe te a[illegible] [illegible] ſervent ac defendant. *Ettmuller ex Ballonio &* [illegible]

Cap. XXVII.

De Colica.

Definitio.

1. C*olica eſt* [2] *dolor inteſtini coli*, *à* [3] *rebus continuum ſolventibus exortus.*

1 (*Colica*) *Colicus dolor*, [illegible] *κολικὸν ἄλγημα*. *A Celſo cap.* [illegible] *lib.* [illegible] *laxi* [illegible] *inteſtini dolor*, *& lib. 4. Inteſtini plenioris morbus* appellatur, Nomine antiquis ignotus, *Inde Plinius l. 26. cap. 1.* Tiberii Cæſaris principatu primum irrepſit, nec quiſquam prior ipſo Imperatore hoc fuit conflictatus. Idem confirmat *Scribonius Largus* qui multas antidotos contra dictam Imperatoris Colicam excogitatas proponit: Accedit quod nec ab *Hippocrate*, nec aliis priſcis ſcriptoribus Colici doloris ante tempora *Tiberii* facta fuerit mentio. Reipſa tamen cogni[t]iſſimus, at ſub Ilei nomine comprehenſus fuit. Sic *Galenus 3. Epid. comm. 2. Ægr. 9.* in explicatione mulieris volvulo[ſ]æ, inſinuare videtur dari Ileum in craſſis inteſtinis *Nihil aliud eſt Ileus quam Colici affectus intenſio & incrementum*, Ileus ergo tum generale [illegible] nomen, Colicum dolorem complexum. *Rolfincius Epit. lib. 3. capite 13.*

[1]. *Colica*) Colicus dolor nomen deſumit à parte affecta, quæ eſt Colon inteſtinum, quod longum & anfractuoſum eſt, & totius fere corporis excrementis recipiendis deſtinatum: Illa autem excrementa diutius retenta, dolores hujuſmodi parere conſueverunt. *Riverius.*

Derivatur ἀπὸ τοῦ κώλου, quod Græcis membrum, ἀπὸ [τοῦ] κολάζειν, torquendo, vel [ἀπὸ τοῦ] κωλύειν, prohibendo, retardando, *Chordion* ſive Chordapſus, quod in hoc dolore inteſtina non aliter ac chordæ tendantur, Nam veteres, teſte *Cælio Aureliano lib. 3. c. 17.* inteſtina appellab[a]nt χορδὰς, *Rolfincius.*

[2]. *Colica eſt dolor*) Dolores inteſtinorum duplices ſunt, vel craſſo[r]um, & dicitur Colicus: Vel tenuium & dicitur Iliacus. *Waleus Med. Pract. cap. 15.*

3. *Inteſtini coli*) In Inteſtino colo potius hic dolor oritur, quia ibi ob valvulas copioſas humor aeris non poteſt ita locum ultro citroque mutare. *Craanen Prax. Med. reform. c. 83.*

[3]. *Eſt dolor inteſtini Coli*) Sic deſcribit *Willis* quod ſit, *Partium quarundam abdominis inſignis vellicatio, unde dolor valde acutus, cui plerumque vomitio, necnon ſpaſmi, & contractione* [illegible] *erum fere omnium totius ventris adjungi ſolent*: Quippe umbilicus, ejuſque vicinia, modo velut cum pe[r]foratione quadam intros retrahuntur, modo cum inflatione, & velut ex[illegible]one magna extumeſcunt Inteſtin[orum], fibrarum motu inverſo, ſæpe ſurſum convelluntur; quapropter alvus ſumme adſtricta parum aut nihil dejicit, imo licet ab enematis crebro ſollicitetur, contenta ſua haud facile deponit; Ventriculum cum duodeno & veſicula fellea pariter convelli ex vomitu, & copioſa bilis, aut flavæ, aut viridis rejectione, liquido conſtat: Quandoque etiam ureteres & urinaria veſica ita contrahuntur, ut toto paroxyſmo urina aut ſupprimatur, aut parcius excernatur: Præterea in capite vertiginoſi affectus frequenter hujus morbi inſultus præcedunt, aut ſequuntur, Quinimo C[olic]a ingraveſcens, & inveterata, non raro [illegible] in mem[br]is exterioribus acceſſit, ac demum in P[arali]ſin terminatur. *Willis Tract. de Anima Brut. P.* [illegible] 5.

Brevius fit *Waldſchmid. Inſti. Med. p. m.* [illegible] C[olic]a eſt corrugatio ſpaſmodica fibrillarum [inte]ſtini c[ol]i meſenterii, & non raro ipſius [perit]onæi, à plenitudine tum aggravativa tum irritativa producta, unde veh[eme]ntiſſimus abdominis dolor [illegible] ſubinde cum vomitu & alvi conſtipatione.

[3]. *Inteſtini Coli*) Licet morbo urgente tota ventris regio p[er]turbari [ſo]let, attamen [illegible] ſedes primaria collocari debet ubi d[o]lor potiſſimum infeſtat & pertinacius hæret. Hoc autem ex Medicorum plurimorum conſenſu, alicubi in *Colo inteſtino* eſſe perhibetur, Quare *Celſus* dicit *Colicam inteſtini majoris affectum*, quod etiam ratio nonnihil ſuadere videtur: nam ſive materies morbifica in *cavitatibus inteſtinorum congeri*, [ſiv]e in *membranis* illorum penitus defigi ſupponatur, certe in Coli plicis, pro receptaculis ejus pro[fu]ndiores extant cellulæ, atque inteſtini hujus Tunicæ craſſiores exiſtunt, in quibus humor peccans aluus impingi queat: Verum enim vero hæc opinio (cui non aſſentimur facile) uti & Affectus denominatio, ex eo tantum Medicorum ſcholis increbuiſſe videtur, quia paſſim obſervamus Inteſtina à flatibus, à pharmaco, bile aliiſque forſan humoribus [in]tra cavitates eorum contentis irritata dolores ac tormina inire; hinc ut obviam ſit inferre *Dolores Colicos* tantummodo ab inteſtinorum ac [in] primis coli contentis acrioribus & irritativis exortis

Quod tamen ita ſi haberet, proculdubio quæ ventrem ſolvunt, atque flatus & fæces copioſe educunt, certiſſimum levamen afferrent, Cujus contrarium [illegible] enumero venit, nempe à catharſi crebriori, aut violenta morbum iſtum intendi, *Willis.* Pars affecta in his doloribus, à *morbo* quidem ſemper ſunt inteſtina; Pars affecta a cauſa *humoroſa* ſunt *eadem*; In *Convulſiva* vero vitium eſt in *nervis & plexibus meſenterii nerveis* vel per conſenſum affectis, vel acido acri eo depoſito & eo congeſto irritatis. *Etmuller.*

4. *A rebus continuum ſolventibus*) Oritur dolor ex ſolutione continui, ut ab humore *pungente*, raro [illegible] *ante* [illegible] veniuntur tamen in inteſt[illegible] aliquando *calculi*: frequente[illegible] re rodente, ut *vermibus pituita vitrea acri & bilioſo humore* frequentiſſime à ro[illegible] di[illegible] *ellente* quæ hæret [illegible] *cavitate* [illegible] *inter dum unicus* Si m[illegible] [illegible] *moſis* [illegible] humor eſt [illegible] *phle*[illegible], ra[illegible] *ſcirrhus*, *ecchymoſis* & *materia* [illegible]: In cavitate ſunt *flatus* [illegible] *aces diſtendentes* hæ cauſæ ſunt gener[illegible] *Walæus Med Pract.* [illegible]

Signa.

5. *Signa* ſunt, ſenſus [6] doloris in inteſtinis craſſioribus [7] terebrans & perforans, præſertim [8] in inguine ſiniſtro, ubi colon anguſtius eſt, ab umbilico deorſum maximè delatus; hypogaſtrii inflatio ac diſtenſio, [10] fæcum ac flatuum ſuppreſſio, nauſea, ructus, [11] vomitus, [12] dyſuria, quæ certiora evadent ex antecedentium [illegible] & conſequentium [illegible].

13. *Diſtinguitur* à [14] *Nephritico*, quod magis pungat, amplum ſpacium occupet, poſt cibum propter compreſſionem ventriculi intendatur, minus dorſum & crura affligat, vagetur, & nullas in urina arenulas oſtentet.

15. Ab *Uterino*: quia hic menſium fluxu ſubſiſtente, plerumque accedit, coxis & inguinibus tantum communicatur.

5. *Signa ſunt*) Omnes hæ Colicæ (vide infra §. *Si vel a cauſis ſumuntur*) ratione adjunctorum nunc cum *ardoris & æſtuationis* ſenſu, nunc cum *algore* junctæ ſunt, nunc *vomitus* adeſt nunc, idque ſæpius, contumax *adſtrictio alvi*, nunc *alvus fluida*, interdum nimis aperta; *Ardor & æſtus* univerſum corpus occupat, atque plus minus febrilis eſt, & vere in impetu ſpirituum & concitatione ſanguinis cæterorumq; humorum motu, occaſione dolorum concitatus oritur: Interdum ſaltem in profundo ſub *hypochondrio dextro prope regionem lumbarem*, ubi inſeritur ductus pancreaticus & choledochus in inteſtinum duodenum perceptibilis eſt.

Oritur ex bile acriori effervеſcente cum ſucco pancreatico acidiore, ex qua effervеſcentia talis inducitur caloris ac ardoris ſenſus, Rem exemplo illuſtrabo, Notum eſt quod ex confuſione ſpiritus acidi vitrioli, & olei terebinthinæ, oriatur intenſiſſimus ardor, ita ut per vitrum manus inſigniter incaleſcat; Vel ſi confundatur ſpiritus nitri cum ſpiritu vini, ex his duobus celeri manu confuſis, intenſiſſimus oritur æſtus: Parili fere ratione concipiamus æſtum oriri ex prædictis cauſis in inteſtinis.

Quoad *algorem* qui perceptibilis in abdomine, qualis e.g. etiam interdum in febribus intermittentibus obvius eſt, oritur dolor hic ex contraria cauſa, ex ſucco nempe pancreatico nimis acido aut auſtero, qui occurrens bili pancæ, vel minus oleoſæ, aut etiam obrutæ ex materia viſcida in inteſtino duodeno, ibidem cum eadem concurrens effervеſcit quidem, dolorem tamen cum frigoris ſenſu junctum infert: Hoc frigus ſæpius quidem in regione lumbari, interdum etiam in aliis inteſtinorum locis percipitur, prout plus vel minus acidus exiſtit talis pancreaticus ſuccus.

Revera autem vix videtur poſitivum frigus, quin potius ſpaſmi membranarum ab acido vellicatarum frigoris ſenſum ſolent repræſentare: parili ratione fere atque [r]igor & frigus febrile à tali membranarum circa præcordia, & hinc panniculi carnoſi ſpaſmo tremulo oriuntur. *Vomitus* interdum abdomine dolentes affligit, præſertim in *Colica convulſiva* crebriores obſervantur, ut in nephritica hyſter[illegible] orbutica, notum eſt, Minus in Colica hu[illegible] [illegible] vel inteſtina ſuperiora tenuia magis afflicta ſin[illegible], vel occaſione aſſumptorum in ve[illegible] olo erump[illegible] um in [illegible]lum ortum fuerit.

In[ter]dum tamen à Colo male [a]ffecto, quatenus ventriculo proxime ſubſternitur, vomitus concitari ſolet: *Alvus adſtricta* [illegible] oritur [illegible] notum convulſiva, eaque pertinaci in quodam loco contractura, unde in conv[ul]ſiva fr[e]quens eſt, & hinc etiam in humoroſ[a] [illegible] tam[en] [illegible], & [illegible] aperiatur alvus in convulſ[iva], parum commodi exinde accipiunt ægri, ſecus in humoroſa: In hac enim ſi evacuetur quod evacuari debet, melius [illegible] nario ſolent habere ægri *Etmuller.*

5. *Signa ſunt*) Adde Intenſionem doloris à cibo, quia repletus ve[n]triculus inteſtina comprimit.

6. *Doloris*) Qui acerbiſſimus eſt, adéo ut ſi levior fuerit, vere Colicus appellari non debeat, ex *Galeni* ſententia 6. *de loc. c. 2.* Idem vagus eſt, modo in hac modo in illa parte gravius urgens, ita ut nunc hepatis, nunc lienis, nunc ventriculi, nunc renum regionem occupet, nunc ſupra nunc infra umbilicum appareat; at ſæpe in ſiniſtro latere plus urget. *Riverius.*

7. *Terebrans & perforans*) Interdum dolor fixus, ut in una parte ſtabilis, terebræ perforanti aut palo infixo ſimilis. *Idem.*

7. *Terebrans & perforans*) Qui dolor atrociſſimus ſolet eſſe, ac terebræ ad inſtar inteſtina videtur perterebrare, ortum habens ab humore acido auſtero pituitæ glutinoſæ, biliq; acri conjuncto, moleſtiſſimus hic ac nonnunquam in regione lumbari percipitur, quo loco tres culpati confluunt humores, ubi non mirum eſt ſi gravius afficiant continentes partes, tempore acrimoniam integram, necdum fractam obtinentes. Dum autem paulatim ſe mutuo frangunt temperantque humores ſubcontrarii, hebeſcit eorundem acrimonia, roduntque minus partes ad quas propelluntur, *Sylvius Append. Tr. x. §. 305.*

8. *In inguine ſiniſtro, ubi colon anguſtius eſt*) Dolor Colicus hypochondrium ſiniſtrum obſidens, ſæpe pro ſplenico imponit. Vide inferius de Dolore Hypochondriaco ubi de *Dolore Lienis*.

8. *Ubi Colon anguſtius eſt*) Ex eo quod in ea parte ſit quædam anguſtia, primum a *Bauhino* obſervata; quando enim excrementa in ſuperiori ac capaciſſima coli parte, in gl[o]bos magnos, prout capacitas illius ferebat, indurata, à fl[ex]u [d]erſus ll[lam] partem magna cu[m] violentia pelluntur, ſi [illegible] [illegible] gno cum dolore permeare poſſint quo ſy[m]ptom[a] [d]olor Co[lic]us [illegible] ſpleticо & nep[hritico] ſæpe co[nfun]ditur, ab uſque ſatis difficili

difficili negotio reliquorum ſignorum compara[illegible]e diſtinguitur. *Riverius.*

9. *Ab umbilico deorſum maxime delatus*) Diſtinguuntur ab invicem [illegible]olicus & [illegible]ens dolore, [illegible] mis [illegible] m inteſtini utriuſque [illegible]um, Colum [illegible] ſimu[illegible] dextr[illegible] hinc [illegible]iens circa dextr[illegible] nem [illegible]git ver[illegible]epar, & inde ſuplun[illegible] dem ſub coſt. ſuin notharum cartilaginibus tran[illegible] ſini fertur ad ſiniſtrum [illegible] chondrium, cujus [illegible] gnam part[illegible] occup[illegible] mox [illegible] ſini[illegible] renem contortum, [illegible]git port[illegible] ad inguen ſi[illegible]rum ubi ſigmoi[illegible] deorſum inverſa [illegible]mple convolutum devolvitur ad[illegible] [illegible] inteſtinum [illegible]nat: Unde in abdominis a[illegible] [illegible] circumferentia modo deſignata exoritur dolor, ver[illegible] [illegible]licus dicendus; quamvis nonnulli eum tantum hoc beant nomine qui partem abdominis ſuperiorem anterioremque cinguli modo angit & torquet, inter quam ſæpe uſque ad umbilicum, & quandoque uſque ad veſicam inſigni anfractu per medium abdomen volvatur co[illegible]. *Franc. Sylvius Prax. libr 1 capite 14.*

10. *Fæcum ac [illegible]inum ſuppreſſio*) Alvus ut plurimum adſtricta eſt, ut nihil per alvum [illegible] flatum quidem, emittere poſſint. Si vero [illegible]liqu[illegible] [illegible]natur, vel ſponte vel arte, id majori part[illegible] fla[illegible]um eſt ac bovi[illegible] ſtercori ſimile, & aquæ ſupernat[illegible] [illegible]urpore majori parte pituitoſum, quia pituita per alvum excreta, aquæ & ſeroſis excrementis ſupernatare ſolet; Tanta autem eſt interdum ſupradicta alvi adſtrictio ut ſæviente dolore medicamenta purgantia exhibita; etiam vehementiora, nihil operentur. *Riverius.*

11. *Vomitus*) Ducto in conſenſum ventriculo, quo interdum pituitoſa, interdum biloſa, porracea, & æruginoſa rejiciuntur. *Riverius.*

11. *Vomitus*) A quo ſi dolor non levetur, ſignificat humores acres eſſe entaris tunicis impactos.

12. *Dyſuria*) *Quin & nonnunquam* urinæ ſi non omnimoda ſuppreſſio, ſaltem *parca nimis excretio* concurrit; nam propter inteſtina, diverſis in locis varie diducta atque diſtenta, non minus quoque vicina vaſa emulgentia comprimuntur, vel ſaltem ureterum meatus occluduntur, ſicque nec materia pro urina ad renes defertur, neque ſerum à ſanguine ſegregatum ad veſicam amandari, vel paulo diutius in ea aſſervari poteſt: Quæ vero hocce ſtillicidio excernitur urina, rubicunda admodum colore ſaturata conſpicitur, eo quod bilis in domeſtica ſua cyſtide compreſſa colligi non poſſit, adeoque in maſſam ſanguineam regurgitare cogatur. *Strauſſius.*

13. *Diſtinguitur*) A cognatis ſibi affectibus diſcriminatur facile, & 1. quidem à *peritonæi & muſculorum doloribus*, quia hypochondriacus eſt profundior, & quod *muſculorum*, ille facile tactu deprehendi poſſit, nam compreſſi leviter dolorem inferunt, teſte *Sennerto.*

Minus facile à *Cardialgia*, orunda videlicet ex iiſdem ferecauſis in ſtomacho ex quibus hic noſter affectus (*dolor hypochondriacus ſplenico dolore imponens, de quo cap. de Lienis aff.*) in inteſtinis, unde & , inconvenienter licet, Colica ventriculi vocatur, Hæc ipſa ſæpius per ſympathiam dorſum ſupremamq; lumborum regionem affligit interdum [illegible] iam inferiora petit ac egregie colicum dolorem men[illegible]ur, unde non raro errores in curatione naſcuntur, obſervante id *Schenkio*, de quibuſdam Medicis ægrum de dolore anteriori ſtomachi conquerentem, pro Cardialgia laborante habentibus, qui tandem clyſtere applicato, dolores hos à Colo (quod ventriculi fundo ſubtenſum, ſi tumidum flatibus &c. illud comprimit) prov[illegible]iſſe cognoverunt.

Ab *Iliaco* dignoſcitur rat one loci quod hic circa umbilicum magis torqueat, item quod ſybala magis ἄνω quam κάτω rejiciantur, quodque brevioris ſit moræ.

4. Inte[illegible] do[illegible]rem *hypochondriaco colicum & nephriticum*, ob v[illegible]inum ſitum, [illegible] [illegible] [illegible] nervos [illegible]conjunctionem ſibi mo[illegible] [illegible], id [illegible] ob[illegible]vatu, quod hic minus ſit [illegible] [illegible], [illegible] & ſi [illegible] deorſum tendat ac uretere lædat & [illegible] colo[illegible] [illegible] [illegible]ceo [illegible]ere cum copioſo ſedimento t[illegible] [illegible] quod non ſit in [illegible].

5. I[illegible] [illegible]iam hæc paſſio ſæpe compli[illegible]ur cu[illegible] paſſione hy[illegible], ſum dolores in hypochondr[illegible] [illegible] es in[illegible] [illegible] abdomen contorquentur & [illegible] dorſi lan[illegible]nant[illegible]s, vehementes præcord[illegible] [illegible] anguſtias inf[illegible] interdum in inguina deſcendunt, & quaſi [illegible]um reptæſentat, Attamen à ſe m[illegible] diſcr[illegible] quod rarius in ſuffocatione hyſteri[illegible] fixi[illegible] in hy[illegible]ndrio ſiniſtro inhæreant dolores, & quod in paſſione [illegible]ica majores borborygmi ac tumultus oriantur [illegible]o abdominis; quod item majores præcordiorum anguſtiæ & anxietates, non raro quoque leipoth[illegible] adſint, id quod in dolore Colico *hypochondriaco* evenire non ſolet; Ut taceam faucium anguſtias, vertigines, ac horrendos, ſæpe etiam ridiculos geſtus, qui paſſionem hyſtericam comitari ſolent, *Ettmuller.* Quomodo diſtingui debeat à ſplenico dolore, vide inferius cap. de Dolore Lienis.

14. *A nephritico*) Silentio non prætereunda Colica Notha, quæ ex Nephritide & calculo renum, ob mutuum conſenſum, quoniam renes inteſtinis quam proxime adjacent, & præterea ob nervorum communionem vinculo connexionis juncti ſunt, Tunc inflammati contactu ſuo immediato inteſtina valdopere in compaſſionem ducunt, non raro oriri ſolet; Quæ Colicæ ſpecies non tam anticolicis quam antinephriticis cedit, ac curari debet. *Chriſt. Langius Path. Anim. c. 50.*

14. *Diſtinguitur a Nephritico*) Si ſpaſmi inteſtinales frequentius recurrentes, per nervulos eorum ad plexus communes in meſenterio deriventur, ex his ipſis contractoræ iſtæ ſpaſmodicæ in alias quoque vicinas partes, ex eiſdem plexibus nervos accipientes (nam vix in infimo ventre datur pars præter diaphragma, quæ non de iis nervos participet) contorquentur, unde totum abdomen excruciantes, dolores ex vago & inordinato hoc ſpirituum motu occupant, quare & non [illegible]rus pertinaci[illegible] ſubinde ſuperveniunt; quin & in m[illegible]ribus ſimiles cruciatus ac ſi fœtus emittendus foret excitantur: Id quod clarius patet modo conſideremus Colicam Nephriticam, ſeu iſtos abdominis dolores ac vomitus ſæpe crudeles qui calculo renum tortori ſuperveniunt; nam [illegible] hi ipſi nonnı per tales ſpaſmos. à renum nervulis meſenterii plexibus communicatos, & hinc ad inteſtina & ſtomachum vibratos, ibique convulſivos tales dolores inferentes producuntur. *Etmuller Diſſ. de Dolore Hypoch. c 3.*

14. *Diſtinguitur A Nephritico*) Dolores reliquarum partium imo ventre contentarum à Colico dolore propriis ſignis facile diſtinguuntur, excepto dolore nephritico, cujus ſigna cum doloris colici ſignis tantam habent affinitatem, ut Medicos non raro etiam peritiſſimos in eorum diſtinctione errare contingat; Quod ipſi *Galeno* contigit, qui ut ipſe fatetur 2. loc. aff. c. 5 colico dolore vexatus, ſe nephritico laborare, ex lapide [illegible] ureterum impacto arbitrabatur, donec humore [illegible] [illegible]t alvum excreto, & inde ſedato dolore, Colicum [illegible]ſſe animadvertit, Sequentibus tamen ſignis hi duo affectus ſatis dilucide invicem diſtingui poſſunt, ſi accurate examinentur.

1. Dolor *nephriticus* fixus in rene eſt, & ab eo ad teſtem exporrigitur, ſecundum longitudinem ureteris; *Colicus* vagus eſt & cinguli inſtar medium ventrem affligit.

2. A paſtu *Colicus* augetur, ob compreſſionem inteſtini, quæ fit à ventriculo repleto, *Nephriticus* vero

neutiquam augetur, ſed potius imminuitur, quia aliquid humoris alimentarii ad teſtes transfertur, quod dolorem aliquantulum demulcet.

3. In *Colico* vomitus eſt vehementior & alvus adſtrictior, quia colon inteſtinum fundo ventriculi adjacet, & inteſtina diſtenta, aut vehementer irritata, ſeſe conſtringunt ut inimicum expellant. Vtrumque tamen ſymptoma utrique affectui commune eſt, ut eorum intenſio & remiſſio difficilem habeat diagnoſin; cum *dolor nephriticus* intenſior majorem vomitum, & alvi adſtrictionem majorem efficere poſſit, quam dolor *colicus* remiſſior?

4. In *Colico* ab excretionibus per alvum & ventris ominum majus levamen emergit quam in *nephritico*.

5. In *Nephritico* urina primum clara & tenuis & tranſcolata, poſtea aliquid ſubſidet, & tandem arenulæ aut capilli excernuntur, At in *colicis* urinæ ab initio craſſiores exiſtunt. *Riverius.*

15. *Ab uterino, quia hic*) Diſcernitur ab uteri dolore, quod hic fiat magis in ligamentis quam in alia parte, & maxime poſt partum; Diſcernitur hac certiſſima nota quod dolor deſcendat ad inguina, & a multis credatur dolor coxendicus, propterea quod uteri ligamenta ſere ad internam coxendicis partem perveniant, & ligentur, Fiunt & uteri dolores quibus difficulter fluunt menſes eo tempore quo fluxuri ſunt; Tunc dolor circa renes magis ſentitur quam in anterioribus & aliis partibus, ob diſtenſionem factam in venis pervenientibus ad uterum cum vaſis ſpermaticis & ad cornua uteri. *Rondeletius.*

Cauſæ.

Cauſa eſt [16] quicquid [17] inteſtini coli [17] continuum ſolvere, [18] idque diſtendere poteſt: [19] quod [19] ſi cauſæ externæ ſpectentur, [20] obvenit aliquando à ſolo raphano & pipere.

16. *Cauſa eſt quicquid &c.*) Pro explicanda hujus morbi Ætiologia, non ſatis eſt ſtatuere *inteſtina*, vel ab acrioribus ſuis contentis vellicari; vel à ſanguine aliiſve humoribus, iiſdem ſuffuſis ac continuitatem ſolventibus, irritari; Nam quoad *prius*, ſumme improbabile eſt *bilem* vel *pituitam*, vel *ſuccum pancreaticum*, aliumve quemcumque humorem, aut ſimplicem, aut cum aliis effervescentem, (*quod vult Sylvius de le Boe*) dolores adeo atroces, fixos & diu perſeverantes poſſe excitare: Præterquam enim quod inteſtina propria mucagine oblinita à contentis, licet acrioribus, non facile pungi aut exaſperari ſolent, in tantum ut ſedes acriores, quæ anum ſæpe excoriant, inteſtinorum ductus parum aut minime divexent; inſuper hæc gravius irritata, quicquid moleſti in ipſorum cavitate continetur, facile excutiunt, atque ſurſum vel deorſum propellendo cito eliminant, prout in *Cholera* morbo, aliiſque affectibus *dyſentericis* plane cernitur; neque ulla fere eſt ſaburra horum membranas ſtimulans, inque dolores ciens, quæ una aut altera purgatione foras exterminari non poteſt. Deinde 2. quod ſpectat ad *ſanguinis*, aut *ſeri* ſuffuſiones intra inteſtinorum tunicas, à quibus *phlogoſis*, aut *tumores dolorifici* excitantur, revera interdum ita fieri concedimus, imo αὐτοψίᾳ novimus, exinde vero *paſſionem* non *colicam* ſed *Iliacam* excitatam ſuiſſe obſervavimus.

Cum itaque *morbi Colici*, aliuſmodi tum materies, ſive minera, tum *ſedes & affluxionis via* perquirendæ ſint, jure merito *Liquor nerveus*, ejuſque recrementa in ſuſpicionem veniunt; eo magis quod paſſio iſthæc cum aliis *cerebri* & nervoſi generis affectibus intimum adeo conſenſum habet. *Car. Piſo* cum pleroſque totius corporis affectus, tum inſuper *dolores Colicos, à colluvie feroſa in capite aggeſta excitari ſtatuit*, morbi hujus ſedem, nec in tunicis, nec in cavitatibus inteſtinorum, nec in *Peritonæo* eſſe, atque *cauſam* omnino in *cerebro*, juxta nervorum origines hærere contendit: Nimirum ſupponit ille (quod ex obſervatione Anatomica compertum ait) *ſeroſitates in poſtica cerebri regione depoſitas, nervorum paris vagi capitella obſidere, proindeque ipſorum ramos & propagines quaſdam mediis in peritonæo inſertas, in ſpaſmos agere, atque ab hujus contractione dolores tum in ipſo, tum in viſceribus ſubſtratis atrociſſimos ac velut perterebrantes excitari*) In probationem hujus ſententiæ exemplum ſubdit cujuſdam à paroxyſmo Colico graviſſimo defuncti, & diſſecti, in quo *poſtica capitis regio juxta cerebellum, & nervoſas paris vagi origines, aqua limpida in tantum perfundebatur, ut ſubſtantia medulloſa inſtar papyri madidi plurimum humectata appareret, lib. ſect. 4. cap. 2.*

Verum enim vero, ut *Colicam* ex humoris cerebrum, & partes nervoſas irrigantis vitio oriri concedatur, attamen haud iſto modo, quem hic Author deſignavit, pathemata iſtæc dolorifica excitari putamus; quippe nec in *peritonæo morbi ſedem*, nec intra κεφαλὴν cauſam ejus primariam ſubſiſtere putamus, Nam quoad hunc, etſi materies morbifica in capite juxta nervorum origines aggeſta, quandoque in partibus longe diſſitis motus convulſivos, ſpaſmos & ſtupores (ut alibi oſtendimus) producat, attamen in *dolore* (qualis ſolet eſſe *Colicus*) valde atroci multo ſecus eſſe ſolet: Quippe ad hunc, qui ſemper à *ſolutione continui* procedit, excitandum requiritur ut cauſa dolorifica, ſive objectum improportionatum, ipſi membro affecto, aut ſaltem ejus parti, aut portioni cuidam infigatur: Nec enim ſufficit dicere *convulſionem* à cauſa remota, ac inde *dolorem* à *Convulſione* procedere, quippe licet dolor ſæpe motus convulſivos, attamen hi iſtum per ſe, ſaltem magnum & diu perſeverantem, minime producunt.

Quapropter in dolore *Colico* materies fibras ſenſiles diſtrahens, & ab invicem divellens, proindeque in corrugationes dolorificas irritans, haud uſque in cerebro commorari: verum exinde per *ductus nerveos* verſus inteſtina deſcendens, alicubi in eorum vicinia juxta partes dolentes congeri, & ſubinde vel ob plenitudinem ſponte turgeſcens, vel cum alio humore effervescens, morbi iſtius paroxyſmos inferre videtur.

Mineram vero Colicam à *Peritonæo* rejicimus, quia membrana hæc cum admodum tenuis, ac vaſis paucioribus ac tantum exilibus donata ſit, nec magnæ humorum affluxionis capax, neque ipſa, ut convellatur, viſcera ſubſtrata comprimendo, aut contrahendo, in dolores urgere poſſe videtur: Materies autem morbifica à capite per nervos in ventrem lapſa, nidos maxime idoneos in *Meſenterio* reperiet, in quo ſcilicet *nervi* plurimi, & magni, eorumque *plexus* & diſtributiones valde inſignes habentur; Quare cum pars hæc valde ſenſilis, & humorum nervoſi generis affluxionibus plurimum obnoxia fuerit, *Morbi Colici* ſedes merito ſtatuatur.

Motuum quorundam in abdomine *convulſivorum* cauſas ſæpenumero in *plexibus meſentericis* latere olim oſtendimus: Porro in iiſdem locis *dolores Colicos* interdum nidos ſuos habere tunc aſſeruimus, & ex obſerva-

ſtione

tione Anatomica earum fecimus: Attamen non eadem, ſed nonnihil *diverſa materies* eſt quæ utroſque ita diſpares affectus ſubinde [illegible] excitare ſolet.

In [illegible] s *Hyſt* [illegible], ſpiritus animales co[illegible] ab [illegible] cem elidi, ſeu vel ex[illegible] indeque corpora ontinentia in motu [illegible] gulares, ſeu præternatur[illegible] les invite rapere [illegible] vimus, In *doloribus* autem *Colicis* idem ſpiri us [illegible] ter materiem ris [illegible] ſtans & impropo[illegible] on[illegible] am [illegible] proindeque ab in[illegible] cem d vulſi & diſtracti, fibras ſenſibiles in corru[illegible] tiones vald[illegible] mol[illegible] las agunt: Quo[illegible] ita *in doloribus Colicis* hoc fiat; item quæ morbi iſtius cauſa conjuncta, procatarxis, & ſymptomatum rationes fuerint, jam paulo explicatius dicendum.

Itaque pro *affectus Colici* ſemino, ſive minera, humoris nervei recrementa quædam à cerebro per nervos decidua, inque *Meſenterium*, *aliaſque abdominis plexus* delapſa, ibidem congeſti ſupponimus, quæ ſi craſſiora, & magis viſcoſa fuerint quam ut per Lymphæ ductus excipi & amandari, aut vaſorum propagine exile[illegible] tates inteſtinorum exſudare poſſint, in p[illegible] bu[illegible] ſtagnantia, & ſenſim coacer[illegible], tandem in ple[illegible] din[illegible] irritativam aſſor ent,[illegible] n materies iſta ſtag[illegible] ione [illegible] & magis infeſta evadens, [illegible] onditer [illegible] eſcens, vel forſan [illegible] humore [illegible] lino fixo, [illegible] gu[illegible] lluc ſuffuſo effervescens, nervorum propagines fibraſque nerveas, quibus innumeris *Meſenterium* ſcatet, corrugationibus valde moleſtis & dolorificis torquebit; cujuſmodi illorum affectio haud plane ceſſat, donec materies effervescens aut diſcuſſa, aut in cavitates inteſtinorum expreſſa, aut demum ſubacta fuerit.

Porro in quantum è *Meſenterio*, ejuſque plexibus, propagines fibræque nerveæ 10 *ventriculi fundum*, *ductus choledochos*, inteſtina omnia, & quaquaverſus in cuncta fere totius abdominis viſcera denſiſſime protenduntur, idcirco dum materies colica in mineris ſuis effervescens, tormina & cruciatus ſæpe acerrimos ibidem ciet, una in partibus pleriſque aliis membraneis *ſpaſmi & contractiones convulſivæ*, & dolorificæ ubique excitantur: Hinc ob *Meſenterium* primario affectum ſub umbilico dolor acerbus quaſi palo affixi, aut terebra perforantis ſpeciem præ ſe ferens: dein circumcirca in toto fere abdomine, propter *inteſtina* ſimul in diverſis locis varie diducta, aut retracta, dolores vagi huc illuc excurrunt, atque ob fibrarum motus, tum in his tum *in vaſis urinariis* perturbatos, aut inverſos, alvus fere ſemper adſtricta eſt, & urinæ interdum ſuppreſſio aut paucitas ſuccedit: Quin etiam *duodeno*, *veſica fellea cum ductibus*, atque *ventriculi fundo* ſpaſmo affectis, eorumque fibris ſurſum tractis, *vomitio* crebra, cum *bile flava* aut *praſina* rejectione copioſa durante paroxyſmo ſubinde infeſtat.

Quod autem nonnulli ejuſmodi Bilem (quæ nonnunquam inſtar viridelli intenſe praſina rejicitur) morbi cauſam materialem eſſe contendunt, ejuſque copiam, & in viſcera exudationem *dolores Colicos* in inteſtinis excitare, Dico humorem iſtum circa paroxyſmi initia, in cyſti felleo ſine offenſâ quavis contineri; poſtea tamen propter viſcerum ſpaſmos inde expreſſum, & quaſi emulſum, in ventriculum vomitu affectum exaudari ibidemque humori alteri, forſan acido, occurrens, *Colorem viridem* imo vero quandoque atrum (prout olim obſervatione anatomica compertum habui) acquirit: Atque hoc quidem ex eo patet, quod qui temperamenti frigidioris *bilem* minus progignunt, dum *Colica* laborant *flava*, aut *viridis* parum aut nihil rejiciunt, attamen doloribus haud minus acerbis divexari ſolent.

In Paroxyſmo Colico *dolores ventris lumbares* atrociſſimi in imo dorſo [illegible] ſæpenum[illegible] agun tur, qui certe à nu[illegible] iri [illegible] tamen facile o[illegible] re, cor[illegible] gea in meſenterio contin[illegible] ex[illegible] in q[illegible] nervi quidam inſignes *lumbares me*[illegible] ve in maximum ingrediuntur [illegible] tantum (palam do[illegible] per conſen um ab una part[illegible] tr[illegible] ntur, ſed probabile inſuper ſit eti[illegible] *dorſi* & *lumborum* [illegible] nta quædam hoc tranſitu in me[illegible] te[illegible] rt, atque aliquatenus ob h[illegible] nc rat[illegible] em [illegible] ventris torminibus & fluori ni plurimum fieri.

[illegible] *Colici morbi natura & ſede*, necnon de *cauſa continua* & ſymptomatis ab eadem in actu exiſtente oriundis, [illegible] *procatarxin* ſpectat, in his duabus ea potiſſimum [illegible], ſcilicet primo, quatenus in *liquoro nerveo* [illegible] plura congeruntur & 2. quod ea potiſſimum [illegible] ad viſcera imi ventris deſtinata excepta, & [illegible] in delata, mineras ibi morbidas conſtituant; Prius horum plerumque *cerebri* culpa ac vitio contingit, nempe qu-tenus hoc una cum liquore nerveo particulas heterogeneas, & regimini animali infeſtas, intra fines ſuos admittit; præterea item quod hæc, aliaque recrementa ordinaria per idoneas cloacas haud ſtatim amandat, quapropter mat[illegible] incongrua, cum alias à cerebro ablegari [illegible] in *nervos paris vagi* maxime patentes facile ruit. At[illegible] hanc rationem eſt quod fœminæ à quavis cerebri inordinatione *diatheſin hyſtericam* dictam frequenter contrahunt, nempe quatenus recrementa *liquoris nervei*, ſive ea *ſpaſmodica & elaſtica*, ſive *dolorifica & irritativa* fuerint, tantum in *par vagum* deponi aptiora, ſymptomata *convulſiva*, æque ac *colica*, ita paſſim excitant; *Secundo*, Quod materies hæc *per nervorum vagum* incurrens, in *meſenterio*, aut aliis intra abdomen plexibus deponitur, ratio eſt, quod in hos *plexus nerveos* conjugationis iſtius nervi plures & majores fere ultimo terminantur: quamobrem ſi humoris nervei recrementa hic quaſi in imum ſubſidentia, nec per vaſa quædam regeri, nec in cavitates inteſtinorum tranſire poſſunt, neceſſe erit caſcos morbidos in hac parte ſtruere.

Quod autem ſpectat ad *Car. Piſonis* obſervationem, qua probare nititur *Colici doloris* cauſam omnino in *Cerebro* hærere, eo quod ſeroſa colluvies in capite ejuſdam ab eo morbo defuncti reperta fuerit. Dico [illegible] rum iſtod in [illegible] aggeſtum, illius morbi *cauſam remotam & antecedentem*, [illegible] minime *conjunctam* fui[illegible] Enim vero probabile eſt ab iſta prima ſcaturigine ſeri ſuperflui & acris, portionem quandam d[illegible] tu nervoſo in *abdominis plexus nerveos* def[illegible] ndiſſe, ibidemque affectionis Colicæ mineras conſtituiſſe; Porro, licet materies morbifica illic prolapſa præ tenuitate partium & exiguitate nidorum raro oculis conſpiciatur, attamen talem hujus morbi inveterati & atrocioris facti mineram non ita pridem fœminæ illuſtris, cujus alibi facta eſt mentio, cadaver aperiens in meſenterio plane vidi & palpavi.

Cauſæ Evidentes duplicis ſunt generis, ſcilicet 1. quæ *cerebro & generi* nerveo injuriæ, materiæ morbificæ proventum majorem faciunt, vel 11. quæ ſanguinem & humores agitando, mineras aggeſtas, & prius quieſcentes exſuſcitant, inque effervescentias dolorificas cient: Tædio hic eſſet multiplices ac diverſimodas *prophaſes*, à quibus *Dolores colici* in prædiſpoſitis accidunt examinare: hos enim & inordinationes magnæ in ſex non naturalibus, & aëris & anni mutationes, ac inſuper iſta (à quibus juvamen expectatur) pharmaca intempeſtive exhibita, crebro acceſſunt. *Willis l. c.*

16. *Cauſa eſt*) Huic morbo acidum originem præbere ex doloribus lancinantibus liquet; quod ſi intra glutenſ[illegible]od & inteſtina remaneat [illegible]ori una ingenteſque dolo[illegible] excitat. Acidum [illegible]teria ſubtili in ſenſibiles inteſtinorum partes adactu[illegible]n, motrices nervoſaſque fibras contrahi facit, unde inteſtina ac meſenterium atrociter afficiuntur, ac quoque coovu[illegible]ſione inteſtina inflantur, ac viſcidi humores cum acidis miſcentes bullas excitant; quibus diſruptis flatus excitantur ac levamen afferunt, atqui hoc modo tota inteſtinorum fiſtula, adeo univerſaliter torta [illegible]dmodum expanditur; Si illa tragœdia uno in loco ludatur, unicus tantum dolor ſentitur; ſi vero in pluribus, multi dolores apparent. *Blancardus ideo Med. v. §. 27.*

17. *Quicquid inteſtini Coli continuum ſolvere*) In craſſis inteſtinis, quæ excrementis craſſioribus ſcatent, flatuſque multos continent, hoc frequenter evenit, ut in anfractu illo magno, ſeu reflexu Coli inteſtini, quem in deſcenſu, latere ſiniſtro in recti inteſtini initio facit, ob hanc vix obliquitatem excrementa eo delata ſubſiſtentia Colicum cruciatum immenſum pariunt, in quo excrementis exitum quærentibus & conantibus, locus veluti per[illegible]rebrari videtur, tumorque ea in ſede, qui & tactu deprehenditur, elevari, illicque in inteſtina remeantibus aliquouſque, donec redeant, hæc remittunt, dolorque in dies, prout magis magiſque excrementa & flatus coacervantur, augetur; Quod tranſitus impedimentum, à copia excrementorum, viam hanc ob curvitatem anguſtam ſubito implente atque obturante nonnunquam prodit: Vel à ſiccitate, duritie, aut tenacitate horum oritur, quæ ut illic ſubſiſtant, ſurſumque per reflexum illum ferri nequeant, faciunt.

Verum & in *Coli Inteſtini cellulis*, ad ipſius latera poſitis, & à cavitate ipſius declinantibus, atque inſtar ſemiglobi protuberantibus, *excrementa indurata, & ſicca ſcybala*, in locis ejuſmodi deviis retenta atque interclusa, non ſolum *gravitudo* & diſtendendo quoque, ſi admodum coacerventur, ſed & liberum excrementorum tranſitum impediendo, ſicque ea cumulando, Colicis doloribus occaſionem præbent. Inprimiſque ſi ea illis ſedibus devoluta, diu retenta excrementa dura, eum uti dictum, obſtruant, Quod & ab aliis corporibus duris in hiſce ſedibus retentis fieri poteſt; veluti comeſtis caproſe lapidibus fructuum nucleatorum, vel fructibus duris, ut *caſtaneis*; è quorum eſu largiore, aliorumve ciborum duriorum, dolores Colicos cum ventris conſtipatione natos, aliquoties obſervavimus, uti & à *caſeo* diu ante, ſemel & multum comeſto, in Colico accidiſſe, illius poſtea per clyſterem magna copia dejectio, una cum *caſeoſis vermiculis vivis cum urina emiſſis*, ſatis patefecit.

Sed & à pituita concreta (ſi modo pituita & non alia excreſcentia fuit) colon adeo infarctum ut pene unicum eſſe videretur; eaſdem obſtructiones, colicoſque inde natos dolores procreaſſe, ſectione ſe inveniſſe teſtatur *Fernelius*; Atque in *Legato* corpus durum, firmum, medio ductu pertuſum in Coli ductu ſub ventriculo tranſverſo hærente, ſicuti ex tumore illius loci conjici potuerat, colicos dolores illi peperiſſe, eoque [illegible]ſt ſeaennium pedis longitudine rejecto, ab illis [illegible]atum fuiſſe idem ſcribit? Quod & à *calculis* eadem [illegible]e fieri poteſt. *Platerus.*

Quicquid continuum ſolvere) Quoad *cauſas in [illegible] Colica humoroſa* conſiderentur imprimis inte[illegible] contenta varia, plus minus naturalia, & multi[illegible]corum nocendi artificium; Et crebrius tamen quoad cauſam *antecedentem* [illegible]piciendum ad *acidum*, plus minus auſterum, in ſubjecto plus minus vi[illegible], vel ea ſtomacho ad inteſtina de[illegible]tu[illegible], adeoque ab aſſumptis vel vitioſis vel vitioſe digeſtis eo diſtributum, vel ad inteſtina ex pancreate derivatum: Hinc etiam *Colica flatulenta* dicta, hinc *Colica ſtercoraria*, à ſtercoribus induratis; hinc *Colica pituitoſa*, item ab aſſumptis præſertim *fructibus horæis*, fermentiſcibilibus: item à cereviſia novella, item [illegible] pinguibus ſuper in[illegible] potu tr[illegible] vel acidulo crebriores oriuntur Col[illegible]æ.

B[illegible]ne per ſe inepta videtur ad inducendum dolorem [illegible]icum; hujus enim *ſal volatile oleoſum* abſtergit po[illegible]us inteſtina & temperat acorem, Aut ſi *bilioſa* obſerv[illegible]ut [illegible]*olica*, à bile porracea ſeu æruginoſa originem eandem habebit; In ſpecie ſub *purgationibus* ægri ſæpius tormina patiuntur, partim à ſtimulis remedii purgantis, partim ab actionibus ad inteſtina commotis humoribus: Item ab *alimentis* difficulter digeſtibilibus, aut quæ mucilaginem viſcidam loco chyli ſuppeditant, oriuntur ſubinde Colicæ, præſertim ſi abdominis nimia ſuperveniat refrigeratio, nempe *mucus acidus, viſcidus* hujuſmodi tormina infert; Talem colicam ex nimio *oſtrearum* eſu obſervavit *Foreſtus l. 21. obſ. 7.*

Pariter poſt uſum *fructuum horæorum*, poſt *potum muſti, cereviſiæ recentis*, item *cereviſiæ triticeæ*, aliaque ſimilia aſſumpta, facile præſertim in digeſtionis debilioris ſtomacho aceſcentia, Colica præſens eſt; Hinc recte mulieres nutrices ab omni eſu acido dehortantur, ne infantes in tormina ventris incidant: Uti enim acidum lac in ſtomacho coagulat, ita viſcidam mucilaginem in inteſtinis exinde producet, unde tormina infantum; Hoc ſenſu interpretanda venit theoria *Paracelſica*, quæ pro cauſa Colicæ adducit ſpiritus ſalium reſolutos, aut etiam tartarum nimis reſolutum, qui tartarus ſtypticis, ponticis, acetoſis ſpiritibus inteſtina & vicinas partes excruciat, nempe *acidum peccans* hoc ipſo inſinuatur.

Hypochondriaci crebrius patiuntur tormina Colica, utpute in quibus notiſſimus eſt exceſſus acidi, una cum cruditate materiæ viſcidæ, Unde & flatuum tantus proventus, & Colicæ humoroſæ ſcaturigo.

Ictericorum tormina huc pertinent, in quibus defectu bilis contenta inteſtinorum acida viſcida prompte tormina inferunt: Item *ſtercora in inteſtinis* nimis indurata, partim ex ſui viſciditate & craſſitie, partim ex acido auſtero eadem coagulante, *Colicam* dant *ſtercorariam*, ſubinde perquam contumacem, ſubſiſtentibus firmius in inteſtinorum cellulis dictis ſtercoribus, & ita ad dolorem ea irritantibus: Facit huc *dolor Colicus in Lue Gallica* interdum affligens, ex acido ſpecifico natus viſcido, qualem obſervavit *Zacutus l. 2. Pr. Adm. obſ. 22.* nullis niſi mercurialibus unguentis ſuccumbens: Facit huc ſi *varia præternaturalia* deglutiuntur.

Pertinent huc & *Calculi* in colicis ſubinde obſervati, ac cum levamine ægrorum excre[illegible] *Vermes* quoque ſubinde in inteſtinis graviſſima pathemata Colica inducunt. Et dolorem à *lacertis* ac *bufonibus* vide in *Bartholino cent. 5. hiſt. 94.*

Tandem pertinent huc *affectus inteſtinorum præternaturales*, multiplices dolores referentes, Inflammatio, *Inteſtinorum a dyſenteria conglutinatio*, apud *Rhodium cent 2. obſervat. 77.* Colicam lethalem notavit *Scultetus in Armam. Chir. obſervat. 61.* natam *ex obſtructione occulta meatus choledochi*; Pertinet huc quod obſervat *Horſtius l. 4 obſervat. 47.* tormina continua ſub hypochondrio dextro: à *calculo veſicam biliariam replente* & inteſtinum atterente: Colicum dolorem à *pituita in externa* inteſtinorum ſuperficie hærente notat *Riverius in obſ. comm.*

Cauſa *Colicæ Convulſivæ* pariter eſt *Acidum, ſed in plexibus nerveis meſenterii, viciniſque locis membranoſis* pertinacius hærens, à quacunque cauſa externa excitatum, ſive cum nutrimento ad dictas partes deferatur,

tur, ſive cum vehiculo lymphæ codeponatur, id quod in [illegible] ſtercora [illegible] po[illegible]tes [illegible] tiſſimo [illegible]. Imo tormina abdominis contumaci[illegible], utut non [illegible] pe abſceſſu [illegible] lan-du[illegible] & [illegible], teſte, *Bartholino* [illegible] *F m*[illegible].

[illegible] *num* [illegible]*ere*) S[illegible]pe [illegible] pe[illegible] cauſæ [illegible] conſiderata videan[illegible] [illegible] rationem [illegible] [illegible] teſtini *Col*, hoc iſta [illegible] quibus d[illegible] exacerbatio & crudelitas, cum [illegible] teſtina [illegible] contracta corrugataque dolorem [illegible] dem ſeuta[illegible] ſequens, n[illegible] tur dolor, a[illegible] crudelibus t[illegible] qui damn[illegible] h[illegible] *Hoffmann. de* [illegible] *de Lithiaſ*[illegible] §. 132.

M[illegible]iora hæc [illegible] in inteſti-num ob[illegible] ax acore p[illegible] [illegible] [illegible] inſ[illegible] acida [illegible] obl[illegible] hærens, [illegible]ti-nuo rodens, [illegible] & ad ejus propulſionem, [illegible] tamen, irrit[illegible] inteſtina ſe ſe convellunt & corrugant, unde crudeles litiones & torſiones; ſubinde que recurrentes, pungentes lancinationes mi[illegible] modo ægros torquent, ſimulratione atque purgantia medicamenta, quatenus eorum particulæ ſubtiliores inteſti[illegible] innuocæ his pertinacius affixæ hærent, horum ſpaſmos ac dolorificos cruciatus inducant: Sic *antimonium* in ſubſtantia aſſumptum, membranas [illegible] norum vellicando torminoſam hypercatharſin infert, uti & *reſina vegetabilium*, item *arſenicalia* incaute uſurpata horrendos vomitus ac hypercatharſes dolorifiſſimas inducunt.

Periculoſior eſt *flatuum* procella qui ex vitioſa, a præternaturali acore, fermentatione excitati, ſui acrimonia, & exotica impreſſione gravem dolorem inferunt, unde convulſo contractoque inteſtino, & exitus ipſis præcluditur, & ſimul retropelluntur; unde vagos ac oberrantes, inprimis tamen ſiniſtro in latere frequentius recurrentes cruciatus excitant; Diſtendunt namque hi inteſtinum, & hac violenta ſeoſitione dolorificum inferunt, authore contracturæ, & conſequenter torquentis convulſionis: Dictis lucem affert experentia ocularis *D Velſchii* qui in ſectione colicis doloribus enecati, deprehendit totum *Colon* a flatibus immensũ; diſtensũ, ſub inſertionem vero in inteſtinum rectum, ubi ſimili modo ac media ſui parte ſub hypochondrio ſiniſtro in gyrus contorquetur, adeo coarctatum, ut nihil magis [illegible]ſum fuerit, quam plane ibi coaluiſſe, Ipſe vero de[illegible]unctus per xiv. dies ſævisſimus torminibus cum ſonitu ac fragore ſæpius horrendo dilaceratus fuerat. *Ettmüller Diſſ*[illegible] *de Dol. Hypoch. c.3.*

19. *Idque diſtendere poteſt*) Diſtenſio nimia Inteſtinorum, præ etiam ſi irritatio ſimul accedat, ventris dolores frequenter parit: quæ ab excrementis diverſis, & flatibus quæ continent, profic[illegible]tur, quando hæc vel copioſius quam par erat, ad inteſtina feruntur, eaque adimplent; vel alioquin impedita hærent, nec exitum habent, hacque ratione cumulantur

Feruntur ad inteſtina nonnunquam magna copia excrementa & flatus, eaque replendo & diſtendendo dolorem excitant; qui ſi liber eorum eſt tranſitus, vagus eſt, nec diutius eodem loco perſiſtit, ſed cum nunnu[illegible] hinc [illegible] delatus tandem per crepitu[illegible] [illegible] quitur, [illegible] [illegible]int ſed & [illegible] [illegible] turque excrementa, & [illegible] teſtinorum longo ductu, atque [illegible] enſum [illegible] Qui aliquas loco [illegible] ubi [illegible] progreſſum in[illegible], aliis [illegible] menta flatuſque cumulantur [illegible]gan[illegible].

[illegible] *externa* [illegible]*entur*) Ut morbi hujus [illegible] hic imprimis diſtinguere [illegible] *ibus*, ſive d[illegible] Co-[illegible] aut mere [illegible] [illegible] & in [illegible] quibus [illegible], uſque imprimis qui [illegible] ipſiuſque ci-[illegible] Ad hunc [illegible] aliæ cir-ca [illegible] ven-tri [illegible] *doloribus* n[illegible] raro excitant, Cujuſmodi tamen [illegible] non *morbus* ſed tantum *ſymptoma*, a cauſa [illegible], cenſeri debet.

Attamen præterea *Colica*, ita prop[illegible] non tantum a *cauſa accidentali* producta quibus[illegible] contingit, ſed homines nonnullos peculi[illegible] præ[illegible] inceſſens omnino a *cauſa procatar*[illegible] dependet: Morbi [illegible] plerumque periodos ſuas habent [illegible] & Anni alterationes obſervant: porro excitati reme[illegible] cedunt, oeque cito pertranſeunt. Verum non [illegible] ſubductio, ſæpe per plures dies ac [illegible] hebdomadas, cum magna ferocia perſiſtunt; D[illegible]ores in quolibet paroxyſmo eandem uſque partem repetunt, & aliorum ſ[illegible]mpromatum pati uſplurimum ſyndrome ſtipantur. *W*[illegible] *l. c.*

20. *Si cauſ*[illegible] *Externæ ſpectentur*) Gl[illegible] in corpore [illegible] ſomitem, *Cauſa mediata remotio-res vel excitant, vel movent*, Inter has [illegible] *Res* [illegible] *les*, ubi non levem occaſionem præbere [illegible] *Temperamentum Cholericum* quo præd[illegible] bile abu[illegible] illamque ſæpius [illegible] excerm[illegible], in dolores valde proni deprehenduntur; Hinc [illegible] poris macilentior, ſicut huic temperamento multum debet, ita quoque hic nota[illegible], æque ac *Sexus viriles*, quem præ muliebri ho[illegible] malo plerumque c[illegible] us infeſtari ſolere experient[illegible] docet. Interim Bilis quoque paucitas, adeoque *ſtimuli faces expellentis defectus*, & *Inteſtinorum anguſtia*, de qua *Hildanus cent. 1. obſervat. 58.* non minus ad Colicam diſponere valent. Neque ſilentio involvendi qui *cruditatibus frigidis & acidis* laborant, multumque *pituita inprimis viſcida* congeſſerant, ſiquidem pravis iſtis humoribus commoti[illegible] tormina ventris oboriuntur.

Succedunt *Res non naturales*, quæ præceden[illegible] ſigne pondus addunt. Quoad *Aerem*, hujus [illegible] inf[illegible]lix nonnulli ex Epidemice graſſante Colica [illegible] *Paulus lib. 3. cap. 43.* aliique mentionem faciunt, [illegible] poſſe arbitrantur; Verum enim vero cum multos morbos epidemicos, nullo quidem *aeris vitio*, ſed propter contagium graſſari conſtet, conſequent[illegible] iſta non ſatis firmo ſtare talo videtur: Interim *Aer* conſerre poteſt, ſiquidem frigidiori ſi quis ſe expoſuerit facile hoc malum

in incurrit: Sic *Foreſtus lib. 21. obſervat. 4.* fratrem ſuum, quoties illi pedes fri[illegible] ſtatim dolore Colico c[illegible]eptum eſſe ſcribit [illegible] *novi Nobilem Germanum, cætera ſanum,* [illegible] *re*[illegible] *atione atroc*[illegible] *ca divexabat* [illegible] quoque in ediante *aere* [illegible] halitus q[illegible] [illegible]icam induc[illegible]t, id quod non raro in metallı fodinis obſervare licet ubi qui in iis operantur à fumis, præſertim[illegible] alvi ſuppreſſiones non modo, verum etiam atroces Colicos dolores inferre ſolent.

In *Victu* autem qui committuntur errores [illegible] minus frequenti quam inſigni dolore ſeſe vi[illegible]. Teſtantur id qui eſcul[illegible]ntis *Borwinnis*, ſty[illegible] tulentis, facile corruptibilibus multum oble[illegible]. De aſſu[illegible]ptio per multum tempus *caſeo duro* vide [illegible]*terum, 2 Pr. pag. 489. Helvvigium in obſerv. pagin. 29. e. de Oſtreis Foreſtum pag. 21. obſerv.* . Sed & alia eſui minus dicata ubi deglutiuntur Colicæ authores exiſtunt, ſic apud *Borellum* Nobilis à deglutitis centum aureis nummis immanes Colicos cruciatus perpeſſus eſt.

Quoad *Potum, Vina Vngarica*, fæculenta, tur[illegible]ida, craſſa, vide *Coberum Dec. obſerv. Vngar.* [illegible]*.8.9* æque ac muſtum ac [illegible]ina recens nec defæcata frequenter Colicam [illegible]ducunt.

Simili cu[illegible] Alimentis ratione Carthartica vehementiora ingentes Colicos dolores excitant, ſicut de *Scammonio* notavit *Galenus 12. m. m. cap.* [illegible]. Ab uſu intempeſtivo *ſpec. diagjalappæ* ſubſequutam eſſe Col[illegible]m lethalem memorat *Bartholinus Cent. 4. Hiſt 93.*

Hæmorrhoidibus ſuppreſſis Colicam obortam obſervavit N. N.

Alvi excreta ſi multo diutius retineantur hoc mali genus frequenter accelerant, ceu calceario apud *Foreſt. l. 21. obſ. 4.*

Animi pathemata quoque concurrunt: S[illegible] *Mœror* humores in ventriculo & inteſtinis contenti[illegible] diſponere ſolet ut colici cruciatus poſtea facil[illegible]s excitentur; inprimis *Ira* dum bilem commovet, vide *Platerum obſ. p. 167.*

Ex Reb. p. n. Nephritici cruciatus quam frequenter cū Colicis concurrãt notum, Poſt *febrem tertianam* Colica correptū Nobilem narrat *Horſtius l. 4. obſ 14.* Ex *Hernia* inveterata Colicam in viro militari ſæpius obortam obſervavit *Lib. 4. c. 6. Lotichius*: Familiare Scorbutici ſymptoma eſſe Colicam, hancque non raro in paralyſin degenerare notant *Engalenus, Drawitz. Alumbricis & calculis* oboriri à quibuſdam notatum, *Strauſius*.

20. *Si cauſa externa*) Has inter eſt 1. *Aer frigidus*, abdomine veſtibus non bene munito ſuſceptus; Quod ſi enim, juxta *Hippocrat.* Denſam ac duram cutim habentes facile offenduntur, quod excrementis in corpore contentis non pateat liber exitus per cutim; multo magis frigus, non modo poros claudens, ſed etiam ſe per eos forſan in corpus inſinuans, ſubinde inteſtinorum varios dolores inducere, pituitamque ipſam inſpiſſando malum hoc excitare poſſe opinamur. Sic *Foreſtus* dicit Fratrem ſuum ſtatim à refrigeratione pedum dolorem Colicum incurriſſe, *libr. 21. obſervat. 4.*

II. *Aſſumpta* vel *qualitate*, qua fermentum ſto[illegible]ale obruunt ita ut huic tantæ activitati in[illegible]ns reddatur, vel *qualitate* ſua: ſcilicet qua[illegible] aut difficulter ſunt coctilia, aut viſcida; aut [illegible]noſa, aut adſtringentia, ad hanc paſ[illegible] diſponunt, Ita *Platerus* annotat quendam, Colicis cruciatibus diu vexatum, poſt clyſmatum uſum Caſ[illegible] (qu[illegible] a[illegible]tea [illegible]opioſum aſſumpſerat) concreti indurat[illegible] ma[illegible]nam c[illegible]piam per alvum ex[illegible]. Ita uvæ cum pe[illegible] [illegible]meſtæ lethalem Ilei [illegible]maciam aliquan[illegible]o [illegible], pelliculæ enim [illegible]um cum [illegible]cultati d[illegible] [illegible]ctæ [illegible]tur, ac inf[illegible] acıdæ [illegible] v[illegible] culo [illegible] [illegible]hna [illegible] b[illegible] [illegible] ut le[illegible]tur [illegible]enta [illegible]c pertinac[illegible] n[illegible] hic obſ[illegible] u[illegible] ſequit[illegible].

Somnus & ipſe ni[illegible] ius ad inteſtinorum [illegible] ſanum ac [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]rum excrementorum in colo hæ[illegible] nem[illegible] [illegible]um [illegible]ponit, Id quod etiam de *Quiete* valet.

Animi affectus [illegible]d [illegible]otiones ſpirituum & humorum commode [illegible] fer[illegible]tur unde in quibus minus hi agitantur & moventur ut in mœrore, triſtitia, [illegible]etu &c. ad dolor[illegible]um hunc affectum diſponunt, In quibus vero iidem vehemen[illegible]us moventur, ut in ira, gaudio &c. potius l[illegible] [illegible]ſum curant. *Etmuller Diſſert. de Dolore Hypoch. p. 16*

[illegible]. *Si cauſa externa*) *Refrigeratio* vehemens inteſtinorum tonum [illegible] [illegible]lis [illegible]at, uti & in ventriculo dolores in[illegible] ſci[illegible]us, qui hic uti illic ab eadem q[illegible]qu[illegible] cauſ[illegible] p[illegible]o[illegible]c[illegible] [illegible]r. Ab externa ſcilicet [illegible]enim [illegible] re[illegible]geratione, v[illegible] ab aſſumptis aſſatim actu ni[illegible]ium frig[illegible]is, non ſolum ventri[illegible]ulum, ſe[illegible] & inteſtina tenui[illegible] illi co[illegible] [illegible], [illegible] col[illegible] [illegible]icinum [illegible] [illegible]antibus: Quod [illegible] ab injectis clyſteribus, n[illegible]um actu po[illegible]tiave l[illegible] d[illegible] p[illegible] [illegible] [illegible]d[illegible]r. *[illegible]erius*.

20. *Si cauſa externa*) In Coli[illegible] [illegible] [illegible]rrore externo

℞. *Lapid. cancror. præpar.* [illegible] *Laud. Op. gr. j. ſcamm. ſu pl. gr.* [illegible] [illegible] *ll. c*[illegible] *. avant. gtt.* [illegible] *Etmuller*.

21. *Obvenit aliquando a ſolo raphano*) Cauſæ externæ ſunt *aeris conſtitutio* f[illegible] [illegible] alvum comprimens & con[illegible]ingens ac indurans: Vel *calidior*, à qua fæces etiam indurantur; c[illegible]ius enim à [illegible]lore omnis humiditas exſugitur: Uſus *ciborum & potuum* hominis tempera[illegible]entu minus co[illegible]venient[illegible]um, fructuum crudorum & ſtypticorum; ciborum craſſorum & concoctu difficilium *Quies* nimia & *ſomnus* immodicus, *Exercitia* intempeſti[illegible], immoderata *Venus*. Aliæque cauſæ ex[illegible]næ quæ ven[illegible] [illegible] coctionem invertere poſſunt. *Riverius, Novi Nobilem Scotum, Genevæ commorantem, qui ex madore pedum illico dolorem Colicum incurrit; Cæteras injurias impune fert.*

21. *Obvenit aliquando à ſolo*) Ea eſt quorundam aſſumptorum natura, ut ſub digeſtione ſtomachi fermentativa copioſum *flatus* eructent, v. g. ex uvis comeſtis; item ex cepis, quod partim ſub ructuum nomine per os exhalat, partim per pylorum erumpens inteſtina flatibus replet, und[illegible] talia flatulenta dicuntur. Sed & inprimis fermentativa aſſumpta huc con[illegible]dera[illegible]da ſunt, ut fructus horæi, multi potus, omniaque m[illegible]ita ac ſaccharata, quæque ad horum naturam accedunt, Talia enim in paſſione hypochondri[illegible]a virorum, & ſuffocatione hyſterica mulierum (quæ fere coincidunt) cum vitioſo acido effervefcendo, copioſos flatus producunt, & ſic doloris Colici fomitem ſubminiſtrant. Mulier ex potu tenuis vini cum ſaccharo probe edulcorati in atrocem Colicum dolorem, præſertim latere ſiniſtro incidit, Cumulatæ ea antea [illegible]x inepta diæta copioſam pituitam, unde ex potu fermentativo ſuperingeſto flatus ex[illegible]itan, ac in colo hinc inde coerciti & oberrantes, tam inſignes dolores inferebant. *Etmuller Diſſ. de Dol. Hypoch. p. 16.*

Prognoſis.

Curatio eſt *feſtinanda*, quia dolor omnes vires ac ſpiritus diſſolvit, & partes principes in conſenſum

ſenſum trahit. [22] *Parva ſpei, ſi* vomitus eſt creber, & porus retineri nequit, ac nihil vel parum excernitur, *ſi* in abſceſſum inteſtini coli mutatur, [23] *Si* in dorſi dolores, materia quæ in hypochondriis continebatur fuſa, & in ſpinam delata, abit, & malignitate contracta, [illegible] epilepſiam gignit.

[22] *Parva ſpei*) Quod ad Prognoſin ſpectat, Colicus dolor utplurimum, ſi levior ac remiſſior ſit, neque admodum diuturnus, neque conſtans in una parte, ſed vagus & inſtabilis, per vices intermittat, & alvum omnino non conſtringat, curabilis eſt & periculo vacat; Si vero dolores ſint acerbiſſimi, in uno loco firmiter fixi, nunquam intermittentes, nihil per alvum excernatur, urgeant vigiliæ, ac demum ſequatur vomitus, ſingultus, delirium, refrigeratio extremorum & ſudores frigidi, lethalis eſt affectus.

Colicus dolor contumax, à materia acri & bilioſa præſertim oriundus, in alios affectus, eoſque graviſſimos ſæpe degenerat, arthritidem, epilepſiam, & frequentius paralyſin.

Colicus dolor epidemicus, contagioſus & peſtilens: lethalis utplurimum eſſe conſuevit. *Riverius.*

Affectus non adeo periculoſus niſi ſit ab obſtructione inteſtinorum, aut tumore, quæ lethalia ſunt; Inter humores, pituita vitrea peſſima eſt *Walæus.*

Colica ex ſe leve malum eſt, quæ tamen interdum ex adjunctorum, aut ſupervenientium ſymptomatum, aut plurium circumſtantiarum ratione periculoſa, imo lethalis eſſe ſolet: *Humoroſa*, & quæ à contentorum in inteſtinis eſt vitio, eſt mitior, nec adeo periculoſa atque *Convulſiva*, quam veteres Practici ſæpius *Colicam bilioſam* vocare ſolent, nam huic non raro ſuperveniunt *Epilepſia* vel Pareſes. Item *cephalalgiam & maniam* ex tali colica inductam notat *Hæferus Herc. m. p. 185. Thonerus obſ. p. 93.* non Colicam in *geminatam viſionem* & epilepſiam terminatam. *Etmuller.*

Prognoſis non omnem quidem Colicam æque periculoſam, nullam tamen, etiſi levior videatur, contemnendam eſſe pronuntiat, quamvis enim non ſtatim vulgaris Colica interimit, valde tamen excruciat, ſicque vires admodum dejicere ſolet, præſertim ſi cauſa, unde fovetur, contumacior ſit, hinc quoſdam in animi deliquium incidiſſe, in aliis vero ſenſum communem ita obfuſcatum eſſe, partemque ſtupuiſſe.

Vt dolorem alium, ab externis inductum, graviſſimum licet, non perſenſerint; (Vide *miſcell. Cur. Anni 9. obſervat. 52.*) quoſdam ferendæ doloris vehementiæ impares brevi ſuccubuiſſe obſervatum, Apud *Panarolum Pent. 4. obſ. 50.* Patritius Romanus à dolore primo levi, mox majore facto, decem horarum ſpatio occubuit. Ex neglecta Colica abſceſſus in Colo, tandem lethalis obortus: *Hildanus Cent. 2. obſ. 74.*

Quæ à cauſa *epidemica vel ſpaſmodica* eſt difficillime tollitur, nec raro in paralyſin degenerat: *Schenckius l. 3. obſ. p. 367.*

Periculoſe decumbunt qui ad hanc paſſionem apti nati, & à prima infantia debiliores inteſtinorum fibras nacti ſunt: hos enim levis occaſio in hoc malum dat præcipites (*Foreſtus lib. 2. obſervat. 10.*) ſuntque recidivis obnoxii.

A pituita quæ dependet, etſi diuturniorem aliquando requirat curationem præ bilioſa tamen minus periculoſa, *Ballonius Epid. pag. 170.* abſceſſum in ſcrotocum prolapſu inteſtini à bilioſa excitatum memorat: Cephalalgiam & maniam ex colica inductam notat *Hæferus H[illegible]. pag. 185.* Geminam viſionem & epilepſiam *Thonerus l. 2. obſ. 3.*

La[illegible]antes cauſæ & vitia conformationis periculoſam reddunt, ſic quidam collecta in colo cartilagine dura cum duris cruciatibus interiit apud *Hollerium*. Malus eventus expectandus, ubi ſingultus, delirium vigiliæ, ſudores frigidi; Si ſenes, gravidas, puerperas, aut ægros ab alia ægritudine fractos malum corripit, certum mortis periculum imminet. *Stranſſius,*

[22] *Parva ſpes*) Satis volgo innoteſcit *Colicam accidentalem*, ſcilicet à cauſa evidente ſolitaria excitatam, ſæpiſſime tutam eſſe, & facili negotio curari: *Habitualem* vero, & quoad diatheſin difficulter admodum eradicari ita ut paroxyſmi non amplius redeant, Et ipſos quandoque paroxyſmos, non obſtantibus remediis, pertinaces eſſe, atque per plures dies, imo hebdomadas ac menſes interdum perſiſtere. *Willis.*

[23] *In dorſi dolores materia quæ in hypochondriis &c.*) Colicis doloribus *Lumbares* ſæpe ſuperveniunt: Cauſa vero non ſatis in aperto eſt, *Galenus l. 3. de ſympt. cauſis cap. 1.* accidere hos putat βορβορυσμῶ ſic devoluto, ut hypochondriorum tumorem ad lumbos una ſecum deferat, & inde tenſis quæ ibi ſunt partibus, dolor aliquis in ipſis fiat: *Vander Linden Select. Med* VI. conjectatur dolorem hunc lumborum eſſe ſimilem ei quem patiuntur fœminæ menſtruum brevi ſoluturæ, fierique à tenſione arteriæ per lumbos deſcendentis: Tenſionem vero à ſero turgente, aut à ſanguine fervente eſſe Serum porro: quod turget plerumque bilioſum quandoque aquoſum exiſtere addit; & ſi fuerit bilioſum, expectare oportet ut alvi humectentur, hoc eſt, diarrhœa obveniat, (*Confer aph. 20. ſect. 4.*) Sin vero aquoſum fuerit, urinæ potius multitudinem ſubſequuturam, Quod ſi à fervente ſanguine proveniat, facile evenire poſſe ut inteſtina incaleſcant, & hinc flatus attenuati prorumpant.

At vero *Willis* Dolores hos lumbares à cauſa morbifica in meſenterio conſita putat excitari, in quantum ſcilicet nervi quidam inſignes lumbares meſenterii nerveum plexum maximum ingrediuntur, ut hinc non tantum ſpaſmi dolorifici per conſenſum ab una parte in alteram trudantur, ſed probabile inſuper ſit etiam dorſi & lumborum recrementa quædam hoc tranſitu in meſenterium derivari, atque aliquatenus ob hanc rationem Scorbuticos torminibus ventris atque fluori potiſſimum obnoxios fieri. *Stranſſius.* Vide §. 16. *Cauſa eſt quicquid*, Et §. *Quæ ad pareſin tendit.*)

Curatio.

1. [24] *Perficitur*
[25] I. *Cauſarum* (de quibus in Differentiis agemus) *ablatione.*
2. [26] *Doloris mitigatione*, [27] ſi nimis vehemens eſt. [28] Vbi *nota*
[29] Clyſteribus [30] anodynis commodiſſimè agi.
[31] *Externorum* frequentiorem uſum, ſi aliqua præceſſit evacuatio, eſſe poſſe.
[32] *Narcotica*, nec viribus fractis, nec in cauſa frigida locum habere.
Compoſitorum quam ſimplicium tutiorem uſum eſſe.

Securius eadem[33] per alvum infundi [34] quam ore ſumi.

[35] *Appropriatorum* nunquam obliviſcendum. ut ſunt [36] *inteſtina lupi* exſiccata & pulverizata quæ dr. j. pondere aſſumpta dolorem ſubito ſedant, [37] *teſticuli equorum*, *pudendum tauri*, *oſſiculum* [38] *tali leporini* pulveriſatum: [39] *inteſtina & corium lupi* circumligata: [40] *ſtercus ejuſdem* vel dr. j pondere exhibitum, vel brachiis cruribuſque vinculo ex lana ovis à lupo diſceptæ, vel corio cervi confecta alligatum, [41] *pulvis Quercetani* ex *tunica* interioris *ventriculi gallinæ & ſtercoris albi* ejuſdem ana unc. ſ. pulveris *pelliculæ interioris, quæ in putaminibus ovorum* reperitur, dr. iiſ. *herniaria*, [42] *cinnamomi* ana ſc. iv. *nucleor. meſpilor.* dr. ij. *ſemin.* [43] *aniſi, fœniculi* ana dr. j. compoſitus, doſi à dr. ſ. ad j. ad ſummum cum vino albo &c.

[44] Ad *præſervationem* præſcribit Crato, 1. [45] *Clyſterem* ex *decocti* [46] *veronicæ in juſcul. gallin. lb. j.* addendo *vini Malvatici lb. ſ. Myrrhæ dr. ſ. confectum.*

2. [47] Extra; *oleum Myrrhæ.*

3. Poſt cœnam tribus horis ℈ß. [48] *Zedoariæ* inciſæ.

4. Singulis menſibus mane ante cibum *Theriacæ* ſcr. j. Vide plura in Practicis.

[24] *Perficitur* s. &c.) Methodus therapeutica in Colica, ut in pleriſque morbis intermittentibus, *tres primarias Indicationes* ſuggerit, Quarum *prima curatoria*, in paroxyſmo adhibenda, dolores ſedandos, atque morbi acceſſionem citius ac facilius tollendam reſpicit: *Secunda Præſervatoria*, quid extra paroxyſmum ad morbi cauſam tollendam, ne paroxyſmi citius repetant; aut gravius infeſtent, agendum ſit edocet: *Tertia vitalis*, remedia ad vires inter tormina & diros cruciatus conſervandas, & ſpiritus reſocillandos ſuppeditat. *Indicationem curatoriam*, in *accidentali colica* fere ſolam reſpicimus; etenim cauſa evidente, quæ inteſtinorum à contentis actionibus irritatio eſt, remota, dolores utplurimum ſponte ceſſant, nec recidiva abſque ſimili occaſione timetur, Quare ad hunc morbum cito curandum, praxis apud vulgus, imo quoſvis è plebe homines ſatis idonea innoteſcit, ſcilicet protenus *Enemata emollientia, Topica anodyna & Narcotica* exhibere, quibus ſi febris adſit, vel metuatur, *phlebotomia* ſæpe cum fructu adjungitur: Horum formulas & utendi ordinem in therapeja *Colicæ habitualis* ſubdemus.

Itaque pro affectus hujus paroxyſmo ſedando; duæ ſunt præcipuæ intentiones, nempe & *ſolutio continui* dolorifica tolli, *ſpirituum* in iis excandeſcentia compeſci debet: Ratione *prioris*, enitendum erit, tum ut materies mineræ uni aut pluribus impacta, & effervescens, aut diſcutiatur, aut ſubigatur; tum interea ut novæ materiæ affluxus inhibeatur.

II. *Intentio*, cui primo & continue inſiſtere oportet, per *Anodyna* potiſſimum & Narcotica perficitur. *Willis.*

Si ab inflammatione, eryſipelate, ecchymomate, *venam ſecamus*, damus refrigerantia &c. Si à materia pungente, diſtendente, valide *purgandum*, *diagrid. diaphœn. gialappa*; Si corpus eſt debile, *manna*: Si materia ſit præparanda, refrigerandum exſiccantibus, *ſpodio, pulv. corall. margarit. &c. Walæus.*

Cura Colicæ duplex eſt, In parox, In quo 1. Irritatio cauſæ morboſæ, ipſeque ſenſus inteſtinorum doloroſus, eorumque motus convulſivus ſiſtendus *Opiatis*, *Si colica eſt humoroſa*, cauſa peccans materialis corrigenda, & hinc per alvum educenda. *3.* Si colica eſt *Convulſiva*, appropriata nervina, in ſpecie *ſalia volatilia oleoſa opiatis* in iſta propinanda. II. *Extra paroxyſmum*, hoc ſedato morbus primarius, fomes morboſus unde dolores pendent, idque ſpeciatim in *convulſiva habituali*, variis appropriatis removendus, & crebrior aut conſueta recidiva præcavenda. *Etmuller.*

[24] *Perficitur*) An Præſidiis ex fonte Chirurgico locus? Sane in paroxyſmo rivulos hujus fontis ſicco plerumque pede prætcrire licebit, niſi forte vel conjuncta plethora vel imminens aut præſens *inflammatio* cum *urinæ ſuppreſſione* (v. *Foreſtum lib. 21. obſerv. 31.*) venæ ſectionis uſum urgeant, aut *Flatus* contumaciores cucurbitulam magnam applicandam indicare videâtur Interim *extra paroxyſmum*, ubi primarii morbi fomes ita requirit, & à calidis ac inflammationem minitantibus humoribus affectus dependet, paulatim V. S. locum relinquendum credimus. Hinc quatuor potiſſimum caſibus V.S. convenire monet *Fortis cent. 3. conſ. 95.* (*1.*) in affectu inflammatorio (*2.*) præſente ſebre (*3.*) ſi colicæ icterus ſuperveniat (*4.*) ſi in contumaci & diuturno dolore copioſum humorum calidorum affluxum metuamus. *Stranſſius.*

[24] *Perficitur*) Remota cauſa removeri effectum decantatiſſimum eſt, quod non ſine cautela faciendum, ut nempe cauſæ, hoc eſt materiæ acris & mordacis remotionem non prius moliamur quam indoles ejus probe cognita ſit, Si enim cauſa morbi malignitatis ſtigmate notata ſit, tunc non ſtatim ad removentia, ſeu purgantia, recurrendum, ſed ea præmitti debent quæ malignantis naturæ edomare, feritatemque cruditatem coquere ac immutare, adeoque fermenti impetuoſi vitioſique tyrannidem præcipitare ac refrænare valent, Quæ regula eatenus etiam circa Colicam attendenda eſt, quatenus ea non raro à malignitatis vitio inſamis eſſe ſolet, Atque ſic demum ſublatis excrementis corruptis Colicam cauſantibus, ſi ad commodiorem prius & obſequioſam evacuationem præparatæ fuerint, doloris quoque impetus ceſſabit. *Chriſt. Langius.*

[25] *Cauſarum &c. ablatione*) Curatur hic morbus volatilibus & fixis acidum concentrantibus; ac viſcidos humores incidentibus: Enemata ex ejuſmodi medicamentis confecta ſæpe opem attulerunt, ſed ſi ſæpe negliguntur non multum peccabis: Quæcunque volatilia ſunt magnopere viſcoſitates exagitant, & non minus incidunt, unde & bullæ rumpuntur; & Flatus pariunt: Parem utilitatem etiam per os data conferunt, uſu alicujus ſalis volatilis oleoſi non raro præcaventur; Salia enim volatilia omne acidum è corpore diſcutiunt. *Steph. Blancardus Id. Med. N. §. 29.*

[26] *Doloris mitigatione, ſi nimis vehemens eſt*) Ad anodynorum narcoticorumque uſum, *præmiſſis univerſalibus*, ſine ullo periculo nos convertere poſſumus, Sicuti Practicis prudentioribus conſuetum etiam eſt hujus familiæ medicamentis præmittere univerſalia, Nullus autem tam ſæviens eſt dolor qui ſomno non ſopiatur, uti etiam ſomnum Leones domantem pinxerunt veteres, Adeoque ſomnus eſt malorum domitor, pars humanæ melior vitæ, ſic enim Archei confuſio effectiſſime tollitur, & tractus is ſeu tumultuans, proprioque luxu ac tædio furioſo laſciviens ex orto conſopitur ac ſedatur. *Chriſt. Langius*

Indicatio vitalis curatoriæ adjungi, & ſubinde intercalari debet, Quippe cum ægrotantes tortura, vigi-

giliis, vomitu, & abſtinentia fere continuis affecti, in languores ſæpe incidunt, ac de vita interdum periclitantur, remedia quæ vires ſuſtineant, ſpiritus reficiant, & contra morbi ferociam inducias quaſdam procurent, nempe *cardiaca ac hypnotica*, vices ſuas habeant.

℞. *Aqu. flor. chamam. ſambuc. āā.* ℥iv. *cinnam. hordeat. citri totius āā.* ℥j. *margar. præpar.* ʒj. *ſacch.* ʒiij. *f. Julapium, capiat ſubinde cochl. v. vel* vj.

℞. *Pulv. margar. ocul. cancri, āā.* ʒj. *dividatur in iv. partes. Pars una detur bis vel ter in die cum Julapio, vel cum Decocto contrayervæ.*

℞. *Conſerv. caryoph.* ℥j. *conf. de hyacint. alkerm. āā.* ʒij. *margar. pulver.* ʒiß. *ſyr. e ſucco citr. q. ſ. f. Confectio, detur quant. nuc. moſch. ter vel quater in die cum Julapio.*

In conſtitutionibus minus calidis *ſpiritus c. c. fuliginis, ſalis armon. ſuccinati*, Tinctura antimon, aut corallij non raro egregie proſunt.

Opiata in morbo Colico neceſſarii ſunt uſus, ſine quibus nec ægri vires, nec Medico nec miniſtris quieſcere, aut omnino quovis frui licebit.

℞. *Aqu. flor. paralyſ.* ℥iij. *ſyr. de meconio* ʒß. *aqu. mirab.* ʒij. *m. f. Hauſtus* hora ſomni ſumendus.

Si Dolores magis intenſi tali remedio non cedent, *Opii præparata* & compoſitiones exhibere oportet, *Laudanum Paracelſi* aut *Londinenſe*, *Pilula de Styrace* aut *cynogloſſa conveniunt*; *Opii ſolutio tart. triſat. ad gtt.* xvi. *vel* xx. mihi præcipuo in uſu eſſe ſolet: Quod ſane pharmacum quibuſdam ab hoc morbo diu ac miſere divexatis, interdum longo tempore, noctibus modo ſingulis modo alternis, cum bono ſucceſſu exhibui. *Willis.*

27. *Si nimis vehemens eſt*) Si vehementiſſimo dolori conjuncta ſanguinis copia eſt, illico excrementis emolliente clyſtere eductis vena ſecanda erit, ſanguiniſque quantitas pro præſentis Medici indicio extrahenda eſt, Metus enim eſt ne vehemens dolor ſanguinem trahendo inflammationem, vel conturbando febrem excitet, *Fienus Phyſiogr. c. 19.*

28. *Ubi nota*) Circa curationem Colici doloris qui fit à flatibus, aut ab his cum vitrea pituita, continente cauſa conjunctis, Notandum 1 quod ſtudioſe admodum & prudenter ejus curatio ſit inſtituenda, perperam enim curatos caoſa cur arthritis ſequatur eſſe ſolet, faciliſque ex hac, teſte *Hippocr. in Epid.* in illum delapſus. *Cuidam, inquit, inteſtinum Colon vocatum, ſimul atque articulari morbo detinebatur, dolore vacabat, poſtquam vero ab eo ſanatus eſt malo plus doluit.*

Curandum habui Nobilem Pedemontanum, Dom. Polor, inveterata arthritide occupatum; In lxv. *ætatis anno Colico dolore prehenſus fuit, Author eram ut arthritis revocaretur pedum frictionibus, lotionibus*, V. S. in pede &c. *Monitus ab* Hippocrate, & Ben. Sylvatico, *in conſ. Obſtitit ſenior Medicus mihi in curatione adjunctus, Æger interiit nullo alio accedente affectu.*

2. Quod venæ ſectio magnum momentum afferat, adeoque neceſſaria, modo affectus vehemens excruciet, & plethora vel febris adſit. 3. Quod in cujus curatione ab impenſe calidis cane pejus & angue abſtinendum, ſaltem ante pituitæ vacuationem. 4. quod præcipuus curationis ſcopus in Enematum uſu conſiſtat. 5. quod Cucurbitula nihil conſideratione dignum adferat, niſi oportune tempore &c, idonei corpori affigatur. *Fienus Phyſiogr. c. 19.*

28. *Ubi Nota*) Notandum in omni Colica fugiendum *frigus*, præſertim ventriculi & pedum, Hinc calidus potus eſt optimus; Et obſervavi in *Colica convulſiva*, cum copioſo vomitu conjuncta, & aliquot ſeceſſibus, ex abdominis ab aura frigida refrigeratione nati, optimum fuiſſe remedium bonum hauſtum *Aqua vita juniperina*, unde omnia mala ceſſarunt. *Etmuller.*

29. *Ubi nota Clyſteribus*) Clyſmata in toto paroxyſmo legitime applicata ſæpius ſunt perquam proficua; Conveniunt tamen magis ubi hæret mal[illegible] inteſtinis craſſis, minus cum in tenuibus, idque [illegible]tum pro evacuationis ſcopo: Deinde conveniunt ubi ventriculus gravius affligitur, ut tanquam revulſorio ſtimulo tam cauſa irritans quam ſpirituum motus ad inteſtina derivetur: Uſurpantur Clyſteres tum mitiores, nempe ex *emollientibus*, aut *carminantibus* parati. vel fortiores purgantes, aut acrius *ſtimulantes*, præſertim in *humoroſa*, quando alvus præternaturaliter & pertinaciter obſtructa, aut quando ſuſpicio adeſt fomitem materialem hærere in inteſtinis craſſis: Item quando poſt propinata purgantia non ſufficienter reſpondet alvus, optimum eſt in talibus caſibus Clyſteribus acribus, plus minus purgantibus, naturæ motum promovere: Quando vero malum hæret in inteſtinis tenuibus, potius laxantia per os conducunt. Quod ſi videamus clyſteribus acrioribus malum non mitigari, iis ulterius non inſiſtendum, ſed præſumendum vitium hærere in tenuibus inteſtinis: In *Convulſiva Colica anodyni & leniter demulcentes* ſunt optimi: Item accedendum eſt ad *clyſmata terebinthinata*, quæ in quavis convulſiva optima. *Etmuller.*

29. *Nota clyſteribus*) Nec obſtat quod aliquando Clyſterum uſus expectationi minus reſpondeat, præterquam enim quod cum aliis præſidiis etiam optimus hoc commune habeant, cauſarum varietas, & quæ in ægro pariter ac morbo occurrunt circumſtantiæ canonem fruſtrati effectus ſuggerent, docebuntque ad alia eſſe tranſeundum, non manente eo quod à principio viſum eſt, *juxta aphor. 52. 2. Stranſius.*

30. *Clyſteribus anodynis*) Pharmacia ad hunc affectum in clyſteribus præcipue conſiſtit; In quibuſdam vero Coli tunica interior adeo valde tenera & ſenſibilis eſt, ut ab Enemate, licet anodyno, injecto, ſpiritus ſtatim excandeſcentes, ac intra fibras nerveas exploſi, membranas ſumme inflent ac diſtendant, adeoque in toto abdomine maximas moleſtias excitent. *Willis Pharm. rat. ſect. 1. c. 2.*

3 . *Clyſteribus anodynis*) Doloris Colici curatio ſæpiſſime & ſatis recte à Clyſtere incipitur: hic primo ſit tantum leniens, & emolliens, à quo, velut à *fotu interno*, fibrarum corrugationes compeſci, & ſpiritus excandeſcentes demulceri poterunt: In hunc finem *Lac tepidum*, cum ſaccharo, vel *meloſſo*, aut *ſyrupo violaceo*; item *decocta emollientia ex malva althea, mercuriali, floribus melilot. ſambuci, cum oleo amygdalar. vel olivar.* item decoctum ex *capite vervecino*, aut *pedibus vitulinis* conveniunt, Interdum Enema ex mero *oleo oliva*, aut lini, quiboſcunque aliis juvare ſolent.

Quod ſi *Enemata mitiora* non facile redduntur, aut ventrem non laxant, quæ magis irritant, atque humores arteriolarum oſculis exprimunt, & quaſi emungunt, adhibeantur: In quem finem parentur *Decocta carminativa*, aut *amara*, in quibus diſſolvantur *Elect. diacathol. diaphæn.* vel è *baccis lauri*, aut *ſpecies hiera*: Item liquoribus iſtis uſitatum eſt addere infuſionem *croci metall.* ℥iii. vel iv. *vel Decoct. emoll.* ℔i, adde *terebinth. ven.* ſolutæ cum *vitello ovi* ℥j. vel ℥iß. vel

℞. *Urina ſana* ℔j. *terebinth. Veneta ſol.* ℥iß. *meloſſi* ℥i. *m. f.* Enema.

Hoc magnum juvamen ſæpe contuliſſe novi; cujus ratio videtur, quod *Terebinth.* particulæ balſamicæ inteſtina confortant; ac inſuper à ſanguine venoſo acceptæ, & cum eo per totum corpus circulatæ, urinas movent, ita ut lotium à tali clyſtere ſæpe copioſius ſuccedat, & ſemper odorem violaceum reddat: Forſan etiam particulæ

Terebinthinæ ubique diffuſæ materiam morbificam aut ſtagnantem movent, aut aceroſam, aut alias degenerem, ad craſin meliorem inclinant. *Willis.*

Quidam cum v. fortes Clyſteres injeciſſet, & nihil operarentur, Emollientem clyſterem cui *Sal gemmæ* impoſitum erat injecit, & ſtatim ſcybalis ejectis, & duris ſtercoribus, mox multa pituita ſequuta, ægrum cum magno honore ſanitati reſtituit. *Foreſtus l.21.Obſ.23.* Clyſterem ex *lacte, mello & oleo* commendatione dignum experior. *W. Hœferus H.M p.185.*

31. *Externorum frequentiorem uſum*) Dum Inteſtina clyſteribus colluuntur, ac intus quaſi foventur, Epithemata exteriora etiam Abdomini applicentur.

V. ℞. *Folior. malvæ utr. mercurial. parietar. ãã. m. iv. flor. ſambuc. chamomel. melilot. ãã. m. ij. caput vervecin. diſciſſum, coqu. in aq. ſ. q. Colatura uſurpetur pro Fotu, cum ſtuphis laneis calidiſſime intinctis & expreſſis, atque viciſſim applicatis, repetendo quoties dolores intenſius urgebunt.*

Circa Fotus intervalla Cataplaſma aut Linimentum adhibeatur.

Magmati herbarum contuſo adde far. avenaceæ q. ſ. f. Catapl. quod interpaſſatim inſuatur duobus ſacculis *figura quadrata pro abdomine* integendo; Horum unus pro *vice efferveſcat* in patina ſupra prunas ardentes cum oleo *lumbricorum* aut *ranarum*: Imponatur calide mutando *quamprimum frigeſcere* incipit.

Omentum agninum. aut *Pulmones*, aliave *brutorum viſcera*, calentia abdomini impoſita, & ſubinde mutata; dolores interdum mire ſedant.

℞. *Olei lumbr. aut ranar. q. ſ. illinatur pars dolens poſt fotum. & charta emporetica tenuis eo imbuta applicatur & geſtetur.*

Si quando Epithemata ex calidioribus, aut calidius applicata dolores exacerbant potius quam leniunt, quod in quibuſdam conſtitutionibus accidit, ex re fore videtur Fotus *ex ſolutionibus Nitri*; vel *ſalis Armoniaci*, aut aliis liquoribus Chymicis, prout in doloribus arthriticis; quandoque, uti *Septalius* refert, ex *aqua pura, puta frigida* inſtituere. *Willis.*

32. *Narcotica*) Opiata ſunt optima, conveniunt tamen magis in Colica Convulſiva, & in hac tutius ſi ægri alvus aperta, & ipſa opiata propinentur appropriatis miſta; In *Colica humoroſa*, ſaltem ubi neceſſitas urget; locũ habent; frequentius tamen in hac uſurpari poſſunt, ubi materia morbifica eſt tenuior & acrior, minus tamen ubi eadem viſcidior, Nam Opiata fere acrimoniam temperant, viſcidæ vero materiæ motum impediunt, & ita tandem magis figunt, ſiquidem inteſtinorum motum impediant: Denique non ſunt differenda eouſque donec vires vitales jam collabaſcant, ne ægrorum vita dormiendo finiatur.

Adeoque in *Colica humoroſa* uſurpantur *Opiata* poſt *Purgantia* & hinc etiam *Purgantibus* miſta, nonniſi in caſu neceſſitatis ante purgantia: Nempe ubi tanta eſt, ſive ventriculi debilitas, ſive vomituritio, ut nec Pilulæ poſſint detineri, ibi primo remedium *anodynum* ordinetur. 2. paucis horis elapſis catharticum, eo temporis ſpatio interjecto ut catharticum à narcotico tanto diſtet intervallo, ut ab eo non vincatur & pereat, eas tamen in ventriculo moras trahat, quæ ad virtutem purgativam eidem communicandam ſufficiat, ut ſuam demum exſerat operationem ceſſante altero, Licet catharticum, modo id poſſit fieri, diu poſt anodynum rectiſſime propinetur; cum etiam ad horas xii. ab hoc aſſumpto alvus iſti ægre reſpondeat, atque nonniſi operoſius ſolvatur. Cum autem hic, uti pleriſque; aliis in morbis, in quibus indicantur narcotica, catharticum ſemper dolorem intendat, (ſaltem jam finita operatione, qua quidem urgente mitius nonnunquam cum ægro agitur) idcirco ſolenne eſt anodynum ingerere ubi primum exſpiravit cathartici ἐνέργεια, ut recte loquitur *Sydenham obſerv. in Ac. p. 297.*

Quando cum purgantibus miſcenda ſunt Opiata, non poſſumus imitari veterum morem, qui receperunt *Elect. Diaphœn.* ℨiv. vel vi. & *Philon. Rom.* ℨj. cum talia ægri nauſeoſa non beneferunt, ſed poſſumus imitari *Riverium cent. 1. obſ. 63. & cent. 2. obſ. 1.*

℞. *Aloes opt.* ℨj. *diagr. gr.* viij. *laud. Op. gr.* iij. *m. f. Pilulæ*, vel ſecundum *Stockerum*

℞. *Aloes ſocotr. vel pil. aloephang.* ʒß. *opii, croci ãã. gr. j. vel ij.* aut pro *Croco* ponatur *Caſtoreum* ſ. Pilulæ, Exhibeantur jejuno ſtomacho, Dolorem ſedant & poſtea alvum ſolvunt. *Etmuller.*

Narcotica in ejuſmodi gravibus inteſtinorum doloribus, cum ſubito levamen afferant, præcipue locum habent, ob eamq; cauſam, cum hi vehementer ægrum excruciant, aliaq; non juvant, nullo pacto ſunt negligenda, repetẽda, nec ſemel tantum exhibenda; ſed & cum dolor redit; Cum ſi dextre illis utamur minime lædant, ſed dolores compeſcendo, ſomnumque inducendo, vireſque ſic conſervando magnum ægro ſolatium utilitatemque, Medico vero ob id exiſtimationem ſummam afferant, adhæc ſudores movendo de cauſa morbifica multum ſæpe detrahant. *Platerus.*

32. *Narcotica*) Quæ purgantibus commiſcet *Riverius*, e. g.

℞. *Aloes opt.* ℨj. *laudani op. gr.* iv. *diagrid. gr.* vi. *m. fiant. Pilulæ* vi. *deaurata*, ſumantur hora commoda; dolorem poſt horam ſedant & poſtea humores noxios evacuant: His ſubſtitui poteſt medicamentum ex *diaphœn. & Philon. Romano*, in dolore ventriculi deſcriptum: *Hippocr. lib de int. affect.* proponit purgationem *ex peplio & meconio.* Vel

℞. *Ol. amygd. dulc.* (vel commun.) ℥iv. *vini generoſi* ℥ß *ſyr. de papav.* ℥j. *m. f. Potio.* Riverius.

32. *Narcotica*) Si tamen ventris tormina nec clyſterum uſu nec fotuum remittunt, Hypnoticis utendum erit, quæ ſcilicet juſta doſi exhibita, inducias, ſæpe magnas præbent; Interim ut vires ac ſpiritus fatiſcentes reſici, & contra morbum apparatus adhuc major inſtitui poſſit.

℞. *Laudani liqu. tartariſ.* gt. xiv. vel xx. dentur hora *ſomni in cochlear.* aquæ flor. chamom. ſuperbibendo *ejuſdem* cochlearia vi: Repetatur noctibus alternis, vel *tertiis ſi dolores* graviter urgebunt.

In conſtitutione calidiori.

℞. *Aqu. flor. chamom.* ℥iij. *ſyr. de meconio* ʒß. *aqu. mirab.* ℨij. *Fiat hauſtus ſumendus hora ſomni. Willis.*

33. *Per alvum infundi*) Suppoſitoriis ideo locus eſt, quæ tum ad ſtimulandum, tum alterandum, tum dolorem ſedandum imponi poſſunt; Licet & ad flatus pellendos (quod tamen vix efficere poſſunt, quoque ſupponantur: Ad *alvum ciendam*, cum illa conſtipata eſt, & clyſmata faſtidiunt, vel injecta rejiciunt, purgantiaque non ferunt, communia ex *melle* & *ſale* induntur; Vel illis etiam acriora, addito *pulvere hieræ, ſtercore muris, colocynthide*: Si *ſpolium ſerpentis* in vaſe æneo fricatum uratur, pulviſque in anum trudatur, plurimum in Colico juvare docent: *Dolorem ſedat* ſi cum *opio* in *ſucco lactucæ* diſſoluto anus intrinſecus ungatur: Vel ſi *opii* ℈j. *caſtorei* ʒß. *cum ol. anethi unc. j.* miſta, lanaque excepta in podicem intrudantur: Vel ſi alio pacto *opium* ſuppoſitoriis permiſceatur. *Platerus.*

34. *Quam ore ſumi*) Sequens hauſtus incomparabilis eſt, frequenter à me exhibetur cum ſucceſſu non mediocri.

℞. *Vini generoſi aut malv.* ℨiß. *aquæ vitæ Matth* ʒß. *ol. amygd. dulc.* ℨj. *laudani op. gr.* ij. *aut* iij. *aut tinctura opii* gtt.

gr. xxv. aut xxx. *camph. gr.* iij. aut iv. *Salis card. ben.* v. l *mixti* ℈j.

Prodeſt etiam *Ol. amygd. dulc.* cum *laud. Op. gr.* j. aut ij. *camph.* ij. aut iv. Craanen.

35. *Appropriatorum nunquam obliviſcendum*. Si alvo relaxata dolores perſiſtu t uſurpanda ſunt adhuc remedia appropriata, quæ ner &c. & *acidum temperant flatus reſolvunt*, ventriculo & inteſtinis grata ſunt, adeoque *aromatica temperantia* imprimis uſurpentur: Et hinc etiam remedia, quæ in paſſionibus hyſtericis locum habent. Unde ex his *caſtoreum*, ex iſtis *chamomilla*, ſem. c m ij. & ſimilia imprimis conducunt: *Vinum ſimp.* ex vi ſemper æque tutum videtur, *Medicatum* melius convenire arbitror. *Etmuller.*

Datur *ſuccinum* magno auxilio tritum *duorum cochlearium* menſura Coli dolore affectis, tribus diebus continuis ante cibum ex tepenti aqua potandum, *Marcellus*. Adde *Marcellum Empiricum*. Aquam è *flor. erica* diſtillatam præſertim ſi ſitis & calor adſint utiliter exhiberi expertus ſum. *H. Tragus.*

Conchæ porcellanæ (ut vulgo nominant) candidæ, minimæ, ſi geſtetur, vim quandam efficacem, ceu amuleto contra Colicam, vel etiam uteri in fœminis pœn quidam attribuunt; V de C li. *Pierre de colique* hos calculos nominant; *Conr. Gesnerus Encelius.*

Cæteris remediis addenda ſunt ſpecifica nonnulla, huic affectui maxime proficua. Aqua ſimplex bulliat, eique ferventi ad e olei comm. quartam partem, & grana *aliquot piperis* craſſiuſcule triti, capiat æger cochlearia iij. vel iv. calide quantum ferre poterit: Sedatur dolor fere in momento. *Riverius.*

Amuleta, quibus proprietates aliquas attribuunt, ſunt Cingulum nudo ventri circumdatum, factum ex *inteſtino lupi*, vel *ex pelle lupi*, ſic cinctum ut pili ventrem tangant.

Vel ex *chorda* umbilicali ad hoſce uſus ſiccata & aſſervata: Pellis item *lupi catuli* adhibita, *Fimus lupinus* ventri alligatus magni fit.

Collo appenſa *avellana* ita ut ventrem attingat, *argento vivo* plena; Cui amuleto & ad præcautionem magnas attribuunt vires.

Sic pro ſingulari, & experientia comprobato amuleto, habetur *oſſiculum parvum extremum* alæ dextra *corvi* ſenis inter crocitandum interfecti, de collo geſtatum.

Vel *ſtercus lupi* ſic avellanæ incluſum & appenſum, quod efficacius operari putant ſi chorda; cui appenſa eſt avellana, ex corio cervino fiat. *Platerus.* Unum eſt *Oſſifrago* inteſtinum mirabile, natura omnia devorata conficientis, hujus partem extremam alligatam contra Colicam prodeſſe conſtat. *Al. Benedictus l.19.c.28.*

Specifica nobis in Praxi noſtra probata ſunt, *Tinctura contra tormina*, aut *ſalutis*, *Eſſentia maſtiches ac olibani*, *ſpir. anticolicus D. Michaelis* (ex contubernio *ſpiritus aceti & nitri*, *vel ſulphur* etiam factus, *Tinctura tartari* recte parata, *pulvis mandibul. lucii piſcis. magiſt. ocul. 69. vel oculi 69 prap.* qui pulvis nobilior reddetur ſi aliquid de *olibano vel maſtiche* adjiciatur: Tandem vehicula ſpecifica ſunt *aqua veron. ruta aqua lactis caprin. aqua omn. flor. &c.* Chr. Langius.

Spiritus anticolicus hoc modo paratur,

℞. *Flor. chamom. Rom.* ℔ß. *ſem. dauci vulgar. ſilv. mont. ãã.* ℥iv. *ſalis alkali fixi, armoniaci ãã.* ℥j. *ſpiritus vini* ℥xl. *Infunde & deſtilla.*

Flores ſulph. ad ℈ij. in calido vino ſumpti, prompte aliquando ſiſtunt dolorem, item *ſtercus equin. gallinar.* Huic morbo non raro ſequ. oleo levamen attulimus.

℞. *Olei terebinth. iunip. ãã. q. v. infund. inter flor. hyper.* exprimantur, Infuſio tamdiu reiteretur donec oleum rubicundiſſimam tincturam contraxerit, Doſi t xij. ad ℈j. in brodio quovis appropriato. *Steph. Blancardus.*

35. *Appropr.*) Appropr plus minus aromatica contra dolores inteſtinales, ut t *Veronica, chamomilla*, *larea, helenium abſinth. genti* *ortice* *ant. em. 4. cal. maj. zedoar. fuligo.* *mandibula lucii piſci*, *Ster ora animal. ſpeciatim lupi & equi* *teſti uli equi*, *ſordes aurium humanarum*. *ſulph. &c.* P at ſunt ctorum *ſyrupi, eſſentia, extracta*, *olea deſtill. ſpecies aromat. compoſ. ſalia volatilia, ſpir. carmin. de tribus*, *liquor. c. c. ſuccinat. ſpiritus ſalis dulcis, ſacch. Saturni.* *Sclarea* *formicinum* iſtud odoratum eſt egregium, ſive *decoctum*, *eſſentia*, ſive ſpiritus aliquoties abſtractus adhibeatur in Colica virorum quam in colica hyſterica m .

Radix allii jam à longo tempore fuit commendata; Hinc Juſculum cum *allio & oleo* calide hauſtum, cum *vini optimi* parte dimidia ſæpe expertum eſt, *Borellus cent. 4. obſ. 92.* Item *eſſentia opii. helenii rad.* cum *vino* decocta egregium experimentum anticolicum: Item *abſynthium* quocunque uſu convenit, in ſpecie iis qui in peregrinationibus Colicis torminibus vexantur, ſive decoquatur, ſive minutim diſſectum cum *ſaccharo* miſceatur & capiatur.

Et in *colica ex febrium reliquiis* oborta nil melius eſſe uſu *abſinthii*, refert *Fehr. de Abſinth. p. 173.* Ob id *Mindererus in Med. mil.* contra colicam commendat *vinum decoctionis abſinth. vel rad. helen. cum cort. aurant.* calidiſſime potum, addito pauco *theriaca, vel mithrid.*

Gentiana in forma pulveris à ʒß. ad ʒj. uſurpata ſi alvus eſt aperta egregium eſt experimentum, tollens inteſtinorum tormina: *Semina 4. cal. maj.* in vino ebullita, & ita hauſta, recte dicuntur ab *Helmontio* ſolamen pauperum: Virtus & uſus in eo conſiſtit, quod nempe aciditatem inteſtinis hoſtilem corrigendo, inteſtinis male affectis exinde egregium ſolatium afferunt, indeque eorum ſpaſmos, & inde ad tactum ſenſilem duritiem remittere faciunt, unde & eorum *olea deſtill.* ut & *cort. aur. vel angelica*, vel menthæ ad aliquot guttas propinata ſũt laudata. *Fuligo* pulveriſata, & cum *aceto deſtillato* miſta ac bibita cal de ſtatim dolorem pellit; pariter & *ſpiritus urinoſus* fuliginis maximo cum ſucceſſu propinatur; Quæ remedia & in *caſu ab alto*, *& paſſionibus hyſtericis*, *& pleuritide &c.* egreg e conveniunt, dum acidum in hiſce malis potenter corrigunt.

Aurium humanarum ſordes aſſumptæ in vehiculo calido ſubito ſolent comp ſcere dolores in abdomine.

Tand. *ſulph. flores ad* ʒß. *in vino calido* dati, probe corpus contegendo, optime ſedant dolorem, *Etmuller.* *Alauda criſtata*, cum *iure galli* comeſta, utilis: Probatur & *jus galli* antiqui, *Jus cochlearum terr. potum*: *Peucedani ſuccus* vel *liquor* cum *ovo* bibitus: *Sanguis anguilla* ſumptus: *Aqua* in qua *virga cervi* abluta fuerit propinata: *Aqua ſtillatitia* conveniunt, *ſimpl.* vel *commiſta ad* ℥iv. ſi vis cum *ſacch.* veluti *herba trinitatis, lingua canis*, *flor. ſambuc. & geniſta*, *flor. chamom. cortic. fabar. lappularum viridi inventarum in frumentis*, Aqua elicita ex *ſtercore vacca* (milleflorum dicta) valde probatur: *Cinnamomea* aqua ad cochleare unum. Præter quæ etiam alia uſu comprobata ſunt, *Arantiorum cortex*, *hedera nigra ſemen*, *roſarum ſemina* ex fructu maturo ſumpta, *Sagapenum* bibitum, *Cera* in ſorbitionibus exhibita ſecundum *Dioſcor.* & poſtea quoque expertum, *Succinum, lapis gagates* propinata; Et ab *animalibus* petita, ſiccataque & pulveriſata, *ventriculi erinacei, gallina*, aut *galli* in vitis, tunicæ interioris; *Cornua cervorum* tenera adhuc, cum primum erumpunt, in taleolas ſecta & ſiccata, *Talus ſuillus* crematus, *ſtercoris gallina* pars albidior, *ſtercus canis*, quod *album Græcum* vocant; vel *lupinum*, quibus odoris gratia *cinnamom*, *radices angel.* & ſimilia addi poſſunt. *Platerus.*

36. *Inteſtina Lupi*) *Irritis omnibus* nullum præſtantius aut divinius remedium pro eo propulſando invenimus quam *Lupi inteſtinum*. In pollinem enim redactum, & vino generoſo exceptum; ac calidum epotum, brevi opus ſuum confecit & ipſe æger ſanus evaſit. *Amatus Luſit. Avicenna Fen.16.l.3.can.cap.14.tr.4.* Lupi inteſtinum exſiccatum magis quam ejus ſtercus laudat, id quod hodie & ſæpe experientia ita eſſe nobis comprobatum eſt. Inteſtinum magnum Lupi vincit cruciatus colicos, ut & fimus ejuſdem. *Blondus.*

A tota ſubſtantia conveniunt *Inteſtinum Lupi* ſiccatum, tritum ʒi. pondere datum aut ℈iv. cum vino albo tenui, in quo chamæmeli flos, vel anethi eſſ obuerit. *Hollerius.*

36. *Inteſtina lupi*) Hæc vino albo abluantur, poſtea in fumo exſiccentur in vaſe fictili donec in pulverem reduci queant, dozis ʒi. cum vino albo. *Riverius.*

37. *Teſticuli equorum*) Quorum *pulvis in aqua lilior. alb.* cum pauco *croco* exhibitus experimentum fuit *Zwelferi* contra colicam: Idem ad ʒi. cum ʒß. *ſem. aniſi* laudatiſſimum eſt remedium, præſertim *Fonſeca lib.1. conſ.57.*

38. *Tali leporini*) Partes animalium oſſeæ, acidum abſorbendo & corrigendo, ſpeciatim *mandibula lucii piſcis*, vel *unicornu præpar.* vel *tali leporis*, aliaque ſimilia, eundem locum inveniunt. *Etmuller.*

39. *Inteſtina & corium Lupi circumligata*) Utuntur variè *pelle Lupi*, alii cubilium ſtragulas contra hoc malum comparant, alii cingulum geſtant, aut patrem pellis ventri admovent; Stercus alii nucula includunt, perforata, ſuſpendunt è collo, ut ad ventrem perveniat: Atque in id utuntur ligula è corio cervino, aut filo lanæ ovillæ quæ à lupo interfecta ſunt, vel ut alii volunt, quæ à Lupo evaſerit. *Hollerius.* Colicis doloribus Lupi inteſtinum ventri circumdatum prodeſt; *Cardanus Art. p. pag.121.* Cingulum ex inteſtino Lupi factum ad Colicam mirifice prodeſt. *Andernacus commun. 2. Dial.5.*

40. *Stercus ejuſdem*) *Lupinum ſtercus* candidum, quale ubi oſſa ederint Lupi, excernere ſolent, præcipue ſupra vepres, ſpinas, frutices &c. inventum, *Galenus l.10. ſimpl.* non ſolum cum vino bibitum ſed illibus appenſum, vinculo confecto ex lana ovis à lupo laniatæ, aut ex cervina pelle ſummopere Colicis affectis prodeſſe tradit *Amatus Luſitanus*, Nonnulli *ſtercus lupinum album* tritum ex vino albo tenui propinant: Meliora putant ſi oſſa in ſtercore inventa una conterantur. *Hollerius.*

40. *Stercus*) Ad Coli dolorem *ſtercus bubulum* recens exprime per linteum mundum, & ſuccum ejus in qualibet potione Colico da bibendum ſtatim ſubvenies, quod remedium efficaciſſimum eſſe multa experimenta docuerunt: *Marcellus*, Germani *fimum vaccinum vino* permiſcent, ſuccumque linteo percolatum ægro calidum propinant; Alii hunc fimum magnitudine ovi dimidiati unc.v. vini permixtum colant, & minutim inciſa addunt aromata, *zz. caryoph. macis & cinnamom.* hoc ægrum, ubi primum noxam ſenſerit, una potione haurire & inſuper ſudare præcipiunt; Novi, inquit *Geſnerus*, qui aridum in juſculo ignarus bibit, & à Coli dolore ſtatim evaſit. Audivi etiam à viris fide dignis non paucos ruſticos ejuſdem potu liberatos. Quidam ſuccum expreſſum bibunt, & melius habent. *Mizaldus.*

Ad Colicam remedium ut certum, ita etiam ut morbus non repetat: *Fimi de Equo*, qui *avena* aut *hordeo* paſcatur, non *gramine*, *manip.j.* in *dimidia menſura* (*vini treviter* unc. xvii intelligo) coq; ad medias; paulatim bibendum eſt donec exhaurietur, Eo autem erit utilius quo exhaurietur citius. *Conr. Geſnerus.*

℞. *Sem. an.* ℥iij. *fimi rec. aſini* ℥j. *furfur m. bulliant in vino albo dulci, colat. adde ol. chamæmel.* ʒiii. *Ol. de cappar.* ℥j. *Hier. Montinus.*

Parabile remedium eſt idque in Convulſiva Colica ſtercus equi recens ex equo avena paſto: ex hoc ipſo recenti cum vehiculo quocunque *expreſſus* ſuccus, calide ita propinatus, imperando quantum poſſibile quietem; & expectando ſudorem, origine ſordidum ſed uſu nobile eſt remedium. *Etmuller.*

Succum ſtercoris columbini cum lacte expreſſum laudatum vide in *Velſchii Hecaſt.2.p.32.*

41. *Stercus*) Magnam natura *bubulo ſtercori* dolorem colicum ſanandi indidit efficaciam, quippe apud multos ſcriptores legi, & à fide dignis aſſeru audiviſſe *Geſnerus*, illius potu complures ruſticos fuiſſe liberatos; qui enim ſtercus aridum in juſculo bibit ſtatim ſanatur: Hinc apud multos mos ortus eſt, ut nonnulli non modo ipſum excrementum aridum, verum quoque recens, & expreſſum juſculis ebibant & melius habeant: Remedium ruſticis conveniens, Nobilibus vero ſufficerent ex eodem cataplaſmata, ut enim recor ex proprietate tale auxilium Colico dolore vexatis ſubvenire conſuevit.

42. *Stercus ejuſdem*) Adminiſtrent Medici propinandum cum vino vel liquore convenienté *ſterc. lupini* ſubtiliſſ. pulveriſati ʒi. Mirum dictu acerbiſſimos dolores citò hoc pulvere evanuiſſe vidimus, qui in colicis doloribus omnibus, tam a frigida quam calida cauſa ortis valde auxiliatur. *Panarolus Pent. ... 36.*

43. *Pulvis Quercetani*) Inter præparata multiplicia fere ex ſpecialibus cognita ſunt *ſyr. de althæa Fernelii* ubi emolliendum & temperanda acrimonia, *Syr. de cortic. aurantior. papav.* &c. Item *ſpiritus & aqua carmin. & anticolica* v. g.

℞. *Flor. chamom. Rom. ſambuc. fol. menthæ rutæ ſicca* ãã. m. iij. *baccar. junip. rec.* ʒiiß. *baccar. lauri excort.* ℥vi. *ſem. cumini unc.j. aniſi fœnic.* ãã. *unc.ß. calami arom. unc.iß. flaved. cortic. aurant. unc. iij. cinnam. ac.* ℥vi. *zedoar.* ʒiii. pulverizentur omnia tenuiſſime, aſpergantur *ſpir. vini* rectiſſ. unc.ß. ad ℥vi. infundantur *ſpir. vini* non adeo exacte rectificato: Stent per xii. horas in *Mariæ balneo*, digerantur lento igne; vaſe bene munito: Tandem deſtillentur ex arena, vel ciner. per alembicum lente, ut caveatur empyreuma: Doſis cochl. j. vel ij.

Species *diacymini*, *diacalam.* *diagalanga* *diapiper.* *diaſulphur. Minſichti*, item *ſalia volat.* qualibet: ſpeciatim *ſpirit. carminat. de tribus & bine liquor. c. c. ſuccinatus* ſunt præſtantiſſimi; illic in *Colica flatulenta* hypochondriaca, hic in colica convulſiva hyſterica.

Ex his variæ fieri poſſunt Præſcriptiones v. g. ad quoſvis dolores inteſtinorum ... nere.

℞. *Aqua chamom. unc.iii. ſpirit. theriac.* ʒii. *laud. Opiat. gr. ii. vel iii. ſyr. cortic. aurant. unc.ß.* m. ſumat cochleatim.

In *Colica humorali.*

℞. *Olei deſtillat. carvi*, *cumin. angel. chamom.* ãã. *gtt.* vj. *ſacch. albiſſ.* ʒij. *m. f. Elæoſacch. adde flor. ſulphur.* ʒii. *mandib. lucii piſcis* ℈j. *m. f. Pulvis*: doſis ʒß. ad ℈j. & ul... : Addi poteſt cuilibet dozi *laudani opiati* g ſ. v. g.

℞. *Flor. ſulph.* ℈j. *ad* ʒß. *oleo ſacch. aniſi, zedoar.* ãã. *gr. viii. laudan. op. gr.j.* miſce f. Pulvis.

In *Colica convulſiva.*

℞ *Aqua menth. chamom. veron.* ãã. ℥j. *eſſentia caſtor.* ʒij. *li... mor. ... ſuccinati* vel hujus loco *ſpir. ſalis armon.* ʒ... *eſſentia ...* ℈i. *...r cortic. aurant.* ℥vi. ... *unc.j.* ...

Aut

Aut quibus inimica ſunt volatilia.

℞. *Aqu flor. ſambuc. chamom.* āā. ℥iß. *unicorn ve-ri* ℈j. *mandib. luci pi cis* ℈ß. *al. volat. c. c. gr.* vi. *ſyrup. ar-* [illegible] *iſ.* ℥ j *miſce. Etmuller.*

Raphani cortex, ſeu exterior pars craſſa, obſecta valde probatur condita cum melle additis aromatibus quibuſdam, vel ſiccata, pulveriſata, & cum foliis *mori celſi & oſſibus meſpilorum* exhibita, *Platerus*) *mentiam* viridem aliquandiu coquito, decoctum per tres dies bibendum exhibe; Hoc experimento ipſe liberatus ſum, *Aetius tetr.* 3. *ſ.* 2. *c.* 31.

In Colica *tinctura ſulph.* valde laudatur, It. *Extr. balſamo ſulph.* Item *tinctura tartari* egregie valet, *Spir. tri* optimum remedium, *Agricola comm. in Poppium p.* 59.416.462.804.

Quinta eſſentia mellis optimum remedium, *Idem tr. de melle p.* 97. In dolore colico, præſertim circa ventriculum vexante, conferre dicunt juſculum *ex amygd. d. ſucco cum granis aliquot piper. longi ex vino Hippocr. pauco. Ballonius* 1. *Epid. p.* 98. *Stercus bubulum* in juſculo datum, expreſſum, & adhibitum juvat. *J. C. Baricellus. H. G. p.* 76.

Efficaciſſimum remedium prædicant quod ex *fimo columb. albo cum aqua* ad dimidias cocto, addito *ani-ſi fem.* percolati ſucci unc. ii. potui dentur. *Al. Benedictus l.* 19. *c.* 24.

Novi quendam qui *ſpiritu baccar. ſambuc.* tanquam Gorgonis obtruſo capite dolorem colicum ſibi familiarem brevi ſpatio diſcutit. *Martinus Blokkvitzius anat. Sambuci, l.* 3. *c.* 22.

Lapis Gagates ℨj. pondere ex *vino* hauſtus 7. diebus integre ſanat: *Anſh. Boëtius h. lap.* Juſculum *cum allio & ol. olivar.* calide bibatur cum vini parte dimidia. Sæpe expertum eſt; *P. Borellus.*

Aqua mercurialis exhibita radicitus tollit Colicam; ſic paratur, *Mercurius* primo reducitur in aquam, in hujus aquæ dimidiam partem Mercurium crudum & purgatum infunde, qui etiam in aquam convertitur.

Item *ſpiritus tereb.* ad gtt. 12. vel 13. præſtantiſſimum medicamentum. J. Th. de *Bry Introd. in vit. Philoſ.*

Ego maximos inteſtinorum & ventriculi cruciatus hoc ſanavi.

℞. *ſumm. abſint. Pontici, chamom.* āā. *p.* j. *thuris albi* ℨj. *coqu. in* q. *aqua, colat. unc.* iiij *adde ſyr. chamom. vel matricar.* m. pro ij. dozibus: *Crato. Ep. Med. l.* 4.

Sæpiſſime à me expertus eſt ſequens Pulvis cum vino albo.

℞. *Cinnam.* ℨiii. *galangæ, calami arom.* āā. ℨi. *baccar. lauri* ℨiß. *cumini* ℨii. *c. c. uſti* ℈ß *ſem. rutæ* ℨß. *aniſi, fœniculi* āā. ℈ v. *caryoph.* ℨß. *f. Pulvis. adde dianiſi* ℨiß. *ſacch.* ℥v. ℈ij. *f. Tragea. Crato conſ.* 165.

In Colica & Iliaca plurimum valet *Extr. calam. aromat. ad* ℈i. cum ſyr. aliquo. *Idem.* Nihil aliis remediis juvantibus *rad. imperator.* incidi, & cyatho *vini* impoſui, & quotidie ante cœnam hauſtum dedi, & cœperunt dolores conquieſcere. *Idem conſ.* 170.

Oleum *heder. terr.* tam potum quam clyſmate injectum ad Colicos & cæteros dolores inteſtinorum ſedandos mirificam vim obtinet, *Cl. Deodatus Panth. Hyg. pag.* 158.

Secretum *Joſephi Judæi*, Ollam fictilem *abſinthio* minutim conciſo imple; *vini optimi* menſuræ m. ij. affunde, 24. horis macera; hujus macerati ſucci menſuram unam in aliud vas effunde, reliqua ad focum coquere ſinito paulatim: aliquam portionem reſervati liquoris affundendo, donec totum vinum coctione ſit abſumptum; reperies *pulverem rubeum* ollæ parietibus adhærentem quem abrade, & de eo tribus mane diebus, quantum [illegible] in apice capitur cum vino generoſo ſumitur. Tollit omnia tormina. *Idem ibid.*

Per os magno adjumento datur *album* quod in *ſimo gallinaceo* reperitur ex vino optimo. *Crato.*

Ad dolores ſiſtendos, & [illegible] ſtinorum tollendas plurimum facit *ol. amygd. du*[illegible] *vel in deco*[illegible] *juris pulli vel piſorum ſumptum.* [illegible] *Dravitzius Tr. De ſcorbuto* 1. *S.*

Quinta eſſentia [illegible] mira quadam facultate colicos dolores citiſſime ſanat: In[illegible] geſtans ſecum hoc arcanum vaſe aliquo vitreo bene clauſo impoſitum, nunquam affligetur ventri & inteſtinorum dolore: *Joh. Pet. Faber Myr. Spag. lib.* 1. *c.* 16.

E[illegible] *cera* Colicos dolores cum *ſpiritu vini* ſumpta mirabiliter ſanat, dozis gtt. xii. vel *aqu. cinnam.*

Idem Curat. 23. Pro ſecreto video commendatum auxi[illegible] um de *ſpongia roſ. ſylv. ſi* ℨß. in vino propinetur.

Aqua item ex *fol. nicotian.* infuſæ in *vino*, *& aqua vitæ*, ſed majori cautione debet propinari ad ℨß. in jure ovis, & in febris abſentia; *G. Caldera Illuſtr. & Obſ. Med. p.* 278.

Qui Colica graviter decumbit accipiat cochlear. 2. vel 3. vini, additis guttis vi. vel vij. *ol. menthæ diſt.* & miſtum calide; ſuccurrit quamprimum adjumento ſæpe manifeſto. *Andreas Libavius Pr. Alchym. p.* 76.

Colicus dolor *urina pueri impub.* ℥vi. pondere cum *melle deſpumato* potis calide curatur.

Remedium expertum, Bibat 8. vel 9. guttas *fellis galli vet.* cum *vini generoſi unc.* ij. Loco *Galli* utere quocunque *animalis felle: Zacutus Pr. adm. lib.* 2. *Obſervat* 30.

Pulvis ad Colicam infallibilis.

℞. *Cancror. n°.* 100. Coque in patella nova in furno, extracto pane, ſed ne comburatur, f. Pulvis, Doſis à cochlear. j. ad ij. vino bono dulci, ſenſim dolor ſedabitur. *Orthelphus Maroldus Pr. Med. p.* 227.

Singulare medicamentum, ex membrana aut tunica illa lutea ſubamara quæ *nucleum nucum juglandium* arctiſſime inveſtit paratur, & pondere ℨj. propinatur cum vino calido: *Simon Pauli Quadr. Bot. p.* 99.

Leporis ſtercus cum vino ſolutum & potum deſperatos colicos ſedat: *Joh. David Rulandus Ph. N. p.* 147.

Decoctio ungulæ caballinæ cum aqua vel vino totiſſimum eſt medicamentum: *Calcaneus porci* aduſtus donec albeſcat, tritus & bibitus confert in Colica flatulenta, in quo inveni experientiam mirabilem. *Gul. Varignana ſecr. ſr. l.* 15. *c.* 1.

Stercor. gall. pars alba pulv. cum aqua flor. triniz. vel anagall. exhibita, præſertim infantulis præſentaneum eſt: *Arn. Veickardus Th. Pharm. p.* 257.

Raphani cortex exterior, ſeu craſſa pars abſcecta valde probatur, ſi cum *oleo & pipere, ſale & pauco aceto* in acetariis uſurpetur. *Arn. Weickardus Th. Pharm p.* 257.

Herba quinquefol. exſiccata, pulveriſ. cum *vino generoſo ad* ℨij. bibita, præſens remedium eſt.

Plerique *nuce moſchata*, oblunga, quæ ardeat, & in vino albo extinguatur, ejuſmodi vino bibito, feliciſſimo ſucceſſu convaleſcunt. *M. Ant. Zamara Antr. Mag. Med. p.* 1. *pag.* 20.

42. *Cinnamomi*) Cujus ſtillatitium liquorem ex ipſis floribus, vel corticibus nondum exſiccatis, vi ignis extractum Coli dolores ex cauſa frigida provenientes illico lenire ſæpe expertus tradit *Garcias ab Horto.*

43. *Seminibus aniſi, fœniculi*) De efficacia iv. ſemin. calid. dictorum vide §. *ut ſunt.*)

44. *Ad præſervationem*) Indicatio Præſervatoria, in paroxyſmorum intervallis tantummodo locum habens, morbi procatarxin, proinde ut dolorum inſultus raro aut nunquam poſtea redeant, præſentem tollendam ac futuram inhibendam molitur; Quorum gratia *ſanguis & liquor nerveus*, ne materiam morbificam gignant, depurari, ac in debita craſi conſervari, atque *cerebrum & abdominis plexus nervei*, ne illum prompte nimis

ſuſcipiant, corroborari debent.

Propter hos fines victus ratione inſtituta *vere & autumno.* ſolemnes Medicinæ curſus meantur, *Vomitio* ſi congruat, in hoc caſu nunquam omittatur, qua nempe viſcerum *emunctoria* inanita *ſanguinis & liquoris nervei* recrementa, ſecus materiam morbificam auctura, uberius excipiant; Inſuper & plexus nervei, parteſque omnes ſuccutiuntur adeo, ut nihil in mineram morbi ceſſurum ibidem ſtagnare aut aggeri ſinatur: *Purgatio* per ... aut IV. vi..., ... in debitis intervallis; item in conſtitutione calidiori *phlebotomia* celebrentur: Inſuper remedia *alterantia*, ac imprimis *chalybeata*, quando à catharſi vacat, horis Medicis quotidie ſumantur.

Præ cæteris autem quibuſcunque remediis *Acidulæ minerales ferratæ*, æſtivo tempore per menſem epotæ, juvamen maximum conferre ſolent: Verum cum iſtæ propinantur, ſedulo cavendum eſt ut bene & celeriter per urinam aut ſedes reddantur; ne forte ſi in corpore diutius morantur, ni caput aut pedes incurrendo (uti crebro aſſolet) vertiginem aut podagram inducant. *Willis.*

44. *Ad præſervationem laudat*) Laudatur & *Decocti Galli veteris* in aqua cum braſſica jus bibitum, alvum movet, cui propter flatus tantillum *ſem. carvi vel fœnic. addi poteſt*, Vel ſic.

℞. *Gallum antiquum agitatum prius & caſum, antequam jugulatur*, dein eviſceratum & infarctum ſequentibus prius inciſis & confractis, *mentha, majorana, thymo, ſatureja, ad m. ij. flor. chamom. roriſmar. ad p. j. ſemin. aniſi, fœnic. carvi ãã. ʒß. rad. galangæ, vel acori veri* ʒiii. *polypod. querci, ſennæ mundat. ãã.* ℥j. *tartar. vini albi* ℥ß. *ſalis gemmei vel comm. q. ſ. decoqu. in aqua ea arte ut in aſthmate dictum ad conſumptionem medietatis*, coletur, De jure bibatur poculum. *Platerus.*

45. *Clyſterem ex decocto Veronicæ*) *Crato lib. 1. Conſult. 10.* nam, *inquit*, *veronica* à proprietate colicis medetur.

46. *Veronica*) Recte *decoctum veronicæ ex vino cum myrrhæ* ʒß. per ſuperiora inchoantibus & urgentibus doloribus datur, *Crato conſ. 169.*

47. *Extra*) Quoad Externa, inprimis in uſu ſunt Litus ex Oleoſis *Ol. aneth. chamæm. rutac. laurinum*, Item *Olea deſtill. lauri juniper. rutæ, cortic. aurant. macis &c.* v. g.

℞. *Ol. laurini commun* ℥ß. *caſtor.* ʒj. m. illinatur umbilico, imponendo laterem calefactum, Eſt egregium. Vel

℞. *Ol. chamom. aneth. ãã.* ʒiii. *deſtill. chamom.* ℥ß. *cumini, rutæ, angelica ãã.* ʒß. *miſce.*

Pertinet huc inprimis *Galbanetum Paracelſi*, nobiliſſimum in *Colica convulſiva*, umbilico illitum: Cujus loco *Oleum ſaponis* commode adhiberi poteſt ad guttas iii. vel iv. umbilico illitum; Nempe diſſolvitur *ſapo in ſpiritu vini ad mellaginem, maſſa cum calce viva deſtillatur* & cohobetur aliquoties: Quod ſi non ſemper in promptu ſit *Galbanetum* iſtud nobile, etiam *oleum deſtillatum ſuccini*, vel ſolitarium, vel cum *oleo ſpicæ* mixtum commode ſubſtitui poteſt: Hinc & *Emplaſtr. de Galbano* matricale uſitatum, malaxatum cum *ſ. q. olei ſuccini*, applicatur regioni umbilicali. Vel

℞. *Galbani in aqua vitæ diſſoluti* ʒij. *ol. chamæmel, macis ãã.* ℥ß. *croci gr. vj. m. f. Lanim.*

Empl. etiam ex *gummi tacamahaca. vel g. caranna* opportune hic ſubſtitui poſſunt. *Paracelſus* feliciter uſus fuit *zibetho* umbilico illito, Vel ſubigatur *zibethum* cum *oleo nuc. moſch. expreſſo*; adde parum *olei deſtill. macis, & illinatur umbilico.* Vel

℞. *Balſami zibethi Minſichti* ʒj. *illinatur umbilico ſucce...e.*

Talium loco & *Balſamum Apoplecticum cum oleo deſtillato macis* acuatus umbilico applicari poteſt. *Etmuller.* Axungia *...is ſylv.* umbilico illita mox ... dat Colicam. *Agricola in Poppium pag. ..9. Eſſentia Libe...* ſingulare arcanum ſi gr. j. umbilico illinatur, ſtatim ceſſat dolor. *Idem.* Vidimus placatum dolorem adhibito umbilico modico Empl. cauſtico & quaſi eſ...haram faciente, & intus foras evocante. *Ballonius 1. Epid. p. 23.*

Emplaſtr. in torminibus ventris celebre.

℞. *Empl. de bac. lauri, de melilot. ãã. unc. j. m. f. maſſa cum ol. chamom. & rutæ. Crato. conſ. 165.*

℞. ... *galbani, elemi, hederæ, ol. laurini, ... q. ſ. deſtilla & ſeorſim ſerva primam aquam, deinde ol. clarum, tertium craſſius.* hoc muſculis abdominis applicat, & hic reliquias morbi feliciter diſcutit. *Idem conſ. 72. in Scholzii conſ.*

Præſtans ad Colicam *Balſamum, ſi ex galbani* ℔ß. *& olei tereb. clari miſtura* deſtilletur oleum, cui dein *affunde olei lavend. unc. j.* repetatur diſtillatio, qui balſamus affuſo *ſpir. vini* aliquandiu ſi circuletur evadit præſtantiſſimus & penetrantiſſimus, cum oleo *ſaponis* ... admixtis pauculis *ſpir. camphorati* guttis umbilico illinendus, *Joh. Freitagius Aur. Med. c. 24.*

Hoc Empl. ego in praxi valde proficuum expertus ſum.

℞. *Empl. de baccis lauri* ʒvi. *ungu. de arthan.* ʒiii. *nitri* ʒj. *ol. ſuccini* ʒß. *m. f. Empl.* Fr. Hofmannus in m... p. 268.

Ex flor. narciſſi maceratis in *oleo olivarum*, paratur efficax *ol. narciſſinum*. cujus uſus in Colica, tam foris illitum quam per clyſterem injectum *Pet. Laurenbergius Appar. Plant. l. 1. c. 18.*

Cauterio ventri affixo ex toto ſuccumbit Colicus dolor, *Zacutus Pr. adm. l. 2. obſ. 32. 33.* Experimentum *Carpi* optimum, *Stercus murium cum oleo olivar.* ad formam caſtaneæ redactum, umbilico ſuperligetur, *Ort. Maroldus Pr. p. 227.*

Nos ſæpius experti ſumus *ol. baccar. lauri, aut cortic. aurant.* cum vino per expreſſionem factum, quo facto per breve tempus ægri dolore ſedato ſomnum capientes convaluere, In dolore à pituita vitrea, *Dom. Panar. Pentec. 2. obſ. 8.*

In colica pituitoſa remedium efficaciſſimum ſupra quam dici poteſt, ait *Galenus*, malagma hoc eſt.

℞. *Ceræ, picis liqu. aridæ ãã* ℔j. *ſulph. vivi, alumin. ſciſſ. nitri rub. ãã.* ℔ß. liquanda liquentur, arida contundantur, m. f. Empl. *Euſt. Rudius art. med. libr. 2. cap. 28.*

Fimus qui invenitur in ſtabulis jumentorum, magis putridus ubi mingunt, torrefactus & appoſitus dolori cum oleo frixo, dolorem mirifice ſedat. *Ster...* ...lidum cum *ſevo hircino* diu teratur ...tur pulvis *picis comm.* miſce, tepidum impone, mirabilem effectum habet; *Joh. D. Rulandus Pharm. nova p. 40.*

Cerefolium catapl. modo appoſitum inſignis eſt virtutis. *Schroderus Pharm. ... p. 287.*

Remedium paſſim uſitatum in omnibus doloribus ex frigido humore & flatibus, Accipiunt *fila cruda, cinere querceno* condiunt, & affuſa aqua coquunt, leviter expreſſum applicant: *Solenander Sect. 3. conſ. 25.*

48. *Zedoaria*) Carminativum eſt egregium, flatuum reſolutivum, & quod præmiſſis præmittendis tam in ſubſtantia quam tinctura, & inde parato extracto eſt nobile. *Etmuller.*

Diæta.

Diæta cauſæ contrarietur, *Omnis humidus victus, ait* Trallianus, *Colica ab obſtructione à duro ſtercore laborantibus conveniet, maxime ille qui ventrem ſubducere creditur:* Commendatur *veteris galli decoctum*: Jubet autem

tem ven[illegible] [illegible] replere *ſale & anethi coma*, & conjectum in aqu[illegible] tamdiu coquere donec omnino diſſolvatur: Ju[illegible] etiam vin[illegible] [illegible]ctoriam augere *polypodio* adjecto & *vino* modico [illegible]atum addere.

Fons Diæreticus il[illegible]s qui[illegible] d *pituitoſam & flatulentam* colicam ſunt pro[illegible]niſi, ut c[illegible]us bene muniant, neque *aeri* frigido, præſertim nocturno nudum exponant injungit: In quibus autem *inflammatio*, vel *calor p. n.* urgent, acrem his contrarium, ſive natura talis, ſive arte fuerit commendat; Eadem contrarietas, & quidem moderata, in *Cibo & Potu* obſervetur, neceſſe eſt; Ideoque in *Flatulenta Colica* cibi condiantur diſcutientibus *ſem. aniſi fœnic. co. ſac. arant. &c. Allium* vilioris ſortis hominibus relinqui poterit: Vitentur alimenta flatus excitare apta nata, *lentes, piſa, caſtanea, poma, perſica, uvæ* aliique fructus horæi facile fermentiſcibiles, horumque in locum [illegible]bi *d*[illegible] [illegible] [illegible]gantur. *Potus* ſit [illegible] Uſu vini Hun[illegible]atici Nobilis quædam vidua à Colica, (quam nec clyſteres, nec anodyna. & narcotica, interna & exte[illegible]na tollere valuerant) tandem liberata eſt: *V. Miſc. C. Anni 4. p. [illegible]9. Rubrum vinum* eo quod adſtringat, fugiendum eſſe monent Medici; id quod tamen de *vino rubello* bene maturo [illegible]lligendum erit: Fugiat æger *cerevisiam* [illegible] *mustum &c.* Pauperes aquam fontanam cum *ſemine f*[illegible]*uli* & a[illegible] decoquant.

Quod ſi *humores* peccant *biloſi* vi[illegible]e inferius [illegible]06 Diæta) Si *vermes* ſint in culpa, piſcibus lacti[illegible]s & leguminibus erit abſtinendum, potuſque *anthelmintici*, *e.c. flores hyperici &c.* infundentur [illegible] Præſente vero *inflammatione Vinum* plane exulet, ejuſque in locum *decoctum refrigerans* ſubſtituatur oportet, *Somnus* quovis mo[illegible] c[illegible]nvenienti conciliandus: *Alvus* lubrica ſervanda, *Animi pathemata*, præſertim vehementiora vitentur &c. *L. Stranſſius.*

Ruſticus qui *vinum* emerat *aromatites* ad hilaria celebranda, curatus fuit; Vina autem hæc vel *ſacchar.* vel *mel* ad deterſionem. *Hippocraticum* vero *vinum*, cinnamomum, piper, zinziber, grana paradiſi recipit, quare non debet eſſe mirum ſi his remediis curetur: Curavi alium ruſticum *brodio* quod ex *allio* contrito in mortario, & *oleo*; nam quæcunque incidunt & attenuant, diſcutiunt, ob id curant, *Rondeletius de med. int. p. 195.*

Differentiæ.

[49] *Differentiæ* vel à parte ipſa, vel à [50] cauſis ſumuntur.

I. Alia eſt, [51] *Totius inteſtini*, in qua [52] dolor eſt circa utrumque ilium, & infra ventriculi prope umbilicum regionem, quæ etiam eſt periculoſa.

Alia *Partis*, In qua, [53] ſi *Principium* urgetur, [54] dolor in ilio dextro affligit: ſi *Medium*, [55] in ſiniſt o ſe oſtendit: ſi *Finis*, umbilici regio à ſiniſtro proxima dolet, minus periculi propter clyſterum acceſſum oritur, ſed *nota*, interdum ilium, eum dolore ſupra umbilicum in hypochondriis affici.

II. Alia eſt [56] à *Morbis*, ut

1. [57] *Vermibus*, quorum ſigna & curationem vide ſuo loco.

2. [58] *Inflammatione inteſtinorum*: quæ ſuperius deſcripta eſt, & [59] eſculentis aut poculentis calidioribus irritatur, periculoſa eſt, [60] quia materia impacta, tranſitumque in ileum minatur: inprimis ſi urina ſupprimitur.

3. [61] *Calculis*: [62] de quorum cura alibi.

[63] Alia ab *Humoribus.*

1. [64] *Craſsis & viſcidis*, [65] *inter inteſtinorum tunicas hærentibus*, [66] quæ ex eo

Cognoſcitur, quod dolor pali infixi ſpeciem, ob tunicarum violentam eo loci diſtenſionem exhibeat, nec ructibus vel flatibus emiſſis demulceatur, & [67] ipſum inteſtinum, quod [68] à pituita vitrea fit, corrodatur.

Oriuntur in primis in illis qui crapulæ & otio dediti ſunt, & in quibus bilis, expultricis ſtimulus ad ea loca non defluit.

[69] In *Curatione* [70] nota, 1. Clyſteres [71] fortiores, à principio injectos & [72] iteratos, quod materiam agitent, ſed non educant, nocere magis quam prodeſſe: [73] poſtea admiſceri illis unc. ii. ad iv. *aquæ benedictæ* poſſe. [74] Laudatiſſimus in principio, qui componitur ex *brodii carnis pingu. lib. j. mellis deſpumati* unc. iiſ. *ſalis gemmæ, dr. iſ. tartari albi dr. iii. olei chamomill. anethi ana unc. iſ.*

2. [75] Non utendum [76] in attenuatione inſigniter calidis, ne materia ſubito reſoluta flatus multiplicentur.

3. [77] Ad attenuandum & diſcutiendum [78] valere *Oleum zedoariæ* à gutt. iii. ad ſcr. j. ſæpius exhibitum, *marrubium album*, [79] *decoctum veronicæ*, oleum *Corticum aurantiorum* ad gutt. iv. [80] cum vino exhibitum. *Mali* decoctum cum ipſorum furfuribus per clyſterem injectum Proſpero maximè laudari, quia refrigerat, ſiccitate ſuperfluam humiditatem abſumit, & diſcuſſoria palearum facultate diſſipat. [81] Diſcutit & [82] *balneum* [83] *aqua dulcis*, cui [84] *flores chamomillæ & grana juniperi* incocta.

4. Si dolor perſeveret, [85] ad ſicca fomenta tranſeundum, quibus id quod liquatum & attenuatum erat, exſiccetur & diſcutiatur.

5. Ab [86] *Agarico*, ob metum vomitionis, quæ tum minime tuta, abſtinendum.

6. [87] Vbi [88] mitiora [89] purgantia prodeſſe nolunt, [90] *Eſſentia trochiſcor. alhandal.* cum *vino malvaſico deſtillato* extracta, & *Spiritus vitæ aureus Rulandi* ab unc. ſ. ad unc. iſ. ad ſummum, [91] exhibenda.

7. [92.] Ab *Opiatis* in totum deſiſtendum,

8. *Salam* laudare *Tartarum crudum* à dr.IV. ad drach.VI. in juſculo: alios *globulum anticolicum Keſleri*, de quo part.1.p.108. agit.

II. [93.] *Acribus biloſis* & [94.] *ſcorbuticis* per tunicas & vaſa ſeſe moventibus, qui

[95.] *Cognoſcuntur* ex dolore acuto, ſiti, oris amaritudine, urinis rubicundioribus, vomitibus æruginoſis, doloribus in toto corpore vagis, vigiliis, licet à primo clyſtere fæces ejiciuntur, poſtea tamen nihil ferè evacuatur [96.] ſæpe conjunguntur febres terrianæ, duplices, nothæ. Familiaris eſt regionibus in quibus vina ſulfurea & tartarea bibuntur, ut Moraviæ, Franconiæ, Sileſiæ.

In [97.] *Curatione* nota, 1. Colicam ab iſtis cauſis [98.] diuturnam eſſe, & [99.] multis recidivis ægrum affligere ſolere.

2. Humores iſtos ad articulos miſſos arthritidem; ad dorſum dorſi dolores; ad nervos paralyſin excitare.

4. [100.] *Extracto Rhabarbari*, vel *hiera picra*, [101.] cum refrigerantibus, ne calidirate officiant, miſtis, [102.] optime deturbari.

5. [102.] Si dolores poſt evacuationem durarint, [103.] *malvaticum* cum [104.] *oleo amygdalarum dulcium* bene exhiberi.

6. *Lac* calidum [105.] in clyſteribus etiam dari cum *melle mercuriali* poſſe.

7. [106.] In Diæta, *cucurbitæ fructus*, naturali quadam proprietate, ei adverſari.

III. Alia eſt à [107.] *Fæcibus duris & retentis*, de quibus ſuperius; & in quibus, in principio ab omnibus purgantibus per ſuperiora exhibitis, ne excrementa moveant, abſtinendum, [108.] *Aurum fulminans* à gr.iij. ad v. in vino.

IV. Alia à [109.] *Flatibus* [110.] *in cavitate contentis*, [111.] exitu carentibus, qui [112.] *cognoſcuntur* ex β. γ. [113.] ventris tenſione, rugitu, murmure, quæ in flexu ſiniſtri lateris ſe produnt.

[114.] *Oriuntur* [115.] inprimis à cibis fermentationem humorum producere aptis; quales ſunt fructus fugaces, uvæ, muſtum, cereviſia recens vel fæculenta &c.

In [116.] *curatione* obſerva: 1. Curam à clyſteribus Anodynis & emollientibus inchoandam eſſe.

2. [118.] Si hi nil proſint, laxans aliquod ex *manna, oleo amygdal. dulcium*, & [119.] aliis in juſculo pingui exhibendum.

3. [120.] Hinc [121.] diſcutientibus utendum. [122.] Laudantur intra [123.] *clyſter* ex *vini malvatici* [124.] *& ol. nucum* ana unc.iij. *Aqua vitæ* unc.j. *ol. Iunip.* & *Rutæ* deſtill. ana dr.ij. compoſitus, & calidiſſimè applicatus, [125.] ſolentque iiſdem addi [126.] *Oleum nucum jugland Elixir vitæ Matthioli*, [127.] *Theriaca, Mithridatium, ſtercus capræ, urina pueri impubis*, [128.] *caſtoreum* &c. [129.] Mixtura ex [130.] *ſpiritus vini & ſpir. nitri* ana dr.ſ. vel ſcr.ij. in aqua communi tepide exhibita. [131.] Tincturæ *cortic. aurantior.* cum ſpiritu vini extractæ, cochlear. unum. [132.] *Sperma ceti* cum ol. *amygdal.* dulcium, vel *cryſt. nitri* ſcr.j. & *ſalis gemmæ* gr.ij. ad *ſpermat. ceti* dr.iſ.

[133.] *Extra* Gummi *tacamahaca & caranna* umbilico impoſitum [134.] Balſamus *Antapoplecticus* cum gr. j. vel altero *Zibethi*, &c. [135.] Clyſteres ex *fumo tabaci* præſentiſſimum remedium.

V. Alia eſt *Exquiſita*, de qua hactenus dictum.

Alia [136.] *Notha*, cujus cauſa [137.] vel in peritonæo, vel in membranis, quæ abdomini ventriſque partibus obtenduntur, hæret.

[138.] *Cognoſcitur* exinde, quod dolor ſit graviſſimus, & admodum diuturnus, ac [139.] neque clyſteribus, nec medicamentis, neque ſomentis, neque iis remediis quibus, quivere ſunt colici dolores, deliniuntur, deliniri poſſit: & quod diuturnis febribus, aliiſque bilioſis morbis, quorum eſt difficilis ſolutio, ſuccedat. Natura quippe, c riſin noxiique humoris depulſionem in alvum molita, quum nuſquam evacuandi viam promtam & expeditam nanciſcitur, illum è venis & viſceribus in membranas ſæpe avertit, ubi dolores exſurgunt priore morbo graviores.

Obſervatum à *Fernelio* & *continuas* & *tertianas*, ſæplus *quartanas* febres hiſce doloribus finiri, qui diu circuitu certo exacuebantur, paremque acceſſionum ordinem tenebant. Vide de ea *Matthæum Martini* de morbis Meſenterii.

VI. Alia eſt [140.] *quæ ad pareſin tendit*, [141.] quam *Palmarius Syrupo ex vini albi unc.* VI. *aquæ roſar. unc.* ij. *pulver. alarbazi, ſeu antimon. præpar. dr.* j. *cinnamomi electi dr. iſ.* per noctem infuſis, & per inclinationem colaris, additis ſacchari unc.VIII. compoſito, doſis ab unc.ß. ad unc.) poſt hauſtum *juris pulli* tollere ſolebat.

[49.] *Differentia*) Sumuntur etiam à *ſpecie doloris*, Colica *humeroſa* doloribus variis, & pro cauſarum afficiendi modo [illegible] affligit; Hinc dolor in humoroſa eſt nunc *fixus* ſeu *perterebrans*, nunc *pungens*, nunc *diſtendens*, nunc *rodens*, nunc *contendens*, nunc *gravans*, nunc *pulſans*.

Terebrans do[illegible] *us*, quando ſcilicet inteſtina uno qu[illegible] videntur. Ori[illegible] *à muſculatine* [illegible] ca[illegible] mina o quo [illegible] loco hæ[illegible] in [illegible] olo, ſub hypochondrio dextro ve[illegible] in [illegible] cellu[illegible] aptum invenit diverſorium: Et h[illegible]c dolor eſt [illegible] qui *Hypoc[illegible]driacos* non raro ve[illegible]t, Et eſt dolor Colicus à mate[illegible] viſcida aci[illegible]a.

Dolor diſtendens, & quaſi *diſrumpens*, oritur freq[illegible]ntius *à flatibus* qui oriuntur ex materia v[illegible]a per [illegible]mentatione[illegible]o am ab acido productam: Et h[illegible]c dolor *à flatibus* eſt [illegible]nus [illegible] frequentioribus C[illegible]cæ [illegible]dis: Semper [illegible] eſt concurrat [illegible]orum *ſpaſmus*, nunc in uno quodam loco fixus, nunc hin[illegible] inde *vagus*, c[illegible]ne flatibus exitus inte[illegible]cip[illegible]tur, qui alias d[illegible]d[illegible]ta porta exitum inven[illegible].

4. Dolor [illegible], c[illegible]nus eſt *contundens*, ori[illegible]r ex *muco copi*[illegible] *ido* abſque ac[illegible]onia, in quadam parte infixo, [illegible] præt[illegible] im *pituita vitrea* ſimplex dolorem talem inf[illegible]t. Quæ *pituita*, ſi parum fit *acida*, ſive ex vitio ſto[illegible] ex[illegible]tio pancreatis, præter gravativum dolo[illegible]m, [illegible] uni[illegible]rt contundentem.

Dolor *Rodens à ſal*[illegible] *acri*, quaſi muriatic[illegible], vellicante, arrod[illegible]te & [illegible]dicante inteſtina.

Dolor *Pul*[illegible]*ans* ex [illegible]rtarum eſt ſpaſmo, & frequenter inflammation[illegible]m com[illegible]tur, ut patet ex inflammato digito propter infixam ſpinam, in quo mox pulſans arteriarum dolor percipitur. Præterea tamen & [illegible]ud quodvis inimicum objectum gravius inteſtinum quod[illegible] in loco quodam v[illegible]cans, facile ex ſupervenien[illegible] [illegible] arteriolarum dolorem pulſantem inferre poteſt. *Etmuller.*

49. *Differentia ſumuntur vel (&c.)* Sumuntur ratione modi quo ægros afficiunt Dolores varii, (*qui & ad dignotionem cauſæ & partis affectæ conferunt*) alias enim cum *ardoris* ſenſu, alias cum *frigoris ſenſu* id accidit: alias eodem in loco ſunt *fixi*, pat[illegible] tem *perterebrantes* quaſi: alias *Vagi* & cum *lancinationibus* per intervalla utplurimum repercutibus: *Pungentes*, ſive eandem tunc partem identidem afficiant ſive diverſas petant; alias *Diſtendentes* ſunt, & tota inteſtina, vel abdomen ſimul *expandentes* alias *rodentes* aut *urentes*, alias cum *lacerationis*, vel *contorſionis*, vel *contuſionis*, vel *gravitatis*, vel *pulſationis* &c. ſenſu ægros angunt. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 14.*

50. *Vel à cauſis ſumuntur*) Colica vel *humoroſa* eſt, vel *convulſiva*, Nam ut ſemper *tormina à ſpaſmis inteſtinorum*, vel in toto vel in parte oriuntur, tamen quatenus vel à contentis humoroſis in inteſtinis hærentibus occaſionaliter provitantur, vel quatenus ſine his, ipſorum nervorum ad inteſtina diſtributorum vitio ſpaſmodice excitantur, ita dirimere licet. Colica *Convulſiva*, cum dolore contorquente, lacerante, lancinante, & abdomen nunc contrahente, nunc in duritiem rend[illegible]te nunc vago, nunc quodam in loco fixo, à *convulſione* equidem oriri certiſſimum: *Convulſiva* hæc Colica eſt iterum vel *Accidentalis*, vel *Habitualis*.

Accidentaria eſt, quæ à cauſa evidenti ſolitaria, ſine certa in corpore prædiſpoſitione ad Colicam oritur, & iis qui nervos ſenſi[illegible]iores obtinent, inprimis moleſta eſt, ideoque frequenter à cauſa externa, vel aliena excitatur, & ſic per conſenſum frequentius inteſtina affligit; Talis eſt v.g. *nephritica, dolores parturientium*, aut qui poſt partum affligunt. *Habitualis* eſt illa quæ certam in corpore rad[illegible]catam diſpoſitionem agnoſcit &c. *Etmuller*: De hac vide §. *Acribus*, *bili*[illegible] *& ſcorbuticis*.

50. *Differentiæ vel à* [illegible] *ſumuntur*) Ratione cauſarum diſtinguit *Willis* Co[illegible]n in *accidentalem*, quæ propter inteſtina contentis acriori[illegible]us irritata infertur;

& habitualem de qua §. [illegible] interdum materia quæ Colicam ex[illegible] al[illegible]gna, & Colicam peſt[illegible]le[illegible]m[illegible] Colicam peſt[illegible]ntem in Italia exo[illegible] nonnullas Provincias infeſtaſſe.

[illegible] *Vel à cauſ*[illegible] *ſumuntur*) Quæ vel *internæ* ſunt; quæ te[illegible] in inteſtinorum c[illegible]n[illegible]is [illegible]unc in conſiſtentia adhuc forma permane[illegible] in hal[illegible]us flatulve prius mutatis: *Externæ*, & [illegible] [illegible]atæ ſive [illegible]unæ [illegible]olorum inteſtini bortorum cauſæ v.g cul[illegible]itui, ut in eo de quo meminit *Jac. Rothius* Miſ[illegible] obſ. 179. Ut & quæ intra corpus admiſ[illegible] s haberi poſſunt quatenus contenta ſe ad[illegible]ceunt, ac unacum ipſis dolores pariunt. *Sylvius de le Boe l. c.*

Colica Maligna.

[illegible] *Vel à Cauſis*) *Colicæ cauſa nonnunquam maligna eſt*, unde *Colicæ mentionem facere* hic allubeſcit, quam non raro Medicos quoſdam cum plurium interitu maligniter decepiſſe ex non contemnendis exemplis compertum eſt, Quum enim tunc ea ſaltem adhiberentur quæ ſedare, aut mitigare Colicam paſſionem atque materiam peccantem, unde hoc malum oriri vulgo creditur educere alioquin valent, Ex adverſo autem iſta quæ mal[illegible]nitatis rabiem ſtrenue compeſcunt, ac putre[illegible] [illegible] [illegible]io reſiſtunt, penitus negligerentur, [illegible] [illegible] den[illegible] inſidioſa illi malignitas ſubitaneo [illegible]mque vitalium occupans obruenſque imperato [illegible]omnium cum ſtupore adſtantium, ſos penitus vita ſpoliaret.

Signum malignæ hujus Colicæ, ſalutis publicæ cauſa, non reticebimus, quod ſubita virium proſtratio, & ma[illegible]quinis pu[illegible]u[illegible], cum primis vero ophiliorum anticolicorum ſedul[illegible] [illegible]hibitorum fruſtraneus uſus bona fide nobis præbere, & malignitatis inſidias ſubeſſe, haud fallente indicio, ſed fideliter nuntiare ſolet.

Unde autem *Maligna Colica ortum ſuum* habere ſoleat, inquirendum: Nempe ad doctrinam *Kircheri*, Philoſophi acutiſſimi (cujus de Pe[illegible] ſcrutinium conſulatur) huc provocare lub[illegible] qui ut omnes malignantis naturæ morbos à v[illegible]ol[illegible]ta ac peregrina; [illegible]ut excellentioris mali ſæpe put[illegible]dine, quæ cum tempore animat[illegible] in v[illegible]noſam quanda[illegible], atque effluviorum ſeu atomorum quaſi inſenſibilem ſobolem degenerat, pendere aſſerit, ſic idem quoque ſtatuendum eſſe de Colica malignantiæ[illegible] intrepide affirmamus. Quum enim Vermium Lumbricorumque ſoboles, quæ non raro etia[illegible] Colicam parere ſolet, ex immunditie putr[illegible]ſcente [illegible]oquin [illegible] inteſtinis familiariter oriri ac cumulari, ut notum eſt, conſueverit, Cur non aliæ [illegible]iam Vermiculorum ſpecies pro corruptæ, ſeu [illegible]ruptioni obnoxiæ materiæ gen[illegible] aut ſingulari humorum dyſcraſia progenerari hic poterunt? Igitur infauſtam ejuſmodi ſeturam, licet [illegible] nibus noſtris imperviam, in inteſtinis quandoque ſuccreſcere poſſe non dubitantes dicimus, quod illa venenoſa maſinata ab exi[illegible]a & peculiari putredine nata, quæ ſua natura admodũ viſcida ſunt, tunicis inteſtinorũ tenaciter adhærendo; vel [illegible]nam lente hinc indeſerpendo exquiſita roſi[illegible]e, morſione ac punctione ſenſatiſſimas haſce partes impenſe vell[illegible]ent lancinentque, ut horrendo & ineffabili dolore, aliiſque atrocibus ſymptomatis, nunc concurrentibus aut ſupervenientibus Colica maligna afflatum non raro ad ultimum vitæ exterminium diſponere videantur, ſicuti etiam non paucos hoc morbo, quod in tempore malignum vivumque hoc ſeminium extingueretur, & ferocia mal[illegible]ntis decenter non edomaretur, malignis modis intereuſſe notamus. *Chr. Langius Path. Anim. cap. 50.*

Utiliſſime exhibetur *theriaca ad ʒß. inſtillando gtt. iij. vel iv. olei ſulphur. aut ſpir. nitri:* vel *aqua theriacal.* Tinctura *Bezoart. D. Michaelis; flor. ſulphur.* quorum uſus in hoc caſu, imo in quavis colica ſummis extollitur laudibus, bezoartica alia &c. *Idem.*

51. *Alia eſt totius inteſtini &c.*) Ratione loci affecti Colica modo *ſuperior*, modo *inferior*, modo lateralis eſt, prout materies morbifica aut in meſenterii parte modo hac, modo illa, vel in aliis abdominis plexibus defigitur. *Willis.*

52. *Si principium urgetur &c.*) Dolores Colici licet non eandem in omnibus ſedem habeant, ſed modo ſub ventriculo, modo circa umbilicum, aut hypochondria, quandoque in hypogaſtrio, aut verſus lumbos maxime deſæviant, attamen quoties in eodem ægrotante repetunt, eundem ſæpiſſime focum obſervant, *Willis.*

53. *In qua ſi principium*) Vide ſupra §. 1. *Symptomata Inteſtinorum ſunt Iliaca, Colica.*)

54. *Dolor in ilio dextro*) Afficitur Colon nonnunquam per eſſentiam, præſertim circa regionem inteſtini *Cæci*, in *Coli* principio, non longe à valvula, vel potius membraneo circulo: in latere dextro: Concluſæ hoc in angiportu flatuoſæ fæces tenſionem excitare dolorificam non raro ſolent. *Strauſſius.*

55. *In ſiniſtro ſe oſtendit*) Rarius in ſiniſtro latere Colicum adverti dolorem non pauci ſtatuunt, & dudum multos hunc in ſiniſtris contingere prorſus ne[illegible]ſſe author eſt *Galenus 6. loc. aff. cap. 12.* Interim in ſiniſtra parte dolores Colici ruſticum cujus *Schonfelder Cent. 1. hiſt 38.* meminit, magis affligebant, Quinimo dolores Colici utplurimum in ſiniſtro latere ſub coſtis mendoſis exoriri & exacerbari pluries ſeſe obſervaſſe teſtatur *Hildanus Cent. 1. obſerv. 58.* idque propter Coli in ea parte anguſtiam, quam primus animadvertit. *C. Bauhinus.* Strauſſius.

56. *Alia eſt à morbis*) Dantur & aliæ Colici doloris cauſæ, ſed minus frequentes, nimirum *calculi* in inteſtinis geniti, & *lumbrici* glomerati inteſtina obſtruentes *compreſſio inteſtinorum* à tumoribus vicinarum partium; Vel anguſtia ab *inflammatione*, aliiſque tumoribus inteſtinorum, vel *contorſio* eorundem à flatibus excitata, quæ via eſt ad Iliacam paſſionem: Omnia denique corpora dura, inteſtina obſtruendo, vel diſtendendo, Colicum dolorem efficere valent, ut calculi in inteſtinis geniti, nuclei ceraſorum magna copia ingeſti, caſeus durus & ſimilia: Sic refert *Platerus* Præfectum quendam Colicis doloribus diu vexatum, convulſionibuſque laborantem, poſt clyſmatum uſum, caſei indurati magnam copiam per alvum rejeciſſe, qui per longum tempus in inteſtinis hæſerat, eo quod antequam ægrotaret, eo ſeſe immoderate repleverat. *Riverius.* Vide §. *A rebus continuum.*

57. *Vermibus*) De Lumbricis conſtat magno numero quandoque excretos fuiſſe, & ceſſante poſtmodum moleſtia, undenam hi cruciatus fuerint oborti ſatis ſuperque indicaſſe: *Hildanus Cent. 1. obſ. 57.* refert à puella, graviſſimis doloribus vexata, poſt Clyſteris uſum, excretum fuiſſe globulum Vermium pugni magnitudine, ultra lxx. lumbricos adeo intricatos & conglomeratos complectentem ut ſeparari vix potuerint. *Coberus* xx. vermes maximos rejectos obſervavit, ſtatim ceſſantibus torminibus. *Strauſſius.* Vide inferius de *Colica maligna.*

58. *Inflammatione inteſtinorum*) Videntur non tantum inteſtina, ſed & aliquando meſenterium in cauſa eſſe, præſertim vaſcula ſanguinem ſuccumque nervoſum advehentia, dum enim atterioſus ſanguis propter obſtructionem glandularum vaſcula minutiſſi[illegible]a non poteſt p[illegible]t, ac per conſequens non [illegible]tum inteſtina, verum meſenterium, *inflammatione* primo, deinde gangræna [illegible]lo obduci debet, atque ſic deinceps fit cum ill[illegible] quæ [illegible]nguinem ſuum exantlare non poſſunt. *Step[illegible] Blancardus [illegible] Med. novus* §. 2[illegible]

58. *Inflammat[illegible]ne inteſtinorum*) Colica atrocior, & plurimum inmani[illegible], cujus cauſa inteſtini cujuſdam inflammatio aut abſceſſu eſt, *paſſionem Iliacam* plerumque lethalem inducit. *W[illegible]ſ.*

5[illegible] *E eſculentis ac potulentis*) Quando à phlegmone, eryſipelate, ecchymoſi, dolor eſt ſemper in eodem loco; primo autem hic ſolet eſſe rigor, & de dolore magno conqueruntur, poſtea modo rigor modo febricula.

6[illegible] *Quia materia impacta*, Quæritur *an habeantur Anticolica, qua vel externa inunctione, vel per os aſſumptione, in momento dolores tales ſedare queant certo experimento* Reſpondemus multos dolores Colicos à flatuum vel fecum obſtructione ortos interdum ſponte ceſſare *repagulis ruptis & fecibus* loco motis: In momento enim mutatio hæc fieri poteſt: Dolorem autem à contumaci fecali obſtructione non ſemper cedere etiam potentiſſimis auxiliis anticolicis experientia quotidiana teſtatur; Nullam etiam reſtitutionis ſpem in his, ſed ſolis in clyſteribus & purgantibus locamus: Nobilis 36. annorum Colicis cruciatibus creberrimis infeſtatus, à quibus neque diæta, neque pharmacia liberari præſervarive poterat, incidit in dyſenteriam ferinam plurium ſeptimanarum ſpatio durantem, prodibant mucoſa, ſanioſa, ſanguinoleta liberali flumine: Sanitati reſtitutus nunquam ultro Colicæ cruciatibus exponebatur; Remedium gravius videbatur morbo, ſed morbus gravior ſalutarem adhibuerat morbo manum levior: Sine dubio hæc co[illegible] ab anguſtia introitus in Colon exorta fuerat; eroſis & ſpanoſis redditis viis liberiori ſequebatur ſemita.

Inde interrogati, An ad præſervationem Colicæ, ſimul à cauſa ortum trahente, liceat purgantibus mercurialibus, ex *præcipitato, turbith*, erodendi vim ſimul habentibus uti? Adnuimus, coaleſcunt enim ulcera inteſtinorum facile. *Rolfincius.*

61. *Calculis*) Craſſa ſubinde & lapidoſa materia . inquit *Bartholinus Cent. 3. Hiſt 75.* inteſtinis impacta ita diſtendit membranoſas illorum tunicas, ut hinc dolores Colici acerbiſſimi inſurgant, Negat quidem *Aleſicus de Taranta* lapides in inteſtinis generari poſſe, non pauci tamen apud Practicos occurrunt ægri qui calculos, proculdubio in inteſtinis hærentes excreverunt, illiſque excretis à ſæviſſimis torminibus liberati ſunt. Vide *M. Donatum l. 4. cap. 30. Horſtius lib.* [illegible] *obſerv 4[illegible]. Ben. ſilvaticus centur. 3. conſ. 6. Rhodium centur. 2. obſervat. 7[illegible]* Strauſſius.

61. *Calculis*) Quorum materia eſt mucus inteſtinorum nimius, ſalſus, qui à calore exſiccatus in lapideam duritiem abit. Præterea mucus facile in pi[illegible]m vitream mutatur, obſervatum enim eſt non tantum pituitam vitream, ſed in ipſum vitrum eſſe mutatum. *Walæus in Praxi.*

62. *De quorum cura*) A *Calculis* inibi contentis nonnunquam exoritur Coli dolor, quo in caſu valet Aqua menſe May confecta.

℞. *Amygd. dulc. Perſic. trit. n°. 50. ceraſor. ſylv. tantundem, flor. ſambuc.* ℥vj. *vini opt. Cret.* ℔iv. *omnia, commixta, in unumque ſubacta, & diebus tribus in vaſe vitreo, locoque humidiori ſervata deſtillato, ſtillatitiumque liquorem vitrea pyxide ſervatum, panno lineo, oleo & cera obturato menſibus tribus Soli exponito.*

Uſus hora ſomni ℥ij. *vice ſingula diebus tribus* Antonius Fumanellus.

Colicum dolorem à *Calculis*, inteſtinorum anfractibus adhærentibus obortum cum communibus nihil proficeretur *Emulſio terebinthinata* cum *decocto Foreſti* parata,

parata,& *ſucco* tatti acuata, injectique *clyſteres ex ſagapeno & bdellio* in decocto emolliente diſſoluti, parati, feliciter ſuſtulerunt in fine, ex pluris quatnordecim, avellanam mediocrem adæquantibus, ac muco viſcoſo oblinitis calculis. *V. Mitell cur. Anni 8. obſ 70.*

⁶⁴· *Alia ab humoribus*) Differentias Humorum venatur *Franc. Sylvius* a doloris modo, Sic Dolorem *Ardentem* utplurimum ortum habere putat à *Bile pinguiore*, cum ſucco Pancreatico acidiore potenter ac vitioſe efferveſcente, ſicut notum ſpiritum vitrioli, oleo terebinthinæ effuſum, efferveſcentiam excitare cum ingenti calore & ardore conjunctam.

Eundem *Dolorem Ardentem* produci putat ſanguinem aut in vaſis inteſtinorum capillaribus ſtagnante, aut iiſdem poſt diſtenſionem ſummam ruptis effuſo & *inflammationem* pariente, accedente tunc manifeſta circa partem affectam pulſatione.

2. *Algentem*, frigoreque gravi moleſtum dolorem deducit à *ſucco pancreatico* valde acido & acri, cum bile minus pingui vel pauca, vel pituitoſis humoribus ſimul obruta efferveſcente, ſicut obſervamus ſpiritum vitrioli ſali volatili cuivis, non tamen oleoſo, affuſum, efferveſcentiam excitare cum notabili algore ac frigore copulatam. Spiritus acidi operationem in frigore producendo multum à pituita promoveri docet experientia. *Æſtus* à prædicta efferveſcentia vitioſa pendens imprimis ac fere tantum in *regione lumbari* ſentitur, ubi confluxus eſt bilis & ſucci pancreatici.

Frigus autem in loco non raro inde remotiore, urget, quando pituita multa viſcida obducta eſt pars inteſtini ſuperior, quæ munit quidem contra moleſti frigoris ſenſum partem quam tegit, non frangit autem aut impedit actionem ſucci pancreatici per ſe frigus parientis, enervat vero & obtundit oleoſitatem & acrimoniam bilis, cui tanquam primariæ cauſæ calor debetur, quoties pituita hæc ad bilis exitum occurrit copioſa vel viſcida, Prout igitur inteſtinum tenue magis vel minus copioſa viſcidave pituita eſt obductum, ita in loco prædictorum humorum, confluxui remotiore aut propinquiore calor ſrigusve ex ipſorum efferveſcentia obortum ſentitur.

3. *Dolorem* quaſi *perterebrantem* ac *fixum*, adſcribit Succo pancreatico multum acri, viſcidæque pituitæ immiſto, vitreæ dicto; perterebrationem pituitæ acidæ, viſciditatem fixitati comiti. Ubi aciditati acerrimæ ſucci pancreatici, auſteritas jungitur, oriri ait *contorſionis* ſenſum in parte: A copioſa viſcidaque pituita *Dolorem cum gravitatis* ſenſu; Ab eadem in flatus rarefacta, *Dolorem Diſtendentem*.

4. A ſucco pancreatico acidiore dominante vitioſecum bile efferveſcente excitari halitus acres, inteſtina hinc inde pungentes, unde dolores *Lancinantes* & *Vagi*.

5. A *Bile acrimonia ſalina* peccante, & cum ſucco pancreatico humorem ſalſum rodentem conſtituente, *Dolorem obſcure urentem ac rodentem*, id quod in Coryza patet, in qua humor acido ſalſus per nares ſtillans rodentem dolorem facit.

6. *Contundentem* dolorem deducit à pituita multa acido ſucco pauco juncta: 7. *Lacerantem*; & ſine ardore partem rodentem ſucco acido puriore, nec à bile aut pituita temperato vel fracto.

⁶⁴· *Alia ab Humoribus*) Colica *biliosa, pituitoſa* aut *atrabilaria* dicitur, item vel *ſimplex* vel *ſcorbutica*, ratione ægri temperamenti, & valetudinarii ſtatus, Non quod humores iſti imaginarii *Colicam* per ſe excitent, ſed juxta corporis affecta diſpoſitiones, ſymptomata variari faciunt. *Willis.*

⁶⁴· *Craſſis & viſcidis inter inteſtinorum*) Seu ſordibus mucilaginoſis & viſcidis, iis ſcilicet quas vulgo *pituitam vitream* nominant, *Paracelſus* vero in ſenſu latiori *Tartarum ſecalem & mucilaginoſum*, quod ſuoco illi qui in vino doliorum parietibus adheſcit, quodammodo ſimilis, & acidū ſubtile coagulans pedes, podagræ ſit primordium appellitat: Producuntur autem hæſoides in nimia copia, modo ab alimentis difficulter digeſtibilibus, viſcidis &c. modo à fermento ſtomachico deficiente in digeſtionis negotio & loco chyli volatilis ſalſi, liquamen viſcidum, tenax, mucilaginoſum, & utplurimum vitioſe acidum producente: Interdum ex inertia, ſeu deficiente acrimonia ſucci pancreatici & bilioſi, non abſtergentium nec reſolventium mucum inteſtinorum ſuperfluum: Ab his & ſimilibus cauſis paſta craſſa, viſcida, ac tenax, ſæpius acida & pontica generatur, ventriculi, & primario inteſtinorum lateribus agglutinanda & infarcienda.

Vidit *D. Pencerus* in Italo quodam Colica conſumpto diſſectoque, totum Colon pituita obductum, relicto ſaltem foramine digiti craſſitie: Hæc pituita ſi ſimul, id quod utplurimum contingit, vitioſo acore, ſive ex ſtomachi errore, ſive ex ſucci pancreatici vitioſo acore omnibus partibus membranoſis hoſtili, inquinata, ac in Colo, præſertim ſub ſiniſtro hipochondrio collecta fuerit, fixum, continuo lancinantem, & quaſi aculeis pars perforaretur, atrociter pungentem, apto vocabulo terebrantem appellarum infert: *Etmuller Diſſert. de Dolor. Hyp. p. 13.*

⁶⁴· *Craſſis & viſcidis*) Poſt Colicam paſſionē cujuſdā diſſecto cadavere inteſtina inflata ſunt reperta, ac humore glutinoſo intus obducta: Huic morbo acidum originem præbere ex doloribus lancinantibus liquet, &c. Ex glandulis inteſtinalibus humores glutinoſi ſequeſtrantur, qui adeo tenaciter inteſtinorum lateribus adhærent, ut vis præterlabentibus cibis atteri queunt; *Steph. Blancardus Idea Med. N. §. 26.*

⁶⁴· *Craſſis & viſcidis*) Colicus dolor ſymptoma eſt quod ſequitur continui ſolutionem, quæ fit à *diſtenſione celi*, aut *frigida intemperie*. Intemperies autem frigida fit à *pituita vitrea*, aliiſque pituitæ ſpeciebus, quæ lentore ſuo ita inteſtinis adhæret, aut frigiditate ſua ita lædit, ut inteſtinum perforari videatur, & dolor fixus eſt in una parte inteſtini, qua nota diſcernitur ab ea quæ fit à flatibus diſtendentibus inteſtina, & à multitudine alterius pituitæ. *Rondeletius. Pract. libr. 1. capite 25.*

⁶⁴· *Humoribus craſſis & viſcidis*) Humores craſſi, viſcidi & pituitoſi, tunicis inteſtinorum impacti, ejuſmodi dolorem efficere poſſunt, tum mordendo, ſi acrimonia quadam aut ſalſedine prædıti ſint; tum refrigerando partem, quæ conſequenter conſtrictionem & divulſionem patitur: Ita *Galenus* de ſeipſo narrat, ſe dolorem colicum acerbiſſimum parientem, pituitam vitream actu frigidam excreviſſe; Tum denique flatus emittendo, qui facile ex humore craſſo viſcido, ac lento, à calore debili elevantur. *Riverius.*

⁶⁴· *Craſſis & viſcidis*) *Non ſolum ab his*, *ſed* & ab humore bilioſo, cujus ſal mordens eſt, cujus particulæ cum recipiuntur in poros, per quos tranſire non poſſunt, concutiuntur, reciprocantur, & aliquamdiu ſervantur in illis poris, & ſic fibrillas nervorum vellicando, lædendo & rumpendo dolorem non exiguum producunt: Vel etiam fieri poteſt ut particulæ recipiantur in poris ut inflammationem quandam efficiant.

Hic dolores atrociſſimi primo leniendi ſunt, & impetus humoris acris infringendus, per *tincturæ opii* cochlear unum, ut ita inducias habeat æger & Medicus tempus lucretur ad bilem educendam: Hinc lenis Purgatio inſtituatur cum *extr. rhei ad gr. xxv.* Poſt ſudoriferum detur ſimul nonnihil anodynum.

℞. *Bezoart miner. ad gr. xviii. croci gr. vi. camph. ad gr. iv. laud. op. ad gr. ij. aq. card. ben. ℥ii ſyr. papav. ℥ß. Potio,*

Oleoſa hic valde ſuſpecta ſunt, quia bilem augent (*& poros obſtruunt*) nam oleoſa frixa valde acria fiunt.

Frigida hic non proſunt niſi nitrata ſint. quia poros magis claudunt.

Cremor hordei, qui valde emollit, hic valde utilis eſt.

Extrema animalium viſcoſitate ſua acrimoniam temperant, ut & omnia acida. *Craanen Prax. Med. reform.* c. 84. vide §. *Acribus biliofis.*

65. *Inter inteſtinorum tunicas*) *Vt plurimum in Cavitate inteſtinorum malum hæret*, præſertim in inteſtino Colo, quia ibi ob valvulas copioſas, humor acris non poteſt ita locum ultro citroque mutare.

Sæpe etiam malum hæret intra tunicas, & tum dolor eſt pertinaciſſimus: Plerumque adeſſe ſolet vomitus, à quo ſi dolor non levetur ſignificat humores acres eſſe etiam tunicis impactos, *Craanen Prax. Med. Reform. cap.* 83. Vide inferius §. *Acribus biliofis.*)

Forte non tantum inteſtina ſunt in cauſa, ſed & meſenterium aliquando, præſertim vaſcula ſanguinem advehentia, dum enim arterioſus ſanguis propter obſtructiones glandularum vaſcula minutiſſima non poteſt penetrare, ſubſiſtit non tantum intra inteſtina, ſed & ipſum meſenterium.

65. *Inter inteſtinorum tunicas*) Advertendum eſt diligenter flatus illos aut humores, non tantum in cavitate inteſtinorum reſidere, tunc enim facile excluduntur ab evacuantibus, detergentibus & carminantibus medicamentis, ſed plerumque ipſis inteſtinorum tunicis infixos eſſe, unde fit ut non tam facile avelli poſſint, morbumque longiorem & contumaciorem efficiant, qui remediis non ita facile oppugnari valeat: Sic humores craſſi, pituitoſi, aut melancholici, per *vaſa* inteſtinorum in eorum ſubſtantiam ſenſim ac paulatim confluunt, & non ſtatim dolorem efficiunt, donec ſufficienti copia cumulati naturam irritent ad expulſionem, ſicque commoti & exagitati dolorem inferunt; Vel flatus ex ea elevantur, qui inter inteſtini tunicas concluſi eas diſtendunt ac divellunt; facilemque exitum non invenientes dolorem inferunt diuturnum; Bilis etiam eodem modo per venas inteſtinorum, in eorum tunicas effuſa, iiſque imbibita, dolores acerrimos excitat, qui diuturni ac contumaces eſſe conſueverunt, quia difficillimo negotio ab inteſtinorũ ſubſtantia avelli poteſt. *Riverius.*

Willis dolorem Iliacum potius quam Colicum excitari à materia intra tunicas concluſa exiſtimat, vide §. *Cauſa eſt quicquid.*

66. *Quæ ex eo cognoſcitur*) Mucilaginem ponticam, acidam, pertinacius coli cellulis in ſiniſtro hypochondrio adhærentem eſſe cauſam hujus doloris ex eo fere patet, quod dolor ſit perterebrans, fixus & fere continuus: Quod adſit ſenſus contorſionis in iſto loco admodum doloroſus, & punctiones continuatæ: qui dolores ſi fuerint graviores, ſubinde & reliquis inteſtinis, & meſenterio per conſenſum affectis per totum abdomen ſucceſſive, & hinc ad lumbos detorquentur, Eandem ulterius manifeſtant ciborum faſtidium, ſingultus vomituſque pituitoſi, ætas conſiſtens, crapula frequentior & alvi reſeratio ſine doloris remiſſione. *Etmuller.*

66. *Quæ ex eo cognoſcitur*) Si dolor fiat à Pituita non adeo vehemens, niſi flatum habeat adjunctum, qui ex iis locis in quibus continetur nequeat erumpere, tunc enim graviſſimi dolores fiunt, modo in una parte, ac ſi illa terebra, vel infixo palo perforetur, modo in pluribus, ſi flatus ille divergetur, Ægri à calidis juvantur, à frigidis læduntur: Præceſſit victus ratio pituitæ generandæ idonea, urina crudior & albidior interdum eſt, Non tamen perpetuo, quod juniores & inexpertos Medicos fallere ſolet, interdum enim etiam in Colica pituitoſa, ac flatulenta urina flava ac rubicunda apparere conſuevit, ob vehementem dolorem, qui ſpiritus & humores in venis & arteriis contentos incendit & inflammat: Quod adnotavit *Avicenna Fen.* 13. *l.* 3. *tr.* 5. *c.* 11. Non oportet, *inquit*, ut decipiatur aliquis per id quod forte de ſiti & inflammatione & rubedine aquę, ut exiſtimet quod ægritudo ſit calida, illud namque eſt commune omnibus. *Riverius.*

Si à *Pituita vitrea*, ſentiunt frigus, proſtratus eſt appetitus, vires dejectæ, nulla excretio, ſine febre, parum aut nihil exit. Huic vitio maxime obnoxii ſunt qui crapula laborant. Nihil habet peculiare, ſed ſemper in eodem ſtatu permanet. *Walæus.*

67. *Ipſum inteſtinum, quod à pituita vitrea fit corroditur*) Obſtructis inteſtinis ac excrementis viſcoſis ac tenacibus, itemque acidis, ingentes & valde atroces fiunt dolores, qui Colici dicuntur, quod ſolum iſtud inteſtinum occupent exagitentque; aliquando etiam Iliaci vocantur, ſi ileum inteſtinum infeſtant: Fiunt hi dolores omnes à craſſis illis viſcoſis acidiſque excrementis, quæ parietibus inteſtinorum adhærentia temporis diuturnitate acrimoniam & pungendi facultatem acquirunt, tandemque ipſum inteſtinum ulcerant, unde ſpiritus innatus, horum inteſtinorum patitur ſtatim, & iſtam ulcerationem perſentiſcit. *Petr. Joh. Faber Path. Spag. c.* 50.

Viſcidæ, tenaces ac glutinoſæ impuritates excrementitiæque humiditates, quomodo in inteſtinis coacervari ac p. n. retineri queant, jam declaratum (*Vide capit. de Anguſtia Inteſtin.*) Sicuti cognovimus (*ibidem*) mucilaginem hanc fæculentam, ſi prætereà incarceretur & facto moramento juſto diutius retineretur, certiſſimam inquinatæ putredinis ac fermenti vitiati labem contrahere, atque ſic aciditatem & acrimoniam valdopere mordentem lancinantemque, cujus vehementiam magis exquiſitus corruptionis putredinisque gradus efficit, acquirere, Imo igneam, cauſticam & corroſivam poteſtatem, vehementer corruptis excrementis, quorum natura alioquin valde ſulphurea ac ſalſuginoſa eſt, induci poſſe, Neotericorum non pauci oſtendunt.

Eo autem gravior acerbiorque tunc contingere cruciatus ſolet, quo mucilago illa excrementitia, quæ vitiato hoc fermento admodum imbuta eſt, acoremque illum indubitato incluſum habet, tenacius inteſtinorum tunicis adhæſerit: Hinc patet cur ex doctrina *Helmontii*, fermentum vitiatum, ſeu corruptivũ, in inteſtinis ſit torminum mater, & cur in iiſdem acor ſuccreſcens tantopere hoſtilis evadat, atq; Archeum ad Colicæ fabricam excitet, Imo *fermentationis natura* hic accuratiꝰ ponderanda eſt ut Colicæ nativitas hinc clarius deduci queat.

Ideo fermentationem vinoſam generare fuligines, effluvia ac ſpiritus vitioſos excrementitioſque, Archeo noſtro inimiciſſimos, & vitali partium quarumvis, atque ſic per conſequens inteſtinorum quoque privilegio valde exitioſos, hactenus nobis innotuit; Ex hoc ipſo fundamento, *Helmontii* verbis manifeſtum lumen accedit, dum ſtatuit Gas, ſeu ſpiritum ſylveſtrem, fracidum ac furioſum (qui ex fermentationis vitioſæ familia oriundus eſt) ſuæ putredinis ardore impenſius vellicando fodicandoque Colicam producere; & inteſtinorum Archeum in motum furoris efferare; Cæterum an ulceratio inteſtinorum, unde horum quoque dolorem provenire refert *Faber* ad Colici affectus, quatenus nempe talis eſt, conſiderationem ſit trahenda, nobis non videtur, ſed potius ad Dyſenteriam hanc doloris immanitatem, quæ hujus præcipuum eſt ſymptoma referendam, adeoque Dyſenteriam cum Colica haud confundendam exiſtimamus. Forte Author ſequutus eſt *Celſum*, quem Dyſenteriam vocula torminum indigitaſſe legimus. *Chr. Langius Path. Anim. c.* 50.

68. *Quod à pituita vitrea fit*) Dubium nullum eſt ſi ſanguis extrema viſciditate ac tenacitate ſit inquinatꝰ, quia ſubitaneam & vehementiſſimam obſtructionem parere poſſit; Hanc excrementi ſpeciem *Venenum glaciale* appellavit *Petr. Joh. Faber Path. Spag. cap.* 71. *de Apopl.*

Sic

Sic omnimodo ſe rem habere, vel ex praxi noſtra evidenter nobis conſtat, dum provocato vomitu apoplecticos feliciter ex faucibus mortis eripuimus magnam & mirandam hujuſmodi, ſumme viſcidi, ac veluti gypſei, ſeu glacialis phlegmatis, aut vitreæ mucidæque gelatinæ, ſperma ranarum omnino referentis, copiam per vomitus iteratos educendo &c. *Chr. Langius Path. Anim. c. 8.*

Ex glandulis inteſtinalibus *quandoque* humores glutinoſi ſequeſtrantur, qui adeo tenaciter inteſtinorum lateribus adhærent ut vix à præterlabentibus cibis atteri queant &c. Hinc inteſtinorum eroſiones ſæpe fiunt. *Steph. Blancardus Idea Med. §. 26 & 27.*

68. *A pituita vitrea)* *Galenus 2. loc. aff. c. 2.* humores frigidos & craſſos præſertim accuſat, & ſuo ipſius exemplo id confirmaturus meniini, *inquit*, mihi accidiſſe dolorem vehementiſſimum, ut mihi videter ventre infimo terebra perforari. Additque *oleo rutac.* injecto excreviſſe ſe magno cum dolore χυμὸν τὸν ὑαλώδη à Praxagora appellatum, quippe qui vitro fuſo, tum quoad colorem, tum quoad ſubſtantiam ſimilis exiteiit.

68. *Quod a pituita vitrea fit)* Vel à ſucco Pancreatico valde acido, unde *Algentem* dolorem) *vide ſuperius*) *Perterebrantem, fixum &c.* deducit *Sylvius l. c.* quem ſic curandum præcipit, Algens, *inquit*, ac cum moleſto frigore urgens dolor curandus temperando ſucci pancreatici aciditatem nimis acrem ſale lixivo tam fixo quam volatili, adeoque ipſo ſpiritu volatili, ut & oleoſis & aqueis, quorum plura ſimul miſta plus præſtabunt: Conducet *ſpiritus vini aromaticus* quivis; utpote ſale quoque volatili & oleoſo præditus, *Aqua theriacalis* quævis cum ſpiritu vini parata, ab opio enim vitioſum ſuccum temperandi vim obtinuit. Valent *Coralia margaritæ, oculi cancr. antimon. diaphor.* &c. quæ omnia plus præſtabunt ſi ad ſudorem corpus componatur, hic blande propellatur: Ideo

℞. *Aq. fœnic. theriac. ſimpl.* āā. ℥ß. *ſal. abſynth.* ℈j. *ocul. cancr.* ℈ß. *ſyr. card. ben.* ℥ß. *f. doſis.* Si dolor valde urget adde *laudani op. gr. j. in lecto* expectando ſudorem, & eodem aſſumpto vel foco aſſideat, vel in lecto apte tectus ſe contineat æger ut ſudor erumpat.

Urgente valde dolore adde *laud. gr. j.* Cui ſudare moleſtum ſumat ſubinde cochleare hujus miſturæ, donec dolor aut frigus remiſerint.

℞. *Aqu. menthæ* ℥ij. *vitæ matth. vel Tinct. cinnam.* ℥ß. *laud. op. gr. ij. ol. garyoph. gtt. iij. ſyr. v. rad.* ℥j. *m.*
Urgentibus doloribus Evacuantia nulla conveniunt; Vomitoriis, niſi ſponte procedat vomitio, abſtinendum. Et tunc quoque ſemper addenda quæ Acidum temperent, juſcula pinguia &c. Purgantibus locus temperato prius humore acido, aut concurrente ſimul bile & pituita copioſa, non tamen valde viſcida.

Curabitur *Dolor Perterebrans fixusque* temperando tum acrimoniam ſucci Pancreatici acidam, tum viſciditatem Pituitæ; valent *aromatica, galbanum, ſagapenum, bdellium, ammoniacum, opopanax, myrrha, maſtiche* &c. ſal volatile quodvis, præſertim oleoſum, *oleum c. c.* ingratum ſed hic efficax remedium. In affectu rebelli ac duplicato hoc humore debellando, valet *Balſamus ſulphuris aniſatus, ſuccinatus juniperinus. &c.* conducit *ſpiritus vini* quilibet *aromaticus*, addito ſi vis oleo aromatico, imo *Opio, laudano opiato.*

Si placet Decocti forma ℞. *Cortic. rad. leviſt.* ℥ij. *lign. guai.* ℥ß. *raſ. ejuſdem* ℥iij. *ſaſſafras* ℥ij. *bacc. Lauri* ℥ß. *ſem. ſiler. mont. fœnic. d.* āā. ℥iii. *coq. in ſ. q. aqua, In colat.* ℔xl. *diſſolve ſyr. Byzant.* ℥iv. *ſpir. vini rect.* ℥ij. *miſce,* Si quis hoc Decoctum ſimul purgans velit, incoque *pulpæ colocynth.* ʒj.

Ad ejuſdem *Pituitæ vitreæ* ulteriorem correctionem valent hæ Pilulæ,

G. Galbani aceto ſcyll. ppti ℈ij. *vitrioli* martis ad *albedinem lente calcinati, maſtiches el.* āā. ℈iv. *caſtor. opt. myrrhæ rub.* āā. *gr. xv. croci orient.* ℈ß. *trochiſ. alhandal.* ʒj. *reſin. jalap. ſcammon.* āā. ℈j. *ol. cort. citri gtt. vi. m. f. Pil. n°.* iij. pluresve, ſumantur in introitu lecti, aut mane, vacuo ſtomacho, ut lente vitioſi humores expellantur.

Cum *Contorſionis* ſenſu *dolor*, à *ſucci Pancreatici auſteritate*, ejuſdem *aciditati* copulata ortus, curandus exhibito ſæpius *ſpiritu ſalis Ammoniaci*, utpote in auſteritate corrigenda multiplici uſu comprobato remedio, ad guttas iij. pluresve, ex vino convenientive miſtura, valet hic *Tinctura caſtorei* ex vino ad paucas guttas, vel ex miſtura conveniente E. g.

℞. *Aqu. pulegii* ℥ii. *fœnic.* ℥j. *Tinctura caſtorei* ʒiij. *laud. op. gr. ij. ſyr. menthæ* ʒvj. Miſce.

Dolor Contundens, Pituita multa, Acido pauco debitus, Curatur minuendo pituitam, temperandoque *Acidum* per *ſpirituoſa*, oleoſa & *Salina*, tum fixa tum volatilia.

Lacerans, & *ſine ardore rodens* dolor, puto, nec à cæteris tracto Acido adſcribendus, Acidum potenter concentrantibus, aut mitigantibus, præſertim opiatis, curatur, ut & aromaticis omnibus, tum ſpirituoſis, tum oleoſis.

68. *Quod a pituita vitrea fit*) Pituita, etſi præcipua à plerisq; doloris cauſa ſtatuatur, tamen non alia quam ea quæ ſumme frigida eſt dolores hoſce procreabit; qualis *vitrea* dicta pituita exiſtit, quæ in inteſtinis nata, illiſque adhærens, cum frigidiſſima ſit, ac ſi ea perforaret ac roderet, doloris ſenſum probet; Reliquæ pituitæ ſpecies cum non tempore refrigerate, aut inteſtina implere, ut diſtendantur poſſint, dolorem nec qualitate ſua aut copia inſignem excitare queunt. *Platerus.*

69. *In Curatione nota*) Colicus dolor à pituita vitrea non curatur niſi poſt multos dies, & poſt evacuationem, & alia multa remedia, quia pituita multum cruda eſt, & multum reſiſtit concoctioni expulſionique. Quare utendum erit fortioribus remediis. Si in principio æger vomat, optimum erit impetum naturæ juvare, larga potione *olei* & vini *malvatici* permixtis aut levi *decoctione aſari*: Si non vomat, optimum erit provocare vomitum, ſi ad id aptus ſit. Poſtea injiciatur clyſter emolliens & calfaciens multum &c *Rondeletius.*

69. *In curatione nota*) Obſervandum ſyrupos, utpote fermentationis moleſtiam mire adaugentes, nobis & ſuſpectos & odioſos eſſe. *Chr. Langius.*

69. *In curatione, nota*) Notandum etiam locum eſſe *Diureticis*, quæ multo commodius quam hidrotica exhiberi ſolent, à quibus cum ſanguis funditur, ejuſque ſeroſitates copioſe præcipitantur, inde morbi fomes præſcinditur, atque maſſa ſanguinea inanita partem materiæ morbificæ excipit, propterea ut reliquiæ ejus facilius diſcutiantur, In hunc finem

℞. *Spiritus tart. optimè rectificati* ℥ß. *detur* ℈ß. bis *vel ter in die in cochl. j.* vel ij. Julapii ſequ. ſuperbibendo *ejuſdem cochlearia v.*

℞. *Aqu. folior. bardanæ, aut ari, aut perſicar.* ℔j. *aqu. flor. ſambuc. chamom.* āā. ℥iv. *aqu. gentian. compoſ. raphani comp.* āā. unc. ij. *ſacch.* ℥vj. miſce.

Eodem modo ac *Spiritus tartari* in juſta doſi exhibeantur, modo *Tinctura ſalis Tartar.* *modo mixtura ſimplex, aut ſpiritus ſalis armon. ſuccinati.*

℞. *Milleped. præpar.* ʒij. *flor. ſal. armon. tartariſati* ʒj. *ol. nuc. moſch.* ℈ß. *terebinth. q. ſ. f. maſſa.*

Formetur in Pilulas, ſumantur tres, vel quat. ſemel aut bis in die ſuperbibendo dozin Jnlapit, vel Aqu. diſtill. ſequ. cochl. v. aut vj.

℞. *Milleped. rec. mundat.* ℔iß. *flaved. ſex aurant. & limon. iv. unc. moſch. n°. vi. minutim conſciſſis adde micæ panis albi vet.* ℔j. *omnibus ſimul contuſis, & probe mistis, affunde lactis rec.* ℔iv. *vini Hiſpan.* ℔ij. *deſtillentur ſ. a. Liquor totus miſceatur, & edulcoretur cum ſaccharo, aut ſyrup. violac. ad placitum.*

70. *Nota clyſteres*) Flatulentæ & pituitoſæ eadem eſt curatio, quæ incipit à clyſtere emolliente, cui poſtmodum ſuccedat carminans & diſcutiens, (*Vide formulam capite de dolore ventriculi*) Si tamen uno aut altero clyſtere alvus non deponat, ut ſæpe contingit, acri ſuppoſitorio provocanda eſt.

Si Clyſteres dolorem non ſolvant, in iis pertinaciter inſiſtendum non eſt, Quidam cum xxx. clyſteres ſine fructu accepiſſet, alius Medicus *manna* unc. iß. *cum ol. amygd. d.* unc. ij. *in juſculo pingui* Gallinæ exhibuit, & ægrum à dolore liberavit. In dolore tamen qui fit à pituita craſſa fortiora medicamenta exhibenda. *Riverius.*

70. *Nota 1. Clyſteres*) *Incidentes* conveniunt in Colica ab humoribus craſſis & lentis, *Refrigerantes* in ea quæ fit ab acribus, biliofis, mordacibus & inflammationem imminantibus, *Emollientes* in fæcibus induratis; *Carminativi* in flatibus, non ſine circumſpectione, nam authore *Galeno 6. loc. aff. c. 2.* hæc ſæpe nocent, *Turius*, inquit, *longiori in tempore percurantur mediocri qui utuntur victu quam qui violenter calefacientibus utuntur: A nullo in ejuſmodi ſuccis magis cavendum quam à calore qui eos liquat, & diſcutere cum eos non valeat in flatum vertit.* Rolfincius,

In Dolore Colico ab humoribus frigidis & acribus Clyſter parari poteſt ex herbis emoll. additis *card. b.* & *radic. helenii acori* & galangæ, in *cauſa acida*, quæ ſuo calore incidunt & attenuant, acidumque enervant, Coctio fiat in *lacte dulci*, addendo ante decoctionem *hordei* ℥ij. *aut* iij. *vitell. ovor. n°. ij. olei fœnic.* ℈ß. vel ol. *rutæ, junip.*

Poſſet etiam addi *ſpir. ſal. armon.* ℈j. *& ſalis card. ben.* ʒß. ſed ſales hi ex hoc clyſtere potius omittuntur, quia adeo non eſt irritandum, aut ad excretionem ſtimulandum, nam nihil mali eſt, licet clyſter in inteſtinis diu remaneat, quia eo magis poterit emollire. *Craanen Pr. Reſ. p. 339.*

70. *Nota 1. Clyſteres fortiores*) Clyſteres fortiores dandi ſunt & in principio, & poſt aliquam coctionem materiæ, *in principio*, quia eſt minuenda magna illa copia recrementorum recti inteſtini & coli; *poſt concoctionem* materiæ, ad eradicationem. In *medio tempore* oportet clyſteres eſſe minus trahentes & magis concoquentes, ut ſi fiant ex decocto *rutæ, pulegii utriuſque, hyſſopi*, aliiſque attenuantibus & calefacientibus: non additis laxantibus, addita magna quantitate vel *butyri*, vel *olei* vel *pinguedinis*, addito parum *mellis vel ſacchari*, ut ſemper aliquid detergatur, Vel ex ſolis oleis & vino. *Rondeletius.*

71. *Clyſteres fortiores*) Validis Enematis ex *hiera ſ. Elect. Indo maj.* aut *Hiera Logad.* paratis pituita in inteſtinis collecta expurgetur, cum enim morbus ipſe ejuſque cauſa in inteſtinis, & potiſſimum colo ſint, nihilq; per os ſumptum, teſte *Galeno v. m. m.* poſſit integris viribus in inferiora pertingere, Clyſter autem quod optamus, ſine ulla moleſtia vel periculo valeat perficere. Quis quæſo tam abſurde judicet ut unum clyſterem cæteris omnibus medicamentis non præferat, præſertim cum quæ per os ſumuntur calidiora ſint neceſſe eſt? *Fienus Phyſiogr. c. 19.*

71. *Clyſteres fortiores*) *Euphorbium* infunditur ad gr. vj. *Lacryma* periculoſæ ob lentorem, quod aliquandiu adhærent & non poſſunt repelli; & occidunt, ut ex morte Nobilis N. id nobis fuit compertum; Nam Pharmacopola cum Medici officio fungi vellet, injecit *ſagapenum, ammoniacum*, & alia diſſoluta, quibus immiſſis ſubito & repente mortuus eſt. *Rondeletius.*

71. *Clyſteres fortiores*) vide ſupra §. 31. *Clyſteribus anodynis.*

72. *Et iteratos*) Referente *Sennerto*, obſervatum cum æger quidam xxx. clyſteres ſine fructu accepiſſet, alium medicum *mannæ* unc. iß. *cum ol. amygd. dulc.* unc. iiß. in juſculo gallinæ pingui exhibuiſſe & ægrum à dolore liberaſſe.

73. *Poſtea admiſceri unc. iij. ad iv. &c.*) In uno illotum (inquit *Riverius*) utiliter adduntur aq. ben. unc. iv. vel colocynth. ʒij. vel iij. in clyſtere emolliente & carminante decoquuntur.

Ego *ſalis tartari* ʒß. vel ʒj. vel etiam tincturam *tartari* ad ℥ij. decocto Emollientium ac carminantium probe mellito valde commixta adjicio, tunc ſumme ſpecificum prodit Enema. *Chr. Langius.*

Si acrius ſtimulanda ſit alvus, *infuſa antimonialia* clyſmatis addenda ſunt,

℞. *Juris piſor.* unc. vii. *aqu. bened.* unc. ij. *vel iij. Elect. lenit.* ʒvj. ad imitationem *Rolandi*, qui tale uſurpavit Clyſma.

℞. *Juris piſor.* ℥viii. *ſach.* unc. ß. *aq. bened.* unc. iß. *ol. comm.* unc. iv. de quo injice quavis hora recrudeſcentis doloris, ſimili clyſmate puerperæ, per 24. dies alvum obſtructam habenti, & ſtercora per os rejicienti, alvus mota fuit. Sed in hoc caſu loco *aquæ bened. extractum eſulæ* addidi. *Etmuller.*

74. *Laudatiſſimus*) *Clyſmata therebintinata* multum commendantur à Deodato in *Valetudinario p. 247.* v. g.

℞. *Urina humana* ℔j. *terebinth. in ovi vitello ſoluta* unc. iß. *miſce.* In ſpecie in colica nephritica utilia ſunt.

74. *Laudatiſſimus in principio*) *Primus* clyſter emolliens erit & fortiter evacuans; ſecundus *diſcutiens* & evacuans. *Tertius* diſcutiens & relaxans. Primus ſic parandus erit

℞. *Rad. biſmalva, lilior. bryon.* ā ā. *quart. j. pulegii utr. marrub. abrot.* ā ā. *m. j. flor. chamom. melilot. ſampſuch. vel anthos vel ſtæch.* ā ā. *p. j. ſem. lini & fœnugr.* ā ā. ℥j. *aniſi fœn. ſeſel.* ā ā. ℥ß. f. decoctio *in aqu. & vino albo.* In unc. viij. diſſolve *bened.* unc. j. *vel* unc. ß. ſi difficilis ſit alvo, vel *Indi maj. vel diaphœn. vel hiera pic. vel hiera colocynth.* tantundem, *butyri ant. vel axungia porci antiq.* unc. *ol. vet. vel aneth. vel rutac.* vel *unicum* unc. iij.

Secundus fiet hoc modo

℞. *Malv. cum rad. biſmalvæ,* ā ā. *m. ii. beton. mercur. origan.* ā ā. *m. j. ficuum paſſul. par. xx. ſemin. lin. fœnugr.* ā ā. unc. j. *aniſi fœnic. carvi* ā ā. unc. ß. *flor. anth ſtæch. chamom.* ā ā. *p. j. f. Decoctio in aqu. & vino,* & diu decoquantur herbæ ut flatus deprimant, *In* ℔j. *diſſolve mellis anthoſ. ſacch. rubr.* ā ā. unc. iij. *bened. vel hiera, vel diaphœnic* unc. *ol. rutac. vel unc.* unc. iii. *m. f. clyſter.*

In hoc Clyſtere plus oportet Decoctionis addere, nam in primo ſufficit unc. viij. injicere ob plenitudinem diſtendentem. Doſis laxantium augetur vel minuitur ſecundum operationem prioris clyſteris & plenitudinem excrementorum; *Sal* in primis clyſteribus addi poteſt ad ſollicitandam expultricem, In ultimis non eſt addendum, quia ſua acrimonia dolorem excitat.

Tertius Clyſter paretur hoc modo

℞. *Apii. petroſel. aneth. cymin.* ā ā. unc. ß. *flor. chamom. melil. ſambuc.* ā ā. *p. j. f. Decoctio in vino & oleo*

oleo antiquo, vel [illegible] *vel* [illegible] *vel nuc. colat.* ℥x. *vel xii.* inj[illegible]antur, [illegible] *hippocrat.* co[illegible] nienſſima ſi [illegible] antur. *Rondeletius.*

[illegible] *utendum* [illegible]) Obſervavi in quibuſdam conſt[illegible] & tempera[illegible], Ep[illegible]themat[illegible] [illegible] applicata, dolores exacerbaſſe potius qu[illegible]. *Willis.*

7[illegible]. *In attenuati*[illegible]) [illegible] adinodum viſcida & glutino[illegible] [illegible], ubi non tam [illegible] da & aromat[illegible], quam potius [illegible] *tran* [illegible] *incidend* & *reſolvend* virtute præd[illegible]; unde tum [illegible] *antic* [illegible] *D.* [illegible] *al.armon* [illegible] propinare [illegible].

[illegible] *Ad* [illegible] *utiendum*) [illegible] remediis omnibus, ægroque debil[illegible] *Aloyſius Mandella* ad decoctu[illegible] [illegible] que eja[illegible] devenit, addito pauco *fœ*[illegible] [illegible] medicamenta, quod *Cinaiaci* vi[illegible] us in[illegible] quam ſublevent, ac qualitate potius c[illegible] quam manifeſta; Abſente febre tertia pa[illegible] addi poteſt. Hoc pacto ab omni [illegible] factus &c. Vide §. *Pulvis Quercetani*)

Semen [illegible] cum *vino* exhibitum ad ʒj. urgente d[illegible], & ſecunda exhibitione [illegible] admovendo ſimul *Cataplaſma* ex [illegible] ℥iij. ſtupis exceptis, ſinapis [illegible] *piper* [illegible] ſubtiliſſime pulver. ana ʒj. *Riverius.*

[illegible] us ex aqua vitæ paratus cum ſaccharo in crudis humo[illegible] [illegible] excitantibus mire contulit. *Ballonius Ep. p. 22.*

Cu[illegible] ſticum *brodio qui ex allio contriso* & oleo fit, nam q[illegible] ique at[illegible] & inciduot, diſcutiunt, ob id cur[illegible], ideo *eryſimus deco*[illegible], quo multos curavi, quod etiam ex *vino* efficaciſſimum eſt remedium. Nam qui *castorei* ex vino bibunt gr. vi. & vini parum, cito curantur. *Caſtoreum* [illegible] & *euphorbium* ſi perſeveret dolor neque moveatur ſuo loco, ad id conferunt, & præ[illegible] tremumque eſt remedium. *Euphorbium* etiam infunditur eadem quantitate. *Rondeletius.*

Per os exhibetur *lac coctum* cum *allio*, quod potens eſt in cauſa acid[illegible], aut pituitoſa ſimul; Eodem in caſu prodeſt *caſtoreum* ex *vino*. *Lac* cum multis *ſambuci flor.* coctum, tempore præſertim matutino hauſtum prodeſt & cum in lecto æger contineatur ad promovendam diaphoreſin. *Sperma ceti* recens, & non rancidum, cum vino generoſo cum ſucceſſu adhibetur. Sequens hauſtus juvat.

℞. *Croci gr. 6. ſyr. papav.* ʒii. *aut* iij. *ſpir. armon. aut ſalis d.* ℈ß.

Hæc poco fortiter debet conquaſſari, & quamvis intime non miſceatur, parum intereſt, nam ſi eo momento quo [illegible] itur fortiter, bibatur, ſatis erit mixta. *Crattnen Pr. Med. ref.*

78. *Valere oleum zedoariæ*) Olea diſtillata inſigniter penetrantia ſunt, [illegible] nihil aliud ſint quam ſalia volatilia ab acido [illegible] ſubpingui in corpus oleoſum concentrata. *Etmuller.*

79. *Veronica.* Cujus cum *myrrha* decoctum in vino multum extollitur. *Etmuller.*

80. *Cum vino*) Vina etiam Purgantia in inteſtinorum morbis utiliſſima ſunt, quibus alvum laxamus, excrementa educimus, & quando denuo conſtipatur eam rurſum ſolvimus, quibus ſi clyſmata reſpuant nihil utilius eſt ad alvum apertam, quod ſumme hic requiritur ſervandam, & cum excrementa rectius & ex magis abditis locis hæc aſſumpta vina quam injecta clyſmata educant, his quoque aliquando in Colicis doloribus ſanandis illa præſcribimus, atque hiſce vinis purgan[illegible] bus, quæ vini cauſa purgantiu[illegible] noxam ab iodunt corrigunt, & ne ventriculo & inteſtinis noceant cav[illegible] potius quam aliis purgantibus utimur. [illegible] nus vero hoc in inteſtinorum doloribus conveniens eſt.

℞. *Rad. gramin. fœnic.* ana ʒ[illegible] *rad.* [illegible] *enula, imper.* ana ℥ß. *cortic. citr. ſicci,* & *herb. ſicc. abſinth.* ana ʒiij. *majorana, calaminth. puleg. chamæp. flor roſm. roſar. r. chamom.* ana ʒii. *ſemin. fœnic.* ʒiii. *carvi, apii* [illegible] ana ʒii. *baccar. lauri* ʒiii. *fol. ſena* unc. ij. *agar. trochi*[illegible] unc. ß. *turpet.* ʒij. (quæ tria vino macerata vini qua ventrem conturbant, amittunt) *conquaſſentur* & *incidantur, addendo vini* ℔iv *vel plus.* & *poſt macerationem aliquam, vel levem decoctionem in duplici vaſe, bibat cum conſtipatio adeſt hauſtum unum.*

Si a bilioſo acrique ſucco provenit, tale competit,

℞. *Rad. cichor.* unc. j. *abſinth.* unc. ß. *violar. bugloſſ.* ana *p.* j. *ſemin. aniſi* & *violar.* ana ʒii. *rad. polypod.* unc. iß. *fol. ſena* unc. ii. *rhabarb.* ʒii. *ſpica* ʒß. infundantur in vini menſura. *Platerus.*

81. *Diſcutit*) Humori diſcutiendo idoneum eſt *Galbanetum* Paracelſi, ſi totus venter eo illinatur, *Crato* ſic parat.

℞. *Gummi elemi, hederæ, galbani, olei laur.* ana *p. æqu. diſtillentur in arena per retortam*, ſerventur ſe[illegible] primum [illegible] qua, 2. oleum clarum, 3. oleum craſſum inſtar mellis, quo imprimis utendum eſt.

℞ *Calami aromat.* unc. j. *galangæ* ʒiij. *flaved. exter. cortic. arant.* unc. iv. *cinnam el. ſemin. aniſ.* & *fœnic.* ana ʒiij. *cumin.* ʒiß. *baccar. junip. rec.* unc. ß *baccar. lauri* ʒiij. *pulver. ſubtiliſſime, infundantur in vini malvat. opt.* ℔vj. *ſtent in infuſione loco calido, per vi. dies, Poſt diſtillentur MB.* Doſis unc. j. præm[illegible] llis evacuationibus,

Ventri admovetur utilit r *gummi Caranna* & *tacamahaca*, Et prius *cucurbitula magna* umbilico affigatur. Etiamſi emplaſtra prædicta ventriculo non admoveantur, omittenda tamen non eſt *cucurbitula* umbilico admota, quæ *Galeno* teſte. dolorem a flatibus excitatum inſtar incanta[illegible] menti d[illegible] cutit.

Si [illegible] ectus ſit diuturnior, *decoct*[illegible] *Guaiaci* per multos dies continuato feliciter curari potent, purgando per intervalla & clyſteres frequenter injiciendo. At ſi colicus dolor fiat a pituita vitrea, decoquatur Guaiacum cum vino, ſicuti uſurpavit *Amatus Luſitanus*, fœlici cum ſucceſſu, curat. 32. cent. 1. *Riverius.*

82. *Diſcutit* & *Balneum*) *Balnea* & *Sudorifica* in doloribus colicis paſſim præſcribi ſolent, attamen, quantum obſervationi noſtræ conſtitit, rarius cum fauſto ſucceſſu. Quippe hæc *ſanguinem* & *humorem nerveum* exagitando, eos plus adhuc materiæ in mineram colicam deponere, quin & materiam ibi depoſitam magis efferveſcere & ferocire faciunt, eamque perraro integre diſcutiunt. *Willis.*

83. *Balneum aquæ dulcis*) Advertendum uſum Balnei non eſſe utilem ei qui ad convulſionem, reſolutionem, aut arthritidem ſit proclivis, nam liqueſcentes & calore Balnei fuſi humores crudi & craſſi, in eas partes imbecillas decumbunt. In hujus periculi metu Fotus adhibendus erit. Cæterum ob id Balneum utilius cenſetur quod partes omnes æqualiter calefacit. Fotuum non eſt perpetuus calor, & quia ſæpe mutanda ſunt ea quibus pars ægra fovetur. *Rondeletius.*

Balnea parantur ex *aquis dulcibus*, ſeu ex *lenientium herb. decocto*, ſeu *oleo puro*, vel utroque. Horumvis nutifica omnia curationis momenta ſupplet, certoque ſemper experimento probata eſt. *Rolſincius.*

84. *Flores chamomillæ*) Chamomilla eſt inſtar omnium in colica convulſiva [illegible] me nunquam deſeruit, cujuſcunque ſint conditionis, ita in *colica nephritica*, *doloribus poſt partum*, *in doloribus gravidarum*, & omnibus aliis *decoctum flor. chamom. vulg. in aqua vulgari* paratum, calide hauſtum (vel cerevifia) ſæpius reiteratum, mirabile ſit remedium. Hinc & *aqua* ejus, item *ol. deſtill. ſapphir.* ad aliquot guttas hauſtum. *Etmuller.*

85. *Ad ſicca Fomenta*) Marmorum laudes decantantur à *Tralliano*, *Severo delectentur permittendum ut marmoribus ignitis foveantur*, dolorem enim ſedant, In hunc uſum extollitur *lapis ophites*, *ſerpentarius*, ad *Mariæbergam* qui effoditur, *Sacculi ex avena*, *milio*, *furfure*, *ſale*, *pulv. flor. chamom. baccar. lauri* proſunt, *Opercula ollarum.* Rolfincius,

86. *Ab agarico*) Sedato tamen dolore Apozema pituitam evacuans præſcribendum, quo reliquiæ omnes educantur, vel ejus loco *Decoctum Galli veteris* cum incidentibus, attenuantibus & catharticis compoſitum. *Riverius.*

87. *Vomitionis, quæ tum minime tuta*) In uſu Vomitoriorum, quæ interdum neceſſaria ſunt, cauti ſimus maxime; ſi enim ventriculus & ſupernæ partes inteſtinorum repletæ nimium fuerint, ex uſu maxime erit ut medicamentis ad dejiciendum ingeſtis locus detur pertranſeundi. Quod ſi totus dolor, ejuſque cauſa inferna partes obſideat, non ſolum fruſtra tentatur vomitus, ſed aliquando fit cum certa ægrorum pernicie, cum volvuloſi facile exinde fiant. Illuſtrat Vomitoriorum uſum obſervatio *Plateri l. 2. Obſ. pag. 451.* de Adoleſcente, qui ex inordinata victus ratione colico dolore laborans; licet ſex ſeptimanarum ſpatio durante morbo ſæpius clyſteribus & narcoticis uſus fuiſſet, non tamen integre ſanari potuit, donec Vomitorio antimoniali uſus fuerit, à cujus uſu mox magnam copiam æruginoſæ bilis, uti & pituitæ aliquoties vomuit, atque inde urinæ, quæ ex atro croceæ diu permanſerant, in naturalem colorem permutari cœperunt, ipſeque ſeoſim ad ſe redire. *Etmuller.*

88. *Mitiora purgantia*) Sic ad laxandam alvum felici cum ſucceſſu *Thonerus lib. 3. obſerv. 2. & 4. Juſculum gallinæ* in quo *manna diſſoluta & ol. amygd. dulc.* r. expr. additum, propinavit, quod etiam *Geſnerus lib. 3. Epiſt. 76.* comprobat exemplo Comitis Fuſtembergenſis, cui xxx. Clyſteribus fruſtra injectis, accedens Medicus *mannæ* ℥ij. *ol. amygd. d.* ℥iij. in juſculo pingui gallinæ exhibuit & ſic liberavit. *Stranſſius.* Felici ſucceſſu huic Potioni ℈ß. pilul. ead. *Gialapæ* remiſcemus. Si ignaviam metuimus.

89. *Mitiora purgantia*) Nunc fortiora nunc mitiora conveniunt; Fortiora in ſpecie, ubi ex ſpaſmo fortius contracta ſunt inteſtina, aut motus eorum periſtalticus mitius fieri ſolet, non conveniunt, tunc enim mitiora interdum plus acrioribus operantur purgantibus: Eo in caſu juvit aliquando *manna* unc. iß. *olei amygd. dul.* unc. iiß. *ex jure gallinæ pingui*, Vel *ol. amygd. d. loco butyri* juſculis adde, quibus *ſpermatis ceti* ʒß. commode admiſceri poteſt.

In colica diuturna ac pertinaci, cui adſunt temperamentum ac viſcera fervidiora, *Acidulæ purgantes*, vel *Serum lactis* cum *ſyrupo violac.* ſæpe cum magno juvamine propinari ſolent; Utrique enim liquores, ubi congruunt, copioſius epoti, ſtomachum ac inteſtina æſtuantia refrigerant, eaque à ſpaſmis & corrugationibus doloriſicis contracta, aut flatibus convulſive extenſa, ſtatim ſolvunt & laxant; In [illegible] unde potiſſimum [illegible] opinor juvant, par[illegible] & irritativas edomant & ſubigunt, eaſ[illegible] catharſin excitatam ſæpe foras educunt. *Hyſter.*

88. *Pr*[illegible] *a p*[illegible] *pr*[illegible]*ſſe nol*[illegible] Ut[illegible] tius uti [illegible] *cremor* [illegible] *tar* cum *ſenſinis pur*[illegible] ur, v[illegible] infuſum *Rhab.* [illegible] *Sennæ.* [illegible] ubi [illegible] ida ac tenax pituita primæ [illegible] Potiones ex *unmis ammon.* [illegible] *pilulæ ex* [illegible] *m gummate*, aut *mercurius dulcis* uſurpe[illegible]ur, n[illegible] potent [illegible] In frequenti [illegible] fuit *River.* purgans quod vocat *Calomelanos Turqueti* quod nihil al[illegible] quam

℞. *Mer*[illegible] *ſublim. dulc.* ℈j. [illegible] *mm. ſ*[illegible] *b.* ℈ß. miſc. fiat *Pulvis* vel cum *mucilag.* [illegible] Pulæ pro una dozi. *Etmuller.*

89. *P*[illegible]*antia*) Quoad *Purgan*[illegible] per os aſſumpta, cur[illegible]us horum [illegible]s inſtitu[illegible]ndus eſt nempe in *Colica convulſiva* proprie dicta *Pur*[illegible]*ntia om*[illegible] *no nocent* i[illegible]ando etiam malum fortius exaſperant, & exaucta hinc inteſtinorum contractura m[illegible]us laxant. Lenia igitur humectantia blanda abſterg[illegible] in hac optima, ideoque eo magis [illegible], ſi in colica convulſiva vomitus ſimul gra[illegible]ter a[illegible]ligat.

Porro ſi ex *inflammatione* eſt dolor in inteſtinis, caveat ne ullo purgante etiam levi utatur: [illegible] irritatione enim inflammatio augetur, [illegible] ſupervenit: In *humoroſa* in ſpecie, ubi in[illegible] [illegible] ni ac vitioſi hoſpites ſunt exturba[illegible] pur[illegible] locum habent, vario tamen pro circumſt[illegible] gimine, nempe ſi dolor non [illegible] rore externo, *aſſumptorum* ne[illegible] tum ſit, *motio per* [illegible]*andum* [illegible] difficu[illegible] dolor nonnihil intereſcat dolor.

In colico tamen ex *pituita* [illegible] vel *acida* [illegible] ſi quis lenientibus ſol[illegible] contentus, a pu[illegible] is veris abſtineat, nil aget, po[illegible]us quam p[illegible] muni[illegible] eria attendenda, & per purgantia att[illegible]nuan[illegible]bu[illegible] evacuanda. Alias nonni[illegible] urg[illegible] necesſitate, ſtatim ad anodyna vel narcotica dev[illegible]dum, [illegible] inteſtina prius evacuanda. Item ſi [illegible] vomitus ſimul. Purgantia etiam caute propinentur ne [illegible]uorum occaſione Colica in Ileum tranſmutetur. *Etmuller.*

Purgantia adhibita ad cauſam avovendam, alvumque aperiendam, præſertim quando clyſmata [illegible] cauſaque altius latet, locum habent: Ca[illegible] tamen à violen[illegible]is, quæ nimium [illegible] inteſtinorum dolorem ingeminant; Imprimis ant quam c[illegible] ſubjiciatur; ſi prius per aliquot ho[illegible] antea leve purgans ſumpſerint, clyſter eo fe[illegible]cius [illegible] & ab al[illegible] excretia rectius evocatur, ſicut [illegible]quenter in [illegible] colicis facere ſoleo, *Platerus.*

Se dolores Colicos ab al[illegible] menſium ſpatio non curatos, ſolo medicam[illegible] ſuſtuliſſe ait *Galenus l. de Purg. med.* [illegible] profiteor me unica die dolo[illegible] uſu *Diaphoren.* ʒij. cum ʒj. [illegible] ſtatim dolorem ſuſtuli. *Herc. Sax*[illegible]

Ex quacunque materia [illegible] or[illegible]at, ſive in colo inteſtino, ſive Ileo, [illegible] modo curabitur.

℞. *Antimonii* [illegible] *ſpagir. præparati gr. viii. conſ. violar.* ʒi. *moſchi gr. ii. miſ. f. Bolus, & detur ter aut quater.* Purgato corpore & evacuata materia, ad anodyna deſcendendum &c. *P. Joh. Faber.*

An rectè à virtuoſo hoc, & fortiori purgante curandi Colici mali auſpicium capiatur, non pauci dubitabunt. Ego ſane ut plurimum a [illegible] meis primordium, hujus curationis inſtruere ſolitus ſum, poſtea [illegible] quo oblivion ſuccurro, vel ſi doloris [illegible]ntia urgeat ad anodynum confugio. Quicquid [illegible] modo Medicus [illegible] Medicum [illegible] (niſi malignitas quædam ad [illegible] atique laudatum à Fabro purgans antimoni[illegible] [illegible] qua præteripiat,

præſ [illegible] xy [illegible] o & fur [illegible] e Colo [illegible]

[illegible] ad [illegible] ationes tra- h [illegible] .([illegible] modo [illegible] et am a [illegible] man [illegible] , ſtati [illegible] Expe [illegible] & proi [illegible] non lau [illegible] que . [illegible] etiam [illegible]

Me [illegible] A [illegible] atq [illegible] od [illegible] beat [illegible] minus [illegible] *ſerva* [illegible] quam [illegible] nata [illegible] . [illegible] igitur pur [illegible] n ver [illegible] iue [illegible] d [illegible] m calem, qu [illegible] p [illegible] ga u que eſt, forte la- ceſſ [illegible]

N [illegible] tus ungu. aliquod purgans tunc [illegible] , quod nobis etiam non di- pl [illegible] intrinſecus adhibeantur ſpe- cifi a [illegible] a [illegible] erit,

℞. *Bu [illegible] mar [illegible] el [illegible] bamam. un [illegible] u. dialth. aa.* [illegible] *met* [illegible] . ℥ [illegible] . *f. miſtura, qua cortex jugland* [illegible] *um* [illegible] *o appli ari p* [illegible] .

Qui [illegible] nut in luſum applicant. *Ch Langi* [illegible] .

78. *F* [illegible] *ntia trochiſcorum alhandal*) Hoceſt de *Colocynthide* in unium medicaminum, ſeu fortiorum & viu [illegible] potius exemplum, fructus ſeu pomum ca- co [illegible] m *cucurb. ſylv.* aloë contra amara, unde etiam contra [illegible] & [illegible] ctu ſaporem hunc eum cultris orbibus & ma [illegible] om [illegible] cat, noxæ quæ inde producuntur inprimis ſunt cum reliquis δραστικοῖς communes, raſio inteſtinorum, tormi [illegible] mmania, ſanguinis prolectio, Quem [illegible] iem ant [illegible] uitas anudota & correctoria op- polſut v [illegible] da & [illegible] tuoſa, unde *trochiſci alhandal* i.e. de *colocynth.* nau [illegible] nt, quod ipſum quoque non peni- tus contemnendum eſt, [illegible] um impediat ac ob [illegible] at paulo [illegible] ioniam, Ole [illegible] a vero commodum [illegible] o cat [illegible] re [illegible] obſervat [illegible] de inſigni probat [illegible] *ulpius* l. 4 obſ. 6. [illegible] s bi [illegible] ſſe quendam tuum pomu [illegible] . c [illegible] ocynth. decoctum, unde [illegible] ina & ſanguinis profluvium ve- hemens paſſum, [illegible] ulum vitæ ſubinde evaſ [illegible] e, tamen epoto mul [illegible] co, eodemque inſra copiolius i [illegible] fu- ſo, unde refrenata ſuit effera medicamenti erodentis vis.

Neque tamen ob hoc ipſum vel Colocynthis, vel alia [illegible] genere ſimilia vi [illegible] nia penitus ſunt rejicienda, quin & de [illegible] s n um [illegible] ualet *ubi virus ibi virtus*, duro nodo durus cun [illegible] u quærendus eſt: Non minus rebel- les & indomiti dantur morbi, nec minus & humores vi [illegible] di, [illegible] uinoſi, [illegible] x mobiles, qui levioribus non auſ- cultant morbis igitur taliſmodi chronicis ac rebelli- bus, humoribus craſſis & immorigeris merito oppo- nuntur & inter [illegible] a *colocynthiaca*, hinc convenit in *Colica a pituita* vitrea, hydrope, aſthmate, mania, melancholia, lepra, ſcabie, apoplexia, & aliis ſopo- roſis, unde & *Helmontius l. diſp. med t. 48.* colocyn- thidem vocat chronicorum curatricem egregiam, ob vim reſolutivam ejus [illegible] ve [illegible] ſam, ſi ſale circulato corri- gatur: ut itaque inter agens & patiens requiritur pro- portio ita tum in his [illegible] ibus, tum etiam corpori- bus robuſtioribus, & integris viribus, quin ubi vires quaſi accidendæ ſunt ut in mania, habet locum.

Facta etiam corr [illegible] one & ac [illegible] ſa vehementia tu- ta ſunt δραστικὰ hæc magis correctio fit plenior qui- dem in *extracto*, cum a [illegible] dis quoque ipſis: tutius ergo præcipue [illegible] tract [illegible] eſt in infu- ſi, in [illegible] ſt [illegible] dare con- ſultum [illegible] .

[illegible] ecta [illegible] uc *conſ* [illegible] *Se- lenander in co* [illegible] ubi [illegible] un [illegible] inv [illegible] tur [illegible] & [illegible] *Rulandi* [illegible] ex- tracti [illegible] um cum ſpiritu vini, [illegible] , M [illegible] quoq [illegible] la op [illegible] r [illegible] dantur [illegible] ſa & [illegible] minori, ut cut [illegible] a ſi troc [illegible] quoque [illegible] den- tur [illegible] orma *pu ceris* [illegible] præbio, exinde con- vulſiones ſequut [illegible] Hinc δραστικὰ hæc ſi non per ſe, tame [illegible] un al [illegible] , & inprimis in extra [illegible] an- chymagogis locum habent eximium: Imo & ip [illegible] quo- que partium diverſitate variat in vi colocynthis *Se- mina* enim ip [illegible] *pulpa* mitiora ſunt Memini Chirur- gum quendam egregie purgaſſe plurimos hic Vene- tea [illegible] b [illegible] antes ſolo infuſo *ſeminum colocynthid* [illegible] um cerevi [illegible] facto, Bibitum infuſum colocynthidis à ſtudioſo ſcabioſo multos humores aduſtos evacua- bat.

Hinc 1. *quæcunque particulas obtinent facile exhalabiles, mobiles, ſulphureo-ſalinas, illa ſunt carminativa.* In omni carminatione requiritur diſploſio, principium vero diſploſionis primum eſt ſulphur, ſecundarium ſal, quod videmus in pulvere pyrio, fulminante, & aliis; carminativa igitur dum diſploſionem & rarefactionem naturalem promovent, vitioſam avertunt. Principaliter ergo carminativa ſunt ſulphurea, adæquate ſalina; Tantoque magis id ipſum præſtant quo magis ſimul reſpiciunt & producentem calorem & productam materiam ex qua reſpiciunt archeum, motus omnis in corpore motorem, ſeu calorem reſpective debilem & improportionatum; reſpiciunt materiam flatulentam, humores aqueos, acidos, auſteros & pituitoſos, mucilaginemque ponticam, Illum reſtaurando & excitando, hos incidendo & attenuando, unde calore roborato humores frigidi inciduntur & diſpiciuntur.

Talia ſunt κατ' ἐξοχὴν 1. *aromatica*, ſtomachica, ſale volatili oleoſo fœta, ut *radix zedoar. galanga*, hinc torminibus ſunt proficua, etiam poſt partum, radix *mei*, *carlina h. menth. calaminth. fol. & bacca lauri, juniperi, ſem. aneth. carvi &c.* quæ hinc uno verbo dicuntur carminativa, *macis*, *cinnam. caryoph. arom. cortic. aurant. citri*, horumque *ſpir. & olea, carminat. Minſ.* item ſpecies *diagalanga diacum. diaſpol. Galeni*, *aromatica roſata*, *caryophyllata*, *ſpir. & eſſentia cortic. citri*, *zedoar. ſ. & c. ſalis armon. aniſatus*, fœniculatus *&c. aqua carmin. Dorner. Elect. & Empl. de baccis lauri*, *pulveres*, elæoſacch. Inprimis huc facit *aurum fulminans* in tympanitide hinc maxime commendatum.

Talia ſunt 2. *Acida ſulphurea volatilia*, quorum inſtar omnium eſt *ſpiritus nitri ſimplex*, & ex hoc enatus *dulcis*, gaudet enim hic virtute exploſiva ſumma, inciſoria, attenuante & ſudorifera, unde, modo provide activitatem ejus attendamus, probatiſſimus eſt; Acida vero alia, ut *ſpiritus ſalis, vitrioli*, mediate quidem proſunt, cauſam reſpicientia, minus tamen in conjunctis doloribus.

II. *Quæcunque particulis gaudent temperantibus, diſſipantibus, præcipitantibus & invertentibus, illa ſunt Carminativa*, cum enim flatus agnoſcant originem quoque ex acido, conjunganturque ſæpenumero cum phlogoſi viſcerum, *ſeri* humorum merito etiam hos domant recenſita, inprimis vero *alcalina*, quæ & acorem abſorbent & humores fundunt, ac in motum cieur torpidos, aqueos, ſeroſos, bilem vero diſſociant, & ſic exhalationem vitioſam impediunt & antevertunt quaſi; quin & per ſudorem ipſum diſjiciunt, & grumeſcentiam halituoſam tollunt, ut *oculi cancr. concha*, *mater perlarum &*

Lauda-

laudatiſſimum, *antimoniat. diaphor. antimoniac. martiale* cachecticum, *bezoartic. joviale*, & merito etiam huncce cenſum ſubeuntia *Cinnabarina ac opiata*, item *tinctura tartari* quæ eo potiſſimum caſu proſunt quoque ubi calculi & colicæ vel, ommibium fit ac ſoriorſum, vel etiam alter affectus mentitur, utrique enim indicationi ſatisfaciunt; reſolvunt ſabulum, reſolvunt ſerum, pituitam, & flatus.

2. *Nitroſa & media, arcanum tartari, tartarus vitriolatus, arcan. dupl. Minſ. nitrum antimoniatum, clyſſus antimonii*, quæ ſalina, ut & *tinctura tartari*, ſimul quoque alvum blande adaperiunt & portam exitûs concedunt. Neque obſtat dictis flatus accenſitos luiſſe calori debili, revera enim eſt debilis, non ſolum deficiens, ut in senibus & pituitoſis, verum etiam inquietatos, turbatus, irritatus, ut in ſcorbuto calido, colica bilioſa & aliis.

Ut vero hæc ſunt proprie dicta carminativa, quæ calori & humori improportionatis debentur, ita huc ſpectant porro, licet adæquate & ſecundario magis, quæ reſpiciunt comitantia vel producta flatuum, quibus neglectis, nec remotis unave curatis, fruſtranea ipſa ſunt, *Dolores* puta & *Obſtructiones*.

Hinc iij. *quæcunque dolores tollunt, ſive ſuavi exhalatione, ſive ligatione blanda, ſunt carminativa, vel ſaltem illis præcipue ſocianda*. Talia ſunt *nervina & paregorica*, non ſolum roborantia calorem & inciſoria pituitæ, verum quoque blanda ſua anathymiaſi tranſpirationem facilitantia, partes dolentes, tenſionem & lancinationem mitigantia; Ita paregorica quoque ſunt *ſummit. anethi flor. chamom.* Item *melilot. &c. Caſtoreum* in ſingultu & flatibus hyſtericis probatiſſimum, ejuſque eſſentia ac ſpiritus, oleum, pinguedo; *Mithridatium & theriaca* in colica probatiſſima, & revera polychreſta; *Olea deſtill. oleum Jovis, zibethum* umbilico illitum in torminibus conducit, & opiata ipſa quoque. Hinc *ſacculus* polychreſtus in variis, inprimis flatulentis doloribus ex *flor. chamom. ſem. lini, carvi, ſale & furfurib.* tritic. Actu enim calida exterius diſſipant quoque.

4. Quæcunque viam laxant flatibus, eoſque cum pace dimittunt, potius quam incarcerant, ſunt carminativa. *Wedelius A.m m.p.355.* Vide ſupra §. 111. *Exitu carentibus.*

120. *Diſcutientibus*) Seu *Carminantibus*, quæ cum præterea ſingulariter inteſtinis ſtomachoq; ſunt amica, recte ab *Helm. Tr. de Flat. §. 75.* dicuntur Inteſtinorum ſolamina; Non enim flatus diſcutiunt, quod inimaginabile, qui alias ſponte, modo viæ ſint apertæ, exitum quærunt, ſed materiam unde flatus exſurgunt alterant & corrigunt, & iſtam fermentationem vinoſam ſiſtunt, ac ita impediunt quo minus concretum materiale in flatus ſeu in Gas ſpirituoſum vertatur, id quod in genere quæcunque aromatica præſtant. Compeſcunt enim optime eorum vim & impetum, hiſque cognata alia de *ſale volatili oleoſo* participantia, mediante quo & acidum tanquam hujus contrarium alteratur & deſtruitur, oborta fermentatio tollitur, & mucilago viſcida reſolvitur. *Etmuller.*

121. *Laudantur intra*) Nonnulli *lauri baccas* ix. aut xi. terunt, & cum vini tenuis & odoriferi unc. ivß. facto experimento propinant. *Hollerius.* Plurimum laudatur parabile hoc

℞. *Piper. gr.* iij. *ſalis* ℈i. *trita dentur cum vino in jure veteris galli.*

Allia coquantur, & *adjecto pipere* ſorbeatur jus. Sunt qui vel *caponem*, vel *pipionem*, vel *alaudas nucleis* allii infarciunt, & ita jubent edi aves.

Alexandrinus tres bulbos allii veſpere ſumptos flatus diſcutere & phlegma dedocere ſcribit. *Hollerius.*

Tragema hoc efficaciſſimum & mirabile eſt in Colica flatulenta.

℞. *Cortic. aurant. calami arom.* āā ʒiii. *cinnam.* ſem. *aniſi* āā. ʒii. *c. c. uſti, inteſtin. lupi uſtor. aſtragali porc. uſti albe centes* āā. ʒi. *f. Pulvis.*

Aſtragali porci uſti pulviſculus ſolus cum *vino*, in quo in diplomate ſenten*fil*[illegible] *mont. & flor. chamom.* maduerunt. Sæpe mihi experimentum in iſtis caſibus remedium præſtitit. *Solenander §. 3. conſ. 35.*

Aqua raphani valet mirabiliter Doſis *unc.* ß. bibita mane & veſperi in Colica flatulenta, *Joh. Stokkerus Pr. morb. part. 64.*

121. *Laudantur*) *Elect. de baccis lauri* ad flatulentos præſertim dolores uſitatum ad ʒii. propinatur, quod quia ingratum ob rutæ & caſtorei nimiam quantitatem ſic parandum

℞. *Baccar. lauri unc.* j. *fol. menthæ, majoranæ, ſummit. roſmar.* āā. ʒii. *rutæ, origani* āā. ʒiß. *ſem. fœnic. carvi, ammi, liguſtici* āā. ʒi. *ſem. cymini* ʒß. *piperis, zinzib.* āā. ℈i. *ſagapeni diſſol. in malvatico, & colli in formam ſyrupi* ℔i. *f. Elect. Platerus.*

Ad Colicam & Iliacam compertum, imo ſecretum mihi, quod ſi aſtoetus pati Colicam aut Iliacam, bis in ſeptimana, capiat in diluculo infraſcriptum Bolum, certe ſervabitur ab illis ſine dubio.

℞. *Juſtini opt.* ʒii. *ſacch. roſ.* ℈i. *cum ſacch. f. Bolus. Bened. Victorius.*

122. *Laudantur intra clyſter*) Ubi flatus copioſi adſunt, ſpeciatim Clyſmata ex urina puerorum conveniunt, v. g.

℞. *Decocti carmin. unc.* vi. *urinæ human. unc.* iv. *fermenti* ʒi. *ol. comm.* ℥ß. *mellis roſ. unc.* i. ms. pro Clyſmate. *Etmuller.* Sequenti feliciſſime uſus ſum in Domina *Chaſtagner* cui abdomen admodum intumuerat ut tympanitica videretur.

℞ *Urinæ hum. olei nucum* āā. ℔ß. miſce.

Hoc pluſquam duodecies copioſeque dejecit, ventrem detumuit & Hydropis opinionem depoſuit.

℞. *Vini malvat. olei nuc.* āā *unc.* iv. *aq. vitæ unc.* i. *ol. junip. & rutæ ſtillat.* ʒii. *m. calide injice.*

Hoc clyſtere moleſtabiles à flatu aut vitrea pituita dolores ſanantur miraculi inſtar & fere incantamenti. *Cl. Deodatus Pant. Hyg. p. 158.*

Ex *ſtercore canis* in vino cocti clyſter factus, additis aliquot *ficubus*, colicum & nephriticum dolorem ſedat. *Joh. David Rulandus Pharm. n. p. 113.* Sequens Clyſter miraculo Colicæ à flatu profuit.

℞. *Vini malvat. ol. nuc.* āā. *unc.* iii. *aq. vitæ unc.* i. *ol. junip. rutæ* āā. ʒiii. *injiciatur* calide. *J. Andr. Schmitzius m. Pr p. 39.*

123. *Clyſter ex vini*) Sequens Enema Colicam & Iliacam curat, ubi dolor eſt vehemens, præcedentibus aliis clyſteribus; Expertum eſt & ſecretum.

℞ *Vini albi potentis* ℔iß. *aquæ ardentis unc.* ii. *bulliant ſimul uſque ad conſumptionem aquæ, deinde cum ſolo vino tepido fiat Clyſtere* Bened. Victorius.

124. *Clyſter ex vini malvatici*) Ad calefaciendum, flatus pellendos & ad dolorem ſedandum, Vinum forte ex ſua natura, vel ob vetuſtatem, aut alias generoſum *malvaticum* aut *aromaticum*, quale eſt Hippocraticum, vel claretum dictum, hiſque ſimilia, ſola etiam ad ℔i. plus minuſve infuſa, calore & narcoſi ſua plurimum juvant: Quorum ſi nimius calor metuatur, vino minus potenti contemperari poſſunt. Sin plus calefacere velimus, narcoſinque augere, ſpiritus vini ad unc. ii. pro una vice addatur; vel parum cum vino coquatur: Vel, ſi ſimul lenire & detergere

℞. *Vini generoſi quart. iij. Olei comm. vel chamameli, aneth. vel butyri quart. j. mellis quart. ß.*

Talis clyſter injectus quando catharticum ſumptum, antequam operetur tormina & cardialgias excitat, ſtatim juvat: Sed & alia ſtimulantia hiſce permiſceri poſſunt: *Hydromel verum*, odore malvatici æque ac vinum prodeſt, magiſque abſtergit, præſertim ſi ſapa & ſaccharum illis addantur, cujus loco aqua mulſa, quæ ſubito paratur, ſumi poteſt, ſed tunc minus excalefaciet, magis vero abſterget; *Brodium* decoctionis allii bulborum, vel ſtipitum illius, cum multo oleo infuſum, utile eſt.

Aqua thermarum ſulphurearum, vel nitroſarum, in qua utilia quoque decocta ſint, à quibuſdam ad inteſtina ſordibus abſtergenda uſurpantur. *Placerus.*

Vinum generoſum cum ol. nucum, præſtantiſſimum. *Solenander ſ. 3. conſ. 35.*

℞. *Caric. albi Græci ãã. m. ß. coqu. in vino* ad tertias, Colat. adde ſalis parum f. Clyſter, ſtatim juvat. *Johann. Wittichius in Vade mecum p. 287.*

124. *Clyſter ex vino malvat*) Ita ut prius *baccæ lauri pulveriſatæ infuſum* poſt colatum fuerit; vel ut ſtatim de *Elect. de bacc. lauri unc. ß. vel ij. Cum vitell. ovor. ij.* addantur, valdopere commendatur. *Chriſt. Langius.*

125. *Solentque iiſdem addi*) Juvant *Oleo ſacch. chamamel. aqua ejuſdem cum vino; Aqua carmin. Dornorelii, Oleum zedoar. aut calam. aromat.* quorum gutta j vel ij. pulveri cuidam carminativo aut anticolico inſtillari poterit. *Chr. Langius.*

126. *Oleum Nucum*) Fit è Nucibus oleum, quod unc. iv. aut v. pondere hauſtum flatus potenter diſſipat, quo fit ut in Côli affectibus à flatu genitis plurimum afferat auxilii. *Matthiolus.* Præſtantiſſimum eſt id oleum ob partium tenuitatem. *Rondeletius.*

126. *Oleum nucum juglandium*) Quod recens ſine igne paratum ad unc. iii. exhibitum cum vino generoſo mire flatus diſpellit: eſt ac apud nos in uſu familiaris ſucceſſu felici datur.

127. *Theriaca, Mithridatium &c.*) Calida omnia, quia tenuium ſunt partium, facile permeant venas meſaraicas, quibus calidam intemperiem inducunt & fundunt ſanguinem; caliditas viſcidum glutinoſumque phlegma colliquans flatus elevat, malum malo accumulans, Cum & generoſum alioqui remedium abuſu fit venenum, Quare author ſum improvidis hiſce Medicis, ut impoſterum cautius ſuam *theriacam, mithridat. diacalam.* aliaque valde calefacientia Colicis propinent, antequam vitrea pituita craſſis inteſtinis impacta fuerit ſublata quinimo ne tum quidem vacat periculo frequentior eorum uſus. *Fienus Phyſiogr c. 19.*

128. *Caſtoreum*) Quod in quavis Colica, non tantum in ea ubi adſunt flatus, aut ubi adeſt, pituita viſcida, ſed etiam in *Colica convulſiva* egregia eſt medicina, non ſecus ac in *paſſionibus hyſtericis*, item in *doloribus ſcorbuticis*: ſpeciatimcum talibus volatilibus commode propinatur in Colicis convulſivis: Veteres *Caſtorei* ℈i. ad ℈ii. in hauſtu *vini calidi* propinarunt in pertinaciori Colica, uti conſtat ex *Foelis* praxi & *Solenandri* conſiliis, Nos *tinctura Caſtor.* utimur parata cum *tinctura tartari* acriori, aut etiam cum *ſpiritu ſalis armoniac.* vinoſo, quæ ſolæ ʒß. ad ʒi. doſi, vel cum *eſſentia opii* ſociatæ optime conducunt: Pariter *Extract. caſtor.* vel cum *laudano Opiato*, vel cum *extracto theriacali* miſceri, & ita cum *Oleo deſtillato chamom.* aut *ſuccini* pilulæ anticolicæ fieri poſſunt. Vel ſimpliciter, ſecundum *Hartmannum*, *Theriaca* cum *caſtoreo* & pauco *laudano opiato* propinetur. *Etmullere.*

Qui grana aliquot *Caſtorei* ex vino bibunt, cito curantur. *Foreſtus obſ. 8. 9. lib. 20.* Efficaciſſima eſt vis ipſius *Caſtorii* quod ſæpiſſime aut cum *aqua citrangulor.* ℥j. pondere aut etiam ex tribus aquæ mulſæ cyathis hauſtus totius hujuſmodi affectionis apparatum demolitur. *Vidus Vidius de cur. membr l. 9. c. 36.*

129. *Mixtura ex ſpiritus*) In Colica humoroſa flatulenta.

℞. *Aqua menthæ, cham. ãã.* ℥ß. *carminat. uſ. ate* ʒß. *vel* ʒvi. *elixer menthæ unc. ß. ſpir. nitri dulcis* ..., vide §. 130. *Miſtura ex ſpir. vini & ſpir. nitri*) ʒ ß. ad ℥i. *miſce* capiatur cochlearim, expectando, ſi poſſit ... qualem ſudorem, convenit in ſpecie talis mixtura cum *ſpiritu nitri*, quando æſtuatio corporea quaſi febrilis juncta eſt. *Etmuller.*

130. *Miſtura ex ſpir. vini & ſpir. nitri*) *Spiritus nitri dulcis*, quibuſdam *anticolicus* dictus, eſt egregium remedium à ʒß. ad ʒi. in vehiculo appropriato calide propinatus, præſertim ubi vagæ phlogoſes aut æſtuationes corpus affligunt, Optime paratur ſi loco *ſpiritus vini* recipiatur ſpiritus quidam vegetabilis carminativus, ſive abſtrahendo à vegetabilibus paratus: hujus duplum vel triplum cum *ſpiritu nitri* pedetentim miſtum, hinc prævia digeſtione deſtillatum, ut exactius uniantur, dant egregium ſpiritum anticolicum. *Etmuller.*

131. *Tinctura cortic. aurantiorum*) In his non vulgaris eſt vis anticolica, ſive pulvis, ſive eſſentia, ſive oleum deſtill. uſurpetur, potenter acida quævis temperat, unde ſtranguriæ medetur: Hinc ſunt qui commendant talem compoſitionem.

℞. *Cortic. aur. aut. unc. iß. maxill. lucis piſcis, lapid. cancror. ãã.* ʒß. *talorum leporin. ſuccini præpar. zedoar. ãã.* ʒii. *miſce f. Pulvis, dozis* ʒß. *ad* ʒi. Imprægnari poteſt *oleo deſtillato cortic. aurant.* Etmuller.

132. *Sperma Ceti*) *Sperma ceti* humidum ad Colicam & omnem interaneorum dolorem, cum aliis, quæ flatum ſolvunt, exhibitum mire prodeſſe invenio in ſchedis noſtris. Cavendum tamen eſt à nimio ejus, aut veteris uſu. *Conr. Geſnerus.*

132. *Sperma ceti cum oleo*) In Colicis & aliis inteſtinorum doloribus *Ol. amygd. d. cum vino malvat.* hauſtum valde prodeſt, Ego ʒß. *ſperm. Ceti rec.* addo; & hoc inter efficacia & ſecreta remedia habeo. *Crato lib. 4. conſ. 21.*

133. *Extra*) Externis præſidiis adnumera *Cucurbitulæ magnæ cum multa flamma* applicationem: quo præſidio non tam ſupra quam ad umbilicum admoto Colicam flatulentam incantamenti inſtar curari ait *Galenus x. m. m cap. 8.* Neque obſtat quod hoc auxilii genus ægro cuidam apud *Cratonem conſ. 157.* licet flatuum indicia adfuerint, nihil profuiſſe perhibeatur, cum variæ ſupervenire, vel conjungi circumſtantiæ poſſint, quibus ſperatus effectus præpediatur. *Straußius.*

131. *Extra*) Inter ea quæ extrinſecus adhibentur, *Aqua marina* ventrem fovere jubet *Dioſcor.* cui ſubſtitui poteſt alia putealis vel artificialis: *Aqua vitæ* in panno excepta, ventri admota: *Olea chamamel. aneth. nardinum &c.* cum filtro in illis madefacto.

Inſeſſio ex ſolo *oleo, vel oleo, & lacte Decocta pro Fotu, Inſeſſione & Balneo* ex anodynis calidis flatus diſcutientibus.

Inunctiones ex oleis calidis: *Oleum lilii convallii* peculiariter ad puerorum tormina paratur. *Axungia muris Alpini montani* inuncta iis ſic doloribus ſingularis habetur.

Uſitata unguen. *Althæa, Agrippa, &c. Omentum hœdi, vituli, caſtrati*, Efficacius oleo convenienti immerſum.

Fermentum ventri applicatum à quibuſdam commendatur.

Stercus capræ, vel bubulum, affuſo vino generoſo parum coctum

coctum, addito *pulv. cymini*, *bac lauri* & pauco *mell.* *Sape* cum *aqua butyri* vel olei alicujus portione diluſus addito parum ſalis Emplaſtri modo admotus, Empl. uſitatum eſt de *Baccis lauri: Farina tritici*, *hordei, orobi, lini & fœnugr.* ſubacta cum *axung. butyro*, & *oleo* conveniunt, addito & *melle*. *Parietaria, chelidon. maj. mentha, ruta.* contuſa addito *melle & vino generoſo*. Vel cocta cum *oleis* & *farinis* in formam cataplaſmatis, addito ſi vis *cumino*; vel alius, *Hyoſcyami*, vel *nicotianæ* ſuccus farina ſupra dicta aliqua exceptus: vel herba ipſa contuſa vel frixa parum.

Nuces cum putamine peruſtæ, tritæ, ſupradictis exceptæ.

Sacculi calidi, ſicci, *vino* irrorati, aut aqua vitæ, Ex *milio* parum toſto. *furfure ſalis* tertia parte; cui *ſemen carvi flor. chamom. fol. lauri vel bacca &c.* *Platerus.*

In Colica à flatibus *Meſues* ceu admirabile laudat *Ol. de Kerva* quod efficaciſſime flatus diſcutit. *H. Capivaccius.*

Illico Cucurbita admota, qui ſpiritu flatuoſo cruciantur, à dolore liberantur; Videbitur hoc præſidium incantamenti cujuſdam ſimile quid efficere. *Galenus* xii. *m. m, c. 8. Johan. Andr. Schmitzius M. Pr. p. 39. Trallianus l. 10. c. 1.*

Avena calida ventri impoſita plurimos ſanavit *Steph. Blancardus.*

Externe prodeſt ſacculus ex *tritico* macerato, toſto & mola contrito, cum *cumino, ſale, & flor. chamom.* E. g.

℞. *Hordei far. aut malta m. iv. flor. chamom. m. j. ſemin. cumin.* ℥j. *ſalis m. ß. camph.* ʒj. niſi odor gravis ſit ægro, *m. pro ſacculo uno*, paretur & alter, qui calefacti alternatim imponantur.

Sæpe ſumuntur orbes lignei & pingues, diu uſurpati, impregnati multis oleoſis & pinguibus alimentorum particulis, quæ oleoſitate ſua ſubitò lenire poſſunt; calide ventri imponuntur. *Frictiones* calidæ hic quoque multum præſtant. *Craanen. Pr. Med Ref. c. 83.*

[133.] *Extra gummos &c.*) Internis remediis opem ferat loci dolentis inunctio, parata primario ex oleis diſtillatis inſigniter penetrantibus, quorum virtus exaltabitur ponendo deſuper lapidem probe calefactum, Parantur tales Inunctiones *ex oleis chamom aneth. caſtoreo, laurino, cortic. aurant. carvi. cumin. fœnic. aniſi, ruta zedoar. angel. macis* & ſimil. modo ſeparatim modo conjunctim ungendis: *Stockeri* esperimentum fuit litus ex *olei laur.* ℥ß. *cum caſtor.* ʒj. paratus. Parari etiam poteſt hoc modo.

℞. *Ol. caſtor.* ℥j. *ol. ſtillat. angel. cortic. aurant. cumin, aniſi ãã.* ʒvi. *chamom. ſapphir.* ʒi. cum ſ. q. corporis pro balſamo, ms.

Pertinet huc etiam *Galbanetum Paracelſi.* Etmuller.

[134.] *Balſamus*) Vnguenta ex oleis calidis aliiſque additis ſic fiunt.

℞ *Olei chamæmel. aneth. ãã.* ℥iß. *ol. nardin. rutac. ãã.* ℥j. *ol. ſpica* ʒß. *vini malvat. vel ſucci mentha* ℥ii. *coqu. ad conſumpt. vini addendo galbani, ſerap. diſſol. in aqua vita ãã.* ʒii. *axung. gallina. butyr. ãã.* ℥j. *permiſce pulv. galanga* ʒii. *caryophyll. nuc. moſch. ãã.* ʒi. *ſpica, ſemin. nigella ãã.* ʒß. *cera q. ſ. f. ungu.*

a. Zibethi) Pretioſæ inunctiones ex *oleo nuc. moſch. vel maceris* per expr. fiunt; addendo etiam guttas aliorum *oleorum ex aromatibus* convenientibus, ut *caryophyll.* &c. Quæ & olea aliis oleis diſſoluta uſurpari poſſunt: Vel in magnatibus *Zibethum, moſchum, ambra.* A *galea Hollerus in oleo de Been* vel *amygdal.* diſſoluta inungit *Platerus.*

[135.] *Clyſteres ex fumo Tabaci* In Colica præſentiſſimum auxilium reponendum in Clyſteribus ex fumo Tabaci immiſſis: *Th. Bartholinus Centur. 4. Epiſt. p. 523.* Nicotianæ ineſſe vim ἄνω & κάτω purgandi illi experiuntur qui præter voluntatem fumum deglutiunt Idem fumus ſi vitro cerevisia, vel vino pleno inſufletur, ſimilia operatur: Hinc ingenioſus quidam loco decocti pro clyſteribus, ano immittere didicit, feliciterq; alvum pigram proritavit in quibuſcunque affectibus, ubi enemate indigemus.

Modus hic eſt, Duę fiſtulæ more ſueto nicotiana impleantur, & accendantur, latiora orificia ſibi invicem obvertantur, tum extremitas anguſtior unius ano immittenda, & per alteram extremitatem inſufflandus ore fumus ut ad inteſtina vadat: Quo artificio unuſquiſque ſibi Enema injicere poteſt, nec magno opus eſt in decoctionibus apparatu quum hoc fumo feliciter prompteque ad excretionem natura ſollicitari videatur. Poſſunt & aliorum Pulverum fumi hoc modo injici, pro urgentium in inteſtinis affectuum neceſſitate. *Idem Cent. 6. Hiſtor. 66.*

[136.] *Notha*) Ex morboſa meſenterii diſpoſitione reſultat Colici doloris genus, *adulterinum* quidem. atqui contumax, diuturnum, ſæpiſſime repetens, graviſſimiſque ſymptomatibus fœcundum, Fomes iſtius cum in inteſtinis haud quaquam ſubſiſtat, ſed vel in peritonæo, aut inferiore parte meſenterii, vel quæ abdomini obtenduntur, in membranis vicinis delitescat, idcirco neque clyſteribus, fomentis, &c. averruncari poteſt &c. *M. Martinus de Morb meſent pag. 95.* Vide infra ubi de *Affectibus Peritonæi & meſenterii.*

[136.] *Alia notha*) Quamvis v. & vi. ſpeciem diſtinguat Author, reipſa tamen idem ſunt; neque enim alia Colici doloris ſpecies in Pareſin tranſit quam ea cujus cauſa in peritonæo & membranis abdominis contiſtit: Revera neque cauſas neque ſigna ſextæ differentiæ exprimit *Jonſton*: Rurſus utraque differentia ab eo adducta coincidit cum ea ſpecie quæ fit *ab acribus, biliosis & ſcorbuticis humoribus* &c. de qua in differentia, Conſule authores qui de ea ſpecie egerunt, *Matth. Martini, Sennertum, Wepferum* tract. de Apoplexia, & alios.

[137.] *Vel in peritonæo*) Negat equidem *Willis* id ſedem eſſe poſſe ejuſmodi dolorum quia vaſis exiguis donatum, & admodum tenue multæ materiæ morbificæ incapax eſſe videatur: Dolorum tamen ventris ſublimium meminit *Hippocrates in Coacis Præn.* qui ibi ſedem fixiſſe humores teſtantur, nec non ſolutionem morbi nonnunquam facta per eorum in ſcrotum decubitum: Ante triennium conſilium meum expetiit Vir Illuſtris, Pariſiis degens, pro inſigni tumore ſeroti, ab ejuſmodi doloribus ſuperſtite: miratos fuiſſe Medicos quorum curæ ſe ſubmiſerat, inſolitam morbi ſolutionem, Exſcriptum ex *Fernelii Pathologia* caput ubi de ejuſmodi doloribus tranſmiſi, difficultatis ſolutionem dilucide continens: Vide §. *Cauſa eſt quicquid*) & §. 69 *Diuturnam eſſe & multis recidivis.*

[138.] *Cognoſcitur exinde*) Ideam hujus affectus nativis repræſentat coloribus *Hippocrates libr. 2. de morb. ſect. 14.* ſub nomine *morbi Ructuoſi*, quem ſic deſcribit. Dolor corripit acutus, & dolitat vehementer, & ipſe ſeipſum jactitat, & vociferatur, & frequenter eructat, & ubi ructarit ſe melius habere videtur, Sæpe etiam evomit bilem modicam, poculi parvi menſura; Et dolor corripit à viſceribus ad imum ventrem, & laterum mollitudinem, & ubi hoc factum fuerit melius ſeſe habere videtur, & venter inflatur, & indoreſcit, & ſtrepit, & flatus non egreditur, neque ſtercus; Morbus hic, ſi juvenem corripiat, tempore decedit; ſi ſeniorem, commoritur. *M. Martini*, Quidam exiſtimant *Hippocratem Choleram ſiccam* hic deſignare; ſed revera non eſt, ſiquidem hæc morbus eſt acutus, imo peracutus, Ibi morbum chronicum depingit.

137. *Cognoſcitur exinde quod dolor ſit graviſſimus &c.) Fernelius de Partium morb. & ſympt. libr. v. capit.*

138. *Ac neque clyſteribus &c.)* Narcoticorum effectus in curatione Colicæ ſcorbuticæ ſatis vulgo notus, exorciſmo cuidam ſimilis videtur, quatenus nempe dolor, tanquam Dæmon aut ſpiritus malus, ſolummodo pro tempore quodam determinato ligari poſſit, deinde ut rurſus deſævire incipiat. *Willis Pharm. rat. ſect. 7. capit. 1.*

139. *Et quod diuturnis febribus)* Diſpoſitio Colica febribus intermittentibus diuturnis & continuis male judicans frequenter ſuccedit; in quantum ſcilicet Liquor nerveus inſigniter vitiatus recrementa plura congerit, quæ in abdominis plexûs, quaſi receptacula magis patentia, altius deponuntur: Porro ob hanc rationem febris epidemica quibuſdam annis increbuit, cui Colica velut ſymptoma pathognomonicum adjungebatur; Hinc pariter *Scorbutus* diuturnus ac ingraveſcens, quatenus liquorem nerveum pervertit, etiam Colicam accerſit. *Willis.*

140. *Alia eſt quæ ad Pareſin)* Eſt alia Colicæ bilioſæ ſpecies quæ in Paralyſin degenerat, Veteribus parum nota, quæ fit ab humore bilioſo, non in Colon, ſicut prædicta, ſed in abdominis membranas repente effuſo, qui eo transfertur à cyſtide fellea, vel meſenterio in eriſi diuturnarum febrium, aut à vehementi iracundia, aliave cauſa externa, cum ob obſtructiones ad vias communes effundi non poteſt, ſed motu præpoſtero ad prædictas abdominis membranas repente exoritur. Hinc dolor crudeliſſimus colicum imitatus, neque clyſteribus, neque fomentis cedens, ſed ad plures menſes durans, unde corpus contabeſcit: febris interdum alicujus ex intermittentibus typum referens moleſtat; interdum, idque ſæpius, continua ac lenta, ac tandem doloribus remittentibus paralyſis contrahitur, humore illo per abdominis membranas in ſpinam dorſi ſenſim irrepente, Illa autem Paralyſis partes ſuperiores magis occupat, crura vero & tibiæ plerumque dolent, in paucis reſolvuntur omnino, bile ſcilicet ob levitatem ſuperiora petente: Imo vero interdum in ipſum cerebrum irrumpit, & convulſiones epilepticas producit, unde mors utplurimum ſolet ſuccedere. *Riverius.*

140. *Quæ ad Pareſin tendit)* Poſtquam dolores Colici aliquandiu in *ventre* deſævierunt, ſæpenumero *lumbos*, & deinde, morbo ingraveſcente, membra & muſculos fere omnes in toto corpore inceſſunt, tandemque non raro in Paralyſin terminantur; quod certe indicio manifeſto eſt materiem morbificam non per arterias, ſed per nervos deferri, ejuſque ſubjectum ſive ſedem, non inteſtinorum cavitates, aut tunicas, ſed meſenterii plexus nerveos eſſe, nam quod *dolores lumbares* ventris torminibus ſuperveniunt, præterquam quod nervi utriuſque loci communicant; tandem inſuper in *cauſa* eſt, quod materies morbifica in capite multum aucta, non tantum in *Par vagum*, ſed etiam in ſpinalem *medullam* illabitur, quam ſubiens, ac in imum ejus ſubſidens, primo in *lumbis*, ac poſtea nervis pleriſque aliis, qui à ſpina procedunt, affectis, in membris & muſculis aliis *dolores* exoriri facit: Denique nervorum ductibus à materia morbifica in ipſis ad plenitudinem aggeſta infarctis, *Paralyſis* inferri ſolet. *Willis.*

141. *Quam Palmarius ſyrupo)* Ad hujus curationem, alvo variis Clyſteribus ſoluta, primiſque viis cathartico apertis demittatur æger in balneū tepidum, ex decocto emollientium paratū, bis, imo quinquies in die, ut acrimonia humorum temperetur, ac pori membranarum aperiantur, Poſtero die cathartico convenienti humor ille purgetur, deinde repetatur *Balneum*, idque alternis diebus faciendum ſi vires ægri ferant, donec expurgatis humoribus, & ſedato dolore, æger in tuto ſit: Interim *Clyſteres* continuantur, præſertim qui ex lacte parantur dolorem admodum demulcent; addita ſi vis, *caſſia. oleo violac. liliorum*; Venter *ol. chamæmel. aneth. amygd. dulc. lilior. cum butyro* frequenter inungatur.

His *ſeri lactis & acidularum* uſus tandem ſubjiciatur; Affectu in longitudinem abeunte, conveniunt medicamenta hypochondriacæ affectioni congrua: Neque ab initio omittenda *S. M.* quæ purgationi præmittenda, & ſæpe iteranda, ſi ſanguis prava qualitate infectus appareat, aut ſi dolor rheumatiſmi particeps videatur: Denique omnia quæ in Colica bilioſa propoſita ſunt, hic aptari poterunt: Quibus non conferentibus ad Potionem ſequentem, ſordidam quidem, ſed quam dolorem ſtatim mitigare ajunt confugiunt.

℞. *Stercoris equin.* ℥i. *minutim dividatur, & infundatur in aqu. papav. errat.* ℔j. *in qua ſpiritus vini guttæ* viii. *vel* x. *diſſoluta fuerint, Colentur cum expreſſione levi, & dividantur in tres doſes ſatis amplas, ſumendas in exacerbatione doloris.*

Si vero affectus in Paralyſin degeneret, leniendа eſt ſpina dorſi & partes paralyticæ, Balſamo reſolvente & nervos roborante, modo febris abfuerit; Si enim adſit, lana ſuccida *oleo* aut *unguento* digerente imbuta, partibus paralyticis alligatur, cavendo diligenter frigus, quo humor partibus paralyticis impingitur, illiuſque diſſipatio impeditur.

Galbanetum Paracelſi hic præcipue confert ſi partibus prædictis, tum etiam umbilico admoveatur. *Riverius.*

Cap. XXVIII.

De Alvi Retentione.

Definitio, Signa, Cauſæ, Curatio, Prognoſis.

1. *Alvi retentio* [2] *eſt fæcum vel nulla, vel pro ratione aſſumptorum admodum parva dejectio.*
[3] *Signis* opus non eſt.
[4] *Cauſæ* in Differentiis exponuntur.
[5] *Curatio* [6] non eſt *negligenda.* Inde enim [7] vapore caput tentatur, univerſum corpus ingraveſcit, ventriculi concoctio impeditur, & appetitus dejicitur, lumbi imbecilles (gravatis ſcil. renibus, excitatoque in eis præternaturali calore) redduntur.

Movetur [8] interdum alvus ſternutatione & tuſſi; interdum [9] ſi æger nudis pedibus humi obambulet, &c.

[5] Alvi

1. *Alvi retentio*) Eſt ſymptoma facultatis expultricis imminutæ, vel retentricis auctæ, Cauſa tamen eſt multorum morborum, ideo *excreta & retenta* in numero ſex rerum non naturalium recenſentur, quæ debitam naturæ legem non ſervantes infinitos morbos procreant. *Riverius.*

Hoc ſanis alioquin interdum evenit quibuſdam, quorum natura talis eſt ut raro dejiciant, Vel ex *mutatione ætatis, ex Hippocr.* contingit, ut quibus juvenibus alvus humecta eſt, ſeneſcentibus exſiccetur, & viceverſa, Aliis ex mala conſuetudine, vel vivendi ratione accidit; In variis morbis hoc ſymptoma occurrit, Tum *ventris inferioris*, cum cardialgiis, cum colicis cruciatibus, ictero, herniis, aliiſq; accidentibus copulatum, Tum *in capitis affectibus*, cum cephalalgia, vertigine cæteriſque conjunctum: Et in *febribus* hoc ſymptoma familiare eſt, uti & in aliis morbis adeo conſuetum, ut primum fere ſit in morborum initiis, & ultimum in convaleſcentibus, de quo ægri conqueruntur ſymptoma. *Platerus.*

Alvus conſtipata eſt, licet deſiderium aliquod dejiciendi craſſis inteſtinis affectis, ſed inane urgeat. *Idem.*

2. *Eſt ſecum vel nulla*) Hic animadverſione opus eſt, Quando vere *adſtricta* dicatur alvus? Cum enim magna heic ſit latitudo, quod quidam ſingulis diebus ſemel alvum exonerent, quidam bis, quidam nonniſi altero die, quidam nonniſi tertio, ſi horum quid mutetur, tum demum eſſe morbum: Non igitur Medicina opus ille habet cui conſuetum eſt intra biduum triduumve ſemel ire tantum ad locum communem, ſed ſi contingat poſterius illi qui ſingulis diebus ſolebat ire: At ſi qui inventi ſunt qui totos menſes & annos concluſi fuerunt, jam id *negligendum* eſt. *Hofmannus Inſt. l.3.c.74.*

2. *Vel nulla*) *Riverius* per adſtrictionem alvi non omnimodam intelligendam vult, qua nihil per inferiora dejiciatur, qualis in Ileo contingit; Sed tantum pigram & tardam alvi dejectionem, qua fæces & cibi reliquiæ raro, nec pro aſſumptorum ratione excernuntur.

2. *Vel nulla &c.*) In eo affectu, vel *nihil omnino* egerere poſſunt, veuttiſque *omnimoda* eſt *ſuppreſſio*; vel *rarius & minus* quam par eſt, vel *magno conatu* & labore dejiciunt. *Platerus.*

3. *Signis opus non eſt*) Signa diagnoſtica ex cauſarum diagnoſi dependent, quæ ex propriis fontibus haurienda; Calidæ enim hepatis Intemperiei ſigna ex proprio fonte deſumenda ſunt; Tumores etiam, aliique inteſtinorum morbi propriam habent diagnoſin: Cauſæ externæ, ut ciborum paucitas, vel frigiditas, equitatio, & ſimilia, ex ægri relatione innoteſcunt. *Riverius.*

4. *Cauſa*) Alvus adſtricta hinc proficiſci videtur, quod ſucci ad inteſtina fluere ſoliti; vel nimis craſſi ſunt, unde à glandulis ſeve pancreatis, ſive inteſtinorum ſeparari nequeunt; vel deficiunt, partim propter cibos nimium ſiccos, partim ex potulentæ materiæ defectus Qui lixivioſis particulis carent, acido abundabunt, cujus auſteritate & rigiditate (acidum quippe ab acido plurimum differt, aliud auſterum eſt, aliud acre &c.) & ſanguinis maſſa conſtipatur, qua inteſtinorum tunica glanduloſa obſtruitur, & pauci humores ſequeſtrantur; Si autem alvus ob defectum potus aſtringatur, etiam ſanguis incraſſatur, & quæcunque dixi efficit.

In fluxibus alvinis hæc contraria ſunt, hic acidum viſcidum, inteſtinorum glandulas obſtruens peccat, *illic* vero acre & ſalſum magis, Itaque morbus quaſi inverſus eſt; deficit hic itaque, ut in cæteris affectibus, bilarius humor, nam ubi oſtenderim acidum abundare, ibi ſemper bilis penuriam ſuppono: Vbi regnaverit *Acidum*, ſub jugum mittitur *Alkali bilare*, quod in chymicis miſcellis clare ſpectamus. *Steph. Blancardus Idea Med. novæ §.61.*

Alvus adſtricta oritur ab auſtero adſtringente fibras inteſtinorum, imo etiam ipſa vaſa, tum præcipue humores corporis coagulante & incraſſante: Fæces ſiccæ ſunt, quia longam moram in inteſtinis nectendo, particulæ aqueæ per inſenſibilem tranſpirationem avolant, & fæces poſt ſe relinquunt.

Homines robuſti minus ejiciunt quam homines pituitoſi & teneri, quia in iis fermentationes ſunt robuſtiſſimæ, & plus chyli ex cibis eliciunt, & per urinam habitumque corporis plura quam alii excernunt. *Craanen Prax. Med. Reform. cap. 77.*

5. *Curatio*) Per Diætam hoc malum maximam partem eſt ſuperandum, Ideoque in Diæta pruna cocta, cum eorum juſculo frequenter uſurpari poſſunt. *Riverius obſerv. pag. 243.* pruna commendat; Sic *butyrum recens, paſſulæ min. acetoſa, tamarindi &c.* conveniunt *Pr. Med. Ref. p. 324.* vide §. *Emollientibus agendum.*

Pinguia hic quoque conveniunt; Si ventriculus ferre poteſt copioſius ſumatur potus, ut ita diluatur auſterum; Pro acido auſtero in corpore prædominante; aromatica & ſalina poſſumus cereviſiæ, dum adhuc calet, ſive fermentatur addere, ut ſunt *rad. lappæ maj. cortic. arant. rad. tamar. &c Craanen* Ibidem.

5. *Curatio*) In curatione ante omnia cauſa removenda eſt; Vnde 1. ratione *fæcum contentarum* conveniunt ea quæ fluxiles faciunt, emolliuntque &c. Ratione *inteſtinorum*, ea quæ vel anguſtiam tollunt, vel eadem plus minus inſenſibilia ſtimulant, Vel irritationem in iis, & inde natum ſpaſmum tollunt.

Quæ *emolliunt* & fluxilia faciunt ſunt *aquoſa, oleoſa, mucilaginoſa, dulcia,* & hinc *gummata*: Quæ inteſtinorum mala, vel curabilia, ut inflammationem, exulcerationem; vel incurabilia, ut coalitum &c levant, ex affectus ratione patent, Quæ eadem *irritant*, ſunt acria, tam *ſalſa* quam *ſpecifice purgantia*, aut horum inſtar, *intenſa amara*: Quæ irritationem ſiſtunt, ſunt *anodyna*, ſeu lenientia, mucilaginoſa, & temperata oleoſa, hinc narcotica *& opiata. Etmuller.*

5. *Curatio*) *Conſtipatio alvi* non omnis correctione opus habet, utì ea in qua rarius dejiciunt: quia hoc illis naturale & conſuetum, vel quia moderata & temperata victus ratione utuntur, cum paucitatem excrementorum ſignificet, corpuſque bene nutriri, quod & in convaleſcentibus, aut alioquin inediam paſſis, ſi poſtea minus ad excretionem aliquandiu ſolicitentur, corpora illorum ob ſuctionis vehementiam egregie refici denotat, niſi ob diu intermiſſum uſum omnis cibi; inteſtinis exſiccatis & collapſis, omnimoda ſequatur alvi ſuppreſſio; quæ cum periculoſa, curatione opus habet, & ſæpe ægre perficitur.

Quod ſi vero ab aſſumptis *cibis ſiccantibus, adſtringentibus, calidioribus*, procedat conſtipatio, abſtinentia horum & uſu contrariorum emendatur: *A calore* noſtro *exſiccata excrementa*, quia diutius ob ſeſſionem, aut otium. retenta fuerunt, ſi laborioſam aliquomodo dejectionem pariant, neque hæc, cum diuturna minime ſit, cura majore opus habet; Vti & ſi ob *temperaturam & conſtitutionem calidiorem* id eveniat; In *morbis* vero ſi conſtipatio quoque illorum ſit ſymptoma, ratione caloris in febribus, aut *inteſtinorum obſtructionum, convulſionum, in convolvulo & herniis* aut ob ſtimulum amiſſum in *ſtupore, ſclero*, & ſimilibus affectibus, quid cauſæ occaſione faciendum ſit, in hiſce *affectibus indicatur. Platerus.*

6. *Non eſt negligenda*) Quod ad *Prognoſin* ſpectat,

Alvi conſtrictio magis aut minus periculoſa eſt pro majori vel minori gravitate cauſarum, Si enim ab inflammatione, aut alio inteſtinorum tumore, fiat, valde periculoſa eſt; Ab aliis vero cauſis oriunda minus habet periculi: Contumax & diuturna plerumque eſſe ſolet quando à fecibus induratis producitur; inde enim ſæpe Colici dolores excitantur, qui ſemel ſedari frequenter tamen recurrunt, tum ob novam ſecum exſiccationem, tum quia licet purgantibus alvus ſufficienter ſoluta videatur, & excrementa liquida permulta evacuata ſint, non pauca tamen interdum ſolida & dura in inteſtinis ſubſiſtunt, quæ novos dolores pariunt, & non niſi clyſteribus quamplurimis, etiam poſt purgationem injectis, avelli poſſunt, *Riverius.*

Alvi ſuppreſſio pro circumſtantiarum ratione plus minus periculoſa eſt, Contumacior ſi fuerit ratione Ilei, mortem inferre poteſt, Licet autem non ſemper lethalis ſit, pertinacior tamen graviora ſecum invehit ſymptomata, cum interdum ſuperveniat animi deliquium, & alvus obſtructa ſemper ſoleat augere capitis ſymptomata, ut continuo præmoneant Practici, ut in vulnerib⁹ capitis, in cephalalgia, in melancholicis, alvus ſit libera; Quælibet item *mali hypochondriaci* ſymptomata ab alvo obſtructa exacerbantur; Interdum nimia alvi obſtructio cauſa eſt ut ægri male habeant in hypochondrio ſiniſtro, ubi Colon fit anguſtius: & propterea intorquetur deorſum verſus renem, unde ibidem locorum retenta ſcybala varia inferunt ſymptomata, ut hæc ce mala lieni attribuantur, ægrique pro ſpleneticis habeantur: Nec eſt quod decipiamur ex eo quod malum non ſit in colo propter retentas varias ſordes, quia purgantia ſuum faciunt officium; fallunt enim, & utut educant propriam materiam tenuem, fæces tamen in inteſtino Colo relinquuntur craſſiores & viſcidiores, cujus notabilia obſervata vide apud *Sennertum*, *Salmuth* & alios. *Etmuller.*

7. *Vapore caput*) Capitis dolores adſunt aliquando à vaporibus aſcendentibus, ſanguini permixtis, non aptis ad circulationem in capite efficiendam, unde dolores. *Craanen Pr. Med. Ref. p. 324.*

8. *Ventriculi*) Cardialgia hic aliquando adeſt, ob humores auſteros & adſtringentes intra tubulos ventriculi depoſitos. *Ibidem.*

8. *Movetur*) Quæ in podicem immiſſa naturam ad dejectionem movent, ſunt *Suppoſitoria*, variis modis concinnata; *Clyſmata*, quæ ſtimulando dura excrementa ſimul diſſolvunt, emolliunt, & veluti abluunt viaſque patefaciunt, Quorum præcipuus in conſtipatione uſus. *Platerus.* vide §. *Emollientibus.*

8. *Movetur*) *Exercere & movere corpus* eundo, ut fæces commodius deſcendant: opitulatur, & medicamenta alvum moventia citius, ſi illis ſumptis obambulent, operantur. Et cum *aſſellatio*, ut vocant, idonea fieri non poſſit niſi conatus adſit, qui voluntate noſtra, ſpiritu retento & muſculis conſtrictis perficitur, nec tamen ſola voluntas aliquid facere poſſit, niſi expultrix naturæ vis ſimul accedat, ſtudendum ita naturam aſſuefacere ut voluntati noſtræ in dejectione facienda conſentiat; quod fiet ſi certo tempore, & ſi fieri poſſit, eadem hora, poſt & ante ſomnum, mane & veſperi excrementa reddere ſtudeamus; Cum natura ſuum ordinem non ſolum in menſibus, diebus, ſed & horis, ut in appetitu cibi, ſic & in dejectionibus ſervare ſoleat; quem ſi ſervemus, & in eo perſeveremus, ad dejectionem facilius faciendam multum afferemus adjumenti. *Platerus.*

8. *Movetur interdum alvus ſternutatione & tuſſi*) Cuidam alvi fæces duræ in podice ſubſtiterunt, nec egredi, etſi vehementi conatu propellere tentaret, poterant, adeo ut podicem cum cruciatu nimium aperirent & veluti divellerent: huic ut mederer *ſternutationem* movi, & eum *tuſſire* juſſi, prius podice fomentato cum oleo; quibus conatibus & impetibus ſcybalen propulſum & ejectum eſt, reliquaque excrementa ſubſecuta ſunt: In multis aliis, quibus ob duritiem excrementa ægre per podicem feruntur, tuſſim imperando, ea ut prodirent, quæ alio conatu exprimi non poterant, effeci. *Platerus l. 1. p. 225.*

9. *Si æger nudis pedibus*) *Hier. Thriverus commun. in aphor. 20. ſect. 2.* ſcribit ruſticos jam dudum noſſe experientia, ſi nudis pedibus humi ambulent, ventrem pertinacem ſolvi. *Braſſavolus Tr. de Purg. c. 9.* ſcribit *Ferrarienſium Ducem Borſium* per triduum nihil excreviſſe, conſilium eade re *Mich. Savonarolam* ſuaſiſſe clyſterem injici, quo nihil proficiente, juſſit pavimentum, quod erat marmoreum, frigida aqua copioſiore conſpergi, & Ducem lecto ſurgere, ac nudis pedibus ambulare, non 50. paſſus perrexerat Dux, ut per ventrem dolorem & borborygmum ſentire cæpit, ſedem petiit, & potentiſſime excrevit: Quo facto juſſit *Savonarola* aqua in qua herbæ calidæ eſſent decoctæ Ducis pedes ac crura ablui; quod conſilium centum aureis Dux remunerari juſſit.

Differentiæ.

10. *Differentia* [11]. à fæcibus & inteſtinis ſumitur.

I. Alia eſt [12]. *Vitio fæcum*, quæ vel [13]. *non ſunt*, propter inediam & ciborum euchymorum uſum.

Vel *non ſtimulant*, ſeu *propter* minorem quantitatem: [14]. ſeu *propter* bilis, quæ vel ad alias partes, ut in ictero, delata eſt; vel ex cibis frigidioribus non gignitur, carentiam.

Vel *Duræ ſunt*, ſeu [15]. *propter* inediam & calidum corporis habitum; ſeu *propter* diutinam cohibitionem, qua fit [16]. ut continenter ſiccescant, & meſenterii venæ aliquid ſucci exſugant; ſeu *propter* [17]. cibum [18]. craſſiorem, viſcidiorem [19]. adſtringentem, [20]. prima menſa ſumtum, [21]. non dilutum: majore hepatis & renum calore.

Et *tum* partium iſtarum ratio habenda eſt. [22]. Emollientibus agendum. [23]. Probatur [24]. *linimentum Colenandri*, quod ex [25]. *ol. amygdal. dulc*, recent. *pinguedin. anſerin.* [26]. *butyri majal. ungu. dialthea* ana dr. ij. *Colocynthid.* gr. xvi. *ſalis* ſcr. iſ. [27]. *ſpecier. hiera* ſimpl. ſcr. I. *Diagridii* gr. iv. componitur, ſi eo umbilicus inungatur. [28]. Expedit etiam negocium [29]. *Eſſentia* [30]. *ſalis tart. cum ſpiritu vini* extracta & ad conſiſtentiam redacta, ſi à gr. vi. ad viii. in hauſtu vini, ſingulis diebus, veſperi, à cæna exhibita fuerit: nec non [31]. *ſegmenta ex unguibus ægri* nodulo incluſa & umbilico adalligata, ad conatus ſenſim removenda.

II. Alia *vitio inteſtinorum*, quæ, [31]. vel *non ſentiunt*, ſeu *ob* diuturniorem aſſuetudinem, { [32]. Solent

lent quidam ex idiocraſia nonniſi vigeſimo vel ſeriús die alvum deponere,) *ſeu* ſtuporem; qualem inſtigunt veternus, paralyſis, apoplexia; *ſeu* [34]. pituitæ tunicis adhæſionem · de qua in colica.

Vel *non dimittunt*, ſeu *ob* [35]. viarum anguſtiam, ab [36]. inteſtinor. [37]. obſtructione, de qua ſupe- rius: vel [38]. meſenterii aut viſcerum inteſtina prementium tumore; *ſeu* muſculorum abdominis vitiis: *ſeu* [39]. retentricis ex moderata ſiccitate robore: quorum omnium ratio ex ſuis capitibus petenda eſt.

10. *Differentia &c. ſumuntur*) Vacuationis excrementorum alvi ſunt quaſi tres cauſæ continentes, *Inſtrumenta*, ventriculus cum inteſtinis, nec non muſculis *Materia*, excrementa ipſa, hoc illove modo diſpoſita: *Facultas expultrix*, quæ ab Eraſiſtrato peculiare nomen habet, περιςαλτικὴ, circumplexoria; Hæ cauſæ omnes niſi bene ſe habeant Alvus adſtringitur cohibeturque, eſt immorigera, non facit officium, Hoc ſi diutius duret, fit hoc cum inſigni animalis diſcrimine. *Hoſmannus Inſt. l.3. c.74.*

11. *Inteſtinis*) Inteſtina, cum excrementa alvi contineant, eaque tranſmittant, in omni conſtipatione affici neceſſe eſt, idque vel affectu *primario*, cum *anguſtantur*, vel *obſtruuntur*, aut *ſecundario*, ſi ſtimulum amittant. *Platerus.*

11. *A fæcibus & inteſtinis*) Vacuationis excrementorum tres dixi eſſe cauſas, *Inſtrumenta, materiam, facultatem expultricem*; Quod ad inſtrumenta, *Ventriculus* quidem in cauſa more eſt, vel quia corrumpit in ſiccum quid & nidorulentum (Si enim in acidum fiat corruptio alvus fit citatior) vel quia coquit tardius, ob intemperiem frigidam; quod accidit in βραδυπεψίᾳ: *Inteſtina* autem, vel ob eandem *intemperiem*, ob quam fibræ laxatæ non poſſunt coire in ſe, vel ob *inflammationem*, ſive in tenuibus illa ſit ſive in craſſis: Vel, quod peculiariter huc facit, cum obſtruuntur tam ex toto quam ex parte.

Obſtructio fit vel à pituita, vel à pinguedine, vel à vermibus, vel à calculo, In Hernia quoque inteſtinali reſtitant fæces. *Muſculi* ſunt, non abdominis tantum, ſed & thoracis, præcipue diaphragma, quin & laryngis, ut explicat negotium *Galenus 5.* de V.P. pagin. 15. hi ſi vel paralyſi laborent, vel abſceſſu aliquo, impeditur compreſſio; *Ani* muſculi non pertinent ad hanc actionem, ſerviunt autem moderationi, ut poſſimus aliquamdiu retinere.

His addo *Peritonæum*, propter ea quæ *Galenus 4.* de V. P. pag. 9. & propter hanc hiſtoriam, Novi qui Bubonocele affectus eſt in dextro latere, & quidem ex dilatatione peritonæi tantum; huic ſi contingat ſtercora morari, præcipue ubi frigori ſe expoſuit, remedium eſt alvi ſolutio.

Quod ad *materiam*, oportet diſtincte agere, Reſpectu *excrementi craſſi* primæ coctionis, non procedit illud ſuo tempore ſi non ſervetur debitus ordo in cibis, ſi v. g. ſicca & adſtringentia prima menſa ſumantur, ſi nimis multa, præſertim difficilioris digeſtionis; ſi nimis pauca, eaque tenera, liquida, ἄποια, Si nihil aut parce bibamus, itaque deſit vehiculum, ſi vomitus aut dejectio eveniat ſtatim à cibo, denique ſi ſomnus ſit longior.

Reſpectu *Tenuis* ejuſdem coctionis (hoc eſt alimenti partis aquoſæ, quæ in ſanguinem faceſſere non poteſt, & Pituita vocatur) ſi frigida & humida multa ingurgitemus, unde à pituita inteſtinorum latera quaſi incruſtantur, & fit morbus in ſuperficie lævigata: Si *flatus* adſint, pituitæ ſoboles, qui ſuſpendunt dejicienda, Reſpectu *ſeri*, ſi urinæ nimis copioſæ ſint. *4. aphor. 83.* *ſi inſenſilis tranſpiratio* ſit major, *3.* in 6. Epid. (ſudoris eadem ratio) ſi exercitia ſint validiora; ſi prægreſſa ſit diarrhœa levior critica, ſi medicamentum purgans, ſi diuturnior ſomnus, ſi ipſi non demus operam ei rei occupati in aliis.

Reſpectu *Craſſi ſecundæ coctionis excrementi*, ſi illud non affluat in debita quantitate & ſuo tempore, nimirum *melancholiam* ſubſtituo tenuis ejuſdem coctionis excremento, *Bilis*, cui omnes hoc mandatum dant, ut ſtimulet inteſtina ad excluſionem fæcum; Cæterum in hac cauſarum farragine unuſquiſque multa videt quæ ad *Errorem externum* pertinent, ſub quo comprehendi Cauſas ſine quibus non.

Quod ad *facultatem*, ſi illa non affluat deſuper, neque ullus ordo ſervari, neque diu vita durare poteſt. *Caſpar. Hoſmannus l.3. c. 74. Inſtitut.*

12. *Vitio fæcum*) Cauſa eſt vel in inteſtinis expellentibus, vel in ipſis contentis expellendis: *Contenta expellenda* cauſa ſunt alvi retentæ. *quando non perveniunt ad ad inteſtinum rectum*, ut idem poſſint ſtimulare, quo ceſſante ſtimulo ceſſat alvi excretio, Cauſa quare non perveniant ad inteſtinum rectum, eſt partim eorum *paucitas*, ex alimentis paucis aſſumptis; Partim eorum *ineptitudo ad motum*, tribus ex occaſionibus 1. propter *exſiccationem & indurationem*, hinc eſt quod in febribus ardentibus, aut in iis qui crebriori exercitio utuntur, adeoque crebrius ſudant, item in convaleſcentibus, dum uberior liquidi intra corpus fit diſtributio, fæces induratæ, quia exſiccatæ, non poſſunt commode expelli: Aſſumpta quædam ſuggerunt fæces plus minus induratas.

2. *Viſciditatem fæcum alvinarum*, ratione cujus pertinacius parietibus inteſtinorum affixæ hærent, impedimento eſt quominus poſſint expelli, unde ij qui utuntur copioſis viſcidis alimentis, aut qui eadem in mucum viſcidum ex vitiata digeſtione tranſmutant, obnoxii eſſe ſolent alvi obſtructionibus, qui ſubinde congerunt pituitam vitream ſive mucilaginem acidam tenacem, unde interdum hypochondriaci obſtructionem alvi incurrunt, Pertinent huc ij qui parce nimis potant, Item qui vitam agunt ſedentariam; In talibus enim deficiente motu, minus quaſi concuſſis inteſtinis, fæces retentæ pedetentim tenaciorem conſiſtentiam acquirunt, indeque alvum clauſam patiuntur.

3. *Coagulata & condenſata fæces* alvi obſtructionem inducunt, idque probabiliter ex vitio lymphæ pancreaticæ: Bilis enim & dicta lympha, ut ſeparant cremorem nutritium à ſcybalis fæculentis, ita ſimul certam conſiſtentiam excrementis tribuunt, ſecundum quam nunc magis nunc minus ſunt fluxilia, unde à bile abundante diluuntur excrementa & fiunt fluxilia: A lympha pancreatica vero, aut nimis acida, aut auſtera, fæces alvi nimis coagulantur & indurantur; Hoc ita eſſe commonſtrat quædam Icteri ſpecies, in qua ipſa propter abſentiam bilis in inteſtinis, admodum induratæ & condenſatæ ſolent eſſe fæces: Deinde plures hypochondriaci, mulieres item hyſtericæ, ut plurimum alvo adſtrictâ laborant propter auſteritatem nimiam ſucci pancreatici, quo ſapore induratæ fæces diutius in inteſtinis ſubſiſtunt. *Etmuller Pr part. 1 pagin. 70.*

14. *Propter inediam*) Vnde maxime errant qui neſcio qua religioſa ceremonia, ſeu abſtinentia à potu, corpus defraudant genio; & alvi beneficium hinc non

experiuntur; perpetua enim intercedit proportio inter ingeſta, digeſta, & egeritur, quod qui bene ingerit, digerit & egerit, ſanus demû habendus ſit: Hinc falluntur qui in morbis, quando nihil ægri aſſumpſere per aliquot dies ciborum, & venter quaſi vacuus eſt, tamen ſtimulant alvum, non attendentes nil habere naturam quod excernat, unde neceſſario quieſcit; hinc etiam in fame nimia ſubſident & corrugantur inteſtina. *Wedelius.*

Vulgata eſt multorum querela, quod iis alvus nimium adſtricta ſit, nec niſi 3. aut 4. die dejiciat; aut tardius multo: Multæ ſolent aſſignari tardioris alvi cauſæ, una vulgaris eſt, & quam oppido pauci animadvertunt, aut *Ciborum* paucitas, aut paſtuum intercapedo longa: intereſt enim multum inter cœnam præcedentis, & prandium ſequentis diei, tempus enim medium eſt horarum xvi. plus minuſve; quod tempus plus æquo ſatisfacit ciborum coctioni & diſtributioni alimenti, Niſi forte quædam corpora objicias, quibus calor naturalis imbecillior non tam facile ſuum facit officium: Sed generalius nos id totum pronuntiamus, atque dum tantum temporis intereſt, præſertim ſi vitæ ratio ſatis moderata, & calor naturalis fortis eſt, ſiccantur fæces, calor naturalis augetur, deſtitutus aliqua ex parte pabulo, ut jam contra naturam evadat; Id quod multis argumentis poteſt deprehendi: Melius cum aliis agitur quibus alvus quotidie aut bis ſolvitur, hoc enim multi arcentur ac fugantur morbi, & qui cibis potuque frequenti utuntur, non ad neceſſitatem, ſed ad voluptatem, iis crebro magis ac profuſius alvus deſcendit, ut videatur magis è re naturæ eſſe, temperantiæ limites parum egrediendo, paulo crebriore poculentorum & eſculentorum uſu alvi libertatem procurare quam ſtrictiore ac religioſiore victus ratione denſitatem adſtrictioremque alvi cauſari, dolorum juxta ac morborum parentem. *Ballonius Ep. libr. 2. pagina 288.*

Ob *Inediam* non tantum inteſtina, ſed & fæces, ſi quæ relictæ ſunt, exiccari indurarique poſſunt, neque tantum dum eam patiuntur ægri, ſed & poſt eam cibum rurſum ſumentes, præſertimque ſi tunc admodum famelici ſint, idque quod natura exhauſta, ut defectum hunc reſarciat, quicquid fere chyli & humoris in cibo ſumpto conſiſtit, per venas meſaraicas exſugit (*venæ lacteæ rapiunt & alliciunt*) excrementaque ſicca duraque tantum relinquit: quo fit ut poſt acutos morbos convaleſcentes, avideque comedentes, de conſtipatione adeo conquerantur, & qui bene nutriuntur alvum ſiccam potius quam humidam habeant; *Platerus.*

13. *Non ſunt propter inediam*) Nobili cuidam alvus ſemper dura erat; pauca dejiciens: Pariſiis multos Medicos in conſultationem adhibet: Duo ex illis ſententiam dederant, Tertius, antequam ſuam interponeret, à Nobilis Amanuenſi quærit, num Dominus multo alimento uti conſueviſſet? Reſpondet ille pauciſſimis uti, & hominum maxime ſobrium eſſe, Tum Medicus ſermonem conſultationis abrupit, Cauſa aperta eſt, *inquit*, & quid agendum, Ex pauco cibo, pauca ſtercora.

14. *Seu propter Bilis*) *Præter quam &* ſuccus Pancreaticus & Pituita *ad alvi adſtrictionem efficiendam* concurrunt: Quapropter imprimis conſulo omnibus (Alvi adſtrictionem aut laxitatem naturalem à *Bile*, *Succo & Pituita* in tenui inteſtino concurrentibus mecum deducentibus) ut continua & attenta obſervatione diſcant accuratius & diſtinctius ſingulorum præfatorum humorum naturam, & mutationes varias, ipſorum mutationem multiplicem conſequentes, de qua re per ſolam experientiam conſtare poterit. *Sylvius App. Tr. V. §. 251.*

14. *Seu propter bilis*) Nonnunquam alvus adſtrictior eſt propter *pituitam glutinoſam, humoremq; auſterum* à precedente frigore in corpore abundantes, nec mox *Bile* ab æſtu aëris ſubſequente acriore facta correctos aut devictos, verum illi reſiſtentes: atque in flatus auſteros ac tenaces mutantes, alvi excrementa indurantes, ſicque alvum adſtringentes: Poſtquam vero partim ab aëris æſtu, partim ab aëre febrili, partim à medicamentis correcti debellative fuere humores auſteri & glutinoſi, redditur poſtmodum alvus fluidior. *Sylvius App. Tr. X. §. 300.*

Alvi adſtrictionis nonnullis Epidemia febre laborantibus cauſa fuit partim *ſuccus pancreaticus auſterior*, partim *pituita viſcoſior*; Ab Auſtero nempe ſucco excrementa non tantum *incraſſantur*, & ad motum ineptiora redduntur, quin ab iiſdem non raro *inteſtina ita diſtenduntur*, ut ad ſui contractionem contentorumque propulſionem fiant inepta. *Idem App. Tr. ix. §. 91.*

14. *Seu propter bilis*) Alvi adſtrictio, meo ſaltem judicio, debetur *Succo pancreatico* vel primario, vel ſecundario peccanti: *primario* quando juſto viſcidior, ideoque minus acidus & acris exiſtit: *Secundario*, quando ab illabente pituita vel ſaliva, vel alimentis valde viſcidis, talis evadit, viſcidior inquam ac inertior, Quod ſi ſuccus Pancreaticus valde acidus & acris exiſtens, offendat nihilominus pituitam impenſe viſcidam, præter alvum adſtrictiorem pituitæ viſciditati adſcribendam, *lancinationes* producentur in ventre, ab acrimonia ſucci pancreatici acida, *Sylvius Append. Tr. v. §. 85.*

15. *Vel dura ſunt*) Indurantur & craſſeſcunt ejuſmodi fæces, ſi materia ex qua generantur, *Cibus* nimirum, ſolidior ſicciorque ſit, unde ſimilia excrementa progignantur, Sicuti in canibus, oſſa rodentibus videmus accidere; Præſertimque ſi ob *Potus*, liquidorumq; parciorem uſum minus diluta ſint: Idem fit ſi exiccentur *ſiccantium* ad modum in cibis continuo *uſu*, vel etiam calefacientium: Aut calore partium vicinarum, hepatis præſertim, ut volunt, in naturis calidioribus; in quibus ſi excrementa non in dies reddantur; ſed ob cauſas aliquas, & præſertim longam ſeſſionem in conventibus; in equo, aut decubitum longiorem retineantur, (cum facilius dum corpus movetur, erectumque eſt, quam cum quieſcit, procedant) calore interiore ea exſiccante indureſcunt; Hincque fit ut Senatores, Equites, & ſenes otioſi, de conſtipatione maxime conquerantur; quod uti calore corporis moderato adhuc ſic evenire poteſt, ita in morbis calidis harum partium, vel etiam totius corporis, in febribus hæc fæcum exiccatio à calore illo vehementiore citius procedit, conſtipationemque parit. Ob *inediam* quoque indurantur. *Platerus* Vide §. 13. *Propter inediam.*

16. *Vt continenter ſicceſcant*) Vt & ob διαπνοὴν liberiorem, Novi plures ventris conſtipationi obnoxios, hoc tantum remedii genere fuiſſe curatos, nempe ut diluculo, & hora prius aſſueta citius, lecto aſſurgerent: Quantum enim διαπνοὴ ſolita adimitur, tantundem ad alvum lubricandam additur, *Willis.*

Siccitatem habent contenta propter chylum copioſius elicitum; & quandoque ob Potum pauciorem, cum pane multo uſurpatum; *Duritiem* autem debent tum alimentis ſimilibus, oſſeis & cartilagineis, tum flatibus auſteris, conſiſtentiam contentis firmiorem præbentibus. *Fr. Sylvius.*

Neceſſario *indurantur*, quia diutius retentæ caloris vi continenter exſiccantur, ab iiſque nonnihil ſucci ſemper exſugitur per venas meſaraicas, ad craſſa etiam inteſtina pertingente, Illa autem durities & ſiccitas non ſolum eſt effectus adſtrictionis alvi, ſed etiam cauſa efficiens, quia induratæ difficilius excernuntur, & facultatem expultricem non irritant: *Riverius.* Adde *motum vehementiorem*, præſertim equitationem.

17. *Seu propter cibum craſſiorem, viſcidiorem &c.*) Attendendum imprimis à quibuſdam alimentis contingere

gere ſoleat unicuique Alvus ſegnior aut laxior, Neque enim ſemper idem effectus obſervatur in omnibus & ſingulis ab eadem cauſa productus: Nec quæ adſtringentia vulgo dicuntur & ſunt, in omnibus alvum adſtringunt, quin non raro ipſam ſolvunt; Quę proinde ſola experientia obſervabilia deprehenduntur huic aut illi individuo alvum ſolvere alimenta, illa, quoties rarius dejicitur alvus, ſunt ab illis uſurpanda. *Sylvius App. Tr. v. §.246.*

[17]. *Cibum craſſiorem, viſcidiorem &c.*) Aſſumpta quædam ſuggerunt fæces plus minus induratas, qualia ſunt v. g. *ſtire*, quæ in magna copia aſſumptæ, propter viſciditatem & tenacitatem duriores dant fæces, indeque etiam lethalem alvi obſtructionem teſte *Moebio, Inſt. p. 413.* Sic *ovn ad duritiem cocta*, eadem ratione alvum ſupprimunt: *Fructus horas* nonnulli *tenaci pellicula obducti, ut uvæ criſpa, uvæ vitis* cum pelliculis comeſtæ, quia uti non digeruntur in ſtomacho, ſed crudæ & acidæ inſigniter ex ſtomacho dilabuntur, contentas fæces ſua permiſſione irretiunt, & hinc inde in globos quaſi cogunt unde pertinax alvi obſtructio. Sic *ceraſa*, horumque nuclei integri devorati fæces induratas inducunt, teſte *Schenkio lib. 3. obſerv.* qui refert alvum ad tres ſeptimanas obſtructam ex copioſis ceraſis eum nucleis comeſtis. *Etmuller.*

[18]. *Cibum craſſiorem, &c.*) Cui opponendus contrarius, *Caro* juniorum animalium elixa, *vitulina* in primis; pinguis item & mucilaginoſa: *Butyrum* affatim comeſtum, vel *Oleum*; *Herbæ* pleræque temperatæ ſiſtuæque, coctæ & erudæ, *Spinachia, beta, atriplex ſativa, bugloſſum, braſſica* inprimis; hiſque validiora *malva & violaria*, aliarumque plantarum teneritates, ut *lupulorum, aſparagorum*: *Fructus* omnes humidi alvum laxant; temperati, dulces; Sed & acidi conturbando tamen ventrem magis quam laxando: *Aqua* potus fluidam facit alvum, vel *Lactis. Platerus.*

[19]. *Adſtringentem primu menſa*) Improprie & ex accidente, Adſtringentia leniunt, *κατασχετικῶς* quaſi talia, & affectu æquivoco, Notandum enim quod Aſtringentia, in iis qui laxiorem habent ventriculum, & debiliorem, alvum non tantum leniant, ſed & quandoque purgent, inprimis ex alimentoſis *cydonia*, ſi ſumantur poſt paſtum, ut ante cibum ſumpta adſtringant, cujus rei ratio eſt ex fibrarum natura petenda, adſtrictæ enim ante cibum æque dimittunt *κάτω* adſtrictæ poſt cibum propulſionem accelerant: Par ratio eſt opiatorum & pulverum ſtypticorum: Hypochondriacus cum ad vomitum curandum aſſumeret pulverem ſtypticum, tones diarrhœam reportabat, idque non ſemel, ob flacciditatem villorum ventriculi, *Wedelius.*

[20]. *Prima menſa*) Obſervatum eſt Lenientia optime hoc tempore dari, immediate ante cibum, vel cum cibo ipſo, & potius cum cœna quam cum prandio: Legi memoratu de hoc ipſo inſignis locus apud *Septalium l.3 anim. 5.* ubi inter alia ſcribit. *Et ut millies ego expertus ſum, & Medici noſtrates meo exemplo cognoverunt, hoc modo ana ʒß. aut etiam ʒii. ſæpenumero major excrementorum copia educitur quam cum ℥i. & etiam ℥iß per horam, ut meris eſt, ante prandium exhibetur* Hunc in finem uſitatiſſime propinantur *Pilulæ alvoticæ Francofurt.* aliæque hujus generis: Conveniens eſt hoc tempus naturæ, quæ tenus a ſomno capto matutino tempore per alvum ſecludere ſcybala geſtit. *Wedelius.*

[21]. *Non dilutum*) *Copioſior Potus* alvum aperit, id quod vel maxime hypochondriacis eſt neceſſarium, *item* mulieribus, ut eo promptius exeant fæces: *Potus* nunc eſt uſitatus nunc medicatus: Medicatio talis inprimis fit per *paſſulas*, unde *vinum paſſulatum Timæi in Epiſt p. 224.* ad cujus imitationem paratur *decoctum paſſular. cum ſenna* egregium eſt, *ſerum lactis*, convenit tam in febribus ardentibus & malignis quam inprimis hypochondriacis & ſcorbuticis, ſi alvus horum obſtructa ſit, ac ſimul æſtuatione laborent, utrique ſcopo mire ſatisfacit ratione nitroſitatis ſuæ, in alcali volatili oleoſo fundatæ, temperans egregie & ſucci pancreatici vitioſum acidum plus nimis auſterum ſaporem, ac demulcens acrimoniam ſalis ſcorbutici, ſeu per ſe probe depuratum uſurpetur, ſeu cum *ſyr. roſar ſolut.* adhibeatur, ſeu in eodem parum de *tamarindis* ebulliat, & ad ſaporis gratiam, & ut majorem laxandi vim acquirat. *Etmuller.*

[22]. *Emollientibus agendum*) Si induratæ fæces obſeſſerint Coli cellulas, & quæ ſub hypochundrio ſiniſtro ſunt anguſtias, optimum erit per conſuetam portam inferiorem educere; Conveniunt tamen bis prænittere Emollientia, quibus humorum craſſities attenuetur & diluatur, ac viarum impedimenta amoveantur, Utrique ſcopo inprimis ſatisfaciunt clyſmata; *Lac vaccinum* cum *melle mercuriali*; & fæces emollit & lubricando vias eductionem facilitat injectum.

Ex *ſolo oleo lini n rapor.* āā. unc. iv. aut v. injectus clyſter, & ad tempus retentus, mirus eſt ad alvum à ſcybalis impeditam reſolvendam, Acui poteſt cum ʒß. vel ʒvj. *olei diacolocynth. Quercet.* Idem præſtat *ol. lini* ad ℥v. nunc ſolum, nunc cum ʒß. *troch. alhandal.*

Quod ſi tamen contumaciora ſtercora hæc & ſimilia lenia non promoverint, ad acriora pergendum, & clyſmatis ſementibus *ſalis gemm.* ʒi. ad ʒii. permiſcendum; hoc enim ex experientia *Foreſti* (*& Rondeletii*) ſcybala emollit, ac inteſtina ad eorum expulſionem irritat; Ubi tamen obſervetur omittenda tunc eſſe oleoſa & mucilaginoſa ingredientia, ne his ipſis obtundantur aculei incidentes, emollientes, & ſtimulantes ſalis gemm. Quod ſi vero neque hęc ſufficere videantur, *pulpa colocynth.* in petia ligata iſtis incoquenda eſt.

Quin & non incommodum erit aſſumptis ſimul per os emollientibus dura, aut lubricantibus inteſtina, ſcybala dolorifica loco ſuo ſub hypochondrio ſiniſtro deturbare; Viſitatus eſt hic uſus largior *butyri* aut *olei amygd. dulc. ab* ℥j. *ad* ij. &c. in juſculo calido ſumpti.

Quo potentius adhuc, & certius effectus eſt *oleum lini*, ſingulariſſimum hoc antipleuriticum, de quo vide *Gabelkoverum cap. 4. cur. 68.* quo ab ℥j. ad ℥ii. cum *ſyrupo de jujubis, vel violar.* & aliquot *guttis olei deſtill. aniſi* (ut hoc odor faſtidioſus; illo vero ſapor nauſeoſus corrigatur) exhibito, mire ſolvuntur ac abluuntur ſcybala dura.

Inprimis *Paſſulæ minores* ſalutarem hic ferunt opem, ſive *pulpa earundem*, ſive decoctum cum ſtimulo tartari aſſumatur, hoc namque blandiſſime alvum ſubducendo fæces induratas hinc inde hærentes abſtergit, emollit & lubricat, idque eo magis ſi uno alterove blando laxativo acuatur earum virtus: Hypochondriacis ſane, quibus ob induratas alimentorum ſcorias, ſive ob acidum pancreatis auſterum, nimis eas coagulans, ſeu ob pituitam acidam vitio digeſtionis ſtomachicæ prognatam, eas glutinoſas reddentem, tantum non omnino obſtructa eſt alvus, optime conducunt paſſulata, quæ inter ſequ. Potio palmam obtinet

℞. *Paſſular min* ℥iß. *contundantur in mortario lapideo ad conſiſtentiam pultis, coqu in aqu ſimpl.* ℔ij. *Colat. ferventis* ℔iß. *infunde fol. ſenn mund.* ʒiij. *crem. tart.* ʒj. *flor. violar* p. iii. *ſtent loco cal per noctem, mane filtrentur*, Detur hauſtulus mediocris eſuriente ſtomacho ſumendus.

Aut uſurpetur *pulpa paſſular.* cum cremore & ſale tartari ſubacta, & aliquot granis *extr. trochiſc. alhandal* acuata. *Etmuller.*

[22]. *Emollientibus agendum*) Non ſemel obſervavi *Enema ex lacte vaccino paratum*, addito tantillo *mellis*

roſato, plurimum profuiſſe in tali caſu; Nam ratione *Lactis* temperabatur acrimonia flatibus fere comes, quin eodem laxabantur quodammodo & emolliebantur excrementa. *Sylvius Append. Tr. 5. §. 263.*

21. *Emollientibus agendum)* Curatio hujus affectus à cauſarum ſublatione dependet, quæ ex propriis capitibus deſumenda eſt: Cum tamen illa curatio utplurimum longa eſſe conſueverit, præcipue cum à calida hepatis intemperie, aut ſicca inteſtinorum dependet, & interim alvus adſtricta graviſſima pariat incommoda, illius correctioni ſeorſim incumbendum eſt, Quod fiet in univerſum remediis emollientibus, ſimulque alvi excretionem promoventibus in ſequentem modum.

℞. *Rad. alth. lilior. alb. ãã. ℥ii. fol. malv. alth. mercur. violar. branca urſin. ãã. m. j. ſem. lini fœnugr. ãã. ℥ß. ſem. aniſ. ʒiß. prun. dulc. par. iii. flor. chamom. & melil. ãã. p. j. coqu. ad ℔iß. In colat. diſſolve ol. lilior. & ſem. lini ãã. ℥ii. butyr. rec. ℥iß. catol. dupl. & diaprun. ſimpl. ãã. ʒvi. f. Clyſter injiciendus quoties opus fuerit.* Vel

℞. *Decoct. inteſtinor. verv. ℔i. butyr. rec. ℥ii. caſſ. recens extr. cath. opt. diapr. ſimpl. ãã. ℥ß. ſacchar. ℥i. f. Clyſter.*

Parari etiam poteſt bis aut ter in menſe Clyſter ex *oleo communi* ſolo ad ℔i.

Advertendum tamen eſt aliis remediis alvum mollire, quandoquidem frequenti uſu clyſmatum Natura ſegnior evadit, & tandem aſſueſcit nunquam alvum deponere niſi clyſteribus irritata: In hunc finem *Pruna dulcia*, vel *Poma cocta cum ſaccharo*, per horam ante prandium erunt aſſumenda, ut docet *Galenus 2. de Al. Fac. 31.* alioquin ſi immediate ante prandium aſſumantur, nihil operantur.

Vel *juſculum pulli* aut *commune*, in quo *folia borrag. beta* & poma aliquot ebullierint.

Vel *olei amygd. d.* ſine igne *recens extr. cochl.* j. cum *ſyr. capilli ven.* pari quantitate, vel cochlear. ij. ſyr. ſequentis.

℞. *Mucilag. ſem. pſyllii & cydonior. cum aqua malva extr. ℔ß. ſacch. albi ℔j. f. ſyrupus ſ. a.*

Ut *Poma* melius operentur, vinum lymphatum ante & poſt aſſumptionem hauriendum eſt, ita tamen ut tota illius quantitas dimidium cyathum non excedat.

Idem præſtabit butyrum recens per horam ante prandium ſumptum, magnitudine nucis majuſculæ, ſuperbibendo vinum lymphatum.

Semel in ſeptimana utatur aliquo ex ſequentibus.

℞. *Caſſia rec. extr. ℥i. crem. Tart. ʒi. cum ſacch. f. Bolus.*

℞. *Manna granat. ℥i. vel ℥iß. capiat mane cum Juſculo.* Vel

℞. *Ol. amygd. d. manna gran. ãã. ℥j. da ex juſculo mane duabus horis ante cibum.*

℞. *Pulpa caſſ. ℥ii. pulpa tamar. mann. gr. ãã. ℥i. fol. ſenna tenuiſſ. pulv. ℥ß. crem. Tart. ʒii. cum ſyr. roſ. lax. f. Opiata capiat, ℥ß. vel ℥i.*

Vel in *Decocto prunor. manna ℥ß. vel ℥i.* diſſolvatur, ſumatur hora una ante prandium; ſicuti prædicta omnia per horam ante paſtum exhibenda ſunt, ſic enim melius operantur.

Ptiſana ex *cichorio*, *agrimon.* & *acetoſa* in aquam fervere incipientem conjectis, & per noctem infuſis, pro potu ordinario uſurpata, vel ſola, vel cum vino permixta, alvum liberam ſervat. Juſculum ſequens alvum petuſiſſime laxat, & laxam ad dies aliquot ſervat.

℞. *Fol. beta & mercur. ãã. m. j. coquantur in juſculo communi*, detur hora ante prandium.

Vel parari poteſt *Conſerva roſar. laxans ex roſis pallidis* non explicatis, præciſis unguibus, cum *manna & ſacchare ãã.* partibus æqual. doſis ℥i.

Denique *Balneum*, vel *Semicupium* frequens, ex decocto *herbarum emollient.* paratum, ad partes omnes naturales humectandas, & alvum emolliendam erit utiliſſimum. *Riverius.*

Ex medicamentoſis *Caſſia pulpa* prodeſt; *Manna* in Juſculis ſumpta, *Roſarum ſuccus, vel ſyrupus* aqua fontis diſſolutus & bibitus.

Ex fortioribus, quæ cathartica vi & purgando alvum movent; *Infuſum fol. Senna* cum *abſinthio & ſeminibus* valde eſt utile. *Balnea Emollientia, ut aqua dulcis*, & ex decoctis ſimilibus parata, idem efficiunt. *Platerus.*

Copioſior potus alvum aperit, id quod vel maxime hypochondriacis neceſſarium, *Item* mulieribus, ut eo promptius exeant fæces: Notæ ſunt Decoctiones ex emollientibus, v. g. ex *malva, parietaria mercuriali & ſimilibus in aqua decoctis*, qualia decocta ſucceſſive hauſta alvum leniunt, v. g.

℞. *Rad. alth. ℥ii. fol. malvæ m. j. paſſul. min. ʒvi. coqu. in aq. ſ. In fine adde fol. ſenna ʒiii. vel ℥ß. crem. tart. ʒiß. Colat.* ℞. *℥viii. adde ſyr. de ſpina cerv. ℥. m. Etmuller.*

Cum nullis medicamentis ſolvi poterat alvus, & jam per dies 14. ex toto ſuppreſſa erat, ipſi dedi mox ante cibum dr. j. Elect. è *Zizibis* dicti quo certe alvus continuo fuit emollita, mota & ſubducta, nec de novo alvus ſuppreſſa fuit.

Electuarium e Zizyphis καθαρτικόν.

℞. *Polypod. qu. rec. bene mund. ℥viii. fol. orient. rad. alth. ãã. ℥iv. aniſi ℥ß. f. decoctio in aq. q. ſ. ad ℔ij. Cola & leviter exprime*; Colat. adde pulpæ *zizib. (id eſt jujubar.) lota cum vino albo potenti*, & maceratæ in dicta decoctione, poſt per ſetaceum tranſmiſſæ ℔i. *ſacch. albiſſ. ℥iv.* bulliant iterum ad cydoniati conſiſtentiam, In defectu *jujubarum* ponatur *uva paſſa* detractis arillis Hoc *Electuar.* communicatum eſt à D. D. Alex. Petronio. *Martinus Rulandus cent. 10. curat. 79.*

Seni qui ſingulis *3.* aut 4. ſeptimanis ſemel alvum reddebat, conſilium dedimus pinguibus juſculis uteretur, quibus malva incocta eſſet: Romana mulier *urtica* tenella, ex *oleo* & ſale comeſta, alvum ſibi liberam reddebat. *Foreſtus conſ. 24. l. 21.*

22. *Emollientibus agendum)* Cum quidam ſint qui non poſſunt niſi purgationibus, clyſteribus, ſuppoſitoriis &c. alvum exonerare, remedium jucundum & faciliſſimum inſerere volui quo alvi pigriores benigne excitantur; Torreatur *mica panis, oleo olivarum* irroretur, & mane deglutiatur, videbis effectum ſi bis vel ter id feceris. *P. Borellus obſ. 4. cent. 2.*

Stipticitatem alvi ad tres ſeptimanas durantem ſolo *ſeri caprilli* copioſius aſſumpti uſu quidam curavit. *H. a Moinichen.*

Lactuca parcius commanducata ventrem ſiſtit, copioſius vero laxat. *Al. Benedictus. l. 13. c. 16.*

22. *Emollientibus agendum)* Cum longa alvi ſuppreſſio, an ideo ad acerrima Clyſmata deveniendum: Nequaquam, imo blandiora ſæpius repetita magis conferunt: vehementiora ſæpe volvulos intulerunt, efficiunt enim ut puncta acrimonia medicamenti inteſtina motum periſtalticum ſuum inferne furſum immutent. *Ballonius Epid. p. 17.*

Id innititur authoritate *Hippocrat.* l. de A. A. & L. *Quorum*, inquit, *ventres duri ſunt, & ad hoc idonei ut amburantur, his dulciſſima, leviſſima ac ſplendidiſſima aqua ex uſu ſunt*, Non nitro aut alumine imbutas & medicatas aquas præſcribit, quæ tamen alvum magis ſolicitare

citate videntur, contra molles, dulces, liquidas laudat: ... quoque eſſe debet medicamentorum ratio, tum aſſumptorum tam clyſteribus injectorum, Nam ut ad ventres ardentes ciendos aquæ molles & dulces, ſic & medicamenta lenientia, mitigantia, leniendo ſolventia & eccoprotica conferunt; Contra verò obſunt calidiora, ut ſcammoniata, metu Ilei & incrementi caliditatis, ſiccitatis, & firmitatis inteſtinorum retentricis, quæ cauſæ ſunt præcipuæ alvi adſtrictionis, ſive quod ægrius, nec niſi *vi & ſtimulo* alvus egerat reddatque: Itaque corporibus diuturnæ alvi præditis, aut ſiccis & ſqualidis, lenientia potius quam valde attrahentia conferunt medicamenta. *Johann. Thev. art. commun. ad eum locum.*

21. *Emollientibus agendum*) Lubricandum magis in ſiccitate inteſtinorum, ſtimulandum magis in eorundem repletione: Illa magis fæces, hæc ſenſum magis reſpiciunt: Lubricantia in clyſteribus, ſtimulantia in ſuppoſitoriis magis proſunt, Ideoque non ſunt confundenda lenientia lubricantia cum ſtimulantibus. *Wedelius.*

22. *Emollientibus agendum*) Quoties ab uſu alimentorum laxitatis alvi beneficium obtinet: nequit, tum recurrendum eſt ad medicamenta id blande præſtantia: Cavendum enim ſedulo à medicamentis elective ac copioſe id efficientibus, tum quia ut plurimum longe adſtrictior ſolet ipſorum uſum patientem conſequi alvus; Tum quia in ſanis utiles quoque humores ſimul ſolent expelli, & quidem cum ſanitatis detrimento. *Sylvius App. Tr. v §. 250.*

23. *Probatur*) Inter externa uſurpantur præſertim *Clyſmata ex emollientibus* parata, v. g. *ex lacte cum melle*, addito *ſale communi* vel ſacchato.

Quod ſi ex nephritide ſimilive affectu alvus ſit obſtructa, *clyſteres emollientes terebinthinati* perquam ſunt proficui: *Item clyſmata ex oleo olivarum.* Vel

℞. *Olei ſemin. lini, rapar. ãã. unc. v. Miſce fiat Clyſter.*

Sane Prevotius alvi ſegnitiem gravem ſolo *Oleo communi*, bene maturo ad ℔j per clyſterem injecto levavit; Et *Rulandus in Theſauro pagin 233.* alvum per tres hebdomadas adſtrictam, ut nullis nec clyſmatis nec ſuppoſitoriis moveri poſſet, injectis ſingulis horis unc. iv. olei alvum iſtam emollivit ut multa ſcybala rejecta fuerint.

Quod ſi talibus non poſſit ſolvi alvus, alia quædam paulo acriora ſimul addantur & incoquantur, v. g. ut ſuſpicione induratarum fæcum *ſal gemmæ à ʒß. ad ʒi. vel ʒii.* clyſteribus addatur: Sic Fontanus in obſtinatiſſima alvi obſtructione Clyſma ex *juſculo carnis cum melle*, cui addatur *ſal gemm.* ʒi. commendat.

His non ſufficientibus fiat Decoctum emolliens, ex *fol. melilot. chamom. & viol.* cujus unc. viii. vel ix. incoquenda eſt *pulpa colocynth.* in petia ligata ad ʒi. & poſt hanc decoctionem addatur *ſalis gemm.* ʒß *ben lax. unc. i.* ex quibus fiat clyſma applicandum: *Rulandus l. c.* ruſtici alvum ob ſcybala dura conſtipatam, cum ventre duro, curavit per *clyſma ex olei ſem. lini unc.* v. nunc ſolo, nunc cum ʒß. *troch. alhandal.* applicato.

Ubi Colocynthis non ſufficit ad infuſa *antimonialia* fiat acceſſus, ſi nempe *colocynth.* loco ʒi. *croci metall.* decocto emollienti incoquatur: Cujus uſum crebriorem vide in *obſerv. Riverianis.* Vel, quod magis probo, fiat infuſum ex *croco metallorum*, de quo unc. iii. decocto emollienti addantur e. g.

℞. *Decoct. emoll. uſit unc. v. infuſi croci met. unc.* iii. *ben. lax unc. j. m.* Vel loco infuſi talis *ſyrup. emeticus* ad unc. i. vel ii. permiſceatur.

Poſt Clyſmata *probantur Suppoſitoria*, quæ communiter ex *ſale & melle ac pulvere hellebori.* præparantur, Vel fiat *ſuppoſitorium acre ex melle cum ſale gemmeo & troch. alhandal.* Aut etiam *fruſtulum aluminis* tornetur in formam ſuppoſitorii, ac ita uſurpetur ad imitationem *A. Sala. in append. pag. 480.* Vel *alumen pulveriſatum cum g. tragac. in aqua lilior. alb.* ſoluto compingatur in ſuppoſitorium, in alvo admodum adſtricta conveniens Ut autem eo melius operentur ſuppoſitoria & clyſmata, medicamenta emollientia ſive lubricantia per os præmittenda ſunt, ne fruſtra his irritetur alvus, *Etmuller.* Vide §. 22. *Emollientibus agendum.*

Si alvi obſtructio eſt à fæcibus induratis, *omentum cum inteſtinis vituli* coque cum multo brodio, vel ut impoſiturus menſæ; quod ſi fervens ſellæ ſupponitur, & vapor ano excipitur, paulo poſt ſcybala ejiciuntur, & obſtructio ſolvitur, quæ deinceps emollientibus expediri in totum debet; inter quæ primum locum habet cremor tartari. *Hartmannus.*

In ſumma obſtructione alvi *plumarum* minutiſſime conciſarum pugillum miſce cum mica panis & fac pilulas; Vel *olei ceræ à* ℈i. *ad* ʒi. ſubtice cum Enemate emolliente. Addi poteſt *fel tauri*, ad imitationem naturæ quæ felle expultricem irritat. *Idem.*

24. *Probatur Linimentum*) Si ſola excrementorum alvi ariditas ſumma moleſtiam creet in ipſorum excretione, humectanda emolliendaque excrementa prius quam excernantur, & quidem *vapore* aut *applicatione* per pannum laneum ſpongiamque decocto emolliente impraegnatum: Sic enim quodammodo emolliuntur fæces, atque facilius excernentur; Qui unguento emolliente emolliendum abdomen, quo fæces emollitæ facilius excernantur. Exemplum habui in infante 4. annor. ad ſummum valetudinarium, cui fæces alvi tertia demum hebdomada excerni ſolebant, & interim plurimum in ſcybala craſſiora indurari, quia eadem per abdominis muſculos diſtincte tangebantur, & ipſarum magnitudo explorabatur; huic ab unguento emolliente inunctum facilitate prodeunt alvi fæces. *Sylvius Append. Tr. v. §. 262.*

24. *Probatur*) Sunt alia Lenientia hujus commatis; ſic vulgus hic loci in uſu frequenti habet Leniens alvo reſerandæ quaſi dicatum quod probatiſſimum, plumas nempe anſerum teneriores tenuiter conciſas; quæ quicquid præſtant, videntur facere ob heterogeneitatem averſam naturæ, unde archeus ad excernendum conſurgit. *Wedelius.*

24. *Probatur Linimentum*) Extrinſecus ventri emollientia & laxantia ventri applicata nonnihil juvant, ſi linunctiones fiant ex *Oleis* id præſtantibus, & *Cataplaſmata* ex clyſterum reſidentia apponantur. *Platerus.*

Quidam deſperata velut alvi adſtrictione laborans, in balneum ductus, & ſacculo è *farina lini* abdomini toti impoſito convaluit. *Wedelius.*

Ex *oleo populeon. & hiera picra* factum linimentum, plantis pedum illitum, alvum emollit & ſolvit. *Etmuller.*

Umbilico illita *Zibetta* alvum ſolvit. *Hartmannus.*

25. *Ex oleo amygdal. dulcium*) Quod in calculo optime lenit vias alvi & urinarias; alvo enim libera & colici & nephritici dolores conticeſcunt facile; Sic & infantum recens natorum primum eſt alimentoſum: *Oleum lini* ob lenientem vim inſigne eſt; Singula nempe olea tum particulis ſulphur aqueo mucilaginoſis mollificantibus gaudent, tum ſalinis in receſſu, quod etiam nuces edentibus juglandes experiri facile eſt, unde expeditiſſime juvant. *Wedelius.*

26. *Butyri*) Butyrum ipſum paulo largius ſumptum, modo non nidoroſam qualitatē largiori uſu fe... ferat, & maxime ante paſtum, lubricando lenit alvum Quidam Quæſtor, ob fæcum ſiccitatem ſæpius colicis affli-

ctus torminibus, ab eo tempore nunquam ſenſit eoſdem repetere, cum prandii & cœnæ tempore primum ferculum ſtatueret panem butyro illitum; ſuaſu Medici rationali: Sic & plebis experimento *butyrum* cum *pinguedine aſſeris & muſcerda* imponitur umbilico pro laxanda alvo: Sic etiam *butyrum* cum aloë remixtum, & putamini nucis incluſum eodem fine facit officium. *Wedelius.*

27. *Species. hiera picra*) Stimulando leniunt *Purgantia*, tum ipſa leniora, *aloe*, lenientium apex, *manna*, *tamarindi*, tum reliqua & alia minori dozi data, adeoque purgantia accuſa dozi data, Vel fortiora cum lenitivis refracta duſi mixta, evadunt lenientia; Faciunt hic *anima rhabarbari*, *pilula aloetica*, *Francofurt. Glaſſiana*, & ex his affines ex *aloe roſata* vel *violata* factæ, ſine vel cum *ſcammonio* acuatæ, præcipue ſi recludatur intime, & reſolubilis per fermentationem reddatur *aloe*, acceſſione *Martis ac cremoris tartari* aliorumque, ſic ſimul circurandorum, ubi viſcedinem reſinoſam irreſolubilem omnem depooit egregio cum ſtratagemate *Wedelius.*

28. *Expedit etiam negotium*) Si pertinacior fuerit induratarum fæcum infarctus, ad *Mercurium vivum*, ceu ſacram anchoram confugiendum, propinari poterit ab unc. j. ad ℔j. & plures pro ratione circumſtantiarum. Et ſane permeabilis hujus fluxibilitas etiam impactiſſima ſtercora permeabit & excernibilia reddet, quin & volvuli hinc oriundi metum omnino eximet, cujus felicem uſum vide apud *Heer*, (& ſupra Cap. de Iliaco dolore. *Etmuller.*

28. *Expedit etiam negotium*) In pertinaci alvi obſtructione commendatur inſigniter *aurum fulminans* (*de quo vide cap. præcedens* §.) In deſperata alvi obſtructione ſuccus *rad. ireos recens ad unc.* j. propinatus, expertus fuit *teſte Schenckio. l. 3. obſ.*

Sed cautiſſimus circa uſum Purgantium ſis in alvi obſtructionibus, ne præpoſtero horum, præſertim actiorum, uſu ægri in morbum Iliacum præcipitentur. *Etmuller.*

Guttæ duæ *olei nuclei pini* Indici, ſive *ricini Americani* prelo educti, ſi potui infundantur, vel juſculo purgationem facilem procurabunt. *P. Borellus.*

Obſtructio inteſtinorum ſi pituita eſt &c. mirabilis eſt *eſſentia meliſſæ ad* ℨj. ſumpta, cum *oleo* aut *ſpirit. juniper. gutt.* iii. E veſtigio quippe ſolvit pituitam; quam tum protinus expurgare oportet *extracto colocynth.* aut *agar.* cum *ſpir. vini vel aqua cinn.* vel *reſina ſcammon.* aut *panchymagogo vegetabili.* Hartmannus *Pr. ca-pit. 164.*

29. *Salis*) Leniunt alvum, omnia Salia, quæ ſtimulant (Vide infra §. 29. *Eſſentia ſalis tartari*) Leniunt inprimis *nitroſa*, quæ omnia detergendo laxant, unde in laxitate ventriculi & diarrhœis, aliiſque humorum ſeroſorum fluoribus minus danda; Vnde ab his ſæpe ſolicitatam alvum novimus, etiam ad inſtar purgantis: Propinabamus fœminæ ℨi. *arcani duplic.* ad moderandas ebullitiones hypochondriacas, pro tribus dozibus, ſingulo mane per tres dies continuando ſumendis: inde vero quotidie 4. 5. 6. purgata cum levamine referebat ſe hiſce à purgante dato hoc pulvere, ut putabat egregie adjutam: *Nitrum antimoniatum* aptiſſimus eſt clyſterum ſtimulus.

Leniunt *Salia media* ſeu *ſalſa* (quæ diverſo reſpectu poſſunt ad acida & media referri) ut *ſal commune*, hinc ciborum condimentum, quod ſimul excretionem ſcybalorum promovet; Lenit abſtergendo & ſtimulando *tartarus vitriolatus*, quibuſdam hinc ſalis balſamici titulo veniens, ſi ad dr. ii. propinetur, quæ tamen dozis pro hoc fine impertando nimia eſt, & teneriores facile lædit: Sic & *tartarus reſolutus* (cum ſale tartari) leniendi hiſce viribus eſt conſpicuus. *Wedelius.*

Primum locum habet *cremor tartari* ſi aliquot diebus ſæpius in juſculis exhibetur ad ℨi. vel ℨß. *Hartmannus.*

29. *Eſſentia ſalis tartari*) Leniunt alvum *deterſiva & ſtimulantia*, quæ ob particulas ſalinas varie modificatas, acidulas, amaras, nitroſas, cum vel ſine ſulphureis, lenius irritant & detergunt mucum: Omnia nempe ſalia ſtimulant, itaque fluxiles humores reddunt, craſſitie & viſcoſitate excuſſa.

Stimulant *alkalia*, quæ, juxta *Helmontium*, ſeminibus (per ignem) orbata ſolam (& quaſi præcipuam) habent abſterſivam, ſaponariam & reſolutivam proprietatem: hinc in clyſteribus ſtimuli loco adduntur, hinc cum purgantibus ſociantur commode, & ſpeciatim *tinctura tartari* egregie ſe gerit in obſtructionibus alvi, tam ſenili quam alia.

Stimulant *acidula*, *terrea*, ut *tartar.* omnia, *tartarus* ipſe crudus, quem cryſtallis præfert *Heer* in Obſervat. Et A *Sala* ſe à doloribus colicis, ſumptis, *tartari crudi* ℨii. liberatum nullis juvantibus aliis deprædicat, cauſamque adſcribit alleviationis remotioni cauſæ tartareæ & frigidæ in inteſtinis collectæ; Leniunt alvum *cremor & cryſtalli tart.*, abſterſiva fermentanteq; natura, quæ bilem incidunt & fluxilem reddunt ſimul, eandemque contemperant, idque tum per ſe data ante cibum, repetito uſu, tum cum purgantibus & lenientibus aliis mixta, ut cum aloe &c.

Neque obſtat Acida figere potius humores & coagulare, diſtinguenda enim ſunt & ipſa, pariter & ſubjecta, prout ob particularum diverſitatem fermentationem promovere, & irritare hinc diverſimode, ſeu ſtimulare fibras nerveas poſſunt; Sic *oxymel* eſt leniens egregium, extergendæ pituitæ ex inteſtinis inſerviens, fixante natura acida alterata. *Wedelius.*

29. *Eſſentia ſalis tartari*) Valet in tardiſſima alvi dejectione, à quacunque cauſa proficiſcente, eſtque mirabilis: hac feliciſſime uſus ſum in melancholia hypochondriaca. *Joh: Hartmannus.*

Tinctura tartari ad alvi obſtructionem valde utilis eſt. *Joh. Agricola comm. in Poppium.*

30. *Salis tartari*) *Sulphuratus* prodeſt, non ita *vitriolatus*, quia de *vitriolo* participat, *Sal tartari*, *aut oleum tartari per del.* ſubinde ſumi poteſt, ut ſal illud auſterum enervet. *Craanen Pr Med. reform. p. 324.*

31. *Segmenta ex unguibus*) Vidi duos qui nullo antimonio, aut alio eccoprotico, ne quidem *hellebori extracto* alvum laxabant, cum meo conſilio propriorum unguium præſegmina & raſuram bibiſſent, vomitu juxta ſeceſſuque abunde ſe deplebant. *H. ab Heer obſ. 29. A. Bruno de mat. Med.*

32. *Vel non ſentiunt*) Stimulum ſi inteſtina amittant, cum facultas ipſorum expultrix tunc minime ſolicitetur ad excretionem, eaque quieſcente voluntas noſtra minime admonita quoque quieſcat; dejectio etiam nulla ſequitur: Hoc, ſi inteſtina nihil vel obtuſe ſentiant, quia ad dejectionem non excitantur, accidit; Idque nervorum ſextæ vel ſeptimæ conjugationis, à quibus inteſtina nervos accipiunt, vitio, quibus una cum cæteris quoque nervis, in generali torpore & obtupeſcentia affectis, cum reliquis functionum læſionibus, etiam dejectio non procedit; quod & ſpeciatim hic poteſt accidere, ut ob *ſenſum ſtupidiorem inteſtinorum* rarius dejiciant.

Idem excrementorum cauſa poteſt accidere, ſi cum nulla, vel pauca admodum, colliguntur, quantitate ſua inteſtina ad ea exturbanda minime incitant, ob quam cauſam qui a cibis diu abſtinent, aut parcius illis utuntur, ſicuti in morbis pleriſque ob appetentiam dejectam evenit, nihil vel raro ſponte egerunt; Et quibus inteſtina à *nimiis purgationibus* inanita admodum ſunt, non prius alvum reddunt donec illa fæcibus denuo impleta ſuot;

ſunt; quod dierum aliquot ſpatio interdum vix dum perficitur: In *Excrementis* quoque ventris, ſi acrimonia illa deſit, qua naturaliter etiam inteſtina ad conatum illum dejiciendi irritare debent, quam à bile hancce ob cauſam, inteſtinis infuſam, excrementiſque permixtam accipiunt, cum, niſi aliis de cauſis hoc fiat, natura tunc non moveatur, conſtipatio quoq; ſequitur, ſicuti in obſtructionibus *bile*, non ad inteſtina, ſed alio delata in Ictericis, aliiſque ſimilibus morbis conſtipatio etiam adeſt, atque in excrementis non coloratis, ſed ſubcinereis, bilis hic defectus cernitur. *Platerus*.

32. *Vel non ſentiunt*) Huc refer quando inteſtina deficiunt in ſuo motu periſtaltico, ob *affectionem*, vel *paralyticam* vel *convulſivam*, *Paralyticam*, dum reſolutæ fibræ motui periſtaltico ſunt ineptæ, ut in apoplecticis non rarum eſt fruſtra clyſmata injici & ſine effectu, propter inteſtina paralyſi affecta.

Convulſiva vero affectio eſt, quando irritatis inteſtinis ſequitur pertinax fibrarum contractura; vel quando undeumque ipſæ fibræ ſpaſmo contractę excluſionem fæcum impediunt: Sic in Colica quavis, aliiſque inteſtinorum doloribus alvus pertinaciter ſuppreſſa eſſe ſolet, fibris inteſtinorum ratione doloris irritatis, & ſpeciatim plus minus contractis: Unde & vere tunc fruſtra acriora propinantur pharmaca purgantia, lenioribus magis proficuis; cum illa, irritando ſua acrimonia malum exaſperent, hæc autem emolliendo, inteſtinorum ſenſum quaſi demulcendo, magis proficua ſunt: Sic *nephritici* pariter obſtinatæ ſunt alvi, per conſenſum fibris inteſtinorum convulſis, unde & tormina illis non rara ſunt. *Etmuller*.

33. *Solent quidam ex ſyncraſia*) Novi formoſiſſimas Dominas, quæ cæterum ſaniſſimæ, & quotannis uterum gerentes, nunquam niſi xx. vel ſerius, die alvinas fæces deponebant, nec quicquam inde incommodi etiam puerperæ ſentiebant.

Vixi cum ſacerdote, qui nunquam niſi poſt 24. diem alvi beneficium à puero ſenſit, ſaniſſimus, nec ullum unquam expertus pharmacum. *A. ab Heers obſ. 29.*

Amicus quidam meus non ſolum x. xv. aut xx. dierum ſpatio incolumis ſine fæcis dejectione ſervatus eſt, ſed contigit aliquando alvum ita exſiccatam fuiſſe, ut uſque ad tres menſes ſanus perfecte extiterit. *Domin. Panarolus obſ. 1. Pent. 1.* Plura exempla ſimilia vide apud *Marcellum Donatum, Schenckium & alios*, frequenterque occurrunt.

Familiariter novi Iuvenem ſcribam, Valentianenſem Flandrum, nomine *Loot*, proceræ ſtaturæ, ſtrigoſum, cui abdomen inſtar tabulæ planum & depreſſum, Hic ſemel tantum in hebdomada, atque ex ἀναίδης alvum deponebat, ſemper enemate aut ſuppoſitorio irritatam: Spatium temporis in admirationem non infert, ſed ſtupenda voracitas, uno enim paſtu abſumebat panem ſex librarum ponderis, cum carnium, ſi ſuppeterent æquali quantitate, Exacto bihorio æque ac ante famelicus, nam ſexies; ſepties in die cibum aſſumebat, adeo ut ex tam largo cibo plurimæ fæces ſupereſſe deberent, quas tamen pauciſſimas excernebat, Fermentum ventriculi in illo calcis vivæ naturam & vim adeptum erat.

34. *Pituita tunicis adheſionem*) Si alvus adſtricta ob pituitam glutinoſam, humoremque Auſterum in corpore præexiſtentem, Et *auctam acrioremque* factam *Bilem*, Flatus & auſteros & glutinoſos producentem, indurantes alvi excrementa, Tunc temporis curatio eſt expectanda à medicamentis & humorem Glutinoſum, & Auſterum, & Bilioſum temperantibus, atque Flatus qualeſcunque diſſipantibus; Ubi cæteris præſtant *Salia volatilia*, ſed ſpiritibus acidis, & maxime ſpirituoſis, dulcibuſque, qualis *ſpiritus nitri dulcis*, contemperata.

Hinc eſt fortaſſis quod Salia volatilia, diutius uſurpata, præſtant alvum laxiorem: quatenus, inquam, & humorem Glutinoſum incidunt, & Auſterum corrigunt, & Bilioſum acriorem faciunt, & Flatus Halituſque glutinoſos auſteroſque diſcutiunt: Quapropter cæteris præſtant quæ ſimul ſunt Oleoſa, ideoque flatus potentius efficaciuſque diſcutientia. *Sylvius Append. Tr. x. §. 779.*

35. *Viarum anguſtiam*) Inteſtinorum vitio alvi excretio plus minus tollitur, quando eadem nimis ſunt coanguſtata, adeoque fæcibus debitum non permittunt tranſitum, id quod fit cum ſunt *inflammata*, hinc enim ordinario alvus ſupprimitur, quod ſi ſuperveniat gangræna malum eſt deſperatum, Sic *Bartholinus cent. 6. hiſtor 38.* obſervavit Ilei coalitum ex ejus inflammatione & gangræna, cujus cauſa obſtinata alvi obſtructio. Sic *ulcus* inteſtinorum alvum ſupprimit: *Excreſcentia* in inteſtino enata alvi obſtructiones infert; vide *Rhodium cent. 2. obſ. 82. Etmuller.*

36. *Ab inteſtinorum obſtructione*) Sed & *Convolvuntur* interdum adeo inteſtina tenuia in affectu qui *Convolvulus* ob id dicitur, ut contorta & occluſa fæces deſcendere non ſinant; Unde illic retenta collectaque per ſuperiora tandem evomunt, Idque vel *cum dolore*, Ileo dicto, inflammatis tunc inteſtinis, vel etiam *ſine inflammatione*, *adeo repletis & diſtentis ab excrementis* inteſtinis, ut illa contorqueant; Sed frequentius hoc inteſtinis ex abdominis cavitate, rupto peritonæo, *in ſcrotum delapſis*, *in herniis*, ob ſitum inteſtinorum perverſum illis convolutis vel contortis ſolet contingere. *Platerus*.

37. *Obſtructione*) *Obſtructa inteſtina à fæcibus* propriis quæ continent, Conſtipationi frequenter occaſionem præbent, non ſolum ob *copiam* illorum, ſed quando *ſicca & dura, vel craſſa & tenacia, ſcybala* dicta, eaque præſertim magna vel copioſa, in inteſtinis ſubſiſtunt, infarctaque non ſolum non procedunt, ſed & ea quæ ſequuntur excrementa retinent, Quod potiſſimum circa orificium quo ſe tenuia inteſtina in craſſa aperiunt, ob loci anguſtiam, ſolet contingere, ubi ea hæſiſſe diu, lethalemque conſtipationem cauſaſſe ſectio quibuſdam pateſecit; Sæpe vero hoc in Colo inteſtino, circa magnum illius anfractum, quo antequam *rectum* fit, flectitur accidit, retentis illic ſcybalis & ſpatas illius loci opplentibus, & cum dolore colico alvum ſupprimentibus: Sed & in *podice* ipſo ejuſmodi *ſcybala* nonnunquam ſubſiſtunt, & vix dum maximo conatu exprimuntur, quæ quandoque certa arte ut reddantur promovere neceſſe eſt. *Platerus*.

38. *Vel meſenterii*) A Tumore aliquo in meſenterio Inteſtina premi ac occludi poſſe aliqui docent; quod tamen vix fieri ex eo colligimus, quod nec uteri moles magna in gravidis, niſi aliud accedat, illa obſturando *conſtipationem* pariat. *Platerus*.

39. *Retentricis ex moderata ſiccitate*) Inteſtina in omni conſtipatione affici neceſſe eſt, idque vel *affectu* primario, cum *anguſtantur*, *vel obſtruuntur*; aut *ſecundario*, ſi ſtimulum non ſentiant: *Anguſtatis* inteſtinis, adeo ut tranſitus excrementorum impeditus ſit; ea retineri, alvumque minime reſpondere contingit ab illorum & *Adſtrictione & Convolutione*: Adſtringi dicimus quando *exſiccata*, *corrugata*, *lubricitatem*, quæ ad faciliorem tranſitum neceſſaria eſt amittunt; aut *conſtricta anguſtiora* quam par erat evadunt; Sic ab aſſumptis *ſiccantibus adſtringentibus, acerbis, & auſteris* præſertim, ſicut œſophagum conſtringi videmus, & fauces corrugari, ita ſi immoderatius, præſertim ſi ventriculus jejunus eſt aſſumantur, illorumque *ductus conſtringendo alvum ſiſtunt*. Quod & ex longa inedia, & nimia inteſtinorum evacuatione, ut illa veluti *exſiccata, & collapſa, & conſtricta*, *idem* patiantur fieri poteſt. A *Calore inteſtina exſiccante* idem accidit, quod tamen fæces potius ſiccando fit. *Platerus*.

De Alvi Fluxu.

Cap. XXIX.

De Lienteria & Cœliaca Affectione.

1\. ALvi fluxus ſunt, [2] *Lienteria, Cœliaca, Diarrhœa, Dyſenteria & Hepaticus Fluxus.*

[1] *Alvi fluxus*) Non immerito Inteſtina Medici in conſiderationem veniunt, utpote totius corporis emiſſaria & cloacæ, nec enim ſolum partem excrementorum illius inutiliorem excipiunt, ſed prætetea humores vitiatos hac via excernendos, adeo ut mirũ non ſit ſi tot affectibus p. n. pateant, inter quos alvi fluores maxime familiares ſunt & periculi pleni. Quæ autem hac via excernuntur qualitate peccant aut quantitate, quæ adeo nonnunquam tanta eſt ut inde corpus ad marcorem deducatur; Qualitas autem tam varia eſt, tam pernitioſa ut in cæteris morbis nihil ſimile appareat, Alimenta ipſa quandoque illae excernuntur, nullatenus immutata, ſed qualia ingeſta fuere: Aliquando chylus egreditur, aliquando pus, ſanguis, pituita, non raro bilis, quin & membranacea quædam, pinguia. *Ravelli. Diſſert. de Alvi Flux. c. 1. Gall. edita.*

[1] *Alvi fluxus ſunt*) Excretio nimia eſt humoris vel utilis, vel non utilis. Utilis, chyli & ſanguinis: Chyli dicitur Cœliaca excretio; Sanguinis, dyſenteria, Inutilis Diarrhœa dicitur. *Walæus Med. Pract. c. 15.*

[1] *Alvi fluxus ſunt, Lienteria, Cœliaca &c.*) *Diarrhœam, Teneſmum, Dyſenteriam, Hepaticum fluxum, Choleram,* ſimileſque inteſtinorum difficultates (quoad loca vel materiæ peccantis acrimoniam) ab invicem gradatim duntaxat diſcrepare oſtendam: Alter altero multo inſolentior eſt, ſimulans, ſub vario nomine, vanas tragœdias, Omnes illi fluxus ex *Acido* originem ſumere liquet, per primis ex medicamentis acidum concentrantibus, Sudores item ac alvi depoſita, acidiſſima nares ferientia. *Steph. Blancardus Idea Med. Nova § 38.*

Propter Bilis penuriam, & Acidi ſucci abundantiam ſanguis craſſeſcit, ejuſque ſerum acorem contrahit, quale exemplum in butyro conficiendo occurrit, ablato enim cremore (cujus retinaculis Acidum amplectebatur) Serum tandem aceſcit, quo denique per glandulas in inteſtinis delata, leves primo convulſiones parit, quarum motu animalo excrementa ad egeſtionem incitantur; Hiſce igitur in actum ductis, paucum quod adest bilis iiſdem admiſcetur, hinc egeſtorum flavus color. Atque hæ ſunt Diarrhœæ phænomena. *Idem ib. § 43.*

[2] *Lienteria, Cœliaca*) Qui affectus ſecundum quorundam mentem tantum ſecundum magis & minus differunt; Sic *Riverius Prax. libro 10. cap. 4.* Lienteria eſt ſpecies alvi fluxus, in quo cibus non immutatus, ſed prout fuerat aſſumptus per alvum celeriter excernitur: In Cœliaca vero paſſione alimenta cruda & imperfecte cocta per alvum rejiciontur: unde patet duos iſtos affectus differre inter ſe tantum per magis & minus ut Lienteria ad actionem abolitam, Cœliaca paſſio ad imminutam referatur: Licet autem cibi vel omnino inconcocti, vel imperfecte cocti rejiciantur, non ideo tamen ad concoctionem læſam hi affectus referuntur, ſed potius ad retentionem, Male enim vel nullo modo concoquuntur, quia cito dejiciuntur, nec ſatis diu in ventriculo retinentur ut concoctionem ſubire valeant. *Riverius.*

Quamvis repeliantur qui omnino differre ſtatuunt, quorum in numero eſt *Aretæus 2. de cauſis diut. 7,* & ex eo *Mercatus,* qui Cœliacam non ſolius retentricis vitio, ſed omnibus potentiis ſimul læſis fieri cenſet, nihilominus ſecundum magis & minus ſolum differre alii ſentiunt: Utriuſque meminit *Galenus 6. loc. aff. c. 2. Rolfincius.* Vide *Walæi* ſententiam §. *obſtructio,* & §. *in cauſam.*

Eandem ſententiam tuetur *Steph. Blancardus Pr. Med. Idea nova,* Lienteriam, *ait,* ac Cœliacam paſſionem ab invicem tantum differre vulgo notum eſt; In *priori* cibus abſque ſenſibili mutatione ejicitur, In *poſteriori* autem, in totum, vel ex parte in chylum mutatus excernitur, In Lienteria fermentum ventriculi & inteſtinorum videtur eſſe lentum & viſcidum, quia ſanguis nimium eſt incraſſatus, adeo ut illud glandulare fermentum juſtam non habeat acrimoniam qua cibi poſſint in bonum chylum alterari; & propter eandem cauſam bilis, necnon ſucci pancreatici penuria accedit, quibus denegatis etiam cibus ut eſt ingeſtus crudus egeritur. In fluxu vero Cœliaco, ventriculi ac inteſtinorum glandularis ſuccus pro parte, vel ex toto bene conſtituitur, aſt propter bilis & ſucci pancreatici vitia, ſimiliter eorum tinctura, nec gaudet nec imbuitur, ſed chylus manet tenax & viſcidus, ita ut propter craſſitiem in tenuia lacteorum oſcula intrudi nequeat, hinc totus alvo deponitur.

Haud eſſet prorſus alienum ſi ſtatuerem quaſdam glandulas in ventriculo inteſtinalique fiſtula eſſe obſtructas, adeo ut minor fermenti copia cibo immutando ſuggereretur, cujus fruſtratione cibus ſemimutatus, viſcidus & tenax expellitur.

[2] *Lienteria*) Ita morbus hic appellatus eſt, exiſtimantibus qui primum ipſi talem appellationem indiderunt, propter internæ inteſtinorum ſuperficiei lævitatem fieri, ob quam non amplius ipſa retineant in ſe contenta cibaria: ſed ocyſſime præterlabi ſinant, quaſi vero ſua, cum ſecundum naturam habebant, aſperitate retinerent; Ego vero eum in multis laudandos eos cenſeam qui rebus primum impoſuerunt nomina, minime tamen in Lienteria definitionem probare poſſum, quippe qui ingeſtos cibos circumplicare, & amplecti, & conſtringendo retinere tempore legitimo, poſteaque deorſum propellere proprium eſſe ventriculi munus ignoraverint: Hoc patet exemplo ſtranguriæ in veſica, cum illa urinæ impatiens non expectat donec coacervetur, ſed ſtatim ut mordacem ſibi & gravem ſummovet & rejicit; eodem quoque modo citam per ventrem cibi potuſve rejectionem fieri non intellexerit: Has communes omnium excretionum cauſas ſi illi ſciviſſent qui primi Lienteriæ (λειεντερία, quaſi λειότης τῶν ἐντέρων, lævitas inteſtinorum) nomen indiderunt, talem de lævitate inteſtinorum opinionem repudiaſſent; Et ejus loco, totius ventriculi & inteſtinorum imbecillitatem ſtatuiſſent cauſam, ob quam partes hæ cibis aſſumptis gravatæ, à ſe quam citiſſime ipſos depellunt abiguntque. *Galenus 6. aph. 1.*

Lienteria

Leienteria.

Definitio.

Lienteria [3] *eſt nimis* [4] *celer, alimentorum, ea forma qua* [5] *aſſumta ſunt, per alvum excretio,* [6] *vitio retentricis & expultricis* [7] *ventriculi & inteſtinorum proveniens.*

[3] *Eſt nimis celer &c.*) Vel definiri poteſt, Coctionis privatio, nulla neque ſecundum conſiſtentiam, neque ſecundum colorem, aut odorem, aut aliam ullam omnino qualitatem in ventriculo ciborum mutatione facta. *Galenus 6. aphor. 1, Diarrhœam aſſumptorum vocat. Etmuller.*

[4] *Celer alimentorum ea forma*) Ex *Hippocr. Progn. 1. Comment. 2.* Dejectio alvi *optima eſt cum mollis & conſtans eſt, & eo* tempore excreta quo *ſecunda valetudine aſſuevit, ſi copia ex ratione ingeſtorum ciborum eſt. Si enim talis excernitur, inferior venter bene habet:* Tres has conditiones, à conſiſtentia, qualitate & tempore petitas, confirmat *Galenus in commun. & 1. de criſ. capit. 11.* Tribus his conditionibus à naturali excretione abeunt Lienteria & Cœliaca paſſio. *Rolfincius.*

[4] *Ea forma*) Impermutata, non plane & ſecundum totum, quia in maſticatione aliquam acquirunt mutationem, ſed exigua hæc eſt. *Rolfincius.*

[4] *Ea forma qua aſſumpta ſunt*) Duplex Lienteria conſtitui poteſt 1. Legitima cum aſſumpta inalterata dejiciuntur ſtatim, 2. Spuria, in qua parum ejiciuntur cocta, Et proprie κοιλιακὴ hæc dicitur, ἀπὸ τῆς κοιλίας, à ventriculi affectione, in eaque chyloſum quid ejecta oſtendunt. *Rolfincius.*

[5] *Aſſumpta ſunt*) Non intelligimus aſſumpta quæcunque, & omnia, ſic enim totum corpus contabeſceret. *Rolfincius.*

[6] *Vitio Retentricis & Expultricis*) Cum in naturali ſtatu ad legitimam digeſtionem requiratur ut fermentum digeſtivum debite diſſolvat, & alteret alimenta, ut convenienter eadem retineat, ſane ex contraria cauſa oritur neceſſario Lienteria, Nempe 1. quando *Fermentum* digeſtivum ſtomachi aut omnino deficit, aut iners eſt, aut ex retentis variis impeditum, II. Quando tanta *Pylori eſt laxitas*, & è contra reliquarum ventriculi partium irritatio, ita ut pylorus non debite retineat, quin potius alimenta dilabi ex ſe patiatur, quam revera excernat; Idque imprimis ſi cum hac pylori laxitate vel leniſſima conjungatur irritatio ſtomachi & moleſtia, Lienteria inſequitur, adeoque *Cauſa* ejus inveſtiganda, vel in *Fermento non digerente*, vel in *pyloro non retinente. Etmuller paginam 100.*

[6] *Vitio retentricis & expultricis*) Vterque affectus non concoctricis ſed retentricis vitio fit, neque enim quia penitus inconcocti manent ideo dejiciuntur cito, verum quoniam cito dejiciuntur, idcirco nullam habent concoctionem. Quæ retentrix in Cœliacis eſt diminuta, in Lientericis vero abolita. Et quoniam inteſtinorum lævitas ſubito evenire non poteſt, ideo cœliaca eam præcedere ſolet; Nam; ut *Galenus 6. aphor. 1. Ab initio* parvo quidem tempore cibi in ventre retinentur, procedente autem, atque aucta paſſione, neque hoc tempore retinentur, & tunc eſt Lienteria, *Rolfincius.*

[6] *Vitio retentricis & expultricis ventriculi & inteſtinorum*) Cauſa immediata non eſt lævitas inteſtinorum, ſed fruſtratio operis retinendi, ſeu, debilitas retentricis orificii præcipue inferni ventriculi, & inteſtinorum tenuium, nam craſſa fecibus excipiendis dicata, Etſi enim nonnulli inteſtinis retentricem negent, erronea tamen illa eſt opinio: Non læditur illa retentrix quæ inteſtinis competit, ratione ſpirarum & plicarum internarum, quæ majores ſunt in inteſtinis tenuibus, minores in craſſis, ſed officialis illa, omnibus partibus inſita, à fibris tranſverſis oriunda *Idem.*

[7] *Ventriculi & inteſtinorum*) Subjectum principale eſt infernum orificium ventriculi, *Pylorus*, Adæquatum eſt ventriculus & tenuia inteſtina quæ o ſſiciuntur. *fit*, inquit Galenus, 4 aph. 12. *propter retentricis facultatis infirmitatem, atque omnium ad ventrem pertinentium inſtrumentorum, hoc eſt ipſius ventriculi, in quem vorando cibos ingerimus. & inteſtinorum. cibos ab hoc acceptos tranſmittentium, dyſcraſias comitatur & intemperies* Et hac ratione differt ab ἀτροφίη, in qua excernuntur cruda, quia non alterantur, In *cœliaca*, idem ſubjectum, Afficitur autem utrobique tum quoad eſſentiam, tum per conſenſum hepatis, meſenterii: Ventriculus afficitur inſigniter ſecundum dextrum orificium, huic debetur retentio, hoc janitoris fungitur officio, *Rolfincius.*

Signa, Cauſæ.

[9] *Signa* ſunt evidentia, ſive conſiſtentiam, ſive colorem, odorem, & cæteras aſſumtorum qualitates ſpectes.

[10] *Cauſam* in definitione [11] in Retentricis & expultricis vitia conjecimus: de quibus inferius in Differentiis.

[9] *Signa ſunt evidentia*) Si enim alimenta cruda & inalterata celeriter & frequenter per inferiora deſcendant, Lienteriam ſignificant: Si vero aliquantulum immutata, & nonnullam chyli ſpeciem adepta effluant, Cœliacam. *Riverius.*

[10] *Cauſam*) Leienteria oritur cum in ſanguine & inteſtinis non adeſt acidum & ſalſum, vel cum fermentum efficax à ſanguine non derivatur verſus ventriculum: adeoque afficitur ſanguis in hoc affectu nimia pituita onuſtus, à quo multæ particulæ pituitoſæ in ventriculum deponuntur loco fermenti legitimi, unde alimentorum fermentatio fere aboletur, & parum chyli generatur (aliquid tamen generatur, alias homo diu ſuperſtes eſſe non poteſt) & particulæ illæ pituitoſæ ventriculo & inteſtinis adhærentes valde lævem & glabram faciunt eorum tunicam interiorem; hinc ventriculus flaccidus fit, ita ut alimenta in ventriculum deglutita, & ibi parum fermentata (quia orificium ejus non eſt clauſum ob ejus flacciditatem & glabritiem) non impediantur quominus ex ventriculo, per inferius orificium egreſſa, per inteſtina deſcendant ad anum, atque ita excernantur. *Craanen. Pr. Med. Reform. capit. 75.*

[10] *Cauſam*) Cauſæ antecedentes adſcribendæ vel

vitioſis *alimentis*, aut pravo *fermento*, aut potius exuperanti *humorum copia* vel *depravationi*; Prava ſunt *alimenta*, ſi vel duriora, ac terreſtria, ideoque ægre diviſionem in ventriculo admittentia: vel ſi nimia humiditate diffluant, ideoque putredini obnoxia, vel ſi calidiora fuerint; ac proinde fermenti nativam conſtitutionem alterare apta nata; imo ipſam viſceris ſubſtantiam.

Ipſum nonnunquam *Fermentum* validius eſt, aut debilius, *Validius* eſt, hoc eſt acrius, ab admiſtis quibusdam humoribus nimis acidis aut biliosis, quo in caſu non modo aut nimium acorem contrahit, aut amarius fit, quin & priſtinam naturam omnino exuit, adeo ut vitiatæ in ventriculo concoctionis primaria cauſa cenſendum ſit. *Debilius* eſt, aut quia juſto minori copia generatur, aut quia ingens in ventriculo pituitæ vel ſalivæ copia congeritur: quæ vel nimis ſeroſæ ſunt, ideoque fermenti vim, id dilutius efficiendo, infringunt ac in partes dividunt; vel admodum viſcidæ, à quibus fermenti aculei obtunduntur, quamobtem iners evadit & ineptum alimentis ſubigendis.

Ex his manifeſtum fit excellentem copiam aut humorum depravationem, viz. lymphæ, ſalivæ, pituitæ, ſucci pancreatici, bilis &c. potiſſimas cauſas eſſe Fluoris alvi Leienterici. *J. Ravells Differt. de Alvi flu. c. 2.*

[12.] *Retentricis & Expultricis*) Si Leienteria in conſiderationem veniat tanquam effectus male concoquentis ventriculi, non tanquam ſymptoma proſtratarum virium poſt graviores morbos, perpendendum quæ iſtius *vitiatæ concoctionis* cauſa ſit; quamobrem non abs re fuerit in anteceſſum dixiſſe 1. Humorem ſalivarem, ex tonſillis ſcaturientem, ac minoribus adjacentibus glandulis, continuo in ventriculum ſtillare, tum ad œſophagi irrigationem, tum alimentorum diſſolutionem & concoctionem.

2. Chylificatione peracta chyli particulas inter tunicæ ventriculi rugas, bombycinæ dictæ hærere, quæ aciditatem per moram ibi contrahunt, quia partes ſpirituoſæ, quæ chylo dulcedinem imprimunt, ac ſufficienter exaltatæ ſunt, volatilitatemque adeptæ, partim in vapores reſolvuntur, partim venas ſubeunt, ſuperſtitibus ſalinis, quæ deinceps ulteriorem diviſionem ſubeunt, fluoremque adipiſcuntur, quo acidæ fiant & pungentes.

3. Notandum continuo illabi pituitam in ventriculum non minus quam in inteſtina, per ductus peculiares, è glandulis ſcaturientes, in parte convexa tunicæ dictæ ſitis: Pituita hæc plurima aciditate donata eſt; viſcida & adhæret parti interiori tunicæ, tum obtundendæ grana nimiæ alimentorum acrimoniæ; tum retinendorum ſpirituum, cæterarumque partium activarum, chyli confectioni neceſſariarum; Salivæ pars acida, aciditati pituitæ in ſtomacho exiſtenti conjuncta, una cum chyli reliquiis fermentum acidum & naturale hujus viſceris.

Tandem obſervandum, tot arterias & nervos, adeoq; inſignes, non conceſſiſſe Naturam ventriculo ad hujus nutrimentum & motum ſolummodo, nam præterea dicta vaſa plurimos effundunt ſpiritus & partes ſalinas, præcipua chylificationis inſtrumenta.

His ſuppoſitis, ſtatuendum videtur cauſam immediatam Fluoris alvi Leienterici. & ventriculi non concoquentis, aſſignandam eſſe *debilitati* aut *irritationi* fibrarum illius.

Debilitas conſiſtit in nimia laxitate, aut nimia earundem fibrarum extenſione. Laxitas pendet à paucitate aut inopia ſpirituum animalium ac ſanguinis arterioſi: à quibus pendent & calor, & vis, & functio propria dictarum partium, hoc eſt motus contractivus, deſtinatus retentioni nec non expulſioni; ſed quæ diverſis temporibus obeuntur; Nimiam Tenſionem inducunt materię craſſæ, ſeroſæ & pituitoſæ fibras implentes & dilatantes, ac eouſque diſtendentes ut amplius ſe colligere ite-neque queant, contractionis motum perficere.

Irritationem pariunt quæcunque ſpiritibus animalibus adverſa ſunt, qui laceſſiti, & ad motum violentiorem impulſi, fibras quoq; in motum ſpaſmodicum & contra naturam adducunt. Mirum ergo non eſt, ſi præſente ejuſmodi debilitate. ac irritatione, alimenta ad modum cruda & incocta è ventriculo excidant. *Joh. Ravelly Differt de Alvi flux.* c. 2.

Prognoſis.

[12.] *Curatio* [13.] eſt *feſtinanda*, [14.] quia hoc ſymptoma [15.] à magna caloris nativi proſtratione, & [16.] toni ventriculi debilitatione provenit.

Difficilis eſt, ſi acutis & [17.] chronicis morbis ſupervenit, quia vires ſunt dejectæ.

[12.] *Curatio*) Obſervandum monitum *Foreſti libri 22. Obſervat.* quod in hoc fluxu debeamus cavere à fortioribus medicamentis, & etiam à magna doſi; unde præſertim loco purgantium in genere procedendum eſt, quantum poſſibile, cum iis quæ participant ſtypticitatem aliqualem; Interim initio non debemus uti iis quæ fluxum reſtringunt, quia talia ſubinde fiunt cauſa majoris fluxus. *Etmuller.*

[13.] *Curatio eſt feſtinanda*) Quia diu durans, uti tandem atrophiam & tabem, ſic neceſſario virium proſtrationem ſecum infert: Ut taceam ad cachexiam quoque eandem diſponere: Deinde quæ ſupervenit gravioribus morbis, ſive acuti ſive chronici fuerint, ſimul ter ægrum ad tabem diſponit, dum difficulter curatur. *Etmuller.*

[14.] *Quia hoc ſymptoma*) Lienteria & Cœliaca non ſunt affectus contemnendi. Lienteria lethalis eſt duobus modis, 1. ἀτροφίαν inducit 2. hydropem universo enim corpori alimentum ſubtrahit: A Lienteria ad hydropem tranſitus, ait *Hippocrat. 1. de morbis*: Non enim ex illa ſufficienter nutrito corpore, & inde languente calido innato, intemperie frigida à ventriculo hepati communicata, ſanguificationis munus impeditur, & fit aqua intercutim, *Salmu in comm.*

Lienteria eſt prorſus deſperata affectio quando ſequitur morbos graves, ob virium dejectionem, hinc à dyſenteria lienteria periculoſiſſima.

Aqua intereus, ait, *Aretæus*, ſæpe feliciter in hunc affectum commutata eſt.

Cœliaca minus infert periculum quam Lienteria, à minori enim caloris nativi proſtratione & toni ventriculi debilitatione provenit.

Per eſſentiam quæ oritur periculoſior.

Ab intemperie quæ fit initio facile curatur; cum mala per longas invaluere moras, difficilius.

Cœliaca exquiſita ratione cauſæ ſanabilis & inſanabilis; Periculoſior vitio jecoris non attrahentis; unde *Aretæus* hanc conjunctam eſſe ait excretioni alicui ſanguinis.

Minus periculoſa ex irritatione expultricis; minime omnium ex lubricitate viarum.

Si morbus diuturnior factus fuerit, ægro ad convenientem diætam pigreſcente, nulla ſalutis relinquitur ſpes. *Rolfincius.*

14. *Quia hoc ſymptoma)* Alvi fluor perpendendus non eſt tanquam ſymptoma cujus cauſa inteſtinis ſemper adſcribenda ſit; ſæpe accuſandus ventriculus, præſertim in Leienteria, in qua alimenta omnino qualiſmodi aſſumpta ſunt rejiciuntur; Si quæ immutatio illis acciderit, illa adeo levis eſt, ut manifeſtum ſit ventriculum officio non fungi: Si Leienteria ſtricte ſumatur, ac quomodo illam deſcripſi, raro admodum illa occurrit, utplurimum graviſſimorum morborum progenies, extremæque partium deſtructionis; Tunc tanquam verendum ſymptoma perpendi debet, indicium virium plane proſtratarum, cui non alia remedia competunt quam corroborantia & cardiaca, Sin perpendenda veniat tanquam effectus ventriculi perperam concoquentis, affectus eſt crebio obveniens, hic præſertim in conſiderationem adducendus. *Joh. Ravelly Diſſert. de Alvi flux. c. 2.*

15. *A magna caloris nativi proſtratione, & toni ventriculi) Recentiores nonnulli defectum ſucci acidi accuſant*, hinc *Charleton. Oecon. Anim. Exerc. 2 §. 3.* Quidam liquor acidus, ratione inſitivæ penetrantiſque, qua præditus eſt facoltatis, craſſiores ſolidioreſque cibos in minima fruſtula incidit, diſcerpit quaſi atque diſſulvit, ſimul atque quicquid in eis eſt ſucci alimentatis ad modum tincturæ elicit & imbibit &c. Certum eſt homines iſtos quibus defecerit iſte ſuccus acidus, de infauſta admodum, infelicique ciborum concoctione ſemper conqueri; nec infrequens eſt talibus ſemicrudos atque integros aſſumptorum morſulos per inferiora excerni: Quod haud obſcure ſignificaſſe videtur perpetuus Dictator *Hippocrates* (1. aphor. ſect. 3.) *In longis inteſtinorum levitatibus, ſi ructus acidus* (ſcilicet ex conſimili humore ortus) *fiat, qui prius non erat, ſignum bonum eſt.* Nec minus certum eſt iſtud Acidum, ut nonniſi à calore moderato excitari foverique, ita diſcuti ac penitus extingui ab immoderato: Atque hinc eſt quod tum in leucophlegmatia, frigidaque ventriculi intemperie laborantibus languet adeo ac dejicitur appetitus; tum in febribus aliiſque calidioribus morbis in totum deſtruitur, haud abſimili prorſus ratione ac maſſa farinacea in frigido loco difficulter fermentatur, In calido vero nequaquam.

16. *Et toni ventriculi)* Si ratione aſſumptorum accidat, facilius ſanatur, Si *ventriculi* cauſa eveniat, cum magnam illius imbecillitatem eſſe oporteat quæ cibos omnino non immutet; ſiquidem in aliis illius intemperiebus aliquomodo, ſi non omnino concoquuntur, curationem difficiliorem reddit, & in ſenibus aliquando incurabilem; qualis & ea eſt quæ gravibus jungitur morbis. *Platerus.*

17. *Chronicis morbis ſupervenit)* Sic *Scorbutus* non raro conjunctam habet Leienteriam, uti primus quidem annotavit *Barbette*, cum tamen crebrius in praxi occurrat, ut talium excrementa referant antea ingeſta; Scilicet acriora ſalia, tam cum ſaliva, quam per membranam ſtomachi glanduloſam ad ventriculum delata, eundem vitioſa impreſſione irritant, & hinc ad præmaturam excretionem ſtimulant. *Ettmuller.*

Curatio.

18. *Reſpicit* I. *Cauſam*, quæ auferenda.

II. 19. *Symptoma*, quod ſiſtendum per adſtringentia & ventriculum ac inteſtina roborantia. Valet cucurbita parva ſupra ventriculum poſita.

18 *Reſpicit cauſā 1.)* Methodus curādi pro ratione *cauſa* inſtituitur; quæ ſi fuerit *intemperies frigida, vel humida*, vel alia imbecillitati ſimplici, vel cum humore crudo & pituitoſo juncta, curandi ratio in imbecillitate ventriculi quærenda, Eligendo præſertim ea in hoc caſu quæ adſtrictione ſimul prædita ventris fluxum poſſunt compeſcere; tum ex illis quę pituitam, ſi redundet, evacuent, tum quæ intemperiem alterent ventriculumque ſimul roborent. *Platerus.*

Curatio veræ Lienteriæ nititur *Indicationibus* I. Siſtendus fluxus 1. adſtringentibus, ratione laxitatis, 2. Cauſæ variæ reſpiciendæ: Si facultas retentrix labefactetur à frigida intemperie, cum vel ſine materia, frigida vel humida, calefaciendum & exſiccandum, ſimul vel ſeorſim: Si oriatur affectus ob ulcus ſuperficiale, illud ſanandum exſiccando, deperditam ſubſtantiam reſarciendo, craſſa excrementa abſtergendo, tenuia exſiccando: *Vitalis* indicatio communis Lientericis & Cœliacis, eſt ut facultas retentrix & concoctrix ventriculi & inteſtinorum corroboretur. *Rolfincius.*

In Cura ſtomachus, vel *roborandus* eſt & blande *adſtringendus*, tam *aromaticis* quam moderate *acidis*, adeoque pro hoc conveniunt omnia illa quæ tam in anorexia quam apepſia proponuntur. 2. *Irritationem* eſſe *ſiſtendam*, tollendo *cauſam vellicantem*, præſertim temperando acrimoniam humorum qualemcumque, & ſopiendo ventriculi ſenſum; Adeoque pro hoc ſcopo ea quæ in vomitu, cholera, aut diarrhœa uſurpantur, locum invenient. *Ettmuller.*

Si medelam afferre intendas, perpendenda tibi erit debilitas ventriculi, viz. fibrarum illius, quæ ſi ob *relaxationem* contigerit, tonus erit reſtituendus ope remediorum ſpirituoſorum & ſtomachicorum calidorum, alimentorum coctu facilium & probi ſucci: Si debilitas ortum ducat à fibrarum tenuitate nimia, inducta ab humoribus aqueis aut craſſis illas imbuentibus, ſtomacho itidem robur reſtituendum iiſdem remediis & alimentis exhibitis, ſed præterea purgatio inſtituenda per *rhabarbarum* &c. Si pituita & ſaliva craſſitie nimia, viſciditate & aciditate nimia peccaverint, ſi, inquam, ſolum ob prædictorum humorum præſentiam impedimentum adſit quominus ſpiritus & ſanguis arterioſus calorem & robur adferant ventriculo, purgatio etiamnum poterit inſtitui. *Ravelli.*

19. *Siſtendum per adſtringentia & ventriculum & inteſtina roborantia) Semen papav. tritum* exhibitum egregie auxiliatur, Mirabiliter autem acerba & immatura mora ſicca proſunt trita & in potu exhibita. *Altimarus p. 317.*

Valet egregie *Gallinarum ventriculus ſiccatus*, tritus & potui inſperſus: *Foreſtus lib. 18 [illegible]*

Quidam poſt multa fruſtra tentata hoc Electuario curatus eſt.

℞ *Sacchar. roſ.* ℥vi.
Theriac. optim. ℨj. *cum miva cydonior. completa m.*
Idem.

Quendam ex Lienteria deſperata decumbentem ſic curavi, *Vitellum ovi pulvere unius nuc. moſch. inſperſo, ſupra tegulam ignitam aſſatum exhibui*, quo

experiuntur; perpetua enim intercedit proportio inter ingeſta, digeſta, & egeritur, quod qui bene ingerit, digerit & egerit, ſanus demùm habendus ſit: Hinc falluntur qui in morbis, quando nihil ægri aſſumpſere per aliquot dies ciborum, & venter quaſi vacuus eſt, tamen ſtimulant alvum, non attendentes nil habere naturam quod excernat, unde neceſſario quieſcit; hinc etiam in fame nimia ſubſident & corrugantur inteſtina. *Wedelius.*

Vulgata eſt multorum querela, quod iis alvos nimium adſtricta ſit, nec niſi 3. aut 4. die dejiciat; aut tardius multo: Multæ ſolent aſſignari tardioris alvi cauſæ, una vulgaris eſt, & quam oppido pauci animadvertunt, aut *Ciborum* parcitas, aut paſtuum intercapedo longa: intereſt enim multum inter cœnam præcedentis, & prandium ſequentis diei, tempus enim medium eſt horarum xvi. plus minuſve; quod tempus plus æquo ſatisfacit ciborum coctioni & diſtributioni alimenti, Niſi forte quædam corpora objicias, quibus calor naturalis imbecillior non tam facile ſuum facit officium: Sed generalius nos id totum pronunciamus, atque dum tantum temporis intereſt, præſertim ſi victus ratio ſatis moderata, & calor naturalis fortis eſt, ſiccantur fæces, calor naturalis augetur, deſtitutus aliqua ex parte pabulo, ut jam contra naturam evadat; Id quod multis argumentis poteſt deprehendi: Melius cum aliis agitur quibus alvus quotidie aut bis ſolvitur, hinc enim multi arcentur ac fugantur morbi, & qui cibis potuque frequenti utuntur, non ad neceſſitatem, ſed ad voluptatem, iis crebro magis ac profuſius alvus deſcendit, ut videatur magis è re naturæ eſſe, temperantiæ limites parum egrediendo, paulo crebriore poculentorum & eſculentorum uſu alvi libertatem procurare quam ſtrictiore ac religioſiore victus ratione denſitatem adſtrictioremque alvi cauſari, dolorum juxta ac morborum parentem. *Ballonius Ep. libr. 2, pagina 288.*

Ob *Inediam* non tantum inteſtina, ſed & fæces, ſi quæ relictæ ſunt, exiccari indurarique poſſunt, neque tantum dum eam patiuntur ægri, ſed & poſt eam cibum rurſum ſumentes, præſertimque ſi tunc admodum famelici ſint, idque quod natura exhauſta, ut defectum hunc reſarciat, quicquid fere chyli & humoris in cibo ſumpto conſiſtit, per venas meſaraicas exſurgit (*venæ lacteæ rapiunt & alliciunt*) excrementaque ſicca duraque tantum relinquit: quo fit ut poſt acutos morbos convaleſcentes, avideque comedentes, de conſtipatione adeo conquerantur, & qui bene nutriuntur alvum ſiccam potius quam humidam habeant; *Platerus.*

13. *Non ſunt propter inediam*) Nobili cuidam alvus ſemper dura erat; pauca dejiciens: Pariſiis multos Medicos in conſultationem adhibet: Duo ex illis ſententiam dederant, Tertius, antequam ſuam interponeret, à Nobilis Amanuenſi quærit, num Dominus multo alimento uti conſueviſſet? Reſpondet ille pauciſſimis uti, & hominum maxime ſobrium eſſe, Tum Medicus ſeriem conſultationis abrupit, Cauſa aperta eſt, *inquit*, & quid agendum, Ex pauco cibo, pauca ſtercora.

14. *Seu propter Bilis*) *Præter quam & ſuccus Pancreaticus & Pituita ad alvi adſtrictionem efficiendam concurrunt*: Quapropter imprimis conſulo omnibus (Alvi adſtrictionem aut laxitatem naturalem à *Bile*, *Succo & Pituita* in tenui inteſtino concurrentibus mecum deducentibus) ut continua & attenta obſervatione diſcant accuratius & diſtinctius ſingulorum præfatorum humorum naturam, & mutationes varias, ipſorum mutationem multiplicem conſequentes, de qua re per ſolam experientiam conſtare poterit. *Sylvius App. Tr. V. §. 281.*

14. *Seu propter bilis*) Nonnunquam alvus adſtrictior eſt propter *pituitam glutinoſam, humoremq; auſterum* à præcedente frigore in corpore abundantes, nec mox *Bile* ab æſtu aëris ſubſequente acriore facta correctos aut devictos, verum illi reſiſtentes: atque in flatus auſteros ac tenaces mutantes, alvi excrementa indurantes, ſicque alvum adſtringentes: Poſtquam vero partim ab aëris æſtu, partim ab æſtu febrili, partim à medicamentis correcti debellativè fuere humores auſteri & glutinoſi, redditur poſtmodum alvus fluidior. *Sylvius App. Tr. X. §. 300.*

Alvi adſtrictioris nonnullis Epidemia febre laborantibus cauſa fuit partim *ſuccus pancreaticus auſterior*, partim *pituita viſcoſior*; Ab Auſtero nempe ſucco excrementa non tantum *incraſſantur*, & ad motum ineptiora redduntur, quin ab iiſdem non raro *inteſtina ita diſtenduntur*, ut ad ſui contractionem contentorumque propulſionem fiant inepta. *Idem App. Tr. ix. §. 91.*

14. *Seu propter bilis*) Alvi adſtrictio, meo ſaltem judicio, debetur *Succo pancreatico* vel primario, vel ſecundario peccanti: *primario* quando juſto viſcidior, ideoque minus acidus & acris exiſtit: *Secundario*, quando ab illabente pituita vel ſaliva, vel alimentis valde viſcidis, talis evadit, viſcidior inquam ac inertior, Quod ſi ſuccus Pancreaticus valde acidus & acris exiſtens, offendat nihilominus pituitam impenſe viſcidam, præter alvum ad ſtrictiorem pituitæ viſciditati adſcribendam, *lancinationes* producentur in ventre, ab acrimonia ſucci pancreatici acida, *Sylvius Append Tr. v. §. 85.*

15. *Vel dura ſunt*) Indurantur & craſſeſcunt ejuſmodi fæces, ſi materia ex qua generantur, *Cibus* nimirum, ſolidior ſiccior que ſit, unde ſimilia excrementa progignantur, Sicuti in canibus, oſſa rodentibus videmus accidere; Præſertimque ſi ob *Potus*, liquidorumq; parciorem uſum minus diluta ſint: idem fit ſi exerceantur *ſiccantium* ad modum in cibis continuo *uſu*, vel etiam calefacientium: Aut calore partium vicinarum, hepatis præſertim, ut volunt, in naturis calidioribus; in quibus ſi excrementa non in dies reddantur; ſed ob cauſas aliquas, & præſertim longam ſeſſionem in conventibus; in equo, aut decubitum longiorem retineantur, (cum facilius dum corpus movetur, erectumque eſt, quam cum quieſcit, procedant) calore interiore ea exſiccante induteſcunt; Hincque fit ut Senatores, Equites, & ſenes otioſi, de conſtipatione maxime conquerantur; quod ut calore corporis moderato adhuc ſic evenire poteſt, ita in morbis calidis harum partium, vel etiam totius corporis, in febribus hæc fæcum exiccatio à calore illo vehementiore citius procedit, conſtipationemque parit, Ob *inediam* quoque indurantur. *Platerus* Vide §. 13. *Propter inediam.*

16. *Ut continenter ſicceſcant*) Ut & ob διαιτὴν liberiorem, Novi plures ventris conſtipationi obnoxios hoc tantum remedii genere fuiſſe curatos, nempe ut diluculo, & hora prius aſſueta citius, lecto aſſurgerent: Quantum enim διαιτῇ ſolita adimitur, tantundem ad alvum lubricandam additur, *Willis.*

Siccitatem habent contenta propter chylum copioſius elicitum; & quandoque ob Potum pauciorem, cum pane multo uſurpatum; *Duritiem* autem debent tum alimentis ſimilibus, oſſeis & cartilagineis, tum flatibus auſteris, conſiſtentiam contentis firmiorem præbentibus. *Fr. Sylvius.*

Neceſſario *indurantur*, quia diutius retentæ caloris vi continenter exſiccantur, ab iiſque nonnihil ſucci ſemper exſugitur per venas meſaraicas, ad craſſa etiam inteſtina pertingente, Illa autem durities & ſiccitas non ſolum eſt effectus adſtrictionis alvi, ſed etiam cauſa efficiens, quia induratæ difficilius excernuntur, & facultatem expultricem non irritant: *Riverius.* Adde *motum vehementiorem*, præſertim equitationem.

17. *Seu propter cibum craſſiorem, viſcidiorem &c.*) Attendendum imprimis à quibuſnam alimentis contingere

gere ſoleat unicuique Alvus ſegnior aut laxior, Neque enim ſemper idem effectus obſervatur in omnibus & ſingulis ab eadem cauſa productus: Nec quæ adſtringentia vulgo dicuntur & ſunt, in omnibus alvum adſtringunt, quin non raro ipſam ſolvunt; Quæ proinde ſola experientia obſervabilia deprehenduntur huic aut illi individuo alvum ſolvere alimenta, illa, quoties rarius dejicitur alvus, ſunt ab illis uſurpanda. *Sylvius App. Tr. v. §.246.*

[17]. *Cibum craſſiorem, viſcidiorem &c.*) Aſſumpta quædam ſuggerunt fæces plus minus induratas, qualia ſunt v. g. *ſtira*, quæ in magna copia aſſumptæ, propter viſciditatem & tenacitatem duriores dant fæces, indeque etiam lethalem alvi obſtructionem teſte *Moebio, Inſt. p. 413.* Sic *ova ad duritiem cocta*, eadem ratione alvum ſupprimunt: *Fructus horæ* nonnulli *tenaci pellicula obducti, ut uva criſpa, uvæ vitis* cum pelliculis comeſtæ, quia uti non digeruntur in ſtomacho, ſed crudæ & acidæ inſigniter ex ſtomacho dilabuntur, contentas fæces ſui permiſtione irretiunt, & hinc inde in globos quaſi cogunt unde pertinax alvi obſtructio. Sic *ceraſa*, horumque nuclei integri devorati fæces induratas inducunt, teſte *Schenkio lib. 3. obſerv.* qui refert alvum ad tres ſeptimanas obſtructam ex copioſis ceraſis cum nucleis comeſtis. *Etmuller.*

18. *Cibum craſſiorem, &c.*) Cui opponendus contrarius, *Caro* juniorum animalium elixa, *vitulina* inprimis; pinguis item & mucilaginoſa: *Butyrum* affatim comeſtum, vel *Oleum*; *Herbæ* pleræque temperatæ eſurpatæ, coctæ & crudæ, *Spinachia, beta, atriplex ſativa, bugloſſum, braſſica* inprimis; hiſque validiora *malva & violaria*, aliarumque plantarum teneritates, ut *lupulorum, aſparagorum*: *Fructus* omnes humidi alvum laxant; temperati, dulces; Sed & acidi conturbando tamen ventrem magis quam laxando: *Aqua* potus fluidam facit alvum, vel *Lactis. Platerus.*

19. *Adſtringentem prima menſa*) Improprie & ex accidente, Adſtringentia leniunt, κατὰ συμβεβηκός quaſi talia, & affectu æquivoco, Notandum enim quod Aſtringentia, in iis qui laxiorem habent ventriculum, & debiliorem, alvum non tantum leniant, ſed & quandoque purgent, inprimis ex alimentoſis *cydonia*, ſi ſumantur poſt paſtum, ut ante cibum ſumpta adſtringant, cujus rei ratio eſt ex fibrarum natura petenda, adſtrictæ enim ante cibum ægre dimittunt κάτω adſtrictæ poſt cibum propulſionem accelerant: Par ratio eſt opiatorum & pulverum ſtypticorum: Hypochondriacus cum ad vomitum curandum aſſumeret pulverem ſtypticum, toties diarrhœam reportabat, idque non ſemel, ob flacciditatem villorum ventriculi. *Wedelius.*

20. *Prima menſa*) Obſervatum eſt Lenientia optime hoc tempore dari, immediate ante cibum, vel cum cibo ipſo, & potius cum cœna quam cum prandio: Legi meretur de hoc ipſo inſignis locus apud *Septalium l.3 anim. 5.* ubi inter alia ſcribit *Et ut millies ego expertus ſum, & Medici noſtrates meo exemplo cognoverunt, hoc modo ante ℥ß. aut etiam ʒii. ſæpenumero major excrementorum copia educitur quam cum ℥i. & etiam ℥iß per horam, ut moris eſt, ante prandium exhibetur* Hunc in finem uſitatiſſime propinantur *Pilulæ alvoticæ Francofurt.* aliæque hujus generis: Conveniens eſt hoc tempus naturæ, quatenus a ſomno capto matutino tempore per alvum ſecludere ſcybala geſtit. *Wedelius.*

21. *Non dilutum*) *Copioſior Potus* alvum aperit, id quod vel maxime hypochondriacis eſt neceſſarium, *item* mulieribus, ut eo promptius exeant fæces: *Potus* nunc eſt uſitatus nunc medicatus: Medicatio talis inprimis fit per *paſſulas*, unde *vinum paſſulatum Timæi in Epiſt. p. 224.* ad cujus imitationem paratur *decoctum paſſular. cum ſenna* egregium eſt, *ſerum lactis*, convenit tam in febribus ardentibus & malignis quam inprimis hypochondriacis & ſcorbuticis, ſi alvus horum obſtructa ſit, ac ſimul æſtuatione laborent, utrique ſcopo mire ſatisfacit ratione nitroſitatis ſuæ, in alcali volatili oleoſo fundatæ, temperans egregie & ſucci pancreatici vitioſum acidum plus nimis auſterum ſaporem, ac demulcens acrimoniam ſalis ſcorbutici, ſeu per ſe probe depuratum uſurpetur, ſeu cum *ſyr. roſar. ſolut.* adhibeatur, ſeu in eodem parum de *tamarindis* ebulliat, & ad ſaporis gratiam, & ut majorem laxandi vim acquirat. *Etmuller.*

22. *Emollientibus agendum*) Si induratæ fæces obſederint Coli cellulas, & quæ ſub hypochondrio ſiniſtro ſunt anguſtias, optimum erit per conſuetam portam inferiorem educere; Convenit tamen his præmittere Emollientia, quibus humorum craſſities attenuetur & diluatur, ac viarum impedimenta amoveantur, Utrique ſcopo inprimis ſatisfaciunt clyſmata: *Lac vaccinum* cum *molle mercuriali*; & fæces emollit & lubricando vias eductionem facilitat injectum.

Ex *ſolo oleo lini à raper.* āā. unc. iv. aut v. injectus clyſter, & ad tempus retentus, mirus eſt ad alvum à ſcybalis impeditam reſolvendam, Acui poteſt cum ʒß. vel ʒvj. *olei diacolocynth.* *Quercet.* Idem præſtat *ol. lini* ad ℥v. nunc ſolum, nunc cum ʒß. *troch. alhandal.*

Quod ſi tamen contumaciora ceteora hæc & ſimilia lenia non promoverint, ad acriora pergendum, & clyſmatis lenientibus *ſalis gemm.* ʒi. ad ʒii. permiſcendum; hoc enim ex experientia *Foreſti* (*& Rondeletii*) ſcybala emollit, ac inteſtina ad eorum expulſionem irritat; Ubi tamen obſervetur omittenda tunc eſſe oleoſa & mucilaginoſa ingredientia, ne his ipſis obtundantur aculei incidentes, emollientes, & ſtimulantes ſalis gemm. Quod ſi vero neque hæc ſufficere videantur, *pulpa colocynth.* in petia ligata iſtis incoquenda eſt.

Quin & non incommodum erit aſſumptis ſimul per os emollientibus dura, aut lubricantibus inteſtina, ſcybala doloriſica loco ſuo ſub hypochondrio ſiniſtro deturbare; Uſitatus eſt hic uſus largior *butyri* aut *olei amygd. dulc.* ab ℥j. ad ij. &c. in juſculo calido ſumpti.

Quo potentius adhue, & certioris effectus eſt *oleum lini*, ſingulariſſimum hoc antipleuriticum, de quo vide *Gabelkoverum cap. 4. cur. 65.* quo ab ℥i. ad ℥ii. cum *ſyrupo de jujubis, vel violar.* & aliquot *guttis olei deſtill. aniſi* (ut hoc odor faſtidioſus; illo vero ſapor nauſeoſus corrigatur) exhibito, mire ſolvuntur ac abluuntur ſcybala dura.

Inprimis *Paſſulæ minores* ſalutarem hic ferunt opem, ſive *pulpa earundem*, ſive decoctum cum ſtimulo tartari aſſumatur, hoc namque blandiſſime alvum ſubducendo fæces induratas hinc inde hærentes abſtergit, emollit & lubricat, idque eo magis ſi uno alterove blando laxativo acuatur earum virtus: Hypochondriacis ſane, quibus ob induratas alimentorum ſcorias, ſive ob acidum pancreatis auſterum, nimis eas coagulans, ſeu ob pituitam acidam vitio digeſtionis ſtomachicæ prognatam, eas glutinoſas reddentem, tantum non omnino obſtructa eſt alvus, optime conducunt paſſulata, quæ inter ſequ. Potio palmam obtinat

℞. *Paſſular. min.* ℥iß. *contundantur in mortario lapideo ad conſiſtentiam pultis, coqu. in aqu. ſimpl.* ℔iij. *Colat. ferventis* ℔iß. *infunde fol. ſenn. mund.* ℥iij. *crem. tart.* ʒj. *flor. violar p.* iii. *ſtent loco cal per noctem, mane filtrentur*, Detur hauſtulus tuedioeris eſuriente ſtomacho ſumendus.

Aut uſurpetur *pulpa paſſular.* cum cremore & ſale tartari ſubacta, & aliquot granis *extr. trochiſc. alhandal* acuata. *Etmuller.*

23. *Emollientibus agendum*) Non ſemel obſervavi *Enema ex lacte vaccino paratum*, addito tantillo *mellis*

roſati, plurimum pro fuiſſe in tali caſu; Nam ratione *Lactis* temperabantur acrimonia flatibus fere comes, quin eodem laxabantur quodammodo & emolliebantur excrementa. *Sylvius Append. Tr. 5. §. 263.*

21. *Emollientibus agendum*) Curatio hujus affectus à cauſarum ſublatione dependet, quæ ex propriis capitibus deſumenda eſt: Cum tamen illa curatio ut plurimum longa eſſe conſueverit, præcipue cum à calida hepatis intemperie, aut ſicca inteſtinorum dependet, & interim alvus adſtricta graviſſima pariat incommoda, illius correctioni ſeorſim incumbendum eſt, Quod fiet in univerſum remediis emollientibus, ſimulque alvi excretionem promoventibus in ſequentem modum.

℞. *Rad. alth. lilior. alb. ãã.* ℥ii. *fol. malv. alth. mercur. violar. branca urſin. ãã. m. j. ſem. lini fœnugr. ãã.* ℥ß. *ſem. aniſ.* ʒiß. *prun. dulc. par.* iii. *flor. chamom. & melil. ãã. p. j. coqu. ad* ℔iß. *In colat. diſſolve ol. lilior. & ſem. lini ãã.* ℥ii. *butyr. rec.* ℥iß. *cathol. dupl. & diaprun. ſimpl. ãã.* ʒvi. *f. Clyſter injiciendus quoties opus fuerit.* Vel

℞. *Decoct. inteſtinor. verv.* ℔i. *butyr. rec.* ℥ii. *caſſ. recens extr. cath. opt. diapr. ſimpl. ãã.* ℥ß. *ſacch. r.* ℥i. *f. Clyſter.*

Parari etiam poteſt bis aut ter in menſe Clyſter ex *oleo communi* ſolo ad ℔i.

Advertendum tamen eſt aliis remediis alvum mollire, quandoquidem frequenti uſu clyſmatum Natura ſegnior evadit, & tandem aſſueſcit nunquam alvum deponere niſi clyſteribus irritata: In hunc finem *Pruna dulcia*, vel *Poma cocta cum ſaccharo*, per horam ante prandium erunt aſſumenda, ut docet *Galenus 2. de Al. Fac.* 31. alioquin ſi immediate ante prandium aſſumantur, nihil operantur.

Vel *juſculum pulli* aut *commune*, in quo *folia borrag. betæ* & poma aliquot ebullierint.

Vel *olei amygd. d.* ſine igne *recens extr. cochl.* j. cum *ſyr. capilli ven.* pari quantitate, vel cochlear. ij. ſyr. ſequentis.

℞. *Mucilag. ſem. pſyllii & cydonior. cum aqua malvæ extr.* ℔ß. *ſacch. albi* ℔j. *f. ſyrupus ſ. a.*

Ut *Poma* melius operentur, vinum lymphatum ante & poſt aſſumptionem hauriendum eſt, ita tamen ut tota illius quantitas dimidium cyathum non excedat.

Idem præſtabit butyrum recens per horam ante prandium ſumptum, magnitudine nucis majuſculæ, ſuperbibendo vinum lymphatum.

Semel in ſeptimana utatur aliquo ex ſequentibus.

℞. *Caſſia rec. extr.* ℥i. *crem. Tart.* ʒi. *cum ſacch. f. Bolus.*

℞. *Manna granat.* ℥i. *vel* ℥iß. *capiat mane cum Juſculo.* Vel

℞. *Ol. amygd. d. mannæ gran. ãã.* ℥j. *da ex juſculo mane duabus horis ante cibum.*

℞. *Pulpa caſſ.* ℥ii. *pulpæ tamar. mann. gr. ãã.* ℥i. *fol. ſennæ tenuiſſ. pulv.* ℥ß. *crem. Tart.* ʒii. *cum ſyr. roſ. lax. f. Opiata capiat,* ℥ß. *vel* ℥i.

Vel in *Decocto prunor. manna* ℥ß. *vel* ℥i. diſſolvatur, ſumatur hora una ante prandium; ſicuti prædicta omnia per horam ante paſtum exhibenda ſunt, ſic enim melius operantur.

Ptiſana ex *cichorio*, *agrimon.* & *acetoſa* in aquam fervere incipientem conjectis, & per noctem infuſis, pro potu ordinario uſurpata, vel ſola, vel cum vino permixta, alvum liberam ſervat. Juſculum ſequens alvum tutiſſime laxat, & laxam ad dies aliquot ſervat.

℞. *Fol. betæ & mercur. ãã. m. j. coquantur in juſculo commune*, deinde hora ante prandium.

Vel parari poteſt *Conſerva roſar. laxans ex roſis pallidis* non explicatis, præciſis unguibus, cum *manna & ſaccharo ãã.* partibus æqual. doſis ℥i.

Denique *Balneum*, vel *Semicupium* frequens, ex decocto *herbarum emollient.* paratum, ad partes omnes naturales humectandas, & alvum emolliendam erit utiliſſimum. *Riverius.*

Ex medicamentoſis *Caſſiæ pulpa* prodeſt; *Manna* in Juſculis ſumpta, *Roſarum ſuccus*, *vel ſyrupus* aqua fontis diſſolutus & bibitus.

Ex fortioribus, quæ cathartica vi & purgando alvum movent; *Infuſum fol. Sennæ* cum *abſinthio & ſeminibus* valde eſt utile. *Balnea Emollientia*, *ut aqua dulcis*, & ex decoctis ſimilibus parata, idem efficiunt. *Platerus.*

Copioſior potus alvum aperit, id quod vel maxime hypochondriacis neceſſarium, *Item* mulieribus, ut eo promptius exeant fæces: Notæ ſunt Decoctiones ex emollientibus, v. g. ex *malva, parietaria mercuriali & ſimilibus in aqua decoctis*, qualia decocta ſucceſſive hauſta alvum leniunt, v. g.

℞. *Rad. alth.* ℥ii. *malvæ m. j. paſſul. min.* ʒvi. *coqu. in aq. ſ. In fine adde fol. ſennæ* ʒiii. *vel* ℥ß. *crem. tart.* ʒiß. *Colat.* ℞. ℥viii. *adde ſyr. de ſpina cerv.* ℥. *m. Ettmuller.*

Cum nullis medicamentis ſolvi poterat alvus, & jam per dies 14. ex toto ſuppreſſa erat, ipſi dedi mox ante cibum dr. j. Elect. è *Zizibis* dicti quo certe alvus continuo fuit emollita, mora & ſubducta, nec de novo alvus ſuppreſſa fuit.

Electuarium e Ziziphis ...

℞. *Polypod. qu. rec. bene mund.* ℥viii. *fol. orient. rad. alth. ãã.* ℥iv. *aniſi* ℥ß. *f. decoctio in aq. q. ſ. ad* ℔ij. *Cola & leviter exprime*; Colat. adde pulpæ *zizib.* (*id eſt jujubar.*) *loto cum vino albo potenti*, & maceratæ in dicta decoctione, poſt per ſetaceum tranſmiſſæ ℔i. *ſacch. albiſſ.* ℥iv. bulliant iterum ad cydonian conſiſtentiam. In delectu *jujubarum* primatur *uva paſſa* detractis arillis Hinc *Electuar.* communicatum eſt à D. D. Alex. Petronio. *Martinus Rulandus cent. 10. curat. 79.*

Seni qui ſingulis 3. aut 4. ſeptimanis ſemel alvum reddebat, conſilium dedimus pinguibus juſculis uteretur, quibus malva incocta eſſet: Romana mulier *urtica* tenella, ex *oleo* & ſale comeſta, alvum ſibi liberam reddebat. *Foreſtus conſ. 24 l. 21.*

22. *Emollientibus agendum*) Cum quidam ſint qui non poſſunt niſi purgationibus, clyſteribus, ſuppoſitoriis &c. alvum exonerare, remedium jucundum & faciliimum inſerere volui quo alvi pigriores benigne excitantur; Torreatur *mica panis*, *oleo olivarum* irroretur, & mane deglutiatur, videbis effectum ſi bis vel ter id feceris. *P. Borellus obſ. 4. cent. 2.*

Stipticitatem alvi ad tres ſeptimanas durantem ſolo *ſeri caprilli* copioſius aſſumpti uſu quidam curavit. *H. à Moinichen.*

Lactuca parcius commanducata ventrem ſiſtit, copioſius vero laxat. *Al. Benedictus. l. 13. c. 16.*

22. *Emollientibus agendum*) Cum longa alvi ſuppreſſio, an ideo ad acerrima Clyſmata deveniendum? Nequaquam, imo blandiora ſæpius repetita magis conferunt: vehementiora ſæpe volvulos intulerunt, efficiunt enim ut puncta acrimonia medicamenti inteſtina motum periſtalticum ſuum inferne ſurſum immutent. *Ballonius Epid. p. 17.*

Id innititur authoritate *Hippocrat.* L. de A. A. & L. *Quorum*, inquit, *ventres duri ſunt, & ad hoc idonei in ambulantur, his dulciſſima, leniſſima ac ſplendidiſſima aqua ex uſu ſunt*, Non nitro aut alumine imbutas & medicatas aquas præſcribit, quæ tamen alvum magis ſolicitare

eitare videntur, contra molles, dulces, liquidas laudat: [..]r quoque eſſe debet medicamentorum ratio, tum aſſumptorum tam clyſteribus injectorum, Nam ut ad ventres ardentes ciendos aquæ molles & dulces, ſic & medicamenta lenientia, mitigantia, leniendo ſolventia & eccoprotica conferunt; Contra vero obſunt calidiora, ut ſcammoniata, metu Ilei & incremento caliditatis, ſiccitatis, & firmitatis inteſtinorum retentricis, quæ causæ ſunt præcipuæ alvi adſtrictionis, ſive quod ægrius, nec niſi πρὸς ἀνάγκην alvus egeat reddatque: Itaque corporibus natura alvi præditis, aut ſiccis & ſqualidis, lenientia potius quam valde attrahentia conſ[..]unt medicamenta. *Johann. Thevart. comman. ad eum locum.*

21. *Emollientibus agendum*) Lubricandum magis in ſiccitate inteſtinorum, ſtimulandum magis in eorundem repletione: Illa magis fæces, hæc ſenſum magis reſpiciunt. Lubricantia in clyſteribus, ſtimulantia in ſuppoſitoriis magis proſunt; Ideoque non ſunt confundenda lenientia lubricantia cum ſtimulantibus. *Wedelius.*

22. *Emollientibus agendum*) Quoties ab uſu alimentorum laxitatis alvi beneficium obtinere nequit, tum recurrendum eſt ad medicamenta id blande præſtantia: Cavendum enim ſedulo à medicamentis elective ac copioſe id efficientibus, tum quia ut plurimum longe adſtrictior ſolet ipſorum uſurpationem conſequi alvus; Tum quia in ſanis utiles quoque humores ſimul ſolent expelli, & quidem cum ſanitatis detrimento. *Sylvius App Tr. v §. 250.*

23. *Probatur*) Inter externa uſurpantur præſertim *Clyſmata ex emollientibus* parata, v. g. *ex lacte cum melle*, addito *ſale communi* vel ſaccharo.

Quod ſi ex nephritide ſimdive affectu alvus ſit obſtructa, *clyſteres emollientes terebinthinati* perquam ſunt proficui: *Item clyſmata ex oleo olivarum.* Vel

℞. *Olei ſemin. lini, rapar. ãã. unc. v. Miſce fiat Clyſter.*

Sane Prevotius alvi ſegnitiem gravem ſolo *Oleo communi*, bene maturo ad ℔j per clyſterem injecto levavit, Et *Rulandus in Theſauro pagin 233.* alvum per tres hebdomadas adſtrictam, ut nullis nec clyſmatis nec ſuppoſitoriis moveri poſſet, injectis ſingulis horis unc. iv. olei alvum iſtam emollivit ut multa ſcybala rejecta fuerint.

Quod ſi talibus non poſſit ſolvi alvus, alia quædam paulo acriora ſimul addantur & incoquantur, v. g. in ſuſpicione induratarum fæcum *ſal gemmæ a ʒß. ad ʒi vel ʒii.* clyſteribus addatur: Sic Fontanus in obſtinatiſſima alvi obſtructione Clyſma ex *juſculo carnis cum melle*, cui addatur *ſal gemm. ʒj.* commendat.

His non ſufficientibus fiat Decoctum emolliens, ex *fol. melilot. chamom. & viol.* cujus unc. viii. vel ix. incoquenda eſt *pulpa colocynth.* in petia ligata ad ʒi. & poſt hanc decoctionem addatur *ſalis gemm. ʒß ben lax. unc. i.* ex quibus fiat clyſma applicandum: *Rulandus l. c.* ruſtici alvum ob ſcybala dura conſtipatam, cum ventre duro, curavit per *clyſma ex olei ſem. lini unc. v.* nunc ſolo, nunc cum ʒß. *troch. alhandal.* applicato.

Ubi Colocynthis non ſufficit ad infuſa *antimonialia* fiat acceſſus, ſi nempe *colocynth.* loco ʒi. *croci metall.* decocto emollienti incoquatur: Cujus uſum crebriorem vide in *obſerv. Riverianis.* Vel, quod magis probo, fiat infuſum ex *croco metallorum*, de quo unc. iii. decocto emollienti addantur e. g.

℞. *Decoct. emoll. uſit unc. v. infuſi croci met. unc. iii. ben. lax. unc. j. Mſ.* Vel loco infuſi talis *ſyrup. emeticus* ad unc. i. vel ii. permiſceatur.

Poſt Clyſmata *probantur Suppoſitoria*, quæ communiter ex *ſale & melle ac pulvere hellebori.* præparantur, Vel fiat *ſuppoſitorium acre ex melle cum ſale gemmeo & troch. alhandal.* Aut etiam *fruſtulam aluminis* formetur in formam ſuppoſitorii, ac ita uſurpetur ad imitationem *A. Sala. in append. pag. 480.* Vel *alumen pulveriſatum cum g. tragac. in aqua lilior. alb.* ſoluto compingatur in ſuppoſitorium, in alvo admodum adſtricta conveniens. Ut autem eo melius operentur ſuppoſitoria & clyſmata, medicamenta emollientia ſive lubricantia per os præmittenda ſunt, ne fruſtra his irritetur alvus, *Emmuller.* Unde §. 22 *Emollientibus agendum.*

Si alvi obſtructio eſt à fæcibus induratis, *omentum cum inteſtinis vituli* coque cum multo brodio, vel ut impoſitus mentæ; quod ſi fervens ſellæ ſupponitur, & vapor ano excipitur, paulo poſt ſcybala ejiciuntur, & obſtructio ſolvitur, quæ deinceps emollientibus expediri in totum debet; inter quæ primum locum habet cremor tartari. *Hartmannus.*

In ſumma obſtructione alvi *plumarum* minutiſſime conciſarum pugillum miſce cum mica panis & fac pilulas; Vel *oleſ cera a* ℈i. *ad* ʒi. ſubjice cum Enemate emolliente. Addi poteſt *fel tauri*, ad imitationem naturæ quæ ſelle expultricem irritat *Idem.*

24. *Probatur Linimentum*) Si ſola excrementorum alvi ariditas ſumma moleſtiam creet in ipſorum excretione, humectanda emolliendaque excrementa prius quam excernantur, & quidem vapore aut applicatione per pannum laneum ſpongiamque decocto emolliente imprægnatum: Sic enim quodammodo emollientur fæces, atque facilius excernentur, Qui unguento emolliente molliendum abdomen, quo fæces emollitæ facilius excernantur. Exemplum habui in Infante 4. annor. ad ſummum valetudinarium, cui fæces alvi tertia demum hebdomada excerni ſolebant, & interim plurimum in ſcybala craſſiora indurari, quia eadem per abdominis muſculos diſtincte tangebantur, & ipſarum magnitudo explorabatur; hinc ab unguento emolliente junctum facilitate prodeunt alvi fæces. *Sylvius Append. Tr. v. § 262.*

24. *Probatur*) Sunt alia Lenientia hujus commatis; ſic vulgus hic loci in uſu frequenti habet Leniens alvo reſerandæ quaſi dicatum quod probatiſſimum, plumas nempe anſerum teneriores tenuiter conciſas; quæ quicquid præſtant, videntur facere ob heterogeneitatem averſam naturæ, unde archeus ad excernendum conſurgit. *Wedelius.*

24. *Probatur Linimentum*) Extrinſecus ventri emollientia & laxantia ventri applicata nonnihil juvant, ſi Inunctiones fiant ex *Oleis* id præſtantibus, & *Cataplaſmata* ex clyſterum reſidentia apponantur. *Platerus.*

Quidam deſperata velut alvi adſtrictione laborans, in balneum ductus, & ſacculo è *farina lini* abdomini tota impoſito convaluit. *Wedelius.*

Ex *oleo populeon. & hiera picra* factum linimentum, plantis pedum illitum, alvum emollit & ſolvit. *Ettmuller.*

Umbilico illita *Zibetta* alvum ſolvit. *Hartmannus.*

25. *Ex oleo amygdal. dulcium*) Quod in calculo optime lenit vias alvi & urinarias; alvo enim libera & colici & nephritici dolores conticeſcunt facile; Sic & infantum recens natorum primum eſt alimentoſum: *Oleum lini* ob lenientem vim inſigne eſt; Singula nempe olea tum particulis ſulphur aqueo mucilaginoſis mollificantibus gaudent, tum ſalinis in receſſu, quod enim nuces edentibus juglandes experiri facile eſt, unde expeditiſſime juvant. *Wedelius.*

26. *Butyro*) Butyrum ipſum paulo largius ſumptum, modo non nidoroſam qualitatê largiori uſo ſe[..]retur, & maxime ante paſtum, lubricando lenit alvum. Quidam Quaſtor, ob fæcum ſiccitatem ſæpius colicis affli-

ctus torminibus, ab eo tempore nunquam ſenſit eoſdem repetere, cum prandii & cœnæ tempore primum ferculum ſtatueret panem butyro illitum; ſuaſu Medici rationali: Sic & plebis experimento *butyrum* cum *pinguedine aſſeris & muſcerda* imponitur umbilico pro laxanda alvo: Sic etiam *butyrum* cum aloë remixtum, & potamini nucis incluſum eodem fine facit officium. *Wedelius.*

27. *Species. hiera picra*) Stimulando leniunt *Purgantia*, tum ipſa leniora, *aloe*, lenientium apex, *manna*, *tamarindi*, tum reliqua & alia minori dozi data, adeoque purgantia acciſa dozi data, Vel fortiora cum lenitivis refracta doſi mixta, evadunt lenientia; Faciunt huc *anima rhabarbari*, *pilula aloetica*, *Francofurt. Glaſſiana*, & ex his affines ex *aloe roſata* vel *violata* factæ, ſine vel cum *ſcammonio* acuatæ, præcipue ſi recludatur intime, & reſolubilis per fermentationem reddatur *aloe*, acceſſione *Martis ac cremoris tartari* aliorumque, ſic ſimul cicurandorum, ubi viſcedinem reſinoſam irreſolubilem omnem deponit egregio cum ſtratagemate *Wedelius.*

28. *Expedit etiam negotium*) Si pertinacior fuerit induratarum fæcum infarctus, ad *Mercurium vivum*, ceu ſacram anchoram confugiendum, propinari poterit ab unc. j. ad ℔j. & plures pro ratione circumſtantiarum. Et ſane permeabilis hujus fluxibilitas etiam impactiſſima ſtercora permeabit & excernibilia reddet, quin & volvuli hinc oriundi metum omnino eximet, cujus felicem uſum vide apud *Heer*, (& ſupra Cap. de Iliaco dolore. *Etmuller.*

28. *Expedit etiam negotium*) In pertinaci alvi obſtructione commendatur inſigniter *aurum fulminans* (*de quo vide cap. præcedens* §.) In deſperata alvi obſtructione ſuccus *rad. ireos recens ad unc.* j. propinatus, expertus fuit *teſte Schenckio. l. 3. obſ.*

Sed cautiſſimus circa uſum Purgantium ſis in alvi obſtructionibus; ne præpoſtero horum, præſertim acriorum, uſu ægri in morbum Iliacum præcipitentur. *Etmuller.*

Guttæ duæ *olei nuclei pini* Indici, ſive *ricini Americani* prelo educti, ſi potui infundantur, vel juſculo purgationem facilem procurabunt. *P. Borellus.*

Obſtructio inteſtinorum ſi pituita eſt &c. mirabilis eſt *eſſentia meliſſæ ad* ʒj. ſumpta, cum *olei* aut *ſpirit. juniper. gtt. iij.* E veſtigio quippe ſolvit pituitam; quam tum protinus expurgare oportet *extracto colocynth.* aut *agar.* cum *ſpir. vini vel aqua cinn.* vel *reſina ſcammon.* aut *panchymagogo vegetabili.* Hartmannus *Pr. ca-pit. 164.*

29. *Salis*) Leniunt alvum, omnia Salia, quæ ſtimulant (Vide infra §. 29. *Eſſentia ſalis tartari*,) Leniunt inprimis *nitroſa*, quæ omnia detergendo laxant, unde in laxitate ventriculi & diarrhœis, aliiſque humorum ſeroſorum fluoribus minus danda; Unde ab his ſæpe ſolicitatam alvum novimus, etiam ad inſtar purgantis: Propinabamus fœminæ ʒi. *arcani duplic.* ad moderandas ebullitiones hypochondriacas, pro tribus dozibus, ſingulo mane per tres dies continuando ſumendis: inde vero quotidie 4. 5. 6. purgata cum levamine referebat ſe hiſce à purgante dato hoc pulvere, ut putabat egregie adjutam: *Nitrum antimoniatum* aptiſſimus eſt clyſterum ſtimulus.

Leniunt *Salia media* ſeu *ſalſa* (quæ diverſo reſpectu poſſunt ad acida & media referri) ut *ſal commune*, hinc ciborum condimentum, quod ſimul excretionem ſcybalorum promovet; Lenit abſtergendo & ſtimulando *tartarus vitriolatus*, quibuſdam hinc ſalis balſamici titulo veniens, ſi ad dr. ii. propinetur, quæ tamen dozis pro hoc fine impetrando minima eſt, & teneriores facile lædit: Sic & *tartarus reſolutus* (cum ſale tartari) lenienti hiſce viribus eſt conſpicuus. *Wedelius.*

Primum locum habet *cremor tartari* ſi aliquot diebus ſæpius in juſcolis exhibetur ad ʒi. vel ʒß. *Hartmannus.*

29. *Eſſentia ſalis tartari*) Leniunt alvum *deterſiva & ſtimulantia*, quæ ob particulas ſalinas varie modificatas, acidulas, amaras, nitroſas, cum vel ſine ſulphoreis, lenius irritant & detergunt mucum: Omnia nempe ſalia ſtimulant, unaque fluxiles humores reddunt, craſſitie & viſcoſitate excuſſa.

Stimulant *alkalia*, quæ, juxta *Helmontium*, ſeminibus (per ignem) orbata ſolam (& quaſi præcipuam) habent abſterſivam, ſaponariam & reſolutivam proprietatem: hinc in clyſteribus ſtimuli loco adduntur, hinc cum purgantibus ſociantur commode, & ſpeciatim *tinctura tartari* egregie ſe gerit in obſtructionibus alvi, tam ſenili quam alia.

Stimulant *acidula*, *terrea*, ut *tartar.* omnia, *tartarus* ipſe crudus, quem cryſtallis præfert *Heer* in Obſervat. Et A *Sala* ſe à doloribus colicis, ſumptis, *tartari crudi* ʒii. liberatum nullis juvantibus aliis deprædicat, cauſamque adſcribit alleviationis remotioni cauſæ tartareæ & frigidæ in inteſtinis collectæ; Leniunt alvum *cremor & cryſtalli tart.*, abſterſiva fermentanteq; natura, quæ bilem incidunt & fluxilem reddunt ſimul, eandemque contemperant, idque tum per ſe data ante cibum, repetito uſu, tum cum purgantibus & lenioribus aliis mixta, ut cum aloe &c.

Neque obſtat Acida figere potius humores & coagulare, diſtinguenda enim ſunt & ipſa, pariter & ſubjecta, prout ob particularum diverſitatem fermentationem promovere, & irritare hinc diverſimode, ſeu ſtimulare fibras nerveas poſſunt; Sic *oxymel* eſt leniens egregium, extergendæ pituitæ ex inteſtinis inſerviens, fixante natura acida alterata. *Wedelius.*

29. *Eſſentia ſalis tartari*) Valet in tardiſſima alvi dejectione, à quacunque cauſa proficiſcente, eſtque mirabilis: hac feliciſſime uſus ſum in melancholia hypochondriaca. *Joh. Hartmannus.*

Tinctura tartari ad alvi obſtructionem valde utilis eſt. *Joh. Agricola comm. in Poppium.*

30. *Salis tartari*) *Sulphuratus* prodeſt, non ita *vitriolatus*. quia de *vitriolo* participat, *Sal tartari*, *aut oleum tartari per del.* ſubinde ſumi poteſt, ut ſal illud auſterum enervet. *Craanen Pr. Med. reform. p. 524.*

31. *Segmenta ex unguibus*) Vidi duos qui nullo antimonio, aut alio eccoprotico, ne quidem *hellebori extracto* alvum laxabant, cum meo conſilio propriarum unguium præſegmina & raſuram bibiſſent, vomitu juxta ſeceſſuque abunde ſe deplebant. *H. ab Heer obſ. 29. A. Bruno de mut. Med.*

32. *Vel non ſentiunt*) Stimulum ſi inteſtina amittant, cum facultas ipſorum expultrix tunc minime ſolicitetur ad excretionem, eaque quieſcente voluntas noſtra minime admonita quoque quieſcat; dejectio etiam nulla ſequitur: Hoc, ſi inteſtina nihil vel obtuſe ſentiant, quia ad dejectionem non excitantur, accidit; Idque nervorum ſextæ vel ſeptimæ conjugationis, à quibus inteſtina nervos accipiunt, vitio, quibus una cum cæteris quoque nervis, in generali torpore & obtupeſcentia affectis, cum reliquis functionum læſionibus, etiam dejectio non procedit; quod & ſpeciatim hic poteſt accidere, ut ob *ſenſum ſtupidiorem inteſtinorum* rarius dejiciant.

Idem excrementorum cauſa poteſt accidere, ſi, cum nulla, vel pauca admodum, colliguntur, quantitate ſua inteſtina ad ea exturbandi minime incitant, ob quam cauſam qui à cibis diu abſtinent, aut parcius illis utuntur, ſicuti in morbis pleriſque ob appetentiam dejectam evenit, nihil vel raro ſponte egerunt; Et quibus inteſtina à *nimiis purgationibus* inanita admodum ſunt, non prius alvum reddunt donec illa fæcibus denuo repleta ſunt;

ſunt; quod dierum aliquot ſpatio interdum vix dum perficitur: In *Excrementis* quoque ventris, ſi acrimonia illa deſit, qua naturaliter etiam inteſtina ad conatum illum dejiciendi irritare debent, quam à bile hancce ob cauſam, inteſtinis infuſam, excrementiſque permixtam accipiunt, cum, niſi aliis de cauſis hoc fiat, natura tunc non moveatur, conſtipatio quoq; ſequitur, ſicuti in obſtructionibus *bile*, non ad inteſtina, ſed alio delata in Ictericis, aliiſque ſimilibus morbis conſtipatio etiam adeſt, atque in excrementis non coloratis, ſed ſubcinereis, bilis hic defectus cernitur. *Platerus.*

32. *Vel non ſentiunt*) Huc refer quando inteſtina deficiunt in ſuo motu periſtaltico, ob *affectionem*, vel *paralyticam* vel *convulſivam*, *Paralyticam*, dum reſolutæ fibræ motui periſtaltico ſunt ineptæ, ut in apoplecticis non rarum eſt fruſtra clyſmata injici & ſine effectu, propter inteſtina paralyſi affecta.

Convulſiva vero affectio eſt, quando irritatis inteſtinis ſequitur pertinax fibrarum contractura; vel quando undecumque ipſæ fibræ ſpaſmo contractę excluſionem fæcum impediunt: Sic in Colica quavis, aliiſque inteſtinorum doloribus alvus pertinaciter ſuppreſſa eſſe ſolet, fibris inteſtinorum ratione doloris irritatis, & ſpeciatim plus minus contractis: Unde & vere tunc fruſtra acriora propinantur pharmaca purgantia, lenioribus magis proficuis; cum illa, irritando ſua acrimonia malum exaſperent, hæc autem emolliendo, inteſtinorum ſenſum quaſi demulcendo, magis proficua ſunt: Sic *nephriticis* pariter obſtinatæ ſunt alvi, per conſenſum fibris inteſtinorum convulſis, unde & tormina illis non rara ſunt. *Ermuller.*

33. *Solent quidam ex ſyncraſia*) Novi formoſiſſimas Dominas, quæ cæterum ſaniſſimæ, & quotannis uterum gerentes, nunquam niſi xx. vel ſerius, die alvinas fæces deponebant, nec quicquam inde incommodi etiam puerperæ ſentiebant.

Vixi cum ſacerdote, qui nunquam niſi poſt 24. diem alvi beneficium à puero ſenſit, ſaniſſimus, nec ullum unquam expertus pharmacum. *A. ab Heers obſ. 29.*

Amicus quidam meus non ſolum x. xv. aut xx. dierum ſpatio incolumis ſine fæcis dejectione ſervatus eſt, ſed contigit aliquando alvum ita exſiccatam fuiſſe, ut uſque ad tres menſes ſanus perfecte extiterit. *Domin. Panarolus obſ. 1. Pent. 1.* Plura exempla ſimilia vide apud *Marcellum Donatum, Schenckium & alios*, frequenterque occurrunt.

Familiariter novi Iuvenem ſcribam, Valentianenſem Flandrum, nomine *Loot*, proceræ ſtaturæ, ſtrigoſum, cui abdomen inſtar tabulæ planum & depreſſum, Hic ſemel tantum in hebdomada, atque ex *ἀνάγκης* alvum deponebat, ſemper enemate aut ſuppoſitorio irritatam: Spatium tempóris in admirationem non infert, ſed ſtupenda voracitas, uno enim paſtu abſumebat panem ſex librarum ponderis, cum carnium, ſi ſuppeterent æquali quantitate, Exacto bihorio æque ac ante famelicus, nam ſexies; ſepties in die cibum aſſumebat, adeo ut ex tam largo cibo plurimæ fæces ſupereſſe deberent, quas tamen pauciſſimas excernebat, Fermentum ventriculi in illo calcis vivæ naturam & vim adeptum erat.

34. *Pituitatunicis adhæſionem*) Si alvus adſtricta ob pituitam glutinoſam, humoremque Auſterum in corpore præexiſtentem, Et *auctam acrioremque* factam *Bilem*, Flatus & auſteros & glutinoſos producentem, indurantes alvi excrementa, Tunc temporis curatio eſt expectanda à medicamentis & humorem Glutinoſum, & Auſterum, & Bilioſum temperantibus, atque Flatus qualeſcunque diſſipantibus; Ubi cæteris præſtant *Salia volatilia*, ſed ſpiritibus acidis, & maxime ſpirituoſis, dulcibuſque, qualis *ſpiritus nitri dulcis*, contemperata.

Hinc eſt fortaſſis quod Salia volatilia, diutius uſurpata, præſtant alvum laxiorem: quatenus, inquam, & humorem Glutinoſum incidunt, & Auſterum corrigunt, & Bilioſum acriorem faciunt, & Flatus Halituſque glutinoſos auſteroſque diſcutiunt: Quapropter cæteris præſtant quæ ſimul ſunt Oleoſa, ideoque flatus potentius efficaciuſque diſcutientia. *Sylvius Append. Tr. x. §. 773.*

35. *Viarum anguſtiam*) Inteſtinorum vitio alvi excretio plus minus tollitur, quando eadem nimis ſunt coanguſtata, adeoque fæcibus debitum non permittunt tranſitum, id quod fit cum ſunt *inflammata*, hinc enim ordinario alvus ſupprimitur, quod ſi ſuperveniat gangræna malum eſt deſperatum, Sic *Bartholinus cent. 6. hiſtor 38.* obſervavit Ilei coalitum ex ejus inflammatione & gangræna, cujus cauſa obſtinata alvi obſtructio: Sic *ulcus* inteſtinorum alvum ſupprimit: *Excreſcentia* in inteſtino enata alvi obſtructiones infert; vide *Rhodium cent. 2. obſ. 182. Ermuller.*

36. *Ab inteſtinorum obſtructione*) Sed & *Convolvuntur* interdum adeo inteſtina tenuia in affectu qui *Convolvulus* ob id dicitur, ut contorta & occluſa fæces deſcendere non ſinant; Unde illic retenta collectaque per ſuperiora tandem evomunt, Idque vel *cum dolore*, Ileo dicto, inflammatis tunc inteſtinis, vel etiam *ſine inflammatione*, *adeo repletis & diſtentis ab excrementis* inteſtinis, ut illa contorqueant; Sed frequentius hoc inteſtinis ex abdominis cavitate, rupto peritonæo, *in ſcrotum delapſis*, *in herniis*, ob ſitum inteſtinorum perverſum illis convolutis vel contortis ſolet contingere. *Platerus.*

37. *Obſtructione*) *Obſtructa inteſtina à fæcibus* propriis quæ continent, Conſtipationi frequenter occaſionem præbent, non ſolum ob *copiam* illorum, ſed quando *ſicca & dura, vel craſſa & tenacia, ſcybala* dicta, eaque præſertim magna vel copioſa, in inteſtinis ſubſiſtunt, infarctaque non ſolum non procedunt, ſed & ea quæ ſequuntur excrementa retinent, Quod potiſſimum circa orificium quo ſe tenuia inteſtina in craſſa aperiunt, ob loci anguſtiam, ſolet contingere, ubi ea hæſiſſe diu, lethalemque conſtipationem cauſaſſe ſectio quibuſdam patefecit; Sæpe vero hoc in Colo inteſtino, circa magnum illius anfractum, quo antequam *rectum* fit, flectitur accidit, retentis illic ſcybalis & ſpiras illius loci opplentibus, & cum dolore colico alvum ſupprimentibus: Sed & in *podice* ipſo ejuſmodi *ſcybala* nonnunquam ſubſiſtunt, & vix dum maximo conatu exprimuntur, quæ quandoque certa arte ut reddantur promovere neceſſe eſt. *Platerus.*

38. *Vel meſenterii*) A Tumore aliquo in meſenterio Inteſtina premi ac occludi poſſe aliqui docent; quod tamen vix fieri ex eo colligimus, quod nec uteri moles magna in gravidis, niſi aliud accedat, illa obſturando *conſtipationem* pariat. *Platerus.*

39. *Retentricis ex moderata ſiccitate*) Inteſtina in omni conſtipatione affici neceſſe eſt, idque vel affectu primario, cum *anguſtantur*, *vel obſtruuntur*; aut *ſecundario*, ſi ſtimulum non ſentiant: *Anguſtatis* inteſtinis, adeo ut tranſitus excrementorum impeditus ſit; ea retineri, alvumque minime reſpondere contingit ab illorum & *Adſtrictione & Convolutione*: Adſtringi dicimus quando *exiccata*, *corrugata*, *lubricitatem*, quæ ad faciliorem tranſitum neceſſaria eſt amittunt; aut *conſtricta anguſtiora* quam par erat evadunt; Sic ab aſſumptis *ſiccantibus adſtringentibus, acerbis, & auſteris* præſertim, ſicut œſophagum conſtringi videmus, & fauces corrugari, ita ſi immoderatius, præſertim ſi ventriculus jejunus eſt aſſumantur, illorumque *ductus conſtringendo alvum ſiſtunt.* Quod & ex longa inedia, & nimia inteſtinorum evacuatione, ut illa veluti *exſiccata, & collapſa, & conſtricta*, *idem* patiantur fieri poteſt. A *Calore inteſtina exſiccante* idem accidit, quod tamen fæces potius ſiccando fit. *Platerus.*

De Alvi Fluxu.

Cap. XXIX.

De Leienteria & Cœliaca Affectione.

1. A Lvi fluxus ſunt, [2] *Leienteria, Cœliaca, Diarrhœa, Dyſenteria & Hepaticus Fluxus.*

[1] *Alvi fluxus*) Non immerito Inteſtina Medici in conſiderationem veniunt, utpote totius corporis emiſſaria & cloacæ, nec enim ſolum partem excrementorum illius inutilium excipiunt, ſed præterea humores vitiatos hac via excernendos, adeo ut mirũ non ſit ſi tot affectibus p. n. pateant, inter quos alvi fluores maxime familiares ſunt & periculi pleni. Quæ autem hac via excernuntur qualitate peccant aut quantitate, quæ adeo nonnunquam tanta eſt ut inde corpus ad marcorem deducatur; Qualitas autem tam varia eſt, tam perniſioſa ut in cæteris morbis nihil ſimile appareat, Alimenta ipſa quandoque illac excernuntur, nullatenus immutata, ſed qualia ingeſta fuere: Aliquando chylus egreditur, aliquando pus, ſanguis, pituita, non raro bilis, quin & membranacea quædam, pinguia. *Ravelli. Diſſert. de Alvi Flux. c. 1. Gall. edita.*

[1] *Alvi fluxus ſunt*) Excretio nimia eſt humoris vel utilis, vel non utilis. Utilis, chyli & ſanguinis: Chyli dicitur Cœliaca excretio; Sanguinis, dyſenteria, Inutilis Diarrhœa dicitur. *Walæus Med. Pract. c. 15.*

[2] *Alvi fluxus ſunt, Lienteria, Cœliaca &c.*) *Diarrhœam, Teneſmum, Dyſenteriam, Hepaticum fluxum, Choleram*, ſimileſque inteſtinorum difficultates (quoad loca vel materiæ peccantis acrimoniam) ab invicem gradatim duntaxat diſcrepare oſtendam: Alter altero multo inſolentior eſt, ſimulans, ſub vario nomine, varias tragœdias, Omnes illi fluxus ex *Acido* originem ſumere liquet, per primis ex medicamentis acidum concentrantibus, Sudores item ac alvi depoſita acidiſſima nares ferientia. *Steph. Blancardus Idea Med. Nova § 38.*

Propter Bilis penuriam, & Acidi ſucci abundantiam ſanguis craſſeſcit, ejuſque ſerum acorem contrahit, quale exemplum in butyro conficiendo occurrit, ablato enim cremore (cujus retinaculis Acidum amplectebatur) Serum tandem aceſcit, quo denique per glandulas in inteſtinis delata, leves primo convulſiones parit, quarum motu anomalo excrementa ad egeſtionem incitantur; Hiſce igitur in actum ductis, paucum quod aderat bilis iiſdem admiſcetur, hinc egeſtorum flavus color. Atque hæ ſunt Diarrhœæ phænomena. *Idem ib. § 43.*

[2] *Lienteria, Cœliaca*) Qui affectus ſecundum quorundam mentem tantum ſecundum magis & minus differunt; Sic *Riverius Prax. libro 10. cap. 4.* Lienteria eſt ſpecies alvi fluxus, in quo cibus non immutatus, ſed prout fuerat aſſumptus per alvum celeriter excernitur: In Cœliaca vero paſſione alimenta cruda & imperfecte cocta per alvum reiiciuntur: unde patet duos iſtos affectus differre inter ſe tantum per magis & minus ut Lienteria ad actionem abolitam, Cœliaca paſſio ad imminutam referatur: Licet autem cibi vel omnino inconcocti, vel imperfecte cocti reiiciantur, non ideo tamen ad concoctionem læſam hi affectus referuntur, ſed potius ad retentionem, Male enim vel nullo modo concoquuntur, quia cito dejiciuntur, nec ſatis diu in ventriculo retinentur ut concoctionem ſubire valeant. *Riverius.*

Quamvis reperiantur qui omnino differre ſtatuunt, quorum in numero eſt *Aretæus 2. de cauſis diut. 7*, & ex eo *Mercatus*, qui Cœliacam non ſolius retentricis vitio, ſed omnibus potentiis ſimul læſis fieri cenſet, nihilominus ſecundum magis & minus ſolum differre alii ſentiunt: Vtriuſque meminit *Galenus 6. loc. aff. c. 2. Rolfincius.* Vide *Walæi* ſententiam §. *obſtructio*, & §. 10. *cauſam.*

Eandem ſententiam tuetur *Steph. Blancardus Pr. Med. idea nova*, Lienteriam, *ait*, ac Cœliacam paſſionem ab invicem tantum differre vulgo notum eſt; In *priori* cibus abſque ſenſibili mutatione ejicitur, In *poſteriori* autem, in totum, vel ex parte in chylum mutatus excernitur, In Lienteria fermentum ventriculi & inteſtinorum videtur eſſe lentum & viſcidum, quia ſanguis nimium eſt incraſſatus, adeo ut illud glandolare fermentum juſtam non habeat acrimoniam qua cibi poſſint in bonum chylum alterari; & propter eandem cauſam bilis, necnon ſucci pancreatici penuria accedit, quibus denegatis etiam cibus ut eſt ingeſtus crudus egeritur. In fluxu vero Cœliaco, ventriculi ac inteſtinorum glandularis ſuccus pro parte, vel ex toto bene conſtituitur, aſt propter bilis & ſucci pancreatici vitia, ſimiliter eorum tinctura, nec gaudet nec imbuitur, ſed chylus manet tenax & viſcidus, ita ut propter craſſitiem in tenuia lacteorum oſcula intrudi nequeat, hinc totus alvo deponitur.

Haud eſſet prorſus alienum ſi ſtatuerem quaſdam glandulas in ventriculo inteſtinalique fiſtula eſſe obſtructas, adeo ut minor fermenti copia cibo immutando ſuggereretur, cujus fruſtratione cibus ſemimutatus, viſcidus & tenax expellitur.

[2] *Lienteria*) Ita morbus hic appellatus eſt, exiſtimantibus qui primum ipſi talem appellationem indiderunt, propter internæ inteſtinorum ſuperficiei lævitatem fieri, ob quam non amplius ipſa retineant in ſe contenta cibaria: ſed ocyſſime præterlabi ſinant, quaſi vero ſua, cum ſecundum naturam habebant, aſperitate retinerent; Ego vero cum in multis laudandos eos cenſeam qui rebus primum impoſuerunt nomina, minime tamen in Lienteria definitionem probare poſſum, quippe qui ingeſtos cibos circumplicare, & amplecti, & conſtringendo retinere tempore legitimo, poſteaque deorſum propellere proprium eſſe ventriculi munus ignoraverint: Hoc patet exemplo ſtranguriæ in veſica, cum illa urinæ impatiens non expectat donec coacervetur, ſed ſtatim ut mordacem ſibi & gravem ſummovet & rejicit; eodem quoque modo citam per ventrem cibi potuſve rejectionem fieri non intellexerit: Has communes omnium excretionum cauſas ſi illi ſciviſſent qui primi Lienteriæ (λειεντερία, quaſi λειότης τῶν ἐντέρων, lævitas inteſtinorum) nomen indiderunt, talem de lævitate inteſtinorum opinionem repudiaſſent; Et ejus loco, totius ventriculi & inteſtinorum imbecillitatem ſtatuiſſent cauſam, ob quam partes hæ cibis aſſumptis gravatæ, à ſe quam citiſſime ipſos depellunt abiguntque. *Galenus 6. aph. 1.*

Leienteria.

Definitio.

Lienteria [3] *eſt nimis* [4] *celer, alimentorum, ea forma qua* [5] *aſſumta ſunt, per alvum excretio,* [6] *vitio retentricis & expultricis* [7] *ventriculi & inteſtinorum proveniens.*

[3] *Eſt nimis celer &c.*) Vel definiri poteſt, Coctionis privatio, nulla neque ſecundum conſiſtentiam, neque ſecundum colorem, aut odorem, aut aliam ullam omnino qualitatem in ventriculo ciborum mutatione facta. *Galenus 6. aphor. 1, Diarrhœam aſſumptorum vocat. Etmuller.*

[4] *Celer alimentorum ea forma*) Ex *Hippocr. Progn. 1. Comment. 2.* Dejectio alvi *optima eſt cum mollis & conſtans eſt, & eo* tempore excreta quo *ſecundæ valetudine aſſuevit, ſi copia ex ratione ingeſtorum ciborum eſt. Si enim talis excernitur, inferior venter bene habet:* Tres has conditiones, à conſiſtentia, qualitate & tempore petitas, confirmat *Galenus in commun. & 1. de criſ. capit. 11.* Tribus his conditionibus à naturali excretione abeunt Lienteria & Cœliaca paſſio. *Rolfincius.*

[4] *Ea forma*) Impermutata, non plane & ſecundum totum, quia in maſticatione aliquam acquirunt mutationem, ſed exigua hæc eſt. *Rolfincius.*

[4] *Ea forma qua aſſumpta ſunt*) Duplex Lienteria conſtitui poteſt 1. Legitima cum aſſumpta inalterata dejiciuntur ſtatim, 2. Spuria, in qua parum ejiciuntur cocta, Et propter κοιλιακὴ hæc dicitur, ἀπὸ τῆς κοιλίας, à ventriculi affectione, in eaque chyloſum quid ejecta oſtendunt. *Rolfincius.*

[5] *Aſſumpta ſunt*) Non intelligimus aſſumpta quæcunque, & omnia, ſic enim totum corpus contabeſceret. *Rolfincius.*

[6] *Vitio Retentricis & Expultricis*) Cum in naturali ſtatu ad legitimam digeſtionem requiratur ut fermentum digeſtivum debite diſſolvat, & alteret alimenta, ut convenienter eadem retineat, ſane ex contraria cauſa oritur neceſſario Lienteria, Nempe 1. quando *Fermentum* digeſtivum ſtomachi aut omnino deficit, aut iners eſt, aut ex retentis variis impeditum, II. Quando tanta *Pylori eſt laxitas*, & è contra reliquarum ventriculi partium irritatio, ita ut pylorus non debite teneat, quin potius alimenta dilabi ex ſe patiatur, quam revera excernat; Idque imprimis ſi cum hac pylori laxitate vel leniſſima conjungatur irritatio ſtomachi & moleſtia, Lienteria inſequitur, adeoque *Cauſa* ejus inveſtiganda, vel in *Fermento non digerente*, vel in *pyloro non retinente. Etmuller paginam 100.*

[6] *Vitio retentricis & expultricis*) Vterque affectus non concoctricis ſed retentricis vitio fit, neque enim quia penitus inconcocti manent ideo dejiciuntur cito, verum quoniam cito dejiciuntur, idcirco nullam habent concoctionem. Quę retentrix in Cœliacis eſt diminuta, in Lientericis vero abolita. Et quoniam inteſtinorum lævitas ſubito evenire non poteſt, ideo cœliaca eam præcedere ſolet; Nam; ut *Galenus 6. aphor. 1. Ab initio* parvo quidem tempore cibi in ventre retinentur, procedente autem, atque aucta paſſione, neque hoc tempore retinentur, & tunc eſt Lienteria, *Rolfincius.*

[6] *Vitio retentricis & expultricis ventriculi & inteſtinorum*) Cauſa immediata non eſt lævitas inteſtinorum, ſed fruſtratio operis retinendi, ſeu, debilitas retentricis orificii præcipue inferni ventriculi, & inteſtinorum tenuium, nam craſſa fecibus excipiendis dicata, Etſi enim nonnulli inteſtinis retentricem negent, erronea tamen illa eſt opinio: Non læditur illa retentrix quæ inteſtinis competit, ratione ſpirarum & plicarum internarum, quæ majores ſunt in inteſtinis tenuibus, minores in craſſis, ſed officialis illa, omnibus partibus inſita, à fibris tranſverſis oriunda. *Idem.*

[7] *Ventriculi & inteſtinorum*) Subjectum principale eſt infernum orificium ventriculi, *Pylorus*, Adæquatum eſt ventriculus & tenuia inteſtina quæ eo afficiuntur. *fit*, inquit Galenus, 4. aph. 12. *propter retentricis facultatis infirmitatem, atque omnium ad ventrem pertinentium inſtrumentorum, hoc eſt ipſius ventriculi, in quem vorando cibos ingerimus, & inteſtinorum, cibos ab hoc acceptos tranſmittentium, dyſcraſias comitatur & intemperies* Et hac ratione differt ab ἀπεψία, in qua excernuntur cruda, quia non alterantur, In *cœliaca*, idem ſubjectum Afficitur autem utrobique tum quoad eſſentiam, tum per conſenſum hepatis, meſenterii: Ventriculus afficitur inſigniter ſecundum dextrum orificium, huic debetur retentio, hoc janitoris fungitur officio. *Rolfincius.*

Signa, Cauſæ.

[9] *Signa* ſunt evidentia, ſive conſiſtentiam, ſive colorem, odorem, & cæteras aſſumtorum qualitates ſpectes.

[10] *Cauſam* in definitione [11] in Retentricis & expultricis vitia conjecimus: dequibus inferius in Differentiis.

[9] *Signa ſunt evidentia*) Si enim alimenta cruda & inalterata celeriter & frequenter per inferiora deſcendant, Lienteriam ſignificant: Si vero aliquantulum immutata, & nonnullam chyli ſpeciem adepta effluant, Cœliacam. *Riverius.*

[10] *Cauſam*) Leienteria oritur cum in ſanguine & inteſtinis non adeſt acidum & ſalſum, vel cum fermentum efficax à ſanguine non derivatur verſus ventriculum: adeoque afficitur ſanguis in hoc affectu nimia pituita onuſtus, à quo multæ particulæ pituitoſæ in ventriculum deponuntur loco fermenti legitimi, unde alimentorum fermentatio fere aboletur, & parum chyli generatur (aliquid tamen generatur, alias homo diu ſuperſtes eſſe non poteſt) & particulæ illæ pituitoſæ ventriculo & inteſtinis adhærentes valde lævem & glabram faciunt eorum tunicam interiorem; hinc ventriculus flaccidus fit, ita ut alimenta in ventriculum deglutita, & ibi parum fermentata (quia orificium ejus non eſt clauſum ob ejus flacciditatem & glabritiem) non impediantur quominus ex ventriculo, per inferius orificium egreſſa, per inteſtina deſcendant ad anum, atque ita excernantur. *Craanen. Pr. Med. Reform. capit. 75.*

[10] *Cauſam*) Cauſæ antecedentes adſcribendæ vel

Minus periculoſa ex irritatione expultricis; minime omnium ex lubricitate viarum.

Si morbus diuturnior factus fuerit, ægro ad convenientem diætam pigreſcente, nulla ſalutis relinquitur ſpes. *Rolfincius.*

14. *Quia hoc ſymptoma*) Alvi fluor perpendendus non eſt tanquam ſymptoma cujus cauſa inteſtinis ſemper adſcribenda ſit; ſæpe accuſandus ventriculus, præſertim in Leienteria, in qua alimenta omnino qualiſmodi aſſumpta ſunt rejiciuntur; Si quæ immotatio illis acciderit, illa adeo levis eſt, ut manifeſtum ſit ventriculum officio non fungi: Si Leienteria ſtricte ſumatur, ac quomodo illam deſcripſi, raro admodum illa occurrit, utplurimum graviſſimorum morborum progenies, extremæque partium deſtructionis; Tunc tanquam verendum ſymptoma perpendi debet, indicium virium plane proſtratarum, cui non alia remedia competunt quam corroborantia & cardiaca. Sin perpendenda veniat tanquam effectus ventriculi perperam concoquentis, affectus eſt crebro obveniens, hic præſertim in conſiderationem adducendus. *Joh. Ravelly Differt. de Alvi flux. c. 2.*

15. *A magna caloris nativi proſtratione, & toni ventriculi*) *Recentiores nonnulli defectum ſucci acidi accuſant*, hinc *Charleton. Oecon. Anim. Exerc. 2* §. 3. Quidam liquor acidus, ratione inciſivæ penetrantiſque, qua præditus eſt facultatis, craſſiores ſolidioreſque cibos in minima fruſtula incidit, diſcerpit quaſi atque diſſolvit, ſimul atque quicquid in eis eſt ſucci alimentaria ad modum tincturæ elicit & imbibit &c. Certum eſt homines iſtos quibus defecerit iſte ſuccus acidus, de infauſta admodum, infelicique ciborum concoctione ſemper conqueri; nec infrequens eſt talibus ſemicrudos atque integros aſſumptorum morſulos per inferiora excerni: Quod haud obſcure ſignificaſſe videtur perpetuus Dictator *Hippocrates* (1. aphor. ſect. 3.) *In longis inteſtinorum levitatibus, ſi ructus acidus* (ſcilicet ex conſimili humore ortus) *fiat, qui prius non erat, ſignum bonum eſt.* Nec minus certum eſt iſtud Acidum, ut nonniſi à calore moderato excitari foverique, ita diſcuti ac penitus extingui ab immoderato: Atque hinc eſt quod tum in leucophlegmatia, frigidaque ventriculi intemperie laborantibus languet adeo ac dejicitur appetitus; tum in febribus aliiſque calidioribus morbis in totum deſtruitur, haud abſimili prorſus ratione ac maſſa farinacea in frigido loco difficulter fermentatur, In calido vero nequaquam.

16. *Et toni ventriculi*) Si ratione aſſumptorum accidat, facilius ſanatur, Si *ventriculi* cauſa eveniat, cum magnam illius imbecillitatem eſſe oporteat quæ cibos omnino non immutet; ſiquidem in aliis illius intemperiebus aliquomodo, ſi non omnino concoquuntur, curationem difficiliorem reddit, & in ſenibus aliquando incurabilem; qualis & ea eſt quæ gravibus jungitur morbis. *Platerus.*

17. *Chronicis morbis ſupervenit*) Sic *Scorbutus* non raro conjunctam habet Leienteriam, uti primus quidem annotavit *Barbette*, cum tamen crebrius in praxi occurrat; ut talium excrementa referant antea ingeſta; Scilicet acriora ſalia, tam cum ſaliva, quam per membranam ſtomachi glandulosam ad ventriculum delata, eundem vitioſa impreſſione irritant, & hinc ad præmaturam excretionem ſtimulant. *Etmuller.*

Curatio.

18. *Reſpicit* I. *Cauſam*, quæ auferenda.

II. 19. *Symptoma*, quod ſiſtendum per adſtringentia & ventriculum ac inteſtina roborantia. Valet cucurbita parva ſupra ventriculum poſita.

18 *Reſpicit cauſã 1.*) Methodus curãdi pro ratione *cauſæ* inſtituitur; quæ ſi fuerit *intemperies frigida, vel humida*, vel alia imbecillitati ſimplici, vel cum humore crudo & pituitoſo juncta, curandi ratio in imbecillitate ventriculi quærenda, Eligendo præſertim ea in hoc caſu quæ adſtrictione ſimul prædita ventris fluxum poſſunt compeſcere; tum ex illis quę pituitam, ſi redundet, evacuent, tum quæ intemperiem alterent ventriculumque ſimul r[illegible]borent. *Platerus.*

Curatio veræ Lienteriæ nititur *Indicationibus* 1. Siſtendus fluxus 1. adſtringentibus, ratione laxitatis, 2. Cauſæ variæ reſpiciendæ: Si facultas retentrix labefactetur à frigida intemperie, cum vel ſine materia, frigida vel humida, calefaciendum & exſiccandum, ſimul vel ſeorſim: Si oriatur affectus ob ulcus ſuperficiale, illud ſanandum exſiccando, deperditam ſubſtantiam reſarciendo, craſſa excrementa abſtergendo, tenuia exſiccando: *Vitalis* indicatio communis Lientericis & Cœliacis, eſt ut facultas retentrix & concoctrix ventriculi & inteſtinorum corroboretur. *Rolfincius.*

In Cura ſtomachus, vel *roborandus* eſt & blande *adſtringendus*, tam *aromaticis* quam moderate *acidis*, adeoque pro hoc conveniunt omnia illa quæ tam in anorexia quam apepſia proponuntur. 2. *Irritationem* eſſe *ſiſtendam*, tollendo *cauſam vellicantem*, præſertim temperando acrimoniam humorum qualiumcumque, & ſopiendo ventriculi ſenſum; Adeoque pro hoc ſcopo ea quæ in vomitu, cholera, aut diarrhœa uſurpantur, locum invenient. *Etmuller.*

Si medelam afferre intendas, perpendenda tibi erit debilitas ventriculi, viz. fibrarum illius, quæ ſi ob *relaxationem* contigerit, tonus erit reſtituendus ope remediorum ſpirituoſorum & ſtomachicorum calidorum, alimentorum coctu facilium & probi ſucci: Si debilitas ortum ducat à fibrarum tenſitate nimia, inducta ab humoribus aqueis aut craſſis illas imbuentibus, ſtomacho itidem robur reſtituendum iiſdem remediis & alimentis exhibitis, ſed prætetea purgatio inſtituenda per *rhabarbarum* &c. Si pituita & ſaliva craſſitie nimia, viſciditate & aciditate nimia peccaverint, ſi, inquam, ſolum ob prædictorum humorum præſentiam impedimentum adſit quominus ſpiritus & ſanguis arterioſus calorem & robur adferant ventriculo, purgatio etiamnum poterit inſtitui. *Ravelli.*

19. *Siſtendum per adſtringentia & ventriculum & inteſtina roborantia*) *Semen papav. tritum* exhibitum egregie auxiliatur, Mirabiliter autem acerba & immatura mora ſicca proſunt trita & in potu exhibita. *Altimarus p. 317.*

Valet egregie *Gallinarum ventriculus ſiccatus*, tritus & potui inſperſus: *Foreſtus lib. 18. [illegible]*

Quidam poſt multa fruſtra tentata hoc Electuario curatus eſt.

℞ *Sacchar. roſ.* ℥vi.

Theriac. optim. ℥j. *cum mirva cydonior. completa ms.*

Idem.

Quendam ex Lienteria deſperata decumbentem ſic curavi, *Vitellum ovi pulvere unius unc. moſch. inſperſo, ſupra tegulam ignitam aſſatum exhibens*, quo

fluxus reſtitit & bene convaluit. *Idem Obſervat. 26. 27.*

Mitigat hunc affectum. *Ol. menthæ deſtill. cum vino cydonior & aqua cinnam.* Oſv. Grembs.

Alumnis dextro uſu nihil præſtantius eſt. *Frid. Hofmannus.*

Lienteriæ, imo & dyſenteriæ ſæpe largiori hauſtu *vini ſublimati*, ſingulis veſperis continuato curatę ſunt, ut millies experti ſumus.

Experientia compertum eſt hoc mirifice conferre.

℞. *Ol. caſtor. lilior. alb. rutæ. cheiri, āā.* ℥iii. *ſucci arteműſ.* ℥iv. *aqu. ardent.* ℥vi. *bulliant ad conſumpt. aquæ* tunc adde *nigellæ, maſtich. cardam. galangæ āā.* ʒiß. *piper. caryophyll. nuc. moſch. ligni aloes āā.* ʒi. *pulveriſentur, & iterum parum bulliant. & cum modico cera fiat Ungu.* quo locus inungatur & lana ſuccida ſuperponatur, Ex quo ungu. mirabilem videbis effectum. *Ben. Victor Favent. Empir. rat. l. 5. cap. 27.*

Rumicum decoctum alvum mollire tradit *Dioſcor.* contrariarum vero ſemen eorum eſt facultatum, nam alvum ſiſtunt, quare adverſus quaſvis alvi fluxiones, dyſenterias omnium, & cœliacorum affectus utiliter uſurpatur, Quæ quidem ita ſe habere uſus & obſervatio me docuere. *Hier. Tragus.*

Juriſperitus ſtomachum imbecillem cum acidis ructibus habebat, & egeſtiones liquidas & fluidas aſſiduo emittebat, Huic poſt vomitum & purgationem ſtomachale ſcutum paravimus

℞. *Ladani puri* ʒiß. *ligni aloes* ℥ß. *maſtich. thuris āā.* ʒii. *nuc. moſch. macis, piper. longi, caryophyll. calam. aromat. menth. āā.* ʒi. *cum cera & reſin. q. ſ. m. f. cerotum, cui adde gall. moſch.* ʒß.

Malam intemperiem corrigit, concoctricem & retentricem juvat, quod præcipuum in hac curatione propoſitum eſt, Deinde hoc *Condito* uſi ſumus

℞. *Diacydon. cum ſpec.* ℔i. *theriac. opt.* ℥i. *diacinnam.* ʒii. *piſtentur & cum aromat. cydonior. miva f.* Conditum, de quo *ſingulis diebus* ℥ß. jejuno ſtomacho comedebat, ſuperindormiendo quantum poterat, & ad 4. ſequentes horas cibum non capiebat.

Victum talem inſtitui, gallinæ, vel perdicis, vel galli ſuccum bibebat, ſic extractum, Alitem exenteratam repleri curabam optima & pura *Maſtiche cum cinnamomo & panculo pane*, ex non exacte aſſa torculari exprimebatur ſuccus: Ventriculum minime gravat & paucas gignit ſuperfluitates; Pulviſculus *ſpec. diamoſch. & diambr.* adiiciebatur: Poſt hunc ſuccum parum pulli aut perdicis bene elixæ comedebat, ac parum vini rubri generoſi adſtringentis bibebat, Initio cibi ſemper parum *diacydon.* prægustabat. *Amatus Centur. 3. Cur. 87.*

Quidam Lienteria laborans ſingulo die jejuno ventriculo ſumens ℥ß. ſequ. Elect. nihil ſuperbibendo curatus fuit

℞. *Sacch. roſac.* ℥ß. *theriac. opt.* ʒvi. *cum miva cyd. f. Electuar. Idem cent. 2. Curat. 56*

Nobilis ſenio confectus per plures dies ſemicrudum alimentum emittens, cum nulla remedia juvarent, hoc Electuar. optime curatus fuit, uſus eſt *ſacchare roſ. antiqu. Foreſtus obſ. 24. l. 22.*

Differentiæ.

Differentia à [20] cauſis ſumitur.

Alia eſt [21] *vitio Retentricis*, quam lædunt

I. [22] *Refrigeratio inteſtinorum*, [23] quam infert.

1. [24] *Immoderatus frigidæ potus*, præſertim cum corpus æſtuat, aër auſtrinus nimis humidus, [25] intenſe frigidus, in raræ texturæ corporibus præſertim &c.

2. [26] *Intemperies frigida*, quæ [27] à pituita ſeu ibidem genita, ſeu aliunde miſſa oritur, rugas inteſtinorum obducendo eadem lubrica & laxa reddit, calorem obtundit, & venarum meſaraicarum oſcula obturat. [28] In hac plerumque [29] Cœliaca præceſſit, diuturna, ructus acidus, [30] qui prius non fuit, ſuperveniens, bonum ſignum eſt.

[30] *Curatio* exigit materiæ ſeu [31] per vomitum, ſi æger nauſeabundus & ad vomitum facilis: [32] ſeu per alvum deturbationem, cui *Myrobal. Chebula, Citrin. Tamarindi, Rhabarb.* inſerviunt. [12] Ejuſdem [33] per ol. [34] *maſtichin. deſtill. abſinth. menthæ*, &c. cohibitionem. [35] Ventriculi roborationem.

[36] Diætæ uſum, in qua [37] vinum locum habet. Cibi debent eſſe pauci, aſſi potius quam elixi, & boni ſucci.

II. [38] *Laxitas*, ab oleoſorum, pinguium & emollientium diuturno uſu, unde mollificatio nimia pylori; quo pertinet & reſolutio nervi ſexti paris, villos interioris tunicæ conſtringentis.

III. *Aliena qualitas* inuſta, & quidem *vel* à perverſa cœli conſtitutione, quod fit [39] in populari lienteria: *vel* fungorum, melonum, cucumerum &c. intempeſtivo eſu.

IV. *Cicatrix denſa & lævis*, [40] qualis magnæ dyſenteriæ & ulcerationi profundæ ſuccedere ſolet, [41] quæ denſitate ſua obturatis meſaraicis diſtributionem, lævitate retentionem præpedit. Hæc [42] acrium rerum comeſtione, attenuantibus & abſtergentibus validis, *ſinapi, capis, alliis, melle roſac. oxymel. ſcillitico*, admixtis parum adſtringentibus, veluti defricanda & abſtergenda eſt.

Alia *vitio Expultricis*, quæ irritatur

I. Ab [43] *ulceroſa diſpoſitione* ſuperficiei inteſtinorum & ventriculi, [44] aphtharum inſtar inſidente.

Cognoſcitur exinde, quod cœliaca non præceſſit, ſenſus morſus & dolor ventriculi ineſt.

In Curatione, ſi *ventriculus* peccat vomitoria vitentur, alvus lenientibus cum adſtrictione quadam

quadam laxetur: (prodeſt *rhabarbar. in aqua roſar.* præparatum) pinguia vitentur. Si *inteſtina* ſunt affecta, vomitus prodeſt.

2. [45] Ab *humoribus* acribus, ſive genitis, ſive ibi aliunde; ex jecore præſertim illapſis.

Cognoſcitur, ut ſuperior diſpoſitio.

Curatio eſt *ardua*, *ſi* eſt diuturna, quia in dyſenteriam tranſit: *ſi* ſit cum difficili ſpiritu & lateris punctura, & humor ex cerebro ſit delapſus, ita ut pars ejus in thoracem decubuerit, quia in tabem deſinit; *ſi* longa cum torminibus, lumbricis & doloribus, quia lis ſolutis comitem habet intumeſcentiam. [47] Acredo demulcetur [48] decocto hordei, cichoraceis & aliis refrigerantibus: *ſi* diu perſeverer, *Rhabarbarum in aqua roſarum præparatum* efficax eſt.

3[4]. [9] A *Veneno hauſto*, & tum Alexipharmaca ſunt admiſcenda. Commendatur *ſuccus dictamni* cum ſyrupo granatorum, vel *acetoſit. citri.*

20. A *Cauſis*) Lienteriæ ſequentes ſunt Cauſæ, ut quando chylus eſt nimis craſſus, ita ut venas lacteas tranſire nequeat, ſcilicet cum pylorus eſt nimis laxus; comminuno autem nimis confeſtim fit, ob nimiam acredinam humoris acidi: ij. quando chylus nimis acris expulſiunem proritat; Acris, vel ibi genitus eſt, vel ob influxum aliorum humorum acrium: iij. quando vitium eſt in inteſtinis, quod duplex eſt, vel quando nimis ſunt ſeutilia, unde ſtatim tranſmittunt, quod contingit aliquando poſt diarrhœam ob deraſionem muci; vel quando non contrahuntur inteſtina. *Walæi. in Pr.*

21. *Vitio retentricis*) Mediatæ læſæ retentricis in vera Lienteria cauſæ duplices à *Galeno 4. aphor. 12.* adſignantur, *1.* Retentricis facultatis imbecillitas, *2.* Exulceratio ſuperficiei ventriculi & inteſtinorum; Repeiuntur eædem *3. aphor. 22.* Per accidens Retentrix læditur Expultrice irritata, Irritatur, authore *Galeno 6. aphor. 1.* ob ulceroſam dictarum partium, pylori & inteſtinorum tenuium diſpoſitionem. *Rolfincius.*

Summa Retentricis imbecillitas, in gravibus & lethalibus morbis ſæpe Lienteriam efficit, ut videre eſt frequentius in dyſenteriis, quę natura ſuccumbente in lienteriam degenerat, ventriculo in conſenſum inteſtinorum graviter affectorum pertracto, ejuſque facultatibus omnino dejectis: Febribus malignis ſæpe ſuccedit fluxus lientericus, in quo juſcula ſtatim ac aſſumpta ſunt per alvum incocta rejiciuntur. Res venenatæ aut noxiæ idem facere poſſunt. *Riverius.*

22. *Refrigeratio inteſtinorum*) Tunc per ſe eſſentialiter læditur Retentrix, dum labefactatur ab intemperie frigida humida, cum vel ſine materia, qua ventriculus & inteſtina laxantur, & ad retentionem parum apta redduntur, ſive conjuncta ſint cum humoribus, ſive immateriales ſint. *Rolfincius.*

23. *Quam infert*) Fit etiam Lienteria reſolutione caloris, ſic poſt febres acutas ſequitur; & *Avicennas* inter cauſas Lienteriæ refert calorem mortificatum. *Rolfincius.*

24. *Immoderatus frigidæ potus*) Nimius etiam Potus ad Lienteriam diſponit, idque ob nimiam Pylori laxitatem, cujus fibræ relaxatæ non poſſunt ſufficienter ſe conſtringere, unde aſſumptorum præmaturus effluxus, ſicuti refert *Deodatus in valetudin. r o obſ. 28.* ſe iſtud in puella nimis ſiriculoſa obſervaſſe. *Etmuller.*

24. *Immoderatus frigidæ potus*) Ciborum frigidiorum uſus huc etiam confert, ut melonum, anguriarum, aliorumque fructuum horariorum: Ut frigiditas nimia exolvit, ita humiditas relaxat. *Rolfincius.*

25. *Intenſe frigidus*) Sic refert *Banderonius* raram Lienteriæ cauſam, nempe ex frigore & reſolutione nervorum ſextæ conjugationis in Alpibus, tempore hyemis: Alii tamen hunc affectum diarrhœam potius judicant.

26. *Intemperies frigida &c.*) Hæc magnam crudorum, pituitoſorum ac glutinoſorum humorum copiam generat, qui ventriculi rugas obducit & oblinit, ut alimenta in eo retineri nequeant; Unde mirari licet *Galenum 6.* aphor. 1. in veteres Græcos invehi, qui hunc affectum Lienteriam ſeu lævitatem inteſtinorum idcirco nominarunt, quod interna ventriculi ſuperficies lævior reddita cibos non retineat; quandoquidem ventriculus non tam aſperitate tunicæ interioris quam innata ſeſe conſtringendi proprietate cibos tamdiu contineat donec concoctio peracta ſit: Ut enim concedendum eſt præcipuam retentionis cauſam eſſe facultatem, ſic etiam fateri oportet facultatem illam inſtrumentis indigere certo modo diſpoſitis, ſine quibus actionem exercere nequit: atque adeo cum tunica ventriculi interior aſpera & rugoſa facta ſit, ut alimenta in ventriculo commode retineantur, non eſt dubium quin, ſi illa aſperitas tollatur, dum rugæ implentur humore pituitoſo, retentio ventriculi lædatur, ita ut alimenta incocta prætérlabantur: Simile quidpiam in utero contingit, cujus tunica interior aſpera & rugoſa facta eſt, ut ſemen facilius retineat ad conceptionem, at ſi lentis & glutinoſis humoribus obducatur, non retinet; & ſemen ſtatim effluit, unde ſterilitas non paucis mulieribus inducitur.

Advertendum tamen, ſi quis hanc nomenclaturam rigide examinare voluerit, ventriculi lævitatem potius quam inteſtinorum hoc ſymptoma nominandum, neque tamen omnes illius ſpecies comprehendere, ſed illam tantum quæ ab humore pituitoſo producitur, quæ cum omnium frequentiſſima ſit, reliquarum denominatio ab ea ſumi poteſt. *Riverius.*

27. *Quæ à pituita*) Acida, inſipida, in ventriculo & inteſtinis collecta; Sed qui ab acida pituita lævor inteſtinorum, cum adſtringat? 2. ὀξυρεγμιώδεις convaleſcant? 6. aphor. 1. *Galenus* addit eſſe ſignum morbi ſanati incipientis Reſpondeo diſtinguendo, moderate acida adſtringunt, immoderate calorem extinguunt & lienteriam excitant, ſic etiam pituita, licet adſtringat per ſe, laxat tamen humiditate, eaque lentorem inducit, & debilitat nimia frigiditate: Si modica ſit, bonum ſignum, calorem enim reviviſcere & vapores reſolvere poſſe indicio eſt, à privatione ad habitum fieri regreſſum; Salutaris eſt ructus qui prius non erat, eſtque ſignum caloris reviviſcentis. *Rolfincius.*

28. *In hac plerumque &c.*) Si Lienteria, aut Cœliaca paſſio fiat à frigida intemperie, & pituitoſis humoribus, ructus acidi apparent, pituitoſa excrementa per alvum dejiciuntur; ſitis & doloris carentia; Et ſi à capite fluat pituita, quod frequenter contingit; dejectiones ſunt ſpumoſæ, major eſt fluxus poſt ſomnum, & aliæ cauſæ caput alterantes, aliaque catarrhi ſigna apparent. *Riverius.*

29. *Cœliaca præceſſit*) Vide §. *2*, *vitia retentricis & expultricis.*

30. *Qui prius non fuit, ſuperveniens bonum*) Salutis ſignum Ructus, *In longis*, inquit Hippocr. *6.* aph. 1. *Lienteriis ructus acidi, qui ante non erant, ſupervenientes bonum ſignum.* Ordinarie quidem à pituita acida, quæ

excitatur Lienteria, ructus habet acidos, ait *Galenus* comm. ſed tamen idem ructus ubi non aderat ante, ſi advertatur, bonum ſignum, notat enim aliquem vigere calorem: *Arculanus* addit, rarius eſſe quo ructus eſt acidior, ſi ſupervenìat, ſi autem præcedat, aut cum eo incipiat, malum, quia notat copiam pituitæ & intemperiem frigidam: Et *ex quorundam ſententia addit*, bonum eſſe, ut cauſam, quia res acidæ phlegmata incidunt; ipſe tamen parum juvamenti ex eo ſperat.

Confirmat idem *Hippocrat. 2. Epid. ſ. 2. tit. 22. Diuturnis levitatibus inteſtinorum acidum ructum fieri, antea nunquam factum ſignum utile, ut Demanet accidit, fortaſſe autem eſt & arte facere*, Etenim turbationes ejuſmodi alterant; fortaſſe autem & acidi ructus lævitatem inteſtinorum ſolvunt: *Walleſius in comm.* non omnino idem eſt, *inquit*, ἀγαθὸν & χρηστὸν, nam illud eſt quod bonum, hoc quod utile: utile vero non dicitur bonum niſi & proſit: His ergo inſinuat eſſe bonum ut ſignum & cauſam, uſus his duobus nominibus, ſignum, utile, nam ſignum eſt quod ſignificat, utile quod prodeſt. *Rolfincius.*

30. *Curatio exigit materia*) Si hic affectus ab humore pituitoſo producitur, iis remediis curari poteſt quæ pro inappetentia à frigida cauſa oriunda ſunt propoſita, Eligenda ea quæ majori adſtringendi vi prædita ſunt, ut ventris fluxum poſſint compeſcere: Incipiendum itaque erit à purgatione humoris peccantis, medicamentis compoſitis ex *aloe, rhabarbaro & myrobalanis.*

Clyſteres hic parum conferunt, cum ventriculus præcipue laboret, niſi dejectio immoderata accedens, ut in aliis alvi fluxibus, eos requirat; tumque adſtringentes & roborantes eſſe debent. *Riverius.*

30. *Exigit materia*) *Maſſarias* prohibet vacuationem, niſus celebri illa *Avicennæ* ſententia, *Periculoſus eſt effluxus ſupra fluxum*: Verum ſi pituita in ventriculo abundet, vix ſine vacuatione felicem curationis ſcopum poterimus attingere. *Rolfincius.*

30. *Curatio exigit*) Præparatio etiam requiritur materiæ poſt lenem vacuationem, atque alternis diebus, medicamentis, ut magis in ventriculo hæreant, ſolis horis.

℞. *Syr. menthæ, cortic. citri, āā. ℥j. oxymel ſcyll. ℥iij. conſerv. roſar. ℥ß. m. in pyxide lata, ſumantur inde cochlearia duo vel tria per vices. Idem. Urinam* quæ cient etiam ſunt commoda, fluxionem ſæpe transferentia, talia ſunt *opium, aniſum fœnic. ſyr. byzant 2. vel 3. radic. confectio διοσπολιτικόν Idem.*

31. *Materia ſeu per vomitum &c.*) Excrementorum ventriculi pituitoſorum, aliorumve vitioſorum retentorum cauſa, conveniunt *vomitoria*, ſed ea debent eſſe lenia; fortiora enim aut quantitate aut qualitate, v. g. oleoginoſitate, ſtomacho hoſtilia; tonum ventriculi laxant, aut certe irritant malum: Quod ſi minus Purgatio per ſuperiora locum habeat, fiat *Evacuatio per inferiora.* Blandiora nempe, & quæ præter vim *abſterſivo laxativam* ſimul nonnihil *adſtringunt* & ſtomachum roborant, uti ſunt *aloetica, rhabarbarina, myrobalani* &c. Sic *Helidæus Paduanus obſ. pag. 126.* puerum trium annorum, cibos nec quantitate nec qualitate mutatos excernentem, per ℈i. *rhabarb.* cum vino ante cœnam adhibiti curavit: *Pilulæ* pariter *maſtichinæ, ad gr. xv. vel ℈i.* tuto poſſunt ordinari. *Ettmuller.*

Si quidem deterſio humorum (*ubi pituita craſſa & ſaliva viſcida adfuerit cū aciditate conjuncta*) neceſſaria eſt; purgantibus addenda ſemper ſalia quædam fixa, cujuſmodi ſunt *ſal tartari, abſynth. nitrum*, utile quoque eſt aliquot guttas *ſpiritus vitrioli* inſtillaſſe, ob incidendi & penetrandi vim qua pollet. Si abfuerit febris, infuſio Purgantium fiat in *decocto ſalſapar.* aut *China*, vel in *aqua meliſſæ*. Pilulæ ſequentes incidendi ſimul & attenuandi vim obtinent, quas non infelici ſucceſſu ſæpe in Noſodochiis caſtrorum uſurpavi

℞. *G. ammon. ſagap. aceto ſolut. & inſpiſſ. āā. ʒiii. diagr. rhab. el. mercur. d. āā. ʒß. cum extr. gran. junip. f. maſſa, Doſis ad ʒi.*

In iis quibus viſcera teneriorem conſtitutionem nacta ſunt, ſequentibus uſus ſum, quæ minus quam priores inteſtina vellicant, addito ſemper *Mercurio*, incidentium medicamentorum generoſiſſimo, ſed ſimul leniſſimo.

℞. *Pulv. rad. Gialap. & Rhabarb. āā. ʒii Mercur. dulc. ʒß. terebinth. Venet. aqua meliſſæ aut roſar. leviter cocta q. ſ. f.* Pilulæ pro vi. doſibus.

Si pituita viſciditatis expers fuerit, utile fuerit purgantibus commiſcere quædam ſalia quæ ſimul humores per lotii vias abducant, cujuſmodi ſunt *ſal martis, ſal polychr.* confectum ex *ſale armoniaco, tartaro vitriolato &c.* Ravelli.

31. *Seu per vomitum*) Dubium oritur non leve, An vacuatio inſtitui debeat per ſuperna an infera: *Rhaſes* commendat Vomitum, &, ut videtur, non immerito, maxime enim revellit ab inferioribus: *Cous aphor. 12. 4.* contrarium docere videtur, *Quibus ob lævitatem ventris cibi ſunt incontinentes hyeme ſupra purgare malum*, Galenus in *comm.* confirmat, & minus ſecurum vomitoriorum uſum innuit in Lienteria ab imbecillitate, copioſe reſtagnante pituita acida ipſis in inteſtinis, ſola enim per vomitum vacuanda in ventriculo quæ continentur: Eorum vero quæ continentur in inteſtinis nihil per vomitum vacuare expedit; In ea vero quæ fit ab exulceratione ſuperficiei ab humore acri & tenui, concedere videtur vomitum, non tamen hyeme, illum eſſe inſtituendum: Conciliatio conſiſtit in eo, Quæ in inteſtinis continetur materia, illa per alvum; quæ in ventriculo per vomitum vacuetur. *Rolfincius.*

31. *Per vomitum*) Evacuamus humorem, ſi ille ventriculo inhæreat, per vomitionem, per quam fluxum ad inferiora factum ſimul divertendo ſiſtimus: Promovemus autem illum inprimis illis quæ humorem, ſi tenax ſit, ſimul abſtergant & incidant, veluti *oxymel. ſimpl.* vel *ſcillitico.* Platerus.

32. *Seu per alvum deturbationem*) Vacuantia tres habeant conditiones 1. ſint valide abſtergentia, cum pituita eſt craſſa & impacta: 2. non ſint elateria aut mochlica; tractoria & generoſiora, ut vocant, 3. habeant vim adſtringendi: Non in uſum trahenda, quod fecit *Rhaſes & Avicenna, colocynthis & helleborus*, ſed miniora, Et acida pituita, quia impacta eſt, per intervalla iii. vel iv. dierum purgetur per epicraſin.

℞. *Cortic. myrob. chebul. ʒii. ſem. fœnic. ℈i. agarici albi trochiſc. ʒj flor. roſ. rubr. abſinth. pont. āā p. j. coq. in ſ. q. aqua font. colat. ℥iv. adde ſyrup. roſar ſol. unc. ii. F. Potio.*

℞. *Mell. roſar. ſol. ℥iii. oxymel. ſimpl. ℥ii. decocti menth. cr. ℥iß. m. f. Potio.*

℞. *P. ial. aloephang. ℈ii. aloet. Aquapend. ʒi. m. f. Pilulæ.*

℞. *Spec. hieræ cum agar. ℈i. agar. troch. ℈ß. Conſ. roſ. q. ſ. m. f. Bolus.* Rolfincius.

Purgamus humorem, ſi ipſe ventriculo inhæreat, exhibitis quæ huic ſimul accommodata ſunt, eumque roborant, veluti Pilulis levioribus, de *Hiera, Aloephanginis, Aſſa. ereth. & Stomachicis* dictis, Vel fortioribus, *Maſtichinis, de Agarico*: Quorum loco in imbecillitate ventriculi deſcriptis illis quæ cum purgare & ſimul roborare laxum ventriculum volumus comperunt, Ex *aloe præparata cum ſucco abſynthii &c.* Vel utimur *vino medicato* in laxo, debili & pituitoſo ventriculo ibidem deſcripto. *Platerus.*

Ejuſdem

32. *Ejuſdem per oleum maſtichinum*) Remedia conveniunt *Stomachica, abſynthium, mentha, ſalvia, nux moſchata, macis, zinziber, cydonia, meſpila* condita &c. Sic *Faber* refert *Lienteriam* curatam, præmiſſa purgatione, cum *aqua cinnamomi & ſyr. corall.* Hinc *corallata*, & ſpeciatim paulo elegantiores *Coralliorum Tinctura*, in Lienteriis ſunt optimæ, cum ratione participationis ſubſtantiæ corallorum acre quodvis temperent, ratione menſtrui ſtomacho oplurimum gratæ ſint: Item *nux moſchata in India condita*, item *Elixir propr.* ſine acido, *ſpiritus maſtiches & ſyrup. maſtichinus Timæi in Epiſt. p. 456.* Item euporiſton *Foreſti*, qui ex Lienteria deſperate decumbentem, cum alia non juvarent, reſtituit

℞. *Vitellum ovi i. pulvere nucis moſch.* unius inſperſum *ſupra ignita tegula aſſetur.*

Euporiſton *Helmontii ex vitello ovi indurato cum aceto* etiam locum inveniet; *Alumen* legitime uſurpatum ceo præſentiſſimum commendatur à *Platero* in obſ. 1. Vinum *abſynthites chalybeatum*, item *vinum* infuſionis *abſynthii, meliſſæ, mentha* &c. legitimo uſu eſt proficuum: *Panis biſcoctus* in ſpiritu vini maceratus, hinc *theriaca* illius & conſeſtus; *Mrva cydonior. aromatica* cum pauca *terra ſigill.* miſta: *Diaſcord. Fracaſt.* Ex compoſitis eminet Electu. *Sennerti.*

℞. *Conſerv. roſar.* ℥iii. *theriac. opt.* ʒii. *ſpir. vitr. gtt.* iii. *cum miva cydon. aromat. fi Elect.* dozis mane inſtar *nuc. juglandis.*

Amatus Centur. 2. cur. 56. ſenem ſequenti curavit.

℞. *Conſ. mentha vitriol.* ℥ii. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒii. *terra ſigill.* ℈ii. *ol. deſtill. cinnam. gtt.* iv. *ſucci cydon. q. ſ. f. Elect.*

Lienterico ſcorbutico aliquando præſcripſi

℞. *Corall. r. ppt. terra ſigill. lapid. cancr. āā.* ℈i. *ſal. armoniaci gr. xv. rad. galanga, zz. cubebar. āā.* ℈ß. *ſucci cydon. q. ſ. pro Elect.* Etmuller.

33. *Ejuſdem per oleum*) Quæ à retentricis imbecillitate oritur, in gravi & lethali, aut valde periculoſo morbo, curanda eſt primum Fomentis ventriculi regioni admotis; e. g.

℞. *Rad. biſtorta, torment. cort. citri ſicci, āā.* ℥ii. *fol. mentha, plantag. abſynth. pont. āā m. j. nuc moſchat. caryoph. & cinnam. āā* ʒiii. *roſar. rubr. P. iii. contundantur, incidantur ſ. a. impleantur duo ſacculi interpuncti, macerandi in aq. par. aqu. ferrata & vini rub. adſtringentis, vel in vino ſolo*, ſi magna febris non adtuerit; applicentur calide regioni ventriculi viciſſim.

Poſt admoveatur Ungu. vel Empl. aliquod ex iis quæ pro vomitu bilioſo propoſita ſunt. Totus venter etiam oleis vel linimentis adſtringentibus inungatur.

Clyſteres injiciantur ex *juſculo communi in quo roſa rubra* bullierint, diſſolvendo *ſacchar. & vitellos ovor.* tum etiam interdum confect. *de hyacintho*, ſi æger ſit valde debilis.

Per os roborantia & adſtringentia ſicut in vomitu & alvi fluxu dictum. *Riverius.*

Roborantia ſuccedant vacuata cacochymia, adſtringendi facultate prædita, *Maſtix* hic excellit. Ejus Pulvis datur ad ℈i. cum *vino*, vel cum ſucco abſinthii in Pilulis cum *conſerva mentha*, vel *confectione diarrhod.* in bolo: Ex viperis *theriaca*, ut optimum medicamentum commendatur à *Paulo libr. 3. capit. 40.* *Rolfincius.*

Cura Lienteriæ volgaris, ſi levis ſit, eſt *conſerva roſar. cum croco martis*, ſed potius dandum *opium* in tanta quantitate ut non diu dormiant, idque per menſem faciendum. *Walæus Med. Pract. c. 15.*

Clyſmata cum ventriculus hic potiſſimum laboret, magiſque quod cibus incoctus dejiciatur, quam dejectio ipſa ſpectetur, hic non adeo erunt neceſſaria; Niſi immoderata dejectio accedens, ut in aliis diarrhœis, ea requirat: Tunc ea ipſa, quæ in aliis alvi fluxibus cum ſiſtere valent, hic quoque locum habere poſſunt: Eligendi ad hæc ea quæ ventriculum ſimul reſpiciunt, vel illis eadem erunt permiſcendi in decocto, veluti *radices cyperi, nuces cupreſſi, abſinthium, ſalvia, flores roſar. ſtœchad. roriſmar.* aliaque. *Platerus.*

34. *Per oleum maſtichinum*) *Paulus libr. 3. c. 46.* diuturno evadente morbo etiam *Dropace* ad ventrem utendum jubet, & cerato ex *ſinapi*, & ipſo ſinapi.

℞. *Myrrha, aloes āā.* ʒi. *maſtiches* ℥ß. *ammoniaci aceto ſoluti* ʒii. *ſinapi euphorb. piperis, pyrethri āā.* ʒiii. *cera & picis q. ſ. m. f. Emplaſtrum*, Ventriculi regioni cum frigida intemperies habitum contraxit, adplicandum. *Rolfincius.*

Externus conveniunt Inunctiones.

℞. *Olei nuc. moſch. expr.* ʒiii. *ol. menth. abſinth diſtill āā* ʒß. *fœnic.* ℈i *Junip.* ʒii. *m. f. Balſamus.* *Empl. Diaphœn.* cum *ſpec. diagalange* malaxatum prodeſt, *cruſta panis toſta conſperſa ſpec. diacymini* & malvatico imbuta, nobilis eſt ſtomachica medicina. *Rolfincius.*

35. *Ventriculi roborationem*) Roboramus ventriculum variis exhibitis in *Imbecillitate ventriculi* expoſitis, ſeligendo quæ adſtrictione ſimul aliqua cum ſint prædita, in ventriculo laxo, humido præcipue conveniunt, ut ſunt *nux moſchata & caryophylli* comeſta, quæ hoc in caſu parum prius torreri debent, vel *maſtiches* gr. ij vel iij. aliquoties deglutita; *Vinum* convenit hic inprimis vetus, *rubrum*, ſtypticum, per ſe, vel poſt alia ſtomachica ſumpta, quantitate mediocri, vel hoc medicamen quod

℞. *Rad. torment. vel biſtorta* ℥i. *cortic. citr.* ʒvi. *nucis moſch. caryoph. āā.* ʒiii. *ſem. coriand.* ʒii. *maſtiches* ʒß. *conquaſſentur pro vino;* Addi poſſunt rad. *imperat. galanga &c.*

Pulveres ſtomachici ex uſitatis ſunt *Pulv. Aromat. roſat. Gabr. & Meſue. Roſata Novella, Diagalanga*, Vel fiat hic.

℞. *Nuc. moſch. aſſa* ʒii. *caryophyll. toſtor. ſem. coriandri, præpar. āā.* ʒj. *corall.* ʒii. *Da cum vino*, vel addito *ſacch. roſac. vel carne cydonior. ſ. Conditum vel Electuar.* vel adde *nucl. granator. acetoſor.* ʒj. *ſemin. oxylapat. nucleor paſſular. āā.* ʒß. aliave adſtringentia ſtomachalia, ut *acaciam*, *lycium.* interdum, & *myrobalan*, parum aſſas.

Ex aliis ventriculum humidum, laxum, pituitoſum adſtringentibus & roborantibus conveniunt *Acorus cond. cortic. citri, cydon. condita, nuc. moſch. caryoph.*

Ex Electuariis *Diacydon. cum ſpeciebus*, *Acori paluſtr. cum ſpeciebus, Conſerva anthos* cum aliquot *guttis ſpir. vitr.* affuſis aliquoties in hoc affectu felici cum ſucceſſu exhibita fuit.

Extrinſecus ad *ventriculi intemperiem* vel *imbecillitatem corrigendam*, & *fluxum* ſimul *cohibendum*, prægreſſa evacuatione pituitæ, ſi illa redundet, multa in imbecillitate ventriculi expoſita, præſertim adſtrictione prædicta, ventri & ventriculo admota competent: Et præter hæc aliqua in Diarrhœa deſcripta, ſi nimia dejectio hoc poſtulet.

Valet *Ceratum ſtomach. Galeni*, *Empl. de maſtiche*, *Diaphœn Meſue*, De *cruſta panis Montagnana*, Paretus Cataplaſma ſequens

℞. *Pulpæ cydonior. vel pyror* ℥iv. *medulla panis ſecalini* ℥viii. *coqu. in vino generoſo, circa finem miſce pulver. cortic. citr.* ℥ii. *cortic. granat.* ℥i. *nuc. moſc.* ℥ß. *rad. galangæ, vel cyperi* ʒii. *caryoph.* ʒj. *ſpica* ʒß. *abſinth. menth. ſicca āā.* ʒii. *ladani* ʒiii. *maſtich.* ℥ß. *optime agitentur & contundantur, addendo ol. myrtillor. roſac. omphac. āā.* ℥iß. *ol. nardini* ℥j. *f. Catapl.*

Potus adhiberi poſſunt in *Imbecill.ventr.* deſcripti, ut & *Sacculi*, *Cucurbitula* ventriculi regioni affixa, cibos diutius in ventriculo retinet: *Sinapiſmo & Dropaco* aliqui quoque utuntur. *Riverius.*

35. *Ventriculi roboratione*) Poſt ſufficientem purgationem roborandus ventriculus Opiatis, pulveribus, fotibus, emplaſtris aliiſque remediis, capite de intemper. Ventriculi propoſitis, in quibus adſtringentia non omittenda, *ut maſtiche, cortex citri, ſem. coriandr. rad. biſtorta, tormentilla, corallia.* Commendatur Opiata ab *Amato* deſcripta, qua ſenem lientericum, irritis cæteris, liberavit

℞. *Conſerv. roſar. antiq.* ℥vi. *theriac. opt.* ʒvi. *miva cydoniorum q.ſ. f. Opiata*, doſis ℥ß. mane nil ſuperbibendo. *Riverius.*

In uſum vocanda *Stomachica*, quæ calida vocantur, *abſynthium, mentha, roſmarinus, aniſum, coriandrum, nux moſchata, theriaca, diaſc. Fracaſt. Opiata Salom.* &c. *Vinum abſynth.* aut quod ex *herbis arom.* paratum eſt, In caſtris non inutiliter exhibetur ſemicyathus, *aqua vita* cum *ſaccharo*, aut *vini rubri* cyathus cum *ſacchari* ℥i. calens hauriendus: Inter cætera præſtantiſſima eſt Opiata ſequens data ſeſcunciæ pondere vacuo ventriculo.

℞. *Miva cydon. theriac. vet. ſacch. roſ.* āā. ℥i. *m.*

Externe confert Cataplaſma ſequens

℞. *Thuris, maſtich. theriac. vet.* āā. ʒiv. *cum ſpir. vini f. Cataplaſm.* calide regioni ventriculi admovendum.

Eupotiſtum hoc eſt, *ſalvia & abſynthium* imponantur tuſa ſupra ignem, exſiccationis cauſa, irrorentur aceti guttis aliquot, & calide admoveantur. *Ravelli.*

35. *Ventriculi roborationem*) Externe convenit Sacculus pro Fotu in vino coctus, præſertim in laxitate ſtomachi

Comar. abſynth. h. menth. āā. *m.* j. *flor. roſar. rabr. chamom.* āā. *m.* ß. *maſtich.* ʒii. *nuc. moſch. caryophyll.* āā. ʒi. *zinzib. zedoar.* āā. ℥ß. *m. inſuantur ſacculo.*

Qui ſi non ſuffecerit, uſurpetur *Cataplaſma* ex *fermento* cum *aromaticis*, Vide cap. de vomitu. *Etmuller.*

36. *Diata uſum*) Aër & victus cauſæ contrarientur: Cibi adſtringentes præcedant, Somnus & quies fluxiones ſiſtunt omnes, coctioneſque juvant. *Rolfincius.*

37. *Vinum locum habet*) In cauſa frigida generoſius, in calidiori ὀλιγοφόρον convenit. *Idem.*

38. *Laxitas ab oleoſorum*) Si alimentorum aſſumptorum cauſa Lienteria procedat, ab illis abſtineatur, & moderatum ac decentem victus rationem obſervent, qualis in Ventriculi imbecillitate tradita: Inprimis vero cibi non fluidi, ſed qui ſubſtantiæ denſioris & tenacioris cum ſint, facilius ſubſiſtunt, attamen interim concoctionem non effugiant, exhibeantur, ut *Caro minus pingais & humida, caſeas recens, oryza, pultes*, ſed ſine lacte coctæ; Adhibendo interim foris ventriculo quę cibos retineant, medicamenta adſtringentia, uti & Cucurbitulam. *Platerus.*

39. *Populari Lienteria*) Si certo tempore, certiſve in locis cibi concoctu pertinaces, quibus pluresuti neceſſe eſt, Vel aliæ cauſæ ventriculum lædentes abundent, frequentiores & *populares* fiunt *lienteria*, quas ab aëris conſtitutione certa, quæ hiſce gignendis apta ſit, provenire exiſtimant. *Platerus.*

40. *Cicatrix denſa & lævis*) Hæc cauſa non videtur recipienda, ſiquidem oporteret univerſa inteſtina fuiſſe ulcerata, & in iis poſtmodum genitam cicatricem omnes propemodum venas meſaraicas occluſiſſe, quod veroſimile non eſt, ſi quidem impoſſibile eſt univerſa inteſtina ulcerari quin homo intereat. *Riverius.*

41. *Quæ denſitate ſua obturatis*) Idem in longa cibi abſtinentia fit, nam eo in caſu vaſculorum lacteorum oſcula tenaci admodum materia obturantur, vel eorundem aperturæ penitus concreſcunt; Cujus exemplum videmus circa vaſa umbilicalia; ac cordis foramen ovale, canaliculumque arterioſum. *Steph. Blancardus Idea Nov. Pr. Med.* §. 35.

42. *Hac acrium rerum comeſtione*) A cicatrice relicta, uti aliqui putarunt, ſi hoc fiat, exigua curationis ſpes, cum illa niſi ſponte minuatur extergi alia ratione vix poſſit. Adde ſuſpectum eſſe acrium uſum, *ſinapi, alliorum, caparum &c.* à quibus Lienteriam excitari in cauſis dictum. *Platerus.*

α. *Cognoſcitur exinde quod &c.*) In ventriculo morſicatio interdum ſentitur, calor in hypochondriis percipitur, ſitis interdum urget, & dejectiones acres ac bilioſæ apparent. *Riverius.*

β. *In Curatione ſi ventriculus*) Si *ab ulcere ventriculi* Lienteria proficiſcatur, huic curando intenti erimus, ſicuti in ventriculi exulceratione (in *Cardialgia*, unde nata traditum; atque interim fluxus ventris, ut in *diarrhœa* dictum procedendum. *Platerus.*

β. *In curatione*) *Foreſtus libr. 22. obſervat 30.* curavit hanc Lienteriam, Ulcus primo mundando per *aquam mulſam, & decoctum hordei*, poſtmodum idem adſtringendo & conſolidando cum *decocto rad. ſymph. terra ſigill.* vel cum *lacte vaccino*, *item pulvere equiſeti &c.*

43. *Ab ulceroſa diſpoſitione*) Dicimus diſpoſitionem, quia non ſemper neceſſe eſt ulcus eſſe factum; Ulcerantur autem ab acribus, tenuibus humoribus, dum hos expellere Natura conatur; ſimul etiam utile rejicit: Notanter dicimus, *humores tenues* quia humores craſſi non faciunt ulceroſas diſpoſitiones, ſed ulcera majora. *Rolfincius.*

41. *Ulceroſa diſpoſitione*) Obſervata fuit Lienteria admodum contumax ab *ulcere ventriculi*: In hoc etiam non tantum notabilis alteratio fermenti digeſtivi, & ob id imminuta digeſtio, ſed præterea etiam ventriculus ulcere continuo irritatus quælibet aſſumpta mox rejicit. *Etmuller.*

44. *Aphtharum inſtar*) Autumno Lienteriam omni tradit *Hippocrat. 3. aphor. 21. Galenus in commun.* Utrimque lienteriam, ſive fiat propter retentricis imbecillitatem, ſive exulcerationem in ſuperficie eo modo factam quo Aphthæ, ſeu oris ulcera in pueris, autumno fieri ſubjungit. *Rolfincius.*

45. *Ab humoribus acribus*) Tales ſunt ſæpius bilioſi, ſalini, quandoque pancreatici acidiores, & acrimonia volatili præditi, ſe in ſe mutuo agentes, Aliquando humores acido ſalſi & acres à capite ad fauces, hinc & ventriculum, & inteſtina delabuntur; ac ad contractionem expulſionemque cogunt. *Fr. Sylvius libr. 1. capit. 6.*

Irritatio ventriculi & inteſtinorum ab acribus humoribus fit, qui vellicando partes illas ad excretionem p. o. excitant, ſicuti in veſica contingit, quæ ab urinæ acrimonia vellicata frequenti micturitione laborat, unde ſtranguria. *Riverius.*

45 *Acribus*) Alimentorum, aliorumve ſimul aſſumptorum culpa idem accidit, ſi *acria* fuerint, & ad ſui excretionem mordendo irritaverint. *Idem*,

46 *Curatio*) Cum humores putridi, *bilis* præſertim, ventriculum occupant, à quibus irritatur, per *rhabarbarum* purgatio inſtituenda eſt, *tamarindos & ſcammonium*, quibus ſemper remiſceantur cremor *tartari* aut *tartarum vitriol.* cum *elect. cathol. Nic.* vel *Elect. cholagogo Sylvii.*

Si æger in vomitum propendeat, commode dari poerit

terit *ſal vitrioli. crocus metall.* in ſubſtantia, vinum emeticum, *pulvis Algaroth*. Emeticum ſequens facillimæ eſt præparationis, tutiſſimæ & leniſſimæ operationis.

Diſſolvatur optimum vitriolum in aqua ſimplici, præcipitetur pars terreſtrior & abſcindatur ope lenis digeſtionis ſupra cineres calidos. Sæpius fiat filtratio per chartam emporeticam. Guttæ aliquot filtrati liquoris (qui validior aut debilior eſt pro copia vitrioli) ſumptæ ex uno vel altero cyatho aquæ tepentis, cito vomitum cient & abſque periculo. Vel

℞. *Croci metall. & tartari albi āā. p. aqu. infunde calide in ſ. q. aquæ per tres dies, bulliant ad diſſolutionem uſque tartari, filtra calide, & evapora*. Eminebunt cryſtalli in repoſita materia, doſis eſt à gr. iij. ad x.

Vtrumque hoc vomitorium conducit expellendis humoribus bilioſis, ventriculi membranis non adhuc dum impactis.

Alterantia & corroborantia hic proficua, cuncta debent eſſe *ſtomachica*, refrigerantia, cujuſmodi ſunt, *cydonia, mala granata, citria, conſerva roſ. ſyr. roſar. ſicci: oxyacant. ribium, cydon. &c. Aqua cichor. borrag. bugl. plantag. oxal. &c. pulv. trium ſant. diamarg. fr. ſalis abſinth.* ℈i. *cum coch. 4. ſucci limon.* egregium eſt medicamentum. Vel

℞. *Corall. præpar.* ʒii. *ſucci limon.* ℥iv. aliquandiu digere, & cum ptiſana exhibe cochlearium. Potus ordinarius ſit aqua in qua candens ferrum extinctum, miſcendo nonnullos ex prædictis ſyrupis. *Ravelli*.

47. *Acredo demulcetur*) Lienteriam ab irritatione ventriculi, ab acriore humore in eodem retento natam, obſervat *Gabelchoverus centur. ii. obſervat. 47.* unde omnia potulenta in ea forma qua aſſumpſit per alvum egeſſit, curatus tamen eſt inprimis per abſtergentia & temperantia, inprimis *ſero lactis*.

47. *Acredo demulcetur*) Quæ fit ab humore bilioſo, curanda iis remediis quæ ad vomitum bilioſum ſunt propoſita, & quæ ad diarrhœam bilioſam. *Riverius*.

47. *Acredo demulcetur*) Si à *bile*, aliove acri humore ventriculum ad propulſionem cibi ſollicitante & vellicante fiat Lienteria, tum ut is præſertim evacuetur, illiuſque acrimonia infringatur mox intendendum, fluxuſque alvi, qui tunc magis vigere ſolet, ut nonnunquam & ſimul vomitus, compeſcendus, eodem fere modo, ſimilibuſque præſidiis in dyſenteria, atque etiam in vomitu cholerico, ſeu cholera morbo explicatis, per interiora exterioraque hæc adminiſtrando. *Platerus*.

47. *Acredo demulcetur* Ab Alimentis acribus ſi contingat, vel blandiora, ſimulque lenientia uſurpanda, vel ſaltem acrimonia prius mitiganda; Conducunt Oleoſa plurima, Oleum ipſum, ac quodvis, Juſcula carnium pinguia, Emulſiones ex amygd. & variis ſeminibus.

Acrimonia acida temperabitur præterea dulcibus, ſaccharo, melle, paſſulis major. & quandoque *ſpirituoſis*, vel aliis quæ *acidum concentrant*, nec tamen alimentis nocent, qualia ſunt *corallia, margarita*, quin multa longiore coctura ſenſim dulceſcunt, & acorem plus minus amittunt.

Acrimonia lixiva, & aromatica, ut in pipere, caryophil. &c. memoratis dulcibus & oleoſis temperatur: *Acrimoniam ſalſam*, qualis in ſale marino, & ſalitis pleriſque, mire corrigit *Calx viva*, ex uſtis ſilicibus vel conchis parata, nulli Medico prudenti amplius metuenda, ſed lixivii forma in plurimis affectibus feliciſſime uſurpanda.

Quemadmodum *Alimenta & condimenta, ita Humores vitioſi & acres* prædictis temperandi, temperati autem, quoties ſimul redundant, ſegniuſve aut difficilius ſe corrigi patiuntur, vacuandi. Imprimis tum ad urgentem humorum acrimoniam, tum ſenſum obtundendum, moleſtamque ipſius contractionem ſedandam, conducit opium & ab opio denominata medicamenta, Laudanum, *Theriaca, Mithrid. Diaſcord. Philon. Rom. &c.* ſi quantitate parva ſæpius uſurpentur, additis cæteris, humores maxime peccantes blande temperantibus, *Sylvius l. 1. c. 6.*

47. *Acredo demulcetur*) Si *acidum* in ventriculo dominatum obtinuerit, fermentumque juſto acrius fuerit, dulcius evadet ope *Elixirii proprietatis*, ex æquis portionibus *myrrhæ, aloes & croci* parati, addito *ſpiritu volatili c. c.* ſine ſpiritu ſulphuris: Illi quibus dotes & genuina præparatio ignotæ ſunt reprobant, etiamſi medicamentum illo lenius & efficacius vix proſtet; Sumatur ex ptiſana, cum aliquot pomis paranda, ac *raſura c. c. rhabarb.* leniter uſtulatum, *myrobalani & ſyr. cichor. cum rheo* hoc in caſu fere ſola in uſum adducantur, ſiquidem validior catharſis inutilis eſt: Satis fuerit, aciditatem nimiam fermenti temperaſſe, aliorumque humorum, ope *ſalium volatilium & fixorum, terra ſigill. bolorum, ocul. cancr. &c.* ideo ſæpe utile fuerit tantillum *ſalis volat. c. c. vel ſalis armon.* in ptiſana vulgari, vel guttas aliquot *ſpir. ſalis dulc.* admiſcuiſſe.

Parari poterit & Pulvis Digeſtivus ex *corall. margar. ocul. cancr. creta, chalyb. limat. cum ſacch. cand.* Oſſium quodvis genus, & calcinatorum conchyliorum Acida potenter domant, *Tincturæ ſal. tartari & corallorum* eadem potenter temperant, à quibus etiam non robur adquirit ventriculus; *Ravelly*.

48. *Decocto hordei, cichoraceis & aliis refrigerantibus*) Quæritur an etiam ad acredinem demulcendam *Lac*, quod epiceraſticum eſt, conveniat? Commendat illud *Fuchſius lib. 3. Prax.* cujus aſſertio commendari poteſt, 1. quia in Leienteria eo reſpiciendum ut exhibeatur alimentum facilis alterationis, propterea quod per debilitatem retentricis alimenta in ventriculo & inteſtinis diu remanere nequeant, atqui tale eſt Lac, quod teſte *Galeno 6. de Plac.* citra alterationem converti poteſt, 2. quia reſpectu caſeoſæ ſubſtantiæ ſuperabundantis lac aliquo modo vim obſtruendi tenet 3. quia tenues & acres humores expultricem irritantes temperat: Adde quod habet *Stephanus Athenienſis comm. in libr. 1. Art. Cur. ad Glauc. pagin. 138.* quod Lienteria quoque fiat propter ventriculi internam & ſummam ſuperficiariam partem excoriatam, ubi cibaria moleſtiam & mordicationem efficiunt, ita ut non retineantur, ut in tali caſu lactis uſus maxime dictas ob cauſas conveniens erit.

Notandum tamen cuncta hæc non de lacte ſimpliciter, ſed de cocto concedenda eſſe, quando ſcilicet per coctionem ſeroſa lactis abundantia, quæ propter nitroſam qualitatem detergit & aperit, ſenſim exhalat, unitis interim & bene coagulatis partibus reliquis ad nutritionem aptioribus & lienteriis bene convenientibus, tunc temporis potiſſimum ubi dejectiones acres & bilioſæ ſint: Alias noxium futurum eſt Lac, 1. quia in Lienteria ea vitanda ſunt quæ ad alvum ſubducendam faciunt, 2. quia Lac refrigerat, atqui refrigerantia merito vitantur in Lienteria, cum alias in hoc affectu coquentis facultates debilitas adſit. *Greg. Horſtius cent. Pr. obſ. Dec. 6. Qu. 4.*

49. *A veneno hauſto*) Si metus vel ſuſpicio veneni adſit, hoc per convenientem viam evacuato, alexipharmaca, aut venenum ſpecifice corrigentia inprimis conducunt; Quod pariter obſervandum ſi Lienteria ex fungis, vel fructibus horæis ſimilibuſve occaſionibus externis fuerit excitata, ut appropriatis obviam eatur. *Etmuller*.

Cœliaca.

II· [50] *Cœliaca eſt celer eſculentorum & potulentorum ex ventriculo ad inteſtina tranſitus, quo illa chyli aut cremoris ſpecie profluunt.*

[51] *Signa* ſunt evidentia. Tranſitus ille ſex vel octo horas poſt cibum fit, ita ut tenuiores quidem & ſubtiliores alimenti partes alterentur & concoquantur, & ſic corpori in alimentum cedant; corpus tamen, quia non ſufficienter nutritur, contabeſcat: pulſus eſt frequens, & calor, tanquam febris affligeret, dejecturis leviculæ animi defectiones obrepunt, ante eruptionem abdomen diſtenditur, venterque prominet.

[52] *Cauſa* ipſius [53] præcipue eſt, *mala chyli diſtributio,* [54] quam pepetit, [55] vel *meſenterii, lienis, hepatis* [56] *obſtructio,* [57] *& tum* chylus excernitur albus, [58] Obſtructiones ſunt aperiendæ.

Vel [59] *trahentis in epate facultatis imbecillitas: & tum* chylus [60] colore ſubrufo nonnihil tinctus eſt. Hepar eſt roborandum.

Vel *alimentorum* fugacium & potus immoderata *copia.* Hinc enim multa illuvies ſucceſſu temporis congeritur, aucta in illis partibus corrumpitur, [61] copia vel qualitate expultricem ſtimulat.

[62] *Curatio* cauſas reſpicit, ut diximus, vacuato humore omni ſupervacuo, profluvium ſponte conquieſcit, interdum eodem quo cœperat die, interdum poſtero.

[50] *Cœliaca eſt celer) Rolfincius* ſic definit. *Cœliaca eſt tardus per ventrem & inteſtina, eſculentorum & potulentorũ tranſitus, in quo in chyli ſubſtantiam quodammodo mutata dejiciuntur: Aut, Eſt coctionis diminutio aliqua in ventriculo ſecundum conſiſtentiam, colorem, odorem mutatione facta.* Tardum dicit tranſitum, comparatione ad excretionem Leientericam, non ad naturalem, citior enim in Cœliaca quam in hac accidit.

[51] *Signa)* Die aliquoties excernunt; poſtea frequentius, imo vicies uno die, quæ excretio exacerbatur vel quando ſe movent, vel quando juſculum ſumunt, aut carnem recentem; tandem deſinit in tenaſmum; *Walæus.* Diagnoſis in genere manifeſta eſt, cum ſcilicet per alvum dejiciuntur excrementa liquidiora & frequentiora quam naturæ inſtituto conveniat: Signa etiam differentiarum quæ petuntur à materia conſpicua ſunt, cum ſenſibus ipſis pateat utrum excrementa bilioſa, pituitoſa, melancholica vel ſeroſa dejiciantur: De partibus mandantibus vide in Differentiis. *Riverius.*

[51] *Signa ſunt) Si vitio bilis,* ejuſque impeditæ actionis fiat Cœliaca paſſio, excreta per alvum ſunt albicantia, vel gryſea; item omnia ſunt invicem permiſta, ut nullum ſecretionis cujuſdam pateat veſtigium: Sin vero *obſtructa oſcula vaſorum lacteorum* malum inferant, excreta ſunt tincta bile, flaveſcuntque plus minus, & chymus quidem ſeparatus, ſed cum excrementis hinc inde confuſus apparet. *Etmuller.*

[52] *Cauſa ipſius præcipue eſt)* In utraque Cœliacæ paſſionis forma vide infra §. 54. *Quam peperit vel)* ventriculus videtur ſalvus, quia alimenta in chylum concoquuntur, Interim tamen hoc non univerſaliter adeo aſſerendum, quin nunc magis nunc minus ſalvus videatur; id quod docet curioſa obſervatio *in M. C. Anni 4. pag. 63.* de Nobile Polono, qui ex pravo victu incidit primo in *Βεγδυαιτζίνα*, hinc in fluxum chyloſum ex mala chyli diſtributione ortum; qui poſt cujuslibet generis carnium, tam quadrupedum quam volatilium, etiam teneriorum & facilis concoctionis eſum, ſemper magis exacerbabatur; ab eſu autem piſcium; etiam duriorum, tam recentium quam ſalitorum & fumo induratorum, compeſcebatur; Ventriculo autem binis vicibus leniter expurgato, ac medicamentis idoneis viſceribus concoctionis corroboratis, ab inſolito iſto ſymptomate in totum liberatus eſt. *Simon. Schultzius.*

In hoc Nobili carnes, quia non bene in chylum perfectum digerendo commutabantur, ſed probabiliter nidoroſo ſapore corrumpebantur, etiam inde factus chylus ſeparationi ac perfectioni ulteriori in inteſtinis ineptus, fluxum chyloſum concitabat; A piſcibus, vel aliis, idem non patiebatur, quia melius digeſti, unde ipſe chylus male digeſtus, adeoque ineptus ſubeundæ alterationi bilis, interdum ad fluxum Cœliacum diſponere poteſt. *Etmuller.*

[52] *Cauſa ipſius)* Non ſatis eſt concoctionem in ventriculo rite inchoari, eandem in proximo inteſtino perfici neceſſe eſt, in quod fit confluxus bilis & ſucci pancreatici una eodemque cum chylo tempore: Peracta enim in ventriculo concoctione, chylo autem duodenum inteſtinum commeante, ſalia alimentorum, quæ diſſoluta ſunt & diviſa, vellicant titillantque fibras nerveas; Porro cum hepaticus nervus, à plexu interculſtali meſenterii deductus, aliquot ramos ad pylorum tranſmittat, qui cum ſtomachicis interiontur; nonnullos item ad cyſtin felleam, nec non ad pancreas, inde quoque fit vellicationem, aut nervorum pylori irritationem, ad utrumque dictorum viſcerum, mediantibus prædictis nervis diffundi, adeo ut illa æqualiter compreſſa, hinc bilem effluere permittant, illinc ſuccum pancreaticum: Nominati ergo tres humores ſimul & ſemel in primum inteſtinum confluunt, qui cum diſſimilibus diſſidentibuſque conſtent ex partibus, iiſdemque activitate ſumma pollentibus, ideo ſecunda excitatur fermentatio, cujus ope defæcatur chylus, ac maxima ex parte ab excrementis inutilibus liberatur.

Si non ut decet prædicta fermentatio procedat, occaſio hinc morborum oritur, ac præſertim *Alvi fluoris chyloſi,* quem alias *Cœliacam affectionem* vocant, cum videlicet chylus à partibus excrementitiis, & nutritioni ineptis, rite non ſecernitur, quapropter præ craſſitie nimia totus vaſis chyliferis infundi nequit, ideoque portio illius per alvum excernitur, pultem utcunque referens; ſicuti ſæpenumero in Ictericis obſervatur.

Vitio ſucci pancreatici illa fermentatio depravari poteſt, vel quia aciditate nimia in vitio eſt, vel quia hac deſtituitur, aut quia è proximo canali influere prohibetur; Si *nimis acidus* fuerit, acidi ructus importuni ſunt, & alvi tormina, in lumborum regione frigus aliquando percipitur; Eo in caſu alkalia fixa & volatilia in uſum advocentur, *margarita,* *corallia,*

coralia, & qua Acidum obtundunt & temperant.

Si idem ſuccus aciditate ſufficienti careat, abſunt ſigna præcedentia; acorem vero deficientem reſtituunt *ſuccus limon. aurantiorum acidorum, berberor. granator. omphac. ſpir. vitriol. ſulph.* juſculis commiſcenda, ptiſanis, juſculis, apozematis, conſervis &c.

Obſtructionem ſucci per canalem Pancreaticum commeatum impedientis, quod attinet, aperientibus illa ſolvatur.

Bilis forte hoc in caſu eſt acrior & ſubtilior, aut debilior & craſſior, vel forte in propriis canalibus ſubſiſtit, præſertim in meatu choledocho; Tenuitatis nimiæ, æſtus & acrimoniæ indicia dant febris, ſitis intenſa & tuſſis, reſpiratio difficilis, ſymptomatumque incrementum ab uſu alimentorum medicamentorumque calidiorum & ſpirituoſiorum: Tunc advocentur in ſubſidium remedia à quibus incraſſeſcat humor tempereturque, ut ſunt plantago, portulaca &c. *Ravell.*

51. *Cauſa præcipue eſt mala chyli diſtributio*) Quemadmodum quævis alimenta fermentatione in ventriculo perfici ſolita non indigent, potus nempe aut aquei, aut ſpirituoſi, aut prius ſatis fermentati, ſed viſcida præſertim, parteſque arctius connexas habentia, ut cibi plerique ſolidiores, panis, Ita eorundem partes nutriendo corpori utiles, nunc facilius, nunc difficilius, nec niſi alterius beneficio ſecedunt à cæteris, quæ tanquam inutiles excernuntur per alvum.

Alimentis ergo in ventriculo fermentatis, mox ad inteſtina propulſis, admiſcentur ibidem, quatuor ut plurimum tranſverſis ſub pyloro digitis, Bilis, ſuccus Pancreaticus, & Saliva continuo deglutita; Hi tribus rite conſtitutis, obſervatur admiſtionem iſtam conſequi partis liquidioris & albicantis ſeceſſum à parte craſſiore, pro ingeſtorum diverſitate diverſum colorem, conſiſtentiamque naciſcente. Pars tenuior, fluidior & albicans, ſcil. chylus per inteſtinorum cruſtam ſpongioſam, hinc lacteas venas ductumque thoracicum pergit ad cor, ut ſanguinis formam ſubeat, dum craſſior, & tenacior pars ad inteſtina detruditur.

Bili vero in ſeceſſu illo promovendo primas tribuimus, quatenus ſale ſuo volatili & oleoſo blande incidit partes alimentorum viſcidiores, liberatque ab ipſis fluidiores, quin has facit magis fluidas. *Saliva* adſcribimus quod, magis magiſque alimentorum fermentationem promovendo, eorundemque viſciditatem minuendo, ad ſeceſſum deſideratum ſingulas reddat aptiores. Denique *Pancreaticum ſuccum* exiſtimamus ſpiritu ſuo ſubacido eandem alimentorum viſciditatem pertinaciorem potentius ſolvere, atque ſimul partes ipſorum maxime viſcidas cogendo fluidioribus una confluendi, mox & perfluendi occaſionem præbere.

Quoties proinde humorum horum trium unus, vel duo, vel omnes peccant, toties vitioſa continget chyli à fæcibus alvinis ſecretio, quæ itidem alimentorum perperam fermentatorum vitium conſequi poteſt.

Obſervatur vero dicta *Secretio* lædi 1. quando *Nulla* fit, & alimenta fermentata licet, & ad pultis conſiſtentiam formamque deducta, propelluntur ſenſim per alvum albentia, nec ulla bilis flavedine tincta, concurrente tunc brevi univerſi corporis tabe, & quidem in *Cœliaci* vulgo dicti affectus priori ſpecie, quam diſtinctionis cauſa *Ictericum alvi fluxum* voco. ii. quando parcior fit & diminuta, gradu tantum à modo memorata ſpecie differens, in qua fæces alvinæ pultis conſiſtentiam quidem ſervant, plus tamen minus tincta prodeunt, accedente tardius corporis contabeſcentia. *Fr. Sylvius l. i. c. 10.*

53. *Mala chyli diſtributio quam peperit vel meſenterii &c.*) Alimentorum concoctio in ventriculo forte rite proceſſit, at ſi vero productus chylus ab excrementis ſecretus non fuerit per continuatam inteſtinis concoctionem, illis permixtus per alvum excernitur, unde exſurgit altera *fluxus chyloſi* ſpecies. Differt fluxus hic chyloſus à *priori* (vide §. *Retentricis & Expultricis*) quod in hoc chylus à fæcibus accuratius liberatus ſit, excrementa autem alvina bile tincta conſpiciantur. In altero autem chylus nullatenus ab excrementis ſeparatus ſit, neque ulla ut plurimum bilis tinctura appareat, quia viz. prædictus humor in cyſti felleâ cohibitus ſit, aut exinde in maſſam ſanguineam commigrarit.

In dubium nemo revocat chylum, aut ſaltem maximam illius partem ab inteſtinis in venas lacteas derivari, quibus undiquaque intertexuntur, exiguæ glandulæ, per quas tanquam per filtrum tranſcolatur, ac lympha ubertim illac ex ſingulis fere corporis partibus advecta diluitur.

Cunctæ illæ venæ deſinunt & inſeruntur in majorem Aſellii glandulam, medium meſenterium occupantem, è qua aliæ prodeunt, etſi minori numero, at prioribus majores, quia earum officium eſt deferre lympham in glandula communi congeſtam; Secundæ præterea lacteæ permeant innumeras exiguas glandulas, ſicuti cæteræ, ac cunctæ terminantur in Pecqueti Receptaculum. Aliæ præterea dantur Lacteæ è fundo ventriculi oriundæ, in idem receptaculum onus deferentes, notante *Warthono*.

Chyli pars tenuiſſima & ſpirituoſiſſima, ex conſenſu præſtantiſſimorum hujus ævi Anatomicorum, nec non Priſcorum, in meſaraicas venas tranſit, immediate ab inteſtinis ad hepar abeuntes, atque iterum à cavitate ventriculi in venas gaſtricas feruntur, chylum ad jecur cum cæteris deducentes.

Objiciunt quidam quantumvis ſtricta fiat ligatura juxta Jecur verſus majores venæ Portæ ramos, nunquam candorem in illis deprehendi quà meſenterium ſpectant. At dicta objectio non evincit, eo quod chylus, qui venas ſubit lacteas, craſſitie majori donatus eſt, & candidior, nullam ſanguini albedinem imprimit cum in axillarem ramum delatus illi remiſcetur. Rei veritatem comprobandam non ſuſcipio, rationibus & experimentis ſultam, ſufficiat aſſeruiſſe chylum, poſtquam ſinum venæ Portæ ſubingreſſus eſt, impelli à motu ipſi in Jecore concilıato verſus ramos venæ Cavæ, qui obviam procedunt ramis venæ Portæ.

Obiter de chyli commeatu agendum fuit, eo quod ejuſmodi Alvi fluoris cauſa ibi loci Indaganda fuit, Neque obſcurum eſt, ſi contigerit vaſa chylifera à materia quapiam viſcida obſtructa fuerint, pituita, bile &c. neceſſe eſſe ut chylus verſus ultimum inteſtinum exitum affectet, & per alvum exeat. Ideoque vires ægris ſenſibiliter atteruntur, hinc in marcorem deducuntur ab alimenti defectu: eapropter hoc in caſu tenuiſſima alimenta exhibenda ſint, hinc materiæ viſcidæ detergendæ; craſſæ incidendæ &c. *Ravelly.*

54. *Quam peperit, vel &c.*) Cœliaca, ex *Aretæo*, vel 1. fit ob impeditam diſtributionem chyli, ob impedimentum viarum, cum inteſtina cicatrice obducta poſt longam dyſenteriam. 2. languet attractrix jecoris ob fluxum hepaticum prægreſſum.

54. *Quam peperit, vel &c.*) Nonnulli diſtinguunt inter Cœliacam, *Exquiſitam* fieri volunt diſtributione chyli in venas lacteas impedita. *Non exquiſitam* retentrici læſæ, & nimiæ orificii ſeu pylori adſcribunt: *Rolfincius.*

55. *Vel meſenterii hepatis &c. Obſtructio*) Læditur etiam chyli percolatio, quando 1. vel obducta ſunt obturatave panni carnei inteſtinorum orificia humore pituitoſo viſcido (chylus enim à fæcibus alvinis

ſecretus motu inteſtinorum periſtaltico non tantum propellitur deorſum, verum exprimitur quoque percolaturque vi eadem per cruſtam ipſorum carneam & ſpongioſam in venas lacteas.) 2. quando abraſa eſt hinc inde hæc cruſta carnea, & illi ſubjecta inteſtini pars cicatrice obducta, occluſis ſimul ad lacteas venas tendentibus potis, id quod nonnunquam evenit poſt dyſenteriam gravem, qui caſus incurabilis, prior autem curandus per medicamenta pituitam viſcidam incidentia & purgantia. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 16.*

56. *Obſtructio*) Exit Chylus, quia venæ lacteæ obſtructæ ſunt, & hæc ſola eſt cauſa Coeliacæ affectionis, quæ rara eſt, Lienteria autem frequentior *Walæus Med. Pr. p. 191.*

57. *Obſtructio, & tum chylus*) Ut hæc affectio fiat, oportet omnes meſaraicas, aut majorem illarum partem obſtrui, ſicuti contingit in pueris ſtrumoſis, quorum meſenterium glandulis innumeris refertum invenitur, à quibus venæ meſaraicæ (*lacteæ*) præcluduntur, & hi continuo alvi fluxu chyloſo & cœliaco laborant, multum comedunt & in dies emaciantur, donec in maraſmum incidant. *Riverius.*

58. *Et tum chylus excernitur albus*) Icterus non raro ſe adjungit huic alvi fluori, eſtque ſoboles obſtructionum meatuum choledochorũ, bilis, enim ſiquidem exitus non conceſſus fuerit per prædictos meatus in inteſtina, refluit illa in maſſam ſanguineam, hinc per corporis ambitum diffunditur; Hoc in caſu intrepide ad aperientia medicamenta tranſitus fieri debet. *Ravelly.*

59. *Obſtructiones ſunt aperiendæ*) Si bilis craſſitie & viſciditate peccaverit, vel in cyſti cohibita fuerit, ac maſſæ ſanguineæ remiſta, tunc aurigini ſæpenumero occaſio præbetur quo tempore non modo proſcribi debent adſtrictoria vi prædita, ſed & vocari debent in uſum aperientia. Primo uſurpetur *ptiſana ex taraxaco, fragaria, cortic. arant. Luſitanic.* vel *chalybis limat.* cum *pauco ſale tartari* in aqua pro Potu ordinario, vel vino albo, aut tenui clareto. 2. *Purgantibus* etiam locus eſt & Emeticis, *his*, quia partes omnes ventriculo adſitas concutiunt, bilemque ac ſuccum pancreaticum è propriis conceptaculis ac meatibus excutiunt.

Si ab Acidis obſtructiones productæ fuerunt, nunquam in Purgantium præſcriptione omittenda ſunt *ſalia abſynth.* aut *tartari* aut alius fixi ad ʒj. hoc in caſu nihil convenientius vel efficacius *Mercurio*: Enemata tum detergentia tum purgantia nunquam non conducunt.

Præter dicta remedia, ſequentia in uſum trahi poterunt.

℞. *Extr. baccar. junip. terebinth.* āā. ℈j. *limat. chalyb. mercur. d.* āā. ℈j. F. Bolus pro una doſi, ſæpe iterandus.

Quævis *ſalium volatilium* genera hic utilia ſunt, ex *vino* vel alio liquore, *Flor. ſulph.* ʒß. aut puriſſimæ *fuliginis* ex ovo ſorbili, remedia ſunt experimentis confirmata, cujus obſtructionis ſpecies idonea præmiſſis univerſalibus, ſi præſertim humorum incendii metus non imminet.

Sin ſuſpicio ſit humores craſſos & tartareos una cum acidis obſtructionum parentes eſſe, non ſine fructu pulvis ſequens exhibebitur.

℞. *Limatur. chalyb. corall. rubr. ocul. cancr. & lumbric. terreſtr. exſiccat.* āā. ʒß. *ſacch. cand.* ℥j. F. pulvis, Doſis ad ʒj. ad ʒij. ſingulis matutinis longe ante cibum.

Neque remedia externa prætermittenda, inter quæ valet ſequens.

℞. *Cepas albas v. vel vj. totidem poma colocynth. coquantur in oleo commun.*, Fiant ex his duo cataplaſmata alternatim calide imo ventri admovenda.

Si deinceps purgantia exhibueris, inſignis conſequetur effectus; imo utplurimum ejuſmodi cataplaſmata ſufficienter corpus expurgant. Non raro hæc in uſum duxi adverſus puerorum lumbricos, & cuminati premuntur egerendi conatu. *Ravelly.*

59. *Obſtructiones ſunt aperiendæ*) In Cœliaca excretione duo ſæpe adſunt notanda, unum, *Febris* adeſt cum pulſus frequentia, alterum *deliquia animi*, elato ad os vicinum ventriculi tetro vapore. Quibus ergo remediis chyloſa cœliacaque excretio curari debet? *Febris* quæ adeſt, ob contumacem fit *obſtructionem* venarum meſaraicarum, & ea ſymptomatica eſt, ſi *Galeno* credi debet, ideo oppugnanda eſt iis quæ contumaciam obſtructionis tollant. In eum finem valent decocta *radicum enulæ campanæ, ſymphyti utriuſque, erythrodani, gentianæ*, imo etiam *ariſtolochiæ*, per horas ſex in aceto ſorti maceratarum, herbar. *praſſii albi chamædr. chamæpit. lichen. capillar. cicer. rubr. pentaph. & intybi utr. addito ſemine ſeſel. pæon. citr. geniſtæ, incoctis fol. ſennæ. agarico & rheo addito.* Nec te moveat quod alvus fluidior ſit, chylus enim non ſuctus, nec elicitur, nec rejectatur ob vias interceptas, quarum libertas cauſam morbi tollet, ut corpori ſuperſit libertas ſui reficiundi attracto benigno alimento. *Jac. Thevart Not. in Ballon. lib. 1. Epid. p. 13.*

59. *Vel trahentis in Hepate Facultatis*) Qui ad Facultatis cujuſdam peculiaris aſylum, quoties occurrit difficultas de modo actionis; ad œconomiam animalem ſpectantis confugiunt, rem quidem per ſe obſcuram nimis verbis tenebricoſis magis obnubilant, Quæ ars paſſim hodie in Philoſophia obtinuit quidem, atqui revera adeo jejuna & futilis eſt ut ſeipſam facile explodat; Temeraria ſiquidem & figmentorum feraciſſima illa capita, quæ inanes haſce chymeras, *Facultates* nimirum *Attractricem, Retentricem, Concoctricem, Expultricem, Secretricem, Appoſitricem*, &c. primo excogitarunt, inque Medicorum ſcholas induxerunt, pari jure ſexcentas alias potuiſſent, uſque dum facultatum naturalium numerus excreviſſet ad infinitum. *Charleton Exerc. vij. œcon. An. de Depur ſangu.*

59. *Trahentis in Hepate Facultatis*) Circa hujus uſum maxima inter Veteres & Recentiores eſt diſſenſio, quorum illi principatum tribuerunt, & Sanguificationis organum conſtituerunt, venarumque omnium principium. *Hi* verò de principatu illo dejecerunt, exequias illi pararunt, & ſaltem uſum colatorium bilis eidem attribuerunt &c. *Bruno Lexic. p. 659.*

60. *Colore ſubrufo nonnihil tinctus eſt*) Vide §. 54. *Mala chyli diſtributio quam peperit.*

61. *Copia vel qualitate*) Chylus in inteſtinis coacervatus copia ſua interdum, & quia corrumpitur, vel aliis miſcetur acribus, acrimonia ſtimulans, deorſum propulſus, per alvum ea quantitate & frequentia prout redundat, vel colore & conſiſtentia, prout ſe habet, vel aliis miſcetur, ejicitur. Sed & chylus ex *cibo fluido* & humido *pingui* diu continuato, liquidior fluidiorve factus, citius prælabitur. *Platerus.*

62. *Curatio cauſas reſpicit*) In hoc caſu, cum ab obſtructione venarum meſeraicarum proveniat; accedente interdum hepatis imbecillitate, harumque illi adnexarum venarum, unde ſuctionis evenit defectus, obſtructionibus aperiendis primaria hic erit curandi intentio, hiſce præſertim quæ hepati ſimul ſint convenientia, nec alvum perturbare poſſint; abſtinendo ab adſtringentibus, interim cum fluxus ille non adeo immoderate fiat; nec illis utendo, niſi aperta obſtructione diarrhœa alia ſubſequatur, tunc etiam illa uſurpare poſſimus. Remedia autem fluxui chyloſo competentia, præter multa in hepatis obſtructione explicata, ſequentia erunt; Ad pituitam, mucum, limum. quæ venas obſtruunt deturbanda leviter, conferunt Pilulæ leviores.

℞. Rhabarb.

℞. Rhabarb. ʒiß. *agar.* ℈j. *cinnam.* ʒß. *ſpica, ſchœnanthi*, āā. ℈j. *f. Pulvis, & cum aqua, vel ſucco, vel ſyr. endrvia, vel vino albo f. Pilulæ capiat* ℈ij. ſemel, vel ſi opus ſit, iteret.

Poſtea convenient ſequentia ſucceſſive exhibita, *Tabulæ diarrhod. triaſant.* Et ſi validius aperire volumus *Diacurcum.* quæ omnia *Rhabarb.* ſimul recipiunt, vel detur hoc Electuarium.

℞. Conſerva flor. & condit. rad. cichor. āā. ℥j. *conſerv. capill. vener. veri* vel *trichomanes* ℥vi. *conſerv. rad. apii veri* vel *fœnic.* ℥iß. *conſerv. rad. eryngii* ℥ß. pulv. *diarrhod.* vel *triaſant.* ʒj. *diacurcum.* ʒß. *cum ſyr. de Byzant. f. Elect.*

Crocus martis cum ſucco citri aut aceto diſtill. præparatus, Electuariis additus, vim augebit. *Aqua ſtillatitia* poſt Tabolar. vel Elect. uſum ſtatim ſuperbibantur, *fœnic. apii, cichor. endivia*, addita tertia parte *vini albi. Syr. Byzant. v. rad. cichor. endiv. capilli ven.* ſumi poſſunt per ſe vel diluti aquis prædictis, Vel Decoctum hoc bibatur

℞. Rad. cichor. fœnic. apii āā. ℥j. *rad. eryngii, paſtin. ſylv.* āā. ℥ß. *macerentur parum in vino albo*, herbar. *capill. ven. ſonchi, endivia* āā. *man.* j. *cicer. rubr. p. j. ſem. coriand. apii veri* āā. ʒj. *f. Decoctio, colat. adde. ſacch. q. ſ. aromatiz. cinnam.* ʒj. *ſantal. citr. ſchœnanth.* āā. ℈j. *pro iv. doſibus.*

Vinum per infuſionem ex iiſdem rad. factam efficacius operabitur addendo *rhapont. rubia* āā. ℥j. *cyperi* ℥ß. *abſinth. eupat.* āā ℥ij.

Inunctiones ventris, non ex adſtringentibus, ſed obſtructiones ſolventibus faciendæ, quæ, cum illarum vis ad meſenterii & omenti venas, obſtructio conſiſtit, penetrare poſſit, aliquid quoque præſtare poſſunt. Linimentum pro ventre

℞. Ol. amygd. amar. ℥iß. *ol. nardin. chamæm.* vel *melilot.* āā. unc. j. *ſucci apii, vel fœnic. vini albi* āā. unc. iß. cocta prius, vel invicem agitata, inungantur manibus *aqua vitæ* prius madefactis, vel *vino*, ſi hoc linimento omiſſum fuerit. Si huic addas *rad. aſari & gentiana* āā. ʒj. *ſpica, ſchœnant.* āā. ʒß. *ſem. apii* ℈j. ceræ q. ſ. fiat Unguentum.

Hepatis regio, ſi illius adſit imbecillitas, quædam quoque adhibentur quæ in illius imbecillitate explicantur, *Cucurbitula* illius ſedi admota chylum eo trahere creditur.

Si Diarrhœa alia fluxui chyloſo jungatur, vel superveniat, tunc ſi illa admodum urgeat, adſtringentibus intus foriſque, ſed levioribus uti poſſumus, quæ alioquin omittuntur. *Platerus.*

In cura *prioris ſpeciei*, acuenda in primis bilis erit, iis quæ *ſale volatili acri* conſtant, adeoque plus minus amara ſunt; ſeligendo inprimis ſtomacho ſimul grata vel accepta. *In altera ſpecie*, abſtergendus eſt mucus inteſtinorum parietibus adhærens: Utriſque his ſcopis ſatisfaciunt ſimplicia, aut *aromatica odoriſera, mentha, abſynthium*, aut *ſapore acri prædita:* Hinc ulterius *agrimonia, rad. aper. cichorium*, cujus amaror abſterſivus hic eſt egregius: Conveniunt item *Tinctura Tartari acris*, tam *vulgaris* quam *antimoniata, ex ſcoriis* nempe *reguli antimon.* parata; Item *Tinctura Tartari* compoſitæ locum invenient, cum alkali talis tincturæ pluribus intentionibus hic ſatisfaciat; *Spiritus carminat. de tribus, in aqua mentha* vel *vino abſynth.* uſurpatus vel *ſpir. ſal. armon.* cum *ſpir. cochlear.* miſtus his eſt fructuoſus. *Etmuller.*

Cap. XXX.

De Diarrhœa.

Definitio.

1. Diarrhœa *eſt* [2] *immoderata, frequens ac diuturna alvi dejectio*, [3] *qua humores excrementitii, & ſinceriores, quantitate vel qualitate, expultricem ventriculi & inteſtinorum ſtimulantes,* [4] *ſine phlegmone, lienteria, exulceratione, teneſmo aut vehementi doloris ſenſu profluunt.*

5. *Signa* non eſt quod tangam, ſunt enim in definitione expoſita.

1. *Diarrhœa*) Τὸ διὰ ſignificat *tranſitum*, ῥέω, *fluo:* hoc cum fiat in pluribus affectibus, erudite *Galenus 2. in 1. Epid. 36.* τοὺς ῥοώδεις (ita enim ibi appellat diarrhoicos) deſcribit, quod illi quidam ſint, *qui aſſidue & continenter liquidam alvum habent, ſed ſine dyſenteria. ſine tenaſmo) ſine lienteria*, Qua oratione, quia damnatur illa τῆς διαῤῥοίας acceptio, qua comprehendat ſub ſe dictos tres affectus, non eſt opus alus. Intelligitur etiam inde eoſdem affectus habere propria & peculiaria ſymptomata Diarrhœam, qua diarrhœa, non habere. Intelligitur quin etiam *Galenum* ſi ad nos rediret, non agniturum Diarrhœam lotivam, fluxum chyloſum, hepaticum cal. & frigidum, ſanguineum, colliquativum, ſtercoroſum, ulceroſum &c. *Hoſmannus l. 3. c. 104.*

2. *Diarrhœa*) morbus hic ῥευματικὸς quidam, adeoq; διάδεξις τῶν ὑποχονδρίων *Hipp. 2. in 6. Epid. 28.* quæ ἀναμφισβήτητως requirit viam laxam de parte mandante in affectam, Cur enim huc potius it quam illuc? quia hac patet via, illac clauſa eſt. *G. Hoſmannus l. c.*

3. *Diarrhœa*) Hic notamus quod uti nomen Alvi fluxus, ſic & Diarrhœæ campo latitudinis ſubjectum eſſe deprehendatur, adeo ut quilibet inteſtinorum fluxus, & continenter aſſiduoque liquida alvus ſic ſignificari queat; Verum ipſe Author (*D. Joh. Faber*) explicate ſtatim hic ſeſe expedit, dum ſimpliciter ſic dictam diarrhœam, (quatenus nempe denotat immoderatam, frequenter ac diuturnam alvi dejectionem) qua humores excrementitii, ſinceriores tamen quantitate vel qualitate ſua ſtimulantes inteſtina profluunt, ſed ſine lævitate & ulcere inteſtinorum; atque ſine omni etiam ſymptomate (quæ diarrhœa qua diarrhœa habere non ſolet) hic producit, quo ipſo omnes latitudines atque æquivocationes propemodum proſcribuntur; Circa Diarrhœam igitur primum attendendum eſt, eam hac voce demum à Medicis indigitari, quum alvus liquida frequentius urget quam ex conſuetudine fertur, qua ipſa animadverſione omnino opus eſt, Quod enim *Hoſmannus* de vere adſtricta alvo monet, id ex adverſo ad nimis fluidam laxamque pariter applicari poteſt commode, magna, *inquit*, hic latitudo eſt

quod quidam ſingulis diebus ſemel exonerent ventrem, quidam nonniſi altero aut tertio die, Horum ergo ſi quid mutetur, tum demum morbus erit. Ut ergo ille non opus habet medicina cui conſuetum eſt intra biduum triduumve ſemel ire tantum ad locum communem. neque id pro adſtrictione alvi eſt habendum, Ita etiam eadem ratio erit obſervanda ſi quis naturaliter conſueverit quotidie aliquoties, ut cum barbaris dicam, aſſellare, tunc enim illa conſuetudo pro diarrhœa itidem habenda non eſt, quoniam conſuetudo privilegium & dignitatem alterius Naturæ tunc ſuſtinet. *Chriſt. Langius Pathol. Anim. pag. 483.*

1. *Diarrhœa eſt*) Vel, *Eſt illa ſpecies alvi fluxus, qua humores excrementitii, ſine ſanguine aut alimento, & ſine exulceratione inteſtinorum excernuntur.* Hiſce conditionibus Diarrhœa proprie dicta ab aliis alvi fluxus ſpeciebus diſtinguitur, quia in lienteria & cœliaca paſſione alimentum incoctum aut ſemiconfectum ejicitur, In dyſenteria & teneſmo ſanguis cum humoribus excrementitiis permiſcetur, ſicut in fluxu hepatico & hæmorrhoidali ſanguinolenta excretio reperitur. *Riverius* Brevius, Eſt excretio humoris excrementitii non ſanguinei. *Walæus med. Pr. c. 15.*

Sic deſcribit *Ravelly Diſſert. de Alvi flu. 4.* Diarrhœa eſt ingens alvi fluor quo varii extra corpus feruntur humores, citra commiſtionem *alimentorum* quæ concoctionem effugerunt, *ſanguinis*, vel *puris*, citra *phlegmonen*, *ulcus*, imo dolorem inſignem.

2. *Immoderata, frequens*) Formalis ratio conſiſtit in dejectione materiæ excrementitiæ, ſtercoreæ, liquidæ, frequente, copioſa. *Frequentior* eſt quam naturalis conſuetudo requirebat; *Copioſior*, habito reſpectu ad aſſumpta; Fluidior eſt τῶν ὑποχωρημάτων nec mediocris nec ſolida conſiſtentia. *Rolfincius.*

3. *Qua humores excrementitii & ſinceriores*). Ad perfectam *Diarrhœæ* notitiam requiri videtur ut oſtendatur quæ ſint ventriculi & inteſtinorum contenta. tum propria, tum illic aliunde ſuggeſta, quæ per ſedem excerni ſolent; Ventriculi & inteſtinorum contenta præcipua ſunt *maſſa chylacea*, ejuſque, poſt ſucci nutrii diſtributionem, fæces reſiduæ; *Mucus* horum viſcerum, cruſtam villoſam oblinens, atque *lympha* glandulis ejus inhærens; quibus accedunt latex ſeroſus arteriarum oſculis exudans, nec non *ſanguinis & humorum recrementa* quæ per vaſa choledocha, pancreatis ductum arteriarum oſcula, nec non per fibrarum nervearum extremitates, aliaſque forſan vias in cavitates illorum interiores ſuffunduntur; Per ductus enim inteſtinales, velut per ſenniam non raro totius corporis impuritates expurgari ſolent; quæ ſiquidem intus reſtagnantes, vel copia turgent, vel acrimonia præditæ ſunt, alvum lubricando, aut ſtimulando, dejectiones crebriores ac uberiores cient. Præter ejuſmodi contenta, eſt aliud ex his reſultans, ſcil. Flatus, qui intra ventriculum & inteſtinorum cavitates pluſquam in alia corporis parte quavis aggeri ſolent. *Willis.*

5. *Excrementitij & ſinceriores*) Quod aliquando ſanguineæ fæces videantur, eſt quod ægri hæmorrhoidibus ſimul laborent, & ſic ſanguis in recto inteſtino cum fæcibus primum egreditur: Quod vero ſanguis veniat ex hæmorrhoidibus, hinc animadvertitur, quod ſanguis etiam inter excretionem exeat & fæcibus non permiſceatur. *Walæus.*

4. *Sine phlegmone, lienteria &c.*) Quæ eſſentia hujus morbi? ℞. Cum *Authore Deſin.* διὰ ῥεύματισμὸς πλείων τῆς κοιλίας ἄνευ λειεντερίας καὶ ἑλκώσεως πολυχρόνιος. Ita enim lego ut conformem reddam locum hunc illi *Epidem.* ſupra laudato: Quorſum enim ἡ φλεγμονή? quæ affinitas cum huic alii profluvio. Tum vero ἡ ἕλκωσις complectetur & dyſenteriam & teneſmum, Ita ſenſus erit, Eſt diſpoſitio rheumatica alvi copioſa & diuturna, ſine lævitate & ulcere inteſtinorum. *Hofmannus l. c.*

5. *Signo non eſt*) Imminentis ſigna *Hippocr. Coac. Prænot. ſect. 1. c. 20.* ſic proponit. *Quibus ructus adſunt, & flatus, ſtrepitus ac elevationes ventris, his fit alvi perturbatio.* Addit quoque *4. aphor. 73. murmura hypochondriorum lumborumque dolores.* Concurrunt inſuper aſina, anorexia, borborygmi, fluctuationes, tandemque ſe conatus in recto inteſtino prodit. *Præſentis* indicia ex affectus definitione eruuntur. *Eſſentialis* diarrhœa ex ſubjecti adæquati vera cognitione patebit, conjunctamque oſtendet appetitus proſtrationem, nauſeam pravam ingeſtorum fermentationem atque digeſtionem, ructus nidoroſos, fæcum liquidarum & pravarum, egeſtionem nunc flavarum, nunc viridium &c. *Partium conſenſum* læſæ harum actiones aliaque ſymptomata demonſtrabunt &c. Reliqua vide in Differentiis. *Stranſſius* §. 8.

Cauſæ.

Cauſa eſt [6] omne id quod [7] expultricem [8] ventriculi & [9] inteſtinorum vim præter naturam irritat ac intendit, retentricem contra debilitat ac deſtruit, ſive id per ſe, ſive per conſenſum fiat.

6. *Cauſa eſt omne id*) Ex dictis (Vide infra §. *Hypercatharſin cauſantibus*) manifeſtum evadit *cauſam Diarrhœa proximam materialem*, ſive *occaſionalem* (ſuppreſſo nempe ubique *ſpiritu impetum faciente*, ceu *cauſa efficiente formali proxima*) eſſe *humorem acrem*, ſive potius minimum ejus *fermentum*, nempe *acre*, vel *irritans* inteſtina, vel *inquinans*, ac plus minus colliquefaciens maſſam ſanguineam; Fermentum iſtud acre, *volatile* atque *acidum* ſpecifica tamen ſaporis eſſe videtur, quod cum bile, vel in inteſtinis, vel in folliculo felleo commiſtum talem texturam, ſaporem & naturam acquirit quod purgantium naturam ſive craſin imitatur, & ita ſimilem cum iis effectum producit. *Acidum* potius eſſe quam *bilioſum* hoc *fermentum* uſitatiſſima juvantia perſuadent, qualia præter *opiata* ſunt *corallia*, *terra ſigillata c. c. uſtum hæmatites & martialia*, *tormentilla*, ejuſque *extractum* acre, *vinum abſynthites*, paltus *oryza*, item *puls amygdal. dulcium* cum *lacte* &c. talia nempe omnia temperando ac in ſpecie corrigendo acido conveniunt. *Cauſa* interim *remota*, diſponens corpus ad Diarrhœam, eſt ventriculi fermentum digeſtivum non debito modo ſe habens ſed labefactatum, adeoque vel debile, vel vitiatum ut nec cibos fermentet, nec bilem digerat, hujus nempe, culpam ſubito luit alvus, ejuſque fluxus excitatur.

Unde quæcunque Acidum ſpirituoſum ſtomachale, modo deſtruere, è contra Bilem augere, vel in orgaſmum p. n. concitare valent, dant Diarrhœam; Multum ſimul confert habitus corporis conſtitutio; Nam ij qui denſæ ſunt texturæ, & cutem habent ſpiſſiorem, ſæpius quotidie egerunt, quam qui poros habent apertos, unde & illi Diarrhœis magis ſunt obnoxii quam hi. Hinc in qualibet Diarrhœa tam ſedulo opera danda ut vel copioſiori inſenſibili tranſpiratione, aut ſenſibiliori ſudatione corpus perſpirabile ſervetur. *Etmuller*

Habitu iſtiud mentum in vitio *fermenti digeſtivi & bilis* à naturali craſi alteratæ reſidet, *Illud* non rite digerit & ſubigit, nec tali corpori appropriat aſſumpta. *Hæc* nempe *bilis*, non rite perficit & ſeparat eadem ab excremento, quin hæc potius mutua miſcela ſaporem acrem inteſtina irritantem, & ad celeriorem expulſionem ſtimulantem acquirunt; Quibus occaſionibus, & ventriculus, & inteſtina, adeo irritabilia ſubinde evadunt ut à leviſſimo objecto, v. g. ab ordinario potu, ad motum excretorium ſive contracturam ſui irritentur. *Idem.*

*. *Omne id quod expultricem*) Si quidem irritatio determinat ſpiritus, (Vide ſupra cap. *De Iliaca paſſione* §. *Cauſa ſynectica eſt*) ad influxum uberiorem in fibras inteſtinorum, eaſque ad validiores contractiones ineundas impellit, adeo ut impetu expellant materias intra ſe contentas, manifeſte apparet quare bilis, ſuccus pancreaticus, medicamenta cathartica, vel quæpiam alia materia acris, cujuſmodi eſt quæ ulcus inducit inteſtinis in Dyſenteria aut Teneſmo, ad frequentiorem dejectionem impellant; laceſſendo videlicet inteſtina ſpiculis ſuis ſalinis.

Timor inſignis ad exonerandam alvum impellit, quia videlicet intro compellit ſanguinem & ſpiritus, ob quorum affluxum cum turgeant fibræ imi ventris hinc conſtrictio fit inteſtinorum quam ſequitur excrementorum & ad inferiora detruſio. Fibræ canalis Wirſungiani, cyſtidis felleæ, ac canalium choledochorum, cum eaſdem ſimul ſubeant contractiones, expellunt quoque ſimul bilem & ſuccum pancreaticum in inteſtina in quibus ambo hi humores fermentationem ſubeunt, craſſiores materias obvias diluunt, quæ inferius deturbantur omnes à motu periſtaltico. Tandem alvus, & veſica in cane cui fauces laqueo præcluduntur, laxantur protinus, quia ſcilicet commotio ſpirituum & ſanguinis affatim illos impellit in fibras carneas iſtarum partium, in quibus ſpaſmodicas contractiones cuocitant: Ut iſtius eventus appareat, ratio mechanica quamobrem convulſiones accidunt in ventre canis dum ſtrangulatur, adnotandum eſt, à fune, à quo admodum conſtringitur collum, adeo comprimi arterias carotides ac Venas jugulares, ut cum ſanguis in cerebrum influere nequeat, remeare is cogatur in unum ventrem eumque inundare, in quo motus ſpaſmodicos inducit, ſucceſſiva fibrarum facta intumefactione.

Neque quis recte dixerit, ſiquidem arteriæ vertebrales non comprimuntur, ſequi ſufficientem ſanguinis copiam in caput inferri, quia ſiquidem anguſtia inducitur venis jugularibus, hæ ſanguinem nequaquam revehere poſſunt, ac proinde nullus in caput inferri poteſt ſanguis; prohibente plenitudine vaſorum capitis quæ depleri non poſſunt. Hinc utraque jugularis (quæ viæ ſunt exitum ſanguini è capite concedentes) obſtructa, nullus ſanguis in caput compelli poteſt, quia is qui vaſa adimplet locum concedere nequit recenti ſuccedenti, Unde colligo ſanguinem, qui in caput influere debebat, ad inferiora ubertim & affatim compelli à corde tunc validius ſeſe vibrante & palpitante: adeo ut imo ventre diluvio hoc inundato, ac fibris carneis inteſtinorum nimioper eodem imbutis, immodicæ contingant exploſiones ac contractiones extraordinariæ. *Dan. Duncanus Tr. de motu Anim. c. 16.*

*. *Omne id quod expultricem*) In omni Alvi fluxu vel *Bilis* peccat primario, vel ſaltem ſecundario, ob vitium *ſucci pancreatici*, vel *ſalivæ*, *alimentorum*, *medicamentorum*, venenorumvè aſſumptione. Arbitror enim *Bilem* in omni alvi fluxu ſemper affici, quamvis necdum ſatis mihi conſtet quot quibuſve modis affici queat male, ut alvi fluxus producatur. Illud obiter notabo leviorem eſſe Alvi fluxum qui proprium conſequitur Bilis vitium; graviorem qui à ſucco Pancreatico vitiato pendet. *Sylvius Append. Tr. V.* §. 81.

6. *Quod expultricem ventriculi & inteſtinorum p. n. irritat*) Quoniam ob vitæ conſervationem animalia crebro & copioſo paſtu refici debent, idcirco neceſſe incumbit alimenti in ſuccum nutritium jugiter faticentis, reliquias tempeſtive amandari, adeoque chymi veteris exuvias penu ejus novo ſubinde locum cedere. Nam poſtquam chyli (in quo elementa perfecte diſſoluta à mixtionis vinculo liberantur) portio magis pura & elaborata in ductus chyliferos exprimitur, quod reſiduum eſt ſulphuris craſſioris cum ſale aculeato particeps, fœtorem graviſſimum contrahit, quapropter è maſſæ chylaceæ recentis vicinia, in craſſiora inteſtina dimoveri, & demum è corpore penitus eliminari debet. Quo melius hæc fiant, Natura *inteſtinis motum excretorium*, fere conſtantem, & quaſi ſolennem indidit, quo quidem alimenti fæces uſque ſenſim promoventur, atque motus iſtius ſtimulos ſive incitamenta varia conſtituit.

Quoad prius, Inteſtinorum, uti ventriculi, motus excretorius omnino à fibris carneis utriuſque viſceris tunicam mediam contexentibus perficitur, atque illatum in toto chyli tranſitu, viz. ab œſophago uſque ad inteſtinum rectum, binos ordines ſive ſeries notavimus; Fibrarum inteſtinalium ordo quidam Exterior, per viſcerum iſtorum omnium longitudines in tota ſuperficie recta protenditur. Series autem ſive ordo interior, fibris circularibus, inteſtinorum ductus velut annulis confertiſſimis ubique cingentibus conſtat: Utriuſque generis fibræ ſimul contractæ, viſcerum iſtorum cavitates, quoad omnes dimenſiones coarctant; quod dum ſucceſſive & ſeriatim, ac velut per ſubſultus fit, neceſſe erit quæque ejus contenta leute & proreptim uſque provehi, parte anteriore uſque à ſubſequente protruſa.

Hujuſmodi inteſtinorum motus vulgo dicitur Vermicularis, quoniam velut in lumbrico repente ab una parte in aliam continuatur, prius juxta Naturæ uſus & indigentias plus aut minus, etiam nobis minime conſciis continue peragitur, quia nimirum viſcera ſua ſarcinam ſuam paulatim uſque provehere debent, atque, ut interdum otioſa ab hoc penſo deſiſtant, pro data occaſione diverſis ſtimulis orgeantur.

Namque imprimis ipſa *chyli* & *fæcum* moles pondere ſuo tunicæ interioris fibras nerveas, quibus incumbit aggravans & proinde irritans, iis moleſtiæ ſenſum quendam imprimit, proinde ſtatim ut illæ ſucco nutritio jamjam ſaturæ, & cæteri cujuſque operis pertæſæ fibras carneas ad contractiones vermiculares, pro contentis ulterius promovendis inſtigent. Quando hoc ritu alvi contenta, de parte

in partem uſque ſenſim protruſa, prope finem coli deſcenderint, quia tunc preſſio ab inteſtini Recti parte muſculoſa ſentitur, idcirco motui naturali voluntarius ſuccenturiatur, quo nempe recluſo ani ſphinctere, & abdominis muſculis compreſſis, excrementa foras ejiciantur; Porro huic motui inteſtinorum excretorio reſpirationis organa nonnihil contribuunt, quatenus illa ventrem inferiorem huc illuc perpetim deducentia, contenta ejus dum ita conquaſſant lenie promoveri faciunt.

Præter irritationem prædictam, quæ fibræ carneæ Naturæ inſtinctu, & ſolenni ritu in vermiculationes crebras & fere continuas accientur, inſuper accedunt ſtimuli quidam alii, & varia incitamenta, quæ pro data occaſione contractiones iſtas excretorias intendant aut accelerent, & non raro in convulſivas adigant, ita ut alvus contenta ſua confertim & impetuoſe, & quaſi à carthartico proritata ejicere cogatur. Sunt autem intrinſeca alvi irritamenta, in primis Alimenta incongrua aut immodica, chyli degeneris corruptelæ, ſanguinis & ſucci nervei recrementa copioſa, vel acria è glandulis, aliiſque viſcerum emunctoriis, & præcipue è cyſti fellea, atque ductu pancreatis exudantia, quinimo ſeroſitates aut humores ſuperflui vel incongrui, è cruore & nervoſo genere, vel habitu corporis intus reſtagnantes.

Recrementa ſanguinis & ſucci nervoſi in viſcerum glandulis, cyſti fellea, ductu pancreatis, aliiſque forſan receptaculis congeſta, ſi quando ob plenitudinem aut irritationem exundantia, in cavitates inteſtinorum affatim deponuntur in quantum fibras ibidem nerveas vellicant, aut cum aliis ſuccis effervelcunt, ſæpenumero Diarrhœam producunt; Videtur flava bilis quoddam quaſi catharticum naturale, quod è vaſis choledochis uberrim effluens, purgationem ſpontaneam movet. *Willis.* Quomodo ab alimentis excitetur Diarrhœa, Vide §. *Vel à cibis corruptis*, Quomodo materies è locis diſſitis veniens, Vide §. *Alia eſt à toto*.

7. *Expultricem ventriculi &c.*) Quæ cauſa proxima eſt; ſine hac irritatione nulla fit excretio, ſive critica ſit ſive ſymptomatica. Differunt tamen modo læſionum: in critica diarrhœa irritatur expultrix à materia cocta, in ſymptomatica à materie cruda. *Rolfincius.*

8. *Ventriculi, inteſtinorum*) Subjectum principale quodnam ſit non liquet, dum alii modo inteſtina ſola, modo ſolum ventriculum, modo ventriculum cum inteſtinis ſimul partis affectæ rationem primario ſubire volunt. Hæc, inquit *Hofmannus Inſtit. lib. 3. cap. 10.* perpetuo quidem eſt vel ventriculus cum inteſtinis, vel inteſtina ſola; quatenus egerendis corporis excrementis inſerviunt; & *Galenus comm. in 6. aphor. 32.* Diarrhœam proprium Ventriculi paſſionem nominat; Quanquam vero ventriculus & inteſtina ob inſignem *κοινωνίαν*, ceu cauſas ſocias pro una ſtare poſſe agnoſcimus, non obſtare tamen arbitramur quominus adhuc, adhibita cum Recentioribus diſtinctione; *Inteſtina τῦ πρώτυ δικαιῦ* vicem gerere, ventriculum vero adæquatum diarrhœæ ſubjectum eſſe pronunciemus, Eſt enim inteſtinorum omnium uſus, ut ſint inſtar terræ ex qua meſaraicæ ſanguinem trahant, lacteæ vero venæ ſugant chylum, verbis *Barthol. lib. 1. An. Ref. cap. 10.* hinc tenuia non tam chylo generando quam potius ducendo, craſſa vero fæcibus continendis, & tandem tranſmittendis deſtinata ſunt. Inſignem huic rei lucem fœnerantur quæ de *Gland. inteſt.* habent *Peyer & Pythagoras* &c. quandoquidem hoc in affectu inteſtina ſecundum has glandulas non parum affligi veroſimile eſt, Laborant itaque Inteſtina *principaliter* quatenus cibum in ventriculo (ceu ſubjecto diarrhœæ adæquato) fermentatum & expreſſum, non ad debitum tempus, donec ſegregatio rite fuerit facta, retinent, ſed juſto citius expellunt, Neque fluxus alvi, niſi his affectis proprie adeſſe dicitur, Unde nonniſi horum mentionem facit *Sylvius Pr. lib 1. cap. 16.* Laborant nempe illa vel vitio proprio, vel per ſympathiam cum aliis partibus, quæ *mandantes* dici, tum *ſubjectum cauſa* ſolent. *Stranſſius Pal. l. 3. Gymn. 6.*

9. *Inteſtinorum*) Excreta iſta quæ per Diarrhœam ejiciuntur; non ſunt actu in Inteſtinis, ſed deferuntur eo, partim ex *ventriculo*, ratione aſſumptorum, partim ex maſſa ſanguinea, per ductus tam pancreaticos quam choledochos, & vaſa excretoria glandularum inteſtinalium; Interim ſi per vaſa choledocha nonnihil copioſius tranſcoletur, fit *Diarrhœa* dicta *bilioſa*. Si per vaſa *Pancreatica*, dicitur *ſeroſa* &c. ſicut ipſa excreta ſi viſcidiora, ac minus tincta ſuerint, dicitur *Pituitoſa*, quæ tamen vel ex vitio chylificationis, vel ex vitio inteſtinorum, quibus incipiens imminet Dyſenteria, originem habet. *Ettmuller.*

Prognoſis.

9. *Curatio* eſt *difficilis*, 10. *ſi* mulieri prægnanti accidat, quia alimentum fœtui ſubtrahit, ligamenta per concuſſum laxat, & tetrorum vaporum elevatione abortum infert.

11. *Facilior*, 12. *ſi* vomitus ſuperveniat, quia materia ab inferioribus ad ſuperiora revellitur: *ſi* poſt ophthalmiam accidat, quia materia à ſuperioribus ad inferiora revellitur: *ſi* 13. leucophlegmatia detento, etiam ſi ſit fortis, ſupervenerit, morbi initio, integris viribus ac ſalvis viſceribus, quia materiæ morbum facientis à toto habitu, per alvum fit evacuatio.

14. *Non ſtatim tentanda*, *ſi* qualia oportet purgantur, *ſi* confert & facilè ferunt, *ſi* febris abeſt. 15. Sæpe enim uno die vel pluribus fluere alvum pro valetudine eſt, ſi intra ſeptimum diem id conquieſcat, *ſi* præſumitur ex conditionibus eſſe critica.

9. *Curatio eſt difficilis*) Fluida alvi excrementa cum dolore & laborioſa ac frequenti dejectione mala; ſignificant enim humorum maximam acrimoniam, quæ inteſtina vehementer vellicat, ſtimulat, pungit & erodit.

Liquida dejectio, quæ cum morbo acuto incipit, & cum eodem perſeverat, mala; Significat enim magnam materiæ morbificæ copiam, vel malignam qualitatem, quæ Naturam cogit ad præcocem illam Diarrhœam.

Alvi dejectiones *vitellina*, *virides*, *æruginoſa*, *livida*, *nigra*, *variegata*, aut valde *fœtida*, *mala*. Malæ ſunt ob rationes capite de vomitu allatas. *Liquida* dejectio quæ non ſentientibus effertur, valde mala, aut

aut enim ex[illegible] mentis & delirium ſignificat, aut calor[illegible] reſolutionem quam ſenſus abolitio conſequitur eſt, *Riverius*.

A Pleuritide aut peripneumonia detento, diarrhœa ſuperveniens malum 6. aph. 6.

Mala eſt colliquativa, diuturna, fœtida, verminoſa, & in initio morbi, 4. aphor. 22. atrabilaria. *Rolfincius*.

Quoad Prognoſin obſervanda inprimis *Differentia Diarrhœarum*; nam ex harum conſideratione, ac cum viribus & ſtatu ægri collatione manifeſta ſe exſerit Prognoſis. Si *craſſa* admodum, aut *alba*, aut *viridia*, aut *crocea*, aut *ſpumantia* dejiciuntur, hæc omnia mala ſunt; Item mala dejectio *pauca, glutinoſa, alba ſubpallida, lubrica*, Exitioſa vero eſt *nigra, pinguis, lividæ, æruginoſa*; *Verſicolor* quidem diuturnior eſt, ſed nihilominus exitialis, omnium periculoſiſſimus eſt fluxus Colliquativus, præſertim in tabidis, hecticis. *Etmuller.*

10. *Si mulieri pregnanti accidat*) Nonnunquam innoxia eſt diarrhœa. Vide § 58. *Nec ſiſtenda nec promovenda*) ſub finem.

11. *Facilior*) Alvi excrementa liquida, quæ in morbi progreſſu ſenſim craſſeſcunt, bona, virtutem enim bene operantem ſignificant; quæ pravos humores concoquit, cum concoctio fiat incraſſando. *Riverius.*

12. *Si vomitus ſuperveniat*) Longo alvi profluvio laboranti ſpontaneus vomitus ſuperveniens morbum ſolvit: Aph. 15. 6. fit enim revulſio materiæ morbificæ in contrariam partem; Et illa revulſio oſtendit Naturam refici ac vires reſumere, ut enim Medicus eorum quæ ad partem aliquam fluunt retractionem molitur; ita Natura cum ſpævalere incipit, humoris ad partem affectam confluentis repulſionem facit, dum illa para refici ac roborari incipit. *Riverius.*

13. *Si Leucophlegmatia detento*) Hippocr. aph. 29. 7. id quod limitatione indiget; verus ſiquidem eſt aphoriſmus ſi talis alvi fluxus in morbi principio, & adhuc conſtantibus viribus accidat, alioqui non morbum ſed ægrum de medio tollit. *Riverius.*

14. *Non ſtatim tentanda*) Diarrhœa in qua fœculenta excrementa varia, humoreſque in ventriculo & inteſtinis genita, vel eo tranſmiſſa evacuantur, non erit ſiſtenda, ſi vel arte per medicamenta promota, vel à natura ſponte ſuſcitata, ad redundantiam corporis expurgandam, recte & feliciter procedat, tum in nondum ægris ad morbos præcavendos; tum in morbis ab humorum copia & cacochymia pendentibus. Item & in acutorum principiis, ubi, docente *Hippocrate*, *Si talia qualia oportet dejiciantur, & ægri bene tolerent, bonum*, Vel etiam in declinatione & criſi. Compeſcenda vero tunc erit ſi in ſanis & puris corporibus hæc eveniat, maximéque ſuperpurgatio dicta ſequatur: In *ægris* vero, ſi vel promota, vel ſponte ſuperveniens; vel quia non ceſſit; vel quia de cauſa morbi nihil aut parum aufert, vires proſternit, & ſic nocet, vel jam prius illia dejectia exitium affert, veluti in internis inflammationibus, pleuritide, peripneumonia, & in quibuſdam febribus acutis, malignis, peſtilentibus; & in aliis quibuſdam diuturnis vires proſternentibus, ut hecticis, phthiſi, hydropi ſuperveniens lethalis. In quibus omnibus, quantum fieri poteſt, ne fiat, aut facta jam ſiſtatur, præmiſſo prognoſtico procurandum. *Platerus.*

14. *Non ſtatim tentanda*) In ſpecie conſiderandum quænam ex multiplici Diarrhœæ differentia curanda in primis veniat. Ubi 1. ſciendum *artificialem*, 2. *ſpontaneam ab errore externo*, 3. *ex humorum metaſtaſi*, 4. ex *humorum ſpontaneo motu* 5. *ſymptomaticas*, ſi ægro commodæ 6. *criticas*, non eſſe curandas, ſed relinquendas, nec naturæ motum turbandum, quin ſpectatorem ſaltem agere, & ſi deficere videatur, moderate ſtimulandum. Sin vero tales Diarrhœæ futuræ ſunt nimiæ, adeo ut ob ventriculi vitium hinc *ejus læſa fermentatio*, vel *bilis defectus*, aut *ejus corruptela*, vel inteſtinorum *atonia*, aut facilis irritabilitas, hinc metuenda ſint, ſiſtendæ veniunt moderate. Indicium quando curandæ, vel non curandæ ſint tales Diarrhœæ, præter dicta inprimis ſuggerit Ventriculi appetitus & coctio, quibus ſalvis, nil nocet Diarrhœa. Sanandæ igitur ſunt Diarrhœæ modo dictæ, 1. ſi ſint *nimia*, 2. *Diarrhœa morbus*, tam *ſimplex* quam *epidemicus*, 3. *Diarrhœa ſymptomatica*, præſertim *colliquativa* 4. *Diarrhœa habitualis*, Quibus omnibus generalis illa cura applicanda venit. *Etmuller.*

14. *Non ſtatim tentanda*) Diarrhœa ex ſe non minatur periculum niſi ſit vehemens, maligna, quin potius multa ſæpe exhibet beneficia in ſanis & ægris, 1. in *ſurditate 4. aphor.* 2. *ophthalmia laborantem alvi profluvio corripi bonum. aph. 4. 17.* 3. In *leucophlegmatia 7. aph. 29.* critica ſemper bona, ſymptomatica vero ſemper mala; ut in phthiſicis 5. aph. 14. Siſtendas non eſſe Diarrhœas oſtendunt eorum exempla quibus ex fluxu ventris cohibito hydropa ſubnatus, *Hippocr. 2. Epid. ſect. 2. t. 14. Stymargi* uxorem, cum alvi fluxum inhibuiſſent, gravidam incidiſſe in abortum ſcribit. Symptomatica diarrhœa immodica ſi ſit, interdum ſiſtenda, interdum non; Non ſiſtenda eſt una vice, cum vires ſolum lædit, & imbecillitatem aliquam corporis inducit; quamvia enim mala ſit ratione ſigni, bona tamen eſt ratione cauſæ, moderatione itaque ſolum eſt opus. Statim ſiſtenda, cum non ſolum vires dejicit, ſed ſyncopen, lienteriam, dyſenteriam, atrophiam, cachexiam, vel alia mala inducit. Critica perfecta moderate fluens, cum virium tolerantia, naturæ permittenda, argumento lib. 1. aph. 20. Si imperfecta adjuvanda. *Rolfincius.*

15. *Sæpe enim uno die vel pluribus*) Uno die fluere alvum ſæpe pro valetudine eſt, atque etiam pluribus dum febrea abſit, & intra ſeptimum diem conquieſcat, Purgatur enim corpus, & quod intus læſurum erat, utiliter effunditur, Verum ſpatium periculoſum eſt, interdum enim tormina & febriculas excitat, vireſque conſumit; Interdum autem evenit ut id neglectum pluribus diebus curari difficillimum fit. *Celſus lib. 4.*

Curatio.

[16]. *Peragitur*, I. [17]. *Materiæ* ipſius *evacuatione* [18]. per *Rhabarbar.* [19]. in ſubſtantia. *Mechoacannam*, [20]. *Tamarindos.* [21]. *Myrobalanos*, & ſyrupum *roſar. ſolutivum.*

II. *Revulſione*, quæ [22]. per venæ ſectionem, [23]. vomitum, β frictiones, ligaturas [24]. urinas. [25]. ſudores perficitur.

III. [26]. *Adſtringentium uſu*, ex quibus, γ ſi ſimplicia ſpectentur, præcipua ſunt

Radices *tormentillæ*, *plantaginis*, *caryophyllatæ*, *prunorum ſylveſtrium.*

Folia *plantaginis*, *lyſimachiæ*, *burſæ paſtoris.*

[27] Semina *portulacæ*, *naſturtii toſti*, flores *Roſarum*, *balauſtia*, *poma* & *pruna* ſylveſtria
Ligna, *ſantalum rubrum*.

Aromata, *Nux moſchata*.

Mineralia, *Terra ſigillata*. *Bolus Armenus*, *Cryſtallus*, *&c.*

[29] Si compoſita, ſunt, Tragæa [30] *granar. actes* Querceetani Pharmacop. cap. 21. *Oſſa hominis calcinata*, *Terra dulcis vitrioli*, *Crocus Martis*, *Cornu cervi uſtum*, *Theriaca recens*, *conſerva roſarum antiqua*. *Diaſcardium Fracaſtorii*, *Sperniola compoſitum*, & [31] ſi fluxus ſit nimis vehemens, [32] *Philonium Romanum* & *Laudanum opiatum*.

[33] Extra, [34] Emplaſtrum *ex* [35] *theriaca* antiqua, & *terra ſigillata* ana. [36] *Lintea* in forti *aceto* intincta [37] ventri & lumbis impoſita. *Corticum pomorum pini* acerrimo aceto decoctorum, [38] fumus, ima ſede receptus.

IV. [39] *Diæta*, in qua [40] locum habet aqua *chalybeata*. In qua *Corall. corn. Cervi*, *nux moſchata*, decocta. Aqua vel [41] vinum in qua quatuor vel quinque [42] *meſpila* matura efferbuere. [43] Potus ex *aquæ libris iv.* & *maſtiches unc. j.* decoctus. Emulſio *amygdal. dulcium in aqua tormentillæ*, vel decocto *foliorum quercus*, *pulvis diatragac. in ovis ſorbilibus*, &c.

[16] *Peragitur*) Hac methodo, obſervando primum an *per ſe* hæc accidat citra alium affectum comitem; Vel an *alius affectus concurrat*, *illumve ſequatur*. Si per ſe eveniat, ſitque vel à medicamento facta *ſuperpurgatio*, vel à *cibo* & *potu* nimio, *crudo* vel *corrupto*, aut *humoribus biliosis vel acribus* vel *pituitoſis ſeroſis*, tunc per evacuantia, ſi quid de cauſa ſubſiſtat; & exagitare non deſinat, illud propellere oportet, ſtimuluſque illius reprimendus. Dein *ventriculus*, eoque magis ſi vomitus ſimul infeſtet, & *Inteſtina*, roboranda, conſtringenda, idque calidioribus magis minuſve, vel temperatis vel frigidis prout cauſa plus minoſve calida vel frigida. *Platerus*.

In cura Diarrhœarum in genere. I. *Acrimonia humorum* ac potius *fermenti peccantis*, nunc *acida*, nunc ſimul *alkalina*, ſeu *biliosa*, adeoque *æruginoſa*, *temperanda ac corrigenda*, indeque nata *maſſæ ſanguineæ* aliorumque contentorum *colliquatio fermentativa* inhibenda, & jam facta per ſudorem ejicienda, II. *Irritationis ſenſus* acutus *opiatis* vel ſimilibus *ſopiendus*. III. *Stomachus* ſimul probe conſiderandus, & *Appetitus læſus*, ejuſque tonus plus minus reſolutus apprime reſtituendus. *Etmuller*.

[16] *Peragitur I.*) Ut & *Alteratione*. *Alterantia* reſpiciunt *Intemperiem*, *Pravam qualitatem*, *Nimiam tenuitatem* & *acrimoniam*. 1. *Intemperiem* humidam reſpiciunt *Adſtringentia Acida*, quæ magis exſiccent quam craſſefaciant, ut *ſuccus limonum*, *citri*: Adſtringunt etiam *terra ſigillata*, *bolus Armena*. 2. *Malignitatem* imprimis reſpiciunt alexipharmaca, quæ tum exſiccant tum roborant, materia partim diffuſa per ἄδηλον διαπνοὴν, partim etiam per ſudorem & urinam evacuant. Palmam præripiunt *Bezoar minerale & animale*. 3. *Incraſſant* Emulſiones cordiales ex *ſemin. papav. albi*, *lac chalybeatum*, *lac cum oryza*. 4. *Acrimoniam* & caliditatem humorum temperant, *ſerum caprinum chalybeatum*, *Decoctum ſantal. cum rad. cichor.* Rolfincius.

[16] *Curatio peragitur*) In *ſpecie* Diarrhœa nimia ob *errorem externum*, v. g. *fructus*, per *abſorbentia* & *figentia* ſi ſiſtitur.

℞. *Corall. r. ppt. c. c. uſti* āā. ℈j. *nuc. moſch gr. xv. Eſſentia opii gtt. v.* m. pro ij. dozibus in hauſtu *cerevisiæ cal. vel vini abſynth.* calide aſſumendo.

Diarrhœa ex *ſpontaneo humorum motu* nimio, pariter ut ea quæ ex errore externo oritur tractanda, ventriculo imprimis ſuccurrendo ubi *amara*, ut *abſynthium*, & *theriacalia* ſpeciatim conducunt.

In *Epidemica*, appropriatis alexipharmaca & ſudorifera miſceantur, ut

℞. *Antimon. diaphor. terra ſigill.* āā, *gr. xv. ſalis volat. viper. gr. vi. pulv. nuc. moſch.* gr. vi. m. F. Pulvis pro dozi, blandum expectando ſudorem, cui interdum unum vel ij. *gr. opii* adde, Vel

℞. *c. c. ſ. igne* ʒß. *extr. torment. gr. xv. ſal volat. c. c. gr. vi. laud opiati gr.* jß. m. pro ij. dozib. vel robuſtiori pro j. expectando ſudorem; In *præcordiorum anguſtiis* junctis

℞. *Ol. deſtill. macis* ℈ß. *junip.* ℈j. *caryoph. gtt. vi. nuc. moſch. expreſſi q. ſ. pro corpore Balſami.* miſce

Diarrhœa *habitualis* imprimis curanda venit *Thermis* uſurpando interne aromata ſtomacho grata. Sic *Riverius cent. 4. obſ. 47.* refert alvi fluxum per octo annos durantem *Thermarum* uſu fuiſſe curatum, Per quas etiam curatus fuit alvi fluxus cum ulcere, eodem teſte *obſ. 49.*

Colliquativa Diarrhœa vix niſi curato primario morbo auferri poterit; Interim *temperantibus* ac blande *ſtringentibus* ulterior ejuſdem progreſſus, quantum poſſibile cohibendus. *Etmuller*.

Reliquas ſpecies DiarrhϾ vide ſuis locis.

[16] *Peragitur*) *Pro prædictis ſcopis* (Vide ſupra §. 16. *Peragitur*, ex Etmullero) melius obtinendis I. In quovis alvi fluxu, qualiſcunque etiam ſit, ventriculi ſumma ſemper cura habenda; hinc calidus potus & calidus fotus ſemper conveniunt. II. Diaphoreſis, quantum poſſibile eſt, conſervanda, interdum promovenda, ſpeciatim ſi à fermento humores ipſi ad colliquationes diſponantur, nam ſi à ſimplici irritatione eſt Diarrhœa, non æque neceſſaria ſunt, item in Epidemica pariter atque contagioſa magis quam aliis ſpeciebus conveniunt. III. Ubi ventriculus maxime laborat, vomitus eſt proficuus, *ſect. iv. aphor. 17.* adeoque cum maxime urgent ſtomachi ſymptomata, hincque diuturnior evadit affectus, vomitus imperandus. IV. Adſtringentia, qua talia, non conveniunt in Diarrhœis, quid enim juvat adſtringere & arctare partes, & excrementa retinere dum omnia adhuc ſunt in motu. V. In nulla Diarrhœa, in principio evacuatio per alvum confert, ſed ſufflaminato prius humorum impetu, & deleto irritationis ſenſu, ubi neceſſe fuerit vel clyſmatis alvus abluenda, vel minoribus

miſtioribus medicamentis purgandus æger, alioqui affectus ingraveſcit. *Idem.*

17. *Materia ipſius evacuatione*) Per *rhabarbarum* &c. ſed non conveniunt talia niſi in declinatione, pro reliquiis exterminandis: vel in principio, quando nempe excernenda varia, vel in primis viis congeſta ſunt; vel quando ex fructibus horæis malum recens natum eſt: Tunc, ut removeantur ſordes iſtorum locorum, ne ab iis ſupprimatur vel retardetur vis appropriatorum remediorum, in principio blanda talis abſterſio locum habet. *Etmuller.*

17. *Materia ipſius evacuatione*) In nulla Diarrhœa in principio *Evacuatio per alvum* confert, ſed ſufflaminato prius humorum impetu, & deleto irritationis ſenſu: ubi neceſſe fuerit, vel *clyſmatis* alvus eluenda, vel blando *rhabarbarino* inteſtina abſtergenda. Quin potius ſpectatores motus aliquando naturæ erimus, quamdiu non excedit, & morbificæ cauſæ potiſſimum canonem habeamus. *Etmuller.*

18. *Rhabarbarum &c.*) Purgatio ſic concinnari poterit,

℞. *Rhabarb. el.* ʒj. *myrobal. citr.* ʒß. *ſantal. citr.* ʒß. *infundantur in aqua plantag. In expreſſo diſſolve rhabarb. pulv.* ʒß. *ſyr. roſac.* ℥j. *f. Potio*: Poterit addi *cathol.* vel aliud medicamentum purgans pro conditione humoris ea purgandi. *Riverius.*

℞. *Rhabarb.* ʒß. detur in jure pulli. *Rolfincius.*

18. *Per Rhabarbarum*) Convenit Potio ex *Rhabarb.* vel *integro*, vel *torrefacti* pulvere, vel *diluto* ipſius. Cui *vinum abſinthites*, aut *ſyrupus*, aut de *mentha* commode additur; Vel *Pilula* ex *rhab.* ℈ij. *maſtich.* ℈j. *ſpicæ* ℈ß. *& ſucco roſar.* Vel *Bolus ex eo cum carne cydonior.* aut *conſerva roſar.* fingi. Vel *Pulvis ſiccus*, cum *cinnam.* & *ſacch. roſato. Myrobalan.* addi poſſent niſi molem medicamenti; quæ hic exigua eſſe debet, augerent. *Platerus.*

19. *Per rhabarb. in ſubſt. mechoac. tamarind. &c.*) Convenientiſſima ſunt remedia quæ parantur ex *rhabarb. myrobal.* & *maſtiche.* Ex quibus hæ Pilulæ confici poſſunt, quæ in omni fluxu ventris tuto dantur.

℞. *Myrobal. citr. chebul.* āā. ʒß. *maſtich.* ℈j. *ſpicæ n. gr.* vj. *cum ſyr. roſ. f. Pilulæ*, doſis pro prima vice ʒß. *deinde* ʒj. ſi opus iteratione *Foreſtus ex Rondeletio.*

19. *Per Rhabarb. in ſubſtantia, Mechoacan. &c.*) Expurgandus ventriculus & inteſtina ab humore peccante, idque levioribus, ne alvum prius commotam nimis exagitent, Utendo, ſi *humor aqueus & pituitoſus* ſit, pilulis ſtomacho ſimul congruentibus inprimis illis quæ *maſtichen* ſimul recipiunt, ut *Aſſaiereth. maſtichinæ*. Vel datur *Elect. Hieræ ſimpl.* ad ʒvj. aut *pulver.* ʒij. addendo ob amarorem, *oxyſacch. ſimpl.* ℥j. cum liquore convenienti, vel multa, uti veteres voluerunt; Sed hæc amara commodius forma Pilularum dantur, *Pilulæ* ſcil. de *hiera*, (aut Boli nebulis involuti.)

Si *bilioſus humor*, aut alioquin *acris* diarrhœam inducat, eadem remedia leviter purgantia, & adſtrictionem quandam habentia, in Dyſenteria explicata, hic quoque conveniunt.

Troch. de roſis dicti; oti & ex *ſpica, ſpod. ſemine berber. ſemin. frigid. maj.* addito *diagrydio*, ſi purgandum in uſu ſunt.

Tryphera Saracenica Nic. ad ʒvj. cum ejuſmodi potionibus ex *myrobal.* vel *rhabarb.* vel utriſque paratis, quandoque diſſolvitur, ſi humorum adeſt copia, vel *Cathol.* tantundem: Ad fortiora tranſire in alvi hoc nimio fluore non tutum *Platerus.*

Rhabarb. bis infuſum, & poſtea *aqua roſar.* lotum, bis aut ter, & exſiccatum, utile. *Riverius.* Quum opus eſt abſterſione inteſtinali, uſitatum fere eſt *rhabarbar.* propinando illud crudum ad ℈j. cum *conſerva roſar.* vel ejuſdem toſti ℈ij. cum gran. vj. vel viij. *pulv. nuc. moſch.* vel in forma ſicca vel cum *ſyr. roſac. ſolut.*

Decoct. *Tamarind.* ſuaviter alvum laxat, & ſtomacho amicum eſt. *Etmuller.*

20. *Tamarindos*) Eorum pulpa cum caſſia convenit quoad laxandi effectum; differt quod acidula ſit, & non tam laxitatem quam adſtrictionem poſt ſe relinquat, ſeparata itidem à villis ſeu filamentis & nucleis, Frequenter cum caſſia miſcetur, eadem gaudent doſis, ut altera alteram corrigat; Acidula ſua qualitate, ſimul fermentativa, laxat quidem, ſed ſimul acrimoniam bilioſam mitigat, unde in febribus, hæmorrhoidibus fluentibus, gonorrhœa, ictero, hydrope &c. convenit, ſitim ſedat, quin & *Tincturam Martis* extrahit, quod Minſicht inprimis commendat; vim aperitivam & corroborantem adaugens. *Wedelius.*

21. *Myrobalanos*) Conſtituunt purgans lene, quæ vis lenitiva, ſeu purgandi, adeo exigua eſt ut dubitetur fere num inter laxantia vel adſtringentia ſint referendæ: præcipue cum, *Fragaſo teſte Med. Ind. Tract. 3. c. 22.* Indi ipſi iis non utantur ad purgandum, ſed ad retinendum fluxum ſanguinis & ſeminis: Temperant & alterant potius humores peccantes, bilem obtundunt, ejus motum refrænant & leniter educunt, ac poſt ſe adſtrictionem relinquunt. *Wedelius.*

Ex *myrobalan. citrin.* vel *chebular. infuſarum ad* ℥ß. potius expreſſione vel decoctione levi quam pulvere, cujus ægre tanta copia una vice ſumi poteſt, Potio poteſt effici: Vel ex *myrobal.* ʒij. & *rhabar.* ʒj. concinnari. *Platerus.*

22. *Per venæ ſectionem*) Si ſanguinis redundantis indicia fuerint, & robur virium, phlebotomia initio celebranda eſt; at ſi febris adfuerit, ſanguis detrahendus eſt, etiamſi nulla plethora appareat. *Riverius.*

In Diarrhœa ſolitaria ſine febre multis caſibus convenit v. ſ. 1. cum ſit ab æſtuatione jecoris, quia ſic fluxus cauſa tollitur, dum jecur refrigeratur. 2. cum plethora juncta eſt, vel cacochymia, tum enim partem illius materiæ quæ in venis hæret ſimul educit. 3. Si jungatur dolor aut inflammatio vires proſternentes, argumento *Galeni, comment. 1. aphoriſ. 23.* revellit enim ab inteſtinis abſque periculo. Secetur autem ab initio, viribus conſtantibus, baſilica ſiniſtra in ſpleneuca, baſilica dextra in hepatica. Venæ manus poſſunt etiam aperiri ſi vires magnas evacuationes non ferant. *Rolfincius.*

β. *Frictiones, ligatura*) Exque dolorificæ in artubus ſupernis & infernis. Proſunt etiam *Cucurbitulæ ſcarificatæ* ut vicariæ phlebotomiæ. *Rolfincius.*

24. *Urinas*) Conveniunt etiam διούρητικὰ quæ promovent. *Rolfincius.*

Decoctum *granorum juniperi* in vino paratum, per triduum exhibitum multum confert. Tum *pulvis cicadarum* cum vino albo exhibitus ad ʒj. Hæc duo conferunt materiam alvi fluxum committentem ad vias urinæ derivando. Paratur *Decoctum Juniperi* ſic

℞. *Granor. juniper. m. j. vini rub.* ℔iß. *bulliant ad duarum tertiarum conſumptionem*, colaturam capiat mane per triduum.

Potus etiam *aquarum ſulphurearum* conducit, totum corpus expurgando & ventriculum roborando, inveteratamque diarrhœam curat. Cujus rei exemplum habetur in obſervat. noſtris. *Riverius.*

22. *Sudores*) Sudorum provocatio, inprimis ſi ſeri copia diarrhœas efficiat, convenit. Et ſi vires ferant, admodum ſæpe juvant. *Platerus*.

22. *Sudores*) Diaphoreſis item, quatenus fieri poteſt, ſervanda, Interdum promovenda, ſpeciatim ſi à fermento humores ipſi ad colliquatione diſponantur, Nam ſi à ſimplici *irritatione* eſt Diarrhœa, non æque neceſſaria ſunt. Item in *Epidemica* pariter atque *contagioſa* magis quam in aliis ſpeciebus conveniunt. *Etmuller*.

23. *Sudores*) Conveniunt *ἱδρῶτα* quæ promovent. *Rolfincius* Mercurius diaphoreticus per aliqnot dies ad gr. xij. exhibitus omnes corporis impunitates aufert, quæ contumaces interdum alvi fluxus parere conſueverunt. *Riverius*.

24. *Vomitum*) Convenit judicio *Hippocr. 6. aph. 15.* ſponte ſuperveniens: Arte factus prodeſt etiam in initio: materia eſt *jus pulli ſemin. citri* alteratum ad ℔j. cum *oxymel. ſcillit.* ℥ij. Si craſſior adſit pituita, addatur *ſuccus raphani*. Si ſenſus ventriculi obtuſus, *ſemen carthami ad* ℥iii. ſi plane languidus, *radix aſari ad* ʒj. *Rolfincius*.

24. *Vomitum*) Ubi ventriculus maxime laborat eſt proficuus, *Sect. 4. §. 17.* Adeoque cum maxime urgent ſtomachi ſymptomata, & exinde diuturnior evadit affectus, vomitus imperandos. Confer *ſect. 2. aph. 15. & lib. 2.* de rat. vict. *Etmuller*.

Inter ea quæ evacuando pruſunt, Vomitus interdum *revellendo*, & cauſam ſimul evacuando, ut in Dyſenteria convenit. *Platerus*.

25. *Adſtringentium uſum*) Corpore ſufficienter evacuato, tum medicamentis purgantibus, tum ipſo alvi fluxu, adſtringentia & roborantia uſurpanda ſunt, tum per os aſſumenda, tum per clyſteres injicienda, tum veotri admovenda, quorum formulæ à curatione Dyſenteriæ repetendæ. *Riverius*.

25. *Adſtringentium uſum*) Valet à proprietate & eſt laudatum ab omnibus

℞. *Caſei ovini vet. & exſiccati q. v. ſcinde in fruſta* poſt aliqualiter bulliat in aqua, ut ſal & nitroſitas removeantur. In tali aqua poſtquam bullierit pluribus vicibus laverur, donec fiat totaliter dulcis, & quouſq; removeatur, totum ſal, deinde exſiccetur & pulveriſetur ſubtiliter, de tali pulvere detur ʒ:ß. cum vino rubro ſtyptico. *Leonellus Faventinus*.

25. *Adſtringentium uſum*) Hæc, qua talia, non conveniunt in Diarrhœa, Quid enim juvat adſtringere & arctare partes & excrementa retinere dum omnia adhuc ſunt in motu? quin potius metaſtaſeos in aliam partem nobilem, ant ſupervenientium graviſſimorum ſymptomatum abdominis ingruit metus. Sic enim ex Diarrhœa cydoniatis intempeſtive ſuppreſſa Ileon lethale obſervavit *Ballonius*, *Menſe Jann. 1686. vocatus fui ad virginem, cathectico vultu donatam, cui acciderat diarrhœa, quæ ſponte ſubſtitit, altero die, ſupervenere manuum & pedum contractiones dolorifica, præſcripſi Purgationem & Litum, eadem ipſa die reſtituta eſt.*) Nec ſtomachus aut inteſtina laxitate laborant, vel reſoluto tono, non magis ſcil. quam in hypercatharſi. Non igitur niſi in Diarrhœa diuturna jam curata, pro primarum viarum tono redintegrando, propriè dicta adſtringentia, *cydoniata* v. g. aut ex meſpilis deſumpta conducunt. *Etmuller*.

y. *Radices tormentillæ &c.*) Ea quæ ſapore ſtyptico plus minos imprægnata ſunt, v. g. *tormentilla. terra figill. c. c.* uſtum *ſacchar. Saturni* &c. non tam adſtringendo, quam ſpecifica ſui textura ſaporem fermenti, vel humoris peccantis corrigendo, abſorbendo &c. prodeſſe potius videntur. *Etmuller*.

y. *Tormentilla*) Ejus *Extractum* convenit, præmiſſo, ſi opus eſt, *rhabarb.* una alterave vice; hinc exhibetur *Extractum Tormentillæ* cum aqua quadam factum à ʒß. ad ʒj. in *juſculo* calido. Præcellit omnibus aliis medicamentis, in Dyſenteria etiam epidemica, vel *extractum ex hoc extracto*, cum *ſpiritu vini* paratum, cum *laudano hyſterico* aut *opiato* propinatum eſt egregium: Quinimo ſolus Pulvis *rad. tormentillæ*, hic convenit. *Etmuller*.

26. *Si ſimplicia ſpectentur*) Præcipue in uſu ſunt *rad. alceæ*, *tormentill.* quæ & in venenatorum morborum diarrhœa ſimul eſt aotidotus, *equiſetum*, pulveriſata cum *vino* data, *lagopi folia*, *panniculi & ſem. oxylap. acetoſ. plantag. naſturt.* torrefactum, quod magnifit, *maſtiche*, *tragac.* pulveris forma propinanda.

Præter hæc à *Dioſcor.* & aiiis probantur *pulveres aſtragali*, *hyacinthi*, *acanthi*, *myrica*, *verbaſci*, *rubi Idæi*, *cort. tamaric.* Folia *ſanguiſorba*, *ſingar. cum rad. pyrola*, *piloſella*, *virga aurea*, *pulmonar. clemat. prima*, *anchuſa*, *lens ſylv. phyllitis ſedum mai. ruta*, *aneth. aniſum*, *fœnic. errat.*

Flores *labruſca*, *verbaſci*, *milii Indici*, oſſa *myrobal. aſſata*, *avellan. putamina*, *nux moſch. toſta*, *caryoph. toſt.* Semen *coriandri*, *avellanar. putamin*, *anethi*, *junci* maxime, *granat. nuclei*.

Coagulum *lepor. fimus caninus*, *cornu cervi*.

Rubrica ſinopica, *terra Lemnia*, *cryſtallus*, *margar. coralia*. Platerus.

26. *Si ſimplicia ſpectentur*) *Lycium* optimum eſt medicamentum ad alvi profluvia, in quibus plerumque optimo uſus ſum ſucceſſu. *Garcias ab Horto*.

Ex *Fanfel* viridi aquam ſtillatitiam vitreis organis elicio, qua maximo cum ſucceſſu in bilioſis alvi profluviis utor. Sed arcanum id mihi hactenus fuit. *Idem*.

Immaturorum *myrobalanorum* ſuccum apprime efficacem eſſe expertus ſum. *Idem*.

Decoctum *libri quercus*, qui cortici & ligno intercedit, & tunicæ putamioi glandis ſubjectæ, quaſvis *alvi & vulvæ* fluxiones inhibet efficaciter, nec-non gonorrhœam, datur & ſanguinem excreantibus. *Hier. Tragus*.

Semen ſeriphii Germanici in cibo & potu uſurpatum, dyſenteriæ aliiſque alvi fluxionibus ſiſtendis conducit; id quod experientia teſtarum facit. *Idem*.

Quæ conveniunt ſunt *tormentilla* &c. hinc *rad. plantag.* & ſpeciatim ejus *ſemen*.

Portulaca herba, *meſpila* condita, aut quod præſtat, cruda; *Rob ſorbi*, præſertim *torminalis*, eſt nobile ſpecificum in Diarrhœis etiam epidemicis, item in diuturnis, quæ ab uſu fructuum horæorum ſuperveniunt. In ejus defectum *rob. ſorbi aucuparia* poteſt ſubſtitui, ſed hoc inferioris eſt conditionis, utut egregie etiam conveniat ſtomacho. Hinc *cydoniata* quælibet, item *Nux moſch.* ac *macis*. Item *caput mortuum cinnam.* ex quo nempe aqua & oleum deſtillata ſunt, ad diarrhœam præſentia remedia ſunt; Itali *lignum lentiſc.* laudant, & *decoctum* exinde paratum, tranſudat nempe ex hoc *maſtiche*, unde in ejus locum *decoctum maſtiches* ceu ſtomachicum nobile, in Diarrhœis uſurpari poteſt, quod etiam quorundam Medicorum fuit ſecretum. *Etmuller*.

Spongia ſalicis exſiccata, & ad ʒß. data; præſtans remedium. It. ʒj. *ſemin. ſophia Chirurgor.* præſtantius eſt, Porro *Bolus Arm. Terra ſigill. & Solaris*; hinc *martialia*, *crocus martis*, *lapis hæmatites*, ſpeciatim *artificialis* egregia ſunt, non tam præciſe *adſtringendo* quam *abſorbendo* vitioſos ſapores, Apud *Poterium cent. 3. cap. 77. cent. 2. 39.* gravia alvi profluvia *croco martis* proſtant curata. *Etmuller*.

Mora immatura, & adhuc acerba, ad ſolem deſiccata,

nata deinde trita & impoſita, uſuque expetente adhibi-ta, magnum pharmacum alvi reſtrictivum fiunt, ut ad diuturnas etiam cæliacorum affectiones commode ex-hibeantur, ſi pulveriſata in potu vel cibo dentur. *Ætius*.

Laudatiſſimus eſt *interior cortex caſtaneæ*, veterem enim fluxum ſiſtit. Inter omnes etiam medicinas lau-datiſſima eſt *maſtiche* cum *mali cydonii ſucco* ſumpta. *Alex. Benedictus*.

Medicus quidam Hibernus celeberrimus, præ om-nibus aliis commendabat ſequens remedium

℞. *Butyri inſulſi q. v.* bulliat lento igne ad 3. vel 4. partis conſumptionem ſubinde deſpumando, exhibea-tur de eo ſat magna quantitas: mitigat acrimoniam hu-morum, & ab eorundem corroſione inteſtina defendit. *Rob. Boyle l. de util. Phiſ. exper.*

Omnem fluxum obſervavi à matronis Neapolitanis, tam diarrhœam & lienteriam, quam dyſenteriam & fluxum hepaticum curari. Deſtillabant *poma granata acida*, nec dum ſatis matura, Aquæ exſtillatæ propina-bant unc. ij. vel iij. Quibus ad manus non fuit eſtilla-ta aqua, decoquebant Poma, decoctumque exhibebant haud diſſimili effectu. *Solenander*.

27. *Semina*) *Rumicum* decoctum omnium alvum mollire tradit *Dioſcor.* contrariarum vero ſemen eorum eſt facultatum, nam alvum ſiſtunt, quare adverſus quaſvis alvi fluxiones, dyſenterias nimirum & cœliacas affectiones utiliter uſurpatur, quæ quidem ita ſe habe-re uſus & obſervatio me docuere. *Hier. Tragus*.

28. *Pruna ſylveſtria*) *Singulare arcanum*

℞. *Prunor. ſylv. virid. & immatur. q. s. contunde & exprime ſuccum, coagula ſuper ignem uſque ad ſicci-tatem, ut fiat quaſi Pulvis luteus. De hoc detur* ʒß. *in aqua prunor. ſylv.* vel *plantag.* Poppius Theſ. p. 390.

His adnumera *Sem. plantaginis*, à *Foreſto obſ. 3. l. 22.* commendata, In pauperibus, *inquit*, ſi fluxus non con-ſtringeretur, poſt univerſalia remedia, ſoleo commode exhibere ʒj. *ſemin. plantaginis exſiccati cum cerevisia*, vel *ovo ſorbili*, idque poſt deterſoria medicamenta.

29. *Si compoſita ſunt*) Decocta varia, in *aqua* vel *vino* ut *adianti*, *trichoman. alth. rubi*, *quinquefol. pæonia*, commendantur à *Dioſcoride*.

Vinum infuſionis prunor. ſylv. ſiccat. ne ventrem con-turbent, vel aliorum fructuum auſterorum, Item *muſci arbor.* vel *abſynthites*, in quo *rad. biſtortæ, cortic. citri* &c. induerint.

Succi *plantag. poligoni, equiſeti, chondrillæ, Punic. aci-dor. cydonior.*

Syrupus *cydon. myrtillor. roſar. rub. ſicc. berber. de ribes*, per ſe ſumendi, vel cum *aquis plantag. flor. & pedic. roſar. acetoſæ, burſæ paſt. ſorbor. prunell. fol. quercus*, vel *decocto in Dyſenteria* deſcripta: Vel *ſyrupus ex ſuccis* ad uſum ſervandus

℞. *Succi cydon.* unc. iij. *ſucci berber.* unc. ij. *ſucci plantag.* unc. iß. *vini rub. ſtypt. aqu. roſat.* ãã. unc. ij. *ſacch. quart.* j. *coqu. ad conſiſtentiam ſyrupi Aromatic. pulv. ſantal. rub.* Si ante coctionem *acaciæ* aut *hypociſt.* ʒij. diſſolvas fiet efficacior, & in bilioſa cauſa, *aceti roſac.* tantillum ut melius aceſcat. Eſt & *ſyr. Nicol.* con-tra omnem fluxum ventris, ex fructuum & aliorum de-cocto factus.

Aqua denique *ſtillat. ex vitell. ovor.* cum *nuc. moſch.* plurimum juvat,

℞. *Vitell. ovor. ad duritiem coctos n°. xx. nuc. moſch. parum toſtæ* unc. ij. *infundantur in vini rub. ſtypt. qui ſtent aliquandiu, poſtea eliciatur aqua ſ. a. Doſis* unc. ij. *vel* unc. iij.

Trochiſci Ramich. aliique ad fluxum *Meſuæ*, de *terra ſigill.* de *ſuccino*, de *ſpod.* cum *ſem. acetoſæ*: dantur in Dyſenteria, vel fiunt *Pilulæ. Diacoralium. Pulvis cum Rhabarb.*

℞. *Rhab. toſti* ʒiß. *boli Arm.* vel *lap. hæmat.* ãã. ʒj. *oſſ. myrobal. uſtor. ſuccini*, ãã. ʒß. *f. Pulvis* Detur iiij vicibus cum *vino*.

Adduntur Pulveres cordiales ſi vires deficiant, ut *diamarg. fr. de gemmis*, *triaſant. diarrhod. Diacydon. cum ſpec.* in frigida, ſive illis in calida cauſa, per ſe aut cum aliis.

Conſerva roſar. antiqua, *acetoſ. ſimpl.*

Conditura *cydonior. citri, myrobal.* per ſe uſurpan-tur. *Mulſa Nicolai*; *Theriaca ſmaragdorum*, cujus deſcriptionem vide cap. de Epilepſia §. *confect. Diaſ-maragdi.*) Platerus.

Sunt qui recipiunt *Boli Armena & nuc. moſch.* ãã. miſcent cum uno alterove *ovi mollis vitello*. & ita ſine ſale aſſumunt contra Diarrhœas. *Gelatina c. c.* Item *Decoctum c. c.* pro potu ordinario aſſumptum, corri-gendo & temperando egregie convenit in quibuſdam Diarrhœis, ſpeciatim *epidemice graſſantibus*, aut alias contagioſis. *Etmuller*.

Extractum è radice arboris *poma acida* ferentis fiat. l. a. cum *aqua ex pomis propriis diſtillata*: Summum eſt medicamentum contra omnia ventris profluvia, *Schro-derus ex Quercetano l. 4 p. 129.*

29. *Si compoſita*) In omni diarrhœa præmiſſis uni-verſalibus Bolus ſequens uſurpari poterit.

℞. *Conſerv. roſar. antiqua* ʒß. *cydonior. condit* ʒj. *pulv. tormentillæ* ℈j. *boli Armenæ* ℈ß. *cum ſaccharo fiat Bolus* frequenter iterandus.

Vel ſi affectus ſit diuturnior, ex iiſdem aut ſimilibus majori quantitate præſcriptis, *opiata* concinnari pote-rit, ad plures doſes ſumenda.

Vel ad potentius adſtringendum,

℞. *Sangu. dracon thuris, maſtiches, mumiæ, terræ ſigill. lapid. hæmat. trochiſc. de carabe* ãã. ʒj. *boli Ar-meni veri* ʒiij. *f. Pulvis, doſis* ℈ij. *cum liquore idoneo.*

Tabellæ triaſant. quadruplicato *rheo*, bis in die ex-hibitæ, pondere ʒij. alvi fluxus materiam auferunt & viſcera roborant.

Syrup. corall. efficax, ſed magis *tinctura* & *ma-giſterium*. Riverius.

Pulvis ſequens egregia commendatione dignus.

℞. *Sangu. dracon. thuris, maſtiches, mumiæ, terræ ſigill.* ãã. ʒj. *boli Armen.* ʒiß. *carabes, lapid. hæmat.* ãã. ʒj. ms. F. Pulvis *Ph. Grulingius*.

Mirabilis efficaciæ eſt *ſacch. roſar. ſucco cydon. & aqua plantag. diſſolutum*, tervefactum, colatum, je-juno datum. *Mercatus*.

Summe extollunt hoc

℞. *Conſerv. roſar.* ℥j. *ſem. hyoſcy. albi puri* ʒj. *an-theræ roſ.* ℈j. *ſyr. de roſis ſicc. papav.* ãã. ʒij. ms. doſis ʒi. *Roſenbergius Rhod. p. 390.*

Conſerva cynorrhodi per ſe, in bilioſa, & opiatis ad-ſtringentibus mista.

In inveterata diarrhœa

℞. *Raſur. eboris* ʒiij *conf. alkermes* ʒj. *ſacch. in aqua roſar. diſſol.* unc. iv. *f. Tabella.*

℞. *Croci martis reverberati gr. vi. bezoart min.* ℈ß. *conſerv. roſar.* ʒij. *ſpir. vini* gtt. iij. *m. f.* Bolus dandus bis in die longe à paſtu.

℞. *Succi perſic. maculata*, ſeroperv. mai. ãã. unc. iij. bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, detur mane, Certo curant quemlibet fluxum quantumvis invete-ratum. *Riverius*.

Pilulæ de bdellio, bis aut ter in ſeptimana uſurpatæ, ad diuturnos & contumaces alvi fluxus ſiſtendos utiliſ-ſimæ ſunt. *Idem*.

Pomum coton. excavatum, *cera alba* repletum, ſub cineribus coctum, addito ſaccharo comeſtum;

℞. *Croci mart. adſtring. crebra reverberatione exaltati* ℈j. *pulv. torment. boli Armen. orient.* ãã. ℈ß.

carnis cydonior. cond. conserv. roſ. ant. ãã. ℥ß. *m. cum ſyr. corall. f. Electuar.* Rolfincius.

Ex ſimplicibus plures concinnari poſſunt Formulæ. E. g.

℞. *Aqu. torment. vel plantag.* ℥iij. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒij. vel ʒiij. *extract. torment.* ʒß. *antimon. diaphor.* ʒß. *ſyr. cydon.* ℥vj. *m. pro* ij. *dozibus*, expectando qualibet vice blandum ſudorem. Vel

℞. *Aqua Plantag. portulac.* ãã. unc. iß. *aceti roſ.* unc. ß. *ad* ʒvi. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒii. *terra ſygill.* ℈ii. *antimon. diaph.* ℈j. *ſyr. roſar. rubr.* ʒvi. *m. pro* iij. *dozibus.*

Acida nempe cum *terra ſigillata*, ac ſimilibus propinata, texturam aluminoſam quaſi acquirunt, v. g.

℞. *Aqu. menth.* ℥ij. *cinnam.* ʒij. *extr. tormentill.* gr. viii. *croci martis adſtring. laudan hyſter.* ãã. gr. vi. *ſyr. cydon.* ʒvi. miſce pro dozi. *Etmuller.*

30. *Granorum actes*) Laudatur *Panis Sambucinus* præſertim in *diarrhœa seroſa*, qui vel ſimplex eſt vel compoſitus, Simplex paratur ex *farina ſecalinu & vino aut ſucco ſambuci*, Compoſitus ſic fit,

℞. *Corall. rub. prep. c. c. uſti* ãã ℥ij. *baccarum hederæ ſem. plantag.* ãã. unc. iß. *laudani op. ſolidioris* ʒß. *farina frumenti & ſecal.* ãã. ℔ß. *rad. ſymph. maj.* unc. ß. Pulveriſentur omnia, & per ſetaceum trajiciantur ſ. a. cum ſ. q. *granorum actes*, fiant Placentulæ ſatis molles in furno coquendæ, Coctæ terantur in pulverem & iterum cum ſucco piſtentur, Tes idem repetatur, Panis veniat in uſum. *Ravelly* ex *Petro Borello cent. 2. obſerv 40.*

Optimus præparandi hunc Pulverem modus eſt hic

℞. *Succi baccar. ſambuc. q. v. ex quo & farina ſecalinu conficiatur maſſa, è qua formetur panis, bis* in fornace ad duritiem coquendus ut in pulverem redigi poſſit, Ex quo pulvere ipſo iterum cum *ſucco baccarum* fiat panis ac priori modo coquatur, Id quod tertia vice ſimiliter repetatur, ubi tertia vice pulveriſata fuit paſta, adde *ſangu. leporis crudi* unc. iv. *pulv. priapi cervi* unc. ãj. *& ſucci granor. ſambuci q. ſ. fiat maſſa* & ita denuo in clibano coquatur & pulveriſetur, dozis ʒß. inſpergatur pani toſto vino intincto, & ita capiatur. *Etmuller.*

31. *Si fluxus ſit nimius*) Narcotica in diarrhœa, ſi dolor aliquis accedat, ut in colicis uſurpata eum mingant, & facultatem expultricem ſopiendo fluxum ſiſtunt, atq; aliis validis adſtringentibus uſurpari poſſunt, ut in dyſenteria. *Platerus.*

31. *Si fluxus ſit nimis vehemens*) Ubi ex fluxu frequentiori & acriori periculum eſt ne vires deficiant, *Laudanum Opiatum* cum *maſtiche* & *terra ſigillata* utiliter exhibetur. In contumaci clyſter ex juſculo & theriaca recenti utilis. *Riverius.* Compeſcunt immodicum fluxum mirifica vi *Theriaca rec.* imo laudatum opii medicamentum omnibus palmam præripit, exhibitum pondere gr. ij. *Rolfincius.*

32. *Phaonium Romanum & Laudanum Opiatum*) *Ejuſmodi non ſolum fluxum ſiſtendo juvant, ſed præſertim quia ſomnum accerſunt*, Ad alvi fluxuum omnium curationem ſomnum provocare ſufficit, quo provocato, ventriculus & omnia inteſtina, cum omnibus corporis partibus, præcipue vero caput corroborantur; Hæ enim partes, ob debilitatem ſuam relinquunt incocta & indigeſta quæ ipſis in alimentum proprium demandantur, unde poſtea fit ut proprio motu ac pondere decidant in ventriculum ac inteſtina, atque ſic cruditate ibi peragendam coctionem digeſtionem ulterius interturbent.

Somno igitur provocato ceſſant omnes fluxiones & catarrhi, qui quidem tali nomine inſigniri non merentur, ſed potius rejectionis titulo indigitari, quæ fit dum corporis partes, & caput præcipue, ob imbecillitatem ſuam & caloris nativi imbecillitatem, alimentum relinquunt incoctum, unde in excrementum degenerat, quod potius rejicitur quam ut per ſe fluat in partes inferiores. *Pet. Joh. Faber Path. Spag. c. 52.*

Authoris hoc documentum, quo ſomnum vacuationes ac fluxiones alvi ſiſtere aſſerit, fundamento tam ſolido nititur, & non tantum ab ipſamet ratione ac experientia firmatur, verum etiam *Hippocratis* authoritate, dum *aph. 15. 4.* inquit ad ſiſtendas fluxiones ſomnum conciliandum, corpuſque non movendum eſſe. Dum itaque ſomnus & quies, quæ ambo humorum ferocientium agitationes ſtrenue compeſcunt, atque vires ex morbi violentia diſſolutas reficiunt, ab Auctore commendantur, conſequenter hypnoticorum ſeu anodynorum uſus etiam ſtabilitur, adeo ut in quacunque diarrhœa præſtantiſſimorum etiam adſtringentium efficaciam ritè parata & cum confortantibus bezoarticiſque combinata ſomnifera manifeſto ſuperare negandum minime ſit. *Chriſt. Langius Path. An. p. 466.*

Etſi hactenus laudata medicamenta (fluxum ſiſtentia) magnæ ſint efficaciæ, tamen non raro evenit ut iis fluxus alvi neunquam cedat; quo in caſu, viribus adhuc integris, ad Opiata, tanquam ſacram anchoram confugere, adeoque *conſervam roſar. antiquam*, cum *theriaca* permiſtam, Vel *theriacam in aqua cinnam.* ſolutam, *Tincturam anodynam* cum *eſſentia theriacali*, item *extractum tormentillæ & theriacal.* cum *laudano, Opiato* &c. prudenter exbibere oportet. Cum enim Opiata magis figant humores, adſtringentiæ vero magis obviſcent, & defendant irritatarum partium, inteſtinorum puta parietes, hinc mixtum *laudanum Opiat.* cum pulvere ſtyptico plus præſtat, quia utrumque attendit, adeoque hoc medico ſtratagemate felicius intentio expletur. *Laur. Stranſius Part. iij. Pal. Med. pag. 174.*

32. *Philonium Roman. & Laudanum*) Quæ conveniunt *ad irritationis ſenſum ſopiendum*, adeoque hinc natum *ſpiritinum impetum, & efferum contentorum motum localem* ſiſtendum: Hinc *Opiata* quælibet *theriacalia*, & inter hac ſpeciatim *Diaſcordium Fracaſt.* tam veteris quam correctæ à *Sylvio* compoſitionis, item ſpiritus theriacales conducunt. *Etmuller.*

41. *Extra*) Foris adhibenda in Diarrhœa magis quam in Dyſenteria locum habent, ut in illa clyſmata, propter exulcerationem internam. In Diarrhœa quoque ventriculo ſimul affecto hæc locum habebunt, ut in Lienteria explicanda; In calida vero, quæ in Dyſenteria: *Inunctiones* ex oleis eadem conveniunt ut in Dyſenteria; Et ſi *ventriculus* affectus ſit illa ut in Lienteria inungendus.

Reto caſtrati. oleo roſar. omphacino vel aliis inunctum, pulveribus adſtringentibus aſperſum. *Cucurbitula* affixa umbilico, *Potentilla viridis* plantis pedum appoſita.

Podex fol. thapſi barbati terſus.

Pedes calefacere, actu & potentia illud agentibus, plurimum quoque juvat ad alvi fluxum ſiſtendum, præſertim ſi à frigiditate pedum, aut aliarum partium diarrhœa oborta ſit: Vel ſi pituita aquea inteſtina continuo alluens ea refrigeret, aut ob ſeſſionis in ſella moram podex parteſque vicinæ refrigerentur, quas excalefacere tunc quoque oportet. *Platerus.*

Externe in Diarrhœa convenit *Theriaca*, ventriculo & umbilicali regioni impoſita, vel ſola, vel cum gutta *balſami Peruviani*, aut

℞. *Theriaces* ʒij. *ol. deſtillati junip.* ʒj. *macis, caryophill* ãã. ℈ß. *miſce.* liniatur dictus locus, *vel*

℞. *Ol. diſtill. macis, menthæ, carvi* ãã. ℈ß. *nuc. moſchat. expr. q. ſ. pro conſiſtentia Balſami.*

Illinatur frequenter dictus locus, imponendo deſuper

ſuper linteamina calefacta, Item *cruſta panis toſta vino auſtero*, vel *aceto ebria*, *pulvere nuc. moſch.* inſperſo, ventriculo applicata eſt egregia. *Etmüller.*

33. *Extra*) Prodeſt incredibili efficacia hoc quod

℞. *Cydonior. vel pyror. vel dactylor. virid.* ℔i. macerentur in aceto & aqua, coqu. & adde *roſar. abſinth. āā. m.j. cumini toſti & aceto macerati* ʒiii. f. Decoctio, piſtentur, adde *acaciæ, maſtiches, āā.* ℥ß. *corall. unc. p. caryoph. ſpic. nard āā.* ʒi. *ol. roſac. maſtich. myrtill. āā.* ℥iiß. *cum* ℔. *panis cand. vel furfur.* f. Cataplaſma. *Mercatus ex Rondeletio.*

Fimus tritus cum forti aceto (*columbinus*) ſuper umbilicum poſitus, omnem fluxum ſtatim ſtringit. *J. D. Rulandus Pharm. Nov. p. 191.*

Hoc paratu facile, quod in fluxu pernici vidi profuiſſe, Incoquuntur *flores roſmar.* leviter acri *aceto*, expreſſi ventri calentes apponuntur. *Solenander.*

34. *Extra Emplaſtrum*) Vnguentis & Linimentis adſtringentibus fidi non poteſt, Conveniunt potius Emplaſtra glutinatoria, & roborantia, Quin juvant etiam fere hæc per accidens naturam, quatenus exteriores partes laxando divertunt, uti *ungu. Comitiſſa* in menſium fluxu immodico locum habet, Sunt enim inter ſe è diametro oppoſita pinguia laxantia & adſtringentia terrea, auſtera. *Wedelius Am. m. m. p. 63.*

Viſitata Emplaſtra uſurpari poſſunt, ex *gallia moſch.* Meſuæ, de *Maſtiche*, *Diaphœn. Contra rupt. Ceratum ſantalinum*, additis adſtringentibus fortioribus. *Platerus.*

34. *Emplaſtrum ex &c.*) Vtile & hoc cataplaſma,

℞. *Mica panis aſſata & in aceto chalybeato infuſa, & carnis cydonior. ſub cineribus coctor. vel cydoniati āā.* ℥iii. *thuris, maſtiches, ſangu. drac. āā.* ʒii. *Cum ſyrup de abſinth. & cydonior. f. Catapl. Riverius* Empl. ex *Tacamahaca cum aromaticis præſertim* valet. *Etmüller.*

35. *Theriaca*) De *Theriaca*, ſpeciatim *Diaſcordio*, (interius aſſumptis) conſiderationem meretur effatum *Foreſti l. 22. obſ. 17. Theriaca* ad omnes ventris fluxus eſt mirabilis; maxime ſiſtit choleticos, ſi ſit recens: Compeſcit enim mordacitatem humoris, & torporem inducit. *Etmüller.*

36. *Lintea in forti &c.*) Sequentia etiam valent

℞. *Aceti chalybeat. part. j. aqu. chalyb. p. ii. fol. & fructuum myrti, cydonior. meſpilor. ſorbor. āā. m. y. nuc. cupr. par. vi. coqu. ad medias, colatura foveatur totus venter tepide frequenter.*

Poſt Fotum illinatur ſequens unguentum

℞. *Olei maſtich. cydonior. myrtin. āā.* ℥i. *ſangu. drac. thuris, g. tragac. āā.* ʒi. *ceræ q. ſ. miſce f. Vnguen. Riverius.*

37. *Ventri, lumbis, impoſita*) *Pediluvium* hoc laudat *Joh. David Rulandus*, Fimus columbinus reſolvatur in *aqua pſyllii, vel ſalicis*, vel coquatur in aqua pluviali & inde pedes laventur.

Idem fimus cum forti aceto umbilico impoſitus omnem fluxum ſtatim ſtringit. *Idem.*

Compertum eſt multo uſu probatum in fluxu dyſenterico, & quocunque alio, *Polygon magna quantitate coquatur in aqua pluviali*, In iſto decocto imponatur æger ſolum pedum plantis, poſtea univerſis altius pedibus, & decocto tegantur; tertio ut claviculæ tegantur, idque fiat ter de die, continuetque 3 diebus, continuo augendo aquam donec genua contingat: Liberatos hoc modo quoſdam novi, *Herc. Saxonia Pr. l. 3. c. 15.*

Coquatur *Polygonum in canthаro 1. aceti vini*, cola; admove linteolum imbutum, duplicatum, ventriculo, umbilico & dorſo, Experimentum eſt quod multos juvit. *Witichius U. M. p. 314.*

38. *Fumus ima ſede*) Suffimenta adſtringendi fine minus locum habent, Sunt quippe tenuium partium, & calor conjunctus dilatat poros, fluxio vero major ſequitur, unde ex foliis quercus & ſimilibus apud Practicos laudati ſuffitus, fruſtra fere præſcribuntur. *Wedelius Am. m. m. 62.*

38. *Ima ſede receptus*) *Conyzæ folia* ſuper prunas injecta, ut fumus in cathedra perforata recipiatur, ſpecifica vi alvi fluxui medentur; Tum ſi eadem herba cum aceto trita, regioni ſtomachi admoveatur.

Suffitus etiam *tapſi barbati* efficax, vide exemplum in obſervat. noſtris. *Riverius.*

Sanguinem calentem injectum mirabiliter alvum fluentem cohibere ait *Platerus* in cura hæmorrhoidum.

Clyſterum uſus in diarrhœa.

Ima ſedes Clyſmata quævis, etſi eum mox iterum dejiciantur, alvum ſic moveant, tamen ſi vim adſtringendi habeant, cum eam tunc potius ſiſtant; etiam quandoque uſurpata conveniunt, In quem uſum ad Dyſenteriam præſcripta, uſurpanda.

Si amplius fluxum ſiſtere volumus, in decocto ſuccos exiccatos plantarum, vel *lapid. hæmatitis*, aut *terrarum ſiccantium* diſſolvere debemus, Sed & in acri & biliofo humore, ſi inteſtina vellicando nimis irritet, *abſtergentia clyſmata* ante adſtringentium uſum poſſunt infundi; Quæ & ſi alii humores redundent, maxime ſi adhæreant, ad eos promovendos, præſertim quando Purgantia alia illis non fuerunt exhibita, conveniunt; Additis etiam fortioribus ſi neceſſe ſit, ut *abſynthio*, *centaurio*, Et *in pituitoſa cauſa* propter tormina & murmura, quæ tunc ſimul adeſſe ſolent, illis quæ flatus diſcutiunt, ut in decocto, ſemin. *fœnic. aniſi, flor. chamom. melilot. anethi*, vel horum *oleis*; Nonnunquam & *Lenientia Enemata*, ſi humores inteſtina irritent, vel catharticum violentum aliudve inteſtina lædat, ad eos contemperandos uſurpari poſſunt: Vide formulas in Dyſenteria. *Platerus.*

Experientia quotidiana confirmante, ſumma eſt efficacia ejuſmodi Clyſmatum in diarrhœa quam excitat acris humor; adeo ut ſæpe irritis aliis remediis, unico Clyſmate ex *Jure carnis*, additis *flor. verbaſci*, *roſar. rubr. ovor. vitell.* Vel ex *lacte chalybeato*, protinus deſinat. Non una ratione proſunt, nam 1. ſi humor tenax, & mordax inteſtinis adhæſerit, continuo irritans, deterſione facta moleſtia deſinit & egerendi libido: 2. Viſu clyſmatis epiceraſtici acrimonia humorum obtunditur, & ἐνακθησία inteſtinorum tollitur, inducta illis viſcedine in locum naturalis quam deterit & abradit præterfluens humor, 3. motus periſtalticus inteſtinorum concitatior ſiſtitur: Eum in finem ejuſmodi clyſteribus ſæpe additur *ſyrupus papaver. albi vel rubri, diacodion &c.*

A *Foreſto obſ. 9. lib 22.* commendantur, Qualiſcunque fuerit redundans humor, *inquit*, Clyſteribus utendum, Ego ſequentibus feliciſſime uſus ſum.

℞. *Decocti hordei non decorticati ac torrefacti* ℔j. *ſacch. rub.* ℥i. *vitell. ovi j. f.* clyſter. Sal non imponendum ob mordacitatem, Hoc etiam præcedente corporis evacuatione feliciter uſus ſum.

℞. *Decocti hordei torrefacti* ℥viii. *ſucci plantag* ℥iv. *ol. roſac. omphac. āā.* ℥ii. *vitell. ovi. j. ſacch r.* ℥ß. *m.* F. Clyſter frigide potius quam tepide aut calide injiciendus.

In fine etiam tali uſus ſum (quibus omnibus jam dictis etiam *Bened. Faventinus* utebatur.

℞. *Lactis vaccini lapidati vel chalybeati* ℔i. *ſucci plantag.* ℥iv. *ſacch. r.* ʒiß. *vitell. ovor. n.* ii. f. Clyſter *Foreſtus.*

Diæta.

39. *Diæta*) Ex fonte Diætetico multum ſolati ſperandum eſſe, errores in victu commiſſi facile perſuadebunt, Viter igitur, cui ſanitatis reſtitutio curæ eſt, quæ in ἀναλογίᾳ tanquam παραθήματι non modo, verum etiam ut μαλάγματι

proponuntur: Eligatur *Aër* temperatus, frigidus enim maxime nocet. *Cibi* ſint *εὔχυμοι* & *ὄγχυμοι* *Panis* ſit bonæ notæ, *biſcoctus* quoque & in pulverem redactus; juſculiſque inſperſus multum confert: *Carnes* concedendæ aſſæ potius quam elixæ: *Potus* ſit moderatus, nec nimis calidus, neque nimis frigidus: *Vinum abſynthites* ex adſtringentibus temperatum laudat *Platerus obſ. pag. 855.* Pinguia fugiantur, monente *Septalio 17. §. 86.* nec non valde *ſaccharata* & dulcia: Nocent *Vigiliæ* nimiæ, teſte *Hippocr. 6. Epid.* Animus moderata hilaritate erigendus &c. *Seranſſius.*

39. *Diata*) Inter alimentoſa, *Carnes* in aqua *chalybeata* coquantur addito interdum *ſumach.*

Juſcula condiantur *ſucco cydonior.* vel alio. Cibi craſſi ſpiſſiores potius quam liquidi. *Turtur* præparatus, ut in dyſenteria, *Sanguis frixus* ut in dyſenteria.

Lac uſtulatum, vaccinum vel *ovillum*: *Ovorum vitelli* cum *aceto*, *Ovum* detracto albumine, per anguſtum in apice factum foramen *aqua roſacea* impleatur, obturetur, coquatur ad aquæ conſumptionem, edatur vitellus, aut cum jure diſſolvatur.

Milii putamen cum *ovo* aſſum, *Ovum* cum cera ut in dyſent.

Caſeus elixus in *juſcula*, vel aſſus, *Helvetiorum* remedium, ex *Dioſcoride.*

Panis triticeus ſiccus, nec dum recens, *Panis* factus ex *paſta ex amylo, far. fabar. & ovis*, addito *ſemine plantag. vel aliis*: Panis ex *far. oryza & vitellis ovor.* bene exſiccatus, diu aſſervatur, Uſus tempore pulveriſatur, & cum *lacte* ſit *Pulſ.*

Panis ex far. tritici cum ſucco bacc. ſambuci in paſtam redacta; in clibano coquitur donec penitus areſcat ut diu ad uſum ſervari poſſit: Ejus pulveriſati *cochlear. j.* cum vino rubro aliquoties detur.

Oryza toſta cum lacte uſtulato, vel cum brodio carnis, cui *g. tragac. vel Arab.* additum valde juvat.

Amylum cum *lacte amygdal. Puls ex farina zea, avena, milii*, *Lentes non excorticata cocta* addito *aceto*, vel aliis adſtringentibus. *Fructus* recentes vel exſiccati, *meſpila*, *ſorba*, *corna*, *pyra ſylveſtr. Dioſcorides.*

Braſſica, beta nigra cum rad. plantago, intybus, apium, cocta in cibis, addito *aceto. Dioſcorides.* Cibi conditi *caryoph.* toſtis & aceto.

Potus ſit aqua hordei loco vini, vel aqua *uſtulata* ſeu *ciſterna.*

Inedia levis ad humorum proventum impediendum, & abſumptionem aliquid adjumenti afferet, ſed in picrocholis nocet. *Platerus.*

In quovis alvi fluxu, qualiſcunque etiam ſit, ventriculi ſumma ſemper habenda ratio, Hinc *Potus calidus* & calidus Fotus, apprime conveniunt, Ipſi ſcilicet ægri obſervant ſubito atque Potum ſaltem frigidiuſculum ingerunt, quod mox alvi ſtimulum ſentiant: Item *parcus Potus* convenit, cum *Foreſto* annotante *libr. 22. obſervat. 4.* bibendi abſtinentia omnem ſolvat alvi fluxum.

Ovi vitella bina cum *aceto roſaceo* temperata, & ita uſurpata, ſunt euporiſton præſtantiſſimum, à me expertum in diarrhœa quæ per quatuor dies theriacalibus reſtiterat. *Etmuller ex Helmontio.*

Multi facillime curati fuerunt ſumpto ſæpe *lacte vaccino* recenti, *ovorum luteis* duobus in eo diſſolutis. *P. Borellus.*

Quidam tribus annis Diarrhœa laborans, tandem cum *pultem ex glandibus* comederet, alvus ei reſtricta eſt: Et poſt univerſalia remedia ſoleo ego commode exhibere ʒi. *ſemin. plantag.* cum *ovo ſorbili. Foreſtus.*

Hoc compertum eſt contra diuturnum fluxum.

℞. *turturem pinguem deplumatam, ablue leniter, exenteratam infarcito cera nova* ℥i. *coqu. in ſ. q. aqua*, edendam porrige, juſque bibendum, comperi hoc verum & ſalutare in quodam. *Saxonia, Solenander.*

Folia plantaginis in juſculis decocta in Diarrhœa bilioſa conveniunt. *Riverius.*

Aër ſit moderatus, Cibaria ex *milio*, *oryza* proſunt, Panis bis coctus irrigetur *aceto*; poſtea ſiccetur, repetatur labor terna vice, pulvis juſculis inſpergatur: Potus ſit aqua chalybeata cum ſucco *mali Punici*: *Vinum* ad vires reficiendas exhibeatur rubrum, ſtypticum: Commendatus ab Avicenna, *Somnus* non negligatur. *Rolfincius.*

40. *Locum habet aqua chalybeata*) Adſtringentia cum cibis non commode dantur; ante vero vel poſt data, etiam alimentoſa, diverſum ſortiuntur effectum. Cum cibis non danda, quia ex noſtra hypotheſi, chylificatio fieri debet evaporatione partium alibilium continua, primum ſubtilium & volatiliorum, hinc & groſſiorum; Adſtringentia vero huic evaporationi ſunt contraria, Unde videmus quoque ab hiſce aſſumptis alimentoſis gravitatem ventriculi oboriri, & anxietatem ſæpe, quatenus evolvi renuunt & rarefieri: Ante cibum vero ſumptorum alimentoſorum, v. g. *Cydoniorum*, non idem eſt effectus qui poſt illum aſſumptorum, dum enim motu periſtaltico ſuo & corrugatorio fibræ ventriculi propellunt contentum, neceſſe eſt variari id ipſum, prout cibi ingeſti inveniunt ſtrictas magis fibras, unde minus tranſire poſſunt; Vel ingeſtis magis ſtringuntur ſuperiores, unde laxantur inferiores, In ventriculo quippe motus hujus eſt principium: Hinc laxitas alvi ab adſtringentibus accidit per accidens. *Wedelius Amœn. m. m. p. 63.*

40. *Aqua chalybeata*) Aqua ferrata alvum turbat, nec in affectu calido valet, In cujus curatione conveniet uti *Tinctura roſar. vel conſerv. roſ.* cum aqua fontis permixta, vel aqua *extinctionis auri*, cum ſucco cydonior. agitata. *Riverius.*

41. *Vinum*) Vinum eſt Potus medicamentoſus, quatenus ventriculo amicus, tam ſimplex generoſum quam medicatum, Sic *Diarrhœam* trimeſtrem deſperatam *vino roriſmarini* curatam refert *Velſchius Hecatoſtea 2. p. 29.* Sic in Diarrhœa poſt purgationa, poſt fructuum horæorum abuſum, *vinum abſynthites* egregie confert. *Etmuller.*

42. *Meſpila*) Ad diuturnos & contumaces alvi fluxus valet *Meſpilorum* uſus frequens, ut ſe experientia comprobaſſe teſtatur *Foreſtus obſ. 1. l. 22.* hic cuidam diuturno alvi fluxu laboranti, miſſis aliis remediis conſilium dedit, ut meſpila, etiam immatura in maxima copia devoraret, quibus comeſtis alvi profluvium paucis diebus ceſſavit. Idem narrat Mercatori Zelando, qui multis menſibus laboraverat profluvio, & tandem etiam dyſenteria, conſilium datum à *Joh. Spirinchio*, Medico Lovanienſi, ut meſpila comederet, à quibus ſanitatem conſequutus eſt, & trecentos aureos pro hac ſola præſcriptione reportavit; Id vero animadvertendum eſt ut ante meſpilorum uſum corpus ab excrementis & omni cacochymia vacuum ſit. *Riverius.*

Non adſtrictione ſolum juvant Meſpila, ſed etiam vi diuretica, quæ in illis eminet, non in ſolo ſemine; quod illis cum pluribus fructibus auſteris commune eſt, ut in cydoniis, pomis, pyris auſteris obſervare eſt: derivato autem ad vias urinæ ſero ſuperfluo minor ſit fluxus, ideoque probantur diuretica. Forte acidi vi, in illis fructibus dominantis, ſerum à ſanguine, coagulatione facta ſecernitur. Vide aphor. *Quibus plurima dejectio &c.*

41. *Ex Aqua* ℔iv. *& maſtiches*) Decoctum *maſtiches*, ceu ſtomachicum nobile uſurpari poteſt, ac præparari ad imitationem *Tilemanni in mat. medica.*

℞. *Aqu. plantag. fol. quercus, roſar. ãã.* ℥vi. vel horum loco aquam ſimplicem, *maſtiches ſelecta* ʒiii. ad ℥ß.

macu

maris ℥i. *Colaturæ adde aquæ cinnam.* ℥i. *miſce.* Pote etiam de *ſucco cydonior. ſulphur.* addi, aut hujus loco parum *ſyrupi cydonior.* majoris ſaporis gratia. *Ermuller.*

[44] *Differentiæ* Diarrhœæ [45] ſunt variæ.

I. Alia eſt [46] *ab Externis*, ut [47] medicamentis *purgantibus* [48] hypercatharſin cauſantibus: [49] quæ ſiſtitur *radice filipendulæ* in vino exhibita, *lacte chalybeato* per clyſterem infuſo, *laudano opiato:* Si ex uſu colocynthidis, ad quem deterſo inteſtinorum muco ingentia ſuccedunt tormina, & adapertis venarum oſculis, ſanguinis profluvium, *oleo copioſiore per inferiora infuſo.*

Venenis, cui alexipharmacum opponendum; *ſmaragdi* inprimis præpar. grana aliquot, in aqua convenienie.

Alia *ab internis*, de quibus infra.

II. Alia eſt [51] *à Toto*, quæ eſt *vel* cum febre, *vel* ſine febre, ut ſequente differentia dicetur.

Alia à [52] *parte aliqua*, quam Differentia quinta vide.

III. Alia eſt *cum febre*, materia fluxum excitante, à toto tranſmiſſi, quæ

[53] *Cognoſcitur* ex eo quod cruda admodum, humida & confertim cum ſtridore ejiciantur, & febris ſigna adſint.

Curatur difficilius, ſi in morbo diuturno cum cibi faſtidio ſincera, id eſt, quæ nullam humiditatem aquoſam permixtam habent, dejiciantur, quia exuſtionem humiditatis nativæ à calore debili indicant, *ſi* cum ſtridore crebro, & nimium excernatur, quia ille crudam vitioſorum humorum dejectionem indicat; illud quia frequens deſidendi labor inſomnium facit, hoc quia periculum defectionis imminet: *ſi* craſſa, alba, viridia, crocea, ſpumantia deponuntur, quia cruditates, impeditum fluxum, bilis flavæ in inteſtinis copiam ſpiritus flatulenti cum humore commixtionem demonſtrant.

Nullo interdum modo, ſi dejectio ſit nigra, pinguis, livida, æruginoſa & fœtida.

[54] *Curatio* iiſdem adminiſtratur, ut ſupra, habita febris ratione.

Dividitur dupliciter. I. Vel eſt [55] *Critica*, quæ ſinenda & promovenda, vel [56] *Symptomatica* [57] *tempore*, quam natura à materiæ copia vel qualitate ſtimulata, ante coctionem, ſed cum virtutis robore inſtituit; quæ [58] nec ſiſtenda nec promovenda, nec interdum naturæ relinquenda, ſed materia evacuanda, revellenda, alteranda.

Vel *Symptomatica plane*, quæ à cauſa morbifica irritata, illaque quaſi invita fit, cui per ſuperius enumerata remedia occurrendum.

II. Vel eſt *Colliquativa*, vel *Non:* de quibus vide ſequentem Differentiam.

Alia eſt *ſine febre*, quæ *cognoſcitur* ex eo, quod humor raro ſub propria forma, ſed mutatus excernatur; & quod à nimia ciborum, corruptorum ingeſtione, vel aliis cauſis proficiſci, nullis ſignis indicetur; partis alicujus ſingularis affectæ nulla ſigna adſint.

Fit aliquando, quando [59] ſeroſi humores leucophlegmatiæ cauſa, per alvum excernuntur; vel quando [60] hominibus ſanis, quibus ſerum in venis plurimum redundat, frigus autumni nocturnum aut matutinum, altius in corpus penetrans, à vaſis exterioribus ſeroſos humores verſus interiora, & in majores venæ cavæ meatus repellit; qui tandem ad viſcera delati, & ad meſenterii ramos repentes, in inteſtinorum cavitatem confluunt.

De curatione nota. Fluxum conſuetum, ſi moderatus, non ſiſtendum: ſi nimius, reprimendum: ſi diminutus, adjuvandum: non conſuetum, ſi in nondum ægris, non compeſcendum; ſi nimius & vires proſternens, compeſcendum per evacuationem vel revulſionem.

Medicamenta rectius *in ſolida forma* exhiberi.

Vomitoriis oleum immiſcendum non eſſe.

Incraſſantibus & abſtergentibus ſimul agendum.

♂. Seroſitatem per *ſudores* optime diſpelli.

Epidemiam malignam, in qua materiæ bilioſæ primum, poſt liquidæ ſeroſæ & pituitoſæ humiditatis, tum porraceæ nocte dieque perſeverantis, æruginoſæ, cum ſummis torminibus, inappetentia, vomitu excretio; nonnunquam & ſanguinis purulenti qui aditantes afficiebat, vide in Barthol. Hiſt. Anat. l. II. hiſt. 65.

IV. Alia eſt [61] *Colliquativa*, quæ alias fluxus colliquativus vocatur, quæ.

Cognoſcitur ex eo, quod excrementa ſint plerumque vario colore prædita, plerumque [61] fœtida, [62] aliquando pinguia & viſcoſa; [63] quod adſit febris vel ardens, vel maligna, [64] vel hectica, [65] corpus ſtatim præter modum extenuetur &c.

[66] Accidit in febribus ardentibus, [67] hectica, phthiſi, inflammationibus, in quibus à calore ingenti non ſolum humores in venis, ſed & proximum partium alimentum colliquatur; & ſi tenuius eſt diſſipatur; ſi craſſius, ad ventrem confluit.

[68]. *Curatio* eſt ut plurimum fruſtranea,[69]. in hecticis præſertim & phthiſicis, quibus capilli defluunt. Reſrigerantibus, humectantibus, & nonnihil adſtringentibus agendum: quæ non tam extra quam intra adhibenda, ne caloris præter naturam effluxus impediatur.

Alia *Non colliquatio*, de qua in tertia Differentia.

V. Alia eſt[70]. *ab inteſtinis*, quando materia Diarrhœam ferens in iis exiſtit,[71]. & tum in *cauſa* ſunt

1. *Vermes* interdum, quorum ſigna præſto erunt, & ſuis medicamentis pellentur.

[72]. *Venarum meſaraicarum*, ut chylum non attrahant, qui ibidem collectus, in inteſtina copia ſua ſtimulat.

[73]. *Obſtructio*, &[74]. *tum* chylus albus excernitur, atrophia ſi fluxus diu duret conſequitur.

Aperientibus maxime agendum eſt, & quidem eis, quæ ſimul epari ſunt utilia, nec alvum irritant.

Alia[75]. *à Cerebro*, quod pituitam[76]. inſipidam vel[77]. ſalſam in inteſtina, noctu inprimis ægro ſupino dormiente mittit, quæ γ vel lubricam ventriculi & inteſtinorum tunicam facit, vel cibis commixta concoctionem labefactat.

[78]. *Cognoſcitur* ex eo,[79]. quod ſigna infirmitatis cerebri adſint,[80]. & balbis maximè, propter humiditatem, familiaris ſit.

In β. *curatione*[81]. vitandi *gargariſmi* & maſticatoria, ne materia catarrhi in ſtomachum trahatur.[82]. *Veſicatoria* ad primam & ſecundam cervicis vertebram apponi poſſunt.

Alia à[83]. *Ventriculo*, quæ

[84]. *Cognoſcitur* ex ſignis affecti ventriculi.

Oritur, vel à[85]. *cibis corruptis*, ſeu per ſe; *tum*, quia natura valde irritatur, reliqui in corpore humores concitantur, mala diſpoſitio ventriculo inducitur. Diarrhœa periculoſa eſt: ſeu propter aſſumendi modum, & *tum* minus eſt periculi.

Vel ab *humoribus*, ob vitiatam concoctionem *excrementitiis* ibidem collectis, qui interdum etiam aliunde mittuntur, ab hepate propter malitiam non attrahuntur, & expultricem ad excernendum ſtimulant.

Curatio nihil ſingulare habet.

Alia *ab*[86]. *Epate*, quod

Vel[87]. *obſtruitur*, aut in ſima parte, ubi deobſtruentibus agendum: aut in gibba, & tum[88]. diuretica proſunt.

[89]. Vel *bile nimis abundat*,[90]. & tum intemperati epatis ſigna aderunt.

[92]. In *Curatione*, laudatur ratione adſtrictionis;[91]. *Caſeus antiquus*, comminutus, aqua aliqua reſrigerante & adſtringente ablutus, & in ſartagine toſtus. Diuretica ne ſint acria.

Alia[93]. à *Liene*, qui[94]. humorem melancholicum collectum, vel aliunde acceptum deponit, ita ut dejectio picis inſtar interdum nigra ſit, propter ſanguinem ex aperto in hypochondriis vaſe in inteſtina effuſo, ibique in nigredinem exuſto; &[95]. *tum* Lienis affecti ſigna adſunt. Sanguis extra vaſa elapſus & concretus ſi ſiſtatur, lipothymiam & alia gravia mala infert. Scorbuticum malum interdum concurrit.[96]. Ne humor mordax inteſtina exulceret, clyſteres detergentes & temperantes ſæpe injici debent.

Alia *ab*[97]. *Vtero*, quando humores & menſes detenti ad epar deducuntur, inde ad inteſtina. *Tum* periodi interdum ſervantur. Ratio menſium in Curatione habenda eſt.

[44]. *Differentiæ ſunt variæ*) Quas breviter perſtringit *Walæus* l.c. Humores illi vel ſunt omnis generis; vel ſerum ſanguineum & tum dicitur Hepatica Diarrhœa; Vel fæces tantum, & tum Fæcalis dicitur, Excernitur, etiam bilis, pituita, melancholia: Humores illi generantur, vel in ventriculo, vel in inteſtinis, vel aliunde eo veniunt: Illic generantur ob valde pravam concoctionem, vel quia vermes ſunt in inteſtinis: Aliunde veniunt præſertim ex genere venoſo; nec credit *Walæus* ex cerebro tantam materiam confluere ut inde diarrhœa poſſit ſequi.

Riverius Differentias ad tria capita refert, quorum primum reſpicit materiam quæ excernitur. 2. continet locum à quo illa materia profluit, 3. modum & cauſam efficientem; Ratione *materiæ* alvi fluxus alius bilioſus, alius pituitoſus, melancholicus vel ſeroſus: Ratione *loci*, vel provenit à toto corpore, vel ab aliqua parte peculiari; Ratione *modi & cauſæ efficientis*, alia eſt critica, alia ſymptomatica: alia à cauſa interna, ut intemperie, vel prava alia partium internarum diatheſi; vel externa, ut medicamento aut veneno: Hæ autem differentiæ ſimplices utplurimum non reperiuntur; ſed in uno eodemque alvi fluxu complicantur, Sic alvi fluxus bilioſus eſt ab hepate, vel toto corpore; pituitoſus à cerebro aut ventriculo; melancholicus à liene, ſeroſus à toto corpore, Complicantur etiam utplurimum illæ differentiæ ex varia humorum miſcella, ita ut non raro bilis, & pituita, & humor ſeroſus, eodem alvi fluxu excernantur: Eſt & alia ſpecies quæ Colliquativa dicitur; ut & fluxus ſtercoroſus.

[44]. *Differentiæ* Diſtinguitur Alvi fluxus in ſpecies diverſas, inprimis ratione excreti diverſi. Nam I. excernuntur ipſa Alimenta potuſque nequaquam immutata in affectu *Lienteria* dicto; II. Excernuntur eadem fermentata quidem ſed non ſecreta, in *Cœliaco*; III. Excernuntur humores *aquei* & *bilioſi*, in Diarrhœa *bilioſa*, IV. Aliquando Pituitoſi, alias craſſi & viſcidi.

in

in *Pituitoſa*, alias tenues in ſeroſa: v. Quandoque *pinguia* excernuntur & Oleoſa, in *Pingues* indenominanda: *Reliquas ſpecies cum Alvi fluxus quidem nomine non Diarrhœæ donanda ſint*, videl.c. *Fr. Sylvius Pr.l.1.c.13.*

Conſiderandæ ſunt *Differentia* ratione *cauſarum ſiendique modorum*, nempe Diarrhœa eſt vel *artificialis*, ut in purgatione per catharticum, vel *naturalis* ipſo naturæ motu concitata: Hæc vel *ſpontanea*, quæ fit i.ob *errorem externum*, ut ex fructibus horæis aſſumptis, & ex corporis refrigeratione nocturna &c. ij.ob *internam materiæ metaſtaſin*, ut cum Diarrhœa ſuperveniens pleuritidem ſolvit. iij.Ob *ſpontaneum humorum motum*, ſub quo vitium bilis ordinario ſubeſſe aut ſimul jungi ſolet: Tales ſunt diarrhœæ quæ ex mutata diæta in peregrinationibus; item quę tempore verno aut autumnali ſua ſponte ſuperveniunt: Aut *non ſpontanea*, quæ vel eſt *morbus* vel *morbi*. Diarrhœa *quæ eſt morbus*, ſunt iſta quæ ſubinde ægros affligunt, ſive internæ ſive externæ occaſionalis ratione; item quæ alterationi corporis poſt fructus horæos ſuperveniunt &c. Hujuſmodi ſunt vel epidemiæ, Et talis iterum vel *accidentalis* vel habitualis, qui nempe diu & ſubinde per aliquot annos continuare ac perſiſtere ſolent, *Diarrhœa morbi*, eſt nunc *ſymptomatica*, nunc *critica*. Etmuller.

45 *Differentiæ ſunt variæ*) Cum Diarrhœæ propter varias cauſas & occaſiones exoriri ſint ſolitæ, dico pleraſque illarum, mere *ſymptomaticas*, ab aliis affectibus pendere, earumque therapiam eandem prorſus eſſe ac pathematum iſtorum quorum ſoboles exiſtunt: Ita ſiquidem in Scorbuto ac Phthiſi, uſitatum eſt laborantes crebro ventris fluxu moleſtari: Methodus medendi tuminę ſymptoma hoc, ſed ægritudinis primariæ cauſam ſummovendam reſpicit: Attamen prætcrea Alvi fluor, (qui Diarrhœa aut Dyſenteria appellari ſolet) interdum per ſe morbus videtur, qui curationem ſpeciatim poſtulat, *Willis*. Vide caput *de Dyſenteria incruenta*.

Quædam etiam eſt *Epidemica*, plus minus *maligna* aut *contagioſa*, ex *fermento acri*, maligno, ſtomacho hoſtili, vel cum aëre inſpirato, vel cum aſſumptis ingeſto, vel excretis ægrorum ſuſcepto, ſe confeſtim multiplicat, & pronius oritur. *Etmuller*. In hac, & contagioſa, Diaphoretica valent. *Idem*.

45. *Differentiæ ſunt variæ*) Inter quas primaria hæc eſt, quod Diarrhœa aliæ ſit critica, alia ſymptomatica, Qui hanc dignotionem negligunt, illi vel benigniſſimos naturæ conatus temerario ſæpius auſu impediunt, vel futuri morboſo ex imperitia illa, ſummo cum patientis damno, imo interitu ſæpius connivent; De critica ergo diarrhœa ſciendum, quod natura tunc nequaquam in opere ſuo ſit turbanda, præſertim ſi fiat cum euphoria & tolerantia, aut, ut vulgus loqui ſolet, cum bonis ægri rebus, Sin vero ſymptomaticum ſit alvi profluvium illud, tunc tractare iſtud diligenter, & vigilantem in eo curam adhibere oportet, præbendo nempe adſtringentia optima, non ſine bezoarticorum opimorum connubio. *Chriſt.Langius Pathol.Anim.p.463.* Vide ſupra §. *Curatio non ſtatim tentanda*) & inferius §. *vel eſt critica*.

46. *Alia eſt ab externis*) *Cauſæ remotæ* ſunt nunc ipſa externe aſſumpta, facile effervеſcibilia, aut corruptibilia, nunc ipſe internus naturæ motus, per humores concitatæ; Sic notiſſimum eſt quod inter aſſumpta *fructus horæi*, cucumeres, *melones &c.* utpote facile fermentiſcibiles, Diarrhœam inducant, *Etmuller*.

46. *Alia ab externis, ut &c.*) Si ab aſſumptis venenis facta eſt cyſtidis felleæ magna irritatio, Biliſque copioſa excretio, modis omnibus temperanda venenorum acrimonia, quin ipſa per vomitum vel alvum quantocyus expellenda; Temperant acrimoniam præ aliis omnibus feliciſſime *Pinguia*, unde in vulgari uſu ſunt lac dulce, imprimis calens, Olea amygdal.dulc.olivar. juſcula pinguia, decoctum ficuum, quæ tum ſola, vel cum aqua tepida copioſe ac ſæpius aſſumpta, obtundunt, diluunt, & ad evacuationem ſurſum deorſumque apta reddunt venena: Ubi hæc non ſufficiunt, dentur blanda vomitoria vel cathartica; Ad obtundendam vero Veneni acrimoniam, eandemque ad interiora ſerpentem foras per corporis habitum propellendam, conducunt Opium omniaque opiata, theriaca, mithridatium, diaſcordium &c. *Fr. Sylvius l.1.c. 45.*

46. *Alia ab externis*) A pulveribus bezoardicis quandoque alvi fluxus ſequutus eſt, id quod per accidens fit, ſunt enim hi Pulveres adſtringentes fere ſimul vel roborantes, fitque illa diarrhœa potius à fervore & putredine acri biliosi exſuperantis humoris, futura etiam citra bezoardica; adeoque & hic attendendum eſt, an dato tali caſu, à medicamento, an mere per accidens id evenerit, idque in bonum vel malum: Quin & ab Opiatis, maxime Pilulari forma, & dozi integra majori datis, tum vomitum ſæpe ſequi mane ſequente, tum in quibuſdam alvi fluxum: viſum id fuit nonnunquam in phthiſicis, quorum inteſtina teneriora erant, & glandulæ inteſtinales obſtructæ; unde ut nec chylus invenit aditum, ita nec medicamenta prompte; conſequente hinc facili fibrarum nervearum irritatione, bile imprimis, ut fit, una concurrente & fermentante. *Wedelius* Sic obſervavi pulverem *Quinquina* nonnullis alvi fluxum irritaſſe, & nihilominus febrem compeſcuiſſe.

De Hypercatharſi.

47. *Ut medicamentis purgantibus*) Cum medicamenta purgātia ſumuntur in forma liquida, jamjam ad operandum ſatis parata ſunt, ſin vero ſolida ſubſtantia conſtant, ventriculo ingeſta, & à fermento ejus diſſoluta, ac imbuta, quaſi Tincturam conſtituunt, quæ pari modo ac liquor purgans cathartica evadit.

Videtur etiam quod ejuſmodi latex, primo in ventriculo & poſtea in inteſtinis concluſus, mox tunicæ interioris filamenta villoſa, cum glandulis imbuit, iiſq; dum penitus adhæreat particulæ ejus fibras nerveas, & vaſa tum ſanguifera, tum chylifera ſubeunt, ac unaquæque horum inſuper & porum choledochum, & pancreatis ductum ad contenta ſua reddenda, ac velut expuenda irritant: Interea cum tonicæ interioris fibræ nerveæ, partim à pharmaco imbibito, partimque ab humoribus in cavitatem ejus expreſſis vellicantur, tunicæ ſuperioris carneæ fibræ ſpaſmos excretorios ineunt, quibus quod moleſtum eſt amoveatur.

Quo ritu hæc primum in ventriculo, & dein ſucceſſive in quibuſque inteſtinorum partibus fiunt, & cujuſmodi humores in toto eliciuntur, videndum.

Quoad ventriculum, videtur tinctura cathartica intra ſtomachum diffuſa, imprimis tunicæ interioris filamenta nervoſa imbuere, iiſque pertinacius adhæreſcens, inde paulatim fibris nerveis tradi, quas ſubiens, & brevi ad ſaturitatem implens, demum irritare incipere, quæ ideo ſtatim corrugatæ liquorem imbibitum una cum proprio ſucco, & phlegmate viſcoſo ventriculi tunicis impacto, excutere ſatagere: Porro ejuſdem medicamenti, dum in ventriculo moratur, particulas quaſdam alias, vaſorum & glandularum ora ſubeundo & vellicando, iiſque ſeroſitates, alioſque humores exprimi & emulgeri facere: Dumque adeo ventriculi fundus, & fibræ nerveæ à moleſtis hujuſmodi contentis aggravantur & laceſſuntur, fibras carneas in contractiones excretorias conciras ſtomachi fundum & latera ſurſum colligere & verſus pylorum inclinare, proinde ut ſaburra iſta, una cum tinctura medicamentoſa foras eliminari & ad inteſtina tranſmitti queat, Inde ſtomacho ſedationem & quietem parumper obtingere, donec ejuſdem tinctura filamentis villoſis eluatur penitus

& abſtergatur, atque ſpiritus fibrarum incolæ excandeſcentias ſuas dimittant, quod interdum brevi ac facile ſuccedit, ita ut ſtomachus poſt unam horam aut alteram, moleſtia quavis à ſtomacho impreſſa, immunis fiat, perturbatione reliqua omnino ad regionem inteſtinalem tranſlata; Sæpenumero tamen accidit à cathartico aſſumpto brevi vomitiones perquam atroces excitari, & nihilominus, pharmaco licet rejecto, purgationem ſatis copioſam ſuccedere. Cujus ratio eſt, quod irritatio nimis violenta ab initio facta, ſpaſmos fortiores, id eſt emeticos conciat, dein poſtquam irritamenti iſtius impetus relaxatur, aut reſtringitur, contractiones miteſcentes catharticæ evadunt: Enimvero medicamenti purgantis, & vomitorii virtus, & operandi modus, non tam quoad qualitates ſpecificas, quam ſub hoc reſpectu potiſſimum differunt, quod moleſtia ab illius irritatione facta facilius aut diutius tolerati, & demum ad inteſtina transferri queat, non autem quæ excitatur ab emetico.

2. Tinctura cathartica à ſtomacho deturbata, & ſecum exinde materiam quandam excrementitiam deferens, inteſtinis illabitur, ubi ſtatim in duodeni ac ſuperiori ilei tranſitu tunicæ villoſæ filamenta imbuit, iiſque tenaciter adhæreſcit, deinde particulæ medicamentoſæ uberius diffuſæ fibras nerveas, necnon glandularum aliorumque vaſorum ductus ſubeunt, eorumque ſpiritus incolas irritant, cum humoribus inibi ſcatentibus fermenteſcunt; eoſque illinc exprimi, & velut emulgeri cogunt, adeoque in cunctis perturbationem magnam cient; quapropter fibræ carneæ à ſpiritibus irritatis, & in expulſiones actis inflatæ, & contractæ, ſpaſmos, moleſti iſtius excludendi gratia, excretorios ineunt: hinc cum ſuperior ductus inteſtinalis regio, in vermiculationes crebriores ac fortiores, quibus contenta ulterius propelli queant, urgetur, excretionis motus illic inceptus ad reliqua inteſtina propagatur, ſimulque hæc à ſuperiorum contentis, in cavitates eorum detruſis ſtimulata, ſpaſmos excretorios ſeriatim ineunt, donec alvi fæces, quæ extime conſiſtunt, foras deturbantur, aliis, ac ſubinde aliis, in loca eorum ſuccedentibus, Tinctura cathartica, quatenus ſpiritibus infeſta, fibras nerveas in corrugationes, & non raro extenſiones dolorificas, atque fibras carneas in ſpaſmos excretorios irritat, dein quatenus eadem cum humoribus, & inteſtinorum contentis fermenteſcit, ebullitione intra cavitates eorum facta, & flatibus concitatis, membranas continentes varie inflat, proindeque alvi dejectiones cum torminibus & crepitu inducit.

Dum fibræ Nerveæ & Carneæ ob ſpiritus à Tinctura cathartica irritatos adeo in ſenſiones moleſtas & ſpaſmos excretorios aciuntur, etiam porus bilarius & pancreaticus vellicati & ſuccuſſi, humores ſuos profundunt, ac in cavitates inteſtinorum velut exſpuunt; à quibus utriſque, & præſertim à bile copioſius ſuffuſa, membranæ haud minus quam ab ipſo pharmaco irritatæ, in excretiones majores crebrioreſque urgentur, cumque adeo dejectiones humoris iſtius flavedine tingantur, dicitur vulgo (licet falſo) bilem flavam à medicamento elici & peculiariter educi.

Quod ſi humores è ductibus iſtis ſuffuſi mutuo efferveſcunt, ac, uti quidam opinantur, cum inſigni orgaſmo invicem colluctantur, propterea intra cavitates inteſtinorum perturbatio adhuc major, cum humorum & flatuum turgeſcentia conciabitur: Nec ſolum bilis & ſuccus pancreaticus à cathartico in ductus inteſtinales exprimuntur, ſed inſuper è glandulis tunicæ interioris, ob vellicationem conſtrictis, & arteriarum oſculis affectis & reſeratis, humores ſeroſi velut emulgentur, qui alvi contenta plus diluunt, & tum lubricando, tum irritando excretiones promovent, Cæterum ipſe mucus inteſtinalis, cruſtam villoſam oblinens, ſi quidem ab humoribus ſeroſis ita expreſſis eluitur, atque ob fibras carneas corrugatas & ſuccuſſas abſtergetur, alvi purgamentis accedit, eorumque molem adauget: quinimo interdum hoc muco plurimum abſterſo, & vaſorum oſculis inſigniter vellicatis, ac velut raſis, merus ſanguis effluens dejectiones cruentas conſtituit: Ad hunc modum intra ſtomachi, & inteſtinorum cavitates Purgantia, quatenus ſpiritus irritant, cumque humoribus fermenteſcunt, operationes ſuas perficiunt: [A, cujuſmodi autem pharmaci particulis, aut elementis, tum vis iſtæc Irritativa, tum virtus Fermentativa procedunt, mox inquiremus; interim advertimus cathartici energiam longe extra primas vias, viz. in maſſam ſanguineam, & liquorem nerveum, adeoque conſequenter aliquatenus ad cerebrum, præcordia, aliaſque partes aut viſcera extendi.

1. Quoad Sanguinem, Cathartici particulas in maſſam ejus ſuſcipi, & cum eo circulari inde conſtat quoniam urina à quibuſdam odorem & colorem mutuatur, Lac nutricis medicatæ infantem purgat, pharmaca quædam hydropicorum aquas per ſedem evacuant, reſina gialapæ ſerum lixiviale odoris urinacei purgare ſolet; quare extra dubium ponatur medicamenti purgantis quædam corpuſcula in ſanguinem admitti perque totum ejus liquorem diffundi: Et quidem circa introitus ejus vias non eſt ut longe quæratur, quippe neceſſe erit quaſdam cathartici particulas, ſucco nutritio permiſtas, per vaſa lactea obrepere: Porro cum venarum quædam quaſi ſylva denſiſſima coctionis viſcerum omnium tunicæ interiori ubique inſeratur, a.is obvium erit concipere medicamenti, haud minus quam alimenti, particulas quaſdam his ductibus in ſanguinem traduci, quæ copia ingenti primo intra venas, deinde etiam intra arterias diffuſæ (ſiquidem heterogeneæ prorſus ac indomitæ fuerint) maſſam ejus exagitant, varie fundunt, ſicque una cum aliis ſanguinis recrementis excluſionem protitant, atqui ſanguis adeo fuſus, & in fermentationem excretoriam concitus, medicamenti particulas, una cum recrementis aliis expurgandis per arteriarum inteſtinalium oſcula, tunc temporis etiam à pharmaco vellicata, & reſerata, in viſcerum iſtorum cavitates deponit, unde mox per ſedem evacuandi nitur: Ad hunc modum è cruoris maſſa, una cum Tinctura Cathartica, ad inteſtina remandata, ſeroſa colluvies, aliæque ſanguinis ſuperfluitates aut corruptelæ expurgantur: Porro cum vaſa ſanguifera hac ratione depleri incipiunt, humores alii ſuperflui, aut recrementitii circa viſcera, præcordia, cerebrum, aut corporis habitum prius depoſiti, in maſſam ſanguineam reſorbentur, & exinde ſtatim perdurante adhuc efferveſcentia ejus excretoria, verſus inteſtina correpti, qua via tunc patet, foras ejiciuntur, adeoque ad hunc modum pharmaca cathartica in totum corpus operantur, & à partibus quibuſque remotis materiam incongruam & excernendam educunt. Ex his ſatis conſtare arbitror Catharſin ſolummodo per irritationem, fermentationem & expulſionem, ac minime, uti vulgo fertur, per attractionem peragi &c. *Willis.*

48. *Hypercatharſin cauſantibus*) Eam inferunt Purgantia duobus modis, 1. *Irritando* ſimpliciter inteſtina, unde uberior liquorum fluxus, eorum ſcilicet qui in iis locis vel naturaliter tranſcolantur, vel tranſcolari natura apti nati ſunt, v. g. antimonialia; reſinæ acriores purgantium, Mercurius ſublimatus: arſenicum &c. 2. *Fermentando* & colliquefaciendo maſſam ſanguineam, ſpeciatim chylum quaſi muſteum, nec adeo perfecte ſanguini aſſimilatum; unde colliquefactæ ſubſtantiæ iſtæ, & ita excrementitiæ factæ; ſero involutæ, per convenien-

convenientes vias evacuantur, uti fit à laxantibus venis infuſis. aut quando odoribus purgantium, aliisve ſimilibus modis purgantur. Ex utraque enim cauſa & *Diarrhœa* & exceſſivus ejus gradus *Cholera* oriri poteſt; Ab *irritatione* quidem, ut quando à *Mercurio ſublimato*, aut *aqua forti*, cholera aut diarrhœa inducuntur; A *fermentatione*, quando ab eſu fructuum horæorum idem contagium Diarrhœam concitat: Ibi ſimplex acrimonia rerum irritando hoc malum infert, Hic ſimul fermentum adeſt, plus minus malignum, turbans & colliquefaciens humores. *Etmuller.*

48. *Hypercatharſin cauſantibus*) Purgantia aſſumpta, ſi adeo expulſi[...]m ventriculi & inteſtinorum commoveant, ut vehementius operentur, & diutius quam par erat purgationes ab illis procedentes durent, *Superpurgationes* dictas efficiunt; Quod licet præcipue fortioribus catharticis, ob illorum vim admodum irritantem aliquando eveniat, tamen & leviora, *Laxantia* dicta, quod alvum laxando ſaltem movere credantur, cum etiam abſtergente vi aliqua & adverſa naturam ad excretionem ſolicitent; nec tanta in illis ſit humiditas, vel aliqua unctuoſitas ut ſic alvum vehementius laxando ſolvere poſſent, ſuperpurgationes, ut in *caſſia & manna* exhibitione ſæpe fieri ſolet, nonnunquam pariunt. *Platerus.*

49. *Quæ ſiſtitur*) Diarrhœa artificialis, ſi ſit ex *hypercatharſi*. convenit interne Bolus ex *theriaca Andromachi, cum aqua cinnam.* aſſumptus, Item *terra ſigill. antimonium diaphor. c. c.* ſine igne: In ſpecie *pumex*, item *opium*, ac inde *Theriaca & Diaſcordium*. Hinc *vinum Rhenanum* generoſum, ſpeciatim *vinum abſynthites*: Æger in lecto calido imponatur: Abdomini, inprimis regioni epigaſtricæ *Empl.* ex *theriaca* imponatur, vel *Fotus* ex *decocto abſynth. menthæ*, cum *aromatibus*, in *vino* decocti; Quod ſi tormina, aut alvum egerendi conatus adſint, *Clyſma* ex *lacte tepido*, in quo *theriaca*, diſſoluta ſit, injiciatur. Aut etiam Clyſma ex *vulnerariis* nonnihil adſtringens & blande abſtergens: Ac ſane non rarum eſt in aliis morbis ſupervenientes alvi fluxus clyſmatis anodynis, & ex lacticiniis paratis compeſci; quorum tunc habetur indicatio, quando *crebrius* & tamen parcius dejiciunt ægri, peccante magis acrimonia quam copia excernendorum. *Etmuller.*

Vt vomitum quemvis fere compeſcit *ſuccus menthæ criſpæ*, cochlearis unius vel alterius menſura, cum juſculo, aqua cinnam. vino &c. exhibitus, ſic & hypercatharſin.

49. *Quæ ſiſtitur*) Medicamentum Purgans aut quantitate aut qualitate improportionatum fortius & diutius operatur, & quatenus fibras nerveas nimium irritando ſpiritus animales in excandeſcentias non facile ferendas adigit, & quatenus ſanguinem & humores fundit, & quaſi liquat, proinde ut liquamina eorum in viſcerum cavitates depoſita irritationes excretorias adhuc majores faciant: Methodus Therapeutica Hypercatharſeos tum præcautionem tum curationem reſpicit.

Quoad prius, ante pharmaciam in operatione ejus, & poſt eam, conſideratione & cautela opus eſt, Primo namque imprimis perpendere oportet, tum corporis purgandi conſtitutionem, robur & conſuetudinem; tum medicamenti exhibendi naturam, dozin, operandi modum & affectus ordinarios; dein ſymbolis collatis, agentis virtutem juxta patientis tolerantiam proportionare.

Secundo, dum pharmacum operatur, coctionis viſcera, ſanguis & ſpiritus animales à quavis alia perturbatione immunia ſerventur: Quare hoc tempore, nec alimenta craſſa, viſcoſa aut copioſa, quæ ventriculum moleſtant, ingerantur; frigoris externi occurſus, quo pori corporis conſtipentur, ſedulo vitetur; denique animus placidus uſque ac ſerenus, curis & ſtudiis ſeverioribus vacet.

Tertio Pharmaci operatione finita, & ſpirituum animalium excandeſcentiam ſedari, atque ſanguinis & humorum effervescentiam compeſci oportet, in quos fines medicamentum anodynum, aut blande hypnoticum exhibeatur e. g.

℞. *Aquæ flor. paralyſ.* ℥ii. *cinnam. hordeat. ſyrupi de meconio* ãã. ℥ß. *margarit.* ℈ß. *f. hauſtus hora ſomni ſumendus.* Vel

℞. *Conſervæ roſar. rubr. vitriol.* ℈ii. *diaſcordii* ʒß. *diacod. q. ſ. f.* Bolus, ſumatur hora ſomni.

Quod ſi omiſſa, aut non obſtante hujuſmodi cautione medicamento purganti hypercatharſis ſupervenerit, illico patiens, lecto calenti impoſitus, methodo ſequenti tractetur, Imprimis ventriculi, & totius epigaſtrii regioni, aut *emplaſtrum ex theriaca*, aut fotus è *decocto abſynthii*, menthæ, cum aromatis in vino rubro, cum ſtuphis laneis calidiſſime intinctis & expreſſis adhibeatur: Ore protinus aſſumatur aut Bolus è *Theriaca Andromachi*, aut ſolutio ejus *in aqua cinnamomi* facta; Porro *vinum uſtum*, & aqua menthæ dilutum cochleatim crebra vice propinetur.

Si alvi tormina infeſtent, Enema ex *lacte tepido*, cum *theriaca* diſſoluta injiciatur; interim membris exterioribus frictiones calidæ, ac interdum ligaturæ, quibus ſanguis extra devocetur, & à nimia colliquatione, inque viſcerum cavitates effuſione detineatur, admoveri debent; Si vires conſtent, & pulſus ſatis robuſtus ſit, aut *diacodii*, aut *laudani liquidi* dozis cum vehiculo idoneo ſumatur. *Willis.*

50. *Cui alexipharmacum opponendum*) Huc faciunt *abſorbentia*, vulgo *præcipitantia* dicta. Item *adſtringentia* v. g. *coralliata, c. c. terra ſigill.* Item *cryſtallus, ſmaragdus &c.* Sic *Zacutus lib. 1. M. P. hiſtor. 22 & 23.* diuturnam Diarrhœam & ingentem refert, ex *Veneno* ab amaſia in cibo propinato, alias tritis per *ſmaragdum* procuratam ad gr. xii. *in conſerva cydoniorum*: Sic in diarrhœis bilioſis; nempe in bile æruginoſa & porracea dictis, cryſtallum laudare ſolet. *Etmuller.*

Diarrhœa à toto.

51. *Alia eſt à toto*) Materies ἐκκοπρωτικὴ à regione interdum remota, nempe aut à maſſa ſanguinea, aut è liquore nerveo ejuſque emunctoriis, vel à toto corporis habitu interdum ad inteſtina tranſmiſſa, fibras eorum nerveas, proinde carneas, in ſpaſmos excretorios ciet, In prædictis enim partibus ac locis, ac imprimis in maſſa ſanguinea, humores degeneres aut ſuperflui turgeſcentes, cum per diaphoreſin, aut diureſin, nec facile, nec ſatis amandari queant, ſæpe metaſtaſi introrſum facta, vaſorum inteſtinalium oſculis ubique confertiſſime dehiſcentibus exudant, dejectiones crudas & aquoſas inducentes.

Quinimo ipſe interdum cruor, in craſi vitiatus, & ad coagulandum aptus, cum per minuta iſtæc vaſa haud expedite circulatur, frequenter in magna copia erumpit & dyſenteriam parit. Cæterum obſervare licet, quando pori exteriores à frigore ſuſcepto conſtringuntur, aut tumores cutanei ſubito evaneſcunt, Alvi fluorem ſuccedere: Novi plures alvi conſtipationi obnoxios, hoc tantum remedii genere curatos fuiſſe, nempe ut diluculo, & hora prius aſſueta citius, lecto ſurgerent; quantum enim διαπνοῆ ſolita adimitur, tantum ad alvum lubricandam additur. *Willis.*

51. *A toto*) Cum à toto corpore profluant humores, adeſt vel præceſſit febris continua, vel aliquis alius totius corporis affectus, ut cachexia, leucophlegma-

tia, vel ingeſtorum ciborum & potuum copia præceſſit, & nullius partis peculiaris præceſſit affectus. *Riverius.*

51. *A parte aliqua*) Si Diarrhœa in morbis *hepatis*, *lienis* eveniat, eadem erunt obſervanda & prædicenda quæ in febribus (Vide infra §. *Curatio iiſdem adminiſtratur*) In *phthiſi, atrophia, hectica febre*, *hydrope*, ſupervenientes alvi fluxus lethalis plerunque & huic, quamdiu conceditur, inſiſtendum, ad morbum comitem ſemper interim reſpiciendo. *Platerus.*

52. *Ex parte aliqua*) Aliquando contingit Diarrhœa ob internam materiæ metaſtaſin, ut v. g. Diarrhœa ſuperveniens pleuritidem in ſexagenaria ſolvit. *Panarolus Pentec. obſerv. 36.* Vel quando pleuritidi ſuppuratæ ſupervenit diarrhœa purulenta: Faciunt hoc Diarrhœæ quæ dicuntur oriri ab hepate, cerebro, liene &c. Sic *Zacutus Pr. Adm. l. 2. obſerv. 20.* refert fluxum diuturnum cerebralem cauterio ad bregma indito curatum: *Meara in obſerv. Med. pag. 131.* obſervat diarrhœam ex capite oriundam, qua ſuppreſſa copioſi pediculi generabantur.

(*Hoc ipſo menſe Januario 1686. quo hæc ſcribo, vidi in puero octenni ſubortam diarrhœam litu capitis, pediculis ſcatentis, ex oleo nucum cui aliquid olei ſem. ſtaphiſagria remixtum fuerat; remittente diarrhœa de novo pediculi exorti ſunt*) *Zacutus 2. M. Pr. h. 76.* refert alvi fluxum ex debilitate brachii unius ſubortum, eo corroborato ſanatum, *Rhodius cent. 2. Obſ. 84.* Diarrhœam ab urinæ ſuppreſſione natam, *Schenckius lib. 3. Obſ.* Diarrhœam ex diſrupto lienis abſceſſu. *Sylvaticus c. 3. conſ. 18.* ſanioſam cum febre & jecoris abſceſſu, & ex bubone ſub axilla. Omnes hæ diarrhœæ ſaltem ſpontaneo naturæ motu, per metaſtaſin nempe materiæ, & variam ex uno loco ad alterum translationem originem duxerunt. *Etmuller.*

52. *Alia a parte aliqua*) *Ammannus Para 2. pag. 163.* non ſolum Diarrhœam, à *toto* putat ancipitem, ſed eam quoque quæ vel à *capite*, vel ab *hepate*, vel ab *utero* &c. oriunda dicitur, ceu impoſſibilem rejicit; Interim cum Medicorum obſervata aliud evincant, noſtrum iis ſubtrahere calculum nondum audemus. Sic dum *balbos alvi profluvio maxime capi docet Cous 6. aphor. 32.* id ipſum propterea fieri oſtendit *Sylvius lib. 1. cap. 13. §. 14. & ſequ.* quod à catarrhis, cerebri glandularum vitio, aliiſque de cauſis congeſtis & ad fauces delabentibus & deglutitis Diarrhœa producatur.

Nec minus *hepar* calidius per ductum choledochum ſua ſæpe eructare ratio dictitat; Sic in *pancreas & meſenterium naturam* oppreſſam ſolere omnem recondere humorem aſſerit *Fernelius lib. 6. Path. c. 10.* ſeque in his ſedibus, præter alios morbos, Diarrhœæ quoque cauſas animadvertiſſe atteſtatur; Confirmat idem *Sylvius d. l. §. 16.* licet Diarrhœam ſeroſam ſucco Pancreatico ſeroſu frequentius, Aqueis vero & ſeroſis humoribus à cerebro verſus fauces delabentibus ac deglutitis rarius deberi judicet; Et §. 24. *Fluxum hepaticum*, quamvis ſibi nunquam viſum, tamen non prorſus inficiatur, quin potius à copioſo ſero ſanguini admiſto, & vaſa ſimul relaxante deducendum putat. Neque dubium eſt *Uteri* etiam culpa fluxus alvinos fieri poſſe. Ejuſmodi Diarrhœas ſpontaneo ſaltem Naturæ motu, per metaſtaſin nempe materiæ, & variam ex uno loco ad alterum translationem originem ducere. *Etmuller.* arbitratur. *Stranſſius §. 3.*

Diarrhœa ſeroſa.

53. *Humida & aquoſa*) *Serum*, cum non ſolum ſanguinem ſed & cæteros humores, im & excrementa omnia diluat, illiſque proinde confuſum ſit, quo majori quantitate illis admiſtũ eſt, eo dejectiones movet magis fluidas & copioſiores, Idque inprimis in diarrhœis, in quibus prævalens, ut *aqua* inſtar dejectiones effundantur efficit; quas tamen ſi ab acribus procedant humoribus & bilioſis, eos contemperando, tunc mitiores potius quam vehementiores reddit: Quod *ſerum*, in prima concoctione ex cibis humidioribus potuque copioſiori genitum, excrementa illa nimium diluendo, hoc facere poteſt.

Alias per venas meſeraicas in inteſtina infuſum, ſecumque varios humores ducens, idque ſponte natura illud agente, vel vi cathartici impulſa, in repletis corporibus vel morbis ex repletione prodeuntibus, *diarrhœis* jam dictis *ſeroſis*, variæque miſtis occaſionem præbet; Quas à ſeru è venis meſaraicis tranſſudante provenire, magna illius quantitas, eaque continuo & diu ſæpe profuſa oſtendit, quæ in ventriculo & inteſtinis tamdiu ſubſiſtere, aut ex aſſumptis, quæ interdum perſeverante diu alvi fluxu pauca ſunt, provenire minime potuiſſet: Nec obſtat quod illic ſanguini permiſtum, ab eo non coloratum dejiciatur, cum & alibi exudans è corporis habitu; & per renes ab emulgentibus ſeparatum non cruentum reddatur, & poſt ſectam venam, ubi concretus ille eſt, ſerum purum à ſanguine ſeparatur. *Platerus.* De hac iterum inferius ex *Franc. Sylvio.*

54. *Curatio iiſdem adminiſtratur*) Si *febrem Intermittentem* Diarrhœa ſequatur, illiuſque cauſa *bilioſa* per hunc fluxum expurgentur, iiſdem remediis purgantibus quibus in bilioſa diarrhœa utimur, hic quoque procedendum, & poſtea iiſdem quoque *adſtringentibus* quibus in dyſenteria utimur, fluxus eſt ſiſtendus: febris interim ſemper habita ratione: Quod & in *febribus continuis* obſervandum erit, ſi per eum natura bilioſam materiam exoneret, in quibus etiam ſi fluxus hic criticus ſit, non erit, niſi natura per eum admodum debilitetur, ſiſtendus, Sin vero alias ſuperveniat, vires dejiciendo, nihil boni portendit: tamen ad eum cohibendum, viresque ſuſtentandas, remedia adhibemus: Quod & in *febribus peſtilentialibus* faciendum, in quibus cum de cauſa nihil detrahat, ſemper ſuperveniens ille *fluxus* perniti0ſus exiſtit. *Platerus.*

Diarrhœa Critica, Symptomatica.

55. *Critica*) Hæc fit bonis ægri rebus, ac facili tolerantia, & inde morbi ſolutio, aut maxima illius imminutio ſequitur: Contingit etiam interdum Critica Diarrhœa ſine ullo morbo, in corporibus nonnullis pravos humores cumulare ſolitis, quæ cum robore inſigni prædita ſint, pravos illos humores, dum copia luxuriant & naturam gravant, per intervalla deponunt, ut docet *Galenus 7. m. m. c. 11.* de quo fluxu *Celſus* mentionem facit *lib. 4. cap. 19.* *Uno die fluere alvum ſæpe pro valetudine eſt, atque etiam pluribus ſi febris abſit, & intra ſeptimum diem conquieſcat; purgatur enim corpus, & quod intus læſurum erat utiliter effunditur.* Inter criticos etiam alvi fluxus referri debet *Alvi fluxus ſeroſus*, qui ſine ullo morbo præcedente contingit hominibus quibus ſerum in venis plurimum redundat &c. quamvis ſæpiſſime accidat eos per urinas excerni, unde contingit multos initio Autumni, & primis illius frigoribus magnam urinæ copiam per dies aliquot profundere, *Riverius.*

55. *Critica &c. vel ſymptomatica*) Diarrhœa aliquando producitur ab auctis fermentationibus, illaque vocatur vulgo *Critica*, & obſervatur in nonnullis convaleſcentibus, multiſque mediocriter ſanis qui intemperantiam committerunt, eſtque tunc præſervativa à morbo: Hujus autem cauſa eſt quod particulæ, quæ languidiorem ſanguinis motum ſequebantur, eundem auctum ſequi non poſſint, adeoque ab eo ſecernuntur.

Diarrhœa quoque ſæpe oritur à diminutis fermentationibus.

tionibus, quæ non ſufficiunt ad particulas craſſiores ſanguinis, & ad motum ineptiores, ipſi intime miſtas conſervandas, adeoque illæ à ſanguine ſeparantur & excernuntur; Et ſcopus in tali caſu non debet eſſe adſtringendi, quia illa materia à ſanguine ſeparata facile alicubi deponeretur, ubi magnum poſſet producere malum; ſed ſcopus debet eſſe fermentationem reſtituendi, quibus auctis ſanguini rurſus immiſcetur quicquid immiſceri poteſt, reliqua ex corpore tunc eliminantur. *Prax. Med. Reform. cap. 76.*

56. *Vel ſymptomatica*) Quæ magnum facit laborem ægro, vires plurimum dejicit, & morbum, cui supervenit auget, vel ſaltem in eodem ſtatu perſeverat: Hic fluxus in febribus ardentibus & malignis fit ſæpe colliquativus, & inde noſcitur, quod excrementa oleo aut pinguedine perfuſa appareant; tum corpus confeſtim emaciatur & abſumitur, ac fere in maraſmum perducitur. *Riverius.*

57. *Symptomatica tempore*) Sicut *Critica* eſt optima, nec rejicienda ea quæ ob materiæ metaſtaſin, vel ſpontaneam humorum motum accidit, utpote de quibus intelligendus eſt *aphor. 2. ſect. 1. In turbationibus alvi & vomitibus quæ ſponte fiunt, ſi qualia oportet purgentur, confert & facile ferunt, Sin minus contra*, Ita *ſymptomatica*, ſi non ſemper, utplurimum eſt mala; Sic v.g. diarrhœa ſuperveniens peripneumoniæ eſt peſſima; Nam omnis talis fluxus in principio morborum ſuperveniens, utplurimum eſt malus, quia 1. impedit concoctionem materiæ morbificæ, ſeu legitimam ejus ſeparationem per naturalem humorum fermentationem 2. quia vires proſternit. 3. quia ſubſequens eſt febrilis colliquatio; id quod patet quoniam excreta tum temporis ſunt plurimum fœtida. Ergo talis Diarrhœa ſymptomatica ſemper ſiſtenda, aut ſaltem ita cohibenda ne fiat præternaturalis. *Etmuller.*

58. *Nec ſiſtenda, nec promovenda &c.*) Medici alias ordinario putant indicari tunc purgationem, quando ſupervenit talis diarrhœa; Sed recte dicit *Lindanus* ipſos tunc neſcire quid ſit *Superveniens morbo*, nam cum ſupervenit talis Diarrhœa tantummodo propter ſummam materiæ cruditatem, eamque ſæpius malignam, non debet ſane irritari & exaſperari purgantibus; Pertinet huc & ſect. 6. §. 15. *Longa diarrhœa laboranti ſuperveniens vomitus, alvum ſiſtit. It. aphor. 17. 6. Ophthalmia laboranti alvi profluvio corripi bonū*, nempe tunc fit diarrhœa ex metaſtaſi *It. § 29. ſ. 7. Si leucophlegmatia detento diarrhœa ſupervenit, malum ſolvit*, Ea nempe dicta nunc ratione: It. §. 34. ſ. 5. *Mulieri uterum gerenti ſi alvus fluat periculum eſt ne abortiat*, Sed limitandus hic, Siquidem *Scholtzius in conſ 340.* inquit, *ubi videris fluorem ad ſiſtendum inobedientem, ne multum urgeas*: Ferunt autem nonnunquam prægnantes hujuſmodi evacuationes uſque ad partum citra noxam, ut contigit in uxore fratris mei, quæ quatuor menſes ſanguinolentas dejectiones, etiam cum raſura inteſtinorum paſſa eſt, nec ullo modo ſiſti poterat: Tandem excluſo fœtu ſano & incolumi, ſponte ſua intermiſit: Similem alvi fluoris & dyſenteriæ caſum vide in *Ballonio x. conſ. 7. Etmuller.*

Diarrhœa ſeroſa.

59. *Quando Seroſi humores*) Diarrhœæ ſeroſæ materiam facit *Franc. Sylvius l.c.* Succum Pancreaticum ſeroſum, ſubinde Salivæ ſimilem, idque frequentius: rarius humores ſeroſos & aqueos à cerebro diſtillantes & deglutitos: Succum Pancreaticum & ſalivam reddi aquoſiores mitioreſque *ait* ob copiam Potus aquei, accedente ſubinde Aëre humido, aut deficiente urinæ ſudoriſve conſueti excretione. Curabitur abſtinentia à potu nimio aquorum, aſſumendo ſubinde quæ aquas imbibunt c.c. uſtum, cretam &c. aut per ſudores urinaſve expellunt. *Franc. Sylvius Pr. l. 1. c. 13.* Nihil autem vetat redundantis ſeri partem per alvum vacuari: Si Serum ſit ſalſum & mordax, undecunque prodiens, corrigatur *Pilulis de cynogloſſa, de ſtyrace*, aut ſimilibus *Idem.*

59. *Quando ſeroſi humores Leucophlegmatia*) *Qua via ſerum & pituita in ſanguine redundans educi poſſunt per alvum?* Huic quæſtioni ut ſatisfaciam, non videtur mihi corporis fabricæ aut rationi alienum ſi dicamus 1. viam eſſe patentem per *Ductum Pancreaticum* 2. Per *Ductus ſalivares* alioſve in ore patentes: Per Ductum pancreaticum tam ſerum quam pituitam ad tenue inteſtinum catharticorum ope propelli, vel illud ſuadet quod tam ſæpe *Nauſea* toties fere quoties nova dejectio imminet repetens obſervetur poſt purgans aſſumptum; imo non raro etiam in ventris perturbationibus, ſponte contingentibus: Nauſea vero omnis, ſi quis rem rite æſtimaverit, aliunde non poteſt commode deduci quam à Bilis & ſucci Pancreatici, aliorumve humorum in tenui inteſtino confluentium, ſimul effervescentium, atque halitus moleſtos ad ventriculum propellentium vitio.

Puto igitur corporis humani fabricam, prout hoc tempore magis quam olim, tum ratione partium continentium, tum ratione contentarum innotuit, ſedulis operum Divinorum ſcrutatoribus, favere impenſe humorum ſeroſorum & pituitoſorum per Ductum Pancreaticum ad inteſtina motui, via enim ibi patens eſt, præterquam alia nulla forſan ad inteſtina nota eſt immediata: Non puto namq; futurum ut quis facile *Ductum Biliarium* ſit in auxilium advocaturus, ad *ſerum* vel *pituitam* è ſanguine ad inteſtinum deducendam.

Cum *ſucco Pancreatico*, ſicuti jam tum ratione, tum experientia evidentiſſima nobis eſt notiſſimum, *ſubacido*, facile jungi & moveri poteſt ſerum, ſive Salſum, ſive Aqueum, ut & Pituita, non item cum Bile, cum qua Serum, ſalſum præſertim, & hactenus quodammodo Acidum, aut ſenſibiliter Acidum, Effervescentiam in ipſius folliculo facile excitaret, atque in præſens vitæ diſcrimen ægrum conjiceret, Ob has rationes arbitror ego minime per Ductum biliarium expectandam Seri aut Pituitæ evacuationem ab aſſumptis purgantibus: Concludo idcirco, immediatam ad inteſtina viam nullam eſſe hactenus notam, præter Ductum Pancreaticum.

Quicquid enim de *Arteriis* eo tendentibus dicatur, dicitur tantum nec ſatis probatur, poſtquam nullo, quod ſciam, experimento id evincitur, patere ſcil. *arteriarum* oſcula in inteſtinorum cavitatem; quod tamen foret plane neceſſarium.

Præter viam illam immediatam, propoſui quoque alias *mediatas*, & in Os primum, deinde per Oeſophagum ac Ventriculum, pituitam & ſerum ad inteſtina deducentes, *Ductus ſcil. ſalivales alioſve ad os tendentes*, Notum enim eſt Salivam, ſi tenuis exiſtat, ſero eſſe ſimillimam; Sin craſſior evadat Pituitam repræſentare, quin facile in Pituitam abire.

Cum præterea Pituitæ, in tenui inteſtino repertæ, origo merito deducatur ex Saliva perpetuo deglutita, & paulatim ad inteſtinum delabente, non immerito per has quoque vias pituitoſum humorem à purgantibus eductum per Ductus Salivales propelli credimus, Quod vel inde quoque patet, quod poſt aſſumpta Purgantia obſervamus ſæpenumero Saliva os repleri, quando evacuatio præſto adeſt, ſive cum nauſea conjungatur aliqua, ſive nulla.

Ad hos ductus Salivares revoco infinitos *poros* in palato & *univerſa faucium tunica glanduloſa* obſer-

natos, partim jam noti, partim in dies magis innoteſcentes, & contentum in ſe liquorem in os & fauces continue deponentes, Hunc autem Liquorem ſalivaris eſſe naturæ nulli erit dubium; qui conſideraverit & *glandularum*, in quibus præparatur, *ſimilitudinem*, ſunt è genere conglomeratarum, Et *locum communem*, in quem una cum Saliva effunditur, *Os ipſum*; Atqui notabilis inter ipſum & *Salivam*, ſi differentia foret, utique aliquam in ore mutationem parerent, quam à nemine hactenus obſervatam puto: Ex illo autem Liquore imprimis *Mucum ad nares* delabentem, atque ibi mora magis incraſſatum, ut & alium in faucibus ſæpenumero collectum, & viſcidam pituitam conſtituentem orrum ſuum trahere arbitror: Quinimo, ſi quod inter ipſum & ſalivam diſcrimen, id cenſeo illud in craſſitie & viſciditate majore aut minore conſiſtere.

Cæterum per has vias omnes ſatis patentes puto in humorum ſeroſorum & pituitoſorum expurgatione aliquid quoque propelli primum ad Os, hinc ad Ventriculum, ipſaque Inteſtina: Hæ ſunt igitur viæ patentes, ac per quas continue aliquid ſ. n. vel mediate vel immediate ad inteſtina depellitur, ut non videatur quod nos urgere debeat aut poſſit ad vias occultas confugere, per quas fingamus humores purgandos extrudi. *Franc. Sylvius Append. Tract. 6.*

60. *Vel quando hominibus ſanis*) Vide ſcholia ad §. *Alia è cerebro*, & ſuperius §. 55. *Critica* ex Riverio.

8. *Seroſitatem per ſudores*) Notabilem diverſionem procurare ſolent *Diaphoretica*, neutiquam negligenda quoties peccantis materiæ malignitas à centro ad circumferentiam depellenda eſt, Etiamſi quandoque loco Sudoris alvum irritaſſe obſervatum fuerit, prout de *pulvere Pannon. rub. ſpec. el. de gemmis*, de hyacinth. teſtatur *Hæferus. l. 8. H. m. c. 4.*

Diarrhœa Colliquativa.

61. *Colliquativa*) Sic dicitur quia Ros partium nutritivus, ac ipſa maſſa ſanguinea ex texturæ mutatione ita fatiſcant, ut inſtar liquaminis ſeroſi copioſe per alvum evacuentur, cum juncta corporis emaciatione viriumque ſenſibili proſtratione: *Etmuller.*

61. *Plerumq; fœtida*) Hic fœtor perpetuo mali eſt ominis, eo quod ſpiritus non amplius adſint ſufficienti copia ad temperationem partium ſulphurearum, à quibus omnis putredo humorum deducenda eſt, ſi plus juſto exaltatæ fuerint atque ex his effugiant cum partibus quibuſdam ſalinis, acribus, pungentibus, & odoris admodum ingrati. *Ravelly.*

62. *Aliquando pinguia*) Alvi Dejectio Pinguis, vel unctuoſa, *pinguedo vel adeps*, copioſe excrementis perfuſa, *dejectiones unctuoſas* dictas profert, & ſi inteſtina excrementaque admodum inungat, eas accelerat, vix tamen per ſe nimias reddit, Hæc autem ab affatim aſſumptis pinguibus, ut oleo, butyro, carne pingui, quandoque procedit; cum qualia fuerint, concoctionem præſertim effugientia, iterum per alvum exeunt; Adipem quoque vel pinguedinem ex colliquatione facta circa inteſtina prodire, qui docent, & *colliquationem inteſtinorum* vocarunt, vel perſuaſi quod ut in dyſenteria putarunt inteſtina intrinſecus eſſe pinguia, illumque adipem abradi vel diſſolvi poſſe, hoc ſcripſerunt: Vel quod à *meſenterio* aut *omento* pinguibus hiſce membranis continuatis inteſtinis, adeps in inteſtina ferri poſſit; quod ſi fieret, eum liqueſcere potius, ut per venas meſaraicas tranſire poſſet, oporteret; Quod cum vix fieri queat, nec eum adipem, multoque minus aliis corporis ſedibus diſtantioribus adhærentem huc perveniire, probabile videtur, cum tantus calor actualis, qui eum liquefaciat, intrinſecus excitari minime poſſit, nec in corde calor illi adhærentem pinguedinem diſſolvat Qui cum non ad urinas, uti in febribus hecticis demonſtravimus, multo minus ad alvum, uti de pure etiam dictum, pervenire poterit. *Platerus.*

62. *Aliquando pinguia*) Pinguem & oleoſum alvi fluxum, ſive unguinoſum ſequi fere nimium pinguium alimentorum uſum ait *Fr. Sylvius l. c.*

63. *Aliquando pinguia & viſcoſa, quod adſit febris &c.*) Equidem me non latet dari Fluores alvi per quos pinguia dejiciuntur, quorum cauſa adſcribenda pinguioribus cibis ingeſtis, ea propter ventriculo adeo ingratis, ut omnino qualia ingeſta ſunt expellat, ſed ejuſmodi fluori facile eſt medelam afferre immutata diæta & roborato ventriculo & inteſtinis, præmiſſa mundificatione & deterſione. Sed ſunt præterea alii Fluores ventris, in quibus craſſa & viſcida prodeunt, vehementiam Febris inſequuti, Cum adeo inſignis eſt ſanguinis æſtus, ut ab hoc cuncti humores colliqueſcant, quin & ipſæ partes ſolidæ: *Ravelly cap. 8.*

64. *Quod adſit febris* Periculoſa ſunt ejuſmodi alvi profluvia, ratione febris illa excitantis & aliorū ſymptomatum comitum; At vero cum ut plurimum ſint progenies extremæ humorum redundantiæ, incendium facile concipientium, inteſtina autem exulcerationis hic ſint expertia, contingit nonnunquam ejuſmodi fluxus criticos eſſe effectus febris, à quibus nihil periculi imminet. *Idem.*

64. *Adſit Febris vel ardens, vel maligna, vel hectica*) De Febre Colliquativa vide *lib. 1. pag. 158.*

65. *Vel maligna*) Circa ſymptomaticam diarrhœam, quæ in febribus malignis, præſertim iis quas exanthemata ſignant, accidere quandoque ſolet, id omnino advertendum eſt, quod tunc *Verminoſa putredo* tantopere redundans atque fervens inteſtina ſeu alvum ſic lancinet, vellicet ac urgeat, ut ſæva ejuſdem proluvies hinc oriatur, ſicuti etiam nos diarrhœam, febribus malignis ſupervenientem (notat enim turbatiſſimam naturam, quæ ſuum dominium amiſit) pro funeſto ſigno ſolenniter habemus; Et hæc ipſa quoque diarrhœa febrem malignam comitans, facillime in dyſenteriam degenerare poteſt, niſi verminoſa hæc progenies cito enecetur. *Chr. Langius p. 464.*

66. *Accidit in Febribus &c.*) Fluor ventris pinguis maxime omnium periculoſus, ſed is præſertim qui ſequitur chronicos quoſdam morbos, vel alios fluores, In hoc vires ægri & carnes manifeſte concidunt, febre lenta comite, inducta ab humoribus ſalſis & acidis; hujuſmodi febris colliquativa eſt & hectica: Neque difficile eſt colligere qua ratione febribus chronicis ſuccedat, in quibus quicquid in ſanguine maxime dulce eſt & ſpirituoſum à calore abſumitur, & febris pertinacia, Interim ſalia, quæ blioſa ſunt vel acida: nequaquam volatiliſantur, quin potius fixantur, ſinceriora evadunt & activa; quapropter cum mediante circulatione una maſſa ſanguinea univerſum corpus permeent, materia autem ſulphurea pauca adſit, quæ inflammationem pariat, ideo febris eſt lenta, cum pulſu celeri at depreſſo; Salia autem: quæ admodum acria, at materiæ ſulphureæ expertia, quibus ante gaudebant, diſpoſitionem obtinent ad eam admittendam, ſubſtantiam ſcilicet mitiſſimam & maxime oleaginoſam, ſuperſtitem in partibus ſolidis, quas pertranſeunt, abripientia: Hanc continuo abſumunt, atque ad inteſtina deducunt, una cum ſanguine, eo jam cum cæteris humoribus præter naturam vergente, quamobrem mirum non eſt ſi per alvum pinguia & oleoſa dejiciantur, ſemper fœtida. *Ravelly.*

66. *Accidit*) Colliquativa fundamentum habet in deficiente plus minus *Acido ſtomachali*, *& acriori è contra reddita bile*, Unde partim chylus acris, ſalſus, evadit,

evadit, inteſtina ſtimulans; partim iſta acrimonia ſalſa maſſam ſanguineam reſolvit, liqueſacit, ut in ſua textura fatiſcens, in ſeroſum ſalſum liquamen deficiat, quod per glandulas inteſtinales & pancreas ſecretum, ſub tali diarrhœæ ſpecie excernitur. *Etmuller.*

67. *Hectica, phthiſi*) Fluxus alvi colliquativi inprimis phthiſicos & hecticos vexant: Si quidem phthiſicis ordinario aliquandiu ante mortem ſupervenire ſolet, hinc & phthiſici ab injecto ſaltem clyſmate uſuali copioſas patiuntur dejectiones, & à levi etiam propinato medicamento inſigniter evacuantur, ſed ſimul admodum læduntur, Ob id ſimus cauti in laxandis phthiſicis, ſed ſupervenienſ talis diarrhœa eos ab imminenti phthiſi præſervat: ſed & quibuslibet Tabidis, undeumque id mali contraxerint, de facili talis imminet Diarrhœa. *Etmuller.*

68. *Curatio*) Ad Curationem hujuſmodi alvi Profluvii, *Diæta* primo attendendum. Remedia autem viſcera toborare, mitigare humores, & rarefacere potius debent quam incraſſare: Convenit *Ptiſana hordeacea* ex hordeo ad crepaturam uſq; cocto; Valent *jujubæ, uva paſſa, raſura c. c. eboris*, &c. poteſt & exhiberi *lac amygdal.* dulce in potu; *hordeata & avenata* ſola ſufficiunt pro alimento, proſcripto carnium juſculo: Vſus *lactis campano* & ovis etiam apprime eſt utilis.

Viribus admodum attritis conſulendum exhibitis ſpirituoſis & plurimum alimentum præbentibus; ideoque ex intervallis detur tantillum *gelatina c. c.* cum *vitulina* commixtæ, additis *pulveribus* quibuſdam *aromaticis*, aut *ſucco ex coxa* verveeina elicito.

Ad ventriculi robur, & præcavendam lactis concretionem ab acidis acribus (per quæ incaleſcunt & in corruptionem abeunt alimenta) dentur quotidie mane *lapill. cancr. præpar.* ℈ii. ex *conſerv. roſar. liquid* ʒi. *vel* ʒii.

Remedia omnia hic eo collimant, ut *Salium, humoribus inexiſtentium, acrimonia contemperetur*, qua ratione dixi e. g.

℞. *Olei 4. ſemin. frig. maj. ſacch. opt.* āā. ℥ii. *olei aniſi aut fœnic. gtt.* vi. *decocti herb. vulnerar.* ℔i. *Fiat miſtura:* unc. iii. bis aut ter in die ſumat æger.

Præſtantia hujus remedii inde eſt, quod herbæ aromatica vi imbutæ, quales ſunt vulnerariæ, plurimum ſal volatile obtinent, quod ſe adjungens partibus ſulphureis & viſcidis ſacchari & olei, quamvis acredinem humorum, temperat & demulcet.

Superius dictum maſſam ſanguineam admodum craſſam eſſe & viſcidam in hujuſmodi alvi profluvio, ab inſufficienti copia partium ſpirituoſarum ſulphurearum, à quibus pendet tenuitas & rarefactio humorum; Quo autem ſalia ſunt ſynceriora & compactiora, eo humorem, cui inhærent, acriorem, craſſiorem & viſcidiorem evadere; Id quod videre eſt in *Oleo* vitrioli ſulphur. in ſale tartari, ſapone &c. Pariter omnes hectica laborantes, in quibus febris quicquid oleoſum eſt fere depaſcitur, & quicquid ſpirituoſum & tenue in ſanguine, humoribus ſcatent admodum ſalſis, viſcidis, ſalſis & acribus, quamobrem non abs re præferendum eſt *Lac aſininum vaccino*, & muliebre cuivis alii, quippe quod mitigatorium, dulce, ſimul & tenue ſit; imo è re eſt calidum aſſumi, ex ipſis uberibus hauſtum, quo partes omnes ſpirituoſæ aſſumantur, quibus rarefaciendi, temperandi humores acres & craſſos vis ineſt.

Eapropter etiam exhiberi poteſt *magiſterium* aut *Lac ſulphuris*, id quippe non ſolum humores mitigat, abſorbendo acida, quæ acrimoniam ipſis impertiunt, ut ait *Tachenius*, ſed præterea quia rarefacit, & ob ſalia volatilia refrigerat, quæ ſe à centro iſtius mineralis extricarunt, mediante fermentatione inducta à ſale tartari, aut ſale calcis &c.

His poſitis, Partes dulces & ſulphureæ ſacchari & olei ſimul conveniunt & intricantur, cum aculeis acribus & corrodentibus humorum, quos obtundunt: Penetrare autem nequeunt, neque interius pari efficacia edulcorare ſicuti externus adhibitæ, eo quod ramoſæ ſint & viſcidæ, Neceſſaria ideo eſt ſalium volatilium acceſſio, quorum ope penetrandi vis accedat, rarefaciendi, mitigandi, ac denique ut partes oleoſæ univerſam humorum, craſſiſſimorum ſimul & acerrimorum maſſam permeare valeant.

Hinc quæcunque remedia plurimis oleoſis ſpiritibus pollent, hoc eſt ſalibus volatilibus, quorum exigua acrimonia temperatur quapiam ſubſtantia oleoſa & ſpirituoſa, admodum idonea ſunt: e. g. Pulvis ſequens

℞. *Sacch. albiſſ.* ℥ii. *ſalis c. c. aut ammon.* ʒii. *olei fœnic. gtt* iv. *m. f. Pulvis. doſis* ʒi. *ex liquore aliquo aut conſerva convenienti.* Vel

℞. *Decoct. agrimon. & pimpinell.* ℥viii. *ſyr. tuſſilag. compoſ.* ℥ii. *Elix. propr ſine ſpir. ſulph.* aut *balſami ſulph. gtt.* iii. *aut* iv. *m. f. Potio pro* ii. *doſibus.*

Cuncta hæc remedia, & ſimilia, attenuant & mitigant humores, hoc eſt partes ſalinas edulcorant, quæ acres ſunt & viſcidæ, *Laudanum* ſæpe hic conducit.

Si dolores intenſi adfuerint, mitigentur Enemate anodyno ex lacte vaccino cum gr. iii. aut iv. laudani, additis Balſamis. *Ravelly.*

69. *In Hecticis*) Cuidam hectica decumbenti, cum fluxus colliquativus ſuperveniſſet, guttulæ ſex *tinctura coralliorum* cum *juſculo gallina* exhibitæ, magnum attulere adjuvamentum. *Auguſt. Thonerus libr. 3. obſervat. 9.*

Diarrhœa ab Inteſtinis.

70. *Alia ab inteſtinis*) Ad quam etiam pertinet Alvi fluxus ſtercoroſus, in quo magna copia ſtercoris liquidi frequenter ejicitur; qui ex cibis excrementitiis in ventriculo corruptis aut magna excrementorum copia in inteſtinis cumulata exoritur. *Riverius.*

71. *Eorum in cauſa ſunt*) Diarrhœa ex *Inteſtinorum Glandulis*, tanquam fonte, ſcaturire mihi videtur, Quod tum fit cum maſſa ſanguinea ſero, ſive ſenſim ſive confertim congeſto turgens, aut incendio febrili liquata efferveſcens, ſarcinam ſuam, (quæ ob particularum craſſitiem aut viſciditatem per glandulas cutis, aliave ſpiramenta evacuari nequivit) in glandulas inteſtinorum deponit, atque per glanduloſas earundem papillas in inteſtina exonerat, Sæpe autem hac oneris mole excuſſa valetudinem bonam, ante ſuppreſſam denuo ſic feliciter emergere contingit.

Quod ſi vero ſanguinis motus aut fermentatio vitalis, vel repente injectis veluti compedibus cohibetur; Vel paulatim lento chronicorum morborum fato debilitata torpeſcit, ut tandem labefactato mixtionis vinculo in principia ſua, aut partes reſolvantur, ac ſecedant omnia, evenit ut ſanguinis ſerum reſtagnans etiam per glandulas inteſtinorum, veluti per cribrum, ſine obſtaculo, ac velut ſua ſponte largiter deſtillet, & diarrhœas quoque pariat, ſed plerumque imminentis exitii nuntias; quod phthiſici, emaciati, febreque maligna & id genus alii, morbis correpti non raro experiuntur. *Joh. Conrad. Peyerus. De Gland. Inteſt. cap. 8.*

72. *Venarum meſaraicarum*) Diarrhœa meſenterica eſt in qua varia & corrupta eunt; degeneratq; non raro in dyſenteriam: Hæc recte Cacochymica dicitur; In vena enim Portæ eſt intemperantia noſtra, ut ſæpius dico *Hofmannus.*

72. *Obſtructio, & tum* (Diarrhœa biliosa oritur, quia inteſtinorum pori aliquando ſunt obſeſſi & obſtructi à bile viſcida in ſanguine abundante, ita ut cum in inteſtinis effunditur, in iis eorumque poris hæreat, & ita vellicationem efficiat, nam bilis pertinaciter nunquam inteſtina vellicaret niſi in poris hæreret: Imo non dantur catarrhi ſine obſtructione, nam tum demum vocantur catarrhi, cum vel ob ſui craſſitiem, vel viſcoſitatem in aliqua parte propter obſtructionem hærent, & ſic ſe manifeſtant. Adeoque Diarrhœa biliosa oritur à materia biliosa & acri hærente in inteſtinis, & nervis vellicando faciente ut ſpiritus majori copia in illos influant, & inteſtina coarctando faciunt ut ea quæ in illis continentur deorſum excernantur, non vero ſurſum, quia valvulæ ſunt impedimento ne ſurſum eant. *Craanen Pr. Med. Reform. c. 76.*

73. *Obſtructio, & tum Chylus &c.*) Quandoque propter apepſiam, quandoque item propter obſtructiones in meſenterio, aut ductu inteſtinali, à nimia viſcoſitate tunicæ glandulosæ, aut vaſorum oſculis impacta, ſucci nutritii diſtributio impeditur, proindeque ingeſtorum materies fere tota in primis viis cohibita, dejectiones crebriores & uberiores producit, *Willis.*

74. *Tunc Chylus albus excernitur*) Pueri, quin & adulti, laborant ſæpe fluxu alvi chyloſo cum venæ meſaraicæ ſunt obſtructæ, vel hepar imbecillum, Non fit enim ſuctio, nec exſugitur elicitur que pars purior chyli devehi ſolita ad hepar hæmatoſeos officinam: Et dum Medici albicantes & chyloſas dejectiones obſervant, trepide purgant & cunctanter, cum tamen hic audendum ſit & diligenter purgandum; Donec enim obſtructio ſublata fuerit non eſt ſpes ægrum convaliturum: Procuranda enim omni ſtudio eſt anadoſis ipſius chyli, non ſubeuntis anfractus viarum meſaraicarum & eas tantum ſalutantis. *Jac. Thevart Not. ad Ballonii l. Eph. p. 13.*

74. *Et tum chylus albus*) Ubi pro alimento tum aſſumptorum quantitate nimia excernuntur per alvum ſecreta, cum neceſſario pars utilis ſimul pereat, videndum an pro *lienterico* an pro *cœliaco*, aliove affectu ſit habendum illud vitium, Nam ſi paulo poſtquam aſſumpta ſunt iterum excernantur alimenta, & *Lienteria* laboret æger, quoniam alimentorum mora & retentio neceſſaria in ventriculo læſa eſt, & quidem ventriculi male affecti, & alimenta aſſumpta mox iterum excludentis culpa, is aut roborandus aut ab irritatione moleſta liberandus, medicamentis tum acres humores temperantibus, tum eoſdem, ſi redundent, vacuantibus.

Quod ſi alimenta moram quidem neceſſariam in ventriculo, ac ſufficienter & rite fermententur in eodem, conſtituantque maſſam pultaceam, quæ talis quoque per alvum excernatur, fitque prima *Cœliaca affectionis differentia*, quoniam tunc chyli ab alvi fæcibus ſecretio deſideratur, Ut hoc malum curetur, & nimia alvi dejectio minuatur, promovenda erit ac reſtituenda dicta ſecretio, & quidem per *amara aromatica*, quippe quæ bilem inertiorem, aut parciorem acuunt vel augent, illius ſaltem vices ſupplent, & ſic malum ſatis grave, ac ægros ſenſim conficiens curant.

Quod ſi non quidem pura alimentorum fermentatorum maſſa pultacea excernatur, ſed cum *ſecreto ac innatante ipſi chylo* permiſta vel confuſa, *ſecunda eſt Cœliaca affectionis ſpecies*, quoniam tunc impedita eſt chyli per cruſtam inteſtinorum panneam tranſcolatio in lacteas venas, ſive illa ortum habeat à pituita orificia ipſius obſtruente, ſive eadem conſequatur cruſtæ conſumptionem abraſionemve, atque cicatricem vias illas impedientem, uſurpanda erunt medicamenta pituitam illam incidentia, abſtergentia evacuantiaque, Nam cicatricem tollere, atque cruſtam deperditam reparare Arti denegatum eſt, ideoque jactura illa patienter ferenda eſt, quæ inemendabilis. *Sylvius Append. Tr. v. §. 239.*

Diarrhœa à Cerebro.

75. *Alia à Cerebro*) Secernitur p. n. Pituita tum viſcida, tum aquea in cerebro, ejuſve glandulis, ſemper forſan præcedente quidem undecunque univerſi corporis, & capitis præſertim calore, ac ſoluto ſimul, deductoque copioſius ad cerebrum humore pituitoſo qualicunque in corpore vel ſanguine tunc exiſtente; aſt mox ſubſequente frigore aëris, ac penetrante ſimul per poros magis apertos aura ſubtili & coagulante humorem prædictum in variis cerebri partibus; Unde, ſive contingat in vaſis lymphaticis obſtructio, ac poſt diſtenſionem nimiam eorundem ruptio; hinc & contenti effuſio: ſive aliter ſecedat à ſanguine humor pituitoſus, Catarrhi ſaltem nomine ruere ſolet nunc in nares, nunc in fauces, ac inde vel in aſperam arteriam, vel in oeſophagum, per quem in ventriculum ac inteſtina delatus, Diarrhœæ, ac præſertim ſeroſæ, materiam præbere videtur. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 13.*

B. *In Curatione*) Si à præcedente Gravedine ortum habuit ſeroſa Diarrhœa, cerebro facienda medicina, roborando, reſtituendoque Glandulas in priſtinam integritatem, ſemper tunc male affectas; quod cito, tuto jucundeque fit ſuffitu ſolo & ſolius *Succini*, ore & naribus ſæpius exceptus; quo ſæpenumero una vice uſurpato gravedinem gravem mox in principio curavi; Addi poſſunt *maſtiche, thus, benzoin ſtyrax &c.* inde fieri Pulvis pro ſuffitu, capite pallio &c. cooperto. *Idem.*

Si Diarrhœa fiat à Catarrho, cerebro proſpiciendum eſt velut parti mandanti, remediis quæ in Catarrhi curatione proponuntur. *Riverius.* Primo Defluxioni, poſtea Diarrhœæ occurrendum, Et Defluxionem quod attinet, ejus ratione fortioribus catharticis expurgare non conſultum erit; ſed potius particularibus evacuationibus per os & nares factis; Et ſimul divertemus aliis modis, veluti *Lotionibus pedum* actu calidis, quæ tum defluxionum nomine, tum alvi fluxus cauſa competunt, ſi ex *capiti congruentibus* & ſimul adſtringentibus decoctis fiant: Item *Frictionibus, cucurbitulis*, vel etiam aperturis, ſi neceſſitas exigat: Dein *caput quoque roborabimus*, inſperſis *pulveribus*, admotis *cucuphis, emplaſtris & ſuffumigationibus.*

Fluxus vero alvi nomine, *ventriculum à pituitoſo humore leviter purgabimus.* & roborabimus, illique, uti & ventri, ad fluxum conſtringendum per admota exhibitaque medebimus, ſicuti in diarrhœa pituitoſa & lienteria dictum; Ea præſertim eligendo quæ & caput ſimul reſpiciunt, qualia multa inter adſtringentia, veluti *nux moſchata, galanga, cyperus*, aliaque. *Platerus.*

75. *Alia à Cerebro*) Diarrhœam à cerebro, & maxime eo, quo *Sennertus* vult, modo concitari nego, Credunt ii aëris injuriis, ejus caloribus aut frigoribus, tempeſtate auſtrina aut autumnali cutem capitis, ac cerebrum ipſum ita affici, ut inde multum humoris in ſtomachum confluat, qua in ſententia eſt *Carolus Piſo de Ill. Seroſa*, ſed hæ Diarrhœæ haud à capite, haud à cerebro originem duxerunt ſuam, ſed à maſſa ſanguinea; de hac arteriæ vitioſum ſanguinem ſumunt, ac aut pituitam illam, aut bilem in ſpatium inteſtinorum conferunt, Nec caput modo, ſed etiam cæterum corpus aëri eſt expoſitum: quapropter ſanguis ex ſingulis membrorum partibus moratur, Et hoc erat quod Diarrhœâ *Piſonis* finiret dolor nephriticus. & hunc viciſſim diarrhœa; *Schneider* Lib. 3. de *Catarrh.* Obſtructis renum meatibus

oſtendi

oſtendi alvum fluxiſſe: *Ac l.4.de Cat.* dixi Catarrhis urgeri poſſe facile eum quem alvus adſtricta tenet: Conceptaculis ſanguinis facile humores nunc in inteſtina nunc in renum meatus queunt convehere: Contracta alvo humores in membranas pituitarias conferri queunt, Aut fœtidi vapores per venas in maſſam ſanguineam ſe inſinuare poterunt; ut materia catarrhorum inde agitetur.

Compari modo ineptiunt ij qui perſuaſum habent auſtrina tempeſtate. aërem foraminibus oſſis cribriformis hauriri, qui, ubi refrigeravit Cerebrum, per foramina oſſis cuneiformis in gulam detrudatur. ut catarrhus cerebri inde factus excitet hanc diarrhœam; Spirando (ne multa) in pulmones trahitur aër, quanquam is ſe & in gulam inſinuare queat, docente *C. Hofmanno* Hic quoque aër venis ſtomachi & inteſtinorum jam conceptus, maſſam ſanguineam ita turbare poterit, ut aut catarrhus concitetur, aut alvus fiat magis fuſa, nimime autem aër cerebrum intrat: Et nupertime, ut res experimentis cognoſceretur ſæpius, aër folle ad nares admoto, detractaque cranii particula ſurſum agebatur, at nullus ejus tranſitus ullo modo deprehendi poterat: Cerebri humorem *Crato* dicebat aliquando tam acrem eſſe ut crearet dyſenteriam, talis abſque dubio molliculum & lacteolum cerebrum ante exulceravit: *Sennertus* neſcio quam hecticam cerebri intemperiem memorat, ex eaque hanc Diarrhœam ceu ſet pendere, tam diuturnam: Credit author ipſum cerebrum ceu adipem liquari, ac cum reliquis humoribus inſtar ceræ tabeſcentibus in ſtomachum & inteſtina effundi: Ut cerebrum pituita non ſtillat, ita nec eum humorem miſſitat in ventriculum: Nullus itaque in poſterum agnoſcet hanc Diarrhœam cerebralem. *Schneiderus l. de Cat. ſpec. pag. 367.*

76. *Quod pituitam &c.*) Mentionem quidam faciunt *Fluxus facti ab ore*, & partibus ejus, Cauſa eſt, *inquit Nic. Florent.* humiditas ab illis partibus ad ſtomachum deſcendens, ad inteſtina, quæ aliquando ſua multitudine gravat expultricem, quæ cogit eam ad expellendum, & aliquando relaxat & lubricam facit ſtomachi & inteſtinorum ſuperficiem, unde laxatur eorum ſuperficiem, Unde laxatur eorum virtus retentiva, quam ſequitur fluxus: *Ludov. Mercatus* quoque, prodit etiam Diarrhœa ex oris ſeu linguæ affectionibus, primum in pueris cum dentire incipiunt, 2. in blæſis, ut 7. aphor.30. docens eo loco *Galenus* utrumque contingere ob cerebrum nimia humiditate luxurians &c. *Jacobus* etiam *Fontanus*, *In dentitione dolor communicatur cerebro, hinc Diarrhœa*. At vero infantes dentientes ſi ſalivam illam tam multam devorant, non negaverim Diarrhœam quandam levem inde interdum concitari poſſe, at illorum os & labia eo humore ſemper madent ſic ut is decurrat, ac ex ore quoque pendeat ſpiſſior, quare is non ex facili fluit in gulam; nec hinc tanta diarrhœa eſt timenda; nec ſi qua diarrhœa inde gluticodo oriatur, illa vel exiſtimanda eſt cerebralis vel cognominanda, Dentitione diverſæ facultates animæ concitantur, ut capite de catarrho narium oſtendi, quare cave putes tantum vim *ſaliva cerebro ipſo tum temporis* depelli, *Idem pagina 375.*

77. *Inſipidam vel ſalſam in inteſtina*) *G. Hofmannus* diverſitatem humoris influentis intuens, Famoſiſſima, *inquit* Diarrhœæ ſpecies eſt cerebralis vel catarrhalis, quæ duplex eſt 6. aphor. 2. aut enim blenna ſeu mucus ſπίνος deſcendit, qui poſtea cum ſtridore & ſpuma exit, 7. aphor. 20. aut ſerum, quamdiu non acre, quo pacto facile in dyſenteriam degenerat: Interim hoc ſerum aliunde etiam quam à cerebro eſſe nihil prohibet, An poſterior hæc eſt Diarrhœa ſeroſa *Car. Piſonis? Hac ille ex Haly.* Plurimum in cerebro ſuperfluitates adunantur variæ, quas ipſum ad ſtomachum expellit, Et ſuperfluitas hæc aliquando ſalſa eſt aut pungens, facitque ſanguinis ſolutionem & dyſenteriam, eo quod ſtomachi excoriationem ac inteſtinorum faciat.

Sed ſi portio humoris, quemadmodum placet omnibus, ſimul in guttur & pulmones fertur, nonne is tunicam laryngis excoriabit? nonne exulcerabit pulmones? nonne aphthis prius quam dyſenteria laborabit? Ac cerebrum ipſum quomodo ſalvum permanere poterit ſi ex ſe tam acrem mittit humorem? nonne illius humoris tranſitu palatum & os ulceribus erit plenum? quanta vis erit illius ſalſuginis? *Idem pagina 374.*

78. *Cognoſcitur ex eo quod &c.*) Inter ſigna ejuſmodi Diarrhœæ reponuntur alvi excrementa ſpumoſa, *Quibus* inquit Hippocrat. *per diarrhœas ſpumoſa ſunt alvi excrementa, iis à capite fit defluxio*: In quem *Philotheus*, *Spuma ex humiditate & flatu componitur, ſi igitur in profluviis appareat conſentaneum eſt a capite profluere, etenim cerebrum his duobus abundat, eo humido quidem per ſubſtantiam, hoc flatu, vero per temperaturam: per ſubſtantiam quidem, quoniam humidum eſt, per temperaturam vero quoniam frigidum eſt; frigida autem temperatura flatuum eſt generativa.* Hæc ille, concinit cuncta turba, Sed propius vero erit febribus non Catarrhis illa alvi excrementa ſæpius ſpumoſa fore; Philotheus cerebrum ait ſua temperie frigida & humida illas inutiles cerebri reliquias efficere ſpumoſas; at plures corporis partes illa temperie ſunt prædite, quamobrem illæ quoque ſimile ſpumæ genus excitare poterunt; Nonnulli cerebri pituitæ frigidæ humidæque, ac illi jam faucibus illabenti aërem ſpirando tractum immiſceri volunt quo illa fiat flatuoſa, & alvi excrementa inde ſpumoſa.

Verum hic explicatus vanis nititur dogmatibus, Nec cerebrum ſtillat pituita, nec ullum recipit anhelitum, quare nec ſpirituoſa pituitoſa cerebri ad ſtomachum pervenire poterunt; Cæterum & alii partes, ut *ventriculum*, nominatim appellant, quæ alvi purgamenta etiam ſpumoſa efficere videntur *Rod. à Fonſeca* duas partes eſſe inquit in corpore noſtro aptiſſimas ad gignendum ſpiritum, *Pulmonem & caput*, ſed in pulmone qui ſ[?] tus continentur non habere manifeſtam nec facilem viam ad alvum; Verum authores duas agnoſcunt vias per quas ſpumoſam cerebri pituitam in ſtomachum ferri cenſent, gulæ fiſtulam & venas: Sic urinam ſpumoſam mingunt, inquit *Johann. Viſcerus.* quibus phlegma à cerebro cum impetu in venas detruditur, velut & alvi dejectiones ſpumeſcunt; At *Rod. à Fonſeca* admodum clare, *Caput vero magnas habet venas per quas ad inteſtina ſua deponere poteſt excrementa*: Quo pacto *Pulmoni*, ut loquitur *Valleſius*, non eſt ad ventrem via humoribus de capite per venas in alvum uſque fluentibus.

Nec *Hipp. & Galenus* ſanguinem, & cum eo pituitam negabunt è pulmonibus, tum venæ cavæ ramis, tum aortæ in alvum duci poſſe: Si pituita capitis, cur nec humor pulmonum per ſanguinis conceptacula in ſtomachum ac inteſtina ferri poteſt? Cumq; hac de re videam haud jure dubitari, alvi excrementa poterunt ſecundum illam vulgarem opinionem, magis ſpumoſa, humore à pulmonibus in alvum fluente; Concordi quippe conſenſu plus aëris in pulmones quam in cerebrum trahitur ſpirando: Quid? eadem excrementa vitio ſtomachi majores bullas quam invaletudine cerebri habebunt: Quanta enim vis humorum per ductum

choledochum, per ductum Pancreaticum, per arterias, & denique per gulæ cannam, ſi ore humoribus ſcatente glutitur crebrius, in ſtomachum, inque inteſtina concurrere poterit? Præterea ſummum gulæ non omnem aërem excludit, ſed haud ægre admittit, Quantum quoque aëris in alvum importabunt arteriæ ſtomachi & inteſtinorum, illarumque ſanguinem febribus orientibus, aëris injuriis ac potu vehementius ebullire non erit dubium: Excrementorum igitur bullę non de cerebro, ſed de maſſa ſanguinea venire poterunt Cum ergo ſpuma fiat ex ſpirituoſa ac glutinoſa materia, in quacunque parte hæc duo fuerint, agitataque ſit materia, ſemper fiet ſpuma; Vnde ipſa non oſtendit materiam à *capite neceſſario effluere. Idem à pagin. 376. ad 389.*

79. *Quod ſigna infirmitatis cerebri inſiat*) Illa ſpuma, *inquiet aliquis*, eſt ſignum cerebralis Diarrhœæ, verum ejus prænuntiæ reliquæ notæ inſuper ſunt jungendæ, ut capitis imbecillitas, dolor ejuſdem & gravitas, item & catarrhus ac ſternutatio: Verum ſigna illa ad unum omnia talem Diarrhœam potius à maſſa ſanguinea impura quam à cerebro & capite oriri teſtabuntur: quid enim? ab arteriis ille humor in inteſtina vehi poteſt, quo excrementa alvi albeſcunt pariter & ſpumeſcunt; illo autem motu ſanguis ille vitioſus incaleſcit, quo ſenſus fiunt hebetiores, hinc caput fit debile, grave tandem videtur ac plenum, humoribus ad membranas pituitarias confluentibus: Sæpe evenit ut variolæ & morbilli erumpant fluente alvo, qua id quod rejicitur eſt ſpumoſum: Simili etiam capitis invaletudine, nec non catarrho urgentur; quare & illa macularum puſtularumque materia de çerebro mittitur: Podagram ſæpe imbecillitas capitis, gravitas, dolor, catarrhus, ſternutamenta crebriora comitantur. Ergo intelligendum eſt Podagram de cerebro male affecto naſci, *Idem. pagin.39. & ſequ.* An *ex ſomno longo, periodis, febre* comite, *tuſſi*, ſigna ejuſmodi Diarrhœæ cerebralis deduci poſſint, vide ibid. & in ſequ.

80. *Et Balbi maxime propter humiditatem*) Juxta aphor. *Balbi longa diarrhœa maxime laborant.* Verum nonnulli quædam afferunt quibus fundamentum aphoriſmi non leviter convelli videtur; *Lingua*, inquit Chriſt. à Vega, *nonnunquam eſt in vitio, facultas movendi linguam redditur imbecilla ob ſocietatem, adque raro, Et ſi aliquando fiant balbi, fiant ob ficcitatem; tamen ad ventris profluvium non ſunt parati.* Sāctorius vero l.1. vit. Err. idem fundamentum diruit, *Trauli*, ait, *& Balbi, non ob humidam cerebri intemperiem fiunt, ut omnes fere opinantur; Inveniuntur hi modo calidi, modo frigidi, modo humidi vel ſicci, at & reliqui qui nec trauli nec balbi ſunt. Quare ſententia Hippocrat.2. aph. 32. male verificatur cum afferat Balbos ob frigidam humidamque capitis intemperiem fluxa tentari*, Multos ſcio Balbos duritie alvi ab ineunte ætate, ac ob id quaſi naturali morbo ac innato laboraſſe; horumque os & labia humore impendio magis madebant, nec hic mihi è cerebro provenire videbatur; nec capita illorum condolebant, nec gravata erant nec imbecilla; nam hi dum nituntur eloqui tanta vi motant linguam ut tam multa in oris ſpatium coeat ſaliva; hæc quam facile allici queat notum; quare qualis eſt morbus, tale quoque erit hoc ſignum, hoc eſt comentitium: Si quis vero contenderit, illam ipſam ſalivam redundantem balbos glutire, certe evenire aliquando poſſe videbitur, ut inde alvus reddatur fuſior, quæ quidem diarrhœa levis erit, at ſimul longa, ut vult *Hippocrates. Idem. pag. 402. & ſequ.*

β. *In Curatione &c.*) Qui à Capite Diarrhœam derivant ad id curationem primo dirigunt, Nos ab illa vulgari medendi via abhorremus: Cum nullus humor de Cerebro per gulam fluat in ſtomachum, ad hunc curatio tantummodo dirigatur, quem vel edulia, vel humores aut veſica fellis, aut pancreatis, aut arteriarum ita vitiare queunt ut Diarrhœa ſuboriatur: quare Purgantia ſint lenia, quæ ſtomachum & inteſtina extergant, nec ea magis provocent in fluorem: Valentiora quidem purgantia ophthalmias, otalgias, & alios morbos capitis tollunt: non ea per cerebrum, per oculos, per aures pervadunt, ſed expultricem vim ita laceſſunt, ut ea ſubinde confluentes humores egerant: Rem in pauca conferamus, Si quis quadam Diarrhœa, etiam illa qua excluduntur fæces alvi ſpumoſæ, aliquanto vehementius arripiatur, nunquam Medicus de cephalicis ac de Cerebralibus cogitet, aut de pectoralibus medicinis purgantibus.

Vomitus an conducit? Pituita de cerebro per gulam in ſtomachum cum haud fluat, inanis eſt metus ne ille cerebri humor concitatis vomitionibus ægrius evocetur; nihil laborat cerebrum, nihil caput, ſtomacho unice mederi oportet; hic autem vomitu levari poteſt, ſicut clyſteribus inteſtina ſi humoribus ſint repleta; Quanta aſſeveratione *Hippocrat* l. de Loc. vomitum vomitionibus ſiſti pronuntiat, ac alvum fluentem ejuſdem ductione curari? *An Sanguinis miſſio conveniat?* Si ſanguis ex brachio detrahitur, humore etiamnum intra cerebri venas contento, tum vitioſa pituita, de qua naſcitur cerebralis diarrhœa, rurſus ad cor retrahetur, unde & judice *Hippocrate* omnium graviſſimi morbi orientur: At quis tam exacte cognitam habebit vel temperiem cerebri vel humoris naturam? Nonne humor calidus venis cerebri contineri poteſt, Cerebro ipſo magis frigido, ac viciſſim eodem calidiore, humor perquam frigidus? quare ſuſpenſi ſemper animo erimus quidnam ſit agendum; Nos qui negamus cerebrum pituita ſubinde madere, has explicatuum difficultates facile eluctabimur: Itaque judicamus ſanguinem homini diarrhœa arrepto interdum mitti ſalutare eſſe, quare ratio ætatis, ſexus ſequioris, virium habeatur. *Cucurbitularum* eadem ratio eſt, quibus credunt ſanguinem de cerebro trahi.

Qui cerebrali, quam finxerunt, Diarrhœa preſſi erant, Medici & vetuſtiores & recentiores *Cauteriis* curare conſueverunt; Sed *Cauterium verticis* quam triſte eſt remedium tam ſupervacaneum, quæcunque Diarrhœa hominem exerceat, Eo macerantur ægri non curantur, atque ſi cerebri humores hac via diffluerent eum curſum cauteria bregmatis inhibere haud poſſent, nam talem humorem (ita vulgaris fert opinio) remittunt venæ cerebri intimæ, quas ea cauteria haud tangunt, nec exinanire queunt nec ſtringere, *Trincavellius* dicit cauterium ſuperficiem tantum exſiccare, quod ſi ad interiora capitis non penetrat, qui materiam de profundo cerebri extrahere poterit? Nunc quoque *cauterium cruris*, quo pacto humores ſtomachi & inferiorum membrorum vapores revocare poterit?

Jac. de Partibus, Aviceanæ interpres, alia remedia perſequitur, 1. eſt *Raſura capitis*, ut fumi & vapores qui aſcendunt ad caput uberius exeant ac reſolvantur, & facilius penetrant medicamentorum vires capiti applicandorum. ij. eſt *Capitis Friſatio* frequens hora matutina, cum tela rudi aut pectine acuto, ut reſolvat cerebri ſuperfluitates: iij. Mane *evaporare* caput cum reſolventibus, ſicuti cum ſacculis de milio & ſale, vel furfure &c iv. eſt apponere capiti præraſo *Rubificantia* cum alia non proſunt, ut Empl. factum de ſemine ſinapi, gummi, rutæ agreſtis &c. fimo columbino, quæ tam vehementer à cerebro extrahunt materias, quod ſuperficiem

capitis

capitis rubificant: Ac ex Arabibus *Rhaſis libr. 1. cap. 87.*

Cura talis fluxus eſt abraſio capitis, fricatio ejus cum panno laneo aſpero, & linire eum iis quæ rubificant ipſum.

Sacellationem capitis quoque multi valere arbitrantur, ſic *Gordonius*, *Sacelletis caput frequenter cum milio & ſale.*

Suffumigia etiam magni fiunt: Deinceps *Lixivia*, *Lotiones capitis & pedum* etiam auxiliari dicuntur.

Haly libr. 7. Pract. *Emplaſtra* Capitis non prætérit, *Studens ſuperfluitatem deſiccare*, Hinc *Jehan. Riolanus*, *Capiti ut parti mittenti cephalicis conſulendum.*

℞. *Maſtich. & Empl. de beton. ãã. ℥i. malaxentur cum oleo coſtino, fiat Empl. catarrhi ſuſpenſorium.*

Tandem & odoramentorum facit mentionem *Haly 9. Pract.* Inde *Al. Benedictus*: *Iuvat acetum naribus ſubditum inquo lapis fervens injectus ſit, ita vapore raptim temperatur cerebri diſtemperantia.*

Superioribus medicaminibus tam multis Caput non minus operoſe quam inutiliter curant, tum Græci, tum Arabes, fluente alvo; Illa, ut vocant, *Sacellatione*, vel frigeſcit caput vel incaleſcit, Vtraque de cauſa hic Alvi rheumatiſmus tanto vehementius concitari poteſt, Agitato quippe ſanguine humores in ſtomachum promoventur, Ac cæteris *Fomentis* non cerebri arteriæ interiores, de quibus funditur Catarrhi materia, ſed externa vaſa ſanguinis capitis maxime afficiuntur, *Frictio* lenior eſt inefficax, valentior plus trahit humoris quam neceſſe eſt: *Suffumigia* ferunt ſuſpendere pituitam & ſpiſſare, ſic ut in laxatam alvum confluere haud queant, Verum illa non de capite, non de cerebro ſumit humores, ſed de maſſa ſanguinea; nec ille fumus penetrat in cerebri penetralia, in ipſos, ita loquitur *Rondeletius*, ventriculos cerebri: Illa plutis fiunt quam *Lotiones capitis*, quin ego magis nocere exiſtimaverim.

Balneum pedum certe contra *F. Platerum* affirmo plus humoris, plus & vaporis ad ſtomachum allicere videri ſi vulgarem opinionem conſectamur: Omnia quæ *Haly* memorat primus *emplaſtra capitis & unguenta*, ſunt inepte excogitata remedia, deceptis eum ſequacibus illa perſuaſione ex catarrho capitis concitari Diarrhœam. Nec Cerebrum *accenſis odoribus* ita affici poteſt ut inde ſiſtatur Diarrhœa: Odoramenta alia ratione proſunt, hinc *Cœlius Aurelianus* ait *Oportet ſtomacho cataplaſma conſtrictivum imponere, Odoramenta quoque reſumptiva adhibere.* Dein odorifer vapor ad ſtomachum & ad pulmones potius quam ad cerebrum tendit.

Ex eodem judicio & reliqua *Cephalica* medicamenta pendantur; Hinc Gul. *Rondeletius* memorat *Theriacam, Mithridatium, Auream Alexandrinam.*

Tandem & *Decocta China*, *ſaſſafras &c.* propinantur.

Sudorifera autem ac *Diuretica* fluente alvo improbat *Cœlius Aurelianus*, quæ aliis probantur, *Moventibus*, inquit M. Johann. Paſchalius, *ſudorem curatur & urinam cientibus*, præſertim ſi ſimul ventrem reſtringant & urinam provocent, ut eydonia: *Opiata Medicina*, ut vocatur, hoc loco eſt valde efficax, unde præclare *C. Caldera*, Somno omnem ſiſti evacuationem præter ſudorem, nos docuit Hippocrat. quare in illo provocando erit ſuprema auxiliandi ratio, tum qua diarrhœam, tum qua dyſenteriam &c.

Opiata quoque ore tenentur, ut ne humor cerebri huc uſque prolapſus in ſtomachum fluat: Verum quam inanis ſit hæc ratio curandi, oſtendit *Alſarius à Cruce*, *Qui humor jam in oris ſpatium mittitur, ſi horum medicamentorum vi ſiſtitur, niſi exſpuatur majori copia in ſtomachum confluet.* Tam facile enim in vulgus credunt authores in ſtomachum fluere poſſe humores ſemel cerebro lapſos. *Idem ſ. pagina 414. ad 452.*

81. *Vitandi gargariſmi & maſticatoria*) Ptarmica, gargariſmata, maſticatoria, ſunt irrita remedia, Cerebri humoribus hac via neutiquam decurrentibus: Ac qui cerebri humores hac cerebrali Diarrhœa orti, per inferiorem gutturem egeruntur, iidem & per cerebrum ptarmicorum vi trajiciuntur, nam de eorum acredine ajunt cerebrum ita corrugari ut ille humor tandem exprimatur: Itaque vaſcula ſanguinis ad narium tunicam pertinentia illum humorem commodius quam cerebri venæ reddere poſſe videntur. *Idem pagin. 454.*

De Diarrhœa Pituitoſa & Seroſa.

75. 76. *Pituitam*) Non aliud diſcrimen pono inter *Pituitam & Serum*, quam quod illa craſſior eſt & viſcoſior, hoc fluidius; Pituita tamen dulcior eſt, ſerum ſalſius; hoc enim acidis facile imbuitur & bile, ac frequentius fluorem alvi excitat, Vterque tamen humor aquæ naturam reſipit, hoc eſt baſis utriuſque pura puta aqua eſt: Quocunque vero ex loco pituita & ſerum in inteſtina confluant (vide ſupra §. *Seroſi humores leucophlegmatia*) Alvi fluorem inducere valent, ſi copia aut qualitate peccaverint, ac præſertim ventriculus iis luxuriaverit.

Perpendendum vero an prædicti humores tantum Aquei ſint, an Pituitoſi, an etiam Bilioſi & Acidi, ut congruæ indicationes curativæ eliciantur ad Evacuationem aut Correctionem.

Evacuationem quod attinet, quamprimum per alvum illa inſtituenda eſt, ſive copia ſive qualitate hi peccaverint, in uſum advocanda hydragoga; Sed ſi *Acidiores* fuerint, *Purgantia* ex uſu non ſunt, *Diuretica* vero magis & *ſudorifera* temperata, ad humoris fluxum avertendum, ea eligendo quorum baſis ſunt ſalia fixa, e.g. hoc paretur Hidroticum.

℞. *Sal. abſinth.* ʒß. *ſpir. fulig.* aut *ſangu. hum.* aut *ſalis armon.* ℈i. *laud. gr.* j. mſ. in aqua ſudorifera, aut *decocto guajac. china, buxi &c.* ℥vi. capiat æger cum regimine.

Exhiberi poteſt *Pulv. viper.* ʒi. vel *ſal vipera volat.* vel *tartari* eodem modo.

Diureticorum memini (§. Diuretica) ab his vero abſtinendum, præſertim ab Acidis in Fluore alvi inducto à ſore vel *pituita, acida*, Sic *Tartarum album*; *ſpiritus ſalis, ſuccus limon.* vel *oxalidis* &c. non conveniunt: Præſtantiſſimum eſt remedium ſequens.

℞. *Cinor ſarment. vitis* ℔ß. *ſacch.* ℥ii. *Infunde per tres horas in decocti ſalſap. & bardan.* ℔iv. *Fiat Colat.* adde *elæo-ſacch. cinnam. vel caryoph.* ʒi. Doſis ℥vi. bis in die.

Etiamſi Diuretica ſerum per lotium abducant, attamen ratione ſalium admiſtorum utcunque ſuſpecta ſunt, quorum acrimonia fluorem alvi promovere poteſt, at vero illorum delectus habendus.

Hidreticorum eadem eſt ratio, quibus ſal fixum tanquam bazis inſitum eſt: Horum uſu exhauriunt ſerum ac ſanguinis partes maxime tenues; ſed præterea horum uſu ſalia aeria domantur; non rato fluorum alvi ſeroſorum & pituitoſorum cauſa.

Neque prætermittenda Enemata detergentia, anodyna, & corroborantia.

Ad temperationem, lenitionem, & correctionem humorum quod attinet, ac viſcerum corroborationem, valet *ptiſana chalybeata*, cui incoquenda *raſ. cornu cervi:* addito *ſacchar.* Tantillum vini rubri concedi poteſt,

cum febris raro intenſa adſit, ad robur ventriculi.

Si alvi fluor ſeroſus fuerit ob *Acidum* ſuperans, cujus cauſa corroſio & tormina inteſtinorum admodum urgent; tunc alvi egeſtiones viridis ſunt coloris, Parcetur Ptiſana ex *hordeo* & c. c. Uſus *lactis cum ſacch. & ovis* admodum eſt idoneus, nullo alio admiſſo alimento; Sed ante illius aſſumptionem utilis eſt doſis ſequ. Pulveris.

℞. *Sal. tart.* ℈iii. *nuc. moſch.* ʒß. *mi. dez.* ℈ß.

Sequentia duo remedia experimento probata ſunt in hoc caſu.

℞. *Chalyb ſulphur. ſubtiliſſ. trits* ℥i. *corall. rubr. ad albedin. calcinati, ſantal. rubr. āā.* ℥ß. *cinnam.* ℈iii. *ſacch. roſ. ad pondus omn. Fiat Pulvis, Doſis* ℈i. *ex conſ. roſar.*

℞. *Oculor. cancr. c. c. uſti āā.* ℥ß. *conſ. hyacinth.* ℥i. *f. Opiata cum ſyr. de ſtachade.*

Ventriculus in hac Diarrhœæ ſpecie maxime labefactatur, qui corroborandus per ſtomachica capite de lienteria propoſita, *Crocus martis* ſulphuratus ad ℈ß. ſumptus ex *conſerva roſar.* optimum eſt remedium. *Ravelly.*

75. *Pituitam*) Pituita interdum fæcibus vel humoribus permiſta, ſeroque diluta, diarrhœis cum aliis occaſionem præbet: Alias cæteris in hac miſtione prævalens potiſſima aliarum eſt cauſa; tuncque in illis copioſa apparet, vel etiam mera, ſub finem præſertim, reliquis omnino jam repurgatis excrementis, accedēte quandoq; etiam bile, cum muco inteſtinorum rejicitur: Quæ pituita in ventriculo & inteſtinis, nunc aquea, nunc mucoſa, nunc vitrea, à cauſis pituitam generantibus naſcitur: Alias ſero diluta, aquea præſertim, per venas meſaraicas, una cum cæteris humoribus à variis corporis ſedibus eo repurgatur. Quam & à *Cerebro* ad ventriculum & inteſtina defluere poſſe, ſpumoſamque eſſe, fluxumque Cerebralem gignere poſſe *Hippocrates* ſtatuit in aphor. *Platerus.*

75. *Quod pituitam*) Diarrhœa Pituitoſa pro cauſa primaria agnoſcit Alimenta viſcida, multumque pituitę viſcidæ promeontia: pro ſecundaria aërem frigidum & aſperum, pituitam in ſanguine tum augentem, tum coagulantem, tum in cerebro ejuſve glandulis: Ad congeſtionem facit ſomnus multus, quies torpida, Aër pluvioſus, humidus: In hujus curatione Diæta vitioſa vitanda, & medicamentis Cap. de *Anorexia* propoſitis corrigenda Pituita viſcidior, poſtea per diuretica & ſudorifera expellenda, avertendaque ex parte à ventriculo & inteſtinis. *Sylvius de le Boe.*

76. *Vel ſalſam*) Humores fiunt Seroſi & acres, ſive *Salini*, ex uſu copioſo tum aqueorum tum ſalſorum, à quibus non tantum fluidiores ac tenuiores, verum acriores quoque & ſalini exiſtunt. *Fr. Sylvius Pr. l. 0. cap. 13.*

77. *Quæ vel lubricam ventriculi & inteſtinorum*) Catarrhum ſtomachicum teſtantur Dejectiones alvi, naoſea & vomitiones: Hippocr. l. de A. A. & l. *Pituitoſis inteſtinorum difficultates fieri par eſt pituita a cerebro defluente.* Et lib. de Loc. *& eundem in ventrem, hinc profluvia alvi*; ut & lib. de morbo Sac. & l. de Glandulis; Aliter *Vincentius Alſar a Cruce*, Practici ad dignoſcendum an Catarrhus in ventrem per gulam dilabatur tria ponunt ſigna, Vomitus, Inappetentiam, Alvi fluxus; Duo prima hic ſunt manifeſta, minime poſtremum, ſed contrarium prorſus, Primus ex frequentia vomitus, qui in hoc ægro alvum ſiſtit, cujus eventus cauſam reddens *Hippocr. 2. de Di. Ac. t. 22.* dicit, quia exſiccat; 2. quia excrementa alvi ab humorum crudorum craſſitie & viſcoſitate detinentur, & bilis portio ad inteſtina tranſmiſſa, ut expultricem vellicet omnino retunditur. 3. quia ab hepate retorrido ut ventriculi naturale humidum abſumitur, ſic ventris totius excrementaria humiditas deſiccatur, hinc ſcybala excrementa, hinc alvi inertia. *Hic author* à ſtomachico catarrho contendit nullam Diarrhœam oriri, ſed potius inertiam alvi &c. *Schneiderus l. c. p. 407.*

78. 78. *Cognoſcitur ex eo &c.*) Dejectiones tunc fiunt ſpumoſæ, ut docet *Hippocr. aphor. 30. 7.* quod tamen non eſt perpetuum, ſiquidem pituita poteſt à cerebro defluere citra flatuum permiſtionem, quæ unica eſt ſpumoſitatis cauſa: Tum etiam humoribus genitis, aut contentis in ventriculo & inteſtinis, poſſunt permiſceri flatus, unde excrementa erunt ſpumoſa, licet non à capite profluant; Ideo huic ſigno alia adjungenda ſunt, nempe ſi cerebrum aliquo affectu manifeſto laboret, ut catarrho, ſurditate, lethargo, apoplexia; aut inſignis ſaltem capitis gravitas, aut dolor, aut ſomnolentia appareat, & noctu magis alvi fluxus quam alio tempore fatiget. *Riverius.*

78. 78. *Cognoſcitur ex eo*) Longi cum perſeverant alvi fluores, raro id fit citra catarrhoſam cerebri diſpoſitionem. Veteres autem Medici eo diſcernunt Fluxum hepaticum & cerebralem à ſtomachico & inteſtinali, quod hepaticus & cerebralis ſit periodicus & nocturnus, ſtomachicus autem diuturnus fere & non periodicus: Ratio hæc eſſe cenſetur; ideo illi ſunt periodici nocturni quod per fluxionem fiant, & præterea eadem de cauſa multis fiunt de nocte ob revocationem caloris intro & pororum occluſionem, citantur enim tunc Catarrhi; huc accedit motus materiæ phlegmaticæ de nocte. Quod autem caput adjuvet maxime hujuſmodi fluores, & propterea illi conſulendum ſit, primus obſervavit *Hippocrat. l. περὶ παθῶν Dyſenteria, lienteria, diarrhœa, morbi conſimile ſunt*: hi ſic ſunt ſanandi ut defluxum à capite impedias & à ventre ſuperiore, morbi enim natura hinc eſt. *Jacobus Thevart. Ann. 2. Ballonis conſ. 8. lib. 1.*

81. *In Curatione vitandi &c.*) Si ex metaſtaſi nimia facta ſit Diarrhœa, radix mali eſt evellenda, at præſertim cum Catarrhoſi tali Diarrhœæ obnoxii ſint, præſertim nocturnæ (unde & à Cerebro veteres talem Diarrhœam derivarunt) *avertentibus*, & aliorſum *derivantibus*, adeoque *veſicatoriis* aut *fonticulis* Diarrhœa talis erit levanda. *Etmuller.*

81. *Veſicatoriis*) Egregiam obſervationem talis Diarrhœæ, Catarrhalis vocatæ, per *veſicatoria* curatæ, vide apud *Zacutum.*

Diarrhœa à Ventriculo.

83. *A Ventriculo*) Mucus, ſeu limus ventriculum & inteſtina oblinire ſolitus, dejectiones præternaturales ſolus minime, cum ſeparatim vix prodeat, efficere poteſt, ſed tantum quatenus cæteris excrementis miſcetur, ſi præſertim hoc fiat majori copia; Cujus redundantiæ cauſa à cibo glutinoſo & excrementitio dependet, unde ſordes illa gignitur. *Platerus.*

83. *A Ventriculo*) Qui in omni Diarrhœa probe conſiderandus, & *Appetitus læſus*, ejuſque tonus plus minus reſolutus, apprime reſtituendus: Conveniunt hic *vinum, & vinoſa cydoniata, maſtiche, vinum abſynthites. Etmuller.*

83. *Alia à ventriculo*) Circa Diarrhœam quam vocant *Stomachalem & Inteſtinalem*, nec non *Fluxum cibalem*, multæ ſunt ambages, 1. enim, cum ventriculus cũ inteſtinis receptus ſit pro parte affecta, quo ſimul eſſe poteſt mandans? 2. eum ſtatuentur fieri tum cum cibus corrumpitur in ventriculo, ſive in acorem ſive in nidorem, & cruditates eunt vel ſurſum vel deorſum, vel utrinque, quis auſit vocare morbum? cum ſit ſymptoma tantum cauſæ, ſive error externus? ſimulatq; enim victus recte inſtituitur, curatio ut plurimum abſoluta eſt, ſtabilis enim diſpoſitio nulla eſt: quin cum ſit inter cauſas

externas

externas, c[illegible] de morbo ne inſtitui quidem poteſt antequ[illegible], Sed ſit morbus, L[illegible]enteria erit. Ita ergo hab[illegible] Cum quis [illegible] nutritur cibis pituit[illegible] exercitium nullum jungatur; vel nim[illegible]gitat, ut ventriculus vincendæ copia [illegible] vel ta ſe get [illegible] poſt cibum ut crudus chylus in [illegible] & lienem (*Venas meſaraicas*) rapiatur, alli poteſt [illegible] ndo contingere Diarrhœa, ubi hepar eſt pars mandans. Eodem [illegible] ſi eo uſque protrahatur ut totus habitus ſit pituitoſus, adeoque cach[illegible] aut leuc[illegible]atica ſit, hanc ſupervenlens diarrhœa d[illegible] oteſt *Phlegmatica* ſeu *pituitoſa*. Ad hanc ſpeciem refero quæ *cum vermibus* eſt, ut plurimum enim voraciſſimi quique verminoſi [illegible]: Refero etiam illam quæ in *Dentitione* fit, ex corrupto lacte. *Hofmannus Inſt. l 3.c.109.*

84. *Quæ cognoſcitur ex ſignis*) Illis quæ vitiatam ventriculi co[illegible] demonſtrare ſolent, v. g ſi alimenta corrumpantur, recipiantque acrem & nidoroſam qualitatem, ex qua deinde irritata expultrix cogitur ea per alvum expellere, tumque ſigna calidæ ventriculi intemperiei aderunt; Sic etiam ſi cruda & pituitoſa dejiciantur, & tarda ac imminuta fuerit alimentorum concoctio, à frigida intemperie læſam ventriculi coctionem arguimus. Ac denique vitium in ventriculo reſidere cognoſcimus, ſi æger antea pravis edulis ſeſe impleverit, quæ facilè in ventriculo corrumpi potuerint. *Riverius.*

Si Ventriculus laborat, adſunt cruditates frequentes, inflationes, fluctuationes, nauſea, & quæcunque aliquam ejus intemperiem arguunt. *Rolfincius.*

85 *Vel à cibis corruptis*) Cibus & Potus tam ob copiam quam corruptionem vel cruditatem dejectiones præternaturales efficit, Ingurgitatio eorum præſertim, quæ crudiora cum maneant, gravant, & cum flatus gignant, conturbant; vel humidiora cum ſint, laxant, vel pinguia lubricas vias reddunt, eoque modo Diarrhœas gignunt; Vel ſi tales aſſumantur qui facile corrumpantur, Diarrhœa citius inde prodit; cum ea corruptione qua in pravos humores commutantur; vel ea qua in fæces copioſas, nunc limum, nunc lutum, pultaceamve aliam materiam, tetram & fœtidam converſi, copia & adverſa qualitate naturam ad dejectionem ſolicitant: Quod tum aſſumptorum eorum in ejuſmodi ſuccum adverſum corrumpunt, tum etiam ejuſmodi ventriculi conſtitutioni, quæ ſic eos pervertere apta eſt. *Platerus.*

85. *Vel à cibis corruptis*) Si quando alimenta intei coquendum perveniuntur, aut ſubigi nequeunt, non raro Diarrhœam excitant, uti in crapula, victu inordinato, ab incongruis comeſtis, aliiſque in diæta erroribus, aut fermenti ſtomachici depravationibus frequenter accidit. *Willis.*

Diarrhœa ab Hepate, Biliosa.

86. *Ab hepate*) Diarrhœam ab acidis acribuſque humoribus, dolorem ſimul & irritamentum inteſtinis afferentibus pendere in confeſſo eſt apud omnes: Hos autem licet antiqui *Jecori* ad calidum intemperato adſcripſerint, ratio tamen & experimentum contrarium evincit: neque enim in meſenterium quicquam è jecore per venas effluit; neque ſi efflueret, aliud quid à ſanguine eſſet; Cum tamen ibi humores per alvum efferantur, in diarrhœis, qui certe ſi è venis exilirent hæmorrhagiam perennem parerent; at vero ligatis venis per meſenterium & inteſtina perreptantibus, infra non ſupra ligaturam ſanguis reſtagnat; Experimento etiam conſtitit nullam inflammationem in hepate obſervatam, ardorem aut dolorem, quæ ſane febrim attuliſſent vehementiſſimam, cum cæteroquin ſæpenumero diarrhœæ ſine febre fiant: Humores pariter excreti, viridis ſeu porracei, atri, flavi, variegati, non leve etiam argumentum præbent illæſi jecoris, quod cum tanta humorum corruptione & pravitate, quanta dicitur, ab illis haberi minime poſſet innoxium & vita conſtare.

Probabile itaque magis eſt ejuſmodi fluxus frequentes, dolorifico. & variegatos, procedere à ſuccis bilario & pancreatico, Vel ex ſe vitioſis, vel in tenuia inteſtina confluentibus, ibique inconvenienter commiſtis atque indebite fermenteſcentibus, adeoque promptioribus ad ſui depoſitionem inteſtina, qui ſive ab exceſſu bilis acrioris, ſive à copia ſucci pancreatici acidioris redditi, nedum ſemetipſos depravent, chylumque pertranſeuntem vitient, ſed & alios quoſcunque humores illuc delatos, quinetiam alimentum, & quicquid ſponte vel adigente natura eo loci deducitur, corrumpant, mucum inteſtinorum & glandulas emungant atque abradant, cruorem eliciant, & ſubſtantiam eorundem erodant cum doloribus lancinantibus, & torminibus ferociſſimis unde fit ut diarrhœam pertinacem inevitabiliter dyſenteria ſubſequatur plerumque immedicabilis. *Lucas Tozza Prax. Part. 3. cap. pag. 77.*

86. *Alia ab hepate, alia à liene &c.*) Verius maſſa ſanguinea fomitem ſubminiſtrat, prout vel pituita, vel bilis vel alius humor illam inquinant, quo liberare ſe ſatagit Natura: Etenus concurrit vel cerebrum vel hepar, vel lien, vel uterus, quatenus fermentum aliquod ſubminiſtrant, quod remiſtum maſſæ ſanguineæ ſegregationem noxiorum ab utilibus inducit, id quod præſtant purgantia, ad quam ſequitur excretio vel dejectio: Alias ſi vel totum cerebrum colliqueſceret, totum hepar totus lien, uterus in tabum reſolveretur, ſubminiſtrare nunime poſſent eam copiam materiæ quæ per diarrhœam profundi ſolet: Adde ab hujuſmodi ferm[illegible] ſeu formite, vitiari etiam probos humores [illegible] & præſertim alimentum tum temporis aſſumptum, à quibus protrahitur fluor.

87. *Ubi deobſtruentibus agendum*) Si pendet Diarrhœa ab hepatis aut lienis obſtructione, vel imbecillitate, illis affectibus medendum: Tumque adſtringentium uſus nullus aut parcus ſit. *Riverius.*

88. *Diuretica proſunt*) Contingit nonnunquam canales biliarios obſtructionibus liberare in Diarrhœa biliosa, & bilem redundantem in maſſa ſanguinea è vaſis exundare in ventriculum & inteſtina per arterias: Tum prædictus humor per urinarias vias educendus, in uſum ducendo diuretic[illegible] quorum baſis ſit acida; incidunt quippe materias craſſ[illegible] & pituitoſas, hoc in caſu obſtructionum parentes, e. g.

℞. *Aquar. gramin. & raphani āā. unc. iij. tartari vitriol.* ℈i. *ſyrup. limon. unc* [illegible] *ns.* detur matutinis horis.

Hoc remedium ſimul b[illegible] emend[illegible] tenuitate peccantem & æſtuantem in maſſa ſanguinea. *Ravelly*, Vide §. *Pituitam*)

Cum unctus frequens atque [illegible] De[illegible]ctiones alvi valde minuat, teſte *Hippocrat. 4. aphor. 83.* commodiſſime interdum natura monſtrante viam Di[illegible]tic[illegible] alvo exiccandæ inſerviunt, Vide *Jonbertum l 3. Pr. cap. 12.* Quare tunc *ſpir. aperitivus Penoti*, *ſpirit ſalis dulcis*, *aqua vitæ juniperina* Horſtii, *tinctura tartari* & aliæ medicationi huic ſatisfacere poſſunt. *Stranſſ us.*

89. *Vel bile nimis*) Humores acres pungentes, urentes, erodentes, dejectiones præternaturales ſæpe excitant, Inter quos *Bilis flava. ſeu atra*, eſt [illegible], quæ ſi in *ventriculo & inteſtinis genita*, vel è *folli-*

cula fellis, aut *à venis meſeraicis* inteſtinis infuſa, ob illius *copiam*; Vel in morbis, ut *ictero, febribus,* eo expurgata, phlegmati inteſtinorum & muco confuſa, ſeroque diluta & contemperata, mitior fiat, tunc irritando ſolum, citra magnas torſiones, Diarrhœam ob commixtionem hanc excrementa fluida & ſpumantia, crocea, vel atra, prout *bilis* eſt, profundentem procreabit. *Platerus.*

89. *Vel bile nimis abundat*) Bilis excernitur nimium è ſuo folliculo, vel hujus vel illius culpa: Bilis cum fluidior & liquidior exiſtit ex nimio uſu condimentorum medicamentorumque aromaticorum, acriorum & amarorum, ipſiuſque ſalis volatilis cujuſcunque, à quibus ante omnia redditur bilis valde liquida & fluida, quin univerſus quoque ſanguis, mox & humor quivis ex ipſo ſecretus: Huc faciunt quoque aër fervidus ac æſtivus, ira frequens, corporis *motus* ſatis vehemens diu continuatus, & *vigiliæ* protractæ. *Folliculi* culpa nimium ex ipſo excernitur Bilis, quoties idem ad ſui contractionem irritatur valde; quod videtur habere locum, quando ab humoribus acribus & multum volatilibus, ipſiſque adeo venenis talibus, arſenico puta, & ſimilibus, vel in tenui inteſtino prius cum bile vitioſe effervescentibus, atque halitus ſui ſimiles per lacteas venas verſus cor, hinc cum ſanguine quaquaverſum, & ad dictum folliculum emittentibus vel alias quovis modo eo delatis ac rodentibus irritatur Folliculus, exciturve in eodem vitioſa cum bile effervescentia. Vnde ab elevatis tunc halitibus, propter ipſorum copiam vel acrimoniam, itidem irritatur ad contractionem Folliculus. *Fr. Sylvius Pr. l.1.c.45.*

De Diarrhœa Biliosa & Melancholica.

89. *Vel Bile nimis abundat*) Diarrhœa *biliosa & melancholica* in hoc conveniunt quod utraque originem ducat à *Bile acri & lixiviali,* etſi quoad magis & minus differant; differunt autem quod bilis quæ *diarrhœam bilioſam* parit flava eſt, ſubtilis, ſulphurea, ſpirituoſa; quæ vero *melancholicam*, nigra eſt, craſſa, ad modum fixa, acidis turgens, ſulphureis autem partibus & ſpirituoſis deſtituta; *Atra bilis,* inquit *Hippocr. inter omnes humores corporis viſcoſiſſima eſt, & ſedes diuturniſſimas facit.* Revera enim nihil aliud eſt atra illa bilis quam humor melancholicus in maſſa ſanguinea genitus, per conjunctionem *ſalis fixi bilioſi, & acidorum* in illa prædominantium.

Cum autem ſalia acida, ubi intime fixis ſalibus uniuntur ſubſtantiam acrem, craſſam & viſcidam pariant, mirum eſſe non debet, ſi exinde originem trahant humores alvi pertinaces & periculoſi, non ſecus ac alii morbi chronici & difficiles.

Vnico capite complectimur *Alvi fluxum bilioſum & melancholicum*, ſiquidem remedia quæ bilem expurgant, ac temperant acrimoniam ſalis illius lixivialis, aut fixi, eadem utrobique eſſe debent, neque video quamobrem alia aſſignantur remedia expurgandæ bili, alia melancholiæ: Niſi enim alia quædam ſtatuatur differentia inter duos illos humores ab ea quam modo adduxi, ſcilicet in quantum in melancholia multæ latent partes acidæ, eæque craſſæ, intime ſali lixiviali commiſtæ, In Bile contra partes amaræ, ſubtiles, extricatæ, ſummæ activitatis, non video qua ratione quærenda ſint cathartica alia ratione quam quoad magis & minus differentia. Acidis enim, qua acidis, nunquam competunt, at ſolum ratione intimæ & arctæ conjunctionis eorum cum humoribus valentiora exhibenda ſunt, *Melancholicos deorſum valentius purgabis,* inquit *Hippocrates,* Partes bilis ſubtiles & activæ facile purgantibus cedunt, debiliora autem aut fortiora requiruntur prout magis vel minus extricatæ ſunt, plus aut minus mobiles: Ideoque ſemper neceſſe eſt humorum expurgandorum qualitatem perpendere, eo quod æqualiter irritentur à debilibus purgantibus & à generoſioribus: à generoſis irritantur, cum motu cientur nimio neque aliis remediis egent quam quæ eoſdem verſus inteſtina deducant, A debilibus autem irritatio ſuccedit, ſi iidem craſſiores fuerint ac viſcidi; ſi quidem medicamentum vi quidem ſæpe polleat ſubtiles illos efficiendi, & à maſſa ſanguinea ſegregandi, non tamen expellendi & ad alvum detrudendi, unde novi tumultus cientur, pejoraque quam ante purgationem damna emergunt.

Intereſt autem hic ſcire Quid ſit Bilis, & Quas generationis habeat cauſas.

Bilis analyſis oſtendit conſtare illam multo ſale lixivioſo, quibuſdam ſalis volatilibus, pauco ſulphure facile inflammabili, ut hinc pateat humorem illum natura propria acrimonia quadam pollere debere, & acidis contrarium eſſe, cujuſmodi ſunt alkalia fixa; ſed præterea facile inflammari ob partes ſumme activas in ipſo contentas.

Neque arduum erit colligere num Bilis intra maſſam ſanguineam generationem habeat, an in cyſti fellea, Cum vero experientia teſte, ad Naturæ normam loquendum ſit, quodvis ſalis genus ſit volatile, nullum autem detur fixum niſi artis ope, aut calcinationis, non arduum quoque erit animo concipere ſat vegetum eſſe calorem in maſſa ſanguinea, ut per eum ſalia volatilia, quæ cum alimentis corpus ingrediuntur, vel cum aëre inſpiratione adducto, una cum partibus terreſtribus fixentur, & ſimul pauxillo ſulphure; non ſecus ac ubi partes acidæ cum tartareis coeunt, calculi in quibuſdam viſceribus formantur, Eodem modo ſalia volatilia, ſi quando fixationem in corpore experta ſint, accedente parte oleoſa, ac quibuſdam ſpiritibus, qui nequaquam occurrunt in alkalibus mere fixis, bilem efficient, etiam ſine concuſſu fermenti quod ſupponitur in veſica fellis adeſſe.

Exiſtimo tamen humorem bilioſum, qui è maſſa ſanguinea in veſicam felleam defertur, non ſemper Bilis perfectæ nomine donandum, imo ipſum fel ſatis eſſe bilioſum ut illi bilis formam inducere valeat, tam ab admixtione partium illius alcalizatarum, quam ab inſigni hepatis calore, ac partium cyſtim felleam ambientium.

Liceat ergo nobis ſupponere Bilem ineſſe maſſæ ſanguineæ, nec non in cyſti fellea; hanc vero, copia aut qualitate peccantem, viam ſibi facere in ventriculum aut inteſtina per arterias gaſtricas & meſentericas illic deſinentes, adeoque Alvi fluorem parere; ſicuti, exuberans copia, aut valde acris, ex meatu choledocho defertur.

Sufficiat ſolum perpendiſſe qualem generationis modum habeat; Cum autem ſuperius dixerim per quendam calcinationis modum eam gigni à ſalium volatilium fixatione, certum eſt quo plus caloris obtinuerit maſſa ſanguinea, eo plus bilis productum iri.

Hinc addit febricitantes, in quibus humores jampridem incendium conceperunt, exeunte morbo ut plurimum ictero fœdari, eo quod ſalia volatilia, ac partes maxime ſubtiles maſſæ ſanguineæ, partim diſcuſſæ ſunt, partim cum terreſtribus fixatæ, ac proinde plurima bilis genita eſt quæ per totum corpus diffunditur.

Ita quoque obſervatum ſæpe alvi fluorem ſuccedere declinantibus febribus; multas quoque notamus inſignes bilioſorum excretiones à datis catharticis in fine febrium; cuncta hæc ejuſdem cauſæ ſunt progenies: Quæcunque ſanguinis maſſam accendere valent, vel agitare, ſicuti Sol, animi corporiſque labores, prava

alimenta

alimenta aut calidiora, vel putredini obnoxia &c. plurimam bilem generant; ut mirum non ſit ſi tot alvi fluores occurrant, cum cauſæ bilis fetaces tam multæ præſto ſint.

Examinata jam Bilis natura, ac declarato generationis illius modo, non difficile fuerit oſtendere qua ratione Alvi fluxum inducere valeat, cum ventriculum & inteſtina ſubingreditur, Sive enim copia in vitio fuerit, ſive qualitate, tanta vi vellicat fibras tum annulares tum carneas, ut quicquid viſceribus illis conceptum fuerit, ſine mora & ἀπέψως exire cogatur: Irritatio autem major fit, ſi ſalivæ quantitas ſufficiens defuerit, quæ illam infringit: Vel ſi pauca adſit pituita, illius acrimoniam obtundens, vel ſucci acidi abſint eandem obtundentes. *Ravelly.*

91. *In Curatione laudatur*) Bilis ut plurimum aut *nimis muculoſa eſt, aut plus juſto acris*, ideoque temperanda iis quæ ferociam reprimant & acrimoniam demulceant: Vel eadem *redundat*, ideoque per *purgantia* excludenda, aut per vomitoria; indicatione ſumpta ab illius vergentia & Naturæ impetu.

Quoad Evacuationem, illico *Enemata* in uſum advocentur purgantia, detergentia, refrigerantia: A *Vomitoriis* ſemper fere felix ſucceſſus expectandus, cum viz. bilis primas vias obſidet, nauſeamque excitat aut vomiturittionem, *Sal vitrioli, tartar. emet. &c.* hic conducunt. Quoad *Cathartica*, benignis locus eſt quando humor oleoſus eſt & ſubtilis, v. g. *tamarindi. caſſia, rhab. myroball. ſyr. roſar. pall. Elect. Cath. N. Diaprun. ſimpl.* addito ſemper *cremor tart.* aut *cryſtall. min.*

Non abs re præcipit *Hippocrat.* Bilem lenibus purgandam ſi commota fuerit, & multo Potu uti; conſtat enim à purgantibus humores agitari ſi à cæterorum conſortio liberentur, ideoque ad tantillam ſanguinis commotionem bilis amplius efferatur, ſi remedium illam vacuans exhibitum fuerit; cæterique humores hinc adeo conturbantur ut febris augeatur cæteraque ſymptomata comitantia.

Potum quod attinet, quædam *Acida Ptiſana* commiſcere utile eſt, ac Julepis, cum Bilis plus juſto commota ſit, ideoque oleoſitate nimia gaudeat: Nihil autem æque temperare aptum natum eſt humorum excalefactorum partes oleoſas & ſulphureas quam *ſalia acida* diverſimode exhibenda, *Tinctura roſar.* hic præſtantiſſima eſt: *Ptiſana ex hordeo parata, rad. fragar. oxalid. Aqua chalyb. incocta rad. conſol. maj.* optima ſi ſiſtendus fluor, additis ſyrupis *cydon. berber. &c.*

Si febris, ſitis, vigiliæ, anxietas moleſtiam dederint, V. S. non omittenda, dandæ *Emulſiones & Julepi ſomniferi*, quo ſimul & ſemel refrigerium & incraſſatio bili æſtuanti & ſubtili inducatur.

Temperandæ bilis gratia illud præprimis conſiderandum illa num magis acrimonia, peccet, an oleoſitate: Si *acrimonia* peccaverit, lenienda erit oleoſo aliquo remedio ac refrigerante, e. g. uſu *Emulſionum*, *ſeri lactis* magna copia ſumpti tepide; Imo & *lactis* ad omnem alvi fluorem decantati, Non tamen in alia, quam hac, ſpecie dandum eſt, ut & in ſeroſo fluore ſi Acidum dominium teneat; adhibita tamen accurata cautione; nam ratione bilis, acrimonia tantum excellenti noxiæ *ſacch. roſ.* tantillum addidiſſe, utile fuerit, vel *ſal. vol.* quæ illam temperant; Sin acidum in vitio ſit, quædam ſalia fixa, e. g. tartari vel *abſynth.* ad arcendam coagulationem ab humoris aciditate imminentem; Optatum effectum Lac non alia ratione edit quam dulcedine partium & ramoſitate quas obtinet, quibus bilis acres aculei, necnon & acidi implicantur & obtunduntur.

Si bilis *Oleoſitate* nimia peccaverit, *Lac* abdicandum, quod facile in ſanguine flammam concipit, ratione partis butyroſæ in illo exultatæ: Si *viſcoſitate* quoque adjuncta ſit, vel obſtructio in poris cholodochis, vel in viis chyliferis, à *Lacte* quoque abſtinendum, ob partes viſcidas quibus pollet, ad coagulationem quoque aptas; unde cauſæ morbificæ augmentum imminet: Ut mirum non ſit ſi Empirici, qui uno remedio quodvis Alvi fluoris genus curare intendunt, ſæpe aberrent.

Nonnulli id ſe conſequuturos ſperant unica *laudani* ad granum unum exhibitione: Revera id extractum inter cætera præſtantiſſimum & tutiſſimum eſt anodynum, at non ſemper proſpero id ſucceſſu exhibetur; ſed quantumvis anodynum ſit, in pondere tamen & menſura præbendum, Optatos ſæpe edit effectus tam in diarrhœa bilioſa quam ſeroſa, & dyſenteria, ubicunque tandem mulcenda eſt humorum acrimonia, ſed adhibendæ cautiones neceſſariæ, à conſtitutione morbi & ægri temperamento & viribus deſumendæ.

Licet nonnunquam per dies aliquot, nullo periculi metu, horis matutinis, *ol. amygd. dulc.* ℥ii. exhibere cum *ſucci limon.* ℥ß. *& ana ſacchar. roſ. cum ptiſana ordinaria* ℥iij. vel iv. aut *aqua plantag.* Poſſunt & exhiberi *olei comm.* ℥ii. *decocti cum vini rubr.* ℥vi. ad dimidiæ partis conſumptionem cum *pauco ſacch.* Poſtrema duo hæc remedia danda ſunt ſi bilis acrior & atra ſit: Valent & in diarrhœa ſeroſa cum acrimonia ſalium excellit. Remedium quoque ſequens optimum,

℞. *Pulv. viper. conf. hyacinth.* āā. ʒß. *corall. præpar.* ʒi. *laudani gr.* iij. *cum ſyr. abſynth. f. Opiata*, Doſis dr. j. m. & v.

Bilioſa Diarrhœa cum omnium frequentiſſima ſit, ideo in bilis flavæ, illius cauſæ, mitigationem incumbendum, remedia uſurpando leni aciditate prædita, e. g. *Omphacium, ſuccum & ſyrup. oxyacanth. limon granat. ſpir. vitrioli, alum. commixtis aquis portul. nymph. plantag.* Juſculis, ptiſanis &c.

Remedium ſequens à me frequenti experimento comprobatum, omnibus indicationibus ſatisfaciens.

℞. *Conſerv. roſar. rubr.* ℥vi. *Conſ. hyacinth. theriac.* āā. ʒi. *ſpir. vitriol.* ℈i. *ſacch.* ℥iii. *infunde per noctem calide in aqua meliſſa* ℔iii. *vaſe clauſo.* Colat. unc. j. vel ij. crebro exhibeatur,

Nec remedia adſtringentia omittenda, *Crocus martis cum conſerva roſar. vel cydon.* primas tenet; De diureticorum uſu vide inferius &c. *Ravelly.*

92. *In Curatione laudatur*) Diarrhœa *Bilioſa* curabitur 1. Corrigendo Bilis acrimoniam ſalinam medicamentis *Cap. de Siti* dictis, Seligenda vero propter fluiditatem ipſius ſimul auctam quæ auſteritate blanda ſunt prædita, cydonia, mala pyra, ſyrupi, mivæ, carnis vel alia forma parata; Huc ſpectant Poma Punica, Berberorum fructus, Uvæ immaturæ, Omphacium, plantago, portulaca &c. boli ac terræ pingues.

2. Corrigendo pituitæ ſalivaris, ſuccique pancreatici aquoſitatem nimiam, tum alimentis ſolidioribus ac minime aquoſis, tum medicamentis, eadem aut Imbibentibus aut Evacuantibus: Imbibunt præ aliis multa *creta*, *cornu cervi* & quodvis aliud *os uſtum*, ac per ſe in pulverem redactum, parva quantitate ſubinde uſurpatum. Evacuant humiditatem aqueam, tum hydragoga, tum diuretica & hidrotica; inter quæ laudo valde decocta ex radicibus, Chinæ, ſalſapar. petaſit, contrayervæ &c. lignis, guajaci, ſaſſafras, juniperi, quercus, buxi (*mali cydonii laudat Fortis in conſ.*) parata, Pluribus indicationibus ſatisfacit *Rhab.* toſtum & ad ʒi. vel circiter exhibitum, quod non tantum una cum bile evacuat aquas hic redundantes, ſed blanda auſteritate laxiorem alvum adſtringit: Poſt correctam, & copia nimia peccantem *bilem*, blande una cum ſero aquoſo vacuatam, valent Diaſcordium, Theriaca, conf. Hyacinth. & ſimilia, quo ad temperiem naturalem *Bilis* reducatur, & inteſtina dejectione frequenti debilitata roborentur.

℞. *Rhei toſti* ℈i. *uncis moſch.* ℈ß. *m. f. Pulvis, detur cum pauco vino vel juſculo.* Cum multo ſero ſimul ſcatet ſanguis.

℞. *Rhabarb, toſti, rad. Gialapæ* ãã. ℈i. *cinnum. acut. gr.* vi. *m. f. Pulvis, vel cum conſerva roſ. pallid. Bolus.* Facta *vacuatione* detur circa veſperam per intervalla è cochleari.

℞. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒiiß. *conſ. hyacinth.* ʒi. *ſyr. myrth* ℥i. *aqu. cinnam. unc.* ß. *plantag. unc.* iiß. *f. miſtura.* Cum totus ſanguis ſero ſcatet, valet Decoctum ſequens, urinas vel ſudores movens.

℞. *Rad. apii, petaſit.* ãã. *unc.* i. *raſ. ligni iuniper. ſemin. milii ana unc.* iii. *coq. in ſ. q. aquæ, In colat. unc.* iij. *diſſolve ſyr. v. rad. unc.* iv. *ſpir. ſalis dulcis* ℈i. Detur hauſtus bis vel ter in die, calens, ſummo mane. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 13.*

91. *In Curatione laudatur &c.*) Bilis quoque effervescentia vitioſa, tum in tenui inteſtino, tum in fellis folliculo impeditur per Opiata, imprimis *Diaſcordium.* ut & ſubauſtera terrea, *Terram Lemniam, & ſigillatam, Bolum Armenam, ſanguinem draconis, lapidem hæmat. oculos cancri, margaritas; coralia. Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 45.*

Amatus refert quendam curatum diarrhœa biliosa largo *frigidæ* potu in æſtate: Nos vero viro ſanguineo, diarrhœa bilioſa æſtate media laboranti, cum ſiti intenſa, præſcripſimus *ſalem prunellæ* in potu ordinario: Tum etiam Julepis cum *aqua lactucæ & portulacæ* ſumendis ter in die, & intra xxiv. horas curatus eſt, In eodem caſu plurimum confert ſemicupium tepidum: Vide exemplum in noſtris obſervat. *Riverius.* Ad eandem diarrhœam ſequens ſyrupus convenit

℞. *Succi cydonior.* ℥vi. *ſucci endiv. & acetoſæ* ãã. *unc.* iii. *ſemin. acetoſæ & plantag.* ãã. ʒi. *coralli rubr.* ʒi. *aqu. plantag. unc.* iv. *coqu. ad medias, Colentur & fortiter exprimantur, Adde ſacch. parem colaturæ quantitatem, fiat ſyr. da* ʒii. *m & ſero.* Idem.

92. *Caſeus antiquus*) Efficaciſſimum remedium eſt *caſeus vetus*, coctus donec ſalſilago evaneſcat: torrefit prius, denique cum coctus fuerit exſiccatur, & pondere ʒj. mire alvum ſiſtit. *Al. Benedictus l. 20. c. 16.* Ex *Avicenna* qui cum *ſucco cydoniorum* ſumi præcipit. Commendatur à *Capivaccio & Claudino.* Dat hunc modum præparandi *Nic. Florentinus*, *Vult caſeum* antiquum comminutum decies ablui in aqua refrigerante & adſtrictoria, *plantag.* &c. poſt exſiccari in ſartagine & pulveriſari; Hunc Pulverem volunt eſſe præſtantiſſimum ad omnem fluxum in aqua refrigerante, vel cum cibis in calida & frigida Diarrhœa.

Diarrhœa à Liene.

93. *Alia à Liene*, In Lienali Diarrhœa non tam *Melancholia, atrave bilis* vacuatur quam *Serum* copioſum, cujus in Liene magna copia eſt (*ſeu in illius vaſis*) unde ultro dici melancholiam conſtat: Fabula eſt materiam per vas breve ad ventriculum ire, & per ambages inteſtinorum ad anum; quinimo ex liene ipſo multa vaſa ad colum tendere ſufficit monuiſſe. *Hofmannus ibid.*

94. *Humorem melancholicum collectum*) De Diarrhœa melancholica vide ſupra § 90. *Vel bile nimis abundat.*)

95. *Tum Lienis affecti*) Ut in ſiniſtro hypochondrio tenſio, gravitas aut dolor, cum aliis ejus laborantis ſignis.

96. *Ne humor acer inteſtina exulceret*) Is corrigendus temperanduſque, ac conſolidanda vaſa erroſa. Quæ humorem acrem, ac ſemper ſorte *acidum* corrigunt petenda ex cap. 2. de *Nimia appetentia*, art 3. Miſtura vero eroſa vaſa conſolidans, omnemque ſanguinis effluxum mire cohibens, habetur *Cap. de Vomitu 2. artic. 9* quam expertus commendo. *Franc. Sylvius Pr. libr. 1. cap. 13.*

Ne diarrhœa in dyſenteriam tranſeat, ad demulcendam humoris acrimoniam clyſteres ex *lacte chalybeato* ſunt uſurpandi, tum etiam *Emulſiones ex ſemin. frigidis majoribus & ſem. papav. albi.* Riverius.

Diarrhœa ab Vtero.

97. *Ab utero*) Ut enim eger ille Naturæ aliquando fit ſentina totius corporis, ita non raro deponit ſarcinam ſuam ad inteſtina: Quin Lochia huc depoſita fuiſſe ſcio. *Hofmannus.*

97 *Alia ab utero*) Tunc ſuppreſſio menſium, vel ſymptomata ejus affectus adſunt quæ magis ſævire ſolent, & præſertim alvi fluxus ingraveſcit quo tempore menſtrua fluere ſolent. *Riverius.*

CAP. XXXI.

De Dyſenteria.

Definitio, Nomen.

1. D*Yſenteria eſt alvi frequens* 2. *cruenta, & purulenta* 3. *cum dolore ventris, &* 4. *inteſtinorum* 5. *exulceratione,* 6. *à materia acri, erodente, & peculiariter inteſtinis infeſta, dejectio.*

7. *Nomen* Dyſenteriæ 8. etiam Diarrhœæ tribuitur, in qua humores qui excernuntur tormina inferunt 9. licet exulceratio abſit; & cum hac, 10. ſi ſanguis interdum excernitur, fit id à reſeratione vaſorum potius, quam inteſtinorum exulceratione.

1. *Dyſenteria eſt &c.*) Brevius *Walæus Med. Pr. pagin.* 193. Eſt excretio alvi, cum febri, torminibus & ſanguine.

2. *Cruenta*) *Hippocrates* & veteres ſcriptores hoc ipſo nomine ſemper intellexerunt fluxum alvi *cruentum*, & quandocunque per alvum ſanguis fuit evacuatus, vocarunt Dyſenteriam, exceptis ſaltem *hemorrhoidibus*, quibus adhuc ſua ſtat authoritas. *Etmuller Pr. Part. 1. p. 104.*

Non cruentam ponit. *Willis*, Vide §. 8. *Etiam Diarrhœa tribuitur.*)

6. *Cruenta*) Genus, ſeu ratio formalis, eſt Dejectio, ὑποχώρησις & quidem cruenta, *Cruentum* autem hoc, quod in Dyſenteria excernitur, non ſemper uniforme eſt, ſed à *Galeno 4. aphor. 26.* tribus gradibus diſtinguitur 1. *opima quædam & adipoſa corpora excernuntur:* 2. *Niſi dyſenteria defierit ipſorum inteſtinorum ramenta quædam, deraſa interna ſuperficie, quæ cuticula reſpondet,*

dit.3.De ipſa inteſtinorum ſubſtantia aliquid deradatur, & tum dyſenteria non amplius eſt in fieri, ſed jam abſolutam & conſummatam eam dicimus. Rolfincius.

3. *Cum dolore ventris &c. dejectio*) Ventris torminibus ſine dejectionibus meminit *Sydenham Obſerv. in Acut.ſect.4.cap.3.* quæ initio Auguſti 1669. invadere cœperunt,& exeunte eo Autumno Dyſenterias, quæ cum iiſdem ingrediebantur, æquabant numero, imo exuperabant; febris nunc iis acceſſit, nunc aberat, Dyſenteriarum per id tempus graſſantium torminibus dicta Ventris tormina omnino reſpondebant: atrociſſima nempe hæc erant, & per intervalla cruciabant, nullæ vero ſequebantur dejectiones vel ſtercoroſæ,vel mucoſæ; Pari paſſu cum dyſenteriis per autumnum hunc omnem procedebant, ſed non cum iiſdem per annos ſequentes hujus conſtitutionis epidemicæ amplius invadebant: *Cum vero* (*addit Sydenham*) tormina hæc ſi ne dejectionibus neque natura ſua, neque illa, qua promptiſſime ſopiebantur, methodo, à Dyſenteriis multum diſſideant, ad has me confero.

4. *Inteſtinorum*) Sed quid fiet de Ventriculo,quem τὸ πρῶτον ἐντερὸν vicem obtinere in hoc affectu non pauci cenſent? Diſtinguimus inter ſubjectum ipſius affecti & cauſæ; Inter loca item mandantia & recipientia, veluti terminos ad quos & per quos,quorum poſteriori in claſſe ventriculum, ob viciniam & ſubſtantiæ homogeneitatem inprimis numerandum,hujuſque Regis *Gaſteronactis*, (qui cum facultate chylifica veterum concidere videtur) infimuitatem, multum ponderis obtinere facile largimus; Hucque reſpicere videtur *Helmontius tr.Pyl. Rect.* dum in Pylorum culpam rejicit, utpote qui mali fomitem ex ventriculo, & ad eum alicit, Neque aliæ partes & viſcera mandant u n numero excludi debent. *Strauſſius. p. 180.*

4. *Inteſtinorum*) Subjectum ſunt Inteſtina, non ſolum Tennia, ſed interdum etiam Craſſa, ut plurimum utraque: Afficiuntur autem vel per eſſentiam, vel per conſenſum totius corporis, dum ὁλοσωματικὸς hic fit,ex *Galeni* ſententia per *venas*, vel ſecundum *Harveum*, per *arterias*: Afficiuntur ſecundum tunicas & vaſa; quæ διαίρεσιν, & illam ſolutionem continui quæ *eroſio* vocatur, patiuntur; Nonnunquam tamen & aliæ partes corporis, ventriculus omnium maxime, tum propter viciniatem, tum ſubſtantiæ homogeneitatem in conſenſum trahuntur. *Rolfincius.*

4. *Inteſtinorum*) Secundum quam partem laborant? Secundum *tunicas & vaſa*, quæ iſtam continui ſolutionem, quam ἀναβρῶσιν vocant Medici, patiuntur; Neque Glandulas illorum, de quibus clare *Peyerus* plane immunes permanere veroſimillimum remus, Ejuſmodi Glandulas inteſtinales carioſas magnis cum torminibus excretas commemorant *Miſcell.Cur.Dec.2. Ann.3. obſ.187.*

4. *Inteſtinorum*) Sæpius quoque Dyſenteria latius quam ad ſola inteſtina pervagatur, (monente *Hollerio 1.de m. Int. c. 43.* dum materia ad inteſtina confluens ea vaſis, vel illico collecta, motu periſtaltico,conſtipaſis & inflammatis inteſtinis ſurſum fertur: vel illa ἀθρόως influens, partes vicinas arrodit: Sic meſenterii glandulas materia purulenta refertas obſervavit *Falcoburgius apud Barthol. cent.6. hiſt.2.* & in adoleſcentis cadavere œſophagum parte interiori ad ventriculi os ſuperius, item medietatem thoracis atque epiploon corrupta, Pulmones vero abceratos, & inteſtinum ulceratum; In alio vero diſſecto corpore ulcus uſtulatum in ambitu, exeſis omnibus ventriculi tunicis qua parte declivior ad pylorum fertur, invenit *Hollerius* dicto loco, *Strauſſius.*

5. *Exulceratione fit*) Quo melius irritationis natura cognoſcatur, Exulceratio inteſtinorum ſemper una conſiderari debet, utpote per quam veteres dyſenteriam deſcribere conſueverunt, Neque eſt ut auſcultemus illis qui dictam ἕλκωσιν non in omni adeſſe Dyſenteria, imo quoque impoſſibilem in inteſtinis,ut pote partibus membranoſis exiſtere urgent cum *Holdellborſ.Tr.de Error.Med.c.43.* Poſſibilem enim eſſe inſtituta tot in cadaveribus dyſentericorum αὐτοψία anatomica ſatis evincit, & quamvis non ſtatim appareat, proinde tamen non neganda,ſed potius inter *Dyſenteriam inchoatam & perfectam* diſtinguendum eſt, Bene hinc *Saxonia in Prælect. Part. 2.c. 19. In fiente*, inquit, *Ulcus nondum adeſt, actu vero ſemper eſt cum ulcere.* Strauſſius. Vide inferius §. *Fiens, Facta.*)

5. *Inteſtinorum exulceratione*) *Helmontius* tractatu, *Pleura furens*, negat inteſtina exulcerari poſſe, & quidem ob hanc rationem quia inteſtinorum vulnera ſimplicia ſunt incurabilia: Verum quod rationem hanc concernit,licet ſumpta ſit ea *Hippocr.6.aph 18. & Galeno 6.m.m.cap.2.* vulnera tamen inteſtinorum tenuium ſanata fuiſſe, & adhuc ſanari Medicorum obſervationes docent: Diſtinguere tamen poſſumus inter vulnera,quæ exigua, etiam partibus principibus inflicta hominem ſtatim tollere poſſunt, Et ulcera quæ diutius etiam trahunt ægrotantes, teſte *Galeno 7.adm. anat.cap. 33. Rolfincius.*

Ulcus hoc fit vel vitio humoris vel partis, *Humoris 1.* cum nimis eſt acer, 2. cum nimis lentus, ſi inferatur plicis inteſtinorum; In *parte* eſt vitium 1 quia abraſa nimium inteſtina & debilia, ita ut facile lædantur, 2. ob vermes & calculos, quæ ibi diſciſſionem faciunt. 3. Ob Inflammationem & inteſtinorum eryſipelas,quibus diſruptis dyſenteria oritur, quæ quoque cauſa frequentiſſima eſt. *Walæus.*

6. *Exulceratione à materia acri*) In Dyſenteria ulcerantur & exeduntur inteſtina, ſitque tum ſanguinis tum puris excretio copioſa, unde à tali cauſa producetur quæ inteſtina exedere atque ulcus excitare apta eſt nata,ergo ab humore acido:Quotquot proinde à *ſola Bile* quoquomodo per ſe corrupta & acriore facta Dyſenteriã deducunt, toto cœlo errant,poſtquam *Sal lixivum bilis acerrimum factum gangrænam* quidem tum alibi, tum in tenui inteſtino excitabit, *nunquam ulcus*:Eſt enim *ulcus acidi* non *lixivi* effectus; unde niſi *acidus*, & quidem *acris* humor jungatur *bili*, nunquam efficeretur ab hac Dyſenteria, quam ſolus humor valde *Acidus* & acer ad inteſtinum delatus producet; Cujuſmodi eſt ſuccus Pancreaticus acidior, genitus partim à ſimilium uſu & abuſu, partim à frigore acri. Anno ſuperiore qui paſſi ſunt Dyſenteriam, illam Bili æruginoſæ ab Acido acri corruptæ debuerunt, *Sylvius Append. Tr.x.§.295.*

7. *Nomen Dyſenteria*) Affectus nominari ſolitus δυσεντερία, ἀπὸ τῶ δὺς ἢ ἔντερον, à ſymptomate, authore *Galeno 2.meth. c.2.* & parte affecta: *Cœlius Aurelianus* vertit *difficultatem lib.4.cap.6.à difficultate officii*, inquit,paſſio hæc accepit nomen. *Scaliger de hiſt.anim. cap. 43.* cruentum vertit alvi profluvium, δὺς, inquit, hic non ſignificat *difficultatem ſed malitiam morbi*, Alii tamen difficultatem amplectuntur in compoſito, ut in δυσπεψία, δυσουρία, *Celſus* à ſymptomate accedente & comitante ſumpta vocavit Tormina, *Dioſcorides* δυσεντερικὸν πάθος indigitavit.

Cum autem vox δυσεντερίας ſit πολυώνυμος, in ſua ſignificata reſolvenda, ne rerum notitia perturbetur: *Galenus 3. Epid. comm.3.t.70.* duplicem conſtituit Dyſenteriam,ubi dicit, *Duplices eas ſcimus, inteſtinis ulceratione eroſis alteram differentiam, alteram cum copioſus ſanguis per venas, quæ ad inteſtina pertinent evacuatur. Lib. 3.de ſympt.cauſ.c.2. & l. de artic.comm.4.l.40.* oſtendit Dyſenteriæ vocabulum à Veteribus adeo late

ſumptum fuiſſe, ut quemvis alvi fluxum δυσεντερίαν vocarint.

Et hac ratione quatuor Dyſenteriæ ſpecies ibidem commemorat, quatuor affectibus ſuccedentes, 1. eſt αἱματηρὴ & αἱματώδης, dyſenteria cruenta. 2. ἡπατικὴ, in qua propter ἀτονίαν hepatis ſanguis ſeroſus per alvum ejicitur. 3. eſt μελαγχολικὴ, in qua ſanguis melancholicus evacuatur. 4. ἑλκώδης dicitur, in qua inteſtina ſunt exulcerata, variaque, mucoſa & purulenta excernuntur: Prima *ſanguinea* impropria eſt dyſenteria, altera propria, Jam de Propria; *Rolfincius.*

Dyſenteriæ in genere dictæ tres obſervandæ Differentiæ, 1. quando ſine inteſtinorum vitio, motu & impetu naturæ, ex quacunque cauſa ſanguis excernitur, quo facit quando interdum ſplenetici aut melancholici ſanguinem tam per vomitum quam per alvum rejiciunt, Pertinet huc *Dyſenteria ſcorbutica notha* de qua *Horſtius obſerv. lib. 7. obſerv. 35.* Item quando conſuetus ſanguinis effluxus, ſuppreſſus in quibuſdam locis, per alvum ſibi viam quærit, v.g. quando in mulieribus ex menſium ſuppreſſione Diarrhœa cruenta ſupervenit; Sic ex ulcere meſenterii, pancreatis, interdum diarrhœa cruenta oriri ſolet. 2. Dyſenteriæ ſpecies eſt in fluxu hepatico. 3. Ob vitium inteſtinorum &c. *Etmuller.*

Dyſenteria Incruenta.

8. *Etiam Diarrhœa tribuitur, in qua &c.)* Quamvis Dyſenteriæ vocabulum communi acceptione Alvi fluxum cruentum, ſicut Diarrhœa humoralem denotet, attamen ſalva etymologia, libet nomen iſtud morbo huic Londinenſi, etiam quando minime ſanguinolentus eſt, applicare, Etenim ſæpe, & jamdudum obſervavi, fluxus iſtius, qui fere quotannis hic circa Autumnum increbeſcere ſolitus, vulgo *ventris tormina* appellatur, duas & longe diverſas eſſe ſpecies, In una ſedes aquoſæ & quaſi limpidæ cum ſubita virium proſtratione, In altera cruentæ, attamen tolerabiles exiſtunt; dejectiones interim bilioſæ, aut phlegmaticæ, (dum alteruter morbus graſſatur) rarius eveniunt; & morbum non ita mali moris eſſe denotant: Quo utriusque iſti morbi Dyſenterici, quoad rationes formales, cauſas, & ab invicem differentias, clare innoteſcant, ex re fore videtur utriuſque typos quibuſdam annis, quando endemii fuerunt, à me obſervatos, & tunc graphice deſcriptos hic ſubjicere.

Anno 1670. circa Æquinoctium Autumnale, quamplurimi Dyſenteria incruenta, verum atroci admodum & valde periculoſa laborabant; Affectus & ſubito & frequenter abſque manifeſta occaſione invadens laborantes cum vomitu immani, & ſedibus crebris & aquoſis cito in maximam debilitatem, inque ſpirituum horrenda deliquia & virium omnium proſtrationes redigebat: Novi plures pridie ſatis ſanos, & valde robuſtos, intra xii. horas morbi hujus tyrannide adeo miſerrime dejectos, ut cum pulſu debili, & exili, ſudore frigido, atque reſpiratione anhela & elata, jamjam moribundi viderentur, & quidem non pauci, quibus remedia idonea, aut medendi opportunitas defuerunt, ab eo cito interibant.

Ægritudo hæc per menſem integrum deſæviens circa Idus Octobris decreſcere cœpit, & ante calēdas Novembris fere in totum evanuit: Pauci eo tempore ſedes cruentas, & non multi bilioſas, plurimi vero & vomitus & alvi dejectiones aquoſas & fere limpidas & copioſas habuerunt: Dumque intra hanc urbem Dyſenteria iſta popularis adeo immaniter graſſata eſt, ruri, aut ſaltem ultra tria milliaria fere nullus decubuit: Porro, hic loci etiamſi quamplurimi ægrotabant, morbus haud per contagium propagari, ſed tantum prædiſpoſitos afficere videbatur, nam ih eadem familia cum affectis verſari, haud magis quam eorum contubernia vitantes corripiebantur.

Pro curatione hujus morbi, nulla juvabat evacuatio, quinimo phlebotomia, vomitus, & catharſis nunquam non nocebant, verum remedia fere tantum cardiaca, eaque calidiſſima, ſcilicet *ſpiritu ac ſulphure* aut ſale volatili abundantia commoda fuerunt, in tantum ut *ſpiritus vini cum ſaccharo* parum deflagratus remedium populare fuerit, atque in tali dyſenteria fere ſemper proficuum, etſi in altera cruenta indifferenter uſurpatum fere noxium deprehenderetur: Medendi methodus, quam in plurimis ſatis feliciter tunc adhibui, & ſimili caſu etiamnum ſoleo, juxta modum ſequentem fuit.

℞. *Theriac. Androm.* ʒi. *aut* ʒiß. ſumat in lecto ſuperbibendo Julap. ſequ. cochl. vii. vel viii. & repetat 3. 4. vel 5 quaque hora.

℞. *Aquar. menth. cinnam. hord. āā.* ℥ii. *aqu. cinnamomi fortis epidem. theriacal. āā.* ℥i. *margar. pulver.* ʒi. *ſacch. cryſt.* ℥ß. *m. f. Julep.*

Eodem tempore placenta ex *pane toſto theriaca* illinito, & *vino generoſo* calfacto intincta ventriculo calidiſſime applicetur, & ſubinde mutetur. Veſperi ſi pulſus & reſpiratio ſatis robuſta fuerint, propinentur *Laudani liquidi cydoniati* guttæ xxv. in hauſtu *aquæ epidemica.*

℞. *Diaſcordii* ʒi. *laudani liquid.* ℈ß. *pulv. è chelis compoſ.* ℈i. *aquæ cinnam. q. ſ. f. Bolus ſumendus hora ſomni.*

Quibus *theriaca & mithridat.* nauſeæ ſunt & minus congruunt, exhibeatur doſis Pulv. ſequ. aut *ſpiritus theriacalis* tertia quaque hora cum Julapio.

℞. *Pulv. è chelis compoſ.* rad. contrayerv. ſerpentariæ Virgin. *āā* ʒi. *cinnam. rad. torment. āā.* ʒß. *croci, cochinella āā.* ℈i. *fiat Pulvis, doſis* ʒß. *ad* ℈ii.

℞ *Spir. theriac. armoniac.* ʒiii. *doſis* ℈i. cum Julapio quarta quaque hora, vel intermediis temporibus inter doſes pulveris: Eodem modo *ſpiritus c. c.* vel *fuliginis* exhiberi poſſunt.

Potus ſit cerevisia cum cruſta panis, macere & cinnamomo coctis edulcorata, aut vinum uſtum, & aqua menthæ dilutum; Victus ſit juſculum pulli, aut avenaceum, aut panatella cum *raſura eboris, cornu cervi*; ſcorzonera &c. incoctis.

Circa morbi hujus Endemii *Ætiologiam*, imprimis quæ cauſa ejus conjuncta fuerit, diſquiramus, Cujuſmodi nempe humor peccans & excernendus viſcera adeo infeſtarit, inque ſpaſmos excretorios cum torminibus, totius corporis perturbatione & virium omnium ſubita proſtratione irritaverit: Certe hic nullus Bilem, vel ſuccum Pancreaticum; aliumve quemvis intra ductus inteſtinales genitum putabit, nec quidem à mero ſanguine (prout aliquando in criſibus febrium accidit) eum in viſcera ſuffuſum credimus; Quin potius (uti ex ſubito languore & cita ſpirituum animalium concidentia, & partium omnium enervatione conjicere licebit) ſuſpicamur in hoc affectu ſuccos corporis præſtantiores, ſcilicet *nervoſum & nutritium* ſolidis partibus adpoſitum, à craſi ſua penitus vitiari, & quaſi fluorem paſſos deliquari, inque maſſam ſanguineam redundare, dein ſtatim ex ea (ſicuti incongrui & immiſcibiles, atque per urinam aut diapnoen amandati inhabiles fuerint) verſus ſtomachum & inteſtina per vaſa cœliaca transferri, ibidemque arteriarum oſculis confertiſſimis exundantes, horrenda hæc ſymptomata dyſenterica excitare: Porro videtur quod inſimul ipſe ſanguis, aliorum humorum gurgite perfuſus, una colliqueſcat; inque craſi ſolutus liquamina ſua, cum alteris excrementis in viſcerum cavitates profundant.

Certe

Certe ex nulla alia cauſa fibræ omnes motrices, cum totius animæ concidentia è veſtigio poſſint reſolvi, niſi quod humor eos actuans, & in quo ſpiritus animales hoſpitantur, eas prorſus deſtituens effluerer; & quidem effluere cenſemus, quatenus in craſi vitiatus, & quaſi lac coaceſcens partes conomentes moleſtet, inque corrugationes, quibus eacutitur iſte irritet; Præterea morbum hunc fere ſemper cum *Rigore* cœpiſſe animadvertimus, cui tamen calor & æſtus febrilis non ſuccedebant, quia ſanguis, licet parum per ſe in vitio, nihilominus ſucci alterius invadentis diluvio pene obrutus, haud emergere aut ſe recolligere poſſit, ut febriliter ac in criſin efferveſceret: Hinc cardiaca nonniſi fortiora & calidiſſima, uti aquæ ac ſpiritus ardentes, *theriaca, mithridatium* & ſimilia juvabant, quorum videlicet particulæ ſumme activæ, dum vaſorum ſplanchnicorum oſcula facile ſubierint, humores exundaturos repellerent; porro ſenſim in maſſam ſanguineam ſe inſinuantes ipſam vigorarent, inque fermentationem & diaphoreſeos motum cierent, quo & craſin priſtinam recuperare; & quicquid ei incongruum ingeritur, in habitum corporis retorquere queat.

Hæc de morbi hujus cauſa *Conjuncta*, ſeu *proxima*, *Remotiores* ſive *antecedentes*, *manifeſta* ſive *evidentes*: *illa* denotant à qua προηγουμένη, ſive apparatu, diatheſis hujuſmodi morbida & epidemica procedit; atque *hæ* propter quas occaſiones in *affectum dyſentericum* citius prorumpit; Quoad priorem, ſiquidem frequentius in Autumno graſſatur, immoderatæ fructuum æſtivorum ſeu potius ὡραίων comeſtioni à pluribus adſcribitur; quod equidem pro dyſenteria cruenta in cauſæ partem facile admittimus; quin etiam in aliquibus morbum prædictum inde ſeminium quoddam habuiſſe merito ſuſpicamur: At vero hanc cauſam iſtius morbi haud integram & adæquatam eſſe vel hinc conſtat, quod multi hujus urbis incolæ, fructibus abſtinentes, aut parcius utentes, Dyſenteria incruenta, dum epidemica fuit, paſſim laborabant, atque alii fructivori in pagis vicinis ab ea prorſus immunes, febribus aliis, ſine alvi torminibus aut fluxu afficiebantur. Enimvero ſæpius obſervavi (quod etiam hoc anno contigit) poſt æſtatem impenſe calidam & ſiccam, in Autumno febrem epidemicam, & anomalam, in pluribus Angliæ locis increbuiſſe, atque tunc temporis Londinenſes pauciores quidem ab iſta febre, quamplurimos vero à morbo dyſenterico decubuiſſe, cujus ratio videtur eſſe, quod cum corpora noſtra propter æſtatis prægreſſam intemperiem in febres autumnales diſponantur in fumoſo & ſpiſſiſſimo hoc aëre, illæ potius in hanc morbi ſpeciem determinantur; Quippe tranſpiratione impedita, humorum degenerum corruptelæ, per cutis poros efferri inhabiles, intus reſtagnant, ibidemque ex arteriis ſimul omnibus erumpentes, horrenda iſthæc viſcerum pathemata inducunt.

Porro tempeſtas æſtiva, juxta quod magis aut minus calida aut frigida, inſimulque humida vel ſicca fuerit, magnam in corporum noſtrorum humoribus, prout etiam in ſuccis quibuſq; fermentativis alteratione facit, eoſq; à craſi ſæpe genuina in naturam acrem aut acetoſam, aut aduſtam pervertit: Inſuper in quibuſdam annis mutatio iſthæc potiſſimum *ſanguini*, inque aliis magis *liquori nervoſo* imprimitur: Ratione prioris, plerumque febres Autumnales, vel ſynochæ acutæ, vel intermittentes atroces inſequuntur; Reſpectu alterius, febres anomalæ & mali moris inſequuntur; in quibus ſine magna ſanguinis incaleſcentia, aut morbi criſi, cerebri & nervoſi generis affectiones periculoſæ increbeſcunt.

Porro in hujuſmodi pathematis, aut liquoris nervoſi degeneris excrementa, pigri motus, ſine turgeſcentia critica, lente ac paulatim aggeſta, ac intra partes continentes diu permanentia febres νωθρώδεις cum ſtupore & torpore (quales in ſpaſmologia noſtra olim deſcripſimus) pariunt; aut ſucci iſtius in craſi ſua multum ac ſubito mutati corruptelæ, magis efferæ & activæ cum fluore quodam turgeſcunt, atque è fibris, partibuſque nerveis & ſolidis, ubique in maſſam ſanguineam redundant, & eaindé ſtatim in viſcerum cavitates exudantes, dyſenteriam hujuſmodi incruentam, qualis modo deſcribitur, producunt; & quidem hunc ventris fluxum aquoſum à *ſucci nervei & nutritii* potius quam ipſius ſanguinis depravatione & colliquatione exoriri, propter ſubitas & magnas ſpirituum dejectiones (quas tantæ meri ſanguinis dejectio non pareret) hinc inſuper conſtat, quoniam hoc morbo laborantes non æſtu ac faucium ardore, aut linguæ ſcabritie moleſtantur, quin medicamenta calidiſſima bene tolerant; & quamprimum ab iis exhibitis humoris peccantis inverſio, inque habitum corporis retorſio procuratur, illi ſine febre, vigilia, aliiſque ſanguinis corrupti conſequentiis facile convaleſcunt: Quoad morbi hujus cauſas evidentes, quando talis anni conſtitutio eſt, ut propter iniquam aëris aut cœli influentiam ſucci à ſanguine procreari, ſcilicet *nervus & nutritius* à debita craſi in alienam naturam infeſtam, ac, uti videtur, acetoſam & proinde dyſentericam degenerent; errores in victu, aliiſque non naturalibus, tunc temporis admiſſi, pravam ejuſmodi diatheſin fovent, adaugent, tandemque in turgeſcentiæ eccathαrticæ plenitudinem perducunt. *Willis Pharm. rat. ſect. 3. c. 3.*

Dyſenteria citra exulcerationem inteſtinorum.

9. *Licet exulceratio abſit*) Ad dyſenteriam refertur cruenta Dejectio, in qua ſanguis ut in illa excrementis permiſtus, ſed copioſior prodit, cum torſionibus, & multis veræ Dyſenteriæ ſymptomatibus, quę pro vera Dyſenteria etiam habetur, ab *inflammatione*, non ulcere procedens: *Nam* fit ob irritationem validam, ut nondum exulceratis inteſtinis, oſculis venarum meſeraicarum reſerans, dejectio ſanguinis, rarius puri, frequentius *concreti*, interdum & *nigri* ſequatur. Vel ut ſimul accedente *inflammatione*, fluxus cruentus inſtar dyſenteriæ oriatur, in qua *citra ulcus* inteſtinorum ſanguis, ut & in alia excernitur cum maximo dolore & febre, conatuque dejiciendi frequenti, uti ſectione in infantibus quibuſdam, qui ex dyſenteria putabantur mortui, deprehendimus. *Platerus.*

Cruentæ Dejectiones aliæ, præter Dyſenteriam veram & Fluxum Hepaticum, ſi à reſeratis venarum meſeraicarum oſculis, accedente inſuper inflammatione procedant, Dyſenteriæ, niſi quod *nondum adeſt exulceratio*, nonnihil correſpondent, & interdum pro ea ſumuntur, non tamen ita pertinaces ſunt, ſi modo inflammationi occurratur, ut vera dyſenteria, quæ citius quam illæ ſi recte tractentur, ceſſant. Sæpe tamen aucta inflammatione, & febre, ob dolorem, ut in colico dolore ab inflammatione quoq; procedente, convulſi moriuntur; Vel ſi in abſceſſum vergant, in veram dyſenteriam commutantur, quæ ulcus poſt ſe relinquens ſordidum, purulentam dictam, quæ dyſenteriam ſequitur, efficit dejectionem.

Hujus in Affectus cura, cauſa quæ eum irritando procreavit, ſi adhuc perſiſtat, propellenda, & in ea infringenda iiſdem *evacuantibus & abſtergentibus*, ſed mitioribus propter inflammationem, & *lenientibus*, ut in dyſenteria utendum; Et *morbi cauſa, Inflammationis* ſcilicet, refrigerantibus eam compeſcere ſtudebimus; qualia in Dyſenteria cum inflammatione & colicis do-

loribus propoſita fuerunt; Dein ad oſcula venarum obſeranda, & fluxum cohibendum, ſedata tum inflammatione tranſeundum, eligendo ea adſtringentibus remediis ea quæ in Dyſenteria injici foriſque adhiberi ſolent; Et ſi in abſceſſum vergat inflammatio, indeque in ulcus, tunc quæ exulcerationem in Dyſenteria vera ſanant locum habebunt.

Concretus nigricans, apertis oſculis, ſi copioſe ejiciatur ſanguis, ob violenta carthartica, aliave medicamenta, nonnunquam & ſimul vomatur, periculoſum inprimis; unde aliquos ſanguine nimium profuſo ſubito extinctos vidimus. In quo caſu ſicuti in vomitione ſanguinis procedendum, aliaque adſtringentia intus foriſque adminiſtranda, *Idem*.

10. *Si ſanguis interdum excernitur*) Sanguis equidem ex vaſis, vel anaſtomoſi, vel diæreſi apertis profluit; hic autem qui profunditur non eſt præciſe ab excoriatione aut exulceratione inteſtinorum, ut vocant; nam utut hoc in benigna, ab acrimonia ſuccorum acido corroſiva ſimpliciter oriunda locum habeat, in maligna tamen, & in qua tantillum ſaltem miaſma acre, contagii medio propagatum, cauſæ proximæ vias obtinet, non opus eſt tali excretione, Sufficit ab iſtius contagii acerrima, & inteſtinis inimiciſſima acrimonia, continuo, & tam fortiter ſtimulari inteſtina, ut hac ex irritatione, & crebriori contractione tandem proprium cruorem fundant & exprimant, ſimili modo atque à pulvere ſternutatorio fortius vellicantur nares, & mucum crebriorem, & tandem largam hæmorrhagiam fundunt, ita ut cruoris profuſio ſit ſaltem conſequens & effectus alterationis in inteſtinis, nempe ſpina alicubi infixa ex doloris occaſione affluxum ſanguinis uberiorem, indeque, ubi denegatur hæc excretio, tumorem facit; Similis ſpinæ eſt tantillum acre alicubi rodens in benigna, vel miaſma virulentum inteſtino hoſtile in epidemica & maligna; Hinc vellicatis inteſtinis, & horum repetiti ſpaſmi, & inſignior ſanguinis affluxus excitantur, unde tumentibus ſanguine inteſtinis eadem rubent, & non raro inflammantur, & per aperta, partim eroſa vaſa cruorem profundunt: Nempe hoc eſt indignatio Archæi inteſtinalis, cruorem proprium furioſe profundentis, ex irritatione ab occaſionali fermento, uti *Helmont*. loquitur. *Etmuller*.

Signa.

11. *Signa* ſunt, frequens alvi dejectio, quia 12. inteſtina ab humoris acrimonia ſtimulantur; interdum continua, ſi materia ſuppeditatur, interdum periodice de tertio in tertium rediux.

Dolor ventris ac 13. tormina, præſertim excernendi tempore, & paulo ante excretionem, 14. quæ excernuntur, ſunt modo bilioſa & varia, modo mucoſa & cruenta, modo toto genere à naturali excrementorum genere aliena.

Febris interdum ſtatim in principio, interdum ubi per aliquot dies affectio duravit, propter inquietudinem & putredinem oboritur.

Differentiam à *fluxu hepatico*, vide in hujus capite.

Ab *abſceſſu*, ad cujus eruptionem eliquationes quaſi puris conſequuntur, differt, quod in iſto dolor pulſatilis juxta affectum locum præcedat, neque morſus neque decurſus adſint &c.

11. *Signa ſunt*) Signa Diagnoſtica maxime ſunt conſpicua, continua enim eſt excretio, & quidem cum dolore: Συνεδρεύοντα ſunt Vigiliæ, inquietudo, febris, ſitis, anorexia, nauſea, ſingultus, delirium, ſyncope, quæ omnia non tam affectus eſſentiam & conſtitutionem quam vehementiam ſignificant. *Rolfincius*.

Dyſenteria vera prehendit ægros cum inſigniſſimis inteſtinorum doloribus & torminibus, antecedentibus plus minus alvi excretionibus; agmen tamen ducunt tormina, ſubſequuntur dejectiones, & quoties dejicitur alvus, ingens cruciatus & inteſtinorum depreſſio, cum dolore & moleſtiſſimo viſcerum omnium quaſi deſcenſu adeſt; Dejectiones non ſunt ſtercuroſæ, ſed nunc ſimpliciter mucoſæ, nunc intermiſtim ſanguineæ, nunc ſimpliciter ſanguineæ: Quando ſanguis ſimul excernitur, plus minus, *Dyſenteria cruenta* vocatur, Si vero mucoſa ſuperabundent, aut ſolitariæ ſint; in ſpecie *Dyſenteria* alba vocatur.

Adeſt ſubinde *febris* plus minus intenſa, lingua ſubalbida, mucilagine denſe oblita, & ſi vehementius æſtuet corpus, nigra etiam & ſicca obſervatur; proſternuntur vires inſigniter, ſubinde præcedente ulterius morbo, ſanguis ſincerus copioſus confeſtim effluit; id quod corroſionis majorum aliquot vaſorum in inteſtinis argumentum eſt.

Nonnunquam inteſtina inflammantur, indeq; gangræna incurabili afficiuntur; *Aphtha* interdum fauces obſident, imprimis quando adſtringentibus intempeſtive adhibitis ſuppreſſa fuit dyſenteria; afficitur ſucceſſive ſimul inteſtinum rectum; unde doloriſſimum teneſmum patiuntur ægri. *Etmuller*, *Sydenham obſ. in Ac. ſect. 4. cap. 3.*

Signa *cauſarum* petenda veniunt ab excrementis, quæ aliquando ſunt *bilioſa* & citrina, aliquando *pituitoſa & albicantia*, interdum *nigricantia, viridia, purulenta, ſanioſa & cruenta*.

Malignitatem vero fluxui huic conjunctam, præcedens anni temporum ſtatus, præter ſolitum excedens, humoreſque in corpore corrumpens detegit, cujus fomes etiam ex ſolo deſeſſu in loco ſecreto concipi poteſt &c. *Strauſſius*.

12. *Humoris acrimonia ſtimulantur*) Cauſa immediata eſt Expultrix irritata: Irritatur 1. per accidens, læſa retentrice vaſorum 2. per ſe ab acrimonia & copia humorum irritata immediate. *Rolfincius*.

13. *Tormina præſertim excernendi tempore*) Dolor acerrimus qui Dyſentericos torquet, non eſt promiſcue ea corroſione aut exulceratione inteſtinorum, ſed maximam partem conſiſtit in ſpaſmodica *inteſtinorum convulſione*, qua inteſtina ſpaſmo quodam correpta ſe contrahunt, aut motu quaſi verniculari ſe torquent, ſub quo tam inſignes ſunt dolores, & quidem præcedunt excretionem, dum ſub tali ſpaſmo inteſtina ſimul propellunt & exprimunt contenta & ita excretionem, ſtimulant. *Etmuller*.

14. *Quæ excernuntur ſunt modo*) Signa cauſarum ab excrementorum colore præſertim deſumuntur, quatenus illa citrina, flava, viridia, albicantia, vel atra conſpiciuntur; Quibus adjungenda ſunt ſigna abundantium humorum in corpore, quæ ab ætate; temperamento

peramento, anni tempore & vitæ genere deſumuntur.

[15] *Febris*) Non infrequenter *febris ſynochus biliosa* huic morbo copulatur, ut in cholera, Fit tamen ut Dyſenteria febres ſequatur, eaſque interdum putridas continuas, vel intermittentes, vel, quod frequentius accidit, malignas, quandoque & peſtilentes, tuncque uti hæ febres populares, & contagioſæ ſunt. *Platerus.*

[11] *Febris interdum ſtatim in principio, interdum &c.*) Eſſentialem adeſſe Febrem ſtatuit *Sydenham*, non ſymptomaticam, ut plerique, Cum varia, *inquit*, quæ huic morbo accidunt ſymptomata dil[illegible]nter ac mature penſitaſſem, Febrem eum eſſe (ſui [illegible] et generis) in inteſtina introverſam deprehendi, cujus ope humores calidi atque acres in maſſa ſanguinea contenti, atque eandem exagitantes, per arterias meſaraicas in dictas partes deponuntur, unde à vehementiori ſanguinis atque humorum eo contendentium impetu patefactis vaſorum orificiis ſanguis per ſedem effunditur.

Cauſæ.

[16] *Cauſa* ſunt [17] humores acres [18] inteſtina erodentes, [19] iiſdem peculiariter infeſti, & [20] neſcio quid antimoniale, helleborinum, vel aliquid lepori marino, & cantharidibus veſicæ infeſtis, ſimile continentes. [21] Hi per contagium dyſentericum infecti, in venas & arterias penetrantes, fermentationem efficiunt, & ſimilem ſibi diſpoſitionem, per *μίασμα*, [22] toti maſſæ ſanguineæ imprimunt, ac eandem cum aliis humoribus more purgantium concitant: pravam quoque diſpoſitionem inteſtinis affigunt, ita ut chylus præterfluens in humorem vitioſum mutetur, nec fæces alvi naturalem elaborationem & qualitatem recipiant. Interdum [23] occultis aſtrorum influentiis, in corporibus humanis tales redduntur. Hinc [24] pueri lactentes, qui in aërem liberum nunquam venerunt, & lacte materno tantum alebantur, dyſenteria interdum afficiuntur.

Dant autem iis *ortum* [25] *aquæ* per plumbeos & veteres canales derivatæ.

[26] *Aër* [27] vernus poſt hyemem ſiccam & aquiloniam pluvioſus & auſtralis, tum propter prohibitam humorum exſiccationem; tum propter vim putreſcentem in humido validam: [28] Calidus & ſiccus, inde [29] initio autumni & [30] fine æſtatis morbus excitatur, & in [31] calidiſſimis regionibus potiſſimum viget.

Cibi [32] pravi & inſoliti, hinc in [33] Ægypto & India, quia carnibus animalium, quæ caſſia fiſtulari nutriuntur, veſcuntur, frequens.

Fructus [34] autumnales, tum quod facile putreſcant, tum quod eos qui putreſcunt, adſtrictione retineant. Uvarum & muſti uſus, quod fermentationem faciant, & à rubigine, carbunculo, nebulis, facillime afficiantur.

[16] *Cauſa*) Cauſa eſt vel *Efficiens proxima Formalis*, vel *Materialis* ſeu *occaſionalis*, *Illa* eſt ſpiritus influus, ſed occaſione doloroſa ad præternaturalem impetum provocatus, & dolorum torminoſorum & excrementorum, & ſanguinis ac muci profuſionis primus autor & artifex, *Etmuller.* De *materiali* ſeu *occaſionali*, vide proxime.

[16] *Cauſæ ſunt humores acres &c.*) Cauſæ internæ Dyſenteriam efficientes ſunt Humores acres & exulcerantes, ut bilis flava, porracea, æruginoſa & atra; tum etiam pituita ſalſa ab intenſo calore in capite genita, vel per putredinem in ventre ſalſedinem adepta, & ad inteſtina delata, ubi propter lentorem diutius hærens, aſſidue detergendo tandem exulcerat. *Riverius.*

[16] *Cauſa ſunt*) Chymicorum anteſignanus *Paracelſus* cæterique cauſam hujus mali petunt ex *Sale reſoluto: Scheunemannus in reform. Med. capit. 8.* aliam cauſam affert, quando vid. Ventriculus ſulphur coagulatum in ſanguine, in carne & aliis membris appetit. *Helmontius Tract. qui inſcribitur morbus*, morborum ſeminaquædam intro progrediendo penitus ſe dilatare & generare, modo anomalo tormina & dyſenterias ſcribit: Idem de *Poteſt. Medic.* ſtatuit Archæum irritatum ac fere furioſum, & à cauſis occaſionalibus (ut ille loquitur) laceſſitum, proprium profundere cruorem & dyſenteriam facere: Et Tract. *Pylorus rect.* inquit, Si Pylori tanquam rectoris, totius œconomiæ ſtomachicæ uſque in ultimum gyrum inteſtinorum cum fellis operatione non plenus ſit conſenſus, oriuntur dyſenteriæ, atque aliæ hominis clades, *Bertrandus Tract. de Acido & Alkali capit. 6.* Dyſenteriam gigni ait cum Acida in inteſtinis eroſiones, arteriarum, atque & venarum oſcula reſerant: hinc tormina ventris deducenda ait, ſanguinis fluxus ac demum humores purulentos, febrem, inflammationem, gangrænam, dyſenteriæ lethalis fere ſemper conſectaria; quæ cuncta Acidi ſint ſoboles, veræ & primæ illorum radicis.

[17] *Humores acres*) A bile flava, atra, humoribus aliis acribus, vellicantibus, & vel ad bilis flavæ vel atræ naturam accedentibus, vel alioquin putridis, corruptis, pravis & venenatis, ſi ſero phlegmateque ipſorum acrimonia mitigetur *Diarrhææ*, fieri ſolent; vel ſi minus diluantur, & magnam habeant acrimoniam Dyſenteriæ & Teneſmi, eodem modo ut de *Bile* dicitur (vide cap. de Diarrhœa §. *A bile flava*) Quæ Dyſenteriæ ſi à cauſa pernicioſa procedant *contagioſæ*, atque eo nomine quoque *Populares ſunt.*

Naſcuntur autem ejuſmodi humores, vel ex aliis humoribuſve perverſis, in ventriculo & inteſtinis: Vel à venis meſeraicis, ubi ſæpe diu latuerunt, eo effunduntur, & hoc pacto illa lædunt, Quod & frequenter in *febribus putridis malignis*, nonnunquam & peſtilentibus accidit, ut in illis humor ille putris, vel malignus, & in *Peſte* venenum illud, quod ſumme ardens eſſe oſtendimus, vi naturæ interdum & per criſin ad inteſtina tanquam ſentinam excrementorum protruſa, ibique aliquandiu retenta, ea irritent, vel etiam erodant. Sic aliquoties in varioliis, ab exulceratione interna inteſtinorum, aut etiam aliorum vaſc[illegible] tum Dyſenterias ſupervenientes, aliquando lethales, aliquando diu durantes, aliquando brevi ceſſantes obſervavi.

Suntque hæ Diarrhœæ & Dyſenteriæ; vel febribus hiſce copulatæ, vel quæ eas mox ſequuntur, atque

proin eum hiſce morbis multis communes: Sed & in aliis morbis venenatis, contagioſis, ut *lue venerea*, malignus humor, vel vi naturæ, vel medicamentis, uti *hydrargyri* maxime uſu, quod uti cum in os expellendo, exputitionem movet; vel etiam illud exulcerat; ſic & ſi ad inteſtina propellatur, vel diarrhœam irritando; vel dyſenteriam exulcerando, quæ in cura hujus Luis quandoque accidit, producit. *Platerus*.

18. *Acres, inteſtina erodentes*) *Cauſa particularis, ſeu occaſionalis irritationis*, Eſt *acre quodcunque internum vellicans inteſtina*, ut propter irritationem continuam tandem & ſanguis effluat; Hinc videmus quod in *hypercatharſi* ſubinde ſuperveniat ſanguinis excretio; *Acre* autem hoc in ſpecie eſt *Acidum*, membranis inteſtinorum: nervisque inimiciſſimum, Vnde v.g. hyſtericæ purgatæ facillime Dyſenterias incurrunt, ob acres, acidos, erodentes ſuccos: Et porro ratione hujus *cauſæ materialis*, Dyſenteriæ nunc *morbus particularis*, nunc *communis*, Illa, vel *ſporadica*, varias agnoſcit cauſas, *quodlibet nempe acre*, quod potentius irritat aut abſtergit: aut plus minus ad excoriationem diſponit inteſtina talem Dyſenteriam infert; ſic præter hypercatharſes, præter hyſtericas, non rarum eſt quod diarrhœis, ſi acrius affligant, superveniat dyſenteria, Sic ex uvarum eſu, muſti potu, & eſu peponum &c. facilis admodum eſt dyſenteria, Sic eſus carnium animalium caſſia fiſtula nutritorum ad talem dyſenteriam diſponit, Sic Mercurius pro cura luis venereæ adhibitus, alvi fluxum cruentum ac torminoſum infert; *Vlcus pedum* diuturnum curatum Dyſenteriam intulit lethalem: Vide *M. C. Anni 3. pag. 143.* Vſus aceti in plumbeo vaſe aſſervari, vel aquæ in plumbeis canalibus diutius aſſervatæ Item poſt diuturnam ſiccitatem, & inde hinc inde efflorescentiam candidam in canalibus plumbeis tectorum superveniente pluvia, & flore iſto ita abraſo, Dyſenteriam iſtam in Belgio ortam obſervavit *Lindanus*. *Cibi dulces* ſaccharati, melliti, dum vitioſa fermentatione impenſe aceſcunt, quin & ſui miſcela bilis orgaſmum excitant, Dyſenteriam interdum inducunt, Ex adamante devorato, ſcilicet exacte pulverato, dyſenteriam natam refert *Zacutus*, Etmuller.

19. *Iiſdem peculiariter infeſti*) Hic dubium non leve proponitur, Quomodo bilis flava interdum brevi temporis ſpatio dyſenteriam faciat, cum tamen non raro bilis porracea & æruginoſa ſimplicem faciat diarrhœam ad longum tempus perdurantem, quæ tamen nunquam in dyſenteriam degenerat; cum bilis porracea & æruginoſa ex flava generetur ulteriori aduſtione & proinde majorem habeat acrimoniam? Reſpondet *Mercatus* cum humorum acrimonia requiri lentorem & viſciditatem, cujus ratione diutius morentur in inteſtinis, eaque magis corrodant, Et ita, ſi flava bilis lentorem habeat, dyſenteriam faciet; contra vero ſi porracea & æruginoſa fluidior ſit, & minorem in inteſtinis moram faciat, ſimplicem producet diarrhœam: *Sennertus* hanc reſponſionem probabilem eſſe dicit, eam tamen omnino dubium non ſolvere exiſtimat, quod ſæpe alvi fluxus dentur in quibus viſciditas & lentor cum acrimonia reperitur, & tamen Dyſenteria non excitatur. Contra vero viſciditas & lentor ſæpe non adeſt in bilioſis humoribus dyſenteriam excitantibus, ideo cenſet humores, qui Dyſenteriam pariunt, peculiarem & occultam quandam qualitatem habere, qua peculiariter inteſtinis infenſi ſunt, eaque exulcerant: non autem alias partes: Illam vero qualitatem malignam, & inteſtinis utplurimum infenſam, probat ex eo quod dyſenteria plerumque contagioſa eſt, ita ut miaſmata ex dejectionibus dyſentericorum exhalantia ſola inteſtina afficiant in iis qui contagium recipiunt, non autem alias partes: Idem contingit in aliis morbis epidemicis & contagioſis, in quibus venenum graſſatur parti cuidam peculiariter infenſum: Sic dantur pleuritides anginæ &c. peſtilentes, ſic venenum canis rabidi ſoli cerebro infeſtum eſt: Id apertius eſt in medicamentis Purgantibus, quæ peculiarem vim obtinent humores in corpore commovendi & ad inteſtina promovendi, quæ non ſolum ore ſumpta, ſed & umbilico admota, imo vapore ipſorum naribus attracto alvum movent: Veriſimile eſt illa per poros cutis, & vaſorum extremitates in venas & arterias penetrantia, agitationem quandam & fermentationem in humoribus excitare, qua vitioſi humores à bonis ſeparantur, & ii deinceps naturam ſtimulantes ad inteſtina propelluntur, vi medicamenti ad ea loca expulſionem dirigente: Pari ratione, ſed modo diverſo, ſudorifica ad cutim, & diuretica ad veſicam humores inſita vi propellunt. *Riverius*.

19. *Peculiariter infeſti*) Nos etiam talem occultam diſpoſitionem agnoſcimus, quæ proprie maligna appellari nequit, etſi ſit ſpecifica & inteſtinis peculiariter infeſta. *Rolfincius*.

20. *Neſcio quid antimoniale*) *Epidemicam hæc ſpectant*, quæ oritur ab acri acerrimo, inteſtinis ſpecifico, in ſapore infeſtiſſimo, eoque ſubinde minimo, efficaciſſimo, adeoque ſaltem fermento ſubtili tot mala inferente: Hoc nunc acrius eſt, *antimonialis*, aut *helleborinæ*, vel *colocynthideæ* quaſi proſapiæ. *Etmuller*.

21. *Hi per contagium*) Peculiare aëris vitium dyſenteriæ generandæ idoneum reperitur in Epidemica dyſenteria, quæ aliquando peſtilens eſt, ac valde perniciosa; aliquando vero minus infert periculum, & ex ea utplurimum ægri evadunt: Ad hanc claſſem revocandum eſt Contagium, quod ab ægrorum excrementis exhalat, & ſuam ſæpe labem adſtantibus communicat, Imo vero ſi talia excrementa in latrinas effundantur, multos ejuſdem familiæ inficere ſolent. *Riverius*.

Mirabilis eſt & efficaciſſima hæc vis contagioſa, mirum in modum ſe propagans, non ſolum enim per latrinas communes promptiſſime inficit, ſed etiam notatu dignum eſt quod obſervat *Hildanus Paduanus in obſerv. 104.* per clyſteres etiam eandem communicari.

Vide hæc fuſius deducta apud *Sennertum Prax. l. 3.*

22. *Toti maſſæ ſanguineæ*) Ad Dyſenteriam Popularem excitandam tria hæc concurrere oportet, Vid. imprimis adſit 1. maſſæ ſanguineæ dyſcraſia, propterea anni intemperiem exorta, qua in effervescentias febriles, aut ſponte aut occaſionaliter ineundas valde proclivis ſit, quapropter dum hic morbus Londini, febris anomala in pleriſque aliis locis graſſari ſolet. 2. Sanguinis ita effervescentis & à craſi degeneris, recrementa & corruptelæ ipſi intime adeo confunduntur, & incoquuntur, ut neque facile ſecerni, nec diaphoreſi aut diureſi cito eliminari poſſint: Quare obſervavimus febrem dyſenteriæ huic contemporaneam uſque diuturnam, & judicatu difficillimam fuiſſe, ejuſque paroxyſmos vix unquam in ἀπυρεξίαν deſiſſe. 3. His accedat (quæ diatheſes prædictas in dyſenteriam cruentam determinat) pororum conſtipatio ob fumoſam & craſſiorem aëris conſtitutionem inducta: Hæc etenim ſanguinis effervescentiam [illegible] verſus inteſtina dirigit, ubi cum purgamenta ejus ſecerni, ac à reliqua liquoris maſſa facile abſcedere nequeant, ipſe per portiones maxime infectas, & proinde extravaſari aptas, ſponte effluit. *Willis*. Vide infra §. *Epidemia & maligna, ex Eodem*.

23. *Occultis Aſtrorum influentiis*) Aſtra & Syderum influentiæ non parum hic præſtant, præſertim Saturni & Martis conjunctio, Luna præſes inteſtinorum, ſi conſtituatur in vii. ſuccedat vero motu primo Saturn. cum Mercur. in vi. conſtituto, Mars inaſcendente in Scorpio abſque fortunato aſpectu, vel de die cum cauda Draconis in vii. dyſenteriam & dolorem inteſtinorum ex ventoſitate indicant. *Rolfincius*.

24. *Pueri*

24. *Pueri lactentes*) Non ſolum *puerilis* ætas tam πρὸς τὸ ὀλισθαίνειν, *aphor.4.ſect.3.* quam διὰ τὸ πλῆθος ἀδηφαγίαν, verum etiam *juvenilis & virilis*, ob errores in victu & majorem bilis abundantiam, imo *Senilis* quoque hoc mali genere corripi ſolent. *Strauſſius.*

25. *Aqua*) Dyſenteriam excitant Aquæ valde crudæ, aut minerali aliquo infectæ in potu ordinario uſurpatæ. *Riverius.* Vel Aquæ in plumbeis vaſis diſtillatæ, ut & Acerum in plumbeis vaſis deſtillatum. *Rolfincius.*

26. *Adr*) *Aeris* magna vis eſt, de *ſicciori* id teſtatur *Hippocr.3.aphor.16. ab Autumnali* quoque, ob inconſtantiam ſubitas inteſtinorum difficultates fieri author eſt *Galenus 3 aph.22.* Inprimis vero ingens obtinet pondus Aër, quando interdum μίασμα δυσεντερικὸν de ſe ſpirat, unde epidemiæ, malignæ & peſtilentes evadunt, Hinc etiam quandoque Medici loco ſuſtri hoc contagium ex ægrorum viſitatiune recipiunt, uti expertus *eſt Loeichius l.4.c.8.pag.420.* Strauſſius.

27. *Aer vernus &c.*) Prava aëris diſpoſitio ad dyſenteriam efficiendam maxime efficax eſt, ſic apud *Hippocr.aph.11.3.* ſi hyems plus juſto frigidior & ſiccior extiterit, ver antem pluvioſum & auſtrinum, æſtate futuras eſſe dyſenterias; Et *aph.22.* Si hyems admodum auſtrina fuerit & pluvioſa, ver autem ſiccum & aquilonium, dyſenteriæ producendæ tempeſtates illas admodum eſſe idoneas dicit. *Riverius.*

Aër præhumidus, & vel calidior, vel frigidior, imo tota ſubſtantia corruptus, autumno præſertim, aliquando, etiam æſtate: In vere humores ſalſi, pituitoſi, in hyeme collecti, facile colliquantur, & ſua deinde ſalſedine, corroſionem inteſtinorum efficiunt. *Rolfincius,*

27. *Aer vernus &c.*) Sit hoc ratum, ut ſunt anni tempeſtates, Sic humorum ideas eſſe, & ut humorum ideæ ſunt, ita & morborum formas: Si enim ſerena ſit tempeſtas, efficier humores & ſpiritus puros, id eſt alienæ mixtionis expertes, Si caliginoſa, pluvioſa, caliginoſos quoque & conſopitos futuros humores & ſpiritus certum eſt. *Duretus in Hollerium*

28. *Aer calidus & ſiccus, inde initio Autumni*) Satis obvium erit concipere cum ſanguis æſtivis caloribus aſſatus, proindeque circa Autumnum in effervescentias febriles, & tanquam vina excalefacta in fermentationes, quibus expurgantur, immodicas aptus fuerit, ſi particulas degeneres & excernendas propter diapnoen, in aura ſpiſſiori impeditam, ordinaria per diaphoreſin via amandare nequeat, quod iſte effervescens adhuc eas verſus inteſtina transferat, perque arteriarum ibi conſitiſſimarum oſcula magis patentia eliminare ſatagat: At vero ſiquidem cruoris degeneris recreméta incongrua, ſive μιάσματα νοσερὰ, ei penitus incocta, & intime còfuſa non facile extricati aut ſecerni poſſunt, propterea iſte ſaburra hac gravidus, ac onuſtus, inter circulandum vaſa exiliora dum pertranſit, plurimum coarctatur, proindeque circa inteſtinorum ſuperficies internas, ubi arteriarum tunicæ ſunt teneriores, & oſcula laxiora, ſanguis ibi turgeſcens, ſimulque ob particulas heterogeneas, quibus ſatur eſt, incraſſatus, & ad coagulandum aptus, facile erumpit, cumque recrementa ſua ſecernere & exuere nequeat, ſui ipſius portiones iis maxime infeſtas effundit. *Willis.*

29. *Initio Autumni*) Animadverti morbum hunc fere ſemper Autumni initio invadere ſolere, & appropinquanti hyemi pro tempore cedere: cum vero annorum ſeries eidem epidemice producendo nimium faveat, unum alterumve; etiam quovis alio tempore poteſt ferire; quin & circa veris ingreſſum, forte etiam maturius (ſi nempe aura calidior intemperatiori gelu derepente ſoluto mox ſupervenerit) plures aliquot inceſſere, *Sydenham obſ. in Ac.p.m 264.*

30. *Fine æſtatis*) Cum evanuerit & exhalarit in tenues auras pars tenuior bilis acerrimæ, quæ æſtate ortum habuit; craſſior enim remanens majorem vim habet abradendi inteſtina, & hujus facilis eſt in atram bilem mutatio, unde acriores ſunt adhuc morſus, adeo ut superveniente illa mutatione nulla vitæ ſalus ſperabilis eſſe poſſit, nec in principio ne ſub finem. *Duretus.*

31. *Calidiſſimis regionibus*) Gignitur (inquit *Amatus Luſit. Curat. Med.cent. 2.45.*) in corporibus calidiſſimam regionem incolentibus.

32. *Cibi pravi & inſoliti*) Cibus & Potus, & omnia quæ bilem plus juſto aut irritant, aut generant, ut ſunt omnia dulcia, quæ facile in bilem, acres & mordaces humores abeunt: Item carnes vetuſtæ, fructus autumnales & ὡραῖοι. *Rolfincius.* Inter cauſas externas primum locum tenent cibi acriores, vel putredini valde obnoxii, ut fructus horarii & alii omnes qui non ſatis maturi devorantur. *Riverius.*

32. *Cibi pravi & inſoliti*) Qui navigant in Indiam Orientalem, ex uſu putridarum carnium incidunt interdum in Dyſenteriam, quibus præſentaneum eſt remedium, *allium cum ſaccharo & ſucco citriorum,* ut & placentulæ in *ſartagine cocta ex ovis gallinaceis & argentina. Otho Heurnius ad cap.10. libr.6. Path. Fernelii.*

33. *In Aegypto & India*) Rarum eſt & notatu dignum, quod quibuſdam regionibus Dyſenteria eſſe ſoleat *endemia,* ſicut de *Hibernia* teſtatur *Sydenham Op. pag.158.*

34. *Fructus Autumnales*) Bilis ab iiſdem cauſis veluti in cholera dictum, gignitur coacervaturque; atque in junioribus, præſertim qui fructuum horariorum uſu delectantur, illorumque copia ſe obruunt, ob corruptionem illorum, & converſionem in bilem colligi; unde & Dyſenteriæ in illis, qui præſertim ad hoc ut facile hæc in illis corrumpantur diſpoſiti ſunt, circa Autumnum ad hyemem uſque; quo tempore hi fructus recentes & maturi inveniuntur, potiſſimum graſſari ſolent; eoque magis ſi non perfectam maturitatem adepti, vel alias vermibus eroſi, facilius corrumpantur; aut ſi, uti voluit *Rondeletius*, ob fructuum adſtringentium ſimul comeſtionem fructus illi, qui ſtatim pertranſire deberent, diutius in corpore retineantur, Quæ inde natæ dyſenteriæ, *populares* quoque, cum plures qui hiſce fructibus uſi ſunt afficiantur, exiſtit. *Platerus.*

Prognoſis.

[25] *Curatio* eſt *difficilis,* in [26] mulieribus, propter mollitiem, & virium dejectionem: [27] in pueris, proper humidiora, & ideo putredini obnoxia inteſtina; in ſenibus, propter magnitudinem cauſæ, id eſt, humorum acrimoniam in corpore indiſpoſito, & virium dejectionem.

Dubiæ ſpei, ſi dejectiones ſint ſinceræ, id eſt, nulla aquoſa humiditate permixtæ, *ſi* ei effuſio puri ſanguinis adveniat, venas e nim majores eroſas indicat, [28] *ſi* cibi faſtidium [29] cum febre affligat, [30] quia ventriculo in conſenſum tracto, concoctio labefactatur, & ulceroſa aliqua in inteſtinis putredo adeſt, [31] *ſi* vomitus bilioſus initio oboriatur, quia magna vis bilis æſtuantis indicatur, quæ ventrem ſuperiorem & inferiorem turbat, *ſi* dejectio ſit continua, vel ea ceſſante novus

cula fellis, aut à *venis meſeraicis* inteſtinis infuſa, ob illius *copiam*; Vel in morbis, ut *ictero, febribus*, eo expurgata, phlegmati inteſtinorum & muco confuſa, ſeroque diluta & contemperata, mitior fiat, tunc irritando ſolum, citra magnas torſiones, Diarrhœam ob commixtionem hanc excrementa fluida & ſpumantia, crocea, vel atra, prout *bilis* eſt, profundentem procreabit. *Platerus.*

89. *Vel bile nimis abundat*) Bilis excernitur nimium è ſuo folliculo, vel hujus vel illius culpa: Bilis eum fluidior & liquidior exiſtit ex nimio uſu condimentorum medicamentorumque aromaticorum, acriorum & amarorum, ipſiuſque ſalis volatilis cujuſcunque, à quibus ante omnia redditur bilis valde liquida & fluida, quin univerſus quoque ſanguis, mox & humor quivis ex ipſo ſecretus: Huc faciunt quoque aër fervidus ac æſtivus, ira frequens, corporis *motus* ſatis vehemens diu continuatus, & *vigiliæ* protractæ. *Folliculi* culpa nimium ex ipſo excernitur Bilis, quoties idem ad ſui contractionem irritatur valde; quod videtur habere locum, quando ab humoribus acribus & multum volatilibus, ipſiſque adeo venenis talibus, arſenico puta, & ſimilibus, vel in tenui inteſtino prius cum bile vitioſe efferveſcentibus, atque halitus ſui ſimiles per lacteas venas verſus cor, hinc cum ſanguine quaquaverſum, & ad dictum folliculum emittentibus vel aliàs quovis modo eo delatis ac rodentibus irritatur Folliculus, excitaturve in eodem vitioſa cum bile efferveſcentia, Unde ab elevatis tunc halitibus, propter ipſorum copiam vel acrimoniam, itidem irritatur ad contractionem Folliculus. *Fr. Sylvius Pr. l.1.c.45.*

De Diarrhœa Bilioſa & Melancholica.

89. *Vel Bile nimis abundat*) Diarrhœa *bilioſa & melancholica* in hoc conveniunt quod utraque originem ducat à *Bile acri & lixiviali*, etſi quoad magis & minus differant; differunt autem quod bilis quæ *diarrhœam bilioſam* parit flava eſt, ſubtilis, ſulphurea, ſpirituoſa; quæ vero *melancholicam*, nigra eſt, craſſa, ad modum fixa, acidis turgens, ſulphureis autem partibus & ſpirituoſis deſtituta; *Atra bilis*, inquit *Hippocr. inter omnes humores corporis viſcoſiſſima eſt, & ſedes diuturniſſimas facit.* Revera enim nihil aliud eſt atra illa bilis quam humor melancholicus in maſſa ſanguinea genitus, per conjunctionem *ſalis fixi bilioſi, & acidorum* in illa prædominantium.

Cum autem ſalia acida, ubi intime fixis ſalibus uniuntur ſubſtantiam acrem, craſſam & viſcidam pariant, mirum eſſe non debet, ſi exinde originem trahant humores alvi pertinaces & periculoſi, non ſecus ac alii morbi chronici & difficiles.

Unico capite complectimur *Alvi fluxum bilioſum & melancholicum*, ſiquidem remedia quæ bilem expurgant, ac temperant acrimoniam ſalis illius lixivialis, aut fixi, eadem utrobique eſſe debent, neque video quamobrem alia aſſignantur remedia expurgandæ bili, alia melancholiæ: Niſi enim alia quædam ſtatuatur differentia inter duos illos humores ab ea quam modo adduxi, ſcilicet in quantum in melancholia multæ latent partes acidæ, eæque craſſæ, intime ſali lixiviali commiſtæ. In Bile contra partes amaræ, ſubtiles, extricatæ, ſummæ activitatis, non video qua ratione quærenda ſint cathartica alia ratione quam quoad magis & minus differentia. Acidis enim, qua acidis, nunquam competunt, at ſolum ratione intimæ & arctæ conjunctionis eorum cum humoribus valentiora exhibenda ſunt, *Melancholicos deorſum valentius purgabis*, inquit *Hippocrates*, Partes bilis ſubtiles & activæ facile purgantibus cedunt, debiliora autem aut fortiora requiruntur prout magis vel minus extricatæ ſunt, plus aut minus mobiles: Ideoque ſemper neceſſe eſt humorum expurgandorum qualitatem perpendere, eo quod æqualiter irritentur à debilibus purgantibus & à generoſioribus: à generoſis irritantur, cum motu cientur nimio neque aliis remediis egent quam quæ euſdem verſus inteſtina deducant, A debilibus autem irritatio ſuccedit, ſi iidem craſſiores fuerint ac viſcidi; ſi quidem medicamentum vi quidem ſæpe polleat ſubtiles illos efficiendi, & à maſſa ſanguinea ſegregandi, non tamen expellendi & ad alvum detrudendi, unde novi tumultus cientur, pejoraque quam ante purgationem damna emergunt.

Intereſt autem hic ſcire Quid ſit Bilis, & Quas generationis habeat cauſas.

Bilis analyſis oſtendit conſtare illam multo ſale lixivioſo, quibuſdam ſalis volatilibus, pauco ſulphure facile inflammabili, ut hinc pateat humorem illum natura propria acrimonia quadam pollere debere, & acidis contrarium eſſe, cujuſmodi ſunt alkalia fixa; ſed prætetea facile inflammari ob partes ſumme activas in ipſo contentas.

Neque arduum erit colligere num Bilis intra maſſam ſanguineam generationem habeat, an in cyſti fellea, Cum vero experientia teſte, ad Naturæ normam loquendum ſit, quodvis ſalis genus ſit volatile, nullum autem detur fixum niſi artis ope, aut calcinationis, non arduum quoque erit animo concipere ſat vegetum eſſe calorem in maſſa ſanguinea, ut per eum ſalia volatilia, quæ cum alimentis corpus ingrediuntur, vel cum aëre inſpiratione adducto, una cum partibus terreſtribus fixentur, & ſimul pauxillo ſolphure; non ſecus ac ubi partes acidæ cum tartareis coeunt, calculi in quibuſdam viſceribus formantur, Eodem modo ſalia volatilia, ſi quando fixationem in corpore experta ſint, accedente parte oleoſa, ac quibuſdam ſpiritibus, qui nequaquam occurrunt in alkalibus mere fixis, bilem efficient, etiam ſine concurſu fermenti quod ſupponitur in veſica fellis adeſſe.

Exiſtimo tamen humorem bilioſum, qui è maſſa ſanguinea in veſicam ſelleam deſertur, non ſemper Bilis perfectæ nomine donandum, imo ipſum fel ſatis eſſe bilioſum ut illi bilis formam inducere valeat, tam ab admixtione partium illius alcalizatarum, quam ab inſigni hepatis calore, ac partium cyſtim felleam ambientium.

Liceat ergo nobis ſupponere Bilem ineſſe maſſæ ſanguineæ, nec non in cyſti fellea; hanc vero, copia aut qualitate peccantem, viam ſibi facere in ventriculum aut inteſtina per arterias gaſtricas & meſentericas illic deſinentes, adeoque Alvi fluorem parere; ſicuti, exuberans copia, aut valde acris, ex meatu choledocho defertur.

Sufficiat ſolum perpendiſſe qualem generationis modum habeat; Cum autem ſuperius dixerim per quendam calcinationis modum eam gigni à ſalium volatilium fixatione, certum eſt quo plus caloris obtinuerit maſſa ſanguinea, eo plus bilis productum iri.

Hinc addit febricitantes, in quibus humores jampridem incendium conceperunt, exeunte morbo ut plurimum ictero fœdari, eo quod ſalia volatilia, ac partes maxime ſubtiles maſſæ ſanguineæ, partim diſcuſſæ ſunt, partim cum terreſtribus fixatæ, ac proinde plurima bilis genita eſt quæ per totum corpus diffunditur.

Ita quoque obſervatum ſæpe alvi fluorem ſuccedere declinantibus febribus; multas quoque notamus inſignes bilioſorum excretiones à datis catharticis in fine febrium; cuncta hæc ejuſdem cauſæ ſunt progenies: Quæcunque ſanguinis maſſam accendere valent, vel agitare, ſicuti Sol, animi corporiſque labores, prava

alimenta

alimenta [illegible], vel putredini obnoxia &c. plurimam bilem [illegible], ut mirum non ſit ſi tot alvi fluores occurrant, cum cauſæ bilis feraces tam multæ præſto ſint.

Examinata jam Bilis natura, ac declarato generationis illius modo non difficile fuerit oſtendere qua ratione Alvi fluxum inducere valeat, cum ventriculum & inteſtina ſubingreditur, Sive enim copia in vitio fuerit, ſive qualitate, tanta vi vellicat fibras tum annulares tum carneas, ut quicquid viſceribus illis conceptum fuerit, ſine mo[illegible] & ἀθρόως exire cogatur: Irritatio autem major fu[illegible] ſi [sa]livæ quantitas ſufficiens defuerit, quæ illiam [in]fringit: Vel ſi pauca adſit pituita, illius acrimoniam vim [o]btundens, vel ſucci acidi abſint eandem obtundentes. *Ravelly.*

91. *In Curatione laudatur*) Bilis utplurimum aut *nimis mucoſa eſt, aut plus juſto acris*, ideoque temperanda iis quæ ferociam reprimant & acrimoniam demulceant: Vel eadem *redundat*, ideoque per *purgantia* excindenda, aut per vomitoria; indicatione ſumpta ab illius vergentia & Naturæ impetu.

Quoad Evacuationem, illico *Enemata* in uſum advocentur purgantia, detergentia, refrigerantia: A *Vomitoriis* ſemper [illegible] ſe[illegible]x ſucceſſus expectandus, cum viz. bilis primas vias obſidet, nauſeamque excitat aut vomiturtionem, *Sal vitrioli, tartar. emet. &c.* hic conducunt. Quoad *Cathartica*, benignis locus eſt quando humor oleoſus eſt & ſubtilis, v:g. *tamarind. caſſia. rhab. myroball. ſyr. roſar. pall. Elect. Cath. N. Diaprun. ſimpl.* addito ſemper *cremortart.* aut *cryſtall. min.*

Non abs re præcipit *Hippocrat.* Bilem lenibus purgandam ſi commota fuerit, & multo Potu uti; conſtat enim à purgantibus humores agitari ſi à cæterorum conſortio liberentur, ideoque ad tantillam ſanguinis commotionem bilis amplius efferatur, ſi remedium illam vacuans exhibitum fuerit; cæterique humores hinc adeo conturbantur ut febris augeatur cæteraque ſymptomata comitantia.

Potum quod attinet, quædam *Acida Ptiſana* commiſcere utile eſt, ac Julepis, cum Bilis plus juſto commota ſit, ideoque oleoſitate nimia gaudeat: Nihil autem æque temperare aptum natum eſt humorum excrementorum partes oleoſas & ſulphureas quam *ſalia acida* diverſimode exhibenda, *Tinctura roſar.* hic præſtantiſſima eſt: *Ptiſana ex hordeo parata, rad. fragar. oxalid. Aqua chalyb. incocta rad. conſol. maj.* optima ſi ſiſtendus fluor, additis ſyrupis *cydon. berber. &c.*

Si febris, ſitis, vigiliæ, anxietas moleſtiam dederint, V. S. non omittenda, dandæ *Emulſiones & Julepi ſomniferi*, quo ſimul & ſemel refrigerium & incraſſatio bili æſtuanti & ſubtili inducatur.

Temperandæ bilis gratia illud præprimis conſiderandum illa num magis acrimonia peccet, an oleoſitate: Si *acrimonia* peccaverit, lenienda erit oleoſo aliquo remedio ac refrigerante, e.g. uſu *Emulſionum, ſeri lactis* magna copia ſumpti tepide; Imo & *lactis* ad omnem alvi fluorem decantati, Non tamen in alia, quam hac, ſpecie dandum eſt, ut & in ſeroſo fluore ſi Acidum dominium teneat; adhibita tamen accurata cautione; nam ratione bilis, acrimonia tantum excellenti noxiæ. *ſacch. roſ* tantillum addidiſſe, utile fuerit, vel *ſal. vol.* quæ illam temperant; Sin acidum in vitio ſit, quædam ſalia fixa, e.g. tartari vel *abſynth.* ad arcendam coagulationem ab humoris aciditate imminentem; Optatum effectum Lac non alia ratione edit quam dulcedine partium & ramoſitate quas obtinet, quibus bilis acres aculei, necnon & acidi implicantur & obtunduntur.

Si bilis *Oleoſitate* nimia peccaverit, *Lac* abdicandum, quod facile in ſanguine flammam concipit, ratione partis butyroſæ in illu exaltatæ: Si *viſcoſitas* quoque adjuncta ſit, vel obſtructio in poris choledochis, vel in viis chyliferis, à *Lacte* quoque abſtinendum, ob partes viſcidas quibus pollet, ad coagulationem quoque aptas; unde cauſæ morbificæ augmentum imminet: Ut mirum non ſit ſi Empirici, qui uno remedio quodvis Alvi fluoris genus curare intendunt, ſæpe aberrent.

Nonnulli id ſe conſecuturos ſperant unica *laudani* ad granum unum exhibitione: Revera id extractum inter cætera præſtantiſſimum & tutiſſimum eſt anodynum, at non ſemper proſpero id ſucceſſu exhibetur; ſed quantumvis anodynum ſit, in pondere tamen & menſura præbendum, Optatos ſæpe edit effectus tam in diarrhœa biliosa quam ſeroſa, & dyſenteria, ubicunque tandem mulcenda eſt humorum acrimonia, ſed adhibendæ cautiones neceſſariæ, à conſtitutione morbi & ægri temperamento & viribus deſumendæ.

Licet nonnunquam per dies aliquot, nullo periculi metu, horis matutinis, *ol. amygd. dulc.* ℥ii. exhibere cum *ſucci limon.* ʒß. *& ana ſacchar. roſ. cum ptiſana ordinaria* ℥iij. vel iv. aut *aquæ plantag.* Poſſunt & exhiberi *olei comm.* ℥ii. *decocti cum vini rubr.* ℥vi. ad dimidiæ partis conſumptionem cum *pauco ſacch.* Poſtrema duo hæc remedia danda ſunt ſi bilis acrior & atra ſit: Valent & in diarrhœa ſeroſa cum acrimonia ſalium excellit. Remedium quoque ſequens optimum.

℞. *Pulv. viper. conf. hyacinth.* āā. ʒß. *corall. præpar.* ʒi. *laudani gr.* iij. *cum ſyr. abſynth. f. Opiata*, Doſis dr. j. m. & v.

Biliosa Diarrhœa cum omnium frequentiſſima ſit, ideo in bilis flavæ, illius cauſæ, mitigationem incumbendum, remedia uſurpando leni aciditate prædita, e.g. *Omphacinum, ſuccum & ſyrup. oxyacanth. limon granat. ſpir. vitrioli, alum. commixtis aquis portul. nymph. plantag.* Juſculis, ptiſanis &c.

Remedium ſequens à me frequenti experimento comprobatum, omnibus indicationibus ſatisfaciens.

℞. *Conſerv. roſar. rubr.* ℥vi. *Conſ. hyacinth. theriac.* āā. ℥i. *ſpir vitriol.* ʒi. *ſacch.* ℥iii. *infunde per noctem calide in aqua meliſſæ* ℔iii. *vaſe clauſo.* Colat. unc. j. vel ij. crebro exhibeatur.

Nec remedia adſtringentia omittenda, *Crocus martis cum conſerva roſar. vel cydon.* primas tenet; De diureticorum uſu vide inferius &c. *Ravelly.*

91. *In Curatione laudatur*) Diarrhœa *Biliosa* curabitur 1. Corrigendo Bilis acrimoniam ſalinam medicamentis *Cap. de Siti* dictis. Seligenda vero propter fluiditatem ipſius ſimul auctam quæ auſteritate blanda ſunt prædita, cydonia, mala pyra, ſyrupi, mivæ, carnis vel alia forma parata; Huc ſpectant Poma Punica, Berberorum fructus, Uvæ immaturæ, Omphacium, plantago, portulaca &c. boli ac terræ pingues.

2. Corrigendo pituitæ ſalivaris, ſuccique pancreatici aquoſitatem nimiam, tum alimentis ſolidioribus ac minime aquoſis, tum medicamentis, eadem aut Imbibentibus aut Evacuantibus. Imbibunt præ aliis multa *creta*, *cornu cervi* & quodvis aliud *os uſtum*, ac per ſe in pulverem redactum, parva quantitate ſubinde uſurpatum. Evacuant humiditatem aqueam, tum hydragoga, tum diuretica & hidrotica; inter quæ laudo valde decocta ex radicibus, Chinæ, ſalſapar. petaſit, contrayervæ &c. lignis, guajaci, ſaſſafras, juniperi, quercus, buxi (*mali cydonii laudat Fortis in conſ.*) parata, Pluribus indicationibus ſatisfacit *Rhab.* toſtum & ad ʒi. vel circiter exhibitum, quod non tantum una cum bile evacuat aquas hic redundantes, ſed blanda auſteritate laxiorem alvum adſtringit: Poſt correctam, & copia nimia peccantem *bilem*, blande una cum ſero aquoſo evacuatam, valent Diaſcordium, Theriaca, conf. Hyacinth. & ſimilia, quoad temperiem naturalem *Bilis* reducatur, & inteſtina dejectione frequenti debilitata roborentur.

℞. *Rhei toſti* ℈ii. *nucis moſch.* ℈ß. *m. f. Pulvis, detur cum pauco vino vel juſculo.* Cum multo ſero ſimul ſcatet ſanguis.

℞. *Rhabarb, toſti, rad. Gialapæ* āā. ℈i. *cinnam. acut. gr.* vi. *m. f. Pulvis, vel cum conſerva roſ. pallid. Bolus.* Facta *vacuatione* detur circa veſperam per intervalla è cochleari.

℞. *Diaſcord. Fracaſt.* ʒiiß. *conf. hyacinth.* ʒi. *ſyr. myrth* ℥i. *aqu. cinnam. unc.* ß. *plantag. unc.* iiß. *f. miſtura.* Cum totus ſanguis ſero ſcatet, valet Decoctum ſequens, urinas vel ſudores movens.

℞. *Rad. apii, petaſit.* āā. *unc.* i. *raſ. ligni juniper. ſemin. milii ana unc.* iii. *coq. in ſ. q. aqua, In colat. unc.* iij. *diſſolve ſyr. v. rad. unc.* iv. *ſpir. ſalis dulcis* ℈i. Detur hauſtus bis vel ter in die, calens, ſummo mane. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 13.*

91. *In Curatione laudatur &c.*) Bilis quoque efferveſcentia vitioſa, tum in tenui inteſtino, tum in fellis folliculo impeditur per Opiata, imprimis *Diaſcordium*, ut & ſubauſtera terrea, *Terram Lemniam, & ſigillatam, Bolum Armenam, ſanguinem draconis, lapidem hæmat. oculos cancri, margaritas ; coralia. Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 45.*

Amatus refert quendam curatum diarrhœa bilioſa largo *frigidæ* potu in æſtate: Nos vero viro ſanguineo, diarrhœa bilioſa æſtate media laboranti, cum ſiti intenſa, præſcripſimus *ſalem prunellæ* in potu ordinario: Tum etiam Julepis cum *aqua lactucæ & portulacæ* ſumendis ter in die, & intra xxiv. horas curatus eſt, In eodem caſu plurimum confert ſemicupium tepidum : Vide exemplum in noſtris obſervat. *Riverius.* Ad eandem diarrhœam ſequens ſyrupus convenit

℞. *Succi cydonior.* ℥vi. *ſucci endiv. & acetoſæ* āā. *unc.* iii. *ſemin. acetoſæ & plantag.* āā. ʒii. *coralli rubr.* ʒi. *aqu. plantag. unc.* iv. *coqu. ad medias, Colentur & fortiter exprimantur, Adde ſacch. parem colaturæ quantitatem, fiat ſyr. da* ʒii. *m & ſero.* Idem.

92. *Caſeus antiquus*) Efficaciſſimum remedium eſt *caſeus vetus*, coctus donec ſalſilago evaneſcat : torrefit prius, denique cum coctus fuerit exſiccatur, & pondere ʒj. mire alvum ſiſtit. *Al. Benedictus l. 20, c. 16.* Ex *Avicenna* qui cum *ſucco cydoniorum* ſumi præcipit. Commendatur à *Capivaccio & Claudino*. Dat hunc modum præparandi *Nic. Florentinus*, *Vult caſeum* antiquum comminutum decies ablui in aqua refrigerante & adſtrictoria, *plantag.* &c. poſt exſiccari in ſartagine & pulveriſari ; Hunc Pulverem volunt eſſe præſtantiſſimum ad omnem fluxum in aqua refrigerante, vel cum cibis in calida & frigida Diarrhœa.

Diarrhœa à Liene.

93. *Alia a Liene*, In Lienari Diarrhœa non tam *Melancholia*, *atrave bilis* vacuatur quam *Serum* copioſum, cujus in Liene magna copia eſt (*ſeu in illius vaſis*) unde ὑδωρ dicta melanchuliam conſtat : Fabula eſt materiam per vas breve ad ventriculum ire, & per ambages inteſtinorum ad anum ; quinimo ex liene ipſo multa vaſa ad colum tendere ſufficit monuiſſe. *Hofmannus ibid.*

94. *Humorem melancholicum collectum*) De Diarrhœa melancholica vide ſupra § 90. *Vel bile nimis abundat.*)

95. *Tum Lienis affecti*) Ut in ſiniſtro hypochondrio tenſio, gravitas aut dolor, cum aliis ejus laborantis ſignis.

96. *Ne humor acer inteſtina exulceret*) Is corrigendus temperanduſque, ac conſolidanda vaſa eroſa; Quæ humorem acrem, ac ſemper forte *acidum* corrigunt petenda ex cap. 2. de *Nimia appetentia*, *art 3.* Miſtura vero eroſa vaſa conſolidans, omnemque ſanguinis effluxum mire cohibens, habetur *Cap. de Vomitu 2. articl. 9* quam expertus commendo. *Franc. Sylvius Pr. libr. 1. cap. 13.*

Ne diarrhœa in dyſenteriam tranſeat, ad demulcendam humoris acrimoniam clyſteres ex *lacte chalybeato* tum uſurpandi, tum etiam *Emulſiones ex ſemin. frigidis majoribus & ſem. papav. albi.* Riverius.

Diarrhœa ab Vtero.

97. *Ab utero*) Ut enim egeſtæ Naturæ aliquando fit ſentina totius corporis, ita non raro deponit ſarcinam ſuam ad inteſtina : Quin Lochia huc depoſita fuiſſe ſcio. *Hofmannus.*

97 *Alia ab utero*) Tunc ſuppreſſio menſium, vel ſymptomata ejus affecti adſunt, quæ magis ſævire ſolent, & præſertim alvi fluxus ingraveſcit quo tempore menſtrua fluere ſolent. *Riverius.*

Cap. XXXI.

De Dyſenteria.

Definitio, Nomen.

1. *Dyſenteria eſt alvi frequens* 2. *cruenta, & purulenta* 3. *cum dolore ventris, &* 4. *inteſtinorum* 5. *exulceratione,* 6. *à materia acri, erodente, & peculiariter inteſtinis infeſta, dejectio.*

7. *Nomen* Dyſenteriæ 8. etiam Diarrhœæ tribuitur, in qua humores qui excernuntur tormina inferunt 9. licet exulceratio abſit; & cum hac, 10. ſi ſanguis interdum excernitur, fit id à reſeratione vaſorum potius, quam inteſtinorum exulceratione.

1. *Dyſenteria eſt &c.*) Brevius *Walæus Med. Pr. pagin. 193.* Eſt excretio alvi, cum febri, torminibus & ſanguine.

2. *Cruenta*) *Hippocrates* & veteres ſcriptores hoc ipſo nomine ſemper intellexerunt fluxum alvi *cruentum*, & quandocunque per alvum ſanguis fuit evacuatus, vocarunt Dyſenteriam, exceptis ſaltem *hæmorrhoidibus*, quibus adhuc ſua ſtat authoritas. *Etmuller Pr. Pars. 1. p. 104.*

Non cruentam ponit. *Willis.* Vide §. 8. *Etiam Diarrhœa tribuitur.*)

6. *Cruenta*) Genus, ſeu ratio formalis, eſt Dejectio, ὑποχώρησις & quidem cruenta, *Cruentum* autem hoc, quod in Dyſenteria excernitur, non ſemper uniforme eſt, ſed à *Galeno 4. aphor. 26.* tribus gradibus diſtinguitur 1. *optima quædam & adipoſa corpora excernuntur:* 2. *Niſi dyſenteria deſierit ipſorum inteſtinorum ramenta quædam, deraſa interna ſuperficie, quæ cuticula reſpondet,*

der.3. De ipſa inteſtinorum ſubſtantia aliquid deraditur, & tum dyſenteria non amplius eſt in fieri, ſed jam abſolutam & conſummatam eam dicimus. Rolfincius.

3. *Cum dolore ventris &c. dejectio*) Vcotris torminum ſine dejectionibus meminit *Sydenham Obſerv. in Aut. ſect. 4. cap. 3.* quæ initio Auguſti *1669.* invadere cœperunt, & excurrente eo Autumno Dyſenterias, quæ cum iiſdem ingrediebantur æquabant numero, imo exuperabant; febris nunc iis acceſſit, nunc aberat, Dyſenteriarum per id tempus graſſantium torminibus dicta Ventris tormina omnino reſpondebant: atrociſſima nempe hæc erant, & per intervalla cruciabant, nullæ vero ſequebantur dejectiones vel ſtercoroſæ, vel mucoſæ; Pari paſſu cum dyſenteriis per autumnum hunc omnem procedebant, ſed non cum iiſdem per annos ſequentes hujus conſtitutionis epidemicæ amplius invadebant: *Cum vero* (*addit Sydenham*) tormina hæc ſine dejectionibus neque natura ſua, neque illa, qua promptiſſime ſopiebantur, methodo, à Dyſenteriis multum diſſideant, ad has me confero.

4. *Inteſtinorum*) Sed quid fiet de Ventriculo, quem *τὸ πρῶτον δεκτικὸν* vicem obtinere in hoc affectu non pauci cenſent? Diſtinguimus inter ſubjectum ipſius affectus & cauſæ, Inter loca item mandantia & recipientia, veluti terminos ad quos & per quos, quorum poſteriori in claſſe ventriculum ob viciniam & ſubſtantiæ homogeneitatem inprimis numerandum, hujusque Regis *Gaſteronacis*, (qui cum facultate chylifica veterum coincidere videtur) infirmitatem, multum ponderis obtinere facile largimus; Hucque reſpicere videtur *Helmontius tr. Pyl. Rect.* dum in Pylorum culpam rejicit, utpote qui mali fomitem ex ventriculo, & adeum ... Neque aliæ partes & viſcera mandant à numero excludi debent. *Strauſſius. p. 180.*

4. *Inteſtinorum*) Subjectum ſunt Inteſtina, non ſolum Tenuia, ſed interdum etiam Craſſa, ut plurimum utraque: Afficiuntur autem vel per eſſentiam, vel per conſenſum totius corporis, dum *μεταπτωσις* hæc fit, ex *Galeni* ſententia per *venas*, vel ſecundum *Harveum*, per *arterias*: Afficiuntur ſecundum tunicas & vaſa, quæ *διάβρωσιν*, & illam ſolutionem continui quæ *eroſio* vocatur, patiuntur, Nonnunquam tamen & aliæ partes corporis, ventriculus omnium maxime, tum propter viciniatem, tum ſubſtantiæ homogeneitatem in conſenſum trahuntur. *Rolfincius.*

4. *Inteſtinorum*) Secundum quam partem laborant? Secundum *tunicas & vaſa*, quæ iſtam continui ſolutionem, quam *διάβρωσιν* vocant Medici, patiuntur; Neque Glandulas illorum, de quibus clare *Peyerus* plane immunes permanere veroſimillimum remus, Ejuſmodi Glandulas inteſtinales carnoſas magnis cum torminibus excretas commemorant *Miſcell. Cur. Dec. 2. Anni 3. obſ. 187.*

4. *Inteſtinorum*) Sæpius quoque Dyſenteria latius quam ad ſola inteſtina pervagatur, (monente *Hellerio 1. de m. Int. c. 43.* dum materia ad inteſtina confluens ex vaſis, vel illico collecta, motu periſtaltico, conſtipatis & inflammatis inteſtinis ſurſum fertur: vel illa *ἀθρόως* influens, partes vicinas arrodit: Sic meſenterii glandulas materia purulenta refertas obſervavit *Falcoburgius apud Barthol. cent. 6. hiſt. 2.* & in adoleſcentis cadavere œſophagum parte interiori ad ventriculi os ſuperius, item medietatem thoracis atque epiploon corrupta, Pulmones vero alteratos, & inteſtinum ulceratum; In alio vero diſſecto corpore ulcus uſtulatum in ambitu, exeſis omnibus ventriculi tunicis qua parte declivior ad pylorum fertur, invenit *Hollerius* dicto loco, *Strauſſius.*

5. *Exulceratione fit*) Quo melius irritationis natura cognuſcatur, Exulceratio inteſtinorum ſemper una conſiderari debet, ut pote per quam veteres dyſenteriam deſcribere conſueverunt, Neque eſt ut auſcultemus illis qui dictam *ἕλκωσιν* non in omni adeſſe Dyſenteria, imo quoque impoſſibilem in inteſtinis, ut pote partibus membranoſis exiſtere urgent cum *Helmontio Tr. de Error. Med. c. 35.* Poſſibilem enim eſſe inteſtina tot in cadaveribus dyſentericorum *αὐτοψία* anatomica ſatis evincit, & quamvis non ſtatim appareat, proinde tamen non neganda, ſed potius inter *Dyſenteriam inchoatam & perfectam* diſtinguendum eſt, Bene hinc *Saxonia in Prælect. Part. 2. c. 19. In fiente*, inquit, *Ulcus nondum adeſt, acta vero ſemper eſt cum ulcere.* Strauſſius. Vide inferius §. *Fiens, Facta.*)

5. *Inteſtinorum exulceratione*) *Helmontius* tractatu, *Pleura furens*, negat inteſtina exulcerari poſſe, & quidem ob hanc rationem quia inteſtinorum vulnera ſimplicia ſunt incurabilia: Verum quod rationem hanc concernit, licet ſumpta ſit ex *Hippocr. 6. aph 18. & Galeno 6. m. m. cap. 2.* vulnera tamen inteſtinorum tenuium ſanata fuiſſe, & adhuc ſanari Medicorum obſervationes docent: Diſtinguere tamen poſſumus inter volnera, quæ exigua, etiam partibus principibus inflicta hominem ſtatim tollere poſſunt, Et ulcera quæ diutius etiam trahunt ægrotantes, teſte *Galeno 7. adm. anat. cap. 33. Rolfincius.*

Ulcus hoc fit vel vitio humoris vel partis, *Humoris 1.* cum nimis eſt acer, 2. cum nimis lentus, ſi inferatur plicis inteſtinorum; In *parte* eſt vitium 1 quia abraſa nimium inteſtina & debilia, ita ut facile lædantur, 2. ob vermes & calculos, quæ ibi diſciſſionem faciunt. 3. Ob Inflammationem & inteſtinorum eryſipelas, quibus diſruptis dyſenteria oritur, quæ quoque cauſa frequentiſſima eſt. *Walæus.*

6. *Exulceratione à materia acri*) In Dyſenteria ulcerantur & exeduntur inteſtina, fitque tum ſanguinis tum puris excretio copioſa, unde à tali cauſa producetur quæ inteſtina exedere atque ulcus excitare apta eſt nata, ergo ab humore acido: Quotquot proinde à *ſola Bile* quoquomodo per ſe corrupta & acrioſe facta Dyſenteriā deducunt, toto cœlo errant, poſtquam *Sal lixivum bilis acerrimum factum gangrænam* quidem tum alibi, tum in tenui inteſtino excitabit, *nunquam ulcus*: Eſt enim *ulcus acidi* non *lixivi* effectus; unde niſi *acidus*, & quidem *acris* humor jungatur *bili*, nunquam efficeretur ab hac Dyſenteria, quam ſolus humor valde *Acidus* & acer ad inteſtinum delatus producet; Cujuſmodi eſt ſuccus Pancreaticus acidior, genitus partim à fructuum uſu & abuſu, partim à frigore aeri. Anno ſuperiore qui paſſi ſunt Dyſenteriam, illam Bili æruginoſæ ab Acido acri corruptæ debuerunt, *Sylvius Append. Tr. x. §. 295.*

7. *Nomen Dyſenteria*) Affectus nominari ſolitus *δυσεντερία*, *ἀπὸ τοῦ δὺς καὶ ἔντερον*, à ſymptomate, authore *Galeno 2. meth. c. 2.* & parte affecta: *Cælius Aurelianus* vertit *difficultatem lib. 4. cap. 6. à difficultate officii*, inquit, paſſio hæc accepit nomen. *Scaliger de hiſt. anim. cap. 43.* cruentum vertit alvi profluvium, *δὺς*, inquit, hic non ſignificat *difficultatem ſed malitiam morbi*, Alii tamen difficultatem amplectuntur in compoſito, ut in *δυσπνοία*, *δυσουρία*, *Celſus* à ſymptomate accedente & comitante ſumpta vocavit Tormina, *Dioſcorides δυσεντερικὸν πάθος* indigitavit.

Cum autem vox *δυσεντερίας* ſit *πολύσημος*, in ſua ſignificata reſolvenda, ne rerum notitia perturbetur: *Galenus 3. Epid. comm. 3. t. 70.* duplicem conſtituit Dyſenteriam, ubi dicit, *Duplices eas ſcimus, inteſtinis ulceratione eroſis alteram differentiam, alteram cum copioſus ſanguis per venas, quæ ad inteſtina pertinent, evacuatur. Lib. 3. de ſympt. cauſ. c. 2. & l. de artic. comm. 4. l. 40.* oſtendit Dyſenteriæ vocabulum à Veteribus adeo late

ſumptum fuiſſe, ut quemvis alvi fluxum *δυσεντερίαν* vocarint.

Et hac ratione quatuor Dyſenteriæ ſpecies ibidem commemorat, quatuor affectibus ſuccedentes, 1. eſt *αἱματηρὴ* & *αἱματώδης*, dyſenteria cruenta. 2. *ἡπατικὴ*, in qua propter *ἀτονίαν* hepatis ſanguis ſeroſus per alvum ejicitur. 3. eſt *μελαγχολικὴ*, in qua ſanguis melancholicus evacuatur. 4. *ἑλκώδης* dicitur, in qua inteſtina ſunt exulcerata, variaque, mucoſa & purulenta excernuntur: Prima *ſanguinea* impropria eſt dyſenteria, altera propria, Jam de Propria; *Rolfincius*.

Dyſenteriæ in genere dictæ tres obſervandæ Differentiæ, 1. quando ſine inteſtinorum vitio, motu & impetu naturæ, ex quacunque cauſa ſanguis excernitur, quo facit quando interdum ſplenetici aut melancholici ſanguinem tam per vomitum quam per alvum rejiciunt, Pertinet huc *Dyſenteria ſcorbutica notha* de qua *Horſtius obſerv. lib. 7. obſerv. 35.* Item quando conſuetus ſanguinis effluxus, ſuppreſſus in quibuſdam locis, per alvum ſibi viam quærit, v. g. quando in mulieribus ex menſium ſuppreſſione Diarrhœa cruenta ſupervenit; Sic ex ulcere meſenterii, pancreatis, interdum diarrhœa cruenta oriri ſolet. 2. Dyſenteriæ ſpecies eſt in fluxu hepatico. 3. Ob vitium inteſtinorum &c. *Etmuller.*

Dyſenteria Incruenta.

1. *Etiam Diarrhœa tribuitur, in qua &c.*) Quamvis Dyſenteriæ vocabulum communi acceptione Alvi fluxum cruentum, ſicut Diarrhœa humoralem denotet, attamen ſalva etymologia, libet nomen iſtud morbo huic Londinenſi, etiam quando minime ſanguinolentus eſt, applicare, Etenim ſæpe, & jamdudum obſervavi, fluxus iſtius, qui fere quotannis hic circa Autumnum inerebeſcere ſolitus, vulgo *ventris tormina* appellatur, duas & longe diverſas eſſe ſpecies, In una ſedes aquoſæ & quaſi limpidæ cum ſubita virium proſtratione, In altera cruentæ, attamen tolerabiles exiſtunt; dejectiones interim bilioſæ, aut phlegmaticæ, (dum alteruter morbus graſſatur) rarius eveniunt; & morbum non ita mali moris eſſe denotant: Quo utrique iſti morbi Dyſenterici, quoad rationes formales, cauſas, & ab invicem differentias, clare innoteſcant, ex re fore videtur utriuſque typos quibuſdam annis, quando endemii fuerunt, à me obſervatos, & tunc graphice deſcriptos hic ſubjicere.

Anno 1670. circa Æquinoctium Autumnale, quamplurimi Dyſenteria incruenta, verum atroci admodum & valde periculoſa laborabant; Affectus & ſubito & frequenter abſque manifeſta occaſione invadens laborantes cum vomitu immani, & ſedibus crebris & aquoſis cito in maximam debilitatem, inque ſpirituum horrenda deliquia & virium omnium proſtrationes redigebat: Novi plures pridie ſatis ſanos, & valde robuſtos, intra XII. horas morbi hujus tyrannide adeo miſerrime dejectos, ut cum pulſu debili, & exili, ſudore frigido, atque reſpiratione anhela & elata, jamjam moribundi viderentur, & quidem non pauci, quibus remedia idonea, aut medendi opportunitas defuerunt, ab eo cito interibant.

Ægritudo hæc per menſem integrum deſæviens circa Idus Octobris decreſcere cœpit, & ante calēdas Novembris fere in totum evanuit: Pauci eo tempore ſedes cruentas, & non multi bilioſas, plurimi vero & vomitus & alvi dejectiones aquoſas & fere limpidas & copioſas habuerunt: Dumque intra hanc urbem Dyſenteria iſta popularis adeo immaniter graſſata eſt, ruri, aut ſaltem ultra tria milliaria fere nullus decubuit: Porro, hic loci etiamſi quamplurimi ægrotabant, morbus haud per contagium propagari, ſed tantum prædiſpoſitos afficere videbatur, nam in eadem familia cum affectis verſari, haud magis quam eorum contubernia vitantes corripiebantur.

Pro curatione hujus morbi, nulla juvabat evacuatio, quinimo phlebotomia, vomitus, & catharſis nunquam non nocebant, verum remedia fere tantum cardiaca, eaque calidiſſima, ſcilicet *ſpiritu ac ſulphure* aut ſale volatili abundantia commoda fuerunt, in tantum ut *ſpiritus vini cum ſacchara* parum deflagratus remedium populare fuerit, atque in tali dyſenteria fere ſemper proficuum, etſi in altera cruenta indifferenter uſurpatum fere noxium deprehenderetur: Medendi methodus, quam in plurimis ſatis feliciter tunc adhibui, & ſimili caſu etiamnum ſoleo, juxta modum ſequentem fuit.

℞. *Theriac. Andram.* ℈i. *aut* ʒiß. ſumat in lecto ſuperbibendo Julap. ſequ. cochl. VII. vel VIII. & repetat 3. 4. vel 5 quaque hora.

℞. *Aquar. menth. cinnam. hord. āā.* ℥iii. *aqu. cinnamomi fortis epidem. theriacal. āā.* ℥ii. *margar. pulver.* ʒi. *ſacch. cryſt.* ℥ß. *m. f. Julep.*

Eodem tempore placenta ex *pane toſta theriaca* illinito, & *vino generoſo* calfacto intincta ventriculo calidiſſime applicetur, & ſubinde mutetur. Veſperi ſi pulſus & reſpiratio ſatis robuſta fuerint, propinentur *Laudani liquidi cydoniati* guttæ XXV. in hauſtu *aquæ epidemicæ*.

℞. *Diaſcordii* ʒi. *laudani liquid.* ℈ß. *pulv. è chelis compoſ.* ℈i. *aqua cinnam. q. ſ. f. Bolus ſumendus hora ſomni.*

Quibus *theriaca & mithridat.* nauſeæ ſunt & minus congruunt, exhibeatur doſis Pulv. ſequ. *aut ſpiritus theriacalis* tertia quaque hora cum Julapio.

℞. *Pulv. è chelis compoſ.* rad. contrayerv. ſerpentariæ Virgin. āā ʒi. *cinnam. rad. torment. āā.* ʒß. *croci, cochinellæ āā.* ℈i. *fiat Pulvis, dozis* ʒß. *ad* ℈ii.

℞. *Spir. theriac. armoniac.* ʒiii. *dozis* ℈i. cum Julapio quarta quaque hora, vel intermediis temporibus inter dozes pulveris: Eodem modo *ſpiritus c. c.* vel *fuliginis* exhiberi poſſunt.

Potus ſit cereviſia cum cruſta panis, macere & cinnamomo coctis edulcorata, aut vinum uſtum, & aqua menthæ dilutum; Victus ſit juſculum pulli, aut avenaceum, aut panatella cum *raſura eboris, cornu cervi*; ſcorzonera &c. incoctis.

Circa morbi hujus Endemii *Aitiologiam*, imprimis quæ cauſa ejus conjuncta fuerit, diſquiramus, Cujuſmodi nempe humor peccans & excernendus viſcera adeo infeſtarit, inque ſpaſmos excretorios cum torminibus, totius corporis perturbatione & virium omnium ſubita proſtratione irritaverit: Certe hic nullus Bilem, vel ſuccum Pancreaticum; aliumve quemvis intra ductus inteſtinales genitum putabit, nec quidem à mero ſanguine (prout aliquando in criſibus febrium accidit) eum in viſcera ſuffuſum credimus; Quin potius (uti ex ſubito languore & cita ſpirituum animalium concidentia, & partium omnium enervatione conjicere licebit) ſuſpicamur in hoc affectu ſuccos corporis præſtantiores, ſcilicet *nervoſum & nutritium* ſolidis partibus adpoſitum, à craſi ſua penitus vitiari, & quaſi fluorem paſſos deliquari, inque maſſam ſanguineam redundare, dein ſtatim ex ea (ſicuti incongrui & immiſcibiles, atque per urinam aut diapnoen amandari inhabiles fuerint) verſus ſtomachum & inteſtina per vaſa cœliaca transferri, ibidemque arteriarum oſculis confertiſſimis exundantes, horrenda hæc ſymptomata dyſenterica excitare: Porro videtur quod inſimul ipſe ſanguis, aliorum humorum gurgite perfuſus, una colliqueſcat; inque craſi ſolutus liquamina ſua, cum alteris excrementis in viſcerum cavitates profundant.

Certe ex nulla alia cauſa fibræ omnes motrices, cum totius animæ concidentia è veſtigio poſſint reſolvi, niſi quod humor eos actuans, & in quo ſpiritus animales hoſpitantur, eas prorſus deſtituens efflueret; & quidem effluere cenſemus, quatenus in craſi vitiatus, & quaſi lac coaceſcens partes continentes moleſtet, inque corrugationes, quibus excutitur iſte irritet; Præterea morbum hunc fere ſemper cum *Rigore* cœpiſſe animadvertimus, cui tamen calor & æſtus febrilis non ſuccedebant, quia ſanguis, licet parum per ſe in vitio, nihilominus ſucci alterius invadentis diluvio pene obrutus, haud emergere aut ſe recolligere poſſit, ut febriliter ac in criſin efferveſceret: Hinc cardiaca nonniſi fortiora & calidiſſima, uti aquæ ac ſpiritus ardentes, *theriaca, mithridatium* & ſimilia juvabant, quorum videlicet particulæ ſumme activæ, dum vaſorum ſplanchnicorum oſcula facile ſubierint, humores exundaturos repellerent; porro ſenſim in maſſam ſanguineam ſe inſinuantes ipſam vigorarent, inque fermentationem & diaphoreſeos motum cierent, quo & craſin priſtinam recuperare; & quicquid ei incongruum ingeritur, in habitum corporis rejicere queat.

Hæc de morbi hujus cauſa *Conjuncta*, ſeu *proxima*, *Remotiores* ſive *antecedentes*, *manifeſta* ſive *evidentes*: *illa* denotant à qua προϋπαρξις, ſive apparatu, diatheſis hujuſmodi morbida & epidemica procedit; atque *hæ* propter quas occaſiones in *affectum dyſentericum* citius prorumpit; Quoad priorem, ſiquidem frequentius in Autumno graſſatur, immoderatæ fructuum æſtivorum ſeu potius ὡραίων comeſtioni à pluribus adſcribitur; quod equidem pro dyſenteria cruenta in cauſæ partem facile admittimus; quin etiam in aliquibus morbum prædictum inde ſeminium quoddam habuiſſe merito ſuſpicamur: At vero hanc cauſam iſtius morbi haud integram & adæquatam eſſe vel hinc conſtat, quod multi hujus urbis incolæ, fructibus abſtinentes, aut parcius utentes, Dyſenteria incruenta, dum epidemica fuit, paſſim laborabant, atque alii fructivori in pagis vicinis ab ea prorſus immunes, febribus aliis, ſine alvi torminibus aut fluxu afficiebantur. Enimvero ſæpius obſervavi (quod etiam hoc anno contigit) poſt æſtatem impenſe calidam & ſiccam, in Autumno febrem epidemicam, & anomalam, in pluribus Angliæ locis increbuiſſe, atque tunc temporis Londinenſes pauciores quidem ab iſta febre, quamplurimos vero à morbo dyſenterico decubuiſſe, cujus ratio videtur eſſe, quod cum corpora noſtra propter æſtatis prægreſſam intemperiem in febres autumnales diſponantur in fumoſo & ſpiſſiſſimo hoc aëre, illæ potius in hanc morbi ſpeciem determinantur; Quippe tranſpiratione impedita, humorum degenerum corruptelæ, per cutis poros efferri inhabiles, intus reſtagnant, ibidemque ex arteriis ſimul omnibus erumpentes, horrenda iſthæc viſcerum pathemata inducunt.

Porro tempeſtas æſtiva, juxta quod magis aut minus calida aut frigida, inſimulque humida vel ſicca fuerit, magnam in corporum noſtrorum humoribus, prout etiam in ſuccis quibuſq; fermentativis alteratione facit, eoſq; à craſi ſæpe genuina in naturam acrem aut acetoſam, aut aduſtam pervertit: Inſuper in quibuſdam annis mutatio iſthæc potiſſimum *ſanguini*, inque aliis magis *liquori nervoſo* imprimitur: Ratione prioris, plerumque febres Autumnales, vel ſynochæ acutæ, vel intermittentes atroces inſequuntur; Reſpectu alterius, febres anomalæ & mali moris inſequuntur; in quibus ſine magna ſanguinis incaleſcentia, aut morbi criſi, cerebri & nervoſi generis affectiones periculoſæ increbeſcunt.

Porro in hujuſmodi pathematis, aut liquoris nervoſi degeneris excrementa, pigri motus, ſine turgeſcentia critica, lente ac paulatim aggeſta, ac intra partes continentes diu permanentia febres νωθρώδεις cum ſtupore & torpore (quales in ſpaſmologia noſtra olim deſcripſimus) pariunt; aut ſucci iſtius in craſi ſua multum ac ſubito mutati corruptelæ, magis efferæ & activæ cum fluore quodam turgeſcunt, atque è fibris, partibuſque nerveis & ſolidis, ubique in maſſam ſanguineam redundant, & exinde ſtatim in viſcerum cavitates exudantes, dyſenteriam hujuſmodi incruentam, qualis modo deſcribitur, producunt; & quidem hunc ventris fluxum agnoſum à *ſucci nervei & nutritii* potius quam ipſius ſanguinis depravatione & colliquatione exoriri, propter ſubitas & magnas ſpirituum dejectiones (quas tamen ſanguinis dejectio non pateret) hunc inſuper conſtat, quoniam hoc morbo laborantes non æſtu ac faucium ardore, aut linguæ ſcabritie moleſtantur, quin medicamenta calidiſſima bene tolerant; & quamprimum ab iis exhibitis humoris peccantis inverſio, inque habitum corporis retorſio procuratur, illi ſine febre, vigilia, aliiſque ſanguinis corrupti conſequentiis facile convaleſcunt: Quoad morbi hujus cauſas evidentes, quando talis anni conſtitutio eſt, ut propter iniquam aëris aut cœli influentiam ſucci à ſanguine procreati, ſcilicet *nervus* & *nutritius* à debita craſi in alienam naturam infeſtam, ac, uti videtur, acetoſam & proinde dyſentericam degenerent; errores in victu, aliiſque non naturalibus, tunc temporis admiſſi, pravam ejuſmodi diatheſin fovent, adaugent, eiuſque in turgeſcentiæ eccathaticæ plenitudinem perducunt. *Willis Pharm. rat. ſect. 3. c. 3.*

Dyſenteria citra exulcerationem inteſtinorum.

9. *Licet exulceratio abſit*) Ad dyſenteriam refertur cruenta Dejectio, in qua ſanguis non in illa excrementis permiſtus, ſed copioſior prodit, cum torſionibus, & multis veræ Dyſenteriæ ſymptomatibus, quę pro vera Dyſenteria etiam habetur, ab *inflammatione*, non ulcere procedens: *Nam* fit ob irritationem validam, ut nondum exulceratis inteſtinis, oſculis venarum meſeraicarum reſeratis, dejectio ſanguinis, tantus puri, frequentius *concreti*, interdum & *nigri* ſequatur. Vel ut ſimul accedente *inflammatione*, fluxus cruentus inſtar dyſenteriæ oriatur, in qua *citra ulcus* inteſtinorum ſanguis, ut & in alia excernitur cum maximo dolore & febre, conatuque dejiciendi frequenti, uti ſectione in infantibus quibuſdam, qui ex dyſenteria putabantur mortui, deprehendimus. *Platerus.*

Cruentæ Dejectiones aliæ, præter Dyſenteriam veram & Fluxum Hepaticum, ſi à reſeratis venarum meſeraicarum oſculis, accedente inſuper inflammatione procedant, Dyſenteriæ, niſi quod *nondum adeſt exulceratio*, nonnihil correſpondent, & interdum pro ea ſumuntur, non tamen ita pertinaces ſunt, ſi modo inflammationi occurratur, ut vera dyſenteria, quæ citius quam illæ ſi recte tractentur, ceſſant. Sæpe tamen aucta inflammatione, & febre, ob dolorem, ut in colico dolore ab inflammatione quoq; procedente, convulſi moriuntur; Vel ſi in abſceſſum vergant, in veram dyſenteriam commutantur, quæ ulcus poſt ſe relinquens ſordidum, purulentam dictam, quæ dyſenteriam ſequitur, efficit dejectionem.

Hujus in Affectus cura, cauſa quæ eum irritando procreavit, ſi adhuc perſiſtat, propellenda, & in ea infringenda iiſdem *evacuantibus & abſtergentibus*, ſed mitioribus propter inflammationem, & *lenientibus*, ut in dyſenteria utendum; Et *morbi cauſa, Inflammationis* ſcilicet, refrigerantibus eam compeſcere ſtudebimus, qualia in Dyſenteria cum inflammatione & colicis do-

lotibus propoſita fuerunt; Dein ad oſcula venarum obſeranda, & fluxum cohibendum, ſedata tum inflammatione tranſcundum, eligendo ex adſtringentibus remediis ea quæ in Dyſenteria injici foriſque adhiberi ſolent; Etſi in abſceſſum vergat inflammatio, indeque in ulcus, tunc quæ exulcerationem in Dyſenteria vera ſanant locum habebunt.

Concretus nigricans, apertis oſculis, ſi copioſe ejiciatur ſanguis, ob violenta cathartica, aliave medicamenta, nonnonquam & ſimul vomatur, periculoſum inprimis; unde aliqoos ſanguine nimium profuſo ſubito extinctos vidimus. In quo caſu ſicuti in vomitione ſanguinis procedendum, aliaque adſtringentia intus foriſque adminiſtranda, *Idem.*

10. *Si ſanguis interdum excernitur*) Sanguis equidem ex vaſis, vel anaſtomoſi, vel diæreſi apertis profluit; hic autem qui profunditur non eſt præciſe ab excoriatione aut exulceratione inteſtinorum, ut vocant; nam utut hoc in benigna, ab acrimonia ſuccorum acido corroſiva ſimpliciter oriunda locum habeat, in maligna tamen, & in qua tantillum ſaltem miaſma acre, contagii medio propagatum, cauſæ proximæ vias obtinet, non opus eſt tali excretione, Sufficit ab iſtius contagii acerrima, & inteſtinis inimiciſſima acrimonia, continuo, & tam fortiter ſtimulari inteſtina, ut hac ex irritatione, & crebriori contractione tandem proprium cruorem fundant & exprimant, ſimili modo atque à pulvere ſternutatorio fortius vellicantur nares, & mucum crebriorem, & tandem largam hæmorrhagiam fundunt, ita ut cruoris profuſio ſit ſaltem conſequens & effectus alterationis in inteſtinis, nempe ſpina alicubi infixa ex doloris occaſione affluxum ſanguinis uberiorem, indeque, ubi denegatur hæc excretio, tumorem facit; Similis ſpinæ eſt tantillum acre alicubi rodens in benigna, vel miaſma virulentum inteſtino hoſtile in epidemica & maligna; Hinc vellicatis inteſtinis, & novorum repetiti ſpaſmi, & inſignior ſanguinis affluxus excitantur, unde tumentibus ſanguine inteſtinis eadem rubent, & non raro inflammantur, & per aperta, partim eroſa vaſa cruorem profundunt: Nempe hoc eſt indignatio Archæi inteſtinalis, cruorem proprium furioſe profundentis, ex irritatione ab occaſionali fermento, uti *Helmont.* loquitur. *Etmuller.*

Signa.

11. *Signa* ſunt, frequens alvi dejectio, quia 12. inteſtina ab humoris acrimonia ſtimulantur; interdum continua, ſi materia ſuppeditatur, interdum periodice de tertio in tertium rediux.

Dolor ventris ac 13. tormina, præſertim excernendi tempore, & paulo ante excretionem, 14. quæ excernuntur, ſunt modo biliosa & varia, modo mucoſa & cruenta, modo toto genere à naturali excrementorum genere aliena.

Febris interdum ſtatim in principio, interdum ubi per aliquot dies affectio duravit, propter inquietudinem & putredinem oboritur.

Differentiam à *fluxu hepatico*, vide in hujus capite.

Ab *abſceſſu*, ad cujus eruptionem eliquationes quaſi puris conſequuntur, differt, quod in iſto dolor pulſatilis juxta affectum locum præcedat, neque morſus neque decurſus adſint &c.

11. *Signa ſunt*) Signa Diagnoſtica maxime ſunt conſpicua, continua enim eſt excretio, & quidem cum dolore: Συνδρέμοντα ſunt Vigiliæ, inquietudo, febris, ſitis, anorexia, nauſea, ſingultus, delirium, ſyncope, quæ omnia non tam affectus eſſentiam & conſtitutionem quam vehementiam ſignificant. *Rolfincius.*

Dyſenteria vera prehendit ægros cum inſigniſſimis inteſtinorum doloribus & torminibus, antecedentibus plus minus alvi excretionibus; agmen tamen ducunt tormina, ſubſequuntur dejectiones, & quoties dejicitur alvus, ingens cruciatus & inteſtinorum depreſſio, cum dolore & moleſtiſſimo viſcerum omnium quaſi deſcenſu adeſt; Dejectiones non ſunt ſtercoroſæ, ſed nunc ſimpliciter mucoſæ, nunc intermiſtim ſanguineæ, nunc ſimpliciter ſanguineæ: Quando ſanguis ſimul excernitur, plus minus, *Dyſenteria cruenta* vocatur, Si vero mucoſa ſuperabundent, aut ſolitariæ ſint; in ſpecie *Dyſenteria* alba vocatur.

Adeſt ſubinde *febris* plus minus intenſa, lingua ſubalbida, mucilagine denſe oblita, & ſi vehementius æſtuet corpus, nigra etiam & ſicca obſervatur; proſternuntur vires inſigniter, ſubinde præcedente ulterius morbo, ſanguis ſincerus copioſus confeſtim effluit; id quod corroſionis majorum aliquot vaſorum in inteſtinis argumentum eſt.

Nonnunquam inteſtina inflammantur, indeq; gangræna incurabili afficiuntur; *Aphtha* interdum fauces obſident, imprimis quando adſtringentibus intempeſtive adhibitis ſuppreſſa fuit dyſenteria; afficitur ſucceſſive ſimul inteſtinum rectum; unde doloriſſimum teneſmum patiuntur ægri. *Etmuller*, *Sydenham obſ. in Ac. ſect. 4. cap. 3.*

Signa *cauſarum* petenda veniunt ab excrementis, quæ aliquando ſunt *biliosa* & citrina, aliquando *pituitoſa & albicantia*, interdum *nigricantia, viridia, purulenta, ſanioſa & cruenta.*

Malignitatem vero fluxui huic conjunctam præcedens anni temporum ſtatus, præter ſolitum excedens, humoreſque in corpore corrumpens detegit, cujus fomes etiam ex ſolo deſeſſu in loco ſecreto concipi poteſt &c. *Strauſſius.*

12. *Humoris acrimonia ſtimulantur*) Cauſa immediata eſt Expultrix irritata: Irritatur 1. per accidens, læſa retentrice vaſorum 2. per ſe ab acrimonia & copia humorum irritata immediate. *Rolfincius.*

13. *Tormina præſertim excernendi tempore*) Dolor acerrimus qui Dyſentericos torquet, non eſt promiſcue ex corroſione aut exulceratione inteſtinorum, ſed maximam partem conſiſtit in ſpaſmodica *inteſtinorum convulſione*, qua inteſtina ſpaſmo quodam correpta ſe contrahunt, aut motu quaſi vermiculari ſe torquent, ſub quo tam inſignes ſunt dolores, & quidem præcedunt excretionem, dum ſub tali ſpaſmo inteſtina ſimul propellunt & exprimunt contenta & ita excretionem, ſtimulant. *Etmuller.*

14. *Quæ excernuntur ſunt modo*) Signa cauſarum ab excrementorum colore præſertim deſumuntur, quatenus illa citrina, flava, viridia, albicantia, vel atra conſpiciuntur; Quibus adjungenda ſunt ſigna abundantium humorum in corpore, quæ ab ætate; tempe-

peramento, anni tempore & vitæ genere deſumuntur.

15. *Febris*) Non infrequenter *febris ſynochus bilioſa* huic morbo copulatur ut in cholera, Fit tamen ut Dyſenteria febres ſequatur, eaſque interdum putridas continuas, vel intermittentes, vel, quod frequentius accidit, malignas, quandoque & peſtilentes, tuncque uti hæ febres populares, & contagioſæ ſunt. *Platerus.*

15. *Febris interdum ſtatim in principio, interdum &c.*) Eſſentialem adeſſe Febrem ſtatuit *Sydenham*, non ſymptomaticam, ut plerique, Cum varia, *inquit*, quæ huic morbo accidunt ſymptomata diligenter ac mature penſitaſſem, Febrem eum eſſe (ſui ſc. l cet generis) in inteſtina introverſam deprehendi, cujus ope humores calidi atque acres in maſſa ſanguinea contenti, atque eandem exagitantes, per arterias meſaraicas in dictas partes deponuntur, unde à vehementiori ſanguinis atque humorum eo contendentium impetu patefactis vaſorum orificiis ſanguis per ſedem effunditur.

Cauſæ.

[16]. *Cauſæ* ſunt [17]. humores acres [18]. inteſtina erodentes, [19]. iiſdem peculiariter infeſti, & [20]. neſcio quid antimoniale, helleborinum, vel aliquid lepori marino, & cantharidibus veſicæ infeſtis, ſimile continentes [21]. Hi per contagium dyſentericum infecti, in venas & arterias penetrantes, fermentationem efficiunt, & ſimilem ſibi diſpoſitionem, per *μίασμα*, [22]. toti maſſæ ſanguineæ imprimunt, ac eandem cum aliis humoribus more purgantium concitant: pravam quoque diſpoſitionem inteſtinis affigunt, ita ut chylus præterfluens in humorem vitioſum mutetur, nec fæces alvi naturalem elaborationem & qualitatem recipiant. Interdum [23]. occultis aſtrorum influentiis, in corporibus humanis tales redduntur. Hinc [24]. pueri lactentes, qui in aërem liberum nunquam venerunt, & lacte materno tantum alebantur, dyſenteria interdum afficiuntur.

Dant autem iis *ortum* [25]. *aquæ* per plumbeos & veteres canales derivatæ.

[26]. *Aër* [27]. vernus poſt hyemem ſiccam & aquiloniam pluvioſus & auſtralis, tum propter prohibitam humorum exſiccationem; tum propter vim putreſcentem in humido validam: [28]. Calidus & ſiccus, inde [29]. initio autumni & [30]. fine æſtatis morbus excitatur, & in [31]. calidiſſimis regionibus potiſſimum viget.

Cibi [32]. pravi & inſoliti, hinc in [33]. Ægypto & India, quia carnibus animalium, quæ caſſia fiſtulari nutriuntur vescuntur, frequens.

Fructus [34]. autumnales, tum quod facile putreſcant, tum quod eos qui putreſcunt, adſtrictione retineant. Uvarum & muſti uſus, quod fermentationem faciant, & a rubigine, carbunculo, nebulis, facillime afficiantur.

16. *Cauſa*) Cauſa eſt vel *Efficiens proxima Formalis*, vel *Materialis* ſeu *occaſionalis*, *Illa* eſt ſpiritus influus, ſed occaſione doloroſa ad præternaturalem impetum provocatus, & dolorum torminoſorum & excrementorum, & ſanguinis ac muci profuſionis primus autor & artifex, *Etmuller*. De *materiali* ſeu *occaſionali*, vide proxime.

16. *Cauſæ ſunt humores acres &c.*) Cauſæ internæ Dyſenteriam efficientes ſunt Humores acres & exulcerantes, ut bilis flava, porracea, æruginoſa & atra; tum etiam pituita ſalſa ab intenſo calore in capite genita, vel per putredinem in ventre ſalſedinem adepta, & ad inteſtina delata, ubi propter lentorem diutius hærens, aſſidue detergendo tandem exulcerat. *Riverius.*

16. *Cauſæ ſunt*) Chimicorum anteſignanus *Paracelſus* cæterique cauſam hujus mali petunt ex *Sale reſoluto*: *Scheunemannus in reform. Med. capit. 8.* aliam cauſam affert, quando vid. Ventriculus ſulphur coagulatum in ſanguine, in carne & aliis membris appetit. *Helmontius Tract. qui inſcribitur morbus*, morborum ſemina quædam intro progrediendo penitus ſe dilatare & generare, modo anomalo tormina & dyſenterias ſcribit: Idem de *Poteſt. Medic.* ſtatuit Archæum irritatum ac fere furioſum, & à cauſis occaſionalibus (ut ille loquitur) laceſſitum, proprium profundere cruorem & dyſenteriam facere: Et Tract. *Pylorus rect.* inquit, Si Pylon tanquam rectors, tonus œconomiæ ſtomachicæ uſque in ultimum gyrum inteſtinorum cum fellis operatione non plenus ſit conſenſus, oriuntur dyſenteriæ, atque aliæ hominis clades, *Bertrandus Tract. de Acido & Alkali capit. 6.* Dyſenteriam gigni ait cum Acida in inteſtinis eroſiones, arteriatum, aut ep & venatum oſcula referant: hinc tormina ventris deducenda ait, ſanguinis fluxus ac demum humores putrulentos, febrem, inflammationem, gangrænam, dyſenteriæ lethalis fere ſemper conſectaria; quæ cuncta Acidi ſint ſoboles, veræ & primæ illorum radicis.

17. *Humores acres*) A bile flava, atra. humoribus aliis acribus, vellicantibus, & vel ad bilis flavæ vel atræ naturam accedentibus, vel alioquin putridis, corruptis, pravis & venenatis, ſi ſero phlegmateque ipſorum acrimonia mitigetur *Diarrhœa*, fieri ſolent; vel ſi minus diluantur, & magnam habeant acrimoniam Dyſenteriæ & Teneſmi, eodem modo ut de *Bile* dicitur (vide cap. de Diarrhœa §. *Abile flava*) Quæ Dyſenteriæ ſi a cauſa pernicioſa procedant *contagioſa*, atque eo nomine quoque *Populares ſunt*.

Naſcuntur autem ejuſmodi humores, vel ex aliis humoribuſve perverſis, in ventriculo & inteſtinis: Vel à venis meſeraicis, ubi ſæpe diu latuerunt, eo effunduntur, & hoc pacto illa lædunt, Quod & frequenter in *febribus putridis malignis*, nonnunquam & peſtilentibus accidit, ut in illis humor ille putris, vel malignus, & in *Peſte* venenum illud, quod ſumme ardens eſſe oſtendimus, vi naturæ interdum & per criſin ad inteſtina tanquam ſentinam excrementorum protruſa, illicque aliquandiu retenta, ea irritent, vel etiam erodant. Sic aliquoties in variolis, ab exulceratione interna inteſtinorum, aut etiam aliorum viſcerum Dyſenterias ſupervenientes, aliquando lethales, aliquando diu durantes, aliquando brevi ceſſantes obſervavi.

Suntque hæ Diarrhœæ & Dyſenteriæ; vel febribus hiſce copulatæ, vel quæ eas mox ſequuntur, atque

24. *Pueri lactentes*) Non ſolum *puerilis* ætas tam *πρὸς τὸ ἰδεινοθυεῖν, aphor.4.ſect.3.* quam *διὰ τὸ πλῆθος καὶ ἀδηφαγίαν*, verum etiam *juvenilis & virilis*, ob errores in victu & majorem bilis abundantiam, imo *Senilis* quoque hoc mali genere corripi ſolent, *Strauſſius.*

25. *Aqua*) Dyſenteriam excitant Aquæ valde crudæ, aut minerali aliquo infectæ in potu ordinario uſurpatæ. *Riverius.* Vel Aquæ in plumbeis vaſis diſtillatæ, ut & Acetum in plumbeis vaſis deſtillatum. *Rolfincius.*

26. *Aer*) *Aëris* magna vis eſt, de *ſiccioris* id teſtatur *Hippocr.3. aphor.16. ab Autumnali* quoque, ob inconſtantiam ſubitas inteſtinorum difficultates fieri author eſt *Galenus 3 aph.22.* Inprimis vero ingens obtinet pondus Aër, quando interdum *μίασμα λοιμώδες* de ſe ſpirat, unde epidemiæ, malignæ & peſtilentes evadunt, Hinc etiam quandoque Medici loco ſoſtri hoc contagium ex ægrorum viſitatione recipiunt, uti expertus *eſt Lotichius l.4.c.8.pag.420.* Strauſſius.

27. *Aer vernus &c.*) Prava aëris diſpoſitio ad dyſenteriam efficiendam maxime efficax eſt, ſic apud *Hippocr.aph.11 3.* ſi hyems plus juſto frigidior & ſiccior extiterit, ver autem pluvioſum & auſtrinum, æſtate futuras eſſe dyſenterias; Et *aph.22.* Si hyems admodum auſtrina fuerit & pluvioſa, ver autem ſiccum & aquilonium, dyſenteriæ producendæ tempeſtates illas admodum eſſe idoneas dicit. *Riverius.*

Aër præhumidus, & vel calidior, vel frigidior, imo tota ſubſtantia corruptus, autumno præſertim, aliquando etiam æſtate: In vere humores ſalſi, pituitoſi, in hyeme collecti, facile colliquantur, & ſua deinde ſalſedine, corroſionem inteſtinorum efficiunt. *Rolfincius.*

27. *Aer vernus &c.*) Sit hoc ratum, ut ſunt anni tempeſtates, Sic humorum ideas eſſe, & ut humorum ideæ ſunt, ita & morborum formas: Si enim ſerena ſit tempeſtas, efficiet humores & ſpiritus puros, id eſt alienæ mixtionis experteſ, Si caliginoſa, pluvioſa, caliginoſos quoque & conſopitos futuros humores & ſpiritus certum eſt. *Duretus in Hollerium*

28. *Aer calidus & ſiccus, inde initio Autumni*) Satis obvium erit concipere cum ſanguis æſtivis caloribus aſſatus, proindeque circa Autumnum in efferveſcentias febriles, & tanquam vina excalefacta in fermentationes, quibus expurgantur, immodicas aptus fuerit, ſi particulas degeneres & excernendas propter diapnoen, in aura ſpiſſiori impeditam, ordinaria per diaphoreſin via amandare nequeat, quod iſte effervescens adhuc eas verſus inteſtina transferat, perque arteriarum ibi conſitiſſimarum oſcula magis patentia eliminare ſatagat: At vero ſiquidem cruoris degeneris recreméta incongrua, ſive *μιάσματα νοσερά*, ei penitus incocta, & intime confuſa non facile extricari aut ſecerni poſſunt, propterea iſte ſaburra hac gravidus, ac onuſtus, inter circulandum vaſa exiliora dum pertranſit, plurimum coarctatur, proindeque circa inteſtinorum ſuperficies internas, ubi arteriarum tunicæ ſunt teneriores, & oſcula laxiora, ſanguis ibi turgeſcens, ſimulque ob particulas heterogeneas, quibus ſatur eſt, incraſſatus, & ad coagulandum aptus, facile erumpit, cumque recrementa ſua ſecernere & exuere nequeat, ſui ipſius portiones iis maxime infeſtas effundit. *Wilis.*

29. *Initio Autumni*) Animadverti morbum hunc ſeſe ſemper Autumni initio invadere ſolere, & appropinquanti hyemi pro tempore cedere; eum vero annorum ſeries eidem epidemice producendo nimium faveat, unum alterumve; etiam quovis alio tempore poteſt ferire; quin & circa veris ingreſſum, forte etiam maturius (ſi nempe aura calidior intemperatiori gelu derepente ſoluto mox ſupervenerit) plures aliquot inceſſere, *Sydenham obſ.in Ac.p.m 264.*

30. *Fine æſtatis*) Cum evanuerit & exhalarit in tenues auras pars tenuior bilis acerrimæ, quæ æſtate ortum habuit; craſſior enim remanens majorem vim habet abradendi inteſtina, & hujus facilis eſt in atram bilem mutatio, unde acriores ſunt adhuc morſus, adeo ut ſuperveniente illa mutatione nulla vitæ ſalus ſperabilis eſſe poſſit, nec in principio ne ſub finem. *Duretus.*

31. *Calidiſſimis regionibus*) Gignitur (inquit *Amatus Luſit. Curat. Med.cent. 2.45.*) in corporibus calidiſſimam regionem incolentibus.

32. *Cibi pravi & inſoliti*) Cibus & Potus, & omnia quæ bilem plus juſto aut irritant, aut generant, ut ſunt omnia dulcia, quæ facile in bilem, acres & mordaces humores abeunt: Item carnes vetuſtæ, fructus autumnales & *ὡραῖοι. Rolfincius.* Inter cauſas externas primum locum tenent cibi acriores, vel putredini valde obnoxii, ut fructus horarii & alii omnes qui non ſatis maturi devorantur. *Riverius.*

32. *Cibi pravi & inſoliti*) Qui navigant in Indiam Orientalem, ex uſu putridarum carnium incidunt interdum in Dyſenteriam, quibus præſentaneum eſt remedium, *allium cum ſaccharo & ſucco citriorum*, ut & placentulæ in *ſartagine cocta ex ovis gallinaceis & argentina. Ortho Heurnius ad cap. 10. libr. 6. Path. Fernelii.*

33. *In Aegypto & India*) Ratum eſt & notatu dignum, quod quibuſdam regionibus Dyſenteria eſſe ſoleat *endemia*, ſicut de *Hibernia* teſtatur *Sydenham Op. pag.158.*

34. *Fructus Autumnales*) Bilis ab iiſdem cauſis veluti in cholerę dictum, gignitur coacervaturque; atque in junioribus, præſertim qui fructuum horariorum uſu delectantur, illorumque copia ſe obruunt, ob corruptionem illorum, & converſionem in bilem colligi; unde & Dyſenteriæ in illis, qui præſertim ad hoc ut facile hęc in illis corrumpantur diſpoſiti ſunt, circa Autumnum ad hyemem uſque; quo tempore hi fructus recentes & maturi inveniuntur, potiſſimum graſſari ſolent; eoque magis ſi non perfectam maturitatem adepti, vel alias vermibus eroſi, facilius corrumpantur; aut ſi, uti voluit *Rondeletius*, ob fructuum adſtringentium ſimul comeſtionem fructus alii, qui ſtatim pertranſire deberent, diutius in corpore retineantur, Quæ inde natæ dyſenteriæ, *populares* quoque, cum plures qui hiſce fructibus uſi ſunt afficiantur, exiſtit. *Platerus.*

Prognoſis.

[25] *Curatio* eſt *difficilis*, in [26] mulieribus, propter mollitiem & vitium dejectionem: [27] in pueris, propter humidiora, & ideo putredini obnoxia inteſtina; in ſenibus, propter magnitudinem cauſæ, id eſt, humorum acrimoniam in corpore indiſpoſito, & vitium dejectionem.

Dubiæ ſpei, *ſi* dejectiones ſint ſinceræ, id eſt, nulla aquoſa humiditate permixtæ, *ſi* ei effuſio puri ſanguinis adveniat, venas enim majores eroſas indicat, [28] *ſi* cibi faſtidium [29] cum febre affligat, [10] quia ventriculo in conſenſum tracto, concoctio labefactatur, & ulceroſa aliqua in inteſtinis putredo adeſt, [11] *ſi* vomitus bilioſus initio oboriatur, quia magna vis bilis æſtuantis indicatur, quæ ventrem ſuperiorem & inferiorem turbat, *ſi* dejectio ſit continua, vel ea ceſſante novus

fluxus dilutus, cruentus, inſtat hepatici, aut fœda Diarrhœa ſubſequatur [31.] *ſi* cum febre, aut variis alvi dejectionibus, aut epatis inflammatione, &c. invadat, *ſi* mulieri gravidæ accidat, nec poſt ſecundinæ & fœtus excluſionem emittat.

Alicujus, ſi excrementa mutentur, niſi mutentur, in prava, [33.] *ſi* ructus vel crepitus ventris ſupervenlat, quia naturam coctionem incipere indicio eſt, [34.] *ſi* lienoſis ſuperveniat, [35.] quia humores melancholici tranſponuntur, ubi bene ſanguis melancholicus, in inteſtinis concretus, ab atra bile diſtinguendus eſt: *ſi* maniam excipiat, quia materiam à capite ad inferiora transferri indicio eſt.

[36.] *Nullius ferè, ſi* ſua ſponte, nullá præcedente febre, neque concoctione bona apparente, atra bilis excernitur, quia nihil à cancro exulcerato differt, *ſi* convulſiones & deliria ei ſuperveniant, quia materiam ad caput in genus nervoſum ferri indicant, [37.] *ſi* carunculæ dejiciantur, quia nec ſubſtantia inteſtinorum regigni, nec cicatrix tam magnæ exulcerationi obduci poteſt, *Si* quis ex aliquo morbo acuto relevatus, ea corripiatur, quia vires ſuſtinere non poſſunt, *ſi* in
[38.] progreſſu morbi ſingultus ſuperveniat, *ſi* puſtula nigra, ſimilis orobo, poſt aurem ſiniſtram, cum ſiti magna, appareat: quia [39.] mortem in vigeſimo futuram ſignificat.

[25.] *Curatio eſt difficilis*) Ratione generis δυσεντερία eſt πάθος ἰσχυρὸν, partim διὰ τὸ μέγεθος διαθέσεως, partim διὰ κακοήθειαν. Magnus revera morbus tum ob magnitudinem pravæ diſpoſitionis, tum malum morem. Periculum tamen hoc quandam latitudinem admittit, Et 1. quidem primus gradus Dyſenteriæ curatu facilis, quia ἐν τῷ γίνεσθαι. Secundus curatu difficilior, quia auctus, Tertius non modo periculoſior, verum etiam lethalis, quia conſummatus: Maligna multones interimit, ob atrocitatem cauſæ & ſymptomatum vehementiam: *Dyſenteria Critica* non diu perſeverans eſt ſalutaris, ut dedoci poteſt ex *Hippocrat. 6. aphor. 48.* At ſi diu perſeveret, lethalis, ut idem *6. aph. 17.* docet, rationem reddit *Galenus in comm.*

Symptomatica ſemper periculoſa.

Si à cauſa externa oritur, facilius curatur quam ab interna. *Rolfincius.*

Vigiliæ immodicæ, dejectiones ſyncerae, nigræ, fœtidæ, ſanguinis excretio copioſa, ſuperveniens lienteria, ſingultus, vomitus biliosi, jecoris & præcordiorum dolor, ſitis intenſior; lethalem ut plurimum dyſenteriam prænuntiant. *Riverius.*

Magnum eſt malum, & difficile curatur; quando autem malignitas abeſt, durat 24. ſeptimanas, niſi à febre aliiſque æger enecetur. *Walæus.*

Malum quoque ſi accedat inflammatio, febre tunc & convulſionibus ſæpe ſubſequentibus: Si bilis vitellina vel æruginoſa, vel atra ſimul prodeat, peſſimum; uti & ſi vires ſubito proſternantur. Perverſum quoque ſi continuo ſine intermiſſione dejiciant; aut ſi ceſſante dejectione cruenta novus fluxus cruentus inſtar hepatici; nunc alia fœda diarrhœa, cadaveroſi odoris excrementa putrida proferens, ſuperveniat: Hæc enim omnia mortem præſagiunt, quæ nunc citius ſeptimana prima, alias ſecunda, nonnunquam tertia demum ſupervenire ſolet; Si ſymptoma ſit febrium continuarum aut malignarum, vel peſtilentialium, & proinde contagioſarum, plures tunc interficit: Aliquando in ulcus ſordidum deſinit, & tunc ceſſante dyſenteria, diu poſtea purulenta dejectione laborantes conſumuntur, & tandem extinguuntur. *Platerus.*

[26.] *In mulieribus*) Gravidæ dyſenteria laborantes in ſummo ſunt abortus periculo, Sin vero partus ſuperveniat legitimus, ſubinde Dyſenteria liberantur. De Dyſent. gravidarum vide *Foreſtum l. 22. obſ. 34. Amatum cent. 2. obſ. 31.*

[27.] *In pueris &c.*) Pueri & Senes ex hoc morbo ſæpius pereunt, quam in media ætate conſtituti, *Hyppocr. 2. progn.* Pueri quidem, quia cito diſſolvuntur ob mollitiem, tum quia præceptis minus obtemperant; *Senes*, quia viribus ſunt exhauſti, & quia magna ſtatus naturalis everſio ſignificatur: Talia ſiquidem excrementa dyſenteriæ producēdæ idonea nō facile gignunt. *Riverius.*

[27.] *In pueris*) Infantium dyſenteria, quæ cum vomitu & vermibus, plerumque lethalis eſt, conjuncta imprimis cum febre acuta: *Ex Sennerto Rolfincius.*

[28.] *Si cibi faſtidium cum febre*) Sunt quidem Dyſenterici non raro ab initio morbum faſtidientes; ob pravos humores ab hepate confluentes, pars enim eorum ſuperfluitans ad os ventriculi effertur, quod tamen non eſt perpetuo periculoſum; Sed in longis difficultatibus inteſtinorum cum hoc advenerit, duorum alterum eſt, vel putredo aliqua circa viſcera, vel magna inflammatio, quorum utrumque eſt admodum exitioſum. *Riverius.*

[29.] *Cum febre*) Omnis Dyſenteria, præſertim epidemica, cum febre juncta, periculoſior eſſe ſolet quam quæ eſt ſine febre, & quo malignior hæc fuerit, Siquidem & Petechiæ in febribus talibus obſervatæ fuerunt. *Etmuller.*

[3.] *Quia ventriculo in conſenſum tracto concoctio labefactatur, A quo & dyſenteriæ & cæterorum alvi fluxuum primam originem repetit Helmontius*; Hic affirmat ſtomachum (puta recte ſe habentem, & laudabiliter aſſumpta digerentem) præeſſe reliquis digeſtionibus omnibus, quæ nempe privatæ dicuntur, & ad nutritionem partium requiruntur, ubi ulterius ita præparandus eſt tranſmiſſus ſanguis iſte, ut commode poſtmodum aſſimilari, & ad nutriendam hanc vel illam partem aptius fieri queat. Si itaque vitietur coctio prima, ſicuti hoc etiam in quolibet morboſo alvi fluxu revera contingit, neceſſario poſtmodum vitiatur quoque ſecunda & tertia, adeoq; propterea mala partium nutritio, & multarum excrementitiarum humiditatum, (ſuas enim cruditates pariter cujuslibet partis depravata digeſtio generare & cumulare poteſt) hinc inde fit collectio, in qua ipſa baſi colliquationis illa malitia omnino conſiſtit, Ergo unde in Dyſenteria tam copioſæ dejectiones, & humorum excrementitiorum corruptorumve augmenta ſive acceſſus proveniant, dictu difficile non erit. *Chr. Langius pag. 466.*

[31.] *Si vomitus*) Iſta dyſenteria quæ cum vomitu affligit, & quæ cum febre jungi ſolet, & cum ſingultu, eſt deterrima, cum periculum ſubſit ne ipſe ſtomachus ſimul plus minus affectus ſit. *Etmuller.*

[32.] *Si cum febre*) Dyſenteria ſi eſt ſymptoma febris malignæ, aut variolarum, periculoſa, & fere lethalis; Dyſenteriæ *ſuperveniens febris*, aut quæ aderat *ſi intenditur*, malum, quoniam inflammationem, aut inſignem inteſtinorum corruptelam oſtendit. *Etmuller.*

[33.] *Si ructus vel crepitus ventris quia &c.*) Bonum ſignum eſt, redeuntis ſcilicet ſuo modo fermenti digeſtivi. *Etmuller.*

[34.] *Si Lienoſis*) Fiunt enim & Dyſenteriæ otioſis, intēperantis, Sed & quibuſdam naturis peculiariter accidūt, ut leroginoſis & biliosis

& biliofis corporibus, quæ ſeri acrioris dominatu tenentur, & quæ intercepta perſpiratione melancholica fiunt, & ex diarrhœa in dyſenteriam facile incidunt, quæ vix curationem recipit, quod *Lentiginoſis* ulcera ægre ſaneſcant, *Hippocrat. ſect. 2. l. 1. Epid.* hinc cum dyſenteria in ulcere conſiſtat, quia ulcus ſyſſarcoſi curationem recipit in carne, in oſſe poro, in cartilagine ſynchondroſi, Sarcoſis autem opus eſt naturæ, quod peragitur bono ſucco & robore partis, lentiginoſi corporis natura ſucci pravi & nitroſi dominatu premantur, qui, ut & alius quivis humor morbum quem efficit eundem ſuvet & conſervat, his, inquam, cauſis fit ut ulcera lentiginoſorum difficile ſaneſcant. *Duretus in Hollerium.*

34. *Si Lienoſis &c.)* Podagricis & Lienoſis ſuperveniens Dyſenteria bonum. *Hippocrat. 2. prognoſt.* Hæc tamen Dyſenteria talis revera non eſt, ſed potius ad ſimplicem diarrhœam referenda, quæ materiam morbificam, illos morbos producentem, evacuat. *Riverius.*

35. *Quia humores melancholici tranſponuntur)* Exiſtit Dyſenteria quæ conſolatur, & eſt critica, ut αἱμοῤῥοΐδες, & quæ Lienoſis ſupervenit; Critica eſt & quæ ſenibus loco hæmorrhagiæ accidit, ex *Hippocrat. 1. Epid. hiſtor. 3.* illis temporibus multos extitiſſe ſenes, ætate jam grandes, qui per dyſenteriam morbis acutis defuncti ſunt: Quod contigiſſe *Dioni* ſcribit, qui Epilepſia correptus per dyſenteriam curationem recepit, ſicut quoque juvenes per hæmorrhagiam: Fuit igitur Dyſenteria ſalutaris, Sed talis fugax eſt, non πολυήμερος, propterea non eſt lethalis, nec affert ἀποστασίας, neque enim ſemper localem habet generationem, ſed fere naſcitur ab affluxu humoris adjuncta feritate, In hac autem fugaci tinguntur etiam excrementa ad tempus, haud ſecus atque accidit iis qui purulentis ſunt renibus, & purulentam ac ſanioſam reddunt urinam: Fugax eſt hæc Dyſenteria, cujus neque perennis eſt generatio materiæ in inteſtinis, nec ab atra bile excitatur: Diuturna vero Dyſenteria œconomiam naturalem perturbat, vires edacitate, feritate frangit, & copia materiæ vires effœtas reddit, ac tandem lienteriam inducit; Itaque Dyſenteria critica, vel univerſalis morbi, ut febris; vel particularis, ut quæ lienoſis ſupervenit, debet eſſe fugax, & quæ ἀποστασίας non afferat, hæc enim lethalis, labefactata ſcilicet alvo per communitatem partium inteſtinorum, unde effœtæ vis ſignificatio eſt. *Duretus in Hollerium.*

36. *Nullius)* Ad mortem tendit, Lienteria ex hac hydrope accedente. *Couſ. 1. de Morbis.* Ad ſalutem tendit evacuatione laudabiliter facta, ulcereque inde ſanato. *Rolfincius.*

36. *Nullius)* Quoties in Dyſenteria *teneſmus* adeſt, cum *hiatu ani*, ita ut clyſteres injecti ſtatim elabantur; Aut cum tanta adſtrictione ut nil intromitti poſſit, plerunque mortis ſignum, nempe hic tumor, illic paralytica conſtitutio ex virtutis animalis proſtratione adfuit. *Etmuller.*

37. *Caruncula)* De quibus *aphor. 26. 4.* Carunculæ tales, quarum paſſim apud authores fit mentio, quid ſint expleatu obſcurum eſt: Sane ſubſtantiæ inteſtinorum membranoſæ non videntur eſſe; potius Glandulæ inteſtinales tumefactæ, & morbi progreſſu à ſubſtantia inteſtinorum ſeparatæ, & ita excretæ; carnium ſeu molecularum carnoſam ſpeciem referentes. *Etmuller.*

37. *Caruncula dejiciantur)* Ex decreto *Hippocrat. ſ. 4. aphor. 24. Si inſtio caruncula dejiciantur.* Quando partes, *inquit Galenus in comm.* adeo magnæ inteſtinorum excernuntur, ut poſſimus eas appellare carnes, lethalem ait *Hippocrat.* eſſe morbum, cum neque caro concreſcere, neque cicatrix obduci in tali exulceratione poſſit; Quamvis autem *Hollerius & Braſſavolus*, ipſis licet carunculis excretis, Dyſenterias tamen ſanatas obſervaverint; fuiſſe tamen interiorem tantummodo tunicam exeſam cenſet *Raimundus Johann. Fortis*, Sic etiam *Galenus 4. de V. P. cap. 17.* maximam inteſtinorum partem putrefactam, ſuperſtitibus tamen ægris, ſe vidiſſe teſtatur, idque quia tunica exterior illæſa remanſerat; ita eveniſſe judicat. *Strauſſius.*

39. *Si in progreſſu morbi ſingultus)* Qui inter pernicioſa recenſetur, & revera ut plurimum prænuntius eſt mortis: Augurium tamen avertit Deus anno nupero 1687. cum filia mea dilectiſſima *Carolotta Bonet* dyſenteria gravi premeretur cum febre, Peſſimis ſignis acceſſit Singultus qui deſperationem ſalutis adaugebat; attamen Dei gratia ætas vegeta & robur calidi nativi vim morbi ſuperavit.

40. *Mortem)* Qui ex dyſent. intereunt, præcipuam mortis cauſam habent inteſtinorum gangrænam: Vide *Riverium Cent. 3. obſervat.* ac ſane quidam dyſenterici abſque pulſus toti algidi, adhuc tamen de interiorum intenſiſſimo æſtu interdum conqueruntur. *Etmuller.*

Curatio.

40. *Peragitur* Curatio.

I. 41. *Humorum* ad inteſtina ruentium 42. *revulſione &* 43. *derivatione*, ubi locum habet 44. *venæſectio*, 45. ſi ſanguinis adſit copia, ſi vehementer cum humoribus ad inteſtina ruat, ſi vel ſit, vel metuatur 46. inflammatio, ſi febris continuo affligat, *ſi* 47. calidum epar materiam ſuppeditet.

Nota tamen, paulatim eſſe evacuandum, tempeſtive & intra primos dies, ne vires dejiciantur, medianam vel epaticam anguſto foramine ſecandam: malleoli, ſi evacuatio ſolita ſubſiſtat, tundendam.

II. 48. *Humorum erodentium* 49. *vacuatione*, 50. ita ut fortiora, 51. quia humores ad inteſtina movent, vitentur, 52. Purgatio ab initio, antequam major exulceratio ſequatur, fiat; & ut humor tollatur, ſæpiſſimè. 53. Laudatur. 54. ſyrupus *roſarum ex infuſione roſarum pallidarum* paratus, *Myrobalani, Tamarindi,* 55. *Rhabarbarum* in 56. infuſo, ſine toſtione primò, 57. mox 58. toſtum, ſi paulo adſtringendum. *Mechoacanna*, cujus uſu frequentiore alvus ſiccatur. 59. Decoctum *Myrobalanorum*, quod apud *Sennertum* vide.

III. 60. *Humorum eorundem* 61. *abſterſione*, 62. per clyſteres ex *hordeo, vitellis ovi*, 63. *melle roſato, ſaccharo*, & aliis, prout exulceratio major eſt vel minor, factos.

IV. 64. *Doloris mitigatione*, 65. cui inſerviunt 66. *Lac vaccinum*, modo corpus ſit purgatum, &

ſebre præſente, cum *aqua plantaginis* miſceatur, vel cum ſilicibus decoquatur, [68]. cum *vitellis & mucilagine ſeminum cydoniorum* [69]. per clyſterem injectum. *Thapſus barbatus*, [70]. *ſevum hircinum* eidem inditum, clyſter ex *capite vervecino*, apud *Sennertum* deſcriptus.

V. [71]. *Fluxus* [72]. *adſtrictione*, [73]. per [74]. medicamenta in Diarrhœa relata, quibus adde [75]. *ſorba* cruda, ſi fluxus eſt deſperatiſſimùs, [76]. *Nucem moſchatam* in cineribus toſtam, ſi febris abeſt, *Decoctum* [77]. *argilla furnaria* in lacte chalybeatò, [78]. *Theriacam recentem*, ſi inflammatio non acceſſit, Pulviſculum [79]. *ſtercoris canini* per triduum oſſibus nutriti, cum *lacte caprillo* hauſtum. [80]. *Laudanum opiatum*. [81]. *Vngula jumentorum* fragmenta & ſumpta, *caput mortuum* ex *deſtillatione cinnamomi*, [82]. *priapus tauri rubri* tritus, vel *cervi*, *diaſcordium Fracaſtorii*, *pulvis ex ſtrophiolo in* [83]. *ſanguine leporis in Martio* capti & à canibus arroſi intincto & pulverizato, [84]. *Lac* in quo *ſilices* igniti extincti cum dr.II. vel in *ſtercor. canis albi*, oſſibus nutriti, *Fallopio* præſentiſſimum Pulvis *turturis* in furno combuſti dr.j. pondere in aqua tormentillæ bis de die exhibitus.

. [85]. Iſta vero ita adhiberi debent, ut modo calida, modo frigida dentur. [86]. Refrigerantibus calida concoctionem juvantia miſceantur. Omnia in parva quantitate, [87]. ne fluxus ſubito ſiſtatur; ſæpius, quia diu in inteſtinis non hærent, exhibeantur.

VI. [88]. *Mundificantium* [89]. *ulcus cavum implentium* &c. uſu, in quibus obſerva, cum detergentium uſu dolor exaſperetur, reddito clyſtere alium ex lacte injiciendum eſſe.

VII. [90]. *Topicorum applicatione*, [90]. de quibus *notandum*, Adſtringentia in macilentis potius, quam obeſis valere; [91]. cum in his penetrare non poſſint. Nec facultate nec actu admodum frigida eligenda. *Acetum* vel *vinum album* tenue iis admiſcendum. [92]. Cataplaſmata in Dyſenteria à bilis acredine non valere, cum mordacitatem relinquant.

VIII. [93]. *Diæta*, [94]. in qua locum habet panis bis toſtus, lac amygdal. dulcium, ſacchari farina &c.

40. *Peragitur curatio*) *Indicationibus recenſitis adde* quod ſi Dyſenteriæ alius aliquis affectus copuletur, aut occaſionem præbeat, veluti *hepatis* aut *ventriculi*, Tunc ſi ob *hepatis morbum* bilis fiat proventus, Vel, quod maxime metuendum, fluxus accedat hepaticus, dilutaque cruenta ſequatur copioſa dejectio, quod lethale admodum, *hepatis* habenda erit ratio, illique Epithemata & Ceratum illi convenientia applicabuntur, qualia in *fluxu hepatico*, aliiſque *Jecoris affectibus* traduntur. Et ſi *ventriculi dolor* aut *imbecillitas* accedat, ea quæ illi accommodata ſunt, aliis adſtringentibus dyſenteriæ competentibus permiſcebuntur, ut de *maſtiche*, *roſis*, *abſinthio* aliiſque utrique competentibus: Vel ſi ventriculi affectio prævaleat, privatis etiam remediis huic ſubveniendum, quæ in dyſenteria tamen nocere nequeunt. *Platerus*.

Quoad methodum medendi 1. Irritatio inteſtinorum ſiſtenda, tam acre vellicans corrigendo quam opiatis ſenſum irritationis, indeque provocatum ſpirituum impetum compeſcendo, ij. Præcipitantibus, ſeu abſorbentibus ac blande ſudoriferis in maligna miaſma contagioſum eliminandum, vel blande abſtergentibus, laxantibus in benigna inteſtina abluenda: iij. Noxa inteſtinis illata vulnerariis adſtringentibus ac ſimilibus reſtituenda.

Methodus hæc diverſa eſt ab ea quæ communiter traditur, Siquidem vulgo reſpiciunt tantummodo productum morboſum, nempe exulcerationem inteſtinorum, non autem reſpiciunt radicem morbi, ſeu id unde morbus oritur, unde 1. communiter evacuant inteſtina purgando, 2. abſtergunt clyſteribus, 3. ſedant dolorem, 4. purificant ulcera, Sed in hac methodo qui evadunt ægri, naturæ non artis beneficio hoc obtinent. *Etmuller*.

49. *Peragitur curatio*) Perficitur medicamentis humores acres lenientibus, abſtergentibus, evacuantibus, ulcus conſolidantibus; fluxumque conſtringentibus. *Riverius*.

Curatio nititur Indicationibus, *Curatoria* in continente materia diſcutienda occupata eſt: *Præſervatoria* cauſas reſpicit, quæ *unionem* ulceris impediunt removendo nempe ſordes per abſtergentia. 2. fluxionem ſiſtendo; Sedatur quatenus materia fluens peccat *motu*, divertendo, quatenus *copia*, minuendo; quatenus *mordacitate*, temperando, *Symptomata* duo, Teneſmus & Tormina, etiam ſopienda *anodynis*, & quidem hoc ordine 1. Sanantia, quæ cauſam auferunt, 2. *paregoricas* quæ ſenſum tactus demulcent, 3. *Narcotica*, quæ inducendo ſtuporem ſenſum doloris auferant. *Vitalis*, indicatio reſpicit partis affectæ robur: Conſervatur hæc prohibendo ſubſtantiæ abraſionem; & temperamenti cuſtodia, Cordis & Iecoris tonus etiam obſervandus, *Rolfincius*. Vide §, *Epidemia & maligna* circa finem.

40. *Peragitur curatio* 1.) *Indicationibus curatoriis & præſervatoriis non ſolum attendendum, ſed & vitali, viribus, quas plurimum atterit affectus, attendendo, quas mire reficit* confectio Alkermes: Ego ſancte affirmare poſſum me hac nihil præſtantius unquam reperiſſe, etiam in ipſis infantulis dyſenteria laborantibus: Non ergo ob *lapidem lazuli*, qui debita dozi purgat, rejicienda videtur, cum in exigua illa quantitate, qua exhiberi ſolet, impoſſibile prorſus eſt ut alvum moveat, Singulæ enim drachmæ confectionis duo duntaxat grana cum dimidio lapidis lazuli in ſe continent: Certe hanc confectionem omnibus aliis cordialibus præferendam eſſe experientia ſemper mihi fidem fecit. *Fabritius Hild anus cent. 6. obſ. 23.*

Bened. Sylvaticus Centur. 4. conſ. 99. magnifacit ſuum *Alkermes* dulce, ſine *lapide lazuli* paratum, quod veneni non eſſe expers cenſet.

47. *Peragitur*) Sequentibus ſcopis *Roborantia* accedant quæ reliquis ſuppetias ferunt, *Interna & Externa*; *Jacchinus* in IX. *Rhaſis*, ceu maximum ſecretum in pueris, commendat *Balneum* quod recipit tenera *quercus germina*, *baccas cupreſſi virides*, *nuces pineas virides*, *pini folia & corticem*, *polygonum &c.* Rolfincius.

41. 1. *Humorum ad inteſtina ruentium &c.*) Ut ad Indicativas curationes procedamus, huic morbo accidunt ſymptomata cum penſitaſſem, Febrem eum eſſe (ſui ſcil. generis) in inteſtina introverſam deprehendi, cujus ope humores calidi atque acres in maſſa ſanguinea contenti, atque eandem exagitantes per arterias meſaraicas in dictas partes deponuntur, unde à vehementiori ſanguinis atque humorum eo contendentium

dentium impetu patefactis vaſorum orificiis ſanguis per ſedem effunditur; Interea temporis, importuno inteſtinorum niſu, quæ omnem adhibent operam ut humores acres continuo infeſtantes expellant, mucus iſte, quo naturaliter obducuntur, ſingulis ſedibus, nunc parcius nunc copioſius egeritur; Proinde ultro ſe *Indicationes* offerre videntur, neque mihi aliud quidpiam incumbere exiſtimavi, quam ut primum acres iſtos humores *ſecta vena* immedietate revellerem; quo facto inſuper reliquam maſſam contemperarem, tum etiam dictos humores per *cathartica* ſubducerem: Hac itaque methodo ſum uſus, Quo primum accerſebar die *venam cubiti tundendam* ſuaſi, eadem nocte & *paregoricum* propinari, & ſequenti aurora *potionem catharticam* &c. Deinceps ad duas adhuc vices dictum (vide § 53. *Laudantur ſyrup. roſar.*) adhuc catharticum præſcribo, alternis ſcilicet diebus hauriendum, *Paregoricum* etiam poſt ſingulas purgationes, ſed temporius aliquanto quam poſt cathartica conſuevimus, hora ſcilicet pomeridiana quacunque, modo catharticum ſuo defunctum munere videatur, ſiquidem ſatis eſt obvium cathartica etiam leniſſima, & tantum eccoprotica, ventris tormina intendere, ſpirituum etiam dejectionem, atque *ἀταξίαν* univerſalem ægro inferre, adventitio nempe illo tumultu quo ſanguinem ac humores commovent inter operandum, Hoc inſuper diebus à purgatione vacuis tam mane quam ſero exhibendum curo, quo ſcilicet ſymptomatum ferociam debellem, atque inducias impetrem, dum cum humore peccante exterminando mihi res eſt &c. *Sydenham obſ. in Acut. p. m. 271.*

42. *Ruentium revulſione*) Quæ etiam per *vomitum* fieri poteſt, convenit autem aliquando ſi æger ſit nauſeabundus, & humores in ventriculo reſtagnare videantur, fit enim revulſio à parte affecta; Quod diſerte innuit *Amatus cent. 2. curat. 44. in ſcholio*, Si ad inteſtina corrivantem bilioſum & acrem humorem dyſenteriam gignentem Medicus per ſuperiora retrahere poſſet, & eum per vomitum vacuare, dubio procul ineptum eſſet, & contra *Galeni* præcepta l. art. Med. & Meth. ſuæ curat. per inteſtina, ulceribus ſcatentia, materiam ducere, At cum hæc Medicus non ſic aſſequi poſſit, tametſi tentare pro viribus debeat, conſequens eſt medicamentis purgantibus id efficiat, præſertim *rhabarbaro*.

Illud ipſum docuerat *Hippocrat. aphor. 15. ſect. 6.* A longo alvi profluvio habito, ſpontaneus vomitus ſupervenien morbum ſolvit. *Galenus in comm.* Hoc, *inquit*, exemplum eſt eorum quæ recte fiunt à natura, quæ Medicum imitari oportet. *Idem confirmat Mercatus his verbis*, Alio humores transferes, ſanguine miſſo, ſi opus fuerit, item expurganti pharmaco exhibito, vel vomitibus, maxime in ſalſa pituita, nam hac via diuturnas dyſenterias curari conſpeximus, *Angelus Sala* ſequens præſcribit Vomitorium.

℞. *Salis vitrioli* ℈ß. *vel* ℈j. *ſyr. cydonior. & aqua beton. ā ā.* ℥i. *aqua cinnam.* ℨx. *miſce.* Riverius.

Vomitus convenit, præcipue ſi ulcus in ſuperioribus ſit inteſtinis, modo Medicus *προεξετάσας* ad vomitum an æger aptus, compoſitus & facilis; humoreſque non tantum ſint *ποιμήπως*, ſed etiam *ἀναρρόπως*, ſurſum vergentes; Materia ſit leniens & blanda, alias ſatis nota, Jus pulli *ſeminibus* alteratum *citri*, vel *aqua hordei cum oleo amygdal. dulcium.* Rolfincius.

Vomitus tunc tantum ſi cauſa morbi ad ventriculum uſque feratur, vel illic fomitem habeat probatur, Etſi ab adurente pharmaco vel venenato ortum habuerit; & de eo aliquid adhuc circa ſuperiora hæſerit vomitus ſponte factus, vel arte impulſus ea ratione conveniet. *Platerus.*

43. *Revulſione & derivatione*) Etiam Sudores fluxiones hasce compeſcere aliquo pacto poſſunt, qui proin viribus conſtantibus in hunc caſum, maxime ſi natura eo vergat, integumentis, lateribus, lagenis calidis, aliave arte promoveri poſſunt, Idem *urinarum* facit *provocatio*, & materiam ex parte ad vias deducit urinarias, quo nomine ſequens dari poterit.

℞. 4. *Semin. frig. maj. cum cort. contuſor. ā ā.* ℨii. *capill. ven. m. ß. rad. aſpar.* ℥i. *vel ſemin.* ℈i. *ſumach.* ℨiii. *coriand. ppt. anis. ā ā.* ℨiß. *bulliant in ſero*, bibat cum ſitit. *Platerus.*

43. *Et derivatione*) Ideo Diuretica & Diaphoretica ſunt convenientiſſima, ut *Cornu cervi*, *terra ſtrigenſis*, *decoctum chinæ*, *lapis bezoarticus*, in maligna præcipue *Rolfincius.*

44. *Venæ ſectio*) De ea magna eſt diſſenſio inter authores, At peritiorum ſententia eſt, præſente febre, & inteſtinorum inflammatione (quæ non raro ulceri copulata eſt) antequam vires ab alvi profluvio diuturniori fuerint attritę cõvenire, ſic enim fit revulſio ſanguinis, & humorum acrium ad inteſtina profluvium, Imo, *Val. de Taranta & Amatus* in antiqua dyſenteria ſanguinem detrahunt, Valde ſenex, inquit *Valeſcus*, dyſenteria à tribus jam menſibus miſere torquebatur, vocatus in conſilium, reluctantibus omnibus aliis medicis, juſſi venam aperire, mox convaluit: *Amatus* vero, Ad virum illum qui dyſenteriam diuturnam, & forte xxx. dierum, ingenti cum febre patiebatur, & poſt multa remedia imbecillis ac gracilis factus eſt, perſeverante etiam fluxu multo cum ſanguine, Medicus cordatus ſanguinem ex baſilica dextri brachii extraxit, tanto cum levamine, ut illico ſanguis cohibitus fuerit, perſeverante adhuc fluxu ventris; cæterum nonnullis injectis clyſteribus, ac topicis adſtringentibus applicitis, alvus in totum reſtricta eſt. *Riverius.*

Venæ ſectionem quamvis diſſuadere videatur *Galenus 2. Art cur. ad Glauc. & 4. Acut. tx. 118.* Alii tamen, ut *Avicenna & Altimarus* commendant: Non convenit in critica, convenit in ſymptomatica, ad prohibendam inflammationem & febrim, & quidem initio, fiat frequenter & parum vacuando, & quidem ex ſupernis: *Rolfincius.*

Venæ ſectionem plane proſcribit *Etmuller*, V. S. *inquit*, caulet, nemini author ſum ut imitetur *Sydenham*, qui tamen experimentis uſum illius & utilitatem apertam facit; neceſſitatem illius præſidii prædicta commonſtrant.

Satis patet urgente *plethora*, vel *febre*, vel imminente inteſtinorum phlegmone, conſentientibus viribus, generoſum hoc remedii genus neutiquam omittendum eſſe, præterquam enim quod ipſa hoc indicet *Ratio*, conſtat etiam experientiæ fide V. S. in dyſenteria ſæpenumero feliciter fuiſſe adminiſtratam: Hinc *Jul. C. Claudinus Reſp. 6. Mihi credas experto*, inquit, *qui hiſce annis, quibus ſimilis morbus fere totum mundum pervagatus eſt, poſſum jurare me complures hoc remedii genere ſervaſſe, atque citius ſanitati reſtituiſſe.* Stranſſius.

45. *Si ſanguinis adſit copia, ſi vehementer &c.*) Ad S. M. præſertim attendendum triplici de cauſa 1. ad temperandas & coërcendas ſanguinis partes activas nimium æſtuantes & tumultuantes, 2. ad vacuationem partis ſuperfluæ, aut portionis cacochymiæ admiſtæ acrimonia illum exagitantis; adeo ut imminuta maſſa ſanguinea, & ſui juris facta, minuſque in vaſis exagitata, circulatio liberior ſit, minoreque impetu in partes illas influat, adeoque placidius ad extremitates arteriarum meſaraicarum feratur. 3. Ad curſum ſanguinis inhibendum: ſicuti fieri ſolet in curatione cujuſcunque hæmorrhagiæ. *Ravelly.*

46. *Si inflammatio*) Hæc ſi inteſtina obſidere videa-

ut, quod ex dolore ventris continuo & contrectando ſeſe exaſperante, tum etiam febre ac linguæ ſiccitate dignoſci poterit, iteretur phlebotomia, Clyſteres injiciantur *ex aqua roſarum* in qua *Sal Saturni* diſſolutum fuerit, & venter oxycrato foveatur; Idem *Sal Saturni* per os exhiberi poteſt ad gr. x. cum *conſervat. roſar, Riverius.*

47. *Si calidum hepar materiam ſuppeditet*) Si hepar, aut ventriculus, aut cerebrum huic fluxui occaſionem præbeant, propria remedia illis erunt adhibenda, ea perpetuo ſeligendo quæ adſtringendi & roborandi vim habeant. *Riverius.*

48. *Humorum erodentium*) *Quibus non tantum evacuatio debetur, ſed etiā correctio & temperatio,* Inter remedia quæ *acre vellicans* corrigunt, ſunt ea vel generalia, iſtud aut *obtundentia* ut *lac*, Aut *abſorbentia*, ut *corallia*, vel *ſpecialia*, ſpecificum ſaporem dyſentericum corrigentia, ut *priapus ceti &c. Etmuller*: His viribus donata comprehenduntur in textu ſub §. IV. *Doloris mitigatione, &* §. V. *Fluxus adſtrictione.*

Purgatio.

49. *Evacuatione*) Illico purgandum ſi materia turgeat: nam morbi cauſa materialis & præcipua aliquando adeo redundat & exæſtuat ut ſæpe in mora ſit periculum, ideo eſt neceſſaria eſt Purgatio ex *Hippocrate*, qui purgandum jubet etiam in valde acutis, ſi præſertim ſanguis impurus appareat, aut viſcidi, ſint humores quos fermentatio partium activarum ſubigere nequeat, aut per ſudores urinaſve expellere natura nequeat. Præterea Purgatio neceſſaria eſt ad mundandum ulcus inteſtinorum, ac expellendas materias quaſvis fæculentas à quibus ſordida evadere poſſunt & corrodentia ulcera, ſi præſertim gracilia inteſtina affecta fuerint, ad quæ enemata pervenire nequeunt. Eſt quoque neceſſaria catharſis ſi obſtructione teneantur arteriæ aut venæ meſaraicæ, aut etiam glandulæ inteſtinales. *Ravelly.*

49. *Evacuatione*) Laxativa parum vel nihil valent, aut ſi in principio morbi laxativum propinatum fuerit, mox ab hujus facta operatione Opiatum ſubjiciendum; Nempe quoad abſtergentia primas vias, ac blanda laxantia, habenda ſimul ratio tam ſubjecti patientis, plus minus cacochymici, quam cauſæ antecedentis, an ſint aſſumpta, an ſit contagium, &c. idque tam propter impetum dyſenteriæ majorem vel minorem, quam propter alia in ſubjecto cacochymico metuenda ſymptomata, Cacochymiam igitur in principio convenientibus laxare non inconveniens eſt, uti & ſi à fructibus horæis malum ortum fuerit: Item minus purgandum eſt in contagioſa, magis in benigna: Quando itaque primæ viæ abſtergendæ, ac alvus blande laxanda eſt, fiat in principio vel *rhabarbar.* vel ſero lactis. In progreſſu morbi penitus abſtineamus. *Etmuller.*

49. *Evacuatione*) Quid de *Vomitoriis*, de quibus Practicorum præcepta paſſim mentionem faciunt, cenſendum? Limitando reſpondendum arbitramur cum *Sebiſio pag. 430. Si venenum*, vel *pharmacum malignum* ſit cauſa; & hujus quædam adhuc pars in ventriculo contineatur, omnino locum habebunt, Sin autem ab *acribus humoribus ad inteſtina confluentibus* malum hoc excitatum fuerit, cautius agendum eſt; etiamſi ille adoleſcens cujus meminit. *Riverius centur. 3. obſervat. 9.* ſumpta *ſalis vitrioli* ℥j. *in aqua diſſoluta*, multis bilioſis & pituitoſis vomitu rejectis ſanatus fuerit &c. *Stranſius.*

Huc pertinere videtur locus *Hippocrat. 1. de Diata.* Alvum coactam vomitio ſolvit, & plus æquo fluidam ſiſtit; illam quidem humectando, hanc vero ſiccando.

50. *Ita, ut fortiora*) Purgationes validiores ne ſint, ideoque uſurpentur tamarindi, caſſia, ac ejuſmodi cathartica quæ primas vias tranſcendere non cenſentur, ſiquidem temperandi potius ſunt humores quam irritandi. *Ravelly.*

51. *Quia humores verſus inteſtina movent*) Solenne eſt in principio dyſenteriæ Catharſin inſtituere, at vero non ſemper neceſſe eſt huic dogmati adhærere, eo quod cuncta cathartica humores exagitant, irritantque inteſtina ac extremitates arteriarum meſentericarum, plus ſolito hiantes. Attamen illico purgandum ſi materia turgeat. *Ravelly.*

52. *Purgatio ab initio*) Dejectoria & Purgantia per alvum in Dyſenteria an tuto uſurpentur, & recte? dubium: Inter veteres affirmat *Galenus 4. m. m. cap. 6.* ubi ulcere in inferioribus exiſtente ventrem ſuperiorem; Si contra, inferius purgandum contrario modo docet, Inter recentiores approbant *Trincavella*, *Altimarus & Mercatus.* Negant vero, imo improbant alii, inter Veteres etiam *Galenus lib. Introd.* item *Aetius*, *Ægineta*, *Actuarius*, *Haly abbas*, *Avicenna*, Nos Purgationem concedimus, & in principio morbi, ſi multa in toto cacochymia adſit, & humores confeſtim ad inteſtina affluant 2. Mitis eſſe debet & blandior cum adſtrictione quadam moderata & abſterſione. 3. Magis convenit in Dyſenteria per conſenſum, magiſque affectis tenuibus quam craſſis inteſtinis, In Eſſentiali autem, quando humor hæret in inteſtinis ipſis, nec aliunde fovetur, abſtinendum. *Rolfincius.*

Purgatione utendum poſtquam pars exulcerata conſolationem perceperit clyſteribus, potionibus, medicamentis lenientibus, ſumptis, admotis, non ulcere & inflammatione affecto inteſtino, nam afflicto non danda eſt afflictio: Et graviter peccant qui ſine levatione doloris, ulcere non manſuefacto, nec mitificata materia, cathartica dyſentericis exhibent; Ulcus enim medendo ægreſcit. *Duretus in Hollerium.*

Humoris peccantis evacuatio ſtatim ab initio molienda eſt, ut cito educatur antequam gravius lædat, Imo vero repetenda donec magna ex parte ſublatus ſit: Et ſi tutum non videatur ſingulis vel alternis diebus purgare, fieri poteſt 3. vel 4. quoque die. *Riverius.*

Inter Evacuantia remedia *Purgantia*, ut humorem vitioſum, ſive bilioſus aut alius acris & perverſus exiſtat, qui inteſtina vellicat vel exulcerat, abſtergatur, & à loco affecto deorſum propellant & evacuent propinantur, eoque citius ſi profundius in inteſtinis, tenuioribus præſertim, lateat cauſa morbifica, cum clyſteres tam exacte eo pervenire nequeant, ſtatimque ab *initio morbi*, ut eo celerius antequam gravius lædat propellatur, exhibenda, Et ſi non ſatis deturbetur una vice, repetenda. *Platerus.*

52. *Purgatio ab initio*) Si in principio morbi primæ viæ abſtergendæ ſint, caute hæc fiat, quandoquidem qui in dyſenteria ſtatim eunt ad purgantia, non curant, ſed omnia deteriora faciunt, Qui vero prius ſiſtunt ſpirituum impetum, ac tormina ſufflaminant, optime curant, dicit *Lindanus*, Quando igitur ad incipientem dyſenteriam quis venit, dato anodyno, & hinc conciliato ſomno, eundum eſt ad purgationem, & blande talem eluenda inteſtina, vel in principio detur blandum laxans, mixtum cum opiato, Vel præmiſſo laxativo mox ſubjungatur opiatum. *Etmuller.*

53. *Laudantur*) E. g.

℞. *Fol. plantag. m. ß. liquir. raſ. & paſſular. integr. āā.* ʒiii. *roſ. rub. p. 3. tamarind.* ʒvi. *cortic. myrobal. citr. ol. amygd. d. confric.* ʒii. *coqu. ad* ℥iii. *In colat. diſſolve rhabarb. in aqua plantag. cum ſpica infuſi* ʒi.

Syr.

ſyr. cydonior. ℥i. *f. Potio.* Vel

℞. *Tamarind.* ℥ß. *myrob. citr.* ʒii. *Coqu. in aqua hordei & plantaginis, In colat. infunde Rhabarb.* ʒiß. *ſantal. citr.* ℈ß. *Colat.* ℥iv. *adde ſyr. roſar. ſolut.* ℥i. *f. Potio.* Riverius.

℞. *Cortic. guajaci contr.* ℥ii. *bulliant in ſ.q. aquæ ad medias, cui impone roſar. rubr. balauſt. ſemin. plantag.* āā. ʒii. *bulliant* per horam, Colaturæ adde rhabarb. pulver. ʒi. cathol. ʒiij. Fiat Potio, quam laudat tanquam ſingulare remedium ad Dyſenteriam & Diarrhœam deſperatam *B. Penotus*.

Quando *mucoſa* magis quam *biliosa*, vel alioquin copioſa ſunt excrementa, necdum adeo cruenta, etiam alia exhibentur, ut *Tryphera Perſica*, vel *Saracenica Nicol.* ad ʒii. cum ſyrupo adſtringente, aliiſque convenientibus; Vel ponus ex *myrobal. citr. vel Indis* ʒii. & *Tryph. Sarac.* ℥ß. diſſolvendo ut ſupra. *Catholicon.* etiam datur ad ℥i. adjecto ſimul *rhabarb. & myrobal. Hiera* quoque probatur, *Agarici* ʒi exhibet *Dioſcorides*, quod validius abſterget; minuſque acre erit & irritabit ſi in ſyrupo vel *melle roſaceo* infuſum, adjecto *rhabarb.* diluto exhibeatur.

Sunt qui ſemen *carthami in ſero lactis* infuſum exhibent.

Alii *Tamarindorum pulpam*, vel decoctum cæteris permiſcent, qui bilis fervorem ſimul reprimunt: Ad tormina irritantia præſertim, & inflammatis inteſtinis, tranſire periculoſum. *Platerus.*

℞. *Diaſcordii Fracaſt.* ʒß. ad ʒi. *rhabarb. pulv.* ʒß. *ad* ʒi. *cum ſ.q. ſyr. de roſis ſiccis* f. Bolus. Vel

℞. *Conſerv. roſar. antiq.* ʒi *ad* ʒii. *pulv rhabarb.* ʒß. *ad* ℈ii. *raro ad* ʒi. *laud. op. gr.* i. *ſyr. roſ. q. ſ.* m. f. Bolus *Ettmuller.*

53. *Laudantur ſyrupus roſar. myrobalani &c. Rhabarbar.*) Ex Purgantibus eligenda quæ adſtrictione aliqua ſimul prædita nimiam dejectionem, quæ ratione morbi & medicamenti violentioris alioquin ſequeretur, aliquo pacto moderentur. Et cum *Rhabarbarum* hoc præſertim præſtet, illud præ cæteris in hunc uſum exhibemus.

Rhabarbaro nonnunquam *corticis myrobalan.* citrin. jungimus, cum & hæc evacuando nonnihil, aliquid adſtrictionis poſt ſe relinquant; miſcendo majori fere vel dupla, cum invalidiores ſint, cum rhabarbaro quantitate, eademque forma, vel ſicca, vel liquida. Præter quæ ex iis quæ utrumque præſtant, etiam *ſyrup. roſac. ſolutivus* cenſetur.

Extractum cydoniorum purgans inprimis utile erit in principio Dyſenteriæ, ad iv. vel v. cochlearia exhibitum, quod ſequenti modo parari poterit. ℞. *duo aut tria mala cydonia, bene matura, delibrata, particulatim ſecta, abjectis ſeminibus in lagena vitrea, craſſa membrana optime clauſa collocata, in aheno aqua pleno continuo bulliente per 4. aut 5. horas concoquantur, lagena, firmata ne quid bullientis aquæ inſinuat.* Succus, quem *extractum voco purgans*, poſtea per inclinationem ex lagena refrigerata effundatur, & ſervetur ad uſum. *Platerus.*

53. *Laudantur ſyrupus roſarum*) Potio hæc cathartica lenitiva mihi familiaris.

℞. *tamarind.* ℥ß. *fol. ſennæ* ʒii. *rhei* ʒiß. *coqu. in ſ.q. aquæ, colatura* ℥iii. *diſſolve mannæ & ſyr. roſar. ſolut.* āā. ℥i. *m. f. Potio* ſumenda ſummo mane.

Hanc ego Potionem electuario cuilibet, cum *rhei* pauca quantitate parato ſoleo præponere: licet enim *rhabarb.* choleræ atque acrioribus quibuſvis humoribus evacuandis ſit dicatum, attamen niſi *manna* aliquid, aut *ſyr. roſacei*, vel aliud ejuſmodi ea quantitate admiſceatur ut ad pleniorem purgationem aſſurgat, non admodum conducit, *Sydenham.*

54. *Syrupus roſarum*) Sed maxime *roſar. rubr.* qui præter vim purgandi, à roſis adſtrictionem aliquam quoque ſortitur; admodumque convenit, eoque amplius ſi prioribus permiſceatur, (purgantibus, ex *rheo* &c.) Vide §. *laudantur ſyrupus &c.*) vel ex *rhabarb.* infuſione ſimul paratus ſit, tunc ab ℥i. ad ℥iß. datur. *Platerus.*

55. *Rhabarbarum*) Inter purgantia ſolum ineſt, quod tutum eſt *rhabarbarum*, & hinc *myrobalani*; nam præter vim laxativam ſimul vim anodynam habet rhabarbarum. *Holderhoff. de Error. Med. c. 33.*

56. *Rhabarbarum in infuſo ſine toſtione primo*) Quod præ cæteris in hunc uſum exhibetur; Toſtum prius uti volunt, parum, ad majorem adſtrictionem illi conciliandam; quod quidem ſi leviter fiat, ut rectius in pulverem redigatur, conveniet, ſed ſi nimium aſſetur, invalidum & inutile redditur; unde non adeo in eo erit laborandum; ſed potius viribus ejus adhuc integris exhibendum, idque in principio, ut rectius evacuet faciendum; Nam ſi poſtea repeti debet, tunc potius, ſi majorem in eo adſtrictionem requirimus, aliquo pacto torrendum; Daturque à ʒß. ad ℈iv. vel v. vel illius pulvis, vel illius infuſi & expreſſi dilutum; pulverem diluendo cum *vino rubro* vel *aqua roſac. plantag oxylap. acetoſæ*, aliiſve, vel hiſce ſimul miſtis; qua ratione & infuſum illius fit: Addendo interdum & *de ſucco cydonior. plantag. vel ſuccos eorum*, aut de *roſis rubr. ſiccis, myrtill. ad* ℥i. *vel hypociſt. aut acaciæ* ʒii. nonnunquam & cum ſimul ſiccare ulcus cupimus, pulveres *cornu cervi uſti, ſem. roſar. plantag.* aliumve aliquem ex pulveribus ſiccantibus. *Platerus.*

57. *Sine toſtione*) Quamplurimi Practici *Rhabarbarum* torrefactum exhibent, ut vis purgans ex parte auferatur, Sed *Amatus* ſecundam Rhabarbari infuſionem uſurpat, dicitque prima infuſione omnem ejus acrimoniam auferri & melius eſſe hoc modo uſurpatum quam torrefactum, illa enim torrefactione empyreuma acquirere non pauci exiſtimant e. g.

℞. *Rhei el.* ʒß. *inf. in aq. plantag* ℥iii. *per aliquot horas, Cola & leviter exprime, iterum inf. in nova aqu. plantag.* ℥iii. *In expreſſione diſſolve caſſiæ recens extractæ* ℥ß. *fiat Potio* Riverius.

Exiſtente in corpore humorum acrium magna copia, mox in principio exhibeo *Rhabarb.* toſtum cum laudani opiati grano uno, Et ubi neceſſitas urſerit, denuo iterandum; Eodem vero quo aſſumptum eſt *Rhabarb.* die, ex lacte bubulo chalybeato clyſma injicio, addita tereb. Ven. ℥i. & mell. roſat. ℥i. cujus beneficio & ulcus abſtergetur, & tormina demulcentur, & ulceratæ partis conſolidatio promovetur. *Fr. Sylvius.*

58. *Mox toſtum*) Adſtringendi fine toſtum hoc rhabarbarum in uſu practico eſt, remotis ſic magis ſulphureis, & aqueis ablatis, unde adſtrictoria prævalet, purgans vero aboletur ex parte. Sic prodeſt roborandi intentione, quando temperatius purgare & poſtea adſtrictionem fœnerari intentio eſt, ut in diarrhœis, dyſenteriis, fluxu hepatico. *Wedelius.*

59. *Decoctum myrobalanorum*) A nonnullis commendatum, in plures doſes exhibitum.

℞. *Cortic. myrobal. chebul.* ʒx. *citr.* ʒv. *paſſular. min* ℥ii. *Coqu. in aqua* ℥xxvi. *ad tertiæ partis conſumptionem. Colaturæ adde ſacch.* ʒx. *clarificetur, aromatizando cinnam.* ℥ß.

Abſtergentia.

60. *Humorum eorundem abſterſione*) Abſtergentia Clyſmata, cum non ſolum humorem irritantem & ulcerantem abluant, ſed & ulcus à ſordibus & pure repurgent, ad ſanationem ulceris cæteris quæ illud ſiccando ſanant, uti ulcerum ſanatio ſequitur, præmitti, ſemper-

que fere illis adhuc quamdio ulcus eſt ſordidum miſceri debent, & pro ratione illuviei repeti aut intermitti Quæ tamen ne ulcus nimium irritent in parte ſummæ ſenſili, & inflammationem, uti aliquando fit, accerſant, moderate illud facere debent, niſi ſordidum admodum, aut putridum factum ulcus fortiora requirat, poſt quorum uſum, ſi ex irritatione dolor ſequatur, lenientibus tunc immiſſis, vel cæteris permiſtis corrigetur. *Platerus.*

61. *Abſterſione per clyſteres*) Major clyſterum quantitas aſſumitur cum eluenda & detergenda ſunt inteſtina, quia tum impleri debent, minor cum adſtringendi, glutinandi & conſolidandi conſilium præponderat, ſiquidem id ut præſtent longiore opus habent retentione. *Valetius in Hollerium.*

61. *Per Clyſteres*) Clyſmata, ſi inteſtina craſſa affecta ſint, cum ad locum affectum perveniant, topicaque fiant remedia, præ cæteris ad curationem conveniunt; Si vero profundius in tenuibus inteſtinis malum lateat, cum eo uſque non tam facile aſcendant, non adeo tunc ulceris cauſa inſignem uſum præſtabunt; niſi quatenus in hoc affectu, prout parantur, tunc torſiones conſuetas mitigant, omne illuviem in via retentam ad excretionem promovent; vel etiam inteſtina conſtringendo fluxum immoderatum nonnihil ſiſtere poſſunt. Hæc autem, ſi craſſa inteſtina læſa ſint, ut retineantur diutius, parva quantitate injici debent; Si tenuia, ut ſurſum quoque portio aliqua illorum deveniat, copioſiores: Et ſi ſedem affectam attingere poſſunt, ſæpe tepeſcunt: Parantur autem hæc, tam acris humoris erodentis, quam excoriationis ulceriſve ratione, tum ex lenientibus, abſtergentibus, & ſiccantibus. *Platerus.*

61. *Per clyſteres*) An in fluoribus Dyſentericis aſſiduus Clyſmatum anodynorum uſus tutus? Nequaquam, Et in hoc valde Medici decipiuntur cum inteſtina abluendi lacte finem non faciunt; dum enim inteſtina ſic proluuntur & diluuntur, effœminatio & mollitudo affertur ipſis inteſtinis, unde fit diatheſis quam ῥευματώδη vocat *Galenus*. *Ballonius Epid. libr. 1. pagin. 16.*

61. *Per Clyſteres*) Clyſteres adſtringentes infidi ſunt, proprie dicti, nam epiceraſtica, pinguia, temperata locum quandoque habent, Adde quod ab adſtringentibus, ſeu terreis ſeu gummoſis, facile dolores & obſtructiones oboriuntur. *Wedelius Am m m. pag. 62.*

61. *Per Clyſteres*) Clyſmata raro uſurpanda, omnia enim qualiacunque fuerint, ceu aliquid peregrinum, inteſtinorum ſenſum plus minus irritant, & ſic facile malum exaſperant, Conveniunt igitur ſaltem 1. io benigna ubi eluendæ ſordes, 2. ubi temperanda acrimonia, 3. ubi neceſſaria conſolidatio, 4. quando malum eſt in craſſis. 5. quando nimis affliguntur tenuia ſuperiora & pylorus, ut quaſi per accidens revulſorio ſtimulo liberentur inteſtina ſuperiora. *Etmuller,*

62. *Clyſteres ex hordeo &c.*) Abſtergens Clyſter communis hic in uſo eſt.

℞. *Decocti hordei int.* ℔i. *ſacchari impur.* ſeu *rubri*, vel *mellis ad* ℥ii.

Huic, cum *lenire* ſimul volumus, *vitelli ij ovor.* adduntur, & ut adſtrictionem ſimul aliquam habeat, *mel roſac.* loco *comm.* & aliquando *ſacch. album* loco alterius ſumitur: *Reſina laricea*, aut *alterius* ʒi. diſſoluta in *vitello ovi* addita, abſterſionem & glutinationem valde promovet, *Serum* ſolum & *hydromel* injecta abſtergunt: Quibus & ea quæ *Decocto hordei* miſcebantur, permiſceri poſſunt; *Aliud*

℞. *Rad. liquir.* ℥iß. *ficuum, paſſular. ãã.* ℥ii. *furfur, p. j. hordei, cicer. vel piſor, rubr. lentium vel lupinorum ad* ℥ii, *fiat decoctio in ſero lactis vel hydromelite, & in ſ. q. colat. diſſolve ſacchar. vel mel album quadam.*

Fortius erit, in ſordidis ulceribus accommodum, ſi huic decocto *parietariam* vel *betam* addas, Et adhuc validius abſterget ſi amara, ut *centaurii, abſynth & gentian.* portionem addas, Et prædicta in lixivio, debiliore tamen decoquas, Sed & ſi putredo, & corruptio ſequatur, adhuc efficaciora miſcemus, ut *Lixivium* ſolum, vel *urinam, aquam ſalſam*; *Muriam & garum* infundere jubet *Dioſcorides*, Aliqui & ad *Erodentium* uſum, ut in externis ulceribus putridis progrediuntur, *Ungu. Ægyptiacum* diſſolutum injiciunt; vel etiam ea quæ ex *auripigmento* parantur, E quibus tutiora illa erunt quæ in *oris ulceribus* uſurpantur; caute interim ea administrando, & cum *lacte, cremore hordei, oryza*, ſimilibuſque lenientibus contemperando. *Platerus.*

Clyſteres detergentes fiunt ex *decocto hordei, furfur. macri, roſ. rubr.* cum *ſacchar. roſac.* aut *melle roſac.* Ad majorem deterſionem & ulceris glutinationem addi poterit *terebinth.* ʒj. cum *ovi vitello* ſolutæ: In ſordidioribus ulceribus ad fortiora detergentia confugiendum, ut *betam & parietariam*: Fortiſſima ſunt *centaurium, abſynth. muria, gentiana*, at hæc dolorem exaſperant. *Riverius.*

63. *Melle roſato, ſaccharo*) Cum ſimul *abſtergendum & leniendum, Lacti* cæteriſque vel *mellis unc.* iß. vel plus miſcemus; Et ſi magis *ſanare* velimus, ſeu *glutinare, ſucci plantaginis unc.* ij. iij. vel iv. vel alia in conſolidantibus explicata.

Doloris mitigatio.

64. *Doloris*) Fit interdum ut dyſenteria correpti patiantur *dolorem gravativum obtuſum & compreſſivum ſub umbilico*, quaſi materia ibidem inuncata hæreret, Unde facile oriri ſuſpicio poſſit quaſi pathema hoc oriretur ex ſuppreſſis per opiata seceſſibus, quod tamen non eſt; quin potius ex continuato ſpaſmo inteſtinorum, in quodam loco pertinacius vellicatorum, originem ducit, unde externe Lenientia, item *later calefactus* abdomini applicatus moleſtiſſimum iſtum dolorem compreſſivum & gravativum in abdomine ſiſtunt. *Etmuller.*

64. *Doloris mitigatione*) *Quam non ſolum ope clyſmatum anodynorum conſequi licet, ſed & ore aſſumptorum*; Ad dolorem ſedandum ſæpius utor oleo *amygd. dulc.* cui tantum *ſacchari miſcellanei* admiſceo quo formam Electuarii acquirat, De hoc æger ſingulis fere momentis aliquantulum ſumat: Si aliquid *olei rec. ex vitellis ovor. admiſceas*, præſtantiſſimum habebis medicamentum, non ad dolores ſolum ſedandos, verum etiam ad excoriationem & ulcerationem inteſtinorum curandas. *Hildanus l. de Dyſent cap. 9.* De uſu Juſculorum ex lumbricis terr. vide §. *Diæta.*)

64. *Doloris mitigatione*) Notum eſt in dyſenteria graviſſimi ſymptomatis partes ſuſtinere dolorem, quo tunc ægri torquentur maximo, Ubi igitur dolor, ibi humorum affluxus, & quo gravior eſt dolor, eo gravior etiam & major eſſe illa affluentia ſolet; Hinc patet ſomnum cum ſedet nimias vacuationes, & tollat dolorem; omnino accerſendum eſſe, ſed ante anodynorum uſum præmitti debent univerſalia.

64. *Doloris mitigatione*) Quam aſſequi licet (ablata & diverſa per purgantia morbifica cauſa) reſpiciendo ad materiam ipſam, quæ negotium ſua inteſtinis faceſſit acredine: *Contemperantia* hæc vocantur, epiceraſtica, pro materiæ qualitate & conditione varianda. *Incraſſantia interna* inter excellit *lac bubulum cum fol. plantag.* coctum, niſi febris lactis uſum prohibeat. Tum ejus loco *decoctum pulli* convenit, & *hordei*

cremor:

Exterius clyſteres e bubulo lacte, cum portione butyri recentis conveniunt &c. *Rolfincius.*

62. *Doloris mitigatione*) Ea propter *ſomnifera* ſeu *Opiata* propinantur, ſed tutius & conſultius ſub noctem, quia raro de die agunt, noctu vero felicius ægri dormiunt; Ad hęc circa noctem ordinario exaſperatur dyſenteria. *Ettmüller*

Tormina ſedabuntur hauſtu *aqua verbaſci* cui paſum aquæ juniperi admixtum fuerit. *Phil. Michael in Conſ.Crat.l 7. 94.*

63. *Doloris mitigatione*) *Lenientia Clyſmata* cum humoris acrimoniam contemperando, atque inteſtina leniore obducendo dolorem mitigent, & læſionem graviorem impediant, dolore urgente, tam ab initio quam poſtea quoque, ſi perſeveret vel redeat, vel ſeorſim vel aliis permiſta uſurpantur, additis interdum & neceſſitate urgente ſtupefacientibus, cum ſenſum inteſtinorum minuendo dolorem minuant, & fluxum inſuper coërceant: Suntque etiam hæc lenientia ad ſanationem ulceris accommodata, ſi aliqua abſtergendi leviter, ſiccandive vel glutinandi vi ſimul ſint prædita; qualia quædam ex illis exiſtunt, vel adjectione aliorum Clyſmata utrumque præſtantia ex illis concinnantur. *Platerus.*

Cum *Lacte, Jure & Decocto ſimplicibus vel miſtis*, cum Clyſteribus ex illis paratis, dolore urgente, *Philonii* ℨj. vel ij. permiſcemus, *Perſici* præſertim, cum fluorem quoque ſiſtat, vel *pilul. cynogl.* ℈j. vel ij. Aut uti cum ſucceſſu ſæpe feci, *ſyr. de papavere unc.* iß. *opii* gr. j. vel ℈j. ſimiliter cæteris loco aliorum permiſcemus, ſed tutius *Opio* jam in cæteris compoſitionibus diligenter miſto, &, ut inquiunt, fermentatis, uti *Platerus*, vel *laudani opiati* gr. v. vel vj. *Riverius.*

Olea ſola, neceſſitate ſumma doloris urgente, injicere cogimur, ad eum compeſcendum; cum alioquin, quia *pinguia ulceribus inimica*, & ad ſanationem ulcerum nihil faciant, ſed eam potius impediant, omittantur. Inter hęc *amygdalarum dulcium, oleum* quandoque ſumitur, ſed rectius *roſaceum* adſtrictione ſimul aliqua præditum, eoque magis ſi *omphacinum* ſit, vel illi portio *olei cydoniorum vel myrtini* adjiciatur, Cui *mucilagines & vitelli ovorum*, aliaque addi ſimul poſſunt. *Platerus.*

64. *Cui inſerviunt*) Clyſteres *lenientes & anodyni* parantur ex *lacte*, vel ſolo vel cum *vitellis ovorum* ij. aut iij. vel *mucilagine ſemin. pſyllii & cydonior. unc.* iv. vel ad ſimul adſtringendum cum *ſacch. aut mellis roſac. unc.* j. vel ad glutinandum cum *ſevi hircini rec. unc.* j. aut ferro, auro, vel *ſilicibus ignitis in lacte* extinctis, ut ſeroſa illius portio abſumatur, ſicque glutinoſum magis evadat; In Lactis vero defectu *lac amygdal. dulc. vel crem. hordei*, ſeu *oryzæ*, quem *oryzogalon* vocant, ſola vel invicem mixta. Tum etiam *juſculum pulli* aut *caponis*, aut *inteſtinorum* vervecinorum, alia permiſcendo, Vulgare eſt *roſas & caudam equinam* cum *capite vervecis* decoquere, Valet & Decoctum ſequens

℞. *Rad. althææ unc.* j. *hordei mund. vel oryzæ p.* j. *ſemin. lini cydonior. ãã.* ℨj. *ſemin. pſyllii* ℨß. *flor. chamom. p.* j. *f. decoctio in lacte vel juſculo, addendo ſevum, vitellos* & alia.

Vel fieri poteſt ex *lacte ſolo cum rad. alth.* decocto in principio ad *tergendum* & dolorem *demulcendum. Riverius.*

65. *Cui inſerviunt Lac &c.*) Nonnulli olea clyſteribus admiſcent, ac pinguia, ſed hæc ſordidiora reddunt ulcera, ideoque non immiſcenda niſi ineunte dyſenteria ſedandus ſit dolor, tum enim *oleum roſaceum* addi poteſt. *Valetius in Hollerium.*

66. *Lac*) Inter *lenientia clyſmata*, Lac ſolum etiam infuſum, non ſolum dolorem lenit, ſed & abſtergendo glutinandoque illas ulcerationes ſanat; Amplius vero *abſterget* ſi ſeroſiore utamur, glutinabitque magis ſi calculis ferrove ignitis immiſſis ſeri illius portionem abſumamus, ſicque glutinoſum magis reddamus. *Platerus.*

67. *Lac vaccinum*) *Lac*, ſeu *Emulſio ex amygdalis, vel cremor hordei*, ſeu *oryzæ*, quem *Oryzogala* vocant, ſola vel invicem miſta, injecta, admodum etiam leniunt, quibus & alia permiſceri poſſunt. *Platerus.*

68. *Cum vitellis & mucagine &c.*) Vitella clyſteribus miſcemus, leniendis, & ut diutius inhæreat, inteſtinis, quod infuſum eſt; Eſt enim conſentaneum ut leniens medicamentum non ſit fugax, & hic præſertim, quia una eademque opera ſiſtenda eſt fluxio & ulcus leniendum: aptiſſimus ergo clyſter erit cui *ſemina lini, alth. pſyllii* conquaſſata, *cydoniorum* indita fuerint; nam ſemen lini inter anodyna lenientia principatum obtinet; Leniri autem tribus modis debent ulcera, cauſam morbificam amovendo, eandem temperando, & partem ſtupefaciendo, Semen autem *lini* & *althææ* mirifice leniunt, quæ ſunt calida in primo gradu, ut aqua tepida; hęc temperando anodyna ſunt: Siſtunt humorem, cujus perennis eſt affluxus, triticum torrefactum & ſevum *hircinum*. Si agitur de ſtupefactione? *ſemen pſyllii*, quod vim maximam refrigerandi, & cydoniorum hoc præſtant: Formula hæc eſt Clyſteris.

℞ *Sem. lini, alth. pſyllii conquaſſ. ãã. unc* ß. *ſem. cydonior. oryzæ & tritici, in tegula torrefacti ãã. p.* j. *fiat decoctio in lacte ad* ℔ ß. *In colatura fortiter expreſſa*, ut ſit major vis ſiſtendi, *diſſolve ſevi hircini, aut pinguedinis raſæ ex abdomine arietis unc.* ij. *butyr. rec. unc.* j. *ſyr. violac.* ut magis leniat, unc. j. ovorum *vitella duo f. Clyſter.* Duretus.

Interim variis injiciantur Clyſteres, primum lenientes & detergentes, poſtea glutinantes & adſtringentes: Non raro autem in uno eodemque Clyſtere omnes prædictæ indicationes permiſcentur, aut earum plures. *Riverius.*

69. *Per clyſterem injectum*) Huc pertinent *Siccantia clyſmata* quę jam ulcus repurgatum ſanent, ulcere abſterſo uſurpanda: Inter quæ alia, ut de excoriatione & ulceribus dictum, glutinoſa cum ſint, veluti ulcera glutinando, alia ſiccando conſolidant, & ſanant; Ex quibus quæ adſtrictione quadam ſimul prædita ſunt, validius ſiccant, & conſtringendo fluxum ſiſtunt, Quibus ſi fortiora ſint, in fine tantum utimur, prius levioribus adhibitis, miſcendo quoque, ſi ulcus nondum ſatis repurgatum ſit, adhuc quædam detergentia: Et cum validioribus utimur adſtringentibus, fluxu immodico illud requirente, glutinoſorum permiſtione nimium exaſperari, efficimus, illiſque ſanationem minime impedimus, ſed potius, ut rectius & tutius fiat, promovemus

Ad *Glutinandum* ſeu *Conſolidandum ulcus*, Enema leviter ſiccans, nec adeo adſtringens, fit 1. ex *lacte uſtulato ſilicibus* vel *chalybe*, in quo roſæ decoquantur.

Alterum fit ex *decocto hordei*, vel *oryzæ*, torrefactis prius, & *roſ. rub. p.* j. addendo utrique clyſmati interdum *vitellos ovor.* ij, *prius aſſos*, aliquando & *mel roſac.* & cum magis operari volumus, *ſucci plantag. unc.* j. vel paulo plus.

Tertium clyſma, cum glutinare & adſtringere ſimul volumus.

℞. *Rad. conſolid. maj. thapſi barb. ãã. unc.* j. *fol. plantag. ſolidag. ãã. m.* j. *roſar. rubr. hord. aſſi ãã. p.* j. *ſem. myrti* ℨij. *vel uvar. unc.* ß. *f. decoctio, in aqua ciſterna, diſſolve in ſ. q. mellis roſac. unc.* iß. *album. ovi unius. vel infuſ. g. tragac. unc.* j. *ſevi hirci vel capræ unc.* ij. *ſucci millef. vel polygoni unc* ß. *f. Clyſter.*

Quartum, quod magis ſiccabit & adſtringet.

℞. *Rad. biſtortæ, vel torment. unc.* iß. *conſol. unc.* ß

h. burſa vel virga paſtor. polygon. vel herniar. equiſeti, piloſella āā. m. j. balauſt. cupul. glandium, nuc. cupr. āā. ʒ ii. *lentium excortic. oryzæ toſta āā. p. j. f. decoctio in aqua extinct. ferri fabror. diſſolve ſucci plantag.* ℥ ii. ij. *vitell. ovor. aſſos*, ad contemperandam nimiam adſtrictionem *m. q. ſ. Clyſter.*

Horum Clyſmatum decocto alia quoque addi poſſunt adſtringentia & conſolidantia, vel quorundam ſucco ſubſtitui, ut *ſanicula pyrola. virga aurea*, aliave traumatica; deinde & *folia myrti, lentiſci, oleæ, ſumach, ceterach, agrimon rubi, rumic. ſanguin. ſalic. lingu paſſerina, flor. chamæleone, galla, cort. granat.* Item fructus aliqui adſtringentes ſicci, Et diſſolvi *ſucci* quarundam plant. enarratarum.

Succus plantag. ſolus injectus convenit, vel *lacte* aut *decocto hordei* nonnihil contemperatus *G. tragac.* ʒ ii. in *lacte*. vel *decocto hordei* aut clyſmate primo aut 2. diſſolutæ; vel potius infuſio ipſius facta cum *aqua pecul. roſar.* vel *plantag.* optimum ad ſanandum.

Efficaciſſima *Infuſio g. tragac.* cum *ſucco plantag* admodum mulcens dolorem, addito *ſevo hircino Sem. cydon. & pſyllij mucilago* cum *aqua plantag. & burſa paſtor.* cum decocto adſtringente injecta, optima; Loco *tragacanti*. vel una cum illo *g. Arab.* uſurpatum idem præſtat, uti & *thus, maſtiche, ſarcocolla*, quæ omnia diluta glutinando potius operantur, nec ulcera, uti valde adſtringentia, exaſperant; *Exſiccati ſucci, acaciæ, hypocyſt. ſang. drac.* in clyſter. glutinantibus à ʒ i. ad ʒ ii. diſſoluti, adſtrictionem addunt; in adſtringentibus augent, Idem facit *lap. hæmat ſuccus* rubeus, attritione cum aqu. roſar. &c. elicitus ad ʒ ii. glutinans & ſanguinis fluorem compeſcens: *Terra ſiccantes pingues* nec aſperæ idem præſtant. ut *bolus Lemnia ad* ʒ ii. indita.

Troch. de ſuccino, vel albi Rhaſ. ad ʒ ii. diluti *lacte, ſucco plantag.* vel decoctis, aut additis aliis Clyſteribus, uti in excoriationibus ſeu exulcerationibus veſicæ, ſic & hic valde proſunt: Cum *Opio* parati dolorem quoque ſedant; Præter hæc aliis pulveribus uti, cum in liquore mox ſubſideant, partemque facile exaſperando irritent, non adeo neceſſe eſt; Licet *chartam combuſtam, chalcitin*, aliqua quoque permiſceri debere doceant.

Multo minus *Unguenta* addere propter unctuoſitatem commodum videtur, ut ℞. *Pompho. Diapalma, Divinum*: *Sanguinem cervi* in Dyſenteria infuſum laudant. *Platerus.*

[68]. *Mucilagine ſeminum*) Hinc omnia mucilaginoſa proſunt, *lac uſtulatum*, ſeu *chalybeatum*, *thapſus*, *verbaſcum*, tollunt enim acrimoniam, unde & *decoctum priapi cervi* convenit, Cujus apud *Marellum* vide formulam. *Prax. Clin. Michaeli adſcript. p. m. 450.*

[69]. *Per clyſterem injectum*) Nos ſæpiſſime *Glande ex opio* facta, & inteſtinis inſerta tormina abſtulimus, & dyſentericum profluvium cohibuimus, & ſomnum ægro conciliavimus: Crebro autem Glans ex Opio podici inſeratur, ſed ultra quadrantem horæ in inteſtinis non eſt detinenda, ſed rurſum appenſo filo eximenda. *Fr. Joel Pr. l. 4. ſect. 3.*

[70]. *Sevum hircinum &c.*) Uſus horum incraſſantium inſignis eſt, quod parietes & membranolas obtegunt adhærendoque oblinunt, ut ab acrimonia humorum, bile vel acidis aliis impeti rodique ita non poſſint; non aliter ac corticibus arborum defrictis & deraſis ceram emplaſticam obducere ſolemus quæ inſtar corticis ſit. Notum quippe eſt inteſtina perpetuum habere defenſorem, mucum blandum, à ſero illuc è glandulis tranſſudante & concreſcente continuatum; cujus ἀποτριψις quaſi & abraſio in inteſtinis contingit. *Wedelius Am. m. m. p. 79.*

[71]. *Fluxus adſtrictione per &c.*) Notandum ex *Platero*, quod in cura fluxus hæmorrhoidum affert, ſanguinem fervidum injectum mirabiliter alvum fluentem cohibere, vel humanum, vel alterius animalis.

[72]. *Fluxus adſtrictione per medicamenta*) De noſtro hoc addimus, Quod illa remedia quæ in curatione exulceratarum faucium ac tonſillarum laudata fuerunt, ſuum quoque locum hic vendicant, Ubi præſertim uſus *olei* ſeu *ſpiritus vitrioli* tanquam ſummum ſpecificum. contra hujuſcemodi alterationes & inflammationes fuit inſinuatus, Ergo Julapia hoc oleo decenter impregnata non tantum magnam utilitatem ac levamentum in hoc affectu præſtabunt, verum etiam ſi cum *decocto furfurum, chamomill. verbaſci, parietar.* vel ſaltem *hordei*, de hoc *ſpiritu aut oleo vitrioli* commiſceatur, ut leviſſima ſaltem aciditas ſub cenſura guſtus deprehendatur, atque ſic *Enema* hoc fiat, & injiciatur, tunc in guttore hoc inferiore, ut cum Comico loquar, & exulceratis inteſtinis idem beneficium exhibebit, quod ſuperiori gutturi indubitatas ſubminiſtrare hoc præſidium poſſe jam toties experti credimus. *Chr. Langius.*

[72]. *Fluxus adſtrictione per medicamenta &c.*) Dum Clyſteres injiciuntur, medicamenta iiſdem viribus prædita per os exhibenda ſunt; idque multo frequentius quando ſuperiora inteſtina ulcerata ſunt, ad quæ clyſterum materia pervenire nequit: *Lac caprinum*, ubi magis detergere, *vaccinum*, ubi magis glutinare eſt animus cum *ſaccharo roſac.* utiliter exhibetur, modo febris abſit: At *chalybeatum* efficacius conglutinat; illius ℥ iv. cum *ſucci plantag. & ſacch. roſac. āā.* ℥ i. præſtans efficiunt medicamentum: Vel *ſymphyti maj. radix in lacte chalybeato* utiliter decoquitur & exhibetur. Fiat *panis* ex ſubtiliſſima & puriſſima *hordei farina cum vitell. ovor.* Coquatur in furno poſt extractionem panis, *mica* ejus *lacti ſaccharato* immiſce ad pulticulæ conſiſtentiam, dozis cochl. v. vel vi. bis aut ter in die.

Raſura cranii humani ad ʒ i. bis aut ter exhibita cum juſculo, aut alio liquore idoneo curationem cito abſolvit.

Tandem *Decocta adſtringentia* ad integram ſanationem corpore bene evacuato exhibeantur, ex *rad. biſtortæ, tormentilla, ſymph ſol. plantag. millefol. burſa paſt. equiſeti, piloſella, agrimon. ſemin. plantag. acetoſæ, ſumach. vinaceor. roſis rub. &c. in aqua ciſterna* diſſolvendo *ſyr. cydonior. myrtin.* aut de *roſis ſiccis*. tum etiam interdum *acaciam, hypocyſt. bolum armenam*, aut *ſpodium*. *Succus cydonior.* coctus ſine additione ad conſiſtentiam ſyrupi. vel rob. & ad cochl. j. vel ij. crebro datus valde prodeſt, Similes ſucci ex *pyris, cornis* aliiſque fructibus auſteris parari poterunt.

Inteſtina vervecis pinguia decoquantur in olla, donec juſculum redeat ad mediam ſcutellam, adde *olei dulcis* parem quant. ſumatur per os, Dyſenteriam non valde contumacem una vel altera exhibitione ſiſtit; Idem præſtant *oleum & aqua roſar.* pari quantitate exhibita.

Succus plantag. crudus ad unc. iii. vel iv. ſolus vel cum aliis permixtus efficaciſſimus eſt, &, ſi inflammatio adſit, eam compeſcit.

Hederæ terr. ſuccus propinatus, ex *Hollerio* plurimos à morte liberavit.

Julepi ex aquis vel decoctis & ſyrupis adſtringentibus ſæpe exhibeantur. *Syrupus corall. tinctura & magiſter.* idonea ſunt, dentur ex cochleari frequenter, vel cum ſyr. ſequentibus

℞ *Syr. de agreſta, myrtin. de ſucco plantag. cydon. de roſ ſiccis, de ſucco portul. āā.* ʒ i. m. ad uſum dictum.

In fine valde confert *ſuccus abſinth.* & menthæ bene depuratus; cum *ſacch.* in ſyrup. redactus; Utraque

ventriculum

ventriculum planta mirè roborat. Imo ſi Dyſenteria à multo fructuum uſu contigerit, in ipſo principio valde conducit *ſyr. de abſinth. cum aqua cinnam.* vel *theriacali*, ventriculo interim admovendo fomenta & emplaſtra roborantia.

Malum cydonium excavatum, *cera alba* deraſa impletum, & ſub cineribus coctum, ac poſtea exhibitum per aliquot dies, ſpecificum eſt dyſenteriæ remedium.

Quercetanus idem remedium parat ex *pomo curtipendulo* excavato, *& gumm. arab. ac raſ. cera alba āā.* ʒi. repleto, ad ignem cocto, Pomo devorato ſtatim exhibet hauſtum decocti adſtringentis: Datur *pullus columbinus cera infarctus & aſſus.*

Laudatur *uva quercina*, à M. Rulando deſcripta, quam etiam memorant. *Encelius*, *Bauhinus & Schenckius*; eſt concretiuum quiddam in forma *uva* ad radices quercuum ſub terra tempore veris pullulans, ſaporis ſtyptic, colore foris purpureo, intus candido, & quaſi lactifero, quæ æſtate perit & fit lignea, ideoque vere exſiccanda in umbra ac pulveranda; hoc pulvere ajunt nihil præſtantius eſſe id dyſenteria omnique ſanguinis profluvio: Parantur varii pulveres e. g.

℞. *biſtort. & tormen. āā.* ʒii. *ſem. acetoſa, plantag. āā.* ʒi. *corall r. & margar, prapar. āā.* ʒi. f. Pulvis tenuiſſimus, dozis ʒi. cum juſculo vel liquore idoneo: Poſſunt addi ad majorem adſtrictionem *roſ. rubr. myrtilli*, *balauſtia*, *c.c. uſtum* vel *ſpodium* aut troch. de *ſpodio*, vel ad majorem adhuc adſtrictionem *ſangu. drac. acacia*, *galla, bolus arm. terra ſigill. lapis hamat.* Si ſimul glutinare deſideres, adde *ſem. pſylli*, *amylum*, *g. tragacant.*

Bolus Arm. orient. ad ʒi. *cum juſculo* ſtatim ſedat dyſenteriam ſi purgatio ſufficiens præceſſerit. Vel

℞. *Pulv. tragac.* ʒi. *nuc. moſch. corall. ppti āā.* ʒß. m. pro ii. vel iij. dozibus *cum ovo ſorbili aut juſculo*. Vel

℞. *Gu. arab.* ʒi. *corall. ppti boli arm. āā* ʒß. *miſce*. Vel

℞. *C. c. uſti, boli Armena, corall. rubr. ſantal. omn. maſtiche āā.* ʒß *thuris, tragac. āā.* ℈ß. *m. f. Pulvis, detur* ʒß. *crebro Foreſtus* valde commendat Pulverem ſequ. ſæpe uſurpatum.

℞. *Myrobal citr. rhei parum torref āā.* ℈i. *f. Pulvis pro una dozi. H. Saxonia* ſequenti dicit omnes dyſ. recentes, niſi fluxio admodum urgeat, ſtatim & certò ſanari.

℞. *Oſſis ſepia uſti* ʒii. *ſpongia pice imbuta & in ollula uſta, cortic. ovor. indurat. ablata pellicula interiori āā.* ʒi. *f. Pulvis, dozis* ʒi. *in liquore idoneo.*

Experientia comprobatus eſt *Pulvis granor. actos Quercetani*, in ejus Pharmac. deſcriptus.

Opiata in ſequentem modum præſcribi poſſunt

℞. *Conſerva roſar. antiq. & cydoniati āā.* ℥i. *conſervat. rad. ſymphyt.* ℥ß. *corall. ppti* ʒiß. *crocimartis*, *boli Armen. terra ſigill. ſem. plantag. āā* ʒi. *ſpodii* ℈ii. *cum ſyrupo roſ ſicc. vel myrtino f. Opiata, Doſis magnitudo caſtanea bis aut ter in die*, *Vel cum ſacchar. roſ. ad pondus omn. Conditum : Miclota Nic.* Valet, & ad quamvis alvi fluxum. *Riverius.*

71. *Fluxus adſtrictione per medicamenta*) Per os exhibita, eo magis ſi circa ſuperiora inteſtina affectus conſiſtat, proderunt, danturque in eum uſum, ſicuti Clyſmata, ut prout dolor morbuſve requirit, vel *leniamus*, vel *abſtergamus*, aut *exulcerationem ſanemus*, hiſce remediis. *Lac vaccinum*, cum omnes ulcerum internorum curandorum *leniendo*, *abſtergendo & glutinando* compleat, utiliter datur, Inter *Juſcula lenientia*, quod fit ex *decocto carnis vitulina*, diu coctæ, optimum: *Brodium oryza munda*, bene coctæ, utiliſſimum ad *ſanationem*.

Decoctum ex *hordei* bona quantitate & *liquiritia*, cum *ſaccharo* vel *melle ad detergendum*.

Ut cauſa morbum propellatur ſimul, dum ſanare volumus, *Rhabarbarum* interdum admiſcemus aliis vel hoc pacto.

℞. *Rhabarb. torrefacti* ʒi. *Coriandr. torref.* ʒii. *infunde in vino rubro, vel ſucco cydon parum bulliant, colentur. adde ſyr. de roſ. rubr. ſiccis* ℥iß. *f. Potio*, in ij. dozes; Si *acacia vel hypociſt.* ʒi. *efficacius operabitur.*

Boli aut *ſpodii* ʒii. vel iij. decoctis incoctæ efficaciam augent, vel *maſtiches* ʒß. Hujus ſolius ad ℥ß. decoctum in *aqua roſ.* vel *plantag.*

Cera in juſculis *decoctum* probat *Dioſcorides. Stercoris aſinini decoctum* bibitum aliqui pro ſecreto h bent, coquatur in vino cum iis quæ fœtorem reprimunt, *Lumbricorum decoctum*, inſciis datum.

Vina medicata fiunt ex iiſdem in *vino rubro* uſtulato quoque, interdum *chalybe* vel *auro*, infuſis & maceratis; vel leviter coctis, inprimis *rad. torment. biſtorta* addito *cinnam. & ſacch.* fiet Hippocrat. *Si vino rubro pruna ſylv.* matura parum ſiccata indantur, ſtypticum fit nec ingratum.

Infuſionem oryza in vino rubro factam prodeſſe ajunt: *Succi* per ſe exhibiti competunt, ut *cydonior. ſyr.* vel rob.

Qua ratione etiam aliorum adſtringentium auſterorum, potiùs quàm admodum acidorum, unde tormina ſequerentur, ſucci dati poſſunt, Ut è *pyris auſteris*, vel *granatis medii ſaporis* integris cum cortice expreſſis: Valent *Corna.*

Syrupi auſteri potiùs quàm vehementer acidi, ex cochleari ſumpti, *cydoniorum* vel ſimplex vel cum *vino* coctus, *Mrva* dictus. *Myrtillor*, *de roſ. rubr. ſiccis Ex ſucco plantag.*

Aliqui *ſyr. cydonior.* maximè prodeſſe putant, *ſi* lbi. *ſem. naſturt. torref* ℥i. addatur Conveniunt *Juleps*, & ob ſitim, *Roſaceus*, qui efficacior addita *aqua plantag.* vel ſi *ſyrupi* cum *aqua chalybeata*, vel *ſtillatitiis liquor.* plantarum adſtringentium diluantur.

Pulveres diverſi *ſiccando & adſtringendo*, vel *proprietate* quadam, Vel *ſimplices*, cùm per ſe efficaces ſunt, vel invicem *permiſti, à* ʒi. *ad* ʒiß. propinantur; plerumque cum *vino rubro* auſtero nonnihil, vel *aqua chalyb.* jure, lacte, aquiſve, *plantaginis* &c. cum *ſyrupo*, *ſacch.* &c. ad gratiam: Conveniunt Pulvis rad. *torment. biſtorea*, quæ quia inſipidæ. non ingratæ: *Nymphaa radix* cuivis fluxui accommodata eſt, ut & *alcea*, *conſolida*, *maj polemori*, *caryophyllata.*

Herbæ *millefol. pulverem* probat *Dioſcor.* Valent *piloſella*, *gnaphalium*, *verbaſci lutei medium ſeu cor*, *equiſetum* & aliæ herbæ ſiccæ pulveriſatæ.

Fructus roſarum cum *lanugine & nucleis*, ſiccatus, tritus, efficax: *Racemi berberis* ſic præparati.

Malum granatum integrum torretur donec teri poſſit, & ſic datur.

Nuclei, ſeu *ſemina roſ. rubr. granat. acidor. paſſularum maj. min. Naſturtii ſemen*, ſolum vel miſtum, ſingulare quibuſdam, quod quia acre, & velut adurens torrent prius.

Semina *Oxylapathi*, vel *acetoſa* pulverata multis profuerunt; *Glandium nucleor. aſſorum pulvis* mira præſtat, uti & *caſtanearum* : *Fagineus glandes* idem efficere docent; *Tunica interior caſtanearum lanuginoſa*, & nucleos inveſtiens *glandium*, *avellan. rubr. trita. Thus*, *maſtich. myrrha tragac.* integra deglutita, vel trita pota.

Genitale cervi cum *vino rubro* potum. *C. C.* crudum vel uſtum, *Oſſa bubuli femoris: Coagulum leporis & hœdi*, magni cenſentur, *Equi* addit *Dioſcor.*

Stercus leporin. vel caninum, *aut aſininum cum lacte* uſtulato, *Bolus Armena. Lemnia, corall. rub. cryſtallus*, *margar. ſaphir. ſmaragdus.*

Tinctura inprimis *ſmaragdi* ſpecificum & laudatiſſimum Chymicis, à gtt. ij. ad v. ex *aqua plantag.* omnes dyſen-

terias ſanare dicitur, *Aluminis* aliquid cum *Ovo* propinant: *Compoſiti Pulveres* varii fiunt, &c. Ex *cineribus* pulveres admodum extolluntur, veluti *leporis* vivi, vel modo jugulati in vaſe fictili bene obturato in furno uſti, laudantur.

Turturis, vel *cochlear. terr.* cum *putaminibus* uſtarum cineres poti extolluntur, Hi *cineres* aliis pulveribus remiſceri poſſunt: Cum *Turture* alii *bolum ſangu. drac. & mumiam* miſcent & uruot; vel talis fit cinis, *Pannus cannabinus* immergatur in *ſucci plantag. part. ij. aceti roſ. p. j.* in quibus *alumin. & boli* portiunculæ ſint diſſolutæ, bene madefactus ſiccetur, comburatur; cineres propinentur.

Troch. de ſuccino, vel de *ſpodio*, aut *terra ſigill.* cum *ſem. acetoſæ* vel *ramich*, ſeparatim vel ſimul ad ʒß. 10 dies valde proſunt, ex *vino* rubro &c. cum *ſaccharo roſac. ſyrupo &c.* vel excipitur Pulvis *conſerva roſar. antiqua*, aut ſyr. *myrtino*, atque inſtar Pilularum vel boli deglutitur.

Miclcta Nicol. otilis *Naſturtii ſem. toſti & triti* ʒii. *in ſyr. cydonior. quart. j. coqu.* donec craſſeſcant: cochlear. iij. exhibita mire probantur.

Leoiens & ſanans optimum.

℞. *Mucilag. ſem. cydon. muc. rad. conſolid infuſ. g. tragac. omnium factorum cum aqua roſ.* āā. ℥i. *amyli* ʒi. *corall. r.* ℥ii. *boli præpar.* ʒi. *balauſt.* ʒß. *rob. de ſerbis vel cornu vel cond. cydonior.* ℥ii. *ſacchar. roſar. tabul. unc. i. f. inſtar Electuarii*, Capiat ad ʒii. *Platerus.*

72. *Fluxus adſtrictione per medicamenta*) Communiter ſoleot uſurpari omoia *adſtringentia*, *abſorbentia*, temperantia, & alia in Diarrhœa, Cholera, & vomitu uſitata, *Item* quælibet *vulneraria*, Inter dicta magis uſitata ſuot, *plantago, pimpinella, ſanguiſorba, lyſimachia, fol. querc. burſa paſtor. millefol. conſolida maj. nymph. biſtorta, roſ. rubr. balauſtia, flor. papav. rb. bellid. hyper.* atque dictorum folia, radic. ſemina, Item *mala cydonior. meſpila, ſpongia cynosbati.*

In fine dyſenteriæ valde confert *ſuccus abſynth. & menthæ* bene depuratus, & inde ſyrupus: habet enim *mentha* cum *abſynthio miſta*, miram vim corroborandi veotriculum: *Cornarius. Conſ. 1. Eſſentia & ſyr. ſymph. maj. Eſſentia vulner. Extr. theriacale, Tinctura ſulphur. vitrioli, Tinct. lap. hæmat.* item *bolus Armena, terra ſigill. corall. ſuccin. cryſtalli ppr.* ubi peccat bilis porracea, *Crocus martis adſtringens, rubrica fabrilis*, quæ multum de *Marte* participat, *Item*, Tinctura *antiphth. tbus, putamen ovor. Oſſa ſepiæ &c.* Ettmuller.

Quidam dyſentericus omnia remedia reſpuens ſolo uſus eſt *pimpinella decocto*, cum aqua & butyro confecto, cujus ſcutellam ſumebat mane & ſero & intra triduum curatus eſt.

Plurimum valet *pimpinella* ad depurandum ſanguinem, & levem habet adſtringendi vim, ideo non eſt mirum ſi dyſentericis conferat. *Riverius Cent. 3. obſ. 84.*

Rumicem (viz. ſemen) io teooiſſimum pulverem reductum, cum *ovis ſorbilibus* cochlearii menſuram præbe, & miraberis. *Aetius l. 9. c. 48.*

Vitriolum Martis in dyſenteria multum valet. *J. Agricola comm. in Poppium.*

Saccharum ſeu *dulcedo aluminis* certiſſimum eſt remedium, dozis gr. v. vi. in *miva cydonior.* Item *Crocus Martis* arcanum eſt in dyſent. *Idem.*

Illos qui medicamenta reſpuunt; præſertim pueros, hoc decocto curavi.

℞. *Perſicariam* in mortario cootuſam affudi *vini rubr.* io quo decies chalybs erat extinctus, & coxi ad aliqualem conſiſtenoam, ſæpius repetendo, & intra 2. dies ſanata Dyſenteria. *Idem.*

Alabaſtrum candidum pulveriſ. cum lacte bibitum ℈i. pondere dyſenterias, alioſque fluxus certo experimento ſanat, vehementer eoim adſtringit. *Anſelm. Boetius de Gemm. l. 2. c. 270.*

Bulliat *cancer* cum *vino & pipere, excorticetur, cortices ſiccentur, Pulvis corticis ſimpl.* quotidie bis ſumptus curat omnem fluxum à proprietate: Poteſt aliis admiſceri: Eſt res experta. *Tob. Dernerellius Diſſ. Nov.*

Aqua chelidon. deſtill. potenter ſtringit fluxum bibita. *Idem.*

℞. *Oſſ. ſepiæ uſti pulver.* ℥ii. *ſpongiæ pice imbutæ & in ollula uſtæ ac in cinerem redactæ, cortic. ovor. indurator. pellicula ablata interiore* āā. ℥ß. *Margar. præp. boli Arm.* āā. ʒi. *m. f. Pulvis, dozis* ʒi. *in lacte vel chalyb. vel cocto, aut in aqua polygoni.*

Certò vobis polliceor hunc Pulverem recentes omnes dyſenterias, niſi fluxio admodum urgeat, licet valde cruentas, ſtatim ſanare. *Saxonia Part. 2. c. 19.*

Civis Hafnienſis ſecreto ſuo aliquot mille dyſentericos ſervaſſe ſe gloriabatur, Ad præſervationem vinum vel cereviſiam abſynthites commendabat: Ad Curationem præſentis fluxus, ſeu albi, ſeu ſanguinei, *libram ſemis calida cereviſia* propinavit adultis ægris, cui *ſummitates abſynthii & ſal album* incoxerant, *& nucem moſchatam*, tritam, cochleari ultimo ſuperbibendam dabat; Infaotibus pro ratione ætatis *cochlearia* hujus potus 3. 4. vel 6. miſcuit, Applauſum à multis meruit hoc ſecreto. *Th. Bartholinus Hiſt. 65. cent. 2.*

Studioſo opitulatus ſum his paucis præſidiis, cibus qoo veſcebatur, aut ſiccans erat, aut toſtus, aut aſſatus, aut in *aqua, vel lacte chalyb.* decoctus: Potus dabatur *lac amygd. dulc. ex aqua chalybeata* confectum: Præter hæc ſacculos calidiſſ. ea furfuribus in forti *aceto* coctis crebro ano applicari juſſi, ſic bidui ſpatio convaluit. *M. Rulandus, Cent. 5. Cur. 18.*

Dyſenteriam ſæpius à ſe curatam ootavit *Joh. Praevotius* exhibito ʒi. pondere, ex *vino*, aut *ovi vitello, pulvere rad. filipendula*, quem ante commendaverat. *Lud. Mercatus l. 1. de Præſ. Med c. 14.* eſt ſane huic plantæ inſignis vis adſtringendi. G. H. *Velſchius obſ. 44.*

Pulvis præſtantiſſimus.

℞. *Succini, ſangu. dracon. lapid. hæmat. corall. r. ſemin. portul. plantag. rad. torment. terra ſigill.* āā. ℥ii. *flor. balauſt.* ℥i. *nuc. moſch. n. iv. cinnam.* ʒß. *Croci Martis, talci calcinati, matr. perlar. calcin. Oſſ. human. calcinat.* āā. ℥i. *f. Pulv. ſubtiliſſ. Crollius Baſil. p. 222.*

Pulvis excellens.

℞. *Ciner. limac. aſtac. cum Cortic. oſſium microcoſm. calcin.* āā. ʒi. *terra ſigill. corall. r. ppti* āā. ℥ii. *pip. albi* ʒi. *m. dozis* ʒi. *cum vino rubello & aqua pyr. ſylv.* Mirifice ſanat Dyſ. etiam antiquam *Cl. Deodatus Panth. H. l. 3. c. 24.*

Oleum juglandium miraculoſè alvifluxus ſanat, ſi aſſumatur, & venter eo inungatur. *Idem.*

In alvi fluoribus ſedandis ſecreti loco habetur, ſi ſumatur *agreſta cyathus*, parum bulliat, poſt clarificationem tertia pars ebibatur, ſtatim enim fluxus ſiſtit & viſcera roborat. *Idem.*

Vitriolum Martis è croco Mart. per ol. ſulph. campan. paratum, liquatum, filtratum, & in *cryſtallos f. vitriolum* actom mira præſtat, ſi cum liquore ſtyptico ad gr. 3. vel 4. detur. *Idem.*

Gnaphalium in vino coctum efficax medicamentum eſſe ferunt. *Dioſcorides l. 2. cap. 150.* Vnicè prodeſt *vinum decoctionis gnaphalii* potu & fotu. *Foreſtus l. 22. obſervat. 22.*

Uvà quercinà pulveriſata nihil præſtantius: deſceratos dyſentericos quoſdam illa ſervavi. *Chriſt. Encelius.*

Ex *foliis vineæ* ubi rubeot, & ſponte defluunt, fit extractum adeo adſtringens, ut nullum remedium excellentius io natura inveoiatur, Quin & pulvis ex *fol. vineæ ſiccatis* ad lentum calorem in fumo, miraculoſus eſt, mixtus cum *Cydoniato* ad ʒi. *Joh. Petr. Faber Secr. l. 4. c. 2.*

Tinctura

Tinctura Corall. vera in hoc morbo indicationes abſolvit. *Finckius Ench. c. 21.*

Nihil præſtantius eſt, quàm *coagulum leporis ad ʒi. potum, vel ſtercus canis ſola oſſa vorantis,* cum *lacte, chalyb.* Foreſtus.

Semen naſturtii aſſum coque in *lacte* lento igne per horam ad dimidias, de ſuper *ol. roſar.* guttatim infundatur; in Potu ſumptum mira præſtat. *Dom. Leo Art. Med. ſ. 3. l. 4. c. 5.*

Hanc potionem expertus ſum valde utilem.

℞. *Syr. papav.* ℥i. *roſ. ſicc.* ʒß. *diamarg. fr.* ʒß. *Ebor. uſti* ℈ß. *aqu. plantag. cand. equ.* āā. ℥ii. *mi.* Mercatus.

Paſtilli de ſuccino, ſucco polyg. mi. f. Bolus, mirum in modum prodeſt; *Idem.*

Confert mirum in modum hoc

℞. *Acaciæ, hypociſt. carn. cydon. ſumach, gallar.* āā. ʒi. *Corall. r. ppti* ʒiß. *Opii* ʒi. *cinnam. cyper.* āā. ʒi. *ſyr. roſ. q. ſ. f.* Opiata in forma ſolida, ex hac Pilulæ, da ℈i. vel ʒß. *Idem.*

Pedes perdicis aſſati pulveriſati ad ʒi. ex *aqua coriandri* in febre, cum *vino* ſi abſit, intra 3. dies curat etiam feriam. *Joh. Prævotius Med. paup.*

Hepar lupi præpar. ſcil. per tres dies *aceto acerrimo maceratum,* hinc in furno ſupra tegulam ſiccatum commendatur. *I. Heurnius l. 2. meth. ad Pr. c. 11.*

Secretum hoc eſt, *Muſcus inventus infra oculos cervi,* infra angulos lacrymales, circa duas Feſtivitates Mariæ; ſumatur de eo quantitas unius fabæ & potetur in *vino rubro,* dicunt nunquam fefelliſſe. *Maroldus Pr. pag. 204.*

℞. *Corticem ſuperiorem panis pug. j. vel ij. coque in vino rub.* da actu calidum mane, ſtringit alvum certiſſime. *Idem pag. 208.*

Medicamen excellens ad omnem fluxum inteſtinorum.

℞. *N. moſch.* ŋ. tere, adde duplum *rad. torment. maſtich.* ʒi. dozis quotidie ter aut quater magnitudine avellanæ cum ovo ſorbili. *Idem.*

Summum remedium ſi bibatur *decoctum burſæ paſtor.* cum *plantag. & bolo Arm.* pulveriſ.

Secretum excellens cujuſdam Hebræi, *Pes bovis,* demptis partibus nervoſis, ſuſpendatur in furno & exſiccetur, Decoctum illius bibat patiens, & utatur *vino rubro chalyb.* Sæpius probatum feliciter. *Idem.*

Alvi defluxiones exſiccat *ovum in aceto decoctum* & manducatum. *Oribaſius.*

Aqua fol. virid. roſar. ſingularis eſt *J. Car. Roſenbergius Rhodol.*

Pro arcano habetur ſequens remedium.

℞. *Fruct. roſar. exſiccat. & pulver. pulv. placentæ roſar poſt deſtillat. reſiduæ* āā. ʒi. *pulv. rad. nymph.* ℈ v. *dozis* ʒß. *ex aqua roſ.* vel *conſerva roſ. vitriol.* Idem.

Remedium ad omnem alvi fluxum efficax præbent *Tiliæ fructus. Val. de Taranta. Camerarius.*

Paſtilli diacorall. dicti ſanguinis excretionibus utiles ſunt *Al. Trallianus.*

Lanceola, ſeu *plantago min.* cum æquo pondere *dauci* exhibita, eſt ſingulare præſidium, *Gul. Varignana.*

Singulare remedium eſt

℞. *Ovum crudum,* effundatur in fictile novum, adde *mellis, aceti,* olei, in parium ovo quantitate, Miſce & utere, *M. Ant. Zimara Mag. Med. Parte p 30.*

Specifica antidyſenterica.

71. *Per medicamina*) Remedia ſpecifica, quæ in ſpecie *acre dyſentericum* corrigunt, ſunt varia. *Priapus cervi, tauri & ceti* (Vide §. *Priapus tauri &c.*) commendantur *oſſa & cornua animalium* quorundam, quæ ſunt egregia, partim ſine igne præparata, partim & uſta; Uſta quidem, qualiacunque ſint, conveniunt vi abſorptiva, temperativa & diaphoretica; Sed non uſta conveniunt: *Raſura cranii hum.* ex homine violenter interfecto ad dr j. propinata, & hujus ratione etiam *Uſnea cranii hum. ad* gr. xv. nobiliſſimū habetur antidyſentericum: Hinc *dens hippopotami* præparatus & hujus loco *unicornu verum prap.* ad ʒß. propinata curant dyſentericos: *Sanguis leporis, Hepar ſerpentum & viperarum,* præſertim in Dyſenteria epidemica & maligna egregium, ſi rite exſiccatum & pulveriſatum, dozis gr. xv. ad ℈i. propinetur, v. g.

℞. *Pulv. hepatis viperar.* ʒß. *corall. rubr. præpar.* ℈i. *laudani Op. ferment.* gr. ij. mi. pro ij. dozib.

℞. *Pulv. hepat. viperar.* ℈ii. *extr. torment.* ʒß. *laud. Op. gr. ij. mi. pro ij. doz.*

Cuidam ex malo epidemico graviter laboranti inter alia præſcripſi cum ſucceſſu. ℞. *Pulv. hepat. viper.* gr. xv. *cryſtall. ppti* ℈ß. *m f. Pulvis* detur in triplo, 1. dozis ſumatur mane, 2. à meridie, 3. poſt mediam noctem in vehiculo ſequ.

℞. *Aqu. torment* ℥iii. *cinnam.* ʒvi. *ſpir. theriac.* ʒiii. *ſyr. de ſymph. Fern.* ʒvi. *mi.* Datum etiam cochleatim.

Hepata nempe Dyſenteriæ malignæ, *cryſtalli* verò ppti, acri, ac ſpeciatim porraceæ bili vel æruginoſæ corrigendis inſerviunt.

Uva quercina ſingulare eſt ſpecificum, In cujus defectu *viſcus quernus* ſubſtitui poteſt: Pulvis *granor. actes,* expertum eſt quorundam remedium.

Pomum excavatum cera & g. arabico repletum, cujus multiplici uſu *Amatus* dyſentericum curavit; *Aqua ſuberata,* item *pulvis ſuberis* combuſti.

Unicornu foſſile, Terra vitrioli dulcis, ex vitriolo martiali ſaltem deſumpta, quibuſvis *martialibus* longe præferenda; Quæ martialia juvant quidem, ubi ab acido ſpecialiter originem trahit dyſenteria, malumque eſt levius, quia acidum ſaturant, In reliquis autem caſibus, Dyſenteria nempe contagioſa, aut maligna vel epidemica, minus proficua videntur.

Sulphur hujuſque flores ſunt præſtantes.

Saccharum Saturni temperando ſpecificè & corrigendo ſaporem dyſentericum, non contemnandum.

Tandem & *alumen* cum aliis uſurpatur, v. g.

℞. *Alum fruſtula magnitudinis piſi n°. iij. propinentur in vino rubro* calide. Alii, ℞. *Alumin. crudi* ʒß. *cinnam* ℥iß. *mi. &* hujus mixturæ ℈i. *in lacte vaccino* exhibent.

Troch. de Carabe ad ʒi. mirè proſunt in quovis ſanguinis rejectu. *Etmuller.*

74. *Quibus adde*) *Mandibula Lucii piſcis, aqua ex pane toſto cum affuſione aquæ tormentillæ deſtillata, cryſtalli & corallia præparata: magiſter. oſſium human. pulvis viſci querc. raſura ebor omnes gemmæ præparatæ,* cumprimis vero *uſnea cranii humani à granis* vi. *uſque ad* xii. *in aqua tormentillæ & theriacali* data (bezoartica enim ſtudioſe ſemper conjungenda ſunt) dyſenterias mirabiliter ſiſtunt. *Chriſt. Langius.*

71. 72. *Adſtrictione*) Adſtringentia, ut talia, nil valent, potius nocent, ſi quidem non relaxata, ſed irritata ſunt inteſtina: Inprimis nocentiſſima ſunt intempeſtivè, h. e. ante appropriata & alexipharmaca in maligna, & ante abſtergentia laxativa in benigna exhibita: Sic ex Dyſenteria intempeſtivè ſuppreſſa inflammatio & abſceſſus meſenterii periculoſus, authore, *Martino de Morb. meſent. pag. 47.* Ex eadem Pateſin *Velſchius de Aegagr. diſſert. 2 pag 16.* Sic in quos morbos Dyſenteriæ adſtringentibus ſuppreſſæ ſubinde delierint, vide *Hildanum Cent. 63 obſ. 42 & 46.* Etmuller.

75. *Sorba cruda*) Quibus longiſſime devoratis ſe dyſenteria deſperata laborantem, de anus conſilio ſanitati reſtitutum fuiſſe refert *Bruyerinus l. 8. de cibar. c. 22.* Hinc rob paratur ex *ſorbo torminali,* vel hujus defectu, ex *ſorbo aucuparia.*

76. *Nucem moſchatam in cineribus toſtam*) Volumus ſæpenumero toſtam, (*ait G. Hofmannus de Med. off. p. 398.*

in affectibus præcipue uterinis; Ideo torretur ut olei pars quantacunque pereat minuſque fumoſa ſit: In alvi fluxibus nihil frequentius nuce hac: quæ tamen non ritè adhibita (puta in evacuationibus criticis) malum fit pejus: Cum partibus tenuibus ſimul ſe inſinuant craſſæ, frigidæ & adſtrictoriæ.

77. *Argilla furnaria*) Eſt mirabile remedium, ait *Claud. Deodatus in Panth.H.l.3.c.24.* quo enim non ſine mirabili effectu in Clyſteribus utimur.

78. *Chalybeato*) Ne detur *Potus chalybeatus*, ut fieri ſolet, non enim is adſtringit, ut falſo exiſtimant Medici, ſed turbat alvum. *Crato conſ.22. lib.5.* Vide infra §. *Diæta*) ſed an eadem ratio *lactis chalyb.* quæ aquæ chalybeatæ? nam eventus reſpondet uſui lactis chalyb. forte juvat quia abſumitur ſerum lactis eo modo præparati, unde diurius motam trahit, in inteſtinis, aqua autem cito prætetfluit, cui vis illa facilius imprimitur quam lactis parti caſeoſæ,

79. *Theriacam recentem*) *Paregoricum* quo primum accerſebatur dies vena cubiti inciſa, eadem nocte propinavit, Et poſtridie ſummo mane exhibito cathartico, hora ſcilicet pomeridiana quacunque, modo Catharticum ſuo defunctum ſit munere: Iterumque paregoricum poſt ſingulas purgationes; quo ſupra dictum tempore, Hoc inſuper diebus à purgatione vacuis, tam mane quam ſero exhibendum curabat. *Sydenham. p.m.273.*

80. *Stercoris canini*) *Album græcum*, ſeu ſtercus canis oſſa rodentis, egregium eſt remedium pauperculis, commendandum. *Etmuller.*

Narcotica.

80. *Laudanum Opiatum*) Narcotica cum dolorem compeſcant, & fluxum alvi ſimul ſiſtant, meliuſque exhibita quam injecta id præſtent, atque inſuper ſomnum, qui propter inquietudinem ob continuam dejectionem impeditur, concilìant, & ſic viribus quoque admodum proſint, ob multa hæc commoda non ſunt negligenda; aliquotieſque ſi præſertim dolor, vigiliæ urgeant, repetenda, cum nihil adeo expultricem ſopiendo, fluorem indeſinentem uti hæc compeſcant.

Inprimis *Philonium Perſicum* utile, quod fluoribus diverſis ſiſtendis, cum plura adſtringentia recipiat, ſimul accommodatum eſt, illius dr.j. aut paulo plus exhibendo.

Pilulæ cynogloſſæ, cum ad defluxiones cohibendas paratæ ſint, hic præ cæteris proderunt; præſertim ſi *ſucci plantag. vel roſar.* excipiantur; doſis ad ℈ß. ad ℈i. Troch. de *ſuccino cum Opio*, cum exulcerationes ſimul ſanent, duplici nomine proderunt: Præter quæ multa alia in colicis & nephriticis doloribus expoſita narcotica, hic quoque convenient, ſi adſtringentia quædam permiſceantur, eaque efficaciora, cum parva quantitate narcotica dari ſoleant: Ut ſi *ſyr. de papav.* vel *diacodio ſicco* vel *humido*, *myrtinum* aliaſve adſtringentes addas; & cum *aqua plantag.* aliave diſſolvas, ſicque addito pulvere *diamarg. fr.* virium cauſa, propines, vel in *aqua roſac. folia papav. albi*, maceres vel decoquas, ac exhibeas.

Vel *Theriaca, mithridatio, athanaſia* aliiſve antidotis & confectionibus narcoticis, *bolum*, *terram Lemniam, gallas, balauſtia*, *acaciam, hypociſtin*, cum validius adſtringant, immiſceas, Aut ſi Pulveribus deſcriptis pauxillum *Opii* recte præparati optime permiſceas. *Platerus.*

80. *Laudanum Opiatum*) Narcotica per os aliquoties exhibita miranda præſtant, dolorem enim ſedant, fluorem cohibent, ſomnum conciliant, & ſic quoque vires reficiunt; At multo erunt utiliora ſi adſtringentibus permiſceantur, e. g.

℞. *Conſervæ roſar. antiquæ* ℥ii. *laud. op. gr. iv. confect. alkermes* ℈ß. f. Bolus. *Riverius.*

Quando ex præjudicio aliqui abhorrent, aut ægri ſuis metuunt ab uſu *laudani*, a nobis ob laudandos effectus laudatu medicamenti, ſubſtituant *theriacam* vel *diaſcordium*. Fr. Sylvius.

In vehementiſſimis cruciatibus ad ſtupefacientia remedia eſt confugiendum, ſed intra corpus non temere adminiſtranda: Nos ſæpiſſime glande, ſive ſuppoſitorio vocato, ex opio facto, & inteſtinis inſerto, hæc tormina abſtulimus; & dyſentericum profluvium cohibuimus, & ſomnum ægroto conciliavimus; Crebro autem glans ex *opio* podici inſeratur, ſed ultra quadrantem horæ in inteſtinis non eſt detinendus, ſed rurſum appenſo filo eximendus. *Franc. Joel.*

80. *Laudanum Opiatum*) Anodyno utebar, maxime *laudano liquido*, guttis nempe 14. vel 15. in aqua qualibet cardiaca pro duzi una; Hujus hæc eſt deſcriptio.

℞. *Vini Hiſpanici* ℔i. *Opii* ℥ii. *croci* ℥i. *pulver. cinnam & caryophyll.* ãã. ʒi. infundantur ſimul in B.M. per duos vel tres dies donec liquor conſiſtentiam debitam acquirat.

Hanc *laudani* præparationem non virtutibus anteferendam cenſeo, ſed ob formam ſaltem commodiorem & majorem doſis certitudinem cùm liquori cuicunque inſtillari poſſit. *Sydenham.*

80. *Laudanum Opiatum*) Opiata utramque faciunt paginam, ſed appropriatis debite mixta; Multi equidem Narcotica in Dyſenteria proclamant, ſed falſo, quin potius *Lindanus* ſemper ab anodynis & narcoticis incipiendam curam ſuadet; Conf. *Willis Pharm. rat. vol.1. pagin.128. & 300. Hæferus H.m. pag.194. Barbette Pr. lib. 4. cap.5. Wedelius Opiol. pag. 121. Riverius centur. 1. obſerv. 64. & cent.2. obſ.84. Sydenham. obſerv. m. dent. ſect. 5. cap.*

81. *Ungula jumentorum*) Ungula equina exſiccata & pulveriſata ad ʒi. propinata; Vel (qui modus eſt *Helmontii*) ungulæ talis fragmenta in butyro frixa, & hinc pulveriſata propinata, ceu nobiliſſimum habentur ſpecificum. *Etmuller.*

81. *Ungula jumentorum fragmenta & ſumpta*) Helmontianum eſt illud contra dyſenteriam ſpecificum, quod ſub arcani generoſi titulo commendat *Faber.* Hæc autè ſunt *Helm.* verba, *jumentum, ait, ungulæ fragmenta dat, quæ frixa & ſumpta ſanant dyſenteriam; Si vero laſcivias beſtia, tunc ungula ejus dyſentericis eſt lethalis.* Hoc ipſum probat exemplo à ſaliva canis deſumpto, quem vulnera lambendo ea ſanare dicit; Si vero rabie is ſit corruptus, lethale hoc ſuæ amentiæ virus eum tunc propagare monet; Rationem hujus virtutis, noſtro quidem judicio aliam non deprehendimus, quàm quod ſulphureo ſuo halitu verminoſæ putredini inſigniter adverſari, & eam proinde tam expugnandi, quàm enecandi vim potentiſſimam habere debeat. *Chriſt. Langius Pathol. anim. p.467.*

82. *Priapus tauri &c. vel cervi*) Remedia ſpecifica quæ in ſpecie acre dyſentericum corrigunt, ſunt varia, Imprimis ſe offerunt *Priapus cervi, tauri & ceti*, quorum *cetaceus* eſt optimus: uſurpantur tam in *forma ſicca* quam in forma humida; Exſiccati nempe raduntur & comminuuntur, ac ita in pulveris forma ad ʒi. propinantur in juſculo calido; In *forma humida* præparatur horum priaporum decoctum, quod ita crebrius hauſtum, tam pro potu & vehiculo remediorum, quam pro liquore, cum quo præparentur Emulſiones ex *amygd. ſem. papav. &c.* inſervire poteſt ℞. g.

℞. *Decoct. priapi cervi* ℔ß. *ſyr. corall. Querc.* ℥ii. *aqu. cinnam.* ℥i. m. pro Julepo crebrius hauriendo.

Jungantur cum his alia, v. g.

℞. *Terra ſigill.* ℥ß. *c.c. ſine igne raſur. priapi cervi ãã.* ℥i *pulver. rad. tormont. corall. rub. prep. ãã.* ℥ii. *m. f. Pulvis doſis* ʒi.

Pertinet huc *Gelatina c.c.* recens, tam in potu ordinario diſſolvenda, quam in Julepis diſſolvenda, v. g.

℞. *Decoct rad. ſcorzon. cum c.c. vel priapi cervi* ℔j. *Gelat.c.c.* ℥j. *aqu. cinnam.* ℥j. *mſ. f.* Julepus.

Quin & ex ipſis *Priapis* pari modo ac ex cornubus Gelatina præparari ac crebrius propinari poteſt; Sunt enim hi *Priapi* concretum quaſi medium inter cartilagines & oſſa: Hinc decoctum *c.c. cum rad pimpinell.* pro Potu quidam commendant. *Etmuller.*

83. *Sanguis leporis*) Singulare eſt ſpecificum antidyſentericum, nempe *lepus* a vertagis agitatus, & ita ſub vapore mortis conſtitutus, jugulandus eſt, & ſanguis linteo excipiendus: Linteum ſiccatum, potui infuſum curat Dyſenteriam: Item ipſe ſanguis ita collectus, exſiccatus & pulveriſatus à ℈ß. ad ℈j. nobile eſt remedium.

Poſt hunc ſanguinem non minoris uſus eſt *ſanguis pavidi agni*, in articulo mortis conſtituti, hæc enim pavoris idea ſigillat ſanguinem totum, ratione cujus remedium eſt contra dyſenteriam, ut dicit *Helmont*, Uſurpatur igitur pulvis talis ſanguinis à ℈ß. ad ℈j. cum *ſyr. cydon.* addendo aliquantulum ſimul de lapide hæmatite. *Etmuller.*

83. *Leporis*) Imo milites Germani leporem prædicto modo occiſum, fumoque ſiccatum, præbent in potu, & curatur Dyſenteria non fallaci eventu. *Helmont.*

84. *Lac in quo ſilices &c.*) Præ cæteris conveniit *Lac* crebrius uſurpatum, in principio ſeruſius, in progreſſu ipſum lac, præſertim chalybeatum; nempe tam medicamenti quam alimenti vices ſuſtinet: Chalybeandum eſt quinquies vel ſexies in eo ferrum ignitum extinguendo: Mire prodeſt tale lac in Dyſenteriis quibuſvis, & efficacius erit ſi ſingulis hauſtibus addatur ℈j. *ſterc. canini mſ. exprimæ*, Et præſtantius evadit *Lac*, ſi appropriata in eo decoquantur, nempe *rad. ſymph. maj.* vel *rad. tormentillæ*: Si lac ſolitarium videatur incommodius dimidio *aqua* vel comm. vel appropriatæ diluatur, invicem ebulliant, & ita crebrius propinentur. *Etmuller.*

85. *Iſta vero ita adhiberi debent*) Ut augent adſtringentium vim anodyna, ſic moderantur eandem reſolventia, ſeu alkalina, ſeu alia tenuium partium quæ ſale auſtero minus pollent: Hæc etiam cavent ne nimis ſeu ultra terminum naturalem adſtringant, quod notari meretur in Dyſenteria, ubi bezuartica magis eligenda. *Wedelius Am.m.m.p.61.*

86. *Refrigerantibus calida &c.*) Hinc valde confert *ſuccus abſinth. & menthæ* bene depuratus cum ſacch. in ſyrup. redactus, habet enim *mentha cum abſinthio miſta* miram vim corroborandi ventriculum: Imo ſi dyſenteria multo fructuum uſu contigerit, in ipſo principio valde conducit hic ſyrup. cum *aqua cinnam.* vel *theriacali.* Etmuller.

87. *Ne fluxus ſubito ſiſtatur*) Quod ad Clyſteres, & ad cætera remedia, videndum ne initio, ſcilicet cum primum cruoris ab inteſtino manantis dejectio fit: quoniam dyſenteria omnis intempeſtive ſuppreſſa apoſtaſin facit vel in viſceribus ipſis, vel in articulis, quæ Hippocratis eſt ſententia, Adde quod adſtringentia, quorum vis in auſteritate vel acerbitate conſiſtit, urvellendo & reprimendo augent continui ſolutionem, atqui hoc procurandum ut ulcus omne domita feritate manſueſcat & leniatur: Tempus ergo eſt illorum uſus cum jam diu multumque alvus ducta eſt, & vires effœtæ languent: *Duretus in Hollerium.*

Sapienter monet *Crato*, ante ſeptimum diem, priuſquam ulcera inteſtinorum probe abſtergantur, adſtringentia per os non convenire, nec foris etiam applicanda eſſe; Verum poſt ſeptimum à levioribus incipiendum: *Montanus* vero adſtringentia penitus abdicat, detergentibus, lenientibus, & incraſſantibus contentus: Verum materia morbifica, probe evacuata, retentricis facultatis imbecillitas: qua fluxus alvi fovetur, adſtringentibus opportune tollitur utile ergo fuerit poſt purgationem ſufficientem *bolum* Armenam, terram Lemniam, pulverem granorum actes, aut alia adſtringentia & exſiccantia per plures dies cum ſaccharo exhibere, & uſque ad ſanationem integram.

Quod ſi adſtrictio integra nocere videatur, purgandum iterum, & denuo adſtringendum, ac rurſus purgandum: Advertendum autem terras prædictas dupliciter conferre, adſtringendo ſcilicet & malignam qualitatem, quæ dyſenteriæ juncta eſt oppugnando, Obſtructio vero quæ ex horum adſtringentium uſu metuitur, ſacchari adniſtione prohibetur. *Riverius.*

87. *Ne fluxus ſubito ſiſtatur*) In hujus morbi curatione duobus modis peccatur ſæpius, vulgo, celerius ſuppreſſa alvo, & adſtringentium uſu impacto pure in involucris inteſtinorum: Suppreſſa intempeſtive dyſenteria vidi inſanum factum; Mulierem quoque cui in perpetuam vitam ita conſtricta alvus, ut ſeptimo quoque die tantum excerneret, & inde ore & naribus graviter oleret: *Galenus* de V.S. contra Eraſiſtrateos non paucos ſcribit vidiſſe qui dyſenteria, varicibus, hæmorrhoidibus ſuppreſſis in inſaniam, apoplexiam & alios affectus inciderint: Nobilis quidam Pictor in ſcabiem fœdam; Corpore enim pleno materia fervida ſurſum fertur; alioqui ita reſiccatur inteſtinum ut maneat perpetua alvi adſtrictio: Si ſurſum & deorſum obſeratur, in involucris inteſtinorum acervatur magna puris quantitas quæ tandem interficit: quod nos cujuſdam corpore diſſecto obſervavimus *Hollerius.*

Terrifica quidem eſt cruoris dejectio, nam Sanguis pabulum eſt & vehiculum caloris nativi, quo pabulo defraudatur Natura, tamen initio ſiſti non debet; nefas enim eſſet dejectionem menſtrualem criticam ſiſtere; nam dejectio quæ habet ἀναδρομὴν, non autem ἀναγωγὴν, facit pleuritides, peripneumonias, dyſenterias &c. Adſtringentibus quoque interdicitur in febrium curatione; propterea inter cætera ptiſanæ hæc laus quod adſtrictionis ſit expers: Errant ergo Medici, qui malum granatum, ſyrup. roſat. ſolut. & de roſis ſiccis præſcribunt Adſtringentia enim febrem augent & inflammationem, vitioſam materiam prohibent ne effluat, eaque propterea in partes ſuperiores regurgitat. Iiſdem de cauſis apocraſtica, acerba & auſtera, prohibet Hippocr. in capitis vulneribus, ne ſcilicet materia refluat in cerebrum; Ulcus enim etiam exaſperant, comprimendo & divellendo fit ſolutio continui, quæ omnium ſymptomatum fons eſt & illas, unde illud Hippocratis *omnis dolor Ulcus quodammodo eſt*; Parotidas oriri animadverſum quoque eſt ſuppreſſa dyſenteria & uſu adſtringentium intempeſtivo. *Duretus in Enarr.*

88. *Mundificantium nicus cavum*) Advertendum nonnunquam pugnandum eſſe cum ulcere, nonnunquam cum cauſa ulceris, nonnunquam cum ſymptomate ulceris: Duo autem ſupervacanei humores in ulceribus naſcuntur, ῥύπος, vel ῥύπος ἰχὼρ: Virulenta ſanies, & nullius pepaſmi capax, quæ ab ulcere fluit, ἰχὼρ eſt, ῥύπος vero craſſiuſculum pus quod adhæret nuncupatur. Itaque non ante procuranda eſt cicatrix quam ἰχῶρας ſiccaveris, & ῥύπος deterſus fuerit, qui craſſus eſt. Tres igitur ſunt curationis ſcopi, & ut urget vis morbi, ſymptomatis & excrementi; Sed quoniam ulcus cum inflammatione ſæpe conjunctum eſſe ſolet, ſi ſuperat inflammatio ulceris, ab ea auſpicanda curatio; quia unde periculum majus imminet, ab ea correctione auſpicanda curatio.

Præterea cum inteſtini procuranda ſit εὐσάρκωσις, quæ fit & perficitur partis integritate & bono ſucco, fieri autem non poteſt inflammatione ſuperſtite, qua pars integra dici nequit, ab ea curatio auſpicanda: Si vero potius ulceris habenda ratio, utrique con-

ſulendum, humor antecedens manſuefiat, conjunctus leniatur, ut mitificetur ulcus: Poſtquam lenieris, & inflammationi ulceris conſulueris, roborantibus, lenientibus & detergentibus mixtis operam dabis curationi; materiæ enim feritas infringetur, inflammatio extinguetur; & ulcus detergebitur. *Duretus.*

89 *Cavum implentium &c.*) In affectu diuturno, & ubi ulcera contumacia inteſtina occupant, uſurpandi clyſteres pro ſordidis ulceribus ſupra propoſiti: Chymici nonnulli *oleum ceræ* in Clyſteribus diſſolvunt ad ʒi. eoque ventrem inungunt: *Zacutus* auſus eſt uti *arſenico* cum felici tamen ſucceſſu, *Pr.adm.l.2.obſ.18.*

Eodem tempore lac vaccinum exhiberi poterit cum *ſyrupo myrtino*. Item *balſami veri* ʒi. cum nebula exhibita, ulcera interna mirabiliter conſolidat. Imo *mercurius crudus* confert, *ungu.roſac.* permiſtus & ventri illitus. *Riverius.*

Quando mitigatum eſt malum, pro reſtringendis inteſtinis, *in declinatione morbi conveniunt remedia vulneraria*, quæ inter eminet *Balſamus Peruvianus*, qui præter hoc quod vomitum in dyſenteria moleſtum ſupprimat etiam inteſtinis læſis mire conducit: Propinatur in forma pulveris cum *ſaccharo albo Coralliis* miſtus, vel in *vitello* ovi calide propinetur, in quo etiam diſſolvitur, ʒß. pro dozi uſurpanda, ſicuti etiam clyſteribus felici ſucceſſu addi ſolet.

Conveniunt etiam *Potiones vulnerariæ*, cum quibus commode & *balſamus ſulph.* tam *terebinthinatus* quam *ſuccinatus* propinetur, v. g.

℞. *herb. hed terr. m. ij. alchimill. plantag.* ãã. *m.* j. *ſumm. hyper. p.* iv. *raſ. c. c.* ℥iß. *coqu. in ſ. q. aqua ſimpl. Colat.* ℔j. *adde ſyr. corall. de ſymph. Fern.* ãã. ℥i. *ms.* aſſumatur bonus hauſtus, & cum hoc ſæpius 6. vel 8. guttæ præterpropter *balſam. ſulphur. terebinthin. vel aniſ.*

Nec negligenda *Externa*, quæ inter inprimis ſubinde uſurpanda veniunt *Clyſmata*, ſed raro, Clyſmata autem talia ſint temperantia acrimoniam humorum, adeoque ſimul anodyna & conſolidantia, A exulceratione, ſeu inteſtinorum læſionem: Speciatim *Clyſmata terebinthinata* ad imitationem *Sylvii & Barbette* præſcripta ſunt egregia.

℞. *Lactis recens chalybeati* ℥vi. *vel* viii. *terebinth. cum ovi vitello ſol.* ℥ß. *mell. roſ.* ʒvi. *ms.* addi poteſt *theriaca* ʒi.

Clyſmata conſolidantia fiunt inprimis ex *Vulnerariis*, & hinc propter eandem rationem ex *cancris fluviatilibus*, v. g.

℞. *Rad. ſymph. maj.* ℥i. *herb. plantag. burſa paſt.* ãã. *m.* j. *Coqu. in ſ. q. aqua ſimpl. Colat.* ℞. ℥vi. *vel* viii. *adde Balſami Peruv. in vitello ovi diſſolut.* ʒi. *miſce*, *Item.*

℞. *Juris decoction. Cancr. fluv.* ℥viii. *ſevi hirc.* ℥i. *m. f. Clyſma.* Quod ſi dolor adhuc urgeat ſyr. papaver. unc. i. addatur. *Vel*

℞. *Juris Cancr. fluviat.* ℥vi. *ſucci cancr. fluv. contuſi & expr.* ℥iv. *ſyr. de ſymph. Fern. unc.* i. *vitell ovi n.* j. *m. f. Clyſter. Etmuller.* De clyſteribus vide §. *Per clyſterem injectum.*

89. *Ulcus cavum implentibus*) Ad ulcus glutinandum, Clyſteres primo leviter ſiccantes & parum adſtringentes convenient, ad eos poſtmodum deſcendendo qui majorem ſiccandi adſtringendique vi præditi ſunt: Atque ita fient primum ex *Lacte chalybeato*, in quo *roſæ* decoctæ ſint, Vel ex *decocto hordei* aut *oryzæ torrefacta* & roſar. rubr. p. j. addendo utrique clyſmati interdum *vitellos ovorum aſſos* n. ij. aliquando & *mel roſac.* & cum magis operari vis, *ſucci plantag.* unc. i. Ad magis abſtergendum & glutinandum, in hunc modum parabitur.

Rad. conſol. maj. & ſaxif. barb. ãã. ℥i. *fol. plantag. & conſol.* ãã. *m.* j. *roſar. rubr. hord. torref.* ãã. *p.* j. *myrtill.* ʒii. *f. decoctio in aqua ciſterna*, *In colat.* ℔i. *diſſolve mell. roſ.* ℥i. *alb. ovi n* j. *vel mucilag. tragac.* ℥i. *ſevi hircini* ℥ii. *ſucci milleſol. vel polygoni* ℥i. *f. Clyſter*, Vel

℞. *Rad. biſtortæ, vel tormentill.* ℥iß. *rad. conſol. maj.* ℥i. *fol. burſæ paſt. polygon. equiſeti & piloſellæ* ãã. *m.* i. *balauſt, calic. glandium, nuc. cupreſſi* ãã. ʒii. *oryzæ toſtæ p.* j. *f. Decoctio in aqua fabr. In colat.* ℔i. *diſſolve ſucci plantag.* ℥ii. *vitellos ovor. aſſos n.* ij. *f Clyſter.*

Angelus Sala mirum in modum commendat ſequentem

℞. *Caput vervecis per medium ſectum decoquatur, donec caro ab oſſibus ſeparetur, Juri colato adde ſummit. hyper. m.* ii. *vel* iii. *rad. tormens. craſſo modo contuſæ* ℥ii. *infunde per 2. vel 3. horas ſupra cineres calidos, Colatura bis terve iniiciatur.*

Succus plantag. ſolus, *vel lacte & decocto hordei* contemperatus utiliter iniicitur.

Gummi tragac ʒii. vel illarum infuſio in *aqua peculi roſar & plantag.* Clyſteribus utiliter permiſcetur, Vel cum ſucco plantag. permixta, addito *ſevo hircino*, efficaciſſimum enema componet: Loco *tragacanth.* aut etiam cum illa, utiliter uſurpari poterunt *gummi Arab. thus, maſtiche, ſarcocolla*, Quæ omnia in prædictis liquoribus ſoluta glutinando operantur, nec ut valde adſtringentia ulcus exaſperant: *Amatus* valde probat Clyſteres ex dictis emplaſticis paratos, quia internam inteſtinorum ſuperficiem contra fluentis materiæ morſum cruſtæ inſtar obducunt; & ſic componit.

℞. *Aqua hordei* ℥x. *album. ovi optime concuſſum n.* j. *gummi arab. adip. capr.* ãã. ℥ß. *olei roſac.* ℥i. *boli arm. & g. tragac.* ãã ʒi *miſce.*

At ne Clyſteres illi emplaſtici ſuo lentore acres materias, tanquam carcere retentas, inteſtinis affigant, ad clyſteres detergentes deveniendum eſt, qui non diu ſunt retinendi: Tum etiam clyſteribus adſtringentibus detergentes identidem interiiciendi ſunt. In Clyſteribus adſtringentibus utiliter admiſceri poterunt *acacia, hypocyſtis, ſanguis drac. lapid. hæmat. ſuccus rubeus* attritione cum *aqua roſar. vel plantag.* elicitus; *bolus Armena, terra ſigill. troch. de ſuccino. albi Rh. ad* ʒi. *vel* ii. Alii vero Pulveres qui à nonnullis præſcribuntur, noxii potius ſunt, cum in liquore ſubſideant, partemque vellicando irritent: Imo vero ſatius eſt etiam prædictos pulveres in liquore vel decocto infundere, & facta colatura iniicere. *Riverius.*

89. *Ulcus cavum implentium*) Ad ulcus leniendum & conſolidandum Elect. ſequens utiliſſimum

℞. *Mucilag ſemin. cydonior, mucilag. rad. conſolida, & gummi tragac. omnium extract. cum aqua roſac.* ãã. ℥i. *amyli* ʒii. *corall. r.* ʒii. *boli Arm præp.* ʒi. *balauſt.* ʒß. *rob. de ſorbis vel cydon.* ℥ii. *ſacch. roſ.* ℥i. *f. Elect. dozis* ʒii. Riverius.

Topica medicamenta.

90. *Topicorum applicatione*) Carminativa tormina dyſenterica & cum diarrhœis aliis conjuncta ſedant, unde in Dyſenteria calorem externum, cum linibus ex *oleo cera, chamomill. anethi, aniſi, fœnic. hyoſcyami*, &c. inveni laudatiſſimum, imo in torminibus quoque Variolas præcedentibus. *Wedelius.*

Empl. diaphœn. frig. toti ventri calide imponatur, Eſt præſtantiſſimum in omni Dyſent. Poteſt id & ab initio imponi. *Dom. Cornarius, Conſ Med.* 1.

Mirabile eſt ad tormina *Omentum* recens calidum ſuperdatum, *M. Aur. Severinus Therap. pag* 169. *Radix ireos aqu. lutea* Collo appenſa ſummum eſt ſecretum magicum. *Rhumelius Med. Spag. p.* 172.

90. *Topicorum*

90. *Topicorum applicatione*) Exterius admoveantur toti ventri *olea cydonior. roſac.* & ſi magis adſtringendum, *omphacinum*, vel addita *aceti* tertia parte, & coquendo ad conſumptionem aceti: Si venniculus ſimul affectus ſit, addatur *maſtichinum* vel *abſinthinum*. Poſt Inunctionem eadem pars conſpergatur Pulvere aliquo adſtringente, conflato *ex myrtillis, cort. granator. gallis, nuc. cupreſſi, calicybus gland. roſ. rubr. balauſt. thure, maſtiches*; ad majorem adſtrictionem addi poſſunt *bolus armena, terra ſigill.*

Ex iiſdem pulveribus, oleis prædictis exceptis, cera addita, poſſunt fieri *unguenta* ad eundem uſum; Vel etiam *Ungu. Comitiſſa*, ſolum, aut aliis permixtum admoveri poteſt.

Cataplaſma ad Diarrhœam præſcriptum hic convenire poteſt; ſequens eſt potentius.

Boli Arm. ℈ii. *thuris* ʒß. *ſangu. drac. maſtich. mum.* āā. ʒii. *Fiat Pulvis qui excipiatur alb. ovi & aceto*, Ex panno ſub umbilico admove.

℞. *Telæ arancar.* ℥iii. *album. ovi diu concuſſum n. j. frigantur in ſartagine*, calide umbilico applicentur.

Cataplaſma ſequens hepar roborans, à *Solenandro* multum commendatur in omni alvi fluxu, tam hepatico quam dyſenterico, & antiqua diarrhœa. Neque ob adſtringentia metuendum eſſe docet, quia hepar roborantibus temperatur.

℞. *Eupat. ſchoen.* āā. *m. j. ſpica Indic. p. ß. maſtich. macis* āā. ʒß. *ligni aloes* ℈iii. *myrobal. chebul. & emblicar. torrefact.* āā. ʒi. *boli armen. terra ſigill. lap. hamat.* āā. ℈vi. *coriand. præp.* ℥ß. *ſpod.* ℈ii. *roſar.* ℥i. *ſpec. triaſant. ſine campb.* ʒß. *ſcor. ferri præpar.* ℥i. *far. hordei* ℥ii. *olei maſtich. & myrtill.* āā. *q. ſ. f. Empl. quo totus venter contegatur à cartilagine Xiphoide ad os pubis.*

Fotus etiam fieri poteſt toti ventri, ex decocto adſtringentium facto *in aqua ferrata* cum *vini rubri vel aceti* portione. Vel

℞. *Roſar. rubr. m. ij. abſinth. menthæ* āā. *m. j. nuc. moſch. rad. cyperi, maſtiches, galangæ,* āā. ʒi. *Cum linteo albo fiat ſacculus juſtæ magnitudinis, qui in vino rub. vel aceto madefactus ventri imponatur.* Vel

℞. *abſinth. menthæ, plantag. fol. querc. ſumm. rubi, caudæ equ. centinod.* āā. *m. j. flor. chamæm. p. ij. roſar. rub. m. ß. myrtillor.* ʒi. *ſem. ſumach plantag. coriand.* āā. ℈vi. *nuc. moſch. n. iii. fiat decoctio in aqua chalyb. & vino rubro pro Fotu ventris.*

Rulandus ventri admovet ſacculum *ex furfuribus in aceto* decoctis.

Si *dolor* valde urgeat ventri admoveantur lintea *in lacte chalybeato* calente demerſa.

Si Fomenta non ſufficiant, ad *Inceſſus* devenire poſſumus, qui à *m. de Gradi, Savanarola, & Jachino* præcipue laudantur.

Idemque *Jachinus* ad pueros maximum eſſe ſecretum aſſerit; nam calore actuali nonnihil humores ad cutem avertunt, qualitate vero adſtringente fluxum cohibent: Iis tamen utendum non erit ſi corpus humoribus vitioſis refertum fuerit; Si dyſenteria fuerit maligna, & febrem comitem habuerit: Fiunt autem ex *teneris germinibus quercuum, baccis cupreſſi virid. nucibus pineis virid. vel pinifol. & corticibus* aliiſque in aqua decoctis.

Faventinus hanc lotionem proponit tanquam ſecretum ad ſiſtendum fluxum dyſentericum

℞. *Scoriæ ferri aceto præpar. limat. chalyb. aceto præpar.* āā. ℔i. bulliant in ℔iii. *aceti fortiſſimi* ad mediæ partis conſumptionem In hoc decocto æger plantas pedum & volas manuum detineat, per dimidiam horam, mane & veſperi.

In affectu diuturno, & ubi ulcera contumacia inteſtina occupant, *Mercurius crudus* ad eorum curationem plurimum confert, Si cum *unguento* roſaceo permiſceatur, eoque venter illinatur.

Ad *dolores* leniendos, *omentum caſtrati*, aut vervecis recens mactati, ventri admotum & alligatum multum prodeſt, præcipue in pueris, & pluries idem remedium iterari debet. *Riverius.*

Diaphœn. Empl. Meſue ventri admotum valet; *Faſcia aceto irrigata* ventri circumligata quidam utuntur, *Cucurbitularum* in ventris medio, ſeu centro, vel utrinque, circa inguina affixio, nimium fluorem aliquomodo retinet, *Oleis* quibus venter inungitur, iiſdem & foveri poteſt, addito aceto nonnunquam, vel ſuccis herbarum, *Lotio crurum* in jam dicto Decocto admodum calido facta ſimiliter juvat; Si ex *decocto ſcoriæ ferri, & limatura chalybis in aceto* acerrimo fiat, probatur. *Suppoſitoria*, dolorem præſertim ſedantia, *Teneſmo* convenientia, ut de *ſevo*, aliaque ejuſmodi; etiam in dyſenteria, nonnunquam indita profuerunt.

Purgare Podicem ab adhærentibus ſordibus poſt egeſtionem *foliis verbaſci & lagopi panniculis*, tum ob molitiem ipſorum, tum vires aliquas quas ſimul conferunt, probantur, Cujus mollitie cauſa *folia althææ* probari poſſunt. *Platerus.*

Pro arcano habeo à viro Illuſtriſſimo *argentinæ folium* plantis pedum admotum omnes dyſenterias intra xxiv. horas ſiſtere. *P. Borellus cent. 1. obſ. 13.*

Fiant Sacculi è *verbaſco* aqua incocti & ventri dolenti imponantur, *Phil. Michael conſ. 94. lib. 7. conſ. Cratonis.*

Experimento conſtat in veteri Dyſent. *Cucurbitulas* quendam ventri impoſuiſſe plures 4. horarum ſpatio, & ſanitati reſtitutum: *Alexand. Benedictus lib. 20. capit. 41.*

Efficaciſſimum ſemper deprehendi hoc Emplaſtrum.

℞. *Rad torment. mica panis* āā. *q. ſ. coqu. in vino* vel aceto uſque dum fiat pulticula. Hac inunge goſſypinum linteum, ventris regionibus antrorſum & retrorſum admovendum, *Balth. Brunnerus Conſ. 50.*

Tanquam anodynum expertus ſum ſemper profuiſſe Iounctionem cum *oleo hyperic & urticæ* lapillis contuſa, calefacta, & abdomini applicata. *Claudinus Emp. Rat.*

91. *Penetrare non poſſint*) Quidam externis & *terram ſigillatam corallia, crocum martis*, & ſimilia addunt, ſed ridiculo conatu, Præter externam enim abdominis illinitionem nil operantur, cum ulterius penetrare nequeant; Par ſit judicium de Emplaſtris ex talibus ſimilibus paratis; uti eſt *Empl. ſtypt. minſicht, Empl. contra rupt. &c. Etmuller.*

92. *Cataplaſmata in dyſenteria*) Potius admoveantur Fomenta ſub forma *ſacculorum*, quæ inter egregii ſunt ex *fol. quercus in aceto coctis*, abdomini & podici applicans, *Rulando* uſitatis, Ad ejus imitationem fauſto ſucceſſu præſcripſi.

℞. *Fol. querc. furfur.* āā. *m. iij. flor. chamom. verbaſci,* āā. *m. ij.* Ex conciſis f. ſacculi duo, unus rotundus major, alter oblongus minor, Ille *aceto calido* incoctus applicetur umbilico, hic vero ano ſæpius repetendi, Prior inteſtinorum affectus, poſterior teneſmum, *recti* præſertim coercet. *Etmuller.*

Diæta.

93. *Diæta*) *Aqua chalybeata in dyſenteriis* ab omnibus fere qui in Medicina claruerunt, præter. *J. Cratonem* laudatur; Ego ut ingenue fatear, per multos annos *aquam chalybeatam* quoque præſcripſi, tandem

vero quæ *Crato* de hac re ſcripſit, cũ mihi innotuiſſent, ac proinde ejus loco ægris *lac amygdal.* aut decoctum aliud quod conveniens exhibuiſſem, omnia profecto longe felicius mihi ſucceſſerunt, ita quidem obſervationem *Cratonis* veriſſimam eſſe reipſa expertus ſim.

Hoc decoctum pro Potu exhibeo.

℞. *Agrimon m.j. veron. m.ß. rad. biſtorta & raſ. c. c. ãã.ʒß. coqu in ℔ix. aqua fontis, donec iij. pars ſit abſumpta, idque forti igne & vaſe aperto:* herbæ & rad. ſint ſiccæ, recentes enim reddunt decoctum ingratum.

Lumbricos terr. lotos & conciſos cum carne caſtratorum coctos, Si ægro eorum Juſcula exhibita fuerint mirum in modum dyſenterias prodeſſe ſæpiſſime expertus ſum, Dolores enim ſedant, & quæ in inteſtinis ſunt ulcera aut vulnera, facultate quadam ſpecifica conſolidantur, quod & D. *Wierus* teſtatur; Sed quia urinas ſimul inſigniter movent, nonniſi prius expurgato corpore hujuſmodi Juſcula exhibenda ſunt, & quidem paulo ante paſtum: *Fabr. Hildanus Tr. de Dyſent. c. 7.*

Notavi *aeris mutationem* mire ad Dyſenteriæ curam conferre, vidi enim Dom. N. dyſenteria fere morientem qui curari nunquam potuit niſi aëris Caſtrenſis cum ſuo (Nemanſenſi) immutatione poſt quam ſtatim curatus fuit, pinguiſque evaſit, licet antea tabe confectus eſſet: *P. Borellus Centur. 1. obſervat. 13.*

Vinum rubr. mirum in modum commodum, Ipſe teſtari poſſum, qui adoleſcens ope *vini rubri*, in quo *ſanguis leporis* M. Martio capti maceratus fuerat, ſervatus fui. *Sachs Gammarol. p. 308.*

93. *Diæta*) Diætam quod attinet, *Aër* eligatur temperatus, *Cibus* omni acrimonia careat, & nimia aciditate vel ſalſedine; ſimulque adſtringendi in morbi progreſſu; & ventriculum roborandi vim habeat: Ab initio *victus* ſit tenuis *Sorbitiones* ex cremore *Ptiſana* proficuæ, quibus amygdalæ commode permiſcentur, *Lac* non concedendum, Vitandus etiam *Potus* cerviſiæ fæculentæ, & nimis calidæ vel frigidæ: *Vinum* in quo *gnaphalium* coctum eſt efficax, ex *Dioſcoride*, *lib. 3. cap. 115.* remedium: *Motus* corporis vehementes vitentur, *Quies* & ſomnus moderatus maxime probantur: *Animi pathemata* penitus faceſſant. *Rolfincius.*

Vitelli duo ovorum indurati, & in *aqua roſarum* diſſoluti inſtar panatellæ condiantur *ſaccharo* & pauca *nuce moſchata*, & bis aut ter exhibeantur.

In omni fluxu à putridis humoribus roborentur inteſtina *pane biſcocto* qui in aceto fuerit decoctus & poſtea exſiccatus, Bis terve repetita ea præparatione ille pulveriſetur, & juſculis indatur ad mediocrem craſſitiem.

Juſculum *carnis vitulinæ*, optime & diu coctæ, Ulcerum dolores lenit.

Cremor oryzæ mundæ bene coctæ ulcera conſolidat. Refert *Lerius* in ſua hiſtoria multos dyſentericos in longinqua navigatione, fame propemodum enectos, *oryza in lacte* decocta, additis *vitellis ovorum & ſucco hederæ terreſtris*, fuiſſe reſtitutos.

Mucilaginis g. tragacanthæ extracta cum aqua roſar. cochl. 1. vel *g. arabici* ʒß. in ſingulis juſculis & panarellis utiliter diſſolvitur, tum etiam *gelatina c. c. cochlear. j.*

Meſpilorum uſus dyſenteriam inveteratam curat ex *Foreſto.*

Pro *Potu* ordinario exhibeatur aqua cum *conſerva roſar. tinctura roſar.* agitata.

Decoctum fol. quercus, vel aqua *infuſionis terræ ſigillatæ*, vel aqua ſimplex *auro uſtulata*, cum *ſyr. cydonior. myrtino*, aut de roſis *ſiccis*: Vel abſente febre, leve *decoctum maſtiches* cum ſyr. prædictis.

Potus chalybeatus, ex ſententia *Cratonis*, exhibendus non eſt. non enim adſtringit, ut vulgo creditur ſed turbat alvum, Alii laudant *decoctum graminis*, quia ſiccando prodeſt & per urinam divertendo.

Cortices duorum *arantiorum ſubviridium* in ℔viii. aquæ decocti pro Potu ordinario; curationem accelerant.

Denique obſervationem dignam quod tradit *Aetius lib. 3. cap. 8. & Paulus lib. 1. cap. 35.* inveterata alvi profluvia per *venerem* exſiccari, Quod prius dixerat *Hippocrat. 7.* Epid. in fine Μίξις (id eſt veneris uſus τὰ κατὰ τὴν γαστέρα ϛληνώσ, *quæ ventre continentur indurat*; *Amatus* cur. 47. cent. 2. Dyſentericus, *inquit*, cum graviter opprimeretur, nocte cum uxore hymenæum exercuit, & illico dejectiones ceſſarunt, indeque ſanus evaſit. *Riverius.*

Amylum in lacte, vel lacte amygdal. coctum, addito interdum ovo conquaſſato, vel illius *vitello*, *ſaccharo & butyro.*

Milium excortic. cum *lacte* coctum, addito *ovi vitello*; Alii putamen illius cum *vino* aſſant & propinant.

Avena munda integra cocta, vel farina illius, *Avenatum* vocant, Dyſentericis admodum in uſu eſt; Ejuſmodi *Pultibus*, ut efficaciores ſint, addi poſſunt *far fabar. rad. tormentillæ, ſemen plantag. ſumach, bolus*, aliave: Pultibus, præſertim ex *oryza ſi cera virginea* taleæ, nunquam aqua madefactæ ʒii. incoquantur experientia teſte, promptiſſimum & ſaluiferum eſt remedium.

Panis ex farina, alb. ovi, pulvere gallar. vel *cortic. granat.* contritus datur cum vino, *Fabas in poſca* decoctas laudat *Dioſcor.* alii *lentes.*

Ovum ſine teſta coctione in aceto induratum vel frixum cum *cera nova* ʒi. diſſolut. in ſartagine: Addi poſſunt *Pulvis ſumach*, aut *ſuccus plantag.* vel *folia cannabis.*

Sanguis frixus, hirci, capræ, cervi, comeſtus à *Dioſcor.* probatur; Inprimis *leporinus* frixus vel coctus cum *farina hordei.*

Turtur aſſus peculiariter prodeſſe dicitur; Vel implumis eviſceratur, infarcitur *gran. myrti & cera nova* ãã. ʒii. comedendus tribus continuis diebus: Infarctui addi poſſunt thuris ʒii. & de *ſangu. columbæ ſiccato* ʒj. aliaque adſtringentia, *roſa, ſumach. cinnam.* Inter fructus *cydonia, pyra, poma* parum auſtera, cocta, vel roſta, quia cruda ventrem conturbant, *Pyra*, aut *cydonia* excavata *cera nova* implentur, comeſtaque admodum probantur, *Oxyacanth.* baccas laudat *Dioſcor.*

Vulgus *Caſtaneas* toſtas, *avellanarum nucleos* rubra tunica veſtitos; *amygd. crudas*, quæ tamen ſtomachum gravant.

Portulaca cocta lenit admodum aſperitatem. *Platerus.*

Sedulo caveant ægri ne corpus refrigerent, ſed quantum poſſibile, calidum illud, & blando madore irroratum conſervent, præſertim pedes, Nam quo calidiora conſervantur extrema eo melius habent ægri: Si vero tantillum refrigerentur, præſertim pedes, acerbiores ſuperveniunt dolores: Eadem ex ratione à *frigido potu* quantum poſſibile abſtineant, Simul enim atque potus non calidus ingeritur ſubito tormina & alvi excretio crudeliter ſuperveniunt, Hinc juſcula decoctionis gallinarum ſæpius ſorpta, licet minus grata, ſunt tamen ſumme proficua.

Quieti etiam *ſint ægri*, & omnem corporis jactigationem intermittant, Sane, referente *la Moniere de fluxu dyſent pag. 104.* quies tantæ fuit utilitatis, ut qui ſtatim à morbi initio decubuerunt, nec dedignati ſunt in lecto, vel in pelvi, vel ſuper lintea dejicere, morbi violentiam facile ſuperarent. *Etmuller.*

94. *In*

[94] *In qua locum habet*) *An vinum conveniat?* Stomachi in tota cum ſumma eſt habenda ratio, non ſecus ac in quibuſvis alvi fluxibus, cujus ratione *vinum*, præſertim in juncto vomitu, non nocet, abſolutè conſideratum; Acoris vero ratione nonnihil ſuſpectum videtur, Anno *1666.* cum dyſenteria maligna epidemicè graſſaretur in Miſnia, præſertim ruri, obſervatum fuit potum vini conducibiliorem fuiſſe ægris potu cereviſiæ, cumque citius retentum, nec adeo ſubito per vomitum fuiſſe rejectum. *Etmuller.*

Differentiæ.

[95] *Differentia* Dyſenteriæ ſunt variæ.

I. [96] Alia eſt *Fiens*, [97] quando exulceratio in ſuperficie tantum inteſtinorum incipit, & mucoſum quid exiguo admodum cruore perfuſum ejicitur. [98] *Mucus* iſte, vel eſt pinguedo inteſtinorum abraſa: vel mucus, quo inteſtina ad faciliorem excrementorum tranſitum oblinuntur: [99] vel denique pus ex ſanguine & humoribus ad inteſtina affluentibus, & ibi ab iiſdem [100] *φλεγμονώδη διάθεσιν* patientibus, temperie everſa, ortum.

Alia eſt *facta*, [101] quando eroſio altius penetrat, & vel fibræ pelliculæque interioris ruptæ cum ſanguine exeunt: vel fruſtula ſubſtantiæ carnoſæ de propria inteſtinorum ſubſtantia deciſæ, cum ramentis membranoſis, pureq; plurimo, ac purulentia excernuntur, quæ extremus malignitatis gradus eſt.

II. Alia eſt [102] *Inteſtinorum tenuium*, In qua dolor propter ipſarum membranoſitatem [103] acutiſſimus, alvi longior poſt tormina excretio, [104] cruor cum ſtetcore exquiſitè propter longiorem viam miſcetur, [105] ſanguis magis nigreſcit. Medicamenta purgantia per os ſunt exhibenda, [106] Incurabilis ferè eſt.

Alia [107] *Craſſorum*, in qua dolor eſt minor, propter ipſorum carnoſitatem; [108] præcipuè circa umbilicum percipitur, propter ſitum, alvi poſt tormina cita fit excretio. Cruor & purulenta materia alvi excrementis ſupernatant.

Nota, plerumque inteſtina craſſa attingi, attactis medicamenta [109] optimè per clyſteres exhiberi, interdum ventriculum & partes vicinas in conſenſum trahi, interdum ventrem è regione ulceris & foraminis ob communicatam illi putrefactionem perforari. [110] Sunt qui ægrum in ſella ſtatuunt, ſuppoſito thuribulo, [111] quod accenſum recipiat *Zinziber*.

III. Alia eſt *ab* [112] *Externis*, nempe aut [113] *venenis*, cujus curatio peragitur vomitu. Obtundentibus dum vellicant, ut lacte, *Oryza, juſculis pinguibus*, [114] Antidotis, præcipuè *Smaragdo præpar.* ad gr. vi. ſed per decem horas à cibo abſtinendum & ſudandum.

Aut [115] *Pharmacis* [116] *purgantibus* vehementioribus; & tum, ſi Curationem ſpectes, prodeſt poſt abſtergentia ex *decoct. hordei cum ſyrupo roſar. ſolut. lactis tepidi potus, Theriaca* recens, &c. Extra, *oleum cydon maſtiche* &c. Aut *croco ſylveſtri*, vel *vino aduſto* [117] ſtercori calenti ſuperfuſo, quod & anum ſcabioſam facit.

Alia [118] *ab internis*, de quibus inferiùs.

IV. [119] Alia eſt [120] *Epidemia* [121] *& maligna*, [122] in qua Alexipharmacis agendum, inter quæ *C. C. Terra ſigillata, Corallia, Sapphirus, Scordium, pulvis Bezoardicus aureus*, purgantibus eadem miſceantur.

[123] Alia *ſimplex*, cui ſuperiora applicentur.

V. Alia eſt à [124] *Bile flava*, à qua plerumque Incipit, quæque nunc in ventriculo, nunc in inteſtinis gignitur, nunc ex veſicula, venis meſeraicis, toto corpore ejicitur.

Alia [125] *Bile atra*, quæ ſi ratione *κρίσεως* febrilium morborum excernatur, [126] curari poteſt, nonniſi præmiſſa temperatione purgari, & quidem lenioribus debet.

Alia à [127] *Bile praſinâ & æruginosâ*, quæ, quamvis exſurgente natura ejiciatur, tamen non ſtatim.

Alia [128] à *Pituita ſalſa*, quæ interdum in capite à calore majore, interdum in ventre producitur: ad inteſtina delata, & lentore ſuo ipſis diutius inhærens, ea exagitat, tandem exulcerat. Difficulter curatur. *Agarico & Mechoacanna* benè exſtirpatur.

[95] *Differentiæ Dyſenteriæ ſunt variæ*) Et hæc præcipue eſt quod alia ſit *Critica*, alia *ſymptomatica*: Ideoque conſiderandum qualiſcunque ſanguis ex inteſtinis fluxerit, etiam comite pure, an ſemper neceſſaria ſit ita illius cohibitio; an permittenda excretio per alvum, expurgante ea via humores natura, ſicuti per alias à noxiis ſe liberare ſolet; Sanguis in dyſenteria alvo excluſus ſæpenumero indicium eſt criſis: accidentis ex maſſa ſanguinea; adeo tum ſolummodo inhiberi debeat ille fluor cum vires manifeſtè dejiciuntur: aut cum ab intenſiori reddito dolore, ac egredientis puris copia, incrementum capere ulcus argumentum eſt: Fluor ille ex inteſtinis prodiens ſæpiſſime non alia ratione accidit, qua narium hæmorrhagia ab hiantibus arteriis in cavitatem narium abeuntibus, qui fluxus cùm criticos ſit vel ſymptomaticus eadem ratio eſt in dyſenterici, & arteriarum meſentericarum, commune enim utriſque officium eſt plurimum ſerum naturaliter deferre, pituitam alioſve ſuperfluos humores aut vitioſos in inteſtina, id quod manifeſtum eſt in purgationibus arte excitatis, vel etiam ipſa Anatome, inferre ergo licet anaſtomoſes arteriarum plurium hiſcere; Sin contigerit ſanguinem copia peccare, aut qnalitate aliqua vitioſa, eandem viam ſibi patefacit, moru oon ſnious critico quàm per aliam

quampiam corporis viam: Sed ſi Dyſenteria nonnunquam criticè accidat, ſanguinem ſuperfluum excludente natura, multò frequentior eſt ſymptomatica ratione ulceris in inteſtinis excitati. *Ravelly Fr. de Fluor, alvi cap. 6.*

95. *Differentia*) In genere pro meliori medicationis ratione obſervandum ante omnia, an *benigna*, an *maligna* fuerit dyſenteria, Item an à *cauſa interna vel externa*, & hæc vel *aſſumptis acribus &c.* vel *contagio nata*, fuerit: Nempe *Epidemica* non ſunt præciſè malignæ, Et ex his conſiderationibus varietatis Dyſenteriæ variat ſubinde apud Practicos medicandi ratio. *Etmuller.*

Alia eſt Fiens, &c. alia Facta) In Dyſenteria inprimis obſervantur tres gradus, 1. quando ſaltem adſunt tormina cum excretione mucoſa, cruenta incipiente, ij. Quando copioſus mucus, plus minus præternaturalis excernitur, idque vulgo dicunt eſſe abraſionem inteſtinorum, iij. Quando in tantùm malum augmentum ſuſcepit, ut inteſtina ad perfectam exulcerationem diſponantur. *Etmuller.*

96. *Alia eſt fiens*) Si mucoſum illud quod excernitur, ſit, ut volunt *Sennertus & Riverius*, excrementum inteſtinorum malè affectorum, alimentum ſibi tranſmiſſum depravantium, & in mucoſam illam materiam tranſmutantium *Aut*, quod cenſet *Platerus*, Pus ex ulcere inteſtinorum genitum, ad *Factam dyſenteriam* excretio illa potiùs, quàm *Fientem* referri debet.

97. *Quando exulceratio*) *Carteſius* particulas *hamatas, cuſpidatas, ſagittataſque*, humoribus permixtas, & ex meris *cubis* aptè & convenienter diſpoſitis & connexis conſtantes, inteſtinorumque membranam divellentes, dividentes, perforantes, hinc inde diſpicientes, & ſic ulcus inteſtinorum producentes, prætendit; quæ particulæ in maſſa ſanguinea præexiſtunt, & ad inteſtina ſæpe præcipitantur, verbis D. *Dolæi in Encyclop. pag. 481.*

98. *Mucus iſte, vel eſt*) Quæritur quidnam ſit illud Mucoſum & album, quod magna copia plerumque in dyſenteria excernitur, ſanguini aliiſque humoribus permixtum: Quidam putant eſſe *pinguedinem* inteſtinorum abraſam, alii *mucum* quo inteſtina oblinuntur, ad faciliorem tranſitum excrementorum; alii *pituitam* à cerebro aliiſque partibus defluentem; alii pus ex viſceribus manans.

Nos ſtatuimus hanc mucoſam ſubſtantiam nihil aliud eſſe, quàm inteſtinorum excrementum præternaturale: Inteſtina ſiquidem labefactata, & à naturali conſtitutione dejecta, proprium alimentum rite convertere nequeunt in ſuam ſubſtantiam, ſed illud imperfectè aſſimilando in mucoſam illam ſubſtantiam commutat, quæ cum nutritioni illarum partium inepta ſit, expellitur foras, & pars demum nutritionis indiga, novum attrahit alimentum, quod denuo cum perfectè tranſmutari non poſſit ob vitium partis, in ſubſtantiam illam heterogeneam & mucoſam convertitur, Cujus magnus eſt proventus, quoniam pars ad ſui nutritionem continuò ſanguinem trahit à venis, qui in mucoſam ſubſtantiam convertitur, atque adeo pars ſuo genio fraudata, novum iterum attrahit ſanguinem ad ſui nutritionem, quam perpetuo intendit, qui cùm propter depravatam homoioſin in prædictam ſubſtantiam commutetur, magnus fit mucoſi illius excrementi proventus.

Idem in quamplurimis aliis partibus contingit, & præſertim in iis quæ magna & profunda ulcera patiuntur: pars ſiquidem ulcerata, cum ob pravam diatheſin probe nutriri nequeat, ſanguinem continuo attrahit à venis, qui in purulentam ſubſtantiam commutatur, unde totum corpus ſenſim exhauritur, & tandem contabeſcit.

Neque ſolum partibus ulceratis hoc vitium contingit, ſed etiam aliis nullo ulcere aut abſceſſu affectis, ita ut licet excrementum prædictum puris naturam æmuletur, non ſit tamen verum pus, quod nonniſi ex ulcere vel abſceſſu procedit: Id præcipuè apparet in Ophthalmia, in qua oculus, ſimplici inflammatione affectus, copioſius excrementum puri ſimile continuo emittit, quod ex ſola partis intemperie & depravata homoioſi procedit; Idem ſæpe contingit aſthmaticis, & aliis qui pulmonum affectibus laborant; eorum enim pulmones male affecti proprium alimentum male concoquunt, & in excrementum pituitoſum atque interdum puri ſimile convertunt, quod per anacatharſin expellitur, in iis tamen nullum ulcus eſt in pulmone, quod multi Medici, etiam periti, ſtatim pronuntiant conſpecta illa materia puris ſpeciem referente. *Riverius.*

Excrementa hoc ordine excernuntur, 1°. *Mucus inteſtinorum* abraſus, abraditur autem ab humore acri, vel quia quaſi fermentatur & concreſcit chylus & ſanguis, qui talem præbent materiam. *Walæus Med. in pag. 192.* Præter ſanguinem *Mucus* quidam, quem pituitam eſſe putant, cum fibroſa ſubſtantia, qualis in ſanguine in aquam per venæ ſectionem emiſſo, Secerni ſolet, quæque falsò pituita eſſe creditur, ſit perſimilis, copioſe interdum, & plus fere quàm ſanguinis redditur, tunc Germani eam *albam Dyſenteriam* appellare ſolent. *Pinguedinem* alii eſſe crediderunt, falſi eò quòd inteſtina inverſa à laniis pinguia eſſe videntes, intus quoque pinguia eſſe eadem, cum tamen omni pinguedine ibi careant, male exiſtimant; Nonnullis pro ramentis inteſtinorum accipitur, quæ tamen ſi prodeunt, quod rarum, membranea ea eſſe, eſt neceſſe. *Platerus.*

99. *Vel denique pus*) Mucoſa materia quæ in Dyſenteria excernitur, ſi adeo copioſe egeratur, ut reliqua excrementa exuperet, Dyſenteriæ veluti privatam ſpeciem, *Albam*, ob hujus prævalentiam dictam, parit, uti & illa mucoſa, nunc ſubcruenta, nunc alba materia quæ in *Teneſmo* exprimitur, hanc dejectionem, tunc ob mucum hunc, tum illum conatum præternaturalem reddit: Qui *Mucus* ab exulcerata inteſtinorum ſubſtantia provenit, quæ cum membranoſa ſit, pus ejuſmodi viſcoſum, uti & in veſicæ ulcere fieri videmus, profert, quæ ab initio, dum recens eſt, ſanguinis notas, mox mucum illum tinctum adhuc, poſtea cùm ſordeſcere incipit, ulcus album magis producit; & cùm in inteſtini recti exitu illud ſit, ob craſſitiem illius, copioſum, & quia podici vicinum, in hoc affectu ſeparatim prodit. Ob quam cauſam mucum hunc ad pus potiùs quàm ad aliud referimus, quod phlegma eſſe quidam voluerunt. *Platerus.*

Dyſenteria ab Inflammatione.

100. *Iiſdem φλεγμονώδη δ[illegible]*) Imò vera inflammatio ſæpe oboritur, Cauſas vide §. 10. *Si ſanguis interdum excernitur*) Dyſenteriæ ab inflammatione inteſtinorum ortæ exemplum affert *Riverius Cent. 3. obſ. 2.* Domina N. *aet*, correpta eſt dyſenteria gravi 14. menſis Iulii æſtu maxime ſæviente &c. mihi maximi momenti viſum eſt, in tempeſtate calidiſſima & æſtuoſiſſima ad inflammationem illarum partium præcipuam curationem dirigere, quia ex ea præcipuum ſolet impendere periculum: utplurimum enim qui ex dyſenteria intereunt præcipuam mortis cauſam inteſtinorum gangrænam agnoſcunt, quæ ex aſſidua pravorum humorum illuvie in partes inflammatas & ulceratas confluente facile inducitur.

Primo præſcripſit Clyſterem detergentem & venæ ſectionem, poſt purgans ex *rhabarb. myrobal. ſyrupo roſar. &c.* Clyſteres ex *lacte & vitellis ovorum* frequenter injiciebantur; *Laudanum ad* gr. iij. exhibitum cum *conſerva roſar.* illico dolores ſedavit, dejectiones rariores fecit, iterum ſecta vena, & poſt tres horas exhibitum

decoctum

decoctum inteſtinorum vervecis cum *pulvere granor. alkes* ʒj. quo dolores ſedati, & dejectionum intervalla multo longiora reddita. Statim à V. S. totus venter inungebatur *Oxyrrhodino ex ol. roſac. aqua roſar & aceto* parato, quod ſingulis horis admovebatur, ad ſedandam inflammationem, quæ ex febre dignoſcebatur, & ex eo quod levis ventris contactus dolorem inferebat, quo remedio multùm levabatur: Veſperi injectus clyſter ex *lacte* cum unc. iij. *ſucci plantag.* Noctu datus *julepus ex aqua plantag. cum* ʒß. *Pulv. gran. alkes.* viii. *die data rhabarb. pulv.* ʒi. poſt per triduum ſumpſit *decoctum Myrobal.* quo integre curata eſt, ſic compoſitum.

℞. *Cortic. myrobal. chebul.* ℥i. *citrin.* ℥ß. *paſſul. corinth.* ℥ii. *coqu. in aqu.* ℔ij. *ad tertiæ partis conſumpt. diſſolve in Colat. ſacch.* ℔i. fiant 4. dozes.

101. *Quando abraſio altius penetrat & vel fibræ &c.)* In abraſione iſta triplex gradus eſt obſervandus, ſecundum nempe iſta quæ una cum muco interdum excerni obſervantur. 1. Abraſio bombycini velamenti. 2. Quando tunica craſſa fruſtulatim excernitur, *Hippocratis* ſolet vocare *ramenta, aph. 67. 7. ſect. 3.* Quando ipſa ſubſtantia inteſtinalis eroditur, & tunc exeunt carunculæ, ut dicit *Hippocrates ſect 4. aph. 26.* Etmuller.

102. *Alia inteſtinorum tenuium)* Subjecti ſigna colligit *Galenus* 1. loc. aff. c. 4. ex qualitate doloris, 2. ex natura & proprietate eorum quæ excernuntur. 3. ex modo dejiciendi.

102. *Inteſtinorum tenuium)* Si gracilia exulcerentur, dolores circa umbilicum, & ij. quidem acerrimi conſiſtunt; Excrementa varia cum ſanguine plurimum commiſta prodeunt: Eleganter *Trallianus l 6. cap. 9. Roſione inſiſtante non ſtatim, ſed poſt aliquot horas æger ad excernendum urgetur: Præterea etiam vulneris ſanguis dejectionibus permixtus eſt, & dolor multo acrier exiſtit; item quæ per alvum procedunt, neque pinguia, neque craſſa apparent, ſed tenuia & membranoſa obſervantibus accuratò videntur.* Rolfincius.

Vulgo dicitur quod ſi dolor ſit ſupra umbilicum tenuia inteſtina afficiuntur, ſi verò infra, craſſa maxime laborant, quod tamen rationi maximè repugnat, cùm & tenuia & craſſa inteſtina ad partem ſuperiorem & inferiorem circumagantur. *Riverius.*

Tenuia affecta magis ad vomitum ſtimulant ægros, præſertim quò propiùs reſpectu ventriculi afficiantur, craſſi minus, unde & anxiori magis ſunt, & pejus ſe habent ægri in tenuibus affectis, quàm craſſis. *Etmuller.*

103. *Acutiſſimus*, Nam ægri aciculis compungi videtur.

104. *Cruor)* Si tenuia inteſtina alicubi affecta ſint, eo in loco, ſive ſupra, ſive infra umbilicum, vel juxta fiat, dolor ſe ibi magis exeret: In quo affectu ſanguis, qui cum excrementis redditur, illis eo magis confuſus miſtuſque apparet, quò longiùs ab inteſtinis tenuibus prodit, minuſque quo recto inteſtino propiùs è craſſo inteſtino emanat; Et quò major eſt læſio, eò ſanguis redditur copioſior, maximè in principio, minùs cùm ulcus ſordeſcere incipit, prodeunte tunc quoque *purulenta materia*; Eſtq; liquidior craſſiorve ſanguis, purior vel impurior ve, prout ille in venis meſeraicis occurrit. *Platerus.*

105. *Purgantia per os)* Si in tenuibus, purgandum *rhabarbaro*, poſtea ſtatim adſtringendum cum *conſerva roſar. croco Martis &c. Walæus.*

106. *Incurabilis fere eſt)* Si tenuia inteſtina exulcerentur, majus eſt periculum, ſubſtantia enim pollent magis membranoſa, & hepati viciniora, bilem ſinceriorem recipiunt. *Riverius.*

Imprimis Jejuni exulceratio graviſſima eſt, Illius enim ulcera & vulnera, vel nullo modo vel difficilius ſanantur; cauſas reddit *Galenus 6. m. m. cap. 4.*

107 *Craſſorum)* Adſunt, *inquit Trallianus* lib. 8 cap. 9. roſiones in imis partibus, & crebra deſidendi cupiditas, ſimul autem cum hac excretio comitatur.

In magna exulceratione carunculæ dejiciuntur, ſupra. *Bartholinus.* Si *Colon* afficiatur, dolor in circuitu illius, latere præſertim ſiniſtro: Et cùm Colon ſtatim ſub umbilico ducatur, ſi id illic afficiatur ſupra umbilicum, dolor quoque, non ſaltem tenuibus affectis, uti putarunt, ſe potiſſimùm manifeſtabit. *Platerus.*

108. *Præcipuè circa umbilicum)* Id anatomicæ demonſtrationi repugnat, Tenuia inteſtina, inquit *Thom. Bartholinus Anat. reform. l. 1. cap. 10.* Ob membranarum tenuitatem ita dicta, Sita ſunt partim ſupra, partim infra umbilicum, adeoque umbilicalem regionem, juxta & hypogaſtrium occupant, ſecus quàm in canibus: Unde veteres exemplo canum, Tenuia vocarunt ſuperiora, craſſa inferiora, quod in homine falſum; nam in eo plus eſt ex craſſis ſupra umbilicum, & plus ex tenuibus infra, cùm id quod longius, ſit infra jejunum, quod breve.

109. *Optimè per clyſteres exhiberi)* Salutaris admodum eſt *Balſamus Peruvianus* liquidus ad inteſtina exulcerata à fæcibus acribus putridiſque vindicanda & conſolidanda, *Clyſteribus* permixtus, Singularem nobiliſſimi hujus exotici virtutem fui expertus, tum in immoderatis diarrhœis, tum dejectionibus cruentis, quando reliqua parum proficerent; Mirandus fuit ejus effectus in juvene qui atrociſſimis ventris torminibus torquebatur, prodeunte cum excrementis valde fœtentibus ſanioſa materia, inteſtinorum ulcus certo indicante: Mitigari autem illa nullo modo poterunt, uſque dum Clyſterem ſequ. infundi, Atque inſuper iſtius *Balſami*, cum *nucleis pineis* diſſolut ß additus *ſyrup. è cortic. aurant.* ʒii. *& ſacch. clarific.* ℥ß. exhiberi curavimus, Clyſter erat talis.

℞. *Rad. torment. ſymph. āā.* ℥ß. *h. plantag burſa paſt. equiſeti, menthæ rubr. āā. m. ß. flor. roſ. rubr. balauſt. anthos āā. p. j. ſemin. ſumach* ℥ii. *coqu. in aqu. fontis ſ. q. ad dimid. In colat.* ℥vii. *diſſolve ſacch. Thom* ℥ß. *balſami Peruv cum ovi vitello ſol.* ʒi. *ſucci plantag. rec. expr.* ℥i. *miſce f. Clyſter.*

Cum patiens mox levamen exinde ſentiret, poſt bihorium reiterari eundem juſſimus, & ſic D. B. ægrum conclamatum ſanitati priſtinæ reſtituimus. *Lucas Scracchinus in Med. Sept. vol. 2 p. 208.*

110. *Sunt qui ægrum in ſella)* Vapora decocto è quo Fotus ſit ſuſcitatus, ſi podice excipiatur, ſi præſertim altius ſe inſinuet, admodum proderit, vehementiuſque operabitur à *ſalſamento piſcis*, vel lotione quæ ex *ſcoria ferri* aut *chalybis* paratur excitatus.

. Ex *anguilla* decocto vapor probatur, à quibuſdam *Fumus* in anum immiſſus, quia & ille penetrat, juvare poteſt, excitatus à reſinoſis teneſmo convenientibus, prunis ardentibus, vel laminæ ignitæ impoſitis. Idem præſtat ex *pulvere verbaſci* factus: Vel *ſtercor. aſini ſiccati*, vel *aceto rubro forti*, inſperſo jam dictis rebus candentibus, fumoque ſic facto, qui & ferro candenti in eo extincto ſuſcitari poteſt, in quo ante adſtringentia poſſunt decoqui. *Platerus.*

Ex fotuum decoctis poſſunt fieri *ſuffumigia* ſi vaporem eorum excipiat æger in perforata ſella: . Præcipuè commendatur ſuffitus *tapſi barbati*: *Faventinus* commendat ſuffumigium ex *terebinth.* ſupra laminam candentem injecta, bis in die exceptum.

Idem laudat *Fomentum* ſequens ano admovendum.

℞. *Meliſſæ* ℔i. *verbaſci m. j.* includantur ſacculo oblongo, qui in *vini rubri ſtyptici & aceti fortiſſ. āā. q. ſ. coqu. ad tertias & calidus ano imponatur.*

Rulandus ano admovet fotum ex *decocto gland. in aceto* paratum. *Riverius.*

Suffitus egregii ſunt, qui fiunt ex *raſura c. c. vel ſuffitus aceti*, ex lamina ferrea ignita. *Item* ſuffitus ex z z. uno, excepti crebrius, & quoties alvum deiiciunt ægri, ſunt

egregii, quibus addatur *Suffitus ex ſuccino.*

111. *Recipiat Zinziber*) Quidam dyſentericos certo curabat *fumo Zinziberis* per anum in ſella perforata recepto: Alius prætulit fumum c. c. *Rob. Boyle l. de Util. nat. Philoſ. p. 2. ſect. 1. c. 14.*

112. *Ab externis) nempe aut Venenis*) Quædam caſu aſſumpta exulcerando Dyſenterias poſſunt procreare, uti *venena* quædam, inter quæ *Adamantis pulverem* propinatum dyſenteriam gignere docent; Dein & alia *acuta,* quæ pungunt & ſcindunt, ſi ſtructura deglutiantur, idem efficere poſſunt, Quod in inteſtinorum ductu ratius fit, cùm illic vix poſſint ſubſiſtere. Uti verò in illorum exitu anguſtiore hærentia, eumque lædentia, *Teneſmi* quoque cauſa interdum ſunt. *Platerus.*

113. *Venenis*) His accenſetur *Adamas,* ex quo devorato cruentam dejectionem, tabem & mortem *Zacutus Pr. adm. l. 1. obſ. 18.* adnotat; Innoxiè tamen deglutitos adamantes, & eorum pulverem pro dyſenteriæ cura adhibitum refert *Wormius in Muſæo pag. 103.* ſcilicet exactè pulveriſatus adamas innoxiè devorari poteſt, cujus ſenſilia fruſtula, propter angulorum acutiem, incidendo & perforando inteſtina revera nociva ſunt. *Etmuller.*

114. *Antidotis, præcipuè ſmaragdo*) Nobilis influxum ventris incidit, nullis remediis obedientem; De veneno ſuſpicio naſcitur, propinantur multa alexipharmaca, ac malum ſolum *ſmaragdo* trita, & *conſerva cydon.* obvoluta conquievit: hanc alternis diebus jejuno ventriculo ſumebat, ſuperbibita aqua in qua *tragacanth.* prius erat incoctum, doſis erat *Smaragdo gr.* xii. quam cùm quinquies ſumpſiſſet à fluxu immunis fuit. *Zacutus Pr. adm. lib. 2. obſ. 91.* Smaragdi Tincturam vide apud *Hartmannum Pr.* Chym. p. 192. quam ait omnes Dyſenterias miraculo ſiſtere.

115. *Aut pharmacis purgantibus*) Inter cathartica, quæ admodum acri & adurente vi prædita ſunt ut ſunt *eſula, Colocynthis, cucumis aſininus, laureola, ſimiliaque,* non ſolum nimium irritando ſuperpurgationes faciunt, ſed & nonnunquam erodendo vel inflammando, Dyſenterias citra, vel cum inflammatione, vel venas aperiendo, ſanguineas alias dejectiones procreant: Si in *podice* hoc fiat, quouſque vis catharticorum, imprimis validorum, ut colocynthidis nonnunquam pertingere poteſt, *Teneſmus* inde ſequitur, vel apertis etiam illic oſculis, Hæmorrhoidum fluxus; Quod & eodem modo à *clyſteribus* injectis evenire poteſt, uti & à *ſuppoſitoriis,* in podicem intruſi nimia vi, non ſolum ſtimulante, ſed & exulcerante *Teneſmus* fit. *Platerus.*

116. *Purgantibus vehementibus*) Quidam apud *Tulpium lib. 4. obſervat. 6.* bibit trium pomorum colocynthidis decoctum, unde tormina & ſanguinis profluvium, vehemens paſſus, evaſit tamen epoto multo Oleo, eodemque intra copioſius infuſo, unde dictum factum refrænata fuit effera medicamenti erodentis vis.

117. *Stercori calenti ſuperfuſo*) Notabile eſt quod multum conferat ſi fæces cruentæ dejiciantur ſuper *caput mortuum vitrioli,* id quod ſecretum fuit *Knoffelii,* per ſympatheticam quaſi curam Dyſenteriam nonnihil ſufflaminans.

Quo etiam facit *Perſicaria, cum vino decies chalybeato* contuſa, & ad cataplaſm. conſiſtentiam cocta; applicatur lumbis & ſpinæ juxta renes; refrigeratum denuo applicetur, poſt aliquot horas in fimo equino ſepelitur ſicque morbus curatur. *Etmuller.*

117. *Stercori calenti ſuperfuſo*) Prima excrementa ſanguine tincta, ſi ſalis manipulo miſceantur, magnetica vi curant. *Fred. Hofmannus.*

Dictu mirum quod *Colcothar* (caput mortuum vitrioli) poſſidet effectum in perſananda dyſenteria, ſi hac affecti ſuper illud alvum expediant aliquoties. *Chriſt. Langius.*

118. *Alia ab internis*) Huc faciunt variæ viſcerum intemperies, Calida Jecoris, vel etiam frigida cum obſtructione, teſte. *Fonſeca Tom. 1. conſ. 29. Et 2. 40.* Cordis intemperies ob febrem, teſte *eodem Tom. 2. conſ. 64.* Ventriculi frigiditas; Obſtructiones viſcerum & Tumores, nec non Defluxiones partium p. n. affectarum non minimum huc faciunt. *Rolfincius.*

119. *Alia eſt*) Ratione *cauſæ materialis* Dyſenteriæ nunc morbus *particularis,* nunc *communis,* Hæc eſt vel *Epidemica,* vel *Endemica.* Illa vel *benigna,* vel *maligna,* Omnis autem *Epidemica* ſolet eſſe *contagioſa,* & nunc *cum,* nunc abſque febre affligere. *Etmuller.* Vide §. *Humores acres.*

Alia eſt Epidemica) *Endemicæ* Dyſenteriæ mentionem facit *Sydenham obſerv. in Acut. ſ. 4. cap. 3.* apud Hybernos, Quaniam cum epidemica, quam ibi deſcribit, affinitatem habeat, non ſatis ſe ſcire ait, non nondum ea ipſi innotuerit.

Epidemia) Ut Dyſenteria fiat popularis, quæ requiruntur. Vide §. *Toti maſſæ ſanguineæ.*

Dyſenteria Epidemia, Maligna.

120. *Epidemia*) Hæc omnium frequentiſſima eſt, & autumnali præſertim tempore, aut hujus confiniis ſolet affligere, nunc maligna, nunc benigna: utraque inſigniter contagioſa; Oriuntur hujuſmodi Epidemiæ Dyſenteriæ præter aërem plus minus præternaturaliter alteratum, inprimis ex aquarum vitio, ac fructuum horæorum corruptela & inquinamento. *Etmuller.*

121. *Alia eſt epidemia & maligna*) *Dantur & Epidemia non maligna* Anno 1557. Autumno, tempore bene conſtituto, peſtilentiſſimæ febres extitere & quæ plurimos ſuſtulerunt; Dyſenteriæ ſalutares; Nemo enim in multis, quos vidi, interiit, Curabantur clyſteribus lenibus & Rheo, erant enim ab acri fluxione, ſæpè quidem, ſed pauca egerebant, parum febricitabant, ac rheo dato conquieſcebat dolor, ſicque brevi liberabantur: Anno ſequente, Autumno quoque dyſenteriæ multæ, in quibus viridia, cœrulea, nigra, biloſa, cruenta dejiciebantur, & qualia ſcribuntur lethalia, tamen omnes prope evaſerunt, cura etiam parum ſedulo adhibita, autumnus fuerat bene conſtitutus. *Hollerius.*

121. *Epidemica & maligna*) Cujus exemplum affert *Willis Pharmac. rat. ſect. 3. cap. 3.* Autumnum anni 1670. dyſenteria incruenta, *ait,* (Vide ſupra §. *etiam diarrhœa tribuitur, in qua &c.*) modo deſcripta inſignem, hyems impenſè frigida, qualem vix quiſquam tunc vivens cognoverat, inſequuta eſt; nec minus alterius extremi particeps erat Æſtas ſuccedens, calidiſſima nempe & ſicciſſima; ingruente poſt hæc æquinoctio autumnali, febris epidemica exorta, per totam fere Angliam graſſabatur, Hæc febris intermittentis typum ſervans, paroxyſmos modò quotidianos, modò tertianos habuit, cum nullo tamen aut perexiguo tantum frigore, ſed calore valde intenſo, qui per plures horas, & non rarò ultra nycthemeri ſpatium protractus, vix in ſudorem, eumque nonniſi partialem, & ſæpe interruptum tranſibat, apyrexia minimè ſuccedente: Laborantes, ſtatim languore inſolito, vigiliis, vertigine, & frequenter cephalalgia immani afficiebantur, atque morbus rarò aut nunquam criſi perfecta judicatus diutiſſime protelabatur, & non raro pectori aut capiti noxam incurabilem affigens in affectionem ſoporoſam, aut phthiſicam, & ſæpe lethalem deſinebat,

Dum verò hæc febris uti per vicos & oppida ubique ferè palabatur Londini Dyſenteria vere cruenta,

utpote

utpote tum ſanguinolenta, tum crudelis valde deſæviens, complures in ſepulchrum ſubito præcipitabat; A prima hujus morbi invaſione, plerumque cum ventris dolore, & torminibus, cruor copioſe & crebro dejiciebatur, vigiliæ pertinaces cum febre & ſiti ingenti urgere ſolebant; uſque tamen vires mediocriter conſtabant, ita ut affecti, poſtquam circiter hebdomadam ægrotantes, fere vigeſies quotidie dejecerint, lecto exſurgere potuerint: Dejectiones cruentæ licet terribiles viderentur, attamen laborantes haud cito interibant, quin plures ſeptimanas, imo interdum menſes ſanguinem quotidie in magna copia excernentes perſiſtebant, & demum, ſi quando morbus uſque in pejus ruens in exitium tenderet, ante lethum ſymptomata alia, ac imprimis vigiliæ, linguæ, ac oris ſiccitas, ſitis & nonnunquam aphthæ exitiales apparebant; quinimo fluxu intempeſtive & debito citius cohibito, ſymptomata iſta citius erumpentia, magnum vitæ periculum indicabant.

Pauperes mala victus ratione, à longo tempore prius uſi, etiam quorum cura ab initio prætermiſſa, aut perperam adminiſtrata fuit, frequenter interibant, aut ægrius convaleſcebant; è contra meliori corporis habitu præditi, atque Medicina tempeſtiva ac idonea freti, ſæpiſſime evaſerunt, Porro ipſe morbus, licet epidemicus, haud tamen pariter in omnibus malignus, ſed in quibuſdam mitior, in aliis atrocior videbatur, viz. Alvi fluxus ab initio modo lenis, & diarrhœæ non abſimilis fuit, in qua dejectiones licet crebræ, ſine dolore tamen, aut multo ſanguine, facile, ac interdum cito curabantur; modo iſte affectus valde teter ac horrendus apparebat, in quo nempe ſanguis in copia ingenti, cum torminibus & cruciatu acerrimo profundebatur; Cæterum dejectiones in his liquidæ, & ſanguine diluto tinctæ, inſtar loturæ carnium, in aliis craſſiore cruore ſaturatæ, ac inſuper muco albicante, ac non raro membranarum fruſtis refertæ fuere; Doloris ſedes modo ſuperior, modo inferior, in his inteſtina tenuia, in illis craſſa affici magis indicabat: *Medendi methodus*, cum remediis quæ in plurimis juvamen contuliſſe deprehendi, juxta modum ſequentem fuit, Inprimis ad fluxum paulo ſiſtendum, aut moderandum.

℞. *Theriaca Androm.* ℥i. *laudani liqu. cydoniat. gtt. xx. fiat. Bolus hora ſomni ſumendus.*

℞. *Conſerv. roſar. rub. vitriolat.* ℥ii. *theriac. Andr.* ℥i. *pulv rad. torment. contrayerva, Margar. corall. præpar.* āā. ʒi. *ſyr. roſis ſiccu q. ſ. f. Confectio ſumatur 4. vel 5. quaque hora qu. nuc. caſtaneæ, ſuperbibendo Julepi ſequ.* ℥iv.

℞. *Aqu. menth. meliſſæ, cinnam. hord.* āā. ℥iv. *theriacal. epidemica* āā. ℥ii. *margar.* ʒi. *ſacchar.* ℥i. *miſce, f. Julep.*

Poſt diem unum aut alterum exhibeatur Potio purgans adſtrictoria.

℞. *Rhabarb. inciſi* ʒii. *myrobal citr. inciſor.* ʒiß. *ſantal. rubr. cinnam.* āā. ℈i. *f. infuſio per noctem in aqua plantag. & cinnam. hordeata* āā ℥iß. *fiat expreſſio fortis, cui adde aqua cinnam. fortiſſ.* ʒiß. *f. Hauſtus.*

Unoquoque veſpere, ac inſuper in quibuſdam caſibus interdiu *Laudani* doſin ſatis magnam exhibere ſolebam, nec unquam dyſenterico cuipiam medicamentum hoc obfuiſſe novi; ſive quod medicamenti vis narcotica, à ventriculi ſucto acidioti perdomitur & quaſi cicuretur, ſeu potius quod particulæ ejus ad ſanguinem tranſmiſſæ, exinde, quominus cerebrum afficiant, cum ſedibus cruentis cito eliminentur: Quibus confectio ſuperior, aut nauſeæ, aut minus commoda fuerit, loco ejus Pulvis ſequens exhibeatur.

℞. *Pulv. Pannon. rub.* ʒi. *rad. contrayerva* ʒß. *f. Pulvis, divide in iij. partes, ſumatur una in quolibet liquore.* Vel

℞. *Boli Armenæ alexit.* (hoc eſt *ſuccis fol. tormentilla, biſtorta, roſar. rubr. &c. impregnata & Sole reſiccata*) *radic. contrayerva* āā ʒi. *margar. corall. rub. ſuccini albiſſ.* āā. ʒß. *f. Pulvis, doſis* ℈ii. *ad* ʒi.

℞. *Rad. caryophyll. ſcorzon.* āā. ℥i. *torment. biſtortæ, contrayerv.* āā. ʒiiß. *c. c. uſti* ʒiii. *roſar. eboris, c. c.* āā. ʒii. *coccinella* ʒß. *flor. roſar. rub.* ʒii. *coqu. in ſ. q. aqu. fontis ad* ℔ii. *circa finem adde conſerva. roſar. rubr.* ℥iii. *Colatura clariſ. adde aq. Epidem.* ℥iv. *doſis* ℥iij.

Ad ſedanda inteſtinorum tormina & eroſiones ſanandas, Enemata crebro ex uſu eſſe ſolent

℞. *Decocti ſumm. hyper. cum pedibus vervec. aut meſenterio ovino* ℥viii. *vel* xii. *Theriaca Androm.* ʒii. *olei hyper.* ℥iß. *f. Enema.*

Dyſenteriam, uti non incruentam, ita nec cruentam, à meris inteſtinorum contentis acrioribus procedere, ex prædictis ſatis liquet; Porro ſicut alter iſte morbus à Liquoris Nervei, & ſucci Nutritii degeneris fluore, ita hic potiſſimum ſanguinis à corruptela & vitio originem habuiſſe videtur; ac ideo quemadmodum iſtius hic loci endemii alibi ægritudo σύμφυλος contemporanea fuit, ita cum dyſenteria cruenta Londinenſes afflixit, febris intermittens tertianæ hemitritææ (prout à Medicis deſcribitur) ſimilis reliquam Angliam infeſtabat: Et quidem ſatis obvium erit concipere, cum ſanguis æſtivis caloribus aſſatus, proindeque circa autumnum in effervescentias febriles, & tanquam vina excalfacta in fermentationes, quibus expurgentur, immodicas aptus fuerit, ſi particulas degeneres & excernendas propter diapnœen, in aura ſpiſſiori impeditam, ordinaria per diaphoreſin via amandare nequeat, quod iſte effervescens adhuc, eas verſus inteſtina transferat, perque arteriarum, ibi conſitiſſimarum oſcula magis patentia, eliminare ſatagat: At vero ſiquidem cruoris degeneris recrementa incongrua, ſive μιάσματα ποικίλα, et penitus incocta, & intime confuſa non facile extricari, aut ſecerni poſſunt, propterea iſte hac ſaburra gravidus, ac onuſtus, inter circulandum, vaſa exiliora dum pertranſit, plurimum coarctatur, proindeque circa inteſtinorum ſuperficies internas, ubi arteriarum tunicæ ſunt teneriores, & oſcula laxiora; ſanguis ibi turgeſcens, ſimulque ob particulas heterogeneas, quibus ſatur eſt, incraſſatus, & ad coagulandum aptus, facile erumpit, cumque recrementa ſua ſecernere & exuere nequeat, ſui ipſius portiones iis maxime infeſtas effundit.

Propter hujuſmodi apparatum (vide §. *Toti maſſa ſanguinea*) Dyſenteria Londinenſis ordinaria, & non admodum maligna exoriri ſolet, quæ licet præ ſedibus cruentis horrenda ſtatim & plerumque diuturna eſt, haud tamen valde contagioſa, aut ſæpe lethalis exiſtit; Verum inſuper hic morbus interdum virulentus, & quaſi peſtilentialis plures interficit, & miaſma ſuum per contagium late explicat: Porro in tali ſtatu Sanguinis portiones malignitate quadam tactæ, velut in peſte corrumpi incipiunt, & ſtatim à reliqua maſſa, ne tota mox peſſundetur, ſecerni & eliminari debent, quæ tamen ſiquidem craſſiores, proindeque per alvum potius, quam per habitum corporis aut urinam expurgari aptæ, arteriæ cœliacæ & meſentericæ ductu inteſtinorum tunicis inferuntur, ubi cum à reliquo ſanguine non facile abſcedunt, partim è vaſis erumpentes, ſedes cruentas inducunt, partimque inteſtinorum membranis infixæ, diarheſin in iis aut phlegmonem, aut ulcerosam, quandoque item ſphaceloſam & cito exitialem pariunt.

Hæc de Dyſenteriæ cruentæ, quatenus circa Autumnum hujus loci morbus endemius eſſe ſolet, cauſis, tum conjunctâ, tum antecedenti, quod ſpectat ad *cauſas manifeſtas*, ſive *occaſiones* quæ diathesin ὑπάρχειν citius in actum deducunt, huc imprimis referri debent mala victus ratio, atque aëris inſpirati pravitas; quapropter in quacunq; regione, ob fœtorem, & vitioſa alimenta, quæ militum caſtris & captivorum carceribus familiaris exiſtit: Porro ad hunc cenſum pleraque alia in non naturalibus errata pertinent, nunc prætermittenda.

Indicationes therapeuticæ, in quas medendi ratio ſive praxis ſuperius adumbrata reſolvi poteſt, præcipuæ, ſive primariæ ſunt quatuor, ſc. duæ reſpectu ſanguinis, ac totidem reſpectu viſcerum: 1. quoad *Sanguinem*, tum recrementa & corruptelas ejus intus vergentia, extus verſus habitum corporis, quo per διαπνοὴν exhalent, propellere, tum coagulationes ejus diſſolvere, & craſin quantum & quamprimum fieri poteſt reſtituere oportet, Prius horum diaphoreticis, & alterum alexipharmacis idoneis perficitur, 2. quod ſpectat ad viſcera fibrarum nervearum ſenſio moleſta, & carnearum ad ſpaſmos excretorios irritatio ſedari, atque vaſorum oſcula, ne ſanguinem & humores, in ductus inteſtinales profundant, occludi debent: Prius horum *Opiata*, & alterum remedia *ſtyptica* ſive adſtringentia efficere debent: Inſuper his, ſymptomata maxime urgentia, & malos affectus huic morbo ſupervenire ſolitos, ejuſmodi imprimis ſunt *febris* cum *ſiti ac vigiliis*, *inteſtinorum tormina* ac interdum *eroſio*, *inflammatio ac* ulcera, ſanare oportet.

Fluxus virulentus, Venenatus.

111. *Et Maligna*) Inter tam varias Fluxionum differentias, nulla eſt quæ majorem Medico, aut *ignominiam*, aut *dignitatem*, atque utilitatem comparare poſſit, quam *Fluxus venenatus*, Ignominiam quidem, quia *ſi communiter tractetur omnes ex inopinato moriuntur*, Dignitatem & lucrum, *ſi debito modo curetur*, Non eſt autem Fluxus venenatus *ſpecie* aut *forma* diſtinctus à reliquis jam propoſitis, ſed cauſa tantum & more, *cauſa*, quia eſt venefica, *more*, quia malignus eſt, Idcirco licet vobis affirmare *Fluxum hunc veneficum eſſe cujuſcunque generis* & ſpeciei, Poteſt eſſe *Lienteria*, *Diarrhœa*, *Dyſenteria*, *& Fluxus Hepaticus* & in genere & in ſpecie; Hinc *Galenus 4. aphor. 21. & Lib. de Atr. Bile c. 2.* mentionem faciens illius fluxus, qui urgebat in Peſtilentiâ ſui temporis, inquit excrementa fuiſſe vel flava, aut ruſa, tandemque nigra, Et *13. in 3. Epid. 57.* cum ſcribit *Fluxum colliquativum eſſe proprium peſtilentium*: Per colliquativum intelligit colliquationem humorum, ichorum, carnis & pinguedinis.

Cauſæ.

Hic humor fluor habet pro proxima cauſa maleficam qualitatem ſeu proprietatem, aut toti corpori, aut illi parti inimicam, unde incipit, Ideo poteſt hic fluxus vel à toto corpore, vel à jecore, liene, ventriculo, aut cerebro, vel ab inteſtinis, prout malefica hæc proprietas huic vel illi parti adverſatur: Hæc vero proprietas interdum à pravis ſuccis intra corpus generatur; interdum ex morſu venenato inducitur, quandoque ex remediis deleteriis aſſumptis, vel ex peſtilenti aëre inducitur.

Signa.

Cognoſcitur facile, atque ex his potiſſimum, Brevi admodum vires omnes dejicit, cadit appetentia; quæ effluunt ſunt valde fœtida, acria & mordacia, cum dolore & labore excreta, frigeſcunt extrema, livet totum corpus, pulſus ſiunt interdum tardi, languidi, inæquales ſupervenit timor ſine cauſa, palpitatio, lipothymia, fiunt patientes ad motum valde imbecilles, vigiles & interdum delirantes.

Pernicioſiſſimus eſt hic fluor, plurimos necat 4. aut 7. die, aut ad ſummum 14. Igitur ſumma opus diligentia.

Curatio.

In Curatione duo notanda 1. ea omnia quæ ad fluxum ſpectant ab omni veneno ſeparatum 2. Venenum ipſum, Quid agendum in alvi fluoribus citra venenum dictum ſupra; Sed ad expugnandā luem hanc veneficam duobus ſolum eſt opus auxiliis, *Attrahentibus in cutem* & Alterantibus, Nil his eſt præſtantius; 1. Quia fit decens revulſio ab intro ab extra, 2. Quia attrahitur venenum in partem ignobilem, cutem ſcilicet, Idcirco nullam aliam propoſuit *Galenus* curandorum venenorum, *lib. de Art. conſt. 19.* quam per attrahentia & alterantia.

Dicet quis, Si in fluxibus curandis adſunt ſcopi deſumpti à materia, à cauſis & affectionibus, abſque veneno, præterea vero habemus ex alia parte ſcopos à veneno deſumptos, cuinam primo incumbendum? Opus eſt hac in re contemplari modum & morem fluoris; nam ſi videatur fluor eſſe velocis motus, id quod decebit conſtitutio, & præterea ſit valde malignus, ſtatim pugnandum eſt contra venenum, Si fuerit chronicus & minus malignus, ut det aliquas inducias, primo communibus ſcopis ſatisfaciendum: Demus igitur Fluorem eſſe acutum, & mali moris, ſtatim veniendum ad attrahentia & alterantia.

Attrahentia, ut docet *Galenus* l. c. vel trahunt à tota ſubſtantia, vel caliditate, proprietate ſubſtantiæ attrahunt omnia venenata, Ita tamen corrigantur, ut ſint apta quidem ad attrahendum, non tamen ad corrumpendum corpus, unde dicit *Gal. 5. ſimpl. 18.* hæc debent eſſe media inter venenum & corpus: Applicentur igitur hæc attrahentia proprietate ſubſtantiæ & caliditate, Inter quæ primum locum habent Veſicantia.

Serò ſtatim aliquem dictamus, Fluxum poſſe eſſe colliquativum, acrem, calidum, quare non liceat uti igneo remedio? Sed cauſa hujus colliquationis inquirenda & caloris, Nam venenum ipſum, præter occultam qualitatem, habet etiam vim calefaciendi, colliquandi, putrefaciendi, ut ſi venenum non ſtatim educatur, fruſtra omnia adhibeantur. Igitur etiam in Fluore calido & colliquativo, modo ſit cum veneno, licet uti *veſicantibus*, *ſinapiſmis*, balneo aquæ calidæ, cui incoquatur *malva*, *bis malva*, *alth. chamom. melilot. &c.* rarefaciunt enim cutim, humectant corpus & à profundis partibus ad extimas trahunt.

Debilioribus, qui non ſuſtinent Balneum, fiant *frictiones*, *inunctiones ex oleis calorificis*, *aneth. chamom. addito nitro vel ſale*. Jnungantur etiam extremæ partes, cor & perinæum oleo alexipharmaco, ut *ol. ſcorp. Matthioli*, vel hujus defectu, *theriac. mithrid.* & diſſolvantur cum portione *aqua vita*, & illinatur locus in carpo, & ſupra claviculas in regione cordis & perinæo: Si robuſtus ſit æger, non diſplicet ſudorem aliquomodo excitare, aut veſicis aqua calida plenis, cui incoquatur *pulegium*, *ſcordium*, *calaminth. dictamnus*, *juniper. ſalvia*, *roſmar. chamom. aneth.* aliaque calida & relaxantia. Hæc partim calore attrahunt, partim proprietate ſubſtantiæ.

Non diſplicent alia attrahentia, *Cucurbitulæ* vel ſcarificatæ, vel non, ſed in variis partibus affixæ, brachiis, lumbis, natibus, coxis & cruribus; non autem ſcapulis, ne in thoracem materia ducatur: *Alterantia* pariter ſint vel occulta proprietate donata, vel manifeſta.

Jnter alterantia occultarum proprietatum, quædam

ſunt

ſunt, quæ adhærent ſubjecto calido, aliæ vero frigido, Hac in parte opus erit judicio Medici, ut materiam fluentem, cauſas & morbos contempletur, Nam ſi omnia ad calidum conſpirent; id quod in venenatis fluxibus majori ex parte obſervabitis, agendum alexipharmacis refrigerantibus, ut ſunt *cornu unicornu.&c. margar. prep.bolus Armena, terra Lemnia*, aut *Seleſiaca*, quæ præberi poſſunt cum *ſucco humorum, citri granat. arantior. Ribes &c.*

Sed noctandum quod in fluxu venenato magna debet eſſe quantitas remediorum, & ſæpius repetita, v.g. detur ſummo mane ante cibum aut *terra Lemnia* ℈ii. *aut margar. prepar. aut c.c.* Succi vero dentur ℥iv. & vi. & quando ſitiunt ægri, ſimul cum ſuccis detur *aqua* vel *oxalid.* vel *oxylapathi*, vel *aqua mea cordialis*, & bis quovis die bis utendum, nam periculum eſt in mora; ideoque quamprimum fortibus & repetitis remediis agendum. Nil præſtantius erit aqua mea cordiali. *Saxonia Prel. Pract. P 2. cap. 25.*

122. *In qua alexipharmacis) Non ſolum per alvum, ſed etiam per habitum corporis, viz. per hidrotica*, Sudor tam per ſe, quam diaphoreticis provocatus, in Dyſenteria Epidemica, plus minus maligna probe attendendus: Ante aliquot annos, cum in tota regione graſſaretur Dyſenteria Epidemica, Paſtores pagani ſuos ruſticos curarunt ſudoriferis, præſertim *Tinctura ſudorifera*, Eodem tempore quidam ruſticus & ipſe laborans Dyſenteria maligna accepit *balſami ſulph. gtt.* xx. ac ſæpius ſudore repetito curatus fuit: Hinc *Petraus in ſuis Diſſertat.* Hermetici Dyſenteriam non tam purgantibus, quam diaphoreticis extinguendam cenſent, Et *la Moniere* refert primis morbi diebus in iſta dyſenteria epidemica ſudor ſponte prodiens, vel debito ſudoriferorum uſu prolicitus plerumque fluxus violentiam intercepit, ſeroſis humoribus foras propulſis. *Etmuller.*

122. *In qua alexipharmacis*) In dyſenteria maligna & epidemica bezoartica & ſudorifica multum poſſunt: Compertum enim eſt per hujuſmodi remedia evacuata materia dyſenteriam ceſſare, ideoque mox ab initio, & dum reliqua fiunt, humoris peccantis natura advertenda eſt; ſi enim is malignus ſit, qualis in dyſenteria epidemica eſſe ſolet, fruſtra laboratur reliquis medicamentis, niſi ſimul, & quidem ſtatim in principio, alexipharmaca exhibeantur. Ad hunc uſum revocari poſſunt ea omnia, quæ febribus malignis conveniunt: Ac præter ex quæ diaphoretica ſunt, ut *lapis bezoarticus*, aqua theriacalis, conferent etiam plurimum *cornu cervi, terra ſigillata. bolus armena. unicornu, coralliam, carabe, ſcordium, hypericum. plantago, tormentilla, pimpinella* & alia innumera. *Riverius.*

Exterius laudatur cataplaſma ex *theriaca & terra ſigillata* ventri appoſitum. *Idem* vide §. *Fer medicamenta.)*

123. *Alia ſimplex*) Quæ alias *ſporadica* audit. Vide ſupra §. 17. *Acres, inteſtina erodentes.*)

124. *A bile flava*) Quæ facile curabilis eſt. *Riverius.*

124. *A bile flava*) Si bilis eadem (vide ſupra Punctum 13. de Diarrhœa §. *Vel Bile nimis*) qualem ventriculum & inteſtina vellicando *Choleram morbum* efficere dicimus, ob majorem perniciem quam acquiſivit, vehementius in inteſtina agat, ubi diutius quam in ventriculo, qui eam vomitu mox fere excutit, aut deturbat, ſubſiſtere ſolet, tunc gravius irritando & vel venas patefaciendo, vel erodendo, dyſenteriam cum *inflammatione* vel *exulceratione*, vel alias cruentas dejectiones procreabit, eo graviores, quo bilis eſt deterior, qualem nunc flavam, nunc viridem, nunc atram, nunc cum excrementis, & ſanguine prodire videmus. *Platerus.*

125. *Atra bile*) *Non omnis humor niger per alvum excretus eſt atra bilis*, Principem vidi, quæ quartanla antea ſuerat de ſplene, In febre dejecit alvo cruentam atram materiam copioſe bis aut ter: Trepidabat illa ad conſpectum excrementi, Verum in bonam ſpem eam erigebar, evaſit, Non autem hæc dyſenteria ab atra bile, nec diuturna, nec illa quæ eſt cum ulcere inteſtinorum, ſed cruenta quæ illico placatur, nam ſplenem evacuat. *J. Heurnius aph. 48. 6.*

126. *Curari poteſt &c.*) Alias *ab atra bile proveniens lethalis eſt, Hipp. aph. 24. 4.* quia tale ulcus ad cancri naturam accedit, qui etiam in externis corporibus partibus raro curationem admittit: Sed cavendum ne ſanguis concretus, aut diutius retentus pro atra bile accipiatur, *Riverius.*

Addens ſi per criſin excreta atra bilis dyſenteriam movit, non eſſe deſperandum ait: Si ſponte & non critice, i. e. nulla naturæ aut Medici providentia deſperatio: Sed cave ne ſanguinem concretum in inteſtinis ad atram bilem referas, *Hollerius.*

127. *Bile praſina & æruginoſa*) Excreta viridia plus minus; ſeu, ut vocant porracea & æruginoſa, oriuntur ab acido exceſſivo & vitioſo (nam acidum acre odore ſpirant talia) cum bile ſalina oleoſa volatili permiſta, ex quarum miſcella viriditas illa exurgit: Equidem viridis color revera ſub concurſu plurimum ex miſcella *flavi & cærulei* emergit: flavedo in bile clara eſt & conſpicua; Cœruleus color in nullo ſuccorum corporis unquam, nec naturaliter, nec p.n. obſervatus fuit, cum tamen ad nigrum accedat propius, adeoque in certa luminis maximam partem intro ſuſceptione in porulis, & cum umbrulis miſtione conſiſtat, Loco hujus in corpore abſentis, acidum perſpicuum licet conſtringendo, tamen & anguſtando aliquali ſubjecti coagulatione, prout flavi corporis ſufficiet, inprimis ſi dictum acidum & ipſum in ſubjecto nonnihil denſiore & craſſiore hæreat, ut exinde viridis, ſeu medius inter cæruleum & flavum emergat, color, Comprobat dicta experimentum *Graffii de ſucco Pancreatio th. 145.* ubi bilis flava cum miſcela cum ſpiritu vitrioli atrovireſcentem induit colorem.

Nec eſt: quod ad experimenti fidem obiicias, in ſpir. vitrioli adhuc contentas eſſe, & ſub rigoroſo ignis examine, cum acido ſimul elevatas metallicas venereas & martiales particulas, quæ attactu alkali bilis præcipitatæ virorem repræſentent; nam idem experimentum tentavi, & cum ſpir. ſalis puriſſimo, non ſecus ac cum ſpiritu nitri, & ubique idem fuit ſucceſſus & eventus, quod nempe iſta miſtura intenſus viror effloruerit, id quod ſimili ratione de lactis vitioſo acore virorem cum bile producente verum erit &c. *Etmuller Valet Infant. cap. 2 §. 21.* Vide nonnulla huc pertinentia Cap. de Torminibus ventris. *Tr. de morb Inf.*

128. *Alia à pituita ſalſa*) Nonnunquam oritur Dyſenteria ab *Humore acido, eoque valde acri*; Quoniam illud *Acidum* auctius ortum habet, nunc à *medicamentis acidis* perperam & nimia quantitate uſurpatis, Nunc ab *Aeris frigore ſummo*, Illi curandæ conducunt 1. vitatio Acidi Aërisque frigidioris 2. Uſurpatio medicamentorum Acidum concentrantium & abſorbentium, *corallior. margarit. oculor. cancri, creta*, quin ad eroſa inteſtina, & vaſa citius conſolidanda, *ſanguin. drac. lapid. hæmatit. &c.* 3. Eroſorum inteſtinorum abſterſio & conſolidatio, per Enemata ex *lacte bubulo, terebinth. veneta. ovi vitello & melle roſato* parata; ſemel aut iterum injecta, quin tamdiu in corpore retenta quamdiu commode fieri poteſt, quo illa mora plus commodi afferatur ægris: In quem finem interne uſurpanda *Theriaca recens, Diaſcord. Frac. &c. Sylvius App. Tr. x. §. 772.*

129. *Difficulter curatur*) Hæc crudelior & contumacior eſt, quam quæ à flava bile, quia propter lentorem diutius hærens, gravius affligit & magis exulcerat, *Riverius.*

130. *Bene extirpatur*, Attenuantia epiceraſtica conveniunt, ſi materia ſit craſſior; talia ſunt *aqua thermales chalybeata & acidula*; aut earum loco *ſerum caprinum chalybeatum*. *Juſcula* item *carnium cum ſyrupo juniperino*.

Externus clyſteres parentur ex *ptiſana cremore*, aut *decocto malva, parietaria*, vel ex *lacte cum melle roſato ſimplici & ſaccharo rubro*. *Rolfincius.*

Cap. XXXII.

[1] De Fluxu Alvi Sanguineo & Epatico.

Fluxus alvi Sanguineus.

[2] F*Luxus alvi ſanguineus.*

Cognoſcitur, tum ipſo viſu; tum ex eo, quod ſine dolore & exulceratione excernatur.

[3] *Oritur* I. Ob *copiam*, profectam *vel* ab intemperie hepatis calida; & tum, plethoræ ſigna aderunt, excernitur ſine dolore & corporis extenuatione; urina eſt tenuis, ſubaurea, ſitis urget, tam ob abſumtionem humidæ ſubſtantiæ, quàm ob eparis caliditatem.

[4] In *Curatione* victus imminuendus eſt. Epat per *cichoracea* & alia refrigerantia appropriata, lac chalybeatum, &c. corrigendum, ſi bilis admiſcetur, evacuanda.

Vel à membri alicujus præciſione, & tum, ſanguis ordinariè mitti debet.

Vel ab Evacuationis conſuetæ ſuppreſſione; & tum frictionibus agendum, ſuppreſſio aperienda.

II. *Ob ruptam vel apertam venam*, quod

Cognoſcitur ex eo, quod vomitu etiam effundatur, aliquis vehemens caſus præceſſerit, lipothymia ob putredinem in ventriculo inducatur.

Curatio eſt difficilis,

[1] *De fluxu alvi ſanguineo & hepatico*) Quod attinet Diarrhœam cruentam, Dyſenteriæ contra diſtinctam, ea erit, vel 1. Hæmorrhoidum internarum fluxus, uti hoc vult *Barbette*; vel 2. erit Dyſenteriæ comes jam curatæ, in qua propter depauperatam maſſam ſanguineam, ac nimis hiantia inteſtinorum vaſa, ſubinde talis diarrhœa cruenta, &, uti *Sydenham* vocat, Dyſenteria habitualis reſtitare ſolet. 3. Erit ſaltem hæmorrhagia inteſtinalis, eaſdem cauſas quas reliquæ hæmorrhagiæ agnoſcens. *Etmuller Pr. P. 1. p. 122.*

[2] *Fluxus alvi ſanguineus*) Dyſenteriæ vox apud *Hippocratem* nihil aliud ſignificat, quàm ipſam cruoris per inteſtina manantis dejectionem, atque hæc dejectio ſymptomatica eſt, vel inteſtini exulcerati, vel ſanguinis per anaſtomoſin exitum habentis: atque hic ſanguis vel à toto manat corpore, vel ab hepate ipſo, ejuſque dejectio, vel eſt critica vel ſymptomatica: hoc loco attingimus id dyſenteriæ genus, quod fit ſine ulla inteſtinorum offenſione: Sanguis igitur per inteſtina effluit, vel à toto, vel à parte aliqua; Idque accidit vi Naturæ, aut effœta ejus virtute: Vi Naturæ fit in Dyſenteria, quam diſtinctionis cauſa *Galenus* vocavit αἱματώδη, ſive αἱματηρὰν, cujus meminit *lib. 4. de artic.* ubi vult ſi quis in crure vulnus acceperit, ſublimiori ſitu id collocari, metu inflammationis & hæmorrhagiæ: quoniam qui ſaucius eſt, non defraudans genium, in otio vivens, magnam ſanguinis copiam coacervat, ut id experiatur, quod mulieres infructuoſe in menſtruorum excretione: Verum illa dyſenteria αἱματώδης fit virtute naturæ; propterea fit λάβρως, profuſe & copioſe, neque κατὰ μικρὸν eſt, ſed fugax, Omnis enim excretio eſt ſymptomatica, quæ continenter ac paulatim fluit, quæ vero virtute Naturæ & criticæ, libere ac liberaliter.

Idem accidit illi qui altero crure mutilus eſt, at hæ dyſenteriæ non ſunt periculoſæ, quæ ἀκινδύνως non inducunt, & alia ſymptomata dyſenteriæ familiaria: Non eſt tale profluvium terrificum, neque enim poteſt in grumos concreſcere in inteſtinis, qui ſunt calamitoſi, propterea quod ſanguis grumoſus putreſcit, unde plura incommoda: Sed ut tale profluvium vitetur, analogia & æqualitas cibi ac exercitationis adhibenda eſt. Sed fit *vitio partium* dyſenteria *ſymptomatica meſenterii & jecoris*, ſed conditiones excretionis criticæ deſiderantur in tempore, qualitate, copia & excernendi modo, unde accidit ut aliquando arthritici fiant dyſenterici: Venit *dyſenteria* ſymptomatica per anaſtomoſin earum partium, quibus collecta materia connectitur, per laxitatem venarum, ut in affectione inteſtinorum, ut inflammatione inteſtini jejuni laxantur & effœtæ redduntur venæ meſenterii &c. *Duretus. In caput 45. Pr. Hollerii p. m. 375.*

[3] *Fluxus alvi ſanguineus*) Alias *Dyſenteria Hepatica*, In genere quælibet cruoris per ſedem excretio Dyſenteriæ nomine inſignitur, ac *Galenus* quadruplicem ejus ſpeciem commemorat, videlicet inteſtinalem ſanguineam, melancholicam & hepaticam. *3. de ſympt. cauſ. 2.* Primo *Dyſenteria inteſtinalis*, quæ vere & propriè talis eſt, ideoque Dyſenteriæ ſine adjuncto dicitur, fit ἀπὸ ξύσεως καὶ τραχύτητος, propter abraſionem ac exaſperationem inteſtinorum. 2. *Dyſenteria ſanguinea*, de qua mox, 3. *Dyſenteria melancholica*, quam tamen *Galenus* aliquando omiſit, fit à ſanguine aduſto, nigro & ſplendente, quem hepar vel lien ad inteſtina protrudunt; Humor namque melancholicus aſſatione ſplendeſcit inſtar picis vel bituminis Judaici, quod è mari mortuo affertur, inquit *Galenus 3. de ſymptom. cap. 2.* ultimo, *Dyſenteria Hepatica* naſcitur à κακοπραγίᾳ hepatis exoluti; de qua nunc. *Menjotius Diſſertat. p. m. 314.*

[4] *Oritur 1. ob copiam*) Dyſenteria ſanguinea oritur virtute jecoris, qua ſanguis toto redundans corpore, uſque

iſque ἀκαιρῶς, periodice ac nonnunquam typice, λαυρῶς καὶ ἰσχυρῶς, liberaliter atque fortiter per alvum prorumpit; Quia autem ſanguis iſte colore floridus eſt, ac ut ait *Galenus 5. de loc. aff. ult.* ſimilis ei qui ab hoſtia jugulata profunditur, idcirco κατ᾽ ἐξοχὴν hæcce dyſenteria αἱματηρὰ & αἱματώδης, item rubra cognominatur; differtque ab hæmorrhoidali fluxu, quòd ſit affectio venarum in ano deſinentium, eaque de cauſa ſanguis plane liquidus deturbetur, illa verò fiat per oſcula vaſorum quæ in inteſtinis, ac in ipſumet recto, ſed longius à podice terminantur, proindeque ſanguis dejiciatur, non ita fluidus, quippe qui pigro lapſu per ſinuoſa inteſtina deſcendendo, aliquantulum ſpiſſeſcat.

Talis eſt verna dyſenteria ephebotum, ſi forte careant hæmorrhagiæ commodis: qua ætate, propter ſanguinis πλεονασμὸν & fervorem naturalis eſt narium αἱμόῤῥοια, Verè autem gliſcit ſanguis ὑπὸ τῶν ὄμβρων καὶ τῶν θερμασμάτων, cum ab imbribus tum à cœlo calidiore, præſertim ſi vita vivatur deſidioſa: Huc quoque refertur dyſenteria eorum qui ad curationem perfracti cruris illud in ſublimi collocant, quæ poſitio eſt quidem utilis ad prophylaxin imminentis phlegmonis, ſecus vitioſa, quod reliqui corporis πολυαιμίας afferat.

Item illorum, qui altero crure mutili, à quotidiano victu non deſtiterunt; Vel qui è vita actuoſa ad otioſam citra ciborum ſubtractionem derepente convertuntur: Vel quibus ſolitum ac ſolemne menſtruorum aut hæmorrhoidum effluvium reſtitit, Vel dum ob prægreſſus ſanguinis ingentes perfuſiones, aliave de cauſa frigefacto corpore minus, quam antea per eutem digeritur, utrique aliquatenus γυμναζόντων, Vel denique ſynocho febre detentis critice ſupervenit; Ejuſmodi igitur dyſenteria affatim ac ſubito συνεντείνοντα τῷ πλήθει ἐξιόντος, peragitur, *ac ut ait Hippocr. 4. de artic. 41 nec longa eſt*; quippe quæ intra biduum quieſcat, *nec mortifera, nec enim ciborum faſtidioſi ſunt, nec vacuare conferi:* Attamen, ut obiter dicam, dyſenteria illa αἱματώδης pauca & diuturna eſſe poteſt, ſi acceſſerit viſceris oppreſſio, tuncque V. S. locus eſt, Vel ſi ab acrimonia ſanguinis oriatur, venarum ad inteſtina clauſulas irritantis, unde catharſis eſt neceſſaria bilioſorum ac ſalſorum humorum: Tandem haud ſolum robore naturæ ſanguis porus alvo pellitur, ſed rupta nonnunquam, aut aperta ſeu ſponte à vulneribus viſcerum vena, pernitioſe erumpit. *Menjotius.*

[4] *In Curatione*) Iniici in alvum debent, quæ venis illis refrigerandis colligendiſque faciant, ut *aqua molaris lapidis*, quæ molito ferro decidit: aqua lapillis ignitis injecta, vel candenti ferro injectis adſtringentibus omnis generis. *Chriſt. Guarinonius Conſult. 562.*

Clyſteres ex *decocto capitis vel pedum vitulinorum*, magnam habent utilitatem & efficaciam in ſanguinis per inteſtina eruptione, non quidem in ea ſupprimenda, ſed mitigandis ejus ſymptomatis. *Johann. ſophron. Kotzak. Tr. de hæmorrh.*

Fluxus Hepaticus.

II. [5] *Fuxus hepaticus*, eſt vel

[6] *Exquiſitus*, qui [7] ex eo *Cognoſcitur*, quod [8] id quod exit, ut lotura carnis animalis recens mactati [9] dilutè rubeat, non concreſcat, frequentius effluat, non tamen tanta crebritate, ut in dyſenteria; ſine mordicatione, [10] nec tamen ſine dolore gravante, [11] palpebræ inflentur; pedes tumeant, excrementa ſint cruda.

Oritur [12] ab imbecillitate epatis, & calidi innati in eo defectu, [13] à cauſis diſſipantibus vel ſuffocantibus.

Curatio [14] feſtinanda, quia morbus ad cachexiam, hydropem, [15] & tabem ducit.

Difficilis eſt, [16] incipientis & in juvenibus.

[17] *Nulla ferè*, inveteratæ, & in ſenibus, ſed & illis, quibus ſputum eruentum, ſubpallidum, ſive bilioſum, metacum, obvenit.

[18] Excludit purgantia, & [19] ſolis medicamentis alterantibus, cibis miſtis, (commendantur *epata gallinarum, & anatum, teſtes pullor. anſerum*) [20] perficitur.

Siſtitur aliquando [21] *Cataplaſmate ex abſynthio contuſo, faba rubrâ* in vino cocta; [22] & *uva rubra ſeminaturæ* in furno ſiccatæ pulvere ex vino auſtero dr. j. doſi ſumpto.

[23] *Sale corallor.* eodem pondere in aqua plantaginis exhibito.

[24] Vel *ſpurius* [25] in quo ſanguis *aut* eſt acris, ob permiſtionem bilis.

Aut craſſis, ob [26] diuturnam in hepate vel alibi moram.

Aut [27] Fæculentus, ob epatis limoſitatem, quod lien, partes fæculentas non attrahat. Curatur ſtercore hirundinum in pulverem redacto, & in vino auſtero exhibito.

[28] *Indicus* quomodo ſe habeat; vide *Bontium.*

Huc [29] *adipoſus alvi fluxus* ſpectat, qui ſingulis diebus per xiv. menſes ſtercori inſtar butyri liquefacti, incumbens dejiciebatur, & carbonibus injectus lucidam emittebat flammam. Dejiciebatur abſque dolore, macie & febre, vel ex toto corpore, vel meſenterio, pancreate, omento, &c.

[5] *Fluxus Hepaticus*) Ad dejectiones cruentas pertinet *Fluxus* hepaticus, ita veteribus dictus, quando ſanguis aquoſus, tenuis, &c. per alvum copioſe excernitur: Appellationis ratio ex falſa hypotheſi deſumpta eſt, quod nempe hepar ſanguificet, adeoque ex deficiente ſanguificatione in hepate hunc fluxum oriri voluerunt, ſed talis fluxus hepaticus Veterum, eſt revera non Sen. *Etmuller. Pr Part. 3 p 122.*

Fluxum hepaticum vix nomino, quia falſus eſt, deceptique prout illum deſcripſere Veteres: Nihil enim aliud

eſt quam apertio arteriarum ſplenicarum, id eſt mihi, hæmorrhoidalium ſuperiorum, *P. Barbette Pr. lib. 4. cap. 6.*

Si quis ab *Hippocratis & Galeni* doctrina ad Juniorum opinionem de vaſis chylodochis, de ſanguifica cordis facultate, & ſanguinis circulatione deficiat, ille crimina hepati hic imputata adſcribat Cordi; notataſque venarum meſaraicarum affectiones transferat in arterias, quæ meſenterium alluunt. *Menjotius.*

6. *Exquiſitus*) Verus ac legitimus fluxus Hepaticus (infra deſcribendus §. *ab imbecillitate hepatis*) hunc peculiarem habet characteriſmum, ut dejectiones liquidæ ac feroſæ ſint, & hic ab hepatis imbecillitate procedit, ob quam ſanguificatio non rectè perficitur; ſeu ab intemperie maligniori calidum & humidum partis nativum vitiante. *Riverius.*

7. *Ex eo cognoſcitur*) Cauſarum ſigna propriis characteribus ſunt diſtinguenda: Si enim à *calida intemperie hepatis* imbecillitas & atonia inducta ſit, febres ardentes aut colliquantes præceſſerunt; vel vomitus æruginoſi aut dejectiones, ſitis & febris adeſt, corporis ſqualtur, inappetentia & dejectiones valde fœdæ apparent.

Si verò *à frigida intemperie* ortum duxerit; dejectiones minùs fœtent, nec ſitis nec colliquatio adeſt, totum corpus frigidius efficitur & livido colore perfuſum: Interdum tamen ex humorum putredine febris exoritur, quæ dicta ſymptomata aliquantum immutat, ſed cauſæ prægreſſæ examinandæ ſunt, quæ utramque intemperiem facilè manifeſtare poſſunt: In hac etiam frigida intemperie ægri maximo vini generoſi ac meracioris deſiderio tenentur.

Humidior verò ac ſiccior intemperies ex contrariis affectibus deprehenduntur: humidior enim plurimam ac crebram dejectionem facit, & valde tenuem: Contrà verò ſiccior, paucam & craſſiorem reddit, quam tamen ingens potus cupiditas comitatur. Cauſæ denique *externæ* ex ægrotorum relatu & adſtantium innoteſcunt. *Riverius.*

Titubante ſanguificatione ὑδατώματώδεα hepatis rejectanea frequenter nec acervatim, verùm per plures dies alvo funduntur, citra ullum viſceris vel tumorem vel dolorem, aliamve quamvis querelam, niſi ex eventu conſocietur; puta jecore gravato, aut flatibus diſtenta levis moleſtiæ ſenſus protendatur ad mendoſas coſtas.

Ab hocce morbo febris abeſt niſi aliqua cunctantis chyli portione, aliiſve humoribus temporis progreſſu computreſcentibus, levia accendatur, tuncque deſtruitur appetitus, qui ad oblata huc uſque belle ſe habuerat. *Menjotius.*

8. *Id quod exit ut lotura carnis*) Accidit, ſed rariſſimè, ut ſerum cruore tinctum, ſed leviter admodum, adeo ut *loturam carnis* ſaltem referat, copioſe, in fluxu hepatico dicto excernatur, quòd cùm in venis meſaraicis, à ſanguine illo ſine dubio, tincturam accipiat (vide ſupra caput de Diarrhœa §. *humida & aquoſa*) in hoc affectu, & tamen in aliis à *ſero natus diarrhœa*, ex iiſdem venis procedens, uti dictum, minimè rubeſcat, quomodo hoc fiat dubium; Plerique cauſam illius *hepatis imbecillitati*, unde etiam nomen illi inditum, attribuunt, eamque ſanguificationis defectum, à quo ſanguis imperfectus ſubcruentus aqueus natus, copioſeque collectus, tandem è venis erumpat meſeraicis.

Verùm licet hac ſeri redundantia, & ſanguinis crudioris cauſa eſſe poſſit, unde ſæpe diarrhœæ prodeunt, quia tamen tinctura hac illi rarius accidit, cauſam aliam in hepate, & illi adnexis vaſis meſaraicis inſuper, eamque inſolitam accedere oportet; qualis eſſe poteſt ſanguinis meſeraici ſumma tenuitas, ſeu ipſius ichorum, h. e. tenuiorum partium copia, oſculorumque venarum amplitudo vel dilatatio, Cujus cauſam *hepatis caliditatem* potiùs eſſe, quàm frigiditatem, uti illa arguunt, ſic & inde quod in hoc affectu calor adſit, ſitis, ardor circa hypochondria; & quod febris quandoque ſuperveniat, & quod febres ardentes ſequatur, poteſt colligi, uti & ex ipſa curatione, cùm ea frigidis potiùs hepaticis quàm calidis perficiatur. A qua hepatis caliditate & fervore, accedente inſuper ſanguinis conſtitutione tali qualem expoſuimus, venarumque anaſtomoſi, ab eodem calore profecta, evenit, ut ſerum merum per hanc viam exiguis guttis ſanguinis tinctum, in inteſtina relabatur, huncque fluxum ſeroſum ſubcruentum efficiat; uti & in fluxu illo conſimili hepatico, qui dyſenteriæ interdum copulatur, exulceratio hæc oſcula aperiens, ut ſanguis ſero, præſertim in venis admodum redundante miſtus, ſimilem fluxum ſubcruentum efficiat; Qui fluxus copioſus & dilutus; magis tamen quàm verus hepaticus tinctus & frequentior exiſtit. *Platerus.*

8. *Id quod exit &c.*) Cujuſmodi dejectio in aliis fluxibus ſanguineis non contingit; ſaltem ut in omnibus dejectionibus tales materiæ appareant: in dyſenteria enim ſi aliquando talis excretio fit, id raro contingit, & conſequenter bilis, pituita, & fæces varii coloris excernuntur. *Riverius.*

9. *Dilute rubeat*) Κοιλίης ἀφίστανται ἐξίωδεες ab *Hippocrat.* dicitur, ſed forſan legendum ὠχρώδεες, cùm aromata iſta ventris proluvies *prærubra* non ſit, ſed *ſubrubra*, nec tam ſanguis, quàm ſanguinolentus ichor effundatur. *Menjotius.*

10. *Nec tamen ſine dolore gravante*) *In regione jecoris, prima mali origine.* At cur abeſt dolor inteſtinalis, cùm ſerum ſalſum ſit atque pungens, ac teſte *Galeno 8. de Plac. 4.* ichores fiant ex mixtione elementi aquei & ignei? Reſpondemus cum *Ariſtotele 2. de Part. an. 4.* Serum dupliciter generari, aut quia ſanguis non ſit perfectè coctus, aut quod poſt corruptionem corruptus ſit: Cum itaque ſerum hepaticorum à cruditate fiat, non à corruptione, vel liquefactione, ſanguinis, ideo mite eſt, non acre atque mordax, adde quod à permixti ſanguinis benignitate demulceatur. *Menjotius.*

11. *Palpebræ inflentur, pedes tumeant*) Non totus ſanguis ventre fugit, ſecus homo non viveret, ſed elaboratior quædam ejus portio in venis ſupereſt, quamquam, ea quoque ſit ἀβληχρὴ, ut loquitur *Hippocrat. 2. de Diæta*: id eſt imbecille nutriens, inſtar vini ἐκλύτου καὶ ὀλιγοφόρου, quo etiam ſenſu diæta ἀβληχρὴ dicitur, *Hippocratis* paucum exhibens nutrimentum, [illegible] atque ſanguis non modo ſit πάντων τροφή, ſed etiam πάντων θερμὴ καὶ πάντων χροιή, ut ait *Aretæus* nil mirum ſi partes haud ſolum alimento caſſæ intabeſcant, ſed algeſcant inſuper, ac decolorentur; nec non quoque citra bilis ſuffuſionem flaveſcant more plantarum ſole diutius everberatarum, ſuccoque nutritio defraudatarum, aut ad inſtar vini ob perditos ſpiritus enervati, quod citrino colore tingitur, ac, ut ita dicam, κιρρῶται. *Menjotius.*

12. *Oritur ab imbecillitate hepatis &c.*) Notandum quod *Galenus* docet loc. aff. 7. & 16. c. 1. affectum hunc frigidum ocyus degenerare in calidū, niſi rectè curetur, idque hac occaſione, cum ſanguis ille ichoroſus neceſſario ſit ex parte chyli tenuiore, ſuperſit autem pars craſſa, omnis ratio colligit craſſiorem hanc partem ſubſiſturam in hepate, forte in liene quoque, & tandem, ubi locus amplius non eſt in viſceribus, in ipſis vaſis meſaraicis: Heic cùm ſtagnet pars dicta, omni ventilatione deſtituta, concipit calorem, putreſcitque, unde phlogoſis propriè dicta, quæ deſinit ferè in febrim lenticam, ab Arabum interpretibus dictam: Hæc eadem pars craſſa, cùm ipſam vel Natura ſola, vel adjuta à Medico deponit ad alvum, vocatur noſtris Fluxus Hepaticus, & eſt ſanguinis craſſi, nigri, quandoque varii excluſio: Duplex autem hæc ſanguinis vacuatio; ab uno quidem tenuis:

tennis poſtea autem craſſi conſtituit duas ſpecies Dyſenteriæ impropriè dictæ. *C. Hofmannus Inſt. l.3.c.31.*

12. *Ab imbecillitate hepatis*) Producitur ab hepatis imbecillitate & atonia, propter quam bonum & laudabilem ſanguinem producere non poteſt, ſed chyloſum materiam in ſanguinem tenuem & ſeroſum convertit, qui cùm alendis partibus idoneus non ſit à natura expellitur ad inteſtina, unde fluxus ille hepaticux contingit. Illa autem imbecillitas & atonia à qualibet intemperie produci poteſt: A quocunque enim primarum qualitatum exceſſu robur hepatis nativum, & vis illius ſanguifica dejicitur: Quod tamen dubitationem habet ab experientia deſumptam, quandoquidem videmus ſæpè graves hepatis intemperies & inſignes primarum qualitatum exceſſus alios morbos producere; iſtum verò ab illis minimè induci: Contra verò fluxum hunc hepaticum ſæpe apparere ſine inſigni primarum qualitatum exceſſu.

Ut igitur affectus iſtius natura integrè ſtabiliatur, dicendum eſt cum *Varandeo*, præter vulgarem intemperiem aliquid ſuperius & majus reperiri, quod iſtum affectum producere valeat, Et illud dicit eſſe occultiorem quandam intemperiem, quæ exolutionem ſive conſumptionem humidi primigenii ſive radicalis in hepate inducit; ad quam ſequitur caloris innati ipſius maxima exolutio.

Hinc pravam diatheſin, & occultam intemperiem, producere poſſunt febres ardentes & ſyntecticæ, intemperies viſcerum calidior oleoſam ſubſtantiam colliquans, occulta putredo, humorum corruptela, refrigeratio à pituitæ vel melancholiæ copia in corpore p.n. congeſta & calorem nativum opprimens ac corrumpens: Id ipſum præſtare poſſunt cauſæ externæ, ut larga frigida nivis aut glaciei hauſtus, olerum frigidorum & crudorum uſus immodicus, venena aſſumpta & vehementiora cathartica; Sic etiam meracum vinum copioſè hauſtum, ſalſa, acria & piperata, aliaque infigni qualitate prædita jecoris ſubſtantiam exhauriunt & extorrent: His addere licet omnes alias cauſas quæ impenſe refrigerando, vel calefaciendo, hepatis robur ac tonum diſſolvere poſſunt. *Riverius.* At verò cùm Hepar ſanguificandi munere à Neotericis ſit exutum, Fluxus Hepatici alia cauſa quærenda eſt: Hinc actionem illi aſſignat *Diemerbroech, Anat. lib. 1. cap. 13.* vel officium, ut ſanguinem ſulphureo rore humectet, atque una cum liene, illius & chyli fermentum perficiat: ac proinde omnibus fere tum hominibus, tum brutis animalibus, terreſtribus & aquatilibus, hepar datum eſt, quia ſine illo fermento ſanguis ſpirituoſus fieri non poteſt. Si ergo Hepar frigidius quacunque de cauſa fuerit, & lienis ſuccum per ramum ſplenicum allatum, commodè digerere, ac cum admiſto ſanguine venoſo, eique inhærente ſucco ſulphureo in convenien fermentum convertere nequeat, tunc nunquam fit bona fermentatio; chylus non ſatis coquitur, nec ad fermentationem in corde futuram natis bene præparatur, ſanguis venoſus manet crudus, ſeroſus, oeque in corde latex ſpirituoſus evadit, ſed attenuatur ſolummodo in aqueum vaporem, qui in vaſis & mollibus partibus in liquorem aqueum faceſſit, & totum corpus ſero replens Anaſarcam facit: Si impedimentum aliquod occurrat propter quod per vaſa deferri nequeat, per alvum defertur, Hepaticumque fluxum producit; Proxima ergo hujus cauſa eſt fermentum Hepatis vitiatum, remotiores à *Riverio* enarratæ. Lege *cap.16. libr.1. Anat. Diemerbroech.* vide ſupra §. *Id quod exit ut lotura carnis.*)

13. *Oritur ab imbecillitate Hepatis*) Fluxum Hepaticum ſibi nunquam viſum ait *Fr. Sylvius Prax. lib.1. c. 13.* quem à copioſo ſero deducit, ſanguini admiſto, & vaſa ſimul relaxante: Seroſum autem fieri ſanguinem à Potu nimio, tum aqueorum, tum ipſius ſpiritus vini, à quo tandem partium omnium firmitas infirmatur & tonus pene tollitur.

12. *Ab imbecillitate hepatis & calidi innati &c.*) Exquiſitæ hæmatoſis tria requirit, εὐχυλίαν, probam chyloſin, nam antecedentis coctionis vitium ſequens non emendat; εὐοδίαν, vaſorum libertatem, ad facilem chyli ἀνάδοσιν, & εὐτονίαν robur in hepate; His tribus amicè ſimul conſpirantibus, inoffenſo curſu fit progreſſio τῆς ἰσχύος πρὸς δύναμιν, καὶ δυνάμεως πρὸς ἐνέργειαν, *virtutis ad facultatem & facultatis ad actionem*; redditumque à ventre χυλὸν Jecur in genita proprietate in optimum ſanguinem commutat; ſecus oritur ἀποτυχία τοῦ τῆς αἵματος ἔργου, *fruſtratio operis ſanguifici*, hæc quamdiu fit à ſimplici impedimento functionis hepaticæ ſcil. vel ob chylum, ſive ventriculi, ſive ingeſtorum culpa, illaudabilem, vel ob mancam hujus diſtributionem; præcluſis ductibus quibus itur ab inteſtinis ad ſima hepatis, non dicitur propriè dyſenteria hepatica, ſeu fluxus hepaticus ſed duntaxat, ubi effœtum hepar atque elangueſcens ſui tædet officii. *Menjotius.* Vide caput de Imbecillitate hepatis.

13. *A Cauſis diſſipantibus &c.*) Morbum hunc hepaticum, in jactura calidi primigenii poſitum ſympathicus advenire potis non eſt, ſed neceſſariò idiopathicus exiſtit; licèt interdum deuteropathicus; nam cum partes omnes alvo contentæ, exceptis membris genitalibus, gratia hepatis conſtructæ ſint, eique famulentur, illis ægrotantibus hepar promptè trahitur in conſortium, hinc dyſenteria hepatica, inteſtinalem quandoque conſequitur. *Idem.*

Prognoſis.

14. *Curatio feſtinanda, quia &c.*) Prognoſis hujus affectus nonniſi mala, & utplurimum funeſta inſtitui poteſt, Cum enim pars princeps graviſſimè laboret, ex hauſtu ſcilicet & conſumptione humidi primigenii, cujus reparatio vix ſperabilis eſt, nonniſi certum exitium utplurimum expectandum eſt, præcipuè, ſi à calida intemperie affectus ducit originem. Quando enim in febribus hic affectus contingit, colliquationes corporis & putredines ingentes brevi ſuccedunt, quæ citò ægros de medio tollunt: In febribus verò malignis & peſtilentibus propter cauſæ cacoethiam, periculum augetur.

Quando verò hic affectus à frigida intemperie ducit originem, diuturnior eſſe ſolet, & in hydropem immedicabilem plerumque degenerat: Denique *Fluxus Hepaticus ſpurius*, licet admodum periculoſus ſit, minus tamen habet periculum legitimo, quia à ſimplici & vulgari intemperie, & pravâ humorum diatheſi tantùm exoritur, tono & robore hepatis integro remanente, & ſublatis cauſis ſanguinem vitiantibus evinci poteſt. *Riverius*

Prognoſis hic eadem eſt quæ in fluxu hæmorrhoidum omnium, aut aliis præternaturalibus ſanguinis excretionibus, dum nempe tandem ad cachexiam, hinc hydropem vel tabem ægrum deducit, & diſponit, & propterea fluxus hepaticus dictus in juvenibus interdum difficulter, in ſenibus raro curatur; Præſupponit nempe ſemper aliud in corpore vitium, à quo ipſo fluxus dependet, & cujus reſpectu magis vel minus curabilis evadit. *Etmuller.*

Ardua eſt ἐπανόρθωσις Hepatis ἐκ τοῦ μακροῦ ... è norma proprii temperamenti atque complexionis procul egreſſi, præſertimque in ſenibus hic affectus μήκιστος καὶ δυσαλθὴς longiſſimus & ægreſanabilis exiſtit, etenim ſi φύσις ἰσχυρὴ, quæ ſalutis ſpes affulget depopulato calido radicali membri principis? Nec modo hepatis calamitoſa eſt, magnitudine cauſæ, partiſque affli-

ctæ nobilitate, ſed ſubductione quoque materiæ ad alimoniam neceſſariæ, utriumque perenni inanitione, fluxus enim iſte naturalem hepatis calorem in dies magis deterit, ac ſymptoma morbum fovet; Quod ſi tmeaute compeſcatur, vel cutanea vitia efflorescunt, comportata in corporis habitum ſeroſa plenitudine, vel febres incenduntur ab humoris ſuppreſſi corruptela, vel nullæ alia tædia emergunt: Meteoriſmus hypochondrii cum rugitu, congeſto ſpiritu flatuoſo intermorientem calorem naturalem denotat, ſicut empyicis aliiſque quammultis chronico morbo decedentibus contingit; nam ceſſantibus pene facultatis naturalis officiis, crudi humoris & flatuum abundantia, jecoris ξύμωσις ſupervenit, pedes quoque trahente morbo flatibus tument, ſed tanto minus infauſto omine, quanto pedes longius abſunt à vitæ principio, quam hypochondria. *Menjotus.*

15. *Ad Tabem ducit*) Quia in hoc affectu corpus valde abſumitur, Deſtillatum reſtaurans fluxui etiam cohibendo idoneum, vel per ſe frequenter exhibendum, vel omnibus cibariis permiſcendum.

℞. *Caponem pinguem & perdicem, deplumatis & exenteratis, impone fol. cichor. agrimon. & carnis teſtudin. āā. m. j. conſerv. roſar. ℥iii. ſemin. plantag. coriand. ppts. āā. ʒiii. myrobal. citrin. ʒi. fol. ſanguin. m. ß. trochiſc. de carabe & de ſpodio āā. ℈iiii. pulv. elect. de gemmis, triaſant. & diamarg frig. āā. ʒi. irrorentur omnia vino ſtyptico, & ſimul in ventres avium immiſſa coqu. in aqua ℔iv. ad medias vaſe clauſo, poſtea reponantur omnia in alembico vitreo, cum vini optimi ℥iii. Diſtillentur in B. M.* ad uſum. In cibis *Hordeata* & *Amygdalata*, ac præcipue Oryzata conveniunt. *Riverius.*

16. *Difficilis eſt incipientis*) Partium tonus ac robur naturale, ob ſpiritus vini abuſum, deficiens difficulter reſtauratur, nec facile, niſi uſurpatis cum exacta diæta; vix unquam iterum ab ebriolis expectanda; Spirituoſis, ſubauſteris, qualia ſunt inter naturalia vina potentia, ſimul cum nigredine grata, ſubauſtera: Inter artificialia vero plura ex *vino generoſo* atque *cydoniis*, vel *Punicis malis*, vel *myrti baccis*, aliiſve ſimilibus parata. *Fr. Sylvius l. c.*

17. *Nulla fere inveterata*) Si Dyſenteriæ accedat ſub finem, uti frequentius fit, proſtratis tum viribus, hepate male affecto, mortem plerumque infert, Alter quoque rarus affectus, ejuſmodi viter admodum denceſ, cum copioſa ſeri evacuatio plurimum debditer, uti in hydrope & diabete accidit: Serum, humorem alimentarium ſtatuit *Wedelius & alii*) heparque calore præternaturali affectum ſit, & imbecille. *Platerus.*

18. *Excludit purgantia*) Quamvis nullus vacuationibus locus eſſe videatur, cum fluxus immodicus ſui tantum cohibitionem indicet, *rhabarbarum* tamen, vel ſolum, vel cum *myrobalanis* exhibitum, juxta formulas in curatione dyſenteriæ propoſitas, interdum prodeſſe poterit, quia hepar roborat, idque imprimis ſi quædam impuritates dejectionibus permixtæ videantur: Imo vero nonnulli ægri *rhabarbari* ℈i. cum *conſerva roſarum* in multos dies exhibito, liberati ſunt. *Clyſteres*, hic parum proſunt, cum hepar affectum ſit: attamen *ex lacte chalybeato*, vel decocto leniter adſtringente, interdum injici poterunt, ne inteſtina omnium relaxentur. *Riverius.*

Datur vel *Rhabarb. pulvis* vel dilutum ad ʒii. addito *ſpica* ℈ß. vel *cinnam.* ʒß. additis interdum & *myrobalanis*. Vel fiunt Pilulæ ex *rhabarb.* cum *maſtiche*, abſtinendo hic ab *aloe*, cum venarum oſcula aperiat. *Platerus.*

18. *Excludit Purgantia*) Si copioſum ſerum ſanguinem ita diluit, ut ex vaſis ab ipſo ſimul relaxatis partem ipſius aliquam ſecum ad inteſtina deducat, & Hepaticum dictum fluxum producat, Curabitur tum ſudorificis & diureticis, ſerum alia via è corpore propellentibus: tum roborantibus auſteris laxatorum vaſorum noxam ſarcientibus: Cavendo interim à nimio Potu. *Fr. Sylvius l. c.*

19. *Perficitur*) In curatione, hepati præcipue remedia accommodantur, ut intemperies illius emendetur, illique appropriatis remediis robur addatur, Et fluxus interim alvi compeſcatur, ubi multa dyſenteriæ convenientia competunt, quapropter nimium aperientibus calidis cavere potius debemus, quam illis venas amplius reſerare; niſi quatenus quædam ex illis temperatiora ad urinas ſerum derivant: *Platerus.*

Perficitur remediis hepar roborantibus, ejus intemperiem corrigentibus, fluxumque cohibentibus Et quia longe frequentius, atque ut plurimum à calida intemperie ducit originem, ideo huic imprimis curatio aptanda, cum ille qui à frigida producitur, rariſſime contingat: & eandem cum hydrope curationem deſideret. *Riverius.*

Pro cauſarum antecedentium ſive remotarum varietate variat: Si ſit *hæmorrhoidum apertio*, harum lege curetur, præſertim per *martialia*, in ſpecie per *tincturam ſulphur. vitrioli*. Si ſequatur *Dyſenteriam*, eadem erit cura quæ dyſenteriæ levioris &c. Quod ſi *ſuppreſſa quædam ſanguinis vacuatio* malum induxerit, hac in ordinem revocata, & interea venæ ſectione revulſoria inſtituta, curetur; Quod ſi tandem *impedimentum ſanguinis circulo* ex infarctu aut tumore viſceris injiciatur, hoc quantum poſſibile ſublato, & venæ ſectioni revulſoria adminiſtrata, fluxus cruentus ſufflaminandus eſt. *Etmuller.*

Quia à ſero copioſo ſanguini admixto, vaſaque relaxante hunc affectum ut plurimum deducunt, ſatis ſuperque patet ſerum eſſe minuendum, nempe per ſudorifera & diuretica roborantibus auſteris mixta; omnino aqueorum potu prius interdicto: Ut copioſum ſerum minuatur, ortuſque illius novus præcaveatur. Nec non partes tam affectæ corroborentur; rumque ad narcotica deveniendum. Sed nota, levibus adſtringentibus corroborantibus mixta. *Deckers in cap. 7. l. 4. Prax. Barbettianæ.*

20. *Siſtitur aliquando*) In ſpecie remedia ex *tormentilla, plantagine, ſanicula, coralliis*, inprimus ex *agrimonia*, cujus decoctum ſpecificum eſt *Poterii* in hoc caſu, conveniunt; Quin & *Opiata* non negligenda, authore *Borello cent. 1. obſ. 99.* qui fluxum hepaticum poſt Dyſenteriam inprimis *laudano* curavit.

Sin *acrimonia* plus minus *ſeroſa* dictum malum inducat, *Rhabarbarina*, item *vulneraria* & *adſtringentia* cum *Opiatis* conducunt; Hinc *corallia, trochiſci de carabe, unicornu* foſſile & cætera conducunt: Item non inconſultum eſt ad *ſudores* & *ſudorifera* decurrere, ad imitationem *Varandæi*, *Tract. de Fluxu hep. pag. 53.* *Quidam putant*, inquit, *in progreſſu morbi non inutile eſſe ſudores decocto quodam, ut ſemin. milii, radicis chinæ, vel ſalſapar. provocare, quia ſudores alvi fluxum minuere ſolent, rapta aliò ſeroſa materia, & hepar calefaciunt, quod experiri non erit inutile, Si enim æger ſudet & leviter id ferat, magna erit ſalutis ſpes, minoris quando in hepate noxæ ſignum. Nam qui unque magna hepatis imbecillitate, ſcirrho aut obſtructione tenentur, vix unam ſudoris guttulam emittunt.*

Item *Gelatina c. c.* cum *aqua cinnamomi* parata, à quibuſdam laudata, in tali caſu locum habebit, non minus quam *paſſulæ*, quæ multum faciunt ad laudabilem ſanguinis craſin & æquabilem fermentationem conſervandam: Ac ſane *paſſulæ* ad dyſcraſiam ſanguinis corrigendam multum præſtant. *Etmuller.*

Quidam

Quidam alvi cruenta excretione jugi, per 3. vel 4. menſes laborantem, ſolo uſu *fabarum rubr.* non contritarum, pulmenti in modum ex lacte coctarum mane & veſperi eas aſſumendo, ſanatum fuiſſe nullus remedius juvantibus. *S. Pauli Quadr. c. 4.*

Præſtantiſſimum hoc remedium eſt

℞. *Rhapont. Græcor. rec.* ʒii. *caſſiæ ligneæ* ℥ß. *piſtetur rhapont. craſſo modo & maceretur in* ℔xii. *vini optimi, vel per noctem*, mane, *coquatur ad tertias*, Eo in frigida intemperie valetudinarius utatur utiliſſimè. *Zacutus P. H. l. 2. c. 24.*

Experimentum mirabile, *Talpam* in furno exſiccatam, da cum *vino albo* bibendum pulverem. *Maraldus Pr. p. 174.*

Tanquam peculiare ſecretum multi exiſtimant ℈i. vel ʒß. *Philonii* ſemel in ſeptimana exhibitam, magni fore momenti. *Mercatus.*

Hoc medicamentum efficaciſſimum mane & veſperi datur ʒii. pondere cum mero, Jecur enim mire fovet.

℞. *Croci, myrrhæ, ſpicæ, caſſiæ, Cort. exterior piſtaciorum* ãã. ʒ ß. *ſchœn.* ʒi *ſem. amœot, aniſi. apii* ãã. ʒiß. *cumini in vino macerati per 24. horas, terrefacti, fol. lauri* ãã. ʒii. *acori toſti* ʒi. *nucleor. mali punic.* ʒiii. *aſari* ii. tuſa & cribrata ſerva ad uſum. *Alex. Benedictus.*

Certa experientia, unius aut alterius diei ſpatio, omnem fluxum ventris fœtidum excrementoſum hic potus curat.

℞. *Succi semperv. mai. perſic. maculoſæ* ãã. ℥iii. coque ad conſumptionem iij. partis, Detur in Potu, *Prævotius Pr. p. 249.*

Pro ſecreto, omnem fluxum ſanguinis ſanat *flos hyſimach. purpureæ ad* ʒi. aliquoties cum vino datus. *Idem.*

Valet ſummoperè ſæpius exhibitum medicamentum hoc

℞. *Succi hepat. depurati* ℥iii. *ſucci abſynth.* ℥i. *hepatis anatini exſiccati & pulv.* ʒi. *ſacch. albi* ℥i. *m. f.* Apozema. *Vidus Vidius Pr. l. 10. c. 7.*

Pulvis hic probatus eſt ad omnem ſpeciem dyſenteriæ, ſive ſit hepatica, ſive inteſtinalis

℞. *Turturem*, cum pennis comburatur, fiat Pulvis *ex Bolo armen. ſangu. drac. mumia, qui forti aceto & vitellis ovor. q. ſ. excipiatur*, Et ex hoc turtur impleatur, ponatur in ollam novam, obturetur, & in furno panis comburatur in pulverem, De hoc da quotidie *cum ſucco plantag. vel aqua roſ.* cum *ſacchar. roſar. antiquo*, vel adſtringente alio, Probatum eſt. *Arn. Villanovanus.*

20. *Subditur aliquando*) Julepi hepar roborantes, ejuſque intemperiem corrigentes, ſic componi poterunt.

℞. *Rad. cichor. gramin. acetoſæ*, ãã. ℥i. *fol. endiv. agrimon. cichor, plantag. cuſcuta*, ãã. *m j. abſinth. pont, m. ß. ſantal. rub.* ʒiß. *raſur. ebor. & ſpodii* ãã. ℈i. *coriand. pr.* ʒi. *roſar. rubr.* p. ... *coqu.* ad ℔iß. *In colat. diſſolve ſyr. cydonior. & acetoſi ſimpl.* ãã. ℥ii. *f. Julep. pro iv. doſibus m. & ſ. ſumendis.* Vel

℞. *Aqu. plantag.* ℥iv. *ſyr. roſ. ſicc.* ℥i. *ſpir. vitr. q. ſ. ad moderatam aciditatem*, *fiat Julep.* ſumat frequenter.

Valent etiam ſyrupi ſequentes.

℞. *Syrupi myrtini, cydonior. roſ. ſicc.* ãã. ℥i. *ſyr. cichor. cum rheo comp. aut ſimpl.* ℥ß. *m.*

Fit ſyrupus præſtantiſſimus *ex tinctura roſar. facta in aqua roſar. & cum ſacchar. roſac.* redacta in ſyrupum.

Valet *Pulvis* ſequens.

℞. *Sem. plantag. & acetoſ.* ãã. ℥i. *ſem. endiv. portul. cuſcutæ, coriand. prap.* ãã. ℈i. *roſ. rubr. trochiſc. de ſpod. g. tragacant. torrefacti an.* ʒß. *pellic. anterior. ventric. gallinæ ſiccat.* ℈ß. *fiat* Pulvis tenuiſſ. detur ſemel aut bis in die, ex ovo, juſculo, vino &c.

Tabellæ triaſant. duplicato rheo ad ʒii. pro doſi exhibitæ, hepar roborant. Vel

℞. *Conſerv. rad. cichor.* ℥i. *roſar. vet.* ℥ß. *pulp. paſſul. corinth.* ℥vi. *croci martis* ʒi. *corall. prap. raſ. ebor. cornu. cerv.* ãã. ℈i. *cum ſyr. roſ. ſicc. f. Opiata*, *addendo ſp. vitr.* ℈ß. doſis magnitudo caſtaneæ tribus horis ante paſtum: Adde ſi vis *hepar lupi* tanquam ſpecificum commendatum.

Paſſulæ majores, vel *Corinth.* quia hepati amicæ, in hoc affectu commendantur, ideo magna copia cum ſeminibus ſuis ſunt manducandæ; quod ut commodius fiat, prius contundantur.

Vel *Rob. paſſularum* fieri poteſt, coquendo eas in vino rubro, vel alio generoſo, ſi non obſtiterit calor, poſtea ſuccum exprimendo, rurſum in formam Rob. decoquendo, quod ſimplex uſurpari poterit, vel aliis commiſceri. e. g.

℞. *Paſſular. corinth.* ℔ß. *coqu. ad pultis conſiſtentiam in vino veteri*, *transfundantur ſetaceo & colaturæ admiſce cortic. citri cond. piſtati* ℥ß. *pulv. electuar. triaſant. & diamarg. frig.* ãã. ʒi. *corall. præpar. & roſar. rubr.* ãã. ℈iv. *jecor. lupi præpar.* ʒii. *f. Opiata.*

Succus ex ſurculis tenerioribus urticæ per ſe ad ℥ii. vel cum aqua & aceto exhibitus mane per triduum, fluxum ſiſtit, & ſanguinem corruptum purificat. Pro *Potu* utatur æger *Tincturæ roſar.* vel *decocto cichor. & gramin. cum ſyr. cydonior. addendo aliquot guttas ſpiritus vitrioli.* Denique ſi *vigiliæ* plurimum urgeant, ut ſæpè fit; quia hic fluxus noctu ſolet ingraveſcere, ad *Narcotica* deveniendum, ut in ſuperioribus alvi fluxibus. *Riverius.*

Lac, quod glutinando oſcula aperta recludat, quandoque conceditur, illis præſertim quibus & cibus iſte ſemper eſt conſuetus & gratus: Datur *uſtulatum*; *Ovillum* cæteris præfertur; coctum ut ſerum penitus abſumatur, quod & uſtulari poteſt.

Ex uſitatis Pulveribus, *Pulvis diatrion ſant.* & *hepati* & fluxui accommodatum eſt remedium, tum ob *ſantala* & *rhabarb.* quod in eo aliquando duplicatur; dein ob *gummoſa* oſcula venarum occludit, & ob frigida calorem contemperat; datur *Tabulatum*, vel Pulvis per ſe, vel permiſtus aliis; Eadem præſtat *Diarrhod. abb.* eadem quoque recipiens; *Aromatico roſat.* cum tantus non eſt calor, major vero ventriculi imbecillitas, etiam uti poſſumus.

Narcotica vigiliarum cauſa danda, inter quæ *Philonium Perſicum*, cum adſtringat, pulveribus adſtringentibus permiſtum, ſi opus ſit, exhibetur. *Platerus.*

20. *Subditur aliquando Cataplaſmate &c.*) Emplaſtrum hoc in omni fluxu, tam hepatico quàm dyſenterico excoriativo, &c. comperi mirum in modum juvare:

℞. *Eupat. ſchœnant.* ãã. *m. j. ſpicæ Ind. p. ß. maſtich. macis* ãã. ℥ß. *ligni aloes* ʒiii. *myrobal. chebul. emblic. torref.* ãã. ℥i. *boli Arm. terra ſigill. hemat.* ãã. ʒvi. *coriandr. ppti* ℥iß. *ſpod.* ʒ ó. *roſar.* ℥i. *ſec. 3. ſantal. ſine camphor.* ℥ß. *ſcor. ferri præpar.* ℥j. *far. hordeac.* ℥ii. *olei maſtich. myrtill.* ãã. *q. ſ. F. Empl. cum modico aceti* & impone ab orificio ventriculi ſuper totum ventrem, uſque ad os pectinis. *Solenander Conſult. pagin. 337.*

21. *Cataplaſmate*) Extrinſecus ventri applicantur fere eadem, quæ in Dyſenteria fuerunt expoſita, cum & hic oſcula venarum ſint occludenda fluxuſque ſiſtendus; additis tamen hic ſemper, quæ hepati etiam

conveniunt, cum illud abdominis ſub hypochondrio dextro ſpatium inſigne occupet, atque eo uſque actio ſoleat extendi: Poſſumuſque uti illic præſcripta Inunctione, Pulveribus, Emplaſtris, Cataplaſmate, addendo ſimul hepatis cauſa *abſinthium, eupatorium, ſantalorum omnia genera, ſpicam, ſcœnanthum, radices aſari, ſpodium, ſtoracem calam. &c.*

Hepatis regioni, ſi caloris præſertim magni adſint veſtigia, quæ illud nonnihil contemperent, & roborent adhibenda, qualia in illius Inflammationis principio adhiberi ſolent, & Inunctio quæ

℞. *Ol. roſac. myrtini*, cum ſucco *endiviæ* vel *cichorii* &c. Item *ungu. roſac. & ceratum ſantal.* quibus *adeps lupinus*, qui tantopere in fluxu hepatico laudatur) addi poterit: Qui etiam *comeſtus*, ſi recens haberi poſſet, juvare creditur, Dein & calore præſertim exigente, Epithema repellens: *Pedum Fotus* aliorumque externorum in Dyſenteria expoſitorum uſus, hic quoque conveniunt. *Platerus*. Hepati hoc Epithema admoveatur.

℞. *Fol. Endiv. & cichor. ãã. m. j. cuſcutæ & abſinth. utr. ãã. m. ß. roſar. rubr. p. j. ſantal. r. ℥ iß. ſpodii* ℈ii. *coqu. ad* ℔ ß. *In colat. diſſolve acet. roſac. unc.* ii. *iterum bulliant leviter, & Colentur, fiat Epithema.*

℞. *Cerati ſantal. unc.* ii. *ol. cydonior. & abſynth. ãã.* ℥ iii. *m. fiat Linimentum* pro eadem parte. *Riverius.*

22. *Ex uva rubra*) Præſtantiſſimum & euporiſtum medicamentum eſt, & rationi conveniens, quo ullo alio hepaticos curari poſſe, experientia multiplici cognovi; *Sumitur uva rubra, acinis ei non magnis racemis adſtrictis tardius matureſcat*, Colligi debet dum media eſt inter acerbitatem & maturitatem, Soli per 4. dies primo exponitur, mox in furno ſemicalefacto exſiccatur ad uſum ſervatur, hujus pulveris ℈ii. per 12. aut 15. dies *ex vini rubri* potentis unc. iv. quotidie per 4. horas ante prandium exhibeo: Hoc ſolo præſidio non paucos ſanari. *Septalius Animadv. lib. 7.*

23. *Sale corallorum*) Præſtantiſſimus etiam *ſyrupus corall.* ad Hepar roborandum, at longe præſtantior illius *Tinctura*, cui ſubſtitui poterit *extractum* vel *magiſterium in aqua plantaginis* exhibitum. *Riverius.*

23. *Sale corallorum &c. in aqua plantag. &c.*) *P. Joh. Faber* notat fluxum hepaticum ex *potu aquæ frigidæ* & *eſu lactucarum cum aceto* multo, curatum, præmiſſa purgatione ex *extracto rhabarbari, ſyrupo corall. cum aqua cinnam.* ſæpius ſumpta. Omnium præſtantiſſimum medicamentum laudator *ſyr. corallorum Quercet.* Rod. à Fonſeca. *Conſult. 62.*

Salo corallorum &c. in aqua plantag.) *J. Hartmannus Pr. Chym. p. m. 121.* fluxum, ait mirabiliter ſiſtit; quotidie dentur duo vel tria cochlearia.

Hepaticus fluxus ſpurius.

24. *Spurius*) Omnia fere ſigna habet communia cum dyſenteria, niſi quod in eo nullus adeſt ventris dolor, neque tormina moleſtant, neque ulla ramenta aut caruncula in dejectionibus conſpiciuntur, *Riverius.* Prognoſtica vide §. *Curatio feſtinanda.*

24. *Spurius*) Diarrhœa cruenta, Dyſenteriæ contradiſtincta, vel eſt hæmorrhoidalis, vel dyſenteriæ curatæ comes, vel ſaltem hæmorrhagia inteſtinalis, eaſdem cauſas quas reliquæ hæmorrhagiæ agnoſcens: In ſpecie *acrimonia ſanguinis, perforans plus minus in veſiculæ inteſtinalium* valorum; quæ cauſa eſt promtior, quo ſeroſus magis ſanguis ſimul exiſtere ſolet; qualis affectus exemplum ſuggerit *Deodatus Valetud. pagin. 231.* qui fluxum hepaticum ac Diarrhœam, cum fluore uterino, & profluvio menſium immodico ſimul obſervavit: Huc pertinet *Dyſenteria notha ſcorbuticorum. Etmuller.*

25. *In quo ſanguis aut eſt &c.*) Interdum poſt excretionem ſeroſam pauco tinctam cruore; ſanguis coloratior dimittitur, atque etiam *Galeno* authore *cap. 8. K. T. 6.* limus ſanguinis craſſi refunditur in confinio bilis atræ poſitus, iſque vel à colliquata hepatis ſubſtantia, vel à diuturniore ſanguinis, in inteſtinorum mæandris intercepti commoratione, Quandoque enim duorum aut trium dierum ſpatio ſiſtitur evacuatio, deinde excrementa rurſus revertuntur prioribus multo pejora (*6. loc. aff. 2.*) vel quodvis Καθεκτικὴ conflacceſcens primo ſanguinem tenuem atque ὑδαρῆ (quippe qui arctiorem ut retineantur, poſtulat circumplexionem) deinde ubi magis concidit, etiam craſſum ſanguinem effluere permittat, Vel denique quod morbo excreſcente introducatur propter obſtructionem, & negatam ventilationem contraria intemperies calida ſanguinem ſuperaſſans.

Sicut autem inchoante hepatis *ἀῤῥωστίᾳ* ſanguis quaſi primam delineationem adeptus alvo ducitur, ita eadem adaucta corrumpitur in hepate materia ſanguinis, & nedum diminuitur, at depravatur hæmatoſis; unde non amplius rudimenta ſanguinis, verum deterioris qualitatis excrementa, eaque multi formia in ferme, & quandoque etiam ſuperne emittuntur, quo pacto in cœliaca paſſione ἰχωρώδη primum exeunt per ſolam coctionis abſentiam, tandemque graveolentia, ac in peregrinum habitum mutata, propter putredinem cruditati copulatam. *Menjotius.*

25. *In quo ſanguis, aut eſt acris &c.*) Hic à ſimplici intemperie, ſine ullo humidi primigenii vitio procedit, à qua quidem intemperie ipſa facultas non læditur, ſed tantum illius opus corrumpitur, ita ut loco puri ſanguinis, impurus & corruptus proveniat, vel bonus ſanguis in pravum degeneret: cum in legitimo fluxu hepatico nunquam bonus & laudabilis ſanguis in hepate generetur: Corrumpitur autem, vel impurus redditur ſanguis fluxum iſtum ſpurium committens, vel ex commixtione bilis flavæ aut atræ alteriuſve cujuſdam materiæ impuræ, vel ex diuturniori in hepate lociſve vicinis mora, ob quam craſſior redditur, aut aduritur, aut etiam interdum putreſcit; vel propter vitium lienis, fæculentam ſanguinis portionem non trahentis; Et in hoc ſpurio fluxu ſanguis interdum craſſus, interdum niger, interdum variis humoribus, diverſis coloribus infectus permixtis excernitur. *Riverius.*

Poſitis iis quæ §. *ab imbecillitate hepatis*) de ejus officio ſub finem, dicta ſunt, ſtatuendum eſt hepar calidius, & hinc debile, tunc è ſanguine ſulphureos & oleaginoſos exaltando, nimia copia eos ſuſcitare, à quibus vis ſubacidi ſucci, è liene venientis multum obtunditur, Sic pravum fermentum generari; quod inflammationes, putredines, febres alioſque calidos morbos, à nimia vitioſa fermentatione ortos in corpore producit, multamque bilis copiam generat, quæ bilis, ſi ob pauci ſucci acidi admiſtionem, mitior ſit, tum Icterum inducit; Si vero acrior fuerit, à multo ſalſo, acidove & acri ſplenetico ſucco cum eo excocto, tunc choleram, diarrhœam bilioſam, dyſenteriam (adde & hepaticum fluxum ſpurium) alioſque ſimiles producit morbos. *Diemerbroeck Anat. libr. 1. cap. 16.*

Fluxus hic *aquoſo ſanguineus*, aut ſimplex eſt, aut ex chyloſo, purulento, bilioſo, pituitoſo, melancholico, compoſitus, juxta aliarum affectionum complicationem, ac variam hepatis intemperiem. *Menjotius.*

Diuturnam

26. *Diuturnam in hepate aut alibi moram*) Sicuti occaſione inſignioris cujuſdam & confirmatæ obſtructionis in aliquo viſcere abdominis, ob impedimentum circulationis ſanguinis, Interdum arteriæ meſentericæ aperiuntur in Inteſtina & talem fluxum cruentum excitant: Quo pertinet *Bartholini hiſtor. 41. capit. 6.* ubi notat cruentas dejectiones ſupervenientes meſenterii obſtructionibus ſalutares, ſic ſanguinis miros fluxus in Lienoſis vide recenſitos in *M. Donati H. m lib. 4. cap. 9.* quo facit obſervatio *Foreſti 29. lib. 22* excretionis ſanguinis viri in indurato ſplene factæ ſalutaris. *Etmuller.*

27. *Curatur ſtercore*) Si ſanguis niger & aduſtus excernatur, mire convenit *lac chalybeatum*, vel *lac* ipſum coctum ad medietatis conſumptionem: Mirabile remedium eſt ad refrigerandum & contemperandam hanc atram bilem. *Saxonia. Pr. libr. 3. cap. 17.*

Fluxus hepaticus Indicus.

28. *Indicus quomodo ſe habeat*, *Vide Bontium* De *Medicina Indor pagin. 24.* Frequentem illis in locis, ait eſſe Fluxum alvi hepaticum, non minus quam Dyſenteria periculoſum, etſi non tam ſæva ſint ſymptomata; Cum fit ab acrimonia ſanguinis, oſcula vaſorum meſaraicorum reſerantis, curari ait frigidioribus decoctis, *cap. 4. ſemin. frig. maj.* Emolſionibus ex iiſdem, eclegmatis; Ad peccantis humoris revulſionem, *cucurbitulæ lumbis* & natibus admoventur; Sin *à ſanguinis copia oriatur*, ſine mora venam mediam ſcindebat, In locis ſcilicet ubi calor loci nimiopere vires non exolveret; Semper in anguſtiis, ceu ad ſacram anchoram confugiebat ad *Extractum croci*, cujus vide ib. deſcriptionem, & reliquum curationis proceſſum.

Adipoſus alvi Fluxus.

29. *Adipoſus alvi fluxus*) Unctuoſa excretio eſt, cum quod inferne procedit quaſi adipe vel butyro vel oleo, alia pinguedine perfuſum cernitur; Hinc eam fieri plerumque volunt, quod recens concreta pinguedinis carniſve, aut etiam (diu protrahente vitio) ſolidarum partium ſubſtantia liqueſcat, defluatque in alvum: atque ideo familiare hoc profluvii genus peſtilentibus febribus & cauſo colliquanti & hecticæ, & phthiſi, & atrophiæ, nonnunquam & viſcerum inflammationibus: Nonnulli aſſerunt eam potius provenire ab affatim aſſumptis pinguibus, ut oleo, butyro, carne pingui, cum, ut in lienteria, coctionem effugiunt, iterumque per alvum exeunt. *Herm. Corbeus Pathol. pagin. 350.*

Unctuoſa & pinguis excretio, ſi ab aſſumptis pinguibus coctione non tranſmutatis eveniat, Et Lienteriæ fit ſpecies, non aliam curam quàm quæ Lienteriæ debetur, exigit, uti nec aliam ſi ob nimium talium ciborum uſum, in diarrhœa pinguia cum cæteris ejiciantur, quam quæ diarrhœæ convenit. *Platerus.*

Excretio Purulenta.

Purulenta excretio, Si exigua & cum dolore prodit, ab ulcere aut inteſtinorum aut podicis eſt, quod vel dyſenteria, vel teneſmus, vel phlegmone reliquit; hoc autem antecedens affectus commonſtrat; Si copioſior eſt, atque doloris expers, ex *abſceſſu quodam meſenterii* in proxima inteſtina fertur; Si vero parcior, pariterque indolens, ea quidem vere purulenta non eſt, nec ab ulcere manat, id quod multos puris ſpecie fefellit, ſed mucoſa quædam ſordes eſt, ſubalbida & veluti limus fæxque ſanguinis melancholici, quam podicis expuunt venæ, atque multo interdum tempore eructant poſt diuturnos ferme morbos melancholicos, duramque & laborioſam equitationem: Nunquam certe aut admodum raro è Jecoris aut è lienis abſceſſu, multoque rarius (quod tamen affirmat *Galenus*) è purulentis pulmonibus ſyncerum pus in alvum derivatur: Hanc tamen illi viam comminiſcitur, è pulmonibus eructari in ſiniſtrum cordis ventriculum, hinc in aortam arteriam, ex hac in minores quæ per meſenterium feruntur pelli & excidere in inteſtina (*Sed ſanguinis circulatio apertas vias commonſtrat*) Cæterum fieri omnino nequit, ut tam longo viæ tractu, pus quod ſanguinis permiſtione tinctum fuerat, tandem in alvum redeat, ſecernaturque ſincerum. *Fernelius.*

Cap. XXXIII.

De Recti Inteſtini Affectibus.

De Inteſtini recti morbis.

1. INteſtini[1] recti morbi ſunt: *Inflammatio, Verruca, Rhagades & Fiſtula, Ani dolor.*

Inflammatio.

I. [2] *Inflammatio* fit [3] vel à cauſis violentis, vel à medicamentis, & cauteriis corrodentibus.

[4] *Cognoſcitur* ex dolore acri & lancinante, in una eademque ſede defixo, [5] deſidendi cupiditate inani, & qua præ obſtruentis tumoris magnitudine, nihil minimumve dejicitur.

[6] *Curatio* eſt *difficilis*, tum quia pars acuto ſenſu prædita eſt, tum quia excrementa alvi applicationem impediunt: tum quia ob loci caliditatem & humiditatem in ulcera morbus degenerat.

[6] In principio poteſt apponi *mica panis in aqua roſarum* intincta, poſt *medulla panis triticei* cum *ol. amygdal. dulcium*, tandem *decocta emollientia*. Abſceſſus ſtatim aperiendus; ne pus ſerpendo vicina corrumpat.

[1] *Inteſtini recti morbi*) Scilicet ejus extremitatis, quæ Anus ſive Podex dicitur, clauditurque muſculo orbiculari, Sphinctere dicto; Morbos quamplures patitur, *Intemperiem* fervidam cum pruritu moleſto, qui de-

Verrucæ.

II. [8] *Verrucæ* ſunt aut [9] *Condylomata*, ſeu tumores pelliculæ ani, [10] tubercula nimirum dura & occaleſcentia, [11] ex humore melancholico excreſcentia, [12] tædio quam dolore, moleſtiora.

Aut [13] *Thymi* ſeu verrucæ aſperiores, anguſtam baſin & latam ſuperficiem habentes, ad rubedinem tendentes, & thymi florem referentes, quæ in ſuperiore parte facile ſanguinem fundunt.

Et ſi multum excreſcunt, [14] *Ficus* dicuntur; ſi ſanguinem fundunt, peſſimi ſunt, ſi præſertim ſint maligni & cancroſitas accedat.

Aut *Criſtæ* ſeu carnis excreſcentiæ ex præpoſtera Venere ortæ, ad quarum radices plerúmque ſciſſuræ.

[15] *Tolluntur* vel *Cineribus ſtercoris murium, cum vino* coctis & applicatis: vel *conchyliis oblongis* juxta flumina repertis, calcinatis, & eodem modo coctis & applicatis. Ne renaſcantur, *Cinere ſarmentorum vitis* cum *aceto* illiniri debent.

8. *Verrucæ ſunt aut condylomata*) Κονδύλωμα, Tuberculum, eſt tumor in margine ani excitatus, ſimilis pugno digitorum, aut maturis moris, aut ficui aut granis uvæ nigræ. *Fr. Joel.*

Cundyloma, eſt carnis excreſcentia calloſa in digitis manuum ac pedum, præſertim vero circa anum & pudenda muliebria occurrens, ſic dictum quod promineat in modum articuli, quem κόνδυλον appellant. Ideo vero præcipue in ſede oritur, ruga aliqua corporum in ano reduplicatorum inſurgente, ac præter naturam intumeſcente: Quum enim ſinuoſus ſit anus, rugas coagmentatas habet, ubi vero amplius intumuerit, tunc fit Condyloma. *Gorræus defin. p. 238.*

Hæmorrhoides quoq; coecæ, vel protuberantiæ venæ hæmorrhoidalis, vocatur κονδυλώδης αἱματίτης. *Hippocr. lib. de Hæmorr.*

Item ſimpliciter κονδυλώσεις, ut hæmorrhois indicetur quæ tuberoſam habet eminentiam, & ab ea quæ mori fructum refert diſtinguatur. *Foeſius in Oecon.*

9. *Condylomata*) Cum tuberoſitate inæquali, & veluti excreſcentia quadam, ſenſim, non ita ſubito ut in hæmorrhoide nata, dolor in podice exortus, quia in modum digitorum articuli prominet, *Condyloma* dicitur, quale & in pudendo muliebri frequenter naſcitur, & in utroque ſexu in podice quoque oriri ſolet; Quod alias moleſtiam quandam & tædium tantum hiſce locis affert, alias dolore quoque, præſertim ſi accedat inflammatio, affligit: Qui tumor in margine interiore, & ani & pudendi, ſi illic fiat, extrorſum prominet conſpicuuſque eſt, Nunc *ficum*, unde *ficus* quoque dicitur, referens, nunc *Verrucam*, quæ ſi pendeat *Thymus* dicitur; Alias *baccæ uvæ*, vel *mori* figuram exprimit, Ego cum rugoſæ & calloſæ, ac criſtæ galli eundem veriſimilem ſæpe ſpectavi; Qui affectus vel ſolitarius, vel cum lue venerea, aliiſque affectibus interdum junctus exiſtit. *Platerus.*

10. *Tubercula nimirum dura*) Signa tumoris in ano ſunt evidentia, ſed qui ex melancholico ſanguine eſt generatus, eſt nigrior & minus dolet; Qui vero ex bilioſo ſanguine eſt excitatus, rubicundiore ac flaviore calore cum vehementi cruciatu & inflammatione conſpicitur. *Fr. Joel.*

11. *Ex humore melancholico*) Omnino cauſam ſupponunt morbificam portiones ſucci nutritii corruptas & excrementitiis mixtas, quandoq; de malignitate venerea vel Gallica participantes. *Bruno Lex. p. 351.*

Cauſæ ſunt aut craſſus, niger & melancholicus ſanguis, per venas ad anum derivatus & collectus, Aut ſanguis fervens & bilioſus. *Fr. Joel.*

11. *Ex humore melancholico excreſcentia*) Non ſolum in podice. ſed & in pudendo mulieris, doloribus inde natis condyloma occaſionem præbet; cum enim partium interiora, quæ ſubſtantia nervea, ac proin ſumme ſenſibili ſunt, natura non admodum diſcrepent, à cauſa ſimili eundem quoque affectum pariuntur, Quam cauſam *humorem* aliquem *perverſum* & *malignum* eſſe hoc ſatis demonſtrat, quod ejuſmodi *condylomata*, tam in *lue* Venerea, & licet ea non adſit, tamen ex impura alioquin commiſtione & concubitu, uti ulcera non ſolum in pudendis, in hoc actu contactu inquinatis, ſed & in vicino inguine Bubo, ſic & tunc quandoq; etiam condylomata, vel in pudendo vel vicino ano naſcantur. Qui humor perniciem aliquam in ſe habens, per contagium plerumque corpus ſubit, & uti aliis in locis alia vitia, ſic in hiſce locis ejuſmodi, vel *ficus*, vel *verrucas*, vel alio modo ſe habentes excreſcentias protrudit. *Platerus.*

12. *Tædio quam dolore moleſtiora*) Sic *Fernelius*; Attamen ſi negligentius tractetur, tumor in ulcus fiſtuloſum transit; & ſemper adeſt alvi & urinæ ſuppreſſio. *Joel.*

13. *Thymi, ſeu Verrucæ &c.*) *Thymion*, θύμιον, vocatur verruca minor, ſuper corpus eminens in cute, tenuis, ſupra latior, ſubdura, & in ſummo peraſpera, idque ſummum colorem *thymi* repræſentat floris, à quo denominatur; habet magnitudinem fabæ Ægyptiæ modo unum, modo plures, naſcuntur in palmis, talis, & plantis pedum; peſſima ſunt in obſcænis partibus, maxime ubi ſanguinem fundunt; *Cauſa* in ſalinis corruptis maligne, & coagulativis portionibus, ſucci nutritii ponenda videtur. *Thymos*, θύμος, Thymus, dicitur Eminentia quædam carnoſa & verrucoſa, modo rubens, modo alba, plurima ex parte indolens, *Thymi* corymbos referens, nunc in glande, nunc in præputio creſcens, *Ægineta l. 6. 58. Galenus in Defin. Med.* in *ano & ſede* fieri ſcripſit: *Cauſa* eadem quæ *Thymi*, differunt enim ſolum magnitudine, Suntque alii mites, qui exigui, ſcabri, candidi, dolore carentes, & hos ſecundum naturam vocaſſe arbitror *Hippocr. l. de Alim.* Alii maligni, lividi, dolorifici, ampliores, ut in morbo Gallico. *Bruno Lexici p. 1139.*

14. *Ficus dicuntur*) Ficus denotat affectum p.n. nimirum excreſcentiam aliquam carneam; & quidem vel in *oculo ejuſque palpebris Hippocr. & Galeno 3. in 3. Epid. t. 48.* Vel in *mento.* & eſt Tumor natus ex craſſiori humore & ſeroſiori tenuitate, quam Varus: *Galen. l. 5. de c. m. ſ. l. c. 4. & 7.* Vel in *Ano*, à *Thymo* ſola magnitudine differens; Synonima horum affectuum ſunt *συκώσις*, *σύκωμα*, *Ficatio*, *Ficoſus tumor*, vel *Ficoſa eminentia*, *mariſca*, (hinc Poeta.

Ceduntur tumida Medico ridente mariſcæ.

Cauſa vero in ſucco nutritio corrupto, & propter ſolutionem continui aberrante & collecto conſiſtit *Bruno Lexici p. 578.*

Rhagades.

III. [16] *Rhagades* ſeu *Fiſſuræ* ſunt oblonga ani ſine tumore [17] ulcuſcula, eaque ſuperficialia vel profunda: calloſa, vel callo carentia; humida & ſaniem fundentia, vel ſicca & cancroſa, quæ dolorem & teneſmum inferunt: [18] difficultérque, tum quia pars exquiſiti ſenſus eſt, tum quia excrementa tranſeunt, [19] curantur.

[20] *Oriuntur* 1. A *fæcum duritie nimia*, quæ in exitu cutem rumpunt, glandibus & clyſteribus acribus.

2. Ab *intemperie ſicca*, acres humores, interdum & malignos conjunctos habente, ubi *humectantia* locum habent.

3. Ab *humorum* [21] *acrium, erodentium*, & lentorem quendam; ob quam parti adhærent habentium *affluxu*, & tum pruritus & dolor acerrimus cum ardore infeſtat.

Evacuantia lenia & humectantia eſſe debent.

Virulenta aquæ ſe retro odore & ſanie prava prodit, ratio eſt habenda. Clyſter [22] ex *mucilag. tragac. ſemin. pſyllii ana unc iſ. Butyri non ſaliti unc.* iij. *ſaccari rub. unc.* j. *ol. violar. unc.* v. laudatur.

[16] *Rhagades ſeu fiſſuræ*) ῥάγας, Latinis Fiſſura, & in plurali ῥαγάδες, dicuntur ſolutiones continui partium molliorum, v. g. labiorum, manuum, item in Ano, quæ proveniunt ab intemperie ſicca nimis & ſalſa, ſuccum nutritium ſalſum & ſicciorem ſupponente. *Bruno in Caſtello renov. p.* 1006.

Ani ulcuſcula oblonga ſunt, quibus ſphincteris rimæ proſcinduntur, iis ſimiles quæ inferius labrum, & manus pedeſque dilacerant; His finitima ſunt & levia quæcunque ſedis ulcera, Dolor acerrimus eſt cum ardore citra phlegmones indicia, ulcerîſque extremum expreſſa ano pleruinque oculis patet &c. *Fernelius.*

Vlcus Ani, Vulnus.

[17]. *Ulcuſcula*) In *Podice ulcus* naſcitur, ſcilicet in ani interioribus, non labiis illius aut cute exiſtens, & ab eo quod Teneſmum inducit; quod non tantus egerendi conatus ſit, differt; In hoc quando ſordidum eſt, pus è podice vel ſeorſim, vel in fæcum initio emanat; Quandoque & ſit ut *ſinuoſum factum*, & in *fiſtulam* converſum, prout ea vergit nunc in veſicam, nunc in uteri cervicem, in mulieribus pus effundat; quod & poſtea ex illis quoque locis effluit, & cum urina quandoque redditur; Et tunc quando æger crepitum edit, illud per ſinum uteri, ſi eò ulcus vergat, quoque erumpit; Sed & ulcera ſinus uteri & cervicis veſicæ interdum hæc præ ceſſerunt, & in ani ulcus deſinunt.

Ulcus id *ani* ab *inflammatione prægreſſa*, in abſceſſum eoque *rupto* in ulcus converſa, quandoque fit, & quia profundum eſt, *ſordidam* exiſtit: vel etiam ab *exulceratione*, quæ in *Teneſmo* fit, *ſordeſcente*, & in hoc ulcus mutata originem ſumit. Et proin à cauſis, à quibus inflammatio & ulcus in *teneſmo*, per horum intermedium quoque hoc ulcus naſcitur, Aliquando & ab *ulcere cervicis uteri & veſicæ* huc uſque penetrante, uti dictum fit. *Platerus.*

Exulceratio, ſeu alia ſolutio continui in podice facta, in parte hac ſenſibile negotium admodum faceſſit, nec dum curam, in loco hoc anguſto & humido tam facile admittit; Quod in Fiſtulam deſinit, deterius adhuc; Peſſimum quod cacoethes & cancroſum; Si *vulnus* ſit, ut Vulnus ſanabitur, Si *ulcus*, ſive à vulnere, aut inflammatione ſola, vel cum hæmorrhoide juncta proficiſcatur; præmiſſis quæ corpus purum & mundum reddunt, unde facilius poſtea ulcera ſanantur, ex iis quæ in ulceribus externis traduntur, hæc potiſſimum in cura ulcerum ani obſervanda.

Per os ſumuntur, quæ copioſe ſumpta, vel frequenter etiam ad exitum inteſtinorum vires ſuas poſſunt extendere, ut *Lac* aſſatim & ſæpe bibitum, vel illa præſertim ſi vulnus ſit, quæ in aliis quoque vulneribus externis ea ſanare creduntur; uti ſunt *herbæ illæ traumaticæ*, inter quas, præter *ſolidagines & ſimil. betonicæ decoctum* in hoc caſu præſertim laudatur, *Verbaſcum* quoquomodo ſumptum, in omnibus fere podicis affectibus commendatum. *Pilul. de bdellio* hic proſunt, & alia in Exulceratione uteri expoſita.

Topica eadem ſint quæ in pudendi muliebris & ſinus uteri ulceribus, hinc *abſtergentia & ſiccantia* illic præſcripta uſurpentur, uti & *ſiccantia* quæ in hæmorrhoidibus tumentibus has abſumunt, Si dolor in ulcere quoque urgeat, vel inflammatio metuatur, eadem valent quæ in ulcere ſinus uteri & hæmorrhoidibus dolorem auferent; Præter quæ & radix *cardui ben.* in vino cocta, ani ulcera ſanare dicitur, Et *paſſula* cum *ruta* contuſa, ſi cacoethe ſint ulcera & cancroſa. Inprimis *Vngu. de minio* plurimum prodeſt, ut & *ungu. lithargirii & chalcitidis*, *Palmeum* dictum.

Si *ſanguis* ex vulnerato loco immoderate ob vulnus in principio fluat, cum *compeſcentia*. & cum *ſiſtentibus fotibus* parata, aliiſve adhibitis in vulnerum aliorum hæmorrhagiis expoſita, hic quoque admoventur vel induntur. *Platerus.*

Ulcus quod inflammationem Ani ſubſequitur, tolli ac curari ſolet diaphoreticis ſive ſudoriferis medicamentis; ſanguis enim horum beneficio omnia ſua excrementa deponit, & laudatas conditiones acquirit; Sin *ulcera anum* infeſtent, *balſamo ſulph.* curantur. *P. Joh. Faber.*

Balſamus *ſulphuris* contra ulcera & fiſſuras ani, inter unguenta traumatica agmen ducit. *Chr. Langius.*

[18]. *Difficultérque*) Si rhagades negligentius curentur, in ulcus fiſtuloſum degenerant. *Joel.*

[19]. *Curantur*) Curatio conſiſtit in cauſarum abolitione, dolorum mitigationes & ulcerum conglutinatione. *Joel.*

[19]. *Curantur*) Humoribus vitioſis evacuatis, ſtatim ad mitigationem dolorum & ulcerum conſolidationem, topicis remediis accedendum erit. Primum itaq; fomentetur ac foveatur, lavéturque locus affectus, ſingulis diebus bis ſequ. decocto,

℞. *Rad. alth.* ℥iij. *ſemin. lini, fænugr.* āā. ℥ij. *flor. chamom. melilot. malvæ, violar.* āā. m. ij. *thuris, aves* āā. ℥j. *alum.* ℥ij. *furfur. hordeaces* m j. *flor. verbaſci* m. ij. *coquantur ſ. a. in q. ſ. aquæ ad tertias*, cui, nudo podice inſideat æger, ſubſtratis prædictis herbis. Aut ejus liquore ſpongia excepto abſtergat & eluat ſciſſuras ani.

Tandem his abſterſis & exſiccatis, inungantur ſciſſuræ ſequ. linimento, qui goſſypio exceptum imponatur,

℞. *Ol. lini, violar.* āā. ʒij. *mucilag. ſemen. cydon. cum aqua roſ. facta* ʒj. *cera alba parum f. Linim.* cui admiſceantur tenuiſſimi pulveres *thuris, maſtich.* āā. ℈j. *alum.* ℈ß.

Præſtat quoque ſciſſuras illinire *oleo ex vitellis ovor.* aut *oleo lini* vel *pſylly, aut lilior. alb.* Aut.

℞. *Album. unius ovi* mucag. *ſem. pſyll. cum aqua roſ. facta* ʒij. *medulla oſſ. vitulin* ʒuj. agitentur 10 mortario plumbeo, ad ungu. conſiſtentiam, adde *cerußa, litharg. tenuiſſ pulver.* āā. ʒj. *tutia prepar. thuris,* āā. ʒß. ms. f. Empl.

Addi quoque poteſt huic ungu. vel Empl. ſi acerbitas doloris eſtlagitet *Opii Thebaici* ℈j.

Si ulcuſcula humidiora extiterint, inſpergatur ſequens Pulvis tenuiſſimus.

℞. *Aloes, plumbi uſti* āā. ʒß. *thuris, tuth. prepar.* āā. ℈j. *cerußa* ℈ij.

Porro rhagades omnes, vel ſciſſuras, tam in ano quam in manibus aliiſque partibus citiſſime perſanat *fervens vapor ſcoria* ſive *excrementi ferri candentis* in majoſculam ullam poſiti, ſi ſubinde *inſpergatur vini rubei parum,* & vapor excitatus ex undique olla ſubjecta in partes affectas excipiatur. *Fr. Joel.*

Fiſſuras conſolidat *pingnedo cochlcarium ligneorum* quibus in culinis utimur ad ignem. *Hartmannus Pr. c. 69. §. 1.*

Conveniunt infuſa, decocta, ſyrupi, &c. magis ſc. conveniunt liquida quàm ſicca. *Externe ungu. de ſevo hircino mynſicht. ol. lil. albor. mucilag. ſem. pſyllii, cydon. Lithargyr.* cum *oleo roſar. & vitell. ovor. q. ſ. f. ungu.* pro arcano habetur. *Michaelis Pr. claſ. 155.*

[20] *Oriuntur)* Cauſa eſt humor acris, lentus, calidus ſimpliciter, exſiccans, ſæpe & malignus, erodens fæces duræ, ſiccæ, diſtendentes, Clyſter acris ſuppoſitorium ſimile, ſyringæ extremitas vulnerans, Emplaſtra calida & ſiccantia. *G. Blaſius.*

[20] *Oriuntur)* Cauſa προκαταρκτικὴ, i. e. primitiva vel externa eſt illapſus vel contactus venenati humoris in ano, aut inſeſſus nudo podice in locum virulenta contagione infectum, Cauſæ *antecedentes* ſunt 1. fæcum durities &c. *Fr. Joel Pr. p. 344.*

[21] *A Fecum duritie nimia)* Tum inſtituenda eſt victus rano alvum emolliens, utatur itaque patiens, & quidem crebro *prunis dulcibus*, quorum juſculum ſaccharo condiatur, Item juſculis pinguibus & ulenbus cum quibus concoctæ ſint *beta, malva & atriplex rubea hortulana*, hæc enim emolliunt arida excrementa in inteſtinis: Aut concoquantur ʒij. *fol. Senna* in linteolo ligatæ cum *prunis Ungaricis* quorum juſculum dulcoretur *ſaccharo*, eſitando pruna & bibendo juſculum. *Fr. Joel.*

[22] *Acrium, erodentium & lentorem quendam)* Quales ſunt bilis exuſta & pituita ſalſa, Tum ſalſa quidem pituita, ſic deturbanda,

℞. *Fol. ſenna. agar. trochiſc.* āā. ʒ:ß. contuſa macerentur in *oxym. ſimpl.* ℥j. *aqu, hyſſopi* ℥j. per noctem; mane ebulliant leniter, *colentur, colat adde El. diaph.* ʒij. *conſ. hameck* ʒj. f. Potio.

Si fervens bilis erodat anum, ſic purgetur,

℞. *Rhabarb. el.* ʒij *fol. ſenna* ʒj. contuſa macerentur per noctem *in aqu. cichor.* ℥iv. expreſſioni colatæ adde *El. roſ. Meſ.* ℥iij. f. Potio. *Fr Joel.*

[23] *Ex mucilagine &c.)* Rhagades & Condylomata *oleo terebinth.* aut *chamelino*, vel etiam *oleo ovor.* ſanantur, quibus ſi *balſamus ſulph.* permiſceatur, multo efficacius fiet medicamentum, *Faber.*

Oleum terebinth. ſi probe rectificatum fuerit & inſuper ſit mellitum, non tantum ulcera putrida efficaciter ſanat, mundificat & conſolidat, verum etiam quibuſvis tuberculis ac tumoribus, uſque dutiſſimis attenuandis tollendiſque feliciter adhibetur. *Chamomilla* quum virtutem molliendi, ac dolorem mitigandi habent, uſus ejuſdem concedi poteſt; Aſt nos loco *ol. chamom.* potius decoctum eorundem *florum in lacte vaccino* ſubſtituere ſolemus, utpote quod oleo longe efficacius ſolamen in hoc caſo præbere, & præſentiſſime emolliendo tunc juvare hactenus experti ſumus. Ex *vitellis ovorum*, vim quandam anodynam omnium conſenſu ubertinentibus, oleum parator, creberrimi uſus in conſolidatione vulnerum & rimarum, ſeu fiſtularum, Item in maturatione omnium Tumorum. *Chr. Langius.*

Fiſtulæ.

IV. [24] *Fiſtulæ*, Inflammationes, tumores & ulcera ani [25] malè curata ſequuntur.

Cognoſcuntur ex orificio anguſto, ſinu verò intus latente. Excernitur inde ſanies aliquando aquoſa, aliquando virulenta,

Dividuntur in eas, quæ *non penetrant*, ſeu in inteſtinum rectum, ſeu in veſicam, quod ſtylo immiſſo deprehenditur; quæ ſi magnum incommodum non adferunt, *decocto* duntaxat *agrimonia* cum pauxillo *aluminis, mundanda* ſunt: & foramen, ſi nimis anguſtum, *medulla ſambuci*, ne ſanies retineatur, dilatandum.

Quod [26] ſi *curari debent*, univerſalibus præmiſſis, [27] eluendæ, dilatandæ, & incidendæ ſunt, (antiquas in parte carnoſa, nec inteſtino recto aut veſicæ vicinas, nec medicamentis cedentes, Cauterio actuali nonnulli curant.)

Et eas quæ *penetrant*, vel *ad inteſtinum rectum*: & tum per eas fæces alvi excernuntur, liquor immiſſus per inteſtinum exit: vel *ad veſicam*; & tum urina per eas redditur. Vel *ad utrumque*, & tum crepitus è pudendo perinde ac podice emittitur. [28] Hæ omnes rarò curantur.

Inter [29] conſolidantia laudat *Joel* pulverem *Mercurii præcipitati* inſperſum, emplaſtro communi impoſito. *Auripigmentum* præparatum, vel in oleum redactum, inſperſum, emplaſtro dicto ſuperpoſito.

Si fiſtula eſt *in ſphinctere*, fæces alvi ſponte prodeunt. Vide de illis Hippocratem.

[24] *Fiſtula)* Σύριγξ, Ani fiſtula, Eſt ulcus arctum, & inſtar fiſtulæ oblongum atque calloſum, ſed non admodum dolorificum, Accidit Fiſtula in partibus carnoſis, in quocunque loco, quæ foris quidem conſtricta, coarctatur intus autem latius ſe expandit & ſinuoſa redditur. *Fr. Joel.*

[25] *Male curatata ſequuntur)* Cauſæ προηγούμεναι ſunt virulenti & erodentes humores, veluti eſt bilis flava aduſta, aut atra bilis in cinerem converſa. Προκαταρκτικαὶ ſunt neglectæ aut inuſtæ curationes apoſtematum, aut hæmorrhoidum apertarum & exulceratarum in ano. *Idem.*

26. Uni-

26. *Univerſalibus præmiſſis*) Curatio ulceris fiſtuloſi conſiſtit in proba victus ratione, quæ inſtituenda eſt pro corporis intemperie. Vitent autem hoc malo affecti in univerſum omnia intenſius calefacienna & acria. Vena ſecetur ſub talo ſiniſtri pedis. Poſtea virulentus humor, ac potiſſimum atra bilis aduſta concoquatur & ad eductionem præparetur, & ſtatim evacuetur ʒj conf. *Hamech.* cum hauſtulo aquæ *card. ben.* mixta: aut ʒi.*pil. è fumar.* aut de *lap.lazuli* &c. Deinde ſumat patiens quotidie hauſtum unum vulnerariæ Potionis.

℞. *Agrimon. veron centaur. min.* āā. *m.j. plantag. fol. oliva* āā. *m.ß. rad. China* ʒj. *rad. filic. gentiana* āā. ʒß. contuſa coqu. *in vini Rhenani* ℔. vj. in duplici vaſe per 2. horas, colentur, cujus ſumat æger omni diluculo ℥vj. in quibus *tepidis reſolvetur ſperm. ceti* ℈j. Joel.

27. *Eluenda, dilatanda*) His ſtudioſe peractis, ad Topica & Chirurgicam operationem accedatur, ac primum ſtrictum os ulceris dilatetur, inſerendo fruſtulum *rad. gentianæ*, aut *bryoniæ*; Deinde quotidie ſordidum pus ex ulcere eluctus abſtergatur, exprimatur, ac mundificetur, poſtea corrupta, collapſaque caro exſtirpetur ac removeatur, dolorque, qui incidit, ſubinde leniatur, ac poſtremo ulcus ipſum conſolidetur, ac conglutinetur. Abſtergit & mundificat ulcus Fiſtuloſum *vinum rubrum* in quo incocta ſunt herbæ *veronica*, *agrimon. perſicar.* & *ſanicula* cum *rad. China*, cujus, addendo colaturæ aliquod *mell. roſat*, quo tepido bis quotidie eluatur vulnus.

Porro corrupta & calloſa caro auferri poteſt illitione *Ungu. Ægyptiaci*, aut *Ung. virid.* aut inſertione in ulcus rad. *veratri nigri*, tribus diebus, aut inſperſione pulv. *ariſtoloch. rot.* aut impoſitione ſequ. ſuppoſitorii.

℞. *Alves puriſſ. thur. ſarcocolla, ſangu. dracon. antimon. alum. uſti* āā. ℈j. pulverata miſceantur, quæ cum ſ. q. *ſucci fumaria*, in quo nonnihil *tragac.* reſolutum eſt, excipiantur, & pro amplitudine glandes formentur, ulceri putrido inſerendæ.

Dolorem qui ex remediorum acrimonia excitatum ſubinde lenire poſſunt, exterius illitionibus, *oleo roſac.* aut *ungu. populn.* cui ſi neceſſitas exigat, admiſceri poteſt parum *Opii teb.* Demum conſolidatio ſequentibus procuranda. *Joel.*

28. *Hæ omnes rarò curantur*) Fiſtuloſum ulcus, ſi non in tempore curetur, excedit ſibi ſubjectas partes uſq; ad nervos & oſſa; Fiſtula in ano neglecta penetrat aut cavitatem recti inteſtini, & tum excrementum alvi per ulcus prodit; Aut penetrat in capacitatem cervicis veſicæ, & tum urina per fiſtulam profluit, aut pertingit ad os coccygis, & tales, quidem Fiſtulæ ut plurimum inſanabiles ſunt, fruſtraque iis admoventur manus Medicæ: Sed ſi ſint recentes, & nondum penetrantes, remediis convenientibus, & induſtria Chirurgica probe curare poſſunt. *Joel.*

29. *Inter conſolidantia*) Curationem fiſtularum prætermiſit *Faber*, dubio procul quod raro curari ſoleant, nullam certe ob aliam cauſam, quam propter defectum generoſorum remediorum quæ Chirurgus ex ſpagirica theca & minerali regno potiſſimum deſumpta, tunc in promptu habere debet, Ergo hic requiruntur medicamenta *mercurialia*, ſed optime *dulcificata*, quæ in ſinum fiſtulæ ſedulo immittenda atque injicienda ſunt, Item ex *antimonio, mercurio præcipit.* & melle (*albus v.g.* ʒij. *albus* ʒj. *mellis* ℥vj. ms.) liquorem per retortam vitream diſtillatum ac decenter adminiſtratum fiſtulas & ulcera calloſa, malignaque, imò prorſus deſperata fauſto curare novimus.

Acetum is Chirurgus in pectore haber, qui loco oleorum, quæ in abſceſſibus, ulceribus, tumoribus & inflammationibus, (ad quam claſſem quoque Hæmorrhoidum cæcarum mariſcas referimus) nobis ſemper ſunt ſuſpectiſſima, ac revera noxia, quod dolorem exacerbent potius & inſenſibilem tranſpirationem indubitato impediant, imo materiam peccantem ac putredinem retro & verſus vitalia pellant mel curioſe purificatum ſubſtituere, atque ſic balſamos ſuos traumaticos, unguenta aut linimenta &c. ſapit.

Contra Fiſtulas etiam *aqua ex ſtercore humano*, item *pulvis ex combuſta pelle cervina* tanquam ſingularia ac ſpecifica laudantur. *Chr. Langius.*

In Fiſtulis convenit *Eſſentia agrimon. liquor Syrupus ad fiſtulas ani Aug.* qui exſtat in *Diſpenſat. Horſtii*, *Eſſentia fumar.* Item *noduli purgantes* & purificantes ſanguinem, ex *fumar. helenio, rad. polypod. helleb. n.* Externe medicamenta ex *mercurio ſublimato* hic magis, quam ex *auripigmento* conducunt. *Michaelis.*

29. *Inter conſolidantia laudat* Joel &c.) Conſolidant, & ad cicatricem deducunt omnia ulcera putrida & fiſtuloſa hæc ſequentia, Inſpergatur ulceri *Pulvis Præcipitati mercurii*, & imponatur Emplaſtrum commune, Vel,

℞. *Terebinth. in vino ſublimato ſepties elota* ʒj. *ſucci arnogloſſ. veronica* āā. ʒß. *mellis roſac.* ʒiij. *coqu. ad ſuccorum conſumptionem, adde pulv. rad. ariſtol. rot. peuced.* āā. ʒij. *ſarcocolla, myrrhæ* āā. ℈ij. fiat Unguentum, tepide ulceri inſtillandum, Vel

℞. *Ol. later. terebinth. caryophyll. ſtillat, ol. è myrrha, è maſtiche deſtillat.* āā. ʒj. ms. tepida ulceri inſtillentur bis in die, ſemper prius ulcus vino eluendo, Foris applicetur *Emplaſt. baſilic.* vel *Apoſtolic.*

Porro *auripigm. præpar.* ſolum omnia fiſtuloſa ulcera ſanare potis eſt. Hac autem ratione præparatur,

℞. *Auripigmenti* unc. j. *tartari calcin.* unc. ij. pulverentur, in *crucibulo, comburantur igne forti per horas xxiv. dein excipiantur tegula & conterantur, affuſaque aqua ſufficienti, coquantur uſque ad evaporationem aqua*;

Repetitur tandem in fundo illa calx albiſſima quæ *auripigmentum præparat.* vocatur. Hujus Pulveris juſta quantitas ulceri fiſtuloſo inſperſa mirifice ſanat; Aut calcem antipigmenti vitro imponito, in humidumque locum collocato, & reſolvitur calx in oleoſum liquorem, quem ulceri inſtillato, aut linteolis tenuiſſimis exceptum imponito. Emplaſtrumque præſcriptum, aut aliud tranſfixiooi dicatum, ulceri imponito. *Joel.*

Intertrigo.

V. Huc pertinet & [20]. *Intertrigo*, quæ eſt *partium ano vicinarum excoriatio ob motum vehementiorem exorta.*

[21]. Curatur [22]. *ſevo cervino* & *hircino*: nec non pulvere ex *flor. balauſt. roſar. ſantali rubri* ana dr. iij. & *Camphora* ſcr. jß. parato & inſperſo.

[22]. Ani dolor.

54. Recti inteſtini ſymptomata præter paralyſin, ob læſum ſexti paris nervum, in qua fæces contineri non poſſunt, & de qua ſuo loco, ſunt *Pruritus ani*, *Teneſmus*, *Hæmorrhoidum fluxus*, *& earundem ſuppreſſio*. Ani dolor.

57. *Intertrigo, quæ eſt &c.)* παράτριμμα, ſignificat tirancum vitium, ex ſolutione continui cuticulæ primo, per attritionem violentam, facta, conſequenter & à cauſa interna, ſalſis ſcil. particulis ſeroſis tenuioribus, ſive ichoreſcentibus oborta. Convenire videtur vel cum *ſudaminibus* vel cum *impetigine*. Bruno *Lexici pag. 740.*

Intertrigo, vel *attritus*, eſt partium ano vicinarum, ſeu partium inter femora ſitarum excoriatio, vel pelliculæ abraſio à motu vehementiori, præcipue equitatione orta; Frequenter id evenit infantibus ut cuticula in coxis à vera cute ſeparetur & quaſi abradatur, atque dolor, eo loci excitetur, qui infantes inſomnes atque inquietos reddit. *Stephanus Blancardus Lex. pag. 176.*

58. *Curatio.)* Nil meliùs quàm *farina nucis jugland. arboris*. Hic pulvis aſperſus dolorem mox mitigat & ſanat, *Obſtetrix Gallica*.

Ego jubeo foveri partem *aqua roſar.* in qua *ſal Saturni* diſſolutum fuerit, & intra 24. horas malum curatum eſt. *River. Obſ. 65. cent. 4.*

Valent adeps *anatis, anſeris, gallinæ*. *Argentina* herba impoſita, *Chalcitis*, aqua ſubacta & illita. *Mucilago ſem. cydonior. tragac. ex aqua roſar.* vel *malvæ* parata.

Oleum *amygd. dulc. myrtin. roſar. vitelli ovor.*

Plumbago cum *aceto & vino* mixta.

Pulvis *gallarum*, cum *oleo ex vitell. ovor.* cum *plumbag. myrrha*, & alumine.

Succus *argentinæ* illitus.

Unguent. *de ceruſſa*, de *lithargyro* cum pauxillo *mercurii vivi* in eo extincti, *gryſeum* ſeu *ſambucinum*. Prævoti pomata. *Hodegus pag. 942.*

Iter agentes ſibi medeantur illito *luto recenti*, ſi occurrat. Vide plura in titulo *De Affectibus Infantium* & titulo de *cutaneis affectibus*.

59. *Seu cervino & hircino)* Intertrigini ſuccurrit *candela ſebacea* accenſa, ſevo diſtillante, anus inungendus, *Pinguedine canina*. Item loca iſta inungenda ſunt mane *Sevo hircino* ante iter, firmat enim cuticulam, ne per attritionem lædatur. *Hafenrefferus de Cut. Aff. p. 457.*

℞. *Litharg. ceruſæ* āā. ʒß. *ol. roſac. & vitell. ovor.* fiat Linimentum. *Michaelis.*

De Ani dolore.

59. N. Vir procerus, ſed ventriculi imbecillioris, & lienis ſumme obſtructi, doluit inſigniter circa anum, quálibet quarta hora poſt exſolutam alvum, quum alios idem dolor ſoleat invadere protinus à dejectione. Cujus moræ cauſa procuidubio rejicienda eſt in lentam illam pituitam quam frigidis ventriculus continenter immiſcuit atræ bili, venis hæmorrhoidalibus inhærenti. Erat autem hic dolor adeo acerbus, ut vix fuerit ferendo æger, quocirca nihil non tentatum, quo opitularentur homini; Sed præcipuum auxilium tulere ſanguiſugæ ano adpoſitæ; quæ exſugendo ſanguinem, venas diſtendentem, abſorpſere ſimul malignum virus anum ſumme excrucians.

Sed cur acceſſit hic dolor præciſe hora 4. à dejectione? annon ex natura bilis atræ? quæ uti movetur die quarto, ita & fortaſſis hora 4. Niſi malis recurrere ad abſtruſam cauſam. *N. Tulpius lib. 3. c. 11.*

Unguentum mirabile ſedans dolorem Ani.

℞. *Litarg. amyli* āā. ʒviij. *ceruſæ* ʒij. *ceræ* ℥viij. *butyri, pingu. anatis* āā. ℥ij. *ol. ſeſam. q. ſ.* pro ungu. molli. *Georgius Kufnerus.*

Unguentum efficax ad omnes *Ani* dolores

℞. *Thuris, myrrhæ, croci, licii* āā. *p.* ß. *opii modicum, cum vitello ovi, pſyllii viſcoſitate & roſac. miſce. Ant. Fumarellus.*

Anus nonnunquam dolet, ſed fugaci dolore in iis qui coacti diutius coercuerunt alvum, tum à diſtenſione extremitatis recti inteſtini à fæcibus cohibitis, tum à laſſitudine ſphincteris diutius conſtricti; tum à fibrarum illius diſtenſione, tum à violenta fæcum extruſione, quæ ſimul ac ſemel foras prorumpunt, cum egerendi occaſio adeſt, Inteſtinum enim fere ſimul procumbit quod ſurſum vix retrahi poteſt.

Pertinet huc Dolor ani, qui accidit quando *à charta piperata*, vel charta cui involutum fuit vitriolum, detergitur Podex, Prodeſt tunc Fotus *lactis* cum addita pauca *aqua roſacea*.

De *Sphincteris Ani reſolutione.*

54. Sphincteres Ani & veſicæ, muſculi antagoniſtis deſtituti, duplici donati ſunt contractione, una animali à cerebri influentia pendente, qua fæcum ac urinæ effluxum arctius aut laxius pro libito remorantur. Alteram naturalem atque inſitam, quæ injuſſa minuſque ſtricta exiſtit, à fibrarum circularium in ſeſe verſus centrum neceſſaria, nec libera cottione, per quam anus & veſica, nobis etiam non cogitantibus, oppeſſulantur, ac nequidem in cadaveribus fæces atque urina prodeunt, niſi vel ante mortem tale quid præceſſerit, vel æger ſuffocatus obierit, unde abdomen ita comprimitur à diaphragmate, ut alvi & veſicæ excrementa vi foras elidi contingat.

Reſolutis ergo ſphincteribus à negato appulſu ſpirituum vitalium, interimque ſuperſtite altera contractione ipſis ingenita, excrementa haud inconſulto effugiunt; contra vero emollitis ſphincterum fibris ex inſeſſu, v. g. ſuper marmore frigido, ſtatim accedit λαθραίως, ſive clandeſtina atque inſcia ſupervacaneorum excretio, ut Piſcatori cuidam contigit apud *Galen. 2. de loc. aff.* Hinc Carotici nec comminguunt, nec concacant ſtratum, tametſi adeo gravetur cerebrum, ut ejus irradiatione ſphincteres penitus orbentur; at è contrario Lethargici, in quibus vis animalitatis magis affulget, obſervantur ὑφ' ἑαυτοὺς χαλῶντες, ut loquitur *Hippocr.* appoſite ad Gallicum idioma. *Ils lâchent tout ſous eux.* Ratio eſt, quod in Caro tota materia morbifica cerebri ambitu concludatur, nec derivetur ad muſculos, cum ex adverſo in Lethargo humoris quædam portio, è cerebro in muſculoſum genus depluens, ſolvat ejus tonum, faciatque λύσιν illarum partium, quarum craſis ſicca eſſe debet. *Menjotius Diſſert. de ſpaſmo Cyn.*

Cap. XXXIV.

Cap. XXXIV.

De Pruritu & Teneſmo.

Pruritus.

I. P*ruritus ani eſt ejuſdem doloroſa quadam titillatio.*
Signis opus non eſt.
Differentia à cauſis ſumuntur.

I. Alius eſt ab *humoribus acribus, ſalſis & viſcidis*, ſphincteri adhæreſcentibus, qui evacuandi [2.] podex verò *decocto folior. malvæ, violar. roſarum, cum* [3.] *aqua plantaginis* & pauco *alumine* eluendus.

II. Alius à *fecibus relictis*, [4.] quæ *decocto verbaſci* benè abluuntur.

III. Alius à *vermibus*: de quibus ſuo capite.

IV. Alius *ab Ulcere*, ad quod curatio obvertenda, idemque ſervandum mundum, cui fini prodeſt *linimentum ex tragac. ſucc. citri, litharg.* ana dr. j. compoſitum, & cum oleo atque aceto roſaceo tritum.

[1.] *Doloroſa quedam titillatio*) Nonnunquam homini adeo eſt moleſtus, ut anum ſcalpere uſque ad ſanguinis effluvium cogatur cute aliquatulum ſauciata. *Sebiſius man. p. 1184.*

[2.] *Podex vero decocto*) Convenit anum fovere decoctis mitigantibus & lenientibus, ita ut vel vapor eorum per interiora excipiatur, vel illis ſpongia aut linteamina imbuantur, illique ſæpius admoveantur. Simplicia decoquenda, ſunt *malva, althea, parietaria, matricaria, violaria*, flores *chamom. melilot. verbaſci.* ſemina *malvæ, alth. lini. fœnugr.* Sebiſius.

[3.] *Aqua plantag. & pauco alumine*) *Foreſtus lib. 23. obſ. 11.* ex quo *Veckardus. Theſ. p. 273. Etmuller* in Praxi.

[4.] *Quæ decocto verbaſci*) Si pruritus natus ſit ex ſordibus putredine acrioribus factis, eodem decocto (Vide §. *Podex vero decocto*) abluendæ ſunt. Decoqui etiam poterunt *abſynthium, card. ben. fol. verbaſci, ſcord. marrub.* flor. *centaur. min.* radices *gentianæ, ariſtolochia* Sebiſius.

[5.] A *vermibus*) Præſertim Aſcaridibus, qui in recto inteſtino ſuum habere domicilium ſolent.

Teneſmus.

II. [6.] *Teneſmus eſt aſsidua per alvum ejiciendi cupiditas cum dolore, à materia lenta inteſtino recto infixa idémque ſtimulante profecta, in qua vel nihil, vel* [7.] *pauca mucoſa interdum ſubcruenta* dejiciuntur.

a. *Signa* non eſt quod addam, [8.] prolabitur interdum inteſtinum rectum, & urinæ ſtillicidium vel difficultas, propter viciniratem ac conſenſum harum partium accidit, adeſt aliquando & febris.

[9.] *Cauſa* eſt, quicquid inteſtini recti extremitati affigitur, & ejus facultatem expultricem ſtimulare poteſt: quid autem illud ſit, in Differentiis exponetur.

[10.] *Curatio* non eſt negligenda, quia ex neglecto, ulcus ſordidum ſæpe relinquitur, quando interdum in fiſtulam tranſit.

[11.] Reſpicit cauſas & [12.] dolorem, qui mitigandus. Inter ſpecifica ſunt *Carabe & cortex arboris minoris pini*, qui vel ſupra aſpergitur, vel cum albumine ovi aut oleo myrtino immittitur.

[6.] *Teneſmus*) Ab affectione ipſa nomen habet ſc. à tenſione, ἀπὸ τοῦ τείνειν, & ab *Hippocr. hiſt. 2. lib. 1. Epid.* annumeratur inter quatuor alvi profluviorum genera, Eſtque frequens, crudelis & peracerba deſidendi cupiditas, qua qui laborant non egerendi, ſed deſidendi finem non faciunt, quanquam putant pluriuo humoris ſe excreturos, ut in tuſſi excitata ab hepatis inflammatione aut hydrope, quæ irrita eſt, propterea quod exudat ſerum in thoracis capacitatem, quo quidem vellicatur diaphragma, unde tuſſis, ſed foras pelli non poteſt. Eſt autem Teneſmus affectio, aut ſymptoma Ani, vel ultimæ partis inteſtini, id eſt, recti. *Duretus.*

Hùc refer Excretionem illam *Muci*, quem ſine dolore è *Podice* prodire *Fernelius* ſcribit, & falſo *Pus* aliqui eſſe crediderunt. Ille vero veluti fæcem ſanguinis è venis Podicis in morbis longis melancholicis præſertim, erumpere docet. Fieri vero hic forte eadem ratione poteſt, ut in albis uterinis fluoribus, ut ſicuti in illis per venas menſtruas, ſic hic per hæmorrhoidales natura ab alba illa materia menſtruis albis tenacibus non abſimili, ſe repurget. *Platerus.*

[7.] *Vel pauca mucoſa*) Mucum hunc ad *pus* potius quam ad aliud referimus, quod phlegma eſſe quidam volunt, illudque falſum, ut ſic vim ei tantum ſtimulandi attribuerent, cum tamen tale nequaquam ſit, Et conatus in Teneſmo potius à læſo inteſtino ſummè ſenſili, quam hoc muco purulento procedat; qui tamen acrimoniam quoque adipiſci poteſt. *Platerus.*

[7.] *Vel pauca mucoſa*) Ab ulcere recti inteſtini prodeuntia; ſunt vero illa ſanies quædam, aut materia purulenta continuo emanans, & facultatem expultricem irritans, unde aſſidua illa deſidendi cupiditas emergit: mucoſa illa materia ſanguini aut puri permixta excernitur, genita ex depravata homoioſi partis ulceratæ, quæ proprium alimentum probe non concoquit & ſibi aſſimilat, ſed in ſubſtantiam illam heterogeneam & mucoſam convertit, ut aliis inteſtinorum ulceribus contingit. *Riverius.*

2. *Prolabitur interdum intestinum*) In utraque affectione, *hæmorrhoidibus & teneſmo*, fit inteſtini & ani κρεμασμὸς, ideoque inteſtinum ſuo loco reſtituendum, in continuitate enim & contiguitate omnis bona naturalis conſtitutio ſita eſt, nihilque æque naturæ contrarium eſt, atque ſolutio continui, nam ſi latum unguem, aut tenuiſſimi cultri aciem pars ex ſuo loco exceſſerit, fit dolor intolerabilis; ſuſpenſio omnis dolorem facit: præclare igitur conſulant, qui marſupia & lintea præſcribunt & comprimunt. *Duretus.*

a. *Signa*) Ad diagnoſin hujus affectus nihil aliud requiritur, quam eum à dyſenteria diſtinguere. In Teneſmo aſſidua eſt egerendi cupiditas, in dyſenteria interpolata & dilucida habens intervalla: præterea in teneſmo, poſt magnum deſidendi conatum exiguus mucus, iſque ſanguinolentus aut purulentus excernitur: In dyſent. vero tum excrementa, tum humores ſingulis dejectionibus excernuntur. *Riverius*

Qui Teneſmo laborant ſæpe ſine cauſa deſurgunt, quemadmodum quibus intumuit gargareon, deglutiendi finem non faciunt, quod arbitrentur ſe ſemper aliquid devoraturos. Sic quoque quibus tuſſis moleſta eſt, tamen irrita exiſtit, pari quoque modo in ea parte recti inteſtini quæ egerendo deſtinata eſt, ſi ulcus malè curatum, aut viſcida aut glutinoſa materia pertinaciter adhæreat, aut ſi inflammatio œdematoſa adſint, finem deſidendi non faciunt ægri, rati ſe magnam copia humoris excreturos, Et quæ excernuntur pauca & mucoſa, i.e. mucori ſimilia ſunt, idq; maximo conatu, i.e. cum ſumma contenſione muſculorum tranſverſorum, ut ab eo conatu ſæpe anus prolabatur. *Duretus.*

Multum intereſt inter *Hæmorrhoidas & Teneſmum*: In utraque affectione eſt idem ſymptoma, inteſtini recti & ani pondus, & κρεμασμὸς ſuſpenſio, quæ omnem dolorem facit, Et ſæpe ignoratione cauſæ falluntur Medici, qui finem fovendi non faciunt, & nulla remedia relinquunt intacta.

At hæmorrhoides ſunt in ano, Teneſmus in fine recti inteſtini. *Idem.*

Duo muſculi ani levatores ſæpe laxantur, & ab eo conatu & permoleſta deſidendi cupiditate ſanguis è venis hæmorrhoidibus exprimitur, & ſtillat ac ſi apertæ eſſent: Sæpe ſphincter in ſympathiam trahitur & prolabitur, ut magnum ſe pondus geſtare putent, aliquando inflammatio in ſphinctere concipitur, unde ſtranguria, quoniam muſculi urinam exprimentes ducuntur ab ſphinctere muſculo ſecundum aquæ ductum muſculorum ani: Sæpe ab hac inflammatione naſcitur dyſenteria, quæ mala eſt, & dyſenteriæ teneſmus ſuccedit; quod accidit cum non bene ulcus curatum eſt, ex quo ſemper exſudat ichor, qui exaſperando facit ereiſmum, unde frequens deſidendi cupiditas, ut in calculoſis evenit, quibus calculus ſtabulatur in veſica; iis enim cum mejendi incidit cupiditas, ſubſiſtit urina, excretioque irrita conſequitur. *Idem.* Cauſarum ex relatu ægri, tum excrementis & doloris proprietate artificioſa conjectura diſcernere licebit. In *ulcere* excernitur ſanies, aut ſanguis; dolor acutus, humor avis relictus poſt dyſenteriam & ſi nihil perſpici poteſt profundum eſſe ſuſpicamur: fitque aliquando cacoëthes; Vidimus vermium globulos aſſidue rejici ac ſubinde renaſci. Ante dyſenteriam, fere fit à *pituita putri*; dyſenteria ab acrimonia, vel medicamento male inſtituto, vel glande immiſſa. Aliquando jecur plus juſto calefactum acriorem materiam perpetuo generat, quæ ad partem affectam defluit Rejicitur, ſentitur morſus, quandoque ſequitur febris quaſi hectica, & paulatim atrophia; *Stercus* induratum conjicimus, ſi diu æger nihil reddiderit, aut nonniſi recrementa dura, ſicca, ſine muco. Extrinſecus comprimitur & pungitur, vel à magno & inæquali veſicæ *calculo*, quia veſica recto inteſtino incumbit, vel *inflammatione paraſtarum*; hic adeſt penis diſtenſio, ardor urinæ: Illic calculi ſigna adjicienda, urina retenta, turbulenta, ſanguinolenta, & ſimilia. *Hollerius in ſchol.*

Si oborta fuerit *inflammatio* œdematoſa, pondere moleſtum eſt inteſtinum rectum, dolor oſſis, inferiorum lumborum urinæ ſtillicidium, nam recto inteſtino inflammatio urinæ ſtillicidium accidit, vicinia & officii communicatione: quæ enim ſunt propinqua & communia illa primum maximeque affici ſolent, accedit & febris tum quod ſtercoris excretione non allevetur æger. In *Teneſmo* à pituita pauca excernuntur. *Duretus.*

9. *Cauſa eſt*) Cauſa *proxima efficiens formalis*, eſt ſpirituum eo provocatorum impetus, cujus cauſa occaſionalis eſt irritatio inteſtini recti. Unde hoc ita ſtimulatum ſpirituum os ſe contrahit, & egeſtionem urget; Si enim tantillum peregrini hæreat in inteſtino recto, perquem ſenſili, ſubito urget excretionem. *Etmuller.*

9. *Cauſa eſt quicquid inteſtini recti &c.*) Stimulus hic, ſive vellicatio inteſtini recti, *nunc* fit per eſſentiam, *nunc* per conſenſum: *Per conſenſum* obſervatur in nephritide, In mulieribus propinquis partui. Teneſmus qui fit *per eſſentiam* oritur frequentius à *muco acido*. vel *pituita viſcida acida* inteſtinum rectum plus minus rodente dente; Hinc in *dyſenteria* tam frequens eſt Teneſmus, propterea quod quæ excernuntur acria & ſimul glutinoſa ſunt. Item *purgantibus* violentioribus ſupervenit Teneſmus, *partim* propter excreta acriora, inteſtinum rectum plus minus ſtimulantia, *partim* propter purgantium particulas reſinoſas, inteſtino recto pertinacius affixas, hoc continuo ſtimulantes. Ulterius *anus inflammatus* pariter non raro infert Teneſmum, unde & *hæmorrhoidibus cæcis*, indeque plus minus tumentibus, aut dolentibus Teneſmus, ſeu frequens comes, ſe aſſociat. *Aſcarides*, *Excoriatio*, *Exulceratio*, aut *Fiſtula interna* inteſtini recti, pertinacem etiam Teneſmum junctum habent. *Etmuller.*

10. *Curatio non eſt negligenda*) Quod ad Prognoſin attinet, *Celſus* lib. 4. c. 19. Teneſmum facile tolli aſſerit, & nunquam per ſe hominem jugulare. *Galenus* tamen *5. uſ. part.* inter morbos qui ventri accidunt graviſſimos enumerat, & certe ratione moleſtiæ & durationis, gravis morbus dici meretur; Periculoſus tamen non eſt, niſi ab atra bile excitetur, tunc enim ad cancri ulcerati naturam accedit. Præterea gravia incommoda afferre poteſt, ut abortum mulieribus: Sic aph. 27. 7. *mulieri utero gerenti, ſi teneſmus ſupervenerit, abortum facit.* Aſſiduus enim dejiciendi conatus uterum recto inteſtino vicinum maxime fatigat; deinde muſculi fœcum excluſioni dicati, ad fœtus etiam excluſionem efficiunt; ideo quando illi aſſidue ventrem inferiorem comprimunt, abortum faciunt. *Riverius.*

Facilior difficilior curatio exiſtit pro ratione aut cauſarum; neq; qui eſt ab *inflammatione oedematoſa* tam facile ſanatur, quam qui à *pituitoſo humore* contumaciter adhæreſcente, Tum quoque difficilis curatio eſt propter graviora ſymptomata quæ ſecum affert: Provocat enim dyſenteriam, teneſmus, inflammationem excitat, ani prolapſum facit: præterea infert implacabilem deſidendi cupiditatem, unde corpus fit infirmum, quod ſomnum adimit, vigiliæ autem humores corrumpunt. *Duretus.*

10. *Curatio non eſt negligenda*) Teneſmus, cùm circa exitum inteſtinorum illius conſiſtat cauſa, minùs periculoſus quàm Dyſenteria exiſtit, faciliuſque illa ſanatur, cùm ad partem affectam medicamenta perveniant; licèt & hoc quod ægrè illa retineant, ob ſtimulum quo divexantur, & quæ in anum immiſſa, etſi blanda ſint, de novo incitant, difficultatem curæ afferat, morbumque ſæpe protrahat, Qui & per ſe nonnunquam longus eſt difficulterque ſanatur, ſi ulcus ſit ſordidum; ſin ſit cauſa levior, eò faciliùs. *Plat erus.*

11. *Reſpi-*

11. *Reſpicit cauſas*) Scopus curandi pro diverſitate cauſæ inſtituitur. Nam ſi cum *exulceratione prima ſit Teneſmi* ſpecies, in qua mucoſa ſubcruenta egeruntur, ſive per ſe inceperit, aut dyſenteriam ſequatur, aut ex leviore talis factus ſit, cum in inteſtino recto ulcus conſiſtat, eadem cum dyſenteria curandi obſervatur methodus, ſimiliaque fere remedia huic ſedi accommodantur.

Si vero *ſola irritatio* Teneſmi *alteram* inducat ſpeciem, in qua biliosa, vel alias acria ſimul prodeunt excrementa, nec tunc remedia ab illis, quæ primæ ſpeciei conveniunt, admodum diverſa erunt; cum & tunc ea quæ illorum acrimoniam ardorémve leniant & contemperent uſurpentur, poſtea quæ ſordes haſce auferant, abluant, abſtergantve, demum quæ inde natam attritionem ſanant, & ſi in ulcus verum degeneratit; quæ hoc curent.

In Teneſmi vero *tertia ſpecie*, in qua ſolus conatus citra excretionem aliquam urget, cauſæ habita ratione, eam amovere ſtudebimus, ut ſi à *duris* hoc procedat *excrementis*, quæ ea emolliant; ſi à *frigore*, quæ calore ſuo illud emendent, adminiſtrantes: Si à *calculo* inteſtinum premente, vel *vermibus*, aut ductus veſicæ cauſa accidat, curatio horum in doloribus illarum partium quærenda; In reliquis remediis ſequentibus procedendum. *Platerus.*

Cauſa eſt humor viſcidus & acris ſimul & acidus, qui corrigendus abſtergentibus & conſolidantibus, qualis eſt *balſamus ſulphuris*, ex *terebinth. Veneta cum oleo ſuccini* vel *anis* paratur, & podici applicatur. *Margravius Prod. p 26.*

11. *Reſpicit cauſas*) Remedia alia debentur ulceri, unde ichor exudat; alia œdematoſæ inflammationi, alia pituitoſæ materiæ contumaciter adhæreſcenti, quæ irritat qualitate, morem non gerit contumaciæ; Sequitur ut ſigna ſyllogiſtica patefaciamus, quia omnis curatio dirigitur ad morbi naturam. Teneſmi autem natura conſiſtit in irritatione recti inteſtini. Irritatur rectum inteſtinum, irritationis quærenda cauſa, ut ex illius perſpicientia curatio adhibeatur. Irritatur rectum inteſtinum, vel à duritie ſtercoris, vel à callo & concretione lapidea. Irritatur ichore ulceris dyſenterici male curati, pituita ſalſa, acri; cauſa eſt & ambiens frigus, aquilonia tempeſtas, marmoris aut frigidi lapidis inſeſſio. *Duretus.*

12. *Reſpicit cauſas & dolores* Teneſmi curatio à Dyſenteriæ curatione parum abeſt. Atque ita primum humores acres & erodentes, ab hepate aliiſve partibus profluentes expurgandi ſunt medicamentis adſtringendi vi præditis, quale imprimis eſt *rhabarbarum*, quod eo uſque iterandum eſt, donec exhauſta & inhibita fluxio videatur.

Si adſit *inflammatio*, (quæ febre potiſſimum dignoſcitur) aut multitudo ſanguinis, phlebotomia uſurpanda eſt. Imo vero ſi *inflammatio* poſt v. s perſeveret, ut etiam ſtranguriam efficiat (ut ſæpe fit) venarum hæmorrhoidalium apertio per hirudines erit utiliſſima. Tum clyſteres, nunc lenientes, cum dolor urget plurimum, nunc abſtergentes, glutinantes, pro variis ulceris temporibus ſunt injiciendi, quorum formulæ ex capite de Dyſenteria repetendæ.

Tum pars affecta ſedulò tractanda eſt fotibus, Inſeſſibus, ſuffumigiis, ſuppoſitoriis & Inunctionibus, Fotus

℞. *Fol. tapſi barbat. abſinth. āā. m. vj. coqu. in lacte rec. & includantur duobus ſacculis, qui alternatim ano & toti ventri calide applicentur.* Vel

℞. *Flor. Chamom. & roſar. āā m j. vini rub.* ℔ j. *infundantur per duas horas ſuper cineres calidos*, Foveatur anus calide quantum ferre poteſt, cum linteis quadruplicatis, Poſtea ſuper ſpongiam in eodem liquore expreſſam ſedeat æger, quam ſedendo comprimat.

Vel impleantur *duo ſacculi furfure tritici, & in aceto bulliant*, ſedeat æger modo ſupra unum, modo ſupra alterum, calidum quantum ferre poteſt. Si multum ſanguinis excernatur, fiat ſequens *Fotus*

℞. *Fol. verbaſci cum radic. m. ij. roſar. rubr. p. j. cortic. granat. & gallar. āā.* ℥ß. *coqu. in duabus partibus aqua ferrata. & una vini rub. pro Fotu, quem efficaciorem efficies ſi aluminis* ℥ß. *addideris*

Inſeſſus ad dolorem leniendum, fiant ex emollientibus, in *aqua vel jure extremitatum vervecis* decoctis, quibus ſi ardor increverit, addi poterunt *violæ ſolanum cucurbitæ & melonis ramenta.*

Ad *ulceris* vero ſanationem, ex adſtringentibus pro Fotu ſupra deſcriptis componantur.

Suffitus ulceri exſiccando idonei ſunt, ex *ebure* in ignem conjecto, vel ex *decocto ſabinæ facto in oxycrato*, aliiſque in dyſenteriæ cura propoſitis, quorum fumum excipiat æger in cathedra perforata.

Sequens maxime laudatur à *Foreſto.*

℞. *Maſtic.* ʒj. *thur.* ℈j *myrrh.* ʒiß. *roſ rub.* ℈ij. *f. Pulvis.*

Suppoſitoria in hoc affectu multum poſſunt, quæ blanda ac lenia eſſe debent, ne partem admodum ſenſibilem exaſperent, Fiunt autem commode ex ſevo hirci vel capræ, in formam ſuppoſitorii facto, & indito, dolorem enim ſedat & ulcus conſolidat: Sed ad dolorem ſedandum erunt præſtantiora, ſi *ſemen papav.* vel *hyoſcyami* ſubtiliſſime tritum permiſceas, & in nodulum chartaceum ſuppoſitorii forma effundas. Longe magis ſi horum loco *oleorum ex dictis ſeminibus expreſſorum* guttas tres cuilibet ſuppoſitorio addideris, vel *opii* gr. j. in olei amygd. d. ℈ß. diſſolutum.

Ad ulcus ſanandum, efficacius fiet ſi ſevo, ut dictum ſoluto, vel ſimplici, vel narcoticis additis, *amylum*, & g. tragacanthæ tritum, vel infuſum prius in aqua plantag. miſceas, Vel,

℞. *G. tragac. q. ſ.* affunde tantillum *aquæ plantag.* ut intumeſcat tantum, neque nimium liqueſcat, adde *mucilag. ſemin. pſyllii* aut *cydonior. ana & vitellum ovi aſſum*, miſce itaque parum calentibus adde *ceræ albæ, liquatæ q. ſ.* ad ſuppoſitorii conſiſtentiam Huic etiam *narcotica* addi poſſunt; tum etiam, ſicut in prædictis ad majorem eroſionem curandam, *pulveres ceruſæ, tuthiæ, boli, balauſt.* aliorumque citra acrimoniam ſiccantium, qui tamen ſubtiliſſimè lævigari debent, ne partis ſenſum exaſperent; *Olea & unguenta* admoveri poterunt, tum ventri, qualia in Dyſenteriæ curatione propoſita ſunt, tum ano, ut *ungu. roſac. populeum vel ex mucilaginibus, vitellis ovor. oleo roſac. &c.* paratum ad inflammationem & dolorem demulcendum, aliaque in hæmorrhoidum dolore proponenda: vel ad ulceris ſanationem, *ungu. album Rhaſis, Pompholyg. in hydromelite* liquatum; & alia innumera.

Denique in graviori affectu ad Narcotica confugiendum, non ſolum admota, ſed etiam aſſumpta: Cæteris autem præſtat *Laudanum opiatum* ad gr iij. vel iv. cum *maſtiche & terra ſigillata* exhibitum; vel in clyſtere permixtum, ex decocto flor. chamom. parato. *Riverius.*

Fotus ad ſanandam *exulcerationem*, ex *plantis* in Dyſenteria expoſitis fieri quoque poſſunt, Vel etiam *Inſeſſio* ex illis; *myrrhæ* decoctionis Fotum, *Teneſmum qui Dyſenteriam* ſequitur, ſanare docent.

Si *multum ſanguinis* reddant,

℞ *Verbaſci cum rad. m. ij. roſar. rubr. p. j. cortic. granator. gallar. āā.* ℥ß. *coqu. in aqu ferr. part. ij & vini p. j.* Poſſunt addi *balauſtia* & *pſidia ad* ℥ß. & *cortic. pini.* Efficacius fiet ſi *aluminis* unc. ß. addas.

Ad *calefaciendum*, Fotus ex plantis in *clyſmate* explicatis quoque fieri poſſunt; illorumque decocto foveri podex, illiuſque ambitus ventriſque inferiora, in quo decocto etiam ſedere poſſunt; Cur, ſi quædam adſit *eroſio*, *verbaſcum* & plantaginem addimus, vel ſolo etiam *verbaſco* cocto in *vino* ſi *hæmorrhois* accedat, anus fovetur, aliiſve in hæmorrhagia expoſitis.

Vel fiat *Fotus* cum *aqua, oleo* & *vino* ſimul calefactis, Aut cum *oleo* ſolo aliquo convenienti, ut *chamomilla, aneth. rutaceo.*

Unguenta ad ſanandam exulcerationem, ex *Dyſenteria repetenda*. Inprimis dolore urgente valet *Illitio* quæ ex *oleo roſ. violac. nymph.* & *mucilag. ſem. pſyllii, vitellis ovorum* paratur; vel aliis in *hæmorrh.* dolore deſcriptis.

Vel ſi *calefaciendum*, utendum oleis calidis, *chamamel. aneth. laurino, rutaceo* &c.

Cataplaſmata ex iiſdem quæ *Clyſmata. Fotus. Unguenta* ſubintrant, parentur. *Ervi farinam vino* ſubactum applicat. *Dioſcorides.*

Sacculus calefaciens anodynus, fit ex *milio, furfure* & *ſale* frixis in ſartagine, additis aliquando herbis calidis in dictis aridis contritis.

Vel in *Exulceratione*, fiat ex adſtringentibus ſemin. *coriandri, myrtillor. gland. capulis, gallis*, aliiſve herbis in Fotu dyſenteriæ expoſitis. *Sacculiſque in vino rubro* decocto inſideat.

Laterem ex furno denigratum, comminutum, & in *aceto* ferventi immerſum, involutum linteo, perinæo & podici Teneſmo in *excoriatione* applicant. Ex *Ætio. Hollerius.*

Sedeat ſupra *artemiſiam* calefactam æger.

Pulvini, pannive lintei calidi actu adhibiti ad anum & perinæum, blando calore dolorem eorum demulcent. *Platerus.*

Aliqui linteolum lotum, & *ceruſam*, & lithargyr. bene maceratum aqua, *luteoque ovorum* cum *roſaceo* in mortario diu agitatum, efficaciſſime illinunt. *Al. Benedictus.*

Hoc ſuffigio miraculi inſtar curatus ſunt,

℞. *Maſtiches* ℥j. *thur.* ℈j. *ſemin. myrtill.* ℥ß. *flor. roſ. rubr.* ℥j, m. Fiat Pulvis pro Fumo, *Foreſtus*, *Grulingius.*

Experimentum probatum. Calefiat fortiter lapis molaris, huic *folia porrorum* ſuperponantur, *acetum* fortiſſimum ſuper aſpergatur. Patiens pannis bene coopertus fumum excipiat, Et in ipſo fumigio inunguntur renes, anus, & anchæ ex melle calido, & ſtatim pulvis ex *ſem. naſturtii, pulegii, hyſſopi* aſpergatur, ſuper noctem ligatus jaceat, quia mane liberatus erat, probatum eſt. Arn. *Villanovanus Brev. l. 3. c. 24.*

Imponuntur Podici in forma *ſuppoſitorii*, vel alia, quæ *dolorem leniant*, in omni Teneſmo in quo ille urget dein & quæ *eroſiones* & *exulcerationes* ſanent, ſi Teneſmus inde fiat. Quæ cum locum affectum attingant, admodum juvarent, ſi diutius retineri in parte hac ſenſili quæ ad omnem duriorem contactum mox excitatur, poſſent; Quod tamen ut fiat blanda admodum eſſe debent, nec dura aut aſpera; Et ſi *ſiccare* oportet, citra morſum illud faciant; *Sevum hirci*, vel *capræ*, in formam ſuppoſitorii ſectum & inditum, cruciatum ſedat & ſanat excoriationem factam; cui *ſevo*, liquefacto prius, ſi *ſemen papaveris*, vel *hyoſcyami*, quod efficacius eſt, ſubtiliſſime tuſum permiſceas, & in nodulum chartaceum ſuppoſitorii forma fundas, ac ſuppoſitorium formes, ad dolorem ſedandum amplius conferet; Longeque magis ſi horum loco oleorum, ex hiſce ſeminibus expreſſorum *gutt. iij.* cuilibet ſuppoſitorio addas; vel *opii* diſſoluti in *amygd. dulc.* ℈ß.

Ad *ſanandum* efficacius fiet, ſi *ſevo*, ut dictum ſoluto, vel ſimplici, vel narcoticis addiris, *amylum* & *gummi* *tragacanthum*, tritum vel infuſum prius in *aqua plantag.* miſceas, Vel ſic.

℞. *g. tragac. portionem, affunde tantillum aqu. plantag. ut intumeſcat ſaltem, neque nimium liqueſcat.* adde *mucilag. ſemin. cydonior.* vel *pſyllii* tantundem, & *vitell. ovi* aſſum, miſce; illiſque caleſcentibus nonnihil adde *cera alba diſſoluta* q. ſ. ut concretam formam ſuppoſitorii naneiſcatur, ſicque indi poſſit, vel ſi mollius remanſerit, bombace in anum merſo trudi. Cui & *narcotica* dicta poſſunt.

Hiſce *ſuppoſitoriis*, ad eroſionem majorem curandam miſcemus etiam Pulveres, qui tamen ſubtiliſſime tenuitudine irritent, ut *ceruſa, tutia præp. boli, balauſt.* aliorumve citra acrimoniam ſiccantium. Vel ſi magis adſtringendum, *ſucci acaciæ, hypociſt. ſangu. dracon.* cum *infuſione g. tragac.* emolliti & triti uſurpando. Ex lycio paratum *ſuppoſitorium Rhaſis*, narcoſi & vi ſanandi prædium eſt. *Emollientia ſuppoſitoria in duris excrementis*, vide §. *Sumuntur a cauſis*)

Ad *Immittenda* refer *Vapores*, vel *ſuffitus*, uti & *Fumos* in Teneſmo ab Exulceratione, eoſdem qui in Dyſenteria competunt; Præter hoſce fumus factus ex valide ſiccantibus, multamque fuliginem fundentibus prodeſt, ut *pice, bitumine, ſuccino, colophonia, terebinthina, reſina pini, ſarcocolla* & ſimilibus, quibus & ſulphuris portionem addunt aliqu., & in aceto prius illa macerant Vel ſi *calefaciendum* potius, *vaporem ex decocto clyſmatis* hoc idem efficientis excitabimus. *Sabina* in vino & aceto coctæ ſuffitum aliqui probant. *Platerus.*

Valet *decoctum fol. quercus cum furfure* & *aqua chalyb.* tam cum ſpongiis ebriis admoveatur, quam ſacculi exinde parati. Præterea *Suffitus* Teneſinum ſiſtuor, in ſpecie *ſuffitus aceti ferventis* lateri infuſi ano exceptus, *item* Suffitus ex *thure* & *pice* ſuper carbones vivos projectis mirabiliter durante: Tandem *decocto Sabinæ ex aceto* & *aqua* ferreæ laminæ.

Equidem & *Suppoſitoria* cum opio inſtructa ad Teneſmum à quibuſdam adhibentur, Sed vereor ne ſola applicatio ſuppoſitorii, irritando inteſtinum, malum exaſperet.

Quod ſi nonnihil exulceratus eſt anus, conveniunt *inunctiones* ex *oleo roſac.* & *lumbric. terr.* probe in mortario plumbeo agitatis, vel etiam cũ *ſolutione lithargyrii* in *aceto* ſubactis & in linimenti conſiſtentiam redactis. Item fiunt *ſuppoſitoria* in exulceratione ex *ſevo hircino* cum pulvere *thuris, tuthia*, & ſimilibus, quæ *ungu. diapomphol.* aut de *ceruſa camphor.* illinantur, vel *ungu. album campher.* & *diapomphol.* una cum pauca *terra vitrioli dulci* rite parata, ſubacta, & in unguenti conſiſtentiam redacta, quocunque modo, vel linteis, vel aliis applicantur, vel intruduntur ano. *Etmuller.*

[12] *Dolorem qui mitigant*) Ungu. expertum & efficax ad Teneſmum omnes *ani dolores*

℞. *Thuris, myrrha, croci, lycii,* ãã. ß. *opii modicum, cum vitello ovi, pſyllii viſcoſitate,* & *roſaceo commiſcetur.* Ant. Fumanellus.

Ungu. mirabile, ſedans dolorem ani.

℞. *Litarg. amyli* ãã. ʒviij. *ceruſa* ʒij. *cera* ʒiij. *butyr. pingued. anat.* ãã. ℥ij. *ol. ſeſam.* q. ſ. f. Ungu. molle. *Georgius Kuſnerus.*

Differentia.

[13] *Differentia*, ſumuntur à cauſis.

I. A *nimia* [14] *inteſtini recti refrigeratione*, qui *decocto flor. verbaſci, chamameli, melil. anethi*, cum *ſemine lini, fœnugraci, furfur.* tollitur.

II. A *Calculo*, aut *Vermibus*: de quibus ſuo loco vide.

III. A [16] *cauſa dyſenteriam inferente*, & tum [17] eadem ferè, quæ dyſenteriæ, curandi ratio. [18] Cly-

ſteris

ſtetis quantitas ſit parva,[19] ulcus abluatur,[20] & cōſolidetur.[21] Valet *Mucilago ſem. Cydonior. & pſyllii*, cum *aqua plantag. ſolani*, liquida extracta, addito *bolo Armeno*, vel *aloë lota*, per clyſterem injecta.

IV. Ab[22] *humoribus bilioſis*,[23] vel *pituitoſis & ſalſis*, quorū iſti partibus adhærent, illi oſculis potius vaſorum ad illam partem condeſcendentium inhærent: ubi[24] habet locum clyſter ex *jure carnis vervecinæ*[25] *cum ol. ceræ gutt.* aliquot injectus, &c. In[26] ſalſis *ſyrupus de ſpina cervinâ* ℥ij. pondere.

De[27] *Teneſmo Indico* Vide Bontium.[28] à durītie fæcum.

13. *Differentiæ ſumuntur à cauſis*) In Inteſtinorum ultima ſede circa exitum fere, non tamen in *podice*, cujus læſiones in Podicis dolore deſcripſimus: ſi hæc irritatio fiat, (dyſenterica) vel etiam irritatio, tunc ob partis exquiſitum ſenſum ſtimulos continuos ad excretionem incitat, cauſaq; eſt Teneſmi dicti, In qua ſi ab ulcere procedat, notæ aliquæ ſanguinis adſunt, *à purulenta materia mucoſa ſubcruenta* exit, eſtque *teneſmi prima ſpecies*. Si vero *bilioſa* quædam *materia* vel alia *tenax* prodierit, *Secundam* illius *ſpeciem* conſtituit, Si *nihil*, *tertia* erit, recto inteſtino tunc à *ductu vel veſica* illi adjacentis *calculo*, *tumore*, *preſſione*, vel à *duris excrementis retentis*, vel *irritato*, *moleſtatos*, vel ab *ardore* illic mictionem ardentem reddente, accedente ſæpe *inflammatione* ſimul incitato, aut à *vermibus aſcaradibus* ſtimulato. Qui & Teneſmus cum conatu ſolo ſine expreſſione factus, à reſeratione podicis ad interiora penetrante etiam fieri poteſt. Sed & hæc irritatio venas hæmorrhoidales aperiendo, hæmorrhoidum fluxum promovere poteſt, purusque tunc emanat ſanguis. *Platerus.*

13. *Differentiæ ſumuntur à cauſis*) Naſcitur Teneſmus à cauſa corporea vel incorporea. Cauſa *corporea* duplex, *Faces* ſuperioribus inteſtinis tanquam in ergaſtulo concluſæ, Tum ſuppreſſio bilis naturalis, unde ευναίσθησις & collectio pituitæ ſalſæ, quæ contumaciter adhæreſcit ad tunicas inteſtinorum, & facit ſuſpenſionem; laxat enim fibras circulares inteſtinorum quibus ſuſcipitur motus periſtalticus, quo utuntur ad excretionem fæcis & ſupervacanei humoris. Si in tenui inteſtino contineatur excrementum, fit ut vehementiori contentione venulæ recludantur; Contingit ſæpe & deſidendi cupiditas in hæmorrhoidibus, propter ſuſpenſionem, ſi ſcil. cum condylomata ſint, in ſuſpenſione enim eſt ani conſtrictio, figuratæ fæces, non præ ſe ferentes magnitudinem inteſtini propter anguſtiam ani.

A cauſa *incorporea* naſcitur Teneſmus, ut à *frigore*. Fit igitur aut affectione propria inteſtini recti, ut *phlegmone* œdematode recti inteſtini, & morbus hic fixus eſt & cauſa eſt corporea; Sed & *ſymptomaticus eſt*, ab affluxu pituitæ ſalſæ adhæreſcentis, quæ exitū non habet. Eſt etiam hæmorrhois & frigus, Deniq; quicquid ſuſpenſione aut pondere inteſtino moleſtum eſt, *Duretus.*

Neceſſe eſt naturam ſtimulari in inteſtino, ab aliqua cauſa p.n. quam excernere nititur, quaſi illic eſſet excrementum. Ea eſt vel ſine materia, ut cum frigus partem illam conſtringit & mordicat; vel cum materia, quæ vel in cavitate inteſtini continetur, vel extrinſecus comprimit meatum. Aliquando reduplicatur inteſtinum, vel muſculus, ut nec clyſteres nec alia auxilia excipiat pars implicata, ſæpeq; efficiat ut lateat ulcus, materiam vero dicimus quicquid interiorem illam cavitatem irritare poteſt, vel ulcus, vel abſceſſus, vel hæmorrhoides interiores, aut vermes, aut humor acris, aut ſtercus induratum & coactum. *Hollerius in ſchol.*

Aliquando Teneſmus fit poſt *pharmacum ſumptum*, ſi quid inteſtino hæſit: medicamenta enim male præparata ſæpe relinquunt veſtigia ſuæ qualitatis in viſceribus noſtris maligna. Unde ſibi male conſulunt, qui quotidiano uſu rhabarbari ſibi prodeſſe putant, peſſima enim hæc eſt conſuetudo, imprimuntur enim veſtigia hepati &c. *Duretus* Poſt pharmacum, ſi quid inteſtino inhæſit, ut male infriata colocynthide aut agar. &c. *Hollerius.*

13. *Differentiæ*) Stimulus, ſive vellicatio inteſtini recti, *nunc* fit *per eſſentiam*, nunc *per conſenſum*: ut in nephritide; mulieres etiam propinquæ partui interdum patiuntur teneſmum, propter uterum inteſtino recto incumbentem: Teneſmus qui fit *per eſſentiam* oritur frequentius à muco, pituita acida &c. Item *Purgantibus*, *violentioribus* ſupervenit Teneſmus &c.

a. *Qui decocto*) Fotu aquæ calidæ, ejuſdem inſeſſu, aut lactis, ex cauſæ perſpicientia Teneſmus hic curatur, ſine clyſteribus & balanis. *Idem.* Fovebis ex decocto *ſtoech. utr.* quæ vim calefaciendi habent adverſus intemper. frigidam; mitificandi, detergendi, & tenuandi pituitam glutinoſam, & ad excitandum motum inteſtini periſtalticum: materiam calefacientium emplaſtri modo toto perinæo induces, Affecto male recto inteſtino ſphincter ſcroti afficitur, & ducuntur ſphincteres ſecundum aquæ ductum pudendi, quo inflammato multa accidunt ſymptomata. Juvent Fotus ex *oleo ſeſamino*, quod cæteris omnibus anteferiut ab *Avicenna*, ad pituitam ſalſam & frigus, At in vehementi frigore tempeſtatis aquiloniæ, aut marmoris, aut nivis, aut glaciei, oleo in quo x[a]. pars *caſtorei* diſſoluta ſit, aut ſic.

℞ *Ol. aneth. vel ſeſam. quart. ij diſſolve bituminis, aut aſphalti alterutrius* ℥j. maximam enim habet vim calefaciendi, Et ſimilia quæ valent in paralyſi ad calefaciendas & roborandas partes ac evacuandam materiam commendantur, Nonnulli chymici, *rutaceo*, & ex ſucco cyrenaico, (opobalſamum vocant,) quod præſtantiſſimum eſt oleum, utuntur, nam calorem habet noſtro congeneum, neq; partem cui adhibetur, labefactat. *Idem.*

14. *Inteſtini recti refrigeratione*) A cauſa incorporea naſcitur Teneſmus, ut a frigore; frigidum enim ea quæ ſunt in ventre indurat, *ſect. 5. l. 6. Epid.* propter amplicationem diſtributionis & excrementi paucitatem, *inquit Galenus*, ut ſi quis ſederit ſuper lapide frigido ſine ſubligaculis; Et à frigore fit nobis invitis, quod nobis volentibus fieri ſolet, ut laxatio & compreſſio ani; *Duretus.* Si quis expertus ſit vim acerrimam tempeſtatis aquiloniæ, conſtrictus eſt muſculus ſphincter, quo conſtricto labefactatur motus inteſtinorum periſtalticus. *Idem in Enarr.*

15. *Verbaſci*) Præ cæteris appropriatum & remedium, eſt *verbaſcum*, ſive *tapſus barbatus*, ſpeciatim decoctum ejus in lacte, cum ſpongia vel linteis multiplicatis inſtar fomenti applicatum, nam dolorem lenit, acrimoniam temperat, fluxionem repellit, ac ſpeciatim teneſmum dyſentericum curat. *Etmuller.*

15. *A Calculo*) Per conſenſum obſervatur interdum in nephritide, quia tunc temporis ſub motu calculi contingit Teneſmus, propter nervos ad renes & inteſtinum rectum ex ramulis plexus meſenterici derivatos: Sic *calculus veſicæ* etiam, ubi imminet urethræ, non raro teneſmum in vitis pondere ſuo & irritatione inducit. *Etmuller.*

16. *A cauſa dyſenteriam inferente*) Ideo *Riverius* cauſam proximam hujus affectus, ſtatuit eſſe ulcus in inteſtini recti, adeo ut teneſmus & dyſenteria ejuſdem ſint naturæ, eaſdemq; habeant generationis cauſas, ut tota eorum affectuum differentia in loci affecti diverſitate conſiſtat, Atque ita omnes dyſenteriæ cauſæ, Teneſmum etiam producere valent; hinc licet ſequi videatur recti inteſtini ulcera (ſiquidem omnia inteſtina in Dyſenteria, ulcere

affici poſſunt) ad hanc eſſe referenda, uſus tamen obtinuit, ut quando ſolum inteſtinum rectum afficitur, peculiari Teneſmi nomine donatur.

16. *A cauſa dyſenteriam inferente*) Aliquando Dyſenteriæ prænuntius eſt, ut quando impuro corpore, per cōtinuitatem interioris tunicæ inteſtinorum, fit affluxus pituitæ acrioris, quia exulcerat, ac tandem cruoris per inteſtina ab inteſtinis in manus, excluſio conſequitur; Et hæc dyſenteria, quæ teneſmo ſupervenit peſſima eſt, quæ ſomnum adimit & corpus infirmum facit; Somni autem vacuitate & doloris acerbitate, fit perennis generatio materiæ, ac perennis ejus effluxus. Succedit quoq; Dyſenteriæ, cum per materiæ derivationem manet ulcus in inteſtinis, quod ſæpe irritat deſidereque cogit ægrum. *Duretus*.

17. *Et tum eadem fere*) Quæ per os ſanationis gratia exhibentur, parum in diſtantiori hac inteſtinorum ſede affecta poſſunt efficere; Interim tamen ſi ea quæ in Dyſenteria convenire diximus, lenientia, ulcuſq; ſanantia, aliquoties vel copioſe exhibeantur, vires etiam ipſorum eouſq; deferri poſſunt: ut ſi *Lac*, *Decoctum hordei* copioſe ſæpeque bibant, aliave ſumant, quæ interim aliis partibus nocere nequeunt: *Decoctum betonicæ* ſunt qui laudant, uti & *ſalviæ*. *Platerus*.

Probatur Arabibus *Purgatio* levis è *caſſia*, *manna*, ſuſpecta Græcis, urina & ſudor provocari poſſunt ad diverſionem, Victus refrigerans. *Hollerius*., Vide §. *Reſpicit cauſas* & dolorem.

18. *Clyſteris quantitas*) In clyſterum uſu obſervandum 1. ut ſæpe & in parva quantitate, ſc. ad ℔ß. injiciantur, quia difficile ob conatum aſſiduum rejiciuntur; 2. ut canalis in podicem blande inſeratur, ne locum irritet doloremque augeat. *Riverius*.

18. *Clyſteris quantitas*) Injiciuntur optimis in hoc caſu Clyſmata, cum ad partem affectam proxime accedant, eamq; alluant: quæ ut diutius contineri queant, quantitate mediocri infundenda; ſæpeque, quia cum labore ob conatum retinentur, reiteranda; canalem cum applicatur, ne locum irritet blande in podicem inſerendo. *Riverius*.

18. *Clyſteris quantitas ſit parva*) Conveniunt Clyſmata in pauca quantitate, tantum ad ℔ß injecta, e.g.

℞. *Flor. verbaſci m j. roſ rubr. m. ß. lumbric. conciſ.* ℥j. *ſem. pſyllii. fœnigr.* āā. ʒij. coqu. in *lacte rec.* ubi magis leniendus dolor, vel in *ſero lactis*, ubi materia peccans abſtergenda,

℞. *Colat.* ℔j. *adde ſevi hircini* ℥j. *ms. f. clyſter pro ij.* vicibus; Vel

℞. *Corter. rubr.* ℥ß. *flor. verbaſci. m. ij coq. in ſ.q. aqu. ſimpl. colat.* ℞. ℔j. *adde ſevi hircini* ℥.ß. *mell. roſ.* ʒvj. *ad* ℥j. ms. *pro* ij. clyſter. *Etmuller*.

19. *Vlcus abluatur*) *Detergentia Enemata*, ſi adſit exulceratio ſordida, vel irritatio à mucoſa, aliave adhærente tenaci materia, ad eam abſtergendam convenirent, eadem quę Dyſenteria, ex *ſero*, *hydromelite*, *decocto hordei* &c. *Platerus*.

20. *Et conſolidetur*) *Conſolidantia Clyſmata*, in Teneſmo ab exulceratione procedente infunduntur, ex illis quę in Dyſenteria diverſimode proponuntur; maxime convenientia ſeligendo, *Terebinth. cruda* vel *lota* prius *aqua plantag. ſolani*, aut ſimilibus, addita ad abſtergendum & conſolidandum, ea efficaciora reddet.

21. *Valet mucilago*) *Lenientia* Clyſmata in omnibus Teneſmi ſpeciebus, ſive pars eroſa, ulcerata, irritáve tantum ſit, conatu & dolore urgente, cum illum mitigent, & humorum acrem vim retundant, competent; Qualia in Dyſenteria deſcribuntur, ex *mucilaginibus* lacte, jure, decoctis, oleis parata. Et prout vel ſimul *abſtergere* vel *glutinare* volumus, hæc illave eligimus, *Platerus*.

22. *Humoribus bilioſis*) Obſervandum ſæpenumero humores ſumme incaleſcere, & phlegmone quandoque adeo inſigni obſideri rectum inteſtinum, ut ipſi etiam veſicæ urinarię communicetur, cui nonnunquam ſtranguria ſuccedit, aliaq; ſymptomata periculi plena: Tunc neceſſaria eſt ſanguinis emiſſio; quin & hirudines admoviſſe è re fuerit. *Ravelly Tr. de Alvi fluor. c. 7.*

23. *Ab humoribus pituitoſis ſalſis &c.*) Teneſmus mucoſa purulentaque conſtans dejectione, humorem viſcidum, pituitoſum ſimulque Acrem, Acidum, circa podicem adhærentem, atque ibidem ulcus moleſtum rodendo excitantem agnoſcit. *Fr. Sylvius Pr. l. 3. c. 13.* Per tempeſtates auſtrinas, quæ pluviis mollibus tepidis, & humiditatis dominatu tenentur, fit pituitæ ſalſæ generatio in corporibus noſtris, quæ exitum non habet, tantumque abeſt, ut exudet ſolum, quin perennis potius fit ejus generatio. *Duretus*.

Naſcitur hæc affectio maxima ex parte in pituitoſis: acervatur enim pituita in recto inteſtino, craſſa & viſcida, putreſcit, tempore acris fit, irritat inteſtinum, hinc dejiciendi libido: quæ quia contumacius inhæret, nonniſi magno conatu excerni poteſt; hoc Teneſmi genus dyſent. fere præcedit. *Hollerius*.

24. *Habet locum &c.*) Curabitur præſertim applicando intrudendoque podici medicamenta humorem tum acido acrem, tum viſcidum corrigentia; hinc ulcus abſtergentia, denique idem conſolidantia, in quem finem, vix *Balſamo ſulphuris* æque præſtans occurret remedium, ſi cum therebinthina Veneta, ſpiritu oleoſo vel ſuccini, aniſive oleo, ſi rite fuerit paratum; vel aliis admiſtum podici applicetur. *Fr Sylvius Pr. l. 1 cap. 13.*

24. *Ubi locum habet*) Si pituita craſſa in cauſa eſt, vel ſi præceſſit frigus, *rutam*, *hyſſopum*, *origanum*, *calamenth. roſmar majoranam, lauri fol. ſtœchad. aneth. meliloo. chamamel.* vino incoques, hinc fovebis ſedem; materiam calidam Emplaſtri modo toti perinæo reduces. *Hollerius curatio eadem quæ Teneſmi à frigore inducti*, Vide §. *Qui decocto*.

25. *Cum oleo cera*,) Hoc etiam oleum deſtill. in excoriationibus inteſtini recti potenter abſtergit & conſolidat; Loco hujus olei, *Balſamus Peruvianus* poteſt ſubſtitui. *Etmuller*.

26. *In ſalſis ſyrupus*) Exhibentur rarius hoc in affectu *Purgantia*, cum humor circa locum affectum conſiſtens, Teneſmum efficiens, in extremis inteſtinorum conſiſtat; Niſi antecedentis cauſæ nomine, ne malum augeatur vel repetat, illud fieri debeat; tuncque ſi exulceratio adſit, eadem quæ in Dyſenteria competere, & præter vim purgandi etiam adſtrictione prædita ſint, hic quoque uſurpari poterunt. Si vero alia adſit cauſa, ad alia quoque quæ humores moderate evacuant tranſire poſſumus, leviora tamen ne alvum hiſce de novo irritemus. *Platerus*.

26. *Syrupus de ſpina cervina*) Eſt mihi remedium pro Teneſmo expertiſſimum, Eſt id, *Syrupus de ſpina cervina*. Doſis à ʒj. ad ℥ij. cum *aqua cinnam.* Equidem una die ſanatur æger, ſolvitur autem alvus abſque moleſtia; & excretis ſeroſis humoribus ſolo hoc remedio integre liberantur. *Jul. Cæſar Barricellus Hort. Gen. p. m. 45.*

26. *Syrupus de ſpina cervina* (Qui mere eſt hydragogus, adeoque minus convenire videtur in ſalſis humoribus, hoc eſt pituita ſalſa, quæ craſſa & tenax eſt; adeo ut phlegmogogum potius utile ſit: niſi forſan præſcribatur, ut ſerum attractum catarrhactæ inſtar deturbet humorem podici adhærentem.

Unciarum duarum pondere) Hypercatharſis imminet ab ea quantitate, ſumma enim doſis eſt ʒx. memini ab unc. j. exhibitum hydropicum, qui aliàs ſat duræ erat alvi, ſexagies alvum depoſuiſſe. Infidum autem eſt hoc purgans, nam eidem hydropico cum rurſus intumuiſſet venter, ℥vij. exhibitas, ne ſemel alvum moviſſe.

26. Syrup.

[26]. *Syrup de ſpina cervina*) Eſt mihi remedium pro Teneſmo adeo expertum, ut confitear hyeme quadam fortaſſe mille hominum, qui endemiali fere morbo, hic jugebant, perſanaſſe quam citiſſime: Syrupum ex baccis ſpinæ cervinæ, ſive infectoriæ Aromatario parari juſſeram: Hæc in fine Octobris cum bene maturaverunt colliguntur, expreſſoque ſucco cum melle, vel ſſechato ad ſyrupi conſiſtentiam ducitur, additurque in fine *maſtichis*, vel *zinzib. aniſi*, vel cinnam ad ℈i. vel ℈iß. Datur ab ℥i. uſque ad ij. cum pauco vino dilutus: Epoto cibatur æger, parce tamen, præcipitur ne dormiat; Equidem una die ſanatur æger, ſolvitur enim alvus abſque moleſtia, & excretis ſeroſis, viſcidis humoribus, ſolo hoc præſidio integre liberatur.

[27]. *De Teneſmo Indico vide Bontium*) Teneſmus ob ſummam moleſtiam quam ſecum conjunctam habet, ibi magis metuitur, quam Dyſenteria ipſa, quam ſi præcedit utplurimum lethalis eſt, quia omnes morbi, qui ſucceſſione augeſcunt, primugeniis ſunt magis calamitoſi; Sin dyſenteriam ſequatur, facilior eſt curatio, quia tantum reliquiæ ipſius ſunt ab acri humore partem affectam exulcerante: *Med. Indor. cap. 5.* Curationem conſiſtere ait in clyſteribus, fomentis, inſeſſibus, parandis ex herbis partim emollientibus, partim detergentibus, quibus cum ulcus jam ex parte mundatum fuerit, ac dolor ſedatus, adſtringentibus decoctis pro fotu utitur, maxime ſi ani procidentia comes ſit &c.

Teneſmi a duritie fæcum curatio.

Si dura ſint excrementa, Emollientia clyſmata ad illa diſſolvenda injiciantur, Quibus laxantia alvum addantur, ſi in Teneſmo ad dejectionem, ſed vanam tantum, irritentur, nihilque vel parum prodeat; Deinde & calefacientia, flatuſque diſcutientia, ſi frigidus humor aut alia refrigerantia: flatuumque adſit copia, è quibus quæ blando calore prædita ſunt, dolorem etiam leniunt; Ita cum *emollire & laxare* volumus, *Decoctum plantarum quinque emoll.* ſumimus, ita & *ſeminum lini. fœnugræci* additis oleis, aliiſque pinguibus laxantibus: Si ſimul calefacere & flatus diſcutere, tunc quæ illud efficere poſſunt adjicimus, herbas calidas, *calamentham; pulegium utr. meliſſam, hyſſopum, ſalviam, majoranam; folia lauri, rutam, flores chamom. melilot. aneth. roriſmar. ſtæchad. ſemina carvi, fœnic.* &c. Cujuſmodi Clyſmata in Colicis doloribus, à *fæcibus*, *flatibus* & frigore genitis reperiuntur, cauſiſque hiſce ſimilibus poſſunt accommodari.

Emollientia etiam *ſuppoſitoria* in duris excrementis aliave laxantia, additis calidis, flatibus diſcutientibus ſi neceſſe ſit, huc quoque referri poſſunt: *Ex ladano & ſtirace*; additis oleis calidis quædam parata, in ejuſmodi Teneſmo quoque laudantur. *Platerus.*

Cap. XXXV.

De Hæmorrhoidum fluxu, & ſuppreſſione.

1. HÆmorrhoidum fluxus eſt [2]. nimia [3]. ſanguinis [4]. per venas hæmorrhoidales dejectio.

[5]. *Signis* [6]. hic affectus opus non habet, primò [7]. fluit ſanguis [8]. niger, feculentus & craſſus, & deſtillando quaſi effluit, dum podicem tergunt ægri, dein bonus ac rutilus, tandem citrinus & pallidus. Inde crura labaſcunt, coxæ dolorem gravantem ſentiunt, [9]. faciei color vitiatur. [10]. Interdum periodos ſuas obſervat, interdum negligit.

[11]. *Cauſa* eſt, [12]. quicquid vel expultricem venarum & arteriarum, jecoris vel lienis irritat; vel retentricem earundem lædit.

[13]. *Curatio* [14]. ſuppreſſionem indicat; quæ [15]. *Revulſione* [16]. per venæſectionem, & [17]. *adſtringentium* externo & [18]. interno *uſu* perficitur.

[19]. *Extra* [20]. à proprietate valent, *Cingulum ex foliis hellebori nigri*, conquaſſatis, recentibus, nudo corpori circumdatum, ad quod ſi puſtulæ excitentur, dolor ſuis remediis tollatur. *Spongiæ*, quæ in balneorum hypocauſtis ſub ſcamnis naſcuntur, ſi in olla nova in pulverem comburantur, & inſpergantur. [21]. *Colcothar*, ſive craſſamentum illud ab olei vitrioli deſtillatione relictum, ſi eo tangantur, [22]. una rellctâ. [23]. *Intra* commendatur *Eſſentia Martis*: de qua apud *Hartmannum*. Confectio è *ſcoria ferri*. Conſerva roſarum antiqua cum bolo armeno. *Aqua* ſtillatitia è *pyris ſylveſtribus*. [24]. Succus *Urticæ* depuratus unc. ii. pondere cum ſacchato aſſumptus: & ſuccus ex ſemimaturo *fructu Guajaci Patavini*. Raſuræ *ligni lentiſc.* unc. ii. in vini libris xii. infuſæ per 24. horas pro potu.

[25]. *Differentiæ* à partibus & cauſis ſumuntur.

I. [26]. Alius eſt *Internarum* [27]. quæ à ramo ſplenico venæ portæ oriuntur, per meſenterium circa colon & inteſtinum rectum extenſæ, in muſculis ani & inteſtino interiore, (ipſa unica ſociam arteriam habent,) terminantur.

Cognoſcitur, ex pondere circa ſedem, egerendi difficultate, [28]. clyſteribus, glandulis, aut inſtrumento; ſed & ſi cucurbita, quod *Zacutus* fecit, applicetur.

Alius [29]. eſt *externarum*, quæ à venæ cavæ ramo epigaſtrico procedunt, & in externas recti inteſtini partes, ani ſcilicet muſculos, diſſeminantur: duæ autem ſunt, arteriam ſociam ab hypogaſtrica habentes. Videntur tamen omnes inter ſe communionem habere.

Cognoſcitur ipſo viſu: & quia major eſt, periculoſior etiam erit.

In *Curatione*, externa commodum locum habent: prodeſtque ſuccus ex ſemimaturo *fructu Guajaci patavini* linteo expreſſus & ſpongiâ applicitus.

III Alius eſt [30]. *vitio ſanguinis*, [31]. qui

Vel *multus*: & tum [32]. ſigna plethoræ adſunt. Revellendum [33]. per venæ cubiti ſectionem; vel ſi vires non ferunt, cucurbitularum lumbis, vel hypochondriis affixionem.

Vel [34]. *Acris & tenuis*, & [35]. tum magis meridionalibus accidit, [36]. naribus præſertim qui ſanguinei.

[37] Seroſi humores, ſi vires ferunt, [38] evacuari debent, ſin minus, [39] refrigerantibus & [40] incraſſantibus, inter quæ *portulaca, trochiſci de ſpodio & carabe*, prævalent, utendum.

[41] Vel *fluit* [42] *ex hepate*; & tum aquæ, in qua carnes recens mactatæ lotæ ſunt, aſſimilatur. *Cogalliorum ſyrupus* prodeſt.

Vel ex *Meſenterio*, & tum paucus, ſubalbidus & ſeroſus.

Vel ex *inteſtinis*, & tum cum excrementis commiſcetur; [43] ratioque partium mittentium habenda.

Alius *vitio venarum*, quæ

Vel [44] *ſunt apertæ*, in quo caſu utendum κολλητικοῖς, ut *fungo* qui [45] *crepitus lupi* dicitur, &c. [46] Vſtione & ſectione, quæ tamen periculoſa, inveteratis præſertim ac diuturnis.

Vel [47] *exeſæ, & ruptæ*, & hæc dejectio hominem in hydropem & alios morbos conjicit.

[1] *Hæmorrhoidum*) Nomen αἱμοῤῥοὶς origine Græcum, deducitur ἀπὸ τὸ αἷμα καὶ ῥέω, quaſi ſanguinis fluxum dicas, Sæpe tamen numero plurali efferuntur *Hæmorrhoides*, ſcilicet φλέβαι, quaſi *venæ ſanguifluæ*, ſumto quidem nomine φλεβῶν, *venarum*, more Antiquorum, qui ſub eodem Arterias quoque complectebantur: *L. Strauſſius Pal. M. Part. 3. Gymn. 9.*

[1] *Hæmorrhoidum*) Hæmorrhois nihil aliud ſignificat quam ſanguinis evacuationem, ac proinde per quamlibet corporis partem contingant ſanguinis evacuationes, ſi vim nominis conſideremus, Hæmorrhoides dici poterunt: Conſueverunt tamen veteres Medici fluores ſanguinis per venas ani tantum Hæmorrhoides appellare, quia per has venas ſolet frequenter ſanguis p. n. excerni. Et quamvis quædam ſint Cœcæ, & quædam recluſæ, cum frequentius ſoleant eſſe recluſæ, proinde huic affectui nomen impoſitum eſt, evacuationem ſignificans: *Pereda in Paſchalium lib. 1. capit. 52.*

[1] *Hæmorrhoidum*) Hæmorrhoides, ut ex *Aetio lib. 14. cap. 5.* aliiſque colligere poſſumus, venarum in ſede ſunt explicationes dilatationeſque, à crebro ſanguinis defluxu ſic appellatæ, qui à multis morbis lethalibus liberat authore *Hippocrat. 6. aphor.* quamvis *Galenus 6.* de ſymptomat. c. c. 2. velit omnem ſanguinis fluorem p. n. toto genere eſſe, excepto eo qui mulieribus ab utero defluit: Hæmorrhoidum, tamen fluor, ſi ordinem ſervet, & non ſit immodicus, melancholicum morbum, affectioneſque renum curat, & ipſæ longo tempore ſuppreſſæ, hydropem & tabem faciunt, aph. 12. 6. hinc idem 4. aphor. 26. ſanguinem ſupra emiſſum malum, & infra bonum vult: Gal. in comm. dicit, Si ab hæmorrhoidibus & menſibus fluat. *M. Joh. Paſchalius l. 1. cap. 52.*

[1] *Hæmorrhoidum*) Hæmorrhoides nihil aliud ſunt quam varices venarum ani; Varix vero eſt vena aperta, vel potius immodicè dilatata: Dilatatur vena, vel quia ſanguis eſt præter modum craſſus; vel ob vim illatam venis, quod fit ex clyſteribus, ſuppoſitoriis ſæpius adhibitis: A ſanguine craſſo fit varix in ano, quia ſanguis ibi diſperſus non bene circulari poteſt, unde à novo effluente ſanguine propellitur, & ſic venam dilatat: Quod autem hoc in aliis partibus non ſæpe contingat, eſt quia venæ hæmorrhoidales omnium venarum pauciſſimas habent anaſtomoſes, unde longo ductu vehi debet antequam poſſit circulari: Avi illatæ, ut ſphincteris ani vellicatio fit, unde humores illuc quaſi trahuntur. *Walæus Med. Pr. c. 18.*

[1] *Hæmorrhoidum fluxus*) Hæmorrhoides recluſæ, ſymptoma ſunt in iis quæ excernuntur toto genere p. n. Morbus inſtrumentarius eſt, in via aut cavitate. *Idem.*

[2] *Eſt nimia ſanguinis*) Recti inteſtini venis, à Portæ ramis deductis, hæmorrhoidalibus appellatis, per anaſtomoſin apertis, uti naturaliter hæmorrhoides, non tamen ordinarie, ſicuti menſtrua, per quæ ſanguinem in vena cava ſingulis menſibus pro fœtus nutritione in fœminis dum habiles ſunt ad conceptum eo acervatum, cum nondum conceperint, expurgari neceſſum erat, erumpunt, ſed tunc ſolum quando ſanguis in venis meſeraicis nimium abundans, vel fervidior aut bilioſior redditus, illic coacervatus & ſubſiſtens, nec in venam ſufficienter translatus, aut à veſicula fellis repurgatus*, à natura per hanc viam vicinam, excretionibuſque aliis deſtinatum podicem, uti menſtrua per uterum evacuatur, Sic & in nimium ampliatis, aut diutius reſeratis, aut tempore non convenienti, oſculis illarum venarum, ob maximam hujus ſanguinis retenti copiam, vel effervescentiam, aut bilis permiſtionem, à quibus morbi graves ſequi poſſunt, vel jam ſunt geniti, natura irritata, hæmorrhoides immoderatas, & copioſam illam ſanguinis profuſionem molitur, eoque magis ſi oſcula venarum ultra modum aperta deductaque ſe amplius recolligere nequeant. Quod ſi quoque nec ob repletionem aut impuritatem hujus ſanguinis, ſed aliis de cauſis mota natura nulla neceſſitate per hæmorrhoides ſanguinem venarum meſeraicarum utilem excernat, *præternaturales hæmorrhoides*, non conſuetæ nec utiles emergunt. *Platerus.*

[2] *Eſt nimia ſanguinis*) Earum fluorem *Celſus* vocat purgationem, non morbum, ſcilicet in iis quibus vitium non eſt internum, ſed tantum συμβεβηκός. In aliis contra, Si vitium internum, ſi ſymptomatice omnino fluit ſanguis eſt morbus, Vel dic fieri vi naturæ vel morbi. *Ballonius Conſ. 98. lib. 3.*

[2] *Nimia*) Sola quippe vacuatio naturalis ea cenſetur, quæ quod grave infenſumque eſt, velut onus inutile deponit citra corporis infirmitatem, citraque virium jacturam. *Fernelius.*

[2] *Eſt nimia ſanguinis*) Licet moderatus fluxus ſalutaris ſit, & à multis morbis, iiſque graviſſimis hominem præſervare ac liberare ſoleat, ut docet *Hippocr. in aphor. & Epidem.* immoderatus tamen periculoſiſſimus eſt, alioſque morbos periculoſos inducit, nempe totius corporis imbecillitatem, omnium viſcerum refrigerationem, præſertim hepatis, atrophiam, cachexiam, hydropem, ob caloris nativi deperditionem, effuſo vitæ theſauro, & totius corporis fomento. *Riverius.*

[3] *Eſt ſanguinis per venas*) De hac vacuatione ſciendum eſt, non eſſe niſi in paucis quibuſdam, uſque non melancholicis tantum, ſed & aliis temperamentis: Hoc patet ex catalogo morborum, à quibus præſervare ait *Hippocrat. 6. Epid. 3. 37.* Duplicia enim hic ſunt vaſa, altera ex hepate, & vena Cava, altera ex Liene & vena porta, Illæ Externæ dicuntur, & in ſphincterem deſinunt, aliquando ad ſenſum tumidæ: hæ Internæ, & fluunt in rectum inteſtinum, paulo ſuperius. *Hofmannus Inſtit. libr. 3. cap. 87.*

4 Per

4. *Per venas hæmorrhoidales*) An per venas, tum internas, tum externas, humores in hæmorrhoidali fluxu evacuari poſſint, quæritur? cum venæ, ſtante circulatione ſanguinis doctrina, ſanguinem à partibus à nutritione reſiduum revehant, non vero excernant: quæ cauſa eſt, quod *Harvæus* etiam venarum hæmorrhoidalium ipſis aſſignatum officium derivet in arterias vicinas.

Verum ad hoc *Rolfinkius lib. 6. c. 27. Diſſ. Anat.* reſpondet: non eſſe neceſſe, ut ſicut omnis humorum excrementitiorum affluxus per arterias celebratur, ita etiam effluxus contingit, Veriſimile eſt, ait *Conringius l. de ſangu. gen. & motu. c. 38.* illos qui ſecundum naturam fiunt effluxus, apertis venarum orificiis fieri, eo quod ſolæ venæ videantur ad extrema partium hiare, arteriarum finibus per venas conjunctis, confirmat ſententiam à modo excundi, non enim per ſaltum effluxio fit, ſicuti ſanguis effluit ex arteria vulnerata. Stabilit *Highmorus* dictam ſententiam, & ſtatuit fieri poſſe has evacuationes per venas in magnis naturæ luctibus, mutato aut permutato ſanguinis curſu. *l. 1 p. 2 c. 26.* & quidem à locis vicinis, hepate, liene, pancreate in naturæ luctibus medicamento irritante, & humore à ſanguine ſeparato, & unito, dum ad excretionem omnes intendit nervos, viamque breviſſimam adoritur, Et quamvis contra motum ſanguinis fiat naturalem, non tamen ideo ſtatim via hæc excretionis eſt explodenda; motus enim ille naturæ in humorum expulſione eſt p. n. & violentus, viamque non ſemper illi conſuetam quærit, ſæpiuſque & aliæ actiones naturales naturæ cedunt, ut in vomitu &c. *Frid. Hofmannus m. m. p. 243.*

4. *Per venas hæmorrhoidales*) Sunt quæ in ano vel recto inteſtino adſunt, & extrinſecus etiam conſpiciuntur, quæ in nonnullis ſtatis temporibus aperiuntur ſponte, & ſanguinis craſſioris fit evacuatio conducens ſanitati: Sunt hæ venæ non unius generis, nam aliæ *interna*, quæ à Porta, aliæ Externæ a vena Cava oriundæ, quibus arteriæ hæmorrhoidales, vel hypogaſtricæ & meſentericæ ſociantur, per quas humores vacuandi deferuntur; quanquam præter naturam, in magnis ejus luctibus, per venas hæmorrhoidales excerni poſſint humores noxii: *Gliſſonius* vaſa hæc *varicoſa* vocat. Internas ſolas noverunt veteres tanquam in melancholicis & ſplenicis morbis commendatas & aperiri poſſunt circa podicem, cum alias venæ Portæ intus latentis rami nulli ad cutem exeant, qui incidi queant: *Interna* oritur aliquando à ramo ſplenico, unde vas breve, rariſſime ab ipſo liene. Inſeritur in recti inteſtini ſubſtantiam, quæ membranoſa eſt, ſanguinemque craſſiorem requirebat, & per arteriam cœliacam; ſeu ſplenicam, communicarum: Hæc vero unica eſt, cum externæ ſint triplices. continetque ſanguinem craſſum & nigrum, qui in Externis tenuior & rubicundior; Deplent autem internæ venam Portam ſucceſſive, primo vero arterias, & ſplenis obſtructiones juvant; *Externa* Cavam, hepar per accidens, primario vero arteriam magnam, Cor; imo earum vacuatio morbos ſanguineos curat, capitis, thoracis &c. quare internæ dicuntur Cacochymicæ, Externæ Plethoricæ: Differunt profuſionis ſanguinis copia, qui paucus ab internis, largiſſimus aliquando ab externis: In harum evacuatione non adeſt dolor & torſio ventris, aliquando etiam nullus dolor in anu, at in Internarum fluxu affligit: Internæ ſolæ deſcendunt non comitatæ arteriis, quanquam vel arteriæ ſint occultæ, vel in ſuperioribus ab arteria dependeant; *Externa* cum arteriis ad muſculos ani deſcendunt manifeſte, unde Externæ rectius dicuntur *vaſa Hæmorrhoidalia*, ut arteriæ ſimul includantur: Jungitur interna externæ anaſtomoſibus circa anum. *Bartholinus Anat. Renov. libello 1. cap 4.*

4. *Per venas hæmorrhoidales*) Subjectum, ſeu pars utrobique affecta ſunt *Vaſa ani, ſeu ſedis*, Et melius quidem hoc quam *venarum hæmorrhoidalium nomine*, appellari cenſet *Fabricius ab Aquap. Ch. Part. 1. cap. 94.*

Venas autem & arterias [illegible] dictas hæmorrhoidales, & quidem utraſque tum *internas*, tum *externas*, pro principali proximoque ſubjecto habendas eſſe arbitramur, De *Venis* autem, licet his maxime hoc officium adſcripſerit Antiquitas, dubitare tamen quis poſſet, cum doctrina de ſanguinis circuitu *arteriis* potius favere videatur; Verum quod de *venis uteri Rolfincius 5. Diſſ. An. cap. 28.* aſſerit, idem quoque de *venis ani* dicere licebit, hiſce ſcilicet naturam ad hunc quoque fluxum abuti: Videatur *Highmorus Anat. epiſt. de circul. ſangu. p. 255.* Sunt itaque *fluxus hæmorrhoidales ſubjectum vena* pariter ac *arteria*, imo venæ frequentius, uti *Schenckius Exerc. Anat pag. 304.* à venarum ſubſtantiæ ſingularitate, pluralitate, & ſitus declivioris pronitate eleganter demonſtrat; Accedit quod venæ varicoſæ (imo *Walæus* Hæmorrhoides cæcas per varices deſcribit, vide §.) in femoribus & cruribus prægnantium, quandoque ſponte ſua rumpantur & aperiantur; quod ſe multoties vidiſſe aſſerit *Bauſchius*, noſque etiam non ſemel obſervavimus, Quanto magis & facilius id venis hæmorrhoidalibus obtinget? *Stranſſius.*

5. *Signis*) Cognoſcitur immodicus Hæmorrhoidum fluxus ex viribus proſtratis, & imbecillitate, quam æger percipit & ex diuturnitate fluxus ac copia ſanguinis excreti, tum etiam fœdo totius corporis colore; ad citrinum vergente, ut ægri ictero laborare videantur. *Riverius.*

Primo in ano pruritus, deinde dolor & inflammatio, Si vena magna dilatatur, oritur Ficus aut Mariſca. *Walæus.*

6. *Hic affectus*) Hoc ſymptoma, seu complicatum, poteſt partim ad primam, partim vero ad ſecundam ſymptomatum claſſem referri, ita ut *Actio læſa* (in excretione & retentione) ſymptoma primarium, *Excretum* vero ſecundarium exiſtat: Imo abſolute loquendo, quemvis hæmorrhoidum fluxum eſſe [illegible] φύσιν, quatenus ſcilicet à natura fit coacta, à præternaturali ſanguinis ſuperflui copia; etiamſi reſpectu hujus vel illius hominis ſi conſideretur ejuſmodi fluxus, jam convenienis, jam minus talis ex accidenti ſit & dici queat, oſtendit *Horſtius Tom. 2. Op pag. 248.* Quibuſdam non multum ægris familiarem vel *criticum* exiſtere, ipſoſque levare; aliquando ſymptomaticum eſſe ac ægros multum debilitare ut, *Stranſſius.*

7. *Fluit ſanguis*) Per Anum effluit ſanguis multis modis, ut per inteſtinorum fluxum, hæmorrhoidas, ficum & mariſcam; In quibus multi ſæpe falluntur, qui ſine diſtinctione ſtatim fluxu aliquo in ano, aut tumore apparente, hæmorrhoidas eſſe putant; cum plurimum hi omnes affectus inter ſe differant & natura & curatione, *Thymus* facile finditur & cruentatur. (*vide ſupra Thymi deſcriptionem*) Falluntur ergo qui mariſcas cum hæmorrhoidibus confundunt, Hæmorrhois enim (nomine pro affectu ſumpto, ſi quidem partem affectam quandoque ſignificat) nihil aliud eſt, quam profluvium ſanguinis per venas ani, aut in illis tumor ab influente ſanguine: Quæ affectio ut diſtinguatur à fluxibus ſanguinis reliquis, obſervanda eſt hæc methodus, omnium fluxionum cauſis inveſtigandis accommodatiſſima, ſive naturales ſint, ſive p. natur, Tria enim ſunt in genere, in quibus cauſam invenies, Virtus, quæ mittit; Inſtrumenta, ſeu viæ fluxionum, unde, qua & quo mittuntur, Poſtremo materia fluens: Virtus quadruplex, attractrix, retentrix, concoctrix, expultrix; In materia notanda mixtio, conſiſtentia, quantitas, qualitas, Primum igitur per quam viam ſanguis fluat, obſervandum, an per inteſtina, an per venas ani: Hoc cum ex cauſis antecedentibus & ſenſu, tum ex mixtione conjiciendum; Nam ſimul cum excrementis rejectus, & cum illis

mixtus ab inteſtinis profluit; ſine excrementis ab ano: Illic cauſa eſt, vel in ſanguinis multitudine aut acrimonia, vel in virtute, ſive non retineat, ob imbecillitatem, ſive excernat ob copiam; Vel in via, ut ulcere aliquo in inteſtinis: Si à venis Ani (ſimul cum arteriis, ab utriſque enim fiunt) hæmorrhoides erunt. *Hollerius.*

7. *Fluit ſanguis, niger, feculentus, &c. tandem citrinus &c.*) In *Excretis* manifeſta *Apertarum* hæmorrhoidum conſpiciuntur indicia, dum ſanguinis ejaculatio vel ante vel poſt fæcum excretionem comparet: Sanguis vero iſte non ſemper ſincerus deſtillat, ſed plerumque primo quidem fæculentus & craſſus exit, poſt bonus, rutilus, tandemque citrinus, & pallidus effluit, imo albus plane inſtar ſpermatis ranarum humor, interdum deponitur. *Strauſſius.*

8. *Niger, feculentus & craſſus*) Quod vulgo aſſeritur atratum ſanguinem eſſe floridiorem, fallit, hæmorrhoides enim ſanguinem floridiorem fundunt, Niſi de vitioſe retento & grumeſcente, id intelligatur quandoque. *Wedelius Phyſ. Med. Reform. p. 579.*

9. *Faciei color vitiatur*) Qui ut plurimum cachecticus, & ad viriditatem inclinans talibus ægris tam eſt proprius, ut hoc fretus ſigno plures ex hæmorrhoidibus laborare, cum magno artis honore, ſe pronunciaſſe glorietur *Foreſtus*: Interdum color tam eſt fœdus, ut ægri ictero laborare videantur, teſte *Riverio in Praxi, libr. 10. c. 10.* ſed

qui vires in foliis venit è radicibus humor,

Dumque viſcerum fermenta, ut moderni explicant, depravantur, actiones quoque langueant neceſſe eſt, *Strauſſius.*

10. *Interdum periodos*) Hæmorrhoidum fluxus præſertim viris eſt familiaris, inprimis *Italis*, nempe huic ſexui eſt quaſi loco menſtruationis muliebris, adeo ut proſtent exempla virorum per ſtatas periodos hæmorrhoidum fluxum patientium, ita ut interdum ſingulis menſibus, interdum ſingulis ſex ſeptimanis redeant: Ob id etiam dividuntur Hæmorrhoides fluentes in *Erraticas*, quæ nullum certum recurſus tempus obſervant, & *Periodicas*, cujus periodi menſtruæ exemplum in viro vide *Amat. Luſit. centur. 5. cur. 3.* Etmuller.

Non certam ſubinde rationem temporis obſervat hic fluxus, ſed quoſdam annuatim, (vide *Smetium miſcell. pag. 529.*) quoſdam ſingulis menſibus, eademque cum ſymptomatum ſyndrome qua menſtruæ affliguntur, afficit, uti *fabrum murarium, in miſc. Cur. Ann. 2. obſervat. 192. & Medicum M. C. An. 4. obſervat. 44. Strauſſius.*

Aliquando aliquibus Evacuatio per hæmorrhoides periodica & menſtrua eſt, quia eorum ſanguis periodice, à fermento certo Lunari ad fermentationem perducitur. *Pr. Med. reform. c. 107.*

11. *Cauſa eſt quicquid*) Quoad *cauſas Internas*, quocunque modo accidunt *hæmorrhoidalia pathemata*, omnia ſunt præter naturam, cum per hæc loca nunquam evacuatio fieri naturaliter debeat, adeoque ſemper eos affectus præſupponit ſtatum præternaturalem & morbidum: Hinc nonniſi *hypochondriacis, ſcorbuticis, ſpleneticis, menſium ſuppreſſione* laborantibus, uno nomine affectibus melancholicis, ſive ab acido vitioſo natis obnoxiis contingere ſolent: Hinc recte notat *Foreſtus libr. 23. obſervat. 3. in Schol.* quod color faciei habentis hæmorrhoides ad viridem colorem declinet; Id quod in multis aliquando animadvertentes, ſolo hoc ſigno adducti, eos hæmorrhoidibus laborare pronuntiavimus: Nempe ſemper præſupponitur vaſorum illorum ſtimulus, vel irritatio, vel ſpina, iiſdem infixa, hoc eſt *fermentum ſalinum* in ſanguine ejuſque ſero præternaturale, quod quacunque occaſione, vel hæreditario ex vitio, vel ex præcedaneis cauſis morbis conjunctum, nunc externæ occaſionis, nunc ſolennis cujuſdam vacuationis ſanguinis ſuppreſſæ cauſa, ad iſta loca delatum, loca iſta ſenſilia vellicando, imo & fibrarum nervearum ſtrictura, ſanguinis ſtagnationem, ſeu coacervationem, hinc tumorem plus minus inflammatorium, tandem dolorem intenſiſſimum ac fluxum infert; Uno nomine, quæ ſunt cauſæ quare crebriores & chronicæ hæmorrhagiæ narium ſive habituales, aliæ ſanguinis evacuationes quoſdam affligunt, eæ etiam ſunt cauſæ hæmorrhoidalium pathematum, cum nonniſi excretionis loco differant.

Quoad *cauſas Externas*, ſunt eæ variæ, *motio* nempe aut *agitatio* ſub *equitatione*, vel *vectione* paulo laborioſior, *purgantia* & ſimilia, quæ tam in non diſpoſitis quam imprimis in diſpoſitis pathemata hæmorrhoidalia inferunt: Facit huc *conatus laborioſior in partu*, ſanguinis circulum circa iſta loca nonnihil ſufflaminans, hinc ad vaſorum à ſanguine diſtenſionem, tumorem, dolorem diſponens; Utut non obſervarim ex tali caſu natas hæmorrhoides, niſi in iſtis, qui ad hypochondriaca ſive melancholica pathemata ſunt proclives: At ſane quo crebrius, pariunt mulieres, eo magis hos affectus exaſperant, adeo ut in talibus etiam ultimis gravidationibus menſibus, hæmorrhoidales affectus ſuperveniant.

Purgationes non raro inducunt hæmorrhoides, partim ac præcipue quando particulæ medicamenti purgantis reſinoſæ, acres, inteſtino recto agglutinatæ, illud ſtimulant, unde facile hæmorrhoidales affectus: partim quatenus purgatione acres & ſalini evacuati humores circa inteſtinum rectum non raro dolores excitant, atque ita ad hæmorrhoides diſponunt.

In ſpecie huc accenſari ſolet *Aloe*, quaſi venarum ora aperiat & hæmorrhoides cieat; Sed revera commune huc eſt quibuſvis *purgantibus* magis reſinoſis, ut in diſpoſitis hæmorrhoides concitent; Sic *Manardus in Epiſt. Medicin. lib. 12. Ep. 3.* ex potu *Rhabarbari* id obſervavit in viro: quod etiam de *Sennatis & ſcammoneatis* à ſe obſervatum refert *Scultetus in Arm. Chir. obſerv. 76.*

Inteſtina etiam nimia *ſanguinis commotio*, v. g. nimia *iracundia*, uti quibuſdam hæmorrhagias narium, ita prædiſpoſitis ex cauſa interna, vel ex vaſorum & inteſtini recti relaxato tono, hæmorrhoidales affectus infert: *Externa* etiam *fortior motio, curſus* diuturnus, *ſaltatio* &c. facile in diſpoſitis eoſdem provocant. *Etmuller.*

11. *Cauſa eſt quicquid*) Hæmorrhoides fiunt vel ob idioſyncraſiam, vel ob errorem externum, vel decubitũ coactivũ; Cum enim non ordinarie fiant nec in omnibus vel pleriſque, ſed paucioribus, neceſſum eſt non ex communi aliqua cauſa, directa à natura, vel indirecta, id evenire, ſed à privata ſolum & individuali: Hinc *idioſyncraſiam* voco hoc loco, quando ob modum ſanguinis ipſa natura affectat & inclinat ad hunc fluxum, Et illa magis hinc ſtata eſt & periodica; *Errorem externum* quando à purgantibus inprimis aloëticis, intempeſtive uſurpatis, oſcula vaſorum reſerantur; & quidem inde non tantum teneſmus hæmorrhoidalis, ſed & ipſe fluxus provocatur, Par ratio eſt ſuppoſitoriorum, ſuctionum, equitationum, & quæ alia huc invitare ſanguinem, vel præſentem ad effluxum citare valent; *Decubitum coactivum* voco, quando adſunt obſtructiones in meſenterio & vaſis vicinis, unde cum non poſſit in alveis ſuis decenter volvi & undulare ſanguis, cogitur dilatare fines ſuos, & excidit etiam hic invitatus à loco ſpongioſo, ab elatere inteſtini recti, ſolicitari quotidie à fæcibus. *Wedelius Phyſ. M. R. p. 580.*

11. *Cauſa eſt quicquid*) Ille fluxus immodicus eaſdem habet cauſas, quæ alia ſanguinis profluvia excitant.

ſolent, ſanguinem nimirum quantitate vel qualitate peccantem: dum *Quantitate* peccat & magna quantitate ad venas hæmorrhoidales defertur, eas impetu dilatat, & oſcula illarum aperit, quod quidem fit tunc temporis robore facultatis expultricis: ſed nimia interdum copia ſanguis ad eas venas propulſus; retentricem opprimit, unde fit ut illa in officio ſuo deficiente fluxus fiat immodicus, qui artis miniſterio cohibendus eſt: Dum vero ſanguis *Qualitate* peccat, acrimonia vel tenuitate nimia facultatem irritat expultricem, quæ non ſolum inutilem, ſed etiam utilem ſanguinem per illas venas expellit; Sanguis autem hujuſmodi fluxum immodicum efficiens acrior redditur ex permiſtione bilis aut ſeri acrioris. *Riverius.*

12. *Quicquid vel expultricem*) Sic Aloëtica teneſmum hæmorrhoidalem excitant, vel hæmorrhoides ipſas cient, quo nomine *Scaliger* Ex. 160. ea adminiſtrari, ſi id neceſſarium fuerit, poſita obſtructione earundem. *Wedelius.*

13. *Curatio*) In hac attendendus eſt naturæ motus, & conſtitutio ſubjecti plus minus vel ſana vel morbida, h. e. chronicis affectibus plus minus obnoxia, Natura enim ſola, utut in ſubjecto vel ſtatu minus naturali hunc motum & evacuationem inſtituit ut nempe majora mala avertat: Nempe hæmorrhoides fluere conſuetæ, ut 1. ſuo tempore fluant 2. ſuppreſſæ, aperiendæ 3. nimium fluentes ſiſtendæ, 4. nunquam fluere conſuetæ raro, idque in chronicis ſaltem affectionibus, & in ſubjectis tantum tali evacuatione opus habentibus, aut eam facile ferentibus, aperiendæ, præſertim ubi ſuppreſſa ſolenni ſanguinis evacuatione, natura quaſi ſponte eo inclinat, 5. Hæmorrhoides cæcæ, ſive dolentes, ſi nunquam fluxerint, vel non ex uſu ſit ut fluant, aut diſcutiendæ, aut ſi aliàs fluxerint, aperiendæ, ſemper vero dolor earum ſiſtendus: Ex dictis patet tria ſaltem remediorum genera hic locum habere, nempe 1. vel quæ aperiunt, 2. quæ claudunt, 3. quæ dolorem ſiſtunt aut diſcutiunt, anodyna, in ſpecie Opiata. *Etmuller.*

13. *Curatio &c.*) Sanguis immodice fluens cohibendus, aut ſaltem moderandus; quod fiet revellentibus, derivantibus, incraſſantibus & adſtringentibus. *Riverius.*

14. *Curatio ſuppreſſionem indicat*) Pro iſtis ſcopis rite obtinendis, Notandum in genere, quod pro curandis *hæmorrhoidibus nimis apertis* omnia conveniunt illa medicamenta, quæ in *diarrhæis* aut *dyſenteriis* ſpecifica conveniunt virtute, *Cæcis* vero omnia illa exacte conveniunt quæ vulgo in *morbis ſpleneticis*, ac *reſerandis viſcerum obſtructionibus* adhiberi ſolent: Nam hæmorrhoides in ſua radice magnam habent cognationem cum *affectu hypochondriaco*, hoc eſt hæmorrhoides corpore rite conſtituto non apparent: Sunt ergo ſignum deficientis ſanitatis, & hypochondriacorum affectuum quaſi conſectarii, adeoque remediis his appropriatis, in ſpecie *martialibus*, & hinc *vegetabilibus* aut *amaricantibus aromaticis* earum radicalis cura inſtitue tractanda, eo fere modo ac in genere chronici morbi tractari ſolent, quibus ſubjungantur appropriata, ut *ſcrophularia, millefolium, craſſula, pilula de bdellio. Etmuller.*

14. *Curatio ſuppreſſionem indicat*) Si Hæmorrhoides non fluant nimis, non ſunt ſubito obſtruendæ, etiamſi non ſint conſuetæ, natura enim in opere ſuo non eſt turbanda; Curatio conſiſtit 1. in V. S. ſæpius repetita præcipue ſi inflammatio aut plethora adſit, vires ſufficientes conſtent; 2. in exhibitione *decocti ex ſolo millefolio*, quod hic multum præſtat, 3. Externe *ungu. de linaria*. 4. Inter purgantia *mercurio dulci*, atque hoc modo malum hoc ſæpenumero auſertur. *Craanen, Pr. Med. reform. capite 107.*

14. *Suppreſſionem indicat*) In apertis ſequentes obſervandæ *Indicationes*, 1. *Sanguis effluens* conſuetis præſidiis *revellendus & derivandus*, 2. *Humores heterogenei*, biliosi, ſeroſi, alii &c. evacuandi, 3. *orificia vaſorum* adſtringentibus, glutinantibus, occludenda: Quoad *ſecundam indicationem* (huic prætermiſſam) occurrunt *Evacuantia*, Quoad illorum uſum res dubia videtur, cum ipſo fluxu præſente Purgantibus uti non liceat quippe qui potius ſupprimendus, Extra hoc vero tempus ſi propinentur, verendum ne denuo prorumpat. Sic neque in *Cæcis* convenire *Purgantia* patet, ſiquidem dolor tumorque, ob excitatum hinc majorem affluxum, plurimum augeretur: Verum enim vero, etſi jam fluentibus hæmorrhoidibus magna opus ſit prudentia, certum tamen eſt abſque corporis præparatione, vitioſorumque humorum evacuatione, fruſtra de ſiſtendo fluore conſilium iniri, quod manifeſto exemplo comprobat *Solenander*: Proderunt itaque Purgantia tam in curatione quam in præſervatione, ſed *lenientia*, quæ vulgo minorativa dici ſolent, uti ſunt *Manna, caſſia, ſyrup. roſar. violar. ſolut. de cichor. cum rhabarb.* inprimis *Tamarindi*, qui judicio *Mercurialis*, principatum hic obtinent, quibus *rhabarb. Senna* adnumerari poſſunt. *Stranſſius.*

14. *Suppreſſionem indicat*) Fluxus hic etiamſi non ſit conſuetus uti menſtruus, ac proinde illis quos primum invadit moleſtus & faſtidioſus, impediri tamen nec ſupprimi ullo modò debet, cum natura per tam utiles & neceſſarias evacuationes moliendo, morbos imminentes ſæpe avertat, præſentesque curet: Quod ſi tamen, vel quia nimia copia fluunt, aut diutius durant, vel frequentius redeunt, vires inde labefactentur, tunc hiſce moderandis vel ſiſtendis animus adhibebitur: *Platerus.*

Notandum eſt quod diuturnas curanti hæmorrhoides incumbat ut una quæpiam ſervetur aperta, quia alias varii morbi imminerent corpori, Quod illuſtrat obſervatio *Amati centur. 5. cur. 3.* ubi ex menſtruo hæmorrhoidum fluxu ſuppreſſo copioſus ſanguis per os effuſus fuit; & aliud menſtruum ſanguinis ſputum exinde contraxit; Atque hoc imprimis evenit quando ſimpliciter ſtringuntur vaſorum ora, ſine fermenti interni, ſanguinem agitantis, & dicta pathemata inferentis correctione. *Etmuller.* Vide §. *Una relicta.*)

15. *Revulſione*) Sanguinem etiam per dictas venas effluentem revellunt *Frictiones & Ligatura* partium ſuperiorum; Tum *Cucurbitulæ* ſcapulis, mammis, & hypochondriis admotæ, quæ ad majorem revulſionem in ſcapulis ſcarificari poterunt: In omnibus autem prædictis locis plures & frequenter erunt admovendæ. *Riverius.* Parum tamen præſidii ab illis ut & ſcarificationibus, expectandum cenſet *Platerus*, licet revellendo in hæmorrhagiis cæteris, in quibus è venæ cavæ ramis ſanguis promanat, competant, cum hic neque ſanguinem è vena cava exhaurire, nec è meſaraicis alio eum derivare queant.

16. *Revulſione per venæ ſectionem &c.*) Quoties nimius Hæmorrhoidum fluxus adeſt, ſecta in brachio vena revellendus eſt; Quo tamen in caſu, ſi fluxus jam diu duraverit, & attriverit vires, ſectionem partiri in vices decet.

16. *Revulſione per Venæ ſectionem*) Phlebotomia in omni ſanguinis profluvio revulſorium eſt remedium; ideo in profluvio hæmorrhoidum ſanguis ex vena brachii erit detrahendus; majori quidem copia ſi plenitudinis quædam ſigna appareant, & nondum magna ſanguinis quantitas effluxerit; Alioqui in exigua quantitate & partitis vicibus tantum erit detrahendus. *Riverius.*

17. *Et adſtringentium*) Præmiſſis revellentibus & derivantibus, ad ea deveniendum quæ ſanguinem incraſſant, & venas Laxiores conſtringunt, Imo ad Narcotica confugiendum, ſi maxima neceſſitas poſtulaverit. *Riverius.*

17. *Adſtringentium*) Vide infra §. *Refrigerantibus.*)

18. *Interno uſu*) Alterantibus, ad hæmorrhoides eodem modo uti & menſes ſiſtendos immoderatos, per ea quæ ſanguinem incraſſant, contemperant, viaſque adſtringunt, procedimus: Exhibitaque hoc præſtant pleraque ex illis quæ menſes ſiſtont, uti *cibi* craſſiorem ſanguinem eumque minus fervidum & biliofum gignentes, unde poſtea ſanguis in venis meſeraicis temperantior redditus, minus fit fluxilis.

Ex *medicamentis* in menſium fluôre enarratis, hic competent præcipue Decocta, ſyrupi, ſucci, Pulveres, miſturæ illic deſcripta, quorum vis cum per inteſtina ad venas meſeraicas uti & hæmorrhoidales proxime inteſtinis adnexas, mox perveniat, citius etiam in hac, quam alia hæmorrhagia operabuntur. *Platerus.*

19. *Extra*) Præſtantiſſimum & unicum exiſtit remedium, *Galeni ex aloe, ebure ovique candido* ad mellis conſiſtentiam paratum; hinc pilis leporinis exceptum & impoſitum. *D. Altimarus.*

Hæmorrhoidalem herbam, ſi ejus radicibus hæmorrhoides tangantur, per diem linquantur, & poſtea in fumanti camino ſuſpendantur, ſine dubio ſanantur. *J. C. Baricellus. Hort. Gen.*

Expertus ſum hæmorrhoides, ſi tangantur tuberoſa radice chondrillæ ſiccari, ſi chondrilla ſiccetur, Corrumpi vero ſi corrumpatur, quare ſub camino ſiccare jubet. *Th. Bartholinus H. cent. 3. Ex experimentis Petri Caſtelli.*

Hoc à me ſæpe expertum eſt

℞. *Olei Hiſp. q. ſ.* & cum eo tepido m. & v. illina hæmorrhoides: *Item* laventur ſæpiſſime cum urina patientis, quia mirifice exſiccat & dolorem ſedat. *Seb. Cortalio Pr. Chir. l. 4. c. 15.*

In nimio profluxu applicari poteſt *ſudor morientium intra linteum exceptus*: Hoc enim remedium Archæum timidum reddit, qui ſua natura à morte abhorret, & ſic à furore deſinit. *Joh. Ludov. Frundeck Tr. de Elix. Arb. vitæ pagin. 119. Fr. Oſv. Grembs pagin. 20. Fr. Hofmannus.*

Mumia tranſmarina, tenuiſſime trita, & orificio venarum applicata ſubitò ſiſtit. *Grulingius.*

Folia Helleb. conquaſſata, nudo corpori circumdantur forma cinguli. *Hartmannus*, feliciter uſus ſum.

Aqua ſemperv. ſola, ego novi fluxum feliciſſime fuiſſe curatum, *Frid. Hofmannus.*

In croco martis inſperſo magna & tuta ſpes eſt. *Idem.*

19. *Extra*) Topica remedia uſurpanda in varias formas redacta.

Fotus ex verbaſci, ſeu tapſi barbati decocto, in aqua ferrata vel vino adſtringente parato: hæc ſi quidem planta hæmorrhoidum fluori & dolori appropriata eſt: In uſu vero Fomenti diligenter obſervandum, ut frigide, vel ſaltem temperate admoveatur.

Compoſita magis Decoctio.

℞. *Rad. biſtorta* ℔ß. *fol. plantag. verbaſci, ſumm. rubi & quercus ãã. m. iß. granor. ſumach, balauſt. gallar. virid. malicor. ãã. m. j. myrtillor.* ʒß. *roſar. rubr. p. ij. alum.* ʒi. *coqu. in* iij. *aqua ferrata & una vini rubri auſteri pro Fotu.*

Mart. Rulandus Fotum laudat ex duobus ſacculis, alternatim calidè admotis, ex rubro panno conflatis, & *glandibus* tuſis ac *quercus foliis* repletis, in forti *aceto* multum decoctis, quibus vagos fluxus conſiſtit. Ex Decoctis ſuperioribus, aucta ſimplicium dozi, fiat *Inſeſſus* ſubtepide uſurpandus.

Vngu. Comitiſſæ utile eſt, inungendo dorſum vel hæmorrhoides, Vel ſic paretur in rem præſentem.

℞. *Ol. roſat. omphac. & myrtill. ãã.* ℥ii. *ſucci plantag. tapſi barbati ãã.* ℥ß. *aceti vini rub.* ℥i. *Bulliant ad ſuccorum conſumptionem, adde boli Armen. ſangu. dracon. thuris. Scor ferri. ſubtiliſſ. trita ãã.* ʒi. *cera q. ſ. f. Vnguent.*

Rondeletius magis probat unguenta, quæ ſine oleo parantur, quia magis adſtringunt, hoc modo.

℞. *Succi plantag. burſæ paſtor. tapſi barb. ãã.* ℥ii. *ſyr. acetoſi ſimpl.* ℥iii. *coqu. ſimul leviter, poſt miſce ſangu. dracon.* ℥i. *boli arm. terra ſigill. & rad. biſtortæ ſubtil. pulver. ãã.* ʒiß. *cerruſa lota* ℈ii. *m. ad formam Linimenti.*

● Si Hæmorrhoides ſint exulceratæ.

℞. *Ol. roſat.* ℥ii. *thur. & aloes ãã.* ℥i. *ſarcoc. ſangu. dr. boli arm. ãã.* ʒß. *ſpodi* ß. *carabes ãã.* ℈i. *amyli* ʒiii. *ſucci plantag.* ℥i. *fiat. Unguentum.*

Cataplaſma etiam utiliter admovetur.

℞. *Boli arm aloes, maſtich. thur. ſangu. drac. ãã.* ℥ß. *oſſium myrobal. indor. gallar. ãã.* ʒi. *ſubigantur cum alb. ovi & ſucco plantag. f. Catapl.*

Pili leporis combuſti, & *tela araneær. minutiſſime miſceantur cum ovi album.* f. Cataplaſma ipſi venæ apertæ, ſi appareat admovendum, aut podici blande inſerendum.

Suppoſitoria valde ſunt idonea, quia penitius adiguntur. e. g.

℞. *Coloph. thur. ãã* ℥iii. *boli Arm.* ℥ß. *cerruſa plumbi uſti, ãã.* ʒi. *acaciæ* ʒß. *ſubtiliſſ. trita excipiantur ſevo hircino.*

Injectiones per ſyringam fiunt ex *ſucco plantag.* & aliis ad Fotum propoſitis: *Sanguis* cujuſvis animalis recens extractus & adhuc fervens extractus, mirabiliter ſanguinem fluentem cohibet.

Pulmo arietis adhuc calens & cruentus, podici ſubjectus, ſanguinem ſiſtit.

Suffitus utiles ex decocto fotuum, & qui ad dyſenteriam propoſiti. Vel

℞. *Thur. aloes, maſtich. roſ. rubr. myrtill. abſinth. ãã.* ʒß. *troch. carabes* ʒi. *fiat. Pulvis craſſior carbonibus injiciendus, cujus fumus recipiendus in cathedra perforata per infundibulum amplum, cujus anguſto orificio aptetur tubulus ex ligno vel argento, in anum demiſſus.*

Suffitus ex decocto tapſi barb. omnium fere utiliſſimus eſt.

Toto curationis decurſu utatur æger pro *Potu ordinario aqua ferrata, vel decocto millefolii.* Riverius.

19. *Extra*) Externe hæmorrhoidum fluxum ſiſtit *ſpongia* iſta *terreſtris, crepitus lupi dictus*, qui ſiccatus, & fluentis venis admotus, non tantum fluentem ſanguinem ſiſtit, ſed & partes jam ulceratas ſanat optime.

Fuligo fumi conquaſſata cum *ovi albumine*, & poſtea applicata cum *telis aranearum*, fluxum cohibet; Sunt qui recipiunt ſanguinem recenter excretum, quem in lamina ferrea bene calefacta exſiccant, exſiccatum hæmorrhoidibus fluentibus aſpergunt, & ſic ſiſtunt.

Pinguedo anguillæ, quæ dum aſſatur exſtillat, non ſolum egregium eſt contra dolores hæmorrhoidum remedium, ſed & nimium fluorem optime ſiſtit.

Pulvis ex *mumia & ſubere uſto*, item *terra vitrioli dulcis* rite edulcorata, & cum ſucco plantaginis in Linimenti conſiſtentiam reducta, Item *ungu. de lithargyrio* vel *tutbia*, cum *cinere oſtrearum* ſubactum, compeſcit nimium hæmorrhoidum fluxum.

Vena ſectio in brachio, quam quidam uſurpant, non adeo neceſſaria videtur, niſi forſan occaſione ſolennis

ſuppreſſæ

ſuppreſſæ ſanguinis evacuationis, hæmorrhoidum nimius minuatur fluxus.

Dens *Equi marini*, ſeu *Hippopotami* præparatu, fuit ſecretum *D. Michaelis* ex quo dente etiam paravit annulos pollicibus pedum applicandos: Nunnulli non ſine ſucceſſu adhibent *ſuffitum ex bdellio*, qui egregie ſolet conferre. *Etmuller*.

Repellere oportet refrigerantibus & adſtringentibus, *ut unguento populeo cum alumine mixto*. Walæus.

19. *Extra*) Hoc Emplaſtrum egregie hunc fluxum ſiſtit

℞. *Aloës, thuris, boli vel gypſi* ãã. ʒß. *ſangu. dracon. vel acaciæ* aut *hypociſt*. ʒii. *excipiantur* (omiſſo oleo) *ſuccis & album. ovi*, aut *mucilag. ſem. pſyllii*, vel *infuſ. g. tragac*. factus in *aqua plantag*. (detrahendo antequam penitus ſiccetur, tunc enim non ſine labore & dolore in adultis avelluntur, vel *ſyrupis*.

Induntur in podicis interiora quæ oſcula venarum reſerata iterum coarctent vel oblitterent, velut de enarratis unguentis vel emplaſtris portio, quæ bombace vel linteo molli, aut ſpongiola excepta, anum intruditur.

Vel de *Peſſariis* quæ ſinui uteri in menſium fluore compeſcendo induntur, hic ano, ſi ea ferre poſſunt inducuntur: Quod ſi hiſce podex ad dejectionem motus, ea rurſum excutiat, ea quæ minus irritant ſupponenda. e. g.

℞. *Colophonia, thuris* ãã. ʒiii. *boli* ℥ß. *ceruſſæ, plumbi uſti* ãã. ʒi. *acacia* ʒß. *ſubtiliſſ. trita excipiantur ovi albumine, vel alio glutine & cera pro formandis ſuppoſit*. Platerus.

20. *Extra à proprietate valent*) Pro amuleto in hæmorrhoidibus cæcis commendatur à D. *Wedelio radix fabar. recens*, dorſo inter ſcapulas appenſa, nodulorum numero tuberculis mariſcarum reſpondente, ſine ulla ſuperſtitione vel aliis circumſtantiis. *Strauſſius*.

20. *A proprietate*) *Pinguedo anguillæ*, quæ dum torretur exudat, unguentis addita, proprietate quadam agens illa efficaciora reddit. *Riverius. Digbæus in Exper. ovi vitellum* admiſcet.

21. *Colcothar*) Poteſt ſiſti hæmorrhois ſiccantibus, cauſticis; Uruntur, & ut loquuntur, mortificantur *pulvere radicis caulium* torrefactæ, *ſtercore canino cremato*, *fæce arida vini adſtringentis* cremata, adjecta tertia parte *vitrioli Romani*.

Extremum eſt *arrhenicum rubr*. cum æqua *parte alum. plumæ*. Oportebit autem priuſquam hæc admoveas ſedem madefacere vino adſtringente. *Hollerius*.

22. *Una relicta*) Præceptum eſt *Hippocrat 6. aph. 12. In curatione hæmorrhoidum diuturnarum non eſſe occludendas omnes, ſed relinquendam unam, per quam ſanguis eat*. Secus ſi fiat aut hydrops, aut tabes prætoribus eſt; Eſt autem hic ſermo de externis, in quibus res facilis eſt, quia præbent ſe videndas per tumores verrucales, ovales, morales, ut Arabum interpretes loquuntur, ac de internis res pene impoſſibilis eſt. *Hofmannus Inſt. l. 3. c. 87*.

Hippocrat. præceptum, ita intelligere oportet, Medico ſananti hæmorrhoidas, id eſt dum ſanguinem mittit, affigit cucurbitulas, topica, & reliqua remedia adhibet, rectam vitæ rationem inſtituit, una quidem eo tempore relinquenda hæmorrhois, ut paulatim, non temere, ac præcipitanter fluxum cohibeat, ubi vero fluxum perſanavit, nulla relinquenda eſt. *Hollerius*.

Quod *Aëtius* nullam ſervandam ſcripſit, *Paulus* contra, non ſolum in diuturnis; ſed ubi ſtillicidii modo effluit ſanguis, cæteris occluſis unam ſervandam præcipit, duobus *ſervare* modis interpretari poteris, vel neglecta artificioſa curatione, vel adhibita; ſi negligatur, una ſervanda, ſi adhibeatur, nulla: Rurſus, ſiſtendi conſilium duplex, alterum dum fluentes ſiſtimus, alterum dum fluxuras animadvertimus: in illis immoderatum fluxum adſtringi debere non eſt dubium. *Idem*.

22. *Una relicta*) Aliàs cùm palindromen habet ſanguis ad ſuperiores partes, eas labefactat, quoniam in vitio eſt materia, corruptione ſubſtantiæ proprie calamitoſius, In pulmonibus facit phthiſin, in hepate hydropem; Ideo ait *Hippocrat*. bonum eſſe in illa neceſſitate unam hiare. *Duretus*.

23. *Intra commendatur*) Valde laudantur ab auctoribus *Pilulæ de Bdellio*, quas tamen rejicit *Rondeletius*, quia vero *Bdellio* Pharmacopœi carent, & illius loco *myrrham* uſurpant, quæ ſanguinis fluxum promovet; Verum *Solenander* ſuam experientiam opponit, aſſerens ſe in uſu harum Pilularum, ut ſunt præſcriptæ, atque cum uſitato bdellio compoſitæ, effectum, quem promittunt tam evidentem comprehendiſſe, ut de compoſitione dubitare vix liceat: Niſi quis putet ab adjectis ſiccantibus & adſtringentibus hoc qualecunque quod recipiunt *myrrha*, Obtuſum ſuperatumque eſſe.

His addere poſſumus *Banderonium* in Pharmacopœa, alioſque recentiores, aſſerere verum hodie *Bdellium*, *Dioſcoridis* deſcriptionis conveniens ex Judæa nobis afferri, & à *myrrha* non difficile diſtingui, Illarum Pilularum uſus talis eſſe poterit.

℞. *Pilular. de bdellio* ʒi. *troch. de carabe & de terra ſigillata* ãã. ℈i *cum mucilag. ſemin. cydonior. extracta cum aqua roſac f. maſſa Pilular*. de qua capiat ℈i. bis in die ante prandium & cœnam. *Riverius*.

Hæmorrhoidum ſtupendus fluxus, ſolo *ſyrup de roſis ſiccis* cohibitus fuit. *P. Borellus*.

Nunquam hoc me fefellit medicamentum quod eſt *ex chalybe & ſacch. roſar. antiquo, cum pulvere abſynth. pont*. factum. *I. C. Claudinus*.

Pulvis bacc. lauri in umbra ſiccat. ʒi. capiat *cum vino albo de 3. in 3*. diem in aurora per 3. dies. *Seb. Cortilio. Pr. Chir. l. 4. c. 5*.

In nimio fluxu hoc ego exoptatiſſime uſus ſum.

℞. *Pulv. rad. torment biſtorta* ãã. ℥ß. *cinnam. caryophyll. galanga* ãã. ʒi. *camphor*. ʒß. *m f. Pulvis*, infunde in menſura vini & coque ad conſumptionem duorum transverſorum digitor. in diplomate: De hoc omni mane & veſperi ſume cochl. iv. *Frid. Hofmannus*.

Empl. Comitiſſa ſedi admotum. *Item limaces ſine teſta, tuſi* cum *oleo violar. cocti*, *& farina ſem. lini aut fœnigr. in catapl*. forman, præſtantiſſimum ſunt remedium. *Iac. Sylvius Prax. p. m. 8*.

24. *Succus urtica*) Scilicet majoris, Experimentum eſt. *Riveris cent. 4. obſ. 81*.

Quælibet remedia quæ interne ad hæmorrhagias habituales in uſu ſunt, ac fere, vi acidi abſorptiva ſunt inſtructa, v. g. *conſerva fol. quercus, ſyr. de roſis ſiccis*, mediante quo *Borellus centur 4. obſerv. 58*. hæmorrhoidum fluxum ad ℔x. compeſcuit, *Syr. & ſuccus portulaca*.

Succus & ſyr. ſtercor. aſinini. Decoctum ſanguiſorbæ egregium experimentum eſt; *f. Trochiſci de Carabe*, ac præſertim *Pil. de bdellio ad* ʒi. egregium ſunt experimentum, Primus qui hoc notavit eſt *Solenander*, *conſult. 20. ſectio. 4*. quem ſequutus *Foreſtus Etmuller*.

23. *Intra commendatur*) Præter hæc ex uſitatis *Mileleta* dicta convenit, ex *Myrobal. 5. generib. toſtis balauſt. ſem. naſturt. cumin. aniſi fœnic. ameos, carvi in aceto maceratis, antiſpodio, maſtiche, g. Arabico, pulv. rhois, ſyr. myrtill*. concinnata; Item *El. de baccis myrti, ſem. aniſ. cumin. apii in aceto* maceratis, *ſyrupo cydon*. paratum.

Confectio de *ſtercore ferri, ex myrobal. ſchœnanthò cinnam. zz. pipere, ammi, thure, ſtercore ferri* præpara-

ta. *Narcotica*, in menſium fluoris cura enarrata, ſi neceſſitas exigat, viſque expultrix admodum ſit excitata, ad eam conſopiendam plurimum juvabunt. *Platerus.*

Vbi fluxus nimius exiſtit, & ſymptomaticus, valet hæc *Sylvii* miſtura.

℞. Aq. plantag. ℥ii. *cinnam.* ʒvi. *aceti ſtill.* ℥ß. *corall. præp.* ʒß. *ſang. draconis* ℈ß. *laud. Opiati gr.* ii. *ſyr. myrt.* ℥i. miſce. da ſæpe cochleatim, curat pleraſque valorum rupturas & ſanguinis effluxum brevi tollit.

Experimentum probatum hoc eſt, *Coque lavendulam in ſucco porrorum* & epithema, quia cito ſtatim adſtringit. *Arn. Villanovanus.*

Fungi betulini ramenta impoſita valde ſiſtunt, *Zipæra.*

25. *Differentia*) Sunt Hæmorrhoides vel *ſurentes*, vel *fluentes*, Illæ alio nomine dicuntur *Cæcæ*, ex eo quoniam non ſunt *apertæ*, Inde propter clauſuram inſigniter dolent & tument. *Fluentes*, alio nomine *Apertæ* dictæ ſunt vel *ſpontaneæ*, vel non *ſpontaneæ*.

Spontaneæ ſunt beneficium naturæ, ſeipſam exonerantis: *Non ſpontaneæ* ſunt vel *criticæ*, vel *morbidæ*: *Critica* quæ in morbo ſolutione morbi accidunt (*Morbida* ſunt quæ propter quamcunque cauſam in perniciem ægri oriuntur. *Etmuller.*

25. *Differentia &c. ſumuntur*) *Sumuntur quoque ab exitus ſanguinis tempore, hinc aliæ periodice aliæ irregulariter fluunt*, Fluxui hæmorrhoidum favet cumprimis fermentum biliosum, ſeroſum, acrius; Id ſingulis commune eſt, & præcipue attendendum quo ſine hæmorrhoides non facile fluunt, Vel ſi fluant, ex cauſa aliqua laudata, non tamen conſtanter per periodice, Vnde merito eſt diſtinguendum inter Hæmorrhoides quoniam ex cauſa potiſſimum fiant, Quibuſcunque *ſtato fiunt & menſtruo tempore*, illi deprehenduntur plethora onerosa quoad totum, ſed modificata à meſenterio, liene, hypochondriis pollere; unde & fœminæ quæ hæmorrhoides patiuntur, menſes reſpective experiuntur parciores, diviſo ſanguine in exeundi loca.

Qui ſine alia cauſa manifeſta *non ſtatas* experiuntur Hæmorrhoides, ſed aliquando ſaltim, vel hypochondriacos dicto ſenſu æſtimare oportet; vel ſaltem bilem acriorem fermentificam huc deponi fortius: Vtrobivis ſerum fermentificum facile obſecundat, vel ſe accommodat lunari humidi motui macrocoſmi, quod erat probandum; Neque mirum tale fermentificum in ano concipi poteſt, quod à ſuccedente ſanguine abluatur, donec novum iterum generetur; Quod enim adeſt, ſi ponamus, cum fecibus ſubinde eluitur. *Wedelius l. c.*

24. *Differentia à partibus & cauſis ſumuntur*) *Neque omittenda eſt hæc diviſio, maximi in praxi momenti, quod aliæ ſint morboſæ criticæ, aut ſpontaneæ*, non nimiæ, ſint ſaluberrimæ, præſervant & curant morbos, quos vulgo à melancholia derivant: maniam, melancholiam, ſcorbutum, ſcirrhos aut tumores viſcerum, vel ſimilia mala; Item quando loco menſtruationis contingunt ſunt ſalutares: Sic *occurrunt* exempla virorum longævorum ex hæmorrhoidum periodico fluxu, E contra fluxus ſuppreſſus in ſcorbuticis mortis cauſa eſt obſervatus: hinc ſuppreſſæ hæmorrhoides, quod ſemel ac iterum fluxerint, nunc fovent, nunc exacerbant chronicos morbos, præſertim arthritidem, quæ ab iiſdem fluentibus non parum levatur: Verum ubi fluxus eſt nimius, quia diuturnior, vel quia copioſior, para imminent pericula atque quæ hæmorrhagiam nimiam quamvis ſequi ſolent, v. g. *hydropes, tabes*, Imo nimius hæmorrhoidum fluxus adeo ſubinde debilitat, ut reddat viros ad congreſſus venereos impotentes. *Etmuller.*

De hac vacuandi ratione, quæ meris eſt Naturæ mitas ſæpiuſcule vias ſibi excogitantis conatus, adnotandum omnino eſt, quod non in omnibus individuis, ſed quibuſdam tantummodo, imo paucis deprehendatur: Magna autem moderate fluentium hæmorrhoidum commoda ad conſervationem ſanitatis, aut arcendos morborum inſultus, præſertim vero ad coërcendum malum hypochondriacum hinc promanare notum eſt, Hoc ipſum uſitata loquendi formula, dum noſtrates hunc fluxum aureo honore dignantur (Venæ auree:) E contrario hi Hæmorrhoides reſiſtent, ac præter conſuetudinem ſupprimantur, vel etiam immodice nimis atque cum doloris immanitate profluant, malorum ilias, ut cum *Hofmanno* loquar, tunc ſuper ægrotum cervicibus eſt. *Chr. Langius Pathol. Anim. capit 55. §. 5.*

25. *Differentia à partibus & cauſis ſumuntur*) *Deſumuntur etiam à ſexu*, Nam & *viris* accidunt & *mulieribus*; his enim communes ſunt cum menſibus, quod ipſum diſtinctionem largitur præcipuam; Vidimus fœminas (quod alibi ex *Philoſopho* & exemplis latius digeſſimus) utroque fluxu ii com modatas non temere; Et cum menſes circa annum 50. ceſſare ſoleant, hæmorrhoides longius ad annum 60. Vltra nonnunquam producuntur; Et quamvis videri poſſent fœminæ exemptæ hoc exeundi modo, hac hæmorrhagia, quod alibi jam id fiat, per uterum dato ſufficienti ſpatio & occaſione ad educendum ac deplendum corpus, experientia tamen teſtatur contrarium; Vnde id ipſum ſuggerit occaſionem cogitandi de majori diſtinctione quoad finem & media hinc ipſa.

Hæmorrhoidum & menſium fluxus diſtinctus eſt; non ſunt ſimiles ſibi hæ geminæ hæmorrhagiæ, niſi ſecundum quid, cum ratione excretionis, tum ratione excretionis menſtruæ, periodicæ in quibuſdam, ut alia mittamus: Diſtinctus eſt fluxus ratione loci, hæmorrhoidibus per anum, menſibus per uterum exitum quærentibus, Et in hoc tamen conveniunt quoque quod uterque ad centrum corporis dirigatur, ex quo anſa ulterior ad philoſophandum porrigitur; Diſtinctus ratione ſubſtantiæ, ſeu materiæ ex parte, Hæmorrhoides ſanguinem floridiorem fundunt &c. Diſtinctus ratione excretionis; hæmorrhoides non fluunt per ſe ſolum, ſed fere cum excrementis alvi, quæ excretionem hancce promoveant & facilitent; Diſtinctus à priori, quoad cauſam ſpecialem, & naturæ intentionem, diſtinctus à poſteriori, Etenim fluxus hæmorrhoidum utrique ſexui communis eſt. *Wedelius Phyſ. Med. Reſ. p. 579.*

Qui ſunt cacochymi, & laborant intemperie hepatis, quique bilioſum ſanguinem congerunt, ii fluxus immodicos patiuntur, atque ſanguis peccat duobus modis κατὰ τὸ πλῆθος, & κατὰ τὸ πάθος, maxime vero in mulieribus, Si enim fluxus muliebris à *Galeno* συγγενὲς *βοήθημα* vocatus, non ſufficit naturæ ad expurgandum & fluxus hæmorrhoidum requiritur, malum id eſt & ut ſignum & ut cauſa, Et revera quotquot mulieres fluori hæmorrhoidum obnoxias vidi, illæ valetudinariæ vixerunt. *Ballonius Conſ. 98 l. 3.*

26. *Alius internarum*) Vaſa hæmorrhoidalia ratione inſertionis in inteſtinum rectum conſtituunt vel *Hæmorrhoides ſuperiores*, ſive *Internas*, vel *inferiores hæmorrhoides*, ſive *Externas*: Vtræque conſtituunt *arteriam* cum ejus ſocia *vena Superiorum* ſeu *internorum hæmorrhoidum arteria*, oritur ex *meſenterica inferiori*, *vena* vero ex *ramo ſplenico venæ Portæ*, Vnde dixerunt veteres mediante hoc ramo Lienem per hæmorrhoides evacuari, Cui tamen repugnat lex inexpugnabilis circuli ſanguinis: *Etmuller.* Vide ſupra §. *Per venas hæmorrhoidales.*)

27. *Quæ à ramo ſplenico*) Nonnunquam ab ani parte inferiore, vena quædam ſurſum aſcendens, ramum ſplenicum inferiore parte ingreditur, in eumque ſanguinem ſuum effundit, hujus radices ano interiori inhærentes, ibi Venæ Hæmorrhoidales internæ nominantur, quarum tamen caudex multò frequentius in venam meſentericam ſiniſtram ingreditur. *Diemerbroeck*.

28. *Clyſteribus, glandibus &c.*) Aliquando latent hæmorrhoides, quia in re placuit antiquis, ut ſedes everteretur; Inuſitatum, nec ita tutum remedium noſtris temporibus, Evertitur ſedes, quo facilius remedia applicentur.

℞. *Piper. nitri* ā ā. ʒi. lævigatis locum attingito.

Uti licet *& ſale gemmæ, & pulv ſeriphii & felle, abſinthii ſucco, & matricaria:* Poſtea vero reponenda ſedes remediis, quæ capite proprio dicentur. *Hollerius*.

29. *Alius eſt externarum*) Hæ oriuntur, *Arteria* quidem ex trunco hypogaſtrico *arteria, iliaca interna, Vena* vero ex *ramo hypogaſtrico*, Ex quo etiam *vena pudenda*, &c modo dicta ad inteſtinum rectum derivatur: Cum itaque ex his ramis hypogaſtricis etiam in mulieribus deriventur vaſa ad collum uterinum, per quæ fit excretio menſtrua, adeo ut *vaſa hæmorrhoidalia, & vaſa menſtrualia* oriantur ex uno ramo, patet exinde quare non nunquam defectus menſtruorum compenſetur per fluxum hæmorrhoidum; ſiquidem interdum in habitioribus poſt xl... annos ordinatio menſtrui fluxui ſuccedunt hæmorrhoides; Interdum menſium obſtructorum loco, fluunt hæmorrhoides. *Etmuller*.

29. *Externarum quæ à vena cava ramo &c.*) Fiunt Hæmorrhoides omnes ab excrementitio, acri & mordaci ſanguine, qui ex vena cava huc amandatur, & in hanc ani extremitatem profunditur, ſua acrimonia ani vaſa poſtmodum inflammans, tumefaciens, mordicans & aliquando ulcerans, unde ſphincter, ani ille muſculus reſolvitur, ac veluti inverſus revolutuſque, multis inſuper ulcuſculis perforatus, cum multa ſanguinis acris & mordacis profuſione conſpicitur. *Pet. Johann. Faber Pathol. Spag. capit. 55.* Nulla inteſtinorum Hæmorrhoidum mentione facta.

30. *Alius eſt vitio ſanguinis*) Materia quæ ex apertis hæmorrhoidibus fluit, eſt ordinario ſanguis, ſimilis cætero in corpore ſanguini; adeoque nunc floridus, nunc obſcurus, nigricans &c. Subinde tamen loco ſanguinis alius humor effluxit, ſiquidem interdum albidus, aquoſus, mucoſus, per has evacuatur: Interdum etiam aqua citrina, aut ſimilis aquoſitas effluit, in iſtis hæmorrhoidibus, quas veſicales appellant. Vide *Foreſtum lib. 23. Obſervat. 5.* Sic fluxum hæmorrhoidum ichoroiden, ejuſque autorem, vide in *Velſchio Hecatoſtea 2. pag 62.*

Mediatæ cauſæ proximiores *Apertarum* æque ac *Cæcarum hæmorrhoidum*, ex doctrina de *Humoribus* commode eliciuntur, ſi quidem non ſolum juxta Veteres, ſed etiam modernos, *Sanguis*, tum *copia* tum *qualitate*, tum *motu* peccans, Expultricem facultatem ſtimulat, *Vel* contrario modo ſeſe habens, in vaſis *languidior* ſtagnat, *Sanguinis plenitudinem* accuſare videtur. *Galenus comm. in Epid 5. cap: 25. Bilem* vero, *Pituitam* ad venas recti inteſtini decumbentes ſanguinem, qui in venis eſt calefacere, morboſque hæmorrhoidum excitare docet *Hippocrat. lib. de Hæmorrh.* Sic à *ſanguine acri & biliosſo* ficti exemplo oſtendit. *Fonſeca Tom. 1. conſ. 5.*

De *humore Pituitoſo* dubium eſſe poteſt, cum Natura per has venas, docente *Galeno lib. 6 aphor. 11. & 12.* ſanguinem *craſſum, melancholicum* evacuare conſueverit, At vero jam ex *Hippocrat.* percepimus Pituitam quoque hic ſuas peragere partes, Ipſaque id confirmare videtur experientia, qua conſtat Hæmorrhoidum beneficio, morbos etiam pituitoſos fuiſſe ſanatos: videatur *H. Saxonia Pr. Pract. P. 2. cap. 23.* Accedit quod plurimi non ſanguinem, ſed *albidum humorem nequaquam purulentum* hiſce ex vaſis exprimi obſervarint: Vide *Rhodium cent. 2. obſ. 9. Miſc. Cur. A. 1. obſerv. 75.* idque eadem ratione fieri ſcribit *Platerus*, uti in albis uteri fluoribus, dum materia albicans per venas menſtruas æque ac hæmorrhoidales exit; Imo ut mucus cum ſanguine ad renes, ita eum quoque, ut excludatur ad venas hæmorrhoidales pervenire ſtatuit. *Schneiderus l. 3. de catarrh. pag. 270.*

Pro *ſanguine melancholico* facit *Hippocrates 6. Epid. 5. 24. ſect. 9. & Galenus* in *comm.* ubi Hæmorrhoidibus *atra bili* quid ſimile effluere aſſerit; *Sennertus* autem per ſanguinem melancholicum, hoc eſt non ſolum ſanguinem *frigidum & ſiccum*, aut qui melancholicum humorem frigidum ac ſiccum admiſtum habet, ſed etiam aduſtum, & qui *ſero melancholico* abundat, accipiendum eſſe contendit, Exempla talium melancholicorum videſis apud *Foreſtum l 23. obſ. 4. Sylvaticum cent. 3. conſ. 11. Claudinum conſ. 89.*

Sero inſuper ſalſum humorem frequenter hac in ſcena comparere, neque exiguum pondus addere non eſt ut dubitemus; cum præſertim acres tenueſque humores irritare naturam ſoleant &c. *Strauſſius*. De ſingulis hiſce humoribus vide in ſequ. ſeorſim quædam. Et ſupra §. *cauſa eſt quicquid.*)

31. *Qui vel morbus*) Ut in temperamento calido & humido, quod progreſſu ætatis facile in aduſtum degenerat. Hinc ex Hippocrat. ſanguinei fiunt melancholici.

32. *Et tum ſigna plethora*) Et præceſſere cauſæ ſanguinem multiplicantes: patientes in principio leviter ferunt, alacrioreſque fiunt; poſt modum vero perſeverante fluxu debilitantur, ac vires maxime deficiuntur. *Riverius*.

33. *Per venæ cubiti ſectionem*) Evacuationes variæ inſtituuntur, inter quas ſanguinis miſſio per venam ſectam tunc competet, ſi ob illius redundantiam in venis meſeraicis fluor ille nimius proveniat; licet enim tunc ſanguis ab illis per venam apertam minime effluat, cum nullibi hæ venæ cutem attingant, quia tamen vena cava per eam aliquo pacto à ſanguine exhauſta, à meſaraicis ſanguinem rapit, eo pacto per revulſionem aliqua fit illius inde quoque evacuatio, Præſertimque per largam aliquam è vena patente in brachio aut manu ſecta factam evacuationem, vel etiam alicujus in crure aut pede venæ ſectionem, è qua ſanguis extractus, non hæmorrhoidum, uti menſtruum fluxum concitat, cum hæ venæ cum hæmorrhoidalibus minime, uti vero cum iis è quibus menſtrua prodeunt continuentur, & proin non attrahendo, ſed revellendo per ſanguinis hanc emiſſionem hæmorrhoides potius ſiſtantur, quam commoveantur. *Platerus*.

34. *Acris*) *Carteſiani* in fluxibus hæmorrhoidalibus particulas *acres, acidas, rodentes* &c. accuſant, quippe quæ ſpiculis ſuis lapſu temporis magis magiſque impactæ arteriarum hæmorrhoidalium, aliarumque *fibrillas* divellunt, & rimas faciunt, ut ſanguis per hujuſmodi hiatus effluere poſſit &c.

34. *Vel acris & tenuis*) Obſervatum à nobis bilem copioſius affluentem, hæmorrhoides immodicas citaſſe in viro primario, Et certum eſt eos potiſſimum hæmorrhoides, imo ſolos quaſi pati, qui ſunt atrabilarii magis, id eſt quorum bilis acribus, acidis humoribus eſt confermentata, ut magis hinc ſtimulet. *Wedelius A. m. m. p 177.*

35. *Et tum magis*) Si à ſanguinis acrimonia vel tenuitate nimia fluxus fiat immodicus, cauſæ bilem generantes, aut ſerum acre multiplicantes præceſſerunt; temperamentum corporis adeſt bilioſum & exuſtum; ſanguis magno impetu effunditur, & effuſus admodum rubicundus, rutilus ac veluti flammeus apparet; cum

alias ſi ſola quantitate peccet, ſubniger & melancholicus eſſe ſoleat. *Riverius.*

36. *Maribus præſertim*) Hæmorrhoides proſunt etiam uteri, veſicæ, pudendi affectibus; ex eadem enim diviſione hæc omnia venas habent: E viduis quibuſdam loco menſium fluunt hæmorrhoides, In gravidis quoque notavi utiliter fluere in duabus mulieribus nobiliſſimis, jam quatuor menſes in utero habentibus conſequutus eſt & ſaluberrime adolevit: Erat autem frequens & multus fluxus, ſanguis fere dilutus, qui ubi ſubſiſtebat gravius habebant, ægre excluſo lavabantur. *Hollerius.*

37. *Seroſi humores, ſi &c.*) Eodem tempore præ cæteris omnibus ſumma cura ſanguinis vitium emendandum eſt, quod primaria fluxus hujus cauſa eſſe videatur: Ideo ſi acer & bilioſus fuerit, infuſo *rhei & tamarind.* ſæpe repetito corrigendus eſt: Si calidus & tenuis, incraſſantibus & refrigerantibus: Aqueus, deſiccantibus; Si multus victu tenui. *Riverius.*

38. *Evacuari debent*) *Præſertim per dejectoria*, Sed an ſolum ubi ſeroſi humores fluxus hæmorrhoidalis cauſa ſunt, conveniunt Cathartica? Etiam aliis in caſibus à Practicis uſurpantur, Sic *Platerus.* Per alvum dejectione, *inquit*, promoventur tum ſi illa conſtipata ſit, aut excrementa dura ſint, ne ob conatum, vel impulſum, hæmorrhoides aperiantur, vel jam fluentes amplius impellantur, Idque laxantibus alvum & fæces emollientibus exhibitis, Quæ *humores* purgant quoque propinantur, ſi ob bilis in ſanguine venarum meſeraicarum, aut alterius illuviei nimiam copiam hæmorrhoides immoderatius fluant, ad præcautionem, antequam hæ ſuperveniant, in illis qui hiſce obnoxii ſunt, frequenter & decenter purgando proventum horum excrementorum, & ne illa congerantur impediendo, idque medicamentis bili tam flavæ quam atræ, quam ex illa in hanc degenerante potius, quam fæce ſanguinis naſci putamus, expurgandæ dicatis quod eo tutius antequam eæ fluere incipiant perficietur, majoreque ſucceſſu, cum humores illi excrementitii inprimis hiſce viis latentes citius purgantibus adminiſtratis à natura ad inteſtina propellantur: Verum nec cum jam fluunt hæmorrhoides ob eandem cauſam purgationes erunt negligendæ, ſed ut ejuſmodi excrementa ad inteſtina divertantur, ſicque ne hæmorrhoidum illum fluxum concitent impediatur, inſtituendæ. Quod exhibitis illis præſtabimus quæ naturam adeo irritant &c. *Platerus.*

38. *Evacuari debent*) Quibus immodice fluunt Hæmorrhoides, ii exacte purgari debent; corpore enim legitime repurgato, promptius & tutius & deſinunt & ſupprimuntur; Cacochymiæ quæ extra vaſa eſt, foras exigitur, corpus temperatur & refrigeratur, hinc ſanguis gignitur temperatior, ideoque minus ad naturam irritandam idoneus quę non poteſt frui ſanguine fervidiore, & habitum μελαγχολικοτέρον ſapiente. *Ballonius conſ. 98. lib. 3.*

38. *Evacuari debent*) Purgatio blanda humores bilioſos ſanguini impetum conciliantes ad inteſtina derivat, eaque fieri debet ex Purgantibus adſtringendi vi præditis, ut *rhabarbaro*, *myrobalanis & tamarindis*, qualis ad vomitum ſanguinis fuit propoſita: Docetque *Mercurialis*, *Tamarindos* præcipue, ad compeſcendum hujuſmodi ſanguinem fluentem miram quandam poteſtatem habere, tam decoctos, quam in ſubſtantia uſurpatos: Imo *Pruna*, noſtratia *acidula*, quæ aliquomodo Tamarindos æmulantur, frequenter elitata ante alios cibos huic rei etiam conducere: Illorum præterea uſus erit convenientiſſimus, ut alvus laxa ſervetur, ac ſi non ſufficerint, alia etiam addenda erunt, quæ ad alvi adſtrictionem ſuere propoſita, cum uſu adſtringentium alvus conſtipetur, & in conatu qui ad fæces duriores expellendas neceſſarius eſt, hæmorrhoides magis aperiantur, ac copioſum ſanguinem effundant. *Riverius.* De horum uſu vide ſupra §. Suppreſſionem indicat, ex *Stranſſio.*

38. *Evacuari debent, ſin minus*) Cum ſeroſæ conſtitutionis qui ſunt Diaphoreticis valde juvenitur, quoties in ægris ſanguinem ſero nimis diffluere cernimus, convenienti tempore ſudorifera temperata *ex cornu cervi ſine igne, antimonii diaph.* cum *aqua flor. ſambuci*, exhibere plurimum conveniet. *Stranſſius.*

39. *Refrigerantibus*) Videndum ne nimium refrigeremus aut adſtringamus podicem: hinc ſequitur ani prolapſus, vel reſolutio: Illinc non præſtat officium, & alvus nimium reſiccatur; Itaque poſt uſum horum corrigi vitium debet, ſi quod illatum ſit. *Hollerius.*

40. *Et incraſſantibus*) Qui de præparatione humorum ante purgationem præcepta tradunt, *Bilem* per refrigerantia & humectantia præparari jubent; *Pituitam* per calefacientia & ſiccantia, *melancholiam* per calefacientia & humectantia, *Serum* negant præparatione indigere, quia fluxile & facile à maſſa ſanguinea ſecernitur; Si præparatio quædam neceſſaria ſit, corporis eam eſſe debere, quo ſit εὔροον, non humoris: Attamen incraſſationis ſerum capax eſſe oſtendunt *Barbatus Tr. de ſero*, & alii Neoterici; Hoc vero conceſſo, inutilis tamen illa eſt incraſſatio, ſiquidem conſiſtentiam obtinet excluſioni idoneam.

41. *Vel fluit ex hepate &c. Vel ex meſenterio &c. vel ex inteſtinis &c.*) *Adde Lienem, uterum, & partes quas alluit ramus ſplenicus venæ Portæ:* Sed dubium an Hæmorrhoides ſint aperiendæ? *Wallæus* putat ad univerſalem vacuationem præſtare phlebotomiam, & pro particulari concedit, poſſe earum apertionem, non tamen ſemper, non uſque adeo neceſſario nec tuto, Ubi obſervandum pergit quod *uterus* cum venis hiſce majorem habeat conſenſum, quàm cum Liene, quia ex retentis menſibus, & lochiis, totaliter non expurgatis hæc vaſa valde intumeſcunt; In *uteri* affectibus eas non neceſſario aperiendas eſſe apparet, quia ſanguis in hac parte redundans per propria vaſa expurgari poteſt, & multo tutius: *Verum accidit ſæpe, ut hæc vaſa ſint obſtructa, & uterus ſit gravidus, unde certe ad venarum hæmorrhoidalium apertionem neceſſe eſt, ut tranſeamus.*

Quod in *Lienis* affectibus eas ſemper aperire neceſſe non ſit, oſtendit, idem *Wallæus*, nam vel ex ipſo viſcere, vel ex ipſis vaſis humores ducimus; Si ex ipſo Lienis parenchymate, fruſtra ſit hæc apertio, valvulas enim habent quæ impediunt effluxum ſanguinis lienoſi: quicquid ſanguinis hic educitur, illud omne procedit ex arteria cœliaca. Si ex vicinis evacuare animus eſt, etiam non ſemper venarum harum apertio prodeſt, Triplices enim dantur melancholici, *Priores* in toto corpore triſti & craſſo illo ſucco abundant, Poſteriores appetitu deſtituuntur, ultimi appetitum habent, Illis duobus, quia totus ramus ſplenicus & arteriæ cœliacæ obſtructus eſt, nihil emolumenti exinde paratur, Poſtremis vero non raro multum levaminis; nam dum vaſa hæc aperiuntur, poteſt arteria cœliaca abundantem ſuum ſanguinem per illa expurgare, & lien de ſuo pondere multum in hanc expurgatum deponere, ultimis hiſce melancholicis poſſunt quidem aperiri, verum abſque omni neceſſitate, unicus enim vomitus plus facit quam vel decies repetitæ hæ vacuationes: Hactenus *Wallæus*; At certum eſt naturam hiſce vaſis apertis ſponte fæcem ſanguinis deponere ſolere, quaſi aliqua purgatione facta, quæ per intervalla rediens non ſolum à morbis melancholicis, ſed & ab aliis periculoſiſſimis præſervat.

Quod

Quod ad rationes allatas, ſciendum eſt, ad *primum*, quod qualis conſenſus uteri, talis & ſit lienis cum venis hiſce, quia *συμφυΐα* venarum & arteriarum *καὶ κοινωνίας*, & communicationem materiæ vaporoſæ & humoroſæ in vicem conjunguntur; Ad 2. Valvulæ non impediunt ſanguinis lienoſi effluxum, ſanguis enim ille qui fluxu hæmorrhoidali evacuatur per venas ex arteriis meſentericis, quibus adſociantur, provenit, adeoque inde ſucceſſive & ſecundario non ſolum lien & vicina vaſa, verum etiam totum corpus evacuari poteſt; ut enim interna hæmorrhoidalis, ſpeciali ſanguinis fæculenti evacuationi inſervit, ita totius corporis deplendi gratia externam hæmorrhoidalem à cava, quæ totum hominêm tranſit, vena deductam eſſe, Authorum quorundam ſententia eſt. *Frider. Hofmannus m.m.p.242.&c.*

41. *Vel ex hepate &c. vel ex meſenterio &c. vel ex inteſtinis*) Partes hæ tanquam diverſæ partes mandantes adduci non debent, ſiquidem enim communi ſanguine qui arteria cœliaca & vena ſplenica continetur, fruantur, ex maſſa ſanguinea quam vehunt dicta vaſa, fluori hæmorrhoidum internarum deducendus.

42. *Ex hepate*) Cujus regioni, ut & lienis, cum venæ meſaraicæ viſceribus hiſce inſerantur, proximæque ſint, præſertim ſi hæc calidiora ſint, aut debiliora, non inutiliter Epithemata, atque unguenta refrigerantia, viſceraque hæc roborantia applicantur. *Platerus.*

43. *Ratio partium mittentium habenda*) In ordinaria curatione quæ per medicamenta fit, Hepatis & Lienis ratio habenda eſt, cum venæ meſaraicæ viſceribus hiſce inſerantur, præſertim ſi hæc calidiora ſint, aut debiliora; Ideoque non inutiliter Epithemata, atque unguenta refrigerantia & roborantia applicantur, qualia *fluxus hepatico* debentur, vel dictarum partium *calidæ intemperiei*: Aliquando etiam *obſtructiones viſcerum, & venarum meſeraicarum* huic malo dant originem; quæ omnino ſolvendæ ſunt, ut æger ab hoc affectu liberetur, Et nos aliquando fluxum hunc contumacem *Pilulis ex chalybe*, in hepatis obſtructione deſcribendis, prorſus ſuſtulimus.

Fruſtra enim de ſiſtendo fluore conſilium ſuſcipitur, niſi mali origo prius tollatur. Quod obſervat *Solenander* Conſult. 22. ſect. 4. *Memini*, inquit, *me Annam e Ducibus Clivenſium prognatam, graviſſimo hæmorrhoidum diuturnoque fluxu curantem, magna diligentia ſummoque niſu, quia viderem viribus labefactis ſpiritibusq; diſſolutis ſummum diſcrimen imminere, profluvium obfirmaſſe; Verum cum illa inde primo die recreata gravari ſequentibus mirificè & circa præcordia tumere atq; inflari inciperet, revocatus ſexto die, coactus venis recluſis, profluvium rurſus movi; Neque potui ſecure & tuto ſtringere prius quam corpore lenibus evacuationibus, hepatique neceſſario aliis alterantibus, atque roborantibus proſpexiſſem.* Riverius.

44. *Vel ſunt aperta*) Si venæ ipſi fluenti remedia applicari poſſint, reliquis præferenda ſunt, Ideoque ut illa apparere poſſit, æger ſupra menſam collocatus podicem exprimere debet, quaſi dejicere vellet, donec conſpicua ſit, adhibito inſuper, ſi opus fuerit, inſtrumento ad eum nonnihil invertendum: Tuncque venæ Cataplaſma prædictum (§. *Extra*) *ex telis aranearum & pilis leporinis*, vel alia remedia validiſſime ſiccantia adhibenda ſunt, vel *bolus arm. alumen. aut vitriol.* uſtum, *Oleo etiam vitrioli* venam tangere efficax eſt remedium, vel, in extremo periculo, *aqua fortis* appellata. *Riverius.* Neceſſitate urgente nonnihil venam adurentia, ſed caute, ne rectum inteſtinum quod ſumme ſenſile eſt, lædant admovenda, *pulvis rad. caulium*, *ſtercor. canini*, *fex vini* uſta, quibus & *chalcanth.* addere poſſumus: Cauteriis aliis potentialibus uti, cum diu ſubſiſtere, nequeant, incommodum & periculoſum: Actuale tamen, cum ſolo contactu operetur extremum erit remedium, Vel ſi vena vel ſella apprehenſa atque elevata, & filo ſericeo vel ſeta cum acu ſubducto, ea vinciri poſſit, *Platerus.*

45. *Fungo qui crepitus lupi*) Siccatus hic, leviſſimus & ſubtiliſſimus, in podicem inſertus, admodum fluorem ſiſtit; Uti & *tela aranearum*, & *leporis pili* ſubtiliſſimi. *Platerus.*

46. *Uſtione, ſectione*) Quod ad Chirurgiam attinet, meminiſſe oportet anum, maxime ea parte qua ſphincter eſt, partim nervoſa ſubſtantia, partim nervoſo circulo conſtare: Nervoſa ſubſtantia neque acria & mordacia medicamenta, neque uſtionem aut inciſionem, ſine convulſionis periculo perferre poteſt; Exterior muſculus, recti terminus, ignobilis & carnoſus, qui vocatur Podex, ea remedia perferre poteſt. *Hollerius.*

46. *Uſtione, & ſectione*) Aliis non conferentibus *Hippocrat. l. vict. Acut.* & l. de *Hæmorrh.* deligationem, ſectionem & uſtionem hæmorrhoidum proponit, unica ſervata; quæ tamen operatio, tanquam laborioſiſſima, & valde periculoſa noſtris temporibus obſolevit; *Maſſarias* hanc operationem ſemel ſe vidiſſe refert, *Riverius.*

Sectione, uſtione) Imo *Avicenna*, ſi lateant, vel ſellis docet eſſe curandas, ſed tutum non eſt, præſtat diutius eas exſudâtes habere, quam forcipibus exſcindere: Quidam, cui ſycoſis triangularis conſtricta fuit, in convulſionem incidit & penis intolerabilem dolorem. *Duretus.* Vide ſupra §. *Vel ſunt aperta.*)

47. *Exeſa & rupta*) Valet tunc *balſamus ſulphur. ol. terebinth. ol. ovorum*; poſtremis his ſi *balſamus ſulph*, admiſceatur præſtantius erit medicamentum; Præſtat tamen *Mercurii oleum*, quod omnibus aliis præponitur. Item *Oleum martis dulce*, ad leniendos hæmorrhoidum & cicatrizandos hos ulceroſos affectus, mira præſtat. *P. Joh. Faber.*

Hæmorrhoidum ſuppreſſio.

48. II. *Hæmorrhoidum ſuppreſſio, eſt ſanguinis per venas ani elabi conantis interceptio,* 49. *unde iſta in tumorem cum dolore elevantur.*

50. *Signa* ſunt, 51. Tumor & tubercula in capitulis venarum ani, modò dum & 52. verrucis ſimilia, modò mollia *moralia* dicta, modò purpurea & uvæ granis ſimilia, dolor punctorius, 53. modò mitior, modò gravior, 54. diſtentis venis quarum ora tanquam ex capitulis prominent, & membranâ, quæ venarum orificiis prætenditur, intenſa & compreſſâ.

Cauſa eſt 55. ſanguis fæculentus & craſſus, 56. elabi cupiens.

Curatio 57. eſt *feſtinanda*, tum quia 58. hydropem, ſi ſanguis ad epar recurrat, minatur, tum quia niſi tempeſtivè ſuccurratur, ratione magnæ attractionis, & humorum affluxus, Inflamma-

tionem, α. apoſtema vel fiſtulam inducit.

[59] *Peragitur* 1. [60] *Doloris mitigatione* qui ſedatur mica *panis hordeacei* in lacte muliebri macerata, addito *ovorum vitello & croco:* [61] tollitur, *laudano in lacte muliebri* diſſoluto, & cum melle adhibito, ſed maximè *butyro, ſaccharo, ſeu anima Saturni*, [62] *ſcarabeis pillularibus in oleo lini* ad conſumtionem animalculorum decoctis, [63] *cineribus ſuberis* exuſti, cum axungia capi coctis, unguento ex *linaria cum floribus m. j. cum adipe porcinâ & vitello ovi* miſto, & lana applicato. [64] *Chondrillâ* ſi ſaltem eâ tangantur, *ſacchari ſaturni* dr. j. in unc. vj. *aquæ roſar.* diſſoluta & ſæpius applicita, *thapſo barbato* applicato & poſt ſepulto: *ſucco blattariæ*: quibus [65] junge *mille pedes* in adipe gallinæ, butyro non ſalito ana p. æqu. & adipe anguillæ ad conſumptionem decoctos: [66] *unguentum* ex *ſucco nummulariæ*, cum *butyro* recenti parato & intruſo: & aliud ex *unguent. popul.* unc. j. *olei roſacei* [67] in quo *aſellor.* unc. iſ. decocta & *croci* gr. IV. paratum, nec non *mixtura* ex *ol. ſeminis lini* unc. ſ. & *olei buxi* ſcr. j. ſupra hæmorrhoides poſita.

II. [68] *Apertione*, [69] præmiſſis univerſalibus, [70] per hirudines applicatas; vel [71] antequam id fiat, [72] per unguentum ex *medulla colocynthidis*, & [73] oleo amygdal. dulcium per [74] ſuccum *caparum* [75] cum aloë miſtum, & panno aſperiori fricando appoſitum.

[76] Clyſteres acres plus inteſtina lædunt, quam hæmorrhoides cient. Niſi vehementer tumeant & doleant, naturæ debent permitti.

[77] In differentiis *Internarum & externarum* venarum habenda eſt ratio: *Illarum* ſuppreſſio ani expreſſione & ſpecillo eidem immiſſo percipitur: *Harum* viſui occurrit.

Quidam Internas ita feliciter curabat: Iniiciebat per ſyringem *decocti ex cortic. mediani ulmi* ℥ii. *rad. thapſi barb.* ℥ß. *aqu. fluv.* ℔iv. ad dimidias coctis, Hinc immiſit pilulam in inanum ex *antimonio crudo & lithar. auri tritis, Vnguent. roſac.* exceptis tandem ani ambitus illitus eſt *Vngu. ex ſucci ſemperv. maj plantag. thapſi barbati, ſolani* ana unc. IV. *axung. porci* lb. 1. *ad conſumptionem ſuccor. coctis, per linteum expreſſis, quibus addita pulv. cancror. fluviat in furno exſicat.* unc. ß. *tharſi barbati* ℥ß. *& pulver. conchar. myrtillor.* ana dr. ij. ſingulis diebus manè & ſerò.

[78] Sopitur & *infuſo milleſolii* in aqua ſervente per menſem bibito, dolor.

[79] In *Exulceratione* hæmorrhoidum deſperata, nihil præſtantius *auro fulminante*, (poſtquá cum floribus ſulphuris iterum atque iterum exarſit prius) ſi cum *amygd. dulc.* illinatur. Applicatur & *Balſamus* ex *florib. ſulfur. & ſpir. terebinth.* vel loco ejus, cum oleo hyperici & ovor. factus.

[46] *Hæmorrhoidum ſuppreſſio*) Hæmorrhoides non fluentes; ſeu *cæca*, nihil aliud ſunt quam *incipiens inflammatio*; Ordinario etiam fere inſequuntur ſe mutuo, dolor, tumor, fluxus, nempe ſanguis evacuandus, dum propter clauſuram oſculi iſtorum vaſorum, & fibrarum vellicatarum ſtricturam, nec excerni nec remeare poteſt, neceſſario ſtagnat, ſtagnando in partis porulos intrat, quam tumefacit, & ita inflammationem efficit; Talis cæcarum hæmorrhoidum ſtatus eſt valde doloroſus, adeo ut in tali caſu, quando ægri volunt alvi excrementa excernere, propter ingentem dolorem ſæpius patiantur animi deliquia; aut ſuperveniant convulſiones, præſertim dum internis laborant hæmorrhoidibus: Externæ taliter affectæ, præter dicta ſymptomata, etiam ſeſsionem & ambulationem admodum moleſtam reddunt: Ita *Cæca* ex ſanguine ſtagnante, & in hoc loco coacervato, ſæpe inſignem contrahunt tumorem, præſertim in externis; qui tumor ſubinde ad inſignem magnitudinem foras eminet; adeo ut referat *Lindanus* in M. S. ſuper *Hartmannum*, ſe obſervaſſe Hæmorrhoides cœcas in tantum tumorem auctas, ut pugni inſtar extra anum prominerent. *Etmuller.*

[47] *Hæmorrhoidum ſuppreſſio*) Cum *Hofmanno* convenire non poſſumus, dum *Internas* hæmorrhoides *Cæcas*, *Externas* vero *Apertas* nuncupandas dictitat; Nos enim longe alio ſenſu in Pathologia & hæmorrhoidum doctrina hanc cæcitatis notionem ſumi exiſtimimus, ita ut tam internis, quam externis hæmorrhoidibus eadem competat; Non negamus *Cæcum* apud Philologos non raro paſsive uſurpari, pro eo quod cerni nequit, ſeu quod occultum atque minus conſpicuum eſt, in quo ſignificatu Hæmorrhoides internas, quod in oculos non incurrant, atque intus lateant, *Hofmannus* omnino cæcas appellavit: Attamen Cæcæ nomen polyſimon eſſe ſcimus, unde præter ſignificationes alias Cæcum inſuper in Medicina denotare animadverto, id quod pervium non eſt, & ſuum exitum non habet, ſic inteſtinum cœcum proinde hoc epitheto indigitatur, quod foramine ſuo deſtituatur, non ſecus ac paries audit Cœcus, qui feneſtras nullas obtinet, Eadem plane ratione Hæmorrhoides, ſive internæ ſive externæ ſint, tunc demum cæcæ nominantur quando obſtructæ ſunt atque ſuppreſſæ: neque ſanguinis quicquam emittere valent. *Chriſt. Langius.*

[48] *Elabi conantis unde iſta in tumorem*) Cæcarum hæmorrhoidum ratio formalis, eſt *Tumor vaſorum ani*, ſive quædam intumeſcentia à ſanguine craſſo & melancholico: juxta Veteres dicto, quem *Sylvius* per tenacem viſcidumque explicat, Patet hinc *Hæmorrhoides cæcas*, ſeu, ut Moderni vocant, *Furentes*, pertinere ad morborum claſſim, eſſeque *morbum ex intemperie cum materia & magnitudine aucta* conjunctum, cui dolor exquiſitus aſſociari conſuevit. *Strauſſius.*

[49] *Iſta in tumorem cum dolore*) Venæ hæmorrhoidales, in recti inteſtini extremitatem & anum deſinentes ſæpe tumore afficiuntur, ex quo graviſsimus dolor non raro excitari ſolet; Fit autem ille tumor ex eadem cauſa, quæ fluxum hæmorrhoidum excitare poteſt, ſanguine videlicet quantitate vel qualitate peccante: qui ſi viam non inveniat, & venarum illarum extremitates aperire nequeat, in iiſdem congeritur, eaſque replendo tumorem efficit cum inflammatione & dolore, qui acerbitate ſua omnes indicationes curativas ad ſe trahit. *Riverius.*

[50] *Signa ſunt*) Cùm tumore collecto citra inflammationem, niſi ratione doloris accedat, dolor in podice exortus, quia à vena illius loco fit, *Hæmorrhois* eaque *Cæca*, quia tunc nullus ſanguis effluit, quæ *Clauſa*, vel *Dolens* rectius diceratur, appellatur, In qua tumor

in

in podice; per conatum expreſſa apparet; vel profunde magis latens difficilius percipitur, & tantum ab ægro perſentitur; dolorque alioquin vehemens ex *compreſſione*, vel *impulſu* excrementorum vehementer exacerbatur, inflammationeque nonnunquam illi copulatur. *Platerus*.

51. *Tumor & tubercula*) Ex differentiis (*vide infra* §. *differentiis*) diagnoſis facile elicitur, ſi quidem ex tumore in extremitate ani apparente, ejuſdemque magnitudine, colore, & conſiſtentia; variæ illius differentiæ Cognoſcuntur, Præterea tamen ab aliis affectibus diſtinguendæ ſunt, qui ano accidere conſueverunt, à *Rhagadibus*, quæ nullam habent cum hæmorrhoidibus ſimilitudinem, illæ enim ulcera ſunt quædam in fiſſuras diducta, iis fere ſimilia, quæ in labiis & manibus à vehementi frigore excitantur: A *Condylomatibus*, tumoribus quibuſdam pelliculæ ani, quæ cum natura ſua rugoſa ſit, ſi ad eam confluentibus humoribus, ruga aliqua intumeſcat, affectio illa dicitur condyloma: diſtinguitur ab hæmorrhoide, quoniam hæc major eſt, nigra & rotunda, venam occupans, cum illa ſit oblonga, concolor & venas non attingens: A *Thymis*, tuberculis carnoſis, thymi formam referentibus, parvis, colore candido vel ſubrubro, & doloris expertibus: Cum hæmorrhoides ſint majores, nigriores, & utplurimum doloroſæ: A *Ficis*, ſeu *mariſcis*, quæ etiam ſunt tubercula carnoſa, ſed thymos magnitudine ſuperantia, tum etiam livida & doloroſa, ideo hæmorrhoidibus ſimiliora, ſed ab iis diſtinguuntur, quod carnoſa omnino ſunt, hæmorrhoides vero venarum extrema dilatata & ſanguine turgida repræſentent: adde quod fici plerumque ulcerantur, & malignitatem quandam præ ſe ferunt, & interdum tantam, ut ad cancri naturam accedat Ficis finitimæ ſunt carunculæ illæ, quæ *cryſtarum* nomine donantur &c. *Reverius*.

51. *Tumor & tubercula*) Hæmorrhois, quæ externa & conſpicua eſt, ex ano quoque (*ſicuti condyloma &c.*) ſurgit ac prominet, Ea ex atro melancholicoq; ſanguine fit, qui è cava in extremum venæ profuſus, nondum tamen illinc præ loci duritie exiliens, cumulatur, idque implet & in ficus ſpeciem diſtendit; A condylomate autem diſtat, quod & breviori tempore fiat, & affligat gravi dolore, quodque nondum in calloſam duritiem concreſcat; atque ea *Cæca* appellatur Hæmorrhois, quum nihil ſanguinis effundit. Quæ vero aperta jam eſt, ſanguinem interdum ſponte, in conatu ſemper profundit, nec in tantum tumorem attollitur. *Fernelius*.

51. *Tumor & tubercula in capitulis*) Qui tumor à re cujus ſimilitudinem effingit nomen habet, & ſæpe apparent in ano, quæ pruni ſimilitudinem affingunt, nonnunquam & phlegmone apparet, ſicut & carcinoma; Thymius, ficus, mariſca, uva, condyloma pruneum, non ſunt hæmorrhoides, ſed hæmorrhoidum venarum ſymptomata, hæmorrhoidum venarum, ſanguine oppreſſarum calamitates, quando exitum non habent; nam diſtenduntur venæ ani, & cum diſtenduntur, & ſuo loco moventur, acerbiſſimi dolores excitantur, ſolutio enim continui, eſt rerum omnium naturæ adverſiſſima: Naturæ integritas in unitate conſiſtit. &c. *Duretus*.

52. *Verrucis ſimilia, modo mollia, moralia dicta &c.*) Notandum Hæmorrhoides cæcas cum ficubus & mariſcis male confundi, mariſcæ enim longe alius ſunt affectus, uti & thymi, & ficus, & formicæ, verrucæ clavi, aliique circa anum affectus.

53. *Modo mitior, modo gravior diſtentis venis*) Solutione continui mutatur ens ipſius partis, ut non ſit id quod prius erat; Hinc ſi vel minimum δάκτυλον ſive latum unguem pars ſuo loco moveatur, intolerabilis dolor excitatur; Omnis quies in unitate conſiſtit, omnis labor in ſolutione continui: Sæpe multos animadverti, qui ab hæmorrhoidibus immiſericorditer afficiebantur, qui nec fotu, nullo hapſo, cataplaſmate, anodyno, levabantur, priuſquam pars reſtitueretur ſuo loco, & ut accidit in prolapſu ani; Nam vel ſuſpenſio ipſa facit dolorem, inquit Hippocrates. *Duretus*.

54. *Diſtentis venis, quarum ora*) Venæ hæmorrhoidales facile obſtruuntur, quia in extremo corporis ſunt, & à frigore facile anguſtantur, 2. quia ſanguis per venas fere perpendiculariter aſcendit ſurſum; 3. quia arterias hæmorrhoidales in gravidis à compreſſione fœtus comprimi obſervatum eſt, quapropter ſanguis in venis non ſatis ſurſum premitur; quod ſitum acredo auſit, dolores & profuſiones oriuntur: *Pr. Med. reform. c. 107.*

55. *Cauſa eſt ſanguis &c.*) Hæmorrhois *Cæca ſeu dolens*, hoc eſt vena aliqua ex *hæmorrhoidalibus* dictis, per quas in naturis quibuſdam & podice, uti mulieribus è venis in ſinu uteri certis tempore ſanguis emanare ſolet, in tumorem elevata, dolorem procreat, non tam quod ipſa vena adeo doleat, cum venæ non adeo ſentiant, quam quod partes quæ ob eximium ſenſum via contactum ferre poſſunt, quibus intexta eſt, diſtendendo, dolorem in illis excitet, eoque magis ſi ob dolorem accedat etiam inflammatio, uti fere fit, latius tunc tumore ſe extendente; Cujus cauſa ſanguis in extremum venæ, ut per hæmorrhoidum fluxum expurgaretur, delatus exiſtit, ſi illic, quia oſculum illius venæ non patet, unde *cæca hæmorrhois* dicitur, aut ægre aperitur, retentus, atque in vena cumulatus, exitum quærens, adeo hujus venæ extremitatem, magis minuſve prout copia eſt ſanguinis, protrudat, dilateique; Quod illis quibus nunquam adhuc hæmorrhoides fluxerunt, ſi natura eas movere conetur, in principio, quia oſcula nunquam illis prius aperta fuerunt, nonnunquam evenit; Vel tunc quoque ſi per venam aliquam externam, & fere in ano conſpicuam, hoc natura tentet, cum harum venarum oſcula, ob attritionem frequentem, à duris excrementis factam, *duriora calloſioraque* magis facta tunc ægre aperiantur, quod vero facilius & ſine labore fiet, ſi per profundiores hoc ani venas, in latiore recti inteſtini ſede poſitas, quorum oſcula molliora & patentiora ſunt natura, uti fere fit, moliatur: Sed & à duris excrementis hæc oſcula lædi inflarique poſſunt; aut alio conatu, quo nomine & in *partu* dolor hic hæmorrhoidalis plures mulieres infeſtat: Qui dolor ob cauſas jam dictas excitatus major quoque erit, ſi ſanguis, qui illic retinetur acrimoniam aliquam, aut aliam malignitatem habuerit; Sed & pro oſculorum, carniſque illa ambientis, ſanguiniſque diverſitate, hæmorrhois illa tumens, diverſas formas adipiſcitur. *Platerus*.

55. *Sanguis fæculentus*) Cauſa præcipua cur ſanguis ex illis venis effluere nequeat, eſt [illegible]dem craſſities, quippe qui melancholicus eſt: Dicuntur enim vulgo hæmorrhoidales venæ, præcipue internæ, humorem melancholicum à liene excipere, & interdum expurgare. *Riverius*.

56. *Elabi cupiens*) Obſtructionibus factis in venis meſeraicis, hæmorrhoides conſuetæ non amplius fluunt ob eamque cauſam poſtea in graves morbos, qui ob putredinem & impuritatem à ſanguine venarum meſeraicarum naſcuntur, ut febres, melancholias, epilepſias incidunt, à quibuſ vix, niſi hæmorrhoides redeant liberantur: Verum & in ipſis partibus, ſi hæc obſtructio fiat, fluxus ſanguinis intercipitur, idque vel ipſo craſſo tenaci illic ſubſiſtente, ſibique viam præcludente; aut ab aliis humoribus. Aliquando à callo, ſeu cicatrice

poſt exulcerationes relicta, vel aliquo duro ſcirrhoſoque tumore podicis venæ hæmorrhoidales occludi poſſunt. Inprimis vero ſi in tumorem hæ venæ elevatæ, qui interdum durus & verrucoſus eſt, ſanguinem quo impletæ ſunt, naturaque evacuare nititur, profundere nequeant, ſicuti in dolentibus hæmorrhoidibus *cæcis* dictis. *Platerus.*

57. *Curatio eſt feſtinanda)* Quod ad prognoſin tumentium hæmorrhoidum ſpectat, illæ utplurimum periculoſæ non ſunt, aliquando tamen adeo gravem inflammationem concipiunt, ut gangrænæ periculum immineat, aut ſaltem, præ doloris acerbitate ægrum vehementer excruciant.

Hæmorrhoides ſi ſuppurentur, aut exulcerentur, fiſtulam ſæpe in ano relinquunt eamque utplurimum incurabilem, ob partis mollitiem & ſummam humiditatem, quæ ulceris exſiccationem difficillime patitur. *Riverius.*

57. *Curatio eſt feſtinanda)* Tales hæmorrhoides cæcæ vel aperiuntur & fluunt; vel ubi ſanguis ſtagnans non diſcutitur, aut diſſolvitur, tunc ex inflammatione in abſceſſum & ulcus abeunt, quod ſæpius fiſtulas poſt ſe relinquit: nunc ex interiori coagulatione indurantur, & in perfectos ſcirrhos abeunt; Item hæ hæmorrhoides Cæcæ, ex ſanguinis incluſi conſtitutione, nunc *mites* ſunt & *benigna*, nunc *maligna*, *cancroſæ*, *gangrenoſa.* Etmuller.

58. *Hydropem)* Propter caloris nativi deperditionem, effuſo vitæ theſauro, & totius corporis fomento. *Riverius.*

60. *Apoſtema vel fiſtulam inducit)* Multi ſunt curationis ſcopi, Tumentes aperiendæ, Fluentes compeſcendæ. Dolor mitigandus, Inflammatio tollenda, In his omnibus partis affectæ habita ratione; ab omnibus acribus & mordacibus abſtinendum; Cavendum à *Cancro* aut *fiſtula*, quæ vehementioribus medicamentis facile inducuntur; nam cuniculi quidam ſæpe latent, in quibus pus, unde longiores ſinus in fiſtulas abeunt, *Hollerius.* In Hæmorrhoidibus valde dolentibus, niſi mature ſuppurantur, facile inflammationem contrahunt, quam *apoſtemata, ulcus*, fiſtula aliaque ſimilia inſequuntur. *Etmuller.*

59. *Peragitur) Hæmorrhois cæca*, quo nomine venam in podice tumentem, obturatam & dolorem inferentem intelligimus, ſi non bene tractetur in inflammationem, indeque in ea, quæ eam ſequi ſolent perverſa ulcera, aliaque vitia commutari poteſt, Præcavetur ſi in illis qui conſuetas habent hæmorrhoides, fluxus harum decenti tempore promoveatur, nec impediatur: Curabitur facta, ſi cauſa quæ eam excitavit, vel fovet, ſanguinem ſcilicet avertamus, & dolorem ſubito ob metum inflammationis compeſcamamus, indeque tumorem illum, diſcutiendo ſiccandoque abſumamus, quod ſi in ulcus deſinat, ut aliquando fit, ut ulcus curatur. Quod remediis ſequentibus præſtatur, *Sanguis revellendus*, ne ad partem affectam fluat, eamque diſtendat, vel etiam inflammet, eoque magis, ſi jam adſit inflammatio; Quod fit ſecta vena in brachio, dein & *derivandus*, *venæ in pede, poplite, vel malleoli apertione*, *Cucurbitulis* idem præſtamus, eas cum *revellendum hypochondriis & lumbis*; cum *derivandum* coxis affigendo: *Alvus lenienda & excrementa molliendæ*, ut facile tranſeant, ne ſi cum labore hoc fiat, aut dura ſint, locum affectum irritando amplius lædant, Idque fit exhibitis in cibis juſculis, fructibus, oleribus emollientibus; item *caſſia, manna*, ſimilibuſque: *Cyſmata* item, ſi canalem podici intruſum ferre poſſint. *Exhibentur* ad eas *abſumendas quædam per os*; Veluti *ononidis decoctum*, quod potum probat *Dioſcorides*, *Verbaſci*, quem *thapſum barbatum* vocant *pulvis*, exhibitus cum *lacte*, vel alio modo, valde probatur, ad hæmorrhoides tumentes abſumendas: Aliqui cum æqu. qu. *far. tritici* permiſtum atque *vitello ovi*, *butyro*, & *oleo* frixum aliquot diebus portionem illius paſtæ exhibendo, id pro ſecreto habent; Item *ſuccus thapſi barbati* per ſe, vel cum *ſacchar. penid.* exhibitus præſtat, vel prius cum *ſacchar.* in formam *ſyrupi* coctus; Vel addito *pulvere liquir.* aliuſve in formam *Electuar.* redactus, *Bdellium*, *Galbanum*, emollita *ſyrup. de plantag. vel ſucco tapſi barbati*, & in forma Pilul. exhibita, ad ℨj. vel plus moleſtas hæmorrhoides ſanant. *Topica*, quæ loco dolenti adhibentur, vel ad anum proxime apponuntur, vel etiam cum *turunda, aut bombace*, vel ſola in eum intruduntur, vel ſi liquidiora ſunt, etiam aliquouſque ſi ferre *canalem* poſſint, infunduntur; nonnunquam & loco dolenti ſuperaſperguntur, vel in podicem inſufflantur. *Platerus.*

Hæmorrhoides *Cæca*, ſive *dolentes*, ſi nunquam fluxerint, vel non ex uſu ſicut fluant, aut *diſcutiendæ*, aut ſi alias fluxerint, aperiendæ; ſemper vero earum dolor ſiſtendus. *Etmuller.*

59. *Peragitur)* Venæ ſectio in pede facta hæmorrhoides, ſicuti in mulieribus menſes promovere non poteſt; Cum hæmorrhoidales venæ à venæ portæ, non à cavæ ramis, ſicuti menſtruæ prodeant, quæ cum nullibi ad cutem ferantur, etſi venæ cutaneæ ſecentur, nulla ab illis fieri poteſt ſanguinis evacuatio aut agitatio. *Platerus.*

60. *Doloris mitigatione)* Interim Topica varia parti admovenda ſunt ad Dolorem leniendum, inflammationem auferendam, & tumorem diſcutiendum.

Oleum amygd.d. recens parti dolenti admotum dolorem demulcet, Efficacius *Olea ex nucleis perſicor. vel ſemin. cucurbitæ, papav. hyoſcyami.*

Præ cæteris efficax *Oleum buxi*, quod narcoticum, Et ſicuti dentium dolorem quoſvis ad miraculum ſolvit, ita & reliquos ac præſertim hunc hæmorrhoidalem, ſi gutta una ſupra hæmorrhoides apponatur cum ſtylo goſſypio involuto, aut ſi cum oleo ſemin. lini miſceatur, ea proportione, ut prædicti *olei* ℥ß. *olei lini* ℈i. recipiat.

Quercetanus commendat *oleum Nucum* expreſſum, in quo *millepedes* ſeu *aſelli* bullierint, dolor mirabiliter ſedatur.

Oleum ovorum ſimplex, vel in mortario marmoreo agitatum ad idem efficax.

Linimenta & Vngu. varia præſcribi poſſunt, cum linteis, lana, aut goſſipio parti admovenda.

℞. *Vitellorum ov. n°.* j. *ol. roſac. vel violac. q. ſ. f. Linimentum. Si Vngu. popul.* addatur efficacius dolorem ſedabit; In acerbiori *Opii* grana aliquot admiſceri poterunt. Vel

℞. *Axungia gallinæ unc* ß *pulpa pomi cocti ſub cineribus unc.* j. *croci orient.* ℨß. *Vngu. popul. unc.* ß. *vitell. ov. n.* j. *f. Linim.* Vel

℞. *Ol. violac. unc.* ii. *Vngu popul. unc.* ß. *cum ovo integro f. Vngu. vel album. ovi cum lacte muliebri* agitatum parti admoveatur cum pannis lineis hoc liquore imbutis. Vel

℞. *mucilag. ſem. pſyllii unc.* ii. *ol. violac. unc.* iii. *f. Liniment.* Vel

℞. *Mucilag. ſem. pſyllii & fœnugr. extr. cum vino* ää. ℥ii. *butyr. rec. unc.* iii. *ſevi hæd. unc.* i. *agitentur ſimul in mort. plumb. f. Linim.*

Butyrum ſolum in mortario plumbeo ductum ad Solem donec nigreſcat, eſt egregium remedium.

Pomata recens parti admota, eſt valde anodyna.

℞. *Succi*

℞. *Succi portul. & mellis ãã. unc.iv. m.in mort.pl. f. Linim.*

℞. *Ungu roſ. unc.* ii. *Mercur.crudi* ʒii. *miſce f.Linim* Vel

℞. *Diachyl.albi cum oleo chamæmel.mollificati unc.* iij. *croci* ℈i. *opii gr.*iij. *f. Ungu.*

Jac. Horſtius ex Joh. Wolfio commendat Linimentum ex *Linaria herba* cum flor. cocta cum *adipe porcino*, Cui expreſſu, & parum refrigerato vitellum ovi permiſcet,cum lana vel goſſipio parti admovendo: Dolores ad miraculum confeſtim ſedare dicitur.

Cataplaſmata etiam commode uſurpantur, Ex quibus vulgatiſſimum eſt, ad omnes dolores ex inflammatione demulcendos, *Cataplaſma de mica panis*, compoſitum ex *mica panis albi in lacte decoctis*,addendo *ol roſ. & vitellos ovor Aquapendens* commendat *Cataplaſm ex plantag. parietaria* & malva in aqua decoctis,& cum *ol. roſac.* ſubactis; Cui interdum,cum magis exſiccare eſt animus, *farinam hordei & milii* admiſcet, Si vero dolor urget, *lac* omne admiſcet: *Folia ſambuci* contuſa, & frigide admota, tertia applicatione dolorem ſedant.

Fotus admoventur eidem parti, ex decocto *tapſi barb malvæ.pariet.r.biſmalv.ſem.lini, fœnugr. althaa, flor. chamom. aneth. in lacte* parato vel *hydraleo*, vel juſculo inteſtinorum vervecis.

Inſeſſus ex eodem decocto,aucta quantitate ſimpl. parari poteſt: *Aqua frigidiſſima* ſola pro Fotu utiliſſima, *Inſeſſus* in eodem præſtans, hyeme ſit ſubrepida.

Suffitus ex decocto polypod. qu.& hyper.facto in æquis part. vini & aqu dum fervet exceptus, vel ex ſolo *tapſo barbato in lacte* cocto cum *tritico ſecalino* dolorem compeſcit. Vel

℞. *Semperv. maj. m.*ij. *coq. in vino albo, excipiatur fumus* in ſella perforata.

Amat. Luſitanus curat 91. *centur* 2.*ſuppoſitorio* ſequenti uſus eſt in muliere, quæ uteri procidentiam patiebatur, & de dolore hæmorrhoidum querebatur, Ex *ſevo hircino cum opio* confecto, quo dolor evanuit, nec rediit.

Idem *curat. 6.centur* iij.ſequens Topicum commendat.

℞. *Arant. pomum,cultro excava,infunde ol. roſa*: & *pſeu.ionardi,lavendulæ dictæ*, ſimul infunde,ad cineres calidos admove & calidum applica & ſæpe renova, mirum eſſe ait.

In communi uſu eſt *Pulmo hædinus* ex animali adhuc calens parti admotus; vel illius laminæ inter duas patinas calefactæ cum tantillo aquæ,etiam admoventur, Sic dolor admodum demulcetur. *Riverius.*

Inter cætera commendatur *ſemen hyoſciami*, *mucilago* illius extracta in *aqua plantagin.folia hyoſciami* admoventur: *Maceratur ſemen in lacte calido*, excipitur & apponitur; fiunt & *ſuffitus*, ut ſi in lacte fuerit illud ſemen coctum, Et *cataplaſmata* fiunt excellentiſſima, ſi folia in lacte cocta parti admoventur.

Sed inter omnia primum ſtudeamus, ut partem ſuo priſtino loco reſtituamus, nam hæc partis reſtitutio dolorem ſedat, ut in *Michaele Hoſpitalio*, Galliæ cancellario, hæmorrhoidibus diu vexato, experti ſumus. *Duretus.*

Lapis calamin. cum aqua roſ. tritus, & cum oleo mixtus valde dolorem ſedat. *Crato.*

Radices, lil. alb cum butyro & adipe gallinæ, addita farina ſem.lini valde dolorem ſedat. *Idem.*

Gramen allii aduſtum & pulveriſatum mirabiliter ſedit dolores hæmorrhoidum: *Pulvis* item *fuliginis* uſtus valet mirabiliter. *Item.*

℞. *H.bonum Henricum. ſi atriplicem caninam,contunde* & coque in lacte deſpumato fortiter exprime, *f. Ungu* Contra omnem hæmorrh. dolorem eſt mirabile. *Dornerellius l.1.c.52. Finckius.*

Oleum Martis dulce mira præſtat ad leniendos illos dolores. *P. Joh. Faber.*

ºº. *Doloris mitigatione*) Ad *dolorem ſedandum* ante omnia adhibentur *anodyna*, quorum aliqua etiam calorem, ſtadſit, contemperant; Additis, ſi dolor magnus, *ſtupefacientibus*, quorum multa eaſdem quoque abſumunt.

Oleum commune, vel aliud expreſſione factum ex *amygdalis, perſicis, nucib.* id præſtabit inunctum, ſi in illo coxerint fructus maturi *chryſomelorum, vel momordica, vel herba paridis.*

Aut quod expreſſum ſit ex ſem. *Cucurbit. papav. aut hyoſcyami. Vel ol.de vitell.ovorum*, item *Ol.nuc.Indica, de been & ſeſaminum.*

Vel Linimentum ex *ol. violac.aut roſac. vel nymph. aut ſalic.* quæ prius *aqua violar.* ablui poſſunt, Vel *ol. ſemin. lini*, aut *amygd.d.* additis & ex aliis anodynis quibuſdam; *Butyr.r. vitell. ovi* 3.*vel* 4. cruda vel elixa, ſubigantur invicem: Huic *Linimento pingu.anatis, aut gallinæ, porci, vel ſevum de renibus*, potiſſimum *capræ, hirci, cervi, medulla cruris vituli, pomata, œſypus* addi poſſunt; Item *cera alba* (quæ quoque lavari prius poteſt) ut fiat *Ung.* Adde ſi vis *mucilag.ſemin.lini:fœnugr.pſyllii vel albumen ovi* commiſceri poſſunt.

Nonnunquam & *Pulveres cortic.mandrag.ſem. hyoſcyami,papav.* Vel ſi admodum dolorem mitigare velim, ad ℥.iv.horum Illinitionum *Opii* ʒi. & croci ʒß.additur: *Valet Ung popul.*præſertim ſi ardor adſit & calor, ſumi poteſt, vel ſupradictis miſceri; additis, ſi vis magis anodynum, *Opio & croco: Inſeſſus & fotus,qui & inities* poſſunt, anodyni fiunt *ex lacte*, vel ex *malva,biſmalva cum toto,verbaſci caud.fol.& flor.item chamom.melilot aneth. ſambuc. nymph. violar.ſem. lini & fœnigr.* decoctis in *aqua vel jure pingui; additis in Fotu Oleis*: Ex cujus decocti facti in *lacte* reſidentia, contuſa, additis *oleis & far.* fit Catapl. cui addi poteſt pulpa *pomor.* prius aſſ[illegible]rum, *mucilag. lini, pſyllii alth. crocus. Portul. rec. fo[illegible] vel ſolani, papav.hyoſcy.rec.* contuſa, vel parum ſu[illegible]neribus cocta, vel in patella cum *oleo* frixa, in [illegible]ſtrum redacta, admodum dolorem compeſcunt. *C[illegible] vitulina* recens, aut alia, adhibita, vel humor [illegible] preſſus, inunctus, anodynum eſt medicam[illegible] *terus.*

Decoctum fol. *hyoſcyami in lacte* ſub fotu [illegible] &c. Sp[illegible] *momordica*, ex cujus *pomis* per [illegible]nem in *ol. comm. vel amygd. dulc.*paratam, nobile oleum eſt, non ſaltem vulnerarium, ſed imprimis ad *hæmorrhoides cæcas* egregium experimentum, quod feliciter tentavi in muliere quæ ex menſium impedito fluxu, hæmorrhoidum patiebatur dolorem.

Hinc eminet *Verbaſcum* ejuſque *flores*, per infuſionem olei, imo tota planta appropriatiſſimum eſt ad hæmorrhoides fluentes, applicatur præſertim aqua ferrariorum cocta pro fotu: *Floribus verbaſci* adduntur apte *flor.ſambuci*, In graviori dolore, ad imitationem *Foreſti*, adde *ſemen hyoſcyami*, pro fotu aut cataplaſmate.

Linaria herba, unum eſt ex primariis ſpecificis contra hæmorrhoidalia pathemata, tam *Oleum & Unguen.* quam *ſacculus* ex ea & *flor.chamom.* Vel

℞, *Ungu.de linar.*℥i. *ol.hyoſcy.expr.*ʒi. *vel* ii. *ſacch. ſaturni.* (*in ardore & inflammationis metu*) ʒß. *vel* ʒii. *f. Linim. Baccæ herbæ Parid. in oleo cum modico vini cocta* dant linimentum revera elegans, quod in hæmorrhoidibus *cæcis ac furentibus* (tumentibus) in puerpera obſervavit *Geſnerus*, ac commode *cancroſis hæmorrhoid.* quælibet ex baccis his remedia applicari poſſunt; Applicantur etiam contra dolorem & tumorem hæmorrhoidum cæcarum *mucilag.ſem.pſyllii.lini &c.* continent enim in ſe ſal volatile ipſius concreti, cujus ratione

tam egregie conducunt in pluribus affectibus, ac ſpeciatim in hæmorrhoidalibus, Siquidem in his, etiam in externis remediis eæ propellent, quæ acidum iſtud, unde hæmorrhoidalia pathemata oriuntur, vel abſorbent, ut *Saturnina*, vel vi oppoſita *alkalina* corrigunt & temperant; Dictis *mucilaginibus* in ardore ac inflammatione, commode *ſuccus portulacæ. ſacch. Saturni*, etiam *camphora* addi poteſt; e. g.

℞. *Mucilag. ſem pſyllii. cydonior. lini ãã. ℥ß. aqu. roſar. ℥i. bulliant lente ad conſumptionem aquæ, adde butyr. rec. ℥i. vitell. ovor. n. ij. ol. roſac. ompl. parum. contundc in mortario plumbeo cum piſtillo plumbeo ad colorem lividum uſque F. l. a. Linim.* egregium in dolore hæmorrhoidum ac inflammatione: Cum fructu etiam præſcripſi.

℞. *Mucilag. ſem. cydonior. cum ſperm. ranar. extr. unc. j. ſpiritus vini camphorati ʒii. ſacch. ſaturni ʒi. m. f. l. a. Linimentum. quo linteum humectatum apponatur crebrius.*

Rulandus contra dolorem & tumorem hæmorrhoidum applicat *ſacculum ex glandibus contuſis & fol. quercus in aceto coctis*, quo ipſo ſacculo miraculi inſtar ſiſtatur dolor hæmorrhoidalis, quem ut expertum commendat. *Lotichius obſ. 529.*

Camphora efficaciſſima etiam eſt ad dolentes hæmorrhoides, ſi ʒß. ad ʒi. ſubigatur *cum aqua roſ. unc. j.* & ita applicetur ad dolentes & ardentes hæmorrhoides.

Scrophularia ſummum eſt ſpecificum ad quoſvis hæmorrhoidales affectus, in quocunque ſint ſtatu, uſu interno pariter ac externo; ſcilicet *radix* autumno collecta, per ſe ſola lumbis alligata, ut cutim attingat, hæmorrhoides ſanat, fluentes nimium ſiſtendo dolentes & cæcas diſſolvendo: Item ex hac ſola recenti mundata & contuſa fit Unguent. ſi cum *butyro recenti* in olla nova per dies xv. in cella aut loco humido reponatur; liquefacto ſenſim *butyro* lento igne exprimatur, fit Linim. egregium: *Radix ejus* in teſſulas diſſecta, & filo annexa, vino inficiatur, de quo patiens, ix. diebus in nimio fluxu bibat, poſt radices ſiccentur, & eo modo quo ſiccantur radices, etiam hæmorrhoides inuniouı & quaſi ſiccari aſſerunt: Sin vero rurſus aperire velis, *vino vel aqua ſimplici* rurſus imponenda ſunt, atque tunc iterum nihil hauriendum: Quo facit, quod refert *H. ab Heer obſerv. 22.* ſæpiſſime, *inquit*, expertus ſum ſi quis hæmorrhoidum cæcarum inſano dolore torquetur, minimum quidem *ſcrophulariæ. vel radicis vel fol.* cum cibo vel potu capiendo, ſtatim dolore liberabitur, ſive ipſam ſubſtantiam ſiccam, aut viridem, ſive decoctum aſſumat, Vide *Sculietum Arm. Chir. pag. 42. pagin. 174.*

Curavi mulierem juvenculam, quæ occaſione primi partus difficilis, hæmorrhoidum cæcarum doloroſiſſima pathemata contraxit; duravit malum toto anno: Denuo facta gravida, longe pejus habuit, ita ut interdum ad plures dies alvum ſupprimere cogeretur, metu inſani hæmorrhoidalis doloris: Suppurabantur interdum & gravi cum dolore pus fundebant; Hinc tentandi gratia autumnali tempure totam *ſcrophulariæ* plantam tranſmiſi, ut radices quaſdam femoribus alligaret, alias radices una cum foliis inciſas, nodulo incluſas, cereviſiæ infunderet; & inde ordinario biberet? Folia quædam minutim conciſa omni matutino tempore cum pane butyrato aſſumat: horum uſu per unam alteramve ſeptimanam continuato egregie convaluit: Nec minoris uſus *Craſſula major*, ſeu *Sedum Telephium*, interno & externo uſu, cum primum turgentibus primo vere foliis contundantur, & terantur cum *oleo roſac.* hinc coqu. blande ad humiditatis conſumptionem & conſiſtentiam Linimenti; admodum convenit in dolore ac ardore hæmorrhoidum: Imo ſola radix, & aliquot ejus nodi de collo ſuſpenſa, ut circa lumbos cutim attingant, egregium eſt in hæmorrh. cæcarum malis, ex quocunque cauſa natis, *Salmuander* quibus verbis commender, neſcire ſe dicit.

Chelidonium minus, uſu tam interno quam externo, fluores ſiſtit, tumentes ac dolentes ſanat; *Herba ſiccata cereviſiæ* infunditur, hoc modo Empiricus omne hæmorrhoidum vitium ſanabat, *herba tuſa vel ſuccus expreſſus* admotus idem præſtat, *Aqua* deſtillata, eos curavit qui fere hydropici facti fuerunt nimio profluvio; *Tuſa planta, oleo incocta*, ad dolentes & tumentes prodeſt; *Flores* etiam & *herba* mane comeduntur.

Quidam recipiunt *pulv. rad. ſcrophul. chelidon. min. ana ʒiß. cum oleo verbaſci ſ. Linim.*

Quidam pro uſu interno ad ſedandum dolorem, uſurpant *decoctum millefolii totius.*

Porro Linimentum *ex cancris fluviat. in oleo coctis* ad mellis conſiſtentiam, & aperit hæmorrhoides, & lenit dolori, ac nimio inflammationis incremento reſiſtit, Quod ſi ſub dictorum applicatione nimia *inflammatio* metuatur, aut *ardor ani*, ſucci vel alia applicanda agitentur in mortario plumbeo probe, donec lividum colorem ex plumbi ramentis contrahant, Sic enim vim refrigerandi obtinebunt. *Etmuller*

Tria remedia mihi familiaria & probata propono; *Ol. ex vitellis ovor. recens extractum, Oleum balſamina, & ungu. popul. cum opii modico ac ovi vitello*, quibus digito exceptis alvus liniatur. *Zacchias Conſult. 37.*

Pro hoc malo tollendo *balſamum ſulph. ad ℥ß.* exhibeo, quo calido hæmorrhoïdas ſæpe, maxime poſt excretionem perunxit, ac ſtatim ab acerbiſſimo dolore liber factus eſt: Nequaquam fallit hoc balſamum ut innumera experimenta docuerunt. *M. Rulandus centur. 1. Cur. 87.*

Si balſam. ſulph. non reperiatur, miſceantur *flor. ſulph.* cum *terebinth.* ſæpe in *aqua roſ. lota* & loco illius imponatur; habent enim hæc vim diſſolvendi, laxandi & aperiendi hæmorrhoides cæcas, ut effundant ſanguinem, quod præcipue procurari ſolet in hoc affectu. *R. à Fonſeca conſ. 27. Tom. 1.*

Refert *Othon. Heurnius Rudolphum ij Imp.* cum immani hæmorrhoidum dolore inquietetur, vapore *Caſei Hollandici* prunis impoſiti ab Empirico curatum, *Notis ad cap. 2. l. 6. Path. Fernel.*

Sexagenarius eo dolore correptus cum tumore & inflammatione partis, ſic curatus, Factus fotus ex *aq. roſ. in cujus* ʒ vi. *ſal Saturni* ʒi. diſſolvebatur, qui fotus plunes in die iterabatur, Poſt admotum cataplaſma *ex cepa alba* ſub cineribus cocta, & cum butyro ſubacta partibus æqualibus, intra biduum inflammatio ſedata & tumor magna ex parte reſolutus, *Riverius cent. 4. obſ. 58.*

Ego à muliere ſtipem emendicante didici infundere *millefolium in aqua fervente*, & bibere infuſionem illam per menſem aut diutius, & omnes ſanati ſunt: Hoc remedium habet *A. de Villanova*? Idem remedium confert in immoderato illarum fluxu, ſi illi credendum, & ratio ſuadet. *Petrus Pachens.*

Nil melius eſt, quam Inſeſſus aut Fotus ex *flor. Sambuci & verbaſci in aqua ſive lacte* factus, brevi enim dolorem ſedat *Blokvitzius Anat. ſamb. ſ 3. c. 22.*

Ad dolentes internas & externas expertus ſum ſæpius hoc Oleum frigide admotum contuliſſe.

℞. *Aſell. unc. iv. rad. porri unc. iß. ol. oliv.* ℥ vi. contundantur, & in ol. per horam bulliant, Colentur. *P. Borellus.*

60. *Doloris mitigatione) Furfures tritici, cum flor. verbaſc & malva ſacculo incluſi, vino rubro* cocti, loco calide applicitu intra horam leniunt; *Finckius Ench.*

Pulverentur *folia ſambuc.* & eo pulvere aſpergantur hæmorrhoides dolentes, mira præſtat. *Jac. Fontanus.*

Folia ſambuci virid. in aqua cocta cum panno rubro

ſæpe

ſæpe calide applicentur.

60. Expertus ſum ſi quis minimum *radic. vel folior. ſcrophul.* in cibo aut potu, vel ejus decoctum capiat, ſtatim à dolore liberabitur. *H. ab Heers.*

Violaria in lacte cocta ad pultis conſiſtentiam, mire dolorem ſedat, ſi cum tantillo *olei roſar.* admoveatur. *Hollerius.*

Expertum eſt quod *cinis ranæ terr.* (*bufonis* (per ſe, vel cum aliquo conveniente appoſitos, dolorem tollit, ſanguinem ſiſtit & exiccat. *Domin. Leo.*

Nullum ſemicupio ex lacte tepido præſtantius eſt, in quo ſi æger per horam &c. ex tempore ſanus evadet *Si ol. papav.* ℔i. *& ol. violar.* ℔ß. adjicias, præſtantius erit præſidium. *Zacutus.*

Pulvis ſilic. uſtæ valet mirabiliter. *Stockerus Pr. Aur.*

Ungu. Comitiſſæ renibus & ſpinæ inunctum mirabile eſt. *Varignana.*

℞. *Eporris adhuc tenellis recent ſuperiori pelle denudatis, partem albam internam, eoque ad cineres. teratur, ſuccus exprimatur, & cum gallinæ pingued.* ℥i. *ol. violar.* ℥i. *Ceræ* ℥iß *f. Ungu.* tanquam ſummum remedium probatum. *M. Ant. Zimara.*

Certiſſimum experimentum hoc eſt

℞. *Herbam Chamædr. coque in oleo olivar.* & illine partem dolentem, ſtatim juvat. *Valtschius unde Med. pag.361.*

Experientia doctus ſum *beccabungam* miracula edere in convulſionibus & hæmorrhoidum cæcarum doloribus, ſi per horæ quadrantem cataplaſmatis forma applicetur. *S. Pauli.*

Oleum ad dolorem Hæmorrhoidum.

℞. *Rad. ſcrophul.* ℥iv. *chelid.* ℥i *ſpong. cynorrh.* n° iiij. *ſem. agni, c.* ʒii. *ol. roſ.* ℔i. *vini albi* ℥iii. *aceti* ℥iß. *macera* per 24. h. bulliant ad conſumptionem humiditatis, Exprime, cola, inſola: mirum quam cito leniat hæmorrhoidum tumidarum dolorem. *Prævotius in ſelectu.*

Præprimis ſelectum eſt *Ungu P. Cavalli.*

℞. *Ol. violar. momord amygd. d roſar. omphac.* ā̄ā. ℥viii. *fol. & flor. linar. ſylv. flor. verbaſci, hyper.* ā̄ā. *p.* iii. *rad ſcrophular. contuſ.* ℥ii. *cynogl. plantag. aquat.* ā̄ā. ℥ii. *ſem. ſambuc.* ℥iß. *veſpertil. vivor. in fruſta inciſor. una cum ſanguine n.* viii. *ſcarabæos rotund. n* xx. *ſucci è cancris vivis contuſis, expreſſi, ſucci plantag. anguſti fol. chelidon. min.* ā̄ā. ℔ß. *vini auſteri* ℔ii. *bulliant ad conſumptionem vini, adde & dictos ſuccos leni igne coctos, inde colentur olea, quibus adde ol. myrtini, ovor.* ā̄ā ℥ii. *ranar.* ℥ß *butyr. rec.* ℥i. *pulveris carbon ex igne combuſtis candicibus forgi, pulvere ex ſubere combuſto,* ʒx. *terræ rubr. vitrioli,* ℥ß. *ſevi hircini* ℥ii. *ceræ alba q. ſ. m f. Ungu. In fine adde laud. Opiati partum. ms. ſerva. Ph. Jac. Sacchi Ampelogr.*

61. *Tollitur laudano &c.*) *Ungu. de linaria adde ol. papaver.* dolores in magis ſedet. *Unguenta Mercurialia* valde proſunt, Sales hic minime ſunt commendandi, ne quidem in caſu acido, *Hæferus* habet *ol. Saturni &* roſar. ā̄ā. agitantur, & teruntur in mortario plumbeo ad nigredinem uſque. *Hartmannus* cingulum facit ex *foliis belleb.* quaſſatis quibus corpus nudum cingit. Convenit ſæpe Linimentis addere aliquid *laudan op. camph. croci, cum Ungu. popul. & ol. papav. Ungu. milleped. cum pulpa pomor. acidor.* à quibuſdam commendatur. *Craanen Pr. Med. Ref cap.107.*

62. *Scarabeis*) Cum *aſellis & ſcarabæis ſtercorariis,* cum oleo lini infuſis, plumb. permiſtis, fiunt olea experiſſima contra hæmorrhoides dolentes & tumentes: Nempe *in oleo lini* coquuntur *ſcarabæi ſtercorarii,* quod oleum uſurpatur: Vel *olei viol.* ℥ii. adduntur *aſellorum contuſorum* ℥i. coqu. invicem, *Cum additione ceræ* ℥ß. *f. Ungu.* quod externis commode illinitur, in internis vero hæmorrhoidib. forma glandis immitti poteſt. *Etmuller.*

63. *Cineribus ſuberis*) Qui ſpecificum ſunt *Hartmanni* cum *oleo* ſemin. lini & vitello ovi miſti contra dolorem hæmorrhoidum cæcarum, Melius ſi *ſuber combuſtus cum oleo ſem. lini* & vitello ovi miſceatur, & aliquantum ſucci *ſedi maj* addatur, certiſſimum erit ad hæmorrhoides dolentes & ardentes remedium: Experientiam ſuggerit *Foreſtus l.23.5* de Nob. muliere, quæ in puerperio ſemper dolore hæmorrhoidum valde affligebatur, aliis multis fruſtra tentatis, hoc Linimento præſentaneum ſemper levamen perſenſit, nempe.

℞. *Ciner. ſuberis q. v. & cum oleo roſ & vitello ovi f. Linimentum.*

Quod ſi inflammatio adſit, miſceantur probe in mortario plumbeo. *Etmuller.*

64. *Chondrilla ſi ſaltem ea*) Mira eſt *Hæmorrhoidalis* vis & potentia in perſanandis hæmorrhoidibus, ſi enim hujus radicibus dolentes tanguntur, atque illæ per diem circa femur feruntur, & mox in camino fumanti ſuſpendantur, procul dubio affectus ſanatur; ſiquidem hæmorrhoides æque ac radices exiccantur, & ſiceſcunt qua cauſa herba ab effectu nomen deduxit, nec immerito, nam in iſtarum inflammatione, & doloribus, ſi hujus radices contuſæ applicantur confeſtim & dolor & inflammatio mulcentur. *C. Durantes.*

65. *Junge millepedes*) His hic utitur *Obſtetrix Gallica. p.4.c.4.*

℞. *Poma arida, bulliant parum cum aqua roſ. ad mollitiem, admiſce aſellos* contritos, tunc inducantur linteo & imponantur, mane & veſperi, videbis tumorem, inflammationem, & dolorem ſtatim mitigari. *P. Borellus eoſdem cum rad. porri in oleo* incoquit.

65. *Injunge millepedes* ℞. *Pulpæ milleped. Ung. popul. & olei ovor.* ā̄ā. *nuc. j. Extracti opii* ʒi. *m. f. ex arte linimentum.* Charas.

66. *Unguentum ex ſucco*) ℞. *Butyri majalis rec.* ℔iii. *florum ſambuci & geniſtæ rec. qu. infarciri poteſt contuſ.* Inſolentur per menſem, dein agitentur, & ſub terra defoſſa ſimul putreſcant per menſem, poſtea coquantur & f. Expreſſio. *Pharmacop. Bateana pag.129.*

67. *In quo Aſellorum*) Non minoris uſus eſt ſi *millepedes in oleo nucum* expreſſi coquantur, aut etiam ſine coctione cum *oleo* miſti digerantur aliquandiu, in cucurbita probe obturata, & hinc facta tranſcolatione pro uſu aſſerventur, Vide *Solenandrum ſect. 4. conſ.20. Borellum c.1. obſ.03. Fonſecam l.1. conſ 27.* Etmuller. vide §. *Scarabæis.*

68. *Apertione*) Mulieri quæ prætumidas venas quinque ani habebat, admotæ ſunt cucurbitulæ, quarum vi tres pintas profudit ſanguinis & fere incidit in hydropem: quare non aperiuntur ſine periculo, ob eamque cauſam non ſunt inconſulte aperiendæ: Hæmorrhoidas aperire oportet cæcas, in verruca, ficus *ſycoſi,* pruno, mariſcis, ſi quomodo ſinguis dolorem excitet, & metum cancri afferat; poſtquam medicamentis emollientibus ad anaſtomoſin comparatæ fuerint. *Duretus.* Aperiendæ ſunt, ſi non facile reſolvi poſſint, poſt convenientes revulſiones, confricando panno aſpero madefacto in *ſucco ceparum;* in quo diſſoluta fuerit dr. j. aloës. Promptius tamen, & cum minore dolore ſcalpello aut hirudinibus admotis aperiuntur. *Riverius.* Vulgo tumentes venas inungunt ſanguine gallinæ &c. mox hirudines affigunt, quæ ſi ſatis ſanguinis non exhauriant, hunc effluere ſinunt: Si per ſe ſiſtatur, ægrum jubent in aqua tepida inſiſtere, Contra ſi per apertas fiat profuſior ſanguinis profuſio, à qua periculum cachexiæ &c. avertitur ſecta dextra baſilica, affixis dextro hypochondrio & interſcapulio cucurbitulis &c. *Waletius.*

68. *Apertione*) Inter *aperientia hæmorrhoidum ora,* & quæ fluxum earum movent, optimum ſane auxilium ſunt *hirudines* ano applicatæ, Confer *Sennertum.3.Pr. qu.5.* Quod ſi vero profundius deliteſcant vaſa hæmorrhoidalia, ac præſertim ſuperiora, adeo ut commoda

hirudinum applicatio fieri nequeat, imitetur *Zacutum P. A. obſ. 74.* qui docet quomodo hæc per *Cucurbitulam* applicatam commode manifeſtandæ ſint: Conveniunt & *folia ficus*, quæ nonnihil fricantur aut contundūtur, donec lac exeat & tunc his fricentur hæmorrhoides donec aperiantur, Conſultum interim eſt, ut antequam applicentur talia extrinſecus, prius vaſa emolliantur balneis emollientibus, aut fomentis inprimis cum lacte paratis. Quoad *interna remedia* quæ aperiunt, eſt *Aloe*, & hujus ratione. *Elixir proprietatis*, item *myrrha*, quoſvis ſanguinis fluxus promovens; Item reſinoſa purgantia. *Ettmuller.*

68. *Apertione*) Si conſuetæ prius fuerint, & ſubſtiterint, manifeſtumque inde nocumentum imminere, vel jam adeſſe videamus, eas movere ſtudebimus; Uti & ſi prius non fluxerint, nihilominus aliquando provocare nitemur, ſi illuvies illa quæ morbos parit per hæmorrhoidum fluxum evacuari poteſt: ſicuti cum in venis meſeraicis cauſa febrium, melancholiæ, aliorumque morborum latet, facere oportet & convenit: Dein & quando in venis hæmorrhoidalibus dilatatis & tumidis ſanguis turget, exitumque quærit, nec tamen via illi patet, hæc aperienda, naturaque juvanda eſt.

Sectione cum *phlebotomo*, ſi vena tumens appareat ſanguinem quoque emittere poſſumus, caventes tamen ne ab ea aberremus, & podicem, qui ſumme ſenſilis eſt, vulneremus: Sunt qui ſetis eas pungere donec ſanguinem profundant, doceant.

69. *Præmiſſis univerſalibus*) Inter quæ *Purgantia per ſedes*, ob impuritatem ſanguinis, qui in hæmorrhoidibus ſuppreſſis retinetur, quandoque exhibentur, nec tantum eo nomine; ſed & quia vim irritando dejectoriam, inteſtina podicemque ſtimulando, ſic quoque hæmorrhoidum fluxum nonnihil promovent: Inprimis ſi hæc illis permiſceantur quæ, præterquam quod utrumque præſtant, oſcula venarum ſui amaritudine, *ut aloe, colocynthis*, aliave aperiunt, Sicuti & ea quæ per os ad hæmorrhoides promovendas exhibentur, non alia quam & quæ menſes provocare vi agunt; ex eo loco repetenda, Sicuti *Electuar. hæmagogum* aliaque uſitata quæ menſibus movendis adſcribunt, idem in hæmorrhoidibus efficere traduntur. *Platerus.*

69. *Præmiſſis Univerſalibus*) Ad curationem primò *ſanguis detrahendus* eſt ex venis brachii, ut fiat revulſio à parte affecta; qua ſufficienter celebrata derivationis gratia etiam vena malleoli aperienda eſt; *Cucurbitulis* etiam idem beneficium conſequimur, admotis hypochondriis ad revellendum, coxis vero ad derivandum. *Purgantia* potentiora in hoc affectu non conveniunt, quia humorem ad partem attrahunt, & tumorem irritant, Attamen alvus continuo emollienda eſt, quia dura excrementa, & cum aliquo conatu emiſſa, dolorem exaſperant: Ad alvi autem lenitionem *infuſum caſſia*, mane & ſero exhibitum maxime conveniet, E. g.

℞. *Fol. lactuc. bugloſſi, ſummit. malvæ, ana m. j. liquir. raſæ & paſſular. mundat. ana* ℥ß. *fol. bugloſſ. borrag. violar. ana p. j. coqu. ad* ℥viii. *In colat. infunde caſſ. recens extr.* ℥i. *colentur & clarificentur, addendo poſtmodum ſyr. violac.* ℥i. *capiat bis in die.*

Interdum etiam ad humoris acrimoniam demulcendam, *Emulſiones* iv. *ſemin. frigid. maj.* cum *prodicto decocto* extractæ, exhiberi poterunt. *Riverius.*

70. *Per hirudines &c.*) Topica potius in hæmorrhoidibus movendis, quam quæ aſſumuntur locum habent, cum venæ hæmorrhoidales non adeo ſicuti menſtruæ venæ in corpore lateant & abſconditæ ſint, rectiuſque & propinquius ob id illis admoveri, efficaciuſque ſic operari poſſint: cum interdum foris quoque prominere & tumere conſpiciantur, alias *Cæca*, hoc eſt conſpicuæ minime ſint, & non procul ab extremo annulo podicis abſint, ut remedia facile eo pertingant, ac inverſo etiam podice illis quoque recta applicari queant. *Platerus.*

70. *Hirudines*) Suctione facta per *ſanguiſugas* ad ſanguinem hæmorrhoidum eliciendum utimur; & ut deinceps libentius ſponte quoque fluant, hac ratione efficimus, podicem primum ſanguine illinendo, ut eo ſanguiſugæ allectæ avidius eum apprehendant & poſtea per arundinem eas adhibendo: Quod cum hæmorrhoidum fluxum requirimus tutius & certius eſt remedium. *Platerus.*

70. *Per hirudines*) Ut hæmorrhoides, diverſas ob cauſas aperiantur & ſanguinem atrabilarium remittant, *hirudines* vel manu, vel potius per cannulam applicandæ ſunt; quod utiliter fieri *Alex. Benedictus* & *Amatus Luſ.* monuerunt: Et nos etiam obſervavimus in homine melancholico feliciter hoc genus auxilii ſucceſſiſſe. *Conr. Geſnerus*, vide ſupra §. *Apertione.*

71. *Antequam id fiat*) *Abſumptio* earum prius tentanda; Ad abſumendas potiſſimum tumentes hæmorrhoides, admixtis tamen ſemper illis quæ dolorem ſimul, ſi ille adhuc perſeveret, mitigant, ea quæ *digerendo*, ut ſubſideant, faciunt, uſurpantur, vel cum illa non cedunt, quæ validius adhuc ſiccando, citra tamen morſum, ſi dolor adſit; vel ſi ille abſit, etiam cum aliqua acrimonia id præſtant.

Cataplaſmata in hanc rem fiunt ex *verbaſci* cand. *ſeu thapſi barb.* [illegible] *& flor.* item *ſcrophularia plantag. hieraceo* [illegible], *corona regia, milleſol. virga paſt. cynogl.* [illegible], *porri fol. braſſica*, Si ex illis aliqua [illegible] contuſa, vel prius parum toſta ſub [illegible] modo applicata, vel cum *butyro* [illegible] imponantur: quomodo ex *ſcrophularia* [illegible] laudat *Matthiolus.*

Ex bulbis *porri. capar.* ſub cineribus coctis, ut acrimoniam amittant, & *cum oleo roſac.* &c. ſubactis Cataplaſm. eas digerit: Potentius ſi bulbi *dracunculi & ari cocti, oleo*, ne urant, miſti, vel ſoli, ſi ferre poſſint, adhibeantur, vel reliquis bulbis additi.

Inſeſſus, *Fotus* cum *ſpongia* vel *ſacculo* ex dictarum *plantar. vel ſemin. decocto* addendo quoque aliquas ex ſupradictis hæmorrhoides abſumentibus plantis; Et ſi admodum eas exſiccare volumus, etiam *fol. ſumach, rubi, malicor. balauſtia, gallas, roſas, baccas myrti*, & alia, in exolceratione cervicis uteri propoſita; decoctioni *aqu. ferratam & vinum rub.* addendo.

Inunctiones ex ol. chamom. melil. aneth. hyper. lilior. commune, vel aliud expreſſum, in quibus coxerint *ſemin. raphani*, *Catapuc. vel lumbr. aſelli, milleped. ſanguiſuga. limaces rub.* nudi ſine teſtis: *Ol. de lateribus Linimentum ex* iiſdem addendo *bulbos* dictos, in Cataplaſmat. vel *apii*, ſeu *petroſel.* vel *mili ſolii ſuccos.*

Vel agitati prius in *mortario plumbeo*, cum terebint. in formam *Nutriti.*

Cepa excavata oleo convenienti adimpletur, addita *ærugine æris*, ſub cineribus coquitur, ſuccus expreſſus illinitur.

Suppoſitorium in anum inditur, ſi ferre poſſint, *ex ſevo, vitello ovi, addita cera alba*, ut facilius ſubeat, addito *Opio &c. Suffitus* ex decocto dum fervet exceptus, aut ſolo *thapſo barbato* dolorem compeſcit.

Fumus podice exceptus à pulveriſato *lobo*, vel *thapſo barb. aut ſcrophularia* ſupra carbones, aut laterem vel ferrum, candentia projectis excitatus, abſumit & exſiccat hæmorrhoides: Efficacior addito *ſulphure.*

Ex *melle anacardino* fumum hac ratione excitatum eaſdem exſiccare tradunt: Supra *aſſerem ex ligno Pini* plano facto, inunctum pinguedine aliqua, vel oleo, ſi æger ſedeat, juvare aliqui ſcribunt. *Platerus.*

Pro

Pro uſu interno ad abſumendas hæmorrhoidas & ſedandum dolorem prodeſſe ajunt decoctum *millefolii totius*: Pulverem item *millefolii & tormentillæ*.

Quod ſi chronici facti ſint, & quaſi habituales affectus doloroſi Hæmorrhoidales, ſpeciatim poſt menſium emanſionem, convenit egregie *fonticulus in* tibia. *Etmuller.*

Mirabiliter hæmorrhoides hæc tollunt.

℞. *Cicutæ ſiccæ* ʒii. *ſucci hyoſcyami* ℥ß. *alum.* ʒii. *æris uſti* ʒii. *rubricæ* ʒi. *cerato roſac. excipe* & unpone.

Valde præclarum etiam hoc eſt.

℞. *Sandarach.* ℥i. *auripigm.* ℥i. *cum lixivio* dilutum impone: mortificatur hæmorrhois, & decidit in ſemihora, reſiccata & à fundamento devoluta. *Aetius. Oribaſius.*

Ad cæcas hæmorrh. quibus ſubinde affligebatur Pater meus, hoc Pulvere experimento ſuo utebatur.

℞. *Antimon. pulver.* ʒii. *hermodactyl.* ℥ß. *boli Arm.* ʒi. m. f. Pulvis applicetur cum cottone quoties egentur *Achilles Gaſſerus obſ. 42.*

71. *Antequam id fiat &c.*) Ad Tumorem diſcutiendum, ſimul & dolorem leniendum valent ſequentia Linimenta.

Porrorum radices ſub prunis cum ſtupis madefactis decoctæ, & cum butyro piſtatæ, dolorem & tumorem auferunt: Idem præſtat *Cepe rubrum* cum *Pulpa liliis* decoctum, & cum *oleo myrtino* piſtatum & ſubactum. Vel

℞. *Olei nucl. Perſic. ol. amygd. amar. ana* ℥ii *ſtyrac. liquid. & bdellii ana* ʒii. *omnia diſſoluta in oleo incorporentur in mortario ſ. Linimentum.*

Balſamum ſulphuris, ex flor. ſulph & ſpir. tereb. paratum præſtantiſſimum eſt ad Tumorem diſcutiendum, dolorem ſedandum: tum etiam ulcera earum partium mundificat & detergit; idque potentius ſi loco *ſpiritus terebinthinæ*, *oleum hyperici & ovorum* ſubſtituatur: Tum etiam in tumentibus & valde inflammatis hæmorrhoidibus loco prædicti ſpiritus *oleum roſac. aut violac.* ſubrogari poterit.

Aquapendente laudat Catapl. ex rad. porror. in oleo communi aut myrtino coctis, tum etiam ex *ſcrofularia in aqua* decocta.

Folia ſambuci viridis coqu. ad putrilaginem *in aqua comm.* poſtea extendantur ſuper pannum magnitudine volæ manus; calide applicentur, ægro prono exiſtente, prius tamen parte affecta *oleo comm.* illita: renovetur ſæpe applicatio & continuetur per multas horas; ante applicationem foveatur pars *decocto eorundem folior.*

Portulaca contuſa & admota dolorem ſedat, tumorem imminuit, ulcera conſolidat & excreſcentias carneas abſumit. *Cepa alba* ſub cineribus cocta, cum *butyr. rec.* ſubacta, inſtar cataplaſmatis, tumorem diſcutit & dolorem ſedat.

Valet *Fotus ex alumine*, in vino rubro decocto.

Polypod. querc. & hypericum coquantur *in vini & aquæ aq. part.* & prono corpore decoctio inſtilletur in hæmorrhoides guttatim ex ſpongia expreſſa, ſenſibiliter detumeſcunt.

Aquæ thermales pro fotu cum ſpongiis, vel Inſeſſus in iiſdem calidinſcule.

Aquapendens admovet *ſpongiam ex aqua calcis* expreſſam, & ſupra partem alligat; Ad hæmorrh. abſumendas & exſiccandas valet *Suffitus ex pulvere lolii, tapſi barb.* ſcrofulat ſuper prunas conjectis: Efficacius fiet *ſulphure* addito; Imo ex *ſulphure ſolo ſuffitus* per tubulum exceptus Hæmorrhoides *cæcas & latentes* potenter exſiccat.

Ex *lapide pyrite in aceto* extincto optimus ad eas abſumendas: Mirum in modum confert Injectio ſequens frequenter uſurpata.

℞. *Succi plantag. & ol. violac. ana* ℥iv. *balſami nat.* ℥ß. *m. f. Injectio in anum.* Riverius.

℞. *Pingued. lardi craſſa* ℥i. *ol. vermi, rutacei, aut ſim.* ʒiii. *fiat veluti ungu. molle ſubigendum ex ſucco cepæ rubr.*

Cepa rubra aceto macerata, contuſa & impoſita; Ubi dolor eſt, cum *butyro* ſubigimus, *ovi vitello vel roſac. Pulpa colocynthidis* convenienti oleo immergitur, ano alligatur, quinque horarum ſpatio aperit. *Suppoſitoria ex rad. cyclam. ex rad. caulium*, fortiora ſi *taurino felle* illinantur.

℞ *Stercor. columb. pulver.* ʒiii. inſpergantur *ungu. molli facto ex pingued. lardi* ℥i. *oleo in quo matricar. cocta* ℥ß. *ſalis* ʒii. *miſce in mortario.*

Celerius agent medicamenta, ſi ante confricetur ſedes ex *fol. ficus*, *parietar. linteo cannabino*, *panno detrito.*

Fotus ex cyclamine, centaurio, abrotano, matricar. bryon. rad. enul. ireos, abſinthii &c. Hollerius.

72. *Per Unguentum*) Unguentis hoc præſtari poteſt, quæ podici inunguntur, aut alioquin applicantur, E levioribus hoc eſt

℞. *Rad. ireos cyclam. ana* ℥ß. *ſummit. centaur. matric. ana* ʒii. *pulver. affunde ol. nuc. ut ſupereminent digito. ſucci capar. rubr.* ℥i. *coqu. parum, colentur*, vel ſic

℞ *Lardi ſaliti à membranis mundi & cortice* ℥i. *fellis porci* ℥ß. *fimo columb.* ʒii. *nitri* ʒß. *miſce fiat Ungu.* Aliud

℞. *Spec. hierapicræ, ben. lax. ana* ʒii. *rad. cyclam ariſtol. Summ. centaur. min. ana* ʒi. *excipe melle & melle.* Efficacius.

℞. *Succi porri, capar. rubr. ana* ℥i. *fell. porci vel bubuli* ʒvi. *rad. cyclam pulpa colocynth. euph. ana* ʒß. *cum melle fiat Linim.* ſi ſuccum *eſulæ* vel *lathyrid.* addas, erit efficaciſſimum, ſed ſi urat, removendum.

72. *Per Ungu. ex medulla*) Præter *folia ficus*, *ſuccus cyclaminis* expertus eſt, ad eas aperiendas, externe applicatus, *H. ab Heer obſerv. 6.* uſurpatur vel ſolus, vel miſtus cum *ſucco betæ*, præſertim ubi inflammatio vel dolor nimis urget: Huic etiam alia acria, ut *ſuccus ceparum*, præſertim cum *aloë* miſtus, *ſuccus ari, bryoniæ, centaur. min. &c. Suppoſitoria* etiam ex *radice cyclaminis* inſigniter ſtimulant hæmorrhoides, vel ex *hiera picra* cum *pulv. colocynth & melle* parata. *Etmuller.*

Inter ea quæ hæmorrh. aperiunt primas tribuo *radici centaur. maj. ſ. rhapont* ex ſucco ſanguineo expreſſo cum ſaccharo paratus ſyrupus; Doſis cochl. ij. vel iij. mane. *Crato.*

Cepa excavetur & imponatur *oleum amygd. amar.* Coque ſub cineribus, ſucco expreſſo hæmorrhoides inungendæ. *Idem.*

Succus ceparum cum aloe miſtus, & panno aſperiore fricando applicatus, aperit hæmorrh. *Hartmannus.*

73. *Et oleo amygd. dulc.*) Si ſub dictorum applicatione nimia inflammatio metuatur, aut ardor ani, ſucci, vel alia applicanda, agitentur in mortario plumbeo probe, donec lividum colorem ex plumbi ramentis contrahant: Sic enim vim refrigerandi obtinebunt. *Ettmuller.*

74. *Succum ceparum cum aloe*) *Hartmanni* ſecretum.

75. *Cum aloë*) Prodeſt *Aloë*, ubicunque ſanguinis particulæ balſamicæ ſunt reſtaurandæ, & volatiles in motum citandæ, hinc in hæmorrhoidum ſuppreſſione quarum eſt ſpecificum; Hæmorrhoidibus ſuppreſſis laborans, duobus curabatur remediis, *pulvere cachecti*

tu, intere… les ramos propaget, pectoris & diuturni quidem ſentiuntur dolores : vel etiam *ing. …*, laxitate ſuâ materiam facilè imbibentibus.

…uratio non eſt negligenda , quia hydropem ſiccum præcedere ſolet, incurabilis , ſi h…

Nihil autem ſingulare habet; hôc exceptô, quòd per illas arterias non ſolùm primæ viæ , ſed etiam univerſum corpus expurgari, ſive cathartica exhibeas , ſive clyſteres infundas, poſſit , vi medicamenti per arterias ex trunco aortæ [5] humores noxios trahente.

…t hæc fortè cauſa eſt , [6] quòd medicamenta purgantia umbilico applicata alvum movent.

[1] *Meſenterii affectus ſunt*) Hos enumerat *Wartbon Adenograph. cap. 11. Intemperiem , Anguſtiam ſive obſtructionem , Tumores cujuſvis generis (ſcirrhum, ſcrophulas, ſtrumas) inflammationes, Abſceſſus , ulcera , Totum vitiatum.*

[2] *Meſenterii affectus*) Aſſignati morbi , plurimum, non principaliter meſenterio , ſed erroribus externis , vel præcedenti aliarum partium vitio adſcribendi ſunt; Veteres enim Medici partibus hiſce tam numeroſam morborum ſeriem nunquam attribuerunt: Recentiores vero Practici videntur propterea partibus hiſce complures morbos tribuere, quod aliter ſufficientes eorum cauſas aſſignare nequeant. *Wartbon.*

Ex eo fonte choleræ, melancholiæ , diarrhϾ, ca…æ, atrophiæ : languores, lentarum erraticarumque … latentium, denique morborum cauſas; deducit …

…is Meſenterii adjungit. *G. Blaſius Ther. ſpec. … cap. 2.* Continuitas ſoluta, *aut* , ſi quidem oculis haud expoſitu: , ſive *ruptura* fuerit, ſive *vulnus*, ſive quæ… curam nullam admittit , At ſi viſibilis ſi … partium ſenſilium tractanda , ſi poſſibile e… … internis.

[3] *Meſenterii affectus*) Non unico, ſed multiplici affectus genere meſenterium & huic affixum Pancreas infeſtari , in eoque graviſſimorum variorumque … fomitem ac ſeminarium delitеſcere uſus docuit : Quibus tamen rite explorandis tanta ſubeſt … ut medentium ἀξιοχίαν majori ex parte … ideoque , ſi Hippocratem exceperis, veteribus … incogniti indicique fuere : Singulas autem … affectiones. & cum primis leviores, quas Natura nonnunquam ſponte ſolet exolvere, ceu febres, … tuſſes, & hujus generis infinitas proſequi noſtri non eſt inſtituti, verum gravioribus digitum ſolummodo intendere , & quæ ſenſibus in crebris cadaverum ſectionibus ſunt manifeſta ; quæque ex propriis quibuſdam ſignis innoteſcunt , excutere.

Oritur hæc affectuum diverſitas , vel à partium mittentium varietate ac robore, vel ab humorum influentium vitio ; aut ab inæquali cauſarum internarum & externarum appulſu, & actione, *Partes mittentes* præ cæteris in imi ventris repagulis contentis viſceribus , ſunt Ventriculus , Hepar, Lien & uterus ; quandoque etiam ab univerſo corpore humores ſupervacanei eo tranſmittuntur , & nova ſubinde acceſſione coacervantur , Pro *Humorum peccantium* conditione & inclinatione, quibus Naturæ impetus diverſimode concitatus ; materiæ modo crebris & incertis , aut ſtato tempore , vel periodice erumpentibus, vomitibus ſurſum egeruntur, aut prodigioſa copia inferius exturbamur; vel aliquandiu ſubſiſtentes, & coërciti putredinem acquirunt, calore circumventi alieno erroneas vagaſque ſuccendunt *febres* , eaſque cognitu admodum difficiles : Et hæc febrium complicatio mirandas ſuſtinet vices , prout in vaſorum diſtinctis locis ſanguinis , aut alterius humoris, ſanguini commixti originem habuerit putredo, vel una cum meſenterio, etiam in Omento , hepate , liene, Utero, aut venæ cavæ ramis ſanguis putruerit : Unde pro materiæ ac fomitis diverſitate, modo continuæ, vel tertianæ aut quartanæ , ſimplices aut conjugatæ, modo nothæ, ac legitimæ , vel lentæ aut languidæ emergunt: Et his urgentibus ægri, vel nunquam à febre immunes, vel exacerbatione, certis diei intervallis *2. 3.* aut 4. die invaleſcente affligi, mirificiſque ſymptomatum inſultibus atteri conſpiciuntur.

Sin vero humores, intermittentium partium robore impulſi, citra inflammationem ſubſtiterint, tunc vel in calculos ac tophos concreſcunt, aut multorum annorum decurſu concluſi, tumores innumeros , ſeu abſceſſus, glutinoſam , gypſeam, ſebaceam, albugineam, melleam aut oleaginoſam materiam, membranulis conceptam continentes producunt ; adeo ut quandoque Natura univerſi corporis feces ac recrementa, in meſenterium deponere videatur , quin naturalibus viſceribus incolumitatem conciliare poſſit: Vel toto meſenterio in, in *laxiorem tumorem* ſublato[1], humoribus ſenſim inibi exareſcentibus , in lapideam duritiem convertantur: Nonnunquam & Hepate ex infarctu, vel aliam ob cauſam languente ; Renumque attractrice dejecta; ſanguinis ſerum majori ex parte reſtagnat, quod poſtmodum continuo effluxu adauctum, nunc in abdominis capacitatem, vel intermedias meſaræi membranas, cuniculis inuſitata via actus, ſubitaneos hydropum ſtatus inducit: Hinc *Rondeletio* teſte , in corporum diſſectionibus exploratum, omnes hydropicos , vel ſcirrho aliquo obſeſſos, glandulas Meſenterii induratas habere, quod ipſum etiam in Pancreate multoties uſu venire ex anatome notum; Ex horum malorum ſeminario progerminant & *Lumborum* dolores atrociſſimi , (membranoſa namque meſenterii ſubſtantia peritonæi ſoboles, imo nihil aliud eſt quam peritonæum duplicatum) Paralyſeos & colicæ nothæ mutua acceſſio , cholera, melancholia hypochondriaca, Tuſſes ſiccæ diuturnæ, Languores inſolitati , Atrophiæ, cachexiæ , DiarrhϾ , vigiliæ, Sputi frequentia, ventriculi, & capitis dolores , Convulſiones, Appetitus dejectio , Dejectiones nigricantes copioſæ , exuſto ſanguini ſimiles, vermes , vertigines, Tremores cordis, Epilepſiæ, Febres albæ , Virginum DyſpnϾ, aliæque ægritudines.

Præter hæc meſenterii conceptacula, in non paucis deprehenſum, Naturam quandoque membranam craſſiorem à Jecore ad Lienem ſubtus ventriculum extenſam & colo inteſtino incumbentem, ad eoſdem pene uſus efformare : In qua poſt ſuperatas chronicas & continuas febres, ac morbos melancholicos, magna pravorum humorum vis coacervatur, quæ doloribus variis, inteſtinorum difficultatibus , teneſmo , aut vomitibus continuis occaſionem præſtant certiſsimam. *Matth. Martini de M. M. p 3.*

[4] *Intemperies Meſenterii*) Hæc partibus hiſce rariſsime primario accidit; In hypochondriacis vero *calida* atque *ſicca*, ſive à ventriculo, ſive ab inteſtinis facile ad has partes derivatur; nimirum quia in iis ventriculus ac inteſtina phlogoſi ut plurimum afficiuntur; unde fit

ut ſanguis ab illis per venas verſus hepar recurrens, partim per meſenterium, partimque per vicinas ſedes tranſiens, eidem meſenterio intemperiem ſuam communicet: Alioquin cum meſenterium ſolo lacteo humore, tanquam ſibi proprio alluatur, fieri vix poteſt, ut morbo ſicco & calido primario corripiatur; Si quidem lacteus hic ſuccus contrarii plane temperamenti eſt, nimirum humidi & frigidi, vel humidi & moderate ſaltem calidi.

Porro in Aſcitide meſenterium, colluvie aquoſa obrutum, humidam atque frigidam intemperiem ægre evaſerit: imo forte evenit ut ex morbis ei propriis, etiam aliquando intemperies humida aut frigida oriatur, Sunt enim hæ partes tumoribus nonnunquam frigidis obnoxiæ. *Warthon.*

3. *Vel ibidem colligitur*) Aliqui cenſent partem hanc eſſe quaſi corporis ſentinam, ad quam tota hujus colluvies confluat, Unde *Fernelius*, *Tanta plerumque, ſupervacuarum humorum eſt colluvies, ut deſtinatis à natura receptaculis tota excipi haud poſſit; ac non non parva ſuperfluentis portio in vicinas quoque ſedes illabitur, maxime quidem in Pancreas & in meſenterium, quæ totius corporis veluti ſentina ſunt: Quibus ergo aſſidua ingluvie, magnus fit utriuſque bilis & pituita proventus, eas tempeſtive non expurgatas, natura valens ac robuſta, plerumque in Pancreas & in meſenterium, ignobiles ſedes, deponit &c.* Hic enim, ſive per ἐπιρροήν id fiat, aut per ἀναστόμωσιν, per venas in meſenterium dehiſcentes, inſignis humorum vitioſorum non raro accumulari ſolet congeries, occaſionem hoſpitii præbente & meſenterii textura, ex duplici membrana concinnatam; & quod hoc viſcus quamplurimis ſit reſperſum venis: Ad hæc Lieni & Hepati ſubſternatur, ideoque fluxionibus excipiendis maxime ſit opportunum; Tum quod humores, mittentium partium robore expulſos, prompte admittat; & quod frequentibus glandulis, iiſque bibula, ſpongioſa & imbecilli carne præditis, ſit contexta. *Matthæus Martini de m. m. p. 2.*

4. *Vel aliunde*) Partes hæ erroribus maxime obnoxiæ ſunt, & inſalubris Diætæ frequentiſque intemperantiæ pœnas luunt: quin & à numeroſis arteriis, veniſque per earum tunicas diſtributis frequenter male mulctantur, præſertim cum Hepar quoquomodo obſtructum, aut aliter male ſe habens, non ſatis expedite ſanguinem per venam Portæ affluentem tranſmittit in Cavam, Unde fit ut in venas meſentericas regurgitet, eaſque facile reddat varicoſas; Aut etiam rupta tunicas Meſenterii ſanguine effuſo, abſceſſus occaſionem miniſtret, aut, (quod ſæpius evenit) dyſenteriam vel fluxum hepaticum adducit. *Warthon Adenogr.*

5. *Humores noxios trahente*) Plerorumque jam ſententia eſt, Purgantia agere vi fermentativa, adeoque eorum actionem *fermentatione* abſolvi; Solent hinc qui de fermentatione ſcripſere, in ſolenne exemplum laudare fermentationem, unde Purgantia vocant, quæ quocunque modo adhibita à calore corporis noſtri in actum deducuntur, reſolvuntur, occulta vi humores ſibi cognatos turbant, agitant, fermentant, qua turbatione natura irritata inutiles humores ſegregat & expellit; Sed præterea conveniunt ſinguli fere in hoc, fieri in Purgatione *Irritationem*; Sed in irritatione generali non eſt acquieſcendum, qua naturam ſaltem ſtimulare & laceſſere valeant, quæ laceſſita & irritata ſponte vitioſos humores expellet; Neque enim illa ſola irritatio poteſt noxios humores ab inutilibus ſecernere & extrudere: quod poſito irritante promiſcue quilibet ſecernere & extrudere; quod poſito irritante promiſcue quilibet humor expurgari queat, quod idem expectandum foret ab omnibus calidis & acribus: Sed dependet illa actio principaliter ab ἐρεθισμῷ, ſtimulatione Archæi inteſtinorum, quando tunica eorundem membranacea & glandoſa acriorem characterem ſentit, & magis quàm ordinarie contrahitur ac ſollicitatur.

Acrimonia illa principaliter debetur principio ſalino activiori, humores ad orgaſmum, naturam ad excretionem citans, Quicquid acre eſt, ſali adſcribitur non immerito: Purgantium vis omnis, ab acrimonia ſalino ſulphurea videtur unice arceſſenda, ſeu agunt irritatione ob acrimoniam ſalino ſulphuream, unde ſale & ſulphure ablato, vel non vel debiliſſime purgant: Poſita vero acrimonia, eaque irritativa, & fermentativa, liquantur & funduntur humores, Natura vero ſtimulatur, ut collecti & adducti excernantur: Liquantur ſpiculis ſalinis ſe infigentibus, & ſerum concretum fundentibus, non aliter ac ſuo modo ptarmica & errhina papillas narium eliquant, unde humor aquoſus exit copioſe: Unde ſi hoc ſenſu *attractionis* vox ſumatur, habet omnino locum; Fit in Purgatione & ἕλξις, & ὦσις, tractio & pulſio modo res recte intelligatur, Liquantur è glandulis inteſtinalibus profecto humore ſeroſo: Ordine, hinc ſe conſequuntur Turgeſcentia, ſeu fermentatio, Irritatio & Excretio humorum irritantium, & fermentantiū, ſingula acrimoniæ ſalino ſulphureæ aptiſſime quadrantia. Hæc cum ventri applicantur, vis eorum ſubtilis tranſmittitur, ut purgetur corpus à tranſumptis particulis, ſtimulum intus vibrantibus. *Wedelius Am. Mat. Med. l. 2. ſ. 2. c. 3.* (Ubi fuſius horum vis adducitur) Pervius autem eſt umbilicus in nonnullis, adeo ut facilius vim illam purgatricem tranſmittat; *Alpinus* apud Ægyptios refert dyſenteriam ſanari digito in umbilicum immiſſo, eoque pluries circumducto.

6. *Umbilico applicata alvum movent*) Ob emolliendi & irritandi lenem virtutem, Unguenta *Epomphalia* officium faciunt, Quæ vulgus ſæpe etiam ex pinguedine anſerina, ſtercore murium, & pipere cum ſucceſſu parat, Ut *cataplaſma* ex pomis putridis. Item *Ungu. de cyclamine* (quod umbilico admotum lethale alvi profluvium induxiſſe animadvertit *Author Enchir. Med. Pr.*) huic ſcopo inſervit: Paulo tamen rarior hic eſſe uſus conſuevit, & vix alius quam leniens: qui ipſe tamen in induratione ſtercoris ſatis commodus & neceſſarius eſt, *Wedelius De Med. comp. extemp. p. 186.*

Meſenterii.

II. 7. *Meſenterii obſtructio* 8. eſt duplex, alia, 9. *quando venæ lacteæ ſunt obſtructæ*, quod

Cognoſcitur ex eo, quod fluxus alvi chyloſus & albus inſeſtet, & atrophia, materia ad corpus nutriendum neceſſaria denegatâ, inſequatur.

Oritur id, ſeu à chylo craſſo, crudo, lento, viſcido, ex ſimilibus cibis genito, ſeu à glandularum tumore eaſdem comprimente.

1. Laudatur in ea *ſpiritus antitartareus catholicus*, qui fit ex *ſalis armoniaci* à ſordibus mundati lb. iij. *ſpiritu vini Tartariſato* ad eminentiam digitorum viij. quinque cohobiis per alembicum deſtillatis, qui à ſcr. j. ad ij. in vino vel juſculo datur.

Alia,

Alia;[11] *quando venæ meſaraicæ intercipiuntur*,[12] quod.

Cognoſcitur ex eo, quod materia coërcita, & in flatus faceſſens, diſtentionis & gravitatis ſenſum, capitis dolorem & gravitatem excitet, arteriarum circa dorſum pulſationes ſint moleſtæ, à ſumpto cibo malum incrudeſcat, & ventriculus comprimatur, ructus, rugitus & tormina affligant &c.

Oritur id[13] vel à *vaporoſis* & craſſis flatibus; vel ab[14] *humoribus* vel pituitoſis, craſſis & viſcidis, vel bilioſis acribus, per moram incraſſatis; & *tum*, dolor eſt vehementior, interdum evaporatione perſeverante, malum univerſam thoracis cavitatem occupat, ut aliquid ſuffocationi ſimile præſto ſit, interdum tumor circa os ventriculi concitatur, ructuſque ſi inanes,[15] ſuppreſſis iis, quæ per inferiora excluduntur, producuntur.

[16] *Curatio* peragitur I.[17] *Aperientibus*, & illis quidem elementibus,[18] robur Epati & ventriculo conciliantibus,[19] penetrantibus[20] incidentibus, exſiccantibus, putredinem lenientibus, & pauliſper ſtringentibus; non dulcibus, ſed amaris,[21] in electuariorum vel pillularum formam redactis, ſed ut liquor poſt hauriatur. *Tartareis*, niſi ſalſedo vel acredo humor. obſtet[22] *Oxymel* redolentibus.

II.[23] *Purgantibus*, niſi flatulentia obſit, &[24] illis lenibus, non continuis,[25] ὁμοιοτρόπως[26] per Epicraſin datis,[27] liquidis.[28] Convenientque huic ſcopo *pillulæ Tartar. Quercet. & antihypochondriacæ Zvvelferi.*

III.[29] *Vomitoriis*,[30] ſed non violentis.[31] Laudatur *eſſentia geniſtæ* Plateri.

IV.[32] *Diureticis* craſſos humores fundentibus, &c.[33] Epar roborant, *pillulæ de ſcaria ferri* Leonil.[34] *Antidotus ex chal. be Mercati.* Arcanum *ex*[35] *vitriolo, ſulfure, & ſilicibus* Penoti, &c.

Pituitoſam[36] autem *materiam* incidunt, *Compoſitum Cratonis ex terebinth. Cypr.* dr. ß. *aquis abſinth. & rutæ ana quater lota, pulver. cinnamom. nucis moſchat. ana dr. ſ. ol. amygdal. recentior. dr. ij. pulver. chalybis præparat.* dr. totidem factum, *ſpiritus ſalis armoniaci Tartarizatus*, qui paratur ex *ſalis armon. unc.* IV. *aqua pluvia ſolut. & ſal. Tartari unc.* totidem in alia aqua liquef. confuſis citiſſime & ex arena leviſſimè deſtillaris, urinoſi odoris.[37] *Tartarum volatile*, de quo *Barthaletum* de diſpnœa pag. 441. vide.[38] *Sal armoniacum* purificat, ſale communi & chalybis limatura ſæpius ſublimatum gran. aliquot in vino abſinthite pondere. *Armoniacum* fixum aut calce ovorum, aut ſale prunellæ, aut albo ſulphur. ſpiritu, *Sal ſiliceum* à gr. VI. ad XX. *Pillulæ Elichmanni*, quarum baſis putatur eſſe quidam ex thermis Aquenſibus deſtillatione collectus cremor. Eandem digerit Decoctum, ex ſummitat. *Chamædryos, gallitrychi, agrimon. ſalviæ ſylv.* cum florib. herbis, *hepat. nob.* ana m. ij. *nummular. recent. beccabungæ* recent. ana m. j. flor. *betonicæ, borrag. ſalviæ*, ana m. ſ. radic. *ireos Florent.* unc. j. *aron. præpar.* dr. ii. *ſcorzoneræ, fœniculi, apii, Cichorii, Nymphææ* ana unc. j. medul. *ſemin. Carthami* dr. VI. ſemin. *Cardui Mariæ* ſcr. IV. *fœniculi, carvi, aniſi* ana unc. ſ. *flaved. cortic. citri, Zingiber. Zedoar.* ana ſcr. ijſ.[38] *Tart. vitriol.* dr. VI. *aquæ fontanæ* libris VII. *Radic. Chinæ* libr. ij. cum[38] gallo decrepito conciſo & in vaſe duplici clauſo ad remanentiam lib. IV. facto, & ſine expreſſione colatum additis *ſyrupi cochleariæ* ℥v.

7. *Meſenterii obſtructio*) Hæc nihil aliud eſt, quam Anguſtia vaſorum, ab humoribus in iiſdem contentis, facta, Et cum Obſtructio in morborum ſenſu numeretur, hinc neceſſe eſt lædi actiones, impedita facultate attractrice, retentrice &, quæ opera caloris nativi potiſſimum abſolvitur, alteratrice, *M. Martini p. 1.*

7. *Meſenterii Obſtructio*) Nil frequentius aut uſitatius in Morbis chronicis accuſatur quam antipraxia viſcerum, & *Obſtructio* viſcerum in abdomine, Meſenterii, hepatis, lienis, pancreatis, &c. Hanc quod attinet, ſane nil frequentius his ipſis in Scholis Medicorum occurrere ſolet, Unde & febres intermittentes, & cachexiæ, mala hypochondriaca, & plura alia in Schola Galenica, in qua nihil uſitatius quam loqui de *Oppilationibus*, factis à tartaro hinc inde coagulato: Cæterum, ſicuti qualitates occultæ Phyſicorum merito dicuntur aſyla ignorantiæ, ita ſimili ratione dicendum, quod tales abdominis viſcerum obſtructiones, ſint *Balneum cauſarum lateſcentium.*

Duo ſunt quæ imprimis fulcire videntur hanc hypotheſin, *unum* quod eam reddit probabilem; *alterum* eam facit inculpabilem, *Probabilem* reddit hanc opinionem, quod in iſtis chronicis affectibus quamplurima abdominis ſymptomata ægris moleſta ſunt, ac præſertim circa hypochondria affligunt, & ſi alia quædam pars videatur affecta; conjungi tamen aut ſubſequi hd [illegible] nis paſſiones ſolent: Accedit quod & ſcirrhi, & [illegible] in meſenterii glandulis, item in aliis abdominis viſceribus inventa ſunt; *Alterum*, quod eam reddi *inculpabilem*, eſt quod fons per anatomen non adeo [illegible] detegi, cum enim præſupponant infarctum vaſorum capillarium, quæ ordinario poſt mortem connivent, ac clauſa reperiuntur, nulla poſt mortem accuratè ſatis diſquiſitio poteſt inſtitui.

Res ut pateat accuratius, *tres* imprimis concipiendi ſunt *meatus* in quibus ſupponitur fieri obſtructionem, I. Sunt *vaſa ſanguifera*, quæ invehunt & evehunt, ij. vaſa *lymphatica*, quæ ex uno loco invehunt in alterum, iij. ſunt *pori & meatus partium continentium*, per quos continua eſt liquoris trajectio, primario quidem viſcerum ac glandularum, ac ſecundario partium carnoſarum; Quod ſi in his locis fieri debeat obſtructio, neceſſe eſt ſane ut humor in motu impeditus ſtagnet, hinc pars intumeſcat, & vel liquoris ſtagnantis, coacervatio, vel rupta vaſis in vicina loca effuſio. Et quidem in vaſis ſanguiferis, ubi eſt aliquo in loco obſtructio, neceſſario impeditur ſanguinis motus, unde ſanguinis in iſta parte ſtagnatio, ex ſtagnatione partis tumor, tandem

vaſorum capillarium ruptio, hinc ſanguinis extravaſatio, & ſic inflammatio.

Ubi vero in *vaſis lacteis & lymphaticis* fit obſtructio, ſimiliter impedimentum fiet motus lymphæ, ita ut per vaſa lymphatica, non aliorſum commota, nec ab his reſorpta, ſed in parte ſolida coacervata det tumores ſeroſos; Sin vero jam abſorpta ſit, & in motu per vaſa ex horum obſtructione impediatur, tunc à lympha ſtagnante fit vaſorum diſtenſio, tandem ruptio, ac neceſſaria tandem lymphæ effuſio: Quæ effuſio ſi fiat in peculiarem cavitatem, dat hydropem particularem, Sin vero effuſio fiat in partem ſolidam, fient exinde tumores aquoſi, pro lymphæ conditione varii.

Obſtructiones quæ dicuntur fieri in ipſis *viſceribus*, aut *partibus ſolidis*, dant etiam ſuos Tumores, nec ſine his contingere ſolent; Cum enim meatus ac pori in hunc finem ſint excavati, ut fluidum exinde tranſeat, neceſſario ex iſtis obſtructis liquoris tranſeuntis fiet ſtagnatio, unde pars neceſſario intumeſcit, ac tumor vel per ſuppurationem degenerat in abſceſſum, vel materia ſtagnans inſpiſſatur ac indureſcit, fiuntque *tumores duri*, plus minus indolentes, & tactui *renitentes, qui ex ſanguine in purgantibus ſanguineis* dicuntur *ſcirrhi*, Ex lympha vero in *partibus glandulosis*, *ſtrumæ*, *ſive ſcrophulæ*, Hæc *coagulatio fit ab acido*, à quo poſt ſucceſſivam partium ſubtiliorum evaneſcentiam ſive diſcuſſionem ſenſilem, reſtitans ſanguis ſive lympha inſpiſſatur, ac firmiter coagulatur; *Acidum hoc in ſcirrhis & ſcrophulis* patet ex eo, quod inconvenienter tractatæ in tumores, ubi eorum acidum vitioſum contrahit efferveſcentiam, faciliime in cancros depaſcentes degenerent.

Ex his tamen Tumoribus patet, nullo modo univerſaliter negandas eſſe Obſtructiones, hoc enim abſurdum eſſet, ſed abuſus tantum tollendus, & obſtructionibus iſtis imaginariis ſuperſtructis morbis aliud quærendum fundamentum, Siquidem & ductus cholidochus, ductus pancreaticus, tubuli renum, oſcula vaſorum lacteorum ſæpius infarciuntur; Meſenterii item obſtructionum repertarum, una cum glandulis ejus induratis, cum ſubſequente corporis macie, hinc inde proſtant exempla; Verum in morbis iſtis chronicis cauſa radicalis non ſunt obſtructiones tales, aut ſi deprehendantur in talibus obſtructiones viſcerum v. g. ſi quartanæ ſupervenit ſcirrhus lienis, aut ictero ſcirrhus hepatis, hydropis prodromus, tunc quæſtio de tali tumore oritur, an ſit cauſa talis morbi, an vero productum morboſum; Et quidem ſcirrhoſos, aut ſimiles tumores quod attinet, in his integer quidam ramus, & huic annexæ viſceris partes omnino oppilantur, & in talem tophum coguntur, unde per eum ceſſat penitus contentorum trajectio, unde ſucceſſive vicini rami, pedetentim dilatati ejuſdem munere fungi videntur.

Origo igitur prima omnium iſtorum affectuum chronicorum, ex viſcerum infarctu derivatorum, eſt *ex ſtomacho & primis viis*, nempe digeſtio prima in ventriculo, & ejus perfectio in duodeno, plus minus læſæ, ſunt fons omnium morborum chronicorum; in ſpecie *cruditas acida*, & multiplex alteratio ſucci pancreatici & cholidochi, fœcunda mater morborum talium eſſe ſolet; Speciatim bilis vel parcior, vel inertior, fovere, & contumaces magis reddere ſolet hos ipſos affectus: Unde *ametria chyli*, *dyſcraſia ſanguinis*, partium nervoſarum multiplices doloroſi affectus originaliter ex vitioſo acido primarum viarum propullulare ſolent; Adeo ut *acidum* in ſubjecto, ſeu vehiculo plus minus ſeroſo aut pituitoſo, ipſum etiam magis vel minus *volatile* aut fixum, ſit prima origo iſtorum affectuum, Hinc ubi gravius fuerit ventriculi ſub digeſtione erratum, aut notabilior cruditas acida, non rarum eſt quod ſanguini, in talibus ſubjectis, per phlebotomiam emiſſo, poſt ſui grumeſcentiam ſupernatare ſoleat *Mucus quidam albidus*, plus minus ſpiſſus, ac multis modis variatus, qui revera nil aliud eſt, quam *chylus vitioſe digeſtus*, qui cum non commode fermentationis motu aſſimilari poſſit ſanguini, in eodem fluctuat, fermentationis debitum negotium impedit, & hinc ad cachexiam ſpeciatim mulieres ad chloroſes diſponit; Confirmant hoc remedia ad horum morborum curam uſitata, Si quidem convenire ſolent remedia, tam generalia alterantia, nempe *acidum corrigentia*, *viſcidum evacuantia*, & hinc bilem aromatica vi evacuantia, quam ſpecifica, ſpeciales ſapores acidos enecantia, & ſpecialia vitia humorum emendantia, *Ettmuller Pr. Part. 1. p. 161.*

Quid de morbis ex obſtructionibus vulgo derivatis hoc cenſendum ſit, tradit Lindanus *in Collegio privato MS. ſuper Hartmanni praxin*, Credite hoc mihi: faciet hoc Praxis videre, Illi morbi & vitia quæ paſſim attribuuntur *Obſtructionibus Meſenterii*, ſunt revera effecta ventriculi imbecillis & non bene habentis, laborantis cruditate vel corruptione, inprimis ſæpius in hoc caſu acida, Revocate hoc ad animum, qui praxin aggredimini, Utinam hoc Medici diſcerent, ut poſtquam tot Purgationibus nihil profecerunt, Cogitarent non eſſe obſtructiones meſenterii: Dein poteſtne aliquid magis inſanum eſſe, quam velle tollere obſtructiones purgantibus; quomodo enim intrare aut remeare poſſunt per vias obſtructas? Præterea in cadaveribus nunquam reperietis obſtructiones meſenterii, niſi ſimul ſcirrhum & corpus longitudine morbi emaciatum: Ubi totus ſanguis mire corruptus ſcirrhum meſenterii & obſtructionem generat, quid igitur purgantia poterunt? Corrigite, roborate ventriculum, & corrigetis omnem putatam obſtructionem, tolletis omne malum, Natura caute ſatis providet, ne vaſa meſaraica poſſint obſtrui, ſcilicet accuratiſſime filtrando chylum per filamenta bombycina, Unde videmus chylum per venas lacteas inſtar limpidæ aqueæ materiæ tranſire, vero ac quomodo fieri poterit obſtructio, cum pateat minores ramos deſinere in ampliores, atque obſtructio metuenda, ubi ex majori in minus vas defertur: Ergo tales obſtructiones, affectus melancholicos, hypochondriacos &c. Curo, curato ventriculo.

7. *Meſenterii obſtructio)* Magni & famoſi nominis in Medicina eſt Meſenterium cumprimis vero, illi mirifice implicita vaſa; In hac ipſa parte quæ in medio inteſtinorum collocata conſpicitur, unde ſuum etiam nomen accepit, tendentes morbi, utut quamplurimi & valde abſtruſi ſint, plerique tamen ab obſtructione pendent, in qua expugnanda Medicos ſudare notum, Hæc ipſa vaſa meſaraica, ut tutius ire queant, interiectas glandulas habent admodum plures, inter quas una ſit inſignis, ſed & valde informis deprehenditur, quam Pancreatis voce indigitant Anatomici, quibus propterea hoc membrum Pancreas dictum fuit, quod videatur totum quaſi carnoſum, ita tamen ut illa carnis ſpecies hic innuatur, quæ Glandulosa appellatur, quæ ductibus ſuis iiſque ſatis evidentibus gaudet, In utraque parte tam faciles cumprimis ob vaſorum iſtorum notoriam anguſtiam & exilitatem Obſtructiones contingunt, quas creberrimum eſſe vitium coctionis primæ, & hinc etiam craſſa viſcoſitate aut impuritate contaminati chyli colluvies ſuccreſcere ſolet; Quam ipſam generandam hic loci obſtructionum facilitatem inſuper ſummopere accelerat cœnoſa iſta pinguedo, vel potius humiditas craſſior,

craſſior, quæ circa has glandulas ſtabulari conſuevit. Exinde enim ſcirrhorum obſtructionumque pervicaciam origo, quæ ex luculenta hac viſcoſitate, in gypſeam contumaciam indurata dependet, haud difficulter determinari poteſt. *Ch. Langius Path. Anim. c. 48.*

8. *Obſtructio eſt duplex*) Quintuplicem ſtatuit *Warthon*, Primam in ipſo aditu ſucci lactei in orificio venarum lactearum 2. in tranſitu ejuſdem per glandulas, 3. in tranſitu ſanguinis ex arteriis in venas per earundem glandularum ſubſtantiam, 4. in canalibus lymphaticis, 5. in Nervis. In *prima*, chylus ex inteſtinis non attrahitur, unde appetitus dejicitur, & frequenter chylus vacuatur; Venæ interim lacteæ fotu atque humectatione chyli deſtitutæ tractu temporis exareſcunt, ſimulque totum corpus tabe conficitur. In *ſecunda*, fit primum nutritio diminuta, quam tandem atrophia conſequitur. In *tertia*, ſi obſtruatur ſanguinis per has glandulas decurſus, illæ protinus intumeſcunt, ſanguine ſuffunduntur; atque adeò impeditam chyli perineationem & diminutam nutritionem efficiunt. In *quarta*, ſi contingat *Lympha ductus* in meſenterio obſtrui, quia valde fragiles ſunt, facilè rumpuntur, & aquas ſuas in abdominis cavitatem exſpuunt, unde Aſcites certiſſime conſequitur. Sin verò vaſorum horum membranulæ tenaciores fuerint, ita ut diſtenſionem notabilem abſque laceratione ferant, in *veſiculas* quaſdam aqua turgidulas attolluntur, quas *hydatides* vocant & peculiarem Aſcitidis ſpeciem conſtituunt. Quælibet autem veſicula inter binas dictorum vaſorum valvulas quam proximas efformari contingit: quia vero aqua nec prorſum propter obſtructionem, nec retrorſum fluere poteſt, ob valvularum interceptionem, interſtitia intumeſcunt in figuram orbicularem, utpote capaciſſimam, quæ figura in hydatidibus vulgo cernitur. In *quinta*, ſequitur inteſtinorum reſolutio & ſtupor, ſicut in paralyſi graviori frequenter uſu venit: Sin in iis tantum reperiatur qui ad glandulas meſenterii diſtribuuntur, cauſant diminutam ſaltem nutritionem atque extenuationem, ſi non atrophiam omnium quoque partium ſpermaticarum, permanente interim conſtitutione vitali integra & ſatis valida. *Warthon.*

8. *Obſtructio*) Obſtructionum ſpeciebus prædictis addi poteſt horum vaſorum *Compreſſio* quælibet, aliqualem anguſtiam iis inſerens: ſicut evenit in ventriculi aut coli inflationibus; in colicis doloribus, item in quibuſvis meſenterii tumoribus. *Idem.*

Ad obſtructionem, vel potiùs anguſtiam illarum venarum referimus compreſſionem quæ fit à Glandulis, per totam meſenterii ſubſtantiam diſperſis, illæ enim præter modum increſcentes, ut in ſtrumoſis diſpoſitionibus, venas meſaraicas comprimunt, & tum chyli, tum ſanguinis commeatum impediunt. *Riverius.*

Sed revera præter compreſſionem ab his tumidis inductam, concurrit etiam vaſorum illas pertranſeuntium obſtructio, adeo ut duplex, (illarum cauſa) anguſtia occurrat, compreſſio & obſtructio.

9. *Alia quando venæ Lacteæ ſunt obſtructa*) Meſenterium Glandulas habet plurimas exiguas & molles, membranis interjectas, in earumque medio unam magnam, quas omnes ad chyli attenuationem majoremque perfectionem plurimum conferre manifeſtum eſt; Per illas quippe decurrunt vaſa lactea innumera, & chylum ad majorem perfectionem glanduloſi liquoris levi aliqua ſubacidula qualitate imbuendum, in eas affundunt; quæ vaſa ex iis tandem in media magna Glandula (quam *Fallopius* & *Aſellius* male vocant *Pancreas* hodie multi *Pancreas meſenterii*, ab altero longe diverſum) pleraque concurrunt, indeque recto ac brevi ductu feruntur ad *Receptaculum chyli*, in quod lacteum ſuccum deponunt. Rem ita ſe habere docent experientia & autopſia, Nam ſi hæ Glandulæ aliqua de cauſa, vel obſtruantur, vel liquor in iis genitus, & lacteo ſucco neceſſario admiſcendus, nimis acidam acredinem quacunque de cauſa conquiſiverit, tunc chylus lacteus in iis ſubſiſtens coagulatur in caſei formam, ab ejuſque copioſo influxu multum intumeſcunt, atque ſic chylo ſubſequenti tranſitus omnino præcluditur, unde quibus contingit, ii fluxu cœliaco (propter impeditam chyli diſtributionem) & ventris dolore torquentur, atque ob denegatum alimenti tranſitum *atrophia* conſumuntur, & paulatim uſque ad mortem conſumuntur; Vnde patet non illum eſſe Glandularum uſum, quem ipſis Anatomici communiter adſcribunt, ſcil. fulcire venas & arterias per meſenterium delatas, ſed in iis, (ut in omnibus glandulis) gigni & aliquid ſubaciduli fermentacei liquoris, chylo lacteo permiſcendi, & ſic illas inſervire vaſis lacteis, atque hinc propter earum obſtructionem, aliamve pravam conſtitutionem (qualis plerumque à vitioſo fermento, quod chylo in inteſtino duodeno admiſcetur, inducitur) ſæpe magnam pravorum humorum colluviem, lentarum febrium, variorumque contumacium ac diuturnorum affectuum cauſam, inter meſenterii membranas coacervari. *Diemerbroeck Anatom. lib. 1. 8.*

10. *Laudatur in ea*) Si viſcedine, glutinoſitate, tenacitate & coacretione, chylus, ſerúmve peccet, huic Vitio debetur fluxilitatem ipſis fœnerantia, aperientia, ſalſa, aquea, incidentia acida, amara, acria, aromatica, mixta & concretionem impedientia, utrobique reſpiciendo ſimul ad prædominium ſalis adjuncti, acidi & ſalſi. *Wedelius.*

11. *Quando vena meſaraica*) Duplicem hæc agnoſcit cauſam, antecedentem, quæ fovet, & conjunctam quæ ſuſcitat morbum, aut in eundem demigrare nititur, Harum nomine veniunt *venarum meſenterii* nimia adſtrictio, ſuppreſſa menſium aut hæmorrhoidam evacuatio, Sanguinis abundantia, aut ejuſdem, ob morbum præcedentem exuſtio nimia, Jecoris & vicinarum partium robur, copiam humorum inſtar moleſti oneris in hanc ſentinam excutientium: Humor craſſus, lentus, plurimus crudus, vel à cerebro in ventriculum copioſe procumbens, atq; in tenues venas cum alimento penetrans, vel ut cum *Galeno* Hollerius adnotat, cum ſpiritu flatulento in tubulis meſaræi contentus. Bilis flava diutius p. n. coërcita craſſeſcenſque: Humor atrabiliarius ab imbecilli Liene non attractus. Callus inter meſaraicas, *ex Benivenio*, excreſcens & anadoſin chyli prohibens. Tophi in eodem & Pancreate reſidentes, *ex Jouberto* Febres diuturnæ epidemiæ præ cæteris, & quartanæ, magnam vitioſorum humorum ſaburram ſecum trahentes: *Frigus intenſum*, quo humores concentrati in corpore figuntur, diutius perpeſſum. *Alimenta* viſcida, craſſa, motu violentiori aut balneis intempeſtive uſurpatis, in venas rapta: Saccharata vel melle delibuta atq; condita, copioſius à pichrocolis ingeſta, aut qualitate minus laudabili prædita, ceu ſunt carnes hircinæ; bubulæ, cervinæ, fumo aut muria adſervatæ, nec non avium paluſtrium, Panis azymus ac vetuſtus, Extremitates animalium, Lagana, Paſtilia, oſtreata quæcunque; Piſces ſaliti, fumo aut aëre indurati, Fungi, caſeus vetuſtus, exſuccus aut putredine ſquallens, Fructus adſtringentes, immaturi, Ficus, & quæ à virginibus aut gravidis vitioſo deſiderio expetuntur. Adde his variorum ciborum ingluviem, totius corporis impuritatem, à prava viſcerum conſtitutione dependentem, ſupra ſatietatem, & poſt crapulam ferinam quandam voracitatem; *laboris & exercitiorum* rationem penitus neglectam; *Potum* vini craſſi, dulcis, auſteri, cereviſiç non defæcatæ,

vel triticeæ, Aquæ frigidæ uſum liberaliorem, maxime à Balneo ac tempore æſtuante: medicamentorum frigidorum & narcoticorum uſum frequentem; violentum ab aſſumpto cibo motum, ſomnum diuturnum, Alvi ſuppreſſiones validas, & inter cœnandum affectus animi concitatiores. *Matth. Martini, p. 9.*

11. *Quando vena meſaraica intercipiuntur, cognoſcitur*) Signa quæ meſenterium peculiariter affectum ſignificant, ſunt tenſio & retinentia in medio ventre, & ſub ventriculo, ac regione umbilicali, gravitatis ſenſus in eadem regione, & interdum dolor obtuſus, nonnunquam etiam acutiſſimus, quando flatus ab iis partibus continentur, Dolor etiam in dorſo aliquando percipitur, propterea quod meſenterium huic parti alligatur, murmura & rugitus in ventre fiunt, ructus excitantur, vapores in caput attolluntur, unde varia ſymptomata emergunt; ac denique ea omnia quæ in melancholia hypochondriaca accidere conſueverunt, meſenterii obſtructiones indicant, ab illis enim obſtructionibus hæc producitur & fovetur. *Riverius.*

12. *Quod cognoſcitur ex eo*) Signorum quædam *materia obſtruentis conditionem* ſequuntur, quæ ex *Avicenna l. 3. Fen. 14. tr. 2. cap. 14.* concernit vel craſſitiem ejus aut viſcoſitatem, aut multitudinem, vel ab eadam factam repletionem; Quædam *ſedem affectam*, Quædam *actiones facultatum vitiatas* denotant. Si *vaporoſi & craſſi flatus* multitudo in meſenterio accumulatur, ibique cohibetur, non gravitatis ſolum, ſed & diſtenſionis ſignum exhibet. Ubi materia obſtruens fuerit acris, dolor vehementior eſt cum toſione, quandoque etiam evaporatione perſeverante, malum univerſam thoracis cavitatem occupat, ut aliquid ſuffocationi haud abſimile ſe perpeti laborantes exiſtiment; aliquando in poſtica colli parte ac juxta dorſum affligit; nonnunquam etiam in ipſa vertibula irruit, frequentius in utroque latere occupatos tenet: interdum tumorem extra os ventriculi concitat, ructuſque inanes producit, modice alleviantes, ſuppreſſis iis qui per inferiora excluduntur. Non paucis circa ventrem Tumor ſublaxus apparet, manuum aut aliarum rerum fotu quandoque mox ceſſurus, aliis appetitus deperditur, habituſque corporis imminuitur, capitis gravedines & arteriarum circa dorſum pulſationes ſunt moleſtæ: à ſumpto cibo malum incrudeſcit, ventriculus comprimitur, liquida ab alvo, chyli aut cremoris ſpecie, vel porracea defluunt, membra inflantur, ructus cohibentur, ac dolor lancinans ad ſpinam univerſam protenditur, ægri levantur, flatibus, ſive ructu aut inferius exploſis, certiſq; non pauci ſub intempeſtivam noctem intervallis inſigni anxietate affliguntur. Neque inſolens eſt ut à meſaraicarum infarctu pertinacior melancholia oboriatur hypochondriaca, cumprimis atrabiliariis: quia, cum ratione obſtructionis ſanguinem libere ac citra obſtaculum exſugere nequeant, ſcundemque per corpus univerſum tranſmittere accidit ut plus juſto incaleſcens ſanguis aduratur, & inde converſus in humorem melancholicum in caput evaporet. Quibuſdam cruditate invaleſcente exoritur nauſea; Ex alimentis in flatus commutatis murmura ac tormina ventris; Sputamina plura, color faciei pallidus, aut ſuſcus, Pulſus inæqualis aut debilis, Anhelitus difficultas, Ructus acidi, corporis gravitas. Pedum intumeſcentia, ſenſuum omnium hebetudo, Urinæ crudæ, tenues, modicæ, conturbatæ, divulſæ. *Matth. Martini pag. 12.*

13. *Vel à vaporoſis & craſſis flatibus*) non ſolùm autem humores, ſed interdum etiam flatus craſſi & copioſi qui non facilè diſcuti poſſunt, obſtructionis cauſa eſſe poſſunt, docente *Gal. 3. de locis aff.* quæ tamen cauſa rariſſima eſt, & à nonnullis abſolutè negatur. *Riverius.*

14. *Humoribus vel pituitoſis &c.*) Chylus in ventriculo confectus non raro à ſucco pancreatico nimis acido, (deficiente nimirum bile) coagulatur inſtar lactis ſeroſi, cujus particulæ caſeoſæ, (quæ nempe ſunt in fieri, non item in facto, tum enim lacteorum poros non penetrarent) per vaſa lactea ad meſenterii glandulas delatæ, ſecundam non raro à lympha confluente coagulationem ſubeunt; Ubi enim cumque datur chylus acidus, lympha facile coagulatur, & vice verſa; hinc utique modo quicquid coagulatum eſt in Glandulis remanet, hinc ventres duri & ſæpe tumidi *Steph. Blancardus Idea med. Nov. §. 80.*

15. *Suppreſſis iis qua per inferiora*) Meſenterii obſtructionis ſymptomata hæc aſſignat *Hofmannus Inſt. Med. l. 3. c. 62.* Ab initio cum expultrix valida eſt, cibi eunt inalterati. Ubi incipiunt morari, adeoque obſtructio ſenſim fieri, accedit phlogoſis, (ad hanc enim adſtringo *τὸ φλεγμαῖνον & τὸ φλεγμῶδες 5. loc. aff. 7.*) & alvus eſt adſtricta cum manifeſta excrementorum ambuſtione. Hi tales *Meſaraici* vocabantur antiquitus.

16. *Curatio peragitur 1. Aperientibus*) Fundamentum & ratio [illegible] præparantium & Digerentium conſiſtit in com[illegible]: ut enim quicunque humor non eſt aptus ad [illegible]dum, ita neque aptus eſt ad purgandum; ſic ut ap[illegible] fiat, contrariis perficiendum eſt, quod ex[illegible]o ſpecialium præparantium clarius fit. Neque ipſi Chimici has præparandi regulas aſpernantur, niſi quod univerſalia præparantia in medium adduxerint, quibus tanquam breviori methodo ſatisfieri indicationibus poſſit, cum contra Galenici in exceſſu fere peccaverint, & ſenſim quaſi ab iis alterantibus præparantia ſtabiliverint, quod Medici ſuperioribus ſeculis apprimè fecerunt, & hodiernum quoque faciunt nonnulli. Et illa tamen ratio ſubminiſtrabit occaſionem cogitandi nobis. An locum habere poſſit diviſio inter præparantia *univerſalia & particularia.* Poſuere Chimici tria *univerſalia digeſtiva*, ſingula ſi ortum ſpectes & baſin, Tartarea, *Tartarum vitriolatum*, *cremorem*, ſeu *cryſtallos tartari*, & *miſturam ſimpl.* contra inſurgunt alii, aſſertum negantes, eò quod ut corporum conſtitutio, & materia peccans variet in ſubſtantia & qualitatibus, ita etiam diverſa requirat præparantia; Et, in ſpecie *tartar. vitriol.* adde nec reliqua convenire ſiccis intemperiebus cum ibi potius ſit humectandum. Optimum fuerit nec hyperbolicis illis laudibus chymicorum moveri æque, neque dimittere & negligere naturam rerum. Hinc univerſalia digeſtiva aſſerimus & concedimus dari latiori paulo ſenſu, quæ motus humorum promovendo conveniunt, quæ polycreſta ſunt, & maxime infimi ventris cruditatibus debita aperientia & in ordinem redigentia humores.

Particularia vero, ſeu ſpecifica audiunt quæ huic illi viſceri debentur, ut in affectibus ſoporoſis, vertigine &c. cephalica, In menſium obſtructione martialia (quæ ipſa quoque univerſalibus adnumerari poſſunt) & uterina: in inappetentia ſtomachica, In febribus intermittentibus bili detergendæ & alterandæ apta: Imo ex hypotheſi conceſſa præparantia eſſe alterantia, hoc ipſum liquet. ſiquidem & alterantia alia ſunt communia, alia propria. *Wedelius A. m. m. p. 218.*

16. *Aperientibus*) Finis præparantium ſecundarius eſt, vias ſimul reſpicere, ut primarius humores, adeoque duplex, vias & humores ſimul reſpicere: optima hinc ſunt deterſiva aperientia; unde cum purgantibus præmittantur, illud addi poteſt eſſe eadem,

vel

vel majoris apparatus, quæ morbo avertendo; vel minoris quæ purgando ſalutem debentur; citra morbi incitum. *Idem.*

[16.] *Curatio peragitur*) Methodus medendi *morborum chronicorum, ex obſtructionibus vulgo derivatorum*, revera ex acido vitioſo natorum, requirit 1. *digeſtiva*, 2. hinc *vomitoria*. 3 præparato ſic corpore *martialia*, quibus 4. interponuntur per epictaſin laxantia, & 5. ſubjunguntur alterantia, aromata, præſertim volatilia, plus minus amaricantia. *Etmuller.*

[16.] *Curatio peragitur*) Cum perſeverans obſtructio, ex *Aetio* in ſingulis corporis membris putrefactionem moliatur, febribuſque fomitem aſſiduo ſubminiſtret; & ex meſenterii potiſſimum infarctu nihil præter hydropem, abſceſſus, fluxum ventris laborioſum, inflammationem, ac totius corporis extenuationem ſperare liceat, idcirco ad attenuantium & obſtructiones reſerantium uſum converti omnis cura debet. Singulorum autem & medicamentorum & alimentorum hæ debent eſſe conditiones. 1. Ut citra moleſtiam operentur, & infarctus elementer expediant. 2. Firmitatem ac robur hepati ac ventriculo concilient. 3. Ut penetrent, aperiant, leniant, adſtringendo roborent, abſtergant, incidant, & ſi quid virulenti inciderit corrigant. *Hollerius c. 36. de m. int.* 4. Quæ à proprietate Jecori ſunt familiaria, *rhabarb. jecur lupinum*, paſſulas &c. admixta habeant. *Idem.* 5. Calefacientium & attenuantium modus in iiſdem ſtatuatur, 6. Ne bilis proventus adaugeatur, vel hepati aut lieni ad intumeſcentiam ſuppeditetur occaſio, à dulcibus quantum fieri poteſt caveatur. *Mercatus.* 7. *Purgatio* non ſit larga, neque continens & aſſidua, multo minus moderatæ limites tranſcendens: 8. Præparatio per ſyrupos, humoribus extenuatis, & ad partes infarctu obſeſſas fluentibus, fortiores dubio procul moliuntur obſtructiones. *Mercatus de m. m. f. 214.* 9. Viſcidi & lenti humores, exemplo *Galeni 5. m. m. 12.* attenuantibus & extergentibus corriguntur; Biliosi vero, exuſti, & qui ad phlogoſin properant, modice refrigerantibus ac detergentibus ad evacuationem idonei redduntur.

Curationis autem formulam ad haſce tres revocare licet intentiones, quarum prima *Victus ratione* convenienti & medicamentis cuilibet materiæ aptis abſolvitur, Altera, *materiam infarctus facientem* dementer *elidit*; Tertia, mandantes partes, vel ex conſtipatione debilitatas corrigit.

In quibus tamen ſcopis accurate penſitandum num recens fuerit obſtructio, an diuturnior: Num à cauſis dependeat procatarcticis, vel aliorum membrorum vitio promanarit, Et à meſaraicarum anguſtia foveatur, vel à flatibus aut ſimili quapiam cauſa producatur. *M. Martini.*

[17.] *1. Aperientibus*) Inſtituta victus forma remotis impedimentis, primiſque viis clyſtere alvum eluente, vel levi pharmaco, ceu *manna*, *caſſia fol. Sennæ*, ſeorſim aut conjunctim, facto extracto, in minima doſi uſurpato, aliove idoneo diſſolutis, ad *concoquentia*, *incidentia*, *attenuantia* ac detergentia ſubſidia properandum, ſemper iis immiſcendo, quæ viſceribus familiaria ſunt & humoribus accommoda: Sin humor coacervatus lentore craſſitieque minime ſit inſignis, neque impuritas ventriculi obſtiterit præterita digeſtione protinus ſubduci poteſt. *Fernelius m. m. 13. c. 12.*

[17.] *Aperientibus*) Symbolica viſcera ſymbolicis etiam gaudent morbis & medicamentis: *morbis*, ut alterum alterum in conſenſum vocet & participet affectum. *Medicamentis*, homogeneis & conformibus quaſi ipſi illorum calido; Sic & in ſequentibus cum hepar, lien, pancreas in eundem conſpirent uſum, & communia habeant præſidia, *Aperientia* dicta, & quæ ſunt Hepatica, etiam Splenetica; & vice verſa, deprehenduntur, quia & antiſcorbutica & cachectica in iiſdem conſentiunt. *Wedelius Am. m. m. p. 628.*

[18.] *Aperientibus*, *&c. robur hepati & ventriculo*, *&c. penetrantibus paulisper ſtringentibus*, *&c.*) Convenire ſolent remedia tam generalia alterantia, nempe *acidum corrigentia*, *viſcidum evacuantia* & hinc *bilem aromatica vi acuentia*, *quam* ſpecifica, ſpeciales *ſapores acidos enervantia* & ſpecialia vitia humorum emendantia.

In *minerali regno* in ſpecie chalybs (de quo vide inferius §. *Antidotus ex chalybe*) Item *Saturnus* in uſu eſt; Cujus *ſaccharum* & ex hoc cum ſpiritu vini parata *Tinctura* revera ſunt egregia in melancholicis hypochondriacis, affectibus ſcorbuticis ac ſimilibus, Quibuſdam *cryſtalli ex minera Saturni*, cum *ſpiritu nitri* parati, ſacchari loco in uſu eſſe ſolent.

Ex *Vegetabili regno* conducunt *amaricantia*, vel *aromata oleoſa*, vel *acria volatilia*, vel *temperata diuretica*, & ex his artificialia parata remedia, præſertim *eſſentia*, *ſpiritus*, *ſalia fixa & volatilia*, v. g. inter *amara abſynthium*, *centaur. min. gentiana*, *helenium*, *cichor. taraxac. endivia* &c. quibus addantur *gummata*, præſertim *ammoniacum*, & hinc *galbanum*, Inter aromatica oleoſa, *roſmarin. ſalvia*, *fœnic. &c.* Acria volatilia ſunt, omnia antiſcorbutica, temperata diuretica, dictę *rad. V. aperientes rubia tinctor.* item *geniſta* &c. Inter *ſalia*, ſpeciatim ſalia fixa, & cum his parata *ſalia ſalſa tartar. vitriol. ſal hypochondr.* & ſpeciatim *ſal volatile* ac *ſpiritus tartari* conducunt optime, vel ex *facibus*, *vini exſiccatis*, vel cum *vitriolo* per retortam tubulatam præparatus, Item *cremor Tartari* frequentis eſſe ſolet uſus in chronicis hiſce affectibus.

Animali ex regno, præter *marina abſorbentia*, præſertim *ſalia volatilia* ut *ſpiritus urinoſi* v. g. *ſpiritus ſalis armon. c. c. lumbricor. formicarum* polychreſti & uſitati eſſe ſolent, quibus *& ſal armoniacum* & alia plura addenda ſunt. *Etmuller.*

[18.] *Robur hepati*) Nam, ex *Avicenna lib. 3. f. 14. tract. 1. cap. 1.* affectibus meſaraicarum medelam adhibens, nulla ſimul hepatis, ceu fontis earundem habita ratione, haud abſimilis eſt illi qui pedes ex nocumento ſpinæ dorſalis oblæſos, Emplaſtris munit, & curationis principium, quod in ſpina reſidet, prætermittit.

[19.] *Penetrantibus*, *incidentibus &c.*) Si acidum fixum ponticum, acerbum, auſterum, vel cum bile confermentatum corrigendum ſit, præſtant id acido, quieti, & fixitati contraria, v. g. inverrenna volatilia, quæ ſale volatili aromatico vel urinoſo pollent, ut antiſcorbutica, deinde & ſaturantia fixa, inprimis *martialia*, Proſunt hæc in affectu hypochondriaco, ſcorbuto, &c. *Wedelius.*

Digeſtiva ſunt v. g. *tartar. vitriolat. ſal hypoch. terra fol. tartari*, *Tinct. tartari*, *Tinct. vitriol. mart. Zwelferi* &c. *Etmuller.*

[20.] *Incidentibus*) A quibus tamen in principio cavendum, ait *Mercatus de Pr. uſu l. 1. c. 5.* Incidentibus & attenuantibus, ait, in principio naturam ſollicitare periculoſum.

[21.] *In Electuariorum*) Præparationem hyberno tempore, *Galeni* imitatione Electuariis potius adminiſtraſſe ſatius eſt quam liquoribus. *Fernelius conſ. 47.*

[21.] *In Electuariorum vel Pilularum &c.*) Licet communiter formam hanc duplicem Digeſtivorum elegerint

Practici Syruporum & Aquarum de quo verba *Hoffmanni* ſunt hæc, *Exhibentur digeſtiva medicina dupliſi forma, ſcilicet Syruporum & Aquarum*, Illud tamen non tam univerſale vel perpetuum eſt, imo nec neceſſarium, ſed præſtat efficaciora chimica ſimul permiſcere. *Wedelius.* Quæ ob ingratum ſaporem ſolida forma exhiberi poſſunt electuar. &c, ſuperhauſto liquore.

22. *Oxymel redolentibus*) Inter ἐκκαθάρματα τῶν χόρων *Quercetano* ac *mercurialis* potiores videntur habere partes *Oxymelita compoſita*; E. g.

℞. *Cortic. rad. frax. cappar. ãã unc. ß. rad. ſcorzon.* unc. iß. *bugloſſ. cichor.* ãã. ʒvj. *pimpin. arenis* ãã. ʒiij. *ſem. melon.* unc. ß. *aſpar. fœnic. aniſ. ruſci* ãã. ʒj. *fol. fumar. ceterach. chamædr. cuſcut.* ãã. *m. j. flor. bugl. epat. albæ, borrag. ſambuc.* ãã. *m. ß. raſ. ligni Rhod.* unc. ß. *contuſa macerentur in aceti paſſul. & aquæ pomor. dulc. deſtill.* ãã. *q. ſ. per quatriduum, ad ignem. B. M. vaſe optime ſigillato ad 3. partes caſum colat. leviter, adſtricta adde mellis rite deſpum. vel ſacch. albi q. ſ. cola per manicam H. fiatque Oxymel* hepar, lienem, ac totum meſenterium roborans, eorundemque infarctus ſimul exſcindens Inſignis eſt efficaciæ.

Addere huic & Digerentibus Decoctis, licet *Eſſentias ex abſinthio, perſicaria, agrimon. agerato, camed. chelidon. beton. marrubio, ſcolopend.* & ſimilibus, digeſtione convenienti ad eximiam virium amplitudinem excreſcentes. *M. Martini.*

Sed ut liquor) Digerentis Decocti hæc eſto norma,

℞. *Rad. tarax. polypod. ſcorzon. gramin. in aceto macer.* ãã ℥j. *lupul. cichor. liquir.* ãã. ℥ß. *ſem. cuſcut. ſcariol.* ãã. ʒiß. *melon. cucum.* ãã. ʒiij. *fœnic.* ℥j. *ſumm. abſinth. Pont. fumar. flor. bugl. cichor.* ãã. ß. in. *m. ß. fol. ſcolopendr. chamadr. epat nob. agrim. cuſcut* ãã. *paſſular. corinth.* ʒx. *obiter confracta cum ſeri capr. depuratiſſ. & aq. cichor. fumar.* ãã. *p. aq. in vaſe accurate clauſo tamdiu ebulliant, quoad vim omnem in liquorem transfuderint. Juris colati* ʒxv. *ſyr. capill. ven. de acetoſa comp.* ãã. ℥ij. *f. ex miſtis ſyr. dozis* unc. iv. *ut admiſceri poteſt ſpiritus Tartari* ʒß. *vel Extr. fol. ſcolop. meliſſæ, eupat.* ãã *q. ſ.* M. Martini.

23. *Purgantibus, niſi flatulentia obſit*) Cum morbus hic maxima ex parte inſigniter ſit φυσώδης ex *Hippocr. 4. acut. t. 115.* valde erroneum erit purgantibus uti flatibus ab imbecilli facultate genitis, & materia in quantitate & ſubſtantia adhuc mediocri exiſtente; ita namque ulterius infringitur ac diſſipatur facultas naturalis, quæ deinceps præ impotentia ex quavis materia copioſiores producit flatus, qui facultate jam imbecilliori una cum humoribus redduntur immorigeri, levioribus difficulter cedunt ſubſidiis, à vehementioribus autem effrænatiores fiunt & maligniores: Ex quo tandem hoc reſultat incommodi, ut à purgantibus ægri gravius afficiantur, tum quia hæc medicata nec flatus exhauriunt ac diſſipant, nec morbum demoliuntur, tum quia virtutem proſternunt, & ad flatuum generationem aptiorem reddunt. Secus autem faciendum ubi iidem craſſioris materiæ, quæ ex corpore profliganda eſt, vitio potius, quam virtutis languore producuntur. *Mercatus de praeſ. uſu, Aubertus Progymn. Ex. 44.*

24. *Lenibus*) Alterantibus &c. ſubjungantur quæ corporis expiationi inſervire, attenuatum jam humorem protinus evocare, ſedibuſque ſuis exturbare nata ſunt; & illa quidem haudquaquam Elateria, μαλθηρά vehementia, aut nimiopere agitantia; quorum morbus hic, à laudabili genitus victu, præſertim initio, plane impatiens eſt. *M. Martini.* Suadere id ipſum videtur meatuum conditio, necnon Naturæ moderat[illegible] & [illegible] uritatis ſervantiſſimæ; & humoris infarctum molientis indoles. *Mercatus Pract. l. 1. c. 1.*

25. *Cathartica*) Purgantia omnia ſint [illegible] aſſinia, & quæ ſimul parique facultatem [illegible] ſua exercent [illegible]. *Heurnius* [illegible].

26. *Per epicraſin datis*) Morbo [illegible] evacuationes materiæ e tubulis meſaraicis promovendæ deſtinatæ, per epicraſin repetuntur, reſeratis prius viis conſtipatis, & humore per digeſtionem quodammodo præparato. *M. Martini.*

26. *Per epicraſin*) Artificium chronicos hujuſmodi affectus curandi nec conſiſtit in eo, ut temporis intervalla, nec nimis præcipitando curam, carbones irrites: hoc eſt temperatis remediis ſucceſſive inſiſtamus, ne actionibus communi acriores præternaturales ſucci effervescendo, & partes nerveas irritando varia ſymptomata inducant, quibus imprimis moderatus corporis motus ſimul accedat; Hinc præmiſſis Digeſtivis, & *Vomitorie*, vel *blando laxativo* remotis impedimentis; *Martialia* uſurpantur, ut promptius abſorbere & imbibere queant vinoſa acida; quibus interponuntur, non Purgantia proprie dicta, quæ inſigniter tales ægros, & tandem fruſtra vexant, & ſubinde periculoſa ſymptomata inferunt, ex acriorum & effervescentium ſuccorum ad inteſtina provocato influxu; ſed *blanda potius laxativa*, & quæ leni ſtimulo inteſtina mediocriter proritant, iſtis *martialibus* interponantur, aut junctis vegetabilibus alterandis, propinantur. *Etmuller.*

27. *Liquidis*) Liquidorum in hoc caſu, quam ſolidorum commodior eſt adminiſtratio, tum quia altius penetrant, tum etiam quod ventriculi tunicis minus tenaciter inhærent. *M. Martini.*

ß. Pilul. tartar. Quercetani ita deſcribuntur.

℞. *Cryſtal. vel Cremor tartari* unc. iij. *polypod. querc.* unc. ij. *mirobalan. omnium* ãã. unc. ß. *flor. borrag. bugloſſ. nymph.* ãã. p. i. coquantur in ſ. q. *aq. fumaria & ſcolopen.* ad medietatis conſumptionem. Hinc.

℞. Decocti hujus depurati & clarificati ℔ij. *ſucc. pomor. redolent. depurat.* ℔j. adde *fol. ſenn. or. mund.* unc. iij. *Turbith rad. helleb. nigr. veri* ãã. ß. *macis, myrrhæ elect.* ãã. unc. j. *caryophyll. Cinamom. Epithym.* ãã. unc. ß. macerentur & digerantur ad ignem in Baln. Mar. dieb. 4. vaſe vitreo clauſo; deinde dum materia adhuc fervet, fiat expreſſio, vel per ſetaceum trajectio, cui adde *aloes depurat.* unc. iij. Omnia ſufficienter coagulentur ad ignem lentum: addendo ſub finem dum tere refrigerata erit materia.

℞. *Spec. diarrhod. abbat. letific. Galen. troch. dialacc.* ãã. ʒj. *ſal abſynth. & fraxini* ãã. ʒij. *Eſſent. (tinctur.) Croci* ℈ij. *ol. aniſ.* gtt. aliquot, reducantur in bonam pilulæ conſiſtent. Doſis eſt ℈j. vel ℈iß. ad ſummum. Pharmac. reſtitut. c. xiv. p. m. 245.

Nec minoris ſunt efficaciæ pil. tartar. à Schrodero *Pharm. Med. Chym. l. 2. c. 73.* deſcriptæ.

℞. *Aloes lucid. fragar.* 1. c. *cum ſucco fragor. inſuccat.* unc. j. *reſin. Ammon.* ʒiiß *ſal. martis ſubdulc. Eſſent. croc orient. ana* ʒj. *Magiſter. tartari purgantis, in aq. bugloſſ. aliquoties ſolut. & coagulat.* ʒij. *Extr. gentian.* ʒiß. cum *tinctur. tartar.* f. maſſa, cujus doſis eſt ℈ß. veſperi ante cœnam aſſumpta.

Zvvefferus pharm. reg. p. 66. pilul. ſuas Anti-hypochondriacas deſcribit. ℞. *pulv. maſtich. el. myrrh. tranſlucid. aliban. in granis, ſuccini alb.* ana ʒj. *Croc. opt.* ʒiß. *Rhabarb.* unc. ß *Agarici trochiſcat.* ʒj. *Magiſter Gialap. amygd. dulc. probe ſubact.* unc. Miſceantur exacte, ſingulis tamen ſeparatim in pulverem priùs redactis: poſtea ſolvantur in mortario lapideo calido ad pulveris formam *pulv. aloes* unc. iv. cum ſ. q. *Elixir.* Proprietatis Paracelſi, addendo ſtatim. Extracti helleb. n. gr. n. meth. parati unc. iß. & pulveres ſuperiores, item ol. ſtillat. lign. Rhod. ℈ij. f. l. a. Maſſ. Pilul. ex qua formentur pilul. mediocres, piſorum inſtar, quarum quatuor aut quinque bihorium a Cœna ſumenda.

℞. Rhab.

℞. *Rhabarb. el.* ℥j. *arcani dupl.* ℈ß. *m. f. Pulvis*, Vel

℞. *Gumm. ammon. in aceto ſolut.* ℈j. *ſcamm. ſulph. gr. xv. extr. troch. albandal.* ℈j. ms. F. Pilulæ.

Vel fiat *Elect.* ex *pulpa paſſular. cum rhab. pulver.* ad illius ℥j. hujus ʒß. aliquando continuando, dozis una quantitas juglandis quotidie bis, Remedium eſt ad cachexiam & quaſuis Icteri ſpecies commendatiſſimum.

Item Nodulus ex recentibus.

℞. *Cochl. naſtur ſumar. chelidon. maj.* ãã. m. j. *rad. ammoniac. rec. helen.* ãã. ℥vj. *fol. ſenn. ſ. ſ.* ℥j *rad. helleb. n. non præpar.* ʒvi. *eſul. prep.* ʒij. *z. z. cinnam. zedoar.* ãã. ʒß. *ſalis tart.* ʒvi. vel ℥ß. ms.

29. *Vomitoriis*) Peracta humorum præparatione, iiſdemque in meſenterii tubulis ſecundum rationem attenuatis, deterſis, ſubductis haud inſcito conſilio *Ætius Tetr. 3. ſerm. 1. c. 27.* ventriculo non plane languido, in adſuctis, & quibus nulla ſuffucationis, inflammationis aut abſceſſus in faucibus doloris oculorum, cruentæ exſpuitionis, sut ruptionis in venis periculum metuendum; Oris quinctiam amaror, & humorum inclinatio ac motus ad ventriculum adſint, *Vomitum* commendat: Noxios enim humores ex ipſis fontibus elicit, & quæ purgatio in prima corporis regione non eluit, extirpat Vomitio. Duplici itaque nomine Vomitus in hoc morbo emolumentum afferre poteſt, eo quod non expurgantis modo ſubſidii, ſed & derivantis rationem ſuſtinet, ait *Mercatus de Pr. m. l. 1. c. 9.* Utrobique tamen ad affectuum corporis conditionem; ſeuſim morbo intabeſcentis, ætatem, ſexum, habitum, temperamentum, anni tempus, regionem, victum, vitæ genus, egeſtiones, affectus animi, & quæ ſuperveniunt, ut reſpiciatur, operæ erit pretium.

30. *Sed non violentis*) Conſertim autem, niſi copioſius adfuerit materiæ biliosæ & acris proventus, obſtructiones vomitu exolvere, vel eundem inviro ægro obtrudere, minus ſani erit judicii, ne ventriculo humorum copia & malitia impenſius laceſſito, præcordia crebra iſta & valida concuſſione nimis debilitentur; vel, quod multoties evenire conſuevit, capitis ac ſenſibus præter rationem turbatis, vertigo, cardialgia, aut motus convulſorii concitentur. Ideoque ſatius fuerit eundem 3. aut 4. die repetiiſſe, atque ex *Hippocr.* conſilio lib. de m. m. fomentum ventriculo nunquam non præmiſiſſe. Levioribus autem Emeticis uti tutius ſemper fuerit, vel ab iiſdem exordium duxiſſe.

31. *Laudatur eſſentia &c.*) Eam in claſſem referuntur *agar.* cum *thymo & rad. beton.* decoctum. *Mercat. pr. m. c. 9. El. diaſcor. Fernel.* ad ʒiij. ex *aqua hordei* vel *mulſa*, aut *ſero lactis. oxymel. aſar. Aqua* Rulandi aut *Quercet.* Ph. dogm. f. 328. *Crocus metall.* ejuſdem, *Gilla Theophr.* aut *Sal vitrioli* Crollii. *Baſ. ch.* 129. Matt. Martini.

32. *Pleureticis*) Si ex urina comparuerit, exoluta jam obſtructione humor excuuati reliquias à Natura per urinæ derivacula profligari; idcirco huic motui variis ingeniis allaborandum, licet via minus regiâ fieri cenſeatur. Cumque triplex horum ſubſidiorum ſit conditio, ex ſententia *Mercati l. 1. c. 3. Pr. Med.* nonniſi iſtis locus conceditur quæ pituitoſos & craſſos, omniſque acrimoniæ expertes humores, in venis contentos fundere, vel à proprietate lotium provocare poſſunt, ut ſunt *chalybeata, terebinthina, rhabarbarum*, & his affinia, Valent Pilulæ *Mercati pr. l. 4. c. 1.*

℞. *Succi abſinth. depurati & inſpiſſat.* ʒj. *pulv. ſpica nard. ſcænant.* ãã. ʒß. *ſemen. apii. petroſel.* ãã. ℈j. *cum ſucco intybi, fiant globuli, quibus quandoque & rhabarb.* ℈ij. *cum extr hepat. ſup.* ℈j. *addere licet.*

℞. *Terebinth. Venet. in aqua cichor. excocta* ʒj. *rhab.* ʒß. *parentur ex illis Pilulæ.*

Quibus ex voto rem ubi ſucceſſiſſe cognoveris, curationem ulterius proſequi licet. *M. Martini.*

32. *Diureticis*) An etiam *ſudorificis* locus à *P. Joh. Fabro* in *Pathol. Spag.* præſcriptus? Videntur enim ab iis potius obſtructiones contumaciores, & materia peccaus obſtructionem pariens compactior & viſcida magis fieri, dũ per ſudores tenuis ſaltem pars, ejuſdẽ relicti, craſſioribus relictî educitur atque evaneſcit. At idem dubium occurrit, dum præmiſſis univerſalibus, & poſt purgationem ſuam mercurialem, demum ad ea deveniendum monet. Hac enim methodo, ſi natura à potiori onere, quo ante aggravabatur, liberata fuerit, per ſudorifica poſtmodum reliquiæ oneris difficulter educi penituſque tolli poterunt. *Chr. Langius Pathol. Anim. pag. 446.*

33. *Epar roborant*) Poſteaquam humoris vitio, ac materiæ è tubulis, & reliqua meſenterii textura, exterminandæ proſpectum, hiſce remediis opera impendenda erit, quæ & reſiduum oppilationis integre, ac citra moleſtiam removere, & eadem opera *firmitatem hepatis*, roburque *ventriculo* conciliare poſſunt. Univerſim autem hiſce dotibus prædita eſſe debent, ut præter vim attenuantem & incidentem, calorem partium congenitum, ac temperiem earundem nativam fovere, odore ſpiritus reficere, vires accisas reſarcire, flatuum proventum reprimere, coctioneſque interaneorum promovere valeant. Hepati Naturalis œconomiæ principatum in corpore obtinenti, præter uſum *aquæ ſulphureæ in balneis*, ſubtiliter ac dote quadam huic viſceri proficuæ, adhibeantur *Antidoti ex chalybe.* Hæc Veneris officinis eſt familiaris.

℞. *Limat. chalyb. rite prap.* unc. iv. *ſpec. diarrh. abb. diacurcum.* ãã. unc. j. *pulv. trochiſc. de abſinth. de eupat. epith.* ãã. unc. j. *comprehendantur mellis deſpum. aut conſerva idonea ſ. q. pro Elect.*

Haud minoris efficaciæ in diſſipandis ac fundendis humoribus ſubſidium eſt, *ſyrup. ex ſcoria ferri Leonii*, vel *Mercaſii Pr. l. 4. c. 1.* nec non l. 2. *de mal aff.* [illegible] *& 18.* ex *chalybe* qui multoties, etiam primis curationis diebus, admiſceri vomitoriis conſuevit, meſenterio ac venis ventriculo proximis, infarctu obſeſſis. Licet hoc periculi nonnulli ſubeſſe putent, quod interdum vi medicamenti iſtius ſulphureæ ac mercuriales ſuperfluitates, in viis communibus hærentes, ad interiora majori impetu feruntur. Delicatioribus *croci martis eſſentia*, poſt uſum attenuantium & alvum ſubducentium à ℈j. ad ʒß. cum *aqua cichor. vel intybi*, in malo confirmato, inſigni exhibetur emolumento; aut *ferrum potabile Libavii*, in liquore expediente ſolutum, *lib. Alch. fol. 95. Oleum vitriol. ven. ac martis*, *Crollii* B.C. *fol. 225.* ad xv. vel xx. guttas ex *aqua chelidon Vinum chalyb. Quercet. Diat.* fol. 479. & *Pharm. dogm. 223. Extr. chalyb.* conſervæ accommodæ permixtum. Laudat *Ætius Tetrab. 3. ſuccum chelid.* [illegible] tum, per triduum aut amplius datum. *Extractum chelidon.* plurimis affectibus expugnandis aptum, ad ℈j. ex *aqua propria Tartar. vitriol.* per aliquot dies in aurora datus; *Jecoris Lupini eſſentia* ex *Hollerio* & *Quercetano. Diapaſſula* & *Elect. de vino* Holler. *Antidotus hepatica* Quercet. *Ph. dogm.* fol. 487. His nonnunquam *ſal. chamom. chelidon. leviſt. agrimon. centaur. min. & caryophyllata.* Vel, qui inſignis eſt efficaciæ. *pulvis ſemin. aut rad. ſpatula fœtid.* aut *fol. helleb. nigr. ſtyriaci* ſubſtitui poſſunt. *Aqua caponis Langii* Epiſt. l. 3. f. 871. commendatur. Valet Jus Alectorium.

℞. *Rad. polypod. qu. ſcorzon.* ãã. unc. j. *ſem. carth. contuſ.* unc. iß. *thymi, epith.* ãã. *p. j. ſem. ſcariol. aniſ. aneth. carvi, card. ben.* ãã. ßij. *fol. ſenna* unc. j. *turbith, gumm.* unc. ß. *cryſtall. tart. albi* unc. ij. *ſalis gemm.*

ſale, id quod verum eſt, Præterea eſt ſtimulus optimus purgantium. ſi mo io conjungitur cum purgationibus, tunc quarta pars purgantium ſufficit,

E. g. ℞. *Tart. vitr.* ℈ß. *ſcamm. ſulph. gr. ij. troc. alb. gr.* 1. *ol. aniſi gtt.* j. *vel* 9. *ms.* vj. vel viij. ſedes movet. Spiritus autem vitrioli debet eſſe probe rectificatus. *Etmuller Pyrotechn p.* 10.

19. *Cum Gallo decrepito*) Vide §. *Eparroborant*)

Sanguinis miſſio.

Si corpus ſucci plenum, & obſcuro quodam rubore ſit perfuſum, neque aliud quidpiam refragetur, evacuationis vice, inter initia, poſt uſum leniter exolventis, ſanguis eſt emittendus, humoribus præſertim ad caliditatis exceſſum vergentibus, & copia ſua moleſtiam exhibentibus, ſi incipiens adhuc tuerit obſtructio, Naturæ vires liceant, neque occaſio hoc ſubſidii genere utendi è manibus elapſa eſt. *Leonellus in Praxi fol* 492.

Licet enim ex decreto *Galeni* 1. *m. m.* 14. Infarctus interiorum, ſanguinis miſſione haudquaquã eureutur, reliquis tamen ſubſidiis, plenitudine præſertim in corpore id flagitante, obſtaculo eſſe poteſt, quominus rite adhibeantur, Adde quod in confeſſo ſit, eum materias exigitet, locoque moveri cogat ſang. miſſio, eandem etiam obſtructioni à crudis humoribus conſerre, adſerente id *Jacobo Sylvio m. m. f.* 167. Fodiatur autem Jecoraria in dextro cubito, licebit etiam, hac non apparente, ad mediam toroſiorem confugere, toto enim, niſi infarctu invaleſcente, & Jecore in mali conſortium jam tranſeunte, Medici conſilium expetitur. Vicariam phlebotomiæ præſtat operam *Venarum ſedalium* apertio, quas, ſi intumuerint, & aliquamdiu ſuppreſſæ fuerint, ferro, ſin minus ſanguinis in talo miſſione, aut aliis ingeniis expediri convenit. Idem etiam mentibus diutius conditis, Saphenæ apertione muliendum. *M. Martini.*

Diæta.

Victus ratio, quam in craſſorum ac viſcidorum humorum pleonexia pro prima ac præcipua curandi lege dignari licet, ſecundum *quantitatem* & *qualitatem* ritè eſt adornanda, *Qualitas* extenuans, moderato calore reficiens, incidens ac deterſoria ſit neceſſe eſt.

Aer calore & ſiccitate ſit moderatus, qui puritate ſubſtantiæ nutiat, & lucis candore ſerenet, non craſſus, denſus, nimio gelu turbidus, caliginoſus & aliena permiſtione inquinatus, ſpiritus obſcurans, ſanguinem & humores labefactans, repentina & inſolenti mutatione gravis.

Somnus ſit nocturnus & intra mediocritatis limites conſiſtens, ita ut excedens ſenſuum mentiſque vires torpore debilitet, calorem obtundat, ſpiritus offundat & obnubilet, functiones naturales infringat & crudos humores accumulet, Imminutus vero corporis facultates exhauriat, ſenſus hebetet ac mentem perturbet.

Quies diuturnior, ac vita otioſa, colorem inertem, ſpiritus torpidos, & ad omnes mentis, ſenſus & naturæ functiones ſegniores reddens, corpus degravans, corrumpenſque, obſtructionum & excrementorum proventum generans, modis omnibus cavenda.

Multo vero minus tolentis & intempeſtivis corporis *exercitiis* ac *motibus*, quibus viſcera effl. ctim concutiontur, ſpirituum ſubſtantia exhauritur, vinculorum robur diſſolvitur, ſanguis præter modum excalefactus liquatuſque propriis conceptaculis effunditur, corrupti humores, ignobili loco coerciti, & quaſi conſopiti, atque à Natura temporis progreſſu concoqui edoma-

ri & ſine periculo excludi poterant, in furorem aguntur, morboſque in diem varius, tum cutaneos, tum alios extuſcitant, præſertim mox ſituto paſtu indulgendum.

Quotidianę etiam aut conſuetæ, atque ad vitam tutandam comparatæ, eximiaque conferentes, *Evacuationes* ſedulo procurandæ, ne præter rationem ſubſiſtentes inhibiteque Naturæ ſint moleſtæ, morbiſque materiam, concepta putredine ſubſternant. *Balneorum aquæ dulcis* uſus, cum moderatione adhibitus, ad intercutanea ſpiracula laxanda, humorum reliquias calefaciendas, fundendas, eliquandas, eluendos, meſaræi tubulos ampliandos & aperiendos, ſordes iiſdem impactas detergendas, & craſſam terrenamque eluviem removendam, à pleriſque innoxius cenſetur: Hac tamen adhibenda ſunt cautione, ne quid crudi humoris in primis viarum ductibus hæreat, quod momento ad corpus rapi queat, neve in viſceribus effatu digna adſit impuritas, aut præcedentis cibi elaboratio nondum rite ſit abſoluta.

Τὰ ἀφροδίσια vero nonniſi ad materiæ turgentis redundantiam imminuendam, ſunt expedienda.

Animi pathemata ac perturbationes, quibus ceu procellis ac fluctibus mens jactatur, ſpiritus, una cum calore ingenito ad interiora affatim revocantur, cos vehementer angitur, ac ſtrangulato calore tantum non obruitur, omni ratione declinanda, ſed quies animo ut imperetur, ſummo ſtudio incumbendum.

Cibi laudantur euchymi, concoctu faciles & ad nutritionem optime comparati; Ex horum cenſu ſunt *Juſcula pullaſtrorum gallinaceorum, caponum, carnium vervecinarum, & juvencorum*, quibus *petroſelini ac fœniculi radices, uvæ paſſæ, cappares & coma anethi, ſalvia & roſmarinus* fuerint incocta: Et hæc nonnunquam ſuccorum acidulorum aſperſione imbui poſſunt, quo dejecto appetitui conſulatur, humores ſupervacanei reprimantur, fervor & acrimonia eorundem obtundatur, omniſque febrilis putredo coerceatur. Ex *carnibus* laudem merentur hinnulorum, lepuſculorum, gallinarum, perdicum, caponum, agnorum, hedorum, vitulorum, turdorum, merularum, avium ſylveſtrium, *cinnamomo, caſſia, mace, nuce myriſtica, croco, pipere*, capparibus, olivis, baccis juniperi, radic. cichor, caulibus cinaræ, aſparagis, nonnunquam etiam aceto ſa condita: His adjungantur *piſces ſaxatiles hyſſopo, origano, majorana*, aut, ex *Tralliano, porro* cocti. *A lacticiniis*, dulcibus, *melle & ſacchare* paratis, in oxycholis præſertim, & quibus præcordia effervescunt, aut febris lenta mulcta eſt, fructibus horariis, oleribus, viſcidis, ſtypticis, craſſi nutrimenti, leguminibus & fructibus acerbis auſteriſque gula cohibenda.

Panis ſit bene fermentatus & coctus, non mucidus, ſecundarius recrementitius ac durus, ſed coriand. præpar. & carvi; vel cortic. citri ſeminibus conditus.

Potum copioſum, inquit *Ætius*, tanquam infeſtiſſimum hoſtem ſic affecti fugient; Probantur autem *vina* tenuia, ſubauſtera, limpida, alba, odora, nec non *abſynthites, aſarinum, chamadrites*, nunc meraco; pro utentium more dilutum. Maxima etiam dos eſt *Aquarum* quæ ex fontibus petuntur *Acidulis*, ſapore ſubaceſcentis vini longe gratiſſimo, quæque ferri mineram prætcrfluentes lambunt. Damnantur dulcia vina, craſſa, adſtringentia, nigra, vetuſta; necnon Ceteviſiæ triticeæ, picatæ, fæculentæ, & *Aquæ* illaudatæ, crudæ, nivoſæ, paluſtres. Et hæc in ſingularum rerum apparatu gnaviter obſervaſſe operæ pretium erit maximum, ita tamen ne à mediocritate longius recedatur, & conſuetudini nonnunquam, cujus vi Naturæ leges frequenter vincuntur, aliquid concedatur. *Quantitas cibi* convenienter augenda vel minuenda pro ætatis temperatura, temporis anni, & quæ his reſpondent

conditione. Haudquaquam adfectandum vitæ liberioris iter, genius ubivis defraudandus, cibus contractus, preſſus, minimeque indulgens exhibendus, gulæque ſuperfluitas omnis ſubtrahenda eſt; ut ſi quod crudi, verum utilis ſanguinis in venis adhuc remanſerit perfectius excoquatur. Si malum ex *venarum anguſtia* originem traxerit, ex *Aetii* ſententia cibus tenuis ter aut quater de die, modica tamen quantitate ſubminiſtrandus. *Matth. Martini.*

Cap. XXXVII.

De Meſenterii inflammationibus, & Abſceſſibus.

1. *Meſenterii inflammatio eſt ejuſdem* [2] *tumor, ab humoribus cum ſanguine nutriente in ſpatia ipſius effuſis, vel glandulis altius impactus, & calore externo accedente, putreſcentibus, exortus.*

[3] *Signa* ſunt, febris lenta, [4] plerumque ſemitertiana, dolor lumborum, nunc in utraque parte, nunc in dextra, quive ad anteriorem regionem ventris, ſupra & circa ventriculum extendit, alvus ſuppreſſa, egeſtiones chyloſæ, quas ut plurimum [5] ichor tenuis, modo ſincerus & citrinus, modò fæcibus permiſtus inſequitur.

[6] *Differt* à doloribus *ventriculi, uterinis, Colicis & Nephriticis*, ſignis in ipſis expoſitis.

A *pinguedine ventris*, quia hic manu totus comprehenditur, quod ſummæ cuti inhæreſcat, ſecernique à muſculis abdominis poteſt.

A [7] *muſculorum abdominis tumore*, quia is, circa preſſum dolore afficit, nec alvum ita remoratur.

Cauſa in Definitione expoſita eſt.

Effunditur ſanguis eò, quia ipſi ad inteſtina præcluſa via eſt, ſeu ab adſtringentibus, quod in dyſenteria malè curata accidit; ſeu ab humoribus copioſis, craſſis, lentis, confertim ad inteſtina ruentibus.

Curatio non eſt *negligenda*; [8] Periculoſa namque tum propter febrem, qua æger contabeſcit, tum propter putredinem, qua meſenterium corrumpitur. Extenditur verò interdum ad quadrageſimum, interdum octogeſimum diem: interdum per vitæ tempus durat, febre & colicis doloribus mox redeuntibus, mox ceſſantibus.

[9] *Peragitur*, ut [10] in aliis inflammationibus modo nota. Refrigerantia benigniora eſſe debere, ne materia magis impingatur. [11] *Purgantia* vel nulla, vel lenia, nec in principio, ne plus attrahatur; ſed inflammatione ad concoctionem tendente. Sed [12] nec *Caſſia* in curationis auſpicio ſatis tuta.

Quantum ad *Differentias*, Aliquando *inteſtina ſimul inflammantur*, & *tum* omnia ſunt aſperiora, febris eſt continua, ſanies principio rubra, poſt pus album, modò ſincerum, ſi inferiora afficiuntur, modò fæcibus permiſta ex alvo affluit.

Aliquando *inflammatio circa glandulas hæret*; & *tum* leviora, febres lentæ, tenſionis duntaxat infra ventriculum & gravitatis ſenſus.

Aliquando *jecur vicinum in conſortium trahitur* & *tum* febris ardens magna ex parte præcedit, malo deinde ad ſuppurationem vergente, lenta inſequitur.

[13] Aliquando cerebrum & ſpinalis medulla in conſenſum trahitur, [14] hinc paralyſis, epilepſia, apoplexia &c.

II. *Abſceſſus meſenterium* infeſtantes [15] ſunt varii.

Nam 1. Si [16] *locum* ſpectes, [17] *vel* ſunt ſupra umbilicum, *vel* infra, *vel* circa.

II. [18] Si *conſtitutionem*, interdum meſenterium ex *multis magnis ſcirrhis* conflatum invenitur. Interdum *lapilli* in eo repetiuntur. Interdum [19] *infinitos* habet *abſceſſus*, ſine ſenſu ac dolore, folliculo proprio incluſos, ac gypſeam, glutinoſam aut liquidam materiam continentes.

Cognoſcuntur [20] autem difficulter, & interdum nonniſi poſt mortem; ſi tamen venter intumuit, nec ulla fluctuatio vel diutina alvi ſuppreſſio, dejectiones fœtidæ cruentæ, nec hydropis vel alterius alicujus affinis morbi, ſigna præſto ſunt, ſuſpicari de illis debemus.

[21] *Excluduntur* autem prodigioſè.

[22] *Aliquando* ſponte ad alvum hæc ſaburra erumpit, & [23] non rarò facto circuitu revertitur.

Aliquando inter peritonæum & abdominis muſculos copioſè profuſa, vel in cavitatem ventris rupto peritonæo defluit, aut per abſceſſum exterius erumpit &c.

Aliquando ægro benè ferente id accidit.

Aliquando [24] ſi materia prava eidem mortem accelerat.

Diſtinguitur [25] à ſanie hepatis, quia hæc ad rubedinem vergit, meſenterii, alba eſt vel citrina.

De [26] eorum *Curatione* hæc in genere notanda.

1. Alvum ſemper [27] debere eſſe fluidam.

2. Reſ- ventibus materiis, ſed levibus,[29] vim aromaticam habentibus, blande ſtringentibus feſtinandum.

3. Inter detergentia[30] *Syrupum Mercati ex chalybe*, palmam obtinere.

4. Ad conſolidandum,[31] *Terebinthinam Cypriam*, quovis modo cum vitello ovi aut rhabarbaro præparatam, imprimis ſi materia peccans in lumbis ac circa renes deliteſcit, omnibus præferendam.

5. Ad citiorem abſceſſus maturationem[32] *balneum aquæ dulcis* frequentandum.

6. Vires etiam egregie *Eſſentia perſicaria* cum oleo chalcantino roborari.

7. [33] Acidulas, quod facultate penetrandi & exterſoria ulcera erodant, & temperiem peſſundent, vitari debere. De[34] meſenterii ſteatomatibus &,[35] veſiculis vide Tulpium.

De Meſenterii Tumoribus ab Hepatis & Lienis, ac corundem obſtructione ortundis.

Quod attinet *Obſtructiones* revera tales, tam *Meſenteris* quam *Lienis* ac *Hepatis*, ac inde ſupervenientes *Tumores*, ut plurimum præſertim in Hepate ac Liene in ſcirrhum degenerantes, naſcuntur pariter hi ipſi ex *acido vitioſo*, cujus hoſtili præſentia ſtringuntur fibræ, clauduntur pori, ac ordinarius fluidorum tranſitus plus minus impeditur, unde *Hippocratis magni lienes* & *Tumores viſcerum* superveniunt.

Revera ex talibus, præſertim *Meſenterii obſtructionibus* ſubinde oriuntur, aut ſaltim pertinaciter foventur *Chronici morbi*, mirabilibus, ac ſubinde difficulter; explicabilibus ſymptomatis, viſque quotidie variantibus ſtipari.

Et quidem *Meſenterium*, ſi quadam parte affectum ſit, difficulter cognoſci poteſt, cum in profundo fere ſitum ſit, ſupervenire tamen ſolet aliqualis, mollis tamen, & ſine fluidi contenti indicus, *abdominis tumor*, *Excreta alvi* liquida, ſubinde varia, *dolor* obſcurus, interdum plus minus gravativus, in profundo abdominis percipitur, & ægri ſucceſſive emaciari videntur, nec niſi, ubi longius proceſſit malum, tactu *tumor* renitens, tandem cognoſcitur, imo interdum vix ante cadaveris apertionem obſervabilis eſt.

Lienis vero aut *Hepatis*, ſi affligant *obſtructiones*, & *tumores*, *dolor gravativus*, ſimulque *obtuſus*, plus minus *tenſivus* in eorum regione percipitur; interdum quoque ſi majores ſunt, tactui patent. *Dolores punctorii* item *vagi*, nunc diſtendentes, nunc denuo evaneſcentes, nullomodo his viſceribus conveniunt, ſed inteſtinorum ſequuntur affectiones. Ægrorum talium *floridus faciei color*, ac *ſplenetici*, obſcuri, lividi, & quaſi plumbei apparent, *Hepatici* vero ad vitioſam flavedinem fere declinant, *urinæ crudæ*, ſubinde variantes excernuntur, eæque fere pauciores, tandem Tumor hydropicus ſæpiſſime, vitæ finem imponit. Deteriora hæc ſunt mala, ſi Lien, affectus hepar in ſui conſortium traxerit, cum *omnis ex ſplene refluxus ſanguis immediate petat hepar.* Recentia hæc mala ac inde ſucceſſive ſuccurrentes chronici morbi, nunc hypochondriaci affectus ſymptomata imitantes, adhuc curabiles ſunt, magis vero confirmati, ac præſertim ubi jam in ſcirrhum abierint tumores, incurabiles exiſtunt.

Curandi ratio, ex ſupradictis ſponte patet, nempe *acidum corrigentia*, *humorem ſtagnantem* plus minus *viſcidum* attenuantia, & per epicraſin evacuantia, primatum ducunt, quibus & *externa emollientia* ac *attenuantia* ſocianda. *Martialia* ergo ante perfectum ſcirrhum ſunt optima, hinc enim *aquæ ferratæ* tumentes lienes abſumere dicuntur, ſed ubi ad ſcirrhum degenerant, nocent plurimum *martialia*: Rationem ſuggerit *Tachenius* in *Hippocr. chym. clavi p. 181. & 188.* Huic *gummata* præſertim *ammoniacum*, & *galbanum*, & plura ex his concinnata remedia ſunt optima, Item *Tinctura tartari*, *ſpiritus tartari*, ac alia quævis *ſalia volatilia*, ſed patienter & crebrius uſurpata. Hinc quælibet vulgo *Aperientia* dicta, v. g. *corticis ligni fraxini*, *ſcolopend. ceterach. filix*, *abſinth. rhabarb. marrub.* quælibet *antiſcorbutica*, & ſimilia *aperientia*, item *hepatica* & *ſplenetica* dicta locum inveniunt, cum quoad rem facti, ſive experientiam omnes conveniamus, ſaltem quoad theoriam, ſive experimentorum per cauſas ſcrutinium, differamus.

In ſpecie quoad *Externa*, ad hujuſmodi partium abdominis Tumores, plus minus ſcirrhum minitantes, primatum ducunt *gummata*, & hinc vegetabilia ad narcoticorum naturam propius accedentia, v. g. *nicotiana*, *cicuta*, *hyoſcyamus*, imo ipſum *opium* quibus & alia iſtis tumoribus appropriata ſocianda ſunt. Hinc Empl. de *Nicotiana Zvvelferi* ad ſcirrhos ſplenis. *Pharm. Reg. p. 312.* Item *Empl. de cicuta* cum ana *gumm. ammon. in aceto diſtillato ſoluto* miſtum. In ſpecie *Empl. carminativum Sylvii* præſtantiſſimum eſt *lib. 1. Prax. c. 14.* Item *de ranis cum mercur.* officinale potenter penetrat, & hujuſmodi tumores diſſolvit. Sic *Empl.* ex *cicuta & ammon.* comp. *Heurnii* Vide *in Pr. Sennerti cap. de ſcirrho lienis*, Valet & *Empl. de Cicuta Sennerti* Malaxari poſſunt talia Empl. uſus tempore *Oleis deſtill. ſuccini*, vel, quod melius, utut ingrati fœtoris, *oleo diſtill. g. ammon* aut *oleo tartari*; nam quando deſtillatur *gum. ammon.* cum *viridi ære*, poſt ſpiritum volatilem prodit oleum empyreumaticum fœtidum, ſed penetrantiſſimum, Loco hujus tamen. *Ol. Philoſoph. poteſt recipi.* Ettmuller.

[1] *Meſenteris inflammatio*) Cum Natura varios ſæpenumero in Meſenterium deponat humores, ita ut quibuſdam citra noxam, multorum annorum decurſu, vel ſingulis menſibus, ſemel atque iterum, aut citius, pituitæ acidæ, vitreæ aut putris, vel bilis utriuſque, æruginoſæ, porraceæ, inſignis vomitio, aut per ſeceſſum, rejiciatur copia, nihil equidem obſtare poteſt quin diutius coërciti, quin glandulis, vel venis iſtis perplexis altius impacti imbibitique, calore accedente extraneo, putredinem concipiant; & inflammationi, febribuſque variis, nec non abſceſſibus materiam præbeant: quin & malignitatis corruptioniſque partes iſtæ eo uſque viſæ ſunt deveniſſe, ut gangrænam, malum corruptelarum omnium peſſimum conceperint, qualis *Jouberto* teſte, in *Rondeletii* uxore fuit deprehenſa. *M. Martini.* Riverius

[2] *Tumor ab humoribus*) Cauſas inflammatio fere eaſdem, quas obſtructio cognoſcit, quibus addere licet & ſanguinem è vena quapiam ſenſim quidem, ſed per æſtus vehementeſque corporis & animi commotiones excidentem, qui regimine caloris deſtitutus, certoque loco coercitus & concreſcens, cum amplius libere eventari nequeat, putredine concepta exardeſcit. His adjuncta temperamenti ex cauſarum non & præter naturalium actione violenta ſubito ingruens mutatio humorum congeſtorum acrimoniam, mordicationem, eroſionem, lapſum aut percuſſionem; facultatis hepatis retentricis, attrahentis ac digeren-

ris debilitatem, & expultricis in eodem fortitudinem, conſtitutionis calidioris malitiam, refrigerantium intempeſtivorum uſum; criticum vel in febribus malignis, aut exanthematibus internis, Naturæ, humores peccantes in hanc ſedem demandantis, motum. Uberiorem materiarum chyloſarum copiam quam quas virtus hepatis ad benignum reducere queat, debilitatem virtutis ejus alteratricis, & id genus, quæ vel per eſſentiam aut conſenſum meſenterii temperiem labefactare poſſunt; Quin & nobis videre licuit ob ſiniſtrè curatam dyſenteriam, corruptos & acres humores copioſe ab exeſis venis in meſenterium reſtagnantes, inflammationes & abſceſſus periculoſos concitaſſe. *M. Martini.*

3. *Signa ſunt*) Inflammationis in meſenterio *γνωρίσματα* ſunt febris languida, occulta & lenta, abſque tamen ſin & gravioribus ſymptomatis, functiones ægri quotidianas haud quaquam interpellans, anorexia, tenſionis, ac gravitatis ſenſus ſubter ventriculum citra vehementem, & quæ non niſi preſſu animadvertitur duritiem: Egeſtiones chyloſæ, haud quaquam tamen ob digeſtionis vitium in ventriculo concitatæ, quas utplurimum ichor tenuis inſequitur nullo doloris ſenſu, modo ſeorſim ac ſincerus, modo fecibus permiſtus defluens, abſunt hepaticæ inflammationis ſigna, atque prout inflammatio inteſtinis vel tenuibus aut craſſioribus, ſupernis vel inferioribus aut umbilico vicinior eſt moleſta; intenſius tamen ac fortius hæc accidentia ſuam exercere ferociam ſolent partibus inflammatione obſeſſis Jecur vicinum in conſortium trahentibus, quo quidem in caſu febris ardens magna ex parte præcedit, malo deinde ad ſuppurationem vergente lenta atque tædioſa nimis inſequitur, inquit *Hollerius* de febr. *M. Martini.*

Cum hujus partis inflammationes & abſceſſus maxime lateant, ſi ſolitarii ſunt, propter obtuſum partis ſenſum, & quia nullam in corpore edita actionem cujus læſio internoſci valeat, ſed uſum tantum habeat, chyli & ſanguinis diſtributioni inſervientem, ideo oblique magis quam directe & artificioſa conjectura internoſcendi ſunt; ſi nimirum præſente febre, aliiſque ſymptomatis nulla affecti hepatis, lienis, aut inteſtinorum ſigna appareant. *Riverius.*

4. *Plerumque Semitertiana*) ſpeciatim inteſtina ſimul cum meſenterio inflammari oſtendit febris hemitritæus, quam obſervavit Spigelius plerumque ab harum partium inflammatione oriri.

5. *Ichor tenuis*) Galenus 5. loc. cap. ult. ſymptoma maximi momenti meſenterio adſcribit, inflammato, quod ad inteſtina etiam pertinere cenſet *Hoffmannus* Inſtit. lib. 3. cap. 73. Eſt id in alvi excrementis apparere ichores tales, quales in aliis inflammationibus ſunt, acres inquam, non diſſimiles iis, quæ defluunt ab aſſatis in veru carnibus.

6. *Differt à doloribus*) Diſtinguendus eſt hic affectus à *Diaphragmatis* tumoribus, in quibus perpetuo inſignis eſt reſpirandi difficultas, hypochondria revulſa, pulſus durus ac parvus, citra omnem tumoris in hypochondriis ſenſationem: Tum ſi tumor fiat à materia calidiore, febris acuta, dolor intenſus, deliria, ſpaſmi ſequuntur, quæ abſunt inflammato meſenterio. *Riverius.*

7. *A muſculorum*) Et tumor ac dolor ſecundum eorum ductum, figuram poſitum extenditur; plerumque oblongi ſunt illi tumores aut per totum ventrem diffuſi, partes externas magis occupantes, ut levi contactu ſtatim percipiantur, cum inſigni dolore ac febre. *Riverius.*

8. *Periculoſa namque*) Sæpe etiam materia morbifica alio à Natura tranſmittitur, non tamen plane tollitur, unde malum recrudeſcit. *Riverius.*

9. *Peragitur*) Poſteaquam in confeſſo eſt quod inflammationem ut plurimum ſequantur abſceſſus variique tumores, Naturam fatigantes, & ad maciem extremam corpus denique præcipitantes inde emergunt. Ea propter in auxiliorum uſu hiſce ſcopis curioſe inſiſtendum erit, quorum unus, prævia levi exterſione, humores affluentes reprimit; *Alter* infarctus moderata inciſione reſerat, *Tertius* inflammationis ſolutionem confortantibus internis & externis admotis molitur. *M. Martini.*

10. *Ut in aliis inflammationibus*) Quia ex *Avicennæ ſententia 4. Fen. 3. Tr. 3. c. 18.* cuilibet eſt exploratum inflammationis meſaraicarum curationem haudquaquam deviare à medela inflammationum concavitatis hepatis, Idcirco omne ſtudium ad meatuum reſerationem & humorum diſcuſſionem convertendum erit.

Quibus intentionibus cum minime ſatisfieri queat ni copioſus iſte in ſanguine, vel ſolo, aut alterius ſucci conſortio inquinato, apparatus corrigatur, ideo relictis rebus eundem imminuere operæ pretium erit, hac tamen lege ne occaſionis ejuſdem ſis inſcius, cauſaſque ſingulas, & quæ ab illis dependent univerſa ad trutinam revoces, atque ex ejuſdem *Avic.* conſilio, virtutis, ætatis, temporum anni, & aliorum accuratam rationem habeas, Quocirca viribus adhuc integris, ex malo ex ubertate ſanguinis, aut vita luxurioſius tranſacta acquiſito, mediocrem moliri ſanguinis detractionem, vena dextri cubiti ſecta, vel quod ſatius erit, inciſionem partiri haud abs re fuerit, maxime ſi Jecur vicinum calore & ſiccitate, Naturæ limites quodammodo ſuperare ſit manifeſtum habituſque plethoricus id perſuaſerit.

Sin vero ſanguis ex menſtruæ purgationis remora, aut venarum ani abſceſſu redundaverit, tantū cruoris ex tali vena primo detrahendum erit quantum ad conſueti fluxus defectum ſupplendum ſuffecerit, ac poſtmodum pro doloris qualitate, ac virium modulo, ad venæ in cubito apertionem deſcendendum. Ubi dictarum cauſarum nulla præceſſerit, neque occaſio quædam extrinſecus oblata locum mereatur, verum ex ictu, caſu, aut refrigerantium imprudenti uſu inflammatio exſuſcitata fuerit, roburque virium etiamnum ſibi conſtet, primo omnium ſanguis è brachio dextro, ac poſtmodum è ſalvatella ejuſdem manus erit ſubtrahendus. *M. Martini.*

11. *Purgantia vel nulla*) Initio mali, raro vel nunquam tuto adhiberi poſſunt. Id quod de his etiam quæ *urinam* movent ſubaudiendum erit; metus enim authore *Galeno 14. m. m. n.* ſubeſt, ne vel citius aut gravius Jecur ac meſenterium inflammentur; evocata nimirum materia per partem affectam, vel eadem vehementius commota irritataque, Materia tamen præſente copioſa, & phlegmone ad coctionem properante, exploſis omnibus catharticis, quorum irritatione fluxiones promoventur, & interiora de novo ſuccenduntur; ſolius *mannæ*, decocto idoneo extractæ, aut quod ſimilis eſt fannæ, diluti *rhabarbari*, vel infuſionis *roſarum pallidarum* aut *violarum* exolventis, cum *aqua hordei*, *ſero lactis*, vel, quod alimentis admixtum levem evacuandi vim poſſidet, decocto aut infuſione *fol. ſennæ*, *epithymi*, & *rhab. polypod.* concedendus erit uſus, *myrobalani* vero *citrina*, *tamarindi*, & quæ facultate pollent nimis adſtrictoria, ab *Avicenna* damnantur, idque ne partibus ſubtilioribus exploſis craſſiores in tophos aut abſceſſus convertantur. Sin autem ex prædictis ſolventibus aliquid exhibendi nulla datur facultas, aut exhibitum non proſit,

per

Enemata.

Humores ſupervacaneos evacuare, ac oovos per eandem regionem derivare haud erit abſonum: Iſtam tamen hoc in caſu adhibere cautelam ex re fuerit, ut ex *Avicennæ* documento, à levioribus ſumatur initium, & in declinatiooe ad fortiora deveniatur. Concinnantur hæc, ex Decocto communi refrigerante, vel aqua hordei, aut decocto *fol. cicla & id genus*, *cum ol. violac.* unc. ij. *Elect. lenit. mellis roſat. ſacch. rub.* āā. ℥ß. *ac ſalis momento.* Efficaciora reddes ſic præſcribendo

℞. *Fol. malv. utr. betæ* āā. m ß. *mercur. centaur. mi.* āā. p. j. *origani*, *hyſſopi* āā. p. ß. *rad. polypod.* ℥ß. *f. ſ. l. n decoct. colat.* unc. x. *admiſce ol. chamæm. violac.* āā. ℥ii. *amygd. d. mell. roſat.* āā. ℨ vi. *pulpa caſſ. r. extracta*, *Elect. cathol.* āā. ℥ß. m.

Hæc tertio quoque die injici poterunt, nonqoam non additis, juxta purgandi ac digerendi indigentiam, iis quæ ſtatus morbi requiſierit. Et hos exprandi limites qui exceſſerit, vel neglexerit. *Alexander l. 8. chronic.* male ſani cenſet eſſe judicii, eo quod maximorum inde malorum ſeges exſultet, inflammatio ad hepar devolvatur, & materiæ vel ſuppuratione reſolvantur, aut lapidum vel tophorum naturam induant. *M. Martini.*

13. *Nec caſſin*) Eo quod fervore ſuo fluxiones exſuſcitet, *Platero* aſſerente.

Inflammationis reliquias auferentia.

In Declinationibos tandem harom inflammationum, & calore interaneo remittente, ad reliquias à meſaraicis excindendas, variis progredi licet ingeniis, admixtis quandoque ſolvente leni, & iis quibus tonus Hepatis integer poſſit aſſervari. Inſignis in hoc caſu præſtantiæ ſunt *decoctiones ex rad. ſcorzon. ruſci, liquir. gramin. chinæ, aſparagi, cichor. ſem. fœnic. 4. frig. mai. & min. germin. cuſcut. flor. cordial. & paſſul. in brodio gallinæ & caponis*, *ſero lactis*, aut *aqua pluvia. factis & aliquando mane ſeróque uſurpatis*, Neque labor fuerit iritus iiſdem guttas aliquot. *ſpir. vitr.* aut *ſalis* rite præp. vel *ſoluti tartari* aut *cremor. ejuſdem* ℨß. *croci ſulphuris vel ſalis prunellæ* momentum; vel in nimio virium defectu, de *margar. corallor.* aut *hyacint. magiſterio* parum admiſcuiſſe.

Inter *Lictus* præſentem adhibent medelam *Diapaſſul. Holleri*, *Conſerva mali citr.* *Tinctura roſar. violar. aut flor. bugloſſ. vel caryophyl. vitriolata*, vel confici poſſunt Electuaria. E. g.

℞. *Conſerv. flor. bugl. violar.* āā. ℨ vi. *roſar. damaſc.* unc. iß. *corn. nuc. Indic. condit.* unc. ß. *mediocriter contuſis in vaſe vitreo adde ol. vitr. rite prap. q. ſ. ad gratum acorem. adde conf. rotular. ex ſucco berber.* ℨ vß. *looc vel ſucci pomor. acido dulc. inſpiſſ.* unc. ß. *conf. kermeſ.* ℨ j. *ſolut. margar.* ℨß. *ſyr. de canella* ℨ j. *extr. hepat. vitulini* ℨ ij. *cum ſyr. de ſucco granat. f. Electuarium.*

Partes denique ventriculi ſubſtratæ, fotibus, Empl. nulla tamen vi adſtringendi præditis, ſunt muniendæ fovendaque. Fomcora congregantur ex *betonica*, *agrimon. agerato*, *cichor. chamam. ital. flor. verbaſci*, *meliloti. lilior. alb. roſar. damaſc.* & ſini. in *aquis cichor.* & *abſinth.* cum *modico croci*, vel *vini commun.* excoquendo, & cum ſpongia, vel in modum duciæ tepide admovendis. *M. Martini.*

13. *Aliquando cerebri*) Hinc inſequuntur vel Epilepſiæ, vel paralyſes aut ſpaſmi, mania catalepſis, melancholia, apoplexia; Non pauci etiam hepatis imbecillitate ab hoc morbo iovaleſcente, confirmataque & contaminatis iſta impuritate homorum & vaporum ſpiritibus, caloreque nativo, nutritionis opifice, imminuto, tabifica lue conſumpti pereunt. *M. Martini.*

14. *Hinc paralyſis, epilepſia*) Si Epilepſia, Paralyſis, aut alii graves ex cerebro affecto dependentes morbi ingruant, Revulſoria in cruribus ſectione, qua ſanguinis & humorum impetus verſus ſuperiora cohibetur, & caput ab omni appulſu vindicatur res agenda erit. Quia & cucurbitulæ ſcapulis adfixæ emolumenti plurimom afferunt, idque majori ſemper cum ſucceſſu ubi alvus in officio perſeveraverat. *M. Martini.*

15. *Sunt varii*) Inflammatio Meſenterii ſæpe in Abſceſſum degenerat, omois tamen *Abſceſſus meſenterii* non fit ab inflammatione, ſed plerumque ab humoribus vitioſis in ea parte cumulatis ac putreſcentibus, ita ut hujuſmodi abſceſſus ſenſim producantur ſine febre præcedente aut alio gravi ſymptomate, ſicut videious io aliis partibus atheromata, ſteatomata, meliceides & alia abſceſſuum genera ſine inflammatione præcedente generari. Et dum illi abſceſſus rumpuotur, ulcus remanet, evacuato pure. Si vero illi humores valde pituitoſi ſint, aot melancholici, & putredini ac corruptioni reſiſtant, concreſcunt oon raro & indurantur ac in ſcirrhum degenerant, quin & interdum duritiem lapideam acquirant. *Riverius.*

Tumorum iſtorum varias obſervare licuit differentias; Meſenterium enim quandoque citra omnem *ἀἰσθησιν ἰδιαιτέραν*, fluctuationem ac doloris ſenſum, ex variorum humorum colluvie prodigioſe turgens, in tam vaſtam exſurgit molem, ut præ tumoris pondere, ſuis velut radicibus ac ſedibus evulſum fluctuet, ac totam abdominis cavitatem occupet; Quamvis id vitii nonnunquam ab Omento in glandulosam, adipoſam ac ſcirrhoſam molem haud vulgariter excreſcente, etiam proficiſci poteſt; qualem *Horſtius* membranoſam, interius concavam, ſanie ſordida, refertam, ac ventriculo adnatam. *Lapides* intra meſenterium geniti ſæpe reperti ſunt. *Coiterus* oon ſolum totum meſenterium ex multis, iiſque ſatis magnis ſcirrhis conflatum, ſed & Pancreas & omentum craſſum, contractum ac ligno durius invenit. *Heurnio* totum meſenterium in ſaxum commutatum oblatum eſt, 6. aph. 7. Nonnunquam infiniti Abſceſſus, tumores ac ſteatomata multorum annorum decurſu, ſine ſenſu ac dolore proprio folliculo incluſi ac gypſeam glutinoſam aut liquidam materiam continentes, aliaſque formarum facies pene innumeras habentes, præcipue circa vaſa quæ ad portæ venam protenduntur ſunt conſpecti. Frequentius autem ulcera ſordida, aut collectio materiæ purulentæ, intra binas meſenterii tunicas, majorem ventris inferioris partem occupantes viſuntur. Ex veteribus ſoli *Hippocrati* Tumores iſti & ulcera innotuere, uti ex multis locis Epid. 2. ſect. 2. 6. *Epid.* initi. 27. Epid. parte 28. 4. aph. 7. &c. apparet. *Avenzoar* morbum iſtum verrucam ventriculi perperam cenſuit. *M. Martini.*

16. *Si locum ſpectes*) Licet meſenterii viſcus integrum inflammatione ſimul obſideri, & ſuppuratione reſolvi poſſe, citra ſubjecti deſtructionem rationi minus ſit conſonum (malo namque eo vehementiæ promoto ſubeſt metus ne, vel ab eruptione puris, aut vitioſis ejuſdem exhalationibus, præter antea labefactatam chyli elaborationem, Jecoris ſubſtantia corrumpatur vel erodatur, quæ reparari ullis ingeniis com nequeat, vitiari hæmatoſin ac nutritionem totius, una cum viſcerum omnium facultatibus everti, univerſum

univerſi plane reſiccari & maraſmo conſumi, ac tandem ex corrupto ſanguine, ac facultate hepatis reſoluta, ſubſtantiam visceris putridam, ſanioſam, cruentam, vel nigram dejici opus eſt) quia tandem non raro monſtra quædam in morbis & curationibus, ex *Averrois* teſtimonio obſervare licet, idcirco admirationem hic ſuſpendere non alienum fuerit. *Matth. Martini.*

17. *Vel ſunt ſupra umbilicum*) Summa cum ratione *Hippocr.* in *Coacis* triplicem ventris notavit regionem, exindeque totidem Tumorum ac Apoſtematum notavit diſcrimina, tactus miniſterio elicit. Conjectura enim, teſte *Mercato* Pr. l. 4. c. 2. haud fallaces de ſalute & interitu, & cum ad ſuppurationem perventura ſit affectio inflammatoria vel in abſceſſum migratura capi poſſunt. Primam regionem utroque hypochondrio, *ſupra umbilicum*, in latera diducto definivit. Alteram inferiori ſubter umbilicum ſede, Hypogaſtrii nomine complexus eſt. Tertiam in medio, circa umbilicum ventre notavit, Singulis autem in locis Tumorum omnia oboriri poſſe genera docet, qui ſenſus miniſterio ubi diſpeſcuntur, triplici continentur ſerie, ceu *Durus dolens*, *Durus indolens*, & *Mollis indolens*: Ex dictis Locorum ac Tumorum differentiis ſuppurationem concipere poſſunt, Durus dolens ac mollis indolens. Et hoc ipſum quoque vel citius, modo tardius, frequentius aut rarius, quo hypochondriis aut umbilico viciniores ſunt; idque ob caloris interni remiſſionem vel intenſionem; eo quod tumores univerſi, quo longius ad inferas recedunt partes, tanto ſerius mitiuſque ſuppurantur. Quo fit ut qui ſub umbilico exoriuntur, ſuppurationi raro ſint obnoxii: ideoque non injuria *Hippocrates 6. Epid. p. 2.* umbilicum harum ſuppurationum terminum conſtituit. *M. Martini.*

18. *Si conſtitutionem*) *Steatoma cum ulcere & aqua refert Tulpius lib. 2. cap. 33.* Exhibuit aliquando nobis abdomen quædam virgo diſtentum gemino tumore, quam rudes obſtetrices accuſarunt inſontem impudicitiæ, confiſæ gemellos ab ipſa geſtari, Sed calumniam diſſipavit anatome, utpote quæ nec fœtum nec gemellos in utero, ſed in meſenterio duo duntaxat invenerit ſteatomata, quorum alterum erat impurre, alterum à pure ita vitiatum, ut effuderit non tantum plurimum ſaniei & aquæ in abdominis vacuum, ſed exeſerit præterea eo uſque uteri fundum, ut non fuiſſet recipiendo fœtui. *Tulpius cap 33 lib. 2.* Alias Abſceſſuum meſenterii conſtitutiones vide apud *Marc. Donatum, Schenchium & in noſtro Sepulchreto.*

19. *Interdum infinitos habet abſceſſus*) Teſtatur hoc maxime *Parei* obſervatio, *l. 22. c. 39. chir.* qui in diſſecto mulieris cadavere, in ipſo meſenterio abſceſſus infinitos à ſe invicem differentes invenit. Sic *Ingraſſias l. de Tum. Tr. 1. Tom. 1.* in ſuſpenſi anatomia meſenterium variis ſcrophulis & abſceſſibus repletum demonſtravit.

20. *Cognoſcuntur autem difficulter*) Abſceſſuum nonnulli vel *indurantur*, materia in iiſdem ſicceſcente, vel *ſuppurantur*: Signa *induratorum* & adhuc deliteſcentium, ob ſenſum meſenterii inertem, hebetem, plane obſcura eſſe uſus notavit; quæ tamen ruptis iiſdem evidentiſſime ſeſe produnt, ſed aliis membris à majori medentium turba, inerti auſu hucuſque ſunt attributa. Nonnunquam tamen tumores iſti Meſaræi mole ſua ac duritie inteſtinum rectum incubatu ſuo tantopere conſtringunt, ut niſi devorato ſolvente medicamento, omnem egerendi facultatem adimant laborantibus; cujus eventus cum *Fernelio*, *Pareo*, *Caſalpino* αὐτόπτης fuit *Fabr. Hildanus cent. 1. obſ. 51.* Quia & non alvi ſolum dejectionem remorantur, ſed & Pareo aſſerente, urinæ exitum, compreſſo veſicæ orificio præcludunt, vel tardius eandem deſcendere patiuntur, reſpiratione ſimul ob diaphragmatis compreſſionem inducta difficiliori, *M. Martini* ex *Fernelio*, *Pareo*.

Diagnoſis abſceſſuum meſenterii interdum facilis eſt, interdum vero difficillima; Si enim ab inflammatione ejuſdem partis fiat, ea antea percepta, ſignis ante propoſitis, & diutius perſeverante, indicium eſt eam diſcuti non potuiſſe, ſed fuiſſe ſuppuratam & in abſceſſum converſam; At vero cum Abſceſſus ab humoribus pravis, in meſenterio diu commorantibus, ac tandem putreſcentibus exoritur, difficillima eſt illius diagnoſis, adeo ut ouniſi ab obitu ex diſſectione innoteſcant. Licet enim ut plurimum tactu dignoſci valeant, aliquando tamen tam alte ſepulti ſunt, ut neque ipſo tactu deprehendi poſſint, & partis ſenſus adeo eſt obtuſus, ut nullo dolore interdum ſeſe prodant. Quia tamen iſta variis modis contingunt, in hunc modum diſtinguenda ſunt, Si Abſceſſus meſenterii Tumorem habeat conſpicuum, ille primum ab inflammatione & ſcirrho diſtinguendus eſt: Ab inflammatione diſtinguitur ſi ab ea ortum non duxerit, quod nulla adeſt febris, aut certe perexigua, & nulla etiam præceſſit, neque alia ſigna quæ inflammationem indicare potuerint. Si vero hanc ſequatur, non aliter diſtingui poteſt quam duratione ac perſeverantia; ſi enim inflammationis ſigna per 30. aut 40. dies aut amplius perſeveraverint, ſignum eſt eam in abſceſſum abiiſſe. A ſcirrho vero diſtinguitur per duritiem quæ in hoc maxima eſt, in abſceſſu vero quædam mollities apparet, tum etiam ex doloris omnimoda abſentia, cum in abſceſſu aliquis ſemper dolor perſentiatur, ſaltem ex violenta compreſſione. Præterea ille tumor ab aliarum partium tumoribus eſt diſcernendus per ſitum illius, ſicuti de inflammatione meſenterii dictum.

Si vero Abſceſſus in meſenterio lateat ſine ullo tumore conſpicuo, nulla dari poteſt certa illius tecmarſis; artificioſa tamen conjectura ad magnam illius ſuſpicionem pervenire poſſumus, ſi nempe cibi faſtidium, nauſea, vel vomitus adſit, citra ventriculi vitium manifeſtum, & magna velut ſatietas poſt aſſumptum cibum, etiam pauciſſimum: laſſitudines totius corporis ac languores ſine cauſa manifeſta; alvus vel ſuppreſſa præter conſuetudinem, vel fluidior, ex qua fœtidiſſima excrementa citra ullam dyſenteriæ ſuſpicionem: Adde vigilias continuas, & ſi ſomnus irrepat, difficilis is eſt, animi exolutionem, ſudores frigidos. Ac licet interdum nulla febris nulluſque dolor appareat, ut plurimum tamen febris quædam comes eſt, cujus ſi nulla cauſa manifeſta appareat, ab hoc malo pendere conjiciendum eſt, ſi nonnulla ex ſignis propoſitis adjuncta fuerint: Tum etiam ſi abdomen violenter comprimatur, dolor aliquis interius ab ægro percipitur. In partibus quidem ſanis dolores excitantur vehementi compreſſione, attamen ſi major dolor in una abdominis parte quam alia percipiatur, ita ut cum omnes partes illius, & omnia loca ſigillatim contrectantur, dum manus contrectans ad certum & peculiarem locum pervenit, in eo perpetuo, & contrectatione iterata major dolor percipiatur, magnam facit conjecturam abſceſſus eo in loco latitantis. Si vero tandem purulenta materia excernatur, tunc abſceſſus latens fiet manifeſtus, ut plurimum autem per alvum pus excernitur, varium pro varia partis affectæ & vicinarum diatheſi, hinc modo ſincerum & albicans, magna copia, nullo doloris ſenſu per venas meſaraicas in inteſtina profunditur, &c. Vide §. *Exſolvuntur autem prodigioſe.*) Riverius.

20. *Cognoſcuntur autem difficulter*) Quoniam per unicum ſignum eſt impoſſibile Abſceſſum occultum meſenterii pervadere, licet conjugere ad ſyndromen ſignorum *antecedentium & conſequentium*, Quod ſcilicet *præceſſerint in edendo & bibendo delicta*, unde infarctus factus ſit in meſenterio, ſed hæc nihil indicant ſola, quare ad ſecundum ſontem, id eſt ad *diſpoſitionem patientis* accedendum, quod videlicet ortus ſit à ſimili parente; vel quod ſua natura ſentiat gravitatem in ventris parte profundiori, & præcipue dum cibum prolixe infarcit, ſi tenſionem profundam ſentiat; Sequuntur *conſequentia*, veluti egreſſio puris copioſi, aliquando conſarcti fæcibus, ſine dolore, ſine ſiti, nec tamen appetentia dejecta: Hæc conſequentia ſymptomata aperiunt eſſe meſenterii abſceſſum.

Poſtremo ad cognoſcendum locum affectum, manifeſtior reddetur abſceſſus, Cognoſcemus locum affectum, tum per argumentum ex ſufficienti partium enumeratione, tum ex ſignis propoſitis pro cognoſcendis locis affectis: Signa enim locorum affectorum ſunt vel excrementa, vel actio læſa, vel ſitus tumoris, vel doloris, vel tenſionis, vel propria accidentia, vel proprietates doloris, In meſenterii abſceſſu, cum pus ſit copioſum valde, ſine læſione, vel ſine dolore, & ſitus tenſionis ſit in parte profundiori, & proprietas doloris potius gravantis, hæc omnia certam pariunt doctrinam locum affectum eſſe meſenterium: Præterea accedit alter modus, per argumentum efficaciſſimum ex ſufficienti partium enumeratione, Dicas ergo, Eſt pus copioſum, ergo à rupto abſceſſu; non ſupra ſeptum tranſverſum, ergo infra, Et licet viſum fuerit pleuræ pus aliquando per inferna propulſum, id factum fuit cum magna febre præcedente ſiti, &c. Erit ergo infra; non in ventriculo vel inteſtinis, quia in iis ſine dolore eſſe non poteſt, Non in jecore aut liene, quia horum abſceſſus vires dejiciunt, &c. Non in renibus, quia in urinam pus contenderet, Cogitemus ergo partem ferme ſenſu privatam alligatamve inteſtinis, meſenterium occurrit inteſtinis omnibus colligatum; & inter meſenterium & inteſtina ſummam ſympathiam per venas meſenterii, quibus obducta ſunt uſquequaque inteſtina, in quæ reſtagnant, & unde in meſenterium regeruntur per vias per quas meant liquati ſucci: Deinde, Anne meſenterium ſenſus fere omnis eſt expers, ut cognoſcunt in vulneribus Chirurgi, Dicendum ergo per partem imam meſenterii tranſcolari ſaniem expedite ad inteſtinum rectum, & deinde omnia ſolvi phænomena, Quare cum ſit ruptus abſceſſus, non eſt mirum eſſe pus copioſiſſimum, quod in ulcere tantum non poteſt dilabi; Et non eſt mirum ſi aliquando cum fæcibus, aliquando ſeorſum ſit, cum modo fæces, ſint in recto inteſtino, modo abſint; Hinc dolores non vexant, cum ſolum meſenterium ex omnibus involucris, exili & minimo ſit contextum nervulo; ut ſenſu fere ſit orbatum (*alia indaganda cauſa, cum pluribus & inſignibus nervis donatum ſit meſenterium. vide §. Dolor*) nec Sitim intendent, cum valde diſtet ab ore ventriculi; nec appetentiam tollunt, cum tetri vapores non percutiant ſtomachum; levem tamen febriculam concitant, quoniam contextum eſt meſenterium venis, quibus recipitur aliquid ſaniei, & ad ſuperna viſcera defertur, &c. Sanctorius. *Meth. vit. Err. l. 1. c. 23.*

21. *Exolvuntur autem prodigioſe*) Simul ac Abſceſſus alicujus ruptio contigerit, tunc pro natura inflammationis & humoris heterogenei, necnon loci affecti conditione, & viſcerum vicinorum, quæ putridis vaporibus aut fatigantur, aut plane inficiuntur, diverſitate ac nobilitate, varia oboriuntur ſymptomata, ac mirifici naturæ in ejiciendo conatus advertuntur, hinc modo pus ſincerum & albicans magna copia, nulloque doloris ſenſu, per venam proximam, in recti aut coli inteſtini cavitatem defluens profunditur; modo inflammatione ad inteſtina poſtrema vergente, fæcibus alvi permixtum redditur, aut, quod à nobis viſum, ſacto cuniculis magna vi per umbilicum ſanies copioſa erumpit: aut per Renes naturæ ductu excluditur; autore *Schenckio*, Quin & Dodonæo innotuit, inflammatione ſemel in abſceſſum deſinente, quoſdam purulenta, admodum fœtida, ſincera, nullis ſordibus alvi polluta, ſingulis diebus bis terve per inferiora, ultra quadriennium, modico ſalutis diſpendio, ejeciſſe, Majori tamen ex parte materia tribus ſupra umbilicum digitis, loco ſundo ventriculi vicino, & juxta hepatis regionem collecta putreſcenſque varias & diſtenſionum & dolorum ſpecies excitat; quæ poſt diverſos & chronicos ſibi invicem ſuccedentes morbos, inter peritonæum & abdominis muſculos copioſe profuſa, vel in cavitatem ventris, rupto peritonæo defluit, aut per abſceſſum exterius erumpit: Id quod nobis in fœmina annorum 49. videre contingit, cui per abſceſſum ſponte apertum, paucarum horarum intervallo, libræ puris albi ac fœtidiſſimi quinque, citra tamen omne ſalutis diſpendium profluxere. *M. Martini.*

22. *Aliquando ſponte*) In excludenda hac congerie miranda Naturæ molimina advertere licet, quandoque enim morbus hic ſponte exolvitur, erumpente ad alvum hac ſaburra, recludente ſibi Natura cæca ac deliteſcentia ſpiracula, & abſconditas ad hanc excretionem vias. *M. Martini.*

22. *Aliquando ſponte ad alvum*) Pus purulentam eam dejectionem facit, in qua citra dolorem illud copioſe & ſæpe egeritur: Quod ab ulcere quodam magno, admodumque ſordido, cum tanta ſit illius copia, prodire neceſſe eſt, eaque in ſede quæ ſit inſenſilis, cum nullus adſit dolor, atque ideo pars non adeo magnas functiones edens, cum ſenſim & longo tempore, non ſubito ægrum conſumat; Quod in *Meſenterio* fuiſſe ejus conſtitutio ignobilis, & quod inteſtinis cohærent, atque ſectio demonſtrant; ſic enim per venas illius in inteſtina perferri, illicque donec rejiciatur, accumulari poteſt; A diſtantioribus locis ſi prodiret, forte à Jecore, vel Liene: per venas eaſdem meſaraicas, illis continuatas, eo pervenire poſſet, quod ſi fieret, ob ulcera harum ſedium, gravia ſimul, ut hydrops, aliaque ſymptomata, ſupervenirent, longinquis locis, ut *pectore* vel capite, pus eo penetrare poſſe haud credibile eſt, etſi varias ei vias excogitarint, per quas ſi quid permearet exiguum illud eſſe, & per venam Cavam in venæ portæ ramos tranſire oporteret, quod tamen potius per emulgentes ad renes & veſicam deduceretur. *Platerus.*

a. *Vel in cavitatem ventris*) Quod in uxore Medici cujuſdam clariſſimi obſervavi, cui meſenterium fere totum ex abſceſſu in putrilaginem abierat, Puri innatabant inteſtina, quod fæcibus remiſtum aliquot ante obitum ſeptimanis rejecerat; Id mali contraxerat ex caſei recentis abuſu, ſolo enim eo cibo tota æſtate uſa fuerat, à carnibus probique ſucci cibis abhorrens.

23. *Non raro facto circuitu*) *Fernelius conſ. 68.*

24. *Aliquando ſi materia prava*) In non paucis Abſceſſus iſti multorum graviſſimorum ſymptomatum, & ipſius denique mortis cauſa fuere: Obſervatum namque ex hoc fonte febres acutas, haud tamen uniformes cum Vomitu & nauſea, necnon utriſque hypochondrii tumore. *Hollerius in obſervat. ad C. Cur. fol. 678.* Alvi cruentas dejectiones, ita ut ſanguinem copioſum, nigerrimum, ſæpius tamen corruptum, fœtidiſſimum, multarum librarum pondere excreverint: Vel materiam multam nigram fœtentemque, encauſto ſutorio non abſimilem, excluſerint; *Benivenius*, Lipopſychias, Vigilias perpetuas, ob tetros malignoſque vapores cor in cerebrum identidem

ſerientes, ſudores faciei frigidos virium debilitatem inſignem cum ſiti clamoſa, linguæ ariditate, triſti ventriculi ſenſatione & alvi torminibus ſomiſſimis promanaſſe; ex *Marco Donato, Benvenuto, Matth. Martini.*

[25] *A ſanie hepatis) Avicenna lib.3. Fen.14. tr.3. capit.11.*

[26] *De eorum curatione)* Ratione Præſidiorum quadruplex exſurgit indicatio, *Prima emollientibus* & moderate diſcutientibus reſiduum inflammationis mitigat: *Altera Deterſionem* variis ingeniis molitur; *Tertia conſiderationi ulcerum* incumbit, idque non tam medicamentis emplaſticis & balſamica facultate pollentibus, quam generoſis quibuſdam à proprietate agentibus, & putredinis focum exhaurientibus; *Ultima viribus* conſulit, *ſymptomatibus* occurrit. In horum omnium adminiſtratione ſequentes Canones obſerventur, 1. Alvus ſit ſemper fluida, 2. Medicamentis & alimentis frigidis, ac præter modum adſtrictoriis uti non convenit, eo quod ad partis indurationem multum conferre poſſint, *Avicenna,* 3. Reſolventibus nunquam addantur mordicantia & vehementer agitantia *Avicenna* 4. Dulcia univerſa, ob materiam obſtructionum, & bilis proventum, ſunt vitanda, *Idem* 4. Facta puris collectione, quam ex febris remiſſione æſtimare licet, res & neceſſitas ſuadent, ut de ſuppuratione conſilium capiatur: quem in uſum incidentia & attenuantia conferre ſolent; apprime enim humores craſſi, à viſcere attracti & imbibiti id exigere videntur: *Idem* 5. Ante ruptionem abſceſſus, & flatibus impenſius non urgentibus, *Manna, caſſia, decoctum ſeminum & rad. eupator*, quandoque etiam *aloe & abſinthium* propinari poſſunt; Senſim tamen virtus eorundem intendenda eſt. 6. Cum ſaltus, caſus, & percuſſio plerumque inter cauſas ad receſſum potiores ſibi vendicent, ideo *rubia radix & rhabarbarum* in hiſce caſibus reliquis ſemper adjungantur, *Avicenna.* 7. Materiâ renes verſus properante, eoſdem cum veſica ab eroſione diligenter munire decet. *Idem* 8. Ad conſolidationem abſceſſuum, virtute adhuc conſtante, adjumenti plurimum conferre poteſt ventris ſolutio, blandiſſime ideoridem peracta, tum ut natura onere ſuo rectius ſublevetur, tum ut maturatio citius promoveatur. *Idem.*

1. *Intentio.*

Primæ intentionis ſubſidia duplici comprehenduntur ſerie: una morem vivendi legitimum exhibet, Altera varia Emollientium, mitigantium; ac moderate Diſcutientium remedia proponit: *Cibus* ſit εὔχυμος & concoctu non difficilis, in qualitatibus omnibus moderatus, ab omnibus craſſis, viſcidis, acidis ac dulcibus alienus, nihilque præter cappares & piſtacia inter bellaria & fructus agnoſcens: In *Potus* electione, Vini, niſi plane tenuis & odori, & aqua pura ſimplici cocta, vel ſtillata, probe diluti, modica habenda eſt ratio; Sed hujus vicariam cereviſiam complecti licet, eamque tamen à fæcibus expurgatam, & cum *radic. caryophyll.* & Chinæ aliquantiſper maceratam: Neque abſurdum eſſet *aquam hordei cum radic. liquir. ſcorzon. cinnam. ficubus, paſſulis, flor. violar. bugloſſ.* diligenter excoctam uſurpaſſe: Præſtantiſſimum eſt *Decoctum rad. Chinæ cum liquir paſſul ſemin. melonum, ac cinnamomo* adornatum, & aliquando loco Potus ordinarii uſurpatum: *Hippocrat. & Avicenna* in caſibus haud longe deviantibus non diſplicere videtur *Lac aſininum*, eo quod alvum moderate ſolvat, viſcerum atoniam emendet, humidoque eorum nativo fomentum ſubminiſtret, Neque abſonum fuerit in iſto jam ebulliente *ſilices marinos* candentes leviter extinxiſſe. Vel eidem *folia alchimillæ, ſcabioſæ, perſicar. & abſinth. Pontici* comam incoxiſſe, aut ſuccum earundem depuratum cum lacte decocto, vel eſſentias inde concinnatas uſurpaſſe, Ex claſſe *emollientium, mitigantium, ac digerentium*, Decoctionibus primæ debentur partes e. g.

℞. *Rad. tarax. liquir. bugl. ãã.* ʒvi. *chinæ Opt. ſcorzon. ãã* ℥iß. *biſtortæ, cyperi rot. conſol. utr. ãã.* ℥ß. *fol. agrim. abſint. Pont. perſicar. polii mont. ãã. m.j. hyſſop. capill. ven. hed. terr. flor. chamom. Ital. verbaſci ãã m.* ß. *bugloſſ. utr. violar ãã. m.*iß. *veronic. p.*iiß. *paſſular.* unc.ii. *ſemin. melon. Cucurb. ãã.* ʒv. *card. b. cuſcutæ, fœnic. ãã.* ʒ ß. *Rudiuſcule comminuta macerentur per biduum aut amplius in aqu. veronic. ſcabioſ. perſicar. & ſucci pomor. redolent. p. aq.* 10 vaſe circulatorio, ad *calorem Baln. M. vaporoſum: Colat. expreſſa modico cinnam. ac ligni Rhod. condita. per manicam trajiciatur, dentur m. & v.* unc.iv.

Infundi prædictæ ſpecies, & coctioni quandoque adaptari poſſunt cum ſeco caprillo ad unguem depurato; vel Jure gallorum veteranorum: Neque à ſcopo alienum fuerit quarto quoque die eidem aliquid *ſyrupi de pomis cum helleboro*, vel *extracti folior. ſennæ cum Manna*, vel *ſolutis aut magiſt. tartari*, vel *ſyrup. roſat. ſolut.* aut *eſſent. belleb. nigr.* addidiſſe: vehementer enim agitantibus hi morbi non gaudent, idque tum jure ſocietatis cum corde, liene, & ventriculo, tum officiorum vitiorumque communicatione, qua promptiſſime invicem afficiuntur, Vel

℞. *Flor. rec. fumar. card. ben. agrimon. cichor. heder. terr. beton. chamæm. Ital. flor. roſ. Damaſc. ãã.* ʒiii. *marrub. albi, hyſſopi ãã. m j. comminutis addantur aquar. abſinth fumar. & perſicar. ãã. q. ſ. oxymel. ſimpl.* unc. vi. *fiat omnium maceratio per triduum in matracio vitreo, donec puro ab impuro perfecta fuerit facta ſegregatio: Hujus ſucci cochlearia duo, vel in aqua ſtill. aut lacte excocto, vel, quod rectius cum brodio caponis, aut gallinæ hauſtulo offerri poſſunt.*

2. *Intentio.*

Quæ ſecundæ intentioni inſerviunt remedia, iiſdem pene formulis comprehendi poſſunt, Inſignem præ cæteris efficaciam habet *Mercati ſyrupus* inferius deſcribendus, vel, quæ plurimi uſus eſt, ſequens Antidotus.

℞. *Conſerva flor. Eupator. ſeu ageratu* unc. iß. *carn. nucis Ind. condit.* unc. ß. *rad. Chinæ* dr. ii. *extr. chelidon.* ʒiii. *arcani tartar.* ʒiß, *olei ſulphur. in crocum converſi* ʒii. *pulver. Trochiſc. diarrhod.* ℈ii. *de rhabarbar. de eupator. ana* ʒiß. *magiſt. corallor.* ℈iv. *limat. chalybeat. aceto mont. præpar. levig.* unc. ß. *ſyrup. de corall. q. ſ. pro formando Antidoto.*

Quantitas horum ſubſidiorum conditioni affectus reſpondere debet: In ſingulis tamen ad hepar roborandum ac facultatem naturalem conſervandam mentem oculoſque intentos habere, rerum omnium primum erit; eo quod ſic affecti ad Tabem, Cachexiam, Icterum, aut Fluxus hepaticos facili negotio præcipitari poſſunt.

3. *Intentio.*

Deterſis maxima ex parte ulceribus, affluxuque repreſſo, conſolidationi, quoad ejus fieri poteſt, invigilandum.

dum. Exſiccantia & putredinem coërcendi facultate prædita ea iſtorum præſidiorum ſunt albo, quæ peculiari dote afflictis ſuccurrunt viſceribus, & ab omni vitioſæ qualitatis appulſu eadem præmuniunt: Propotiſmatis ritu ſic uſurpantur.

℞. *Rad. ſalzapar.* ℥ii. *ſcorzon.* ℥iß. *fragar. conſol. utr. liquir.* ãã. ʒvi. *raſ. ligni ſ.* ℥iii. *flor. bugl. violar. veron.* ãã. *m.* j. *ſemin. melon.* ℥i. *ſemin. ſcoriol. coriand. præpar.* ãã. ʒii. *paſſul.* ℥iv. *ligni Rhod.* unc. j. *f. omnium in vaſe vitreo ad ignem* MB. *lucnlentum per horas* xxiv. *decoctio. De colaturn offerantur* ℥iv. *aut amplius pro affectus & ſymptomatum conditione.*

Ad labefactatam Hepatis facultatem reparandam, inſinuantis *cachexiæ* vel *hydropis* periculum præcavendum, & intemperiem viſcerum calidiorem mitigandum.

℞. *Rad. Chinæ* ℥iii. *caryophyll.* ℥j. *ſcorzon.* ℥iß. *bugloſſ.* ʒii. *ſalſapar. paſſul. Corinth.* ãã. ℥ii. *fol. ſcabioſ. alchem. heder. terr. flor. tunica violar.* ãã. *m.* j. *ſemin. melon.* ʒv. *Cucum.* ʒiii. iv. *frigid. min.* ãã. ʒiß. *fœn.* ʒi. *ligni Rhod.* ʒvi. *Confructu in olla vitrenta* recenti, Operculo ſuo clauſa, per horas aliquot, cum *brodio pulli inſulſo, vel ſero lactis optime purgato; Vel aqua extinctionis chalyb. ebulliant. poſtea per manicam traiiciantur.*

In horum remediorum uſu alvus ſuppreſſa quarto quoque die clyſmate emolliente ſolvatur, & quavis hebdomada, purgante quodam ſpecifico purgationis die decocto præſcripto. Eximiæ bonitatis eſt & hoc Electuarium.

℞. *Conſerv. flor. veronicæ altilis, roſar. Damaſc.* ãã. ℥iß. *pulpa paſſul. corinth. per ſetaceum trajectl.* ℥ii. *dactylor. pingu. iisdem extr.* ʒvi. *mollag. juniper.* ʒii. *lucidi cydoniar.* ʒß. *pulv. rad. Chinæ* ℥i. *ligni aloes, rhod.* ãã. ʒß. *ſoluti margar.* ʒi. *Carn. citri cond. & minutim inciſar.* ℥ii. *ſyr. de canella* ʒx. *de ſucco granat. q. ſ. pro congregando Electuario.*

Addi præmiſſis etiam poterit *Vinum Guajacinum*, modice io paſtu ſumptum, aut *Juniperinum*, vel Paſſulatum, aut ex *hedera terr. compoſitum*, idque pro caloris remiſſione, ac ventriculi robore & affectus coctione.

4. *Intentio.*

Cum denique vitium in hoc morbo magna ſit egeſtas, & quod diſcuſſo ſanatoque abſceſſu in meſenterio rudimenta novi mali perfacile coacervari queant; Et calor in hepate ac ventriculo congenitus in præſenti verſetur diſcrimine, ea propter viribus ſummo conamine proſpiciendum, & omnia quæ memoriam priſtini vitii poſſint refricare è medio tollenda, Hunc in uſum conferunt *ſyrupus de margar. & coruli. Quercetani*, ad inſtaurationem omnium facultatum, & ſingulorum affectuum in hepatis imbecillitate ſcaturientium, emendationem ſumme utilis: Frequens aſſumptio *Croci ſulphuris* cum conſerva idonea aut liquore: *Aqua ex corde cervi*, vel *hepate lupi* deſtillata, *Eſſentia ſangu. humani: Syrupus ex ſuccis cordialibus Hollerii, Tinctura flor. caryophyll. bugloſſi*, aut *roſar. Damaſcen. Balſamum Peruvianum* idoneo liquore hauſtum, *Conſerva flor. & corticum mali citrii, Eſſentia Perſicarin cum oleo chalcantino*, & quæ ſummam præfigit normam, inculpata victus ratio. Tandem etiam *tenſioni hypochondrii, & febricula*, quæ pluſquam ſæpe convaleſcentes fatigant, ut occurratur, leni pharmaco alvus iden-

tidem ſollicitanda, quo materiæ liquefactæ ac digeſtæ explodantur: Cumque ex frequentibus corporum ſectionibus innotuerit hydropicos omnes Glandulas meſenterii induratas, & Pancreas abſceſſibus ſcatens poſſidere, Ideirco haud abs re fuerit ventrem univerſum, oleis, Unguentis, fotibuſque munire, *Rondeletio* monente, *parte 2. meth. M. Martini.*

27. *Debere eſſe fluidam*) Ut ſcilicet humores ad reſolutionem ſint paratiores, *Avicenna lib. 3. Fen. 14. tr. 3. cap. 12.* non tamen, propter virtutem, nimis laxa retinenda; imo, ut idem inquit, ſolvatur constricta cum æqualitate, & conſtringatur ſoluta cum æqualitate. *M. Martini.*

28. *Reſolventibus materiis*) Ne videlicet materiæ collectæ lapideſcant: Cavendum tamen ne nimis reſolvendo mors acceleretur. *M. Martini.*

29. *Vim aromaticam habentibus*) Nec non adſtringendi & confortandi facultatem poſſidere debent, *Galenus 13. m. m. 14. & Avicenna.*

30. *Syrupum Mercati*) Cujus hæc eſt deſcriptio.

℞. *Aqu lupul. gramin. agrimon.* ãã. ℔j. *aceti roſarum cort. rad. cappar.* unc. ß. *paſſul. ſine arillis* unc. j. *ſpica utr.* ãã. ʒj. *ſquinant.* ʒiß. *fol. pol. mont. cap. ven.* ãã. *p.* iß. *rad ſcorzon. liquir.* ãã. ʒvi. *polypod. qu. aſpar.* ãã. ʒiji. *chalyb. limat.* ℔vi. *macerentur in vaſe vitreo per biduum in* MB. *colat. expr. adde rhab. opt.* ʒiii. *ligni Rhod.* ʒiß. *fol. ſennæ* unc. iij. *ſem. fœnic.* ʒi. *factaque* per noctem infuſione, jus colatum *cum ſacch* ad ſyrup. conſiſtentiam ebulliat, de quo horis *matutinis* unc. ii. *vel* iii. exhibeantur, moderatum magna ex parte exercitium deambulandi poſt uſum ſuſcipiendo.

31. *Ad conſolidandam Terebinthinam*) Quæ huic intentioni commodare poſſunt remedia, Emplaſticam vim habent, & Balſamicam aut exſiccatoriam; inter Balſamica principatum obtinet *Terebinthina Cypria* quovis modo præparata, Eſt enim ex *Gal. 3. K T. G. San. tu. & 8.* de M. S. f. teſtimonio, in multiplices uſus conveniens remedium, & ſtomachi, ventriculi, jecoriſque imbecillitatibus, nec non pulmoni ac renibus, atque ad phlegmonas maxime idoneum: Uſurpatur prius diligenter elota, vel in bolo per ſe, aut cum modico *rhabarbari*, vel quopiam extracto, aut cum vitello ovi ex liquoribus idoneis ſoluta vel in aquis ſtillatitiis excocta, inque globulos formata, aut in pollinem ſubtiliſſimum deducta, cumprimis vero quando peccans materia in lumbis aut circa renes deliteſcit doloreſq; exſuſcitat: Ita tamen qui ad epilepticas, vel alias cerebri affectiones graviores ſunt proclives, non ſatis tuto adhibetur. *M. Martini.*

32. *Balneum aquæ dulcis*) Ex *Avicenna conſilio lib 3. fen. 14 tr. 3. cap. 14. Balneum aquæ dulcis* ad citiorem abſceſſus maturationem cumprimis idoneum frequentandum.

33. *Acidulas*) Has aliaſque virtute metallica imbutas exulare jubet ratio; licet enim viſceribus nutritioni dicatis, cumprimis lieni & ventriculo, moderato ſuo calore, quo craſſitiem humorum attenuant, lentorem eorundem incidunt & acrimoniam obtundunt, emolumenti plurimum conferant, quia tamen facultate ſua penetrandi & exterſoria, necnon dote peculiari ex chalcanthi, ferri, ſalis, aliiſque mineris contracta, quævis in viſceribus internis ulcera erodunt, temperiem ipſorum peſſundant, longumque malorum etiam ægris certiſſimo cum periculo nectunt; eapropter ob ejuſmodi ſcelera, ut *Plinius nat. hiſtor. libr. 25. cap. 3.* loquitur, quæ, rationem confirmante experientia, ipſis, alioquin ſaluberrimis inſunt, repudiari, & ad meliores reſervari uſus poterunt. *M. Martini.*

34. *De meſenterii Steatomatibus*) Filio N. excrevit abdomen, intra biennium, in eam molem, ut crederetur firmiter laborare aqua intercutem, ſed ſectio cadaveris invenit illic nihil liquoris, verum ingens ſolummodo ſteatoma, quod ex meſenterii glandulis excreſcens devenerat in eam magnitudinem, ut bilanci impoſitum ponderaret ultra libras XVIII. jecore interim, liene, ac ventriculo integris, ac illæſis &c. *Tulpius cap. 32. lib. 2.*

35. *Et veſiculis*) Filia N. diſſecta poſt obitum, ob aquam intercutem, oſtendit in meſenterio ſuo inſignem tumorem, ponderantem ℔xx. Tectum quidem extrinſecus membraneo involucro, ſed intus refertum pluribus veſiculis, limpida aqua diſtentis: Increvit autem hæc moles tam lente, ut moverit ſuſpicionem prægnationis &c. *Idem cap. 34.*

36. *Tumores ab inflammatione & abſceſſu diverſi*) Sunt ij duorum generum, *Flatuoſi & Humorales*, Meſenterium rariſſime, quod cavitate careat, flatibus diſtenditur; Tumores in quacunque parte tres præſertim *cauſas* agnoſcunt, nimirum *Materiæ affluxum* ad locum tumentem, *Tranſitum* ejuſdem impeditum, & *infarctionem*, Ubi eſt nullus materiæ affluxus, quaſcunque alias Tumorum cauſas ſtatueris, vix fieri poteſt, ut Tumor inde excitetur, ſcilicet corpus mortuum quantum libuerit fuſtibus verberato, pars tamen contuſa in tumorem non attolletur, quia omnis humorum affluxus in defunctis ceſſat: In vivis vero quælibet, vel leviſſima contuſio tumorem affert, arteriis nempe ſanguinem ad partem contuſam impellentibus, qui ob permeabilitatem partis ex contuſione impeditam pertranſire nequit, adeoque partem neceſſario implet, & in tumorem attollit: Cum vero affluxus ad meſenterium tribus modis contingat, nimirum vel per *arterias*, vel per *venas lacteas*, vel per *canales aquoſos*; facile conſtat *tria Tumorum genera* huic parti accidere poſſe, *Tumorem* nempe *ſanguineum, lacteum & aquoſum*: Tumoris *Sanguinei* nomine non hic intelligo illum ſpecialiter ſic dictum, nimirum *Phlegmonem*, ſed ex quocunque humore in maſſa ſanguinea contento conflatum; appello autem hos *Tumores ſanguineos*, ut diſtinguantur ab iis qui ex *lacte* ſive *chylo*, vel lympha oriuntur: Tumores qui fiunt ex *ſanguinis affluxu*, majores longè ac periculoſiores ſunt illis, qui ex *lacteo ſucco* producuntur: Etenim ſanguinis affluxus per arterias valde eſt impetuoſus, ille autem qui per lacteas venas fit, imbecillis parumque efficax: Porro ſanguis affluens multo fervidior ac ferocior eſt, lacteus ſuccus temperatior atque mitior: Quare *Tumores Lactei* admodum exiles ſunt, & forte nondum ab ullis animadverſi: In vivis autem diſſectionibus, ligatis venis lacteis inter commune receptaculum & meſenterii glandulas, obſervavimus chyli curriculo obſtructo, glandulas illas ad quas venæ ligatæ ſpectant, nonnihil intumeſcere: Præter ea quæ diximus de his Lacteis tumoribus, nihil in præſentiarum obſervata dignum occurrit: *Tumores canalium aquoſorum* explicati capite de Obſtructione meſenterii §. *Obſtructio eſt duplex*) Tumores ſanguinei vulgo dividuntur in *ſanguineos* proprie dictos, in *bilioſos*, *pituitoſos*, *melancholicos & ſeroſos*: Verum non eſt animus diviſionem hanc proſequi: Aliter ergo dividimus in *Tumores* cum & ſine *inflammatione*: Tumores *cum inflammatione* putredinem quandam materiæ in parte tumida impactæ arguunt, Aſſerunt Medici Practici inflammationes has eſſe cauſas diverſarum febrium præſertim Semitertianæ; Degenerant quoque inflammationes, iſtæ aliquando in gangrænam, ut in *Rondeletii* uxore: Tales etiam inflammationes frequenter accidiſſe in male curata Dyſenteriis iidem teſtantur: *Tumores ſine inflammatione* & putredine febrili, varii ſunt, omnes vero tardius augentur, morboſque plane chronicos conſtituunt: Aliqui eorum plures annos durant, priuſquam ſeſe evidenter ſuis indiciis prodant, Neque tamen vehementer interea ægros excruciant; In multis vero non dignoſcuntur ante obitum abdominiſque apertionem; Genera horum tumorum præcipua ſunt *Abſceſſus*, *Steatomata*, *atheromata*, *meliceroides*. *Struma*, *Scirrhi*; Vide exempla admirandorum Tumorum apud *Pareum, libr. 3. cap. 36. Hildanum centur. 1. obſervat. 7. Volkerum Coſterum in obſervat. Anat. Schenckium, & in ſepulchreto B.* Alii tumorem inſtar *oſſis* aut *calculi*, alii *callum*, alii *lapides*, nonnulli vermes inter tunicas meſenterii reperierunt; Inſignem Tumorem vidi in Generoſo quodam qui ex lapſu ab equo circa regionem lumborum, contuſionem paſſus eſt: Poſt biennium per vices circa locum contuſum multum doluit, variaque ſequuta ſunt ſymptomata, demum corpore extrema tabe confecto obiit: Aperto abdomine, circa meſenterii exortum, ingens apparuit tumor, involvens in ſua mole arteriam magnam, venam cavam, vaſa emulgentia, plexus nerveos, renes ſuccenturiatos & glandulas lumbares: longus erat pedem unum, latus ſex pollices, craſſus quinque: pendebat circiter libras ſeptem, In fruſta diſſectus *Glandulosus* apparuit, & *carneus* magis quam humoralis: Mirum in hoc caſu fuit, ut tamdiu ſeminium hujus mali deliteſceret, nullo ſymptomatum ſatellitio ſe prodente; Sed ſciendum eſt, *Scrophulas* facile oriri poſſe à nimia fibroſitate, craſſitie ac viſciditate ſucci nutritii, quoniam ob hanc ipſam cauſam, is ſuccus difficulter omnibus corporis partibus ex æquo diſpenſatur, & conſequenter alicubi redundat, facileque prima tumoris ſtamina jacit, hoc ipſum confirmatur ex eo, quod in dextro cordis ventriculo ſanguis contentus *gelatinæ* inſtar erat; Nec dubium eſt, quin *ſuccus nutritius* conſimili vitio laboraverit, quanquam enim hi ſucci plane diverſi ſint, magna tamen illos conformitas plurimum intercedit, quod nimirum rejectanea pars alimenti partium ſpermaticarum, è nervis per glandulas in venas transfunditur, adeoque ſanguinem qualitatibus ſuis nonnihil inficit: Quin & idem teſtatur viri cælibatus, & vita à Venere & vino abſtemio, quæ ut ſanguinis, ita & alimenti ſpermatici robur ac fibroſitatem augent. 2°. advertendum eſt *Scrophulas* frequenter tardi incrementi eſſe, verum in magnam molem demum excreſcere, tarde, inquam, & pedetentim augeri: hinc evenire potuiſſet, Scrophulæ illæ per biennium fere ad eam magnitudinem non acceſſerint qua cæteris partibus magnopere incommodarent: Hoc ex eo confirmatur, quia humorales non erant (quæ cito augentur & frequenter rumpuntur) ſed carnoſæ, quæ more aliarum partium paulatim incrementum ſumunt. 3. Aſſerendum videtur, in aliis fere omnibus corporis partibus contuſiones ſcrophulis facilem ſuccreſcendi anſam miniſtrare; Nam contuſio quoquomodo ſanguinis quandam incraſſationem, ideoque ebullitionem, ob difficilem ejus tranſitum per partium habitum, promovere apta nata eſt; Hinc Medici contuſis jubent quamprimum venæ ſectione ſuccurrere; Venæ ſectio enim non tantum ebullitionem ſupprimit, ſed & incraſſata attenuat, adeoque non tantum imminentibus inflammationis ac febricitationis periculis præcavet, ſed & crudorum tuberculorum,

ſcrophu-

ſcrophularumque (tumorem nempe tardioris motus) ſuppullationi in anteceſſum proſpicit.

Præter pathemata memorata meſenterio accidere poteſt *Tonus viciatus*, qui rarius quidem in obſervationem venit, quod in vivis vix ſignis manifeſtis ſe prodat, in defunctis vero frequenter deprehendimus, vel infirmam meſenterii *tenuitatem vel mollitiem* & laxitatem vitioſas; vel interiori vaſorum ejus ſuperficie nimiam *aſperitatem*, aut *levitatem*? Primo ad *tenacitatem*, vel *cohærentiam* Meſenterii viriatam quod attinet, ea in chronicis præſertim morbis contingere ſolet, in *cachexia*, *hydrope*, *febribus*, *morbo Venereo*, forte etiam cum abſceſſibus meſenterii diuturnis conjungitur: In illis qui ex hiſce morbis obierunt, meſenteria utplurimum friabilia, maleque cohærentia deprehendimus, ita ut leviſſimo negotio pars à parte divelli potuerit: 2. *Mollities* atque *laxitas* hujus partis in hernia inteſtinali frequenter cernitur: Vſque adeo enim laxatur meſenterium, ut permittat inteſtinum ſibi appenſum, quod intra orbitam ſuam coërcere debuerat, in ſcrotum delabi. In paralyſi quoque inteſtinorum, credibile eſt ipſum meſenterium laxari atque enervari: 3. Nimia *aſperitas* atque *levitas* proculdubio frequentes morbi ſunt, quanquam forte haud adeo facile cognoſcantur, Credibile eſt ubi aſperitas ac ſquallor aliis partibus evenit, conſimilem aſperitatem atque ſquallorem vaſis quoque meſenterii accidere, Porro conjectare licet de *aſperitate* vel lævitate horum vaſorum, ex aſſumptis & excretis: Si enim alimenta in dies aſſumpta lubrica atque lævia fuerint, quoniam meſenterium pertranſeunt, veriſimila fit ea conſimilem quoque levitatem vaſis imprimere: Similiter ſi diæta maximam partem ex cibis aſperis, amaris, acribus, ſucciſque agreſtis conſtiterit, fieri vix poteſt quin dictis vaſis conſimilem qualitatem impertiat: Ad eundem modum, ſi excrementa alvi diutius retineantur, & tamen liquida excernantur magnum indicium nimiæ aſperitatis præbent; Etenim facultatem retentricem potentem roborat aſperitas, abſque cujus adminiculo ſi foret, vix credibile eſt liquida excrementa tamdiu retineri poſſe: Contra autem ubi ſolita excrementa facile & citra fortiorem nixum, lubriceque excernuntur, ſignum eſt conſimili lubricitate ac lævitate inteſtina ac meſenterium affici: Inſuper ex *urina* de his affectibus judicare poſſumus, ſi quidem hæc inæqualis ſubſtantiæ appareat, nulliſque atomis fluitantibus ſcateat, aut bullis majuſculis diu permanentibus coronetur, ſique hypoſtaſis ſit æqualis, & æqualiter in medio ſit acuminata, laxitatis vaſorum certa indicia exhibet; Contra ſi urina ſubſtantiæ inæqualis ſit, atomiſque frequentibus abundet, bulliſque magnis & diu permanentibus ſuperne obſideatur, ſique hypoſtaſis ad matulæ fundum deſidat, aut ex atomis coagmentari videatur, & quoties vitrum agitatur, juramenta ſive filamenta faceſſat, nimiam in iis locis aſperitatem denotat, Denique, urinæ copioſiſſima profuſio (ſicuti in diabete) nimiam lubricitatem arguit, *Retentio* vero diuturnæ magnæque ſimul quantitatis excretio, aſperitatis certum eſt indicium, quippe *aſperitas* retentioni, *levitas* autem excretioni perpetuo favet. *Warthon Aden. cap. 11.*

Prognoſis.

I. Corpora venas ſtrictas habentia, ceu ſunt craſſiora pinguedine accidentali, obſtructionibus viſcerum & hujuſmodi abſceſſibus ſunt expoſita, ac majori ex parte cachexiam incurrunt.

2. *Inflammatio* pervicacior ac diutius fatigans ſubinde in ſcirrhum degenerat, ac febris, quæ ex continuarum numero prius erat, in lentam commigrat.

3. Meſenterii *ſuppuratio*, vel abſceſſus, ejus ſunt indolis, ut hiſtoriam tardiſſime abſolvant ſuam, neque ægrotos præcipitent.

4. Diuturno hoc malo correptia corporum habitus omnino exſiccatur & contabeſcit, vel in cachexiam deducitur.

5. Non raro viſa eſt una, cum vermibus per inteſtina excluſis, magna aquæ & ſaniei copia per umbilicum profluxiſſe. *S. Auſtrius de m. Inf. cap 42.* quia & vermes per umbilicum erumpentes, & ex meſenterii putrefactione genitos teſtatur, *Foreſtus libr. 7. obſervat. 35.*

6. Molles in hypochondriis tumores, doloris expertes, & qui digitis cedunt, diuturnas faciunt indicationes, & ad ſuppurationem inclinant; *Hippocrat. libr. 1. Progn. pag. 6.* Qui vero ſub umbilico ſunt minime omnium purulentiam ſuſtinent. *Idem.*

7. Quibus dolorea partium circa umbilicum ſunt moleſti, hi ſanguine per alvum egeſto ſervantur; non autem excluſo moriuntur; *Coacar. f. 662.*

8. Com hydropici omnes ex *Rondeletio*, Pancreas & glandulas meſenterii induratas habeant, idcirco malorum omnium colophon, Aqua intercus ac Tabes à *Galeno 2. Progn. 2.* & aliis ſtatuuntur.

9. Eructante alio quam in alvum rupta vomica, pure, neque meatum aliquem excretioni idoneum reperiente, hypochondriacus, aut Colicæ ſimilis affectus non raro oboritur: Sin vero in abdominis capacitatem, ſeu in intermedium membranatum meſenterii ſpatium eruperit, tunc fomitem putredinis exemplo concipit, membra vicina vitore incipit, vel acredine erodit, nihil non corruptela ſua polluit, & malorum graviſſimorum, cumprimis vero ſphaceli; author eſt *Jacotius aphor. 9. libr. 3. Dodonaus obſ. 22.*

10. Somnum quandoque difficulter ægri ferunt, aut ſi irrepſerit, animi exolutionem ac ſudores frigidos incurrunt, quin potius perpetuia vigiliis non pauci extinguuntur; Ex *Schenckio libr. 3. obſervat. 291. M. Martini.*

Abſceſſus meſenterii periculoſiſſimus eſt, ſi enim in parte diutiſſime aſſervetur, ut ſæpe contingit, malignam acquirit putredinem; & vel parti gangrænam inducit, vel ægrum in tabem aut hydropem præcipitat. Si verò rumpatur, & ulcus cito non curetur, pravamque conditionem adquirat, ſimilem habet exitum gangrænam, atrophiam, aut hydropem inducens, interdum etiam abſceſſu rupto & pore valde corrupto in abdominis cavitatem effuſo, æger ſubito perimitur: *Scirrhus* vero meſenterii minus periculoſus eſt, & ſi recens fuerit, curationem admittit; ſi vero admodum inveteratus, ægrum in hydropem perducit. *Riverius.*

Diæta.

Dimiſſo ſanguine, adornanda erit ejuſmodi *Victus formula*, quæ ſanguinem imminuere, ipſiuſq; fervorem mitigare & compeſcere, vireſque tueri & adſervare nata ſit, quæque tenui ſimul & laudabili ſubſtantia, necnon abſtergendi reſerandique facultate præſter. *Avicenna, Mercatus*, Ex horum grege ſunt *cremor hordei, jure pulli, gallina aut caponum, oxalide cichorio ſativo, endivia hortenſi, portulaca, flor. utr. bugloſſi*, nonnunquam & baccis ribes, berberorumq; conditos; *Expreſſa ac diſtillata carnium vituli, caponum, gallinarum, Cancrorum, emulſiones ſemin, melonum, Cucurb,*

citrulli cum mica panis hauſta, carnes pullorum, perdicum, avium montanarum ac piſcium ſaxatilium; Ovorum, quæ craſſi ſunt ac flatulenti nutrimenti, *placentarum pinguiorum, caſei, panis tritici, ac dulcium, adſtringentium, amarorum, ſalſorum & acutorum* omnium, uſus plane eſt improbandus: In *Potu* concedenda *Aqua hordei*, vel caponum deſtillata, cerevisia hordeacea, probe defecata, ac ceſſante phlogoſi, vinum oligophorum ſatis dilutum. *Omnino enim cavendum, ne evaporationes calidas adaugendo, vel imperitius repellendo iecur in mali conſortium trahatur*. *Quies* denique, corporis & animi perſuadenda. *Somnus* projuvanda coctione, ac tenſione ventriculi ſublevanda, conſueto longius protrahendus; Nonnunquam & *Balneum aquæ dulcis*, deflagrante incendio, pro reſolutione materierum aduſtarum, ac duritie reſolvenda concedendum, ex *Avicennæ* conſilio. *M. Martini.*

Cap. XXXVIII.

De Meſenterii dolore, & Omenti ac Pancreatis affectibus.

1. Dolor Meſenterii eſt [2] *triſtis ipſius ſenſus, qui à materia calida & acri, in membranas ipſius detruſa oritur, cum ventris & lumborum perpetuo dolore, per intervalla, autumnali præcipuè tempore accedente, affligit, interdum & in caput & totum corpus diſtribuitur.*

[3] Signa *Futuri* ſunt, Icterica diſpoſitio in oculis ac temporibus paſſim conſpicua, appetitus deperditus, hypochondriorum gravitas increſcens, alvi dejectiones raræ, urinæ rubicundæ.

[4] *Præſentis*, flatuum & excrementorum ſuppreſſio valida, [5] dolor ventris & lumborum vehemens, remediorum per vomitum exturbatio, clyſterum ſucceſſus ratus, &c. vires ex pulſu æſtimandæ non ſunt. Eſt enim hic in omni gravi dolore exiguus:

[6] *Invaleſcentis*, Ægri ſpem omnem deponunt, nephritis n[illegible]gna ex parte vires acquirit, vicini abdominis muſculi, & peritonæum [7] ab interna putrilagine ſaniem concipiunt, dolores [8] in univerſum abdomen ſeſe diffendunt, [9] imò ad extremos artus, maximè tamen ad humeri articulos ac pedes tranſeunt, tandem convulſorii motus exercent.

[10] *Diſtinguitur* à doloribus *Vteri, Renum, Ilii, Iſchiadico*, ſignis quæ ibi tradita ſunt. Proprium ipſi per intervalla recurrere, autumnali inprimis tempore, nullis ſtatis periodis, & multis annis ægrum affligere.

[11] *Cauſa* ſunt, Humores acres, putridi, & qualitate omnibus viſceribus, hepati inprimis & ventriculo inimica, imbuti, [12] qui in meſenterium, quod nihil aliud, eſt quam peritonæum duplicatum & ad lumbos affixum, poſtquam [13] eorum evacuationem per alvum fruſtra natura tentavit, deponuntur.

[14] *Curatio* eſt [15] *dubia ſpei, ſi* [16] dolores ſunt ſubmiſſi, quia fortiores: *ſi* ſupra umbilicum ſentiuntur, nec illis medicamentis ſolvuntur, quia [17] in hydropem ſiccum deſinunt: *ſi* dolores renum ob vicinitatem mineræ ſuperveniunt: *ſi* [18] novis obſtructionibus ſuccedentibus, malum indidem recrudeſcit.

Exigua vel *Nullius*, [19] *ſi* vomitus, frigidi ſudores, & frequentes ſingultus afficiunt: *ſi* diu durant, ægri febricitant & cibos averſantur; quia metus eſt, ne [20] dolor ad caput progreſſus, repentè convulſorio modo illos occidat: *ſi* [21] vigiliæ pertinaces, & vehementes: *ſi* [22] motus naturæ inverſus accedit: *ſi* [23] hectica vel peritonæi & vicinarum partium ſuppuratio oboritur.

[24] *Perficitur* 1. *Cauſarum ablatione*, ubi locum habent 1. [25] clyſteres, qui [26] ad emollitionem debent parari ex *lacte caprino*, decocto *malva, pariet. branc. urſina, mercurialis* &c. vel *galli decrepiti* cum *caſſia & oleo violaceo*; [27] ad abſterſionem, addendum aliquid hieræ picræ & mellis violacei.

2. [28] Purgantia [29] per intervalla, ſi obſtructiones ex urina rubicunda percipias, repetita, benigna, à quibus tamen *Manna* ob flatuum ubertatem exulare debet.

3. [30] Præparantia, & aperientia, ex decocto *ſcorzonera, Graminis, fragaria* cum floribus cordialibus, quibus præmittenda [31] inunctio abdominis ex *oleo violaceo. anethino, chamæmel.* Butyri momento, quibus *ſpolium ſerpentis* prius incoqui debet.

II. *Doloris* [32] *mitigatione* per cataplaſmata, inunctiones, fomenta, balnea aquæ dulcis, [33] Narcotica etiam cum purgantibus miſta, &c. Propinatur & *oleum amygdal. recens* cum *manna.*

1. *Dolor Meſenterii*) Ex morboſa meſenterii diſpoſitione reſultat *Colica doloris* genus, adulterinum quidem, atqui contumax, diuturnum, ſæpiſſime recurrens, graviſſimiſque ſymptomatis fœcundum: Fomes iſtius, cum in inteſtinis haud quaquam ſubſiſtat, ſed vel in peritonæo, aut inferiore parte meſenterii, vel quæ abdomini obtenduntur, in membranis deliteſcat, idcirco neque clyſteribus, fomentis, aliiſve remedus

diis colicis deliniri aut averruncari poteſt. *M. Martini.*

1. *Dolor)* Inſigni haud caret admiratione ſenſum meſenterii adeo obtuſum atque hebetem eſſe, cum ex ipſius conformatione certum ſit, plurimis illud conſtare atque reſperſum eſſe nervis Ex *Fallopii* namque *obſervationibus Anat.* elucet, quamvis meſenterii pars ſuperior circa primam lumborum vertebram, occaſione membranæ ejuſdem cum peritonæo ſubſtantiæ, cum primis vero arteriarum geminarum, quæ ab aorta ſupra regionem emulgentium progerminant, exoriatur, Ejuſdem tamen arterias nervorum quorundam complexu, & illo quidem robuſtiſſimo illico circumdari; ita ut originem progreſſumque ipſarum inſigniter occultet, infinitiſque propaginibus, aduſque viſcera pene omnia eorundem ductum concomitetur, Pari ratione in exortu inferioris principii, ſub finem tertiæ lumborum vertebræ, nervorum abunde eſt; *Martini pag.48* Vide *Williſium in Neurologia*, de plexibus nervorum meſentericis.

2. *Eſt triſtis ipſius ſenſus)* Valde demiror eſſe qui *Fernelio* adſtipulentur, inflammationem illius ſine dolore eſſe; Imo vero perſuaſus ſum ab hac, exercitatiſſimo in hac palæſtra *Adr. Spigelio* ſamigeratiſſimam Semitertianam febrem inde pendere, quia, credo in rigoribus illis ſubindè repetentibus, non ſentiri dolorem majore videlicet obſcurante minorem: Interim ſi inflammatio non ſit exquiſita, qualis in hac ſentina vix eſſe poteſt, ſed tendat ad ſcirrhum, cui locus valde oppotunus eſt, non negabo malum pene inſenſibile eſſe: Tum vero φλογωσις potius adfuerit, quam φλεγμονή. *Hofmannus Inſt. l.3 c.43.*

Nervos habet meſenterium ab internorum nervorum ſexti paris plexu, & à nervis è lumbali medulla prodeuntibus; atque hinc in membranoſa ſui parte ſatis ſentit, quamvis in pingui & glanduloſa obtuſioris ſenſus ſit; Cujus ratione apoſtemata multoties in illo diu occulta latent, antequam ab Ægro vel Medico ſatis percipi poſſint. *Diemerbroeck Anat. l.1. c.8.*

3. *Triſtis ipſius ſenſus)* Inſigni haud caret admiratione ſenſum meſenterii adeo obtuſum atque hebetem eſſe, cum ex ipſius conformatione certum ſit plurimis illud conſtare atque reſperſum eſſe nervis: Ex *Fallopii* namque in obſervationibus Anatom. teſtimonio elucet, quamvis meſenterii pars ſuperior circa primam lumborum vertebram occaſione membranæ, ejuſdem cum peritonæo ſubſtantiæ cumprimis vero arteriarum geminarum, quæ ab Aorta ſupra regionem Emulgentium progerminant, exoriatur, ejuſdem tamen arterias nervorum quorundam complexu. & illo quidem robuſtiſſimo, illico circundari, ita ut originem progreſſumve ipſarum inſigniter occultet, infinitiſque propaginibus ad uſque viſcera pene omnia, eorundem ductum concomitetur: Pari ratione in exortu inferioris principii, ſub finem tertiæ lumborum vertebræ nervorum abunde eſt, eo quod arteria iſta unica ceu dictæ originis fundamentum ſimul ac ab aorta procedit, novo alio nervoſo complexu comprehendatur, illique variis anfractibus, donec in inteſtino recto, ad ſedem uſque, in parte oli obliteratur aſſectetur. *M. Martini.*

4. *Signa futuri)* Adde colorem faciei luridum, ſitim invaleſcentem; univerſi corporis laſſitudinem. *M. Martini.*

4. *Præſentis)* Dolor certo in loco, utplurimum tamen circa lumbos fixus eſt; Clyſteres nonniſi coactum quid & ſcybala educunt; Calida & acria medicamenta plurimum inferunt detrimenti, Dolores cito repetunt. *Idem.*

5. *Ichor tenuis) Galenus 5. loc c. ult.* ſymptoma maximi momenti meſenterio adſcribit inflammato, quod ad inteſtina etiam pertinere cenſet *Hofmannus Inſtit. lib.3. cap.43.* Eſt id in alvi excrementis apparere ichoras tales, quales in aliis inflammationibus ſunt, acres inquam, non diſſimiles iis, quæ defluunt ab aſſatis in veru carnibus.

5. *Dolor ventris & lumborum)* Cum ſubſtantia meſenterii à peritonæo oriatur, ac revera nihil aliud ſit quam peritonæum ad lumbos duplicatum, iiſdem affixum, & ex nervis & arteriis multiplicibus conflatum; ideo doloribus iſtis lumborum cruciatus perpetuo ſunt conjuncti; idque non ſaltem ponderis ratione, quo meſenterium infarctum, aut humoribus turgens triſtem lumbis ſenſationem infert, ſed & ob putredinis, quæ vicinis partibus, ſenſu exquiſito, ob nervorum originem ac tranſitum præditis, infenſiſſima eſt, virulentiam.

Accedit, quod malo ingraveſcente non in Lumbis modo dolor, ſui furoris incommoda exercet, ſed & in univerſum ventrem *Hippocratis* teſtimonio diffunditur, quod citra communem cauſam, qualis venarum meſeraicarum textura eſt, per abdomen univerſum inter inteſtina diſperſa, fieri nullo pacto poteſt. *M. Martini.*

6. *Invaleſcentis)* Ægri dum dolores nulla arte exolvi conſpiciunt, ſpem omnem abiiciunt; Enemata ac glandes ſuperius attracta, vomitu ſæpe reiiciuntur: *Idem.*

7. *Ab interna putrilagine ſaniem concipiunt)* Hinc *Hippocrates 7. Epid. parte 28.* nonniſi facta ſuppuratione, & ſanguinis putridi copioſi (cui addere licet & ſaniei) proluſione dolores iſtos ſopiri memorat,

8. *Dolores in univerſum abdomen ſe diffundunt)* Vide ſupra §. *Dolores lumborum & ventris.*)

9. *Imo ad extremos artus)* Ex meſenterii & lumborum ſympathia, oritur etiam Nothi doloris colici à Paralyſeos, necnon aliorum graviſſimorum affectuum in cerebro mutua ſucceſſio; Quinimo reſolutorios & convulſorios motus omnes, continuo præcedit pedum laſſitudo, quam brevi dolores mordicantes excipiunt; Id quod nonniſi à nervis, pernicioſa qualitate à meſenterio vitiato ipſis communicata imbutis, fieri poſſe ſtatuendum. *Martini p.103.*

10. *Diſtinguitur à doloribus uteri &c.)* Dolores hoſce à vicinis dijudicantia ſigna non tam facile à ſede doloris, quam à vehementia, quantitate, motu, exeuntibus, & antecedentibus petuntur, *Utero* namque affecto dolor magis à ligamentis oritur, & ad inguina deſcendit; præceſſit etiam partus aut hæmorrhagia quædam inſignis; Ob menſium fluentium difficultatem concitatus dolor magis circa Renes, quam in penitioribus partibus vagatur; vaſa ad uterum pertingentia diſtendunturt; non deſunt ſigna excretionem hanc remorantia; & mulieres à vaporibus elevatis tantum non ſuffocantur, *Dolor Renalis* fixus quidem eſt, ac diuturnus, modicum ſpatii occupat; in veſicam porrigitur, cum urina modo aquoſa ac tenui, modo ſabuloſa & arenoſa: Dextrum aut ſiniſtri latus infeſtat, ac non raro vomitus conjunctos habet: *Iliacus* vero ob partis ſenſum acutiorem inſigniter crudelis eſt, & acutus, maxime tamen circa umbilicum & ventriculi fundum moleſtus: Pari pacto Iſchiadicus præter lumborum gravitatem, ad ſummam uſque natem protenditur, nullo calore affligit; à coxendice in femur, ſuram, talum & extremum uſque digitum exporrigitur: alvus denique minime eſt immorigera, uſuque Enemarum cito exolvitur. *M. Martini.*

11. *Cauſa ſunt humores acres)* Symptomatum è variatione ab evaporationum, ac materierum, inde reſultantium varietate, caput ac reliqua membra diverſimode infeſtantium proprie dependet, Acrimonia enim ſua partibus nervoſis *Convulſionem* inducunt, Et ſi cum

acredine vitioſam ſimul qualitatem acquiſiverint, *Epilepſiam* concitant: Si calore vehementi nervos imbuerint, *Paralyſeos* authores ſunt; Sin aduſtis & craſſis fuliginibus cerebrum obnubilarint, *Melancholiæ aut maniæ* ſuppeditant occaſionem.

Quæ ſane univerſa longe gravius urgent, ejusque promoventur, pro doloris immanitate, vel remiſſione, necnon vigiliarum perſeverantia, quibus vires pene omnes imminuuntur, ſpiritus exhauriuntur, ac facultates totius maximopere fatigantur, Si denique juvantium ac lædentium effectus æſtimentur, calida & acria medicamenta plurimum incommodi hoc malo ſemper concitaſſe, nemini obſcurum eſt, Ex quibus elicitur Humores pituitoſos, vel intemperiem frigidam haudquaquam in cauſa eſſe, ſed calidam & ſiccam, ex humoribus acribus, inteſtina vellicantibus, atque uti ex dolorum perſeverantia judicare licet, putridis, & qualitate omnibus viſceribus, hepati imprimis & ventriculo inimica imbutis.

Quibus omnibus Naturam tanto gravius atteri veriſimile eſt, ſi quæ ad inflammandum corpus, & accumulandam variorum ſuccorum, putridorum & bilioſorum, illuviem idonea ſunt, acceſſerint, ceu vinorum fortium, generoſorum ſulphureorum, & meraciorum intemperantior uſus; Venus importuna, repletiones aſſiduæ, exercitiorum & conſuetarum evacuationum intermiſſio, humores bilioſi, maligni, ex morbis aliis in corpore derelicti, aut victu indulgentiori coacervati; Effuſio bilis acris & mordacis à jecore in partem vicinam.

Quibus etiam uteri & Renum vitia addere licet, quorum occaſione ventrem multoties afflictum dolore manifeſtum eſt. Ex *Mercato de morb. int. curat. l. 3. c. 15.* M. Martini.

[12] *Qui in meſenterium*) Majori ex parte horum dolorum mineram in meſenterio minus recte diſpoſito deliteſcere, indeque diuturnitatis & variorum intervallorum cauſas dependere, multa ſunt quæ arguunt, t^o. enim apud omnes in confeſſo eſt, hoſce dolores illis utplurimum negotium faceſſere, quibus hepar obtigit imbecille; qui ad Icterum aut cachexiam ſunt proclives, vel morbis chronicis paulo ante fuerunt oppreſſi; in quibus veriſimile eſt magnam meſenterii vel ſubeſſe impuritatem, aut ex abſceſſibus comparatam intemperiem.

II. Si ex uteri & renum quovis modo affectorum conſenſu aut commercio, graviſſimi quandoque dolores proficiſcuntur, à quibus tamen nonniſi per vapores vitioſos, qui partes vicinas aut nervos dorſum perrepantes, inficiunt, contagium propagatur; Nihil equidem obſtare poteſt quominus à meſenterio, totius corporis ſentina, & in quo focus putredinis alitur, gravius offendantur.

III. Cum ex ſymptomatibus nullum pene huic morbo copuletur, quod non apertiſſime de corrupta nutritione, vel meſenterio affecto teſtetur, idcirco non immerito fomentum inde acquirere ſuum, ſtatui debet.

IV. Affectuum horum conditio & συζυγίς ex meſenterii ſtructura non poterit eſſe non obvia: Cum enim hujus ſubſtantia à peritonæo oriatur ac revera nihil aliud ſit, quam Peritonæum ad lumbulos duplicatum, iiſdem affixum, & ex nervis & arteriis multiplicibus conflatum, ideo doloribus illis lumborum cruciatus perpetuo ſunt conjuncti; idque non ſaltem ponderis ratione, quo meſenterium infarctum, aut humoribus turgens, triſtem lumbis ſenſationem infert, ſed & ob putredinis, quæ vicinis partibus ſenſu exquiſito, ob nervorum originem ac tranſitum præditis, infeſtiſſima eſt, virulentiam.

V. Accedit quod malo ingraveſcente, non in lumbis modo dolor ſui furoris incommoda exercet, ſed & in univerſum ventrem, *Hippocr.* teſtimonio, diffunditur (*2. de morbis*) quod citra communem cauſam, qualis venarum meſaraicarum textura eſt, per abdomen universum inter inteſtina diſperſa fieri nullo pacto poteſt.

VI. Ex hac meſenterii & Lumborum ſympathia oritur etiam Nothi doloris colici & paralyſeos, necnon aliorum graviſſimorum affectuum in cerebro, mutua ſucceſſio; Quinimo reſolutorios & convulſorios motus omnes continuo præcedit pedum laſſitudo, quam brevi dolores mordicantes excipiunt; id quod nonniſi à nervis pernitioſa qualitate, à meſenterio vitiato ipſis communicata imbutis fieri poſſe ſtatuendum.

VII. Præterea neque *Hippocrat.* deeſt authoritas, qui nonniſi facta ſuppuratione, & ſanguinis putridi copioſi (cui addere licet & ſaniei) profuſione 7. Epid. part. 28. dolores iſtos ſopiri memorat.

VIII. Fidem denique huic rei facit & ipſa affectus indoles, quæ ſubinde vires ſequitere ſuas, & per intervalla repetere conſuevit, quotidie novæ materiæ facta fuit acceſſio, & putrefactio, qualis certe tot vicibus, multorumque annorum decurſu remigrans, in alia membra nobiliora cadere, ſine præſenti periculo non poteſt.

Quibus commotus rationibus, haudquanquam ambigo, in hanc dolorem officinam etiam referri poſſe iſtos, qui in Scorbutico malo ægros per intervalla graviſſime divexant, ventriculum & inteſtina graviſſimis cruciatibus, lancinationibuſque diſcindunt, nulli ſecundum methodum inſtitutæ curationi cedunt, ſed poſt cruciatus & exulcerationes diuturnas, corpus tandem paulatim conſumunt & exhauriunt, nonnullos etiam ob diſtenſionum immanitatem in peritonæi rupturam præcipitant. *M. Martini.*

[13] *Evacuationem per alvum fruſtra Natura*) Majori ex parte à chronicis febribus, aliiſque bilioſis, ac difficilis ſolutionis morbis profluit, in quibus Natura humoris noxii per alvum fruſtra tentata evacuatione eundem è venis & viſceribus in membranas ſecernit, ac dolores in iiſdem excitat modo præcedente longe graviores: Licet non raro, teſte *Jacobo Sylvio meth. cur. fol. 187.* etiam bilioſæ materiæ à medicamento in ventrem attractæ, & libero exitu prohibitæ regurgitatione ad partes principes facta oriatur: Morbum hunc *Ructuoſum vocat Hippocr. 2. de morb. ſect. 74.* Matth. Martini.

[14] *Curatio*) Vidua N. ultra ſemeſtre φλόγωσιν ſeu ardorem perquam moleſtum in dextra regione meſenterii, in aurora inprimis invadentem; & diu affligentem ſuſtinere eſt coacta, ita à me curata; Cum ardor ille mea conjectura, proficiſci indicatur ab efferveſcentia humoris bilioſi, in venis meſaraicis moram trahentis, ſcopus meus ad illum revellendum & expellendum directus; primo ordinatus Pulvis cholagogus.

℞. *Rhabarb. el.* ʒii. *rad. jalap.* ℈ß. *crem. Tart.* ʒß. *f. Pulvis* cum jure piſorum dandus: A quo plures ſedes commotæ.

Poſt aliquot dies ordinatum vinum medicatum.

℞. *Rad. cichor. enul. polypod. qu. rec. ana* ʒii. ß *abſynth. Rom. card. ben. centaur. anth. adiant. utr. ana. p. j. fol. ſ. ſ. ſ.* ʒvi. *rhab. el.* ℈iii. *agar. r. troch.* ʒii. *rad. jalap.* ℈iß. *crem. tart.* ℈iv. *jujub. ſebeſten. ana.* ʒß. *galanga min.* ℈ii. cum ſindone alba f. ſacculus, infundendus *in vini Neccar.* ℔ii. *aqu. cichor.* ℔i. *Ang. Thonerus lib. 3. obſ. 2.*

[15] *Eſt dubia ſpes*) Icterica diſpoſitio ex hoc morbo contracta, raro curatur. *Schenckius lib. 3. obſ. 184.* Vires ex Pulſu non ſunt æſtimandæ, Eſt enim in omni gravi dolore pulſus exiguus. *Hollerius Schol.* In ſummo verſantur

ſantur periculo quos obſtructio pertinax affligit, vomitur non cibo um modo, ſed & bilis æruginoſæ, quandoque etiam fecum alvinarum, enervat: Epilepticæ convulſiones torquent, & quibus vox exilis ac reſpiratio difficilis moleſta eſt. *M. Martini.* In abſceſſus, cancrum, *Mercatus Pr. l 3.c.15.* Teſtium inflammationem, *Hippocrat.7. Epid.28.* Gangrænam & herniam, dolore diutius perſeverante, plerumque commigrare malum ſolet; vel ſi febricula adſuerit in marcorem. *Matth. Martini.*

Nonnunquam & febres continuæ, Tertianæ, ſæpius vero Quartanæ hiſce doloribus finiuntur, *Fernelius Path.l.6.cap.10.* Propter obſtructionum pertinaciam, quæ nulla arte ſolvi videntur, & Medicus & æger de perfecta auxiliorum ſpe deſperant, *Schenckius ex Oethæo.*

16. *Si dolores ſunt ſummiſſi*) Dolores ac tumores in ventre ſublimes, ac μετέωροι, leviores ac mitiores ſunt ſubmiſſis, qui ſemper fortiores ſunt ac graviores. *Hipp. 6. aph.7.*

17. *In hydropem ſiccum*) *Aph 11. ſect.4.*

18. *Novis obſtructionibus*) Novis obſtructionibus ſuccedentibus malum identidem recrudeſcit, ſunt tamen certis intervallis, quæ nonnunquam ad menſtruum ſpatium, interdum anni quadrantem, vel ſemeſtre protogantur, multorumque annorum torminibus periodicis exercent. *Oethæus in obſerv.*

19. *Si vomitus frigidi &c.*) Dolor diu perſeverant, cum vomitu, ſudore frigido, ſingultu, frequentibus remediis minime cedens, mortem minatur, *Leonius.*

20. *Ne dolor ad caput progreſſus*) Si epilepſia, paralyſis, aut alii graves ex cerebro affecto dependentes morbi ingruant, Revulſoria in cruribus ſectione, qua ſanguinis & humorum impetus verſus ſuperiora cohibetur, & caput ab omni appulſu vindicatur, res agenda eſt, Quin & cucurbitulæ ſcapulis affixæ emolumenti plurimum adſerunt, idque majori ſemper cum ſucceſſu, ubi alvus in officio perſeveraverit, vel torpeſcens prædictis ſubſidiis in dies ſollicitetur, *Matth. Martini.*

21. *Ne dolor ad caput*) Diuturnis circa lumbos, tenue inteſtinum, & præcordia doloribus urgentibus, ſi ægri cibos averſentur, una cum febre, his dolor intenſus ad caput progrediens, illos repente occidit convulſorio modo. *Coacar.fol.663.*

22. *Si vigiliæ*) Vigiliis ob dolorum perennitatem & vehementiam, non pauci in hoc morbo extinguuntur. *M. Martini.*

23. *Si motus naturæ inverſus*) Nam plerumque ventriculus omnia ſurſum protrudit, clyſteres item ac glandes vomitu rejiciuntur. *M. Martini.*

24. *Si hectica, vel peritonæi*) Poſt multorum annorum tormina ſuccedit vel hectica intemperies, vel peritonæi ac vicinarum partium ſuppuratio. *Hollerius.*

25. *Perficitur*) Huic affectui duplici ingenio appoſite medendum, 1. remotione cauſarum, à quibus exoritur aut fovetur, 2. Doloris mitigatione & ablatione: Cauſarum eliſioni, dolore inducias concedente, intervenit humorum præparatio peccantium, evacuatio, revulſio. *M. Martini.*

26. *Clyſteres*) Quia citra alvi ſolutionem irritus omnium eſt conatus, ea propter Enematum frequentia, nihil poteſt eſſe ſalubrius: Formas iſtorum demonſtrat affectionum varietas, in qua tamen ſemper advertendum an *expurgandi & abſtergendi & mitigandi* prævaleat indicatio: *Intemperies enim calida & ſicca*, humida & moderate refrigerantia poſtulat ſubſidia. *Excrementa* diutius cohibita, indurata, & viſcoſis humoribus aſſociata, emollientibus cum inciſione ac deterſione ad eductionem parantur; *Motus inteſtinorum* hebetior, meis, aut inverſus, ad interiora revocatur leviter ad expulſionem irritantibus: *Dolor* denique non admodum ferocient. anodynis & lenientibus, vehemens autem ſtupefacientibus mitigatur. *M. Martini.*

26. *Ad emollitionem*) Ad emollitionem, moderatam refrigerationem, ac doloris mitigationem, ex *Avicenna* præcepto, naturæ inteſtinorum *lacte caprino* infuſo nihil aptius erit cui nonnihil *caſſia & ol. violac. vel lilior. alb.* addantur. Nec abs re fuerit eoſdem ex *decocto malv. hordei, violar. & nenuph.* addito *ſacchar. & ol.* idoneis confeciſſe, Vel ex *jure pulli* alterato cum butyro: Decocto *galli decrep. aut oleo amygd. d. vel Lini, cum brodio capon. & inteſtini muſonis Hordeato liquidiore, Emulſione amygd. dulc. ex Hollerio; Ex mucilag. ſemin. lini, alth. fœnugr. pſyll. cydonior.* addito interdum *capite papav.* cum vitello *ovi, ol. violac. butyro rec. adipe anſerino, ſacch. violac.* concinnaſſe. *M. Martini.*

27. *Ad abſterſionem*) Et ut natura ad conſuetas revocetur ſemitas; Clyſterum vice *glandibus* ſubditis alvus quandoque ſollicitanda: In quarum tamen uſu cavendum, ne ſurſum trahantur, ac ſuperne deiiciantur. *Idem.*

28. *Purgantia*) Excluſis fecibus, & impetu vaporum verſus ſuperiora quodammodo cohibito, medicamentis per os exhibitis purgatio molienda, Cujus tamen hæ debent eſſe dotes, ut non moleſte, neque, ut vult *Galenus 12. m. m.* 2 ἀθρόως, peragatur, ſed ex temperationibus, infarctus ſolventibus, & moderate alvum cientibus, conſtet, ac pro virium actioniſque modulo per intervalla repetatur, idque tum imprimis, ſi obſtructiones, ex urina rubicunda perſpectas, id efflagitare', vel ictericam diſpoſitionem plus æquo invaluiſſe cognoveris: Paretur hæc ex *caſſia cum fol. ſenna extracta, Rhabarb. infuſo, ſyr. roſar. aut violar. ſolut. cremore tart.* vel id genus, nunquam non addito *rad. ſcorzon. cichor. fragar. liquir. flor. violar. bugl. utr. ſemin. lactuc. ſcariol. melon. paſſular.* & ſimilium decocto. *Matth. Martini.*

Manna ob flatuum) Et quod cito bileſcat, picrocholis & quibus interiora impenſius uruntur, tuto propinari nequit. *Hollerius de m. int. exps.*

29. *Per intervalla*) Hæc remedia ſubinde repetere convenit omnique ſtudio cavendum ne recens alvi ſuppreſſio nova producere pericula queat. *Matth. Martini.*

30. *Præparantia & aperientia*) Extra caſum evacuationis, decocta ex *radic. ſcorzon. ſalſapar liquir. &c. paſſulis, ſeminibus frigidis*, & ſimil. identidem ſuppeditentur, quibus nonnunquam iie *Univ. femin. aut rad. ſpatulæ fœtid.* dolore præſertim in hypochondrio atrocius urgente; vel, in caſu icteri, albicantis ſtercoris gallinarum, cum fructu addi poſſunt. *Alex. Benedictus lib. 13. cap. 13.* Ex cenſu *reſolventium* internorum ſunt *Acidulæ.* non quidem evacuationis, ſed vitioſam intemperiem corrigendi gratia moderatius hauſta, dummodo non adſit hydropis, aſthmatis, ſuppurationis, aut vitiati alicujus viſceris ſuſpicio, & ventriculi, aquam hanc digerere non valentis, inſignis percipiatur debilitas. *M. Martini.*

31. *Inunctio abdominis*) *Hollerius de m. int. c. 41. Mercatus Pr. l. 3. c. 15.*

32. *Doloris mitigatione per cataplaſmata &c.*) Exterius ex præſcripto *Hippocrat. lib. 2. de morb.* uſurpantur *Balnea*, vel ex *ſimplici calida*, aut in qua *violar. agrimon. meliloti germina* ſunt incocta, vel *oleo tepido*, aut *ſero lactis* parata, A quibus tamen, febre ac dolore vehementius urgentibus, animus revocandus: Horum loco interdum adhiberi poſſunt Fomenta, ſicca vel humida, ex *flor. nenuphar. chamom. Ital. melilot. violar. ſem. lini, alth. fol. parietar.* & ſimil. parata, lumbis identidem ſubſternenda, vel exemplo *Cratonis libr. 4. Conſult.* cum *lacte caprino*, aut *vaccino*, modico *emil.*

triumviratu humorum, in ſanitatem & morbos totum corpus diſpendentium principatum tenet; Fieri nempe ſtatuit ex conflictu ſucci hujus, pituitæ ſtomachalis, & bilis efferveſcentiam; tum naturalem, in ſtatu ſanitatis, quæ chylo albedinem conciliet, & novam fermentationem; tum præternaturalem, quæ omnigenos, & tantum non omnes quaſi producit morbos: Statuunt vero hanc in rem laudati hi Viri hunc ſuccum Acidum, & univerſa Sylviana praxis huic fundamento uni innixa eſt. Sed hæc hypotheſis jam, in ipſo Belgio vacillare cœpit, ſiquidem *Drelincurtius*, & alii inſignes viri, ſtatuunt & profitentur humorem eſſe ſalivali æmulum, dulcem, quod medicis inſipidum notat, idemque aſſerunt Angli: *Leonicenus* (hujus doctrinæ impugnator) experientia teſte negat bilem efferveſcere vel modico vel acidiori cum acido, unde argumentatur, Si bilis nec modico nec validiori acido adigi ad efferveſcentiam poterit, ſequitur nec ſucco Pancreatico, ceu acidiſſimo longe mitiſſimo id fieri poſſe: Notabile eſt, alterum quaſi columen Sylvianæ hypotheſeos urgeri Hippocraticum illud l. de Vet. Medic. *Eſſe in homine & amarum, & ſalſum, & dulce, & acidum, & acerbum & fluidum &c.*

Nos non tam conjecturis, quam certis & indubitatis fundamentis agendum eſſe dicimus, Interim ponimus.

1. Pancreas eſſe glandoſum corpus, ex cenſu glandularum conglomeratarum, *Hippocrati* inteſtinorum glandula omnium maxima dictum.

2. Glandulas eſſe fontes & cataractas Lymphæ.

3. Lympham naturaliter non eſſe acidam; talem vero eſſe ſuccum pancreaticum qualis lympha, uti talis ſaliva eſt, qualia ex iiſdem fontibus ſcatutit.

4. Senſum ipſum hoc loco revera id teſtari, præcipue cum ipſe *Graſſius* fateatur; quandoque inſipidum, quandoque auſterum, quandoque ſalſum ipſum deprehenſum.

5. Efferveſcentiam non fieri niſi contrariis concurrentibus frontibus paulis magis ſint particulis conſpicua; ab eo vero quod continetur, & materialiter ineſt, ad id quod formaliter & potentia, non valet conſequentia.

6. Salia varii generis in corpore dari, neque omnino negari poſſe.

Hinc vero colligere licet & bilem, & ſuccum pancreaticum, & pituitam inteſtinalem male habentia, vitiare ſanitatem, tum quantitate, tum qualitate imprimis acri, acida, acetoſa, tum motu, more aliorum humorum; Verum ordinarie illam efferveſcentiam ab acido ſucci pancreatici & alkalino bilioſo fieri, pro varia hujus modificatione ſanguinem, qui hæc ipſa fundit, & eorum origo eſt, alterari, & morbos hos vel illos parere, paulo plus eſt concludere, quam eſt in præmiſſis, Adeoque porro dicimus.

Depurare ſanguinem Pancreas, quatenus ſerum ſuperfluum deplet, uſibus tamen ſuis adhuc dum deſtinatum, Lympha ſcilicet particulis activis non tam eſt inſtructa, ut ſanguis, unde quoque cum continuo moveri debeat, & juxta id quoque in partium nutrimentum cedere, partes omnes vigorare & demulcere, hinc facile ſuperflua redditur, facile id quod aquoſius eſt, & exhauſtum quaſi applicatum jam maximam partem, exitum quærit.

Interim Salibus id ipſum ſerum deturpari & inquinari, modo acidis, modo alkalinis, & varia excitare ſymptomata extra controverſiam eſt, ut non minus & illud in prima culina fundamenta jaci omnium morborum, exinde tamen non ſequitur non cudi eoſdem quoque in viſceribus ſecundæ culinæ debitus. *Wedelius Med. Phyſiol. ſect. 3 c. 18.*

Morbi Pancreatis, & ex Pancreate.

55. *Et quicquid cænoſi in chylo eſt*) Pancreatis (non quidem *Aſelliani*) Verum uſum, ſe detexiſſe exiſtimat *Diemerbroeck* in *Anatome*, Mihi certum feci, *inquit*, Pancreas non eſſe viſcus adeo inutile, aut parvi momenti, ut à multis deſcribitur, & Liquorem ſeu ſuccum in eo excoctum non eſſe tam paucum, ut vix obſervari poſſit; neque etiam excrementum eſſe, ſicut multi hactenus putarunt, ſed eſſe ſuccum mediocris quantitatis, maxime neceſſarium, ad faciendum una cum affluente, eique admiſta bile, alimentorum coctorum, è ventriculo jam elapſorum novam in inteſtinis efferveſcentiam, per eamque utilium ab inutilibus ſeparationem, atque hinc ex Pancreate bene valente magnam ſanitatis partem dependere; male autem valente plurimos morbos, hactenus ſolis lienis, hepatis, meſenterii aliarumq; partium vitiis aſſignatos, non minus quam ab aliis dictis partibus procedere, & facile jam animadverti poſſe ab ejus ſucco vitioſo, ſcilicet aut nimis copioſo, aut nimis acri affluente (præcipue ſi etiam bilis copioſior & acrior ſimul concurrat) nimiam & pravam in inteſtinis fieri efferveſcentiam, vomituum acidorum, rugituum, flatuum, tenſionum, diarrhϾ, dyſenteriæ, Colicæ paſſionis (quæ tamen pleraque mala à vitioſa bile ſola etiam induci poſſe certum eſt) aliorumque ſimilium morborum cauſam, vel ab eodem nimis pauco vel nimis miti & inſulſo affluente valde exiguam fieri efferveſcentiam, obſtructionum, atrophiæ, alvi adſtrictionis &c. cauſam; Vel interdum ab eo nimis ſalſo vel acido, ſurſum verſus ventriculum aſſurgente, famem caninam, nauſeam, vomitum, ructus acidos &c. Verſus inteſtina deſcendente, magna tormina, eroſiones, alvi fluxus &c. Verſus caput vero, una cum ſanguine aſcendente epilepticas convulſiones, & quaſi hyſtericas paſſiones (Refert *Aubertus in Progymn.* quod in nobili fœmina epileptica, & quaſi paſſione hyſterica diu vexata, ac tandem mortua, repertum ſit ſolum Pancreas male affectum) ac melancholica deliramenta &c. Verſus ſtomachum aut cor, palpitationes cordis & leipothymias (Ita idem *Aubertus* ſcribit Mercatorem nihil dormire potuiſſe, ſed cum dormiret in leipothymiam incidiſſe, in quo mortuo ſolum Pancreas abſceſſu tentatum repertum) (pulſuumque ſummam inæqualitatem & debilitatem excitari &c. Atque ſic pro varia vitioſitate hujus ſucci varios produci affectus, quales etiam in ægris hypochondriacis varii conſpiciuntur, quorum magna pars vitiis hujus ſucci merito adſcribenda videtur; Quæ vitia ipſi maxime imprimuntur; aut per pravam diætam, multorumque ſalſorum acidorum, fumo ſiccatorum, acrium, aliorumque ſimilium uſum; aut per pravas coctiones aliorum viſcerum, præcipue Lienis; quia ſcilicet his de cauſis, propter vitioſum ſanguinis fermentum (*de quo vide cap. de Lienis affectibus*) plurimæ ſanguinis particulæ in corde minus ſpirituoſæ redditæ, atque ſubacidæ vel ſubſalſæ, & ad coagulationem pronæ remanentes, ſicque ad hoc viſcus per arterias delatæ, in eo nec ſatis ſubigi, nec in fermentum alimentis coctis ad inteſtina jam elabentibus conveniens mutari potuerunt.

De *ſucci Pancreatici natura porro ſic diſſerit.*

De officio hujus viſceris ante hæc graviter dubitatum fuit &c. Quas omnes opiniones cum prorſus conjecturales & omnino incertas eſſe, nec ullis rationibus aut certis experimentis fulciri, animadverterem, in hujus fere neglecti viſceris examen antehac diligentius incumbere cœpi, & poſt multa tentamina Anatomica

comperi cum in vivorum, tum in recenter ſtrangulatorum brutorum ſectionibus, è Ductu Pancreatico manifeſtum quendam liquorem, ſublimpidum & quaſi ſalivoſum, nonnihil auſterum ac leviter ſubacidum præter experientiam illi omnem aciditatem denegat *Needham*) ac interdum quaſi ſubſalſum quid admiſtum habentem (in canibus morboſis eundem etiam nonnunquam fœtentem ac pravi ſaporis obſervavimus) effluere in duodenum inteſtinum, idque interdum copia non contemnenda, nulla vero chylifera vaſa in hoc viſcus extenſa, ut nec unquam chylum in eo reperiri; Vnde judicavi in eo peculiarem humorem, ex ſanguinis arterioſi in illud delati ſeroſa atque ſubſalſa parte, admiſtis paucis ſpiritibus animalibus per minimos nervulos allatis, excoqui, eumque ad inteſtinum duodenum effluentem, & una cum bile affluente, alimentis in ventriculo coctis, ac per pylorum in inteſtina jam elabentibus mox admiſtura, in iſtis alimentis ſuſcitare peculiarem effervеſcentiam, qua utiles chyloſæ particulæ ab inutilibus ſeparantur, attenuantur, & ad majorem fuſionem deductæ (hanc ejus operationem oſtendit diverſitas ſubſtantiæ alimentorum in ventriculo coctorum, & adhuc contentorum, ab eorum quæ jam in inteſtina influxerunt; illa quippe viſcida & craſſiora ſunt, coloreſque aſſumptorum varios obtinent; hæc contra ſunt multo fluidiora, minus viſcida & magis albicantia) ſimul aptæ redduntur ut motu periſtaltico per interiorem mucoſam eorum tunicam in vaſa lactea impelli queant, reliquis craſſioribus paulatim ad craſſa inteſtina defluentibus, ut in iis aſſerventur uſque ad excretionis tempus; Fit autem iſta effervеſcentia propter bilis ſal volatile oleumque ſulphureum concurrens, cum ſucci pancreatici aciditate, ſicut in Chymia ex talium concurſu ſimiles effervеſcentias fieri videmus. *De Diemerbroeck. Anat. l. 1. c. 9.*

Junge his quæ ſupra adducta ſunt ex Clar. *Wedelio* & Diſſertationem. *Fr. Sylvii.*

Obſtructio Pancreatis.

30. *Obſtructione*) Morbi Pancreatis ſunt Obſtructio & Tumores, Scirrhus vel Abſceſſus. Ad *Obſtructiones* quod attinet, illæ in quolibet hujus partis affectu neceſſario adſunt: neque enim tumor, aut abſceſſus, contingere poſſunt, niſi præceſſerit aliqualis obſtructio; imo vero, neque in hac parte diu duraverint illi morbi, niſi à præſentibus obſtructionibus foveantur; Vnde ratio patet cur in omni Pancreatis affectu, *deoppilantia* ſint in uſu.

Duplex autem in hac parte Obſtructio contingit, vel in tranſitu ſanguinis ex arteriis in venas; vel in tranſitu ſucci excrementitii nervorum per hujus partis parenchyma in ductus illius peculiaris extremitates; Quod vero ad hujus orificium attinet, per quod exoneratur in inteſtina, nondum mihi contigit illud obſtructum cernere, neque facile crediderim id ab aliis viſum: nemo enim teſtatur ſe obſervaſſe ductum hunc humore eo, quem excernit, diſtentum, quod tamen neceſſario eveniret, ſi oſtiolum ejus, quod in inteſtinum dehiſcit, præcluderetur, quare Obſtructionem hanc rariſſime aut nunquam contingere arbitror.

Quod ad *ſanguinis obſtructionem* attinet, ſi ea in venoſo genere contingat, vel *Inflammatio* vel tumor durius oboriuntur, quæ mala in obſtructum totius partis habitum ſubinde transferuntur: Conſimilis nimirum obſtructio accidit in ipſo parenchymate, vel habitu partis, per quem ſanguis ex arteriis in venas tranſmigrat: quapropter præpedito illic ſanguinis tranſitu, neceſſe eſt parenchyma quoque ipſum intumeſcat, Sanguis enim continuo affluens, parcequc tranſmiſſus, ibi loci tumorem parit, ubi primum ſiſtitur: Tumores hujus partis in hunc modum exorti, tractu temporis in magnam molem excreſcunt, niſi prius indurentur, vel in abſceſſum abeant: Quare cum Obſtructio ſit communis horum omnium affectuum cauſa, vix erit operæ pretium ſeparatim de iis agere.

Solummodo ut conſtet partem hanc affectibus iſtiuſmodi obnoxiam eſſe, lubet huc hiſtorias aliquot, quæ ad hanc rem faciant attexere: *Scirrhum Pancreatis* obſervavit *Riolanus* in *Auguſto Thuano*, qui ſui temporis hiſtoriam latino idiomate elegantiſſime ſcripſit; qui cum per quatuor annos, inter alia ſymptomata gravitatis ſenſum in regione ſtomachi continuo perciperet, præcipue dum ſtaret vel ambularet, hypochondria vero nec tumida, nec dura apparerent, poſt obitum tandem Pancreas inventum eſt Hepar magnitudine æquans, totumque ſcirrhoſum, multis globulis ſpecie ovi columbini refertum: *Fabritius Hild. centur. 1.* meminit cujuſdam, qui biennio variis morbis, dolore Capitis; ictero, viſcerum obſtructionibus, cachexia laboraverat, In cujus cadavere tumor ſcirrhoſus ſuppuratus, & inſtar ſteatomatis magnitudinis duorum pugnorum, ortus ab inferiore parte Pancreatis, inteſtinum duodenum circumdederat, ſic ut peritonæo rectus alterum quaſi ventriculum mentiretur.

Credibile eſt retentis nervorum excrementis (*cum enim venas exiles habeat Pancreas, arterias autem per exiguas, haud multum ſanguinis in hanc partem effundentes, exiſtimo hanc glandulam, ut & alias omnes, nervis miniſtrare, hanc vero in ſpecie cum ſit glandula excretoria, nonnullis nervorum ſextæ paris, cum ſpinalis medullæ ramulis, in majore plexu, unitorum ſuperfluitates excipere, & per vas ſuum proprium in inteſtina deponere*) materiam per ramos arteriæ cœliacæ in ipſum pancreas deſinentes affluxiſſe, venis vero non ſatis expedite eandem reducentibus, tumorem illum ingentem conſequutum eſſe.

Quod ſi ductus Pancreatici capillaribus obſtructio eveniet, diverſi generis morbi contingunt, Excrementa alvi nimia acrimonia æſtuant, ob defectum miſturæ lenis hujus humoris: Humor autem ipſe regurgitat in totum corpus, quod inde ignavia, torpore & ineptitudine ad motum efficitur, ſicut videre eſt in *Ictericis* In quibus ſtatuimus hunc ductum obſtructum eſſe. Icterumque non à ſola reſtagnatione humoris bilarii originem ducere. *Warthon. Adenographia c. 12.*

Abſceſſus Pancreatis.

Mercator ætate virili & εὔσαρκος (cujus facultates naturales ſuo probe fungebantur officio) de ſomno apud Medicos duntaxat conquerebatur, cum enim dormire conabatur, tum in lipothymiam incidebat; Hinc cum nihil prorſus dormire poſſet, tandem miſer interiit; In ſecto cadavere Pancreas, integro ſalvoque vitæ principio, & ſtomacho, duntaxat compertum eſt *abſceſſu* putrefactum; Vnde per ſomnum, ſpiritibus ab extremis partibus ad ſua revocatis principia, tetros vapores conferentes, & forte ad ſtomachum efferri Medici conjectarunt. *Jac. Ambertus Progymnaſte 43.*

Abſceſſuum in Pancreate repertorum hiſtoriæ nonnullæ apud authores repetiuntur, qui vivo ægro detecti non fuerant; Attamen ex ſymptomatis quibus affecti fuerant internoſci poſſunt; quorum nonnulla cum prædictis ſcirrhum ejuſdem partis indicantibus communia ſunt, iiſque addi poſſunt febris lenta abſceſſuum internorum (ſaltem majori parte) comes individua, vigiliæ juges, ac ſomni breviſſimi; ab iiſque labores, lypothymiæ & ſudores frigidi: *Riverius*. Vide

hiſtoriam

hiſtoriam ex *Auberto* allatam. Abſceſſus porro, ad ſuppurationem perducti, ex cruore, ſanie & pure ſui indicium præbere debent, cum patens ſit meatus à Pancreate ad inteſtina.

16. *Obſtructione præcipue laborat*) Humorem in conglomeratis Pancreatis glandulis præparatum, ac per Ductum ejuſdem in tenue inteſtinum effuſum, *Pancreatici*, aut *Melancholici* ſucci nomine indigitamus: Succus hic Pancreaticus, naturaliter Sapore ſubacidus, in conglomeratis Pancreatis glandulis, ex parte ſanguinis conſimili & ſpiritibus animalibus paratus, atque continuo ex ductibus minoribus in majores, tandemque in maximum & medium, hinc & inteſtinum tenue confluit.

Succi hujus generatio læditur 1. quando *Parcior*, 2. quando *copioſior*, 3. quando *multifariis qualitatibus ſenſibilibus, ſapore, colore, odore, glutinoſitate* &c. vitioſus producitur: *Parcior* eſt defectu materiæ aptæ in ſanguine, propter alimenta minimum Acidi continentia diutius uſurpata; Vel propter ipſam alibi delatam in hydrope, aut è corpore effuſam, in ſudore ſubacido, urinaque itidem acidiore, Alvive fluxu lienterico aut Cœliaco: Qui namque cum torminibus conjunctus eſt, atque ab Acido acri ortum habet, is cenſetur mihi plerumque ab ipſo ſucco Pancreatico Acidiore habere ortum, qui quamvis effundatur ſimul è corpore, paratus tamen fuit in Pancreate.

Parcior idem generatur 2. vitio *viarum*, & imprimis arteriarum, per quas defertur ad Pancreatis glandulas ſanguis, ſi aliquando ipſas obſtrui vel comprimi contingat. 3. ipſarum Pancreatis glandularum ad ſubacidam ſanguinis partem à reliqua commode ſecernendam, & amplius cum animalibus ſpiritibus in dictum ſuccum præparandam ineptarum culpa.

Copioſior generatur is ſuccus ob materiæ ad ipſum producendum aptæ in corpore & ſanguine abundantiam, 2. ob arteriarum nervorumque ad pancreas delatorum, (*adde vaſcula lymphatica plurima*) copiam & magnitudinem multam materiam advehentium. 3. Ob glandularum pancreaticarum conſtitutionem peculiarem, ſucco melancholico multo præparando faventem.

Sapore vitioſus producitur Succus pancreaticus, cum *Acidus nimis* efficitur, ob acidiorum alimentorũ, condimentorum medicamentorũ aſſumptionem nimiã, tum ob ſucci laudabilis moram in *ductibus ejus quibuſdam minoribus Obſtructis* facta, unde mox idem acidior evadit, & reliquo iterum junctus univerſum eo ſaltem tempore inficit, & ſimiliter ſubito acidiorem facit. II. Cum idem paratur minus acidus, ob acidorum alimentorum, condimentorum uſum parciorem, tum ob adverſorum (cretæ, ocul. cancr. margarit. corallior. &c. ſaliumque fixorum & volatilium) abuſum, Tum ob humoris acidi per ſudores aut urinas evacuationem multam: III. Cum idem *Muriatico ſalſus* generatur, ob ſerum ſimile in corpore abundans: 4. Cum producitur *auſterus*, ab alimentis, medicamentis ſimilibus, mœrore ſummo, terrore, &c. 5. Cum gignitur *fœtidus*, ubi in pancreate aliqua accidit corruptio puris, puta poſt inflammationem, confectio, cujus cum portio ſucco dicto jungitur, fœtor comes eſt. 6. Cum illius *Color*, pituitæ, aquæve ſimilis, in alium abit, cum aliquid ſanguinis puri vel corrupti admiſceretur. 7. Cum evadit *glutinoſior*, à pituita ſimili multa in corpore exiſtente, ſanguini conjuncta, Succum hunc Pancreaticum continuo & in glandulis ſuis à ſanguinis maſſa ſecerni, & cum animalibus ſpiritibus amplius elaborari perficique, & in ductus majores ac medium tandem, hinc & ad tenuis inteſtini cavitatem ſecundum naturam moveri arbitror.

Hic ſucci Pancreatici per ductus minores, majores, maximumque, ad *inteſtini tenuis cavitatem uſque Motus* vitiari poteſt modis variis, & quidem aliquando ſecundum *totam Succi maſſam*, aliquando ſecundum aliquam duntaxat ejus partem, dum vel *nullus* fit, vel *lentius & difficilius*, vel *Ocyus*; quippe facilius procedit; Dein Exiſtimo vel rarò, vel nunquam deficere univerſum ſucci Pancreatici motum; quod veniet duntaxat, ſi eveniat, *ex Ductus maximi, mediique obſtructione à pituita glutinoſiſſima circa ipſius orificium hærente, ibidemque coagulata & impacta*, quæ vix permanebit aliquamdiu ibidem, quin à ſucco perpetuo accedente mox iterum ſolvatur, aut in præſens vitæ periculum conjiciatur æger; Cui annon inde mors inexpectata ſuperveniat ſubinde, quis prudens negabit, aut obſervatione accurata in mortuorum cadavere, hocque ductu in anteceſſum facta temere aſſeverabit?

Memini viſam mihi aliquando glutinoſam copioſamque in hoc ductu hærentem, adhærentemque pituitam, ne facile inde cedentem, & removendam.

Aliquam ſucci Pancreatici partem in motu ſuo per ductus minores & laterales ad medium, maximumque ſæpius in totum, ad tempus, ſaltem impediri propter obſtructionem à viſcoſa pituita in ipſis concreſcente ortam nemo facile negabit, qui ea quæ *l.1.c.30.§.61. & ſequ.* mente attenta legerit, atque experientiam propriis ſenſibus eadem uſurpaturus revocaverit. Quoties in Ductibus quibuſdam ſiſtitur modo dicto Succus Pancreaticus, toties parcius univerſum ad tenue inteſtinum iri motum, nemo non videt.

Difficilius, ideoque *lentius* quoque movebitur Succus Pancreaticus per ſuos ductus ad inteſtinum tenue, quoties idem exiſtet *glutinoſior*; de quo ſupra,

Facilius, adeoque *ocyus* movebitur idem, quando is ſolito erit *aquoſior & fluidior*, cujus cauſa erit multus potus aqueus & diureticus, qualem præbent *ſalia volatilia & acidula* multa: Unde deducendus forſan inter alios ipſarum effectus mirabiles. Alvi quoque fluxus tam frequens, utplurimum ægris conveniens, raro noxius, quatenus properant non tantum per renes ad veſicam, verum per Pancreas quoque ad tenue inteſtinum, nec tantum fluidiorem præſtant ſuccum Pancreaticum, ſed ipſum quoque reddunt minus acidum vel auſterum, frequentiſſimam ſegnitiis & adſtrictæ alvi cauſam, quocirca & diluuntur facile alvi excrementa, & ad deſcenſum præcipitatur magis ſolito ipſa Bilis. *Sylvius Prax. l.1. cap. 53. & 54.*

17. *Ponderis ſenſus circa regionem Ventriculi*) Cum Pancreas à Ventriculo tegatur, Tumores illius difficillime tacta deprehendi poſſunt & hæc cauſa eſt, cur eorum mentio à Practicis vulgo nulla fiat, & qui eos obſervarunt poſt obitum tantum, & cadaveribus diſſectis deprehenderint; Non exigua tamen eorum conjectura haberi poteſt ex iis, quæ in *Thuano Riolanus* obſervabit, ſi nempe ponderis & gravitatis ſenſus in regione ventriculi percipiatur, & nullus tumor nullaque durities in hypochondriis appareant; alia tamen obſtructionum latentium indicia adſint, qualia in hepatis, lienis, ac meſenterii obſtructionibus occurrunt: Quibus etiam ſignis addi poſſunt dolor, & alia ſymptomata ventriculi, propter viciniam patientis, reſpiratio difficilis, ob diaphragmatis compreſſionem: Quibus ſignis alias conjecimus Dom. N. Scirrhum habere in Pancreate; eumque etiamnum tactu deprehendere potuimus, manu ad latera ventriculi verſus medium profundius adacta, cum eſſet valde macilentus, & duritiem in ea parte animadvertimus, quæ digitis compreſſa dolorem ipſi non mediocrem inferebat, (Vide hiſtoriam integram.

Centur. 3. Obſervat. 81.

Et in *Scorbuti* diagnoſi hoc adnotavimus (quod à nullo hactenus eorum qui de Scorbuto ſcripſerunt, eſt animadverſum) in omnibus propemodum Scorbuticis Tumores hujuſmodi Pancreatis generari, cum in iis anguſtia, oppreſſio & gravitas in regione ventriculi percipiatur: Et hoc ſignum veluti pathognomonicum Scorbuti ab Eugaleno, Sennerto aliiſque proponuntur. *Riverius.*

18. *Curatio*) Curatio ſpectat tum ſucci Pancreatici generationem læſam, tum Ejuſdem ad tenue inteſtinum motum, Parcior hujus ſucci generatio curabitur *1.* abundantius utendo *alimentis condimentiſve ſubacidis*, ubi eorum defectu hoc accidit malum, vel curando *hydropem*, *ſudoremve aut mictum acidum*, *alvive fluxum lientericum vel cœliacum*, quando illis ſuum debet ortum. *2. Reſerando arteriarum obſtructionem* per incidentia & attenuantia, tollendove *ipſarum compreſſionem*, liberando ipſas vinculis vel tumoribus cavitatem ipſarum ſpectantibus.

Quî *Glandularum* Pancreaticarum vitium, propter quod *parcior* in ipſis generabitur ſuccus, *Curari* debeat dictu erit arduum, poſtquam ipſum nec dum pater, ignorata nempe conſtitutione ipſarum naturali, præparando dicto ſucco debita; Quoniam tamen *ſuccus ſubacidus* ſeparatur conficiturve in ipſis, exiſtimo *medicamenta blande aromatica*, & imprimis *ſalia volatilia ſubacidis juncta*, valde probabili conjectura hic futura utilia, e. g. *Sal volatile Succini*, *Sal armoniacum* ſublimatione iterata purius factum: ubi notandum aliquandiu perſeverandum eſſe in talium uſurpatione quo ſucceſſus habeatur, ac lente hic feſtinandum.

Copioſior generatus hic ſuccus ad ſui curationem indiget. *1.* Ut æger omittat, diminuat ſaltem Alimentorum, Condimentorumve acidorum uſum, quoties illi dedit anſam, & ſucco abundantiori ſuppeditavit materiam: quæ poterit quoque in corpore jam exiſtens minui per *Hydrogaga*. ut & *hidrotica & diuretica*, quæ tanto erunt magis utilia, ſi conſueta *humorum acidorum* evacuatio qualiſcunque fuerit ſuppreſſa; Inter *Sudorifera*, & *Diuretica*, laudo in hoc caſu quævis *Acidum* inſuper *contemperantia*, *obtundentia*, *& concentrantia*: *2.* Si commode internis externiſve remediis coarctari poſſent, (minui namque non poſſunt) arteriæ ac nervi pancreatici inſerti, eorumdemque anguſtatione prudenti leniſſimaque, à ſolis *blande adſtringentibus* quærenda.

3. Si aliquando glandularum Pancreaticarum conſtitutio naturalis ac præternaturalis innoteſceret, hujus correctione per medicamenta ipſi ſubcontraria: quibus adhuc dum ignoratis tentari poſſent forſan, etiam ad conſtitutionem utramque aliquando perooſcendam, quæ *adſtringunt blande*, *acidumque* ſimul *concentrant*, inter quæ elucent *lapis hæmatites*, *Sanguis drac. creta alba*, &c. quæ quantitate parva uſurpari poſſunt aliquandiu, accurate obſervando ſucceſſus effectuſque ipſorum.

Acidioris ſucci præparatio emendabitur *1. minuendo* in dies, & quandoque *tollendo in totum*, ad tempus ſaltem, alimentorum, *condimentorum*, *medicamentorumve manifeſte acidorum uſum.*

2. Tollendo in doctibus Pancreatis lateralibus & minoribus, à pituita glutinoſa in ipſis coagulata *Obſtructionem* factam, tum per *incidentia & attenuantia*, tum per propellentia ipſam, vel in tenue inteſtinum duntaxat, vel ſimul extra corpus per *Vomitum* aut *ſeceſſum*, & aliquando per *urinæ ſudoriſve* vias, in quem finem multiplicem convenient alias præſcripta: *Minus* acidus ubi producitur Succus Pancreaticus, defectu *alimentorum condimentorumve* ſimilium, reddetur idem *acidior uſurpando alimenta condimentave ſubacida & grata*, & quidem non vi & quantitate magna, ſed mediocri & diutius, ne nimium feſtinando plus detrimenti afferatur ægris, quam emolumenti: Ubi idem *minus Acidus* exiſtit ob præpoſterum adverſorum, *cretæ*, *coralliorum &c* ut & *ſalium fixorum volatilium* uſum, abſtinendum ab ulteriori ipſorum uſu; idem ſaltem moderandus ac minuendus. *3.* Idem contingit propter humoris acidi per *ſudores*, *urinaſve copioſam excretionem*, hinc opera danda, ut *Acidi humoris* à ſanguine ſecretio, hinc per ſudores urinaſve excretio paulatim minuatur; quod efficiet convenientiſſime conditum ſequens.

℞. *Conſerva roſar. rubr.* ℥ii. *pallid.* ℥i. *diaſcordii Fracaſt.* ʒiii. *corall. rub. præpar. margar. præparat.* āā. ℈iv. *ſyrup. granat. acid. q. ſ. m. f. Conditum. Doſis* ℥i. *vel circiter mane jejuno ſtomacho; tantundem horis ii. ante cœnam, & tantundem in lecto introitu, et oluendo tantillo vini grati, & illud ſuperbibendo.*

Sapore Salſo muriatico genitus ſuccus Pancreaticus, quod ex ſimilis humoris vomitione cognoſci poteſt, emendabitur diutina & parca medicamentorum ſerò ſimul in noſtro corpore exiſtens corrigentium, per *oculos cancri*, *coralia*, *margaritas*, *conchilia* & ſimilia mediocriter calcinata, & imprimis per *Pilulas de cynogloſſa*, *vel de ſtyrace*, ut & ſalſamentorum abſtinentia, *gravedinisque*, ſi quæ urgeat, curatione feſtinata, ne plura ipſi neglectæ ſuccedant mala.

Auſterus ſi producatur *Succus Pancreaticus* (quod frequens *Suffocatio hypochondriaca*, cum ſtrangulationis metu, ut & auſterorum humorum vomitus arguit) abſtinendum *1.* ab ulteriore *auſterorum fructuum*, *medicamentorumve* uſu: Vitandæ *2.* omnes mœroris & gravis terroris occaſiones, quin adverſus ipſorum noxas muniendus animus & ſervandus regendusque. *3.* Uſurpanda ſunt frequenter *ſalia volatilia*, & præſertim *aromatica*, & quidem parva quantitate, ad guttas puta iv. v. vi. ex vini cochleari, poſtquam nil hactenus tam potenter ac efficaciter tamq; cito emendat in nobis & corrigit Auſterum, quam *ſal volatile* quodvis, ſed imprimis aromaticum, quod millies expertus teſtor.

Succus Pancreaticus fœtidus ſi reddatur, à pure proprio ipſi admiſto, exacta & diu continuata opera eſt danda, ut in *Pancreate ulcus poſt abſceſſum relictum* tandem planè ac plene curetur, aſſumptis in dies *antimonio diaphor. bezoart. minerali*, vel quovis alio magis efficaci & *fixo medicamento ex antimonio parato*, *cujus magiſterium*, *elixir*, aut *quinta eſſentia* ſi habeatur, mirabilia non tantum in hoc malo periculoſo, & curatu difficillimo, ſed & ſimilibus, in aliis quoque viſceribus aliquando repertis curandis præſtabit.

Color ſucci Pancreatici, *ab admiſto ipſi ſanguine* mutatus, Curabitur conſolidatione vaſorum ſanguiferorum, ab acri acido corroſorum, per modo laudata medicamenta excellentia, ex *antimonio* præſertim parabilia, quæ humorum acrimoniam quoque omnem corrigunt temperantque: *Glutinoſior* ſi producatur in Pancreate *ſuccus*, corrigetur hoc vitium continua & continuata uſurpatione *aromaticorum acriorum*, ut & *ſalium volatilium* quorumvis, & quandoque *acidiuſculorum* quinque magis *ſpirituoſorum*, aut cum ſpirituoſis artificioſe paratorum ac elaboratorum.

Sin aliquando Medicum ſubeat cogitatio *pituitam glutinoſam*

glutinoſam copioſiſſimam, non tantum redundare in corpore verum eandem quaquaverſum, ipſomque adeo Pancreas delatam multam, ita ut non tantum metus ſit poſſe ab ipſa in totum obſtrui Ductum Pancreaticum, medium & commonem, verum ab ipſa eſſe obſtructum, ob ſummas ægrum ſubito afficientes anguſtias, non putem tunc male ad malum tantum tollendum in uſum revocari *Acidum ſpiritum*, *Nitri* præſertim, utpote penetrantiſſimum, ſed vino generoſo, ejuſve ſpiritui admiſtum, quod non tantum ſolvatur notata *Obſtructio*, ſed inſuper Pancreatici ſucci defectus, in effervescentia cum bile perpetuanda ſuppleatur.

Obſtructionem circa Ductus Pancreatici orificium in tenue inteſtinum hians ſitam, medicamento laudato per os aſſumpto, & ad tenue inteſtinum delato poſſe immediate, propter ſpiritus acidi cum pituita commercium tolli, dum pituita hæc ab ipſo eo penetrante ſolvitur, facile admiſero. Ex obſtructione Ductuum Pancreaticorum ortus ſucci melancholici *parcior motus* teſtituerctur *medicamentis cap.30.§ 132. De febr. intermiſ. Et cap.50. §.17.* propoſitis.

Ocior ſucci pancreatici motus, ob ejuſdem *aquoſitatem* & volatilitatem ſedabitur abſtinendo ab ulteriori cauſarum uſu atque interea uſurpando quæ aliquam conciliare valent ipſis conſiſtentiam majorem, qualia ſunt acerba & auſtera, ſed quantitate parva ſæpius ſumpta. *Succi Pancreatici*, ſed *vitioſi*, ad tenue inteſtinum motum conſequitur ejuſdem cum bile effervescentia, de qua alio loco, *Fr. Sylvius Pr. lib. 1. cap. 53. & 54.*

Curatio eadem eſſe debet ac in morbis hepar, lienem, ac meſenterium affligentibus, *Riverius*

Omentum.

III. [39]*Omentum*, [40] per rami ſplenici ſurculos, ſæpe feculentos à liene ſuſcipit humores, [41] in illa præcipuè parte, quæ eſt inter lienem, ſeptum & ventriculum, in cavitate ſua in ſiniſtro hypochondrio ſub diaphragmate, ex ventriculi, omenti, coli & viſcerum connexu orta, nec exitum habente. Sæpe inde abdomen in ſiniſtra parte verſus umbilicum in tumorem attollitur, ſæpe compreſſo ventre, ſonus & ſtrepitus additur.

Evacuari non poſſunt, niſi continuato *thermarum* vel [42]*acidularum* potu evaneſcant. [43] Si *putreſcat* vel *abſceſſum* patiatur, [44] curatio eſt fruſtranea.

IV. Huc [45] ſpectat morbus ille qui Anglos A. M. DC. LVI. affligebat. Dolores erant circa glandularum lactearum ſitum & in meſenterio ingentes, cum ventriculi vitio & ciborum faſtidio. Evadebant quidam maniaci, quidam muti. Venæ ſectiones, clyſteres, vomitoria, purgantia, nihil profuere, imò noxia. Tollebatur medicamentis ſalinis, *ſpiritu de corde cervi & cinnabari antimonii*. Putabantur dolores illi excitari fuiſſe à vitioſo chylo, in ventriculo prius corrupto: poſt in meſenterio acriore facto, tandem ad glandulas lacteas debito, ubi fortè obſtructio aliqua vel inflammatio, ut *Agricola* apud *Bartholinum* Centur. II. epiſt. 71. prodit.

V. Huc & [46] *Lumborum* [47] *dolores* ſpectant, de quibus vide Coacas, à nobis notis illuſtratas [48] quoad prognoſces.

[39] *Omentum*) Epiploon inſpectum beneficio microcoſpii, apparet ſimile magno ſacco, multis aliis ſaccis minoribus, adipis congeriem continentibus referto: Sunt ibi plura vaſa, quæ poſſint appellari adipoſa, quæque ex membrana iſta exeunt, & per totum corpus expanſa adipem eo deferunt: quemadmodum arteriæ per totum corpus ſanguinem deferunt; Ubicunque adeſt adeps, vel pinguedo, adeſt ſimul copia ſacculorum illorum; quibus pinguedo illa eſt incluſa, inde fit ut in macilentis corporibus, adipis loco nihil præter cutem appareat.

Sacculorum illorum, vaſorumque adipoſorum ſtructura ſatis commonſtrat, Adipem non fieri per accidens ex craſſis vaporibus ſanguinis, ut vulgata eſt ſententia; Neque *uſus* ejus præcipuus eſt fovere calorem, ſed videtur potius conducere ad edulcandam ſalium acrimoniam, quæ ſunt in ſanguine & ſero, Et revera homines macilenti, & quibus abſciſſum eſt Epiploon, plus ſunt obnoxii rheumatiſmis, lienteriis, aliiſque ſimilibus morbis ex humorum acrimonia productis: Pingues autem non ita morbis illis ſunt obnoxii, quando ſcil. acrimonia emendatur per mixturam pinguedinis; quemadmodum lixivium acerrimum vires ſuas perdit, quando oleum illi fuerit commixtum. *Ex Actis Philoſoph. Angl. 1667. menſis Nov.*

[40] *Omentum per rami ſplenici*) Omentum Græcis Epiploon, membrana eſt, *venas* numeroſas à Porta vena in alia ſuperiore *gaſtro epiploicas*, in inferiore *epiploicas* dictas; Arterias ſimiles, à meſenterica & Cœliaca; mire & reticulatim eam cum *pinguedine*, qua copioſe perfuſa eſt, perreptantes, imo & *nervulos* paucos à plexu nervorum coſtalium ſexti paris poſſidens, præter *Glandulas* quibus quandoque donata; *Connexionem* habet cum jecoris lobo, liene, pancreate, atque colo reſpectu alæ ſuperioris; cum fundo ventriculi reſpectu ſuperiorie: Numero quidem ſimplex; aſt ſuperius in duas tabulas, *quæ alæ* vocantur; anteriorem ſcilicet ſeu ſuperiorem, Et poſteriorem, ſeu inferiorem quæ dein inferius uniuntur: (Uſus ipſius eſt non ſolum fulcire vaſa, ſed & imo præcipue, inteſtinorum atque ventriculi tempeſiem conſervando, partium earum operationi commodare. *G. Blaſius.*

Ventriculi & inteſtinorum calorem fovendo coctiones feliciores efficit: Ramum ſplenicum aliaque vaſa ad ventriculum, colon & duodenum euntia fulcit: Ad hæc impuritatem & illuviem hepatis, ſed præcipue lienis multoties in eo colligi patet ex *Hipp. 7. aph. 55. & 4.* de morbis, *de m.m.* nec non ex obſervatione *Riolani, Rouſſeti* aliorumque medicorum. *Diemerbroeck. Anat. lib. 1. c. 5.*

[41] *In illa præcipue parte quæ eſt*) Deſignat cavum illum locum, de quo *Hippocr. aph. 54. 7.* qui inter diaphragma ac ventriculum reperitur: Enim vero locum hunc, inveni quidem hactenus vacuum, nihilominus tameo amplum, ac ſatis convenientem recipiendis illis

citrulli cum mica panis hauſta, carnes pullorum, perdicum, avium montanarum ac piſcium ſaxatilium; Ovorum, quæ craſſi ſunt ac flatulenti nutrimenti, *placentarum pinguiorum, caſei, panis triticei, ac dulcium, adſtringentium, amarorum, ſalſorum & acutorum* omnium, uſus plane eſt improbandus: In *Potu* concedenda *Aqua hordei*, vel caponum deſtillata, cerevisia hordeacea, probe defecata, ac ceſſante phlogoſi, vinum oligophorum ſatis dilutum. *Omnino enim cavendum, ne evaporationes calidas adaugendo, vel imperitius repellendo jecur in mali conſortium trahatur*, *Quies* denique, corporis & animi perſuadenda. *Somnus* pro juvanda coctione, ac tenſione ventriculi ſublevanda, conſueto longius protrahendus; Nonnunquam & *Balneum aquæ dulcis*, deflagrante incendio, pro reſolutione materierum aduſtarum, ac duritie reſolvenda concedendum, ex *Avicenna* conſilio. *M. Martini.*

Cap. XXXVIII.

De Meſenterii dolore, & Omenti ac Pancreatis affectibus.

1. *Dolor Meſenterii eſt* [2] *triſtis ipſius ſenſus, qui à materia calida & acri, in membranas ipſius detruſa oritur, cum ventris & lumborum perpetuo dolore, per intervalla, autumnali præcipuè tempore accedente, affligit, interdum & in caput & totum corpus diſtribuitur.*

[3] Signa *Futuri* ſunt, Ictérica diſpoſitio in oculis ac temporibus paſſim conſpicua, appetitus deperditus, hypochondriorum gravitas increſcens, alvi dejectiones raræ, urinæ rubicundæ.

[4] *Præſentis*, flatuum & excrementorum ſuppreſſio valida, [5] dolor ventris & lumborum vehemens, remediorum per vomitum exturbatio, clyſterum ſucceſſus rarus, &c. vires ex pulſu æſtimandæ non ſunt. Eſt enim hic in omni gravi dolore exiguus:

[6] *Invaleſcentis*, Ægri ſpem omnem deponunt, nephritis magna ex parte vires acquirit, vicini abdominis muſculi, & peritonæum [7] ab interna putrilagine ſaniem concipiunt, dolores [8] in univerſum abdomen ſeſe diffendunt, [9] imò ad extremos artus, maximè tamen ad humeri articulos ac pedes tranſeunt, tandem convulſorii motus exercent.

[10] *Diſtinguitur* à doloribus *Uteri, Renum, Ilii, Iſchiadico*, ſignis quæ ibi tradita ſunt. Proprium ipſi per intervalla recurrere, autumnali inprimis tempore, nullis ſtatis periodis, & multis annis ægrum affligere.

[11] *Cauſa* ſunt, Humores acres, putridi, & qualitate omnibus viſceribus, hepati inprimis & ventriculo inimica, imbuti, [12] qui in meſenterium, quod nihil aliud, eſt quam peritonæum duplicatum & ad lumbos affixum, poſtquam [13] eorum evacuationem per alvum fruſtra natura tentavit, deponuntur.

[14] *Curatio* eſt [15] *dubia ſpei, ſi* [16] dolores ſunt ſubmiſſi, quia fortiores: *ſi* ſupra umbilicum ſentiuntur, nec illis medicamentis ſolvuntur, quia [17] in hydropem ſiccum deſinunt: *ſi* dolores renum ob vicinitatem minoræ ſuperveniunt: *ſi* [18] novis obſtructionibus ſuccedentibus, malum indidem recrudeſcit.

Exigua vel *Nullius*, [19] *ſi* vomitus, frigidi ſudores, & frequentes ſingultus afficiunt: *ſi* diu durant, ægri febricitant & cibos averſantur; quia metus eſt, ne [20] dolor ad caput progreſſus, repentè convulſorio modo illos occidat: *ſi* [21] vigiliæ pertinaces, & vehementes: *ſi* [22] motus naturæ inverſus accedit: *ſi* [23] hectica vel peritonæi & vicinarum partium ſuppuratio oboritur.

[24] *Perficitur* 1. *Cauſarum ablatione*, ubi locum habent 1. [25] clyſteres, qui [26] ad emollitionem debent parari ex *lacte caprino*, decocto *malvæ, pariet. branc. urſina, mercurialis* &c. vel *galli decrepiti* cum *caſſia & oleo violaceo*; [27] ad abſterſionem, addendum aliquid hieræ pictæ & mellis violacei.

2. [28] Purgantia [29] per intervalla, ſi obſtructiones ex urina rubicunda percipias, repetita, benigna, à quibus tamen *Manna* ob flatuum ubertatem exulare debet.

3. [30] Præparantia, & aperientia, ex decocto *ſcorzoneræ, Graminis, fragariæ* cum floribus cordialibus, quibus præmittenda [31] inunctio abdominis ex *oleo violaceo. anethino, chamamel.* Butyri momento, quibus *ſpolium ſerpentis* prius incoqui debet.

II. *Doloris* [32] *mitigatione* per cataplaſmata, inunctiones, fomenta, balnea aquæ dulcis, [33] Narcotica etiam cum purgantibus miſta, &c. Propinatur & *oleum amygdal. recens* cum *manna*.

1. *Dolor Meſenterii*) Ex morboſa meſenterii diſpoſitione reſultat *Colici doloris* genus, adulterinum quidem, atqui contumax, diuturnum, ſæpiſſime recurrens, graviſſimiſque ſymptomatis fœcundum: Fomes iſtius, cum in inteſtinis haud quaquam ſubſiſtat, ſed vel in peritonæo, aut inferiore parte meſenterii, vel quæ abdomini obtenduntur, in membranis delitеſcat, idcirco neque clyſteribus, fomentis, aliiſve remedius

dus colicis deliniri aut averruncari poteſt. *M. Martini.*

¹· *Dolor)* Inſigni haud caret admiratione ſenſum meſenterii adeo obtuſum atque hebetem eſſe, cum ex ipſius conformatione certum ſit, plurimis illud conſtare atque reſperſum eſſe nervis Ex *Fallopii* namque *obſervationibus Anat.* elucet, quamvis meſenterii pars ſuperior circa primam lumborum vertebram, occaſione membranæ ejuſdem cum peritonæo ſubſtantiæ, eum primis vero arteriarum geminarum, quæ ab aorta ſupra regionem emulgentium progerminant, exoriatur, Ejuſdem tamen arterias nervorum quorundam complexu, & illo quidem robuſtiſſimo illico circomdari; ita ut originem progreſſumque ipſarum inſigniter occultet, infinitiſque propaginibus, aduſque viſcera pene omnia eorundem ductum concomitetur, Pari ratione in exortu inferioris principii, ſub finem tertiæ lumborum vertebræ, nervorum abunde eſt; *Martini pag.48* Vide *Williſium in Neurologia*, de plexibus nervorum meſentericis.

²· *Eſt triſtis ipſius ſenſus)* Valde demiror eſſe qui *Fernelio* adſtipulentur, inflammationem illius ſine dolore eſſe; Imo vero perſuaſus ſum ab hac, exercitatiſſimo in hac palæſtra *Adr.Spigelio* famigeratiſſimam Semitertianam febrem inde pendere, quia, credo in rigoribus illis ſubindè repetentibus, non ſentiri dolorem majore videlicet obſcurante minutem: Interim ſi inflammatio non ſit exquiſita, qualis in hac ſentina vix eſſe poteſt, ſed tendat ad ſcirrhum, cui locus valde opportunus eſt, non negabo malum pene inſenſibile eſſe: Tum vero φλογώσις potius adfuerit, quam φλεγμονή. *Hofmannus Inſt.l.3 c.43.*

Nervos habet meſenterium ab internorum nervorum ſexti paris plexu, & à nervis è lumbali medulla prodeuntibus; atque hinc in membranoſa ſui parte ſatis ſentit, quamvis in pingui & glanduloſa obtuſioris ſenſus ſit; Cujus ratione apoſtemata multoties in illo diu occulta latent, antequam ab Ægro vel Medico ſatis percipi poſſint. *Diemerbroeck Anat.l.1.c.8.*

²· *Triſtis ipſius ſenſus)* Inſigni haud caret admiratione ſenſum meſenterii adeo obtuſum atque hebetem eſſe, cum ex ipſius conformatione certum ſit plurimis illud conſtare atque reſperſum eſſe nervis: Ex *Fallopii* namque in obſervationibus Anatom. teſtimonio elucet, quamvis meſenterii pars ſuperior circa primam lumborum vertebram occaſione membranæ, ejuſdem cum peritonæo ſubſtantiæ cumprimis vero arteriarum geminarum, quæ ab Aorta ſupra regionem Emulgentium progerminant, exoriatur, ejuſdem tamen arterias nervorum quorundam complexu, & illo quidem robuſtiſſimo, illico circundari, ita ut originem progreſſumve ipſarum inſigniter occultet, infinitiſque propaginibus ad uſque viſcera pene omnia, eorundem ductum concomitetur: Pari ratione in exortu inferioris principii, ſub finem tertiæ lumborum vertebræ nervorum abunde eſt, eo quod arteria iſta unica ceu dictæ originis fundamentum ſimul ac ab aorta procedit, novo alio nervoſo complexa comprehendatur, illique variis anfractibus, donec in inteſtino recto, ad ſedem uſque, in parte coli obliteratur aſſectetur. *M. Martini.*

³· *Signa futuri)* Adde colorem faciei lividum, ſitim invaleſcentem; univerſi corporis laſſitudinem. *M. Martini.*

⁴· *Præſentis)* Dolor certo in loco, ut plurimum tamen circa lumbos fixus eſt; Clyſteres nonniſi coactum quid & ſcybala educunt; Calida & acria medicamenta plurimum inferunt detrimenti, Dolores cito repetunt. *Idem.*

⁵· *Ichor tenuis) Galenus 5.loc c.ult.* ſymptoma maximi momenti meſenterio adſcribit inflammato, quod ad inteſtina etiam pertinere cenſet *Hofmannus Inſtit. lib.3. cap.43.* Eſt id in alvi excrementis apparere ichoras tales, quales in aliis inflammationibus ſunt, acres inquam, non diſſimiles iis, quæ defluunt ab aſſatis in veru carnibus.

⁵· *Dolor ventris & lumborum)* Cum ſubſtantia meſenterii à peritonæo oriatur, ac revera nihil aliud ſit quam peritonæum ad lumbos duplicatum, iiſdem affixum, & ex nervis & arteriis multiplicibus conflatum; ideo doloribus iſtis lumborum cruciatus perpetuo ſunt conjuncti; idque non ſaltem ponderis ratione, quo meſenterium infarctum, aut humoribus turgens triſtem lumbis ſenſationem infert, ſed & ob putredinis, quæ vicinis partibus, ſenſu exquiſito, ob nervorum originem ac tranſitum præditis, inſenſiſſima eſt, virulentiam.

Accedit, quod malo ingraveſcente non in Lumbis modo dolor, ſui furoris incommoda exercet, ſed & in univerſum ventrem *Hippocratis* teſtimonio diffunditur, quod citra communem cauſam, qualis venarum meſeraicarum textura eſt, per abdomen univerſum inter inteſtina diſperſa, fieri nullo pacto poteſt. *M. Martini.*

⁶· *Invaleſcentis)* Ægri dum dolores nulla arte exolvi conſpiciunt, ſpem omnem abiiciunt; Enemata ac glandes ſuperius attracta, vomitu ſæpe reiiciuntur. *Idem.*

⁷· *Ab interna putrilagine ſaniem concipiunt)* Hinc *Hippocrates 7. Epid.parte 28.* nonniſi facta ſuppuratione, & ſanguinis putridi copioſi (cui addere licet & ſaniei) profuſione dolores iſtos ſopiri memorat,

⁸· *Dolores in univerſum abdomen ſe diffundunt)* Vide ſupra §. *Dolores lumborum & ventris.*)

⁹· *Imò ad extremos artus)* Ex meſenterii & lumborum ſympathia, oritur etiam Nuchi doloris colici à Paralyſeos, necnon aliorum graviſſimorum affectuum in cerebro mutua ſucceſſio; Quinimo reſolutorios & convulſorios motus omnes, continuo præcedit pedum laſſitudo, quam brevi dolores mordicantes excipiunt; Id quod nonniſi à nervis, pernicioſa qualitate à meſenterio vitiato ipſis communicata imbutis, fieri poſſe ſtatuendum. *Martini p.103.*

¹⁰· *Diſtinguitur à doloribus uteri &c.)* Dolores hoſce à vicinis dijudicantia ſigna non tam facile à ſede doloris, quam à vehementia, quantitate, motu, exeuntibus, & antecedentibus petuntur, *Utero* namque affecto dolor magis à ligamentis oritur, & ad inguina deſcendit; præceſſit etiam partus aut hæmorrhagia quædam inſignis; Ob menſium fluentium difficultatem concitatus dolor magis circa Renes, quam in penitioribus partibus vagatur; vaſa ad uterum pertingentia diſtenduntur; non deſunt ſigna excretionem hanc remorantia; & mulieres à vaporibus elevatis tantum non ſuffocantur, *Dolor Renalis* fixus quidem eſt, ac diuturnus, modicum ſpatii occupat; in veſicam porrigitur, cum urina modo aquoſa ac tenui, modo ſabuloſa & arenoſa: Dextrum aut ſiniſtri latus infeſtat, ac non raro vomitus conjunctos habet: *Iliacus* vero ob partis ſenſum acutiorem inſigniter crudelis eſt, & acutus, maxime tamen circa umbilicum & ventriculi fundum moleſtus: Pari pacto Iſchiadicus præter lumborum gravitatem, ad ſummam uſque natem protenditur, nullo calore affligit, à coxendice in femur, ſuram, talum & extremum uſque digitum exporrigitur: alvus denique minime eſt immorigera, uſuque Enematum cito exolvitur. *M. Martini.*

¹¹· *Cauſa ſunt humores acres)* Symptomatum è variatione ab evaporationum, ac materierum, inde reſultantium varietate, caput ac reliqua membra diverſimode infeſtantium proprie dependet, Acrimonia enim ſua partibus nervoſis *Convulſionem* inducunt, Et ſi cum

acredine vitioſam ſimul qualitatem acquiſierint, *Epilepſiam* concitant: Si calore vehementi nervos imbuerint, *Paralyſeos* authores ſunt; Sin aduſtis & craſſis fuliginibus cerebrum obnubilarint, *Melancholia aut mania* ſuppeditant occaſionem.

Quæ ſane univerſa longe gravius urgent, eiusque promoventur, pro doloris immanitate, vel remiſſione, necnon vigiliarum perſeverantia, quibus vires pene omnes imminuuntur, ſpiritus exhauriuntur, ac facultates totius maximopere fatigantur, Si denique juvantium ac lædentium effectus æſtimentur, calida & acria medicamenta plurimum incommodi hoc malo ſemper concitaſſe, nemini obſcurum eſt, Ex quibus elicitur Humores pituitoſos, vel intemperiem frigidam haud quaquam in cauſa eſſe, ſed calidam & ſiccam, ex humoribus acribus, inteſtina vellicantibus, atque uti ex dolorum perſeverantia judicare licet, putridis, & qualitate omnibus viſceribus, hepati imprimis & ventriculo inimica imbutis.

Quibus omnibus Naturam tanto gravius atteri veriſimile eſt, ſi quæ ad inflammandum corpus, & accumulandam variorum ſuccorum, putridorum & bilioſorum, illuviem idonea ſunt, acceſſerint, ceu vinorum fortium, generoſorum ſulphureorum, & meraciorum intemperatior uſus; Venus importuna, repletiones aſſiduæ, exercitiorum & conſuetarum evacuationum intermiſſio, humores bilioſi, maligni, ex morbis aliis in corpore derelicti, aut victu indulgentiori coacervati; Effuſio bilis acris & mordacis à jecore in partem vicinam.

Quibus etiam uteri & Renum vitia addere licet, quorum occaſione ventrem multoties efflictim dolore manifeſtum eſt. Ex *Mercato de morb. int. curat. l. 3. c. 15.* M. Martini.

12. *Qui in meſenterium)* Majori ex parte horum dolorum mineram in meſenterio minus recte diſpoſito deliteſcere, indeque diuturnitatis & variorum intervallorum cauſas dependere, multa ſunt quæ arguunt, 1°. enim apud omnes in confeſſo eſt, hoſce dolores illis ut plurimum negotium faceſſere, quibus hepar obtigit imbecille; qui ad Icterum aut cachexiam ſunt proclives, vel morbis chronicis paulo ante fuerunt oppreſſi; in quibus veriſimile eſt magnam meſenterii vel ſubeſſe impuritatem, aut ex abſceſſibus comparatam intemperiem.

II. Si ex uteri & renum quovis modo affectorum conſenſu aut commercio, graviſsimi quandoque dolores proficiſcuntur, à quibus tamen nonniſi per vapores vitioſos, qui partes vicinas aut nervos dorſum perreptantes, inficiunt, contagium propagatur; Nihil equidem obſtare poteſt quominus à meſenterio, totius corporis ſentina, & in quo focus putredinis alitur, gravius offendantur.

III. Cum ex ſymptomatibus nullum pene huic morbo copuletur, quod non apertiſsime de corrupta nutritione, vel meſenterio affecto teſtetur, idcirco non immerito fomentum inde acquirere ſuum, ſtatui debet.

IV. Affectuum horum conditio & σύζυξις ex meſenterii ſtructura non poterit eſſe non obvia: Cum enim hujus ſubſtantia à peritonæo oriatur ac revera nihil aliud ſit, quam Peritonæum ad lumbulos duplicatum, iiſdem affixum, & ex nervis & arteriis multiplicibus conflatum, ideo doloribus illis lumborum cruciatus perpetuo ſunt conjuncti; idque non ſaltem ponderis ratione, quo meſenterium infarctum, aut humoribus turgens, triſtem lumbis ſenſationem infert, ſed & ob putredinis, quæ vicinis partibus ſenſu exquiſito, ob nervorum originem ac tranſitum præditis, infeſtiſſima eſt, virulentiam.

V. Accedit quod malo ingraveſcente, non in lumbis modo dolor ſui furoris incommoda exercet, ſed & in univerſum ventrem, *Hippocr.* teſtimonio, diffunditur (*2. de morbis*) quod citra communem cauſam, qualis venarum meſaraicarum textura eſt, per abdomen univerſum inter inteſtina diſperſa fieri nullo pacto poteſt.

VI. Ex hac meſenterii & Lumborum ſympathia oritur etiam Nuſhi doloris colici & paralyſeos, necnon aliorum graviſsimorum affectuum in cerebro, mutua ſucceſsio; Quinimo reſolutorios & convulſorios motus omnes continuo præcedit pedum laſsitudo, quam brevi dolores mordicantes excipiunt; id quod nonniſi à nervis pernicioſa qualitate, à meſenterio vitiato ipſi communicata imbutis fieri poſſe ſtatuendum.

VII. Præterea neque *Hippocrat.* deeſt authoritas, qui nonniſi facta ſuppuratione, & ſanguinis putridi copioſi (cui addere licet & saniei) profuſione 7. Epid. part. 28. dolores iſtos ſopiri memorat.

VIII. Fidem denique huic rei facit & ipſa affectus indoles, quæ ſubinde vires acquirere ſuas, & per intervalla repetere conſuevit, quotidie novæ materiæ facta fuit acceſsio, & putrefactio, qualis certe tot vicibus, multorumque annorum decurſu remigrans, in alia membra nobiliora cadere, ſine præſenti periculo non poteſt.

Quibus commotus rationibus, haudquanquam ambigo, in hanc dolorem officinam etiam referri poſſe iſtos, qui in Scorbutico malo ægros per intervalla graviſsime divexant, ventriculum & inteſtina graviſsimis cruciatibus, lancinationibuſque diſcindunt, nulli ſecundum methodum inſtitutæ curationi cedunt, ſed poſt cruciatus & exulcerationes diuturnas, corpus tandem paulatim conſumunt & exhauriunt, nonnullos etiam ob diſtenſionum immanitatem in peritonæi rupturam præcipitant. *M. Martini.*

13. *Evacuationem per alvum fruſtra Natura)* Majori ex parte à chronicis febribus, aliiſque bilioſis, ac difficilis ſolutionis morbis profluit, in quibus Natura humoris noxii per alvum fruſtra tentata evacuatione eundem è venis & viſceribus in membranas ſecernit, ac dolores in iiſdem excitat modo præcedente longe graviores: Licet non raro, teſte *Jacobo Sylvio meth. cur. fol. 187.* etiam bilioſæ materiæ à medicamento in ventrem attractæ, & libero exitu prohibitæ regurgitatione ad partes principes facta oriatur: Morbum hunc *Ructuoſum vocat Hippocr. 2. de morb. ſect. 74.* Matth. Martini.

14. *Curatio)* Vidua N. ultra ſemeſtre φλόγωσιν ſeu ardorem perquam moleſtum in dextra regione meſenterii, in aurora inprimis invadentem; & diu affligentem ſuſtinere eſt coacta, ita à me curata; Cum ardor ille mea conjectura, proficiſci indicatur ab efferveſcentia humoris bilioſi, in venis meſaraicis moram trahentis, ſcopus meus ad illum revellendum & expellendum directus; primo ordinatus Pulvis cholagogus.

℞. *Rhabarb. el.* ℨii. *rad. jalap.* ℈ß. *crem. Tart.* ℨß. *f. Pulvis* cum jure piſorum dandus: A quo plures ſedes commotæ.

Poſt aliquot dies ordinatum vinum medicatum.

℞. *Rad. cichor. enul. polypod. qu. rec.* ana ℥ii. *b. abſinth. Rom. card. ben. cetrac. anth. adiant. utr.* ana *p. j. fol. ſ. ſ. ſ.* ℨvi. *rhab. el.* ℈iii. *agar. r. troch.* ℨii. *rad. jalap.* ℈iß. *crem. tart.* ℈iv. *jujub. ſebeſten.* ana ℨß. *galanga min.* ℈ii. cum ſindone alba f. ſacculus, infundendus *in vini Neccar.* ℔iii *aqu. cichor.* ℔i. *Aug. Thonerus lib. 3. obſ. 2.*

15. *Eſt dubia ſpes)* Icterica diſpoſitio ex hoc morbo contracta, raro curatur. *Schenckius lib. 3. obſ. 184.* Vires ex Pulſu non ſunt æſtimandæ, Eſt enim in omni gravi dolore pulſus exiguus. *Hollerius Schol.* In ſummo verſantur

ſantur periculo quos obſtructio pertinax affligit, vomitus non ciborum modo, ſed & bilis æruginoſæ, quandoque etiam ſecum alvinarum, enervat: Epilepticæ convulſiones torquent, & quibus vox exilis ac reſpiratio difficilis moleſta eſt. *M. Martini.* In abſceſſus, cancrum, *Mercatus Pr. l.3.c.15.* Teſtium inflammationem, *Hippocrat. 7. Epid. 28.* Gangrænam & herniam, dolore diutius perſeverante, plerumque commigrare malum ſolet; vel ſi febricula adfuerit in marcorem. *Matth. Martini.*

Nonnunquam & febres continuæ, Tertianæ, ſæpius vero Quartanæ hiſce doloribus finiuntur, *Fernelius Path. l.6. cap.10.* Propter obſtructionum pertinaciam, quæ nulla arte ſolvi videntur, & Medicus & æger de perfecta auxiliorum ſpe deſperant, *Schenckius ex Oethæo.*

16. *Si dolores ſunt ſummiſſi*) Dolores ac tumores in ventre ſublimes, ac μετέωροι, leviores ac minores ſunt ſubmiſſis, qui ſemper fortiores ſunt ac graviores. *Hipp. 6. aph. 7.*

17. *In hydropem ſiccum*) *Aph. 11. ſect. 4.*

18. *Novis obſtructionibus*) Novis obſtructionibus ſuccedentibus malum identidem recrudeſcit, ſine tamen certis intervallis, quæ nonnunquam ad menſtruum ſpatium, interdum anni quadrantem, vel ſemeſtre protogantur, multorumque annorum torminibus periodicis exercent. *Oethæus in obſerv.*

19. *Si vomitus frigidi &c.*) Dolor diu perſeverans, cum vomitu, ſudore frigido, ſingultu, freqoentibus remediis minime cedens, mortem innuit, *Leonius.*

20. *Ne dolor ad caput progreſſus*) Si epilepſia, paralyſis, aut alii graves ex cerebro affecto dependentes morbi ingruant, Revulſoria in cruribus ſectione, qua ſanguinis & humorum impetus verſus ſuperiora cohibetur, & caput ab omni appolſu vindicatur, res agenda erit, Quin & cucurbitulæ ſcapulis affixæ emolumenti plurimum adferunt, idque majori ſemper cum ſucceſſu, ubi alvus in officio perſeveraverit, vel torpeſcens prædictis ſubſidiis in dies ſollicitetur, *Matth. Martini.*

21. *Ne dolor ad caput*) Diuturnis circa lumbos, tenue inteſtinum, & præcordia doloribus urgentibus, ſi ægri eibos averſentur, una cum febre, his dolor intenſus ad caput progrediens, illos repente occidit convulſorio modo. *Coacar. ſol. 663.*

22. *Si vigilia*) Vigiliis ob dolorum perennitatem & vehementiam, non pauci in hoc morbo extinguuntur. *M. Martini.*

23. *Si motus naturæ inverſus*) Nam plerumque ventriculus omnia ſurſum protrudit, clyſteres item ac glandes vomitu rejiciuntur. *M. Martini.*

24. *Si hectica, vel peritonæi*) Poſt multorum annorum tormina ſuccedit vel hectica intemperies, vel peritonæi ac vicinarum partium ſuppuratio. *Hollerius.*

25. *Perficitur*) Huic affectui duplici ingenio apponiſte medendum, 1. remotione cauſarum, à quibus exoritur aut fovetur, 2. Doloris mitigatione & ablatione: Cauſarum eliſioni, dolore inducias concedente, interveniunt humorum præparatio peccantium, evacuatio, revulſio. *M. Martini.*

26. *Clyſteres*) Quia citra alvi ſolutionem irritus omnium eſt conatus, ea propter Enematum frequentia, nihil poteſt eſſe ſalubrius: Formas iſtorum demonſtrat affectionum varietas, in qua tamen ſemper advertendum an *expurgandi & abſtergendi & mitigandi* prævaleat indicatio: *Intemperies enim calida & ſicca,* humida & moderate refrigerantia poſtulat ſubſidia: *Excrementa* diutius cohibita, indurata, & viſcoſis humoribus aſſociata, remollientibus cum inciſione ac deterſione ad eductionem parantur; *Motus inteſtinorum* hebetior, meis, aut inverſus, ad interiora revocatur leviter ad expulſionem irritantibus: *Dolor* denique non admodum ferociens, anodynis & lenientibus, vehemens autem ſtupefacientibus mitigatur. *M. Martini.*

26. *Ad emollitionem*) Ad emollitionem, moderatam refrigerationem, ac doloris mitigationem, ex *Avicennæ* præcepto, naturæ inteſtinorum *lacte caprino* infuſo nihil aptius erit cui nonnihil *caſſia & ol. violac. vel lilior. alb.* addantur. Nec abs re fuerit eoſdem ex *decocto malv. hordei, violar. & nenuph.* addito *ſacchar. & ol.* idoneis confeciſſe, Vel ex *jure pulli* alterato cum butyro: Decocto *galli decrep. aut eleo amygd. d. vel Lini, cum brodio capon. & inteſtini mutonis Hordeato liquidiore, Emulſione amygd. dulc. ex Hollerio*; *Ex mucilag. ſemin. lini, alth. fœnugr. pſyll. cydonior.* addito interdum *capite papav.* cum vitello *ovi, ol. violac. butyro rec. adipe anſerino, ſacch. violac.* concinnaſſe. *M. Martini.*

27. *Ad abſterſionem*) Et ut natura ad conſuetas revocetur ſenitas; Clyſterum vice *glandibus* ſubditis alvus quandoque ſollicitanda: In quarum tamen uſu cavendum, ne ſurſum trahantur, ac ſuperne deuciantur. *Idem.*

28. *Purgantia*) Excluſis fecibus, & impetu vaporum verſus ſuperiora quodammodo cohibito, medicamentis per os exhibitis purgatio molienda, Cujus tamen hæ debent eſſe dotes, ut non moleſte, neque, ut vult *Galenus 12. m. m. 2. ἀθρόως,* peragatur, ſed ex temperationibus, infarctus ſolventibus, & moderate alvum cientibus, conſtet, ac pro virium actioniſque modulo per intervalla repetatur, idque tum inprimis, ſi obſtructiones, ex urina rubicunda perſpectas, id efflagitare, vel ictericam diſpoſitionem plus æquo invaluiſſe cognoveris: Paretur hæc ex *caſſia cum fol. ſennæ extracta, Rhabarb. infuſo, ſyr. roſar. aut violar. ſolut. cremore tart.* vel id genus, nunquam non addito *rad. ſcorzon. cichor. fragar. liquir. flor. violar. bugl. utr. ſemin. lactuc. ſcariol. melon. paſſular.* & ſimilium decocto. *Matth. Martini.*

Manna ob flatuum) Et quod cito bileſcat, picrocholis & quibus interiora impenſius uruntur, tuto propinari nequit. *Hollerius de m. int. ext.*

29. *Per intervalla*) Hæc remedia ſubinde repetere convenit omnique ſtudio cavendum ne recens alvi ſuppreſſio nova producere pericula queat. *Matth. Martini.*

30. *Præparantia & aperientia*) Extra caſum evacuationis, decocta ex *radic. ſcorzon. ſalſapar. liquir. &c. paſſulis, ſeminibus frigidis,* & ſimil. identidem ſuppeditentur, quibus nonnunquam de *Pulv. ſemin. aut rad. ſpatulæ fœtid.* dolore præſertim in hypochondrio atrocius urgente; vel, in caſu icteri, albicantis ſtercoris gallinarum, cum fructu addi poſſunt. *Alex. Benedictus lib. 13. cap. 13.* Ex cenſu *reſolventium* internorum ſunt *Acidulæ.* non quidem evacuationis, ſed vitioſam intemperiem corrigendi gratia moderatius hauſta, dummodo non adſit hydrops, aſthmatis, ſuppurationis, aut vitiati alicujus viſceris ſuſpicio, & ventriculi, aquam hanc digerere non valentis, inſignis percipiatur debilitas. *M. Martini.*

31. *Junctio abdominis*) *Hollerius de m. int. c. 41. Mercatus Pr. l.3.c.15.*

32. *Doloris mitigatione per cataplaſmata &c.*) Exterius ex præſcripto *Hippocrat. lib. 2. de morb.* uſurpantur *Balnea,* vel ex *ſimplici calida,* aut in qua *violar. agrimon. meliloti germina* ſunt incocta, vel *oleo tepido,* aut *ſero lactis* parata, A quibus tamen, febre ac dolore vehementius urgentibus, animus revocandus: Horum loco interdum adhiberi poſſunt Fomenta, ſicca vel humida, ex *flor. nenuphar. chamom. Ital. melilot. violar. ſem. lini, alth. fol. parietar.* & ſimil. parata, lumbis identidem ſubſternenda, vel exemplo *Cratonis libr. 4. Conſult.* cum *lacte caprino,* aut *vaccino,* modico emll

trium viratu humorum, in ſanitatem & morbos totum corpus diſpenſantium principatum tenet; Fieri nempe ſtatim ex conflictu ſucci hujus, pituitæ ſtomachalis, & bilis effervescentiam unam naturalem, in ſtatu ſanitatis, quæ chylo albedinem conciliet, & novam fermentationem: unam præternaturalem, quæ omnigenos, & tantum non omnes quaſi producat morbos: Statuunt vero hinc in tem lau lui hi Viri hunc ſuccum Acidum, & univerſa Sylviana praxis huic fundamento innixa eſt, Sed hæc hypotheſis jam, in ipſo Belgio vacillare cœpit, ſiquidem *Drelincurtius*, & alii inſignes viri, ſtatuunt & profitentur humorem eſſe ſalivali æmulum, dulcem, quod medicis inſipidum notat, idemque aſſerunt Angli: *Leonicenus* (hujus doctrinæ impugnator) experientia teſte negat bilem effervescere vel modico vel acidiori cum acido, unde argumentatur, Si bilis nec modico nec validiori acido adigi ad effervescentiam poterit, ſequitur nec ſucco Pancreatico, cen acidiſſimo longe minuſſimo id fieri poſſe: Notabile eſt, alterum quaſi columen Sylvianæ hypotheſeos urgeri Hippocraticum illud l. de Vet, Medic. *Eſſe in homine & amarum, & ſalſum, & dulce, & acidum, & acerbum & ſimilnus &c.*

Nos non tam conjecturis, quam certis & indubitatis fundamentis agendum eſſe dicimus, Interim ponimus. *1.* Pancreas eſſe glandoſum corpus, ex cenſu glandularum conglomeratarum, *Hippocrati* inteſtinorum glandula omnium maxima dictum.

a. Glandulas eſſe fontes & cataractas Lymphæ.

3. Lympham naturaliter non eſſe acidam; talem vero eſſe ſuccum pancreaticum qualis lympha, uti talis ſaliva eſt, qualis ex iiſdem fontibus ſcaturit.

4. Senſum ipſum hoc loco revera id teſtari, præcipue cum ipſe *Graffius* fateatur; quandoque inſipidum, quandoque auſterum, quandoque ſalſum ipſum deprehenſum.

5. Effervescentiam non fieri niſi contrariis concurrentibus frontibus paulis magis ſint particulis conſpicua; ab eo vero quod continetur, & materialiter ineſt, ad id quod formaliter & potentia, non valet conſequentia.

6. Salia varii generis in corpore dari, neque omnino negari poſſe.

Hinc vero colligere licet & bilem, & ſuccum pancreaticum, & pituitam inteſtinalem male habentia, vitiare ſanitatem, tum quantitate, cum qualitate imprimis acri, acriba, acetoſa, tum motu, more aliorum humorum; Verum ordinarie illam effervescentiam ab acido ſucci pancreatici & alkalino bilioſo fieri, pro varia hujus modificatione ſanguinem, qui hæc ipſa fundit, & eorum origo, alterari, & morbos hos vel illos parere, paulo plus eſt concludere, quam eſt in præmiſſis, Adeoque potius dicimus.

Depurare ſanguinem Pancreas, quatenus ſerum ſuperfluum deplet, uſibus tamen ſuis adhuc dum deſtinatum, Lympha ſcilicet particulis activis non tam eſt inſtructa, ut ſanguis, unde quoque cum continuo moveri debeat, & juxta id quoque in partium nutrimentum cedere, partes omnes vigorare & demulcere, hinc facile ſuperflua redditur, facile id quod aquoſius eſt, & exhauſtum quaſi applicatum jam maximam partem, eſſe tum quærit.

Interim Salibus id ipſum ſerum deturpari & inquinari, modo acidis, modo alkalinis, & varia excitare ſymptomata extra controverſiam eſt, ut non minus & illud in prima culina fundamenta jaci omnium morborum, exinde tamen non ſequitur non cudi eoſdem quoque in viſceribus ſecundæ culinæ debitis. *Wedelius Med Phyſiol. ſect.3 c.18.*

Morbi Pancreatis, & ex Pancreate.

35. *Et quicquid cœnoſi in chylo eſt*) Pancreatis (non quidem *Aſelliani*) Verum uſum, ſe detexiſſe exiſtimat *Diemerbroeck* in *Anatome*, Mihi certum feci, *inquit*, Pancreas non eſſe viſcus adeo inutile, aut parvi momenti, ut à multis deſcribitur, & Liquorem ſeu ſuccum in eo excoctum non eſſe tam paucum, ut vix obſervari poſſit; neque etiam excrementum eſſe, ſicut multi hactenus putarunt, ſed eſſe ſuccum mediocris quantitatis, maxime neceſſarium, ad faciendum una cum affluente, eique admiſta bile, alimentorum coctorum, è ventriculo jam elapſorum novam in inteſtinis effervescentiam, per eamque utilium ab inutilibus ſeparationem, atque hinc es Pancreate bene valente magnam ſanitatis partem dependere; male autem valente plurimos morbus, hactenus ſolis lienis, hepatis, meſenterii aliarumq; partium vitiis aſſignatos, non minus quam ab aliis dictis partibus procedere, & facile jam animadverti poſſe ab ejus ſucco vitioſo, ſcilicet aut nimis copioſo, aut nimis acri affluente (præcipue ſi etiam bilis copioſior & acrior ſimul concurrat) nimiam & pravam in inteſtinis fieri effervescentiam, vomituum acidorum, rugituum, flatuum, tenſionum, diarrhœæ, dyſenteriæ, Colicæ paſſionis (quæ tamen pleraque mala à vitioſa bile ſola etiam induci poſſe certum eſt) aliorumque ſimilium morborum cauſam, vel ab eodem nimis pauco vel nimis miti & inſulſo affluente valde exiguam fieri effervescentiam, obſtructionum, atrophiæ, alvi adſtrictionis &c. cauſam; Vel interdum ab eo nimis ſalſo vel acido, ſurſum verſus ventriculum aſſurgente, fatuent caninam, nauſeam, vomitum, ructus acidos &c. Verſus inteſtina deſcendente, magna tormina, eroſiones, alvi fluxus &c. Verſus caput vero, una cum ſanguine aſcendente epilepticas convulſiones, & quaſi hyſtericas paſſiones (Refert *Aubertus in Progymn.* quod in nobili fœmina epileptica, & quaſi paſſione hyſterica diu vexata, ac tandem mortua, repertum ſit ſolum Pancreas male affectum (ac melancholica delitamenta &c. Verſus ſtomachum aut cor, palpitationes cordis & leipothymias (Ita idem *Aubertus* ſcribit Mercatorem nihil dormire potuiſſe, ſed cum dormiret in leipothymiam incidiſſe, in quo mortuo ſolum Pancreas abſceſſu tentatum repertum (pulſuumque ſummam inæqualitatem & debilitatem excitari &c. Atque ſic pro varia vitioſitate hujus ſucci varios produci affectus, quales etiam in ægris hypochondriacis varii conſpiciuntur, quorum magna pars vitiis hujus ſucci merito aſſcribenda videtur; Quæ vitia ipſi maxime imprimuntur; aut per pravam diætam, multorumque ſalſiorum acidorum, fumo ſiccatorum, acrium, aliorumque ſimilium uſum; aut per pravas coctiones aliorum viſcerum, præcipue Lienis; quia ſcilicet his de cauſis, propter vitioſum ſanguinis fermentum (*de quo vide cap. de Lienis affectibus*) plurimæ ſanguinis particulæ in corde minus ſpirituoſæ redditæ, atque ſubacidæ vel ſubſalſæ, & ad coagulationem pronæ remanentes, ſicque ad hoc viſcus per arterias delatæ, in eo nec ſatis ſubigi, nec in fermentum alimentis coctis ad inteſtina jam elabentibus conveniens mutari potuerunt.

De *ſucci Pancreatici natura porro ſic differit.*

De officio hujus viſceris ante hac graviter dubitatum fuit &c. Quas omnes opiniones cum prorſus conjecturales & omnino incertas eſſe, nec ullis rationibus aut certis experimentis fulciri, animadverterem, in hujus fere neglecti viſceris examen antehac diligentius incumbere cœpi, & poſt multa tentamina Anatomica

compertum in vivorum, tum in recenter ſtrangulatorum brutorum ſectionibus, è Ductu Pancreatico manifeſtum quendam liquorem, ſublimpidum & quaſi ſalſoſum, nonnihil auſterum ac leviter ſubacidum præter experientiam illi omnem aciditatem denegat *Needham*) ac interdum quaſi ſubſalſum quid admiſtum habentem (in canibus morboſis eundem etiam nonnunquam fœtentem ac pravi ſaporis obſervavimus) effluere in duodenum inteſtinum, idque interdum copia non contemnenda, nulla vero chylifera vaſa in hoc viſcus extenſa, ut nec unquam chylum in eo reperiri; Vnde judicavi in eo peculiarem humorem, ex ſanguinis arterioſi in illud delati ſeroſa atque ſubſalſa parte, admiſtis paucis ſpiritibus animalibus per minimos nervulos allatis, excoqui, eumque ad inteſtinum duodenum effluentem, & una cum bile affluente, alimentis in ventriculo coctis, ac per pylorum in inteſtina jam elabentibus mox admiſtura, in iſtis alimentis ſuſcitare peculiarem efferveſcentiam, qua utiles chyloſæ particulæ ab inutilibus ſeparantur, attenuantur, & ad majorem fuſionem deductæ (hanc ejus operationem oſtendit diverſitas ſubſtantiæ alimentorum in ventriculo coctorum, & adhuc contentorum, ab eorum quæ jam in inteſtina influxerunt; illa quippe viſcida & craſſiora ſunt, coloreſque aſſumptorum varios obtinent; hæc contra ſunt multo fluidiora, minus viſcida & magis albicantia) ſimul aptæ redduntur ut motu periſtaltico per interiorem mucoſam eorum tunicam in vaſa lactea impelli queant, reliquis craſſioribus paulatim ad craſſa inteſtina defluentibus, ut in iis aſſerventur uſque ad excretionis tempus; Fit autem iſta efferveſcentia propter bilis ſal volatile oleumque ſulphureum concurrens, cum ſucci pancreatici aciditate, ſicut in Chymia ex talium concurſu ſimiles efferveſcentias fieri videmus. *De Diemerbroech. Anat. l. 1. c. 9.*

Junge his quæ ſupra adducta ſunt ex Clar. *Wedelio* & Diſſertationem. *Fr. Sylvii.*

Obſtructio Pancreatis.

30. *Obſtructione*) Morbi Pancreatis ſunt Obſtructio & Tumores, Scirrhus vel Abſceſſus. Ad *Obſtructiones* quod attinet, illæ in quolibet hujus partis affectu neceſſario adſunt: neque enim tumor, aut abſceſſus, contingere poſſunt, niſi præceſſerit aliqualis obſtructio; imo vero, neque in hac parte diu duraverint illi morbi, niſi à præſentibus obſtructionibus foveantur; Vnde ratio patet cur in omni Pancreatis affectu, *deopilantia* ſint in uſu.

Duplex autem in hac parte Obſtructio contingit, vel in tranſitu ſanguinis ex arteriis in venas, vel in tranſitu ſucci excrementitii nervorum per hujus partis parenchyma in ductus illius peculiaris extremitates; Quod vero ad hujus orificium attinet, per quod exoneratur in inteſtina, nondum mihi contigit illud obſtructum cernere, neque facile crediderim id ab aliis viſum: nemo enim teſtatur ſe obſervaſſe ductum hunc humore eo, quem excernit, diſtentum, quod tamen neceſſario eveniret, ſi oſtiolum ejus, quod in inteſtinum dehiſcit, præcluderetur, quare Obſtructionem hanc rariſſime aut nunquam contingere arbitror.

Quod ad *ſanguinis obſtructionem* attinet, ſi ea in venoſo genere contingat, vel *Inflammatio* vel tumor durius oboriuntur, quæ mala in obſtructum totius partis habitum ſubinde transferuntur: Conſimilis nimirum obſtructio accidit in ipſo parenchymate, vel habitu partis, per quem ſanguis ex arteriis in venas tranſmigrat: quapropter præpedito illic ſanguinis tranſitu, neceſſe eſt par[illegible] quoque ipſum intumeſcat, Sanguis enim [illegible]uo affluens, parceque tranſmiſſus, ibi loci tumorem parit, ubi primum ſiſtitur: Tumores hujus partis in hunc modum exorti, tractu temporis in magnam molem excreſcunt, niſi prius indurentur, vel in abſceſſum abeant: Quare cum Obſtructio ſit communis horum omnium affectuum cauſa, vix erit operæ pretium ſeparatim de iis agere.

Solummodo ut conſtet partem hanc affectibus iſtiuſmodi obnoxiam eſſe, lubet huc hiſtorias aliquot, quæ ad hanc rem faciant attexere: *Scirrhum Pancreatis* obſervavit *Riolanus* in *Auguſto Thuano*, qui ſui temporis hiſtoriam latino idiomate elegantiſſime ſcripſit; qui cum per quatuor annos, inter alia ſymptomata gravitatis ſenſum in regione ſtomachi continuò perciperet, præcipue dum ſtaret vel ambularet, hypochondria vero nec tumida, nec dura apparerent, poſt obitum tandem Pancreas inventum eſt Hepar magnitudine æquans, totumque ſcirrhoſum, multis globulis ſpecie ovi columbini refertum: *Fabritius Hild. centur. 1.* meminit cujuſdam, qui biennio variis morbis, dolore Capitis; ictero, viſcerum obſtructionibus, cachexia laboraverat, In cujus cadavere tumor ſcirrhoſus ſuppuratus, & inſtar ſteatomatis magnitudinis duorum pugnorum, ortus ab inferiore parte Pancreatis, inteſtinum duodenum circumdederat, ſic ut peritonæo tectus alterum quaſi ventriculum mentiretur.

Credibile eſt retentis nervorum excrementis (*cum enim venas exiles habeat Pancreas, arterias autem per exiguas, haud multum ſanguinis in hanc partem effundentes, exiſtimo hanc glandulam, ut & alias omnes, nervis miniſtrare, hanc vero in ſpecie cum ſit glandula excretoria, nonnullos nervorum ſexti paris, cum ſpinalis medullæ ramulis, in majore plexu, uniterum ſuperfluitates excipere, & per vas ſuum proprium in inteſtina deponere*) materiam per ramos arteriæ cœliacæ in ipſum pancreas deſinentes affluxiſſe, venis vero non ſatis expedite eandem reducentibus, tumorem illum ingentem conſequutum eſſe.

Quod ſi ductus Pancreatici capillaribus obſtructio eveniet, diverſi generis morbi contingunt, Excrementa alvi nimia acrimonia æſtuant, ob defectum miſturæ lenis hujus humoris: Humor autem ipſe regurgitat in totum corpus, quod inde ignavia, torpore & ineptitudine ad motum efficitur, ſicut videre eſt in *Ictericis* in quibus ſtatuimus hunc ductum obſtructum eſſe. Ictérumque non à ſola reſtagnatione humoris bilaris originem ducere.. *Warthon. Adenographia c. 12.*

Abſceſſus Pancreatis.

Mercator ætate virili & *εὔχροος* (cujus facultates naturales ſuo probe fungebantur officio) de ſomno apud Medicos duntaxat conquerebatur, eum enim dormire conabatur, tum in lipothymiam incidebat; Hinc cum nihil prorſus dormire poſſet, tandem miſer interiit; In ſecto cadavere Pancreas, integro ſalvoque vitæ principio, & ſtomacho, duntaxar compertum eſt *abſceſſu* putrefactum; Vnde per ſomnum, ſpiritibus ab extremis partibus ad ſua revocatis principia, retros vapores conferentes, & forte ad ſtomachum effecit Medici conjectarunt. *Jac. Ambertus Progymnaſte 43.*

Abſceſſuum in Pancreate repertorum hiſtoriæ nonnullæ apud authores repeiuntur, qui vivo ægro detecti non fuerant; Attamen ex ſymptomatis quibus affecti fuerant internoſci poſſunt; quorum nonnulla cum prædictis ſcirrhum ejuſdem partis indicantibus communia ſunt, iiſque addi poſſunt febris lenta abſceſſuum internorum (ſaltem majori parte) comes individua, vigiliæ juges, ac ſomni breviſſimi; ab uſque labores, lypothymiæ & ſudores frigidi: *Riverius.* Vide hiſtoriam

hiſtoriam ex *Auberto* allatam. *Abſceſſus* porro, ad ſuppurationem perducti, ex cruore, ſanie & pure ſui indicium præbere debent, eum patens ſit meatus à Pancreate ad inteſtina.

16. *Obſtructione præcipue laborat*) Humorem in conglomeratis Pancreatis glandulis præparatum, ac per Ductum ejuſdem in tenue inteſtinum effuſum, *Pancreatici*, aut *Melancholici* ſucci nomine indigitamus: Succus hic Pancreaticus, naturaliter Sapore ſubacidus, in conglomeratis Pancreatis glandulis, ex parte ſanguinis cooſimili & ſpiritibus animalibus paratus, atque continuo ex ductibus minoribus in majores, tandemque in maximum & medium, hinc & inteſtinum tenue confluit.

Succi hujus generatio læditur 1. quando *Parcior*, 2. quando *copioſior*, 3. quando *multifariis qualitatibus ſenſibilibus, ſapore, colore, odore, glutinoſitate* &c. vitioſus producitur: *Parcior* eſt defectu materiæ aptæ in ſanguine, propter alimenta minimum Acidi continentia diutius uſurpata; Vel propter ipſam alibi delatam in hydrope, aut è corpore effuſam, in ſudore ſubacido, urinaque itidem acidiore, Alvive fluxu lienterico aut Cœliaco: Qui namque eum torminibus conjunctus eſt, atque ab Acido acri ortum habet, is ceoſetur mihi plerumque ab ipſo ſucco Pancreatico Acidiore habere ortum, qui quamvis effundatur ſimul è corpore, paratus tamen fuit in Pancreate.

Parcior idem generatur 2. vitio *viarum*, & imprimis arteriarum, per quas defertur ad Pancreatis glandulas ſanguis, ſi aliquando ipſas obſtrui vel comprimi contingat. 3. ipſarum Pancreatis glandularum ad ſubacidam ſanguinis partem à reliqua commode ſecernendam, & amplius cum animalibus ſpiritibus in dictum ſuccum præparandam ineptarum culpa.

Copioſior generatur is ſuccus ob materiæ ad ipſum producendum aptæ in corpore & ſanguine abundantiam, 2. ob arteriarum nervorumque ad pancreas delatorum, (*adde vaſcula lymphatica plurima*) copiam & magnitudinem multam materiam advehentium, 3. Ob glandularum pancreaticarum conſtitutionem peculiarem, ſucco melancholico multo præparando faventem.

Sapore vitioſus producitur Succus pancreaticus, cum *Acidus nimis* efficitur, ob acidorum alimentorũ, condimẽtorum medicamentorũ aſſumptionem nimiã, tum ob ſucci laudabilis moram in *ductibus ejus quibuſdam minoribus Obſtructis* factã, unde mox idem acidior evadit, & reliquo iterum junctus univerſum eo ſaltem tempore inficit, & ſimiliter ſolito acidiorem facit. II. Cum idem paratur minus acidus, ob acidorum alimentorum, condimentorum uſum parciorem, tum ob adverſorum (cretæ, ocul. cancr. margarit. corallior. &c. ſaliumque fixorum & volatilium) abuſum, Tum ob humoris acidi per ſudores aut urinas evacuationem multam: III. Cum idem *Muriatico ſalſus* generatur, ob ſerum ſimile in corpore abundans: 4. Cum producitur *auſterus*, ab alimentis, medicamentis ſimilibus, mœrore ſummo, terrore, &c. 5. Cum gignitur *fœtidus*, ubi in pancreate aliqua accidit corruptio puris, puta poſt inflammationem, confectio, cujus cum portio ſucco dicto jungitur, fœtor comes eſt. 6. Cum illius *Color*, pituitæ, aquæve ſimilis, in alium abit, eum aliquid ſanguinis puri vel corrupti admiſcetur. 7. Cum evadit *glutinoſior*, à pituita ſimili multa in corpore exiſtente, ſanguini conjuncta, Succum hunc Pancreaticum continuo & in glandulis ſuis à ſanguinis maſſa ſecerni, & eum animalibus ſpiritibus amplius elaborari perficique, & in ductus majores ac medium tandem, hinc & ad tenuis inteſtini cavitatem ſecundum naturam moveri arbitror.

Hic ſucci Pancreatici per ductus minores, majores, maximumque, ad *inteſtini tenuis cavitatem uſque Motus* vitiari poteſt modis variis, & quidem aliquando ſecundum *totam Succi maſſam*, aliquando ſecundum aliquam duntaxat ejus partem, dum vel *nullus* fit, vel *lentius & difficilius*, vel *Ocyus*; quippe facilius procedit; Dein Exiſtimo vel rarò, vel nunquam deficere univerſum ſucci Pancreatici motum; quod veniet duntaxat, ſi eveniat, *ex Ductus maximi, mediique obſtructione a pituita glutinoſiſſima circa ipſius orificium hærente, itidemque coagulata & impacta*, quæ vix permanebit aliquamdiu ibidem, quin à ſucco perpetuo accedente mox iterum ſolvatur, aut in præſens vitæ periculum conjiciatur æger; Cui annon inde mors inexpectata ſuperveniat ſubinde, quis prudens negabit, aut obſervatione accurata in mortuorum cadavere, hocque ductu in anteceſſum facta temere aſſeverabit?

Memini viſam mihi aliquando glutinoſam copioſamque in hoc ductu hærentem, adhærentemque pituitam, ne facile inde cedentem, & removendam.

Aliquam ſucci Pancreatici partem in motu ſuo per ductus minores & laterales ad medium, maximumque ſæpius in totum, ad tempus, ſaltem impediri propter obſtructionem à viſcoſa pituita in ipſis concreſcente ortam nemo facile negabit, qui ea quæ *l.1.c.30.§.61.& ſequ.* me ire attenta legerit, atque experientiam propriis ſenſibus eadem uſurpaturus revocaverit. Quoties in Ductibus quibuſdam ſiſtetur modo dicto Succus Pancreaticus, toties parcius univerſum ad tenue inteſtinum iri motum, nemo non videt.

Difficilius, ideoque *lentius* quoque movebitur Succus Pancreaticus per ſuos ductus ad inteſtinum tenue, quoties idem exiſtet *glutinoſior*; de quo ſupra.

Facilius, adeoque *ocyus* movebitur idem, quando is ſolito erit *aquoſior & fluidior*, cujus cauſa erit multus potius aqueus & diureticus, qualem præbent *ſalia volatilia & acidulæ* multæ: Unde deducendus forſan inter alios ipſarum effectus notabiles. Alvi quoque fluxus tam frequens, utplurimum ægris conveniens, tam noxius, quatenus properant non tantum per renes ad veſicam, verum per Pancreas quoque ad tenue inteſtinum, nec tantum fluidiorem præſtant ſuccum Pancreaticum, ſed ipſum quoque reddunt minus acidum vel auſterum, frequentiſſimam ſegnioris & adſtrictæ alvi cauſam, quocirca & diluuntur facile alvi excrementa, & ad deſcenſum præcipitatur magis ſolito ipſa Bilis. *Sylvius Prax. l.1. cap. 53. & 54.*

17. *Ponderis ſenſus circa regionem Ventriculi*) Cum Pancreas à Ventriculo tegatur, Tumores illius difficillime tactu deprehendi poſſunt & hæc cauſa eſt, cur eorum mentio à Practicis vulgo nulla fiat, & qui eos obſervarunt poſt obitum tantum, & cadaveribus diſſectis deprehenderunt; Non exigua tamen eorum conjectura haberi poteſt ex iis, quæ in *Thuano Riolanus* obſervabit, ſi nempe ponderis & gravantis ſenſus in regione ventriculi percipiatur, & nullus tumor nullaque durities in hypochondriis appareant; alia tamen obſtructionum latentium indicia adſint, qualia in hepatis, lienis, ac meſenterii obſtructionibus occurrunt: Quibus etiam ſignis addi poſſunt dolor, & alia ſymptomata ventriculi, propter viciniam patientis, reſpiratio difficilis, ob diaphragmatis compreſſionem: Quibus ſignis alias conjecimus Dom. N. Scirrhum habere in Pancreate; eumque etiamnum tactu deprehendere potuimus, manu ad latera ventriculi verſus medium profundius adacta, cum eſſet valde macilentus, & duritiem in ea parte animadvertimus, quæ digitis compreſſa dolorem ipſi non mediocrem inferebat. (Vide hiſtoriam integram.

glutinoſam copioſiſſimam, non tantum redundare in corpore verum eandem quaquaverſum, ipſumque adeo Pancreas delatam multam, ita ut non tantum metus ſit poſſe ab ipſa in totum obſtrui Ductum Pancreaticum, medium & communem, verum ab ipſa eſſe obſtructum, ob ſummas ægrum ſubitu afficientes anguſtias, non putem tunc male ad malum tantum tollendum in uſum revocari *Acidum ſpiritum*, *Nitri* præſertim, utpote penetrantiſſimum, ſed vino generoſo, ejuſve ſpiritui admiſtum, quout non tantum ſolvatur nova *Obſtructio*, ſed inſuper Pancreatici ſucci defectus, in effervescentia eum bile perpetuaoda ſuppleatur.

Obſtructionem circa Ductus Pancreatiei orificium in tenue inteſtinum hians ſitam, medicamento laudato per os aſſumpto, & ad tenue inteſtinum delato poſſe immediate, propter ſpiritus acidi cum pituita commercium tolli, dum pituita hæc ab ipſo eo penetrante ſolvitur, facile admiſero. Ex obſtructione Ductuum Pancreaticorum ortus ſucci melancholici *parcior motus* reſtitueretur *medicamentis cap.30.§.132. De febr. intermit. Et cap.50. §.17.* propoſitis.

Ocior ſucci pancreatici motos, ob ejuſdem *aquoſitatem* & volatilitatem ſedabitur abſtinendo ab ulteriori cauſarum uſu atque interea uſurpando quæ aliquam conciliare valent ipſis conſiſtentiam majorem, qualia ſont acerba & auſtera, ſed quantitate parva ſæpius ſumpta. *Succi Pancreatici*, ſed *vitioſi*, ad tenue inteſtinum motum conſequitur eiuſdem cum bile effervescentia, de qua alio loco, *Fr. Sylvius Pr. lib. 1.cap. 53. & 54.*

Curatio eadem eſſe debet ac in morbis hepar, lienem, ac meſenterium affligentibus, *Riverius*

Omentum.

III. [39] *Omentum*, [40] per rami ſplenici ſurculos, ſæpe feculentos à liene ſuſcipit humores, [41] in illa præcipuè parte, quæ eſt inter lienem, ſeptum & ventriculum, in cavitate ſua in ſiniſtro hypochondrio ſub diaphragmate, ex ventriculi, omenti, coli & viſcerum connexu orta, nec exitum habente. Sæpe inde abdomen in ſiniſtra parte verſus umbilicum in tumorem attollitur ſæpe compreſſo ventre, ſonus & ſtrepitus additur.

Evacuari non poſſunt, niſi continuato *thermarum* vel [42] *acidularum* potu evaneſcant. [43] Si *putreſcat* vel *abſceſſum* patiatur, [44] curatio eſt fruſtranea.

IV. Huc [45] ſpectat morbus ille qui Anglos A. M. DC. LVI. affligebat. Dolores erant circa glandularum lactearum ſitum & in meſenterio ingentes, cum ventriculi vitio & ciborum faſtidio. Evadebant quidam maniaci, quidam muti. Venæ ſectiones, clyſteres, vomitoria, purgantia, nihil profuere, imò noxia. Tollebatur medicamentis ſalinis, *ſpiritu de corde cervi & cinnabari antimonii.* Putabantur dolores illi excitati fuiſſe à vitioſo chylo, in ventriculo prius corrupto: poſt in meſenterio acriore facto, tandem ad glandulas lacteas debito, ubi fortè obſtructio aliqua vel inflammatio, ut *Agricola* apud *Bartholinum* Centur. II. epiſt. 71. prodit.

V. Huc & [46] *Lumborum* [47] *dolores* ſpectant, de quibus vide Coacas, à nobis notis illuſtratas [48] quoad prognoſces.

[39] *Omentum*) Epiploon inſpectum beneficio microcoſpii, apparet ſimile magno ſacco, multis aliis ſaccis minoribus, adipis congeriem continentibus referto: Sunt ibi plura vaſa, quæ poſſint appellari adipoſa, quæque ex membrana iſta exeunt, & per totum corpus expanſa adipem eo deferunt: quemadmodum arteriæ per totum corpus ſanguinem deferunt; Vbicunque adeſt adeps, vel pinguedo, adeſt ſimul copia ſacculorum illorum; quibus pinguedo illa eſt incluſa, inde fit ut in macilentis corporibus, adipis loco nihil præter cutem appareat.

Sacculorum illorum, vaſorumque adipoſorum ſtructura ſatis commonſtrat, Adipem non fieri per accidens ex craſſis vaporibus ſanguinis, ut vulgata eſt ſententia; Neque *uſus* ejus præcipuus eſt fovere calorem, ſed videtur potius conducere ad edulcandam ſalium acrimoniam, quæ ſunt in ſanguine & ſero, Et revera homines macilenti, & quibus abſciſſum eſt Epiploon, plus ſunt obnoxii rheumatiſmis, lienteriis, aliiſque ſimilibus morbis ex humorum acrimonia productis: Pingues autem non ita morbis illis ſunt obnoxii, quando ſcri acrimonia emendatur per mixturam pinguedinis; quemadmodum lixivium acerrimum vires ſuas perdit, quando oleum illi fuerit commixtum. *Ex Actis Philoſophi Angl. 1667. menſis Nov.*

[40] *Omentum per rami ſplenici*) Omentum Græcis Epiploon, membrana eſt, *venas* numeroſas à Porta vena in aſſia ſuperiore *gaſtro epiploicas*, in inferiore *epiploicas* dictas; Arterias ſimiles, à meſenterica & Cœliaca; mite & reticulatim eam cum *pinguedine*, qua copioſe perfuſa eſt, perreptantes, imo & *nervulos* paucos à plexu nervorum coſtalium ſexo paris poſſidens, præter *Glandulas* quibus quandoque donata; *Connexionem* habet cum jecoris lobo, liene, pancreate, atque colo reſpectu alæ ſuperioris; cum fundo ventriculi reſpectu ſuperiore: Numero quidem ſimplex; aſt ſuperius in duas tabulas, *quæ alæ* vocantur; anteriorem ſcilicet ſeu ſuperiorem, Et poſteriorem, ſeu inferiorem quæ dein inferius uniuntur: (Vſus ipſius eſt non ſolum fulcire vaſa, ſed & imo præcipue, inteſtinorum atque ventriculi temperiem conſervando, partium earum operationi commodare. *G. Blaſius.*

Ventriculi & inteſtinorum calorem fovendo coctiones feliciores efficit: Ramum ſplenicum aliaque vaſa ad ventriculum, colon & duodenum euntia fulcit: Ad hæc impuritatem & illuviem hepatis, ſed præcipue lienis ſordes in eo colligi patet ex *Hipp.7.aph.55. & 4. de morbis, de m.m.* nec non ex obſervatione *Riolani, Rouſſeti* aliorumque medicorum. *Diemerbroeck. Anat. lib.1. c.5.*

[41] *In illa precipue parte quæ eſt*) Deſignat cavum illum locum, de quo *Hippocr.aph.54.7.* qui inter diaphragma ac ventriculum reperitur: Enim vero locum hunc, inveni quidem hactenus vacuum, nihilominus tamen amplum, ac ſatis convenientem recipiendis illis

humoribus, quos ibidem coacervari cum H. ab Aquapendente ſtatuit Anatomicorum cohors; quæ colluvies inibi collecta, ſive à capite ac ventriculo, ſive à jecinore, liene ac inteſtino Colo, quo minus deorſum pube tenus deſcendat impedit manifeſte Omentum membrana ſua, receptaculum hoc, quaſi velamento, omni ex parte ambiens, relicto tamen hiatu per quem ingrediatur commode vena ſine pari, quæ attenuatam pituitam exſugit, & delatam per glandulas renibus impoſita cum urina deinceps expellit; uti hujus loci flatus diſſipantur per inſenſibilem tranſpirationem, niſi forte craſſiores à frigore redditi excitent fluctuantes illos rugitus, quorum beneficio videas ἐγγαστρίμυθους, ad inſtar Pythiarum ex ventre loqui. *Tulpius lib. 4. Obſerv. cap. 28.*

Hanc cavitatem aliquando in vetula deprehendi, quæ procidentia ventriculi laboraverat, qui ad regionem uſque veſicæ devolutus erat; Manum in illam immiſi quam cœnoſam & lutulentam eduxi; Chirurgus manipulam fæculentam materiam inde depromebat, Aliquot ante dictum annis ab Aſcite per paracenteſin abdominis liberata fuerat, inſtituente eodem Chirurgo, cui nomen, *Baily.*

42. *Acidularum potu*) Si nativæ deficiant, Tincturæ & ſpiritus Martiales, & Acidulæ artificiales æquare priores poſſunt; Et artificiales quidem vitriolum, vel ſulphur reſolutum in ſtagma acidum & marte alteratum præbent; ut *ſpiritus vitrioli* cum *vitriolo martis* alteratus, facta ſolutione facile hinc diluendus, ut alia non memoremus; Sic & *elyſſus antimonii ſulphuratus* (vide *Schroderum pag. 440.*) eas optime exprimit, modo non ſulphur minus bonæ notæ ſubamaricantem & nauſeabundam ipſi affricuerit qualitatem, unde conſultius eſt ſulphur ſtillatitium purius, vel cryſtallinum, ſtatim ſuum, ana ad antimonium & nitrum recipere: Laxant hæc alvum, unaque vias ſudoris & urinæ expediunt; *Wedelius A. m. m. p. 281.*

43. *Si putreſcat vel abſceſſum*) Cum Omentum pars mollis ſit & adipoſa, & recipiendis humoribus aliunde confluentibus propter laxitatem maxime idonea, pluribus etiam morbis, non minus ac meſenterium atque pancreas obnoxium eſt, qui tamen ab authoribus non deſcribuntur, quia vix ac ne vix quidem in viventibus diſcerni queunt; Sic narrat Veſalius ſe in diſſecto cadavere *Omentum* vidiſſe adeo *tumefactum* ut quinque librarum pondus æquaret, cum naturaliter ſeſe habens vix libræ ſemis pondus excedat: *Rouſſetus l. de Partu cæſ.* refert in aperto cadavere insignem *abſceſſum* in omento fuiſſe repertum; *Riolanus* in *Anthrop.* ſe Omentum adoleſcentis 19. annor. vidiſſe multis glandulis refertum, quibus inſignem humorum illuviem exceperat, meſenterio & pancreate ex abſceſſu putrefactis, & liene valde imminuto ac fere conſumpto;

Nos in Canonico Omentum vidimus *ſcirrhoſum*, totam hypogaſtrii regionem occupans, & quatuor digitorum tranſverſorum craſſitudinem æquans, Ille autem tumor Lienis colorem referebat; ut veriſimile fuerit humorem melancholicum à liene in eam partem transfuſum & cumulatum fuiſſe, Cum æger temperamento valde melancholico donatus fuiſſet, & via patentiſſima ſit per ſplenicos ramos à liene ad Omentum; per quos etiam ramos in hydrope non raro (ut docuit *Hippocrat.*) aqua fertur à liene ad Omentum, à quo in cavitatem abdominis ſenſim exſtillat.

Cum autem Omenti Tumores, à Meſenterii tumoribus nulla arte diſtingui valeant, ideo certa iſtorum *diagnoſis* ſtatui non poteſt: Verum quidem eſt Tumores Omenti primo contactu facilius percipi, cum peritonæo immediate ſubjectum ſit, meſenterium vero profundiorem obtineat ſitum; ſed Tumores meſenterii graviores ad peritonæum aſcenduat, imo vero cum eo, & muſculis epigaſtrii, ita interdum uniuntur, ut ſuppuratione facta per umbilicum, aut partes alias externas, expurgentur. *Riverius*

Omento, ejuſq; Glandulis varii affectus p. n. accidunt, Quia vero utriuſq; vitia ejuſdem fere conditionis ſunt, & à communi plerumque cauſa, obſtructione ſcil. pariter dependent, utraque ſub illis Omenti comprehenduntur: Hic autem modò in *magnam molem excreſcit*, modò è contra *extenuatur*, modo *friabile* & quaſi putridum redditur, denique interdum *loco movetur*: *Aucta moles* ut & diminuta, cernitur facta comparatione ad medium ejuſdem pondus: pendet autem in homine ſano circiter ſemilibram, quam ſi exceſſerit, vel obſtructioni vel pinguedini congeſtæ, vel glandulis adventitus hic ſuccreſcentibus tribuendum eſt.

Excreſcit vero nonnunquam ad quinque librarum pondo, quo caſu, ut *Veſalius* obſervavit, *ventriculum deorſum detrahens, Singultus lethales parit*, cui tamen haud facile aſſentior, quia pondus quodcunque fuerit Omenti, non tam ventriculum quam abdominis muſculos gravat.

Omentum totum *carnoſum* obſervavit *Bartholinus* quo dato, vix fieri poteſt, quin una augeatur ejuſdem pondus: An vero caro illa mediante nuda obſtructione congeſta fuerit, an potius ſimul ex glanduloſa materia formata conſtiterit; ex hiſtoria ejus non liquet.

Ego vero vidi *Omentum carnoſum*, ſeu potius glanduloſum, ſemipollicari craſſitie, è virgine cachectica, 19. annos nata exſectum: illa per tres menſes ante obitum diarrhœa lenta per vices recurrente, unaque frequenti materiæ porraceæ vomitu laborabat: pulſus erat languidus, urina pauca & incenſa, abdomen circa regionem umbilicalem duriuſculum & ſubtumidum apparebat, decubitum in latus dextrum moleſte ferebat: paulo poſt tuſſicula ſpirandi difficultate, febricula cum linguæ ariditate infeſtabatur: Medicamentis deoppilativis exhibitis levamen aliquoties ſentiebat; Sed omiſſis remediis, & morbo ſubinde recrudeſcente, viribuſque ſenſim fractis, macie demum confecta fatis conceſſit: verum per tres dies ante mortem alvus adſtricta, & urina per diem integrum ſuppreſſa erat.

Rarius contingit *Omentum extenuari*, verum aliquando in corporibus macris, & præſertim hypochondriacis ejus pinguedo magna ex parte abſumitur.

In Scorbuticis vero admodum friabile redditur & nonnunquam lacerum evadit.

Porro aliquando evenit, ut Omentum de ſua ſede detrabetur, nimirum in ſcrotum deſcendat, ut in Epiplocele, vel per umbilicum ruptum protuberet, ut in Omphalocele: De quibus *Columbus* ſic ſcribit *libr. 15. Conſpicatus ſum Omentum peritoneo, necnon abdominis muſculis adnexum: Præterea Omenti ſelibram extra umbilicum, & in ſcroto Omenti libram & amplius.*

Quod ad cauſas attinet cur aliquando copioſæ in hac membrana glandulæ p. n. generentur, non alia ratio reddi poteſt, quam quæ ad glandulas adventitias ſpectat, de quibus ſuo loco. *Warthon Adenogr. cap. 12.*

Nonnunquam in ſanis obeſis & ventriculi copioſiſſima pinguedine ſuffunditur, magnumque pondus

adquirit

adquirit. Io multia infra umbilici regionem vix protenditur, in quibuſdam ulterius demiſſum ad veſicam uſque pertingit, & nonnunquam uteri compreſſione mulieribus ſterilitatem inducit (rariſſime uteri fundo adnaſcitur) *Diemerbroeck Anat.l. 1.c.5.*

Omentum ſuos patitur morbos, *Similares, organicos, & communes.* Nam *intemperie* laborat inde *inflammatur*, ſed raro, frequentius *abſceſſum* patitur, quia, ſordium hepatis & lienis conceptaculum. Interdum *augetur in magnam molem ex pituita ibi collecta*, nec facile hic tumor diſcutitur remediis internis & externis: Si mollis appareat, procuranda ſuppuratio, quæ raro feliciter ſuccedit, etiamſi mature pars aperiatur cauſtico. Interdum *aqua Hydropicorum in cavitate omenti concluditur ex Hippocr. aphoriſmo* & deterior hic Aſcites quam ſi aqua fluitaret intra abdomen, quia facilius reſorbetur à venis meſenterii, vel à liene ſpongioſo, modo partes iſtæ fuerint irritatæ ortagogis, procidit prius libertate meatuum procidit Omentum in inguen vel ſcrotum &c.

Ex illa decurtatione Omenti non deterior aut imbecillior redditur prima concoctio, ſive non pejus coquit ventriculus, quamvis id proditum à *Galeno*, quia Omentum non tegit ventriculum, ſed tantum fundo annectitur, vel ſuſpenditur. *Riolanus Ench. p.m.100.*

41. *Si putreſcat vel abſceſſum patiatur*) Sequentes affectus Omenti enumerat *G. Blaſius*, Putredinem, Gangrænam, aut ſyderationem, Intemperiem variam, Magnitudinem auctam, Situm mutatum, Connexionem vitiatam, Vulnua aut Ruptionem.

Putredo, Gangræna.

Putredinem, Gangrænam, imo omnimodam ſyderationem, in Omento quandoque notamus, præcipue ubi vulnerato abdomine aëri magis exponitur, ſive in ventre adhuc permanſerit, ſive extra vulnus propenderit; Extra enim eum caſum ut rariores ſunt hi affectus, ita & cognitu curatuque impoſſibiles. *Curabiles* ſunt hi affectus rariſſime, illico hominem interficiunt ſanguine corrupto. Curatio nihil ſingulare habet: Iniicienda ſi poſſibile ea quæ putredini aut gangrænæ reſiſtunt; quæ ſi non proſint, aut ita adhiberi non poſſint, illud quod corruptum eſt, ni alia impediant, auferendum.

Intemperies varia.

Ut omnes aliæ partes, ita & hæc, Intemperie varia affligitur; Calida, frigida, duritie, mollitie, &c. Quarum omnium cauſam *Sanguinem* eſſe varie diſpoſitum, ſæpe omnino intra alam duplicem, ſeroſus præſertim cum eſt, aut flatulentus; contentum patet, Et diſſectiones hic non minus quam in aliis moltis partibus, errores Medicorum detegentes, patefaciunt: *Signa* ſi quid & hic valent, eadem ſunt quæ in aliis partibus ſimiliter diſpoſitis &c. Extenuationem, hydropem, ſimiliaque ſæpe producunt, &c.

Magnitudo Aucta.

Augetur nimium cum vel pingue nimia evadit, vel inflammatur œdematoſum, hydropicum, ſcirrhoſum, aut abſceſſum patitur. Certis *Signis* cognoſcere hos affectus haud licet, dolor enim, intumeſcentia, durities ventris, puris evacuatio per alvum, ſterilitas, non magis hujus quam alterius partis ſignificant læſionem: Hinc etiam *Prognoſis* atque *Curatio* valde dubiæ hic ſunt, Et ſi quidem externe calor, dolor, tumor, durities, & quæ ſunt ejus generis ſe exhibuerint, conjectura æque ad Omentum æque ac alias partes ipſi vicinas Medicum deducit, adeoque & interne & præcipue externe ea conveniunt quæ Tumoris cauſam, & antecedentem & continentem auferre valent.

Magnitudo Imminuta.

Extabeſcit quoque non raro pinguedinis nulla nota ſuperſtite; Cauſa eſt vel ſanguinis defectus, vel ejuſdem caliditas excedens ac ſæpe putredo, acrimonia aut ſimile 10 qualitatibus vitium. *Signis* nec & hoc vitium certis cognoſcitur, aliquod frigiditas ventris, coctioniſque ac diſtributionia chyli atque excrementorum immiöutio, exhibent, aſt incerte valde, (*Si adipis conficiendi poteſtas recte illi aſſignatur, Vide* ſupra §. 1. Omentum, *totius corporis macies ſuſpectum illius vitium in magnitudine imminuta facere poteſt*) Progoſis ea propter hic quoque, ſimiliter ac *Curatio*, admodum dubia; Conveniens tamen ubi ſigna dicta ſe offerunt, Cauſarum enarratarum habere exactam rationem, Ipſi quoque ventri externia integumentis, linimentia, emplaſtris ſimilibuſque calorem internum conſervantibus atque augentibus proſpicere.

Situs mutatus.

Loco alieno quandoque detinetur Omentum ſecundum ſui maximam aut aliquam partem, ſive ille ſit in ventre ipſo, ſive extra eum: In ventre manens ſitum mutat cum in unum aut alterum latus, præſertim ſiniſtrum, aut etiam ſub ventriculi fundo ſupra inteſtina recumbit: *Extra ventrem* fertur dum ad anguina prolabitur, aut deorſum magis ad ſcrotum atque teſtes Herniam conſtituit, *Epiplocelen* dictam, vel etiam omnino extra abdomen vulneratum: *Cauſa* varia pro diverſitate vitii ſub ventriculo, aut circa lienem, in cavitate triquetra, quod abſcondatur, ſi vitium nativum non fuerit, viſcerum inferiorum, uteri maxime ac inteſtinorum preſſioni indecenti debetur: *Signa herniæ* hujus loci non ſunt, *Vulneris* nulla neceſſaria; *Situs ad ſuperiora* dari non poſſunt, niſi ventris frigiditas & chylificatio læſa talia habeantur, quæ valde dubia hic ſunt: *Magnum* omnino malum ob chylificationis læſionem &c. Extra abdomen prominula pars Omenti auferenda eſt, ſi putreſcere inceperit; alias nullo modo vulnerata illico in ventriculum detrudenda. Circa *Lienem & ventriculum* recumbens, ut cognoſci nequit, ita ne curationem aliquam admittit.

Connexio vitiata.

Adhæret quidem & quandoque partibus externis, peritonæo ſcilicet & partibus abdominis, imo oſſibus pubis, ſive à prima generatione ita ſit, ſive poſt per ulcera, aut ſimilem alium caſum evenerit; Aſt ut impoſſibile eſt Medico tale vitium certis ſignis cognoſcere, ita & certis mediis emendare.

Vulnus aut Ruptura.

Cauſas *illud* externas ſemper habet *hæc*, modo illas violenta nempe, ut ictus, caſus, calcitratio, &c. modo internas, *Humores* ſcilicet, ſeroſos maxime, intra duplicem ejus tunicam collectos: Signa *illius* ſuperfluum eſt exhibere, *Hujus* vix ſunt, præter *Cauſas*, alia, quam dolor circa locum læſum, qui tamen & aliis partibus proprius, Malum quidem utrumque grave, aſt ubi ſanguinis effluxus nimius, gravius, imo malignum fere chronicum: *Curatio Rupturæ* nulla, cum eo deveniire non detur, & nullus eam adeſſe firmiter aſſerere valeat. *Vulnus* exigit ſolum læſæ partis filo ſerico conſtrictionem, & hinc filum infra filum reſectionem, aſperſo pulvere conglutinante, *Blaſius Therap ſpec. Sect. 6.*

44. *Curatio eſt fruſtranea*) Diagnoſis difficultas curationi non officit, quandoquidem omnibus tumoribus ejuſdem ſpeciei, ventris inferioris partes occupantibus, eadem adhibetur medela, Quæ tamen in Omento infelicius ſuccedit, cum non habeat vias ita idoneas ſicuti reliquæ partes per, quas expurgari valeat. *Riverius.*

45. *Huc ſpectat morbus ille &c.*) Hiſtoria integra ſic habet, Nuper hic in Anglia novus iterum morbus exortus eſt, ubi ægri in lumbis, ac præcipue ubi receptaculum (ſeu glandulæ lacteæ) ſitum eſt, ingentes dolores percipiunt, deinde etiam in meſenterio (ubi in nonnullis ſentitur) dolor vehemens percipitur; accidit ventriculus vitioſus & cibi faſtidium: Nonnulli ægri etiam mania laborant, nonnullis loquela deficit.

Quæ cauſa ſit vera hujus mali, hactenus ignoratur; Medici interim curam inſtituunt, alii per v. ſ. & clyſteres; alii per vomitoria & purgantia: Alii dicunt malum eſſe in Renibus, & tanquam calculoſos ſanare ægros contendunt, Alii conjiciunt tumorem eſſe in Hepate, alii in utero, (in fœminis) Alii in ventriculo, Alii dicunt ægros laborare amore inſano, quia maniaci reperiuntur.

Verum enim vero omnes ægros, quos ego vidi tali morbo laborare, majores perceperunt dolores ex V. S. & clyſteribus, vomitoriis, purgantibus &c. multi etiam ad inferos diſceſſerunt; Solus D. *Klodius*, inſignis Chymicus, ſtatim conjecit dolores hos oboriri à vitioſo chylo, corrupto prius in ventriculo, poſtmodum in meſenterio acriori facto, tandemque ad glandulas lacteas delato, ubi forte inflammatio quædam, aut obſtructio locum; Enim vero adhibitis medicamentis in quibus multum ſalis reperitur (ut pote *ſpiritus de c. c. & cinnabari antimon.*) de facto ægri levamina perceperunt, & tertio aut quarto die convaluerunt; Ex D. *Klodii* ægris nedum unicus qui tali morbo laboraverit, mortuus eſt, aliàs cadaver mortuum aperuiſſem.

46. *Lumborum*) Inteſtinis revulſis ſpectare licet Lumbos muſculis opertos, tam intus quam foris, & diaphragmatia carnoſas portiones uſque ad os ſacrum protenſas; ac truncum venæ cavæ deſcendentem, ſimulque aortam, præterea geminos renes: Et ſi in memoriam revoces adhæſionem meſenterii ad lumbos & obſervaveris lũbares venas, à trunco venæ cavæ productas, & arterias ex aorta, utraſque in foramina vertebrarum inſinuatas uſque ad ſpinalem medullam, lux dicendis afferetur. *Riolanus Ench. lib. 2. cap. 37.*

47. *Lumborum dolores*) Eos qui in febribus accidunt, ortum trahere ait *Sylvius de le Boe* à Bile ſuccoque Pancreatico acrioribus, in tenui inteſtino, adeoque in regione Lumbari confluente, vitioſe ſimul effervescente, atque poſt pituitæ abraſionem, partialem ſaltem, ipſum inteſtinum mordicante, rodente atque dolorem multifarium, alias cum frigoris, alias cum caloris ſenſu, alias cum roſione, alias alvum producente.

47. *Lumborum dolores*) Iſte dolor appellatur apud Græc. ὀσφυαλγία, ὀσφὺς enim lumbares vertebras potius denotat, quam os ſacrum, quamvis etiam interdum os iſtud comprehendat, Latinis dicitur *Lumbago*, & qui ex dolore lumborum imbecillus dicitur, *Elumbis*, vel *Elumbatus* nominatur, Gallis *Erené*, quaſi *ex rene* laboraret, quia renes ipſis lumbis inſtrati ſunt; atque ubi dolor ex ſpaſmate aut divulſione fibrarum contingit, vulgo habere dicitur *Renes diſtractos*, *Les reins entr'ouverts.*

Si enematis Lumborum dolor ſedatus fuerit, evacuatis humoribus in inteſtinis; vel meſenterio concluſis, vulgo dicunt habere Renes valde exoneratos, *Les Reins fort déchargés* (Eadem phraſi utuntur Galli, ſi quis Venerem generoſe exercuerit.)

Ut autem perſpicua ſit & bene diſpoſita noſtra diaſcepſis, neceſſe eſt prius diſtinguere partes Lumbos conſtituentes, quæ doloribus afficiuntur; Et partes vicinas, quæ tanquam cauſæ efficientes iſtis doloribus occaſionem præbent, non neglectis partibus remotis, Deinde cauſas tam externas quam internas dolorum communes Inveſtigabis, atque ut uno verbo dicam, partes *mandantes & excipientes* conſiderare oportebit.

Itaque partes quæ conſtituunt Lumbos, & ſunt ſubjecta dolorum tales numerantur, *Cutis* cum *panniculo carnoſo*, *Muſculi oſſibus quinque vertebratis* tam foris quam intus ſupertenſi, cum *oſſe ſacro*, Intra vertebrarum cavitates, *ſpinalis medulla cum ſuis membranis & numeroſa nervorum ſobole* ſtipata: dein *ligamenta membranoſa* vertebras inter ſe nectentia: Præterea obſervanda *ſpinalis medulla* in lumbis, innumeris filamentis diſcerpta, inſtar caudæ equinæ, atque ſpinæ totius motum fieri in lumbis, per articulationem primæ vertebræ lumbaris cum ultima dorſali.

Partes vero vicinæ, quæ lædere poſſunt Lumbos jure viciniæ, vel gravitate ſua, vel per depoſitionem materiæ, ſunt Meſenterium lumbis adnexum, Pars inferior Coli inteſtini, Renes bini ſ lumbis contigui, & adhærentes, per membranam ſuam adipoſam; Venæ cavæ & Aortæ trunci lumbis inſtrati, & vaſa ab iis enata, quæ in muſculos lumbares & ſpinam traducuntur, cujuſmodi ſunt Lumbares venæ & arteriæ, quin etiam hæmorrhoidales venæ (& arteriæ) quæ ſecundum longitudinem lumborum deſcendunt ad podicem, ut & vaſa ſpermatica ſeminali humore turgentia, quæ in progreſſu ſuo ramulos Lumbis impertiunt; In mulieribus uterus cum ſuis ligamentis & teſticulis Lumbis nocere poteſt, ſed magis in muliere gravida, ob pondus uteri & fœtus: Venæ & arteriæ iliacorum ramorum, quæ per os ſacrum diſſeminantur, vexare poſſunt Lumbos.

Remotæ partes ſunt Jecur, per venam portam, & meſenterium, caput dum ſe exonerat in ſpinalem medullam, ex *Hippocrat. l. de Gland.* hic humor per cavitatem ſpinalis medullæ deſcendit uſque ad lumbos, nec ultra poteſt facile pervadere ob diviſionem ſpinalis medullæ in myriades filamentorum.

Sunt præterea notandæ *cauſæ dolorum communes*, quæ reperiuntur frequenter in doloribus Lumborum, ut rheumatiſmi humorum interni & externi per venas; aut intercutem humorem è capite delabentem; inter muſculos & panniculum carnoſum.

Sæpius propagines venæ cavæ & aortæ arteriæ portionem æſtuantis & exuperantis ſanguinis ex canalibus majoribus deferunt in Lumbos, quos afficiunt, vel in muſculoſis partibus, vel in membranoſis, vel in ſpinali medulla, unde paralyſis poſt colicum dolorem, vel *Arthritis quæ in colicam* degenerat, & viciſſim Colicus in Iſchiadem mutatur: Præterea abſceſſus externi Renum, & affectus Coli inteſtini, diſtenti vel exulcerati, Lumbis communicantur; Intus & foris in Lumbis formari poſſunt tumores, abſceſſus, & ulcera, quin etiam Lumbi diſtorquentur à fluxione vel tuberculo; A ſpaſmate divulſionem fibrarum patiuntur; Sæpe dolores Lumborum excitant externæ cauſæ, ut lapſus in dorſum, percuſſio à corpore gravi contundente.

Cæterum quæ ſymptomata creduntur orta à partibus lumbaribus, non ab illis quæ Lumbos conſtituunt, emanant, ſed à partibus vicinis, quæ lumbis inſtratæ dolorem excitant, & ſuos humores transferunt in alias partes; lento gradu vel celeri per venas & arterias quales ſunt vena cava & arteria aorta, venæ hæmorrhoidales. venæ meſaraicæ, ex *Galeno*, *Riolanus Enchir. lib. cap.*

Lumborum Diſtenſio Seroſa.

Uxorem N. ſæpe numero male habuit, *Seroſa Lumborum Diſtenſio*, orta ex tenui deſtillatione à capite, per longi-

longitudinem Dorſi, verſus lienis regionem confertim deſcendente: quo loci biduum, triduumve plerumque ſubſiſtens, inveniebat tandem viam exonerandi ſe à renibus per tenuem crudamque urinam affatim emictani. Quam *Lumborum diſtenſionem*, à Medicis hactenus prætermiſſam, equidem etiam in aliis memini me non raro animadvertiſſe, quibus vel *rad. Jalapæ* ʒi. vel per *diagrid.* gr. xv. *ac cremor tart.* dolorificam hanc diſtenſionem brevi vidimus ſublatam; adapertis proculdubio capillaribus oſculis venæ ſine pari, quæ uti pus ex thorace, & ſecundum aphor. *Hippocr. 54. 7.* pituitam expurgatum, ut ex cavo illo loco qui inter diaphragma ac ventriculum reperitur, ſic etiam ſeroſos hoſce humores à lumbis per veſicam expellit, *Tulpius lib. 4. obſervat. 28.*

Sed æque dubia eſt ſcaturigo hujus humoris, quam cerebro *Tulpius* aſſignat, Ac viæ per quas illabitur: & elabitur cognitis antem lymphaticis vaſis & ſanguinis circulatione, expedita magis res eſt.

48. *Quoad Prognoſes*) Ex præmiſſis facile eſt explicare locos apud *Hippocratem* obſcuros de Lumborum doloribus. in Coacis; Lombarium ſymptomatum duo conſtituuntur genera, *Alia* in Lumbis conſiſtunt, *Alia* à Lumbis emanant, utraque δεινὰ ab *Hippocrate* judicantur, Abſolute pronuntiavit in Coacis, *Quibus Lumborum dolor, hi peſſimo loco ſunt*, Et eodem loco, *Qui ex dolore dorſi oriuntur morbi, ſunt difficiles*; Certum eſt, ſi inchoantibus morbis dolor Lumborum adſit, cum gravitate & ſebres ſanguinem intra vaſa majora, quæ per Dorſum & Lumbos feruntur, ſervidum vel copioſum contineri, qui magis accenſus, niſi mature provideatur, poteſt rapi in cerebrum, vel in pulmones, unde graves conſequerentur affectus.

Lumborum dolores in febribus acutis malignis, vel aliis, initio morborum ſunt ſuſpecti, Significant enim æſtum ſanguinis, & orgaſmum intra vaſa majora, quod valde metuendum niſi mature ſuccurratur liberali venæ ſectione, potiſſimum è pedibus celebrata ad avertendam anadromen ſanguinis ad partes ſuperiores thoracicas, ubi varia ſymptomata procrearet terrifica & lethalia: Propterea ſuſpectos habere oportet dolores Lumborum in febribus perſeverantes, etiam ſi eductus fuerit ſanguis multoties, quia in alvina regione profundiſſime deliteſcunt humores, qui impetum aliquem facere poſſunt, niſi diligenter fuerint expurgati. *Riolanus l. c.* vide plura in *Coacis* & commentatoribus.

Curatio.

Ad Curationem ejuſmodi *Dolorum Lumbarium* *Hippocrat.* ſecabat venas poplitis, vel pedis internas: Hinc in Coacis, *Dolorifica in lumbis mala ſanguiſica. Et quæ ex Lumborum dolore cientur hæmorrhagiæ, largæ ſunt & copioſæ.*

Purgatio non eſt omittenda, ut ſentina alvinæ regionis ſaburratæ eluatur, & funditus eruatur, ex *aph. 26. 4.* Quamvis *Hippocrates* ſcripſerit, *Lumborum querulos profuſionem habere alvum*, neceſſitatem purgationis non adimit.

Hæmorrhoidum fluxus, ut renibus ſic quoque Lumborum doloribus prodeſt, ideoque provocandus.

Lumborum dolor pervicax abſque calore, & inflammatoria diſpoſitione, niſi fomentis diſcutiatur poſt venæ ſectionem & purgationem ſæpius repetitas, *Cucurbitulis cruentis, Veſicantibus* admotis humor exhauriendus, Vel aperta cute *cauſtico* in utroque ſpinæ latere appreſſo, Quinetiam *Balneo aquæ dulcis tepentis*, herbis medicatu, vel *aquarum thermalium* inſeſſu cum *ſtillicidio* aquæ ſuperne delabentis ſupra partem affectam: Sunt enim dolores Lumborum vehementiores & contumaciores ſi intra muſculos contineatur materia ſeroſa, uſque ad vertebras, atque deteriores & curatu difficiliores ſi ad ſpinalem medullam perveniat. *Riolanus.*

Diæta.

Alimenta conveniunt temperamento frig. & humida, corruptioni tamen haud facile obnoxia: Ideo *Hippocrat. 2. de morb. ſerum & lac aſininum* pro anni tempore, nec non cibos molliſſimos ac frigidos, moderate tamen pingues ac dulces, ceu *ptiſanæ ſuccum, betam, cucurbitam, & uvarum expreſſarum coagulum*, in ſimili plane caſu commendabat, acres vero ac ſalſos repudiabat; Neque temere improbanda ex hac ratione erit Medici illius curatio, qui referentibus *Paulo lib. 3. cap. 42. & Avicenna 16. fen. 3. tr. 3. cap. 6.* hoſce dolores jamptidem in comitialem morbum & artuum reſolutionem deſinentes, cibis poteſtate & actu frigidis, licet ἀλόγως curavit; Quod tamen *præmor. recentium*, necnon *uvarum* largiſſimo uſu feliciter eccidiſſe, *Oethæus* l. Obſervat. teſtatur. *Matth. Martini.*

Expedit & quandoque per ſuperiora bilem & acres calidoſque humores *Aqua egelida*, & nonnunquam corpore rite expiato, *Frigida Potu* iterato compeſcere: Vel in qua *Sarmenta vitium* recenoa, ſuccoque nativo prægnantia, mediocriter comminuta, *balnei maris* igne probe ſunt excocta. *Mercatus.*

CAP. XXXIX.

DE EPATIS AFFECTIBVS.

De Epatis morbis.

De Epatis intemperie.

1. MOrbi Epatis ſunt, *Intemperies, Obſtructio, Inflammatio, Scirrhus, Vulnera & Vlcera.*

Intemperies epatis eſt ejuſdem à temperamento naturali propter cauſas externas & internas deflaxio.

Signa 2. ex actionis ipſius læſione, & aliis (de quibus in Differentiis) petuntur.

Cauſa ſunt *vel* non naturales & externæ: *vel* vicinæ partes, ut ventriculus, cor; idque vel per contactum, vel materiæ communicationem: *vel* materiæ ob aliquod epatis vitium, ſive innat

tum, ſive acquiſitum, [1.] in vaſis aut parenchymate collectio.

Curatio pro ratione Differentiarum variat. Remedia interna, quia epat loco profundiore ſitum eſt, efficaciora eſſe debent.

Perficitur Alteratione, & Materiæ peccantis remotione.

Differentiam quod ſpectar, Intemperies eſt quadruplex.

I. Alia [4.] eſt *Calida*, & iſta.

Aut ſimplex, [5.] ſeu *ſine materia*, quæ ex eo.

Cognoſcitur [6.] quod cibi maximéque [7.] carnis faſtidium inſit, ac nihilominus inedia obſit, [8.] ſitis vehemens infeſtet, corpus univerſum maximè [9.] palmæ manuum & pedum caleant, & vel ſimul madeant, vel areſcant, alvus propter humidi ex chylo extractionem ſit ſiccior.

[10.] *Curatur* [11.] Refrigerantibus, [12.] inter quæ præcipua: Radic. *Taraxoci & fragor.* Fol. [13.] *cichorii*, *Endivia*, *Acetoſa*, ſemina, *frigida majora & minora*. Lign. *ſantalinum*. Fructus, *Ceraſa*, *Ribes*, *fraga*.

[14.] Ex compoſitis, [15.] ſyrupi *Corallor. fragor. Acetoſella*; *Citri*, *Cichorii*. Sal *Corallor.* [16.] Pulveres, *diatrium ſantal. diarrhodon. Abbatis*, *diamargaritifrigidi*, *Nitrum vitriolatum* Mynſichti.

Inter [17.] externa, [18.] ſacchar. *ſaturni*, [19.] Cerotum *ſantolinum*, oleum *omphacinum*, Mixtura ex *Aquo Nenuph. hyoſciami*, *flor. liliorum alborum plontag. roſarum rubeor.* ana unc. iſ. *ſalis ſaturni*, *Camphora in S.V. diſſoluta* ana ſcr. j. *ſalis prunella* ſcr. ſ. addito pauculo *Tragacanthi*, compoſita, & dextro hypochondrio applicata &c.

Aut *cum materia*, quæ ex eo.

Cognoſcitur, quod oris amaror, cibi faſtidium, & ſitis vehemens infeſtet, febris aut tertiana intermittens, aut lenta, aut errabunda, qua corpus paulatim exareſcit, moleſta ſit, quod bilis vomitione & dejectione primum tenuis ac pallida, deinde craſſa, verè flava & fœtida prorumpat.

[20.] *Oritur* à bile, ſeu in eo genita, ſeu à veſicula fellea, obſtructione laborante, vel aliunde, tranſmiſſa.

Curatur.

1. *Revulſione* per [21.] venæ in brachio ſectionem, ſcarificationem, vel frictionem, ſi aliunde humores affluunt.

2. [22.] *Alteratione* per cichoracea inprimis, ſi influxere, prodeſtque hic decoctum *radic. cichorii* cum [23.] *paſſul. minor.* in brodio carnis; vel *condit. radic. cichorii.*

3. *Evacuatione*, ſeu per *alvum*, ubi Syrupus *roſor. ſol.* [25.] *Rhabarbar.* & *Tamarindi* locum habent: ſeu per *urinas*, [26.] ubi *ſerum lactis*, *radix gramin. hordeum* obtinent, Sumuntur *ſeri lact. capr.* lb. VI. *ſucci limon. recent.* unc. II. *pomor. redolent.* recentis unc. VI. *Conſ. roſor.* vel *ſacchor. Tobarz.* unc. I. & admoto igne clarificantur. Vide & *liquorem acidum Grulingii* apud Horſtium.

4. [27.] *Epatis* ne plura colligas [28.] *roboratione.*

[29.] Diæta ad frigidum vergat, nimia corporis exercitatio obeſt.

II. [30.] Alia eſt *Frigida*, & iſta.

Aut eſt *ſimplex & ſine materia*, quæ ex eo.

Cognoſcitur, quòd major ſit cibi cupiditas, ſitis nulla, pituitoſa, cruda, & ſæpe liquidiora excernantur, ſanguis generetur aquoſus & crudus.

[31.] *Curatur difficilius*, quod epatis naturæ & [32.] functioni magis repugnet, & [33.] curatur.

[34.] *Alterantibus*, [35.] ex quibus præcipua ſunt, Radices *pimpinella*, *acori veri*, Folia *abſinthii*, *agrimonia*, *centaurii minoris*, *Betonica*, *Capillor. veneris*; *paſſula*, *Caryophylli*, *Nux moſchata*, *Cinnamomum*, *Agallochum*.

Compoſitis tinctura *caſſia lignea Mynſichti*, *Theriaca*, *Mithridatium*, Rotulæ *Aromatica Mynſichti*. Confectio *Rhabarbari Cratonis*, ſpecies *diamargariti calidi.*

Aut *cum materia*, quæ.

Cognoſcitur ex cauſarum ſimilium prægreſſu, faciei & totius corporis colore albo, habitu corporis molli, dejectionibus pituitoſis, gravitate in dextro hypochondrio.

Ortus & *Curatio* intemperies alias ſequuntur. Valet [36.] *Eſſentia Martis*, in vinum malvaticum imprægnata & cum aqua cichorii aſſumpta, cujus præparationem vide apud *Hortmannum.*

III. Alia [37.] eſt *Humida*, quæ.

[38.] *Cognoſcitur ex* pulſu molli, ſanguine aquoſo, excrementis liquidis, urina ſpiceâ.

[39.] *Curatio* fit per ſiccantia.

IV. [40.] Alia *ſicca*, [41.] quæ ſe contrario modo habet, [42.] nec de curatione quicquam ſingulare occurrit.

Compoſita

Compoſita enim plerumque infeſtat. [41] Semina quatuor frigida majora, paſſulæ, ſuccus carnium &c. proſunt.

Morbi Hepatis.

a. *De Hepatis morbis*) Hepatis actio, ex morbis ab eo procedentibus clariſſime innoteſcit: Si *Hepar frigidius*, quacunque de cauſa fuerit, & dictum Lienis ſuccum (vide inferius ubi de Lienis affectibus) per ramum ſplenicum allatum commodè digerere, ac cum admiſto ſanguine venoſo, eique inhærente ſucco ſulphureo, in conveniens fermentum convertere nequeat, tunc nuſquam fit bona fermentatio, Chylus non ſatis coquitur, nec ad fermentationem in corde futuram ſatis bene præparatur; ſanguis venoſus manet crudus, ſeroſus, neque in corde ſatis ſpirituoſus evadit, ſed attenuatur ſolummodo in aqueum vaporem, qui in vaſis & mollibus partibus in liquorem aqueum faceſſit, & totum corpus ſero replens Anaſarcam facit; cui multa ſitis adeſt, ob crudiores ſalſas particulas illi ſero inhærentes, nec ſatis bene ſanguini miſtas, quæ una cum ſuccis è ſalivaribus vaſis defluentibus, ac tunc ſimiliter ſubſalſis, ad fauces & œſophagum delatæ, ſicca vellicatione ſitim continuam faciunt.

Si verò hepar ſit calidius, & hinc debile, tunc è ſanguine ſulphureos & oleaginoſos ſpiritus exhalando, nimia copia eos ſuſcitat, à quibus vis ſubacidi ſucci è liene venientis, multum obtunditur, atque ſic pravum fermentum generatur, quod inflammationis, putredines, febres, alioſque calidos morbos à nimia vitioſa fermentatione ortos in corpore producit, multamque bilis copiam generat: quæ bilis ſi, ob pauci ſucci acidi admiſtionem mitior ſit, tunc cæterum induit; ſi verò acrior fuerit, à multo ſalſo, acidove & acri ſplenetico ſucco cum eo excocto, tunc choleram, diarrhœam bilioſam, dyſenteriam alioſve ſimiles morbos producit.

Hepar obſtructum aut ſcirrhoſum, cum fermenti boni generationem, & diſtributionem convenientem non faciat, etiam plurimarum cruditatum, multorum morborum, à cruditatibus ortorum cauſa eſt. *Diemerbroeck Anat. lib. 1, cap. 16.*

a. *Epatis*) *Hofmanno* in Inſtitut. oculi & aures dolent quoties videre & audire cogitur *Epar*, quoniam gravis in Græco ſpiritus, ſeu aſpirationis character *Hepar* eſſe ſcribendum irrefragabiliter oſtendit.

a. *Hepatis*) Jecoris nomen olim erat ingentis admirationis & venerationis, adſurgebamus ipſi omnes, nunc humidiora occupare videtur ſubſellia, ita tamen, ut non planè nihil ad ſanguificationis opus, ſed aliquod, & quidem non leve conferet ἐπιβάλλον μέρος. Per arterias enim delatum ex corde ſanguinem, non ſolum colat, cribrat, verum etiam depurat; Hoc ſi ritè fiat, omnia bene habent, Sin minùs ſubvertitur œconomiæ ordo, obſtructiones in capillaribus ſuboriuntur vaſis, nec bilis debito modo ſegregatur, ſanguis incaleſcit, hinc dolores, cachexiæ, aurigînoſo corpus fœdatur colore, diluvia microcoſmum mundant aquea, dirùſque ad mortem fatalis enſem ſtringit hydrops. *Rolfincius Epit. cur. p. m. 217.*

1. *Morbi Hepatis ſunt*) Omnis generis morbi in Hepate ſe exhibent, Quoad *ſubſtantiam*, Putreſcere, imò & *gangrænari* & omnino *ſphacelari* aliquando ſectiones cadaverum demonſtrant: *Qualitatum* vitia varii generis ſunt, *Calida maximè & frigida Intemperies*, *Duritieſque* immoderata, *Color* enim alienus, ſimiliaque ut cognoſci, ita & curari hîc nequeant; *Magnitudo* ejus immutatur, cum *phlegmone*, *ſcirrho*, aut inflatione tentatur, Morbis *Situs & Figura* ſubiicitur, *Connexio* non raro vitiatur, *Vulneribus* tentatur, *Ulceribus G. Blaſius Therap. Spec. p. 314.*

Morbi præcipui quibus Hepar, ejuſque appendix, implicari ſolent, ſunt Icterus & Tumor; atque ſub poſteriori hoc plures alii affectus, ſcilicet obſtructio, inflammatio, induratio & ſcirrhus recenſentur, quibus omnibus remedia, vulgo Hepatica, deſtinantur. *Willis.*

2. *Ex actionis ipſius læſione*) Hepar ſanguificationis organum princeps olim conſtitutum, Aliis Colatorium tantum ſanguinis exiſtimatur, illudque inter omnia viſcera ſanguificationi miniſtrantia eſſe principale, quod Bilem ſecernat & generet; Secretio (*inquit Franç. Sylvius Pr. lib. 1. cap. 44.*) ſive Generatio Bilis læditur 1. quando ipſa plus minuſve deficit. 2. quando nimia fit, 3. quando variis modis qualitate vitioſa producitur, *Deficit* plus minus Bilis novæ productio, tum ſanguinis, tum Glanduloſorum acinorum culpa: *Sanguinis*, cum in ipſo deſiderantur partes reparandæ, reſtaurandæque Bili utiles ac neceſſariæ, ipſique implexæ atque complicatæ, adeoque ipſius ſeceſſum impedientes *Glanduloſorum Acinorum vitio* (*Marcellus Malphigius totum Jecur docet multiplicibus conſtare lobulis, qui glanduloſis coagmentatur globulis, ad quos terminantur omnium vaſorum, afferentium & efferentium, venarum Porta atque Cava, Arteria hepatica, Nervorum, Ductuſque bilarii hepatici, quin & radicum ex folliculo fellis propagatarum extrema. Quibus ſuppoſitis, Secretio Bilis expectanda veniet in dictis Acinis glanduloſis, quemadmodum Idem valde probabiliter exiſtimat omnem Depurationem ſecretionemque ſucci ſive excrementitii ſive proficui, e ſanguinis maſſa ſolis glandulis deberi*) Illorum ergo vitio deficiet Bilis, quoties illi ad promovendam ejus ſecretionem minus ſunt apti; qui tales in eundem finem requirantur, nec dum conſtat. II. *Augetur* Bilis à ſanguine, ſecretio ?idem nunc ſanguinis, nunc glanduloſorum acinorum vitio: *Sanguinis*, cum abundat Bili conſtituendæ partibus vald... ...entibus, nec impeditur à contrariis *Glanduloſorum* acinorum vitio, cum vitioſam & copioſæ bili ſeparandæ convenientem diſpoſitionem, ob diætæ vitia primaria diutius continuata novam, vel ſaltem auctam, ſunt adepti, III. *Qualitate vitioſa* producitur Bilis, quoties 1. ſecundum qualitates ſuas ſenſiles proprias, eſt dilutius vel obſcurius *flaveſcens*; *ſapore* magis vel minus amara, *Odore* plus minus acris & fœtens; *Duritie* cum in calculos concreſcit: Vel 2. ſecundum qualitates ſenſiles communes, naturali nunc conſiſtentior eſt, aut fluidior, ac proinde nunc glutinoſior, nunc liquidior, ut copiam mittam.

2. *Actionis ipſius læſione*) Utut ejus hodie dignitas tanta non ſit amplius ut ipſi ſanguificationis, juxta *Galenum*, contra *Hippocratem*, *Platonem & Ariſtotelem*, demandetur provincia eximium tamen & nobiliſſimum viſcus eſt, cujus actiones læſas conſequuntur morbi ſatis moleſti & graves. *Wedelius.*

3. *In vaſis aut parenchymate*) Hepati hepatica debentur, iidem in calida & frigida communiter more aliorum, diviſa ſolemus partiri ſecundum ipſas partes, ad fermentum, ſeu archeum hepatis conſtituendum concurrentes, ut ſic pathologiam complectamur ſimul; quatenus reſpiciunt vel *vaſa* quibus conſertiſſimum eſt hepar, venoſa, arterioſa, lymphatica, choledocha, qui ductus & pori totius parenchymatis hiſce debiti facillime obſtruuntur: Vel *humores*, ſanguinem, lympham, & imprimis bilem; vel villos tonumque fibrarum, & robur acinorum glanduloſorum. *Wedelius. A. m. m. pag. 166.*

4. *Eſt calida*) *Helmontius*, Jecur nonnunquam pro-

propria temperie calore peccare, ſed per accidens illud calidum eſſe ſtatuit, Imo Hepar in ſe cadaver exiſtere ac frigere potius, niſi per ſpiritum vitæ foveatur, adeoq; omnem calorem hepati advenam & exoticum eſſe aſſerit, unde, etiam falſo per refrigerantia ſanationem ſic affecti hepatis tentari voluit; Quomodo autem incaleſcere poſſit hepar, hoc ſimili iſte declarat, Digitus, *inquit*, temperatiſſime ſe habens mox tumet, pulſat, caleſcit & inflammatur, ſi ſpina quæ tam actu quam poteſtate frigida eſt ei infigatur, ita etiam comparatum eſt cum Hepate, quod naturaliter ſe habens temperatum omnino exiſtit, nec unquam calet niſi moleſtam materiam, quæ ipſi inſtar alicujus ſpinæ infeſta eſt, in ſe conceperit; Quemadmodum igitur curatur digitus, ſic inflammatur ſi evellendæ ſpinæ non autem refrigerationi incumbatur, ſic hepar etiam remoto humore peccante, præſertim acri acidoque, vel etiam jam animato, qui non ſecus, imo quandoque acerbus ac ſpina infixa pungit, ſanabitur.

4. *Alia eſt calida*) Hæc in quamplurimis accuſatur, eaque fere congenita & à primis generationis principiis oriunda; quæ cum in latitudine ſanitatis poſita ſit, de ea hic non agimus, ſed tantum de præternaturali & morboſa, quæ hepatis actiones manifeſte lædit. *Riverius.*

5. *Seu ſine materia*) Vtplurimum tamen conjunctam habet materiam, quandoquidem, hæc intemperies calidos ac bilioſos humores producere conſuevit: Hujus *Cauſa* ſunt Aër calidior, exercitationes immodicæ, vigiliæ immoderatæ, ira frequens & alia animi pathemata graviora, præſertim alimenta, vel medicamenta calidiora frequenter aſſumpta, vel aromatis condita, & vinum meracum ac potens largius ſumptum: His accedit partium vicinarum caliditas, ut in febribus vehementioribus, à calore cordis & ipſum hepar incaleſcit. *Riverius.*

6. *Cognoſcitur quod*) Præterea 1. Ex *juvantibus*, quoniam refrigerantia alimenta & medicamenta proſunt. 2. *Ex lædentibus*, quia quæ calefaciunt eidem noxia ſunt. 3. Ex *venis* amplis & tumidis. *Galenus Art.parv. cap.37. Oribaſius 5.ſimpl.cap.50.* 4. Ex *calore totius corporis*, niſi cor obſtiterit, *Galen. & Orib. ib.* 5. Ex *ſanguine* calidiore qui magno impetu è vena ſecta effluit. *Galen. & Oribaſ.* 6. Ex *copia bilis*, quam fervor jecoris producit, *Ibid. Iidem.* 7. Ex prægreſſis *cauſis* calefacientibus. 8. Ex *rubore faciei, gutta roſ. & puſtulis* ſubinde, ſi calor fuerit intenſus. 9. Ex *Oris* & linguæ ſiccitate. 10. Ex *vomitionibus* aut *dejectionibus bilioſis.* 11. Ex *cutis* flavedine. 12. Ex abdominis & hypochondriorum hirſutie. *Galen. & Oribaſ. ibid.* 13. Ex *alvi conſtipatione: Sebiſius mann.pag.1213.* Quod poſtremum ſignum dubium, ſiquidem calentius jecur plurimam bilem generat, quæ clyſter naturalis dicitur.

Signa Sunt caliditatis ſanguinis in genere, & ſpeciatim magis cauſæ ſanguinem in hepate excalefacientes externæ, hinc & calor è regione hepatis; dejectiones bilioſæ, urinæque ſimiles &c. *Blaſius.*

7. *Carnis faſtidium*) Quod corruptionem ejus indicare ait, cum *Fernelio Author Enchir.med. Pract.* maxime ſi vini meraci deſiderium adſit.

8. *Sitis vehemens*) Niſi fortè in pus & fauces aſſidue humor pituitoſus vel à cerebro deſcendat, vel à ventriculo aſcendat, *Enchir. Med.Pr.* Vel vaſa ſalivalia humorem plurimum ſuppeditent.

9. *Palmæ manuum & pedum*) Quod certiſſimum eſt calidi hepatis indicium. *Fr. Ioel.*

Prognoſis.

Calida hepatis intemperies non valde periculoſa eſt, cùm ejus conſtitutioni non ita adverſetur, ſed multorum, non ſolùm hepatis, verùm etiam aliarum partium cauſa eſſe ſolet: Difficilis etiam eſt curationis, præſertim ſi ventriculus frigidus ſit, ut plerumque contingit; illa enim quæ ad hepar refrigerandum exhibentur, ventriculo nocent; & illius intemperiem intendunt. *Riverius.*

Eſt ſæpe deſtillationum cauſa, dum multos humores bilioſos generat, è quibus multi vapores in cerebrum efferuntur, qui à frigore cerebri in aquam vertuntur, materialem catarrhi cauſam. *Enchir.Med. Pract.*

Si ea intemperies ab ortu ſit contracta, nullis remediis tolli poteſt, ſatiſque fuerit, eam, ne actiones hepatis lædat, idoneo victu & medicamentis convenientibus retundere, Adſcititia verò curari in totum poteſt, modò habitum non contraxerit, quod ante curationem examinandum. *Ibidem.*

10. *Curatur*) Curatio omnino conſiſtit in correctione illius intemperiei, per refrigerantia remedia; Et bilioſi humoris, qui ab ea producitur, eamque viciſſim fovet, aliorumque morborum cauſa exiſtit, evacuatione. *Riverius.*

11. *Curatur refrigerantibus*) Ad *Hepatis*, vel etiam *Lienis*, *intemperiem calidam*, quam & ſiccitas ſequi ſolet, antequam in Cachexiam vel Aſciten tranſeat, emendandam, *imbecillitatem*, quæ inde ſequitur corrigendam, & ſi *obſtructiones* aliquæ acceſſerint, ad eas reſerandas remediis utimur intus foriſque, quæ nonnihil refrigerando illud ſimul roborent, hepar præſertim, ne nimium frigidis lædantur; quapropter quæ calid tate aliqua, & levi adſtrictione prædita, illorum vires conſervant, ut *ſpicam, abſinthium* frigidis permiſcemus, & ſi obſtructiones concurrant, aperientia atque abſtergentia.

Alterationis cauſa, in *victu Juſculis* incoquant *endiviam, ſcariolam, cichorium, lactucam, ſonchum*, vel ea cocta comedant, vel iiſdem in acetariis utantur, *Fructibus* veſcantur *acidulis* coctis, vel ſucco ipſorum cibos condiant, vel pro condimentis utantur, ut *ſucco granatorum* acidorum, qui effervescendo vinoſus factus, *Vinum granator.* dicitur, vel *ſucco ribium, berberum, uva agreſta, limon.citriorum*, eo modo urantur.

Potus ordinarius ſit *vinum album*, tenue, dilutum *aqua cocta*, Vel ſi ſumma ſitis urgeat, *Aquam* bibant cui *aceti*, vel *ſucci acidi*, permiſtione vinoſitas quædam vel aciditas concilietur, vel illa vinum temperetur; *Decoctũ rad.cichoreæ* loco Potus uſurpari poteſt, ſolum vel vino miſtum, Sic quoque *decocta rad. acetoſa, filicis & graminis*, per ſe ſola aut vino miſta loco potus uſurpari poſſunt, quæ ſi *ſpiritu ſalis* aut *vitrioli* aliquot guttis affuſis acida reddantur, adhuc gratiora & efficaciora erunt.

Julepus utilis per vices ſumendus.

℞. *Succor.acidor.* unum vel plures *ad quart.j. ſucci endiv* ℥ii. *aceti* ℥i. *aqu.roſar.* unc.ii. *ſacch.q.ſ.coqu.in formam Julapii.*

Camphora tantillum aliqui permiſcent, quæ penetrationis potiùs cauſa, quàm refrigerationis proderit.

Decoctum medicatum ſic fiet

℞. *Endiviæ m.j. acetoſa, lactucæ, polytr.ãã. m.ß. tamarind.* unc.j. *prunor acidor. n°.* xii. *ſemin portul.endiv. cuſcuta ãã.* ℥i. *ſem.frig. maj.* ℥ii. *ſem.berber.* ℨiß. *roſar. violar. ãã. p.i. coqu. in aqua addendo aceti roſ.* unc.ii. *& in colat. adde ſuccum aliquem ex ſupradictis ſacchar.q.ſ.*

His *Rhabarbar.* vel *mannam*, cum laxare animus eſt, addimus.

Syrupi uſitati ſunt *Endivia &c.* *Aqua* hic quoque præcipue ſumuntur ad ſyrupos diluendos, vel alio modo ſumendæ, *endivia, cichor.hepat cuſcuta*, quibus & viſcerum roboris cauſa, *eupatorii, abſinthii*, ſimileſque miſcemus. *Platerus.*

11. *Refrigo-*

11. *Refrigerantibus*) Semper cum refrigerantibus miſcenda ſunt ea quæ hepar roborant, ut hujus tonus conſervetur; Præterea in refrigerando mediocritas eſt adhibenda; eo enim uſque in refrigeratione eſt progrediendum, dum retuſa ſit jecoris caliditas, alioqui calons inſiti jacturam faceret, quam hydrops conſequitur. *Enchir. Med. Pract.*

12. *Inter quæ præcipua*) Ad internum hepatis ardorem præſidium laudatiſſimum, Fidiſſimo experimento compertum habeo, ſummum eſſe auxilium uſum aſſiduum *caſſiæ fiſtularis* adhuc virentis ab arbore extractæ, ſaccharoque conditæ. *Zacutus Pr. A. l. 2. obſ. 46.*

13. *Inter quæ præcipua*) Adde *Rad. cichor. endiviæ, graminis, acetoſæ, plantag. Fol. acetoſella, ſonchi, tarax. portulac. hepat. chondrillæ, ſcariola, lactuc. flores violar. roſar.* Fructus, *berber. granat. acid. Sebiſius.*

13. *Cichoris*) Has ſylveſtri dotes aſſignat *Dom. Panarolus Iatrolog. Pent. 3. obſervat. 47.* Remedium tutiſſimum hepati calido, ſtomachoque frigido conferens, *Cichorium ſylv.* has vires poſſidet, ut in cibis adminiſtratum amaritudine ventriculum roboret, & bilis fervorem compeſcendo hepatis æſtus coerceat, Hoc remedio plurimos ſanatos vidimus.

14. *Ex compoſitis*) Ad Hepatis refrigerium ſequentia utiliſſima ſunt, Ac primùm pro potu ordinario uſurpatur, vel Ptiſana vulgaris ex *hordeo & liquir.* facta, vel addita *graminis* aut *acetoſæ radice*, vel hujuſmodi decocta permiſcentur cum ſyrupo de limonibus, aut *capilli ven.* vel iis qui palato ſunt delicatiori, ſimplex *aqua fontana* cum prædictis ſyrupis permixta exhibetur: quod ſi potentius refrigerandum ſit, addi poſſunt *ſpiritus ſulphuris* aut *vitrioli* q. ſ. ad gratam aciditatem, Et in vehementiori æſtu additur etiam ſalis prunellæ ℈i. Fit etiam ad Sitim potus gratiſſimus ex *conſervar. roſar.* cum aqua fontis permixta & colata, cui adduntur *ſpirit. ſulphur. aut vitrioli guttæ aliquot*, uſque gratam aciditatem, & colorem rubellum vino perſimilem acquirit. Huic ſubſtitui poteſt *Tinctura roſar.* e. g.

℞. *Roſar. rub. ſiccar.* ℥i. *aqu. tepidæ* ℔iii. *ſpirit. vitr. aut ſulph.* ℈iß. *Infundantur per iii. aut iv. horas, Colaturæ adde ſacch. albi quart.* iij.

Ad eoſdem uſus refertur *Julepus Alexandr.* ſic parandus.

℞. *Aqu. fontis* ℔i. *aqu. roſar. ſucci limon. ſacch.* āā. ℥iv. *coqu. lento igne dum deſpumaverint.*

Poſteriora duo remedia uſurpantur, vel pro Potu ordinario, vel forma Julepi bis aut ter in die ſumendi: Varii etiam Julepi hepar refrigerantes præſcribi ſolent. e. g.

℞. *Rad. acetoſ. cichor. gramin oxylap.* āā. ℥i. *fol. endiv. cichor. acetoſ. capill. ven.* āā. *m. j. flor. cichor. bugloſ. borrag.* āā. *p. j. coqu. ad* ℔i. *In colat. diſſolve ſyr. de limon.* ℥iii. *f. Julepus clarus pro iij. dozibus bis in die ſumendis.*

Si magis refrigerare ſtudeas, adde ſingulis dozibus *ſpir. ſulph.* aut *vitrioli q. ſ.* ad gratam aciditatem: Poteſt etiam miſceri, *ſalis prunellæ* ℈i. ad majus refrigerium: In herbarum penuria componantur Julepi ex aquis ſtillatitiis e. g.

℞. *Aquar. endiv. acetoſæ & cichor.* āā. ℥iii. *ſyrup. limon. & granat.* āā. ℥iß *f. Julep. pro iii. dozib.*

Poſſunt etiam parari Julepi ex ſuccis efficaciſſimi & gratiſſimi.

℞. *Succi pomor. redol. rec. extracti, & per reſidentiam depurati* ℥iv. *ſucci limon* ℥iii. *aqu. roſac.* ℥ii. *ſucci malor. granat.* ℥i. *ſacch. albiſſ.* ℔ß. *f. Julep. pro 3. dozibus.*

Juleporum loco Juſcula medicata delicatioribus exhibentur, ex *herbis prædictis cum pullo gallinaceo* parata, quibus ad majus refrigerium *ſalis prunellæ* ℈i. addi poteſt, vel acidula redduntur guttis aliquot *ſpiritus vitrioli. Sanguis cichorii & chamædr.* ad ſanguinem depurandum, obſtructiones reſerandas, & hepar refrigerandum optimus eſt in ſyrupum redactus in hunc modum.

℞. *Aquæ cichor. in* MB. *parata q. v. ſolior. cichor. part. ij. chamædr. part. j. macerentur ſimul & digerantur per triduum in* MB. *poſtea exprimantur; liquori adde nova fol. cichor. & chamædr. digerantur iterum per triduum, deinde exprimantur, & infuſiones illa octies vel decies repetantur; Liquor evadet rubens inſtar ſanguinis, cui adde ſacchari parem quantitatem, & fiat ſyrupus.*

Balneum aquæ tepidæ crebro uſurpatum, corpus refrigerat & humectat multo potentius & utilius quovis alio remedio, in emaciatis præſertim corporibus: Quo in caſu *lac integrum*, & præſertim *aſininum* in plures dies exhiberi poteſt. *Decoctum chinæ* cum *ſucco limon.* paratum confert, præſertim ſi obſtructiones adfuerint. e. g.

℞. *Rad. Chinæ tenuiter inciſæ* ℥i. *aqu. fontis* ℔vi. *ſucci limon.* ℥iii. *macerentur per 24. horas, deinde coqu. ad 3. partis conſumptionem, & colentur per manicam hippocr. capiat* ℥vi. *mane & veſperi, vinumque eo diluatur.* Vide §. *ſeu per urinas.*

Exterius regioni hepatis Epithemata & unguenta refrigerantia admoveantur. Epithemata fiunt ex *aquis acetoſæ, cichorii, roſar. plantag. acetoſa & caphura*, quibus ad robur partis additur *Pulvis triaſant.* Unguenta vero ſunt *roſaceum, refrigerans Galeni, & Ceratum Santalinum.* Riverius.

14. *Ex compoſitis*) Adde *ſyrup. agrimon. abſinth. beton. ſalvia, cortic. citri, cinn. menthæ, ex vino cret. Conſervas agrim. abſinth. beton. ſalvia Species Diacurcumæ, dialacc. aromat. roſat. & caryophyll. diacinnam. dianiſi, diaxyloal.* Extracta *abſynth. agrimon. card. ben. calami aromat. centaur. min.* Externa ſunt, *Olea abſynth. maſtichin. menthæ, nardin. nuc. moſch. Empl. maſtichin.* Sebiſius.

15. *Syrupi*) Adde *Endiviæ, & cichor. ſimpl. & compoſ.* Ex acidis qui *acetum* recipiunt, ut Cachexia receniſitos, *De limon. granator.* Uti & *violar. portulac. nenuph.* addere poſſumus: Item alios ex novo de *ſucco ribium, berberum*, aliiſve ſuccis acidis coctos. *Platerus.*

16. *Pulveres*) Seu *ſpecies*, quæ per ſe aliàs ſumuntur, aliàs in alias formas, *Trochiſc. Tabular. Electuar. Pilul.* rediguntur, ſequentibus modis uſurpari poterunt; quorum hic valde conveniens, etiam in obſtructionibus.

℞. *Santal. rub. & albi* āā. ℈i. *ſantal. citr.* ℨß. *flor. roſ. rubr.* ℨii. *flor. violar.* ℨß. *4. ſemin. frig. maj* ℨß. *ſemin. portul. endiv.* āā. ℨß. *raſ. ebor.* ℈ii. *f. Pulvis* qui cum infuſione *g. tragac. in aq. roſ. vel ſucc. berber. in trochiſc. formetur.*

Si *rhabarb.* addamus, & *campher.* tunc *triaſantali Nicolai* nonnihil reſpondebit. *Trochiſci de Berb.* magis adſtringunt *Pulvis fol. endiv. & cichor.* cum vino frequenter ſumptus probatur, cui *ſemen ſecurîdaca* aliqui addunt, & ad gratiam aliquid *cinnamomi. Tabulæ* ex enarratis pulveribus uſitatis *Diatriaſant.* & *Diarrhod.* factæ præcipuè in uſu ſunt; quæ & ex aliis ſimili ratione parari poſſunt, addita interdum *conſerva flor. cichorii* aliave: Ex *ſucco berberis tabulas* valde jucundas calorem contemperantes ſic parari curamus.

℞. *Succi racemor. berber. maturor.* ℥iii. *ſacchar* ℔i. *aquæ fontis vel endiv. vel roſar. q. ſ. coqu. & redigantur in formam Tabularum.*

Eadem ratione tabulæ *ex ſucco Ribes, granat. limon. citri* factæ idem præſtant, grataeque admodum ſunt,

Electuaria varia ex hiſce conſervis, condituris, pulveribuſque fieri poſſunt.

℞. *Conſerv flor. cichor. & rad cichor. condit.* āā. ℥iß. *conſ. violar. capill. ven. & bugloſſi* āā. unc. ß. *ſem. melon. medulla* ʒiß. *pulv. triumſant.* ʒi. *Cum ſyrup. de acetoſa ſ. ſ. Elect. humidum*; vel illius loco, addito *ſacchara roſar. tabulato*, *Conditum*.

Opiatas aliqui ad hepar refrigerandum, ut *Philonium*, nullo ſucceſſu, cum calida recipiat, exhibent, *Platerus.*

17. *Inter externa*) Extrinſecus applicatis hepatis intemperiem calidam nonnihil refrigerantibus, uti & ſiccitatem humectantibus emendabimus, additis ſemper iis, quæ ne ab illis lædantur levi adſtrictione & proprietate impediunt, uti ſequentia exiſtunt, *Inunctio refrigerans & humectans.*

℞. *Ol. violar. nenuphar. vel Cucurb. vel de ſalicib. lotorum in aceto vel ſucco endiv.* unc. ii. *oleor. cydon. roſar. myrti vel myrtill. aut lentiſc.* āā. unc. i. *ol. maſtichini* unc. i. *ſemin. frigid. min. & aceroſ. flor. roſar.* āā. ʒß. *ſantal. omn.* ʒi. *ſpica* ℈i. *camphora* ℈ß. *Cera q. ſ. f. Unguent.*

Alia magis hepati appropriata.

℞. *Ol. roſac. & violac.* āā. unc. iß. *ol. nenuph. abſinth.* āā. onc. i. *ſuccor. endiv.* unc. iß. *ſucci eupat.* unc. i. *aceto roſac.* ʒvi. *coqu. ad ſuccorum conſumptionem, adde ſantal. rub. & albi* āā. ʒi. *ſem. endiv. portulac.* āā. ʒß. *ſpica nardi* ℈i *cera q. ſ. ſ Ungu. hiſce & campheram* quandoque, vel *troch. de camph.* addunt.

Valet *Ung. roſac.* quod ex *roſis* illarumque *ſucco*, & *ol. amygd d.* paratur, cui opium aliqui addunt, quod cum non refrigeret, eo nomine nihil juvabit, niſi cum durities adeſt, ad eam emolliendam, quod narcotica præſtare docuimus, cæteris permiſceatur. Poſſet & *infrigidans Galeni* adhiberi, addita *ſpica*. *Epithema* applicandum ſic fit.

℞. *Aqu. endiv. vel cichor. hepat.* āā. unc. iii. *aq. violar. vel lactuca vel ſolani, roſar.* āā unc ii. *aqu. abſinth.* unc. i. *aceti roſac. vel vini aciduli*, unc. iß *ſantal. omn.* āā ʒß. *ſpica n.* ℈i. *camphor* ℈ß. miſce. Poſſunt & *ſucci intybac.* addi, item *aq. acetoſa, apii, Cuſcuta, & pulveres ſemin. portulac. endiv. apii, roſar. r. ſpod. & maſtiches* ob ventriculum vicinum.

Fotus ad eaſdem, fit *ex decocto facto in aqua comm. vel ſtillatitia* convenienti, *addito aceto roſac. vel vino*, ex herbis *endiv. cichorei, abſinth. ſemin. iv. frigid. maj. & min.* cui *cyperus*, *ſpica*, *ſchœnanthum*, aliive pulveres induntur: Vel in *ſacculo* hæc cocta, expreſſa applicantur, irrorando prius in *aquis deſtinatis & aceto*: *Portulaca* recens contuſa cum *aqua roſar. & aceto* commode applicatur, cui & *camphora* aliaque addi poſſunt: Vel *Cataplaſma ex farina hordei* vel lentium, inſpiſſatum *ſucco endiviæ*, vel *portulaca*, *oleoque roſaceo* & aliis. *Platerus.*

18. *Saccharum Saturni*) Nihil aliud eſt, quam *Sal aceti* cum portione *Saturni*, ita ut reviviſcat Saturnus, ſi carboni vivo imponatur: Signum bonitatis eſt, ſi Soli vel calori ignis exponas; ſi ſolvatur, non eſt recte paratum, nam coquunt loco digeſtionis: Refrigerat; Externè omnibus inflammationibus ſuccurrit, ut & Eryſipelati; humores acres & rodentes mortificat & obtuſiores reddit: Vel in aquis, vel emplaſtris, vel unguentis permiſcetur, Efficacius agit *Balſamus* ejuſdem qui ſic paratur.

℞. *Sacch. Saturni* unc. i. *ſpir. ſeu olei tereb.* unc. iii. *miſce*, ſtent in digeſtione per vi. dies, donec ſpir. rubicundiſſimo colore tingatur, & ſaccharum totaliter ſolutum ſit, addendo aliquid ſacchari quouſque ſolvere nolit ulterius: Efficacius fiet, ſi ad unc. iv. balſami addantur *camphor.* ʒiv. ut in ea ſolvatur. *Mor'ij ex de mort. Collect. Chym. p. 373. & 374.*

19. *Cerotum Santalinum*) Viſitatum ad hepatis intemperiem; fit ex *Santalis tribus, roſis, ſpodio, bolo, camphora, oleo roſac. & cera.*

20. *Oritur à Bile*) Abundat Bilis producendæ pro partibus ſanguis. 1 *ob Aerem* calidiorem & æſtuantem, *Alimenta* ſpirituoſa & pinguia, præſertim ſale volatili oleoſo abundantia, Condimenta tum aromatica, tum præſertim amareſcentia. *Vigilias* diuturnas, *Iram* frequentem, corporis *motum* vehementem, aut multum, *Alvum adſtrictiorem* bile in corpore retenta; vel *laxiorem*, ipſa exſuperante, exitumque quaquaverſum quærente: Condimenta dulcia & ſaccharata mellitave, non tam videntur mihi augere, quam turbare, atque ad vitioſe effervescendum excitare bilem; unde non raro ipſorum abuſum ſequi ſolet vomitus & alvi fluxus noxius.

Aucta plus minuſve Bilis ſecretio curabitur 1. *Aere* frigidiore ac Boreali, 2. *Alimentis Condimentiſve* auſteris, glutinoſis & parum ſpirituoſis; 3. *Somno* arte aucto, 4. *Animi mœrore* mediocri 5. *corporis quiete* 6. *Alvo laxiori* ſubadſtricta, poſt ſubductam ſubinde Rhabarbaro bilem: Medicamenta hic conducent omnia conſiſtentiam ſanguinis augentia & Auſtera, Terreaque, quo ſpectant omnes terræ pingues & argillatæ, Bolus Armenia, ut & Corallia, margaritæ &c. In quorum uſu cavendum ne in quantitate peccatum adſit, nam danda parva & vicibus repetitis, quod ſic paulatim emendetur bilioſis particulis turgens ſanguis. *Franc. Sylvius Pr. l. 1. cap. 44.*

21. *Per venæ in brachio*) Venæ ſectio in brachio hepar admodum refrigerat, bilioſi ſanguinis portionem educit, & obſtructiones à bile ſolvit; Mittendus ergo eſt quantitate plenitudini ac virium robori reſpondente, vel una vice, vel per intervalla, pro affectus magnitudine & duratione, idque præmiſſo clyſtere, vel medicamento primas vias expurgante. *Riverius.* Perſeverante affectu Hæmorrhoides per hirudines aperientur ſemel aut bis in menſe. *Idem.*

22. *Alteratione per cichoracea præcipuè*) Bilem; *illius cauſam* copioſam & acriorem, mobilem nimis, temperant, refrænant & denſant coarctantque, 1. mediante quidem & per accidens Aperientia, quatenus & abſtergunt, & abſtergendo ad exitum diſponunt eandem, unde hæc ipſa inter refrigerantia, contra *intemperiem calidam* facientia referuntur, etiamſi calida ſint, utpote amaricantia, 2. Purgantia, inprimis cholagoga, omnia ſiquidem Purgantia, eò potiſſimùm gaudent agendi modo, quòd acrimoniam ſuam cum partibus membranoſis communicent, tum maximè cum bile, quæ inde liberiùs effuſa ſtimulat inteſtina, eorumque glandulas in tunica villoſa, ſeu mucoſa poſitùs, confertiſſime reperiundas, unde tantùm Purgantia operantur revera quantùm bilem exſtimulant, unde niſi fluxilitas ſimul adſit, vel à naturâ in corpore ipſo, vel à medicamento, & vehiculo, non planè operantur: Hinc & nimio Purgantium uſu bilem damnoſo cum effectu educi poſſe exemplo confirmat *Moebius fund. Med. Ph. c. 15.*

Per ſe verò & propriè magis id præſtant, *diluentia ſal acre corroſivum, ſulphureum*, aquea, ut aquæ deſtillatæ, *cichor. hepat. nob. antiſcorbut. polychreſta Rolfincii, fragor. hepatica Dornecrell. 1.* Potiones, infuſa, decocta, præſertim ſimul abſtergentia, & vehiculum aperientibus præbentia; Referuntur huc etiam à Practicis 1. *Amara*, per jam dicta, quippe hæc detergunt bilem, & ejus excurſionem ad inteſtinum promovent, unde in febribus intermittentibus ſunt optima; Sic ſpecificum in Ictero eſt *cucurma*, ut vel nomen inde apud Germanos ſortita ſit, quod nempe unicè partibus amaricantibus, acribus, detergentibus polleat; Pertinet huc etiam *Crocus* ipſe ex

parte,

parte, qui in Ictero egregiè prodeſt, ad inertem & viſcidam bilem expediendam. 3. Bilem reſrænant *Acida* in ... *Hepaticum rubrum Dreſdenſe* dictum, qood roborans ſimul eſt, ob *ſantali* acceſſionem, apenens & digerens egregium. (4.) *Terrea & abſorbentia*, quoque motui bilis efferato frenum ponunt, quatenus à terreis, inprimis ſimul mucilaginoſis particulis ſpumeſcentia & fervor contemperatur, maximè verò ſi humores acc tosi ſimul lateant; Hinc cryſtallus mineralis à *Langio lib.3. Ep.4.* & *Vallerıola lib.4. Enar.3.* bilis portaceæ & æruginoſæ propria antidotus vocatur, ſeu in febribus luxuriet & exuperet, ſeu in cholera, & dyſcenteria effrænis ſit. Sic *lapid. cancr. mater perlar.* & alia huc faciunt, Inprimis verò in affectibus hepatis laudatiſſima eſt, *Cinnabaris nativa*, particulis ſulphureis acrimoniam, ſalinam temperans & abſurbens, mercurialibus coagulum & ſæriv reſolvens, utriſque eximie temperans exceſſum omnem: Fœmina primaria dolore dextri hypochondrii, cum ſerpiginibus pruriginoſis & admodum moleſtis conflictata, fruſtra adhibitis aliis, ſolis perfectè curabatur cinnabarinis. Præſtat io ejuſmodi caſibus intimiùs morbi & medicamentorum vires acquirere, quàm in uno Acidi & alkali abſtractivo conceptu acquieſcere. Dantur enim caſus ubi & alkalina & acida utraque proſunt, licèt ſibi contraria, ſed diverſo reſpectu, ut in podagra, calculo, affectu hypochondriaco ipſo, teſtante id abunde experientia; Et hæc laudata conducunt in Ictero, Gutta roſacea, Lepra, Scabie, Phthiſi, Tertiana &c. *Wedelius Am. nn. p.170.*

[22] *Alteratione per cichoracea*) Bilem excedentem teſrænant & temperant, partim aperientia quædam, ut in ſpecie cichoracea; Ubi norandum quædam dici refrigerantia, quæ tamen ſunt calida, exemplo horum ipſorum; quatenus nempe repagula laxant, & ſimul blande abſtergunt; partim Evacuantia cholagoga, Tum per ſe. *Wedelius.*

[23] *Paſſularum*) Hinc *Vinum paſſulatum* hepar proprietate juvare & imbecillum roborare dicitur, quod & gratiam, & colorem, & ſaporem vini dulcis ex parte refert.

℞. *Paſſular min* ℔v. *cinnam conquaſſ.* ℥ij. *impoſitis in dolium affundantur aquæ puræ ferventis menſ. x.* ferventur in obt. rato vaſe, donec effervescant ad oſum: Huic & alia deobſtruentia addi poſſunt, ut radices aliquæ aperientes non ingratæ. *Platerus.*

[24] *Evacuatione ſeu per alvum*) Bilis quæ in hoc temperamento continuò luxuriat, educenda eſt cholagogo benigniori, per intervalla repetito; aut apozemate in plures doſes exhibito, aut ſyrupo magiſtrali, aut etiam *ſyr. de cichor. compoſito quadruplicato rheo*, qui convenientiſſimus eſt, Si quidem innoxiè humores bilioſos expurgat, jecur refrigerat & corroborat, ejuſque obſtructiones aperit. E. g.

℞. *Sennæ mundat. & tamarind.* āā. ℥ß. *ſem. aniſi* ʒj. *fol. cichor. & acetoſ.* āā. m. j. *liquir. raſ.* ʒiij. *flor.* ʒ. *cord.* āā p.ß. *In colat. diſſolve rhabarb. in aqua cichor. cum ſpica infuſi* ʒiß. *cathol. dupl.* ʒiij. *ſyr. roſ.* ℥j. *f. Potio.*

Pro delicatioribus fiunt Potiones clarificatæ, quæ Julepi formam referunt, & guſtui parùm ingratæ. In iis dupla purgantium quantitas præſcribitur, eò quòd de eorum vi clarificatione multùm amittitur, ita ut robuſtiora corpora nunquam ſufficienter evacuent, *In hac potiſſimum regione, quæ ob intemperiem ſiccam, humores minùs fluidos minùſque purgantibus obſequentes educit: At verò Lutetiæ, in aliiſque regionibus multò humidioribus, medicamenta feliciùs operantur*, Earum Potionum hoc ſit exemplum

℞. *Senn. mundat.* ℥j. *ſem. aniſi* ʒj. *fol. cichor. & capillo ven.* āā. m. j. *liquir. raſ.* ʒß. *coqu. ad* ℥x. *In colat. infunde rhabarb. el.* ʒij. *caſſia recens extr. & cathol. dupl.* āā. unc. j. *tamarind. contuſ.* unc. ß. *ſem. coriand.* ʒj. *ſyrup. roſac.* unc. j. *colentur. & clarif. ſ. a.*

Apozema bilem evacuans

℞. *Rad. acetoſ. gramin. cichor. oxylap.* āā. unc. j. *fol. endiv. cichor. dentis leonis, capill. ven.* āā. m. j. *ſem. 4. frigid. major.* āā. ʒiij. *liquir. raſ.* unc. j. *flor. cichor. bugl. viol.* āā. p. 1. *ſenn. mundat.* unc. ij. *tamarind.* onc. j. *macis & caryoph.* āā. ʒj. coqu. *ad quart. v. In colatura diſſolve expreſſionem* ℥ß. *rhabarb. in prædicto decocto cum cinnamom. infuſi, ſyr. de cichor. compoſ. & roſar. ſolut.* āā. ℥ij. *f. Apozema clarif. & aromatiz.* ʒij. *ſantal. citr. pro iv. doſibus matut.*

Syrupus magiſtralis componi poteſt, ex materia prædicti Apozematis, triplicata doſi purgantium, & addita ſacchari quantitate decocto æquali. Uſitatiſſimus apud nos eſt *Syrupus ex ſuccis*, ſummæ efficaciæ ad chronicos omnes morbos, qui à calida hepatis intemperie, & bilis flavæ, aut exuſtæ proventu oriuntur, & ſic paratur.

℞. *Succorum rec. expreſſor. & per reſidentiam depurat. ex fol. endiv. cichor. acetoſa, fumar borrag. & bugl.* ℔iij. *ſucci pomor. redolent. rec. expreſſi & depurati* ℔i. *polypod. qu. rec.* ℔ß. *ſenna mundat.* ℥viij. *epithym.* ℥iij. *agar. r. trochiſc.* unc. ß. *macis & caryophyl.* āā. ʒß. *infundantur & decoqu. ſ. a. donec. colat.* ℔ ß *ſuperſit, In qua diſſolve Rhabarb. el. in prædictis ſuccis cum ſpica infuſi & expreſſi* ℥j. *ſacch. albi* ℔ ß. *Fiat. ſyrup. perfectè coctus, clarificatus & aromatiz.* ʒij. *pulv. elect. triaſant. qui ſervetur in vaſe vitreo, Doſis* unc. ij. *vel* iij. *bis aut ter in menſe cum juſculo pulli. foliis endiv. cichor. & acetoſæ alterato, vel cum ſero lactis,* Riverius.

Seu per alvum (Vide §. alteratio per cichoracea præcipuè.)

[25] *Rhabarbarum*) Affertur Rhabarbari el. radix magna & craſſa, funis veſtigia præferens, ad exſiccandum uſurpati, cortice exteriùs nigricante deraſo ſtriis rubentibus flavedini intertexta, odore ſui generis, ſapore ſubamaricante, cum levi adſtrictione, maſticata ori afferens quaſi particulas glutinoſas, cum terreis confringibilibus remixtas, quod etiam *Septalius* notavit *q. animad. 125.* Ubi confracto eodem ſolis radiis expoſito, aliquid gummoſum & ſplendeſcens ſe vidiſſe ait; Ex his, ſeu textura particularum & effectu, conſtat acrimoniam ſalino-ſulphuream condere rhabarbarum ſub amaritie terrena, & viſcidine lenta, adeoque ob diverſitatem partium, geminum edere effectum, laxantem quidem ſeu purgantem benignum, ratione partium acrium ſalinarum, & adſtringentem, ob commiſtas partes terreas & auſtenuſculas; illas modificantes. Prodeſt hinc, ut *purgans* ſelectum benignum & catholicum generatim ubi laxandum fuerit, etiam per ſe maſticatum, vel in pulvere aſſumptum, neque enim correctione eget, niſi aromatica, *ſchoenanthum*, *ſpicam*, & alia ad meliorem actuationem jungere placeat; ipſis etiam infantibus ad expurgandum meconium, puerperis ad promovenda lochia & purgandum uterum, imo gravidis innoxium & convenientiſſimum, Speciatim vero eſt *Hepaticum & Bilis correctorium* egregium, unde & *anima hepatis* audit, q. d. fel externum, ut & *aloe* commodiſſimum, Bilis enim eſt anima hepatis, modo, quod cum aliis commune habet, & ſeorſim ob ſiccitatem deſiderat, humorem ſuffic enter offendat, ad reſolutionem, nam alias, præſertim in ſubſtantia, minus prodeſt, unde ſunt qui, eo caſu puta, mortem potius hepatis vocent &c. in ſiccioribus in infuſo cum aliis ſpecificis prodeſt. Vacuat igitur irritando, roborat adſtringendo, tonicum laudatiſſimum minori vero doſi alterat; Unde uſi ſumus eodem cum ſucceſſu in vomitu cruento, alvo adſtricta, in hæmoptyſi,

ob indicationes puta convenientes. *Doſis* quidem ordinaria eſt ʒj. quæ ſi ob diffuſiorem molem minùs arrideat, minor dari poteſt, & ſtimulans addi, imprimis etiam *tartarea*; *cremor* vel *cryſtalli tartari*, & *alkalia*, Hæc enim ſunt genuina clavis ad centra ejus reſeranda, unaque experimenti loco ad elementa dignoſcenda; *alkalina* enim *ſunt menſtruum ſulphureorum & aqueorum genuinum*. Imò exinde etiam patet, quare *Crollius* B. C. p. 308. ſcribat levi elixatione vim purgandi amittere, ac parùm ſuſtinere de decoctione, unde in ſyr. de cichorio additur, quando ſyrupus jam mediocriter fuerit coctus: Deceptus fuit exinde, quòd putaverit avolaſſe vim catharticam, exinde quòd ſegnius decoctum eſſet, cùm tamen vis purgans non in volatili parte conſiſtat, cæteroquin *extractum Rhabarb.* planè eſſet iners, quin ne exprompta quidem menſtruo ſolo aqueo. *Wedelius A. m. m. p. 264.*

26. *Ubi ſerum lactis*) *Aquarum* etiam *atramentoſarum* acidarum naturalium, more uſitato ad aliquot ſeptimanas continuatas potus, ad calorem hepatis corrigendum, magnam affert utilitatem, ſi maturè antequam hydrops ingruat hoc fiat; nam ea jam è venis excidente, cùm illius copiam augeat ampliùs, minimè juvabit, ſed potiùs tumorem in hydrope augebit; præſertim, uti tunc fere fit, parùm mingant, interim tamen multùm mingant, quod proin pluribus plurimùm nocuiſſe deprehendimus; unde tutiùs foret, ſi bibones illi, quibus perpetua ſitis calorem hepatis præſagit, etiam antequam cachexia invaderet, vinum temperarent, aquam in potu ordinario, vel per vices, uó & quotannis vel alternis annis biberent. *Platerus.*

27. *Hepatis ne plura colligat roboratione*) Tonum Hepatis & villos; roborant, quæcunque acinos glandoſos firmant, humores verò ſuperfluos lymphaticos, aquoſos amovent, V. g. (1.) leniter ſtyptica, quæ cum partium tenuitate etiam terrea ſunt in receſſu, & adſtringunt aperiendo, & aperiunt adſtringendo, unde hæc ipſa ſunt καθ' ἐξοχὴν hepatica; *ut cinnam. cichor. rhabarb.* hinc anima hepatis dictum, *Santala* omnia, *ſchoenanth. ebur ſine igne præpar. corall. ſpec. triaſant. diarrhod. alb.* quas *diarrhod. hepatis* vocandas cenſet *Heer*: Inprimis vero hanc vicem ſuſtinent *amaricantia*, in quibus natura vices atque operas inſigniter partita eſt; (2.) *Abſorbentia vitriolata*, ut *martialia*, maximè hepatica, icteri, chloroleos, hydropis, ſcorbuti, affectus & melancholiæ hypochondr. unicum remedium; Hinc *martialia* magis in laxis & præhumidis malis conveniunt, abundante vel exundante; & valpeſcente lymphà, quàm ſiccâ intemperie, ubi eadem deficit, præterquam humidâ formâ. (3.) Lympham vel diſcutientia, vel ſuperfluam humiditatem *reſolventia*. Quo loco obiter notandum eſt, impuritates ſanguinis ad exteriora redundantes, inprimis characterem ſuum & fontem nanciſci in hepate, ut lues venerea, ſcabies, lepra quatenus & bilis erodens, & lympha ſpiſſeſcens ibi potiſſimù n reſident & dominantur; Et ex hac ratione, *mercurialia* ſunt hepatica, quippe quæ ſummam habent vim & præcipuam reſolvendi ſerum & lympham, ut fluore recepto æqualiter decurrat, nec gravet partes: Par ratio eſt *antimoniatorum, bezoart. martialis, antimon. diaphor. antimon. mart. cachect. eſſent. antimon.* item *diaphoreticum, ut eſſentia lignor.* decocta eorundem, & ſimilia, Conveniunt hæc tum ſeorſim & ſpeciatim in fluxu hepatico dicto, exceptis mercurialibus, tum in reliquis quoque attendenda veniunt. *Wedelius Am. m. m. p. 172.*

28. *Roboratione*) *Eſſentiam Stanni*, quam proprietates ac virtutes *E. entia Lunaris* æmulari quam proximè *Joh. Pet. Faber* affirmat, certum eſt Hepatis affectus peculiariter ſanare, ejuſque calorem nativum, evacuatis per vias urinarias, ſudores & inſenſibilem tranſpirationem, ex ſanguine excrementitiis ac putrilaginoſis humoribus mirificè adaugere, omnemque corruptionem potenter hinc compeſcere: Valet etiam *Eſſentia mercurialis.* Chr. Langius.

28. *Roboratione*) Per opiatas, Tabellas hepar refrigerantes & roborantes E. g.

℞. *Conſerv. flor. cichor. violar. nymph. & bugl.* āā. ℥j. *pulv. elect. triaſant.* ʒiß. *cum ſyr. limon. fiat opiata, danda frequenter.*

℞. *Tabell. triaſant. duplicato rheo.* unc. iv. *capiat Tabellam unam ponder.* ʒij. *ſingulis diebus, mane, 2. horis ante paſtum.*

Conſerva ex fructu Cynorrhodi, ſeu roſæ caninæ, optimè mundata & cocto cum ſaccharo ad formam cydoniati, hepar potentiſſimè refrigerat, utendo forma opiatæ. *Tinctura corallorum* cum *ſucco limon.* parata, hepar refrigerat & corroborat, ſi ejus cochlearia duo ſingulis diebus exhibeantur, aut ſaltem bis in hebdomada. *Riverius.*

29. *Diæta ad frigidum*) Curatur ea intemperies, victus refrigerante & humectante, conveniunt Juſcula, carnes elixæ, hordeata, nocent ſalſa, piperata, cæpe, porrum, aromatis condita, ut & dulcia, ut ſaccharum & mel: Pro Potu detur Pomaceum ſecundarium, aut primarium aquâ dilutum, cujus ſi non ſit copia, conceditur vinum oligophorum aquâ dilutum, aut vini loco ptiſana, decoctum hordei, aut rad. cichor. aut julep. roſat. diſſolutum in aqua communi. Ex fructibus conveniunt ceraſa acida, mala citria, arantia, & grana acida. *Enchir. Med. Pract.*

29. *Diæta ad frigidum*) In vivendi ratione potiſſimùm, ſibi caveant a *vino generoſo*, à *cibis acribus, aromatiſatis, ſalſis*, Utantur potiùs humectantibus, juſculis, carnibus cujuſmodi in hectica deſcribuntur. Sic forte ſiccitas hæc à calore nata, in viſceribus impreſſa, corrigi poterit, quod ægre fit, ubi jam confirmata ſit. *Platerus.*

29. *Diæta ad frigidum vergat*) Bili acriori temperandæ (*cujus ferax Jecur calidum*) conducit 1. *Aer* ad frigiditatem blandam vergens, non autem aſper ac borealis, à quo irritatur potiùs, quàm ut corrigatur aut temperetur Bilis acrior. 2. *Alimenta* ſubpinguia atque farinæ ſubpingues, *hordeoq;* adeo & *amygd. dulc. emulſiones*, talibus enim leniuntur, obducuntur, obtunduntur que partes bilis acriores, non item ad æſtum majorem producendum, irritantur, exacerbantúrve, quid ſedulò hic cavendum, alterumq; curandum. Húc faciunt Juſcula carnium juniorum animalium, quippe quæ ſubpinguia ſunt, egregiamque continent gelatinam, quæ bilis acrimoniam demulcet obtunditque. *Potus* conducit ſimilis pauculq;, cerevilia tenuis ex hordeo præſertim ſatis cocto; Aut priſanæ ex *Hordeo* mundato, *liquor paſſulis mas.* aut *Emulſiones* dictæ, quorum ope mirum quam egregie corrigatur tempereturque Bilis acrimonia excedens; Confert quoq; *corporis quies, Somnus longior*, quorum reſpectu, quoniam minùs conſumuntur animales ſpiritus, eorum pars ſolito major ad bilē pergit, quam temperat, ejuſq; acrimoniam mitigat. Inter *Animi affectus* conducit, tum hilaritas, tum mœror levis, quoniam in hilaritate functiones omnes obeuntur perfectius, ipſiq; animales ſpiritus & generantur & quaquaverſus pelluntur copioſius, ergo ad bilem quoque, quam temperant. A mœrore autem levi, ſuccus melancholicus redditur blandè auſterus, qui, acriori junctus Bili non valde moleſtam excitat effervescentiam, quin potius leviorem, concentratis mox bilis partibus acrioribus, cum ſucc. Pancreatico blandè paruniq; auſtero.

Bilem eandem volatiliorem blandè figunt 1. *Alimenta* vel potiùs condimenta ſubauſtera. *omphacium*, aliique ſucci fructuum ſere maturorū, *ſuccus gr. acido dulcium.*

2. *Aër* ſubaſper ac orientalis, blãdo verò bono perflatus; 3. *Mœror animi* tum levis, tum gravior, cum auſterum in corpore augeat, à quo vincitur figiturque quaſi bilis, Bilem eandem, copia ſimul auctâ peccantem minuit ac evacuat, inter Diætetica remedia, quicquid leniter alvum ſollicitat, quod inprimis blandè præſtant *Prun.s exſiccata* & cruda coctave uſurpata quæ admodum leniter alvum evacuãt. *Sylvius P. M. App. Fr. 9. §. 183. ad 193.*

Diæta ad frigidum vergat) Vide §. *Curatur refrigerantibus.*

30. *Alia eſt frigida*) In qua deficit plus minúſve Bilis novæ productio, vel *ſanguinis* vel *glandulοſorum acinorum culpa* (Vide §. *a ſanguine bilioſo &c.*) Deficiens Bilis ſecretio Curabitur 1. *Aëre* naturâ vel arte calente. 2. *Alimentis* vel *condimentis* ſale & ſpiritu volatili abundantibus, inprimis amaricantibus. 3. *Vigiliis* parùm modum excedentibus. 4. Iracundia moderata. 5. *Corporis exercitio* aliquantò vehementiore. 6. *Alvo* ſervata liberâ; non fuſâ vel fluente. Inter medicamenta, expertus commendo frequentem uſum ſalium volatilium oleoſorum, ut & aromaticorum amareſcentium, Abſinthii &c. *Fr. Sylvius l. c.*

30. *Alia eſt frigida*) Frigida & Humida intemperies *cognoſcitur* ex Siti nulla, nulla in febres calidoſque morbos propenſione, ex venis anguſtis, calore faciei albo, & aliis pituitæ dominantis ſignis. Hæc vix unquam à primo ortu *contrahitur*, ſæpius poſt ortum ab immodico aquæ potu frigidorum & crudorum alimentorum uſu, & à diuturna ſanguinis per aliquam corporis partem evacuatione, Interdum & à calidiore hepatis intemperie inducitur, cum ea calorem innatum diſſipat. *Curabitur* idonea *victus ratione*, quæ calefaciat, & topicis eadem vi pollentibus, ut *oleo nardino*, *abſinth.* anetho & ſimilibus, quibus, ſi parùm *ceræ*, aut *cerati ſtomach.* addatur, cum *pulvere cyperi*, *galangæ* & *nuc. moſch.* fiat Ceratum, cui tempore inunctionis addetur modicum *vini malvat.* Medicamentis intrò ſumptis calfacientibus, ut *aromatico roſ. conſerva anthos*, *corrice citr. cond.* & ſimil. Et quia hæc intemperies maximum proventum facit pituitoſorum humorum & crudorum, illi evacuabuntur, blandis medicamentis, quæ *purgando hepar* corroborent. *Enchir. Med. Pr.*

a. *Quæ cognoſcitur*) Frigida intemperies, ut calidæ contraria eſt, ſic eſt cauſa ſymptomatum contrariorum, ut proventus pituitæ, totius corporis frigiditatis, coloris faciei albidioris habitus corporis (niſi cordis calor impediat) quaſi tumeſcentis: Excrementa pauca conſequuntur, & parùm olentia ob cruditatem: Aliquando venter fluit poſt longam excrementorum retentionem. *Rondeletius c. 30.*

Cognoſcitur hæc intemperies 1. Ex *Juvantibus*, quæ calefaciunt: & *lædentibus*. quæ refrigerant; 2. Ex *venarum anguſtia*, *Galenus A. P. c. 38. Oribaſ.* 3. Ex *ſanguine phlegmatico*, qui frigidus. *Galenus.* 4 Ex *præceſſis cauſis* refrigerantibus, & immodicis ſanguinis profuſionibus. 5. Ex *urinis* albicantibus, crudis, interdum tenuibus, interdum craſſis: 6. Ex ſitis raritate, 7. Ex faciei pallore. 8. Ex alvi recrementis liquidis, crudis & pituitoſis. 9. Ex abdomine & hypochondriis laxis. *Sebiſius man. p. 1214.*

31. *Curatur difficilius, quod hepatis naturæ*; Curatio procraſtinanda non eſt; periculoſior enim hæc eſt dyſcraſia calida, eò quòd *ſanguificationem* impediat, quæ à calore peragitur, hepatiſque naturæ magis adverſetur, quod naturâ calidum eſt, cùm ſit viſcus ſanguineum. Quòd ſi multùm à naturali ſtatu receſſerit, cachexiam hydropem minatur. *Sebiſius.*

32. *Si functioni magis repugnet*) Si hepar frigidius quacunque de cauſa fuerit, & Lienis ſuccum, per ramum ſplenicum allatum, commodè digerere, ac cum admiſto ſanguine venoſo, eique inhærente ſucco ſulphureo, inconveniens fermentum convertere nequeat, tunc nuſquam fit bona fermentatio, chylus non ſatis coquitur, nec ad fermentationem in corde futuram ſatis bene præparatur; ſanguis venoſus manet crudus, ſeroſus, neque in corde ſatis ſpiritu ſuo ... evadit, ſed attenuatur ſolummodo in aqueum vaporem, qui in vaſis & mollibus partibus in liquorem aqueum facceſſit, & totum corpus ſero replens, Anaſarcam facit, cui multa ſitis adeſt, ob crudiores ſalſas particulas iſti ſero inhærentes, nec ſatis bene ſanguini miſtas, quæ una enim ſuccis e ſalivalibus vaſis defluentibus, ac tunc ſimiliter ſubſaltis, ad fauces & oeſophagum delatæ, ſicca vellicatione continuam ſitim faciunt. *Diemerbroeck. Anat. l. 1. c. 16.*

33. *Curatur alterantibus*) Quæ Bilem reſtaurant ſi iners ſit & deficiat; Hæc partim contraria ſunt fermentum ventriculi reſtaurantibus, & eadem fere quæ calorem ventriculi adaugent, nempe 1. *ſulphurea balſamica*, ut aromata omnia id efficiunt, *cinnamom. macis. ambra*, item *ſpirituoſa*, ut *vinum*, *ſpiritus vini* & ſimilia, 2 partim eadem, *ſale volatili & oleoſo acri pollentia*; *ſinapi*, *eryſimum*, *naſturtium* quæ eidem quaſi ſtimulum addant: conſtat enim præcipue 1. ex *partibus oleoſis*, *ſulphureis*, *balſamicis*, 2. *ſalinis* volatilibus, quæ utraque mucilagini cuidam aqueæ paucæ ſunt immerſa, & particulis aqueis limitata. Pertinent quoque huc, & *Dulcia*, quæ Bilem quoque adaugent, & quidem conferendo partim partes mucilaginoſas, viſcidas. unde & obſtructiones gignere eadem ſcribuntur, partim etiam ſulphureas ſi in calidius & ſiccius corpus incidant. *Wedelius*; *de Simpl. Med. l. 1. ſ. c. 7.*

Et hæc conveniunt in Anaſarca, Aſcite. quoque in parte, Cachexia ſeroſa, tumoribus laxis, & ubi aliàs rarefactione ſanguinis opus eſt; quæ enim tunc intimiùs rarefaciunt, illa & Bilem exaltant: Proſunt porro phlegmaticis, nulla quaſi ira, nullo quaſi felle gaudentibus, torpidis &c. *Idem.*

34. *Alterantibus*) Qua in intemperie *Bilis eſt iners*; particulis ſalinis & ſulphureis volatilibus non inſtructa, aquoſa & viſcida, quam acuunt & reſtaurant 1. *incidentia*, tum ſulphurea oleoſa aromatica, ſpirituoſa balſamica, ut aromata omnia, *caryoph. cardamom. vinum*, *ſpir. vini*, tum inprimis ſale volatili pollentia; acria quæ calorem quoque reſtaurant utraque, ut *cochlearia*, *piper. ſinapi*; 2. *Abſorbentia* & abſumentia humores auſteros, acidos, figentes ſal volatile, & obtundentes ſulphur volatile ejuſdem, & conſequenter aperientia & reſolventia, ductus & poros obſtructos reſerentia, *alkalia*, *ſal cichor. abſinth. martialia*, ut enim illa per ſe id præſtant, addendo ſtimulum & exacuendo, ita hæc tollendo impedimenta, partes aquoſas, acidas, terreas, fluxilitatem ſimul largiendo. Ex utriſque conſtantia, *Mixta*, quibus etiam ſuo modo *Dulcia* ſunt accenſenda. Cùm enim hæc polleant particulis ſulphureis & ſpirituoſis blandis & aqueis immerſis, meritò etiam in bilis inertia corrigenda locum habent, modò ne quid nimis. Plurimùm enim muniunt & abſtergunt ſimul. ſpeciatim in ſiccitate hepatis & bilis, temperata illa, Unde & *paſſulæ minores & majores* conſultò tunc dantur, quatenus ſimul humectant & glandulas inteſtinales ſuaviter demulcent, abſtergunt.

Locus *Riverii* §. 4. *Inſtit. c. 15.* ita habet, Nos *aut*, aliquot puerulos ab hydrope liberatos vidimus uſu Electuarii ſimplicis parati, *Coquebantur paſſulæ in vino albo* ad conſumptionem vini, & per ſetaceum trajiciebantur, atque iterum recoquebantur, ad cydoniati conſiſtentiam, eâq; utebantur in omni paſtu, interjectis aliquot purgationibus ſpecificis. *Wedelius A. m. m. p. 169.*

Uſus verò horum eſt in cachexia, hydrope, anaſarca, ſcirrhis, tumoribus pituitoſis, alvo tepidâ

excrementa à naturali modo ;evariantia, ſæplus liquidiora & eopioſiora, quia chylus non reeipitur. Coloris inprimis [4] in facie mutatio, propter læſam ſanguificationem & diſtributionem, &c. Eſt autem *frequens*, quòd vena è portis per jecoris ſubſtantiam in ramos tenuiſſimos diſſipata, obliteretur, huicque alii non minus tenues è vena cava conveniant, per quos omnes deber alimentum produci & exportari.

[5] *Cauſa* eſt materia [6] cavitatem vaſorum vel etiam ipſam epatis ſubſtantiam, quæ etiam ſuos poros *a*. & meatus haber, implens; ſive [7] ibi generetur, actione ipſius læſa, [8] ſeu ob intemperiem, ſeu [9] ob errorem externum *:* ſive aliunde confluat, ſeu ob attractionem, ſeu ob receptionem, Hinc illis occluſis nec calor hepatis ventilari, nec tenuinta excrementa dejici poſſunt, materiáque per ſubſtantiam hepatis diffunditur.

[10] *Curatio* eſt *difficilis*, tum propter venatum in hepate anguſtiam [11] tum quòd plures eandem morbi inſequantur.

[12] *Peragitur* [13] *deobſtruentibus*, [14] inter quæ laudantur, Extractum *pillular. de Ammoniaco* Riverii, ex *gummi ammoniaci in aceto ſquillitico* ſoluti dr. iij. *ſpecier. hiera picra* ſ. dr. jſ. [15] *aloës cruda* ſcr. IV. *myrrha* ſcr. I. *Croci* gr. VI. eum *ſyrupo abſinthiae* factar. Pillulæ *Tartarea Quercetani*, à Sennerto reformatæ. Tinctura *Martis*, eujus deſcriprio apud Pertæum, ab unc. j. ad II. III. & plures. *Spiritus Molenbrochii* [16] ex *vitriolo, ſale Tart. & ſilicibus* paratus, lib. *de Varenis* deſcriptus. *Tinctura* ejuſdem ex aphtonitro muris adhærente. Pulvis *Deodati* ex *ſpeciebus Diarrhoidon. diatrag.* ana dr. ij. *Agrimon. radic. Rubia, filicis pulveriz. ſemin. acetoſa, portulaca* ana dr. I. *Magiſter. perlar. Corall.* [17] *Croci Martis citra corroſiva facti, Croci Martis* ex *oleo ſulphur.* parati ana ſcr. IV. cum *ſacchari tabarzet.* q. ſ. compoſitus, dr. j. ſuperbibita ſuperiore tinctura, exhibitus: Pillulæ *de chalybe:* nec non quæ ex *gum. ammon.* in acero ſol. unc. j. *aloes* unc. ij. [18] *rhab.* dr. iij. [19] *Cremoris Tart. & Mart.* ſubt. pulveriz. dr. iiſ. parantur. [20] Decoctum [21] ex *Tartari albiſſimi* mundificati & pulveriſati lib. I. [22] eum *chalybis crudi* unc. IV. & aquæ fontanæ congiis duobus factum, & unc. ij. pondere in [23] juſculo aperiente oblatum. Spiritus *aperiens Penoti*, &c.

In *Curatione* hæc notatu digna obveniunt.

1. Univerſalia particularibus & [24] topicis præmittenda eſſe: ſempérque *abſinthium* & *eupatorium* aliis admiſcenda.
2. Medicamenta [25] nonniſi longiſſimè à eibo, ne humores erudos ſecum ad epar abripiant, propinari debere.
3. [26] Emollientibus, adſtringentibus, *ſpica* nempe, *ſpodium*, addenda, ut [27] tonus epatis ſervetur.
4. Attenuentia, diſcutientia & reſolventia, ne tenuioribus partibus diſcuſſis craſſiores remaneant, [29] moderata eſſe debere.
5. Dulcibus; non ut cibis, ſed ut condimentis utendum eſſe.
6. [30] Medicamenta liquida, vel tenuiſſimè pulverata exhibenda.
7. [31] Topica nunquam actu frigida applicanda.
8. Poſt [32] uſum chalybeatorum movendum corpus; [33] niſi excrementa nigra ſubſequantur, ab iiſdem eſt deſiſtendum.

Differentia obſtructionis hujus ſunt variæ.

I. Alia eſt *Recens*, quæ facilius ſolvitur.

Alia *inveterata*, quæ putredinem & febrem excitat, & icterum, ſcirrhum & hydropem inducit.

II. Alia eſt *in cava epatis* quæ exinde.

Cognoſcitur, quòd foris nihil percipiatur, ob latitantem in profundo partem, ventriculus in conſenſum trahatur, unde cibi faſtidium, nauſea, vomitus, ſitis, excrementa liquida.

Curanda eſt evacuantibus per alvum inprimis: curatúrque facilius, ob medicamentorum penetrationem & materiæ obſtruentis per latiorem viam evacuationem.

Alia in *gibba*, quæ exinde.

Cognoſcitur, quòd abdomen eâ regione preſſum reſiſtat, diaphragma inprimis, quod ipſi hepar annectatur, renitatur, excrementa alvi ſanguinolenta, propter levem chyli in ſanguinem mutationem, appareant.

Curatio [34] diureticis inprimis, aliis non neglectis abſolvitur.

III. [35] Alia eſt à *Sanguine*, vel [36] *puro*, cui ſolâ baſilicæ dextræ ſectione ſuccurritur.

Vel [37] *bilioſo & calido*, *a*. quæ cum dolore conjungitur; in jecore diutiùs præter naturam coërcitus, nec tempeſtivè expurgatus mirè craſſeſcit. Si ſurſum vergit, quod ex oris amarore, nauſea, orificii ventriculi dolore cognoſcitur, [38] *vomitu* deturbandus eſt.

Vel [39] *pituitoſo* viſcido & craſſo, [40] qui ex cibis craſſis, viſcoſis, multis balneis, aut motu, in tenues venas impulſis vel raptis oritur: [41] Et tum, *Tartaro vitriolato*, & *chalybeatis* agendum, laudanturque *rotula* ex *chalyb.* præp. unc. I. & *ſach.* in *aq. agrimonia*, lib. ſ. ſoluti addit. ana,

atque gutta *ol. cinnamomi* & *caryophillor.* paratæ.

Interdum ex cerebro in ventriculum procumbit, mox præterfluens, ſenſim in tenues jecoris venas cum alimento penetrat. Et tum providendum cerebro.

Alia à [12] *Flatu* craſſo ſub tunica concluſo, vel in venis hæſitante, quæ exinde.

Cognoſcitur, quòd dolor ſit major, ſed non continuus, tumor dextri hypochondrii adſit tantus, ut univerſum hypochondrium oppleat, neque coſtarum extrema percipi poſſunt: eſt tamen ſine gravitate, & preſſus cedit, nullum murmur edit, & nullam vomicæ latentis ſuſpicionem præbet.

Oritur, vel à *cibis flatulentis*, à quibus cavendum.

Vel ab *imbecillitate epatis* materiam vincere neſcientis; & tum materia præparata evacuanda eſt.

Vel à *membris vicinis*, & univerſo corpore, in febribus præſertim pituitoſis, tranſmittitur.

Curatio in genere Carminantia poſtulat, de quibus in Hydrope: aliquando & *cucurbitulas* cum multa flamma lateri affigendas.

1. *Obſtructio Epatis &c.*) Vel eſt anguſtia & occluſio præternaturalis propaginum venæ Portæ & cavæ, quandoque etiam ipſius parenchymatis, tranſitum humorum naturalium, alimentique diſtributionem impediens, à materia ipſarum cavitatem opplente producta. *Riverius.*

Sed cùm in Hepate alia præterea vaſa agnoſcantur, Arteriæ, Rami vaſorum felleorum, & Lymphatica, obſtructio ad omnia illa pertinere poteſt.

2. *Anguſtia*) Hinc patet, obſtructionem eſſe morbum organicum, nempe in via & meatu obſtructo, qui ſanguinis diſtributionem impedit ad membra nutrienda. Viæ autem illæ, & meatus, non ſolùm venæ ſunt per totum hepatis parenchyma diſperſæ, ſed etiam pori & meatus inſenſiles, quibus tota hepatis, ſicut & reliquarum partium ſubſtantia referta eſt, quibus ab humore præternaturali occluſis, nec calor hepatis inſitus venulari, nec halituoſa & tenuia excrementa evacuari poſſunt. *Riverius.*

2. *Eſt vaſorum in Epate anguſtia, à materia &c.*) Si ſtructuram Hepatis, cui labor ſanguificationis incumbit, & vaſorum labyrinthos ferme inextricabiles, anguſtiſſimos atque mirabiles omnino accuratiùs contemplemur, obſtructiones hîc de facili contingere poſſe, haud difficulter nobis perſuademus, præſertim ſi adſit crimen concoctionis primæ, quod juxta canonis illius ſolennem tenorem, in ſecunda emendari non poteſt. Obſtructionis autem rationem nonniſi unam afferre poſſumus; nempe ex *Helmontio*, tetenta nuxia, vel, ut cum ſcholis loquamur, humores craſſos, putrilaginoſos atque immobiles, i. e. excrementitios vel ſuâ naturâ, prout hoc vitium ex ventriculo ægre conſtituto acceperint; vel morâ, quæ ſpiſſitudinem hanc etiam conciliare ſolet, factos in Jecore tales. *Chr. Langius.*

3. *Signa*) Alia morbi ſpeciem, alia partem affectam, alia cauſam eum producentem indicant. Signa morbi ſpeciem indicantia omnibus partibus naturalibus obſtructionibus obnoxiis, communia ſunt, indicant enim ſolùm obſtructiones in infimo ventre latitantes, & ita hæc diagnoſis *obſtructionibus Lienis & meſenterii* præſertim cognoſcendis inſerviet. Obſtructiones igitur in dictis partibus latitantes oſtendunt, *Alvi excrementa* à ſtatu naturali recedentia, præſertim liquidiora, humida, alba, chyloſa, & interdum ſanguinolenta; *Urina* alba, tenuis, aquoſa & velut tranſcolata, quia partes craſſiores, propter obſtructiones tranſire non poſſunt; Sed ſola aquoſitas tennior impermixta præterlabitur; poteſt tamen eſſe citrina, ſi caliditas adſit; Difficilis *reſpiratio*, præcipuè ſi æger concitatiori paſſu ambulet, vel montes aut ſcalas aſcendat, quia partes obſtructæ diaphragma deorſum trahunt, ejuſque motum liberum impediunt, *faciei color* pallidus; macies & ſegnities *totius corporis*: *Pulſus* inæqualis, ac denique *gravitatis* ſenſus in hypochondriis illi perſimilis, quam percipiunt ii qui ſeſe plurimis cibis impleverunt; Ideo *Hippocr. 4. de v. acut.* gravitatem iſtam vocat *Satietatem hypochondriorum*, affectionem hypochondriis tribuens quæ propriè ventriculo debetur. Quotieſcunque enim hepar & lien pravis humoribus replentur & intumeſcunt, ab aſſumpto cibo etiam leviſſimo, & in pauca quantitate ingeſto, comprimuntur, & gravitatem inferunt, ſimilem gravitati eorum qui ſeſe immodicis cibis & potibus impleverunt. Hoc ſignum hypochondriorũ obſtructionem ita certo indicat, licet nullus dolor, nec tumor, in illis partibus appareat, ut *Pr. Martinus comm. in lib. Hippocr.* prædictum, aſſerat ſe hoc ſolo ſigno viſcerum obſtructiones, ante hypochondriorum contrectationem affirmare non dubitaſſe. *Riverius.*

3. *Signa ſunt*) Adde *Tuſſim* interdum ſiccam, *Reſpirationem* difficiliorem, ob majorem cum diaphragmate viciniam, & gravius viſceris pondus, quàm reliquarum partium. *Riverius.*

Ad horum cognitionem multùm facit *Pulſus* frequens. *Victus ratio*, quæ præceſſit, & ſi craſſis & viſcidis uſi ſunt, aut ſi corpus à cibo ſupra modum exercuerint, aut ſi craſſis alimentis in prima menſa uſi fuerint, à cibo verò calidis, & tenuium partium, ut diatr. pip. vel pulv. digeſtivo ex pipere, cinamomo & aliis tenuibus odoratis, ut ſolent multi medici præſcribere: Talia enim teſte *Galeno l. de ſan. tu.* faciunt cibum crudum intra venas penetrare, & obſtructionem facere; Uſus medicamentorum aperientium, ut ventriculo pleno crudis humoribus ſæpe cauſa fuit obſtructionum. *Rondeletius.*

4. *Coloris in facie mutatio*) Non perpetuò ſuſpicari nos oportet, aut obſtructionem in alterutro viſcere, aut inflammationem, aut ſcirrhum, cùm corpus pravo colore infectum eſt, quod plerique faciunt, ad id dirigentes ſuum conſilium ſed perperam. *Galenus* autem in Hepate *κακοχροίαν ἄνευ ὄγκου* agnovit, puta cùm in ſua ſubſtantia affectum eſt, & pravo etiam tinctum colore; ſic *7. lib. 5. loc. aff.* inquit, In corpore & viridis color eſt, & plumbeus, & alii ineffabiles cernuntur Jecore ſuum probe officium non faciente, ſine tumore ullo. *Ballonius lib. de V. & mul. morb. c. 7.*

4. *Coloris in facie mutatio*) Interdum ſuccus nutritius, ſive recens chymus, è ſanguine ad partes ſolidas delatus, ſanguini non ſtatim aut facilè miſcetur, quin huic recens illatus mox turgeſcentiam concitat, adeo ut multi conſtanter à paſtu intenſo *vultus rubore*, non rarò item cephalalgia afficiantur; hoc vulgò, ſed perperam *obſtructioni hepatis* imputatur, cum revera à dyſcraſia ſanguinis chymi recentis mixturam ægrè ferentis procedat; Quare talis affectio plerumque febribus periculoſis, ac imprimis variolis ſuccedit, nonnunquam crapulæ humani ſupervenit. *Willis.*

5. *Cauſa*

3. *Cauſa eſt materia*) Quæritur, Unane ipſius cauſa ſit? dico in rei veritate nonniſi unam eſſe, craſſos & immobiles humores, vel ſuâ naturâ, vel murâ tales factos. At quando *Galenus* etiam copiam laudabilis ſanguinis eſſe ait, ex aliena ſententia loquitur: Sed, tactúne poteſt deprehendi? Nonniſi inſignis & quæ diu duravit, ex *Galeno 5. loc. aff. 7. Hofmannus Inſt. Med l. 3. c. 63.*

5. *Cauſa eſt materia cavitatem vaſorum, vel etiam ipſam &c.*) Obſtructionum cauſæ admodum rariæ ſunt, quas ad tria genera reducimus. 1. eſt ineptior partis permeabilitas, 2. materiæ ad permeandum ineptitudo, 3. eſt partis à plenitudine oppreſſio, *Inepta partis alicuius permeabilitas*, oritur à frigore, à rebus adſtringentibus, à nervorum vigore & tenſitate aliquomodo nimius, à compreſſione, à ligatura, à contuſione denique vel luxatione.

Materia ad penetrandum inepta redditur, ob ejus duritiem, copiam aut figuram; à frigore etiam & ſtupore ſive qualitate narcutica, denique à craſſitie & viſciditate.

Oppreſſio ob plenitudinem, evenit à pleniore victu, ab intermiſſis exercitiis, & ab evacuationum quarundam ſuppreſſione ſive iſtæ à natura, ſive à conſuetudine oriantur, ſive aliter etiam proficuæ fuerint. *Gliſſon An. Hep. c. 7.*

6. *Cavitatem vaſorum, vel etiam &c.*) Alia viſcera præ aliis obſtructionibus ſunt obnoxia, adeoque etiam aperientia illis eximie & præ aliis debentur, ubi nempe ductus, vaſa, humores plures decurrunt, ibi faciliùs fit quædam ſubſiſtentia, unde exemplo Hepatis, Lienis, Pancreatis, Meſenterii, Uteri, Renum & Pulmonum id manifeſtum eſt; Vaſa huc ſpectant communia, venæ, arteriæ, nervi, & vaſa lymphatica, quæ itum & reditum largiuntur. Et quidem obſtructio horum, alia eſt totalis, alia partialis, non illa ſemper, ſed hæc potiſſimùm innuitur, quando non ſufficiens ſpatium conceditur tranſeunti humori, id quod exemplo mechanicæ aquæductuum illuſtramus, in quibus limus ſenſim ſenſimq; ſe affigit parietibus: hinc per mechanicam etiam eiius moveri oportet, quæ anguſtiori, quàm quæ largiori continentur & vehuntur ſpatio. Et hinc videmus ob hanc ſolam cauſam, ſæpe fieri hæmorrhagias, & quidem κατ' ἴξιν, illo latere quo viſcus affectum recumbit, non altero; Hinc obſtructis vaſis lymphaticis, fiunt hydatides & facilè hydrops? Subtiliſſima inter hæc vaſa ſunt Nervi, unde & magis univerſaliter ſolent obſtrui in paralyſi, idque ſæpenumero ſi obſtructio meſenterii redundet in nervos, unde pareſis ex colica nota eſt. *Wedelius Am. m. m. p. 65.*

a. *Poros & meatus habet*) Obſtructionibus præcipuè obnoxii ſunt illi quibus venæ hepatis (pori & meatus) valde tenues ſunt & anguſtæ. *Sebiſius.*

7. *Sive ibi generetur*) Hepatis vaſa non raro oppilantur à bile; hæc enim ſi diutius in illis immoretur craſſeſcit & periculoſa, nonnunquam jecoris obſtructiones parit. *Sebiſius.*

Id quod maximè efficiet ſi pinguior fuerit, quæ ortum debet alimentis ſimilibus copioſius aſſumptis, *oleo, butyro*, &c. ut & medicamentis, aut medicamentoſis aromaticis valde oleoſis, ſæpius diuriuſque uſurpatis, *oleis ſtillat.* ut & *ſpiritu vini*, cum oleoſis præſertim parato, *aniſato* putà &c. *Fr. Sylvius Pr. lib. 1. cap. 11. §. 29.*

8. *Seu ob intemperiem*) Mala hepatis diſpoſitio, frigida præſertim intéperies, etiam ex laudabili ſucco obſtructiones gignere poteſt, ſi nimirum oblatum chylum non bene concoquat, ſed eum in materiam tartaream & mucilaginoſam convertat. Ventriculi etiam intemperies cauſa obſtructionum eſſe poteſt, dum chylum crudiorem generat, qui ab hepate poſtmodum rectè ſubigi non valet, ſiquidem vitium primæ coctionis; non corrigitur à ſecunda. *Riverius.*

9. *Seu ob errorem externum*) *Cauſa externa* ſiſtit variæ, nempe cibi craſſi, lenti & viſcidi, ut caro fumo indurata, cervina, æprugna, bubula, vaccina, caprina; ſuilla, ovilla, annoſa, Anſeres, anates, piſces ſquamis carentes, v. g. tincæ, anguillæ; ſquamoſi quidem, ſed qui glutinoſam carnem habent, ut naſones, cyprini, plateſſæ, aſelli; Extremitates animalium, cerebrum, inteſtina, ventriculus, membranæ, cartilagines, farciminum genera, lac & lacticinia, oxygala, caſeus, piſtorum dulciariorum opera, panes azymi &c.

Obſtructionibus quoque anſam præbent auſtera, acerba & quæ adſtringunt, v. g. ſorba, corna, meſpila, uvæ immaturæ, pruncola ſylv. mala cydonia, caſtaneæ, mel, mellita, & ſaccharata omnia, vina dulcia, quæ facilè hepar oppilant; *Item* vita ſedentaria, crapula & ingluvies, exercitia corporis poſt cibum ſtatim inſtitura & balnea; crudus enim chylus in venas jecoris rapitur, atque impellitur. *Sebiſius man p. 1. 21.*

9. Inter ea quæ obſtructiones generant recenſentur *dulcia*, *ſaccharum, mel &c.* quæ ſententia recepta eſt ab omnibus, uſus enim dulcium inflat & meatum claudit: attamen *Galenus 5. ſimp. 26.* dicit quod dulcia rarefaciunt & abſtergunt, *Avicenna tract. de ſyr acetoſa c. 2.* dicit quod natura dulcis non eſt oppillare, ſed abſtergere. Aliqui reſpondent quòd dulcia moderata, uti ſunt pinguia oppilent, non tamen immoderata, ut ſaccharum, mel & ſimilia, quia hæc habent vim abſterſivam, Verùm hæc reſponſio non facit ad rem, quoniam dubitatio eſt de manifeſta & immoderata dulcedine, quæ in fructibus, in melle & ſimili invenitur. Reſpondet *Avicennas* huic difficultati *lib. 1. fen 3. doctr 2. c 7.* dulcia omnia oppilare, quia rapiuntur à natura ante coctionem, quare quamvis abſtergant, contingit ut hæc quoque dulcia immoderata per accidens inflent & oppilent. *Sanctorius met. V E. l 7. c. 3.*

10. *Curatio eſt difficilis*) Obſtructio recens facilè tollitur, inveterata difficulter. Quæ fit ab humoribus deterior eſt, quàm quæ à flatu; Quæ à crudis & pituitoſis humoribus, vel à flatu producitur, febre ſupervenieme interdum diſſolvitur, ſi quidem calor febrilis flatum diſcutit, pituitam attenuât, & fluxiliorem reddit ac reſolvit. *Riverius.*

11. *Tum quod plures*) Obſtructio hepatis niſi cito penituſque tollatur, infinita mala inferre conſuevit, nempe humorum putredines, febres, inflammationes, alvi fluxus varius, diuturnos ac vehementes; quia alimenta ad partes nutriendas penetrare nequeunt, colicam, icterum, cachexiam, ſcirrhum, alioſque infinitos morbos, ut *Avicenna* obſtructionem, ægritudinum matrem vocaverit. *Riverius.*

12. *Peragitur*) Curatio obſtructionis auſpicanda eſt ab univerſali totius corporis evacuatione, quæ fit primùm Potione purgante, ægri naturæ appropriata; mox ſi quædam plethoræ indicia appareant; imò verò niſi corpus ſit valde emaciatum, detrahendus erit ſanguis ex baſilica dextra. *Riverius.*

13. *Peragitur deobſtruentibus*) Vaſis hepatis obſtructis debentur *Aperientia*, quæ eadem extricant, biliſque amurcam & viſcedinem mucilaginoſam expediunt, qualia ſub aperientibus & diureticis traduntur, Tum *propriè dicta*, tenuitate partium conſpicua, & præcipuè ad urinarias vias una ducentia, item *mediate talia*, quæ licet fixiora ſint, abſorbendo tamen humorum acorem, auſteritatem & ςύψιν corrigunt, quorum tamen pleraque ſunt polychreſta, tantoque majori jure hepatica audiunt, quò magis non uni ſoli, ſed pluribus indicationibus dictis ſatisfaciunt: Sic Aperientia hepatica ſunt *amara*, & quaſi talia, *rad cichor. ſylv. & hort. ſeu endivia*, *rad. aperient. maj.* (κατ' ἐξοχὴν ita dictæ) *apii, aſparag. fœnic. petroſel. ruſci*, minores verò, ab

alis quoque adduntur, *eryngii, cappar. gramin. ononid. rub. tinct.* Item duæ aperientes (*fœnic. & petroſel.*) *gentianæ, taraxac. rhabarb.* cujus ſolius uſu aliquoties Ictérum curavimus; *acori veri, helenii*: Ex herbis, *abſinth. ſ. & ponticum, ageratum, fumar. chamædr. chamæp. adiant. marrub. ſummitat. centaur. mi. cichor. cortic. citr. aurant.* Ex compoſitis, *Elix. propriet. ſine marte*, & *cum rhabarb. Eſſentia abſinth. ſ. compoſ. ſyr. de cichor. cum rh. diaſereos Andernaci, Extr. acori veri, fumar. rhabarb. Maſſa Pil. Tartar. Quercet. conſ. fumar. Elect. diacor. trochiſc. de eupat. anim. rhabarb. maſſa Pil. tartarearum.* Aperientia hepatica ſunt *aromatica*, & partium tenuitate, lenique vel majori acrimonia, licet particulis aliis immerſa prædita, ut *rad. pimpin. ari, herba capill. ven. cochlear. caſcata, epith. hyſſopus, beton. veron. ſchoenanth. cortic. tamar. cappar. caſſ. caryophill.* (quam caſſiam adulterinam nonnulli, ſed minùs rectè ſtatuunt) *coſtus arab. aromat. varia, Pulvis ſtomach. Querc. olea aromat. ſpir. cochlear. ſyr. de adiant. rob. ebuli.* Aperientia hepatica ſunt *Acida, rad. & fol. acetoſæ, berberes, cremor. & cryſtall. Tart. hepat. rub. Dreſdenſe*, ſpir. *aperit. Penoti, Salis, vitrioli mart. clyſſi antim. uterque, Tinctura aperit.* m. ſ. vario modo miſcenda. Aperiunt denique hepar *Abſorbentia* ſalina, *alkalina, martialia, lap. cancror. mater perlar. croc. martis aperit. vitriol. ſacchar. ſulphurat. antimon. martiale cachecticum, bezoart. martiale, Tartar. vitriol. ſpir. vitriol. coagul. arcan. tartar. Pulvis cachect. Quercet. Tinct. Tartari, ſil. Glauber. Martis varia, antimonii ſimpl. & rhabarb.* elegantiſſima quæ ita fit

℞. *Rhabarb. Alexandr. pulver.* ℥ij. *ol. Tart. per del.* ℥ß. *aquæ ſ. q. ſ. v. g.* ℔iß. *vel ij. coqu. in olla igne carbonum, hinc filtretur Tinctura* inſtar ſanguinis rubicunda, *genuina anima rhabarb. miſcenda ſubduplo vel ſubtriplo Eſſentiæ antimon. tartariſat. ut & aliis caſibus cum ſpir. ſalis Ammon.* uſu polycreſto; mundificante, aperitivo, in ſcabie, ictero, febribus intermitt. affectu hypochondriaco, gutta roſac. varis. Uſus horum generalis paulo eſt, in ictero, cachexia, dolore hypochondrii dextri hydrope &c. *Wedelius Am. m. m. p. 167.*]

[13]. *De obſtruentibus*) Vel Aperientibus, quæ Hepatis *Ductus* reſpiciunt potiſſimum, *vaſa & poros*, in concreto ſimul reſpectu habito ad *vaſa lymphatica* & *veſicam biliariam*. Hepar enim præ omnibus aliis viſceribus obſtructionibus eſt obnoxium, ob copioſiſſima, quibus gaudet, vaſa; adeoque præcipua Hepatica ſunt aperientia; Huc ſpectant *Diuretica*, quæ niſi ſiccior ſimul adſit intemperies, & ſi hæc adfuerit, Dilutiora, maximè conveniunt. Sic conveniunt 1. *Amara*, quæ viſcedinem bilis extergunt, incidunt & attenuant, ut *cichorium, abſinthium, centaur. minus.* 2. partium tenuium alia, ſive *aromatica*, ut *calamus aromaticus, ſpica &c.* ſive Acida, ut *Hepaticum rubrum*, ſpiritus minerales, ſive 3. *abſorbentia* lixiva & imprimis *martialia*. 4. *Diluentia*, ſic in febribus tertianis, & ubi aliàs bilis peccat, inter alia prodeſt inſigniter *ſerum lactis caprini* cum puſillo *cinnamomi* vel *aniſi* decoctum, ſive *anima Rhabarbari* una aſſumatur, ſive *clyſſus antimonii* inſtilletur, quod utrumque nobis in uſu eſt felici. Pertinent huc quoque potiones acidulæ, infuſa. Hac ipſa verò *Diluentia* etiam vehiculum conſtituunt *aperientium*, Unde notandum in Ictero magis diluentia, in hydrope magis ſiccantia aperientia convenire. Et illa ipſa aperientia, una diluentia, *Lympham* expediunt, & liberum reddunt ejuſdem motum, ſerumque una reſtituunt, quod frenum eſt & dicitur Bilis alimentaris, quæ pars eſt maſſæ ſanguineæ, & rectiùs dicitur ſanguis bilioſus, ſive bilis excrementitia, ita ad differentiam dicta: Pertinent huc quoque 2. *Amara*, illa enim & abſtergunt, & bilis poros aperiunt, ut ad inteſtinum magis cieatur & evacuetur: Sic ut de *abſinthio* nihil porro dicatur; nota eſt *aloes* vis cholagoga, adeo ut ſi continuatis doſibus ſumatur, teneſmum hæmorrhoidalem certò certiùs excitet, ob id maximam partem quòd bilem eò protrudat, 3. *Acida*, Imprimis ſpectat huc *acidum tartari rubrum ſantalianum*, ſive *hepaticum rubrum Dreſdenſe*, quod tum in variis caſibus, tum in varis, gutta roſacea, pollutione nocturna &c. prodeſt. Hæc quippe Acida partem bilis ſulphuream domant & obtundunt; volatilem verò ſalinam figunt & enervant. 4. *Terrea & abſorbentia*, imprimis nitroſa & alkalina: Sic & ipſa *ſalia lixiva* huc ſpectant; item *teſtacea, corallia, perla, ſpecies & pulveres*, &c. item ipſa *nervina* ſivo *cinnabarina*, quæ in affectibus hepatis comperimus proficua, & dolorem hypochondrii dextri contumacem, cum lichenibus toto corpore ſe exſerentibus, hiſce potiſſimùm ſolis feliciter curavimus. Notandum enim eſt, (teſte experientia, *terrea*, & bilem, ſive bilioſos humores, præcipitare ac abſorbere; & acidos, ipſoſque ſeroſos; Unde concludere abſolutè non valet, Ubicunque proſunt medicamenta alkalina, ibi peccat acidum; Teſtatur enim experientia in plurimis ægris & affectibus terrea prodeſſe, ubi omnium conſenſu acidum non peccat, ſed bilis regurgitat & ſpumeſcit, quam diſſociant, inhibent, & in motu ſuo præternaturali refrænant. *Wedelius.*

[14]. *Inter quæ laudantur*) Præmiſſa univerſali corporis evacuatione, Apozema ſequens præſcribendum.

℞. *Rad. apii, petroſel. fœnic. in vino albo per noctem infuſar.* āā. ℥j. *rad. chelidon. mai.* ℥ij. *rad. filic. enul. camp. cortic. rad. cappar. median. frax. & tamar.* āā ℥ß. *fol. abſinth. agrimon. capill. ven. chamædr. ſummit. hyper. & centaur. min.* āā. m. j. *ſem. apii, petroſ. aniſi, fœnic.* āā. ℥ß. *ſennæ mundat. polypod. qu. medull. ſem. carth.* āā. ℥ij. *Epith. cret.* ℥j. *z. z. & caryoph.* āā. ʒj. *flor. tamar. calend. cicer. rub.* āā. *p. j. f. Decoctio ad quart. V. In colat. diſſolv. ſyr. v. rad. & roſar. ſol.* āā. ℥ij. *f. Apozema clarific. & aromatiz.* ʒij. *cinnam. el. pro iv. doz. matut. addendo cuicuique cryſtalli Tart.* ʒj. *ſalis abſinth. & tamar.* āā. ℈ß. In ultima doſi diſſolve (ſi priores ſufficienter non purgaverint) *Elect. de citro ſol. & diacart.* āā. ʒiß. In prædicto decocto interdum additur vinum album; interdum aceti parùm, pro varia ægri natura.

Si æger fuerit delicatior, & Apozematis uſum ferre nequeat, in ejus locum ſequentia Juſcula erunt uſurpanda

℞. *Rad. apii, petroſ. aſpar.* āā ℥ß. *fol. agrimon. hyſſopi, capill. ven.* āā. m. j. *cryſtal. Tart.* ʒj. *Bulliant cum pullo gallinaceo, vel cum fruſtulo colli vervecini. Fiat Juſculum mane per ix. dies ſumendum*: Melius eſt *cryſtallum Tartari* in Juſculo jam confecto & colato diſſolvere, quia in decoctione refrigerata concreſcit iterum majori parte & ab ea ſeparatur, Imò verò dum exhibetur cum Juſculo, moveri debet diligenter cochleari argenteo immediatè priuſquam aſſumatur, alioqui bona illius pars in fundo ſcutellæ relinquitur. In alternis Juſculis infunde & leviter decoque ſennæ mundat. ʒß. ſem. aniſi ʒß. *Riverius.*

[14]. *Inter quæ laudantur*) In primis multùm præſtare in pertinacibus obſtructionibus poterit *ſyrupus ex ſucco ſiſymbrii aquat.* cum *ſucco anagall. aquat.* ſeu *beccabunga* contemperatus & paratus, *croco & cinnam.* aromatizatus, & affuſo pauco *aceto roſac.* ſubacidus redditus.

Ex Decoctis & ſuccis compoſiti *ſyrupi* in uſu ſunt ſequentes, De *Endivia compoſitus*. De *cichoreo* cum vel *ſine rhabarbaro*, De *eupatorio meſue*, qui cum *rhabarbaro* quoque paratur, *vinum paſſulatum* proprietate juvare creditur (vide §. *Paſſularum*) Ad cujus normam alius potus ex *paſſis juniperi* & *ſcobe ejuſdem ligni* cum *aqua fervente* efficaciſſimus fieri poteſt, qui gratior

futurus

futurus additis *paſſul.Corinthiacis*, *Chalybeatum vinum* etiam juvat. Vide §. *cum chalybe*) In vaſc. ſeu pocolo formato ex *ligno fraxini* vel *tamar. vinum retentum* aliquandiu, vim inde ſuſcipere creditur, & Lieni potiſſimùm affecto convenire. *Aquæ ſtill. ex efficacioribus plantis elicita*, utiliter quoque dantur, *Apii, abſinth. centaur.min.rad.gentiana &c, per ſe ſumpta, vel Elect.* ſumptis ſuperbibitæ.

Liquores alii ſimiliter bibuntur, veluti per infuſionem facta *lixivia* quædam, ut in hydrope traduntur, exhibita, penetrando & abſtergendo obſtructiones tollere poſſunt.

Urina hominis bibita abſtergendo & penetrando, obſtructiones, ut lixivia aperit.

Acidæ atramentoſæ naturales aquæ ſi bibantur, cachexias etiam inveteratas ſanare poſſunt, nihilque magis hoc remedii genere uſitatum &c. quarum uſu vel per alvum egregiè purgantur, materiamque atram egerunt, vel copioſè admodum, dum corpus mox poſt illarum potum exercent, ſudent.

Quibus ſudoribus non ſolùm aqua affatim jejunè bibita, ſed & quòd ſua aciditate penetret, occaſionem præbet venaſque meſeraicas, & vaſa viſceribus intexta diu pervadens obſtructione liberat, illuviemque quæ illic hærebat per alvum, & tenuiorem per urinas & ſudores propellit. *Platerus.*

Eſſentia Jovis omnes curat hepatis affectus: *Cl. Deodatus Panches l.3.c.35.*

Pulvis cachecticus hic elegantis virtutis eſt,

℞. *Chalib.prap. part.2. caſſia lign. part. 4. ſacch. alb. part.10.* m. detur ter *in die à* ℈ß. *ad* ℈j. Prodeſt item *ſpir.aperitivus* Penoti. Hartmannus *Pr p 126.*

Arcanum medicamentum eſt *ſpir.tartari*, affunde ſuper *colcothar*, & iterum deſtilla ſpiritum. *Joh. Hayne Tr. de morb tartar.*

[14] *Inter quæ laudantur*) Hepar obſtruitur à cauſa *frigida*, vel *calida*.

Simplicia in obſtructione hepatis à cauſa frigida profecta ſunt ſequentia, Radices *Apii, fœnic.petroſel. aſparagi, ruſci, ononidis, pimpinell. ſaxifraga maj filices, aſari, eryngii, angel. rubia, rhapont. cheliden. maj. cyperi.*

Herbæ, *Agrimon chamædr. chamæp. capill. ven. abſinth.card ben. marrubium, fumar. veron. beton. roſ mar. puleg. thymus.*

Flores *centaur. min. Perſica mali, geniſta ſchœnanthi.*

Raſura *Eboris.*

Semina *fœnic aniſ. carvi, dauci, aquilegia.*

Cicera rubra, lupini.

Fructus *amygd.amar. nucles Perſic. & Armeniac. capparet, bacca junip. & lauri.*

Aromata, *Cinnam. galanga.*

Compoſita ſunt.

Aquæ *agrimon. apii, fœnic. petroſ. ononid. chamædr. chamæp. capill. ven. centaur. min. veron. beton. abſinth. card. ben. fumar. ruta murar.*

Syrupi, *e 2. & 5 radic. agrimon. capill. ven.* bizant ſimpl. *& e. card ben. abſinth veron beton. marrub. fumar. aſparag. capill. ven. card. ben. onon. flor. Perſic.*

Condita, *rad ſcorzon. helenii, calam. aromat.*

Species, *diacurcuma, dialacca mai.*

Troch. *de rhabarb. de eupat. & abſinth. de lacca, de croco.*

Chymici commendant *cremorem tartari*, *tartarum vitriolat. flores ſulph. crocum martis, chalyb. prepar ſpir vitrioli & nitri*, ſpirit. *abſinth. aniſi, fœnic. baccar. juniperi.*

Ad Hepatis obſtructionem ex cauſa calida natam, ſequentia accommodata ſunt.

Radices cichor. gramin. oxalid.

Herbæ *fragor.* vel *fragaria*, *chondrilla, hieracium, hepatica, ſonchus, endivia, ſcariola.*

Semina *melon. cucum. cucurb. citrull.*

Ebur. raſum vel ſcobs illius.

Ex arte factis & compoſitis ſunt,

Aquæ *cichor. endivia, tarax. fragor. hepat. gramin. fragar.*

Syrupi. *endivia, cichor. fragor. acetoſus ſimpl. è ſucco limon. acetoſus diarrhod. oxyſacch. compoſ.*

Conſervæ *flor. cichor.*

Condita, *radices cichor.*

Tartarum vitriolatum. Sebiſius *man. p.1222.*

[14] *Inter quæ laud.*) Præparata materia evacuanda eſt porionibus, apozematibus, & ſyr. laxativis, qui recipiant fol. *ſenna, agar. & turbith.* Sed cum vix unquam ſola pituita obſtructiones Jecoris faciat, ut quæ bili ſemper ſit admiſta, conſultiùs fuerit, etiamſi pituita exuperare videbitur, addere cholagoga, ut *Rheum*, Cum topicis calefacientibus ea quæ bilem præparant; ne ſi ſolis illis utamur quæ pituitam incidunt & attenuant & calefaciunt, contingat Jecur rigis indurari, minùs enim ſiccantibus & attenuantibus inſanabilis durities reſtinguitur. *Enchir. Med Pract*

[14] *Inter quæ laudantur*) Conſervæ & Conditura laudantur, *cichorea, flor. & rad. apii officin. rad. Irid. & flor. capillar. herbar abſinthii, eryngiorum, rad. Valeriana, Abſinth. Pontici comar. Enula rad. geniſta, ſambuc. ebuli, & tamar. flor, Rob. de ſambuco, ebulo, de baccis junip.*

Extracta molliora in formam *rob.* decocta, ex plantis variis ſic fiunt, & electuariis permiſcentur, vel per ſe ſumuntur, ut *abſinthii, ex ſucco irid.* aliarúmve plantarum, *rhapontici*; item & *cyclaminis* ſucci, extracta, quæ in induratis viſceribus proſunt. *Pulveres* varii fiunt, quorum aliqui, qui præſertim efficaciores ſunt, per ſe ſumuntur, cum *vino* aliove liquore convenienti; vel in compoſitiones alias aſſervantur, nonnunquam in trochiſcos prius formati.

Ex ſimplicioribus ſic fiunt pulveres à plantis deſumpti, *rad. filicis, cappar. rhapont. ariſtoloch. fol. ceterach, cuſcuta, ſummit. abſinth. centaur.* *Salia* ex quibuſdam plantis facta, ut *ſal abſinthii, tamariſci, geniſta, agrimonia*, & ſimil. commendant Chymici. Ex *animalium* quorundam partibus parati Pulveres, imbecillitati viſcerum ſuccurrere creduntur. *Platerus.*

[14] *Inter quæ laudantur, &c.*) Si obſtructiones contumaciores ſint, Pilulæ ſequ. in uſum veniant.

℞. *Aloes opt. ſucco abſ diligenter lotæ.* ℥ß. *g. ammon. acet ſol. & trajecti* ʒiij. *myrrh. el. vino calenta ſol. & trajecta* ʒii. *pulv. elect. tragant. cryſtall. tart. ãã.* ℈j. *agar r. troch. & rhabarb. el. ãã.* ʒij. *ſalis abſinth. & tamariſci ãã.* ʒß. *croci* ℈ß. *cum ſyr. roſ. ſol. fiat maſſa Pilul de qua capiat* ʒß. *2. horis ante prandium bis in ſeptimana*

Loco Apozematis decoctum Galli vet. utiliter ſubſtitui poterit.

℞. *Polypod. qu. & ſem. carth. ãã.* ℥ß. *ſumm. thymi & epith. ãã. p. j. ſem. aniſ fœnic carvi ãã.* ʒij. *ſenn. mundat.* ℥ij. *cryſtal. Tart.* ℥ß. *contund. omnia & miſceantur, iiſque impleatur ven. er Gall vet eviſcerati, coqu. in iij. aqua part & una vini albi. donec galli caro ab oſſibus ſeparetur, fiat Juſculum, quod capiat ager in iv. dozes matut.*

Vel, quod meliùs erit, ex quarta prædictorum ſimpl. parte fiat decoctio pro-one dieı, quotidie uſurpanda. Huic etiam Juſculo addi poſſunt herbæ & rad. aperientes in parva quantitate Ad obſtructiones inveteratas maximè commendat *Quercetanus* in Pharmac. *Pulv. rad. aronis compoſ.* cujus ʒij cum liqu. idoneo ad aliquot dies exhiberi poſſunt. Sed præ cæteris omnibus medicamentis, ad delendas obſtructio-

nes inveteratas, maximè conferunt remedia ex *Tartaro, vitriolo & calybe* conflata. *Riverius.*

Præterea Chymici commendant *Purgationes mercuriales,* ex *mercurio dulci,* præſertim cum *pilulis* ordinatis, vel per extracta paratis, quia *mercurius* valdè penetrat & obſtructiones aperit. *Bezoarticum minerale* etiam plurimùm commendatur, & cum *mercurio dulci* exhibitum mira præſtat, v.g.

℞. *Bezoart. min. gr. xij. mercur. dulc. gr. vj. conſ. roſar.* ℈j. *vel* ʒj. *ſ. Bolus* per plures dies dandus. *Riverius.*

15. *Aloës crudæ) Aloë* lavari poteſt, ut ſolvantur in liquore partes puriores; aliàs *Aloe lota* nullius eſt uſus, relinquitur enim cadaver pro corpore, umbra pro re, ſordes & feces pro vino. *Wedelius Pharm. in A. F. r. p. 9.*

15. *Aloës.* Dicimus *aloën* non calefacere hepar, licèt impensè calida ſit, quod priùs inteſtina pertranſeat, quàm ad hepar rapiatur: quod verum niſi in maiori ſit quantitate, ait *Galenus l. 2. de comp. med.* Itaque vix ullum incommodum ſequitur in talibus ab *aloe*: At eodem in loco, ait *Galenus.* Niſi multæ obſtructiones ſint præviæ, in quas aloë agat, ſi hepar calidius ſicciuſque fuerit magna inde clades ſequitur. *Ballon. 1. Epid. p. 57.*

16. *Ex vitriolo) Ex vitriolo* oleum tantùm, ſeu ſpiritus, uſurpatur in apozematis, ſyrup. aliiſque remediorum formulis; Exemplo eſſe poterit ſequens *ſyrupus,* in omnibus iecoris, meſenterij, & venarum obſtructionibus pervtilis, quo plurimi per febres diuturnas in cachexias ac hydropes devoluti, priſtinam ſanitatem adepti ſunt.

℞. *Rad. apii, enul. c. aſparag. eryng.* ā ā. ℥i. *fol. agrimon. caterach, capill. ven. cuſcutæ card. ven.* ā ā. *m.* j. *ſumm. abſinth. pont. & centaur. min.* ā ā. *m* ß. *granor. alkek.* ℥j. *aqu. fontis* lb. vj. coqu. donec colat. lbij. ſuperſint, in quibus diſſolve *ſuccorum cichor. & pimpi. depurat.* ā ā. lb. 1. *fumar lupul.* ā ā. ℥vi. *fœnic. & petroſel.* ā ā. ℥iij. *aceti ſcill.* ℔. 1. *ſacch. albi* lb. iv. *f. ſyrupus, cui adde ol. vitrioli q. ſ. ad gratam aciditatem, capiat æger cochl.* iij. *ante ientaculum, & totidem ante prandium & cœnam.*

Vitrioli autem efficaciam oſtendunt *aquæ naturales acidæ & vitriolatæ,* quarum uſus frequentiſſimus & utiliſſimus eſt, in omnibus morbis ab obſtructionibus oriundis. At *Spiritus vitrioli* cum *ſale* aut *ſpiritu Tartari* mixtus, valde commendatur à Spagiricis, ex iiſque conficiunt *Tartarum vitriolatum & mixturam ſpiritualem,* ex *ſpiritu vitrioli, Tartari, & Theriacali* conflatam, quæ cum aliis multis aperientibus admiſceri poſſunt. *Riverius.*

17. *Croci martis)* uſus inquit *Verzaſcha Riverij contr. L. 11. c. 3.* contra obſtructionem hepatis, cachexias, hydropes, melànchol. hypochondriacam egregios effectus obſervavimus.

18. *Rhabarbari)* Inter cætera cathartica, in obſtructione à cauſa calida orta, primas tenet *rhabarbar.* quod vel in ſubſtantia, vel in infuſione, vel in pilulis, vel in ſyrupo, vel in tabulis, vel in extracto, vel in trochiſcis exhiberi ſolet. *Sebiſius.*

18. *Rhabarbari.)* Siccitas & calor hepatis impediunt quominus tuto *Rheum* uſurpemus; Præterea cùm viarum libertas eſt, viſque medicamenti pervenit ad hepar, tutum non eſt *rheum*, ſed ſi obſtructio ſit mediocris, eo uti debemus; Et tantò eſſe audaciores debemus, quantò obſtructio eſt maior; quod diligenter notandum, cùm de medicamentis calidis mentio injicitur. *Ballonius conſ. 35. lib. 1.*

19. *Cremoris Tartari)* Incuria Pharmacopœorum ea eſt, ut *cryſtallum tartari* à deſtillatoribus emere malint, quam propria manu conficere, fraus verò eſt quòd impoſtores hi parùm tartari & multùm aluminis (quòd totum ferè in cryſtallos abit) decoctis ſuis admiſcent. Hinc medici ſine fruſtrantur, cum alumen adſtringendi vi præditum ſit, aperienti contraria, quæ deſideratur: Præterea aliud damnum huic medicamento infertur, quòd nimirum cryſtalli huiuſmodi eliciuntur per decoctiones factas in cacabis æneis; at vulgatum eſt Pharmaciæ præceptum, ne acida in vaſis æneis decoquantur, quia facilè penetrant, & æris noxiam tincturam attrahunt. *Riverius.*

In tartari cremore hoc incommodi ſubeſt, quòd vix ſolvatur, ſemperque in fundo ſubſideat, ideoque in multo iam uſu eſt *Tartarus ſolubilis,* qui etiam in aqua frigida ſolvitur, quem ſic parat *le Mort.*

℞. *Cryſtall. Tartar. pulv.* ℥iij. *ol. Tart per deliquium* ℥iv. *ſolvantur invicem, ſolutionem filtra per chartam, filtratæ affunde accet. deſtil.* ℥xx *ſolvantur denuò ſimul, dein evaporentur lento igne ad tertiæ partis remanentiam, dein in cella reponantur ad cryſtalliſandum, cryſtallos lentè exſicca, & ad uſum ſerva;* Omnia quæ *cremor* efficit, idque quadruplo fortius. Doſis à gr. iij. ad ℈j. *Morley in collect. Chymica.*

20. *Decoctum ex tartari albiſſimi)* Jam familiari in uſu eſt *Tartarus ſolubilis in aqua frigida,* qui omnia efficit quæ cremor, idque quadruplo fortius, Doſis à gr. iij. ad ℈j. ſic parat *le Mort.*

℞. *Cryſtall. tartar. pulver.* ℥iij. *ol. tart. per deliqu.* ℥iv. *ſolvantur invicem, ſolutionem filtra per chartam, filtratæ affunde aceti deſtill.* ℥xx. ſolvantur denuo ſimul, Dein evaporentur lento igne ad tertiæ partis remanentiam, dein in cella reponantur ad cryſtallizandum, cryſtallos lente exſicca & ad uſum ſerva. *Morley Collect. Chym. p. 444.*

21. *Ex tartari)* Ex *vitriolo & tartari* tertia parte, addito duplo *ſilicum* calcinatis in pulverem, & in cava retentis donec diſſolvantur, *aqua* extillata, rurſumque materiæ pulveriſatæ ſuperfuſa, iterumque deſtillata, idque tertiò, data cochlearis menſura, miræ iuvare in omnibus obſtructionibus & hydrope docent chymici: *Spiritus Tartari* in antiquis obſtructionibus valde commendatur, uti & *Spiritus ſalis.* Platerus.

22. *Tartari.)* Ex Tartaro fiunt *cryſtallus, Sal & Spiritus,* & cum variis medicamentorum formis exhibentur, *Cryſtalli* uſus propoſitus eſt in Apozemate & Juſculis medicatis: *Sal* Tartari maximam vim habet deobſtruendi, & Apozematis, opiatis ac pilulis aperientibus utiliter admiſceri poteſt, Sed præcipuus illius uſus eſt in *Ptiſana laxante,* quæ fit *ex Senna* ℥ii. *in aqu. frig.* ℥viij. Infuſis *cum* ℈j. *vel* ʒß. *Salis Tart.* a quo ſennæ tinctura potenter extrahitur, ut Ptiſana hæc vulgò valentius purget, quàm Ptiſana vulgaris, & ad multos dies continuata omnes obſtructiones ſolvat; quo effectu non rarò quartanas contumaces, huius Ptiſanæ uſu per xv. dies continuato, radicitus curatas vidimus: Si *Salis Tartari* metuatur acrimonia, corrigi poteſt *Spiritu Sulph.* aut *vitrioli*: ut pro ʒß. *Salis,* ſint guttæ xv. *Spiritus. Spiritus Tartari* uſus ex hydropis curationibus in obſervat. noſtris elici poteſt, ſub nomine Spiritus diuretici. *Riverius.*

22. *Cum chalybis.)* Ex eodem etiam paratur vinum, cùm ♂ candens in hoc extinguitur. Quod ex *limatura chalybis præparata cum aceto* unc. ß. *infuſione in vini lib. iij.* vel iv. factum efficacius eſt: vel ſi *chalybs* ſic præparatus vinis medicatis adiciatur. *Platerus.*

23. *In juſculo experiente.)* Ex iis quæ in ſubſtantia ſumuntur, in *cibis,* vel illorum condimentis probantur: *Panis* cuius paſtæ *petroſelinum inciſum recens cum his* imponitur placentaque inde formatur; Eadem ratione, ex *roſmarino* fieri poteſt, vel *ſe-*

mine

mine fœniculi immiſto, aliiſve utilibus: *Olera ex herbis* iiſdem aliisve cocta; addito *butyro & aceto*, inter quæ & *ipſa* eum *ſinapi* & *aceto* probatur: *Sium, naſturtium*, *acetariis rad. petroſel. fœnic. turiones, aſparag. recent.* & *vitis nigra* viticulæ teneriores cocta. *Capparum* cum *aceto* condit. uſus; *Amygd. amara* eſitatæ, *Ervum* coctum, *Lupini* cocti cum *ruta & pipero*. *Dioſcor.* exhibet. *Platerus.*

24. *Topicis*) Quamdiu æger remediis internis, vel etiam poſt eorum uſum, quoties opus videbitur, foveatur regio hepatis, mane, horâ unâ ante hauſtum apozematis, & veſperi hora unâ ante cœnam. Fotu ſequenti.

℞. *Rad. althææ & bryon.* ãã. ℥j.ß. *rad. ebuli, cyperi, eryngii, cortic. rad. cappar. med. tamar.* ãã. ℥j.ß. *fol. malv. alth. violar. agrimon. chamædr. menthæ & abſinth.* ãã. *m. j. ſem. lini, fœnugr. & baccar. iunip.* ãã. ℥j.ß. *ſemin. coriand. ſantal. citr.* ℞. ãã. ℥iij. *flor. geniſtæ ſambuci, chamæm. & melil.* ãã. *p. i. f. omnium decoctio in ij. part. aquæ chalyb. & una vini albi ſub finem additi*, *Addo* *aceti* lb ß. *f. Fotus.*

Poſt Fotum inungatur eadem regio ungu.

℞. *Ol. lilior. & de cappar.* ãã. ℥ij. *ſucci rad. bryon. & apij* ãã. ℥iij. *bulliant ad ſuccorum conſumptionem, addendo ungu. de althæa & g. ammon. in aceto ſol. & trajecti* ãã. ℥. j. *ſem. dauci & ſpic. nardi* ãã. ʒ ß. *ceræ flavæ q.ſ.f. ung.* adde *aceti roſ. parùm unctionis tempore.*

Plurimùm etiam conferent *Balnea* tepida, in quibus emollientia & aperientia ebullierint. *Riverius.*

24. *Topicis*) Inter quæ *Epithematis* locus, hepati imbecilliori vel obſtructo, aliquid emolumenti afferre poſſunt, hoc pacto.

℞. *Aquar. endiv. vel chicor.* ℥iij. *aquæ apij* ℥ij. *aqu. abſinth. ſumm. centaur. vel gentianæ* ãã. ℥j. *aceti roſac.* ℥j. *ſantal. omni. vel ſpec. triaſant.* ʒ.j. *rad. aſar.* ʒ ß. *ſpica, ſchœnant.* ãã. ℈j. miſce.

Sacculi ex iiſdem, ex quibus *Fotus* parati, loco illorum applicati poſſunt. *Platerus.*

24. *Topicis*) Emplaſtrum ad contumaciſſimas obſtructiones optimum ℞. *lupin. amygd. amar.* ãã. ℥ij. *fol. eupator. ſcolopend.* ãã. *m. j. rad. cichor. rub. tinctor.* ãã. ℥. ß. teratur omnia craſſo modo, coquantur, piſtentur, cum melle & aceto, f. empl. *Mercurialis Pr. l.3.c.18.*

25. *Nonniſi longiſſimè à cibo.*) Non commodè dantur Aperientia cum cibis: ut enim adſtringentia cum iiſdem data, evolutionem chyli, & evaporationem impediunt, ita Aperientia præcipitant eandem, unde non fit debita ſeparatio alimenti & excrementi: citiùs ad renes deturbatis ſeroſis humoribus, valet id cumprimis de activioribus & abſorbentibus, quæ ſimul ventriculum ipſum gravant: Non turbanda in opere ſuo natura, moderationi ubivis intenta, & ſucceſſivæ actioni; unde nec Acidulæ promiſcuè cum paſtu conveniunt. *Wedelius Am. m. m. p. 75.*

26. *Emollientibus adſtringentia.*) Adſtringentibus utendum, tonicis in affectibus hepatis, ne obſtruamus, præcipuè, cùm obſtructiones curandæ adſunt: Nequeod de adſtringentibus cum certa conditione tabibus dictum eſt, intelligendum de iiſdem abſolutè & ſimpliciter; Siccant enim aſtringentia & ſiccando lymphæ motum impediunt; valet id ipſum quoque de *croco martis* adſtringente, quo ipſo ſæpè partes læduntur, nimio uſu. *Wedelius.*

27. *Ut tonus hepatis ſervetur.*) Ad obſtructionum reliquias conterendas, & partis robur inſtaurandum, convenit opiata ſequens.

℞. *Conſerv. fol. abſynth. capilli ven. & flor. tamar.* ãã. ℥.j. *conſ. rad. enul. camp. & cortic. citr. cond* ãã. ℥j. *myrobal. condit.* n°. j. *nuc. moſch. cond.* ℥ iij. *conf. alkermes* ʒ ij. *pulv. el. diarrh. abb.* ß j. *ſalis abſinth. & tamariſci* ãã. ℈ij. *croci* ℈j. *ambra gr.* ℈ ß. *cum ſyr. condit. citri f. Opiata, de qua capiat magnitud. caſtaneæ*, ſingulis diebus, manè, duabus horis ante paſtum, ſuperbibendo vini Hippocrat. parùm. *Riverius.*

28. *Moderata eſſe debere.*) Aperientia, moderentur adſtringentia; Adſtringentia aperientia, ſeu optima ſunt hepatica, quæ aperiunt & humorum motum promovent, una verò laxitatem ejuſdem prohibent, quoad acinos glanduloſos. *Wedelius.*

29. *Dulcibus.*) Dulcia non humectantia, facilè bileſcendo, hepar lædunt, ut enim paſſulæ ſunt hepaticæ, quòd blandè ſimul humectent, & bilem-inertem ſuo quoque modo corrigant, ita mel, ſaccharum, ſyrupi, facilè non ſolùm bileſcunt, ſed & cœnoſum reddunt ſanguinem ac luculentum. *Wedelius.*

29. *Dulcibus, non ut cibis, &c.*) Hinc ſyrupis non fidendum, inter aperientia & hepatica; Dulcia enim facilè lædunt hepar, quòd bileſcant, unde facilè generantur obſtructiones. *Wedelius.*

29. *Dulcibus non ut cibis.*) Regimine utendum exquiſito, in victus ratione, cavendo à lentis, craſſis, crudis alimentis, & præſertim præpoſtero illorum uſu, à *fructuum horæorum* nimio eſu, & aquæ frigidæ immoderata & intempeſtiva potione, maximè ſi inde cachexia prodierit, uti & à ciborum varietate: condiendo quoque cibos illis, quæ eorum concoctionem adjuvant, in ventriculi imbecillitate deſcriptis, cùm primæ concoctionis vitium, non emendet altera, atq; incoquendo & infarciendo cibos, iis quæ aperiunt & abſtergunt: Inter quæ *ſaccharum* in conditura non tam ob gratiam, quàm *abſterſionem*, &, quòd in eo ſingulare, à paucis obſervatum, quia à putredine arcet, commendandum. *Platerus.*

30. *Medicamenta liquida, vel &c.*) In Hepaticis notandum *non ſolum bilis, ſed & lympha, vitia eſſe attendenda*, ne vel excedat vel deficiat, In hoc verò maximè peccatur communiter, dum aperire ſuſtinent citra diluentia; Omnis obſtructio vaſorum notat motum impeditum humorum, tum ab intrinſeco ipſorum cumprimis vitio, tum ab extraneo quocunque; Ad motum verò requiritur non ſolùm ſtatus blandus, ut non acidus, auſterus, tartareus, viſcoſus ſit humor, verùm ipſum principaliter humidum; abſque humido enim nulla fluxilitas, nullus in corpore motus fit: Hinc obſervavimus ſæpè hypochundriacos, inprimis virum literatiſſimum, qui dolore hypochondrij dextri per aliquot annos laboraverat, à Chimicis fortioribus, & exſiccantibus omnibus læſos eximiè, malo potiùs exaſperato; quibus ſola infuſa ex aperientibus & humectantibus, non omiſſis acidulis, opem tulerunt. Hinc in opprobrium ſæpe medicorum, dictæ jam acidulæ aſylum ſunt & extremum morborum remedium, quatenus aperientes quas poſſident virtutes vitriolicas & martiales, plurimo diluente humore habent immerſas: Hinc decocta lignorum, non tam ſola vi diaphoretica juvant, quàm diluente, & fluxilem reddente lympham; neque enim eſſentia, ſpiritus, vel olea eorundem æquè iuvant & id præſtant. Hinc obſervavit ſæpe *Heer* melancholicos, quibus iecur æſtuabat, nimio guajaci uſu elephanticos factos; alios, qui calidiori eſſent hepate, niſi diluniſſimum potum ſumerent, eumque ex ligno longè à cortice remoto concinnatum, icterum aliaque mala ſæviſſima ſibi peperiſſe; Hinc continuò aperientium, non ſimul diluentium uſu læditur hepar; imò ipſa martialia, ipſum rhabarbarum noxium evadere poteſt. *Wedelius.*

31. *Topica.*) Exteriùs quoque Hepatica locum inveniunt, quæ mediantibus poris, virtutes interiùs vibrant, digerentia, aperientia, demulcentia & alia ejus generis, quamvis refractè agant, imprimis in dolore & ardore hypochondrij. *Wedelius.*

31. *Topica.*) Inter quæ locus *Fotibus.*

℞. *Abſynth. ompat. ſummit. centaur. min. āā. m. i. rad. aſari* ℥ ß. *ſantal. omn.* ℥iij. *caſſiæ ligneæ* ʒ iij. *ſpicæ nardi, ſchœnant*, *āā.* ʒ j. *ſemin. apii, cuſcutæ āā.* ʒ jß. *f. decoctio in vino & aqua aq. part. pro Fotu.*

31. *Topica.*) *Inunctiones* variis modis fiunt.

℞. *Ol. amygd. amar. nardini āā.* ℥ jß. *ol. cheirini* ℥ ß. *olei roſac. vel maſtich.* ℥ jß. *ſuccor. apij vel petroſ. officin. aceti āā.* ℥ ß. *f. decoctio ad ſuccorum conſumptionem, adde rad. aſari; ſemin. apij vel petroſel. offic. āā.* ℥ j. *ſantal. omn. āā.* ʒ ß. *ſpicæ*, *ſchœnant. āā.* ℈. Poſſunt addi pulv. *rad. cyperi, vel roſar. rubr. & ceræ q. ſ. f. ung.* Plater*us*.

32. *Poſt uſum chalybeatorum.*) In omnibus his obſervandum, ut iis aſſumptis deambulatione corpus exerceatur, ut hujus beneficio vis meliùs in actum deducatur, ac in partes obſtructas tranſmittatur, exactis 2. in deambulatione horis, aſſumatur juſculum herbis & radi. aperientibus alteratum. *River.*

33. *Niſi excrementa nigra.*) *Martialia feces tingunt, ructus cient, motum corporis requirunt.* Gravant ventriculum eadem, niſi laxitas, humiditas, & aciditas adſint, & contra ea cùm operantur benè feces tingunt, non alia ratione ac vitriolica dulc. auſtera cum ſulphureis reſinoſis reſolutis mixta; reſolutis, inquam, cum liquore aqueo conjuncto, quatenus acidiores humores iiſdem ſaturantur, ut in ventriculo, hinc progreſſione facta, accedente reſina bilis liquida, nigredinem ob præviam vitrioleſcentiam expandunt, & ad oculum ſiſtunt: Hoc niſi fiat, ut non operantur, ita culpam inprimis, in denegata reſolutione hærere certum eſt: Ructus verò cient, niſi minore quantitate & correcta dentur, non aliter ac affuſo liquore acido bullæ excitantur plures, dominium caloris non æquè agnoſcentes: Motum verò corporis requirunt, ut actuato calore, ipſa quoque magis reſolvantur & provolvantur, pignora in ſe reſiſtentia. *Wedelius A. m. m. p. 183.*

34. *Diureticis inprimis.*) *Serum lactis* ad id, eſt efficax, ſi ad xv. dies aut plures uſurpetur: Elicitur autem commodè per lactis ebullitionem, addendo parùm *aceti* aut *ſucci limon.* & poſtea colandu. *Amatus Luſit.* ſic præparat.

℞. *Seri lactis* ℔ j. *ſyr. acetoſi valdè acidi* ℥iij. *miſce & factâ unâ ebullitione; capiat more aquar. miner. ſcil. per duas aut tres vices*, poſtea deambulando: Antiqui eo utebantur ad heminas b. e. lb. v. *Quercetanus* ſic præparat.

℞. *Seri lactis* ℔ ij. *ſucci limon.* ℥ ij. *ſucci pomor. redol. recens extr.* ℥ iij. *Omnia ſimul cum album. ovi prius agitata ad ignem clarificentur, addendo parùm ſacch. De colatura* dentur ℥vj. vel viij. continuando per xv. aut xx. dies. *Aquæ minerales vitriolatæ*, utpote aperiendi & refrigerandi vi præditæ, quales ſunt Mcynenſes, ſunt utiliſſimæ. *Riverius.*

35. *Alia eſt in ſanguine.*) Interdum humorum quantitas & copia obſtructionem efficere ſolet, ut docuit *Galenus 10. m. m. c. 2.* his verbis. *Iam verò obſtructionum ipſarum alia eſt, quæ ex abundantia, alia quæ ex qualitate ſuccorum, ſcil. qui aut lenti aut craſſi ſunt, incidit*; Præfertur autem inter remedia, *in ea quam copia facit, ſanguinis miſſio; in ea quæ in humoris qualitate conſiſtit, attenuantium uſus.* Illa autem obſtructio à copia humorum oriunda, præcipuè in vaſis & cavitatibus contingit, quando illa nimis repleta, ita diſtenduntur, ut non poſſint ſeſe conſtringere ad excluſionem materiæ contentæ; ſicut ſæpe obſervamus veſicam à nimia urinæ copiâ. ex diuturniori illius retentione, diſtentam ſeſe contrahere non poſſe, unde difficilis urinæ excluſio, aut ſuppreſſio, ſuccedit. *River.*

35. *Alia eſt à ſanguine, &c.*) Signa cauſarum ſunt, ſi fiat ab humoribus dolor magis gravans, tenſivus, & fixus: Si à flatibus, acutior & vagus: Si à frigidis humoribus, major gravitatis ſenſus in dextro hypochondrio, color faciei albidior, nulla febris, neque ſitis, victus ratio frigida, craſſa, & otioſa præceſſit: Si à calidis humoribus, gravitas minor adeſt, major ſitis; facies citrina à bile, rubra à ſanguine; febris, & dolor interdum pungitivus, & victus calidus præceſſit. *Riverius.*

36. *Vel puro, &c. vel bilioſo & calido, &c. vel pituitoſo, viſcido.*) Magnitudo hepatis ob morbos rarò *imminuitur*, ſed ſæpe grandeſcit magis, quippe, aliorum parenchymatum more, quaſi congeſtione quadam nutritur, & materiæ nutricatus eidem continuò ſuppeditatur, faciliméque obſtructionibus obnoxium redditur; Ratio reddi poteſt ex magna ſanguinis (ejuſque haud adeo puri) hepar pertranſeuntis quantitate; Sanguis enim omnes à tribus magnis arteriis (nempe à cœliaca, à meſenterica ſuperiore, atque item inferiore) protruſus ad ventriculum, inteſtina, lienem, pancreas, & meſenterium, reducitur mediante vena Porta in hepar, & per iſtud in venam cavam ducitur; adeò ut nutrimento deſtitui vix poſſit, ſed obſtructionibus obnoxium potiùs ſit, quæ partem aliquam nunquam imminuunt, ſed eandem potiùs majorem ac pleniorem reddunt; Valeant itaque ſtolidi illi Ouromantes, qui ex ſola urinarum inſpectione; de abditis morbis neſcio quid garriunt, heparque ſæpe ad fabæ parvitatem abſumptum prædicant. *Gliſſon. Anat. Hep. c.* .

37. *A ſanguine, vel bilioſo & calido.*) Qui materiam ſuppeditat bili, qualitate vitioſa peccanti; *Marc Malpighius* docet, totum jecur multiplicibus conſtare lobulis, ad quos terminentur omnium vaſorum afferentium & efferentium, venarum portæ atque cavæ Arteriæ Hepaticæ, nervorum, ductuſque bilarij Hepatici, quin & radicum ex Folliculo Fellis propagatarum extrema: quæ omnia, quippe minima, licèt non attingat ſenſus, ita tamen ſe habere rationi videtur conſentaneum: Quibus ſic obſervatis, ſecretio Bilis expectanda veniet in laudatis Acinis glandulofis; quemadmodum valdè probabiliter idem vir ingenioſiſſimus exiſtimat, *omnem depurationem, ſecretionemque ſucci, ſive excrementitii, ſive proficui è ſanguinis maſſa ſolis glandulis deberi.* Hinc ſecretio ſive generatio bilis læditur, 1. quando ipſa plus minùs deficit, 2. quando nimia, 3. quando variis modis qualitate vitioſa producitur; Qualitate autem vitioſa producitur Bilis, quoties ſecundum qualitates ſuas ſenſibiles proprias, *colore* eſt dilutiùs vel obſcuriùs flaveſcens, *ſapore* magis vel minùs amara, *Odore*, plus aut minùs acris aut fœtens. *Duritie*, quoties in calculos concreſcens, conſiſtentia & firmitate prædita eſt notabili: Vel ſecundum *qualitates ſenſibiles communes*, naturali nunc conſiſtentior eſt, aut fluidior, ac proinde nunc *glutinoſior*, nunc liquidior, ut de copia mutata & jam propoſita nihil addam, *conſiſtentiam*, hinc & *glutinoſitatem Bilis*, ut & aliorum humorum in corpore *augeri* à frequenti *auſterorum* uſu; Eaſdem contra minui, à continuata *volatilium ſalinum & acrium aromaticorum uſurpatione* obſervavi. *Franc. Sylvius pr. l. 1. c. 44.* *Bilis* in hepate diutiùs hærens craſſeſcit & pernicioſas obſtructiones parit. *Riverius.* Frequens eſt jecoris obſtructio à pituita craſſa, frequentiſſima verò à bile flava, quæ p. n. diutiùs coërcita, nec tempeſtivè expurgata, exuritur & incraſſatur. *Euch. Med. Pract.*

Cùm dolore conjungitur.) Ex faciei colore, habitu corporis, & morbis antegreſſis, facilè obſtructionis cauſam cognoſces. Nam ſi æger ſit bilioſus, ita colligitur, ſi morbis à bile contractis, ut febribus tertianis, continuis, ictero & ſimilibus ſit conflictatus, bilis accuſanda eſt & pituita ſi contraria ſigna adſint. *Ibid.*

38. *Vomitu deturbanda eſt.*) Si obſtructio hepatis reperiatur *in corpore bilioſo*, cum calida & ſicca partis intemperie, tunc temporis *Aperientia frigida*, aut

temperata

temperata erunt uſurpanda: Pro Potu ordinario utatur æger *aqua ex* [...] *ſione chalybis* parata, cum vino tenui, Vel utatur leve *decocto tamarisci, agrimon. ceter. capill. ven. pimpinella*, utque ſimul mixtis, aut ſeorſim uſurpatis, etiam cum *vino*. Quidam laudant *Infuſionem ligni nephrit.* pro Potu ordinario, Alii decoctum *rad. cynoſbati*, quod potenter aperit & roborat, eoque ſolo multos à gravibus morbis liberatos eſſe contendunt: Potentius autem operatur infuſio *limat. chalyb.* facta in *vino albo*, vel *rubro tenui* cum *aquis prædictis*, aut etiam cum *aqua ſimpl.* permixta, Hoc enim ſolo remedio plurimæ virgines à chloroſi liberantur, Et adhuc potentius operatur vinum iſtud chalybeatum, ſi præter potum ordinarium meracum manè uſurpatur. *Riverius.*

Et ſi *diverſe* peccet *bilis*, ob quam in calculos quandoque concreſcit, curabitur graminis ſucco & decocto, ut & *Nitri ſpiritu* tam *puro*, quàm *dulci, ex vino, cerevisia* &c. uſurpato: Aucta *bilis conſiſtentia & glutinoſitas*, curabitur aromaticis ſubacribus, & imprimis ſalibus volatilibus, omnibus, ſed maximè oleoſis. *Franc. Sylvius Pr. l.1. cap. 44.* Cùm bilis cauſa eſt, obſtructio ea idoneis remediis, fotibus, linimentis, balneis præparata expurganda eſt, ea methodo quæ dicitur in Ictero. Eadem enim eſt obſtructionis Jecoris à bile facta, quæ Icteri, curatio, Icteri, inquam, quem obſtructio cyſtis fellis peperit; quæ enim obſtructiones cyſtis felleæ tollunt, eadem obſtructioni Jecoris conveniunt; ſed hîc roborantia addenda. *Ench. Med. Pract.*

39. *Vel pituitoſo, viſcido & craſſo*) Materia obſtructionem efficiens, utplurimùm eſt humor craſſus, viſcidus & lentus, qui liberè præterfluere non valens, in meatibus illis ſubſiſtit, & à calore partis magis ac magis incraſſatur, ita ut obſtructiones, quò diuturniores ſunt, eò contumaciores evadant; Humor craſſitie obſtruens, eſt imprimis *pituita*, quæ facilè craſſitiem & viſciditatem contrahit: Hanc ſequitur *melancholia*, quæ frigiditate, craſſitie, & fæculentia obſtructionem parere poteſt: *Riverius.* Imò Lympham morâ craſſeſcere docet *Barbette* in Praxi, Lymphaticis autem vaſis donatum eſſe Jecur, præſertim in concava parte notum eſt.

40. *Qui ex cibis craſſis*) Cauſæ antecedentes & procatarcticæ ſunt, quæcunque humores craſſos & viſcoſos producere valent, ut *Aer* craſſus & nebuloſus, *Cibi* craſſi, ſucci viſcidi, & ad eſum parùm apti, ut pyra, cydonia, ſorba, meſpila, fungi, caſeus, legumina, caro bovina, & porcina, piſces viſcoſi & fumo indurati, panis non probè coctus, rapæ, caſtaneæ, vinum craſſum, rubrum, ſtypticum, cerevisia craſſa.

41. *Et tum tartaro*) *Pituita glutinoſa* incidi debet attenuarique, quò iterum reddatur fluida & mobilis, quin ſubinde *diluì* quoque debet ac *diſſolvi*, ubi valde tenax exiſtit.

Pituitam glutinoſam incidunt 1. Omnia medicamenta *aciditate acri prædita*, quæ vulgò tenuium aiunt eſſe partium, *acetum* puta, & imprimis *ſtillatitium*, *ſpiritus ſalis, vitrioli, nitri, oleum ſulph. per campanam paratum, ſuccus citri, limon. &c.*

Quibus omnibus tutò utimur quando abundat ſimul in ægris bilis, non item quando peccat *Succus acidus*, à quibus hic augeretur, ſicut illa temperaretur.

Pituitam Glutinoſam incidunt 2. omnia medicamenta *aromatica*, & *ſubacria* imprimis, ut & *ſale lixivo*, tum *fixo* tum *volatili* prædita, qualia reperiuntur infinita, ex variis plantarum partibus, *radicibus, corticib.* &c. petitis.

Inter notiſſima ſunt *carduus bened. ſcordium, centaur. minus, eupator. juniperus, angelica, imperat. naſturtium hortenſe & aquat. eryſimum. guajac.* &c. quæ blandè movere ſolent ſudores & urinas; *Salia fixa* petuntur è plerisque plantarum partibus uſtis mox elixiviatis: *volatilia* nullibi abundant æquè, ac in omnibus animalium quorumvis partibus.

Hæc autem aromatica omnia, ut & ſalia volatilia; imprimis oleoſa, tutò uſurpantur, quoties ſimul peccat *ſuccus Acidus*, non item quoties quantitate vel acrimonia excedit Bilis, Sed poſſunt nonnunquam utiliter *confundi ſimul medicamenta tum acida, tum aromatica, & ſalina*, quoties utrumque, aut ſimul quoque peccant humores bilioſi & acidi, aut neutri, ne minimum in poſtremo hoc caſu alterutros humores augeamus, ſicque noceamus.

Obiciet aliquis, Si confundantur ſalina & acida, futurum, ut illa ſimul efferveſcendo, & in ſe mutuò agendo, vim ſuam amittant, concentrata nempe atque ſimul unita; Reſpondeo illa ita debere confundi, ut illa coagulatio & concentratio intima caveatur, quod fiet, 1. ſi confundantur utraque, quodammodo ſaltem temperata, nec ſummè contraria; Si 2. alia ſimul confundantur, quæ intimam illam impediant concentrationem; Si 3. paulò poſt illam confuſionem uſurpentur eadem medicamenta, quæ ſi diutiùs ſerventur ita confuſa ſenſim uniuntur ac concentrantur intimiùs, ſicque vim ſuam amittunt paulatim atque hæc docet ratio atque experientia; Sunt igitur omnia pituitæ glutinoſæ incidendæ, atq; attenuandæ convenientia Remedia, vel Acida acriora, vel Salina lixiva, tum fixa, tum volatilia, quo referenda ſunt Aromatica, quæ aliquando commodè poſſunt confundi. *Sylvius Append. Tr. 9. § 148. &c.*

42. *A Flatu craſſo*) Ex copioſo qui non facile diſcuti poteſt (quod illi non pateat exitus, ut in colico dolore contingit, ex *Galeno 3. de loc.* Quæ tamen cauſa rariſſima eſt, & à nonnullis abſolute negatur, *Riverius.* Rara eſt obſtructio Jecoris ab hac cauſa, minima venarum capillarium filamenta, non ſunt propria flatuum receptacula: Sæpiſſimè autem illi flatus reconduntur intra carnem hepatis & tunicam, quæ hepar involvit. *Ench. Med. Pr.* A flatibus, aut ventoſitate, ut ea diſtendant conquerant, nec illa ſentiant intrinſecus, inficiatur. *Platerus.*

Cap. XLI.

De Epatis inflammatione.

1. **E***Patis inflammatio eſt* [2] *ejuſdem* [3] *tumor calidus ex ſanguine impacto, &* [4] *in ipſa epatis ſubſtantia putreſcente exortus, cum febre continua, dolore gravativo, ſenſuque ponderis in dextro hypochondrio, affligens.*

[5] *Signa* ſunt, [6] ſenſus [7] *gravitatis* in dextro hypochondrio, à membranis [8] quibus epar in nonnullis ad coſtas nothas annectitur.

Tumor in eodem, qui major ægro in ſiniſtrum latus decumbente apparet, minor corpore in dextrum reclinato, & epate ſub coſtas nothas cedente.

Dolor [9] à jugulo ad coſtas nothas prætenſus; ob concluſam materiæ congeriem, quæ ſuccingentem thoracis membranam convellit.

[10] *Febris*, cujus vehementia inflammationis magnitudinem ſequitur, & noctu ad incaleſcentem phlegmonem exacerbatur.

Tuſſis arida, per intervalla ob vapores ad pulmones elevatos, & diaphragma compreſſum affligentes.

[11] *Difficultas ſpirandi*, quod febris majorem refrigerandi neceſſitatem adferat.

Decubitus difficilior, tum in dextro latere, quod a ventriculo & inteſtinis epar comprimatur; tum in ſiniſtro, quod epate ſuſpenſo membranæ tendantur.

[12] *Pulſus* [13] celer & inæqualis ob auctam in affectu calido refrigerandi neceſſitatem &c.

[14] *Diſtinguitur*; [15] ab muſculorum abdominis & pleuræ inflammatione, ſignis ibidem appoſitis.

[16] *Cauſa* eſt ſanguis impactus & putreſcens, [17] qui *vel* attrahitur, vel [18] tranſmittitur, *vel* affluit, *ſeu* [19] ob qualitatis vitium, tenuitatem nempe, fervorem & acrimoniam: *ſeu* ob quantitatem & exſuperantiam: *ſeu* ob [20] cauſarum externarum impulſum, ut, dum medicamenta calida ventriculo apponuntur.

Curatio eſt *difficilis*, quia pars princeps afficitur, & ipſius occaſione hydropis aut atrophiæ metus imminet.

[21] *Exiguæ ſpei, vel Nullius* ferè, *ſi* ſingultus ſuperveniat, quia epar ad maximam inflammationem perveniſſe, & ſic ob nervorum κοινωνίαν os ventriculi in conſenſum trahi, indicio eſt, *ſi* [22] ventris ſolutio accedat, quia hæc excretio materiæ crudæ à virtute imbecilla proficiſcitur, *ſi* febris ardens & continua comitetur, quia vehementer inflammatum iſtud viſcus eſſe ſignificatur.

Si [23] ad *ſuppurationem* perveniat, [24] quod ex eo *cognoſcitur*, quod id poſt diem vigeſimum, ſi natura debilis non eſt, accidat; dolores & febres, cum aliis ſymptomatibus, noctu tamen magis invaleſcant; rigores, quos caloris exacerbatio ſequitur, nullo ordine, nullaque ratione invadant; quia ex abſceſſu ulcus oritur ſordidum, quoniam alimento & humorum colluvie perpetuò alluitur; & cum ſubſtantia jecoris ſolida, utpote ſpermatica reparari nequeat, incurabile.

Si [25] ad *indurationem* tendat, quod ex eo *cognoſcitur*, quia poſt dies XL. febris & dolor falsò deliteſcunt, abſque ſenſibili evacuatione, remanet in loco tumor & durities cum proſtratione appetitus, & quotidiana corporis extenuatione.

Alicujus, ſi per reſolutionem abituram ſpes eſt, quod à primo invaſionis momento, ad diem decimum quartum circiter accidit, & ex remiſſione ſymptomatum & urinæ colore cognoſcitur.

[26] *Peragitur* [27] iiſdem, quibus aliæ inflammationes curantur.

Obſerva tamen, 1. [28] Baſilicam vel mediam cubiti dextri [29] primâ ſtatim vel ſecunda die tundendam.

[30] Repellentia mitiora eſſe debere, ne vel viis epatis nimium conſtrictis obſtructio efficiatur, vel nimium refrigerantibus ſcirrhus producatur, vel ſanies ex ipſo phlegmone reſudans, in hepar regeratur.

3. Eadem debere eſſe [31] clementer adſtringentia, [32] illis quæ modicè aperiunt & abſtergunt, caſtigata.

4. Non eſſe actu frigida, niſi ſit eryſipelas, & fervor inſignis, applicanda.

5. [33] Rupto ad renes abſceſſu, ſerum caprinum cum emulſione ſeminum quatuor propinandum.

6. Fiſſâ & exesâ epatis ſubſtantiâ, ſi pus in abdominis cavitatem excidit, ad uſtionem & inciſionem abdominis accedendum: de qua vide Authores.

Repellit [34] & refrigerat *compoſitum ex aqua lacrymæ vitis* deſtill. unc. III. *aquæ roſar.* unc. IV. *album. ovi conquaſſati* n. II. *Nitri* dr. iiſ. linteis applicatum.

[35] Diſcuſſioni bene inſervire creditur, Cerotum ex *ol. Mercurii* d. j. *dulced. ſaturni* d. iiſ. *ol. de galbano* unc. ſ. *ceræ rubeæ* ex *cinnab.* combinnarum, & viſco junipetino, cum *ſucco ungulæ caballinæ, aut galbano* exceptum & impoſitum.

Differentiæ hujus inflammationis ſunt aliquot.

I. Alia eſt [36] *Magna*, in qua omnia ſunt vehementiora.

Alia *Exilis & obſcura*, in qua tuberculis & abſceſſibus furunculorum inſtar, nullo hypochondrii tumore vel dolore, epar obſidetur, febris adeſt non admodùm ardens, cum ſiti & faſtidio.

Solvitur ſanguinis profluvio per directum ex dextra nare exorto, primis ſeptem diebus, interdum nono, undecimo, rariſſimè decimo quinto, ſi præſertim patiens viginti quinque annis minor ſit.

II. Alia eſt [37] *in gibbo*, in qua ſpirandi difficultas, quam Paulus irruptum ſuſpirium vocavit, tuſſis & gravis dolor jugulum premens, magis infeſtant, decubitus dexter, ut quo pars affecta premitur, difficilior eſt, dolor contactu & preſſu exacuitur. Vrina eſt reſes, quæ ſi ſimul ſit cum contento ervino, liquatione attestatur, [38] tumor promtè percipitur, interdum prominens & oculis conſpicuus eſt. Hæmorrhagia narium, ſi e directo ſit, ſudoribus bonis, & urinis copioſis [39] *ſolvitur*.

Diuretica catharticis ſunt longè utiliora.

Alia eſt [40] *in cava*, [41] In qua nauſea, ſitis, cibi faſtidium, ſingultus, bilioſa vomitio [42] aut dejectio acriùs urgent, decubitus ſiniſter gravis & laborioſus eſt, [43] tumor non promtè contactui obvius eſt. Excrementis [44] alvi bilioſis, cruentis, ſudoribus & vomitibus ſolvitur.

Clyſteres lenientes exhiberi poſſint, [45] *purgantia* per os cavenda.

III. Alia eſt a *ſanguine puro*, quæ *Exquiſita* dicitur, & in qua [46] omnia mitiora.

Alia à *Mixto*, quæ *notha*, illoque vel [47] *Bilioſo*: & tum icterus fortè præceſſit, febris eſt ardens; [48] maraſmi metus angit, ſinceræ bilis vomitio, & interdum per alvum dejectio, quæ vel diarrhœam vel dyſenteriam infligit, afficit.

Vel *Pituitoſo*, quæ rara eſt, & in qua Topicis *maſtiche*, *nardus*, *abſinthium*, & ex his parata olea addi debent, &c.

Tumorem ab inflammatione hepatis, per [49] multum temporis durum, qui [50] admotis pus generantibus emollitus, & cauterio apertus emiſit pus fluxu per annum durante, & relicta fiſtulâ vide apud Bartholinum Epiſt. Cent. II. 73.

1. *Hepatis inflammatio*) Alias ἡπατῖτις dicta; ac hîcèt in ſtatu præternaturali latè vocari poſſint *Hepatici* omnes qui inflammatione Hepatis laborant; Veteres tamen ita appellarunt eos qui inflammatione hepatis laborãrũt, quemadmodũ pleuriticos, phreniticos à parte inflammatâ vocare ſolent; ita *Hipp. Coac. t. 446.* monente *Fœſio in Oecon. pag. 263.* Hinc & inflammatio ipſa ἡπατῖτις dicta fuit; Verùm Recentiores vocabula *Hepatitis* & *Hepaticus* uſurpant de affectu Hepatis citra inflammationem, quando imbecillitas Hepatis peccat, ut ſecretionis officio non ritè fungatur. *Bruni Lexici p. 660.*

1. *Hepatis inflammatio*) Non facilè hepar inflammatur, aut ſi inflammatur, febris tamen & æſtus ac cognata ſymptomata non adeò intenſa ſunt, quàm pro ratione partis eſſe deberent; quia nempe hepar parvam habet arteriolam; jam verò in omnibus inflammationib' à ſanguine arterioſo magis, quàm venoſo intendi ſolent ſymptomata. *Etmuller.*

2. *Eſt ejuſdem tumor calidus &c.*) Tumores Hepatis qualeſcunque, ſunt morbi conformationis, in magnitudine aucta, communeſque eorum cauſæ ſunt *affluxio materiæ & obſtructio*, quæ pariter & aliorum omnium totius corporis Tumorum communes ſunt cauſæ: *Affluxionis*: cauſæ communes ſunt 1. Nimia materiæ mobilitas. 2. Partis mittentis validior impulſio. 3. Recipientis expulſio tardior. *Gliſſon.*

2. *Ejuſdem tumor &c.*) Præſupponenda eſt Jecoris obſtructio, antequam de Inflammatione cogitandum; Hæc enim nec cognoſci rectè, nec curari niſi Obſtructionis ratio ſit perſpecta, quam nonniſi unam poſſumus aſſerere, nempe retenta noxia, vel humores craſſos, putrilaginoſos atque immobiles, hoc eſt excrementitios: Itaque Inflammatio illa, ex *Joh. Petri Fabri* ſententiâ, nihil aliud eſt, quã Archei ſeu ſpiritus inſiti incandeſcentia, & conceptus contra materiam peccantem ibi collectam, vel præternaturaliter retentam, quam eum impetu ſubigere, evincere ac propellere nititur, furor, Quò enim per obſtructionis morbum magis coarctatur, ac veluti incarceratur ſpiritus vitæ, eò majorem impetum concipit, ut libertatem ſuam, liberam ventilationem, patuloſque receſſus & minimè impedita influentiarum beneficia reparare, & obſtacula cuncta amoliri queat; Hunc ipſum furorem, ſeu acre hoc certamen Archei contra adverſarium ſuum, alibi Fermentationem exorbitantem ſeu morbificam diximus.

Hæc autem Fermentatio, cùm poſcat locum ac cavitatem quandam, Anatomicis ſanè reſponſum in promptu erit, qui aliam nullam determinabunt, quàm venas, præter quas aliæ cavitates in Jecore non ſunt.

Stante igitur hac Fermentationis baſi, explicare potorimus, unde calor naturalis tunc augeatur, atque duplicetur, atque Inflammatio illa, unde revera oriatur; ſcil. ob fermentationis efficaciam, ex materia excrementitia vehementer fermentante, & adhuc efferveſcente, ſpirituoſas fuligines exire nullum eſt dubium; id quod nemo negaturus eſt, niſi fermentationis naturæ & operationum chymicarum ignarus: Hi itaque excrementitii ſpiritus cum ſpiritu noſtro commixti, & ſub uno contubernio exiſtentes, calorem illum valdopere auctum, exorbitantem & præternaturalem, utique efficiunt: Huc accedit etiam quòd ſpiritui inſito, in carceris anguſtiis conſtituto, adjacentium partium natura quoque ſuccurrat, ac ſpirituum influentium auxiliares copias tranſmittat, atque ſic calorem illum duplicet, tripliceive, Et hæc unica ac vera Inflammationis cauſa, quæ Hepati adſcribi poteſt & nulla alia. *Chr. Langius.*

3. *Tumor*) Cavendum, quod rectè monet *Sennertus*, ne fallamur, ſi tumor in medio ventre appareat, cùm quibuſdam etiam hepar ad medium ventris extendatur. *Etmuller.*

4. *In ipſa hepatis ſubſtantia*) Notandum ex *Hipp aph. 45. 7.* Inflammationem aliquando ſolam membranam hepar veſtientem occupare, aliquando verò ipſam hepatis ſubſtantiam & propriũ parenchyma. *Quorum*, inquit, *hepar ſuppuratum aduritur, ſi pus purum fluxerit & album, evadunt, in tunica enim his pus continetur. Si verò qualis amurca fluat, pereunt.* Galenus in comm. ſic loquitur. *Quibus in tunica eſt pus, nihil patiente ſubſtantia hepatis, ſolvuntur omnes*, quibus verò *ad carnem uſque hepatis* corruptio pertingit, non abſque *ratione moriuntur.* Riverius. Et hic videtur ſibi contrarius eſſe *Galenus. qui 5 loc. aff. cap. 7.* cenſet neutram hepatis partem diſtinctè laborare poſſe, ut altera integra,

(ſcil. cava vel gibba) omnis mali expers conſervetur, aliud quia viſceris cato continua ſit: Aliud quippe ex *Hippocr.* e ucelcit, qin gibbam partem affici oſtendit, ſed ſ. perficiarie. Præterea, cum inſignis ſit moles hepatis, fieri poteſt, ut in unam partem fluxio irruat, ſalvis cæteris, id quod manifeſtum faciunt diſſectiones:

5. *Signa ſunt*) Univoca & pathognomonica ſunt, *Gravitatis ſenſus* in dextro hypochondrio, *dolor*, *febris*, *difficultas ſpirandi*. Sed multa alia dantur æquivoca, & ad certam diagnoſin ſtabiliendam non parum conferentia, qualia ſunt *Tuſſis* ſicca & moleſta, *Pulſus* durus, inæqualis & quodammodo ſerratilis; *color linguæ*, primum ruber, deinde niger, *Cibi faſtidium* vehemens, *Sitis* inexplebilis, *Vomitus* bilioſi & interdum pituitoſi, *Color totius corporis* pallidus ad ictericium vergens; *Vrina* rubra, flammea, & acris, *Alvus adſtricta*, à calore omnem humiditatem chyloſæ materiæ abſumente; interdum tamen liquida eſt, ſi nimirùm inflammationi ſumma hepatis imbecillitas conjungitur, tunc enim liquida excrementa dejiciuntur, & loturæ carnium interdum ſimilia. *Riverius.*

Singultus aliquando accidit; *Icterus* nonnunquam adeſt; *cruenta* interdum ſequitur *dejectio*; *Platerus.*

Indicatur etiam *è lotio* non copioſo, ſecundum *Avicennam*, quoniam aquoſitates abſumuntur; Et eſt *lotium* coloratum, ratione fervoris ſanguinis, vel bilis: Præterea indicari poteſt è *vomitu bilis*, *flava*, vitellinæ, & interdum æruginoſæ: nam non eſt impoſſibile, ut in Jecoris inflammatione, huiuſmodi materiæ generentur; Inſuper ſignificatur è *mordaci calore* totius corporis, ratione febris quæ adeſt, quamvis interdum, dum eſt inflammatio maligna, extrema refrigerentur: Mutatur etiam *color totius*, Et *lingua* apparet *rubicunda*, deinde nigra, *Capivaccius.*

5. *Signa ſunt*) Adeſt *febris* ardens, ſed lenta, *ſitis* perpetua & inexhauſta, *linguæ ſcabrities*, & huic inhæreſcens lentor primò flavus, deinde tandem nigricans, *nauſea*, *cibi faſtidium*, interdum *ſingultus*, *corporis color cinerutius*, *urina* craſſæ, rubicundæ ac turbidæ, *vomitio* flava & amara, non ex bile, ſed ab excremento flavo poſt coctionem in ventriculo relicto, quod utpote acre & mordax, dum delabitur una cum chylo in jecur, excalefacit illud & inteſtina quoque ad alvi fluxum prorıat; Ab hepate inflammato tranſeunt etiam ſemina ac germina ſeu fomenta inflammationis, ut cum *Hippocrate* loquar, phlegmones in ſanguinem, unde vitia multa in cute & carne ſcaturire ſolent, quibus ſuccurritur, ſuccurrendo hepati inflammato. *P. Joh. Faber. quibus pag. c. 40.*

De ſignis illis animadvertendum eſt, nullum ex iis pathognomonicum, ſed cuncta aliis morbis ac viſcerum quoque inflammationibus communia exiſtere; Quare primò & ante omnia ad dolorem gravativum, cum æſtuatione junctum, dextri lateris ac regionis ſub qua hepar abſconditum eſt, reſpiciendum eſt; ac deinde ſigna demum illa, ab Auctore allata hic junctim, & quatenus vel omnia vel pleraque ac potiora ea concurrunt attendenda erunt; ſin ſecus fiat dignoſcendi certitudinem hinc pelliceri non licebit; ſunt autem hæc ipſa ſymptomata nihil aliud, quàm germina quædam ut *Hippocr.* loquitur, ſeu fructus inflammationis hæpaticæ atque effloreſcentiæ corruptionis ſanguinis, qui corruptelam ſuam hepati vitioſè ſe habenti atque corrupto debet, ita ut ex ſymptomate morbus, cujus & ſymptoma, quod propterea ab Autori[illegible]us non malè morbi umbra dicitur, deprehendi o[illegible]mò queat. *Chr. Langius.*

5. [illegible]*na ſunt*) Adde & quod ex *vultus colore* deſumit [illegible] loc. aff. docet in affectibus hepatis & lienis ſæpè maximè nos juvare inſpectionem faciei; ſed eſſe tale quale vix deſcribi poſſit, experientiâ promd[illegible] diſ[illegible]endum: Hoc in pulmonum quoque affe[illegible]ibus eſſe, docebat *Scherbius*: quin cordis etiam eſſe non dubito. *Hofmann. Inſt. l. 3. c. 5.* vide §. ad *ab muſc. abdom.*

Junge ſigna è *lingua* petita, quæ arida eſt, rubens ſ[illegible]nino, dein nigra & aſpera. *Hollerius.*

6. *Senſus gravitatis in dextro hypochondrio*) Sunt qui pro nota inflammationis, & potiſſimum gibbæ, addunt quòd dolor eſt in dextra parte, ſed illam notam falſam experientia agnovit; Nam ſi hepar inflammetur in utraque parte, gravitas circa coſtas mendoſas percipitur, ſed in clavicula ſiniſtra potiùs quàm in contraria; quod diſſectio docet, hepatis enim extremitas ad ſiniſtram venit; quare ſi inflammatio fiat in extremitate hepatis, dolor in ea parte ſentitur: Quare aliam notam addere oportet, quæ ſplenis inflammationem ab ea diſtinguat, in utraque enim dolor ſub hypochondrio ſentitur, ſed altior eſt doloris ſedes in hepate, inferior in ſplene: adde quòd cùm Lien inflammatione laborat, tumor tactu deprehenditur, nam ob gravitatem inferius deſcendit, quàm pro naturali conſtitutione: Eſt autem ſpongioſus, aptus ad ſuſcipiendas defluxiones; præterea multarum venarum & arteriarum ramos obtinet, per quos magnum fit humorum ad eum effluvium, Ad hæc ſanguis fœculentus retinetur, ob quam copiam in tumorem elevatur p. n. *Rondeletius Pr. c. 32.*

7. *Gravitatis in dextro hypochondrio*) Quæ oritur à repletione & diſtenſione hepatis: quandoquid m viſcus ſuapte naturâ amplum, & valde comp[illegible] re multo repleatur, ſummam gravitat[illegible] acquirit, [illegible]æ ab ægro præcipuè percipitur, dum ſeſe ab uno lat[illegible] aliud convertit. *Riverius.*

8. *Quibus hepar in nonnullis ad coſtas*) Interdum accidere ait *Galenus c. 7. l. 5. loc. aff.* ut coſtæ in conſenſum ducantur, nam in quibuſdam jecur annectitur coſtis per membranas aliquas, in quibus neceſſarium eſt, ut gravitatis ſenſus etiam coſtis communicetur, Non autem in illis in quibus membranæ hæ deſiderantur, in pleriſque tamen reperiuntur illi nervi, quare *Galenus* ait id interdum accidere. *Capivaccius.*

Ballonius.

101. D. de Longueil, ad menſem Majum tormina abundat & humore bilioſo & ſucco crudo: utriuſque humoris motes inæquales, motus inæqualis: dolor ad imum ventrem inclinans ad partem potiùs dextram turgebant adeo humores, ut ferè oppreſſus fuerit toto aqualiculo in tumorem elevato: febris ſucceſſit partim periodica, partim non: Tandem excrevit Puris materiam, facto in meſenterii parte, aut Inteſtino aliquo abſceſſu, meliùs habuit: poſt longum tempus & longas adeo Purgationes convaluit, Horrebat aliquando & rigebat, ſed Rigor erat à ſuppurato, &c. *Epid. lib. 2. pag. 272. 273.*

In Affectibus Hæpatis.

Ballonius.

9. *Dolor à jugulo ad coſtas*) *212. 102.* In omnibus Iecorarus, id eſt, quibus grandius Hepar, amplius, tumentius & calidius, cum febribus magnis prehenduntur, maxima ex parte, tempore urgentis febris, dolores in claviculis & ſecundum homoplatas ſentiunt ſatis vehementes: In Pleuritide quidem, cum uno loco inflammatio conſiſtat, tamen in parte longè remota ob communicationem & continuitatem membranarum, dolor intolerabilis ſæpe ſentitur, qui majores ſæpe moleſtias

exhibet

exhibet quàm ipſa Pleuritis, & ſigna Diagnoſtica Pleuritidis ſunt ſuperiores aut inferiores partes occupantis Hippocr. c. 4. Acut. deſumit ex dolore aut claviculas aut ileos regionem occupante: Hepate accenſo aut inflammato, aut per inſignem febrem æſtuante, dolor poteſt ad jugulum pervenire: biſariam enim dolor tenſivus ratione Jecoris ſurgit, aut enim Hepar nothis coſtis alligatur, & tunc dolor ad claviculam percipitur, ratione diſtentæ membranæ quibus non adligatur, à vaſorum ipſorum potiùs quàm membranarum diſtenſione dolor ſurgit; & ut ait Gal. proprius venæ arteriæque dolor veluti in longitudinem extenſæ chordæ ſpeciem refert: Quòd eſt notandum, ne cùm hos dolores in febribus aut inflammationibus Hepatis ortos videris, fruſtra de catarrho comminiſcaris; probabile enim eſt dolores pro partium affectarum ſitu eſſe aut [illegible] aut [illegible]. *Baldenius Conſil. 7. lib. 1.* ineuntibus Paroxyſmis intumeſcit & expenditur Hepar contingens Diaphragma, unde difficilis ſpiratio contingit, ita quoque dum æſtuat jecur, intumeſcentia eſt quædam, hinc tractui ſi vilis contentio, quo fit ut per communicationem vaſa ſuperiora afficiantur. *Idem in Ann.*

9. *Dolor à jugulo*) Dolor aliàs in uno, aliàs in duobus & tribus locis percipitur: In ipſa hepatis regione dolor percipitur gravativus: Aliquando etiam in nothis coſtis, iſque tenſivus, quando inflammatio ligamentis hepatis ſuſpenſoriis eò communicatur, quæ coſtis nothis connectuntur; Aliquando etiam dolor communicatur jugulo per continuationem membranarum, quæ communionem habent cum membrana hepar veſtiente: *Riverius.*

9. *Dolor*) Hic dolor veluti inflammans, diſtendens eſt, & gravitatis ſenſum præbens, uti & pulſans, magis autem ardens in ejus eryſipelate. *Platerus.*

10. *Febris*) Et magis vel minùs acuta eſt, pro ratione humoris peccantis; in bilioſa enim inflammatione, ardentiſſima eſt: in pituitoſa, mitis, & in ſanguinea medio modo ſe habet. *Riverius.*

Febris hanc inflammationem ſequitur ſynochos, vel mox ſubſequens, vel prius incipiens cujus cauſa, ut & inflammationis immenſæ, *inquietudo, ſitis*, urgent, *lingua* arida eſt, *reſpiratio* cita eſt, ſed parva, *pulſus* celer & magnus, *urina* onctæ, & ſub finem nonnunquam purulentæ: quibus omnibus ceſſantibus *gravedo* interdum & *ponderis* quidam ſenſus in loco affecto remanet, *Platerus.*

10. *Febris*) In inflammatione cum ſenſu gravitatis conjuncta eſt *febris*, quæ illicò cum ſenſu gravitatis oboritur; In obſtructione autem & ſcirrho, licèt aliquando accidat febrem conjungi, præceſſit tamen febrem ſenſus gravitatis; Et ſi accidat (quod non eſt impoſſibile) ut eodem tempore in obſtructione appareat gravitatis ſenſus, & febris oriatur, cognoſcetis per alia ſigna: Notandum dum *Trallianus* dicit, febrem conſequi tantùm magnam inflammationem, eum non de omni febre loqui, ſed de ardenti, aliàs in omni inflammatione, etiam exiguâ, neceſſariò eſt febris. *Capivaccius.*

10. *Febris*) Ex acceſſionibus etiam materia inflammationis deprehendi poteſt, ſi diligentia adhibeatur; licèt enim febris ſit continua, attamen ægri interdum alternis diebus affliguntur, interdum ſingulis, Interdum de 4. in 4. *Capivaccius.*

11. *Difficultas ſpirandi*) Et quia hepar diaphragmati contiguum eſt, eique alligatur, atque adeò gravitate ſua illud deorſum attrahit: Tum magnitudine & intumeſcentia illud etiam comprimit, ita ut utroque modo liberum ejus motum impediat. *Riverius.*

12. *Pulſus*) Ex pulſu duo ſaltem cognoſci, & exinde prognoſis inſtitui poteſt; Nempe 1. Status fermentationis vitalis ſanguinis in præcordiis. 2. Ex fermentante,& conſequenter plus minus ſpirituaſcente ſanguine, virium vel robuſtiorum vel infirmiorum conditio, pro quibus ritè cognoſcendis, in Pulſu pertentando, Quatuor requiſita attendenda ſunt.

1. *Cor movens*, ratione cujus in motu vigoris Pulſus evadit, vel *vehemens* vel debilis.

2. *Sanguis mobilis*, ratione ſuæ turgeſcentiæ fermentativæ, unde Pulſus vel *magnus* vel *parvus*, adeoque vel laudabilioris vel defectuoſæ fermentationis in ſanguine index.

3. *Inſtrumentum*, ſeu *organum* per quod fit ſanguinis motus, nempe *Arteria*, pro cujus conditione Pulſus vel *mollis* vel *durus* exiſtit, quæ arteriæ durities nihil aliud eſt, quàm ſpaſmus quidam, aut convulſiva fibrarum membranæ arteriæ contractio, indeque in diſtenſione renitentia exiſtit, & membranam in quodam loco affectam dolentem, aut ſpaſmo correptam innuit, ut in pleuriticis (hepatitide correptis) nephriticis obvium eſt.

4. *Tempus*, quod monſtrat motus durationem, obſervabile *vel* in unâ ſaltem pulſatione, unde Pulſus vel *celer vel tardus*, *vel in* pluribus ictibus, unde Pulſus vel *frequens* vel *rarus*; Quæ *Temporis* ratio à diverſa ſanguinis fermentantis conditione dependet, prout enim cor à ſanguine intenſiùs, aut remiſſiùs fermentante magis vel minus irritatur, etiam frequentiores aut rariores, celeriores aut tardiores hujus fiunt contractiones & conſequenter pulſationes. Videatur hic optimus, quia perſpicuus, *Sylvius* Diſſertat. med. *3.* §. 37. & ſequ. *Etmuller Fundam. med* 76.

13. *Pulſus celer & inæqualis*) Cognoſcitur etiam è Pulſu (*cap. 7. lib. 4. de Pulſ.*) fit enim celerior, frequentior, inæqualis, *item* durus, ſerratus & vibrans: *Ratio*, cùm enim inflammationis ratione, quatenus eſt affectus calidus, augeatur neceſſitas eventandi calorem cordis, hinc fit celerior & frequentior Pulſus, cui frequentiæ inæqualitas ſuccedit: *Deinde*, quia non modò eſt affectus calidus, ſed etiam eſt morbus in magnitudine (tumor enim eſt) hinc fit durities in pulſu, ratione arteriarum quæ tenduntur, *Et* cùm non æqualis fiat tenſio, hinc arteriæ corpus inæqualiter dilatatur, & pulſus non tantum eſt durus, ſed etiam ſerratus: Et *cùm* tenduntur arteriæ ratione tumoris, id etiam accidit, ut vis pulſifica agens in arteriam, arteriæ corpus habeat non ita cedens, ſed reſiſtens, unde fit pulſus vibrans. *Capivaccius Pr. l. 3. c. 24.*

14. *Diſtinguitur*) Diſtingui etiam debet *inflammatio membranæ hepar inveſtientis*, quæ ſecundum *Avicennam* & *Ætium* non difficulter diſtinguetur, ob dolorem inſignem qui non eſt in jecoris inflammatione, cùm membrana Jecur circumſtans ſit ſenſitiva, ad differentiam ſubſtantiæ jecoris; præterea *pulſus* erunt duriores, & febris erit admodum intenſa, præſertim quia inflammatio occupans membranam, potiùs producitur à ſanguine tenui, bilioſo, fervido, quàm à ſanguine melancholico & craſſo, *Capivaccius*.

14. *Diſtinguitur &c.*) Diſtinguenda etiam eſt ab *inflammatione meſenterii*, in qua tumor infra regionem hepatis apparebit; coloris mutatio in facie nulla fit, alvi dejectiones erunt liquidæ, in quibus primò tenuis & cruda quædam conſpicitur; poſtea materia quædam conjuncta, puris ſpeciem referens, præſertim ubi ſanationis ſpes eſt. *Riverius.* Diſtingue tamen, niſi cavæ hepatis inflammatio conjuncta ſit, quam nonnunquam aſſociari ſupra animadverſum.

15. *Ad muſculorū abdominis &c.*) Notanda eſt hiſtoria, *Stefani 5. loc. aff. 7.* Hic cum [illegible]

ὁμοιοτρόπιον fuiſſet, hoc eſt cum collegialiter, ut hodie loquimur; de affectu illius diſputaſſent Medici, nemo tamen illorum agnovit, putantibus hepatis abſceſſum eſſe: At *Galenus* ex ſolo primum colore faciei deprehendit, deinde etiam tactu, abſceſſum eſſe in muſculis abdominis tranſverſis & obliquis. *Hofmannus Inſt. Med. 3. c. 57.*

15. *Muſculorum abdominis*) Nonnunquam in dextro latere tumor apparet, prominens magis ſi in dextrum latus æger incliner, ſed ſine rubore, uti verò ſi muſculi illius loci inflammantur, accidit. *Platerus*, In muſculorum inflamm. adeſt dolor pulſatorius, qui nullus aut ſaltem exiguus eſt hepate inflammato, ob parvam ejus arteriolam. Pectoris quoque ſymptomata in muſculorum abdominis inflammatione abſunt. *Etmuller.*

15. *A muſculorum abdominis*) Vide *l. 5 tit. 3.*

16. *Et Pleura inflammatione*) Quidam febre acuta corripitur, dolor ad Hypochondrium dextrum, ſatis colligebamus non eſſe pleuritidē, tamen ſumma erat difficultas ducendæ animæ & quæ in horas increſceret: Spes erat ſedatum iri uno medicamento, contra aucta eſt; metus ſuffocationis: revera phlogoſis erat pituitoſa circum eas partes; & niſi terna venæ ſectione proviſum fuiſſet, metus erat abſceſſus: *Hippocrat.* ſcripſit, *Quibus dolor ad Hypochondrium ſine Inflammatione, his febris ſupervenient, ſolutio:* Si morſus eſt & dolor, hoc inflammationem aut quid ſimile ſignificat; ſi talis diſpoſitio non adfuerit & morſus abfuerit, dolor fit tum, aut propter obſtructionem; aut flatum, aut inæqualem aliquam intemperiem, quæ omnis calor febrilis tollit, ſed cùm febris in iſto ægro ſæviret magis, nec de flatu nec de ſola obſtructione verebamur, ſed de inflammatione potiùs aut ſimili aliqua affectione; Et verò ex Gal. ità ratiocinabamur, Carnoſa parte Hepatis inflammata, gravis fit dolor, tunica circumducta vel vaſis inflammatis, Acutus: ſed bilioſus humor & acutus dolorem auget, item ſpiritus flatuoſus exitum non habens, remittit autem pituitoſus: ſi mediocris dolor eſt & non pungit, ut qui in membrana ſuccingente eſt, nec ad claviculam aut Ilia pertingit, contingit ipſum dolorem fieri carnoſis coſtarum partibus affectis, ideo non eſt periculoſum, nec magno eget auxilio: cæterùm cum Hepate inflammato dolor ad Jugulum pervenit, potiùs ſequitur venæ cavæ aut arteriæ diſtenſionem quàm membranæ, nam proprius dolor venæ & Arteriæ eſt tanquam extenſæ in longum chordæ: nil priùs fuit quàm, & ad antevertendam inflammationem, quam futuram ſuſpicabamur, & ad febrem jogulandam, qua forte conſumptus eſſet, ter venam ferire & largiter ſanguinem detrahere. *Ballonius conſ. 91. lib. 1. p. 442.*

15. *Et Pleura inflammatione*) Pleuritidem ab hepatis inflammatione diſtinguere ſatis operoſum eſt, ſicut *apud Galen. 5. de loc. cap. 7.* videre eſt in hiſtoria Siculi Medici, qui in ſeipſo deceptus eſt, ſe pleuritide laborare arbitratus, ex eo quòd illi adeſſet febris, reſpiratio parva & frequens, tuſſis exigua & dolor inferiores coſtas attingens: *Galenus* tamen eum hepatitide laborare cognovit, ex alvi dejectionibus, quæ loturæ carnium erant conſimiles, tales enim dejectiones fluxum hepaticum conſtituunt, & hepar maximè laborare oſtendunt; Verùm iſtud ſignum facere perpetuò non poteſt, ad diſtinguendam pleuritidem ab hepatis inflammatione, quando cum ea ſumma debilitas conjuncta eſt, alioqui unum ex ſignis hepatis inflammationis, à *Galeno* propoſitum, eſt alvus adſtricta: Ideo deficiente illa hepatis imbecillitate, quærenda ſunt alia Signa, quibus Pleuritidem ab Hepatis inflammatione diſtinguere poſſimus: Si itaque inflammatio pleuram verſus dextrum hypochondrium occupet, dolor erit vehementior & punctorius, *difficultas ſpirandi* major, nulla extrecoloris faciei mutatio, *tuſſis* vehementior ac moleſtior eſt, & non planè ſicca, ſed pleromque, ſaltem procedente malo, ſputo cruento, aut aliquantulum ſaltem colorato conjuncta; ac denique pulſus durus eſt ac ſerrinus: In Hepatis autem Inflammatione *dolor* mitior eſt cum gravitatis ſenſu conjunctus; color corporis ad flavum accedit; tuſſicula adeſt arida, dilucida habens intervalla. *pulſus* minùs durus, tumor denique aliquis in dextro hypochondrio apparet. *Riverius.* Quia Pleuritidem ſubinde mentiri videtur, ita ut etiam cum hac à quibuſdam confundatur (vide *Panarolum Pent. 1.* & alios) propterea probe diſtinguenda ſunt, & in ſpecię ſi Pleuritis circa coſtas nothas dextri hypochondrii afflixerit, facillimè cum hepatitide confundi poteſt: Diſtinguuntur tamen ex eo, quòd *dolor punctorius* in pleuritide ſit longè acutior, in hepatis inflammatione parvus vel nullus; ita etiam *ſpiratio* in hepatis inflammatione eſt difficilis, expiratio verò facilis, cùm utraque difficilis ſit in pleuritide, *Tuſſis* &c. Pulſus pleuriticorum eſt durus, ac ut vocant, ſerrinus, qui in hepatitide ad undoſum magis accedit: denique *Pondus* gravans & quaſi deorſum tendens thoracem, percipitur in latere dextro in hepatitide; ubi etiam non rarò tumor renitens quidam tactu percipitur, quæ minùs in pleuritide apparent, *Etmuller.*

16. *Cauſa eſt*) Cauſæ immediatæ ſunt ſanguinis quantitas nimia, vel ejuſdem effervefcentia, tenuitas & acrimonia; vel commotio & exagitatio in vaſis, à quibus, propter dictas cauſas, facilè extravaſatur, & in partes magis diſpoſitas effunditur: Hepar autem magis diſpoſitum redditur ad ſanguinem influentem recipiendum, ſi calidius ſit, vel dolore aliquo teneatur, calor enim & dolor attrahit: vel denique ſi nativa quædam, aut adſcititia imbecillitate laboret; quia omnes partes humore aliquo gravatæ, ad debiliorem ſeſe exonerant: Ad harum cauſarum numerum referri debet hepatis obſtructio, quæ facit ut humores craſſi retineantur, putreſcant, & à calore p.n. inflammentur. *Riverius.*

17. *Vel attrahitur vel tranſmittitur*) Præſertim ob *Dolorem*, cujus cauſa eſt res acris & continui ſolutio, hinc, ut è parte, cui inſidet, amoliatur ſui ſemper ſtudioſa natura, ſpiritum iſtuc ac ſanguinem impollat, quibus ceu vectibus, impellat & protrudat è ſede ſua materiam morbificam: Nam, ut ait *Galenus aph. 53. 5. Hac communis quadam ratio eſt, ut ubi natura aliquid violenter excernit, eò ſanguinis & ſpiritus motus fiat, quibus veluti inſtrumentis quibuſdam uſa, per vim propellat, ea quæ moleſtiam exhibent; Hac ſiquidem ratione & dolentibus partibus ſuperveniunt inflammationes, doloris cauſam excernere & propulſare enitente, & properante natura, quæ ut id præſtet ſanguine ac ſpiritu dolentem locum replet.*

Poſito hoc fundamento, dicimus Influentis in membrum ſanguinis *principium & cauſam* eſſe naturam, *Caſtellum* cor, *Canalem* arteriam: Ex *Galeni* confeſſione *4. de uſu Part. 3.* perquam parva arteria eſt, quæ hepar ſubit, ſatis interim opportuna ſubminiſtrando materiam inflammationi, ſi qua neceſſitas huc naturam impellat; Ab illa igitur una & *Carnem & membranam* oportet habere, quas habent arteriolas: Sanè nemo Anatomicorum una plures deduxit ad jecur, licèt intra viſcus unam in plures diducat; Per unam ergo omnis eſt à corde ad hepar influxus ſanguinis, cùm vivificantis tum inflammantis: Sub judice lis eſt, in *Carnem* ſe dimittat, an ſubſiſtat in *Membrana* potiùs, ſed hanc definivit Clar. *Walai* obſervatio apud *Bartholinum 1. anat. 14.* Altera lis eſt, an Sima tantùm, an etiam *Gibba* petat, *Hoc* malo, ſaltem concedo, Quî enim vel particula partis carere Arteria aut beneficio ejus poteſt?

Quoties igitur exundans æſtu ſanguis irruit in Hepar, neceſſe ad Portas primū ſubeat, & hinc in membranam

nam

nam penetret, Quia inflammata, & negante iter ſanguine, neceſſe impleri vaſa etiam citeriora, vaſiſque excidere ſanguinem in parenchyma, Neque enim dubium ad dolorem dolore addito concitari affluxum majorem; Neque dubium ſanguinis irruentis copiam, neque *membrana* recipi, neque *vaſis* retineri poſſe, ita ut in carnem non ſimul prorumpat: Quæ nobis perſuadebit ratio rationem eſſe in *viſceribus* aliam, aliam in *artubus*? In ſummum digitum ſi incidat inflammatio, acciente ſanguinem infixa ſpinula, quam brevi manus intumeſcit tota? Oculus cum inflammatur, ardet Adnata primum tumentibus & in conſpectum ſe dantibus alias inconſpicuis ipſius arteriolis; niſi occurras quam ſubito etiam extra orbitam extumeſcit: Ita eſt, ut à *Galeno* audivimus, Natura noxam amoliri geſtiens, impulſat eo ſanguinem, ubi ſedes eſt mali, at ſanguinem mittendo; nec recipiendo, noxam afficit periculoſiorem, *Vander Linden. ſelect. iv. §. 258.*

18. *Vel tranſmittitur*) Sine hiſce cauſis (externa læſione frigida, dum calet corpus hauſta &c.) ſanguis in febribus ſynochis effervescens, in quodpiam viſcus effuſus, has inflammationes gignere poteſt, quas febris præceſſit, illarumque cauſa exiſtit, Quod & fortè ob copiam ſanguinis, etiam non præcedente, ſed ſubſequente febre ut è vaſis erumpens inflammationes pariat, fieri poteſt. *Platerus.*

19. *Seu ob qualitatis vitium*) Sanguis ſi in hepare adhuc impurus nec dum à bile rectè repurgatus, phlegmonen eryſipelatoden, ardoremque inde profectum vehementiorem, per quem interiora uri videntur, unde & febrem quæ inde ſequitur acutiorem, Typhodem dictam, procreabit: Sicuti & ſi à bile ſincera è folliculo fellis per hepatis ſubſtantiam diffuſa, Eryſipelas ſincerum oriatur, eadem accidunt. *Platerus.*

20. *Cauſarum internarum impulſum*) Cauſa quòd hæc viſcera,) hepar, lien, renes) inflammentur, in omnibus contuſio, aliave læſio extrinſecùs in hiſce locis facta, eſſe poteſt; ut & Epatis & lienis inflammationis aſſumpta calidiſſima, fermentiſſimaque, quæ non ſolùm Ventriculum, ſed & hæc viſcera illic accumbentia, inflammant: imprimiſque quòd hepar inflammetur, ſi frigida affatim dum corpus calet bibatur, propter illam ſubitam repercuſſionem, frequentior eſt cauſa. *Platerus.*

a. Ut dum medicamenta calida) Sic refert *Fabritius Hild.* cuidam intemperie frigida ventriculi laboranti, emplaſtra & Vnguenta calida, ex pipere, cinnamomo, Oleo caryophyll. & ſimilibus admota fuiſſe, atque hinc hepatis inflammationem excitatam, Hepar enim ventriculum contegit, ut medicamenta ventriculo admota ipſum primò afficiant: Idem præſtare poſſunt cucurbitulæ regioni hepatis admotæ: Cujus rei affert exemplum idem *Hildanus*: de quodam hæmorrhagia narium laborante, cui cum magnæ Cucurbitulæ ad hepatis regionem admotæ fuiſſent, ſanguis quidem ſubſtitit, ſed hepatis inflammatio ſubſequuta eſt: Fit & à contuſione ac caſu ab alto in latus dextrum.

20. *Ob cauſarum externarum*) Quæ plurimæ eſſe poſſunt, ut nimia corporis calefactio ex immodico motu, Sole, vel igne acquiſita, cibi calefacientes, acres vel aromatibus conditi: vini generoſi potus immodicus, effrænata Venus, excandeſcentia, percuſſio, caſus circa hepatis regionem. *Riverius.*

21. *Exiguæ ſpei*) Omnis hepatis inflammatio periculoſiſſima eſt, ac plerumque lethalis, & ſi non citò jugulat, in hydropem aut atrophiam terminatur, Vnica autem ſalutis ſpes in virium robore conſiſtit, ex *Galeno 10. m.m cap. 5. Riverius.*

Habenda eſt ratio capitis, quoniam delirium ſemper ſequitur has affectiones. *Rondeletius.*

Quibus hepar, aut lien, inflammatus eſt, iis plerumque hæmorrhagia narium ſupervenit primis vii. diebus, paucis xii. Certiſſima ſigna inflammationis, ſunt febris ardens, ſitis inexhauſta, lingua ſcabra, refrigeratio extremorum, dum interiora uruntur; Vomitus item niger & porraceus: Morti proximis venter intumeſcit, rupto abſceſſu, & frigidum ſudant circa collum & faciem, atque animo linquunt, Cùm hepatis inflammationem febris ardens & continua comitatur, malum eſt, quia vehementer viſcus inflammatum ſignificatur. *Etmuller.*

Periculoſus & lethalis eſt hic affectus, eſt enim intemperies, magnitudo aucta, detinetur pars præcipua, imminet Hydrops ſecundum *Avicennam*, & atrophia, *lib. de Pulſ. ad Tyr.* nam Jecur læditur & ratione generationis ſanguinis, & ratione diſtributionis; Verum, ut periculi diverſitas deprehendatur, oportet conſiderare Differentias, & primùm deſumptas à loco affecto; Dicit Avicenna, deteriorem eſſe inflammationem dum occupat partem gibbam, quàm quando detinet partem ſimam: ratio eſt, quia partes thoracis, & proinde nobiliores magis patiuntur, dum inflammatur Jecur ſecundum partem gibbam, ad differentiam inflammationis detinentis partem ſimam: *Galenus cap. 7. lib. 5. loc. aff.* teſtatur graviora eſſe ſymptomata, dum jecur ſecundum partem ſimam inflammatur, Vbi adverſatur *Avicennæ*, non enim loquitur de omnibus ſymptomatis, ſed ſpectantibus ad ventriculum, ut ſunt ſitis, inappetentia, nauſea, & reliqua ventriculi ſymptomata, quæ magis moleſta ſunt. Sed non propterea illa inflammatio magis eſt periculoſa, unde etiam ſubdit *Galenus*, inflammata parte convexa, Tuſſes magis moleſtare; Conſtitutum igitur ſit, deteriorem eſſe inflammationem magis gibbæ.

Quoad differentias à *materia*, non ita periculoſa inflammatio quæ fit à *ſanguine*, periculoſior eſt quæ fit à *ſanguine bilioſo*, quia eryſipelas adeſt, & febris ardens minatur tabem, *l. adverſus Julian.* Nec periculo vacant illæ inflammationes quæ fiunt è *ſucco melancholico*, facilè enim degenerant in ſcirrhum, ubi res deſperata.

Si conſideremus ea quæ conſequuntur; *Singultus* malum *aphor. 7.* rationem reddit *Galenus*, Niſi enim vehemens ſit inflammatio, non ita afficitur ventriculus, ut fiat *Singultus*, quare ſi adeſt ſingultus, prava eſt inflammatio: Similiter dum annectitur febris ardens, minatur tabem, Et ſecundum *Avicennam*, dum conjungitur *alvi fluxus*, homines moriuntur, per alvi fluxum intelligimus fluxum ſymptomaticum, qui non fit cum tolerantia virium, unde cùm vires languidæ ſunt, moriuntur ægri: *Galenus* enim *5. 10. m. m.* ait in inflammatione jecoris unicam eſſe ſpem ſalutis, nempe virium robur, unde viribus languentibus ægri ſuccumbunt. *Capivaccius.*

22. *Si ventris ſolutio*) Alvi fluxus hepatis inflammationi conjunctus lethalis eſt, niſi materia quæ excernitur concocta appareat, & fluxus ille criticè efferatur. *Riverius.*

23. *Si ad ſuppurationem tendat*) Tum omittenda ſunt exteriora, Omittendum eſt *vinum*; Relinquenda omnia *purgantia*, *omnia diuretica*, ſed liberaliter nutriendi ſunt, Nam ex copioſo aſſumpto cibo calor naturalis augetur, & faciliùs ſanguis in pus mutatur; Adjuvanda tamen eſt ſuppuratio extrinſecùs, impoſita *Empl. de meliloto*, addito *butyro rec. & axungiâ ſuillâ*: *Intrinſecùs* ſummo manè præbendum eſt *juſculum pingue, cui* incoxerint *malva, alth. paſſula carica.*

Et ubi *facta eſt ſuppuratio* diſrumpendus eſt abſceſſus, ſi exteriùs appareat *phlebotomo* aut *rupturio*, ſi non, ſaltem *compreſſione*, *agitatione ac motione* illius partis *Saxonia.*

24. *Si ad ſuppurationem perveniat*) Calidi hepatis

tumores Inflammationes dicti, oriuntur ab impetuoſâ præſervidâ materiæ affluxione, unà cum aliquali partis obſtructione; Tumor hujuſmodi facilè in abſceſſum deſinit, qui ſi in hepate contigerit, certam mortem prænuntiat; ideoque Medicis quàm maximè curæ eſt, ut ne ad hoc malum morbus deveniat; Quoniam tamen iſtiuſmodi inflammationes in duros ſæpe & curatu difficiles tumores abeunt, non minùs illis cauto opus eſt, ne nimiopere infrigidantibus utantur, ne dum ſuppurationem arcere & inflammationem amoliri conantur, materia in tumorem contumacem indureſcat, qui facilè in confirmatum atque incurabilem ſcirrhum tranſeat. *Gliſſon. An. Hep. c. 7.*

23. *Si ad ſuppurationem perveniat*) Si inflammatio hepatis per reſolutionem diſcuti non valeat, quod rariſſimè contingit, in Abſceſſum degenerat, ſi facultas valida ſit, alioqui in gangrænam & ſphacelum convertitur: Et ſuppuratio utplurimum intra xx. dies, contingit: Et ille abſceſſus etiam periculoſiſſimus eſt, ab eoque pauci evadunt: Si tamen exiguus ſit, particulam tantùm hepatis exiguam occupans, & pus album ac æquale per alvum vel urinas effluat, liberantur. Sic etiam tumore extimam & convexam hepatis ſuperficiem occupante, ita ut in ſumma cute eminentiam faciat, cum quodam fluctuationis ſenſu, cauterio actuali poteſt aperiri, & ſi pus purum & album effluxerit, evadunt, in tunica enim pus continetur; ſin qualis amurca intereunt. *Riverius.*

24. *Quod ex eo cognoſcitur*) Confecto pure, omnia illa miteſcunt, vires tamen debiliores relinquuntur, pulſus frequens, languidus, & interdum animi deliquium; Tunc internè temperantibus ſuppuratio eſt promovenda; Propterea fiant cataplaſmata ex emollientibus & blandè diſcutientibus, addito *croco & ſummit. abſynth.* pro hepatis tono meliùs conſervando, in moderata licèt quantitate. *Etmuller.*

25. *Si ad indurationem tendat*) Quod fit dum poſt inflammationem, partes ſubtiliores reſolutæ ſunt, remanentibus craſſioribus, materiâ uel pituitâ craſsâ, vel humore melancholico. *P. Sorbait.*

25. *Si ad indurationem tendat*) Hoc accidit, per reſolutionem partium tenuiorum humoris inflammationem committentis, relictâ ac ſuperſtite parte craſſiori, vel etiam propter immodicum diſcutientium medicamentorum uſum, vel etiam repellentium, quæ refrigerando & conſtringendo materiam incraſſant, ejuſque ſolutionem impediunt, *Riverius.*

26. *Peragitur*) In curatione Inflammationis ex dictis (*Hepatis inflammatio eſt ejuſdem tumor*) aſſequi poterimus qua ratione radicaliter huic malo remediandum ſit: Non itaque refrigerantia vulgo ſi dicta tunc adhibenda, ſed ea quæ Archeum hepatis reficiendi facultatem obtinent, atque inſimul obſtructionem reſerandi, ac præterea fermenti vitioſi malitiam edomandi, adeoque ſanguinem ab impuritatibus probè liberandi virtutem habent, Quo ipſo diligenter ſic obſervato, malè affectum ac debilitatum hepar priſtino vigori reſtituere, & magnetiſmum ejus, quem præ reliquis etiam viſceribus vivificantes vegetanteſque influxus efficacium appetendi attrahendique excellentiorem habet, oppidò roborare poterimus.

Purgantia communia, utpote quæ citra virium jacturam operationem ſuam exerere non poſſunt, non immeritò tranſiliſit hic Autor, in quorum uſu etiam Hepatici mali curatio nequaquam conſiſtit, niſi ad expurgandas primas vias clyſteribus, non purgantibus tamen, ſed abſtergentibus ſaltim & præcipitationem præſtantibus quis uti velit; id quod tunc minimè negligendum, & nos cenſemus, Sicut etiam unà vel altera vice pilulas *mercuriales* vel *martiales* ritè paratas, quæ cum virtute ſuo munere nunquam non funguntur, porrigendas ſuademus: Sed alia tunc potiùs ſunt excogitanda, quæ mundificationem hepatis confortando, invicem hoc viſcus, ac ipſi inſitum ſpiritum abſolvere valent, qualia ſunt *Iovis aut martis eſſentia* ab Autore laudata, quorum præparationem vide in *Myrthecio* ejus *Spagyrico. Chr. Langius.*

26. *Peragitur*) Breviter ſciendum *è cap. 8. lib. 13. m. m.* Indicationes ratione Inflammationis, vel eſſe *Curatrices* vel *Præſervatrices*: *Curatrices* ſunt *refrigeratio & evacuatio*; quia in Inflammatione eſt: morbus in *intemperie calida*, unde *refrigerandum* eſt in *materia & magnitudine*, unde *evacuandum*, Dyſcraſia calida & magnitudo aucta, ſunt duo morbi, quia offendunt actiones, ſimilarem & diſſimilarem: *Intentiones* autem *præſervatrices*, virtute quarum prohibere oportet, ne augeatur phlegmone, hæ diriguntur in materiam, vel *Fluentem* vel *Fluxuram*, Ratione *Fluentis* oritur indicatio *reprimendi*, Ratione *fluxura* in genere oritur indicatio revellendi, In ſpecie autem ſi fluxura ſit per modum *attractionis*, oritur indicatio *mitigandi dolorem*, ſi id fiat ratione doloris; Oritur indicatio *refrigerandi*, ſi attractio fiat ratione *caloris*, Si fluxio fiat per modum *tranſmiſſionis*, roborandum eſt Jecur, ne ſuſcipiat, Et mandanti etiam parti occurrendum, ne generet, priùs tamen tonus habenda ratio. *Capivaccius.*

27. *Iiſdem quibus alia*) Ferè eadem inſtituenda, quæ in ventriculi inflammatione fuit propoſita, & imprimis quòd ad *phlebotomiam* attinet, *purgationem & alterantia*, remedia initio morbi exhibenda. *Clyſteres* etiam frequenter injiciendi, quales in ventriculi inflammatione deſcripti: At in progreſſu Julepi refrigerantes & aperientes erunt propinandi, quales ſuperiori capite fuerunt (*de intemp. hep. cal.*) deſcripti, cavendo tamen ne admodum dulces ſint, nam dulcibus hepar inflammatum in majorem molem attollitur; ut docet *Trall. l. 4. cap. 10.* Pro *Potu* utatur æger *decocto hordei & graminis* cum tantillo *liquir. vel ſyr. viol. aut capill. ven.* In declinatione adduntur prædictis Julepis *rad. apii & petroſel. fol. agrimon. capill. ven.* &c. Ac tandem *terebinth.* cum *aqua agrimon.* vel *petroſel.* bis aut ter exhibita morbi reliquias abſtergit. Si morbus ſit contumacior, & diutiùs protrahi videatur, apozema ex aperientibus & laxantibus præſcribendum e. g.

℞. *rad. apii, petroſel.* āā. unc. ii. *polypod. qu. rec.* unc. iii. *folior. agrimon. pimpinell. ceterach, capill. ven.* āā. *m* j. *ſem. aniſ. fœnic. petroſel.* āā. ʒi. *flor. chamom. violar.* āā. *p* j. *ſenna mund.* unc. i. *coquantur ad quart. v. In colat. diſſolve rhabarb. in aqua cichor. cum ſpica infuſi* ʒii. *ſyr. acetoſ. ſimpl.* unc. iv. *fiat Apozema pro* iv. *doſibus alternis diebus ſumendis.* Riverius.

Sunt qui *coſtum & calamum aromaticum* cum liquore conveniente patienti jejuno ebibendum præcipiunt & ut in latus poſtea decumbat: Aliis *decoctum abſinth. pont.* modico conditum cinnamomo probatur.

Materia Potionum ex *hordeo, Syr. acetoſos*, Julap. factum ex *aqua*, *vel decocto capill. ven. cichor. endiv. fumar. Cuſcut. liquir. hepat. 4. ſemin. frig. maj. & min.* cum octava parte *ſacch.* & momentu *cinnam. ſpica & ſimil. Syr. verò de cich. endiv. c. Ven. fumar.* diluti non cum duplâ aut triplâ aquâ, ſed ſextupla, aut octuplâ. *Hollerius.* Eadem eſt hepatis inflāmati cum reliquis inflammationibus medicatio, Unde ea quæ in *Pleuritide* conveniunt, erunt hic in uſu; Saltem ad partem affectam, cujus tonus facilè lædi poteſt, & amaris præſertim conſervatur, ſemper reſpectùs habendus eſt: Unde præmiſſa ferè V. S. imprimis *diaphoretica*, v. g. *mixtura ſimplex, ſpir. nitri dulcis. antimon. diaphor. dens apri, flor. ſulph. bezoart. joviale*, utramque faciunt paginam: *Purgantia* quælibet exulent, uti & *vomitoria*, *Nitrum* contra & quælibet *nitrata*, item *antihecticum Poterii*, ſunt laudatiſſima: *Potus ordinarius* ſit Julapium

pium ex *decocto, rad. cichor* cum *nitro & ſacchar.* ſed [illegible] dat[illegible] [illegible]dum & nun[illegible] confertim: Deni pro [illegible] *decoctum hordei & gramin.* cum *rad. cichor.* & [illegible] *liquir. & ſyrup. vio ar. ant capilli ven.* Et-[illegible]

28. *Baſilicam vel mediam* Redditum clyſtere, eo tempore, quo æger minùs valere videbitur, declinatione [illegible] nam baſilicam, medianam, aut cephalicam dividito: Probatum quoque antiquis medicis, ut venæ extremæ minus ap[illegible]tur, *Galenus* e m[illegible] [illegible]git quæ ad [illegible] m[illegible] g[illegible], & bene ſucc[illegible]: *Paulus* quæ ad m[illegible]n, *Razes* quæ ad medium, ſed ex his parum ſanguis effluit: gravis autem inflammatio eſt, & febris, quæ vacuationem deſiderat & febrium, & copioſam ad animi deliquium, nisi partes nobilitas repugnant, quæ plurimam vacuationem non ſuſtinet, ex quo ſuſtinenda vacuatio. *Galenus* ad finem *7. m.m. & l. 13* multam vacuationem facit, ſed cæteris non conſentientibus partitur: Adde quòd calidius & ſiccius hepar, minus calido & ſicco difficilius fert copioſam vacuationem, etiamſi & inflammatio & febris utraque magna. *Hollerius.*

Cucurbitulæ nitus tam initiis, quàm inveterato morbo: Quidam enim è veteribus, poſtridie cùm miſſus fuerat ſanguis, cum ſcarificatione affigebant dextro hypochondrio; relinquebant vulnus in craſtinum, atque iterum affigebant; Alii verò jam inclinato morbo, ut reliquias vacuarent, ſimiliter applicabant. *Idem.* Cucurbitulæ in coxis. *Idem.*

Si ſuppreſſi ſint menſes, aperietis venas infernas; Si virtus non eſſet ita valida, ut ferat venæ ſectionem, applicabuntur Cucurbitulæ ſcarificatæ cruribus; revellunt enim à capite (*lib. de Hirud.*) multò magis à jecore, & præſertim inter initia: Secùs autem dicendum de *Cucurbitulis*, quæ applicantur parti affectæ, ratione evacuationis materiæ fluxæ & impactæ, ſuntque præſidium topicum. *Capivaccius.*

29. *Prima ſtatim vel ſecunda die*) Cùm inflammatio hepatis acutus ſit morbus, ſemper accelerata poſtulat remedia, alioqui periculum eſt in mora: nam in abſceſſum vertetur, à quo relinquetur ulcus immedicabile: Itaque quàm citiſſimè ſecanda eſt vena, & copioſus ſanguis detrahendus, non quidem ſemel & univerſim, ſed partitè: Neque priùs ab hac vacuatione deſiſtendum, quàm prorſus dolor hypochondrii quieverit, vel maximâ ex parte ſit remiſſus, alioquin quod reliquum erit, vel in abſceſſum degenerat, vel in ſcirrhum immedicabilem moriuntur ferè omnes quibus aut parcè, aut poſt v. diem ſanguis detrahitur, neque enim tertia ſanguinis detractio, quamvis copioſa liberat, aut ſi adhibeatur, cùm humor tenaciùs hepati impactus eſt, aut cum ad ſuppurationem vergit. *Enchir. Med. Pr.*

Quamprimùm vena ſecanda ſecundùm *Avicennam*, & quidem ante reprimentia, nam ſecùs fiet ſcirrhus, & maximè intendetur inflammatio, ſi diſcutientia adhibeantur: *Aetius* ait 1. die ſecandam eſſe venam, itemque 2. & 7. ſiquidem dolor moleſtat, Innuens primo die venam aperiendam, & ſi augeatur inflammatio, ſi intendatur gravitans ſenſus, dummodo ſint permittentia, etiam ſeptimo venam ſecari poſſe.

Vacuandus autem eſt ſanguis non iteratis vicibus, ſed confertim, nam in maximis inflammationibus, nullum eſt majus præſidium quàm evacuate uſque ad animi defectum. *aph. 23. 1. Capivaccius.*

30. *Repellentia miſtera*) Propinantur in principio, tam *Hepatis & Lienis*, quàm *Renum* inflammationum, quæ leniter adſtringendo *repellant*; refrigerando Calorem mitigant, roburque interim *hepate & liene* præſertim affectis, huſce viſceribus nobilioribus addant, Poſtea omiſſis adſtringentibus, refrigerantibus *abſtergentia* permiſcenda erunt, ſenſimque ad ea quæ *aperiunt*, ſimul tranſeundum; quæ & tandem per urinas, niſi per alvum hoc facere conſultum magis ſit, [illegible]ndum educunt: Cum repellere volumus mox à principio.

℞. *Syr. de roſ. rub. ſiccis, myrtin.* ãã. ℥i. *ſyr. de ribes, vel berber. de cichor. ſimpl.* (vel tene affecto, *ſyr. de plantag.* ãã. ℥iß. *aqu. endiv. roſ. tr. plantag.* ãã. ℥iß. *miſce aromatiza ſantal. r.* ʒß. bibat mane, repetat veſperi.

Refrigerans, detergens & aperiens Decoctum.

℞. *Rad. cichor.* ℥i. *h. endiv. acetoſ. lactuca, fragar,* ãã. *m. j. flor. violar. cichor. conſol. reg.* ãã. *p. j. hordei p. j. 4. ſem. frig. maj.* ãã. ℥i. *prunor. acid. n. vi. f. Decoctio, & in colat. diſſolve ſacchari q. ſ.*

In declinatione, cum *detergere, aperire,* & per urinas ducere volumus, ad ſequentia progredimur.

℞. *Syr. capilli ven. de byzant.* ãã. ℥i. *ſyr. de endiv. de 2. rad.* ãã. ʒß. *aqu. capilli ven. eupator. fumar.* ãã ℥i. *miſce aromat. ſpecie, ſchoen. ant.* ãã. ℈i. *Platerus.* Vide ſupra §. *Iiſdem quibus alia.*)

31. *Clementer adſtringentia iſtis quæ &c.*) Vide formulas ad Græcorum mentem ex *Hollerio* §. *Repellit & refrigerat*; Ubi fluxus major eſt, major quoque infirmitas viſceris, plus adſtringentium, alioqui plus relaxantium miſcendum eſt: In ſummâ, *lenientibus, reſolventibus, relaxantibus* roborantibus uſi ſunt veteres, aliquando etiam *emollientibus*, ubi jam durities ſuſpecta eſſet: Mucagines conveniunt cum *ſem. cydonior. alth. lini, fœnugr.* Probatum eſt hoc Oleum antiquis etiam hepate inflammato.

℞. *Rutæ p. ii. ſchœn.* ℥i. *ſem. lini* ʒii. *medium cap. papav. coqu. omnia in oleo.* Hollerius.

Emollientia minùs ſunt verenda in lienis ſcirrho, quàm hepatis. *Rondeletius.*

31. *Clementer adſtringentia*) Et ut *tonus hepatis* cuſtodiatur, Hinc uſu digerentium & diſcutientium ſemper admiſcenda quæ vim habeant roborandi, cujuſmodi ſunt quæ modicè adſtringunt; Scribit *Galenus lib. 13. m.m. cap. 15. Attalum* Medicum, *Theagenem* cynicum Philoſophum, hepatis phlegmone laborantem occidiſſe, quòd ſolis malactieis & relaxantibus cataplaſmatibus uſus fuiſſet, *Sebiſius man. p. 1235.*

32. *Illis quæ modice aperiant*) Ratio quare attenuantia ſint miſcenda, ſumi poteſt *e cap 15. lib. 13. m.m.* primùm ratione *materiæ*, quod non tantum fluida eſt, ſed etiam fluxa, unde & ſenſus gravitatis adeſt; Egemus ergo non tantùm reprimentibus, ſed etiam attenuantibus ſeu laxantibus: Deinde ratione *loci affecti*, nimirū jecoris, in quo tum ſubſtātia perpendi debet, tū ſitus: Quoad *ſubſtantiam*, Jecur non eſt donatum ſubſtantiâ laxâ & molli, ut cerebrum & pulmo, quare ſincera reprimentia non ita poſſunt penetrare per craſſam jecoris ſubſtantiam; Quoad *ſitum* jecoris, hoc viſcus potiùs internâ ſede, quàm externâ eſt collocatum, ideò medicamenta non ita facilè poſſunt perduci in locum profundiorem, & propterea egemus aperientibus, unde *abſynthium* eſt optimum præſidium, nam ratione partis amaræ, eſt tenuis ſubſtantiæ, eſtque vehiculum partis craſſæ, partis adſtringentis ac reprimentis. Unde *Galenus abſynthium* in oleo decoquit vaſe duplici & *carnem cydonior.* decoquit in aqua (*poſſumus etiam in vino coquere*) facta decoctione, *abſynthii & cydonior.* accipit, oleum quod jam ſuſceperat vim abſynthii, & vinum quod ſuſceperat cydonii facultatum, quandoque etiam *carnem cydonior.* omnia ſimul decoqui, poſtea accipit *pulv. myrobal. & rad. ireos*, ut non tantum reprimat, ſed etiam attenuet: pro ſingulis unciis olei & aquæ ſumatur utriuſque pulv. ʒß. tandem miſcet aliquid ceræ. *Capivaccius.*

33. *Rupto ad renes abſceſſu*) Ubi diſrumpitur abſceſſus, videndum eſt quo natura tendat, nam per illum expurganda eſt locum ſanies, ad quam natura inclinat; Unde aliquando Abſceſſum Jecoris in quo tranſmiſſa eſt *materia ad ventriculum*, ut patiens uno die ℔xx. puris excreverit; Adjuvandus ergo eſt vomitus: Si *ad inteſtina* prorepat, utendum *clyſteribus*, *aqua Tettneiana*, aut aliis medicamentis *melle roſaceo* commiſtis, Abſtergendum deinde eſt ulcus, *aquâ hordei*, aut *ſero caprino*, aut aquâ aliquâ, medicatâ, *B. Virginis*, miſtâ cum *melle roſac.* Loco iſtarum poteſt accipi *aqua virga paſtor. aqua ſiliqu. fabar.* Poſſunt fieri decocta ex *amygd. amar.* contuſis, *orno*, *lupinis*, *cortic. fabar.* quibus omnibus addatur *mel. roſac. ſimplex*, Hæc omnia detergunt & ulcus mundant, quod deinde deſiccatur, aut adhibitis aquis *ſalſis & aluminoſis*, aut *decocto roſar. poloſella, plantag. conſolid. myrtillor.* cum pulvere *bols Arm. terra ſigill. Lemnia, t.c. uſti ſantal. rubr. Saxonia.*

33. *Rupto ad renes abſceſſu*) Suppurato abſceſſu ejus apertio promovenda: ut plurimum verò ſine artificio ſponte abſceſſus aperitur, & diverſimodè, nunc per *alvum*, nunc per *urinam*, nunc per *vomitum* expurgatur; Rarum eſt, quod per *tuſſim* ex hepate fuerit excretum: de quo *Schneiderus 4 de cat. p. 103. vomitu* purulento ſolutam vide 10 m. c. Anni 8. p. 121. uſu oxymel. diuretici per vomitum, alvum & urinam apud *Salmuth cent. 1. obſ. 27. & 28.* Quòd ſi itaque ad inteſtina rejicitur pus, idque imprimis dum cavum hepatis ſuppuratum fuerit, mediantibus vaſis choledocis, internè attemperanda acrimonia puris, ſimulque hydromel plus minus medicatum exhibendum; Externè verò blandis clyſteribus inteſtina abſtergenda & excretio promovenda; Quòd ſi verò per *Renes* evacuetur purulenta materia, mediante ſanguinis circulo, imprimis dum hepatis gibba pars inflammata ſit, ſupradictum *oxymel diureticum*, & *ſerum lactis* plus minùs medicatum, *emulſionem ſem. violar.* item *decoct rad. apii petroſel. agrimon. baccar. junip. &c. hydromelite*, factum, præſertim ſi juncta febris mitior fuerit, propinare convenit. Si regurgitando ex inteſtinis *vomitu* rejicitur materia purulenta, promoveatur ipſe attemperantibus pinguibus, *jure pinguinſculo*, *cerevisia butyrata*, *ol. amygd. dulc.* Quòd ſi verò fiat, ut ab acrimonia puris in facto abſceſſu erodatur hepatis membrana, adeoque pus in cavum abdominis excidat, periculum eſt ne contentæ corporis partes, præſertim membranoſæ & ipſæ erodantur, atque ad ſphacelum plus minùs diſponantur: In tali caſu veteres ad *inciſionem* abdominis acceſſerunt, ne ſcil. aliquid intentatum relinquerent: de quo intelligendus *Hippocr.* aph. 45. 7. obſervatum tamen fuit pus ita in cavum abdominis effuſum per alvum fuiſſe evacuatum; eroſâ forſan in quodam loco inteſtinorum ſubſtantiâ, & ita excreto pure. Adeo ſemper in puris, poſt ruptum abſceſſum, evacuatione naturæ ductum Medicus ſequatur, & ducat, quò illa vergit. *Etmuller.*

34. *Repellit & refrigerat*) Exterius varia conveniunt *Topica*, toto morbi decurſu admovenda, Ac primùm ab initio morbi conveniunt epithemata, linimenta & cataplaſmata refrigerantia & fluxionem inhibentia, E. g.

℞. *Fol. endiv. cichor. ſcariol. plantag. bugl. borrag. & flor. nymph. āā. m j. abſinth. Rom. m. ß. roſ. rub. p. ij. ſantal. r. & citr. āā. ℥ij. coqu. ad ℔iß. In colat. diſſolve. aqu roſar. ℔ß. aceti roſac. ℥j. campb. ℈j. f. Epith.*

℞. *Aqu. endiv. cichor. acetoſ. plantag. & roſar. āā. ℥iij. aceti roſac. ℥j. pulv. El. triaſant. ʒß. campb. ℈ß f. Epithema admovendum regioni hepatis tepide frequenter.*

Si magis refrigerare eſt animus, prædictarum herbarum ſucci alterutri Epithemati addi poſſunt.

℞. *Ol. roſac. ℥ij. ol. abſinth. ℥ß. miſce, abluantur oxycrato, & eadem regio inungatur* poſt uſum Epithematis, vel.

℞. *Ol. roſ. myrtin. ana. ℥ij. ſucci endiv. & cichor. ana. ℥j. aceti ℥ß. bulliant ad ſuccorum conſumpt. adde pulv. ſantal. r. & roſ ana. ʒj. ceræ albæ q. ſ. f. unguent.*

Vel *ungu. roſac. ſolum*, aut *refrig. Gal. oxycrato* lotum. *Riverius.*

℞. *Summit. abſinth. carnis cydonior. pomi or. ana. ℥iij. coqu. in aqua & oleo ad conſumptionem aquæ*, cum ſtupis cannabinis, aut linteolis in expreſſo oleo madefactis foveatur regio hepatis: Aut *mala cydonia* purga & contuſa *in aqua pluvia* coque & cum *far hordei & fœnugr.* cataplaſma confice: *Galenus 13 meth.* uno incoquit: coqui etiam poſſunt in *abſinthii* decocto. vel.

℞. *Ol. abſinth. & cydon. ana. ℥j. ceræ ℥ß. liquefiant in vaſe duplici, Refrigerata malaxentur cum ſucco endiv. cichor. aut ſimili*, Olea conveniunt *roſat. cydon. maſtich. abſinth.* in quo *ſantala* coxerint, quæ adſtringendo roborant. *Riverius.*

Extrinſecus refrigerantia initio adhibentur, In *ſucco ſolis Solani, endivia*, aliiſve, addito pauco *aceto* madefacti panni: quibus & *oleum violac. roſac. nymph.* addi poſſunt. *Ceratum ſantal.* convenit, *Ungu. refrig. Galeni, Roſac. Platerus.*

34. *Repellit & refrigerat compoſitum*) Quòd attinet ad Topica, Arabes refrigerantibus utuntur, quale hoc eſt.

℞. *Succi ſolatri tepidi ℥iv. cum linteolo, aut ſtupis cannabinis f. Epithema*, vel.

℞. *Aqu. roſar. ℥iv. aceti ℥ß. ſantal. rub. & citr. ana ʒj. caphuræ ℈j.*

Græci *relaxantibus* utuntur, quibus aliquid aromatum admixtum ſit, quod adſtringendo roboret; utriſque ſcopus eſt, ut refrigeretur hepar; Græcis præterea ut vis ejus conſervetur; Arabum remedia qualitate propria refrigerant, Græcorum verò per accidens, nam apertis poris, reſoluta in fumos materia, calorem hepatis evacuant: *Hollerius.*

Potior eſt Græcorum ſententia, tum per ſe, tum ex eventu; Per ſe quidem quod robur ſervent; ex eventu, quia ſcirrhum vitent. *Duretus.* Quod ad *Potiones* attinet, vitanda ſunt quæ refrigerant & adſtringunt, niſi aliquid commixtum ſit quod detergeat & aperiat, propterea aromata antiquis probata ſunt. *Hollerius.*

℞. *Aqu. hyoſcyami, nymph. plantag. ana. ℥j nitri puri ʒß. campb. in ſpiritu vini ſol. gr. xv.* m. f. Epithema applicandum crebrius calidè. *Etmuller.*

35. *Diſcuſſioni benè inſervire*) In progreſſu ad reſolvendam inflammationem locum habet *Oleum* ab antiquis concinnatum ad Hepatis inflammationes, in quo *caput papav. ruta, ſemen lini & ſchoenanthum* coquitur, uti & cataplaſmata *Galeni ex cotoneis & palmulis* parata. *Empl. de meliloto*, de *althæa*, *diachyl. creat.* juvant & ſi maturatione opus eſt, mutarant. *Platerus.*

35. *Diſcuſſioni bene inſervire*) In *progreſſu* morbi, miteſcente febre ac dolore, *reſolventia* cum *refrigerantibus* miſcenda, inæquali vel æquali doſi, prout morbus ad ſtatum aut declinationem, magis vel minus accedere videtur, quæ à medico prudenti temperari debet, ut tamen eorum materia innoteſcat. E. g.

℞. *Ol. roſac. ℥ij. ol. abſinth. ℥j. ol. chamom. ℥ß. pulv. triaſant. ʒj. ſpica nardi ʒß. ceræ q. ſ. f Linim.*

℞. *Dactylor. mundat. n°. x. paſſular. integr. ℥iij. coqu. in oxycr. & contundantur, adde flor. chamom. melilot. roſar. r. ana p. 1. ſpica nardi. ſchœn ana. ʒj. ſem apii petroſ. ana ʒj. endiv. portul. ana. ʒiß. ol. abſinth. & roſar. ana. ℥j. far. hord. ℥ij. f. Cataplaſma.*

Vel minus calidum ſic parabitur.

℞. *Far. hord. ℥iij. ſantalr. ℥ij. ol. roſar. ℥iij. m.*

cum

tum decocto endiv. & cichor. fiat. cataplaſma.

In Declinatione febre profligatâ, reſolventia erunt admovenda, addidit emollientibus ne qua durities ſuperſit, & nonnullis adſtringentibus, ad robur partis conſervandum.

℞. *Rad. alth.* ℥iij. *rad cyper. calam. aromat. ana.* ℥ß. *fol. malvæ, violar. agrimon. ana. m. j. abſinth. utr. ana. m. ß. ſem. lini. fœnugr. aniſi & fœnic. ana.* ʒß. *flor. chamam. melilot. aneth. ana. p. j. ſpic. n. ſchœn. maſtich. ana.* ʒiß. *f. omnium decoctio, qua foveatur pars affecta calidiuſculè.*

℞. *Olei chamam. lilior. amygd. d. ana.* unc. j. *ol. abſinth. & nard. ana.* unc. ß. *pulv. ſchœnanth. roſat. nodella & abſinth. ana.* ʒj *q. ſ. f.* Linimentum in declinatione uſurpandum. *Riverius.*

Sæviente dolore, *tritici farinam in decocto abſinth. & anethi* coctam, & ſacculo immiſſam, utiliſſimum erit apponere: *Hollerius.* Cum internis extremè conveniunt Epithemata diſcutientia, & ardorem compeſcentia, calidè tamen applicanda, Quæ inter, eſt *ſpiritus vini* blandè *campheratus*, cum linteo multiplicato applicatus à *Neſtero* laudatus, Vel imitetur *Foreſtum, l. 19. ob. 19.* qui mire commendat in inflammatione hepatis, & ad abſceſſum quoque tendente, diſentienda hunc. Totum.

℞. *Flor. chamom. melil. roſ. rub. ana. p j. ſemin. aniſi, fœnic. lini. ana.* ʒiß. *ſantal. rub.* ʒj. *coque in aqua ſimpl. colat. adde aceti opt.* ʒj. *aqu. endiv.* unc. ß. miſce. Etmuller.

35. *Diſcuſſioni*) Quæ per interna juvanda; Pilulæ hæ ad diſcuſſionem reliquiarum inflammationis valent.

℞. *Tereb. vel. laric.* ʒij. *g. ammon. in aceto ſol. vel vino acidulo* ʒj. *myrrhæ, ſtirac. ana.* ℈j. *ſchœn. ſpica, aſari ana.* ℈ß. *ſacch. q. ſ. fiant Pilulæ, capiat* ℈ij. vel ʒj. cum *decocto hordei*, vel *cinerum*, vel *piſor. vel rad. petroſelini. Platerus.*

36. *Aliâ eſt magna*) Adeò ut totum exinde hepar degeneret in abſceſſus, ejus parenchyma devaſtantes; vel abſceſſus iſti in ulcera maligna aut gangrænam lethalem abeant; Vide *Schenckii* obſervat. item *Foreſtum l. 19. obſ. 10.* rariores equidem ſunt tales inflammationes. *Etmuller.*

37. *In Gibba*) *E capite 7. lib. 3. loc. aff.* Si fuerit inflammatio in *parte gibba*, Tumor tactu apparebit, dummodo magna ſit inflammatio, & niſi incumbentes muſculi ſint impedimento; impediunt autem quando corpus non eſt gracile, ſed carnoſum & pingue, & propterea tunc neceſſarium eſt ad alia ſigna confugere: Poſſumus ergo diſtinguere è ſymptomatis, ſi enim ſymptomata, pertinentia ad partes thoracis, fuerint graviora, quàm ſymptomata quæ ſpectant ad inteſtina, ad ventriculum dicendum inflammationem occupare partem gibbam: Si oppoſito modo ſe habeant ſymptomata, ut graviora ſint, quæ ſpectant ad ventriculum ſtatuendum jecur eſſe inflammatum magis ſecundum partem ſimam. *Capivaccius.*

37. *Aliâ eſt in gibba*) Quod ita accipiendum eſt, docente *Galeno 5. l. aff. c. 7.* ut in utrâ hepatis parte, exquiſitè diſtincta inflammatio poſſit conſiſtere, ut altera integra, & omnis mali immunis conſervetur, quia viſceris caro continua eſt in omnibus ſuis partibus, & ideo unâ patiente, altera etiam quodammodo afficitur, *Riverius.*

Cautè conſiderentur omnia ſymptomata, quæ ſunt admodum diverſa, prout pars gibba vel concava obſidetur; nam ſi inflammatio eſt in gibba, urgent ſere ſymptomata pleuritidem mentientia; ſi in parte concava, magis ſymptomata ventriculi & inteſtinorum. *Etmuller.*

Tunc acris eſt dolor circa cordis foveam, *decubitus* in dextrum latus difficilior, *dolor* ex preſſura exacerbatur, *tumor* manifeſtiùs apparet; *partes ad ingulum dextrum* deorſum trahi videntur, & ſymptomata cætera partes thoracis apparenter affectas ſequi videntur. *Idem.*

38. *Tumor promptè percipitur*) Tumor adeſt in dextro hypochondrio tactui conſpicuus, & figuram hepatis inſtar ſemi lunæ referens.

39. *Solvitur*) Inflammatio gibbam hepatis partem occupans, periculoſior eſt, quàm quæ cavam obſidet, ob majorem viciniam cordis, ſepti tranſverſi & venæ cavæ *Riverius.* Expectare oportet fluxum ſanguinis in criſi, & maximè ſi in cava fuerit. *Rondeletius.*

40. *Alia in cavâ*) Hac affectâ ſingultus frequens oboritur, adeo ut ferè perpetuò ſingultiant, vomitus materiæ biliosæ, interdum & diarrhœa adeſt: Interdum & dolores ventris concurrunt, ut inflammatio hepatis pro colica à quibuſdam fuerit habita: *Etmuller.*

40. *Alia in cava*) Animadverſione dignum, quod docet *Galenus 13. m m. c. 14.* cavâ hepatis parte laborante, inflammationem neceſſariò venis meſenterii communicari, quæ ex venâ Portâ oriuntur, Et docet experientia in iis, qui ex tali inflammatione perierunt, abſceſſum non ſolùm in hepate, ſed etiam in meſenterio repertum eſſe. *Riverius.*

41. *In qua nauſea &c.*) Adde linguæ ariditatem & aſperitatem. *Hollerius.*

42. *Aut dejectio aerius &c.*) Fluxus ventris adeſt, niſi robuſtius ſit viſcus, quòd exuſtis humiditatibus dejectiones faciat *σπυραθώδεις*, & velut in globulos præ ſiccitate coactas. *Hollerius.*

43. *Tumor non promptè*) Tumor ad tactum non eſt ita conſpicuus, attamen quia ut dictum, una pars hepatis inflammati non poteſt, quin alia etiam aliquid patiatur, dolor aliquis in viſcere tangendo & comprimendo percipitur. *Riverius.*

44. *Excrementis alvi*) Ex corruptis alimentis in ventriculo, propter vicinum graviter affecto. *Riverius.*

45. *Purgantia per os cavenda*) Exhibentur, ſi excrementa retineantur, nec facilè clyſmata admittant, quæ vias laxando, fæces emolliendo, abluendoque eas educant, Cavendo omnibus à *catharticis*, cùm irritando fluxiones promoveant & de novo interiora accendant; ob quam cauſam & *caſſiam* exhibere non ſatis eſt tutum; Damus proin ea, quæ citra calorem magnumque ſtimulum id præſtant, ut *pruna*, fructuſque alios laxantes; & ex herbis *ſpinachiam, malvam, violariam*, cocta in cibis: *ſerum lactis*, *aquam caſei*, *ſyr. violar. & roſac. ſimplices* ex infuſionibus &c. In Declinatione tamen, vel exacto quarto die, calore ceſſante, ad reliquias tollendas, hepate & liene laborante, cùm per venas meſaraicas in inteſtina ſe exonerare poſſint, purgans interdum, ſed levius conceditur; idque magis ſi in cava hepatis ſede affectus conſiſtat, quam venæ portæ rami ſubeunt, & ſi bilis in veſicula effervescens, aut effuſa, Eryſipelas pepererit; In quibus caſibus cum morbus declinat, *Caſſiam* exhibere poſſumus, aut aliud leve purgans. *Platerus.*

45. In *Purgantibus* animadvertendum, quæ ſit pars jecoris inflammata, ſi enim pars gibba inflammatur, non ſunt exhibenda ſolventia, ſecundum *Avicennam*, ſed & *evacuantia per lotium.* At ſi pars ſima eſt inflammata, utendum evacuantibus per alvum; Si enim ſecùs fecerimus, reddetur natura imbecillis, irritabitur præter rationẽ inflãmatio: *Galen.* itidẽ *c. 15. l. 13. m. m.* idẽ ſtatuit: Quare ſi pars gibba eſt inflammata, debemus exhibere *lenitiva, mel roſat. ſolut. mannam*, nec ſpernendi *tamarindi*, ut ſimul educantur ſuperfluitates & mitigetur fervor inflammationis: Quamvis enim horum vis & poteſtas producatur non tantùm ad tenuia inteſtina, verùm

etiam ad meſaraicas, & ad Portas jecoris, tamen locus inflammationis non irritatur, quia eſt in parte ſuperiori gibbæ: At ſi inflammatio fuerit in parte ſima, non debent exhiberi lenientia per ſuperius, quia afficiuntur meſaraicæ, maximè afficitur ventriculus, vinum eſt in parte proxima, in parte ſima, quæ agitatur à lenientibus, propterea Clyſmi ſufficiunt, qui mediocres eſſe debent. *Gibbâ* ergo parte inflammatâ debemus *evacuare per lotium*. niſi fortè natura tentaret evacuationem per alvum, & diminutè, unde apparentibus ſignis concoctionis, poteritis naturam adjuvare: Si inflammata fuerit pars ſima, probat *Galen. cap. 14. 15. & 16. lib. 13. m. m. carthamum, urticam, rad. polypod.* poſſumus admiſcere aliquid *epithymi*, & urgente neceſſitate ait *Galenus* ſe exhibuiſſe *ceratum nig.* cum *ptiſana hordeacea colata*: Dare poſſumus *rhabarb.* ſi redundat bilis; *agaricum*, ſi inflammatio ſit pituitoſa, *Sennam*, ſi melancholica, *epith. polypod.* Vnde in praxi notandum, ad valentiora aſcendendum eſſe, non in inflammatione bilioſa, ſed præſertim in melancholica: quia hæc poteſt degenerare in morbum incurabilem, nimirum ſcirrhum. *Capivaccius.*

46. *In qua omnia mitiora*) Tum rubor adeſt faciei, interdum purus, interdum ſubfuſcus; pulſus magnus, mollis & undoſus; urina rubea & craſſa, corporis habitus carnoſus, dulcedo quædam in ore, ætas juvenilis, victus præcedens plenus & liberalis. *Riverius.*

47. *Vel bilioſo, & tum &c.*) Si bilis prædominetur, color eſt citrinus in facie, pulſus velox, durus, & inæqualis, urina tenuis & intensè citrina & interdum flammea, habitus macilentus & extenuatus, Oculi concavi, oris amaror, præceſſere cauſæ bilem multiplicantes. *Riverius.*

47. *Vel bilioſo*) Vide ſupra §. ſeu ob qualitatis vitium.

48. *Maraſmi metus angit*) A bilioſo ſucco inflammatio proveniens, periculoſior eſt ea, quæ à puro ſanguine fit: febris intenſior & reliqua ſymptomata graviora. *Riverius.*

49. *Per multum temporis durum*) Si durities partis perſiſtat, gummi *ammon. in aceto diſſolut.* prædicto linimento (§. *Diſcuſſioni benè inſervit*) addere conveniet, vel ſequens Empl.

℞. *Empl. de melilot. diach. ireati ãã. ℥i. m. extendantur ſuper alutam, f. Empl. ſemilunare.* Vel

℞. *G. Ammon. in aceto remoll. ℥i. ladan. & maſt. ãã. ʒii. ol. abſinth. & cera ãã. q. ſ. m. f. Empl.*

50. *Admotis pus generantibus*) Si inflammatio ad ſuppurationem vergat, quod noſcetur ex febris & doloris intenſione; juxta *aphor. 47. 2.* maximum eſt periculum & pauci evadunt, Attamen ſuppuratio adjuvanda eſt Empl. prædictis, quæ materiam reſolubilem reſolvent, & ſuppurabilem ſuppurabunt; tum etiam admotis catapl. emollientibus; intùs verò exhibendo *jus pulli*, alteratum *malva, althæa, caricis*, prunis; Rupto abſceſſu, ſi pus album effluat per alvum, aut urinas, abſtergendum eſt, *aquâ hordei*, vel *ſero lactis cum melle roſac.* tum iis remediis quæ ad ulceris curationem propoſita ſunt. *Reverius.*

51. *Victus ratio*) Sit tenuis & exquiſita, eſt enim morbus hic valdè acutus, & maximè ſi eryſipelas ſit; abſtineat à carnibus, vino, dulcibus: Vtatur lactuca, cremore ptiſanæ, & pomis coctis, jura pulli: Si ſit Eryſipelas, plus infrigidare oportet. *Rondeletius.*

Diæta.

51. Tenuiſſimè hic alendum, quòd morbus omnium ſit acutiſſimus, proptereaque extremos habeat labores; vigor item in propinquo eſt: Et hic plus occupatos nos eſſe oportet in oppugnatione morbi, qui plurimi eſt momenti, quàm naturæ corroboratione, tametſi magna, virium jactura ſequatur; Adde quòd alimentum in illo corrumpatur, corruptio autem illa ægris magis eſt damnum auctura, quàm ſi in totum alimento abſtineatur. *Ballonius Conſ. 24. lib. 1.*

Victus ratio, ſicuti in principio & augmento debet eſſe tenuiſſima, imò tenuior, quàm in Pleuritide, quandoquidem cùm totum alimentum per jecur tranſeat, Pleura autem illam tantùm recipiat alimenti portionem, quæ pro ſui nutritione eſt neceſſaria, ita major eſt error qui committitur in Iecoris inflammatione, quàm qui in Pleuritide, Itaque ſi vires conſtent; aut ſola ptiſana, aut ſola *panatella*, cum *emulſione ſeminum melonum* uſque ad ſeptimum ſunt detinendi: Si cadant vires, *ovum* quandoque concedendum, aut cochlearia *deſtillati ex pullo*: *Potus* verò ſit *aqua hordei*, aut alia deſtillata. Sed in ſtatu; quando eſt opus inflammationem digerere, cibus debet quidem præberi exiguus, ſed tamen poteritis patientibus præbere vinum, præcipuè autem in inflammatione partis gibbæ; Et ratio eſt, quia vinum eſt valdè diureticum, maximè album, & minimè dulce aut craſſum; Et cum hoc tempore *Galenus* proponat diuretica, quæ ſunt calida uſque ad tertium gradum, multò magis poteſt convenire vinum album tenue, & in moderata quantitate exhibitum. *Saxonia Prælect. p. c. 24.*

Cap. XLII.

De Epatis Scirrho.

1. *Scirrhus epatis eſt ejuſdem* 2. *tumor durus, indolens,* 3. *ab humore craſſo* 4. *in viſceris ſubſtantia impacto & indurato genitus.*

5. *Signa* ſunt, *Tumor dextri hypochondrii,* 6. qui tactu, ſi gracile & adipis expers ſit abdomen, deprehenditur, & faciliùs erecto 7. vel in dextrum latus inclinato ægro, quam decumbente ſupino animadvertitur: jecoris autem ſitu & figura circumſcribitur, & in ſiniſtro decubitu, mole ſua ventriculo & præcordiis incumbit. *Dolor obſcurus*, quia partes vicinæ ſenſu præditæ à tumore epatis comprimuntur, &c.

8. *Cauſa* eſt in Definitione expoſita. 9. Non ſubitò autem, ſed pedetentim tumorem infert. Nam primò tenues jecoris venas infarcit, dein auctus in omnem viſceris ſubſtantiam redundat, hinc multò plenior cum latus, jecur in amplam molem, uti turgidum appareat, diſtendit, 10. denique ſiccatus, & tenui parte vi caloris diſſipata, reliquus totus obdureſcit.

Curatio, 11. quæ exiguæ ſpei

[13] *Inſtituitur* I. *Lenientibus*, præparantibus: [14] & evacuantibus: prout in obſtructione dictum.
II. [14] *Emollientibus* & diſcutientibus, cum moderatè adſtringentibus, ne ex illis ſolis putredo & cancer; ex his ſolis indurationis majoris periculum oriatur. Laudantur, *Ladanum cum balſamo Indico & cera*, Emplaſtrum *de Cicuta, & mandragora cum ammoniaco*. [15] Vnguentum *de Cicuta Fabricii Hildani*, quod paratur ex *gummi ammon.* unc. I. [16] *ol. amygd. dulc. lilior. alb. pingu. gallinæ* ana unc. ii. *ſucc. cicutæ* unc. IV. *aceti ſcill.* unc. ii. miſtis, in infuſione per 24. horas relictis, & lentiſſime, ne humiditas ſucci vel aceti tota evaporet decoctis.
III. [17] *Deobſtruentibus*, inter quæ valet [18] *Tartarum vitriolatum* cum [19] *paſſulis, cinnamomo & agrimonia foliis, Tartarum Tartarizatum Bartoleti*, quod per urinam pellit, &c.
[20] *Differentias* quod ſpectat.
I. [21] Alius eſt *Incipiens* cum dolore conjunctus, qui *Nothus* dicitur, & [22] Curationi cedit.
Alius [23] *Confirmatus, Exquiſitus*, Indolens; qui hydropem inducit, [24] nec curari poteſt.
[25] Et uterque *vel ſponte naſcitur* ex congeſtione viſcidor. In melancholicis inprimis: *vel ex tumoribus*, aut diſcuſſis per calorem tenuibus partibus, aut per frigus compactis & congelatis.
II. Alius eſt à [26] *materia biliosa*, qui ex eo *cognoſcitur*, quod cauſæ bilioſum ſuccum coacervantes antecesſſere, bilis exſuperantis & concalefacti jecoris ſigna adſunt. [27] Ictero ſuccedit & febrem lentam comitem habet, ac in hydropem, qui aſcites dicitur, præcipitat.
Alius à [28] *materia pituitosâ*, in quo cauſæ [29] craſſum ſuccum coacervantes præceſſere, jecoris refrigerati ſigna adſunt. Cachexia & leucophlegmatia inducitur. Morbus citra ullum incommodum diu perſiſtit: & ſi in hydropem vertitur, primò in cachexiam, deinde in leucophlegmatiam tranſit.
Alius à [30] *materia melancholica*, & quidem plærumque, cujus etiam ſigna aderunt. *Helmontius* laudat argentum vivum arbori terebrâ ad medullam adactæ, inditum.
III. Alius eſt *in gibba*, ubi Topicis aliquid proficitur. Alius *in ſima*, in quo interna etiam remedia adhiberi debent, ſuccus inprimis *a. anagallidis flore cæruleo*, dr. j. pondere ex hydromelli propinatus.
Huc pertinet [31] *Tumor Epatis* abſque ſcirrho, qui ex eo *cognoſcitur*, quod brevi tempore naſcatur, minus renitatur, digiti manus ſub extrema coſta infigi nequeant. Occupat ambientem duntaxat epatis membranam, interdum tamen totum hypochondrium replet.
Oritur vel à viſcido humore, poſt febres diuturnas à valido epate eò depoſito, *aut* à cibis ejuſmodi nato, *aut* tali per alterantia frigida circa evacuationem adhibita facto: *vel* à cruditate tenui, à cibis, potu & aliis frigus inducentibus exorta: vel à flatu tenui.
Curatio aperientibus & evacuantibus perficitur. Videtur eſſe ille quem mulieres in Sileſia *den Ridtkuchen* vocant.
Inveniuntur autem etiam aliquando in epate.
1. *Calculi*, qui nonniſi poſt mortem in ſectione cadaverum cognoſcuntur.
2. *Vermes*, & hi, vel in ſubſtantia epatis vel in venis ipſis & quidem ſpithamæ aliquando longitudine.
3. *Veſica* aqua plenæ, cum tuſſi ſicca, continuâ, propter diaphragmatis vicini vellicationem.

[1] *Scirrhus Hepatis*) Scirrhum in hepate, ſplene, & renibus facilè fieri docet Gal. *13.* m. m. In hepate quidem, quia ſanguine limoſo nutriatur. In ſplene quod humorem recipiat craſſum, In Renibus, quia ſanguine ſpiſſo nutriuntur.

[2] *Tumor durus &c.*) Additur & renitens: hac autem definitione, Exquiſitus tantùm comprehenditur, qui indolens eſt, & ſenſus omninò expers.

[3] *Ab humore craſſo*) Quandoque à ſanguine cauſatur *frigidiore*, qualis *pituitoſus* aut *melancholicus*, ſuis à cauſis productus, in Hepatis poris congregato; quandoque à *calidiore*, qualis eſt *bilioſus*, diſſipatione partium tenuium: Conferunt multùm medicamenta externa refrigerantia, adſtringentia immoderatè diſſipantia. *G. Blaſius Ther. ſpec. p. 316.*

[3] *Ab humore craſſo*) Inter cauſas ſcirrhi, ſunt etiam Errores externi, v. g. ſi quis à cibo ſtatim ſe exerceat, venere utatur &c. ille facilè eò præcipitare poteſt, rapto crudo cibo in viſcera, Huc facit nimius uſus refrigerantium & adſtringentium: At frigus externum congelare ita ſanguinem apud me τῶν γελοίων eſt. *C. Hofmannus Inſt. l. 3. cap. 65.*

[4] In *viſceris ſubſtantia*) In obſtructione Hepatis plerumque primùm vaſa capillaria ſunt obſtructa; iuncque quia ſanguis ſatis copioſè non influit in hepatis ſubſtantiam, pori ſubſidunt, & ita hepar obſtruitur: Si verò capillaria vaſa obſtruantur omnia, ſequeretur inde magna conturbatio totius œconomiæ animalis, ob magnam portionem circulationis ablatam, *Scirrhus* autem evenit, cùm humores partem aliquam obſtruentes, partim condenſatione ſimpliciter, partim coagulatione. *Craanen Pr. Med. reform. c. 74.*

Scirrhi, item *Scrophulæ*, eandem agnoſcunt cauſam, dum ſcil. in porulis viſcerum aut partium, circa capillaria vaſa humores quidam crudi ſtagnant, unde viſcera ſenſim intumeſcunt, & inſtar ſpongiarum inflantur; Qui viſcidi humores indurati ſucceſſive, in ſpecie ex acore vitioſo, eos utplurimum impraegnante & coagulante, tumores tales duros & tactui renitentes conſtituunt, qui in ſanguineis partibus *ſcirrhi*. In ſpermaticis *nodi* & *tophi*, in glandulis *ſtrumæ* ſeu ſcrophulæ appellantur. *Etmuller Fundam. Med. p. 40.*

5. *Signa ſunt, Tumor dextri hypochondrii*) Vel ejuſdem durities & renitentia hepatis circumſcriptionem referens, multò major quàm in obſtructione, gravitas in eadem parte & ponderis ſenſus, præcipuè quando magna ſit reſpiratio. *Febris carentia & doloris*, quibus diſtinguitur ab inflammatione: *Color faciei pallidus*, & quaſi vireſcens, quia ſanguis laudabilis non generatur (*nec ritè in jecore tranſcolatur*) Corpus etiam emaciatur, quia neque hæmatoſis, neque anadoſis rectè perficitur. *Riverius.*

Scirrhus Jecoris cognoſcitur in genere à ſenſu gravitatis, etiamſi ſcirrhus ſit exquiſitus, preſſu enim dolor ſentitur, quia vicinæ partes ſenſitivæ ob tumorem jecoris comprimuntur, & earum unitas ſolvitur; *Senſus gravitatis*, ob membranam inveſtientem maximè adeſt, ſi ſcirrhus non eſt exquiſitus, ſi Exquiſitus non item, licèt ob compreſſionem partes vicinæ doleant; Sed non tantum reſpiciendum ad *dolorem* num adſit necne, verùm ad diuturnitatem & contumaciam affectus, Si enim non cedit remediis, judicandum eſſe exquiſitum ſcirrhum, & hic non eſt ſuſcipiendus, quia non poterit curari: at non *exquiſitus* cedit remediis: Adeſt autem *ſenſus gravitatis* ſine febre, ad differentiam inflãmationis, nam ſcirrhus eſt tumor frigidus, Inflammationem jecoris neceſſariò ſequitur febris, ſcirrhum non neceſſariò, ſed contingenter: Inſuper cognoſcitur è *Pulſu* evidenter duriore, quia tumor hic multò durior eſt, quam tumor inflammationis, *lib. 1. de praſ ex pulſ. c. 4.* Secundum *Avicennam* quoque cognoſcitur *è lotio diminuto*; *E qualitate* etiam *mutatâ viſibili, & tangibili*, E viſibili, corpora emaciata conſpiciuntur, quia non rectè fit ſanguificatio, neque etiam diſtributio: Præterea *color corporis* mutatur, quod peculiare eſt in affectibus jecoris & lienis, E *tangibili*, quia in regione jecoris tumor durus percipitur, præſertim ſi ſcirrhus fuerit in parte gibba. Advertendum autem hunc Tumorem durum evidentiùs percipi, quando patiens vel rectus manet, vel etiam decumbit, in parte ſiniſtra, quia magis deſcendit tumor ille infra coſtas, unde magis conſpicuus apparet: Notat *Galenus* hoc eſſe verum, niſi ſuccedat hydrops, tunc enim venter aqua repletur, quæ impedimento eſt, quominus tactu durum tumorem perſentire queamus, *Capivaccius.*

Reſpiratio hîc impedita eſt, (ut & in obſtructione) ob metum doloris, quem ex alta reſpiratione ſentiunt; vel etiam, ſi tumor adſit, propter illum tumorem anguſtantem ſpatium abdominis, ita ut viſcera abdominis magis reſiſtant motui diaphragmatis, Difficilior tamen multò eſt poſt exercitia, quia ſpiritibus tũc diſſipatis, minori copiâ ad diaphragma feruntur, cùm tamẽ majori copiâ impelli deberent in muſculos reſpiratorios. Vel etiam quia per exercitia ſãguis magis movetur & calidior fit, atque ita vaſa diſtendit & omnes partes tumidiores reddit; ſic quoque tumorem auget obſtructi hepatis (ut & lienis) qui ſic auctus motum diaphragmatis magis inhibet. *Craanen Med. Pr. reform. c. 74.*

6. *Qui tactu*) Agnoſcitur Scirrhus tactu, niſi cùm venter flatibùs intumuerit, tunc enim hepar infra reſidet, muſculi ventris ſurſum elevantur à flatibus, quâ occaſione decipiuntur Medici, cùm venter detumuit, quia duritiem vel tunicam viſcerum inveniunt. Memini me vidiſſe quendam, qui tales tumores duros à paucis diebus factos eſſe aſſereret, quod tunc primùm apparerent. *Rondeletius.*

7. *Vel in dextrum latus*) Difficilior decubitus in ſiniſtrum, quia hepar durum & grave ventriculum comprimit.

8. *Cauſa eſt &c.*) Duobus modis in hepate Scirrhus generari ſolet, per *Fluxionem* ſcil. aut *Congeſtionem* humoris craſſi & glutinoſi in partis ſubſtantia: Vel ab inflammatione aliiſque tumoribus induratis, per reſolutionem partium tenuiorem humoris illos committentis, relicta ac ſuperſtite parte craſſiore: Materia *Prioris* eſt humor pituitoſus aut melancholicus, Vel in ipſa viſceris ſubſtantia ex prava homoioſi genitus & coacervatus, vel ab aliis partibus tranſmiſſus: *Poſterioris*, immodicus diſcutientium medicamentorum uſus, aut repellentium, quæ refrigerando & conſtringendo materiam incraſſant, ejuſque reſolutionem impediunt: His accedit materiæ morbificæ frigiditas propria & craſſities, quæ reſolutioni non cedit, vel partis imbecillitas, quæ diaphoreſin ſufficienter promovere non poteſt; Ac denique victus ratio refrigerans & incraſſans. *Riverius.*

Scirrhus eſt Tumor durus ſine dolore, Fit poſt longas, diuturnas atque magnas obſtructiones, & poſt inflammationes, vel ob uſum eorum quæ obſtruunt & indurant: Cùm enim Jecur obſtructum eſt, tenues mittit humores ad alia membra, & in ſe ipſo craſſiores retinet, quibus dum nutritur induratur, ſi vel refrigeretur, calefiat, vel exſiccetur: frigida quippe inculcant; calida reſolvunt quicquid eſt tenuius, ſicca idem digerendo: Inflammatio idem facit quod obſtructio: *Rondeletius*, de cauſis Scirrhi ex mente Recentiorum.

8. *Cauſa eſt*) Hujus generationem ſic tradit *Fernelius*, Ex contumaci & inveterata obſtructione, ferè ſemper ratò, vel potiùs nunquam ex inflammatione originem trahit, quod in viſcere natura calido & humido, omnis inflammatio in pernitioſum abſceſſum deſinat; Humor igitur obſtructionis author, primum quidem tenues jecoris venas implet & infarcit, auctus deinde hinc etiam in omnem viſceris ſubſtantiam redundat, & eam perinde atque venas obſtruit: Quod ſi rurſum multò plenior cumuletur; Jecur in amplam molem diſtendit, tumque viſcus turgidum ac tumens apparet: Tempore humor ſicceſcit, & vi caloris, tenui parte diſſipatâ reliquus totus obdureſcit, ejus permiſtione, Jecoris ſubſtantia labefactatur: veruſque tandem ſcirrhus emergit, Hic à ſimplici tumore diſtat, quòd nonniſi, longo dierum numero, ſimplex verò brevi etiam procreetur.

9. *Non ſubito autem &c.*) Per morbum ac contumaciam obſtructionis, Hepar non tantùm à naturali ſuo vigore, ac conſtitutione mirùm quantùm alienati, verùm monſtroſam quoque magnitudinem, non raro capeſſere ſolet, ut etiam xii. libras teſte *P. Joh. Fabro*, vel xxi. id referente *Helmontio*, aliquando hoc viſcus ponderaſſe fuerit obſervatũ, ubi ſanè quivis ſubſumere facilè valebit, calamitoſiſſimam hujuſcemodi conditionis homines tunc agere reſpirationem ac vitam, imò ſuffocationis periculum perpetim ipſis imminere, quod diaphragma & præcordia, quorum cum hepate exquiſita vicinitas ac conſenſus notiſſimus eſt, item ventriculum & reliqua viſcera inſigniter gravando ac comprimendo, haud perfunctoriè affligat.

Unde autem Hepatis moles, ſic ſuccreſcere & intumeſcere poſſit, dictu non adeò difficilè; nempe humores excrementitii, ob conceptum fermentationis vehementiam ejuſque impulſum, per vaſa quaſi tranſcolantur, & in ſubſtantiam Hepatis totam ſe penetrant, ac redundant, Si verò poſtea accedente & increſcente præternaturali calore ſiccetur, tumida ſic hepatis ſubſtantia, & tenues liquidæque partes abſumantur, mirùm quantùm obdureſcere hoc parenchyma; & ſcirrhum concipere tũc incipit. Quo in caſu notandum, quòd plerumque inſanabile ac deſperatum ſit hoc malum, præſertim ſi hepaticæ ſubſtantiæ corruptio accedat, quâ præſente & jam factâ, fundamentum reſtituendæ ſanitatis omnimodè amiſſum, adeoque omnis ſpes occiſa eſt. *Chr. Langius Pathol. Anat. p. 387.*

10. *Denique ſiccatus & tenui parte*) Dubitatur an non *ſuccus lapideſcens Agricolæ*, huc referendus ſit? Quia in corpore animato paulò minùs quàm *Occulta qualitas* eſt,

eſt, [illegible] eſſ. [illegible] cum illum Si enim omnis in eo [illegible] calculus eſt à jecore, quid obſtat quo minus in viſceribus tale quid conſiſtere poſſit: Vidi Patavii hydropicæ jecur oſtracum ad pugni magnitudinem redactum, in quod cum cultrum adigeret Anatomicus, videbatur lapidem ſecare, adeò crepitabant omnia. Unde hoc à feto lapideſcente. *Hofmannus Inſtit. Anat. l. 3. c. 65.*

11. *Quæ eſt exiguæ ſpei*) Scirrhus Jecoris ab initio eſt periculoſus, & difficulter curatur; Antiquus curari nullo modo poteſt; Adeſt enim frigida illa intemperies, & adeſt durities quæ nullis mollientibus cedit: In ſcirrho ergo legitimo, ſi concurrat fluxus ventris, celeriter moriuntur; ſi non jungatur ille fluxus, aliquandiu perdurant. *Capivaccius*

12. *Inſtituatur. Lenientibus &c.*) Scirrhi curatio fiet primũ cauſæ antecedẽtis ablatione, per *Apozema* in obſtructione hepatis deſcriptum, Cui etiã alia remedia obſtructionibus reſerãdis idonea ſubjici utiliter poterũt. Poſtmodũ verò materia indurata emollientibus & aperientibus diſcutienda eſt, In hunc finem maximè conveniunt *Pilulæ ex chalybe* ſuprà deſcriptæ, præcipuè ſi iis addantur *bdellium, ammoniacum & ſagapenum*. Si verò durities contumaciſſima fuerit, ſequentes ad multos dies uſurpentur.

℞. *G. Ammon. in aceto ſolut. & trajecti, iterum inſpiſſ.* ʒii. *bdellii*, *ſtyrac.* ãã. ʒiv. *m. Capiat* ʒi. *alternis diebus.*

Intermediis diebus utatur *Opiata*, vel *Tabellis roborantibus & aperientibus* in obſtructionis curatione deſcriptis,

Sequentes *Pilulæ* ad ſcirrhum emoll. & diſſolvendum efficaciſſimæ

℞. *Aloes opt. & g. ammon in aceto ſol. & trajecti per ſetaceum, iterum inſpiſſati* ãã. ℥ß. *mercur. dulc.* ʒij. *diacryd.* ʒi. *cum oxymel. ſcill. f. maſſa Pil. de qua capiat.* ʒß. *4. horis ante prandium, quotidie per* xx. *aut* xxx. *dies.*

Zacutus Luſ. obſ. 41. l. 2. Pr. adm. refert ſcirrhum contumacem *conſerva marrubii* xl. diebus uſurpata, curatum fuiſſe.

Quidam Practici commendant uſum *Terebinth.* ſic præparatæ.

℞. *Tereb. lota cum vino albo* unc. ß. *ſacch. pulver.* unc. ß. *Capiat* ʒi. *ſingulis vel alternis diebus*: Eſt enim remedium aperiens, urinam movens, & alvum emolliens.

Toto curationis decurſu, utatur æger pro Potu ordinario *vino albo, aut clareto* tenui, ex *infuſione chalybis* paratu: Tum etiam aliæ chalybis præparationes ſupra deſcriptæ, hic conveniunt. Denique *Cauſticum* tibiæ dextræ inurendum, ut materiæ peccantis portio per id derivetur. *Riverius.*

Quoad interna, *Aetius* pro diſſolvendo tumore Jecoris maximè probat *Anagallidis ſuccum* ad ʒi. vel ℈iv. poſſumus etiam ejuſdem pulverem exhibere; datur cum *mulſa*, & ſi febris nõ vehemens erat, dabat cum *oxymel.* Probat etiam tanquam efficaciſſimum medicamentum quod componitur è *ſabina* pulvere & è *fece arida vini*, quæ reperitur in fundo dolii, præſertim in quo detentum fuit, vinum dulce, ad quantitatem cochlearis, hoc eſt ʒi. Hoc ſe reſtituiſſe dicit ſcirrhum, ubi hydrops imminebat: Probat etiam medicamentum ex *fœnugr. coſti, petroſel. eupat.* ãã. *dat* ʒi. Vehementiſſimum pharmacum ſecundum *Aetium* eſt *ammoniacum* cujus dat ʒi. cum *maſtich.* gr. viii.

Sed duo ſunt medicamenta, quibus feliciſſime, uti poſſumus, *Decoctum zarzæ* cum jecor reſpicientibus paratum, Alterum eſt uſus *chalybis.* Capivaccius.

Acetum ſcyllit. potum, poteſt mitigari cum aqua convenienti.

Decoctum *rad.* fragariæ bibitum *Sebiſius.*

13. *Evacuantibus*) Suppoſitis præparantibus & lenientibus, abſtinendum à *ſolventibus* vel leniſſimis, propter jecoris infirmitatem: Debilioribus ergo, ſecundum *Avicennam* utendum, quæ evacuant pituitam, melancholiam: Si malum non cedit levioribus, cogimur ad fortiora aſcendere: Quare *Galenus capit. 15. l. 13. m. m.* utitur clyſtere acerrimo, *è centaurio minore, & colocinth. Avicennas ad belleb. album* aſcendit, qui valentiſſimè per vomitum evacuat, Extremis morbis extrema apponenda remedia. *Capivaccius.*

13. *Evacuantibus*) Per *venam ſectam* vacuatio non molienda, quia imminet hydrops: materia enim non eſt ſanguinea, ſed pituitoſa, melancholica, craſſa, viſcida, venæ ſectio refrigeraret, Jecur autem frigidum: Secundum *Avicennam & Aetium* uti poſſumus *cucurbitulis ſcarificatis*, quæ Jecoris regioni applicentur: Licèt etiã illis partibus applicare *veſicatoria cauſtica* medicamenta cum *Aetio*, & ulcera diutiùs aperta ſunt detinenda: Prius autem totum expurgandum: Expedit etiam gratia revulſionis *Cauteria* affigere cruribus, dum crura non ſunt tumida. *Capivaccius.*

14. *Emollientibus, diſcutientibus, cum moderatè adſtringentibus*) Topica ſunt emollientia, digerentia, attenuantia, corroborantia; *cap 4. lib. 3. ad Glauc.* Uti ergo poſſumus *medulla cervina, vitul. adipe gallinæ, vituli, anſeris, bdellio ammon thymiam. ue, item rad. alth. malvæ, cucum. agr.* Hæc digerunt & emolliunt: Oportet etiam addere attenuantia, ut ſunt *myrrha, calamintha, origan. ſerpyll. aromata* Corroborantia; ſunt *abſinth. myrobal. maſtiche*: Quando ergo uti volumus *Emplaſtro*, vel *melle*, miſceatur *ol. maſtichinum*, de *abſinth.* ut non tantùm emolliamus & digeramus, ſed etiam roboremus *Capivaccius*

14. *Emollientibus & diſcutientibus*) Exteriùs admoveri debent Fomenta, Unguenta, Emplaſtra e. g.

℞. *Rad. alth. bryon. lilior.* ãã. ℥i. *fol. malvæ violar. parietar. abſinth. agrimon.* ãã. *m* j. *ſem. lini, fœnugr. aneth.* ãã. ʒß. *flor. chamom. melilot roſar.* ãã. *p* j *coqu. in* iij. *part aqua & una vini albi. ſub finem addi i*, *vel in aqua & aceto, Colatura facta, regio hepatis foveatur, mane & ſero.*

Si ſcirrhus ſit contumacior, addantur Decocto rad. *Ireos noſtr. cucum. agr. & ebuli*, Et paretur Decoctio in aqua *decoctionis inteſtinorum vervecis & vino albo.*

℞. *Ol. lilior. alb. chamæm. melilot & amygd dulc.* ãã. ℥i. *ol. roſar. & abſinth.* ãã. ℥ß *g. ammon. in aceto ſolut.* ℥iii. *Fiat Linimentum à Fotu uſurpandum.*

Si fortius deſideres

℞ *Succor bryon. & cucum. agr.* ãã. ℥ii. *ol. de cappar. & tamar.* ãã. ℥iii. *vini albi* ʒi. *bulliant ad ſuccorum & vini conſumptionem deinde adde abſinth pulv.* ʒii *g. ammon. in aceto ſol.* ℥ß. *ceræ parum f. Linimentum.*

℞. *Maſſæ Empl. de mucilaginibus* unc. i. *empl. melil.* ʒß. *g. ammon. liquat. in ſucco abſinth.* ʒiii. *malaxentur cum ol abſinth. & lilior. F. Empl. admovendum poſt inunctionem.*

Utiliter etiam parti admoventur *folia hyoſcyami* in aceto decocta, addito ol. amygdal. amar. & in formam Cataplaſmatis redacta: His etiam addere licèt *Semicupia* ex emollientibus, digerentibus & roborantibus parata, qualia pro Fotu deſcripta ſunt, iiſque alternatim æger uti poterit. *Riverius.*

Singulariter ſcirrhoſis tumoribus hæc proſunt.

I. *Marchaſita*, ſive *lapis pyrites* ter quaterve ignitur, & ignitus conjiciatur in *acetum* acerrimum, & ſcirrhus ſuffumigetur; poſt upponatur *ammoniacum* in aceto diſſolutum.

II. Ungatur ſcirrhus *oleo ſulph.* & imponatur *Empl. diaſulph. Rulandi. Sebiſius.*

14. *Moderatè adſtringentibus, ne ex illis ſolis &c.*) Non ea ſolùm de cauſa, ſed ut tonus viſceris conſervetur, Tonum autem conſervant *abſinth. vulgare & Ponticum, mentha criſpa, agrimonia, rhaponticum, roſa rubra, ſchœnant. ſpica Indica, calamus arom. ſantal. rub. & citrin. ſpodium* ſive *ebur uſtum, corallia rubr. nux moſch. macis, maſtix, cinnamom.* Sic *Oribaſius & Aetius* faciendum præcipiunt. *Sebiſius man. p. 1243.*

15. *Unguentum de Cicuta*) Quod omne fert punctum: Illo feliciter uſus ſui in Iuriſconſ. Marpurgenſi: Inter initia dolorem licèt moveat, tamen relinquendum eſt, & 3. quoque die renovandum. *Hartmannus.*

16. *Oleum amygd. dulcium*) Quod & ſi bibatur, emolliendo emendare aliquomodo poteſt: uti & *ol. amygdal. amar.* quod ſimul obſtructiones aperit: Poſſunt & alia in induratis viſceribus, ut *ol. comm. lini, ſeſaminum,* aſſumi. *Platerus.*

17. *Deobſtruentibus*) Quidam ſolam *conſervæ ex flor. marrub.* cum melle paratæ 40. diebus ℥i. dozi in manè ſumpſit, deſuper aqua exhibita ex *foliis & radic.* ipſius deſtillata integrè convaluit. *Zacutus.*

Efficax & pretioſius eſt *ſyrupus de chalybe,* qui

℞. *Aqua lupulor. gramin. agrimon.* āā. ℔i. *cortic. cappar.* ℥ß. *paſſular.* ℥i. *ſpica ntr.* āā. ʒi. *Schœnanth.* ʒiß. *capill. ven. p.* ß, *rad. fœnic.* ℥i. *rad. lilior. conſciſſ.* ʒiii. *chalyb. limat.* ℔ß. *bulliant in vaſe duplici ad tertias, Cola & exprime, adde aqua pluvialis* ℔i, Mercatus.

Conſerva flor. malvæ arboreſcentis cum melle parata per 40. die quantitate unc. 1. ſumpta, Nobilis ſcirrho hepatis diuturno laborans integræ ſanitati eſt reſtitutus, nihil aliis juvantibus. *S. Pauli. Quadr p. 389.*

Omnium valentiſſimum, & ſæpè probatum eſt hoc, omnibus affectibus duris citra tuſſim.

℞. *Radic. gentiana, chamadr. marrub. ſem. petroſ. pellis urſi. ſinap. ſemin. cucumer. ſcolopendr. panac. rubia, ſemin. braſſica ariſtel. long. piper. albi, ſpicanardi, coſti, ſemin. eruca, eryngii, baccar. junip. ſemin. fraxini, chamadr. dictamni cr. ſem. dauci* āā. ʒi. *mellis q. ſ. detur,* nucis Pont. magnitudine cum liquore convenienti. *Euſt. Rudius,* vide ſupra §. 12. *Inſtituitur 1. Lenientibus.*

18. *Tartarum vitriolatum &c.*) magnum hic præſtat *Tart. vitr. &c. vel ſemine aniſi, fœnic. carvi,* præſertim ſi flatus adſint ſimul. Quibus ampliùs digerendis etiam fomenta è carminativis &c. conveniunt. *Hartmannus.*

19. *Paſſulis*) Quarum frequens uſus adeo hepati convenire dicitur, ut generationem ſanguinis promovendo, impinguare credantur, licet reliqua dulcia hepati obeſſe, & ab iis hepar intumeſcere dicatur. *Platerus.*

20. *Differentias quod ſpectat*) Facit longiùs progreſſa obſtructio Scirrhum, ut non ſolùm craſſi & immobiles humores, ſed omnes alii ſi nimis exſiccentur & quaſi torreantur: Sic, ſi quod dixi in Hepatis imbecillitate, poſt excrementa lotiva, Barbaris dicta, non fiat *fluxus hepaticus* iiſdem vocatus, ſuboritur obſtructio, & tandem Scirrhus, quem *Sanguineum* vocabo: Eodem nomine ſignabo, ſi poſt febres diuturnas, & fortè malignas, in quibus Medici non rectè curarunt hepar, accidat Scirrhus, Eodem ſi poſt inflammationem alius viſceris fiat, Eodem ſi ex retentione menſium, hæmorrhoidumve. Fit etiam ſcirrhus διαδέξει, hoc eſt translationibus humorum, de hepate in lienem, de liene in hepar 2. *in 6. Epid. 28.* Niſi enim Natura vacuet vel per alvum, vel per hæmorrhoidas, vel per renes, quivis videt quid metuendum ſit. *Caſpar. Hofmannus Inſt. l. 3. c. 61.*

Ut peccans & eſtimens humor modò pituitoſus, modò bilioſus eſt, ita & Scirrhi prodeunt varii, quos accuratè diſcernere expedit, quandoquidem & vehementiâ & impendente periculo plurimum diſſident; *Illum* cauſæ antecesſerunt, quæ craſſum pituitoſumque ſuccum coacervant; *hunc* verò quæ bilioſum; In *illo* dominantis pituitæ refrigeratique jecoris; in *hoc* bilis exuperantis concalefactique jecoris ſigna elucent; *Hic* ferè Ictero ſuccedit & lentam febrem comitem habet, *ille* nequaquam: Hic unus in hydropem præcipitat, qui Aſcites appellatur: *Ille* citra ullum incommodi genus diu perſiſtit, aut duntaxat cachexiam leucophlegmatiamve infert. *Fernelius.*

22. *Alius eſt incipiens*) Vel non exquiſitus, qui quendam habet doloris ſenſum, & fit à materia minùs indurata. Uno verbo, nondum confirmatus; ſecundum magis & minus tantùm differens ab exquiſito, qui confirmatus.

21. *Et curationi cedit*) Prognoſis hujus affectus à *Galeno* proponitur 2. ad *Glauc. cap. 4. Scirrhus inſenſibilis curationem non recipit, qui verò difficulter ſentit, non incurabilis quidem eſt, non tamen facilè curationem admittit.* Idem cap. 5. *Scirrhum jecoris ab initio ſanavimus ſæpius, ubi vero ad plures dies fuerit extenſus, neque ipſe potui ſanare, neque alium vidi, qui poſſet.*

23. *Alius confirmatus &c.*) Scirrhus inveteratus & incurabilis in hydropem inſanabilem degenerat, & pereunt quidem nonnulli tempore longo, alii verò breviori, quibus ſcil. alvi fluxus ſupervenit & diutiùs perſeverat.

24. *Nec curari poteſt*) Quare tales ægritudines curandas non debet ſuſcipere Medicus, niſi cum præfatione, neque ſymptomata quorum ſcirrhus cauſa eſt, nam cum cauſa tolli non poſſit, quomodo tolli poterit effectus? Adde quòd malactica quodammodo iſtis adverſantur, quibus ſcirrhi curari debent. *Rondeletius.*

25. *Et uterque vel ſponte naſcitur ex congeſtione &c.*) Facit quidem longiùs progreſſa *Obſtructio* Scirrhum, verùm non ii tantùm, qui dicti ſunt humores, (cap. de Obſtructione) ſed omnes alii, ſi nimis exſiccentur, & quaſi torreâtur; Hoc apertum fiet ex ſpeciali recenſione.

I. Si contingat in Hepate id, quod initium melancholiæ hypochondriacæ eſſe dixi (*Cujus fundamenta prima jacit ventriculus, chylum vitioſum conficiens, qui ad hepar tranſiens, quem ſanguinem ſperes? Profectò craſſum & pituitoſum, qui ipſo promptè obſtruit*) ſi quidem trahatur malum, fit Scirrhus *Hepatis pituitoſus.*

II. Si contingat tale quid in *Liene*, ſi inquam, ille nec debitè attrahat chylum ſuum, neque poſt coctionem ſeparet & expellat ſuccum melancholicum dictum, utroque modo fit *Scirrhus melancholicus*, In *Hepate* quidem, quia manet in chylo lutoſum & craſſum id, quod Lien debebat ἀνελκύσαι, ut ait *Ariſtoteles,* In *Liene* autem, quia in eodem ſubſiſtit ſuccus ille melancholicus, per alvum alias rectà expellendus.

III. Eodem modo ſi *Veſica fellea* non faciat officium, collecta per longam moram Bilis naturalis, & exſiccata, fit *Vitellina*, quæ primùm quidem obſtruit, deinde autem *Scirrhum* inducit; Si enim in Veſica, etiam ſua diutius morata lapideſcere poteſt, Quidni in *Hepate* quoque, Hunc *Scirrhum Bilioſum* nominabo.

IV. Si quod dixi in Hepatis imbecillitate, poſt excrementa, Lotiva barbaris dicta, non fiat Fluxus Hepaticus iiſdem vocatus; ſuboritur Obſtructio, & tandem *Scirrhus*, quem *ſanguineum* appellabo.

V. Eodem nomine ſignabo, ſi poſt Febres diuturnas, & fortè malignas, in quibus Medici non rectè curarunt Hepar, accidat Scirrhus; *Eodem*, ſi poſt inflammationem alius viſceris fiat; *eodem*, Si ex retentione menſium hæmorrhoidumve.

VI. Fit etiam Scirrhus in διαδέξει, hoc eſt translationibus humorum de hepate in Lienem, de Liene in Hepar. *2. in 6. Epid. 28.* Niſi enim natura vacuet, vel per alvum, vel per hæmorrhoides, vel per renes, quivis videt quid metuendum ſit.

VII. Quæſtio eſt, fierine ex capite etiam tale quid poſſit?

ſi [illegible] p[illegible] mihi *Saxonia, 2. Pract. 28. §. 3.* [illegible] Ex[illegible] Errores v. [illegible] Ve[illegible] uratur &c. ille [illegible] apto crud[illegible] ibo in viſce- [illegible] tantum &adſtringetur. A[illegible] ſanguis apud me *Aryte-* [illegible] &. D[illegible] non *ſuccus lapideſcens Agri-* [illegible] in corpore animato pau- [illegible] quàm O[illegible] Q[illegible] tas eſt, dico *Serum eſſe ſu[illegible] illum,* Si[illegible] quod exiſtimo) omnis in corpor[illegible] alculus eſt a S[illegible], quid obſtat quominus in viſceribus tale q[illegible] c[illegible] ſtere poſſit: Vidi Patavii Hydr[illegible] icæ *jecur* [illegible], ad pugni magnitudinem redactum, in quod c[illegible] um adigeret Anatomicus, videbatur lapide[illegible] pabat omnia: Vnde hoc à ſero lapid[illegible] e. Nota in omni bus ita affectis colorem faciei eſſe [illegible] lumbei n[illegible] dumve; Hoc ſymptoma diligenter nobis commend abat *Scherbius* ex 5. loc. aff. quâ de *teſtano*, quem *Galenus*, contra aliorum ſententiam, negabat Ab[illegible] ſſum in hepate habere, hoc ſolo nixus fundamento. *C. Hofmannus Inſtit. l. 3. cap 65.*

26. *Alius à materia biliosa*, Si veſica fellea non faciat officium, collecta per longam moram bilis naturalis & exſiccata, fit vitellina, quæ primum quidem obſtruit, deinde autem ſcirrhum inducit: Si enim in veſica etiam ſua diutiùs moderata lapideſcere poteſt, quidni in hepate quoque? Hunc *ſcirrhum bilioſum* nominabo.

26. *Alius eſt à materia biliosa*) Vid. ſupra §. & uterque vel ſponte enaſcitur ex congeſtione &c.)

27. *Ictero ſuccedit*) Scirrhus Ictero ſuccedens, aut illum generans, perniтioſus, unde *Hippocrat. aphor. 42. 6. Morbo regio laborantibus*, ſi fiat hepar durum malum.

28. *Alius à materia pituitoſa*) Vide ſupra §. & uterque vel ſponte enaſcitur ex congeſtione &c.)

29. *Craſſum ſuccum*) Huic humori producendo, non parùm facit victus ratio prava ex craſſis, frigidis ac viſcoſis alimentis conſtans, pituitoſum aut melancholicum temperamentum & nativa hepatis anguſtia. *Riverius.*

30. *Alius eſt à materia melancholica*) Vide ſupra §. Et uterque *vel ſponte enaſcitur, ex congeſtione &c.*

a. *Anagallidis flore cæruleo*) Habeo experimentum ut pulvis *anagall. cærulei flor.* ʒi. per xl. dies ex *mulſa*, vel *aqua meliſſæ* datus. *Jul. Cæſar. Claudinus Emp. rat.*

31. *Tumor Hepatis abſque ſcirrho*) Affinis hic affectus illi quem *Hippocrates lib. 4. Epid pagin. 328.* vocat *ζυμώσιν ἧπαρ*, quo Jecur intumuiſſe ſignificat, Et Hepatis tumorem Oedematoſum à flatibus diſtentum denotat; quod *ζύμωσις*, quæ eſt fermentatio, ſit terreni cujuſdam ac ſolidi, ex aëre intùs concepto ſpirituum agitatione diſtenſio ac velut quædam ebullitio, Vnde etiam quidam pro Hepatis fervore ſumpſerunt; *Erotianus ζυμῶσιν ἧπαρ, οἰδηματῶδη ὄγκον* exponit. *Fœſius Oeconomia p. m. 259.* Exemplum affert. *Ballonius Conſ. 76. lib. 3. p. m. 259.*

Cuidam febricitanti tumor & durit[illegible] quædam ad tactum apparebat; alii Schirr[illegible] alii non à flatu, quia fugax fuiſſet: [illegible] P[illegible] orum regio Hepatis apparet tenſa & Inflata, [illegible] dit calore febrili aucto: Nos putabamus id eſſe, quod Hippocrat. in Epidem. vocat Hepatis fermentationem quandam, nam in Febribus aliquando & cyſtis fellis intumeſcit & totum Hepar, fervente & bulliente in capillaribus venis ſanguine & turgentibus humoribus; & ii medici, quibus ſine experientia ratio quædam ſuffragatur, nec morbum iſtum norunt, nec medicari poſſunt: In tali affectu non eſt parcendum ſanguinis detractioni, hæc enim largior opitulatur: malactica & foris admota ferè ſunt inefficacia: Profluvium quoque bilioſum juvat, ſed illud non ſolet opportunè evenire, niſi, detracto luculenter ſanguine, ardor miteſcat & tumor duritieſque minuantur.

31. *Huc pertinet Tumor &c.*) Sic illum deſcribit *Fernelius*, Magnus etiam plerumque Tumor ſine ſcirrho diſtendit, qui iiſdem ſe profert notis atque ſcirrhus, niſi quod minùs renititur & breviori tempore genitus eſt: Hic ferè in Jecoris ambientes membranas effunditur, haſque prorſus obſidet, Contactu obſervandus, Etenim plerumque tantus apparet, ut univerſum hypochondrium repleat, neque coſtarum extrema percipi, neque ſub hæc digiti infigi poſſint, neque jecoris ulla figura ſit aut circumſcriptio, Oritur interdum à flatu, aut à tenui cruditate, quam vel immoderata frigida potio, vel intempeſtivus fructuum uſus, vel crapula ſatietaſque nimia peperit: Et hic quidem non gravitatis, ſed tenſionis ſenſum infert, & breviori tempore contrahitur; Interdum verò ab humore craſſo & lento, aliàs bilioſo, aliàs pituitoſo, quem validum iecur à ſe excutiens, in proprias ambientes membranas depoſuit: Hic magis renititur, & ſua mole premit, atque etiam multo tempore congeritur, nec niſi multo diſcuti poteſt. *Pathol. libr. 6. capit. 4.*

Flatus diſcutiendi ſunt, internis atque externis medicamentis, obſtructiones reſerandæ noxii humores expurgandi &c. *Sebiſius Man. pagina 1244.*

Diæta.

Victus mediocris erit & attenuans, ut dicit *Galenus initio lib. de Atten. victu*, Eo enim vitia diuturna eradicantur, Hunc etiam probat. *Aetius Potus* erit ſimilis, Interdum in cibis poſſumus concedere *amygdalas, piſtacia*, Aeger in latere dextro decumbat, ſecundum *Avicennam*, nam hic decubitus conducis ad diſſolvendum tumorem ſcirrhoſum jecoris. *Capivaccius.*

CAP. XLIII.

1. *De Vulneribus & Vlceribus Epatis.*

2. **V***Vlnera Epatis*, quæ in ſenili & cachectico corpore ſunt 3. valde *periculoſa*, ob longam verò ſanguinis effuſionem *lethalia*.

Vel 4. ſunt ab *Externis cauſis*, quæ adſtringentibus & glutinantibus, (roſæ rubræ ſiccæ laudantur) curantur.

Vel à 5. *Contuſione*, quæ vomitum vel 6. dejectionem per alvum vel urinam ſanguineum

conjunctum habet, vulnere periculoſior eſt, & in abſceſſum degenerat.

In [7]· *Curatione* exigit, 1. Venæ in cubito ſectionem. 2. Potiones ex adſtringentibus compoſitas. 3. Subſiſtente profluvio [8]· concreti ſanguinis per ſua medicamenta diſſolutionem.

9. *Vlcus epatis eſt ejuſdem* [10]· *à pure* [11]· *vel ſucco eroſio.*

12. *Signa* ſunt, ulceroſus in dextro hypochondrio dolor, Tuſſis, color faciei ictericius, [13]· putridorum, ſanioſorum, & cruentorum per alvum, vel urinam dejectio, atrophia, quia nec ſanguis conficitur, nec homo alitur.

Cauſa ſunt, [14]· quæcunque ſubſtantiam epatis erodunt: de quibus in differentiis agetur.

Curatio non eſt negligenda, quamvis [15]· *exigua ſit ſpes*. Perpetua enim colluvie, quoniam alimento continenter alluitur, ſordeſcit.

Inſtituitur, ut in cæteris ulceribus.

Differentia ulcerum epatis ſunt variæ.

I. Aliud eſt in *ſuperficie*, [17]· quod minus periculoſum. Aliud *in ſubſtantia*, quod exitiale, quia pars ſpermatica regenerari non poteſt.

II. Aliud eſt [18]· *in gibba*, quod *cognoſcitur* ex urinis purulentis abſque ſignis exulcerationis in veſica & renibus, difficili reſpiratione, ſepti tranſverſi dolore.

Aliud *in cava*, quod *cognoſcitur* ex cruenta interdum purulenta alvi excretione, inteſtinorum ob materiæ acrimoniam dolore, punctionis & gravitatis circa epar ſenſu, inappetentia, nauſeâ, vomitu, &c.

Huc & *Sphacelus epatis* pertinet, in quo nulla vel febris vel ſitis, urina rubicunda, quæ nec ab aëre, nec à frigore turbatur, corpus univerſum friget, pedes vero temporis proceſſu œdematoſi evadunt.

III. Aliud quod [19]· *inflammationem ſequitur*, quæ in abſceſſum deſiit: & hoc periculoſum eſt, ſi præſertim, materia in ſubſtantia jecoris contineatur.

Aliud [20]. quod à *ſuccis acribus & erodentibus* oritur, quod exinde.

Cognoſcitur, quod ſenſim ſerpat viribus conſtantibus, febris in progreſſu oriatur, typum non ſervans, quæ tandem in hecticam deſinit, ciborum, maximè carnium faſtidium affligat &c.

Oritur alimentorum vel corruptorum vel ſepticorum vitio, vinum generoſum viſcus calefacit, & exſiccat, putridumque quendam lentorem & ſaniem exaggerat.

1. *De Vulneribus & Vlceribus Hepatis*) *Hepatis continuitas* reſpicit ejus partes, quæ ſunt ejus Tunica, Parenchyma & Vaſa, *Tunicæ* continuitas aut diſcontinuitas (ſi ita loqui fas) minoris momenti eſt, quàm quæ ad Parenchyma, aut vaſa illius pertinet, Pars enim ipſa minùs nobilis eſt, actioneſque & uſus ejus indigni ſunt, qui cum Parenchymatis aut Vaſorum actionibus & uſibus comparentur: Præterea vaſa in tunicam diſtributa perexigua ſunt, adeò ut ſanguis per illa nec magnoperè per illa foras effluere, neque ad partem ipſam affluere copioſè queat; à quorum alterutro periculum aliàs inſurgeret.

Tunicæ hujus continuitas bifariam lædi poteſt, nempe vel ipſarum *Tunicæ* partium ab invicem *ſeparatione*, vel *Divulſione* Tunicæ a Parenchymate: Horum autem malorum poſterius plùs damni apportat, niſi fortè à mera *inflatione* proceſſerit; Quippe *Tunicæ* hujus uſus præcipuus in eo conſiſtit, ut Hepar ab injuriis protegat.

Continuitas Parenchymatis debilis admodum atque infirma eſt, ſi quidem ſubſtantia ejus friabilis valde, minimeque tenax exiſtit: Crediderim ſanè Parenchyma hoc, ſi aliorum ope deſtitueretur, præ cæteris omnibus æqualis duritiei partibus ægerrimè ſe tutaturum; Niſi enim membrana à peritonæo orta, ipſum arctè complecteretur, Vaſaque per totam illius ſubſtantiam diſſeminata, mutuiſque paſſim nexibus invicem copulata idem firmiter conſtri[illegible]er[illegible]nt, facilè profectò levi aliunde vi illata, non modò rimas ageret, ſed & fruſtulatim d[illegible]per[illegible]retur.

Perma[illegible] refert ut par[illegible]ch[illegible]s hujus conti[illegible]as[illegible]uon[illegible]m[illegible]d ſinguniis ex [illegible] *Lienem Pancreas*, ([illegible] *Meſenterium*, *Ventriculique* [illegible] *inteſtinorum* [illegible] undatur, per venam Portæ reducitur, nec in venam cavam tranſmitti poteſt, niſi Parenchyma Hepatis pertranſierit, tum etiam humoris fellei à ſanguine ſeparatio, haud alibi quàm in hoc parenchymate inſtituitur; Sunt autem illa momenti maximi: Unde liquet læſa quomodocunque Parenchymatis hujus continuitate, ceſſare illicò ibidem, ubi damnum illatum eſt, ſegregationem bilis à ſanguine: & utrumque hunc humorem ruptis vaſis una commixtum, in partium hiatum delabi, fierique illic noxiam eorundem ſtagnationem; quæ mala continuitatis parenchymatis hujus ſolutionem continuò conſequuntur.

Partium Hepatis Divulſio à cauſis externis vix contingere poteſt citra Abdominis penetrationem, niſi magna vis illata fuerit, atque hoc pacto *Vulneris* nomen meretur; Furtaſſe vis aliqua externa, modò ingens fuerit, Parenchyma hepatis (ob illius friabilitatem) lacerare, ac diſrumpere queat, illæſis interea (ob naturam illarum lentam ac ſequacem) partibus exterioribus; Vidi aliquando in Gibba quorundam Jecinorum parte rimas & hiatus majuſculos, qui fortè à partium extremarum violentiore complicatione ortum duxerunt; quemadmodum & panis fruſtum nimia incurvatione diſtringitur (Rimis iſtis, ſive Fiſſuris) quo tempore eas mihi videre contigit, Natura medelam attulerat, non quidem facta agglutinatione, aut cicatrice, ſed tenuis pelliculæ ſuperinductione, qua utrumque fiſſuræ latus obduxerat; hiantibus tamen labiis ſejunctis, licèt illa ſeſe mutuò attingerent.

Poteſt etiam Divulſio ab *Inflatione*, eaque interna, proficiſci, quamvis id raro contingit, &, ſi aliquand[illegible]venerit, humorum [illegible] illum [illegible] ſuperbiò co[illegible]ſequitur, Sunt hujuſ[illegible]di [illegible]*ationes* [illegible] præ[illegible]pguis flatuoſus [illegible] & præ[illegible]dita tranſpiratio:

Obſtru-

Obſtructiones etiam cum materiæ affluxu div[illegible] [illegible] pr[illegible] ux[illegible] ſi ex ma[illegible] næ ſu[illegible] bitoque [illegible] N[illegible] ingens obſtructio [illegible] ucrit nec [illegible] ſe eſt p[illegible] bito vel [illegible]pedito anguinis tranſ[illegible] tu[illegible] motem cn[illegible] atque cum[illegible]letum [illegible] que in [illegible] ore obſtructione, [illegible] n, [illegible] que p[illegible] hæc ſ[illegible]abitis admodum lit, atque extenſion[illegible] epta, [illegible] fit, n[illegible] artibus [illegible] p[illegible] tò diſten[illegible], parenchyma [illegible] deh[illegible] teat, S[illegible]ut c[illegible] m diſruptio aliqua foris advenien[illegible] partes ab invicem divellit, ita pariter diſtenſio à cauſa interna [illegible] modo part[illegible]s ultra quam extendi aptæ natæ ſunt, vehementer diſtrahat) idem effecerit: Fa[illegible]a autem ſemel in parenchymate Hepatis vel minima ri[illegible]mulà, materiæ novæ affluxus eandem facilè in ampliorem hiatum dilataverit.

Quod ſi obſtructioni quoque inflammatio acceſſerit, idem malum multò potentius ingruet, ſiquidem materia cum impetu majore affluit. Hoc pacto *Apoſtemata* ab initio fiunt, augentur ac denique rumpuntur; Obſtructio nimirum humori affluenti remoram facit, qui propterea in tumorem excreſcit, & hic tandem facta circumquaque diſtenſione, cavitatem aut rupturam efficit; quæ accedente novâ materiâ perpetuò augetur, donec aperto abſceſſu pus effluat.

Subita quoque Obſtructio (licèt tumorem aliàs fortè haud ita magnum excitaverit) ſolutionem continuitatis in hoc parenchymate effecerit, Nam ſi rem quampiam pedetentim extenderis (accedente præſertim interea fotu aliquo) ulterius multò dilatabitur, quam ſi vim ei ſubitò intuleris, Quoniam igitur repentina obſtructio ſubitò Tumorem efficit, parsque confeſtim diſtenditur, ſi ſubitaneus tumor ſucceſſerit, rapida hujuſmodi diſtenſio, vel eo nomine continuitatis ſolutionem induxerit, quam diſtenſio major, ſed & tardior, non queat; Etenim ſi diſtenſio lenta fuerit, & cunctanter invaſerit, ſanguis inibi impactus, fotu ſuo partem reddit dilatabilem, ut citra rupturæ periculum eadem fuſius extendi poſſit: Quæ fortè cauſa fuerit, cur hepar ſæpè abſque inſigni aliqua continuitatis ſolutione in immenſam molem excreſcat; *Gliſſon An. Hep. c. 9.*

[2] *Vulnera Hepatis*) Vulnera ſi *caſim* infligantur, vix fieri poteſt quin *vaſa* lædantur, Sin *Punctim* fiant, poterunt vaſa fortuitò evadere: Sunt quidem neceſſariò vulnera illa mortifera maximè, quæ vaſa pariter & parenchyma diſcindunt: illa tamen quoque periculo haud carent, à quibus Parenchyma ſolum læditur: Sanguis enim ad ea loca affluens, impurus eſt, & bili commixtus, nec facilè evacuari poteſt: vel ſi id contingat, partes tamen ab invicem disjunctæ (friabiles cùm ſint, glutineque illo careant, quo aliæ facilè coaleſcunt) ægrè admodum conſolidantur.

Sicuti verò Parenchymatis *Hepatis, quam ejus Tunica* continuitas majoris eſt momenti, ſic vaſorum ejus continuitas illam parenchymatis dignitate ſuperat, Neque enim ſolum periculum impendet ab aliquali impedimento recurſus ſanguinis, & Segregationis bilis à ſanguine: ſi læſa fuerit, vaſorum continuitas, ſed & quòd unio eorundem difficilius multò perficitur: fibroſa enim cum ſint, diſſecta huc illuc reſiliunt, adeò ut difficulter denuò conjungi poſſint: Attamen quemadmodum continuitatis vaſorum hepatis ſolutio difficilius ſanatur, ita quoque potentioribus cauſis opus eſt, ut eadem contingat; adeoque licèt omnes ſolutionis continuitatis cauſæ quæ parenchymati evenire poſſunt, vaſorum quoque continuitati aliquatenus conveniant, quoniam tamen horum robur reliquas omnis injurias, præter vulnera, ut plurimùm repellit, de his ſolùm paucis agendum. Vulnera hep[illegible] ſi m[illegible] jora vaſa diſſecuerint, mortifera habentur, Idque mihi vel eò magis veroſimile videtur, quòd ſanguis illa vaſa ca-

pi[illegible] è, c[illegible] rrat; quapropter [illegible] quòd fibræ tranſ[illegible] tra[illegible] ed[illegible] epi[illegible], tria ma[illegible] n[illegible] ſſu[illegible] eve[illegible] poris [illegible] [illegible] a ſan[illegible] ſ[illegible] s a[illegible] perti[illegible], [illegible] turque [illegible] um [illegible] ob [illegible] ang[illegible] effluxum Sangui[illegible] [illegible] emi induit, & gravia ſympt[illegible] ar[illegible] por[illegible] [illegible] ue huic malo, quòd ſanguis ibidem ſta[illegible] [illegible] quear: *Gliſſon. l. c.*

[3] *Valde periculoſa*) Vulnera Hepatis *Hippocrates aph. 18. 6. &c. Prorrh.* pro lethalibus h[illegible] idqu[illegible] 5. *Epid.* [illegible] bus exe[illegible]plis confirmat, ſubſc[illegible]bunt *Celſus l. 5 c. 26. Avicenna, Galenus aph. 18. 6.* ſcrib[illegible]t audi[illegible] vi[illegible]ſſe, qu[illegible] non ſolum profunda fibrarum hepatis vulnera, ſ[illegible] etiam abſciſſa fibra fuerint ſanata. *Schenckius in Obſerv.* planum facit, ex aliquot authoribus, quòd he[illegible] incisum perforatum, & glande trajectum [illegible]cucatum ſ[illegible].

[illegible] diſtinguendum hic inter vulnera Jecoris pr[illegible] u[illegible], quæ craſſiori illius parti, qualis media eſt, [illegible] quæque e[illegible] iam majora ejus vaſa, utpote, truncum venæ Cavæ & Portæ læſerunt; & *Illa* quæ vel mediam partem, ſed ſuperficie tenus hepar tetigerunt, vel [illegible] tremitates duntaxat ſauciarunt: Priora, quæ *διαχωρὰς* appellat, ferè ſemper & in omnibus lethalia ſunt, & incurabilia ob enormem quæ ſequitur *αἱμοῤῥαγίαν*; ob ſanguinis officium impeditum; Ob ſymptomatum ſupervenientium gravitatem; Ob *ἀδυναμίαν* [illegible], quoniam præſidia ægrè admodum ad hepar penetrant. Ob pus & ſaniem quæ in abdominis cavitatem defluunt, Viſcera inficiunt, magiſque corrumpunt, febres inde accendunt, ventrem diſtendunt, dyſpnœam excitant: *Poſteriora non* necant, tametſi neque illa parvi ſint momenti, idque ob partis vulneratæ nobilitatem & neceſſitatem. *Sebiſius manip. 1246.*

[4] *Vel ſunt ab externis*) Infliguntur hepati vulnera vel in ſima, vel in cava, vel in utraque parte, Et quidem per modum contuſionis, ſive percuſſionis, ſectionis, perforationis aut ictus qui fit à glandibus ſclopetorum. *Sebiſius.*

Signa.

Cognoſcuntur Jecoris Vulnera I. Ex ſitu vulneris impacti, qui eſt in hypochondrio dextro ad regionem Jecoris.

II. Ex vomitionibus bilioſis.

III. Ex dejectionibus cruentis.

IV. Ex leipothymiis.

V. Ex febri.

VI. Ex ſudore frigido & extremorum refrigeratione.

VII. Ex virium langnore.

VIII. Ex proclivitate cubandi in ventrem. *Sebiſius.*

[5] *Contuſiones*) *Contuſiones* in parenchymate hepatis ſunt valdè periculoſæ, præſertim ſi magnæ fuerint; Sanguinis enim tranſitus per partes contuſas peragitur, ſimulque etiam ſeparatio humoris fellei plurimùm impeditur; Deinde ſanguis reſtitans tumorem efficit, tandemque forſan inflammationem, morbum hepatis periculoſiſſimum, quippe ſi eadem in ſuppurationem deſinat, ſpes omnis conclamata videtur; Sin indureſcat cachexia, icterus, atrophia aut hydrops præ foribus ſunt; Conandum quidem enixè, ut Tumor ejuſmodi diſcutiatur, verum hic labor, hoc opus eſt: Fortè diſcutientium ope ſanguinis effuſi & ubi contuſio facta erat, reſtagnantis pars aliqua à veſicæ felleæ ramuſculis capillaribus ad ea loca pertingentibus (haud aliter ſanè quàm aliæ ejuſdem ſanguinis partes à venæ cavæ oſculis) abſorberi queat, poſſintque adeo tria ad ejuſmodi diſcuſſionem concurrere; nempe tranſpiratio

inſenſibilis, & materiæ extravaſatæ partim in cavam reductio, partimque excreno illius in porum bilarium. Licèt enim ex communi naturæ inſtituto, Porus bilarius, præter humorem ſelleum, nihil ex hepate efferat, ſi quid tamen hoc pacto præter naturæ ordinem evenerit, haud videtur ratio commoda aſſi[illegible]ari poſſe, ob quam extima illius capillamenta otiari debeant, præſertim materia illuc decumbente, & quaſi in oſcula eorum ſponte influente: Cenſeo enim vaſa ſellea nonnunquam alium tumorem (ſi fortè evenerit) præter bilem in inteſtina deferre, arbitrorque læſo ex contuſione aliqua hepate, ſequi poſſe, per vomitum aut alvum ſanguinis ejectionem, quòd nimirum porus bilarius (magno ægri commodo) partem aliquam ſanguinis hepar opprimentis in ſe recipiat, & ad inteſtina deducat, unde vel motu periſtaltico inverſo, ſurſum; vel eodem regulariter ſe habente, deorſum feratur *Gliſſon Anat. Hep. cap. 9.*

6. *Vel dejectionem per alvum*) Fit ſæpe in *vulneribus hepatis*, ut ſanguinis plurimum per alvum dejiciatur; ſed dubium eſt quonam ductu ſanguis ille ad inteſtina pertingat, Crediderim ſanè in ejuſmodi vulneribus, non ſolum venarum, ſed & pori bilarii ramulos diſcindi; Imò verò fieri vix poteſt, ut ramus aliquis venæ portæ abſcindatur, quin ſimul etiam pori bilarii pars proportionalis amputetur; ſi quidem in eadem communi capſula continentur: Præciſo igitur pori bilarii ramulo aliquo (cui id officii à natura datum eſt, ut bilem in ductum communem, indeque in inteſtina deferat) ſanguis in eum decumbens, facilè eodem curriculo in jejunum penetraverit: Naturâ profectò laceſſitâ, nova ſæpe ac mira conatur, ut veriſimile omninò ſit, eandem in hoc caſu per oſcula pori bilarii à vulnere hiantia, extravaſatum ſanguinem efferre. *Gliſſon.*

7. *In curatione*) Cùm vulnera hæcce profunda lethalia ſint, ars parùm valet; Vulnus tamen conſuendum eſt, Topicis glutinandum, Intus quoque conſolidantia, concretum ſanguinem diſſolventia, & illius profluvium ſiſtentia uſurpanda; Non neglectâ curâ univerſali totius corporis, quæ ſanguinis miſſione, ſi vires eam ferant, Enematibus emollientibus & laxantibus perficitur, Habenda quoque ratio indicantis vitalis, & illius cauſa cordialia interna atque externa, convenienſque *diæta* ordinanda, quæ tenuis, refrigerans & adſtringens eſſe tenetur. *Sebiſius.*

Topica.

Topica κολλητικὰ, glutinantia ex ſimplicibus ſequentibus parantur.

Sanicula, alchimilla, bugula, pyrola, piloſella, nummularia, ophioglosſum, verbena, herniaria, millefolium, hypericum, vinca pervinca, conſolida Saracenica, plantago, hippuris, tormentilla, biſtorta, conſolida maj. ſarcocolla, ſanguis drac. thur. maſtix, bolus Arm. lapis ſabuloſus.

Ex compoſitis ſunt *Oleum hyper. momord. Empl. nigrum*, vulgo *ſticticum*, *Empl. ſtictic. Crollii*, *Empl. contra rupt. Ceratum de beton.* *Sebiſius.*

Si metus hepar vel lienem vulnerata eſſe, unde plerumque Tumor durus ſupervenit, ſequenti oleo locum ſeu vulnus, circumcirca inunge, ſic omnis durities evaneſcet.

℞. *Ol. gum. ammon.* ℥ij. *ol. aniſi* unc. ſſj. Miſce. *Felix Wurtz Chir. p. 204.*

Poteſt in euchymo corpore curari hoc vulnus appoſitis *balſamo ſanguinis hum. & carnis hum. P.* Joh. Faber. *Chirurg. ſag. p. 184.*

8. *Concreti ſanguinis*) Decocta concretum ſanguinem diſſolventia & conſolidant[illegible] ir[illegible]que ſuperfluitates abſorbentia, qualia τραυματικὰ eſſe ſolent, conficiuntur ex ſequentibus ſimpl.

Radicibus *pentaphylli biſtortæ, tormentillæ, erythrodani, rhapontico*, Herbis *ſanicula, alchimilla, pyrola, ophioglosſi, chærefol. agrimon. beton. veron. ſcabioſa, card. bened.*

Ex arte factis ſunt.

Aquæ *Scabioſæ, cardui ben. beton. veronicæ, piloſe[llæ] ſucciſæ.* Sebiſius.

9. *Ulcus hepatis eſt*) Solvitur etiam Parenchymatis Hepatis continuitas ab *Eroſione*, quemadmodum in ulceribus ejus videre eſt: Quippe ulcera non ſolùm vulneribus; contuſionibus, ſuppurationibus, aliiſque antecedaneis continuitatis ſolutionibus adveniunt, ſed & eroſionem aliquando immediatè conſequuntur, nullo alio diſſolutionis genere præcedente: Imò verò fieri non poteſt, ut ſolutio ulla continuitatis in ulcus abeat, priuſquam partium ab invicem ſeparatarum *eroſio* aliqua acceſſerit: Ulcus enim tria in ſe complectitur, ſolutionem nempe continuitatis, partis ſubſtantiæ jacturam & eroſionem: Si quid horum abſit, ulceris eſſentiam haud perfectè obtinuerit: Enimvero ſolutionem continuitatis, una cum defectu in numero partium, facilè ſine ulcere reperias; quemadmodum in vulnere recenti cum particulæ alicujus abſciſſione videre eſt: Si autem eorum alterutri eroſio ſuper[illegible]nerit, vulnus ſtatim in ulceris naturam degen[erat], adeo ut ulcera à vulneribus aliiſque continuitatis ſolutionibus, eroſione potiſſimum diſtinguantur. *Gliſſon. l. c.*

9. *Ulcus Hepatis eſt*) Hoc vitium *Aetius* nuncupat *Colliquamentum*, quia emaciatur & veluti colliquatur totum corpus: Eſt autem ulcus Jecoris nihil aliud quàm *ſoluta unitas Jecoris*, ex eroſione producta: *Capivaccius.*

10. *Aqua*) Quòd Medico curanti magnum facit negotium, ac niſi ſuperficiarium ſit, in hydropem, aut maraſmum ægrotantem perducit. *Riverius.*

11. *Vel ſucco eroſio*,) Poteſt ulcus in hepate fieri ab humoribus acribus & erodentibus, præſertim bilioſis, per hepatis ſubſtantiam diffuſis, qui ſenſim putreſcentes malignam & virulentam qualitatem acquirunt. *Riverius.*

12. *Signa ſunt*) Ulceris ſine præcedenti inflammatione ex humorum acrimonia geniti, diagnoſis difficillima eſt; quibuſdam tamen ſignis internoſci poterit; ac 1. dolor quidam ulceroſus in hypochondrio dextro percipitur, æger ſenſim contabeſcit, & ſi ulcus ſit in cavo hepatis, dejectiones alvi purulentæ apparent; Interdum & quidpiam cruentum excernitur, cum dolore inteſtinorum ob materiæ acrimoniam, ut dyſenteriam æmuletur, quæ ab hoc affectu diſtinguitur ex eo, quòd ſenſus gravitatis & punctionis circa hepar hæreat; Interdum verò Jecoris portiunculas per alvum excretas fuiſſe obſervatum: Si in gibba &c. Febris in progreſſu morbi lenta oritur, typum non ſervans, quæ tandem in hecticam degenerat: Color faciei citrinus apparet, & nonnunquam puſtulæ parvæ ex humorum aduſtione in ea efflореſcunt: ciborum omnium adeſt faſtidium, præcipuè carnis, fœtor anhelitus adeſt, ac tandem frequens animi deliquium accedit. *Riverius.*

13. *Putridorum ſanioſorum &c.*) Cognoſcitur vitium hoc ex excunte mutato, dum eſt purulentum, & interdum adeſt aliquid ſanguinis, aliquid materiæ cruentæ; Hinc Medici interdum decipiuntur, arbitrantes eſſe dyſenteriam, quando materia ſanioſa & ſanguinea, egreditur, ob cujus acredinem aliquis in inteſtinis producitur dolor. Sed inde diſcernitur, quia ſenſus quidam, gravitans & punctionis, etiam perſentitur in regione jecoris, ob conſenſum membranæ: & præſertim hæ dejectiones apparent, dum ulcus eſt in parte ſima; nam ſi gibba pars fuerit ex[ulcer]ata, indi[cia] [ci]eris potius petenda ſunt ex lotio, quod erit purulentum,

nec

nec tamen aderant ſigna ulceris veſicæ neque ulceris renum. *Capivaccius.*

14. *Quæcunque ſubſtantiam Hepatis erodant*) Lues venerea, Scorbutus, Variolæ & forſan Lepra, ut & venena quædam, ſanguinem uſque adeo acrem reddere poſſunt, ut inde hepar erodatur atque exulceretur, Requiritur tamen etiam in hoc genere (antequam hepar corrodi poſſit) prævia quædam diſpoſitio in tono ejus, quæ firmitudinem ipſius debitam, partiumque cohærentiam debilitet, enervetque adeo, ut facilius hoc implicari queat. *Gloſſen.*

15. *Exigua ſit ſpes*) Periculoſiores ſunt hepatis exulcerationes quæ inflammationes & abſceſſus ſequuntur, quàm quæ ſine iis incipiunt. *Riverius.*

15. *Exigua ſit ſpes*) Vitium ſecundum *Aetium*, eſt periculoſiſſimum; ægri enim emaciantur, Eſt vitium incurabile; ſalutem polliceri non poſſumus, nam eſt ulceris pars præcipua, quâ deperditâ non poteſt regenerari; cumque conſentiunt partes principales, unde ferè omnes moriuntur. *Capivaccius.*

16. *Inſtituitur ut in aliis*) Curatio tentanda eſt, hoc ulcus mundificandum, cacochymia expurganda, virus venereum, ſiquidem malo anſam præbuerit, eradicandum, remediis hidroticis *ex guajaco, zarza, china, & ligno ſaſſafras* paratis. *Sebiſius.*

Vena ſecanda non eſt, quià vires non poſſunt perferre, etiamſi ſanguis redundaverit, Si enim ulcus ſuccedat inflammationi, vires jam per præcedentem inflammationem ſunt languidæ. Si autem ulcus non producatur ex inflammatione, ſed ortum ducat, ex acri materia, hæc peccat in qualitate, unde à naturâ ſanguinis recedit, ut potiùs purgandum ſit, quàm vena ſecanda.

Medicamenta & *Dieta* petenda ex ulcere ventriculi, *Aetius* recurrit ad præſidia, quibus utimur in ulcere pulmonum, veſicæ & renum: Unde pro mundificatione ulceris, licet uti *ſero lactis caprilli cum mulſa vel ſaccharo.* Privatim hoc eſt obſervandum, ut *hepatica* medicamenta permiſceantur, propterea *Aetius* permiſcet *Cypheos medicamentum. Capivaccius.*

Abſtergentia & ulcus purificantia, decoqui poſſunt in aqua, in ſero lactis, in hydromelite, & quotidie bis terve propinari; Talia ſunt.

Radices *cichorij, gentianæ, ononid. liquir. ariſtolochia.*

Herbæ, *agrimonia, veronica, fumaria, marrubium, chamedrys, chamæp. carduus ben. betonic. beta, braſſica.*

Flores *centaur. min. fabar. tiliæ, roſar. ru r.*

Hordeum, cicer. ficus, uva paſſa, amygd. amara. mel. ſaccharum.

Aquæ *agrimon. veron. fumar. marrubij, cardui ben. fragar. ſero lactis caprilli, mellis, flor. Perſic. Sebiſius.*

17. *Quod minùs periculoſum*) Et ipſum quoque exitiale, niſi inter initia curetur. *Riverius.*

18. *In Gibba*) Ulceris in gibba hepatis parte conſiſtentis, exemplum tradit *Capivaccius Pr. l.3. c.23.* Patavii, *inquit*, quidam deplorato Jecoris ulcere laboravit, homo robuſtus aliàs & nauticis laboribus addictus: Huic Medicus tum temporis Venetiis clariſſimus H. S. (*Hieronymus Savonorola*) præter reliquorum Medicorum conſilia, curavit abdominis partem in regione Jecoris novacula aperiri, ut plurimum puris per vulnus efflueret, unde poſtmodum bene curato vulnere, homo ſuperſtes evaſit, & triennio poſt ſaltavit ac laboravit, nihil ſentiens incommodi.

Et ante viceennium à me curatum ulcus jecoris, ab abſceſſu & inflammatione illius ſuperſtes, in pediſſequa, Nobilis Matronæ Genevenſis Dominæ *Roſet*, uſu præſertim Decocti traumatici externo & interno: Et curatum ſcio in adoleſcente Neocomenſi, Domino *de Favarger*, eadem inflammationis ſobole, eodem præſidio.

19. *Inflammationem quæ in abſceſſum*) Ex abſceſſu relictum ulcus, Medicus mundificet & conſolidet, quo pertinent imprimis *decocta vulneraria*; it. *decoctum Chinæ* vel *ſalſa parilla*: Inter vulneraria illa *agrimonia* & omnia ex hac parata ſunt optima; *Serum lactis*, cui talia vulneraria incocta ſunt, pro abſterſione & per urinas evacuatione eſt optimum; Quibus ſimul *terebinthinata, balſamus ſulph. tereb.* pro reliquiis abſumendis & reſtituenda partis ſubſtantia, ſubjungenda. Verùm ex abſceſſu & ulcere hepatis rari ſunt, qui evadant: Applicari alias poſſunt ea, quæ in meſenterii abſceſſibus & ulceribus adhiberi ſolent. *Etmuller.*

Hepatis ſubſtantiæ corruptio.

20. *Aliud quod à ſuccis acribus & erodentibus oritur, quod*) Hepatis ſubſtantiam corrumpi, & hectica ſeu habituali calamitate affici, eidemque putrilaginis ſigillum imprimi poſſe non ambigimus, Si nimirum obſtructionis contumacia præſtò ſit, atque humores excrementitii hûc delati, ibique impacti, aſſidua malignaque fermentatione putreſcant, Imò ſi magis magiſque ingraveſcat, hæc ipſa in hepate putredo ac corruptio, colliquationem ejus ſubſtantiæ & omnimodam diſſolutionem conſequi tandem poſſe liquidò ſtatim patet, ſiquidem per putrefactionem, res etiam ſicciſſima ac duriſſima colliquari & in mucilaginem quandam reduci queat, veluti ex operationibus chymicis notum eſt; Quod ſi diu hæc actio duret, in habitum tranſit, & fit in hepate hectica conſtitutio, ac febris hinc totum corpus macilentum ac hecticum evadit) Sanguis enim hac putredinis labe inquinatus, qui hinc per totum corpus poſtea diſpenſari debet, ac præterea in coctione tertiæ corrigi non poteſt, hecticam hanc, atque cachecticam febrilemque atrophiam parere manifeſtò valet. *Chriſtianus Langius Pathol. Anim. p. 385.*

Cum bilioſa ſanies per carnem Jecoris effuſa, nec opportuno tempore expurgata putret, ejus pariter carnem labefactat & tandem corrumpit: Frequens morbus in iis, qui diuturno Ictero laborant.

Fit à vitio alimentorum corruptorum & putridorum, ex quibus pro laudabili ſanguine generatur putris quædam & maligna ſanies, quæ Jecur contaminat & tandem corrumpit: Vinum quoque generoſum, hippocrat. moſchatellinum longo ac liberaliore uſu huic affectum accerſit, quia ſaniem quandam bilioſam exaggerat, quæ in hepatis carnem ſeſe inſinuans, illam tandem labefactat.

Semiputris Jecoris ſubſtantia, nulla arte in integrum reſtitui poteſt, at ne putreſcens brevi exitium accerſat, ſic impedies, utatur æger alimentis euchymis, coctu facilibus: abſtineat à ſalſis, piperatis, à fructibus horariis, & iis quæ facilè corrumpuntur & putreſcunt: Vinum etiam, ſi fortè morbo occaſionem dedit, interdicendum eſt, ſed dilutum, *aqua agrimonia, ulmar. cichor. frequens rhabarbari uſus* neceſſarius, cujus ope ſaniei bilioſæ parte expurgatâ, & confirmatâ ſubſtantiâ jecoris, imminens exitium differtur, Ex eo fiet Syrupus magiſtralis.

℞. *Rad. cichor. oxal. oxylap. paſſul. polypod. ana ℥j. fol. agrimon. ulmar. chamædr. hepatica, ſanicula, bugula, plantag. ana m. j. ſemin. frig. maj. ana. ʒß. flor. cordial. ana p. j. f. decoctio ad ℔j. in colat. infunde Rhabarb. ʒiv. raſ. ebor. cornu cervi. terra ſigill. cinnam. ſantal. citr. ana ʒß. In expreſſo diſſolve ſacch. roſat. ℔j f. ſyrup. capiat. ʒiß. aut ʒij. ſemel in quaque hebdomada ex cochl. vel cum aqua cichor. agrimon. aut cum decocto rad. cichor. agrimon. hepatica.*

Hic ſyrupus Jecur bile expurgat, & ſubſtantiam ejus firmat & roborat: Aliis diebus, quibus non utetur

ſyrupo, capiat Tabellam de *Elect. triaſant. cum rhabarb.* Frequens etiam *caſſiæ* uſus commodus, modò ejus humiditas *pulvere rhabarb.* emendetur.

Conveniunt etiam *Potiones vulnerariæ* dictæ, quæ Jecur roborant, bilem per urinas evacuant, & ſanguinem porificant; quæ fiunt ex *ſcabioſa, ſanicula, bugula, piloſella, agrimon. betonica, capill. ven. plantag. card. ben. & ejus ſemine flor. cordial.* decoctis in aqua communi: Vel fit *Syrupus* è ſuccis earundem herbarum expurgatis, addito *ſaccharo roſato*, cujus etiam *ſacchari* frequens uſus eſſe debet; Conveniunt præterea alia omnia remedia, quæ ad Jecoris imbecillitatem valent, ea enim flacceſcentem Jecoris ſubſtantiam & putreſcentem confirmant; *Externa remedia* ſunt oleum *abſinth. roſar.* & ſimilia.

Refert autem cognoſcere, num corrumpi incipiat Jecoris ſubſtantia, an verò jam corrupta ſit: Corruptam eſſe cognoſces ex viribus imbecillimis, febre lenta, totius corporis extenuatione, ingenti carnis faſtidio, & ſummo vini optimi, ejuſdemque meracioris deſiderio: Præterea ex oris fœtore, & animi deliquiis.

Differt curatio incipientis corruptionis ſubſtantiæ Jecoris, ab ea quæ jam prorſus corrupta eſt, Nam in Incipiente, quæ refrigerando & corroborando Jecoris obſtructiones ſolvunt, & bili detrahunt, ex uſu ſunt, Confirmato verò morbo, refrigerantia noxia ſunt, quia tunc caloris ſumma eſt imbecillitas, ob idque hydropem, alvi profluvium, lienteriam, & jecoris imbecillitatem brevi acceſſunt. *Enchir. Med. Pract.*

Gangræna Hepatis.

Gangrænari & omninò ſphacelari aliquando ſectiones cadaverum demonſtrant, *Cauſa* hic eædem obtinent, quæ in aliarum partium putredine. *Signa* certis affectus hos cognoſcere non datur, cauſæ generales putredinis &c. urinæque ſedimentum putridum aliquid indicant, at incomplete. Hinc & *curatio* generalis, ſanguinem maximè emendans, præcipuè obtinet, utpote cujus correctionem etiam aliarum partium ſolidarum correctio ſæpè ſequitur, *Blaſius.*

Hepatis complicatio.

Quendam cui apex Hepatis complicatus erat, *Hippocrates* concuſſit, & repentè dolor ceſſavit. *lib.6. Epid. ſect.8.* mirabilis caſus, inquit *Valleſius in comm.* p. m. 773. doluiſſe Hepar complicato apice, & concuſſione explicatum; vellem autem, *addit*, diceret notas quibus complicatum agnovit apicem, & hepatis ita mutati poſitus ſymptoma. Non arbitror fuiſſe alia quàm dolendi modum, & ipſam ægri phantaſiam.

Hepatis complicati meminit *Gliſſon.* ſed rimas & fiſſuras ſuccedere ait, vide §. *De vulneribus & ulceribus Hepatis.*)

Cap. XLIV.

De Epatis ſymptomatibus.

De Imbecillitate Epatis.

SYmptomata Epatis ſunt, *Imbecillitas, Cachexia, Hydrops, Icterus, & Atrophia.*

[1] *Epatis.* [2] *Imbecillitas, ſeu ἀτονία, eſt facultatum ejuſdem à cauſis ſuis inducta læſio.*

[3] *Signa* ex excrementorum alvi, urinarum & coloris in toto corpore quaſi citrini vel viridis ſicut piſtacia, quod ſignum tam certum, ut ſæpe aliò opus non ſit, conſideratione ſumi debent: ut in Differentiis patebit.

[4] *Cauſa* hepatis facultatem lædentes, ſunt intemperiei morbi, ſive illa ſit calida, ſive frigida; cui accedit error externus, quando nempe vel chylus in ventriculo non rectè elaboratur: vel bene elaborato, aliquid vitioſi permiſcetur, &c.

Curatio [5] debet perfici [6] Epar roborantibus eidemque appropriatis, [7] ut ſunt [8] *Epar lupi, vituli, gallinarum, cochlea,* [9] *paſſula,* &c.

Quantum ad *Differentias.*

[10] Alia eſt [11] ratione *facultatis ſanguificatricis,* [12] quæ vel læditur ab *intemperie frigida*, ſeu calidi nativi defectu, ſive is à calore aut evacuatione diſſipante, ſive à frigiditate extinguente proveniat: quæ ſi major, hydropem adfert. *Agrimonia & abſynthium* proſunt, nec non *rhabarbarum.* [13] Adſtringentia debent eſſe moderata.

[14] Tum alvi excrementa, carnis recèns mactatæ loturæ ſunt ſimilia, quæ frigiditate ſe intendente ceſſant, cruditates fiunt, quibus primum pedes, dein & cæteræ partes, quod venæ jecori malè affecto, utpote ſuæ origini condoleant prehenduntur. [15] Huic curando inſervit *Geranium Rupertianum infuſum. Lixivium è ſarmentis vitium* cum vino, &c.

Vel [16] ab *intemperie calida*, in qua chylus quaſi aduritur, excrementa ſunt fæci ſanguinis ſimilia, &c.

Curatur, Cichoraceis, roſis, ſantalis, & ligno Cotoneo, ſi nimia humiditas locis quibuſdam vernacula acceſſit.

Alia eſt [17] ratione *facultatis Attractricis*; & tum liquida defluunt ab alvo cremoris ſpecie, etiamſi nulla ventriculi ſit offenſa, nulla meſenterii obſtructio.

Alia *ratione Retentricis*, & tum alvus, raro tamen, liquida & ſanioſa, carnis loturæ recèns mactatæ ſimilia, reddit, &c.

[2] *Imbecil-*

[3]. *Imbecillitas ſeu ἀῤῥωςία*) Ἀῤῥωςία τοῦ ἥπατος, eſt quando facultates naturales in Hepate langueſcunt & minùs probè ſuas exſerunt facultates: ſunt autem facultates Hepatis naturales, ut & aliarum partium omnium, Attractiva, Retentiva, Alterativa & Expulſiva: Præcipua autem Hepatis actio eſt, αἱμάτωσις, i. e. alimentum in ſanguinem convertere; Ubi itaque χυλὸς, ſuccus in Hepate ex ventre attractus, in purum & laudabilem ſanguinem converti nequit, Hepar imbecille dicitur, & ita affectos homines *Hepaticos* nominamus. *Galenus l.8. K.T. c.6. ubi viſcus nullo manifeſto malo in ipſo apparente, ad actiones proprias invalidum eſt, tum laborem autem Hepaticum nominant:* Qualis autem eſt temperies & diſtemperies Jecoris, talis quoque eſt ſanguis in toto corpore: Etſi autem in omni affectione Jecoris adeſt ejuſdem imbecillitas, tamen hoc loco de illa duntaxat imbecillitate agitur, quæ ex ejus intemperie calidâ, humidâ, frigidâ, ſiccave oboritur: Porrò qualitates hæ jecinoris rariſſimè in hepate poſſunt hærere diu, ſed mox humores in eo geniti corrumpuntur, ſuſtinentque intemperiem Hepatis. *Franc. Joel. Prax. p. m.353. T.1.*

Ut στομαχικοὶ dicebantur antiquitùs, non quovis modo affectum ventriculum habentes, ſed intemperie frigida, Ita ἡπατικοὶ, hepatici vocantur ij, qui eidem hepatis intemperie laborant, & vocatur ἡπατικὴ διάθεσις *C. Hofmannus Inſt. l.3.c.31.*

[2]. *Imbecillitas, ſeu ἀῤῥωςία*) Hepar ſanguinis ac ſpiritus cujuſdam naturalis officina vulgò habetur: Alii ſanguinis & chyli confluentium contemperationi, hujuſque in rudimentum ſanguini converſioni deſtinatum id volunt: At reverà ſanguinem bilioſum è venæ Portæ capillaribus immediatè; ſive per anaſtomoſes mutuas (quæ reverà tantùm imaginariæ ſunt; nemini enim Anatomicorum eas ad ſenſum unquam demonſtraſſe contigit) in capillaria venæ cavæ rurſum transfluere, ſed per ipſum hepatis parenchyma percolari priùs, hodie notius eſt, quàm ut dici debeat.

Non alium autem in finem *Percolatio* iſta à Natura inſtituta fuit, quàm alicujus vel *Alterationis*, vel *Separationis* gratiâ; Non in ordine ad *Alterationem* aliquam id fieri ſans exinde conſtat, quòd ſanguis eadem formâ egreditur, quâ hepar primùm ingreſſum fuit: Supereſt igitur ut *Separationis* causâ ita res ordinetur, At nihil à ſanguine ſeparandum reſtat, præter felleum humorem, cæteris omnibus excrementis jam antè ſequeſtratis, neque aliud quicquam colatura per Hepar facta ſecernitur, quemadmodum poro bilario adaperto manifeſtè dignoſcitur, *Charleton. Oeconomia Anim. Exerc. 7. §.18.*

Ubi oſtenditur quomodo iſta *depuratio* perficiatur, Adeo ut ſi præcipuum Hepatis munus, ſit ſanguinis depuratio, illius Imbecillitas in Alteratione læſa conſtitui non ſit; ſiquidem ejus actio ſit merè mechanica, ſed in percolatione illâ vitiatâ.

[3]. *Signa*) Symptomata ferè omnia quæ ab imbecillitate Jecoris oriuntur, ſunt hæc, Hæmorrhagia variis è locis erumpens, naribus, utero, hæmorrhoidibus, thorace, imò etiam ex minimis venarum oſculis, quæ deſinunt in cutem, Alvi profluvia cruda; Tumores œdematoſi, quæ ſymptomata non tolluntur topicis, ſed iis remediis, quæ Jecur mali fontem roborant; Itaque ſanguine è naribus aut aliunde erumpente, accuratè inveſtigandum, num cauſa ſit Jecoris imbecillitas, aut copia ſanguinis, tenuitas, vel acrimonia, quod ſic dignoſces, Si ſanguis guttatim effluit, & identidem repetit, quæcunque topica adhibeas, iſque ſit tenuis & aquoſus, aquam referens in qua ablatæ ſint carnes recens mactatorum animalium, ſi nulla plethoræ nec fervidioris ſanguinis argumenta ſe produnt, nec cauſæ præceſſerunt, quæ ſanguinis curſum eò incitare potuerint, ſed contra facies decolor eſt & œdematoſa, præceſſitque longus & diuturnus morbus, in quo æger maximam aquæ aut alterius potus copiam hauſit, potiſſimum ſignum eſt, eam hæmorrhagiam procedere ab imbecillitate hepatis. *Enchir. Med. Pract.*

[4]. *Cauſæ hepatis facultatem lædentes ſunt &c.*) Actiones Hepatis, Lienis & Pancreatis conſpirant in unum finem, & ſanguinis atque chyli fermentum ſimul præparant; in cujus confectione horum trium officium neceſſariò concurrere debet, cum unum ſine altero, negotium hoc abſolvere nequeat, *Imbecillitas igitur Hepatis in ea conſiſtit, quòd ſuarum partium eſt non agat in iſtius Fermenti confectione.*

Sicut farinæ triticeæ aquâ tepidâ ſubactæ fermentum admiſcetur, ut per illud craſſiores ac terreſtres frumenti particulæ diſſolvantur, & ſpirituoſæ particulæ in illa terreſtri compage conſopitæ atque occultæ latentes, attenuentur ac ſuſcitentur, ſicque tota panis maſſa, attenuatis iſtis ſpiritibus, jam perfuſa levior & concoctu facilior evadat; Ita etiam chylo & ſanguini venoſo fermentum admiſceri neceſſe eſt, quò ſpirituoſæ in iis latentes particulæ attenuentur ac ſuſcitentur, ſicque tota maſſa ad hæmatoſin & nutritionem aptior fiat.

Illud panis fermentum (ex cujus cognitione faciliùs ad fermenti ſanguinis chylique notitiam pervenietur) communiter conficitur ex farinæ aliquâ quantitate, quæ cùm ſubigitur cum aqua tepida, eique admiſcetur tantillùm ſalis & aceti, atque ita loco tepido ſervatur, donec ſpiritus ſalſi ſubacidive à calore nonnihil volatilizentur, & maſſæ farinaceæ particulas pervadant, eaſque dilatent ac ſeparent, ſicque totam maſſam ſubacidam & fermentantem efficiant, Tunc hujus fermenti acidi pauca fruſtula magnæ maſſæ farinaceæ, tepidè ſubactæ, immiſſa, totam maſſam fermentare faciunt; nam fermentaceæ illæ particulæ, ſe per totam maſſam explicant, omneſque paſtæ farinaceæ particulas incidunt, attenuant, ſpirituſque in iis latentes diſſolvunt.

Alii alio utuntur Fermento, ſed omne Fermentum, qualecunque fuerit, conſtat ex rebus ſubſalſis ſubacidiſve acribus & corrodentibus, moderato calore fuſis; ſeu liquatis ac nonnihil volatilizatis; quæ ſi craſſiores & denſiores ſint, cùm leniùs diſſolvantur, earumq; vis ſe tardiùs exerat, debent etiam longiore tempore farinaceæ maſſæ admixtæ eſſe, antequam illam fermentent, ſicut in fermento deſcripto contingit. quod per multas horas, & ſæpe per totam noctem admixtum eſſe debet, ut operationem ſuam convenienter exſerat: Si verò per quarundam ſulphurearum particularum admiſtionem ſpirituoſæ ac volatilizatæ magis ſint, citò fermentant, ut videmus in flore cereviſiæ, qui unius horæ aut ſeſqui horæ ſpatiò illud abſolvit, Sed horum nihil perficitur ſine moderato calore, utpote quo ſalſæ particulæ ad modicam ſubacidiuſculam qualitatem, & aliquam volatilitatem deduci debent.

Eodem modo ſe res habet in chylo & venoſo ſanguine, qui ſi ante hæmatoſin non attenuentur & præparentur per admiſtum fermentum conveniens, tunc in corde non ſatis ſpiritualeſcunt, i. e. ſpiritus in iis conſopiti latentes non ſatis diſſolvuntur è craſſiore & feroſa materia, ſed conſopiti manent, atque ſic conficitur ſanguis craſſus & aquoſus, ad corpus alendum, parteſque corroborandas parum utilis, unde tunc corpus totum languidum & actiones naturales atque animales male procedunt.

Hoc autem chyli & ſanguinis fermentum conficit hepar, cui tamen fermento hepatico, ſpeciatim pro chyli, è ventriculo primitus effluentis, præparatione, in inteſtino duodeno admiſcetur ſuccus pancreaticus,

Materia è qua Hepar illud conficit, eſt ſanguis venoſus, è venis gaſtricis & meſeraicis per Portam in illud influens, cui immiſcetur ſuccus acris, ſubſalſus, ſeu

ſubacidus, in Liene, ex arterioſo ſanguine per arterias, & ex ſpiritibus animalibus per nervos influentibus (hos ſpiritus ſalſas ſanguinis particulas, à ſulphureis magna parte ſeparare docetur lib. 2. c. 11.) confectus, qui per ramum ſplenicum in portam, ſicque una cum dicto ſanguine, cui admiſcetur, in hepar defertur.

Atque mediante iſto acre & corrodente ſucco, per Hepatis ſpecificam vim, ſeu coctionem, ſpirituoſæ, tum ſulphureæ, tum ſalſæ, in iſto venoſo ſanguine latentes particulæ diſſolvuntur, attenuantur, ac ſimul etiam nonnihil acres & fermentantes fiunt, earumque tenuiſſima quædam pars, inſtar aquæ limpidiſſimæ ac tenuis, mediantibus glandulis conglobatis, in cava hepatis parte præcipue ſitis, à reliqua craſſiore ſanguinis maſſa ſecedens, per innumera lymphatica vaſcula, ex hepate defertur ad varias venas, ſanguinem venoſum verſus cor tendentem præparatura, ac majore ſui parte fertur ad vaſa chylifera, ut in illis chylo influenti neceſſariam præparationem ad fermentationem in corde futuram inferat; In quem eundem finem etiam fermentacea quædam ſaliva ab ore, ut & ſubſalſa, ſubacidave lympha, ex glandulis axillarum, inguinum, aliiſque variis eodem defertur, atque nonnihil pancreatici renitoris ex inteſtinis, unà cum chylo, vaſa chylifera ſubit. &c. *Diemerbroeck. Anat. l. 1. c. 16.* qui pluribus hujus fermenti naturam & vim, ibi legenda; ſi quidem in omnium manibus verſatur.

4. *Cauſa hepatis facultatem lædentes*) conſequitur quamlibet Jecoris intemperiem, diuturnam, ſive calidam & ſiccam, ſive frigidam & humidam: hanc tamen frequentius, quàm illam, & præterea ſubſtantiæ hepatis corruptionem. *Enchir. Med. Pract.*

5. *Debet perfici hepar roborantibus*) Cùm hepar poſt cor, unicè quaſi diſpenſet calorem totius corporis, hinc de illud alterantibus dicendum venit, Quoad agendi modum ergo, reſpiciunt Hepatica, tum ejus vaſa, ductus & poros; tum bilem, quam ſegregat & expellit; tum *Tonum*, ſeu *villos*, *fibras* & *parietes*: Tonum ergo & villos roborant; 1. moderatè *Adſtringentia*, unde ferè inſtar canonis apud practicos invaluit, hepar gaudere adſtrictoriis. 2. *Abſorbentia*, imprimis *Martialia*, & ex his *vitriolata*, illa enim itidem, & quidem maximam præ omnibus aliis roborandi hepar vim obtinent. 3. *Intemperiem quamvis exceſſivam* corrigentia, imprimis verò humidam, & conſequenter laxam; Hinc proſunt hepati quoque *mercurialia*, & *Mercurius* dulcis in ſpecie maximè laudatur, imò à *Paracelſo*: quo ipſo etiam cum *bezoartico martiali*, ſcribitur a *Sennerto* derelictus quidam hydropicus curatus, non alia ratione, quàm quia *Mercurius* dulcis fluxile reddit ſerum, unde obſtructiones expedit, laxitatem, ab alio diverſum ſerum, & commodioribus hinc excretum locis, curat &c. Sic *Antimoniata*, quatenus egregiè præcipitant & ſiccant, conveniunt, diſcutiendo humores ſuperfluos: Sic *Martialia* laudata, id imprimis præſtant, Unde & cautela circa eorum uſum, & una locus elegantiſſimus notari meretur apud *Guli. Gilbertum l. 1. de magnete. c. 15.* dari, *aut*, præcipuè martem in hepatis laxis & præhumidis malis, quia exſiccat, item in chloroſi, lienibus magnis, ubi ſcil. humor abundat: Negat autem maximè illud in obſtructionibus, & conſequenter in hydropicis & hepatis ſcirrho laborantibus, ictero, melancholia hypochondriaca, quibus propinari addit, non ſine ægrotum multorum certa pernicie: Idem urget *Fallopius*, idem etiam *Conringius l. 2. Herm.* med. c. 5. ad aquâ ſaltem tumidos ſcirrhoſus lienes, quales ſunt plerumque concedens.

Nos verò moderabimur paulò hæc ita, ubicunque adſunt obſtructiones viſcerum, hepatis & lienis, cum humore excedente, & hepate non nimis ſicco, ibi magis conveniunt *Martialia* in formâ ſiccâ, ut *crocus*, *Pulvis cachecticus*, *flores martiales*: ubicunque verò una ſiccitas adeſt, & ſcirrheſcentia, ibi magis humida, vel ſaltim non ſine diluentibus. Idem *Septalius*, aliique de *rhabarbaro* ſcribunt, illud in ſicca intemperie potiùs eſſe mortem hepatis; verùm eadem valent de eo, quod jam de *Martialibus* diximus. Et hæc propriè ſunt *roborantia* hepatica, quæ tum in variis aliis affectibus ſimul ſunt attendenda, tum in cachexia, tumoribus laxis, hydrope &c. *Wedelius.*

6. *Hepar roborantibus eidemque appropriatis*) Solemus *Hepatica* in calida & frigida communiter, more aliorum diviſa, partiri ſecundum ipſas partes ad fermentum, ſeu archeum, hepatis conſtituendum concurrentes, quatenus reſpiciunt vel *vaſa*, quibus confertiſſimum eſt hepar, *venoſa*, *arterioſa*, *lymphatica*, *choledocha*, qui ductus & pori totius parenchymatis hicce debito facillimè obſtruuntur: vel *Humores*, Sanguinem, lympham, & inprimis bilem, Vel *Villos*, tonumque fibrarum, & robur acinorum glanduloſorum.

1. *Vaſis* obſtructis debentur Aperientia, (*De quibus cap. de obſtructione Hepatis.*)

II. *Humores* (*qui vitiati, atonia hepatis ſunt progenies*) & 1°. quidem *Bilem inertem*, particulis ſalinis & ſulphureis volatilibus non inſtructam, aquoſam & viſcidam acuunt & reſtaurant 1. *incidentia*, tum ſulphurea, oleoſa aromatica, ſpirituoſa balſamica, ut aromata omnia, *caryophylli*, *cardamomum*, *vinum*, *ſpiritus vini*, tum imprimis ſale volatili pollentia, acria, quæ calorem quoque reſtaurant utraque, *ut cochlearia*, *piper*, *ſinapi*.

2. *Abſorbentia* & abſumentia humores auſteros, acidos, figentes ſal volatile, & obtundentes ſulphur volatile ejuſdem, & conſequenter aperientia & reſolventia, ductus & poros obſtructos reſerantia, alcalia, *ſal eſchory*, *abſinthij*, *martialia*, Ut enim illa per ſe id præſtant, addendo ſtimulum & exacuendo, ita hæc tollendo impedimenta, partes aquoſas, terreas, acidas, fluxilitatem ſimul largiendo.

3. Ex utriſque conſtantia, *mixta*, quibus etiam ſuo modo *dulcia* accenſenda, cùm enim hæc polleant particulis ſulphureis & ſpirituoſis, blandis, aqueis immerſis, meritò etiam in bilis inertia corrigenda habent locum, modò ne quid nimis: Plurimùm enim nutriunt & abſtergunt ſimul, ſpeciatim in ſiccitate hepatis & bilis temperata illa, unde *& paſſula maj. & min.* conſultò tunc dantur, quatenus ſimul humectant, & glandulas inteſtinales ſuaviter demulcent, abſtergunt.

Uſus verò horum eſt in cachexia, hydrope, anaſarca, ſcirrhis, tumoribus pituitoſis, alvo torpida & ſimilibus, omnibus enim illis præbet cauſam, bilis torpor & inertia.

Bilem verò copioſam & acriorem, mobilem nimis, temperant, refrænant & denſant coarctantque. 1. mediatè quidem & per accidens, *aperientia*, quatenus & abſtergunt, & abſtergendo ad exitum diſponunt eandem, unde hæc ipſa inter refrigerantia, contra intemperiem calidam facientia referuntur, etiamſi calida ſint, utpote amaricantia: 2. *Purgantia*, inprimis cholagoga, ſi quidem purgantia eo potiſſimùm gaudent agendi modo, quòd acrimoniam ſuam cum partibus membranoſis communicent, tum maximè cum bile, quæ inde liberius effuſa, ſtimulat inteſtina, eorumque glandulas in tunica villoſa, ſeu mucoſa potiùs, confertiſſimè reperiendas, unde tantùm purgantia operantur reverà, quantùm bilem exſtimulant, unde ni fluxilitas ſimul adſit, vel à natura in corpore ipſo, vel à medicamento, & vehiculo non planè operantur: Hinc nimio Purgantium uſu Bilem

lem damnoſo cum effectu educi poſſe egregio exemplo confirmat. *Moebius Fund. Med. Ph c.15.*

Per ſe verò, & *proprio* magis id præſtant 1. Diluentia *ſal acre*, corroſivum, ſulphureum, aquea, ut *aqua deſtillata, cichor. hepat. nob. fragor.* Infuſa, decocta, præſertim ſimul abſtergentia, & vehiculum aperientibus præbentia.

Referuutur huc etiam à Practicis 2. *Amara*, quippe hæc detergunt bilem, & ejus excurſionem ad inteſtinum promovent, unde in febribus intermittentibus ſunt optima, ſic ſpecificum in Ictero eſt, *Curcuma.*

3. Bilem reſtrænant *Acida*, inprimis *hepaticum rubr. Breſdenſe* dictum, quod roborans ſimul eſt, ob ſaltuli acceſſionem, aperiens & digerens egregium.

4. *Terrea & abſorbentia* quoque motui bilis efferato frænum ponunt, quatenus à terreis, imprimis ſimul mucilaginoſis particulis, ſpumeſcentia & fervor contemperatur, maximè verò ſi humores aceroſi ſimul lateant. Hinc *cryſtallus min.* à *Langio* & Valleriola, bilis terraceæ & æruginoſæ propria antidotus vocatur. Sic *lapides cancrorum, mater perlarum*, huc faciunt, præſertim *cinnabaris nativa*, particulis ſulphureis acrimoniam ſalinam temperana, & abſorbens, mercurialibus coagulum & *ſuam* reſolvena, utriſque eximie temperans exceſſum omnem.

Lympham vel diſcutientia, vel ſuperfluam ſpiſſcentem reſolventia; Et ex hac ràtione *Mercurialia* ſunt hepatica, quippe quæ ſummam habent vim & præcipuam reſolvendi ſerum & lympham, ut fluore recepto æqualiter decurrat, nec gravet partes. Par ratio eſt *antimoniatorum, bezoartici mart. antimon. diaphor. antimon. mart. cachectici, eſſentia antimon.* item *diaphoret*, ut *eſſentia lignor.* decocta eorundem, & ſimila.

Tandem *Tonum* roborant & *villos*, quæcunque acinos glaudoſos firmant, humores verò ſuperfluos lymphaticos aquoſos amovent, v. g. 1. *leniter ſtyptica*, quæ cum partium tenuitate etiam terrea ſunt in receſſu, & adſtringunt aperiendo, & aperiunt adſtringendo, unde hæc ipſa ſunt κατ' ἐξοχὴν *Hepatica*, ut *cinnam. cichor. rhabarb.* hinc anima hepatis dictum, *ſantalia omnia*, *ſchœnanth. ebur ſine igne, corallia, ſpec. trium ſant. diarrhodon Abb.* vel *diarrhodon hepatis*, juxta *Helmum*, Inprimis verò hanc vicem ſuſtinent amaricantia, in quibus natura vices atque operas inſigniter partita eſt.

2. *Abſorbentia vitriolata*, ut *martialia*, maxime hepatica, icteri, chloroſeos, hydropis, ſcorbuti, melancholiæ hypochondriacæ unicum & ſummum remedium. Hinc *Martialia* magis in latis & præhumidis malis conveniunt, abundante, vel exundante, & vappeſcente lymphâ quàm ſicca intemperie, ubi eadem deficit præterquam humidâ formâ. *Wedelius Am. m.m. lib.1.ſ.3.c.7.*

7. *Ut ſunt*) *Eſſentia martis* cum *vino malvatico* parata ſuaviſſimum eſt Eparis auxilium; etiam ejus obſtructiones antiquas mirabiliter reſolvens. Sic enim *martis* eſſentia vitriolata vino communicatur, quod à unc.ß ad unc.ij. ex juſculo vel aqua, aut *infuſo cichorii* ſuaviſſimum eſt hepatis auxilium. *Hartmannus Pr.Chim. c.170.*

Mirè prodeſt hic Pulvis.

℞. *Inteſt. gallinar. cum ventriculi interna tunicâ probe lotâ*, cumburantur, *& vino albo & aquâ abſynth. extinguantur, adde* ℥j. *ciner. galangæ, cinnam.* ãã. ℨj. *croci* ℈ij. *caryophyll.* ℨß. *hepat. lupi præpar. & pulver.* ℨvj. *ſacch. roſ.* unc. j. f. Pulvis corroborans. *Joh. Ferdin. Hertodius Crocol. c. 17.*

Ad hepaticos ſiugulare remedium eſt *vinum paſtinaca*. per diſtillationem ſeu fermentationem factum. *Varignana Secr.*

Aqua ex limacibus deſtillata ad unc.vj. manè ſumpta, hepar imbecillum roborat. *Jacob. Sylvius Pr. p. m. 62.*

In genere omni hepatis intemperici, & inde obortæ imbecillitati, mirificè conducunt ℨj. *pulveris hepatis lupi rectè exſiccati & præparati*, & ℨij. *radic. aut ſem. cichor.* cum hauſtulo *aquæ ſtillat.* card.ben. crebro uſurpatæ. *Fr. Joel. Pr. T.1.p.356.*

7. *Uti ſunt*) Ex animalium quorundam partibus parati pulveres, imbecillitati viſcerum admodum ſuccurrere pleriſque perſuaſum; Uti *inteſtinus gallinacei generis*, vel *Lupi*, ſi priùs ea vino eluantur, & in furno adeo exſiccentur, ut pulveriſati queant, vel ſi in cineres urantur, atque antiſpodium dictum inde paretur; ruſumque vino vel aqua convenienti extinguantur, vel laventur, ſiccenturque, ſicque exhibeantur, per ſe in vino, aut aqua, vel liquore alio, vel addito *cinnamomo* aliiſve *aromatibus*, vel odoratis, ut *pulvere diambra*, *diamoſchi*, & *ſacchar. roſat.* ad gratiam, vel etiam conſervis & aliis miſturis permiſcentur. In primis *interior rugoſa craſſa ventriculi gallinæ tunica*, ſimiliter præparata & exhibita in uſu eſt. Hiſce & cineres cancrorum *marinorum* aliqui addunt. *Jecur Lupinum* præparatum hepati valdè appropriatum eſſe cenſetur, illiuſque Pulvis, uti priùs dictum exhibetur, vel aliis miſcetur, cujus efficaciæ & *Hepar Leporinum* eſſe aliqui docent. *Platerus.*

Hepar Lupi præparatum, *inteſtinorum*, *item lupi*, vel *gallinæ pulveres* vel *cineres*. Et præter hæc in hydrope etiam *Hepar cuculi*, dein & *ſplen aſini domeſtici* vel *ſylveſtris*, vel *pulli equini* lieni affecto, Item *caro hericii*, *corpus veſpertilionis* capite ablato, *Lumbrici*, omnia exſiccata & pulveriſata, vel in cineres uſta & exhibita, per ſe vel cum aliis pulveribus. in vino, ſyrupo vel aqua convenientibus, appropriata Jecori & Lieni affectis cenſentur. *Idem.*

5. *Hepar Lupi*) Ab *Aetio* commendatum *Tetr.3.ſ.2. c.1.* Lupinum hepar diligenter tritum ℨj. *pondere cum vino dulci aquâ calidâ* diluto præbetur, Hoc enim multiplici experimento cognitum, omnibus Hepatis intemperiebus commodum exiſtit, utpote proprietate totius ſubſtantiæ hanc efficaciam habens, pro calefaciendo aut refrigerando, & quibus ſanguis per ventrem fertur.

8. *Hepar lupi*) Item Leporis, anſeris, limacum commendantur. *Platerus.*

9. *Paſſula*) Cur *Galenus 8. de comp. med. K.T.* Uvam paſſam hepati tota ſubſtantia familiarem eſſe dicit, Et cur ſaccharatis id non æquè tribuitur? Iſta dulcium paſſularum cum hepate familiaritas locum dedit *Elect. de Paſſulis*, quod & *de vino* appellatur, quod Hepati roborando convenientiſſimum dicit *Riverius*, & commendat ad hydropem Inſtit. p. 373. qui etiam ab uſu hujus electuarii aliquot pueros curatos ſe vidiſſe aſſerit. Ratio nempe eſſe poteſt, quod bilis fluxilitatem & inertiam temperent, & ſimul blandè humectent, id verò ſaccharata non præſtant. *Wedelius.*

10. *Alia ratione facultatis &c.*) Cùm quatuor præcipuæ ſint hepatis facultates, in conſummata omnium vis reſolvitur, In incipiente verò unius aut alterius magis, aliarum minùs. *Enchir. Med. Pr.*

11. *Ratione facultatis*) Sunt qui facultates has miniſtras nudas dari & non entia potiùs eſſe volunt, licèt hactenus fuerint receptiſſimę. & quæ peragi hoc modo dicuntur, imprimis *expulſionem* & *attractionem* debet itre-

revocabili cordis pulſui, mirum ergo ſanguinis & ſpirituum continuum alimẽtum partibus offerre, Nam ſicut vnda undam trudit, ſic unam portionem alteram magis magiſq; cogere, ut partibus ſemper adparata adſint alimenta, quod non fieret, ſi ipſæ alimenta attrahere poſſent, quantùm enim ſufficeret cuique, tantùm attraheret; Deinde ſi perpetuò attraherent, potentiores infirmioribus omne præreptoras, & ſanguinem ad tam exiles partes, quod tamen fit, non abiturum.

Verùm ſi conſideremus Archei vel. Naturæ conſuetudinem, & phænomena, videmus 1. omninò in vegetabilibus id locum habere, ſugere illa alimentum & attrahere aquam, quicquid etiam de preſſione aëris objiciant, hæc enim omninò concurrit, & concedi debet, non negato interim principio interno. Expelli vidimus reſinas, parteſque luxuriantes alias, concoqui, attrahi, alterari & aſſimilari attractos humores, adeoque retineri.

2. Videmus in ſtatu naturali, nutritionem non fieri per nudam appoſitionem allabentis ſanguinis & ſeri, fieri excretiones ſenſibiles & inſenſibiles, non tam à pulſu æquè promotas, qui utique concurrit quoque, quàm ab Archeo; ac minùs non retineri, non alterari, niſi naturæ amica, adeoque eſſe ipſis partibus membranoſis & fibroſis ſenſum hunc talem quaſi tacitum, & ubivis ſimile gaudere ſimili.

3. In ſtatu non minùs p.n. variis modis videmus expelli irritantia & moleſta in alvi fluxibus &c. non retineri fæces ſed injuſſas prodire in paralyticis, & omninò corrugari punctas membranas & nervos, adeoque in ſpaſmos adigi, licèt illud ipſum irritans & moleſtans, in ſenſus non incurrat.

Cùm ergo ſenſus ipſe teſtetur & experientia, edi hujuſmodi & præſtari toto die, in genere aſſerimus 1. *Retineri poſſe has facultates miniſtras*, ſed citra multiplicationem entium præter neceſſitatem, ita ut non affingamus hic illic reſidere peculiares facultates quæ id præſtent, ſed quod unius naturæ, archei, facultatis & ſpirituum dominio tamen hæc fiant, adeoque ambitus pateat hujus imperii, quouſque exporrectus ſit, ut pateat modus, ut prudentia ſolertiſſima; unde parùm intereſt ſive dicant facultatem expultricem irritatam, ſive archeum irritatum, modò non acquieſcamus in hoc ipſo, ſed penitiùs intueamur in quonam hæc irritatio conſiſtat & quomodo ſopiri iterum Archeus poſſit.

2. *Fieri hæc beneficio quidem fibrarum, non tamen æquè diſtincta diverſitate.* Notum eſt commune illud Galenicum aſſertum, *ex S V. P. 11.* & pluribus aliis locis, fibras rectas trahere, tranſverſas pellere, obliquas retinere; Neque enim fibræ hæ ſpecie diſtinctæ ſunt; quæ v.g. in muſculis obliquæ vel tranſverſæ dici poſſunt ſanone ductus, nec in partibus membranoſis, ubi copioſiſſima fibrarum, tam rectarum quàm tranſverſarum occurrit conglomeratio, id locum habet: ſufficit naturam quidem fibras nerveas varia textura diſtribuiſſe, illaſque ad motum, tum animalem, tum naturalem concurrere, & præſtare quod diximus in genere, citra hujuſmodi diſtinctionem, quæ fundamentum in re non habet.

4. *Fieri attractionem, retentionem, & expulſionem pro fibrarum & pororum harum varia dilatatione & contractione*, cùm triplex illud fibrarum genus nuſpiam à natura ita ſeparatum inveniatur, ut rectis attrahentibus, obliquæ & tranſverſæ quæ ſunt, ſerientur à ſuo munere, ſed una eademque fibra, modò rectè, modò obliquè, modò tranſverſim excurrat; Non verò tam fibras eſſe ſubjectum facultatum harum, quàm calorem & temperamentum partium, & in primis concoctionem ipſo calore & ſpiritu vitali fieri, non fibris; Singula tamen hæc ſenſunt quendam præſupponere, quo & æquivoco motu nobis etiam neſcientibus, nec cogitantibus, talia contingunt, unde ad facultatem quidem naturalem principaliter, hinc verò ad reliquas quoque referuntur & pertinent. Idque eo faciliùs & meliùs licet concipere, ſi noverimus ipſorum nervorum capillamenta, in membranas & fibras eſſe expanſa; adeoque omninò & robur præſtare eaſdem, & delicato ſenſu amplecti, vel averſari oblata, *Wedelius Phyſiol. ſect. 3. c. 33.*

u. *Alia eſt ratione Facultatis*) Al quando etiam languida eſt *Excretrix*, tunc excrementitios humores, ut biliosum & fæculentum à ſanguine non ſecernit, qui poſtea in hepate retenti, illius temperiem immutant, *Fr. Joel.*

11. *Ratione facultatis ſanguificatricis*) Sanguificatio eſt chyli in ſanguinem converſio. Illa fit in toto corpore, ſed præſertim in corde, & quidem in ventriculo ejus ſiniſtro, in quo particulæ chyli cum ſanguinis particulis maximè rareſcunt, agitantur & in ſe invicem impellendo variè contorquentur, fiunt tenuiores, flexibiliores, & tandem ob aliam luminis reflexionem, rubræ, unde non mirum quòd ſanguis coagulatus, ſolidiorem maſſam faciat quàm chylus, licèt particulas habeat tenuiores, quia habet ſaltem magis flexiles, ramoſas, & ſibi invicem intricabiles, quàm chylus, qui per rudiorem partium à ſe invicem diſcerptionem, à fermento ſtomachali factus eſt.

Non fit autem ſanguis præſertim in hepate, quia nulla vaſa lactea illud adeunt, nec ulla ibi ad hoc munus conformatio eſt. Deinde in prima generatione apparet ſanguiſante hepar, & ipſimet Adverſarii dicunt Hepar eſſe concretum ſanguinem, adeoque ſanguinem præceſſiſſe. *Fr. Zypæus Fund. Med p. 147.*

Chylus ex lacteis venis continuò in *Ductum thoracicum* delatus, atque ibidem *lymphæ* undiquaque affluenti confuſus, pergit *cum ipſa in venam jugularem axillaremq; ſiniſtram*, hinc & *cavam*, ubi *ſanguis* admiſcetur, cum quo in *cordis auriculam*, mox *ventriculum dextrum* propellitur, ut in ſanguinem mutetur.

Hanc chyli mutationem in ſanguinem, inchoari putamus in *vena jugulari, axillarive ſiniſtra* imprimis verò in connexæ ipſis *cava trunco*; *abſolvi* autem in *cordis ventriculo dextro*. *Perfici* autem partim in Pulmonibus, partim in *cordis ventriculo ſiniſtro, & arteria magna.*

Sanguinis quidem rudimentum accipit, me judice, *chylus à ſanguine ad cor aſcendente*, cui in prædictis vaſis confunditur.

Sanguinis verò *formam* nanciſcitur idem *chylus, à bilioſo ſanguine ad cor aſcendente*, atque tam in *dextra cordis auricula*, quàm præcipuè in *dextro ejuſdem ventriculo*, cum *lymphatico ſanguine*, cui chylum admiſtum diximus, *confluente*, atque ob diverſam, imò ſubcontrariam utriuſque in quibuſdam ſui partibus diſpoſitionem magni momenti effervescentiam excitante.

Ultimam ſanguinis perfectionem obtinet *chylus* idem, à continuatâ contemperatâque, propter *aëris reſpirationem in pulmonibus*, *ſiniſtris cordis auriculâ ventriculóque*, atque *arteria aorta grandioribus ramis*, effervescentia modò laudata.

Hujus autem *effervescentiæ* vi ac beneficio arbitramur erumpere, atque exſurgere *ignem vitalem*, qui non minùs *chyli adventantis*, quàm *ſanguinis* undique *remeantis partes pinguiores oleoſaſque rarefaciendo*, cæteras omnes ſimul laxeque uniendo in *maſſam unam heterogeneo homogeneam*, ipſumque adeo *chylum in verum ſanguinem* operâ eadem mutet. *Sylvius Pr. lib. 1. cap. 18.*

Meretur de hac materiâ, qui legatur *Sylvius lib. 1. Pr. cap. 18. 19. & 25.* Utut cùm fundamentalis ejus hypotheſis de *motu bilis ſurſum*, & hujus *alkalina* cum occurrente *lympha acidula* effervescentia ſit dubia, aut veriùs manifeſtò falſa, tamen propterea quæ

de

de mutationibus humorum, & alterationibus, ac nocendi rationibus *bilis*, *lymphæ & pituitæ* aſſerit, & in praxi quotidiana ſuum uſum egregium habent, non negligenda ſunt, modò mutatis mutandis conſiderentur, h. e. exinde ſuppoſita vitalis effervescentia in dextro cordis ventriculo deleatur, ſed ſaltim illorum mutatorum aut alteratorum operationes, chylo & ſanguini plus minùs immutatis applicentur, egregium uſum pro facilitanda praxi habere poſſunt. Præſuppoſito igitur ſanguinem continuò fermentari, & in iſtius fermentationis medio, chylum ſucceſſivè ſanguificari. *Sanguificatio* hæc & ipſa *maſſa ſanguinea* fermentatio læditur duobus modis, &c. Vide §. ſequ. *Etmuller Pr. lib. 1. cap. 12.*

[11]. *Quæ vel læditur*) *Chyli ſanguificatio* & ipſa *maſſæ ſanguineæ fermentatio*, læditur duobus modis, vel *vitio chyli*, vel *vitio ipſius ſanguinis*; *Chyli*, quando ineptus eſt, ut exinde fiat ſanguis per aſſimilationem fermentativam. *Sanguinis*, quando ineptus eſt, ut laudabiliter chylum aſſimulet. Primaria ferè cauſa quærenda eſt in *chylo*, hinc enim κακοχυλία, mater cacochymiæ.

Cacochylia iſta ex tribus dependet fontibus, 1. Quando non ſufficienter *fermentatur*, aut *attenuatur*, aut *volatilizatur* in ſtomacho. 2. Quando non ritè *perficitur à bile*, ejuſque ſulphure oleoſo. 3. Quando non ritè *ſecernitur à ſcoriis*, beneficio *ſuccorum*, *fellei & pancreatici*.

Præter alia vitia ex ventriculo, familiariſſimum eſt, quando *cruditate acidâ laborat chylus*, unde *imminuitur fermentatio* ac *ſpirituaſcentia ſanguinis*, & ſucco tali infarciuntur potiùs partes ſolidæ, quàm nutriuntur; Item cùm inſigniter varient *bilis* & *ſuccus pancreaticus*, facilè patet variam quoque chyli in inteſtinis perfectivam eſſe alterationem.

Maſſa ſanguineæ vitio læditur ſanguificatio, quando deficit à debita craſi ſeminali, unicuique individuo propriâ: Inter iſta principia craſin conſtituentia, *acidum*, & *urinoſum volatilia*, primatum obtinent, à quibus & *fermentatio*, & *ſpirituaſcentia & chyli aſſimilatio* læditur.

Fermentatio dicta multis modis læditur, In genere, vel quando *augetur*, vel quando *imminuitur*, vel quando diverſimodè *depravatur*.

Signa quibus proximè cognoſcitur fermentatio ſanguinis læſa, ſunt *Pulſus & urina*. Ille ſtatum ſanguinis in corde fermentantis, & exinde in arterias ebullientis oſtendit, de quo vide *Sylvium lib. 1. Pr. cap. 26. Hæc* verò, *urina*, ſtatum ſanguinis ex dicta ratione reſultantis declarat; Fallit tamen utrumque interdum. Nam, ut taceam de *febribus malignis*, *pulſus* ſubinde mutatur ratione ſpirituum animalium cor moventium. Hinc enim in quovis *animi affectu* pulſus mutatio; *urina* verò fallit, propter admiſtum urinæ potum, urinam plus minùs alterantem; Item propter admiſta varia ex læſione partium urinalium enata.

Cauſa itaque à quibus vitiatur hæc *ſanguinis fermentatio*, ſunt omnia ea quæ *ſalium* iſtorum *proportionem & harmoniam*, plus minùs variare poſſunt; Talia ſunt tum *aſſumpta* tum *inſpirata*, quàm *contagia ſuſcepta*, quibus & *viſcerum ſanguinis depurationi*, aut *perfectioni* inſervientium *labes*, ac *neglecta officia* accedunt. Ab omnibus his, læditur maſſæ ſanguineæ textura ac craſis, alterantur *ſalia*, quæ exinde novos quaſi ſapores adſciſcunt, & ita fermentationem turbant: Sanguine hinc ita vitiato, aut à vitioſis fermentis inquinato, non tantùm chylus perversè aſſimilatur, ſed prætereà totum corpus, ac quælibet ejus partes exinde plus minùs alterantur; Qualis namque ſanguis, talis totius corporis habitus eſt vel ſtatus: Qui ſanguis exinde nunc *frigidior*, nunc *calidior* conſequenter redditur: ita ut exinde omnia ea derivanda ſint quæ vulgò de *Intemperie* dici ſolent, aut quæ vulgo *temperamentis* adſcribuntur, ut illorum ratione hic ad hunc, vel illum morbum inclinet; v. g. nunc quidam ratione temperamenti ad morbos melancholicos, chronicos; alius ratione temperamenti cholerici, ad affectus febriles acutos diſponi dicitur.

Omnis hæc ex ſanguinis craſi, & hinc dependente *motu fermentativo*, & inde oriundis proprietatibus variis, tam ſanguinis, quàm corporis proximè deducenda ſunt; Hinc enim dum ſanguis nimiùm incaleſcit, v. g. ex motu vel febri, omnes partes intenſiùs calent; Dum is naturâ, vel ſenio, vel morbo torpidior exiſtit, ſimilem temperiem vitalem, nempe influam, quælibet partes experiuntur.

Tanquam paradoxon, *caliditatem ſanguinis* nimiam; acutis præſertim in morbis notabilem conſideremus; quæ quidem ex *aucto motu fermentativo* omninò derivanda venit, ſed primariò ob *acidum volatile* intenſiùs cum *alkali oleoſo* ebulliens, adeoque à *bile materialiter*, ſive *ſubjectivè*, ab *acido formaliter*, ſive *effectivè*: hinc & aromata, & ſimilia calefacientia, *ſpiritus vini*, *olea deſtillata*, &c. calefaciunt corpus, nonniſi ratione *volatilis acidi*, communicabilis contentis corporis noſtri, neque aſſimilabilis.

Acida mineralium refrigerant, id quod *figendo*, acido ſuo intenſiori, nobis non communicabili, motum humorum & acidum volatile ſubjugando præſtant, unde ceſſante debito fermentativo motu, caloris remiſſio obſervatur. Sed eo ipſo quod nobis non aſſimilabilia, aut contentis communicabilia exiſtunt, remedii, imò ſub inconcinna doſi veneni naturam aſſumunt, & hinc alterata in corpore noſtro plus minùs per vias urinarias eliminantur. Hinc in quibus *acidum fixum* quaſi, adeoque conſtitutivis noſtris præternaturale exſuperat, ut in *hypochondriacis*, *melancholicis*, *menſibus deficientibus*, præſertim cum concurſu *pituita viſcida* & defectu *bilis acrioris*, frigidiores obſervantur, adeoque *volatile acidum ſpirituoſum*, contentis noſtris commiſcibile, & quod horum motum fermentativum promovere poteſt, quo plus *activum* exiſtit, eò intenſiùs calere corpus obſervatur, ejus *acidum fixum*, quod ſubigit & figit, illud *volatile acidum*, & ita *contentorum fermentativum motum* plus minus inhibet, *frigoris & imminuti* in ſanguine *caloris* author exiſtit. Certè omnis rerum calor ſpontaneus, ubique ſequitur motum inteſtinum particularum minimarum *formaliter*, acidi verò agentis intentum plus minùs alkalinum *effectivè*, In ipſo *igne adurendi vis ab acido* revera oritur; *Calcis vivæ incaleſcentia*, ab *acidi activitate* dependet.

Mutata igitur *temperies ſanguinis*, *ex mutatâ fermentatione* nata, per *vitiatam craſin corrigentia* curanda venit. In quo negotio imprimis obſervetur *ſapor ſpecificus*, craſin ſanguinis plus minùs vitians, ut proximè per ſpecificum remedium curari queat. *Etmuller Prax. Part. 1. c. 12.*

[12]. *Quæ læditur*) *Læditur* hæc *chyli ſanguificatio* præſertim, quando minimè laudabilis, ſed *vitioſus* ex ipſo generatur *ſanguis*, *ſeroſus*, *pituitoſus*, *aliâve qualitate ſenſili propria*, *vel communi peccans*: qui que nunc *Cachexiâ*, nunc *Anaſarcâ Leucophlegmatiâve*, nunc *Tabe*, aliâve *in nutritione apparente vitio*, ſe manifeſtat.

Vitiata Sanguificationis cauſa omnis, vel in ipſo *Chylo* exiſtit, vel in *ſanguine aſcendente bilioſo*, vel in *deſcendente Lymphatico*, vel in *cauſa* aliquâ *externâ*, vel in pluribus ſimul concurrentibus.

In *Chylo* ipſo *læſa ſanguificationis cauſa* quærenda

eſt, inveniendaque, quoties ipſe *vitioſus* propter *vitioſa* vel *Alimenta*, vel ſalivam &c. productus eſt.

In *ſanguine* autem *ad cor aſcendente ac bilioſo*, id eſt, bile ſaturato, *ſanguificationis læſa cauſa* exiſtit, quoties ipſi *quantitate majore vel minore*, *aliterve vitioſa bilis* admiſta eſt in Hepate.

Majore quantitate admiſcetur bilis ſanguini, quando eadem *copioſior generatur* in ſuo folliculo, ex *alimentis aromaticis & ſale volatili* abundantibus copioſiùs uſurpatis, vel *copioſius effunditur* è veſicula ſua, propter *fluiditatem majorem* ipſi conciliatam, vel ab *æſtu aëris*, vel ab *alimentis* tum *acrioribus*, tum *ſpirituoſis*, vel à *potenti corporis motu*, vel *ab ira vehementi*, vel à *vigiliis* & ſimilibus.

Minore quantitate admiſcetur bilis ſanguini, quando eadem *parcior generatur ex alimentis* aromatica vi deſtitutis, & *pituitam* producere ſolitis, qualia ſunt *Piſces marini*, & ſimilia, continuò aſſumptis: Vel *ſegniùs effunditur* è folliculo ſuo, propter *fluiditatem* ipſius *diminutam* & *ſpiſſitudinem auctam*, nunc ab *aëre frigido & aſpero*, nunc ab *alimentis modò memoratis*, & *Potu gelido* frequentiùs uſurpato, nunc *ab animi mœrore gravi*, aut *terrore grandi ex improviſò accedente*, ut & à *ſomno multo & protracto*, ipſaque *corporis quiete diuturna, &c.*

Non tantùm quantitate aucta diminutâve, ſed aliquando *acrior*, vel *pinguior bilis admiſcetur ſanguini*, atque hactenus ipſum quoque vitiat: Et vel *acriorem* tantùm, vel ſimul *pinguiorem* ac *inflammabiliorem* facit.

Acrior fit *bilis*, ab *aëris æſtu*, *alimentorum*, vel potiùs *condimentorum acrimoniâ exuperante*, qualis eſt in pipere, caryophyllis, Zinzibere, Sinapi &c. *Vigiliis, corporis exercitio nimio & protracto*, *iracundiâ continuâ*, imprimis cum *ſolicitudine* juncta.

Pinguior redditur *bilis*, præſertim ex uſu nimio *alimentorum pinguium*, cum *pinguedine* ſaltem multa, oleo, butyro, &c. *paratorum*, quò referri poſſunt *olea ſtillatitia* ſæpiùs uſurpata.

In *ſanguine ad cor aſcendente*, atque ob admiſtam ei lympham, *Lymphatico* dicto, *læſa ſanguificationis cauſa* exiſtit, quoties *lympha* reperitur vel *acidior*, vel *ſalſior*, vel *pituitoſior*, vel *aquoſior*.

Acidior redditur *lympha*, propter uſurpata copioſiùs, diutiuſque *alimenta*, tum *acida*, tum *valdè acidis* condita, propter *aërem borealem*, *animiq; ſolicitudinem*, *mœrorem*, *aut terrorem*, accedentibus aliquando *vigiliis*, *corporiſque defatigatione nimia, &c.*

Salſior redditur *Lympha*, & quidem facilè & frequenter *ab aëre frigido & aſpero*, *calefactum & ſudore diffluens univerſum corpus*, *& caput præſertim penetrante gravedinémque*, hoc eſt, *gravitatis ſenſum moleſtum*, non tantum in *capite*, ſed & in *Artubus* quoque *pariente*: Unde ſicut per nares poſtea diſtillat in ſubſequente *coryza liquor ſalſus*, ita ſimilem tunc, hoc eſt, *ſalſum humorem* in *conglobatis glandulis* paſſim produci, atque tum in *corporis habitum*, ipſoſque *muſculos* effundi, tum per *vaſa lymphatica cor verſus* propelli, non tantùm rationi, verùm Ægrotorum quoque afflictioni tunc ſæpè urgenti, adeoque experientiæ quotidianæ, videtur planè conſentaneum.

Pituitoſior efficitur *Lympha*, ob uſum diu continuatum *aëris humidioris & frigidioris*, *ingurgitationem alimentorum ſimilium*, maximè *piſcium*, *leguminum*, *olerum*, *&c. cerevisia* non ſatis *cocta ac fermentata*, *aquæ puteales*, &c. *Vitam deſidem*, *curisque vacuam*: *ſomnum multum & longum*, & ſimilia plura.

Aquoſior fit *lympha*, propter nimium *aquæ putealis* alteriuſve *tenuioris* uſum, *aëremque humidiorem* continè uſurpatum, neglectis interim alimentis, tam ſpirituoſis, quàm ſucculentis & acidis.

Vitiatur immediatè ſanguis, ratio à cauſâ externâ, quando eo tempore, quo ad cor deferuntur chylus & ſanguis laudabilis, peccatur in unâ vel pluribus rebus non naturalibus dictis: *Aëre* putà priùs *æſtuante*, mox frigido: *potu* valdè penetrante ſpirituoſo, vel glaciato, imprimis copioſè aſſumpto: *agitatione corporis* vehementi: *Animi Affectu* gravi, ex iracundiâ, triſtitiâ, timore, conſternatione, aut ſolicitudine angente, &c. unde vel *bilis acrior*, vel *ſuccus pancreaticus acidior*, *acerbiórve*, vel *pituita inteſtinalis viſcidior* transfertur quaquaverſum & imprimis verſus cor, in quo vel *chylum*, vel *ſanguinem* priùs benè conſtitutum ita corrumpit, ut non niſi pravus produci queat ex *chylo* affluente *ſanguis*.

Curabitur chyli ſanguificatio læſa, pro cauſæ diverſitate diverſimodè. Nam *Primò* quoties illa pendet à *bile copioſiore* ſanguini aſcendenti admiſtâ, eadem minuenda erit, per cholagoga medicamenta.

Ejuſdem *bilis proventus* novus ſiſtendus, *vitando*, vel *moderando* ſaltem *res non naturales* modò recenſitas: quin & uſurpando liberaliùs ea, quæ parciorem bilem diximus generare.

Secundò, quoties ſanguificatio læditur propter *bilem parciorem* ad cor tendentem, eam augendo & quidem uſurpando aliquanto copioſiùs ea, quæ bilem copioſiorem gignere aſſeruimus: Sed non negligenda ea, quæ *ipſius productionem contraria* eſſe diximus, ecundum experientiam.

Tertiò, Quoties *bilis acrior* chyli ſanguificationem lædit, toties ea *temperanda* medicamentis, ſemel jam in ſuperioribus propoſitis, ac præcavendis, quæ diximus ipſam reddere acriorem.

Quartò, quoties *bilis pinguior* chyli ſanguificationem lædit, toties eadem *corrigenda* medicamentis *acidis*, ſed temperatioribus qualia præſcripta Cap. 2. §. 38. & ſequ. & Cap. 2. §. 15. *Cavendo* præterea ab oleoſorum, pinguiumque abuſu, de quibus actum § 15.

Quintò, quoties *acrior lympha* chyli ſanguificationem lædit, toties illa *corrigenda*, *emendandáque* medicamentis Cap. 2. §. 17. & ſeq. ut & alibi præſcriptis.

Abſtinendum interim ſedulò ab ulteriori *acidorum uſurpatione*, cæteriſque hujus cap. § 17. notatis.

Sextò, Quoties *ſalſior lympha*, chyli ſanguificationem lædit, toties conveniunt medicamenta cap. 15. §. 41. & 42. Laudata: ut & *ſudorifera aromatica*, ſed *blandiora*, quorum ope ſalſedo lymphæ paulatim corrigetur.

Conducunt etiam in hoc caſu *Hydragoga*, poſt aliqualem ſaltem acrimoniæ ſalſæ contemperationem ſubinde uſurpata, ſed doſi mediocri.

Septimò, quoties *pituitoſior lympha*, chyli ſanguificationem lædit, toties medicamenta *humores* in corpore *pituitoſos incidentia & corrigentia*, Cap. 2. §. 28. & ſeq. præſcripta; eoſdemque ſic evacuationi præparatos *Expurgantia*; ibidem §. 33. & ſeq. propoſita, erunt exhibenda; vitando ſimul, quæ *pituitam* producere hîc & alibi docuimus.

Octavò, quoties *Aquoſior lympha*, chyli ſanguificationem lædit, toties *abſtinendum* à nimio *aquæ* cujuſvis uſu: quin redundans eadem in corpore, tum *exercitiis* ſatis potentibus, tum *balneo*, &c. *expellenda* per *ſudores*, non quidem profuſos, ſed identidem repetitos: In quem finem *uſurpari* quoque poſſunt *ſudorifera*, ſed *aromatica & ſpirituoſa*, quò deficientes hîc ſimul *ſpiritus animales reparentur*, *vireſque animales* operâ eadem *conſerventur*, imò *augeantur*.

Nonò

Nonò, Quoties humoribus omnibus, ipſoque adeò chylo in corpore ſano ritè conſtitutis, *tempore diſtributionis chyli* ab una, pluribusve *cauſis externis* aut *inevitabilibus*, aut *inexpectatis* §. 21. enumeratis, ejuſdem ſanguificatio læditur, toties, quæ *vitari non poſſunt*, quantùm licet, *corrigi* debent ac *temperari*, noxæ ſaltem ab ipſis unicuique illatæ mox *emendari* & *tolli*.

Sic, quotquot *aërem ſubierunt frigidum*, quàmprimùm licebit, *accedent* ad *ignem luculentum*, aut *lectum ingredientur* calefactum, *ſtragulis* ſaltem *corpus egregiè operient*, quò expellant denuò è corpore admiſſum frigus.

Sic, quotquot abuſi fuerint *potu penetrante & ſpirituoſo*, ſi pars hujus bona hæreat adhuc in ventriculo, illam excitato vomitu iterum effundent, immiſſo in fauces digito, aut plumâ oleo madidâ, ni ſponte illum promovere poſſint, quod multis facilè imò familiare.

Quòd ſi ad interiora jam penetraverit ille potus, crapulæ ad inſtar, ipſius exhalatio patienter expectanda eſt, uſurpando, ſi tunc ſitis adhuc urgeat, potum acidulum & minimè ſpirituoſum vel aqueum, qualis eſt acidularum, cavendo ſemper ab omni exceſſu.

Quòd ſi *glaciatus*, *gelidúſque potus* fuerit tunc aſſumptus, convenient aromatica & ſale volatili oleoſo abundantia per vices uſurpata, quippe quæ glacialem noxam citiſſimè, tutiſſimè atque jucundiſſimè ſuperare apta nata ſunt. Idem autem feliciùs abſolvent, ſi eorum ope *ſudor* ſimul moveatur, vel promoveatur.

Sic, quotquot *vehementer corpus*, vel currendo, vel ſaltando, vel aliter *agitaverint*, unde *ſudor* eruperit; cavebunt ſedulò ab aëre frigido, quin potiùs in *lectum calefactum* ſe recipient, ut quieti ſe dedant, & grandior noxa præcaveatur.

Sic, quotquot *animi affectu vehementi* fuerint commoti, operam dabunt, ut per ſe, alioſve is *compeſcatur*, & ad priorem *tranquillitatem animus reducatur*: quod una præſtare poteſt *ratio & diſcurſus*, animam rationalem ſolidis undecunque petitis rationibus blandè componendo, imò ad quævis, quæ mutari non poſſint, patienter atque fortiter ferenda, firmando & obfirmando.

Noxæ autem multifariæ, cauſas iſtas externas vitioſas conſequentes, variis modis, & quidem quamprimùm corrigentur, poſtquam ex functionibus læſis, aliiſque ſignis propriis Medico innotuerint. *De le Boe Sylvius Pr. Med.l.1.c.18.*

13. *Adſtringentia debent eſſe moderata*) Continuò enim eorum uſu læditur hepar: hinc errant illi, & ægris nocent, qui meris incidentibus, acidis, volatilibus, decoctis aperientibus obſtructiones vaſorum expedire conantur, quod ipſum & de purgantibus valet: Hinc ubi pororum adeſt obſtructio, aperiendum quidem, ſed ita ut ne videamur impetuosè nimis id facere, & naturam lædere; Exempla talia in hypochondriacis ſæpe viſuntur: ij. Notandum Adſtrictoria in hepatis affectibus, non ubique locum habere. Roborantia quidem ſimul debent eſſe tonica & villos roborare partibus terreis, attamen dantur quoque caſus, ubi ab adſtringentibus eſt cavendum, v. g. quando ſcirrheſcit hepar, quando icterus adeſt & obſtructiones contumaces, non æquè proficua ſunt. Adſtrictoria verò nominamus, quæ laxari viſceris tonum prohibent. Hinc quæ adſtringendi viribus pollent, faciant id cum tenuitate partium; quæ aperiunt, cum partibus terreis; Illa ut vis eorum penetret, hæc ne nimis laxent tonum, quod intus & extus valet, Exemplo ſunt amara. *Wedelius.*

14. *Excrementa carnis recèns mactæ, &c.*) Si dejectiones loturæ carnium recèns mactatarum ſint ſimiles, non ſolùm venarum hepatis, quæ ſanguinem continent, ſed etiam carnis ipſius hepati imbecillitas magna eſt, & vix emendabilis, quàm atrophia & tabes comitantur: Quòd ſi imbecillitas Jecoris ſummam illius ſiccitatem & corruptionem conſequatur, perfecta ſanatio ſperari nulla poteſt. Idonea tamen victus ratione differenda mors eſt, quæ ad emendandam jecoris ſiccitatem, ejuſque corruptionem tradita eſt (*vide cap. de ſubſtantiæ hepatis corruptione*) Cùm verò incipit Jecoris imbecillitas, repetenda eſt ad minimùm ſemel in hebdomada purgatio *Rhei expreſſi*, infuſi in *decocto polypodii*, *paſſular. rad. cichor.* & ſimul. Quòd ſi eam imbecillitatem comitetur alvi profluvium, infundatur *Rheum* in aqua *agrimon. roſar.* & *vino rubro*. Præſcribatur etiam *Elect.* ex *raſura ebor. c. c. coralli, margaritis, terra ſigill.* & *ſacch. diſſoluto in aqua agrimon.* Fit & maſſa Pilul. ex iiſdem addito *Rhei & ſyr. de cichor. q. ſ.* Fit & opiata ex *conſerv. flor. cichor. borrag. roſar. Nymph. beton. carne cydonior. condita, rad. ulmariæ cond. adjecto corall. raſ. ebor. c. c. cum ſyr. è ſucco agrimon.* Utatur æger bis in die m. & v. ante paſtum pondere ℨij. pro qualibet dozi. Extrinſecùs admovebitur litus *ex ſuccis abſinthii, agrimon. ulmar. aceto roſac, ol. abſinth. roſar.* coctis igne lento ad ſuccorum conſumptionem, addendo maſtiches q. s. Quòd ſi ſimul accedat *ceratum ſantal.* & parùm *cera* fiet Ceratum. Ante litum pars fovebitur Fotu comparato ex *fol. abſinth. agrimon. roſar. rubr. ſemin. fœnic. aniſi, rad. cyper. cal. arom. coctis in aqua & vino rubro.* Multos quibus dejectiones erant loturæ carnium ſimiles, ab imminente exitio liberavit, *uſus decocti rad. cichor. enula, paſſul. cum toto & abſinthio*; Hoc enim decoctum coctionem juvat, cruda omnia concoquit, flatus diſſipat, viſcerum obſtructiones ſolvit, & eorum, maximè jecoris flaccidam ſubſtantiam confirmat. Remedium ergo, in ejuſmodi ſanguinis eruptione, erit non v. s. niſi fortè parcâ manu ſanguis detrahatur, ad ℥ij. vel iv. revulſionis potiùs, quàm evacuationis causâ. Sed *Rhei* uſus frequens, cum hepar roborantibus ſumptis & admotis. *Victus ratio* ſit humectans, ut temperetur Jecoris ſiccitas, mediocritas tamen in humectando ſervetur, ne calori inſito labeſcenti, & partibus proprio robore deſtitutis injuria inferatur. Itaque elixis & aſſis mediocriter his, modò illis utendum, ut præſens corporis conſtitutio poſtulat, cavendo diligenter ne quid ingeras, quod aut copia, aut qualitate cruditatem & flatus parere, & in viſceribus robur elangueſcens, magis ac magis poſſit infringere, aut ſiceceſcentem illius ſubſtantiam nimis torrere. In Juſculis incoquantur ad viſceris robur, *pimpinella, cerefolium*, agrimonia & vulneratiæ herbæ, quæ ſiccando & roborando hepatis robur tuentur, & cùm calor p.n. etiam urget his adduntur *cichorium, oxalis, oxylapath. bugloſſ. borrago* &c. Cùm frigida cauſa Jecoris imbecillitatem contraxit, eadem curatio inſtituenda, quæ hydropi anaſarcæ: *Enchir. Med. Pract.* Vide caput de Flux. Hepatico.

15. *Huic curando inſervit*) *Oleum* in quo *hepar lupi* inciſum coxerit, hepatis regioni inunctum, imbecillitatem illius corrigere, ſanguificationem admodum juvare docent. Uti & ſi ex *hepate Galli piſcis*, vel *Ranarum* eodem modo *Oleum* paretur: *Platerus.*

16. *Vel ab intemperie calida*) Tunc billoſa illuvies gignitur, vias obſtruens & jecoris robur diſſolvens: Dentur quæ bilem præparent & pugnent, quæ jecur roborent, ejuſque obſtructionem detergant, ut *Decoctum rad. polypod. cichor. agrimon. capillar.* in quo infundatur *rheum*, *Electuar. è pulv. rhei &*

& triaſant. cum ſaccharo, *in aqua roſ.* aut *cichor.* ſoluto. Extrinſecùs admoventur roborantia, *abſinthium, maſtiche*, *roſa*, *ceratum ſantal. cum maſtiche*, *carne cydonior.* Fotus ex *rad. Enula*, *cyper. calam. arom. fol. agrimon. abſinth. chamom. melil. puleg. origani, ſem. aniſ. fœnic. decoctis in aqua & vino rubro.* Enchir. Med. Pr.

[17]. *Ratione facultatis attractricis*) Tum non attrahitur chylus è ventriculo & inteſtinis, ſed in alvum deſcendit; Et ventriculo, inteſtinis, & Jecori roborando incumbendum, quod fiet frequenti *Rhabarbari* uſu quovis modo illud uſurpetur: Huic autem remedio, ſi copioſior aquæ frigidæ potus, malo cauſam dederit, adjiciantur quæ calefaciunt & roborant; *Enchir. Med. Pr.*

[18]. *Ratione retentricis & tum alvus*) Præterea frequenter ſanguis liquidior & dilutior, aut per nares aut hæmorrhoides, aut ex ore cum ſputo erumpit. *Joel.*

[19]. *Liquida*) Si attrahendi facultas in Hepate debilitata ſit, tunc per alvum excernitur humor, cremori ptiſanæ ſimilis; interim tamen ventriculus nihil ſentit offenſionis. *Fr. Joel.*

Cap. XLV.

De Cachexia.

1\. C*Achexia eſt univerſi corporis in* [2]. *aquoſam & tumidam mollitiem, nutritionis culpa diffuſio.* [3]. *Subjectum* eſt corpus univerſum; ſed illæ partes imprimis, quæ oculis incurrunt, ut cutis & muſculi. [4]. Ægri ſunt imprimis, [5] *ſenes* propter caloris imbecillitatem: [6]. *mulieres* propter menſium retentionem: & [7]. *pueri* ob voracitatem & facultatis imbecillitatem.

[8]. *Signa* ſunt, [9]. color propter pituitoſitatem ſanguinis aliquando albus, [10]. aliquando propter bilis aut melancholiæ mixturam [11]. lividus aut plumbeus. [12]. Tumor cum gravitate & inertia, in pedibus & manibus præſertim, ob humorum ſeroſorum deſcenſum, & ipſorum à corde diſtantiam: ſed & circa oculos in facie, genis, palpebris, quod partes illæ laxitate ſua humores ſeroſos facilè recipiant.

[13]. *Cauſa* [14]. omnia illa [15]. quæ hepar & [16]. totum corporis habitum refrigerare & humectare poſſunt, unde Nutritionis vitium. [17]. Quamvis enim quod apponitur, concreſcat & adhæreſcat: tamen, propter nimiam cruditatum copiam, non aſſimilatur. [18]. Scilicet, *ſanguis eſt* [19]. *pituitoſus*, [20]. *crudus*, *& ſeroſus*; iſque [21]. talis generatur, vel [22]. propter *alimenta impura*, corrupta, & ſerum abundans generantia: vel [23]. propter *viſcera*, quæ

1\. Aut ſunt *impura*, *ſeu* à ſcirrho, ut dictum eſt; *ſeu* à corrupti humoris effuſione, ut [24]. in renum ſuppreſſione animadverſum, purulentam materiam ex ureterum obſtructione, in venas regurgitantem, ſanguine infecto, totum corporis habitum infeciſſe: *ſeu* à corrupta ipſorum ſubſtantia. [25]. Sic enim vitioſus corruptuſque ſanguis profertur, & in partes ſingulas evectus, illicque concreſcens, vitiatam ſubſtantiam pro utili reponit: hinc [26]. cachexia pro ſanguinis conditione varia. [27]. Pituitoſa virgines afficit, & [28]. leucophlegmatiam denunciat.

2\. Aut ſunt [29]. *Imbecilla*, quod læſa fuerint, ſeu morborum diuturnitate, ſeu nimiis evacuationibus, ſeu diuturna incarceratione, &c.

[30]. Cachexiam ergò inferre poſſunt.

1. Humores crudi.
2. [31]. Morbi hepatis & lienis diuturni.
3. Eorundem viſcerum tumores ſcirrhoſi.
4. [32]. Suppreſſæ menſium & hæmorrhoidum evacuationes.
5. Nimiæ ſanguinis per nares, vulnera, menſes, hæmorrhoides, egeſtiones.
6. Lues venerea.
7. Renum ulcera

[33]. In *curatione* [34]. diligenter obſervandum.

1\. [35]. Ut ratio illorum morborum, à quibus cachexia procedit, habeatur.

2\. [36]. Si humores abundant [37]. hydragogis præſertim evacuentur.

3\. Ad deobſtruendum, laudatur [38]. *pulvis Cachecticus* ex *chalybis* præpar. p.j. *Caſſia lignea* p.iij. *ſacchari* albiſſimi p.iv. *pulvis ſtercoris anſerum* juniorum.

4\. Sudores feliciter *Antimonio diaphoretico* cientur.

5\. Cachexiam virginum pellit, *Aqua ex nucibus juglandibus* recentibus in talcolas diſſectis, in vino albo per viginti quatuor horas maceratis, deſtillata, ſaccharo Canario dulcorata, & ad ſolem per aliquot dies expoſita, & unc. iij. pondere, inſequente exercitio, ſumta. [39]. *Sal cachecticus* in hoc affectu laudatiſſimus ita paratur. ℞. *ſalis ex capite mortuo aqua fortis* ex *ana Nitri & Vitrioli extracti* puri part. ij. *ſalis prunella* p.j. fluat hic in crucibulo, ſuperinjice [40]. animam [41]. Martis ſive liquidam ſive in pulvere, ſic rubeſcet: tum conterendo admiſceatur prior ille ſal ex capite mortuo, fiatque pulvis ſubtiliſſimus. Inditur cucurbitæ vitreæ, urgeatur igne arenæ gradatim, tandémq; fluat inſtar aquæ, quò diutius, eò melius, fracto vitro eximitur lapis rubicundus, datur à gr. vi. ad ſcrup. j. in liquore appropriato, operaturque per ſudorem. vomitum, vel alvum.

1. *Cachexia*) Nomen accepit ἀπὸ τοῦ κακῶς ἔχειν, à male habendo, unde & *malus habitus*: *Generaliter* notat quemlibet corporis habitum inelegantem, decolorationem, & quemvis ſimplicem mutatarum qualitatum affectum. *Specialiter* verò habitum vitioſum laxum & mollem, deſignat. *Rolfincius.*

1. *Cachexia*) ἡ Καχεξία apud Medicos, non directè opponitur τῇ εὐεξίᾳ, hæc enim ut eſt totalis ſanitas, ut ita dicam, h.e. ſanitas in ſummo gradu, vigor omnium actionum, ſanitas κατ' ἕξιν, ita hæc eſt vitium facultatis Nutricis tantum, quam κακοτροφίαν rectè dixeris, nutritionem depravatam, ob κακοχυμίαν quandam ſeu δυσκρασίαν ſanguinis. *Hofmannus Inſt. l. 3. c. 66.*

1. *Cachexia*) In ea nativus cutis calor, imprimis faciei nitor langueſcit, mutaturque in varium, pallidum, lividum, luteum, vireſcentem, & eſt revera cachexia fructus cacochymiæ, hæc verò pediſſequa cacochyliæ. Dependet ſic ab effuſione vitioſi nutrimenti, i. e. humoris vitioſi, loco nutrimenti hinc inde diſtributi in habitum corporis: & humor iſte, qui ita habitui corporis affunditur, ſi eſt albus, dicitur *Cachexia* in ſpecie; ſi flavus, *Icterus*, ſi viridiuſculus, ſeu luridus aut lividus, aut alio tetro colore tinctus, Icterus niger audit. *Etmuller.*

2. *In aquoſam & tumidam*) Formalem rationem egregiè expreſſit *Aetius tetrab. 3. ſerm. 2. dum docet* καχεξίαν fieri, cùm corporis habitus in aquoſitatem diffunditur, & moles univerſi corporis fit laxior & mollior, In Nutritione ob perennem corporis fluxum, neceſſaria, alimentum per πρόσθεσιν, προσκόλλησιν, & δυνάμει ἀλλοιωτικῇ, *ad poſitionem, agglutinationem, à facultate alteratrice* partibus inſitâ in earum ſubſtantiam προσομοίωσιν, aſſimilatur tranſmutaturque; Hæc actio in Cachecticis ceſſat, & nutritioni deſtinatus ſuccus ob cruditatem, μηδὲ προστίθεται, neque adponitur neque adnaſcitur. Symptoma ergo eſt nutritionis depravatæ, partim imminutæ. *Rolfincius.*

3. *Subjectum eſt*) In genere quamcumque corporis & partium ſubcutanearum mutationem, à ſtatu naturali in deteriorem itinuit, ex vitiatâ quaſi nutritione dependentem, unde variæ cachexiarum ſunt ſpecies, Nam inter alias datur ſcorbutica, hypochondriaca, &c. In ſpecie tamen uſus obtinuit, ut vitium iſtud tantùm cachexia appelletur, quando corpus à nativo colore in pallidum & humidum, ſubtumidum & flaccidum degenerat, & à ſanguificationis defectu, in ſpecie dependet. *Pars* igitur *affecta*, ſeu *ſubjectum inhæſionis*, ſunt *partes ſolidæ*, in ſpecie *molliores*; *ſubjectum* verò *radicationis*, eſt maſſa ſanguinea cacochymica facta. *Etmuller.*

3. *Subjectum eſt &c.*) *Adæquatum* eſt univerſi corporis habitus, quo nomine imprimis intelliguntur cutis & muſculi; qui primò oculis occurrunt. *Originale* ſunt partes chyloſi, ac præcipuè ſanguificationi, Cor & Jecur, Illud δεσποτικῶς, magiſtraliter, hoc διακονικῶς, miniſtraliter, inſervientes. *Rolfincius.*

4. *Ægri ſunt imprimis*) Mediatæ cauſæ remotiores variæ ſunt, Temperamentum frigidum; humidum, habitus corporis, *Senibus mali habitus*, ait, *Coüs 3. aphor. 31. Aretæus lib. 1. diat. cap. ult. Ætates feraces, imprimis Senectus. Pueri celeriter pati* idonei; *Florentes haud ita valdè huic malo patent.* Rolfincius.

5. *Senes propter caloris imbecillitatem*) Circa Prognoſin τῆς καχεξίας *Aretæus & Aetius*, velut Antipodes, adverſa urgent veſtigia; Senes ea frequenter capiuntur, iidemque ſecundum *Aetium*, maximè liberantur, At juxta *Aretæum* mortem non effugiunt, Et jure quidem, nam, ut ait *Galenus 7 aph. 42.* omnia mala ſenibus ſunt graviora, ob ætatis imbecillitatem. *Menjotius.*

6. *Mulieres propter menſium retentionem*) Non tantùm ex menſium ſuppreſſione, & inſanis amoribus oritur affectio hæc, argumento hoc, quòd puellas vj. aut vij. annos natas nihil ejuſmodi cogitantes, ac fœminas viri conſuetudine utentes, invadit. *Enchirid. Med. Pr.*

7. *Et pueri*) Ubi ex patre cachectico generatur fœtus, ſolet is non rarò in utero materno exiſtere morbidus, quin nonnunquam ſepulchrum invenire, ubi nactus erat vitam, & matri quandoque, cui vitam, vitæ ſaltem ſuſtentationem debebat, mortem accerſere; Unde uterum difficulter tunc geſtat mulier; ex fœtus cachexiâ plurima mala perfert & morbos graves patitur; Sicut enim à matre ægra morbum accipit geſtatus in utero fœtus, ſic viciſſim à fœtu in utero exiſtente ac ægro, trahitur in conſenſum mater, id quod confirmat experientia. Quòd ſi à matre priùs ſana, in morbum autem dum gravida exiſtit incidente, in conſenſum trahatur infans, nonne faciliùs à matre Cachecticâ, & jam ægrâ, priuſquam impraegnaretur, fœtus producetur cachecticus? confirmante experientiâ. *Fr. Sylvius.*

7. *Et Pueri*) Hi ad malum corporis habitum prompti ſunt, καὶ τῇ φύσει, quòd ſint humidiores, καὶ τῇ ὑγιαινῇ, ratione voracitatis, atque ingluviei; Quòd ſi credatur *Aetio*, facile pereunt, ſi autem *Aretæo* fides, haud difficulter curantur, nec immeritò, utpote εὐαφίεμεν & calidi nativi ubertate freti. Ætate florentes huic malo non patent, ac, authore *Ætio*, facilè ſe inde extricant: quin potiùs, ut refert *Aretæus*, ægrè perſanantur ob potentiam cauſæ, quæ diſſentaneam advexit paſſionem. *Menjotius.*

8. *Signa ſunt color &c.*) Judicatur ferè de cachexa ex fœdo cutis colore, qui à ſanguine non naturali, non poteſt eſſe naturalis: ut enim *Hippocr.* ait initio *l. de Humor.* Talis in cute color eſt, qualis in corpore ſanguis. Hinc intelligitur quatenus vel morbus ſit, vel ſymptoma? Eſt ſymptoma ratione coloris, Eſt morbus ratione læſæ nutritionis. *Hofmannus l. c.*

8. *Signa ſunt*) Qualitate peccans corporia nutritio, ſolet cachexia vocari, in qua nativus cutis, & imprimis faciei color langueſcit, mutaturque in pallidum, & aliquando in flavum vel lividum & luridum, ſicut in nonnullis in rubidum vel rubicundum, exurgentibus tunc ferè ſimul in naſo geniſque variis ge[illegible] ſtulis. Concurrit in pleriſque ſpeciebus *Dyſpnoea* quæ augetur magis in motu concitatiore & aſcenſu: S[illegible] *cordis palpitatio*, arteriarumque circa jugulum [illegible] puraque pulſatio; frequens eſt univerſi corporis & crurum laſſitudo, Angens cordis dolor, ut plurimum febris lenta, continua vel intermittens, aut ex utraque compoſita: urinæ ſæpiùs crudæ, aqueæve, rariùs craſſæ turbidæve, ni ab affectu alio comite, aut externâ cauſâ rubentur ac mutentur, Tandem nonnullis marcor & macies totius, ſicut aliis ſenſim turget ac tumet, fitque à Seroſo quidem humore Anaſarca, ut à pituitoſo, magiſque viſcoſo, Leucophlegmatia, & ab utroque, priore ſaltem, cùm abdomen cum cruribus tantùm occupatur, Aſcites: Memoratorum ſymptomatum ratio facilè patebit, expendenti quoties Sanguis, undecunque tandem factus fuit vitioſus, & cachexiam producens, toties humores reliquos (*vide §. Talis generatur vel*) cùm ex ſanguine ortum habeant, ſigni quoq; vitioſos, unde non tantùm Appetitus utrque vitiatur, ſed ipſorum præterea fermentatio, quare *anxietates* circa præcordia, cordiſque dolor preſſans ſequuntur, tam ante, quàm poſt ipſorum aſſumptionem: Dum verò perperam fermentatorum alimentorum pars, vel maſſa tota per inteſtinum tenue propellitur, qui confunditur ipſi ſuccus pancreaticus & bilis, pariter vitioſi, non tantùm expectatam utilium inutiliumque

Partium ſecretionem corrumpunt, verùm contingit quoque vitioſa horumce humorum effervescentia; Quin non rarò halitus flatúſve multifarij, ex illa vitioſa miſcella excitati, non tantùm dictam anxietatem augent, verùm ad cor delati, *Palpitationem* producunt, ad Pulmones *Dyſpnoeam*, quaquaverſum propulſi, *Laſſitudinem*. Ex eodem humorum omnium vitio pendet nominata *Febris*, quatenus vitioſè in dextro cordis ventriculo effervescentes, inter alia ſymptomata *Pulſum* quoque cient ſolitò frequentiorem, adeoque p. n. Cùm autem præ inquietudine ægri ſæpiùs corpus denudent, facilè contingit, ut per Pancreatis vaſa pituita delata, ibi coaguletur, obſtructioneſque pariat, ob quas ſuccus ſtagnans *Intermittentis Febris* multiſariæ cauſa exiſtit; id quod citiùs faciliúſque fiet, ſi corpus ſudore diffluat, porique cutis pateant, vel aër occurrat frigidior & aſperior. Crudæ minúſque tinctæ, craſſæve prodeunt urinæ, propter humores dictos acriores, minùs cum ſanguine concreſcentes, aqueoſve abundantes, ac deſideratam effervescentiam minuentes, adeò ut non ſequatur requiſita partium excrementitiarum, cum urinis excernendarum, ſecretio, nedum excretio. Cùm autem tunc partes omnes malè nutriantur, ideò cutis facies præ cæteris expoſita, noxæ ſuæ ſigna promit per colorem, pro colorum maximè peccantium varietate, varium; Cùm autem acrimonia humorum concurrit, tunc illa internè doloribus, externè puſtulis manifeſtatur: *Fr. Sylvius Prax. l.1.c.39.*

9. *Signa ſunt color propter.*) Cùm in Cachexia omnes corporis partes perperam nutriantur, mirum non eſt, ſi & functiones omnes in cachecticis ac ſingulæ vitientur, 1. *Fames* ut plurimùm minuitur, aut depravatur, rariùs intenditur, 2. *Sitis* depravatur magis quàm augetur, rursùs tollitur, 3. *Alimenta* cum faſtidio ferè aſſumuntur, quin & illa quoque quæ perperam deſideraverant ægri, 4. Ab aſſumptis *alimentis gravantur* fere cachectici, unde *compreſſivus* quoque cordis dolor, aliquos quidem continuè, aliquos, imprimis poſt alimentorum aſſumptionem, urget, aliquando *nauſea* vel *vomitus* 5. Sed nec ſemper ubi ad inteſtina protruduntur quomodocunque fermentata in ventriculo alimenta, benè habent cachectici, cùm imprimis tunc aliqui habeant malè, ob *Tormina*, vel *Lancinationes*, aut *Diſtenſiones*, *Anguſtiaſve in abdomine* obortas, 6. Nonnunquam comes eſt *Alvi adſtrictio*; nonnunquam *Alvi fluxus*, iſque varius, nunc magis, nunc minùs moleſtus & gravis. Nec tantùm in abdomine, malis urgentur Cachectici, ſed 7. adeſſe mox ſolet aucta tunc *Dyſpnœa*, pleriſque continuè præſens, ad leviſſimum tamen corporis motum, aſcenſum præſertim, moleſtior. Hanc 8. comitari ſolet *cordis Palpitatio*, & *arteriarum* circa jugulum & tempora *pulſatione* viſui manifeſta ſe prodens, quinimò ad quieſcendum aliquos non infrequenter cogens, 9. *Febris lenta*, pleriſque comes, atque ubi *contabeſcere* ſimul incipit *corpus*, paulò poſt alimentorum aſſumptionem exacerbata, ideoque hectica. Dum autem ſanguis in dies vitioſior factus, quaquaverſum propellitur, eiuſque aliquid hinc inde partibus adhæret, mirum non eſt, ſi 10. univerſi corporis, crurum præſertim, *Laſſitudo*, in quibuſdam *ulceroſa* obſervetur, Animales quoque 11. facultates omnes, *ſenſus*, tam *interni* quàm *externi*, ut & *animalis motus*, plus vel minùs langueant, animuſque ipſe *triſtatus* aut *moroſus* fit. Quin 12. *cutis color viridis*, immutatur in pallidum, *flavum*, ſive *cereum* & quandoque vireſcentem, quod imprimis in facie apparet: 13. *macilentia* quoque accedit ac permanet, ni accedente *Leucophlegmatiâ* vel *Anaſarcâ*, *turgidulum tumidumque* fiat 14. corpus In *ore*, ferè, *linguaq;* *aridiore* mutatur *Saliva*, nunc craſſior, nunc tenuior, nunc ſubſalſa, nunc ſubamara, nunc impensè dulcis exiſtens, 15. Ipſa *urina* plerumque quidem *cruda* exiſtit & *aquea*, aliquando *varia*, cum mulnſario ſedimento. Quibuſdam, 16. accedit *capitis dolor*, nunc in parte anteriore, nunc in poſteriore, nunc in alterutra, nunc in utroque latere, nunc *gravans*, nunc *lancinans*, nunc *findens*, nunc *pulſans*, &c. 17. Si quis *ſexum* ſequiorem conſideraverit, obſervabit præter memorata ſymptomata, in ipſis ferè graviora, plura reperiri, *Suppreſſos menſes*, ac neſcio quæ non ipſos conſequentia mala, *Suffocationes*, idcirco *uterinas* dictas, multiplicia *animi deliquia*, *Anxietates circa præcordia* inexplicabiles, *inſultus epilepticos*, &c. 18. Nonnunquam tam viris quàm mulieribus, accidit *impotentia ad generandum*, nonnunquam *generatio vitioſa*, tum ratione ipſius *geſtationis in matre*, tum ipſius, *fœtus in utero geſtati*, ac poſtmodum ex *utero excluſi*: Hinc enim *ſterilitas* frequens in utroque ſexu, unde aut *ſemen deficit*, aut *penis erectio*, aut *voluptas*, aut *conceptio*, &c. Non omnia quidem memorata in ſingulis obſervantur Cachecticis, ſed in quibuſdam plura, in aliis pauciora, in quibuſdam hæc, in aliis alia. Unde colligere licet, *vitium ſanguinis non ſemper ſimile exiſtere in Cachexia, at modò graviores, modò leviores, plures aut pauciores, vel magis miſtas agnoſcere cauſas.* Fr. Sylvius.

10. *Aliquando propter bilis, aut &c.*) Cachexiæ ſpecies, una *citrina* dicitur à Practicis, *χλώρωσις* dicta Gallis: Hæc vox eſt ἀπὸ τῦ χλωρὸν, quæ non rectè interpretatur *pallidus* aut *viridis*, ſed pallidus cum virore, qualis eſt foliorum ab arbore caducorum: hæc aliquando tranſit in Aſciten calidum, aliquando in Tympaniten, tum imprimis cùm eſt à retentis vacuationibus. *Hofmannus l.c.*

11. *Aliquando lividus aut plumbeus.*) Unde Cachexia Nigra dicta, cùm poſt Icterum nigrum, diu manet corpus decolor, ob craſſitiem humoris diſcutiendi. *Hofmannus Inſt. l.3.c.66.*

12. *Tumor cum gravitate, &c.*) De pituitosâ Cachexiâ, quòd frequentior ſit, potiſſimùm diſſerimus, per quam, ut ſcripſit *Aetius Tet.3 ſerm.2.c.19 Habitus corporis in aquoſitatem* diffunditur: Quemadmodum autem in arte dicendi ſtylus μετεωρὸς, ſive turgens ac ſufflatus, toto genere diſſidet ab ὑψηλῷ, h. e. verè grandi ac ſublimi, ſic in arte medendi inani cachecticorum ſagina verum robur mentiri nequit, non modo ob colorem ἄυγον, pallidum & aquatum, vel ἀφυώδη, Aphyâ piſcis, inſtar ex albidum, defectu ſanguinis ῥοδίζοντος, ſed etiam propter ſiſtentiam turgidulam, flaccidam & quæ appreſſu digiti veſtigium aliquod ſervat tempore, ὑχέσιν illa οἰδηματώδης, quam ἐφθότητα appellavit. *Hippocrates l. de Diata, &c*, vulgò *Bouffiſſure.*

In *facie* quippe, quæ naturali laxitate phlegmaticam impuritatem facillimè combibat, conſpectior eſt atque dilucidior, præſertim ſub Auroram, noctu & per ſomnum capite repleto; Ac inter vultus particulas, gena inferior, quoniam propter immobilitatem excrementa non ſatis diſſipat, conſuevit ex iurgeſcere, cavitateſq; huic ſubdita κοιλιδίαι, ut patet exemplo vinolentorum crapulam edormiſcentium, *Hippocrates μετέωρα τὰ ὑποφθάλμια* nominat.

Manus etiam & *pedes*, præ reliquis memini ampliantur in molem, non mane, ut vultus, ſed potiſſimum ſub veſperam, humoribus per diurnos motus, eò vel attractis, vel propria gravitate delabentibus: Adde quòd in iſtas partes, utpore infirmiores, ab arce vitæ remotiſſimas, caloriſque influi συμφυὴν avarâ manu recipientes, cætera membra ſeſe lubenter exonerent.

Nec

Nec modò corpus [illegible], humiditate ſuperva-canea [illegible], [illegible] ſubtumeſcit, [illegible] *al[illegible]ſcit* etiam ac *gravatur* [illegible] ubique [illegible] c[illegible]minantur, hinc [illegible], [illegible] motus pigritiei ob quam [illegible] [illegible] [illegible] ducunt [illegible]tum, nec certo pede ſignant humum; Imò præter oriẽtem motricem, ſenſifice quoque ac principes facultates elangueſcunt, ſpiritibus animalibus, quos igneos eſſe docet, aliquantum aqueſcentibus.

Poſtremò obſervavit *Ariſtoteles*, ac poſt ipſum *Theophraſtus*, Cachecticos ob ichoroſam ſanguinis naturam, cruento ſudore interdum madeſcere, qua pariter ratione purgationes menſtruæ mulieribus, [illegible] diutius perdurant. *Menjotius.*

13. *Cauſa.*) Cauſa proxima Cachexiæ, eſt nimia cruditas *maſſæ ſanguineæ*, indeque dependens, deficiens, aut imminuta eius fermentatio: Unde chylus & ipſe plus minùs vitioſus non ritè aſſimilatur; ſed tota maſſa eodem repleta, crudè & vitioſè fermentans manet, unde tali crudo ſanguine per partes circulato hæ chylo & ſanguine, non ritè alteratis ne[c] volatiliſatis, infarciuntur potiùs quàm debitâ aſſimilatione nutriuntur, ita ut rectè dicat *Foreſtus*, corpus non aliter inflatum eſſe, quàm paſta non ritè fermentata, in qua digiti impreſſi veſtigium hæret: Cauſa remota eſt multiplex. *Etmuller.*

14. *Cauſa omnia illa quæ.*) Cauſæ non malè ad *ſex res non naturales* dictas, homini neceſſariàs & inevitabiles, *cæteraque fortuito* cuivis, ſubinde *accidentia* revocantur: Inter ſex res non natur. primus locus meritò *Alimentis, medicamentis & venenis* perperam uſurpatis datur. Cachexia ergo produci ſolet 1. ab *Alimentis* etiam optimis, ſi maiori copia & indecenti tempore ſumantur ac diutiùs: 2. ab *Alimentis medicamentoſis* dictis, quippe quæ citiùs, faciliùs potentiuſve ex uſu perverſo afferre poſſunt homini noxam, 3. à *medicamentis* propriè dictis, abſque urgente neceſſitate uſurpatis, 4. à *venenis* ſemper talibus.

Ad *Alimenta* optima referuntur *Panis & vinum*: De illo vulgò dicitur, *Omnis repletio mala, Panis verò peſſima*: Quantùm damnorum afferat *vinum*, patet, cùm tam frequenter occurrant ex eius abuſu facti Cachectici & tandem hydropici: *Carnes* quævis copioſiùs aſſumptæ, ac imprimis *piſcis marini* præſertim, utpote plus pituitæ generantes: Ad *alimenta* medicamentoſa refero *aromatica omnia, condimenta, fructus horæos, Olera & Acetum.*

Ad *medicamenta* pertinent *theriaca, mithridatium, Diaſcordium, corallia, creta, Ocul. cancr. Lacca. Pix, Reſina*, &c.

Ad *Venena leviora* refero *ceſpites, cineres, calcem*, &c. neque enim fortiora uſurpantur, quin mox vitæ periculum præſens immineat.

ij. Ab Aëre, à quo ſicut commoda homini accedunt plurima, ſic & noxæ obveniunt innumeræ: Imprimis ſubitæ eius mutationes, eæque notabiles, deſtruunt potenter hominis ſanitatem, inter quas omnium peſſima, eſt *frigus acre, magnum æſtum ſubitò excipiens*: Ab hoc enim ſoluta, & quaquaverſum propulſa cum ſanguine pituita, in corporis præſertim ſuperficie habituve coagulatur, mox & inflammationem ſanguinis, ſaltem ſtagnationem parit, unde dolores tum in ſuperficie acres, tum in habitu graves excitantur, hinc ſenſim à ſanguine ſtagnante, atque plus minúſve corrupto maſſa reliqua tardiùs citiúſve inficitur, & cachexia producitur: Idem autem evenit quoties non corpus univerſum, ſed aliqua duntaxat pars notabilis, atque imprimis caput, vel uterus quoque afficitur, unde in utroque ſexu gravedo; hinc & quandoque poſt catarrhalem febrem Cachexia gignitur; ſicut contra in fœminis, vel menſtruorum ſuppreſſio, vel eorumdem retardatio, ac conſequenter Cachexia generatur.

iij. Inter non naturales, ſunt *Animi pathemata*, inprimis magnus *metus* ac *terror* inopinatus, ac *mœror* ingens, à quibus non infrequenter produci obſervamus Cachexiam: Ab hiſce namque pituita redditur viſcidior & ſpiritus Acidus acrior, unde cæteri quoque humores, aut inertiores ſunt, aut ſiſtuntur; ſaltem in ſuo motu, ſicque paulatim tota functionum omnium œconomia perturbatur.

iv. Aliquando, licèt rariùs, *a nimio corporis motu* & agitatione, aut viciſſim *Deſidia & Torpore* producitur Cachexia, quatenus ab *exercitio immodico* exhauriuntur ſpiritus, humorum acrimoniam temperantes, aut in *Deſidia* minùs generantur, dum pituita cumulatur.

v. Aliquid conferre poſſunt *vigiliæ* diuturnæ, quæ ſpiritus animales valde conſumunt, unde minùs temperati poſſunt humores quivis, quare illis acribus permanentibus unuſa contingit, tam in tenui inteſtino quàm corde effervecentia; hinc & tandem Cachexia, *Somnus* autem immodicus & ſpiritus animales facit torpidos, & humorem pituitoſum reddit viſcidiorem, unde cacochymia & *cachexia pituitoſa* neceſſario conſequitur.

vj. *Excreta & Retenta* non ſecundum Naturæ leges ſe habentia, Cachexiam inducunt. Nam 1. *Alvi excrementa*, nimiùm fluentia, cùm alvi fluxum habeant comitem; eatenus ſæpe conſequentem habent Cachexiam, quoniam in omni alvi fluxu Bilis peccat, vel primariò vel ſecundariò, ob vitium ſucci Pancreatici, vel ſalivæ, vel alimentorum, medicamentorum, venenorumve aſſumptorum, quotieſcunque autem sive primariò aut ſecundariò peccat Bilis, toties, (licèt rectè fermententur in ventriculo alimenta) ſecretio chyli à fæcibus alvi continget vitioſa, & conſequenter ſanguis producetur vitioſus, & Nutritio fiet vitioſa, h. e. producetur Cachexia, 2. *Alvi excrementa duriora* cum Alvo adſtrictiore Cachexiam valent producere, quatenus alvi adſtrictio, meo iudicio, debetur *ſucco Pancreatico*, vel primariò vel ſecundariò peccanti, Primariò quando juſto eſt viſcidior, ideoque minùs acidus & acris; Secundariò, cùm is ab allabente pituità vel ſalivâ, vel alimentis valdè viſcidis, viſcidior evadit ac inertior, qui ſimilem producit ſanguinem, unde continget nutritio certo modo & gradu vitioſa, h.e. Cachexia, poſt alvi excrementa locum habet, 3. *urina*, quæ ſi *non ſufficienter ſecernatur*, atque in ſanguine ſtagnet, noxas neceſſariò adfert, illumque inficit & qualitatibus vitioſis inquinat, unde Nutritio fiet vitioſa, h.e. Cachexia; Eadem *urina ſi copioſius à ſanguine* ſecernatur, partem eius integritati ſimul neceſſariam adimet, ac proinde ſanguinem imperfectiorem præſtabit; hinc & Nutritionis vitioſæ h. e. Cachexiæ cauſa exiſtet, 4. *Seminis in corpore retentio*, non pauca hominibus mala creat, ab ipſo autem ſtagnante aſſurgunt halitus nidoroſi verſus ſanguinis maſſam, eamque ita inficiunt, ut Nutritio inde conſequatur vitioſa, h.e. Cachexia. Ejuſdem nimia effuſio, non tantùm vires exhaurit, ſed inſuper partem ſanguinis optimam, ut & animales ſpiritus valdè conſumit, unde præter alia mala determinata, nunc ſenſim nunc ſubito Cachexiam inducit, 5. Ad excreta revocare licet *Narium mucum*, à quo parciùs producto, rariùs quidem, aliquando tamen excitabitur Cachexia, quatenus ſcil. illa *muci* materia in ſanguine permanens, illum præſtat impurum, & Nutritionem affert vitioſam: Quoties autem in Gravedinem, idem non

ſolum copioſior, ſed ſimul tenuior & acrior, hoc eſt *Salſior & Acidior* effluit, ac non rarò bona ſui parte fauces petit, nunc ad Pulmones delapſus Tuſſim, nec infrequenter Phthiſin parit; nunc per œſophagum ad ventriculum delatus, alimentorum fermentationem unà cum proſtrato appetitu impedit, ac conſequenter chyli vitioſi ſecretionem gignit, mox & ſanguinis ſimilis generationem promovet, toties nutritionis pravæ, h. e. Cachexiæ cauſa exiſtit, 6. Ad Excreta refert *menſtruorum fluxum*, à quo ſuppreſſo, Cachexiam frequenter ortum ducere nemo ignorat. *A nimio* autem eorumdem *fluxu*, idem contingere oſtendit experientia, 7. *Lochiorum fluxus*, partum excipere ſolitus, parciùs & copioſiùs fluens, inter alia mala Cachexiam inducit, 8. *A lactis nimio effluxu*, tam ſæpè valdè debilitantur fœminæ, vt non infrequenter incidant in Cachexiam: *Fluxum muliebrem* frequentiſſimam Cachexiæ cauſam, miſſum facio, quippe qui fœminis naturalis non exiſtit, hoc autem loco agimus tantum de Excretis & Retentis s. n. contingentibus, p. n. vitiatis.

Ad cauſas præcedentes, Fortuitæ referendæ ſunt, *medicamenta & venena*; Non rarò enim ab illis, vt vt optimis, ſed præpoſterè uſurpatis, & quidem *externè*, Cachexia ſuum ortum habet, quatenus aliquo vitio in corporis ſuperficie exiſtente ac moleſto, ſcabie putà, puſtulis, &c per medicamenta forinſecus applicata, exſiccantur quidem & obliterantur illa vitia, ita tamen, vt introrſum propellatur humor ibi peccans, qui ſanguini communicatus eundem inficit, & vitioſæ Nutritionis, h. e. Cachexiæ cauſa exiſtit: Fit & eadem, quatenus humor noxius per corporis ſuperficiem propellitur & expellitur, is verò denuò repellitur introrſum, vel ſiſtitur in ſuperficie per medicamenta perperam uſurpata, quare attendendum medico, ne temerè medicamenta humores vitioſos in ſuâ expulſione & exitu ſiſtentia, vel impellentia uſurpentur; poſtquam crebrò graviſſima inde exſurgunt mala: Idem de *Venenis* propriè dictis dicendum, quò referenda imprimis illa, quæ in ſpecie Cachexiam producere ſolent, atque non ſubitò quidem mortem producere, at poſt vitiatam demum Nutritionem, h. e. Cachexiam. Ad *Fortuita* ea quoque referenda, quæ partes externas *contundendo, vulnerando*, aliiſve modis lædendo, ita poſſunt labefactare, vt inde ſanguis ad ipſarum nutritionem appellens, corrumpatur & ita vitietur, vt hinc Cachexia ſequatur: Nihil enim refert, an ſanguis vitioſus accedat ad partes integras, an idem à partibus corruptis corrumpatur, hinc vitietur Nutritio; id autem ſæpe accidere notum: Neque opus eſt, vt ſemper univerſi corporis ſuperficies, vel habitus contundatur, vulneretur, vt Cachexia univerſalis producatur, ſufficit in unâ parte corrumpi ſanguinem, eundemque in ſuo circuitu ad maſſam reliquam remeantem, univerſam ſenſim afficere ac inficere, unde neceſſariò Cachexia conſequenter univerſalis. Sic ex vulneratâ parte, *ſi copioſus* effundatur ſanguis, totum corpus detrimentum inde capit, dum minùs laudabilis producitur & in amiſſi locum reponitur ſanguis: Sanguine autem minùs laudabili, atque magis aquoſo exiſtente, Cachexia univerſalis conſequi ſolet. *Franc. Sylvius Append. Tr. v.*

14. *Omnia illa.*) Meritò omittimus, catharrhum è capite in partes omnes externas irruentem, hic namque mediatè quidem, videlicet nigros artus refrigerando, non autem per ſe & proximè Cachexiam valet accerſere, ſed meram tumefactionem œdematoſam, quæ veram cachexiam ſοφίζεται, etſi ab illâ totâ diverſa ſit. Sic ſanguine caloris ſyntectici maleficentia liqueſcente, ac liquaminibus, propter incluſos per diaphoreſin ſudores, alvum aut urinas egreſſum, ſub cute commorantibus, idea quædam emergit in cachecticæ habitudinis, eoque ſenſu cachexiæ & colliquationis cauſas ἀδελφὰς eſſe ſcribebat *Aretæus. Menjotius.*

15. *Quæ hepar & totum corporis habitum refrigerare.*) Contingit non rarò, vt inoffenſis viſceribus quæ nutritioni devota ſunt, ex ſolâ refrigeratione partium externarum, ὁμοιοτελεῖ munere, etſi omnis abſit in ſanguine lacuna, perfunctoriè fungentium, malus habitus exurgat, eòque modo plagarum paluſtrium incolæ, & qui ſubterraneo carcere diutiùs conduntur, aſſueverunt καχεξεῖν. Sic tradente *Polybio 3. Hiſtor.* Carthaginenſes ſub dio in locis Galliæ Ciſalpinæ paludoſis hybernantes, necnon ipſorum equi, cachexiam quandam perpeſſi ſunt; Imprimis evidens eſt particularem membrorum cachexiam, non culpâ allabentis alimoniæ (ſecùs univerſum corpus eodem vitio teneretur, ſed ipſarummet partium alendarum offenſa, abſque inteſtina origine progigni, Quemadmodum enim fructus maturi, atque alimenta cocta; Stomacho tamen cruda ſunt; & chylus coctus, hepati crudus eſt, ſic ſanguis etiam expuratus & decoctus, membris quæ nutrire debet, immaturus eſt ac immitis. *Menjotius.*

16. *Totum corporis habitum refrigerare.*) Vulgò ſtatuitur Cachexiam, & ſimiles affectus, omnes ex intemperie frigida, quæ ſententia cùm ſuperſtructa ſit hypotheſi, quòd hepar ſanguificet mediante ſuo calore, ſponte ruit: Quin potiùs *Willis Pharm. rat. p. 2. ſect. 2. c. 5.* materiam eſſe humorem ſeroſum, Efficiens verò eſſe ſanguinem, qui ſcil. aquas progignit, inque locis affectis deponit. *Etmuller.*

17. *Quamvis enim quod apponitur.*) Sanguis ſi commodè nutriturus eſt, membris primùm conglutinari, mox planè aſſimilari debet: In alba vitiligine apponitur ſanguis, ſed imperfectè convertitur, caro etenim quæ ſuccreſcit albida eſt, locuſtarum oſtrearumque carni conſimilis: In Leucophlegmatiâ ſanguis è capillaribus venis ad partes nutriendas exudat, fitque ros, non gluten, quòd dilutior ſit, nec adhæreſcat. In Cachexiâ verò ſanguis, quoniam inter vtrumque medius, putà & aquoſior quàm in vitiligine, & craſſior quàm in leucophlegmatiâ, affigitur quidem, at nequaquam permutatur, fit nempe gluten, non cambium, ſicque corpus propter iſtam ultimi alimenti glutinationem, etſi non peragatur inchoatum nutricationis opus, tamen ut in atrophiâ prætenve non eſt, quin potiùs vaſtâ mole turgeſcit. *Menjotius Differtat. de Cachexia p. 638.*

18. *Scilicet ſanguis eſt, &c.*) Cùm ſanguine nutriatur corpus, nemo non videt omne Nutritionis vitium, ſanguini vitioſo adſcribendum: Neque enim facilè quis ſibi aut aliis perſuaſerit, univerſi corporis partes omnes, ita ab ullâ cauſâ poſſe affici, vt integro permanente ſanguine, quocunque demum modo vitiari poſſit ipſarum omnium Nutritio: *Fr. Sylvius.*

19. *Scilicet ſanguis eſt pituitoſus.*) Cachexiæ omnis cauſa, eſt ſanguis qualitate vitioſâ præditus, ob quam licèt aliquantùm; & aliquandiu nutriantur corporis partes, non nutriuntur tamen uti oportebat, ſed pro qualitatis peccantis varietate, modis variis læditur ipſarum nutritio: unde plures quoque obſervantur Cachexiæ ſpecies; tum ſecundum coloris mutatio, tum ſymptomatum coniunctorum diverſitatem diſtinguendæ.

Vitiatur ſanguinis qualitas, & ab humoribus naturalibus, ad ſanguinis in corde conſtitutionem concurrentibus, ſed qualitate vitioſâ præditis, & à Rebus non natur. dictis, aliquem ex notatis humoribus ipſumque ſanguinem vitiantibus, & ita corrumpentibus,

tibus, vt prava ſequatur corporis nutritio.

Humores naturales, ſanguini confundi ſoliti, & hactenus noti, ſunt Bilis, & glandularum conglobatarum, cæterarumque corporis partium *Lympha*, vt & ſaliva ſuccuſque pancreaticus, unà cum bile in tenui inteſtino iuncti, atque ſingularem liquorem lymphæ admiſcendum componentes; ipſique adeò ſpiritus animales, quovis modo ſanguini redditi, quos omnes qualitate vitiosâ tum affici, tum eandem ſanguini communicare poſſe; vix putem aliquem negaturum: Sicut vero varia humorum vitia nonnunquam ſenſim & ſine ſenſu producuntur in corpore, ita eadem quandoque ſubitò ac ſenſibiliter gignuntur à rebus, non naturalibus, aliiſve venenorum nomine notandis, notabili exceſſu peccantibus, omnia in corpore conturbantibus.

Vitia iſta frequentiſſima & manifeſtiſſima ſunt *Acrimonia*, tum *Acida*, tum *Salſa muriatica*, tum aliquando *Salſa Lixiva* & viſcoſitas, vel *Fluiditas nimia*: *Fr. Sylvius.*

19. *Pituitoſus, crudus, &c.*) Qui cauſa immediata & proxima læſæ Nutritionis, imperfectè coctus, aut planè vitioſus, in corporis habitum diffuſus, partibus adhærens, nec tamen aſſimilatus: vt plurimùm eſt pituitoſus & ſeroſus, nonnunquam tamen ipſi aliquid bilis, aut melancholici humoris permiſtum eſt, unde diverſi colores p. n. lividi aut cum virore, albicantes, aut ſimpliciter albi pallidi, vel fœdi. *Rolfincius.*

20. *Crudus.*) Cruditas hæc ſanguineæ maſſæ naſcitur ex læſa αἱματώσει; læditur autem illa ob δυνάμεως πεπονθυίας, ἢ ἔξωθεν τινὰ πλημμέλειαν, ob *læſam facultatem*, aut ob *errorem externum*: *Facultas* læditur ab intemperiei, organicis aut communibus morbis partium ſanguificationi, vel πρώτως, vt *Cor*, vel δευτέρως, vt *hepar*, *lien*, *renes*, dum excrementis ſeparans deſtinata, inſervientium. Dum enim inde ſanguificatio læditur, mutuas tradunt operas, & cacochymia & Cachexia. *Rolfincius.*

21. *Iſque talis generatur.*) Quemadmodùm in genere, Cachexia ortum habet à ſanguine vitioſo, nutritionem vitioſam producente, ſic unaquæque Cachexiæ ſpecies, ortum habet à ſpeciali ac determinato ſanguinis vitio, Nutritionem hoc vel illo modo vitiante: Quævis proinde Cachexiæ ſpecies, hoc vel illud ſanguinis vitium eſſe tollendum, quocunque demum id fieri queat modo: Videndum proinde quot modis probabiliſſimè vitiari poſſit ſanguis, vt Nutritio inde ſequatur vitioſa & cachexia; Ideo cenſeo obſervanda eſſe omnia ſanguinem conſtituentia, & ad ipſius integritatem aliquid conferentia, vbi præter *humores ſanguinem componentes*, conſiderandas puto mutationes, *ſanguini per varia viſcera delato evenientes.*

Ad ſanguinem conſtituendum concurrere indico, 1. ipſum *ſanguinem* perpetuò *circulandum*, 2. *Chylum* ex alimentis aſſumptis eductum, 3. *lympham*, 4. *Liquorem ex ſucco Pancreatico*, *Saliva* & *Bile in tenui inteſtino prodeuntem*, atque per lacteas venas delatum, 5. *Bilem* per ductum hepaticum ad ſanguinem tranſeuntem: His 6. *Aer* addi poteſt & debet, qui in pulmonibus ſanguini jungitur.

Mutationem ſanguini per diverſa viſcera circulanti, aliquam accidere puto, imprimis in *liene*, *utero*, ac *Teſtibus*. Aliquid quoque ſanguini decedere puto in *Cerebro*, *Renibus*, *Glandulis*, &c.

Ad *ſanguinis* ergo *maſſam* conſtituendam concurrit, 1. ipſe *ſanguis ab universi corporis partibus* omnibus, uno Pulmone excepto, ad dextrum cordis ventriculum refluens, reſiduus, ſcil. tum à nutritione ipſarum, tum ab illa ſui parte, quam in ipſis depoſuit, vt in hunc vel illum liquorem mutetur. Cùm autem variæ ſint, ac plurimùm inter ſe differentes corporis partes, utique diverſas quoque deſiderabunt ſanguinis partes ad ſui nutritionem, quamvis non putem hactenus notabilem mutationem facilè illi accedere poſſe, vt inde cachexia ſequatur: Plus momenti ad hanc rem conferent liquores ex certis ſanguinis partibus producendi, *Saliva* purà, *ſuccus Pancreaticus*, &c.

Ad ſanguinis maſſam conſtituendam, dixi concurrere, 2. *Chylum* ex aſſumptis alimentis oriundum, cuius nomine Cachexiam frequentiſſimè produci docebitur inferiùs: Prout enim Alimentum quantitate, qualitate, ſumendi modo ac tempore, vitioſum uſurpatur, chylus quoque producitur ac elicitur inde vitioſus, cuius notabile ac perſeverans vitium, nunquam emendabitur in ſubſequentibus functionibus, quin ſanguis neceſſariò conficietur ex ipſo vitioſus, fietque proinde Nutritio itidem vitioſa, & generabitur Cachexia, quam à dictâ causâ ſæpè oriri, teſtis eſt experientia.

3. *Lympha* concurrit: Lympham in glandulis conglobatis, per corpus univerſum diſperſis bona & forſan maxima, certè maximè notabili ſui parte genitam: licèt non negem, quin potiùs magiſque putem animales ſpiritus quaquaverſum delatos, nec in variis, quibus ſervire ſolent, functionibus animalibus, aliiſque conſumptos, transfundi in vaſa lymphatica, ſicque redire ad ſanguinis maſſam, poſtquam lympham glanduloſam in medio ſuo fluxu deliniverunt ac temperarunt: Huic uſui inſervire poſſe ſpiritus animales undecunque refluentes, vel inde patet, quòd tam multi in prædictas Glandulas conglobatas inſerantur Nervi, haud in alium uſum probabilem, quàm vt generatam in ipſis lympham ſubacidam temperent: Quis enim putet ipſos animali motui Glandulis denegato, inſervire poſſe; Aut ſenſui externo in Glandulis minimè membranoſis in ſuo parenchymate. Cùm enim in dies confirmer per ea quæ accuratiùs obſervo in Praxi medicâ, in ſanis æquè ac ægris, de aciditate participare lympham, nemo, niſi rudis in operationibus & mutationibus Chymicis, negabit temperari, demulceri, ac deliniri poſſe à Spiritibus animalibus, cum vini ſpiritu plurimùm convenientibus, lymphæ aciditatem: Sicut autem aciditas temperata, benigna eſt blandaque, ſic eadem minùs temperata & purior, Acris exiſtit & vi ſuâ corrodente noxia: Quoties proinde à quocunque demum errato in vi. rebus non natur. aliiſque fortuitis commiſſis, vel exhauriuntur vel torpeſcunt, vel aliàs in ſuo ad Glandulas, vel vaſa lymphatica motu impediuntur Spiritus animales, utarque producetur permanebitve Acidior & Acrior, ideoque homini nocentior lympha: Per experientiam quippe conſtat, in vehementi corporis exercitio, aut laboribus deditis, aut perpetua mentis defatigatione, ac vigiliis detentis, humores omnes exiſtere acriores, id quod probabiliter contingit, ab exhauſtis magnâ copiâ ſpiritibus animalibus: Cur autem ſpiritibus animalibus conſumptis abundantiùs, omnia exiſtent in homine acriora, niſi ab ipſis præſentibus temperentur Acria? Hinc eſt, quòd homines tales aſperiores atque magis irritabiles exiſtant, quàm ſegnes torpidique, in quibus redundantes ſpiritus iidem omnem acrimoniam demulcent ac leniunt, eoſdemque animo præſtant manſuetiore minuſque irritabili: *Lympha* ergo ſi *Acidior* exiſtat, effervescentiam in corde acriorem, adeoque noxiam & ſanguinem vitiantem, hinc & nutritionem lædentem, quin Cachexiam producet; Prout autem Aciditas plus vel vel minùs peccaverit, plus quoque vel minùs pec-

cabit Cachexia; Non tantùm ratione Aciditatis auctæ peccare poteſt *Lympha*, ſed aliquando *diminuta*, unde *non ſufficiens* continget *in corde ſanguinis efferveſcentia*; nec proinde ſanguis exiſtet laudabilis, corporique ritè nutriendo utilis, ſed noxius & cachecticus, ſive viſcidior ſimul exiſtat, ſive aliter peccans: Ab *Acriore* enim & *Acidiore Lymphâ*, fit Cachexia doloribus & lancinationibus comitibus moleſtior; Ab eadem viſcidiore aut minùs Acida, ſequetur Cachexia *doloribus gravativis* vocatis, & *motus tarditate* moleſta. Hæ in Lympha mutationes debentur vel *Aeri* externo, nunc aſperiori, nunc æſtuanti, nunc aqueo & pluvioſo, vel Alimentis nunc acidioribus, nunc viſcidioribus, nunc pinguioribus, nunc ſpirituoſioribus, &c. vel *animi motibus* vehementibus, & quidem nunc Iræ, nunc *Terrori*, nunc *mœrori*, nunc *Gaudio*, &c. vel *corporis motui vehementiori*, aut *quieti* & ſegnitiei turpi, vel *vigiliis*, *ſomnove* immodicis, vel, inter *excreta* Retinenda, *hæmorrhagiæ*, qualicunque enormi, vel narium, vel menſium, lochiorum, hæmorrhoidum, vel ex vulnere fortuito, aut venâ ſectâ, &c. *Vomitui* quoque aut *Alvi fluxui* qualicunque, ſeminis profuſioni, &c. Ex quibus omnibus lympham quoque mutari & vitiari teſtantur varij affectus, has excretiones conſequentes; Sic contrà *Retentis excernendis*, Idem contingit, e. g. *menſtruis*, *lochiis*, *urinâ*, ipſiſque *Alvi excrementis*; unde lympham quoque vitiari exiſtimo.

Ad ſanguinis maſſam conſtituendam dixi concurrere, 4. *Liquorem ex Saliva*, *ſucci Pancreatici* & bilis confluxu, in tenui inteſtino exſurgentem; In ſectionibus enim Anatomicis notum, *ſuccum Pancreaticum perpetuò effluere ad inteſtinum*; *Rurſus probabile videtur Bilem*, aut *continuò*, aut *certis intervallis ad certa irritamenta*, *ex ſuo Folliculo expelli*, & *ad inteſtinum propelli*: Denique *Salivam nobis vel non cogitantibus*, adeoque *dormientibus*, *perpetuò ac ſponte in os confluere*, *hinc* & *deglutiri*, plura evincunt, ac præterim os plenum mox ſi caveatur tantiſper à continuâ in ore ſalivæ deglutitione: Eandem *Salivam* ita copioſè ad os perpetuò fluentem ac deglutitam *non permanere in ventriculo*, verùm ad inteſtina mox traduci, atque ibidem diutinam moram non nectere, probatur, 1. ex ipſius deglutitæ copia, 2. ex ejuſdem in ventriculo repertæ paucitate, 3. ex Pituitæ inteſtinis ſecundum naturam adhærentis, (ex Salivâ ortum ſuum ſi habeat) itidem paucitate: Cùm ergo & *ſuccus Pancreaticus* continuè, & *Bilis* forſan itidem continuè, & *Saliva* ſimiliter continuè, ad tenue inteſtinum confluant, nec tamen in ipſo permaneant, nec ſecundum naturam per alvum notabili ſaltem quantitate excerni obſerventur, utique opus videtur ac neceſſe, ut ſimul confluant, miſceantur, in ſe mutuò agant, & liquorem aliquem parent, qui per lacteas venas transferatur ad Ductum Thoracicum, atque ibidem cum Lymphâ junctus, ſanguini ad cor deſcendenti admiſceatur: Intereſt autem ſcire, cujus naturæ ſit futurus ille, ex his tribus conflatus liquor: In *Salivâ* & *ſucco Pancreatico* docui ineſſe; meo ſaltem judicio, *Spiritum acidum*, ſed temperatum; In *Bile ſalem lixivum*, itidem temperatum: Excitabitur proinde ex horum confluxu efferveſcentia, ſed blanda & jungentur ſimul tres hi liquores, ita tamen ut dominium habeant Saliva & Succus Pancreaticus, cum quibus concreſcente Bile, liquor parabitur cum *Sale Armoniaco* aliquam affinitatem habens, Probabile namque videtur mihi abundè infringi ſalem lixivum Bilis à *Saliva* & *ſucco Pancreatico*, & ita quidem, ut eum *Lympha* nullam novam excitet efferveſcentiam, ſed illi placidè jungatur: Ex hac proinde miſcellâ roborabitur Lymphæ vis, quin ut cum *aſcendente ſanguine* faciliùs miſceatur, & naturalem efferveſcentiam excitet, magis diſponetur: Ab eadem miſcellâ cenſeo pendere maximâ ſui parte, *ſanguinis concretionem* & laxam compagem, variis ſanguinis uſibus perutilem, imò neceſſariam.

Hac miſcella variis modis lædi poteſt, atque *Cachexiæ diverſa* cauſa exiſtere, & quidem tum ratione *Salivæ* & *ſucci* Pancreatici vel acidorum, vel ſalſorum, vel dulcium, vel minus amaræ ac inertioris, vel pinguioris vel viſcidioris, vel quovis alio modo peccantium; tum ratione *Bilis*, vel amarioris & acrioris, vel viſcidioris, vel quovis modo alio vitioſæ. *Salivam* vel *ſuccum Pancreaticum* Acidiores nonnunquam p. n. occurrere, quotidiana oſtendit experientia, *dum Saliva in os ſæpiùs effunditur, tam Acida* & *Acris*, ut totam oris ſuperficiem & linguam exulceret, quin deglutita fauces, & œſophagum ſimiliter afficiat, mox in ventriculo ac inteſtinis dolores torminaque producat intolerabilia, & ita quidem, ut omnia erodi atque dilacerari credantur in ventre.

De ſucco Pancreatico Acidiore & *Acriore hoc ipſo tempore habeo exemplum in uxore Nob. N. quæ licèt per dies xv. ac plures nihil Acidi ſumpſerit, ſubinde tamen Aquam tam Acidam ab inferioribus aſſurgentem evomit, ut impetu ſtupeant dentes, ac vix eius queat in ore manens Acrimonia Acida.* A Salivæ autem vel ſucco Pancreatico Acidioribus, neque enim ſemper obſervatur uterque liquor ſimul Aciditate nimiâ peccare, producetur dubio procul ex triumviratu illo exſurgens liquor acidior, à quo eadem in ſanguine mala producentur, quæ dixi produci à Lympha acidiore.

Ad ſanguinis maſſam conſtituendam dixi, 5. concurrere *Bilem per ductum hepaticum*, *refluentem per venæ Portæ ramos ſanguini*, & ſpeciatim *Lienoſo*, in contempto quidem vulgò, à rei peritis tamen laudando viſcere, pluſquam perfecto, ex meâ conjecturâ miſcendam. In hac *Bile* dixi ſæpiùs *exſuperare naturaliter ſalem lixivum*, *ſed volatilem atque oleoſum*, cujus malè affecti nomine imprimis noxam contrahet ſanguis & cachexiam producet: Accidet autem illud 1. quoties *Sal lixivus minùs erit volatilis* & *oleoſus*, ac proinde *ſolito debito acrior*, atque imprimis ejus ſerum, quod ſæpiùs in hiſce forſan Belgij oris maritimis accidit, in quibus ob frequentiorem ac perpetuum ferè carnium piſciumque muriâ conditorum, aut fumo inſuper induratorum uſum ac abuſum; *Serum* obſervari ſolet in pleriſque ſubſalſum, quod ſ. n. requirebatur inſipidum: Ab hoc *Sero ſalſo* pendet *Cachexia Scorbutica* iis in regionibus endemia. Sanguis quoque noxam contrahet, 2. à *Bile*, quoties *magis* exiſtit *volatilis* quàm decebat, unde facilè ac crebrò ad ventriculum aſſurget, nauſeam vomitumque pariet, quin univerſum ſanguinem efficiet magis fluidum & ad hæmorrhagiam pronum, quâ crebrò accidente, atque ſanguine optimo ſenſim diminuto, aquoſior, atque cachexiæ producendæ pronior evadit. Sanguis rurſus noxam à Bile contrahet, 3. cùm ipſa *exiſtit magis oleoſa*, ideoque ad motum inertior, unde minùs retunditur Lymphæ, *ſucci Pancreatici* & *Salivæ aciditas temperata*, quare ſanguis faciliùs degenerat in *Pituitam viſcidā*, ex quâ non tantùm flatus in tenui præſertim excitantur inteſtino, ſed inſuper *Leucophlegmatia*, *affectio Hypochondriaca*, & ſimiles producuntur unà cum conjuncte Cachexia.

Sicut

Sicut ab Alimentis variis modis peccantibus, producitur *Bilis vitioſa*, ita idem accidere ſolet ab *Aere* variè affecto, tum ratione temporum anni, tum ratione ventorum, pluviarum aliorumve ipſi admiſtorum: Ab *Aeris* namque *æſtu*, *acrior* redditur *Bilis*, uti ab ejuſdem *frigore*, temperatur & compeſcitur eadem: Sic ab *Irâ excandeſcit Bilis*; ab *animi mœrore aut metu* infringitur; Idem de *vigiliis corporiſque motu*, atque *ſomno* & *inediâ* dicendum. Qualis autem Bilis exiſter in homine, talis ab ipſa in ſanguine, hinc & conſequente, Nutritione effectus ſequitur: Atque hæ ſunt partes omnes, ex quibus obſervare potui, conſtitoi ſanguinem in dextro cordis ventriculo paratum, & inde ad Pulmones propulſum: Idem ſanguis, antequam cæteris corporis partibus inſerviat; per Pulmones minore circulo cieri ſolet, donec ad ſiniſtrum ventriculum deductus, atque ab inſpirato aëre modo ſuo alteratus, reliquo corpori advehatur: mihi autem valdè fit probabile Aëris, quo ſanguinem in dextro cordis ventriculo efferveſcentem contemperet, aliquid circulanti ipſi per pulmones admiſceri, atque unâ cum ipſo ad ſiniſtrum ventriculum pergere: Nihil enim impedit, canales tenuiſſimos pertingere ex aſpera arteria, in Arteriæ venæve Pulmonalis ramos, atque per ipſos Aërem ad ſanguinem uſque penetrare, modo forſan non planè diſſimili ei, quo per ureteres in veſicam penetrat urina: quin tale quid actu exiſtere, confirmare videtur obſervatio non ſemel cum ſucceſſu facta, cum flatu in aſperam arteriam ex folle propulſo, & in ſiniſtrum cordis ventriculum magnamque arteriam uſque deducto: Sicut autem ratio & experientia perſuadere videntur, vias eſſe aliquas ex aſperâ arteriâ in venam Pulmonalem, ſic probabile mihi eſt, vias alias patere Arteria pulmonali in prædictam arteriam aſperam, per quam halituulum quid, & valdè æſtuans, & à ſanguine ſecedens, ſe jungat aëri exſpirando, quem proinde ſimul calefaciat: Sive igitur Aër aut non ſufficiens, aut minùs conveniens inſpiretur, ſive excludendis halitibus & fuliginibus dictis vias præcludatur, vitiabitur neceſſariò ſanguis per Pulmones pergens, quin nutritio idcirco continget vitioſa: Quia ex eodem fundamento patet, pro Aëris neceſſitatâ ac ſemper inſpirandi diverſitate, ſanguinem futurum neceſſariò diverſum, & corpori nutriendo magis vel minùs aptum. Etſi autem nondum ſatis conſtet, an univerſus Aër, an aliquæ, ac quænam ipſius particulæ penetrent ad ſanguinem per Pulmones delatum, fit tamen ab effecto, refrigerio ſcil. & ſanguinis contemperatione inde procedente, valde probabile, illas Aëris partes præ cæteris ſanguini ferventi accedere, quæ aptæ ſunt natæ æſtum illum, ac Effervèſcentiam temperare, atque cum effervèſcentibus ſe jungere: Quòd ſi Effervèſcentia contingat, uti reverâ contingit, inter partes Salinas lixivas & Acidas, utique medio ſe habeant modo neceſſum, quæ æſtum nimium temperabunt: vix autem aliquod Sal mihi notum, cui illas partes aſſignare poſſim, præterquam uni *Nitro*, cujus aliquid Aëri ineſſe, atque tunc, ubi in ipſo abundat, plurimùm æſtum noſtrum temperare, docent inter alia *Nitrum* in aqua diſſolutum, & potum quemvis frigidiorem faciens, ut & *Nitrum* purum, aut ex ipſo præparato & cum ſulphure fuſo exſurgens Lapis Prunellæ dictus, temperando ſanguinis noſtri æſtui tam conveniens medicamentum: In Aëre autem contineri ſalem nitroſum, & imprimis flante Borea, demonſtrat inde fertilitas terris obveniens, atque omninò à *Nitro* pendens; uti hoc irrefragabilibus & ab experientiâ multiplici petitis argumentis evicit *Glauberus*. Prout verò Aëris *Nitrum*, aut quocunque nomine id alicui appellare libebit, quod eſt aëre inſpirato communicatur Sanguini per Pulmones circulanti, ſanguini quoque inde continget mutatio & vitiatio varia, hinc & nutritio ad diverſas Cachexiæ inclinabit ſpecies. *Franc. Sylvius.*

22. *Vel propter alimenta*) Ob Errorem externum oritur cruditas, ſi chylus non bene coctus, aut à ſuis quiſquiliis, quæ, authore *Galeno* 4. περὶ χρείας. c. 5. *ita prava, ut in tritico lapides & terra, ſylveſtriumque leguminum ſemina* non rectè ſeparetur, ſicque ad cor per lacteas thuracicas tranſmittatur: Hæc primæ coctionis vitia non corriguntur in ſecunda, quæ in corde fit; neque Jecori, ut quod in ſanguine in corde genito, ineſt, *velut palea & furfur*, ſeparatur: Agens enim non agit pro diſpoſitione agentis ſed patientis. *Rolfincius.* Hæc ſanguinis cruditas, vel etiam vinoſitas, ſi cacochymia ſimul adſit, aut ſeroſitas, ſi hydropis ſuſpicio, nonnunquam ab *alimentis* originem trahit, ſi talium continuus ſit uſus, quæ ejuſmodi ſuccum crudum, vel vinoſum aut aqueum, gignere poſſunt, qualia in ventriculi imbecillitate traduntur: Inter quæ *fructus* ſunt *horarii*, quorum immoderatiore uſu, cum juniores præſertim peccent, præ cæteris hanc ob cauſam cachexiæ ſunt obnoxii, maximeque virgines, cùm debiliores ſint minùſque exercéantur. *Platerus.*

23. *Vel propter viſcera*) Quamvis omnem vitiatæ in Cachexiâ nutritionis cauſam, in ſanguine imprimis quærendam inveniendamque ſtatuamus, nil tamen obſtat poſſe ab alicujus Partis, aut Viſceris noxâ pendere ſanguinis corruptionem dictam. *Franc. Sylvius*, vide §. *Ipſeque talis generatur.*

24. *Ut in Renum ſuppreſſione*) Quartam quidam addunt Cachexiæ ſpeciem ex Renibus, cùm ſerum illi non trahunt, ſed hic eſt primus gradus Aſcitis frigidi. *Heſſmannus l. c.*

25. *Sic enim vitioſus corruptuſque ſanguis profertur*) Inter cauſas à quibus vitiotus corruptuſque ſanguis generatur, recenſenda eſt *Fæcum chyli alvinarum ſecretio læſa*, Quæ ſecretio quomodo perficiatur oſtendit *Sylvius Pr. lib. 1. c. 10.*

Alimentorum in ventriculo fermentatorum pars tenuior, fluidior & albicans (Chylus) per lacteas venas & ductum thoracicum pergit ad Cor; craſſior alvinas fæces conſtituit: Seceſſum illum promovent bilis præcipuè, ſaliva & ſuccus pancreaticus; Obſervatur dicta *Secretio* lædi 1. cum nulla fit, 2. quando parcior 3. quando inutilia quoque, ac ideo noxia, ex parte alimentorum fœculenta ſecreta, unà cùm chylo pergunt ad ſanguinem, quam ſpeciem *Auctam* vel *Depravatam* appellare licet, Cauſas habet prædictis (*Vide cap. de Cœliaca aff. & Ilero*) contrarias hæc Secretio: Nam 1. Alimenta, uniuſcujuſque conſtitutioni maximè convenientia, & avidiùs expetita, præ aliis facilius citiuſque, imò amplius fermentabuntur, ac proinde ſolitò plus de ſuo tribuent chylo, ſed hinc nil niſi plethora & habitus athleticus imminet; Eadem ſi fuerint ſucci minùs laudabilis, facilè *Cachexiam* inducent, nec tum convenienter nutrietur corpus continens, aut reficientur vires, quas in contentis maximam partem conſiſtere putamus, Hinc fieri exiſtimamus, quod aliquando reperiantur nonnulli, qui & appetunt, & digerunt alimenta multa, minoſque laudabilia, interim ſenſim *contabeſcunt*, & deficiunt. 2. Alimenta, modo medio ſe habentia, h. e. non minùs excrementitias, quàm nutritias partes continentia, & aut minori quantitate, parciuſve aſſumpta, aut condimenti medicamenove alicujus ſimul uſurpati ope, potentiùs fermentata, tum facilius, tum copioſius, proment partes ſuas

liquidas, etiam excrementitias, unà cum chylo cor verſus tranſcolandas transferendaſque, hinc & Nutritioni quovis modo vitiandæ, occaſionem daturas: 3 Bilis naturali acrior, plus ſolvet ac eliciet ex alimentis probè licèt fermentatis, quàm decebat, unde chylus quoque minùs laudabilis expectandus: 4. Salivam, ſive ex ipsâ pituitâ ortam, ſuccumve pancreaticum concurrere, credo, quatenus ſpiritu volatili abundantes, alimenta ſat fermentata ulterius, adeoque nimium fermentant, atque ſic ad inutiles quoque ac noxias partes, unà cum laudabili chylo ſecernendas, & in lacteas deducendas anſam præbent. 5. Major noxa expectanda, ſi ſimul peccant, alias mutuò ſeſe temperant. *Franc. Sylvius l. 1. c. 10.*

26. *Cachexia pro ſanguinis conditione varia*) Variat Cachexia pro ſanguinis conditione, atque viſcerum, nec ſemper albo, ſed interdum citrino, livido, aut ex candido vereſcente colore cutem dehoneſtat; aut taliter vitiato, ut verbis exprimi nequeat, *Talis enim in cute efflorescit color, qualis ſanguis in corpore*, ait *Hippocrat. libr. de Humor.* Coria quidem brutorum, quia denſiora atque duriora, nullam ex humorum præfecturâ ſubeunt mutationem, ſed humana cutis, ea *Ariſtot. 3. de part. anim. 21.* tenuiſſima ac tenella, ſuccis admiſſis concolor efficitur; *Menjotius.*

27. *Pituitoſa*) Hujus prima ſpecies eſt *oedematoſa*, à pituita quippe, quæ in ventriculo ob intemperiem ejus frigidam & humidam generata, neque in hepate, neque in corde corrigi potuit: ut enim vulgare verbum habet, vitium primæ coctionis non corrigitur in ſecundâ. Hujus ſignum eſt, veſtigium digiti impreſſi manere, Hæc ad Leucophlegmatiam tendit. *Hofmannus l. c.*

27. *Pituitoſa*) Proxima continenſque Cachexiæ cauſa, eſt Sanguis vitioſus, & quidem non ſemper uno vitioſus modo, onde non parùm inter ſe differunt variæ Cachexiæ ſpecies, tum ratione affectuum conſequentium, Tabis purà, vel Anaſarcæ, aut Leucophlegmatiæ. *Fr. Sylvius.*

27. *Pituitoſa virgines afficit.*) Inter Cachexiam Pituitoſam dictam & Citrinam, ambigit Febris alba virginum, cùm ob menſium moram decolores fiunt, anguſtiam ſentiunt inter ſcandendum, contentiuſve ambulandum, pedes inflatos habent, præſertim ſub veſperam. *Hofmannus l. c.*

28. *Et Leucophlegmatiam denuntiat*) Sicut cachexia melancholica adventantem Elephantiaſin prænuntiat; ita *phlegmatica*, qua virginum nitor ſqualet & lividi coloris flos perit, eſt prima quaſi *ὑπωσις* leucophlegmatiæ; vel, ſi mavis ipſamet leucophlegmatia nondum adulta; ad hujus tamen celſitatem, ſi non itur obviam, breviter perventura, ſanguine, ob adauctam in dies cruditatem adeo ſereſcente, ut fiat *αἱχέμη-Ιος*. Quamobrem, teſte *Hippocrate aph. 7. 74.* Hydrops ſupervenit *λέυκῳ φλέγματι*, id eſt Cachexiæ pituitoſæ, non verò leucophlegmatiæ, ut plerique reddiderunt, Niſi quis velit nomine Hydropis, Aſciten interpretari, leucophlegmatiæ aliquando accedentem. *Menjotius.*

29. *Imbecilla*) Roborantur partes, earumque dyſcraſia tollitur, *Alterantibus & ſpecificis: Pulvis Cachecticus Quercetan. & Hartmanni, Tinctur. Corall. Elixir propriet. vitriol. & crocus martis* conveniunt; *Acidulæ nat. & artific. Spir. vitriol. martis*, Si ad *Scorbuticum* inclinet affectus, Antiſcelotyrbica, *Spiritus cochleariæ, naſturt. aquat. Syrupus ſcelotyrbicus*, *Elæoſacch.* antiſcorbuticum miſcenda: *magiſt. corallor. Perlar.* exhiberi poſſunt. *Rolfincius.*

Aliquandiu continuatis deobſtruentibus, fiat progreſſus ad *Alterantia volatilia*, plus minus *aromatica*, qualia ſunt omnia *Aromata*, omnia ſimplicia *Amara*, *Hepatica* aliàs dicta, omnia *ſalia & Spiritus urinoſi volatiles*, tam ſimplices quàm compoſiti, *Rob. juniperi. pulpa paſſular. & omnia paſſulata, Elix. Propr. &c.* Quibus pro circumſtantiarum ratione, nunc febrifuga, nunc antiſcorbutica, nunc emmenagoga permiſcenda, *Elixir propr. ſine acido, Tinct. Tartari compoſ.* &c. Horum uſus multiplex eſt, frequentius in forma nodulorum uſurpantur, nunc ſpecialiter alterantium, nunc ſimul laxantium, nunc ante, nunc poſt martialia v. g.

℞. *Herb. abſinth. menth. ana m. j. rad. helen.* ʒj. *gentian.* ʒß. *rhabarb. el.* ʒvj. *fol. ſennæ ſ. ſt.* ℥j. *rad. helleb. nig. non præpar.* ʒvj. *cort. eſulæ præp.* ℈ij. *ſalis tart.* ℥ß. *indantur Nod.*

Vel ℞. *Herb. roriſmar. ſalviæ ana m. ß. abſinth. ana m. j. flor. centaur. min. p. iv. geniſtæ p. iij. rhab. el.* ℥ß. *cinnam. galangæ, zinzib. ana* ʒij. *limat. mart. rec.* ℥iß. includantur nodulo vino infundendo, pro ſcopo alterativo, nam *rhabarbarum* non tam propter uſum *laxandi*, quàm alterandi & atoniam hepatis corrigendi &c. additur: Sanè præmiſſis præmittendis, in virginibus, præcipuè cachecticis, egregium uſum obſervavi, tam *Rob. Juniperi* ſolius, ſubinde uſurpati, quàm ex *Rob. Juniperi* cum *rhabarb*, pulver, facti Electuarii,

℞. *Rob. junip.* ℥iij. *pulv. rhab. el.* ʒiij. *cinnam. el.* ʒj. *m. f. Elect. de quo omni manè capiat bonam dozim* Aut hujus loco *Paſſulæ* uſurpari poſſunt, quæ mirè conveniunt in Cacheais quibuſvis, ſanguinem laudabilem ac temperatum reddunt, Bilem optimè in ſtatu naturali conſervant, & ſanguinis motum fermentationum nonnihil reſtituunt, Hinc *Electuar. Solenandri*, aut *Elect. ex Paſſulis Horſtij*, in Obſervat. conveniunt, vel.

℞. *Paſſular.* ℥vj. *extr. Martis cum ſucco, pomor.* ʒvj. *rhab. el.* ʒij. *cinnam.* ʒj. *m. f. Elect.*

Sanè quando in Cachexiis bilis acuenda, & ſanguinis motus fermentativus nonnihil reſtituendus eſt, aromatica talia, amara reſinoſa, & Rob hi aromatici, optimè conveniunt, nempe hæc omnia effectum calefactionis poſt ſe relinquunt, Jam verò intemperies frigida in cachecticis ſolet adeſſe: Item.

℞. *Tinct. tartari comp.* ſeu hujus loco *Elix. prop. ſine acido* ℥j. *eſſent. abſinth. centaur. min. ana* ʒij. *m. Signa eſſentia*, doſis gutt. 40. ad 50. bis vel ter in die manè, in vehiculo calido horis v. pomerid, in cereviſia, & ſub introitum lecti, vel.

℞. *Sp. ſal. armon.* ℥j. vel hujus loco, *carminat. de tribus* vel hujus loco, *tinct. nephrit.* vel *liquor. c. c. ſuccinati.* de quibus à meridie, & ſub introitu lecti capiantur xl. guttæ: Item cum aromaticis iſtis, interdiu uſurpatis, capiatur ſub introitu lecti *Elix. menthæ cochl.* parva dozis aut hujus loco *ſpir. baccar. junip.* &c. & horum medio promoveatur digeſtio prima, acuatur bilis, & reſtauretur dennò ſanguis. *Ettmuller.*

30. *Cachexiam ergo inferre poſſunt*) Huic affectui cum quibuſlibet fermè morbis ſociabilis eſt conſortio, *Cachexia omnium ſimul affectionum*, ait Aetius l. c. *converſio eſt, omnes ſiquidem morbi hanc procreant*, crebriùs tamen chronicas febres, viſcerum oppilationes vetuſtate robuſtas; nec non immodicas quaſvis, præcipuè ſanguinis evacuationes, ſimiliter hæmorrhoidalis menſtrualiſve effluvii moram comitari ſolet. *Menjotius.*

30. *Cachexiam ergo inferre*) *Cauſa remota* eſt multiplex, Obſervandum enim Cacheaiam, nunc eſſe *affectum primariam*, & qui per ſe incipit, nunc *ſecundarium*, alioſque inſequitur morbos, v. gr. qui quaſvis ſanguinis nimias effuſiones, aut ejuſdem conſuetas ſuppreſſas inſequitur: In ſpecie, *menſium ſuppreſſio*, uti & *nimius eorum fluxus* Cachecticas reddunt mulieres: Sic *Gonorrhœa*

diu-

diuturnas, aut *fluores albos*, item *febres chronicas* ordinariò inſequuntur: *Mola aut fœtus mortuus* retentus, etiam cachexiam inferunt: *Urinæ ſuppreſſio, viſcerum, hepatis* aut *lienis* vitia uti ſunt *atonia, obſtructiones*, & *tumores* facilè ſcirrheſcentes, *renum ulcera* &c. Cachexiam inferunt: *Cachexiæ primaria cauſa remota* eſt deficiens chyloſis, dum nempe alimenta, nec ritè fermentando volatiliſantur, nec in ſubdulcem aut ſubſalſum volatilem abeunt liquorem, ſed in pituitam acidam degenerant, adeoque vitioſum in primis viis acidum, quaſi fixum nec volatile, primum fundamentum cachexiæ ponit, quod fovet ulterius ſemper conjuncta bilis inertia, ſeu deficiens acrimonia ſalino volatilis, quæ nec corrigit, nec perficit debitè chylum, nec ritè fæces ſeparat, unde maſſæ ſanguineæ particulæ fermentativæ, ſucco iſto crudo obtutæ, debitam chyli alterationem, & ſanguinis alterationem, perficere nequeunt: quin hinc exinde crudus, plus minùs viſcidus, & quaſi occultè, acidus remanet, unde de facili ſtagnans in præcordiis, dum levi corporis motu celeriùs movetur ad Pulmones & Cor, *dyſpnœam* & anxietates affert, Quin & m. ſ. debitâ fermentatione vitiatâ & imminutâ, imminuitur quoque in fœminis menſtrua ſanguinis fermentatio: Quòd ſi ulterius incrementum capiat malum, ita ut habitus corporis tumidus inſigniter inflatus, & exinde fibrarum muſculoſarum & nervoſarum laxatus tonus flaccidus fiat, dicitur *Leucophlegmatia*, ſummus cachexiæ gradus: Quòd ſi ex retento qualicunque occaſione ſero, (cachectici enim non, aut difficillimè ſudant, & parùm quoque mingunt) feroſior ſimul fuerit ſanguis, oritur vitium quod dicitur *Anaſarca*, quæ eo erit major, ſi tali ſucco crudo obſtruantur glandulæ partium muſculoſarum, aut etiam vaſa lymphatica, ita ut lympha, aut ſaltem ſeroſitates, non commodè per lymphatica reduci queant: unde *Borellus cent. 3. obſ. 66.* obſervat corpus cachecticum cryſtalli inſtar tranſlucens: Quòd ſi humorum iſtorum ſeroſorum, plus minùs chyloſorum ſeu pituitoſorum, ex proprio impetu decubitus fiat magis ad inferiora, unde crura, ſcrotum, ac tandem abdomen intumeſcant, erit ordinarius ſic dictus. *Hydrops.*

Occaſionales cauſa chyloſeos vitiatæ à rebus non naturalibus dependent. Quoad *Cachexiam ſecundariam*, naſcitur hæc talibus occaſionibus, quæ ſanguinem immediatè afficere, vel, idque frequentiùs, mediante læſione digeſtionis primæ eundem alterare poſſunt: Sic ea quæ ſpiritus nimis exhauriendo, aut diſſipando, & hinc fermentationem ſtomachi lædendo, ut hæmorrhagiæ nimiæ, gonorrhœæ; vel fermentum digeſtivum alterando, ut menſes ſuppreſſi & febres chronicæ, mediatè ſanguinem alterant; Immediatè afficiunt ſanguinem Lues venerea, ſemper Cachexiam comitem adſciſcens: Urina ſuppreſſa, viſcera, abdominis præſertim, affecta, ſanguificationis aliàs perfectioni inſervientia, fœtus mortuus aut ſecundæ retentæ, ſanguinem inquinando, debitam quoque ejus ſpirituescentiam impediunt. *Ettmuller.*

31. *Morbis Hepatis & Lienis diuturnis &c.*) Morbi diuturni viſcerum robur ferè diſſolvunt, eorumque temperiem pervertunt, cùm præſertim mala adhibetur victus ratio, Itaque morbo perſanato, malus gignitur corporis habitus, ob depravatam hæmatoſin: Neque enim nutritio fit, niſi interventu ſanguinis laudabilis: Cùm fit vitio Jecoris Cachexia, ſuprà expoſitis oppugnandus affectus hujus ſymptomatis conjuncta; In omni igitur cachexia, visceris, unde mali origo dependet, prima ratio habenda, ut à ſorde detersâ, ſolutiſque obſtructionibus illud confirmetur, dein reſtaur[…] ſit venis & in habitu corporis cruditas concoquatur & abſumatur. *Enchirid. Med. Pract.*

32. *Suppreſſæ menſium*) In fœmineo ſexu, præſertim Virginibus, accedit menſtruorum defectus, cùm ſanguis ille craſſus, crudus, non adeo commodè & copiosè ad uteri venas poſſit defluere; nec natura quæ puriorem tantùm ſanguinem ad uterum pro nutriendo fœtu, tum quando conceptus eſt, tum etiam priùs menſtruatim ablegare ſolet, hunc crudum, vel etiam cacochymicum, utpote ad id præſtandum minùs aptum, eò derivet, ſicuti in menſtruorum ſuppreſſione Cachexiam potiùs illorum defectus, quàm menſtrua ſuppreſſa Cachexiæ cauſam eſſe demonſtravimus. *Platerus.*

Prognoſis.

Cachexia malum eſt chronicum & tardæ curationis: Quò magis inveteratum, eò difficiliùs curatur, ſed ſæpiſſimè in hydropem degenerat. Sin occurrat ſcirrhus hepatis aut lienis confirmatus, vix Cachexia curabitur; Si ſequatur febrim acutam aut intermittentem chronicam, malè à medico, vel crebriori potu ab ægro, difficilis curatu: Si cachexia ſuperveniat mulieribus, quibus ordine naturæ menſes deficiunt, difficulter curabitur. *Ettmuller.*

Prognoſis.

In univerſum ut iſte affectus nec ab uno prodit viſcere, ſed omnium eſt in deterius converſio, ita etiam tarde pellitur, Tempus quoque anni non unum hanc fert ægritudinem, neque uno finitur tempore, Autumnus eam concipit. (*ſuppreſſis propter anomaliam excrementis, quæ debuerant per cutem diſſlari*), Hyems alit, *quia morbo congener.* Ver ad faſtigium perducit, *motis ac ebullientibus nec tamen diſcuſſis a novo rapidoque ſole humoribus* Aeſtas vero jugulat, *ſupple non ægrotantem, ſed ægritudinem quam ſuo calore diſcutit.*

33. *In curatione*) Quia non una, ſed plures obſervantur Cachexiæ ſpecies, quarum 1. *Seroſam*. 2. *Pituitoſam*, 3. *Bilioſam*, 4. *Acidam*, 5. *Flatulentam* liceat nominare, ſingulis pro cauſæ proximæ diverſitate curam peculiarem aſſignabimus.

Seroſam, ſero in corpore abundanti debitam curabimus & *minuendo vacuandoque* per intervalla *Serum*, & *novam* ipſius *generationem* impediendo, idque Diæta conveniente.

Serum per alvum vacuant *Hydragoga*, præſertim *mechoacanna*, *Jalappa*, *Gummi Gotte*, *&c.*

Idem per ſudores expellunt *Ligna Guajaci*, *Saſſafras*, *Buxi*, *Quercus* & *ſimilia.*

Per *urinas* Diuretica plura, ſed imprimis *Salia volatilia*, *Succini*, *urinæ*, *Salis armon.* & *ſim.*

Generationem ſeri impediunt Aër ſiccus, Potus parcus, cibus boni ſucci, ſomnus moderatus, corporis motus mediocritatem tantillùm excedens, Animus ad hilaritatem compoſitus.

Pituitoſam Cachexiam, redundanti in corpore pituitæ tribuendam curabimus, Pituitam minuendo, vacuando per vias commodas, eandem corrigendo, & proventum ejus majorem impediendo: Minuemus deorſum imprimis, & aliquando ſurſum, evacuando per phlegmagoga, *Colocynthidem. Agaric.* &c. imprimis per *Mercurium* modis quibuſvis præparatum, *præcipitatum* putà vel *ſublimatum*, *Dulcem* præſertim.

Corrigemus per medicamenta *volatili ſale ac oleoſo abundantia & aromatica, vulgò incidentia & attenuan-*

dicta, Radices *Enul. camp. irid. &c.*

Proventum impediemus, vitando aërem pluvioſum ac nebuloſum, Inter Alimenta Piſces marinos, carnem pinguem, Potum multum & aquoſum, ſomnum nimium, otium, Timorem & triſtitiam longam.

Cachexiam bilioſam, & ab abundante in corpore bile ortam, curabimus Bilem minuendo evacuandoque, eandem corrigendo, atque proventum ipſius impediendo:

Evacuabimus ſurſum, imprimis per *antimonialia*, deorſum per *cholagoga*, *rhabarb. ſcammon. tamarindos* &c.

Corrigemus acorem per *Acida*, vel blandiora, vel cum aliis ſaltem priùs temperata, *ſuccum citrior. arant. granat. acid. berberor. ribeſior.* &c. *Spir. ſalis dulcem, ol. ſulph. per camp. ſpir. vitriol. alumin. nitri* &c. proventum impediemus, abſtinendo ab Aëre fervido, Alimentis acrioribus, Potu generoſo, vigiliis multis, Exercitio vehementiore, Ira &c.

Cachexiam Acidam curabimus, à *Lympha ſuccoque Pancreatico* acidioribus pendentem, non tam minuendo quàm alterando & corrigendo Acidum in corpore, humorem, atque ipſius proventum novum pro virili impediendo: *Acidum* commodè *minui* ac evacuari non poteſt, niſi priùs temperetur, aliàs tormina excitat horrenda. *Temperabitur Acidum* potentiſſimè, à *Sal. volatili & oleoſo*, cùm præterea ipſum temperare ſoleat *& Sal lixivum*, *& Spiritus volatilis* & oleum quodvis, aromaticum præſertim. *Acidum* temperatum evacuabimus *hydragogis*: Impedietur Acidi proventus, cavendo ab aëre frigido, vento boreali, alimentis acidis, vel cum acido conditis, Animi mœrore ac timore.

Flatulentam Cachexiam, flatibus in tenui præſertim inteſtino ex *pituitâ viſcidâ & bile* ortis, atq; per lactea vaſa in *ductum thoracicum*, *mox cor* & univerſum *ſanguinem* delatis, proficiſcentem curabimus, utramq; hác cauſam *corrigendo, ac redundantiā redundantem minuendo*, quin *novum proventum* impediendo, deniq; *diſcutiendo.*

Pituitam viſcidam incidunt, tum *Aromatica omnia & ſale volatili abundantia*, tum *Acida*, & efficaciſſimè Gummata Aromatica, *Galbanum*, *Sagapenum*, *Ammoniacum*, *Bdellium*, *Opopanax*, *maſtiche* & ſimilia.

Bilem acriorem infringunt eadem Acida, diluunt Aquea, obtundunt Oleoſa, temperant Spirituoſa: *Flatus* autem diſcutiunt, imprimis *Semina aromatica*, ut pote ſale volatili, ſed oleoſo, præ cæteris plantarum partibus prædita, quippe quæ Salia volatilia oleoſa, ex quibuſvis etiam parata, idem præſtant, alia tamen aliis potentiùs & commodiùs: Vnde quoque *Olea Aromatica* ex quibuſvis deſtillatione elicita, potentiſſimè, atque præ aliis omnibus flatus diſcutiunt. Hiſce meritò enumeramus *ſpiritum nitri*, ſummum flatus diſcutiens medicamentum, atque ex ſale maximè oleoſo paratum: Nullum enim Sal, quod ſciam, occurrit, quod ignem concipiat, & proinde tam oleoſum ſit, atque Nitrum: Ad Flatus diſcutiendos plurimùm quoque conferre poteſt *Opium* & quodvis Opiatum medicamentum. *Fr. Sylvius.*

E pharmacia, Vomitoria, ex Decocto raphani, aqua ben. Rulandi, vita mercurio, non omninò improbantur. *Per alvum* evacuari poteſt, *panchymagogo Crollii*, *Tartareis Pilulis Quercetani*; *Sudore* per *bezoartic. min.* excitato, & *diureſi* etiam utiliter diſcutiuntur reliqua. *Rolfincius.*

Vomitus in obſtructionibus & hepatis & Lienis, non ſolùm cruditates auſerendo, ſed & naturam ad excretionem ſolicitando prodeſſe poteſt, qui facilius à cibo ſumpto concitatur. *Platerus.*

3. *In Curatione*) Conveniens regimen *Diæta* obſervandum. Hinc

℞. *Salis digeſtivi hypochondr.* ʒi. *ad* ℈iv. divide in iv. partes æqu. f. Pulvis Digeſtivus.

Vel hujus loco.

℞. *Cremor. Tart.* ʒi. *lap. cancr.* ʒi.

MS. pro 2. dozibus, duobus diebus manè in vehiculo calido aſſumendus. Vel

℞. *Tartari vitr.* ℈ii. *ſalis abſinth.* ℈i. ms. divide in 2. partes aqu. *Vel.*

℞. *Sal. armon.* ℈ii. pro ij. doxibus.

Quibus præmiſſis unâ alterave vice propinetur *Vomitorium*, aut ſi hoc minùs conveniat, inſtituatur *Purgatio per alvum.*

℞. *Extr. panchymag. Croll. gr.* xv. *Extr. Martis cum ſuccò pomor. gr.* vi. *vel* vii. *troch. albandal. gr.* i.ß. *cum ſ. q. eſſentia Martis* f. Pilulæ.

Aut etiam Potio laxat. cum *g. ammon.* uſurpetur.

In *Anaſarca ſuccus ireos*, recens per reſidentiam depuratus, cum pauca *manna* miſtus convenit, ad ſeroſitates abundantes vacuandas.

His præmiſſis.

℞. *Solut. mart. cum ſucco pomor.* ℥ß. Doſis xx. ad xxx. gutt. cum leni motu.

Vel in ſubjecto paulo robuſtioris ſtomachi.

℞. *Liquor. Mart. Solar.* dozis ad xl. vel L gutt. ſimili modo. *Vel*

℞. *Sal. mart. comp.* ʒiii. Doſis omni manè, quantùm cuſpis cultelli capit.

Pari ratione, *Tinctura vitriol. Martis Ludovici*, *Pulvis cachecticus Hartmanni*, *Vina Martialia* commodè uſurpari poſſunt, Obſervando conditionem ventriculi plus minùs robuſti, & qui faciliùs aut difficiliùs talia ferre poſſit: Quò facit *Claretum Martiale mynſichti, Vinum Malvat. Martiale Hartmanni.*

Sub uſu *Martialium* alvus ſemper aperta ſervanda, quare conſultum omni ſeptimana ſemel, veſpertino tempore, dozin *Pilul. uſualium, v. g. Glaſſianarum*, aut *Francofurt.* aut quales deſcribit *Sylvius* in *Praxi c.* 7. §. 52. *&c.* uſurpare, & ita interpolatis vicibus cum iſtis Martialibus adhibere.

His aliquandiu continuatis, fiat progreſſus ad *alterantia volatilia*, plus minus *aromatica*, qualia ſunt omnia aromata, omnia ſimplicia *amara*, *hepatica* aliàs dicta, omnia *ſalia & ſpiritus urinoſi volatiles*, tam ſimplices quàm compoſiti, *Rob. junip. pulpa paſſular.* & omnia *paſſulata*, *elixir pr.* &c. Quibus pro circumſtantiarum ratione, nunc febrifuga, nunc antiſcorbutica, nunc emmenagoga, permiſcenda, *Elix. propr. ſine acido, Tinct. tart. comp.*

Horum uſus multiplex eſt, frequentiùs in forma Nodulorum uſurpantur, nunc ſpecialiter alterantium, nunc ſimul laxantium, nunc ante, nunc poſt Martialia, v. g.

℞. *Herb. abſinth. menth.* āā. *m. j. rad. helen.* ʒi. *gentiana* ʒß. *rh. el* ʒvi. *fol. ſenna ſ. ſtip.* ℥i. *rad. hellebor. non ppti* ʒvi. *cortic. eſul. prap.* ʒiii. *ſalis tart.* ʒß. *f. Nodulus.* Vel

℞. *H. roriſmar. ſalvia* āā. *m.* ß. *abſinth. m. j. flor. centaur. min. p.* iv. *geniſta p.* iij. *rhabarb. el.* ʒiß. *cinnamomi, galanga. zinz.* āā. ʒii. *limat. martis rec.* ℥iß. includantur Nodulo, vinu infundendo pro ſcopo alterativo.

Nam *rhabarbar.* non tam propter uſum laxandi, quàm alterandi, acidum corrigendi, bilem in naturali ſtatu conſervandi, urinam movendi & atoniam hepatis corrigendi, adhibetur, unde & etiamnum anima Hepatis quibuſdam dicitur: Sanè præmiſſis præmittendis, in virginibus, in ſpecie cachecticis, egregium uſum obſervavi; tam *Rob juniperi ſolius* ſubinde uſurpati, quàm ex *rob. juniperi* cum rhabarb. pulveriſato facti Electuarii.

℞. *Rob. junip.* unc. iii. *pulv. rhab. el.* ʒiii. *cinnam. el.* ʒi. ms. f.

m. f. f. Electuar. de quo omni manè ſumat bonâ doxin.

Aut hujus loco *paſſula* uſurpari poſſunt, quæ mirè conveniunt in cachexiis quibuſvis, ſanguinem laudabilem ac temperatum reddunt, bilem optimè in ſtatu naturali conſervant, & ſanguinis motum fermentativum nonnihil reſtituunt; Hinc *Elect. Solenandri*, aut Elect. ex *paſſulis Horſtio in obſerv.* p. 201. conveniunt.

Vel ℞. *Pulpa paſſul.* ℥vj. *extr martis cum ſucco pomor.* ʒvj. *rhabarb. ol* ℈ij. *cinnam* ʒj. *m. ſ. F. Electuar.* variando ſubinde pro circumſtantiarum ratione.

Sanè quando in cachexiis bilis acuenda, & ſanguinis motus fermentativus nonnihil reſtaurandus eſt, aromatica talia amara reſinoſa, & Rob. hi aromatici optimè conveniunt, nempe hæc omnia effectum calefactionis poſt ſe relinquunt; Jam verò intemperies frigida in cachecticis ſolet adeſſe. *Item.*

℞. *Elix. propriè ſine acido* ℥j. *eſſent. abſinth. centaur. min. ana.* ʒij. m. f. Doſis gtt. 40. vel 50. ter in die, manè, in vehiculo cal. hora 5. pomerid. in cereviſia, & ſub introitum lecti. vel.

℞. *Spir. ſalis armon.* ℥j. *vel liquor. c. c. ſuccinati*, de quibus à meridie; & ſub introitu lecti ſumantur gutt. 40. *Item* cum aromaticis iſtis interdiu uſurpatis, capiatur ſub introitu lecti *Elix. menth cochl.* parva dozis: aut hujus loco *ſpir. baccar. junip.* &c. & horum medio promoveatur digeſtio prima, acuatur bilis, & reſtauretur denuo ſanguis. *Etmuller.*

Spiritus tartari in antiquis obſtructionibus valdè laudarunt, *Platerus.*

Excellunt *rad. aperientes gramin. & cryſt tartari, tartarus vitriol. fecula ari, bryonia.* Rolfincius.

Mirificè conducit in frigida intemperie *Antidotus Andromachi.*

℞. *Amygd. amar.* ℥ij. *aniſi, abſinth. cumin. ſem. apii ana.* ʒj. *c. c* ʒß. *trita. gutt. tragacanth. in paſtillos redige* ʒß. *ponderis*, Detur unus manè & veſperi cum *vino mulſo.* Euſtaeb. Rudius.

Admiranda in Cachexia hæc eſt mixtura.

℞. *Croci* ʒß. *mei, aſari, phu. Pontic. dauci, petroſel. myrrh. ana.* ℥ß. *nardi Indic. celt. ſucci balſami ana.* ʒiij. *coſti. caſſiæ, junci odor, ana.* ʒß. *carpobalſami* ʒiiß. *rubiæ* ℥j. *ſucci rad. dulc.* ʒiij. herbar. *hemionit. polii* āā. ʒiij. *conchar. hedsochr.* ʒj. *mellis q. ſ.* Ad magnitudinem *Nucis Pont.* cum *vino mulſo* valde efficax eſt. *Idem.*

Ad Cachexiam valdè prodeſt hoc.

℞. *Radic. vincetox.* ℔ß. *macerentur per noctem in vini albi* ℔iß. *manè coque ad tertias, dozis* ℥iv contineatur æger per duas horas in lecto, mirè ſudorem pellit, præſertim ſi ℈j. *ſalis abſinth.* addatur. *Weckardus Theſ. p. 213.*

33. *In curatione diligenter conſiderandum*) Ut ad Affectus graviſſimi & frequentiſſimi curam me accingam, conſiderandum plures occurrere Indicationes, quibus omnibus ni ſatisfiat, ritè haud curabitur Cachecticus: *Et* 1. quidem ac præcipua Indicatio eſt, quæ ſumitur ab *ipſa Cachexia* ſpeciali, in quovis ſubjecto curanda occurrente: Cùm enim plures obſerventur non tantum gradibus, ſed etiam modo differentes cachexiæ, illa differentia ante omnia erit accuratè notanda; *Diverſitas* autem illa ſeſe manifeſtat quoad modum diverſum: tum quoad *coloris mutati* diverſitatem, nam nunc pallet, nunc flavet, nunc rubet, nunc diverſicolor exiſtit cutis, tum per *conjuncta in cute ſymptomata*, Tumores putà, Excreſcentias, Puſtulas, ulcera &c. eaque omnia modis variis inter ſe differentia, Eadem diverſitas quoad *Gradus* ſeſe manifeſtat, tum per *coloris* cujuſvis majorem aut minorem intenſionem, tum per cæterorum *ſymptomatum gravitatem* aut *levitatem*: Nam quò magis à ſtatu naturali recedit color cutis mutatus, eò etiam gravius judicandum vitium, illam mutans & vice versâ: Diverſitas verò [illegible] Cachexiæ idcirco debet obſervari, quoniam [illegible] cauſæ ejuſdem diverſitas innoteſcit: Alia certè cauſa erit Cutis pallidæ, alia nigricantis, aut vireſcentis, aut [illegible]; Alia proinde curatio debebitur ſingulis differentiis.

Obſervatâ verò Cachexiæ curandæ ſpecie ac gradu, *Secunda Indicatio* erit petenda à *Sanguinis determinato vitio*, hanc vel illam Cachexiæ ſpeciem producente, & quidem in hoc vel illo gradu; *Tertia* verò *Indicatio* petetur ab universâ ſeſe conſequentium cauſarum antecedentium ſyndrome: *Quarta* deducenda erit à cauſâ procatarcticâ, ſive Antecedentes omnes irritante, & inter naturales primâ, ſive illa cæteras duntaxat movendo excitaverit, ſive ipſas etiam corrumpendo, aut quovis alio modo alterando vitioſas effecerit: Poteſt enim cauſa procatarctica, ſive naturalium prima, vel latentes duntaxat in corpore humano cauſas commovere & ad noxam homini afferendam inferendamque excitare, vel Efficientis quoque rationem habere, quatenus humores parteſve ſolidas integras corrumpit, & ita pervertit, ut hactenus functiones lædant, & ſic Cachexiam producant. *Cachexia* quidem omnis ſui curationem indicat, ut & quævis ſpecies illius, ſed hæc Indicatio inutilis eſt, ni ſimul pateat quâ ratione, quibuſve mediis curari poſſit & tolli: Non tollitur autem niſi ſublatâ causâ, Ergo ad Indicationes à cauſis petitas tranſeundum: Sicut autem in genere Cachexia ortum habet à ſanguine vitioſo, Nutritionem vitioſam producente, ſic unaquæque Cachexiæ ſpecies, ortum habet à ſpeciali ac determinato ſanguinis vitio, Nutritionem hoc vel illo modo vitiante. Quævis proinde Cachexiæ ſpecies, hoc vel illud ſanguinis vitium, pro causâ proximâ agnoſcens, indicabit hoc vel illud *Sanguinis vitium eſſe tollendum &c. Fr. Sylvius.*

33. *In Curatione*) In Cura, attendatur 1. ut *emendetur prima digeſtio* 2. *corrigatur maſſa ſanguinea dyſcraſia*: Unde in *Cachexia primaria* 1. acidum vitioſum primarum viarum removendum per abſorbentia, in ſpecie *martialia*, *partes* animalium duras, terrea, alkalia, tum fixa tum volatilia, ij. *viſcidum incidendum & attenuandum* per *gummata*, *ſalia* tam *ſalſa*, quàm *alkalia*, *ſtomachica*, *aromatica*, iij. *Bilis inertia acuenda*, *aromaticis* ſeu *reſinoſis* volatilibus oleoſis: præſertim *amaris*, quæ aliàs *hepatica* dicuntur: iv. cruditates primarum viarum & ſanguinis plus minùs correctæ, evacuandæ vomitu, ſeceſſu, diureſi: In *ſecundaria* verò *Cachexia*, morbus primarius curandus, ant læſiones ab illo inductæ, ſeu relictæ eliminandæ, ſemper digeſtionis primæ negotium, quantùm poſſibile, obſervando! *Etmuller.*

34. *Diligenter obſervandum*) Rectè monet *Lindanus*, quòd cachectici, quò leniùs tractantur, tantò citiùs curantur: Et cùm Cachexia ſit initium hydropiſeos, commodè methodus & medicamenta quæ in hydrope conveniunt, etiam in Cachexia adhiberi poſſe, ſic contrà, ea quæ in Cachexia uſurpantur, validiora tamen in Leucophlegmatiâ & Anaſarcâ quoque prodeſſe: In ſpecie conveniens *Diæta* regimen obſervandum, & præſertim motus perſuadendus, id quod confirmat *Panarolus* Pentec. *obſ. 30.* de muliere admodum Cachecticâ exercitio, pluſquam aliô auxiliô ſanatâ. *Etmuller.*

35. *Ut ratio illorum morborum*) Cùm pateat plures ac diverſiſſimas obſervari Cachexiæ ſpecies, plurimùm inter ſe differentes, manifeſtum ſit, non uno modo curandam Cachexiam, imprimis ubi conſideratur, quod omninò faciendum, Cauſarum omnium ſe mutuò conſequentium ſyndrome ac concatenatio,

poſtquam non parùm eo nomine veniet mutanda curandi ratio, methoduſque dogmatica & rationalis. Imprimis vitanda, vel corrigenda ſunt 1. quævis in vj. rebus non natur. obſervabilia vitia & errata; ac pro virili præveniendà omnia fortuito accidentia; 2. Incommoda tum in variis corporis humoribus, tum in ſanguine ex ipſis partibus continentibus, à prædictis rebus oborta, quovis modo emendanda, & ad naturalem laudabilemque diſpoſitionem ſingula reducenda ſunt. *Idem.*

33. *Ut ratio illorum morborum*) Curatio ſecundum cauſam inſtituenda, quam diximus eſſe viſcerum, hepatis, vel lienis, aut etiam venarum meſeraicarum imbecillitatem, intemperiem frigidam, vel calidam, obſtructionem; atque in hiſce viſceribus duritiem & tumores duros: Quòd ſi cauſa aliqua interna externave excitarit, illa ante omnia erit avertenda; uti victus indecens, immodica ſanguinis profuſio, venus nimia, aliave, à quibus hoſce affectus originem traxiſſe, & adhuc eoſdem fovere noſcimus: Dein & illuvies quæ in hiſce congeritur, evacuanda; Atque interim, ſi ab imbecillitate nata fuerit Cachexia, eam corrigemus: Si ab intemperie frigidâ vel calidâ, eam alterabimus, ſi ab obſtructione, eam aperiemus, ſi à duritie vel tumore duro, ea emollire & diſſolvere ſtudebimus, intus foriſque adminiſtratis remediis, utendo maximè iis, quæ viſceribus hiſce appropriata cenſentur, & proin Hepatica vel ſplenetica dicuntur, Vel ſaltem ea ſemper cæteris permiſcendo, ut & ventriculum roborantia. *Platerus.*

35. *Ratio habeatur illorum morborum*) Vide §. *Cachexiam ergo inferre* (& §. *In curatione.*)

36. *Si humores abundant*) Venæ ſectio, ſi hepar refrigeratum ex caloris nativi diſſipatione, non convenit; Si à ſuffocatione, ob *ſuppreſſam aliquam ſanguinis evacuationem*, nulla *Evacuanda*, ait Paulus l. 3. c. 47. *qui ob hæmorrhoidum aut menſium ſuppreſſionem in affectionem collapſi.*

36. *Si humores abundant*) *Venæ apertio* per ſectionem nonnunquam locum habebit in ejuſmodi Cachexiis, ſi hepatis adſit obſtructio & plethora, qua fortè ſic moto ſanguinis fluxu, eoque concitato, humores in hepatis vaſis *impacti*, unà cum ſanguine nonnihil cedent; maximè verò ſi cacochymia ſimul adſit in ſanguine, ad eam exhauriendam conveniet; Fitque in brachio dextro, quæ & in manu fieri poteſt; vel etiam in crurum inferioribus, ſi menſes, uti ferè fit, ſuppreſſi ſint; In ſplenis verò hujuſmodi affectibus, ſi cacochymia quoque colligatur in venis, illius cauſa in ſiniſtro brachio aperitur, in quo lienarem, & in manu, ſalvatellam, peculiariter ſplene affecto probant: *Hæmorrhoidum apertio*, vel *provocatio*, per venas meſeraicas revellendo, tum in hepatis, tum lienis, tum venarum meſeraicarum obſtructionibus, plurimùm proderit, tum etiam cacochymiam illic collectam educendo. *Platerus.*

37. *Hydragoga præſertim evacuentur*) *Clyſmata* quæ emolliant, ſtimulent, & obſtructiones ſolvant, injiciuntur, fiuntque ex decocto commun. clyſmatis, addendo illi rad. aperitivas, *cicera rubra, ſem. quatuor frig. maj.* diſſolvendo Elect. purgantia, nonnunquam & *urinæ quart.* j. & *fermenti acris* ℥ß. & præter olea communia, etiam *capparum vel irinum.*

Purgationes per alvum inſtituuntur in *obſtructionibus*, ut ſic natura mota ſemper aliquid ex anguſtiis protrudat; Dein & in aliis cauſis, ut viſcerum imbecillitate, vel ibi intemperie aut duritie, quia multa colliguntur excrementa, ea q[illegible]ue tunc locum habebunt, [illegible]ataniuque ex [illegible] phl[illegible]gmagogis, Et in lienis præſertim affectibus [illegible]agogi, cum melancholicum ſuccum illic redundare credant; addendo hiſce etiam, quæ ventriculum reſpiciunt, ſtatuſq; diſcutiunt, ſi in leucophlegmatian tendat; vel *Hydragoga*, ſi in hydropem aſcitetem vergat. *Platerus.*

38. *Pulvis*) Quem omnis Cachexiæ feliciſſimum medicamentum eſſe dicit. *Hartmannus pr. p. m. m. 142.*

Pulvis cachecticus *Quercetani* ſic paratur.

℞. *Limat. chalyb. ſubtiliſſ.* ℥j. *fecul. aron.* ʒiß. *ambr. gr.* ʒß. *eſſent. corallor. margar. ãã.* ʒß. *ſuccini præp. cinnam. ãa.* ℈iv. *ſacchar. q. ſ. m. f. Pulvis.*

Eſt ſummum, *ait*, remedium ad pallidos & depravatos colores, ut cachexias mulierum, virorum, virginum juvenum & ſeniorum, præparato priùs corpore & purgato ad xv. dies continuos. In curandis omnibus cachexiis admiranda vidi hujus Pulveris experimẽta. *Pharmac. Dogm. p. 381.*

39. *Sal cachecticus*) Dicitur aliàs *Nitrum vitriolatum. Sal dulcis Holſaticus, Panacæa duplicata. Arcanum duplicatum*, De viribus, ita ſcribit *Ioel Langelot*, mille experimentis ſalis hujus efficaciam Aula noſtra comprobavit in melancholicis affectibus, febribus quibuſvis continuis & intermittentibus, ſcorbuto & quin & ſomnum conciliaſſe in melancholicis novimus: *Schroderus Pharm. l. 3. p. 474.*

40. *Animam martis, ſive liquidam ſive in pulvere*) *Mars potabilis* ſic fit.

℞. *Limat. Martis tenuiſſimè triti, Tartari Rhenan. albiſſ. crudi ana. q. p. aquæ pluviæ filtratæ q. ſ. ut inde formari queant globuli*: Hos in lo[c]e exſiccato, aut in clibano unà cum panibus excoquito, Iterum terito, & cum ſ. q. aquæ pluviæ ut prius globulos forma[illegible], iterum in clibano excoquito; hanc operationem repetendo, donec martem in quovis liquore ſolubilem experiaris, In aqua pluvia cochleatim datur, Doſis a gr. vj. & ℈j.

Alio modo. ℞. *Limat. martis puriſſ. pt. j. flor. ſulph. pt. ij. terantur ſimul, uſque affunde aquæ pluviæ q. ſ. ad formam pultis* ſtent in digeſtione tepida per horas xij. quibus exactis affunde aquæ pluviæ ad eminentiam digitorum tranſverſorum iij. vel iv. coquantur ſimul, donec tinctura flaveſcens, extracta ſit, quam decanta & filtra, illamque ad 4. partis remanentiam inſpiſſato, Ita poſt dies aliquot lateniam acquiret rubedinem.

Simpliciſſimo autem modo, ſi *Martem* exhibere volueris in obſtructionibus quibuſvis ſolvendis, præſertim in ſolvendis menſtruis, fermentiſque acidi auſteris peregrinis enervandis, ſic para.

℞. *Limat. Martis ab omni ſorditie lota, & in alkool contritæ. & per cribrum anguſtiſſimum trajectæ pt j. ſacch. puriſſimi pt. ß. macis pt. ſv. m. f.* Doſis quantum cuſpis cultri continere poteſt *Mars in Collect. chym. Morley.*

41. *Martis*) *Crocus martis*, ejus *eſſentia* & mixtura in curanda cachexia omnibus cæteris excellunt remediis. *Ph. Grulingius Pr. l. 3. p. 5. c. 2.*

Topica.

Extrinſecùs, ſi *hepatis*, vel *lienis*, imbecillitatis cauſa, vel quia obſtructa induratave aut ſcirrhoſa ſunt, *Cachexia* oriatur, hypochondrio dextro, ſi *hepar* laboret, *ſiniſtro* ſi *lien*, & circa poſteriora magis cùm *Lien* ventriculo ſubjaceat, & verſus ſuperiora, cùm ren ſiniſter illi ſubjaceat, remedia applicabuntur: Nonnunquam & ventri univerſo, ſi in *venis meſeraicis* obſtructio quoque ſit, vel glandulæ meſenterii, uti ſæpe fit, induratæ quoque ſint; Applicando ea quæ *attenuando & incidendo*, ſi *obſtructiones* adſunt, ſolvant, vel ſi durities primùm quæ eam emolliunt, mox etiam diſcutiant, eligendo validiora, ſi *lien* affectus ſit, cum compacta, magis illius ſit ſubſtantia, addendo in utriuſque viſceris ejuſmodi morbis quæ proprietate, vel etiam levi adſtrictione prædita, illa ſimul roborant, & ſi flatus adſint, qui in ſiniſtro hypochondrio frequen-

frequentius ventriculi potius, quàm lienis causâ, cujus ſubſtantia flatibus impleri, uti putarunt, minimè poteſt, occurrunt, quæ eos ſimul diſſipent, ventriculum debilem aliquo pacto foveant. *Platerus.*

Diæta.

Conveniens regimen Diætæ obſervandum, & præſertim *motus* perſuadendus, id quod confirmat *Panarolus Pentec. Obſerv. 30.* de muliere admodum cachecticâ, exercitio plus quàm alio auxilio ſanata. *Emmuller.*

Cap. XLVI.

De Hydrope in genere.

1. Hydrops [2] vel *in genere* ſpectatur, vel *in ſpecie*.

[3] *Hydrops in genere conſideratus,* [4] *eſt tumor* [5] *corporis vel* [6] *partis ejus præter naturam, ob* [7] *humoris aquoſi & ſeroſi, vel flatus collectionem, exortus.*

[8] *Signa* ipſius ſunt, [9] Tumor & inflatio corporis, gravitas, & difficultas ſpirandi, dolor extenſionis in dextro vel ſiniſtro hypochondrio, [10] fœdus faciei color ex virore albicans, vel ad citrinum aut plumbeum declinans, [11] urina pauca & [12] tincta, ſitis aſſidua, [13] partim ex adſcenſu calidorum, ſalſorum habituum os ventriculi exſiccantium, partim ob diminutam aëris adductionem, unde cor & pulmo ſiti quoque æſtuant.

De [14] *Tumore verò pedum* notandum, β. 1. A corporis exercitatione potiſſimum & veſperi tumere, quod aquoſus humor pondere ſuo deorſum vergat.

2. Noctu detumeſcere peractâ coctione ob augmentum caloris, adjuvante ipſius lecti calore.

3. In convaleſcentibus ſeu ex acutis, ſeu ex diuturnis morbis, quod languens calor tantum concoquere non poſſit, quantum ab ægro aſſumitur, & crudum ac ſeroſum quod inde oritur, ad pedes convolet, ſine inſigni periculo, modò maturè ſuccurratur; ſæpe intumeſcere.

Proſunt, *Geranium Rupertianum* tuſum, ſuffumigatio per lapides ignitos aceto, vel decocto *radic. ebuli, gran. junip. baccar. lauri* cum aceto facto, aſperſos, *Cataplaſma* ex *pane nigro, baccis lauri & juniperi, florib. chamameli, meliloti & ſambuci, vino rubro, aceto & urina pueri* paratum.

[15] *Cauſa* eſt nutritionis vitium, [16] ab epatis [17] intemperie frigida profectum, quæ inducitur [18] *vel extinctione* caloris, [19] ſeu immediata, à [20] ex non naturalibus, ſeu mediata, à [21] totius vel [22] partium aliarum morbis.

Vel [23]. *Diſſolutione*, & *Diſſipatione*, ſeu à nimio calore, ſeu aliis cauſis.

[24] Conjici poteſt & in cor, [25] cui in opere ſanguificationis πρωτεῖον debetur.

[26] *Curatio* [27] non eſt *difficilis*, [28] ſi hydrops eſt recens.

[29] *Difficilis*, *ſi* [30] ex alio morbo corpus labefactatum comprehendit: *ſi* eſt inveteratus. Solvitur, quandoque [31] ſtillicidio aquæ ſpontaneo per poros cutis, ſubſiderque abdomen. [32] *Obſervandum* in ea: 1. [33] A lenioribus incipiendum.

2. Quia chronicus morbus, [34] longiore tempore remedia uſurpanda.

3. Ne natura nimis aſſueſcat, varianda.

4. Interdum per aliquod tempus, ne natura opprimatur, ceſſandum. Modum vide in ſpecialibus.

[1] *Hydrops*) Τὸ ὕδρωψ eſſe morbum, Τὸ ὑδρωψ, hoc morbo affectum novimus, ex *Galen.* Gloſſ. Obſervandum verò τὸ ὕδρωψ (ita quoque ὕδωρ) apud *Hippocrat.* eſſe ſuccum melancholicum: Cæterum affectus noſter dicitur etiam ὕδωρ, ἢ ὑδεριασις, quæ vox eſt apud Plinium quoque. Item ὕδερος, ἢ ὑδεριασις, necnon κατάστασις ὑδρωπικῆς. *Hoſmannus Inſtitut. libr. 3. caput. 67.*

Nomen ὕδρωψ, ἀπὸ τοῦ ὕδατος ab aqua, Hydropicus morbus à *Celſo lib. 3. cap. 21.* indigitatur; Vox eſt ἐκ τῶν πολλαχῶς λεγομένων, æquivoca, Nos eam non ſumimus κατὰ πρόσθεσιν, quatenus eſt partis certæ proprius, ut hydrocephalus, hydrocardia, hydrops Pulmonis, ſed ſimpliciter & abſolutè, ut tribus vulgatis appellationibus diſtinguitur, receptis à *Galeno*, *Trallиano* & aliis. *Rolfincius.*

Prima ſtatim fronte Aquoſitatem præſe fert Hydropis nomen, origine Græcum, hinc in foro Latio civitate donatum, Prædicatur enim latiſſimè de quovis aqueo, unde & aliquando apud *Coum* notat ſerum ipſum, ſeu aquam microcoſmicam, v.g. *lib. 4. de morb. c. 1.* Strictè & frequentiùs de morbo; ut hoc loco: Sonat vero Hydrops; quaſi dicas, aqua oculis obvia, ſive faciem aquoſam putemus, ſive potius viſus objectum in genere, humorem aquoſum repræſentans, adeoque in toto corpore & facie hujus externa tanquam in ſpeculo. Accidit etiam *aqua intercus*, vel *aqua intercutem*, ut ſpatium quo contineatur pateat, ut minus Latinis uſitata Hyderum, Hydropiſmi, & barbaris Hydropiſiam, paſſim ab Authoribus denominata, non laudemus. *Wedelius Differtat. de Hydrope.*

[2] *Hydrops*) Nomen notiſſimum notans affectum celebrem, humanum corpus diluvii toſtar inundantem. Ve illud reſeratis terræ viſceribus, cœliſque apertis ſe-

neſtris, totam inundabat continentem, ultricibuſque hominum immergebat improbitatem aquis; Ita hic reſeratis fontibus omnia, nulli parcens, microcoſmi viſcera aquis obnubilat marinis, iiſque ſalſis: Ibi omnium animi languebant, inter ſacrum ſaxumque hærentes, rerum anxii futurarum, tandem fatum obibant tremendum, hic etiam deſperabundi ægri pallent, mœrent, Color in cadaveroſum, luridum, & fœdum mutatur, imo tandem intercepta reſpiratione, cordis calore ſuffocato, miſerè extinguitur. *Rolfincius.*

². *Hydrops vel in genere ſpectatur, vel in ſpecie*) Hydropis omnis differentia petitur, tum à *materia diverſa*, tum à *collectionis loco diverſo*: Locus enim collectionis Hydropicæ, aut eſt Corporis habitus, aut Abdominis, aut Pectoris, aut Capitis, aut Scroti, aut alterius partis cavitas: Hinc Abdominis hydrops, *Aſcites* vocari ſolet, Capitis *Hydrocephalus*, Pectoris proprio nomine caret, Scroti *Hydrocele* dicitur: Hydrops in corporis habitu alias Anaſarca dicitur, alias Leucophlegmatia. *Fr. Sylvius.*

Hydropis nomine intelligitur aquarum ſeu humorum ſeroſorum p. n. collectio, quam neceſſario tumor & diſtenſio partis cum ejus mollitie, & non rarò fluctuatione comitantur: Hydropis vox convenienter Latinis, *aqua intercus* redditur; Jam verò quia hæc, vel totum corpus tumefacit, vel determinatam ejus partem, Illud dat *hydropem univerſalem*, *hoc particularem*, Illa *univerſalis* dicitur *Anaſarca*, *hac* vero *particularis*, pro partium varietate, quas affligit, varia & ſpecialia ſortitur nomina, ſic quando aqua colligitur in capite, dicitur *Hydrocephalus*, Quando in pectore *Hydrops pectoralis*, ſi in abdomine *Aſcites*, ab utre, quia abdomen inſtar utris repletum & tumefactum apparet, In utero eſt *Hydrops uteri*, In teſtibus eſt *Hydrocele*, In partibus externis, uno alterove membro, tumores ſeroſi aut aquoſi, generis nomine appellantur; Imò in *Omenti burſa* copioſæ aquæ incluſæ in inſignem tumorem abdomen attollunt, quale exemplum vide in *Horſtii* obſervationibus; Item in *peritonæi* duplicatura conclusæ aquæ, hydropis abdominis ſpeciem præbent. *Etmuller.*

Quemadmodum plures ſub Hydropis nomine militant veluti ſpecies, ita nemo nobis vitio vertet, ſi ſequuti tum alios quoque, tum rem ipſam, ſub uno hoc genere reliqua comprehendamus; Et tantò quidem magis quòd non una corporis regione tumores aquoſos offendamus. Itaque latior & generalior acceptio eſſe poteſt, ut Hydrops dicatur, omnis tumor hujus commatis congeſtus, Strictè autem & ſpecialiter diſtingui poteſt hydrops in *Univerſalem* & *Particularem*, Inter *Univerſalis* ſpecies κατ' ἐξοχὴν, & ceu norma reliquorum Hydrops dici meretur, cum addimento *Aſcites*, dictus, ἀπὸ τοῦ ἀσκοῦ, ab utre, à cavitate ſcilicet & contento, quod velut in utre efformatas aquas, contineat abdomen: *Tympanites* eſt altera ſpecies, &c. *Anaſarca* limitat aquoſitatem ad certum locum.

Dicimus tres has ſpecies *univerſales*, ſed reſpective, eo nimirum ſenſu, quod *tum* in his viſcera principaliora, quæ univerſæ machinæ humanæ præ cæteris velificantur, mandantis vicem utplurimum gerant; *tum* quod potiorem corporis partem vel occupent, vel afficiant ſimul, nec una in parte circumſcribi ſe patiantur, ſed univerſum magis petant, & in omnes dimenſiones ſuum vertant regimen.

Particulares quoque dari Hydropes extra dubium eſt, tuncque determinatam & individualem quaſi accipiunt notionem, pro diverſitate partium & diſtinctione meliori, ut dicatur hinc Hydrocephalus, Hydrops thoracis, Hydrocardia, Hydrops pulmonum, Uteri, Scroti, & ambitus reliqui extremorum; Addi vero debet, quod ſæpe non tam cauſa variet, quàm pro partium ſaltem modulo habeant ſua fata hæc nomina. *Wedelius.*

². *Vel in genere ſpectatur, vel in ſpecie*) Quoad *Differentias*, 1. ratione *Generis*, alius eſt *totalis*, ubi nulla quaſi exemptâ parte exteriore, univerſale magis viſitur diluvium; alius *particularis*, qui partem hanc illam ſolitariè affligit. 2. alius *ſimplex*, ut Aſcites ſolus, Anaſarca ſola; alius *complicatus*, ut aſcites cum anaſarca, vel cum tympanitide &c. aut viceverſa. 3. Alius velut ab oriente fluens, ἄνω incipiens, ad omnes hinc dimenſiones exporrigitur: alius ab occidente, κάτω, & à pedibus ſcaturiens, ad ſuperiora aſſurgit. 4. Alius de ſubito, alius gradatim accedens. 5. Alius ſibi relictus, alius diverſis ſymptomatibus comitatur. 6 Alius recens & viſceribus adhuc integris, Alius confirmatus & cum notabili corruptelâ. 7. Alius mollis & tactui cedens, Alius durus, rigidus, tenſus.

Ratione *Subjecti*, in alio hoc, in alio illud viſcus magis eſt affectum, unum vel plura; In alio eſt diſpoſitio eſſentialis & cauſa radicata, In alio conſenſualis, In alio à facultate læsâ, in alio ab errore externo dependens. Quæ probè attendenda, cùm & modum morbi dicant, & typum, Curam verò dein expoſcant, non unius generis. *Wedelius.*

². *Hydrops vel in genere*) Per Hydropem intelligo Humoris ſeroſi vel Pituitoſi in corporis habitu, vel cavitate quavis collectionem: Adeo ut Hydrops ſit morbus in ſero, vel [illegible] extra ſua v[illegible] [illegible] & collectus in loco quovis præternaturali. *Fr. Sylvius App. Tr. 6.*

³. *Hydrops in genere conſideratus, eſt tumor corporis*) Vel eſt tumor aquoſus vel flatuoſus [illegible] totius ventris inferioris, vel habitus corporis [illegible] à labefactatâ hæmatoſi, ob debilitatem [illegible] Cordis, Jecoris, viſcerumque imi ventris omnium arterioſi, venoſique generis, *Rolfincius.* Definitur à *Paulo Barbette.* Collectio præternaturalis lymphæ ſeroſioſis: hydrops enim non eſt propriè alius, quàm ubi eſt aqua, hinc Tympanites impropriè eſt Hydrops, cùm flatuum tantummodò, non verò aquarum ſit collectio, unde ſaltem propter ſimilitudinem tumoris, cum aſcite, ad Hydropes refertur. *Etmuller.*

Definitionem ſequentem ponimus, Hydrops eſt Tumor corporis aquoſus, in cavitatibus & poris à congeſtione lymphæ p. n. extravaſatæ, dependens. *Wedelius.*

⁴. *Eſt Tumor*) Genus ſeu rationem formalem explicat Tumor, ſeu diſtenſio partium, & eminentia in longitudine, latitudine & profunditate, manifeſtè ſe prodens, & in ſenſus incurrens: quia ergo in tumore radicatur ratio Hydropis, morbus eſt conformationis, tum quoad magnitudinem potiſſimùm, tum quoad cavitates ipſas & meatus. *Wedelius.*

⁴. *Eſt Tumor*) Hydrops non unus eſt morbus, primum enim adeſt *intemperies*, poſtea ab intemperie productæ obſtructiones, eæque non in omni, ſed in pleriſque; Tandem eſt morbus in magnitudine cum eo productum eſt malum: at vero antequam id fiat, hydrops eſt & dici poteſt. *Hofmannus, l.c.*

⁴. *Tumor corporis vel partis*) Duæ Hydropis differentiæ repetiuntur apud *Hippocr.* Univerſalis & Particularis: Ille eſt qui totum corpus, vel abdomen univerſum occupat, Hic qui unicam tantùm corporis partem, unde hydrops capitis, pectoris &c. *Riverius.*

Univerſalis dici poteſt totam abdominis implente cavitatem aqua. *Particularis* eſt, vel Omentalis, vel uterinus: obſervavimus ligamento uteri ſiniſtro aquâ opplero, abdomen totum ingentem in molem excreviſſe. *Rolfincius.*

4. *Tumor*

⁴ *Tumor corporis vel partis)* Antequam Subjecti clauſtra intimiora reſeremus, præmittere operę pretium erit, diſtinctionem inter *ſubjectum Cauſæ & Morbi*, quæ bene ſunt notanda, Aliud enim eſt *locus*, aliud *focus*, aliud *pars mandans*, *recipiens* aliud.

Porro luſtrandum quodnam ſit *ſubjectum principale*, quod *adæquatum*. *Principale morbi ſubjectum*, dici merentur cavitates & pori, in quibus fit hujus colluviei collectio, Viroſque conjungimus, majores & ut minores innuamus.

Dantur Cavitates & meatus in noſtro corpore non unius generis: Cavitates ſubjectum Hydropis, ſtatui poſſunt, tum ordinariæ, tum extraordinariæ, Illæ quæ ſ. n. jam extant, hæ quæ efformantur, ſi pori non tam amplientur æqualiter, ſed ita dilatentur, ut ichor inibi ſtagnans, cavitates novas nanciſcatur, exemplo hydatidum, in aſcite & tympanitide magis cavitates, in anaſarcâ reſpectivè magis pori afficiuntur.

Vt magis hæc pateant, Anatomicorum diſtinctionem jam noſtram faciamus, quâ diſcriminatur machina corporea, in Ventres & Artus: In ſupremo ventre, Caput duplici cavitate conſpicuum, tum extra cerebrum communi, quod eſt ſpatium inter cerebrum & calvariam, tum intra idem, propriis ventriculis; Si lympha oras has tranſcendit in capite, gignit Hydrocephalum, infantibus ac pueris familiarem, ob partium cerebri in his ſummam teneritudinem & ſuturas nondum ferruminatas.

In medio ventre, ſolennis eſt cavitas communis thoracis, quæ ordinariè cordi & pulmonibus deſtinata eſt, ut hi ritè expandi, & illud liberè moveri poſſit; Sin lymphæ in hanc fiat transfuſio & ſtagnatio, horum actiones ſufflaminari neceſſe eſt, & Hydrops thoracis audit: Hinc Pulmonum hydropem quando dicimus, *ἀκύρως* paulò id fit, non enim intelliguntur cavitates celluloſæ ſeu ſpongioſæ adimpletæ, hoc enim ferinum malum & ſuffocativum, ſed dictum ſpatium, ubi pulmones eo caſu, velut in balneo undulant & premuntur.

Sic & Cor ſuo thalamo gaudet & involucro ſingulari, pericardio, in quo lympha decenter colligitur, & indubiè à glandulis & vaſis propriis huc deducitur: Spatium nihilominus, ſeu cavitatem inibi efflagitat, ſecundum binam partem vacuam, in qua ſcintillationes ſuas pulſu emicante peragere poſſit, Stagnante eadem, fit *Hydrocardia*, adæquatè ſaltem, ut de pulmonibus diximus.

Infimus venter, cavitate communi ampliſſimâ gaudet, ad plurium inſignium viſcerum contubernium; Hic verò omnium frequentiſſimè hos patitur manes, ſeu ob tantam viſcerum congeriem, quorum modò hoc, modò illud labem ſuam eò derivat; ſeu ob ſitum, ſiquidem ſentinæ inſtar ſe habet, in quam ſerum extra vaſcula ſtillâs, exitu denegato colligitur, & in tumorem fatiſcit, adeo hæc hydropis ſpecies ſit inſtar omnium reliquorum: Eadem ratio eſt Scroti, quod infimi ventris eſt velut appendiculum externum, ſeu ſacculus coriaceus, teſtibus hoſpitandis dicatus; quorum ipſæ tunicæ aquam nonnunquam in ſe condunt, Adeoque hydrocele, etiam huc ſpectat.

Neque tamen contenta in eodem viſcera, quoad Cavitates proprias, immunia eſſe poſſunt, quin quò major in viſcere eſt humorum affluxus, & vaſorum Scaturigo, lymphaticorum in ſpecie, proximiùs huic morbo accedit, quin eidem conjungitur & originem largitur; Ita viſum eſt hepar, non ſolùm quoad ſubſtantiam ſuam tumidum ſans, ſed in veſiculas ſtagnans etiam humor, erupiſſe, hydatides vocatas, quarum diſruptio, author ſæpe morbi deprehenſus fuit à Practicis. In *Liene*, ex meris quoque cellulis concamerato & formato, partis notata fuit turgeſcentia: Par ratio eſt *Pancreatis*, *Meſenterii*, *Renum*, quorum ſtructura non abludit, tantùs tamen paulù extenſam membranam lympha oſtenderunt.

In ſequiori ſexu, ſiſtit ſeſe *Vterus*, cum teſtibus & tubis ſpectatus, cujus tumor hydropicus graviditatem ægris ſæpe & Medicis mentitus eſt, modò in ipſius uteri cavitate, modò in teſtibus, tubis & ligamentis.

Neque abſolvi poſſunt ab hoc reatu *Ventriculus & Inteſtina*; Etſi enim exitu gaudeant manifeſto, ſtagnare nihilominus & in iis poteſt ſerum, tum flatus; unde ſunt qui tympanitidis ſedem in inteſtinis locant (hujus enim ſedes, magis eſt in his cavitatibus, quàm in aliis, & poris ipſis) undemnium quatorùm externa non rarò vitia eadem: Satis eſt fieri & in ventriculum reſtagnationem, imò metaptoſin quandam, ex reliquis cavitatibus, quod & de pulmone eatenus verum eſt.

Præter cavitates, ſeorſim etiam *Poros*, velut alterum ſubjecti principalis membrum, affectos magis obſervamus in artubus ſeu extremis.

Artus contiguo & continuo muſculorum & tendinum nexu, ita firmati ſunt, ut nihil facilè citra penetrationem dimenſionum, ſeu ſolutionem continui admittant, poris nihilominus innumeris ſcatent; Hi non ſolùm tranſpirationi naturali & excretioni uliginum inſerviunt, ut exteriores in glandulis ſubcutaneis exſculpri, qui in anaſarcâ magis patiuntur ſed & circulationi ſanguinis & lymphæ, ut interiores, qui & in anaſarcâ & aſcite cumprimis dilatantur, à ſero onerati, ſeu quoad totum aliquando corporis habitum, ſeu in partibus, manibus, pedibus, in œdemate, quod velut anaſarca particularis eſt.

Frequentiſſimè Pedes ſuſtinent hoc ſtagma hydropicum, ſeu primò malum ſentiant, revehi dubitante lymphâ, & ſcandere, ſic ſurſum, ſenſim hinc aſcendente reſtagnatione & tumore in abdomen uſque; ſeu ea hoc illuc per poros carnium & cutaneos tranſit, Facit huc illorum ſitus, ſiquidem ſerum à volatilitate deſciſcens, morem gravium æmulatur naturalem potius, quàm vitalem: remotior item à fonte caloris ſtatus, & debilitas non tantùm nativa, ſed & acquiſita.

Subjectum adæquatum conſtituunt paries, quæ repletis cavitatibus & poris coextenduntur vel comprimuntur, muſculoſæ, membranoſæ & fibroſæ imprimis: harum enim auxilio, pars tendi & contrahi ſe patitur, & paries univerſi corporis, cutis, In has ultimatè redondat malum, ut creſcenti in dies humori in quantitate, ſeu mole, ſpatium amplius concedere cogantur.

Ex his, in communiſſimâ Hydropis ſpecie Aſcite, & paulò rariori Tympanide, eminet Peritonæum membrana internis abdomen ingens, nomen ab officio nacta, dura ac tenſa, muri inſtar & propugnaculi interiora muniens, quæ tenſio, cùm fiat imprimis ſucceſſivè, conſentanea eſt mechanicæ harum partium ſtructuræ, unde rumpi minùs ſolet, vel poteſt: In Anaſarcâ integumenta cutanea, non minùs ac muſculi ipſi tenſionem majorem experiuntur, & ſeorſim in ſingulis pinguedo nativa quoque de tono ſuo deiicitur, depoſito lymphæ ſtatu oleoſo, & adſcito acri, acidoque, illum liquante & peſſundante, ut aqua ſuperet ſulphur, & iners reddat.

Eadem ratio eſt in reliquis, ut in capite v. g. meninges, in thorace pleura, & in viſceris cujuſvis diluvio proprio membrana domeſtica ac involucrum huic tenſioni, viſcera verò ſubjecta compreſſioni ſubiiciantur. ⁶

Subjectum Cauſæ pro diverſo reſpectu & ſpecie hydropis variat, In genere tamen viſcera ſeri vitalis præparationi, depurationi & deportationi inſervientia, id

ſuſtinent, *Prioris* nomine inculpanda ſunt hypochondria, hepar, lien, meſenterium, pancreas, renes, inteſtina, & quæ aliæ cavitati abdominis ſunt contigua, ut illuc dimittere immediatè vel mediatè lympham exundantem poſſint: *Poſterioris* titulum merentur Glandulæ infimi ventris & ſubcutaneæ, ipſaque ex his oriunda vaſa lymphatica, præter naturam aperta, & lympham undecunque dimittentia; Hæc autem ſymbolica lymphæ cribra ac alvei non ſaltem in extimis partibus, viſceribus majoribus, & κατ᾽ ἐξοχὴν glandulosis, ſed & in toto corporis tractu hinc & inde extant, ut humorem ſanguinis ſocium ſeorſim variè diſpenſent. *Wedelius.*

5. *Eſt Tumor corporis vel partis p.n. ob humoris aquoſi & ſeroſi &c.*) Hydrops eſt tumor œdematoſus, aut totius corporis, aut tantùm abdominis, aut plurimarum aliarum partium, ut pedis aut capitis: Si enim in pede tantum, non vocatur hydrops, ſed ſi ſimul in aliis quibuſdam partibus etiam ſit: Tumor hic œdematoſus pro materiâ agnoſcit ſerum, pituitam, flatus ſero permixtos & ſanguinem ſeroſum: In Anaſarcâ maximè pituita abundat, In Aſcite ſerum aut ſanguis ſeroſus, In Tympanitide flatus cum ſero: Sanguis ſeroſus dicitur, non tantùm cùm multum ſeri permixtum eſt, ſed etiam qui ob tenuitatem extra vaſa non concreſcit.

Materia tumorem œdematoſum generans, vel in parte generatur, vel alibi genita eò venit, In parte, in qua eſt, raró generatur: Contingit tamen ex Contuſione, aut inordinata emplaſtrorum applicatione, cùm opium ineſt.

Alibi genita illuc defertur 1°. cùm ſanguis ſeroſus gignitur, qui non concreſcit ob calorem eum maximè fundentem, ut videre eſt in ardentibus & colliquantibus febribus.

2. Pituita, ſerum aut flatus generantur, vel vitio materiæ, vel efficientis: Materiæ, ſi nimia aquæ copia adſumatur, ut in febri tertianâ ardente, vel nimio decoctorum uſu, ut in Lue venerea.

Vitium efficientis, quando non bene permiſcetur aquoſitas cibi & potus cum ſanguine, unde facili negotio ſecernitur; vel quando bene permixta diſſolvitur, Non bene permiſcetur, ob imbecillitatem & frigiditatem ventriculi, hepatis, cordis, aut lienis, ſed ventriculi potiſſimùm, idque in Anaſarca: Quando bene permixta diſſolvitur, fit cùm ſulphur in ipſo ſanguine conſumitur, quod contingit ob nimium calorem, unde ſal ſero permiſceri nō poteſt, vel etiam diſſolvitur, quando nimis parva copia ſalis eſt in ſanguine; hoc autem apparet, ex eo quòd oves facillimè hydropicæ fiunt ſale dato omnes curantur, ut in Zelandia, Unde *Chymici vocant Hydropem ſal diſſolutum*: Id tamen non primariò ſed ſecundariò fit, quia nimirum ſulphur conſumptum eſt.

Tertiò denique Hydrops oritur, vitio Excretionis, idque vel *Obſtructionis*, vel nimiâ *Renum apertione*, eorum vaſorum & ureterum obſtructione ſerum exire non poteſt, ſed manet in corpore, nimiumque per os arteriarum in abdomen excidit: Materia autem per totum corpus fertur & excidit: ex oſculis arteriarum: Præterea etiam materia peccans defluit per interſtitia muſculorum & cutis, poſtquam illic ex arteriis excidit, & ſic tumor ſenſim à capite ad reliquas partes delabitur, quod in Anaſarca contingit. Hydropicorum ſanguis interdum bonus, nec ſeroſus invenitur, quia ſerum excidit venis & arteriis. *Walæus m. Pr. pagin. 187.*

6. *Vel partis*) Si *Lympha vitiosè moveatur* ex glandulis, vel circa glandulas conglobatas, per vaſa lymphatica, ita ut in ſuo motu ſtagnet & hinc loca vicina occupet, adeoque *Tumorem* inferat *aquoſum*, *Hydropes Particulares* ſequuntur: Et utut in *Hydrope univerſali* ſemper ad Glandulas & vaſa lymphatica plus minùs reſpectus habendus ſit, quoties aquoſas collectiones plus minùs intendere aut pertinaciores reddere valent: tamen cùm vix in univerſo corpore lymphæ motus per vaſa lymphatica impeditus ſuſpicari queat, propterea magis *Hydropes particulares* hujuſmodi lymphæ motu impedimentum reſpicere videtur; Sanè ubique per corpus, & quælibet viſcera, diſperſa ſunt lymphatica, ita ut in his lympha contenta, ſi in motu ſuo impedita contingat, cùm interim continuus ſit ejus proventus, non poteſt non in iſta parte, ubi ſit motus impeditus, *tumor aquoſus* ſeu *hydrops particularis* excitari, tam in *partibus internis*, v. g. ex lymphaticis pulmonum, aut lymphaticis glandularum pectoris, hydrops pectoris; Ex lymphaticis hepatis, aut lienis, aut teſtium, *hydrops aſcites & hydrocele*, Ex lymphaticis capitis Hydrocephalus, quàm *in partibus externis*, ex lymphaticis artuum, tumores ſeroſi particulares.

Cauſa propter quam *non moveatur lympha*, in ordinariis vaſis, eſt aut *ruptio*, aut *eroſio vaſorum lymphaticorum*, Si enim in loco quodam glandulæ, aut ex his derivata lymphatica obſtruantur, & tamen lymphæ collectio in glandulis, aut ejus curſus in vaſe ita impeditur, neceſſariò lympha in parte colligitur: *Vaſe ita obſtructo à materiâ viſcidâ* hinc à lymphâ per iſtud pulsâ inſigniter diſtenditur, tandem rumpitur, & ita lympha ſucceſſive effunditur: Vel ſi *ipſa lympha acrior*, aut aliàs quicunque humor corroſivus ipſi permiſtus eſt, lymphatica tenella exinde eroduntur, unde etiam naturalis lymphæ motus in iſta parte impeditur, adeoque aut ruptio, aut eroſio vaſorum lymphaticorum occaſionem his tumoribus aquoſis particularibus maximam partem ſuggerit: Hinc eſt, quòd *hydatides* viſcerum, in ſpecie hepatis & lienis obſervatæ, ſint aut prodromi, aut comites hydropis abdominis particularis, ut obſervat *Schenckius l. 3. obſerv. Platerus obſ. pag. 596.* Similes Hydatides in Pulmone ſubinde obſervantur teſte *Piſone Tr. de coll. ſer.* In *Hepate* apud *Panarolum Pent. 5. obſ. 36.*

Præ aliis autem partibus in *hepate & pulmone* obſervatæ *hydatides*, quoniam viſcerum horum vaſa lymphatica exteriora magis ambiunt, & hinc humorū horū collectiones fiunt magis conſpicuæ: Sunt enim hæ *Hydatides* veſiculæ aquæ turgidæ, natæ ex vaſis lymphaticis, in quibus lympha ſtagnat, eaque ſenſim diſtendit, à quâ intra valvulas interceptâ, ſpatula iſta intermedia intumeſcunt, & ita veſicularum aquoſarum ſpatia repræſentant: *Quod ſi rumpatur una alterave harum minutarum veſicularum*, lympha à membrana tenui viſcus, ipſique ſuperſtructa vaſa lymphatica inveſtiente decidit, ut ita veſicæ ſenſim majores & grandiores oriantur, donec & his ruptis aquæ collectæ in cavum fiat effuſio, & hinc hydrops inferatur.

Illuſtrant hæc magis *Aſcites*, ſeu *hydropes abdominis veſicales*, hoc eſt in quibus aqua tumorem faciens, non in cavo ejus fluctuaverit, ſed potiùs copioſis & innumeris veſiculis incluſa obſervata fuit. Vide *Sennertum*, *Tulpium lib. 2. cap. 34. Hoeferum H. M. pag. 143. Horſtium lib. 10. obſ. pag. 513. 529. Bartholinum Ep. Cent. 4. p. 370.* Hæ ipſæ veſiculæ, aut lymphatica ſunt vaſa, à lympha ſtagnante modo ſupra dicto in veſiculas elata, aut ſaltim veſicæ hæ ſunt ex ruptis lymphaticis, ita tamen ut lympha effluens à membranis ambientibus ſupra dicto modo coerceatur, *Etmuller. Pr. p. 2. pagin. 254.*

7. *Humoris aquoſi*) Humor ille ſeroſus, ſeu aquoſus, quatenus aquæ naturam retinet, frigidus quidem eſt, ſed quatenus etiam ſalſedinis eſt particeps calorem in ſe habet, qui tum à viſcerum vicinia augetur, tum etiam, & multò intenſiùs, ex putredine, quam diuturna mora contrahit, unde febris exoritur & ſitis, à vaporibus

ribus ſalſia ac putridis os ventriculi inficientibus excitatur. *Reverius.*

7. *Aquoſi & ſeroſi*) Aquoſus eſt, ſicque à ſero oriundus, quòd materia magis frigidorum tumorom eſt, ut ſanguis calidorum, inflammationum, abſceſſuum, & aliorum, à quibus diverſus eſt noſter hic, quamvis ſecundariò inflammationem, ob ſalia acria, non ſtatò adſciſcat ſymptomaticam: Aquoſus, unde frequentiùs mollis eſt, nonnunquam etiam durus reſpectivè, & renitens: Aquoſus denique à potiori nominatus, quo ipſo tamùm abeſt, ut excludamus reliqua ſubſtrata, ut pituitoſum in anaſarcâ & œdemate, flatuoſum in tympanitide, ut potiùs hæc modum quaſi dicant, & ſub hoc genere comprehenſa magis illuſtrentur; Aqua mater pituitæ eſt, quæ nihil aliud notat quàm ſerum, ſeu lympham in coagulum abeuntem & minùs fluxilem, Aqua mater Flatuum, quatenus rarefactionem ſubit; Id quod etiam mechanicè demonſtrari ad oculum poteſt, Adde, nec Anaſarcam, nec Tympanitidem eſſe ſola, ſine aqua, tanquam materiali morboſo præcipuo. *Wedelius.*

8. *Signa ipſius ſunt*) Hydropis *Signa* ex iis ſunt, quæ in ſenſus incurrunt, oculis, auribus, & tactui obviis phænomenis.

Imminentem patefaciunt minori gradu apparentia, quæ confirmatum notant; Rariùs enim paulò ἀθρόως καὶ βιαιτίως ſimul ac ſemel incidit, cujus tamen exempla viſa ſunt, ſed pedetentim fere ſurrepit; Inſtar omnium ſit cachexia ſimplex, vel ſcorbutica, & quæ hanc comitantur alia, vel producunt, & tumor pedum, appetitus proſtratus, febres diuturnæ, quartana, v. g. prægreſſa, urina cruda, pauca, aquoſa & tenuis, corpus inæqualiter tumens, laſſitudo, reſpiratio difficilis ad aſcenſum ſcalarum vel alium: *Eſſentialiter inhærens* præſentis, eſt Tumor abdominis, *Eſſentialiter conſequentia* ſunt varia ſymptomata, Idem ſtabiliunt *cauſæ prægreſſa*, & *Similitudo. Subjecti* ſigna quod concernit, morbi quidem vel ſenſibus parent, vel eruenda ſunt ab adjunctis circumſtantiis, affecti v. g. uteri, hepatis &c. *Flatuum* ſigna, tympaniticum affectum arguunt magis, Circa extimum corpus conſiſtens œdema, Anaſarcam, Eſt enim nihil aliud quàm Oedema univerſale, vel amplioribus terminis diffuſum; In Aſcite venæ liventes abdomen pingunt magis, Sic v. g ſcrotum magis pellucidum, aquoſitatem notat, œdematoſum, anaſarcam, & humorem viſcidum, Idem tenendum de flatibus.

Subjecti foventis ſeu cauſarum ſigna, ex loco & aliis patefiunt, ſive dolores hypochondrii alterutrius, ſive hæmorrhagia narium, obſtructionum index, pro laterali convenientia ſtillans, vel ex dextra ſi hepar, vel ſiniſtra nare, ſi lien magis affectus, ſive alia ex propiis fontibus petenda adſunt.

Varia ſunt ſymptomata omnis generis, Læduntur actiones cumprimis naturales, ſalvis ſic ſatis reſpectivè reliquis: *Appetitus* quidem ciborum deiicitur, *ſitis* increſcit; *Pulſus* mollis & frequens eſt, *reſpiratio* difficilis, ſub initium inprimis & finem morbi gravioris, ut & *Tuſſis* negotium faceſſunt: *Pedes* graves ſunt & ambulandi difficultas cum laſſitudine & δύσπνοιᾳ juncta, *Alvus* obſtructa magis quam laxa; *feces alvi* non raro albidæ, tinctura debita biliosâ carentes: *Superiores partes flacceſcunt & exarent*, inferiores à ſcrobiculo cordis excreſcunt, ita ut ſæpe etiam exudet per cuticulam, ichor in pedibus aquoſus vel lixivioſus: Exaudiuntur *borborygmi* & fluctuationes in inteſtinis, *Oculorum* color aliquid icterici præ ſe fert.

Solenne quoque hydropicis maſculis, penem retrahi & incurvari retro; Vel veſicula cryſtallina pellucida afficit. In fœminis prominentia uteri ejus loco accidit aliquando. *Wedelius.*

8. *Signa ſunt*) Signa Hydropis μέγιστα & viſu & tactu & auditu facillima ſunt, ait *Aretaus*, Communia, *eſſentia morbi rationem ex neceſſitate inſequentia*, vel actiones læſas vel qualitatea mutatas, vel retenta & excreta concernunt. 1. Cibi faſtidium & Sitis. 2. Pulſus undoſus, mollis enim eſt tumor. 3. Dyſpnoea, omnibus familiatis ſpeciebus 4. urina pauca. *Rolfincius.*

9. *Tumor & inflatio corporis*) Tumor aquoſus inter cutem potiſſimùm reſidet, hanc ob cauſam, Nempe interiora ſemper magis calent, ut hinc aquoſa illa ſuperfluitas reſoluta ad circumferentiam, & exteriores ſeu ſubcutaneas partea propellatur, Sed cùm ex adverſo exteriora tunc magis frigeant & humor iſte aquoſus, utpore à colliquatione & corruptione natus, nec non à ſanguinis conſortio tam excluſus, adeoque extra vitæ ſocietatem ſemel rejectus, jam cadaveriſatus, ſeu vitæ privilegio ſpoliatus, ac proprio podere ſit gravatus, ſpiracula cutis, ſeu pori ab eo potius obſtipantur rigidique redduntur, imo ob putrilaginoſam viſciditatem, qua inſimul is pollet; pertinaciter occluduntur; donec repleta his aquoſis ſeroſitatibus, corporis noſtri circumferentia, interiorum & ipſius centri quoque contingat inundatio, atque hanc conſequeria ſuffocatio. *Chr. Langius.*

9. *Tumor & inflatio corporis*) Eſſentialiter inhærens præſentia Hydropis, eſt *Tumor abdominis*, diſtinctus ab obeſitate, à graviditate, ab inflatione ſimplici poſt partum & ſimilibus: Tumor, item ſcroti, pedum &c. procedens in corpore reliquo: Variat enim hic Tumor ratione *locorum*, prout vaſa lymphatica infra Cor vel hepar poſita; vel extima etiam ſuperiora magis labefactata ſunt; Hinc modò pedes non æquè ſimul tument, modò magis; Par ratio eſt ſcroti & umbilici ipſius; Non verò facilè pro hydrope habetur, confirmato ſaltem, ſi tumor nullus eſt circa abdomen, quod & de ipſa anaſarcâ valet, quæ niſi circa glandulas cutaneas magis ſit ſιάρις, ubi univerſum corpus occupat, eodem climate ac aſcites contenta eſt.

Variat ratione qualitatis, modò mollis eſt, & œdematoſus, digiti impreſſi veſtigium ſervans, conſtans tamen magis, quàm vagus, modò durus, quod tum in pedibus verum eſt, tum in aliis partibus quoque; Conſiderato verò loco & qualitate tumoris, diſtinctio etiam fieri poteſt, utrum ſola aqua, an flatus, an viſcedo conjuncta magis, In aſcite & anaſarcâ extenſivè, in tympanitide intenſivè major eſt.

Variat ratione quantitatis, prout major vel minor copia aquæ vel flatuum intùs reconduntur; Ea tamen exuberantia demum eſt hydropica, quę & naturalem uniuſcujuſque ſubjecti excedit dimenſionem, & à contentis p. n. fovetur. *Wedelius.*

9. *Tumor & inflatio corporis*) Malo incrementum capiente, pedum inflatio non ampliùs evanida eſt, quin potiùs ſurſum ad crura, mox ad lumbos, & ventris exteriora conſcendit, inde ad externã thoracis regionem, tandemque ad vultum & manus obrepit, ſicque univerſum corpus redditur οἰδαλέον, ita ut tamen plegmatica illa ὄγκωσις, in hac illéve parte, pro ratione elatior ſit, nunc depreſſior; ſitus nunc ſtando enim partes inferiores decumbendo ſuperiores magis tumeſcunt. *Menjotius.*

10. *Difficultas ſpirandi*) Partim mollitis nervis muſculiſque thoracicis, ab aquea plenitudine carnium ſpiramenta poſſidente; partim propter venarum à crudiſſimo ac inutili ſanguine diſtenſionem, qua thorax opprimitur præſertim à paſtu; ſed magis adhuc à motu; qui & auget ſpirandi uſum, & aquæ fluctuationem facit: Noctu etiam quam interdiu ſpiritus ægriùs ducitur, quòd aqua de nocte ob qualitatum affinitatem, magis exagitetur. *Menjotius.*

11. *Fœdus faciei color*) Pallore cadaveroſo totum

corpus deſœdatur, niſi facies per accidens rubeſcat, calore ab externis partibus frigentibus concentrato atque adducto, qui flammæ inſtar ſurſum rapitur. *Menjotius.*

10. *Fœdus faciei color*) In facie quoque obſervatur non infrequenter Tumor aquoſus, vel ibidem permanens, vel iterum recedens, atque noctu præſertim ſeſe manifeſtans: Cùm autem hìc contrarium eveniat ejus, quod pedibus accidere notum, qui interdiu magis ſolent intumeſcere, atque noctu detumeſcere, quæritur meritò hujus diverſitatis ratio. Idcirco autem noctu intumeſcit facies iis, in quorum corpore, tum ſerum, tum pituita redundat tenuis, quoniam tunc capite pulvinaribus incluſo, atque magis calente, diſſolvitur quoque magis, & foràs ſudoris ſpecie propellitur ſerum prædictum, vel pituita: Idem verò ſerum, vel pituita, in faciei partibus externis, hoc eſt ſub cute facilè ſiſtitur, & coagulatur iterum, hinc & parvum tumorem ibidem oſtentat; quod adſcribendum aëri externo, vapores illos humoremve vaporoſum iterum coagulanti: Siſtitur facilè ſub faciei cute pituita vel ſerum, ob partes illas ſolito laxiores, quod intelligo de viis & ductibus inter arterias & venas mediis (vide §. 14. *De Tumore pedum notandum*) Serum igitur ſanguinis ſub ſtragulis, & ob lecti calorem magis ſolutum, & ſudoris quoque craſſioris formâ forſan verſus cutem propulſum, & ibidem hærens, Faciem manè oſtentat turgidulam, & metuendi Hydropis Anaſarcæ, aut Leucophlegmatiæ indicia promit: Signum enim eſt 1. abundare, imò redundare in talibus ſerum vel Pituitam tenuiorem. 2. Eundem humorem ſudoris formâ noctu foràs propelli. 3. Faciei habitum minus robuſtum exiſtere, hoc eſt ſolito laxiorem factum, & forſan infirmitatem aliam inſuper nactum, ob quam citiùs & faciliùs in ipſo hæreat, & denuò concreſcat idem humor, nec foràs propellatur vel erumpat: Quibus ſi accedat 4. frigus externum faciei cutem afficiens, copioſior ſub ipſa concreſcit & colligitur humor, vaporis formâ eò propulſus. *Fr. Sylvius.*

11. *Et tincta*) Urinæ paucæ, albæ, tenues ac omnino incoctæ excernuntur; interdum ſandaracis inſtar rubentes, quòd ſalina earum, ut in lixivio, tinctura per urinam aliàs ſparſa, hîc propter urinæ paucitatem tota coadunetur; Unde cautè monet *Avicenna*, ex urinæ rubedine, fallax de hydropis caliditate judicium ferri; Aliquando etiam lotia præ ſalſedine aut acredine ſtrangurioſæ ſunt, ut Bioni 7. Epid. *Menjotius.*

11. *Urina pauca & tincta*) Urina aquoſa eſt in frigido, & initio rubra in calido & conſummato cum copioſo ſedimento, bilioſo, tartareo, lateritio. *Wedelius.*

12. *Sitis aſſidua*) Appetitus quidem ciborum dejicitur, Sed Sitis intenditur, minus tamen in anaſarcâ, & ubi ſalis copiam diluit affluens aqua, adeoque non in omni hydrope aquæ urget Sitis. *Wedelius.*

12. *Sitis aſſidua*) *Quibus intumeſcit, Suffuſâ venter ab undâ, quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ: Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops, nec ſitim tollit niſi cauſa morbi fugerit venis & aquoſo corpore languor.*

13. *Partim ex defectu humidi*) Scilicet lymphæ & ſeri, quod cum ſanguine alimentarium eſſe ſtatuit *Wedelius*: uterque autem humor in hydropicis ferè totus in abdomen confluit: Tum à ſeri reſidui ſalſedine & ſanguinis inſpiſſatione majori, ac fibrarum ventriculi exſiccatione.

14. *De Tumore pedum notandum*) Obſervatur non rarò Hydrops non ſubitò & confeſtim, ſed paulatim generari; quod fieri ſolet, quoties auctis p. n. in corpore Pituitâ vel Sero, ſolâ ipſorum copiâ diſtenduntur nimium, & ſi non rumpantur, ad diapedeſin ſaltem deducuntur vaſa, adeo ut ſenſim colligatur in ipſorum viciniâ effuſum ſerum vel tenuis pituita. Illud autem imprimis contingere obſervamus in parte Pedum inferiore, atque facie: In pedibus id evenit frequentius, quàm alibi, ob motum humorum quorumvis ſu[illegible] difficiliùs contingentem, unde etiam noctu no[illegible] diſparere ſolet idem tumor, quando ſcil. mino[illegible] exiſtit, diſperſo nempe quaquaverſum ſub ip[illegible] per corporis habitum ſero, quo interdiu denuo a[illegible] tes infimas delabente, ibidemque hærente, paulatim excreſcit iterum remiſſus noctu tumor (Siſtitur [illegible] cilè ſub cute, pituita vel ſerum, ob partes iſtas ſolito laxiores, quod intelligo de viis & ductibus inter Arterias & venas mediis; Nam ſi putemus non ubique Arterias deſinere in venas, verùm in pleriſque ſaltem partibus dari aliquod in ipſis intermedium, per quod coletur quaſi ſanguis, quo partibus ſingulis accedat illa ejus pars quæ deſiderant, vel ad ipſarum nutritionem, vel ad functionem naturalem in ipſis abſolvendam unque Canalium, vel Ductuum modo ſe habere debet illud Interſtitium, ſanguinem ex arteriarum extremis excipiens, ac in venarum extrema capillaria refundens: Sicut verò tum in Venis, tum in Arteriis requiritur conveniens firmitas & ſoliditas, quò ſanguis per ipſas debitè moveri & propelli queat; unde arteriæ tunica læſa excitari ſolet *Aneuriſma*, Venæ autem tunica itidem læſa & laxata *Varix*: Ita in præfatis Ductibus partium ſingularum requiritur firmitas conveniens, ſanguini tranſvehendo ex arteriis in venas, quâ læſâ & labefactatâ in ipſis partibus hærere poteſt aliqua ſanguinis pars, quæ tum à totâ maſsâ recedere poteſt faciliùs, tum ipſis partibus adhærere promptiùs. Illud autem quod à maſſa reliqua cedere poteſt, ac ſolet, facillimè ſerum eſſe, quis ignorat, niſi in arte medica hoſpes? Hoc vel unicâ venæ ſectione mox evincitur, quia intra breve temporis ſpatium à reliquâ ſanguinis maſsâ in unum concreſcente, ſponte ſecedit ac ſeparatur ſerum; quia ergo hoc minùs arctè junctum eſt cæteris ſanguinis partibus, idcirco facilè ab ipſis ſecedit quavis vel minimâ occaſione. *Fr. Sylvius.*

14. *De Tumore pedum notandum*) Vide inferius §. *Alius exquiſitus, alius non.*)

14. *De Tumore pedum notandum*) Quoad hanc *intumeſcentiam crurum*, ſcroti & abdominis, obſervandum hanc quidem fieri à contento liquore, ſed tamen fortem iſtam tenſionem, & junctam quaſi inflationem, non ab eo, quâ tali ſimpliciter proficiſci videri, ſed potiùs vim fermentativam habere hunc ipſum liquorem; ſeu ipſe in ſe fermentet, ſeu cum cæteris contentis liquoris, ſpeciatim nutritio ſucco, ad partes iſtas diſtributo, motum turgeſcentiæ, proximum fermentationi, concipiat. *Etmuller.*

β. *Quod aquoſus humor pondere ſuo*) Frequentiſſimè Pedes ſuſtinent ſtagma hydropicum, ſeu primi malum ſentiant, revehi dubitante lympha & ſcandere ſic ſurſum, ſenſim hinc aſcendente reſtagnatione & tumore, in abdomen uſque, Seu ex hoc illuc per poros carnium & cutaneos tranet: Facit huc illorum ſitus, ſi quidem ſerum à volatilitate deſciſcens, motum gravium æmulatur potiùs quàm vitalem: Remotior item à fonte caloris ſtatus & debilitas non tantùm nativa, ſed & acquiſita. *Wedelius.*

15. *Cauſa eſt*) Cùm latifundia Hydropis pertruperimus (§. 24. *Tumor corporis vel partis*) illius fontes & ſcaturigines inveſtigandi ſunt, Excutiendum itaque, tum quomodo hoc diluvium, ſeu inundatio microcoſmi fiat, tum quibus velut obſtetricibus.

Cauſa immediata & proxima, eſt congeſtio lymphæ extravaſatæ, præternaturalis puta. hac enim poſitâ in cavitatibus & poris, ponitur & conſtituitur Hydrops, *Aſcites*, ſi lympha fuerit magis aquoſa: Tympanites, ſi

magis

magis hauroſa, *Anaſarca*, ſi viſcida magis hanc congeſtionem ſubeat.

Enim verò ſi naturæ ductum ſpectemus lymphaticus hic humor alveos ſuos haber cum ſanguine diviſos, in quibus nonnisi juſtâ quantitate & qualitate undulare,& totum corpus nimbo ſuo blandè irrigare debet, Hos limites egreſſus,fit naturæ oneroſus,& archei jugum rebellis excutit; peregrino in dies charactere magis magiſque ſigillatus: Fieri extravaſationem & quidem non ad extra,ſed ad intra ſenſibus obvium eſt,modus autem ex pendendus.

Commodiùs in hoc feremus, ſi tres extravaſationum modos & ſpecies adducamus, *anaſtomoſin, diapedeſin & diæreſin*, Quemadmodum enim ſeu fluxionum, ſeu congeſtionum quoque aliquando ſanguinis extravaſati hæ cauſæ ſunt,ita eodem jure ac titulo idem præſtant in Lympha, Utrobique eſt humor, utrobique vaſa, è quibus excidit, dictis iiſdem non aliis modis.

Anaſtomoſis, ſeu lymphaticorum vaſorum reſeratio præternaturalis concipi poteſt,quando extremitates horum plus juſtò hiant,ut plus invehatur, quàm evehatur ex parte; Et ſanè Anaſtomoſis talis naturaliſſima viſitur ad ſenſum in ore, quando lympha, Saliva hic audiens(ut eadem aqua pro diverſitate loci nomen ſortitur, quod de humoribus eſt notiſſimum) copiosè ſecundum naturam exſtillat continuò velut tramite: In noſtro verò caſu contingit, v. g. tum ob copiam lymphæ & oneroſitatem, unde exitum affectat, velut ταπεινώσει quadam; tum vaſorum tenacula imbecilla, ut de humoris à ſtatu vitalitatis propriæ abeuntis culpâ nihil dicamus: Id omne verò exemplo *Pedum* optimè explicari poteſt, vaſis lymphaticis in extremitatibus plus debito hiantibus & laxioribus redditis, quàm ut citra diffuſionis & relapſus metum recipere poſſint & revehere lympham ſeparatim.

Diapedeſin verò ſeu tranſudationem, lymphæ concipere poſſumus in delicatioribus membranis amplatis & expanſis, à tranſudante p.n. lymphâ, v. g. in oculorum tunicâ adnatâ, cujus ſuffuſio hydropica, undulante ſubtus pellucido ſero, à me obſervata. Supponit eadem rarefactionem & motum vitioſum, poroſque ſimul hiantes, & noviter etiam fabrefactos; quod optimè concipi poteſt, experimento toto die in ſudoribus viſendo ſola differentia, quod hic loci id fiat ad intra magis.

Diæreſis denique frequentiſſima eſt, & in fiſſione non minùs & eroſione vaſorum atque pororum conſiſtit, ſupponendo lympham ſalibus nimis ſaturatam, vel violentiam externam aliam.

Hiſce ſtaturninatis, facilè largimur pro variante hinc Hydropis ſtatu, unum præ altero horum magis vel minùs ſolitariè, vel conjunctim, in causâ eſſe: Sufficiat nobis expoſuiſſe hæc,ut amplitudinem cauſæ immediatæ illuſtremus ſic & complectamur, facili hinc ad ſingula ſeorſim aptanda explicatione.

Extravaſationem hanc tenſio partium, ut individuus comes ſequitur, & ſeri fit incarceratio, indicio introitum inveniſſe illud eumque præternaturalem, ſed exitu deſtitui,conſiſtens intra parietes iſtos, à quibus circumſcribitur, Tantuſque eſt tumor atque diſtenſio, quantus humor collectus, vel conjuncti flatus, iique vel inæqualiter reſpectivè in prioribus duabus ſpeciebus, vel æqualiter magis in anaſarcâ.

Cauſa mediata proximior, eſt circulatio lymphæ læſa, ut ſic & indiſpoſitionem ſeri ipſius & alveorum complectamur; Ponemus verò ulteriùs & vias in corpore humano, & cavitates liberas eſſe oportere, Omne verò fluidum gaudere motu, nulla ſtagna ſilentia & quieta dari, ſerum ipſum characterem ac vigorem vitalitatis ſuæ à ſanguine mutuari, ne plura huc facientia non laudemus.

Intemperies humida cùm ſit in hydrope, humidum verò à regione caloris depêdeat,unde & qualitates paſſivæ, humidum & ſiccum, dicuntur, neceſſum eſt ut ab ἀνεργείᾳ & ſic Archei regentis eam arceſſamus.

Quandocunque itaque depauperatus ſanguis, ejuſque particulæ balſamicæ biliosæ, ſerum increſcit & ad exundationes diſponitur: Faciunt huc depletiones nimiæ; ſeu manifeſtò & ἀθρόως factæ, ſeu ſenſim, unde ſymbolum addunt omnes hæmorrhagiæ nimiæ, à quacunque causâ inductæ, narium, v.g. vomitus cruentus, hæmoptyſis, immodicus menſium fluxus, dyſenteria, & quæ injuriâ externâ interdum accidere ſolet, per vulnera, vel venæ ſectiones repetitas, largiore ſanguinis profuſio: Hoc enim nectare & vitæ theſauro deperdito, intemperiem totius & partium frigidam inſequi neceſſe eſt, quæ fœcunda eruditarum & morborum; inprimis hujus, genitrix eſt.

Par ratio eſt lentæ corporis & virium exhauſtionis per febres, tum continuas tum intermittentes, imprimis quartanas, per diarrhœas longiores, cholagoga & alia purgantia crebriùs exhibita, phthiſin, hecticam: His omnibus Hydropem ſupervenire teſtis eſt experientia, Dejecto quippe viſcerum tono, nec genuina diſtributio ſucci nutritii, nec appoſitio debita conſequi poteſt, hînc vel citiùs elabitur vaſa, vel poris moleſtè innatat.

Quandocunque verò ita accumulantur biliosæ, ut & exacuentur ipſæ, & inde quoque lympha, ut acrimoniam erodentem concipiant, vaſa lymphatica non minùs inde obliterari, occludi, & utroque modo, vel tenſione vel eroſione diſrumpi hic illic, & ſic deviare in cavitates contenta lympha ſolet. Quo uno dato inconvenienti, plura inſequuntur preſſo pede, & ſanguis ipſe quoque diluitur, ichoreſcit,& producendo diluvio huic velificatur. *Obſtructiones viſcerum* pariunt hydropem, & ſerum ejus cauſam materialem, reddunt hydropicum, inprimis *glanduloſorum*, v. g. hepatis; lienis, meſenterii, pancreatis, uteri, renum, & ſimilium,

Non mirandum hinc eſt, *Hepar*, velut πρῶτον δεκτικὸν Hydropis, & veluti ſedem habitum à veteribus, Id enim quomodo concurrat, non tam ex αἱματώσει ipſi adſcripta olim id æſtimandum, quàm ex aliis recentiorum inventis; Eſt hepar ex acinis glanduloſis conſertum, plurimis gaudens rivis vaſorum lymphaticorum, bilis colatorium, vaſorum aliis partibus omnibus contra, plurium receptaculum, hydatidibus præprimis obnoxium, quæ omnia hepatis γένεσιν non parùm illuſtrant, ſi ex hepate derivetur. Neque æſtimandum eſt eo caſu ſolum ex conſtipatione, ſcirrho, maximè attendendo & ſimilibus, quod hæc ſolùm ſint morboſa, Culpa enim hæret ſæpe penes ipſum, rubello quamvis colore parenchyma, ſic ſatis integrum poſt mortem occurrat, Vidi eo caſu aliquando in diſſecto à me hydropico, hepar cæteroquin floridum, & ad ſenſum bene habens, ſed penitus exangue, cum bile quaſi flammeâ & ſpiſſiori.

Sufficiat hoc viſcus plurimùm ad hydropem conferre, unde Icterici ſæpenumero apparent hydropici confirmati; nec excludendos verò eſſe ejuſdem in deputando ſanguine ſocios, Hinc hypochondriaci, ſcorbutici,& alii obſtructionibus & tartaro cœnoſo fœti,ſane excludere hydropem ſolent;Eadem ratio eſt lymphæ viſcidæ, coagulabilis, tartareæ, quæ obſtructiones,& non rarò etiam calculoſum magma producit.

Imò dudum quoque ab ipſo *Cerebro* fluxionem, *p.n.* talem fieri aſſeruit, *Cons l. de loc. in h.* quod non alia ratione locum habet, quàm ſi val deviet ſerum obſtructiones, denegatâ ordinariâ sd extrs tranſitione, vel ob ἀκρασίαν ſpirituum animalium commerciò exuatur, nec ordinem amplius teneat ſuum, hinc in cavitates & poros congerendum facilè, Neque enim in hiſce vel extremis recipere novit ſuam temperiem, quin intemperatiùs, ſeu ἄκριτον ſtagnat, & ſtagnando intemperatius redditur magis.

Ex his ſcilicet principiis enaſcuntur elementa Hydropis, aqua & ſal, moderationis leges tranſgreſſa, qualitate vitali ſenſim exutâ, ad motum aptitudine deficiente, unde varia phœnomena concinniùs enucleari queunt.

His poſitis facilè liquet, quomodo ex reliquorum claſſe huc faciant, quæ *Cauſæ remotiores* quidem dicuntur, ad *proximiores* verò aditum ſternunt.

Confert huc prævià ſuâ diſpoſitione *Temperamentum frig & hum.* in quo abundant, & facilè augeri, oneroſæque reddi queunt particulæ ſeroſæ, unde Senes, humiditate acetoſa magis redditâ, præ aliis hydropem magis patiuntur: Per accidens verò etiam temperamentum cal. & ſiccum.

Aer frigidus & autumnalis tranſpirationi nouminùs, quàm inſpirationi valde inimicus eſt; quibus interruptis, excrementitia lympha cumulatur magis.

De *Cibo & Potu* idem affirmare licebit, quia ſolus ſæpe victus in cauſa eſt, quatenus vel plus ingeritur, mole, quàm ut digeri poſſit, aut verti in corporis nutrimentum, vel qualitate vitioſâ, viſcidâ, fæculentâ, nullum fermentationi aditum concedit, ut juſta διάκρισις inſtitui nequeat; vel fermentum ventriculi peſſundat, potius, Exemplo id probant helluones & tabaco bibuli, qui per quod peccant, per id puniuntur, & iidem ultimum hinc poculorum & ingluviei præmium reportantes, ut & qui ſpiritu vini delectantur ordinariè, emoriente hinc ſenſim appetitu laſſato corpore; & lympha, de vigore debito dejectâ.

Meminimus ancillam ex eſu panis recentis, hauſtâ deſuper frigidâ, tumorem ventris contraxiſſe, ut graviditatis hîc ſuſpicione incarcerata ſuerit, donec eventus doceret contrarium, brevi enim poſt ſponte aperto umbilico, ingens aquæ profluvium ſuſpicionem & morbum ſolvit.

Res p.n. jam nominavimus abunde, quorſum & *luxatio femoris*, & inde motus ſufflaminatus aliquando confert, *Cachexia* item in utroque ſexus maximè ſcorbutica; *chloroſis* in virginibus, præco hydropis & prodromus: *Podagra* ſi ſerum phlegmaticum, vel acre in m. ſanguinea regurgitet, peregrino charactere inducto, ut ſubjugatis particulis ſulphureis blandis, multum à bonitate ſuâ deſciſcat, & conſequenter obſtructiones viſcerum pariat, frequenter admodum in hydropem extuberat &c. *Wedelius.*

15. *Cauſa eſt nutritionis vitium*) Cauſæ in genere ſanguinis debilitas eſt, unde alimento quod forinſecùs importatur; in ſubſtantiam ſuam convertendo non jam par, idem in extremitates & pendulas corporis partes explodere neceſſe habet, mox & in abdomen etiâ, in quo, quamdiu in exiguâ quantitate, hinc inde diſpergitur, natura eidem continendo veſiculas quaſdam fabricat, donec tandem modum, jam ſuperans, uno peritonæo ſimul clauditur.

Sanguini autem debilitando operam utplurimùm commendant, vel nimia ejus per Venæ ſectionem aut alio quovis modo evacuatio; vel morbus aliquis diuturnior, vel perditus ille liquores ſpirituoſos ingurgitandi mos, unde & naturalia corporis ſerluenta deſtruuntur, & diſſipantur ſpiritus: Hinc eſt quòd bibaciſſimi quique belluones, ſæpiùs cum hoc morbo, frigido licèt, quàm cæteri conflictentur; Et contra etiam aquæ potatio in iis qui generoſis liquoribus diu aſſueverant, ſanguini eandem noxam infert. *Sydenham Tr. de Hydrope.*

15. *Cauſa eſt nutritionis vitium*) Ut velut in ſpeculo perſpicere & capere queamus modum fiendi, & quomodo ſucceſſus ſuos adipiſcatur Hydrops, ejus hiſtoriam compendioſo ratiocinio exponemus; hac enim opellâ fortaſſis non adeo infeliciter ſic exantlatâ, tale exinde nobis ſuccreſcet commodum, ut authorum intricatos labyrinthos, quibus Hydropis veram cognitionem & naturam reddiderunt difficillimam, faciliori conatu ſuperare & verum à falſo diſcernere valeamus.

Fundamentum hujus doctrinæ à canone illo tritiſſimo petendum erit, Vitium coctionis immediatæ non emendari poteſt in ſecundâ, longè minus in tertiâ, Hînc colligimus, Cauſam vitiatæ coctionis ſecundæ, ſeu pravæ ſanguificationis potiorem, pendere plerumque à culpâ primæ coctionis, ſeu chylificationis; Et cauſæ læſæ tertiæ coctionis (in quâ ſanguis pro qualibet partis indole peculiariter ac ſpecificè præparandus, digerendus ac coquendus, ultimâ verò coctione adornatus partibus nutriendis aſſimilandus eſt, quod negotium nutritionis nomine exprimitur) eſſe vitium ſecundæ, ſeu nequiter in Hepate confectum ſanguinem, qui atrophiæ & cachexiæ comma exiſtit.

Stat igitur ſententia, ex malâ chylificatione non iſtum officinam, & ipſum ſanguificationis viſcus (quod à viſciditate glutinoſa vitioſi chyli obſtruitur, & intemperatum redditur) verùm etiam munus ejuſdem, ſeu ſanguificationem manifeſtè depravari: Ex corrupto autem ſanguine, qui tanquam cibus & nutrimentum catholicum ad quodlibet corporis membrum poſtea pervenire debet, quid ſperandum, in oculos ſtatim incurrit, Nempe inquinatum in primâ & ſecundâ coctione nutrimẽtum, in tertiâ eò magis corrumpitur, quò certius eſt paulo ante citatum axioma: Si itaque indigeſtus, & multis inquinamentis viſcidis aquoſiſque ſuperfluitatibus contaminatus ſanguis, sd partes nutriendas vel vegetandas ſic tranſmittatur, virtutem & calorem naturalem qui eſt in quolibet membro, adeo protinùs obruet, lędet atq; debilitabit, ut nec officio ulterioris digeſtionis, ac puri ab impuro ſeparationis, neque etiam expulſionis decenter fungi poſſit, unde colluvies & congeries excrementitiarum ſuperfluitatum, quæ ſucceſſu temporis, & increſcente putrefactione, magis msgiſq; colliquantur & aquoſiores evadunt in partibus omnibus: quæ malè & infauſtè ſic nutriuntur, luculentâ ratione ſuboritur, atque per conſequens hydrops hinc ſuas natales ſuſcipit.

Notandum autem hîc, non de levi aliqua ſanguinis depravatione, vel perſunctorio ſanguificationis vitio, ſed de magno & continuato, hîc cogitandum eſſe. *Chr. Langius.*

16. *Hepatis intemperies frigida*) Ut ritè Hydrops cognoſcatur, dicimus eum eſſe Tumorem p.n. vel particularem, vel univerſalem omnium membrorum à vitio nutritionis ortum ducentem, quod nutritionis vitium dependet ab illaudato, depravato, & malè in hepate propter ejus obſtructionem & debilem calorem nstivum ſpirituumque cocto ſanguine.

Nempe vitium Hepatis ex ejuſdem obſtructione ſemper in hydrope ſubeſt, unde hinc malè coquit Hepar chylum à ventriculo per venas meſaraicas ipſi demandatum, atque ſeroſitates & viſciditates quàm multas una cum ſanguine pauco producit; &c. *P. Joh. Faber Pathol. ſpag. c.62.*

Non aberrât à veritatis orbitâ, qui obſtructionẽ omnis propemodũ morbi proprietatẽ cõtinere ſtatuũt, ſiquidẽ vel à poſteriori & curandi quoſvis morbos promptitudine, id colligere liceat, quam nobiliora deobſtruentis, & ape-

& apertiva ſpagirico modo parata præſtare ſolent; quo ipſo etiam nomine hujus virtutis remedia, & quæ obſeratos meatus obſtructaque viſcera aperiunt, in hydropicis, qui afflicti alioquin vitam non exiguo diſcrimine trahunt, acceleranda cura magnificum commodum afferunt. Ergo ut obſtructiones imprimis contumaces putredinis & depravationis indubitatas cauſas eſſe novimus, ita ortum ſangoificationis, & ſcaturigo ſeu parti ſanguinis, hinc protinùs eſt in propatulo. *Chriſt. Langius.*

16. *Hepatis intemperie frigidâ*) Heic intolerabilis eſt pletoruinque pertinacia, ne dicam arrogantia: Intemperiem hanc ſemper eſſe frigidam, etiam ubi ſymptomata caloris graviſſima adſint: Sed, quomodo, *inquiunt*, Hepar calidum gignit ſerum? Non gignit ſoleo dicere, ſed colliquat ſanguinem, partemque aqueam in abdomen deponit. *Hofmannus l. c.*

Ergone hoc paradoxum iis defendere, *Hydropem dari calidum?* Scripſit hoc ipſe *Hippocr 2. Progn.* t. Acceptavit hoc. *Galenus 6. loc. aff.* t. ne dicam de Colliquatione. *Idem.*

Frigida Hepatis intemperies impugnatur *Trallhani*, *Avicennæ*, & aliorum authoritatibus, qui ſtatuunt etiam à calida intemperie hydropem excitari, & nonniſi refrigerantibus curari; Quod etiam *Hippocrat.* authoritate fulciri poteſt 2. Progn. *Hydrops*, inquit, *morbo acuto ſuperveniens, malus, febrem enim non ſolvit*: Si igitur hydros ſupervenit perſeverante febre, manifeſtum eſt calidam intemperiem permanere: Neque mihi unquam placere potuit, quod vulgò dicitur à *Galeni* mancipiis, à calida intemperie calorem nativum diſſolvi, ac plurimùm imminui, & calorem illum imminutum frigiditatis nomine donari, Sic enim in febre hecticâ, & febribus aliis diuturnis, in quibus calor nativus plurimùm imminuitur, frigida intemperies eſſet perpetuò accuſanda, & ſymptomata quæ illas ſequuntur, huic intemperiei eſſent adſcribenda, non autem caliditati; unde magnam confuſionem in ſymptomatum cauſis inquirendis excitari quis non videt? *Riverius.*

17. *Intemperies frigida*) Cauſa Hydropis non eſt Hepar frigidum, ob hæmatoſeôs defectum, quæ Veterum fuit ſententia, cùm à modernis dejectum ſit ab imperio ſanguificationis, Deinde adverſantur huic ſententiæ omnes, qui per experientiam Anatomicam obſervarunt ſæpiſſimè Hepar inſons in Hydropicis: Non nego equidem Hepatis & Lienis ſcirrhos fuiſſe ſubinde inventos, in hydrope demortuis, ſed hoc commune habent cum aliis viſceribus, Viſcerum enim quorumvis varia & multiplex obſervata in Hydropicis conſtitutio præternaturalis; ita ut hactenus nihil certi de parte ſolidâ primariò in hydrope affectâ colligi queat: Imò fieri poteſt, ut ſine vitio alicujus viſceris hydrops naſcatur, quando ab errore externo, à potu frigido confertim ingeſto, aqua in abdomine colligitur; atque adeo non ſolius hepatis, ſed & aliorum viſcerum culpâ, imò interdum viſceribus planè illæſis hydropem generari conſtat; Ut taceam obſcuram eſſe generationem & fiendi rationem Hydropis, ſi ex Hepare orti ſtatuatur. *Etmuller.*

17. *Ab Hepatis intemperie frigida*) Graviſſimum dubium eſt, Quis ſit locus affectus? *Eraſiſtrati* opinio fuit, referente *Gal. 2. fac. nat. 8.* Hepar eſſe; huic quid uppugnat *Galenus* apud ipſum videre eſt, Interim huc it, Hydropem quendam eſſe per eſſentiam affecto hepate: quendam per conſenſum, ſed ita ut hepar ſemper ſit affectum: fundamentum hujus aſſertionis eſt, Quæ pars gignit ſanguinem bonum, ea gignit etiam malum, at Hepar gignit ſanguinem bonum; Ut paucis me abſolvam, in Leucophlegmatiâ verum eſt, in reliquis duabus ſpeciebus non eſt; In quo verò vel maximè exultat eorum oratio. In mortuis apparere Hepar ſemper eſſe affectum, id *αὐτοψία* refutat. *Hofmannus Inſt. lib. 3. capit. 67.*

Hippocrat. 2. Prorr. diſertè aſſerit Hydropem fieri vel ab hepate, vel à parte inani, per quam intelligit totum illud ſpatium, quod à coſtis ad ilia extenditur, & partes in eo eminentes. *Idem 4. de morb & 1. de m. mul.* Hydropem ex Liene deſcribit: Reſponderi ſolet Hepar perpetuò affici primariò vel ſecundariò, Verùm duæ rationes hanc doctrinam urgent, 1°. quòd ſi hepar perpetuò afficeretur, in diſſectionibus nunquam illæſum reperiretur. 2. quòd ſi hepar ſanguinem aquoſum generaret, ille in totum corpus diſtribueretur, ſicuti in Anaſarcâ ſanguis pituitoſus in omnes partes transfertur: Neque ſufficiens ratio reddi poteſt, Cur ſeroſus humor in hepate genitus, in ſolum abdomen, non in alias partes deferatur. *Riverius.*

18. *Vel extinctione caloris*) Cauſa immediata τῆς ὑδρώπος eſt Jecoris caliditas admodum tetoſa, frigoris nomen apud Medicos ſibi adoptans; itque hallucinantur, qui ut tympanitem primæ, & Aſciten ſecundæ, ſic veram ac germanam leucophlegmatiam tertiæ coctioni imputant; Alget Hepar calore, vel *extincto*, vel *oppreſſo*, vel *diſſoluto*, Calor enim conſideratur aut penes *qualitatem*, aut penes *motum*, eumque ſimplicem in ſe & ad centrum, à ſe & ad circumferentiam; Caloris qualitas à contrario expugnata, dicitur extinctio centralis, ut ita dicam, Ejuſdem motus, ſi nimius fuerit, *oppreſſionem* præſtat, Peripherica verò motio modum exuperans, *diſſolutionis* cauſa eſt: Flammæ namque, ut igneæ, ſic vitalis (quam *Hippocrates* τὸ πῦρ appellavit) perennitas pendet à viciſſitudine contrariorum motuum intùs foràs, & foris intrò, quorum alterutro pereunte, calor patitur exitium, nam conglomeratus ſuffocatur, diffuſus marceſcit.

Calor hepatis extinguitur, vel à virtute narcoticâ, ut licentioſâ nimium opii aſſumptione, vel ab externo frigore. *Menjotius Diſſert. p. 657.*

Oppreſſio Caloris fit ob *ſomnum* prolixiorem, refrigerat enim, humectat, ac pituitæ acceſſionem facit, unde ſomnolenti ſunt turgiduli, Item propter *potum vini craſſioris* atque obturantis, authore *Aetio*, Ab *aquis* etiam *paluſtribus*, manentibus ac ſtagnantibus, hydropes plurimi fiunt, ac lethales ex *Hippocrat. l. de A. A. & L.* ſed potiſſimùm menſium hæmorrhoidumve, ut in *Trajano ac Hadriano* Imperatoribus, ad hepar recurſus hujus calorem καταβαπτίζει & præfocat, haud ſecus ac ignis lignorum ſtrue ἐπιπωμαίζεται, adobruitur, mirumque quod *bona* etiam *exuperantia morbi fiant*, ut legitur in Epiſtola S. P. Q. Abderitani ad Hippocratem. *Menjotius Diſſert. pagina 657.*

18. *Vel extinctione caloris*) Partes præcipuæ quæ primùm ſeroſam materiam attrahere ſolent, ſunt Hepar, & Lien; Læditur autem hæc attractio à variis cauſis, præcipuè ex defectu ſeu imbecillitate caloris nativi: debilitatur autem hic à frigida, vel calida intemperie, & à ſuffocatione; Frigida intemperies à nimio refrigerantium alimentorum uſu, largâ ſanguinis evacuatione, ſpiritus confeſtim exhauriente, vel quavis aliâ cauſâ excitatâ, cùm per ſe calori adverſa ſit, eum nativum hepatis & lienis calorem obtundit, ejuſque actiones lædit.

Calida verò intemperies nativum calorem diſſipat, unde ille debilior factus, actiones hepatis & lienis minùs feliciter exercet: Inducitur autem calida illa intemperies, à febribus ardentibus, vini meracioris largo potu, ciborum & medicamentorum

calidorum uſu nimio: Denique debilitatur calor nativus per ſuffocationem, quando ſanguis nimiâ copiâ redundat in venis, præcipuè impurus, qualis cumulari ſolet in menſium vel hæmorrhoidum ſuppreſſione, per illas ſiquidem evacuationes, Corporis impuritates expurgari ſolebant, quæ iiſdem ſuppreſſis retentæ, totam ſanguinis maſſam inficiunt. *Riverius.*

19. *Seu immediata, à ſex non naturalibus, ſeu mediata à totius vel partium aliarum morbis*) Hydrops, non ſecus ac Cachexia, nunc eſt *morbus primarius*, qui per ſe ex *vitio rerum naturalium, aut non naturalium* ſucceſſivè oritur, Nunc *ſecundarius*, qui ex vitio quodam morboſo præternaturali præcedente originem ducit, Nempe oritur Hydrops frequentiſſimè.

I. Ex *febribus intermittentibus chronicis*, quibuſvis malè tractatis, ſpeciatim *Quartanâ diuturnâ*, præſertim quando ægri in paroxyſmo nimis bibunt, frequenter Hydrops ſequitur, adeo ut frequentiſſimus diuturnarum quartanarum pediſſequa ſit hydrops; pro qua præſervandâ diebus intermiſſionis, amara ex vegetabilibus febrifugis, præſertim *abſinthio*, ſedulò uſurpanda ſunt, pro conſervandâ bilis & ſanguinis craſi, debitoque viſcerum tono.

II. Ex Aſthmate (præſertim orthopnoeâ) non ſolùm humoroſo, ſed etiam convulſivo, cui, ſi diutiùs duret, ordinariò hic hydrops ſupervenit: item ex aliis pectoris pathematibus, hydrops obſervatur, ſiquidem aliquando ad Empyema, ad phthiſin, & ſanguinis ſputum hydropem hunc inſequutum obſervatum fuit.

III. Ex *Renum vitio* frequentiſſimus eſt Hydrops: Mictus quoque ſanguinis diuturſus hydropem infert, teſte *Schenckio in obſervationibus.*

IV. Ex *vitio* viſceris cujuſdam nobilioris, aut uſus neceſſarii, in abdomine, hepate, liene, meſenterii glandulis affectis, utero &c. frequens hydrops obſervatur: *Rondeletius Prax. cap. 35. de ſcirrho Hepatis*, ſcribit, ſe ex frequenti corporum diſſectione obſervaſſe, omnes hydropicos vel ſcirrhos, vel glandulas meſenterii induratas habere, aut pancreas ſimiliter conſtitutum: Sic *Lienem* malè affectum in ſpecie ſcirrhoſum factum, hydrops neceſſariò inſequitur, Par ratio eſt de hepate ſcirrhoſo hydropem inferente, & ex vulnere hepatis ſclopero inflicto, ſuppurato, hydropem natum vide in *M. C. A. 6 p. 145.*

Ex *Ictero* & aliis quibuſvis Cachexiæ ſpeciebus confirmatis, tandem naſcitur hydrops, In ſpecie Scorbutum hydrops ſui generis inſequi ſolet.

VI. Aſcites à ſanguine, vel p. n. *excreto*, vel retento, frequenter admodum oritur.

VII. Imò ex aliis *nimiis excretionibus*, præſertim *per alvum*, crebrò genitus hydrops notatus.

VIII. Crebrior & copioſior aut intempeſtivus potus, præſertim frigidi, ingurgitatio, hydropem infert.

Juxta has cauſas magis particulares, obſervandum, *ſenſibilis urinæ excretionis, & inſenſibilis tranſpirationis defectum*, ut plurimùm, ſi non ſemper adeſſe in hydropicis: *Hanc* quod attinet, Hujus penuria colligitur ex eo, quòd licèt multùm ſeri colligant Hydropici, nihilominus tamen difficulter ſudent; ideoque & citra madorem illorum corpus eſt, nec in balneis facilè ſudore madeſcunt, quod ipſum cum aliis cachecticis commune habent, qui omnes difficulter ad ſudores cogi poſſunt; Hinc ſi ſudor Hydropicis ſupervenerit, adeo ut æger alleviatum ſe ſenſerit bonum: Forſan obſervationem hic meretur, quod *Smetius miſcell. l. 8.* aſſerit, illos præcipuè difficulter ſudare, quibus Jecur & Lien, ætate morbove, vel obſtructione magnâ, aut ſcirrho obduruerit. (*Idem adnotatum ab Authore Ench. Med. Pr. p. 239.*) Ettmuller.

20. *A ſex non naturalibus*) Et 1°. *Aer* ad τὰ ὑδεργικὰ referiur, cùm nulla ejus ſit evitandi ratio, frigidus, craſſus ſi ſit, multaque exhalatione humeſcens, Autumnalis præcipuè hydropi favet, inde etiam ab *Hippocr. 3. aph. 22.* inter autumnales refertur morbos, In quorum nativitate Luna dominium exercet, phlegmaticis obnoxii creduntur affectionibus, & ad ὑδερώδεις diſponi κατεχόμενοι, circa plenilunia etiam mori: Nos circa novilunium pejus habuiſſe, & diem obiiſſe plures obſervavimus. *Motus* & *Quies* immodica, Hæc quidem excrementa cumulando, pituitamque & cruditates angendo, caloremque innatum obtundendo; Ille verò vitales exhauriendo ſpiritus: *Somnus* ſi excedat, corpus reddit turpidum, excrementa conſervat vaporoſa: *Ciborum* frigidorum & humidorum, *lactucæ, melonum, anguriarum, fructuumque horreorum* facilè putreſcentium, multiſque aqueis partibus divitum uſus immoderatus, huc confert: Luxurioſa Diæta, & guloſi ingluvies, τὸ ποικίλον τῆς διαίτης πολλὰ νοσήματα ποιεῖν, *Varia diæta varios parit morbos*: Copiâ ciborum imp[illegible] ξύμμετος & πνευματώσεως partes craſſæ, tartareæ, fixæ, fermentationem reſpuunt, renuunt ſpirituéſcere rarefieri & volatiles reddi, *Potus* ingurgitatio copioſa; Medicamenta refrigerantia: *Excretio* ſanguinis per nares, hæmorrhoides, uterum, inteſtina in dyſenteriâ immodicâ, mater hydropis: *Hippocr. 6. aphor. 45. Qui lienoſi difficultate inteſtinorum corripiuntur, iis ſupervenientem longam dyſenteriam, aqua intercutem, aut inteſtinorum levitas excipit & moriuntur*. Τὰ ἐκκεχυμένα καὶ ἐπισχόμενα & non ritè ſe habentia huc conferunt, *Retentio* eorundem indecens calorem nativum ſuffocat, ut ſuppreſſio hæmorrhoidum conſueta in plethoricis, cujus meminit *Hippocr. 6. aphor. 12.* Diuturnas curanti Hæmorrhoidas, niſi una quæpiam ſervetur, periculum aquæ intercutem, vel tabis impendet, *Trajanus* Imperator ex retentione hæmorrhoidum hydropicus redditus: *Affectus animi* ἄμετροι, ſpiritus abſumendo calidum innatum minuunt. *Rolfincius.*

21. *Totius vel partium &c.*) Alius hydrops oritur per μετάπτωσιν, cum à quiete prioris morbi enaſcitur, ut cum cauſo ſuccedit; Aliquando ſyntymoriæ maleficæ cauſa eſt ἐπιγένεσις, quæ morbo primigenio nullum affert levamen, ut hydrops quartanæ nondum ſanatæ, vel ſcorbuti conſectarius. *Rolfincius.*

21. *A totius*) *Hippocr. 7. Epid.* recenſet hiſtoriam (*Meſiphontis* qui ex Cauſo evaſit hydropicus.

22. *Vel partium aliarum morbis*) *Cous* non ſolùm Jecur, ſed & alias nominavit partes, ita 2. Progn. *Incipiunt*, inquit, *plerique hydropes, vel ab ilibus, ſeu ab inanibus locis, vel ab hepate*, τῆς ὀσφύος nomine intelligit venas; per τοὺς κενεῶνας, Lienem, Meſenterium, Uterum; *Idem 4. de morb.* circa finem agnoſcit hydropem, *quando Lien aliquantulum ægrotans, potum ex ventriculo trahit*. Cor & affici in læſo hoc ſanguificationis opere, inficias ire quoque non poſſumus. Inprimis tamen viſcerum miniſteria, quæ Cordi famulantur, accuſamus, tale eſt præprimis *Jecur* Colatorium & cribrum, biliſque ſeparatorium, *Lien* frigidarum & ſiccarum, *Renes* ſeroſorum atomorum ſecretorium. Hæ partes, dum debiles, officio non ſatisfaciunt, acervatæque per Renes & Veſicam aquoſitates non effluunt, in cavo abdominis reſtitantes, vel in habitum corporis transfuſæ, vel in flatus reſolutæ, hydropem ejuſque ſpecies conſtituunt. *Rolfincius*

22. *Totius vel partium aliarum morbis*) Quandocunque depauperatur ſanguis, ejuſque partes balſamicæ & bil[illegible]r ſerum increſcit & ad exundationem diſponitur Fiunt hæ depletiones nimiæ, ſeu manifeſtò [illegible] factæ, ſeu ſenſi[illegible]n, Par ratio eſt lentæ corporis & virium exhauſtionis, per febres

tum

cum continuas, tum intermittentes, inprimis quartanas, per diarrhœas longiores, purgantia crebriùs adhibita, maximè cholagoga, phthiſin, hecticam: His omnibus ſupervenire hydropem teſtis eſt experientia. Obſtructiones viſcerum pariunt hydropem &c. Quomodo his ſuccedat Hydrops, vide ſupra §. 15. *Cauſa eſt.*)

22. *Vel partium aliarum morbus*) Febres Intermittentes, Autumnales potiſſimùm, ſequi ſolet Hydrops, unde primò quidem crura intumeſcunt, deinde etiam venter; qui exinde naſcitur, quòd ſcilicet ſanguis crebris fermentationibus, quas peperit morbi diuturnitas (præcipuè in natu grandioribus) plures ſpirituum manipulos prodegit; unde ſummâ eorundem inopiâ jam laborans, ſuccos cum alimentis ingeſtos, non ampliùs valet aſſimilare; quorum cruda adhuc indigeſtaque moles in crura tandem deponitur; atque his jam diſtentis, neque ulterius quicquam admittentibus, in ventrem etiam, unde verus Hydrops formatur; Rarò autem juvenes obſidet hæc malorum ilias, niſi catharticis per febris decurſum ſæpenumerò iteratis, eandem inconſultò nimis ſibi acceſſiverint: Verùm Hydrops ex causâ memoratâ ſuperveniens, aperientium & catharticorum uſu facilè ſanatur, ſi modò recens fuerit: Neque mihi moleſtum eſt, quoties hinc natum morbum audio, de rei exitu, omnia bona tunc temporis animo concipiens, *ſalutem polliceri*; Nonnullos enim perſuasi.

Verùm obſervavi fruſtra eſſe, ſi quis Hydropem ex febre Intermittente ortum, purgantibus tollere conetur, Febre illâ adhuc durante; febris enim hoc pacto radices profundiùs agere deprehenderetur, non autem amovebitur hydrops: Expectandum itaque donec febris exulet; ac tum demum negotium proſperè ſuſcipiendum: Verùm enim verò ſi tam importunè, atque acriter inſtet ſymptoma hoc, ut ejus curatio non eò uſque videatur differenda; donec febris receſſus catharticorum uſum permittat, aggredienda omninò illa eſt infuſionibus *rad. raphan. ruſticans, fol. abſinth. baccar juniper. cinerum geniſtæ &c.* in vino factis, quæ non ſolùm huic ſymptomati obſiſtunt, effœtas ſanguinis vires de novo inſtaurando, ſed naturæ etiam de morbo jam triumphaturæ ſubveniunt. *Sydenham obſ. in Acut. p. m. 118.*

22. *Vel partium aliarum morbus*) Affectio Jecoris hydropiſica, vel primigenia eſt, vel ſecundaria, morbo nempe partium communium atque propinquarum ad hepar extenſo: puta ventriculi, inteſtinorum, pancreatis, meſenterii ad ſima hepatis: Renum vero, diaphragmatis & pulmonum ad gibbas ejus partes: Nec modo cœliaci ac diarrhoici, vel tabidi ac orthophnoici, ſed etiam podagrici ac iſchiadici in morbum aquæ intercutis aliquando inciderunt, ex *Aetio*. Quanquam enim Jecur (ſanguinis θησαυροφυλακεῖον, & venarum ἐξαρτήσις) ponatur hujus paſſionis ſubjectum, ac ſanguinem aquatum inde ſalire neceſſe ſit, ubi floridus naturæ lege procuditur, perſæpe tamen ſibi ſubſtituuntur hydropiſium fundamenta; Unde *Hippocrates 2. Prorrh.* ceu peritiſſimus aquilex, abſtruſos hydropum fontes indagans ἄρχονται *inquit*, οἱ πλεῦσοι μὲν ἀπὸ κενεώνων, καὶ τῆς ὀσφύος, οἱ δὲ ἀπὸ ἥπατος: Ubi nomine κενεώνων καὶ τῆς ὀσφύος, *Ilia* intelligit, quæ *Homerus* λαπάρας dixit, *Aurelianus* inania & celata loca, hoc eſt ſpatium illud oſſibus vacuum, ideoque molliculum, quod inter ultimam è mendoſis coſtis & os τῆς λαγόνος, ſive *ilei* interiacet, ac per metonymiam continentis pro contento, partes ibi contentæ ſignificantur: ſcilicet ileum inteſtinum & meſenterium originem ducens à ligamentis vertebras lumborum copulantibus; hæ namque partes, & vicinitate, & vaſorum connexione hepar affligunt, non modò præpeditâ ciborum anadoſi, verùm quoque per ἐμφραξιν καὶ διάθεσιν propriæ intemperiei.

Sunt qui Hydropem ab Iliibus putent eſſe Tympaniten, ſed ab re, quod ilia queant eſſe natale ſolum trium generum Hydropis; Per *Hydropem verò a lumbis* videtur *Hippocrates* illum indicaſſe, qui fit *à renibus* vel effœtis, vel præcluſis, nec ſeroſum humorem rectè expurgantibus: Lumbi enim propriè dicuntur, pars totius ſpinæ quinque vertebris craſſiſſimis ac maximis conſtans, inter dorſum oſque ſacrum media, quæ alias ἰξύς nominatur. *Menjotius.*

23. *Vel diſſolutione*) Caliditas hepatis *diſſolvitur* à calore luculentiore, ut longo uſu aromatum calidiſſimorum, ac vini vinoſi atque ἀκρατοποσίας, hinc poculatis cujuſdam ebrioſi querela, ſe aquâ infeſtari quam nequidem guſtaverit; A *vigiliis* ſuperfluis ex Aegineta, *A fluxibus cœliacis ac dyſentericis*; *Ab immodicâ hæmorrhagiâ*, præ reliquis vacuationibus vitium capitatrice, ἐξ αἱμοῤῥαγιῶν ἐξυδρωπῶντας: inquit *Hippocr. p. 9. ſ. 4. 6. Epid.* Idem contingit à *febribus chronicis*, ac ſæpe ſæpiùs à *quartanis*, nec non ab acutis in hepate nidulantibus, tæda febrili vitæ lampadem diſperdente, atque diſſipante; maximè dum ſitibundis ægris crudeliter & ſuperſtitiosè circumciditur potus. Item à cœco igne & quaſi λειποθυμικῷ; qui gratioſum hepatis humorem tacitè depeculatur, unde fit retorridum, hoc eſt exuccum, durius ac è ſuave rubenti nigrum μαραςμὸν ἡπατος vocant. *Menjotius.*

24. *Conjici poteſt & in Cor*) Recentiores non ſemper hepar in hydrope primariò, αὐτοψίᾳ in apertis cadaveribus innixi, affici atteſtati ſunt; nullo ſæpe in Jecore vitio, hydrops obſervatur; Sæpe renes, meſenterium, abſceſſu, tumore laboraſſe viſa, Jecore florido, Nonnunquam pallidius quidem, utpote aquis immerſum obſervatum, aëris autem contactu ſtatim refloruit: Non inviti nos à *Galeni* recedimus ſententiâ, Cordi ut in αἱματώσεως opere ὑπεροχὴν καὶ παμβασιλείαν, Magiſtralem ſupereminentiam & poteſtatem regiam adſcribimus pleniſſimam, ita & illud aſtici in læto hoc opere inficias ire non poſſumus: Imprimis tamen viſcerum miniſteria quæ cordi famulantur, accuſamus. *Rolfincius*

Moneo hos tales etiam ex *Rondeletio* & rei veritate, Cordis primas hic eſſe, vel ideo quia ferè in febribus accidit. *G. Hofmannus Inſtit. Med.* Alii hydropici fiunt, quia cor per arterias conſenſum habet cum hepate: Quòd ſi Cor non probè difflatur, tandem concipit calorem p. n. qui actionem lædens hepatis, hydropem facit. *Rondeletius*

25. *Cui in opere ſanguificationis παμβασιλεία debetur*) Sanguificatio eſt chyli in ſanguinem converſio, Illa fit in toto corpore, ſed præſertim in corde, & quidem in ventriculo ejus ſiniſtro, in quo particulæ chyli cum ſanguinis particulis maximè rareſcunt, agitantur, & ſe invicem impellendo, variè conturquentur, fiunt tenuiores, flexibiliores, & tandem, ob aliam luminis reflexionem, rubræ, unde non mirùm; quòd ſanguis coagulatus, ſolidiorem maſſam faciat, quàm chylus, licèt particulas habeat tenuiores, quia habet ſaltem magis flexiles, ramoſas & ſibi invicem intricabiles, quàm chylus, qui per rudiorem partium à ſe invicem diſcerptionem à fermento ſtomachali tactus eſt.

Cauſa ſanguificationis eſt calor, ſeu igniculus noſter naturalis, quia prægreſſa ſanguinis in corde fermentatione ſuperſtes, ſtatim ſe inſinuat in poros alterius ſanguinis, cum admixto ipſi chylo in cor illapſi, in quorum tranſitu, dum occurrit aliquibus particulis minùs accommodabilibus, ampliùs in illis poris colligitur, ut eos repleat, ſicque particulas inter ſeſe; & cum ſanguine in corde, arteriiſque fermentando; variè agitando & contorquendo paulatim commi-

nuit, flexiles reddit, & ad rubedinem diſponit.

Fit ſanguificatio etiam in totius corporis arteriis venisque, ad quas ſanguis etiam ex corde ignem evexit: Unde veriſimile eſt, ejus tenuiores particulas, illo motu rarefactionis, quem habent ultra ſuum circularem, extrorſum magis & ad latera vaſorum projici, craſſiores verò minuſque mobiles, in medio magis detineri, & ſic venæ ſectione ſaltem cum apertura minore; tenuiorem duntaxat ſanguinis partem educi. *Franc. Zypaeus Fund. Med. Artic.* XI. cap. 2. *Part.* 2.

Cor ſanguificare, ſeu eſſe primum & principale ſanguinis organum, In eodem chylum nomen amittere, & characterem demum ſanguinis retinere, *ſtatuimus*, Chylum autem principiis activis, ſulphureis, blandis, beneficio ſalinorum cum aqueis particulis commixtis, maximè fœtum eſſe, ut non minùs his, quàm maximè pollet ſanguis, *alibi a nobis probatum*.

Exaltatæ hinc & explicatæ partes ejus (chyli) ſulphureæ & ſalinæ volatiles, in corde purpuram induunt, non aliter ac videmus ejus rei, in Chymicis mechanicam demonſtrationem toto die, Explicatur verò ſulphur hoc loco in corde, non à ſale acido, iſtud enim ſulphur pervertit, niſi terreno magmate; vel alia texturâ vel mixtione id impediatur, unde inſtar canonis valet, *Acida ſulphurea invertunt*, ut roſæ rubræ albeſcunt à gas acido ſulphuris, ſed volatili, uti ſulphur, vel flores ſulphuris, cum ſale tartari volatili vel fixo digeſtum exaltatur, quia penitùs reſolvitur & expanditur, Sic etiam facilè ſubit ſanguinem in ſtatu naturali chylus & ſubjugatur.

Formalem hanc concorporationem largitur Chylo cor, mediante I. *Calore*, uti notum eſt experimentum Chimicorum, calorem non ſolùm intimè miſcere homogenea, non ſolum extractionem & ſolutionem maximè juvare, verùm quoque liquores, ſulphure pollentes intrinſeco, digeſtione accedente rubeſcere; Multò magis chylus calore cordis, animali vivifico, purpuram induit.

II. *Fermento ſeminali*, quo nempe perfectè aſſimilatur ſanguini, quo turgidulæ actuantur partes; & in motum magis inſurgunt & aptantur, quo ipſo etiam venoſus ſanguis huc allatus, ſpiritualeſcit in momento, & ad partes nutriendas ac vivificandas denuo procedit, Neque tamen obſtat, non ſimul & ſemel negotium hoc abſolvi, nullum enim magnum opus ſimul & oritur & perficitur, ſufficit repetitis id vicibus, & miniſterio viſcerum aliorum fieri cohobia, fieri alkolizationem & pellicanationem.

III. *Motu perpetuò*, hoc enim modo & calor continuò excitatur, & intimè partes oleoſæ ſulphureæ chyli, cum ſulphureis ſanguinis, ſimilia ſimilibus immiſcentur, ſalinæ verò utriuſque ſulphureas explicant & pandunt.

Præeſt his ſingulis Archeus ſeu ipſa adeo Anima, ſiquidem Cor eſt ſedes Animæ radicalis, centrum & hoſpitium; Cor quippe, hoc eſt primum mobile, & perpetuum mobile, quod pro totius microcoſmi imperio & diſpenſat ſingulis vitam, & continuò agitur.

Cor eſſe primum vivens patet experientiâ oculari anatomicâ, ubi punctum ſaliens cor repræſentans, primò omnium vitæ edit ſpecimina. Patet id ex Sacris, Siquidem *Prov. c. 4. v. 23.* ex corde fluere vita à *Salomone* dicitur, Primò movetur & ultimò Cor, Ergo primum vivens eſt, & ultimum moriens, Adeoque uſus Cordis eſſentialis eſt, Eſſe animæ ſedem radicalem, & vitæ principium. Quem poſt eſſentialé, reliqui, in actionibus ejuſdem conſiſtentes, Sanguificatio, Sanguinis in univerſum corpus diſtributio, anadoſis, ſeu circulatio preſſo ſequuntur pede. *Wedelius Phyſ. Med. ſect. 3. cap. 14.*

36. *Curatio*) Imprimis diſtinguendum eſt, inter Hydropem in *Habitu corporis incipientem ac perfectum*, ut & in *variis cavitatibus exiſtentem*.

Incipientem voco in corporis habitu Hydropem, quamdiu meatus inter arterias & venas exiſtentes, nondum ſunt hiantes, ac rupti, omniſque humiditas ſeroſa, vel pituitoſa, in ipſis adhuc hæret; uti *perfectum*, quando ex dictis meatibus cavernoſis hiantibus ac ruptis, effuſa eſt ſub cute, ac circa muſculorum membranas, dicta humiditas.

Talis *perfectus* in habitu corporis Hydrops, ſeſe manifeſtat, tum permanente in affectâ parte tumore, tum eodem ſecundum decubitum varium quodammodo mutabili, ſicuti id præſertim apparet in cruribus, ob decubitum detumeſcentibus, & ob inceſſum magis intumeſcentibus.

Hanc autem aquarum migrationem de loco in locum, fieri puto *ſecundum muſculorum membranas & ſub cute, ubi non rarò in ſectionibus cadaverum Gelatinam reperi concretam*. Cùm proinde diverſa ſit meatuum nominatorum conſtitutio in Hydrope incipiente ac perfecto, & in hoc quidem noxa longè major, quàm in illo, facilè patet alias utrobique eſſe Indicationes: Nam in Hydrope incipiente, relaxatio quidem eſt ac imbecillitas prædictorum meatuum, in perfecto autem Continui ſolutio plena.

Relaxatio verò iſtorum meatuum, indicabit *Adſtrictionem*, & *Imbecillitas* ſui *corroborationem*, uti *ſolutio Adunationem*.

Quoties autem vaſorum *Lacteorum* vel *Lymphaticorum* priùs obſtructorum *ruptione*, acceptus ferendus eſt hydrops, toties *Aqua Loco peccans ſui* indicat *remotionem*; *Vaſorum* autem *ruptio* ſui *conſolidationem*, *Obſtructio* denique ſui *reſerationem* indicat; *Seri* vel *pituitæ redundantia* in corpore, ſui quoque *diminutionem*, uti illius *ſalſedo*, vel *hujus viſciditas*, ſui *correctionem* ac emendationem indicat.

Quoad cujuſvis *remedii & auxilii* materiam, Propoſui primo loco *meatuum relaxationem*, quam dixi rebus indicare ſui *adſtrictionem*: Hæc autem ipſorum adſtrictio, variis obtineri poteſt, variiſque modis & formis adminiſtratis. *Adſtringentium* materia ex variis peti poteſt, vegetabilibus præſertim & mineralibus.

Cùm autem in *Habitu corporis* hæreat malum, imprimis per Externa inſtituenda erit Curatio, & forma medicamenti aptiſſima, erit *Balneum*, vel *Fotus*, vel *Emplaſtrum*, vel ſimilia; Nil tamen impedit, *Interna* quoque uſurpari tunc medicamenta leniter Adſtringentia, & Aromatica, & imprimis Decocti formâ exhibita. Ex *Adſtringentibus* ſunt rad. *tormentillæ, biſtortæ, caryophyll. Petaſitidis*, Fol. *plantag. equiſ. bellid. min. ſanguiſorba, myrtus*: Flor. *roſ. rubr. balauſt.* Sem. *portul. plantag.* Nuces *cupreſſi, myrtilli*, Fructus *meſpila, Sorba, Corna*, Succus *hypocyſt. agreſta, acacia*, Cortic. *granat. cupul. glandium*.

Ex *Mineralibus* ſunt Terræ pingues omnes ac ſigillatæ, *Lemnia, Sileſiaca, Turcica &c. Bolus Armena, Alumen, lapis Hæmatites, ſangu. drac. ferrum &c. Decocta, Fotus*, parari poſſunt in *vino rubello adſtringente, aqua ferrata ſeu chalybeata*, In Emplaſtris conducunt *maſtiche, Olibanum*.

Propoſui ij loco partium in habitu corporis exiſtentium, & meatus dictos formantium *Imbecillitatem*, quæ ſui indicat *Corroborationem*, Hanc imbecillitatem à laxitate diſtinguo, & corroborationem non ab adſtringentibus, ſed ab aromaticis expecto; *Aromatica* voco quæcunque *odore* vel *ſapore acri & grato* ſunt prædita, quo ſpectant omnes plantæ moderatè calidæ atque ſiccæ: Hæc Aromatica itidem, tum *externè*, tum *internè* poſſunt uſurpari, internè autem pluribus formis & tutius quàm adſtringentia, Poſſunt enim & *Tinctura*, & *Extracta*

& *Extracta*, & *vina medicata*, & *Decocta*, & *olea ſtil-lat. mixtura, Conſervæ, Electuaria, Pulveres*, &c. in hunc finem ex aromaticis parari, quod æque tutò ac commodè ex adſtringentibus fieri nequit.

Propoſui iij. *Meatuum* in corporis habitu exiſtentium, & *continuorum ſolutionem*, quam dixi indicare *adunationem*: Quæ ſolutam unitatem curare poſſunt *Conſolidantia* vulgò dicuntur, ad quæ tum *glutinantia*, tum *vulneraria* ſunt referenda, quorum bona pars inter adſtringentia fuit poſita: ſunt autem Rad. *conſol. maj. & min. cum toto, tormentilla, caryophyllata* &c. Folia, *conſol. Sarac. Sanicula, agrimon. alchimill. verbena, pyrola, veronic. vinca perv. virga aur. piloſella, herniar.* &c. Flores, *roſ. rub. hyperic.* &c. *Corallia, bolus Arm. lithurg ſarcocoll. thus. ſangu. dracon. lapis calamin.* &c. Ex his & *vino rubro* vel *aqua chalyb.* parari poſſunt *Fotus*, ut & Empl. forinſecùs adponenda, *Internè* quoque aſſumi poterunt *Decocta vulneraria* dicta, ex plantis præſertim parata, quorum ope paulatim conſolidari poterunt Meatus dicti ſoluti,

Propoſui iv. loco *Aquam ſeroſam*, aut *pituitoſam*, in omni *Hydrope perfecto*, ac præſertim *Aſcite*, ſimilibuſque ſpeciebus *loco peccantem*, atque ſui inde *remotionem* indicantem.

Quamdiu enim in vaſis *Lymphaticis* & *Lacteis* ſtagnant duntaxat *Lympha* & *Chylus Potuſve*, tamdiu abeſt Hydrops, Ubi verò in Habitus corporis meatibus ſerum ita ſtagnat, ut tumorem itidem pariat notabilem, mox Hydropis Anaſarcæ initia obſervantur: Quamprimùm autem ex vaſis Lymphaticis, vel Lacteis ruptis. ut & meatibus dictis itidem diſruptis, Lympha, vel Chylus, vel Serum effunditur, aut in Cavitate aliqua, aut ſub Cute colligitur, Hydrops perfectus exiſtit, in quo Loco effuſus *Liquor, ſui remotionem* indicat: Inde autem removeri poteſt modis mediiſque variis, imprimis per *Sudorifera* vel *Paracenteſin*.

Propoſui v. loco *vaſorum lymphaticorum*, vel *Lacteorum ruptionem*, quæ ſui indicat conſolidationem, de qua actum ſupra §. iij. Præpoſui vj. eorundem vaſorum *Obſtructionem*, indicantem *ſui reſerationem*, contingit autem reſeratio illa *ſolvendo pituitam* in vaſis prædictis *coagulatam*, eandemque inde *removendo*: Vide Cap. de Aſcita §. *ſeu propter obſtructionem viarum*.)

Propoſui vij. loco *Seri* vel *pituita redundantiam*, ſui *Diminutionem* indicantem, modi verò convenientiſſimi ſero aut Pituitæ redundantibus minuendis, ſunt Evacuationes per *vomitum* (de qua vide §. *Evacuantur autem 1. per Seceſſum*) Per ſeceſſum, (vide §. *Aquæ in abdomen effuſa evacuatione*) & §. *Evacuantur autem. 2.*) Per *urinas*. (vide §. *Per urinam*, Et §. *Inter quæ palmam ferunt*) Per Sudores §. vide §. *Sudorifera*.)

Per *Salivationem*; quæ eſt *Evacuatio humoris Pituitoſi ac ſeroſi per vaſa Salivalia, & omnes in os patentes hiatus*: Illis enim humoribus in ſanguine redundantibus, conducit Salivatio ſive Ptyaliſmus: hic ſpontaneus ſæpe liberat à morbis chronicis, à pituita ſemper pendentibus, ut plurimùm tamen à medicamentis excitatur, & imprimis à *Mercurio*, tam *crudo* quàm *ſublimato*, aut præcipitato, forinſecùs ſive intrinſecùs uſurpato: Aliàs enim vel *ſublimatus dulcis*, vel *præcipitatus* multiplex intra corpus aſſumitur, unde non tantùm vomitus, vel alvi dejectio, ſed ſalivatio quoque excitatur: Aliàs crudus oleis & unguentis innuttitur, atque tunc partes variæ, volæ manuum & plantæ pedum, quin omnes articulationes & ſpina dorſi iiſdem illinuntur, & poſt tres quatuorve dies, ut plurimùm Salivatio conſequitur: Aliàs idem in *Cinnabarim* ſublimatus cum *ſulphure, myrrha*, aliiſque additur, in pulverem redigitur, atque prunis injectus, fumum promit, qui per infundibulum hiante ore exceptus, ſenſim ſalivationem movet: Atque hic poſtremus modus ſalivationem movendi, omnium tutiſſimus eſt, ſi prudenter adhibeatur, Eſt enim tunc in Medici poteſtate Salivationem pro libitu regere ac moderari, quod non æquè fieri poteſt ab aſſumpto vel inuncto *Mercurio*: quinimò à prudente Medico, ita poteſt excitari *Mercurii* fumo Salivatio, ut à nemine poſſit obſervari, niſi à rei peritiſſimis: Hoc autem fieri tantùm poteſt æſtatis tempore, vel aëre calente, Obſervandum namque nil æquè nocere Salivantibus, ac frigus externum; ab eo namque impeditur humoris effluxus, unde ab illo circa glandulas ſalivales ſtagnante, nonnunquam ſuffocationis periculum imminet ægris, aut ab iiſdem deorſum ruentibus, ventris fluxus gravis, & aliquando vomitus enormis cietur, Caveodum proinde ſedulò ne frigori externo exponantur, quotquot ſalivationem patiuntur &c. *Fr. Sylvius*.

26. *Curatio*) Quæ in praxi noſtrâ deprehendimus comprobata, paucis apponimus, *Clyſteres* ante omnia ſpecificè hic conveniunt, *Pilula catholica* noſtræ *Martiales*, ſemel in ſeptimanâ uſurpatæ, ſalubritatem ſuam abundè hîc nobis probarunt; Sæpiùs Hydropes etiam factos, ſolo ſpiritu cephalico noſtro, quotidie aliquoties dato, felici auſpicio curavimus: Horis matutinis in juſculo carnis, in quo ſemper aliquid de *radice iridis noſtr.* vel etiam *Florent* (quæ inter ſpecifica antihydropica alioquin reputantur, ſicut etiam *radix bryoniæ*, quam *Helmontius* aſſerit eſſe optimum hydragogum, modò virus ſolutivum ab ea auferatur) decoctum erat laudatum, hunc ſpiritum porreximus ad 80. guttas; Solo hoc ſpiritu ante 10. annos, Vir deſperato hydrope laburans, intra menſtruum ſpatium, ſub ſolicitudine noſtra convaluit. Potio noſtra panchreſta, Tinctura noſtra contra calculum, ſtrenuè urinam pellens, *Tinctura antimonii & Martis* noſtra, *ſpiritus noſter philoſophicus, Eſſentia vini* vel *ſumm. juniperi*, & alia hîc jure adhibentur, utpote quæ raro deſiderium noſtrum, modò natura pauliſper ſaltim cooperari valuit, deſeruerunt. *Chr. Langius*.

27. *Non eſt difficilis*) Prognoſis ſalutis & mortis, Generis ratione deſumitur 1. Ab *eſſentialiter inhærentibus*, & quidem 1. ſpecie ipſa, Hîc occurrit elegantiſſima *Aretæ* ſententia *lib. 2. Diuturn c. 1. Hydrops injucundum aſpectu vitium eſt, & toleratu difficile, ab ipſo enim perpauci liberantur, idque felicitate quadam, ac Deorum potiùs, quàm artis auxilio*: Difficultatem confirmat *Hippocr. 2. de morbis*: *Hi morbi*, inquit, *ex neceſſitate cùm adſunt, mortem inferunt, Tabes & Aqua ſubter cutem*.

Ratione formalium differentiarum, *Aretæus* inquit, *Omnes ſpecies quidem pravæ, hydrops enim omnium vitium eſt, ſed inter ipſas Leucophlegmatia mitior eſt, difficilis Flatuoſa, difficilior Anaſarca, maximè momenti etiam veſicalis, Aſcites certè periculoſiſſimus eſt*.

Magnitudo ſi adſit hydropi conjuncta, vel ratione *διαθέσεως, eſſentiæ* ipſius, & ſit diſſimilis ætati, vel *κατασ-θεσει*, ob ſymptomatum gravitatem periculoſior ſit: 3. Diuturnitate, Si vires fractæ, metus ne futurus ſit hydrops periculoſus, ij. Ex neceſſitate conſequentes effectus & ſymptomata etiam fontem ſalutis præbent & mortis, Pulſus vitalem, Appetitus proſtratus & intenſa Sitis, naturalem, vigiliæ & Dyſpnœa animalem, debiles arguunt facultates, periculum ingens: *Excreta* in hydropicis etiam ſpem ſalutis & mortis præbent, *Si hydropicum tuſſis habeat, deſperatus eſt 7. aph. 47. & 6. aph. 35*.

Tuſſis non quævis, ſed quæ *ἐχομένῳ* hydrope diu detento, per *ἐπιγένεσιν* non ſuccedit, ut in *μεταπτώσει*, ſed accedit priore manente morbo, malis atque damnis ægrum peſſundat, metuque ſiniſtri exterret judicii; Tuſſis ab initio apparens non eſt feralis, nec quæ progreſſu morbi ob diaphragmatis motum impeditum oritur, eſt

funeſta; nec quæ ex vaporibus exhalantibus naſcitur, ſpem ſalutis adimit, ſed illa demum, quæ fit Pulmone ab aqua in thorace laceſſito, & feralis & funeſta eſt, ſpemque adimit ſalutis.

Urina boni coloris ſpem præbet bonam, rubra nimis, Renum attractricem notat debilem.

Sudores copioſi bonum præbent ſignum. *Qualitates viſibiles*, ut *Color faciei* ſi ſit vividus, bonam ſpem præbet.

iij. *Subjecti* ratione etiam πρόγνωσις variat, Si *Cordis* ob ſanguificationem læſam feriatur hydrops, formidabilis eſt valde.

IV. *Cauſæ* ratione, Si ab errore externo oriatur, levior, quàm à facultate læſa, ob inſignem intemperiem Jecoris, Lienis, vel meſenterii ſcirrhum.

Hydrops quartanarum vel tertianarum conſectarius, facilis curatu: *Quibus Jecur aquâ plenum incidit in omentum, iis venter aquâ repletur & moriuntur.* Longus morbus eſt, præcipuè Aſcites.

Modus eventus. Ad ſalutem terminatur ſpontè naturæ, converſione aquarum ad alvum. Sic 6. *aph.* 14. *Hydrope detento, ſi aqua è venis in ventrem confluxerit, ſolvitur morbus.* Confirmat de leucophlegmatia 7. *aph.* 29. Per διούρησιν & διαφόρησιν etiam terminatur.

Ad *mortem* terminatur *Alvi fluxu* contumaci, ſive ſit bilioſus, ſive copioſus. 2. præcipiti & improvidâ aquâ poſt perforationem abdominis effuſione, 6. *aph.* 28. Apoplectico λειπυρίᾳ ſæpe mors ſuccedit. *Qui*, authore Côo, *in olintho hydropicus jacebat, repente voce deſtitutus, deſipiens diem & mortem* mortuus eſt: Illuſtris N. ab Aſcite per ſcroti paracenteſin liberatus, aqua recidiva micante, catarrho ſuffocativo extinguebatur de improviſo: Remediis enim ſemel levatus, ſi denuo renaſcatur, debilitate virium ſatellitio, deſperatus eſt. *Rolfincius.*

Morbi hujus Prognoſis ſuſpecta ſemper & mali ominis habetur, nullus enim è plebe eſt, quin abdominis tumorem pertinacem ſummè periculoſum & curatu difficilem pronuntiet; Si quiſpiam hydrope vel phthiſi affici videatur, apud vulgus ſtatim proxima de hærede ejus quæſtio eſt, *Willis.*

Si ex Potu ſit, facilè curatur, & in initio curatur, non tamen planè; nam in eundem poſtea recidunt, Secunda etiam vice curantur, ſed rariùs, 3. ſi rurſus accedat, utplurimùm moriuntur: In Anaſarca æger plerumque apoplecticus aut comatoſus moritur: Signa deſperati hydropis, ſi urina ſit crocea, adſitque febricula continua. *Walæus.* Aſcites à *Scirrho hepatis* oriundus, aut ab *ulcere* alicujus partis internæ, periculoſior eſt Tympanite, Sin à *nimio aquæ potu*, aut *obſtructionibus* non adeo inveteratis, minus infert periculum: A *duritie lienis* minùs periculoſus eſt, quàm à *duritie hepatis*, quia ille minùs princeps membrum, quàm hepar, *Riverius.*

Prognoſis eventus optimè omnium conſignavit (*Cous*, ita ut vel ſola illa ſufficere poſſint, 2. *Prædic.* 11. & *Coac. Prænot. tex.* 275. *& ſequ.* Ex quo illud axioma potiſſimùm ſaltem delibabimus, à quo omnia pendent reliqua. *Eum*, inquit, *qui ab Hydrope correptus ſuperſtes eſſe voluerit, bonis viſceribus præditum eſſe oportet.*

Εὐπραγχυλία illa optimè elucet ex actionibus quibus præſunt viſcera, infimi cumprimis ventris, facultatis naturalis præſides; ſi ventriculus bene ad oblata habeat, ſi venter & hypochondria mollia, ſi urina ſufficienti quantitate reddatur, reſpiratio ſit liberior, anxietas minor, ambulandi potentia libera, habitus corporis udus magis, quàm ſqualidus, & contrà: Præſtat *urina* aquoſa, quàm rubra, *Recens* faciliùs curatur, quàm *confirmatus. Durus* tumor molli pejor eſt, *Vagus* & *decreſcens* potior *conſtante* & incrementum in dies ſumente, *Pulſus* magnus & tardus facultatem robuſtam notat; frequens hecticum quid redolet & infidum.

Remotior à naturali ſtatu indicium eſt mortis citò inſequuturæ: Sic hydrops in juvene ſæpe periculoſior, quàm in ſenectute viridi: Quò magis calor depauperatur, eò minor ſpes: Ideo in ſingulis ſpeciebus valet; Periculoſior vero eſt Tympanites Aſcite, & utroque fere Anaſarca utplurimùm; fluxilior enim humor citiùs removeri, quàm viſcidus, citiùs quàm flatus, & conjuncta intemperies corrigi poteſt.

28. *Si Hydrops eſt recens*) Affirmare auſim, qui toto bimeſtri hydrope laborarunt, hoc eſt quibus hepar vitiatum eſt, nunquam perfecte ſanari, viſcere corrupto morboſum germen in horas regenerante. *H. ab Heers. De Acid. Spad. p. m.* 76.

29. *Difficilis*) Hydrops *calidus* difficilior curatu, quàm *frigidus*: A gravioribus morbis prægreſſis oriundus periculoſior, ob vires naturæ dejectas, cæteris tamen paribus, Unde *Hippocr.* omnem hydropem ex acuto morbo malum pronunciat; non enim, *addit*, ille ſedat febrem, ſed dolorem infert ac mortem: Pejor etiam ubi ſalium major abundantia, quàm ubi deſunt; Pejor qui à læſa facultate, quàm qui ab errore externo. Convulſiones ſupervenientes lethales: Recidivus ἀνίατος, deſperatus eſt, teſte *Côo l. c.*

Tempus Eventus hydropis omne longum eſt, & ita odioſum ſibi relicto morbo, Nec ſtatim liberantur ægri qui evaſuri ſunt, nec ſtatim moriuntur, quibus ſpes nulla ſupereſt: Produci frequentiùs ſolet circiter ad menſes ſex, ſi tempus aſſignare licet; quandoque vero ad annos differtur, ſi imminenti obviam eatur, nec poſſeſſionis jus, ſi ita dicere licet, conceditur: Frequentiùs ſolent defungi ægri morte, tempore verno, aut autumnali adulto, cùm folia induunt arbores, & cum exuunt: Confirmatum verò morbum habent Practici communiter, qui per duos menſes durarit.

Modus eventus ad ſalutem, fit depletione paulatina, per vias ſeri motui convenientes, alvum, urinam, ſudorem, ut & ἄδηλον διαπνοὴν: Peſſima eſt metaſtaſis ad ventriculum, qualem cum maraſmo ſuccedente aliquando annotavi: Media ad alvum.

Non rarò in phthiſin & maraſmum degenerat: Sæpe apoplexia & catarrhi ſuffocativi ſuperveniunt; aliàs lentu utplurimùm gradu, vitæ filum abrumpit; Aſcitici fere ſuffocatione magis, reliqui etiam reſolutione mortem oppetunt. *Wedelius.*

Nonnunquam clunium & coccygis gangrænâ, à longo decubitu obortâ, hydropicus conficit, qui aliàs diutiùs vitam protraxiſſent.

30. *Si ex alio morbo*) *Hydrops morbo acuto ſuperveniens, malus, neque enim ſedat febrem, ſed dolorem admodum infert ac mortem.* Hippocr. 7. Progn.

31. *Stillicidio aquæ*) Hoc anno 1688. matrona ſexageſimum quidem annum prætergreſſa, fluxionibus in pulmones obnoxia, etiam à juventute, Aſcite laborabat, quo feliciter defuncta eſt uſu vini medicati compoſiti ex *rad. iridis rec. fœniculi, urticæ, enenidis, eryngii, baccis juniperi, herb. abſinth. utraque, centaur. min. & paſſulis.* ut melius laxaret alvum, ipſa ſibi præparabat infuſa purgantia ex *ſenna, agarico & rhabarb.* ſyrupum de *rhamno* catharticum ter aſſumpſit, quinquies *terebinthinam*; *Aloen* etiam illotam non reſpuebat, quam antequam deglutiret, aliquandiu maſticabat: Tribus hebdomadis ab uſu prædictorum, ſucceſſit urinarum crudarum & albarum tam largum profluvium, ut diabetem metuerem: quod repreſſum dicti vini abſtinentia: Venter omninò concidit & flaccidus factus eſt, Hepar, quod obduruerat, emollitum: Sed lotii tanta excretio habitum corporis & artus omnino emaciavit: Perfectâ hoc menſe Maio valetudine fruitur, nec modo res domeſticas obit, ſed & villam ſemimiliaris ab urbe diſtantem nonnunquam pedibus adit.

32. Obſer-

30. *Obſervandum in ea*) In debellando Hydrope vix feliciùs, quàm methodo medendi, ceu pyxide nautica, vela ventis dabimus: Ex *Indicatione curatoria*, auferendus eſt Tumor, ſtagnans aqua evacuanda & diſſipanda; Ex *Præſervatoria*, dyſcraſia viſcerum & obſtructiones corrigendæ; Ex *Vitali*, tonus & viſcerû & totius ſervandus.

Serûm à ſanguine ſeparati, ratio eſt habenda præcipua, & in cavitatibus ac poris præter naturaliter collectis; Et hoc quidem valet de omni hydrope confirmato, hinc & aſcite ſeorſim & Tympanitide. *Wedelius.*

31. *Obſervandum*) Præ cæteris ſerò animadvertendum eſt, quod quo ties hunc morbum ſolis corroborantibus, vel etiam lixivialibus aggredimur, æger nullo modo expurgandus eſt, ſive mitiori ſive fortiori quocunque pharmaco, tantiſper dum ſanguinis corroborationi navatur opera: Everteret enim Catharticum, quicquid Corroborans ſubſtraxerit, quod vel invitus agnoſcat oportet, qui obſervaverit, tumorem qui ab uſu Corroborantium jam imminui cœperat, mox à purgatione augeri: Etenim tametſi cum intentioni illi, aquas educendi ſatisfacere cupiemus, haud abs re fuerit etiam, Corroborantia ſubinde exhibere, tamen cum tota res in iſto ſolû cardine vertitur, ut ſanguis corroboretur, omninò neceſſe eſt, ut à Catharticis abſtineamus. *Sydenham.*

32. *Obſervandum in ea*) Quæ longo tempore ſunt congeſta, non tam promptè expediri amant, ut 1ò per ἐπίκρασιν purgare, non ſolùm partitas vires notet medicamenti ſæpe, verùm quoque partitas cum alterantibus vices; hinc in Hydrope conſultum eſt per aliquot dies uti præparantibus, ſeu aperientibus, hinc purgare; hinc iterum illis, ut quod apertum & digeſtum aptumve ad exeundum redditur, educatur; quod verò reduci omnenon potuit, ulteriùs corrigatur & alteretur. *Wedelius.*

32. *Obſervandum in ea*) Quoad cibos, notandum ſicciores eſſe eligendos, Dulcia autem ut peſtem eſſe fugienda. *Riverius.*

33. *A lenioribus incipiendum*) Cùm hydrops præ cæteris morbis quibuſlibet catharſin & vehementiſſimam poſtulet, & maximè celerem, Cumque in hoc morbo Purgatio per ἐπίκρασιν, quæ in nonnullis aliis prodeſt, nullatenus admitti debeat, (cùm hujus generis catharſis non tantùm non imminuat tumorem, ſed & adaugeat) hanc inquam ob cauſam, expurgatio paulò fortior & nimia, eſt præferenda; præcipuè cum *laudano* non deſtituamur, certiſſimo ad hypercatharſin iſtiuſmodi domandam fræno. *Sydenham.*

33. *A levioribus incipiendum*) Obſervandum eſt eum Hydropem, qui vel pedes tantum inflavit, vel etiam ventrem, ſed modicè, non ſtatim curationem per emetica & cathartica ſibi depoſcere, ſed hujuſmodi liquoribus præfatis calefacientibus & corroborantibus haud rarò cedere. *Sydenham.*

34. *Longiore tempore remedia uſurpanda*) *De Catharticis intelligendus textus, Diuretica enim, Hidrotica, corroborantia, & alia non intercalantur. De Catharticis aliter ſentit Sydenham:* In Catharticis, *ait*, omnibus Hydropicorum ſanationi dicatis, id diligenter eſt obſervandum, ut aquæ eâ maximâ celeritate exhauriantur, quàm ægri vires ferre queant; ut pote qui ſingulis diebus expurgari debeat; niſi quod ſive ob nimiam debilitatem corporis, ſive ob cathartici præcedentis operationem plus ſatis violentam, dies unus aut alter nonnunquam intercalari poſſit. Etenim ſi nonniſi poſt longa intervalla repetatur Purgatio, quantumlibet copioſa catharſis proceſſerit, aquis denuo affatim colligendis anſam præbebimus; atque ex hâc induciarum occaſione, quaſi victoriâ jam partâ uti neſcientes, tandem loco pulſi, re infectâ turpiter fugabimur. Adde quòd periculum eſt, ne aquarum inter viſcera morâ diuturniore, eadem putredine quadam ſuâ inquinet atque inficiat, Atque inſuper, quod parvi ducendum non eſt, iſtæ aquæ à prægreſſis catharticis, ità in motum concitæ ad noxam inferendam jam propenſiores ſunt, quàm ubi quieſcerent; Tum ob hanc itaque cauſam, tum ob alias ſuprà memoratas, huic Intentioni quæ colluviem ſeroſam intus clauſam reſpicit, quàm velociſſimè ſatisfaciendum eſt, Neque ab ea niſi urgente neceſſitate eſt abſiſtendum, aut ceſſandum, donec omnis aquarum moles omnino demum exantlata fuerit. *Sydenham.*

Cap. XLVII.

1. *De Aſcite.*

Hydrops in *ſpecie* conſideratus eſt 1. vel *Aſcites*, vel *Tympanites*, vel *Anaſarca*.

2. *Aſcites eſt* 3. *abdominis* 4. *ab humore aquoſo, ſeroſo & ſalſo in abdominis capacitatem,* 5. *Epatis,* 6. *lienis & Renum vitio effuſi, cum pedum, femorum, & ſcroti aliquando tumore diſtentio.*

7. *Signa ſunt* 8. *Tumor ventris*, qui ab inferioribus partibus, utpote à fonte caloris corde, 9. remotiſſimis incipit. 10. ſuperiorum partium gracilitas, raucus, percuſſo ventre, veluti ab utre ſemipleno ſonus, ægro circumvoluto de latere in latus, murmurantis & fluctuantis aquæ ſonitus.

Morbo invaleſcente, ſuccedit.

11. *Diſpnœa* ob copiam aquæ Diaphragmati incumbentem, *Tuſſis*, interdum ſeu ex compreſſione diaphragmatis, ſeu ex aquæ in thoracem penetratione, unde ſuffocatio brevi oritur. Impreſſio digitorum manifeſtum poſt ſe in carne veſtigium relinquit.

1. *Vel Aſcites, vel Tympanites vel Anaſarca*) Diviſio Hydropis in *Univerſalem* & *Particularem* notanda venit, præter quas tamen frequentiſſima Hydropis ſpecies eſt iſta, quando pedes, ſcrotum & abdomen inſigniter turgeſcunt & intumeſcunt; quæ nec propriè *Anaſarca* eſt, cum ſaltim partes inferiores occupet (Utut *Williſio Anaſarca particularis*, minùs tamen appoſitè dicatur) Neque tamen eſt Aſcites propriè dictus, quia præter particularem abdominis tumorem, & univerſa crura ſubinde tumeſcunt immenſum, Revera igitur frequentiſſimus hic Hydrops eſt, quaſi Anaſarca partium inferiorum, cum origine, ſiendi modo, ac medicationis ratione inter ſe conveniant, accidentaliter verò differant. *Ettmuller Pr. Part. 1. p. 29.*

2. *Aſcites*) Hydropis tres ſunt ſpecies, primus & famigeratiſſimus eſt, Ὕδρωψ ὁ ἀσκίτης, ἀπὸ τοῦ ἀσκοῦ, cùm utrem ſignificet, gerunt enim ita affecti in

abdomine aquam, non ſecus ac in utre. *Hoſmannus. l. c.*

3. *Eſt abdominis &c. cum pedum, femorum & ſcroti aliquando tumore)* Nam occurrit *Aſcites particularis*, iisque reliquis ſpeciebus frequentior, de quo *Etmuller Pr. Part. p. 236.* Idque, *ait*, duplici ex ratione 1. Quia plura continet viſcera, eaque omnia plus minus copioſis propriis lymphaticis inſtructa, quibus accedunt lymphatica, ab inferioribus partibus ad receptaculum commune aſcendentia, 2. Quia meſenterium inſtructum eſt vaſis lacteis, chylum vehentibus, quibus exeſis Aſcites ſequitur: Lacteæ igitur hæ, cùm ſint ejuſdem naturæ cum lymphaticis, iiſdem pathematis quoque erunt obnoxiæ Et hanc chyli in abdomen per nonnulla lactea, ex occaſione quarundam glandularum obſtructarum deſtillationem, unam ex communiſſimis cauſis Aſcitis arbitratur *Sylvius l. 1. Pr. c. 17.*

Hæc quæ dico de vitiis vaſorum lacteorum & glandularum meſenterii, confirmant exempla Aſciticorum, in quibus reliquis viſceribus ſalvis, meſenterii tantùm morbo glandulæ obſtructæ aut ſcirrhoſæ inventæ fuerunt. *Item*, quando ex *ulcere meſenterii*, in quo neceſſariò exeſa fuerunt lactea, obſervatus fuit Hydrops, quod confirmat *Rondeletius* Pr. c. 35. & alii. Ubique proſtant exempla hydropis nati ex *affectis meſenterii glandulis*, hinc enim diſtillat ſerum plus minùs chyloſum in abdomen, ruptis lymphaticis aut lacteis, ex hac causâ quod *frigidum hauſtum*, aut ſub æſtu febrili, aut nimiò calore, aut exercitio corporis, interdum ſubitaneus exoriatur aſcites: Rationem reddit *Sylvius c. 17.* quod pituita inteſtinorum naturalis, à calore attenuata, & hinc fluidior reddita, ex inteſtinis in vaſa lactea penetret, quæ poſtmodum à ſuperveniente frigore, denuò ſpiſſata, vaſa lactea & glandulas obſtruat, unde vaſis diſtentis & ruptis magis vel minùs, hydrops ſubitaneus ſequatur, prout plures vel pauciores lacteæ hoc modo fuerint affectæ.

Definitur igitur *Aſcites*, ſeu *hydrops abdominis particularis*, quòd ſit *Collectio aquarum*, ſeu *colluvies ſeroſa & aquoſa, in abdominis quadam inſigniori capacitate*, v. g. *vel* in ipſo abdomine, intra peritonæum, *vel* intra duplicaturam peritonæi, *vel* intra cavum omenti, *vel* intra partium membranas veſiculari formâ, quorum modorum hinc inde apud practicos leguntur Obſervationes: De hoc Aſcite particulari hæc habet *Lindanus.*

Quæritur, *dicit*, quid ſit Hydrops ſiccus *Hippocratis* ſect. 4 §. 11. omnes Authores dicunt hic intelligendum eſſe *Hydropem Tympanitidem*, ſic ſequuntur præceſſorem *Galenum*, Ego ex *Hippocrate* & aliis monſtravi eſſe intelligendum *Aſciten*, ſed quomodò: Sunt duæ *Aſcitis ſpecies*, *una* eſt in qua ab aquis collectis non tantùm vẽter tumet, ſed etiam ſcrotum & pedes, ubi interdum puſtulæ aperiuntur & effluit humor, Hæc ordinaria eſt ſpecies, Sed videbimus aliam, ubi nullus in ſcroto tumor, neque in pede, ſed in abdomine humor colligitur, pedes autem contabeſcunt & marceſcunt, ut ſquammas concipiant; cætera vix oſſibus hærent, facies eſt ſqualida, & hic eſt *Hydrops ſiccus Hippocratis*, Dicitur igitur ſiccus ab illa ariditate, ſqualore & macie totius, & hydropica aquea, lutea ſunt ea quæ expurgantur, In *hydrope ſicco* urinæ ſunt ſplendidæ, inſtar ignis, planè croceæ, inſtar ictericorum, ſed non habent illam craſſitiem, pauciſſimæ, vix duo vel tria cochlearia, in ignem effuſæ ardent. *Hæc Lindanus. Idem* hydropem hunc *ab intemperie calida*, ut vocat oriri aſſerit, quando ſanguis colliquatur & vertitur in ichorem acrem: Talis eſſe ſolet, quę immediatè poſt febres ardentes ſequitur. Exempla hujuſmodi *Aſcitis particularis*, vide apud *Hoechſteterum Dec. 10. Caſ. 7.* item *Act. Hafn. vol. 1. obſ. 78.*

Quoad cauſas, equidem *Lindanus* eam ſemper à *colliquatione* oriri aſſerit, quod tamen vix univerſale videtur, quando plauſibilis etiam ſit lymphæ chyloſæ impeditus motus per vaſa lactea, unde pariter omnia illi ſuprà enarrata ſymptomata, deduci poſſunt, quam cauſam hic allegat *Sylvius l. 1. Pr. c. 17.* Sed præter hos fiendi modos ſcrupulum movet, quòd vel *ſanguinis* ſubitò facta *ſuppreſſio*, vel etiam extrinſecùs facta in quodam loco contuſio, & ità in internâ quadam parte ſanguinis effuſi facta congrumeſcentia, interdum diſponit ad hydropem hancce, ut v. g. ex *ſuppreſſione lochiorum* talem aſciten particularem, in qua copioſiſſima aqua momenti cavitate collecta fuerat, obſervavi & pariter in quodam mechanico, qui ex contuſione extrinſecâ in latus ſiniſtrum facta, brevi poſt abdomine & ſcroto tumidus factus & ſic tandem interiit. Forſan huc facit experimentum *Lowveri de corde p. 124. & 125.*

Quoad *Prognoſin*, periculoſus eſt omnis *Aſcites particularis*, minus tamen iſto qui eſt univerſalis: omnis tamen curatu difficilis.

In *Curâ*, incumbendum, ut *aquoſitates collecta evacuentur*, & *hinc cauſa interna* removeantur: *Prius* fit per *purgantia, ſudorifera*, ſpeciatim *diuretica*, & inprimis per *paracenteſin* hic optimam; Quoad *poſterius*, de curâ hujus *hydropis ſicci*, ita pergit *Lindanus.*

In hoc Aſcite, *dicit*, nulla curatio melior eſt, quàm non purgare, ſed uno & ſimplici remedio uti, nempe *vino Rhenano*, & intrà quotidie dare *nitri* ℥ß. idque per 24. horas, ſed non ſimul & ſemel, ſed multis vicibus, & quoties bibunt aliquid depuratiſſimi *nitri* v. g. ℈j. addere, & nil præterea agere; Nam quantò magis expurgabis, tantò magis mox intumeſcunt, & lotia eò magis in dies ſplendeſcunt, & inflammantur. Temperandus itaque ſanguis, *Nitrum* enim ſedat ſitim, attemperat æſtum & ciet urinas, Et quando hæ non amplius ſplendent, jam ſuperatum eſt malum, & tunc oportet addere bonum aliquod conditũ corroborans & cõfortãs. Hęc. *Lindanus.*

Quòd ſi vitium hęreat in *vaſis lymphaticis*, aut *lacteis*, *obſtructiones* factæ ſolvantur *Eroſiones* conſolidentur, id quod *ſalina diuretica*, aut *ſudorifera*, mucum obſtruentẽ diſſolventia præſtant; Cõſolidatio fere ſponte procedit, Conf. *Acta Hafn. vol. 1. obſ. 195.* In ſpecie quoad hãc medendi methodum, vide *Sylviũ l. 1. Pr.* c. 19. Quòd ſi vitiũ *ſanguinis* cõgrumati, aut alia ex cauſa collecti, vitiũ intulerit, per appropriata naturę ſuccurrendum. *Etmuller.*

3. *Eſt abdominis &c. cum pedum)* Abdomen ac Pedes in hydrope potiſſimum intumeſcere propterea ſolent, quòd in Abdomine (Aqualiculus etiam hinc dicitur) alioquin lateat excrementorum ſentina, & aquoſus tunc, adeoque minus ſpirituoſus ſanguis, utpote gravis, deorſum magis ſuâ naturâ tendat, adeoque pedes confeſtim capret. *Chr. Langius.*

4. *Ab humore aquoſo. ſeroſo)* In ventris ſeu abdominis cavitatem, *aqua* inſtar frequenter *ſeroſus* humor illapſus Hydropem aſciten gignit, Tuncque pro quantitate aquę illic collectæ, venter plus minùs intumeſcit, atque aliquando adeo impletur, ut in vaſtam molem attollatur, in quo libras lx. & plures pendentem aquæ copiam adhuc remanſiſſe, cum multum prius de ea per pedes effluxiſſet, paracenteſi in vivis adhuc factâ, vel ſectione in mortuis deprehendimus, *Platerus.*

5. *Salſo) Paracelſus l. 2. de Tartaro*, tr. 2. c. 6. Et in *fragm. de Tartaro l. de hydrope*: Hydropem vocat *paſſionem in regionibus Hepatis, ortam ex tartaro aluminoſo, ſub primo corpore per reſolutionem propria natura*, Et cum ipſi ſint ſeptem principalia membra, & ſeptem ſpiritus minerales, ſeptem etiam Hydropis genera, cordis, pulmõnis, hepatis, lienis enim & veſicæ fellis conſtituit. *Schennemannus* Sal calcinatum multis beneficiis corpus humanum ornare; ſi verò reſolvatur, hydropem excitare ſcribit: *Helmontius*, principiorum Chimicorum perſequutor, in *Tract. tria princip. chim. inſcripto*, Puerile, inquit

quit eſt ſomnium, quod ſal in nobis deſtilletur, ſublimetur, calcinetur, aliaque tormina ſubeat *Rolfincius*.

6. *Hepatis, Lienis*) Aquæ proventum quidam opinati ſunt Hepar, alii Lienem malè affecta ſuppeditare: hanc in abdominis cavum deſcendere, adeoque viſcus hoc aut illud vitiatum ſemper Aſcitis cauſam eſſe, Verum tamen ſecus habere, plurium ab hoc morbo defunctorum Anatomiæ manifeſtè declarant, cum poſt ventrem inundatum, Hepar & Lien ſæpe inculpata reperiantur: Et quidem hæc viſcera haud quaquam illuviei cujuſvis ſcatebriæ videantur, utpote nullis, quibus aquæ congerantur, cavitatibus donata: quapropter Aſcitis tanquam Stagni, aut lacus originem ab humoris cujuſdam rivo, aut ſaltè depluvio derivare oportebit. *Willis*.

7. *Signa ſunt*) Morus; Ordinariò incipit tumor exilis circa malleolum pedis, qui ſenſim increſcit, ut ad ſuras aſcendat, & non rarò tumorem in inguine experiuntur, Et cùm de nocte cubant, videntur ſibi ſani, tractu verò temporis augetur malum, & ſi ſit Anaſarca, incipit in facie etiam apparere tumor, & tribus aut quatuor menſibus, ad perfectionem venit, aliquando etiam, etſi nihil agatur, ſpontè vel per alvum, vel urinam ſit excretio, & jam videntur ſibi ſani, poſtea verò recidivam patiuntur, ac aliquoties contingit, fiunt Aſthmatici. *Walaus*.

7. *Signa ſunt*) Media corporis ſedes, à ventris ſummo ad pedes uſque intumeſcit in Aſcite, quia venter utrem aquâ repletum refert, ſic dicto: In quo tumor à pedibus fere incipit, illorumque infimam ſedem eminentiorem, dein eam quæ in ambitu malleolorum exiſtit, primum replet, inde ſenſim ad genu uſque & ulterius extenditur, maximè in humiliori femorum ſede, ampliuſque excreſcit interius, ſedente vel eunte ægro, decreſcit verò nonnihil cū recumbente noctu, impreſſumque in hoc tumore aliquandiu remanet veſtigium, qui ubi admodum diſtenſus eſt, ſplendere nonnihil videtur; Venter vel ſtatim cum pedibus impleri incipit, tandem ab hypochondriis ad pubem uſque totus diſtenditur, coſtarumque fines & extremitates extrorſum propelluntur, qui & commotus fluctuat, & ſi æger in latus ſe vertat, cum impetu quodam labitur: In hujus etiam cute, ſub umbilico, in pectinis regione, & in dorſi ſedibus tumentibus preſſa veſtigia, ſicut & in pedibus, aliquamdiuſque perſeverant: *Scrotum* poſtremò ſimiliter uti venter repletum, admodum diſtenditur, & tranſlucet, veluti, in hydrocele, longeque magis, adeo ut & ad capitis magnitudinem excreſcat: *Virga* item intumeſcens quadruplo major, tranſlucida fit, atque etiam curvatur, farciminis majoris inſtar, Sicque inferior corporis ſedes, in tumorem excreſcit, reliqua ſuperiore decreſcente interim & emaciata atrophia laborante.

Dyſpnœa ægrum in hac ſpecie hydropis vehementer angit, maximè cùm loca alta ſcandunt vel decumbunt, præcipuumque, de quo conqueruntur, eſt ſymptoma: Quæ etiam nondum apparente tumore incipit, hydropemque præſagit, eoque emergente incrementum ſumit, & ab initio circa medium noctis, concoctione factâ, ſuperveniente compreſſivo cordis dolore, mox magnâ difficultate ſpiritum ducunt, & ſuffocationis ſentiūt periculum, quo excitati ſtatim ſurgere, & orthopnœmaticorum inſtar, erectâ cervice ſedentes, reſpirare coguntur; quandoquoque decumbunt in alterutrum latus, tunc urgente dyſpnœâ, decumbere diutius nequeunt; aliàs in neutrum, ſed in dorſo, quamdiu in lecto ſunt, coacti cubare, poſſunt recumbere; Tandem quoque increſcente malo, penitus à decubitu fere omni, cùm per eum mox angantur, abſtinere coguntur, & dies noctesque non ſolùm erecti, ſed & capite in anteriora pectoris inclinato, ut liberiùs reſpirare queant, in ſellâ ſedentes longo tempore, cum diuturnus ſit morbus, reliquum, quod breve ſupereſt ſpatium vitæ, miſerè tranſigunt: *Vires eorum*, quia per decubitum quieſcere ſufficienter nequeunt, ſed corpore erecto ſemper neceſſe eſt; ſint, proſternuntur ſummè, *appetitus* dejicitur, *ſitis* perpetua eſt, *mictio pauca*, *urina* interdum admodum tinctæ, rubræ, vel aureæ & craſſæ, aliàs crudæ & aqueæ, interdum non adeo mutatæ. *Platerus*.

7. *Signa ſunt*) Aſcites deforme præbet ſpectaculum; utri formis prominentiæ in ventre, reliquis membris alimentum non ſentientibus; protenſo ſeſqui pede extat collativus aqualiculus: quæ extentio ægro ſupino, latè porrigitur; erecto ad pubem ac inguina promit; In latus alterutrum volutato, regionem abdominis devexam magis occupat, cum liquoris, incluſi ac colliſi ſuſurro, ὑδατισμὸς Græcis dicto, ventris compreſſu humor huc & illuc transfluit, locuſque contrectatus cavatur, lentè reverſurus: Si tamen præ aquarum plenitudine, abdomen valde intentum fuerit, cutis ejus digitis depreſſa, foveam neutiquam retinet, ac ſive jaceat æger, ſive ſtet, ſive convolvatur, tumor æqualis perſaverat, nec κλυδῶνες fiant, hoc eſt ſonoræ fluctuationes, ſed κωφὰ κύματα defectu loci intra quem materia cum φλοίσβῳ undare valeat; fluctuatio enim proportionem poſtulat inter cōtinens & contentum: Igitur in hoc caſu abdomen pulſandum eſt, an perſonet necne; nam ſi det murmura, erit Tympanias, ſecus Aſcites putabitur.

Splendet etiam in hoc affectu cutis ventris, nudaturque extrema pars pudendi, ut in hydropico quodam puero obſervavit *Hippocr*. 4. Epid. Diſtenta enim cutis, lęvior evadit & politior, ac propter ſuperficiei ęquabilitatem totum fulgorem repercutit, nullaſque jactat umbellas; *Venter*, inquit præceptor 1. de int. aff. niter ὥσπερ λαμπτὴρ, inſtar laternæ; tegitur autem veretrum, velut in recutitis, quia tenſa ventris cutis convellit illam qua verſa contegitur.

Aſcitem præterea conſultantur *Inappetentiâ*, aqua enim ab *Hippocrate vorax* dicta, frigida eſt, non ſalſa non putrida, *videntur alimenta* (ut obſervavit *Hippocr. l. de int. aff.*) *cucumerem agreſtem olere*, ὑπὸ τῆς βδελυγμίης, *præ averſatione à cibo*; Repletio ſicut in latutis à cibatu etiam pauciſſimo.

Sitis ἀναγκαίη ſive violenta, cujus ſolarium in cauſa doloris temere quæritur,

Quibus intumuit ſuffuſa venter ab unda
Quo plus ſunt pota plus ſitiuntur aquæ,

Alviſtrepitus à circumvoluto ſtrepitu, ſed is lōgè ſummiſſior, quàm in Tympanite: Aegri ſunt δυσκοίλιοι, *Hippocr.* ὑπὸ λελαμμένους vocat, vulgò *conſtipes*, fæces namque ab aquis extra inteſtina ſtabulantibus, non diluuntur; Addunt nonnulli aquas illas ſalſas eſſe, at contra ſal irritando purgat, *ſalſa ventrem & urinam movent*, inquit, *Hippoc. l. de Aff.* ac muria virtute non ſtrictoriâ, ſed deterſoriâ medetur inteſtinorum difficultati.

Aſciticorum inſuper *urina* pauca eſt & ſubrubra; Urget *ſpirandi labor*, diſcrimine, ut ait *Aretæus*, h. e. diaphragmate oppreſſo, ſeu ab acervo aquarum, ſeu à tumēte hepate, quæ dyſpnœa vacuato humore adaugeſcit, ſi modò ſcirrhoſa fuerint viſcera; hæc namque cùm circūfuſâ undique materiâ, tanquam fulcimento priùs ſublevarentur, jam deorſum propendent, ſuo κρεμασμῷ ſeptum tranſverſum deprimunt.

Decubitus in latera, quia reſpirandi anguſtiam provocat, quam in dorſum moleſtior eſt, donec gliſcente in dies morbo, æger reliquo quod breve ſupereſt vitæ tempore ἐν σχήματι κατάντει in ſitu declivi, ac jacendo ſuffocentur, nec niſi in σχήματι ἀνάντει, in ſitu acclivi ac reſidendo ſpiritum trahant; ad quem juvandum, brachia etiam nonnihil attollantur, ità ut cubiti videantur ſuſpendi. *Hippocr. l. de int. aff.*

Malo magis ac magis graveſcente, aquarum quibus natat alvus, tantula portio ſuperuè ad thoracem, maxima ejus copia inferat ad pedes, præcipuè poſt deambu-

lationem iter habet; ac ſæpe ſæpius ad folliculum genitalem, ut loquitur Aurelianus, i.e. ad ſcrotum, mediante proceſſu peritonæi, vaſa ſeminalia eò deferentre. Item ad colon, qui prætumidus fit, pellucidus, & farciminis inſtar tomllis. *Menjotius.*

7. *Signa ſunt*) Quibuſdam *facies*, præſertim matutino tempore à ſomno intumeſcit, interdum & ad extremum *manus* inflantur, colore in *facie* utplurimùm pallido, plus minùs, ac livido: multi *pruritu* admodum moleſtu vexantur, quidam etiam *Scabie* laborant; *Abſceſſus* quoque & *Maculæ* in cruribus quibuſdam erumpunt, ſæpiùs tamen lethales: Plerumque *Febris* comitari ſolet Hydropicos, eſtque continua, lenta, circa veſperam, manifeſtior: *Pulſus* eſt parvus, crebrior, ſubdurus, cum quadam tenſione; *Sitis* inprimis ægros miſerè vexat, & *quo plus ſunt pota, plus ſitiuntur aqua*, Simul etiam *cibi faſtidium* adeſt inſigne: quod ſi (quod rariſſimum tamen eſt) ſitiant parùm, è contra commodè plus minùs appetant, meliùs omnino ſignum putandum eſt. *Alvus* nunc clauſa eſt, nunc quibuſdam, non abſque euphoriâ, liberior ſubito eſſe ſolet. Quandoque & Epilepſia Aſciti ſupervenit, & grave periculum plerumque minatur; interdum eadem in *Apoplexiam* lethalem convertitur, Refert enim *Ballonius 1. Epid. & Eph. p. 27.* Piſcatorem hydrope laborantem epilepticum factum, ſæpiùs convulſum, abſceſſu in teſticulos & femora facto, liberatum fuiſſe ab hydrope & Epilepſiâ. *Etmuller.*

8. *Tumor ventris*) Obſervandum, ne *obeſi nimis* habeantur interdum pro hydropicis, de quo vide *Hoeſtetteri Dec. 10 p. 418.* probè quoque obſervãdum eſt, ne confundantur hydropicæ & gravidæ, Diſcernuntur autem invicem, 1. Ex *colore faciei* vivido, & bene habito 2. Ex *tumoris ſpecie*, In gravidis tumor abdominis ad præcordia ſurſum vergit, eſtque inęqualis; In hydropicis autẽ inferior pars abdominis intumeſcit, mammæ detumeſcũt, & tumor undiq; æqualis & quaſi œdematoſus, 3. ſignũ certum eſt *fluctuatio*, &c. 4. *vivacitas & vigor oculorũ* ſignificat geſtationẽ. 5. urinæ in gravidis non ſunt ita cõſtitutę, ut hydropicorũ; Hydrops valde mẽbrũ gravat. 7. Quò ſe vertunt hydropici, eò labitur aqua. 8. ſitis in hydrope juncta eſt, in geſtatione non. ſub hydrope menſes ſæpe fluunt, in geſtatione non &c. *Etmuller.*

8. *Tumor ventris*) *Ventris excreſcentia*, quæ in gravidis ex fœtu in mulieribus, ab ea quæ à cauſa morboſa fieri poteſt, quam mulieres illicito congreſſu uſæ, partum celare volentes, prętendere ſolent, diſtinguenda ſic eſt, Vẽter ſi ſenſim increſcat, nullis morbi alterius præſentibus accidentibus, præcipuum eſt conceptionis indiciũ; pręſertim ſi tumor inde natus ſub umbilico magis emineat, durus ſit & nonnihil collectus, nulla, ut in aſcite impreſſa retinẽs veſtigia, neq; ut in Tympanite tenſus, Dein & eãdẽ magnitudinẽ, niſi quatenus ſenſim increſcit, ſi ſervet, nec ut in aſciticis, dũ corpus erectum eſt augeatur, dum recumbit, minuitur; neq; etiam corpore reclinato in latus, ut in aſcite tumor, eo ſubitò provolvatur; Quæ quidem ſic ſe habent, ſi nõ falſus ſit, aut irritus cõceptus, aut alius tumor, ut hydropicus gravidis mulieribus ſupervenerit, uti aliquando accidiſſe vidimus; tunc enim ventre vehementiùs intumeſcente, mulieres ex ſumma dyſpnœa in ſuffocationis verſantur periculo, quo è medio aliquando tolluntur, niſi per abortum vel partum verum, ſi tempus hoc attingere poſſint, & fœtum & aquam profundentes, liberentur. *Platerus.*

8. *Tumor ventris*) Intumeſcit abdomen plerumque ſenſim, & vix animadvertentibus ægris, & interdum quaſi ſubitò, & brevi temporis intervallo: Præterea nunc unum tantum latus tumor occupat, nunc utrumque, ita ut venter quandoque in duas partes diviſus videatur, nunc verò æqualiter diſtenditur venter, ab hypochondriis ad pubem uſque; erecto autem corpore ſenſus ponderis procumbentis in regione inguinum percipitur; Plerumque quidem venter, etiam poſt mortem tumidus manet, raro verò detumeſcit, quod tamen obſervavit *Ballon. l. 2. Epid. p. 270.* in duabus mulieribus, quarum utraq; cũ hydropica foret, poſtquã extinctę eſſent, ità reſedit venter, ac ſi nunquam intumuiſſet, *Etmuller.*

8. *Tumor ventris*) Mollior ac latior, qui per latera eò impreſſus fluctuationis ſenſum manifeſtum repræſentat. Hinc pedes & ſcrotum intumeſcunt. *Riverius.*

9. *Remotiſſimis incipit*) Quemadmodũ Leucophlegmatia incipit à pedibus, huic q; Aſcites tandẽ ſocietur humore non ad externas modò, ſed ad internas quoque ventris partes commeãte, Sic Aſcites inchoat à ventre, ejuſq; ad ſummũ perducti ἐπιγίνεται ſt pedũ, tandẽq; univerſi corporis tumor, quo extima intimis æquantur *Menjot.*

10. *Superiorum partium gracilitas*) Dum inferiores corporis partes accreſcunt, ſuperiores decreſcũt & emaciantur (*unde* Itali, *vidi in fatto aguiſa d'un luto*) præcipuè jugulum, cervix & pectus; Quibuſdã tamẽ & facies, præſertim matutino tẽpore à ſomno intumeſcit, Interdum & ad extremum manus inflantur, colore in facie; utplurimùm pallido plus minus ac livido. *Etmuller.*

11. *Dyſpnœa*) Imò Aſthma Hydropem ſæpe pręcurrit, uedum pediſſe qua eſt, vide ſupra caput de Hydrope in genere §. 19. *Seu immediatè ex &c*)

11. *Dyſpnœa, ob copiam aquæ*; Anguſtia præcordiorum in hydropicis & impedimenta illa reſpirationis, quæ non ſolum circa pectus, ſed fere maximam partem circa hypochondria ſentiunt, quaſi *cingulo ibidem* conſtringerentur, non à ſola videntur eſſe repletione abdominis, ex eo quòd gravidæ, utut ventre maximè tumido de ſimili conquerantur pathemate, quin mollia omnia, & tactui cedentia, in iiſdem ibidem deprehenduntur; cum hydropici tendi circa loca iſta, & conſtringi ità ſoleant, ut ne digitus quidem infra coſtas nothas poſſit infigi. *Etmuller.*

11. *Dyſpnœa ob copiam*) Præcipuè dum æger decumbit, ut eã de cauſâ erectus manere ac ſedere cogatur. *Riverius.* Duplici de cauſâ fiunt aſthmatici, vel quia abdomen magis oneratum, alias partes premit, vel quia aliquid peccantis materiæ in abdomen refunditur. *Walæus.*

Vide §. 7. *Signa ſunt*) Aqua non ſolum pondere ſuo gravat; ſed & ſeptum premendo, illique incumbendo, motumque illius liberum impediendo, *dyſpnœam*, eam parit, de qua tantopere conqueruntur, eaque maximè, quando decumbunt anguntur, cum aqua tunc verſus ſeptum amplius tendens, magis illud gravet; unde liberius erecto corpore, aquâ tunc deorſum eo prolabente: ſpirant. *Platerus.*

Cauſa.

12. *Cauſa* eſt aquoſus & ſeroſus humor: 13. hydropici parum per urinam emittunt, qui poſt magnos hauſtus multum emittunt, hydrope non afficiuntur, & quidam abſtinentia à potu ſanitati reſtituti ſunt.

14. *Colligitur* iſte humor, ſi *Locum* ſpectes inter ventriculum & renes, per quæ alias naturaliter ſerum evacuari ſolet, præſertim in vena ſplenica, meſaraica, & fortè arteriæ ſplenicæ ramis, & radicibus earum venarum circa cava viſcerũ, gaſtricis & Epiploicis. Vnde 15. poſt febres quartanas & diu-

& diuturnas, quarum cauſa in venis meſaraicis, hydrops ſequitur.

Si [16] *Cauſam*, colligitur [17] à nimio potu & humidis cibis [18] accedente vitio viſcerum, quæ ſerum vel attrahere vel [19] continere debent, quo fit, ut illud in ventre ſubſiſtat, & poſt in cavitatem abdominis effundatur.

[20] *Effunditur* autem in abdominis capacitatem, ſeu [21] ſpacium illud, quod eſt inter peritonæum, omentum & inteſtina, [22] per ramos epiploicos & gâſtro epiploicos præcipuè: [23] ita tamen ut nec *Omentum*, quod venas à ſola vena portæ habet, & facile ſaburram meſenterii & lienis excipere poteſt; nec *pancreas*, quod in medio ſplenicam venam ad lienem tranſeuntem, cum cœliacæ arteriæ ſiniſtro ramo habet, extra culpam ſit.

Effuſus humor, [24] quamvis frigidus ſit, quia tamen [25] multas partes ſalſas continet, & calorem à vicinis partibus mutuatur, calidus etiam eſt: quin temporis diuturnitate putreſcit. [26] Unde corruptio viſcerum, febris, ſitis, dum vapores os ventriculi percutiunt, ſuſcitatur.

Eſt idem [27] modò pallidus & citrinus, modò luteus, & viridis, modò flavus in nigrum vergens, modò cruentus, modò lotura carnium recens mactatarum ſimilis. Aliquando [28] quinquaginta, aliquando centum libras æquat: [29] quandoque veſicis includitur.

12. *Aquoſus & ſeroſus humor*) Humores intra ductus, aut vaſa veluti rivos, ſcaturientes, ſunt imprimis hi tres, viz *Sanguis*, *Humor Lacteus & Lymphicus*, Aquæ depluvium, aut ſtillicidium, fieri poſſit à *Liquore nerveo*, qui interdum è fibris, & membranis lentè & ſenſim exudat, atque à *Vaporibus* intra corporis ſpecum, aut cavitatem aliquam condenſatis, utrum ex his modis Aſcites potiùs ac ſæpius oriatur, meritò diſquiremus; Et primò ad *Sanguinem* quod ſpectat, extra dubium habetur, ſerum è maſſâ ejus diſſoluta nimis deciduum, uti fluxiones & catarrhos varii generis, ita nonnunquam majores aquarum illuvies, ſcil. hydropicas excitare: quare cùm Anaſarca ab hac causâ omnino procedat, cumque iſti morbo haud ſtatim ſanato, ſæpenumero Aſcites ſuperveniat, inferre licebit, utrumque affectum ab humore aquoſo, arteriarum oſculis ubique effuſo, induci.

Porrò non multùm improbabile eſt, ſanguinis diſſoluti ſerum, ex arteriæ cœliacæ & meſentericæ finibus quibuſdam apertis, in abdominis cavitatem primò & ſolitariè exire, adeo Aſciten abſque Anaſarcâ præviâ inferre: ac ita præſertim, ſi forſan accidat, tumores ſcirrhoſos, ganglia, tubercula, aut aliuſmodi concretiones præternaturales circa meſenterium, lienem, hepar, uterum aut alia quævis imi ventris viſcera, prius excitari, non quandoquidem in iſtis locis ſanguinis circulatio præpeditur, ut cruor per arterias evectus, quoquomodo reduci queat, pars ſeroſa è conſortio ejus extruſa, in cavitatem decidit: Enimverò ita fieri, experimento hoc à nobis factu evidentiſſimè liquet, viz. ſi in vivo animali, venis jugularibus filo exceptis, & ligatis ſanguinis reductio inhibetur, tota capitis regio aquâ intercute & planè hydropica, brevi intumeſcet; Et quidem ſæpiùs obſervavi, tumoribus privatis & circumſcriptis, alicubi in imò ventre excitatis, Aſciten ſupervéniſſe: quod certè ob rationem prædictam contigit: Quando ſanguinis curſu præpedito, pars ejus aquoſa brevi extravaſatur, humor iſte non merè ſeroſus eſt, ſed inſuper liquor nutritius, ſolidis quibuſque partibus alendis deſtinatus, in ventrem profunditur; quare dum hæc regio intumeſcit, membra extenuantur, & lympha Aſcite exempta, inſtar ovi albuminis à calore inſpiſſatur & albeſcit.

Veriſimile eſt etiam *Vaſa lactea* diſrupta, humorem ſuum in abdominis cavitatem effundere. Profectò Clariſſimus *Sylvius*, à tali cauſâ morbum hunc ſæpiſſimè progigni autumavit, Et quidem ex vaſis lacteis, vel lymphicis, ſcilic. aut alteris, aut ſimul utriſque diviſis, aut apertis, aquæ aut chyli illuviem, ventris imi viſcera nonnunquam inundare, prout ſuſpicari fas eſt, ita ſequens obſervatio, id ipſum confirmare videtur: Quidam diu Ictericus, ac interea temperatus, ac à potu (ad quem ſiti minimè premebatur) abſtinens, Aſciten in immenſum brevi adauctam, contraxit. Poſt medicamina incaſſum adhibita, Paracenteſis juxta *Sylvii* modum, cum acu perforatâ tentatur; E foramine aqua non icterica, ſed limpida & tenuis copiosè profluxit: unde liceat inferre, humorem iſtum hydropicum, non è maſſa ſanguinea profluxiſſe, tunc enim coloratus fuiſſet, ſed è vaſis lymphicis aut lacteis, in abdominis cavitatem exſtillaſſe.

Vaſorum Lacteorum & Lymphicorum circa Aſciten progignendam rationes, utpote affines, unà conjunximus: quia ſcil. utraque vaſa chylum, aut quod ei analogum eſt, ad commune receptaculum referunt, & plurimi utriuſque generis rami, ſive ductus, circa viſcera imi ventris diſtribuuntur; Interim non improbabile eſt, vaſis alterutrius vitium ſolitarium quandoque Aſciten producere.

Quoad alios Aſciten generandi modos, ab initio propoſitos, vix opinari ducor, tale ventris diluvium ab Humoris nervei ſtillicidio, aut propter vapores illic condenſatos facilè exoriri poſſe; quanquam in Tympanitide forſan, ubi abdominis cavitas ampliatur, & tranſpiratio præpeditur, effluvia exhalare ſolita, intus coercita, in lympham vertantur quapropter morbo iſti Aſcites fere ſemper conjunctus reperitur. *Willis.*

13. *Hydropici parùm per urinam*) Urina non uniuſmodi in hydropicis excernitur, quando utplurimùm craſſa, intensè tincta & perquam lixivialis, *pauca* tamen excernitur, quæ in aliis è contrà, utut rarius, pallida, tenuis, cruda, & pauca prodire ſolet: Et ferè *primam occaſionem Hydropi ſuggerunt Renes*, imò frequenter ex ſolis renibus affectis, atque lotium non emittentibus, Hydrops ſupervenit. Hinc etiam eſt, quod optima & tutiſſima cura hydropiſeos in urinæ provocatione conſiſtat, qua denuò copioſiùs fluente, ſubito evadunt: *Dummodo integritas viſcerum adſit, vidi enim ex Ictero hydropicum, paulò ante obitum copioſiſſime lotium excreviſſe*) Hinc eſt, quòd id ſerum, quod alias ſub formâ urinæ emittendum erat, in abdomine coacervatum & exhauſtum arte, nullas tamen proprietates urinæ, nec ſapore, nec odore, nec colore exhibeat, ceſſante nempe Renum functione. *Schenckius* in cive Altenburgi renalem adipem maximâ ex parte aqueam defluere vidit: indeque Hydropis initia viſceribus & teſtibus induta obſervavit. *Etmuller.* Vide §. *Sudoriferis.*

14. *Colligitur iſte humor*) Locus collectionis aquæ ſpecialis, ab *Avicenna* deſignatur inter *ziphac & zirbum*

Peritonæum & Omentum: *Coüſ.7.aph.55.* τὸ ἐπίπλοον. Omentum. & 34. meminit *cavitatis inter diaphragma & ventriculum*: In qua pituita colligitur: Ἀυπέβια oſtendit omnem abdominis cavitatem, ab aqua occupari, eandem etiam ad ſcrotum & pedes deſcendere: Loca hæc collectionis aquæ, confirmat *Aretæus*, uſque l. 2. *Chronic.* addit locum peculiarem. *Alia morbi hydropici ſpecies, quæ talis agnoſcitur, In eà veſiculà quadam puſilla, crebra, humoris plena, in loco ubi Aſcites fieri ſolet, excitantur.* Talem hydropis ſpeciem obſervavit *Horſtius lib. 2. Epiſt. Med.20.* Eadem ſpecies etiam à nobis adnotata. *Rolſincius.* Vide *Schenckium & Mauritium Cordaum comm. 5. in Hipp. lib. 1. de m. mul.*

15. *Poſt febres quartanas*) Vide ſupra cap. de hydrope in genere §.19.20. *Seu immediatè à ſex rebus non naturalibus, ſeu mediata &c.*

16. *Cauſam, colligitur*) *Cauſam proximam, Collectionis* nempe & *Extravaſationis* humorum, quod ſpectat, In Aſcite nempe, quæ (Vide §. 1. vel *Aſcites*, vel *Tympanites*, vel *Anaſarca*) ad *Anaſarcam* proximè accedit, ſeu in *Anaſarca* ſic dictâ particulari *Williſii*, in qua pedes, ſcrotum & abdomen, ad pectus uſque & diaphragma intumeſcunt, & ab *Aſcite* propriè ſic dicto, ſeu particulari abdominis hydrope; multùm differt, (quæ differentia in hiſtoriarum & obſervationum monumentis, probè attendatur) præſuppono autem hic humorem iſtum eſſe maximam partem ſerum, ſeu commune recrementi & alimenti vehiculum, utut pro contentorum, ſeu miſtorum ratione, nunc chyloſum, nunc pituitoſum, nunc cruentum, nunc alio modo affectum, deprehendatur.

Coacervatur hæc in corpore ad hydropem diſpoſitio, ob deficientem inſenſibilem tranſpirationem, & imminutam urinæ excretionem: Generatur autem primitùs (adeoque hujus hydropis cauſa proxima erit,) ex inſigni & notabili vitio in hæmatoſi contingente, ac plus minùs deficiente, ratione cujus aſſumpta in chylum mutata, com juncto vehiculo ſeroſo aſſimilari debitè maximam partem nequeunt, quin hic ipſe ſucceſſivè in ſanguine, continuato hujus circulo, alteratus magis, magiſque attenuatus & reſolutus, tandem certis in locis decumbit, & extra vaſa cum vehiculo ſeroſo ſubſiſtens, tumorem talem infert, quod pluribus explicatum, vide in *Willis Pharm.rat.p.2.*

Remota cauſa omnes erunt eædem, quæ Cachexia, quæ frequentiſſimè tranſit in Anaſarcam nunc univerſalem, nunc particularem, cum Aſcite junctam degenerat; Unde dum *per ſe incipit hic Hydrops*, ferè vitium læſæ inprimis vis digeſtionis ſubeſſe ſolet; dum autem *alios morbos inſequitur*, pro horum læſione corporis, ejuſque partium ſolidarum & ſanguinis alterarione multiplici, etiam multipliciter Hydropem diſponent: Unde pro cauſarum remotarum varietate, humorumque in corpore alteratione multiplici, ſubinde tanta diverſitas humorum in corpore hydropicorum nata fuit,

Extravaſatur autem idem ſerum multiforme, non ex vitio vaſorum lacteorum & lymphaticorum, niſi in partialibus Hydropis ſpeciebus, aut niſi ſaltem per accidens & ſecundariò, ſed reverâ ex vaſis arterioſis, omnino probabiliſſimum eſt, Nempe pro hujus notitiâ tria hic ſupponenda.

1. *Sanguinis texturam & mixtionem*, ita in hydropicis eſſe alteratam, ut minùs exactè cum coacervatâ ulteriùs colluvie ſeroſâ, plus minùs chyloſâ, miſcibilis ſit, adeoque ſeroſitates iſtas faciliùs ſeparari, & hinc inde extra ſe quaſi diffluere permittere, cùm aliàs ſerum à ſanguine faciliùs ſuperabile exiſtat; ut in ſanguine venâ ſectâ emiſſo, manifeſtum evadit.

Contentos corporis humores, in ſpecie ſanguinem & ſerum, naturaliter non moveri proprio impetu, quia aliàs omnis motus fieret ad inferiora, nullus verò ad ſuperiora, ſed more mechanico, à cordis impetu, per vaſa pelli, adeoque purè paſſivè ſe habere, ac ſuperiùs & inferiùs neſcire, Simul verò ac vis iſta vitalis, ſeu animalis, movens, in corde plus minùs debilitatur, proprio impetu gravitatis ac ponderis eoſdem ferri, adeoque deorſum ruere.

iij. Firmo ſtare talo, experimentum *Lovveri, de corde c. 2.* quòd ligatâ venâ canis infra cor, brevi poſt tanquam Aſcite laborare, ut animalis abdomen aquâ repleatur, & ligatis jugularibus, tanquam aqnoſus, hydrocephali inſtar ſuperveniat; utrumque ſaltem ex impedito ſanguinis per venas circulo; Adeoque ex impedito plus minùs ſanguinis arterioſi in venas tranſitu, ſeparationem & extravaſationem ſeri faciliimè contingere: Qua ratione etiam videntur oriri *Hydropes ſubitanei*, causâ externâ, ſine prægreſſo interno vitio, V. g. dum Hydropem Aſciten ſubitaneum, ex geſtatione oneris gravioris notat *Bartholinus cent. 2. hiſt. 74.* vel dum ex compreſſione circa os ſtomachi, Hydropem notat *Borellus cent. 2. obſ. 24.*

His ita præmiſſis, dicendum videtur iis in ægris, quibus quocunque vitio hydrops ſupervenit, v. g. in cachecticis confirmatis ex virium aliquali defectu, & maſſæ ſanguineæ ſeroſioris laborioſiori & difficiliori circulo, hanc ipſam proprio impetu ac mole, magis deorſum ferri, ac hinc difficilis aſcendere, indeque impulſum in arterias factum, in venis haud leviter imminui, ut difficilior ex illis in has, ob id pleniores, reſpectivè fiat tranſitus; ſub quo tranſitu juxta oſculorum extremitates ſanguis ſpiſſior, & qui impetum moventem à corde impreſſum, & per arterias continuatum, faciliùs, quàm fluidius ſerum ſuſcipit ac retinet, in ven las tandem & arteriolas intruditur; ipſum verò fluidius ſerum, qua datâ portâ ſuopte impetu *facilius* fertur, à ſanguine ſecedit ad inferiora, præſertim circa loca ubi notabiliùs langueſcit à corde impreſſus impetus, congeritur, donec pedetentim magis magiſque coacervetur, ſuperiora tandem verſus vergat.

Hinc enim magis veſperi quàm manè, magis ſtantibus aut ſedentibus, quàm jacentibus, tumor increſcere ſolet: Ad quod ipſum & ſuprà inſinuata fibrarum ſtrictura, haud parùm facere poterit.

Vivit hic Aurifaber, qui ex quartanâ contumaci, per annum male tractatâ, Anaſarcâ partium inferiorum, cum incipiente Aſcite laborat; Hic quoties quavis ex causâ, motu febrili corripitur, ex eryſipelate, vel pleuritide orta, cum graviſſimo rigore, intenſiſſimo aliquot dierum æſtu, & hinc ſudore uberrimè ſuperveniente accidit, toties mox primò hujus affectus die omnis tumor hydropicus evaneſcit, pedibus flaccidis & extenuatis apparentibus. Dum verò febrilis impetus poſt aliquot dies remittit pedetentim, etiam decumbente adhuc, crurum & ſcroti tumor redit; Nempe febrili ſub impetu, cum alteratione ſanguinis, in ſpecie rapidior ejus circulus & validior impulſus, quo recluduntur in vaſa evacuatæ ſeroſitates, conſiderandus venit.

Idem Extravaſandi modus obtinet in *Anaſarca univerſali*, hac ſaltem cum differentiâ, quòd in Anaſarcâ, virium, contenta corporis moventium, robur adhuc validum ſit, quod æqualiter furſum deorſum eadem qualitercunque conſtituta movet, In *Anaſarcâ* autem *particulari* partium inferiorum, cum Aſcite complicatâ, debiliùs, adeoque regendis iiſdem corporis contentis minùs ſufficiens, hæc ex parte ſui motu ſpontaneo ferri permittit, quæ ob id deorſum

magi

magis ruit, tum aliàs undique æqualiter diſtribuenda florent, ſed dum ſub tranſvaſatione, iſta in capillaribus arterioſis in venoſa, ob pororum & meatuum anguſtiam, per quos trajectio fieri ſolet, difficilior ſuo modo, adeoque tardior fiat ſanguinis motus, hinc ſerum facilè à reliquâ ſanguinis maſſâ ſecedere partium vicinarum porulos ſubire, & ita undique plus minùs ſtagnando Anaſarcam univerſalem inferre poteſt: Forſan & à chylo, ſeu pituitoſo iſto ſeri contento, quædam venulæ capillares, vt vaſa lymphatica obſtrui aut anguſtari plus minùs poterunt, qua occaſione, & difficilior ſanguinis circuitus, & facilior copioſiorque ſeri ſeceſſus fieri poteſt. *Etmuller.*

16. *Si cauſam, colligitur, &c.*) Deſignatis Aſcitis *cauſis immediatis* §.12. (*Aquoſus & ſeroſus humor,*) ſive *conjunctis*, quæ videntur eſſe vel aquoſus humor, è vaſis ſanguiferis, vel lympha, aut chylus è propriis utriuſque ductibus effuſus, jam inquirendum circa hujus morbi cauſas remotiores, ſcil. ob quas ἀεὀφάσις & quoritu vaſa cujuſque generis affecta, ſarcinas ſuas in ventris cavitatem deponant.

Primò igitur, quòd ſanguinis pars aquoſa in æqualiculum exudat, aut ipſe cruor, aut vaſa continentia, aut ſimul utraque in culpâ reperiantur, ſanguinis vitium eſt, qui in craſi depravatus, partes conſtitutivas intra compagem ſuam haud ritè continet, quin ad diſſolvendum aptus, ſeroſitates ſuas à mixtione paſſim rejicit, quas vel foras per urinam aut ſudores ablegat, vel intùs reſidere permittens, in carnium poros aut in viſcerum cavitates detrudit.

Vaſa ſanguifera ſub ſecundâ ratione peccant, quòd nempe illorum fines, ſive oſcula, aut nimis laxa, aut prorſus occluſa exiſtunt; In priori ſtatu circulationis ſanguineæ filum, haud integrè & firmè continuatur, ſed cruoris pars tenuior & crudior abſcedere apta, juxta arteriarum & venarum inter capedines, aut inoſculationes, effluere ſinitur.

Pariter è contrà, cùm vaſorum quorundam oſculis, propter tumorem, aut obſtructionem penitùs occluſis, ſanguinis curſus præpeditur, huic ita coarctato, & tranſitus quoquomodo pateſiat, quod tenue & aquoſum eſt, extravaſatur, inque loca vicina amandatur, ij. iij. At verò Aſcites ſolitariè incipiens, non raro ob *vaſa lactea*, aut lymphatica vitiata exoritur, quare cùm morbi iſtius, hujuſmodi cauſam ſæpenumero conjunctam exiſtere ſupponimus, inquirendum quot modis, & propter quas occaſiones, hæc vaſa adeo aperiri aut dirumpi ſolent, vt liquorem ſuum in ventris cavitate effundant.

Primò igitur Lymphæ *ductus* quod ſpectat, vaſa hæc diverſimodè in culpâ eſſe poſſunt, potiſſimum verò quòd, aut juxta origines ſuas obſtructa, aut compreſſa, humorem non excipiant, aut circa medietates, vel fines diſrupta, eum in aqualiculum effundant; cujuſque horum plures ſunt cauſæ, & efficiendi rationes, fieri enim poteſt, vt materies viſcoſa eorum principia obſtruat; tumores glanduloſi, ſcirrhoſi, aliique p. n. eos comprimant, nec non lymphæ exundantis diluvium ingens, quin etiam vehementes corporis motus, aut animi paſſiones, eos diſrumpant.

ij. Vaſa Lactea, haud minùs quàm Lymphatica, diſcindi, adeoque ſuum liquorem in ventris cavitatem effundendo, hydropem Aſciten excitare periclitantur, & quidem pari ratione lædi ſolent, quatenus eorum ductus intermedij, aut fines, vel à chylo viſcidiore iis impacto, aut pituita inteſtinali obſtruuntur: vel à tumoribus in meſenterio adnans, comprimuntur, nam proinde chylus vaſorum initia ſubiens, & tranſitum non inveniens, imprimis ea plurimùm diſtendit, & poſtea diſrumpit, plures ſunt cauſæ & occaſiones, propter quas humores craſſiores & oppilativi in vaſa lactea propelluntur; nam præter diætam irregularem, & plerumque ex cibis dyſpeptis, malum hoc ſæpe incurritur à potu nimio, aut ab exercitus nimius, ſtatim à paſtu habitis, etiam à potu frigido, dum viſcera ſummè æſtuant, ita nempe vaſorum ductus priùs hiſcentes, ſubitò conſtringuntur, & poſteà arctiùs connivent, propterea vt chylus intra rivos ſuos coarctatos hærens, eos brevi penitùs oppleat & obturet. *Willis.*

17. *A nimio potu.*) Crebrior & copioſior aut intempeſtivi *Potus*, præſertim frigidi ingurgitatio, hydropem infert; Sic ex hauſtu copioſo frigidæ, poſt nimium æſtuum, hydrops poſt tertianam genitus *in M. C. A. 6. Dec. 1. p. 85.* Potus nocturnus in ſpecie ad hydropem diſponit, vide *Acta med. Haſn. vol. 2. p. 260. & 262.* In paroxyſmo febrium qui potant copioſiùs, præſertim frigidam, facillimè hydropem incurrunt: Item ex copioſo frigidæ potu in epate, hepatis ſcirrhus & hydrops apud *Fonſecam l. 2. conſ. 39. Riverium cent. 2. obſ. 65.* Alius frigidam quotidie ante prandium bibens, hydropicus factus, apud *Panarolum Pent. 3. obſ. 42.* Quò facit *ſpiritus vini* abuſus & ſimilium potuum aromaticorum aut generoſiorum ingurgitatio nimia. *Etmuller.*

17. *A nimio potu.*) Ob errorem externum ſeri, diſtributio impeditur, quando magna copia aquæ frigidæ hauritur; quæ non poſſit regi à naturâ, & in venas ſufficienter diſtribui: Sic refert *Car. Piſo* adoleſcentem tertianâ laborantem, cùm in paroxyſmo aquam intemperantiùs bibiſſet, in Aſciten incidiſſe, à quo tamen vnius, tabellæ *diacarthami* uſu liberatus eſt, aquâ in abdomine reſtitante confertim redditâ; Si tamen diutiùs continuatus fuerit nimius ille aquæ potus, hydropem inducit, non ita facilè curabilem, eò quòd graves inde fiunt obſtructiones, & frigida inducitur viſcerum intemperies, calore nativo admodum labefactato, unde hydrops curatu difficilis emergit. *Riverius.*

A potu nimio & ingurgitatione continuâ in ebriis Aſcitea, non ſolùm ob viſcerum illam læſionem, quæ à vino exurgit, ſed quod materiam ſimul aquæ copioſam ſubminiſtret, frequenter gignitur; in illis præſertim qui pro ratione & copiâ potus urinam non profundunt, ſero in venis redundante, unde quoque gravantur, & de gravedine aliquaac tenſione ventris, antequam hydropici fiant, conqueruntur. *Platerus.*

18. *Accedente vitio viſcerum.*) Cauſa immediata eſt viſcerum chylificationi & ſanguificationi deſtinatarum, tum principum tum miniſtrorum imbecillitas ſeu ἀτονία, Chylificatio præcipuè ventriculi & inteſtinorum, ſi ob δύναμιν à quacunque intemperie, conformationis, aut communi vitio κακοσιτίας, facultatem læſam, & defectum fermenti ſalſi & acris, vel ob errorem externum lædatur: Si ἐξαιμάτωσις cordis & arteriarum non ſuccedat ad votum, ſeroſæ aquæ à lymphaticis vaſis Bartholinianis non ſeparentur, atque renibus & ureteribus non attrahantur, reſtitant in corpore, & in Aſcite, in cavitatem deponuntur abdominis. *Rolfincius.*

Non negamus in Hydrope ſanguificationem lædi, præſente enim frigidiori aut calidiori intemperie, aut gravi obſtructione, vel ſcirrho, non poteſt eſſe ſanguificatio integra; Sed negamus illam eſſe proximam & immediatam hydropis cauſam, imò potiùs conſectarium quid, & interdum hydropis effectum, cùm ſcil. aqua in abdomine contenta corrumpitur, & in ea innatantia viſcera corrumpit. *Riverius.*

19. *Quæ continere debet.*) Cauſa influxus ſeri in capacitatem ventris, in partibus ventris inferioris *ſerum*

continentibus conſiſtit, vel viſceribus parenchymate conſtantibus, ſignificationi deſtinans, ut *hepate, liene, renibus*; vel in (*vaſis*) venis hæc viſcera aliaſve ſedes, in ventre perreptantibus, aut etiam *veſica* ſerum excipiente, E quibus ſerum}, ſi continuitas ipſarum ſolvatur, vel citra eam, per diapedeſin, vel anaſtomoſin illarum elabitur; Sicuti in ſingulis quomodo id fiat declarabitur. *Platerus.*

19. *Continere debent*) Huc pertinet aquarum in cavo abdominis congeries ſolutâ renum, ureterum aut veſicæ continuitate. Imò quævis pars alia abdominis aut vulnerata, aut exulcerata, non modò pure in ventris cavitatem guttatim demiſſo, Aſciten edit ſanioſum, ſed etiamnum allabentem alimoniam, non rectè elaborat multùm aquæ procreare, hacque in ventris ſpatium ſtillante ibique *συναθροιζομένην*, aſciten aquoſum parere poteſt; quomodo ulcera teſtium muliebrium, nec non etiam uteri, ſi externam ejus ſuperficiem occupent, Aſciten interdum ſibi adſciſcunt; Apertis quoque per cruentas, cùm vomitiones, tum dejectiones viſcerum venis, etſi ſanguis ſiſtatur, ſerum tamen ſanguine tenuius, ac fluidius, per teneriorem ſauciatæ venæ cicatricem, aliquando tranſcolatur; qua ratione caſui ex alto hydrops nonnunquam ſuccedit. Tandem ſi aqua è ventre aſcitico per integerrimum diaphragmatis parietem, inviſibilibus rimis inter patentem, furtim aſcendit ad thoracem, quantò faciliùs ſeroſa pectoris immunditiès in ſubditum abdomen latenter deſcendet, Unde Aſcites aſthmati, ac multò magis hydropi pectoris ſolet ſupervenire, ut planè ac disertè *Hippocr. l. de int. affect.* ſcripſit. *Menjotius.*

20. *Effunditur autem in abdominis*) Viæ ſunt non ſolùm venæ Portæ, quæque eam comitantur arteriæ, per omentum, meſenterium diſperſæ propagines, ſed & ipſa Lymphatica vaſa, oneris enim pertæſa, aquas expellunt, ſpontè ſuâ exitum illum affectantes; Expellunt autem per *ἀναστόμωσιν, διαίρεσιν*, vel *διαπήδησιν*, διοδὸν etiam præbet membranæ hepatis in *ὑδατίδας* ſæpe fatiſcentis. Ruptio aquæ ex lobo hepatis minimo, circa portas Jecoris, ubi tenuiſſima membrana, ab *Aquapendente, Spigelio, Hofmanno* adſerta, reprobata à *Riolano*: Renum & Veſicæ, ureterum exulceratio & eroſio, Dignæ ſunt omnes Hydropis nomine. *Rolfincius.*

Vide Cap. de Diarrhoea §. *Quando ſeroſi humores leucophlegmatia.*)

20. *Effunditur autem abdominis*) Notandum aliquam humoris ventre coerciti partem in muſculos abdominis, ejuſq; involucra nonnunquam perreptare, ſive peritonæo ſeri acrimonia corruſo ſive reſudatione per medium peritoneum factâ, & quidem eo faciliùs, quò tunicarum ſupra modum tenſarum Pori magis patent, qua de re hiſtoria legi poteſt apud *Cratonem* l. 3. conſ. 31. *Menjotius.*

21. *Spatium illud quod eſt inter peritoneum*) Quomodo extra peritonæi cavitatem ſeroſus humor elabatur, cùm per peritonæi membranam, non detur manifeſtus exitus, minùs eſt perſpicuum: quare per *diapedeſin* hoc fieri, & ſerum per hanc membranam tumore diſtenſam, & madore emollitam, ſub cutem tranſudare, atque inter eam & partes ſubjectas quibus adhæreſcit, in inferiora, uti in cæteris defluxionibus fit, ſenſim delabi, eademque via ſurſum remeare poſſe, ex eo quòd & alibi venas ſic tranſeat, membranáſque penetret, colligimus: vel per *anaſtomoſin* in oſcula venarum à peritonæo in cutem vicinam, diſperſarum, ſero ſe inſinuante, & per ea in partes ſubjectas fluente, ruſſumque refluente, hoc colligere; Aut quia uno pluribuſve in locis, ab acri vel putri hac aqua, peritonæi aliqua ſedes euſque extenditur, ut aqua per eam ſub cutem quoque poſſit elabi. Sicuti ſectione quoque patefactum, hanc membranam non uno, ſed variis in locis fuiſſe exeſam, id q; interdum etiam illic, ubi ſeptum ſuccingit, heparque & lien ei incumbit; quorum viſcerum tunica ſi ſimul abraſa ſit, hæc ubi ſe mutuò tangunt, aliquando coaleſcere viſum fuit. Sic in hydropico quodam rupto, cui inteſtinum & aqua ſcrotum impleverant, illudque proceſſus peritonæi adnatum erat, hunc coalitum ab hac eroſione aquæ, qua inteſtini tunica & membrana illius fuit exeſa, profectum, hoc uti & priores conglutinationes probat, quòd citra detractionem tunicarum, uti in fiſtulis videmus, partes nequeant invicem côcreſcere. Deinde cum in vivis ſæpe obſervaverimus, hanc aquam in umbilici regione, è ventris cavo, non per venam umbilicalem hepati inſertam; quæ ſi aperiretur ex hepate ſolo, non autem abdomine aquam non adeo copioſam profunderet, ſed per peritonæum ſibi viam ad ſuperficiem cutis uſque aperuiſſe, illicque ſub cuticulâ collectam, eam in amplam veſicam elevaſſe, qua ſciſſâ, ex univerſo ventre omnis aqua magno cum impetu effluxerit, ex eo quoque Naturam huic aquæ in peritonæi etiam aliis locis exitum ſub cutem diverſis modis moliri poſſe conjicimus: veſicis forte etiam in interioribus illius natis, aliove modo continuitate ejus ſolutâ; qualia multa in hydropicis, ſi frequentiùs poſt mortem aperirentur, deprehenderentur. *Platerus.*

22. *Per ramos epiploicos &c.*) Quæritur, non tamquæ ſit hydropem conſtituens materia, cùm geminam ex praxi aſſignemus, Serum & Pituitam, Sed unde utterque hic liquor, in corporis habitum, vel cavitates effundatur, & ibidem ſenſim colligatur? Non putem autem id commodè ex venis vel arteriis peti, ſed duntaxat ex vaſis Lymphaticis & Lacteis. Non ex Venis vel Arteriis, quia in illis ſanguis continetur, non ſolùm ſerum, unde ipſo effuſo, non Hydrops, ſed inflammatio, & ſuppuratio ſolent conſequi, & denique Empyema: Per vaſa vero Lymphatica delatus liquor, ſecundum diſpoſitionis cujuſvis diverſitatem diverſus, nunc tenuior & ſeroſior, nunc craſſior & pituitoſior, à vaſis iſtis ruptis effundatur, Hydropem conſtituit: Per vaſa verò Lactea, tum chylus, tum præſertim potus affatim hauſtus, qui defertur, ſi eadem rumpi contingat, in abdominis cavitatem effundi ſolet, atque Aſciten ſubitò quandoque contingentem producere. Effunditur ergo ex vaſis vel Lymphaticis vel Lacteis contentus Liquor, quoties eadem rumpuntur. Rumpuntur verò, tum à re durâ, ſive rigidâ, illas pungente aut ſecante tum à liquore proprio in ipſis ſtagnante, atque ipſa euſque magis magiſque diſtendente, ut tandem rumpantur, unde contentus, & continuè adhuc affluens liquor, in locum vicinum qualemcumque effunditur, atque ibidem colligitur, aut aliò transfertur, atque ſic Hydropem producit. *Fr. Sylvius.*

22. *Per ramos epiploicos & gaſtroepiploicos*) E venis ventris inferioris, & potiſſimùm *vena Porta* propaginibus, ab inteſtinis & ventriculo per meſenterii & omenti membranas deductis, atque in duos truncos collectis, *dextróque hepati*, *ſiniſtróque lieni* inſertis, per *diapedeſin* tunicis ipſarum rarefactis, aut *anaſtomoſin*, oſculis illarum, & præſertim venarum truncis illis majoribus, in omentum & meſenterium diſperſis, illicque finientibus reſeratis, ſi ſerum copioſiùs quàm alioquin ad partium humectationem, ne areſcant, naturaliter etiam exudat, emanet & in ventre congeratur, hydrops aſcites quoque poteſt produci. Hoc autem eo modo fieri, ſerumque per poros cæcos, vel oſcula, citra ſolutionem continuitatis, è jam dictis venis promanare poſſe, idque citra cruoris permiſtionem, aut ſeri à ſanguine tincturam, hæc comprobant; quod ſicuti in aliis quoque ſedibus è venis., hoc pacto, tum in corpore varius à ſero ſuboris

defluxioni-

defluxionibus, tum extra illud per ſudores, lacrymas, aliaſve è corpore per nares, uterum, aliaſve ſedes factas fluxiones, ſubitò interdum, magnaque copiâ erumpit, ita & ex venis meſaraicis, non ſolum naturaliter, ſemper aliquid in abdomen tranſſudare, ſicuti ſemper in eo mador ejuſmodi deprehenditur, ſed & præternaturaliter, majori copiâ abdomen implere poſſit, eoque facilius quàm in aliis locis, cùm in illis venis, ſerum à potulentis & eſculentis progreſſum, & cum chylo continuo attractum, maximè redundet: Et ſicuti in diarrhoeis ſpontaneis, vel catharticorum uſu concitatis, illud per oſcula earundem venarum, per quæ eas ſubierat, rurſum incruentum effluit, ita & per interiora oſcula, quibus ramis ipſarum in partes diſperſi, circa finem occluduntur, patefacta, nullo cruore tinctum, in ſpatium abdominis influere poteſt: Eadem ratione & ſerum à ſanguine in renibus ſecretum, in veſicam delabitur; E quibus omnibus, uti ob enarratam cauſam etiam Aſciten fieri poſſe, quod aliquibus videtur impoſſibile, colligimus; Ita in hydropicorum quorundam ſectione, cùm nullam manifeſtam in viſceribus continui ſolutionem, ſed magnam in venis, uti & ventre ſeri redundantiam deprehenderemus, inde illud eo quo diximus, modo in abdomen perveniſſe conjicientes, liberiùs rem ita ſe habere affirmare auſi fuimus, eoque magis, cùm & in *hydrocele*, ab eadem causâ plerumque in abdomen, indeque in ſcrotum idem ſerum deſtillet: Hujus autem *anaſtomoſeos* & *diapedeſeos*, in venis meſeraicis cauſa eſt, *ſeri* plerumque in hiſce venis *nimia redundantia*, quâ eas diſtendendo aperit, vel *tenuitas* & *aquoſitas*, quæ eas facilè penetrat. Tunc enim in venis meſeraicis accumulatum, niſi per eaſdem vias, per quas has ſubiit, ad inteſtina denuò remeans, per alvi fluxiones, uti fere fit, evacuetur, ex vaſis hiſce interdum erumpens, in abdomen fertur; Cujus redundantia, in tranſitus illius è venis meſeraicis per hepar in venam cavam impeditus ſit, præcipua cauſa exiſtit: quod præſertim ob facultatem illius hepatis attractricem debilitatam accidit; adeo ut ſerum quod chylo partim permiſtum, cujus uti & ſanguinis portio eſt, eò defertur, partim etiam ab eo ſeparatum, continuò à potu has vias pertranſit, non ſufficienter ad ſe allicere, & in cavam venam transferre poſſit, idque ob cauſas in cachexiâ, quæ tunc quoque ob hanc epatis imbecillitatem ſe offert, expoſitas.

A *ſolutâ continuitate venarum meſeraicarum*, *Omentum & meſenterium* implicantium) ſerum in abdomen excidens, hydropis aſcitis cauſam eſſe poſſe aliquando, tam argumentis probabilibus, quàm demonſtrationibus certis oſtendi poteſt; Nam conſtat aliquando caſu externo, vel vi illatâ ventri, ruptâ eo impetu venâ aliqua, pluribus accidiſſe, ut primum inde ſanguis & ſerum ſimul in ventrem profluxerint; & dein vulnere in ulcus, vel etiam corruptionem aliquam horum viſcerum commutato, quæ poſt mortem inventa fuerunt, inde continuo ſero exſtillante, hydropem ſubſequutum fuiſſe, quem etiam cruenta dejectio & vomitio, aliquando primùm præceſſerat, mox purulenta comitabatur. Quæ exulceratio, vel corruptio, per quam ſerum elabitur, in *omento* & *meſenterio*, ubi venæ ſunt, ab eroſione quoque proficiſci poteſt, cùm humores ſummè maligni & acres in venis hiſce, quæ variis excrementis ſcatere ſolent, terentes eas hoc pacto exedentes; cauſam ſic hydropi præbent; uti & ſi corruptio hæc in hiſce membranis & vaſis, ab aquâ in abdomine hydropicorum diutius retentâ putreſcente, eaſque corrumpente fiat; ſicuti in omnium feſe hydropicorum ſectionibus omentum, nonnunquam & meſenterium, hoc pacto infectum vidimus: Quod cùm fit, licèt hæc non prima hujus aquæ collectionis cauſa, cùm aliunde proceſſerit, exiſtat, quia tamen inde quoque tunc exſtillat, majoris aquæ quantitatis congeſtioni occaſionem præbet, eoque ampliùs ſi viſcera alia ſimul hac aquâ adeo afficiantur, ut continuitas ipſorum quoque lædatur. Ab aliis *venis*, *ventris* interiora pervadentibus, ut vena cava, illiuſq; propaginibus, ad *renes*, *uterū* parteſq; alias, uti & *muſculos* & mebranas diſperſis, per *diapedeſin* vel *anaſtomoſin* ſerum quoque in ventrem labi poſſe, hydropique originem præbere, credibile, idque maximè in cachecticis vel aliis affectibus, in quibus hæc ſeri copia in venis accumulatur, & præſertim mulieribus, quibus cùm hæc ſeroſitas per menſtruum fluxum, vel poſt eum mox in fluore muliebri expurgari ſolebat, ſi illis ſuppreſſis ſerum aliam viam & exitum, è venis quærat: Et ſolutâ verò illarum continuitate, hoc non adeo facilè in hiſce venis fit, cùm ſi in majoribus hoc accideret, hæmorrhagia interna, cum interitu hydropem præveniret; quæ minores ſunt, immenſæ partibus, non tam facilè, uti meſeraicæ in omento ſuſpenſæ, & injuriis expoſitæ, hoc pacto ut illæ lædi poſſunt. *Placerus*.

23. *Ita tamen ut nec Omentum*) Datur Aſcites Epiploicus, ab aquâ concluſâ in omento, tanquam in lagenâ, quæ meteoriſmum excitat, in ſiniſtro præſertim hypochondrio, ubi major Omenti portio locata eſt *Galen. 7. aph. 55.* hanc hydropiſin naſci docet Epiploo, quod aliàs ſolidum eſt, & undique firmum verſus hepar attroſo, aquiſque è dilaceratis Jecoris hydatidibus decurrentes, in ſe excipiente. Sed primò citra Jecoris veſiculas, ab aquosâ hujus colluvie, quamcunque ob cauſam reſtagnante, hydrops Omentalis oriri poteſt, Deinde quod eſt opus Epiploum exedi, cum mediantibus plurimis vaſorum ramis ei inſertis, expedita ſit aquarum metaſtaſis? Tandem quoniam Omentum ventriculo, colo ac lieni præcipuè annectitur, ita quoque ab iſtis partibus, ſæpius quàm ab hepare aquam in ipſum transfundi, certò certiùs eſt, & potiſſimùm à liene, qui naturâ ſuâ εὐρυφοδίςερος, foraminulentus, ac, ut ait *Alexander 2. Probl. 17.* σομφώδης, *tomentitius* quaſi, atque à tergo ventriculi ſitus, ſi ex accidenti calidior fuerit, potum uberiorem ac ſuperfluas humiditates ad ſe divertit & corrivat, eaſque niſi quomodocumque educantur, interdum quidem per venas in totum corpus, interdum in abdominis amplitudinem, interdum in ſcrotum, femora & pedes, ac non rarò etiam in omenti capacitatem abigit, juxta doctrinam Præceptoris *4. de morb. & 1. de m. m.* ubi hydropem deſcribit à liene magno & tumido; Et *l. de loc.* à *ſplene florente*, h. e. tumeſcente, *fluxio fit in omentum, utpote vicinum valdè exiſtens*, atque poſt ſubjicitur, tametſi morbus iſte convenienter tractetur, non tamen caret periculo; Ratio eſt, quòd Omentum referat impertuſum infundibulum, vel potiùs marſupium aucuparium, nec proinde aqua in ipſum recepta, commodum habeat exitum. Imò Hydropi Omenti, decreto aphoriſtico, abſolutè lethalis indicatur, etiam ſi forſan perexigua ſit viſcerum nutritiorum κακοπραγία. *Quibus jecur aquâ repletum, ipſum in omentum profundit, his venter aqua impletur & moriuntur; 7. aph. 55.* Utitur *Hyppocrates* voce ῥαγῇ, ut cumulatam humorum, ab hepate in omentum irruptionem deſignaret, Aquis enim Epiploon confertim opplentibus, cætera quibus introitus denegatur, in abdominis cavum neceſſariò exundant, tuncque omentum quaſi διθάλασσον, intùs & extrà aquis circumdatum, tantò celerius putreſcit, quantò naturâ ſuâ ad corruptelam magis obnoxium eſt. *Menjotius*.

24. *Quamvis frigidus ſit, multas parties ſalſas continet*) Acre, eſt fluidum illud, *ſalſum* fere, aut *acidę*

ſalſum, quod alii aquæ permixtum ſpumam inſtar ſaponis excitat. Ita refert *Gabelchoverus* hydropicum dolio inſidentem, aquâ ſalſâ ſe immerſiſſe quotidie, & poſt 15. lotionis diem, ruptum eſſe umbilicum, & aquam omnem, quæ in ventre continebatur, effuſam in aquam balnei, hanc verò inde ſpumoſam totam redditam fuiſſe, ut ſpeciem aquæ multo ſapone agitatæ referret, unde etiam ratione acrimoniæ illius ſubinde interanea erodit & exulcerat, Sicuti & ſubinde *ulcera in externis partibus*, præſertim *cruribus* excitat, difficulter curabilia, (*aph. 8. ſect. 6.*) unde & quod per alvum excernitur, non ſine morſu inteſtinorum, præſertim recti evenit.

Speciatim *aceſcentia* cujuſdam participem eſſe illam aquam collectam, non immerito ſuſpicatur *Willis Pharm. rat. par. 2. pag. 164.* & confirmatur ulteriùs, ex eo quòd ſudor hydropici acidus lac coagulans obſervatus fuerit. Vide *Acta Haffn. vol. 4. p. 174.* & quod internè pariter, quàm in ſpecie externè diſcutiendo, tumori dicata, ad *alkalinam* naturam accedant, V. g. *aqua calcis vivæ, limaces ac cochleæ, lixivia ſtercorum animalium &c.* Etmuller.

25. *Partes ſalſas continet*) Salſedo qualem in *ſale marino, gemmeo* aliiſque obſervamus, ortum ducere videtur imprimis ex ſale lixivo & ſpiritu acido ſatis puris commiſtis, exſuperante tamen tantillùm ſpiritu acido. Hanc ſalſedinem contemperant *G. tragac. arabic. maſticho, ebur, ſtirax calam. ſemen hyoſc. cynogl. radix &c.* ut & *pil. de ſtirace, cynogloſſa, & arnogloſſa*, ſive *plantag.* dictæ, quorum ope humores ſalſos ac ſeroſos temperari & corrigi conſtat per experientiam; *Fr. Sylvius.*

26. *Unde corruptio viſcerum, febris, ſitis &c.*) Eadem aqua, ſi madore ſuo interiora viſcera, hepar, lienem, renes, ventriculum, inteſtina, nimium humectando, debilitet; vel acrimoniâ aut ſalſedine, quam ex commiſtione aliorum humorum, vel putredine aut corruptione pluribus menſibus ſæpe retenta concipit, adeo ut nauſeoſum, vel cadaveroſum, aut alioquin fœtidum odorem ſpiret, illa potiùs exſiccet, ſicut talia eſſe fere deprehenduntur, atque meſenterium, omentum, tenuemque involucrum, veluti arefacta, contracta, adipemque inſtar glebarum illis adhærentem, in quodam invenimus, vel ſi eaſdem partes, certis in locis aqua illa erodat, exulceret, vel etiam putredinem in illis inducat, aut corrumpat contaminetque, ſicuti *Omentum* plerumque flavum, putre & fœtens in pleriſque, præterquam quòd retractum fuerat: & meſenterium quoque quibusdam in locis ejuſmodi fuiſſe, in anatome hydropicorum invenimus: quòd ſi accidat, uti & ſi alia viſcera ſimili modo, ab hac aqua læduntur, graviora in partium naturalium functionum læſionibus hydropicis tandem ſupervenire ſolita ſymptomata, *ut appetitum dejectum, ſitim, cachexiam, atrophiam, & diarrhœas* aliaque producet, inprimis in ventriculi à ſero diu retento, corrupto & putrido, corruptione & gangrænâ, vomitum cum ardore & inflammatione œſophagi vehementiſſimâ conjunctum; qualem ego obſervavi in muliere hydropicâ, quæ pancis diebus ante obitum, copioſam aquam, nigram, cadaveroſi & putidiſſimi fœtoris, cum œſophagi ſummo ardore & inflammatione maximè moleſtante, multoties evomebat. *Platerus.*

27. *Eſt idem modo pallidus & citrinus*) Aquæ iſtæ ſeroſæ ſeu contenta fluida, non ſemper unius generis obſervantur, Plerumque eſt pallida & citrina, & urinam fere refert, (Galli dicunt, *des eaux rouſſes*) Interdum lutea, interdum viridis, interdum flava in ægrum vergens; interdum loturæ carnium ſimilis, obſervatæ fuerunt aquæ: Eaſdem exemptas, & leni igne tractatas, in gelatinam albam abire obſervavit *Boyle Phil. Exper. p. 83.* & *Willis Pharm. Rat. p. 2. p. 150.* In gelatinam viridem abjiſſe obſervavit *Symſon in Hydrolog. p. 370.* Etmuller.

P. Barbette, Hydropis cauſam proximam conſtituit *Lympham ſeroſiorem*, eò quòd in hydropicæ mulieris cadavere, in abdomine diſſecto multiplicem lympham deprehenderit, Primò tenuem & fluidam, deinde gelatinam, tertiò concretam, tandem duram & ſteatomaticam. *Prax. lib. 3. c. 4.*

28. *Aliquando quinquaginta*) Semel vidi doliolum xv. congiorum capax, aquis fœminæ ab hydrope defunctæ abdomine exemptis, impletum. *Willis.*

29. *Quandoque veſicis includitur*) Non modò in hepate & liene, (vide inferius §. *Aut retinentes*) ſed in aliis quoque viſceribus, ac in ipſomet peritoneo, ejuſmodi folliculi quandoq; excreſcunt, quibus fractis Aſcites exoritur, Sic bullas inter peritonæum & inteſtina aſſurgentes, obſervavit *Aetius tet. 3. ſerm. 2. c. 20.* veſicæ conſimiles ac ſero turgidas, quæ per fluctuationes quaſdam inæquales deprehenduntur, humore proprium locum replente, lineamentis quibuſdam circumſcriptum; Earundem veſicularum mentio fit apud *Aretæum 2. diut. 1.* autorque eſt *Cardanus comm. in Hippocr. 1. de m. m.* in cujuſdam mulieris hydropicæ cadavere, cyſtes ex omnibus viſceribus pendulas fuiſſe animadverſas, aquâ citrinâ turgentes, quæ octogenarium numerum ſuperabant. *Menjotius*, De Hydatidibus vide integrum Tractatum in *Med. noſtra Septentr.*

Curatio.

30. *Curatio* eſt *Melioris ſpei*, *ſi* æger eſt juvenis & robuſtus, *ſi* [31] ſervus, qui famem, ſitim & alia tædia ferre poteſt: [32] *ſi* plus humoris per urinam excernitur quàm aſſumitur: [33] *ſi* aqua quæ in venis eſt, ſalvis viſceribus, [34] in ventrem ſeu alvum confluit.

35. *Nullius ferè*, *ſi* ex acuto morbo exiſtit, quia viſcera abſumpto humido radicali frigidam & hecticam intemperiem, quæ corrigi non poteſt, contrahunt: [36] *ſi* aqua in omentum erumpit, illúdque corrumpitur: *ſi* lienoſis poſt diuturnam dyſenteriam advenit, quia pravi humoris tranſitu, caloris innati ſymmetria in inteſtinis & viſceribus perit: *ſi* eidem tuſſis ſupervenit, quia aquoſam humiditatem in tantum creviſſe, ut in thoracem penetret, & aſperas arterias jam occupet, indicat: [37] *ſi* abſceſſus vel maculæ in cruribus erumpunt: [38] *ſi* levatus remediis, integrè renaſcitur, quia viſcera corrupta & vel ſcirrho vel maraſmo & hectica intemperie obſeſſa eſſe ſignificat: *ſi* à colliquatione oritur, quia vires omnes exſolvuntur, & corpus langueſcit.

Terminatur ad mortem, contumaci alvi fluxu, præcipiti aquæ per paracenteſin effuſione, vel catarrho ſuffocativo. Tranſlatâ quandoque ad ſcrotum materiâ detumeſcunt pedes & nativi caloris defectu duritiem contrahunt, quæ aliquando & ad ventrem ſerpit. [39] Quidam [40] ſola à potu abſtinentiâ curati ſunt.

29. *Curatio eſt melioris ſpei*) Si æger εὔσπλαγχνος ſit & bonis viſceribus, ac conſtantibus viribus, cibum libenter aſſumat, bene concoquat, nec ab eo ingeſto affligatur, bene ſpiret, non doleat, neque tuſſis, neque ſitis adſit, lingua, ne in ſomno quidem non areſcat, alvus medicamentis celeriter moveatur, extra purgationem non admodum cita ſit, & naturaliter excernat; urina pro victus ratione mutationem ſubeat, laſſitudinis ſpes adſit, ſi hæc omnia adſint, æger bene ſe habet; ſi plurima, aliqua convaleſcentiæ ſpes eſt, ſi nulla, res deſperata eſt. *Celſus.*

30. *Curatio eſt melioris ſpei*) *Aſcites anaſarca* ſuperveniens, (qui ut plurimum à tota maſſa ſanguinea in ſeroſitates fusâ, eaſque arteriarum oſculis in cavitatem abdominis exudante, procedit) facilioris curationis, aut ſaltem melioris ſpei habetur, quàm morbus iſte ſolitarius, propter tumores circa viſcera, vel propter vaſa lymphatica aut lactea diſrupta, eveniens: quippe prioris affectus, tum cauſa conjuncta, tum procatarctica, ſæpe in totum, aut quoad partem tolli ſolent, Verùm in altero caſu, utraque ut plurimùm incurabilis exiſtit. *Urina* in hydrope Aſcite rubicunda, lixivialis, & pauca, malè ſignificat, quippe indicio eſt, ſanguinis maſſam ſale & ſulphure ſcorbuticis ſimul incoctis refertam, in compage ſuâ nimis ſtrictam eſſe, proinde ut fœculentias non bene ſecernat, & per cloacas idoneas amandet, quas tamen coactè in ventris cavitatem, quatenus ibidem in circulatione præpeditur, perpetim deponit; Enimvero in Aſcite, non ſemper cruor ut in Anaſarcâ diſſolutus, ſed in craſi ſuâ quandoque nimis compactus exiſtit, ita tamen, viſcerum ſalſum poris cutis & viis urinariis denegatum, ob viſcerum obſtructiones intra abdomen exuere cogatur.

Si quando in Aſcite à cathartico exhibito, aquæ copioſè cum εὐφορίᾳ per ſedem evacuantur, indeque abdominis intumeſcentia quidpiam minuitur, de curatione non deſperandum eſt: ſin verò purgantia parùm, aut nihil ſeri vel lymphæ educant, indeque ob fibras nerveas irritatas, inque extenſiones ſive inflationes viſcerum & membranarum (uti crebro aſſolet) adactas, venter plus intumeſcat, & velut tympaniticus evadat, morbi eventum nonniſi funeſtum, expectare licebit. *Willis.*

30. *Curatio eſt melioris ſpei*) Notandum eſt, ægrum non ſemper ſanari, quamvis utrique indicationi ſatisfecerimus, id eſt, tum aquæ in abdomine congeſtæ omnino eductæ fuerint, tum etiam calefacientia, & corroborantia poſtea ad præcavendum novum aquarum proventum, fuerint exhibita; Etenim non rarò contingit, ut *Aſcites* ad multos annos perdurans, diuturnâ aquarum in viſcera incubatione, eorum ſubſtantiam perverterit & quaſi ſemicoxerit, & tam ipſa viſcera, quàm partes vicinas corruperit; penitùs, glandulas præternaturales & veſiculas ſanie turgidas generans, & omnia intra abdominis cavitatem contenta, in putrilaginem quaſi quandam convertens, prout in eorum cadaveribus qui ab aſcite inveteratâ ſunt interempti, ſectio patefecit.

Morbus ad hunc gradum jam provectus, Artis ſubſidia quantùm video, contemnit, nihilominus Medici eſt, cùm certò ſcire nequeat, quantùm adhuc noxæ viſceribus illatum fuerit, curationem omni ope moliri, remediis tam Evacuantibus, quàm & corroborantibus, & neque animo ipſius cadere, neque ægro, ne cadat author eſſe debet; Cui rei ob hanc potiſſimùm cauſam, danda eſt opera, quoniam in permultis affectibus, morbi fomite jam penitùs exanimato, Natura, quæ noctes atque dies noſtris rebus invigilat conſulitque, ſponte ſuâ mirum in modum machinatur, quò ægrum à perniciosis morbi reliquiis muniat ac tueatur, Quamobrem omnes Aſcites, quantumlibet inveteratus, & quamlibet funeſtam cladem viſceribus intulerit, haud alio modo tractari poteſt, quàm ſi nunc primùm occeperit. *Sydenham p.187.*

31. *Si Servus*) Hydrops faciliùs curatur in ſervis, quàm in liberis, in ruſticis, quàm in nobilibus, quia cùm deſideret famem, ſitim, & mille alia tædia, longamque patientiam, promptiùs ſuccurritur his, qui facilè coguntur, quàm quibus noxia libertas eſt. *Celſus.*

32. *Si plus humoris*) Urinæ paucitas in hydropicis mala, & quò minor illius quantitas redditur, cò deterior eſt morbus, quia materia purulenta in ventrem confluit, & nihil fere illius ad renes pervenit; Hinc *Hippocr.* in *Coacis, Hydropico febriculoſo, urina pauca turbidaque lethalis, contrà verò ſi aquæ quantitas augeatur, bene ſperandum.* Quod eleganter à *Celſo* proditum eſt, *Tum demum*, inquit, *ſecundæ valetudinis ſpes eſt, cùm plus humoris per urinam excernitur, quàm aſſumitur, Ideo bonum eſt ſingulis diebus urinam & potum metiri, tum etiam ventrem, lino circumducto, præſertim dum remedia uſurpantur, ut videamus num ille decreſcat, quod in bonis habendum eſt; Si verò augeatur, non obſtantibus remediis, res in anguſto eſt.*

33. *Si aqua quæ in venis eſt &c.*) *Ab aquâ intercutem habito, ſi aqua quæ in venis eſt, in ventrem confluxerit, morbi fit ſolutio.* Hippocr. aph. 14. 6. Hic aphor. aph. 55. 6. contrarius videtur, *Quibus hepar aquâ plenum erumpit in omentum, iis venter aquâ impletur & moriuntur.* Sed contrarietas ſolvitur, dicendo *Hippocr.* in poſteriori per ventrem intelligere capacitatem abdominis, in priori verò alvum: Si nimirum aqua per alvum effluxerit, morbi fit ſolutio. Quæ ſententia ab eodem *Hippocr.* clariùs explicatur in *Coacis. Incipiente hydrope alvi profluvium, ſine apepſiâ ſeu cruditate, proveniens, morbum ſolvit.* Notanda eſt illa conditio, *Incipiente hydrope*, nam ſi morbo inveterato contingat profluvium alvi, non eſt adeo tutum, quia ut plurimùm vitium aliquod, per morbi longitudinem contractum, in viſceribus relinquitur, ut ſcirrhus, aut ſubſtantiæ corruptela, quod novæ aquæ proventum efficit, & mortem tandem inducit, Unde *Hippocr. in Prorrhet.* eos qui ab hydrope ſervari debent, εὐσπλάγχνους eſſe debere affirmat, h. e. ſana & integra viſcera habentes, ſeu à gravioribus illis affectibus immunia. Alioqui ſi cum ſcirrho, aut hepatis corruptione contingat alvi fluxus, citiſſimè moriuntur, ut *Galenus 2. ad Glauc* hinc *Avicenna, Conſtrictio anhelitus, & ſolutio ventris, in tribus diebus mortem ſignificat. Riverius.* Si à nimiâ ſeri copiâ, in venæ Portæ, vel etiam cavæ ramis coacervatâ, & ex illis in abdomen exudante, vel per anaſtomoſin exſtillante, prodeat, curationem admittere poteſt. *Platerus.*

34. *In ventrem ſeu alvum confluit.*) An hydropem alvi fluor tollit? Si à συναθροισμῷ, verum, aliàs apud *Hippocratem* fluor alvi necat, alias juvat. *Ballon. Epid. & Eph. l. 1. p. 6.*

35. *Nullus fere.*) Si ab *hepatis* aut *lienis*, ſubſtantiæ ſolutâ continuitate, à ſiccitate vel duritie aut ſcirrho, vel tumore alio, vel ulcere, aut omnimodâ corruptione, aut contuſione vel vulnere proficiſcatur, cùm ægre hæc reparari poſſint, incurabilis fere exiſtit, uti & ſi à *Renum* eiuſmodi læſionibus, vel *ureterum & veſicæ* diſruptione prodeat; Aut à *venarum meſaraicarum* cum *omento* & meſenterio rupturâ, eroſione, ulceratione & corruptelâ, immedicabilis quoque pleramque exiſtit: Sic ſi collectionis ſeri

cauſa, ſit omnimoda hepatis vel renum imbecillitas, quæ reparari amplius nequeat, vel uterque *vreter* adeo obſtructus, vt reſerari non poſſit, quod rarum eſt, in cauſâ ſint, vel aquæ in abdomine diutius retentæ, jam viſcera, vel omentum & meſenterium, cum venis illis intextis, vt ſæpe fit, infecerint: Quibus obſervatis, ſi de cauſâ conſtet, eò audaciùs aliquod prædicendum: Sin ea nos lateat, vti ſæpe fit, vel de ea dubitemus, dubiè quoque reſpondendum, imprimis ſi urina admodum rufa ſit, malum erit; ſi cruda & alba major erit ſpes. *Platerus.*

36. *Si aqua in omentum erumpit.*) aph. 55. ſect. 7.

37. *Abſceſſus vel macula, &c.*) Hoc confirmat *Hippocr* 7. Epid. Hiſtor. *Brontis* & *Cteſiphontis*, quorum ille oborto abſceſſu in genu ſiniſtro, & ſuppurato obiit: Huic verò paulò ante mortem, collectio cum rubore aliquantulùm livido in femore dextro apparuit.

38. *Si levatus remediis.*) Hydropici qui remediorum efficaciâ liberantur, ſi in eundem affectum reciderint, deſperati ſunt, *Hippocr in Coacſ.* ſignificat enim vitium aliquod immedicabile intra viſcera latitare, quod evacuatis aquis novam earum generationem promovet. *Riverius.*

39. *Quidam ſolâ a potu abſtinentiâ.*) Hic magni momenti erit, quòd æger parcè admodum bibat liquores iſtos, qui minus generoſi ſunt, (vino generoſo, cerevisia forti medicata) quandoquidem omnes, qualeſcunque demum ſint, aquis nonnihil incrementum dant; adeò vt, vel omnimoda à potu abſtinentia nonnullos ſanarit, atque ob eam cauſam, ſi liquoribus iſtis quandoque indulgendum ſit, æger tamen parcè admodum eos bibat. Verumtamen, cum ſitis magna huic affectui ſe comitem adiungere ſoleat, quam inſuper à potu tenuiori abſtinentia adaugeat, è re erit, vt æger ſæpiuſculè aquâ *frigida ſpiritu vitrioli* acidulatâ os colluat, aut tamarindos in ore ſubinde teneat, aut *limonem* manducet, neutrum verò deglutiens, præ eorum frigiditate, quæ morbo minùs convenit. *Sydenham.*

40. *Sola a potu abſtinentiâ curati ſunt.*) Diætâ ſolâ, deſperatos hydropes curatos teſtis experientia; contrà minùs temperantes, fruſtra omnia remedia experiri, *Aeris* mutatio & hic locum habet; *cibus* εὔχυμος ſit & εὔπεπτος, Oleracea medicamentoſa commendantur, aſparagi ſummitates, lupuli *Nic. Florentinus ferm* 5. teſtatur ſe aliquando hydropicum vidiſſe ſanatum vſu *alaudarum*, quibus frequenter cum *petroſelino* veſcebatur *Aqua intercutem laborantes*, inquit Hippocr. 5. Epid. t. 69. *vtile eſt laboribus corpus exercere, ſudores movere, pane calido oleo intincto, pauco potu vti: Vinum quoque album ac tenue, ac ſomnus auxilio eſt.* Alvus ſemper lubrica teneatur. *Rolfincius.*

41. *Perficitur.*) Indicationes curativæ veræ ac geminæ, vtpote à prædictis phænomenis naturaliter quaſi exortæ, *vel* ad aquarum in abdomine; cæteriſque partibus contentarum evacuationem, *vel* ad inſtaurandum ſanguinis robur, quo novus earumdem proventus præcaveri poſſit, omnino dirigendæ ſunt. *Sydenham.*

41. *Perficitur.*) Quoad curam, in hac *colluvies removenda humorum*, 2. eorum *ſcaturigo ſiſtenda*, Hoc principale, illud minùs principale; Quoniam verò collecta colluvies, Impedit potiorem intentionem, propterea quantùm poſſibile removenda, *poſterius* obtinet in genere ſanguinis craſin, & inde viriatam hæmatoſin emendando, digeſtionem primam corrigendo, bilem acuendo, & urinæ fluxum promovendo, in *ſpecie*, pro antecedentium cauſarum varietate & relictâ noxâ, aliqualis varietas obſervanda, adeoque omnia ea quæ ſupra de *Cachexia* monita fuerunt, hic repetenda. *Ettmuller.*

41. *Perficitur.* In curatione vt ſcitis, cauſæ primùm erit habenda ratio, quæ ſi à viſcerum, hepatis & lienis, imbecillitate, refrigeratione, obſtructione, duritie, ſcirrho, tumoreve alio duro procedat, curatio, vt in Cachexia & Ictero, à ſimili cauſâ natis ſuſcipienda, vti & à calore & ſiccitate horum viſcerum originem traxerit; in Cachexiâ, cuius quoddam genus quoque illum præire ſolet, curatio quoque quærenda: Quòd ſi verò ob imbecillitatem Renum potiùs accidat, vel *vreterum* omnimodam obturationem, remediis quæ in mictione ſuppreſſa præſcribuntur, huic ſeri retentioni & coacervationi in venis occurremus: Quibus ſic inſtitutis, illicò quoque ad aquam ex abdomine educendam, antequam viſcera interna corrumpat, omne ſtudium convertemus, per alvum eam educendo, per urinas, per ſudores, eam exhauriendo, & niſi hæc ſuccedant, etiam per manifeſtas ſectiones & aperturas, vel externas applicationes, quæ haſce aquas abſumant, illud moliendo: Quod & in *Pedibus* ſimiliter faciendum, non & illorum quoque tumor ſubſideat, tum vt illic effluente aqua, illa quoque quæ in abdomine exiſtit, in illius locum ſuccedens, ab eo ex parte per hanc viam evacuetur, *ſcrotoque*, ſi illic aqua quoque conſiſtat, quæ eam conſumant, extrinſecùs apponenda erunt: Cæterùm in aliis cauſis quas avertere difficile vel impoſſibile, vt viſcerum ſoluta continuitate, ex ſiccitate nimia, à calore contracta, refrigerantibus & humectantibus potiùs, quàm calidis & ſiccantibus, quibus aliàs, in omnibus ferè hydropis cauſis, vti ſolent, hanc emendare, vti in Cachexia eo modo quoque genita, expoſita ſunt, ſtudebimus: Et in *duritie* ac *ſcirrho* horum viſcerum tumoreque, ea remediis in cachexia ſimiliter expoſitis, emollire conabimur; quæ tamen ad præcautionem in hydropis metu, plus efficient; cùm vbi invaluerint ea vix ampliùs queamus corrigere: vti neque ſi gravior læſio aut corruptio hæc viſcera aut vaſa infecerit: In quibus tamen deſperatis cauſis, nihilominus ad ſymptomata lenienda, aquas quoque ex ventre & pedibus educere, iiſdem vel etiam extremis remediis tentabimus, vt ſic dyſpnœa minùs illos gravet; & ne aqua retenta, ob moram & perniciem ſummam quam acquirit, viſcera interna lædendo, graviora illis pariat accidentia, & in pedibus ſponte, vel apertura priùs facta erumpendo, illic inflammationes & gangrænam inde miserè ſæpe ante obitum affliguntur, procreet. *Platerus.*

41. *Perficitur.*) Circa Hydropis Aſcitis curationem, imprimis conſiderare oportet, quibus viis, & quot modis, aquæ intra abdomen aggeſtæ, illinc educi & evacuari poſſint; quippe per vias tantùm poſſibiles talis evacuatio tentari debet: Atque hic ſtatim occurrit, remedia iuxta ordinariam medicinæ praxim pro hydragogis habita finem ſuum intendere per *catharſin*, per *diureſin*, per *diaphoreſin*, aut per *inſenſibilem tranſpirationem*: In quibuſdam ægrotantium caſibus hæc via, inque aliis potiùs iſthac, vel alia procedatur, & ſi nulla ex his poſſibilis videbitur, aut bene ſuccedit, de paracenteſi maturè deliberetur. *Willis.*

Hydropis curatio verſatur in materiæ hæterogeneæ evacuatione, ſive illa in abdomine, ſive in toto habitu contineatur: Cauſæ illam materiam producentis ablatione & viſcerum, præſertim hepatis roboratione. Cauſæ autem præcipuæ, & magis ordinariæ, ſunt obſtructiones graves & contumaces, tum etiam ſcirrhi, quorum affectuum curationes ex propriis capitibus deſumendæ ſunt: Si illæ non ſufficiant, ad

magis

magis appropriata hydropi eſt progrediendum, ea pro varietate cauſarum, & corporum ægrotum variando. *Riverius*. Vide §. *Evacuantur autem 1. per &c.*

[41.] *Perficitur.*) Curatur Aſcites *Arte*, 1. Quando medicamenta aquas per alvum, aquas & ſudores evacuantia, in tempore uſurpata, illas educunt viis laudatis, vel quando fruſtra illa ſunt uſurpata, feſtinatur ad innoxiam cum acu cava paracenteſin, antequam mora nimia reddantur humores in abdomine acriores; rodanturque viſcerum inteſtinorumque membranæ, quin earundem ſubſtantia corrumpatur; Educuntur autem tunc iteratis vicibus quantitate exiguâ aquæ: Obſervatus quoque *caſu* aliquando curatus Aſcites ex *vulnere* fortuito *accepto in crure*, aut *ſcroto*, per quod paulatim aqua effluxit.

Hæc cùm nota ſint, non ſatis poſſum mirari, tam ſæpè *Paracenteſi* tempeſtivè contradicere, ac ſeſe opponere multos medicos, ſicque impedire miſerorum Aſciticorum curationem. *Sylvius App. Tr. x. §. 534.*

Perficitur.

[42.] I. *Aqua in abdomen* [43.] *effuſa evacuatione*, [44.] præparatione humorum craſſorum, per abſtergentia & incidentia, ſi adſunt, præmiſſa. [45.] Evacuantur autem [46.] 1. *Per alvum*, 1. [47.] *Mitioribus*, ut [48.] *Mechoacana*, [49.] *Ialapa* quæ ad dr. ſ. dari poteſt; [50.] *cortice ſambuci mediano* ad unc. ſ. in ſero lactis macerato & cocto; [51.] ſucco ireos depurato, qui ad dr. iij. cum ſyrupi de Endivia dr. vi. aqua petroſelini unc. ſ. & ſpecier. diarrhod. Abbatis ſcr. j. exhibetur: [52.] *acinis baccar. ſambuci* in juſculo vel vino coctis; *floribus perſicorum* ſiccis & in vino maceratis, [53.] *pillulis Bontii*, ex *aloë*, *gummi gottæ*, *diagrydio*, *gummi ammoniaco & Tartaro vitriol.* paratis & à ſcr. ſ. ad ſcrup. j. exhibitis, de quibus apud *Schroderum* in Pharmacopœia: *hauſtu* ex *ſucci ireos noſtratis* depurati unc. ſ. *ſyrupi roſar. ſolutivi* unc. jſ. *aqua Cinnamomi unc. ſ. vini uncia j.* facto, *Amygdalato* ex *ſemin. ebuli* recent. unc. ſ. vel dr. vi. cum *juſculo carnis vitulinæ*, modico *ſaccharo*, & *aqua cinnamomi* parato.

II. [54.] *Fortioribus*, ut [55.] *gummi gottæ*, quod à gr. vi. ad xv. datur. [56.] Extracto *Eſulæ* Rulandi, *Trochiscorum albandal*, ſeu [57.] *ſpiritu vitæ aureo*, ejuſdem. [58.] *Elaterii* Maſſariæ laudatiſſimo; à gr. j. ad iij. [59.] *Magiſterio lunæ Salæ*, quod à gr. v. ad viii. decreſcente maximè luna, in vino malvatico propinatur; [60.] *Mercurio vitæ* [61.] longâ digeſtione fixiore; [62.] *croco metallorum abſinthiaco* Mynſichti; *Bolo* ex [63.] *Mercury dulcis ſexies ſublimati* ſcr. j. *jalapæ* ſcr. ſ. cum *conſerva roſar.* parato; [64.] *Marcaſitæ* dr. j. in *vini unc. iij.* infuſa [65.] quæ omnia paribus diebus, [66.] non nimis frequenter, nec nimium corruptis viſceribus danda; an benè ferant ipſorum uſum ægri obſervandum: & viſcera ſemper ſimul roboranda ſunt.

In illis quæ *extra* admoventur cavendum, [67.] ne inſerta muſculis vel membranis vis purgatoria lethale alvi profluvium concitet.

II. Per urinam ſeu [68.] *Diureticis*, [69.] quæ hydagoga ſequi, & aperientibus caſtigari debent; inter quæ [70.] palmam ferunt, [71.] *Radixruſci* in vino macerata & per aliquot ſeptimanas pota; *Succus Chærefolÿ* unc. ſ. pondere in vino: *Succus foliorum petroſelini* in linteo ſub cineribus calefactorum & cum vino contuſorum cyathus, cum pulvere oſſium cuiuſcunque animalis exhauſtus, *pulvis* [72.] *lumbricorum terreſtrium* ab *Hartmanno in notis ad Crollium* deſcriptus, dr. j. pondere cum *decocto aſparagi* vel *fœniculi* exhibitus. [73.] *Vinum* [74.] per cinerem ex *ſtramin. fabarum* man. vi. *ſummit. geniſtæ*, [75.] *juniperi* ana m. iiſ. *matriſilvæ* m. iſ. combuſt. bis terve colatum, & unc. vi. pondere propinatum. *Vinum* in quo ſilices igniti extincti: *Sal* [76.] *mille pedum*, qui ſi evomitur, pro deplorato æger à quibuſdam habetur. [77.] *Arcanum ſalis nitri*, quod tribus diebus cum *tartaro* anaticis partibus mixtum calcinetur, cum vini alcohole ſolvitur, addito [78.] ſpiritu *cinnamomi*, *zingiberis & caryophyllorum.* [79.] *Spiritus ſilicum Mouſeti* qui ex *vitriolo Vngar.* [80.] *Tartaro*, & *ſilicibus* ad albedinem calcinatis paratur, [81.] quem apud curioſiſſimum *Sachſium* Ampelographiæ p. 616. *Adde* his Herbas *matricariæ & Chelidoniæ* in vino infuſas, *Radicem filicis* maris. [82.] *Sal prunellæ* in potu ordinario imprimis ſi cauſa calida ſubeſt. [83.] *Lixivium* ex cineribus *vitium & frondium* juniperi extremitatum in vino albo factum & aromatizatum. [84.] *Aliud* ex *floribus geniſtæ* cum *ſalis abſinthij* ſcr. 1. *Aquifolia* in olla operta calcinatæ cinis in vino Rhenano infuſus. [85.] *Extra* [86.] applicatur abdomini *fomentum* vel ex *urina pueri mundi* l. iv. *ſalis prunellæ* unc. iij. ad tertias decoctis; vel ex aqua in qua calx diſſoluta: nec non [88.] *Cerotum* ex *buſon.* lib. ii. *olei* lib. 1. *Ceræ* libr. ſ. bullitis ad medietatis conſumptionem paratum, & regioni lienis admotum III. *Sudoriferis* & exſiccantibus, imminuta nempe jam materiâ, & niſi ſit à calida cauſa, [90.] habentque hic locum, [91.] *Radix aſclepias* ſeu *hirundinariæ in vino* macerata & decocta, *Theriaca juglandis minoris* magnitudine cum *ol. ſulfur. guttis* aliquot in *vino.* [92.] *Lapis ſerpentis*, de quo apud Ioelem, &c.

[42.] *Aqua in abdomen effuſione.*) Iſtud ſeriò animadvertendum eſt, haud rarò accidere, ut aqua non ſolùm in crura ac tibias deturbetur, ſed etiam in abdominis cavitatem depluat, quæ tamen catharticis, ſive ἄνω ſive κάτω, ducentibus, omninò elicienda non eſt, v.g. quoties huiuſmodi tumor, vel Phthiſin diutur-

nam excipit, vel à viſcerum alicuius labe ac putredine naſcitur; vel à ſanguinis tono, ſi ita loqui fas eſt, non tantùm relaxato, ſed & deperdito, ac ſpiritibus penitùs exhauſtis, vel à longâ fiſtularum in partibus carnoſis morâ, quæ copioſam ſaniem egeſſerunt; vel à nimia debilitate atque evacuatione, tam humorum, quàm ſpirituum, quas advocavit, ſive ſalivatio, ſive ſudatio, ſive etiam purgatio iuſto intenſior: In his atque aliis morbis, ad hunc modum factis, æger non tantùm non juvabitur à catharſi, ſed imminuto adhuc ampliùs ſanguinis tono, augebitur malum, quamobrem rebus ſic ſtantibus, omnis curationis cardo in ſanguine ac viſceribus corroborandis firmandiſque omni ope vertatur. *Sydenham.*

43. *Effuſa evacuatione.*) Primò purgatio ſolennis inſtituenda eſt, per Apozema aperiens, phlegmagogum & hydragogum. e.g.

℞. *Rad. eryngii, rub. tinct. apii, petroſel. enul. camp. ãã ℥j. rad valeriana, aſari, ebuli & ireos noſtrat. ãã. ℥ß. cortic. rad. cappar. med. fraxini & tamariſci ãã. ʒvj. fol. agrim. ceterach. capill. q. chamædr. hyper. abſinth. centaur. min. ãã. m. j. ſoldan. m. ß. ſem. dauci, petroſ. macedon. & fœnic. ãã. ℥ß. liquir. raſ. & paſſul. mund. ãã. ℥j. ſennæ mund. ℥jß. agar. in nodulo lig. ʒiij. ſem. ebuli & rad. Ialap. ãã. ʒiß. zz. & caryophill. ãã. ʒj. flor. geniſt. ſambuc. tamar. ãã. p. j. coqu. in aqu. p. aqu. chalyb. & vini albi ſub finem additi ad quart. v. In colat. diſſolve ſyr de cichor. comp. cum rheo ℥iiij. f. Apoz. clarum aromat. ʒiij. cinnam. pro iij. doz. matut.*

Poſt purgationem univerſalem, detur ſemel in ſeptimana pulvis ſequens.

℞. *Senna mundat. turb. gumm. hermodact. ſem. ebuli. Ialapa mechoac. ãã. ʒß crem. Tart. ʒij. g. gummi ʒß. pulv. diambr. diarrh. abb ſem. fœnic. ãã ℈j. ſacchar. ʒiij. fiat omnium pulvis cuius ʒj. vel ʒiß. infundantur per noctem in vini albi ℥iiij. Detur manè pulvis & vinum.*

Syr. rhamni. cathart. ex ſucco fructus illius cum ſacch. comp. ad ℥j. exhibitus, aquas mirabiliter educit ſumendus immediatè ante prandium. Vel utatur *ſyrupo magiſtr. ex Decocto Apozem. conſlato, aucta doze Purgantium, vel ſequente.*

℞. *Succi roſar. pallid.* ℔j *ſuccor. rad. Ebuli, ireos noſtr. fol. cichor. & agrimon. ãa. ℔ß. ſem. ebuli, rad. mechoac. rhabarb. el. ãã. ℥j. ſpic. nardi ʒiij. ſantal. citr. ʒij. cryſtall. tart. ʒj. Infundantur per noctem, & poſt levem ebullitionem colentur, Adde ſacch. albi parem colat. quantitate coqu. in ſyr. cui adde ſalis abſinth. ℥ß. capias ℥ij. cum iuſculo aperiente, ſemel in ſeptimana.*

Vel loco ſyrupi, aut alternatim cum ipſo dentur Pilulæ ſequ. quæ ſimul humores noxios purgant & obſtruct. aperiunt.

℞. *Aloes opt. ſucco abſinth. diligenter nutr. ℥ß. g. ammon. in aceto ſol. & traiecti, myrrh. el. & croci martis cum ſulph. parati ãã ʒiij. ſal. abſinth. & tamar. ãã. ʒij. diagr. & trochiſc. alhandal ãã. ʒj. croci, zz. & ſalis gemm. ãã. ℈j. cum oxymel. ſcyl. f. maſſa, doſ. ʒß. bis in hebdom. duabus horis ante prandium. Vina* etiam *Purgantia* valde commeodantur; Formula hæc efficaciſſima eſt

℞. *Rad. aſari & mechoac. ãã. ℥ij. rad. ireos noſtratis cort. rad. ebuli & ſambuc. ãã. ℥j. rad. enul. camp. ℥ß. abſinth. ſicci & epith. ãã. p. i. ſenna mundat. ℥j. ſoldanella ʒij. trochiſc. de rhabarb. & de eupat. ãã. ʒj. macis & cinnam. ãã. ʒß. ſcammon. ℈iv. vini albi ℔ij. ß. Infundantur per triduum in B. M. vaſe clauſo, ſerventur ſine colaturâ. capias ℥ij. vel iij. manè bibens ter in ſeptimanâ.*

Purgationum vice *Clyſteres* inijci poſſunt, quibus flatus diſcutiantur, aquæ educantur, venter imminuatur, e. g.

℞. *Fol. malva, mercur. braſſ. rubr. ãã m. j ſoldanella m. ß. ſemin. aniſi, carvi, aneth. ãã. ʒiij. flor. chamom. melilot. ſtœch. & geniſta ãã. p. j. coqu. ad ℔j. In colat. diſſolve cathol. ℥j. hierâ picr. ℥ß. ol. aneth. lilior. mell. comm. ãã. ℥ij. fiat clyſter. bis in hebdomadâ iniciendus.* Vel

℞. *Fermenti acrioris ℥ß. ſalis comm. p. j. coqu. in aq. q. ſ. In colaturâ diſſolve urina pueri impub. ℥iv. ol. rutac ℥iij. mell. deſpum. ℥j ſ. clyſter, quem commendat Valleriola.*

Sequens ingentem aquarum copiam educit.

℞. *Pulpa colocynth. ʒj. furfur. macr. m j. decoqu. in vino albo & fiat clyſter.* Vel

℞. *Pulp. coloc. ʒj. infunde per noctem in vini albi ℥iij. colat. adde decocti inteſtin. vervecis ℔j. ol. comm. ℥iij. ſalis petra fuſi ℥j. aceti fortis cochl. i. ſ. Clyſter.* Vel

℞. *Semin. carth. ℥j. agar. opt. ℥ß pulpa colocynth. ʒiij. fol. centaur. min. chamædr. & abſinth. utr. ãã. m ß. coqu ad ℔j. in colat. diſſolve ol. chamæm. ruta, cappar. ãã. ℥j. mellis roſac. ℥ij. Clyſter.* Vel

℞. *Decoct. emoll. ℔j. vini emet. turbidi ℥iv. diaph. ℥j. ſ. Clyſter.* Rivenus.

℞. *Rad. ebuli, ireos noſtr. ãã. ℥jß. fol. ſoldanell. gratiola ãã. m. j. rad aſari, cucum. aſin. ãã. ℥ij rad. galanga min. ʒvj. Ialap. ſel. ℥ß. elat. ʒiii. cubebar. ʒii. inciſis & contuſis affunde ſpir. vini tenuioris tartar. ℔. ij. digerantur clauſè in furno arena* per ij. *dies, fiat colat. clara,* quæ per ſubſidentiam depurata detur à cochl. ij. ad iij. ex liquore idoneo.

℞. *Elater. ſoldan. zz. ãã ℈j. galang. caryoph cinnam. ãã. ℈ß ſalis Tart. gr. xv. f Pulvis pro ij. doſibus.*

℞. *Pulv. rad. Ialap. ſelecta ʒj. zz. ℈j. crem. tart. gr. xv f. Pulvis dandus in hauſtu vini albi.*

℞. *Rhab. pulv. ℈i elat. gr v. tart. vitr. ℈ß. ſpic gr. iij. cum ſyr. de ſpina cerv f. pil. iv.*

℞. *Pol. alœph. ʒß. elat. ℈ß. ol. caryoph. g. iij. f. Pilul. iv.*

Electuaria quædam Hydragoga, nunc paſſim in uſu apud practicos celebrantur, cuiuſmodi imprimis ſunt, unum à Cl. Sylvio, ac alterum à *Zwelfero* deſcriptum. Nobis ſequens arridet.

℞. *Reſin. Ialap. ʒij. tart. vitr. ʒj. extr. rhab. ʒij. eſula, ʒiß. rad. galang min. ʒj. iterum tere, ultimoque adde conſ. flor. ireos noſtr. ℥iv. cum q. ſ. ſyr flor. Perſic. ſ. Electuar. ʒß. ad ʒiß. vel ʒij.* Remedia quæ prope loca affecta, (cùm citra paracenteſin morbi curatio intenditur,) maximo cum fructu adhiberi ſolent, ſunt *Enemata ac emplaſtra*; Priora abſque turius maſſæ ſanguineæ fuſione (quam cathartica fortiora cient,) ſerum è vaſis & glandulis inteſtinorum ac meſenterij proliciunt, quæ proinde inanita, lymphas extravaſatas aliquantulum imbibunt; In hunc finem clyſter ſequens, à nobis in hoc caſu præſcribi ſolitus, egregiè convenit, quatenus nempe una fibras inteſtinales vellicat atque ſerum à ſanguine imbibitum, aut in eo priùs contentum, verſus renes prolectat.

℞. *Urina hominis ſani & vinum bibentis* ℔j. *Tereb. venet. cum vitello ovi ſoluta ℥iß. ſalis prunella ʒiß fiat Enema, repetatur quotidie.* Vvillis.

Purgantia quæ privatim Aſciti accommodantur, ex *hydragogis* cum cæteris permiſtis vel ſolis concinnantur, *Decoctum aquas educens, hepati & lieni* inſuper accommodatum.

℞. *Rad. quinque aperit. ℥ij. rad. frid. valerian. pentaph. ãã ℥j. rad aſari ℥ß. cortic. tamariſc. vel rad. cappar. ſambuc. vel ebuli. ãã. ℥ij. herb. cichor. cum toto, dent. leon. cum toto, endivia, ſonchi, hepatica, eupator, chamædr. fumar.*

fumar. v capill. ãã.m ; flor. geniſtæ, tamar. ſambuc. vel ebuli, quatuor cordial. ãã. p. j. flor. centaur. min. p.ß. ſem. 4. frig. maj. ℥ß. ſem. aniſ. fœnic. petroſel. ãã. ʒij. ſem. cuſcutæ ʒj. hederæ ʒiij. prun. par. v. tamarind. ℥iß. paſſul. enucl. ℥ij. fol. ſennæ, polypod. ſem. carth. ãã. ℥iß. epith. ʒij f. decoctio in aqua, addendo poculum vnum vini albi, & in colat. infunde Agar. troch. ℥ß. rhabarb. ʒiij. ſpicæ ℈j. fiat expreſſio, adde ſacch. vel mellis q. ſ. f. Apozema, aromatiſetur cinnam. pro iv. dozibus.

Hoc decoctum, hydragogum magis fiet, ſi *mercurialis* vel *ſoldanellæ m. j.* addas, vel *eſulæ præpar. ʒj.* vel *chamæl. aut Thymel. m. ß.* quorum ſi pluta ſumantur, *Rhabarb.* & *Agar.* hi comitti poterunt, Apij radicea aliqui addunt; Quæ fortiora cùm uſurpantur, minori quantitate, ab initio propinari debent, vt antequam dozis eorum exactè definiatur, plua de operatione & vehementiâ illorum conſter, quàm priuſquam exploraheris, ægrè licebit exprimere, quòd & in reliquis formis, quæ aliquoties exhiberi debent obſervandum adhibitæ ſemper ſimul diligenti, vt vocant cuſtodiâ, & lavativo ſi opus ſit, poſtea uſurpando. *Hydragogum ſimplicius* ſic fit.

℞. *Fol. ſoldanellæ ℥ij ſem. hederæ ℥ß rad. aſari ʒj. ſem. aniſi ʒiij. f. Decoctio in aqua & vino, vel decocto aliquo ſimpliciore fiat Hanſtus.*

Vina ſimplicia ſed efficaciſſima fiunt, ſi in *vino* vel *muſto* recenti macerentur, vel etiam decoquantur, addito interdum pauco *abſynthio* ventriculi gratiâ, *cortices rad. ſambuci*, vel *ebuli*, vel *cortices medij virides* ſambuci, vel *Dulcamara* vel *ebuli grana* & hoc vinum detur. *Fortiora* ſunt, ſi ex *rad. cucum.* agr. vel bryon. ſic vina fiant, vel ſolius *chamelæa* Potio efficax.

℞. *Rhabarb. ʒj. vel ℈iv.* irroretur *ſucco irid. depurato ab ℥ß. aliàs & ſucco rad.* ſambuci addito, & poſt ſufficientem *macerationem*, *adde vini abſinth. q. ſ. exprimatur, & ſic propinetur*, vel addantur quoque ſyrupi. Efficacior erit ſi *rhabarb.* In *ſucci cyclamin. ʒjß.* vel *ſucci palmæ Chriſti ℥ß.* immergatur.

Paratur ſuccus hoc modo à quibuſdam *expertum remedium.*

℞. *Cortic. recent. vir. ſambuci*, aliquando & *dulcaamara ad m. ij. rad. bryon. rec. ℥j. contundantur diligenter, addendo vini & aceti bonam quantitatem, exprimatur ſuccus.* Detur duabus vel tribus vicibus. *Platerus.*

43. *Evacuatione, præparatione humorum craſſorum.*) Purgantia in Aſcite, tum *obſtructionibus ſolvendis*, tum *aquâ educendâ per alvum* accommodantur, E quibus, quæ cauſâ obſtructionum uſurpantur, potiſſimùm in viſcerum obſtructionibus, à quibus Cachexia & Icterus oriuntur, ſi hæc hydropi jungantur, convenient; In hydropis verò alia cauſis, ideo quòd ex illa aquarum dejectionem, naturam ſolicitando promovent, cùm nulla liquida excretio ſine ſero fiat, competere poſſunt, & cum hiſce viſceribus multa appropriata recipiant, eo nomine in horum læſionibus, etiam tum per ſe, tum reliquis fortioribus permiſta uſurpari, tutiùſque, quàm ea quæ tantùm ad aquæ expurgationem exhibentur, *Hydragoga* dicta, cum illa facultatem expultricem, ſi magnam aquarum copiam profundere debet, admodum irritare debeant, quare acri & adurente vi, corpus facilè irritant: Hæc proinde cautè, ſi alia non proficiant, vt extrema remedia, tentanda, ſi fortè per ea, non ſolùm aquam in venis proximis & diſtantibus contentam, vt & eam quæ in abdomine collecta redundat, per eandem viam, uti ſæpe natura mirabiliter per medicamenta hæc operante, accidit, expugnaret. *Platerus.*

44. *Præparatione humorum craſſorum.*) *Vide §. ſeu propter obſtructionem viarum.*

44. *Præparatione humorum.*) Eapropter nunquid, vt vulgò hi Iulepi & Apozemata conteruntur, Annon ſuâ vi diureticâ, id quod tenuius eſt per renes deducunt, craſſiorem partem relinquunt? At hoc morbum auget; Nunquid radicum vis coctione exoleſcit, & plus humiditate aqueâ decoctionis officitur, quàm vi qualicunque hydragogâ incluſâ proſit? vt convaleſcat omnino potu temperandum, & liquor apozematum conferet: *Ballonius Epid. l. 1. p. 10.*

45. *Evacuantur autem, 1.*) modi convenientiſſimi *Sero* aut *Pituitâ* redundantibus minuendis, ſunt Evacuationes per *Vomitum*, *Seceſſum*, *Vrinas*, *Sudores*, *Salivationem*; Rariùs quidem *vomitus* in hunc finem movendus, nec niſi in vomiturientibus, in his enim proni ſunt humores per vomitum exire: Et ne quis putet bilem tantùm ſurſum ac per vomitum affectare viam, Experientia quotidiana nos docet, & Aquas Inſipidas & Salſas & Acidas, tum tenues, tum craſſas, imò Pituitam impenſè viſcidam ſponte vomitu excerni pluribus; quod vbi obſervatur fieri, dummodo nil obſtet, commodum eſt illum Naturæ ductum ſequi h. e. motum humorum ſponte ſuâ ſurſum factum promovere.

Sponte autem ſuâ, h. e. à Naturâ moveri puto ſurſum humores, quoties per Ductum Pancreaticum, 2. Biliarium in tenue inteſtinum delati, atque Pituitæ ex Salivâ perpetuo deglutitâ præſertim productæ, aut, aſſumptis Alimentis, medicamentis, venenisve è ventriculo per pylorum delabentibus occurrentes, tam inter ſe, quàm cum his efferveſcentiam excitant, & quidem talem, ob quam ſurſum ad ventriculum propelluntur; vel aliqua, eaque majori minorive ſui parte, vel univerſi, quod licèt rariùs, aliquando tamen contingit.

Medicamenta verò quod ſimilem humorum motum ſurſum afferunt *vomitoria* dicuntur: ubi notandum vomitum aliquando cieri ab iis quoque medicamentis, quæ non tantùm recenſentur inter vomitoria, ſed contra vomitum commendantur. Accidit autem illud quoniam, vel cum nauſeâ aſſumuntur, vel vitioſam, uti modo dictum, efferveſcentiam, & quidem talem cum humoribus ad inteſtinum tenue propulſis, excitant, ut inde vomitus aſſumptorum quoque ad vomitum compeſcendum, medicamentorum conſequatur: Inter *vomitoria* numerantur, 1. *rad. raphani, aſari, atriplex, cortex medianus inglandis & rad. ſambuci & ebuli*, ut & *horum ſummitates*, quæ minùs vehementia ſunt: Hiſce ſuccedunt potentiora, ex *rad. helleb. a. catap. cyclam. &c. parata.*

Inter *Chymica* laudantur *vitriolum album, ſal. vitr. & plurima ex antimon.* parata, *vitrum, regulus, flores, crocus metall. mercur. vitæ* dictus, &c. ex *mercurio* conveniunt omnia eius præparata, *Alba, flava*, rubea, &c. Ipſe *mercur. ſublim. corroſivus*; quo tamen nonniſi dozi minimâ & in convenienti liquore utendum; vix enim unquam ad unum granum eſt aſcendendum.

Conducit autem *mercurius* imprimis, peccante *pituitâ viſcidiſſimâ*, quam, ob coniunctum in ſuâ præparatione ſpiritum acidum potenter incidit & attenuat, & ob propriam vim fluxilem facit, & ad eductionem aptiſſimam; adeo ut non putem hactenus innotuiſſe nobis medicamentum, dictæ Pituitæ debellandæ tum aptum atque ipſum *mercurium* ritè paratum, ac præparatum, ac prudenter uſurpatum.

Imprimis commendo medicis iunioribus, ut attendant 1. an proclivitas ſit ægro ad vomendum, ratione ipſius affectus urgentes: 2. an in eundem ſit naturalis facilitas ad vomendum, aut difficultas, 3. an vomitum facilè ferre poſſit, an verò male inde olim debuerit, 4. an ſi nauſea deſit, cæteris purgantibus nullum, non

ſufficiens ſaltem levamen ac commodum perceperit.

Signa tamen humorum circa ventriculum & tenvia inteſtina hærentium, aut notabili copiâ eò delatorum adſint: In exhibitione autem vomitorij vel in humores viſcidos priùs incidi & ad evacuationem aptos reddi; atque tunc à blandioribus, h. e. cum minimâ concuſſione vomitum cientibus, initium fieri; ſed his non proficientibus, gradatim ad potentiora & vehementiora, ſi aliter curatio abſolvi nequeat, aſcendi.

Aſſumptis tandem vomitoriis, quò faciliùs vomant ægri, commodum erit juſculis calentibus, aut cereviſiâ tepente, &c. per vices datis uti; ſic enim humores tenaces diluuntur & faciliùs excernuntur: Quod ſi vehementiùs procedat vomitio, eius violentia compeſcenda, mixturis opiatis per intervalla uſurpatis, ut & virium languor, ſi is enormem vomitum ſequatur, reparandus ſpirituoſis & aromaticis minori quantitate ſubinde aſſumptis, vino generoſo, mixturis cardiacis, ex *conf. alkermes, ambra gr. aqua vitæ Matthioli* & ſimilibus paratis. *Fr. Sylvius.*

45. *Evacuuntur autem 1.*) Evacuantibus, *Salivatio mercurialis* accenſenda, quæ interdum inſtitui poteſt. Aliqui, *inquit Gremb. ſint l. 2. c. 1. §. 6.* utuntur *mercurialibus* præmiſſo digeſtivo.

℞. *Magiſt. tartar. vitriol. ʒi.ß. facula bryon ʒj. ſal. card. ben. geniſtæ ãã. ʒj. magiſt. corall ℈ij. miſc. pro viij.* poſteà porrigant *merc. d gr. xv. g. gamandra gr. v. conſ. roſar. ʒj. cum ſyr. q. ſ.* Do tet poſtea gr. uj. augent uſque dum ſalivatio ſuperveniat.

45. *Evacuantur 1. per alvum.*) Quòd ſpectat ad Catharſin, alibi oſtendimus à Pharmaci irritatione, in ventriculo & inteſtinis habitâ, tum viſcerum horum contenta & flatus, tum inſuper humores tunicis & glandulis eorum impactos, item in partium vicinarum vaſis & ductibus aggeſtos, commoveri, & partim in ductus inteſtinales, exprimi, partimque in maſſam ſanguineam relegari, proinde & tumor abdominis à partium eiuſmodi infarctu, & affectatione velut paludoſa oriundus, à Catharticis tempeſtivè exhibitis minuatur ſæpe, & nonnunquam penitùs tollatur, verùm non ita ſuccedit, ſi quando hic morbus à lympha abdominis cavitatem fluctuante, vel à membranarum inflatione, ſive extenſione tympanitica procedit, quoniam hydragoga, aquas iſtas parùm aut minimè educunt, & ſi fortiora ſint, pathema hoc φυσῶδες exaſperant & augent.

Cathartica pro *hydragogis* habita, vel ſunt *Emetica*, vel *Purgantia*; illa in ventriculo, atque hæc vim ſuam potiùs in inteſtinis exerentia, quatenus fibras nerveas immaniter irritant & vellicant, ſimulque in ſanguinem & liquorem nerveum vi quadam velut ſepticâ plurimum fundunt, humores ſeroſos ubilibet impactos ſuccuti, & quâ datâ viâ copiosè emandari faciunt; Hydragoga, Emetica maxime celebria ſunt, *Gummi Gutte, Eſula*, ſive *Cataputia, Hercules Bovij & Pilulæ lunares*. Purgantia ſunt *Sambucus & Ebulus, Soldanella, Gratiola, Succus Ireos, Elaterium, Willis.*

Diminutio ſeri aut Pituitæ quævis, creditur quoque aquis evacuandis conveniens, quamvis ego ſaltem id hactenus verum non potuerim obſervare; quoniam nunquam ego collectas in Abdominis cavitate aquas, ullis per vomitum aut ſeceſſum operantibus medicamentis obſervavi eductas: quocirca etiam ab illis, ubi ſemel atque iterum ſine fructu ac ſucceſſu fuerunt adminiſtrata, puto abſtinendum, & ad alia auxilia mox recurrendum: Ubi verò futuri Hydropis metus imminet, ob redundans in ſanguine ſerum aut Pituitam, tum puto & tutiùs & feliciùs inſtitui peccantium humorum diminutionem per *vomitum*, vel *alvum*, vel *urinas*, vel *ſudores*, vel *ſalivationem*, quandoque abſolvendam. *Fr. Sylvius.*

46. *Per alvum.*) Tutius & faciliùs educitur ſerum & pituita per *alvum deorſum*, quàm per ventriculum & os ſurſum; neque enim ulla requiritur ad *Purgationem deorſum* vehementia, nulla corporis concuſſio, quæ omnino concurrit ad vomitum ciendum. *Idem.*

Vomitoria rariùs in uſum vocantur, ut ut interdum fructuoſus obſervatus fuerit eorum uſus: Meminit *Celſus Metrodori Philoſophi*, qui hydropicus, cùm plurimùm biberet, ſed mox omnia removeret, ſic convaluit, cuius exemplo, inquit, *Celſus*, medici *vomitum* probant & laudant, in iis qui facilè vomunt; *Foreſtus refert obſ. 32. l. 19. in ſch.* hydropicum pro deſperato habitum, aſcendiſſe naviculam & petiiſſe altum mare, hinc provocato vomitu & poſt vomitum, exercitio curatum. Interdum ergo ubi adeſt vomendi inclinatio, aut etiam ubi gravior dyſpnœa, urget ægrum, commodè inſtitui poteſt vomitus: Sed debent largâ doſi dari vomitoria, cùm in hydropicis, præſertim confirmatis, rariùs vomitum provocare ſoleant exhibita emetica: Sic enim *mercur. vitæ gr. ij.* vel *iij.* quæ aliàs abundè ſufficiunt, hydropicum non movebunt; idque aut ob ventriculi atoniam, aut ob remediorum à contentis ſeroſitatibus acido ſalſis alterationem, & quaſi fixationem. *Etmuller.*

Evacuantur 1. per alvum.) Purgantia bene conveniunt, cum iiſdem ſæpe copioſa aqua ex abdominis cavo evacuari ſoleat, verum Purgatio crebra eſt nociva: Nam dum purgantia evacuant ſeroſitates, ſimul utiles ſuccos plus minus colliquant, & ita vires ac viſcera debilitant. Hinc rectè dicit, *Lindanus*. *Qui vult rectè curare Hydropem, raro debet purgare, dare tamen tunc debet ea quæ vehementer purgant; intermedio vero tempore appropriatis ac maſſam ſanguineam ac reliquos humores corrigentibus & in naturalem craſin reducentibus debent inſiſtere.*

Obſervandum etiam & purgans operationem ſuam ritè aſſequatur; quòd ſi fiat, bonum ſin, minus malum, cum colliquando ſolum contenta corporis, aſt non evacuando, malum augeat; Commodiùs inſtituuntur Purgationes luna decreſcente, creſcente enim malum accreſcit, decreſcente decreſcit, unde quo tempore habemus, adiuvantem naturam, purgatio reſtituenda. *Et muller.*

47. *Mitioribus.*) Hydragoga merè, ſut potiſſimè Purgantia; vel ſunt mitiora, uti *ſambucus*, *ſoldanella & ſuccus Ireos noſtratis*, quæ rariùs per ſe exhibita, actiorum ſtimulis indigent, eorumque viceversâ ferociam nimiam retundant: Vel ſunt fortiora, uti *Gratiola, Ialapium, & Elaterium.* Willis.

47. *Mitioribus.*) Medicamenta, quorum ope poteſt ac debet inſtitui *Humorum ſeroſorum ac pituitoſorum* expurgatio, ad hydropem imminentem præveniendum, aut incipientem curandum, ſunt vel *blandiora* vel *vehementiora*, quæ diſtinguo à *potentioribus* & *imbecillioribus*. Nam illa ſunt *potentia* medicamenta, quæ parvâ quantitate multùm præſtant, uti contra *imbecillia*, quæ magnâ præſtant parùm; *vehementia* verò ſunt, quæ cum ægri moleſtiâ, operationem ſuam exercent, ſive parvâ ſive magnâ ſumantur quantitate, uti contrà *Blanda*, quæ commodè & abſque moleſtiâ vel torminibus, humores educunt; Sit e. g. *Scammonium*, quamvis potens ſit medicamentum, quippe quod ad xv. grana exhibitum, purgationem facit; non eſt tamen vehemens, quippe quòd ſine torminibus, vel moleſtiâ ægri ſuum producit effectum, contra *Senna*, licèt imbecillum ſit purgans, quippe quod ad ʒij. exhibetur, eſt tamen *vehemens* medicamentum, quippe quod pleriſque ſolet tormina ciere, adeoque cum moleſtiâ

continuum externis hepatis & lienis, maximè ab obſtructione dependentibus affectibus, In Ictero, Cachexia, & Leucophlegmatia utilibus, hinc ab initio ad aquas educendas aliquando antequam ad vehementiora accedatur, uſurpantur; veluti Potiones ex *Rhabarbaro* inprimis, quod huice viſceribus adeo amicum cenſetur, cæteriſque adjectis levioribus fortioribuſque catharticis parata: Item ex *Electuar. ſolut. Cathol. diaphœn. de ſucco roſar.* & præcipuè ex *hieris* ſimplicioribus compoſitisve, *ſyr. ſolut. roſar. fumar. epithymi, polypod.* Ex Pilulis, *de hiera, de tribus de* rhabarbaro, de *agarico*, aggregativis &c. *Platerus.*

47. *Mitioribus*) Sed evacuationem quod ſpectat, magni refert, ut diligenter obſervemus in omnibus hydropicis, cathartica, quæ vel ſegnius, vel minùs potenter operantur, officere magis quàm prodeſſe, cùm enim Purgantia ad unum omnia naturæ ſint inimica; quo nomine catharſeos munere funguntur, ſanguinem aliquatenus debilitant, læduntq;, unde niſi corpus celeriter pervadant, & citiſſimè expellantur, camerinam eam moventia, quàm ſecum abducere nequeant, & ſanguinē tumultuosè exagitantia, tumorem magis adaugent; quòd plus ſatis liquet in eorum pedibus, quibus alvus ita leniter ac blandè ſollicitatur; Quamobrem ut cum bonis ægri rebus purgatio inſtituatur, ſcire oportet utrum ægri corpus facilè, an verò difficulter atque ægrè catharticis cedat, cùm in hoc cardine curationis omnis ſive nullo, ſive nonniſi magno labore peragendæ negotium vertatur. *Sydenham.*

47. *Mitioribus*) *Scilicet hydragogis, Eadem autem, ſubjectis cùm exhibentur ratione, mitiora aut validiora ſunt*; E praxi enim conſtat, Hydragoga fere omnia genio quodam ſibi peculiari, ſi ſola exhibeantur, iis qui ægrè purgantur, parum admodum votis reſpondere, quin & largiorem eorundem dozin, non tam catharſin, quàm tumultum ſanguinis promovere (unde qui imminui debuerat tumor, jam atrocior cernitur) Hæc itaque non alium obtinent uſum in hujuſmodi corporibus, quàm ut lenioribus catharticis ſtimulum addant; Quo non obſtante, in iis qui purgatu ſunt faciles, hydragoga iſta & celeriter, & cum magno effectu operantur. *Sydenham.*

47. *Mitioribus ut &c.*) Hoc in cenſu reponendus *Syrupus de ſpinâ cervinâ*, iis conveniens, qui catharticis promptè cedunt, etiam ſolus aquas ſat copiose eliciens: quod quidem remedium in his, aquas fere ſolus, eaſque in magna quantitate educit, nec ſanguinem perturbans, nec urinam reddens coloratiorem, pro reliquorum purgantium more: Id tantùm habet incommodi ſyrupus ille, quòd inter operandum ingentem ſitim provocat, Quod ſi idem vel in ſummâ dozi aliis propinetur qui ægrè expurgantur, neque multæ ſequenter dejectiones, neque ex multa aquâ, ut debuerant refertæ. *Sydenham.*

Infidi eſſe effectus iſtum ſyrupum deprehendi; qui poſitis iiſdem circumſtantiis, diſſimiliter agat: Hydropico unc.ſ. aliquando exhibui, quæ quinquaginta ſedes promovit, cum euphoriâ & abdominis ſubſidentiâ, Eidem cum ℥vij. exhibuiſſem paucos poſt dies, ſemel tantùm commovit alvum, ut ante tumidam.

48. *Mitioribus ut mechoacanna*) His accenſendum *Rhabarbarum*, quod à nonnullis commendatur, quia purgando humores noxios, hepar valde roborat: *Strokerus* ſe multos curaſſe refert, uſu *rhabarb.* ad ʒj. vel ij. 3°. aut 4°. quoque die exhibiti, cum decocto aperiente: Apud *Scholtzium* in Epiſt. habetur hiſtoria hydropici ſolo uſu rhabarbari perfectè ſanati, quod ſingulis diebus deglutiebat ea quantitate, quæ neceſſaria videbatur ad alvum ſubducendam. *Riverius.*

48. *Mechoacanna*) Mechoacanna alba (ad differentiam *Gialapæ*, quam nigram dicunt) dicta eſt à patriâ, provinciâ America, item rhabarb. album à virtute; Conſentiunt plerique radicem hanc teſſellatim ſectam, interiùs & exteriùs albeſcentem, inſipidam, inodoram (reſpectivè, colore cinereo, eſſe convolvuli ſpeciem, unde à *Bauhino* refertur ad bryoniam, cujus tamen radix multùm differt, à radice mechoacannæ. Ob benignitatem, applauſum merita eſt inſignem, in ſolium quaſi evecta, atteſtante uſum experientiâ, præcipuè in delicatis, infantibus ipſis, hinc & in hydrope ſcorſim, ictero, colicâ, aſthmate, & catarrhia, idque tantò magis, quòd adſtrictionem poſt ſe relinquat, vel potiùs nullâ heterogeneâ inimicâ qualitate ſit ſigillata, Dari poteſt tum in ſubſtantiâ, minori tamen potius dozi ab ℈i. ad ii. præſtat enim ac verè aliis, tum etiam frequentius quaſi in infuſis & decoctis ad ℈ii. ʒi. ʒii. iii. præſcribi ſolita. *Wedelius.*

49. *Jalapa*) Jalapium contra omnem hydropem Medicina notiſſima & ſatis vulgaris eſt, Unuſquiſque è plebe morbo eo laborans, ſtatim *radicis Jalapis* pulveris quantùm denario conſtabit, cum parùm z. z. vino albo permixtum, aſſumit: idemque remedium aliquoties per intervalla repetitum, effectus deſideratus non rarò ſequitur *Willis.* Cauſticum eſſe id medicamentum aſſerit *Wepferus Tract. de Cicuta aquat.*

49. *Jalapa, qua ad ʒß.*) Juſta dozis ex ſubjectis metienda. Non audiendi ſunt, qui ad ℈ii. ʒi. vel ℈iv. aſcendunt; Unde cùm ad ℈ii. aſſumpſiſſet illam *Fonſeca*, inde mirum non eſt, tormina ſenſiſſe colica, & præfectus cupiarum apud *Bartholinum centur. 5.* pag. 140. ferè ad mortem purgatus fuit, hauſta à Chirurgo miniſtrante ʒi. Non patiuntur luſum purgantia: Ordinariè ſcilicet in adultis datur à ℈i. ad gr. xxv. xxvi. ʒß. vel ſola, vel cum alio ſtimulo acuata: Extraordinariè verò, doſin majorem aliquando efflagitat corpus quadratum, deſes, unde podagricus, taliſmodi nodoſa arthritide captivatus, à ℈ii. vix movebatur: Par ratio eſt militum gregariorum, nautarum, quibus ad ʒß. cum *Mercurio vitæ*, vel tartari *emetici* gr.i. cum ſucceſſu datur: Minorem autem corpora texturæ tenerioris & ſeroſiora, quæ ſæpe à ℈ß. imò leviori præbio hypercatharſi patiuntur. Exemplum utriuſque extraordinarii hujus effectus præbent hypochondriaci, unde facilis error eſt, quicunque nempe inteſtina habent ſicciora, acido figente fœta, ii majorem dozin requirunt, vel illa ne moventur quidem: quicunque verò humidiora, & fluida ſimul talia, illi facillimè moventur, & hypercatharſin patiuntur, quibus, ut loqui ſolemus, papyraceus una eſt ventriculus; In his igitur qui ſtimulum jam diu habent in corpore, vel quorum fibræ nerveæ faciliùs irritantur, facilis etiam fit purgatio & contrà. *Wedelius.*

49. *Jalapa*) Reverâ Catholicum & panchymagogum purgans eſt Gialapa, omnibus iis in morbis, ubi purgatione electivâ, ut vocant, ſeu perfectâ opus eſt, officiū faciens, inprimis verò cùm calida & ſicca ſit 2. gradu, magis in ſubjectis frigidis & ſeroſis, quā calidis & ſiccis, vel ſaltē non febribus acutis æq; detentis, ſeu ubi in ſimul motum citandi ſunt humores, aperiendum, incidēdū, diſcutiendum; in ſiccioribus enim, more aliorum purgantium, non operatur æquè; ſpeciatim verò convenire indicatur in hydrope, ab alvi in colica, ictero à colica oriundo, cachexia, ſed reverâ eſt catholicum, omnibus morbis, niſi quid obſtet, ſatisfaciens, ut hoc obtento remedio divino, non diffuſam abhorrere debeamus amplius dozin, non effectus timere ſiniſtros: Catholicum autem eſt, quòd ipſa ſibi ſufficiat: Sin ſtimulo reſinoſo alio opus fuerit, præſtò eſt ſcammonium, quam in rem examinanda ſunt corpora, prout ſunt ſeroſa, vel prout biliosa, acida, viſcido humore ſcatentia. Et quoad hæc acceſſoria, correctione quidem non eget, ob benignam & mitem ſuam naturam, in omnibus

quippe, ſi non mitis, tamen mediocris eſt, duo tamen circa ejus uſum ſunt attendenda, in unum eundemque *εὐφορίας* finem collimantia, 1. ut ne excitet tormina, quod faciunt *δρασικώτερα* alia, & ab ea quoque aliquando obſervatum eſt factum, tenſione illa ſuâ & irritationee. 2. ut reſolvatur & actuetur in corpore. Hanc in rem conſultum eſt, juſtam attendere dozin, (de qua inferiùs *§. quæ ad ʒß.*) Vide & Artic. 1. cap. 1. de Lienis obſtructionibus, §. *Senna cum cremore tartari*) Hoc modo datum (*cum cremore Tartari &c.*) benigniſſimum eſt medicamentum Gialapa, nec niſi per accidens noxam ullam creans: Per accidens, inquam, ob ſtimulum urgentiorem in corpore, ob externa accidentia, ſi quidem à Gialapa inprimis, niſi corpus teneatur calidum, & tranſpiratio ſit undique expedita, tormina oboriri poſſunt: In Infantibus & aliis miſcuimus quoque commodè *Gialapam* cum *cinnabari* nativâ, quod fundendi humores vi gaudeat; unaque invertendi & corrigendi acidum bili adjunctum irritativum, Habet verò *Gialapa* hoc peculiare in infantibus 1. quòd reſpectivè dozin majorem optimè ferant, propinavimus hoc modo infantibus trium dierum gr. ij. iij. optimo cum ſucceſſu, quæ dozis comparata ad adultũ per regulam proportionalem, eſt omnino major, 2. Quod ab illo aſſumpto, etiam prius quam ullum effectum purgantem ediderit, indormiant utplurimum ſuaviſſimè, non aliter ac ſi aſſumpſiſſent anodynum; Illud fit ob copioſum humidum diluens; hoc ob ipſum blandè reſolvens: Quin & in adultis quoque, tum ab hoc, tum ab aliis purgantibus, ſomnolentia accidit; quod ipſum phænomenon ad ſulphur expanſum & reſolutum referendum eſt, quatenus ſpiritus in primis occupati, quoad inferiorem corporis illam regionem, à ſeſo, vehiculo ſuo ſulphur illud in ſe recipiente, blandè irretiuntur & obvolvuntur, unde facilè fit ſomnus. *Wedelius.*

49. *Jalapa*) An ad mitiora revocanda ſit dubium; variè potentiſſimum hydragogum eſſe docet experientia, quod & hypercatharſin ſæpe excitat, Cauſticam illi vim ineſſe, & ſal acre, oſtendit *Wepferus Tract. de cicuta aquat.* ac ventriculum inflammationis notas, ab ejus uſu contraxiſſe, oſtendit & ſitis intenſa ſuperſtes.

50. *Cortice Sambuci*) E ſambucinis, turiones primo vere germinantes, acetarium conſtituunt purgans, ſed ruſticum, & ut plurimùm emeticum ſimul, quam vim variare quidam volunt, pro decerpendi modo, prout *ἄνω* vel *κάτω* id fiat; magis tamen adſcribendum id omne, diſpoſitioni humorum: Reliqua etiam memorata, ut & *oleum ſambuci viride*, quod in phileris commendant pro emetico conſultiùs omittuntur, & pro uſu alterante, traumatico &c. adhibentur.

Sic & rob *Ebuli* (*Sambuco affinis*) ex baccis prolectum, laudatiſſimum quidem eſt hydragogum, vel diureticum & diaphoreticum, Cortex verò & ſemen, ventriculo inimica, adeoque exauthoranda ſunt. Radix decocta cum vino, aquas hydropicorum exhaurit. *Wedelius.*

50. *Cortice ſambuci*) In validiorum claſſe proponit *Sydenham*, hocque modo exhibet, Nempe *man. iij. in ℔ij. aquæ* & lactis ſimul miſtorum ad ℔j. incoquantur, Decocti hujus altera medietas manè, altera ſerò, quotidie aſſumatur, donec æger convaleſcat, Hoc remedium & vomitionem ciet & catharſin pariter ac *crocus metallorum*, ac proinde eodem modo morbum depellit, non vi aliquâ ſpecificâ: quocirca ſi neutram harum operationum præſtet; vel ſi mediocriter ac parcè, ne hilum prodeſt quidem: ubi verò alterutram producit efficaciter; maximè verò ſi utramque, mirè ad hunc morbum debellandum confert.

51. *Ireos noſtratis*) Hæc non minùs ac alia obſoleta, ob acrimoniam calidiorem minùs frequentatur, novimus tamen cochlearis quantitate cum ſucceſſu propinatum hydropicis ſuccum; proſtant potentiora & ſimul mitiora: *Florentina* verò mitiſſima, pro infantibus vulgò uſitatiſſima eſt, ſeu ſola, ſeu cum aliis miſcenda. *Wedelius.*

51. *Succo ireos*) Succum radicis ireos crudum, non coctum curare omnem hydropem, qui humanâ manu eſt curabilis, ait, Gordonius.

51. *Succo Ireos depurato*) Pharmacum utile eſt, & quia pro pauperibus facilè parabile, pluris æſtimandum: Datur à ʒvj. ad ℥iß. vel ℥ij. aut per ſe ex vehiculo idoneo, aut cum aliis appropriatis. *Willis.* Inter remedia aquis extrahendis idonea, maximè laudatur ſuccus *Ireos noſtratis*, cum vino albo extractus, qui ad unc. iij. exhiberi poteſt; alvum enim & urinas potenter movet: Quia verò aſperitate ſuâ faucibus & ventriculo moleſtus eſt, cum *manna* aut *melle* permiſceri ſolet; *Maſſarias* ſic exhibet.

℞ *Succi Ireos recens extr.* unc. iij. *mannæ Calabr.* unc. iß *m. f. Potio. Riverius:* Hydropico cuidam propinavit *ſuccum Ireos*, ut biberet ad unc. ij. addito *melle*, unde plurimùm & ſæpiùs minxit & dejecit: Et poſtquam repetiiſſet bis vel ter, detumuit venter, pedeſque ſubſederunt, ſicque ſanatus eſt. *Platerus in obſervat.* Commodiſſimè ſumitur cum ovi vitello, addito ſaccharo, quo miteſcit illius acrimonia.

51. *Succo ireos*) Expertum eſt, aſſumere ſemel in ſeptimanâ ſequentem potum mulsùm conferre.

℞. *Succi ireos quantum capit media teſta ovi, melicrati* unc. iv. *rhabarb. el. ſubtiliter pulver.* ʒß. *miſce*, Detur calidus patienti in diluculo, & videbis mirabilem experientiam ex iſto potu. *Ben. Victorius.*

52. *Acinis baccar. ſambuci*) Ex *baccis & ſemin. ſambuci & ebuli* conquaſſatis & expreſſis deſtilla *aquam*, quæ ſuper fæces cohobata, inſigniter purgat humores ſeroſos in hydrope: aromatizetur *cinnamomo, coriandro*, cum *ſucco cydon.* parato, dozis ab unc. j. ad ij. *Schroderus.*

52. *Acinis baccarum ſambuci*) *Sambuci* & *Ebuli* ſemine, ſive grana, ſiccata in pulverem rediguntur, qui ad ℥j. pondus exhibitus, ſeroſos humores per ſedem blandè educit: E ſucco baccarum utriuſque fermentato, *Aqua & ſpiritus* deſtillantur, item *Rob* & *Syrupus* conficiuntur, quæ cum multis aliis vegetabilium iſtorum, præparatis, ad affectus omnes hydropicos valde prædicantur. *Willis.* *Sambuci* ac *Ebuli* radicis, foliorumque ſuccus ad unc. ß. ad ʒvj. cortex medianus ad ʒij. & ſemen ad ℥j. exhibenda. *Fr. Sylvius.*

53. *Pilulis Bontii*) Pilulæ Hydropicæ *Bontii* dentur à ℈ß. ad ʒß. Ad hunc modum parantur.

℞. *Aloes opt.* ʒiiß. *G. Gotte præp.* ʒiß. *dacryd. corr.* ʒj. *gummi ammon. ſolut.* ℥iß. *tartar. vitriol.* ℥ß. f. maſſa.

54. *Fortioribus*) Chymici *Extractum hellebori nigri, aquilam cœleſtem & mercurium vitæ* commendant, eaque cum aliis medicamentis vulgaribus permiſcent, unde copioſa ſequitur ſeroſi humoris evacuatio; Sed viribus admodum robuſtis opus eſt, ad horum medicamentorum vehementiam tolerandam: mitiùs operatur *Mercurius dulcis. Riverius.*

54. *Fortioribus, ut &c.*) *Oleum lathyris*, tympanitem colicaſque affectiones mirabiliter ſanat, ſi gutta una cum aliquo liquore detur: Aquam citrinam evacuat. *Jul. Caſ. Barcellus.*

Succus palmæ Chriſti intrepidè exhiberi poteſt. evacuat enim mirè per alvum. *Ioh. Crato. Walans med. p. c. 17.*

Maximum arcanum eſt *Gratiola*, unde hæ Pilulæ.

℞. *Extr.*

℞. *Extr. gentianæ, mechoac, ana.* ℈j. *ſalis gratiolæ gr. vj.* Fiant Pilulæ, per alvum & urinam purgantes. *Hartmannus.*

Extractum Marcaſitæ ſerum purgat potentiſſimè, hydropicos ad miraculum juvat. *Schroderus* Pharm. l. 3. p. 457. ubi præparatio: Infuſio ſimplex ℥j. *marcaſitæ* in ℥v. *vini albi* adhuc fortius hydropicos vacuat, inſtar antimonii. *Idem.*

54. *Fortioribus*) Ut *Gratiola*, maximè uſitata in hydrope; *Soldanella*, ſeu *Braſſica marina*, licèt nihil præter nomen cum Braſſica habeat commune, foliis aſari, ſimilacis ſpecies, ſeu convolvuli; Aperit, abſtergit & purgat humores ſeroſos violenter, quod alia pleraque orragoga faciunt, etiam ſoli fere hydropi hodie debetur, præſcribenda in infuſo vel decocto ad ℥j. vel ij.

Soldanellam Alpinam laudat *Rulandus junior*, quam meritò Soldanellæ marinæ ſubſtituit. Plantam deſcribit *Camerarius* in Epit. Matthioli, *Wedelius.*

55. *Gummi Guttæ*) Pharmacum primò Indicum, deinde apud noſtrates à Pictorum officinis, ad Pharmacopolia tranſlatum, in uſu eſſe cœpit, & ad ſeroſos humores educendos valde prædicatur: Quatenus verò per ſe exhibitum, ſtomachum vehementer perturbat, & non rarò debilitat, idcirco ut vis efferа & violenter emetica omnino retundatur, varii ejus præparandi modi excogitantur: Optimè omnium corrigitur cum ſpiritu acido, aut cum ſale alkaliſato, aut permiſcendo & ſubigendo cum aromaticis: *Had. à Mynſicht* laudat *Magiſterium* ejus, quod fit diſſolvendo cum *ſpiritu vini*, & dein abſtrahendo, & præcipitando cum aqua fontana, Item diſſolvendo cum *ſpiritu vini vitriolate*, cumque *roſis* ac *ſantalo rubro* tincto, & dein evaporando: Alii præparant cum fumo ſulphuris, admodum ſcammonii ſulphurati: Alii in marmore lævigant, imbuendo *cum oleo cinnamomi*, aut *caryophyll.* aliiſve chymicis aromaticis, mihi potiſſimum, in uſu eſſe ſolet *Solutio ejus cum tincturâ ſalis tartari factâ, cujus dozis à gtt. xv. ad xx. vel xxx.*

℞. *Gumm. Gott gr. vj. merc. dulc. gr. xv. conſ. viol.* ℈ſs. *m. f. Bolus.*

℞. *S. Gott. gr. xij ſal. abſinth. gr. vj. olei mac. gtt. j. conſ. roſ. damaſc.* ℈j. *f. Bolus.* Exhibetur & cum *Tart. vitriol.* vel *cremore tartari & Pulvere rhabarb.*

℞. *G Gottæ ſulphur. aut vitriol. gr. xv. crem. tart.* ℈ſs. *extr. rhabarb.* ℈j. *ol. cinnam. gtt. ij. f. Pilulæ iv.*

Nuper fœmina Aſcite graviſſima, ac uti mihi videbatur, deplorata laborans, medicamine ſequ. per ſex dies continuos aſſumpto, multo melius habuit, & brevi poſtea integrè convaluit.

℞. *G. Gottæ pulv gr. xij. ol. cinnam. gtt. j. ſyr. de ſpina cervina q. ſ. f. Bolus; doſis in dies augeatur aſcendendo à gr. xij. ad xx.*

℞. *Tinct. noſtr. Gumm. Gottæ* ℈j. *Aqu. lumbricor.* ℥j. *ſyrup. de rhabarb.* ℥ſs. *m. detur cum regimine.* VVillis.

55. *Gummi Gottæ*) Frequentiſſimum nomen eſt *Gummi Gutta*, Cùm in aqua & ſpiritu vini ſolvatur, merito eſt gummi reſina, ſuccus, ſeu lac citrinum ex flavo rubens, vel ſubaureum, & ultra ſulphureum aſcendens; Cui vegetabili debeatur (falſo enim de antimoniatis participare ſcribitur) incertum; Rectiùs è tithymali ſpecie arceſſitur, quod *Bontius*, ſcriptor Indicus egregius aſſerit; lacteo colore per crocum Indicum vel curcumam verſo, Artificiale eſſe vel figura oſtendit: Notabile eſt de hoc *1.* quod licet colorem ſaturatum poſſideat ingentem, & ad pigmenta adhibeatur, inde tamen fæces non tam tinctæ, quàm ſeroſæ excernantur: *2.* quod *ἄνω* & *κάτω* purget, quòd mediam inter fixam & volatilem habeat acrimoniam, ſalino ſulphuream, inprimis crudum vel non correctum, vitriolatum enim, & magiſterium præcipuè in pilulis minùs id facit: hæc enim, ut & ſantalinum, roſatum,

ſupinare minus ventriculum ſolent. *3.* Quod ſpiritus vitrioli quidem habeatur corrigens genuinum, additus verò eidem virorem ingratum conciliet: quidam cum vino *in ſilvatico* vel præparant, vel exhibent, hinc in ponderibus minus commodè, niſi in ſyrupis ſolis, unà præſcribitur: Exhiberi quidem poteſt etiam per ſe, ſeu dozi primariâ, ad gr. vij. ix. x. & inprimis in magiſterio, tanquam correctiori, neque enim ulterius, niſi in robuſtiſſimis facilè aſcendimus, id tamen magis determinatè in morbis à ſeroſa colluvie, nominatim hydrope, Sic *S. Pauli* ancillam hydropicam hoc pacto curavit; Frequentiùs verò datur ſecundariò fine, ſtimulandi ſcil. cum *gialapa*, ſcammonio, in extracto panchymagogo, & aliis. *Wedelius.*

56. *Extracte Eſula*) Eſulæ, ſive Tithymali, cùm variæ ſint ſpecies, omneſque ob inſignem irritationem in viſceribus factam, per vomitum aut ſeceſſum, violentius operentur, proindeque ſeroſos humores copioſè educant, tamen ob plurium ex iis vim nimis efferam, *Eſula minor* fere tantùm in uſu eſt, ejuſque præparata maximè celebria ſunt, *Corticis rad. ejus Pulvis*, & *Extractum*, Nos etiam *Tincturam* ejus reliquis non inferiorem addimus.

℞. *Eſulæ cum rad. mund. m. iv. ligni aloes, caryoph. ana.* ℥j. *contuſ. coqu. in aqu. font.* ℔iv. *ad medietatem, Colatura depuretur per ſubſidentiam in vitro oblongo, dein liquor clarus evaporet Balnei calore* ad Extracti conſiſtentiam, *dozis* ℈j.

℞. *Hujus Extr.* ℥ſs. *affunde in matracio tinct. ſalis tartari* ℥vj. *digerantur Balneo arenæ ad Tincturæ extractionem: Dozis guttæ xx. ad xxx.* cum vehiculo idoneo.

℞. *Pulv. rad. eſulæ gr. viij. ad x. cinnam.* ℈ſs. *ſal. tartar. gr. viij. ſimul tere in mortario vitreo; datur per ſe, aut cum additione conſerva aut ſyr. idonei, f. Bolus aut Pilula.* VVillis.

56. *Extracto Eſulæ Rulandi*) Eſulam maximè commendavit *Rulandus* uſu ſuo: In uſu eſt *cypariſſias*, ſucco lacteo acri, verrucas delente & exulcerante, acrimoniam ſuam probans, & quidem magis quoad cortices ἐξωτερικῶν, minus in ſubſtantiâ, Licèt enim conſervam ex floribus parent purgatricem; alii quidam verò pulverem corticis, commendent, non ſolum, tum cum aceto correctum, eſt tamen id omnino rarius; unde & *ſpecies Dia eſulæ Mynſ.* minus in uſum receptæ ſunt, quas in febribus intermittentibus & infirmitate ventriculi commendat; Frequentius præ reliquis eſt *Extractum*, *Eſulæ*, ſeu ex ſucco paratum, ſeu ex coctice, Eſt velut Europæorum ſcammonium, neque enim dubito, ſi quis ſuccum lacteum reſinoſum extrahere & depurare hoc pacto cum ſpiritu vini velit, habiturum illum remedium ſcammonio par, & ſimul loco commodè inſerviens, præcipuè in morbis à ſeroſâ colluvie oriundis, ut in hydrope &c. *Wedelius A. m. m. p. 251.*

57. *Spiritu vitæ aureo*) Eo nomine verè poteſt donari, is quem exhibet *Th. Bartholinus in Obſ. Anat.* ex Infuſo rad. Jalapæ in ſpiritu vini rectificatiſſimo cum exteriori cuticulâ mali citrii; Trajiciendo per infundibulum ex charta emporetica: Aureo colore nitet, aquas mirè educit cochlearis unius vel alterius menſurâ, remiſcendo vino, juſculo &c.

58. *Elaterii*) Medicamenta duo palmaria, & in iis qui nonniſi ægrè purgantur, comperta habeo δραστικώτατα, *Elaterium*, intelligo, & *infuſionem croci metallor*, *Elaterium* ſive *fæcula cucum. agr.* potenter in permodicâ quantitate vires ſuas exerit, in conturbanda alvo, & fæcibus cum ſeroſis & aquoſis humoribus copioſè egerendis, adeo ut ejus grana duo pleriſque, in genere loquendo, corporibus dozis aptiſſima ſint, Ego permiſcere ſoleo, *Pilul. cochiar. maj.* ℈ſs. quas in pilulas duas

exiguas formandas, ac manè ſomendas impero. *Sydenham.*

58. *Elaterii*) Aliàs pro omni vehementi agitatorio, ſeu purgante ſumpti, ſtrictiùs paulò & κατ' ἐξοχὴν notat ſuccum *cucumeris aſinini*, qui hodierno uſu, non tam crudior & ſponte effluens colligitur, quàm coctione cum aqua, unde extracti formam magis æmulatur: Seriducum eſt excellentiſſimum, humores tenues, ſeroſos, etiam extravaſatos, & ſubſiſtentes purgat, præcipuè ſi ab errore externo, vel acidulis id ortum traxerit: Datur itidem loco ſtimuli, & in pilulis magis; Extractum quidem ſpiſſum ad gr. iii. iv. v. liquidum verò ad ℈ß. *Wedelius.*

58. *Elaterio*) Hydragogum potentiſſimum jure habetur, utpote, quòd fibras ſplanchnicas graviſſimè irritans, ac inſimul ſanguinem & humores virtute quadam, velot ſepticâ ſundens, quicquid viſcerum membranarum, vaſorum, tunicæ, necnon glandulæ & carnes ſeroſiatum in ſe continent, in ſtomachi & inteſtinorum cavitates exſpui cogit: à quo pharmaco feliciter operante, abdominis detumeſcentia nonnunquam ſuccedit: Profectò *Armamentarii empirici*, hoc præcipuum contra Aſciten quamcumque telum eſt: quo tamen paſſim utentes, ſæpiùs ad patientis noxam, quàm emolumentum exhibent: Doſis à gr. iii. ad x. vel xv. ſumitur vel per ſe, additis duntaxat aromaticis correctivis, vel cum aliis hydragogis, in formâ *Pulveris*, *Pilular. aut Electuar. Tinctura* & Eſſentia ejus extrahuntur cum *ſpiritu vini*, aut cum *tinctura ſalis Tartari.* Willis.

59. *Magiſterio Lunæ*) Commendantur & *Pilulæ Lunares* dictæ, quæ ob particulas argenti vitriolicas, cum aliis menſtruis, ſalinis aculeatas, ſimilem cum *Hercule Bovii* (*vide* §. *Mercurio vitæ*) effectum edunt, ſcil. viſcerum fibras plurimùm corrugando, ſeroſos humores in eorundem ductus fortiter exprimi, & evacuari cogunt, *Solutio argenti in aquâ Stygiâ facta, & bene depurata, parum evaporando in cryſtallos elegantes redigitur, qui per ſe, (aut ſale nitri ad ferociam vitrioli lunaris retundendam) cum micâ panis in pilulas formantur: Doſis Pilulæ modo unica, modo duæ, aut tres, pro ratione operationis & virium tolerantiâ:* Hujuſmodi pharmaca in conſtitutione robuſtâ, & viſceribus adhuc firmis, & bene conſormatis, cum fructu interdum exhibentur; corporibus verò teneris aut cachecticis, vix unquam commodè & rarò impunè ſumuntur. *Willis.*

Quod *cryſtallos Lunæ* ſeu Lunam hydragogam attinet, quamvis hinc inde commendetur, & data in pilulis ad gr. iv. v. videatur operari mitiùs, cavendum tamen eſt, ne vel hac ipsâ rodamus inteſtina, & malum malo addamus, vel ſtimulemus fortiùs. *Wedelius.*

60. *Mercurius vitæ*) Sic dictus, ſeu quod putarent authores, nominis eſſe eundem materialis naturæ, nam ex mercurio ſublimato & antimonio parentibus enaſcitur, ſeu analogicè, quod Mercurii ſublimationem & præcipitationem æmuletur; Uti enim Mercurius ſublimatur per ſalia in formâ ſiccâ, ita antimonium per eadem, in formâ butyroſa, etiam citra additionem Mercurii ſublimati: Mercurius verò vitæ dictus fuit, communi more ſeculi, ad commendationem medicamenti, ut elixir vitæ, aqua vitæ, balſamum vitæ quoque nominatum fuit: Sed reverà nihil omnino de Mercurio participat, ſed ſunt ipſæ partes regulinæ in liquamen redactæ; vel potiùs flores antimonii, ut partes regulinas cum vitriformibus complectamur: Neque enim flores quoque adeo differunt à vitro, ſed ſunt calx antimonii elevata, ex quibus regulus & vitrum fuſione parari poteſt: Quòd verò Mercurialis non ſit naturæ, ex hoc ipſo, vel ex aliis patet, nullam enim ciet ſalivationem, ſed vomitum. Ob vires arſenicales: hunc rejicit *Cnophelius*, ſequutus *Baſilium Valentinum*, *tr. de ſel. Epid.* ubi plura de eodem habet; Ipſe verò *Mercurius vitæ* mitior eſt vitro, tutò intrò dandus, poſita indicatione, vel doſi primaria ad gr. iii. vel ſecundaria, cum purgantibus ad gr. j. Eadem eſt ratio *roſæ vitæ mineralis*, ſeu mercurii vitæ tincti cum tinctura ſantali. *Wedelius.*

61. *Mercurio Vitæ longâ digeſtione fixiore*) Ex Chymicis, quæ Pituitam educant commendavi non ſemel, omnia ex *Mercurio*, tum ſublimatione, tum præcipitatione parata medicamenta; quorum alia majore, alia minore dantur doſi. Nam, ex *ſublimatis corroſivus* dictus, rariùs ad unum granum, *Dulcis* etiam ad xxx. poteſt dari: *Præcipitata* verò, quò magis ſunt acido ſpiritu, & Igne longo ac potenti fixata, eò majore quantitate ſumi poſſunt, quò verò minus ſunt fixata, eò minore: *Mercurius* quippe *Sublimatus corroſivus*, dictus, à *Dulci* in hoc differt, quòd illi admodum acri & corrodenti novus addatur Mercurius crudus, cum ipſo teratur, ac iterum ſublimetur; qua ſublimatione nova, per accedentem ipſi, ac conjunctum *Mercurium* recentem, infringitur ſpiritus acidus in priore exiſtens, ac ita quidem, ut omnis ejus acrimonia videatur obliterata, ideoque *Dulcis* nomine gaudeat; Unde patet quoque, non ab ipſo *Mercurio* pendere ſummam illam *Corroſivi Mercurii* rodendi vim & acrimoniam, ſed ab *Acido ſpiritu* copioſè in ipſo concentrato, & cum ipſo ſurſum propulſo & ſublimato; nam non tantùm plus eſt *Mercurii* in *Dulci*, quàm in *Corroſiva*, ſed inſuper non tantùm duplo vel triplo, ſed tricecuplo plus *Mercurii Dulcis*, quàm corroſivi, & quidem tutiùs poteſt uſurpari. Unde quoque patet *vim noxiam Mercurii ſublimati corroſivi*, non eſſe ipſi Mercurio, ſed ſpiritui acido, magnâ copiâ in ipſo concentrato, & in acrimoniâ ſuâ permanenti adſcribendam, poſtquam ipſa per *Mercurium* novum additum, & ſimul ſublimatum dulceſcente, tricecuplo ad minimùm blandior fit tunc Mercurius: Hoc autem non tantùm poſt novum *Mercurium*, verùm per alia quoque poteſt obtineri: Dixi quemvis *Præcipitatum Mercurium*, differre pro ſuo fixitatis gradu diverſo, Nam 1. differt *Mercurius præcipitatus*, ratione ſpiritus acidi cum quo præcipitatur, unde alius planè producitur ab *oleo vitrioli*, alius ab *oleo ſulph.* alius à *ſpirit. nitri*, & ſic porro, nam à *ſpiritu nitri* longè citiùs & potentiùs figitur, quàm à duobus cæteris: 2. differt ratione Ignis diverſi, cum quo abſolvitur illa præcipitatio. 3. differt ratione *ſpiritus* vini, ab uno aut nunquam, aut ſemel, aut ſæpius abſtracti, vel uſtione ſeparati, à quo *ſpiritum acidum in præcipitato* reſiduum valdè corrigi, & temperari evincit, vel omnis *ſpiritus ſalis*, ejus ope dulcis factus. 4. ratione alicujus vel nullius additi, ad faciendam præcipitationem. 5. Ratione additi alicujus ad ipſum ſolvendum, ſpiritus acidi, vel nullius &c. Notabile autem id eſt 1. quod Mercurius crudus longè minus operetur in humorum viſcidorum ſolutione ac eductione; quàm idem præcipitatus, & cum Acido ſpiritu conjunctus. ij. Quòd idem, quò minus eſt per ſpiritum acidum fixus, eò magis operetur in eorundem humorum pituitoſorum & viſcidorum ſolutione ac eductione, & vice verſa, Quò magis eſt idem fixus, eò minus operetur &c. *Franc. Sylvius Append. Tr. vi. ubi plura hac de re.*

61. *Mercurio vitæ longa &c.*) Huc refer ejus *præcipitatum cum Sole*, ſive *Herculem Bovii*: Pharmacum hoc, quatenus acrimoniâ ſuâ fibras ſtomachicas inſigniter vellicat, & ob particulas mercur. & ſalinas ſanguinem fundit,

fundit, vomitionem atrocem ciet, proindeque ſeroſos humores in cavitates viſcerum violenter expreſſos, ejici facit. *Willis.*

62. *Croco metallorum*) *Infuſionem croci* quòd ſpectat, ejus ʒiß. (vel purgatu difficillimis ʒij.) manè exhibita, & quotidie pro ægri viribus reiterata, quamlibet prima facie haud aliud promittat, quàm colluviem in ventriculi ſtabulantem egerere, attamen tandem efficiet, ut abdomen ab aquarum ſuperincumbentium onere liberetur; Præterquam enim quòd, ceſſante vomitione, in catharſin ἐπὶ κάτω ſolet deſinere, neceſſe eſt omnino, ut cùm tanta fuerit agitatio concuſſioque, tam ventriculi quàm viſcerum, à tam inſigni aquarum corrivatione quaſi circumſeptorum, earundem evacuatio, per ductus communi naturæ lege, haud ſatis patentes, conatum ita vehementem conſequatur; verum tamen ſi prædictum vomitionum inferiorem ventrem haud efficaciter expurgaverit, tam *Elect. de ſucco roſarum*, quàm *ſyrupum de ſpina cervina*, ſoleo poſt tertiam aut quartam doſin meræ infuſionis croci metallorum quandoque licèt raniùs, adjicere e. g.

℞. *Aqu. card. ben.* ℥iij. *infuſion. croci metallor.* ℥iß. *ſyr. de ſpina cervina* ʒß. *Elect. de ſucco roſ.* ʒij. *m. f.* potio. *Sydenham.* Quicunque autem ſint meatus iſti, per quos aqua ex abdominis cavitate in inteſtina delabitur, (dari enim meatus cœcos, per quos aquæ ex abdominis cavitate, ad inteſtina transferantur, liquet ex eo quòd obſervemus, hydragoga tantùm aquarum vim ex abdomine educere, ac ſi in ipſis inteſtinis continerentur) certiſſimus ſum vomitionem à tali emetico excitatam, eaſdem potenter evacuare, non ſolùm deorſum, ſed & ſurſum: Etenim poſt duas vel tres evomendi vices, aquæ, non tam medicamenti vi ſecretoriâ elici videntur, quàm ruptis quaſi repagulis, pleno alveo effundi: *Sydenham.*

63. *Mercurii dulcis ſexies ſublimati*) Quando *Mercurius dulcis*, inter purgantia memoratur, probè curandum eſt, ut nomini ſuo ſit conveniens, i. e. acrimoniâ corroſivâ omni ſit exutus; unde genuinus præparandi modus niſi obſervetur, necare poteſt hominem; vel triſtiſſima excitare ſymptomata: Puellus bimulus ab aſſumpto mercurio dulci. h. m. præparato.

℞. *Mercur. puriſſ. vitrioli exſicc. ſalis torref. ana. ſublimentur.*

℞. *Hujus ſublim.* ℔ß. *ſalis torref.* ℥vj. *vitrioli ad rubed. calcin.* ℥ij. *ſublimetur 2. vice, Tertio cum ſal. torref.* ℥vj. *tritum ſublimetur, hinc ſublimatum hoc modo per ſe ter vel quater rectificatur*) eadem die obiit, exhibuitq; ventriculum fere eroſum, ſiniſtrâ & ſuperiori parte; Conſulta ſuper hoc Facultas noſtra, reſpondit *Mercurium* hunc non fuiſſe dulcem, oblato etiam ſimul ſpecimine, ſed potiùs mercurium ſublimatum ſimpliciter, adeoque venenatum: Tanti eſt noſſe ſinceram præparationem! Nullus ſcil. Mercurius dulcis hunc titulum meretur, niſi qui ex *mercurio ſublimato*, cum *mercurio vivo* ana fuit evectus, intermortuis hoc pacto particulis acuminatis ſalinis: Determinatur mercurius dulcis, his poſitis conditionibus, ad *κάτω* ferri quamcunque, ejuſque acrimoniam & ichoreſcentiam, tum in *hydrope*, quo titulo etiam à *Paracelſo* fuit commendatus, & feliciter adhibitus non rarò, tum in ſcabie, lue venereâ, & aliis, ſive ſalivandi fine perfecto, ſive laxandi & dirigendi ſolùm, unde & in gonorrhœâ & vermibus abigendis, inſumitur. Præſtat verò in infantibus tenellis vel abſtinere omnino, quòd tenerius ſit ipſorum ſerum, vel doſi non excedere, nec temerè ipſum propinare. *Wedelius.*

Sexies ſublimati ℈j. *Gialapæ* ℈ß. Præſtat eandem minori paulò doſi exhibere; neque enim vel fortis eſt adeo, quin ſegnis & à reliquis exſtimolandus ſi ſoli purgationi debitus, *Idem.*

64. *Marcaſita* ʒj. *&c.*) Infuſio ſimplex ʒj. in ℥v. vini albi, hydropicos vacuat inſtar Antimonii. Si ex floribus vel vitro ejuſdem, concinnatus ad normam flor. vel vitri Antimonii, fit extractio, res fœliciùs erit ſucceſſura. *Schroederus l.3.p.458.*

64. *Marcaſita*) Novi medicum, qui hydropicos, etiam deſperatiſſimos ſolo *extracto ex marcaſita* compoſito curabat, conficiebat cum aceto, aut ſucco limon. aut granat. ad parvum ignem ſuccum evaporabat, Ex reſiduo in fundo pilulas parvas faciebat, quibus ad miraculum aquas purgari dicebat, *Ath. Kirkherus mundi ſubt. p. 149.*

65. *Quæ omnia paribus diebus, non nimis frequenter &c.*) Non uno ſolo purgante res expediri poteſt, ſed repetitione hîc opus eſt; ita tamen ne excedamus, habito ſemper ad tolerantiam reſpectu; Hinc ex methodo medendi, curationi interpolantur eadem cum alterantibus & aperientibus: Sin ſecus procedamus, vel non extruditur materia peccans, vel facilè colliquantur humores, & tonus viſcerum labefactatur. *Wedelius.*

66. *Non nimis frequenter*) Cathartica Aſciten non ſemper curant, imò ſæpe exacerbant, & (ſi diutius uſdem inſtitue) incurabilem reddunt: hinc ut neceſſe fuerit, pro hoc morbo ſanando, ad alia remedia recurſum habare. *Willis.*

Id docet *Gal.9.k.T.* quia corpus debilitant, ut poſtea major aquarum proventus oboriatur; Ideo roborantia & aperientia frequentiùs, quàm illa ſunt præſcribenda. Hinc experientia docet, evacuationem quæ fit per urinas, meliùs ſuccedere eâ, quæ fit per alvum. *Riverius.*

67. *Ne inſerta muſculis*) *Enchir. med. Pract. Riverius.*

68. *Diureticis*) Diuretica ſummum ſunt remedium, & maximè morbo conforme, ea enim ſerum ſuperfluum ſtagnans, & alioqui per urinam, tanquam viam ordinariam amandandum, in motum cient, & ad excretionem per vias urinarias aptant, ſive in M. S. adhuc exuperet, idem ſeroſus humor, ſive deflectens à regiâ hac viâ, huc illuc in cavitate tendat. Conveniunt diuretica, ſeu renum culpâ, ſeu aliorum viſcerum cumuletur lympha, & ex ſolis vaſis excidat, nec ad vias urinarias, niſi parcè deflectat. *Wedelius.*

68. *Per urinam, ſeu Diureticis*) Notandum, ſal eſſe primum diureticum, Aquam verò, ſeu humidum ſecum, primum fluxile materiarum: *Sal* primum eſt diureticum, quia fluxilitatem aqueam conſervat, incidit & attenuat; quia poros aperit & aditum parat illuc, quò humor ſibi relictus, non tranare tam promptè poſſet; quia partes membraneas vaſculorum lymphaticorum, & glandularum renalium, blandè ſtimulat & ad exitum ſolicitat promovendum; Hinc ut ſalſedo maris, motus ejuſdem inteſtini eſt concauſa, eaque non ultima, ita quoque ſalſedo ſeri ad motum ejuſdem facit: *Aqua* primum eſt fluxile, quia quæcunque fluida ſunt, propter aquam ſunt talia, variis licet characteribus alteratam, *Wedelius A. m. m. p.381.*

Hinc quæcunque fluxile reddunt ſerum particulis aqueis, non admodum aqueis, & ſale fœtis, illa ſunt Diuretica; Duplici nomine *aquea ſunt diuretica* 1. mole ſuâ, quâ potiſſimum pollent, unde ut omnis potus ad urinam fluit ordinariè, ita etiam hæc aquea, ſeu potulenta, ſeu inprimis medicamentoſa, ex neceſſitate quaſi materiæ; 2. *Qualitate ſalinâ*, licèt magis vel minùs diffuſâ: Cùm enim ſal ſit primum diureticum, per dicta ſecundarium vehiculum liquor, quicunque, inprimis aqueus, in genere diuretica ſunt, quæ his principiis pollent, ita ut quæcunque, ſeu terrea, ſeu aquea, magis ſalino charactere ſunt embryonata, magis fiunt talia, & vice verſâ. Et utroque hoc modo ſtimulat, ſeu exitum ſibi promovet, & urget urina, mole, etiam aquoſa penitus, & virtute ſale prædita

manifeſtò. *Idem. ibid.* Ubi ſpecialius hæc pertractantur.

[68]. *Diureticis*) Quæ ſunt ſeriduca, & ſeri correctoria; Uſum hunc ipſius urinæ conſideratio ſuggerere & illuſtrare poteſt; Educunt non tantum aqueum ſuperfluum à potulentis, ſed & aqueum ſereum ſuperfluum; Educunt ſalia ſuperflua, acida & alkalina; Educunt partes terreas, tartareas, ſingula maſſam ſanguineam, & ſpeciatim ſerum inquinantia, cùm ex hac ſeparatione denegatâ, innumera ſcaturiant vitia morboſa; Unicè *corrigunt aqueum ſuperfluum*, ſerum exceſſu ſeu quantitate & motu peccans, quòd nempe non tam in glandulis ſubcutaneis hæret, per ſudorem magis diſſipandum, quàm in vaſis & glandulis corporis internis: Hinc proſunt in *cachexiâ*, *hydrope omni*, *anaſarcâ*, *tympanitide*, quippe & in his ſerum excedit, præcipuè verò in *Aſcite*, quando vel aliorum viſcerum, vel renum vitio cumulatur lympha, & ex vaſis ſuis excidit, collectum in poris partium infimarum, pedum, & cavitate abdominis ipſiuſque ſcroti. Deinde Diuretica corrigunt *ſerum in qualitate peccans*, ſeu ſit *oleoſus*, ſeu *pituitoſus*, ſeu *ichoreſcens*, ſeu *tartaro fœtum*: Serum *Oleoſius* parit *obeſitatem*, cum torpore quodam & corporis caloris quiete: Diuretica verò unica ſunt ſpecifica, obeſitatis nimiæ: *Pituitoſi* exemplum præbet cachexia & calculus pituitoſus, (nam præter ſabuloſum & ſaxeum, etiam pituitoſus datur) imò & affectus hypochondriacus: Vidimus in Scorbuticis aliquando, inprimis in Quæſtore quodam, urinam adeo lentam & ſpiſſam, ut exprimi magis & trahi quàm fluere poſſet: Adde & hinc concretos tumores & affectus varios. *Ichoreſcens* ſerum occurrit in gonorrhœâ ſimplici & virulentâ, item in fluore albo; ibi verò diuretica, ichoreſcentiam ſeri hanc auferentia, ſunt ſpecifica & optima. Ichoreſcentia verò eſt, quando ſerum balſamicum ſulphureum amittit vigorem, ſalia verò extravertuntur magis, unde in glandulis ſtagnat, non revehitur, & velut fonticulum parit. *Tartaro fœtum* magis eſt ſerum, imprimis in calculo & arthritide, adde in affectu hypochondriaco & ſcorbuto; Hinc Diuretica & horum ſunt remedia genuina; Hinc quamdiu urina probè fluit & ſudor, vix paroxyſmus arthriticus reſpectivè, vel nephriticus ingruit: Hinc videmus urinas arthriticorum, copioſo pollere ſabulo, quod ipſum etiam In Ictero valet, ubi ipſa quoque inſigniſſimè pollent. *Wedelius A.m.m.p.388.*

[64]. *Diureticis*) Hæc ſunt optima, nempe vera ſunt hydragoga, cùm naturæ ſit mos, per vias urinarias ſuperfluum ſerum naturaliter expurgare, Unde præmiſſis neceſſariis univerſalibus, his inprimis inſiſtendum; aliàs intempeſtivo eorum abuſu, impeditur urinæ fluxus potiùs, quàm ut promoveatur: Aliàs multis ſatisfaciunt ſcopis, præſertim quæ ſunt ex numero *volatilium*, v.g. quæ ex *urinâ*, *lumbricis*, *bufonibus* &c. petuntur, quia ſalinâ virtute incidunt, penetrant, abſtergunt, aperiunt, reſolvunt. *Etmuller.*

[68]. *Diureticis*) *Sal juniperin. ſal betulæ arb.* pellunt per urinam cum *vino* malvatico. *Volatilia diuretica*, in ſpecie ſunt *ſalia volatilia*, ut *ſpir. ſalis armon. tartari*, *carminativus*, *tinctura nephritica*, in ſpecie remedia, ex *lumbricis & bufonibus* parata, &c. Quo & *ſpiritus urinæ* per putrefactionem, ejuſque *ſal volatile*, bene rectificata pertinent, iſque multum laudatur à *Poppio*: *ſpiritum* hunc volatilem urinæ, conjungit cum ana. *ſpir. vini rectiſſic.* addito pauco *moſchi* & ambræ digerit, circulat, & ita unit; *Doſis* ℈j. *ad* ʒß.

Imprimis *lumbricalia* ſunt optima, nempe vel *decoctum lumbric.* in *vino* propinatur; vel *ſpir. lumbric.* per putrefactionem paratur, in hauſtu *vini malvatici*, *aut malvatico juniper.* Vel

℞ *ſpir. lumbr. terr.* ʒij. *urinæ volat.* ʒj. *miſce* dozis ʒß. bis vel ter in die, in hauſtu *vini decoctionis rad. fœnic.* & *baccar. junip.* Item *liquor lumbric. terr.* in clibano paratus, ad imitationem *Crollii in Baſil.* egregius eſt ad hydropis curam. Eadem de *Aſellis* valent. *Etmuller.*

Inter Diuretica referri poteſt *decoctum juniperi*, inter *Sudorifica* relatum, cujus ſi nimia caliditas timeatur, in aqua parari poterit, eique *ſpiritus vitrioli* tantillum admiſceri. *Fonſeca* commendat uſum *terebinthinæ* cum *aqua hordei* lotæ, ejuſque ʒß. exhibet bis in hebdomadâ:

Ac denique *ſpiritus ſalis*, *tartari*, *& vitrioli*, juſta dozi exhibiti, cum apozemate aut alio decocto aperiente, per aliquot dies miràda præſtant, quia ſummâ tenuitate prædiri, in omnes corporis meatus facile penetrant, eoſque aperiunt. Idem præſtant *ſales abſinthy. juniperi, ſtipit. fabar.* & ſimiles cum *vino albo* exhibiti: Vel ſaliū defectu, lixivia ex eorū cineribus parata, ſufficient. *Riverius.*

De ſpiritibus illis, & ſimilibus, nota, accuratam eſſe debere eorum cum liquore ex quo aſſumuntur, agitationem, eamque in vitro eſſe faciendam: Cùm anno proximè elapſo Juſculum aſſumpturus eſſem, cui guttas aliquot Spiritus nitri infuderam, obſervavi momento temporis præcipitem illum, in fundum ſcutellæ argenteæ delatum eſſe, cui macula nigra inuſta, non ſecus ac ſi igne combuſta fuiſſet ea pars, ac fuſioni proxima; nec dubito, niſi protinùs effudiſſem, quin perforata fuiſſet ſcutella; adeo ut cauti in ejuſmodi ſpirituum uſu, eſſe debeamus; quò ſi refrigerium corpori afferant, id omnino per accidens cenſendum eſt.

[68]. *Diureticis*) Quâ ratione Diuretica urinas movent, & cum ipſis *humorem pituitoſum ac ſeroſum expellunt?* Hoc ut faciliùs pateat, notandum nos hic propriè quærere ac loqui, de iis *Diureticis quæ humores ſeroſos ac pituitoſos in corpore redundantes*, educunt; Quo circa conſideranda priùs iſtius redundantiæ cauſa, quæ rarò unica, ſed ſæpe multiplex exiſtit: *Redundant* enim in maſſa ſanguinea *Serum & pituita*, vel quia non ſeparantur ab ipſa, vel quia *tantâ copiâ producuntur, ut ſufficienter ab ipſa ſecerni ac excerni non poſſint*: Si à *ſanguinis maſſâ non ſeparantur, Serum vel pituita, id non tam* Renum, *quam ipſius ſanguineæ maſſæ vitio*, accidere arbitror, quin omne in *Renibus* obſervabile aliquando *vitium*, ab eadem *ſanguineâ maſſâ* plerumque deducendum, rariùs à *privato ipſorum vitio*, ab externo frigore vel calore, tunc imprimis petendo: Renum, inquam, vitium rariùs ortum habet ab externo frigore vel calore, utplurimùm à vitio in maſſâ ſanguineâ exiſtente, atque ab externo frigore caloreve producto, & vias Renum obſtruente aut aliàs malè afficiente: Secretio autem ſeri ac Pituitæ à ſanguine deficit plerumque, ob *intimiorem*, *quàm decebat*, *partium ſanguinis conjunctionem ac* unionem, unde tunc non tantùm minùs urinæ ſolet ſecerni ac excerni, ſed & minùs contentorum, unà cum urinâ, ubi in corpore redundant, & omnia bene ſe habent, ſecerni excernique ſolitorum: Quæritur proinde, *unde pendeat intimior illa partium ſanguinis unio, ob quam nec Serum, nec alia cum ipſo ſecernenda, ſecerni poſſunt aut excerni?* Hanc quæſtionem ſolvam ex meis præjudiciis, dicens id accidere *ob Acidum præſertim, aut ſalſum lixivum, parcius in corpore* exiſtens. Arbitror, inquam, imprimis ac frequentiùs *propter Acidum*, aliquando & rarius, *propter ſalſum lixivum, parciùs in corpore humano exiſtens, contingere arctiorem intimioremque omnium ſanguinis partium conjunctionem, ac unionem.* Ratio eſt, quia tunc & potentior, & humanæ naturæ minus conveniens accidit inter iſta contraria, tum in tenui inteſtino, tum in dextro cordis ventriculo Efferveſcentia, unde hi præ-

ſertim

fertim concurrentes, ſimul humores cæteri potentiùs agitantur, rarefiunt, hinc & intimiùs junguntur, & commiſcentur: Quo namque acrior ſit inter *Acidum & Salſum* pugna, eo plus partium ignearum ſecernitur ab utriſq; ſed plus alterantur ab iiſdem & rare fiunt cæteræ ſanguinis partes ab ipſis alterati & rare fiunt aptæ, eò proinde aptiores fiunt, intimiori partium omnium & ſingularum unioni & conjunctioni, & imprimis partium Effervescentium, *Acidi* putà *ſpiritus* & *Salis lixivi*, quæ partes tunc ſine controverſiâ coeunt, & adunantur arctiùs, & cum ipſis cæteræ utriſque magis affines: Quoniam verò ſanguinis ſerum (ex quo in *Renibus* ſecreto, conſtituitur urina) ortum habet ab illis partibus effervescentibus, atque bonâ ſui parte, à reliquâ maſsâ ſponte, levi ſaltem negono ſeparabilibus, & Aquâ dilutis, nulli debet videri mirum, ſi vitioſâ contingente, & quidem acriore potentioreque Effervescentiâ, non laxè uti decebat, ſed arctè jungantur hæ cæteris ſanguinis partibus: Hoc ita ſe habere poſſe (imò admiſſis meis præjudiciis de ſucco Pancreatico, Bile, Lymphâ, Pituitâ, & cæteris in humano corpore jam notiſſimis humoribus) confirmant omnes cauſæ externæ, corpus ad Hydropem diſponentes, *Aer* putà frigidior & acrior, & quandoque Solis vel ignis æſtus; *Alimenta* tum acidiora, tum acidis condita, & quandoque Acidum concentrantia; *Vigilia* vel *Somnus* excedentes, atque ſpiritus animales aut conſumentes, ſicque humorum acrimoniam promoventes, aut inertiores & pauciores præbentes, atque ſic Pituitæ proventum augentes; *Corporis motus nimius*, vel *Quies nimia*, eodem quo dictum modo, humores vitiante. Inter *animi pathemata*, tum *Ira* torns & frequens Bilem acuens, tum præſertim *Mæror* aut *Metus* gravis & improviſus, *Acidum* in corpore augens, & Acrius imò purius reddens; Cùm ergo hæ ſoleant eſſe Cauſæ antecedentes, illam Pituitæ ac ſeri Coacervationem, atque productionem nimiam in corpore, meritò concludemus eo modo illas id efficere, quo ſecundum phænomena (quæ habemus pro certiſſimis) modò memoravimus: *Secretio* ergo *Seri à ſanguine in Renibus*, minùs contingit ſufficiens, non tam ipſorum Renum, quàm partium ſanguinis acti. ùs ſibi unitarum culpâ, quod erat probandum: Quòd ſi prædicto à me modo, minùs ſecernatur à ſanguine, pars Pituitoſa & Seroſa, ergo eadem de causâ augebitur, & cumulabitur eadem in ipſo ſanguine: Quinimo ob eandem cauſam, in tenuis præſertim inteſtino obſervabilem, producetur plus ejuſdem humoris pituitoſi in maſsâ ſanguineâ, quoniam exiſtente ſucco Pancreatico acidiore ac puriore, acrior quoque continget, non tantum continuâ cum Bile effervescentiâ, ſed & tunc quoque cum è ventriculo ad inteſtinum, propelletur alimentum in ipſo fermentatum, cui proinde intimiùs admiſcebitur ſuccus Pancreaticus, ideo craſſiores quoque*, & in pituitam facilè mutabiles transferentur cum cæteris chyli partibus ad venas lacteas, & tandem ad cor, ubi & ſimulis generabitur ſanguis, pituitoſus ſcilicet & hydropi anſam præbens. Ab Acidi ergo in corpore obſervati, ſed acrioris vitio, pendet imprimis Seri & pituitæ in corpore hydropicorum redundantis, tum generatio, tum coacervatio, tum retentio.

Quiſquis proinde per Diuretica volet illud vitium tollere, opus erit, ut omnes illas noxas tollat, tum *impediendo novam Pituita productionem*, corrigendo *Acidum noxium*, tum emendando cætera inde orta uitia, in ſanguine pituitoſiore & viſcidiore, ipſum ſcilicet incidendo & attenuando: Hoc autem præ aliis omnibus præſtant, Omnia Salia volatilia & Aromatica, quippe quæ & Acidum temperant & Pituitam incidunt, hacque imprimis ratione urinas movent: Cætera verò *Acida*, inſerviunt quidem Pituitæ viſcidiori incidendæ, diutius autem uſurpari non debent, quia ſine graviori detrimento non poſſunt, aucto ſcilicet & acriori facto ab ipſis Acido in corpore, unde ventris tormina, aliaque producuntur damna. *Fr. Sylvius.*

68. *Per urinam*) Facilè quiſpiam exiſtimet, *Medicamenta urinas moventia*, propter aquas è quocunque loco, aut corporis ſpecu educendas, plurimùm conferre, Reverà hæc Anaſarcam frequenter ſanare, & præ aliis quibuſque remediis juvamen præſtare, experientiâ ſans crebrâ liquet, Videamus igitur, quid pro abdominis cavitate elutriendâ efficiant: Super hoc imprimis conſtat, nullum ad renes à ſtagno aſcitico, quamvis vicino, ductum immediatum patere; ſed quicquid aquarum hinc inde transfertur, neceſſe erit primò in maſſam ſanguineam reſorberi, & deinde è ſinu ejus in cloacam urinariam effundi, at verò quantulum eſt, quod venarum oſcula, circa viſcerum ſuperficies (ſi forſan omnino patent) dehiſcentia, excipere poſſunt? atque hoc unicum diuretica efficere queunt, ut ſanguinem fundendo, ejuſque ſeroſitates ad renes copioſiùs pellendo, ipſum adeo inanitum aquas in ventre fluctuantes, ad ſe allicere faciant; interim haud minùs periculum eſt, ne diuretica intempeſtivè exhibita, dum cruorem nimis fundunt, ſerum abſcedere coactum, in Aſcitis nidum pluſquam in renes adigunt, adeoque ventris diluvium augeant potius, quàm tollant; Enim verò ita interdum evenire obſervatione crebrâ mihi ſatis compertum eſt, quare cum Diuretica ad Aſciten curandam præſcribuntur, à tali effectu contrario ſummoperè cavendum erit: Profectò ob hanc rationem eſt, quòd remediis hydropicis (ex Veterum authoritate & praxi per experientiam inventa) adſtringentia & corroborantia, ſemper admiſcentur, non quòd talia hepatis tonum (uti vulgò dicitur) confirmant, verùm ſanguinis craſin, ſive mixtionem, ne fuſione nimiâ penitùs diſſolvatur, præſervent: Itaque in Aſcite, quæ propter viſcerum & vaſorum compages, ac imprimis tunicas, glandulas, .pſaſque fibras, earumque interſtitia ab humore ſeroſo infarctas, proindeque ſummè intumefactas, potiſſimùm aut ex parte contingit, quemadmodum cathartica, ita & diuretica conveniunt & non rarò cum fructu ſumuntur, in quantùm ſcil. horum uſu, maſſa ſanguinea, (ſero ad renes copioſiùs derivato) inanita, aquas iſtas juxta ipſorum oſcula ubique ſtagnantes facilè in ſe recipit, & verſus cloacam urinariam convehit, verùm è contrà in mero Aſcite, ubi viſcerum texturis à ſeroſo infarctu immunibus, aquarum illuvies ventris cavitatem inundat, Diuretica aut fruſtra, aut incommodè exhibentur, quatenus nempe nihil è ſtagno ventris exprimunt, & ſæpiſſimè cruorem fundendu, aquas illic inſtillari aptas, impetuoſiùs adigunt. *Willis.*

Per Sternutationem ad renes ſerum propelli, eoque nomine eam quoque promoveri debere docet. *Rhaſis.*

69. *Quæ hydragoga ſequi*) *In illarum exhibitione, quædam cautiones obſervandæ.* Proſunt magis præmiſſis purgātibus, Selecta pro intemperie calida vel frigida Habitâ ratione ventriculi & urinæ ipſius: Aquoſa verò, quæ dilutiora gerunt ſalia, ut acidulæ, ſali nitroſo vitriolico debentia vitrutem, minùs conueniunt, niſi forſan in adſuetis, hydrope calido, conjuncto robore ventriculi, ubi diluitio & temperatio ſalium requiritur, & aliis circumſtantiis, Vnde *Dodonaus & Heers* Leodienſes notant profuiſſe hydropicis, alii contrarium experti. *Wedelius.*

69. *Quæ hydragoga ſequi*) Inter univerſalia, poſt principia ſtant Diuretica, non ratione nobilitatis, vel prærogativæ minoris, ſed ratione ordinis: Advertendum hinc in praxi, poſſe quidē apertentia diuretica in variis morbis, eriā primo loco propinari, ut in hydrope, ſed quan-

do reliqua indicantur ſimul, ſemper priùs purgandum, vel ſudor movendus eſt, quàm diureſis procuranda; craſſiori enim expedito, & materiâ imminutâ morbificâ, meliùs hinc operari poſſunt hæc ipſa: Hinc hoc ſenſu, in progreſſu magis, quàm principio morbi ſtatim danda ſunt, cùm ſcilicet naturâ vel arte, materia nonnihil aſt diminuta; Initio enim plerumque copioſa eſt, & utiliter per ductus urinarios evacuari nequit, eò quòd metuendum, partim ne fruſtra futura ſit eorum actio, non ſubigendâ copioſiori materiâ ſeu humore; partim ne copiâ ſuâ, dum ad anguſtas vias ruit, eas obſtruat, & ſibi & aliis tranſitum intercludat. *Wedelius.*

69. *Quæ hydragoga ſequi*) *Eſt ubi ad diuretica deveniendum, prætermiſſis catharticis, & emeticis*, quoties enim vel æger conſtitutione eſt infirmiore, vel fœminæ vaporibus atque ataxiis ſpirituum animalium admodum obnoxiæ, fieri non poteſt, ut catharticis, & multò minùs, ut emeticis res geratur, Hic itaque aquarum evacuatio, *Diureticis* committenda eſt.

70. *Inter quæ palmam ferunt*) Diuretica in Aſcite non omnia, cujuſque generis ex æquo conveniunt, neque indifferenter exhiberi debent: quippe obſervare eſt, morbo illo affectos, plerumque urinam paucam, rubicundam, & quaſi lixivialem reddere, quod quidem indicio eſt, ſanguinis craſin à ſale fixo & ſulphureo exaltatis, & ſimul combinatis, nimis ſtrictam in iis exiſtere; proindeque ſerum ejus intra renes haud debitè ſecerni; quod tamen circa viſcerum obſtructorum anfractus exitur, adeoque in ventris cavitatem deponitur: quare in hoc ſtatu, ad urinas ciendas, ea tantummodo propinare oportebit, quæ ſanguinis conſtitutionem ita reſtituunt & emendant, ut ſalis fixi & ſulphuris enormitatibus ſublatis, pars ſeroſa intra renes ſeparari, & uberiùs amandari poſſit; in quem finem non Acida, aut Lixivialia, verùm ſale volatili prædita deſtinantur; Nam ſæpiùs obſervavi in ejuſmodi ægris, cum *ſpiritus ſalis*, aliaque mineralium ſtagmata acida, cumque *ſalis tartari, geniſtæ*, aliorumque deliquia aut ſolutiones, noxæ potiùs, quàm commodo extitere; *ſuccum plantaginis, beccabungæ*, aliarumque herbarum, ſale volatili abundantium, nec non *millepedum* expreſſiones, plurimùm juvaſſe: Propter eandem rationem, *ſal nitri* ſumme purificatus, ſive *cryſtallum minerale*, non tardò inſigniter prodeſt: Medicaminum in hunc uſum accommodorum formulas, alibi tradidimus, ubi ſcil. Diureticorum, quibus tum ſal volatilis, tum ſal nitroſus pro baſi eſt, exempla deſcribuntur.

Porro huc referri debet exemplum notabile, quo *Johannes Anglus*, Aſciten à cauſâ calidâ ſæpiùs curatum aſſerit, quod etiam medicamentum Medicus experientiſſimus D. *Theodorus de Mayerne* in ſimili caſu præſcribere, & magnifacere ſolebat; ſcil.

℞. *Succorum plantag. & hepaticæ, imple ollam terream ad ſummum uſque, quæ cooperta, & exactè clauſa, ponatur in furno calido, pane extracto, & fiat ignis in lateribus ollæ debilis, ad calorem furni ſuſtinendum: poſt coctionem liquor coletur*, & *cum ſaccharo dulceratus, potetur manè & ſerò & curat.*

Ad hujus imitationem cum ſucceſſu ſic ſæpe præſcripſi.

℞. *Fol. plantag. m.* iv. *hepaticæ, beccabung. ãã m.* ij. *contuſis affunde aqu. raph. compoſ. tenuis aut alterius magiſtr. appropriata* ℔ß *f. Expreſſio fortis, Doſis* ℥iii. *ſer in die.* Willis.

70. *Inter quæ palmam ferunt*) Per *urinas*, quæ humores *pituitoſos & Seroſos* evacuant, plurima commendantur, quorum primaria fere ſunt, *Rad. Apii, aſparag. petroſel. fœnic. eringii, ruſci, Valeriana. pimpinella, ſpica nardi aſari, urtica; Folia Urtica, cerefol. abſint. eupat. beton. chamap. ruta, ſcord petroſel. &c. Semina aniſ. fœnic. dauci, ſeſel. chareſol. mil. Solis, Saxifrag. 4. frig. maj, violar. &c. Baccæ junip. ribeſ. nigr. &c. Amygd. amar. nucl perſic. Hordeum, Ficus, ciceres, fraga, Succus citri, limon. ſerum lactis, terebint. Vinum Rhenan. moſellan. &c.* Inter *Chymica. Spiritus Salis, Tartari ſal tartar. vitriol. Sal volatile urinæ*, & aliud omne, *Olea ſtillat. baccar. junip. ſuccini &c.*

Variari poſſunt medicamentorũ formæ, tum pro ægrorum lubitu, tum pro ſimplicium diverſitate, tum pro ſingulorum operatione magis vel minùs felice, ac ſecundum ſubjectorum diverſitatem; Notum enim in uno homine, non tantum unum medicamentum, ſed unâ formâ exhibitum feliciùs operari, quàm aliud, vel formâ aliâ Medicamenta hæc diuretica, humores tum *ſeroſos*, tum *pituitoſos* per urinas educere docet experientia; quæ cum & ſapore, & odore, & colore, aliiſque qualitatibus ſenſibilibus, non parum inter ſe differant, non mirum, ſi plurimi *effectus ſimilis, à rebus tam diſſimilibus pendentis rationem*, ſibi explicari optent. Sed 1. notandum, *Non omnia modò enumerata Diuretica promiſcuè in quovis affectu, aut humore, cum ægri commodo per urinas evacuandas cõducere, ſed in diverſis affectibus & humoribus peccantibus, diverſa uſurpanda*, id quod experientiâ duce aſſevero.

Alia certè *Bili*, alia *Pituitæ* peccanti, ac per urinas educendæ, conveniunt Diuretica; nam Bili *ſuccus citri, emulſio hordei, fraga, ſpiritus ſalis, Sal tartari vitriol. &c. Pituitæ* autem pleraque à me recenſita, quin & Acida, modò ad bilem commendata, quia pituitam non minùs alterant, imò per urinas propellunt Acida, quàm Aromatica & ſale volatili conſtantia, uti hoc quoque nos docuit experientia: Ergo pro diverſitate aliorum humorum, ſimul in corpore unà cum pituita aut ſero peccantium, adhiberi debent Diuretica diverſa.

Quamvis autem non minùs *Acida* conveniant *Pituitæ incidendæ* ac educendæ, quàm *Aromatica & ſale volatili* prædita, hæc tamen obſervantur præſtantiora, & ſanitati reſtituendæ aptiora, poſtquam non tantùm Pituitam corrigunt, verùm Bilem quoque in naturali ſuo ſtatu conſervant, quinimo ipſam perfectiorem faciunt: *Acida* verò, Pituitam licèt incidunt, & ad urinas propellunt, Bilem tamen ſimul infringunt, atque à naturali ſtatu abducunt, & hactenus nocent &c. ut tandem de *Diureticis* concludam, aſſero; quoniam rarò Bilis acrimoniâ auctâ ſimul peccat, illa præſertim *Diuretica conducere, Pituita ac Sero in hydrope imminente exſuperanti, quæ aromatica ſunt & Sale volatili prædita*; rariùs autem quæ ſunt *acida*, ſubinde ex utriſque miſta: *Fr. Sylvius* (vide §. *Alius eſt vitio Renum.*)

Alterantia, præterea, quæ ad viſcerum imbecillitatem corrigendam, illorumque infarctus, obſtructiones ſolvendas durities emolliendas inſtituuntur, uſurpari poſſunt, illa præſertim locum habebunt, quę ſic componuntur, ut ſimul cum illis operationibus *aquas abſumant, Urinaſque provocent*, Potionem habet *Rhaſis*, quæ magni fit, paratum ex *abſinthio, cuſcuta. alkekingi, fumaria, ſem. frig. 4. maj. ſchœnantho & ſpica in ſero lactis* maceralis,

Ex ſimplicioribus Decoctis, probatur *ligni Guajaci decoctum*, ad urinas movendas, *Allii & rubiæ decoctum* cum *melle, Plantag. maj. decoctum* per ſe vel cum *lenticula*, ex *Dioſcoride*, qui & probat *origani* cum *ficu decoctum, & cicer. cum roſmar. Calamus aromat. cum ſem. apii: Viſcum quercin. ad* ℔i. *raſum in menſura* j. *ſeu* ℔iij. *vel* iv. aquæ, ad conſumptionem medietatis coquatur, dantur manè & ſerò de colat. ℥iv. diu continuando magno ſucceſſu; *Sacchare* dulcoretur & aromatiz. *Lumbricorum decoctum*, additis diureticis *Cicadar. pulveriſ. ad* ʒii. decoctum cum aliis.

Urina, vel *propria*, vel *pueri impuberis* bibita, mictionem impellendo accelerat.

Capra urinam cum *ſpica* quotidie bibitam, laudat, *Dioſcorides*.

oerides, Aqua ſtillatitia, quia valde penetrant, multùm ſi aſſatim ad ℥iv. & diu bibantur, poſſunt efficere, addito & *vino*. *Ex ſimplicioribus*, *aqua ex ſambuc. vel ebuli radic. & flor.* el etiam *acanis*, ſeparatim ſimulve deſtillata.

Ex *radic floribuſque iridis, hirundinaria. ex flor. lilior. alb. ex raphano, ex juniperi baccis, ex ſmilace hortenſi. ex cuſcuta*, vel aliis herbis & rad. plantarum aperient. & diuret. Efficax eſt *aqua fœnic. mar.*

Stercoris hum. aquam ſtillat. aliqui extollunt; *Aqua Nicotiane.*

Compoſitæ fiunt ex prædictis aliquibus, vel omnibus ſimul deſtillatis, addito interdum & *ſucco iridis.*

Compoſitio Dialacca & Diacurcuma, hydropicis accommodantur.

Ex *Pulveribus ſimplicioribus*. Pulverem *ſummitatum Centaur. min. & comar. abſinth. Pont.* Pulverem *napi* vel *anethi*, cum *vino abſinthite* vel *Praſii.*

Aes uſtum, magnetem, pulveriſatum, ſunt qui probant.

Ad urinas movendas in hydrope, ſequentes ſunt efficaciſſimæ.

℞. *Canthar abiectis alis tenuioribus* ℈ß. *adde maſtich. gr. vi. rhabarb.* ʒß. *tenuiſſimè pulverata excipiantur reſina laricea vel abietina* ʒii. *addendo gummi tragac. infuſioni facta cum aqua violar ſpiſſa adhuc butyr. recentiſſ. ā ā.* ʒß. *Incorporentur ſaccharo cando, ut Pilulæ formari queant.* Detur ʒi. ad vires explorandas ab initio. *Platerus.*

70. *Palmam ferunt*) *Lotium ovinum*, aliquot diebus potum, multos hydropicos reſtituit: Item propria *urina* bibita, ut & *ſpiritus urinæ & ſal ejus volatile*, tanquam diureticum ſpecificum egregium commendatur. *Fr. Hofmannus tr. m. m.*

Sal ex urinâ hydropici paratum & depuratum, poſt purgantia ſæpe datum, cum vehiculo ſpirituali diuretico vel diaphoretico, præſtantiſſimum. *Sophron. Kozack Tr. de Sale.*

Stercus anſeris viride ad ʒi. cum *cochleari urinæ capræ vel vituli deſtill.* repetitis vicibus, mirificè aquas hydropicorum exſiccat; Sic *lotium ovis* aliquot dies potum, multos extremè tumidos curavit. *Henr. Petræus Noſ. T. 2. diſſert. 35.*

Eſt Pulvis quidam diureticis, contra quoſvis tumores, inflationes corporis & initium hydropis, ſæpiùs expertus, quem experimentum cujuſdam Comitiſſæ *Iſenburgica* fuiſſe ferunt; quo plures pauperes comprimis ſanitati reſtituit.

℞. *Glandium vetuſtarum excortic. rad. petroſel. inveterat. ocul. cancr. albiſſ. ā ā.* ℈iiß. *ſacch. Thomas, cinnam. ā ā.* ʒi. Tenuiſſimè terantur & cribrentur: Priuſquam æger decumbat, primum tres buccellas panis ſiliginis ſuperfundat vino forti, mox inſpergat iis ℈iv. pulveris præſcripti, veſperi ante ſomnum comedat & ſuperdormiat, Die ſequ. manè iidem ſumat, & jejunet ad horam unam vel alteram: Veſperi repetat, & Cubitum ſe conferat, nihil ſuperedendo aut bibendo: Interim æger abſtineat à piſcibus, carnibus porcinis, oleribus, caſeo, potu tenui ſuperfluo, helluationibus: Utatur autem vino optimo tenui, hoc modo parato.

℞. *Umbell. nigr. flor. ſambuc. exſiccat. n.* iii. *ſpongia ſambuc. arefacta in aere ſicco & puro n.* ij. *Vini albi & fortis* ℔iv. *ſtent in infuſione per noctem*, bibatque æger ad placitum, & abſtineat à reliquo potu, donec tumor ſe occultet, Iteretur Cura elapſis quatuor diebus, ſi prior non inceſſerit. *Finckius Ench. c. 26.*

Inter diuretica præcipuum hoc eſt, Sumatur *caro crimaces terr.* ad dr. i. cum aliquo decocto diuretico *H. Saxonia.*

In Aſcite præſentaneum eſt, manè & veſperi, ut & intermediis horis *aqua juniper.: additis ol. junip. gutt. v.* ſumantur cochl. iii. *Walæus Med. Pr. c. 1*

69. *Inter quæ palmam*) Euporiſtum eſt commodiſſimum infuſum, *ex abſinthio, centaurio minori & baccis juniperi.* Wedelius.

Volatilia alkalia omnino etiam ſunt diuretica, unde *cochlearia & naſturtium*, urinam pellunt; Item *ſal ſuccini volatile. ſpiritus ſalis tart. urinoſus*, in hydrope egregius; *ſalis ammoniaci*: Sic *allium & cepe*, non ſolum internè, ſed & externè archeum ſphincteris veſicæ egregiè excitantia; Unde ſoliti ſumus his ſub cineribus coctis uti, addito pro re natâ cerefolio, *baccis juniperi, ſem. liui &c. Idem. Vincetoxicum* ſpecificum eſt hydropicum, quod aperiendo educat. *Idem Comp. antimonii, ſilicum Glauberi* huc faciunt.

70. *Palmam ferunt*) In ſpecie *Bufones* ſingulare quid obtinent, in hydropis cura, nempe.

℞. *Bufones q. v. exſicca in umbrâ, poſt exſcinde capita & exime inteſtina, quod reliquum redige in pulverem ſubtiliſſimum, & de hoc vel ſolo, vel cum pulvere hepatis proprio, dentur gr. x. ad xv. uſque ad* ℈i. quas potes dare 3. vel 4. vicibus; ita tamen, ut 3. vel 4. dies poſt aſſumptionem, interponantur, ne debilitetur æger.

Caſu inventum hoc remedii genus, ut in *Hildani* & *Solenandri* ſcriptis videre licet; Aliàs & *Bufones vivi*, lumborum regioni applicati, per copioſum urinæ profluvium, hydropem ſolvere dicuntur.

Pertinent huc *opercula cochlearum*, quorum benè depuratorum, & pulveratorum, manè & veſperi larga doſis in liquore convenienti propinetur, pellunt enim potenter per urinas. Alii cum *ſpir. ſalis* ſolvunt hæc opercula, & hinc eodem modo, atque cum *tinctura* vel *liquore nephritico* procedunt, & ita liquorem diureticum antihydropicum acquirunt. *Etmuller.*

70. *Palmam ferunt*) Ad cantharides confugit *Hippocrat. 4. 5. Acut.* quæ potentiſſimè omnium urinam pellunt, ob ſal volatile, copioſum, erodens, & ſtimulans, (unde ad ſalinorum claſſem pertinent) & ſulphur volatile, quod per diſtillationem patet. Neque enim tam propter hiſpidas aculeatas partes agunt, quod nonnulli pro ratione allegant, nam tritu & mixtione cum aliis viſcidis, rotundis, oleoſis, pereunte illâ figurâ, nihilominus potenter id præſtant, ſed cautè iis eſt utendum, ac doſi refracta. *Wedelius.*

71. *Radix ruſci*) Puer xii. annor. hecticus, aſciticus, lepentus, putridâ febre laborabat; In meliùs non proficientibus remediis, advocatus ſum, vix erat ubi inciperemus. Jecoris dolor præterea urgebat, Conſilium fuit, ut *pane* uteretur ex *zeâ*, cum *aquâ cineris* confectâ, *ſemineque fœniculi* & dimidio *triticea farina*: Curationis autem vis fuit, *ſuccus cichorii* cum *erythrodani pulvere atque ſpica*: Eo devenit, ut ſingulis diebus ad libras & aut xii. urinæ mingeret atque ita perſanatus eſt *Cardanus.*

71. *Radix ruſci in vino*) Vina per infuſionem vel decoctionem facta, admodum juvant; Ex radice *apii*, vel *iridis*, vel *aſari*, vel *cortic. rad. ſambuci*, vel *ebuli, ſem. hederæ*, unum vel plura ſumendo: *Abſinthites vinum* utile, quod in debilioribus ventriculis ex generoſo, vel etiam *malvatico*, quod urinas mirè ducit, vino parari poteſt; *Marrubii vinum, Scilliticum, Platerus.*

Vina Aperientia & Diuretica plurimum conferunt.

℞. *Enul. camp. apii. fœnic. irid. ſiccor. ā ā.* ℥iß. *rad. valerian. gentiana, aſari, ſcillæ ā ā.* ℥i. *cortic. median. ſambuc. ligni ſaſſafr. ā ā.* ʒvi. *fol. abſinth. agrimon. chamædr. cap. ven. ſiccor. ā ā.* ʒii. *ſumm. centaur. min. & flor. geniſt. ā ā.* ʒi. *ſemin. petroſ. aniſi, aneth. ā ā.* ʒiß. *cinnam.* ℥ii. *ſpica* ʒß. *conquaſſ. infundantur in vini albi menſ.* ij. *per aliquot dies*, utatur hoc vino omni manè. In eundem

uſum referri poteſt *vinum chalybeatum* compoſitum in obſtructione hepatis deſcriptum. *Riverius.*

72. *Lumbricorum terreſtrium*) Deſtilla *lumbricos*, vel extrahe eorum ſuccum, ad educendas hydropicorum aquas, Experimentum eſt cujuſdam viri illuſtriſ. *Hœferus H. M. p. 143. Sala Tern. Bezo. p. 666.*

73. *Vinum per cinerem*) Lixivium ex vino albo, & juniperino cinere paratum, 4. aut 5. unciarum pondere potum, valentiſſimè urinam pellit, ita ut nonnullos viderim hydropicos, hoc tantum auxilio ſanatos. *Matthiolus ad cap. 87. lib. 1. Dioſcor.* Hoc præſidio uſus *D. Machon*, Mercator Genevenſis ex præſcripto Medici noſtratis, in tantam pruriginem incidit, (vir admodum obeſus) ut toto illo ſpatio nullibi conſiſtere poſſet, neque decumbere, ſed perpetuo motu cieri neceſſe haberet, quaſi prunæ ardentes pedibus ſuppoſitæ eſſent: hydrope defunctus eſt, ſed ſexto poſt menſe, morte repentinâ correptus eſt.

74. *Per cinerem ex ſtraminibus &c.*) Quæcunque ſcilicet ſale explicito, & magis panſo gaudent; Sic diuretica ſunt *Alkalia omnia fixa, ut ſal ononidis, geniſta, juniperi &c.* quorſum & *thermas* referre licèt: *Lixivium ben. mynſ.* vel ex ſimplicibus quoque paratum, uti ex *lixivio dipſaci*, & aliis, leguntur quandoque curati hydropici: *Wedelius.* Sic noviſſimè Illuſtriſſima Matrona Sabauda octogenaria, hydropica curata eſt, Cura Clar. D. D. *Crameri* Medici Genevenſis, uſu præſertim lixivii ex *vino albo* parati, & *cineribus juniperi* & geniſtæ. De ſale vel cineribus Bufonum, vide infra §. *Cerotum ex Bufonibus*) *Tinctura tartari ſimplex & comp.*

74. *Vinum per cinerem*) In ſpecie *Alkalia* ſunt, quæ pro uſu diuretico hydropicis propinantur, & quidem in *Hydrope anaſareâ*, magis *fixa*, in ea verò quæ ad Aſcitem propius accedit, aut in qua urina intensè tincta & lixivialis apparet, *volatilia*; Fixa iſta ſunt *ſalia lixivialia, ſarmentorum vitium, juniperi, geniſt. ſtip. fabar. abſynth. fimi columb.* &c. Hæc ipſa diluuntur in vino, & ita ſub formâ lixivii propinantur, v. g.

℞. *Salis ſarment. vitium, fimi columb. juniper.* āā. ʒi. *infunde in vini Rhenani* unc. vi. m. de quo hauriatur.

Sed adduntur interdum aromata, ut melius firmetur tonus ſtomachi. Vel

℞. *Ciner. geniſta ad albedinem, calcinater.* ℥iv. *ponantur in vaſe vitreo ad digeſtionem, cum* ℔ii. *vini albi per aliquot horas. Colentur, Doſis* ℥vi. *ad* ℥viii. *bis in die.*

Pertinet huc *Lixivium Bened. Mynſichti*, Vel, quod fuit experimentum *Ellenbergeri.*

℞. *Ciner. tamariſc. junip. vitis, ſalicis, geniſta*, āā. m. ß. Radicum *vincetox. valeriana*, āā. ℥ii. *urtica* ℥ß. *angel. helen.* āā ʒii. *ireos noſtr.* ʒii. *liquir.* ʒi. *baccar. junip.* ʒii. *ms. Hiſce infundatur vinum, vel āā. aqua & aceto & de colaturâ poſt infuſionem crebrius bibatur.*

Modo laudatus Practicus, *lixivio ex ciner. ſtip. fabar. &c.* vetulam curavit Hydropicam, quæ poſtea quatuor adhoc liberos peperit. *Etmuller.*

75. *Juniperi*) Diuretica inter, excellunt in ſpecie *Juniperina*, cujus *Rob* ſimul egregium alteratiuum exiſtit, hinc *malvaticum juniperinum*, miſtum cum *tincturâ nephriticâ*, egregie prodeſt, v. g.

℞. *Malvat. juniper.* ℥iv. *tinctura nephrit.* aut hujus loco, *ſpiritus carminat.* ʒi. Miſce doſis *cochlear.* i. vel ii.

Sanè *Decoctum ligni Junip.* longè magis appropriatum remedium exiſtimo præſertim in Anaſarcâ, quàm *decoct. ligni Guajaci & ſaſſafras.* Vnde & Decoctum *baccar. junip. in vino generoſo.* experimentum eſt *Rulandi*, quo ipſo per ſudorem & urinam hydropem curavit. *Etmuller.*

76. *Millepedum*) Ex *animalibus, Cantharides, vel cicada, aut Grylli*, ſi in furno in *cineres* urantur, & de pulvere ℈i. cum *aquâ vel ſyrupo* convenienti detur, vel *lacte*, potenter urinas ducunt: Poteſt addi *gummi ceraſorum*, vel *prunorum*, ut minus exulcetent. *Platerus.*

77. *Arcanum ſalis nitri*) Ex Claud. Deodati Panth. Hygiaſt. ad ſtuporem hydropicos dicitur curare.

78. *Addito ſpiritu cinnamomi &c.*) Nam quæcunque & fundunt ſanguinem, & dilatant excitato calore, poros, illa ſunt diuretica; Id præſtant ſalia maritata & immerſa ſolphuri; ut acria, oleoſa, aërea. Sic *roſmarinus* eſt diureticum egregium; inter infuſa antihydropica, Sic *chamom. Rom.* ejuſque decoctum triplicatum, ad ductum. *S. Pauli, bacca junip. ſemin. dauci*, hinc inter lithontriptica & antihydropica militant; *Succinum album prepar.* potenter pellit urinam. *Wedelius.*

79. *Spiritus ſilicum*) Et alii ſpiritus, ut *ſalis, aperitivus Penoti, Ludovici, ex tartaro & vitriolo, tartari, vitrioli, clyſſus antimonii ſulphuratus, & tartareus, Tinctura aperitiva Mœbii*, Ex fortioribus *ſpir. ſalis compoſ. Mixtura antihydropica, ex ſpiritu cochlearia, tartari & nitri, Wedelius.*

80. *Tartaro*) Ex hoc *Tinctura tartari acris, terra foliata tartari, Tinctura martis tartariſ.* Ludovici, *Tinctura vitrioli martis*, Zvvelferi, *Spiritus tartari*, probè rectificatus, ac ſimilia, *ſal tartari &c.* polychreſta ſunt, & tanquam digeſtiva purgantibus præmittenda, optimè conveniunt. *Etmuller.*

81. *Quem apud curioſiſſimum &c.*) *Tartarus vitriolatus lunaris*, fit è ſolutione *luna in ſpirit. nitri. & deſtillato oleo tartari*; Aut *lamina Luna cum tartaro vitriolato*, facto S. S. S. reducantur in pulverem viridiuſculum: Inſigne eſt antihydropicum, quo cum *ſpiritu ardente Saturni*, elici poteſt *tinctura.*

82. *Sal prunella*) Item unicè laudanda *nitroſa omnia, arcanum duplicatum*, viâ ſiccâ & humidâ paratum, ſummum in hydrope & urinæ, ac ſeri *ϰατ'* arcanum, & huic congener *nitrum vitriolat. minus, nitrum antimoniatum, ammoniacale.* Wedelius.

83. *Lixivium ex cineribus*) Quod ſuccedaneum eſt ſalium inferius recenſendorum, in tenuioris fortunæ hydropicis, quibus dictarum plantarum præſcribuntur, illis ut hos ſacculis comprehendant, ac cereviſiæ immittant, infuſumque hoc aſſiduè bibant, (potus enim innocens non ſolum, ſed & ſaluberrimus redditur, ut tuò tantum potare, quantum allubeſcat poſſint) imponendum eſt: D. D. *Paulus Marquardus, cineres ſummit. juniperi*, prædicto modo in cereviſiâ pro egenis; ditioribus verò in vino per infuſionem uſurpandos, cum feliciſſimæ efficaciæ fructu commeodavit. *Chr. Langius p. 403.*

Mercatorem Genevenſem, nomine *Machon*, ad tempus aliquod hydrope liberatum novi, uſu lixivii ex *cineribus juniper. in vino facti*; Id incommodi remedium ſequutum eſt, quod perpetuò trepidaret, nec pedibus, conſiſtere poſſet, quaſi per calentiſſimam arenam, aut cineres excalefactos, ipſi deambulandum foret.

83. *Lixivium ex cineribus*) *Lixivia* præparata ex fabar. ſtipitum, vel *juniper. ramor. ciner.* per exſiccationem omnimodam in furno factis, per tranſcolationem frequentem, vel macerationem diurinam aquæ, bibita aliquoties, plurimum ſæpe profuerunt, Aliquique cum dio nihil aliud bibiſſent, horum, ſed tunc magis dilutorum uſu fuerunt reſtituti: Probatur & ex *cineribus geniſta* factum: Item *hedera* & inprimis ligni *dulcamara & gratiola.* Efficacius penetrabit ex vino factum lixivium, ſimplici aut diluto: Vel ſi *cineres* horum in nodulum ligati, vino immergantur. Magis proderit ſi cineres, non ex penitus combuſtis plantis, ſed in furno euſque exſiccatis, donec in cineres redigantur, colligantur. Ego in aliquot *Hydrope Aſcite* laborantibus, in quibuſdam jam magno tumore ſcroti & virgæ orto,

multum

multum præſtiti lixivio ſequenti modo parato.

℞. *Ciner. ſarment. vitis, ſtipit. ſabarum, cortic. dulcamaræ, cortic. aquifol. ſurculor. junip. omnium in furno, aut igne repercuſſionis ſine flammâ combuſtorum, circiter ãã m. j. affundatur aquæ fontanæ menſura j.* hæc toties per hoſce cineres, donec lentorem aliquem acquirat, & lixivium fiat parùm glabrum, transfondatur, hoc poſtea cum *quartario ſemis ſacchari albiſſ.* modicè coquatur, & deſpumetur, & ubi refrixerit, aromaticus ei ſapor conciliétur, affusâ *aquâ cinnamomi* ℥j. De hoc bibat æger manè & veſperi, horâ unâ ante, aut poſt cœnam, ab ℥iii. ad ℥iv. Hęc quoque Lixivia, in *Salia* coctione redacta, probant Chymici, illiſque uti malunt, inprimis *ſale abſinthii, juniperino, gratiolæ, ebulino.* Platerus.

84. *Aliud ex floribus geniſta*) Ex Diureticorum familiâ, (licèt quamplurima in Medicorum ſcriptis, magni ſint nominis, efficaciſſima tamen, ne dicam ſola) mihi Videntur ea, quæ *è ſalibus lixivialibus* fiunt, neque quicquam refert, è quorum vegetabilium genere cineres parantur, Quandoquidem verò vix aliud vegetabile *geniſta* ſit parabilius, & in hoc morbo bene audiat, ego utplurimum cinerum ejus in *vini Rhenani* ℔iv. frigidè infundi jubeo, addendo *folior. abſynthii vulgaris pug.* j. alterumve, liquoris per filtrationem colari unc. iv. manè, horâ v. pomeridianâ, & ſerò ægro jugiter hauriendas impero, uſque dum tumor evanuerit; Quo ſolo remedio hydropes pro deploratis habitos curatos vidimus, quorum craſis debilior, Purgantibus ferendis non fuit. *Sydenham.*

85. *Extra*) Pro certo accepi ventrem hydropicorum citò detumeſcere, Emplaſt. continuo uſu ex *polentâ cum milii rubri farinâ*, ex vino vel lixivio facta. *Prevotius Secr. p. 95.*

Hoc à me præclarè expertum eſt.

℞. *Succi thymelaa, chamalea, cyclam. braſſica mar.* ãã ℥ii. *aſari, ſpica, nard. ſchœnanth. ſemin. apii, petroſel. rutæ, agni c.* ãã ʒi. *far. lupin. cicer. rubr.* ãã ℥iß. *cum cerâ f. Ungu.* quo ungatur umbilicus, regio veſicæ & perinæi. *Rondeletius.*

Curavi ſæpè hydropicos, applicando ſupra ventrem *ſtercus vaccinum* calidum ſupra tumorem. *Joh. David Rulandus Pharm. Nova.*

Validiſſimus eſt *acervus frumenti* fervidus, ſi in hoc patientes imponantur. *H. Saxonia.*

85. *Extra applicatur*) Dum remedia interna celebrantur, externa etiam adminiſtranda ſunt, Illa enim non parùm conferunt, ad ventris tumorem diſcutiendum: Ad hanc rem componuntur *Fomenta, (quid de horum uſu ſentiat Willis* vide §. *Fomenta*) Sacculi, Unguenta, cataplaſmata, & Emplaſtra, E. g.

℞. *Rad. alth. lilior. cyperi. cortic. rad. cappar. Mediani fraxini, tamar. ebuli & ſerpent. maj.* ãã ℥iii. *folior. abſinth. agrimon. majoran, origani, calam. pulegii, rutæ, chamadr. chamæp. abrotani, ſambuc.* ãã *m. j. ſemin. petroſ. aniſi, cumin.* ãã ℥j. *flor. chamom. melilot. geniſta* ãã *p.* iii. *ſpicæ n. ſchœnanth.* unc. *moſch. caryoph. cinnam.* ãã unc. ß. *ſalis alumin.* ℔ß. *f. omnium decoctio in lixivio facto ex cineribus quercus, vel ſarmentorum. quâ foveatur totus venter calidè, ante cibum, cum ſpongiis eâ imbutis & expreſſis.* Vel

℞. *Urina pueri mundi* ℔iv. *ſalis prunella* unc. ĩĩ. *bulliant ad tertia partis conſumptionem pro Fotu.*

Aquapendens aquam calcis prædicat, in quâ ſpongiam novam, quæ totum abdomen comprehendat, exprimit, eamque alligat; Sic enim aquas hydropicorum inſenſibiliter abſumi, & frigidam humidamque viſcerum intemperiem tolli, lienem induratum aliquando ſanari aſſerit.

Claudinus verò *in aquâ thermali ſalsâ nitrosâ aut ſulphureâ*, calcem extinguit, eodemque modo adhibet, ſæpe permutans.

Sacculi parari poſſunt, ex materiâ prioris fomenti, in vino albo decoqui, & calidè ventri admoveri; Poſt Fotum *Linitur* venter *ol. aneth. rutac. irino, cum* pulvere *ammon. galanga, aneth. baccar. lauri & ſimilibus:* Inunctio *ex oleo ſcorp. matth. cum pauco oleo roriſmar.* utiliſſima eſt.

Poſt Linimenta, vel etiam iis omiſſis, *Cataplaſmata* vel *Emplaſtra* admoveri poterunt, Sequens optimum.

℞. *Rad. Cucum. agr. optimè contuſa & in aceto ſcill. per horas* xxiv. *macerat.* ℔i. *mellis deſpum.* ℔ii. *m. bulliant ad ceram conſiſtentiam; in fine adde cumin. pulv ſubtil.* ℥iv. *f. Empl. abdomini applicandum, ſingulis diebus renovandum.*

℞. *Stercoris bovini recent.* ℔i. *ſulph. vivi, ſemin. cumin. pulver.* ãã ʒii. *ſapa vel urina pueri q. ſ. fiat cataplaſma.*

Cataplaſma ex *raphanis contuſis umbilico & lumbis admotum*, alvum & urinas movet. *Galenus* commendat Cataplaſma *ex cochleis cum ſuis teſtis contuſis*, quod ventri admotum ibidem detinendum eſt, donec ſpontè cadat, aquas hydropicorum potenter abſumit.

In *Emplaſtri* formam redactum tale componitur à *Valeriola.*

℞. *Stercor. Vaccini* ℔i. *ſtercoris capr.* ℔ß. *bulliant ſimul in aceto fortiſſimo, & in mortario contundantur, addendo ſulphur. vivi* ℥iii. *alum.* ℥i. *ſuccor. thymelaa & ebuli recent. extract.* ãã ℥iii. *far. lupinor. & Orobi* ãã unc. ii. *pulv. ſoldan. quart.* j. *aniſi, marathri, cumin.* ãã ʒii. *ſalis comm. torrefacti* ℥iij *terebinth.* unc. iv. *picis navalis* unc. vi. *m. f. Emplaſtrum.* Riverius.

85. *Extra applicatur*) *Bufo ſylveſtris*, ſi per ventrem ſcinditur, & ſuper renes hydropici ligatur, aquoſitatem per vias urinæ, quæ in Aſcite ſuperabundat, mirabiliter educit, experimento *Wieri.* Nonnulli ſecreto remedio, hydropicorum aquas, *Colubri aquatici lapide ventri alligato ſenſim* abſumunt. Inſuper *vituli marini pelle*, aquam corpori ſuffuſam, *Hermolaus Barbarus* tolli, prodidit.

Ex bufonibus) Obſervatione dignum, quòd ſibi experientiâ compertum eſſe teſtantur *Varignana & Wierus, Bufonem ſylveſtrem*, qui in nemoribus reperitur, per ventrem ſectum, & renibus adligatum, aquas hydropicorum per urinas educere, & cùm ampliùs vacuare volumus, applicationem eſſe renovandam, *Petræus* refert ejuſdem Bufonis pulverem in clibano ſiccatum & *calcinatum* ʒß. pondere in vino, vel alio liquore propinatum, per urinas hydropem mirificè expellere; Cujus experimenti inventor, mortis accelerationem ex eo quærens, inſperato convaluit.

85. *Extra*) *Stupha*, ſeu *Balneum ſiccum*, corporis inferioris ſedis, vel pedum ſolùm, validè ſiccat, humoreſque per ſudores ſimul educit; idque validius, ſi ſuffitu decocti alicujus in labro poſiti, extinctis ſilicibus excitata calefiant, cui ramos *laureola* aliqui ſe cum ſucceſſu addidiſſe, profitentur.

Vapor ſeu *Suffitus*, qui à *ſcoriâ* vel *ſilicibus*, vel *marcaſitâ* ignitis, in aceto forti immerſis, & extinctis, vel *aceto* hiſce, uti & lapidi molari infuſo, excitatur, idem potentiùs aget, ſi *ebulus* aliave illi incocta prius fuerint: *Fumus* ſi in *ſtuphâ* excitetur, accenſo *aſphalto* duriſſimo, ſeu *gagate lapide*, idem facit.

Immergatur & velut ſepeliatur corporis nudi pars media inferior, tumeſcens in *arena à ſole* vel *arte* calefacta, *marina* magis exſiccabit, unde & *Dioſcorides*, hoc in littore maris, fieri jubet. Idem faciet *arena* ſale conſperſa, vel *cineribus.*

Soli *cineres* à combuſtione *lignorum* & *herbarum ſiccantium*, magis operabuntur.

In *Frumenti acervo*, vel *furfurum*, aut *Vinaceorum*, tumulo calido inſeſſus.

Sacculi *arenâ*, aut *cineribus*, aut *ſale toſto* impleti, calefacti ventri & pedibus applicantur; additis *herbis ſiccantibus ſeminibus calidis, major. minor.*

Emplaſtra, Cataplaſmata, Inunctiones, diverſimodè *ventri & pedibus tumentibus*, & ſcroto interdum, ſi illud aquâ plenum ſit, apponuntur ad aquas abſumendas, miſcendo viſceribus accommodata, Ex ſimplicioribus, *raphani radix*, vel *acori*, item *lepidium* contuſa, cruda vel cocta, cum *aceto* forti ventri adhibentur, admiſtis ſemin. *naſturtii* vel *ſinapi* ad augendam vim.

Bulbos cum *melle* & *pipere* tritos & admotos.

Amurcam in *villoſâ pelle* perunctam, probat *Dioſc.*

Cucum. aſin. radix contuſa, & per xxiv. horas in *aceto ſcillitico* macerata, additâ mellis duplâ quantitate, ſi coquatur parùm, addito *p j. ſemin. cymin.* ſingulare eſt remedium.

Stercus imprimis *caprinum*, dein & *vaccinum*, ventri & pedibus admota juvant; quibus & *columbinum* addi poteſt, vel *gallinaceum*, Vel ſimpliciter applicantur, vel miſta aut cocta prius cum *urina pueri*, vel *capræ*, vel *lixivio*, Aliàs *cum vino* vel *aceto*, *oxymel. ſimpl.* aut *ſcill.* adde ſi vis, *ſulphur. nitrum, Sal.* Vel

℞. *Stercor. capr. vel vacc. parùm exiccati, empl. de baccis lauri* āā. ℔ß. *cin. cochl. terr. vel alior. teſtac.* unc. ß. *aceti, mell. q. ſ. f. Empl.*

Aliud à quibuſdam probatum.

℞. *Stercor. columb. vini opt.* āā. lb. i. *aceti unc.* iii. *ſucci ebul. & iridis* āā. unc. ii. *mellis* unc. iii. *ſulph. vivi* unc. i. *ſalis vel nitri* unc. ß. *far fab. vel lupinor.* unc. iß. *coqu ad ſpiſſitudinem, addendo circa finem, baccar. lauri* unc. j. *ſem. cymin.* unc. ß. *ſem. naſturt. rad. cyperi, enula*, āā. ℥ii. *flor. chamom aneth.* āā. p. ß. *tereb. q. ſ. f. Catapl.*

Cochlearum terr. ſeu *limacum caro* contuſa applicata, valdè convenit, cui *opercula* addere jubet *Dioſcor.* quod ut commodiùs fiat, in pulverem prius redigi debent, quod facilius fit cum friabilia ſint, Si *teſtas* etiam admiſcere velis, priùs in cineres redigantur, cum ægrè contundantur: *Mucus* quoque *cochlearum* convenit: Huic carni ſic contuſæ, ſi *ſtercoris caprin.* vel vaccini, æqua pars addatur, utilius fiet Empl.

Viſcerum internorum causâ, adde *Maſtichen, ſpicam, ſchœnanth. aſarum.*

Succis quibuſdam, ſi venter illinatur, vel emplaſtretur, aquæ ab eo hauriuntur: Efficaciſſimi ſunt *cyclam. ſerpentaria, ari, Cucum. agr. mezeras, thymel. chamalaa, laureola, lathyrid. ſoldanela*; mitiores ſunt *ebuli, ſambuc. irid. ariſtol. aſari, mercurial*, *Hi ſoli permiſti* excipiuntur *far. fabar.* vel *lupinor.* vel *orobi*, additâ *ſpicâ, ſchœnanth.* aſaro, formâ Catapl. admovendo.

℞. *Pulv. ſcammon.* ℥iß. *Colocynth.* ℥i. *euphorb.* ℥ii. *pulv. rad. cyclam.* ℥iii. *coque cum melle*, fit Ungu. efficaciſſimum. Ut viſceribus hæc accommodentur, poteſt portio *ſucci abſinthii* addi, vel *ſantala, ſpica, ſpec. dialacc. diacurc.* totique abdomini apponere.

Uſitata *Unguenta* ſunt *Artanita*, ſeu de *cyclam.* dictum *Meſue*, efficaciſſimum.

Eſt & aliud de *Artanitâ minus*, cum ſpleni induruit maximè conveniens.

Aregon idem facit: *Agrippa Ungu Nic.*

In Veſicæ regionem, circa pectinem applicationes & inunctiones pertingentes, urinam ſimul movendo, etiam prodeſſunt; Et privatim ad eam movendam adhiberi poſſunt, quæ in illius ſuppreſſione valent; Valet *Fotus ex decocto allii & ſucco pedis columb. cum urinâ pueri.*

Inunctio ex *Oleo ſcorpion. Podici* quidam remedii aadhiberi volunt, ut inde virtus ad abdomen perveniens, in eo fortè aquam abſumat; Quod commodius præſtabitur ſi *vapor*, aut *ſuffitus*, quibus *venter & pedes* ſuffumigantur, etiam podice excipiatur: *Fotus podicis*, vel *Inunctio* ex *aquâ vita*, cui parum *olei de euphorb.* vel de *caſtor. & ſuccus irid.* admiſta ſint, addendo ſi orant *butyrum*, vel *ol. commune.* Platerus.

84. *Extra applicatur abdomini*) Topica, quantum ego obſervare potui, nihil egregium in hoc morbo præſtiterunt unquam. Ea ſaltem minus nocuere quæ in formâ ſive Cataplaſmatis, ſive Linimenti abdomini, ad tumorem diſcutiendum fuerint applicata, Neque tamen video, quo pacto aquæ poſſint diſcuti: Verum & alia ſunt à nonnullis remediorum locò præſcripta, quæ ita non proſunt, ut etiam obſint plurimùm, Hujuſmodi ſunt Ungu. è catharticis fortioribus confecta, atque abdomini adhibita, *Veſicatoria* item Cruribus & tibiis ſuperimpoſita, ubi cutis in magnam molem fuerit protenſa, ad aquas ſcilicet hoc pacto educendas; Utrumque hoc genus medicationis eſt periculoſum; Cum à primo vis ſimplicium cathartica, ita penitus nonnunquam muſculis ac membranis impingatur, ut excitetur hypercatharſis, nulla remediorum ope unquam ſiſtenda; *Sydenham*. De *veſicatoriis* vide inferius.

85. *Extra applicantur abdomini*) Abdomini, ut & ſcroto tumefacto, vel labiis vulvæ nimis tumentibus, varia Externa applicanda. In leviori malo herba *chelidon. maj.* aut etiam *Geranium Robertianum* contuſa & plantis pedum alligata, ſingulari experimento multas ſeroſitates elicere dicuntur; *Petroſelinum* recens contuſum, & ſcroto applicatum, conducere obſervatum. In genere vel *aromatica attenuantia & diſcutientia*, vel *ſalina reſolventia* proficua ſunt: Parantur ferè ex *foliis ſambuci, ebuli, chamom. fol. lauri, rad. cucumer. aſinini, bryon abſynth. baccar. lauri, & junip. ſemin. carmin. & ſimil.*

Omnium optima ſunt *animalium ſtercora*, in ſpecie *caprinum*, hinc *columbinum*: *Humanum* quidam præferunt, ſed applicatum nimis fetirnares: Sanè *ſtercus caprillum* cum urinâ propriâ ſubactum, & cataplaſma inſtar abdomini inſtratum, conducit, His ſuccedit *aqua calcis viva*, ſingularis in humoribus ſeroſis, ſi ſpongia hac ipſâ ebria, abdomini applicetur.

Aliàs locum invenit Inunctio partium tumentium cum *ſpiritu juniperi*, addendo parùm *olei carvi*, Alii *Olea buſonum, ſcorpion. juniperi, laurin*, ſimiliter abdomini illinunt. *Etmuller.*

87. *Abdominis Fomentum*) Quod nonnulli Fotus & Linimenta, ventris tumidi aqualiculo applicanda, & Balneationem præſcribunt, laborantibus ferè ſemper in deterius cedit, nam præter febricitationem, cephalalgiam, vertiginem, ſpirituum deliquia, aliaque cerebri & cordis mala ſymptomata, ita ſæpiſſimè excitata, etiam venter exinde plus intumeſcit, in quantùm ſanguis agitatus & fuſus, ſerum ibidem ampliùs deponit, quinimò & vaſorum ora, proinde magis laxantur & aperiuntur, ut aquæ è maſsâ ſanguineâ abſcedere aptas, pronùs eſtillent. *Willis.*

88. *Cerotum ex Bufonibus*) Romæ marito aſcite diutius excruciato, pulverem bufonis uſti, ut veneno tolleretur, ſumptuum pertæſa uxor exhibuit, unde copioſum hic lotium reddidit; Hinc ipſa denuo eundem propinat pulverem, ut citiùs ærumnoſam ſumptuoſamque vitam, cum ſubitâ commutaret morte, qui ab uberiore aquâ confeſtim per veſicam exoneratus, præter conjugis expectationem convaluit: *Wierus obſerv. pagin. 8.* Citante *Helmontio*, commendant authores aliquot *bufones vivos* utrioque renibus alligatos, pro ſolvendo hydropico per lotium.

88. *Cerotum ex Bufonibus*) Addit *Riverius* ſucci ebuli lb. iij. & in ollâ lutatâ coquit.

89. *Cerotum*) Emplaſtra nonnunquam in Aſcite juvamen conferunt, Illa tamen ejuſmodi ſint, quæ virtute quadam reſtrictivâ & confortativâ, viſcera corroborant, & vaſorum ora, ne ſeroſitates exſpuant nimis, conſtringunt: In hunc finem *Empl. diaſaponis*, ſæpe cum fructu ventri tumido applicare ſoleo. Vel

℞. *Empl.*

℞. *Empl. de minio, Paracelſi ãã q.ſ.f. Empl. abdomini opp ſcandum.* Willis.

88. *Cerotum.*) Experientiâ non ſolùm meâ, ſed & aliorum comprobatum eſt, mirabileque inveni.

℞. *Ceræ, picis nav.* ãã. ℥ij. *alumin. ſulph. bitum. nitri* ãã. ℥ß. *terebinth.* ℥ß. *olei antiqui* ℥iv. *aceti* q.ſ.m.f. cerotum. *Crato.*

89. *Sudoriferis & exſiccantibus.*) Sudoriferis ſuas laudes in ſanando hydrope, nequaquam denegandas eſſe, exemplum hoc ante paucos annos nobis obſervatum, confirmat: Ruſticus pauper hydropico malo quaſi deſperate laborabat, is quum unicè in deſiderio haberet, & vehementius duntaxat ſudare liceret, exinde non incertum ſibi pollicendo levamen, fortè animadvertebat, vicinum panibus piſiſtrandis occupatum, & propterea in hoc probè calefacto clibano ſe conſtituium, avidè exorabat; poſtquam negotium hoc furnarium vicinus expediverat, atque hinc diſceſſerat, ille ex caſâ prorependo, ſe totum furno illi tolerabiliter fervido, cum veſtibus immiſit, capite duntaxat excepto, & foramine clibani linteis benè munito, ne aër frigidus irrueret; Indulgens per trihorium ſudori effuſiſſimo, ita vt animi deliquium immineret, ſemimortuus quaſi, ſed onere aquoſo tamen liberatus fuit extractus, lectoque exutis veſtimentis, quæ undequaque madidiſſima erant, impoſitus; intra paucos dies convaluit, & adhuc in vivis ſine vllo veſtigio hydropis exiſtit.

Vt itaque per ſudorem confeſtim provocatum, cauſa materialis huius ærumnæ oppidò ſic ſublata, & infauſta aqua hæc deſiccata fuit, etiam ſuffitus ille confortativus, que panes in furno cocti reliquerant, hic ſicco pede prætereundus non eſt, vtpote qui apertis per ſudorem poris, libero paſſu ſe penetrare, ſpiritus vitales, (cum quibus immediatum contactum ſervant odores,) egregiè confortare, ac per conſequens ſamelica membra reficere, aut balſamico velut nutrimento ſuo præſtabiliter recreare, h. e. vitam citò attingere, & in ea puritatem, ſuavitatemque præparare, ſic potuit. *Chriſt. Langius Path. p. 402.*

89. *Sudorifera*) Inter evacuantia remedia, huic affectui proficua, recenſentur Sudorifica, quæ vt in Anaſarcâ perpetuò proſunt, ſic in Tympanite & Aſcite aliquando nocent; Si nempe heparis ſiccitas, vt non rarò fit, morbo originem dederit; Adde quòd in hydropicis ſudorem elicere, vt plurimùm impoſſibile eſt: Si tamen illa hepatis ſiccitas abfuerit, Sudorifica in omni ſpecie hydropis convenire poſſunt, præcipuè in declinatione morbi, ad ſeroſi humoris reliquias, per habitum diſcutiendas: *Riverius ex Enchir. med Pract.*

Diaphoretica, licèt in Anaſarcâ potiſſimè, in Aſcite tamen aut nullius, aut rarioris uſus exiſtunt, quippe adhibita intempeſtivè, ſine vllo juvamine, magnam ſæpe ægro noxam afferunt, quatenus nimirùm ſanguinē excalefacientes, aquas in ventris cavitate fluctuantes, æſtuari & velut ebullire faciunt, propterea vt ſpiritus & humores à vaporibus exinde elevatis, valdè perturbentur; adeoque functionum omnium inordinatio conſequatur, ipſaque viſcera velut elixata plurimùm lædantur: Porrò à diaphœreſi ita perperam inſtitutâ, ſerum in fuſionem & ſui præcipitationem coactus, ipſum amplius in Aſcitis nidum deponit. *Willis.*

Ea quæ per ſudores fit evacuatio, cùm ſerum in habitu corporis contentum, in pedibus præſertim nonnunquam à ſuperioribus ſedibus educant, in Aſciticis quoque conveniens, ſed per vim eos educere velle, incommodum, nonnunquam & noxium, cùm ſi in lecto hoc fiat, exhibitis ſudorificis, actualique adhibito calore, ægri decubitum ob dyſpnœam, citra ſuffocationis periculum diu ibi ſerre nequeant; & ſi in ſtuphâ teneatur, admodum debilitentur atque ampliùs accendantur; Itaque niſi ſponte erumpant & in declinatione morbi crurum tumoris causâ inſurpentur, non temerè ad ſudores, ſunt adigendi; Quòd ſi verò ad eos proni ſint, & erecti quoque ſudare poſſint, propinentur ea, quæ in leucophlegmatia ſudores provocare docentur; Quæ etſi ſudores non moveant, tamen quia per urinas ſimul operantur, ſic juvare poterunt. *Platerus.*

89. Diaphoretica in Hydrope improportionatum quidem videntur remedium, ob maiorem ſeri extravaſati copiam, & quòd ſudor difficiliùs ferè ex hydropicis eliciatur, attamen & illa vim attenuandi diſſlandique lympham in hoc morbo exerunt eximiè, & naturæ monſtrant viam aliam; Quin ea ipſa quandoque huc inclinatione quadam fertur vti ſudore ſpontaneo guttatim poros tumeſcente curatum aliquoties memorat hydropicum. *Bartholetus c. 3. hiſt. 23.*

Proſunt in Aſcite fœnerando halituoſitatem lymphæ torpidæ; Proſunt in Anaſarcâ, vbi in habitu corporis magis eſt vitium, & ſpecialius eadem indicat; Proſunt enim in Tympanite, ſunt enim ſimul carminativa, & diureticis ipſis ſymbolizantia. *Wedel. Diſſ. de Hydrope.*

89. *Sudoriferis.*) *Quæ præſertim ex uſu videntur, cùm à ſudoribus ſuppreſſis ſero exitus denegatus eſt.* Verùm eum tunc per urinam ſerum retentum evacuari poſſit, hæc niſi alia concurrat cauſa, ſola eſſe minimè poterit. *Platerus.*

89. *Sudoriferis.*) Dum acte iſtud contentum acido ſalſum, (Vide §. *Quamvis frigidus ſit multas partes ſalſas continet,*) indeque à membranoſis partibus, v.g. cute peritonæo, &c. concludimus, vix fieri poterit, quin ab eodem *vellicentur & irritentur* plus minùs *fibræ*, illarum partium, quà occaſione illæ tendi, & quaſi ſpaſmo affectæ obrigeſcere plus minùs incipiunt, quo ipſo occludi poros & anguſtari quoſvis cæteros meatus contingit, adeo vt non tantùm inſenſibilis tranſpiratio; & ſenſibilis tranſſudatio, eò magis impediatur, ſed & tenſis hoc modo fibris, & membranis renalibus, etiam uberior urinæ excretio, eò magis ſiſtatur. Aliàs ſanè non video, quare *tam parùm tranſpirent aut ſudent hydropici*, aut ſaltim guttarum formâ, non copioſius aliquid tranſmittant, per cutim, niſi hæc priùs in puſtulas eroſa fuerit, aut alio modo fibris læſis tranſitus aquis pateſcat. *Etmuller.*

89. *Sudoriferis & exſiccantibus.*) Nec pauco nimis, nec copioſo nimis ſero debentur ſudorifera: Illo enim caſu ſanguis iamdum ſpiſſior, ipſoque orbatus eſt, vt in gracilioribus, bilioſis, ſenibus, maniacis ſqualidis, ad maraſmum & phthiſin inclinantibus: Hoc verò improportionatum eſt remedium, extravaſato eodem cum primis, & in *cachecticis & hydropicis*: magis hic habent locum ſudationes particulares, pedum v. g. monſtrat hoc & ipſa natura, vt in *hydropicis*, adde & infantibus aridurâ laborantibus, ex glandulis inteſtinalibus obſtructis, ſuperiora exarent, venter tumeſcit: *Wedelius A.m.m.p. 354.*

90. *Habentque hic locum.*) Sine manifeſtâ evacuatione, *Antimonium diaphoreticum, cum ſale petræ ad albedinem* calcinatum; ac multò efficacius diaphoreticum, ex *butyro* antimonij paratum, omnes ſpecies hydropis curat. *Riverius.*

90. *Habentque hic locum.*) *Valeriola* refert à ſe curatum Aſciticum, decocto ligni S. per xl. dies exhibito. Vtile autem erit decoctum cum *aquâ chalybeatâ & vini albi* portione componere: Chymici commendant *Antimonium diaphoreticum. M. Rulandus.* Sudorificum parat ex *baccis iuniperi*, quæ, cùm urinas etiam movendi vim non exiguam habeant, utraque ratione plurimùm prodeſſe poterunt.

℞. *Granor. iunip. contuſor. m. iij. vini generoſi q.ſ. coq. ad medias, dentur ℥vj. ſingulis diebus manè, corpuſque optimè tegatur.*

In Aſcite ſudor cum *fol ebuli* ſequenti modo provocatus & elicitus, multùm detumeſcere facit & evacuat, Bona quantitas *fol. ebuli* in ahenos abſque vllo liquore affuſo, ſine aduſtione fixorum, & bene coctorum, ſug

per lędere, culcitra infarcta & interſuta extendatur, quibus incubans patiens, bene tectus tandem ſudet, quamdiu vires ferunt: qui quo diutiùs ſudorem perferre poſſit, inter ſudandum refocillari confortantibus poteſt. *Platerus.*

Laudanda ex ſudoriferis *Antimonium diaph. bezoardic. minerale*, quod *Helmontius* omnem hydropem modeſtè tollere, citra metum recidivæ aſſerit: *Bezoart martiale, c. c. Philoſoph. cocchia præpar. lapid. 69. præpar. cinnabar. nativa & antimon. ſal ſuccini volat. tinctura bezoart m. s. chinæ infuſum Sala par. eſſentiâ ligni, rob. ſambuc. ebuli*, quod *ἀξιόχρεων* eſt egregium, *theriaca Androm.* Wedelius.

Habentque hic locum.

[92] *Radic. hirundin.* ℔ß. Per noctem in vino macerata & ad tertias cocta. manè calidè potu, hydropem ſudore copioſo mirè expellit. *Ioh. Wierus obſ. p. 72.*

[92] *Lapis ſerpentis.*) Inter reliqua aquam intercutaneum exhaurientia remedia, experientiâ comprobatus eſt *lapis ſerpentis*, qui hac ratione accipi poteſt. Capiatur *coluber aquaticus*, hujus cauda funiculo conſtringatur, ac ſuſpendatur, cuius capiti deorſum pendenti, pelvis aquâ plenâ ſubiiciatur, in quam ſerpens lapidem evomet, qui aquam in pelvi breviſſimè totam exſiccat, Hunc lapidem ventri tumenti alligari oportet, qui aquam intercutaneam citò abſumit. *Ioel Op. Tom. 1. p. 372.* Idem aſſerit *Hollerius.*

Narrant lapidem e *colubro aquat.* fune caudæ alligato & ſuſpenſo, vomitu in ſubiectam aquam eiectum tantarum virium eſſe ad aquam abſumendam, & eam in quam decidit. mox abſumat: Eum ſi ventri alligetur, aquam in eo quoque conſumere. *Platerus.*

II. [93] *Viſcerum* [94] *ne aqua iterum colligatur* [95] *roboratione* per medicamenta convenientia, quæ aliis ſemper vel addi vel interponi debent.

Valent [96] *intra* [97] *Trochiſci de abſinthio, Diacubebo* Paracelſi apud Hartmannum, aqua cinnamomi cochl. j.

[98] *Electuarium Cyphoides, conſerva abſinthij Pontici,* [99] *Mars antihydropicus* à gutt. IX. ad XII. in granorum juniperi decocto exhibitus [100] de quo apud Hartmannum.

[101] *Extra, unguentum* ex *oleo florum aurantiorum, roſarum* & *abſinthii: fomenta, ex comis abſinthij, cort. citri, roſis rubris, ligno aloës* &c. confecta.

III. [102] *Supervenientium conveniente ablatione.*

1. [103] Tumor *pedum* tollitur *foliis bardanæ, lixivio ex cineribus quercus* per linteum applicato, pulticula ex pane nigro, aceto & vino parata, quibus ſuperius allata remedia adde.

2. *Exulcerationi crurum* prodeſt, *unguentum* ex ſuccis, de tabaco ana dr. j. croci metallor. gr. VIII. paratum.

[104] 3. Sitim lenit *Spiritus nitri in vino granatorum* propinatus.

IV. *De cæteris nota* I. [105] Curatum hydropa, factaque ex imbre ſiccitas vt *Heraclitus Epheſius* dixit, ſola à potu abſtinentia, haberique hic & ibi exempla.

II. [106] *Curari &* [107] *per tranſplantationem*: tum *per urinam*, quæ veſicæ bubulæ infuſa, & in furno fumante aliquandiu ſuſpenſa, effundi debet, veſica in cloacam proiici: tum *per* [108] *ſanguinem* ex mediana ægri emiſſum, & teſtæ ovi artificiosè immiſſum, quod gallinæ per XIV. dies ſubiici, & poſt famelicæ exhibendum eſt: tum [109] *per ungues reſectos*, qui cancro vivo alligandi, cancer in profluentem proiiciendus.

III. [110] *Paracenteſin* [111] nunquam tentandam [112] niſi umbilicus promineat: prominere verò poteſt, ſi [113] cucurbitulas ſiccas cum multa flamma appoſueris, vel fomenta emollientia & attrahentia per octiduum applicaveris.

IV. [114] *Scrotum* tutius fotamine amplo cui canna argentea inſerenda ſecari, ſi eo natura aquas detruſerit.

V. *Crurum* [115] *ſcarificationem* eſſe dubiam, quia ob humoris ſalſi affluxum inflammatio, quandoque dolores & gangræna ſuperveniunt: [116] poſſe tamen, munitis unguento albo locis convenientibus, levem, & in qua vulnera ſuperficialia & ſatis diſtantia infligantur, admitti.

VI. Nec vel [117] *cauteria* vel *veſicatoria* ſive [118] in abdomine, ſive in cruribus ſupra talos [119] periculo carere, niſi fortè vires adhuc ſint vegetæ, & calor partium validus.

VII. [120] *Vmbilici compunctionem* faciliorem ferè & tutiorem, quia citra multarum partium ſolutionem fit, cum ſola ferè cutis perforetur, [121] dehiſcentibus vaſis umbilicalibus. Modum vide apud *Laurentium.*

VIII. [122] *Thermas* nihil in hydrope prodeſſe, niſi vel per ſudorem materiam continentem excludant, vel calorem naturalem foveant, ſi tumor augetur, ſtatim deſiſtendum eſt.

[93] *Viſcerum, ne aqua iterum colligatur, roboratione.*) Curatur omnis hydrops probè roborando hepar, & eiuſdem obſtructiones cunctas tollendo; Roboratur autem illud ſummoperè, ac reſeratur obſtructum, *eſſentia mercuriali*, mercurius enim in centro ſuo continet aquam, quæ cætera elementa continet, cuius ope omni ex parte hepar reficitur, ita vt ſi hæc habeatur aqua, alio haud opus ſit medicamēto. Hac ſi careat, admodum animi difficilis facta eſt, poterit uti antimonio noſtro purgativo; *Eſſentiâ etiam Iovis*, ad eoſdem uſus valet, vt & *oleum martis*. aperit enim omnes obſtructiones, ac hydropicorum aquas, in aquâ cōmuni ſumptum oppido ſiccat; *Oleum vitrioli* quoq; hepati roborando ſummè prodeſt; Item *aurum ſudorificum* valet multùm; quin & *mercurius laxativus*, hydropicorū aquas educit, eaſque ſiccat & hepar reficit: *Sal abſinth. Sal corallor.* & tinctura eorum, necnon omnes eſſentiæ metallicæ, hepati læſo valdè proſunt; ac proinde omnes hepatis ſpecies, his eſſentiis metallicis curari queunt, quod baſim fundamentum mercuriale habeant cuius ſolius vi hepar & lien omnino reſtaurantur. Eſt enim eſſentia mercurialis vitæ noſtræ fundamentum. *I. Petr. Faber Path. ſpag. c. 62.*

Sicuti *Hippocrates* monuit Naturam eſſe morborum medicatricem, ita etiam medici officium eſt, adiuvi-

et

ces illi porrigere manus, Hoc ipſum eſt, quod Author hîc nobis attendendum inſinuat, dum non ſolùm hepar, vel potiùs ejuſdem Archeum confortandum, & per conſequens omnium viſcerum naturalium, membrorumque præſides corroborandos ſuaſit, verùm etiam obſtructionem illorum, quàm celerrimè tollendam ſubinnuxit; Quo ipſo Scholaſticæ diſtinctioni, ac curioſitati, quâ nobis tam illa vitium debilitas, quæ à reſolutione calidi nativi ac humidi radicalis contingit, quàm iſta quoque; quæ ab aggravatione utrinſque, quam obſtructiones plerumque præſtant, dependet, repetenda venit, Auctor hic ſatisfecit, dum naturæ per reſolutionem labefactatæ confortantibus ſuccurrendum, & obſtructiones, quæ Naturam graviter obruunt, & valdè aggravando, ad inertias ſæpe redigunt, accelerato ſubſidio reſerandas ſuadet; Ergo, pergit, his commodè præmiſſis ulteriùs & utrumque ſcopum nos feliciter aſſequi poſſe, atque ſic quidem pollicetur, ſi ad mercuriale imperium provocemus, vt poſtea nullo alio auxilio indigeamus, vel alias medicaminum copias auxiliares advocare debeamus.

Effatum hoc dubio ſine ab *Helmontio* mutuum accepit *Author*, qui ita confert. Fateor ego quòd votis meis, (nimirùm in hydrope feliciter curando,) ſemper *mercurius* ille (prout Hermeticè præparatur, cuius difficilis admodum acquiſitio eſt, inventi tamen grana duo pro dozi ter quaterque exhibita ſufficiunt,) obſecundaverit: Et alibi is ipſe dicit, Remedium ex *mercurio* ſecuriſſimum, à *Paracelſo* deſcriptum, omnes Hydropis ſpecies oppidò ſanat, quòd ab eo *mercurius præcipitatus* vocatur.

Ne in defectu Aquæ huius glorioſæ penitùs deſeratur Hydropicus alia accreſcenda veniunt: Quod igitur *Antimonium* illud *præparatum*, ſeu *purgativum* Authoris noſtri concernit, quæ ab ipſo afferuntur, ad approbandum eius in hoc caſu uſum, excitare poterunt, modo hydropicus ad ultimam infirmitatem adhuc ſit redactus: Quid quòd à *Paracelſo* hic *mercurius vitæ*, (quem Author rectè *Antimonium præparatum* vocat, quia revera antimonij partus eſt,) omnia viſcera & organa non ſecus clarificare aſſerat, atque ſtibium purificare aurum alioqnin ſolet; Sanguinis enim purpurea aura, cuius ſerenitas ac puritas omnia lætificat membra, non immeritò microcoſmi vocabitur aurum, atque Solaris immunitas, quæ virtute huius antimonialis prolis, conſimiliter puritatis reſtitutæ beneficium, vel exaltationem potiùs accipit.

Ubi apprime notandum, quòd emeticum hoc hydropicis datum, rariſſimè vomitum concitet, quòd ſal copioſum in colluvie feroſâ, quâ hydropici tument, ſtabulans, vim emeticam corrigat, (vide *Sennertum*) ſicuti alioquin notum eſt, ratione ſalium ex emeticis & purgantibus optima diaphoretica fieri.

Olei ſeu *eſſentiæ* tam *martis* quàm *Jovis* vires, in profligandis vehementioribus aut contumacibus valdè morbis, notæ ſunt in reſeratione obſtructionum, & corroboratione viſcerum ſanguificationi deſtinatorum.

Ad hanc qnoque claſſem pertinet *oleum vitrioli*, præſertim *martis*, vel *veneris*, quod cò potentiùs aperiendi virtutes exhibet, quò magis ad dulcedinem eſt perductum, modus videatur apud *Schroderum*: *Aurum Sudorificum* à virtutis maximæ, quàm in corroborando calido nativo, ac convocando laudato ſanguine obtinet, à nobis aliàs comprobatum, magis tamen in hoc caſu; ſpecificum erit *Bezoarticum*, ſeu *ſudorificum martiale Crollij* & *Agricolæ*: Selectiſſimum Diaphoreticum tradit *Helmontius* his verbis, obſervavi, *inquit*, ſi antimonium in liquorem (butyrum) poſt in pulverem vertatur, (ita vt *mercurius vitæ*, hinc l. 2. impetretur) qui tantùm per ſudores purget (quod beneficio nitri effici poterit, eo planè modo, quo antimonium diaphoreticum, vel etiam bezoarticum minerale ſimplex, communiter parari ſolet,) tunc habebitur remedium, quod omnem hydropem modeſtè (*ſuaviter atque inſenſibiliter*) citra ullum recidivæ metum tolli; & hoc medicamentum *mercurius vitæ*, *bezoarticum* ſeu *magiſterium antimonij diaphoretici* rectè nominabitur *Chr. Langius Path. An. pag.399. &c.*

94. *Viſcerum, ne aqua iterum.*) In curâ, primò humorum colluvies removenda, 2. eorum ſcaturigo removenda. Quoad hanc indicationem, in uſu ſunt *Alterantia* ſic dicta in genere, varianda ſubinde, pro cauſarum remotarum differentiis; Quæ tamen ordinariò fere locum habent, ſunt inprimis *martialia* & *Amara*, aliàs *Hepatica* & *Aperientia* calefacientia dicta, quæ inter, excellit *Abſinthium*, adeò vt exiſtimem potiſſimã hydropis curandi vim, ſitam eſſe in *marte & abſinthio*; Iuxta hæc ſunt & *vincetoxicum, chelidon. maius, rhabar. marrubium, rubra tinctorum, allium. hedera terr. bellis minor. rob. iuniperi & ſambuc. Tartarea* quævis *lapis ceraunius* ſeu *fulminans*; Quæ omnia, eò nobilioris ſunt effectus, quo ipſorum uſu, ſed additorum aliorum ratione copiuſior urinæ fluxus ſupervenit: Hinc quælibet *martialia aperitiva*, Pulveres & *Extracta anticachectica*, præſertim cum *tartaro* parata, aut ſociata, ſunt convenientiſſima, iiſdem temporibus cum aliis alterantibus uſurpanda, quibus à purgantibus vacamus.

Vincetoxicum à pluribus decantatum ſpecificum eſt, cuius decoctum per ſudorem & urinam ſpecificè hydropicis confert. Huc pertinet *deſtillatum Paracelſi*, quod ad eius imitationem multi authores uſurparunt & commendant.

℞. *Tartari rub* ℔j. *hirundinar* ℔ß *colcothar* ℥viij. *vini ardentis q.ſ. pro incorporatione*, deſtillentur.

Dentur in vehiculo quodam appropriato, aut in *vino malvatic* pellit urinam & alterat ſpecificè; continuato tamen uſu opus eſt, cùm poſt aliquot dies ſaltem operari ſoleat.

Rhabarbarum quoque alterans ſpecificum eſt ad hydropem, ita vt exiſtimem Elect. facto ex *Rob iuniperi* cum *rhabarbaro*, multùm præſtari poſſe in hydrope. Confirmat *Riverius in obſerv. comm.* dum refert poſt vomitum ſanguinis, ortum aſciten per *infuſionem rhabarb.* pro potu ordinario curatum.

Chelidonium ma. item *marrubium* ſpecifica ſunt ad hydropem, præſertim ſi Icterum inſequatur.

Allium quoque, vi alterativa & diuretica hydropicis multùm confert, præter enim exemplum *Bartholini cent.1. h.74.* hydropici per *decoctum allij in lacte* curati, facit huc quod refert *Foreſtus l.19. obſ.27.* hydropicum aliis irritis, continuatâ *allij* comeſtione, multùm aquoſitatis per urinam reddendo, inſperatò evaſiſſe: Sicut & mulier hydropica deplorata, potu *ſucci allij viridis* expreſſi cum *iure vervecis* curata, vt & alij.

De *Hedera terreſtri* aliquot novi exempla: Vir maximè ad Anaſarcam proclivis, cuius crura aliquoties inſigniter tumefacta copioſum ſerum per aperta vlcuſcula emiſere, hic per *decoctum hederæ terr. & abſinth.* ãã. in *cereviſiâ ſecundariâ*, quotidie aliquoties calide bibitum, hactenus pancraticè vixit: ſiquidem ſemper copioſum urinæ fluxum provocavit, ſimul quoque *abſinthium* familiaris erat uſus.

Mulier deſperato hydrope laborans, uſu *ſucci rad. ireos in vino malvatico* hauſti; & interno & externo uſu *hederæ terreſtr.* convaluit; nempe aniculæ ſuaſu, extrà *heder. terr.* locis tumentibus impoſuit, unde notabiliter tumorem remittens obſervavi: quo ipſo animata, & ipſam herbam in aqua vel cereviſiâ decoctam, calidè & copioſè hauſit, & tali huius uſu, cum ſucco ireos interdum repetito, convaluit.

Rob. Iuniperi & ſambuci, vi alterativâ bilis & ſanguinis, diaphoreticâ ac diureticâ multum valent, adeoque pro corpore Electuariorum, aut aliarum formularum, commodè inſervire poſſunt.

Quoad *Ceraunium*, lapis eſt cum fulmine demiſſus) præparatum hunc cum aquâ quadam appropriatâ in alkool redactum p. iv. cum *exuviis ſerpentum p. i.* invicem miſtis dant, ſpecificum ad hydropem & icterum *D. Hartmanno & D. Michaëlis*, qui his crebrò uſi fuerunt. *Etmuller.*

Oleum martis vitrioli, valdè prodeſt, *Item Eſſentia vitrioli*, Item *flores & ol. antimonij*, ut & *ſal ejuſdem*. Item *oleum ſulph.* præſtans eſt, Item *Spiritus tartari*, magnarum eſt virium, Item *liquor ex cryſtallis, ſalis compoſ.* & *quinta eſſentia ſalis* mirè proſunt. *Joh. Agricola comm. in Poppium.*

Electuarium quod ſæpè probavi, diſſolvit ventoſitatem in ventre, maximè ex retentione menſtruorum.

℞. *Eupat. ſpica nard. cort. caſſia ligu. croci. ſem. apij. petroſ. liquir. ſchœnanth. carpobal. rubia ãã.* ʒiv. *rhei el.* ʒiij. *maſtich. lacca non operata, ſpod. roſar. rub. ariſtol. rot. ãã. aur. i. ex tritis & cribellatis cum melle optimo deſpum. f. Elect.* dozis *quantitas avellana, duabus horis ante cibum*, eſt medicina optima & experta, quam ſæpe probavi cum effectu mirabili. *P. Bayrus.*

Caro erinacei areſacti, peculiariter huic vitio ſubvenit, ſi ruſa bibatur cum vini veteris ℥ij. pondere, quotidie aſtumi debet. *Al. Benedictus.*

Curata fuit mulier uſu *ſalis abſynth. corall.* & *perlar.* ad gr. xxiv. in juſculo. *P. Borellus.*

Sal antimonij in vino exhibitum magnum arcanum eſt. *Th. de Bry.*

Electuarium ad miraculum membra roborans.

℞. *Chamæp. pulv.* ℥j. *rad. cichor. contuſ.* ℥iv. *cum melle fiat* ad ignem miſtura, in fine coctionis adde *ſpica celtica* ℥ij. ʒj. *abſinth. Pont.* ʒj. dozis cochl. i. *Crato.*

Ad Hydropem mirificè facit *ſuccus cochlearia* ℥j. quotidie ſumptus. *Crato.*

Sal antimonij in vino exhibitum, magni ſecreti loco habetur.

Nic. Florentinus valdè commendavit *ſuccum braſſica* depuratum, cum vino albo & ſacch. vel melle ait *Foreſtus l. 15. obſ. 49.*

Rad. ſcorzon. Pulverata aut cocta plurimùm valet, ut & ejus eſſentia. *S. Pauli Quadr. p. iij.* mirificè quidam extollunt *aquam* è virentibus *nucibus juglandibus diſtill.* ſi ad ℥ij. cum modico *vino* albo & *tartari crudi* ʒj. bibatur per menſem: *Hier. Rubeus l. de Diſt.* *Spiritus tartari compoſitus*, cum *flor. ſambuci* ſpiritu unitus, excellentem eſſentiam exhibet. *Sach. Ampelogr.*

94. *Viſcerum ne aqua iterum.*) Aquis, quæ ſunt proxima cauſa morbi, jam penitùs evacuatis, omniſi ad dimidiam curationis partem, ut plurimùm perventum eſt, niſi *ſanguinis* etiam *debilitati*, quæ prima morbi origo fuit, occurratur longo & aſſiduo medicamentorum *calefacientium* & *corroborantium* uſu, unde novus aquarum proventus præcaveri poſſit, Quamvis enim in junioribus ſæpe contingat, ut aquis ritè expurgatis, ſine alio quovis præſidio convaleſcant, cùm eorum calor naturalis, jam ab aquarum onere ac preſſura liberatus, dictorum remediorum vires ſupplere valeat; tamen in ætate provectioribus, aut iis qui aliàs minùs ſano corporis habitu ſunt præditi, omninò neceſſe eſt, ut ſtatim ab aquarum eductione jam abſoluta, ad eorum ſimplicium uſum, quæ ſanguinem excalefaciunt, invigorantque, protinùs confugiant.

Fatendum enim eſt, tam à manifeſtis phænomenis quàm à juvantibus & lædentibus, tum *hunc tum alios plures morbos chronicos, ſanguinis debilitati* atque *indigeſtioni* ortum debere; at cum ſpecificas morborum differentias ignoremus, ac in ſpecificas humorum depravationes, ab iſtiuſmodi indigeſtionibus prognatas (quæ quidem apepſia communis omnium ſit ræps eſt,) nequimus penetrare; Eapropter curationem non ad eſſentialem morborum naturam, ſed ad cauſam eorundem magis generalem dirigere cogimur, curandi methodum ſubinde variantes, vel pro indicio naturæ ſpontaneo, quo in morborum eliminatione illa utitur; vel experientiæ, cui potiſſimùm medicationis generi quilibet morbus facillimè concedat, dictantis ſtium ſequuti.

Porrò ad hanc intentionem implendam, nempe ut ſanguis corroboretur, ſive aquarum evacuatio per diureticum, ſive per catharſin, vel vomitionem procuretur, omninò neceſſe eſt, ut æger *vinum* potare teneatur, dum in curando eſt, (modò ne priùs incipiat ..., quàm meatus quadantenus recluſi fuerint, & porta aquis data) vel ſaltem loco vini cereviſiam aliquam è generoſioribus; cùm liquores tenues ac refrigerantes quilibet, ut ut ægri palato arrideant, qui ferè ſemper in hoc morbo ſiticuloſus eſt, cùm magis phlegmaticum reddant, & aquis obſtetricentur, rarò itaque, aut nunquam, hi ſunt concedendi, atque è diverſo liquores generoſi, (modò non ſint ſpiritus per diſtillationem eliciti,) uſque adeo ſanitatem promovent, ut vel ſoli aliquando amiſſam revocaverint; utique in morbi initio, nondum multa aquâ diſtento abdomine, præſertim ſi herbis calefacientibus, & confortantibus, fuerint impregnati. *Sydenham.* Vide Diætam ex *eodem.*

94. *Ne aqua iterum colligatur roboratione.*) Si hydrops phthiſin diuturnam excipit, vel à viſceris alicujus labe, ac putredine naſcitur, vel à ſanguinis tono relaxato, omnis curationis cardo, in ſanguine ac viſceribus omni ope corroborandis vertatur, Inter cætera hujus ordinis, præterea remedia confortativa; ego certiſſimo experimento edoctus ſum, *Aeris mutationem*, & in aëre libero exercitium, quale quale demum æger ferre poterit, huic indicationi apprimè reſpondiſſe, ſpiritibus, ſcilicet quaſi novâ vita, hoc pacto afflatis, atque organis excretoriis ad penſum ſibi delatum, denuo revocatis. *Sydenham.*

Ut ſanguis corroboretur *ne vinum* potare tenetur æger, dum in curando eſt, vel ejus loco. Cereviſiam aliquam generoſioribus, herbis calefacientibus & confortantibus impregnatam; In pauperibus v. g. cereviſia fortis, in qua quantitas ſufficiens *rad. raph. ruſt. fol. abſinth. vulg. cochlear. hort. ſalvia centaur. min. ſummitat. geniſta* incluſa fuerit, meo conſilio uſurpata, pro *potu ordinario* ſunt inſtar omnium; Pro ditioribus *vinum Camarinum*, iiſdem herbis amaris poteſt ſimiliter impregnari, cujus hauſtulus bis terve de die, inter medicamenta deglutiendus eſt.

95. *Roboratione per medicamenta.*) Toto curationis decurſu, *roborantia hepar* nunquam omittenda, quia fruſtrà aquas educimus, niſi novum earum generationem inhibeamus; quod omniſi hepar reficiendo, & ad priſtinam temperiem revocando, conſequi poſſumus: Inter præcipua recenſeri debet *aqua cinnamomi*, cochlear unum manè vel ante cœnam illius exhiberi poteſt.

Maximè laudatur à *Galeno* 8. K. T. *Electuar. Cyphoides* ab Arabibus *de vino* dictum, illius compoſitio ab *Hollerio* correcta eſt.

℞. *Paſſular. Corinth. mund.* ℔ß. *coq. in vino vet. generoſo ad pultis conſiſtentiam, tuſas excerne per ſetaceam, Adde conſerva anthos, cortic. citr. condit. cinnam. acuti inter. ãã.* ℥j. *pulv. aromat. roſ. diamarg. cal. diacinam. ãã.* ℈ij. *lign. aloes odoriſ.* ʒß. *croci*

℈ſ.

℈ß. m. *f. Elect. moller.* Plurimùm valet *conſerva abſinth. pont.* ex unâ parte comarum illius, ex tribus ſacchari part. compoſita: Cuius uſu nonnullos hydropicos percuratos fuiſſe, teſtatur *Matthiolus, cap. de abſinthio.*

Poterius Opiatam componit, ex *conſerva roſar. ſpecifico ſtomach. croco martis & oleo vitrioli* quo ſolo remedio, ſe hydropicos curaſſe gloriatur. *Specificum* autem *ſtomachicum*, eſt *antimonium fixum.* Rivetins.

96. *Valent intra.*) In ſanguine vigorando, calefaciendoque, *Allium* adeo conducit, vt eo ſolo, miſſis evacuantibus, Hydropem ex aliorum præſcripto, non meo, depulſum viderim. *Sydenham.*

97. *Trochiſci de Abſinthio.*) Trochiſci de *Rhabarbaro* ab omnibus laudantur, & *inde Gradi* refert, Ducem Mediolanenſem hoc ſolo remedio fuiſſe curatum, cuius ʒij. ſumebat bis in hebdomada. Iiſdem ſe hydropicum curaſſe teſtatur, *Michael Paſchalius*, quos in pilulas efformabat, ob amaritudinem. *Riverius.*

97. *De abſinthio.*) *Abſinthium*, nobiliſſimum ſimplex, cuius ſolius uſu, plures hydropici curati fuerunt. Videatur *Febr. de Abſinth.*

98. *Electuarium.*) Sequens commendat *Ben. Victorius*, atque ſecretum eſſe non revelandum.

℞. *Eupator. cuſcuta, paſſular. liquir. myrob. citr.* ãã. ℥ß. *rad. apij, fœnic. cappar. agar.* ãã. ℥j. *craſſè contuſa coqu. ad conſumptionem mediet. aquæ, colata adde mellis* ℔ß. *ſacch.* ℥iv. *coqu. iterum ad conſiſtentiam mellis. Adde Rhei el.* ʒj. *turbith. gumm.* ʒiij. *fol. mezer. infuſ. in aceto* ʒj. *diagr. correcti* ℈ij. *ſpecie zinzib.* ãã. ʒß. *f. elect. ſ.a. doſis ſumma* ℥ß. *formâ Boli.*

99. *Mars anti-hydropicus.*) Inter corroborantia, Chalybs in Hydropis incipientis curatione, haud minimum locum ſibi vendicat, ſanguinem videlicet invigorando, calefaciendoque. *Sydenham*

99. *Mars antihydropicus*) Valet *vinum martiale hydropicum Cnoſelij, vide m. c. Anni 6. App. p.* 107. Quo referendi cura Hydropis, quæ recenſetur in *Actis Hafnienſibus vol. 5. obſ. 119. his verbis*: Salvis aliquomodo viſceribus, & vaſis lymphaticis incorruptis, medela dabitur, non purgantibus, non ſudoriferis, non diureticis, quod fiet rarò, (loquor enim de hydrope confirmato,) non paracenteſis, quæ ultimam plerumque abſolvit lineam, vix centeſimo ſalutaris, ſed medicamentis exſiccantibus & diætâ; Inter *exſiccantia* medicamenta, laudem præ cæteris habet *chalybs*, vt ſæpiùs, Deo benedicente, expertus ſum, quo & aperiendi & viſcera roborandi vi pollet inſigni; *limatura in vino canarienſi*, ſeu *Rhenano*, ſeu *Gallico*, cum *zedoar. radice* infuſa, ubi *Tinctura* ſenſim extrahitur, & ab eſſentiâ *chalybis* vinum fere inſipidum redditur; Formula huius medicamenti talis mihi in uſu eſt.

℞. *Limatur. chalyb. rec.* ℥j. *rad. zedoar. el. inciſa & con[illegible]* ʒvj. miſc. & inſuantur ſacculo ex ſindone alba.

Hujus *vini chalybeati*, manè & veſperi recipiuntur tria aut 4. cochlearia, & fiat continuatio ad unam aut plures ſeptimanas, ſenſim affundendo vini aliquid, (prout tinctura ex chalybe efficaciùs appareat,) uſque dum mitigetur malum, & ſpes ſalutis affulgeat, obſervatâ Diætâ conveniente.

100. *De quo apud Hartmannum.*) Sic præparatus *mars antihydropicus*: *Limatura martis* ℥j. *ſolve in aqua fontis ſtillatim affuſa* ℥viij. digere per noctem, & abſtrahe eam ex arena per alembicum, & habebis croci ℥j. ß. cui leniter ſuper igne ſiccato, affunde *ſpir. vini*, q.s. & extrahe omnem tincturam, & ab hâc iterum in balneo abſtrahe menſtruum, vſque ad conſiſtentiam olei, dentur huius guttæ & ex *decocto granor. iuniperi*, aquas purgat & ſimul viſcera corroborat. *Prax. cap. 187.*

101. *Extra unguentum.*) Toto curationis decurſu, roborantia ventriculo admovenda ſunt, & imprimis hepati, dum tumor ſubſidere incipit, aut non eſt ita inſignis, vt topicorum penetrationem impedire queat, v. g.

℞. *Ol. flor. arant.* ℥j. *ol. de ſpica* ʒiij. *ung. roſ. cerat. ſtomach. Galen.* ãã ʒij. *ol. maſtich. ſtillat.* ℈ij. *abſinth. ſtillat.* ℈j. *ol. nuc. moſch.* ʒß. *cerat. alb. parùm* m. f. linim. ventriculo applicandum.

℞. *Comar. abſinth. pont.* ʒiij. *marrub. roriſmar.* ãã. ʒij. *roſ. rubr. p. ij. flor. camom. fol. lauri* ãã. *m. i. cortic. arant. lign. aloes odor.* ãã. ʒiij. *cyper. ſchœnant. ſpic. n.* ãã. ʒß. *cum vini opt. part. ij. aq. abſinth. & agrimon.* ãã *p. j. f.* decoct. pro fotu Epatis ex ſpongiâ vino abſinth. lotâ.

℞. *Ung. roſ. cerat. ſantal.* ãã. ℥iij. *roſ. rubr. ſem. endiv. & acetoſ.* ãã. ʒj. *ſpec. nard ſchœnanth abſinth. ſicci, ſtyrac. calam.* ãã ℈iv. *ol. maſtich. vel de abſinth. q. ſ. f.* liniment. applicandum à fotu. *Riverius.*

102. *Supervenientium conveniente ablatione.*) Inter quæ adnumerantur *vigiliæ*, *Opiata* tamen, ac ſimilia *Narcotica*, quæ talia ac per ſe, hydropicis vt plurimùm ſunt lethalia, Vide *Mollenbrock de Arth. vaga p. 159.* Quod verum arbitror, cùm *Opiata* in morbis chronicis ac propemodum ad extrema deductis, vt fit in hydrope, quando *vigiliæ* accedunt, minùs proſunt, quàm in acutis, quin vires ulteriùs deiiciunt, & viſcerum tonum ulteriùs labefactant; Imò poſt chronicos, aut acutos morbos, dum languent adhuc ægri; & quædam adhuc ſymptomata ſuperſunt, ſi iiſdem opio ſuccurrere velimus, periculum eſt, ne hydropi exinde fiant, quod fieri obſervatum: Saltim per accidens, ſpirituum impetum nonnihil refrænando, & fibrarum irritatarum ſpaſmum demulcendo, ſicque ſudorum & urinarum fluxum promovendo, prodeſſe obſervata fuerunt. Sed cùm affectus hic ſit accidentarius, propterea nonniſi ſedulâ circumſpectione adminiſtranda veniunt. *Etmuller.*

103. *Tumor pedum tollitur*) vt plurimùm in hydrope crura, tibiæ & pedes, œdomatoſo tumore afficiuntur, ad eumque diſcutiendum conveniet lixivium, in quo *radices ebuli & enulæ camp.* fol. *roriſmar. maioran. thymi, lauri, organi, ſal & alumen* incocta fuerint. *Riverius.*

Ad relictos tumores circa genua, pedes, &c. impone *folia card. mas.* h.e. *bardanæ*, extrahit enim humorem *Mullerus mirac. p. 117.*

104. *Sitim leniat.*) Eſt unum ex graviſſimis ſymptomatibus, hydropicis *Sitis* clamoſa: Ad eam fallendam, *Rulandus* recipit *baccar. Iunip.* contuſ. m. iij. decoquit in *ſero lactis* ℔vj. propinat pro potu: *Nitrum* optimè purificatum, continuò in ore detentum, proficuum eſt, aut etiam potui eorundem cuique additum, ſitim temperat, urinam ciet, & optimè confert: Decoctum ex *rad. liquir. paſſular.* & ſim. temperando acre ſalſum, ſitim excitans, hanc mitigat: *vinum*, ſeu *ſuccus granat.* aut Iulepus cum *ſucco granator.* temperatus, non immeritò ab *Hartmanno* commendatur. *Spiritus nitri* parva doſi ſubinde exhibitus, ad ſitim egregius, ſimul diureticus. *Etmuller.*

104. *Sitim leniat.*) Cùm potus abſtinentia maxima eſſe debeat, ſitis tamen admodum urgeat, illa per vices fallenda eſt, vel oris collatione cum *aquâ chalybeata* & aceto, vel frequenter mandendo grana aliquot maſtichea, vel quidvis eiuſdem facultatis: aquam enim plurimùm in os eliciet, non vt quibuſdam videtur è capite ſolo, ſed & è ventriculo & ex

abdominis capacitate, ſicque multis eſt nominibus profutura. *Fernelius in Conſiliis, Riverius.*

105. *Ceratum hydropa.*) Singulares & raræ curati hydropis rationes afferuntur: quibus accenſenda illa de qua §. *Sudorificis & exſiccantibus*, per ſudorem excitatum in clibano, cui immiſit ſe ruſticus deploratæ ſalutis, ſicque convaluit.

106. *Solà à potu abſtinentiâ.*) In potu hydropico rum maximum verſatur curationis momentum, illius idcirco curam exactam habere opus eſt, vt parciſſimè bibat æger, & ſitim toleret quantùm poteſt; multos enim omnimodâ potus abſtinentiâ, & aſſotum uſu, ſine alio remedio convaluiſſe notum eſt. *Riverius.*

107. *Per tranſplantationem.*) A cauſis abditis, Hydropicos curatos eſſe compertum. Refert *Schenkius* quendam ab hydrope lethali ſervatum, cui dormienti in Sole aprico, lacertus viridis occurrit, in laxatumque eius ſinum irrepſit, & toto eo tempore quo dormiit, per tumentem nudatumque ventrem oberravit; Huic ab eo tempore hydropicus tumor omnis, citra alia remedia, intra paucos dies ſubſedit & diſparuit.

108. *Sanguinem ex mediana ægri emiſſum*) *Scopo extraordinario*, aliàs ordinario V. S. nullum hîc invenit locum; neque enim humori peccanti, vllo modo proportionatum eſt remedium; quin laudabilem ſanguinem, & dum deficientem ſimul deiiceret, & flammam vitalem pabulo ſuo defraudaret: Quòd verò *Pergamenus* in Anaſarcâ V. S. ſuadet, id nec ipſum locum habet, vt in aliis quoque, niſi indirectè, in menſium obſtructione, vel hæmorrhoidum conjuncta, quando in maſſam reliquam fit regurgitatio, deturpatio, indeque tumor. *Wedelius.*

108. *Per Sanguinem ex mediana.*) Notandum per *ſanguinis emiſſionem*, quæ fit ſectâ venâ in curâ Aſcitis, vix dum aliquid dignum effici, cum læſis viſceribus, niſi alius ſimul accedat affectus vt inflammatio, hic nihil opituletur, & de ſero nihil, vel ex abdomine, aut corporis habitu educat, uti neque de eo qui in venis adhuc conſiſtit meſaraicis, à quibus vena ſecta extrinſecus nihil elicit, & ne quidem multum de eo qui in venæ cavæ conſiſtit ramis, cum illud continuo alio potiùs, quam eo feratur, videamuſque in aſciticis aliquando merum ſere ſanguinem, eumque craſſum & ſubnigrum potius quam dilutum vena ſecta promanare. Per Hæmorrhoides tamen ſi vel ſponte fluant, vel in conſuetis aperiantur, una cum illo ſanguine, aqua in venis meſeraicis contenta, vel eo rurſum è ventris cavo derivata, nonnunquam, idque ſæpe magna quantitate profundi poteſt. *Platerus.*

109. *Per ungues reſectos.*) Aliquando à facto vulnuſculo pedum, aliquando ἐκ ποδῶν bene ceſſit adapertio, quale exemplum refert *Riverius obſ. p. 670.* quod mulieres quædam hydropicæ curatæ fuerint per abſciſſionem unguium in pedibus, ſimul portiunculâ carnis detractâ, effluente h. m. aquâ, & ægris ſanatis. Neque tamen id imitandum temerè, ſed ſubiectum, cauſa, naturæ conatus, humoris qualitas, aliaque conſideranda: ad id ſemper magis directa cura, vt proventus novi affluxus prohibeatur, nec palliativâ ſaltim curâ, conemur opem ferre. *Wedel.*

110. *Paracenteſin.*) Per manifeſtam aperturam, *ſectione*, punctione, *uſtione* factam, aquæ ex abdomine, ſcroto & pedibus effluxus, extra corpus nonnunquam procuratur, Eſtque expeditior operatio illa, quæ per puncturam abdominis, *Paracenteſin*, perficitur, cùm per eam aqua univerſa è ventris cavo poſſit educi, idque citiùs, quàm ulla alia ratione, unde & frequentiùs quàm alioquin fieri ſolet, matureque antequam hac aqua diutiùs retenta, viſcera interna vitiet, vireſque collabantur; hæc adminiſtrari deberet; cùm vulgus hoc leve, per cutem, muſculos & peritonæum ad actum, nullum, ubi vulgus putat, ægro conciliet periculum, nec inteſtina facilè, dum illud ſine maiori impetu imprimitur, lædi poſſint, cùm abdominis ſuperficies aquâ diſtentâ, admodum ab ipſa elevata, diſtet, illaque inania, uti ſectione inveniuntur, à convexo ipſius ſeparata, collapſa iaceant; Deinde & cùm impoſſibile ſit, ſi alia via aqua hæc per alvum, aut urinas non excernatur, ſed illic ſubſiſtat, ægrum evadere, ſatiùs eſt in deplorato malo, hoc remedij genus tanquam extremum tentare, quàm ægrum deploratum relinquere, cùm niſi cauſæ magnitudo obſit, hoc pacto interdum liberari poſſint: vel ſi moriantur, cùm alioquin minimè convaleſcere potuiſſent, medicus priùs hæc prædicendo, ſe à crimine liberare, conſcientiamque ſuam integram ſervare poſſit, ægroque ſaltem hoc commodi inde proveniat, quòd aquâ hac effuſa, à dyſpnœâ illâ gravi, aliiſque internis doloribus liberatus, placidiùs expiret. Cæterùm *operatione factâ*, aqua quæ effluit conſideranda, nam ſi limpida & inodora adhuc ſit, bona eſſe iudicatur, quòd inde viſcera nondum ab ea infecta eſſe coniiciamus. Contrà verò ſi fœtidiſſima, aut ſubcruenta reddatur, viſceribus noxia eſt cenſenda. *Platerus.*

Ubi viſcerum adfuit integritas, nec malum diuturnitate radices egit, nonnullos reſtitutos fuiſſe experientia teſtatur; Vix autem unus è centum, hoc remedio ſervatur, quia plerumque hepar corruptum eſt in hydropicis. *Paræus l.7.*

110. *Paracenteſin.*) Hydragogis & hydropicis brevi non proficientibus, feſtinandum ad paracenteſin, non quidem illam vulgarem periculi plenam, verum novam & tutiſſimam per *acum argenteam*, ſed *cavam*, blandè quatuor circiter tranſverſis infra umbilicum digitis, totidemque ad latera eiuſdem in abdomen immiſſam, & poſt ſufficientem aquæ effuſionem, iterum extractam, ſimiliter alio tempore aut die in idem foramen intruſam, niſi conſultum videatur, novum alibi excitare foramen: Periculo vacat hæc operatio, quia educta acu, nil ampliùs effluet liquoris, quin admoto *Empl.* vel *Palmeo*, vel *Albo cocto*, &c. contra omnes ambientis iniurias munitur locus perforatus, ſed ipſius conſolidatio promovetur. Feſtinandum verò, ne dum nimium differtur acrimoniam noxiam comparet mora humor collectus, & paulatim contentarum partium omnium membranas, imò ſubſtantiam corrodat, & corrumpat. *Fr. Sylvius Pr. l.1.c.17.*

111. *Nunquam tentandam.*) Paracenteſis raro, aut nunquam celebranda eſt, quia ex eâ pauci evadunt, præſertim cùm ægri & artifices illorum, eam operationem fieri nolint, niſi confirmato morbo, quando videlicet corruptis viſceribus, nulla ſalutis ſpes eſt, Ideo vt plurimùm 2. aut 3. ab operatione die, intereunt Prudentiores volunt, apertionem eſſe faciendam in principio, vel augmento morbi, antequam viſcera labem contraxerint: Sed neque tunc temporis eſt neceſſaria, cùm aliis remediis, iiſque tutioribus morbus adhuc levior curari valeat. *Riverius.*

Magnum Paracenteſi conjunctum eſt periculum, ſi nempe magna copiâ affluant aquæ confertim, unde non rarò ſubitò fuere extincti ægri: Hanc ob cauſam ſoliti fuerunt Chirurgi, factâ ſcalpello apertione, ipſi tubulum plumbeum immittere, ac circa ipſum cutim firmare & colligare, ne ſcil. niſi ſublato tubuli operculo, aut rutunda effluat liquor, qui ſiſtitur immiſſa rutundâ: Interim pro dolore, ex illa cutis colligatione oborto: non rarò in ſomno canalem à vulnere ægri removerunt, unde effluente tunc confertim aquâ omni, perierunt: Quin nonnunquam gangræna ibidem oborta eſt, unde & ſic quoque in vitæ diſcrimen coniecti ægri: Ab acu verò cavâ, nihil imminet periculi, &c. *Fr. Sylvius.*

112. Para-

111. *Paracenteſin nunquam tentandam*) Ego hanc curandi rationem minimè probare poſſum, (inquit *Franc. Joel T. 1. p. 373. experientiſſimus Practicus*) Ex quamplurimis enim quibus hac ratione aquam detractam vidi, unicam matronam (quæ hydropica utero gerebat, & poſt extractionem aquæ per vulnus abdominis feliciter peperit) evaſiſſe, ſanitatique reſtitutam eſſe, reliquos omnes, tum viros, tum mulieres ita curatus, paulò poſt extinctos animadverti. *Franc. Joel. T. 1. Op. p. 373.*

Servatam quoque fuiſſe mulierem ſexagenariam ope Paracenteſis, inſtitutam à perito Chirurgo Geneventi Mag. *Bailly*, etiamſi contra leges in adminiſtratione præſcriptas error contigiſſet, nam ſuperſtitum aquarum in abdomine copia, appoſita repagula repuliſſet, adeo ut aliquot horis poſt factam paracenteſin, cubiculum totum madeſceret. Totum tamen ſupervixit ſexennium, à pertinaci vomitu extincta, quem induxit ventriculi relaxatio tanta, ut ſectione factâ ab obitu, ad hypogaſtriam uſque devolutus deprehenſus ſit.

112. *Niſi umbilicus promineat*) In Xenodochium Baſileenſe adducta fuit puella ann. x. aſcitica, ventre in immenſum tumente, pedibus inflatis, toto corpore abſumpta dyſpnoeâ laborans; ut pene ſuffocaretur, prominebat illi umbilicus, veſicæ inſtar pellucidæ, quam Chirurgus ſcalpello leviter diſcendens, me jubente aperuit, unde magno impetu aqua proſilit, quam cùm ſenſim aliquot dies emitteremus, ipſaque ſtatim ubi venter parùm ſubſediſſet, ſpiritum facile duceret, &c. pedum quoque tumore evaneſcente, poſt aliquot ſeptimanas egregiè convaluit. *Platerus Obſ. p. 651.*

Ante aliquot annos, curandam habui uxorem *chalcographi* m. *Guainar*, bibaculam, Aſciticam; cui abdomen uſu purgantium, præſertim *Gialapa*, & diureticorum, ter ſubſedit, ter ex erroribus in diætâ, intumuit. Tandem veſica pellucida in umbilico exorta eſt, quam ipſamet acu ſibi pertudit, unde filo tenuiſſimo, lympha ad diſtans propellebatur: Effluxum moderari juſſi Chirurgum, hinc venter detumuit, & ad priſtinum opificium redut, fimbrias denticulatas argenteas texens. Præſcripto idoneo vitæ regimine, poſt quatriduum reverſus, accedens hora prandii, vidi avidè comedentem offam ex cæpia, intermixtis pani, caſei taleolis. Triduo poſt interiit.

113. *Cucurbitulas*) *Cucurbitula* partim *ſicca*, partim cum *ſcarificatione*, opem ferunt, quatenus illæ diſſipant, hæ educunt ſerum, Neque tamen id promiſcuè, ſed magis in initio, materia aquoſa magis, quàm Salina, lixivioſa, partibus, v. g. pedibus, non nimis de tono ſuo dejectis, nec molli, nec duro nimis ſtatu; In aſſuetis, ubi intermiſſa fuit hæc evacuatio priùs celebrata, & quando nihil prohibet; Ita enim quandoque ſcarificatio per vices adhibita, eductâ ἀϕόρως aqua onerosâ, ipſum hydropem anteverit. *Wedelius.*

114. *Scrotum tutiùs foramine*) Juxta abdomen & Scroti nimis tumidi, ad naturæ imitationem fit apertio, vel ferro, vel cauterio, atque ſic optimè ſpongiâ admotâ, ſucceſſivè evacuatur aqua. Sed probè obſervandum, ne (quod facile evenit) in loco aperturæ gangrænam concipiat; Labefactatur nempe partium membranoſarum continentiùm tonus, & ſpiritus in ſiti vigor à contentâ colluvie, quæ magis per loca aperturæ jugiter deſtillans, facilè mortificationem inferre poteſt. Hæc ipſa igitur ſedulò præcavenda, defendendo partem circa locum apertum, non communibus *ſaturninus*, ac ſimilibus remediis, defenſivis dictis, inflammationem aliàs uſitatis, ſed additis in ſpecie balſamicis, reſinoſis, amaris, ad gangrænæ curam aliàs uſitatis; Hinc *Empl. de minio Paracelſi* adaptatur *Empl. diaſulph. Rulandi*, ceu præſervanvum gangrænam inhibens. Interim ſi gangræna ſcroti invaleſcat, fit ſubinde, ut penitùs decidat, ſed ſuccreſcenre carne teſtes involvente, ejus defectus ſpontè naturæ reſarcitur; Id quod pariter & in lue Veneteâ, poſt ſcroti ſphacelum, evenire obſervavi. *Etmuller.*

114. *Scrotum tutiùs*) Perforationem ſcroti, ſalutare remedium aliquoties experti ſumus in nobilibus perſonis, viſceribus adhuc ſanis, quamvis in uno gangræna acceſſerit, quæ tamen itidem curata, novo ſcroto feliciter reparato & conſolidato. *Rolfincius.*

In ſcroto punctura facta eo modo, quo in Hydrocele peragitur, non ſolùm ut aqua ex illo affluat, procorat, ſed & ut ex abdomine ſenſim quoque per hanc viam, per quam prius in ſcrotum deſcenderat, ſi foramen diu apertum ſervetur, extrà feratur, prodeſſe poteſt: ob quam & cauſam, etſi in abdomine negligatur, hic ſaltem cum tutiſſime fiat, inſtitui poſſet: quæ tamen magna ad curandum hydropem occaſio, ſi modò curari poteſt, ut plurimùm negligitur. *Platerus.*

115. *Crurum ſcarificationem*) Per ſcarificationem, Aquam etiam ſub cute collectam educere poſſumus. Quæ in *pedibus* facta, non ſolùm eam quæ in vicinia, tumidos illic pedes reddidit, evacuat, ſed & ſuccedente ſemper in locum aquæ effluxæ, nova tandem etiam à ſuperioribus, atque ipſius etiam abdominis cavo exhaurit, adeo ſæpè potenter, ut diu eâ, vel etiam copioſè extillante, venter penitùs detumeſcat: Quæ ſcarificandi ratio, cùm conſueta ſit, minùs ab ægris repudiatur; licèt & eo nomine poſſit videri nova, quòd cùm tunc cute apertâ, aqua manans, *inflammationem* vehementem, & quæ in gangrænam interdum convertitur, facilè pariat, hoc ob vulnera hæc inflicta, accidiſſe ſuſpicionem facile poſſet excitare, medicumque ſic calumnia onerare: quam ut vitet, hoc à pernicie aquæ effluere incipientis, ſive per ſcarificationem, aut ſpontè id fiat, facilè fieri ſolere prædicere debet. Dein etiam ſcarificationem rectè adminiſtret, & poſtea gubernet oportet. Quod fiet ſi in pedum carnosâ ſede, circa ſuras, aut inferiora, nonnunquam & in femore primùm tentetur, cuticulaq; vel tantū ſecetur, cùm & tunc aquæ guttæ mox per eam exudare ſoleant; vel ſi non procedat, etiam cutis vera, ſed leviter duntaxat tendatur, vulneraque diſtantia & lata, ſcalpello prorſus lanore facta infligantur, ſerumque, quod ſtatim exudat, placidè linteo molli adhibito, citra fricationem tamen, abſtergatur, poſtea *unguento* albo, ſucciſque convenientibus, quibus inflammationem arcemus (inter quos *ſucci ſolani, plantaginis & hyoſcyami vulgaris*, vel *Peruviano* ſummè utiles, uti & folia parùm conquaſſata appoſita) eam avertamus. Et inprimis ne faſciæ madidæ maneant, eas ſæpe permutando, caveamus: vel *ſevo hircino* eas illinendo, & ſic eas cumvolvendo, ne humorem concipiant, ad hanc rem idoneas reddamus. *Platerus.* Vide §. 113. *Cucurbitulas.*)

115. *Crurum ſcarificationem*) Leve emolumentum afferre reſtatur experientia: caſu tamen nonnunquam aquam plurimam, ex foraminulis emanaſſe ſecundo flumine obſervatum. *Rolfincius.*

116. *Poſſe tamen munitis*) Poſt ſcrotum & crura ſubinde ſcarificari ſolent, nempe circa loca carnoſa & circa ſuras inſtituendo ſcarificationem lenem, ita ut inciſiones à ſe invicem aliquantiſper diſtent, *Defenſiva* ſuprà & inſtà admovendo, Promptè enim levi tactâ cutis læſione, copioſum ſerum tranſudat; linteo molli citra frictionem abſtergendum, vel appoſitâ ſpongiâ excipiendum; Ac præterea loca vicina, propter facilem gangrænæ metum defendendo, nempe ſubinde fovendo cum *ſpiritu vini ſimplici*, aut *theriacali*, aut *crocato*, Et imponenda deſuper *emplaſtra balſamica defenſiva*, Quin & ne vulnuſcula gangrænam concipiant, *ſpiritu vini camphorato*, ſubinde eluenda ſunt. *Etmuller.*

117. *Vel cauteria vel veſicatoria*) Veſicæ ſpontaneæ ſubinde ſe in cruribus aperiunt, quibus diſruptis multa aqua evacuatur, unde iiſdem *folium braſſicæ* eſt applicandum, ut pote quod multùm ſeri extrahit: Ad hujus imitationem, quidam *Veſicatoria* locis crurum carnoſis applicant, nempe vel prope ſuras, vel in parte carnoſâ femorum: His enim apertis, copioſa colluvies evacuatur, & loca iſta carnoſa minùs facilè gangrænam concipiunt, quàm nervoſa.

Cæterùm quoniam confertim nimis per veſicatoria fit evacuatio, & majus de gangræna periculum, ponùs *eſcharotica*, ſeu *cauteria*, vel *actualia* vel *potentialia*, circa loca carnoſa applicant: His ipſis enim ſucceſſivè per parvum foramen, cum minori gangrænæ metu fit vacuatio. *Etmuller.*

117. *Vel cauteria*) Per *Fonticulum*, uti vocant, in pedibus excitatum, aquæ quoque via aperitur, Qui *cauterio* actuali ſi fieret, cùm altiùs quàm pro ſolius veſicæ productione requiritur, imprimi tunc deberet, inflammationem facilè accerſeret; ſatiùs ob id & tutiùs longè *potentiali* aliquo, quod ſine dolore cutem mortificando aperit, illud, ſi nihil impediat, in pedibus moliri, cautione eâ, quæ in illorum applicatione & gubernatione requiritur, adhibita. Quod & in ſcroto ſine periculo fieri poſſet, cute illius ſic apertâ. In ventre verò per abdomen adeo craſſum, fonticulum ad interiora uſque, ubi aqua latet, deducere cùm ſit arduum, vix tentandum erit. *Platerus.*

Eſcharotica paulò tutiùs, quàm *Veſicatoria* locis tumidis adhibentur, quoniam ex hoc emiſſario, aquarum fluxus non tam præceps & copioſus ſtatim ab initio, contingit, verùm iſte moderatè incipiens, deinde paulatim ad finem ingens accreſcit, quod natura poſtquam ſenſim ei aſſuevit, melius tolerat. Porrò minor ab Eſcharotico, quàm à veſicatorio gangrænæ metus eſt, quoniam in iſta applicatione, pars cujus continuitas ſolvitur, contra caloris exolutionem per eſcharam munitur.

Novi olim Empiricum, qui hydropicorum membra, utut tumida, ſequenti modo per eſcharoticum, non rarò feliciter evacuabat, videlicet r?. tibias fovebat veſperi & manè cum *decocto abſynthii, ebuli, chamæm &c. cerevisiæ aut vini fæcibus* adjectis; atque inter ſolus tempora, cataplaſma ex decocti iſtius magmate cum furfure paratum applicabat, poſt hæc per triduum uſurpata utramque tibiam cum pede totam cum *empl. ex pice Burgundica* tegebat, relicto tantùm ſuper utramque ſuram foramine exiguo, ad magnitudinem nucis avellanæ, quibus in locis *Eſcharoticum ex cinere corticis fraxini*, cuti nudæ imponebat, quo poſt horas xii. amoto, eſchara tenuis relinquebatur, è cujus poris aqua primùm lentè exudare, dein indies paulò uberiùs exſtillare, & poſtmodum eſcharâ deciduâ, tanquam è fonte aperto, copioſius emanare ſolebat, donec è toto, infrà & ſuprà, crure elutriaretur. *Willis.*

117. *Vel veſicatoria*) Per veſicarum productionem in *Pedibus*, illarumque diſruptionem, aquæ exitus patefieri poteſt; & ſi apertæ maneant, ut deinceps quoque effluxus illius continuetur, procurari, quæ ſpontè vi aquæ cutem irrigantis, atque etiam ob acrimoniam irritantis, vel urentis, tandem in pedibus ſolent erumpere: Aliàs arte provocantur, uſtione levi factâ cuticulæ per cauterium actuale, cujuſmodi caſu aliquando vaſe æneo calefactorio, inter calefaciendum lectum inducta in pede, hoc pacto, exitu aperto, ut aſciticus ſanaretur, occaſionem præbuit.

Vel hoc veſicatoriis admotis effici poteſt; prædictione ſemper quoque, uti in ſcarificatione dictum, de periculo inflammationis præmiſſâ; illiſque adhibitis, quæ moderatè & ſenſim hoc faciunt; cum vehementer adurentia admovendo, inflammationi citius, quàm à ſcarificatione occaſio præberi poſſit. *Platerus.*

117. *Veſicatoria*) aquas intercutes copioſè, & non rarò profuſè nimis emittunt; hinc cautè admodum hydropicis adhibenda, quia ſcilicet ejuſmodi ep ſpaſticum, locis tumidis applicatum, emiſſitium nimis patens facit, quo aperto, aqua primò erumpens, ſæpe magnam poſt ſe eluviem è totâ viciniâ trahit, unde ſtatim ſequitur magna ſpirituum concidentia. Porrò nonnunquam locus ita ſubitò inanitus, ſi quidem caloris & ſpirituum orbus, brevi in ſphacelum labitur, quapropter medicamentum hoc rarò hydropicorum tibiis aut pedibus, ubi calor debilis, & tumor maximus eſt, ſed interdum femoribus & brachiis ſecurè (quoties opus erit) applicetur. *Willis.*

117. *Vel Cauteria vel Veſicatoria*) Præſidiis Chirurgicis hic recenſitis, adde *Frictiones*, quæ locum habent in partibus extremis tumidis, in leucophlegmatiâ & aſcite, ſemel vel bis de die, ſeu manu mediante, ſeu pannis delicatioribus inſtitutæ, ut pori ſic perſpirabiles reddantur & diffletur ichor. *Wedelius.*

Locum etiam habent aliquando *Ligaturæ*, non tam ſtringentes, inæquales, noxiæ potius, ſed æquales & roborantes, faſciam latam pedi tumenti ſurſum circumvolvendo, ut ſic lympha diſcat magis ſurſum adigi, & calor roboretur ſimul magis. *Idem.*

117. *Nec vel cauteria &c.*) *Cauteria, veſicatoria* & *Scarificationes* in hydropicis, gangrænam ſæpe afferre ſolent; quia calor partium puſillus ſæpe extinguitur, Ideoque ſatius eſt ab hujuſmodi remediis prorſus abſtinere, licèt nonnullis aliquando profuerint. *Riverius.* A Veſicantibus & cauteriis abſtinendum cenſemus, *Rolfincius.*

Diſcutiunt potenter *Rubificantia* adhibita abdomini, inter quæ *ſinapi ſemen* cum urinâ illitum probatur. *Cucurbitulæ* univerſo ventri admotæ, etiam ad diſcuſſionem opitulantur. *Platerus.*

118. *Sive in abdomine*) *Ventris totius* etiam *ſcarificationem* aliqui probant, eáque ad muſculorum aponeuroſes uſque facta, quæ rectos muſculos integunt, aquam è ventre quoque exhauriri poſſe docent. *Platerus.*

119. *Periculo carere*) Sunt qui in hydrope vacuandi fine, ambobus cruribus, aut etiam abdomini ipſi, admovent *Veſicatoria*; verùm id nec tutum æquè, nec proportionatum remedium; Non tutum, quòd hydropicorum ulcera exorta, non æque facilè conſolidentur, Aquâ intercutem laborantibus, *inquit Cous*, exorta in corpore ulcera, à cauſa ſeu internâ, ſeu externâ, non facilè ſanantur, ob copiam ichoris affluentis, & effluentis, ob ſtimulum ſalinum perpetuum, ob gangrænæ & eroſionis majoris metum; 6. aph. 8. *Wedelius Amoen. m. m. p. 91.*

Minùs proſunt ubi copia vel influentis humoris major eſt, vel extrahentis ejuſdem improportionata, cujus exemplum præbet Hydrops; Non educunt quidem parùm Veſicantia reſpectu ipſius partis ichoris, ſenſim & ſenſim exſudando, parùm tamen eſt illud reſpectu molis totius hydropicæ aquæ, quæ ad plures menſuras extenditur, & in cavitate abdominis hæret, quorſum vis extrahens, ſeu liquans, minùs penetrare poteſt. *Ibid. p. 94.*

Veſicatoria minorum ſunt virium, quàm ut deplere aquam poſſint, præſertim ex abdomine, ſed potiùs doloribus & læſione, quam partibus jam dum debilibus inducunt moleſta, adeóque rarò, vel non omnino adhibenda, quia facilè inflammationem progignunt graviorem.

Locum horum tuentur leniori acrimoniâ gaudentia, ut *ſedum minus* plantis pedum applicatum, quod inſigne eſt *diuréticum*. *Wedelius.*

119. *Periculo carere*) Convenientiſſimum eſt tibiis applicare

applicare *Cauteria potentialia*, 4. digitis ſupra malleolum, aut 4. digitis infra genua, quo ſolo remedio, qui ab aliis incurabiles cenſebantur tumores crurum & ventris, ſanari vidimus. *Ph. Grulingius.*

120. *Umbilici compunctionem*) Eſt alius prioribus non inferior, etſi minùs uſitatus, aquas intercutes educendi modus, ſed per *Acus puncturam*, quæ itidem ne præceps ac nimius accidatur aquarum effluxus, cautè admodum ac minutim celebrari debet; Accipiatur acus ordinaria (quali ſartores utuntur) & ſuper locum maximè oedematoſum in cutim punctim defigatur, euſque tantùm, ut ſanguis non ſequatur, adeoque fiant uno tempore ſex vel ſeptem foraminula, pollicem latum ab invicem diſtantia, ex quorum foraminulis aqua paulatim erumpet, adeoque guttatim exſtillabit, donec circumcirca loca puncta, tumor omnis evanuerit; dein proximâ vice, poſt horas modo xij. modo xviij. aut xxiv. ejuſmodi punctura in alia cruris ejuſdem, aut alterius parte celebretur, adeoque deinceps ſemel aut bis in die, in membro hoc aut illo, unico aut duobus, vel ſimul in pluribus, talia aquarum intercutium emiſſaria, excitentur. Enimvero hoc modo uberius ac tutius quam ab alia quavis encheireſi exteriori, illuvies hydropica exhauriri poſſit, cujus interea proventus novus ſi per internam pharmaciam præcavetur, morbus faciliùs ſanabitur; Porrò in hydrope deplorato, optimè per adminiſtrationem iſtam vita prolongatur; in quantùm ſcil. aquis, per emiſſaria iſthæc externa continuè eluctantis, inundatio interna vitalis diutiùs protelatur; Senex ſeptuagenarius, toto corpore hydrope immerſus, unici hujus remedii ope, præter ſpem omnium, per plures menſes in vitâ perſtitit, & caput ſupra aquas extulit. *Willis.*

120. *Umbilici compunctionem*) Non ſolùm in pedibus per veſicas ſponte, arteve inductas, aquæ tum ex illis, tum ex abdomine pene univerſo quandoque effluxit, ſed & in abdomine *umbilicum* in amplam & pellucidam veſicam, aquaque plenam, ab ipſius copiâ dilatatum, in aſciticos aliquoties deprehendimus; è qua diſſectâ forfice vel ſcalpello, quo levi negotio & citra ſenſum fit, aqua tota niſi per vim compreſſa fuiſſet, impetu magno effluxiſſet. Qui modus aquam educendi, cùm adeo ſit expeditus, ſi arte procurari poſſet, ut umbilicus hoc pacto intumeſceret, quod cucurbitulæ admotæ fortè efficerent, cùm illud tentare cupimus, magnum ad curationem afferret adjumentum, *Platerus.*

121. *Dehiſcentibus vaſis umbilicalibus*) In venâ umbilicali, ubi hepati inſerta, atque extra illum peritonæo adnata erat, dilatata admodum, cùm aliàs in adultis ligamentum potiùs, quàm vas cavum referat, aquam quoque ſatis copioſam in hydropico ſecto deprehendimus. Aliàs verò non ſolùm illic retentam, ſed inde per idem vas ad umbilicum uſque in quem deſinit penetraſſe, & ſub cute collectam, tumorem inſtar veſicæ aquâ plenæ illic peperiſſe, atque inde quoque in abdomen effluxiſſe, vel alioquin illic viam ſibi aperuiſſe, & per eam è corpore defluxiſſe, eaque diſrupta è corpore emanaſſe, ſæpe copioſè, ut totum ventrem exinaniret, aliquos obſervavimus. *Platerus.*

122. *Thermas nihil in hydrope prodeſſe*) De acidulis potis ſimile non eſt ferendum judicium, teſtatur enim ab *Heer lib. de Acid. Spadanis*, multos hydropicos illarum aquarum uſu ſanari, p.m.75.

Differentiæ.

123. *Differentia* à partibus, 124. quarum vitio ſerum colligitur, ſumuntur.

I. Alius eſt 125. vitio *Renum*, ſerum non attrahentium, 126. ſeu quod *Exulcerentur*, & tum aliquid puris in urina apparet; mictio quàm in cæteris cauſis longè parcior eſt:

Seu 127. quod *Ureteres rumpantur*; & tum ſubito oritur: plerumque id in calculi exturbatione fit.

123. *Differentia à partibus*) Hydropis Iliaci meminit *Hippocrates* (vide §. *Vel partium aliarum morbis*) Cujus notum peculiarem expreſſit *2. progn.* & *in Coacis*, *Diuturna alvi profluvia, neque ventrem inanientia, neque ilium & lumborum dolores ſolventia*, Hæcque diarrhoea mox ab ipſis morbi quaſi incunabulis invadit; quod propter ilei inteſtini atque meſenterii inflammationem obſtructionemve, plurimùm excrementi biliosi coacervetur, aut alimenta non diſtributa corrumpantur, ideoque venter ſymptomaticè diffluat. *Menjotius.*

124. *Differentia à partibus*) Oritur Hydrops Jecore, Liene, vel Renibus, vel vaſis lymphaticis officium non facientibus. *Rolfincius.*

Præter cauſas quæ frequentiores ſunt, & magis ordinariæ, aliæ dantur minùs frequentes ab authoribus relatæ, & quibuſdam obſervationibus confirmatæ, quæ ſcil. ex peculiari quarundam partium vitio contingunt, non ſolùm *hepatis* & *lienis*, ſed etiam *meſenterii*, *pancreatis*, *ventriculi*, *inteſtinorum*, *renum*, *veſica* & *uteri*, læſa nimirùm illarum partium hoiomoſi, à gravi quodam affectu, ut proprium alimentum corrumpant, & in ſeroſum humorem colliquatione quadam convertant (vide §. *Aquoſus & ſeroſus humor*, quomodo à vitio illarum partium hydrops exſurgat) Sic apud *Galenum aph. 55.7.* hydatides in hepatis ſuperficie interdum exurgunt, ex quibus diſruptis, ſeroſus humor in cavitatem abdominis effunditur. *Fernelius* exiſtimat hepar valdè exſiccatum findi & rimis quibuſdam inſtar terræ ſiccæ hiſcere, ac per illas rimas ſerum effluere. Alii dicunt ex *inteſtinis* hydropem fieri poſſe, ſi illa perforentur, & homo ſtatim non moriatur, ſed humor aquoſus ex iis in cavitatem abdominis ſtillet. Tum etiam ex *Renibus*, ſi valde ulcerentur. Hydropis ex uteri vitio prognati, habetur hiſtoria apud Sennertum. *Riverius.*

Datur etiam Hydrops, qui eſt tantùm in genu, & fit à divulſione, à nemine ferè annotatus. *Walæus Med. Pr. c.14.* A cruribus complura vaſa Lymphatica aſcendere deprehenduntur, quorum reſeratio tumori illi originem præbere poteſt, effuſo humore ibi contento.

123. *Differentia à partibus*) In fœminis, quod notandum eſt, alia quædam, & ab his longe diverſa Hydropis cauſa reperitur, incluſa ſempe in *Teſticulorum* alterutro ſaburra, ſeu obſtructio quæ ſenſim ejuſdem craſin ſubvertit, unde in dicto teſticulo repoſita primum morbi minera, tunica ejuſdem mirum in modum diſtenditur; qua jam tantùm non crepante; natura humori excipiendo veſiculas quaſdam ſuggerit; quarum tandem ſive una aliqua, ſive etiam pluribus diſruptis, & in abdominis cavitatem ſe exonerantibus, eadem occurrunt ſymptomata quæ in hydropes vero. *Sydenham.*

124. *A partibus quarum vitio*) Ortum habere poteſt *Aſcites*, vel à *Venis Lacteis obſtructis & ruptis*; Vel à *ſero in pedibus primùm ſubſiſtente, & paulatim aſſurgente*,

ſicq́, in abdominis cavitatem penetrante, atque ibidem collectio.

Venæ Lacteæ obſtruuntur à pituitâ in tenui inteſtino ſolutâ, in eas delatâ, mox verò plerumque à *Potu frigido* nimiâ copiâ ingurgitato, aliquando ab *Aere* itidem frigido, imprudenter contra detrudatur abdomen admiſſo; rariùs ab *aquâ frigidâ* ſimiliter caſu, vel imprudenter abdomen attingente, *iterum coagulatâ*, & in ipſis hærente, conſequenter ob *chyli, potuſve acceſſum* ipſarum *nimiâ diſtenſione*, & tandem *ruptiones* hinc *utrinſque in abdominis cavitatem effuſione, ac collectione.*

Sic obſervatum eſt, non ſemel, in ardore ac ſiti febrili, intra duos treſve dies à Potu copioſiùs ingurgitato, excitatum Aſcitem, dubio procul ob pituitam à febrili ardore ſolutam, & in lacteas venas translatam, mox verò ad potus frigidi aſſumptionem coagulatam, hinc ad ſubſequentis potus copioſi ingurgitationem, poſt notatarum venarum diſtentionem, ac ruptionem, propter ipſum in Abdominis cavitatem effuſum, & ibidem collectum, ipſamque opplentem ac diſtendentem.

Ad ipſius *curationem* opus eſt ut in tempore *obſtructiones vaſorum lacteorum ac lymphaticorum*, ſi quæ ſimul adſint, ſolvantur, atque humorum redundantia per alvum minuatur ac educatur, Quibus ſi parùm proficiatur, feſtinandum ad Paracentelin &c. *Sylvius Append. Tr. 10.*

124. *A partibus*) Adde recenſendis vitium Ventriculi, cui primos fere natales debet Hydrops, vide ſupra §. *Cauſa eſt nutritionis vitium.*

125. *Renum*) *Helmontius Tract. de Hydrope ignoto*, totus in eo eſt, ut demonſtret Hydropem omnem à ſolo *Renum archeo*, fermento ex cauſa occaſionali intra ſe concepto, oriri. *Platerus* in quodam hydropico utrumque renem multis ulceribus perforatum, repertum fuiſſe refert, unde ſanies & ſerum in abdominis cavitatem influxerat.

125. *Vitio Renum*) Anteceſſotes noſtri, qui ex oculatioribus fuerunt luculentis experimentis & autopſiæ (quæ in hydropicis cadaveribus, hepar ſemper affectum fuiſſe reapſe & non uno exemplo refutavit) teſtimonio jampridem confirmatum dederunt, Hepar in hydrope haud perpetuò accuſandum, quum ſoli *Renes*, eorumq́; obſtructio ac debilitas hanc aquoſæ ſuperfluitatis, ac cumulatæ ſeroſitatis in ſanguine redundantiam, parere non rarò, ſed frequentiſſime ſoleat; Si enim officium renum debitâ lance perpendamus, illis incumbere ex anatomiâ, monumentis videbimus, ut ſanguinis ſint purgamentum, Cùm enim ſerum & aquoſitas omnimodè ſit inepta nutritioni, Natura hîc locorum condidit vaſa emulgentia, quæ ex ſanguineâ maſſa, tam venoſa, quàm arterioſa, aquoſam ſeroſitatem, qua antea ſanguis tanquam, vehiculo utebatur, aſſurgere & expnrgate teneatur: abſque enim hac ipſa ſequeſtratione ſi eſſet ſanguis, haud foret hominum diuturna vita, aut proſpera ſanitas: Obſtructis igitur, aut alia ratione infirmatis renibus, ut ſerum abducere non valeant, & in officio ſuo ſegnes eſſe cogantur, certiſſimum eſt ita cumulari in ſanguine hanc ſuperfluæ & luxuriantis ſeroſitatis, aquoſitatiſque excrementitiæ malitiam, ut propterea aquoſiſſimus, omnimodeque depravatus evadat ſanguis, & cachexiæ occaſionem præſentiſſimam, ac conſequenter Hydropis etiam, qui hujus eſt genuinus filius, efficaciſſima primordia, vel fundamina, potiùs conciliare poſſit, imo non tam poſſit, quàm ſolemniter ſoleat.

Ideoque Renes affecti, quam maximè ſunt in Hydrope in culpâ. Id quod vel maximè curandi felicitas, quæ tunc per Diuretica excellentiora, (hæc enim inter ſpecifica antihydropica, non ſecus ac aperitiva, noſtro etiam judicio potiorem paginam faciunt, inſtituitur, perſuadet, Felices enim hydropicos illos, qui reliquis rectè ſe habentibus, & cæteris paribus, (illa enim urinæ emiſſio, quæ vigilantibus ſine ſenſu & invitò cum arbitrio fit, funeſta eſſe uti plurimùm ſolet) cum euphoria copioſam urinam reddunt, quod practicis hoc in caſu bene notandum. Hæc ipſa cauſæ certitudo, vel etiam exinde etiam confirmari poteſt, quòd hydropici in lotio emittendo plerumque Euchiones ac parciſſimos ſe ſiſtant; Ex *Helmontio* inſuper id diſcimus, hydropem, ut à Renibus (putà plerumque) fabricari, ſic etiam per illos illum ſolvi, ſeu rite curari, ſi nempe obſtructi decenter & cum virtute reſerentur, aut debilitati conſortentur. *Chr. Langius.*

125. *Renum ſerum non attrahentium*) Si in venam cavam ſero translato, naturali illius evacuatione, quæ per urinas fit, impedita, illic adeo cumulantur, ut ſubſiſtere nequiens, à natura rurſum per illius ramos in hepar & venę portæ propagines repellatur; vel alioquin eò regurgitet, illicque coacervetur, idem poterit accidere: Cujus cauſa *Renum facultas attractrix*, non ſufficienter ſuo munere fungens, eſſe poteſt, Vel *obſtructio* tanta, & præſertim in utroque uretere, ſerum in veſicam deſtillare ſufficienter, vel omnino non poſſit. *Platerus.*

126. *Seu quod exulcerentur &c.*) In Renum corpore, cùm & illud uti hepar & lien parenchymate conſtet, ſi illius continuitas eo modo ſicuti illorum ſolvatur, hoc idem fieri poſſe, hydropemque aſcitem inde prodire & rationibus atque experimentis moti aſſerimus: Cum enim ad eos ſerum, non ſolùm per emulgentes venas (*arterias*) continuò cum ſanguine deferatur, ſed & ibi ab illis ſecretum, continuò coacervetur, ſi ſubſtantia renum ad eas uſque ſedes, vel diviſa aut aperta ſit, ſerum ex iis æque atque è cæteris viſceribus, vel exudans, & veſicas priùs excitans, vel ſtatim penetrans, copioſiùs & citiùs, quàm ab aliis viſceribus in abdomen profluet, hydropemq́ue aſcitem, qui diù perſeverare poteſt; cùm renum læſiones præſertim ſi unus tantùm afficiatur, non ſubitò hominem perimant, ſed diuturnum morbum procreent, unoq́ue penitùs conſumpto, alter queat diu adhuc ſufficere, procreabit. Quo in caſu, præter cætera accidentia, ab aquæ hac collectione, in abdomine provenientia, in urinis interdum aliquid purulenti, ſi ulcus adſit, deprehenditur; mictioque adhuc longè quàm in cæteris parcior, & ſæpiſſimè pauciſſima, ſi uterque præſertim Ren ſimul affectus ſit, cum urinæ non minima portio in abdomen continuò deferatur, nec uti decebat, ad veſicam perveniat.

Harum autem læſionum cauſæ in Renibus eædem, quæ & cæterorum viſcerum eſſe poſſunt, ut nimia illorum ariditas, ſicuti hanc renibus quoque accidere, ſiccitatemq́ue illorum calculi ſimul cauſam fieri, in eo deſcribendo oſtendimus, quam non ſolùm ætas, morbi calidi, ſed & urina calidiſſima, ex ciborum calidorum, & vini inprimis potentiſſimi, uſu accenſa, renibus tandem infert.

Dein & *ulcera* renibus admodum ob cauſas in exulcerationibus enarratas, peculiaria, ſi non ſolùm interiores ipſorum ſedes occupent, ſed ad exteriora vergentia, ſubſtantiam ipſorum nunc uno, nunc pluribus ulcuſculis perforent, cauſam hydropi, *Renum vitio* nato, præbere poſſunt: uti & Renum omnimoda, qualem ſæpe vidimus, corruptio, remanente tantùm illius involucro, veluti marſupio. Poſtremo & aliæ Renum ab externâ vi læſiones ejuſmodi, ut contuſiones, vel vulnera, idem poſſunt efficere.

Prædicta certiùs affirmare poſſumus, allato caſu ſequenti, Nobiliſſimus quidam Hydrope Aſcite, ſeptem menſium ſpatio conflictatus, cum poſt mortem aperiretur, nullum aliud vitium in viſceribus ventris inferioris

reperie-

reperiebatur, quam quod aqua in abdomine tamdiu retenta corruptaque, & viroſo odore prædita, peritonæo, & præſertim meſenterio ac omento pepererat, deprehenderetur. Sed uterque ren multis ulceribus fiſtuloſis perforatus, adeo amplis, ut digitorum ſingula facilè reciperent, inventus fuit; Adnatis inſuper hinc inde Renum corpori veſiculis aquâ plenis, quæ ex illis ſciſſis profluebat, eroſâ ſimul undique renum exteriore tunicâ: Quam renum exulcerationem ab immoderato potu profectum, ex eo collegimus, quod Nob. ille ab adoleſcentia ad annum ſenectutis lxx. & ultra, vinum generoſiſſimum conſuetim & copiosè biberit, & in conviviis bibendo nulli cedens, urinam nihilominus continere ad multas horas potuerit. Quo præterea multùm contuliſſe, hydropemque ex parte cauſaſſe, judicavimus, quòd in eo ſplendidè vivente, jugi ciborum aromatibus conditorum uſu, uti reliqua viſcera accendi & ſiccari oſtendimus, ita & renes, ac præſertim ob retentionem hanc urinæ diuturnam, potiſſimùm eroſi ulceratique fuerint. *Platerus.*

[127]. *Quod ureteres*) Accidit aquarum in cavo abdominis congeries, *ſoluta renum, ureterum aut veſica continuitate*, ſive inſenſibiliter, ut dum rareſcentes propter ingentem, à grandiorum calculorum tranſitu, dilatationem *Ureteres* inſtar fiſtulæ novæ perfluunt, ſive ſenſibiliter, ut ſemitis urinalibus vulnere vel ulcere pertuſis, aut cicatrice poſt lithotomiam, interno vulnere adhuc hiante, cuti incaute obducta. *Menjotius.*

II. Alius [118]. vitio *Lienis*, qui cum, tanquam ſpongioſus, aquam ex ventriculo, officio eo à natura ſibi delegato, per vas breve trahere debeat; quæ hinc per arteriam ſplenicam in cœliacam, mox à trunco arteriæ aortæ per emulgentes arterias ad venas derivetur.

Illud *Vel nimis avide, ob καῦμα* in venis obortum, perficit: quod *cognoſcitur* ex alvi profluvio pertinaci, quod nec tumorem ventris nec dolorem propter intemperiem hecticam tollit, & vel ob imbecillitatem venarum alimentum non attrahentium, vel ejuſdem corruptionem & continuam biloſi excrementi evacuationem cum æſtu inteſtini jejuni & meſenterii affligit.

Vel omnino negligit, ſeu propter [129]. obſtructionem viarum ad eum tendentium à craſſis humoribus factam: *ſeu* ob caloris diſſipationem, à ſcirtho, nimia evacuatione, calidorum uſu, partium vicinarum intemperie, morbis acutis: *ſeu* ob [130]. caloris ſuffocationem ab uſu frigidorum nimio, à [131]. menſtruis ſuppreſſis, [132]. ſuperfluis evacuationibus, &c.

III. Alius eſt [133]. *vitio Hepatis*, ſerum ſeu ob [134]. eaſdem cauſas non attrahentis [135]. aut retinentis: ſeu ob idem καῦμα nimis allicientis.

Et [136]. cum Tuſſiendi deſiderium adeſt. [137]. Excrementa ſunt pauca & ſicca, propter ſeroſitatis in abdomen miſſionem, & cæterorum à [138]. calore hepatis exuſtionem.

Hepatica frigida cum aperientibus minus calidis adhiberi debent, ut ſucci *roſar. cichorii, agrimoniæ*, &c.

[118]. *Alius vitio lienis*) Quomodo lien concurrat ad aſcitis productionem, Vide inferiùs ex Platero. §. Quæ continere debent.

[118]. *Vitio Lienis*) Placet nonnullis cum *Ariſtotele* Lienem eſſe ἀντίζυγον τοῦ ἥπατος, non modo ratione ſitus atque libramenti, ſed etiam ratione muneris, eſſe nimirum adulterinum hepar, concoctrice pollens facultate, utpote quod ſanguineum exiſtat, Igitur ſi Lien αἱματωτικὸν, & tanquam hepatis ὕπαρχος, aut vicarius ſupplet vices ejus; etſi non impleat ita quoque ὑδερικὸς eſſe poteſt, etiam hepate nequidem ſymphaticῶς oblæſo, ut liquet è reſciſſis hydropicorum defunctorum corporibus, in quibus hepar quandoque illibatum compertum eſt, ſcirthoſo Liene aut putrido. *Galenus* quidem diverſus abit ab hac opinione, ex profeſſo docens, à ſcirrho Jecoris neceſſariò fieri dydropem, à ſcirrbo lienis non neceſſariò, ſed interdum, ſi nempe hepar ἀσθενὲς, ſpleniſque in morbo ſodalis fuerit: Verùm *Galeno* adverſatur *Hippocr. 3. t. lib. 2. Epid.* duplicem ponens Hydropem, unum pallidiore ab hepate, alterum nigriorem à Liene; Ubi clarum eſt duas illas hydropis differentias, non modò tanquam ſymptomatis, ſed etiam velut natalibus diverſas inter ſe opponi. *Et lib. de int. Aff.* hydropem ſplenicum deſcribit, ab eſu ficuum viridium, pomorum autumnalium, & plurium uvarum, atque potatione muſti copioſi, quæ cauſæ faciunt σπλῆνας μεγάλους καὶ [illegible] magnos atque conniventes. Apte igitur *Q. Serenus*

Corrupti jecoris vitio vel ſplenis, acerbus
creſcit Hydrops. Menjotius.

[119]. *Seu propter obſtructionem viarum*) Læditur vel impeditur Hepatis & Lienis attractio ab obſtructionibus, quæ liberum materiæ ſeroſæ tranſitum intercipiunt: Sic ſcirrhum hepatis & lienis, hydrops conſequitur, non tantùm quòd illæ partes debilitatæ, laudabilem ſanguinem generare nequeant, ſed præcipuè quòd totam illam materiam, quæ potu aſſumitur attrahere non valeant, & ad alias partes tranſmittere. *Riverius.*

[120]. *Seu propter obſtructionem viarum*) Atque hanc non infrequentem Hydropis Aſcitis cauſam judicat *Franc. Sylvius, Pr. lib. 1. c. 17.* non quidem ad Lienem tendentium, ſed earum quâ chylum (cujus Lympha plurima ſemper comes eſt) ad ciſternam commeatum concedunt: Chylus, *inquit*, per carneam inteſtinorum coſtam percolatus, & in lacteas venas admiſſus, per eaſdem transferri ac propelli debet ad Ciſternam, ſive commune ductus Thoracici receptaculum, circa Lumbos ſitum: Læditur hic motus, quando is in uno pluribuſve locis impeditur, atque lentiùs pergit, aut planè ſiſtitur ſtagnatque chylus: Impeditur quando viſcidior ac tenacior exiſtens, propellitur lentiùs. Viſcidior eſt ob alimenta ſimilia, copioſiùs diutiuſque ſumpta. Siſtitur in motu, quando eadem vaſa ſunt obſtructa & quidem nunc à prædicto chylo viſcidiore, in ipſis coagulato, nunc à pituitâ inteſtinali in ipſa propulsâ, & ibidem coagulata: Propellitur Pituita inteſtinalis in lacteas venas, quoties à corporis motu, aut vehementi æſtu, ſcrive quocunque æſtu, quin & febrili ardore, aliiſvè tunc ſimul in corpore concurrentibus, *ſolvitur*, imprimis accedente Potu calente, aut tepido diſſolvitur ſicque fluxilis redditur. Coagulatur eadem *Pituita*, ut *Chylus viſcidior* in venis lacteis, rariùs quidem ab aëris frigore, mox calorem ſubſequente, frequentiùs autem à Potu frigidiore aut gelido, affatim ſumpto, mox ad inteſtina præparante, atque tum ipſa inteſtina, tum partes vicinas omnes, ipſaſque adeo lacteas venas, non tantùm potenter refrigerante, verùm contenta quoque in ipſis incraſſante & coagulante. Coagulatis hoc modo

in venis Lacteis; vel chylo viſcidiore, vel pituitâ inteſtinali, factâque in ipſarum ramis pluribus, vel paucioribus obſtructione, ſiſtitur & ſtagnat mox in iiſdem quicquid ex inteſtinis, vel liquoris ex continuo bilis, ſucci pancreatici & pituitæ ſalivatis confluxu orti, vel chyli, vel potus tantùm copioſè hauſti propellitur in ipſas: quin idem eaſdem ſenſim magis magiſque eo uſque diſtendit, ut tandem rumpantur, ac per conſequens, aut priùs inter meſenterii membranas, aut mox in abdominis cavitatem effundatur multiplex illa humiditas ipſis, excepta, & in motu ſuo intercepta. Atque hanc non infrequentem puto Aſcitis generationem, & imprimis quando is ex Potu multo ſubitò producitur, ſicut in Febre ardente cum urgente ac permanente Siti junctâ, intra triduum memini factum. *Fr. Sylvius l. c.* Obſtructio autem præveniatur.

1. Cavendo ab uſu alimentorum viſcidorum, ac præſertim ingurgitatione quorumvis. 2. uſurpando medicamenta humores pituitoſos, viſcidoſque corrigentia, educentiaque. Obſtructio in venis lacteis, ex dictis cauſis contrariis ſe mutuò excipientibus factâ, vel prudenter conjectatâ, curabitur medicamentis potenter incidentibus, præſertim ſudoriferis aromaticis, potiùs iteratis, quàm ſimul ac ſemel aſſumptis, obſervavi namque ſic feliciùs, faciliùs, tutiùs & citiùs ſolvi obſtructionem.

℞. *Aqu. petroſ.* unc. ij. *fœnic. theriac. ſimpl.* ā̄ā. unc. j. *ſpir. ſal. Armon. gtt. xx. ſyr. card. ben.* unc. j. *f. miſtura*, brevibus intervallis & cochleatim aſſumenda ad ſudoris eruptionem. Vel ℞. *Aq. fumar.* ℥iij. *cochlear. vitæ matth.* ā̄ā. ℥j. *aceti ſtil.* ℥ß. *ocul. cancri pulver.* ʒß. *ſal. abſinth. antimon. diaph.* ā̄ā. ℈j. *ſyr. v. rad.* ℥j. *miſce.* Sponte coaleſcent Lacteæ venæ poſtquam ſublata fuerit earundem obſtructio, ſicut accidit venæ ſectæ. *Idem ibid.*

Seu propter obſtruct. viarum.

Contingit reſeratio vaſorum, *Solvendo pituitam* in vaſis prædictis *coagulatam* eandemque inde *removendo*; Pituitam coagulatam ſolvunt medicamenta incidentia & attenuantia dicta, quæ partim *ſale lixivio*, tum *fixo*, tum *volatili*, & imprimis *oleoſo* ſive *aromatico* ſunt prædita; partim *Acida* ſunt, partim *ſpirituoſa*, partim ex variis hiſce miſta, *Salia fixa* ſunt *card. ben. abſinth. tartar. &c. Volatilia* parantur *ex urinâ, ſale ammon. c. c. cranio hum.* & *ſimil.* Ad *Acida* pertinent *ſpir. ſalis vulgar. nitri, vitriol. ſulph. acetum crudum & ſtillat.* &c. Inter *ſpirituoſa* primus locus debetur *ſpiritui vini*, proximus *ſpiritui* ex quibuſvis plantarum partibus fermentatis elicito. Ad *ſalia volatilia oleoſa*, referenda ſunt omnia *olea ſtillat.* imprimis ex *aromat. ſemin. baccis, lignis, radicibus*, & ſimil. parata. Ad miſta pertinent *Sal tartari vitriolat. Sal ammoniac.* ut & omnes *aquæ theriacales, antinephr.* ac ſimiles, ut & compoſitiones pro re nata inſtitutæ. In eundem finem uſurpari poſſunt *oculi cancr.* aliaque *oſſea*, vel *lapilli* in brutis reperti, & cum *ſtillatitio aceto* pauco aliiſque miſti & convenienter exhibiti. Uti notandum illa omnia Incidentia & Aperientia dicta, conducere ubi in lecto continetur corpus, ideoque ad ſudorem blandum componitur; ſic enim feliciùs & faciliùs præſtant, quod præſtare debebant; promovetur enim ea ratione tum illorum motus ad partem affectam, tum operatio in humorem peccantem: Eadem quæ humorem pituitoſum coagulatum ſolvunt, eundem fere ſimul ſtagnantem ad motum interruptum promovent, ſed imprimis ea quæ ſimul ſudorifera ſunt; Juvat enim plura ſimul conjungere, quæ pluribus ſatisfaciant Indicationibus, dummodo blande operentur ſingula; nihil autem æque motum interruptum renovat, ac id quod ſudores promovet, Seligenda verò in hoc caſu ſalia Sudorifera, quæ ſimul humorem pituitoſum incidunt, & cæteris concurrentibus malis ſuccurrunt; unde præferenda erunt cæteris omnibus Salia volatilia oleoſa, quippe pluribus indicationibus ſatisfaciunt, ſicque variis modis curando Hydropi ſerviunt. *Idem Append. Tract. vi.*

130. *Caloris ſuffocationem*) Vide §. *Vel extinctione caloris.*)

131. *A menſtruis ſuppreſſis*) Quo in caſu, vel cum hæmorrhoides ſubſtiterunt, ſed non niſi ab initio morbi, vena eſt aperienda, antequam hepar frigidam diatheſin contraxerit. *Riverius.*

131. *A menſtruis ſuppreſſis*) Aſcites à *ſanguine*, vel *retento*, vel *præternaturaliter excreto*, frequenter admodum oritur: Sed *ſuppreſſa hæmorrhoides* inſtar metum incutit: Sic propter *menſtrua conſueta, ſuppreſſa*, hydrops non rarò ſupervenit. *Etmuller.*

132. *Superfluis evacuationibus*) Poſt quamvis *hæmorrhagiam* aut nimiam, aut crebriùs repetentem ſemper hydropis metus imminet; Sic poſt *vomitum ſanguinis*, poſt *immodicum ſanguinis ſputum*, hydropem ſubſequutum obſervatum fuit, videatur *Riverius in obſerv. commun.* Imò ex aliis nimiis excretionibus, præſertim *per alvum*, crebrò genitus hydrops notatus, ſpeciatim ex nimiis alvi fluoribus, tam artificialibus. ſic ex alvi profluvio diuturno, obſervat *Ferdinandus* Hydropem Hiſt. 98. Item hydropem gravem ſuccedentem ptyaliſmo diuturno & pertinaci, obſervavit *Thonerus in Obſ.* Idem de *dyſenteria* ac ſimilibus excretionibus, obſervatum. *Etmuller.*

133. *Alius eſt vitio hepatis*) Hippocr. l. de int. affect. *Hydrops ab Hepate oritur, cùm ad hepar pituita acceſſerit, eamque hepar acceperit & humectatum fuerit.* Nam ab humore pituitoſo, utpote viſcido & lento, Hepar obſtruitur, Et ab obſtructione hepatis, hydropem oriri neceſſe eſt, ſiquidem officium hepatis eſt, bilem ſecernere, quæ deinde per choledochi vaſa tranſmiſſa in duodenum, ubi pancreatico ſucco occurrens, ebullit, chylumque fermentatione depuratum exaltat, & volatiliſat: Obſtructio itaque hepate; cùm non ampliùs ſecernatur bilis, nec ad duodenum perveniat, chylus crudus ac ſemicoctus remanet, cumque primæ coctionis vitia, in ſecunda non emendentur, à crudo chylo, crudus ſanguis, Hinc tanta in conglobatis glandulis lymphæ fit ſecretio, & in vaſis lymphaticis, tanta ejus collectio, ut cùm huic retinendæ vaſa hæc ſint imparia, rumpi aut aperiri neceſſe eſt, ex quâ lymphâ in abdomen effuſione, hydrops oritur: Hepar itaque hydropem inducit, ubi ad illum accedit pituita, non ob frigidam intemperiem, qua propriè laborare non poteſt, cum vaſis ſanguineis abundet, ſed propter obſtructionem, germanam prædictorum malorum parentem. *Jac. Sponius Aphor. novor. 44. ſect. 2.* Adde plurima vaſa lymphatica, ob Hepate ac veſicula fellis, juxta portæ ac ductus choledochi latera prorepere, quæ ſi aperiantur, effuſioni lymphæ in abdomen occaſionem præbent, adeo ut eorum ratione Hepar hydropis cauſa dici queat.

134. *Seu ob eaſdem cauſas*) In aſcite ſplenis oborto recenſitas: Ab *obſtructione hepatis*, ab *humore*, aut aliâ *durities*, vel *ſcirrho* factâ, eundem tranſitum ſeri impedire poſſe quoque cenſuerunt; quæ tamen ſi adeo magna eſſet, ut ſerum inde retineretur, etiam ſanguis minimè permeare poſſet, unde atrophia potiùs, quàm hydrops prodiret. *Platerus.*

135. *Aut retmentis*) Placuit *Fernelio*, Jecore ac Liene. Veteri ſcirrho induratis, inter areſcentem eorum ſubſtantiam

ſubſtantiam, ad terræ modum rimas trahere: quod ſi membrana viſcera iſta operiens ſimul diſtringatur, aquam velut ex ollâ fiſsâ inſtillare in ventrem; ſecus ſi tunica ambiens integra perſtiterit, hydatidas pecorum jecoribus familiares, ipſis adnaſci.

Verùm etſi concederetur, viſcera interdum ita exareſieri, ut eorum ſubſtantia rimis fatiſcat, tamen certiſſimum eſt, id perrarò contingere, nec rimoſum hepar poſſe reſtitui, cùm tamen Aſcites, neque ita infrequenter occurrat, neque adeo rarenter ſanciſcat; imò dehiſcente hepatis parenchymate, ſanguis unà cum ſero, in ſpatium abdominis neceſſariò effluerer, Deinde ut Hepar hydatidibus bullarum reddatur, nihil eſt neceſſe hujus carnem hiulcari, cum ſeroſus humor rariorem hepatis ſubſtantiam permeare queat, ac ſub membrana inveſtiente, utpote denſiore, ſubſiſtere, more phlyctænarum ſub cuticulâ efflorеſcentium, quibus hepatis veſiculis diſruptis, ac veluti crepantibus, abdominis intervalla, aqua compleri non negamus, ut de privato Pulmonis Hydrope, *Hippocrates* obſervavit. *Menjotius.*

135. *Aut retinentis*) Ex *Hepatis & Lienis* parenchymatis, continuitatis ſolutione, influxum ſeri in capacitatem abdominis ſemper accidere, nec aliam eſſe hydropis cauſam, *Fernelius* teſtatur; Quod nos, frequenter evenire, ſectione cognovimus, Idque potiſſimùm, ex fiſſa & dehiſcente ipſorum ſubſtantiâ, unde ſerum è vaſis venæ portæ & cavæ per eam penetrans, & ſub tunicas exudans, illic coercitum, eas à ſede ſubjectâ ſeparando, aquâ implet, atque in veſicas elevat; quibus diſruptis, ſerum in abdomen promanat, Cujuſmodi veſicas plures ſæpe, eaſque interdum amplas limpidaſque, *hepati lienique* adnatas in hydrope extinctis hominibus, uti à ſimiâ invenimus; Laniique, has quoque, frequenter oſtendunt, Verùm & tunicis tandem excîſis, ſerum ex hiſce viſceribus rectà in abdumen exſtillat; Fiſſurarum autem ejuſmodi in *hepate*, & liene cauſa, non minima eſt, parenchymatis iſtaria ſiccitas & ariditas, ut non ſolùm decreſcat & imminuatur, ſed & tandem nimis dehiſcens, findatur: Cujus cauſam intemperiem potius *calidam*, quàm *frigidam* fuiſſe, non ſolum ſuis ſumma hydropicorum, & urinarum rubedo, aliaque caloris potiùs, quam frigoris indicia demonſtrant, ſed & quod illis hoc potiſſimùm, eveniat, qui lautiùs vivendo, calidiſſimis aromatibus cibos condiunt, vel vina generoſiſſima & meraca bibunt, & in ejuſmodi vivendi ratione perſeverantes, quidam juvenes adhuc, quidam adultiores, maximè verò ſenes, quo tempore hæc viſcera alioquin ætate ſicciora evadunt, in hydropen incidunt, & ſe ab aquâ infeſtari, quam tamen non biberint, jocularitet conqueruntur; Quam potiſſimum cauſam, quod noſtris in regionibus, hydrops adeo graſſetur, eſſe jam diu obſervavimus, atque in ebrioſis hydropis imminentis perpetuam ſitim, quâ ob intemperiem calidam, hiſce viſceribus impreſſam, diu ante premuntur, quæ illos ad continuam potationem impellit, certiſſimum prænuntium eſſe, niſi alius morbus præveniens, eos è medio priùs tollat, deprehendimus.

A *medicamentorum calidiſſimorum* quoque nimio & frequenti *uſu*, quibus *ventriculum*, atque *uterum mulieres*, calefacere ſtudent, vel in aliis frigidis morbis immoderatius ægri utuntur, hoc evenire, viſceraque adeo calefieri exſiccarique poſſunt.

A *morbis* quibuſdam *calidis acutis*, vel *diuturnis*, ut *febribus*, *ictero*, ſimilibuſque, hæc viſcera ſimili modo exſiccari findique poſſunt, ideoque hydrops caloris ſigna potios, quàm frigoris proferens, hoſce affectus ſubſequitur.

A *Tumore duro* qualis eſt durities horum viſcerum, quâ ipſorum ſubſtantia vel tota, vel aliqua ſaltem induratur; vel tumor in eâ collectus durus, in cava ſimave *hepatis lieniſve* parte generatur *ſcirrhus* durus, vel alius durus tumor, qui in abſceſſum abire ſolet, ejuſmodi fiſſuræ in illis, vel aliæ aperturæ, per quas ſerum in abdomen exſtillat, frequenter prodeunt, cum ex durітie hac, tunica horum viſcerum facile crepet; & findatur, & ſi tumor durus in abſceſſum convertatur, indéque in ulcus, viam hac ratione illi patefaciat, ut in ulcere dicetur; Quæ & cauſa eſt, quare durities illa, vel ſcirrhus, vel tumor durus, in abſceſſum deſinens, hepatis vel lienis hydropem inducat; cum ſi citra hanc fiſſuram aut diviſionem apertam, durities illa vel ſcirrhus, aut tumor ſe offerant obſtruendo & arctando ſolum, icterum, vel cachexiam, aut atrophiam, potius pariant nec dum hydropem, donec tandem hæc læſio viſcerum inde procedat, tuncque hydrops priores affectus ſequitur, vel ſi ſtatim hoc fiat, mox comitatur; Unde & aliæ horum viſcerum obſtructiones, cùm ſubſtantiam ipſorum extrinſecus minimè dividant, hydropis Aſcitis, ſi ſolæ ſint, cauſæ minimè fiunt; uti verò enarratorum tantum affectuum, hydropiſque interdum anaſarcæ; Hujus autem *duritiei*, Sicuti & *ſcirrhi* cauſa, eadem horum viſcerum ſiccitas, quæ ea findit, eſſe poteſt, ſi adeo in eâ agat, ut ad indurationem uſque torreat, à cibo potuve, medicamentis, vel morbis calidis etiam dependens: Vel quæ cauſa exiſtit tumorum horum, ut ſcirrhi & tumoris duri, in abſceſſum deſinentis, extrinſecus in carnoſis corporis ſedibus, obortí ſolitorum, illorum quoque qui in viſceribus hiſce prodeunt, Cauſa eſſe poteſt: Veluti eſt ſuccus quo hæc viſcera aluntur, craſſior quam par erat, redditur; quod illi ob chylum & ſanguinem ex quibus generatur, vel permiſtionem craſſioris alterius partis ſucci accidit, ut ſimilem ſubſtantiam reponendo, tumores hoſce in viſceribus gignat, quorum ille, qui in abſceſſum vergit, ob eaſdem cauſas, uti in externo, materiam variam, quæ in illis aliquando invenitur, continere poteſt; Neque enim ex pituità, vel bile, aut alio humore, viſcerum ſubſtantia ſic indurari, ſed vaſa ipſorum [illegible] obſtrui poſſunt; Sed & *inflammatio* in hiſce [illegible] ſcirrhum gignit, ſuccum ea nutriente [illegible] quem alio modo, ea indurat, vel in [illegible] producit: Aliter quoque læſa & apert[illegible] ſubſtantia, circa ſuperficiem, ſerum in abdomen tranſmittere poteſt, Sicuti in hydropica quadam puella, hepar ut â parte malè affectum, tumore fungoſo illi adnato, in quo concretum quid inerat, vidimus, è quo ſeroſus humor exſtillare potuit.

Potiſſimùm verò *hepate & liene ulceratis*, adeo ut ad ſuperficiem ipſorum uſque, ulcus penetret, ſerum uti & in cæteris ulceribus, quæ ſemper madent, exudans, hydropem etiam acceſſit: Qualia ulcera poſt inflammationes ſuppuratas, vel tumores ſupradictos, in abſceſſus deſinentes, oborta relictaque diu ſæpè, purulentas dejectiones moventia, tandem Hydropem efficiunt. Aliæ verò læſiones alias, & præſertim *contuſiones*, ab externis injuriis factas ſequuntur, Sicuti duos ab equo dejectos, & in latus dextrum lapſos prægreſſis aliquando hepatis læſi ſymptomatibus, quibuſdam, tandem hydrope correptos, eoque extinctos fuiſſe novimus.

A *Vulnere* extrinſecùs ad viſcera huc uſque adacto, niſi mors præveniat, ulcus relictum idem poteſt efficere.

Sed *& corruptio ac putredo horum viſcerum*, vel ex parte vel omnimoda, qualem in hydropicis ſæpiſſimè vidimus, cauſa hydropis non infrequens exiſtit, quæ tumores, vel eroſiones & ulcerationes, vel alias læſiones

horum viſcerum ſequitur: Verùm & ab aquâ jam priùs in hydropicis, in abdomine collecta, putreſcente, ſi horum viſcerum tunica erodatur, vel ulteriùs ipſorum ſubſtantia lædatur, ſero tunc inde quoque tranſſudante, aquæ illius copia, in ventre augebitur; Obſervavimus quinetiam, ab eadem aqua, & hepatis & lienis tunicis, uti & peritonæo eo in loco, ubi illa huic adjacent, exeſis, ita concreviſſe, ut nec hepar, nec lien, à regione illa ſepti, cui adnata erant, citra dilacerationem tunicarum, avelli potuerint, unde fortè quoque ſerum in cavitatem, exudare potuit. *Platerus.*

[136]. *Et tum tuſſiendi &c.*) Hydropis Hepatici, ſive cujus princeps & author primarius eſt Hepar, tria ſigna propria proponit *Hippocrates*, 1°. βῆχας καὶ θυμὸν, tuſſes & tuſſiendi cupiditatem, quâ nihil effatu dignû exſpuitur, Nam partibus ſpirabilibus, à pauco ac ſubtili ſero, quod ab hepate flammeo exudat, irritatis, tuſſis cietur; ſed ægri hanc non prodeſſe experientiâ edocti, inquit *Galenus*, ſuſceptam Tuſſim, illico reprimunt. At dicet aliquis, Annon omnis hydrops etiam protopathicus, tandem Tuſſim provocat?

In hydrope ab hepate, propter hujus cum thorace conſenſum, tuſſim quamprimùm ſuſcitari, tanquam ſignum characteriſticum: In hydrope autem ab llibus, hanc ſeriùs advenire, ceu ἐπιφαινόμενον, vel potiùs ἐπιγινόμενον.

Secundò alvus in hydrope hepatico immorigera eſt, de qua proximè.

Tertiò, juxta σημείωσιν *Hippocratis*, Hydropiſin Hepaticam denotant tumores circa ventrem, modò dextra, modò ſiniſtra parte invicem elati, rurſumque conſidentes, quamdiu ſcilicet natura & morbus, æquo marte certant: calore etenim nativo tandem proſtrato, nec œdematoſam materiam amplius tranſponente, hypochondria non ſunt ποικίλλοντα, ſed tumores è mobilibus, fixi evadunt. *Menjotius.*

[137]. *Excrementa ſunt*) Alvus in hydrope hepatico, adeo immorigera eſt, ut onnisi πρὸς ἀνάγκην, id eſt glande vel enemate ſolicitata, excernat σκυβαλώδη, fæces hepatis incendio duras, globuloſas, & nigras inſtar τῶν σπυράθων, ſeu ſtercoris caprarum pilulati; videlicet per initia morbi; eò namque diutius trahente, movetur alvi fluxus, tanquam lethiferum ἐπιγέννημα, ſeu quod ad interitum virtutis ſanguificæ in hepate, accedat lapſus facultatis ejus tractoriæ, quæ chylum debet exſugere: Seu quod meſenterio in hepatis ſympathiam adducto, chylus non præterferatur: Eſt enim conſentaneum, partes ventris hepati graviter afflicto, non minùs ξυμπαχεῖν, quàm illis Hepar. *Menjotius.*

[138]. *A Calore hepatis exuſtionem*) Aliquando minus conveniens eſt ordinatis curatio, cùm nimirum hydrops in calido & ſicco temperamento, à cauſis calefacientibus, calorem nativum diſſipantibus productus eſt, ſicuti in febribus biliosis & vehementibus, ſolet accidere: Tum enim hepatica frigida, cum aperientibus minùs calidis conveniunt, qualia in febribus diuturnis uſurpari ſolent: Tum etiam *ſyr. magiſtralis* (Vide §. *Effuſæ evacuatione, præparatione*) ex *ſuccis roſar. cichor. & agrimon. compoſitus in hoc caſu conveniet*, Pro Potu ſumatur *Decoctum rad. cichorii & calcitrapæ* guſtui non ingratum, vel aliorum aperientium temperatorum, ſed liberaliore quantitate, quæ ſitim leniat, jecoris ardorem temperet, idque reſiccatum humectet: Quam doctrinam (*ab Avicenna, Tralliano, aliiſque ſancitam*) nonnullis paradoxam, confirmat *Baptiſta Montanus Conſ.* 263. In hoc caſu maximè conveniunt medicamenta ex *chalybe, tartaro, & vitriolo*; quia citra inſignem calefactionem, potenter aperiunt & urinas movent: At cæteris remediis palmam præripiunt in hoc caſu, *Aquæ minerales acidulæ & vitriolatæ*, quæ viſcera potenter deobſtruunt, aquas per urinas vacuant, & viſcerum intemperiem corrigunt, Unde experientiâ conſtat, multos hydropicos quotannis *aquarum Spadanarum* uſu percurari: Narrat *Avicenna* Cap. de Curâ Aſcitis, hiſtoriam mulieris, *quam hydropiſis attrivit*, ut ipſe loquitur, *& magnificata eſt ſuper eam, & ipſa mulier comedit quantitatem malorum granatorum, tam maximam, quod ejus relatio eſt incredibilis, & ſanata eſt.*

Et *Varignana* refert ex *Plateario*, quòd quædam vetula, coxit in olla *ſuccum plantaginis* ad medietatem, & dedit hydropico de cauſa calida ad bibendum quotidie, & ſic curatus fuit. Quibus exemplis patet Hydropem aliquando refrigerantibus curari; uſque addere poſſumus *Chr. à Vega*, teſtimonium, qui *libr. 3. artic. Med. ſect. 8. capit. 12.* Tympanitem, *inquit*, vidimus à calida jecoris intemperie natum quem refrigerantibus curavimus, Jecori ſuperponentes *ſuccum endiviæ & cichorii cum pauco aceto, & cichorium* edendum dantes, atque *endiviam.* Riverius.

Hiſtoria à *Montano* narrata ſic habet, Vidi, *inquit*, Venetiis Religioſum quendam Hydropicum, ex Aſcite & Tympanite, qui fuit curatus: Adfuerunt mecum Excell. Medici plurimi, ſcil. *Papienſis, Eugubinus, Trincavella* & alii: Habebat is, ut dixi, Aſciten cum Tympanite, & tabem cum febre hectica: Oportebat tum exſiccare & humectare; Quare eramus in maxima diſcordia; Ego volebam ut multùm biberet, ſed quæ aperirent, quia habebat plurimas obſtructiones: Præterea ut humectaretur, quia ad Tabem pervenerat; Ordinabam ego *ſyrupum acetoſum* cum omnibus quæ provocant urinam: *Eugubinus* nolebat quicquam eſſe bibendum, & narrabat de quodam hiſtoriam, qui per ſicca fuit curatus: *Papienſis*, ut litem dirimeret, concluſit neque omnino nihil eſſe bibendum. Res extrahebatur uſque ad noctem; Deducebant Nobiles unumquemque Medicum ad ſuam cymbam; Ibi tum *Papienſis*, quod ante diſſimulaverat, converſus ad magnificum quendam, dixit, Si vultis curare hunc Dominum, profectò non aliud erit faciendum, quàm quod conſuluit *Baptiſta Montanus.*

Alius.

IV. [139]. Alius eſt [140]. *Exquiſitus*, [141]. alius *non*. Alius *cum febre* [142]. alius *ſine febre*. [143]. Alius *per ſe* incipit, alius *morbos inſequitur*, ut ex præcedentibus colligere eſt.

V. Alius eſt [144]. *à colliquatione*, qui cum febre ardente conjunctus eſt; ſubitò oritur, & vires proſternit: & in quo partim refrigerandum, partim calore ſublato aqua evacuanda.

VI. [145]. Alius eſt *Nodoſus* in quo noduli in abdomine oriuntur, hinc inde diſperſi primò exiles poſt majores, mobiles, doloris expertes nullo colore à reliqua cute diverſi.

Oriunturque

Oriunturque hi a glandulis omenti ſeroſam colluviem imbibentibus, & cutem abdominis in tumorem elevantibus, quæ quia vaſa lymphatica recipiunt, facile ſerum coacervare poſſunt.

139. *Alius eſt exquiſitus, alius non &c.*) Liceat nobis Hydropem alium *frigidum*, alium *calidum*, ſtatuere; *frigidum* ab exuperantiâ ſeri, magis aquoſi & inertis, ab intemperie frigida. *Calidum* ab exſuperantiâ ſeri acrioris, ab intemperie calidâ, Vtraque datur ſpecies, utraque cauſa, quamvis & media viſatur, ſenſim acrimoniam majorem concipiente lymphâ. *Wedelius.*

139. *Alius exquiſitus, alius non*) Præter legitimam Leucophlegmatiam à materiâ pituitoſâ, craſſâ, ob cæſpitantem vim ſanguificam congeſtâ, datur *ſpuria* Anaſarca, ſive ut loquitur *Hippocrates 3. de Diata*, morbus non hydropicus, ſed ὑπωπώδης, à ſucco nunc pituitoſo, nunc aquoſo, ſtante jecoris virtute, aliis de cauſis coacervato: *Primò*, ex decubitu humoris è capite, in univerſum corporis ambitum, Cujus Hydropis meminit *Hippocr. l. de Loc. in H.* Imò redundans illa membrorum humiditas, quandoque advexa eſt, juxta eundem *Hippocr.* docentem *l. de Humor*, hydropas vagari aquationibus ἀνυδρίης excipientibus, eò quòd partes areſactæ χανδὸν ἕλκουσι καὶ ἐσθίουσι, quaſi plenis, hiantibuſque faucibus trahant, & veluti deglutiant, externaſve circumſtantes humiditates, nec eaſdem hauſtas dimittant, ſed iis inebrientur.

Secundò, ſuccorum præſertimque ſanguinis colliquatione, vi extraneæ caliditatis, qualem Leucophlegmatiam celebravit *Hippocrates l. de int. aff.* Ita *1. Epid.* ex malâ colliquatione, præter dyſentericos, diarrhoicos, ac lienterícos fluxus, hydropas quoque ſævivisse teſtatur; Eſtque adnotatum à *Galeno 3. de ſympt. cauſis 2.* ſuccis venarum per colliquationem in ſeroſam ſaniem ſolutis, nec ad renes delatis, naſci ſubitaneum hydropem, & apud *Æginetam l. 3. c. 48.* quidam hydrops oritur, *omni corporis carne* velut *exaqueſcente.*

Tertiò à refrigerio habitus corporis, nullum fomentum, nullum ſeminarium habente in viſceribus, unde ſanguis partibus haud aſſimilatur, verùm ab intemperie illarum frigidâ pituiteſcit; Hicce pſeudohydrops illud habet commune, cum hydrope propriè dicto, quòd à pedibus incipit, utpote caloris inſiti per ſe inopibus, ac propter diſtantiam à corde minus caloris influentis ab eo fœnerantibus.

Quartò Hydrops illegitimus fit, à ſeri intempeſtivâ ſuppreſſione, nempe ſudorum, ob ἀδιαπνευστίαν, ſed maxime urinæ, propter otioſos Renes; ſic *Hippocr. l. de int. aff.* Hydropis καθολικοῦ cauſam recenſuit, dum quis æſtivo tempore, poſt longam itineris peregrinationem, aquam pluviam & ſtatariam affatim ſorbet, hæcque ab excalefactis, ac ſitibundis carnibus mox rapitur, ebibitur atque retinetur.

Quintò, huc pertinet Pedum inflatio, diuturnorum morborum pediſſequa, à labe viſcerum ſuperficiali, ac ſpontè reparabili, per quam innato calore parùm aut nihil alterato, ſolus influens deſuit præſertimque pullulant ejuſmodi cruditates, ſi revaleſcens æger, peccet in vitæ inſtituto, ut ſi nimiis cibis, iiſque frigidis ac humidis ſe oneret; Aliquando etiam iſte pedum tumor ſalutaris eſt, atque criticus, naturâ morbi reliquias in partem remotam, ignobilem, ac externam propulſante, ubi ſenſim diſſolvitur: Talis quoque pedum, imò univerſi corporis hydropiſormis intumeſcentia, prægnantibus ſeu natura ſeu caſu pituitoſis, familiaris eſt, quâ partus beneficio ſe fungantur.

Tandem *morſu bupreſti* (*Aretius 2. Diut. 1.*) ſuſcitatur hydrops, vel potius quædam ſufflatio, non aquarum accumulatione, ſed humorum per ſpecificam veneris proprietatem, ſubitaneâ fermentatione: quo pacto citra ullam veneni ſuſpicionem, ægri ex tabe, aliove longinquo morbo moribundi, derepentè intumeſcunt; a naturâ intabundâ, ut tamen incurvi cervica, quæ ſpiritus adhuc erigens, extremoſque adhibens niſus, humores exagitat fermentatque. *Menjotius.*

140. *Exquiſitus alias non*) Verus Aſcites, à jugi aquarum proventu pedetentim inſurgit, ſpurius autem a morante ſero feſtinantius ingruit; ſoláque ejus excluſione perſanatur, quamdiu æger manet ἀσπλαγχνος, viſcera gerit bene morata: aliàs enim ſi ſuppreſſum iſtud ſerum, vel mole ſuâ hepatis calorem jam obruerit; vel diutinâ morâ vitium capiens, mercum hepar labefactaverit, hydrops ab interceptione, hydropem advehit, ab interceptione perenni; Ex quibus patet I. morbum Aſcitem periculoſiorem eſſe ſymptomate hoc eſt aquarum retentione, quàm ſuâ causâ, id eſt proprio morbo, à quo naſcitur. II. *Hippocratem p. 8. ſ. 7. 6. Epid.* ad præcavendam aquæ deſidis corruptelam, ſapienter imperaſſe ὑδεριῶντας θᾶσσον τέμνειν, ſicut & φθινόντας καίειν αὐτίκα, αὐτὴν κεφαλὴν πρὸ αὐτίκα. *Menjotius.*

141. *Alius non*) Præter legitimum Aſcitem, à collapſu atque ἀτονίᾳ hepatis, alius notatu illegitimus, ab aquarum ἐπισχέσει, undis enim liberis, ad obicis retinacula collectis, fit partium oppreſſio, ac tandem materiæ gravitatis in alvi inanitatem expreſſio; Sed cur, inquies, aquulæ iſtæ ſecluſæ, non petunt corporis habitum, ſpuriam leucophlegmatiam illaturæ? Certè ſi renes vel impediti, vel languentes, non attrahant humorem ſeroſum, cujus poſt hæmatoſin abſolutam, facta eſt ab hepate in venam cavam relegatio, atque amandatio, is in tertiam corporis regionem diffundi, rarius autem ventris ſpatio, reponi ſolet: Sed ſi potulentus liquor chylo commixtus, ob viatum ab inteſtinis ad hepar ac lienem ductatum, atque directarum interclusionem, vel ac tractricis facultatis in hepate, aut liene imbecillitatê; vel immodicam ſui copiam non diſtribuatur, neceſſe eſt hunc, niſi vomitu aut alvo ejiciatur, imprimis illis viis uſque adeo cunctari, donec in cavitatem abdominis, tanquam εἰς μεγάγκειαν confluat; *Potiones aquoſa*, inquit, Hippocrates 4. de Di. acut. *tardius permeant, & velut in orbem acta, circum præcordia fluitans neque ad mictionem decurrunt*: Dicet aliquis, Si chylus, qui craſſior eſt, meat ad hepar, quidni aqua, quæ tenuior? Cauſa eſt, quod ille à Jecore, cui magis accommodatus eſt, ardius, captetur, tametſi ſero non penitus orbatus. *Menjotius.*

142. *Alius ſine febre*) Aſciten frigidum, eumque duplicem ſtatuit *Hofmannus* Inſtitut. l. 3. cap. 68. quorum uterque fit lentè, Aut enim ſuccedit largis evacuationibus, à quibus reſrigerantur viſcera: Iterum præcipuè, cùm renes non abducunt ſerum; Aut fit ſine his, ubi iidem renes debiles, ſunt in officio ſegnes: Qui autem fit, à conſertim ingurgitatâ aquâ frigidâ, cereviſia, pertinet ad cauſas externas, quas ablegat Hippocr. cum indagat cauſas morbificas. *Hofmannus l. c.*

143. *Alius per ſe incipit, alius morbos inſequitur*) Vide ſuprà § 8. *Seu immediatè à ſex non naturalibus; ſeu immediatè à totius vel partium aliarum morbis.*)

143. *Alius per ſe incipit*) Quæritur, Præcedatne Cachexia omnem hydropem? præcedit, ſiquidem diſtinguas inter ὕδερον καὶ ὑδερώδη καχεξίαν: non præcedit, ſi non agnoſcas diſtinctionem, ut nec ego agnoſco: In febribus enim colliquativis, quæ cachexiam

Imò ne in aliis quidem eſt. *Hofmannus l. c.*

143. *Alius eſt à colliquatione*) Duplicem ſtatuit Aſciten *C. Hofmannus l. c.* fit, *inquit*, Aſcites tam à calida intemperie, quàm à frigidâ; Idemque fit, vel lentè & ſucceſſivè, vel ſubitò; Aſcites calidus eſt duplex, quorum alter ſubitò fit, ex *colliquatione* quippe, in inflammationibus viſcerum; aut alioquin febribus colliquativis: Alter fit lentè, in febribus mitioribus, cum magnis ferè obſtructionibus, præcipuè autem, renibus non facientibus ufficium ſuum; *Ille* non opus habet ſignis propriis, cùm ſufficiant communia, quæ febris ſuppeditat, cum inſequenti veſicia tumore: *Hic* ſitim habet implacabilem, urinas rubras, præceſſit febris; aut ſine febre, victus calidus ex vinis generoſis, aromatia &c. confirmat curatio quæ fit frigidis.

Heic noſtri inſurgunt contra *Aſciten calidum*, Quei, inquiunt, Hepar calidum poteſt facere ſerum? Ab illis iterum cupio intelligere, Quei hepar frigidum facit ſerum? Pituitam enim facit craſſam, Ego itaque dico diſtinctè, Hepar nullibi facit ſerum; ſed heic quidem (loquor ex hypotheſi adverſariorum) colliquat ſanguinem, à quâ colliquatione, quod ſupereſt ſerum, facit tumorem a qualiculi: Heîc etiam extra omnem culpam eſt hepar, renes tamen ſoli ſunt in culpâ, quòd latè deducit *Sennertus 3. Pract. ſ. 2. cap. 2. Hofmannus l. 2.*

144. *Alius eſt à colliquatione*) Datur Hydrops extraordinarius, à *Colliquatione* natus, dum non tam coacervari, quàm ex contentis aliàs humoribus, per colliquefactionem generari ſerum hydropicum, obſervatum. Docet experientia in febribus acutis & hecticis, ut aliàs excretiones colliquefactivæ ſunt familiares, ita etiam his ſubitò aquâ abdomen intumeſcere, ita ut præter chylum ac ſanguinem, ita etiam pinguedo colliquefacta, in ſerum abire videatur, uti hoc ipſum in diabeticis quoque fieri ſolet: Hinc in Hydropicis ſubinde obſervatur, aquam heri evacuatam arte per paracenteſin, hodie æqualiter demum abdomen repleviſſe: de quo vid. *Helmont. Tr. Ign. hyd. §. 14.* Sed in hoc Hydrope, colliquationis primaria ratio habenda eſt, utpote cujus affectus, ceu productum ſaltim eſt hydropica iſta intumeſcentia. *Etmuller.*

145. *Subito oritur*) Sic poſt *frigidum hauſtum*, aut ſub æſtu febrili, aut nimio calore, aut exercitio corporis, interdum ſubitaneus ſequitur Aſcites, quia pituita (inquit *Sylvius Pr. lib. 1. cap. 17.*) inteſtinorum naturalis, à calore attenuata, & hinc fluidior reddita, ex inteſtinis in vaſa lactea penetrat, quæ poſtmodum à ſuperveniente frigore denuò ſpiſſata, vaſa lactea & glandulas obſtruit, unde vaſis diſtentis & ruptis, magis vel minus, hydrops ſubitaneus ſequitur, prout plures vel pauciores lacteæ, hoc modo fuerint affectæ.

Sequitur & συντῆξιν ſanguinis & reliquorum humorum colliquationem, quam producunt purgantia fortiora, & quædam venena, hinc διαχυσις vel diffuſio, in vaſa tenella, quæ rumpuntur, divelluntur præ nimio irruptionis impetu, hinc effuſio in abdominis capacitatem &c.

146. *Alius nodoſus*) Ex *Th. Bartholini Epiſt. 57, cent. iv.* Nobil. Matrona, *ait*, hydropica tandem tumidum abdomen ſudore frequenti, quem ſumpto *unicornu* noſtro ſuaſimus, ſuperavit; ſed pax fuit infida, Senſim enim unius alteriuſve anni decurſu, noduli in abdomine ſuborti, qui primò exiles, moleſti generoſæ menti non erant, at ſumpto incremento, animum ægræ non parùm commovebant: Mobiles erant, hinc inde per abdominis regionem diſperſi, velut in campis tumuli, doloris expertes, nullo colore à reliqua cute diverſi: Conſultus iterum de hoc affectu, judicavi ſeroſam colluviem, glandulis omenti abſorberi, haſque in tumorem elevatas, cutem abdominis inæqualem reddere; Ut Omentum incuſarem facilè, mobilitas tumorum perſuaſit, nec aliam partem ibi divinare potui, vel mobilem vel glandulis refertam; Et glandulæ, quia vaſa lymphatica recipiunt ſerum, poſſunt coacervare & nodulos tales efformare.

Id ut certiùs ſuſpicaret, fecit *Hippolitus Boſcus Reſt. 1. de Fac. Anat. pag. 17.* qui obſervavit anno 1580. in cadavere mulieris hydropicæ, intra propriam tunicam, multas veſiculas per ſe aquam continentes, per Omenti ſubſtantiam diſperſas; Eodemque anno mulieri cuidam, apertâ in regione umbilici vomicâ, excidiſſe vidit partem Omenti, ejuſmodi veſiculis refertam.

Hi noduli tandem increverunt, & ad tactum dolorem præ ſe ferre tenſum, unde quanquam officio noſtro non defuerimus, malè ominari nos metus imminentis tandem ſcirrhi coëgit; quæ mala Catarrhus præveniit, quo ſuffocatâ interiit. De ſcirrho metum confirmavit mulier melancholica apud *Gr. Horſtium ſc l. 2. Ep. pagin. 453.* cujus Omenti glandulas [illegible] & induratas, in cadaveris eviſceratione deprehendit *Straitermis*: Hæ meæ fuere de Glandulis Omenti ſuſpiciones, quas nec oculis luſtrare potui, nec manibus ſatis, niſi per induſium, palpare, Neque enim credidi eſſe fungos boletos, quos uberim in ſectis hydropicis, in parte abdominis interiore reperit, *M. A. Severinus de Abſceſſ. capite 2. §.* quia hi extra abdominis ſuperficiem, non eminebant.

Diæta.

Vivendi rationem quod attinet *Aer* ſiccus melior, quàm udus, *Exercitium*, ſi ferre poſſint ſemper aliquid diſcutit; *Frictiones* validiùs id præſtant, inprimis ſi fiant manibus, prius inunctis *ſale & oleo*, vel *hydrelæo*, eò uſque donec rubeſcat cutis: *Vigiliæ*, etſi magis quàm ſomnus ſiccent, probentur, tamen quia ob dyſpnœam moleſtæ, plus debilitant, potiùs de ſomno, ut reficiantur, illis proſpiciendum. In *victus ratione*, quæ moderata & parca magis, quàm larga eſſe debet, utendum euchymis & eupeptis: Abſtinendum ab humidis, & aſſis potiùs, quàm elixis utendum: A ſalſis, aromatiſatis, calidiſque potius temperandum, ne ſitis, quæ alioquin urget, concitetur; Diureticis tamen oleribus uti licet, ut *petroſelino, fœnic. eruca*, laudatur & *braſſica*: *Hepata lupi, vulpis, gallinarum, alaudæ*, comeſta appropriata cenſentur: Hic *acetaria* laudatiſſima, quæ potenter ſeroſos humores educant, & blandè aliquos ſedes movent, non prætereunda; Illa ex *ſurculis tenellis ſambuci*, & fortioribus, *ebuli*, prius parum in aqua bulliente coctis, cum multo *oleo*, & pauco *aceto* affuſo, addito etiam ſi placet *ſacchare*, parantur: *Potus* ſit parciſſimus, nam omnino ab eo abſtinere perdifficile; quod tamen cum aliqui pluribus diebus feciſſent, ſanitati reſtituti fuerunt, illi nimirum quibus viſcera nondum læſa erant: *Aquæ* autem potus, cùm multùm ſeri procreet, immodicus præſertim noxius, ſi *aceto* addito parum aceſcat, utilior ad ſitum reſtinguendam; *Vinum* tenue acidulum, cùm urinam provocet, utile: Aceto condire res quoque confert, non ſolùm Lienis, cujus obſtructionibus acetum imprimis convenire exiſtimant, ſed & hepatis, atque ſitis extinguendæ causâ. *Platerus.*

Pro Potu utetur hydropicus *vino enulate*, vel *abſinthite*, vel *juniperino*, vel *chalybeato*, vel prædictis etiam chalybeatis: Jubet *Avicennas*, ne aquam quidem videant hydropici: Si tamen nimia calefactio aut exſiccatio metuatur, vel æger ſit abſtemius,

uti

oni poterit *decocto juniperi*, *ligni S. & ſaſſafras*, vel *dec. rad. rubia tinct.* quæ urinas poteorer mover, uſque vel cum vino albo permixtis. *Riverius*.

Cap. XLVIII.

De Tympanite, & Anaſarca.

1. **T**Ympanites eſt [2] *abdominis ex multo* [3] *flatu, à calore vel debili vel torrefaciente excitato, in illius capacitate concluſo,* [4] *diſtenſio.*

Dicitur & *Hydrops ſiccus*, quamvis [5] plerumque cum aqua conjungatur.

Tympanites.

1. Tympanites duo norat, inprimis vi vocis, partim cavitatem repletam magis vento, ſeu aëre, flatibus, ſenſu medico, *partim* expanſionem majorem, & velut ſonoram, cùm, ſi venter digito percutiatur, velut reſonet; *Partim* etiam, ad normam nominum in *Hυ*, calorem conjunctum, ſeu intemperiem calidam, *Hippocrates 4. aphor. 11.* vocat ξηρὸν ὑδρώπα, *hydropem*, reſpectivè, *ſiccum*; Commodè dici poteſt Hydrops flatulentus, rectè tamen ſuam nomenclaturam, & huc excedunt, contradictio enim in adjecto eſt, dicere aquam ſiccam, niſi, quod reſipſa loquitur, cùm humido flatus conjunctus concipiatur. *Wedelius Diſſert. de Hydrope.*

1. *Tympanites*) Seu *Tympanias*, eſt flatuoſa abdomini, moles, rugitu ſtrepens, dumque percutitur inſtar Tympani reſonans, unde etiam nomen obtinuit. *Hippocrates in Coacis* ὑδερωπιώδης σκληρὸς appellat, σκληρὸς ſumens ἀντὶ τοῦ ξηροῦ. *Menjotius Diſſert. Path. p. m 628.*

2. *Tympanites eſt abdominis &c.*) Definitionem hanc, aut deſcriptionem tradit *Willis*, quod ſit *Tumor abdominis fixus, & conſtans, aquabilis, durus, renitens, & à pulſatione ſonum edens, à partium & viſcerum membranaceorum inflatione, τυμπανώδης ortus, propter ſpiritus animales, in fibras iſtas copiâ nimiâ adactos, ibidemque ſucci nervei obſtruentis vitio, a receſſu impeditos, cui affectioni conſequenter flatuum in locis vicinis aggeſtio, velut complementum accedit.* Dilucidationem vide in ſequentibus.

2. *Tympanites eſt abdominis*) Non datur Tympanias univerſalis, quod flatus per vaſtitatem corporis minutatim diſſeminatus, vaneſcat: Fatemur quidem è vulneribus thoracem perfodientibus, ubi hæc taſci(?)s obligata ſunt, aëris portionem, quam ore egredi oporteret, ſub cutem non modò partium vulneri vicinarum, ſed tandem etiam totius corporis, undiquaque diſpergi, ſimiliter ac mactatorum animalium carnes, dum pro eſcâ parantur à coquis, ac laniis inflari, conſueverunt: At flatuoſus ejuſmodi tumor, repentinus eſt, caditque citiſſimè, nec niſi fucatam exhibet tympaniæ ſpeciem. *Menjetius.*

3. *Tympanites eſt abdominis ex multo flatu*) Hic primò occurrit, affectum hunc, prout curatu, ſic etiam cognitu difficillimum exiſtere; nam licèt exterior ejus ſpecies, ſcilicet ventris tumor ſubdurus, renitens, & à pulſatione inſtar tympani, ſonitum edens, ſeoſuum unà plurium indicio, evidentiſſimè percipiatur, attamen quæ ſit materies morbifica, tumorem iſtum inducens; quomodo in ventre aut progignitur, aut aliunde illuc advenit, planè neſcitur, ideo Tympanitici, quaſi vento reverà gravidi, conceptus ſui τοκετοῦ & modum & tempus ignorant: Profectò morbi hujus naturam & cauſas idcirco latere arbitror, quia cùm prima ejus initia non advertantur, ſubitò in immenſum accreſcit, adeò ut affecti, vix priùs ſe ægrotare ſentiant, quin penè incurabiles fiant. Dein Tympania, ſtatu ejus peracto, in Aſciten degenerans, ſeu potiùs hanc ſibi conſciſcens, naturam ſuam amittere videtur, & quidem poſt obitum, inſpectio Anatomica vix quicquam magis in cadaveribus à Tympania, quàm ab Aſcite defunctorum detegere ſolet.

Quod plerique authores Medici, affectum hunc à flatibus intra abdominis cavitatem concluſis, excitari facilè pronuntiant, veritatis animo minimè ſatisfacit, quoniam omninò improbabile videtur, flatus in eo loco, tam ſubitò, & copiâ tam ingenti produci; aut ſi producerentur, tumorem adeo durum, immobilem & conſtantem excitare poſſe. *Idem.*

3. *Flatu à calore*) Flatuum generatio breviter ſic ſe habet, Fiunt, à calore non proportionato materiæ, cùm enim diſcutere deberet calor, ſi quidem morigera eſſet materia, elevat, ea indiſpoſitione materiæ ſubjectæ vapores craſſos, denſos, multos tranſpirationi inſenſibili ineptos, qui intra membranas coërciti, diſtendendo faciunt dolores: Confirmat hoc curatio quoque, quæ fit attenuantibus, ut chamæmelo: Sed qualis eſt calor ille, qui efficientis rationem habet? Actualis reverâ, qui frigus dici non poteſt, niſi quatenus non aſcendit ad vigorem Caloris illius, qui diſſipat: hinc plurimùm errant illi, qui flatus à frigore ducunt, & calefacientibus tutiùs agunt, augent enim dolores, ut *Galenus* nos erudit: Atqui *Galenus* non utitur frigidis? Vitur, ſi rectè intelligas, Quod enim ad victum, temperantiam poſtulat, quæ, ut ſe explicat, tepidam caliditatem habent, & non rarò frigida dicuntur, ut Chamæmelum, anethum, ruta, &c. Materia autem illa quæ eſt? Non ſerum, quod multi credunt, ſed pituita è ventriculo hùc traducta, cujus ratione, ventriculus dici poteſt locus affectus; At ſerum ſeu aqua unde eſt? A renibus perinde, ut in Aſcite. *Georg. Hofmannus l. c.*

4. *Diſtenſio*) Ad Tympanitis pathologiam certò inveſtigandam, perpendendum quot modis, & quibus de cauſis evidentibus, abdomen intumeſcere ſolet; Itaque advertimus quatuor eſſe contentorum genera, à quibus ventris imi ὄγκος, in viventibus procedit, Sunt autem iſta, *Solida, Humida, Flatus & Spiritus.*

Primò obvium eſt, *Tumores* viſcerum internos, ſcilicet ſcirrhoſos, ſtrumoſos, cancroſos, glanduloſos, & quoſdam forſan alius generis, quando ad molem notabilem aſſurgunt, totum ventrem intumefacere; interea tamen donec ſimplices & recentes exiſtunt, tactu percipi & circumſcribi poſſunt, poſteà tamen inveteraſcentes in viciniam ſuam, imò in totam abdominis regionem, mala alia acceſſunt? Profectò hi interdum Aſcitis, uti & Tympanitis ab initio ſunt cauſa procatarctica, quibus deinde in utriuſque morbi com-

II. *Humor aquoſus* intra abdominis cavitatem aggeſtus, aut partibus ejus membraneis vel glandulosis impactus, non rarò Aſciten producit.

III. *Flatus* intra coctionis viſcera, à cruditate, dyſpepsiâ, aut humorum diſſimilium fermentatione, excitati, non rarò inteſtinorum cavitates inflant, atque ventris ὄγκον, plerumque tamen brevem & tranſitorium producunt: quippe ſuccorum ζυμώσει ceſſante, atque flatuum eruptione procurata, ſubinde ſtatim ventris detumeſcentia ſuccedit.

Huic cauſę & Colica, & Tympanites, non tantum vulgò, ſed etiam à multis magni nominis Medicis imputantur, verùm noſtra fert ſententia, eam ſolitariam neutrum ex iis affectibus producere: IV. reſtat adhuc alia ſubita, & quidem immanis ventris intumeſcentia, quam ſpiritus animales, (non de nihilo ab Hippocrate ὁρμῶντες dicti) accire videntur: ſi quando enim hi fibras nerveas, ad viſcera imi ventris pertinentes, ἀθρόως & inordinatè irruent, illicò partes quas hę contexunt, plurimùm inflari, diſtendi, & quaquaverſus extumeſcere facient: Enim verò ab hac cauſa, ſubitaneum totius abdominis ὄγκον, & inflationem velut tympaniticam, in paroxyſmis tum colicis, tum hyſtericis vulgò dictis crebrò acciri cenſemus: Et quidem hi affectus Tympaniti in tantum affines ſunt, ut in ipſum non rarò deſinant, Nam frequenter obſervavi, paſſioni Colicæ, aut Hyſtericæ, diu ac graviter obnoxios, niſi curentur, demum Tympaniticos fieri: Et tunc maxima diſcriminis ratio erit, quod affectio iſta, ſcil. ventris intumeſcentia, quæ prius ſymptoma erat, vagum, & citò pertranſiens, demum morbus fixus & permanens evaſerit. *Willis.*

[5] *Dicitur & Hydrops*) Attamen Aſcites & Tympanias, non gradu, ſed ſpecie diſtinguuntur, In *hoc* enim fervet, in *illo* friget hepar; In *hoc* tenetur ventriculus coquendi imbecillitate, *in illo* non item &c. idcirco pauci flatus, Aſcitis comites, haud ſunt ejuſdem cum tympania originis, ſed ex aqua abdomen replente, elevantur; paritérque exigua aquę quantitas in Tympanite, non ab algido hepate, ut in aſcite, ſed à flatuum humidiorum condenſatione, pronaſcitur, *flatus enim compactus, tranſmutatur in aquam*, ait, *Hippocrates lib. de Flat.* Itaque ſi quando Aſcites atque Tympanitis cenſeantur ejuſdem ideæ, iſtud intelligi debet, non verè ac propter cauſarum identitatem, ſed κατὰ φαντασίαν & quoad ſpeciem, ob quandam affinitatem materiæ, quod nec Aſcites flatu, nec Tympanites aquâ omnino careat, quanquam cauſis immenſum diſtent. *Menjotius.*

[5] *Hydropis ſiccus*) Hydrops non eſt propriè alius, quàm ubi eſt aqua; hinc Tympanites impropriè eſt Hydrops, cùm flatuum tantummodo, non verò aquarum collectio fit, unde ſaltim propter ſimilitudinem Tumoris cum Aſcite, ad Hydropes refertur. *Etmuller Pr. Part. 2. p. 29.*

Quid ſit *Hydrops ſiccus* aliter exponitur à *Lyndano*, qui per illum intelligit illā Aſcitis ſpeciem in qua nullus in ſcroto tumor, neque in pede, ſed in abdomine humor colligitur, pedes autem contabeſcunt, & marceſcunt, ut ſquamas concipiant, cætera vix oſſibus hærent, facies eſt, ſqualida, Et hic eſt, inquit, Hydrops *Siccus Hippocr.* Dicitur igitur *Siccus*, ab illa ariditate, ſqualore & macie totius.

Pr. Martianus quoque *comm in v. 373. ſect. 4. l. de V. Acut.* Si in aphoriſmis, *ait*, & in lib. *Coacar. Pranot.* recenſetur *ſiccus Hydrops*, hoc nomine *Tympanitem* recentiorum intellexiſſe, affirmare non auderem, ſed Aſciten potius, in quo quidem, quia corpus modò laxo tumore & molli tumet, modò extenuatur & exſiccatur, ideo ille humidus Hydrops, hic verò ſiccus dictus eſt, cui alia ſiccitatis ſymptomata aſſociantur, & de hoc *Hippocratem* intellexiſſe exiſtimo, *ſect. 3. lib. Coac. Pranot. v. 56.* ubi ita legimus.

Quibus ex aliqua ægritudine ad hydropem res devenit, his alvi ſicca extrementa caprini ſtercoris ſphærulis ſimilia, egerunt, cum colliquatione mucosâ & urinâ non bonâ, & diſtenſiones circa hypochondria, & dolores ac tumores circa ventrem, & dolores circa laterum mollitudinem & juxta ſpina muſculos accedunt, febres item & ſitis, & tuſſes ſiccæ ſequuntur &c.

Quæ quidem ſymptomata, cum ſint ſiccitatis ſoboles, meritò, in quo vigent, *Hydrops ſiccus* dici poteſt, ad differentiam humidioris, in quo ſigna prædictis contraria urgent, videlicet totius corporis tumor laxus, ſitis nulla, venter mollis, & alia hujuſmodi, Eo autem in loco, de Aquoſo Hydrope *Hippocratem* intellexiſſe, quem Aſciten dicimus, indubitatum eſt, eſtque velut typus quidam *Sicci Hydropis*, de cujus generatione loquutus eſt *4, aphor. 11.* hunc in modum, *Quibus tormina & circa umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque medicamento, neque alias ſolvuntur, in hydropem ſiccum firmantur.*

Hanc ſententiam mihi perſuaſit experientia: Nam cùm bis videre præfatum caſum aphoriſmi mihi contigerit, ambo ægri in Aſciten, non in Tympanitem dictum incidiſſe, obſervavi, cum ſymptomatibus tamen ſiccitatis ſuperiùs ex *Hippocrate* recenſitis.

Præterea cum *lib. de Flat.* recenſeret morbos ſingulos, qui à flatibus dependent, de hoc Tympanite, nullam mentionem fecit, imò dum pluribus argumentis probare niteretur, Hydropem à flatibus dependere, omnia eò direxit, ut demonſtraret, Hydropem, etiamſi ab aquâ ortum ducat, flatibus tamen non carere; Quare certum eſt, ſi flatuoſum ventris tumorem, inter Hydropis ſpecies repoſuiſſet, tot rationibus non fuiſſet uſus, ut hydropem flatuum, minimè expertum eſſe demonſtraret; cum in propriæ ſententiæ demonſtrationem, hydropis tympanitis exemplum promtum haberet: Quare cum nec in eo libro, nec in aliis, ubi de hydropum differentiis ex profeſſo tractatur, una hujus ſpeciei mentio fiat; argumentum eſt evidens, hujuſmodi affectionem, aut non cognoviſſe *Hippocr.* aut ſi cognovit, inter Hydropes connumerandam non exiſtimaſſe; & certè abſurdum eſt appellare Hydropem, id eſt aquoſum morbum, illum qui ſine aqua, à ſolo flatu dependet. *Martianus p. 326.*

[6] *Quamvis plerumque cum aquâ*) Occurrit alia Hydropis Aſcitis ſpecies, in qua venter longè amplius diſtentus, & extenſus, tympani inſtar, cum percutitur, ſonum edit, in quo fluctuatio quædam ex motu deprehenditur, cætera aſciti ſimilia proferens accidentia, niſi quòd pedes aliquando illis non adeo, ut in alia ejus ſpecie tument; Eſtque tunc cum *tympanite aſcites* conjunctus. *Platerus.*

[6] *Quamvis plerumque cum aquâ*) Flatus quidem adſunt plurimi, ſed non ſine aqua; ſicut nec in Aſcite flatus deſunt, Ex hoc fonte petenda eſt *παραφορία* ſententiâ *Galeni*, cum ait, *4. aphor. 11. 7. in 6. Epid 12.* Tympaniten ſimpliciter eſſe à flatu; Aſciten ſimpliciter ab aqua, In utroque utrumque eſt; hinc intelligi poteſt, quomodo accipi debeat illud, quod in *Medico* Galen. adſcripto, cap. 14. dicitur, Tympaniten & Aſciten, eſſe morbum eundem: Atque hinc excuſatio apparet pro *Hippocrat.* qui *4. Acut. 3.* Aſciten omittit *Hofmannus l. c.*

[6] *Quamvis plerumque cum aqua*) Vide inferiùs §. *11. Si locum*) & *Vel à calore debili.*)

Signa.

[7] *Signa* ſunt hæc. Cutis inſtar pellis tympani extenſa apparet, & percuſſa ſonum tympani edit,

edit, umbilicus multum extrinſecus prominet, major eſt ventris inflatio, ſed minor gravitas: compreſſio non adeò conſpicuum poſt ſe veſtigium relinquit, ſed fovea ſtatim repletur, ructus & crepitus crebrò prorumpunt, borborygmi & rugitus obmurmurant.

Diſtinguendus eſt à *Thoracis* [8] *poſt vulnera diſtentione*, quæ pectus, dorſum, lumbos, ſcrotum, brachia, collum, imò totum habitum interdum occupat.

Ex eo oritur, quod aër, qui rectà per os ad pulmones tranſire, & ex pulmonibus iterum per os exſpirari debebat, patente inter muſculos duos, vel muſculos & cutem via, è vulnere quaſi è folle, in ſpacium intercutem & muſculos inflatur, & hinc porrò in vicinam penetrat.

7. *Signa)* Adde, Tormina præceſſerunt circa umbilicum, & lumborum dolor, Aegro ſupino jacente, venter diſtentus ac durus manet, neque dum ſe convertit æger, ad latera devolvitur. *Riverius.*

7. *Signa ſunt hæc)* Liberiùs etiam, quàm Aſcitici ſpirant, nec ex decubitu difficultatem aliquam ſentiunt, nec pedes illis aut aliæ partes tument, viresque labaſcunt. Dolorem interdum ob diſtenſionem membranarum ſubjectarum lancinantem, & punctorium ſimul ſentiunt. *Platerus.*

7. *Signa ſunt hæc) De inconſpicuis ac difficillimis morbis, opinio potiùs, quàm ars judicat)* inquit, *Author l. de Flat.* Sed Tympanitæ ſigna, non ſunt de genere conjectaneo, verùm adeo ſcientifica, ut nullus dubitandi locus ſuperſit; Abdomen enim ad concuſſum palmę, præ tenſione, reſonum eſt, preſſum vix demergitur, moxque reſurgit, nec ut in Aſcite impreſſionem ſervat; præcordia claro mugiunt murmure, nullis flatibus per os ac ſedem exploſis, vel ſaltem pauciſſimis; nec ad proportionem eorum qui jugiter excitantur; mutato ægrotantis ſitu, tumor non variat, quod ventus, quoniam levior, ad motum contiguentis corporis, huc illucque inſtar aquę ponderoſioris, non volvatur, Utque abeſt fluctuatio in Tympania, ut etiam gravitas: Scrotum quandoque patitur Pneumatocelen, à flatu juxta peritonæi excurſum delato; Tympanitici aſciticis libetius reſpirant & decumbunt, Partes etiam ſupernæ in illis, quàm in his minùs excruciantur, nec inferna membra ob flatuum ἄνω φορὰν in tympania extumeſcunt: Scio ſcriptum fuiſſe ab *Aetio*, tumorem ad femora, pedeſque protendi, ſed hydrops τυμπανίτης tunc ſimplex non eſt, verùm leucophlegmatia copulatur.

Quibus tormina adſunt (aph. 4. 11.) *& circa umbilicum cruciatus, lumborumque dolor, qui nec medicamento, nec aliter ſolvitur, in hydropem ſiccum firmatur*. Tales enim dolorum vortices, fientem Tympanitem quaſi digito monſtrantes, ipſum jam factum nunquam deſerunt, ſed furunt medicamentis, neque medicamento ſeu purgatorio, ſeu anodyno, ſeu carminativo conquieſcunt, neque alia arte deliniuntur, h. e. neque neoteriſmo partium, quarum quippe intemperatura fixa ſit, & quaſi obducata, Tandem cum motus ſpinæ fiat in lumbis, per articulationem primæ vertebræ lumborum cum ultima dorſali, corpus in hoc morbo ob vehementiam τῆς ὀσφυαλγίας, vix flecti poteſt ac erigi. *Menjotius.*

8. *Thoracis poſt vulnera diſtenſione)* Vide §. 9.

Cauſa.

Cauſa [9] eſt flatus, qui, ſi [10] *Ortum* ſpectes, vel [11] à calore debili, vel [12] ab eodem nimio & torrefaciente, qui id quod ſubtile eſt violenter agitatum in vapores reſolvit, ut in atra bile ventriculo ſubſtrata videtur; oritur.

Si [13] *Locum*, nec [14] in ventriculo eſt, quia per ructus ejiceretur: [15] nec in Inteſtinis, quia per alvum excluderetur, ſed [16] inter meſenterii & inteſtinorum tunicas plerumque generatur. Nam in hydrope ſicco, [17] tormina circa umbilicum, labores, & lumborum dolor affligunt: at meſenterium antrorſum tenuibus inteſtinis, in dorſo, lumborum vertebris à quibus naſcitur, unde diſtentio, annectitur.

[18] Invenitur tamen & in inteſtinorum cavitate, & eo per orificia venarum meſaraicarum, ſe inſinuat.

9. *Cauſa eſt Flatus)* Suppoſito (quod alibi fuſius expoſuimus) membranarum & viſcerum concavorum extenſiones φυσώδεις, ſeu velut inflationes, à ſpirituum in fibras nerveas (è quibus contexuntur illa) incurſibus impetuoſis caoriri, ſatis obvium erit concipere, etiam Tympanitidem à tali causâ, ſed fixiori, & in actu diotiùs, aut perpetim exiſtente, produci, in quibus diſcriminis rationem, mox inquiremus: Interim opinari ducor, Tympaniten, non à *Flatibus* intra, vel extra inteſtinorum cavitates concluſis, excitari, (talis enim in iis locis flatuum aggeſtio, hujus morbi effectus, ſed non cauſa eſt) verum caoriri, quatenus in imo ventre ſpiritus animales, ad viſcera membranacea ſpectantes, ab incongruo quodam in ἀταξίαν adacti, fibras ubique nerveas tumultuariè irruunt, inflantque, nec ſtatim denuò ab iis recedunt: hinc peritonæum extumeſcit: inteſtina ampliata & diſtenta, velut inflantur, meſenterium, aliaque viſcera membranacea, ſpiritu impetuoſo turgida, velut in molem attolluntur: Porrò, dum hæc fiunt, ut vacuitates à viſcerum concavorum extumeſcentiis factæ, impleantur, humoris ſtatim cujuſvis intus contenti portio, in vapores rarefacta, illicò in flatus ſpatia iſthæc inania ob errantes, cedit: Profectò ſpiritus animales inordinationes ſuâ, partes membranaceas inflare, adeoque affectus quaſi φυσώδεις producere, in Pathologiâ noſtrâ ſpaſmodicâ oſtendimus: Porrò idem, ea ſectione Anatomicâ per vivi ſectionem factâ, apertiſſimè demonſtratur, in quantum ſcil. truncus nervorum octavi paris, per cervicem, utrinque deſcendens, ſi excipiatur, & filo ligetur, totus illicò ventriculus tanquam à vento inflatus, extumeſcit, quod certè à nullâ præterea causâ procedere poteſt, quàm quòd ſpiritus fibrarum iſtius viſceris inſiti, aliique per ductus nerveos influxi, (quatenus à fonte ſuo præciſſi, in confuſionem aguntur) partes illas tumultuariè ſubeunt, inflantque: Inſuper his ad hypotheſin hanc adhuc amplius illuſtrandam, libet hîc hiſtoriam à Cl. *Smetio* citatam referre, de Tympanite, (uti appellat) univerſali, in juvene quodam Leodienſi, *qui cùm in conflictu ſubter axillâ dex-*

trà vulnus punctim factum, in pectoris cavitatem penetrans, excepiſſet, poſtridie toto corpore, poſt unicam noctem, manè turgidus apparebat, nec ſolùm pectore ſed & dorſo; ventre, lumbis, imò ſcroto quoque, præterea & brachiis, humeris, collo, vultuque, ut ne palpebras quidem diducere poſſet, quin etiam in vertice ipſo, cute ubique diſtentâ, & tumefactâ, tumor ubique erat tenſus & cum dolore non pauco, Affectionem hanc admirandam, appellat Author Tympanitem univerſalem, Caſum huic ſimilem C. *Sennertus* ex propriâ notitiâ recenſet: quin & ipſe me tale quoddam à vulnere pectoris prope axillam facto, legiſſe vel audiviſſe memini.

Attamen ſymptomatis hujus ratio à *Smetio* aſſignata, & à *Sennerto* comprobata, mihi haudquaquam arridet, quippe adſcribunt illi, generalis iſtius Tympanitis cauſam, *inſufflationem pectoris, per vulnus axillare ſubter cute totâ illâ nocte factam, quo modo veſicam recentem & flaccidam, inſerto calamo à pueris, inflari videmus*: quod equidem non ſolum improbabile videtur, ſed etiam vix poſſibile cenſemus, ut ventus è thoracis vulnere exſufflandus, propter foramen unicâ nocte obturatum, cutem ſubeat, indeque totum corpus permeans, ubique intercus fiat: Præterquam enim quòd, illuc in partes omnes ventus, etſi per calamum ex ore ſubter cute inſufflaretur, tam ſubito tranſire nequiret, inſuper dum vulneris foramen obturatur, nullus omninò à cavitate pectoris ventus exſufflari poteſt, quia nullus interea poteſt ingredi: At verò ſtupendi iſtius affectus (unde etiam Tympanitis ratio formalis illuſtratur) cauſa proculdubio hæc eſt, In pectore, prope axillas, magni & perquam inſignes (prout in Neurologiâ noſtrâ deſcripſimus) extant nervorum plexus, per quos nervi totius corporis inter ſe communicant: videl. truncus octavi paris, cum nervo intercoſtali, & utrique cum nervis ſpinæ dorſi, per nervos & propagines hinc inde miſſas conveniunt: quapropter plexu iſthoc nerveo, per gladii puncturam forte transfixo, primò ſpiritus ibidem hoſpitantes irritati, ἀταξίας ineunt, dein conſenſu per nervos tot eximios ſtatim factos & quaquaverſus huc illuc tranſmiſſo, ſpiritus alii, & ſubinde alii pares inordinationes concipiunt, atque membranas fibraſque nerveas (quas ubique tumultuariè ſubeunt) inflantes, totius corporis affectionem, quaſi Tympaniticam inducunt: Propter ſimilem furorem, ſive œſtrum violentum, ſpiritibus alicubi impreſſum, & inde mox longè lateque diffuſum; toxica quædam epota, telorum aut ferarum ictus vel morſos venenoſus, ſæpenumerò partium unâ plurium, aut totius corporis intumeſcentiam inducunt; cujuſmodi ſpirituum Affectio Typhodes, ab *Helmontio* dicitur *Indignatio Archæi*, complures alii ſubſunt caſus & inſtantiæ, quibus clariſſimè evincitur, ſpiritus animales irritatos, & in excandeſcentias actos, quatenus fibras nerveas impetuoſiùs ſubeunt, partes imprimis membranaceas intumefacere, & multas ex iis paſſiones excitare, quæ vulgò, ſed perperàm flatibus adſcribi ſolent, reverà, ut Tympanitis nulla alia cauſa veriſimilior aſſignari poſſit.

Quòd ſi objicitur defunctorum abdomina, poſt aliquod tempus à flatu in molem attolli, & quaſi tympanitide intumeſcere, dico hoc omnino ab humorum putredine, & extremâ mixtionis diſſolutione, in quâ particulæ activæ omnes manumiſſæ, ab invicem diſcedunt, & avolantes quaquaverſus exitum quærunt, & obſtacula quæque, ac imprimis cavitatum parietes, immaniter diſtendunt (quod minimè in viventibus contingit) procedere; quapropter uti cadavera non omnia ex æquo putreſcunt, ita illorum ventres citiùs aut tardiùs, magis aut minùs extumeſcunt: attamen durante vitâ, nulla fit in corpore animato putredo, aut particularum diſſolutio, ζύμωσις, ſive excandeſcentiam ſplanchnicam illatura: Interea non inficias imus, flatus intra pepſeos, hæmatoſeos, & ſecretionum officinas, imò intra ſingulos quoſque corporis noſtri ſpecus, & receſſus generari; attamen è ſingulis iſtis, (donec ſpiritus in fibras tum nerveas, tum motrices ritè influunt, actuantque, ut viſcerum parietes haud diſtenti, ac rigidi teneantur) flatibus ubicunque genitis, æquè facilis pateſcit exitus. Atque in Tympanite reverà flatum ſpatia vacua implere concedimus, verùm ſpiritus ipſi, quatenus inordinatione ſuâ, viſcera extendunt, vacuitates iſtas (in quibus flatus ſecundariò & conſequenter progignuntur) primò efficiunt, & illi (quatenus viſcera eadem uſque rigida & diſtenta ſervant) ne flatus illi ablegentur, impediunt.

Jamque ex prædictis ſatis conſtare arbitror, ſpiritus animales potiùs, quàm flatus, ejuſmodi ventris intumeſcentias, ſaltem breves & tranſitorias, quales in paroxyſmis Colicis & hyſtericis contingunt, excitare: Attamen magna difficultas reſtat, quomodo abdominis ὄγκος tympaniticus, qui fixus & permanens, imò plerumque immobilis eſt, à tali cauſa procedit, præſertim quia ſpiritus animales, ex ſuâ naturâ irrequieti, & valdè mobiles, ferè ſemper lationem affectant, ut niſi defeſſi, aut defuncti, vix unquam reſideant.

Ut nodum hunc ſolvere ratiocinando pergam, conſiderare oportet, unà cum ſpirituum animalium hypoſtaſi, *ſuccum nerveum*, qui iſtis ubique pro vehiculo, ſimulque pro retinaculo eſt, namque ſpiritus hujus fluento ſubtiliſſimo potiti, liberè exſpatiantur, & ne ab invicem diſſipati avolent, in ſerie integrâ continentur: Si quando igitur latex iſte, quoad craſin, aut motum ſuum peccat, exinde ſtatim ſpiritus animales, in functionum ſuarum exercitiis, variè delinquunt, aut pervertuntur, uti in Pathologiâ noſtrâ fusè expoſuimus: Ne iſthæc modo repetendo, longas ambages faciam! quòd ad præſens inſtitutum ſpectat, contraham. Itaque imprimis advertere licet, imi ventris contenta, (demtis ſolùm hepate, liene & renibus) viſceribus membranaceis (quæ fibræ nerveæ magnâ ex parte contexunt) plurimis inſtrui; unde ſequitur ſuccum nerveum (cujus in his partibus major ambitus, ſimulque anguſtior tranſitus eſt) remoras hic plures offendere; quod etiam ab affectu comprobatur, in quantùm inſultus ſpaſmodici, in paſſionibus hypochondriacis, colicis, nephriticis & hyſtericis paſſim excitati, abdomen ita graviter infeſtant: Si quando igitur latex iſte, fibras harum partium nerveas irrigans, vel ex ſe tenax & viſcidus fuerit, vel iiſdem fæculentias plures impingat, propterea quidem accidet ſpiritus animales, ſi quando in has fibras quadam tenus obſtructas, impetuosè adigantur, exinde non omnes facilè redire: cùmque ita ſæpiùs plenior eorum incurſus, & parcior reditus fiat, tandem eveniet, magnas ſpirituum copias, in fibras iſtas magis in dies magiſque impactas manere, eaſque diſtentas uſque & plurimùm inflatas tenere; demumque propter itum & reditum in fibris iſtis vias occluſas, ibidem prorſus immobiles fieri, atque partes continentes ſemper tenſas & rigidas ſervare: interea quoniam hi ſpiritus, ibidem intra ductus nerveos impacti, ac denſim ſtipati, cum aliis ad illorum antra influis, commercium habent; idcirco pars affecta, quamvis rigida, & fere immobilis, uſque tamen ſenſu potitur: Pathalogia hæc, utut paradoxa, ac inſolens quibuſdam videatur, minimè dubito, quin à pluribus aſſenſum merebitur, ſi perpendatur eos potiſſimum; qui affectibus hypochondriacis, colicis, aliiſque imi ventris ſpaſmodicis diu obnoxii fuerunt, demum Tympaniticos fieri. *Willis.*

10. *Si ortum ſpectes*) Quod ad morbi hujus cauſas Procatarcticas & Evidentes ſpectat, petratò accidit, eas omnino adverti, quia tacitus iſte initiis obrepens, ſæpe conſum-

conſummatus, aut deploratus evadit, antequam percipitur, proinde ut contra affectum hunc vix prophylaxis ulla inſtituatur, quippe donec functiones ordinariæ haud multum læduntur, ventris intumeſcentia tantummodo à flatibus exorta præſumitur, dumque ut ſponte evaneſcat expectatur, ſæpe in Tympanitem excreſcit: Itaque ut hujus procatarxis tempeſtive notetur, ſciendum eſt Affectus quoſvis prævios ad eum diſponere; cujuſmodi imprimis ſunt Diatheſis Hypochondriaca, Colica, Hyſterica, imò & nonnunquam Aſthmatica; quarum paroxyſmis frequenter excitari ſolitis, ſi demum abdominis tumor, ut ab initio parvus ſuperveniat, illicò Tympanites metuatur.

Priorum ex iſtis affectuum caſus, paſſim occurrunt, & vulgari obſervatione proſtāt: de poſteriori refert *Schenckius virum ſexagenarium, aliquot menſes antequam in manifeſtum tumorem attollebatur venter, hoc ſymptomate infeſtatum fuiſſe, quod quotieſcunque aſſidens menſæ, cibum mordere aggrederetur, item quando ſe ad ſomnum componeret, & obdormiſcere inciperet, tanta corripiebatur anhelandi difficultate, ut præ crebritate reſpirandi, ſuffocationis periculum præ ſe ferret: quo tempore etiam percipiebat circa hypochondria palpitationem quandam, ac ſi præcordiis aliquid vivi animalis ſubeſſet, cujuſmodi affectio poſtea ceſſit in tumorem abdominis, in quo interibat.* In huc, aliiſque modò citatis caſibus, eadem ratio tenet, nempe quòd ſpiritus animales, ad faciēdos in fibras imi ventris nerveas excurſus, irregulares aſſueti, tandem eas non modò crebriùs & copioſiùs ſubeunt, ſed in iiſdem impacti, ac impediti reſident, adeoq; demū, viſcerum inflationes Tympaniticas inducunt: Quæ quidem *καιρὶ ἐπιγίνεσις* citiùs ac certiùs evenit, ſi inſuper cauſæ evidentes accedant, quæ ſpiritus imi ventris perturbāt; inq; *ἀταξίας* crebras adigūt, ſimulq; ſucci nervei intra fibras iſtas ſcatentis, aut motū ſiſtunt, aut craſin pervertunt: in quo cenſu, habentur inordinationes in ſex non naturalibus, paſſiones immodicæ, ac præſertim mœrorea, evacuationes ſolennes ſuppreſſæ, poſt æſtum ingentem frigidi potus, aut ſubita ab äëre, aut aquâ, infrigidatio ventri illata. *Willis.*

10. *Si ortum*) Pituita viſcida, in flatus à bilis acrimoniâ ſalina, & oleoſitate volatili rarefacta, cauſa doloris vētris diſtendentis; qui interdum una quoq; in abdominis cavitatem penetrantes, & ibidem Peritonæum extēdentes, Tympanitem excitant, *Chr. Marggravius Prodr. Med. Pract. p. 28.* Flatibus nunc in ipſorum inteſtinorū cavitate permanentibus ac concluſis; nunc extra eadē quoque, in abdominis cavum penetrantibus, ibidemq; peritonęū expandentibus, *ortum ſuū* debet *Tympanites*: Flatuū materialis quidem cauſa eſt *pituita viſcida*; Efficiens autem *Bilis*, tum *acrimoniâ ſalina*, tum *oleoſitate volatili* peccās: Quod præter alia probant, quævis olea aromatica, ex ſeminibus præſertim elicita, guttis aliquot aſſumpta, & pituitam viſcidam in ventriculo vel inteſtinis repertam, mox in flatus ſolventia, eoſdemque porro etiam diſſolventia. *Fr. Sylvius Pr. med. cap. 14.*

11. *Vel à calore debili, vel ab eodem nimio*) Sequitur hic morbus inſignes ventriculi cruditates, ſcribit namque *Galenus 3. de ſympt. c.* ultimo coctionis ventriculi lapſus, in lienteriam vel tympanitem degenerare; Ejuſmodi cruditates, partim à venarum meſaraicarum, quas perlabuntur, caliditate præternaturali, partim & quidem magis ab hepate, præſertim circa regionem ejus concavam æſtuante, ſolvuntur in flatus: non aliter quàm ignis aquam, aut calor ambientis cadaver tumefacit: Proindeque non poſſumus aſſentiri *Galeno*, qui ut flatum omnem pro matre, pituitam, pro patre frigiditatem, i. e. calorem imbecillum habere arbitratur *aph. 4. 11.* ita Tympanitem à jecoris frigore prodire exiſtimat, remiſſiore tamen, quàm in Aſcite. *Menjotus.*

11. *Vel à calore debili*) Horum flatuum redundantiam, ipſorum continua in ventriculo atque inteſtinis generatio, efficit, à ſumma illius debilitate procedens, calore ſuo debili in flatus, pleraque quæ excoquere deberet convertens; Aqua etiam hepate ſimul debilitato, ſi hac quoque cauſâ accedente, ſeri ſimul fiat proventus, Tympanites ex aquâ & flatu commiſtus, uti ſete fit, prodibit. *Platerus.*

12. *Vel ab eodem nimio*) De cauſâ efficiente diſcrepant inter ſe authores, aliis frigidam intemperiem accuſantibus, aliis verò calidam: Qui frigidam accuſant, ſe fautorem habere putant *Galenum*, dicentem flatus generari à calore debili: Quibus reſpondendum, calorem poſſe dici debilem reſpectu materiæ, quæ ab eo non poteſt diſcuti ac reſolvi: Sed hoc potiùs adſcribendum ipſius materiæ defectui, non caloris, qui ſæpe intenſior eſt, ac præternaturalis: Et certè agnoſcendum eſt cum doctiſſimis authoribus, materiam Tympanitis generandæ magis idoneam, eſſe humorem melancholicum aduſtum & atrabilarium, qui à calore viſcerum torrefaciente generatur: qui quidem calor, eandem materiam exagitat, & ex eâ flatus craſſos ac difficilè reſolubiles educit. *Riverius.*

13. *Si Locum &c.*) Flatuum ſic genitorum, alii polydædalis ac ſecretis mæandris, in abdominis *ἀψυχμείας* ſeſe inſinuant; Alii in Epiploi ſpatium furtive admiſſi, ceu Euri Aeolii, Ithacis utribus coguntur, hinc *Tympanites Epiploicus*: Alii inteſtinorum anfractibus arctati fremunt, *cum* craſſiorum, unde lumbi cruciantur, *tum* præcipuè gracilium, unde circa umbilicum cientur dolores, ubi inteſtinum tenue quamplurimum gyris convolvitur, Quinimò refert *Platerus*, apertis poſt mortem Tympaniticorum corporibus, nullum è ventris cavo flatum erupiſſe, verùm inteſtina, præſertim tenuiora, turentibus ventis fœta, contortaque prociliiſſe, ita ut in priſtinum locum reponi minime potuerint, mirumque fuerit, quo pacto anguſtioribus ventris cancellis, priùs frænarentur: Refert quoque inteſtina præ dilatatione, adeo fuiſſe gracilenta, ut apertum præberent tranſpectum, ac compreſſione vel leviſſima, cum ſtercoris flatuumque evibratione diſcerperentur. *Menjotius.*

14. *Si locum*) Præter hanc Tympanitis cauſam, (vide infra §. *Invenitur tamen & in inteſtinorum &c.*) ab illapſu flatuum inteſtinorum in abdomen dependentem, alia à congeſtione & generatione illorum, in ipſa ventris cavitate proficiſci poteſt, Quod fit, quando aquoſus humor, quo abdomen interius ſemper madere ſolet, copioſius quàm par erat, è venis meſeraicis tranſſudans vel oſcula penetrans, illic collectus, in flatus reſolvitur; qui poſtea retentus, cùm illi non pateat exitus, cumulatuſque Tympanitem tandem producit: Qui ſi totus humor in flatum abeat, quod vix fit, purus & ſimplex erit; ſi verò portio aquæ adhuc remaneat, ex *flatibus & aquâ* compoſitus, uti frequentiùs, fit erit: In quibus ſpeciebus, ſi aqua non adeo redundet, nec in pedes, nec alio ex ventris cavitate decidat, nec etiam alibi extumeſcentiam faciet, neque in abdomine adeo deprehendi poterit: Quod ſi verò tanta illius remanſerit copia, novâ continuò affluente, ut tumor ille ventris præter tenſionem, etiam fluctuationem aquæ labentis in latera, ſi in eo corpus inclinet, ægro afferat, & deorſum quoque ſubſidens, *pedum tumorem* ſimul proferat, *Tympanitem aſciti* conjunget: Converſionis verò hujus aquæ in flatum cauſa, (cùm illa quæ eam in abdomen promovet, in Aſcitis cauſis fuerit explicata) calor viſcerum interiorum eſſe poteſt, hanc aquam in vaporem ſeu flatum craſſiorem reſolvens: Sicuti ubique hac ratione, in corporis ſpatiis ex humiditatibus illic contentis, in flatus reſolvi, illicque flatuum proventum, procreare poteſt. *Platerus.*

14. *Si locum, nec in ventriculo &c.*) Inter Authores,

de morbi ſede, ubi flatus concludi ſupponitur, nam facilè convenit; ſtatuunt enim nonnulli, locum hunc in *Peritonæi concavo*, atque ab inteſtinorum, aliorumque imi ventris viſcerum ſuperficie concavâ, determinari: quomodo autem tanta aggeries ventorum ibi colligatur, nullâ, ut opinor, ratione, exemplo, aut parallela inſtantia declarari poteſt: Præterea ſi res ita haberet, multò faciliùs punctura, quàm Aſcites paracenteſi ſanari potuit, quod tamen nunquam audivi factum: Refert *Helmontius*, à Paracenteſi in quodam hydropico habito, flatum putridum editum, repentè abdomen ſediſſe & virum quamprimùm interiiſſe: Verùm *Platerus* & *Smetius*, authores fide digni, ſe deprehendiſſe aſſerunt, in quibuſdam, qui tympanitici putabantur, poſt mortem ſectis, nullum flatum è ventris cavo erupiſſe, nec ventrem ſubſediſſe, ſed inteſtina, præſertim tenuiora, adeo flatibus diſtenta, & convoluta proſiliiſſe, ut in eundem ventrem ampliùs reponi nequirent: At verò neque hæc obſervatio mihi argumento eſt, morbi (de quo agimus) cauſam intra cavitates inteſtinorum ſubſiſtere, atque flatus ibidem aggeſtos, ſæpiùs aut potiſſimè ventris intumeſcentiam Tympaniticam excitare, præterquam enim quod affectus à tali πρoφάσει oriundus, non ita immobilis, & frequenter incurabilis foret, inſuper opinari ducor, non tam inteſtina, à flatibus concluſis immaniter dilatari & extendi, verùm illa ſæpè ſponte extumeſcentia, flatibus; quò ſpatia ampliata extenderentur, conſequenter & ſecundariò producendis, occaſionem præbere: Quod autem ab aliis aſſeritur, flatus, qui Tympanitis cauſa ſunt, inter *meſenterii & inteſtinorum* tunicas progigni, multò adhuc improbabilius videtur, quia cùm nulla ibidem præexiſtat cavitas, quomodo flatus eas partes ita divellet, & ab invicem ſeparabit, proinde ut à ſpecubus ita efformatis, & ventorum cumulis illuc reconditis, tota ventris regio in molem ingentem accreſcat? certè tot tantæque continui ſolutiones abſque torminibus continuis, & cruciatibus acerrimis, fieri nequeunt. *Willis.*

14. *Nec in Ventriculo eſt &c.*) A *ventriculo* tamen & Inteſtinis prodire neceſſe ſtatuit *Platerus*, cùm alia non ſint viſcera in ventre inferiore, in quibus flatus tam copioſè congeri poſſint; Ex illis *autem*, ſi in abdomen illabantur, facilè illud flatibus implebunt; Cæterùm per quam, fiat hoc, viam dubium, Nam per cæcos meatus ventriculi vel inteſtinorum, eos erumpere, cum etiam tenuiſſimis membranis facilè coërceantur, & humor tenuis faciliùs tranſſudet, quam flatus erumpat, vix fieri poſſe videtur, Dein & per ſolutionem aliquam continui manifeſtam in illis viſceribus eos non elabi, illud demonſtrat, quòd tunc etiam chylus excrementaque alia ex illis ſimul, quod tamen non fit, procederent: Itaque in oſcula venarum meſeraicarum, ſi ab inteſtinis vel ventriculo, flatus in abdomen ferantur, eos primùm ſe inſinuare, atque ex venis meſeraicis rurſum eodem modo, ſicut ſeroſum humorem inde quoque elabi, in ventris ſpatium procidere magis veroſimile exiſtit, quòd & aqua cum flatibus in Tympanite, in ventre plerumque permiſta, hæc ſimul per eandem viam huc perveniſſe aliquo pacto comprobat; Niſi alio pacto, quo aliqui quoque ſpectare videntur, flatus per inteſtinorum tunicam interiorem in exteriorem, penetrando illic meſenterium, ubi illic connaſcitur, ſe ingerant, atque inter duas illius tunicas coerciti, eas tandem permeantes, abdomini inſerantur: Quod ſive hoc illove modo fiat, quod tamen rarum eſt, unde & tympanites hoc pacto factus rarus, nonniſi ex maximâ flatuum copiâ, à quâ inteſtina adeo dilatentur, ut attenuata ad extremum uſque, eos tranſmittere poſſint, poteſt procedere: Idque niſi ita in inteſtinis ſint concluſi, ut nullo pacto alium exitum ſupra infrave habere poſſint, fiere non poterunt. Ex *ſolutâ* aliqua *continuitate*, manifeſtâ in *ventriculo* vel *inteſtinis*, ob ſummam hanc ex flatibus diſtenſionem, vel aliam ob cauſam facta, flatus in Tympanite, in ſpatium abdominis interdum erumpere, forte ſi ejuſmodi corpora frequentiùs aperirentur, deprehenderetur; quod & hinc colligere poſſumus, quòd cum omnium deterrima hydropis ſit ſpecies, læſionem quoque magnam, in ea eſſe oporteat; quæ in Aſcite, ſi ſimili modo fiat, eum incurabilem reddit: Quæ ſoluta continuitas, ſi tanta ſit, ut & chylus fæceſque in ventrem ſimul procidant, citius interimet, ſi verò ſoli flatus vel aqua, quod & citra craſſiora hæc corpora fieri poteſt, exeant, vita prolongabitur, *Platerus.*

15. *Nec in inteſtinis, quia per alvum*) Quomodo cohibeantur; docet *Moniotus*, Quemadmodum continua, inquit, generatio flatuum debetur alvo crudæ, ac inflammato jecori, ſic firma ipſorum permanſio in inteſtinis, cauſam habet non tam *ἀνάλωσιν* ſive inſeſſos ductus, quàm labefactatam vim inteſtinorum excretricem, ſeu à frigidâ, eaque hecticâ intemperie, ut plerique ſtatuunt, ſeu potiùs ab eorundem, à retentis flatibus, contorſione ac tenſione tantâ, ut fibris divulſis, ad expulſionem colligi nequeant; alioquin etiamſi fœcundus ſit, neque interruptus flatuum ortus, Tympanites tamen non ſuccedet, ſi supernè aut infernè ii prorumperint, ut in cholerâ ſiccâ, affectione hypochondriacâ, & *morbo* Hippocratis *Ructuoſo*, de quo *l.2. de morb.* Ac viceverſâ, quantumvis ſiſtantur flatus, naturâ ſuâ clauſtrorum ac repagulorum impatientes, niſi indeſinens fiat ipſorum productio, iique violenter cuneentur atque glomerentur, nequaquam exurget Tympanites, ſed ſimplex dolor colicus. *Menjotus.*

16. *Sed inter meſenterii & inteſtinorum tunicas*) Quibuſdam viſum eſt; flatulentos ſpiritus inter tunicas inteſtinorum, ac meſenterii cohiberi, eaque de cauſâ, nullo artificio aut reſolvi aut extrudi poſſe: Deinde cùm meſenterium ante tenuibus inteſtinis, retro lumborum vertebris connectatur, rationem torminum umbilicalium ac lumbarium dolorum, hydropem ſiccum præcedentium comitantiumque probabiliorem, inde reddi autumant: Verùm ſicuti dolorem colicum à flatibus, inter meſenterii ac inteſtinorum membranas coërcitis, eaſque diſparantibus ſæpe naſci non diffitemur, ita jure dubitandum, an flatus hiſce anguſtiis irretiti, nec in abdominis, aut ſaltem inteſtinorum vacuum expatiantes, verſum ventrem, ſufflato folle, duriorem ac tumidiorem reddere valeant. *Menjotus.*

17. *Tormina circa umbilicum &c.*) Quod per inteſtina, minimè deorſum per naturalem exitum prodeant flatus, ſumma obſtructio, vel inteſtinorum convolutio, efficit, cujus cauſa *Colici dolores* primùm, cum alvi conſtipatione, ſe offerunt; illiſque perſeverantibus, ſi flatus in abdomen ferantur, venter intumeſcere incipit, remanente ab initio adhuc colico dolore, alvique conſtipatione euſque, donec ex dilatatione continua, viâ patefactâ, flatus qui in inteſtinis erant, liberiorem tranſitum conſequuti, tantam vim non ampliùs afferant, quibus liberè erumpentibus, quia tamen hi flatus, qui extra inteſtina in utre ventris incluſi ſunt, vix dum prodeunt, venter diſtenſus remanet, colicuſque dolor in Tympanitem convertitur. *Platerus.*

18. *Invenitur tamen & in inteſtinorum cavitate*) In *Inteſtinis & ventriculo* retenti flatus, nec dum in id ſpatium abdominis procidentes, non ſolùm Colicos cruciatus pariunt, ſed & ſi adeo incluſi ſint, ut nullo patente exitu, ea in immenſum adeo attollant, ut totus venter inde diſtenſus appareat, Tympanitis quoddam genus, & fortè frequentiùs quàm aliud,

quod

quod illis in ventrem erumpentibus fieri communiter, docent, procreare poſſunt, ſicuti in illis quos Tympaniticos eſſe putabant, deprehendimus, flatum nullum in ſectis poſt mortem è ventris cavo erupiſſe, nec ventrem ſubſediſſe, ſed inteſtina, tenuiora præſertim, adeo flatibus diſtenſa & convoluta prodiiſſe, ut in eundem ventrem reponi amplius nequirent, mirumque fuerit, quo pacto in ventre priùs clauſo adhuc contineri potuerint: Quæ & in quodam adeo attenuato, ex ſummâ illa dilatatione reperimus, ut non ſolùm tenuiſſimæ veſicæ inſtar vento inflatæ & dilatatæ, pellucida eſſent, ſed & compreſſione aliqua diſrupta, ſtercora cum flatibus procul effunderent: Cujus Tympanitis cauſa non alia ab ea, quæ & alterius exiſtit, flatuum ſcil. proventus, atque inteſtinorum convolutio, vel inſignis obſtructio, unde & in hac ſpecie, nec flatum, nec quicquam per alvum longo ſæpe tempore egerunt. *Platerus*. Tympaniticorum aliquot diſſectionem interſui, ſed nulla præter prædictam, alia te mihi cauſa obtulit: Inter hos, ſub curâ meâ fuit puellus triennis, filius Nob. Dom. *Henrici Favarger* Neocomenſis, qui ex abſceſſu in pectore aborto, poſt decimeſtrem languorem obiit: Cauſam interitus Parentibus & ante obitum & ante diſſectionem manifeſtam feci, Aderat & tum medicus Veſuntinus Clariſſ. Dom. *Danxiron*: Biduo antequam è vivis excederet, Tympanites obortus eſt, qui puellum præ ſummâ ventris diſtenſione, ſuffocavit: Nulli flatus ex compuncto abdomine ſuperficie tenus prodierunt, ſed nec eo diſſecto, Impetu verò, novaculâ admotâ, exihere inteſtina, adeo ut omnes mirati fuerint, quomodo capacitate ventris concludi potuiſſent: Pellucidiſſima illa erant & tenuiſſima, cujuſmodi ea, quæ ad tucetorum confectionem parantur, ex ſimplici tunicâ parata, Chirurgus, nomine *Conſtantinus*, Pariſinus, qui ſectionem perfecit, crebras Purgationes puello exhibitas eſſe pronuntiavit; id quod mater, novis effuſis lacrymis non abnuit: Cauſa verò ſuppreſſionis flatuum, non in inteſtinorum obſtructione, aut convolutione ſolum, quærenda, (nam hic utraque cauſa defuit) ſed in ſublato motu periſtaltico, illis ob ſummam diſtenſionem denegato; nec enim fibræ conſtringere ſe potuerunt: Adde muſculos abdominis præ ſummâ diſtenſione nullatenus contrahere ſe valuiſſe, quam cauſam adſtrictionis alvi, in prægnantibus poſtremis menſibus agnoſcit. *Hæfreni Hercul. med. lib. iv.*

Prognoſis.

Quoad *Prognoſin*, morbus hic, adeo peſſimi ſemper ominis habetur, ut vulgò ejus nomen abhorreatur, in tantum ut ſæpe, cum de ventris tumore nulla fere mali ſuſpicio fuerit, ſi forſan iſte tumor à medico Tympanites pronuntietur, illicò de ſpe omni conclamatum ſit: Attamen hic affectus rarò per ſe interficit, quin longo tempore protractus, quo demum certius juguler, ſibimet Aſciten lethi prænuntium adjiciet: In cujus rationem, inquiramus, facilis erit concipere, dum in imo ventre viſcera omnia diſtenta, & velut rigida teneantur, inſimul ſanguinis, necnon liquoris nervei, ac lymphici ductus, aut nimis extenſos, aut compreſſos plurimùm coarctari, proindeque laticem ſuum, haud liberè & expeditè tranſmittere, unde ſequitur unumquemque humorem, in tranſitu anguſtatum, ut demum quoquomodo pertranſeat, è maſſâ ſuâ ſeroſum quoddam quaſi datâ viâ exuere, & denique iſta humorum ſtillicidia, in abdominis cavitatem decidua, hydropem Aſciten excitare. *Willis*. Vide §. *Curatio reſpicit*) ex Platero.

Aſcites vulgò deterior cenſetur Tympanite, quòd ille ab intenſiore, hic à remiſſiore frigiditate credatur proficiſci; quodque humor in flatum citra vim aliquam caloris commutari non poſſit, ex *Galeno 4. aph. 11.* quinimo videatur tympanitica ἐξαιρέσεως fieri, ex Aſcite vergente ad extenuationem, ac idcirco in tympaniâ, partes minùs marceſcant, ob leviorem ſanguificationis læſionem; Verùm hæc ſententia falsò ſupponit, omnis hydropis ſpecies naſci ab iiſdem cauſis, ſecundum magis & minùs differentibus, nempe Tympaniten & flatus à magna, Anaſarcam & pituitam à majori, Aſciten & aquam à maximâ hepatis frigiditate procreari.

Nos dicimus 1. cum *Aretæo* & *Aetio*, Tympaniten Aſcite eſſe graviorem, non tam quod pharmaca φυσάγωγα nobis deſint, dum interim medicina ὑδραγωγοις luxuriat, nam per paracenteſin flatus non minus, quàm aquæ è ventre educi poſſunt, ſed quòd plura viſcerum Tympania, quam in Aſcitè morbida ſint, nempe ventriculus ac inteſtina, ſimul cum jecore, 2. Etſi aquæ, vix verò flatus, cunctando computreſcant, parteſque nobiles computreſcant, Tympaniam tamen non modo certiùs, ſed etiam celeriùs interficere, quàm Aſciten ratione acerrimorum ac implacabilium dolorum, quibus miſer tympaniticus ſine intermiſſione excruciatur. *Menjotius*.

Curatio.

[19] *Curatio* requirit,

I. *Materiæ* flatus procreatricis *eductionem*: [20] ubi locum habet [21] *vinum* Ferdinandi *antipneumaticon*: de quo in Hiſtor. *Spiritus ſalis* coagulatus, cum aqua abſinthii, & ſpiritu ſambuci. Hauſtus ex *gummi gotte* à gr. IV. ad V. in ſumma imbecillitate *ſpirit. vitrioli* gutt. j. *ſyrupi de Cinnam.* dr. ii. *Aqua brionia* unc. jſ. paratus *Calamelanos* de quo ſupra.

II. *Flatuum diſcuſſionem.*

[22] *Extra* [23] per cucurbitulam magnam ventri appoſitam: [24] per frictiones cum *allio* in vino generoſo decocto & contuſo; [25] per fomentum ex *urina pueri & lapide prunella*, de quo vide Hartmannum.

[26] *Intra*, per decoctum *ligni Ebeni*, ſpiritum *ligni guajacini*, arcanum *cumini & carvi*, [27] Liquorem *florum thapſi barbati*, &c. *Vinum* ſit *chalybeatum cum ruſco vel carduo benedicto*, *panis* cum *cumini & carvi ſemine*, cui admiſceatur *farina ex radic. ruſci.*

III. *Calida* [29] *viſcerum intemperiei*, ſi adeſt, *emendationem*: [30] ſi imbecillis eſt, *roborationem*, per medicamenta de quibus ſupra.

[31] Puero biennali cucurbitæ primò ſine ſcarificatione in regione abdominis quotidiè apponebantur: hinc [32] *Emplaſtrum*, ex *radic. cucum. aſinini opt.* contuſar. & in *aceto ſcillit.* per XXIV. horas macerat. lib. I. *mellis deſpumati* lib. II. commiſtis & ad conſiſtentiam ceroti redactis, additis in fine *cumini ſubt. pulv.* unc.

IV. Factum, quod ſingulis diebus amovebatur, & terſo abdomini poſt admotas iterum cucurbitas apponebatur.

19. *Curatio requirit*) *Tympanitis cùm tres ſpecies, ob cauſarum diverſitatem*, occurrant, è quibus duæ frequentiores, *prima à flatu in inteſtinis ſolùm* conſiſtente profecta; *altera à flatu & aquâ, in abdominis cavo* coacervatis, dependens, *tertia* rariſſima, *à ſolo flatu* ibidem incluſo enata; Quid in ſingulis agendum, explicandum.

In *primâ ſpecie*, quæ à flatibus, non in ventris capacitate, ſed in ventriculo & inteſtinis collectis, atque adeo diſtendentibus, ut inde venter intumeſcat, procedit, ſi ob *convolutionem inteſtinorum*, aut aliam permanentem *obſtructionem*, eveniat, atque inteſtina ad extremum uſque attenuata ſint, adeo ut rurſum in ſe redire nequeant, vel etiam levi impetu, uti vidimus, diſrumpantur, deſperatum plerumque malum exiſtit; quod ſi verò non adeo hæc diſtenſio aut obturatio invaluerit; ita ut *colici doloris flatulenti potius ſit ſpecies*, quàm verus Tympanites, ſpes ſanationis tum major affulget.

Cura autem in hac Tympanitis ſpecie ſic inſtituenda, ut viam hanc intercluſam, rurſum reſeremus, idque maturè, antequam ad extremum res devenerit, illudque *Clyſteribus* injectis potiſſimum, qui emolliendo, ſtimulando, alvum ſolvant, flatuſque ſimul diſſipent; vel exhibitis *purgantibus*, aliiſve, intrò foriſve adhibitis remediis iiſdem quibus in colicis doloribus ſimili modo excitatis, & alvi conſtipatione utendum, in ejuſmodi caſibus;

In *altera Tympanitis ſpecie*, in quâ & flatus & aqua abdominis cavum replentia, ventrem in tumorem attollunt; cujus & tanquam frequentioris, curam Practici fere tantum attingunt, quia in eo & Tympanites & Aſcites concurrunt, ob geminum hunc affectum, quorum uterque gravis eſt, periculum quoque majus exurgit: *Cujus* curatio ab *Aſcitis* curatione, non adeo diſcrepat, niſi quod imbecillitatis ventriculi, unde flatus prodeunt, ſiquidem tunc inde proveniant, ſimul habetur ratio, & ſive inde, ſive ab aquâ in ventre contentâ, in flatumque reſolutâ, proveniant, illis ſimul diſſipandis cura adhibebitur, In eaque *Purgantia* in principio eadem, quæ in *cachexia* & *leucophlegmatiâ*, ventriculum & viſcera ab excrementis expurgare diximus, & dein quæ & aquas ſimul educunt, in *mixto hoc caſu* ſimiliter uſurpabimus, *flatus pellentibus* illis interim amplius quàm in ſimplici Aſcite permiſtis.

Alterantia quæ variis formis in hydrope aſcite convenire dictum, hic quoque locum habere poſſunt, eligendo potiſſimum ex illis, quæ plura flatus diſſipantia, ſimul recipiunt.

Extrinſecus ea quæ in Aſcite præſcribuntur, hic quoque ventri appoſita, proderunt: cum ſicuti aquas, ita & flatus ſimul abſumant: Eligendo tamen hic, quæ ſingulariter flatibus diſſipandis deſtinata ſunt: vel talia illis permiſcendo: vel per vices nunc, quæ utrumque faciunt, nunc illis quæ in Tympanite à flatibus ſolis genito, competunt, utendo: Inprimiſque in mixta hac causâ conferunt Emplaſtra, ex ſtercoribus illîc deſcripta, præſertim ea, quæ multa flatus diſcutientia, ſimul recipiunt;

Regimen, in vivendi ratione, quod attinet, idem quod in Aſcite propoſitum eſt, hic etiam obſervandum; inprimis ab illis, quæ flatuum proventum procurant, abſtinendo:

In *Tertia Tympanitis ſpecie*, quæ à *Flatibus è ventriculo & inteſtinis, in abdominis cavum erumpentibus*, ventremque in tumorem attollentibus oritur; quod raro accidere diximus, gravius adhuc, quàm in cæteris ſe offert periculum, deteriorque pr[illegible] Hydropis ſpecies eſſe, cenſetur, tum quia [illegible] cauſis, uti prima ſpecies, *obſtructione* ſcil. [illegible] & *convolutione*, ſummâque inteſtinorum [illegible] cedit; tum quia ex abdomine flatus ægre rurſum diſcuti, abſumique poſſunt: Graviuſque adhuc & immedicabile ferè erit malum, ſi extrema ventriculi imbecillitas, flatibus gignendis occaſionem præbuerit, cum diſcuſſis prioribus ex parte, novi ſemper ſuccedant; ut & ſi ſolutio aliqua manifeſta, in inteſtinis flatibus, ut in abdomen ferantur, januam aperiat, cum ea amplius reparari nequeat.

Hujus curatio, ſi *à ſuppreſſione* alvi, à cauſis dictis originem ſumpſerit, per eadem remedia quibus in primâ ſpecie, eam aperiri debere oſtendimus, aggredienda, & ſi ab imbecillitate ſummâ ventriculi principium trahat, ad eam emendandam, uti & flatibus diſcutiendis, abſumendiſque cura præcipuè erit dirigenda, idque remediis ventriculi imbecillitati convenientibus: *Purgantia* exhibendo, quæ crudos humores, ventriculi imbecillitatis cauſa congeſtos, flatibus materiam præbeant, evacuent, flatuſque ſimul educant; *Enemata* ad flatus potiſſimum diſſipandos, eadem quæ in ventriculi imbecillitate, & colicis doloribus flatulentis competunt, *Alterantia* ad primam concoctionem juvandam, flatus impediendos, & genitos diſſipandos, ea quæ ad ventriculi imbecillitatem præſcripta ſunt, hic locum habent.

Applicanda ventriculo, quæ eum roborent, præcipueque ventri, quæ flatus abſumant, qualia in ventriculi imbecillitate traduntur; *Platerus*.

Ferè totus medendi ſcopus, contra Flatus dirigitur; videlicet Indicationes ab authoribus Practicis inculcatæ, *materiam* unde flatus elevantur evacuandam, & *cauſam* quæ eos attollit, removendam, *Flatus* verò qui jam ventrē diſtendūt, diſcutiēdos & diſſipādos ſuggerunt. Propter hos fines Purgantia, at malo cum ſucceſſu præſcribi ſolent, (vide *§. materiæ flatus procreatricis eductionem*) Porro ad *flatus diſcutiendos*, diſpellendos, aut compeſcendos, vis pluſquam Aeolica præſcribitur, medicamenta carminativa vulgò dicta, cujuſque generis vel formæ, intus ac extùs, ſuprà ac infrà, ac ſuper partem affectam ſedulò adhibentur; quibus tamen omnibus hic morbus plerumque obſurdeſcit, Unde plurimum ſuſpicari eſt, veram hujus morbi cauſam adhuc latere, quia medicamina per ætiologiam ejus ordinariam indicata, aut ſuggeſta, minimè proſunt.

Quamvis non ego meliorem in hoc morbo ſanando ſucceſſum, qui certiorem medendi methodum, ab experientiâ comprobatam venditare poſſum; attamen libet hîc quendam alium Therapeias ortum, hypotheſi noſtræ accommodum, & rationibus ſatis firmis ſtabilitum in medium afferre.

Itaque in Tympanite, ſicut in pleriſque aliis affectibus, *tres* erunt *Indicationes* primariæ, quarum prima, & ſemper maximè urgens, *curatoria*, ſpiritus animales ab affectione *σπασμώδει* revocando, inque ordinem reducendo, abdominis tumorem removendum molitur; Secunda, *Preſervatoria*, quæ ſpiritus iſtos, aut alios ab inordinatis, in fibras imi ventris nerveas excurſibus cohibet; ſimulque liquoris nervei eas irrigentis, quoad craſin aut motum, vitia emendat, Tertia *Vitalis* ſymptomata maximè urgentia tollendo, functiones quaſcunque, quantùm fieri poſſit, oppreſſas, aut collapſas, ſublevat ac ſuſtentat.

Prima Indicatio ſemper magis momenti eſt, at difficillimè perficitur, quippe non facilè occurrit, quibus remediis tentari debeat, cùm pleraque medicinæ tela cōtra hunc hoſtem, parum aut minimè valeant: *S. M.* nullum hîc locum habet, quin fere ſemper, ut noxia vitatur; Item *cathartica*, quatenus fibras affectas irritant, atque ſpiritus perturbant, inque illas impetuoſius adigunt, ventris tumorem potiùs adaugent, quàm diminuant; *Diaphoretica* ſpiritus unà & particulas [illegible] quas è fibris allici & evocari oportuit, alniùs in eas impellunt; Medelæ tanto potiſſima, in *Diureticis* & *Enematum* uſu, conſiſtere videtur; quinetiam à *Topicis* ma-

gna

gna expectantur, quoniam ipſi morbo immediatius & per contactum adhibentur; & quia tumores in aliis locis optimè diſſolvunt aut diſcutiunt, attamen non omnia diſſolventia, nec tamen in aliis tumoribus maximè proficua, hic conveniunt; calidiora enim, pro diſcutientibus habita, quavis formâ applicentur, ſæpiùs noxam, quàm juvamen præſtant, nam & fibrarum ductus aperiunt & dilatant, proinde ut ſpirituum incurſibus magis pateant, ſimulque particulas impactas rarefaciunt, proinde ut, cùm ſpatium ampliùs occupent, ventris intumeſcentia augeatur; *Alterantia* quod ſpectat, etiam ex his quæ contra alios nervoſi generis affectus juvant, nõniſi pauca quædam conveniunt, nam ubi materies morbifica, intra ductus anguſtiores hærens, prorſum aut penitùs impelli nequit, medicamenta elaſtica adhuc materiem altius infigendo; obicem uſque majorem & fixiorem reddunt, quare *ſpiritus c.c. fuliginis, ſal. armon.* quinimò tincturæ, elixires &c. ſale volatili, aut particulis aliuſmodi activis prædita, in affectis non modò calorem & ſitim accient, ſed & abdomen plus intumeſcere faciunt, in quantùm ſanguinem & ſuccum nerveum fundunt, atque ſpiritus exagitant, proinde ut particulæ ab his ſingulis depoſitæ, in partes affectas cogantur.

At verò licèt medicina hic adeo minimè valeat, non tamen quaſi nihil, aut malum tantùm efficeret, negligenda eſt, quin ægro, ut quoquomodo ſuccurratur, omnem movere lapidem oportet, ut ſaltem alleviatio obtineatur: Itaque imprimis, (quoniam mos eſt, ab *Evacuantibus* incipere) etſi cathartica fortiora ſemper obſint; atque tenuiora ad cauſam conjunctam educendam, vix unquam polleant, attamen poſteriora hæc, quatenus morbi fomitem nonnihil ſubtrahunt, etiam quo medicamina alia energias ſuas liberiùs exerant, viam ſternant, in praxi medicâ vices ſuas, viz. ſemel intra vj. vel vij. diès, habere debent; atque aliis temporibus *Enemata* (quorum uſus multò præſtantior eſt) crebiò exhibeantur: *Hidroticis* interdictis, *Diureticis* moderatis, ſedulò incumbendum, quibus inſimul adjungantur ſpirituum & humorum alterationem & reductionem reſpicientiæ, quæ quidem pharmaciæ Tympaniticæ partem præcipuam conſtituunt; Porrò interea *Topicorum* uſus haud negligatur.

Enemata in hoc morbo, quatenus alvum ſine magna fibrarum irritatione ſubducunt, crebrioris ſint uſus:

2. *Diuretica* in hoc morbo ſi quæ alia remedia opem promittunt.

℞. *Milleped. vivar. mundat.* ℥iij. *nuc. j moſch. ſuciſam, ſimul conciſis affunde aqua diuret.* ℔j. *f. expreſſio fortis, Doſis* ℥iij. *ad iv. bis in die.*

Aqua Diuretica deſcriptio.

℞. *Baccar. virid. junip. & ſambuc. ana.* ℔vj. *conor. abiet.* ℔iv. *jugland. vir.* ℔ij. *cortic. Wint.* ℥iv. *cortic. exter.* vj. *aurant. & iv. limon. ſemin. ameos, eruca, naſturt. ana.* ℥iß. *anethi* ℥ij. *conciſis & contuſis, affunde ſeri lactis è vino albo parati* ℔viij. *deſtilla ex organis communibus*, liquor totus miſceatur.

℞. *Cryſtalli min.* ℥ß. *ſalis ſuccini volat.* ʒij. *pulv. ſem. dauci* ʒj. *terebinth. Ven. q. ſ. f. Pilulæ exigua, ſumantur iij. veſperi, & primo* mane ſuperbibẽdo aquæ prædictę ℥iij.

℞. *Spir. ſalis dulc.* ℥ß. *ſumat gtt. vj. ad xij. bis in die cum hauſtu ejuſdem aquæ, addendo ſyr. violar. coch. j.*

℞. *Spir. ſalis Tart.* ℥j. *ſumat* ℈j. *ad* ʒß. *bis in die eodem modo*; ſic etiam *ſpir. nitri & tinctura ſalis tartari* exhiberi poſſunt.

℞. *Fol. plantag. chærefol. aparines, ana. m. iv. contuſis affunde aquæ deſtill. prioris* ℔j. *f. expreſſio fortis doſis* ℥iij. bis vel ter in die cum alio medicamine.

℞. *Rad. gramin.* ℥iij. *ruſci* ℥ij. *chærefol. eryng. cond. ana.* ℥j. *raſ. c. c. ebor. ana.* ʒij. *c. c. uſti* ʒiiß. *ſem. bardan.* ʒiij. *coqu. in aqu. fontis* ℔iij. *ad ij. colatura fervida affundatur fol. aparines & naſturt. aquat. contuſi ana. m. j. addendo vini Rhen.* unc. vj. *f. infuſio calida & clauſa per horas ij. ite-*

rum coletur. adde aqu. lumbricor. magiſtral. unc. ij. *ſyr. v. radic.* unc. iß. *f. Apozema, doſis* unc. iv. *bis in die* cum alio medicamine.

Dum hæc intus ſumuntur, etiam *Applicationes* externæ ſedulò adhibeantur, non calida & diſcutientia, ſed particulis ſalis volatilibus & nitroſis prædita, quæ nempe ſalium aliorum combinationes deſtiuunt, & ſpirituũ impactiones diſſolvunt, (vide §. *Extra per*) St Fotus omnino in uſum duci debent, ne calidè nimis applicentur; item non è carminativis vulgò dictis, ſed imprimis è ſalibus & mineralibus parentur.

ij. *Indicatio* remedia Alterantia potiſſimùm requirit, quæ nempe in viſceribus imi ventris, humorum fermẽtationes & ſpirituum orgaſmos, & excurſus irregulares ſiſtunt, quæ inſuper chyli & ſucci nervei mixtiones æquabiles, & motus debitos procurant, In quos fines *chalybeata* imprimis accientur; De his vide infra §. *vinum chalybeatum*) *Joh. Anglicus* commendat. *Electuar. ex roſarum novella, cum triaſant. & ovis formicar.* quod equidẽ remedium ſatis probabile aliquid promittere videtur.

iij. *Indicatio*, ſcil. *vitalis* præſcribit remedia, potiſſimùm contra *ſpirituum deliquia, & dyſpnœam*, contra *vigilias*, & *Sitim*: Διψώδη autem, in hoc morbo valdè ſiticuloſo, frequenter ac in quantitate ſolùm perexigua, exhiberi debent, ut moleſtiſſimum illud ſymptoma abſque multo potu, qui ſemper pernicioſus eſt, compẽſci queat. *Willis.*

[20]. *Ubi locũ habet) Enemata* etiam competunt E. g.

℞. *Rutæ rec. m. ij. flor. chamom. p. ij. baccar. junip. vel lauri. p. ij. ſemin. cymini vel carvi* ʒvi. *ſem. fœnic.* unc. ß. *f. decoctio in aqua & vino, diſſolve mellis, olei nucum*, unc. ij. *ol. ſpic. deſtill. gtt.* vj *miſce.* vel.

℞. *Vini generoſi, vel malvat.* unc. vj. *aqu. flor. chamom.* unc. iv. *m.* vel.

℞. *Aqu. rutæ q. ſ. adde ſpir. vini* ℥ß. *f. Injectio.* vel.

℞. *Aqua gran. junip. ſem. carvi. cymin. fœnic. aniſi*, unius vel plurium, quę poſt macerationem in hominum in aquâ cõmuni & extractionem oleo um remanere ſolet, q. ſ. Atque injiciatur hæc ad flatus pellendos efficaciſſima.

Hiſce ex vino & aquâ paratis clyſteribus, *ſuccum rutæ, ol. rutac. chamæmel. aneth. vel lilior.* ad unc. ij. vel iij: addere licet, ut & *mel.* vel ex ſolis *oleis* tale.

℞. *Ol. rutac.* unc. iij. *ol. chamæm. aneth. lilior. ana.* unc. ij. *olei ſpic. vel carvi, vel cymini per deſtill. eliciti gtt.* vj. *vel* vij. Platerus.

Enemata in hoc morbo crebrioris ſint uſus.

℞. *Aqua infuſionis ſtercoris equini maris, cum flor. chamom.* ℔j. *mellis mercur.* unc. ij.

Eodem modo etiam ex *ſtercore canino, cum* carminativis parentur decocta, aut infuſiones.

℞. *Decocti emoll.* ℔j. *ſal. prun. vel armon.* ʒj. *ad* ʒ. ß. *f.* Enema.

℞. *Urinæ ſanæ* ℔j. *ſalis prunell.* ʒj. *tereb. ven. cum ovi vitello ſal.* unc. iß *f. Enema. Willis.*

[20]. *Ubi locum habet*) Pro medicamine blandè ſolutivo uſurpetur *vinum laxat. Greg. Horſtii* pro Tympanitico præſcriptum.

℞. *Rad. ireos* ℥j. *cort. inter. ſambuci, ebuli ana.* unc. ß. *fœnic. petroſel. ana.* ʒvj. *herb. centaur. min. agrimon. marrub. alb. ana. m. j. ſoldanell. m.* ß. *flor. chamæm. geniſtæ, ana. p. ij. ſem. fœnic. carvi ana.* ʒiß. *fol. ſennæ ſine ſt.* ʒx. *turbith opt.* ℥ij. *ſem. carth. ſumm. ſambuc. in vere collect. ana.* ʒiij. *f. decoctio in ſ. q. vini & aqua ad* ʒ. *ſtent in infuſ. per noctem, manè colentur*, unc. xij.

℞. *Colat.* unc. iij. *ſyr. de ſpinis cerv.* unc. j. *m. ſ. f.* Hauſtus qui reiteretur per triduum. *Willis.*

[21]. *Vinum Ferdinandi antipneumaticum*)

℞. *Radic. cucumer. agr. ſambuc. ireos & ſoldanell. ãã.* unc. iij. *incid. & infundantur per xij. horas in* ℔vj. *vini albi, bulliant ad conſumpt.* ʒ. *partis quo tempore adde cumini, aniſi, fœnic. dauci ſeſel. rutæ, aneth.* (ſemin) 4. *anodyn. ana. p. j. cortic. citri* ʒij. *cinnam. el.* unc. ß. *tragacanth. &*

maſtich. ana. ʒj. *bulliant ſ.a. Cola, Doſis* unc. vj. vij. vel viij.

Hoc vinum partim eſt ex *Aetio* deſumptum, partim ex noſtra inventione, & ut ingenuè fatear, mirabile eſt ad educendos flatus, tum per os, tum per alvum, & multoties ſum expertus, & evacuat aquam citrinam, & quandoque per ſeceſſum, & tantam ructuum & flatuum copiam movet, ut ſit incredibile &c. Tutum & ſaluberrimū eſt remedium, tum in Tympanite, tum in Aſcite.

22. *Extra per) Valet ungu. hoc quod.*

℞. *Ol. rutac.* ℥ij. *ol. lilior. mentha, vel maioran. ãã.* ℥ *ſucci ruta, fœnic. aqua vita ana.* ℥iß. *coqu. ad ſuccorum conſumptionem, adde pulv. ſem. Cymini, baccar. lauri ãã.* ʒij. *cera q.ſ. f. Iunctio.*

Si omiſſis pulveribus, *oleum ſpica*, vel *cymini*, aut *carvi ſtillat.* ad ℈j. addas, efficaciſſimum erit, magiſque ſi *caſtorei diſſolvas in aqua vita* ʒß. *& miſceas.*

Cataplaſma ex ſtercore vacca, vel *capra* fiat, coquendo in *vino forti*, *urina & lixivio*, addendo *pulv. ſemin. cymini carvi, apii, baccar. lauri. farinam ſabac. & rutam, & ſal.* Vel fumatur *ruta, hyſſopus, abſinthium* & *ficus*, *coquantur in vino* vel *urina*, & *aceto*, piſtentur, addēdo *far. ſabacea & bacc. lauri p.j. & nitri portionē ſ. Cataplaſma.*

Fotus ventris, ex Decocto *in vino* facto convenit. *rad. iridis, enula*, herbar. *ruta, mentha maioran. roriſmar.* flor. *chamom. anethi* baccar. *lauri, iuniperi*, ſemin. *calid. maior. minor.* &c.

Vel *ſuffitum* ex eodem decocto in lecto ſub integumētis ad ventrem admittat, *Sacculus* ventri apponatur E. g.

℞. *Semin. milii integr.* vel *panici p.ij. ſem. cymin. carvi ãã. p.ß baccar. lauri, furfur. ana. p.j. flor. melilot. chamom. anethi, ſummit. centaur. roſmar. ana. p.j. ſalis toſti p.ß. frientur in ſartagine, affuſo vino & aceto f. ſacculus*: Addi poteſt & *ſemen ruta, nigella, ſeſeleos & viticis*: item *aromata* quædam & ſulphur. *Platerus.*

Cabrotius, citante *Helmontiò*, ſe octogenarium ſanaſſe narrat, cujus ventrem bis in die fomentabat cum *lixivio cui ſal, alum. & ſulph.* incoxerat, ac inde *fimo vaccino* pro cataplaſmate utebatur, Ego ſequentia præſcribere ſoleo.

℞. *Flor ſal. armon.* unc. j. *cryſtalli min.* unc. ij. *ſpir vini tenuioris multo phlegm. imbuti* ℔ j. *m. ſ. & diſſolve in vitro.*

Pannus laneus huic tepidè intinctus, ſuper totum abdomen applicetur, & ſubinde mutetur, denuò intingendo, fiat bis in die per horā ſemis, dein applicetur *cataplaſ. vel ex fimo vaccino cū pulvere ſtercor. can.* vel Empl. ſequ.

℞. *Empl. diaſapon* h. e. *de minio cum ſapone veneto q.ſ.* extendatur tenuiter ſuper alutam tenuem, toti ventri applicetur, renovando intra x. vel xij. dies. *Willis.*

23. *Per Cucurbitulam magnam)* Cucurbita magna, Vētoſa, quod flatus eliciat dicta, ventris regioni in umbilici circuitu, cum multâ flamma affixa; potenter eos diſſipat: vel plures cucurbitulæ ſic admotæ. *Platerus.*

24. *Per frictiones)* Quæ utiles ſunt in quacunque hydrope, quod aperiant, extenuent, diſcutiant & exſiccent; deinde vel *vino ſublimato*, vel oleo *laurino* & rutaceo, calidiſſimè & perquam diu inungi oportet, Totum ventrem primùm quam diutiſſimè, donec robor excitetur, linteis calidis vel manibus carnoſis calentibuſque fricuiſſe, ut poris apertis, flatus tenuati exhalent, confert. *Joh. Wierus.*

25. *Per Fomentum)* Feliciter applicantur ſacculi ex *abſinthio, mentha, ſalvia, ruta, cortic. arant. malor.* ſemin. *fœnic. cumini*, concinnati, qui priùs valde incaleſcant, ſi lapidi ignito ollæ impoſito, tria aut quatuor vini cochlearia infundantur, & mox olla hac ſacculo tecta, ne olla ex parte vapor expiret, tantùm caloris hic concipit, ut univerſo ventri impoſitus ſuaviſſimum præbeat Fotum, Joh. *Wierus.*

26. *Intra per)* Imprimis valet *vinum fœniculatum*, vel *aniſatum*, vel quod recipit *radices fœniculi. Juſcula*, quibus *bacca lauri*, *ſemina ve* incoquuntur; vel illud quod *ſemen carvi* cæterave recipit.

Potiones aliquæ, ut *Caſtoreum* cum *vino*: *Pulveres compoſiti*, *Poſt paſtum* dicti.

Tabula cum *oleis ſtillatitiis, aniſi fœnic.* paratæ.

Conditura & conſerva ad flatus paratæ, *Pulvis* ad eadem efficax.

℞. *Cymini in vino albo infuſi, rurſumque ſiccati* ʒß. *ſem. fœnic* ʒj. *mentha, maioran. ſicca, ana.* ʒß *zinzib* ℈ß. *detur* ʒj. Si *caſtorei* ℈j vel ʒß addatur efficaciſſimus erit. *Platerus.*

Plurimi, incipiente Tympanitide, *ſpir. tartari aperit.* cum *ſpiritu ligni ſ. & rob. ebuli* mixto, curati ſunt, *Ph. Jac. Sachs Ampelogr. l.3 c 32.*

In Tympanite mihi commendatur *Elect. e baccis lauri*; quod flatus plurimum diſſipet: Commendatur & *nucum oleum recens* cum *vino generoſo* ſumptū. *Joh. Wierus.*

26. *Intra per decoctum)* In primis huc facit *aurum fulminans*, hinc maximè commendatum. *Wedelius.*

26. *Intra per decoctum &c.)* Mirabile quod è *cataputia ſeminibus* extrahitur oleum, quippe in expellendis morbis, qui à flatu ſuccisque frigidis oriuntur, principem habet locum; contundantur ſemina, atque in aqua tandiu ebulliant, ut excocta videantur, mox oleum in aqua ſupernatans cochleari colligendum eſt; mos eſt apud Indos tale oleum commodiùs per decoctionem, quam expreſſionem colligere: uſurpatur hoc feliciſſimo ſucceſſu in Tympania, Colicis Iliaciſque doloribus, ſtomachi affectione, aurium ſurditate, atque in his morbis, qui à frigidis ſuccis ſcaturiunt: Hujus gutta aliquo liquore in potu ſumpta, aquam citrinam evacuat, in articulorumque doloribus pituitam humoreſq; frigidos: Extrinſecè uſurpatur in omni hydropis ſpecie, ubi tamen flatuoſitas viget, maximè in eâ expellendâ proprietatem habere videtur. *Garcias ab Horto.*

27. *Liquorem florum thapſi barbati)* Quem *Hartmānus* egregiè prædicat, quaſi remedium in hoc modo ſpecificum; Flores iſtos recentes, inde in alembicum immittendo, & fortiter comprimendo, dein vas exactè clauſum ponatur in clibano, dum panes coquuntur, & poſtea è floribus exemptis, liquor fortiter exprimatur, qui in balneo deſtilletur, Doſis ℈j. in *decocto ſem. & rad. fœniculi*, Certe medicamentum hoc; ſi quid omnino efficiet, in doſi majori exhiberi debet, ait *Willis.*

28. *Chalybeatum)* Non modò ad hunc morbum, ſed & plerique alios ſplanchnicos, ad medicamenta ex *ferro*, tamquàm inde tela maximè aculeata parentur, ſtatim accurri ſolet, cùm intereà à multis empiricis, aut medicaſtris, qui hæc confidenter & dogmaticè præſcribunt, parùm aut minimè attenditur, quo ritu talis pharmacia operatur, aut quas in meliùs alterationes inde expectare liceat; hinc frequenter accidit, cùm chalybeata, quorum magna varietas, & operationum diverſitas eſt, ſine ullo delectu, aut in patientibus temperamenti, conſtitutionis, & morbi ſtatus reſpectu & diſcrimine exhibentur.

Ad morbum hunc, certè non omnia conveniunt, ea namque in quibus mixti compage reſeratâ, ſulphur uſque remanet, & ſolutum cæteris prædominatur, ab hoc cenſu prorſus exulent, quippe ζυμώσει ſua inſigni, viſcerum ſuccos valde fermentant, atque ſanguinem & ſpiritus adeo exagitant, ut tota imi ventris regio, quaſi à ſpiritu quodam impetum faciente, in majorem molem attollatur:

Nec minùs hic conveniunt, à quibus particulæ ſulphureæ unà cum ſalinis omnino abiguntur, uti fit in *croco martis* per calcinationem fortiſſimam ac diuturnā parato, Hoc enim medicamen, cùm ad fluxiones omnes ſiſtendas utile ſit, ita & humorum & ſpirituum impactiones quaſvis figit magis & obſtinatiores reddit;

Verùm reſtat medii generis *pharmacum martiatum*, in quo ſulphure in totum, aut maxima ex parte abacto, ſal vitriolicus remanet, ac præpollet, uti quidem habet in ferri limaturæ ſolutione, aut infuſione ſimplici, aut acidulata, in *ſale* aut *vitriolo martis*, cum multis aliis, ex quibus pharmaca præparata ſimplicia aut compoſita, in non-

nonnullis caſibus opem inſignem contuliſſe, experientiis crebrò liquet, Hæc enim viſcerum fermenta exotica deſtruunt, & genuina reſtituunt, obſtructiones eorum reſerant, ſanguinem figunt, ejuſque compagem à diſſolutione nimiâ cohibent; Quapropter remedia chalybeata, quemadmodum etiam alterantia quædam alia, contra Tympanitis cauſas procatarcticas & remotiores, aliquantum forſan proſunt, verum ad cauſam ejus conjunctam, parum aut nihil opis conferūt. *Willis.*

29. *Calida viſcerum intemperies*) Sæpe morbum hunc vidimus, à calidâ jecoris intemperie natum, quem refrigerantibus curavimus, Jecori ſuperimponentes ſuccum *endiviæ & cichor.* cum pauco *aceto & ungu. roſate* liniētes: ſuperponimus (etiam) aquam *ſtillat. endiviæ* cum *aceto, & cichor.* edendum damus atque *endiviam. Chriſtoph. à Vega.*

30. *Si imbecillis eſt roborationem*) Quo ritu perficienda, vide ſupra §. 19. *curatio reſpicit*, ex Williſio, ubi de ſecundâ Indicatione; Et §. 28 *vinum chalybeatum*)

31. *Puero biennali &c.*) *Crato* conſ. medic. p. 386.

32. *Hinc Emplaſtrum*) Uſitatum *Empl. de lauri baccis*, hic præſertim accommodum, vel ſolum vel cæteris admiſtum, cum & præterquam quod in Aſcite convenit, flatus ſimul diſcutiendo Tympaniti, ſi is ſimul adſit, conducit: *Platerus.*

Anaſarca.

II. 33. *Anaſarca, ſeu ὑποσαρκίδιος & Leucophlegmatia,* 34. *eſt molis corporeæ præter naturam* 35. *per totum corpus æquale incrementum,* 36. *vitio alimenti exortum.*

Signa ſunt, 37. incrementum molis corporeæ, majus quàm in cachexia, per totum corpus æquale, ita ut 38. pedes & tibiæ initio tumeant, corporis mollities, laxitas, manetque ex impreſſione digiti cavitas, 39. pallor, & ad laborem minimum debilitas, febris aſſidua, lenta, cum pulſu parvo, crebro & inæquali, urinæ albæ, tenues, crudæ, &c.

33. Anaſarca limitat aquoſitatem ad certum locum, quæ propriè eſt aqua *intercus*, quatenus extimum corpus, ſeu totum, ſeu quoad maximam partem, quoad ejus poros adimplet. *Wedelius.*

33. *Anaſarca &c.*) Tertius Hydrops, dicitur λευκοφλεγματία, & apud Hippocr. diſtinctis vocibus, λευκὸν φλέγμα, cum totus corporis habitus ſubtumidus & albâ pituitâ plenus eſt, τὸ λευκοφλεγματία, morbum ſignificat; τὸ λευκοφλεγματίας, eum qui laborat hoc morbo. Morbus dicitur etiam ὕδρωψ ὑποσάρκιος, ἢ ὑποσαρκίδιος, ſicut etiam ἐπισαρκίδιος, & diſtinctis vocibus, ὁ ὑπὸ τῆ σάρκα ὕδρωψ, ἢ ὁ ἀνὰ τῆ σάρκα ὕδρωψ, qui loquendi modus, cum familiaris ſit Græcis, movit noſtros homines contrahere in unam vocem, *Anaſarca* vel Hypoſarca. Imò diſtinctè legi hæc debent, ut ſit Hydrops in carne ſeu in habitu; nam & τὸ ἀνὰ, hoc vult, & τὸ ὑπὸ, cum accuſativo tolerat. 6. *Hofmannus Inſt. l. 3. c. 67.*

33. *Anaſarca, ſeu ὑποσαρκίδιος &c.*) Juxta vulgi recenſionem, tres ſunt Hydropis ſpecies, quamvis Anaſarca (ſi quidē totius corporis potiùs, quàm imi ventris affectus eſt) propriè hujus loci non eſt, attamen quia pathologia ejus, aliis nonnihil affinis eſt, hoc loco trahi ſolet. *Willis.*

33. *Anaſarca, ſeu ὑποσαρκίδιος, & Leucophlegmatia*) Hydrops in corporis habitu obſervatus, ratione materiæ, à quibuſdam, & quidem meritò. in duas ſpecies dividitur; Nam quoties à ſero tenui, Aqueo vel ſalſo, trahit originem, toties *Anaſarca* quibuſdam vocatur; Ut quoties à pituita Gelatinam imitante, ortum ducit, toties *Leucophlegmatia* iiſdem dicitur: Non ignoro multus eundem affectum, utroque nomine venire, quod nec improbo, interim & hoc non ignoro, diverſas obſervari in praxi ſpecies talis Hydropis, in habitu corporis reperiri, ſecundum materiæ diverſitatem; quæ quoniam diverſis, non fuerunt à veteribus forſan diſtinctæ nominibus, meritò à recentioribus in praxi verſatis, citra veterum contumeliam, diſtingui potuerunt duobus iſtis nominibus jam uſu receptis, ſed quodammodo aliter, quàm olim explicatis. *Fr. Sylvius.*

33. *Anaſarca & Leucophlegmatia*) Confunduntur equidem ſubinde *Leucophlegmatia & Anaſarca*, ſed nonniſi ſubjecto, nempe habitu corporis conveniunt; Nam in *Leucophlegmatiâ*, eſt habitus pituitoſus (i. e. crudus chyloſus) *Anaſarca* vero eſt ab ichoroſo & crudo ſero, in habitum corporis depoſito, concurrente forſan plus minus vaſorum lymphaticorum ruptione: Hinc in Leucophlegmatiâ minus eſt ſplendoris ac nitoris, quàm debet eſſe. In Anaſarcâ plus juſtò ſplendet ac nitet corpus; deinde veſtigia digito impreſſa, diu durant in Leucophlegmatiâ, quæ in Anaſarcâ brevi diſparent, & fere Anaſar. à Leucophlegmatiam inſequi ſolet. *Etmuller.*

34. *Eſt molis corporea &c.*) Ad hunc modum deſcribit *Willis*, quod ſit *Totius corporis exterioris, aut quarundā ejus partium, tumor albus, mollis, tactui cedens & foveam a compreſſione relinquens, ab humore aquoſo extravaſato, atque tum intra muſculorum interſtitia, tum intra carnium, cutis, imo glandularum & membranarum poros aggeſto, procedens.*

34. *Eſt molis corporea*) Totum corpus intumeſcit, maximè in facie, pedibus, manibus, nec non cæteris corporis partibus, & plus æquò excreſcit in affectu, quem *Leucophlegmatiam* à colore albo & humore, qui illi cauſam præbet, vocant; Vel ab eodem ſubter cutem & carnem collecto, *Anaſarcam* aut *Hypoſarcam* appellant; & ad Hydropis, ſeu *aquæ intercutis* ſpeciem, ob eandem cauſam referunt. *Platerus.*

35. *Per totum corpus &c.*) In habitu corporis obſervatus hydrops, vulgò univerſalis dici ſolet, quamvis ſi quis rem ritè conſideret, non ſit magis univerſalis, quā cæteri, Neque enim corporis habitus, eſt corpus univerſum; licèt namq; facile huic Externo, potius nominando hydropi, diutius perſeveranti ſuccedere, vel potius accedere ſoleat Aſcites, quādiu tamen ille non adeſt, imò licet adſit, dummodo caput & pectus; ſicuti fere fieri ſolet, libera permaneant ab Hydrope, tamdiu univerſalis vocari nequit. Aliquando tamen verè univerſalem Hydropem obſervamus, in his regionibus, quando ſcil. & corporis habitus, & venter, & pectus, & caput obſervamus aquâ, plus minus oppleri, atque illam ubique coacervare. *Fr. Sylvius.*

35. *Per totum corpus, æquale*) Eſt *quædam Leucophlegmatia ſpecies*, in quâ corpus in tumorem adhuc pleniorem & molliorem aſſurgit, & in pedibus cū aſciticorum cruribus, & tumore ac ſplendore, omnimodā habet ſimilitudinē, qui & tunc magis, quàm reliquū corpus tument; Quæ ſpecies nunc *ſenſim* uti alia, aliàs verò *ſubitò* hominem invadit; Tractavi virginem nubilem, quæ febre Eryſipelatode laborans, aëri frigido & pluvioſo ſe exponens, & linteamina lavans, ſubitò cum tumore ſeroſo totius corporis, pedum imprimis exorto, in gravem dyſpnœam incidens, tandem ſero in femora prorumpente, tumore totius corporis nullatenus ſubſidente, ſed in dies aucto, poſtquam per paucos menſes decubuerat extincta fuit. *Platerus.*

36. *Vitio alimenti*) Initium ducendum eſſe vult

Hoſmannus l.c. à ventriculo frigido & humido, chylum non debito modo elaborante: progreſſum pendere ab hepate; partim quia ex chylo crudo pituitoſoque, nonniſi ſanguinem pituitoſum facit; partim quia & ipſum incipit laborare intemperie frigidâ & humidâ: Exitum ſe oſtendere in habitu corporis, primùm quidem cum colorem adſciſcit pituitæ; deinde autem cùm œdematoſum fit.

Inflatio corporis.

37. *Incrementum molis corporis*) Leucophlegmaticæ ſpeciem obſervavimus, & quandam corporis, faciei, &. armum præcipuè extumeſcentiam, ſubitò interdum obortam, non ita mollem, ſed tenſam, ſed quæ impreſſionis ſignum non retinet, ac ſi cutis inflata eſſet, unde Inflationem corporis appellare poſſumus, à flatibus profectam, raram admodum, uti verò alia à crudo ſucco genita, Anaſarca dicta, frequens eſt. Illa cum nonniſi à causâ vehemeno aliquâ vel morbo magno proficiſcatur, illis cura maxime accommodatur. Quaſi cauſa tollatur, & ſi à *veneno* fiat, vis illius antidotis infringatur: vel ſi alius morbus ſit, ille abigatur, intumeſcentia hæc facilè iterum ceſſat; Vel ſi morbus lethalis ſit, quem tunc Intumeſcentia hæc interdum præſagit inſolita, per mortem cum morbo deſinit. Ad eam tamen removendam, ſi perſiſtat, cauſa ſemota, per inſenſilem tranſpirationem, ſudoreſque factos evacuationibus, flatibuſque abſumptis, Intumeſcentia hæc remittit, quæ & exhibitis id præſtantibus perficiuntur, inter quæ & *theriaca*, aliave *opiata*, ſi à *veneno* ſit, præterquam quòd huic reſiſtunt, ſudores quoque provocando proſunt. Dein & extrinſecùs uſurpatis *ſtuphis*, *ſuffitibus*, admotiſque alus calidis actu & potentiâ ſimiliter flatus diſſipantur, atque intumeſcentia tollitur; qualia etiam in Tympanite proponuntur. *Platerus.*

38. *Pedes & tibia*) In anaſarca, ſi œdema ad faciem & manus jam irrepſerit, ac prorítus ſupervenerit, æger ſecundâ vel tertià die moritur. *Avicenna.*

39. *Pallor*) Non ſolùm externæ partes flavent, ſed etiam interna viſcera, imprimis hepar & inteſtina colore flavo totaliter infecta obſervata fuere, à *Zacuto Luſit.l.3.Pr.A.p.156. & 236.* Ettmuller.

Cauſa.

Cauſa eſt [40] alimenti vitium, quod propter immodicam [41] epatis & venarum refrigerationem (de qua in intemperie dictum) [42] pituitoſum & crudum eſt; imò [43] corpus aqua lenta & concreta ſuffunditur: & quamvis nutrimentum & concreſcat, & nutriendæ parti adhæreſcat: tamen non aſſimilatur.

40. *Alimenti vitium, propter immodicam Hepatis & venarum refrigerationem*) Hæc de ſanguificationis officinâ & organo, in Hepate & venis quæſitis, ſententia fere obſoleta eſt; atque aliunde, tum Anaſarcæ, tum vitiatæ cujuslibet nutritionis, ob ſanguinis vitium, cauſa arceſſenda eſt, Neque enim Chylus in Hepate, ſanguinis formam adipiſcitur.

Ille (*inquit Fr. Sylvius*) ex Lacteis venis continuò in Ductum Thoracicum delatus, atque ibidem Lymphæ undiquaque affluenti confuſus, pergit cum ipſa in venam Jugularem, axillarémve ſiniſtram, hinc & cavam, ubi ſanguini admiſcetur, cum quo in cordis auriculam, mox ventriculum dextrum propellitur, ut in ſanguinem mutetur. Hanc chyli mutationem in ſanguinem inchoari putamus, in venâ Jugulari, axillarive ſiniſtrâ, imprimis verò in connexæ cavæ trunco, abſolvi autem in cordis ventriculo dextro, perfici partim in pulmonibus, partim in cordis ventriculo ſiniſtro & Arteriâ magnâ. Sanguinis quidem rudimentum accipit chylus à ſanguine ad cor deſcendente, cui in prædictis vaſis confunditur. Sanguinis verò formam nanciſcitur idem, à Bilioſo ſanguine ad cor aſcendente, atque tam in dextrâ cordis auriculâ, quàm præcipuè in dextro ejuſdem ventriculo, cum Lymphatico ſanguine, cui chylus admiſtus confluente, atque ob diverſam imò ſubcontrariam utriuſque in quibuſdam ſui partibus diſpoſitionem, inſignem efferveſcentiam excitante: Ultimam ſanguinis perfectionem obtinet idem à continuatâ contemperataque, ob aëris reſpirationem in pulmonibus, ſiniſtris cordis auriculâ ventriculoque, atque aortæ grandioribus ramis efferveſcentiâ dictâ.

Hujus efferveſcentiæ vi ac beneficio, arbitramur exſurgere *Ignem vitalem*, qui non minùs chyli adventantis, quam ſanguinis undique remeantis partes pinguiores oleoſaſque rarefaciendo, cæteras omnes ſimul laxè uniendo, in maſſam unam heterohomogeneam redigat, ipſumque adeo chylum, in verum ſanguinem operâ eadem mutet.

Læditur hæc *chyli ſanguificatio* præſertim, quando minùs laudabilis, ſed vitioſus ex ipſo generatur Sanguis, Seroſus, Pituitoſus, aliave qualitate ſenſili, vel propria vel communi peccans, quique nunc *cachexiâ*, nunc *Anaſarcâ Leucophlegmatiave*, nunc Tabe, aliove in *Nutritione* apparente vitio, ſe manifeſtat.

Vitiatæ ſanguificationis cauſa, omnis vel in ipſo *chylo* conſiſtit, vel in ſanguine aſcendente, bilioſo, vel in deſcendente lymphatico, vel in causâ aliquâ externâ, vel in pluribus ſimul concurrentibus.

In *Chylo* cauſa quærenda eſt, cùm vitioſus eſt ob vitioſa vel alimenta vel ſalivam &c.

In ſanguine ad cor aſcendente ac bilioſo, i. e. bile ſaturato, cum ipſi quantitate majore, vel minore, aliterve bilioſa bilis admiſta eſt ab hepate: majore quantitate, quando eadem copioſior generatur in ſuo folliculo; minori cum eadem parcior generatur: Aliquando eadem *acrior* vel *pinguior* admiſcetur ſanguini, hinc quoque ipſum vitiat. *Acrior* ab alimentis ejuſmodi, condimentis, &c. *Pinguior* ex uſu nimio pinguium, &c.

In *ſanguine ad cor deſcendente*, ob admiſtam lympham lymphatico dicto læditur ſanguificatio cùm *lympha* vel *acidior* eſt, vel *ſalſior*, *pituitoſior*, *aquoſior*, *Acidior*, ob uſurpata copioſiùs diutiuſque alimenta vel acida, vel acidis condita; Aërem borealem, mœrorem, &c. *Salſior*, ab aëre frigido & aſpero calefactum corpus & præſertim caput penetrante (*Vide lib. tit. tit. cap.*) Gravedinem inducit in capite & artubus &c. *Pituitoſior* fit Lympha, ab aëre humido & frigido, ingurgitatione alimentorum ſimilium &c. *Aquoſior* ab abuſu Potus aquei, &c.

Vitiatur immediatè Sanguificatio, à cauſa externá cùm quo tempore chylus ad cor defertur, & ſanguis laudabilis, peccatur in una pluribuſque rebus naturalibus, &c. *Franciſcus Sylvius Pract. libr. 1. cap. 18.*

41. *Hepatis & venarum refrigerationem*) Poteſt ne fieri etiam hic affectus à cauſa calida? In medio eſt *Hippocr.* authoritas *2. Art. 30.* & *Galen. 3. cauſ. ſympt. 3.8. H. T. 6.* quæ opus habet hoc dioriſmo. Factâ colliquatione, ſiquidem

ſiquidem pars ſeroſa ἀθρόως fluat in cavitatem abdominis, fit ſubitaneus hydrops Aſcites: ſin ſenſim & ſucceſſivè inſinuet ſe in habitum corporis, fit Leucophlegmatia, quæ jam eſt malum chronicum. *Hoſmannus l. c.*

¹⁰. *Pituitoſum & crudum eſt*) Humor aquoſus Anaſarcam conſtituens, omnino, aut maximâ ex parte, à ſanguine procedit: iſte nimirum hæmatoſeos defectu & vitio, intra maſſam ſanguineam jugi productus, ex arteriarum finibus, io majori copiâ profunditur, quàm ut per venas & lymphæ ductus excipi & reduci, ac per poros & poros cutis, aliaque ſeroſi laticis Emiſſaria, amandari queat.

Ex his ſequitur morbi hujus *cauſam materialem*, eſſe humorem aquoſum, & *efficientem* eſſe ſanguinem qui ſcil. aquas progignit, inque locis affectis deponit.

Utriuſque iſtarum rationes, atque fiendi, aut afficiendi modos perpendemus, & 1°. de *Anaſarca cauſa efficiente* dicemus.

1°. Sanguinis diatheſis, ſeu potiùs fœtura hydropica, in his duobus conſiſtit, ſcil. 1. quod ob hæmatoſeos deffectum aut vitium, ſuccum nutritium maſſæ ſuæ jugiter infuſum, non rectè aſſimilat, ſed in humorem aqueum degenerare ſinit: Dein & quod propter miſtionem ejus nimia laxam, humorem iſtum ita degenerem, intra compagem, haud tamdio retinet, donec per emunctoria aut emiſſaria idonea, ablegari poſſit, quin ubique juxta arteriarum fines, cùm in vaſorum intercapedines exuit, ibidemque relinquit. Utraque hæc ſanguinis vitia paulo ampliùs perpendemus.

Primò quoad prius, Sanguinem ipſum, & non Cor, aut Hepar Sanguificare, nuper ex quo partium harum munia planè intelliguntur, fere apud omnes in confeſſo eſt; attamen quò ritè ſanguis, chylum ſibi infuſum aſſimilet, inque ſanguinem recentem in uſus plures, ac diverſimodos impendendum convertit, non ita facilè patet. Quòd autem nonnulli aſſerunt, hoc tantùm exacta particularum comminutione & commixtione fieri, proindeque utriuſque generis particulas, ſimul contuſas, intra anguſtiores hepatis & pulmonum ductus, velut cum piſtillis ſubigi & pinſitari autumant, nobis certè minùs veriſimile videtur, quin è contra putem, viſcera hæc ſecretionum potius, quàm miſtionis organa conſtitui.

Hæmatoſeos verò rationem omnino in hoc conſiſtere, Quòd ſanguinis veteris particulæ activæ, nempe ſalinæ & ſulphureæ, cum ſpirituoſis in vigore poſitæ, illicò in ſymbolas chymi inſuſi particulas, in ſtrato adhuc inferiori exiſtentes, agunt, eaſque exſuſcitant adeo & fermentant, ut exinde ſtatim hæ craſſiorum involucris extricatæ, in parem cum prioribus exaltationem, aut perfectionis gradum evehantur ipſiſque demum aſſociatæ ac infimul homogeneæ & ſimiles factæ, eandem ſanguinis naturam induant, particulis interim craſſioribus & heterogeneis, à quibus exuuntur & emerguot, illuc aliò ablegatis.

Enimverò Sanguificatio, quemadmodum muſti in vinum, aut cereviſiam maturatio, omnino fermentatione peragitur: verùm diſcriminis ratio eſt, quòd vinum doliolo incluſum, uſque in eadem maſſa integrè permanens, quoad totam ejus compagem leniè fermentatur, & nonniſi longo tempore perficitur: Sanguis autem in perpetuo fluxu, & partium quarundam impendio, aliarumque reparatione conſtitutus, per partes uſque recentes fermentatur, & de novo generatur.

Profectò ſanguis vetus, erga chymum recentem fere idem præſtat, ac fermentum è cereviſiæ veteris flore, aut fæce, erga ſic novellæ adjectum, attamen modo quaſi inverſo, quia ſanguinis maſſa ingens, priùs fermentata, chymi portiones exiguas continuè infuſas, ſubitò fermentat alteratque; in cereviſiâ verò liquor fermentans in quantitate perexiguâ alterius maſſæ ingenti fermentandæ imponitur, quam nonniſi longo tempore ad fermentationem perducit; Poſt ſanguinis rudimenta, ita per fermentationem facta, complementum ejus & perfecta in ſanguinem Aſſimilatio, per Accenſionem acquiritur (cum namque revera accendi Σωλήνωσις olim oſtendit.) Dum itaque tota ſanguinis maſſa ex cruore & chylo ſimul contuſis conſtans, inter circulandum fermentatur, eadem inſuper in portiones minutiſſimas diviſa, per totos pulmones explicatur, ut ab aëre nitroſo inſpirato, ſecundum omnes ſuas partes ſucceſſivè accendatur, ita namque & flamma vitalis perennatur, porrò & ſanguinis particulæ omnes, velut ignem paſſæ defæcatiores ac inter ſe magis congruæ evadunt: quinetiam inter eſſlagrandum adeo diſponuntur, ut dum aliæ in ſpirituum, ſucci nervei, & partium ſolidarum nutrimenta abeunt, aliæque minùs utiles, in viſcerum fermenta aut recrementa ſecedunt, aliæ interim fixiores, in maſsâ ſanguineâ diutius permanent, ejuſque compagem ſuſtentant, & ſuccum nutritium fermentando, ſanguineio uſque novum generant, donec ipſæ demum effœtæ amandentur & aliis adultis locum cedant.

Oſtenſo ad hunc modum, quo ritè Hæmatoſis per ſanguinis tum fermentationem, tum accenſionem perfici debeat, facilè erit concipere, in quibus vitium ejus, diatheſin hydropicam producens, conſiſtit, Videlicet hæc oriri ſolet, ſi quando alterutra, aut ſimul utraque ex illis conditio, ad ſanguificationem requiſita, aut deficiat aut pervertatur.

Primò igitur hoc crebriùs, & potiùs contingit, quia ſanguis in craſi ſuâ depravatus, ſuccum nutritium, ſibimet infuſum, non ritè fermentat, ut in ſanguinem laudabilem nutetur; Si quando enim in maſsâ ſanguineâ, ſale ac ſulphure cum ſtatu depreſſis, particulæ aquoſæ cum terreſtribus præpollent; uti functiones omnes, tum vitales, tum animales, exinde languent & vacillant, ita.impriinis ipſa hæmatoſis deficit ac pervertitur: Etenim chyli ſuccus, ſanguini communius, cùm ab hujus particulis diſſolvi ac fermentari nequit (liquorum aliorum ritu, quoties ſimul mixta ζυμωσεί carent) in humorem aqueum fortè acidum, aut pendulum, aut aliàs vitioſum abit, qui poſtea in dies coacervatus, & demum ad plenitudinem aſſurgens, ſanguinem aggravat, ejuſque caiorem ferè tantùm non obruit, proinde ut neceſſe ſit eum quoquomodo, & quâ datâ viâ, protenus amandari, deinde verò, quia ſecretionum officinæ (ſpirituum animalium penu propter diminutum influxus tributum languente) in functionibus ſuis deficiunt, ſerum exuberans ex arteriolarum oſculis ubique in poros & vacuitates proximas, ſivè majores ſive minores deponitur: à cujus aggeſtione magnâ, & diuturnâ, poſtquam poti omnes implentur, oritur iſte totius corporis externi, aut quorundam ejus membrorum habitus velut paludoſus, Anaſarca dictus.

Secundò, nec tandem *Fermentationis*, verùm & *Accenſionis* ſanguineæ defectus, aut vitium, maſſæ interdum ejus diatheſin hydropicam inducat; quod planè cernitur, in quantam nonnulli loca paluſtria, aut maritima, ſine illâ præviâ cauſâ, aut occaſione, niſi quod auram ſ... liorem,

halitibus incongruis, à quibus nitrum abigitur, aut obſcuratur, præditam hauriunt, in hydropem incidunt, propterea namque ſanguis, ſi quidem intra præcordia ritè accendi, & efflagrando perfici nequit, degener factus, & quoad craſin vitiatus, chyli ſuccum non ritè diſſolvit &c. aſſimilat, ſed in laticem aquoſum perverti ſinit; Quanquam autem ſanguis etiam hac ratione primò depravatus, ſubinde vim ſuam fermentativam amittit, ac ideo potiùs & immediatiùs hydropem accerſit, attamen primum ejus vitium, ab aere inſalubri inſpirato, & ſanguinem non ritè accendente ortum habuiſſe; inde conſtat, quia tales hydropici habitationem ſuam in loca aprica & montana transferentes, abſque alia medicina convaleſcunt.

Hæc de cauſis proximis, ipſique morbo conjunctis, quæ nimirum ſunt maſſæ ſanguineæ, potiſſimùm quoad fermentationem, & aliquatenus quoad accenſionem ejus depravatio, aut defectus, quæ poſterior vix effectiva eſſe ſolet, niſi quando priorem ſuperinducit. Quod vero ſpectat ad morbi hujus *cauſas remotiores*, & procatarcticas, à quibus nempe affectio ejus ζυμώδης (ut nihil ampliùs dicam de accenſionis ejus defectu, aut depravatione) oritur, dico has adeo multiplices & diverſimodas exiſtere, ut vix poſſibile exiſtimem, eas omnes particulatim recenſere; plurimæ tamen, aut ſaltem præcipuæ, ad tria hæc capita reduci poſſunt: Nempe quandoquidem dyſcraſia ſanguinis ὑδατώδης exoritur, quatenus principia ejus activa, viz. ſpiritus, ſal & ſulphur, vim ſive virtutem ſuam ζυμωτικὴν, h. e. ſanguificam minimè exſerunt.

Dico hoc fieri, vel 1. quoniam particulæ iſtæ ob magna impendia nimis abſumuntur, Vel 2. quia per refectiones idoneas & proportionatas non ſatis reparantur, vel 3. quoniam à particulis aliis hebetioribus, aut heterogeneis in maſſâ ſanguineâ nimium aggeſtis, obruuntur aut obſcurantur:

Priùs horum evidentiſſimè cernitur, in crebris aut hæmorrhagiis immodicis, à quibus ſæpiſſimè pluſquam ab alio quovis accidente, aut occaſione plerique homines, quantumvis robuſti, & conſtitutionis priùs firmæ illicò ad hydropem inclinantur; Cujus ratio eſt, quòd ſanguis, particulis ejus nobilioribus in copiâ ingenti profuſis, depauperatur adeo, ut poſtea ſuccum, chyli allatum, nec ritè fermentare, nec accendere poſſit. Porrò idem interdum effectus, tardiori licèt paſſu, à febribus diuturniſque aliis ægritudinibus, vel languoribus ſuccedit; quatenus nempe ſanguis longâ depreſſione laborans, extenuatur adeo & diſpoliatur, demum ut aquoſus & ἄζυμώδης evadat:

ij. Sanguis nonnunquam ab indole genuinâ deſciſcens, in hydropicam vergit, quia propter alimentum ſolitò aut debitò tenuius ei ſuppeditatum, particulæ activæ & ſanguificæ, intra maſſam ejus non ſatis reparantur, ita namque advertere eſt, quoſdam vino & potui lautiori aſſuetos, poſtea ad aquæ aut cereviſiæ tenuioris potum & edulia tantùm famelica redactos, ſubitò in hydropem incidiſſe. Communis obſervatio eſt, & ſæpe ſatis vera, licèt mali nominis, bibulos & potatores aſſiduos, ſi forſan more iſto veſano relicto, tandem ſobrii ac abſtemii evadunt, multum periclitari, ne ob ſolitam ſanguinis ζυμώσιν depreſſam, morbo iſti obnoxii fiant: Novi bibonem inſignem, qui Sacerdotem, necis ſuæ reum pronuntiavit, eò quòd ipſe monitis ejus obtemperans, temulentiam reliquerat & exinde paulò poſtea hydropem lethalem contraxerat.

Cæterum iij. cauſa, ſive occaſio ad morbum iſtum diſponens, communiſſima & maximè notabilis in eo conſiſtit, quòd particulæ ſanguinis activæ, aliis hebetioribus aut heterogeneis obvolutæ, vel ab invicem diſſipatæ, vim ſuam ζυμωτικὴν amittunt, vel exerere nequeunt: Talis verò earum affectio, cùm ex variis cauſis & accidentibus, ita potiſſimùm ab his tribus, modò ſolitariis, modo ſimul unitis, excitari ſolet, viz. i. A non naturalibus immodicè ingeſtis; ij. A naturalibus immodicè retentis. iij. A præternaturalibus in corpore perperam genitis.

Ad primam ex his claſſem, Errata in victu (à quibus ubertima ſemper iſtius morbi ſeges eſt) meritò reterimus; Etenim vulgaris, & fere omnium in ore decantata eſt hæc prognoſis, guloſos quoſvis & valdè bibaces, demum ab hydrope, interituros, ad quem inſuper inclinant, non modò crapula & compotationes immodicæ ac aſſiduæ, verùm & commeſſationes nimis crebræ ac intempeſtivæ quin & alimentorum abſurdorum, aut dyſpeptorum frequens ingeſtio, Quippe à victus ratione cujuſque generis malâ diutiùs uſurpatâ, ſi quidem chyli ſuccus nonniſi crudus ſæpè, incongruus, & plerumque ſupra modum copioſus, maſſæ ſanguineæ infunditur, neceſſe erit eam primò aggravari, dein compage ejus laxatâ, particulas nobiliores ab invicem divulſas, ab aliis heterogeneis ita obvolui, aut retundi, ut à virtute ſuâ fermentativâ, ſive ſanguificâ impeditus deſiſtat, proinde ut viſcerum læſionibus, etiam brevi in acceſſum datis, cachexia, & propediem hydrops, (cujus illa ſemper prodroma eſt) inſequuntur.

Secundo in loco, ponantur Evacuationes omnes ordinariæ aſſuetæ, aut ſolennes ſuppreſſæ, Satis notum eſt à *fluxu menſtruo*, aut *hæmorrhoidali* diminuto, aut nullo, haud minùs, quàm à nimio (propter ſanguinis ζύμωσιν à particularum heterogeneitate impeditam) cachexiam non rarò hydropicam excitari: Porrò idem ſæpè effectus, & ob parem rationem à *Fontanellis* occluſis, vel eruptionibus cutaneis ſubitò repercuſſis, exoriri ſolet. Denique *urina ſuppreſſa* & *Diaphoreſis* multùm impedita, affectione immediatâ & neceſſariâ ſanguinem aquoſiorem reddunt, ac ad hydropem inclinant. Satis frequens etiam de ſanis obſervatum eſt, qui aliquandiu lecto abſtinere coguntur, eorum pedes intumeſcere.

iij. Præternaturalia intùs in corpore geſtita, præſertim verò *Tumores* ac *Humores*, ſanguinem ſæpe in motu præpediunt, aut in craſi pervertunt, eique adeo diatheſin hydropicam inducunt: *Tumores* alicubi circa viſcera excitati, quatenus ſanguinis circuitum obſtruunt, aut anguſtant, ſerum ejus illic extravaſari & profundi faciunt, à cujus intra cavitatem aliquam aggeſtione, primò Aſcites, & poſtea demum Anaſarca, iſtius conſequens, ſæpe oriuntur.

Porrò *Humores* diverſimodi, variis in locis intus geniti, atque in ſanguinem traducti, maſſam ejus primò inquinant, & particulis heterogeneis inficiunt, à quibus ea demum infirmatur adeo, & in craſi læditur; ut chyli ſuccum infuſum (cùm ampliùs fermentare & aſſimilare nequeat) in laticem hydropicum pervertat: Propter hanc rationem, nihil uſitatius eſt, quàm Phthiſicos, item ulceribus ſtrumoſis, cancroſis, imò quibuſvis intra renes, meſenterium, inteſtina, aliaque imi ventris viſcera excitatis laborantes, poſtquam diu contabuerunt, tandem hydropicos interire. *Willis.*

43. *Corpus aqua lenta, &c.)* Hæc, de morbi hujus causâ Efficiente, proximâ, Item de remotioribus præcipuis, tum procatarcticis, tum evidentibus, Quod verò ad *Cauſam materialem* ſpectat, ſenſui patet hanc meram eſſe Lympham, intra cutis aliarumque partium exteriorum poros aggeſtam; quæ quidem à ſanguine illic depoſita (partim ejus latex ſeroſus, partimque ſuccus chyloſus eſt) ſed ab hæmatoſi & corporis nutritione, quibus deſtinabatur, deficiens, recrementi inſtar, in ſpatia quævis vacua vaſis interjecta rejicitur; Quod autem materies hydropica, à ſanguine & chylo

procedens,

procedens, nec cruenta, nec lactea, ſed limpida exiſtit, nihil mirum videatur, quoniam urina vel ſanorum poſt potum pleniorem cruda pariter & aquoſa redditur, ac proinde conſtat, eam nihil à ſanguine mutuari, verùm quicquid coloris, & conſiſtentiæ craſſioris ad maſſam eius attulit, ibidem relinquere, & quamvis in utriuſque caſus aitiologiam referri poſſit, urinam quatenus per renes, & materiam hydropicam, quatenus per ſolidarum partium poros colatur, ita limpidam & aquoſam evadere, attamen obſervatione conſtat, chyli partem aquoſam, etiam dum ſanguini confunditur, cum ipſo non intimè miſceri, ſed colore & conſiſtentiâ ſpoliatam, ſola formâ lymphæ intra ſanguinis poros manere; cuius certè indicium eſt, quod ſanguis à quocunque animali per phlebotomiam detractus, poſtquam infrigidatus in partes ſeceſſit, laticem aquoſum, (qui ſero & ſucco nutritio conſtat) planè limpidum, & à reliquo cruore *ſeparatum exhibet. Willis.*

41. *Aqua lenta & concreta.*) Hydrops nihil aliud eſt, quam collectio lymphæ in toto corpore, vel in parte quadam: In univerſo corpore Anaſarca dicitur; ſit vt ſit, originem ab eadem causâ habent, & lymphæ laticis incraſſationi debent, nam huc obſtructio in vaſis ſuccum nutritium lymphamque vehentibus eſt. Hujus ſucci condenſatio ex acido vel frigore ortum ducit, ac nonnunquam ex nimiâ ſanguinis emiſſione, unde ſanguis aliique ſucci, quammaximè & fermentationi & circumductioni inepti evadunt; Cùm enim arteriarum extremitates, ſive deſinant in glandulas, ſive alias partes, ſanguinem ſuum propter obſtructiones, iis inhærentes ſatis celeriter tranſmittere non poſſint, ac debito tempore in venas regredi, quàm ab arteriis maioribus protruderetur, elongationes arteriarum fibroſæ, ulteriùs progredientes, quàm ubi venæ arteriis reſpondent, ſucco quodam glutinoſo, replentur, qui præ nimiâ craſſitie, moram trahunt, fibraſque obſtruunt; Interim à continuâ ſanguinis preſſurâ, arteriæ latiores tantam copiam eius laticis effundunt, in iſtis fibris, vt neceſſe habeant ad rupturam uſque diſtendi. *Steph. Blancardus Pr. med. ideæ novæ* §.146.

Leucophlegmatia ſeroſa.

43. *Imò corpus aquâ lentâ.*) Eſt Leucophlegmatiæ altera ſpecies quam *ſeroſam* à causâ appellare poſſumus, in quâ extumeſcentia hæc adhuc mollior & laxior, (*quam in pituitosâ exiſtit,*) in *pedibus* præſertim; illique non adeo ab Aſciticorum pedum inflatione differens, cùm & foveæ illis faciliùs imprimantur, impreſſumque diutiùs remaneat veſtigium; quam tamen ab Hydrope aſcite; & generalis hic tumor & quod venter non plus reliquo attollatur, aliaque Aſcitis ſigna facilè diſtinguent.

In totum corporis habitum ſeroſus humor ſe ingerens, generalem illic intumeſcentiam, in Leucophlegmatiâ illâ excitat, quæ non ſolùm crudo nutrimento, ſicuti in hac causâ explicandâ oſtenſum, ſed & à ſeroſo humore, vel minori vel pari, vel etiam maiori quantitate ſimul accedente, proficiſcitur, in qua non ſolùm partium ſubſtantia, plus juſtò aucta eſt, ſed & ſero irrigata mollior evadit, quæque impreſſionem faciliùs recipit, illiuſque veſtigium diutiùs retinet; Quæ tamen in pedibus, cùm ſerum ob ſuam tenuitatem deorſum ſimul rendat, manifeſtiùs apparent, qui tunc cum Aſciticorum cruribus magnam habent ſimilitudinem, cui *Leucophlegmatiæ ſeroſa* nomen illud *Aqua intercutis* rectiùs, quàm illa quæ à ſolo ſucco crudo fit attribuitur.

Proventus verò huius ſeroſi humoris, in iam dictâ *Leucophlegmatia* ſpecie, non è ventris capacitate, vt in Aſcite, ſed è *vaſis* in habitum corporis diſtributis procedit, è quibus unà, cum ſanguine crudiore, dum ad partium nutritionem effertur, elabitur, atque uti ille eas crudo ſucco alit, ſic hic aqueo humore ſimul imbuit: Cuius ſeroſi humoris cum crudo permiſtionis causâ, illius in venis nimia abundantia exiſtit, quando cum ea imbecillitate viſcerum ſanguificationis, aqua ſanguinem non ſufficienter elaborari diximus, causæ proventum hujus ſeroſi humoris ſimul producentes concurrunt: Inter quas hîc præcipua erit, generatio illius immodica, quam in hepare fieri plerique contendunt, atque in ſecundâ hac concoctione, & ſerum naturaliter gigni, ſic ſi jecur debilitatum vel refrigeratum fuerit, dum chylum non ſufficienter concoquit, & in ſanguinem penitùs tranſmutat, in ſerum convertere, illudque ſic generare docent. Verùm non hîc ſerum, ſed in prima mox concoctione gigni, ſuamque illic formam ſtatim ſumere, uſumque mox præſtare hæc comprobant, quod in ventriculo, partim unà cum chylo, ex puriore ſucco genitum, portio ipſius fiat tenuior ſeu ſeroſior, uti ſerum in lacte, eiuſdemque cum chylo, cujus pars eſt, ſit uſus; partim verò à redundante humore, à potu & cibo humidiore profectum, & in tenuiorem tranſmutatum, ſeri quoque formam nanciſcatur, atque inteſtinis cum cæteris excrementis infuſum, à venis meſaraicis unà cum chylo, & ſine eo quoque, uti videmus, aliquos mox poſt potum nimium iterum mingere raptum ad hepar, indeque in venam cavam transferatur unde copioſum ſeri proventum nimiæ potationi, uſuique humidorum potiùs, quæ materiam illi ſubminiſtrant, quam hepatis noxæ attribuere debemus; vel quia ſeri ſecretio, quæ dum ſanguinis elaboratio imperfecta illic fit, ab eadem causâ non decenter procedit, & ſerum proin ſanguinis, plus quàm oportebat confuſum, nec ab eo, uti aliàs portio ipſius ex parte ſegregari ſolet, ſeparatum, eum aquoſiorem reddit, hac ratione ſerum hepatis causâ, non quidem generari, ſed in venis copioſiùs colligi pronuntiare licebit, & ſic Leucophlegmatiam illam aquoſam, hepatis imbecillitatis quoque causâ naſci ſtatuere: Quod potiſſimùm tunc evenit, ſi inſuper evacuatio illius naturalis, per urinas non ſufficienter fiat, renum facultate attractrice ſimul debilitatâ, vel ſi ex ſudorum conſuetorum ſuppreſſione, per quos alioquin ſerum ſe exonerare ſolet, ſeroſitas illa in venis in habitu corporis remaneat: quæ & ſola cauſa, citra hepatis affectum, proventum ſeroſi humoris in venis poteſt efficere: Quod eò citiùs tum ab hac, tum aliâ causâ fiet, ſi aſſumpta & bibita, materiam ex quâ ſerum generatur, ſuppeditent: Quibus cauſis concurrentibus etiam *Leucophlegmatia* quædam, in quâ ſerum ſuccum crudum exuperat, naſcetur, vel quæ ex ſolo ſero proficiſcitur, ſi hepatis deſit, quæ ſuccum crudum gignit imbecillitas: Sicuti etiam à ſolo potu copioſè nullo ducto ſpiritu, hauſto, dum corpus vehementer calebat, à calore humido illo ſubitò in venas tranſlato indeque in habitum corporis attracto, aliquos intumuiſſe illicò vidimus; uti & corpori calenti & ſudanti, frigori expoſito, ſeroque in habitum corporis repreſſo, idem accidiſſe: Sed & nonnunquam evenit, vt ſero è venis meſeraicis, ob cauſas priùs expoſitas, in abdomen eodem tempore, quo in habitum corporis fertur influente, hydrops ſimul accedat Aſcites, geminæque hydropis ſpecies, *Aſcites & Anaſarca*, tunc coincidant. *Platerus*.

Prognoſis & Curatio.

Curatio [44] eſt *facilior* quàm in aliis, quod humor pituitoſus propiùs ad ſanguinis naturam accedat, quàm ſeroſus: quin & accedente, in principio, integris adhuc viribus [45] fortiore diarrhœâ, ſolvitur morbus.

[46] *Abſolvitur*, 1. [47] *Materiæ aquoſæ* per corpus ſparſæ *evacuatione*, tum [48] per Evacuantia inferiora, inter quæ Extractum vel ſal *Gratiolæ*, Rhabarbaro admiſtum, laudatur: gummi gorr e, cum jalapa, tum per [49] vomitoria, quæ alibi vide: tum per

[50] *Venæſectionem*, ſi ex cauſa plethorica aut ſanguinem [51] retinente oritur, ne frigidioris copia calor obruatur, quod in principio faciendum eſt.

Tum [52] per *ſudorifera*, [53] vt *decoctum vincetoxici*, in Laconico præſertim uſurpata, ante cujus ingreſſum benè *Aqua VVeckeri* (de qua apud Hartmannum) aliquid exhibetur. *Sal Centaurij minoris, zingiberis, Theriaca* magnitudine juglandis minoris cum olei ſulfur. guttis aliquot in vino generoſo exhibita.

II. [54]. *Viſcerum*, Epatis inprimis & ventriculi, [55] *roboratione*: de quibus ſuis locis. *Ferdinandus*, Ægri in [56] acervum tritici demerſionem [57] ad materiæ exſiccationem laudat.

[44] *Curatio eſt facilior.*) Prognoſin quod ſpectat, morbus hic dum ſimplex, inter omnes hydropis ſpecies minùs periculoſus exiſtit, atque Particularis membra tantùm inferiora occupans, modò venter non ſimul intumeſcat, multò tutior eſt quam univerſalis.

Anaſarca Aſciten ſuperinducens, in quo plerumque urina & ſatis copioſa eſt, & ſitis non admodum intenſa, longè tutior eſt, quàm eadem ab hoc morbo inducta; qua laborantes, vt plurimùm valdè ſitiunt, atque urinam paucam, rubicundam, & craſſam, ac quaſi lixivialem reddunt: Pariter, aut peius habet quando Anaſarca, (provt interdum aſſolet) tympanitis aut phthiſis ſupervenit.

Denique morbi hujus Prognoſticum, non leve ab Ægri circa victum & medicinam morigeratione aut obſtinatione deſumitur, nam utcunque habeat morbi conditio, ſi hydropicus pharmacum recuſans genio indulgebit, nihil inde boni ſperare liceat. *Willis.*

In ſenibus ægrè ampliùs ſanatur, etſi diu ſæpè protrahatur. *Platerus.*

[44] *Eſt facilior quàm in aliis.*) Ab hydropum generibus par diſcrimen non imminet, horum namque cùm duæ ſint naturæ ὑποσαρκίδιος quidem εὐκατάσχετος ἀφυκτος, alter verò qui cum flatibus, multam εὐτυχίαν ad curationem poſtulat, & *l. de Di. Ac.* Hydropem ὑποσαρκίδιον morbis adſcribit qui neceſſariò accidunt, Contra apud *Aretæum*, *Omnes hydropum ſpecies pravæ ſunt, ſed inter ipſos Leucophlegmatia mitior habetur, quòd ſudore, urinâ, vel alvo ſolvi poſſit, difficilius Tympanias* (ſub quo videtur Aſciten comprehendere) *adhuc tympania difficilior anaſarcâ, oportet enim medicum in hoc morbo totum hominem permutare, quod neque Diis ipſis facile fuerit.*

Quibus verbis per Anaſarca intelligit, *Aretæus*, hydropem à partium colliquatione, qui ſine dubio perniciſis eſt. Nam Leucophlegmatiam propriè dictam, quod ſpectat, etſi malum venoſo generi totique corpori communicatum ſit, tamen quia in morbis non tam extenſio quàm intenſio formidari debet, ac hepar ab indole ſua minùs deflectit in Leucophlegmatiâ, quam in aſcite, ita quoque leucophlegmatia, Aſcite minùs periculoſa eſt, præterquam quòd materia per regionem carnium ſparſa ac diſpalata, non ita gravet, quàm dum in unum locum, videlicet in abdomen ceu *ἀσκίον* congeritur; Et quamvis humor aſciticus fontibus excrementorum propior ſit, quàm intercutaneus, ad cavitatem tamen inteſtinorum, quia denſiorem non poteſt commodè traduci, vt per alvum detrabetur, & difficiliùs adhuc per media ventris tegumenta, topicis diſſolvi.

Quæ cùm ita ſint, patet citatos *Hippocratis* textus eſſe explicandos de ὑποσαρκιδίῳ ſimplici, ſed de vetuſto, & qui nimium occupavit; aut ſaltem de recenti, verùm qui ab inanitione progeneratur, Etenim leucophlegmatia ab oppreſſione nata, non adeo ægrè per initia tollitur, quòd hepar ſit adhuc εὐσθενὲς unde etiam *Galenus* ad depletionem cauſæ plethoricæ phlebotomiam non veretur præſcribere. At hydrops qui jam penitùs inſedit ac inveteravit in homine, vel neophytus quidem, ſed ab exolutione progenitus, remedium non ſentit, quod extinctus, calor nativus nequeat, ἀναζωπυρηθῆναι, redire deſecte.

Aſcites vulgò deterior cenſetur tympanite, quòd ille ab intenſiore, hîc à remiſſiore frigiditate credatur, proficiſci, quodque humor in flatum extra vim aliquam caloris commutari non poſſit, quinimmò videatur tympanitica ἐξαερώσεως fieri, ex aſcite vergente ad curationem; ac idcirco in tympaniâ partes minus marceſcant, ob leviorem ſanguificationis læſionem.

Verùm hæc ſententia falsò ſupponit omnes hydropis ſpecies, enaſci ab iiſdem cauſis, ſecundum magis & minus differentibus, nempe tympanitem & flatus a magna, anaſarcâ & pituitam à maiori, aſcitem & aquam à maximâ hepatis frigiditate procreari.

Nos igitur dicimus [10] cum *Aretæo* & *Aetio* Tympanitem eſſe Aſcite graviorem, non tam quòd pharmaca φυσαγωγὰ nobis deſint, dum etiam medicina ὑδραγωγὸς loxuria; nam per paracenteſin non minus flatus, quàm aquæ è ventre educi poſſunt, ſed quòd plura viſcera in tympaniâ, quàm in aſcite morbida ſint, nempe ventriculus ac inteſtina, ſimul cum jecore; Dicimus deinde, etſi aquæ, vix verò flatus, cunctando computreſcant, parteſque nobiles corrumpant, tympaniam tamen non modo certiùs, ſed etiam celeriùs interficere, quàm aſciten, ratione acerrimorum ac implacabilium dolorum, quibus miſer tympaniticus ſine intermiſſione excruciatur. *Menjotius.*

[45] *Fortiore diarrhœa*) Hydrope, h. e. leucophlegmatia *detento, ſi aqua è venis in ventrem confluxerit, ſolutio fit*, 6. aph. 14. Ubi nomine κοιλίης intelligit *Hippocr.* inteſtina, non verò cavitatem abdominis, ſecùs functio eſſet ὑπόθεσις. Sed diſtinctiùs in *Coacis*, *Aqua intercutem incipiente, obortum alvi profluvium aquoſum, citra cruditatem morbum ſolvit*; Quibus verbis ita optantur ad ſalutarē diarrhœā, l. Ut hidrops adhuc novitius ſit, ſecus *hydropicus* provectus, *ſi acceſſerint alvi fluxus perit conſiſtme & ſentiens & loquens*, *l. 4. de morb. Sic Galenus 2. ad Glauc. 5. Omnibus*, inquit, *diuturno jecoris ſcirrho laborantibus, neceſſario ſupervenit aqua intercus; quamplurimum*

rius etiam interveniunt longo tempore: quoſdam verò novi etiam brevi pereuntes, quibus alvus multu dejiciebat. 2. Requiritur ut ventris fluor juxta peccantem cacochymiam, aqueus ſit. 3. Ut non ſequatur ventriculi cruditates. Diarrhœa iſtis dotata conditionibus, eſt ὑδρώδης καὶ ὁρμώμενη λαυρῶς καὶ ἰσχυρῶς, paucis diebus plenoque gradu fortiter fluens, ac ideo critica non ſymptomatica, quæ fertur pigro lapſu, & πολυημέρως, à perenni materiæ generatione, perennique ejus affluxu unde in aphoriſmo *Hippocrates 7. 19.* non quovis, ſed valido alui fluore, λευκὸν φλέγμα ſolvi teſtatus eſt. *Menjotius.*

14. *Abſolvitur t.*) Circa Therapeian ritè deſignandam, duo præcipui hic medendi ſcopi occurrunt, videlicet 1°. ut Aqua intercus quoquomodo evacuetur & abſumatur, Dein 2. provideri debet, ne nova continuè generetur & aggeratur; In quem finem danda erit opera medica, tum ut coctionis viſcera recrementis inanita, & obſtructionibus libera, chylum uſque laudabilem conficiant, ac in debitâ copiâ maſſæ ſanguineæ ſuppeditent, Tum inſuper ut ſanguis, (principiis ejus ad δυναμιν ξυμμετρίην reſtitutis) chyli ſuccum ei jugiter ſuffuſum, ritè fermentet; inque ſanguinem aſſimilet. *Indicatio vitalis* minimè in hoc morbo, uti in multis aliis, neceſſaria videtur: quoniam raro hic adſunt ſpirituum deliquia, aut vigiliæ, pro quibus *Cardiaca & hypnotica* requiruntur: atque *victu reſumptivo* parùm opus eſt, quia jejunium & abſtinentia potiùs juvant, & ſæpiſſimè in magnam curationis partem cedunt, cujus ratio eſt, quòd vaſa per inediam inanita, aquas intercutes, aut alibi ſtagnantes reſorbent; eaſque partim per renes, poros cutis, aliaque emiſſaria foràs ablegant, partimque ſucco alibili adhuc turgidas, corpori enutriendo uliſſimè impendunt. *Willis.*

Inſtituenda curatio, eo fere modo, ſicuti in Cachexiâ, cùm hæc illius ſit principium, & ab eadem causâ in hoc affectu auctâ & diutius remanente dependeant; Hepatiſque & Lienis imbecillitas corrigenda, cauſam primùm amovendo, ſi à nimio fluxu menſium, hæmorrhoidum, aut aliâ hæmorrhagiâ proceſſerit, dein viſcera hæc *roborando*, Si *obſtructio* adſit, ea aperienda ſolvendaque, aperientibus & abſtergentibus iis, quæ moderatè illud, ſi fluxus aliquis adhuc adſit ſanguinis, ne morbum illum concitent, efficiant, uel validioribus, ſi ab eo non ſit periculum, quæ ſimul & menſes, ſi hi ſuppreſſi ſint, commovere poſſunt. *Evacuandi* interim ſemper *crudi humores & aquei*, qui in primis viis, ventriculo, inteſtinis & venis, dein etiam in corporis habitu coacervantur, tum *purgantibus* per *alvum*, tum per *ſudores & urinas* exhibitis: Tum etiam *extrinſecùs admotis*, locis maximè tumentibus, quæ materiam corporis partes imbuentem diſcutiendo, abſumendoque, exhauriant: In *Leucophlegmatiâ* verò, in quâ ſimul ſeri copia coacervatur, vel ea cui Aſcites jungitur, Curatio eadem fere quæ Aſciti, in educendâ abſumendaque aquâ debetur, *cauſâ* interim ratione, remedia huic quoque accommodando. *Platerus.*

47. *Materia aquoſa per corpus ſparſa evacuatione*) Id quod etiam efficaciter præſtant *Diuretica à Jonſtono* prætermiſſa: Hydragoga autem per Diureſin operantia, tum ſimplicia, tum compoſita, ſuprà tradita ſunt; Quia verò Pharmaca hujus generis, non omnia pariter in quibuſque affectibus juvant, advertere hic ſubeſt, pro curanda Anaſarcâ, *Lixivialia* (prout noſtrâ obſervatione ſæpe conſtitit) cæteris Diureticis longè præſtare, Enimverò tritum & vulgare nunc remedium eſt, ut quiſpiam membra habens tumida, poſt purgationem præmiſſam, ſumat bis vel ter in die hauſtus ex cineribus abſinthii, vel geniſtæ, cum vino albo facti unc. vi. ad viii. ejuſque uſum per aliquot dies continuet: Medicamentum hoc (uti in pluribus notavi,) urinas potenter movet, imò nonnunquàm in tantâ copiâ, ut lotio ſupra ſeſquicongii menſuram intra nycthemeri ſpatium profuſo, ægri fere ad miraculum uſque convaluerint.

Quo ritu & quali, viſcera, ſanguinem aliosque humores afficiendi modo, Diuretica cujuſque generis operantur, explicavimus, quòd verò in Anaſarcâ laborantibus, medicamina ſale fixo & lixiviali, pluſquam ſale acido, alkali aut volatili prædita, urinas expellunt, ratio, ut opinor, hæc eſt, viz in morbo iſto affectis, poſtquam deficiente ſanguinis ξυμμέτρῳ & virtute ſanguificâ, humores aquoſi & crudi, tum in ejus maſſâ, tum intra corporis habitum aggeſti, ibidem fere immobiles aliquandiu permanſerunt, tandem illi, (prout ſuccorum aqueorum paulò ſtagnantium mos eſt) Coaceſcunt, quapropter medicamenti particulæ lixiviales, in ſanguinem ſuffuſæ, illicò cum aquarum acidis effervescunt, quæ inſuper dum exagitant & fermentant, in totâ maſsâ ſanguineâ ξυμμέτρῳ inſignem & excretivam cient, proinde ut particulis omnibus in motum concitis non tantùm aquoſæ ac recrementitiæ cæteris extruſæ per renes amandentur, ſed & ipſius cruoris inſitæ & activæ, craſſioribus quibus obvolvuntur ſeſe extricent, & denuo emergentes virtutem ſuam fermentativam reſumere & ſanguificare incipiant.

℞. *Ciner. geniſta, vel abſinth. vel ſarment. vitis ad albedinem calcinat. & cribrat.* ℥iv. *ponantur in lagenâ vitreâ cum vini albi* ℔ii. *digerantur clausè & calidè, per* iij. *vel* iv. *horas, deinde coletur, doſis* ℥vi. *ad* ℥viii. *bis in die.*

℞. *Tartari albi cum nitro calcinati, & dein in crucibulo ad caruleitatem fuſi* ℥iv. *ſpir. vini tenuioris* ℔iß. *aqu. limac. lumbricor. āā.* ℥iv. *digerantur, clausè in furno arena per duos dies, dozis liquor. clari* ℥ii. *ad* iii. *cum decocti rad.ruſci & bardana in cerevisia facti* unc. iv.

Pro Potu ordinario.

℞. *Ciner. geniſta alber. & mundat.* ℔ii. *ponantur in ſacculo cum raſura ligni ſaſſafr.* unc. iii. *rad. Galanga min.* unc. i. *baccar. Junip. & ſemin. dauci āā.* unc. iß. *f. Sacculus pro* iv. *congiis cerevisia, poſt* vii. *vel* viii. *dies hauriri incipiatur.* Willis.

Hæc *Potio* à quibuſdam experta eſt.

℞. *Granor juniper.* ℔ß. *rad. enula, bryon. āā.* unc. ß. *h. thymi, majoran. ſumm. roriſmar. ruta, artem. āā. m.* ß *coqu. in* lb. iv, *aqua, dulcoretur, aromatiſetur, Bibat aliquoties.* Platerus.

48. *Evacuantia inferiora*) Si ratio inquiritur, quomodo Cathartica in hoc morbo operantur, & quare feliciùs & multò efficaciùs, quàm in aliis Hydropis ſpeciebus aquas educunt? Dico in Anaſarcâ materiem ὑδατώδη (quæ lympha eſt) partim in maſſâ ſanguinea partimque in habitu corporis, intra poros & vacuitates vaſorum finibus interiectas ſubſiſtere, quapropter catharticum fortius exhibitum, illicò maſſam ſanguineam exagitat, fundit, & ad ſuperflui cujuſvis, aut heterogenei excretionem ciet, ſimulque arteriarum oſcula, verſus inteſtinorum cavitates dehiſcentia irritat, ut per hæc potiùs emiſſaria humor è ſanguine rejectus exitum inveniat: Hinc imprimis aquæ intra ſanguinem fluctuantes copiosè elutriantur, dein vaſa inanita aquam mox intercutim reſorbent, & partim illicò per ſedem, partimque per urinas, aut diaphoreſin foràs amandant, nullus interim metus eſt ne, ut in Aſcite, materies morbifica à ſanguine per medicamentum exagitata & fuſa, in loca affecta, unde non facilè remeabilis eſt, ampliùs adigatur; item ne, ut in Tympanite, propter ventriculi & inteſtinorum fibras, à pharmaco nimis irritatas, viſcera iſta in extumeſcentias τυμπανώδεις accieantur: Quippe donec viſcera erunt firma, & bene conſtituta, medicamenti

particulæ, nullam iis noxam infligunt; verum exinde in ſanguinem traductæ, non modo aquas ex eo eliciunt, ſed maſſam ejus exagitando, particulas lactivas prius obrutas exſuſcitant, & verſus δύναμιν ſuam ζυμωτικὴν diſponunt. *Willis,*

48. *Tum per evacuantia inferiora)* Ut prima Indicatio curatoria materiæ morbificæ evacuationem intendens, perficiatur, adhiberi debent pharmaca Hydragoga omnia, tum ſimplicia, tum compoſita, in Aſcite receſſita; In ſimplici Anaſarca, fortiter purgare licet, & non rarò multùm juvat, Et quidem ab hoc morbo, interdum per catharſin ſanato Empirici de modelis ſuis plurimùm gloriari ſolent, eorumque medicamina quædam, pro curandis hydropicis multum decantata exiſtunt, quippe ſi fortè unum aut alterum Anaſarcâ laborantem, ſpecificis hydragogis, aut elateriis, eos uſpiam fortè ſanaſſe contigit, ſatis eſt de quo ſe & artem ſuam ſemper venditent, etſi eodem medicamento centum Aſciticos jugularunt: Quapropter licet *eſula* aut *elaterii præparata, Pilula Lunares; Hercules Bevii,* aliaque hydragoga in quibuſdam caſibus nonnunquam profuerunt, tamen ſi indifferenter hydropicis omnibus, aut omninò ulli conſtitutione debili & viſceribus toni præfracti, aut conformationis læſæ prædito exhibentur, ſæpius necem, quàm remedium afferunt; Interim ſemper prudentis Medici judicio committatur, quando quouſque, & quibus catharticis utendum erit. *Willis.*

Clyſmata quæ fæces educant, ſtimulent, & abſtergant, flatuſque diſcutiant, locum quoque habent: Poſſet decocto addi *abſinthium, majorana, chamæpytis, Agaricus troch.* & in eo diſſolvi *Muria, urina, lixivium, &c.* Clyſter abſtergens non operoſus.

℞. *Vrina pueri* lb.j. (lixivium addi poteſt) *Olei de lilio, vel chamomilla,* vel *nucum.* unc.ii.ß. Clyſter. *Platerus.*

48. *Per evacuantia inferiora)* In ſufflatis, turgidulis, ut iis qui à morbo convaleſcunt, an convenit frequens juſculorum uſus? Videntur nocere plurimùm, quia ἐμφύσησιν quandam & diſſolutionem pariunt. *Ballonius.*

48. *Evacuantia inferiora inter quæ) Succus ireos recens* per reſidentiam depuratus, cum pauca *manna* miſtus, convenit, ad ſeroſitates abundanter evacuandas. *Etmuller.*

49. *Rhabarbaro admiſtum)* In Hydrope Rhabarbarum proficuum eſſe *Th. Eraſtus Ep. 9.* comprobat, *Si rhabarbarum,* ait, *ſumere queat. & ab eo ſtrennè exerceri ſolitus ſit, hoc ſolo ſæpiùs repetito curabitur; Etenim,* addit, *non ſe ſolum, ſed & alios ſolo rhabarbaro hydropicos percuraſſe.* Contrarium verò defendit *Sanctorius comm. in 1. a 22. qu. 75.* (*vide & Capivaccium in praxi cap. de hydrope*) *Galeni* illud ſequutus, medicamentum cholagogum in morbo pituitoſo eſſe tanquam venenum; & *Ebſina* rhabarbarum, quòd evacuet bilem in hydropico, eſſe tanquam venenum, quia in hydrope bilis deſideretur, & *Septalius lib. 7. caut. 54.* quod talia non evacuet, quæ evacuari debebant: Notabile verò eſt (1.) in genere, *non omnem Hydropem fieri à bilis defectu,* quia non rarò ab ejuſdem acrimoniâ, unde vaſa lymphatica erodit. In cadavere ſtudioſi hydropici invenimus bilem copioſam, ruffeſcentem, & quaſi oleoſam, cum hepate omni ſanguine carente, vacuis quaſi vaſis, (2.) convenire in Hydrope *Rhabarbarum* multis nominibus, modò ejus & ægri temperamentum obſervemus; Hinc legi meretur quoad hoc *Baccius de thermis lib. 3. cap. 3.* qui aliquot hydropicos curavit ſolo poculo *urina puerilis* decem annorum, per xxx. dies continuos manè, & rhabarbaro pro purgante adhibito, hinc & per intervalla fabæ magnitudine commanſo, quod pluribus exemplis confirmat. *Wedelius A. n.m. pag. 262.*

49. *Rhabarbaro admiſtum)* Hoc non tam propter uſum laxandi, quam alterandi, acidum corrigendi, bilem in naturali ſtatu conſervandi, urinam movendi, & atoniam hepatis corrigendi adhibetus, unde & etiamnum *anima hepatis* quibuſdam dicitur. *Etmuller.*

50. *Vomitoria) Vomitus* ventriculum repurgando, ubi principium cruditatis eſt, ad eam impediendam cum cæteris adjuvat. *Platerus.*

51. *Tum per venæ ſectionem)* Convenit in Anaſarca ſecundum *Galen. 4. vict. acut.* cui conſentiunt *Avicenna & Trallianus,* & quidem incipiente à ſuppreſſis menſibus, vel hæmorrhoidibus: Speciosè *Trallianus,* videmus etiam quod ignis externus, cum à lignis viridibus propemodum extinguitur, refocillatur rurſus, ſi illa quæ ipſum ſuffocabant auferantur. *Trallianus* Sanguis redundans potentiſſimè ac citiſſimè minuitur per ſanguinem è vaſis ſectis eductus; quod beneficium à quibuſdam perperam expectatur, in aliis quoque humoribus redundantibus: Quamvis enim V.S. *ſerum* unà cum reliquo ſanguine minuatur in corpore, non minuitur tamen eo reſpectu, quò redundat: Ubi proinde minuendum Serum, non credendum mox perinde eſſe, an ſanguis ſimul minuatur, cujus proportio tunc mutata eſt, & ita quidem ut potiùs optare liceat, poſſe augeri reliquas ſanguinis partes, quàm ut ſimul cum ipſo ſero minuantur, Venæ ſectio igitur perperam commendatur à quibuſdam, non tantum ad nimiam ſanguinis copiam minuendam, ad quod conducit, ſed ad cæteros quoque humores unà cum ſanguine per vaſa delatos educendos, quippe qui ſoli, remanente universô ſanguine laudabili, in vaſis extrahi nequeunt, quod tamen erat neceſſarium. *Fr. Sylvius.*

Si menſes retenti ſint, uti ferè fit, illorum provocandorum causâ, in pedibus V. S. fieri poteſt: Aliàs etiam in *conſuetis,* & *crudo ſanguine* repletis, ſi concedatur, cum per eam illius portionem evacuari nobis cùm effluit crudus, maximeque cum concreſcit, talis apparens oſtendat, prodeſſe eo nomine, vel ſaltem non multùm obeſſe poterit, cùm ſi non nimium larga ſit, adeo viſcera refrigerare nequeat. *Platerus.*

52. *Per Sudorifera)* Sudorum provocatio, cum multum abſumat de aquoſis humoribus, tam ex habitu corporis, quàm ex venis, convenit admodum, per eoſque ſæpe tumor decreſcit mox: Qui, ſi ferri poſſit, *exercitiis* eliciendi, adhibitis *frictionibus,* in dies repetitis vicibus, quæ & ſolæ materiam diſcutiunt. *Platerus.*

52. *Per Sudorifera) Horat. Referus* apud *Schoeltzium,* ſe multos pueros, & nonnullas mulieres Anaſarcâ laborantes, curaſſe gloriatur uſu *Syrupi S. Ambroſii* qui ſudorificus eſt, Illius deſcriptio hæc eſt.

℞. *Milii ex cortic.* unc.ii. *aqu. fontis* lb.ß. *bulliant donec* unc.iii. *vel* iv. *illius aqua ſuperſint,* quæ percolata cum æquali vini albi generoſi portione miſceatur: Deturque calidum hydropico, copioſiſſimè enim ſudabit, ſi texeris diligenter. *Riverius.*

Diaphoretica in Leucophlegmatiâ (quæ ſcilicet Anaſarcæ procœmium aut declinatio eſt) non rarò egregiè conferunt; Cæterum in hoc morbo confirmato, melius quàm in aliis Hydropis ſpeciebus conveniunt, Et quamvis ab initio propter habitum corporis craſſiorem, velut palude obſeſſum, ſudores movere nequeant, utcunque dum ſanguinem exagitant, particulas ejus inſitas activas, antea ſopitas & ſemiobrutas, exſuſcitant, & verſus ζύμωσιν diſponi, quin & recrementitias quaſque, & præſertim aqueas, in motum acceleri faciunt, proinde ſtatim ut illæ è receptaculis ſuis exundantes, promptiùs ac faciliùs per ſedem, vel urinam, & ſæpe aliquatenus per διαπνοὴν abſcedant; At verò poſtquam aquis per

Catharſin

Catharſin eluatiaris, materies morbifica in tantùm diminuitur ut corporis moles, & membrorum intumeſcentiæ remittere incipiant, humoris reliquiæ per *Hydroticam* moderatam, & diaphoreſin conſtantem optimè ablumuntur.

Hidrotica autem pro curatione Anaſarcæ ea maximè conveniunt, quæ in doſi paulò largiori exhibentur, quorum enim quantitas perexigua eſt, particulæ eorum activæ aquis immerſæ obruuntur, priuſquam in ſanguinem diffuſæ, vires ſuas exercere poſſunt; quamobrem *ſpiritus* ſive *armoniaci*, ſive *vini*, necnon *Tinctura & Elixires*, imò ac Pulveres contra morbum iſtum rurſus in uſum veniunt, quia nimirum in doſi minori minus efficiunt, atque in perampla ſi exhibentur, efferatione ſua viſcera ſæpè lædunt, quin ea potius ſeligantur, quæ hauſtu pleniori, & calidè aſſumpta, ſanguinem totum illibata permeare poſſunt, cujuſmodi imprimis ſunt Decocta ex lignis & radicibus, quorum particulæ ſanguini ſatis congruæ, ab eoqua indomabiles, totam ejus maſſam pertranſeunt, & vim elaſticam, humores omnas commovendo, exerunt.

℞. *raſ.ligni ſ.* ℥vi. *ſaſſafr.* ℥ii. *ſantal.omn.* ãã. ʒvi. *raſ. ebor. c.c.* ãã. ʒiii. *f. a.infundantur & coqu.in aqu. fontana* lb.viii. *ad medietatem, addendo rad.calam.arom galanga min. bardan. petaſit.* ãã. ℥i. *fol.ſalv.acuta,chamad. ſeccas.* ãã.*m.ii. Colatura ſervetur ad uſum, doſis* ℥viii.*ad x. calidè bis in die, unicuique doſi addi poſſunt ſpir.Salis Armon. ſuccin. vel ſuliginis gtt.* xx *ad* xxv. *vel tinct.ſalis tartar.* ʒß. *ad* ʒi. Willis.

Per ſudorifera tollitur Liquor ex vaſis *Lymphaticis*, vel *Lacteis* ruptis effuſus, ut & *meatibus* vaſis illis interjectis, Lympha, Chylus, Potuſve, quatenus tunc omnes corporis pori reſerantur, & humores aquei vaporis forma quaquaverſum propulſi, ſimul foràs expelluntur, ſicque ex illo præternaturali loco removentur. Conducunt verò inter Sudorifera, illa præſertim, quæ *Acriora* exiſtunt, & vi aromatica ſunt prædita, qualia ſunt *ligna & cortices Guajaci, Saſſafras, Juniperi, Quercus, Buxi*, &c. Radices *apii, fœnic.angelica*, *imperator*, *&c.* Oportet autem Sudorifera illa, quacumque demum formâ præparata, continuè aſſumantur ab ægris atque in perpetuo quaſi ſudore ipſi ſerventur; ſi felicem ſucceſſum optemus: Hac enim ratione, aperti ſervantur corporis pori, & via expellendis aquis patens: Quòd ſi diu intermittantur corporis pori, & via expellendis aquis patens: Quòd ſi diu intermittantur Sudores, toties clauduntur denuò pori, augenturque iterum aquæ, cui poſtmodum majori labore & moleſtiâ novus rurſus parandus exitus. Non tantùm in hoc affectu, ſed & aliis quoque obſervavi ſudorem, modo prædicto perpetuatum: Hidrotica autem convenientiſſimè uſurpabantur formâ liquidâ, Decocti aut miſturæ ac Potionis, addendo ſemper Spirituoſa & Sale volatili abundantia. *Fr. Sylvius.*

Quomodo per externa promoveri poſſit Sudor, vide §. *Ad materia exſiccationem*) Sudorifica ea incidentibus & attenuantibus parata, & partitis vicibus exhibita, tum ipſos humores ſudore propellendos, ubi exiſtunt viſcidi; tum alios ipſis admiſtos & ideo viſcidos; tum & alios in corporis poris ac ſuperficie coagulatos ſolvunt, incidunt, & ad ſudorem ſequuturum ſenſim omnia diſponunt. *Idem Append. Tr.* vi.

§. *Vi decoctum*) Sudativum ſpecificum ad *Hydropem*, quo *Schroderus* Anaſarcam curavit.

℞. *Fumar. Eupat meſ.* ãã. *m.j. rad.azari, hirundin.* ãã. ℥i. *baccar. junip.* ℥ii. *raſ. ebor.* ℥vi. *nuc. moſch. ſantal. citr.* ãã ℥ß. macerentur in *aq. petroſ.ebuli, geniſta & vini albi*, decoctum coletur, Doſis mane unc. v. per aliquot dies.

§. *Viſcerum*) *Alterantia ad viſcera roboranda, obſtructiones ſolvendas, & urinas promovendas*, ut per eas quoque aliqua fiat ab hiſce *viſceribus* evacuatio, dein & ad *duritiem*, ſi illæ quoque adſint, uti aliquando in eâ, quæ Aſciti copulatur, *emolliendas*, varia exhibentur; Qualia pleraque in *Cachexiâ* adducuntur, ſeligendo è ſingulis, cùm magis ſit pertinax *Leucophlegmatia*, efficaciora, tum ex illis quæ bibuntur, ut *decoctis, ſyrupis, ſuccis, vinis, aquis ſtillatitiis, oleis, lixiviis, urinis, aquis naturalibus*; inter quas tamen *aquarum atramentoſarum* diuturnior & copioſior potus, nonniſi diligenti cautione adhibitâ concedendus, & ſi ventriculi vel hepatis magna adſit imbecillitas, vel refrigeratio, inhibendus; Item ex illis quæ in ſubſtantiâ ſumuntur, veluti quæ in *cibis* vel *condimentis*, *conſervis*, *pulveribus*, *ſpeciebus* uſitatis, vel aliis miſtis *potionibus*, *electuariis*, *potionibus* exhibentur, è ſingulis convenientia deſumenda, hîc etiam uſurpanda; Quibus & ſequentia ſubjungi poterunt, in quibus & *Ventriculi*, ut illius quoque concoctio promoveatur, cruditaſque vitetur, habetur ratio, *Decoctum conveniens.*

℞. *Rad. aper. aliquarum ad* ℥ß. *filipend.*unc.i. *herbar.eupat.capillar.chamadr.chamap. cuſcuta, maj* ãã.*m.j.hyſſopi m.j. ſem.aniſ.fœnic.* ãã. ʒj. *fl.ſambuc p.j fiat decoctio addendo parùm vini aromatiſ. cinnam ſpicà, ſcœnanth. addendo ſacchar. f. Apozema pro aliquot vicibus*; ſi ſimul *laxandum*, additur *ſemin. cartham. & polypod.*

Vinum ex infuſione horum fieri poteſt, Vel hæc *Decoctio* à quibuſdam uſurpata.

℞. *Granor. junip.*lb.ß. *rad. enul.bryon.* ãã.unc.ß. *h. thymi, majorana, ſumm.roſmar. ruta. artemiſ.* ãã. *m* ß. *coqu. in* lb.iv. *aqua*, *dulcor. aromat. bibat aliquoties.* Vel

℞. *Rad. rhapont.* unc.ii. *h. abſinth marrub.ceterach* ãã. *m. j. coqu. in aqua & vino ad conſumptionem tertia partis.*

Aut coquantur hoc pacto *rad.acori veri, pu.eg. & hedera.*

Syr. de abſinth. inter alios, cruditatis causâ probatur, uti & de *betonica*, qui ex *ſucco illius* cum *ſacchar.* decoctus ſit. *Aqua* item *abſinth. & beton.* cæteris aperientibus miſtæ, probantur, uti & *enula, majoran. mentha.*

Pulveres *ſtomachici* aperitivis quoque miſcentur, *Diacalam. Diagalang. Aromat. roſat. & cordiales, de gemmis* &c. Ad *cōcoctionem* juvandam & Pulveres poſt cibum ſumendi dicti. *Conſerva* & *condita*, *Betonica, Acori veri, Zinzib. majoran. ſtœch. roſmar. cortic. citri*, concoctionis cauſa, & virium, bugloſſi utriuſque &c. E. g.

℞. *Conſerv. prædict. addendo ſpec. triaſant. vel diarrhod.* ʒß. *diagalanga, dialacca*, ãã. ℈i. *ciner. pellicul. ventriculi vel inteſtin. gallin.* ℈ß. *miſce*: Si *hepar lupi præpar.* addatur magis appropriatum eſſe creditur. Superbibantur aquæ.

Electuar. vel miſtura utilia.

℞. *Rad. ireos* ʒii. *amygd. amar.* unc. iß. *ſummit. aniſi, fœnic.* ãã. ʒj. *ſacchar. ad pondus omnium f. miſtura.*

Pilula efficaces, menſes etiam cientes, urinas ducentes & duritiem emollientes.

℞. *Rhabarb.* ʒ.ß. *rad. gentiana, ariſtol. rubia, coſti amari*, ãã. ℥i. *ſem. apii, ammeos, gran. junip.* ãã. ʒß. *ſchœnanth. ſpica* ãã. ℈i. *gummi lacca* ʒiß. *maſtiches* ʒß. *cum ſucco ireos vel eupator. f. maſſula Pilular.* vel additis *amygd. amar. f. Trochiſci.*

Ejuſdem efficaciæ, & potenter deobſtruentes *Pilula de Gentiana.*

℞. *Extr. Gentiana* ʒi. *centaur. min. card ben.* ãã. ʒß. *ruta abſint* ãã. ℈i. *pulv. centaur. min.* ℈iv. *trochiſc. de myrrha* ʒiß. *de eupat. cappar.* ãã. ℥i. *de abſinth.* ʒß. *cum Elix. propr. f. maſſa Pilular, doſis* ℈ii. *ad* ℥i. Superbi-

bibeodo parùm *decocti ſcerum & ſemin. melonum.* Platerus.

55. *Roboratione.*) Indicationem hanc, ea præſuppoſuis principiis, non Cor aut Hepar ſanguificationis eſſe organa, ſed facultatem hanc ſanguini ipſi deberi, exequitur per ea quæ huius craſin reſtituunt & tuentur; Hactenus, *inquit*, de remediorum generibus & formalis per Indicationem primam Curatoriam ſuggeſtis, quod ad alteram, ſcilicet *præſervatoriam* ſpectat, quæ nempe ſanguinis craſin & virtutem ξυμωτικὴν ſive ſanguificam reſtituendam procurat, eiuſmodi illa medicamenta ſuggerit, quæ particulis validioribus & elaſticis, prædita, maſſæ ſanguineæ principia activa, aut depreſſa reſuſcitat, aut abſumpta reparat, facit: in quos fines remedia, Alterantia vulgò dicta ſub forma *Electuary, Pulveris, Pilularum, Aquæ diſtillatæ, Iulapy, Apozematis* & *Diata* præſcribi ſolent; quibus etiam Spiritus, Tincturæ, Elixires, interdum efficaciæ maioris ergò, adiiciantur, E. g.

℞. *Conſerv. abſinth. mar. cochlear. flaved. aurant.* ij. ãã. *cortic. Winter.* ℥ij. *ſpec. Diacur.* ʒiß. *chalybis præpar. cum ſulph.* ʒiij. *ſalis abſin.* ℈ij. *ſyrc. cortic. citri, q. ſ. f. Elect. Doſis* ℈ij. *manè & horâ v. p. m. ſuperbibendo hauſtum vel Julapÿ, vel aquæ deſtill. ad* ℥iij. *vel* iv.

Chalybeata in hoc morbo, uti in Picâ virginum ſæpenumerò egregiè proſunt, in tantùm vt non rarò totus, aut ſaltem præcipuus medendi ſcopus, in hoc remedii genus devolvatur. Attamen advertere eſt, huiuſmodi medicamenta, non omnia in iſtis caſibus ex æquo convenire; nam quæ maximè in uſu ſunt, viz. *ſal chalybis*, ſive *vitriolum martis*, aliaque cum acidis præparata, ac ſulphure in totum ſpoliata, nequaquam iuvant, vtpote quæ ſanguinis ξύμωσιν minimè promovent, ſed potiùs è contrà cùm nimis effetum aut elaſticum ſigunt: Attamen ad Anaſarcam, & quamcumque in habitu corporis cachexiam œdematoſam, eiuſmodi chalybeata adhibeantur, in quibus particulæ ſulphureæ relinquuntur, & pollent uti imprimis ſunt *ferri limatura*, & *ſquamma in pollinem redacta*, totam eius maſſam fermentant, particulas ibidem ſymbolas, antea ſopitas, exſuſcitant, ipſiſque & adjunctæ ſanguinem vigorant, eiuſque vim ξυμωτικὴν ſive ſanguificam, priùs depreſſam redintegrant: quapropter obſervare eſt, ab huiuſmodi chalybeatis, vel pauliſper uſurpatis, faciei χλώρωσιν in vultum floridum mutari.

℞. *Pulv. rad. ari compoſ. cortic. Winter.* ãã. ℈iij. *rad. galangæ min. cubebar.* ãã. ℈iß. *chalyb. cum ſulphur. præp.* ℥ß. *ſacch. antheſ.* ℈vj. *f. Pulvis dividendus in* xx. *partes, Doſis p. i. omni manè & horâ* v. *pomeridianâ* cum hauſtu Decocti ſudoris (ſuprà §. *per ſudorifera*) præſcripti.

℞ *Extr. gummo. reſidentis poſt deſtillat. Elixir vitæ querc.* ℥ß. *pulv. lumbric. præpar.* ℈ij. *rad. galangæ min. cortic. Winteran.* ãã. ℈iß. *ſalis abſinth.* ℈ij *rubig. ferri* ℈ijß. *Balſami Peruv.* ℈j. *Tinct. ſalis Tart.* ℈ij. *Balſami Capiv. q. q. ſ. f. maſſa, formetur in Pilulas exiguas, doſis* ℈ß. *veſperi & primo manè, ſuperbibendo Iulapy vel aqu. diſtillat. ſequ.* ℥iij.

℞. *Aqu. flor. ſambuc. è ſucco baccar, eius fermentatæ* ãã. ℔j. *aqu. lumbric. magiſtr. Raphan. compoſ. mirab.* ãã. ℥ij. *ſyr. è ſucco baccar. ſambuc.* ℥ij. *m. f. Iulapium.*

℞. *Fol. cochlear. hort. erucæ, piperitidos*, ãã. *m.* vj. *rad. calami aromat. galang. min. zedoar. Irid. Flor. ſambuci, ari* ãã. ℥vj. *cortic. Winter. Piper. Iamaic.* ãã. ℥iij. *baccar. junip.* ℥iij. *caryoph. zz. nuc. moſch.* ãã. ℥j. *inciſis & contuſis affunde vini Rhen. vet.* ℔viij. *diſtilla organis comm. liquor totus miſceatur.*

Decoctum antihydropicum, ſuprà inter Diaphoretica deſcribitur: Potus Diæteticus loco Diætæ ſumendus, ſic conficiatur.

℞. *Raſ. ligni ſ. ſaſſafras.* ãã. ℥iiij. *rad. Irid. Flor. cal arom. galangæ min. cuml cump* ãã. ℥iß *baccar. junip. lauri* ãã. ℥ij. *ſem. aniſ. carvi fœnic. d. coriand. aneth.* ãã. ℥ß *piper. longi cubeb.* ãã. ℥iß. *caryoph. nuc. moſch. zz.* ãã. ℥ß. *piper. Iamaic.* ℥ij. *fol ſiccat. ſalv. acut. ſcorodoniæ, calaminth. agreſt.* ãã. *m* i. *liquir.* ℥iv. *inciſa & contuſa coqu. in aqua font. congiis* iv. *ad medietatem colat. frigida ſervetur in vaſis vitreis ad uſum*: Hujus potu conſtanti, plures Anaſarcâ fere deploratâ laborantes, convaluiſſe novi. *Willis.* Vide tit. de Hydrope in genere §. *Obſervandum in ea.*

Potus expertus. ℞. *mellis deſpum.* ℥ß. *ireos* ℈ij. coquantur bene, deinde adde *pulv. ſoldanellæ*, (quam primus invenit Serap.) ℥ß. bibatur mane, & eſt mirabile experimentum. *Leon. Faventinus.*

56. *Ægri in acervum tritici.*) Ad tumida loca, vt ſubſideant, nonnunquam applicantur quædam diſcutientia, & ſi ſeroſus humor redundet, eum abſumentia, multaque ex illis, quæ in Aſcite traduntur conveniunt, velut ſequentia, *Balneis* humidis & ſiccis, ſeu ſtupha, ſudor quoque elicitur, materiaque abſumitur, tumidæque partes ſubſident, maiorique ſucceſſu hic, quàm in Aſcite uſurpantur; *Immerſio corporis univerſi in arenâ* vel *cineribus*, capite excepto, vt in Aſcite, hic quoque maiori fructu uſurpabitur: *Fotus* partium tumidarum ex *lixivio*, convenit; *Faſciis* in *lixivio* vel *oxymelite* madefactis involvantur partes tumidæ diebus aliquot: *cataplaſmata ex ſtercoribus* præparata, *Sacculi* ex diſcutientibus, &c. *Platerus.*

57. *Ad materiæ exſiccationem.* Præter medicamenta interna hydragoga, quæ lymphas, vel intùs verſus inteſtina eliciendo, vel extùs ad renes, aut poros cutis pellendo, foràs educi faciunt, prætereà in uſu ſunt *Adminiſtrationes* quædam *externæ*, quibus Aquæ intra corporis ſpecum aggeſtæ commoventur, adeoque vel generaliter ad egrediendum per diaphoreſin, aut diureſin diſponuntur; vel particulariter, exitu in privatis quibuſdam locis facto, protinùs emittuntur.

In primâ claſſe *Frictiones*, *Linimenta*, *Fotus*, & *Balnea*, tum *ſicca*, tum *humida*, ponuntur; dein Aquas educentia particularia ſunt *Veſicatoria*, *Eſcharotica*, & per *acum punctura*.

1. *Frictiones* in Leucophlegmatia & Anaſarcâ effectum ſæpè utilem præſtant, quippe cùm habitus corporis non tantùm illuvie aquoſâ illic aggeſtâ, adeò impletur, vt nihil evaporare poſſit, ſed & partes externæ propter ſanguinis ad eas appulſum inhibitum frigeſcunt, crebræ ac validæ frictiones aquas ſtagnantes commovent, & aliquatenus inde diſſipant, quin & ſanguinem, vias aperiendo, in partes eas, unde exulaverat, denuò accient; quare non ſolùm membra intumefacta, ſed & totum corpus ſemel aut bis in die, cum pannis aſperis, aut cum vetriculo in eum uſum ordinariè nunc parato, fricari expedit.

2. 3. Inter, vel poſt Frictiones, *Linimenta* & *Fotus* interdum conveniunt, Parantur vel ex ſalibus aliiſque mineralibus diſſolutis, vel ex vegetabilibus calidis & diſcutientibus, cum vini fæcibus aquæ incoctis, quorum applicatio calida poros aperit, aquas aggeſtas ampliùs commovet ac diſcutit, etiam circuitus ſanguinei ambitum, aggerie aquoſâ aliquatenus diſſipata, protendit. *Linimenta* conſtent ex *Sulphure*, & ſalibus diverſi generis, vel ex *calce vivâ*, aliiſque mineralibus, quæ pulveriſata, & herbarum acrium extractis mucilaginoſis excepta, in unguenti formam redigantur, quibus ob meliorem conſiſtentiam, *olei ſcorpionum* quantitas idonea adiiciatur; Portò Oleum hoc, (modò ſit genuinum) per ſe adhibitum, opem non rarò inſignem præſtat; Novi puerum, ab Anaſarcâ univerſali

valdè

valdè tumidum, unico hoc remedio ſanatum fuiſſe; Mater enim (neſcio quo conſilio) totum corpus manè & veſperi, *Oleo ſcorpionum* illinebat, partes omnes cum manu calidâ valide fricando, quo facto intra triduum cœpit urinæ copiam ingentem profundere, cumque per aliquot dies ita mejere perſtitiſſet, intumeſcentia ſenſim evaneſcente, ſanus evaſit.

Balnea hydropici vix ulli præter Anaſarcam, atque huic nonniſi in diatheſi aut declinatione conveniunt: quippe cùm ab ejus calore totum corpus ambiente, ſanguis efferveſcens factus, & incitatus, aquas priùs ſtagnantes, ubique commovet, & in ſe reſolvens variè transfert, periculum eſt ne (uti frequenter aſſolet) eas è corporis habitu, in maſſam ſuam excipiens, è veſtigio in præcordiis, aut cerebro deponat: quippe nihil uſitatius eſt, quàm partium iſtarum affectus, Vid. aſthma, vel apoplexiam, hydropicis à balneatione intempeſtivâ ſupervenire: Attamen cùm morbi cauſa conjuncta (Viz. intumeſcentia) moderata, aut non multa fuerit, *Balneum ex aquâ*, ſalibus ac ſulphure imprægnatâ, aut etiam *Laconicum*, à quibus blanda ἀφίδρωσις promovetur, non rarò cum fructu adhibetur, Pro Laconico plus expedit, & inſigniter ſæpè prodeſt, ut ægri in ſalariorum ædibus, prope furnos, in quibus aqua minera lis in ſalem decoquitur, in cellis idoneis collocentur.

5. *Veſicatoria*, aquas intercutes copioſè, & non rarò profuſè nimis emittunt, ideo cautè admodum hydropicis adhibenda, quin ſcil. ejuſmodi epiſpaſticum, locis tumidis applicatum, emiſſarium nimis patens facit, quo aperto, aqua primò erumpens, ſæpe magnam poſt ſe illuviem è totâ viciniâ trahit, unde ſtatim ſequitur magna ſpirituum concidentia: Porrò nonnunquam locus ita ſubitò inanitus, ſiquidem caloris & ſpirituum orbus, brevi in ſphacelum labitur, quapropter medicamentum, hoc rarò hydropicorum tibiis aut pedibus, ubi calor debilis, & tumor maximus eſt, ſed interdum femoribus & brachiis ſecurè (quoties opus erit) applicetur.

6. *Eſcharotica* paulò tutiùs, quàm veſicatoria locis tumidis adhibentur, quoniam ex hoc emiſſario, aquarum fluxus non tam præceps & copioſus ſtatim ab initio contingit: Verùm iſte moderatè incipiens, deinde, paulatim ad fluentum ingens accreſcit, quod Natura (poſtquam ei ſenſim aſſuevit) meliùs tolerat; Porro minor ab eſcharotico, quàm à veſicatorio gangrænæ metus eſt, quoniam in iſta applicatione, pars, cujus continuitas ſolvitur, contra caloris exolutionem per eſcharam munitur. Novi olim Empiricum, indoctum & rudem, qui hydropicorum membra, tumida, ſequenti modo per eſcharoticum non rarò feliciter evacitabat: Primò tibias fovebat veſperi & manè cum decocto *ebuli*, *abſinthii*, *camomeli*, *aliarumque herbarum calidarum*, *cerevisiæ aut vini facibus* adjectis: atque inter ſorus tempora, cataplaſma ex *decocti iſtius Magmate* cum *furfure* paratum applicabat; poſt hæc per triduum uſurpata, utramque tibiam cum pede totam cum emplaſtro ex *pice Burgundicâ* tegebat, relicto tantum ſuper utramque ſuram foramine exiguo ad magnitudinem nucis avellanæ, quibus in locis eſcharoticum ex cinere corticis fraxini, cuti nudæ imponebat, quo poſt xii. horas amoto, Eſchara tenuia relinquebatur, è cujus poris, aqua primum lenè exſudare, & poſtmodum eſcharâ deciduâ, tanquam è fonte aperto, copioſiùs emanare ſolebat, donec è toto infrà & ſuprà, crure eluriaretur.

7. Reſtat alius (prioribus non inferior, etſi minus uſitatus) Aquas intercutes ducendi modus, ſcilicet per *Acus puncturam*, quæ indem, ne præceps ac nimius accieatur aquarum fluxus, cautè admodum ac minutim celebrari debet, Accipiatur acus ordinaria, (quali Sartores utuntur) & ſuper locum maximè œdematoſum, in cutim punctim adigatur, eouſque tantum, ut ſanguis non ſequatur; adeoque fiant uno tempore vi. vel vii. foraminula, pollicem latum ab invicem diſtantia: ex unoquoque foraminulo, aqua guttatim erumpet, adeoq; continue exſtillabit, donec circumcirca loca puncta, tumor omnis evanuerit; Dein proximâ vice, poſthoras modò xii. modò xviii. aut xxiv. ejuſmodi punctura in aliâ cruris ejuſdem, aut alterius parte celebrentur, adeoque deinceps ſemel, aut bis in die, in membro hoc vel illo, unico vel duobus, vel ſimul in pluribus talia aquarum intercutum emiſſaria excitentur; Enim verò, hoc modo uberius ac tutiùs, quàm ab alia quavis ἐγχειρήσει exteriori, illuvies hydropica exhauriri poterit; cujus interea proventus novus, Si per internam pharmaciam præcavetur, morbus faciliùs ſanabitur; Porrò in hydrope deplorato, optimè per adminiſtrationem iſtam vita prolongatur, in quantùm ſc. dicet aquis per emiſſaria iſthæc externa, continuè eluriatis, inundatio interna vitalis diutiùs protelatur. Nuper ſenex ſeptuagenarius toto corpore, hydrope immerſus, unici hujus remedii ope, præter ſpem omnium per plures menſes in vitâ perſtitit, & caput ſuper aquas extulit, *Willis*. Vide tit. de Hydrope in genere §. *Obſervandum in ea.*

Non tantùm aſſumptis intrinſecus commodè promovetur ad Hydropis curationem Sudor, ſed inſuper forinſecus adminiſtratis variis, quæ ſiidem aut poros aperiant; aut *Aquas foras eliciant*; Poros aperient commodiſſimè *Balnea* quævis *calida*, cum majori tamen commodo *Sicca*, vel cum vini ſpiritu accenſo, cùm ſic non tantùm viam parent aquis, ſed inſuper ipſas temperent acriores: *Aquas foras elicient Sacculi*, ex flor. ſemin. foliis, radicibus & ſim. in pulverem redactis, & cum *ſale toſto*, aut *cineribus arenave miſtis*, paratis, & validè corporis applicatis, ac ſubinde mutatis: Nihil enim potentiùs Aquas ad ſe trahit, quàm *Sal*, & quidem toſtum, ſicque omni humiditate aqueâ pene privatum; in cujus locum venit aqua corpore contenta: Idem, & forſan potentius præſtant *cineres*, & imprimis *clavellati*, cæterique omnes multo Sale lixivo turgidi, qui potentiſſimè aquas ad ſe allicient, Id imbecillius Arenâ præſtabit. *Franc. Sylvius.*

Diæta.

Regimen quod attinet, *Aer* ſit conveniens, temperatus, non udus, ſed ſiccus potiùs; *Cibus* euchymus, eupeptus, conditur calidis exſiccantibus ventriculo accommodatis: *Carnem* herinacei comeſtam Leucophlegmaticis prodeſſe ſcribunt; *Vigiliæ*, *Affectus animi* ſiccando prodeſſe creduntur, ſed debilitando plus obſunt. *Platerus.*

Cap. XLIX.

De Ictero.

1. Icterus [a]. vel eſt *Flavus*, vel *Niger*: de quo in ſymptomatibus Lienis dicetur.

[a]. *Icterus flavus eſt humoris flavi vel nigri deſcendentis in habitum corporis, à cauſis ſuis procedens, effuſio.*

[5] Dicitur, à nomine aviculæ & *galgulus*: à varietate coloris in arcu cœlesti, *arquatus*: & quia molliter in aulis tractatur, *Regius*, vel quod mulſa regio potu ſanari creditus eſt.

[6] *Signa* ipſius ſunt [7] Totius corporis flavedo, citrinitas, aut [8] pallens viriditas, [9] quæ in albo oculi & interno ejus angulo, ubi venæ majores, obſervantur. Venarum ſub lingua diſtentio, [10] hypochondrii dextri dolor, vel etiam durities, [11] ſalivæ amaror, cum vomitu bilioſo, ſingultu, & dolore capitis.

[12] *Cauſa* [13] humor [14] concolor, [15] qui in habitum corporis, [16] ob cauſas in *Differentiis* dicendas, [17] effunditur.

Curatio [18] pro ratione Differentiarum variat.

[19] *Reſpicit* tamen duo: I. [20] *Cauſam*, quæ amovenda.

II. [21] *Symptoma*, quod tollendum, [22] poſtquam univerſalia præmiſſa fuerint. [23] Laudatur pro facie & [24] oculis fumus ex *aceto calido*, cui *Roſmarinus* incoctus.

[25] *Specifica* ſunt, Extractum *Aquilegiæ* & [26] *Chelidoniæ*, quod [27] cum pauculo *Bezoar.* ditioribus exhibetur. Emulſio *ſemin. Aquileg.* cum ejuſdem aqua ſtillatitia in pauperioribus [28] pulvis *lumbricor. terreſtrium*, [29] *pediculi* tres vel quatuor vivi in ovo ſorbili, *ſi Zacuto* credendum, quod r. medium ſordidiſſimum eſt: *Aſini fimus* in vino infuſus & colatus. *Chelidonium majus* [30] plantis pedum ſubditum. [31] *Tinca viva* [32] umbilico impoſita, donec moriatur, *Aranea viva* in teſta nucis de collo ſuſpenſa, & ſerobiculo cordis impoſita donec moriatur.

[33] Inter *Magica* ponuntur, *Urticarum* ab ægro quotidiana permictio, ad quam illæ areſcunt. *Stercus equi* amictum, & in veſica per IX. dies in furno ſuſpenſum, placentulæ ex urina ægri & farina cani vel feli objectæ. *Panni* in ejuſdem urina intincti, & aëri expoſiti, & *radix tamariſci* [34] urinæ patientis infuſa & poſtea combuſta.

[35] *Differentiæ* ex Cauſis ſumuntur.

Alius eſt ab illis *quæ* [36] *bilem copioſam generant*; quæ ſunt, aut.

[37] *Externa*, ut Dulcia, cibi potuſque calidi. [38] Venena inprimis, ut fel leopardi, viperæ, & venenatorum morſus: & [39] tum *Alexipharmacis* [40] agendum eſt, veneni naturæ ſpeciatim oppoſitis, in quibus etiam manifeſtarum qualitatum ratio habenda.

Aut [41] *Interna*, ut ſunt I. [42] *Epatis intemperies calida & ſicca*, & tum [43] urinæ vehementer ſunt coloratæ & craſſæ, fæces alvi croceo colore tinguntur, pedes & manus calent.

2. *Inflammatio* & *Apoſtemata* ejuſdem: de quibus ſuperius.

Alius ab *illis*, *quæ* [44] *ſanguinis depurationem* [45] *biliſque ſecretionem & excluſionem* præpediunt, ut ſunt.

1. [46] *Compreſſio* veſiculæ felleæ à ſcirrho epatis [47] vel alio tumore, quæ vide ſupra.

2. [48] *Obſtructio* ejuſdem, [49] à pituita craſſa, [50] bile copioſa, [51] calculis & aliis cauſis, [52] quæ fit *vel* in meatu exporrecto ad hepar per quem allicitur, & [53] tum fæces tinguntur: *vel* in illo ad duodenum tendente, per quem ejicitur, & *tum* fæces albicant.

Vel fit vitio Epatis, & *tum* hypochondrium dextrum tenditur, ſi durum evadit, [54] hydropem prænunciat.

Vel vitio folliculi ipſius, & *tum* ſubitò invadit, alvus pigrior eſt, fæces, quia non tinguntur, albicant.

[55] *Curatur* I. [56] *Deobſtruentibus.* [57] inter quæ prævalet *Cuſcuta*, decoctum *fragariæ* [58] cum marrubio & paſſulis, [59] ſuccus *radicum urticæ* in vino contuſarum, cum croco, [60] *Anſerculorum ſtercus* verno tempore collectum, exſiccatum, & dr.j. pondere cum vel ſine ſaccharo datum, [61] *Cremor Tartari* [62] *vino chalybeato* dilutus, [63] ſpiritus [64] *Tartari*, *ſtercus pavonis*, *Chelidoniæ radix* in vino albo infuſa. Ejuſdem *flores* flavi exſiccati & pulverizati, dati quantum cuſpis cultri ferre poteſt in aqua vitæ. *Radix angelicæ* in eadem exhibita: nec non *decoct.* ex *ſem. cumini*, *petroſelini*, & *croco*, quæ quatuor quibuſdam in ſecretis. *Heurnii* proceſſum vide in Aphoriſmis *Hippocratis & Fernelio*, &c.

II. [65] *Purgantibus*, per vices cum deobſtruentibus adhibitis, [66] inter quæ *Rhabarbarum* & [67] *Hiera picra* optima.

Alia *ab iis*, [68] *quæ bilem repente ab interioribus ad circumferentiam corporis expellunt*, [69] quod præcipuè fit in febribus acutis, in quibus *vel* ejicitur.

Criticè, ac tum præceſſere ſigna coctionis, [70] & ſolvitur morbus, [71] niſi hypochondrium ſit durum.

Vel ſymptomaticè, propter copiam & acrimoniam; & [72] tum ante ſeptimum diem accidit.

Si *ſine rigore* fit, *vel* à debilitate naturæ, *vel* ab inflammatione eſſe cenſetur, ſi *cum rigore*, [73] materia febrilis è viſceribus & venis ad cutem ejicitur.

In *Curatione* [74] ratio eſt & febris & epatis habenda.

1. *Ikterus*)

1. *Icterus*) Si diſtinctè vocis ambitum luſtremus, non unus morbus Icteri nomine venit, ſed plures, ſaltim velut ſpecies, Liceat vero nobis diſtinguere inter Icterum & paſſionem Ictericam, ſeu, quod eodem recidit, alius Icterus fuerit proprie dictus & abſolute, ſtricte talis; alius latius & relative, analogice; Icterus *proprie* talis nobis *biloſus* eſt, ſive primarius ſeu ſymptomaticus, *Late* etiam de colore quaſi Icterico, ut in hydrope, ſcorbuto, & aliis affectibus, Item à corruptione ſanguinis extravaſati à veneno, & particulariter in vexatione deſinente ex rubore in livorem, ex hoc in flavum colorem deſiuente macula accipitur. Definimus Icterum proprie ſic dictum, quod ſit *Decoloratio corporis univerſi in flavum vel fuſcum præternaturalis ab infectione ſuccorum vitalium biloſa.*

Et quidem univerſus corporis habitus hunc colorem præ ſe fert, ut ſic diſtinguamus à ſparticulari citrinitate, vel livore, ſeu ab interno vitio oriundo, quod in incubo affectis, & ſcorbuticis novum non eſt, ſeu ab externis caſibus; Differt quoque ſic ab aliis decolorationibus, ut cachecticorum alba, pallida, livida, & plumbea, ut & quam Icterum album vocant in morbo virgineo. *Wedelius, Diſp. de Ictero.*

1. *Icterus vel eſt flavus &c.*) Sumitur vel generaliter, quatenus omnibus Icteri ſpeciebus, Flavo ſcil. Nigro & Albo, aliiſque tribuitur, vel ſpecialiter quatenus Flavum κατ' ἐξοχὴν denotat, Quo qui corripiuntur Hippocrati ἰκτερώδεες *5. aph. 72.* nuncupantur. *Stranſſius Pal. Med. p. 247.*

2. *Vel eſt flavus vel niger*) Circa differentiam Icteri operoſos ſe præſtant Pathologiæ interpretes, ſed cum *Hofmanno* hic facimus, qui fruſtra Practicos occupari in dividendo Icterum in flavum, viridem ac nigrum monet, ſiquidem has omnes ſpecies τῷ χλόασμα comprehendat, Baſin enim in hoc morbo conſtituit viriditas, ſive jam ſimplex ſit illa, ſive ad flavedinem, ſive ad lundum colorem inclinet, perinde in curatione erit, quum corrupti humoris prudenter inſtituta eductio hic potiſſimum veniat attendenda, atque uno etiam è modo tentanda: Nonnulli *Icteritia alba*, quam *Paracelſus cineritiam* vocat, ex obſtructionis viſcerum magis ortam, mentionem faciunt, at cum morbus hic virginibus & viduis præſertim ſit proprius, ideo ad affectus uterinos, (*ſub nomine Chloroſeos*) remittimus, *Chr. Langius Path. Anim. p. 427.*

3. *Icterus flavus eſt humoris flavi ſeu virideſcentis*) *Ab humore virideſcente alius color quam flavus cuti debet induci, & ab illo deducendus Icterus niger, adeo ut diſtinctio Icteri in flavum & nigrum admittenda non ſit, cum ex uno fonte uterque oriatur,* Unus frequentior & communis, qui κατ' ἐξοχὴν nomine venit, alter paulo rarior, & conſequens magis priorem, quem *nigrum* vulgo vocant, Enimvero ſi uſus verborum tyrannus, præſtat tamen *Fuſcum* denominare peſſiori ſignificatione tincturæ, ſeu coloris ſeſe offerentis, inprimis in urina ipſa, unde ſub his duabus ſpeciebus omnes gradus aemanſiones reliquas complecti licet: Vel ſaltem ſi Nigri nomine utamur, latius paulo id fit, quatenus & fuſcum ſub ſe comprehendit, qui ad nigrum vergit. *Wedelius.*

3. *Icterus flavus eſt &c.*) Vel eſt Coloris nativi in flavum ſeu citrinum p. n. mutatio, quæ per totum corporis externi ambitum extenditur, & ab effuſione bilis excrementitiæ in corporis habitum dependet: Patet autem expoſito genere Icterum, etiamſi morbus regius dicatur, ad ſymptomatum claſſem, & quidem eam quæ Qualitates mutatas, pertinere. *Stranſſius.*

4. *In habitum corporis*) Subjectum cui Icterus, ceu mutatæ qualitatis ſymptoma, inhæret, eſt univerſum corpus, & inprimis Cutis, quam color ille maxime defœdat; Externi autem corporis defœdatio ſemper adeſt, & ad formalem hujus affectus rationem pertinet. id quod de interna corporis flavedine affirmari neutiquam neceſſarium eſt: Equidem in Cardinalis Sfortiæ Icteritia defuncti cadavere, omnia (*Guarinonius Conſult. 215.* præſertim hepar & inteſtina, croceo colore infecta apparuere, In ſectione Icterici à *Sylvio* adminiſtrata ventriculus cum inteſtinis flavés tumenſq; deprehedebátur Idemq; *Sylvius l. 1. Pr. c. 46.* muſculos quoq; hoc colore tingi teſtatur: Pulmones in Tonſore icterico defuncto citrinos obſervavit *Zacchias Qu. Med. leg. Tom. 3. conſ. 15. & Helmontius in Sch. Humor.* ipſum cerebrum in Ictero flavere affirmat, Imo *Kerkringius Obſ. 57* Matrem ictero laborantem fœtum mortuum ita flavum peperiſſe ait, ut è cera confectus videretur; hujuſque ſecto cadavere ſe pro ſanguine humorem, inſtar fellis flavum, ipſaque oſſa hoc colore imbuta reperiſſe aſſerit, Hæc tamen exempla nihil aliud niſi hactenus enumeratas partes in Ictero interdum flavedine tingi demonſtrant, ſemper tamen & in pleriſq; neceſſario ita evenire nondum evincunt, dum interim ſæpius, præſertim in Ictero critico externas tantum corporis partes, affici conſtat: *Stranſſius.*

Prognoſis.

Icterus ordinarie, & ſibi relictus inter Acutos morbos non ambulat, Quamvis enim *Hippocrat. 3. de morbis cap. 12.* Et *l. de diebus Indic. 11. c. 7.* talem deſcribat, qui acutus ſit & citò occidat, ille tamen accidentarius magis fuerit, nec tam qua Icterus tantæ acutiei quàm qua febris icterica, Magni enim fuerit momenti, quæ fermento bilioſo debetur, & illi quidem tanto, ut ſanguinis tota maſſa actu illud exuperans exprimat, Icterus ergo per ſe morbus minus lethalis, nec periculoſus.

Valet id cumprimis de affectu ſimplici, nec cum aliis ſtipato, ex obſtructione pori choledochi, ad inteſtina procedentis oriundi, & recenti, qui non difficilis curatu eſt, Ex accidentibus vero idem fit periculoſus, ſi longius duret, appetitus ſit proſtratus, vigiliis vel febri continua moleſtetur æger: Sin delirium accedat, vel ſingultus convulſivus lethalis eſt; nam ubi bilis fervens in cerebrum rapitur ſpiritus incenduntur, mens perturbatur, vel nervoſum genus quatitur, adeoque æger magno verſatur in periculo.

Icterum in ſenibus & pinguioribus nunquam ſanari obſervavit *Foreſtus l. 19. obſ. 18.* (Nob. *Jannes ſt. Anton. à Seva anno 1684 ſeptuagenarius Ictero correptus eſt nulla prægreſſa invaletudine, non diu poſt hepatis ſcirrhus adparuit, quem hydrops lethalis excepit*) Conjuncta inflammatio ſuo item incendio periculum majus minatur; quam icterica effuſione, unde & liberationis ſigna, hæmorrhagia vel ſuppuratio, non huic, ſed illi adſcribenda ſunt.

Icterus niger periculoſior flavo: A *venenis* exortus lethalis fere eſt; & quo venenum vehementius, eo periculoſior erit morbus, arguit enim magnam humorum corruptionem.

A ſcirrho & impenſa duritie prodiens non minus gravis eſt, & ob Vaſorum lymphaticorum obſtructiones conjunctas, in hydropem facile commigrat, ac mortem: Hydropem excipiens ut plurimum [illegible].

Cæteroquin nec mora æque moleſtus eſſe ſolet, modo auferatur cauſa, obſtructio, pro cujus modulo tempus unice variat; Levior breviter curari poteſt, gravior non deſiderata brevitate, quam ob rem flavus ad dies, vel unam alteramve hebdomadam, Niger etiam ad menſes exporrigitur: Per biennium durantem notavit *Sylvaticus conſ. 25. cent. 3.*

Modus eventus, ad ſalutem tendit, difflata ſenſim & diſcuſſa flavedine bilioſa, reſeratis tubulis & cana-

ibus, ut priſtino fluere vivo bilioſa amurca poſſit; Ad *mortem* quando reſtitui nequit, ob ſcirrhum, calculos, coalitum, unde in cachexiam, hydropem hæmorrhagiam lethalem degenerat, excuſſo lymphæ munere. *Wedelius.*

5. *Dicitur*) Nominatur Ἴκτερος, authore *Aretæo lib. 1. Diut. c. 15.* ἀπὸ τῶν χερσαίων ἰκτίδων τῶν τετραπόδων θηρίων, ὀφθαλμοὺς γὰρ ἔχουσι ὧδε ὠχρούς. A terreſtribus feris quadrupedibus, quas Græci ἰκτίδας, Latini viverras vocant, *his enim oculi eo colore tincti ſunt*, Auriginoſa perfuſio, *Aurigo*, ab auri, quo totum perfuſum corpus colore: *Regius morbus* dicitur, quod curetur, *Celſo authore l. 6. c. 25.* apparatu regio, balneo, lecto, exercitatione, ludis, laſcivis, cantu, delitiis, conclavi cultiore: Eleganter. Q. *Serenus* Sammonicus.

Regius eſt vero ſignatus nomine morbus,
Molliter quoniam celſa curatur in aula.

Celſus Arcuatum vocat, à cœleſtis arcus ſimilitudine. *Rolfincius Epit. Cur l. 3. c. 8.*

A *nomine Avicula*) *Ikterus*, Græcis eſt avicula, quæ Latinis eſt Galbula, ſeu Galbulus: dicitur à Galbus, a, um. quæ vox in Lat. Græco Lex. χλωρὸς exponitur, qui color pallidus eſt cum virore, qualis foliorum ab arboſe caducorum: Ab hac ave (quæ & χλωρὶς & χλωρίων & χλωροπυρρίων) eſt nomen morbi, à mutato corporis colore: Qui Color, quia auri eſt Aurigo etiam vocatur; Quia pariter Arcus cœleſtis, Arcuatus, ſeu, ut veteres ſcribebant, Arquatos morbus appellatur; Sed unde *Regius*? quia mulſo, œnomelite, potione regia, curetur, ut *Varro* tradit. *C. Hofmannus Inſtit. l. 3. c. 82.*

6. *Signa ipſius ſũt*) Omnes Icterici, præſertim primarii, *de dolore compreſſivo præcordiorum & ſtomachi*, cõqueruntur: Adeſt præterea *laſſitudo totius corporis & omnium membrorum*; ſæpius *dolores gravativi in regione lumbari*, ſubinde *difficiles reſpirationes* anxietatibus iſtis præcordiorum junguntur, ita ut ſpiritus defectu vix verbum proferre queant: *Urina paſſea* (vide §. *urinæ vehementer ſunt coloratæ*) *Sapor*, utplurimum, idque in confirmatis, non in omnibus *amaricans*, aut etiam varius in ore percipitur, cui fere ſemper *ſitis damnoſa* jungitur, unde & cereviſiam horrent ægri alium appetentes potum: *Alvus* nunc *fluida*, nunc diarrhœa quaſi bilioſa eſt juncta, nunc è contra pertinaciter *clauſa*, &c. *Febris* interdum juncta eſt, interdum penitus abeſt, interdum adeſt ante icterum. In quibuſdam, non in omnibus, dolor in hypochondrio dextro obtuſus in profundo percipitur. *Etmuller.*

Adeſt corporis *ſegnities & torpor* præcipue in motu, eo quod ſanguinis circulus, ob iſtius ἀνεργίαν, ex peregrinis particulis bilioſis obortam, quodammodo moras nectere cogatur.

Pruritus in cute, potiſſimum in *dorſo* perſentitur, quoniam bilis acredo ſero permixta, dum in poros cutis diffunditur, ob majorem hujus in dorſo denſitatem, minus penetrare poteſt.

Fæces alvi albeſcunt, quoniam nulla bilis portione ad inteſtina alvumque delata, omni hunc, humoris flavi tinctura deſtituuntur.

Urina alba & craſſa, ob ſeparationem peccantis materiæ à natura inſtitutam, unde pars aquoſa & ſalina ſaturatior redditur: *Crocea*, quæ linteamina ſimili colore imbuit, quoniam his eandem imprimit tincturam, quam à particulis pluribus bilioſis, vel ut Chymici explicant, ſulphureis & terreſtribus à ſale reſolutis obtinet.

Oculorum album & tempora præ cæteris mature flaveſcunt, eo quod ob albedinem oculorum naturalem volatilior bilis pars per exiles venulas copioſe eo delata, viſui magis celeriuſque pareat.

Os amarum atque *ſiticuloſum* eſt, quoniam humor ſalivalis, bilioſis infectus particulis turget, neque hunc inductus faucibus aridura, aqueo liquore, uti alias fit amplius diluitur. *Caput*, quandoque *dolet*, quoties ferum bilioſum partium capitis ſenſu tactus præditarum continuum ſolvere aggreditur.

Accedit his *Reſpiratio difficilis*, quemlibet vehementiorem corporis motum comitans, ob ſanguinis rarefactionem, auctum cordis uſum.

Cui ſi fermentatio p. n. ab humorum ametria inducatur, *Febris* etiam interdũ ſupervenire ſolet. *Strauſſius.*

6. *Signa*) Adde his corporis pruritum & ſegnitiem. Signa cauſarum ex propriis fontibus deſumenda ſunt: Si enim calida hepatis intemperies, inflammatio, obſtructio, aut ſcirrhus malo originem dederit, eorum affectuum diagnoſis ex propriis capitibus deſumenda. *Riverius.*

Motus, Ægri primo nauſeant, & queruntur de tenſione & anguſtia pectoris, & cordis, ob continuum tranſitum bilis: Deinde in inguinibus & oculis flavum quid apparere incipit; quando hoc duobus aut tribus diebus cõtinuavit urina ſolet eſſe magis tincta, ſed in ardente febre eſt etiam tincta, quare facias diſcrimen, *Linteolum* urinæ Ictericorum intinctum croceo colore coloratur, aliæ vero urinæ non tingunt: exinde vero flavedine totum corpus fœdatur, Contingit etiam hic color in febre maligna à veneno, verum tum totum corpus non tingitur, ſed maxime ungues & partes circa naſum. *Walans.*

Icterus ſuo prodit indiculo, ut ſorex, *in genere*, ut flavo corporis colore & urinis croceis: Ratione *formalium differentiarum* autem σημείων indiget: *Criticus* à febribus præſentibus indicatur, ſi vires bene habeant: Si *à ſanguinis corruptione*, morſus ferarum prægreſſus: Si ab *intemperie calida hepatis*, non ſolum cutis ſed & fæces flavent. *Rolfincius.*

Si ſit Icterus ex *imbecillitate* hepatis, ægri flatuoſi ſunt, contrario modo afficiuntur qui ex calida intemperie, *Hippocr.* quidem ſcripſit *aph. ult. lib. 5.* regio morbo laborantes non multum ventoſos eſſe, quod cum experientiæ repugnet, ſciendum eſt flatus in ventre fieri caloris nativi imbecillitate, vel multitudine & qualitate materiæ: Ergo cum fere Icterus apud nos ex multitudine crudi humoris ortum habeat, qui imbecillitate caloris colligitur & obſtruit, nec detergitur influente bile, neceſſario ita affecti erunt πολυφυσώδεις. At ſi temperantior victus, multum exercitium, calidior morbus, vel hepar, craſſior bilis, intemp. calida, niſi acceſſerit imbecillitas, flatuoſos non eſſe conſentaneum eſt, quod *Hippocr.* ſignificat. *Hollerius.*

Signa) *Futurum & imminentem* prænuntiant eadem quæ præſentem, minori gradu evenientia; Inter hæc *Hippocrati* notatus lumborum & lateris dolor: ſine cauſa manifeſta, quod alibi ad hypochondrium & lateris (πλευρῶν) dolorem refert, cum viſcida, pauca & frequenti alvi dejectione: Ad eundem ductum *Platerus* docet Icterum præcedere, & illius prænuntium eſſe dolorem compreſſivum circa cordis foveam, quod tamen habendum eſt pro communi ſigno, non proprio; Confirmat idem *laſſitudo*, maxime verò decoloratio incipiens ab interna cauſa. *Wedelius.*

6. *Signa*) Adducitur & *ſitis, caliditas ac pigritiés corporis*, quæ tamen perpetua non ſunt: Certius ſignum eſt urinæ in qualitate mutata & corporis, & alvi fæcum, & urinæ: *Pulſus* Ictericorum eſt elogio *Galeni 4. de cauſ. Pulſ. c. 26*, minor durior, crebrior, non languidus neque celer, ac hujus doctrinæ rationem addit l. c. *Febris* nulla adeſt, nec actione, reliquæ læſæ, ſeu vitales, ſeu animales, unde ægri utplurimum ſibi relicti ſunt ἀμβλυωποὶ: Nec quod inoluit vulgo, etiam apud eruditos, Ictericis æque depravatur viſus ut omnia objecta appareant flava. *Wedelius.*

7. *Totius corporis flavedo*) Formale in Definitione conſtituit color p. n. qui cũ modo flavus ſit, modo niger, rectè *Aretæus* duas labis hujus ſpecies conſtituit, *aut enim in flavũ citrinumque vergit, ſimulque albicat & vireſcit.*

aut

aut in lividum nigrumq; declinat: Flavus & niger color nonnunquam permiſcentur, teſte *Galeno 6.loc.aff. cap. 1. Viridis* meminit *4.de loc.cap.1.* Recte refertur ad ſymptoma corporis ſenſibilium, & quidem viſibilis, qualitatum mutatarum. *Rolfincius.*

7. *Flavedo, citrinitas, aut pallens viriditas)* Icteri ſane tot ſunt ſpecies quot colorum varietates, interea tamen unus ſunt morbus, unam agnoſcunt cauſam, unam eandemque etiam obtinent medendi methodum, ut recte inquit *Faber in Pathol. pag.324.§. 6.* Quod confirmat *Schenckius lib.3. obſervat.* qui notat Icterum ex obſtructione menſium, in quo ſucceſſive quatuor colores obſervari, adeoque Icterus *flavus* & *niger* non differunt ſpecie, ſicut nec Icterus *viridis* quem cum graviſſimis ſymptomatibus *P. Joh. Faber in centur. curat. 71.* Sicuti nec Icteri colores plumbei, aliique plures varii, cum ex uno fonte oriantur omnes: Nempe immediate ſequuntur vitiatam M. S. eamque impuram redditam, propter confuſa heterogenea, nec rite permiſcibilia, donec imbibita iſta recrementa ad ſuperficiem deponantur: Vehiculum eorum eſt ſerum, hoc autem non ſolum in Ictericis poſt venam ſectam flaviſſimum conſpicitur, ſed præterea quoque ex excitatis veſiculis intenſe croceus liquor elicitur, *Etmuller.* De cauſis diverſitatis coloris vide Eundem §. *Aut interna, ut ſunt 1. Hepatis.*

8. *Pallens viriditas quæ in albo oculi)* Bilis, quæ colore eximio prædita eſt, ſi ad ſuperficiem corporis feratur, hæc ſimili colore tingitur, Ictericique cujuſcunque cauſa eſſe poteſt: Qui color eo citius & melius eluceſcit quo in albicantem magis ſedem cadit, uti in oculorũ albo, cuteq; minus fuſca, ut in volis manuum & ſub unguibus, in quibus duobus locis, etiam citius quam in aliis color hic flavus Ictericorum ſe prodit, *Platerus.*

9. *Quæ in albo oculi)* Seu rete illo mirabili, variis minutiſſimis arteriolis intertextum, afficitur; id quod patet in inflammatione oculi, ubi hæ magis fiunt conſpicuæ; per quę vaſa diſtributum contentum flavum iſtud ſenſibilius magis tingit. *Etmuller.*

9. *Quæ in albo oculi)* Hic ſeſe offert difficultas illa vulgatiſſima, quod ille color flavus in cornea viſionem immediate lædit; efficiens nempe ut omnia objecta appareant flava: Quæ ut uno verbo expediatur, miſſis ambagibus, Dicendum eſt morbum in numero aucto; Cum enim contra eſſe debeat omnis coloris expers, ut ſpecies objectorum puras & immutatas tranſmittere poſſit, ſi colore aliquo extraneo p. n. afficiatur, laborat in numero aucto eorum quæ neceſſaria ſunt naturalem illius conſtitutionem. *Riverius.*

9. *In albo oculi)* Unde ejuſdem augmentum & decrementum arguitur. *Wedelius.*

9. *In albo oculi & interno ejus angulo)* Idem occurrit in volis manuum, & ſub unguibus.

10. *Hypochondrii dextri dolor)* Omnes Icterici, præſertim primarii, de dolore compreſſivo præcordiorum & ſtomachi, interdum vix tolerabili, miſere conqueruntur, quas præcordiorum inenarrabiles anguſtias ſeſe Icterus comitari ſolet. *Etmuller.* Unde deducendus ſit ille dolor ex ejuſdem mente vide §. *Aut interna, ut ſunt Hepatis.*

11. *Saliva amaror)* Adnectitur amarities linguæ, quod omnia guſtentur amara, quia materia bilioſa, per totum corpus diffuſa, non poſſit non linguam afficere, cum habeat vaſa ſatis ampla, Id tamen non confirmatur æque ab experientia, Bilis enim conſermentatione illa æquabili amarorem ſuum exuit. *Wedelius.*

11. *Salivæ amaror)* Quæ & ipſa non raro citrino colore viſenda eſt lymphæ coloratæ indicio. *Wedelius.*

11. *Cauſa humor)* Icterica affectio ex communi plurimorum conſenſu, exoriri ſtatuitur in quantum flava bilis, è venæ portæ finibus in pori bilarii ductus non omnino, aut non ſatis excepta, in maſſam ſanguineam reſtagnat, eamque virore ſuo (unde etiam cutis inficitur) inquinat. Obſtructio iſta multis modis & variis in locis contingere ſolet; quandoque enim fit juxta extremos utriuſque generis vaſorum, ſcil. venæ Portæ & Pori bilarii fines, quorum intercapedines, ob hepatis parenchyma intumefactum, aut alias vitiatum, nonnunquam comprimi; & obturari accidit, quapropter humor felleus, è Portæ vaſis ſecretoriis, in vaſa altera exceptoria minimè traductus, in ſanguinem regurgitat, ij. Humoris fellei tranſitus interdum in mediis pori bilarii ductibus intercipitur, in quantum ſcilicet horum cavitates materia aut viſcoſa, aut ſabuloſa, & nonnunquam lapidea implentur, uti paſſim cernitur in jecinoribus jumentorum hyberno tempore dum fœno & ſtramine veſcuntur. iij. Ex obſervatione etiam Anatomica conſtat obſtructionem Icteri cauſam nonnunquam in ipſa veſica fellea, aut in meatu cyſtico fieri, ſi quando enim illa implera lapidibus bilem non recipit, aut his obturatus, aut coaleſcens bilis verſus inteſtina deſcenſum inhibet, humor iſte quamvis à ſanguine bene ſecretus, in maſſam ejus refluere cogitur, adeoque morbum regium parit: Contra receptiſſimam hanc opinionem, qua ſtatuitur Icteri cauſam plerumque citra veſicam felleam, aut circa ipſam verſus hepar conſiſtere: Cl. *Sylvius* omnino ultra hanc, videlicet in meatu cyſtico, aut ductu communi eam collocat, quippe bilem non è ſanguine, intra ductus hepaticos ſecerni, ſed in ipſa cyſti fellea, ex humore per arterias illuc advecto progigni ſupponens, partem ejus maximam per pori bilarii ductus ſuperius latam, ſanguini propter inſignes quoſdam uſus ſuffundi, parteinque alteram ejus, ob fines neceſſarios, inferius ad inteſtina deſcendere ſtatuit, quapropter ſi poſteriori hoc emiſſario occluſo, bilis tota ſurſum in ſanguinem evehatur cum humore iſto nimis ſaturans à craſi genuina in Ictericam pervertit: At vero nè meatus cyſtici, aut ductus communis occluſio (cujus neutra facile, aut à levi occaſione contingit) ad Icterum quemcumque excitandum minus efficax videatur, idcirco, *ſive talis obſtructio locum habet, ſive non*, inſuper ingenioſe ſupponit Vir Clar. *bilem dum in cyſti generatur, quandoquidem mutationem notabilem ſubire, propter quam moveatur, & feratur impetuoſius & copioſius* verſus ſanguinem, *cui tamen ſubito minimè remiſceatur ſed ipſi duntaxat confundatur, adeoque facilius ab eodem recedat, parteſque ſolidas colore ſuo inficiat & tingat.* Quod autem *bilis in Ictero cum cæteris humoribus permiſceri, aut intime uniri inepta reddatur* fieri ſtatuit, à *ſpiritu nimis volatili copioſius admiſto, ipſamque proinde ſpirituoſiorem, aliiſque immiſcibilem faciente* Aſſertionem hanc binis inſtantiis confirmat, in quantum ſcil. *Venenum a vipera morſu* ſpirituoſiſſimum, atque *potus generoſior*, ſcil. *vini*. aut *aquarum ardentium*, aliquamdiu uſurpatus, Icterum accerſit: Inſuper hypotheſi huic fidem adſtruere nititur, eo quod morbus iſte non tantum à medicamentis deobſtruentibus, verum ab iis quæ ſalis volatilis ferocientis retundunt (cujuſmodi ſunt *decoctum ſem cannabis*, item *ſapo venetus*, cum multis aliis ejuſdem farinæ) curari ſolet: Non hujus loci, neque ad propoſitum noſtrum eſt ad hanc litem dirimendam deſcendere, neque temere nunc determinare auſim (poſtquam tot egregia recentiorum ingenia res fatigavit) utrum bilis revera conficiatur in cyſti fellea, vel annon à ſanguine intra hepar (magnum ſecretionis organum) duntaxat ſeparetur, fateor poſteriorem hanc ſententiam mihi magis potius arridere: Et quidem hæc ſerio perpendens opinor, ducor Icteri cauſam in eo potiſſimum conſiſtere, quod bilis in hepate ſecreta, ob vias obſtructas non omnino, aut non ſatis ad veſicam felleam transferatur, quin neceſſe habeat in maſſam ſanguineam regurgitare: interea

tamen haud inficias imus, affectum hunc, (etſi rariùs) à meatu cyſtico, aut ductu communi, obſtructis interdum exoriri poſſe: Cæterum in cauſæ morbificæ partem, & forſan aliquando totum, etiam *ſanguinis vitium* accedere putamus, quando nimirum ob particulas ejus ſulphureas, & ſalino fixas ſupra modum exaltatas, bilis in cruoris maſſa uberius ac ocyus gignitur quàm per vias ordinarias ſecerni, aut foras amandari queat, quare hæc à ſanguine cum ſero ubique decedens, partibus ſolidis affigitur, iiſque tincturam ſuam imprimit: Et proculdubio ob hanc rationem eſt, quod Venena quædam, & imprimis Viperarum morſus, atque potus generoſior diutinè uſurpatus, in corpore prius ſano, morbum Arcuatum inducit; pro cujus therapeia interdum phlebotomia, & medicamenta ſanguinem ad rectam craſin reducentia, pluſquam deobſtruentia, prodeſſe ſolent, Porro ob hanc cauſam eſſe videtur quod Febris Tertiana intermittens ita frequenter in Icterum terminatur; quippe haud ſuſpicari licet, poſtquam in ſingulis paroxyſmis tanta ſanguinis & humorum agitatio, per frigus, & æſtum, eorumque tanta per vomitum aut ſudorem evacuatio contigerit, ductus hepaticos quoquomodo obſtrui poſſe, at vero ſicuti paroxyſmi febriles accientur, in quorum ſanguinis pars ſulphurea nimis evecta, ſuccum nutritium primò in materiam morbificam pervertit, & dein accenſa eandem abſumit, & exterminat, ita poſtea cum ſal fixus demum in ſanguine, unà cum ſulphure exaltatur, ideoque bilis pura puta copioſe progignitur propter ſalis fixi vim reſtinctivam ſanguinis accenſio febrilis ceſſat, ejuſque loco dyſcraſia Icterica ſuccedit: Sicut autem ſanguis ad dyſcraſiam ſulphureo-ſalinam nimis evectus Icterum quibuſvis, utut minime prædiſpoſitis accerſit, ita in aliis, quantumvis prædiſpoſitis, bilariaſque vias obſtructas habentibus cruoris ſulphur nimis depreſſum morbi iſtius immunitatem parit: Enim verò cognovi plures cachecticos, & phlegmaticos, tametſi hepatis quoad plurimos ejus ductus obſtructione & induratione laborarint, Ictero caruiſſe? *Willis.*

13.14. *Humor concolor*) Tingitur corpus flavo colore à bile, qua de re volunt quidam dubitare, ut *Helmontius de ſch. humor. paſſ. cap. 5.* qui negat à bile eſſe, eo quod urina Ictericorum non ſit amara, verum credibile eſt quod bilis ſaporem ob ejus commiſtionem cum ſale amittat, ita ut ſapor oriatur magis terreſtris & adſtringens, quamvis etiam poſſit flavedo ab alia cauſa generari quam à bile: *Walaus Med. Pr. c. 17.* Cauſa proxima excrementitius humor, imprimis per cutim effuſus: Eleganter *Cous* lib. de Humor. *Humorum color, niſi y ad profunda corporis ſe receperint, velut in cute efflorescens conſpicitur.* Paracelſus l. de Ictero c. e. & alibi negat morbum hunc oriri à bile, aut citrinum colorem eſſentialem ineſſe naturæ ac corpori humano, Verum illud ex commiſtione triplicis ſalis oriri docet, Tomo 1. pag. 784. indignabundus debacchatur his verbis, *Eſt matris tuæ &c. non eſt cholera, ſed ſubſtantia ciborum & ſtercorum non perfecta digeſtio, quæ coloratur in multos colores:* Conſpirat *Helmontius*, aliquotque capitibus perſequitur bilem flavam, eaque rejecta aliam ſubjungit Icteri cauſam, nempe virus excrementoſum, ſeu ſtercus flavum, liquidum, ſecundæ digeſtionis prolem, ſurſum p. n. ruptum in venas & per totum corpus diſperſum. *Rolfincius.*

13.14. *Humor concolor*) Cauſa immediata decolorationis Ictericæ eſt infectio ſuccorum vitalium biliosa, Hac enim poſita immediate ponitur eadem, & viceverſa, Et quamvis particularũ lucidatũ hâc diſpoſitioné poſſemus cauſari, Medicis tamen nobis licebit materiatá magis lucem ac corpoream alligare: Infectio eſt ſuccorum vitaliũ, ſeu ſanguinis & lymphæ, quatenus deſciſcant á priſtino ſtatu, quæ tũ cõjunctim ſit, tum ſeorſim; Uterq; participat de peregrina tinctura, ſpeciatim vero *ſerum*, quod intimius poris admittitur, ultra ſphæram ſanguinis ipſius. Deturpata eſt *ſanguinis* purpura, inquinata ſeu ἄχροια ut coloratus evadat humor coloris omnis expers: Infectio eſt æquabilis omnibus partibus communis, quibus affluunt ingétes ſucci, beneficio circulationis, æquabilis in motu; unde nullas in cute exulcerationes, tumores vehementeſque pruritus excitat, quæ ſi ſecus fieret facillime ſequerentur; Totam maſſam ſanguineam infectam eſſe, & in ejus vehiculo ſero cumprimis, poſt venæ ſectionem apparet ad oculum. *Wedelius.*

13.14. *Humor concolor*) Non naturalis bilis ſuperficiem corporis tingit, quæ in venis conſiſtit, & ſanguinis tenuior pars eſt, nec flaveſcit, ſed rubet, verum excrementitia dicta, quæ in venis meſeraicis contenta illic in veſiculam propriam ſeparatur, flavetque, Vel præternaturalis, quæ ex hujus corruptione genita, amplius flaveſcit aut vireſcit, vel etiam nigreſcit; Ejuſmodi bilis, ſi è venis meſeraicis, ſero, quod omnium humorum eſt vehiculum diluta, unà cum ſanguine in venam cavam, atque inde ejuſdem ſeri beneficio cum illo per venas (arterias) ad exteriora corporis feratur, illicque in cutem, aliaſque membranas, uti & oculi tunicam, ſparſim non punctim, ſicuti cum maculas & puſtulas biliosas gignit, effundatur, tunc in eam ſe inſinuans, colore quo prædita eſt colorat, nec cum ſero contemperata ſit, adeo atque cum pura in *puſtulas* ab illa genitis eò defertur, ardore afficit, niſi quatenus pruritum aliquando in locis ſumme ſentientibus movet; Sed & portio hujus bilis, cum ſero ad renes, indeque ad veſicam delata, urinas ſimili colore imbuit craſſaſque reddit. *Platerus.*

15. *Qui in habitum corporis*) Tingitur cutis bile, vel quia ibi generatur, ſecundum *Carteſium*, qui id fieri poſſe aſſerit, ut humor quidam biliosus, aut quid ſimile ibi generetur, ut reſtatur de populo quodam in Sardinia; vel quia ibi genita eò venit. *Walaus.*

15.16. *In habitum corporis ob cauſas*) Bilis ex veſicula fellis ad Hepar naturaliter non regreditur, ut cum ſanguine permiſta ibi vitæ Balſamum conſtituat, cen voluit *Sylvius Diſput. Med. Part. 1. Diſp. 6.* quin potius omnem ab hepate bilem folliculo fellis, non tantum per canales varios, noviter detectos, ſed per Hepaticum quoque porũ infundi obſervationes in Brutis factæ ὀφθαλμοφανῶς hactenus oſtenderũt; Stat itaque firmo talo Icterũ ἁμέσως produci quoties *Bilis excrementitia, ob ductus bilarios verſus inteſtina p. n. obſtructos* in totum corporis habitum effunditur, regurgitat enim hinc qui excerni debet liquor, & mediante ſanguinis περιδρομῇ intimè ſero ſanguinis miſcetur, cum quo ſubinde ad vaſa capillaria delatus, lucido cutis colori tincturam ſuam citrinam communicat, & ſuffundit. *Strauſſius.*

12. 13. 14. 15. *Cauſa humor concolor, qui in habitum corporis*) Diſtinguendum inter *ſubjectum affectus ſeu ſymptomatis, & ſubjectum cauſæ*, quæ non rarò confundi à quibuſdam videntur: De illo ſupra dictum, hoc quod attinet, *Hepar* communi ferè ſententia adduci ſolet, adeo ut Icterus jamdudum Affectus Hepatis audierit, Interim conſtat Hepar non ſemper in Ictero affligi, ſed eo incolumi aliquando ventriculum, lienem & renes, interdum verò ſolam *fellis cyſtidem* p. n. laborare id quod cum *Galeno 5. de l. aff. c. 7.* multi ſcriptores agnoſcunt: a
Quicquid tamen horum ſit, quotieſcunque internorum viſcerum amplitudinem ad producendum ejuſmodi affectum, cum hujus ipſius cauſa accuratiùs conferimus, vix ullum in univerſo corpore invenire datur, quod *in depuranda maſſa ſanguinea, & ſecernenda bile* gravius ſymbolum conferat, unde minime errare videatur, qui dicto cauſę reſpectu Hepar Icteri ſubjectum eſſe perhibeat, ſiquidem quamdiu hoc ſecundarium hæmatoſeos organum ſuo munere fungitur,

debitoque

debitoque modo bilem ſequeſtrat & tranſmittit, Ićterum vix oboriri poſſe, vel ſaltem minus frequenter, ubi Ićterus affligit immune exiſtere, quin potius cum annexa illi cyſti de bilaria mutuam in ſubjećti ſocietatem plerumque venire res ipſa loquitur. *Stranſius.*

16. *Ob cauſas in Differentiis*) Cauſam mediatam proximiorem aſſignamus Bilem cum ſanguinis undis confuſam, adeoque peccantem receptis illis vitiis, *quantitate, qualitate & in primis motu.*

Hæc, ut melius pateant, ponemus 1°. omnem colorem eſſe à ſulphure, tanquam matrice lucis, 2°. Bilem eſſe colorum, cumprimis flavi, & ea hoc natorum aliorum matrem, 3. Sanguinem eſſe materiam Bilis, & radicem primam omnium colorum in corpore. 4. Quales humores talia eſſe viſcera, & viceverſa. 5. Bilem materialiter eſſe in ſanguine, & ea eodem debins colatoriis ſeparari, ne, præter alios uſus, ipſa ſuccos vitales inficiat; 6. Bilem ſeparari eminenter in hepate, unde peculiaribus tubulis in inteſtini duodeni & jejuni confinia amādatur, aptari vero ad ſeparationē, in liene, meſenterio, & ſeorſim quoque ſeparari ex parte in renibus.

Inde collećtu facile eſt Ićterum fieri duobus ſumme caſibus, vel quando non ſeparatur Bilis, vel quando ſeparata non excernitur, ſed regurgitat, Quibus tertium addi poteſt, Quando ſanguis in bilioſum charaćterem degenerat.

Non ſeparatur Bilis, ita quidem ut in hepatis porulis ſaltim ſufficienter dimiſſa vel in folliculum colligatur, vel in inteſtina defluat, vitio viſcerum & humorum.

Ubi enim plus bilis generatur quàm naturaliter per conſuetas vias excerni poſſit, nec tamen fermento peregrino fœtū eſt, æqualiter cum ſanguine miſcetur, ipſi lentorem affricat, ac per circulationem totum corpus diſcurrens, in omnia membra ſui charaćterem diffūdit.

Non excernitur vitio, tum proprio, tum meatuum, per quos expurgari debebat ordinarie; tum fibrarum motricium; utrique verò ancillatur obſtructio, mater Ićteri, & hanc fovens tartarus, obſtructionum faber, pituita, & in fuſco, acidum ejuſque ſpecies.

Peccat hinc cumprimis *qualitate* tum ſanguis tum bilis, lentore, craſſitie, viſcedine, unde tantum abeſt ut balſamum ejus vitale, ſeu partes ſulphureæ, balſamicæ & ſalinæ volantes, unde nulla hic febris, nulla efferatio in Ićtero ſibi relićto, ſed torporis potius indicia plurima.

Poſito hoc vitio, neceſſario etiam peccat in *Motu*, ut quieta & tarda ſubſiſtat, nec deferatur *κάτω*, ut par erat, & exinde demum in *quantitate*, ut ſulphur cœnoſum, craſſum, terreum, tartareum congeratur, & congeſtum inficiat humores, & ſuffundatur in corporis habitum.

Hinc ſi Lien non rite miniſtret hepati, nec meſenterium, vel renes ipſi, redundat noxa in hepat. & ab hepate in maſſam ſanguineam, Accedit non rarò vitium ipſius *ventriculi*, qualis enim chylus, talis ſanguis, qualis ſanguis, talis bilis: Nec intemperies hepatis indićta abire debet, quando fermentum ejuſdem ſanguini debitum, quando elaret, ſpiritibus & fibris ſeu villis, in officio ceſſant; quando pori laxiores vel ſtrićtiores, unde ſeparatio decens inſtitui nequit.

Sin ſpecialiter excurrere velimus, faciunt huc, hinc inde obſervata ab Authoribus, Sic obſtructio hæc ſimplex eſt nonnunquam, à materia magis mobili dependens quandoque gravior uti Ićterum à *tumoribus & ſcirrhis hepatis* obortum, obſervatum eſt, poris & tubulis colatoriis calleſcentibus; *Sic obſtructio in cyſti fellea* ipſa huc facit, quando bilis granulatur in lapillos, quod frequenter accidit; Quamvis enim non ſemper poſitis lapillis in veſica bilaria enaſcatur Ićterus, dato adhuc effluendi ſpatio, fit tamen & iiſdem obſtruentibus, ſive in exortu, ut bilem recipere nequeat, ſive in egreſſu, & longe quidem pertinaciſſimus.

Obſtructio hæc etiam promovetur à *nimia anguſtia meatuum*, unde facile à materia viſcoſa impeditur evacuatio, & bilis retrolabitur; Nec minus bilis evacuatio impeditur ob meatus bilaris ſiccitatem, adnotante *Argenterio in 62. aph. 4.*

Colica quoque Ićterum cauſæ non raro ex eadem ratione, quando flatuum copia diſtendendo non ſolum Colum divexat, ſed & pori choledochi occludit orificiū; unde bilis regreſſus & ſuffuſio in totū corporis ambitum.

Degenerat vero *ſanguis in bilē*, & immutatione hac ſua Ićterum quoque parit paulò impropriè reſpectu prioris dićtum, quando vel à purgantibus operationem nō conſequutis aliquādo per accidēs, Vel à *Venenis* ac *morſibus animalium*, fit ejuſdē præcipitatio deturpatioque; quorſum & *febres* aliquando fuerint referendæ, niſi per accidens forſan ipſi jungatur comes. *Wedelius.*

17. *Effunditur*) Bilis ſi è venis meſeraicis, ſero, quod omnium humorum eſt vehiculum, diluta, unà cum ſanguine in venam cavam, atque inde ejuſdem ſeri beneficio cum illo per venas (arterias) ad exteriora corporis feratur, illicque in cutem, aliaſque membranas, ut & oculi tunicam, ſparſim, non junćtim, ſicuti cum maculas & puſtulas bilioſas gignit; *effundatur*, tunc ſe in eam inſinuans, colore quo prædita eſt, colorat, nec cum ſerò contemperata ſit, adeo atque cum pura in puſtulis ab illa genitis eò defertur, ardore afficit, niſi quatenus pruritum aliquando in locis ſumme ſentientibus movet. *Platerus.*

Effunditur) Non ſolum quia bilis ex cyſti ſellea non excernitur, Ićterus fit, ſed & per venam cavam (arterias) effuſa ad cutem uſque quæ per poros cum ſudore unà cum ſero evacuari poſſet, uti ſæpe fit, ſi ea quoque excretio impediatur, ſubſiſtens colorabit cutem; minus ſi portio illius, vel plane non, ſi tota, ut cum exigua iſtius eſt quantitas, ſudoribus exhauriatur & abſumatur: Quæ ſudoris ſuppreſſio ob pororum cutis adſtrićtionem à diverſis cauſis oriri poteſt; unde & in bilioſis ſudoribus, in illis qui hiſce abundant, calore, & balnei præſertim, concitatis, ſi ſubito frigori ſe exponant, cutem ſæpe colorari flavitię videmus; eamque etiam per ſudores novos rurſum abſumi: Ægrum habui qui aliquoties per totum corpus croceo colore tingebatur; qui color ſemper colore superveniente evaneſcebat, & brevi poſt iterum revertebatur. *Idem.*

18. *Curatio pro ratione differentiarum*) A Bile qui naſcitur Ićterus, ſi ob *copiam* ejus citra alium morbum eveniat, cum natura per hanc viam non convenientem ſe exoneret, bilis hæc potius ad inteſtina erit revocanda; Quod & in *febribus* ſi Ićterus eas comitetur, erit faciendum; Si vero eam ſequatur, febremque per ſudores ſolvat, motus hic naturæ potius promovendus quàm impediendus erit; In *aliis morbis* quibus Ićterus junćtus eſt, ſi hoc fiat, illorum potiſſimum habenda eſt ratio; Bilem interim ſemper per vias decentes evacuando, & per *alvum ac urinas* revellendo ac derivando: Quod ſi *ſegregatio* illius ſit impedita ob *hepatis obſtructiones, durities, ſcirrhos, corruptionem,* unde & hydrops, vel ſi inflammatio adſit, pro ratione effećtuum horum procedendum, & curatio inſtituenda: Si excretio *ob pori choledochi* obſtructionem accidat, eadem quæ in *obſtructione hepatis*, uti & ſi illius ſit *inflammatio*, quæ in inflammatione illius deſcribuntur, adhibenda atque admovenda: Si *à veneno* ſumpto procedat, huic ſubitò evacuando cura adhibebitur per *vomitum, clyſmata*; ſi *ab ićtu* aut *morſu beſtiæ*, per ea quæ foras venenum rurſum evocant, ut *cucurbitulas* aliaque: Dein exhibenda quæ illius perniciem retundunt, *antidota* aliáve, inter quæ *cornu cervi* & *ebur* & veneno reſiſtunt, & ićtero ſanando appropriata ſunt, Præter quæ cauſæ ratione adminiſtrata, hujus *ſymptomatis*, *coloris* ſcilicet, præternaturalis occaſione, ſi ſublata cauſa remaneat, *to-*

picis adhibitis reliquias abſtergamus. *Platerus.*

19. *Reſpicit tamen duo*) Therapeian quod ſpectat, tres erunt primariæ indicationes, quas omnes (ſiquidem quæ ſit potiſſima, & primo adhibenda fere ſemper latebit) ſimul proſequi; Itaque medendi intentiones erunt, 1. ut Ductuum obſtructiones, ſi quæ forſan aut in poro bilario, in meatu cyſtico, aut alibi circa hepar, vel vaſa choledocha, fuerint, aperiantur: 2. ut Sanguis, ne bilem ſupra modum progignat, aut ſecretioni ineptum reddat, ad juſtam temperiem & craſin reducatur. iij. demum ut vires ſuſtententur, & ſymptomatis eas præcipue lædentibus occurratur.

Ut Primæ Indicationi ſatisfiat, evacuationes catharticæ tum per vomitum, tum per ſedem, quibus bilis verſus inteſtina deſcenſus irritetur ſimolque vaſa obſtructa, magna eorum ſuccuſſione facta, ab infarctione liberentur, egregie conducunt.

Medicamenta acria, amara, ſalſa, aliaque incitatione quadam prædita, quæ bilis in hepate aggeſtæ & ſtagnantis motum ſtimulent, debent adhiberi; huc etiam referri oportet; quæ ex ſimilitudine ſubſtantiæ, & velut ſignatura, quatenus nempe ſucco flavo prædita ſunt, contra Icterum juvare creduntur; attamen pleraque ex his quoniam ſudores aut urinas cient, ſub eadem qua priora ſcil. evacuantium claſſe, ſatis apte recenſeri poſſunt.

Secunda indicatio, Alterantia omnino requirit, medicamenta ſcil. quæ ſulphuria ac ſalia fixi exaltationes ſive effetationes deprimant, atque ſalis volatilis interim depreſſi reſtitutionem promoveant, propter hos fines remedia *ſale acido*, aut *volatili* prædita, inſuper *chalybeata*, apprime conducunt, hinc *ſpiritus ſalis vitrioli*, *ſuccus limoniorum*, item *ſpiritus c. cervi*, item *ſtercus ovinum*, *anſerinum*, *crocus martis*, aliaque diverſimoda ejus præparata in Ictero ſæpe cum fructu præſcribi ſolent, *Tertia* indicatio vitalis, vires inſtaurandas, & ſymptomata quibus lædantur tollenda procurans, plures & diverſimodas medendi indicationes ſuggerit: *Willis.*

In cura in genere 1°. *fermentum acidum auſterum corrigendum.* 2. *Bilis vitiata emendanda*, & in naturalem craſin reſtituenda; quæ vero emendari nequit per urinas & ſudores evacuanda, 3. Diſtributio ejus debita promovenda: Prius præſtant *abſorbentia*, præſertim *Martialia ſecundum* præſtant *amara*, plus minus reſinoſa & volatilia, præſertim appropriata, quibus pro laxanda alvo *rhabarb. Sennata* &c. pro diureſi *lumbricalia* &c. ſimul inſerviunt; *Tertium* præſtant *aperientia*, *incidentia*, & *tonum hepatis conſervantia*, *hepatica* vulgo dicta, ſimul blande adſtringentia, ut firmentur fibræ earumque tonus: In ſpecie vero pro antecedentium cauſarum varietate ſpecialis cura nonnihil varianda. *Etmuller.*

19. *Reſpiets tamen duo*) In eo conſiſtet Icteri curatio, ut 1. Remotiores cauſæ, Animi mœror, Alimentorum viſcoſorum, Potuſve generoſioris abuſus tollatur. ij. Mediæ cauſæ, *pituita glutinoſa*, ductum bilarium obducens, aut obſtruens, quoties locum habet, aut *venenum* qualecunque Bilem immutans & vitians, corrigantur ac emoveantur: iij. Cauſa proxima. *Bilis corrupta*, & vitiata, nimium ſcil. ſpirituoſa, & ad rite efferveſcendum ineptior facta. Emendetur & ad inteſtinum iterum deducatur, iv. Color cutis fœdus ſeparetur, & naturalis reſtituatur. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 46.*

Curativa methodus, Præſervatoria, cauſam reſpiciens intemperiem corrigendam, obſtructiones Jecoris & veſicæ felleæ reſerandas, Vireſque Jecoris & reliquorum viſcerum conſervandas eſſe monet. In citrino Ictero, illæſo hepate nihil agendum; *qua*, inquit Coüs, 1. aph. 20, *indicantur & judicata ſunt perfecte*; *ne moveto neque innovato, ſive purgantibus medicamentis, ſive aliis irritamentis, ſed ſinito*; Non tamen inconveniens eſt ſudoribus in cute contentam materiam diſcutere. *Rolfincius.* Jubet medicum *Paracelſus*, ut ſemina ex quorum putredine Icterus naſcitur, ſemina maneant, nec in caulem & florem erumpant operam dare.

20. *Cauſam, quæ amovenda*) An conferat ſanguinis miſſio venæ axillaris ſectionem admittit *Rhaſis*, ſi æger à multo tempore venam non ſecuerit, & febris adſit: Convenit maxime in principio mali, in inveterato non item: Venæ naſi & hypoglottidis apertio fœdum in facie minuit colorem; Salvatellæ ſiniſtræ manus in Ictero nigro à Liene apertio prodeſt: Cucurbitulæ etiam conveniunt. *Rolfincius.* Venæ ſectionem nil juvare, quia malum exaſperare aſſerit. *Etmuller.*

20. *Cauſam quæ amovenda*) Inter remedia cauſæ remotionem ſpectantia eſt *Sanguinis detractio*, quæ convenit ſi copioſa bilis in venæ cavæ ramis inſit, & nil alioquin obſtet, quia portionem illius evacuat; quin & poſtea ſanguine refrigerato & concreto, non ſanguini, ſed ſero flavo permiſtam eſſe illius flavities oſtendit: Sunt qui *venas in fronte*, vel *ſub lingua* ad flavitiem oculorum & faciei auferendam, aperiunt, exiguo ſane commodo: Alioquin niſi copia illius in venis ſit, cum exhauriendo venam cavam, ut facilius è venis meſeraicis poſtea ſanguis, & cum eo bilioſus humor in eam transferatur, ratione Icteri, niſi ratione forte alterius morbi comitis cauſa inſtituatur, parum proderit: Quod & in menſtruis provocandis intelligendum, cum & hæc à vena cava prodeant, quæ ſi in Ictericis, uti, uti & cachecticis ſuppreſſa ſint; venæ ſectione, aliave arte, niſi prius hæc ſanentur, ab illis ſuppreſſis, illorum potius quàm à menſtruis retentis hi affectus proveniant, vix promoventur: *Hæmorrhoides*, quia à venis meſeraicis bilem quamcumque tam flavam quàm atram expurgant, ſi fluant ſponte, vel promotæ, plurimum juvabunt. *Platerus.*

20. *Cauſam quæ amovenda*) In Ictero recenti, dum viſcerum tonus & vires conſtant, pharmaca quoque Emetica ſæpiſſime juvare ſolent. teſte *Williſio.*

21. *Symptoma, quod tollendum*) Cutis color fœdus, nunc flavus, nunc obſcure virideſcens, ſponte quidem paulatimque obliteratur, aboleturque, citius autem per ſudorifera ſubtilia & ſale volatili prædita, ſive blandus ſequatur ſudor: ſive nullus, parum enim refert an ſudor erumpat necne, dummodo à ſalibus dictis volatilibus inſenſibili ſaltem tranſpiratione abigatur foras bilis hæc partibus quibuſvis p. n. inſidens: E. g. uſurpet Ictericus, cui alvi excrementa ſolito ſunt prædita colore, appetitus reſtitutus, urinæ naturalis color aureus, in cute amplius non intenditur, uſurpet inquam, ſæpius de die unum ſeqn. Potionis cochleare, à quo ſi ſudor erumpat, plena curatio expectand. : Si per urinas potius plus deponatur materiæ rubentis, & paulo poſt ſubſidentis, ſegnior erit expectanda.

℞. *Aqu. gramin. abſinth.* āā. ℥ j. *tinct. croci* ʒ iij. *ſpir. ſalis Armon. gtt.* xxx. *Bezoart. min.* ʒß. *laud. op. gr.* iv. *ſyr. fœnic.* ℥ j. *miſce.* Fr. Sylvius.

Purgato corpore & per urinas & per ventrem, detergenda cutis Balneo, & bilis evacuanda cientibus ſudorem, ut quicquid eſt in habitu evacuetur, diſcutiatur & detergatur: Balneum tale paretur.

℞. *Cicla cum radicib. malv. pariet. fol. viſci querc.* āā. *m.* iij. *fol. ebuli. ſaponar* āā. *m.* ß. *fabar. integr. lupinor.* āā. p. iij. flor. *chamom. melil. centaur. m. n.* āā. *p.* ij. *hord. integ. p.* vj. *f. Decoctio in qua natet, & ſudet in lecto mane, continuando per* v. *dies*, & novis ſpongiis detergatur. *Rondeletius.*

21. *Symp-*

21. *Symptoma quod tollendum*) Sic pro *delenda* penitùs tinctura, tam licet ſint ægri, interdum pertinaci, conveniunt frictiones corporis cum *ſacculis, repletis farina hordei & fabarum*, quibus aquæ calidæ intinctis fricetur corpus; vel fiat *Balneum ex ſaponaria, chamom. parietar. beta. anetho*, & ſimilibus quibus corpus abluatur; *Etmuller.* Pro Gravidis Ictericis, quibus non conducunt interna, aut imbecillioribus, in quovis Ictero applicari poteſt cataplaſma *foelis*, ex *foliis marrubij viridibus, rad. chelidonii maj. & viſci querc.* ãã. *m.* ij. cum aceto vel vino ſubactis, & plantis pedum applicatis. *Idem.*

21. *Symptoma quod tollendum*) Sublatis obſtructionibus flavus ille color brevi evaneſcet, diſcuſſo humore cuti imbibito, per ſolum nativi caloris miniſterium: ut tamen promptius evaneſcat, parari poteſt *Balneum aqua tepida*, corpus in eo confricando ſacculo *farina hordei & fabarum referto*: Riverius. Furfures macri aquæ immiſti optime cutem defricant & eluunt. Si in oculis & facie perſeveret affectus Errhina purgantia bilem erunt ex uſu, ut.

℞. *Succi roſ.* ℥ij. *ſucci ciclæ* ℥j. *ſcamm.* ʒj. *mell. roſ.* ℥iij. *coqu. ad ſpiſſitudinem*, & digito immitant in nares: *Aqua ex vino albo* abluat faciem: Quod ſi velit citiſſime mundari, lavet eum aqua diſtill. *peponum*, vel cum decoctione Balnei. *Rondeletius.*

21. *Symptoma, quod tollenda*) Purgato corpore *Diaphoretica* atque *Diſcutientia* dum cutim ſuo reſtituere ſplendori nativo animus eſt, multum inſerviunt; Hunc in finem præſcripſit *Timæus l. 3. caſ. 2. Emulſionem ex ſemin. aquileg. card. ben. & citri* cum *aquis fumar. cuſcuta ſambuc. addito c.c. ſine igne & ſpiritu ſambuci.* Strauſſius.

22. *Poſtquam univerſalia*) Inter quæ locum habere poſſunt Pharmaca *Emetica*, in Ictero recenti, dum viſcerum tonus & vires conſtant, ſæpiſſime juvare ſolent, quatenus nimirum & ventriculum phlegmatis viſcoſi ſaburra in hoc morbo fere ſemper aggravatum allevìant, inſuper & vaſa choledocha irritando, atque ductus omnes hepaticos ſuccutiendo, infarctiones eorum expediunt, & bilis per vias prius aſſuetas tranſitum ſollicitant.

℞. *Inſuſ. croci metall.* ℥ß. *ad* ℥vj. *vini ſcill.* ℥j. *oxymelit. ſimpl.* ℥ß. *f. vomitorium cum regimine ſumendum.* veſperi præcedente interdum exhibere convenit mixturam ſequentem, pro facilitanda vomitione præparatoriam.

℞. *Pulv. rad. aſari, fac. aron.* ãã. ℈j. *Tart. vitriol.* ℈ß. *oxym. ſimpl* ℥j. *miſce.*

℞. *Sulph. Antimon. gr.* vij. *ſcamm. ſulph. gr.* viij. *crem. Tart.* ℈ß. *f. Pulvis detur e cochleari uno panatella.*

℞. *Fol. aſar.* ix. *inciſis & contuſis affunde vini albi* ℥iij. *exprimatur ſuccus, detur mane cum regimine.*

℞. *G. Gutte prep. gr.* viij. *Tart. vitr. gr.* viij. *f. Pulvis.* Willis. *Vomitoria, ut ſal vitrioli ad* ℈j. *Mercur. vitæ ad gr.* iv. in ſubſtantia, Vitrum antimonii in infuſo, ſi à veneno hauſto Icterus ortus conveniunt. *Crollius Turpetho minerali* nihil præſtantius eſſe in Ictero docet *Rolfincius.*

Purgationes in principio morbi ſunt nocivæ, niſi fiant per lenia, primarum viarum ſaltim abſterſiva, aut adſit tantummodo lienis obſtructio meatus fellei in inteſtinis, tunc enim talis obſtructio vel unica purgatione poteſt tolli: In progreſſu vero morbi, appropriatis inprimis præmiſſis Purgationes conveniunt, ſicuti in declinatione diuretica & ſudorifera ſunt optima. *Etmuller.*

22. *Poſtquam univerſalia*) Inter quæ *Sudorum provocatio* quæ bilem unà cum ſeroè venæ cavæ ramis exturbat, nec non eam quæ cutem invaſit per poros ſimul abripit; qui proin, prius tamen ea quæ in vaſis meſaraicis huic materiam præbuit expurgata, ne inde hac commotione in venas abripiatur, provocati prodeſſe hac ratione poſſunt; *Mictionem* concitare quoque, ub bilem, quæ aliàs pro ſe per urinas expurgatur, eamque tingit, amplius adhuc per hanc viam educendam convenit: Quod ut & ea quæ obſtructiones ſolvunt partim faciunt, ſic melius ſi *Diuretica* addantur, E. g.

℞. *Ciser. rubr. p.* j. *ſem. melon.* ℥iß. *ſemin. fœnic.* ʒij. *ſem. cuſcuta* ʒj. *ſantal. rubr.* ʒiß. *ſpica n. rad. aſari* ãã. ʒj. *coqu. in aquis ſtillat. convenient. vel communi. Ità colat.* ℔ ß. *remaneat, aromatiſa cinnam. & ſantal. citr. dulcor. ſacchar.* pro aliquot dozibus. *Platerus.*

22. *Univerſalia*) *Alterantia* ante & poſt Purgantia, & præparationem, & obſtructiones ſolvendas, nonnunquam & tumores & ſcirrhos diſſolvendos, ſi & hi accedunt in Ictero, multa in Cachexia deſcripta, quæ hepati ſic affecto accommodata fuerunt, in Ictero iiſdem cauſis obſervatis, uſurpari poterunt, ſelectis iis potiſſimum quæ non nimis calefaciunt bilemque concitant. *Platerus.*

22. *Univerſalia*) Quibus accenſenda Phlebotomia quæ licet improbetur à *Galeno*, ſiquidem ratione ipſius affectus non prodeſt, tamen ſi præterea, *inquit Riverius*, multitudo ſanguinis in venis contineri videatur, illius imminutio utiliſſima eſt. *Rhazes* venæ axillaris ſectionem admittit, ſi æger à multo tempore venam non ſecuerit, & febris adſit: Convenit maxime in principio mali, in inveterato non item; *Vena naſi & hypoglottidis* apertio fœdum in facie minuit colorem: Salvatellæ ſiniſtræ manus in Ictero nigro à Liene apertio prodeſt; *Cucurbitula* etiam conveniunt. *Rolfincius.* Solitæ quoque *hæmorrhoides* incitandæ ſunt, & *menſes* in mulieribus: Venæ ſub lingua nonniſi inclinante morbo aperiri debent. *Hollerius.*

23. *Laudatur pro facie & oculis*) Naribus quæ ſternutationem aut aliam excretionem per eas provocant, ad bilem ſimul exturbandam, ut è facie & oculis citius abſcedat, uti docent, immittuntur ungendo intrinſecus narea *ſcammonea*, (quam potius quod bilem trahere credatur, eligunt, quod nos quia ſternutationem movet, facere exiſtimamus) cum melle permiſta: potentius eſt *elaterium lacte* temperatum mitius hoc preſtant, alia errhina: Odorem etiam *nigellæ* contuſæ & *aceti acerrimi* aliqnid efficere docent. *Platerus.*

23. *Laudatur pro facie &c.*) *Topica* quædam adjicienda, Hæc inter *Inſeſſus* ex *radic. ſigilli Salom. ireos, ſerpent. bryon. enula, alth. chelidon. maj.* herbis *ſaponar. centaur. mi. marrub. fumar. parietar. origani, ſcabioſ. ſem. cumin furfur. lupini.* & in aqua ſimpl. decoqu. uſurpari ſolent. Felicius, tamen operantur ſi *diaphoretica* & diſcutientia interna præmittantur, *Croceus faciei color aceti* vapore è candenti ferro ſublatus in faciem optime delet, Teſte *Coſten. tab.* 61. *Strauſſius.*

24. *Pro facie*) Hæc cum in omnium conſpectu ſit, ut nativum colorem recuperet, abluitur non ſolum in balneo, ſed etiam extra hoc vel *vino*, vel *aceto albo*, dilutis parum *aqua communi* vel *roſar. fabar. acetoſa*; vel ſuccis aliis, ut *granat. limonum, citri*, vel ſyrupis acetoſis, diſſolutis in aquis vel decoctis. *Platerus.*

24. *Et Oculis*) Oculorum flavities ut deleatur, aquæ illis inſtillandæ, addito ſucco, ſi ferre poſſint, *granator.* vel *vinum dilutum*, ſuccus item coriandri. *Platerus.*

25. *Specifica ſunt*) Tanquam ſingulare ſpecificum, (præmiſſis tamen præmittendis, *pulvis lapidis fulminaris*, idem lapis in veſicula fellea bovis caſtrati repertus valdopere commendatur: Reliqua quæ tantum ſpecifica laudantur ad nobiliora aperitiva & præcipitantia, ſicuti etiam ad ea quæ in cachexia & hydrope ſingulariter appropriata ſunt pertinent. *Chr. Langius.*

25. *Specifica ſunt*) Cuncta tamen enarrata deobſtruendi vi pollent, ſpectantque humorem affectum paren-

tem, qui utplurimum eſt *Bilis depravata & vitiata*, ex *Fr. Sylvio Pr. l. 1. c. 46.* nimiumque ſpirituoſa ſacta, quam emendare ſtudet potiſſimum per oleoſa & pinguia, quorum ope videtur ad; rite effervescendum illi aptitudo reſtitui: Sic a ſolo, *inquit*, cannabis ſemine in *lacte bubulo pingui* ad crepaturam circiter cocto & colato, bis terve in die ad ℥v. vel vj. ſumpto plures curavi. Sic & quovis *Sapone* ad ʒj. circiter in lacte calente diſſoluto, addito tantillo ſacchato, bis aut ſemel in die uſurpato idem ſucceſſus obſervatus; Exiſtimavi quidem olim prodeſſe Saponem, quod ſale ſuo lixivo ſolveret in ductu bilario inteſtinali obſtructionem, quod cum de cannabis ſemine, idem præſtante, dici nequeat, cenſeo nunc duplici nomine conducere ſaponem, & ratione ſalis lixivi, ſed fixi, ex quo paratur, tum ratione ſuæ pinguedinis vel olei, cum quo conficitur: Ratione dicti ſalis fixi, qua idem bili ſecundum ſpirituoſitatem auctam corruptæ junctus, ejuſdem volatilitatem & ſpirituoſitatem nimiam minuit & corrigit, aſſumendo in ſe ſpiritus volatilis, in eadem luxuriantis partem aliquam: Ratione pinguedinis, vel olei, ſed craſſi, ac minime volatilis vel aromatici, cujus ope obtundit acumen ſalis volatilis & ſpirituoſi, in bile dominium habentis, atque ex hoc gemino experimento patet, unde expectanda Icteri curatio: In ejuſdem aſſerti confirmationem *crocum* produco in curatione Icteri familiarem, qui cum laudatur pinguis, eo ipſo meæ ſavet opinioni: Ipſum *Opium*, potentiſſimus ſpirituum animalium domitor ſoporifex, oleoſum eſt ac pingue, motum ipſis lenium ac difficilem concilians, quin pene tollens: A pinguibus igitur & oleoſis cogi & vinciri poſſunt volatiles ſpiritus, & ad quietem tranquillitatemque deduci: Unde patere videtur, ſi quoties quantitate nimia Bili junguntur, aut in ipſa exaltantur, hoc eſt in potentia ſua efficaciâque roborantur animales ſpiritus, ipſam mobiliorem volatilioremque faciendo, Icterum producunt, toties ſuperata per oleoſa, ſomnumque blande concilianta medicamenta, ipſorum volatilitate ac mobilitate notata curandum eandem Icterum. Hoc ipſum videntur confirmare mineralium metallorumque ſulphura fixa & anodyna, volatiles ſpiritus blande figentia & tranquillantia, non ſine cauſa a Chymicis peritis celebrata, *Fr. Sylvius.*

Quoad *ſpecifica Anti-Ícterica*, hæc inter primatum obtinet *chelidon. maj.* juxta hoc etiam *marrubium, centaur. min. Tarax, flor. chamom.* quocunque modo inprimis in Decocto uſurpata: *Fragaria*, *Hirundinaria* ſeu *Vincetox*, appropriatum eſt antictericum, præſertim in declinatione morbi, ſi vinum, decoctiones ejuſdem hauriatur, per ſudorem & urinem tincturam removent, *Flor. hyperici, geniſta*: in ſpecie *croci flores* experimenta ſunt ad Icterum: pertinet huc obſervatio *Borelli cent. 4. obſ. 31.* ubi Icterus à fumo Tabaci, curatus per *conſervam flor. geniſtæ & calendulæ.* Nec *abſinthium*, optimum, hic negligendum; Pertinet huc *Decoctum* eupotiſton *Camerarij*, quod deſcribit *Febr.* de Abſinth. p. 29. *flor.*

℞. *Comar. Abſinth. flor. roſar prun. ſylv.* āā. *part.* viij. *croci part.* ß. *coqu. in vino diuretico, Exprime* pro uſu, ſemen *aquilegiæ* bonum eſt ſpecificum, *Ebur*, ceu appropriatum abſorbens à multis commendatur; Experta eſt Emulſio ex *ſeminibus frigidis major.* His accenſenda venit radix *Curcumæ*, Antictericum bonum, ſeu ſolitaria, ſeu cum *antimonio diaphor. martiali* detur, E. g.

℞. *Antimon. diaphor, martialis Ludov. rad. Curcumæ* āā. ℈j. *ad* ʒß. *ſal. volat. c. c.* ℈ß. *m. pro* ij. *doſibus.*

In ſpecie ſi à calculis in folliculo ſelleo fuerit Icterus, radicem hanc ceu experimentum commendat *Hofmannus* in *clavi Schroder.* Quibus vix cedit *ſpiritus tartari* probe rectificatus, urinoſus: *Spiritus carminativus de tribus, ſpir. urinæ humanæ*, aut hujus loco *ſpir. ſalis armon.* Hinc pauperculi urinæ potu in Ictero ſe curare ſolent; Vel quod in multum probatum Euporiſton.

℞. *Succ. abſinth. & marrub. q. v. miſce cum urina agri*, de quo bibat bonum hauſtum, contineat ſe in lecto & ſudet, ſudorque ſæpius abſtergatur. Variæ præterea fieri poſſunt formulæ E. g.

℞. *Extr. chelid. maj. gumm.* ʒj. *lap. bezoart. occident. antimon. diaphor. mart. Ludov.* āā *gr.* xv. *m. f. Bolus, dilutum in hauſtu vini capiatur.* Item,

℞. *Aqu. tarax.* ℥j. *extr. chelid. maj.* ʒß *ſal. volat. c. c. gr.* viij. *ſpir. Card. bened.* ʒj. *miſce. Etmuller.*

Caſtoris dentes anteriores in *vino* macerant quidam, iſtudque propinant, *Succi* per ſe bibiri aliquid juvant ab ℥iß. ad ij. addito *ſaccharo*, vel *vino* tum ad gratiam, tum ad efficaciam, probantur inprimis *ſucci quinque fol. lapath. rad. urticæ mortuæ, marrubij, limon. cyclam. cichor. cum toto*, vel poſſunt à plantis, quarum decoctum convenit, exprimi & uſurpari, *Melopeponum ſuccum* exhibet *Matthiolus. Aqua raphani* bibita peculiariter laudatur. Amarus, ſed efficax *Pulvis.*

℞. *Rad. gentianæ* ʒj. *ſumm. centaur. min. cortic. arant. raſur. ebor. c. c.* vel *antiſpodii* ex his parati, *cinnam.* āā. ʒß. *f. Pulvis*, *doſis* ʒj. cum *vino* vel *alio liquore.*

Pulvis, quem pro ſingulari remedio quodam laudant, & in tres partes dividunt, tribuſque diebus continuis, mane in *decocto cicerum* aut *piſorum* exhibent.

℞. *Semin. aquilegia, raſ. c. c. croci orient.* āā. ʒj *f. Pulvis tenuiſſimus.* Comeſtum *cuminum* illico a Balneo probant, *Buphthalmum* à balneo etiam probat *Dioſcor.* flores forte illius luteos. *Salviæ folia* ſæpius ſumpta quendam curarunt, quod & *Erucæ ſylv. folia* comeſta efficere docent. *Platerus.*

Specifica ſunt.

25. Curari quandoque Icterum, & quidem ſat cito, propinato *lacte bubulo* cum *cannabis ſem. decocto* notat *Sylvius.* Puellam ſex annorum ictero ſine febre laborantem, à medicamentis abhorrentem ſolo *decocto rad. gramin.* curavimus. *Cnoffelius* mulierem, variis diu fruſtra adhibitis, tandem propinata, & ad ſex dies continuata Emulſione ex *ſemin. melon. cucurbitæ*, aqu. *centaur. mi. fragor. cichor. ſambuci*, cum *nucleis perſic.* addito *ſyr. fragor, & ſpir. cinnamomi*, applicata extrinſecus *Tinca*, ſanitati reſtituit. Inter Euporiſta celebris eſt *muſcus pulmonarius quernus*, de quo in *miſc. Ann. 2. Stranſius.*

25. *Specifica ſunt*) Sicuti Diuretica vaſis & humoribus depurandis locant operam, ſic non minus *Diaphoretica, (quæ cum ſpecificis conveniunt)* in poris glandularum eoſdem expediendo juvant; Ordine & dignitate *Illa* prima, hæc ſecunda ſunt; neque enim diſſlari ex habitu corporis biliosus character poteſt, niſi interioribus fuerit proſpectum prius; Quamobrem ſub declinationem inprimis ex uſu erunt, v. g. *flores ſulph. bezoart. mart. antimon. martiale cachecticum, magiſt. de ſpina viper. ſulphur aurat. antim. arcanum duplic. mynſ. Tinctura bezoart. unicornu ſolare, mynſ. theriaca, mithrid. theriaca cœl. bezoar. or.* & alia. Quod ſi vero a deturpatione biliosa, & longe magis à veneno malum ortum duxerit, inter primas eadem numeranda erunt merito; imo illis tunc, neglecto ſymptomate hoc, præcipua curandi demandanda provinciæ. *Wedelius.*

Specifica) Alterantia ſpecifica ſeorſim opponenda, quæ intemperiem bilis atque hepatis temperant, indeque productam obſtructionem & infectionem tollunt, aperientia ductus, roborantia villos, reſolventia tartarum, attenuantia pituitam, invertent acidum, diluentia ſingula. *Wedelius.*

25. *Chelidonia*) Inter ſpecifica Anti-Icterica primatum obtinet Chelidonium mai. optimum Icteri remedium, præſertim quando ex obſtructo bilis motu indeque fæcibus alvinis gryſeis aut candicantibus exiſtentibus Icterus oritur; In tali caſu, vel ſuccus ex planta recenter expreſſus in quocunque vehiculo hauſtus pro lubitu confert, *qua ratione ancillam* ictericam paucos intra dies curavi: vel radix macerettur in vino, quod exinde flaveſcit, egregium in Ictero experimentum: Item *decoctum hujus chelidon*, eſt optimum remedium; Hinc *Fr. Ioel decoctum chelidon. major.* cum granis juniperi merito commendat. Pertinet huc Decoctum *Landani*, quo quemvis Icterum curat, præſertim (qood probe notandum) præmiſſo *vomitorio*, utplurimum enim in principio curationis *Vomitorium* propinandum venit.

℞. *Rad. cichor. aut tarax.* ℥ij. *chelid. mai.* ʒvj. *aut* ℥j. *b. endiv. aut cichor. m.* j. *vel* ij. *fragar. m.* iß. *marrub. m.* ß. *tartari albi* ℥ß. *ad* ʒvj. *fol. ſenna* ʒvj. *coqu. in ſ. q. aqua & vini aut aqu. & vini in vaſe clauſo, Decocti.*

℞. ℔ij. Detur pro uſu, addendo, ſi præſtantius volueris, ſingulo hauſtui *ſpir. tartari rectif.* ℈j. *ad* ʒß. *ſumat tribus diebus*, omni mane duos hauſtus, interpoſita hora, donec malum ſit curatum, attendite ſub uſu ne ſint ſeceſſus plures quam duo vel tres in die, ſi contingat liberalius purgari prima die, aliis ſumatur tanto minus: Tali Decocto curavi mercatorem ex Ictero nigro: Tribus ſeptimanis nihil profeci, urinæ manebant craſſæ & ſplendidæ; poſt paucos dies, apparente coctionis ſigno aberat ſplendor & turbidæ erant urinæ; prædixi ergo ſolutionem morbi; continuari ergo medicamentum, non mutari oportet. *Etmuller.*

26. *Aquilegia & chelidonia*) *Aquilegia* bonum ſpecificum ad Icterum, unde eſt baſis *Pulveris Timæi* ad Icterum experti.

℞. *Semin. aquileg.* ʒvj. *croci orient.* ʒj. *tart. vitriolat.* ʒß. *m. f. Pulvis dividendus in* vij. *partes equ. ſumantur ex vino Rhenano calido* vij. *diebus continuis.*

Teſtari poſſum quod aliquando Sartorem Ictero flavo laborantem contumaciter, aliis irritis, præmiſſo vomitorio, hoc Pulvere teſtituerim; juxta cujus uſum inprimis *ſpir. carminat. de tribus* præ aliis proficuus erat: Convenienter poteſt fieri Emulſio ſic.

℞. *Sem. aquileg.* ʒvj. *vel* ℥ß. *cum ſ. q. aqua chelid. mai. fiat Emulſio, adde Eboris ſine igne* ʒj. *ad* ʒiß. *edulcoretur, parum & uſurpetur pro lubitu.*

Bene confert hæc Emulſio, & Tincturam ictericam optime delet: Inter alia puerperæ, mox à partu fœtus mortui, ictericæ cum ſucceſſu dedi. *Etmuller.*

27. *Cum pauculo bezoar.*) Specifica Salia volatilia ſunt optima Icteri remedia, *Lapis bezoar occident. Lapides in felle animalium* reperti, præſertim *lapis fellis bovis*, cujus pulvere à ʒß. ad ℥j. mire ad Icteri curam laudatur, Item *lapis ceraunus præpar.* à ℈j. *ad* ʒß. Specificum ad Icterum D. *Michaelis* quo ipſo aliquoties curavit qui quotannis hoc morbo afficiebantur. *Etmuller.*

28. *Pulvis lumbricorum terr.*) Non omittendi *lumbrici terr.* ſeu eorundem blaade exſiccatus pulvis, ad ʒj. ſæpius exhibitus; ſeu per putrefactionem ſpiritus urinoſus ad ʒß. ſubinde propinetur, propter ſal volatile nitroſum abſtergens, incidens & ſaporem Icteri ſpecificum corrigens urinamque ciens ab omnibus Practicis laudatur. *Etmuller.*

29. *Pediculi tres vel*) Remedium vulgare & empiricum apud noſtrates eſt, ut novem *Pediculi vivi* ſumantur mane per v. vel vj. dies, quo remedio (cum alia minus efficerent) plures ſanatos audivi: quod certa nullo alio modo juvare poteſt, niſi quod ſalem volatilem in ſanguine depreſſum reſtituat. *Willis.*

30. *Plantis pedum ſubditum*) Si mulieri utero gerenti accederet Icterus (*cui aperientium*, *diureticorum*, *purgantium &c. uſus noxius*) utatur optima victus ratione, & applicetur ſequens medicamentum carpis ac plantis pedum, & curabitur.

℞. *Fol. viſci quer. m.* ij. *fol. chelid. mai. marrub.* ana. *m.* ß. *contundantur in mortario addito pauco vino & applicetur*, Rondeletius.

31. *Tinca viva*) Pharmacorum alterantium claſſi accenſeri debent ea, quæ non intus ſumpta, ſed exterius, aut per contactum applicata, Ictericorum orinis adhibita, morbum hunc curare perhibentur; Inter hæc remedium apud vulgus ſatis tritum habetur: ut *Tinca piſcis* vivens, cujus ſquamæ & exterior ſuperficies nonnihil flaveſcunt, Icterici hypochondrio dextro, aut ventriculo juxta quoſdam, & plantis pedum juxta alios applicetur, unde morbi evaneſcentia ſubita expectatur: hinc licet multi certam medelam promittunt, mihi tamen aliquoties experto ſucceſſus defuit. *Willis.*

31. *Tinca viva*) Sunt qui non febrientium modo æſtus Tincis pedibus ſubditis, ſeu alligatis vivis temperari, ſed idem remedium adverſus Arquatum etiam murbum proficere putent; Alii Jecori aut umbilico vivum imponunt, donec moriatur, poſtridie rurſus alium illigant, idque etiam tertio die repetunt: Tinca immortua intus ac foris velut croco tincta redditur & plerique hoc remedio reſtituuntur. *Joh. Kentmanus*, è quo *Geſnerus*.

32. *Umbilico impoſita*) Icteri magnes Tinca, umbilico, hypochondrio dextro, vel plantis pedum impoſita, donec moriatur, cujus ratio agendi ſine dubio conſiſtit, *tum* in emollitione, ob mucilaginem eximiam; *tum* in commotione archei, ob conceptam inde ideam, quo utroque in motum cieatur quo ejus humor, *Wedelius.*

33. *Inter magica ponuntur*) Icteri curatio quædam eſt ad diſtans, neſcio qua ſympathia aut ſecreto operandi modo fieri perhibetur.

℞. *Urinam ictericam recentem; qua non una vice mingitur, ciner. lignor. frax. cribrati q. ſ. miſce & rediga in paſtam, que formetur in tres pilas æquales, in loco clauſo prope focum aut hypocauſtum collocandas:* quando pilæ hæ exficcatæ induruerint, *Ictericia evaneſcet: Hoc ritu morbum hunc inveteratum, & multis aliis remediis ſurdum, feliciter curatum novi, Praxis hæc apud vulgus familiaris exiſtit.*

Si effectum hunc plerumque aut ſæpius, eventurum pro certo conſtaret, hujuſque ratio inquireretur, imprimis ſupponere oportebit conſenſum ſive ſympathiam inter ſpiritus aliaſq; particulas in cruore animato, cum aliis ſymbolis urinæ recentis incolis, quoque illi pati ſtatim ritu cum his afficerentur. Attamen ſatis conſtat, ſal lixiviale urinæ commixtum ſalem volatilem prius ſubjugatum, aut aliis particulis implicitum, illico manumittere; uti plane cernitur in deſtillatione urinæ, quam ſi per ſe arenæ calore urgebis, nihil præter phlegma aſcendet; ſin tartari calcem, aut cineres addas, è veſtigio ſpiritus & ſal volatilis prodibunt: quapropter adminiſtratione iſta empirica adhibita, eodem tempore quo in urina icterica, etiam in ægrotantis ſanguine, ſal volatilis à ſanguinis fixi, & ſulphuris dominio evadet; proindeque icterica cruoris dyſcraſia evaneſcet: Hac etiam ratione innititur *curatio altera morbi regii ſympatethica*, cujus *Ph. Gruelingius & Fel. Platerus* mentionem faciunt, ſcil. *mictionem ſupra ſtercus equinum, dum calet, ab ægro factam plures Ictericos ſanaſſe*; in quantum ſcil. urinæ, proindeque ſanguinis icterici ſal fixus, à ſtercoris rec. ſale volatili alteratur, inque craſin debitam reducitur. *Willis.*

33. *Inter magica*) Pertinet huc cura magnetica,

ut in aliis morbis chronicis, ita & in Ictero proficua, v. g. ex *urina ægri & farina* formentur placenulæ, & cani vel feli devorandæ projeiantur, ſic Icterus evaneſcet, quod ceu à ſe expertum refert *Boyle in Philoſ. Exper*: vel infundatur ægri *urina* ſuper *acervum formicarum*: vel permiſceatur *urina* cum *cineribus fraxini*, vel, quod fuit expertum *à Caſtro*.

℞. *Ovum gallinæ* ſuo luteo & albumine per mediocre foramen *orbatum*, ita ut ſola teſta remaneat integra, quæ impleatur urina patientis, & facta ſcrobicula in hypocauſto, ſinatur ibi donec lento calore exſiccetur urina, pari gradu & exſiccatur urina & tollitur ictericia; Poteſt fieri etiam citius in digeſtione cinerum: Si vero per incuriam contingat aduri teſtam, Ictericia abit in ictericiam nigram immedicabilem: Vel ſanguine ex mediana ægrotantis extracto, & ovi gallinacei teſtæ artificioſe incluſo, & ovu 14. dies gallinæ impoſito, poſtmodum ſui famelicæ expoſito, ut comedatur, icterum & morbos ex vitioſo ſanguine, oriundos, tranſplantando averruncare ſatagunt, Item, ex *urina ægri & lacte*, & addito pane ſimilagineo fiat Juſculum, propinetur cani, qui ſi non moritur, nec bonio morietur, ſed convaleſcet. *Etmuller*. Mictionem ſuper ſtercus equinum recens egeſtum, dum calet, ab ægro factam, plures ſanaſſe Ictericos, quidam mihi pro certo affirmavit. *Platerus*.

[34] *Urina patientis*) Vulgus hic urinam patientis vaſe exceptam igni imponit, ad omnimodam conſumptionem: cenſet ſic Icterum diſſolvi, ac repeti, quoties æger urinam fundit: Id me inſcio, tentatum anno 1685. in Filia mea *Carolotta*, Dum flamma vas igni luculento impoſitum, adlamberet, ignem concepit urina, tutaque deflagravit, flammam cærulei coloris & viridis, qualis à ſulphure incenſo emittens, teſtibus omnibus domeſticis & aliis, Icterus vero ceſſit remediis ex arte adhibitis.

[35] *Differentia ex cauſis*) Remotas cauſas complexus eſt, *Galenus 5. loc. aff. capit. 7.* ubi quatuor modis *ἀναχυμιῶς χολῆς ἐς τὸ δέρμα* fieri docet 1. critice 2. corrupto ſanguine à morſu venenatæ feræ, 3. ob jecoris intemperiem, 4. Veſicæ imbecillitatem.

[35] *Differentia à cauſis ſumuntur*) Dantur & aliæ Differentiæ, Sic ratione *Generis* ſeu formæ differentia ſe offert eſſentialis magis inter Icterum flavum & nigrum, magis enim & minus ſpeciem non variant in ſubſtantia, ut ita loquuntur, facile tamen in accidentibus, quod exemplo febrium claret: Repetere etiam liceat, Diſtinctionem inter Icterum verum & apparentem, proprie talem & analogum; albus enim nonnisi *ἰκτερος* hoc nomine venire poteſt: Alius item *ſimplex*, alius *complicatus*, Alius *benignus*, alius *malignus*, Alius *magnus*, alius *parvus eſt*.

Ratione *temporis*, alius *antiquus eſt*, alius *recens*, Chronicus per ſe, acutus per accidens: *Hippocrates* ratione anni temporum dirimit in *æſtivum*, *autumnalem*, & *epidemium*, eo quod omni tempore corripiat.

Quando vero eundem in *criticum*, & *ſymptomaticum* diſtinguunt, argumento *4. aph. 62. & 64.* id cum grano ſalis eſt intelligendum, nullus enim proprie Icterus eſt criticus ſed ſuo modo etiam ſignat bonum vel malum, prout circumſtantiæ variant. *Wedelius*.

[36] *Bilem copioſam*) Nimia copia generatur bilis ob intemperiem calidam hepatis, cordis vel lienis, unde apparet non ſemper eſſe verum, quod ſemper tenſionem aut gravitatem in dextro latere habeant Icterici, 2. cum m[illegible] apta eſt ut in bilem convertatur, ut oleoſa, aromatica, [illegible] ob venenum. *Waleus*.

[36] *Quæ bilem copioſam*) Sed & à Bile vitiata & corrupta [illegible] Icterus. Vide §. *Aut interna, ut ſunt 1. Hepar*; ex *Etmullero*.

[36] *Quæ bilem copioſam generant*) Sanguis ſæpe mutatur in bilem, ubi incanduerit, & hepar, ubi æſtu incanduit, nil niſi bilem gignit, unde Icterus, & fertur alvus bilioſis excrementis, quibus æger non levatur, ſed ryptaſmo divexatur: Præterea medicamenta calidiora, tum alterantia, tum vacuantia, tum corroborantia Icterum faciunt & gignunt, ut ſcammoniata & piperata: Pauci utuntur *Decocto guajaci* ſine Ictero, pernicioſa res eſt quæ hepati bellum indixit, & ejus *ἀρχὴν ζωτικὴν* exhaurit: Nos quo jure quaque injuria decoctum guajaci præſcribimus: Illa decocta aſperrima, acerrima, movent ſudorem per expreſſionem, qui non eſt ſalutaris: Si exhibendum, fiat ex *ſcobe guajaci nigri & pinguis*, non ex *cortice*, qui multo calidior eſt medullà, decoctum verò ſit dilutiſſimum. *Duretus*.

[36] *Bilem copioſam*) Effuſio bilis in cutem à plurimis cauſis induci poteſt, quæ ad tria capita reduci poſſunt, Pravam hepatis diatheſin, veſicæ felleæ obſtructionem, & bilioſi humoris pravitatem: Hujus pravitas conſiſtit, vel in quantitate nimia, quæ non poteſt regiâ natura, neque à maſſa ſanguinis ſecerni; aut etiam qua ita repletur veſica fellea, ut non poſſit ſeſe contrahere ad illius expulſionem, vel in prava qualitate, quæ humores corrumpendo, debitam eorum ſecretionem impedit; vel etiam interdum naturam ad ſubitam illius propulſionem irritat, ut in Ictero critico & ſymptomatico contingit: Corruptio contingit in febribus bilioſis continuis, tum etiam ex veneno aſſumpto, aut morſu quorundam animalium venenatorum, quo totus ſanguis in bilioſam naturam commutatur. *Willis*.

[37] *Aut externa*) Naſcitur & Icterus vitio rerum externarum, ut diætæ vitio; qui ſub ardente Sole iter faciunt, fiunt Icterici; Serpentis morſu fiunt homines *ἰσχιοχλωροι bazanes*: Icteri etiam cauſa eſt morſus canis rabidi; aquæ corruptæ potio, veneni immiſſi pravitas, ſicque vireſcit cutis: quicquid ſanguinem corrumpit, ut aura venenata, aqua ſtagnans, venenum potione vel morſu immiſſum, vel etiam catharticum, id icterum facit, quia quale alimentum, talis & color eluceat neceſſe eſt. *Duretus*.

[37] *Aut Externa*) Inter quas *Animi pathemata*, Non ultimum autem locum obtinet *Triſtitia*, quæ nunc inchoat, nunc fovet Icterum, teſte *Helmontio Tr. ſextuplex Digeſtio. §. 56.* Sic Icterum curatum à triſti nuntio recidivantem referunt *Acta Haſnienſia vol. 3. pag. 82.* Iracundia etiam non raro Icterum provocat: *Riverius Centur. 2. obſ. 9.* Icterum mirandum in gravida ex ira refert, in qua fæces alvi erant bilioſæ, & in lecto exiguam, extra illud intenſam patiebatur flavedinem.

[38] *Venena inprimis*) Icterus primarius aliquando à *Venenis*, & inprimis à morſu animalium venenatorum oritur: Exempla curioſa refert *Marc. Donatus H. M. l. 1. c. 7.* Poſt *morſum araneorum* Icterum flavum obſervavit *Joel in Praxi, l. de ven. p. 126.* A *morſu canis rabidi* Icterum contumaciſſimum obſervavit *Barthol. centur. 1. hiſt. pag. 322.* Icterum lethalem à manducatione *ſtaphiſagriæ* notat *Loſſius in obſ. p. 259.* Etmuller.

[39] *Et tum Alexipharmacis*) Si à veneno Viperæ, aliove qualicunque productus eſt Icterus, illud eſt corrigendum expellendumque, Conducunt omnia *ſudorifera* volatili ſale abundantia, quippe quæ utrique ſatisfaciunt indicationi: Nec ſine cauſa hic laudantur Theriaca, viperarum trochiſcos, in ſe continens, variaq; ex viperis, ſale volatili abundantibus parata: Huc facit Antimonium diaphoreticum, ad gr. xv. ipſoque longe potentius *Bezoarticum minerale*, ad ℈ß. ex quovis liquore ſumptum: Huc facit *Sal volatile c. c. aut* ex quavis animalis parte diſtillatione prolectum, & ſi potentius fuerit ad guttas, vel gr. v. aut vi. ex liquore convenienti aliquoties uſurpatum.

℞. *Theriac. vet ℈ii. Bezoart. min. ℈ß. ſalis c. c. gr. iv. vel ſpir.*

vel ſpir. ſalis Armen. gtt. v. ſyr. papav. errat. aqu. ſcabic. āā. ℥ß. card. bene ℥j. m. f. Hauſtus, quo ſumpto mediocriter tegatur Ictericus quo ſudor promoveatur.

Si malit vicibus partitis & cochlearim ſumere Hidroticum, paulatimque expectare ſudorem, utatur mixtura hac.

℞. *Aqu. fumar.* ℥iij. *theriac. ſimpl.* ℥j. *tinct. croci* ʒij. *laud. op. gr. iv. ſalis cornu cervi* ℈j. *bezoart. min.* ʒß. *ſyr. card. ben. unc. j. ß miſce.* Apozema.

℞. *Rad. ſcorzon. unc j. imperat. unc. ß. rad. ligni ju nip unc. ij. ſaſſafras unc. ß. fol. card. ben. ſcabioſ. ſcord.* āā. *m. ſ. baccar. junip. unc. ij. ſemin. aquileg. urtica, raſ. c. c.* āā. ʒiij. *coq. ſ. a. ex aqua, in colat. unc. xxx. diſſolve ſyr. card. ben unc. iij. aq. theriac. cujusvis unc. j. ß. ſalis tartar. vitriol.* ℈ij. *miſce,* ſumat ſimul æger, aut partite tantum quantum ad ſudorem blandè propellendum requiritur; quo ſubinde haud profluente urina excernitur (ſtis copioſa, quæ & juvare ſolet *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 45. Theriaca* in Ictero à morſu venenati animalis ſervo Imperiali exhibita profuit, *5. loc. aff. c. 7.*

39. 40. *Alexipharmacis agendum eſt.*) Cucurbitulæ etiam ſiccæ in uſu ſunt evocandi fine, quo caſu & ipſam ſcarificationem commendant plurimi. Præſtant quoque uſum Frictiones, diſſipandi uſu commendatæ: Elui una vulnus poteſt aceto *Bezoartico, theriaca, ſpiritu theriacali, ſucco rutæ, &c.* Wedelius.

41. *Aut interna, ut ſunt 1. Hepatis.*) Quoad cauſam proximam, in omnibus Ictericis, pauciſſimis caſibus exceptis, obſervatur urgere primariò ſymptoma ventriculi circa digeſtionem, & ægri circa iſtud negotium ordinario vitium quoddam ſentiunt; Imò ſi *Iuvantia* conſideremus, poſt vomitoria præmiſſa, *martialia*, & hinc *amara* totam abſolvunt paginam; adeoque in omni Ictero Acidum auſterum in primis viis activè peccare obſervatur: ſaltim dubium eſt an huius occaſione ſecundum *Helmontij* hypotheſin, & vitio digeſtionis primæ, indeque nati ſucus nidoroſis, plus minus flaveſcentibus, plus minùs amaricantibus, in M. S. diſtributis, & in peripheriam corporis diſtributis Icterus oriatur? An verò præfatum vitioſum fermentum, acidum auſterum, bilem inquinando, & hinc eiuſdem ſecretionem debitam in hepate impediendo, Icterum inferat? Sanè quod ex Digeſtionis primæ vitio, & inde cruditate nidoroſa generentur loco chyli amara excrementa, aut dulcia flava, & ſic porrò, docent vomitus flaveſcentes matutini poſt crapulam; lac facillimè præſertim in infantibus minus bilioſis, in nidorem croceum abit: Fructus horæi, pinguia, piſces, &c. in ſtomacho nidore corrupti ſimiles ſordes ſuggerunt; Quid igitur obſtat quominus occaſione talis fermenti auſteri dolores ſtomachi aut præcordiorum inferentis, vitietur Digeſtio prima, & inde genitæ ſordes nidoroſæ in corpus diſtributæ Icterum inferant? Exiſtimo ſanè omnem Icterum, qui ſupervenit ſebribus, non bilis aut folliculi vitio, ſed diætæ & digeſtionis primæ vitiatæ occaſione ſupervenire, non ſecus ac iſtum qui poſt venæ ſectionis abuſum crebrius naſci obſervatur.

Juxta hunc tamen Icterum, eumque frequentiſſimum, etiam oritur Icterus ex *vitio bilis naturalis*, (cum modo dictus Icterus ex vitio bilis vitellinæ præternaturalis, in ſtomacho genitæ oriri dici poſſit,) iſtius nempe quæ in *Hepate* ſecernenda, & per vaſa choledocha excernenda venit: Hæc enim vel *vitiatâ*, vel in *debitâ diſtributione impeditâ* Icterum infert; Illa cauſa frequentior graviorem dat Icterum; hæc rarior leviorem inducit: *Bilem vitiatam* quod attinet, vitiatur hæc ipſa à modo dicto vitio, acido auſtero primarum viarum, quod inprimis bilem vitiare, texturam eius immutare, ac plus minus inſpiſſare valet, eum, ut ſupra monitum, in graviori ac pertinaciori Ictero ſpiſſior ac tenacior bilis ſubinde inventa fuerit: *Acidum* hoc vitiabit Bilem, aut dum in Hepate eſt generanda, aut ſecernenda, aut eandem in folliculo felleo, jam ſecretam inficiet, incraſſabit, & in calculos coagulabit. Quibus occaſionibus nec debitè ſecerni in hepate bilis, aut ſecreta licet, non debitè excerni poterit: quia facilè ex mutata conſiſtentia ductus cholidochos obſtruere, & ita tranſitum ſibi ipſi intercludere poterit.

Denique ex ſola *diſtributione læſa*, indeque genita cum ſanguine ac cõmiſtione bilis oritur Icterus, quando calculi meatus obſtruunt, aut quando aliunde, quavis ex cauſa, ductus hepatici obſtruuntur; vel quando occaſione ſpaſmorum inteſtinorum tenuium, ac ſpeciatim duodeni, orificium ductus fellei conſtringi, & condenſari ſolet, cuius exempla in partu laborioſo, paſſione hyſterica, &c. adnotata ſunt; Nempe non rarum eſt in Ictero alvi excrementa hodie pallida, cras denuo flavedine tincta conſpici, & ita ſubinde evacuari; non quod nunc obſtruatur, nunc denuo reſeretur ductus, ſed quòd occaſione ſpaſmi inteſtinalis nunc conſtringatur idem, nunc denuo aperiatur, idque diverſimodè pro occaſionum varietate.

Ex dicto igitur Acido fermento vitioſo primarum viarum & bile, vel ex nidore præternaturali genita, vel bile hepatis naturali, eaque aut vitiata, aut ſaltem malè diſtributa, omnis Ictericorum varietas in colore ac differentia in ſymptomatibus deducenda: nempe prout ab *acido* præfato in textura diverſimodè mutabitur bilis qualiſcunque etiam ipſa colorum varietas emerget, cum prævalente potentia bilis, vel quantitative, vel qualitative ſequatur Icterus flavus; Prævalente verò Acido primarum viarum (ſive ex *ſtomacho*, ſecundum *Helmontium*, ſeu ex *Pancreate*, ſecundum *Sylvium* derivare velis) Icterus nunc *viridis* nunc *plumbeus*, nunc *niger* oritur; cum alias notum ſit ab inſtillatis acidis bilem naturalem ad obſcuriorem colorem in ſpecie viridem, diſponi; Sane obſervavi aliquando in urina Icterici, cui ſpiritum ſalis inſtillaveram, ſedimentum viride exinde præcipitatum fuiſſe: Certè dum conſideramus *cardialgias* iſtas inſignes Ictericorum, bilis in folliculo notabilem alterationem, per acidum auſterum explicabilem; ut & Iuvantia, *martialia*, acidum corrigentia, *amara*, aut *volatilia* bilis dyſcraſiam emendantia; nempe omnia amara hepati amica ſunt, ſicut acida ſtomacho, facilè ad acidum, tanquam primarium agens, deflectere poſſumus: Curavi mulierem quæ inſigni cardialgia affligebatur, quam ordinario die totus corporis Icterus inſequebatur; breviter denuo uno alterove die evaneſcens, ſed redeunte quavis occaſione iſta cardialgia, ſemper ſuperveniebat Icterus in paroxyſmo cardialgiæ: alvus liberè aliquoties fluebat, ut ut poſtmodum clauſa eſſet, pulſus rarus, tardus, mollis, magnitudine moderatus, debilis, proſtratio virium ſumma, ſitis clamoſa: Interrogata an amarorem perciperet in ore, ſemper negabat, ſed ſedula attentione obſervavit ſemper quoties paroxyſmus cardialgiæ inſtaret, ſentire ſe ſemper ſaporem acrem acidulum, ex ventriculo eructatum: Hoc quoties ſentiebat, toties die aut nocte ſequente paroxyſmus cardialgiæ, & hinc Icterus ſuperveniebat Curavi eam *Pulvere cachectico Hartmanni*, & hinc *abſorbentibus, alkalinis*, & animalium partibus duris: Exiſtimo acidum iſtud auſterum irritaſſe ventriculum ac vicinas partes nerveas, quorum ſpaſmo tam miſerabiles cardialgiæ, cum reſpiratione difficili, & totius dorſi dolore excitatæ fuerunt; Sub quo ſpaſmo & vaſa choledocha, cum folliculo felleo, diverſimodè nunc conſtricta, nunc relaxata fuerunt, unde huius occaſione alvi libertas in paroxyſmo, cùm alias ſat durioris eſſet alvi natura; illius verò occaſione

impedita bilis diſtributio, cum ſanguine permiſtio, in habitu corporis ſecretio; hinc vagus ille Icterus, Hactenus dicta confirmat *Triſtitia* & *mæror*, Item *Iracundia*, ad Icterum vt dictum, diſponentia; Nempe à triſtitia & mærore omnes humores incraſſari, acidum fixum augeri, & ita effectus naturæ bilis contrarij induci ſolent, iracundia omnes humores tenuiores ac mobiliores; ac acido vulatili actiores teddere ſolet. *Etmuller.*

42. *Hepatis intemperies.*) Prava heparis diathesis varia eſſe poteſt, intemperies, inflammatio, obſtructio, ſcirrhus, & quæcunque partem ita debilitare poſſunt, vt bilis excrementitia à ſanguine ſeparari non valeat, ſed cum eo ad totum corpus diſtribuatur. *Riverius.*

42. *Hepatis intemperies cal. & ſicca.*) Coi quoque providendum dum interna remedia exhibentur.

℞. *Succor. apy, petroſ. & cichor. āā. unc. j. aceti albi unc. ß. olei tamar. unc. ij. bulliant ad conſumptionem ſuccorum & aceti*, mox *adde ſantal. citr. & ſpica nardi āā. ℥j. cera q. ſ. f. liniment. quo illinatur regio hepatis.* Riverius.

43. *Urina vehementer ſunt colorata.*) Vrina inprimis Icterum manifeſtat, non quòd lutea appareat, ſed potiùs vt vocat *Zacutus*, paſſea, i. e. craſſe tincta rutilante colore, cui ſi linteum immerſum flaviſſimo colore, tanquam ſi croco tinctum eſſet, impręgnatum extrahitur; quòd aliæ urinæ quæcunque, colore quamvis intenſiſſimo non faciunt: quòd ſi ſubſederint, ſedimentum argillaceum quaſi ſeponunt, interdum ex flavo & rubro fere nigricante obſervantur urinæ. *Etmuller.* Quin & flammam, igne ſubdito, concepiſſe Icterici urinam obſervatum eſt; Anno 1685. filia mea *Carolotta*, bilioſo temperamento donata, Ictero preheoſa eſt; remediis ex methodo præſcriptis illum deletum & expugnatum: Interim ancillæ, me inſcio, urinam, pelvi idonea exceptam, igni impoſuit, (quia audiverat Icterum aboleri ad proportionem qua urina conſumitur) hæc ignem concepit, atque pars inſtar ignis lambentis exarſit, flammam qualem vini ſpiritus emitteos cæruleam, flavam, &c.

44. *Sanguinis depurationem & bilis ſecretionem, &c.*) Ex alimentis debitè fermentatis, vt vt partes maximè volatiles ac ſpirituoſæ, unà cum aqueis ſpontè forſan ſecedant à cæteris, poſſintque tranſcolari in lacteas venas, oleoſæ tamen, ſalinæ, acidæ, terreæ, aliæque corpori alendo indem utiles ac neceſſariæ, ulteriore indigent ac nova præparatione antequam viſcidioribus, auſterioribus, aliiſque ad corpus bene nutriendum minus aptis valedicere poſſint; Hanc ſecretionem ſtuſtra deſiderabis, quoties aut iners fuerit ſal bilis volatile, aut ipſa non deferetur, ad inteſtina bilis, quorum alterutrum locum habet in *morbo Regio*, ſive Ictero, in quo idcirco albicantia nec tincta prodire ſolent alvi excrementa. *Iners ſit ſal bilis volatile*, ob adſumpta diutiùs & copioſiùs Alimenta multum viſcida, vel ſimul pinguia, quinj & quandoque *ſpiritnoſa* ipſumque adeo vini ſpiritum, cuius abuſum non infrequenter excipit æque morbus Regius, quam Aſcites: Quod citius & potentius fiet ſi medicamenta, vel potius venena, volatilem bilis ſalem infrigidentia, fuerint intro ſumpta, vel foris admiſſa: Non defertur ad inteſtina Bilis ob obſtructum, vel à bile in calculos, cruſtamque calculoſam concreſcente, vel à pituita viſcida ductum bilarium inteſtinalem: Pituita iſta viſcida, vel ipſi potuit Bili eſſe muſta, & Ductui ſenſim magis magiſque adhærens tandem in totum ipſum obſtruere, vel una cum ſucco Pancreatico delata in utriuſque Ductus bilarij & pancreatici; concurſu concreſcere, atque bili præſertim, ad ipſam nempe incidendam minus potenti, exitum præcludere, vel in tenui inteſtino exiſtens, idem officium opplere, atque Bili ſaltem exitum negare: Nunquam a ſolo ſucco pancreatico vel ſaliva vinatis, aboleri puto hanc bilis ſecretionem, etſi eorundem viſciditate ac inertia promoveri poſſe judicem illum delectum, atque imminui aliquando illum ſecretionem. *Franc. Sylvius l. 1. c. 10.*

44. *Quæ ſanguinis depurationem, &c*) Depuratio ſanguinis quæ nobilis, ac generoſiſſimis ſpiritibus refertus ille liquor, ab impuris, & nitidiſſimæ Biobychnij flammulæ inutilibus protſus ſui partibus ſeparatur, *oſtendenda eſt*; Itaque de ſanguinis purgamentis dicturi, videndum *quomodo & quibus principiis generentur, quot ſint eorum ſam.* ac *ſpecies*; *Quibus in partibus particulatim ſeparentur*, & *quonam natura artificio inſtituatur ſingulorum & ſeparatio & excretio.* 1. Quoad *excrementorum* in ſanguine generationem, ſciendum eſt, quod cum ſanguis liquor ſit planè heterogeneus tanquam ex variis elementis, ſeu principus materialibus conſtans, ideoque non omnes eius partes, ſed inflammabiliores ſolum, flammulæ vitali poſſint in pabulum cedere, ubi partes illæ quarum ſpiritus elementis craſſioribus minùs arctè uniti, ſeu inflammabiliores ſunt, & ad avolandum proniores, ab igniculo vitæ accenſi abſumptique fuerint, neceſſum ſit, vt craſſiores reſiduæ, Naturæ deinceps non ſolùm inutiles, aſt noctoſæ etiam, degenerent in excrementa, è corpore, quamprimum id fieri poſſit, foras eliminanda, ne tota ſanguinis maſſa puritate ſua exuatur; Exhauſtis namque ſemel dulcibus, pinguioribus, & ad igneſcendum procliviotibus ſanguinis ſpiritibus, cui uſui erit maſſa reſidua; quippe ſulphur eius, ob continuum ſanguinis ſervorem brevi aduſtum, amarorem ac acrimoniam inſignem ſibi manifeſto acquirit: *Terreſtrior craſſiorque pars caput mortuum.* cum ſale fixativo conjuncta, apta eſt coagulari ac lapideſcere. *Phlegma* autem, ſive viſcida ac inſipida pars, vaſa capillaria obſtruendo, impediret ſanguinis circulationem *Aquoſior*, ſanguinem dilutiorem atque ſeroſiorem redderet, quam conveniret ſpirituum ejus inflammabilitati, ut perſpicuum ſit, haſce ſanguinis partes, poſt ſpirituum deperditionem excrementorum malitiam ſenſim induentes, foras debent exterminari, &c. Cur autem *Excrementorum alia in has, alia in alias corporis partes, in quibus ſeparanda ſunt, peculiariter & quaſi determinatè admittuntur.* Ratio conſiſtere videtur, non quidem in eo quod ita diriguntur ab intelligente facultate; Nam ſi iſtæc Excrementorum diſtractio à mente fieret, illa certè eius eſſet conſcia, id quod nemo dixerit, Deinde eorum quæ in corpore fiunt, cuilibet facultatem peculiarem, ſeu Gubernatricem conſignare quid aliud eſt, quam cerebrum in abdomine collocare, ut loquitur, *Entius.* Et qui ad facultatis cujuſdam peculiaris aſylum, quoties occurrit difficultas de modo actionis ad œconomiam animalem ſpectantis, ſemper ſe obſcuram magis obnubilant: Temeraria ſiquidem & figmentorum feraciſſima illa capita, quæ inanes haſce chimæras, Facultates, nimirum Attractricem, Retentricem, Concoctricem, Expultricem, Secretricem, Appoſitricem, &c. primo excogitarunt, inque medicorum Scholas induxerunt, pari iure ſexcentas alias potuiſſent, philoſophantur ſanè multo felicius qui omnes actionum naturalium differentias ex partium, ſive organorum, in quibus fiunt conſtitutione ſtructurave varia ſolummodo adſtruunt exortas: Nec *Attractionem ſimilarem*, quam quidam nominis celebrat ſibi induxerunt, quaſi conſimilis naturæ excrementa facilè inter ſe congregarentur ratione *ὁμοιότητος* eaque quæ à ſanguine jam ſecreta, inque propriis conceptaculis col-

lecta

lecta, ſeorſim exiſtunt, ejuſdem generis alia cum ſanguine in arteriis promiſcuè adhuc fluitantia, inſtar magnetis ſibi cognatum allicientis ferrum, ad ſe attraherent: Nam motus per modum Attractionis in univerſa rerum natura datur quidem nullus: Deinde ſi daretur; Excrementum tamen proinde nullum aliud ſui ſimile ad ſe alliceret: quia ſimile non poteſt agere in ſimile, qua ſimile, non magis certè quàm in ſeipſum; Hinc rectè *Regius Fundam. Phyſ.* p. 197. *Excrementorum attractio, & ſpontanea coitio, ſunt reiicienda, quia non ſunt manifeſta, vel intelligibiles, nec probata.* Ratio igitur cur excrementorum alia in has, alia in alias corporis partes, in quibus ſeparanda ſunt, peculiariter & quaſi determinatè admittantur; ſcilicet cur phlegma Acidum in ventriculum potius quam in inteſtina: Inſipidum verò in inteſtina, non autem in ventriculum confluit: Cur ſerum pariter Renes non Hepar: Bilis Hepar non Renes ingreditur, &c. Ratio inquam hujus phænomeni conſiſtere videtur. *Quod partes corporis alia aliis ad hoc vel illud peculiare excrementum excipiendum ſint accommodatiores, idque ratione magnitudinis & Figura peculiaris pororum, quibus donantur, qui alij ſunt in his alij in aliis partibus: Excrementorum ſecretione dicatis.* Cùm enim Emunctoria corporis varia varios poros, & excrementa pariter variarum figurarum & magnitudinum habeant particulas, nihil certè magis credibile eſt, quam ea, tanquam cribrando, & in varias partes intromitti, & in iiſdem ſanguinis puri particulis ſeparari colligique, &c. *vide ſeriem* §. 10. & ſeq. *Sylvius de le Boe* hanc ſententiam impugnat. *Praxeos.*

45. *Bilis ſecretionem & excluſionem impediunt.*) Res p. n. bilis evacuationem per porum cholidochum in inteſtina impediunt, attractricis facultatis debilitas & pororum obſtructio à craſſitie calculis, quos in veſica colligi notum eſt; Pororum compreſſio à vicinarum partium tumoribus, Coli à flatibus diſtenſione, unde ſæpe Colicis doloribus infeſtantibus Icteri ingruunt de improviſo, iis feriantibus recedunt: Pororum horum *Siccitas*, qua inſtar chordæ corrugantur ſolidæ; meminit talis exempli *Argenterius l. 4. aph. 62. Rolfincius.*

Interim tamen quoad Bilem, & vaſa fellea, & inde oriundum Icterum, non adeo omnia ſunt plana, Nam Icterus ſæpius obſervatur dum lapides folliculum felleum replent: Sed memini ante plures annos diſſectam hîc fuiſſe mulierem, capite mulctam, quæ in folliculo fellis copioſos lapides maiores & minores collegerat, ſine Icteri veſtigio; Diſſecuimus etiam corpus maſculinum, in quo principium erat Anaſarcæ: erat ſubtumidum, & aperta ejus cuticula copioſum ſerum effluebat, in cujus folliculo felleo ne gutta bilis inveniebatur, in quo tamen nullum fuit Icteri veſtigium: Sic canibus folliculum felleum poſſe eximi ſine vitæ aut ſanitatis incommodo notum eſt. *Etmuller.*

46. *Compreſſio veſiculæ fellis à ſcirrho hepatis, &c.*) Si affectus longius duret, dejectiones conſtanter ſint albæ, urina crocea, & medicamenta efficaciora licet prudenterque adhibita parum proficiant, de calculis, de ſcirrho, vel ſcirrhoſa diſpoſitione cogitandum eſt, maximè ſi dolor obtuſus cum reſpiratione difficili, tenſio item & tumor in hypochondrio dextro ſentiatur. *Wedelius.*

46. 1. *Compreſſio, &c.*) Fit & à coaleſcentia, quod rarius, vt ab ipſa nativitate in infantibus. *Walæus.*

47. *Vel alio tumore.*) Tumores & ſcirrhi hepatis uti vaſa alia hepatis prementes & anguſtantes Cachexiam ſic & ſi hoſce meatus bilis occludant Ictero occaſionem præbent; Quod & ſi abſceſſus aliquis, vel putredo, aut corruptio in hoc viſcere accidat, evenire poteſt, vt tunc non ſegregatis, ſed confuſis inter ſe humoribus & Icterus & hydrops ſimul ſequantur: Inflammatio etiam hepatis ſimili modo haſce vias arctando, & ſimul bilem accendendo, atque in venam cavam propellendo, Icterum cæteris illius ſymptomatibus copulat. *Platerus.*

48. *Obſtructio ejuſdem.*) Obſtructio à cauſis iiſdem à quibus obſtructio in aliis vaſis hepatis fieri ſolet, & cachexiam gignere, hîc etiam in Ictero dependere poteſt, vt à chylo, ſanguine, ſero vel pituita, ſi hæc, dum bilis fit in poros hoſce diſtributio, ſimul illis ſe ingerant, illicque retenta craſſeſcant, vel in arenulas tophoſve convertantur, cujuſmodi quoque materia ſectione in iis invenitur; Sed & à *bile ipſa tenaciore* in poris illis anguſtioribus hærente diutius, eadem obſtructio fieri poteſt, ſi præſertim eam illic acquirat duritiem qualem in auribus nonnunquam illi contingere, aureſque obturare videmus, dum ab illis expurgantur; quod tum ratione ipſius bilis, ſi viſcoſior quam par erat gignatur, vel ob calorem hepatis eam adaſſantis poteſt accidere; quod & in ipſa veſicula, & poro ad inteſtina deſinente poteſt accidere. *Platerus.*

48. *Obſtructio ejuſdem.*) Obſtructiones Ductus communis ſubinde in Ictericis obſervatæ fuerunt: Quidam pertinaciſſima alvi obſtructione cum Colica moleſtiſſima affligebatur, cui Icterus & febris continua ſuperveniebant, hæque lethales, ab obitu diſſectione facta obſervarunt fellis veſiculam grandem & confertiſſimam, infimumque porum, viſcida pituita penitus obſtructum, adeo vt poſt abſciſſionem hujus ductus bilarij, ne gutta quidem proflueret bilis, quia bilis contenta craſſiſſima, atque tenaciſſima erat; Ac ſanè in pluribus, Ictericis vel bilis viſcida, amurcæ ſimilis, vel calculi plures vel pauciores majores vel minores, in cyſti inventi fuerunt. Ac ſanè ad Icterum proni ſunt calculoſi, & obſervationes practicorum teſtantur: Non tamen hoc univerſale eſt, quin ſæpiſſimè in Ictericis folliculum felleum, aut ductus bilarios apertos eſſe, non ſaltem docet debita tinctorum excrementorum excretio, ſed etiam ſæpiùs in Ictericis lethalibus diſſectis ductus fellis aperti fuerunt, teſte *Helmontio*: Sicuti in febricitantium Ictero nulla hepatis aut ductuum bilariorum obſtructorum ſuſpicio adeſſe poteſt *Etmuller.*

49. *Obſtructio à pituita craſſa.*) Pituitoſa glutinoſa debet corrigi & incidi aromaticis & ſalibus volatilibus: Eandem ex parte correctam, aut eadem opera; eodemque medicamento corrigendam educunt phlegmagoga; Sequenti *Apozemate*, alterante & purgante, pluries brevi curavi *Ictericos.*

℞. *Rad. rub. tinctor. chelidon. mai. apij* āā. *unc.* ß. *flor. geniſtæ m.* ß. *ſemin. aquileg. petroſ. aniſi* āā. ʒij. *tartari crudi* ʒiß. *coq. ex vini albi & aq. pura* āā. *q. ſ. in colat. unc. xx. diſſolve ſyr. diacnici de chicor. cum Reo* āā. *unc. i.* ß. *miſce. Sumat bis vel ter in die* tantum æger vt bis terve inde deiiciat & unà cum pituita bilem excernat: *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 46.*

50. *Obſtructio ejuſdem à Bile copioſa, &c.*) Cùm Bilis glutinoſior exiſtit, ideoque ad motum, ineptior eſt, imò in calculos concreſcit, atque ad excretionem ineptiſſima fit; neque enim tam potens videtur veſiculæ motus & contractio ut inexiſtentes ſibi calculos queat expellere; Glutinoſior redditur bilis ab alimentis ſimilibus vel auſteris condimentis diu uſurpatis, vt & Aëre frigido & aſpero, animique mœrore, à quibus præſertim ſuccus pancreaticus, hinc & ſanguinis maſſa univerſa, mox & humores omnes fiunt nimis glutinoſi: *Fr. Sylvius Pr. l. 1 c. 45.*

50. 51. *Bile copioſa calculis.*) In calculos coruſcat & coagulatur bilis à ſucco lapideſcente quibuſdam dicto;

vel lapidem facientes potius dicendo, quem ab Acido Auſtero vim ſuam obtinere ſuſpicor; Poſtquam ab Acido ſubtili & acri ſolvuntur lapides calculique. Id autem obſervandum, ubi poſt obitum reperiuntur in cyſti calculi reliquam bilem amurcam imitari ſordibuſque ſcatere ac fœcibus ſubſidentibus, qualem non ſemel vomitu excretum vidi: unde exiſtimavi in talibus metum eſſe ne aliqua bilis pars concreſcat in calculos dum in tales fæces abit alia. *Fr. Sylvius.*

Calculis.) Aliquando adnato Tuberculo. *Hollerius.*

52. *Quæ fit vel in meatu exporrecto, &c.*) Nimium retinetur, ac proinde accumulatur in folliculo ſuo Bilis, vel ſui vel folliculi culpa. Hujus quidem quoties ob Bilis collectionem ſummam ipſius fibræ laxiores fient, aut deficient in iis animales ſpiritus, imprimis propter ipſius nervos malè affectos, aut obſtructus, erit ejus exitus à bile in extremè glutinoſum humorem calculumque concreta. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 45.*

53. *Et tum fæces tinguntur.*) Si à pravitate humoris biliosi fiat Icterus, fæces alvi ſunt valdè coloratæ, tum etiam urinæ, præſertim ſi febribus putridis ſuccedat, quando eſt ſymptomaticus, tumque febris poſt Icteri adventum perſeverat; Si verò criticus ſit, febris ceſſat; tum alvi excrementa & urinæ bene coloratæ apparent. *Riverius.*

53. *Et tum fæces albicant.*) Obſtructionem cyſtidis felleæ peculiariter indicant, fæces albæ, & alvus adſtricta, ex bilis defectu, quæ fæces colore flavo, vel rufo tingere conſuevit, & facultatem expultricem inteſtinorum excitare, ut ſe habeat inſtar clyſteris naturalis: Urinæ ſunt colore flavo intenſè ſaturato, ad rubrum vergente infectæ quæ linteum in iis immerſum colore flavo imbuunt. *Riverius.*

Non rarum eſt in Ictero alvi excrementa hodie pallida, cras denuo flavedine tincta conſpici, & ita ſubinde evacuari, non quod nunc obſtruatur, nunc reſerentur ductus, ſed quod occaſione ſpaſmi inteſtinalis nunc conſtringatur idem, nunc denuò aperiatur, idque diverſimode pro occaſionum varietate. Vide §. *Aut interna, ut ſunt 1. Hepatis.*

54. *Hydropem prænuntiat.*) Prognoſis Icteri varianda eſt pro varietate cauſarum; curatu facilior eſt qui ab *obſtructione* veſiculæ felleæ producitur, quia illius meatus inteſtinis propiores ſunt, & materiæ illis adhæreſcentes ad ea facilè decutiuntur, modo obſtructio non ſit à *calculo*, qui cum diſſolvi non poſſit, morbum facit incurabilem: Icterus ab *inflammatione*, aut *ſcirrho* hepatis, periculoſiſſimus eſt, illa enim plerumque in abſceſſum, hic in hydropem degenerat. *Riverius.*

Acerbum hoc eſt malum, color verò ſpecie horribilis, etenim colore aurum repræſentat, ſed non hominem decet quod in lapide pulchrum fuerit. *Aretæus.* Tutior eſt flavus, quam niger, tutior qui à jecoris caliditate quam inflammatione cum febre oritur. *Rolfincius.*

55. *Curatur 1. Deobſtruentibus.*) Curabitur abolita Secretio chyli ob Bilem ad inteſtina non delatam, 1. Solvendo Bilem in calculos concretam per ſuccum graminis, imprimis per nitri ſpiritum, calculos quoſvis ſolventem, 2. Incidendo pituitam obſtructionem in ductu bilario inteſtinali facientem per modò dicta, tum acida, tum ſale fixo volatili prædita, ſive pura, ſive ſimul miſta; Sal tartari vitriolatum, Sal Armoniacum, &c. Deſiſtendum autem ab ulteriori uſu alimentorum viſcidorum, quin condimenti loco uſurpanda aromatici dicta, ſinapi, raphanus ruſticanus, quo ſenſim corrigatur ubivis exiſtens pituita viſcidior: Idem præſtant ſalia volatilia in paſtubus ex vino, &c. ſumpta. *Franc. Sylvius Pract. l. 1. c. 10.*

55. *Deobſtruentibus.*) Non ultimum obtinent locum *Diuretica*, utpote excrementitiam biliosæ maſſæ ſanguineæ unà cum ſero efficaciter educentia; præcipuè cum ipſa natura hæc recrementa ſanguinis per hanc viam ordinariè expellere aſſueta ſit; Præcipua ex his ſunt *Reſolventia, ſaponaria*, ſimul *aperientia*, unde cum ſpecificis concidunt vi attenuandi & fundendi moderatè, nec ſine humectantibus, unde oleoſa volatilia & calidiora minus hic fecerint: Ex paucis inſtar aliorum ſint *tartarus vitriol. nitrum ſulphur. ſpir. vitrioli coagulatus, flores ſal. armon. martiales, ſal millepod, ſal tartari, & urina volatile, arcanum tartari, clyſſus antim. tinctura ſilicum glauberi, ſyr. bellid. violar. aquilegiæ.* Wedelius.

55. *Deobſtruentibus.*) Poſt univerſales evacuationes ſequens infuſum per 6. vel 7. dies uſurpatum Ictericum affectum plerumque radicitùs avellit ſi recens adhuc ac minimè inveteratus.

℞. *Rad. rub. tinct.* ℥ß. *fol. chelid. ma. m. j. ſumm. abſinth. pont. centaur. min. ana p. j. cinnam.* ʒß. *croci* ℈ß. *infund. per noctem cum* ℥viij. *vini albi cal. adde ſacch. alb* ℥ß. *detur mane tribus horis ante paſtum.* Vel poteſt fieri ſequens Decoctum.

℞. *Chelid. cum toto m. j. fol. & flor. hyper. ana m. ß. raſ. ebor. pulv. ſtercor. anſer. ana* ʒiij. *croci* ʒß. *Pulvis ſtercoris anſeris & crocus ponantur in nodulo, & omnia coqu. in aquis par. vini albi & aqu. abſinth. ad* ℔j. *In colat. diſſolve ſacch.* ℥j. Dentur in iij. *doſes matutinas*, quæ poſtmodum iterari poterunt. *Riverius.*

Deoppilativa, quæ iidem *Diuretica* vel *Diaphoretica* exiſtunt, quorum etiam nonnulla ob ſubſtantiæ ſimilitudinem *Specifica* habentur: Hujuſmodi medicamina, bilis à ſanguine ſecretionem promovent, ejuſque ſecretæ per ductus, & meatus in hepate minus potentes tranſitum urgent: Porrò interim ea ſanguinem fundendo, & ſeroſitates & recrementa ejus bilioſa aliquatenus per ſudores aut urinas amandari faciunt.

℞. *Elix. propr.* ℥j. *ſumat gtt. xx. mane & hora v. p. m. cum vehiculo idoneo.* Eodem modo *Tinctura antimon. aut ſalis tart.* Item *mixtura ſimplex*, in majori doſi ſæpè cum fructu exhibentur: Pro vehiculis etiam ob eandem medendi intentionem *Apozemata*, *Aquæ deſtillatæ* & Iulapia conveniunt.

℞. *Rad chelid. ma. urtic. urent. rub. tinctor. ana* ℥j. *ſumm. abſinth. pont. marrub. alb. ſiccat. agrim. chamædr. ana m. j. ſem. ſanton.* ʒij. *raſ. ebor* cc. *ana* ʒij. *ſantal. citr.* ʒjß. *ſem. coriand.* ʒiij. *coqu. in aq. font.* ℔. *ad* ij. *adde vini alb. unc. iv. & fiat colat. adde ſyr cich. cum rhab. unc. ij. aqu. lumbric. unc. 1. ß. f. Apozema 1. doſis* ℥iv. *ad unc. vj bis in die.*

℞. *Fol. marrub. albi ſiccat. centaur min. ana m. j. rad. gentianæ, curcumæ, ana* ʒiij. *cinnam.* ʒj. *croci* ʒß. *inciſa ponantur in vitro cum vini albi vel Rhen.* ℔j. *f. Infuſio clauſa. doſis unc. iij.*

Loco Elixiris, aliorumque liquorum Chymicorum qui ad nauſeam evitandam in quantitate perexigua ſumendi præſcribuntur, aliis fortiori conſtitutione præditis, Electuar. Pulveres & pilulæ cum fructu exhiberi poſſunt, E. g.

℞. *Conſerv. abſinth. Pont. flaved. aurant. limon. ana unc ij. ſpec. diacurcum. unc. ß pulv. ebor. ſantal. citr. ligni al. ana. unc. ß. troch. de cappar.* ʒj *de rhabarb.* ʒß. *ſal. abſinth.* ʒij. *cum ſ. q. ſyr. de cichor. cum rhab. f. Elect. doſis qu. nuc. caſtaneæ bis in die ſuperbibendo Iulap. ſequ. unc. iv.*

℞. *Aqua. chelidon. mai. fumar. abſinth. ſimpl. flor. ſamb. ana unc. v. aqu limac magiſt. lumbr. comp. ana. unc. ij. ſacch. unc. ß. miſce fiat Iulapium*, vel

℞. *rad.*

℞. *Rad. urtic. maj. angel. gentian. ãã. ℥iv. chelidon. maj. totius m. vi. abſinth. tanaceti, abrot. utr. ãã. m. iv. cortic. exter. xii. arantior. & iv. limonior. lumbric. præp. limacum ãã. ℔j. caryoph. contuſ. ℥ii. inciſis & contuſis affunde vini albi ℔viii. deſtill. org. comm. liquor totus miſceatur.* Vel

℞. *Limat. chalyb. ℔i. fragor. rec. ℔vj. ponantur in olla vitreata, ſimul agitando, & ſtent per diem, dein adde rad. rhabarb. Anglic. inciſ. ℔j. cortic. iv. aurant. inciſor. affunde vini albi ℔vi. & diſtilla ſ. a. Liquor totus miſceatur, doſis hujus & prioris ℥iij. bis in die poſt Electuar. vel aliud medicamentum.*

℞. *Pulv. rad. Curcumæ, rhabarb. ãã. ℨiß. cortic. radic. cappar. rad. aſari ãã. ℨß. extr. gentian. centaur. ãã. ℈iß. ſal. abſinth. ℈iv. ſem. naſturt. ℨß. erucæ ℈ß. elix. propr. ℨj. g. ammon. ſolut. in aqua lumbric. q. ſ. f. maſſa Pilul. formetur in Pilulas exiguas doſis ℨß. v. & m. ſuperbibendo aqua deſtillata ℥iii. Sylvius de le Boe* pro curatione Icteri valde prædicat *ſemen cannabis in lacte* Solutionem Sapoois: Atque inde hypotheſin ſuam, qua Icteri aitiologiam à bilis alienatione potius, quam à meatuum ejus obſtructiooe deducit, ſtabilire oitirur. *Willis.*

56. *Inter quæ prævalet*) *Graminis* radiees ac herbam mire commendat *idem Sylvius*, vel deſtillatam, vel quod ſatius, deeoctam contuſamve, ſuecumque ex ipſa expreſſum, addito *ſacchare* vel *melle* ad gratiam, poſtquam notum eſt multiplici experientia, boves & oves, quibus hyeme alimentum eſt fœnum, atque concreſcit in ductu bilario lapidea vel calculoſa cruſta, ubi Majo meoſe iterum gramine utuntur viridi, ſenſim ab illo liberari affectu; Certo argumento in eſſe viridi ac recenti gramini calculos diſſolvendi vim, quæ perit quando idem io fœnum exſiccatur. Conducit quoque *Spiritus Nitri*, ſi præſertim cum ſpiritu vioi factus eſt *dulcis*, ad guttas x. xii. ex vino, juſeulo &c. exhibendus: Coocretionem novam impedient *Salia volatilia* quævis, præſertim Oleoſa, qoippe quæ Bilem putam præſtant defæcatamque, multiplici experientia edoctus. *Franc. Sylvius Pract. libr. 1. capite 45.*

56. *Inter quæ prævalet*) Specifieum eſt *Curcuma*, ut vel nomen inde apud Germanos ſortita ſit; quod nempe unice partibus amaricantibus, acribus detergentibus, polleat, quam ſoliti hine ſumus cum *ſale abſinthii* aaa cum ſuceeſſu propinate. *Wedelius Am m. p. 171.*

56. *Inter quæ prævalet*) Argentinenſem *euphragiam* utiliſſimam ſe comperiſſe ait *Hier. Tragus* vino decoctam ac calidam propinatam.

56. Inter quæ prævalet) *Ammoniacum ad* ℈ii. è mulſo rad. capparis, aromarico vino exhibitum tanta pollet facultate ut multos jam ad hydropem properanres liberarit, vacuatis mirabiliter per ventrem viſcetis ob ſtructionibus. Deſtillatur inde arte Chymica Oleum convenientiſſimum. *Hollerius.*

57. *Decoctum Fragariæ*) Hoc aliquamdiu continuatum appropriatum experimentum eſt, nunc ſolitarium, nonc cum *paſſulis* uſurpatum, præſertim vero tale Decoctum Infantibus ictericis proficuom eſt, teſte *Rulando in Theſauro, Item Fonſeca l. 2. conſ. 34.* ſane potu optime valet decoctum hoc

℞. *Fragar. m. iij. paſſul. min. ℥iv. coqu. in aqua fontis, pro Potu* Icterici enim, utut impeoſe ſitientes, male ferunt cerevisiæ Potum, partim propter amatorem, partim oneret ventrieulum. tum non bene digerator, ſed in mucum degeneret, Hine ſitientibus maaime Ictericis conveniennliſſimus maxime Putus erit, vel modo dictum Deeoctum; vel, ſi fragariæ amaior ſit moleſtus, ſolum *decoctum paſſularum. Ettmuller.*

58. *Cum marrubio & Paſſulis*) *Marrubium* appropriatum eſt Icteri remedium: *Paſſulæ* autem, ſane multum in receſſu habent; unde non poſſum non laudare Elect. *Digbæi pag. 3. Experim.* ad quemvis Icterum, paratum ex *paſſulis minor. & Rhabarbaro.* Etmuller.

58. *Cum marrubio*) Cujus ſuccum *Dioſcorides* commendat ad morbi Regii curationem: *Foreſtus* aſſerit nonnullos uſu ſyrupi ex ejus ſueeu parati ſanitatem fuiſſe adeptos, irritis plurimis aliis remediis.

59. *Succus rad. urticæ*) *Geſnerus* laudat rad. urticæ ſic præparatam.

℞. *Rad. urticæ ℔j. croci ℈i. contundantur diligenter, & cum vino albo ſuccus extrahatur*, de quo capiat æger ℥iv. per 4. aut 5. dies mane, poſtea tegatur ut ſudet.

60. *Anſerculorum ſtercus*) Verno tempore herbam paſcentium eximie commendat *Quercetanus*, Tum etiam ſtercus album gallinæ exſiccatum, & ad ℨß. vel ℨi. exhibitum per aliquot dies, Dicitque borum aëreorum animalium ſtereota eſſe nitro-ſulphurea, mirumque pollere incidendi, attenuandi & diſſolvendi facultate.

60. *Anſerculorum ſtercus*) Certe præmiſſis præmittendis id eſt vomitu & martialibus) poſt *Specifica Salia volatilia* ſunt optima remedia, unde propter hujuſmodi volatilem ſalinam nitroſo ammooiacalem texturam, *ſtercora quorundam animalium*; tantopere ad Icteri curam, tam *Paracelſus* quam alii Practici commendant, In ſpecie, *ſtercus anſerculorum, chelidonio & anſerina nutritorum*: Item *ſtercus* canis oſſa rodentis, Item *ſtercus album pullorum* exſiccatum & pulveriſ. quo facit *Tragea ſtercoraria Quercetani*, quæ omnia à ℨß. ad ℨi. propinantur, unde & quidam commendant *ſuccum ſtercoris capræ* expreſſum eum *lacte*, ceu egregium anti-ictericum. *Etmuller.*

61. *Cremor Tartari*) *Vino chalybeato* dilutus, Ejuſdem *cryſtalli, tartarus vitriolatus, tinctura tartari* quæ multis nominibus ſunt proficua & polychreſta. *Vedelius.*

62. *Vino chalybeato dilutus*) In *vino* ſimplicia arida infuſa ſi macerentur, & *vinum* poſtea aliquot vicibus exhibeatur, potentius operabitur, e. g.

℞. *Rad. cichor. fœnic. aſpar. ãã. ℨvi. rad. aſari ℨiii. marrub. abſinth. centaur. min. ſiccat. ãã. ℨi. ſumm. roriſmar. p. i. flor. lavend. p. ß. nardi Ind. vel Celt. ſchœnanth. ãã. ℨß. incidantur, adde vini albi ℔iii. macerentur ad uſum. ℨi. rhabarb. ℨii.* addantur, ſimul ad alvum derivabit; Si *chalybis limat.* ℨi. eximium erit.

Contere & *vinum* ſimplicius, in quo, vel *muſto*, dum efferveſcit, *aſarum* ſolum, vel *chalybis* limat. hujus vel illius ℥ß. circiter, prius infuſa macerataque aliquandiu fuerit: *Carbones* de *quercino ligno* ejuſdem ponderis cum *chalybe* in vino uſtulato prius chalybe alio integro, macerabat mulier quædam. Infuſumque propinando, in Ictero ſanando, hoc remedio quæſtum faciebat: *Vinum ſcillinum* probat *Dioſcorides.* Platerus.

63. 64. *Spiritus Tartari*) Vix aliis remediis cedit *Spiritus Tartari* prube rectificatus urinoſus. *Etmuller.*

65. *Purgantibus*) Nec *Emetica* quuque ſunt negligenda penitus, ut pote bilis in primis viis exuperantis & viſcidæ genuinum remedium; facta ſic activiori ductuum occluſorum reſeratiooe, ſeu primaria dozi dentur per ſe, ſeu refracta cum purgaotibus: Ex his præ aliis laudem merentur *antimonialia, infuſum vini malvatici*, cum *croco metall.* vel *vitro antimoniac. aqua bened. Rul. tartarus emeticus, manna*

vitrioli, mercur. vitæ, &c. Wedelius.

65. *Purgantibus.*) *Clyſmata* ad dejectiones promovendas, ſi bilis non ad inteſtina feratur, nec excrementa tingat, aut alvum ſollicitet, valdè conveniunt, quæ ſtimulando non ſolùm excrementa quæ ſubſiſtunt, educant, ſed & naturam excitando, & aperiendo ſimul, ut è venis meſeraicis, & per choledocha huc pervenire poſſint, promoveant. Quo nomine primum *Emollientes*, mox *ſtimulantes*, & qui bili expurgandæ ſint accommodati iniicientur Clyſteres, in colicis doloribus expoſiti, & febribus biliofis, aliiſve biliofis morbis; addendo quæ vias aperiant, radices & herbas aperitivas; tandem etiam ad fortiſſima, ſi hæc non proficiant accedendo. *Platerus.*

65. *Purgantibus.*) *Vomitus* conſiderata cauſa, quandoque conveniet, præſertim ſi à veneno ſumpto Icterus perveniat: *Purgantia per decoctiones* in genere, ad bilis è venis meſeraicis, ubi primum colligitur, & in alias venas transfertur, repurgandi accommodantur? quòd *Cholagogu* ſolis, ſi hæc tantùm bilem purgarent, fieri deceret; Sed cum *& phlegmagoga* id ipſum faciant, uti experientia docet, & plerique talia etiam præſcribant; parùm in eo laborandum, modo cauſæ hæc rectè accommodentur; quo nomine cum ab *obſtructionibus*, hæc bilis congeſtio potiſſimum oriatur, bis ce ſolvendis purgantia, uti & alia plerumque remedia accommodantur. *Platerus.* Vide §. *Poſtquam univerſalia*) ex *Etmullero.*

65. *Purgantibus.*) In pertinacibus obſtructionibus Pilulæ ſequentes efficaciſſimæ ſunt.

℞. *Colocynth* ℥iiij. *cum ſpir. vini extrahatur Tinctura cui poſtea infundatur Pulv. aloes hepat. myrrhæ elleb. nigr.* ãã. *unc.* j. *In ſole ſtent tamdiu donec ſpiſſitudinem mellis acquirant*: Adde *croci cinnamomi*, *ſulphur.* ãã. *unc.* ß. Iterum *in ſole ad plenariam ſiccitatem exſiccentur; poſt pulverata cum melle crudo in maſſam Pilular. redigantur Doſis à* ℈ß, *ad* ℈j. *in fortioribus ad* ʒj.

Cùm ſuppreſſi ſunt ſimul menſes Pilulæ utiliſſimæ.

℞. *Aloes* ʒjß *myrrhæ rub. tinctor. vel ariſtol.* ãã. ʒß. *agerati turbith.* ãã. ʒj. *ammon. diſſol. in ſucco irid.* ʒß. *cum ſyr. de radic. f. Pilul.* capiat frequenter. *Platerus.*

65. *Purgantibus per vices cum deobſtruentibus.*) Quoad *Evacuationem primarum viarum*, remedia huic ſcopo inſervientia *deobſtruentibus*, ſpecificis, aut ſubjungenda, aut interdum etiam permiſcenda, ſemper ſint moderata & blandi: Præ cæteris commendantur *flores pruni ſylv.* qui blandiſſimè & appropriatè laxant per alvum, ſi infundantur in potum ordinarium cum nodulo, qui crebrius bibatur, vel manipulus horum florum infundatur in vinum, maceretur per diem & noctem, quod vinum ita hauriatur. Convenit hic etiam infuſum *fol. ſenæ* cum *ſale tartari*. In *Ictero nigro* infuſum *helleb. nigri.* In ſeto lactis conferri aut *Pilulæ* ex *extr. hellebor.* concinnatæ, quibus quantum poſſibile fuerit, *gummi ammoniac.* ſociandum, quod optimum aperitivum muci viſcidi inciſivum; *Præcipitata mercurialia* pro purgandis Ictericis à quibuſdam commendata tranſeant, cum tutiora proſtent. *Etmuller.*

65. *Purgantibus.*) Monet *Hippocr. l. de loc. in h. t. 46. & l. de Aff.* ne bilem moventia promiſcuè propinentur Ictericis, quando nempe non humectatum priùs fuerit corpus; non præmiſſa aperientia, quæ ſub diureticorum nomine commendat; indeque corpus his ipſis propinatis magis conturbari poſſit: Et hoc pacto mens divini Senis videtur patere; nec contradictio in verbis eſſe vera.

Addendum quoque non tam bilem educendam, quippe quæ ſibi relicta ſtimulat, & balſamica eſt, quam obſtruentem & inviſcantem pituitam: Patet quoque & liquidam formam præferendam ſæpè aliis ad purgandum ſenſim ſenſimque, ſecundum ægri tolerantiam viſcoſam materiam, & tartarea fermentativa optimè cum his combinari. *Wedelius.*

65. *Purgantibus per vices cum deobſtruentibus.*) Eminenti gradu vires ſuas exſerunt Purgantia cum ipſis aperientibus, tanquam præparantibus, hoc loco genuinis interpoſita; In his ſanè maxima locanda fiducia, ſiquidem viſcedinem lentam & terreſtrem attenuant, liquant, bilemque ad naturalem ac conſuetam aptant viam, obſtructionem pori choledochi optimè reſcant: Proſunt præ lenientibus, in primis viis hærentem, & hoc incommodum cauſantem materiam commodè educendo, modo virium ratio, & ſubjectorum habeatur debita. *Wedelius.*

Optima ſunt infuſa ex alterantibus & purgantibus concinnata; tamò præſentius ſic amurcam biliofam per epicraſin defœcantia. *Idem.*

Hoc in caſu, ſcilicet purgandi & aperiendi fine, eximia eſt. *Tinctura rhabarb.* quæ paratur infundendo *rhab.* craſſe contuſi ʒj. in decocto *rad. gramin. fragar. chelid. mai.* &c. *cum tartaro & cinnam.* ℔j. pergendo in uſu per aliquot dies m. & v. primis diebus, laxat tantummodo alvum, tandem diarrhœam morbi decretoriam inducit, adeò ut ſolitarium hoc remedium non raro ſatis ſit; bilem & pituitam obſtruentem deturbans, non per alvum modo, ſed & per lotium; quod turbidum ampliùs emittitur.

65. *Purgantibus per vices cum deobſtruentibus.*) Purgantia valdè hic ſunt neceſſaria, & inter hæc non exiguas meretur laudes *Rhabarb.* ſic Icterum abſque febre ſola Purgatione & Nodulo cereviſiæ infuſo, ſe curaſſe teſtatur *Foreſtus l. 19. Obſ. 19.* Dices forſan *Hippocratem l. de Int. Aff.* diſſuadere in Ictero medicamenta bilem educentia, ne corpus magis conturbent, *Deinde* frequenter in Ictero non tam copiam bilis quam obſtructionem veſiculæ bilariæ, illique ſuccedentem bilis effuſionem nocere? Hos ſcrupulos removent tum præmiſſus *Aperientium* uſus, tum purgationes leviores per epicraſin exhibitæ.

Huic itaque ſcopo inſerviunt, *Pulvis hepaticus ruber. Sal hepat. myuſ. ſal centaur. abſinth. cryſtalli tart. albiſſimi* quæ cum *aqua chelid. mai. centaur. min. fragor. agrimon. marrub.* cum *ſyrupo de marrub.* &c. commodè propinantur. Præſtant etiam *aqua deſt. betulæ ſpir. aper.* Timæi, *ſpir. vitrioli* &c. Præmiſſis aperientibus *Evacuantia* maiori cum efficacia in uſum vocabuntur. Ubi quidem non ultimum locum merentur *Noduli* ex *alterantibus* & *purgantibus* parati, e. g. ex herbis *chelid. mai. abrotani, marrub. cuſcutæ*. radic. *curcumæ gramin. chelid. mai.* foliis *ſennæ rhabarb. cryſt. tart. &c.* quibus ſæpè feliciter uſi ſumus.

Pilulæ ſi ægris arriſerint, fiant ex *Pilul. tart. Querc. Extr. rhabarb.* ab *Hartmanno* valdè laudatur, *Extr. panchym. crollij*, &c.

Purgantibus per os ſumendis ſi locus non datur, vel variæ circumſtantiæ remoras iniiciant, *Clyſterum* uſus vicem ſupplebit, etiamſi uno ex clyſtere iniecto magnum fuiſſe Icterum obortum. *Ballonius Epid. p. 197.* referat *Stranſſius.*

65. *Purgantibus.*) Primò humoris peccantis portio educetur Bolo ſequenti.

℞. *Elect. de ſucco roſar. & diaprun. ſol.* ãã. ʒiij. *rhabarb. pulv.* ʒj. *croci* ℈ß *cum ſacch. f. Bolus*, qui ſemel atque iterum exhiberi poterit ſi cacochymia urgeat,

vel

vel Apozema aperiens & purgans erit præſcribendum. *Riverius.*

Medicamenta Purgantia in hoc morbo, ſive recenti, ſive inveterato locum habent, via tum ut uberior excrementorum proventus, ſubinde è primis viis ſublucatur, tum ut vaſa choledocha ad excretionem ſollicitentur.

℞. *Elect. è ſucco roſar.* ʒiij. *rhabarb.* ʒj. *ſalis abſint. crem. tart.* ãã ℈ß. *ſyr. de rhabarb. q. ſ. f. Bolus.*

℞. *Rad. lapath. ac. præp. unc j. ſumm. abſinth pont centaur. min.* ããã *p. ij rad. gentian. curcuma* ãã ʒ j. *ſantal. citr.* ʒj. *coq. in aqua font.* ℔ ß. *ad ij. circa finem adde ſenna. opt.* ʒvj. *rhei opt.* ʒiij. *agar.* ʒ ß. *ſem. coriand.* ʒij. *vini albi unc. ij. ferveſiant clauſe per horas ij. dein fiat colatura per ſubſidentiam depuranda, Doſis* ℥iv. *ad vj. cum ſyr. de rhab.* ℥j. *aqu. lumbr.* ʒiij. *f. potio repetenda per iij. vel iv. dies.*

In conſtitutione debiliori.

℞. *Rhei el.* ʒij. *agar. troch.* ʒß. *cinnam.* ℈ß. *zz.* ℈ß. *f. infuſio in vini albi & aqu. cichor.* ãã. ℥iij. *clauſe & calide per iij. horas in colat. diſſolve ſyr. de rhabarb. unc. j. aq. lumbr.* ʒij.

℞. *Pulv. rhabarb* ʒß. *ad* ʒj. *ſalis abſinth.* ℈. *f. Pulvis.*

℞. *Pilul Rufi* ℈j. *Extr. Rudij* ℈ß. *f. Pilulæ* iv. ſumantur manè cum regimine, repetendo intra iv. vel v. dies. *Willis.*

Meminiſſe oportet nunquam utendum Purgationibus obſtructo Hepate inſigniter, niſi priùs feceris viam aperientibus & detergentibus. *Hollerius.*

Si his malum non cedit, utendum medicamentis quæ fortiùs aperiunt & detergent, atque jam *dacrydio* & *colocynth.* cathartica acuenda: *Idem.* Sternutamenta & Errhina conveniunt. *Idem.*

[65]. *Inter quæ rhabarbarum.*) Prodeſt, quòd explicata ſua acrimonia ſenſim & ſuaviter cunctantes bilis particulas proliciat ad inteſtina, unaque amaritie ſua roboret fel, ut tartareis liberetur; In omni enim Ictero cœnoſus, ſulphureus, impurus tartarus in urina viſitur: Laborabat Ictero Illuſtriſſ. quædam perſona quam curavimus brevi ſingulo manè ℈. *rhabarbari* ſolius, veſperi martialia intermedio tempore tincturam aperitivam propinantes: Idem in aliis quoque feliciter experti ſumus *Wedelius.* Ejus ſolius uſu Icterum ſe curaſſe ait Idem Am. m. m. p. 167. In ſpecie *rhabarbarum* appropriatum eſt, potiùs alterans quam purgans Ictericorum, non ſine cauſa à *Paracelſo* commendatum: nempe *Rhabarb. el pulveris* ʒß. ad ʒj. propinetur in jure, vel vino calido, manè jejuno ſtomacho; æger nonnihil contectus ſudabit, & à meridie alvum laxam habebit. Vel

℞. *Rhabarb* ʒß. *tartar. vitriol gr. xij. m f. Pulvis ſume ut ſupra.* Et ſanè. *Pulvis hic Rhabarb.* in bis caſibus præferendus Extracto. *Etmuller.*

Et Hiera picra.) Amara vehementer, cùm non ſolùm ad obſtructiones ſolvendas conferant, ſed & oſcula venarum meſaraicarum aperiendo, ut bilis quæ per meatum illi deſtinatum ad inteſtina pervenire nequit, hac via eo remeet, & ſic ne in venam cavam nimiom feratur efficiant, in Ictero ab obſtructione admodum uſurpantur, eoque nomine *Aloes* adeò in eo exhiberi inter purgantia ſolet, Tum in forma *Pilularum* dando inprimis *Pilulas de Hiera*, atque addendo, ut ſimul ſtimulando meliùs id quòd cupimus præſtent *Rhabarb.* & *Agar.* eandem quantitatem, vel alias fortiores Pilulas illis permiſcemus, & de *rhabarb.* vel *aggregat.*

In Potione *Hiera picra* datur in eundem uſum, ſicque potiſſimùm in Ictero utilis fit, quæ & in vermibus pellendis, qui aliquando ob bilis abſentiam in excrementis cùm nimus tunc amara ſint, creſcunt, proderit.

℞. *Pulver. hiera picr. ſimpl.* (in qua *crocus* ob flavitiem etiam Ictero reſiſtere creditur,) ʒ ß *rhabarb. fol. ſenna* ãã. ʒj. *mechoacæ* ʒß. *raſ eboris & c. c.* ããã ʒj. *cinnam. ſpica* ãã. ℈ß. *Pulvis. Datur* ʒj. *cum ſero lactis vel vino, ſi Diagr.* ℈j *addatur*, magis operabitur.

Hiera colocynth. ſi loco *ſimpl.* ſumatur, ob duplicem *aloes* & *colocynth. ſummum amaror.* longè potiùs vias reſerabit, & naturam excitabit: quo nomine & *vinum infuſioni colocynt.* in illius pomo excavato paratum exhibent. Inprimis loco purgantis felici cum ſucceſſu uſurpari poteſt *Extractum aloes roſat.* cum *rhabarb.* in forma *pilular.* exhibitum.

℞. *Eſſent aloës roſat unc. iij rhabarb. pulv. aqua cinnam. conſperſi & madefacti unc. j. extr. ejuſdem* ʒvj. *cum ſyr abſinth. ſ. q. f. maſſa pilul. ad uſum.*

Electuar de cyclamine alvum, ſubducit & ſudores movet *Platerus.* Vide §. *Purgantibus*) ex eodem.

[66]. *Inter quæ*) Optimum omnium eſt *rhabarb* & leniendi & purgandi, & alterandi fine. Item *reſina ſcamm. cerberus triceps, troch. diacryd. albandal, ſpecies diaſenna acuata, diagalap extre. cholag.* Quercet. *cathol. panchyma mercur dulc. gr. 7 gummi gotte & alia.* Ipſa ſæpenumero ſufficit *Gialapa*, colicam & icterum, crebriùs experimento una opera & doſi ſuſtuliſſe viſa. *Wedelius.*

[66]. *Rhabarbarum*) In ſubſtantia, ut & *anima rhabarb. extractum ejuſdem & infuſum ſyr. de chicorio* cum *rhabarb.* qui in infantibus Ictericis perecomodus eſt. *Wedelius.*

[67]. *Hiera picra optima.*) Laudanda hoc fine *aloetica, pilula aloetica tartarea, martiales, roſata, violata, elixir proprietatis*, Wedelius.

[68]. *Ab iis quæ bilem repentè ab interioribus ad circumferentiam corporis expellunt.*) Ab omnium ferè ſententia abit. *Pet. Joh. Faber.* Sunt, *ait*, qui Icterum & omnes ejus ſpecies in numerum fellis morborum reponunt, ſed illi toto cœlo aberrant, ſi quidem nec Icterus, nec ulla ejus ſpecies à cyſti fellis, aut ulla ejus ſubſtantia originem habeat Fellis enim ſubſtantia nunquam regurgitat in hepar, vel ab hepate in venas; ut hinc per totum corpus ſparſum ſua tinctura ſanguinem inficere, & ſanguine infecto totam corporis ſuperficiem fingere poſſit: Sanè ſi in Ictero tinctura illa à felle dependeret ſanguis, in ipſis venis, nec non urinæ amaritiem habere deberent.

Aliunde igitur in Ictero eſt tinctura illa, & ex fonte protinus diverſo ſcaturit, in ventriculo namque & in ipſis inteſtinis fundamentum habet, in ventriculo autem ex prava ejus coctione ac digeſtione excrementum flavum, viridè aut ſubnigrum producitur, quòd ſæpiſſimè vomitu rejicitur: Si vomitu non rejiciatur, in inteſtina pellitur, & cum excrementis ex chylo in inteſtinis relictis foras amandatur, ſiquidem venæ meſaraicæ ex inteſtinis tenuioribus & chylo ſumant ſugantque quòd purum eſt, reliquum in ipſis inteſtinis inſtar excrementi liquidi, diverſi nempe coloris, rubei, flavi, viridis & nigri remanet.

Hoc ipſum excrementum liquidum ſæpè ſæpiùs per vehementem attractionem & ſuctionem venarum meſaraicarum defertur ad hepar, ſuoque pravo colore ſanguinem tingit, unde poſtea defertur per venas ac totum corpus ſuo colore inficit: Hinc etiam fit ut excrementa albi & cinerei coloris ſint, dum excrementum illud liquidum ſuo alioquin colore flavo fæces alvi tingens, alio defertur & ad hepar tranſportatur.

Ideoq; ſi forti & violenta purgatione antimonij Ictero affectus purgetur, tunc excrementum illud liquidū per hanc purgationē ad inteſtina tanquam ad ſuum locum

naturalem transfertur, & per conſequens depurato ſic ſanguine toto, Icterus curatur ſtatim, & color ille depravatus ex corporis ſuperficie, quod hepat & ſanguis liquido hoc excremento non ampliùs inficiatur, evaneſcit, adeo excrementa corporis, ſi præter modum in corpore detineantur, & ad partes eas, in quas demandari non debent, transferantur, hujuſmodi morbos pariunt.

Non ergo humores neceſſarij ad vitam hos morbus efficiunt, ſicuti etiam humor qui in cyſti contineri ſolet, vitæ eſt omnino neceſſarius, nunquam illi moleſtus & gravis adeoque nullos etiam morbos parit, unde Icterus nullatenus inde originem habet, &c. *Faber Path.Spag. c.64.*

De Ictero per hæreditatem quaſi ſuſcepto ac propagato in poſteritatem conſenſu ſtatuitur eum oriri, dum bilis ſeu humor bilioſus è choledocho ſuperiore quem veſicula illa habet reſiliens, ac quoquoverſum, nimirum longè latéque ac profundè, adeoque per minima maximo cum ſanguine exinde vehementer infecto in corpus ſparſus diffuſuſque totum ejus habitum aurigine illa contaminat; Sed intrepide *Authore Helmontio*, qui rerum cauſas ſemper ex naturæ præcordiis depromere ſolet, doctiſſimis meditationibus demonſtrat; Hoc quidem certum eſt quod tunc temporis ſanguinea maſſa tota & ipſa etiam urina flavo iſtu colore tincta deprehendatur, non tamen ſequitur protinus tincturam illam p. n. ex nativo liquore illo quem veſicula tanquam balſamum & condimentum vitæ recondit, ortum ſuum habere, quod vel ex ſolius amaroris, quo tam ſanguis quam urina ictericorum ſcatet indubitato defectu evidentiſſimum evadit, ſed etiam longe & adplauſu digniorem. Naturæque, (quæ balſamicos, & ad virtutem vitalem neceſſarios, liquores temerè profundere non ſolet,) cauſam adfert Author; Fellis nobilitas pleriſque jam innotuit, alibique demonſtrata; ita ut hujus fellis, in veſicula ſua contenti, tam copioſa & enormis effuſio, qualis hac ratione ad Icteri generationem requireretur, vel ideo admitti non poſſit, quod hæc profuſio parili modo mortifera eſſet ac ipſa veſiculæ bilariæ vulnera confeſtim lethalia exiſtere conſtat; aſt experientia contrarium teſtatur, Icterum nempe, niſi ſymptomaticus is, & acutiſſimi morbi proles ſit, quatenus talem non protinus mortem inferre: Quinimo nec poſſibile eſt tantam bilioſi excrementi copiam ex veſicula iſta ſuppeditari, ut tota corporis circumiectio & urina tam ſaturatè (ſicuti Ictericorum aſpectus flaviſſima fœditate notabilis id teſtatur, nec non tam conſtanter tingi, atque ſic infecta permanere queat.

Vituperoſa igitur hæc cutis, & urinæ tinctura, ex alia ſcaturigine deducenda, Auctor nempe in ventriculo, quo nomine etiam inteſtina comprehenduntur, primordium Icterici mali conſtituit, cum *Helmontio*, ut enim juxta illum, ſtomachi rubur ac florida virtus per totum corpus effectiſſimè radiat, quoniam hinc nata laudabilis digeſtio reliquis digeſtionibus cunctis ex voto præeſt, atque exoptata proſperitate beat, ita ex adverſo ventriculi imbecillitas, ac turbata hinc concoctio tot adverſas in corpore tempeſtates excitare ſolet; Debiliorem ergo ventriculum cibo corrumpere notum.

Quo præmiſſo, & omnium conſenſu comprobato, ex corruptionis indole, aut diverſo ejus gradu ſtatim dilucidum evadit hunc vel illum colorem, qualiſcunque ſit, ſive flavus, ſi nempe mitior adhuc exiſtat corruptio iſta, ſive viridis, ex majori corruptione, ſive ſubnigricana, qui maximam eam notat, progerminare; veluti teſte *Helmontio*, colores illi nihil aliud ſunt quam errorum in digeſtione, atque corruptionum fructus, Cibus & potus, *ait*, omnem larvam nutritioni horridam in prima ventriculi digeſtione exuunt, & planè deſpuunt, quòd niſi fiat, in excrementa mutantur; Humores ſub digeſtione errante facili promptitudine alienantur, flaveſcunt, aut alium colorem ſaporemque infauſtum ſortiuntur; Colores non deſignant humores illos à ſcholis ſolenniter fictos, ſed diverſimodè corruptos: Flava ſaburra in ventriculo malè diſpoſito generatur, & colorem illum à corruptione mutuatur; Quantò longiùs recedunt humores à ſanitate & vitio putrefactionis turpantur, tantò magis flaveſcunt aut virideſcunt, vel etiam nigreſcunt, &c.

Stat adeò ſententia in ipſo ventriculo, ſi debilitatus is ſit & propterea chyli degenerationes, atque cruditatum hinc oriundarum corruptiones contingant, ex prava digeſtione flava hujuſmodi, aut aliter colorata excrementa liquida progigni revera poſſe; quæ ſi maturè per vomitum rejiciantur, Natura à ſarcina illa brevi hoc medio liberatur, gravioreſque calamitates inde imminentes avertuntur ac præſertim Icterus: Sed progreſſus Icteri humorum in ventriculo facta corruptione jam demonſtrandus.

Tranſitus chyli cum ſuis recrementis ex ventriculo per janitorem ad inteſtina notus eſt, vaſa ſcilicet meſaraica naturaliter quòd purum eſt ex inteſtinis tenuioribus aſſugunt, quòd excrementitium quocunque id colore unctum ſit ibi propterea relinquunt, ut per meatum ad id deſtinatum juſto tempore, tanquam noxium exterminetur: Si itaque ob inſignem ventriculi *ἀτονίαν* chyli depravata coctio ac putrefactio contingat, niſi malo maturè obviam eatur, neque in tempore damnata hæc & infecta flavedine, aut alio ſuſpectu colore ſignata, ex humorum iſtâ corruptione colluvies evacuetur, tunc perveniens illa ad inteſtinorum tenuium ditionem poſtmodum præcipuè ſi meſenterij inflammatio adſit, à vaſis lacteis avidè aſſugitur & vehementius attrahitur, attracta ad hepar defertur, & maſſa ſanguinea tota hinc inquinatur, quæ ſic inquinata, dum pro nutritione partium, & ſic per conſequens etiam cutis hinc inde diſpenſatur, fit ut à ſanguine, prædicta ratione per humorum corruptorum mixturam contaminato, ita corporis ſuperficies ſubviridi pariter atque teterrice flavo colore ſic turpificetur, & hoc etiam eſt quod *Helmontius* innuit, Humores, *inquit*, graviter, (puta in ventriculo & circa primas vias) corrupti quicquid attingunt fermento ſuo virulento confeſtim inquinant, & abſque mora in conſimile virus tranſmutant, conſimilique malè feriati liquoris turpitudine inficiunt.

Atque hoc ipſo à nobis juxta *Helmontij* & *Authoris* manuductionem tradito modo, (ſalva unque veſicula fellea, quæ balſamica, juxta eum liquore ſuo, ut ſic loquar, pyxide ſeu narthecio fieri ſerio cogitandum eſt. Nec negligenda ratio illa quam Author addit, quod tunc temporis alvi dejectiones minus tinctæ, prout naturaliter debebant, ſed albidæ potius, aut cinerititiæ exiſtant, ſi enim tinctura illa excrementitia aliorſum vergat, neceſſario alvi fæces poſtea eadem deſtituuntur, atque minus coloratæ hinc apparent.

Cæterùm ad nativitatem Icteri quaſi obſtetricantes manus porrigit meſenterij (quòd jecoris culinam vocat *Helmontius*) inflammatio ab obſtructione, quæ quomodo vitioſam fermentationem, & hinc provenientem aquearum fuliginum ardorem in viſceribus pariat alibi oſtenſum,) orta, quæ tanquam ſummè periculoſa niſi præſto ſit, violenta illa ac vehemens excrementitij liquoris attractio fieri etiam non poteſt; ubi enim caloris impetus, ibi etiam quorumvis humorum promptior affluxus, vel potius attractio, velut tritè id notum eſt.

A poſte-

A poſteriori & curandi certitudine, qua per nobilius Emeticum Ictericum hoc ſeminium extirpari, & per conſequens priſtino nitori corporis habitus reſtitui poteſt, Author hic confirmatum ſuggerit, veram Icteri cauſam in colore hoc excrementitio, a. p. n. excrementorum, atque depravati chyli tam retentione, quam inſigniori corruptione circa primæ coctionis officium nato unicè quærendam eſſe.

Atque id nobis etiam bona fide comperium eſt feliciori ſucceſſu ictericam hanc ignominiam, modo natura penitus tunc proſtrata non exiſtat, aut malignæ febris hoſtilitas non obſtet, tolli haud poſſe, quam ſi *purgatio* illa *antimonialis* in tempore adminiſtretur, utpote cujus inſigni efficacia, totius morbi fons, & omnes ejus rivuli feliciter abſorberi queunt, Imo ſublata hujus icterici mali radice, ſucculi ejus, qui in viſceribus atque ipſo ſanguine, nec non per conſequens in tota cutanea circumferentia ſuperſunt, vel ſponte, quod ſequeſtratis his inſidiis Natura libertatem ſuam ſic receperit, evaneſcunt.

Præmiſſo hoc univerſali ſubſidio *Auctor* præſcribit Julapia cum *aqua communi* ad ℥vj. & *olei vitrioli* ad gtt. x. cum *ſyr. violac.* ℥ij. ex quibus fieri debet Potio per 6. aut 8. dies jejuno ventriculo ſummo mane propinanda, Quia hæc Potio ventriculum corroborat, obſtructiones meſenterii & inflammationes ejus, nec non calorem p. n. in hepate, unde liquidi hujus excrementi potens fit attractio, tollit ac temperat.

Sed circa illterantis hujus compoſitionem hoc addimus, ut vel tantum de oleo vitrioli præſcribatur quantum ad gratum acorem ſufficit, vel loco olei hujus, ſubſtituatur potius *Tinctura violar.* vel etiam *flor. bellidis* cum hoc oleo debitò modo paratæ quantum ad gratam aciditatem ſatis eſſe poſſit; Item loco *ſyr. violar.* rectiùs *Julep. violar.* ſubſtituetur.

Cæterum tanquam ſingulare ſpecificum præmiſſis univerſalibus ſine quibus ſpecifica quævis incaſſum porriguntur) *pulvis lapid. fulminaris*, item *lapis in veſica fellea bovis caſtrati* repertus valdopere commendatur: Reliqua vero quæ tanquam ſpecifica laudantur, ad nobiliora aperitiva pertinent. *Chriſtianus Langius Path. Anim. p. 424. & ſequ.*

69. *Quod præcipue fit in febribus acutis*) Icterus aut per ſe morbus eſt, primariò incipiens; de quo hic propriè agitur: aut alterius morbi effectus, ſive productum, uti cum febri intermittenti ſupervenit, quam & ſæpenumero judicat. *Willis.* De cauſis Icteri febri Tertianæ ſuccedentis, vide ſuprà §. *cauſa humor.*

69. *Quod præcipue fit in febribus*) Icterus nunc eſt morbus *primarius*, nunc eſt morbus *ſecundarius*, Hoc quando vel *febribus ſupervenit*, idque tam continuis quam intermittentibus, chronicis, ſive ſit criticus ſive ſymptomaticus: Vel quando à venenis, & inprimis à *morſu animalium venenatorum* oritur: vel denique cum affectus convulſivos inteſtinorum, præſertim tenuium, ſequitur, ſic à *partu laborioſo*: ſubinde obſervarunt ſuperveniens Icterus: *Paſſioni hyſtericæ* quoque ſæpius ſupervenire vidi: *Colicis torminibus* ſubinde Icterus ſupervenit: Quo pertinet quod refert *Bartholinus cent. 5. hiſt. 62.* Icterum provocatum per medicamentum ſudorificum in colica ſumptum: Icterum vulnerato capiti ſupervenientem die iv. notat *Hoceſtetterus Dec. 8. p. 198.* Nempe ſicuti vulneribus capitis gravioribus iij. die, aut etiam iv. vomitus ſupervenire ſolet, ita & conſenſus iſtius ratione etiam Icterus, nempe ſecundarius. Quoad *Icterum primarium*, cauſæ remotæ ſunt variæ, *Triſtitia*, *Iracundia*, *obſtructiones ductus communis*; Ex *ulceribus* crurum occluſis Icterum natum obſervavit *Amatus cent. 2. cur. 83.* Ex menſibus inſtantibus, ſed non profluentibus idem pathema notat *Bartholinus cent. 5. hiſt. 82.* Sic *H. ab Heer* Obſ. 46. monialem ictericam ac cachecticam ex menſium ſuppreſſione obſervavit: Vulnus ſclopeti perforans ventriculum Icterum produxit, *Bartholinus cent. 6. hiſt. 58.* Denique & *hepar induratum*, aut *inflammatum*, aut *ſcirrho obductum*, crebro Icterus ſolet inſequi. *Etmuller.*

Prognoſis.

70. *Et ſolvitur morbus*) Subinde facile curatur Icterus, ſubinde autem eſt cōtumax, aut ſemel curatus faciliſſime recidivans; quo in caſu ſæpius calculi in veſica fellea obſervati fuerunt: Quod ſi ita maſſa ſanguinea ad debitum puritatis ſtatum redeat, ſanitas effloreſcit; Sin vero in ſua craſi depravetur, mors ſequitur, In ſtatu quaſi neutro ſunt Icterici, nunc ad convaleſcentiam, nunc ad decedentiam proni. *Etmuller.*

Prognoſis.

Prognoſis omnis nititur cauſarum antecedentium conſideratione; Hinc Icterus qui ſequitur vitium quodpiam hepatis confirmatum, ſcirrhum &c. fere lethalis eſſe ſolet, & nunc immediate, nunc mediate hydropis ſuperventu ægrum jugulat; Flavus Icterus facilior eſt curatu quam niger, aut his cognati alii: Securiſſimus eſt qui in febre eſt criticus, minus qui ſymptomaticus; poſt hunc facilioris eſt curationis & ſecurior qui ex impedito bilis per meatum felleum motu, hujuſque obſtructione oritur, modo pertinax nimis non ſit: Calculi & inde natus Icterus difficillime curantur, aut curati recidivant, tandem lethales. *Etmuller.*

Prognoſis.

70. *Et ſolvitur morbus*) Prognoſis Icterum, præeunte *Hippocr. 3. de morb. ſeu 22* ix. c. morbum quidem acutum & citò occidentem, non tamen ſimpliciter lethalem pronuntiat, cui ſubſcribit experientia, qua dubiæ potius illum eſſe ſpei, & ſæpiſſime ſalutaris eventus confirmatur; qualem quidem eventum *Criticus* ſemper pollicetur, dum interim qui *ſymptomatice* accidit omnia graviora minatur, inprimis ſi una adfuerit febris; multum negotii faceſſit *inveteratus*, & ſub exoptatæ mutationis ſpe, quandoque nil niſi certam infert recidivam: *Calculi & venena* magnum ſemper præſenſque diſcrimen accelerant, cui Natura crebrius ſuccumbit quàm ſe ſubducere valeat.

Solvitur interdum hic affectus per hæmorrhagiam, hæmorrhoides, urinam copioſiorem, vomitum & ſudores, ſæpius tamen in graviſſimos degenerat morbos, quos inter Aſcites, poſt icterum à ſpiritus vini, aliorumq; potuum generoſiorū abuſu oriundum, plerumq; lethalis, ceu primarius notatur à *Sylvio l. 1. c. 46. §. 19.*

71. *Niſi hypochondrium ſit durum*) Quod fovebis ex aceto in quo *althææ & lilii radices, ficus, paſſulæ* coxerint, tum *Empl. de meliloto, vel dialth.* cum *ol. amygd. dulc.* induces vel *ammoniaci* ℥iij. in aceto diſſolutas applicabis. *Hollerius.*

72. *Et tum ante ſeptimum*) *Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum*: Hipp. aph. 61. 4. huic aphoriſmo opponitur alia *Hippocr.* ſententia 4. vict. Acut. *In febre bilioſa morbus regius ante ſeptimum diem natus, cum rigore morbum ſolvit, ſine rigore peſtiferum.* Huic ſententiæ etiam ratio adſtipulatur, cum enim die tertia, quarta & quinta, contingant criſes ſalutares per ſudores, urinas & alvi fluxum, quidni etiam Icterus criticus iiſdem diebus poterit contingere? Et teſtatur experientia, à multis probatis authoribus propoſita, ſæpe Icterum ante ſeptimū diē ſalutariter cōtingere; Illi autem authores prædictū aph. ita interpretātur, quod nempe Hippocr. per diem ſeptimum intelligat quemvis diem criticum; ſeptimum enim

enumerat tanquam nobiliorem criticum, ut pro aliis omnibus intelligatur; Vere autem criticus ille audiendus eſt, quem legitima concoctio materiæ febrem efficientis præceſſit. *Riverius.* Paucis, *Quibus in febribus morbus regius ante 7. diem,* i. e. die non critico, nec prægreſſa materiæ concoctione, *malum.*

Hic morbus fit in morbis acutis, poſt vel ante ſeptimum, Quod ſi aliquo die critico fiat, apparentibus ſignis concoctionis, optimum eſt indicium, & bene ſperandum, modo non obduruerit Jecur. Quod ſi obduruerit, & ante ſigna concoctionis ante decretorium diem fiat, malum ſignificat, & hunc affectum fieri ob bilis redundantiam, quam Natura domare & concoquere non poteſt, & irritata copia aut qualitate ante legitimum tempus expurgans ad cutim tranſmittit, Illius non magnam curam habebimus, ſed morbi acuti à quo majus imminet periculum. Quod ſi evadant, poſtea curatur ſymptoma. *Rondeletius.*

73. *Materia febrilis è viſceribus*) Omnem Icterum qui ſupervenit febribus non bilis aut folliculi vitio, ſed diætæ & digeſtioni primæ vitiatis adſcribit. *Etmuller*, Vide §. *Aus interna, ut ſunt t. Hepatis.*)

74. *Ratio febris & hepatis habenda.*) *An hoc reſpectu convenit Venæ ſectio?* Dubiam hanc facere videtur *Galenus lib. de Purg. cap. 2.* ubi in *morbo regio laborantibus*, inquit, *ſi ſanguinem miſeris extremam in perniciem ages.* Verum ſi indicatio venæ ſectionis adſit, & aliæ circumſtantiæ conſentiant, non eſt ut hoc *Galeni* monito deterreamur; Sane in *hepatis inflammatione*, ſi cauſa Icteri fuerit, Vel ſi alioquin *febris* Ictero conjungatur, v. s. non eſſe negligendam, nemo vel leviter in praxi verſatus inficiabitur. *Strauſſius.*

Symptomata Ictericorum.

Ictericorum plerique ſiquidem magno *languore*, & crebris *ſpirituum deliquiis* ſolent affici, etiam remediis *cardiacis* opus habent.

℞. *Aquæ mirabilis tenuioris* ℥viij. *lumbric.* ℥iv. *ſyr. & cortic. aurant.* ℥ij. *miſce doſis* ℥ij. *vel* ℥iij.

Porro hoc morbo laborantes *doloribus* nonnunquam valde moleſtis, qui noctu potiſſimum deſæviunt, ac inſuper *Vigiliis* ſæpe obnoxii reperiuntur, quare etiam *Anodyna* requiruntur.

℞. *Aqu. mirab. lumbric.* āā. ℥j. *diacod.* ℥vi. *tinct. croci* ʒß *m. doſis cochl. j. vel ij. ſera nocte, ſi quando ſomnus deficiet.*

℞. *Laudani tartar.* ʒij. *aqu. mirab.* ℥ij. *ſyr. caryoph.* ℥j. m. *doſis coch. j. eodem modo.* Willis.

Curatur.

α. Indicatio ſanguinis alterationem, ſive æquationem reſpiciens, quo ſcil. ſanguinem modice rarum progignat & rite ſecernat, ejuſmodi medicamina requirit quæ ſulphur & ſal fixum nimis evecta deprimant. In hos fines, neſcio quo caſu aut ductu, pharmaca ſale volatili prædita uti *lumbrici*, *limaces*, *millepedæ*, imo *pediculi*, quadrupedum & volatilium ſtercora, pro Ictero ſanando in praxin introducta, non tantum ab empiricis, ſed etiam à Medicis celebrioribus præſcribi ſolent; hæc interdum per ſe, verum ſæpius evacuantibus & deoppilantibus adjuncta præcipuas anti-Ictericorum compoſitiones ingrediuntur. *Fonſeca* præſcribit *ſtercus anſerculi* verno tempore collectum & ſiccatum, etiam pullorum excrementum album, quorum utriuſque Pulvis detur à ʒß. ad ʒj. in vehiculo idoneo.

℞. *Pulv. lumbric. terr. præpar. ſtercor. anſer.* āā. ʒiij. *ebor. ſantal. citr. pulver.* āā. ʒß. *croci* ℈. *m. f. Pulvis div. in vi. partes pro totidem doſibus mane.* cum liquore appropr. apozem. & tinctura antictérica ſuperius deſcriptis. *Lumbrici terr. ſtercus anſerin.* quio. *& ovinum* utiliter addi ſolent.

℞. *Milleped. rec. & viv.* n°. 50. *ad* 100. *croci* ʒß. *nuc. moſch.* ℈j. *ſimul contuſis affunde aqu. chelid.* ℥iij. *lumbr.* unc. ij. *f. expreſſio fortis & ebibatur ad hunc modum ebibatur* 1°. *ſemel, dein bis in die per ſeptimanam.*

Propter eandem juvandi rationem etiam in hoc morbo *flores ſalis armon. ſales volatiles ſucc. c. c. fuliginis.* Item horum *ſpiritus* ſæpe magno cum fructu exhibentur.

℞. *Pulv. lumbr. præp.* ʒij. *ſpec. diacurc.* ʒj. *fl. ſalis arm.* ʒß. *ſal. ſucc.* ℈j. *extr. gentian.* ʒj. *croci* ℈j. *g. ammon. ſol. in aq. lumbr. q. ſ. f. maſſa formetur in Pil. exiguas doſis* 3. *vel* 4. *m. & v. ſuperbibendo Julapii ſuperſcripti* ℥iij.

℞. *Spir. c. c. cum croco tincti* ʒiij. *Doſis gtt.* 15. *ad* 20. *cum aqua deſtillata ſuperius deſcripta.*

In hac medicaminum, quibus ſanguinis dyſcraſia icterica emendanda intenditur, claſſe etiam *remedia Chalybeata* jure locum vendicant: hæc enim non tam viſcerum obſtructiones reſerando, quam ſulphuris & ſalis fixi efferationes deprimendo, & cruorem volatiliſando, in morbo regio quam in aliis cachexiæ affectibus inſigne juvamen præſtant.

Itaque Decocto, item Tincturæ, ſive infuſioni ſuperius præſcriptis, ferri limatura, aut pulvis ejus compage minerali quoquomodo reſolutâ præparatus, aut ſal vitriolicus extractus, commode adjiciuntur, Enimvero hinc eſt quod *Acidulæ* Ictericos prognoſtico relictos, interdum uſque ad miraculum ſanant, quanquam & hæ prælarga quantitate epotæ, quatenus vaſa omnia permeant, etiam ductus hepaticos, quantumvis occluſos, aperiant. Idcirco etiam Electuaria, Pilulis & Pulveribus ſupra præſcriptis, etiam Chalybis præparata, modo hoc, modo illud indebita proportione addantur. *Willis.*

Præmiſſis *abſorbentibus* ſpecifica utramque in cura Icteri faciunt paginam, *Abſorbentia* iſta imprimis ſuggerunt *martialia*, & cætera ex eo parata, vulgo Apertientia dicta, eaque inprimis in Ictero nigro & plumbeo optima ſunt; hinc etiam *hæmatites* præparatus, ſeu *pulveratus*, ceu experimentum in Ictero à quibuſdam laudatur, quatenus & hic martialis eſt proſapiæ. Hinc *Pulvis ſpecificus ad Icterum* nihil aliud eſt quam *limatura Martis* exactiſſime pulveriſata, & ſub tritura *oleo aromatico deſtillato ligni ſaſſafras* irrorata, ne ſcilicet rubiginem contrahat, qui ad ℈j. ad ʒß. commode & cum ſucceſſu, nunc ſolitarius, nunc cum *cryſtalli præp.* dimidio propinatur, ſcil. ad imitationem *Pulveris cachectici* in primis *Hartmanni in Praxi Chymiatrica cap. 171. §. 5.* Item *Antimon. diaphor. Martiale Ludovici expertum*, quod in hujus Pharmacia p. 330. & alia *Martialia, &c.* Item *vina martialia*, vel *vinum* in quo *ſæpe aurum extinctum*, à *Poterio & Burrho* commendatum Facit huc & experimentum *Geſneri* in Ictero quocunque, *Infuſum chalybis cum carbonibus de quercu, ſa utero.* In ſpecie ex menſium vitio ſi fuerit Icterus Martialia laudantur, unde Pulverem compoſitum ad pallidos virginum colores, ad Icterum à ſuppreſſione menſium commendat *Heer Obſerv. 6. Acidulæ* huc pertinent, quæ deſperatos Icteros interdum curant; Confer *Willis p. 9. Pharmac. rat.* cum hæ ipſæ poſt Icterum relictam humorum dyſcraſiam, & viſcerum atoniam, præſertim ſi diuturnior fuerit, optimè reſtituant. *Etmuller.*

Diæta

Diata.

Indicatio Vitalis idoneam victus rationem inſtituit, & inſuper Cardiaca & Anodyna, quibus utriſque ſæpe opus eſt, præſcribit. Ad Priorem quod ſpectat, alimenta in hoc morbo pluſquam alio fere quocunque medicata eſſe ſolent, Etenim vegetabilia eorumque partes, remedia Hepatica vulgo dicta, Ictericorum ſuſcu incoquuntur; Hæc etiam loco aliarum carnium, è lumbricis aut limacibus (qui morbi Regii antidota habentur) confici ſolent, Porro Cereviſia, aliique Potus ordinarii pharmacorum infuſione imprægnantur.

℞. *Rad. urtic. maj. fragar.* āā. ℥ß. *eryng. cond.* unc.j. *raſ. ebor. c. c.* āā. ʒj. *lumbric. mund. num. xx. cruſtam panis albi, macer.* ʒij. *coqu. in aq. font.* ℔ij. *ad* ℔j. *col per manicam H. cui impone ſpecies triums ſant.* ʒß. *f. Inſculum cujus* unc.iv. *ad* unc. vi. *ſumatur bis in die.*

Pro Potu ordinario doliolum iv. congiorum impleatur Cereviſiâ, cui poſt fermentationem imponatur ſacculus ſequens

℞. *Summit. abſinth. pont. marrub. albi ſiccat.* āā. m. ij. *rad. lapath. ac. ſiccat.* unc.vj. *cortic frax. berber.* āā. unc. iij. *cort. ext.* viij. *aurant. & iv. limon. incid. & contund. ſ. a.* Willis.

Cap. L.

De Atrophia.

1. A*Trophia eſt* [2] *totius corporis* [3] *exſiccatio & extabeſcentia, ob* [4] *fruſtratam ejus nutritionem exorta.*

[5] *Subjectum* eſt totum corpus, [6] ratione præcipuè partium molliorum, [7] pinguedinis & carnis. Partes duriores exſiccari quidem poſſunt; ſed ita imminui, ut inde totum corpus decreſcat, non poſſunt.

Signis [8] opus non eſt, cum viſui affectus appareat.

[9] *Cauſa* eſt [10] fruſtratio nutritionis, quæ *vel* [11] vitio alimenti, quando illud [12] aut deficit, quod non aſſumitur, [13] non attrahatur, non apponatur, [14] diſcutiatur, &c. aut [15] vitioſum eſt: *vel* [16] vitio facultatis nutrientis, [17] quando calor nativus aut humidum radicale deficit, provenit.

[18] *Curatio* reſpicit.

I. [19] *Cacochymiam*, ventriculi inprimis, quæ vomitu tollitur.

II. [20] *Symptoma* ipſum [21] ubi locum habent, [22] *Balneum* ex *decocto capitis & pedum verveců, ſalicis rubræ*, aquæ dulcis, in quo *cineres corylorum, ſemen lini, oſſicula vervecum* contuſa ebullierunt.

[23] *Diata humectans*, ex emulſione *amygdalorum dulcium, ſeminum quatuor frigidorum majorum. Lacte caprillo*, &c.

Curatio magnetica per *ovum* coctum, hinc & inde perforatum, & in formicetum repoſitum, de qua apud Hartmannum, in Chymiatria. [24] *Inunctiones* unguento *Amati Luſitani*, apud *Sebaſtianum Auſtrium* de morbis puerorum. p. 555. nec non *oleo* quod paratur ex [25] *lumbricis cæmeteriorum* mundatis, *in ol. amygdalar. dulc.* copioſo ſuper cineres in liquorem reſolutis, & fortiter expreſſis.

II. [26] *Cauſas*, de quibus in Differentiis.

[27] *Differentiæ* Atrophiæ ſunt variæ.

I. Alia eſt *Univerſalis* totius corporis: de qua nunc dictum.

Alia *Particularis* [28] quæ à peculiari partis vitio proficiſcitur.

[29] In Curatione locum habent [30] Fomenta, [31] Dropaces, Picationes, & [32] Percuſſiones, quibus partis ſiccitas corrigitur, [33] calor, obtuſus excitatur, & alimentum allicitur.

II. Alia eſt [34] à *Vermibus Dracontiis*, qui pueros exagitant.

Alia à [35] *Ventriculo*, [36] chylum non benè elaborante, qui vomitu ut dixi, corrigitur.

Alia ab *Epate*, quando iſtud aut calida & ſicca intemperie laborat, & bile multâ perluitur, aut obſtruitur vehementer, ut nutrimentum difficulter penetret.

Alia [37] à *Liene*, cui eadem accidere poſſunt.

Alia à *Meſenterii obſtructione*, quæ Indis Orientalibus eſt familiaris, plerumque bulimiam cum lienteria conjunctam habet; ſed in abſceſſum (qui integrum, meſenterium ita abſumit, ut inteſtina nullo ordine confuſa, tenuibus duntaxat pelliculis inter ſe cohæreant) abit.

[38] In Curando *gramen crucis*, de quo apud *Alpinum* de plantis Ægyptiis cap. 40. laudatur. Vide de his & *Bontium* in Medicina Indorum p. 156.

Alia [39] à *Corde*, quod fit in Hectica.

[40] Alia à *Pulmonis ulcere*, quod in phthiſi accidit.

1. *De Atrophia*) Sanguis ex ſiniſtro cordis ventriculo ebulliens diſtribuitur ad omnes partes ut corpus nutriatur; Hæc autem tribus læditur modis: I. Quando *abundat*, idque vel *universè*, in toto corpore, ſecundum carnem muſculuſam, & huic annexam pinguedinem, in *Corpulentia nimia*. Vel *particulatim*, ſecundum partium nonnullarum, & viſcerum parenchymata; Qua ratione obſervatæ fuerunt ſtupendæ magnitudines hepatis, item renum &c. Sicut de magnis Lienibus jam ſuo tempore loquutus eſt *Hippocrates*.

II. Quando *deficit* in Atrophiâ & Tabe.

III. Quando *depravatur in Cachexia*, *Anaſarca*, *Ictero*. Etmuller.

1. *Atrophia*) Atrophia eſt (quam exprimere uno Latine verbo non queas, niſi audeas dicere *Innutritionem*) *Inſignis nutritionis diminutio qua corpus paulatim emarceſcit*. Aurelianus 2. *tard. paſſ.* 1. *Nutrimenti deſertionem* nominat; *Plinius* ἀτρόφους vertit. *cibum non ſentientes*. Alibi autem ἀτρόφους vocat, *qui ab imbecillitate vires recolligunt*. Quidam inter Latinos authores *Macrorem* dixerunt, forſan ἀπὸ τοῦ μακροῦ, quod corpora gracilia videantur longiora. *Menjotius Diſſ. Path. pag.* 371.

Alias Tabis & Phthiſeos nomine ſignata; quæ vocabula propria ſignificatione ſolummodo denotant *Atrophiam*, ſive *contabeſcentiam* ſolidarum partium cum debilitate virium. Cujuſmodi affectio quamvis ſæpenumero à Pulmonum unitate ſoluta, ſive ulcere procedat, quandoq; tamen ſine horum vitio, aut mera ſanguinis, aut præcipua ſucci nervei culpa totius corporis Extenuatio ſive contabeſcentia exoritur. *Willis*.

1. *Atrophia*) Quæritur poſito triplicis læſionis fundamento, an Nutritio quoque abolitè lædi queat, Abolitam enim nutritionem, ſi ea accidat, ipſam mortem eſſe conſtat, quod vita & nutritio pari ambulent paſſu, veluti oſtendit *Hoffmannus in Inſtit.* Verum hic recordamur apud Græcos τὸ α, non ſemper mere privativum eſſe, ac negativum, ſed difficultatem etiam afferre, veluti Philologis id notum eſt; adeoque Medicis Atrophiam de imminuta, difficili ac fruſtrata nutritione ſolenniter accipi ex doctrina artis deſubito diſcimus. *Chriſt. Langius Path. Anim. p* 390.

1, 2. *Atrophia eſt totius corporis*) *Si quidem Atrophia alia eſt univerſalis, alia particularis, tradenda eſt definitio utrique communis*, Eſt ergo Atrophia privatio nutritionis partium corporis interdum omnium, interdum hujus vel illius tantùm, à defectu particularum nutritiarum in partibus nutriendis oriundo, vel à maſſæ ſanguineæ, vel ſpirituum animalium dyſcraſia, vel à partium vitio. *Wedelius*. Cui definitioni Genus in textu propoſitum convenientius eſt, *Privatio enim nutritionis hic allata nomine tantùm ab Atrophia differt. Præterea negandum non eſt aliqualem fieri abſumpti reſtaurationem, atque nutritionem, quæ pari paſſu cum vita ambulat, hanc enim moram diutius trahere præſente contabeſcentia conſtat.*

P. Barbette definit per Conſumptionem humoris nutritii, quam definitionem aſſignat Phthiſi, etſi monente *Deckers* in Not. potius pertineat ad Atrophiam.

3. *Exſiccatio & extabeſcentia*) Totum corpus interdum decreſcit & abſumitur, idque in amplitudine ſaltem, longitudine illius nihilominus manente imo decreſcente craſſitie, ea quaſi aucta eſſe videtur; Hoc autem magis minuſve fit, nam aliàs ſaltem minuitur ipſius moles & flacceſcit, diciturque *Marcor* ſeu *macilentia*, Et ſi ob nutrimenti defectum accidat, *Atrophia*, vel ſi penitus fere, vel majori ex parte corpus conſumatur, & tabeſcat, Tabes, tuncque facies quam *Hippocraticam* vocant, apparet. *Platerus*.

Naturaliter ſemper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum ſuccedentibus fit Atrophia, ex *Celſo*: quod comparari poteſt impenſis vectigalia ſuperantibus aut exportationi quæ advectione potior eſt. *Menjotius*.

4. *Ob fruſtratam ejus nutritionem exorta*) Corpus noſtrum è ſpirituoſis, humidis & ſolidis partibus conſtans in continuo eſt motu, calor motu fotus inteſtino, ſub ſpiritus vitalis regimine continuo agit in humidum, idque diſſlat & efflat, idque tanto magis ſi à laboribus externis ſuſcitetur magis: Sine humido vero nec ſpirituoſæ, quæ & ipſa fatiſcunt ſimul continuo, nec ſolida ſubſiſtere, nec adeo ſalva machina ſubſiſtere poteſt; Neceſſe ergo eſt ut principium nutribile humidum, idque duplex, ſanguis & ſerum continuo reſtauretur, quæ continuo hoc ad partes omnes amandantur, ita ut & propriâ deſtinatione ſanguis ſanguinem, ceu unda undam, celeriùs ex arteriis, mediantibus carnoſarum partium poris in venas capillares, & ex his, beneficio cavæ ad cor pellat & repellat, & ob muſculorũ totius fortiorem & repetitam ſæpe compreſſionem, de loco in locum urgeatur; Hinc porro liquet, quo magis intendit calorem motus hic particularum ſanguinis mobiliorum ſpirituoſarum ſulphurearum, ſalinarum auctior, eo magis dictas particulas humidas nutritias, cumque his vectas ſpirituoſas, angulis ſuis ſe invicem atterere, diſſolvi, rareſieri, attenuari. Hæ rarefactæ & attenuatæ, poris glandularum ſubcutanearum, earumq; vaſculis excretoriis dilatatis aptatæ, copioſe, hac data porta, tam per ἄδηλον διαπνοὴν, quàm manifeſtam & ſenſilem tranſpirationem, excluduntur atque exhalant, ex corpore unà cum ſpirituum animalium & vitalium per has vias jactura non exigua.

Hæc igitur abſumptio, hæc jactura partium corporis utilium, in deperditi locũ aliud ut ſuggeratur expoſtulat, Illud niſi fieret, corpus vegeta ſanitate diu non gauderet, ſed brevi periret; Inde alimentorum appetitum & uſum in dies ſingulos bis ad minimum ſentimus, & expoſcimus, quo autem copioſiùs diſſipantur tum ſpirituoſæ tum humidæ nutritiæ particulæ, eo copioſiùs, eo frequentiùs requiritur & aſſumitur cibus, Recte adeoq; nutritio & vita pari paſſu ambulant. *Wedelius Diſſert. de Nutrit. & Atrophia.*

5. *Subiectum eſt totum corpus*) *Conſumptionem* vocamus quando corpus, illiuſve partes conſumuntur aut decreſcunt, un & ſi *internæ partes* abſumantur, quemadmodum viſcera quædam, parenchymate conſtantia, etiam conſumpta citra corruptionem aliquando ſectione inventa fuerunt; ut hepar, lien, renes, quorum attenuationem *maciem* illorum aliqui vocarunt, & ſub hoc titulo deſcripſerunt; quod idem forte in pulmonibus, corde, cerebro quoque inveniri poteſt, *Externarum* vero *conſumptionum* duo præcipua occurrunt genera, unum in quo *totum corpus*, alterum in quo ſaltem aliquæ partes conſumuntur. *Platerus*.

6. *Ratione præcipue partium molliorum*) Omnium tam *generalium*, in quibus totum corpus, quam *particularium*, in quibus ſaltem partes aliquæ decreſcunt, cauſa in partibus præcipuè mollioribus, *carne* & *pinguedine* conſiſtit, cum hæc citius conſumuntur quam duriores, ut *oſſa*, *cartilagines* & *membranæ*, quæ manifeſtè vix decreſcunt, ob ſolidiorem earum ſubſtantiam; licet abſumpto illarum ſucco, & humiditatẽ, etiam vivente homine ſiccari nonnihil poſſint; hincque fit ut carne & pinguedine abſumpta, loca quæ illis prius opplebantur, poſtea inania relinquantur, oſſaque minus tecta, & tanquam pelle ſolum obducta promineant; Quæ inæqualitas in protuberantiis & cavitatibus illis in locis ſe magis offert, ubi plures majoreſque exiſtunt muſculi ut in

temporibus,

temporibus,& facie circa malas, in quibus collapſis os jugale prominentiam illam efficit, ubi & oculi ſedis cavitas anterior, propter muſculos & pinguedinem, quæ circa radicem oculi exiſtit abſumpta, retrocedente tūc oculo,ſe offert; Et in reliquo corpore abſumptis muſculis copioſis collum occupantibus, thoracem inveſtientibus,dorſum implentibus, abdomen conſtituentibus, clunes efficientibus, multa loca inania, & cavitates, oſſiumque, ut vertebrarum coſtarum, illarumque & laryngis cartilaginum, ſcapularum, clavicularum & ilii protuberantiæ comparent; Et in reliquis membris, abſumptis muſculis, qui brachia & crura implebant, ſuraſque conſtituebant, brachialiſque & pedis interſtitia opplebant, & digitorum oſſa ambiebant, ea nuda, & depreſſa loca, oſſaque in illis, illorumque præſertim articuli protuberare cernuntur, *unguesque*, conſumpta etiam digitorum extrema carne; magis prominere, non vero amplius, ut creditum fuit, in conſumptis excreſcere, cum tunc potius decreſcerent, niſi à natura hoc illis ineſſet, cum continuo atterantur, ut ad extremam uſque vitæ tempus pauco nutrimento contenti, ſemper creſcerent; In aliis *cartilaginibus* vix dum aliqua conſumptionis apparent indicia, niſi quod externæ illæ denodatæ magis prominent; & attenuatæ eſſe videntur, unde *naſus* acutior apparet; dein & ungues qui ſoli è cartilaginibus è ſede ſe exſerunt, in ſumma corporis attenuatione interdum curvantur.

Quod *membranas* attinet, *cutis* quæ ſola inter eas conſpicua eſt, cum corpus ambiendo æquale reddat, ſi ſubjectum illi ſtratum, quo diſtenta manet, caro & pinguedo abſumantur, flaccida & corrugata fit, & rugarum umbras efficientium cauſa, circa illas fuſca & obſcura. Et ſub ea venæ cutaneæ, ob abſumptam quæ illas toto ductu ambire ſolet, pinguedinem, nudæ apparent *Platerus*.

6. *Ratione præcipuè partium molliorum*) Triplex eſt corporis ſubſtantia, *adipoſa*, *carnoſa & ſolida*, quanquam *adipoſa* cæteris prius liqueſcat, non eſt tamen ſubjectū Atrophiæ, cum vita careat, nec proprie nutriatur; *Solida* quoq; partes, etſi ratione ſubſtantiæ ſuæ terreſtris ſint [illegible], ratione tamen humidi primigenii ipſis radicaliter inhærentis, liquabiles ſunt, ac per marcorem *Venæ*, inquit Ariſtot. 3. hiſt. an. 39. *in venulas, & nervi in villos abeunt*, ſed nutrimentum illud nimis puſillum eſt, quàm ut corporis moles inde deruineat; quapropter una *carnoſa ſubſtantia* verū cenſeri debet atrophiæ [illegible]: Notandum *Cor* ad proportionē reliqui corporis non tabeſcere, ac [illegible] corda poſt mortem in ſpoliata, aut ſaltem minus marcida reperiri, ob virtutem valentiſſimam ſucci alimentarii attractariam, quæ viſceri principi jure indita fuit; *Menjotius*.

7. *Pinguedinis & carnis*) Ubi pinguedo ſola conſumitur, nec æque reparatur, *Macies* dici queat, Ubi caro ſimul, nec reſtituitur, *Tabes*, Neque novum quibusdam ſolam pinguedinem perire, ſed & aliquando quibusdam carnem magis. *Fr Sylvius Pr. l. 1. c. 37.*

7. *Pinguedinis & carnis*) Quando pinguedo ſolum deficit, vocari ſolet *Macies*. Quando vero caro ſimul abſumitur, nec reſtituitur *Tabes*, *Etmuller*.

8. *Signis opus non eſt*) Præſertim in extrema Tabe, nam præter faciem Hippocraticam dictam, in *temporibus collapſis*, *Naribus acutis*, *malis prominentibus & ore hiante* conſiſtentem, *coſta* in thorace *protuberant*, *Enſiformiſque cartilago incurvata* cernitur, *ſcapula alarum*, & *clavicula arcuum* inſtar *emineat*, *Dorſi ſpina* ſe exerit, *venter collapſus contractuſque* apparet, *Clunes pendula* ſunt vel conſumptæ, *Crura*, *brachia*, *manus & pedes* cum *digitis* arida ſpectantur, & circa *articulos protuberantia* attolli videntur, *Ungues curvantur*, *Pili excidunt*, *Cutis flaccida*, *corrugata* , *fuſca & arida*, exiſtit: *Venæ* interim *prominent*, undique conſpicuæ ac lividæ, Corpuſque univerſum tantum non tranſparens in quibuſdam. *Fr. Sylvius l. c.* Adde his perpetuum fere algorem totius, ex penuria ſanguinis, Tantum enim obtinemus caloris, *ut aiunt adagium*, quantum ſanguinis.

Eleganter depingit [illegible] *Menjotius*.

Hic morbus ſui ipſius eſt [illegible], cavantur enim luminum receſſus, nares acuminantur, collabuntur tempora, retortarum ac rigidarum auricularum lobi invertuntur, malæ protuberant, buccæ quaſi conſuuntur, os parulum eſt, depreſſa labra ac dentibus affixa, riſus præbent imaginem, cervix nonnihil tortuoſa eſt, gracilis & ad ſpeciem longior, non verſatilis ſed velut rigens, & intenta, larynx prominet, claviculæ procul à thorace diſtant, profundæ foveæ interjectu, coſtæ perſpicue dinumerantur, earumque cum vertebris articulationes, ac in ſternum inſertiones redduntur aſpectabiles, ipſarum interſtitia inania ſunt; rhombi figuram ſecundum oſſium circumductum præ ſe ferentia; curvatur cartilago Xiphoides, operta ſcoptula tota ſeſe aſpectui offerentia, expanſas avium alas mutantur: eminent vertebrarum ſpinæ, & utrinque ad earum latera tergum, ut innuebat Divinus *Pſaltes*, *Pſalmo 129.* quaſi vomere in longum ſulcatur; hypochundria vacua & quaſi excavata ſunt, ac ſuperius revulſa; epigaſtrium atque ilia dorſo cohæreſcunt; ad os ſacrum & ilium pelvis oſſea cernitur; coccyx coxæ inſtar exeritur; artus omnes ſunt [illegible], arundinacei, cum articulis conſpicuis, ac nodoſis, nam quemadmodum homines carnoſi ſunt [illegible], ſic extenuati ſunt [illegible], ex Hippocrate *Lib. de A. A. & L.* Uno oſſium idea duntaxat remanet, horumque compages cute obducitur flava, exucca & rugoſa, quam à ſimilitudine cum ſerpentum exuvio [illegible] appellant; eadem cutis translucet, ità ut ſubjectarum venarum livor ſenſibilis ſit, nullis etenim humoribus ejus ſpiramenta amplius occupantur, ſicque pluribus, patentioribus, ac rectioribus hiat ſpatiolis, unde [illegible] *Oſſa atque pellis homo totus eſt, quem extra inſpicere in Sole, etiam uvo licet, ita is pellucet quaſi laterna Punica*: Plautus in *Aulul.* Ungues denique, ut in feris avibuſq; rapacibus uncinantur, depaſta digitorum pulpa quæ unguium ſulcimentum exiſtit; ac æger adèo maceratur ut per anulū traduci poſſit.

Hoicce [illegible] iconi, appendamus effigiem Famis jejunæ apud Scythas, ut fingitur, habitantis quam *Ovidius metam. 8.* ſic expreſſit.

Hirtus erat crinis cava lumina, pallor in ore,
Labra incana ſitu, ſcabri rubigine dentes,
Dura cutis, per quam ſpectari viſcera poſſent,
Oſſa ſub incurvis extabant arida lumbis,
Ventris erat pro ventre locus, pendere putares
Pectus & à ſpina tantummodo crate teneri,
Auxerat articulos macies, genuumque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.

Menjotius.

9. *Cauſa eſt*) Atrophiæ univerſalis cauſa eſt, vel in *Efficiente*, vel in *Objecto*, *Efficiens* ſunt ſpiritus animales influi, qui cum ſpiritu inſito confermentati nutritionem efficiunt, unde deficientes Atrophiam afferunt; *Objectū*, ſeu id quod nutrit, ſunt alimenta, quorum vel defectus; vel vitium nutritionem deficiētem reddit. Quoad *ſpiritus animalis defectus*, ſunt quādo vel non generantur in abundantia, vel geniti abſumuntur, in motionibus corporis aut animi; Non generantur ex variis ſanguinis vitiis, quæ ex vitiis cerebri, aut in textura, ſeu, ut alias vocant, temperatura, aut conformatione læſa ſcaturiunt; Abſumuntur in iis qui fortius aut crebrius laborant, hinc raro craſſi aut obeſi ruſtici: Item qui crebrius Veneri indulgent, unde ex parte Tabes Dorſalis, Item qui indulgent intentioribus meditationibus; hinc literati frequentius macilenti, non ſecus ac

qui mœrore aut triſtitia ſunt affecti: *Nutrimenti vitium* (de eo poſt hac.) *Etmuller pr. p. 2. p. 2.*

9. *Cauſa* eſt 1. Venticulus male chylum digerens. 2. ſuccus pancreaticus male ſeſe miſcens bili, unde 3. chylus craſſior male tranſcolatur per glandulas meſenterii lacteas, Evenit inde 4. quod craſſior chyli pars in glandulis lacteis hæreat, non tranſcoletur, illas induret, ſic ut nonniſi ſeroſior illius pars per ductum thoracicum perveniat ad cor, Interim veſiculæ tam orbiculares quam ſinnoſæ pulmonis, noviter à clar. *Malpighio* inventæ, ex legibus circulationis ſanguinis, replentur lympha, quæ in illis craſſior fit, anhelationem cauſat, atque tuſſim vapores aſcendentes anguſtias intermittentes. *Barbette Pr. lib. 3. c. 2.* Clar. *Jonſton* ſpecialem conſtituit Atrophiæ differentiam à meſenterii obſtructione; quam Barbette omnibus accommodat ſpeciebus.

10. *Fruſtratio nutritionis*) Nutrimentum quæ qualiſve conſtituat *materia*, dubium: Alii illam quærunt in *Aere* alii in *Chylo*, alii in *Succo nervoſo*, alii in *Sanguine ſolo*, alii in unico *Sero*, alii denique in utroque poſtremo; Hanc ultimam opinionem amplectimur, Cum enim duplices ſint in corpore humores diſſlabiles & reſtaurationis indigi, alter rubicundus *ſanguis*; albicans alter *ſerum*, ſi ſeorſim vaſis ſuis vectum vel ſeparatum conſideretur; Cum item duplices nutriendæ partes, *ſerea*, quas *ſpermaticas*, vocant, ut oſſa membranæ, cartilagineæ & *ſanguinea*, ut muſculoſæ & parenchymaticæ vulgo dictæ, meritò utraque hæc nutritioni inſervire ſtatuitur.

Non in altero ſolo materia nutritionis proxima lateat oportet, quia præter dicta, & hoc & ille partes nutribiles continet, ergo latex uterque merito hoc titulo quod materiam ſuppeditet, dignus cenſetur.

Quales autem ſint partes ſanguinis & ſeri, quæ nutriunt, expediendum Eas autem oſtenſum *Phyſiol. p. 97.* debere eſſe γλυχερὰς, lenteſcentes, gelatinoſas: Sunt nimirum præter activas ſalinas ſulphureas partes, terreæ aqueis paucis remixtæ, præter illas enim ſolidum aliquod, unde moles & magnitudo corpori accreſcat requiritur, dicente *Williſio de urinis p. 226.* Porro decet has eſſe blandas, dulces, ſenſu modico, ſive nulla heterogenea qualitate imbutas; ita nimirum maſſa ſanguinea omne feret punctum ſi miſceat utile dulci: Ejuſmodi vero partes gelatinoſas in ſero eſſe fidem facit *Barbati* experimentum *Hiſtor. ſeri à ſangu.* hoc ſcilicet ſeri quantitatem cochleari exceptam, facta leni ignis calore exhalatione aquearum partium, in materiam fibroſam & ſpiſſeſcentem inſtar gelatinæ coire monſtrat. Neque etiam ſanguini denegari eadem poteſt, ille enim ſimulac ex animali effluxit, ſtatim exhibet leni facta, bacillo conquaſſatione, hujuſmodi maſſam viſcidam, fibroſam, ſpiſſeſcentem, carni plane ſimilem, Vide *Harderum in Prodr. Phyſiol.* Quin & ſi alicubi in vaſe ſtagnet, mox in fruſta oblonga, albida & dura, quorum ſubſtantià carnea plane eſt, coagulatur: Quo igitur dictæ materiæ copia in maſſa ſanguinea major exſtit, non deficiente quoque ſpirituum animalium & viarum recta diſpoſitione, eo plus nutritur corpus, & contra, &c.

Modum quo peragitur Nutritio, plurimi Anthores *appoſitionē, agglutinationē*, ſeu connaturationē, & aſſimilationē, πρόσθεσιν, πρόσφυσιν, ἐξομοίωσιν, Hoc eſt dū sāguis cū ſatellite ſuo ſero beneficio motus cordis muſcularis ad partes, quoad vias & ſpiritus animales rite conſtitutas appellit, recipitur & ſenſim remanet ibidē ſuccus nutritius gelatinoſus, qui à ſpiritibus animalibus & calore, humidas aqueas partes, conſiſtentiam debitā impedituras, diſſipēte actuatus, in fibroſa filamenta albicantia cōcreſcit, inq; ſpatia ſua alias lēias viſcidas ſanguinis partes recipit, & muſculoſas ita partes auget. Reliquus liquor ad effectū ſimilē, tū ob partis nutriendæ capacitatem inſufficientē, tū ſanguinis ipſius indiſpoſitionē nondum aptus per poroſitates partiū ab alio novo appulſo in capillaria venarum vaſa cogitur, ex his in majora, denique ad cor remeat, ut ſic redeat labor actus in orbem.

Cauſa autē mediata Maciei, defectus eſt ſucci nutritii in partibus quæ illū deſiderant; Deficit ob cauſā mediatā proximiorē, quæ ſtatuitur dyſcraſia maſſæ ſanguineæ, aut ſpirituum animalium, vel partium vitium; ſanguinis dyſcraſia in culpa eſt, quando vel deeſt in quantitate ſuccus nutritius, vel adeſt ſed ineptus ad expectatum finem, aut è corpore expellitur, *Spirituum animalium* vitium eſt peccant vero hi vel exceſſus vel quando vitioſè generantur, Se ob copiam taliū humorū & fermentationem majorem, vel defectu, cum nō generantur ſufficienter, ob ſenectutem; vel aditum ad partes non inveniunt ob motum eorum læſum, & nervorum obſtructionem, impediente ſc. lympha viſcidiori, vel etiam copioſiori, in hac tranſitum in ductus ſuos, in iis generationem & ſeparationem, Ad nervorum vitium refer illorum vulnerationem; *Partium* culpà, ob eaſdem dictas cauſas, ſanguinis ſc. & ſpirituum vitium, quo & viarum obſtructio referēda, ſæpe ab ulcere in hac illave parte exiſtente, Hoc modo enim ſanguis copioſe ad eam amandatur, reliquis vero ſubtrahitur, quinimo ex effluviis ex ejuſmodi ulcere ipſi communicatis corrumpitur. *Wedelius cap. 1. & 2.*

11. *Vel vitio alimenti*) Tum *ſanguis*, tum *liquor nerveus*, ob multas cauſas diathesin ἀθρέψιμον aquirunt. Et 1. quod Sanguinem ſpectat, ſæpenumero advertere eſt quoſdam ſine tuſſi, & citra apparens in pulmone aut pectore vitium emarceſcere, & indies ſolitæ carnium molis diſpendium pati; interea ut circa appetitum, digeſtionem, ſomnum, & fere totius functionis naturalis, imo & animalis œconomiam mediocriter habeant, attamen, quaſi alimentum receptaculo uſque perforato infunderetur, minimè nutriuntur, verum invitis omnibus diæteticis regulis, lenſim contabeſcunt. Cujuſmodi Affectus *ratio formalis*, ſive conjuncta, ſæpenumero tantùm in eo conſiſtit, quod ſanguis, inſigniter depravatus, ſuccum alibilem ſibi jugiter ſuffuſum aſſimilare nequit: quare ipſum non modo protenus amandat, ſed etiam ſolidarum partium particulas delibat, quas in ſe rapiens, ſtatim foras profundit, vel in diverticula cogit, vel evaporando abſumit.

Sanguinis depravationes, ſive ſtatus degeneres, Atrophiam inducere ſolitæ, vel in propria ipſius dyſcraſia conſiſtunt, vel ipſi aliunde, & quidem præcipue ſut à viſceribus, aut à *Liquore nerveo* etiam degeneri, communicantur.

Propria ipſius ſanguinis dyſcraſia ἀθρέψιμος, duplex exiſtit, juxta quod particulas Salino acidas, aut ſulphureas & ſummè acres ſupra modum exaltari & cæteris præpollere contingit: Enimvero cruor interdum ab indole ſua genuina, ſcil. dulci & volatili in acidam ſaceſſit, prout in Scorbuticis quibuſdam, melancholicis & cachecticis paſſim cernitur: quapropter ſuccus nutritius, perpetim in maſſam ſanguineam ſuffuſus, ſiquidem aſſimilari, & partibus ſolidis nequit apponi, rurſus brevi relegatur, atque vel protenus per urinam, aut ſudorem, aut diarrhœam amandatur, vel intra carnes, aut viſcerum cavitates aggeſtus, hydropem infert, cujuſmodi affectus in malum ſtatum evecti, effectus ordinarius ſolet eſſe, quod tum aliquæ partes valde intumeſcunt, aliæ plurimum extenuantur.

Porro ſubeſt alter ſanguinis ſtatus ἀθρέψιμος, huic plane contrarius, quando nimirum iſte ſupra modum calidus, & ſulphureus, proinde immaniter ſemper efflagrans, efferveſcentia ſive accenſione ſua, ſive accenſione ſuccum nutritium abſumit & nimis evaporari facit, adeò ut partes ſolidæ debito ejus penus defraudatæ emarceſcant: Diatheſi huic obnoxii vaſa habent ampla, & cruore plurimum diſtenta, carnes vero emarcidas, & præ calore induratas: quamvis

taliter

taliter affecti raro ad mortem uſque intabeſcant; attamen citius conſeneſcunt & plerumque citius vitam finiunt.

ij. Sanguis non tantum ex propria indole, ſed inſuper ob tabem aliunde, & præcipue à *viſceribus*, vel *ſucco nerveo* communicatam, non raro, tabificus exiſtit, Et 1. hoc viſcerum culpa accidit crebro; hæc enim malè affecta, chymum, ſanguini convehendum, interdum haud ritè coquunt, ſæpe item pervertunt, ac fermentis extraneis & heterogeneis inquinant, in tantum ut hæmatoſeos & nutritionis munera fruſtrentur; Porro interdum ob vaſa chylifera in iis obſtructa, etſi multum commendatur, parum tamen, aut debito minus, in maſſam ſanguineam convehitur, Inſuper in coctionis viſceribus nonnunquam tumores, abſceſſus, aut ulcera contingunt, à quorum purrilagine ſanguis, inter tranſcundum infectus, reliquam ipſius maſſam contaminat ac operi nutritivo ineptum reddit.

Quoties vidimus à ſcirrho in liene, hepate, pancreate aut meſenterio excitato, ab inteſtini cujuſdam, aut etiam renis, uteri, aut veſicæ ulcere vel tumore cancroſo, aut alias cacoethe, abſque notabili pectoris aut pulmonis vitio Atrophiam lethalem ſucceſſiſſe. Quinimo Tumores, Abſceſſus aut ulcera ſtrumoſa vel cancroſa in partibus externis, & præcipuè in dorſo contingentia, frequenter in tabem exitialem deſinunt: Quorum ratio facile patet; quatenus nempe in ejuſmodi Affectibus, tum ſucci nutritii copia ingens, ad partem affectam per arterias advecta, ibidem vel tota impenditur, vel inde foras profunditur, in tantum ut cæteræ quæque totius corporis partes debito penu defraudentur; tum inſuper quod materies virulenta, aut valde incongrua illic genita & aggeſta in venas reſorbetur, quæ ſanguinem tabo impuro inquinat, proindeque ad nutritionis munus obeundum prorſus inhabilem reddit.

Non ſolum à viſceribus & partibus ſolidis, ſed inſuper à *Succo nerveo* ſanguini labes (propter quam ἀτρέφιμος exiſtit) non raro communicatur, ſi quando enim hic latex à craſi, genuina, ſcil. dulci ac volatili, in acidam degeneret; ſubinde è fibris & partibus nerveis exundans, inque ſanguinem refluens, liquorem ejus præcipitat, inque ſluores cogit, quibus omnis materies nutritiva ejicitur, & modo per urinam aut ſudorem, modo per vomitum vel diarrhœam profunditur: Cæterum ipſe Liquor nerveus, interdum per ſe ab indole ſua deſciſcens, & in craſi vitiatus, Atrophiæ cauſa exiſtit, quod item duplici reſpectu, ſive binis afficiendi modis, fieri contingit, Enimvero ſuccus iſte interdum plurimum vitiatus & degener, quaſi vappidus & effœtus evadit; proinde ut fibras tum nerveas, tum carneas non ſatis actuet, & ſpiritu animali irradiet; quapropter ubique in ſolidis partibus uti virtus motiva, ſic, etiam nutritiva deficit: Hinc aut totum corpus, aut membra quæpiam, vel partes ejus, Paralyſi aliquandiu affecta, tandem emarceſcunt, cujus rationem alibi declaravimus; ij. Porro item notavimus, plures febre lenta (ſive νευρῶδει à nobis dicta) laborantes ſtatim elangueſcere, & dein brevi tempore plurimum emaciari: In utroque caſu ratio eadem, aut analoga aſſignari debet, quippe oſtenſo alibi, quod ſpiritus animales, una cum liquore nerveo, eorum vehiculo (qui ſeminis inſtar maſculini eſt) humorem nutritivum, ubique juxta partes ſolidas aggeſtum, quaſi ſemen fœmineum actuant, inque opus nutritivum quaſi fœcundum reddunt; id propter, ſi quando, liquor iſte nerveus, aut vappidus aut depravatus fiat, partium ſolidarum moles, quaſi ſterilis facta, emarceſcet:

Hujus affectus plures ſunt ſpecies & differentiæ, ſed duæ præcipuæ & magis notabiles, Tabes ſcil. Dorſalis & Pulmonaris, de quibus propriis locis. *Willis Lib. de med. fac. ſect. 1. c. 5.*

11. *Vitio alimenti*) De hoc *ſucco nervorum nutritio ſic ſentit* Wedelius *Phyſiol. reform. c. 8. §. 18. p. 205.* Quantum huic tribuatur à Recentioribus quibuſdam; *ex ſupradictis patet*, Satis eſt unum & ſolum hunc haberi ab ipſis pro ultimo alimento partium; Per ſuccum nutritium tunc non intelligitur privatus, nam nervos quoque nutriri extra dubium eſt, & dudum ab *Hippocr.* quoque ſcriptum, ſed publicus, quo omnes & ſingulæ partes nutriantur, diſtinctus à ſanguine, prout à vaſis ſuis propriis vehitur; q. d. partes non nutriri per arterias adductis humoribus, ſeu ſuccis vitalibus, ſed per ſuccum peculiarem per nervos advectum.

In confeſſo eſt nervis læſis, lædi nutritionem; in paralyſi exarent partes, denegato affluxu ſpirituum per nervos, ſeu ſucco potius nutritio advehi ſolito: In vulneribus tendinum & articulorum ſolennis eſt ichor ſeroſus, *Synovia* laudata *Paracelſi & Helmontii*; ut taceamus alia contra ſanguinem afferri ſolita, qui præſens licet ſatis, non nutriat tamen in phthiſi, hectica, &c. Enimvero certum eſt partium omnium calorem & vitam perfici à ſpiritu animali lucido, cujus radii ſi non illuſtrent, partium œconomiam nutritio & vita vacillat: An vero in fluxu ſuo lucido hoc, indeque importato motu partes vigorent & nutritionem perficiant nervi, an actuali nutrimento, diſtincto à reliquis ſuccis vitalibus obviis, hoc κεκρυμμένον eſt, de quo diſceptatur.

Humido nutriri partes extra dubium eſt, ſenſum vero dimittere, & humidum, quod actu appellere, ad partes cernimus, negligere, aliudque minus obvium ac occultum accerſere vix attinet; Nervi autem humori vehendo, præterquam elaſtico, ſubtiliſſimo, aëreo incôgrui ſunt, tanto ſaltim, quantus à partibus abſumptus, ut reſarciatur requiritur. Etſi originẽ ſpectemus, *Lympham filtratur nervus*, vel ſubtiliſſima hujus pars, cum ſpiritibus abrepta, tantò diligentiùs poris immerſa, quo curioſius defendi debebat ne extra oleas rapiatur, Neque vel poris carnium inferre norunt nutrimentum nervi, ſi vel maxime id veherent, vel partibus membranoſis apponere, pinguedinem, Sin diſtributionem Nervorum urgeas, non minus & venæ & arteriæ quàm nervi in partes diducuntur; An vero dicemus ſanguinem & lympham in nervos abſumi tantum, neque pollere viſcedine alimentari quam à primo ortu exhibuerant, ubi nulli adhuc nervi viſendi erant.

Ex quibus omnibus efficitur non dari ſuccum illum nutritium nervorum, quemque pro eo offerunt nihil aliud quam Lympham eſſe, Neque enim aliud eſt albumini ovorum ſimilis ichor, vulnerum ſeroſus, quam alimentum proprium partium tendinoſarum poris excidens, nec ob debilitatem archei particularis in uſum receptum, unde tabes membri metuenda eſt; quod ipſum in luxationibus, fracturis paralyſi fit, ſubſidentibus & côcidentibus poris, nec ad ſe hinc dedentibus debitũ præbium, unde non ſemper atrophia paralyticas partes conſequitur, ſed tumor etiam ſæpe ipſe ob anadoſin ſeu circuitum humorum læſum, non iam prompte ut antea, ut parte altera ſana, procedente motu humorum: Addo quod alia argumenta contra ſanguinis nutribilitatem allata nequicquam valeant deducta à ſanguine ſine ſero, intemperato & improportionato ad bene habentem non valet conſequentia, *Serum* ergo, ſeu *Lympha*, omnia illa poſſidet quæ de ſucco nutritio nervorum prædicantur: Eſt humor, eſt γλυκεὺς in receſſu, eſt ſpirituoſus, & partibus continuo præſto eſt non minus ac ſanguis: Cur ergo remotius accerſamus aquam, fonte limpido domi præſente & partibus adſtante?

11. *Vel vitio alimenti*) Accidit crebrius ſanguinis, rarius partis affectæ vitio, *Sanguinis*, cum aut

deficit in toto, aut parte aliqua, aut *ineptus*, partibus contabeſcentibus reparandis: *Deficit, in* Toto aut per mediã, aut effuſionem qualemcumque; aut Alimentorum convenientium defectum, corporis motum nimium, Vigilias protractas, aëria æſtum, Alvi fluxum diuturnum. In *parte* aliqua ob impeditum ejus ad vel in ipſam fluxum, arteriarumque ideo ad ipſam tendentium diſſectionem, aut compreſſionem, luxationem oſſium, Tumores duros, vincula: *Ineptus* eſt ſanguis ob qualitatem vinoſam, humores vitioſos, ſalſos, viſcoſos, purulentos &c. ipſi admiſtos: Qualitatem vitioſam terinet ſæpe ſanguis poſt morbos graves ſebrem ardentem, Dyſenteriam &c. aut præſentes adhuc, febrem *hecticam*, tum ſimplicem, tum phthiſicam, lentam; vel *colliquantem*, ſubito conſumentem; quamvis & tunc exiſtimem conſiderandos humores vitioſos qui notatas febres producunt, ſanguinemque vitiant, ac nutriendo corpori ineptum reddunt, maxime in phthiſi, Pus ſanguinem inficiens ac corrumpens. Humorum ſalſorum, viſcoſorum, purulentorum &c. alias meminimus *Fr. Sylvius Pr. lib. 1. c. 37.*

12. *Quod non aſſumatur*) *Galenus* l. de *Maraſmo* mentionem facit Tabis ex inedia & fame, cum deficiente nutrimento corpus abſumitur & contabeſcit.

12. *Aut deficit*) Succus nutritius deeſt ſæpe 1. ex jactura ejus & ſpirituum animalium à morbis exantlatis, 2. ob chylum neſcientem aditum ad maſſam ſanguineam, quando ſcil. ventriculus non appetens cibos cum non ſuppeditat; ſive etiam lacteæ occluſæ, non tranſmittunt. *Wedelius.*

12. *Aut deficit*) Huc revocari poteſt atrophia cum gibboſitate conjuncta; Licet enim & anguſtia pectoris, indeque aucta cum reſpiratione rarefactio ſanguinis, ut & compreſſiò ductus thoracici & aortæ plurimum in cauſa ſit, meretur tamen præcipue quoque accuſari motus ſpinæ dorſalis prohibitus, unde nec ipſi nec reliquo corpori diſpenſatur legitime nutrimentum debitum. *Idem.*

12. Deficit nutrimentum quando *chylus* ſanguini permiſtus, & plus minus aſſimilatus nimis cum eo evacuatur, quo pertinent nimiæ ſanguinis effuſiones: Facit huc motus, qui etiam nutritivum rorem exhaurit per glandulas intercutaneas ſudoris ſpecie: Item æſtus nimius, qui liqueſaciendo ſuccum nutritium hunc ſucceſſive depravat: Item fluxus alvi copioſi; fluor albus uterinus; Ulcera carioſa & fiſtuloſa in artubus &c. *Etm.*

12. *Aut deficit*) Mirum eſt, Sanguis etiam cultiſſimus, ſi *exuperet*, hominem emaciare poteſt, vel calorem nativum obruendo, vel vaſorum obſtructione curſum ſibimet intercipiendo, Ita vir quidam in Oeniade (*Epidem. 5.*) cum nullo victu redintegraretur, ſed in dies magis intabeſceret, vena ſecta in utraque manu, & ſanguine extracto quouſque exanguis redderetur, hoc ſolo remedio perfecte liberatus eſt, cum omnia prius fuiſſent incaſſum tentata, Et *Galenus p. 29. ſ 3 6. Epid.* mulierem ex menſtruorum octimeſtri ſuppreſſione gracilliſſimam, libris tribus ſanguinis intra triduum eductis, reſtituit. *Menjotius.*

Nonnunquã deficit, quia *Vermes* abſumunt alimẽtum, id apparet ex oris fœtore, ſomno inquieto, narium pruritu, facie pallida, morſu ventris &c. Sin pueri edant quotidie nec nutriantur, præterea pruritum moleſtiſſimum in dorſo, brachiis & cruribus ſentiant, hujus in criniones redundat culpa *Wedelius.* De defectu alimenti ob *phthiſin, hecticam febrim &c. Vide propriis locis.*

13. *Non attrahatur*) *Galenus* hiſtoria mulieris extenuatiſſimæ cui ſanguinem copioſum dettahi curavit, ait *Habuiſſe mulierem carnis penuriam, quia illa imbecilla attrahere ad ſeſe ſanguinem non poterunt*, De *Tractione* carnium quod dicit, imaginabile non eſt, nullo etiam ingenii acumine, imo impuſſibile eſſe demonſtravit vir Doctiſſimus *Georgius Ent. Apol. p. 27.* Deo autem ſit laus qui *Harvey* diligentia reddidit nobis obliteratam incuria temporum doctrinam de ſanguinis, alimenti partium, ad partes appulſu: *Van der Linden Selectl. ſect. 14. §. 46.*

Modum nutritionis & alimenti appulſum ad partes oſtendit *Wedelius medic. Phyſiol. ſect. 3. c. 4.*

Nobis, *inquit*, ſufficit noſſe ſanguinem & ſerum perpetuo partium eſſe adſtites, illiſque illabi, unde cum ſingulæ partes recipiant ſanguinem in poroſitates & tubulos ſuos, dum δεσποτικῶς, *roris in modum*, ex capillamentis arteriarum in partes ipſas ſtillat, & in porulis illarum reconditur, retinentur utiles particulæ & expetitæ in uſum privatum impendendæ, à calore alterandæ, inſpiſſandæ, coæquandæ.

Res eò redit, ut quæſtio agitetur hinc vulgo, an *pulſione, an attractione fiat* hæc ipſa actio naturaliſſima, *Veteribus* attractricem facultatem, ceu miniſtram, aſſociantibus patribus quibuſcunq; *Recentioribus* vero plurimũ pulſioni, & in vegetabilibus præſertim; ipſius aëris & aſthmoſphæræ preſſioni adſcribẽtibus, quæ deprimẽdo humorem in terram porulis plantarũ eundẽ inſinuet.

Nos breviter dicimus de Pulſione, rẽ certã eſſe, continuo quippe ſanguis ſanguinẽ pellit, premitur is quaſi, ut omnibus allabatur partibus, unde ſi bene diſpoſitus eſt, ſubſtantiæ, quantitatis, qualitatis, & motus ratione, cõtinuo etiã quaſdã particulas affigit, quæ ſẽſim lẽteſcũt, & in ſubſtãnã partia abeũt, ut in codẽ ſtatu cõſervetur corpus.

Cum vero 1. duo requirantur hoc loco, materia nutriens & ſubjectum, ſeu pars nutrienda.

2. Aſt hæc non pure paſſive ſe habeat, ſed applicare ſibi debeat, & in ſubſtantiam ſuã convertere alimentum.

3. Pulſiu illa circularia reditũ etiam ſanguinis procuret.

4. Videamus manifeſto in plantis, etiam à radice reciſis aliquandiu ſugi aquam, quam ubi exaruerunt, ſubſidentibus poris non amplius aſſumunt, ſed illibatam relinquunt, 5. Neceſſaria omnino ſit ἀλλοίωσις, ſeu *alteratio*, quam coctionem tertiam vocant, ſeu tranſmutatio in partis cujuslibet ſubſtantiam, ut nomen perdat, & homogeneum fiat.

Hinc dicimus *Pulſionem* & motum quidem continuum ſuggerere illa ſuccendicula, aſt fibris dilatatis detineri magis ſanguinem & ſerum quantum ſufficit ad partis nutritionem, quæ ſi nimis & præter naturam dilatentur, facta pulſione fortiori, ultra quam par eſt, tumor inde conſurgit & inflammatio: Ille vero hiatus pororum omnino eſt neceſſarius, unde attractionem quoq; hoc ſenſu commode retinere poſſumus, ut applicationem præſentis alimenti poſſimus in parte exprimere; alias enim per ſolam appoſitionem, quod de mineralibus vulgo ſtatuunt, fieret nutritio, unde etiam ſimile illud mechanicum, deponi ubique aliquid à ſanguine ad partes, ut fluenta fæcis limum affricant moderate fluendo, exacte adeo huc non quadrat.

Pulſionem quoque ſolam agnoſcit. *Sylvius de le Boe.*

13. *Non attrahatur*) Sanguis in utroq; cordis vẽtriculo ac Pulmonibus intermediis perfectus transfertur indẽ per arterias aortæ ramos infinitos, ad omnes corporis partes, quo tũ ipſo illæ nutriantur, tũ ex eodem liquores, humanæ œconomiæ amplius utiles inutileſve amplius ſecernãtur, iterumq; ad ſanguinis maſsã remittãtur, aut ẽ corpore prorſus excludãtur: Hic ſanguinis per arterias fluxus læditur vel univerſe vel particulatim; quãdo aut 1. ſegnius, vel minime fluit, aut 2. celerius potentiuſve movetur; aut 3. in partium ſubſtantiam cavitateſque ita fluit ut ibi hæreat, vel foras effluit è corpore.

Univerſe fluit ſegnius 1. in plethora quoad vaſa, 2. In animi deliquio, & languore univerſali: *Particulatim ſegnius* per arterias fluit, vel aliquando ſiſtitur & ſtagnat, ob anguſtiã qualemcunq, in alicujus partis arteria exiſtentem imprimis compreſſionem aut obſtructionem. Compreſſionem tumore duriore ipſis vicino,

vicina, vinculis &c. Obſtructionem, imprimis capillarium, tum a pituita glutinoſa unà cum ſanguine per ipſas delata, & aut ſponte ſuæ ſenſim denuo coaleſcente; aut ob frigus aëris per cutis poros eo penetrans coagulata; tum ab ipſo ſanguine ob frigus vel acidum externum eo ſe inſinuans concreto. *Fr. Sylvius l.c.*

14. *Non attrahatur, non apponatur, ſed diſcutiatur*) Subſtantia regenerata non reſpondet effluxæ, vel vitio objecti, i.e. ſanguinis, vel vitio nutrientis partium facultatis: *Galenus 3. de ſympt. c. 1.* & *lib. de ſympt. diff. c. 5.* addit attractricis retentricisve infirmitatem, & immoderatum excretricis motum: Unde plurimi bene ingerentes digerentes, egerentes, proindeque nullo morbi ſeminario, nullo fomento in viſceribus latitante, nihilominus emaciantur, quod alimentum à membris vel non attrahatur, vel tractum non retineatur, ſed expellatur ac diſcutiatur. *Menjotius.*

15. *Aut vitioſum eſt*) Advertendum eſt quamvis corporis extenuationem penuriam *alimenti* aut ſanguinis non indicare, ſed eam tantum quæ magnis evacuationibus, aliiſque cauſis conſumentibus ſuccedit: Fit enim interdum ut ſanguis in venis retentus pravam induat qualitatem, ob quam alendis partibus, minime idoneus efficitur, unde corporis macies & extenuatio accedit, licet venæ multo ſanguine, ſed pravo refertæ maneant, & tum temporis venæ ſectio, etiam larga manu celebrata plurimum conferre ſolet.

Quod quidem luculento Galeni experimento confirmatur, qui *comm 3. in 6. Epid inquit. Ego cuidam mulierculæ jam octo menſes ſuppreſſionis menſtrua laboranti, extenuatiſſima cum eſſet, haud exiguo detracto ſanguine breviſſimo tempore proprium habitum reſtitui, ſicut & alias non paucas eodem modo ad ſanitatem reduxi: Sed quod illi mulieri accidit fuit valde celebre (neque enim erat ignobilis: Ipſi quidem reciſſa vena. & Medicis ex eo remedio futuram utilitatem firmiter polliceri verentibus, quinetiam nonnulli mihi adverſari audebant, non ſolum propter mulieris maciem, ſed etiam propter inappetentiam ex v. ſ. ſequuturam eſſe noxam affirmantes &c. ægrotis evenientia diligenter obſervare, & ipſorum affectus cauſaſque, ex quibus curationis intentio requiritur indagare negligentes, qua & ipſa per experientiam dijudicatur. In muliere ſane quam memoravi, primo die ſanguinis ſeſquilibram detraxi, rurſum die poſtero libram unam, tertio non multo plus ſemilibra, erant enim unciæ octo.* Riverius.

Aut vitioſum eſt) Sanguis vel deeſt, vel inidoneus corpori diſpenſatur, ideoq; reſpuitur à membris quibus melius videtur nõ protſũ nutriri, quàm male nutriri: quamobrem non modo famelici, ſed κακόσιτοι quoque, i. e. vitioſo veſcentes alimento prætenues fiũt atq; κακοχυμίαι; Si quæras cur inanis cachexiæ ſagina potius non exurgat, Reſpondebimus dari pravitatis gradus, ac in cachexia ſanguinem nutriendis partibus haud ita eſſe exoſum, ac proinde hunc affigi, etſi non permutetur fierique gluten non cambium, at in Atrophia ſanguinem eſſe plane alienum, ideoque penitus repudiari. *Menjotius.*

15. *Aut vitioſum eſt*) Cauſam tam *remotam* quam *proximam*, Atrophiæ univerſalis adducit *P. Joh. Pathol. pag. 5.* illam conſtituit ventriculi debilitas, chylum pravum crudumve fabricans, & hepatis viciata præſertim coctio, ſeu vacillans ſanguificatio: *Hanc* vero ſanguinis ipſius (qui alioquin eſt commune totius corporis pabulum) aut vitium notabile, aut defectus ac inopia: Si vitioſus ſit ſanguis, hunc facultas nutrix partium tanquam ad præſtandam nutritionem minime idoneum nec attrahit nec appetit, neque aſſimilare ſibi eum etiam valebit, quam impoſſibile ſit, ut tanta impuritas, v.g. craſſities, viſciditas, putrilago &c. in coctione tertia ac nutritione particulari emendationem admittere queat; vel ſi eum attrahat, tandem & digerere, h. c. purum ab impuro ſeparare aggrediatur natura, tunc fatigatur valdopere, & adeo debilitatur, vel etiam ad ſtuporem & exorbitationem redigitur, ut ob ill... *ἀτονίαν* poſtea officio ſuo ſatisfacere tunc nequeat, unde nutritio partium imminuitur &c.

De ſanguinis vitio hoc etiam adſcribendum inſuper ducimus, quod ſumma ejus aciditas & acrimonia, non tantum inſigniter depaſcatur & conſumat carnoſitatem ſeu corporis habitum, verum multo magis etiam *viva* atque *animata putredo* non negligenda ſit, quæ cum primis omnem ſuccum alimentitium ac ſubſtantificam humiditatẽ ſuffuratur ac potẽter devorat, adeoq; præ reliquis potiſſimũ nutritionis opus turbat, atq; fruſtratur.

Scorbuticorum, & eorum qui Atrophia laborant maculæ in circumferentia corporis, ſeu cute comparentes, in rei veritate nihil aliud ſunt, quam minutiſſimorum vermiculorum, ſub cute hinc inde latentium indubitata ſignacula ac genuinones, notio quas qui negligit, atrophiam ſcorbuticam &c. conſimiles ægritudines ex fundamento curare nunquam poterit; *Chr. Langius.*

2 15. *Aut vitioſum eſt*) Quando adeſt ſuccus nutritius, ſed vel ineptus eſt, vel expellitur; id fit ob fermẽtationẽ ſanguinis aut *majorẽ* aut *minorem*; In *minori*, copia partium fixiorũ, terreſtrium, tartareарũ, viſcidarũ, crudiorũ, viarũ proportioni & capacitati non reſpondens, liberũ ac legitimũ ſanguinis per meatus debitos tráſitũ impedit, hinc ſpirituũ animaliũ, ceu ſubtiliſſimæ ſanguinis partis generatio & ſecretio periculũ patitur; Succus vero nutritius vitioſo charactere inquinatur, diluitur, debitam conſiſtentiã non acquirit, verbo, ineptus evadit: Plurimum hic quoque confert ſi acetoſa qualitate inſignitus ſit: hinc eſt quod multi hypochondriaci, ſcorbutici, obſtructionibus meſenterii, vaſorum lacteorum, & in ſequiori ſenſu, uterinorum, laborantes maciẽ incurrũt: In *majori fermentatione*, materia ſalina, acris, alkalina biliosa, ut plurimum in ſanguine vel continuo latitans, vel per vices illata, particulas nutritias in gelatinoſam ſubſtantiam concreſcere non ſinit, ſed eas diſſolvit, attenuat, exhalationi ex corpore aptas reddit & diſſipat; quod tum in biliosis, hecticis, ſcorbuto volatiliori & febribus continuis ac intermittentibus phthiſicis ſæpe contingit; & in his calor ſæpe momentaneus, ſeu phlogoſis poſt aſſumptum præprimis cibum, & ſudores colliquativi nocturni ſæpe moleſti id quam maxime patefaciunt. *Wedel. §. 8. c. 3.*

Huc facit ſanguinis vitium, ſi pluribus ſalino-ſulphureis partibus, ſeroſis vero paucioribus inſtructus, ſive fixioribus tartareis refertus, illis contra deficientibus: Hæc igitur fermenta alios humores facile inquinant, ſeſeque multiplicant, *Priori* in ſtatu quod eſt corpus cum particulæ activæ mobiliores paſſivas, inertes motui ineptiores quantitate ſuperent, hac diſpoſitione præditi, dici ſolent temperamenti calidi & ſicci: Quod in poſteriori eſt ſtatu, cum contrariô modo hic ſe habeant principia, frigidæ & ſiccæ, interdum etiam humidæ complexionis ſtatuitur. *Idem §. 8.*

15. *Vitioſum eſt*) Vitium contrahit ſanguis ab *Aëre*, ſi hic peccet in *quantitate* vel *qualitate*; *Illa* ſi pauciores & minus ſufficientes particulas ſui elaſticas ſanguini côferat; *Hac*, ſi *plures* tribuat, aut *vitioſius* advehatur; Quãdo ergo ob veſiculas pulmonales obſtructas, vel compreſſas, nec ſatis expãſas ſuive ipſius craſſitiẽ aditũ ad maſsã ſanguineã non invenit legitimũ, ſanguis attritionẽ, inq; ſui minima diviſionem non adipiſcitur: hinc neq; ad partes debito modo appellit: côfert etiã huc quãdo plures partes elaſticæ, exiſtẽte ſcilicet calido & ſicco eodẽ, advehuntur, unde maſſa ſãguinea, & una cum hac nutribilis rareſiunt nimis & trãſpirationi, apertis cutis poris, ab externo aptæ

redduntur: Sin *vitioſus* ſit, nutritionem impedit, quatenus maſſam ſanguineam corrumpit, nec partes nutritias coire ſinit; Fit hoc ubi metallicis, mineralibuſve, aut aliis naturæ noſtræ incongruis & inimicis, craſſis, fumoſis exhalationibus refertus eſt: hinc metallurgos plurimos macilentos videas, hinc Londinenſis aëre fruentes tabidos multos reddi ſcribit *Willis*. *Idem* §.11.

Vitium etiam *Alimentorum* in ſanguinem trahit; hinc atrophiæ ſubſequunt: *Cibus* & *Potus* quidem conſervant corpus noſtrum, Idem vero ſæpe perit cibo ac potu, ac non nutritur: *Potus* enim nimia copia, fæculentior, vel alio vitiò præditus, fermentum ventriculi enervat, fibras ejus laxat, minus recte fermentatur, partes nutritias & ſanguinem laxiores & fluxiliores reddit; hoc particulas activas disjungit & calorem minuit. *Cibus* coctu difficilis, crudior, vel copioſe ingeſtus non, uti par erat, reſolvitur, & præparatur ob fermenti efficaciam illo minorem, Non facta igitur recta ζυμώσει, viſcoſior, craſſior, relictus ſæpe in itinere, ob denegatum per lacteas tranſitum, quod in infantibus & pueris ἀδδηφάγοις frequenter occurrit, intercipitur, aut alibi in vaſis ſanguifluis ſtagnat, hocque modo ſæpe gracilitatis autor exiſtit; nam vitium primæ coctionis non corrigitur in ſecunda nec in tertia. *Idẽ* §.11.

15. *Aut vitioſum eſt*) Atrophia ex nutrimento oritur, quando hoc vitioſum eſt, quando v.g. hoc nimis acre, aut aſperum & ſalſum, alioque vitio peregrino inquinatum, hinc ineptum eſt ut nutriat corpus, idque fit vel propter vitioſam nutrimenti *in ſtomacho digeſtionem*, vel propter vitioſam *nutrimenti geniti in maſſa ſanguinea*, antea plus minus vitiata *corruptionem*, Conſpirant hæ duæ cauſæ, ſed raro, ita ut per circulum quendam ſe mutuo intendant, v.g. animi affectus, ira, triſtitia, potus frigidus poſt nimiam incaleſcentiam, eſus poſt iram &c. nam ſanguinem turbant, & digeſtionem primam vitiant. De cauſa Tabis à ventriculo, vide inferius §. *Vitio* autem *ſanguinis* oritur, (ubi neceſſario etiam vitiatur diſtributus chylus) quando ſanguis quocunque modo in ſua craſi vitiatur, adeoque nutritioni ineptus, & hinc poſt febres tam continuas quam intermittentes male curatas ſuperveniunt lentæ & hecticæ tabem inferentes, partim ex acrimonia acidoſalſa, partim juncta viſciditate contentorum corporis, unde ſcorbutici ſæpe laborant atrophiâ ex acrimoniâ ſal. ſcorbutici, nutrimentum corporis inquinantis id quod etiam in malo hypochondriaco familiare eſt, &c. *Etmuller*.

16. *Vitio facultatis nutrientis*) Sanguinis tam penuria quam probitas oritur aut propter externa errata, aut chyloſeos hæmatoſeoſve culpa, ob viſcerum iſtis functionibus devotorum labem, Non enim ingeſtis nutrimur, ſed iis quæ ingeſta concoquuntur, nec vitia primæ coctionis in ſecunda, ac multo minus hujus errores in tertiâ coctione emendari poſſunt, quod imbecillior calor inſit membris externis quam hepati, Notum eſt illud *Hippocr*. p.23. ſ.4.6. Epid. οἱ θερμοκοίλιοι, *ventre calido præditi, frigidas habent carnes, & graciles exiſtunt, ut venæ promineant*, &c. Partes enim dum impurum ac fervidiorem ſanguinem ab æſtuantibus viſceribus nutritiis ſubminiſtratum faſtidiunt, frigent ac macileſcunt, affinis ſanguinis inopiâ, interimque ſanguis ille reſtitans præ copia diſtendit venas. *Menjotius*.

17. *Quando calor nativus*) Si impurus ſanguis offeratur facultati nutritivæ, cum illum dirigere nequeat, h.e. purum ab impuro ſeparare, tunc fatigatur valdopere natura, & adeo debilitatur, vel etiam ad furorem & exorbitationem redigitur, ut ob illam ἀταξίαν poſtea officio ſuo ſatisfacere tunc nequeat, unde nutritio partium imminuitur. Et hoc ipſum eſt quod innuit *P. Ioh. Faber*, dum non tantum deficiens vel vitiatum alimentum, Verum Archei imbecillitatem quoq; aut defectum caloris nativi humidique radicalis, in quo baſis fermenti vitalis, ſeu appetitus naturalis, vel magnetiſmus attractorius, quem quælibet pars ſingularem habet, revera conſiſtit, Id quod tam ſerio & toties *Helmontius* inculcaſſe legitur: Atque hæc ipſa Archei, ſeu calidi nativi partium imbecillitas quantùm pariat detrimenti jam ſæpius oſtendimus. *Chr. Langius*.

17. *Quando calor nativus, aut humidum radicale deficit*) vitio nutrientis facultatis fit Atrophia propter indigentiam naturalis caloris, ſive partibus implantati, ſive à corde influentis, partes enim ita affectæ appellentis alimenti etiam amiciſſimi fructum non capiunt, quod ad θρέψιν ſint inhabiles: Hæc in genere ſufficiant, In ſpecie enim morbi macilentiæ vituperantes innumeri ſunt, ut febris hectica, phthiſis, cruditates ventriculi, alvi profluvia, lumbrici alimoniam omnem ἐκχυλίζοντες, ac ſurripientes, contumaces ac indomitæ meſenterii obſtructiones, αἰναυλή, ſeu morbus reſiccatorius *Hippocratis*, qui nihil aliud eſt quam πάθος hypochondriacum; ſic diuturni melancholici velut larvæ ambulant, vulgatumque eſt illud *Traiani* ut ditescente fiſco plebs depauperatur, ſic augeſcente liene corpus marceſcit; ὅτι σπλὴν θάλλει, τὸ σῶμα φθίνει, *ubi lien floret corpus macreſcit* (2. de loc. in Hom.) *Delapſus quoque cartilaginis Xyphoidis* corpus extenuat, ob ſubjecti ventriculi coarctationem, Item *decidentia cartilaginis ſpinam terminantis*, non propter comitem dolorem, nam dolor & acerbior & diuturnior alibi cietur, abſque tali macie, ſed quod vaſa per continuitatem anguſtentur *Menjotius*.

Adde atrophiam ſæpe comitari *atroces dolores*, v.g. artuum, *genuum* &c. ubi ſcil. ſerum acrius circa penoſtia ſtagnans, illa tum tendit nimis, tum angulis acutis, quaſi ſpina infixa pungit & ſolutionem minitatur. Hinc ſpiritus animales inordinate moti aliis partibus debita præſtare munia, & ſuccum nutritium vegetare nequeunt; ut taceam à ſero hujuſmodi acrion, cum ſanguine, communicato illius partes non poſſe ad debitam conſiſtentiam pervenire, *Wedelius c.3.* §.16.

17. *Quando calor nativus*) Ob humidi ſubſtantifici, & per conſequens, *caloris nativi*, cujus eſt pabulum, defectum, corpus interdum conſumitur, idque aliquando ætatis cauſa ſicuti enim eo per ætatem juvenilem abundante, corpora creſcunt, & poſtea in ætate conſiſtente, eo perſeverante vigent; ita per ſenium, uti illud, ſic & corporis ſubſtantia, quæ eo ſuſtentabatur, decreſcit, abſumiturque, adjuvante inſuper ſiccitate partium, quæ ratione temperamenti in ſiccius mutati ſenibus advenit; unde etiam corpora ipſorum aridiora fiunt.

Idem *laborum* & curarum, & in ægris morborum occaſione evenire poteſt, quando ob illorum vehementiam & perſeverantiam, & morborum diuturnitatem vel pertinaciam, abſumpto humido primigenio caloreque nativo debilitato, ut in ſenio ætatis decurſu accidit, ſic extra id, vi laborum, curarum, vel morbi citius quam par erat, hi tanquam ſeneſcentes, non ſolum imbecilliores, ſed & macilentiores fiunt; tandemque marceſcentes ad extremum uſque vitæ tempus ſic permanent; Niſi forte hæc calorem nativum nondum adeo debilitarint, quin reparari poſſit, tunc enim etſi admodum attenuati ſint, tamen ſi à laboribus & à curis diſiſtant, & à morbo convaleſcant, priſtinum corporis vigorem ſtatumque recuperant. *Platerus*.

Quando calor nativus aut humidum radicale) Quam nonnulli cauſam hic quærunt, aut in Temperamento inſito in calidius ſicciuſque mutato, illam in *Bile*, *Lympha*, quin & *Saliva Succoque Pancreatico*, haud fictis commentitiis, verum actu exiſtentis, à multis obſervatis ſenſibilibuſque humoribus, ſed variis modis mutatis & vitiatis quærendum inventamque arbitratur. *Sylvius capit*. 37. §. 16.

Prog-

Prognoſis.

De ſignis Prognoſticis quoad *Eventum* ejuſque *Durationem & modum*, univerſaliter judicandum eſt partim ex *cauſa* Atrophiæ, illa ſcilicet ſi facile aut difficulter tollitur, idem etiam de hac ſperandum; Partim ex ejus gradu, qui ſi ultra naturæ æquatorem provectus ſit, incurabilis eſt, & contra, Sic ſi oriatur v. g. ab hypochondriaca paſſione, phthiſi vel ſcorbuto, non tam cito auferetur, ſiquidem hi, ceu cauſæ, ſæpe etiam optimis non parent medicamentis & tolluntur, ſed ſiunt chronici, Ergo etiam effectus hic non æque tollitur: Cauſa vero facilius cedente, medicamentis, nec ad perfectum maraſmum σκελετώδη malo perducto, hic quoque effectus facile tollitus, ſenſim ſenſimque rorido nectare iterum imprægnatis partibus. *Wedelius capit.* 1. §. 13.

Natura graciles, ſunt craſſis minus valetudinarii, ac in morbos lapſi majores habent ad ſanationem opportunitates ob vim caloris nativi, meatuum libertatem & perſpirandi commoditatem, hinc *aphor.* 2. 44. *Qui natura ſua ſunt valde craſſi, breviori vita fruuntur quam graciles*. At macies naturalis nocentior eſt obeſitate morboſa, propter graviorem inopiæ quam redundantiæ injuriam, quo pacto *tenues* (1. *aph.* 5.) *& exquiſita diæta paulo plenioribus periculoſiores ſunt*. Præſertimque in *Infantibus atrophia* periculoſiſſima eſt; quod plurimo ad corporis incrementum nutrimento opus habeant, quodque rarior tum eorum textura adipum carniumque conſumptione amplius rareſcat.

Scriptum eſt ab *Hippocr.* 2. *aph.* 7. *Corpora quæ longo tempore extenuata ſunt, lente eſſe reficienda, quæ vero brevi, breviter*; hic enim ſpiritus cum humoribus ſolummodo decepti ſunt, ſalvo interim vitæ fundo, nempe illæſis partibus ſpermaticis. *Nam*, inquit *Galenus* 1. *Epid. diffuſa eſt natura per partes ſolidas, virtus illarum exiſtens*, illic autem partes ſolidæ, quibus inſidet virtus concoctrix, ſunt colliquatæ, proindeque ſegnius cibationi incumbendum: Quemadmodum parietibus præ vetuſtate ariditſimis, calx nequit agglutinari, nec plantæ ad ἄναυσιν perductæ in poſterum reviteſcunt, ſic homines πεφιλημωμένους ἢ μαραγεγημένους re corporare poris non eſt; quicunque enim exhauſto ellychnio affundit oleum, ille oleum & operam perdit. *Menjotius*.

Semper curatu difficilem, ac ſubinde incurabilem Tabem, inprimis poſtquam duravit aliquandiu, teſtantur Medici omnes ipſiſque ſuffragatur Experientia, licet cenſeant plerique ipſam in principio haud ita difficulter curari poſſe, dum innoteſcat. *Fr. Sylvius.*

18. *Curatio reſpicit*) *Curatoria* indicatio malum ipſum reſpicit Illud vero conſiſtit in defectu particularum nutritiarum, Ideo iſte defectus ut reſarciatur & nutritio debita iterum fiat modo omni annitendum eſt opera, Huic ſcopo inſervit quæ *Præſervatoria* audit, & cauſas reſpicit varias, indicatio altera; Succedit *vitalis*, quæ id quod ſecundum naturam, ſeu vires reliquas conſervat.

Si itaque maſſa ſanguinea orbata ſit ſucco nutritio à *morbo exantlato*, ille reparetur cibis qui in ſuccum & ſanguinem facile converti poſſunt; Si defectus hic *à non aſſumpto cibo, ob ventriculi fermentum vitiatum*, ſtomachicis ille tollendus eſt, quæ ventriculo prolongato itidem non minus auxilium ferunt; *Vermes* in illo hoſpitantes anthelminticis expellendi, *Fermentatio ſanguinis & ſeri minor*, apetientibus, attenuantibus, volatilibus, ſpirituoſis, ſtomachicis, antihypochondriacis, ſcorbuticis promovenda: Contra *fermentationem majorem*, abſorbentia, acrimoniam imbibentia, & humectantia proficua ſunt, ſeu ſerum in copia ἐπιγυλικῶς augentia: Spiritus animales deficientes augendi & reparandi alimentis laudabilem ſanguinem, & conſequenter ſpiritus bonos etiam generantibus: Quod ſi vero via tantum denegata ſpiritibus ſit ob *meatuum obſtructionem*, eorum recluſione per volatilia penetrantia aditus ipſis conciliandus iterum eſt: *Ulcera* tandem à traumaticis auxilium expectant. *Wedelius capite* 6.

Curabitur Tabes 1. *reparando ſanguinis defectum*, vel *univerſalem* vel *particularem* tum uſurpando alimenta opima, tum amovendo emendandove ſingulas cauſas. 2. *Corrigendo vitium ſanguinis*, qualecunque, amovendoque per Evacuātia ſingulis convenientia, Vomitoria, Purgantia, inprimis Diuretica, Sudorifera, quin & Salivantia, *Correctio ſanguinis* variabitur pro vitii varietate, Ni habeantur ad manus corrigentia univerſalia, qualia ex mineralibus & metallis, aliiſque ad animalium partes minus determinatis parantur efficaciſſima, ideoque optima, & in ſpec. ex *antimonio, auro, ferro, vitriolo, coraliis, margaritis &c.* unde non immerito laudantur *Tinctura ſulphur.* &c. ex enumeratis paranda: *Curabitur* 3. reparando partium alendarum noxam per infortunium illatam, &c, *Sylvius*.

19. *Cacochymiam, ventriculi inprimis*) Cum ex prima culina, omne mutuandum ſit corpori reliquo nutrimentum, meritò hanc, tanquam facultatis naturalis quendam præſidem attendere addecet, Hinc per Lenientia res expedienda & Purgantia ipſa, cumprimis ſi poſitiva adſit materia, humores viſcidi, lenti, glutinoſi bilioſique hinc μόλυνσις inducatur: ſi glandulæ inteſtinales nutritiæ obſtructæ & inviſcatæ fuerint, ſi vermes ibi latitent, præceſſerit ἀδηφαγία & repletio: Faciunt huc *aloetica* præcipue, nequaquam *drastica*, Obſervatum fuit non raro non profuiſſe ſuccurri ægris, etiam infantibus, præcipue tumidiori ſimul abdomine, niſi his ipſis. Alias, ſi à cauſa magis privativa, calore debili, fatiſcente Archeo, atrophia corpus detineat, ut in ſenibus, tantum abeſt ut purgantia ἄνω vel κάτω proficua ſint, ut potius ſumme noceant, auferendo reliquum quod ſupereſt humidum, ut tanto citius inducant maraſmum. *Wedelius*.

20. *Symptoma ipſum, ubi locum habent Balneum Hoc non ſymptoma tantum reſpicit, ſed & cauſam ipſam attendit, eademque ratione juvat qua* Diaphoretica, quæ licet videantur itidem difflare magis nutrinum humidum, eoque corpus privare (*non ſecus ac Balneum*) præcipue quando in fluores propendet id ipſum, unde & *Antihecticum Poterii* nonnullis male audit, inſons tamen ſi cum humectantibus detur, Habent tamen non minus aliquando locum; Sic conveniunt quando in glandulis ſubcutaneis viſcidior hæret lympha, quando tranſpiratio prohibita, ſcabies, ſcorbutus, diarrhœa, non ab obſtructione oriunda, aliaque vitia malum fovent, Laudamus hinc *Bezoarticum Martiale, Joviale*, ſicca & humida via parata, *ſpiritum tartari* ſudoriferum, *eſſentiam myrrhæ, balſamum ſudoriferum, cinnabarina &c.* Wedelius *cap.* 8.

21. *Ubi locum habent*) Huc refer appropriata *ſpecifica*, quæcunque & *ſalia temperant* quo nomine *perlæ* & ex iis parata laudem merentur; *ac obtundunt* humidumque nutritium efficaciter reſtituunt alimentoſa & medicamentoſa, aqueo & ſulphureo γλυχεῖ fœta, ut dubia temperata, quæ plurimum nutriunt, *paſſulæ ſacchar. amygd. d. pinea, piſtac. ſuccol. Inda elect. reſumpt. panis mart. confectio alkerm.* item *lac. amygd. &c.* V. g.

℞. *Nucl. pineor.* ℥iij. *amygd. d.* ʒvi. *piſtac.* ℥ß. *aqu. hed. arbor. ſumm. abiet. anal.* āā. ℥ii. *roſar.* ℥j. *m. f. art. Emulſio. Colat. adde matr. perlar ppt.* ʒiß. *ſacch. perlat.* ℥i. *vel q. ſ.*

Laudari item meretur deſtillatum *ſangu. porcini ſ. & comp.* quod *Horſtius libr. 2. de tu. ſan. cap. 5.* commendat.

℞. *Sangu. porci juv. rec. maſt.* ℔iv. *fol. ſcab. tuſſilag.* ãã. *m.* ij. *conſ. roſar. borrag.* ãã. ℥iß. *aqu. tuſſilag.* ℥xv. *mſ. deſtilla per M. B. dulcoretur ſacchar. perlati q. ſ. doſis* ℥ii.

Eam in rem legi meretur. *Cardanus Cur. adm. 4.*

Extollitur etiam *aqua mirabilis Ferdinandi & Zacati ſtillatitius liquor limacum* & ſim. Licet enim hæ ipſæ aquæ proprie loquendo non ſint nutrientes, cum ſubſtantifica talis refectio ex Culina potius Expectanda ſit, conveniunt tamen pro reſtauratione humidi, dilutione & attemperatione. *Wedelius.*

22. *Balneum*) Quod & in meſenterii infantum obſtructionibus, quo caſu faſcino illos ſæpè correptos dicunt mulierculæ, uſurpari poteſt. *Idem.*

22. *Diæta humectans*) Diæta nutritionis ſpem promittit non exiguam, & conſiſtit in legitimo ſex rerum non naturalium uſu: *Aër* ſit temperatus in caliditate & ſiccitate; cavendum à nimis frigido & humido, qualia ſolet eſſe principio veris; ſic & Autumnus tabidis nocet, *3. aphor. 10. 6. Epid. p. 14.* vitetur etiam metallicis refertus particulis, aut aliàs impurior.

Cibus ſit εὐπεπτος καὶ εὔχυλος multum nutriens; Valet præſertim *lac caprinum, aſininum*; Si phthiſicus eo nutriri geſtit, offerantur bruto plantæ antiphtiſicæ, *ſcordium, bugula, herba coſta &c.* Si ſcorbuticus aut hypochondriacus, alatur animal plantis antiſcorbuticis, *cochlearia naſturtii, &c. Borellus obſervat. 70. peponum* frequenti uſu maciem curatam tradit: Quomodo impenſe incraſſantia & motum cohibentia ſanguinis fermentationis nimiæ, nutritionem depopulantis, docet *Malpighius Epiſt. 1. de Pulmon.*

Potus ſit cerevſia defæcata, Pura, temperata, non recens nimis aut craſſa; decoctum hordei cum paſſulis, & ſero lactis: Vinum generoſum modice in cœna conceditur, non auſterum, non turbidum, ſeu tartarum multum in poris ſuis continens: ſed ſpirituoſum, hoc enim ventriculus gaudet, & ſpiritus animales roborantur, præſertim in maraſmo ſenili.

Somnus ac vigilia juſto ordine ac tempore ſe excipiant. *Motus* & quies modum non excedant; Prior frequentius inſtituatur, ubi ab obſtructione meſenterii aut hypochondriorum macies provenit. *Alvus* quotidie officium faciat, *Animi* affectibus, Veneri frena non indulgeantur laxa nimis &c. *Wedelius.*

24. *Inunctiones*) Partes ad recipiendum vel retinendum aptant *Topica* varii generis, *tum emollientia & balſamica*, quæ, diverſo reſpectu, & ſqualorem ſolantur cutis, & dilatant ſubſidentes poros glandularum, & diſflationem nimiam prohibent, mucilaginoſa & oleoſa virtute, calorem vero attemperant, *ex herbis v. emoll. melilot chamæm. uc pop. ol amygd. dulc. nucl. pineor. petrol. laurin. lilior. alb. medulla crur. vituli pingu. hum. ungu. reſumpt. martiato, roſ. dialth.* modo dorſo illinenda, modo abdomini, ad diſſolvendam pituitam in ventre cõtentam, quod experimento *Sylvii 1. Pr. cap. 14. §. 56.* eſt laudatiſſimum.

Tacemus *nervina* alia obſtructionibus nervorum paralyticis uſitata; ex *ol. diſtill. pingu. caſtor. ungu. nervino, &c.* Faciunt etiam huc *Balnea*.

Tum abſterſoria, quæ inſigniter proficua ſunt, ſi ſub dorſi cute latens viſcoſior lympha, quæ crinones dictos æmulatur, tranſpirationem prohibent; ſuccumque nutrinum corrumpat v. g. *radix bryon. in lixivio cocta &c.* *Wedelius.*

25 *Lumbricis cœmeteriorum*) Conſulantur Veſpillones, negabunt, hi dum foſſis humandis corporibus excavant, unquam occurrere lumbricos: Adſtantes ipſos vidi tum Pharmacopœos, tum Piſcatores, qui expeterent, illi quidem ad parandum oleum, hi ut eſcas parent piſcibus, at utrique riſu excepti fuere, quod in effodiendo nullos obvios habeant, ſaltim in locis ubi cadavera inhumata fuerint.

26. *Cauſas*) Inter quas recenſenda *copia ſanguinis viarum ſpatio major*, unde acceſſus illius & ſucci nutritii impeditur, Eo modo *Hippocrates lib. 5 Epid.* Virum conſumpto & tabeſcente corpore adhibita venæ ſectione reſtituit, Simile exemplum habet *Riverius centur. 2. obſ. 78.* Prodeſt etiam ſanguinis miſſio, ſi ejus evacuatio ſuppreſſa malo occaſionem dederit, ut hæmorrhoidum vel menſium, qualis obſervatio eſt, *Benivenii c. 44. Wedelius.*

In viro illo de quo *Hippocrates 5. Epid. ſx. 11. 6.* ſanguis fuit ineptus ad nutritionem, *quare moram trahens in vaſis*, debuit neceſſariò craſſeſcere, lenteſcere, aceſcere, atque nigreſcere ad inſtar picis liquidæ quaſi; quod ſane obſervare eſt, tum alibi tum potiſſimum in iis quibus exuritur ſanguis, ſive ab ardente febre, ſive ab internecina fame: Talem vero ſanguinem gravare ſpiritum, non facile mittet in dubium quiſpiam, craſſities enim & lentitudo ut ſanguini immobilitatem conciliat, ita & ſpiritui laborem creat in movendo illum ſeu circumducendo per venas; Acrimonia deinde non magis negotii faceſſit in extimulando, ad frequentationem pulſus & motus, unde neceſſe eſt fatigari, & dolere, & deficere magis ac magis, Nigredo denique tenebras ipſi & triſtitiam diffundit: Tot ergo nominibus gravis ſpiritus ſanguis, & quidem ſine ſpe meliorationis, vel à cibis conſequendæ vel à pharmacis, quod aliud potuit excogitari remedium præter ablationem ejus: Quod ſi auferendus fuit, non potuit materiæ excogitari, qua auferretur, præter ſectionem venæ? *Vander Linden Select. 13. §. 401. &c.*

27. *Differentiæ Atrophiæ ſunt variæ*) Has adducit *P. Barbette* cap. de Phthiſi, à cauſis deſumptas: Practicus, Tabem in tres ſpecies divido, *Prima*, eaque præcipua eſt, illa quæ provenit ex glandulis meſenterii lacteis Lympha craſſa, vel, ut alii loquuntur, *pituita* obſeſſis, quæ ſic in cauſa ſunt, ut minima aſſumptorum ciborum pars perveniat ad cor, corporiſque partes reliquas; maxima vero illorum pars pereat per alvum; *Secunda* eſt, quæ propter ſanguinem, & in illo lympham ſeroſiorem tuſſim excitat continuam, dum per pulmones circulatur, cum Succo nutritio ad cor; *Tertia* ſpecies illa eſt quam antiqui ulcus Pulmonum vocavere, Procedit ex lympha craſſa in veſiculis pulmonum diutius hærente, & circulationem ſanguinis impediente.

28. *Alia particularis*) Partes peculiares aliquæ interdum conſumuntur, plus minuſve, tumque partis illius *atrophia* vocari ſolet; Frequentius autem hæc in membris, ſeu artubus exterioribus occurrit, Veluti circa *coxam*, ubi imminuta illic carne, & circumterer; Idem quoque in *pede* ſubjecto, maxime circa femoris & ſurarum craſſitiem accidit, manifeſtiuſque apparet: Vel hæc circa *ſummum humerum*, aut cubitum, illorumque maxime in intervallo, quod pollici & indici ſubſtrata, oſſa, intercedit, collapſo & impreſſo ſe manifeſtat; Sic & *Oculus*, potius quam *Pupilla*, uti illi docent, *Atrophia* contabeſcere, vel Phthiſi laborare dicitur, quando non exacte diſtentus & impletus, ſed nonnihil collapſus & ſubſidens, quaſi minor obſcuriorque apparet, *Pupillaque foramen*, ſeu *nigrum oculi* anguſtius magiſque conſtrictum cernitur. *Platerus.*

Particularis conſumptionis cura accommodatur huic Atrophiæ, quæ certis membris muſculoſis in pedibus, brachiis, ipſorumque fulcria evenit, ob impeditam ſanguinis ad partes, qui nutritionem illarum cauſa fieri debebat

bebat; diſtributionem; Quæ ſi à *Luxatione* proficiſcatur aut à *Ligaturis* nimium vel diutius membrum arctantibus, aut à *Tumore* aliquo premente, ipſis primum proſpiciendum: atque *os laxatum* reponendum, *faſcia* vel *vincula relaxanda*, *Tumores*, ſi fieri poteſt, removendi, per curam illis debitam: Quod ſi ob *abſciſſas venas*, vel *arterias*, majores vel plures hoc eveniat, intercepta via per quam pars nutriri debebat, deſperatum fere eſt malum. *Idem*.

28. *Particularis quæ à peculiari partis vitio*) Præter maraſmum univerſalem, per quem corpus pumice ſiccius redditur, & de quo dicebat Poëta. *In omni nuſquam corpore corpus erat*, datur particularis, membrorum atrophia, primo venis annotinis, quæ ſcilicet annonam, ſive ſanguinem convehunt, diſſectis, obſtructis, aut compreſſis, ſeu à ligatura arctiore, ſeu à vicino tumore, ſeu à luxatione oſſium: Deinde proprii caloris defecto, vel propter frigidam intemperiem ab incauta frigidiſſimorum aut narcoticorum remediorum admotione, vel ob arteriarum quibus ſpiritus vitalis affluit anguſtiam; Vel propter quietem qua calor torpeſcit, ut in paralyſi, unde *Hippocr. Lib. de off. Med.* inquit *Macies partium vel ex diuturna quiete; vel ex vinculo quod ad fracturas pertinet proficiſcitur*, Item, *Viſus roborat, otium extenuat*; ac Imperator *Germanicus* Crurum gracilitate laborans, ſola poſt cibum equitatione curatus fuiſſe fertur. *Menjotius*.

29. *In Curatione locum habent*) Curabitur 1. reparando ſanguinis defectum, vel univerſalem vel particularem, uſo Alimentorum optimorum; tum amovendo ſingulas defectus iſtius cauſas. 2. Corrigendo vitium ſanguinis qualecunque; amovendoque humores vitioſos admiſtos per emetica purgantia, diuretica, ſudorifica, ut & ſubinde ſalivantia; Correctio ſanguinis variis modis pro vitii varietate variabitur, uſurpando medicamenta unicuiq; vitio maxime apta, ni habeantur ad man⁹ corrigentia univerſalia qualia ex mineralibus & metallis, aliiſque ad animalium partes minus determinatis parantur efficaciſſima, & in ſpecie ex *Antimonio, Auro, Ferro, Vitriolo, Coralliis, Margaritis, &c.* unde non immerito commendantur *Tinctura, Sulphura, &c* ex enumeratis paranda, Curabitur 3. reparando partium alendarum noxam per infortunium factam, de qua re in Chirurgia *Franc. Sylvius l.c.* Omni ſtudio ſanguinem ad partem plus minuſve abſumptam allicere conabimur, adhibitis quæ illum calore aliove modo attrahant, vel dilatando viam aperiant. *Platerus*.

30. *Fomenta, Dropaces &c.*) *Inunctiones* hoc præſtant calidæ actu, cum valida ſeu dura frictione adhibitæ indieſque repetitæ, diuque donec membrum augeri videatur continuatæ quod cingulo chartaceo commode exploramus: Fiuntque ex *calidis potentia & relaxantibus unguentis*. Præcipue vero huic affectui hæc magis convenire uſu longo compertum.

℞. *Summitat. ſabinæ & juniper. fol. leviſſ. recent. āā. m. ij. flor. vel herb chamom. Rom. p. ij gran. junip. virid. vel maturor. p. ij. injiciantur omnia & contundant. parum*, adde *ol. irini & lilior. q. ſ. ut omnia integantur*, *axungiæ porci*, vel *lardi ſeparati à membranis* (probatur præſertim quod à rubro porco provenit) *quart. j. aqu vitæ* ℥ij. *coqu. omnia donec humiditas omnis conſumpta ſit*, cola & exprime adde *ol. ſpicæ* vel *de baccis junip. ſtillat* prout hoc vel illud *gratum vel ingratum erit. ad* ℥ij. *vel plus, adde pulv. ſemin. ſinapi* ʒß.) *rad pyreth.* ʒiij. *piper rot. vel longi vel zz.* ʒij. *cera q. ſ. f. Linim. vel ungu.*

Adduntur nonnunquam dictis herbis *pini ſummis. folia* item *ruta & urtica*, Item alia *olea calida* varia, *ut lep.* de *piper. & de euphorb.* multæque aliæ *axungiæ*, præſertim *equi, Canis, urſi, vulpis, taxi, butyrum*; Et ſi cum his *aſtaci* aliquot noſtrates coqu. & *lumbrici*, efficacius fieri docent, maximè ſi *euphorbii* vel *caſtor.* ʒij. cæteris pulveribus adjiciantur, vel *folliculi capſici* pulveriſari, quod valde urit: *Amianti pulverem* ad ʒß. vel plus additum multum proficere dicunt; vel *ſalis* tantundem.

Ex enarratis herbis *ſuccus* nonnunquam exprimitur, & cum *oleis* atque *axungiis* ad conſumptionem coquitur, ſicque additis aliis ungu. concinnatur, vel ſucci cum oleis miſti citra coctionem, addita *reſina laricea* & pulveribus in formam *Nutriti* rediguntur.

Emplaſtra & unguenta ejuſmodi fieri poſſunt addita *reſina liquida* & dura, ſed pura.

Sanguinem vituli, addito *pulvere piperis* aliiſve aliqui commendant.

Linimentum hoc ex paucis conflatum utile.

℞. *Axungiæ vulpis*, aut *canis*, aut *hominis*, quæ maxime propria, ℥ij. *ol. lumbric. terr. aut bufonum* ʒj. *philoſoph.* ʒß. miſce. Inungatur membrum calide.

Balnea ex decocto herbar. calid. prædictarum in unguentis, additis quoque aliis calefacientibus, partibus præſertim appropriatis, ut *ſalvia* &c. item *relaxantibus* quibuſdam, ut *malva*, facta ſimiliter proderunt, ſi membra conſumpta ſæpe illis immergantur, & poſteà inungantur. *Platerus*.

Cucurbitulæ in uſum vocari poſſunt, cum vel ſine ſcarificatione, debitis adhibitis cautelis, quatenus ad partes vocantur nutritii humores magis quam educantur, Convenit Cucurbitula ſicca etiam in Tabe à depreſſa cartilagine ſcutiformi.

Frictiones quoque tum totius in univerſali atrophia; tum certi membri in particulari; Calidæ, molles, mediocres cum pannis aſperis.

Optime vero omnium *Urticationes*, præcipue in paralyſi facta partium cum urticis minoribus percuſſione; *Wedelius*.

31. *Dropaces*) Qui adhibiti, ſæpeque iterum detracti, ſanguinem admodum alliciendo, juvare quoque poſſunt: Uti & *Sinapiſmi* hiſce validius adhuc operantes, & euſque ut pars ruborem contrahat, ſanguinem attrahentes. *Platerus*.

31. *Dropaces Picationes*) Quod remedium à Græcis δρῶπαξ & πίττωσις appellatur, id à Latinis P[illegible] nominari ſolet; Dicitur Dropax ab eff[illegible] ἀπὸ τῶ δρώπτεσθαι, ab evellendo, quoniam eo velut δρώπτονται, id eſt evelluntur pili: Eſt hoc Topicum præſidium, ex pice potiſſimum confectum, quod extenuatis, reſolutis, frigidis humidiſque membris applicatur, ut ſanguis & ſpiritus ad partes rubefactas attrahantur, ut partes refrigeratæ calefiant, ut materia impacta abſorbeatur, & exſiccetur, quod ex *Galeno* aliiſque veteribus colligere licet: Conſtat ex *pice arida & oleo* qui ſimplex eſt modus, ex p. j. *olei*, *picis* p. iv. vel v. ut Emplaſtri forma ſervetur, idque variat prout magis vel minus adhærere debet, addito etiam parum *terebinthinæ*, additis pro re nata calidis aliis, *pyrethro, pipere. bitumine ſulphure vivo, cinere* [illegible] *ſarmentorum, euphorbio, caſtoreo*, quin & quid[illegible] *c*[illegible]*tharides* ipſas, *gummi ammon & nitrum jungunt*. Hinc locum habent in Atrophia ſeu tabe membrorum, quæ vel fracturas, luxationeſve male curatas, vel diuturnam paralyſin aliamve cauſam ſequitur, cum ſanguine enim & ſpiritibus nutrimentum & calorem attrahunt ad partes. *Wedelius Am. m. m p 89.*

32. *Percuſſiones*) Leves, citra dolorem, vel ſaltem non magnum, ſæpius iteratæ, idque *tabellis tenuibus*, vel *virgis*, idque ſi membrum rabidum nunnihil ſtupeat, interdum ſi nihil aliud juvet, fieri poterunt: *Fricare* ſæpius membra conſumpta, eaque exercere plurimum juvabit. *Platerus*.

33. *Calor obtuſus excitatur & alimentum &c.*) Per Attrahentia, quæ advocant principia vitalia, vel deficien-

tia in parte, vel non ſufficientia, nec ut par eſt diſtributa, ubicunque vel calor debilis eſt nec ſui juris, vel humidum nutritium vacat: Tunc enim advocant ſpiritus, vitæ præſides, & humores, ſanguinem & ſerum, ut hoſpitentur ibidem, quando calor, nutrimentum, vigor, ſenſuſque & motus non illuſtrant æque partem, adeoque reſtituendi ſunt. *Wedelius Am. m. m. pag. 84.*

34. *A Vermibus*) Si vermes in corpore hærentes abſumunt nutrimentum, danda ſpecifica aut helminthica, *ſem. ſantonici, corallina oleum tanaceti, Mercur. d.* & alia præter *purgantia*, præſertim *aloetica*: Notabilis eſt locus de Tabe infantili apud *Zacutum Pr. Adm. obſ. 133. lib. 2.* ubi cum eandem ſæpe à verniculo intus prognato fieri dixiſſet, plurimos addit hoc modo prehenſos, ſummeque extenuatos, ad ſanitatem ſe reduxiſſe, ter exhibito ℈j. *caſtorei*, in lacte diſſoluti, unde per alvum excluſo verme obeſo vixere renutriti. *Wedelius c. 6.*

34. *Vermibus draconteis qui pueros*) Vermiculi ſunt exigui, ſimiles fere iis qui Aſcaridea vocantur, aut qui in putri caſeo enaſcuntur, longe tamen minores hærent inter cutem & carnem, potiſſimum in dorſo, in brachiis tameo etiam & in cruribus; puerulis cumprimis infeſti, aorem pungunt, proritum excitant, & graciles macilentoſque eos reddunt, quod alimentum iis ſubtrahant &c. *Plura vide Lib. 3. de Aff. thorac.*

35. *A ventriculo chylum non bene elaborante*) In ventriculo ſæpe latet cauſa Atrophiæ ac Tabis, præſertim ſucceſſivè interno ex fomite ſupervenientis, quando ſcilicet alimentum corrumpit, iſtudque in chylum vitiosè ſalſum, acido ſalſum, aut aſperum, aut plus minus viſcidum aut ſeroſum immutat, quæ vitia ſucceſſivè, aut ipſa vitioſa aſſumpta, v. g. in pica, ſequuntur, aut etiam vitio lymphæ ſalivalis ventriculi digeſtionem turbantis oboritur Tabes, ut & ipſius fermenti, vel etiam ſocerum in primis viis tabe ſucceſſive contracta, & tunc vix amplius emendabili supervenit; quatenus ea quæ materialiter ad conſtitutionem fluidorum horum concurrunt, inprimis ſpiritus, ſanguis & lympha in craſi ſua vitiata exiſtunt, Non rara ſunt exempla talis Tabis ex ſtomacho natæ, Vide *Solenandrum conſ. 8. ſect. 1.* item *conſ. 19. ſ. 2. Poterius* hinc inde in ſuis centur. & inprimis quotidiana experientia hoc confirmat. *Etmuller.*

36. *Chylum non bene elaborante*) Alterantia & roborantia tum generalia tum ſpecialia conſtitui poſſunt; *Illa* quæ fermenta viſcerum, ſeu ſanguinis & ſeri laboratoria corrigunt; *hæc* quæ reſtituunt utraque, præcipuè vero *ſerum*. Sic ubi ob *ventriculum* malè habentem oritur Atrophia, in uſum ſunt vocanda quę illum roborant, ut *radices aronis, ſal abſinth. centaur. min. eſſentia abſinth. ſ. & comp. ſpir. ſal. dulcis, Pulvis ſtom. Birckmanni ſpec ſtomachale, mynſicl. Elixir propriet. ſ. & antiſcorb. &c.* Wedelius. *c. 7.*

37. *A liene*) Cujus progenies cenſentur *Affectio hypochondriaca & Scorbutus*. Si Atrophia ab *illa* ortum habuerit colligi poteſt cum ſigna ejus præſto ſunt, ut ſputum copioſum, ructus acidi, nidoroſi, ventriculi inflationes, hypochondriorum æſtus & durities, dolores gravativi &c. Si ab *hoc* malum foveatur, ex dolore interdum punctorio; plerumque gravativo capitis, pleuritico, colico, hypochondriaco, crurali, palpitatione cordis, difficili reſpiratione, inappetentia, virium debilitate, ulceribus & tumoribus &c. cognoſcitur. *Wedelius.*

38. *A meſenterii obſtructione*) Ob quam chylus in ventriculo ſufficienter concoctus venas meſaraicas pervadere non poteſt, ob graves earum obſtructiones, ut in ſtrumis laborantibus ſæpe contingit, quorum meſenterium utplurimum glandulis refertum eſt, à quibus venæ lacteæ comprimuntur, unde totum corpus contabeſcit. *Riverius.*

38. *A Meſenterii obſtructione* Ab occluſione vaſorum lactentum ſi dependeat, conjunctus eſſe ſolet abdominis tumor, ſtagnantibus humoribus flatuoſis in inteſtinis, alvus eſt fluidior fere, quin nonnunquam fluxus ipſe chyloſus, non tam etiam vomitus tales una vel duabus à cibo horis, in adultioribus quoque anxietas aliquando adſunt.

Si *Meſaraicorum ductuum obſtructionem* pro cauſa agnoſcat, idipſum tenſio & gravitatis ſenſus in abdomine, arteriarum circa dorſum pulſus dolor per ſpinam dorſi ſub oſſe ſacro & lumborum, vertebris ubi meſenterium annexum eſt, manifeſtant. *Wedelius.*

In pueris, imo & adultioribus, frequens abdominis induratio, atque inflatio, Cujus cauſa Glandularum meſaraicarum durities; Chylo hæc nonniſi tenui ad Venam lacteam magnum tranſitum concedit, unde caro muſculorum flaceſcit corpus ponderoſum redditur, atque laſſum, imo tandem febris & extabeſcentiæ oriuntur. *Barbette Anat. Pr. p. 1 c. 14.*

38. *In curando*) Aperientia Atrophiæ ſunt remedia, ſed magis temperata & humectantia; Temperata, ne diſſletur ſerum alibile; Humectantia, ut fluxiles ſint humores Idque eo magis cum in obſtructione glandularum inteſtinalium Tabis utplurimum lateat fomes; inprimis in infantibus tumido ſimul ventre, quo caſu *Tinctura Martis cydoniata* eſt probatiſſima. *Wedelius. Am. m. m. p. 76.*

Diuretica tunicam genuina Aperientia dum venarum amurcam abſtergunt, ſanguinem & ſerum ſerenando, non minus obſtacula debita tollunt, inprimis ſi *ſeri* lymphæ circa hepar vel alias partes contingat; Hinc hydropicos videas arefieri quoad clima corporis ſuperius: Sic & obſtructiones glandularum optime expediunt, ſeligenda pro diverſitate ſubjectorum, tum *nitroſa*, quæ ardorem reſpiciunt ſimul, *arcan. duplic. ſpir. vitr. coagul. antimon. diaphor. ſpir. vitr. coagul. antimonium diaph. no. edule.* tum alcalina, *Margar. ocul. cancror. ſuccin. alb prepar.* quæ in fluore albo conjuncto (nec raro atrophiam cauſante) ſeroſe ichoreſcente, & minus hinc nutribili, eximiè proſunt; Vel acida quoque, pro re nata, & *media*, modo in ſingulis cauſam magis quam effectum reſpiciamus, nec hunc tamen negligamus, v. g. *ſpir. nitri dulc. arcan. tartari ſimpl. & martiale &c. Wedelius Differt de Atroph. c. 7.*

Meſenterium obſtructum recludunt, aperientia *Martialia* modo *humida* eligenda, quibus atrophiam infantium frequentius & feliciter curavi, modo *ſicca*, prout cauſa & lympha variaverit, Talia ſunt *tinctura tartar. cryſtall tart. tartar. vitriol. ſpir. ſalis armon. liquor c. c. ſuccin ſal abſynth. ſal volat ſuccin. Pulvis cachect. Querc. ſpir. aper. Penoti, ſpir. diarrh. alb. triumfant. arom. roſ. eſſent. vitr. Mart. flores ſal. armon. mart. &c.* Eadem quoque locum habent in hypochondriaca paſſione & ſcorbuto, hepate vel liene affecto. *Wedelius c. 7.*

Externo hoc Linimento, abſque magno labore, malum hoc tollere ſoleo.

℞. *Vngu. alth. comp.* ℥j. *arthan. Martian* ana ʒij *ol. lilior. alb. chamom.* ana ʒiij. *m. ſ.*

Interne hic valde proſunt Rotulæ ſequentes toto curationis tempore maſticandæ

℞. *chalyb. ppti ocul. cancr. prep.* ana ℈j. *tartar. vitr.* ʒß. *lapid. prun. gr.* xvj. *ſpec. arom. roſ.* ℈j. *ſacch. alb.* ℥ij. *ſ. Rot.*

Purgationes hoc in caſo nonniſi *caſſia cremor. tartar.* ſyrupiſque laxantibus perficiuntur, fortiora enim purgantia glandulæ non ferunt. *Barbette Art. Pr. P. 2. cap 14.*

38. *In curando*) Cum adultiores, vel pueri Cachectici vocantur, quod Galli dicant *Etre en chartre*, id eſt ἐν τῇ καχεξίᾳ, vel τῷ καχεκτικῷ ſupple σχήματι, vel τῇ ἕξει καχεκτικῇ, vel τῇ ἀτροφίᾳ pati, fere pro conclamatis relinquuntur, & quod ad ſummum maciei ventum ſit, ne medicamentulo quidem locum relictum putant, ſed ſoli Prognoſtico; At longe ſecus res habet: Nec fraudari laude debita debet *Fernelius*, qui meo quidem judicio de *Atrophia* aliquid commemorabile literis conſignavit, *Bilis flava & atra circa Jecur perfuſio Atrophia cauſa ſæpius eſt; Vix enim vera Atrophia obſervatur in qua viſcera*

vera præter intemperiem non multorem bilioſorum humorum colluvie ſcatereat & earum copia diſtendebeatur: Et cum hæc cauſa naturalem ſpiritum & calorem poterat, vix laudabilis ſanguis gigni poteſt: Ac in cachexia quidem medicamento locum relictum putant, quod vitioſa ſit nutritio, in Atrophia autem ad ſolam ἀνάληψιν confugiunt, At ſi circum viſcera colluvies eſt iſtius bilis, quia fovet intemperiem fruſtra alimentis eam tollere nitaris. *Jac. Thevart. Not. 13. ad Ballonii lib. 1. Epid.*

38. *In curando Gramea cruris*) In eum finem laudari poteſt decoctum *hordei, omnium inthybacearum, radic. anchuſæ. flor. nenuph. violar. portulaca, ſemin. frigid. major. & minor.* in quo diſſolvere poteris *caſſiam* & infuſum *Rhei* ad robur partis ἀιμοποιητικῆς, Colatura clarificata quotidie utatur æger: Item *Julepo roſato*, qui licet ſiccandi vim quandam habeat, refrigerando tamen utilis eſſe poteſt: Sic moveri non oportet macie iſta & quaſi tabe quadam, quia bilem Concavo jecoris clauſam ſenſim eliciamus: Quidam pueris cachecticis, in quibus & ſitis incredibilis; & ἀνορεξία, uſum aquarum naturalium potu ſumptarum contuiunt, quæ opinio ſuis deſtituta non eſt patrocinius, *Idem ibidem.*

39. *A corde*) Quatenus ſanguinis cenſetur opifex; Cui tamen nutriendi vim nonnulli non denegant, inter quos *Charleton Oeconomia Anim. Exerc. 5.* 1. quia Sanguis non eſt nutrimentum corporis generale, ſiquidem partes haud paucæ ſunt quas ſanguis nuſquam ingreditur; 2. quia obeſuli macilentis utplurimum ſunt minus ſanguinei, contra quam oporteret ſi ſanguis nutriret. 3. quin in animalium fame pereuntium venis, etiam poſt obitum, plurimum ſanguinis ſupereſt, 4. quia ſanguis in habitum corporis uſque effuſus rubor adhuc & floridus, permanet, nam ubi ad habitum corporis & capillaria vaſa pervenerit, rubore ſenſim depoſito albeſceret, utpote parti cui mox aſſimilandus eſt propius jam accedens, aſt cum in iis locis, quam in corporis meditullio haud minus rubrum & floridum eſſe teſtis eſt ſenſus. 5. Quia vir quidam macie confectus per ſolam v. ſ. ſæpius celebratam, ab *Hippocrate* curatus fuit. 6. Quia ſanguis in arteria quàm in venis minus pinguis & onctuoſus deprehenditur; contrarium autem eveniret ſi ſanguine nutriremur: 7. Quia ſanguis pleriſque corporis partibus eſt plane diſſimilis, exemplo ſint cerebrum, oculorum tunicæ & humores, oſſa, tendines, membranæ; quas inter partes & ſanguinem nulla omnino ſimilitudo, 8 Quia modus nutritionis eſt alimenti à fixatione ad fuſionem & volatilitatem progreſſus, non autem è contra; Ideoque alimentum pluribus eodem nutriendis fixum magis eſſe debet, 9. Quia ſanguis ipſemet cum nutritur, tum partium ſolidarum ſubſtantiam depaſcitur; ideoque iiſdem in alimentum cedere nequit: 10. Quia materia ex qua partes primò conſtituuntur non ſanguis eſt ſed ſuccus quidam ovorum albumini perſimilis; *Atqui ex iiſdem nutrimur ex quibus conſtamur.* Vide hæc fuſe explicata l. c.

40. *Alia à Pulmonis ulcere*) Vbi ulcus Pulmonum nutritionem impedit adhibenda *antihect. Poterii rad. ſymph. irid. Flor. ſiquir. tuſſilag. flor. & lac ſulph. balſamas ſulph. aniſat. Pulvis Haly contra Phth.* & alia. *Wedelius.*

APPENDIX
De Morbis Epatis.
De Remediis Hepati dicatis.

HEpar ſiquidem Colatorii, & juxta nonnullos, viſceris mixtorii munus obit, raro aut nunquam Atrophiæ, aut Extenuationi obnoxium reperitur, quin è contra plures ob cauſas & occaſiones quo ad molem augeri, & diverſimodis ingeſtis & concretionibus inferciri ac intumeſcere periclitatur: Hinc ſanitatis ratio haud levis in hoc conſiſtit, ut Jecur riteconformatum ſanguinem uſque libere abſque tributo, ſeo vectigali nimio, ſibimet arrepto, trajiciat.

Profectò multa huic viſceri, uti & Lieni, & quidem prorſus haud immerito vitia imputantur, quorum genera præcipua attingemus; Hepar ſæpe ac potiſſimum in his duobus, uno ſcilicet aut altero, ſolet delinquere, viz. 1. Quod ſuccum nutritium aliis partibus deſtinatum intercipiens, proprio impertit uſui: Hoc paſſim cernitur in pueris *Rachitide* affectis, quin & multis aliis vitam deſidem & otioſam agentibus: Olim apud Romanos ars fuit anſerem ita paſcere, ut hepar in immenſum excreſcens totum præterea corpus præponderet. 2. Aliud Hepatis vitium eſt, quod ſanguinis depravati fœculentias & recrementa quæque oblata in receſſus ſuos intimos facile nimis ſuſcipit, eaque retinendo non modo grandeſcit, ſed quoad ductus ſuos obſtruitur, unde ſæpenumero Icterus, aut Hydrops, quin etiam Tumores & concretiones præternaturales varii generis contrahit.

Ad genuinum hunc cenſum plures & diverſimodi Jecoris affectus referri debent, de quibus ſingulis pathologias particulares inſtituere haud noſtri propoſiti eſt.

Quod ſpectat ad generalem hujus viſceris pharmaciam, unus erit principalis medendi ſcopus, nimirum ut fiſcus ejus, quantum fieri poſſit diminuatur, aut omnino præſcindatur; Itaque hæc duo procurare oportebit, viz. ne Jecur ſuccum nutritium ſibi nimis accipiendo ſupra modum accreſcat, & ne ſanguinis fæculentias retinendo obſtructionibus & tumoribus præternaturalibus afficiatur.

Utraque hæc viſceris hujus delicta multò faciliùs erit præcavere quam curare, Enimvero prius efficietur, habita tantum ratione ut ſanguis in craſi ſua bene conſtitutus, & circulatione libera potitus & ſuccum nutritium ad partes, & præſertim extimas diſpenſet, & recrementa quæque ſua ad peculiaria cujuſque emiſſaria propellens ibidem deponat: Et quidem medicamina hepatica vulgo dicta, virtutem ſuam per ſanguinis luſtrationem potius quam hepatis emendationem, prius & immediatius exſerunt; iſta nimirum ejuſmodi particulis conſtant, quæ cruorem ſubingreſſæ, cumque eo non miſcibiles maſſam ejus adeo exagitant, inque minutias frangunt, ut coagulationibus & concretionibus quibuſque inhibitis, fæculentiæ & impuritates omnes facilè abſcedant, inque propriis emunctoriis depoſitæ foras convehantur.

Remedia enimverò omnia quæ dicuntur, Splanchnica primò in ſanguine operantur, ejuſque partes conſtitutivas in efferveſcentiam quandam incitant, adeóque comminuunt, dividunt, & huc illuc rapidiùs adigunt, ut effluvia vaporoſa in habitum corporis, recrementa ſeroſa in renes, bilioſa in hepar, atrabilaria in lienem, aliaque in alia emiſſaria quibuſque adaptata, ſine impedimento aut adhæſione ſecludantur.

Quapropter eadem pharmaca quæ hepar, etiam lienem, renes, pulmones, & reliqua viſcera in ſecretionibus ſuis juvant, & plerumque diaphoreſin & diureſin juvant; Si quæ unam aliquam præ aliis partem vi quadam ſpecifica reſpicere deprehendatur, ideo eſt quia eorum particulæ recrementis intra illud viſcus ſecernendis magis affines, & proinde aſſociatæ, unà cum ipſis illuc feruntur: Propter hanc rationem *Rhabarbarum*, *Curcuma*, Chelidonia major, cum multis aliis humoris bilioſi adjuncta, faciliùs ductus fel-

leos peruit, & in Ictero prodeſſe ſolent; Quod ad reliqua hepatica vulgò dicta vulgo dicta ſpectat, 1. eorum qua hepatis *accretionem non naturalem*, *dein qua obſtructionem & Tumores* ejus p. n. præcavere aut tollere perhibentur, formulas quaſdam breviter ſubdemus.

I. Contra *hepatis accretionem nimiam*, ſive nutritionem improportionatam, imprimis diæta parcior & tenuior, ſomnus brevior & exercitia crebra & moderata conveniunt, quare infantibus & pueris, ſi quando huic affectioni, uti & *Rachiticis* obnoxii reperiuntur, ut lac tenue & ſeroſum ſugant, nutricum brachiis quotidie agitentur, & huc illuc ocyus rotentur, aut in curru & cathedra rapide vehantur, & quamprimum pedibus uti ac incedere diſcant, præſcribimus.

℞. *Aqua limac. lumbricor.* ãã. ℥iij. *ſyrup. è cichor. cum rhabarb.* ℥ij. *ſpirit. ſal. armoniac. cum gummi ammoniaco* ℈j. *miſce, detur cochl.* j. *veſperi & primo mane.*

℞. *Rad filic. mar. chereſol. eryng. cond.* ãã. ℥j. *folior. agrimon. lingu. cerv. veron. m.* ãã. *m.* j. *raſ. eboris. c. c.* ãã. ʒij. *ſantal. alb. citr.* ãã. ʒj. *paſſular. exacin.* ℥iß *hordei* ʒiij. *coqu. in aqu. font.* ℔iij. *ad* ij. *colat. adde limac. lumbric.* ãã ʒiß. *ſyr. de cichor.* ℥ij. *f. Apozema, ſumatur ad* ℥ij. *vel* iij. *bis in die.*

℞. *Pulver. ſantal. albi, citr. ocul. cancr. ligni aloes* ãã. ʒß. *ſal abſinth.* ℈j. *f. Pulvis, dozis* ℈ß. *ad* ℈j. *bis in die.*

℞. *Empl. diaſapon. Cerati ſantal.* ãã. *q. ſ. f. Emplaſtrum hypochondrio dextro applicandum.*

℞. *Ungu. ſplanchnici abſinth.* ℥ij. *ol. abſinth.* ℥j. *m. f. Linimentum pro regione hepatis.*

II. Remedia ad pleroſque alios Hepatis affectus dicata, ſimplicia ſunt vel compoſita: Prioris generis quamplurima ab authoribus quaſi in hunc uſum peculiarem procreata cenſentur: Dicit Heurnius, *ſummum Deum hujuſmodi remediorum magnam copiam, ob inſignem eorum neceſſitatem mundo intuliſſe*: Ad hunc cenſum referri ſolent inprimis *cichoracea omnia, oxalides, oxylap.* & vegetabilia fere cuncta amarore, & nonnihil acredine (in quibus virtus deoppilativa conſiſtere perhibetur) prædita, uti ſunt *abſinthium, chamadrys, chamapytis, fumaria, tanacetum, agrimonia hepatica, lignum aloes, ſantala omnia, cortex tamar. fraxini, rad. capparum*, cum pluribus aliis, quæ Botanices maximam fere partem conſtituunt, adeo cum Hepar quaſi Diva quædam Hæmatoſei præficeretur, quamplurima in ejus ſatellitium aut ſubſidium pharmaca conſcribi ſolebant.

Sales herbarum fixi, & ſpiritus mineralium acidi, per deſtillationem proliciti, jure optimo ad hunc cenſum pertinent, utpote qui maſſam ſanguineam ſumme exagitant, concretiones ejus diſſolvunt, infarctiones impediunt, ipſamque quoad omnes ejus partes ubique permeabilem faciunt.

Chalybeata ſi hic prætercam, Chymici plerique me Hepati valde iniquum cenſebunt, nam ſi quidem Veneris prærogativa, ita ut amare cogat, huic viſceri vulgo attribuunt, huic certe expectare licet martem ei ſemper benignum fore: Quin vero tum ratione, tum experientia conſtat *ferri praparata* in affectibus hepaticis, uti imprimis Ictero & Hydrope ſæpius convenire: quare hæc & veterum & modernorum receptra, & compoſitiones Pharmaceuticas ingrediuntur, Qua ratione *Chalybis praparata*, uti etiam *Acidula ferrata*, tum naturales, tum artificiales, maſſam ſanguineam purificant, & per conſequens affectibus pleriſque hepaticis vulgo dictis ſuccurrunt.

Pharmaca ab Authoribus Medicis Jecinori deſtinata, in varias claſſes, imprimis vero in calida & frigida, inſuper in humectantia & exſiccantia dividuntur, juxta quod viſceris iſtius intemperies variis modis habere ſupponitur, Cum revera ſanguinis tantum dyſcraſia eſt, quæ ita diverſimode peccans, ita variam medicaminis energiam deſiderat: Nec minus error vulgaris eſt, quod in æſtimandis hominum conſtitutionibus, varium cujuſque temperamentum ſanguini debitum, hepati inprimis, uti calido aut frigido, aut aliàs diſpoſito adſcribitur.

In veterum Antidotariis plures extant compoſitiones officinales, in ſolius Hepatis gratiam deſignari viſæ, cujuſmodi ſunt *Electuar. è ſcoria ferri Rhaſis, Crocus ferri Balchuſii, qui Theriaca* mixtus, ad affectus hepaticos commendabatur, *Species diatrionſant. Diarrhod. Abbatis, Trochiſci de Rhabarbaro, de Eupatorio, de capparib. Diacurcuma, Dialacca, Syr. de abſinth. De cichor. De V. radic. Byzantinus*, cum multis aliis.

Pro Decocto Aperiente.

℞. *Rad. fil. chereſol. urtic. ma. tarax.* ãã. ℥j. *folior. agrimon. lingu c. veron. botryos, hepat.* ãã. *m.* j. *ſant. alb. citr.* ãã. ʒiij. *raſ. ebor.* ℥ß. *cicer.* ℥j. *ſem. cori.* ʒiij. *paſſul.* ℥ij. *coqu. in aq. font.* ℔iv. *ad* ij. *adde ſub finem vini albi* ℥iv. *f. Colat. per manic. cui impono ſp. diarrh. alb.* ʒj. *chalyb. noſtra prap.* ʒij. *colat. adde ſyr. de cich. cum rhab.* ℥ij. *aqu. limac. lumbric.* ãã. ℥j. *doſis* ℥vj. *bis in die poſt uſum Elect. ſequ.*

℞. *Conſerv. flaved. aurant. limon.* ãã. ʒij. *abſinth. fumar.* ãã. ℥j. *pulv. rad. ari. ſimpl. ſant. citr. ligni al. rad. cappar.* ãã. ʒiß. *ocul. cancr.* ʒj. *ſalis abſint.* ʒij. *ſyr. de fumar. q. ſ. f. Elect. Doſis qu. nucis juglandis, bis in die, ſuperbibendo hauſtum Apoz. præd. vel Aqu. ſequent.*

℞. *Fol. abſinth. centaur. tanac. abrot. utr. comar. tamariſc.* ãã. *m.* iv. *jugland. utr.* ℔iv. *ſem. frax. virid.* ℔ij. *cortic. exter.* x. *Aurant.* iv. *limonior. limac. lumbric. prapar.* ãã. ℔j. *inciſis omnibus affunde vini albi* ℔viij. *deſtill. organis comm. Liquor totus miſceatur, Doſis* ℥iij. *edulcorando cum ſacch. vel ſyr. idoneo.*

Si Formula *Pilular.* magis arridebit, Extractum ſequens Eephracticum in officinis dictum, utile videtur.

℞. *Tart. albi pelluc. & limat. ferri rec.* ãã. ℥iv. *ſimul terantur in Pulverem*, dein coqu. in aqu. fontis ℔iv. ad ij. (nonnulli *vino albo* utuntur) *Colat. adde ſummit. centaur. abſinth. pont. card. adde m.* j. *rad. gentian.* ℥ß. *ſpec. diacurcum.* ʒiß. *ferveſiant clauſe per horas* iij. *vel* iv. *fiat Colat. qua leni balnei calore evaporet, ad conſiſtentiam Pilul. Addendo ſi libet Trochiſc. de Rhab. vel ſpec. hiera picr.* ʒij. *Doſis* ℈i. *ad* ʒß. *in Pilulas redact. veſperi cum vehiculo idoneo.*

Ob eandem intentionem, viz. ad præcavendas vel tollendas hepatis obſtructiones, cerevisia medicata purgans, vere & autumno per plures dies ſumenda à nonnullis valde prædicatur: Et à quibuſdam quotannis per totam vitam religioſe obſervatur.

℞. *Rad. oxylap. prapar. polypod. qu.* ãã. unc. iij. *rub. Tinctor.* unc. ij. *rhabarb. Anglic.* unc. ij. *fol. ſenna* unc. iv. *Epith.* unc. ij. *ſantal. citr.* unc. j. *ſemin. carth. coriand.* ãã. unc. iß. *Inciſ. & contuſ. ſ. a. f. Sacculus pro* iv. *congiis cerevisiæ, poſt* vi. *dies ſumatur ad* unc. xij. *plus minus mane, expectando* iv. vel v. *ſedes ſine regimine.* Willis.

Hepatis

Hepatis Fermentatio ζύμωσις Intumeſcentia.

Cuidam ſebricitanti tumor & duriries quædam ad tactum apparebat, alii Scirrhum dicebant, alii non à flato, quia fugax fuiſſet; Initio paroxyſmorum regio hepatis apparet tenſa & inflata, ſed id reſidit calore febrili aucto: Nos putabamus id eſſe quod *Hippocrates in Epidem.* vocat *Hepatis Fermentationem* quandam, nam in febribus aliquando, & cyſtis fellis intumeſcit & totum Hepar, fervente & bulliente in capillaribus venis ſanguine, & turgentibus humoribus: Etſi Medici, quibus ſine experientis ratio quædam ſuffragatur, nec morbum iſtum norunt, nec medicari poſſunt.

In tali affectu non eſt parcendum ſanguinis detractioni, hæc enim largior opitulatur: Malactics & fons admota fere ſunt inefficacia, Profluvium quoque biliosum juvat, ſed illud non ſolet opportune evenire niſi detracto luculenter ſanguine, ardor miteſcat, & tumor duritieſque minuantur. *Ballonius conſ. 76. lib. 3.*

Hepatis dolor.

Quendam *dolor ad Gibbas hepatis* vexabat; Irrita fuerunt omnia remedia ex arte comparata, Et cum Naturæ totum negotium relinqueretur, ruſticus advocatus eſt: hic ſimilem affectum ſe aliquando curaſſe aſſeveravit: Æger confidenter ei ſe credit, accipit *radicis hederi pulveriſata* ℈j. *aut* ℈ij. potu dat cum *decocti capi aut pulli*, Non longe poſt juvatur plurimum, Et ejuſmodi remedia à veteribus ſunt præſcripta, à nobis neglecta & eadem magno noſtro vituperio cum ſumma laude uſurpant ruſtici *Ætius* caput ſcripſit de iis quæ purgant cavas & gibbas, partes Jecoris. *Ballonius Epid. l. 1. p. 41.*

Hydatides hepatis.

Contingunt aliquando in Hepatis tunica tumores particulares, *Hydatides* dicti, ſuntque puſtulæ aqueæ veſiculis illis non abſimiles quæ ab emplaſtris epiſpaſticis excitari ſolent, ſed elatiores paulo; utrobique nempe ſumma pelliculæ tenuitas & aquæ copia; Sunt hi Tumores in Aſcitide familiares, & forte eveniunt in membranoſis nervoſiſque partibus, quod vaſa lymphatum recurſui deſtinata munere ſuo ſegniter fungantur, Indeque fit ut pars aquæ illius in tranſitu hærens, exudet in cavitatem abinitio perexiguam, efformatam in membranoſa hepatis ſubſtantia, eademque ex novo materiæ affluxu paulatim ſucta, cellula quædam in hepatis tunica oboritur, tandemque Tumor ille quem diximus. *Gliſſon ibid.*

Contingunt etiam aliquando in *Hepatis tunica* tumores particulares, ὑδατίδες dictæ, ſuntque Puſtulæ aqueæ, veſiculis illis non abſimiles quæ ab Emplaſtris epiſpaſticis excitari ſolent, ſed elatiores paulo: Utrobique nempe ſumma pelliculæ tenuitas & aquæ copia. Sunt hi Tumores in Aſcitide familiares, Et forte eveniunt in membranoſis nervoſiſque partibus, quod vaſa lymphatum recurſui deſtinata munere ſuo ſegniter fungantur, Indéque fit ut pars aquæ illius in tranſitu hærens exudet in cavitatem ab initio perexiguam, efformatam in membranoſa partis ſubſtantia; eademque ex novo materiæ affluxu paulatim ſucta, cellula quædam in hepatis tunica oboritur tandemque tumor ille quem diximus. *Gliſſon ibidem.*

Vermes in epate geniti.

Quomodo in Hepate generationem obtineant, oſtendit *Joh. Chr. Fromannus in Miſc. Cur. Ann. 6. pag. 250.* Hepar arteriis & ſpiritibus vitalibus non ita munitum (*ac cætera viſcera*) latum (*pravis humoribus*) ingredienti & diutius hic commoranti hoſti præbet campum, ut nec feliciter fungi munere, nec ſanguinis per venas ad cor circulationem debito ſibi modo undequaque promovere valeat, ſubſiſtens ergo alicubi materia prava, putredinemque concipiens, ipſam deinceps hepatis ſubſtantiam inficit, & cauſa putredinem hepati inferens *proxima* audit: Sic affectum materiam *Vermium* generationi uberem & aptam, locumque caloris ſuavitate ſpuriæ ſobolis excluſioni incongruum ſubminiſtrat, &c.

In Hepate humano reperti vermes ab *Æmilio Campilongo* in puero Varioliſ extincto. *Galenus Wierus* vidit in Hydropico. Neoterici autem qui modum productionis Inſectorum ex ovo, aut propagationis ex proprio ſemine, clare oſtendunt, omnino ſuſpectam reddunt tritam illam de ſpontaneo ortu opinionem. Vide hac de re *Franc. Redi* opuſculum, & *Antonii Felicis* De ovis Cochleatum Epiſtolam ad *Marc. Malpighium* & annexas Epiſtolas *Jo. Jacobi Harderi* Epiſtolas adnexas.

Veſica Bilaria Affectus.

Cyſtis bilaria deſtinata eſt conſervandæ bili excrementitiæ quæ fluit ab hepate, Supponita eſt hepati; ejuſque lobo majori, verſus partem inferiorem affixa; & veluti immerſa, *Fundus* inferiora reſpicit, cervix ſuperiora, & oblique fertur canalis cyſticus à veſica derivatur, ut occurrat canali hepatico; *Sinus* adeſt juxta orificium veſiculæ; *Magnitudo* ejus varia pro diverſitate vel paucitate bilis. *Excavata* eſt ut excipiat & recondat bilem ad expurgationem tempore convenienti. *Ductus* ſive *meatus* habet choledochos.

Communicat contactu ſuo cum ventriculo, quem adeo calefacit ut interdum exurat, dum accenſa eſt bilis in ſuo folliculo, Nonnunquam adhæret colo inteſtino prope tranſcuoti, quod ſæpe colore ſuo tingit & proritat ad excretionem fæcum.

Veſiculæ felleæ pauci ſunt morbi, Frequentiores in *Cavitate & meatibus obſtructis*, dum cavitas repletur *lapillis*, vel unico grandiore, à bile craſſa lapideſcente, obſtruitur in hepate vel in inteſtino.

Rumpitur etiam violento motu per vomitum; Et interdum à bile ſuppreſſa adeo *diſtenditur* ut duorum pugnorum magnitudinem æquare viſa fuerit.

Interdum bile vacuata *exareſcit*, remanente duntaxat hepatico ductu; Si credimus *Fernelio*, quibusdam non alia mortis cauſa comparuit quam quod folliculus eſſet bile exhauſtus, Ergo oportuit tantum fuiſſe maleficium & venenum bilis ſuppreſſæ, ut cor infeceerit, vel aliquam partem nobilem labefactarit & corrumperit.

Symptomata hujus partis ſunt evidentiora, quæ conſiſtunt in actione læſa, vel excrementi fellei ametria; *Actio* veſicæ eſt *attractio*, quæ eſt imminuta vel abolita; *Ametria in bile* eſt, dum parcior vel copioſior excernitur.

Ejuſmodi ſymptomata magis elucent in partibus quæ veſiculæ compatiuntur, ut in ventriculo, cum bilis vomitu rejicitur. In toto corpore, cum bilis per venas in habitum effunditur & cutem defœdat, vel cum in inteſtina decurrit & dyſenteriam excitat, vel diarrhœam. Sed origo horum ſymptomatum repetenda ab hepate male affecto. *Riolanus Enchir. p. 11.*

Morbi, Situs & Figura.

Situs & figuræ p. n. eadem ratio, contingit quandoque

ſiniſtro in latere hepar eſſe ſituatum, aut *exterius figuram vitiatam* obtinere, aſt incurabiles affectus ſunt, præterquam quòd dignoſcere impoſſibile. *Figuram internam* quod attinet, vaſis in hepate quæ vitia competere queant, *anguſtiam* maxime ſpectantia, ex capitibus de vaſorum anguſtia petantur. *Blaſius.*

Connexio Hepatis laxa.

Connexio non raro vitiatur, tam in exceſſu quam defectu. *Hoc* obtinet cum ligamenta, quorum ope adhæret diaphragmati, ac coſtis ſpuriis, laxantur, aut omni modo unitatis ſolutionem, rupturam maxime, aut eroſionem incurrunt, *Cauſas* agnoſcit humores imo ventre fluctuantes, quales in Aſcitide, ſcirrhum, inflammationem hepatis, violenta quævis externa. *Signa* certa exhiberi nequeunt, quæ enim à pondere, reſpirandi difficultate, ſimilibuſque aliis petuntur, fallibilia omnino ſunt, utpote aliis affectibus quoque communia. *Curationem* nullam obtinet, cum eo medicamenta pervenire nequeant integris viribus: unionis ſolutio ubi adeſt, aliquam obtineret, modo cognitam, ubi laxata ligamenta, utpote adſtringentia exigens. *Blaſius*

Situm mutat, dum laxatis ligamentis, quibus adſtringitur diaphragmati & cartilagini xiphoidi, ultra nothas coſtas deſcendit uſque ad umbilicum. *Riolanus Enchir. p. 128.*

Connexio Hepatis arcta.

Connexionis vitium in exceſſu hic contingit, cum contra indebite adnaſcitur peritonæo, cujus *Cauſa* præcipue Decubitus in dextro latere, pituitoſique ſanguinis abundantia; rarius ulcus hepatis aut partium coſtalium, vel etiam humoris purulenti in imo ventre collectio: *Signis* vix videtur aliis probabiliter affectus hic colligi, niſi ex pondere atque aliquali intumeſcentia in hypochondrio dextro; maxime autem quod digiti ſub extrema coſtarum infigi nequeant. *Magnus* eſt morbus, ſæpe curabilis, licet diuturnus: *Curatur* eodem ſere modo ut ſcirrhus incipiens. Internis aperientibus, emollientibus, incidentibus, purgantibus, externiſque ſimilibus commodis. *Blaſius.*

Hepatis Tumores frigidi.

Huc pertinet Tumor Hepatis) Frigidi Tumores Hepatis ſunt vel in ejus parenchymate, vel in vaſis, vel in tunica; vel in eorũ duobus pluribuſve. Univerſales quidẽ Tumores forte ad omnes ſimul extendi queunt, quẽadmodum in *Tumore* illo hepatis *œdematoſo* evenit, qui aliquando cauſa, aliquãdo effectus, & nonnũquam concomitans hydropis, praviquè corporis habitus exiſtit, In hoc affectu totum hepatis parenchyma, ſpongiæ inſtar æqualiter intumeſcit, ſeroſoſque humores undique imbibit; quinetiam vaſa & tunicæ ejus laxantur valde atque humectantur, craſſioreſque multo evadunt, quam naturæ earum conveniat; Hoc malo affectum Hepar interdum in immenſam molem excreſcit, ſæpeque uſitatum pondus triplo, atque etiam amplius excedit.

Poſſunt etiam Tumores particulares ad prædicta omnia partium genera extendi, licet totis illis nunquam communicantur; Plerumque tamen uni eorum generi, præ cæteris, appropriantur, atque à nobis hac ratione jam perpendendi veniunt.

Tumores *Hepatis parenchymati* peculiares, tribus modis contingere poſſunt, nimirum vel ab impedito ſanguinis tranſitu è finibus capillarium venæ Portæ in ultima venæ cavæ capillamenta, per ipſius ſubſtantiam, Vel ab humoris biliosi reſtagnatione, quod is è Portæ finibus, in Pori bilarii oſcula minus expedite pertranſeat, Vel ob utriuſque hujus tranſitus commune aliquod impedimentum.

Horum Tumorum primus minatur atrophiam, vel ſaltem nutritionem diminutam, Alter Icterum flavum aut nigrum, ſanguinis immunditiem ægte curabilem, variaſque inde oriundas ægritudines præſagit. Tertius autem utrumque jam dictum malum affert, Non quidem quaſi à quocunque levi tumore morbi omnes jam dicti ingruant, ſed quod à talibus initiis ad eos pronum iter ſit.

Sunt certe jam dicti tumores hepati maxime uſitati & familiares, & quoties minus ſolito affliguntur, generali *obſtructionis* nomine appellantur. Suntque præterea alii quidam Tumores, qui videntur ad Hepatis parenchyma referendi, vix. *ſtruma*, *ſteatoma*, *meliceris* & *atheroma*, Quoniam autem non tam hepar adaugent, quatenus eſt corpus continuum, quam diverſi corporis additamento, eoſdem potius ad numerum partium referimus.

Eſt Tumor quidã particularis, qui *ovium illarum ſeroſa* affectarum jecinoribus crebro contingit, videturque ad hepatis parenchyma ſpectare, & ad tertiam modo dictam claſſem pertinere; In medio hoc tumore, cavitas quædam aqua plena reperitur, in qua *vermiculi* lati hoſpitantur, figura quidem rhombipiſcis, ſed minores multo, videlicet pollicaris longitudinis.

Peculiares quoque Tumores, in *Poro bilario* reperiuntur, quibus fit, ut tunica ejus ſextuplo major ſolito conſpiciatur, ſubſtantia illius flacceſcat, minuſque tenax evadat, & diſſecta mollis caſei ſpeciem referat. Hujuſmodi Tumores in excarnando hepate (præſertim bubulo) ſæpius reperi.

Plerumque in ramuli parte aliqua occurrit lapidea quædam ſubſtantia, de qua inferius.

Contingunt etiam aliquando in Hepatis tunica tumores particulares, Hydatides dicti, de quibus infra §. *Gliſſon Anat. Hep. c. 7.*

Glandulæ & Strumæ, aliique tumores, qui in cyſti continentur velut meliceris, atheroma, ſteatoma, hepati nonnunquam accidunt, ſed raro. Retulit mihi Doctor *Regemorterus* ſe in aperto cadavere viri, qui ingenti ſtruma juxta imam inferioris maxillæ regionem laboraverat, reperiſſe hepar intus foriſque innumeris glandulis, piſi fabæque magnitudine repertiſſimum, quæ tranſverſim ſectę, nihil humoris effundebant.

Vidi ipſemet Atheroma ſitum in gibba hepatis parte, proxime poſticam diaphragmatis regionem, juxta venam cavam, figuræ rotundæ & pugno propemodum æqualis: materiæ duo genera in ſe complectebatur, unum craſſum valde & minime fluidum, alterum gelatinæ inſtar tranſlucidum, alterum vero cremori ſpiſſo aut albæ pulticulæ perſimile. Dicebatur homo diarrhoea laboraſſe, quod frequens iis malum eſt, quibus hepar obſtruitur. *Idem.*

Ductus choledochi, Cyſtidis felleæ & Bilis Affectus.

Ductus coledochi, Cyſtis.

Canalis hic membranaceus, numero quidem unus, eſt, at in duas partes diviſus, quarum quæ eſt ſupra inſertionem meatus cyſtici, ad hepar multipliciter exporrecta, *Meatus*, ſeu *Ductus Hepaticus* vocatur, Quæ vero deorſum ad inteſtinum, ſpeciatim *Porus choledochus* ſeu *bilarius*. *Situs* eſt inter hepar & inteſtinum duodenum, à latere veſicæ bilariæ, antequam inin unum illum dictum conſtituant, qui *Porus* choledochus ſtricte appellatur. *Connexionem* habet non ſolum inferius cum inteſtino duodeno, intra cujus membranas oblique in cavitatem tranſit, ſed & ſupra cum hepatis ſubſtantia per quam plurimis

ramulis

ramulis, arteriæ ramulis adjacentibus diſtribuitur. Imo intermedio loco peritonæi ope, vaſis aliis glanduliſve valide adnaſcitur. *Uſus* eſt recipere bilem ſanguinis, eamque ad inteſtina deferre. Huic affinis Canalis ex hepate in ipſam veſicam biliariam tranſiens, deductioni bilis in eam convenientiſſimus.

In ductu choledocho licet varii morbi poſſint occurrere, ſimiliter ut in aliis vaſis omnibus, Intemperies nempe varia, Inflammatio, Eroſio, Vulnus, &c. præcipuæ tamen conſiderationis *Obſtructio* ejus eſt, *Occluſio* atque *compreſſio*.

Cauſas quales agnoſcant ex alibi dictis facile eſt cognoſcere, *Illius* poteſt eſſe *bilis craſſior*, aut *calculus*, *Illius* materia in inteſtino duodeno hærentis copia aut viſcoſitas, à cauſis modo dictis dependens. *Hujus* Hepatis, aut vicinæ alterius partis induratio aut tumor.

Signa & hic fallibilia valde. *Anguſtiam* vaſis hujus ejuſque ramulorum, quamquam maxime colligimus ex excretione alvi tardiore & fere materiæ albicantis, atque tenacis, mucum referentis, Ictero, urinæ colore flavo, nauſea, oris amarore, & quæ ſunt ſigna alia, loci vitium in bile indicantia. An autem hæc vel illa ſpecies anguſtiæ ſubſit; & an ab hac potius aut illa cauſa, vix poſſibile cenſeo diſcernere: Excrementa alvina præcipuum notificant.

Gravem eſſe affectum quamcunque anguſtiam hujus ductus, ut certum eſt, præſertim ex malis concomitantibus, inſequentibus aliis, ita gravior eſt *Compreſſio* quam *Occluſio*, & quæ eſt *Obſtructio* ab humore crudo, quam quæ à calculo. *Obſtructio ab humore* ſæpe cito tollitur, ut & *Occluſio* à materia tenaci, at aliæ anguſtiæ diu hominem vexant.

Curatio pro varietate Affectus, Cauſarumve ejus variat, *Chylus* occludens ſui correctionem aut evacuationem exigit, *Bilis* aut *calculus* obſtruens ſua habent media: *Partes* etiam *tumida* aut *indurata*, ut in genere tractandæ alibi traditur, ut in ſpecie uniuſcujuſq; examen magis declarat. *G. Blaſius Therap. ſpec. p. 234.*

Cyſtis fellis *ductus* habet *choledochos*, *Unum* latiorem, longiorem, ab hepate ad initium inteſtini jejuni protenſum, quo craſſior bilis recta delabitur, *Alterum* tenuiorem & breviorem, qui à veſicæ cervice ad præcedentem meatum tranſverſim deducitur, priorem voco *Hepaticum*, alterum *Cyſticum*, ratione originis & officii, Nam cyſticus defert bilem tenuiorem in Hepaticum, quam ſuuit membrana poroſa, & foraminulenta veſiculæ hepati inculcatæ: Ideoque bilis in hepate obſervanda, ut & gemini canales, ad expurgationem diverſis temporibus, quod eſt magni momenti in curatione morborum. *Riolanus Encheir. p. m. 129.*

Veſiculam Fellis pauciſſimi infeſtant morbi, cognitioni Medici curationive ſubjecti, quod enim *inflammetur*, *exareſcat*, *numero duplex*, *ſitum mutet*, *rumpatur*, &c. ut rarum eſt, ita nec curari cognoſcive poſſunt. Qui vero ipſius cavitati obveniunt, continuatiſve ductibus, ubi de vitiis Ductuum choledochorum declarantur. *Gerardus Blaſius Therap. ſpec. p. 232.*

Cyſtin Fellis occupant Obſtructio, calculus, Repletio & Inanitio, *Obſtructio*, aut ejus eſt ductus quo bilis è Jecore prolicitur, aut ejus quo è cyſti in inteſtina eructatur: In utraque alvus durior pigriorque eſt, fæces albicant, urinæ flavæ craſſæque adeo ſunt, ut ſæpe nigreſcant; Bilis cum ſanguine in ſummum corpus effuſa, Ictero cutem deturpat. In priore tamen cyſtis prorſus exhauſta eſt, In poſteriore illa bilis copia diſtenditur, variiſque exuperantiæ ſymptomatis premitur.

Bilis porro *propria cyſti*, nonnunquam tantopere *exuperat*, ut hanc in ingentem diſtendat magnitudinem. Ac tum ſane infeſta eſt gravitatis pondere, preſſu, dolore ac ſuffocatione, ructus ardore, ſiti, iracundia, & ſiquando forte computreſcat, febribus intermittentibus. Hinc igitur graviſſima mala procedunt, nec certe leviora, quum affatim ea prorumpit.

Cyſtis eam quum prorſus *exinanitur*, omnemque bilem ſuam foras eructat, aut bilioſas vomitiones, aut choleram morbum, aut diarrhoeam, aut dyſenteriam, aut toto corpore auriginem ſubitam, aut urinatum vim, primum tenuium, dein craſſiorum, & ſaturato croci colore, aut alia his finitima ſymptomata concitat; Non pauci è vivis erepti ſunt, in quibus non alia interitus cauſa comparuit, quam quod folliculus bile eſſet omnino exhauſtus. *Fernelius Path. lib. 7.*

Calculi in Veſica Bilaria, & de Eorum generatione in genere, ex *Chr. Langio.*

Calculum in cyſti fellis non raro generari poſſe, non tantum homo, verum animalia quævis, familiariter tamen Boves affirmatum dabunt; Cujuſdam fœminæ hic recordor, quæ cum calamitoſiſſimam, cum aſſidua virium proſtratione vitam ageret, tandem defuncta diſſecaretur, in veſica ſellea ipſius pluſquam 200. lapilli magnitudinem partim piſi, partim lentis referentes, inventi fuere.

De cauſis nullum eſt dubium, quin calculi generatio, in quacunque etiam parte hæc contingat, ab iiſdem tam materiali, ſeu coagulabili, quam efficiente & coagulante expediatur, adeoque eadem theoria quam calculo renum & veſicæ conſecratam ſpectamus, in eo pariter calculo quem nonnunquam colligit ac continet, locum habebit.

In anteceſſum hic monemus, quod niſi verus Naturæ genius ac concentus hic conſulatur, & à Macrocoſmo ad Microcoſmum fiat applicatio, rem acu tangere h. e. lapidum in macrocoſmo, & calculorum in microcoſmo generationem ex fundamento deducere non poterimus, Saniores Phyſici, cumprimis Hermetici ſaxa & lapides, ex *terra & aqua* concurſu, quam unionem ſymbolizantem vocant, per caloris vim generari, & quaſi opus terreum ac fictile ita decoqui, donec omnino ſtupeſcat, & rigida hæc miſtura evadat, h. e. in lapideam formam coaguletur.

Idem plane de calculi productione in corpore noſtro innuere videtur, *Petr. Joh. Faber*, dum ejus materiam dicit eſſe liquorem terreum, ſeu terram volatilem ac liquidam, vel aquam craſſam ac viſcidam, quæ ab aliis ſuccus lapideſcens dicitur; *Hofmannus* quidem hanc phraſin obſcuram eſſe ait, & ab occultæ proprietatis refugio parum abeſſe, Id quod tamen nobis haud videtur, ſiquidem hæc ſucci lapideſcentis, aut liquoris terreni notio ſi accuratius conſideretur, hujus negotii centrum, & ob quam cauſam lapis omnis, tam in homine, quàm in ipſo mundo exiſtat immediate aquæ filius ſeu fructus ſatis ſuperque revelare valeat.

Aquæ & Terræ conjugium igitur ad lapidum calculorumque geneſin poſcitur, quod vel propterea in promptu eſt, quoniam ambo elementa arcano quodam conſenſu inter ſe conſpirent, dum Aqua & Terra adeoque ambo tam volatilitatis, quam fixitatis naturam ſeu privilegia indubitato obtinent & ſeſe arctius invicem complectendi aptitudine pollent; Terra enim extra eſt fixa & intus volatilis, hæc vero extrinſecus eſt

volatilis & interne fixa, unde poſtea aquæ externa ſuperficies, Cor & medullium terræ elicere, & rurſus terræ externa ſuperficies animam aquæ & interiora ſeu centrum ejus ſibi copulare, ac proinde ambo ſic uniri poſſunt ut una fiant ſubſtantia, h. e. aqua quædam terrea, ſeu terra liquida, donec accedente Vulcano, cujus filia eſt coagulatio, concreſcant ambo, & ſolidum lapideumque corpus exinde conſtituatur.

Sed ut propius ad ſcopum noſtrum accedamus, neminem dubitaturum exiſtimamus in microcoſmo & aqueas partes & terreſtres impuritates ſubeſſe, quod ipſum cum probata certitudine conſtet, nihil aliud nunc reſtat quam ut diſpoſitionem ac præparationem liquoris hujus terreni ac lapideſcentis breviter exponamus.

Ad doctrinam autem Chymicorum hic confeſtim provocamus, ex qua diſcere licebit requiſita quæ ad hujuſcemodi liquorem terrenum pertinere ſolent; Nempe ſolvens & ſolutum hic obſervanda veniunt. *Solutum* nihil aliud eſt quam terreſtris illa impuritas, ac veluti caput mortuum, quod adſumpta, præſertim ſolidiora poſt abſolutam coctionem circa primas vias relinquunt, *Solvens* vero eſt humiditas, non ſimplex illa, ſed cum adjectione acida, quæ aciditas, ſive acrimonia in reſoluto ſale, ſive ſpiritu ſalis volatilis, ex corruptione humorum orto conſiſtit; atque evidentem ſolida ſeu terrena ſolvendi, non ſecus ac acetum ſtillatitium, vel menſtruum aliquod ſpirituoſum acidum aliud, corallium, oculos 69. alioſque lapides, vim habet. Hæc ſolutio, ſeu liquor calculoſus poſtea, quum natura ejus ſit ſalina, per vaſa lactea ad ſanguinem tranſiens, promptè cum ſero, tanquam ſuo ſimili miſcetur, donec vel perveniat ad ſua emunctoria, vel quoque ad alias eaſque nobiliores partes, ut cyſtim felleam, hepar &c. deferatur, ibique per aliquod temporis ſpatium permanendo, tandem à ſpiritu vitæ ſeu calido nativo iſtius partis, quod ſpiritus iſte ſalinus in liquore terreo præſens quaſi conduplicat igneumque reddit (adeoque id quod prius ſolutionem præſtabat, poſtmodum coagulationem juvat & in ea impenſe cooperatur) liquidum ſeu ſolvens abſumatur, ſolutum vero concreſcat & in calculum convertatur: Atque hæc ſolventis conſumptio eo magis tunc acceleratur, eoque citius abſolvitur, quo volatilius ac ſubtilius illud per tot cohobationes ex variorum viſcerum vaſorumque tranſitu, ſeu anfractuoſo itinere fuerit, ita ut vel ſponte, vel calore levi ſic evaneſcere poſſit.

Hac occaſione canonum, qui Spagyricis ſunt communes declaratio innoteſcit, Omnis coagulatio non fit ſine ſolutione, Et congelatio aquæ rerum diſſolutionem præſupponit, In Natura duæ ſorores uterinæ ſunt, Reſolutio & Coagulatio, liquor enim non ſolideſcit, niſi ſolidum antea liquefactum fuerit, & quæ ſunt alia.

Quoad cauſam Efficientem, ſolum calorem, eumque acrem ac veluti igneum ſtatuimus, cujus proprietas eſt coagulatoris officio fungi.

In *quamcunque* igitur corporis noſtri partem ſe inſinuat hujuſcemodi ſolutio partium terreſtrium, ſeu ſuccus lapideſcens, ſed ita tamen ut in ea retineatur quoque & aliquandiu permaneat, ibi Calculi generatio ac concretio in promptu erit, augmentum vero ejus multis poſtea facilius modis. *Chriſt. Langius Pathol. Anim. p. m. 416.*

Calculi in Poro Bilario & Cyſti.

Peculiares Tumores in Poro bilario reperiuntur, quibus fit ut tunica ejus ſextuplo major ſolito conſpiciatur, ſubſtantia illius flaceſcat, minuſque tenax evadat & diſſecta mollis caſei ſpeciem præ ſe ferat; Hujuſmodi Tumores in excarnando hepate (præſertim bovino) ſæpe reperi: Plerumque in ramuli parte aliqua occurrit lapidea quædam ſubſtantia perforata, idque vel in ipſa Tumoris ſede, vel ſaltem in ejuſdem confinio: *Subſtantia* hæc *lapidea*, interiora vaſis (in quo moratur) fiſtulæ inſtar offarcit. Tempore circiter quadrageſimæ, aut Paſchatis, imo antea in Jecinoribus bovinis ſæpe mihi viſi hujuſmodi tubuli, tantæ longitudinis, ut (ſi modo integri eximi potuiſſent) plurimas pori bilarii ramificationes continuata ramificata ſerie (coralli inſtar) retulerint: Vaſis autem tam firmiter agglutinantur, ut, citra rupturam eorum, aut lapidis (ſunt enim ambo friabiles admodum) ſeparari inde ægre queant, Sunt hi lapides iis qui in veſica fellea reperiuntur plane congeneres, & figura ſolùm diſcrepant.

Novi quamplures qui lapidum hujuſmodi fragmina, ingenti quantitate per alvum eliſerint, quorum locum genitalem haud alium fuiſſe exiſtimem quam vaſa biliaria, in quibus tubulus ejuſmodi lapideus forte natus, & fruſtillatim comminutus per porum bilarium in inteſtina delabi, indeque per alvum excerni potuerit: In quam ſententiam accedo libentius quod videam boves hyberno tempore (quando fœno aut ſtramine veſcuntur) lapideæ hujuſmodi materiæ plurimum congerere, adeo ut hepar eadem plane confertum reperiatur: Verna autem tempeſtate (quamprimum novo gramine veſcuntur) eandem rarius inveniri. Solvuntur nempe & exturbantur hi lapides à recentis *graminis ſucco*; quod niſi per alvum, fieri nullo modo poteſt. *Gliſſon Anat. Hep. c. 7.*

In calculoſa concreſcit & coagulatur Bilis à ſucco lapideſcente quibuſdam dicto, quem ab *Acido auſtero* vim ſuam obtinere ſuſpicor, poſtquam ab *Acido ſubtili* & acri ſolvuntur lapides calculique. Inter calculos bilioſos diſſolventia medicamenta refero *Graminis radices ac herbam* decoctam contuſamve, *Succumve* ex ipſa expreſſum, addito *ſaccharo* vel *melle*, poſtquam notum experientia Boves ac Oves, &c. Conducit quoque *ſpiritus nitri*, in primis cum *ſpiritu vini ſalſus dulcis*, qui tuto ex vino, cereviſia, &c. uſurpari poteſt ad gutt. x. xii. vel plures aliquoties in die. *Sylvius Prax. lib. 1. c. 4. 5. §. 5 & 13.*

Calculus in cyſti fellis plerumque concreſcit niger, ſed tamen levis, & qui aquæ immerſus innatat, neque ut qui è renibus aut veſica evellitur, ſubſidet in imo.

Origo illa eſt è flava bile, quæ proprio conceptaculo diutius coërcita, nec tempeſtive vacuata, nec novo influxu renovata mirum in modum indureſcit. Id autem in primis accidit quum uterque cyſtis ductus obſtruitur.

Hujus quidem neque manifeſtæ ſunt notæ, neque gravia ſymptomata, quibus certò ac facilè detegi poſſit. At ſuſpectus eſſe debet quibus gravis & diuturnus fuit icterus.

Decrepitus quidam ſenex, in iram mirè proclivis, poſt deceſſum, ſine felle ac ſine cyſti inventus eſt, in cujus ſede calculus ingens concreverat; Quinetiam poſt diuturnum icterum oborto alvi profluvio hujus naturæ innumeros calcolos inſtar piſi aut hordei in pleriſque exturbari deprehendimus, *Fernelius Path. l. 5.*

In diſſectione Anatomica Aſcitici cujuſdam reperti ſunt, me præſente tres calculi in inteſtino duodeno, in confiniis, pori bilarii & pancreatici, è prioie eructati, magnitudine & figura tali luſorii majoris, colore gagatis lapidis, ſplendidi & læves: charta involutos, cum poſtridie inſpicere volui, contritos reperi & in pulverem nigricantem reſolutos, illi ſimilem qui in urinis ſubſidebat quas per morbi decurſum profundebat.

Præſervatio.

Ut generatio calculi in Folliculo fellis impediatur, ſpiritus ſalis balſamici eſt humectandus ne ſiccitate &

caliditate

caliditate ſua terram volatilem ac diſſolutam in centro liquoris fellei coaguler & in lapidem convertat, Non enim omni ex parte auferri poteſt hic ſpiritus, ut pote vitæ noſtræ neceſſarius; ſi quidem ſpiritus vitæ noſtræ, ſpiritu hoc alimentorum balſamico enutriatur atque foveatur, dum immiſcetur vitę noſtrę ex alimentis quæ ad hujus reſtaurationem adſumuntur. *Joh. Pet. Faber Pathol. ſpag. c. 43 §. 12.*

Dum Author hic præcavendi, quo minus coagulari terra, ſeu terreſtreitas ſoluta in centro liquoris fellei poſſit, medium inſpergit, & ſpiritum ſalis volatilis, ceu coagulatorem, qui calorem nativum partis mire adauget, ut concretio illa, ſeu ſolventis liquidique abſumptio, eo celerius fiat, humectandum, ſeu humectantibus probe diluendum ſuadet nobilis *Præcipitantium* doctrina deſubito nobis in mentem venit, quorum beneficio, ſic teſtante arte Spagirica, ex ſolutione lapidum quorumvis oppido molliculus pulvis, tenerrimumque alkool, atque magiſterium delicatiſſimum impetrari poteſt, quum ex adverſo, ſi præcipitantia negligantur, & ſi quis liquidum à ſoluto per deſtillationem fortem abſtrahere amet, tunc ſolutum illud plane horridam lapidis ſeu pumicis duritiem atque ſcabritiem accipiet, ut ægre comminui poſtea, & in pulverem reduci, niſi per violentam contuſionem poſſit.

Parili modo comparatum eſt in corpore noſtro, in quo ſi ſolutio hujuſcemodi, ſeu liquor calculoſus in tempore præcipiterur (quem effectum etiam mere humectantia, ſeu fortiter diluentia præſtare poſſunt, ſicuti in mercurii vitæ præcipitatione accidere videmus qui aqua butyro antimonii rectificato copioſe affuſa præcipitari & ſeparari ſolet) tunc impuritas illa terreſtris in forma ſabuli & ſubtiliſſimi pulveris cum urina tranſit; atque ſic viſcera à calculoſo hoc onere, & hoſtili gravamine opportuno modo liberari queant: Sin vero hæc præcipitatio, & medicata humectatio negligatur, ſuccuſque talis ad viſcera, quæcunque etiam illa ſint, perveniat, tune proper inſitum calorem, quo natura non tantum ea donavit, verum is etiam à ſpiritu ſalis volatilis, qui cum ſucco hoc lapideſcente commixtus deprehenditur, mire augetur abſumpto liquido ac tenuibus partibus, calculoſa hæc materia viſcerum penitioribus anfractibus contumaciter infigitur; atque ibi in lapidem plane & curatu difficillimam duritiem concreſcit. Si ergo ſemel jam facta ſit calculi in aliquo viſcere baſis, tunc accedente ulterius hac terreſtris fæculentiæ ſolutione, calculus vel in quantitate ac molis ſuæ magnitudine, vel in numero, veluti id in cyſtide fellea fieri animadvertimus, augmenta capeſſere ſolet. *Chr. Langius p. 418.* De Curatione vide ſupra ubi de Generatione ex *Sylvio de le Boë.*

Morbi Bilis.

Inter proprias *Bilis* qualitates *Color* ipſius conſiderandus, qui ſecundum naturam eſt *croceus*, collecta ſiquidem croci ad inſtar quodammodo videtur *rubere*, at diluta *flavere*: Hic color mutatus obſervatur quoties *colore viridi* multifario, vel aliquando *cæruleo atrove* apparet.

Quoniam vero experientia longa & multiplici ſum edoctus omnem illam in colore bilis mutationem pendere à ſucco pancreatico acrimonia acida, ſed multifariè peccante ipſique admiſto, nemo non videt ſignificare illum colorem quovis modo mutatum, non primarium ſed ſecundarium mutatoq; ſucco debitum *vitium in Bile*, atque indicare ipſius *correctionem*, aſt per correctum eundem ſuccum.

Cum igitur Bilis adſcito illo colore diverſo naturali *Acrior* exiſtat, & quidem acrimonia non propria, & *ſalina lixiva*, ſed adventitia & aliena, Acida nempe gradibus tamen pro Coloris mutatione variante: Indicatur ſimul corrigentis ſpecies, tale nimirum quod *Acidum* corrigere ac temperare aptum eſt.

Notum namque *Bilem Æruginoſam* & intenſe *Viridem* manifeſta Odore ac Torminibus Aciditatis ſuæ vitioſæ ſigna præbere; ſicut *Bilis Atra* id adhuc manifeſtius evincit facta in vaſe cupreo, ipſave terra effervescentia notabili, & plane ſimili ei quam aquæ fortes cum iiſdem excitare ſolent.

Quoad *Odorem*, Bilis naturalis odor vix exprimi poteſt, niſi eum dicamus amaricantem, Saporis nomen ſilicet, odori tribuentes, Unde dicimus Bilem æruginoſam ſpirare ac redolere Acidum, cum revera ipſius Odor & Halitus, naribus cum aëre inſpirato admiſſus penetret uſque ad fauces, ibidemque guſtus aciditatem ſuam acrem manifeſtet, quam dicimus ipſam tunc redolere. Non memini autem alium in Bile obſervari vulgo vitioſum odorem à Medicis nominatum, præter *Acidum*, qui namque Ructuum odor aliquando culpatur, is non dicitur eſſe Bilis, quamvis corruptæ aut corrumpenti adſcribatur Bili, quæ & tunc quoque ad Æruginoſæ naturam accedit, taliſque obſervatur ſi pura evomatur.

Eadem autem *Bilis Acidum redolens*, ſicut ſignum eſt *Humoris Pancreatis*; & *Melancholici Acidioris* admiſti; Ita ejuſdem correctionem indicat, ſicut modo ratione Coloris ejuſdem viridis & atri docebamus.

Quoad *Saporem*, notum eſt *Bilem amaram* eſſe ſecundum naturam, quæ præter naturam fit aliquando ſapore vitriolato, ſed cum *amarore* notabili conjuncto, cui paucus in vitriolo. Hic *ſapor bilis vitriolatus* ſignificat multum *Acidum* ei admiſtum, ideoque ejuſdem *contemperationem ac correctionem* indicat, *Bilis* autem *minus amara*, indicat *defectum amaroris* & ejus *Augmentum* cupit.

Ratione *Tactus*, *mollis* eſt, quia *fluida bilis*, quæ quoties p. n. conſiſtentiam acquirit notabilem, quinimo induratur in *calculos* vel *Cruſtam calculoſam*, toties *Duritie* peccat, fitque ſuis functionibus abſolvendis hactenus inepta; *Concreta* & *indurata Bilis* indicat *ſui ſolutionem ac diſſolutionem*.

Ratione *ſenſus caloris*, nullam novi notabilem *Caloris* aut *Frigoris* qualitatem in Bile, etiam p. n. licet ab ipſa calorem accendi in ſanguine ac univerſo corpore putem ſatis notum.

Quoad *Bilis qualitates ſenſiles communes.* Ejus *copia* tum *augeri* p. n. poteſt, tum *minui*, unde Imminutio vel Augmentum illius indicatur.

Peccat etiam *Motu*, quoties 1. *ſurſum fertur ad ventriculum.* 2. *Impetuoſe ac copioſe propellitur ad inteſtina* in cholera morbo ac Diarrhœa biliosa. 3. Maximam partem ruit ad ſanguinem in Ictero & pleriſque forſan Febribus Continuis.

Bilis ad ventriculum p. n. *ſemper aſſurgens* ſui *depulſionem* per inteſtina indicat, Et quoniam illud fere ipſius debetur *volatilitati auctæ*, aut *vehementi cum ſucco pancreatico efferveſcentiæ*, ſui *fixationem* atque *Efferveſcentiæ nimiæ mitigationem ac compreſſionem.*

Bilis ad tenue inteſtinum impetuoſe ac copioſe mota, *motus* hujus *inhibitionem*, *mitigationem ac ſedationem* indicat; Et quoniam illa fieri videtur propter *ſpiritum Acidum volatilem*, fructuumve præcocium ſuccum fermentationi aptum, bili tum in ſua veſicula, tum in ductibus Biliariis admiſtum, & ibidem vitioſam efferveſcentiam producentem *Indicat* ſimul *iſtius ſpiritus acidi & volatilis contemperationem ac fixationem*, hinc & p. n. *Efferveſcentiæ coercitionem ac ſedationem.*

Bilis ad ſanguinis maſſam nimium deducta, *Indicat ſui ad tenue inteſtinum* deductionem, Et quoniam fere id evenit propter Bilarii ductus inteſtinalis obſtructionem, aut ſingularem bilis volatiliſationem, Indicat ſimul *obſtructionis* notatæ *ſolutionem*, aut *Bilis blandam fixationem*.

Loco peccare quoque poteſt *Bilis*, quando in *folliculo ſuo nimia colligitur*, niſi quis malit eam tunc *Mora* peccare, aut *Copia*, Vel in ventriculum *aſſurgit*, ibique hæret, quod nunquam fit ſ. n. Vel *alibi pura hæret*, cum locus bilis naturalis, & ejus folliculus tantum ſit, & ejus ductus bilarii triplices, cyſticus, Hepaticus & Inteſtinalis. Nam licet ad tenue inteſtinum deferatur bilis, non tamen ibi manere pura, quin continuo Pituitæ inteſtinali, ſuccoq; Pancreatico affluenti, ut & alimentis, quoties fermentata propelluntur per inteſtina admiſceri, atque utilitatem multiplicem corpori afferre.

Bilis hæc *in folliculo ſuo nimium collecta vel ſubſiſtens*, & hactenus quoque *Loco* peccans, *Indicat ſui remotionem à dicto folliculo*, quod fit eductione ipſius è dicto folliculo ad inteſtinum, quod ipſius via eſt magis ordinaria, & patentior, quia ad Eductionem extra corpus aptiſſima: Nam *Bilis moram nectens in ſua veſicula*, *mutationem* quoque ulteriorem mutua partium ſuarum in ſe invicem actione adipiſcitur, & eo quoque nomine noxia fit, unde & *correctionem* indicat &, ſi corrigi nequeat omnimodam è corpore *Expulſionem*.

Sic *Bilis in calculos* concreta, è corpore amotionem indicat; Eadem quoties *in ventriculum aſſurgit*, inde removenda; *Eadem* quoties *pura hæret in Inteſtino*, ſi unquam hæreat, inde *removenda*; ſurſum, ſi eo vergat, deorſum, ſi nullum motum ſurſum reſtetur.

Tandem in *Bile Fluiditas* omnino mutatur cum vel *glutinoſitatem* nimiam acquirit, vel *lapideſcit* & in *lapidoſam ſubſtantiam* vertitur; Tum *glutinoſitas attenuationem ac inciſionem*; *Coagulata & lapideſcens*. Solutionem ac diſſolutionem. *Sylvius meth. Med. lib. 1. cap. 7.*

Vide *Blaſium Therap. ſpec. ſect. 8. c. 1. 2. 3. & 4.*

Cap. LI.

DE LIENIS AFFECTIBVS.

De [1] *Lienis morbis, & de Lienis Obſtructionibus.*

MOrbi Lienis ſunt *Obſtructio, Inflatio, Inflammatio, Scirrhus, Vlcera & vulnera.*

[2] *Lienis* [3] *obſtructio eſt ejuſdem ab humoribus craſſis infarctio.*

Pars affecta eſt Lien. [4] vel ſecundùm venas & arterias, vel [5] ſecundùm totam ſubſtantiam.

[6] *Signa* ſunt iſta: In principio gravitas hypochondrii & dolor lienis infertur: hinc humor cum ſanguine permiſtus, [7] & in totum corpus diffuſus, [8] livido colore ipſum tingit, reſpirationem difficilem poſt exercitium reddit: in ventriculum effuſus, nauſeam & vomitum; in inteſtina, diarrhœam efficit, interdum, propter ſiccitatem, alvum adſtringit.

[1] *De Lienis morbis*) Vix hactenus quiſpiam veram Lienis actionem explicavit, quæ nulla alia eſt quam materiam ſubacidam ex ſanguine arterioſo conficere, è qua cum ſulphureis particulis in hepate rurſus ſpecifico modo excocta ſanguinis chylique fermentum bilioſum conflatur: Videtur autem liquor ille ſubacidus ſic in eo generari, In Lienis ſubſtantia, quæ eſt ſubacida (hoc in Liene cocto guſtu percipitur) multæ continentur glandulæ. Sanguis autem per arteriarum fines in minimas iſtas glandulas infunditur, eiſque per nervorum in iiſdem deſinentium fines ſpiritus animales, ſed longe minore quantitate affunduntur, qui ſulphureum ſanguinis ſpirituum compeſcentes, et levem aliquam aciditatem inducunt, qua donatus per preſſionem circonſtantium partium è dictis glandulis propellitur, & à venæ ſplenicæ radicibus abſorbetur, atque ſic per ramum ſplenicum defluit ad portam & hepar, Antequam tamen venarum radices ſubeat, videtur in cellulis circumſtantibus, quarum ſubſtantia acida eſt, nonnihil ſubliſtere, ut per illam moram in iis aliquam majorem aciditatem conquirat; ſicut vinum in vaſe acetoſo ſubſiſtens magis magiſque per moram aceſcit, ſicut etiam bilis in ſua veſicula ſubſiſtens majorem acrimoniam conſequitur.

Quod autem primaria fermenti ab hepate perficiendi materia in Liene conficiatur ab experientia aliquali modo demonſtrari poteſt, quippe ſi lien bovis, porci, alteriuſque majuſculi animalis in fruſta conſciſſus in aqua leviter tepida maceretur, & poſtea hujus aquæ pauxillum paſtæ farinaceæ ſubactæ admiſceatur, cum dilatat, & fermentare facit haud aliter ac ſi flos cereviſiæ, aut aliquod aliud panis fermentum admiſtum foret; quam operationem adhuc felicius exequitur, ſi ei minimum quid aceti admiſtum fuerit.

Jam vero ſi hæc Lienis actio non bene procedat, oriuntur morbi duplices, alii à ſubſalſo ſeu ſubacido ſucco nimis craſſo, & fixo; alii ab eodem nimis tenui & volatili: Nam quando ſubſalſi acidive ſucci in Liene non ſatis attenuantur & liquantur etiam pauci ſpiritus fermentantes ex iis exaltari poſſunt. Quando nimis attenuantur, tunc ſupra modum acres, corrodentes & copioſi ſpiritus ex iis educuntur, atque pro horum diverſitate diverſi morbi exurgunt.

Si Lien debilis ſit, vel ſuo vel alimentorum vitio aliáve quacunque de cauſa, tunc ſubacidus qui in eo excoquitur ſuccus, non ſatis liquatur, attenuatur aut volatiliſatur, ſed craſſus & tartareus ſeu terreus manet, magnaque copia in Lienis veſiculoſa ſubſtantia & vicinis partibus, ob crudá viſcoſitatem cumulatur, tumidumque & magnum lienem facit, quippe in eo latens ſpiritus non convenienter ſuſcitatur, ſed in anguſtiis in liene & circa lienem ſubinde aliquantulum efferveſcens, totum lienem ejuſque contigua diſtendit, & mille flatus cum ſibilo, rugitu ac moleſta tenſione hypochondriacis familiari excitat, Quæ mala etiam

plurimùm

plurimùm augentur à prava diſpoſitione Pancreatis, ex ſanguine vitioſis lienis ſuccis inquinato, ac per arterias ei allato contracta, cujus ratione ſuccum etiam ſuum malè coquit, nimiumque ex ſubſalſo acidum vel auſterum relinquit, qui partim in ipſo Pancreate graves obſtructiones officij hujus viſceris turbatores, gignit, partim in inteſtina defluens in iis in ſue tam effervescentiam facit, chylique pravam ſubacidam qualitatem imprimit, ob quam ad coagulationem ſeu fixationem proclivis evadit, nec ſatis convenienter attenuatur; Unde tunc in abdomine à chylo craſſiore, crudiore & fixiore manente, atque ad vlteriorem fuſionem minùs præparato, plurimæ generantur obſtructiones in vaſis lacteis quibuſcunque in meſenterio & glandulis meſenterij, in iiſque magna crudorum ac humorum pravorum ſaburra cumulatur, à cuius copia & corruptione mille morbi ſuccreſcunt, qui vulgò melancholici appellantur, & à Liene oriri traduntur, ſed quomodo ab eo generentur hactenus non ſatis fuit explicatum.

A ſanguine autem, defectu efficacis & convenientis fermenti (quod ex Lienis ſucco à ſanguine venoſo in hepate præparari modo dictum) & ſpirituum non ſatis copioſè genitorum ſpiſſo nimis manente totum corpus languidum ac torpidum redditur, multique morbi oboriuntur; Quippe craſſus & non ſatis ſpirituoſus exiſtens, partesque ſalſas, crudas, viſcidaſque admiſtas habens, in hepate aliiſque variis abdominis viſceribus humores coagulando obſtructiones & ſcirrhos facilè parit.

In corde non ſatis dilatatur, ſed craſſior in pulmonem impulſus, in eoque ab inſpirato aëre adhuc magis incraſſatus, ægrè per anguſtiſſimos eius meatus tranſit, hinc pulmonem inforciens, & bronchia compreſſione anguſtans, difficilem reſpirationem facit; In corde ipſo, propter particularum inæqualitatem, multarumque difficilem dilatationem, producit pulſum inæqualem, ac nonnunquam intermittentem.

In cerebro, propter craſſiorie minimos, ductus inordinatè tranſiens, facit ſuſurros, capitis gravitatem; Cumque ipſius cerebri naturalem conſtitutionem lædat, & inſuper ſtiue aliunde acrimonia nonnihil vellicet, etiam læduntur actiones animales principes, imaginatio & judicium depravantur, memoria imminuitur, deliria, vigiliæ, &c. ſuccedit que vera melancholia.

Si verò craſſius illud ſubacidum ſal paulò magis exaltetur, & fuſile ſed non ſatis ſpirituoſum evadat, tunc ſanguis ſubacidam & auſteram diatheſin acquirit, qualis eſt in ſcorbuto, atque tunc ab illius acredine lancinantur nervoſæ partes, perioſtea dolent, molliores partes eroduntur, ſæpè etiam inteſtina graviter torquentur, & ulcera in cruribus oboriuntur curatu difficilia, ad hæc ineptus fit ſanguis ad nutritionem, atque inde totius corporis lenta atrophia procedit: Dictæ crudæ ſalſæ particulæ, in tenibus frigidioribus coagulatæ, & è ſero ſeparatæ, in calculos tranſeunt; in articulis verò ſeparatæ, & ſentientibus partibus affixæ, eaſque corrodentes, faciunt acerbos dolores arthriticos, ac tandem majore copia cumulatæ nodoſos tophos: Atque hæc & ſimilia contingunt ſi fermentaceus ſuccus in Liene nimis crudus & craſſus conficiatur.

Si verò idem ille ſuccus nimis tenuis, ſpirituoſus & acer conficiatur, (quod etiam fit vino lenis alimentorum, &c.) tunc alij morbi procedunt, in ſanguine magnum fervorem, cum aliquali acrimonia conjunctum excitat, qui in cerebro, ob continuam irritationem ſpirituum animalium celerem atque inordinatum motum, vigilias, delirium furioſum, & maniam facit: Articulis leviter coagulatis inhærens arthritidem vagam generat, eoque acri ſpiritu in una parte, ob ſuam tenuitatem diſſipato, facilè rurſus dolor oboritur in alia parte, cui aliæ quædam particulæ fortè adhærent.

Lien ſcirrhoſus, obſtructus, aliove quocunque modo vitiatus, pravum ſuccum fermentaceum generando, mille quoque gravia mala inducit.

Hæc omnia, aliaque ſimilia, actionem Lienis, ſatis manifeſtam reddunt. *De Diemerbroeck Anatomes l. 1. c. 16.*

Siquidem Lienis affectus ritè curari nequeunt niſi eius officium & uſus innoteſcant, quod circa ſententias hac Excell. Wedelius in recens edita. Phyſiologia Reform. *afferre carptim neceſſarium viſum eſt.*

1. *Lien Hepati miniſtrat*: Nullius organi vitalis actio magis litigioſa & dubia eſt quam Lienis ſi auctores conſulamus, quoad verba & numerum, & circa eam tamen concordia in receſſu obſervatur mira, &c. Hepati miniſtrat, quo generalem eius uſum complectimur; unde *νόθον ἧπαρ*, hepar ſpurium, vel ſuccedaneum potius, ſunt qui cum Philoſopho nominant.

Miniſtrat 1. ob homogeneitatem ſubſtantiæ; Quando enim viſcera imi ventris ſocia eſſe in expediendo munere dicimus, duplicia ea oſtendimus, vel carnoſa vel membranoſa, & utriſque communia, glandoſa; membranoſa membranoſis & ex carnibus, carnoſa ſeu parenchymatica parenchymaticis magis conſentiunt in ſubſtantia; Quæcunque ergo organa conſentiunt in ſubſtantia, illa ad mutuum miniſterium & reciprocam operam condita colliguntur per mechanicam machinarum; Et Lien verò & Hepar ſunt viſcera ſanguinea parenchymatica.

Miniſtrat Hepati 2. ob homogeneitatem actionis: Utraque ſunt viſcera & organa depuratoria maſſæ ſanguineæ: Non minùs id præſtat Lien quam Hepar. Viſitur id in ſtatu p. n. Hepate affecto & Liene ſymbolica exoriuntur ſymptomata, levi mutatione & modo, affectus hypochondriacus utroque ſtabularius in hypochondrio, cachexia, ſcorbutus; Icterus ipſe ſuo modo, ſi diutiùs duret, Lien cum Hepate ſunt communes, medicamenta utriuſque viſceris Hepatica & Splenetica, inter ſe affinia & ſymbolica, ſed & ſpeciale miniſterium in quo conſiſtat, non difficile erit inveſtigatu, ſi mente repetamus ſpecificum *Hepatis uſum, quod ſens ſit Lympha & Bilis*, nam

Quod Hepar actu, Lien potentia præſtat; In Hepate actus exercitus & ſecundus, in Liene primus ſive ſignatus magis occurrit, miniſtrat quidem & univerſo corpori, & partibus aliis, ideò tamen non deſinit miniſtrare Hepati, & cum eo communem operam præſtare, Innuit idipſa textura Lienis ſeu ſubſtantia; Deputat enim nec habet excerniculum proprium, vt hepar, vt renes, vt pancreas: Ergo aliâ paulò ratione id fecerit, Notatum hinc extraordinariè aliquando & locum commutaſſe hæc duo organa, & lienem in dextro, hepar in ſiniſtro hypochondrio repertum.

Lien diſponit ſerum & ſanguinem ad decentem ſeparationem. Depuratio omnis fit ſeparatione; ea vero cum actualis hoc loco non fiat, potentialis ſufficit, ſeu diſpoſitio, adaptatio, immutatio, ut ſeparari hinc aliis locis queant particulæ ſecernendæ, quæ tamen & hic ex parte hoſpitantur.

Diſponit 1. ſerum ad excretionem debitam; Hinc Lien illis ſolùm animalibus datus eſt, quæ renes & veſicam obtinent, teſte *Philoſopho*, indicio certo ſecretionis non indicatæ, quæ cum non fiat, nec organo diſponente opus fuiſſe. Neque enim cauſa hujus phænomeni fuerit ſanguinis paucitas, cum tantum habeant quanto egent

& proportionatè non minorem quantitatem quam animal aliud quodvis : Hinc ſi excedat hic ipſe character diſponens, vt in ſpleneticis, hypochondriacis, melancholicis, ſeri & ſputi obſervatur abundantia ; Sin minus fiat itidem malè habet corpus : Diſponit ſerum ad excretionem per ductum Pancreaticum, per hepar in vaſa lymphatica ; Per Renes, cum quibus maximè conſentit ; Per poros cutis ipſos , unde hypochondriaci, quartanarij, ſplenetici ſudoribus nocturnis diffluunt.

Diſponit 2. ſanguinem ad bilem ſeparandam. Gaudet Lien pluribus & copioſiſſimis arteriis , quintuplo vel ſextuplo excedentibus venas, quod phænomenon maximè attendendum eſt non minùs ac alterum, contrarium conſpici in hepate; In hepate plurimæ venæ, paucæ arteriæ ; In Liene plures nervi, pauci in Hepate, quòd ipſum demonſtrat alterum organum alteri miniſtrare, & ſupplere unum alterius munus. Ex legibus circulationis, ubi plures ſunt venis arteriæ, plus affertur quam refertur, reſpectivè : Iam verò ſanguis ex Liene per ramum venæ portæ ſplenicum ad meſenterium perfertur, indeque ad hepar, ex quo patet iam copioſas huc mitti arterias ad Lienem, vt diſponeretur ſanguis ad excretionem & præparationem bilis : ubicunque enim minùs impenditur ſanguis, magis ſeparatur, quod non tantum de inteſtinis val-t, ſed & quam maximè de Liene: Neque enim pro nutritione viſceris huius tanta copia ſanguinis arterioſi requirebatur, vel hepatis longè majoris exemplo, quod paucioribus arteriis contentum degit, Qui ſanè uſus Lienis inſigniſſimus eſt, & ulteriùs probandus.

Lien acidi præſes, adeoque melancholiæ ſedes eſt. Ut quomodo Lympha & bilis ad ſeparationem actualem aptentur in Liene melius pateat, ipſeque uſus eiuſdem exhauriatur , facem porrigere aſſertum hoc poteſt, à pleriſque probatum , & in rei natura fundatum : qua occaſione plura dicenda veniunt.

1. *Eſſe in Liene acidum domeſticum* ; Probat id odor, ſapor, & mixtio cum lacte , quod inde grumeſcit, addi poteſt color , qui ex rubedine declinat paulo in nigredinem ; Demonſtrant phænomena eorum qui ex confeſſo fuere ſplenetici , laborarunt ſcirrho lienis, & duritie, obſtructione, putrilagine, Acidum nempe copioſum in illis fuiſſe cauſam ſymptomatum præcipuam, indeque lympham in glandulis ſtagnaſſe , ſcirrhoſum meſenterium, ſcirrhoſos teſtes vel novis tuberculis ſcirrhoſis comitatos , ſtrumoſam gulam ipſam fuiſſe, Conſentiunt ſtatu p. n. melancholia quartana & alia morborum ex acido genera , ubi poſt mortem Lien manifeſto deprehenſus affectus & auctor primus fuit.

Neque enim illi audiendi ſunt qui à ſtatu p.n. ad naturalem ſimpliciter non concludendum rentur; Rectum eſt index ſui obliqui, obliquum recti ; Quin una hæc eſt via & clavis omnium explicandorum phænomenorum, quam niſi admittamus, vix è labyrintho hoc egredi licet, & è contrario facilè, ſi admittatur Emicant, ſic vſus omnes reliqui : vt non adducamus unanimem ferè authorum veterum ſententiam.

2. *Sanguis & Lympha in Liene moras ducendo* acorem blandum naturalem concipit. Moras ducit, per naturam puta, citra læſionem circuli , citra *ςάσιν* ; quia copioſiùs affertur reſpectivè, quam refertur, ob pauciorem copiam venarum; Atque hæc cauſa videtur præcipua quare, præter arterias, copioſi nervi ibidem reperiantur, cum fibris pluribus, vt nempe elaterem majorem fœnerent lieni , huiuſque beneficio mora non ducatur nimia, nec nimius acor conſurgat.

Neque de nihilo penitùs eſt phænomenon vulgatiſſimum à curſu ſeu motu nimio dolorem hypochondrij ſiniſtri exoriri, quoniam uſus & circulatio ſic augetur & aucta hinc ſtagnatio, à ſtagnatione dolore & tenſio, indeque pulſatio ipſa ſæpe ; Dumque moras ducit, intra naturæ quidem terminos, hoc ipſo acorem concipit quendam ; uti ſi p. n. fiat *ςάσις* , idem quoque, ſed longè magis vt acor morboſus concipitur, & ſic fermentum etiam Lienis inde explicari poteſt , ex eadem mora enaſcens, ſi quidem ipſius ſanguinis aliam mutationem ex ipſo loco nativam non ſufficere , quis putet; Accidit entſpatura , reduplicatio & circinatio vaſorum, quæ in extricato & præparato parenchymate ad oculum patet, vt tanto magis mora concedi poſſet, quibus unde Acidum hoc fit, abundè conſtare poteſt.

Acidum Lienis facit ad ſeparationem bilis & lymphæ promptiorem : Magna vis eſt acidi in ſeparandis heterogeneis, in lacte & ſanguine, Lac ipſum mora acidulum redditum concretionem cremoris accipit ; longè magis acida addita illud exhibent ; Facit ad ſeparationem *lymphæ* quando ſub motu illo continuo aliæ particulæ moram ducendo acorem concipiunt , aliæ abripiuntur, unde fit ſeparatio *bilis* , quia acidum bili eſt contrarium, vt bilis acidi antidotus , unde ſanguis adductus per arterias blando illo acore alteratur , vt particulæ biliosæ ſecerni hinc in hepate poſſint ; Adeoque Lien bilem præparat quaſi & aptat ad ſeparationem in hepate, accedente fermento hepatis proprio.

Hinc nota 1. *Acidum Lienis domeſticum, nullum in hepate.* 2. *Vbi Acidum ibi melancholia* , Durius paulo loquuntur & invehuntur in veteres non pauci , quod Lienem melancholiæ ſedem ſtatuerint, & ipſi tamen Acidum in Liene fermentum agnoſcentes, melancholiæ ratio in acido , & ſpeciebus hujus acerbo , auſtero, fundatur à priori , in nigredine , unde nomen placuit indere primis inventoribus nonniſi à poſteriori ; melancholia non tam nigra eſt affective quam effective ; Nigra non tam quoad qualitatem humorum quam ſtatum ſpirituum ; nigra non tam actu quam potentia, non tam mole quam virtute ; Quibus diſtinctionibus adhibitis omnia de melancholia prædicata optimè poſſunt dilucidari.

3. *Aliud eſt acidum ſanguinis aliud lymphæ* ; 4. *Lien conſiſtentiam ſanguinis diſpenſat* ; Non una gaudet conſiſtentia ſanguis , ſed modo fluidior eſt , modo ſpiſſior, modo volatilior, modo fixior : modo laxior, modo concentratior : Sibi verò relictus mediam obtinet conſiſtentiam, vel æquabili perſtat motu, non minus ac calore ; Sin fontem & radicem inquiramus, non immerito & ventriculo, & aſſumptis, & aliis dica ſcribitur , conſiſtentia fatiſcente, nec quadrante vitæ incolumitati , ſi excedant. Præcipuum verò Lienis hoc officium eſt.

Hinc nota. *Conſiſtentia ſanguinis ſequitur ſtatum ſalium & ſulphuris, ſtatum bilis & lymphæ.* Salia non uniformiter ſanguinem diſponunt, Acida ſine dubio figunt & concentrant ſanguinem , quia obtundunt ſulphur, quia figunt & coagulant ſal volatile, Alkalia rarefaciunt & exaltant , quia expendunt ſulphur , quia ſal volatile expectant & adaugent, vide experimenta *Boylei & Borrichij*, medias conſiſtentia hęc inter duo extrema media, rarefactionem & fixationem : ſimulac ad alterutrum inclinat , in vitio eſt ; Quandoquidem ergo id concedendum eſt, hos fontes eſſe conſiſtentiæ ſanguinis, non difficulter id de Liene aſſeri poteſt, &c.

Lien ventriculum iuvat calore & fermento ſuo: calore, aſſidet enim eidem ; *Fermento* , non tam quod inſpiret idem ventriculo contactu ſuo , ſed quod acidi præſes eſt in ſeparando , communicans illud cum glandulis ; Acidi enim hujus blandi via eſt partim in maſſam ſanguineam, ad fœnerandam conſiſtentiam, partim ad inteſtina , mediante pancreate ; partim ad ventriculum, cuius glandulæ miliares id fundunt blandiſſimum puta in ſtatu naturali , &c.

Lien fluorem ſanguinis promovet & juvat : Promovet fluorem menſium : maximus enim conſenſus lienis & uteri , quod menſibus non erumpentibus hypochondrium tendatur , inprimis ſiniſtrum ; Quod hyſtericæ

&

& ſplenericæ adeo inter ſe communicent, vt ſint qui hyſtericas eſſe planè negent & hypochondriacas ſolum proclament; hypochondriacæ gravidæ melius degunt, extra illud tempus communiter ferè pejus habent; Quando fixior hic ſanguis redditur, exuperante acido, menſes deficiunt; quando bilioſior, fluxus immodici fiunt. Promovet fluorem hæmorrhoidum, qui ſolennis eſt ſpleneticis, ſive copia, ſive acrimonia bilioſa, ſeu obſtructiones in cauſa ſint, vt per hæmorrhoidales arterias internas, huc ad extremum recti inteſtini feratur majori impetu & exitum affectet. Hic ipſe ſanguis dicta confirmat, vt plurimum enim floridiſſimus eſt, notans bilioſum magis rarefactivũ exuperans; nonnunquam etiam nigricans, ſive conceperit *ὀξὺ*, ſive commutatus bilioſus character cum acido fuerit: Nonnullis etiam hæmorrhagia narium magis familiaris ex hoc fonte eſt.

Lien juvat & promovet fluores ſeri; in partibus & toto, Fluores in vaſis & extra vaſa, fluorem urinæ per arterias emulgentes; hinc maximus illi conſenſus cum renibus, unde & diuretica juvant ſpleneticos, & hi plurimum mingunt, & in genere ſeroſi ſunt fere magis. Ex eodem fonte etiam nephritici materiam tartaream mutuantur, ſero immerſam & coagulabilem: *Fluorem ſudoris*, vt notum eſt, ſcorbutici quartanarij, ſplenetici noctu experiuntur, utrum arceſſamus ipſum *fluorem inteſtinorum*, & *hepaticum* eum primis dictum, qui cum ſplene communis eſt, & ſæpè magis ſpleneticus, dici meretur quam hepaticus: *Fluorem ſputi*, ad ventriculum magis lympha regurgitante, unde ſunt ſputatores ſplenetici & hypochondriaci.

Lien non ſanguificat, nec fruſtraneus eſt, ſed ſanguificationi inſervit *ἀυλέμως*, depurando, & rectificando, & dum depurat, ſano ſenſu dici poteſt *pluſquam perfectum reddere ſanguinem*, quandoquidem illa quæ imperfectum reddunt, quæ inquinant & conſpurcant, tollit; quibus convenienter ablatis perficitur ſanguis, quod ipſum tamen cum aliis ſociis habet commune.

Non fruſtraneus eſt Lien, quod *Eraſiſtratus* ſtatuebat; hodie verò vulgus ſibi perſuadet, oneri ſaltim eſſe corpori, unde curſoribus exſcindi fingunt: Si enim laudatos uſus attendamus, viſcus ſanè fuerit corpori maximè neceſſariũ; Et quamvis ſæpiùs exciſus fuerit in canibus citra periculum vel detrimentum aliquod vitæ actionumque, id tamen an in homine cuius temperies & *κρᾶσις*, longè alia eſt, humidior inprimis, eodem effectu ſucceſſurum ſit merito dubitatur. Et poſito eodem, non tamen inde evincitur viſcus eſſe fruſtraneum; Natura enim nihil facit fruſtra, &c. *G. Wolf. Wedel. Phyſiol. med. reform. c. 20. pag. 298. ad 309.* ubi plura huc pertinentia.

1. *De Lienis morbis.*) Lienis parenchyma variis obnoxium eſt morbis, imò caput & Lien morbis maximè ſunt obnoxia, vt habet *Hippocrates 4. de morbis*, laboratque modò intemperie, modò obſtructionibus, tumore, inflammatione, ſcirrho, raro abſceſſu, interdum etiam palpitatione.

Cauſa horum morborum plerumque talis eſt, ſi in ſanguine viſcoſum aliquid ac craſſum ineſt, quod à liene ſubigi ac domari nequeat, inter fibras lienis complicatas retinetur, adeò vt ſi multùm coacervetur, obſtructiones in poroſa eius ſubſtantia inde facilè oriri poſſint, atque hinc intemperies, tumores, inflammationes, ſchirrhi, palpitationes. *Mœbius Fund. med. c. 17.*

Ex malè valente, h. e. intemperato & obſtructo ſplene atroces morbos atque valida ſymptomata, tanquam ex equo Trojano prædones quoſdam provenire, proſilire, atque accreſcere apud omnes in confeſſo eſt, unde etiam propter ærumnoſa illa incommoda, quæ parit malè affectus Lien, ab *Helmontio* Spinoſus, nominatur, ſicut nec minus notorium eſt de Liene intumeſcente proverbium, quo dicitur huius incrementum corpori ac viribus afferre decrementum, ſicuti etiã propterea cum ærario publico, ſive fisco, appoſitè comparatur, quod ſi impensè creſcat, ſubditi notoriè pauperantur, idem de ſplenis augmento nimio, vigente corporis populante, ſentiendum.

Rationem ſciſcitaturo, quid aliud quam viſceris huius nobilitatem, & officij excellentiam quo id pollet, opponere poterimus? Auctus enim Lien ſemper manè conſtitutus eſt, ita vt illud ſanguificationis (*depurationis ſanguinis*) munus præſtare non poſſit, unde univerſale corporis nutrimentũ, ſive ſanguis, ex hoc ſecundæ coctionis cuius præſes noſtro quidem iudicio, eſt Lien vitio depravatur, & ineptus planè ad nutritionem, & refectionem corporis redditur, Ergo quantum pondus in confectione ſanguinis Lien ſuſtineat, hinc apertũ fit.

Quoad numerum morborum ſpectat qui in ſplene oriri poſſunt, *I. P. Faber* eum determinavit, inter eos, *ait*, potiſſimum ſunt varij Tumores, obſtructiones ſcirrhoſæ, & inflãmationes; Ubi moneo quod ad Tumores Inflatio quoque Lienis, ſive eius in tumorem à flatu facta elatio, ſit addenda, ſiquidem creberrime etiam ea accidere conſueverit: Deinde Practici, non tantùm morborum, verùm etiam ſymptomatum, quæ ſpleni contingere queunt, mentionem facientiam poſcunt, ad quorum claſſem referunt Lienis dolorem, icterum nigrum, affectionem hypochondriacam, atque ſcorbutum, *Chriſt. Langius Pathol. Anim. p. 432.*

1. *De Lienis morbis.*) Dolenda eſt Lienis conditio, cuius ſtructura (quam eius deſcriptionem vide inferiùs §. *Dolor Lienis à ſolutione continui.*) & uſus legitimus vti hactenus planè ſtetit incognitus, ita nihilominus tot malorum morborumque à vulgo ignaro habetur ſentina, vt non tantùm non relegare iſtud & exterminare, ex republica microcoſmica volupe ducant, ſed innocentiam eius egregiè defendunt, *Sylvius Diſput. de uſu Lienis, Conringius Tr. de gen. & uſu ſangu.* Nam neq; ſcorbuti, neque mali hypochondriaci, neque Icteri nigri fomes & focus eſt Lien obſtructus, vel alio modo vitiatus. Nec magis quartanæ cubile eſt *Lien* quam Tertianæ Hepar; Eo poſito quòd Emplaſtrum *Helmontij Tr. de Febr.* regioni ſplenis appoſitum centenas quartanas tuto perſanarit, nihilominus tamen hoc ipſum non magis ſedem eſſe eius in *ſplene* quam quod Emplaſtrum febrile *D. Michael. ex fuligine, terebinthinn, camphora, &c.* quo carpis manuum applicato in ſene decrepito aliquandò eandem quartanam curavit (non ſecùs ac ſimilis externa ſæpiùs mirabiles edunt effectus,) probare deberet eandẽ aliaſve intermittentes reſidere in carpis manuũ.

Neque tamen hæc ita accepta volumus ac ſi in totum *Lienis* morbos negaremus, ac univerſaliter omnes eius obſtructiones, rejiceremus, nam in quibus Anatomicorum manus plus ſatis eaſdem ad ſcirrhoſam lapideamque duritiem impactas nobis detexit, Sed hoc tantùm urgemus, 1. Sæpiùs incuſari *Lienem*, eiuſque parenchyma, tanquam obſtructum & infarctum in morbis chronicis, inprimis verò in affectibus appellatis melancholicis, vt vt id ſola præconcepta opinione, ſine ratione manifeſta, ſiue ſigno ſaltem probabili adſtruatur, quod confirmat experientia *Sylvij*, qui *Diſp. de Liene* teſtatur ſe in cadaveribus longè vltra 100. diſſectis, & ex his plurimis per omnem vitam malo hypochondriaco, melancholia, &c. laborantibus, aut ob illam extinctis, ſemper ſatis ſanum ac floridum obſervaſſe hoc viſcus, nunquam vero inflatum, induratum, vel obſtructum.

2. Tumores ſcirrhos & infarctus huius viſceris, qui non raro in morbis chronicis deprehenduntur, & quidem ſpecialiter in quartana, non tam radices eſſe horum morborum, aut fomites quam producta morboſa, iſtis inveteratis ſupervenientia, ac ex vitio primæ digeſtionis orta, ſimili modo ac calculus productum eſt morboſum, ex certa iſta amentia ſalium, qua eadem ſe facilè coagu-

lant, ipſe verò morbus eſt lithiaſis: adeoque hi *Lienis* tumores, obſtructioneſque effectus potius morboſi erunt, quam cauſæ radicales. *Etmuller Diſſert. de dolore Hypochondr. c. 2.*

2. *Lienis.*) Qui Lienem faciunt excrementi cyſtim ac receptaculum, falluntur: Non enim excrementum eſt, ſed imperfectus ſanguis, qui ultimam elaborationem non obtinuit, nec vitali ſpiritu ſufficienter adhuc delibutus eſt, proinde nimirum demandatur in Lienem, vt ibi ſpirituum copia impleatur, attenuetur, atque ſic ad vitam utilis reddatur. *Ioh. Petrus Faber Patho. Spag. c. 45.*

Hepatis Lieniſve examen ideò potiſſimum conjungo, quod quicquid ſanguinis Lienis ſubſtantiam ſubintrat, ad hepar poſt advehitur, &c. Arduum eſt in quo præciſè Lienis uſus conſiſtat dicere, ſiquidem *Acidum*, quod per vas breve in ventriculum eructavit, exploſum eſt, ſimiliter ac *melancholia veterum*, ſive fex tartarea, cuius peculiare receptaculum illum haud pauci fecerunt; cellulę eius, in quibus non poteſt non aliquam morã ſubire, ſanguinis diverticulum eſſe oſtendunt, ſed hanc etiam in aliis viſceribus nectit. *Clar. Malpighius* in glandulis ſuſpicari videtur ſeparationem ſucci cuiuſpiam, quæ in ſanguinis refermentatione præcipuum agat: mihi verò, qui vſq; certus non ſum vaſcula lymphica, (quòd tamen in aliis partibus ſolent) ab iis non ſcaturire, veriſimile omnino videtur ſanguinem in illis vaſculorum arterioſorum & nerveorum plexibus ſubtiliſari, & aura præcipuè animali, quam nervi uberrimè exhibent, animatum, ſenſim extillare, cavoque cellularum excipi; quod ſi ſimul & ſemel fieret, cavernulæ cito replerentur, ſanguiniſque particulæ, ex novo motu diſſociatæ, vias in venæ ductus omnes æquè non invenirent.

Hæc ipſa autem ſanguinis animatio, hepati in ſuo officio haud parum prodeſt, ſcilicet aliqua ſolutione jam facta, particuloſæ ramoſæ, cæterarum connubio firmiùs modo junctæ, faciliùs abſcedunt, & ſerum lymphicum à conglobatis hepatis glandulis promptè ſequeſtratur, probatque iſtam viſcerum mutuam conſpirationem, non ſolum dictus ſanguinis commeatus, ſed hepatis moles auctior, quæ in iis quibus Lien exciſus fuit, deprehenſa eſt.

Poſſem alios qui exinde fluunt uſus ſubnectere, præprimis de ſanguinis, (ſi craſſior vel fixior fuerit) volatilizatione ac emendatione; quem ſpiritus animalis jugi irroratione conſequitur; ſed tempore opus eſt, vt omnia innoteſcant. Evidens interea eſt, vbi ſanguis torpidior, & ad motum iners, in veſiculis ſtagnare cœperit, tractuque temporis nervulos comprimẽdo, tum ſui, tum præprimis noviter accedentis actuationem impedierit, lienes magnos ſcirroſque in hac parte decantatos ſuccreſcere poſſe, Quod ipſum etiam ſerum abſcedens, nimietate ſua efficere potis eſt. *Ioh. Iac. Harderus Diſſert. de viſcerum ſtruct. §. 60. ad 65.*

Quo magis expanſas à venæ ductibus cellulas veſiculoſas conſideramus, cum arteriolarum & nervorum copioſiſſimorum artificioſo compigmento, in ſententia quam de nova ſanguinis actuatione & particularum motu illo incipiente blanda diſſociatione probabiliter exhibuimus, confirmamur, perſuaſumque habemus, firmiter texturam eius ita fabrefactã fuiſſe, vt cruor aura animali noviter vigoratus, per illa peculiariter quaſi circuletur, id quod reticulares arteriolarum plexus, quibus venæ per anaſtomoſim vel tertium aliquod non junguntur, nobis perſuadent. *Idem Apiary ſchol. ad obſ. 60. & 61. p. 246.*

3. *Lienis obſtructio.*) Lien obſtructionibus obnoxius eſt non minus quam hepar, imò & frequentius, quandoquidem craſſiori ſanguinis parti recipiendæ deſtinatus eſt, ac magis fœculentæ, quæ ideo faciliùs in venis illius retinetur, vel in meatibus inſenſibilibus hæret, ob mollitiem & laxitatem partis, craſſiorum humorum receptioni magis idoneam & quando humor craſſus ſubſtantiæ Lienis hæret, *Tumorem* in parte efficit ac *inflationem*: Et quidem ſi humor illa diuturna mora craſſeſcat duritiem nanciſcatur, ſcirrhum generare ſolet; quandiu verò liquidior manet admiſtione pituitæ, ad *œdematoſi tumoris* naturam accedit, qui illis præcipuè eſt familiaris, qui in locis paluſtribus humidiſq; degunt, vel qui frigidis alimentis veſcuntur, aut frigidæ potu largiori vtuntur; Si verò Tumor ille mollior & laxior fuerit, *Inflatio* ſimpliciter appellatur, cuius cauſa eſt materia partim pituitoſa, partim flatulenta: Hujuſmodi obſtructionibus, tumoribus, & inflationibus affecti, *lienoſi* vulgò vocantur. *Riverius.*

Lienis Tumores varij ab obſtructionibus.

3. *Lienis obſtructio eſt ejuſdem ab humoribus craſſis infarcto.*) Tumeſcit ſæpè Lien ob cruditates & apepſias ſanguinis ab hepate propterea huc demandati, vt ſi coquatur ulteriùs atque attenuetur, quoniam perfectè & abſolutè in hepate coqui ac digeri non potuit: Dein ex parte ſui ipſius ſplen etiam etiam intumeſcit, quod calore nativo debitè non turgeat, vnde ſanguine crudo & incocto huc demandato, magis magiſque turgeſcit, & per conſequens vehementiùs tumeſcit, quod refrigerato ſic Liene, cauſa materialis accreſcat.

Cauſa autem materialis Tumorum omnium in Liene, ſunt excrementa ſanguinis, ſeu liquoris illius qui ad Lienem demandatur, ſi nempe Spiritus, tanquam cuſtos Lienis, ſeu calor nativus eiuſdem, ad expellenda hæc excrementa non ſufficiat, ſed deficiat, Unde quod expellendum relinquitur, putreſcit tandem & fit Tumor vel calidus vel frigidus viz. Secundum naturam ſeu eſſentiam excrementi expellendi, quod in Liene relinquitur.

Non raro autem contingit, vt dum ob frigiditatem ac ſiccitatem ſuam hoc excrementum non putreſcit in calculum concreſcat; *Ioh. Petr. Faber Pathol. Spag. c. 45.*

Parens morborum fœcundiſſima eſt cruditas, vtpote in qua impuritas naturæ noſtræ valdopere infeſta ſemper latitat; Cur autem cruditates atque impuritates, Naturam noſtram ſive Archeum adeo turbare ac confundere ſoleant, doctrina Fermentationis & corruptionis colligi poteſt; Sed vt, ambagibus miſſis, ad lienis affectus applicatio fieri poſſit, inter quos Tumores & inflationes ab obſtructione ortæ ejuſdem frequentiùs affligere ſolent, cruditatum imaginem hic quoque attendendam Auctor offert, quas accuratè perſpecta, illas vel Lieni accidere ab infirmitate ventriculi, qui vt rector ac director eſt digeſtionum cæterarum omnium, ita etiam, ſi ægre is ſe habeat, ipſarum quoque indubius eſt deſtructor, & multas in corpore tragœdias concitare ſolet, manifeſtum eſt, atque hac ratione etiam ſtomachi deficientis in Lienem, imperium eſt manifeſtum, qui propter oblatas ſibi cruditates & impuritates, quæ obſtructiones in hoc labyrintheo vaſorum contextu, qui in ſubſtantia ſeu parenchymate Lienis deprehenditur, faciliime patiuntur, & ibidem quaſi incarceratæ vitioſum impetuoſumque fermentum concipiunt, ærumnoſis plerumque morbis obnoxius quoque evadit.

Deinde etiam ex propria & eſſentiali Lienis imbecillitate, unde digeſtionis ſecundæ officium valdè læditur, (quod tamen raro contingit, ſed plerumque vitium ventriculi præſupponitur) cruditates in ſanguine ibi ſtabulãtes ac ulteriùs præparando oriri queunt; Loquitur autem de frigida Lienis intemperie Author, per quam ſic loquendi rationẽ, nihil aliud intelligit, quam Splenem ſpiritubus decenter non turgentem, h. e. impensè debilitatum, veluti per debilitatem viſcerum plerumque frigida eorum intemperatura & calidi nativi defectus iuniri ſolet. Notandum tamen quod frigida illa intemperies haud dubiè in hoc ſtatu permaneat, ſed paulo poſt degeneret: Frigida enim intemperies quidẽ in viſcere aliquo incipit, in progreſſu tamen fit calida,

propter

propter impetuoſæ nimirum fermentationis tempeſtatem, qoam cruditates in viſceribus obſtructis putreſcentes efficiunt, atque poſtmodum effluvis fervidiſſima exhalant, diverſorium ſuum miſere accendunt & inflammant. Unde intumeſcentiæ & inflationis, quam Lien obſtructus & debilitatus incurrit, cauſa confeſtim eſt in aprico.

In ſpecie verò Auctor accuſat excrementa, quæ p. n. hic retinentur, ac debito tempore non deponuntur; Cùm enim Lien quoque coquere debeat, coctio autem ſive digeſtio, fieri nequeat abſque puri ab impuro, ſive utilis ab inutili ſegregatione, patet unde excrementorum p. n. facta io Lieoe congeries produci poſſit, quamdiu namque impurum atque inutile eo, quo debet modo ſeparatur, ſeparatumque egeritur, tamdiu Lien quoque ſe rectè habet, & à morbis, inter quos agmen ducit *Obſtructio*, ſecutus eſt; Sin verò ob calidi nativi inopiam, vel aggravationem etiam excrementa illa decenter oon expellantur, tunc protinus graves procellæ ingronne irruuntqoe, veluti notum accidere, in excrementitiarum imputitatum quarumvis præternaturali retentione, corruptione, putredine ac fermentatiooe. *Chr. Langius Pathol. Anim p.432.*

3. *Obſtructio eſt ejuſdem ab humeribus craſſis, &c.)* Quando minuitur ſanguinis pluſquam perfectio ſplenica, metus eſt ne tota ſanguinis maſſa reddatur paolatim valdè glutinoſa & tenax, qualem ſæpè obſervamus mirè cruſtoſam in hoc Belgio, tumiumque in ſuperficie cohærentem, adeò vt vix acuto dividi poſſit culrto: Videtur autem minui poſſe hæc in ſcenam à me producta pluſquam perfectio ſanguinis ſplenica, 1. ob ſpirituum animalium defectum vel oniverſalem, vel in Liene particularem, ob ipſius nervos vel pauciores, vel quavis de cauſa ab opere impeditos: 2. ob ſanguinem glutinoſiorem ac viſcoſiorem, unde minùs aptus eſt ſuæ pluſquam perfectioni ſuſcipiendæ: 3. Lienis malè affecti culpa, cum enim per eius vaſa penetrare, atqoe aliquam in ipſis mutationem ſubire debeat, cum animalibus ſpiritibus copulatus ſanguis, quin ab ipſo Lienis parenchymate ſingulare aliquid ei expectandum veniat non eſt dubium: Nam ſi ſolidius & firmius eius parenchyma, non tantum ſegnius ac impeditius, per ipſius vaſa movebitur ſanguis, ſed inſuper minus promovebitur ejuſdem attenuatio & exaltatio. *Fr. Sylvius ib.*

4. *Lien vel ſecundum venas & arterias.)* Ad Lienem quadruplex vaſorum genus pertingere docet Anatome, Arterias, venas, vaſa lymphatica & Nervos: Ad illum per Arterias ſanguinem afferri, per Nervos ſpiritus animales, per vaſa lymphatica lympham efferri: Cum præter quadruplicia illa vaſa nulla alia obſerventur, quæ aliquod transferant aut auferant, merito ex illis, ac imprimis ſecundum id, in quo aliquid acceperunt ſingularis: Functio naturalis Lienis elicitur. Utique *vas breve* dictum nequaquam diverſum eſt, à venæ ſplenicæ ramis vas, utrinque à Liene ac ventriculo ſanguinem revehens, ad neutrum advehens: mirabilis *nervoſarum fibrarum* circa vaſorum omnium in Lienem ingreſſum textura, ab Anatomicis detecta, non parum meam de ſanguine ibidem à ſpiritibus animalibus copioſè appellentibus, ſubtiliore ac ſpirituoſiore præſtando? adeoque pluſquam perficiendo firmat conjecturam: Cum enim nec ſenſui nec motui ſerviat Lien, in alium finem notabilia copia ſpiritus excipit animales; cui bono autem, niſi vt ſanguioi affluenti jungantur ac intimè miſceantur, eumque ſolito ſubtiliorem ac ſpirituoſum, h. e. reliquo ſaoguine (qui perfectus) perfectiorem adeoque pluſquam perfectum. Hanc proinde, ab animalibus ſpiritibus petendam, pendentemque ſanguinis pluſquam perfectionem in Liene abſolutam lædi autumo, dum aut *minuitur*, aut etiam *augetur*, poſtquam in mediocritate conſiſtit virtus. *Fr. Sylvius Pr. l.1, c.43.*

5. *Secundum totam ſubſtantiam.)* Communiter traditur ſubſtantiam Lienis eſſe concretum quoddam corpus ſanguineum, fulcimen præbens vaſis per illum decurrentibus, quòd levi attritione facilè in liquorem diſſolvitur; Verùm hanc opinionem penitùs deſtruxit *Malpighius*, qui hujus viſceris myſteria microſcopiis accuratiſſimè perſcrutatus, ſcribit *lib. de Liene, c. 4.* totum Lienis corpus eſſe membranarum congeriem, in cellulas & concamerationes efformatam ſeu diſtrictam, ac non eſſe corpus tam denſum, vt antehac deſcriptum eſt, ſed rarum; Idem *Malpighius* in ſubſtantia Lienis primus obſervavit multas glãdulas, notatu dignas de quibus *l. c.c.* *In ſplene*, inquit, *glandularum, vel, ſi mavis, veſicularum ſive ſacculorum racemi copioſiſſimi, obſervãtur per totum lienem diſperſi, qui uva botrum graphicè æmulantur, &c. Earum ſubſtantia quaſi membranea videtur, ſed mollis facileque friabilis, eius cavitas ob exiguitatem oculorum aciem effugit, conjectura autem attingitur, dum ſciſſæ in ſeipſas concidere videntur. Numero copioſiſſimæ, & in deſcriptis cellulis univerſi lienis, vbi vulgariter einſdẽ parenchyma ſtatuitur, mire locantur, pendentque a propaginibus capſulæ, ſive a fibris ab ipſa ortis, & conſequenter ab extremis arteriarum & nervorum finibus, &c. Non æquè facilè ſe produnt in quocunque animalium liene, imò ſola lienis laceratione innoteſcunt, &c. In homine difficilius emergunt; ſi tamen ex morbo univerſum glandularum genus turgeat, manifeſtiores videntur, aucta ipſarum magnitudine, vt in defuncta puella obſervavi, in qua Lien globulis conſpicuis, racematim diſperſis totus ſcatebat.* Diemerbroeck *Anat. l. 1. c. 55.*

5. *Secundum totam ſubſtantiam.)* Subſtantia in ſano liene duriuſcula & firma eſt, ac quamlibet contrectationem ſine læſione perpetitur, ac in morboſo ſæpè mollior evadit, & facilè diſſolvitur, ſic in ſcorbuticis & hypochondriacis, eum multoties adeò mollem poſt mortem inveni, vt ab impoſito leviter digito, totus facillimè perforaretur, & ab aëre externo facilè liqueſceret, quamvis alioqui primo intuitu foris in magnitudine & colore nihil alieni præ ſe ferre videatur: Scorbuticum publicè diſſecui cui ſubſtantia lienis (non tamen prætermodum magni aor malè colorati) valde mollis erat, & tempore ſatis frigido, intra bidui ſpatium ab aëre externo ſponte io ſpumoſum liquorem, obſcurè rubrum; (inſtar fæcis vini rubri) diſſolvebatur, adeoque liqueſcebar, vt præter multas fibrillas & tenuia vaſcula ferè, nihil ſolidi intra membranam eius contineri videretur: Ex quo liquet multorum errorum, qui in ſcorbuto, hypochondriaca affectione, febre quartanâ, aliiſve morbis è Liene oriundis, ſemper culpant iſtius viſceris obſtructionem, duritiem aut tumorem, cum tamen plerumque nullum ejuſmodi vitium (etſi interdum etiam adeſſe poſſit) in his affectibus conſpiciatur, ſed ſola ſpecifica dyſcraſis, ſeu ſubſtantiæ peculiaris diſpoſitio à oaturali recedens, (cujus ratione fermentaceam materiam nimis acrem, crudam, acidam, debilem aut fixam, aliove modo malè diſpoſitam conficit) dictorum affectuum cauſa ſit, *Idem cap. 10.*

6. *Signa ſunt.)* Diſtinguitur ab obſtructione hepatis, ex ſitu partis affectæ, gravitate, & interdum dolore, præſertim in concitatiore motu: Contrectando hypochondrium tenſio & renitentia quædam invenitur; melancholiæ dominantis indicia apparent. *Riverius.*

6. *Signa ſunt iſta, &c.)* An tactu deprehendi poteſt? Ait *Gal. 6. loc. aff. 1.* uſus verbo *facilè*. At verò obſtat ſitus ipſius, tanto depreſſior hepate, quo magis ad ſpinam vergit. Dico igitur quod *valdè inſignes obſtructiones poſſunt ſentiri. C. Hofmannus Inſt. l. 3. c. 64.*

6. *Signa ſunt iſta.)* Quibus Lien laborat, iis urinæ cinetitiam hypoſtaſin habere ſolent; at hypoſtaſis non eſt, attamen juvat tales excerni urinas, alioqui res deterior

loco ſunt, & id fit ob congeſtionem & exonerationem partium vicinarum: Quibus color ſubviridis eſt, eos talis urinæ excretio initio juvat id teſtatur *Galenus* ſub finem *lib.5.loc.aff.* Jecore aut Liene malè affectis dejectiones ſeroſæ & tales urinæ excernuntur, idque commodè: Quod non ab affecta parte defluere ſine ratiocinatione rudis tantùm experientia ſignificat, alioqui foret magnæ cruditatis argumentum, cacochymiæ & humoris ſuperflui. *Ballonius Ep.& Eph.p.6.*

7. *Et in totum corpus diffuſus.*) Lien malè affectus totius corporis œconomiam turbat, plurimaſque partes in conſenſum trahere poteſt; Imò, quod ait *Hippocrates* de utero quod fœminis ſexcentarum ærumnarum author ſit, idem de *Liene* affirmamus, quod infinitarum ferè calamitatum faber exiſtat.

Cerebrum ſit a Liene ſatis remotum graviſſime tamen eius culpa poteſt affici & in varia ſymptomata præcipitari; hinc melancholia hypocondriaca, morbis comitialis: Cerebri conſenſum cum Liene, & inde variorum ſymptomatum ortum *Hippoc.* notavit *l.2.prorrh. Quibus ſanguis è naribus profluit, etſi alioqui ſani videntur, iis tamen aut Lienem tumidum, aut caput dolere, aut ſplendicans quiddam ante oculos obverſari comperies: Magna verò ex parte una & caput & Lien hunc in modum ſe habere videntur: Quibus Lienes magni iis gingiva vitiantur, & os graveolet.* Item *qui gravedine ex capite laborant, non facilè lienis incurrunt magnitudinem aut tumorem,* ait, *l.6. Epid.*

Varices in Lienoſis non raro quoque ſub lingua & inferioribus labiis videntur, ut & *oris ulcuſcula.* Item *fiſtulas* in *mammis* vidimus. In matrona *palati tumorem* in cancrum abeuntem vidimus; In aliis ſæviſſimos *dolores capitis, vertiginem*, & odontalgiam à ſplene ortam deprehendimus.

Cor a Liene laborante facillime in conſenſum trahitur, & ab eius obſtructionibus & tumore palpitat; *Reſpiratio* quoque læditur, & dyſpnœa oritur à tumente liene, pondere ſuo diaphragmatis, cui alligatur, motum impediente.

Hepar plurimas calamitates lieni ferre poteſt acceptas, eiuſque vitio graviſſimas obſtructiones, intemperiem, &c. incurrit, ſanguine craſſiore, nec ſatis ab eo cocto ſuppeditato; Imò raro liene afflicto hepar ob vicinitatem manet immune.

Icteri nigri ortum Lienis vitio non immerito authores adſcribunt.

Hydrops non ſemper ab hepate affecto, ſed ſæpius quoque à liene laborante oritur.

Ventriculus male coquit, appetituſque plerumque eſt proſtratus in lienoſis.

Pancreas liene affecto, ait *Higmorus*, vix aut nunquam integrum evaſit.

Affectus Hypochondriacus, ſcorbutus, cachexia, & ex hiſce pallor faciei, ſeu color ex pallido fuſcus, aliaque ſymptomata maximam partem à Liene p. n. ſe habente proveniunt; Nihil enim frequentius in hiſce quam ut de ſiniſtri hypochondrij dolore gravativo conquerâtur.

Quartana hic ſuam fixit ſedem, unde & vel durante ea dolor *Lienis*, vel ceſſante ſuccedit, vel tumor, durities, hydrops aliaque.

Elephantiaſis, cancer, ſcorbutus ſua itidem primordia è Liene ducunt.

Tumentibus *hæmorrhoidibus* fluxuique hæmorrhoidum immodico in Lienoſis nihil frequentius.

Ulcera tibiarum & varices Lienis vitio ſuppullulare multi atteſtantur: *Hippocr.2. Prorrh.* ait. *Quibus Lienes magni ſunt, neque ſanguinis eruptiones contingunt, neque os graveolet, in tibiis ii mala ulcera habent, & nigras cicatrices.*

Uterus Lienis peccata quoque luere cogitur, Liene enim obſtructo ſanguis craſſior & fæculentior ad uterum vehitur, menſes ſubſiſtunt, & exinde interdum fœdi colores aliaque ſymptomata oriri ſolent.

Dolores Artuum vagi in ſcorbuticis, Liene ſuo officio non ritè fungente ſæpiſſimè occurrunt.

Interdum plurima ſymptomata ex vitio Lienis ſimul in uno ægro occurrunt *Mœbius Fund.med.c.17.*

8. *Livido colore ipſum tingit.*) Sunt quidem quibus Lien valdè durus eſt & magnus, color verò faciei & reliqui corporis non admodum vitioſus, quod quidem neque admodũ grave neq; periculoſum: ſignificatur enim ſolũ vitiũ Lienis, partis non adeo nobilis; cum vero accedit vitioſus color, ſignificatur jam magna excrementorum redundantia, reliqua viſcera & totum jam corpus vitians: quapropter periculum magnum eſt morbi alicuius gravioris, curandumque eſt magno ſtudio Lienem ipſum primum expurgare & de obſtruere, deinde & totum corpus, antequam ſcil. lien non capiens jam excrementa in partem aliam trudat, fortaſſe nobiliorem, aut per totum corpus putreſcant, & febres excitent acutas, id quod Anaxenori ſplenico. (*7.Epidem.*) cui ex liene ſecundũ rectitudinem factus eſt tumor in femore ſiniſtro, qui tamen abſceſſus non liberavit hominem à gravioribus periculis, quia repentè evanuit, neque ſuppurato ſcil. neque reſoluto humore, ſed intus recurrente, quo nihil in abſceſſibus potuit eſſe periculoſius, neceſſe eſt enim aut pro externo internus aliquis abſceſſus fiat, aut cito alii externi (plerumque ſane graviores) redeant, veluti huic, cùi paucis poſtea diebus, circa lienem obortus eſt tumor, quem ex accidentibus, conſtat habuiſſe naturam inter cancrum & carbunculum ac *Valleſius in lib. Epid p 902.*

Cauſa eſt Humor terreſtris & craſſus, qui ſæpe ab aëre paludoſo & cibis craſſis colligitur, & propter lienis imbecillitatem & viarum interceptionem expelli non poteſt. *Interdum* propter 9. lienis [10]. calidam intemperiem, & chyli incocti attractionem, quod poſt decubitum frequentem in latus ſiniſtrum, & nimiam exercitationem accidit, cumulatur. *Interdum* ob hæmorrhoidum conſuetum fluxum interceptum, vel menſium ſuppreſſionem ſubſiſtit.

9. *Lienis calidam intemperiem.*) Propter quam augetur eadem ſanguinis pluſquàm perfectio, hine metus eſt ne minus conſiſtens evadat ſanguis] univerſus nec ſatis concreſcat cohæreâtque, ni ab oppoſito id compenſetur Acido auſteriuſculo, à quo imprimis pendere videtur ipſius coagulatio naturalis: Augetur autem hæc ſanguinis exaltatio & attenuatio in Liene 1. à ſpirituum animalium, vel univerſali, vel in Liene particulari abundantia, Nervos multos grandeſve in ipſum inſertos conſequente: 2. à ſanguine univerſo ob immoderatiorem ſpirituoſorum & aromaticorum uſum tenuiore ac ſpirituoſiore. 3. à Lienis parenchymate teneriore laxioréque non tantum vaſis locum liberum concedente, aſt ipſius ſanguinis attenuationem exaltationémque facilitante. *Curabitur* aucta hæc ſanguinis exaltatio 1. ob univerſalem ſpirituum animalium in corpore redundantiam medicamentis ſubauſteris, quantitate (ex arte) parva uſurpatis, Abſtinendo à generoſioris Potus, omninmque ſpirituoſorum quotidiana & notabili uſu: Eadem ubi ſolum grandibus Nervis ad Lienem delatis debetur, vix ex uſu videntur dicta medicamenta niſi quantitate minima. Eadem aucta ob ipſum ex immoderatiore ſpirituoſorum & aromaticorum uſu

uſu, tenuiorem atque ſpirituoſiorem, curabitur valedicendo paulatim uſui notatorum immoderato, partim uſurpando prudenter ſubauſtera medicamenta & condimenta; Eadem aucta ob Lienis parenchyma tenerius & laxius, curabitur, ſi curari queat per auſtera interna & externa ſat diu uſurpata. *Franc. Sylvius l. c.*

10. *Lienis calidam intemperiem*) De temperie Lienis nonnulli quærunt, Sitne pars calida an frigida appellanda? Dicendum debere frigidam appellari, non quod revera frigida ſit, ſed quod minus calida ſit corde, hepate, multiſque aliis viſceribus: adhæc quia ſanguinem arterioſum calidum in eum influentem refrigerat, & ſubacidum facit, ejuſque ſulphureas particulas figit & obtundit, omnique volatilitate exuit. *Diemerbroeck.*

Prognoſis.

Obſtructio Lienis affectus eſt pertinax & diuturnus ob partis mollitiem & laxitatem; Cujus ratione ab humore imbibito ſeſe facile expedire nequit. Et ſi in vetuſtatem abeat, nec cito curetur, in Scirrhum degenerat. *Reverius.*

Curatio.

11. *Curatio* inſtituitur, prout in aliis obſtructionibus. Nota tamen, Cauſarum à quibus prodit, rationem habendam. Vomitoria, 12. cum recta ſit à liene ad ventriculum per vas breve via, prodeſſe.

•Ex *purgantibus polypodium* & *epithymum* cum paſſulis, 13. *ſennam* cum 14. *cremore Tartari*, *Eſſentiam hellebori*, & *Aquam ipſius*, de quibus in medicamentis cholagogis, valere.

•Ex 15. *aperientibus* flores *geniſtæ*, 16. Electuarium *de chalybe Saxoniæ*, 17. *liquorem Tartari ſpleneticum* à cochl. ſ. ad j. de quo apud Schroderum, *ſpumam chalybis*, de qua Bartholetus, *Tincturam Martis* &c. laudari. Emplaſtrum *de Ammoniaco* in aceto ſquillitico ſoluto, *ſpleneticum Zwelferi*, & *Aquapend.* 18. *ſpleneticum* Francofurtanor. & 19. unguentum de *Cicuta* Hildani recte applicari, præmiſſo 20. aliquo conveniente fomento. Electuarium *roborans Solenandri* vide apud Hartmannum.

Curatio Tumorum Lienis.

Tumores illi, qualeſcunque etiam ſint, curari poſſunt purgatione noſtra primum mercuriali, ita ut *Mercurius dulcis* ſpagirice præparatus, ad gr. xx. vel xxx. cum *ſaccharo* detur, ſuperbibendo aliquid vini, idque per 8. aut 10. dies, imo materia antecedens, imo conſequens tumorum diſperdatur & evaneſcat; *Mercurius* enim ſubtilis admodum eſt, omneſque corporis partes penetrans, una cum *ſpiritu vitrioli* & *nitri* quibus conjungitur, diſſolvit & expellit excrementitias materias illas, quæ in partibus corporis reperiuntur, ubicunque etiam reperiantur; *Spiritus* etiam *Mercurii* idem operatur, potentiuſque hæc excrementa diſſolvit ac diſſipat, ita ut omnes obſtructiones reſeret, pariterque tumores Lienis tollat, atque ſic Lienem ab omnibus excrementis p. n. vindicet. *Faber ibid.*

Curationem morboſi & tumidi inflatique Lienis, fortunato ſucceſſu tam *Mercurium dulcem* quam *ſpiritum* quoque *Mercurii*, & omnia alia remedia ex mercuriali hac ſtirpe parata, præſtare poſſe non dubitamus, Hoc tantum expoſitionem poſcere videtur, quod Author Mercurium illum dulcem laudando, de *ſpiritu nitri* ac *vitrioli* ingerit, cujus utriuſque virtute duplicatam quaſi facultatem in diſſolvendis & expellendis excrementitiæ materiæ ſordibus in ſplene collectis progenitiſque hunc mercurium accipere aſſerit; *Arcanum corallinum* hic in mentem nobis venit, quod ex ſolutione *Mercurii vulgi* cum *aqua forti* præparare Spagirici docent, ita ut aqua fortis, (quæ nihil aliud eſt quam *ſpiritus ex vitriolo* & *nitro* factus) ab illo Mercurio validæ igne aliquoties (toties reaffuſa nempe diſtillata forti illa aqua) per retortam vitream abſtrahatur, ubi in fundo retortæ coagulatum, præcipitatum ac pulverabilem Mercurium, ſed colore ſuo rubicundiſſimo corallorum purpuram referentem unde & *arcanum corallinum* vocatur, reſidere deprehendimus, quod ad dulcedinem deducimus, per ſpiritus aceti rectificatiſſimi ab illo pulvere cohobationem, quo facto corroſivam & ſuſpectam dulcedinem amittit, & per ſedem tantum, omnem, licet contumaciſſimam ex penitioribus ſuaviter expellit funditus.

Cæterum ſpleneticis præcipitantia & aperitiva quævis eaque nobiliora, præſertim ex *tartaro, marte* & *ſale armoniaco* deſumpta, virtute ſpecifica conveniunt, Spiritus *ſ. ammoniaci*, item *ſpiritus Saturni*, (id eſt ſplenis bovis contracti,) imo etiam *Saturni metallici* ſingularem efficaciam pollicentur, atque etiam revera in hoc caſu exhibent: Reliqua antiſplenitica ſunt ubivis notoria &c. *Chr. Langius.*

11. *Curatio inſtituitur prout in aliis* &c.) Curabitur 1. ob ſpirituum animalium defectum univerſalem Diminuta in Liene *ſanguinis exaltatio*, uſurpando potum generoſum ac ſpirituoſum, ipſum vini ſpiritum, ſimplicem, aromaticum, cum ſale volatili mixtum; Eorundem defectus in Liene particularis, ob nervos pauciores ad ipſum delatos incurabilis eſt; aſt ubi impediti ſunt nervi, expediendi ſunt medicamentis ſubtilibus & abſtergendi vi præditis, quæ nullibi majori quam in ſalibus volatilibus: Lienis parenchyma ſolidius & firmius, redderur laxius ac tenerius per dicta ſalia volatilia; & aromatica blandiora diutius continuata: poſtquam omnis affectus chronicus & necteus, ab humore pituitoſo ſuam originem trahit, eundem ſaltem cauſæ ſuæ conjunctum habet, qui nulli remedio facilius, citius aut tutius cedit, quam volatili ſale ex arte uſurpato. *Sylvius ibid.* Curatio eadem competit quæ Hepati obſtructo, addendo ea quæ peculiariter Lienem reſpiciunt, & humori melancholico præparando, expurgandoque dicata ſunt.

Pilulæ de Ammoniaco frequenti in uſu habendæ.

℞. *Ammon. pingu. in aceto ſcill. ſoluti* ℥j *Extr. aloës* ʒß. *cryſt. tart.* ʒj. *myrrh. croci* ãa. ʒß. *maſtich. benzoin. ſalis fraxin.* & *abſinth.* ãã. ℈. j. *cum oxymel. ſcill. f. maſſa*, *Doſis* ʒß. *bis in hebdom. purgationibus interjectis.*

In Apozem. aliiſque aperientibus remediis liquidioribus, *oxymel ſimplex* & *ſcill.* utiliter diſſolvitur, ad craſſos & terreſtrès humores potenter diſſecandos.

Præ cæteris remediis efficaciſſima ſunt ex *Chalybe* petita: Imo vero pro Potu ordinario *Aqua ferrata* vel *chalybeata* uſurpanda eſt, quæ Lienem imminuere, ut

inquit *Celſus*, ex eo noſcitur, quod ea animalia quæ apud fabros ferrarios educata ſunt, exiguos Lienes habent.

Fotibus *Acetum* addatur loco vini albi, quod majorem penetrationem conciliet: neceſſariam in humore craſſiori: Adde quod *Galenus* in affectibus Lienis Acetum intus, tum extra valde commendet.

Cataplaſmatis addatur *Cicuta*, efficaciſſima in tumoribus emolliendis & diſcutiendis.

Efficax fit Catapl. ex *Nicotiana viridi* cocta in oleo & vino albo: Ex Oleo etiam cocto cum Nicotiana & vino albo, ad hujus conſumptionem, fieri poteſt *Linim.* admodum efficax.

Amatus curat. 61. cent. 5. Curationem proponit obſtructi Lienis, à quartana febre Curati *decocto rad. Chinæ* per 20. dies, poſt convenientes purgationes uſurpato. *Riverius.*

12. *Cùm recta ſit à Liene ad Ventriculum*) Ante hac Medici tradiderunt à *Liene* per *vas venoſum breve* acidum quendam ſuccum, aut ſanguinem aſcendere in ventriculum, ad ejus nutritionem, & ſimul ad cibi appetentiam in ventriculo excitandam; Verum hujus doctrinæ falſitatem autopſia in diſſectione vivorum animalium, utpote in quibus manifeſtiſſime patet, nihil à Liene ad ventriculum, ſed continue ſanguinem à ventriculo ad ramum ſplenicum defluere; quippe ligatura vaſi venoſo brevi injecta, mox apparet intumeſcentia inter ventriculum & lienem, detumeſcentia vero inter ligaturam & ramum ſplenicum, quod certum indicium eſt, ſanguinem ita fluere ut jam dictum, eumque vix unquam pervenire ad lienem (ingreſſus enim vaſis venoſi in ramum ſplenicum plerumque non nihil diſtat à liene) neque ingredi lienem, ſed in ramum ſplenicum effundi; per eumque recta ad Portam deferri. *Diemerbroeck Anat. l. 1. c. 6.*

13. *Sennam*) A maritie grata & tonica, ventriculo amica eſt, purgat univerſaliter, leniter & tarde quidem, ſed efficaciter humores omnigenos, præcipue tamen, juxta communem hypotheſin, idque non inepte, melancholicos, aduſtos & pituitoſos, idque ſine ulla exceſſiva qualitate noxia; Prodeſt univerſali uſu in morbis quibuſvis, poſita indicatione laxandi: interpres eſt quaſi generalis omnium purgantium, & omnium morborum, adde & individuorum, ſicubi purgatio fuerit neceſſaria.

Purgantium quidem, quatenus ſæpe ipſis fortioribus operatur felicius, quam in rem non tam *Walæi* obſervatio notabilis eſt, Practicum quendam melancholice ter quaterve purgans exhibuiſſe, nec tamen alvum vel leviter moviſſe, acceſſiſſe vero vetulam, & ſuaſiſſe, ut folia ſennæ cum prunis decocta aſſumeret, idque cum ſucceſſu, quam experientia domeſtica, in vulgus nota, multo vero magis Medicis notanda, Quo magis enim eſt reſolubilis ſenna, tanto magis purgandi ſcopo apta.

Morborum vero itidem; quicunque enim purgante indigent, ſi nullum admittant aliud, ubi quidem id indicatur & licet, Sennam admittunt, acuti, chronici & medii; *Individuorum* denique omnium, ſiquidem cunctis eſt eadem, benigna ſcilicet & indemnis, ſemper juvans, nunquam nocens, ſi rite adhibeatur, Specialim *morbis illis prodeſt ubi ſerum acetoſum*, vel bilis eadem qualitate peregrina ſigillata eſt, ut incubo, melancholia, mania, lepra, ſcabie, quartana aliiſq; morbis ab atræ bilis & impurioris ſanguinis proſapia oriundis: In ipſis quoq; febribus ardentibus, in quibus toto die eandem cum ſucceſſu uſurpavimus; In gravidis & puerperis quoque, in quibus ordinarie alvus ob prægreſſum opus per aliquot dies obſtructa eſt. Datur 1. quod ſatis commodum eſt à ℈j. ad ℨi. in pulvere, ſeu per ſe, ſeu in intrito cũ pane. 2. in Pulvere compoſito, quẽ *Diaſenæ* vocãt. Datur 3. in Decoctis & Infuſis ad ℨii. iij ℥ß ℨvi ℥i. unde ſpecies laxativæ polychreſtæ eſſe queunt, ex *rad. acetoſæ, ſcorzon. cichor.* ãã ℨi. *ſumm. fumar. centaur. mi n.* ãã *m. ß. flor. 4. cord.* ãã. *p. j. fol. ſenæ ſ. ſ* ℥ß *rhei el.* ℨß. *caſſi veri* ℈i. *crem. tart.* ℈iv. *m. pro Nodulo*, cujus ingredientia variari poſſunt, additis appropriatis, Conſtituit. 4. egregium vinum purgans ſi cum muſto confermentetur; Sociari amat. 5. Cum prunis, paſſulis, aliiſque emollientibus &c. *Wedelius A. m m. pag. 204.*

13. *Sennam cum cremore Tartari*) Purgantia quædam ſola dari poſſunt, ut *rheum, ſena*, conſulto tamen à veteribus jam conſtitutum & repertum eſt, melius operari eadem, ſi dantur cum aliis quæ activitatem illam explicant; Sic *Gialapa* non ſola datur, non quod non ſit benigna, quod violenta, ſed quia reſinoſa eſt & ipſa, ideoque indigens apprime adjuvantibus, illam ipſam ſcilicet reſolutionem & calorem temperantibus pro re nata: Optima hinc ex ſalinis ſunt Tartarea, *Tartarus* ſane, ejuſque *cremor & cryſtalli*, claves gerit genuinas ad recludenda centra purgantium in corpore, ut cum tartareis data in genere, & certius & benignius, & minori doſi agant purgantia; Adjuvat fermentationem ſub caloris & menſtrui ventriculi moderamine, & ſic reſolutionem, quam & ipſa diſſociatione ſua perficit: Ut enim *pulvis Gialapæ* v. g. quo minor ob expanſas ſalinas diſſociatas terreas particulas, eo efficacior, ita tartarea huic rei velificantur eximie, Hinc ſolitus ſum ſæpe *Gialapam* ad ℈j. ana cum *cremore tartari* propinare cum ſucceſſu: Faciunt etiam huc *nitroſa, ut nitrum antimoniatum, arcanum duplic. antimon. diaphor. non edulcatum, tartar. vitriolatus*, quæ ipſa abſterſiva ſua natura blande ſtimulant, & reſolutionem promovent; aſt minori doſi præ tartaro addita, ad gr. iij. iv. v. Tacemus ſalia alkalia ipſa, *abſinth. centaur. min. fumar.* aptiſſima huic ſcopo, item *antimonium diaphor.* ipſum, quod Carminat. eſt ſimul, & temperans humores, non minus quam fluxiles reddens. Omnium frequentiſſime & optime adduntur tartarea, ut pulvis laxativus vegetabilis elici & propinari optime poſſit, toto die à nobis ita diſpenſatus, *qui è* ℈i. gr. xxv. &c. *gialapa, cum gr.* xii. *cremor*, vel *cryſtall tartari conſit.* Adduntur vero non minus aliquando etiam *olea deſtillata.* vel *elæoſacch. aniſi*, citri, macis, eodem fine, Notum enim eſt ab oleis reſinoſa reddi fluxiliora, ſeu ad motum aptiora; Notum ipſum quoque calorem inde reddi vegetiorem, unaque diſplodi ſimul torminificos flatus, unde optimo conſilio adduntur, ne quid tamen nimis, ſufficit una guttula: Neque enim perpetua & neceſſaria eſt æque oleorum additio, ſed illud quoque eget cautela & limitatione: Obſervavimus quippe multos ægros eligere potius inodora ac inſipida purgantia, ab oleoſorum vero additione nauſeam concepiſſe, illaque hinc averſatos: Deinde & hoc notabile eſt, olea quædam; inprimis *cinnamomi*, virtute ſua exuperante aromatica & obtundente, ſalinas particulas facile evertere vel imminuere, unde cavendum in his utrumque eſt, & ne nauſeabunda fiant, nec actio inde impediatur. *Wedelius.*

14. *Cremore Tartari*) *Spleneticorum ſunt remedia*, Non negamus acidum morboſum ſæpè in his peccare, negamus vero in morbis ab acido oriundis acida non eſſe remedia, Conveniunt *inciſoria* virtute, in fixitate humorum, cum aromaticis inprimis; Proſunt *figente*, temperante & præcipitante natura, in rarefactione nimia & inprimis in ſolenni ſcorbuticorum hæmorrhagia; Proſunt in coagulo humorum tartareo corrigendo & reſolvendo, idque omne præſtant inſigni cum efficacia.

(2.) *Diluentia ut aperientium, ita & ſpleneticorum*

inprimis

inprimis actuationi unice velificari, Eo nempe ſtatu, ubi ſerum non abundat, vel reſtagnat, alioqui noxia potius fuerint; habita tamen ratione ventriculi, ne facile noxam & labem contrahat, Frigida quinimo ſæpe præ calidis ſunt convenientiora, hinc maxime temperamenta ſunt diſtinguenda, & conjunctæ intemperies.

(3.) Ut fixitate magis Lien præ hepate peccare ſolet, ſic & majori volatilitate & activitate medicamentorum gaudet; Communia enim quidem & ſymbolica ſunt utrorumque remedia, reſpective tamen Lieni major gradus aperiendi debetur, quam Hepati, quod bilis reſpective minus fixior ſit natura ſua.

(4.) *Dulcia Splens minus amica*, neque enim quæ reliqua præſtant, ipſa cum aliis habent communia, non fixitatem humorum corrigunt, non volatilitatem & lixivioſitatem, non limoſitatem & coagulum, quin omnibus potius cooperantur & producendis inſerviunt quam avertendis.

Hinc quæcunque dulcia ſunt ſplenetica, vel ſplenetici gratiam conciliare debent, ſpeciatim ſunt notanda, Notabilis eſt radix *polypodii*, ſplenetica omnium conceſſione, dulcis, ſed temperata, præcipitans, terrea ſimul, unde mobilibus reddendis & extergendis fixis terreis humoribus inſervit. Alia vero *ſaccharata & mellita* minus hoc privilegio gaudent, unde tot *ſyrupi aperitivi* merito caſtrandi ſunt & imminuendi.

Hinc egregio ſtratagemate ſyr. acetoſi inter ſplenetica recenſentur, ut abſtergendi promptius exequantur munus, acida vero mitigentur. Hinc *Syrup. de pomis & ſyrup. Sceletyrbiticus Foreſti* habent quidem eximie locum, magis tamen ſecundaria medendi provincia, quam primaria; Conſtat vero hic ex *cochlearia & beccabunga*, illo quoque commodo, ſi ſecundum authoris intentionem judicemus, ut volatile fixo temperetur: Hinc *conf. alkermes*, licet ſplenetica, vel maxime indicetur, ob *lapidem lazuli*, aliaque, non tamen promiſcue inter lætificantia memoranda: Nocent vero præ reliquis *καλαυδέρια*, quod fermentativa vi non componant, ſed potius exſuſcitent fervidos, ſalſos, acres humores, adaucta ſimul bile, quæ in omnibus melancholicis ſimul peccat, Unde hyſterica, epileptica, & ſimilia ſymptomata facile ſi non excitant, tamen exaſperant, ipſaque dicta confectio alkermes non tam confortat eo caſu, quam lædit. *Wedelius A.m.m.p.181.*

15. *Ex aperientibus*) Qui omnem Lienis tumorem extenuantibus perpetuo curant, *Hippocrati l. de Loc. in Hom. ſect. 2. v. 62.* contrariantur, qui exhibet pituitoſiſſima, Non conſiderantes Lienis tumorem generari ſæpiſſime, quia corpus liquatur à febre; ejuſque colliquatio in aquam converſa à liene attrahitur, unde in Tumorem aſſurgit; Pro cujus curatione, ut efficiens cauſa removeatur, ea ſunt exhibenda quæ extenuationi reſiſtunt, talia autem ſunt quæ hic pituitoſiſſima vocat *Hippocrat.* Martianus *comm. in cit. loc. Sylvius de le Boe* in ſanguinis pluſquam perfectione in Liene aucta, utitur medicamentis ſubauſteris, abſtinens ab aperientibus, attenuantibus &c. Vide *capit. 43. libr. 1. Pr.*

15. *Ex aperientibus*) Splenetici commode ferunt diuretica, qui in præ catharticis felicius ſæpe his curantur; teſte experientia & *Sanctorio comm. in 1. artic. 21.* Sic *lib. 2. Epid. Bion* per urinæ profluvium liberatus eſt à Lienis tumore; Conſenſus vero Lienis cum renibus, præter alia, eſt per lienis arterias, quæ arteriis emulgentibus inſeruntur; *Wedelius.* Lactea Potio ex *reſina laricea*, vel *abietina* ʒi. vel ʒii. diſſolutis cum *vino dulci*, ob illius inſuavitatem, & *vitello ovi*, non ſolum abſtergendo, renum ſinus expurgat, ſed & hepatis & lienis infarctus admodum exterit, alvumque ſimul ſolvit. *Platerus.*

16. *Electuarium de Chalybe*) Ex Chalybe varia præparantur medicamenta tum à Dogmaticis, tum à Spagiricis, quæ evidenti effectu obſtructiones brevi reſolventia omnes coëgerunt ad uſum frequentem ea revocare, etiam illos qui omnia remedia ex metallicis petita, tanquam Naturæ noſtræ minime analoga, atque adeo infeſta, reſpuunt, & abominantur, Illa autem componuntur in formam vini, Syrupi, Opiatæ, Pilularum & Tabellarum.

Vinum chalybeatum.

℞. Limat. chalyb. ℥iv. *rad. eryng. enul. camp.* āā. ℥iß *ſantal citr.* ℥j. *raſ. ebor. corall. r.* āā. ʒvi. *caryophyll. nuc. moſch. cinnam.* āā. ʒii. *flor. geniſta, anthos & epith.* āā. *p.* ij. *vini albi generoſi* ℔vi. *macerentur per octiduum in* MB. *vel retro furnum, deinde colentur per manicam, ut vinum optime clarificetur, de quo capiat æger* ℥ii. *vel* iij. mane duabus horis ante paſtum. per xv. dies aut plures ſi opus fuerit. Vel

℞. *Chalyb. cum ſulph. prep* ℥j. *rad. enul. camp. & cortic. med. tamar.* āā. ℥ß. *ſenna* ℥iii. *epith* ℥j. *fecul. bryon. & cinnam. ana* ʒii. *pulv. triaſant.* ʒjß. *aqu. agrimon. & vini albi* āā. ℔i. *infundantur per triduum in B. M. Colat. capiat* ℥iij. *vel* iv. *3. horis ante paſtum.*

Vulgo autem uſurpatur infuſio limat. chalyb. facta in vino albo vel clareto pro potu ordinario cum multa aqua permixta, per duos, vel tres menſes continuando.

Syrupus ex Chalybe.

℞. *Limat. chalyb. in aceto macer.* ℥ii. *cortic. Med. tamar.* ℥ß. *ceterach. m.* ß. *cinnam.* ℥iij. *aquar. abſinth. & agrimon.* āā. ℔ß. *vini albi* ℔j. *Infundantur per dies* vi. *loco tepido, colat. adde ſacch* ℔iß. *fiat Syr. capiat æger* ℥ii. *vel* iij. mane *ſingulis diebus.*

In prædicta præparatione chalybis, maceratur in aceto ad Solem donec accurate exſiccetur, atque tertio repetitur, poſtea lævigatur in marmore. Hic ſyrupus purgans & efficacior evadet, ſi cum ſaccharo diſſolvatur aquæ ciſternæ ℔i. in qua *Senna* ℥ß *rhabarb.* ℥ß. per noctem maduerint.

Pulvis ex Chalybe Quercetani.

℞. *Limat. chalybis communiter, vel cum ſulphure prap.* ℥i. *fecul. rad. aronis* ʒiß *ambr. gr.* ʒß. (pro pauperibus *ſpecies cordiales loco diambr. ſufficient*) *corallo & marg. prap.* āā. ʒii. *ſuccin. prapar. & cinnam* āā. ℈iv *ſacch. q. ſ. ut fiat Pulvis guſtui gratus, cujus capiat cochleare ſemis vel* ʒii. *cum vino per* xv. *dies.*

Tabellæ chalybeatæ.

Ex prædicto Pulvere, cum ſacch. in aqua napha diſſoluto & confect. alkermes poſſunt fieri Tabella guſtui gratiſſima. Vel

℞. *Chalyb prap. cum ſulph.* ℥ß. *Conf. alkerm.* ʒij. *ambra gr.* ℈i. *ſacch. in aqua meliſſ. & napha diſſol.* ℥iv. *f. Tabella capiat* ʒii. *ſingulis diebus mane.*

Loco Pulveris poteſt uſurpari *Extractum chalybis cum vino albo* paratum pro delicatioribus.

Opiatæ ex Chalybe.

℞. *Conf. flor. tamar. & Cap. ven.* āā. ℥iß. *conf. rad. enula camp.* ʒvi. *Chalyb. prapar. cum aceto vel ſulphure* ʒj. *ſalis tamariſc.* ʒi. *ſpir. vitr.* ℈ß. *Cum ſyr. condit. citri f. Opiata de qua capiat* ʒij. *aut* iij. *ſingulis diebus mane.* Vel

℞. *Limat. chalyb.* ℔ß. *vini albi* ℔iß. *Miſce in vaſe vitreo, Vas igni apponito, molliſſime fervere ſinito,* ſemper *agitando ſurſum & deorſum uſque ad* x. vel xii. *ebullitiones, quouſque ſpumoſum ſurſum feratur, Tunc ſpumoſam & pinguem chalybis partem, quæ fervore ſeparatur, ſimul cum vino in aliud vas transpone, atque id quater facias modo prædicto, infundendo novum vinum, fervefaciendo & ſeparando: Deinde ſeparatum vinum ex quatuor ebullitionibus igni appone lento, donec leniter fervens mellis craſſitudinem acquirat & ſervetur in uſum qui talis eſt.*

℞. *Chalyb. prædicto modo prepar.* ʒvi. *ſem. petroſel. dauci, ſpecier. diacurcum & diarrh. abb.* āā. ʒi. *cinnam.* ʒß. *cum melle deſpumato f. Opiata de qua capiat* ʒiii. *vel* ʒß. *quotidie.* Vel

℞. *Chalyb. prep. cum ſulph.* ℥i. *ſenn. mund. rhei el. & agar. r. trochiſc.* āā. ʒii. *diarrhod abb.* ʒi. *croci* ℈i. *cum ſyr. roſ. ſol. f. Opiata de qua capiat* ℥ii. *mane, 3. horis antepaſtum continuando per* 15. *dies.*

Pilula ex Chalybe.

℞. *Chalyb. prep. cum ſulph.* ℥ß. *aloës opt. ſenn. mundat. agar. r. trochiſc. & rhab. el.* āā. ʒi. *pulv. elect. diarrhod. abb.* ʒß. *croci* ℈ß. *cum ſyr. roſar. ſol. f. maſſa. Pil. de cujus* ʒj. *formentur Pilulæ* vi. *deaurata, mane ſumenda ſingulis diebus,* iij. *horis ante paſtum, per* xv. *dies.* His Pilulis addi poſſunt pro ſpecie morbi & ægrorum opportunitate, *g. ammon. ſagapen. opopanax, myrrha, gentiana, ariſtoloch. maſtiche, nux moſchata,* aliaque. Pilulæ *autem reliquis remediis* non cedunt. *Riverius.*

Principes in hoc negotio partes obtinet *Mars*, Cujus *Scobs Cruda à* ℈ß. *ad* ʒß. ſæpius, hoc eſt quotidie bis terve ingeſta mirum quantum valeat in talibus affectibus: Ejus præparationes excogitatæ ſunt multiplices, ſed quo ſimpliciores eo meliores, Ipſa ſimplicitate Natura gaudet. Sic ab ea ſe commendat *Vinum Martis*, ſeu Eſſentia, quæ fit ſi *ejus ſelibra* candens ſemel atque iterum extinguitur in *Malvatici* ℔v. Sic enim *Martis* eſſentia vitriolata vino communicatur, quod ab ℥ß. ad ℥ii *ex Juſculo vel aqua, aut infuſo cichorii* ſuaviſſimum eſt Hepatis auxilium.

Pulvis Cachecticus ſimplex.

℞. *Chalybis ſuper incude munda tuſi uſque in* ſcoriis ſimilia *fruſtula, deinde in alkool pulver. part. Caſſia lign. part.* iij. *ſacch. albiſſ. p.* iv. *m. f. Pulvis*, Ejus quantum cultri-mucro *capit detur ter in die, jejuno nempe & à prandio, cubitumque ituro per aliquot ſeptimanas.*

De *Eſſentia croci martis* ſupra tradita, notandum, quia leniter aperit & adſtringit, tutius in fine, poſt alia aperientia, exhiberi, *Hartmannus Pr. Chym. capit.* 169. & 171.

Accipiatur Sartago ferrea, nova, nulli ante uſui applicata, ubique & in fundo & in labiis denſa & ſolida: Infunde *olei vitrioli ſpir. vini rectiſ.* āā. ℔j. rudicula ferrea ſemel in die verſentur, per hebdomadam poſtea exponatur ſartago æſtivis radiis ſolaribus, ſingulis diebus rudicula commouendo quoad materia candeat, Tunc eximendum *Sal* adhærens, vaſi vitreo immittendum: quod commiſceri poterit Pulver. ſpecificis, Electuar. ſyrupo ex *vino malvat.* parando, huic ad ſingulas uncias addendo prædicti ſalis gr. viii. Poteſt & diſſolvi in *ſucco pomor. redol.* addito ſacch. in ſyr. formam redigendo, cujus uſus in partium naturalium inveteratis affectibus, incipiendo à ʒii. & ad ℥ii. uſque per gradus aſcendendo, interjectis purgantibus in uſus decurſu, qui extendatur ad xxx. aut xl. dies. Hoc ſal *aquis* ſtillatitiis admiſtum aquarum mineralium naturalium vires æmulatur. Vel ſic præparari poteſt Chalybs.

Chalybem optimum aqua pluviali irrora, & exſicca, iteratis vicibus, donec in Pulverem ferè impalpabilem abeat; Cuivis remedii formulæ accommodandum, Valet præſertim in Chloroſi. *Theodori, de Mayerna*

Chalybis limatura præparata, hoc eſt *infuſæ in aceto*, ſolo vel miſto cum *vino*, *pulvis* in obſtructionibus & duritie viſcerum, *ſplenis* potiſſimum, addito *ſacchari* & *cinnam.* ad gratiam, aliiſve, cum pulvere *ſterc. anſer.* datus efficaciſſimus cenſetur. Quod à *chalybe* quoque abraditur dum enſis vel cultri acies acuitur, ſiccatum & ſimili modo præparatū, idem & forte efficacius, cum in tenuiſſimum pulverem ſic redigatur, efficit; Si in *aceto* fortiſſimo, aut *ſucco limon.* crudo, limatura macerata, in rubiginem tota, vel major ejus pars reducatur, *Crocus* emerget, tutior quam qui cum *aquá fortis* præparatur. Vel ſi *ferro immerſo in acetum ferrugo* exſudans in eos uſus colligatur. *Quintam eſſentiam* ferri *Matthiolus* commendat.

17. *Liquorem tartari ſplenetici*) Tartareorum virtus in pituita viſcida & acida incidenda & detergenda, manifeſta eſt, ſi attendatur conſtare tartarum primo ex copioſo acido ſubtili, quod junctum eſt ſufficienti ſali volatili de natura alkalium, præter fæculentias quaſdam terreſtres cum pinguedine quadam ſulphurea, intertextas; ratione quorum ſalium experti uſus eſt *cremor tartari* inprimis cum *ſale tartari* punctim propinatus; ſimiliter quoque conducit *tartarus vitriolatus*, ſed non communi modo ex *ſpiritu vitrioli*, ſed ex ipſo *vitriolo ſoluto* modo *Tachemano*, paratus, videatur hujus clavis ad *Hippocr. chimicum*, non minus quam *ſpiritus tartari volatilis*, inprimis *ſpir. vini ex* fæcibus vini prolicitus, beneque rectificatus; aut qui ex *tartaro cum nitro* per retortam tubulatam in ſpir. vini propellitur; & poſt rectificatur, ac ſaporem & odorem perfecte urinoſum volatilem acquirit, ſpiritus carminativi nomine alias decantatus; Cui præfereodus adhuc eſt *ſpiritus volatilis* qui ex *tartaro* cum proprio alkali fermentato inſtar *ſpiritus ſalis armon.* ſubtilis elaboratur; *Etmuller. Diſput. de Dolore Hypoch. dicto ſplenetico.*

18. *Spleneticum*) Ut ſymbolica viſcera ſunt quoad depurationem ſanguinis Hepar & Lien, ita & ſymbolica & affinia remedia ſunt hepatica, non ſolum his viſceribus, ſed & pancreati, meſenterio, aliiſq; ὑπὸ τῶν χόνδρων contentis medentia: Cum vero Splen maxime diſpenſet in corpore ſerum & ejus qualitates, hinc medicamenta *Splenetica* dicta reſpiciunt impedimenta illa ipſa, ſeu ſalia, ſylveſtria, impura & tartarea ſanguinis: *Splenetica* ergo t. ſunt: quæcunque motum ſanguinis & ſeri, in colatorio hoc ſuo retardatum tollunt, quatenus vincula extranea laxant & annihilant, ſeu humores acidos, ponticos, auſteros exceſſivos, & ſanguinis partes volatiles figentes corrigunt, Faciunt id v. g. (1.) *Aquea* diluentia & temperantia, *aqua fumar. acaciæ, polychreſta Rolfincii, Decoctum aper. meſuæ flor. & fruct.* Ex ſimplic. *Beccabunga flor. bugl. borrag. ſerum lactis capr. ſucci herb. antiſcorb.* modo iis non abutamur, *ſyr. de pomis, therma, acidula*, unicum ſæpe ſpleneticorum remedium: Hæ quidem ſi interius adhuc mali conſiſtat ſævities, & æger ſit ſiccioris temperamenti; Illæ quando ad exteriora, articulos, pedes, cutim, magis impuritas vergit, & æger eſt ſeroſior paulo & habitior, modo cætera conſentiant; Diluentia vero hæc ipſa, ſingulis quaſi communia, maxime locum habent quando ſimul humores ſeroſi deficiunt; unde in deliriis & vigiliis melancholicorum eximie proſunt. (2.) *Lenia, aromatica*, & *amara*, *ut*, *præter* dicta ſub hepaticis *rad. aſparagi, filicis*, *ebulus*, *fumaria*, *centaria folia buxi, ſemen fraxini*, *flor. geniſtæ*, ſummitates & eſſentia pini, Elixir *propriet. ſimplex & antiſcorb. martiale Maſſa Pil.*

pilul. Tartar. extr. ſplenis bovis, *pulvis. ſtomach. Querc. abſinthiaca*, Pulvis lætificans; ex aromatibus maximam partem & temperatis conſtans, tum alias utilis hypochondriacis, tum in palpitatione cordis eorundem. (3.) *Alcalia fixa & volatilia*, hæc quippe cum acido morboſo confligant, idque domant & extinguunt fluxilitatem humoribus deficientem reſtituentia, ut plantæ antiſcorbuticæ omnes, ipſum quoque *aſarum*, & ex his parata, *aqua hepatica nob.* noſtro modo parata; *anima rhabarb. vera*, *ſpiritus cochlearia cum ſpirit. vini*, *& urinoſus*, *ſal. tartar. volat. ſpirit. ſal. armoniac. ſ. vinoſus & oleoſus varius*; *hic* in cruditatibus & flatibus conjunctis, *ille* in deliriis ſummè proficuus vel ipſi potui largiter inditus, ut oeſcii quaſi eundem hauriant, imo & exterius odoratus ſpiritus fixatos unicè reficit: Adoleſcens melancholicus ſummo capitis dolore & anxietate laborans, ita ut ad incantamentum malum referretur, levamen ſubitò ſenſit à *ſale ammoniaco lixivio indito*, excepto naribus odore, Sic & ipſe in palpitatione cordis, inprimis *caryophyllatus*, & ſyncope hypochondriaca, præcipuè vero in quartana in liene utplurimum radicata, ſumme prodeſt; *Sic tinctura tartari* eximia quoque eſt, & *ſalia abſinthii*, *Centaur. min. junip.* non ſolum in febribus, ſed & aliis caſibus conveniunt. (4.) *Alkalina*, terrea & reſolventia, ex ſimpl. *lapid. cancror. corall. conch. præpar. lap. laz.* E plantis, *aſplenio*, *ſpicantha*, *ſcolopend. lapides Cancrorum cum vino* bullitos, tum in pleuritide ſpuria *Helmontius* *dilaudat*, ubi Doloris Lienis ſtatim ſe obveniſſe ſcribit potu vini bulliti cum *lapidibus cancror.* unde intra paucos dies omnis dolor & ponderis moles evanuerunt; *Lapis lazuli* naturæ ſolaris, fruſtra vulgo accuſatus ſummæ acrimoniæ & venenoſitatis, cum pulveribus purgantibus mixtus & per ſe in magiſterio, melancholicis egregiè ſubvenit. Vnde inſtar regulæ eſſe poteſt, *hypochondriacos & ſcorbuticos à præcipitantibus ſummum recipere remedium*: Faciunt huc *Cinnabarina*, *pulvis cachecticus maj. & mi. Pulvis abſorbens noſter ſimpl. & cum vitriolo* martis, quo cum ſpleneticis ſæpius ſubvenimus: Imo ſi dicere volumus quod res eſt, tam decantata *materia perlata* nihil aliud eſt, vel agere videtur quam ejuſmodi *pulvis præcipitans ex lapid. cancror. matre perlar. antimonio diaphoretico factus*; Sic & *Tinctura corallina cum ſucco citri ſpirit. lignorum mannato* ad confortandos hypochondriacos prodeſt: (5.) *Martialia*, merito hypochondriacorum & ſcorbuticorum panacea ſunt & dicuntur, imprimis ſolida forma gaudentia, & *crocus martis ſulphuratus* cum *ſalibus &c. pulvis cachecticus Quercet.* ſimpl. & *cinnabar.* Item *vitriol. martis & tinctur. martis ſolaris* vulgo dicta, quæ nihil aliud eſt quam *eſſentia vitrioli*, ex miſy in aëre calcinato, & per ſe in pulverem ſatiſcente, cum *aqua roris majalis* extracta, ſive ſibi relicta, ſeu cum *arcano tartari* io momento tincta: Laudari hic quoque poteſt *Eſſentia martis vitriolata antiſcorbutica*, ex *vitriolo martis*, *flor. ſalis armoniac. martialium*, āā. p. j. v. g. unc. ß. *& ſpiritus cochlearia* unc. vi. vel viii. *extrahendo ſ. a.* Hæc vero una etiam ſerum exuperans corrigunt, unde proſunt in obſtructionibus viſcerum, hypochondriorum, hydropis initio, cachexia, palpitatione cordis, ſcorbuto, melancholia hypochondr. doloribus & tumoribus hypochondriorum; Imo cum hypochondria ſint fomes quaſi omnium morborum, hæc ipſa quoque ad affectus capitis, nervorum aliosque externos ambitu ſuo latius patent & ſpectant, in paralyſi ſcorbutica, v. g. & aliis.

II. *Splenetica ſeri ſtatum volatiliorem*, *ſeu acrimoniam & lixivioſitatem reſpiciunt & tollunt*, unde phlogoſis, ebullitio, & rarefactio ſanguinis major, dolores arthritici ſcorbutici vagi; ſudores colliquativi, ſcorbutici nocturni, vigiliæ, inquietudines, pavores aliaque oriuntur: Singulis his frenum injiciunt, tum communia diluentia, aquea, tum 1. Acidula, ut *cremor & cryſtalli tartari*, *hepat. rubr. ſpirit. aperitivus Penoti*, *rad. & herba acetoſ. Tinctura aper.* item *mala citria* uti enim qui diutius in navi vehuntur in Indiam, ob maris effluvia uliginoſa plerumque ſcorbutici fiunt, ita teſtatur experientia illos ipſos acutos, ſi accipiant *mala citria* iterum convaleſcere, quatenus reſiſtunt putredini, & ſalia morboſa maſſæ ſanguineæ præcipitant: Tum (2.) *auſteriuſcula ſtyptica*, quæ fluorum ſunt remedia, ut enim in priori ſtatu ſtrictura adeſt humorum, fixitas ſpirituum, torpida omnia, ita hic laxitas, fluxilitas, mobilitas, ille ſtimulo, hic freno indiget; felix qui moderari ſingula ut decet poteſt: Hinc & *Opiata* optimè proſunt ſpleneticis, modo cum humectantibus, præcipitantibus, temperantibus dentur, Exemplo eſſe præter alia poſſunt menſes immodici, frequenter in ſcorbuticis occurrentes, nonnunquam quidem ſimul, quod de aliis quoque hæmorrhagiis valet, ab obſtructione viſcerum, quatenus coanguſtatus ſanguis, denegato ſufficienti ſpatio, exitum quærit neceſſarium; ſæpius vero ob ſalium rodentium lixivioſorum, vel cum acido mixtorum copiam, item ob tonum viſcerum, & hoc loco uteri læſum, ubi præter V. S. temperantia orgaſmum hæc ipſa proſunt unice. Facit huc & *ſpiritus martis*, ſive *ex vitriolo martis* deſtillatus, quod pretioſum eſt & minus utile, ſeu confectus ſolum per mixtionem & ſolutionem *vitrioli martis in ſpiritu vitrioli.* Sic etiam huc pertinet *tinctura martis adſtr. Zwelff.* mixta, roborans egregium, Taceo vomitum cruentum ſcorbuticis & ſpleneticis familiarem. (3.) *Terrea* quoque jam dicta huc conferunt, & inter hæc *galeopſis* quoque, ſaturnina planta, inquit *Solenander conſult. 13. libr 1.* quæ in foliis maculam habet albicantem, à *Plinio Lamium* vocata, à Bononienſibus *Milcatella*, cujus virtus in obſtructionibus, & affectibus ſplenis probata eſt; Meminimus Ludi moderatorem hypochondriacum pulvere florum horum feliciter uſum.

III. *Splenetica reſpiciunt & tollunt recrementa pituitoſa, tartarea, limoſa. ſero immerſa, & facile in ſabulum cœnoſum, arenulas ac calculum ipſum fatiſcentia*, quod ipſum præſtant aperientia generoſiora, & (1.) quidem *acida*, potentiſſima tartari concreti & coagulabilis remedia, Inprimis vero laudatiſſimus eſt hoc nomine *ſpiritus ſalis*, & ex eo parata *tinctura aperitiva Mœbii*, quæ nihil aliud eſt quam ſpiritus ſalis refractus & tinctus, Refractus *ſale tartari*, *ſpiritu ſalis tartari volatiliori pulvere*, vel quocunque alio alkalino, Tinctus *tornaſolis*, vel flor. violar. horumque tinctura; hæc ut lucrum, ita famam authori conciliavit, En ejus encomia ex literis ejuſdem expreſſa, *Tinctura aperitiva eſt panacea hypochondriaca, confortat fermentum ſtomachale, excitat appetitum, diſcutit flatus, aperit venas meſenterii & lacteas, pellit tartarum hypochondriorum, aperit Lienem & obſtructiones hepatis, ſiſtit ſitim & calorem internum p. n. pellit urinam calculum preſervat à putredine. fovet calorem naturalem (corrigendo cruditates) cum fructu exhibetur contra hydropem, cachexiam, pallorem, icterum, colicam, febres &c.* Quæ ſi prudenter applicentur longè ſunt veriſſima. (2.) *Alkalina & Enixa*, ſeu ſalia varia, inprimis etiam *ſal. ammon. ejuſque flores*, & cum eo paratus liquor martialis, è floribus

martialibus nigrioribus vitriolicis, in fundo cucurbitæ poſt perfectam ſublimationem reperiundis, per deliquium ſolutis, commodiſſimè cum *eſſentia abſinth. eſſ. ligu. aloes in tincturam martis abſinthiacam & balſamicam, cum elix. propr. addito ol. caryoph. cum M. S. antiſcorbutica ex ſpiritu cochlear. tartari & ſales ſtriato, additis eſſent. anodyna aliquot guttulis*, aliiſque miſcendus: Spectat huc etiam *arcanum tartari* rite elaboratum. & ex his parata, ut *tinctura martis*, cum eodem *liquore martiali* extemplo in id providè inſtillato conſurgens, imo *aqua quoque martiales* tinct pro more ſeculi *Langius Ep. 48. lib. 1.* præſentiſſimum indurati ſplenis remedium dicit *aquam in qua ferrum candens extinctum*: 3. *Aromatica*, ut enim ſplenici ſunt ſputatores & flatulenti, ita ſtomachica aromatica iis egregie ſubveniunt, v.g. *ſpir. menth. elix, vitriol. minſichti, eſſentia carmin. & alia.* (4.) *Abſtergentia, & diuretica nephritica*, non ſolum calculo futuro contraeuntia, & *arthritidi*, iſchiadi, aliiſque doloribus ſcorbuticis, verum etiam copioſos ſeroſos humores & reſtagnantes avertentia, ut in hydrope cachexia, *Reſolventia* hæc & externe eximiè conveniunt, v. g. *Ol. carmin. minſich. tartar. fœt. cappar. later. Empl. de cicut. ceratum de ammon. Foreſti, Empl. ad quartanam, ex odoriferis Helmont. Empl magnet &c.* Et hæc ipſa non ſolum cauſam unam aff. *hypochendr.* nempe *ἀπεψίαν* chyli impeditam reſarciunt, pituitam ventriculi abundantem nimis expediunt, *μάλακον*, ſeu inertem chyli maſſam corrigunt, verum etiam alteram depurationem ſanguinis læſam teſtituunt, & ab utriſque deductos affectus tollunt, nominatim palp. cordis, ſyncopen, quartanam &c. Hinc & in arthriticis, & in nephriticis curandis, hypochondria ſemper reſpicienda, optimaque ſunt eo caſu medicamenta ſalina, utrique convenientia, *ut ſpir. ſal. tinct. tart. arcan. tartar. &c. Wedelius Am. m. m. pagina* 175. &c.

[19] *Unguentum*) Sic fieri poterit.

℞. *Ol. Cappar.* ℥j. *ol abſinth. ol amygd. amar vel nucl. Perſic. ſucci ebuli, aceti fortis* āā. ℥j. *pulv. rad. ariſtol. aſari, ſemin. urtic.* āā. ʒß. *ſpica utriuſque* āā. ℈j. *Cera q. ſ. f. Unguentum.*

Vel decoquantur in *Olei comm. part. ij, vini parte 1. aceti part. ſemiſſe tamaric. folia vel flor. rad Cappar. & rad. gentiana, fol. ceterach.* Et ex hoc oleo fiat Inunctio. *Platerus.*

[20] *Aliquo conveniente Fomento*) In Liene obſtructo fiunt *Fotus* ex Decocto in *aqua, vino & aceto, rad. cappar. cortic fraxin. vel tamar. ſambuc. herbar. aſplenii, abſinth. cuſcuta, flor. chamom. geniſta, tamar. ſambuc. ſemin. portulac. viticis, apii fœnic.: addendo parum de rad. cyperi & ſpica vel ſchœnant. huic decocto ſuccus apii* quoque miſceri poteſt, In *induratis & ſcirrhoſis* viſceribus fiunt *ex decocto in aqua, vino, aceto*, vel *decocto inteſtinorum* facto, plantarum ſequent. ut *rad. alth. lilior. bryon. iridis*, vel etiam *panacis & ulmi*, herb. *malva, alth. gerani marrub. abſinth. flor. chamom. melilot. aneth ſambuci, violar. ſemin. lini, fœnigr. malva alth. ficuum, paſſular.* additis *rad. aſari*, ſpica utraque; Etſi magna emollitione opus ſit, *rad. Cucum. aſin. cyclam. mandragora*, ſin magis diſcutiendum, *calaminthe, pulegio, origano, meliſſa, thymo, flor. ſtachad.* vel *lavendula*, Quod ſi in *Liene* ſit *durities*, vel *ſcirrhus*, admiſcenda quædam de priori fotu; qui efficacior redditus, ſucco *bryon.* vel *iridis* addito: Ex *ſuccis* ejuſmodi, miſcendo & *ſuccum cyclamini*, vel *cucum. aſin.* item *apii & oleum amygd. amar.* vel de *cappar.* cum *vino & aceto*, eoque aceti, vel *ſcillitice*, cauſa lienis facti, valde emolliunt. Vel ſi in *aceto* acerrimo, *marcaſita* extinguntur, in eoque pannus duplicatus, vel filtrum madefactum, lienis regioni applicetur. *Platerus.*

Lienis.

II. [21] *Lienis inflatio eſt ejuſdem* [22] *in tumorem à flatu elatio.*

Signa ſunt iſta, Tumor & diſtentio cum aliquo dolore, ſed ſine ſenſu gravitatis & ponderis percipitur. Murmur & ſonitus editur. Compreſſus lien cedit niſi craſſus humor flatui materiam præbens ſubſit.

[23] *Cauſa* ſunt, *vel* Aquæ frigidæ largior hauſtus: *vel* cibi flatulenti, ut piſa, caſtaneæ fabæ, bulbi.

Vel [24] Humores craſſi & viſcidi, qui à calore imbecilli vinci non poſſunt, & in vapores reſolvuntur, qui lienem, quia ſpongioſus, facile inflant.

Vel bilis atra ventriculo ſubſtrata.

[25] *Curatio* ut in aliis. [26] Chymici *Spiritum ſaturni* ardentem in extracto ſilicis laudant, & eodem regionem lienis ter in die inungunt. [27] Purgatio in cauſa externa improbatur. [28] Inunctio per *oleum ruta capparum*, &c. ſufficit.

[21] *Lienis Inflatio*) Rara, laxa, fungoſa & ſpongioſa eſt Lienis ſubſtantia, & propterea facilè ab humoribus & flatibus diſtendi poteſt. *Sebiſius Man. pagin. 1291.*

[22] *In Tumorem à flatu elatio*) Quomodo flatus in Liene, cum cavitatem nullam habeat, colligi poſſint alvumque inflare, quærit *Platerus*. Forte cum flatus, *addit*, in hypochondrio ſiniſtro colliguntur illudque diſtendunt, Vel Ventriculus ſiniſtrum latus magis occupans à flatibus intumeſcit, aut Colon eo in loco diſtentum prominet hoc in liene accidere putant. Adde Enematum ſucceſſum quæ brevi dolorem à flatibus inductum ſedant; indicium morbi ſedem in inteſtino potius latuiſſe quam Liene, qui remotior eſt quam ut iam cito illuc vis remedii pertingat. Sed utut Lien cavitate manifeſta careat, ſpongioſæ tamen eſt naturæ, non flatibus ſolum perviæ, ſed & humorum copiæ, unde admodum intumeſcit: De hujus poroſitatibus & dilatabilitate vide proxime ubi de Lienibus magnis.

[23] *Cauſa ſunt*) Cauſa continens eſt flatuum in Liene copia. *Sebiſius.*

[24] *Humores craſſi & viſcidi*) Ab imbecillitate & frigiditate ventriculi, etiam ſine eſu memoratorum eduliorum geniti. *Idem.*

[24] *Humores craſſi & viſcidi*) Adhæc humores ſeroſi, quibus Lien ſæpe turget.

[25] *Curatio*) Quæ perficitur duorum remediorum generibus, vacuantibus & flatus diſcutientibus. Neceſſaria autem eſt etiam cauſæ gignentis ablatio, quæ ut plurimum frigida humidaque ventriculi intemperies &c. *Idem.*

[26] *Chymici Spiritum Saturni*) De hoc ſpiritu vide caput de Lienis, Inflammatione, §. *Curatio aliarum inflammationum, ex Chriſt. Langio.* ſub finem.

27. *Purgatio in cauſa externa*) Si à flatibus diſtenſio eſt, à purgantibus abſtinendum, ſufficit enim *infuſum rad. filicis cum tantillo ſennæ*, præſertim ſi ſemina carminantia ſimul adjecta fuerint, *Hartmannus Pr. Chym. cap. 178.*

28. *Inunctio per oleum &c.*) *Et lilior. alb.* cum *pulvere ſem. agni caſti, ceterach*, vel *cortic. cappar.* ad juſtam conſiſtentiam miſtis. *Idem.*

Lienis Tumor diſtendens, ſine ſcirrho.

Lien ſubſtantia rarus atque laxus occaſione levi diſtendi poteſt, quumque ſanguinis excipiendæ fæci deſtinatus ſit, hanc omnemque impuritatem facile admittit; hac imbutus tumet, multo quidem quam Jecur frequentius, ac plerumque ſine ſcirrho.

Tumor tum ſiniſtro hypochondrio animadvertitur, laxus nec admodum renitens, qui interdum Lienis ſitum figuramque retinet, interdum univerſum hypochondrium implet; ſed & is interdum ſubter umbilicum prolabitur, noxia quidem materia è viſcere in omentum quoquoverſum effuſa, Hæc autem varia diverſaque eſt.

Crudus, aquoſus, ac pituitoſus humor eo nonnunquam confluit, iis potiſſimum qui in locis paluſtribus humidiſque degunt, & qui frigidæ potu largiore humidiſque veſcuntur oleribus. Iis etiam qui è frigidis, humidis, diuturniſque morbis emerſerunt; Sæpe tamen melancholicus ac terrenus humor, qui ſanguinis fæx eſt & limus, in Lienem rapitur: Illic abundantior cumulatur, vel quia multus erat in ſanguine, vel quia naturalis ejus vacuatio, quæ è liene in ventriculum aut in alvum fieri ſolet, ſuppreſſa eſt; Cumulatus autem principio laxum tumorem ingenerat.

Illius ſigna ſunt reſpiratio crebrior & difficilior, præſertim in curſu ac labore, aut etiam quum in dextrum latus decumbitur, ampliatio quippe viſceris, maxime quum ventriculus cibo turget; diaphragma premit; Appetentia fere perſiſtit, ſed ventriculi offenditur concoctio, ex qua crudus aquoſuſque chylus pleriſque fluctuat quo ſæpe os madet, exſpuitioque multa fertur, Flatus plurimus ſurſum deorſumque erumpit, aut hypochondrio ſiniſtro rugitu quodam & murmure obauditur; totus fere aut in ventriculo, aut in ea inteſtini coli parte quæ viſceri aſſidet collectus; Non enim audiendi ſunt qui hunc in liene concludi temere profitentur; Humoris vapore cor laceſſitur, corpuſque univerſum ignavum & iners quaſi diſſolutum languet, & nonnunquam leviuſculæ animi defectiones obrepunt; Adhæc capitis gravitas & inconſueta ſomnolentia eaque turbulenta ac moleſta; Deſidia, timiditas, negligentia, contemptuſque rerum; Pallidus, ſublividus, aut omninò fœdus corporis maximéque faciei color, Atque hæc quidem efficit quum in liene copioſior fuerit ſimplex illa naturaliſque melancholia, quæ tametſi ſanguinis fæx eſt, fluxa tamen & liquida etiamnum manet, alioqui per tenues venas eo minimè laberetur. *Fernelius.*

Splenis Tumor laxus & diſtendens eſt à ſucco vitriolato, quem vulgus fæcem melancholicam vocat, propriè: Hoc autem melanagogis expurgatur, Talia ſunt Extr. *hellebori nig. & ſenæ*, aliaque compoſita cum eſſentia *epithymi, polypod. cuſcutæ, cappar. ſcolop.*

Univerſim tamen & mirum in modum has fæces expurgat *mercurius dulcis*, cujus juſta doſis, exigente neceſſitate, data multum valet, præſertim ſi ejus gr. xvj. longa tritione miſceantur *mercurii vitæ gr.* ʒ. & cum *extr. helleb.* ʒ. formentur in Pilulas, quæ & exhiberi poſt mediam noctem, & repeti altera aut tertia vice debent, nunc eadem, nunc aliquantum imminuta doſi.

In hac quemadmodum & in cæteris Lienis affectibus, ſimul vino immacerare *radices filicis* oportet, Innata enim proprietate hujus viſceris affectus curat; Sed & in victu quotidiano admiſceatur *galiopſidis* ſeu *lamii* pulvis, ob proprietatem quam habet cum morbis Lienis: Itali *Milzatellam* vocant.

Externè, ſi opus, applicetur ſimile Cataplaſma.

℞. *Rad. cucum. aſin. bryon.* āā. ℥j. *ſcyll. & lilii alb.* āā. *bulbum, betæ albæ m.* ß. ſem. *malvæ, alth. fœnugr.* āā. p. j. *lini* p. ij. flor. *alth. malvæ, mercur. parietar.* āā. m. j. *coque in aqua chalyb. & ſexta parte aceti ad mollitiem* f. ſ. a. Cataplaſma, aut Fomentum. Huc & Emplaſtra uſualia referuntur.

Quod ſi dolor violentior urget, *cappares* contuſi, & Emplaſtri forma exteriùs applicati dolorem ſubito tollunt. *Hartmannus Pr. c. 178.*

Commendatur pulvis *tamariſc.* exſicc. cum *cinnam*, & in potu *Pulvis rad. filicis Foreſtus Obſ. 2. l. 20.*

Pil. de Amm. pro ſecreto ſervantur. *Fonſeca conſ. 28. T. 1.*

Principatum tenet *aqua* acida, ut *Spadenſis* cujus uſus quotidianis experimentis confirmatur. *Car. Piſo.*

Stercus vaccæ ſiccum, braſſica, ovum, ol. optim. ſulphur. m. f. Empl. pro ſecreto habendum. J. *David Rulandus.*

Scolopend. fol. cont. Empl. more-ſumma cum utilitate imponuntur. *Trallianus.*

CAP. LII.

De Lienis inflammatione, & Scirrho.

1. L*ienis inflammatio eſt ejuſdem à* [2] *ſanguine in* [3] *ſubſtantiam ejus effuſo, in tumorem elatio.* Afficitur Lien interdum *totus*, interdum *non* item.

[4] *Signa* ſunt, [5] Tumor in ſiniſtro hypochondrio verſus anteriora quaſi protuberans, & [6] hominem quaſi medium cingens, ſic à renis ſiniſtri qui dextro elatior dolore & inflammatione diſtinguitur: [7] Pulſatio & [8] palpitatio illius lateris, ob *arterias* quibus abundat, Febris continua quartanæ periodum ſervans [9] Reſpiratio, ob Diaphragmatis compreſſionem difficilis.

[10] *Cauſa* eſt ſanguis effuſus [11] & putreſcens: qui *vel* purus eſt, *vel* mixtus, & ſuis ſe ſignis prodit.

[12] *Curatio* aliarum inflammationum, hepatis inprimis, methodum ſequi debet, modò largior à purgatione potus fugiatur, ne humor ad ſubſtantiam hepatis feratur.

1. *De Lienis inflammatione & Scirrho*) Præter tumorem inflammatorium & ſcirrhoſum, datur apud *Hippocratem Tumor œdematoſus Lienis* à collatione pituitæ, quem ſic deſcribit. *Lib. de Affect. int. tx. 34. A-*

lius Lienis morbus. Et hic morbus contingit maximè vere, quotieſcunque Lien in ſeipſum receperit pituitam, & ſtatim magnus fit & durus, deinde rurſum tumorem deponit, & cum tumefactus fuerit acuti dolores incidunt; cum autem inanis fuerit, ſine dolore eſt, & cum morbus productus fuerit minus aſpectabilis eſt tumor, & exſurgit ac intumeſcit, & illico tumorem deponit; Hic cum ſic affectus fuerit a morbi principio cibos non poteſt admittere, & brevi attenuatur, & intemperie multa corpus laborat; Morbus autem niſi ſtatim curetur, aut ſponte deſinat, ubi deſierit quinque menſes, aut ſex, denuo exurgit: intermittit autem maxime hyeme; Hunc ſi à *principio curandum ſuſceperis, inure decem cruſtas in ſplenem, & ſtatim ſanum reddes* &c.

Quæritur hic cur *uſtionis* prius meminerit *Hippocrates* quam pharmaciæ, vel diætæ? Ubi multa ſubeſt cacochymia, cujus ſuppurandæ per medicamenta vix ſpes eſt, tum urendum; At ubi pituita eſt ibi cacochymia multa: Unde quos *Hippocrates* ſolet appellare φλεγματώδεις, *Galenus* ſolet appellare κακοχύμους: Præterea hujus morbi curatio in evacuatione materiæ, & reſiccatione viſceris conſiſtit, Humidiſſima autem & frigidiſſima pituita cum ſit, quæ ubi infarcta eſt in Lienis parenchymate vix educi poteſt, in pari gradu contrarium requirit, quod evacuando ſiccet, tale autem eſt Cauſticum; Quod ſi æger vel delicatior eſt, vel paucitas materiæ ſpem dat evacuationis, & reſiccandi viſceris, tum citra cauſticum ad ſuperiora remedia conſilium convertendum eſt. *Iohannes Martinus comm. in cit. loc. textum.*

1. *Lienis inflammatio*) Ejuſdem eſt naturæ cum Hepatis inflammatione, In eo tantum differt quod rariùs fit à ſanguine puro, frequentiùs à melancholico. *Riverius.*

1. *Lienis inflammatio*) *Fernelius l. 6. Path. c. 6.* ſcribit inflammationem non ſæpe in Lienem incidere, eo quod ſanguis purus, phlegmones author, in id viſcus rarò penetret, Verum etiam docet experientia Lienem inflammari, & ratio, ſiquidem arterias inſignes obtinet ſanguinem advehentes arterioſum, in quo defæcationem ulteriorem nanciſcitur; hujus reductio commodè per venas non fiat, inde inflammationis, ut in cæteris partibus, occaſio, *Sylvius de le Boe Pr. l. 1. c. 43.* officium illi adſcribit ſanguini ulteriorem perfectionem inducendi, quæ pluſquam perfectio ſi minuatur, totam inde ſanguinis maſſam valde glutinoſam reddi & multum tenacem; Tantum abeſt ut ſanguinis craſſi domicilium in ſtatu naturali conſtituendum ſit.

2. *A ſanguine*) Cauſa iſtius inflammationis eſt ſanguis, tum impurus ille venarum, tum purus & tenuis arteriarum, & is quidem extravaſatus: Extravaſatur autem vaſis illius apertis; Aperiuntur vero vel ob copiam contentorum, quæ orificia eorum diducit; vel ob tenuitatem atque fervorem, vel etiam ob acrimoniam; Extravaſatus putreſcit & accenditur, ſimulque imbutum lienis parenchyma labefactat, Nam in phlegmone, quæ deſinit in ſuppurationem, ſanguis primum in pus vertitur, caloris ope; pure ob copiam aut mordacitatem erumpente ulcus relinquitur. *Sebiſius manual. p. 1293.*

3. *In ſubſtantiam ejus effuſo*) Cujuſmodi ſit Lienis ſubſtantia ex Recentiorum, *Malpighii* præſertim, accurata indagatione vide ſupra caput De morbis Lienis §.

4. *Signa ſunt*) Signa diagnoſtica ſunt 1. *tumor, dolor & fervor in ſiniſtro hypochondrio*, ob repletionem, diſtentionem, & ſanguinis incendium. 2. *Febris continua* atq; ardens, quæ phlegmones eſt comes, 3. *Sitis* implacabilis ob dolorem. 4. *Cibi faſtidium*, ob ſympathiam ſtomachi 5. *Dyſpnœa* ob diaphragmatis compreſſionem 6. *Decubitus* in dextrum latus moleſtus; quia lien fit pendulus. 7. *Deliria* & *vigilia* ob fervorem. Variant autem ſymptomata pro diverſitate humoris; Semper tamen ob partis affectæ naturam inflammatio illa nonnihil melancholicorum ſymptomatum recipit. *Sebiſius.*

Dolor pulſatilis eſt, quia cavitas lienis fere tota eſt infarcta ſanguine, & repleta, & quaſi obſtructione, quare ſanguis ex arteriis in lienis cavitatem protruſus viam ſibi debet aperire, & lienem ſingulis vicibus diſtendere; In ſtatu naturali non adeſt pulſatio, quia ſanguis ex arteriis anguſtis in lienis cavitates amplas ingreditur, non enim putandum eſt Lienem in corpore ſano ſe habere eodẽ modo ac in cadavere videmus, ubi ſanguis maximè coagulatus eſt, quia ſanguis in homine ſano fluidus eſt; & ſi ſanguis grumefactus è liene cadaveris eluitur, non reſtat niſi congeries membranarum, nervorum & arteriarum, quæ congeries propriè conſtituit Lienis ſubſtantiam. *Craanen Pr. med. Reform. c. 43.*

Oris amaritudo ſignificat intemperiem bilioſam adeſſe, quare particulæ bilis ut in alias partes, ità & in os deponuntur.

Vigiliæ adſunt, quia acrimonia nervos vellicat, eorumque principia in cerebro aperit. *Craanen.*

4. *Signa ſunt*) Fit difficilior diagnoſis quod & febris & dolor modò intenſa ſunt, modo remiſſa, Ita enim concilio authores & dico, Prout magis vel minus exquiſita eſt inflammatio, ita intenſiora ſunt hæc duo ſymptomata, Ita quædam tactu explorari poteſt, quædam non poteſt. *C. Hofmannus Inſtit. l. 3. c. 44.*

5. *Tumor in ſiniſtro hypochondrio*) *Galenus 6 l. aff. 5.* affirmat facile tactu dignoſci; mihi, & rerum naturam intuenti, & *Galenum* ipſum, contrarium videtur, Quis enim credat facilè ſub manum venire cùm Lien tam profundè in hypochondrio ſiniſtro lateat, Et *Galenus* ipſe 2. ad *Glauc.* videtur docere velle nonniſi eum Lienis tumorem tactu ſentiri qui flatuoſus ſit. *Hofmannus Inſt. l. 3.*

6. *Hominem quaſi medium cingunt*) Unde Leno ille *Plautinus in Curcul.* Act. 2.

Nunc jam quaſi zona liene cinctus ambulo,
Geminos in ventre habere videor filios
Nil metuo niſi medius diſrumpar miſer.

7. *Pulſatio & Palpitatio*) In primis *dolor Pulſatorius* attendendus eſt, qui propter arterias copioſas ſat ſenſibilis eſt, adeo ut dicatur quod appoſita manu lienis regioni pulſatio fere ſenſilis percipi poſſit, de quo tamen merito dubitatur, cum è contra in liene inflammato mitior talis pulſatio adeſſe ſoleat. *Etmuller.*

8. *Palpitatio illius lateris*) Inflammatio plerumque cum Palpitatione conjungitur, quia cum Lien tantam vim caloris à corde per arteriam accipiat, ſanguiſque facta obſtructione exitum per venam ſplenicam iterum non inveniat, ibi ſubſiſtit, pulſatio primum fortior & demum ipſius Lienis palpitatio exoritur, quæ interdum tam vehemens ut etiam ab adſtantibus audiri queat. *Moebius Fundam. med. cap. 17.*

Nicolao Fabro, viro induſtrio, ſed ab atra bile frequentius afflicto, fecit nonnunquam indutatus Lien tam vehementem impetũ in coſtas circumpoſitas, ut ex urgentiore illo illiſu non modo doleret caput ipſius, verũ verberũ ſonitum perſpicuè exaudirent etiam lõgiſſimè ab ipſo remoti, & quidem tam diſtinctè, ut numeraverint non ſemel ſingula verbera, & admota manu etiam coram tetigerint quoſcunque ferientis Lienis ictus. *Tulpius l. 2. c. 28.*

9. *Reſpiratio eſt difficilis*) Hic potius eſt reſpirationis metus ob ingraveſcentem dolorem, quam reſpirandi difficultas. *Craanen.*

10. *Cauſa eſt ſanguis effuſus & putreſcens*) Inflammatur

rui Lien ab obſtructionibus & tumoribus qui p. n. illi ſupeveniunt; Excandeſcit enim ſpiritus innatus Lienis ob excrementa illa p.n. retenta, quæ ipſa cum edomare, aut propellere nequeat, calorem ſuum nativum adauget, ut hæc ipſa excrementa expellere queat; Nec enim ſpiritus ſanitatis cuſtos alia via foras propellere quod illi noxium eſt quàm per calorem ſuum, qui cum gradu ſuo non ſufficiat, eum adauget, & ad gradum præternaturalem deducit, donec hoſtem debellarit, tunc ſublata irritationis ſuæ cauſa quieſcit, & ad tonum ſuum naturalem redit. *Faber.- Pathol. ſpag. cap. 47.*

Tanto facilius Inflammatio in Liene oriri poteſt quanto certius eſt hoc viſcus natura ſua propter vitales tubulos, ſpirituumque influentium copiam calidius, & obiter quampluriniis ſurculorum, quos arteria ſplenica parit, ac ſubſtantiæ iſtius parenchymans implantavit, labyrinthis textum obſtructionibus obnoxium eſſe: Si igitur excrementa p. n. in ſplene haud recte ſe habente colligantur, & collecta retineantur, tractu temporis corruptionem & fermentationem illa indubitato concipiunt, quam Natura, ut ſic putum ab impuro ſeparari poſſit, molitur, & propterea per accidens fit morborum genitrix: Ex genio autem fermentationis notum eſt, hujus beneficio ex ſuccis & humoribus, quicunque illi ſint, ſpiritus & effluvia plane ſulphurea produci ſolere, quæ dum cum calore naturali, ac ſpiritibus vitalibus miſcentur, ac invicem incarcerantur, vim caloris evidenter ſic conduplicant, atque hac ratione calorem p. n. ſeu intemperiem calidam efficiunt, In hoc igitur conſiſtit illa caloris nativi adauctio, & ad gradum p. n. reductio, vel ſpiritus vitæ irritatio, atque Archei excandeſcentia, aut certamen naturæ, atque calidi nativi pugna contra materiam peccantem; quæ loquendi rationes cum fermentatione vitioſa idem planè dicunt atque innuunt, adeoque in uno etiam ſcopo accurate hæc omnia conveniunt, Archeus enim; ſive ſpiritus vitæ propterea irritatur, excandeſcit, & furorem ſeu inordinatum motum contra materiam excrementitiam, tanquam ſibi, ſeu naturæ noſtræ infeſtam ſuſcipit, ut utile ab inutili, purum ab impuro ſeparet, quo illud quod purum eſt, ſibi aſſimilet, impurum propellat, Et in hoc eodem fine verſatur etiam Fermentationis cardo, neque quies ſperanda niſi Natura intentionem ſuam conſequuta fuerit, aut niſi impetuoſi fermenti illius vehementia ſedetur, Archeuſque iratus ad ordinatam actionem debitis mediis revocetur. *Chriſtianus Langius Pathol. Anim. c. 47.*

11. *Et putreſcens*) Interdum planè *corrumpitur*. Ita Lienis ſanguinem putrefactum æmulantis *Schenckius*, & corrupti ſimiliſque pici liquatæ. *Riverius* mentionem faciunt.

Prognoſis.

Prognoſis fere eadem eſt quæ Hepatis inflammationis, attamen paulo minus periculoſa cum hepar ſit para nobilior: Si ægrum non interimat, vel criſi terminatur, vel reſolutione, vel ſuppuratione, vel induratione quæ in ſcirrhum degenerat: Criſis ſæpè bona contingit per hæmorrhagiam naris ſiniſtræ, urinæ vel alvi profluvium. *Riverius.*

Si ex ſiniſtra nare ſanguis copioſe profluat, magnum affert levamentum, ſi ex dextra paucus ſtillet, nullum, & ut plurimum pernitioſum eſt ſignum; Niſi tempeſtive ſuccurratur, in ſcirrhum induteſcit Lien & in viæ pernitiem vergit. *Fr. Ioel.*

In prognoſi obſervandum Lienis inflammationem facilè in ſcirrhum abire; Hæmorrhagia naris ſiniſtræ, vel alvi fluxus, ſi critice accedant, cum prægreſſis coctionis ſignis, bonum eſt & ſolvitur lienis inflammatio, vel quia diſcutitur, vel quia aliò transfertur: Quo facit ſententia *Hippocratis*. Inflammationis Hepatis in Lienem converti melius eſt quam ſi lienis ad hepar deferatur, vel hæmorrhagia narium, aut urinæ profluvio vel alvi ſolutione ſanatur, vel ſuppuratione, vel ſcirrheſcit. *Etmuller.*

12. *Curatio*) Eadem inſtituenda eſt quæ in Hepatis inflammatione ſunt propoſita, ſequentibus adhibitis differentiis, 1 Quod *vena ſectio* in brachio ſiniſtro celebranda eſt, & non ita frequenter ut in hepatis inflammatione, quia hepar, fons ſanguinis, largiore indiget evacuatione: Quod vero de apertione *Salvatella* circumfertur, quam Lienem peculiariter exonerare ajunt, ſuperſtitioſum eſt, & jam fere in uſu Practicu obſolevit: Utilius enim multo è vena Baſilica, ad omnes implendas indicationes ſanguis detrahitur: (*Sed neququam ſuperſtitioſa eſt ſalvatella apertio, præſertim in Lienis productis morbis, confirmante crebra experientia, & fulciente ratione, Ex ſalvatella quippe arterioſus fere educitur ſanguis, finibus arteriarum excidens, mox à venis reſorbendus; arterioſo autem ſanguine plurimo turget Lien. Nuperis diebus Oliteris Genevenſis uxor jampridem Lienis affectibus obnoxia, febre continua laboraverat, Crebro naris ſiniſtra ſanguine ſtillabat, frequens fuerat ſanguinis e brachio ſiniſtro eductio; febricula ſuperſtes erat ad tabem eam deducens, ſalvatella ſectionem præſcripſi, vix unciæ duæ ſanguinis effluxerunt, & illico fuit reſtituta, ægra mille encomiis illam venæ ſectionem celebrans.*)

ij. Quod *Topica* ſiniſtro hypochondrio admovenda ſint.

iij. Quod in horum uſu *adſtringentia* non ſint tanta cura & tamdiu continuanda: quia cum ſit pars minus princeps Lien, illius robori tantopere inſiſtendum non eſt: Reliqua ex Hepatis inflammationis curatione deſumuntur, *Riverius.*

Curatio Inflammati Lienis conſiſtit in *victus ratione*, *vena ſectione*, Inflammatorum humorum *evacuatione*, viſcerum adeoque Lienis *corroboratione*, *Caloris mitigatione.*

Victus ſit refrigerans & corroborans, *cremor Piſana*, *Pruna Hungar. acida*, *carnes* pullorum, avicularum: Ex Piſcibus in Saxoſis rivulis degentes condiantur alimenta uvis immaturis, pomis arantiis & limoniis, aceto, cappatibus; In Potu concedi poteſt vinum tenue, cum aqua hordei probe dilutum.

Ante *Venæ* ſectionem alvus eſt lubricanda clyſtere vel hoc Bolu.

℞ *Pulpa caſſ. recens extr.* ℥x. *pulv. Rhabarb.* ℈ij. *cum pulvere ſacch. f. Bolus hora una ante prandium ſumendus.*

Evacuata alvo, ſtatim vena lienaris ſiniſtri humeri, aut ejus ramus inter minimum & annularem digitum ſiniſtræ manus ſecetur: Sanguis autem per vices ter vel quater, totidem diebus detrahatur, Sæpe enim ſola ſanguinis miſſione Lienis inflammatio ablata fuit.

Poſt S. m. humor melancholicus accenſus (vel ex ſanguine emiſſo, vel forte per nares erumpente, vel bilis flavæ ſigna apparent) vel per pharmaca, vel per frequentem clyſterum immiſſionem inflammati humores ſubducantur, convenit Potio ſequ.

℞. *Rhabarb.* ℨj. *ſenna* ℨij. *belleb. n. prepar.* (*i. e. una ebullitione cocti & rurſum exſiccati*) ℈j. *contuſa macerentur per noctem, in aq. font.* ℥v. *poſt leviter bulliant, Expreſſa colentur, adde diacarth.* ℨv. *f. Hauſtus dandus* vj. *horis ante prandium.* Tandem tutius concoquatur & extenuetur humor melanch. E. g.

℞. *Rad. polypod. borrag. cichor.* āā. ℥ß. *ceterach. ſcolop. card. ben. centaur. min.* āā. *m.* ß. *epith. p.* j. *conſerv. borrag. viol. fumar.* āā. ℥j. *belleb. n. præpar. rha-*

barb. ãã. ℥ij. *præpar. ſ. a. coqu. in duplici vaſe per* ij. *horas cum* ℔iv. *aqu. puræ vel ſeri lactis capr. frigefact. colatura, adde ſyr. è ſucco fumar. borrag.* ãã. ℥ij. *ſ. Potio. doſis* ℥v. *calide quotidie.*

Hæc Potio in Liene craſſiores humores attenuat, abſtergit & ſimul ſubducit, æſtumque refrigerat: quæ ſi validius purgare deprehendatur, alternis ſolum diebus exhibeatur: Interim *Lien* quotidie *corroboretur*, aut *Rotul. triaſant. aut diamarg. frig.* vel Electuar. ex *conſerv. borrag. bugl. fumar. iiſdem ſpecieb. corall. r. præp. ſyr. acetoſ. citri.*

Topica fervorem mitigantia non negligantur, cavendo ne frigida actu admoveantur, quibus facile ſcirrhus ſuccederet.

Commodiſſime admoventur ſiniſtro hypochondrio linteа duplicata madefacta in vino tepido auſtero, admiſtis *ol. cydonior. roſat. maſtich. aceto vini rubri*, vel admoveatur Sacculus ſequ.

℞. *Fumar. aſplen. ſcolop. roſar. rub.* ãã. *m.* j. *ſummit. abſinth. aneth.* ãã. *m.* ß. *furfur. ſilig. m.* j. *conſuantur in ſacculum & interſuantur, & in aqu. part aquæ & aceti, vel vino auſtero ebulliant, qui expreſſus ac tepidus ſiniſtro hypochond. applicetur.* Fr. Joel.

Cura eſt eadem quæ reliquarum inflammationum, *Salvatella* ſectio, quam in Lienis affectibus, & præcipuè ejus inflammatione commendant, fundamento caret. Præter alia in ſpecie medicamenta, *Saturnina* primario convenire dicuntur, qualia ſunt *Saturnus Sacchar.* &c. *Externe Empl. de cicuta* malaxatum cum pauco *oleo camphora*, applicari ſolet: *Poppius* applicat *theriacam*, aut ejus loco *rob. ſambuci*, cui *ſacchar. Saturni* permiſcuit, & ſub forma ſpiſſi linimenti illinit, id quod pariter in Renum inflammatione locum habet. *Etmuller.*

Hæmorrhoidales venæ, cum venæ portæ rami ſint, ſi fluant, plurimum derivant; Ob eam cauſam in conſuetis maxime, arte quoque aperiuntur. *Platerus.*

[12]. *Curatio aliarum inflammationum*) a. Non eſt quod *potu aquæ frigidæ*, & Julapiis attenuantibus ac refrigerantibus hæc Inflammatio temperetur, Tolli enim non poteſt niſi tollatur omnino iſtius inflammationis cauſa materialis, cujus remotio omnino neceſſaria eſt.

Tollitur autem iſtius Inflammationis materia *purgatione noſtra* b. *antimoniali*, quæ ter aut quater repetita radicitus excrementa omnia, quæ in Liene expullulare ſolent, tolluntur; quibus ſublatis roboratur ſpiritus Lienis innatus, ſanitatis ſuæ cuſtos; hoc autem roborato, Lien ſtatim ad ſuam naturalem temperiem reducitur.

c. *Spiritus* etiam *Mercurii* ſummè prodeſt ad hanc inflammationem radicitus expellendam, & extinguendam, quia diſſipat & attenuat materias craſſas & obſtructionem facientes: præterea calorem p. n. ex irritatione ſpiritus productum extinguit, Atque ſic perfecte *ſpiritu mercurii*, & *purgatione mercuriali* Lienis inflammatio curatur.

d. *Spiritus* quoque *ſalis armon. & tartari* ſimul juncti in curatione morborum omnium, quibus Lien obnoxius eſt, mira præſtat.

℞. *Salis tartari diſſoluti & clarificati in aqua communi, ſalis armon.* ãã. *m. ſ. In retorta ponantur, ſatisque violento igne deſtillentur*) Juncti hi ſpiritus ſummæ ſunt penetrationis ad diſſolvendas omnium partium quaſvis obſtructiones. *Joh. P. Faber.*

a *Doctrina refrigerantium a Fabro* hic revellitur, quod ea quotidie talia (veluti in curatione Febrium vulgari modo inſtituta ſatis liquet) incaſſum plane adhibeantur niſi tollatur inflammationis cauſa materialis, & excrementitia illa hoſtilitas, quæ Archeum adeo turbat (vide *Poterium de Febr.* circa refrigerantium uſum) Ideoque cum refrigeratio iſta apud prudentiores Medicos, & qui rerum viſcera exactius ſcrutari ſolent, nihil aliud ſit quam beneficio nobiliorum præcipitantium violentiam morboſæ fermentationis circumſpecte compeſcendi, & Archeum opportune placandi ratio, eluceſcit quoque tunc potius fermentationis quam inflammationis vitium eſſe attendendum, Ideo ſciendum neceſſe ante omnia eſſe, ut prius fermenti impetus quodammodo cohibeatur ac mitigetur, (non vero totaliter tollatur, ne Naturæ ſalutaris ſic impediatur conatus) antequam juxta *Fabri* mentem, ad remotionem materiæ peccantis nos accingamus; nam alioquin exaſperabitur potius illa fermentationis ferocia, & graviora hinc ſymptomata concitabuntur, quum de eſſentia purgantium ſit fermentando, (hoc enim modo materia fluida mobiliſque facta ad excretionem promovetur) operationem ſuam exerere. *Ch. Langius*

b. *Antimonialis purgatio*, niſi penitus jam fractæ ſint vires, effectum in omnibus ſplenericis non tam promittit, quàm in rei veritate ſeminium mali radicitus extirpando exhibet; Ante hujus remedii uſum monemus, quod præcedenti die præcipitans aliquod, ſeu digeſtivum (uterque enim terminus unum ſenſum habet, unumque effectum præſtat, dum humoris morbifici cruditas, ut Galenici loquuntur, ſic coquitur, ejuſque contumacia domatur, h. e. materiæ peccantis ferociens fermentatio frænatur) uſurpari debeat, ut refrænatum hac ratione excrementum, aptumque ad eductionem promptiorem redditum felicius faciliuſque poſtmodum exterminari queat: Addimus & veram Naturæ noſtræ corroborationem in expulſione materiæ morbificæ conſiſtere, quæ antea turbabat continuo atque gravabat Archeum; hac enim remota Natura noſtra vel ſponte priſtinum robur ſibi reſtituere callet.

c. Non dubitamus quoque excellens hoc medicamen, *ſpiritum mercurii*, quod glorioſo tam puritatis quam ſubtilitatis ſuæ encomio, impuritates quaſvis ex penitioribus etiam corporis noſtri receſſibus potenter educere valet, ad tollendam Lienis inflammationem, præmiſſo evacuante laudato, non tantum ſufficere, verum etiam reſtaurantis vitæ compendio, peculiariter vires ſuas commendare.

d. *Spiritus illo ex ſale tartari & armon. compoſitus* vel eo nomine commendabilis, quo ad medicamenta ſaponaria, & ex parte ad alkalia volatilitata (ſint revera *Sal tartari*, quod alioquin fixiſſimum eſt, volatile factum, & in ſpirituoſum liquorem redactum nobiliſſimæ facultatis remedium præbet) referendum veniat, quorum virtutem eſſe novimus ad inſtar generoſi coſmetici, ſeu ſaponis, omnem in vaſis amurcam, utut pertinaciter adhærentem efficaciſſime abſtergere, & fermentationis impetũ fortiter juxta retũdere, Deinde coronatur etiam valdopere hujus medicamenti fama à contubernio *ſalis armoniaci*, quod heroicis titulis, ob mirabilem naturam Spagirici inſigniunt, vocantque *Sal regale* (nam aquam regiam ingreditur *Sal mercuriale Philoſophorum* (quod materiam, vel ſaltim clavem lapidis Philoſophici includere, nonnulli exiſtiment) ob inſignem energiam, quam in reſerandis obſtructionibus, incidendis attenuandiſq; excrementitiis ſuperfluitantibus.

Vice autem *aquæ communis*, quæ tanquam aliquod tertium hanc ſalium conjunctionem perficere debet, ut ex hiſce ſalibus conſpirans unitas prodeat, Nos *ſpiritum aceti* rectificatiſſimum, qui docente *Helmontio*, vel ipſe totus in ſal volatile vertitur, & ſolo fermẽti attactu in ſalinã aſcendit naturã, rectiùs omnino his ſalibus adjũgi, & poſtmodum invicem diuturnæ putrefactioni, leniq; digeſtioni committi exiſtimamus: quo facto ſpiritus aceti toties ab hiſce ſalibus cohobandus eſt, donec ipſa quoque ſalia evadant ſpirituoſa & per alembicum tranſeant; Doſis optimi hujus ſpiritus præſcribi poterit à gtt. xv.

gtt. xv. vel xx. & dari ea aqua ſplenetica.

Obiter *ſp ritus Saturni* facere mentionem debemus, qui ſane, ut medicamenta ex regno Saturni facta, ſplenencos & cachecticos omnes mirifice recreat, radicale humidum recreat, omnes phlogoſes radicaliter ex ungunt. Parate huoc ſolemus ex *ſacch. ſaturni*, quod cum *aceto ſtillatitio ex lithargyrio* optumo elicimus) eodem modo quo ſpiritum ſalis comm. vel nitri cum bolo fieri oovimus, hac tamen cautela, ut ad partem j. hujus ſacch. quod leviſſimo etiam igne fluere ac compactum fieri ſolet (unde deſubito ineptium ad emittendos ſpiritus evadit) 5. vel 6. boli partes addantur, Doſis à gtt. x. ad xv. extenditur. *Chriſt. Langius. Path. An. c. 47.*

Scirrhus.

II. [11]. *Scirrhus lienis eſt* [14]. *tumor ejusdem durus, ab humore craſſo, glutinoſo & indurato procedens.*

[15]. *Signa* ſunt, Tumor renitens cum duritie oblonga in ſiniſtra parte, & quidem ſine dolore; cui accedunt difficultas reſpirationis, oris ſiccitas, pedum inflatio, decubitus in ſiniſtrum latus gravis, ſudor moleſtus, &c.

[16]. *Cauſa* eſt Humor craſſus & glutinoſus, qui *vel* ſtatim erat talis, à cibis craſſi ſucci, laboribus, vigiliis, quæ illud, quod ſpirituoſum eſt, in humoribus abſumunt, ortus: *vel* poſt, cum per ſe tenuis, aut caloris vi, aut medicamentis nimium diſcutientibus, aut [17]. naturâ tartareâ, ad indurationem eunte, eſt induratus. Hic in totum corpus cum ſanguine diffuſus, illud lividum & coloratum reddit: & ad rabem, quod officio ſuo ſanguificationis oppreſſus lien ſatisfacere non poſſit, adducit.

[18]. *Curatio* eſt *difficilior*, ſi ægris Diarrhœa oboriatur, & lienteria, vel aqua intercus excipiat.

[19]. *Reſpicit* ea, quæ ſcirrhus Epatis.

[20]. Tollitur magneticè ſeu [21]. *per tranſplantationem*, ſi urina ægri phiala vitrea excepta, & ſtupa obturata in terra ab homine jejuno ſepeliatur, quâ abſumptâ creditur & ſcirrhus abſumi. Vel ſi trium vel quinque noctium urina, ſingulis auroris emiſſa, cum ſufficiente cineris communis quantitate, ſolis primò radiis exponatur, poſt, igni domeſtico, ad exhalandum admoveatur.

[22]. Inter [23]. *Digerentia* laudantur [24]. intra, Radix *filicis*, [25]. *Lamii* ſeu urticæ mortuæ pulvis in cibo. lignum *Tamariſci* in aqua chalybeata decoctum ad tertias. *Compoſitum ex radic. filicis unc. j. Cuſcutæ dr. ij. in vini potentis unc.* viij. *ad tertiæ partis conſumptionem* decoctum. [26]. *Externè* [27]. inter emollientia [28]. valet unguentum *Fabricii, ex gummi Ammoniaci unc.* j. *ol. amygdal. dulc. lilior. alborum, pinguedinis gallinæ ana unc.* ii *ſucci Cicutæ unc.* iv. *Aceti ſcillitici unc.* ii. compoſitum. [29]. Emplaſtrum ejusdem & [30]. *ſuccus* vel Emplaſtr. *mandragoræ* vel alio ex *ſtercore vaccæ* ſicco, *ſucco urticæ, Ovis* iii. & *ol. ſulfur.* parato: quibus adde, *radicem bryoniæ* cum vino & ficubus tuſam & impoſitam.

Lienis Scirrhus.

[11]. *Scirrhus.*) Propriè eſt Tumor durus, renitens, indolens, *Galeno 4. de v. Act. titul. 21.* & alibi, quamvis diſtinguant inter legitimum, ſive exquiſitum, & non exquiſitum, quem vocant ὄγκον σκιῤῥώδη. *Galenus 4. m m. c. 6.* verum non ſemper illa diſtinctio obſervatur; Interea *ſcirrhus exquiſitus* ita plenius deſcribi poterit, Quod ſit *Tumor durus, renitens, indolens, in glandulis obortus, proveniens à ſucco lymphatici atrabilarius, acido auſtero & congelativi ſubſiſtentia & collectione*, Ex hac definitione facile quoque confici poteſt deſcriptio *Scirrhi non exquiſitus* addita particula fere indolens; & cauſæ morbificæ limitatione, prout ſuccus ille glandularum vel de phlegmate, vel de aliis portionibus vitioſis ſalinis, acribus, minuſque congelativis participat. *Bruno Laxus p. 1038.*

Scirrhus evenit cum humores partem aliquam obſtruentes, paulatim indurantur, partim condenſatione ſimpliciter, partim coagulatione. *Craanen Pr. med. Ref. cap. 74.*

[11]. *Scirrhus lienis eſt tumor ejusdem durus*) Hanc definitionem improbat *Capivaccius Pr. l. 3. c. 26.* quia ſit accidens p.n. & potius morbus quam cauſa aut ſymptoma, Cum ergo ſit morbus, erit in magnitudine aucta & in frigida intemperie; quia ubi eſt ſcirrhus etiam non exquiſitus, fieri non poteſt, ut pars affecta non laboret morbo frigido; Evenire autem poſſit, ut magnitudo ſit parum aucta & habeat potius rationem qualitatis mutatæ quàm morbi; Definit ergo quod ſit *Tumor frigidus, productus ab humore indurato.*

Joh. Pet. Faber Pathol. ſpag. p. 46. ſic definit, Quod ſit Tumor p.n. frigidus & ſiccus, ab excrementis frigidis & ſiccis lienoſi ſanguinis productus.

[14]. *Tumor ejusdem durus*) Interdum non ſolum plane fit durus & renitens, quem non ſemel quoque vidimus, ſed & omnino fit *lapidoſus*, qualem *Foreſtus l. 2. de Incerto urin. ind.* conſpexit: In ſeneſcentibus plurimum ſæpe induratur, ut & oſſeus evadat & cartilagineus, non quidem ratione parenchymatis, ſed tunicæ, ut volunt authores. *Moebius Fund. med. c. 17.*

[15]. *Signa ſunt*) A Tumore flatuoſo, ſeu Inflatione diſtinguitur, quod in Scirrho major eſt gravitas quam in flatuoſo tumore, qui etiam digitis compreſſus cedit, & murmur ac ſonitum edit, quæ in ſcirrho non reperiuntur: Si à ſola melancholia fiat, inſignia atque evidentia illius dominantis ſigna apparent: Si vero pituitam admixtam habeat, Cachexia pituitoſa in toto corpore apparet. *Riverius.*

[15]. *Signa ſunt, Tumor &c.*) Cum dolore, qui interdum ad diaphragma & ſiniſtrum humerum extenditur; gravitas etiam adeſt cum pulſatione in eodem hypochondrio: Adeſt & cibi faſtidium, ſitis, lentor nigricans linguæ adhærens, moleſtus dexter decubitus, propter viſceris gravitatem ventriculo incubantis: Interdum etiam ſiniſter, ſi tumor ingens fuerit, quia comprimitur tunc à ventriculo & hepate: Tumor interdum

Lienis figuram retinet, interdum totum ſiniſtrum hypochondrium, implet: interdum etiam infra umbilicum apparet, multiplicata materia, & inflammatione vicinas partes, præcipuè umbilicum occupante. Intenſiora autem & remiſſiora prædicta ſigna apparent, cum aliqua etiam varietate, pro varia humorum miſcella, Si enim ſanguini melancholico bilis admixta ſit, urinæ ſunt rubicundiores, os amareſcit, ſitis intenſior, febris ardens & tertio die ingraveſcens, vigiliæ intenſæ & interdum deliria; Si ſit admixta pituita, color eſt pallidus, febris & ſitis mitior, ac dolor remiſſior; Si vero ſanguis melancholicus purus ſit, durities major eſt, color corporis nigricat, & interdum urina, aliaque dominantis melancholiæ indicia apparent. *Riverius.* Interdum adjungitur Delirium. *Fr. Joel.*

[13]. *Cauſa eſt humor craſſus & glutinoſus*) Lien ſi turgeat ſanguine craſſo ac fœculento, qui huc amandatur, ut calore nativo Lienis attenuetur, in ſcirrhum ſæpiſſime incurrit, cum excrementa illa frigida & ſicca, quibus ſanguis lienoſus turget, facile in ſcirrhum coagulentur: Eſt enim in his excrementis frigidis ſiccis, vis coagulativa & lapidificativa, quæ ex natura terreſtri & ſale quodam terreſtri, qui ineſt excrementis iſtis dependet, Et hac energia coagulantur excrementa in ſcirrhum: qui in dies magis magiſque accreſcit, niſi medicamentis appropriatis ac ſpecificis ſuccurratur; *Joh. Pet. Faber, Path. ſpag. pag. 46.*

Lienem craſſo ac fæculento ſanguine turgere ac redundare, nonniſi præternaturaliter ſemper exiſtimandum eſt; adeoque antequam hoc ipſum fiat, multa ſunt præſupponenda, cumprimis tamen luculenta ventriculi imbecillitas, & hinc confertim oriundæ cruditates, item meſenterii inflammatio, unde vaſa ejuſdem illas avidius ſorbent & arripiunt, poſtea ipſius vel hinc adventitia, vel congenita imbecillitas lienis, ejuſdemque obſtructio & inflammatio, atque ſic porro, Quibus circumſtantiis præſentibus, abſurditatum iſtarum fæculentarum collectio demum, atque earum contumax retentio in ſplene contingit; quæ dum ipſi inſinuantur, ac velut imprimuntur, ſplenis ſubſtantiæ, ſui etiam nutrimentum requirentis, & exſiccatio atque exuſtio, ſive calcinatio, ut ita loquar, pravi iſtius nutrimenti in ſubſtantia lienis fiat, tunc ſcirrhus & quaſi ſaxoſus, aut cementi ad inſtar induratus, (unde ſcirrhus etiam nomen habere creditur) tumor inde ſuccreſcit. *Chriſt. Langius.*

Calculi Lienis.

[17]. *Natura tartarea*) Non raro contingit ut dum ob frigiditatem ac ſiccitatem ſuam hoc excrementum non putreſcit, in calculum craſſeſcat, atque in lapidem dureſcat, unde quibuſdam in Liene etiam fiunt calculi & lapides, qui eadem methodo ſunt expellendi, ut illi qui in cyſti fellea enaſci ſolent. *J. Pet. Faber.*

Citiori modo calculus generari in ſplene poteſt, quam in veſicula fellea, ob anguſtiores meatuum anfractus, quos Lienem habere ſcimus, qui ad coagulationem & concretionem terreni liquoris ſuſcipiendam, aptiores ſemper exiſtunt. Cauſæ tamen hiſtoria ex cap. de calculo in veſicula fellea genito deprompta, hic etiam quadrabit. *Chr. Langius.* Junge his quæ de cauſis ſcirrhi afferuntur.

[17]. *Natura tartarea ad indurationem eunte*) Sal terreſtris, h. e. fæculentus ac excrementitius, adeoque impuriſſimus, (tartari nomine à *Paracelſo* is inſignitus,) recte tanquam indurationis vehementioris cauſa hic accuſatur, ut ita ſubſtantia Lienis quaſi lapideſcere videatur, quæ poſtmodum (decedente nimirum, & exhalante, vel etiam penitus extincto calore, qui deſtructa ſic hujus viſceris ſubſtantia, convenientem amplius ſedem habere & vitalem influxum accipere non poteſt) frigida exinde & quaſi cadaveroſa evadit, unde hujuſcemodi ſcirrhus, ſeu duriſſimus tumor etiam omnis doloris expers eſſe obſervatur. *Chriſt. Langius.*

[17]. *Aut natura tartarea*) Cui debentur Aperientia, reſolventia coagulum ſalino tartareum, quod ipſum ſpecialius dicit agendi etiam modum: Si enim concipiamus obſtructionum γένεσιν, ſine dubio debentur inter alia Tartaro, ſeu particulis terreis, ſub ſalinis & aqueis contentis, limoſis, ad quietem quam motum magis aptis, ſeu ex neceſſitate materiæ, vitio aſſumptorum groſſiorum, ſeu ex fermento vitiato viſcerum generatis & congeſtis: Id vero manifeſto videmus in urina, quæ à natura educitur; partes nempe tartareæ, limoſæ, aquoſæ, ad motum & corporis uſum minus inſervientes: Cum igitur certum ſit utrumque, & adeſſe tartarum in corpore hoc ſenſu, & cumulari ultra quam par eſt, & ad motum minus aptum, adeoque inde obſtructiones, ſeu remoras tales in motu hinc inde fieri, facile quoque patet quantum hiſce contra eant aperientia. Notandum vero Tartarum alium eſſe fluidum, alium concretum; alium in fieri, alium in facto, omnem vero obſtructionis eſſe autorem: Hinc cum concretum præſupponat fluidum, regula citata eſt noſtra, *Omnes Nephriticos eſſe etiam hypochondriacos, Omnes item Podagricos eſſe Hypochondriacos,* licet non vice verſa; Seu in hypochondriacis abundat tartarus fluidus, qui in podagricis & nephriticis concreſcit facile: Latius vero paulo Tartareum hic pro omni coagulabili, & coagulato ſubſiſtente ſumimus, unde non ſolum in dictis affectibus, item in ſyncope, palpitatione cordis, polypo cordis, quæ à grumeſcentia ſanguinis nobis commune deducuntur, in ſcirrhis porro hepatis, vel Lienis, verum etiam in extravaſationibus ſeri & ſanguinis omnibus proſunt, Omne enim extravaſatum in corpore ſubſiſtens iners eſt, dominium archei excutit, quieſcit, obſtruit, negotium faceſſit, coagulatur, putreſcit, & aliquando in flatus reſolvitur ab Archeo debili: Hoc & in abſceſſibus omnibus, nominatim pleuritide, empyemate & grumis ſanguinis à caſu ab alto, in vulneribus, aſthmate, tuſſi, ipſa reſolventia ſunt optima, ſeu in genere pulmonum quoque affectibus reſolventia apprime debentur, quod ibidem frequentiſſime fiant concretiones: Imo ſunt ipſa Reſolventia horum affectuum genuina, & ſpecifica remedia, cum primaria intentione, tum ſecundaria adhibita. *Wedelius m.m.p. 66.*

[18]. *Curatio eſt difficilior*) Prognoſis eadem eſt cum Hepatis ſcirrhi prognoſi, niſi quod Lienis Scirrhus faciliorem aliquantulum curationem obtineat, propterea quod viſcus ignobilius fortiora citra noxam patitur remedia. *Riverius.*

[18]. *Curatio eſt difficilior*) Hiſce ſcopis ſatisfacere arduū eſt, ſcirrhus enim eſt affectus contumax, & ratione loci affecti & ratione materiæ: Quoad differentias formales, ſi ſcirrhus ità ſit frigidus, ut ſit exquiſitus, non poteſt homo prorſus liberari; Quoad locum affectum, prout viæ magis vel minus obſidentur; vel ſecundum ſuperficiem, vel ſecundum partes profundas, ita etiam major & minor erit difficultas in cura: Ratione Efficientis, pejor ſcirrhus eſt à melancholia, quam à pituita; & quo durior fuerit, eo cura difficilior, Licet autem ſcirrhus ſit exquiſitus, is tamen ità quoq; imminui poteſt, ut homo diu poſſit vivere, dum ſcil. ita occurrimus, ut jecur nō trahatur in conſenſum, ſi enim Iecur refrigeretur, actum eſt, nā neceſſario ſequitur hydrops, deinde mors, unde ſcirrhus hepatis citius interficit quam Lienis. *Capivaccius.*

18. *Curatio*

18. *Curatio eſt difficilior*) Difficilis admodum curatu eſt hic Tumor juxta Galenicam methodum, quum ea non habeat medicamenta, quæ ſcirrhum diſſolvere & attenuare poſſunt, ſed per chymicam methodum faciliori negotio hic tumor diſpellitur, licet quam maxime renitatur, nihilominus tamen evaneſcere tandem cogitur. *Faber.*

Lienis ſcirrhus verus factuſque, non tantum curatu admodum difficilis, verum etiam penitus impoſſibilis eſt, ſicuti omnes ſubſtantiæ corruptiones, ad quarum claſſem quoque ſcirrhos perfectos recenſemus, alioquin ſanabiles eſſe, hoc eſt, fundamentum ſanitatis reſtituendæ ibi penitus deficere, ob caldi nativi indubitatam extinctionem certum ſit. Scirrhos autem fientes adhuc curandi beneficium admittere non dubitamus, quod tamen tunc niſi probatiſſimis & efficaciſſimis remediorum armis vix impetrari poterit. Adeoque patet, cur Galenica medicamina, nonniſi ventrem ſaburrantia hic nauci habeantur; utpote quæ ipſa facili negotiò ac brevi tempore ſuo cedunt, quorumve compoſitio rancida ac facultas evanida evadit. Quomodo enim corruptioni reſiſtere, ac fræno eidem injicere hoc medicamentum poteſt, quod ipſum corruptioni & ſqualori tantopere obnoxium eſt? Ex adverſò autem ſpagirica induſtria ac labore parata præſidia, auguſtæ in medendo ſunt poteſtatis, utpote quæ ad incorruptibilitatis, & ſummæ mobilitatis thronum perducta, corporis penitiſſima penetrant, ac proinde non tantum potentiſſime quicquid alicubi ſordium eſt congeſtum, reſolvunt, omnemque morbi contumaciſſimam tyrannidem glorioſe ſupplantant, verum etiam, membra quævis corroborant; Sed ſine cunctatione ulla id fiat, &c. *Chr. Langius.*

19. *Reſpicit*) Quid in cura mobendum liquet, Durities poſtulat emollientia; Obſtructio aperientia, Debilitas roborantia, quæ moderate tamen adſtringant, craſſitiem humorum incidentia, & attenuantia. Vehementer calafacientia & ſiccantia (à tumore frigido indicata) vitanda, ne, ut *Galenus 9. K.T. c. 2.* monet, impactus humor magis craſſeſcat & induretur, tenuioribus partibus per halitum reſolutis & relictis terreis.

Oportet igitur 1. Primas vias exonerare, Præparantibus & aperientibus uti, 3. purgare, 4. aperientia & vacuantia ſæpius iterare; Non neglectis quæ foris emolliunt, incidunt, attenuant, digerunt, & modice adſtringunt, quo viſceris ſervetur tonus. *Sebiſius.*

19. *Reſpicit ea quæ ſcirrhus Hepatis*) Curatio ſcirrhi Lienis, eadem omnino eſt cum ea quæ pro Hepatis ſcirrho ſunt propoſita: Quia tamen per gradus ineunda curatio eſt, & à mitioribus ad valentiora progrediendum, ea prius remedia uſurpanda erunt, quæ Obſtructionibus alterutrius convenire diximus: Et inter medicamenta chalybeata ibidem laudata maxime conveniunt Pilulæ ex *chalybe, ammoniaco*, aliiſque compoſitæ, in Obſtructione Hepatis deſcriptæ: Ex remediis vero prò Hepatis ſcirrho propoſitis magnó in pretio habendæ ſunt Pilulæ ex *aloe, ammoniaco & mercurio dulci*: quæ ſi abunde non ſatisfaciunt, Opiata ſequens utramque paginam implebit, niſi morbus ſit prorſus incurabilis.

℞. *Gumm. ammon. opopan. bdell.* āā. ʒ.j. *diſſolvantur in vino albo colentur, & coquantur; adde conſ. Hamech. & diaphœn.* āā. ℥ij. *cathol. duplic. unc.* ß. *Pilul. fœtid.* ℥ij. *f Opiata, de qua capiat unc.* ß. *addendo mercur. dulc. gr. xx. continuando per plures dies conſequentes, ſicque durities & humor evaneſcet.*

Ac præter illa remedia & præcepta, in prædictis curationibus propoſita, ſequentia obſerventur. 1. Quod de *ſanguinis miſſione* valde dubitetur, Hæc tamen difficultas reſolvitur, concludendo eam convenire poſſe initio: minime prodeſſe morbo inveterato. 2. ad ſpecifica remedia veniendum, *urticam mortuam, &c.* 3. Præter Fomenta ibi enumerata, *Aquapendentem* in Chirurgia abdominis fotum ex ſpongia in aqua calcis expreſſa admotum prædicare, eoque ſcirrhum & Lienis & hydropem curatum aſſerere. 4. præter ungu. propoſita ad experta tranſeundum. *Riverius.*

20. *Tollitur magnetice*) Tinca piſcis & hepati & lieni medendo communes laudes obtinet, In Ictero quidem iſta ſine dubio agendi ratione, quod (1.) actuali frigiditate ardorem viſceris temperet, a conſiſtentibus humoribus ibidem prònatum, (2.) domito frigore & calore corporis jam excitato, poris magis laxatis ab humido conjuncto, facilius invitati humores ſubcutaneos bilioſos, ut in aliud quoque hoc corpus inigrent, idque hinc cum ſucceſſu non invalido, qualia exempla vidimus ipſi. Pertinent huc de Splene memoriam à Cl. *Deodato Panthes hyg lib. 1. cap. 11.* qui ſcribit Patavii ſe obſervaſſe Tincam piſcem lienis tumori vivum alligatum tumorem abſtuliſſe, & ea quidem vehementia, ut citra ægri periculum, ob nimiam attractionem diutius detineri non potuerit: Sic & *Matthiolus præf. comment. in Dioſcorid* ſcribit *hemionitidis* contactu ſpleneticos ſanatos ſcimus. *Wedelius A. m. m. p. 175.*

Novi hic Nobiliſſ. Virginem, quæ certam pollicetur opem in affectionibus Lienis, ex applicatione *verbenæ contuſæ*, eo quod hac poſt aliquot horas remota, rubor adhærens conſpicitur; quamvis nullum effectum unquam animadverterim, rubor autem ille non à ſanguine attracto provenit, ſed proprios eſt verbenæ ſuccus, qui ex contuſis exprimitur.

21. *Per tranſplantationem, &c* Ex *Th. Bartholino cent. 3. hiſt 86.*

22. *Digerentia laudantur*) Seu Reſolventia, quæ divina ſunt remedia omnium morborum chronicorum, quorum ſane pars non eſt exigua, & quæ talia ſunt polychreſtorum merito nomen merentur; Adeóque hoc fine amurcam venarum abſtergunt, ſanguinis & reliquorum humorum motum reſtituunt, promovent, cuncta pervadunt, flatus incarceratos, concretoſque humores & ſcirrhum minantes tartareos ſucceſſive collectos & impactos reſolvunt. *Wedelius Am. m. m. p. 133.*

22. *Inter digerentia laudantur intra*) Suppoſita totius purgatione, quod *peculiaria medicamenta*; pulvis *lienis aſini* ſatis efficax eſt, ad abſumendum materiam ſcirrhi, ſi intro aſſumatur à ℈ß. ad ʒij. & ut perducatur ad lienem addantur unc. iv. vel vj. *vini albi*, tenuis ſubſtantiæ, generoſi, niſi febris prohibeat, ſic enim prius occurrendum eſſet febri, *lib. 9. K.T.* Primis diebus macerentur *radices altheæ & capparum* cum *fol. ceterach.* Eodem modo uti poſſumus pulvere *hepatis lupi, ciner. veſpertil.* ad ʒij. cum *aceto mulſo*, vel cum aceto *ſcill.* Et cum liceat per plures dies exhibere, vel in aceto, vel in mulſa, macerentur medicamenta jam propoſita; Obſervetur etiam, ſicut in lue venerea, ut ſingulis decem diebus, aliquod medicamentum elective ducens exhibeatur: Præſtabit etiam ut alternis diebus adminiſtrentur clyſteres ex *albo veratro*, horum enim

beneficio materiæ, quæ aliqua è parte funditur, extrahitur ad inteſtina: Dabuntur etiam Pulveres *à praſio*, *tamariſco*, magis prodeunt ſi cum *vino* chalybeato exhibeantur, Antiqui hoc proponunt efficaciſſimum, quod tamen nunc non eſt in uſu.

℞. *Semin. erucæ* unc. ß. *piper. ammon. ſpicæ, ſcolop.* ãã ʒij. arida cribrentur, *ammoniacum* diſſolvatur *in aceto ſcyll.* fiant Pilulæ, quarum dozis à ʒß. ad ʒij. exhibeantur unc. v. in *aceto* vel *mulſa*.

Ætius propoſuit admirabile, quod nos hoc modo poterimus, præſcribere.

℞. *Rad. cappar. tamariſci*, *limat. chalyb. præpar.* ãã. ʒvj. *ammon* ʒj. *ſem. ſecuridac.* ʒß. *ſtæch. ab ſynth.* ãã. ʒiij. *ſcolop.* ʒx. f. Pilul. dozis à ℈j. ad ℈iv.

Eſt efficax propter *chalybem*, ut ſufficiant ℈iv. Exhibeatur cum ℔ß. *vel aceti*, vel *vini fortiſſimi*.

Medicamentum omnium fortiſſimum in ſcirrho valde contumaci.

℞. *Limat. chalyb.* ℔j. *maceretur in aceto acerrimo* (in quo maceratæ ſint *radices alth. aſparagi*) ponatur ſub radiis ſolaribus, aceto poſtea rejecto exiccetur limatura, & redigatur in pulverem tenuiſſimum, hujus ergo chalybis ita præparati.

℞. *Pulv. ſecuridac. guaiaci, zarzæ, ceterach. tamariſci*, *rad. cappar. ſerpilli*, *ſalis theriac.* ãã. ℥j. *vini*, vel *aceti*, vel *poſcæ* ℔j. Imponantur hæc omnia vaſi vitreo, & vas ponatur ad radios ſolares vel in hypocauſto, & quotidie ſæpe agitetur, ut fiat optima commiſtio, idque per x. xv. aut xx. dies. Doſis ab unc. ij. ad viij pro materia & magnitudine ſcirrhi, vitium tamen ratione auſpicandum à minima dozi, & ſenſim per mediocrem ad ſummam aſcendendum.

Actu calidum, non frigidum exhibendum, quin ſit indicata paſſio materiæ reſiſtentis? Bibat autem patiens hoc medicamentum decumbens in lecto per horam in latere ſiniſtro, deinde ſurgat, ambulet, & ſe exerceat ad ſudorem. Poſt integram corporis purgationem, ſumat per v. horas ante prandium, & per plures dies, donec omne illud vinum abſumatur, Tota quantitas ſit ℔xij. vini, quia adeſt præſentia virium & nihil prohibet. *Capivaccius*.

Ad Lienem induratum, mihi ſemper ex voto ſucceſſit *abſynth. Rom. decoctum* mane epotum, felicius ſuccedet, ſi aqua fabri ferrarii poſt cibum detur. *Bariçellus*.

Spiritus tartari junctus ſpiritus ſalis armon. maxime prodeſt ſumptus & admotus. *Joh. Pet. Faber Univ. Sap.*

Tartarus vitriolatus inter omnia partes principes obtinet. Item *vinum martiale*, item *ſpiritus vitrioli tartarizatus*, *& ſpiritus vini tartariſatus*. *Grulingius Pr. l.7.c.3.*

Mire probatur *ſuccus allii ſylv. exſiccatus & pulv. hujus*.

℞. ℈j. *ammon. aceto ſcyll ſoluti* F. Bolus dandus 4. horis ante cibum, & ſtatim unc. ß. oxym. propinetur. *E. Rudius ex Celſo*.

Magiſterium, (ſacch.) *ſaturni* in ſcirrho & obſtructione ſplenis, ſpecificum eſt medicamentum *Ang. Sala*.

Efficaciſſimum eſt *decoctum ligni tamar.* ſi in aqua chalybeata coquatur. *J. A. Schmiz. p. 207.*

Mirifice conducit urina propria ſæpius bibita. *Veickardus*.

Eſſentia ferri curando Lieni ſcirrhoſo ſummopere prodeſt; *Ferrum* autem igne convertitur in *crocum*, *crocus diſſolvitur in aqua mercurii* & per rectificationem diſſolutionemque ſæpius iteratam, in veram & rubicundiſſimam eſſentiam acceni ſaporis convertitur, quæ mira in ſcirrhoſis tumoribus lienis hepatiſque diſſolvendis præſtat, datur ad ℈ß. aut guttulas xij. in juſculis *ſcolopendrio* aut ceterach alteratis. *J. P. Faber Path. ſpag. c. 46.*

Eſſentia dicta *ferri* plane philoſophica eſt, ſi per *aquam mercurii*, menſtruum illud univerſale, ex philoſophia adepta petitum hic intelligamus, cujus medicamenti tanta vis eſt, ut calamo condigne exprimi nequeat; Videatur *Schroderus*, qui varias præparandi hunc *ſpiritum*, ſeu *aquam mercurii* rationes ſeu *Tincturas martis*, ex *Crollio*, *Hartmanno*, & aliiſque petendas. Hæ autem Eſſentiæ, ſeu Tincturæ (ex quibus nobilior, excepta philoſophica, nobis videtur quam *Faber* in *Myrothecio* habet) iis dotatæ ſunt viribus, quæ ſanguificationis organa peculiari ſolatio ac robore recreant. *Chr. Langius*.

23. *Inter digerentia laudantur infra*) *Spiritus Mercurii* eſt potiſſimum & præcipuum tumoris hujus curandi arcanum, ſi ad quantitatem guttularum x. vel xii. cum aqua appropriata aut ſpiritu vini aſſumatur, *Spiritus tartari* etiam cum *ſpiritu ſalis armon.* conjunctus maxime etiam prodeſt tum aſſumptus, tum extra admotus, & regioni lienis applicatus. *Faber*.

Spiritus mercurii à virtute heroïca ante notus, proculdubio etiam vi ſcirrhos quoque expugnare valet, *Spiritus* autem *ſalis armon tartarizatus* quomodo parandus caput ſuperius docet, Hic ſane ſpiritus compoſitus ſi ſedulo uſurpetur, eſt inſigne deoppilatorium, & medicamentum in omnibus chronicis affectibus utiliſſimum, habetque vim penetrantiſſimam excrementitios, craſſos tartareoſque, hoc, eſt viſcidiſſimos humores in hypochondriis ſtabulantes incidendi, attenuandi, efficaciſſime reſolvendi ac diſcutiendi, hinc obſtructionum contumaciam reſerando viſcerum, lienis ſcirrhos ex ſententia tollit.

23. *Digerentia laudantur*) Huc refer *Lienem equinum*, prius *vino* elutum & in fumo adeo exſiccatum, ut pulveriſari queat; *Cochlearum cineres* ſpleni quoque quidam accommodant, quos cum pulvere *ſemin. lini & urticæ* propinatos, illud induratum emollire ſcribunt. *Stercus anſerinum*, *pavoninum* maxime ſiccatum ſimiliter exhibent, cui & alia nonnunquam commiſcent, ut minus cognoſcantur. *Platerus*.

24. *Laudatur Intra*) *Internis remediis accenſenda Purgatio.* Purgatur corpus ſæpe in menſe, ter vel quater, *Mercurio dulci*, ad ʒß. cum *conſerva roſat.* aut *violar.* dato,

24. *Laudantur Intra*) Anno 1684. toto autumno & parte hyemis laboraverat febre duplici tertiana piſtor quidam nomine *Du Villars*, quam fovebat hepatis intemperies & obſtructio, ab utraque moleſtiâ liber fuit, uſu juſculorum ex naſturtio aquatico per plurimos dies.

25. *Lamii ſeu urtica mortua*) Inter ſpecifica remedia commendatur à *Solenandro & Fonſeca urtica mortua*, quæ *Galeopſis* dicitur, ſeu *Lamium Plin.* Itali *herbam Lienis* appellant, Hanc cum vino tenui decoctam ad unc. j. exhibent, vel Pulveris illius ʒij. cum eodem vino, aut alio liquore idoneo feliciſſimo ſucceſſu. *Riverius*.

26. In

13. *In aqua chalybeata*) Inter ea remedia quæ Lienem & ſpleneticos ab obſtructionibus liberare reperta ſunt, mihi ſemper ex voto ſucceſſit *abſinthii Rom.* decoctum jejuno ſtomacho epotum, quod à *Celſo*, ſumme commendatur, ut autem id felicius ſuccedat, poſt cibum aqua fabri ferrarii, in qua pluries ignitum ferrum extinctum ſit, Lienoſis præbenda eſt; Experientia id totum manifeſtavit: animalia enim apud hujuſmodi fabros enutrita, ob ejus potum exiguos habere lienes obſervatur. *Benvenius* civem Florentinum per ſeptennium ſplenis ſcirrho male affectum curaſſe gloriatur, atque ſolo eſu *capparum* & aqua eadem perſanaſſe. Debent tamen hæc remedia multo tempore uſurpari, ut ſcopum attingant.

14. *Externe*) Ad *veſicatoria* interdum deſcendendum in ſcirrho contumaci, quatuor vel quinque & ſatis vehementia: Appliquanda autem quando adeſt præſentia indicantis, nimirum materia ſcirrhi; & quando nihil prohibet, ut eſt corporis repletio, & immoderata materiæ durities, unde totum prius purgandum, & materia emollienda, Tamdiu iis utendum, quamdiu adeſt præſentia indicantis, niſi aliud prohibeat; Virtus non permittit ut diutius ſerventur, quam x. aut xv. dies, tunc enim claudantur; & poſt factam conſolidationem, quieſcant ægri per xv. aut xx. dies, poſtea iterum applicentur, quia non excitabitur tantus dolor; Ubi agendum ſumitur à ſubſiſtentia indicantis materiæ in liene; applicanda igitur abdomini ſiniſtro, circa lienis ſedem.

Sed ob ſcirrhi contumaciam etiam ad Cauteria accedendum, quæ ſunt efficaciſſimum remedium, alias hydrops ſequitur, non enim ſufficit *ol. de cappar.* nec diachylum in aceto maceratum, *Ætius* & alii in affectibus Jecoris ad cauteria aſcendunt, ergo hæc Lien, ut membrum minus præſtans, multo magis ſuſtinet; Cauteriis autem dupliciter uti poſſumus, 1. ratione materiæ quæ nondum cauſat, nec fovet ſcirrhum, & tunc fonticuli excitabuntur in cruribus, potiſſimum in ſiniſtro, 2. ratione materiæ quæ actu cauſat, ſcirrhum; de quibus potiſſimum loquimur. Cauteria ergo pro magnitudine tumoris plura vel pauciora inurentur. Et hæc proprie dicuntur Cauteria, quorum beneficio fit evacuatio non revulſio, unde crurum ulcera non ſunt proprie cauteria; Urentur autem quando adeſt præſentia indicantis, id eſt, quando malum aliis medicamentis & veſicatoriis non cedit, Cauteria autem diutius aperta teneri poſſunt quam veſicatoria, & fiant ferro candenti vel cauſtico, Applicentur regioni lienis, immittatur pila ex ambra, cinere potiſſimum è radice vel medulla arundinis aut ebuli, & imponatur frequenter pulvis veratri nigri, ſi æger ferre poteſt, item veratri albi.

Porro non confugiendum ad veſicatoria & cauſtica, propter moleſtiam, niſi quando aliter fieri non poteſt. *Capivaccius.*

14. *Externe*) Siniſtro hypochondrio Topica admovenda ſunt, circa poſteriora magis, cum Lien ventriculo ſubjaceat, Et verſus ſuperiora, cum ren ſiniſter illi ſubjaceat. *Platerus.*

15. *Externe inter emollientia*) In duritie & ſcirrho viſcerum, Hepatis præſertim.

℞. *Ol. lilior. irini*, ā°. ℥j. *ol. amygd. dulc. chamem. vel aneth.* aut de *melilot.* āā. ℥ß. *axungia gallina vel anſer. medulla crur. vituli vel cervi* āā. ℥j. *ſucci irid.* ℥ij. *ſucci apii ſeu petroſel.* ℥j. *gummi ammon. diſſol. in aceto* ℥vj. *coqu. ad conſumpt. ſuccorum, adde pulv. rad. cyclam. & bryon.* āā. ʒj. *rad. aſari* ʒß. *ſpica* ℈j. *cera q. ſ. fiat Linimentum.*

Olenm in quo *rad. cucum. agr. bryon. cyclam. lilior. bulbi*, addito *vino* & parum *aceti* coxerint inunctum, valde efficax eſt.

Si Lien induratus ſit

℞. *Ol. irin.* unc. iij. *ol. cappar.* unc. ß. *ſucci mercur. ebuli, vel ſambuc. aceti* unc. j. *g. ammon. diſſol. in aqua vita, bdellii vel galbani* āā. ʒvj. *opopan.* unc. ß. *coqu. ad conſumpt. ſuccor. adde pulv. rad. cucum ſylv. cyclam.* āā. ʒß. *aſari* ʒß. *cera q. ſ. f. Unguentum.*

Uſitata Ungu. & Emplaſtr. pro viſceribus induratis ſunt Ungu. *Dialth. Empl. de melilot.* quæ efficaciora ſunt, ſi *gummi* prædicta addantur.

Item *Empl diachyl. ireat. & gummat. Ceroneum Polyarchon Galeni.*

Cataplaſmata præcipue uſurpantur, quæ cum admodum emollire volumus, parantur ex *rad. lilior. cappar. allii, ſcilla, bryon. cyclamin. dracunculi, irid. raphani, ſemin. lini, fænugr. fol. braſſica, hedera. abſinth. centaur. flor. ſambuc. melilot. chamom. ficubus, paſſulis*, decoctis in *vino, aceto* & oleo, addita *far. cicer. vel lupinor.* & *Lienis* cauſa, *rad. cappar. fol. ceterach. tamar.* Et cum diſcutere ſimul volumus, *aſatid. lapid. teucrium, linguam canis, urticam, pulegium*, eaque omnia decoquendo in *vino, aceto, & oleo*, & contundendo cum *far. lupinor.* vel cicerum: *Cicuta*, vel *hyoſciamus* coqu. in *oleo lini* vel *amygd. d.* admota juvant.

Item *rad lilior.* eodem modo coctæ & contuſæ, quibus *gummi, olea, pulvereſque* convenientes addi poſſunt.

Splen vulpis vel *hædi*, applicatus, integer vel contuſus laudatur; *Sanguinem qui è vena poſt aurem* ſecta emittitur, inunctum lieni, veteres laudant.

Lapis molaris, ſive *pyrites* aut alius ſiliceus durus *candens*, ſi in *aceto acerrimo* extinguatur, pannisque linteis involutus, ſpleni duro ſæpe adhibeatur, illum emollit, vel ſi ab iiſdem *lapidibus candentibus aceto* aſperſis vapor elevatus pannis excipiatur, & cum illis ſic lateri admoveatur, vel vapor ipſe latere excipiatur. *Aſium lapidem* cum *calce viva* ex *aceto* illinere jubet ſplenis regioni *Diojcor. Platerus.*

Extrinſecus probantur Emollientia, quæ conficiuntur ex *ammon. bdellio, adipibus*, medullis. Unde extat *diachyl. ſimplex*, cum *gummis*, Emplaſtr. de meliloto efficaciſſimum eſt: Hinc aſcendendum ad *extenuantia*, ut ſunt *ſtœchas cappares, tamariſc. naſturtium, myrrha*, Item ad fortiora, ut ſunt *ſinapi, colocynth. veratrum album & nigr.* Licet uti luto *D. Petri, D. Helenæ*, quia magis reſolvunt quam emolliunt; Valet *Ceratum ſacr.* Empl. *Cerine*, maxime probatur ſuffumigium è *lapide molari* vel pyrite, vel ſuper lapidem ignitum projiciatur acetum, in quo macerata ſint prædicta emollientia: Et cum reſolvere volumus, in aceto maceranda ſunt diſcutientia, propoſita præſertim dictamnus.

Cæterum cum Lien debeat ſuccum melancholicum attrahere, concoquere, expellere, opus eſt ut ejus calor conſervetur, qui ab emollientibus & diſcutientibus reſolvitur, quare permiſcenda leniter adſtringentia, ut *oleum maſtich. abſinth.* cap. 2. lib. 9. κ. τόπ. *Galenus* tali utitur medicamento.

℞. *Myrrh. manna, thur.* āā. ʒiij. *ſinapi, naſturt.* āā. ʒij. *aceti ſcill. q. ſ. Sinapi & naſturt.* contundantur & cribrentur, *manna, thus & myrrha diſſolvantur in aceto, & redigantur ad formam Empl* Efficaciter ſcirrhum lienis diſſolvit. *Capivaccius.*

Efficaciſſimum eſt præſcriptũ pro emolliendo & digerendo tumore lienis, applicãdo *ammon. aceto ſol. & cum*

ol. amygd. d. cui addatur pulvis ex agrimon. veratro utroque. Crato.

Ceratum meum de *Ammoniaco* plurimum emollit & reſolvit, ut pro arcano habeam.

℞. *G. ammon. acet. ſol.* ℥j. *ungu. dialth. Empl. de melil.* āā. ʒß. *furfuris tritici.* ʒj. *pulv. rad bryon. ireos* āā. ℥ß. *pingued. anatis, anſer. gallinæ* āā. ʒiij. *bdell. galban.* āā. ʒiß. *ol. irini* ʒiß. bulliant *leniter in mucilag. ſem. lini, fœnugr.* āā. *q. ſ. adde cera* ℥ß. *tereb. reſin. pini* āā. ℥j. f. ceratum. *Foreſtus.*

℞. *Pellis recens extr. ex vitulo novo*, aut *ariete parvo, coque lento igne in aqua ad remanentiam* ℔j. *craſſi & viſcoſi hujus. Decoctis adde ſucci nicot.* ℥iij. *ſucci ebuli* ℥ij. *aceti ſcyll.* ℥iß. *ol. cappar. amygd. am.* āā. unc. ij. *vini albi gen.* aut *Hippocr.* unc. ij. *ferveant ad conſumptionem ſuccorum, & vini, in fine adde ammon. aceto ſcill. ſoluti* unc. iij *pulv. cort. tamariſci, cappar. & flor. ſamb.* āā. unc. ß. *M. F. unguent.* Teſtor me hoc auxilio ſcirrhum lienis induratum omnino complanaſſe, *C. Caldera de Heredia Illuſtr. p. 61.*

Mirabile eſt hoc Ungu.

℞. *Ol. comm.* ℔iij *med. crur. bub.* ℔j. *butyr. rec.* ℔ß. *ſucci bryon. cyclam.* āā. ℔j. *bulliant lente ad conſumpt. ſuccorum, Colat. adde cera citr.* ℥viij. *adde pulv. ceterach. cortic. cappar. tamariſc. agni c.* āā. ℥iij. M. F. Ungu. *Amatus cent 1. cur. 86.*

Empl de ſimo capr. reſolutum *cum pulvere fol. marrub. amaranth. cinere ſarment.* Vino & pauco aceto efficax eſt. *J. David Rulandus Pharm. Nov. p. 83.*

Accepi *Bubonem vivum elixum in oleo oliv. rec. ut Ungu. redigatur.* Duritiem ſplenis omnino ſanat. *M. Ant. Zimara.*

16. *Valet Unguentum*) Sequens tanquam mirabile laudatur ab *Amato*, cujus uſu ſe ſcirrhum lienis curaſſe gloriatur, ſeque à Medicis Ferratienſibus accepiſſe refert; quia vero nimia eſt illius quantitas pro uno ægro, poterit ſic imminui.

℞. *Olei comm.* unc. iij. *medulla crur. bovis* unc. j. *butyr. rec.* unc. ß. *ſucci rad. bryon. & Cucum. agr.* āā. unc. iß. bulliant lento igne *fere ad conſumptionem ſuccor. colat. adde cera citr.* unc. j. *pulver. ceterach. cortic. cappar. tamar. & ſemin. agni caſt.* āā. ʒij. f. Ungu.

17. *Emplaſtrum ejuſdem*) Præter Empl. in ſcirrho Hepatis propoſitum, ſequ. ſunt efficaciſſima.

℞. *G. Ammon.* unc. iv. *diſſolv. in aceto forti colentur, bulliant, ad conſumptionem aceti, cum pauca cera* f. Empl.

℞. *Cicuta m. iv. ammon.* ℔ß. *infundantur in aceto dies viii. dein bulliant dum ammon. ſolvatur, hinc per pannum lineum valide exprimantur, iterumque expreſſus liquor bulliat parum, & adjecta cera ac oleo amygd.* f. Empl.

℞. *Succi malva, creſſon. caulium & rad filic.* āā. unc. ij. *gummi ammon.* unc. iv. *aceti parum, Diſſolve ſimul lento igne, poſtea coquantur ac colentur, tandem recoquantur ad ſyrupi conſiſtentiam. & cum* unc j. *olei cappar. & cera q. ſ. f. Sparadrap.* regioni lienis applicandum, & tertio quoque die renovandum.

Aquapendens in Chir. Lienes induratos ſequenti Emplaſtro pluries ſanatos fuiſſe aſſeverat, quod fit ex duabus partibus *ammoniaci in aceto diſſolv.* una *ſucci nicotian.* una *reſina pini, terebinth. & ſucci ebuli*, una *olei de cappar. & cera nova* q. ſ. ad Cerati ſeu Emplaſtri formam adipiſcendam. *Riverius.*

Empl. *ex rad cyclam. ol. cappar.* mirum in modum lienem attenuat & diſcutit. *Solenander.*

Emplaſtro hoc ſæpe cum commodo uſus ſum

℞. *Caricar.* ℥. ij. *bdellii, opopanac.* āā. unc. ß. *ſtercor. capr. far. fœnugr.* āā. unc. ij. pulv. *rad. cappar. pentaph.* āā. ʒiij. *Carica, bdellium & opopan.* aceto acerrimo madefiant, reliqua addantur. *Cr. à Vega.*

17. *Emplaſtrum ejuſdem*) Empl. *ex. Ammon.* additis & aliis gumm. generibus, in *aceto forti diſſolut.* lienis duritiem emollit, addito pauco oleo ſpicæ ad meliorem penetrationem. *Platerus.*

18. *Mandragora*) Hujus radix cocta in *oleo lini*, vel *amygdal. dulc.* & aceto efficaciſſimum remedium, *Platerus.*

19. *Differentiæ* ſunt eædem, quæ ſcirrhi epatis.

I. Alius eſt *Recens*, qui dolore ad jugulum uſque ſe extendente affligit, & 20. apertione hæmorrhoidum cæteris paribus, curari poteſt.

Alius *inveteratus*, qui omni dolore caret, nec facilè hominem, niſi epar in conſenſum trahatur, tollit.

II. Alius Lienem duntaxat *ſecundum ſuam ſubſtantiam* afficit, qui etiam lienis figura circumſcribitur, quamvis & hic 21. interdum ſecundùm longitudinem, ut teres appareat; interdum ſecundùm latitudinem, interdum ſecundùm omnes dimenſiones intumeſcat. Alius in *alias quoque partes vicinas* effunditur, ut omnem plerumque ventris ſiniſtram regionem complectatur.

19. *Differentiæ ſunt*) A forma non ſumuntur differentiæ niſi ſecundum magis & minus, ut ſcirrhus maximus poſſit exquiſitus cenſeri, Niſi qui forte dicat, eum eſſe morbum frigidum, & ſic eſſe magis vel minus frigidum. Ratione Tumoris, hic eſt morbus, vel qualitas mutata; Neque à ſubjecto ſumuntur differentiæ, niſi dicamus Lienem affici, vel magis vel minus, ſecundum partem unam quam alteram: ab Efficiente ſumuntur Differentiæ, humor enim durus plurimum eſt melancholicus, interdum etiam pituitoſus, rarius ſanguis vel bilis. *Capivaccius.*

Poſtremam hanc differentiam, ab efficiente petitam quod ſpectat, ſciendum non alium in Liene reperiendum humorem, præter eum qui per vaſa in eum tendentia defertur, ſunt autem hæc *arteria* ſanguinem invehentes, *vena* eandem revehentes, *Nervos* ſpiritus animales afferentes, & *vaſa Lymphatica*, lympham, hinc ut differentiæ, ab *efficiente* petendæ, ſtatuendæ tantum ſint in lympha, vel ſanguine atque hoc, aut bilioſo aut pituitoſo, aut melancholico,

Scirrhus Lienis, eſt vel πρωτοπαθῶς vel ὑστεροπαθῶς: Eſt recens vel inveteratus, occupat vel lienem totum, vel aliquam duntaxat ejus partem: Tantus nonnunquam, ut omnem abdominis ſiniſtram regionem occupet. *Sebiſius.*

20. *Apertione hæmorrhoidum*) Vena ſecanda eſt, ſi ſanguis redundet, ſi virtus ſit robuſta; quare inter

initia

initia ſcirrhi ſanguis mittendus, tunc enim duo propoſiti ſcopi adeſſe poſſunt, non autem quando eſt progreſſus, quia hydrops ſequeretur: Secanda autem baſilica ſiniſtra, Et ſi virtus non ſit admodum conſtans, ſalvatella ſiniſtra, vel aperiendæ hæmorrhoides. *Capivaccius.*

21. *Interdum ſecundum longitudinem &c.) Hildanus cent.2.obſ.45.* meminit Lienis in fœmina immenſæ magnitudinis, duri & inferiore parte verſus ilium rotundi, ſanguine aduſto pleni: Iſta fœmina credebat ſe fœtum mortuum geſtare, rotundum Lienis tumorem, infantis caput æſtimans: In Dom. de *Harſy Iuriſconſulto*, inſigni ſplenico, eminebat tumor in abdomine, ſiniſtro latere mediocris pomi magnitudine, indolens, quid rei eſſet hæſitabant Medici, cum diſtaret à Lienis regione in ſtatu naturali, Eo mortuo apparuit ecphyſis ſive tumor dimidii pomi magnitudine, ſummæ & anticæ Lienis parti attenſus.

•. *Alius in alias quoquè vicinas partes effunditur) Quibuſdam ſplen deorſum vergit, ut pedes & genua & manus incaleſcunt, naſus & aures ſemper frigent; Num propter hoc quod tenuis illis inſit ſanguis? Num etiam talem naturali habent?* Inquit *Hippocrates 6. Epid.ſ.3.* melancholicum ſanguinem ſeroſum & tennem eſſe conſtat, quod lienoſi tenui ſanguine abundare deprehendantur, cum Lien membrum adeo melancholicum ſit; Eſt vero non totus tenuis (nam quomodo poſſet eſſe fæculentus) ſed ut vitioſum lac, quod mediocris ſucci expers, fere reſolvitur in caſeum & ſerum; Talis cum ſit qui colligitur in Liene, accidit ut craſſus & fæculentus in inferiora, & tenuis ac ſeroſus in ſuperiora repat; Unde videmus his venas in cruribus & imo ventre nigreſcere & craſſeſcere, ac nonnunquam hæmorrhoidas craſſum fundere, & ex nare ſiniſtra ſanguinem tenuem & aquoſum copioſè exire. Hinc etiam fit, quod *Hippocrates* nunc animadvertit, ut in his pedes, manus, ac genua caleant, ob fæces illas ſanguinis putreſcentes, Et extremitates capitis frigeant, ob redundantiam ſanguinis aquoſi: Non tamen hoc Lienoſis omnibus æque, ſed iis magis quibus Lien eſt declivis; Qualis autem ſit qui talis, & qua cauſa hæ fiant, ſequentibus verbis declarat.

Lien durus non ſuperiore, ſed inferiore parte, rotundus, latus, craſſus, longus, tenuis, Dixit *pedes, manus ac genua incaleſcere, naſum & aures frigere ſemper*, in quibus Lien eſt declivis. Explicat nunc qualem vocat *κατωφερέα*, hoc eſt, *declivem*, Eſt autem cujus durities & tumor ad infernam partem ſpectat, Nam tametſi Lien tranſverſe poſitus ſit ſub ſepto tranſverſo, in ſiniſtro hypochundrio, ob mollitiem & laxitatem naturalem, tumere poteſt in omnem partem, & mirum in modum creſcere p. o. ut aliquando infra umbilicum manibus comprehendi poſſe videatur: Differentiæ ergo Lienoſorum deſumuntur ex parte Lienis, in quam præcipue inclinat tumor, & ex tumoris figura; Quibuſdam enim tumor magis ſuperna pars, qua ſeptum eſt; aliis inferna quæ ſpectat ad umbilicum; Rurſus quibuſdam eſt tumor rotundus, aliis in longum productus, Declivis ergo eſt, cujus tumor humilem partem tenet, Cujus duæ ſolent eſſe figuræ, Quibuſdam enim ſentitur eſſe Lien durus, non ſuperna ſed inferna parte, & teres, latus ac craſſus, hoc eſt magnam amplamque rotunditatem ibi habens; Aliis longus & tenuis, h.e. in longum productus, & durus ac anguſtus, ut quidam muſculus.

Et hæ differentiæ non ſunt omnino contemnendæ, cum enim hypochondria ea parte ſita ſint, qua ſuperiores corporis partes ab inferioribus ſeparantur, merito fit ut infernæ eorum partes cum infernis, & infernæ cum ſupernis habeant magnam ſympathiam, cum ergo tumor obſidet ſupernam Lienis partem, ſupernas afficiet, & difficultatem reſpirandi faciet, & fluxum ſanguinis craſſiora ex naribus magis faciet, & cujus curatio miſſo ex ſiniſtra manu ſanguine melius ſuccedet; Cum vero obſidet infernam, afficiet potius inferoam, ut renem ſiniſtrum, & ad hæmorrhoidas aut varices inclinabit, potius ſanguis craſſus, cujus curatio procedet potius ex ſiniſtro crure miſſo ſanguine, ut conſtet hinc etiam ad rationem curandi conferre plurimum dictas Tumorum Lienis differentias.

Conſtat præter dicta, Cur iis quibus Lien eſt declivis, potius quam aliis lienoſis frigeant capitis extremæ partes, & manus, pedes ac genua caleant, Nam quibus tumor in ſuperna parte Lienis eſt, venæ quoque ſurſum eo latere ſpectantes, plenæ ſunt & tument, deferuntque in caput craſſum ſanguinem, qui eum obſtructus inculcatuſque putreſcat, calfacit partes ſupernas in quas vergit, humiles vero tunc inopia caloris laborant; Quibus vero tumet infernus Lien, venæ inferiores eo ſanguine tumentes calorem communicant extremis corporis partibus, præcipue humilibus; ſuperiores vero venæ deferunt in caput ſerum, ſanguine velut caſeo deorſum ſubſidente, quare merito partes extremæ ad faciem ſpectantes rigent. *Wolleſius comm. in cit. Hippocr. locum. pag. 614.*

Diverſus.

III. Diverſus à ſcirrho *magnus lien*, qui ita tumet, ut tumor, qui ad tactum mollis & quaſi fungoſus, à coſtis nothis incipiens, propè os pubis deſinat, lineam albam in ſupino ægro proximè attingat, vacuum ſpacium inter coſtas & ſpinam ilii impleat, & provoluto dextrorſum corpore, facilè eo prolabatur: affligit quandoque & oris ſiccitas, quia intercepto à liene ſero ad ductus ſalivales nihil confluit.

Evadit talis quando in magnitudine excedit, & 21. juſto laxius parenchyma ſeu ab ortu, ſeu poſt ſortitur. Sic enim facilius humiditates imbibit, quas vel ſanguis arterioſus quô lien abundat plus æquo fluidior, vel lymphatica vaſa ſubminiſtrant; vel etiam morbus præcedens per *μετάστασιν* depoſuit: Solet nempe quandoque poſt quartanam infeſtare: *Curaturque Evacuatione* per vomitum, alvum & urinas.

Quod ſi laxatis nimiâ morâ fibris, collectum in ſpongioſo parenchymate ſerum exprimi non poteſt, *ſcirrhus*, fit tunicâ etiam ita condenſata, ut corium bubulum craſſitie æquet. Laudantur ergò in eo *diuretica*, ex quibus *pulvis ononidis*, & ſudorifera: notaturque quendam urinis nigris per aliquot dies effuſis, ſanitati reſtitutum. Vide *Bartholini Cent.IV. Epiſt*, 13. & 14. Abit verò & hic à *lienibus magnis* Hippocratis.

De Magnis Lienibus.

22. *Diverſus à Scirrho magnus Lien)* Magnitudo Lienis in hominibus diverſa eſt, pro corporum & conſtitutionum diverſitate, Plerumq; longitudinem habet ferè ſex digitorum tranſverſorum, latitudinē trium, craſſitiem pollicis; In morboſis corporibus interdum enormē acquirit magnitudinē, ita ut ejus protuberātia extra coſta

ſentiri & videri poſſit, Sic qui humidas regiones incolunt, & aquas paludoſas bibunt, magnos Lienes habere ſolent; *Lindanus* refert Friſiorum vulgus, quòd pro potu quotidiano lacte ebutyrato & acido, plerumq; magnos habere Lienes. *Ætius lib.7.c.10. & 16.* ſcribit hoc viſcus in Lienoſis nonnunquam longitudine ſua uſque ad inguen pervenire, & latitudine jecur contingere: Exempla vide apud *Veſalium l. 5. Anat. c. 9. Cabrolium Obſerv.7. Columbum Anat.lib.15.* Sed tanta magnitudo rara eſt, Interim quo viſcus hoc majus eſt, eo pejus degit homo, ejuſque corpus extenuatur, quia ab eo non ſuppeditatur materia congrua ad fermentum conveniens in hepate conficiendum, qui deſtitutus, ſanguis debito modo non attenuatur, ſed acris, acidus, craſſus, aliove modo ad partium nutritionem inutilis relinquitur, atque hinc etiam Stomacacem, ſeu ſcorbutum, naſci primus tradidit *Hippocr. 2. Prorrh.* his verbis *Gingivæ vitiatæ, & ora graveolentia his ſunt, quibus ſplenes magni: quibus vero ſplenes magnos habentibus ſanguis prorumpit, nec os olet, horum tibia prava ulcera habens & cicatrices nigras.*

Spigelius obſervat eos qui amplas habent venas, habere lienes nigros, atque ideo macilentos facilius quam pingues, in tumidos Lienes incidere. *Diemerbroeck Anat l.1.c.15.*

Hiſtoriam Ill. Comitiſſæ magno Liene donatæ ad *Thomam Bartholinum conſcribit Joh. Jacob. Wepferus.*

Illuſtriſſima Comitiſſa, &c. circa xxx. ætatis annum poſt largiorem melonum uſum, inſuper epoto vino glaciato, incidit in febrem intermittentem, &c. Poſt aliquot ſeptimanarum decurſum febris evanuit, ac remanſit Tumor in hypochondrio ſiniſtro indolens locoque morbi, &c. Pridem crebro ſanguinem tenuem ex nare utraque & fere quotidie ſtillavit: Poſt uſum ſpleneticorum, hæmorrhagia rarior & parcior eſt, urinam copioſius, & potum quantitate ſuperantem, ſed pallidiorem nunc emingit: Tumor quoque horum uſu aliquantulum decreſcit: Ejus facies, dum hæc ſcribo, talis eſt, Sub coſtis nothis in ſiniſtro latere incipit, deſinit prope os pubis: Si ſupina jacet lineam albam non tranſcendit, ſed tamen prope fere attingit, vacuum ſpatium inter coſtas & ſpinam Ilii implet. Si extrorſum corpus voluter, illuc prolabitur, imo manu facili labore euſque adigi poteſt, ejus terminos circa lineam albam, ſimiles linguæ bubulæ non ſemel tactu explorare potui: Ego tumorem hunc ſemper Lienem magnum credidi, ejus ſcilicet affectum à ſcirrho prorſus diverſum, ut mecum quoque *Dodonæus in Praxi Med.* ſentit, Tumor enim attactui mollis, & quaſi fungoſus tangenti manui occurrit: Eoque lubentius id exiſtimo, quia quendam magno Liene defunctum aperui, in quo, dum vivebat, eadem Tumoris ratio erat; poſt mortem v. exertus Lien plane mollis erat inſtar ſpongiæ madidæ, ingrediebatur illum inſignis magnitudinis arteria ſplenica, egrediebatur major vena, tunica admodum denſa operiebatur, parenchyma abſolvebant fibræ mire inter ſe contextæ, & ſanguis valde ſeroſus, cavernulas ex mira fibrarum contextura enatas adimplens; Sanguinem hunc penitus, non ſolum in hoc, ſed hactenus in pluribus lienibus, non magno labore, detracta tunica, elui poſſe didici: Fibrarum iſte contextus, expreſſa aqua admodum contrahitur & e.g. reſpectu ſplenis bubuli minima ejus portio apparet; aqua vero immerſa protinus mire ſecundum omnes proportiones dilatatur, inſtar ſpongiæ aqua prægnantis: An ſanguinem qualitate aliqua imbuat? an vero ſolum curſum ejus remoretur, vel aliud beneficium conferat? non definio. In Illuſtriſſ. igitur Domina ſpleneticas fibrarum cavernas admodum ſeroſo ſanguine impletas exiſtimo; fibras vero arbitror tonum ſuum & robur ob annuam p. n. expanſionem tantum non perdidiſſe, atque ob hanc cauſam tanto tempore molem Lienis eandem permanere. Exc. T. rogo quid de hoc affectu ſentiat: certus ſum magnos Lienes illi notos, cum in illis oris vivat, ubi frequentiores ſunt quam in his regionibus, Humorem melancholicum multi accuſant, at penes Illuſtr. Dominam nulli hujus humoris effectus apparent, ſi molem ſplenis excipias, quæ tamen æque ab aqua, forte *Hippocr. & Ariſtot.* faventibus, accidere poteſt. Deinde Quid de Diureticis ſentiat in hoc morbo? Antiſcorbutica laudantur, quæ pleraque talia. *Scultetus in Arman.* ad ſarcocelen conſumendam commendat *rad. Ononidis pulverem*, Illuſtr. Dom. porrectum non neglectis univerſalibus, inde tumor imminui videbatur, certe hæmorrhagia narium ceſſavit, An pergendum? Quod de Topicis, E. g. Emplaſt. cicutarum *Hildani* ſcire cuperem?

Reſponſio Th. Bartholini Vitium Illuſtr. Dominæ quod ſignaſti, aliud eſſe non credo, quam Lienis magnitudinem excedentem, ſive nativam, ſive adſcititiam, Nativam cum dico, nolo ex magnitudine natum Lienem, quia hiſtoriæ Tuæ id repugnat, ſed quod juſto laxius ejus parenchyma fuerit prima origine, adeoque aptius ad imbibendas humiditates, quas vel morbus præcedens per *μετάστασιν* depoſuit, vel ſanguis arterioſus, quo lien abundat, plus æquo fluidior, vel denique lymphatica vaſa ſubminiſtrare potuerunt: His modis magni Lienes fiunt, & ſine magno incommodo à plurimis geruntur, *M. Donatus T. 6. Hiſt. Med. mir. cap. 3.* ſcribit mulierem quandam adeo ingentem Lienem habuiſſe, ut univerſum abdominis ſpatium occuparet; quo tamen non obſtante plures filios peperiſſe optime formatos. Vidi ego non pauca exempla. Uxor mea Suaviſſima poſt Quartanam aliquot abhinc annis, magnum Lienem recipit, qui etiam tactu deprehenſus eſt, ſiniſtram abdominis partem occupare, Angebar animo, & ſuperveniente Ictero omnia conclamata credidit. Sed præter ſpem largis evacuationibus biliosis ſen per vomitum, alvum & urinam ſuccedentibus, brevi convaluit, ut nec vola nec veſtigium lienis exinde ſuperfuerit. Fratris quoque meo non ſemel Lien intumuit, ſed per vomitum largiſſimum cruenti ſeri detumuit. Quod ſi vero nimia mora fibræ Lienis laxentur, ut collectum in ſpongioſo parenchymate ſerum exprimi non poſſit, ſcirrhus incurabilis oritur, tunica externa etiam ita condenſata, ut corium bubulum craſſitie æquet, quod in ſplenetico hoc à me ſecto obſervavi. In alio Romæ vidi à compreſſione tumidi Lienis conſtrictis inteſtinis deglutiendi ſublatam facultatem: Ita obſtructum Lienem in vetula exemit *Fioravantius*, poſſeque Lienem innoxie exſcindi in homine vulnerato narrat *Ballonius l.2.Epid.* & nos hoc in canibus experti ſumus.

Humidi copioſi proventum hic recte cum *Hippocrate* incoſas, qui in hujuſmodi hominibus ſputo ſe prodit, & hæmorrhagia. Revera ſerum ibidem p. n. cumulari in ſuſpenſo deprehendit. *V. Coiter in Obſerv. Anat. miſc.* Veſica enim duorum pugnorum magnitudine aqua plena lieni adhærebat; Quod deinde lienoſi nonnunquam ſint ſicco ore, nec ſuperfluo humore multum turgeant, hæc ratio eſt, quia ſerum à liene intercipitur & cumulatur, unde nec ad ductus ſalivales confluere poteſt, nec ad reliquas corporis partes, quanquam frequentius eveniat, ut & ſputatores inſignes ſint ſcorbutici, & reliquo corpore ſudore diffluant.

Illuſtriſſimæ Veſtræ Lienem ſimili ſero diſtendi

indubie

indubiè credo, & quia ab utero compreſſus (*interim enim utero geſſit*) ſurſum aſcenderat, deſcenderatque tumor ejus, ſpero prolapſum non eſſe, aut utero non annatum, quod in *Comitiſſa de Borzeon* obſervavit *Riolanus l.2. Antrop.c. 23.*

De *Diureticis* porro & *Emplaſtris* quod meum aſſenſum expetas, non poſſum non in illorum delectu tuum judicium laudare: Per lotium hujuſmodi ſerum in Liene congeſtum commode poſſe expurgari, Natura monſtrante viam didicimus. Notus eſt Religioſus ille Lienis tumore & hypochondrii gravitate à *Valetio Ex. 40. ad Hollerium de morb. int.* notatus, qui urinis nigricantibus, atramento ſimillimus per 5. vel 6. dies erumpentibus, priſtinam incolumitatem adeptus eſt; Medicus eſt Naturæ imitator, & tuto illam ſequitur, ſi aſſequi poſſit; Laboramus enim defectu Diureticorum ſine nauſea prompte & certo operantium: Variis ſalibus, lixiviis, decoctis, aquis, pulveribus hydropicorum aquas per vias urinæ aliquoties tĕtavi educere, ſed nonniſi ſemel in juvencula ſucceſſit; Non ſemel vero per ſudorem, ſive unicornu noſtro provocatum feliciter ægros reſtitui, in quem proniores quoque ſunt Scorbutici noſtri & antiſcorbutica non infeliciter eo collineant, ſed hic & ubique Naturæ via pertentanda, ut illi inſiſtamus, quam elegerit: Ad Scorbutum nos ſingularem *trifolii* aquatici virtutem probavimus, præter *morum Norvvagicam*, *cochleariam*, *naſturtium*, *&c.* Pulverem *rad. ononidis* ante *Scultetum* commendavit *Matthiolus*, quo & ego in Sarcocele Advocati uſus ſum, ſed ſine magno ſucceſſu. *Empl. ex cicuta* magnifacio; & ejus continuatum uſum diſſuadere non poſſum: Hoc conſilio in Empl. noſtro Splenetico *Diſpenſat Hafnienſis* reliquis *cicutam* adjeci, *nicotianam & ebulum*, &c.

Commemorata *Valetii* hiſtoria ſplenetici, urinas nigras cum euphoria excernentis, in mentem mihi revocat, allatam hiſtoriam in ſepulchreto meo Nob. *Dom. de Harſy*, inſignis Lienoſi, cui utrumque hypochondrium immenſe tumebat, adeo ut hepatis non minus quam lienis tumentis ſuſpicio eſſet; In defuncti vero cadavere ſplen monſtroſæ magnitudinis repertus, qui in anguſtius propellebat hepar, ut inde tumens appararet, etiamſi magnitudinem naturalem vix excederet, urinarum vero nigrarum, atramento ſimilium, excretio illi ſalutariter & cum levamine accidebat.

23. *Juſto laxius parenchyma*) Subſtantia in ſano Liene duriuſcula & firma eſt, ac quamlibet contrectationem ſine læſione perpetitur; at in morboſo ſæpe mollior evadit & facile diſſolvitur: Sic in ſcorbuticis & hypochondriacis, eum multoties adeo mollem poſt mortem inveni, ut ab impoſito leviter digito totus facillime perforaretur, & ab aëre externo facile liqueſceret; alioqui primo intuitu foris in magnitudine & colore nihil alieni præ ſe ferre videtur. Scorbuticum diſſecui, cui ſubſtantia lienis, tempore ſans frigido intra bidui ſpatium ab aëre externo ſponte in ſpumoſum liquorem obſcure rubrum (inſtar fæcis vini rubri) diſſolvebatur, adeoque liqueſcebat, ut præter multas fibrillas & tenuia vaſcula, ferè nihil ſolidi intra membranam ejus contineri videretur.

Ex quo liquet error eorum qui in ſcorbuto, hypochondriaca affectione, aliiſve è ſplene oriundis morbis, ſemper culpant hujus viſceris obſtructionem, duritiem aut tumorem, cum tamen nullum plerumq; ejuſmodi vitium (etſi interdum etiam adeſſe poſſit) in his affectibus conſpiciatur, ſed ſola ſpecifica dyſcraſia, ſeu ſubſtantiæ peculiaris diſpoſitio à naturali recedens (cujus ratione fermentaceam materiam nimis acrem, crudam, acidam, debilem, aut fixam, aliovè modo male diſpoſitam conficit) dictorum affectuum cauſa ſit. *Diemerbroeck Anat.l.1.c.15.*

Lienes magni Hippocratis.

De his *lib. 2. Prorrh.* his verbis, *Gingiva vitiata, & ora graveolentia his ſunt, quibus* Splenes magni, *Quibus vero ſplenes magnos habentibus ſanguis prorumpit, nec os olet, horum tibiæ prava ulcera habent & cicatrices nigras.*

Magnitudo Lienis in hominibus diverſa eſt, pro corporum & conſtitutionum diverſitate; Plerumque longitudinem habet fere ſex digitorum tranſverſorum, latitudinem trium, craſſitiem pollicis. In morboſis tamen corporibus, enormem acquirit magnitudinem, ita ut ejus protuberantia extra coſtas ſentiri & videri poſſit. Sic qui humidas regiones incolunt, & aquas paludoſas bibunt, magnos Lienes habere ſolent; *Lindanus* refert Friſiorum vulgus, quod pro potu quotidiano utitur lacte eburyrato & acido, plerumque magnos habere Lienes, *Ætius lib. 7. cap 2.* ſcribit hoc viſcus in Lienoſis nonnunquam longitudine ſua uſque ad inguen pervenire, & latitudine Jecur contingere; Sed tanta magnitudo rara eſt.

Interim quo viſcus hoc majus eſt, eo pejus degit homo, ejuſque corpus magis extenuatur, quia ab eo non ſuppeditatur materia congrua ad fermentum conveniens, in hepate conficiendum, quo deſtitutus ſanguis, debito modo non attenuatur, ſed aeris, acidus, craſſus, aliove modo ad partium nutritionem inutilis relinquitur. *De Diemerbroeck Anat.l.1. c.15.*

Lienes magni.

Rariſſime magnitudo Lienis naturali minor eſt, cujus tamen nonnulla exempla legiſſe me memini. *Riolanus* refert *Thuani Hiſtorici* Lienem vix unciam ponderaſſe. *Idem.*

Lienis Connexio & Situs mutatus.

Lien parte convexa Diaphragmati non firmiter, ſicut hepar, ſed ſuperficialiter, nec non Rene ſiniſtro connectitur per tenues membraneas fibrillas à peritonæo enatas, Sima vero parte adhæret Omento & vicinis partibus, ſicque ligatus in corpore bene habito, ultra infimam coſtam non deſcendit; at ligamentis relaxatis humiliore loco ſentitur, cum magno valetudinis incommodo; Iiſdem vero diſruptis nonnunquam in hypogaſtrium delabi viſus eſt, quod *Cabrolius* in quodam vidit, cui Lien per totam ventris cavitatem natabat, & *Riolanus* in muliere, in qua Lien ſupra uterum ſubſederat, quod à morte innotuit. *Diemerbroech Anat. l.1.c.15.*

Diæta.

Victus debet eſſe mediocris & moderate attenuans, Fiat vinum medicatum tempore vindemiarum cum propoſitis medicamentis, (vide §. 10. *Inter digerentia interne*) præſertim cum *ceterah. tamariſco.* Quidam pro ſecreto habent, ſi vinum conſervetur in vaſe confecto è *tamariſco*, & ſi patiens bibat è cyatho, qui confectus ſit è tamariſco, *Capivaccius.*

Cap. LIII.

De Vlcere & Vulnere lienis.

DE *Vlcere* nihil eſt quod obſerves, niſi [1] Inflammationes & tumores ſequi, [2] pus interdum per urinam, vomitum vel alvum fundere. [3] Expurgari, abſtergi, conſolidari.

Vulnus [4] vel eſt *in ſuperficie*, quod minùs lethale eſt. Vel *in ſubſtantia*, quod propter effuſionem ſanguinis eſt mortiferum. [5] Vbicunque tandem fit, nigrum ſanguinem fundit, plerumque ſimul ventriculum afficit, ſitim, & dolorem ad jugulum, excitat. Pus interdum per urinas excernitur, deductum per arteriam cœliacam, ad arteriæ magnæ truncum, & hinc ad emulgentes, [6] Vulnerariis potionibus [7] etiam ſanatur.

1. *Inflammationes & Tumores ſequi*) Quibus in caſibus Uſtio habet locum, teſtibus *Hippocrate*, *Paulo & Albucaſi*: Noſtro etiam ſeculo, *Bauhino* affirmante felici cum ſucceſſu fuit exercita. Talis autem uſtio, vel fit *externe* in Lienis regione, vel aperta iſta regione in ipſo Lienis parenchymate; Externe *tumentem* dolentemque Lienem decem per fungos cruſtis inurit *Hippocrates lib. de Affect. n.33. & ſequ.* Per ignitum vero ferrum urendi rationem expoſuit *Paulus l.7.c.52.* quæ eſt, ut per hamulos diſtentæ cuti, quæ ſpleni ſuperinjecta eſt, Cauterium triplex; tridentis inſtar altera infixum tranſuatur, ita enim ſex inuſtæ relinquentur cruſtę. Locum inurendum docuit, fore illum, quo cubitus ſiniſter pertingit.

Interne Lienis parenchyma, curſoribus uri veriſſimo exemplo confirmare poſſumus; Vidimus enim ante aliquot annos Halberſtadii, apud Suecicum Chiliarchum, à *Burgſtorff*, curſorem, Tillianum, in prælio captum, qui ſingulis diebus novem milliaria germanica pedibus conficere poterat, & ejus rei hanc dabat cauſam, quod ipſi unà cum aliis quinque juvenibus Lien ab Archiatro *Tylliano*, præmiſſa Potione narcotica, & aperta prius ſectione ea abdominis regione, ferro leviter candente uſtus fuerit; Mihi de fide ejus rei dubitanti, ultro Lienis regionem denudabat, & cicatricem à ſectione reſiduam ſatis manifeſtam oſtendebat; addens præterea quod unus de quinque ſociis ex uſtione illa mortuus fuerit. *Mœbius Fund. Med. c.16.*

1. *Inflammationes & tumores ſequi*) Inflammatus Lien raro ſuppuratur & in abſceſſum abit, ſemel tamen hoc vidit *Foreſtus* in Moniali, quæ abſceſſum in Liene paſſa, pus per lotium excrevit & ſanata eſt.

2. *Pus interdum per urinam &c.*) Idque varium, Bonum eſt quod album, æquale, mediocriter craſſum & minime fœtidum, malum quod illi contrarium. *Sebiſius man. p.1304.*

3. *Expurgari &c.*) Eſt fere ἀθεράπευτον, Curatio tamen tentari poteſt per abſterſoria & glutinantia. *Idem.*

4. *In ſuperficie, quod minus lethale eſt*) Vulnera Lienis prima fronte lethalia non videntur, nam *Eraſiſtratus* perſuaſum habebat Lienem fruſtra factum eſſe. *Ariſtoteles 3. de Part. an. cap.7.* ſcribit Lienem eſſe hepar ſpurium & per accidens ſolum neceſſarium, *Plinius lib. 11. cap.37.* aſſerit curſoribus eſſe impedimento, & innoxie exſcindi poſſe, quod etiam *Plautus in Mercatore* tradit. *Rouſſetus lib. de Partu caeſ. 4. cap. 9.* refert, ſplenis parenchyma in nonnullis adeo fuiſſe conſumptum, ut ſola membranula, qua tegebatur, manſerit ſuperſtes: Similia habet *Schenckius in Obſerv. Aretæus lib.3. c.14.* de cauſis & *ſignis Acut.* memorat quoſdam integras lienis particulas excreviſſe.

Verum diſtinguendum inter vulnera ejus levia ac ſuperficiaria, & profunda, quibus vaſa illius, quæ numeroſa ſunt, effatuque digna ſunt, Illa lethalia non ſunt, hæc vero periculo minimè carent. 1. Quia Lien plurimis eſt inſtructus arteriis, quibus ſauciatis ſanguis vitalis enormiter evacuatur cum ſpiritu vitali; 2. Quia ramum habet à vena Porta, ſplenicum dictum, quo perforato, aut diſſecto, magna oboritur hæmorrhagia, cum pabuli vitæ, caloris, & ſpirituum diſpendio lethali. 3 Quoniam hæmorrhagia iſta ſiſti nequit, manus enim Chirurgi ad locum vulneratum minime pertingit, ἴσχαιμα vero parum proficere videntur, cum vis eorum in itinere exoleſcat. 4. Quia Lien arteriarum ratione magnum habet cum corde conſenſum. per illas enim tetri putridique halitus à pure (*quin & ipſum per &c. mediante* [illegible] *ſanguinis deferuntur*) quæ in vulneribus colligi ſolent, ad Cor afferuntur, unde plurima mala proveniunt? 5. Quia Lien, viſcus calidum & ſanguineum, ad inflammationes concipiendas proclive eſt, at inflammatio ejus per ſe periculi plena eſt, & conſolidationem remoratur. 6. Quia Lienis magna eſt neceſſitas, ratione officii. *Sebiſius.*

5. *Ubicunque tandem fit &c.*) Signa vulnerati Lienis, ſunt, ſi vulnus impactum fit ad locum ubi Lien ſitus; ſi ſanguis nigricans ex vulnere effluat; ſi etiam vomitu aut per alvum ejiciatur; ſi lateris ſiniſtri punctionis doloreſque ad jugulum uſque aſcendant; ſi ſitis vexet, ſi febris ſuperveniat, Quod ſi vulnus altius ſit inflictum, leipothymiis crebro cum ſudore frigido concidere ſolet. *Sebiſius.*

6. *Vulnerariis Potionibus etiam ſanatur*) Curationem, dummodo curari queat ſauciatus Lien, non tam Ars quam Natura præſtat: Juvanda tamen conſolidatio per Potiones Vulnerarias, parandas ex variis ſimplicibus, inter quæ principem locum tenent ſequentia, ex quibus infuſiones, & decocta parari queunt, Talia ſunt.

Radicis *conſolida maj. torment. biſtorta, pentaph. rubia tinct.*

Herbæ *ſanicula, alchymilla, bugula, pyrola, piloſella, herniaria, ophioglo ſſ. nummular. plantago, centinodia, equiſetum, vinca pervinca, agrimonia, verbena, virga aurea, conſolida Sarac. hyperic. pimpinella, ſanguiſorba.*

Proſtant in officinis etiam Aquæ *ſanicula. alchimilla, piloſella, herniaria, plantag. centinodia, equiſeti, pimpinella, ſanguiſorba, tormentilla.* Sebiſius.

7. *Etiam ſanatur*) Vulnus Lienis æque periculoſum eſt atque hepatis, Nec alia curandi ratio adhiberi commode poteſt. Ea itaque methodo, & iiſdem remediis procedendum erit; Vulnus initio, decocto abluendum, Pulverem vulnerarium inſpergendo, vulnus abdominis conſuendum, & Emplaſtra conglutinantia imponendo, Intus vero vulneris potionem quotidie exhibendo, in qua tamen præter commemoranda, optimum eſt decoquere *ceterach* ſive *aſplenium*, radic. *Capparis & tamariſci.* Fr. Joel.

CAP.

Cap. LIV.

De Symptomatibus Lienis.

De Dolore Lienis & Ictero nigro.

SYmptomata Lienis ſunt, *Dolor* Lienis, *Icterus niger*, *Affectio hypochondriaca*, *& Scorbutus.*

I. [1] *Dolor Lienis* à ſolutione continui, & [2] tenſione membranæ oritur. [3] Hæc tum ab *Externis*, percuſſione, caſu, &c. infertur: [4] ab *internis*, Inflammatione nempe, inflatione, tumoribus, ulceribus, &c. [5] Diligenter verò [6] *diſtinguendus* eſt, tum α à doloribus illis, qui in ſiniſtro latere, β præſertim poſt cibum vel equitationem percipiuntur, [7] qui proveniunt vel à flatibus, vel ab humoribus ſeroſis, [8] qui in ſpacia peritonæi eo loci tunicis pertinaciter adhærentis influentes, ipſos à muſculis diſtendunt: tum [9] à muſculorum dolore, qui ſi iſti parum premantur, ſentitur. [10] *Curatio* Narcotica non exigit. Cum enim exili tantummodo tunica veſtiatur, exquiſitus ille dolor non eſt.

[1] *Dolor Lienis*) Hic fortaſſis ſcrupulum aliquis movebit, Quare Lien in nervorum ramulis donatus, non acuti, ſed tantum obtuſi ſenſus ſit; cum tamen non ſolum nervi per ſe ſint acutiſſimi ſenſus, ſed etiam per ſpiritus animales omnibus mēbranoſis partibus acutum ſenſum conferant? Fit hoc propterea quod ab ipſa Lienis ſubſtantia ſubacida, (qualis in cocto Liene guſtu percipitur,) & ſubauſtera, & ab acido fermentaceo ſucco in eo genito, nerviſque circumfuſo, continuus ſtupor illis nervis inducatur; Eodem modo ſicut à rebus acidis & auſteris comeſtis, ſeu maſticatis ſtupor dentibus infertur, unde tunc multo minus, ſeu obſcure tantum ſentiunt. *De Diemerbroeck Anat. c. 15. l. 1.*

[1] *Dolor Lienis*) Nominatur σπληναλγία appellatione à parte affecta & ſymptomate deſumpta, Definiri poteſt *Triſtis ſenſus partium ejus ſenſu tactus præditarum, dependens a violento tangibili, conferim & cum impetu agente & unitatem ſolvente. Genus* eſt alteratio corruptiva ſenſus Tactus, ſeu triſtis ſenſatio, *Subjectum*, pars ejus membranoſa; parenchyma enim (*Malpighius parenchyma eſſe negat, qui deprehendit totum* Lienis corpus *membranarum eſſe congeriem in cellulas & concamerationes efformatam ſeu diſtinctam; & licet diſſecta ejus ſubſtantia concretum ſanguinem præ ſe ferat, & levi attritione in ſluorem ſolvatur, attamen non ſecus ac in pulmonibus ſpecie carnis nobis imponi.*) rarum & ſpongioſum, molle compactione, ſimul tamen fæculentum & craſſum, inſenſile fere à quibus infeſtatur. *Rolfincius.*

[2] *Dolor Lienis à ſolutione continui & tenſione membranæ oritur*) Inteſtinorum ſi conſideramus ſubſtantiam; doloribus acutis concipiendis aptiſſimam (ſicut revera quam acuti ſint & torquentes tantum non quotidie experimur) è contra vero *Lienis* parenchyma quam his ipſis ſit ineptum, magis magiſque noſtra confirmatur opinio, *Dolores Lienis adſcriptos Inteſtini vicinæ parti eſſe aſſignandos*, Eſt enim totum Lienis corpus membranarum congeries in cellulas & concamerationes, efformata & diſtincta, quæ apum veluti favos apte repræſentant.

In his cellulis copioſiſſimæ & fere innumeræ ſunt glandulæ ovales, coloris albi, racematim tanquam uvæ botrus invicem contextæ, cum ſeptem vel octo ſingulus quique botrus conglobetur: Has inter ſparguntur arteriarum & venarum capreoli, quibus intertexuntur, fibræ copioſæ, cum numeroſa ramulorum ſive fibrillarum ſobole, prognatæ ab interiori membrana *Lienis*, ſive à capſula ejuſdem, ad robur mollioris ſubſtantiæ, ſive ut ſint tanquam trabes pro firmandis parietibus, vaſorum ſanguineorum & nervoſorum ac cellularum.

Hanc *Lienis* ſtructuram, hactenus omnium Anatomicorum, ſedulitatem eludentem, uti primo luſtravit *Malpighius*, ita & idem ad abſconditas ſymptomatum hujus viſceris cauſas facilius penetrare potuit, Nimirum, vel à copioſo humorum per arterias nervoſque, affluxu ad glandulas has, vel vitio vaſis auferentis, vel appulſæ materiæ energeia, Lienem interdum laxum, & ut plurimum amplum reddi, continuato nihilominus perpetuo ſanguinis affluxu in tumore jam facto.

His ita trutinatis, *dolorem pulſatorium* ex ſanguinis arterioſi motu, aut *gravativum* ex *parenchymate ejus* variis excrementis infarcto, aut ultra molem naturalem excreſcente, ipſis libenter concedimus, imo, ut largiores ſimus, & tenſivum quendam, obſcurum tamen dolorem ex diſtenſione ejus membranæ tandem largimur, ſed acutum; pungentem, lacerantem, terebrantem, & tam atrociter torquentem dolorem, ut inferat parenchyma ejus minus ſenſile & cujus ſtructura huic omnino repugnat, nulli admittimus, quin hos ſoli *colo*, & aliquando *inteſtino tenui* ibidem locum incluſo conſtanter adſcribamus: Nam & dicti Tumores & Scirrhi Lienem infeſtant, qui tamen citra ullam inſigniorem moleſtiam, ſæpe etiam inſenſibiliter ſuccreſcere ſolent, pluresque ad annos circumferuntur. *Etmuller Diſput. de Dolore Hippocr.*

[2] *Tenſione membranæ*) Interdum *Splen dolet*, & quidem modo tolerabiliter, modo graviſſime. *Foreſtus* hunc dolorem diſtinguit *l. 20. obſ. 7.* dicitque quod quintuplex eſſe queat, ut *pungens à membranis* affectis proveniens; *perforans* ſeu *mordicans* ab ulceratione, *Extendens* à vapore flatulento, *Gravans* à parenchymate affecto, & *Pulſans* ab inflammatione & arteriis pulſantibus dependens.

[3] *Hæc cum ab externis*) Diſponunt ad humorum generationem *Aer* craſſus circa paludes, *Cibus* ſubſtantiæ terreſtris & fæculentæ, imprimis ſale & aceto conditus, fumove induratus, Caro bubula de aratore, aut admiſſario bove; lentes, fabæ, piſa, *Potus* aquæ impuræ ſtagnantis, indeque cocta cereviſia, minuſque defæcata. Affectus animi ad mæſtitiam inclinantes. *Idem.* Vide cap. de *Scirrho Lienis.*

[4] *Ab internis*) Cauſæ ſeu violenti tangibilis continuum ſolventis, rationem ſuſtinere poſſunt, à *Rhaze* propoſitæ, Humores calidi inflammationem & febrem excitante Humores frigidi & flatus, cum membranam à parenchymate divellunt, dolorem excitare queunt. *Per* ſe humores illi in Liene *congeruntur*, ob facilitatem ipſam læſam, ſeu *ἰσχὺν* & naturalem ejus conſtitutionem, ab intemperie, morbis conformationis, obſtructionibus, tumoribus, vel inflammatoriis, bilioſis, vel ſcirrhoſis & œdematoſis, vel ſoluta in vulneribus unitate. Coacervantur etiam humores illi

per Conſenſum cum communitate materiarum, vel irrependo ea toto habitu in cacochymia univerſali, vel impuris ſuccis, aut in corde & arteriis non ſatis excoctis. *Chymici* hic accuſant *Tartarum*, Helmontius *Acorem vitiatum & inſipidum* redditum hic prætendere poteſt. Diſponunt ad botum humorum generationem & receptionem Temperamentum frigidum ſiccum. Modus ſubſtantiæ laxus. *Rolfincius*.

Dolor interdum Lienem affligit citra febrem & duritiem, quæ tactui renitatur, iſque à Flatu excitatur, qui non ſolum Lienis ſubſtantiam, quæ fere inſenſilis eſt, ſed & membranam iſtum veſtientem diſtendit. *Riverius*.

5. *Diligenter verò diſtinguendum eſt*) Dolor frequentiſſime percipitur in hypochondrio ſiniſtro, ſub coſtis nothis, pertinax & frequentius punctorius, qui communiter adſcribitur Lieni affecto; Unde vulgo quicunque dolores in iſta parte percepti, mox pro augorio affecti Lienis habentur. E contra qui conſiderat parenchyma ſplenis, infarctum quidem, ſed per ſe minus ſenſibile, ſtatim poteſt percipere, quod Lien vix poſſit habere niſi gravativum, obtruſum, in primis ea tumore & infarctu à contentis vitioſis productum. Deinde poteſt habere dolorem obſcure tenſivum, ſeu quaſi diſtendentem ex diſtenta membrana, Lienem cingente, ab infarctu nimia enarum.

Dolores vero *punctorii & terebrantes* nullo modo ſunt in Liene, cum ineptiſſimus ſit Lien pro tali dolore, & quando cum his doloribus in dicto hypochondrio concurrit tumor, ad tactum renitens, aut quando concurrit iſtius hypochondrii inſignis intumeſcentia, nullo modo talia conveniunt Lieni, cum hic in profundo ſituatus, nullo modo contingi queat; Dolor autem hicce punctorius & terebrans, in hypochondrio ſiniſtro obſervabilis, ſitus eſt in inteſtinis, partim quidem in *jejuno*, partim vero, & ut plurimum, in colo. *Etmuller*.

At conceſſo quod affert vir Eruditiſſimus ad ſtabiliendam hujus hypochondriaci doloris cauſam; Quid prohibet ut in ipſo Liene ipſam quæramus? Siquidem à vehementiori exercitio, acclivium deſcenſu equitatione concitatiori in tantum poteſt augeri ſanguinis in Liene (infinitis arteriarum ramis contexti) circulatio, ut hinc præ ſumma agitatione & vibratione illarum doleat: Vide quæ de Liene verberante habet *Tulpius in obſerv.*

5. *Diligenter diſtinguendus*) Punctorius *eſt Spleneticus* vulgo dictus dolor, etſi acerbus ſatis ſit, tamen cum cauſa vix diutius perſeverante, ut *muſculorum abdominis nimia attractione & flatibus* fiat, ſponte plerumque ceſſat; alias curatione opus habet. Quod ſi vero levem ob motum, vel ſæpe moleſter quiere præcavetur, motuque corporis decenti, non inordinato aut violento, victuſque ratione moderata, & quæ flatibus minime occaſionem præbeat, ſed eos diſſipat, Latúſque, quod affici ſolet diligenter integatur & à frigore muniatur. Et ſi neceſſitatis cauſa validiores motus perficere, & præſertim equitare cogantur, ne dolor hic superveniat, non ſtatim ventriculo adhuc cibis repleto, equum conſcendere debent, priuſque faſcia lata abdomen cingere, ſicuti curſores facere ſolent; inter equitandum hoc pacto ſe, ut ferre ſuccuſſationem poſſint, circumvinciunt.

Superveniente quoque hoc dolore punctorio, admodum urgente, ſi tunc quoque latus affectum vinciant, arctiuſque ſtringant, eadem ratione ut in ſpaſmo flatulento, cujus aliquam ſpeciem eſſe hunc affectum retractis in ſuam ſedem muſculis, dolorem remittere diximus; ſic & hic compreſſis hiſce muſculis, vinculo in ſuum locum, flatibuſque expreſſis, punctiones hæ remittunt vel ceſſant, Quod ſi poſt quietem, vel vincturas dolor nihilominus perſeveret; Curatio eadem fere, quæ in Pleuritide flatulenta traditur, hic quoque inſtituitur.

Ab *externis* primum incipiendo, & ad flatus diſſipandos, doloremque mulcendum, loco dolenti calida actu & potentia operantia, fotus, ſacculos, inunctiones, emplaſtra adhibendo, balneiſque ſiccis & ſudorem moventibus flatus abſumendo. Quorum uſu, ſi nec tunc intermittat affectus, diverſiones & derivationes quoque per clyſmata, cucurbitulas aliaque faciendæ; Sin corpus impurum ſit, purgantibus, ſudorem moventibus, alterantibuſque exhibitis quibuſdam, quæ occulta vi punctorios dolores ſedant, eos quoque hic amovere ſtudebimus. *Platerus*.

6. *Diſtinguendus eſt*) Dolor à flatu ab inflammatione facile diſtinguitur, per febris & renitentiæ abſentiam: Difficilius vero à Colico dolore, quia colon inteſtinum ſplani ſubjicitur, & incumbit. Diſtinguuntur tamen quod dolor ſplenicus gravis ſit, & in uno loco fixus, Colicus vero diſtendens, acutus, mobilis, & ad totum ventrem excurrens. *Riverius*.

Diagnoſis difficilis haud eſt, moleſtus ſub ſiniſtro hypochondrio ſenſus eum digito monſtrat, Et ab acuto peritonæi dolore doloris obtuſi ſpecie diſcerni poteſt. Signa etiam ſubjecti, vel protogenia vel deuterogenia affectione laborantis, &c. *Rolfincius*.

Dolor Hypochondriacus, Splenicus vulgo dicitur.

α. *A doloribus illis qui in ſiniſtro latere*) Inter dolores unum Ventrem obſidentes, ſi quis alius acerbus, contumax, & ſæpe recurrens eſt iſte dolor abdominis, qui percipitur ſub hypochondrio ſiniſtro, quem ad imitationem *Sylvii lib. I. Pr. c. 14. Hypochondriacum* vocabimus: Percipitur ſcil. dolor graviſſime lancinans & pungens, interdum ſimul diſtendens & vehementer vellicans, ſitus ſub hypochondrio ſiniſtro, & tam cavitatem illam, quam ibidem coſtæ ſpuriæ efformant, occupans, quam ſe etiam interdum latius extendens, ac partem illam molliorem lumbis conterminam obſidens; Intumeſcentia ſæpius, ibi locorum manifeſte apparet, nunc mollis & compreſſioni cedens, nunc tactui pertinacius reſiſtens, Gravius ut plurimum, urget dolor dum ægri ſupini jacent, uti & dum inſpirant, tunc enim punctiones atrociores percipere ſe conqueruntur, admota vero manu regioni dolenti, hacque compreſſa remiſſio doloris & quoddam levamen percipitur. Reſpiratio adeſt ſimul difficilis, non tantum ob punctiones tunc perceptas, ſed quod inſpirando thoracem ſufficienter diſtendere nequeant, quin impedimentum aliquod in hypochondriis, mediáque regione epigaſtrica ſe opponere videatur. Præterea appetitus fere ſemper eſt proſtratus, ſupervenientibus interdum, ſi atrocior fuerit dolor, vomitibus contumacibus, tam ingeſtorum quam liquaminum flaveſcentium, viridium, viſcidorum, craſſorum, tenuium, &c. ſub quo vomendi conatu ægri miſerabiliter de dolorum exacerbatione conqueruntur; Denique alvus ut plurimum eſt deſtructa, rarius naturaliter fluida, rariſſime nimis laxa, urgetque ſimul flatuum copia, quorum excretione levamen aliquod, ſed parvum nec diu durans percipiunt ægri.

His interdum accedunt, & vel potiſſimum in ſexu ſequiori, dolores totum abdomen occupantes, & ad genitalia excurrentes, qui parturientium dolores fere imitantur, hinc ad lumbos dorſumque reflexi, tandem diſparent, ſucceſſive denuo recurrentes. Clyſmata injecta, & primario quidem ea emollientibus, ac abſtergentibus, hinc & carminantibus malum levare ſolent.

Similiter

Similiter quoque remedia externa ex oleis deſtillatis penetrantibus, aromaticis, regioni abdominis ſtomachali, ſi ſcrobiculo cordis, itemque hypochondrio ſiniſtro, & ubi totum abdomen occupatur, umbilici orbitæ ſucceſſive illita juvant; Interius vero egregium uſum habent blande laxantia & viſcida abſtergentia, necnon aromatica; item ſemina & radices ſapore nonnihil acri ac odore ſuavi pollentes: In genere omnia ſalia volatilia, partibus oleoſis & ſpirituoſis attemperata, Item opiata addita magnarum hic eſſe virium experientia docet.

Adſtantes ubi ægrorum audiunt querelas, ſubito *Lienis* & affectum & culpam incuſant, hic pleno ore aſſentiuntur ipſi ægri, Lienis peſſimum viſcus execrantes, quin non raro ipſi Medici, aut falſa opinione ſeducti, aut ut auram plebeculæ captent, ſimiliter morbum Lienis vocant; Applicantur ob id Emplaſtra ſplenetica & uſitata, de *ammoniaco, de cicuta*, &c. fiunt inunctiones cum oleis *capparum, oleo & extracte nicotianæ*, &c. quæ diutius continuata tandem non ſine fructu ſunt. Aſſumuntur etiam per os uſitate ſpiritus *cochleariæ, naſturtii aquat.* & eſſentiæ ſpleneticæ; *eſſentia ſplenis bovis, eſſent. fumar. compoſ. Tinctura eſſentia flor. croci & ſalia martialia, ſacch. Saturni* remedia ex tartaro parata, ſimiliaque, quibus & aperiatur obſtructus *Lien* & diſſolvatur ejuſdem infarctus, ut humoribus liber exitus concedatur, indeque iſti dolores ſopiantur.

Splenis viſcus uſitate incuſari ex dictis liquet. Nos tamen adæquatum hujus ſubjectum eſſe dicimus, *inteſtina ſub ſiniſtro hypochondrio delitescentia, tam tenuia quam primario craſſa*, & ex his quidem frequentius, *inteſtini coli iſtam partem, quæ* hypochondrium ſiniſtrum occupat; & ubi colon ex ampliori cavitate arctius nonnihil conſtringitur, ut obſervat *Bauhinus*, ſimulque angulari figura curvatum ad renem ſiniſtrum deſcendit, Eſt enim hic locus aptiſſimus, in quo aut ſcybala indurata hærere, aut mucilagines acidæ ſtagnare, aut flatuum impetus cohiberi, retrudi aut retroflecti poſſit, Ex quibus quid aliud, quam dolorum varii cruciatus, lancinationes, roſiones, punctiones, diſtenſiones ſubnaſci poſſunt, teſte *Hildano cent. 5. obſerv. 18.* ubi ita habet, *Cum excrementa in ſuperiori & capaciſſima inteſtini coli parte, in globos magnos, prout capacitas ferebat, indurata, à flatu verſus hanc anguſtiam magna cum violentia pellantur, accidit ut nonniſi ſummo cum dolore permeare poſſunt*, Ex inteſtinis vero tenuibus *eam jejuni partem, quæ à lumbis liberius in hypochondrium ſiniſtrum aſſurgit ibique incurvatur*, ſimili dolore interdum quoque, ſed ſecundario tantum affici omnino cum *Sylvio* aſſerimus, utut rarius hoc ipſum contingere ſoleat.

Quod ſi exacte conſideremus, quæ circa tales ægros eveniunt, vel ſponte aſſerti noſtri veritas ſe manifeſtat. Situs enim doloris exacte ad *coli* ſitum & confirmationem ibidem locorum ſe conformat; deſcendens ſubinde deorſum nonnihil ad renem uſque ſiniſtrum, aut extendens ſe ſub nothis coſtis non parum verſus hypochondrium dextrum, Imo evenit interdum, ut ſimilis dolor, qui ante erat in hypochondrio dextro, ſucceſſive transferatur ad ſiniſtrum, ibique fixa ſede firmata atrocius affligat, Unde etiam eſt quod Clyſmata tam potenter ferant opem, præſentaneumque interdum ſint remedium, quod & contactus & virtus eorum huc inprimis pertingat; Accedit quod quo contumacior eſt alvus, eo dolor ſit atrocior, & quo illa fluidior, eo hic remiſſior, Item quod excretio flatuum inpaluin levet, quos ex *Liene* proficiſci quis aſſerat: quin hi ipſi potius nullibi magis *quam in inteſtinis*, ſpecialiter vero *Colo* ſtabulantur.

E contra *Lien* ratione ſitus, qui eſt ſub coſtis, ita ut ultimam harum, infimo ſuo extremo vix ac ne vix quidem contingat, tumorem vel viſibilem oculis offerre; vel manu palpabilem tactui repræſentare nullomodo poteſt, id quod tamen Veterum volunt aſſerta, niſi forſan *laxata admodum*, vel *rupta ſint vincula, quibus* diaphragmati, omento, ventriculo lociſque vicinis adnectitur, quale exemplum habet *Bogdanus obſ. 3.* vel ab *humore in eo ſtagnante* in immenſam molem aſſurgat; de quo *Malpighius l. de Str. Viſc.* ubi de *Liene*, vel etiam ipſum Lienis parenchyma (modo texturam hanc membranoſam ita appellare fas ſit) enormiter excreſcat; obſervante *Bartholino*, (vide ſupra de *magnis Lienibus*) Quæ omnia tamen rariſſime fiunt, cum *dolor hypochondriacus* ſit frequentiſſimus; & poſito illa adeſſe; tamen talia ſymptomata, qualia hypochondrio ſiniſtro dolentes habent non inferunt: Præterea ratione parenchymatis adeo inflari nequit *Lien*, ut in ſiniſtro hypochondrio extuberet & admota manu cum murmure tumor intus occultetur, id quod ſoli *Colo* ibi locorum proprium. Nam *ſplenis* parenchyma adeo ineptum eſt extenſioni à flatibus, ut etiam niſi magna vi in exempto exſiccatoque fieri non poſſit; Omnes itaque *ſplenis* dictas inflationes. potius flatuum aut in jejuno; aut potiſſimum in *colo ſub hypochondrio ſiniſtro* coacervationes dixerim: Exemplum ſit Inflatio iſta ſplenis quæ eſt apud *Foreſtum lib. 20. Obſerv. 4.* quam in colo fuiſſe, cæcus ſit qui non aperte videat: Propterea namque etiam evenit in tali hypochondrii dolore, quod manus loco dolenti cum forti compreſſione admota; quatenus flatuum agmina disjiciuntur, dolorificæ diſtenſionis lancinationiſque levamen afferat.

Apud *Salmuth. Cent. 1. obſ. 24.* à ſcybalis per ſeſquiannum in colo retentis affectus & dolor pro ſplenetico habitus fuit. Infarctus talis per ſexennium continuatis pro ſcirrho contumaci habiti. *Fernelius Path. l. 6. c. 9.* vide *Hildanum obſ. 38. cent 1. Sylvium Pr. c. 14. l. 1. Gabelchoverum cent. 1. obſ. 36.* Vix dubito quin & *obſ. 21. Panarols Pent. 2.* huic albo inſcribam, ſcil. quia mucilaginoſæ ſordes à juſculo cum *ſpir. vitrioli* attenuatæ ſolutæque fuerunt, unde ſtranſitu per anum repertu, ſpleneticus putatus liberatus fuit.

Hinc caute monent omnes practici, cavendum ne *dolor hypochondrii ſiniſtri* cum dolore lienis confundatur. Vide ſis *Hildan. l. c.* & *Foreſtum l. 20. obſ. 2. Sch.* quo loco libenter concedit *dolorem colicum diſtendentem, acutum & interdum mobilem, dolorem* vero *lienis* gravativum tantum eſſe:

Reliqui practici, ubi ad diagnoſin doloris ex vitio & affectu *Lienis* perveniunt, potius alia ſigna adducunt, quibus is affectus cognoſci debeat, quam ut proprium *ſplenis* dolorem monſtrare poſſint. Et tamen hæ ipſæ notæ, quibus *ſplenem* laborantem exprimere conantur, de gravitate, videlicet in hypochondrio ſiniſtro, de dolore à longa ambulatione, equitatione, aliove vehementi exercitio, de appetitu proſtrato, fluxu hæmorrhoidum ablato, ſpiritus difficultate, mœſtitia, ſomniis turbulentis, de utilitate ſupervenientis diarrhœæ, dyſenteriæ humorumque acidorum vomitus. Item quas de colore cutis atro; excretis nigris, rugitu & murmure in ſiniſtro hypochondrio referunt, ea omnia partim Colo, & *inteſtinis affectis* vel maxime convenire dicimus. Partim vero antiquam iſtam *Galeni* & *Avicennæ* doctrinam ſapiunt, & falſæ ac præconceptæ illi opinioni de officio *Lienis* circa humorem melancholicum ſuperſtructa ſunt, Nimirum *Lienem* ex Hepate per vas venoſum attrahere craſſum ac limoſum ſuccum, ipſis vocatum melancholicum, illum alterare ac ex

ipſo, conveniens ſibi alimentum elaborare, reliquo inutili ad ventriculum per vas breve amandato. Quod ſi jam eveniat, *addunt*, ut tranſitus hic denegetur, excrementum hoc in totum corpus redundans, id ipſum neceſſariò inquinat, variosque morbos, inprimis vero Icterum nigrum, ſcorbutum, affectionem hypochondriacam inducit, ſimili modo ac ex obſtructione veſiculæ felleæ icterus flavus generatur: Quorum tamen omnium explicatio ex aliis longe fontibus haurienda.

α. *Diſtinguendus eſt à doloribus illis*) Colon inteſtinum ſpleni alligatur, & incumbit, quod flatibus diſtentum & ægros & Medicos ſæpe fallit, ſed hac nota diſcernitor, quod ſplenicus dolor gravis ſit, Colicus vero diſtendens, acutus & mobilis. Spleniticus in parte una fixus eſt, In colico totus venter à flatibus diſtentus eſt, In ſplenis vero affectibus ſola pars ſiniſtra. *Rondeletius Pr. c. 37.*

Cave ne Inflationem muſculorum ventris, vel inteſtini coli tranſeuntis ſuper Lienem, judices oppilationem ſplenis ſeu apoſtema, Diſtingue ergo per colorem corporis prædictum, & per profunditatem loci, & urinam albam, ſubtilem, radioſam, vel rubram confuſam, quoniam iſta non apparent in doloribus inteſtinorum, vel muſculorum. *Bertrutius Bononienſis.*

β. *Præſertim poſt cibum vel equitationem*) Res ut pateat ulterius, conſideremus ſaltem dolorem iſtum punctorium hypochondrii ſiniſtri, qui poſt vehementiores corporis motus & exercitia accidere ſolet, & in ſpecie poſt equitationem torquet, Unde etiam natum vulgare illud dogma eximi poſſe, aut ſaltem debere curſoribus *Lienem*, & citra punctorias has moleſtias citatiore curſu pergere poſſent, Verum hunc dolorem non eſſe *ſplenicum* ipſe *Sennertus* (*ex quo deſumpſit Jonſtonus*) qui tamen alias ex hypotheſi vulgari *Lieni*, ejusque dolori multum adhuc tribuat, libenter fatetur. In eo tamen à noſtra opinione declinat, quod Peritoneo illum acceptum ferat, cum potiori jure *inteſtinis* ibidem *locorum arctatis*, & in ſpecie *Colo*, ejusque anguſtiori peripheriæ in curvatura ſit adſcribendus, Unde etiam eſt, quod poſt paſtum crebrius aſſurgat talis dolor, quando ſcil. & copioſiores flatus ex alimentorum recenti aſſumptione & diſtributione inteſtina diſtēdunt, & colon à vicino ventriculi fundo magis comprimitur & anguſtatur, ita & impreſſio digitorum in locum puncturæ, aut fortior manus applicatio dolorem ſapit, quatenus flatuum impetum retundit, ac retro flectit, quorum amiſſione dolor ſenſibiliter levatur, id quod ex Liene quomodo deduci poſſit non video, Præterea dolores hujuſmodi eis in ſpecie graviores incumbunt, qui affectione hypochondriaca laborant, ac inde largiori flatuum ditati ſunt proventu. Dum ergo per motum & exercitium in concalefactis inteſtinis flatus impetuoſiore turgeſcentia vagantur ſub hypochondrio ſiniſtro, ex quacunque cauſa hærent, dolorum iſtorum punctoriorum cauſa exiſtunt. *Etmuller Diſputat. de Dolore Hypochondriaco.*

γ. *Qui proveniunt*) Cauſas dividimus in proximas & remotas, ex rebus non naturalibus deſumptas, Inter proximas 1. ſe offerunt *ſcybala*, ſeu fæces alvi induratæ. 2. Pituita vel Sordes *mucilaginoſæ & viſcidæ*, Hæ, vel hæc pituita, ſi, quod ut plurimum contingit, ſi præterea vitioſo acore, omnibus partibus membranoſis hoſtili, inquinata, ac in colo *ſub ſiniſtro hypochondrio* collecta fuerit, fixum, continuo lancinantem, & quaſi aculeis pars perforaretur, atrociter pungentem, apto vocabulo terebrantem appellatum, dolorem infert.

3. Frequentes *dolorum*, vulgo *dictorum ſplenicorum* cauſæ Flatus, hi impetuoſius per amplitudines *Coli* delati, impingūt in lateris ſiniſtri ea parte quæ ad incurvatur ac anguſtatur, unde in ſe coacti cum murmure & borborygmis, non raro ſenſibilibus retro flectuntur & moleſtum diſtenſionis lacerationisque ſenſum inferunt, tunc inprimis quando reſpirationis actione diaphragma deorſum pulſum, Colon ibidem ſubſtratum premit, ita flatus in anguſtum ſpatium cogit, unde non raro tumor elevatur, qui affectione hypochondriaca laborantibus potiſſimum familiaris eſt, & male Inflatio Lienis dici ſolet.

Quoad *Cauſas remotas*, ex *ſex non naturalibus* deſumendas eſt 1. *Aer* frigidus, abdomine veſtibus non bene munito ſuſceptus. 2. *Aſſumpta* vel *qualitate* vel *quantitate* nocentia. Ubi conſideranda venit etiam ipſa ſtomachi cruditas acida, ex qua in inteſtinis poſtmodum per vitioſam fermentationem producuntur flatus, infarciente eadem de cauſa copioſo muco inteſtina, & in ſpecie Colon ejusque cellulas, Id quod in iis ad oculum patet, qui affectione hypochondriaca laborant; in iis enim acidum hoc nimium & vinoſum, in ſtomacho modo dictos effectus tanquam pediſſequas ducit.

Præter talia, & flatulenta, & in ſpecie fermentativa aſſumpta, doloroſas has in ſiniſtro latere dant turbas, eſt quorundam aſſumptorum hæc natura, ut ſub digeſtione ſtomachi fermentativa copioſum *gas* efficiant, v. g. ex uvis comeſtis, &c. (*vide cap. de Colico dolore §. Obvenit aliquando à ſolo*) ſic *Foreſtus* refert de mercatore quodam, qui ex flatulentorum ciborum ingeſtione, & potatione muſti, tumor inſignis, & ingens dolor in latere ſiniſtro exortus fuit, qui cum copioſo flatuum exitu finiit.

Somnus & ipſe nimius, ad inteſtinorum infarctum, ac ſcybalorum, aut viſcidorum excrementorum in Colo hæſionem plurimum diſponit, Id quod etiam de *Quieto* valet; quemadmodum enim motu ac exercitio corporis ſanguinis circulatio, ejus vitalis fermentatio, ac ſpirituum volatilium generatio augetur, unde & alimentorum fermentatio, aſſimilatio, diſtributio & heterogeneorum ſeparatio ac præcipitatio promovetur, ita è contrario ſomnus nimius generandis & coacervandis crudis ſuccis inſervit, & omnes excretiones ſenſibiles conſuetas, dum dormiens 7. hor. ſpatio occulte, ſalubriter, & ſine violentia perſpirare ſolet duplo magis quam vigilans, teſte *Sanctorio in Med. ſtat. ſ. 4. aph. 2.* tam propter ſpirituum animalium tardiorem ſomnum, quam propter partium agiliorum tranſpirationem inſenſibilem tranſudationemq; ſenſibilē impedit, unde & ipſa excernenda imminuta, indéq; inteſtinorum retenta plurimum aucta, tandem dolorem noſtrum inferunt.

Fuerunt hæ cauſæ materialiter conſideratæ, quoad eam efficaciam formalem ſeu rationem, ſub qua talem inferant dolorem, vide Caput de Colico dolore §. *Inteſtini Coli continuum ſolveres.* Etmuller.

γ. *Qui proveniunt vel a flatibus*) Hypochondriorum dolores ſæpenumero non tam ſunt ſplenici quam inteſtinales, ab inflatione coli oriundi. *Wedelius.*

δ. *Qui in ſpatia peritonæi*) Dolorem hunc ſtatuit Colicum, ejusque ſiniſtram partem afficientem, ſtatuit *Etmuller*, Vide §. *A doloribus illis qui in ſiniſtro latere.*)

Prognoſis.

Caret malum hoc omni fere periculo, ſi pars modo *Coli*, inprimis vero circa finem laboret, clyſteribus eò facile penetrantibus: minus vero facilem medicamentis ſe præbet, ſi totum inteſtinorum fuerit infarctum: tunc enim diuturna mora ſui acerbitate, vigiliis, inquietudine, &c. vires dejicit, idque eo magis ſi malum hæret in inteſtino tenui hypochondrio ſiniſtro ſubſtrato; Contumax eſt, ſi a mucilagine pontica & pituita vitrea oriatur, nam ſupervenire ſolent convulſiones abdominis

ſæpius

ſæpius quaſi excavante, & umbilicum interiora verſus retrahente: Periculoſa & eſt paſſio, ſi oriatur à ſcybalis diu retentis, periculum enim eſt, quin ad volvulum aut inflammationem partem affectam diſponat; Si fit à flatibus; in tympanitem abire poteſt, aut diſtendendo nimis abdomen, ad umbilici intumeſcentiam, aut herniam diſponere. *Etmuller.*

Curationem vide Cap. de Colico dolore.

9. *A muſculorum dolore*) Dolor ſplenis quocunque modo fiat, differt à dolore muſculorum per tactum externum, ſi enim muſculi dolent, etiam leviter ſi tangantur, illico dolorem percipit æger, Sed in ſplene dolor ſtatim à cibo ſumpto communicatur, & color ſæpe mutatur, quod in muſculis externis non fit, quamvis difficilius cognoſcatur in muſculis profundioribus, quam in iis qui in ſuperficie poſiti ſunt, hæc tamen ſupra dicta non aderunt. *Foreſtus. l. 20. Obſ. 7.*

10. *Curatio*) Curationem inflammationis & obſtructionis: vide ſuis locis, moleſtus ſenſus tollitur Anodynis dictis, E chirurgico fonte commendatur venæ humerariæ ſiniſtræ aut ſalvatellæ ſectio, ſi æſtus, urinæ ruſo aut febris adſit: Pharmacia cauſam removet per alterantia & evacuantia tum humores calidos, tum frigidos, Diuretica etiam conveniunt, Alterantia Lienis intemperiem corrigunt, flatus ſi adſint diſcutiunt; Anodyna tum interna, ut *ſulphur narcoticum vitrioli*, ſi legitimum haberi queat; tum externa, ex *flor. chamom. melilot. ſem. anethi, fœnic. rad. althææ, malvæ*, &c. *Rolfincius.*

Curatio doloris à Flatu perficitur clyſteribus carminantibus, purgatione convenienti, fomentiſque emollientibus ac diſcutientibus *aceto* adjecto, tum etiam Linimentis compoſitis ex *ol. liliorum. chamemel. cappar. abſinth.* cum modico *ſpica* & aceti.

Si poſt horum remediorum uſum dolor perſiſtit, *Cucurbitula* ſiniſtro hypochondrio erit admovenda, modo nulla inflammationis aut fluxionis ſuſpicio fuerit. *Reverius.*

Icterus.

II. [11] *Icterus niger eſt cutis totius corporis in nigrum mutatio,* [12] *ab effuſione humoris melancholici in cutem procedens.*

[13] *Cognoſcitur* ex ipſo colore, [14] dolore in ſiniſtro hypochondrio gravante & diſtendente, urina nigra aut ſublivida, morſu circa ventrem, &c.

[15] *Oritur* [16] ab iiſdem cauſis, à quibus Icterus flavus, niſi quod ibi epar, [17] hic lien peccet.

[18] *Curatur* autem *difficilius*, quia, ſi veſiculæ felleæ vitio fit; major adeſt bilis corruptio; ſi vitio lienis, humor eſt contumacior, & metus eſt hydropis, quod ſi ſuperveniat inflatio nec reſolvatur, mortem ſignificat.

[19] Medicamenta [20] è *Chalybe* ſunt in illo commoda: ſed & balneum ſiccum, [21] poſt quod corpus [22] emulſione *ſeminis cannabis:* [23] facies, aqua *florum fabarum* cum vino mixta, abſtergenda eſt. [24] Hæmorrhoides proſunt: ſed & [25] urina ſuam diſpoſitionem ſervans, bonum indicium.

Icterus Niger.

11. *Icterus niger*) Vitium iſtud etiam *Arquatus niger* vocatur μέλας ἴκτερος, ater regius morbus.

12. *Ab effuſione humoris melancholici*) Hunc affectum Practici oriri volunt ab obſtructione meatus, qui ex hepate in Lienem, & inde in fundum ventriculi protenſus ſit; aut ubi meatus & venæ in liene obſtruantur, melancholicum humorem in hepar regurgitare, & cum ſanguine in totum corpus diffundi, totumque corpus ſubnigro colore tingi, & ſic hunc affectum, ſeu Icterum nigrum, generari; Verum admodum incerta eſt hæc doctrina; nuſquam enim ſectione inſtituta, atra bilis in conſpectum venit, ſicut flava illa ſemper in ſua veſicula præſto eſt: Neoterici vero Icterum hunc nigrum à vitiato ſucco Pancreatico provenire volunt; quid autem id fiat, indicare vel comprehendere conſimiliter adhuc tum nemo eorum ſatis poteſt. Quicquid ſit, ſic affecti plerumque ſunt Lienares & melancholici, eorumque Lienes fere aliis naturaliter ſe habentibus grandiores deprehenduntur: Ordinarius quoque cutis color ſpleneticorum eſt, quod ad fuſcedinem & atrorem quendam tendat; unde conjecturabile eſt, Lienem in ſanguificatione; & quidem ſanguine arteriali ſimul cooperari: Etſi nimium magnus & fortis lien in homine ſit, ut in melancholicis à nativitate eſſe ſolet, tunc etiam fortius operari in ſanguificatione, ac ſanguini inducere majorem craſſitudinem; magnum quoque generare proventum ſucci melancholici, qui ſua auſteritate adſtringit, ipſumque cutem compactiorem & magis opacam reddit; unde non modo ſanguis craſſior etiam fuſcior eſt, verum etiam tranſparentia cutis magis impedita, quin & copioſa adſtrictio plerumque etiam pilos occupat, adeo ut nigri appareant; Verum nigredo nihil aliud eſt quam confertiſſima rubedo, qualis etiam in antimonio liquato eſt, quod pariter nigrum apparet, ſed per omnes particulas rubicundum eſt, & quidem tam copioſæ, & confertim cumulatæ & compactæ rubedinis, ut nigredinem mentiatur. *Cardilucius in Prax. Chym. Hartmanni p. 565.* Atram bilem, quam in Liene coacervari & contineri exiſtimant, in venas abripi, indeque Icterum nigrum provenire aliqui docuerunt: Verū cum in Liene ejuſmodi bilis nullibi; nec ſinus aut veſicula aliqua, in qua recipi deberet, deprehēdatur, inde ſane ea prodire minime poterit, neque etſi adeſſet in venam cavam, quæ nullo ramo Lienem contingit, deferri, ſed ſi in alia vaſa transferretur, eam in arteriæ ramos, quibus lien intexitur, devenire neceſſe eſſet, unde longe graviora quam Icterus, ſequerentur accidentia: Quare atram hanc bilem in liene non neceſſe eſt perquirere, cum hæc in venæ Portæ ramis, quorum dexter ad hepar fertur, ſiniſter ad lienem (à quo in lienem portionem aliquam illius perferri poſſe non negamus) contenta; ſi præternaturalis fiat, & flavum, & viridem, & nigrum colorem induat, nec dum alia via, tam à ſiniſtra quam à dextra ſede quam per hepar in venam cavam transfundi poſſit: Quod niſi fiat, Lienis ſolus affectus Icterum nunquam inducet: Cauſas autem hujus Bilis; tam flavæ quam viridis & atræ redundantiæ, in febribus intermittentibus, quæ inde quoque fiunt, prodire oſtendimus. *Platerus Prax. l. 3. c. 2.*

Icterus niger, (de cujus natura valde controvertitur) fit vel à melancholia, vel à bile, magis adhuc aſſata: melancholia hæc non eſt naturalis: ſed præternaturalis à prava ventriculi aut inteſtinorum concoctione: Sic videmus quoſdam excrementa nigra deponere, prava concoctione aut inquinatione; Non vero oritur à Lienis obſtructione; quod in his affectibus ſæpe Lien ſaniſſimus reperitur: Ex hac melancholia oritur Arquatus niger, dum

ol. amygd. d. cui addatur pulvis ex agrimon. veratro atr. q.s. Crato.

Ceratum meum de *Ammoniaco* plurimum emollit & reſolvit, ut pro arcano habeam.

℞. *G. ammon. acet. ſol.* ℥j. *ungu. dialth. Empl. de melil.* ā ʒß. *furfuris ſrum.* ʒj *pulv. rad bryon. ireos* ā ʒß. *pingued. anatis, anſer. gallina* ā ʒiij. *bdell. galban.* ā ʒiß. *ol. irini* ʒiß. bulliant *leniter in mucilag. ſem. lini, fœnugr.* ā *q. ſ. adde cera* ʒß. *tereb. reſin. pini* ā ℥j. f. ceratum. *Fereſtus.*

℞. *Pellis recens extr. ex vitulo novo*, aut *ariete parvo, coque lento igne in aqua ad remanentiam* ℔ j. *craſſi & viſcoſi hujus. Decocti adde ſucci nicot.* ℥iij. *ſucci ebuli* ℥ij. *aceti ſcyll.* ℥iß. *ol. cappar. amygd. am.* ā unc. ij. *vini albi gen.* aut *Hippocr.* unc. ij. *ferveant ad conſumptionem ſuccorum, & vini, in fine adde ammon. aceto ſcill. ſoluti* unc. iij *pulv. cort. tamariſci, cappar. & flor. ſamb.* ā unc. ß. *M. F. unguent.* Teſtor me hoc auxilio ſcirrhum lienis induratum omnino complanaſſe, *C. Caldera de Heredia Illuſtr. p. 61.*

Mirabile eſt hoc Ungu.

℞. *Ol. comm.* ℔ iij *med. crur. bub.* ℔ j. *butyr. rec.* ℔ ß. *ſucci bryon cyclam.* ā ℔ j. *bulliant lente ad conſumpt. ſuccorum, Colat. adde cera citr.* ℥ viij. *adde pulv. ceterach. cortic. cappar. tamariſc. agni c.* ā ℥ iij. M. F. Ungu. *Amatus cent. 1. cur. 86.*

Empl de fimo capr. reſolutum *cum pulvere fol. marrub. amaranth. cinere ſarment.* Vino & pauco aceto efficax eſt. *J. David Rulandus Pharm. Nov. p. 83.*

Accepi *Bubonem vivum elixum in oleo oliv. rec. ut Ungu. redigatur.* Duritiem ſplenis omnino ſanat. *M. Ant. Zimara.*

16. *Valet Unguentum*) Sequens tanquam mirabile laudatur ab *Amato*, cujus uſu ſe ſcirrhum lienis curaſſe gloriatur, ſeque à Medicis Ferrarienſibus accepiſſe refert; quia vero nimia eſt illius quantitas pro uno ægro, poterit ſic imminui.

℞. *Olei comm.* unc. iij. *medulla crur. bovis* unc. j. *butyr. rec.* unc. ß. *ſucci rad. bryon. & Cucum. agr.* ā unc. iß. bulliant lento igne *fere ad conſumptionem ſuccor. colat. adde cera citr.* unc. j. *pulver. ceterach. cortic. cappar. tamar. & ſemin. agni caſt.* ā ʒij. f. Ungu.

17. *Emplaſtrum ejuſdem*) Præter Empl. in ſcirrho Hepatis propoſitum, ſequ. ſunt efficaciſſima.

℞. *G. Ammon.* unc. iv. *diſſolv. in aceto forti colentur, bulliant, ad conſumptionem aceti, cum pauca cera* f. Empl.

℞. *Cicuta m. iv. ammon.* ℔ ß. *infundantur in aceto dies viii. dein bulliant dum ammon. ſolvatur, hinc per pannum lineum valide exprimantur, iterumque expreſſus liquor bulliat parum, & adjecta cera ac oleo amygd.* f. Empl.

℞. *Succi malva, creſſon. caulium & rad filic.* ā unc. ij. *gummi ammon.* unc. iv. *aceti parum, Diſſolve ſimul lento igne, poſtea coquantur ac colentur, tandem recoquantur ad ſyrupi conſiſtentiam. & cum* unc j. *olei cappar. & cera q. ſ. f. Sparadrap.* regioni lienis applicandum, & tertio quoque die renovandum.

Aquapendens in Chir. Lienes induratos ſequenti Emplaſtro plures ſanatos fuiſſe aſſeverat, quod fit ex duabus partibus *ammoniaci in aceto diſſolv.* una *ſucci nicotian.* una *reſina pini, terebinth. & ſucci ebuli*, una *olei de cappar. & cera nova* q. ſ. ad Cerati ſeu Emplaſtri formam adipiſcendam. *Riverius.*

Empl. *ex rad cyclam. ol. cappar.* mirum in modum lienem attenuat & diſcutit. *Sotenander.*

Emplaſtro hoc ſæpe cum commodo uſus ſum

℞. *Caricar.* ℥ ij. *bdellii, opoapnac.* ā unc. ß. *ſtercor. capr. far. fœnugr.* ā unc. ij. pulv. *rad. cappar. pentaph.* ā ʒiij. *Carica, bdellium & opopan.* aceto acerrimo madefiant, reliqua addantur. *Cr. à Vega.*

17. *Emplaſtrum ejuſdem*) Empl. *ex. Ammon.* additis & aliis gumm. generibus, in *aceto forti diſſolut.* lienis duritiem emollit, addito pauco oleo ſpicæ ad meliorem penetrationem. *Platerus.*

18. *Mandragera*) Hujus radix cocta in *oleo lini*, vel *amygdal. dulc.* & aceto efficaciſſimum remedium, *Platerus.*

19. *Differentia* ſunt eædem, quæ ſcirrhi epatis.

I. Alius eſt *Recens*, qui dolore ad jugulum uſque ſe extendente affligit, & 20. apertione hæmorrhoidum cæteris paribus, curari poteſt.

Alius *inveteratus*, qui omni dolore caret, nec facilè hominem, niſi epar in conſenſum trahatur, tollit.

II. Alius Lienem duntaxat *ſecundum ſuam ſubſtantiam* afficit, qui etiam lienis figura circumſcribitur, quamvis & hic 21. interdum ſecundùm longitudinem, ut teres appareat; interdum ſecundùm latitudinem, interdum ſecundùm omnes dimenſiones intumeſcat. Alius in *alias quoque partes vicinas* effunditur, ut omnem plerumque ventris ſiniſtram regionem complectatur.

19. *Differentia ſunt*) A forma non ſumuntur differentiæ niſi ſecundum magis & minus, ut ſcirrhus maximus poſſit exquiſitus cenſeri, Niſi qui forte dicat, eum eſſe morbum frigidum, & ſic eſſe magis vel minus frigidum. Ratione Tumoris, hic eſt morbus, vel qualitas mutata; Neque à ſubjecto ſumuntur differentiæ, niſi dicamus Lienem affici, vel magis vel minus, ſecundum partem unam quam alteram: ab Efficiente ſumuntur Differentiæ, humor enim durus plurimum eſt melancholicus, interdum etiam pituitoſus, rarius ſanguis vel bilis. *Capivaccius.*

Poſtremam hanc differentiam, ab efficiente petitam quod ſpectat, ſciendum non alium in Liene reperiendum humorem, præter eum qui per vaſa in eum tendentia defertur, ſunt autem hæc *arteria* ſanguinem invehentes, *vena* eandem revehentes, *Nervos* ſpiritus animales afferentes, & *vaſa Lymphatica*, lympham, hinc ut differentiæ, ab *efficiente* petendæ, ſtatuendæ tantum ſint in lympha, vel ſanguine atque hoc, aut bilioſo aut pituitoſo, aut melancholico.

Scirrhus Lienis, eſt vel *πρωτοπαθῶς* vel *δευτεροπαθῶς*: Eſt recens vel inveteratus, occupat vel lienem totum, vel aliquam duntaxat ejus partem: Tantus nonnunquam, ut omnem abdominis ſiniſtram regionem occupet. *Sebiſius.*

20. *Apertione hæmorrhoidum*) Vena ſecanda eſt, ſi ſanguis redundet, ſi virtus ſit robuſta; quare inter

initia ſcirrhi ſanguis mittendus, tunc enim duo propoſiti ſcopi adeſſe poſſunt, noo autem quando eſt progreſſus, quia hydrops ſequeretur: Secanda autem baſilica ſiniſtra, Et ſi virtus noo ſit admodum conſtans, ſalvatella ſiniſtra, vel apetiendæ hæmorthoides. *Capivaccius.*

[21.] *Interdum ſecundum longitudinem &c.*) *Hildanus cent. 2. obſ. 45.* meminit Lienis io fœmina immenſæ magnitudinis, duri & inferiore parte verſus ilium rotundi, ſanguine aduſto pleni: Iſta fœmina credebat ſe fœtum mortuum geſtare, rotundum Lienis tumorem, infantia caput æſtimans: In Dom. de *Harſy Iuriſconſulte*, infigni ſpleoico, eminebat tumor in abdomine, ſiniſtro latere mediocris pomi magnitudine, indolens, quid rei eſſet hæſitabant Medici, cum diſtaret à Lienis regione io ſtatu naturali, Eo mortuo appatuit ecphyſis ſive tomor dimidii pomi magnitudioe, ſummæ & anticæ Lieois parti attenſus.

[a.] *Alius in alias quoquè vicinas partes effunditur*) *Quibuſdam ſplen deorſum vergit, iis pedes & genua & manus incaleſcunt, naſus & aures ſemper frigent; Num propter hoc quod tenuis illis inſit ſanguis? Num etiam talem naturali habent?* Inquit *Hippocrates 6. Epid. ſ. 2.* melancholicum ſanguinem ſeroſum & tenuem eſſe conſtat, quod lienoſi tenui ſanguine abundare deprehendaotur, cum Lien membrum adeo melancholicum ſit; Eſt vero non totus tenuis (nam quomodo poſſet eſſe fæculentus) ſed ot vitioſum lae, quod mediocris ſucci expers, fere reſolvitur in caſeum & ſerum; Talis cum ſit qui colligitur io Liene, accidit ut craſſus & fæculentus in inferiora, & tenuis ac ſeroſus in ſuperiora repat; Unde videmus his venas in cruribus & imo ventre nigreſcere & craſſeſcere, ac nonnunquam hæmorrhoidas craſſum fundere, & ex nare ſiniſtra ſanguioem tenoem & aquoſum copioſè exire. Hinc etiam fit, quod *Hippocrates* ounc animadvertit, ut in his pedes, manus, ac genua caleaot, ob fæces illas ſanguinis putreſcentes, Et extremitates capitis frigeant, ob redundantiam ſanguinis aquoſi: Noo tamen hoc Lienoſis omnibus æque, ſed iis magis quibus Lien eſt declivis; Qualis autem ſit qui talis, & qua cauſa hæc fiant, ſequentibus verbis declarat.

Lien durus non ſuperiore, ſed inferiore parte, rotundus, latus, craſſus, longus, tenuis, Dixit *pedes, manus ac genua incaleſcere, naſum & aures frigere ſemper*, in quibus Lien eſt declivis. Explicat nunc qualem vocat *καταῤῥέοντα*, hoc eſt, *declivem*, Eſt autem cujus durities & tumor ad infernam partem ſpectat, Nam tametſi Lien tranſverſe poſitus ſit ſub ſepto tranſverſo, in ſiniſtro hypochondrio, ob mollitiem & laxitatem naturalem; tumere poteſt in omnem partem, & miiom in modum creſcere p. n. ut aliquando infra umbilicum manibus comprehendi poſſe videatur: Differeotiæ ergo Lieoſorom deſumuntur ex parte Lienis, io quam præcipoe inclinat tumor, & ex tumoris figura; Quibuſdam enim tumor magis ſuperna pars, qua ſeptum eſt; aliis inferna quæ ſpectat ad umbilicum; Rurſus quibuſdam eſt tumor rotundus, aliis in loogum productus, Declivis ergo eſt, cujus tumor humilem partem teoet, Cujus duæ ſoleot eſſe figoræ, Quibuſdam enim ſentitur eſſe Lieo durus, oon ſuperoa ſed inferna parte, & teres, latus ac craſſus, hoc eſt magnam amplamque rotunditatem ibi habeos; Aliis loogus & tenuis, h. e. in longum productus, & durus ac anguſtus, ut quidam muſculus.

Et hæ differentiæ non ſunt omnino contemnendæ, cum eoim hypochondria ea parte ſita ſint, qoa ſuperiores corporis partes ab infetioribos ſeparantur, merito fit ut infernæ eorum partes cum infernis, & ioſernæ cum ſupernis habeant magnam ſympathiam, cum ergo tumor obſidet ſupernam Lienis partem, ſupernas afficiet, & difficultatem reſpirandi faciet, & fluxum ſanguinis craſſioris ex naribus magis faciet, & cujus curatio miſſo ex ſiniſtra manu ſanguine melius ſuccedet; Cum vèro obſidet infernam, afficiet potius inferoam, ut renem ſiniſtrom, & ad hæmorrhoidas aut varices inclinabit, potius ſanguis craſſus, cujus curatio procedet potius ex ſiniſtro crure miſſo ſanguine, ut conſtet hinc etiam ad ratiooem curandi conferre plurimum dictas Tumorum Lienis differentias.

Conſtat præter dicta, Cur iis quibus Lien eſt declivis, potius quam aliis lienoſis frigeant capitis extremæ partes, & manus, pedes ac genoa caleant, Nam quibus tumor in ſuperna parte Lienis eſt, venæ quoque ſurſum eo latere ſpectantes, plenæ ſunt & tument, deferuntque in caput craſſum ſanguinem, qui eum obſtructus inculcatuſque potreſcat, calfacit partes ſupernas in quas vergit, humiles vero tunc inopia caloris laborant; Quibus vero tumet infernus Lien, venæ inferiores eo ſanguine tumentes calorem communicant extremis eorporis partibus, præcipue humilibus; ſuperiores vero venæ deferunt in caput ſerum, ſanguine velut caſeo deorſum ſubſidente, quare merito partes extremæ ad faciem ſpectantea rigent. *Walleſius comm. in eit. Hippocr. locum. pag. 614.*

Diverſus.

III. Diverſus à ſcirrho *magnus lien*, qui ita tumet, ut tumor, qui ad tactum mollis & quaſi fungoſus, à coſtis nothis incipiens, propè os pubis deſinat, lineam albam in ſupino ægro proximè attingat, vacuum ſpacium inter coſtas & ſpinam ilii impleat, & provoluto dextrorſum corpore, facilè eo prolabatur: affligit quandoque & oris ſiccitas, quia intercepto à liene ſero ad ductus ſalivales nihil confluit.

Evadit talis quando in magnitudine excedit, & [22.] juſto laxius parenchyma ſeu ab ortu, ſeu poſt ſortitur. Sic enim facilius humiditates imbibit, quas vel ſanguis arterioſus quò lien abundat plus æquo fluidior, vel lymphatica vaſa ſubminiſtrant; vel etiam morbus præcedens per *μετάστασιν* depoſuit: Solet nempe quandoque poſt quartanam infeſtare: *Curaturque Evacuatione* per vomitum, alvum & urinas.

Quod ſi laxatis nimiâ morâ fibris, collectum in ſpongioſo parenchymate ſerum exprimi non poteſt, *ſcirrhus*, fit tunicâ etiam ita condenſata, ut corium bubulum craſſitie æquet. Laudantur, ergò in eo *diuretica*, ex quibus *pulvis ononidis*, & ſudorifera: notaturque quendam urinis nigris per aliquot dies effuſis, ſanitati reſtitutum. Vide *Bartholini Cent. IV. Epiſt.* 13. & 14. Abit verò & hic à *lienibus magnis* Hippocratis.

De Magnis Lienibus.

[22.] *Diverſus à Scirrho magnus Lien*) Magnitudo Lienis in hominibus diverſa eſt, pro corporum & conſtitutionum diverſitate, Plerumq; longitudinem habet ferè ſex digitorum tranſverſorum, latitudiné triũ, craſſitiem pollicis; In morboſis corporibus interdum enormẽ acquirit magnitudiné, ita ut ejus protuberãtia extra coſta

ſentiri & videri poſſit, Sic qui humidas regiones incolunt, & aquas paludoſas bibunt, magnos Lienes habere ſolent; *Lindanus* refert Friſiorum vulgus, quòd pro potu quotidiano lacte ebutyrato & acido, plerumq; magnos habere Lienes. *Ætius lib.7.c.10. & 16.* ſcribit hoc viſcus in Lienoſis nonnunquam longitudine ſua uſque ad inguen pervenire, & latitudine jecur contingere: Exempla vide apud *Veſalium l. 5. Anat. c. 9. Cabrolium Obſerv.7. Columbum Anat.lib.15.* Sed tanta magnitudo rara eſt, Interim quo viſcus hoc majus eſt, eo pejus degit homo, ejuſque corpus extenuatur, quia ab eo non ſuppeditatur materia congrua ad fermentum conveniens in hepate conficiendum, qui deſtitutus, ſanguis debito modo non attenuatur, ſed acris, acidos, craſſus, aliove modo ad partium nutritionem inutilis relinquitur, atque hinc etiam Stomacacem, ſeu ſcorbutum, enaſci primus tradidit *Hippocr. 2. Prorrh.* his verbis *Gingiva vitiata, & ora graveolentia his ſunt, quibus ſplenes magni: quibus vero ſplenes magnos habentibus ſanguis prorumpit, nec os olet, horum tibia prava ulcera habent & cicatrices nigras.*

Spigelius obſervat eos qui amplas habent venas, habere lienes nigros, atque ideo macilentos facilius quam pingues, in tumidos Lienes incidere. *Diemerbroeck Anat l.1.c.15.*

Hiſtoriam Ill. Comitiſſæ magno Liene donatæ ad *Thomam Bartholinum conſcribit Joh. Jacob. Wepferus.*

Illuſtriſſima Comitiſſa, &c. circa xxx. ætatis annum poſt largiorem melonum uſum, inſuper epoto vino glaciato, incidit in febrem intermittentem, &c. Poſt aliquot ſeptimanarum decurſum febris evanuit, ac remanſit Tumor in hypochondrio ſiniſtro indolens locoque morbi, &c. Pridem crebro ſanguinem tenuem ex nare utraque & fere quotidie ſtillavit: Poſt uſum ſpleneticorum, hæmorrhagia rarior & parcior eſt, urinam copioſius, & potum quantitate ſuperantem, ſed pallidiorem nunc emingit: Tumor quoque horum uſu aliquantulum decreſcit: Ejus facies, dum hæc ſcribo, talis eſt, Sub coſtis nothis in ſiniſtro latere incipit, deſinit prope os pubis: Si ſupina jaceat lineam albam non tranſcendit, ſed tamen prope fere attingit, vacuum ſpatium inter coſtas & ſpinam Ilii implet. Si extorſum corpus volutet, illuc prolabitur, imo manu facili labore euſque adigi poteſt, ejus terminos circa lineam albam, ſimiles linguæ bubulæ non ſemel tactu explorare potui: Ego tumorem hunc ſemper Lienem magnum credidi, ejus ſcilicet affectum à ſcirrho prorſus diverſum, ut mecum quoque *Dodonæus in Praxi Med.* ſentit, Tumor enim attactui mollis, & quaſi fungoſus tangenti manui occurrit: Eoque lubentius id exiſtimo, quia quendam magno Liene defunctum aperui, in quo, dum vivebat, eadem Tumoris ratio erat; poſt mortem v. exertus Lien plane mollis erat inſtar ſpongiæ madidæ, ingrediebatur illum inſignis magnitudinis arteria ſplenica, egrediebatur major vena, tunica admodum denſa operiebatur, parenchyma abſolvebant fibræ mire inter ſe contextæ, & ſanguis valde ſeroſus, cavernulas ex mira fibrarum contextura enatas adimplens; Sanguinem hunc penitus, non ſolum in hoc, ſed tenus in pluribus lienibus, non magno labore, detracta tunica, elui poſſe didici: Fibrarum iſte contextus, expreſſa aqua admodum contrahitur & e. g. reſpectu ſplenis bubuli minima ejus portio apparet; aqua vero immerſa protinus mire ſecundum omnes proportiones dilatatur, inſtar ſpongiæ aqua prægnantis: An ſanguinem qualitate aliqua imbuat? an vero ſolum curſum ejus remoretur, vel aliud beneficium conferat? non definio. In Illuſtriſſ. igitur Domina ſpleneticas fibrarum cavernas admodum ſeroſo ſanguine impletas exiſtimo; fibras vero arbitror tonum ſuum & robur ob annuam p. n. expanſionem earum non perdidiſſe, atque ob hanc cauſam tanto tempore molem Lienis eandem permanere. Exc. T. rogo quid de hoc affectu ſentiat: certus ſum magnos Lienes illi notos, cum in illis oris vivat, ubi frequentiores ſunt quàm in his regionibus, Humorem melancholicum multi accuſant, at penes Illuſtr. Dominam nulli hujus humoris effectus apparent, ſi molem ſplenis excipiam, quæ tamen æque ab aqua, forte *Hippocr. & Ariſtot.* faventibus, accidere poteſt. Deinde Quid de Diureticis ſentiat in hoc morbo? Antiſcorbutica laudantur, quæ pleraque talia. *Scultetus* in *Armam.* ad ſarcocelen conſumendam commendat *rad. Ononidis pulverem*, Illuſtr. Dom. porrectum non neglectis univerſalibus, inde tumor imminui videbatur, certe hæmorrhagia narium ceſſavit, An pergendum? Quod de Topicis, E. g. Emplaſt. cicutarum *Hildani* ſcire cuperem?

Reſponſio Th. Bartholini Vitium Illuſtr. Dominæ quod ſignaſti, aliud eſſe non credo, quam Lienis magnitudinem excedentem, ſive nativam, ſive adſcititiam, Nativam cum dico, nolo ex magnitudine natum Lienem, quia hiſtoriæ Tuæ id repugnat, ſed quod juſto laxius ejus parenchyma fuerit prima origine, adeoque aptius ad imbibendas humiditates, quas vel morbus præcedens per μετάστασιν depoſuit, vel ſanguis arterioſus, quo lien abundat, plus æquo fluidior, vel denique lymphatica vaſa ſubminiſtrare potuerunt: His modis magni Lienes fiunt, & ſine magno incommodo à pluribus geruntur, *M. Donatus T. 6. Hiſt. Med. mir. cap. 3.* ſcribit mulierem quandam adeo ingentem Lienem habuiſſe, ut univerſum abdominis ſpatium occuparet; quo tamen non obſtante plures filios peperiſſe optime formatos. Vidi ego non pauca exempla. Uxor mea Suaviſſima poſt Quartanam aliquot abhinc annis, magnum Lienem recipit, qui etiam tactu deprehenſus eſt, ſiniſtram abdominis partem occupare, Angebat animo, & ſuperveniente Ictero omnia conclamata credidit. Sed præter ſpem largis evacuationibus bilioſi ſeri per vomitum, alvum & urinam ſuccedentibus, brevi convaluit, ut nec vola nec veſtigium lienis exinde ſuperfuerit. Fratris quoque meo non ſemel Lien intumuit, ſed per vomitum largiſſimum cruenti ſeri detumuit. Quod ſi vero nimia mora fibræ Lienis laxentur, ut collectum in ſpongioſo parenchymate ſerum exprimi non poſſit, ſcirrhus incurabilis oritur, tunica externa etiam ita condenſata, ut corium bubulum craſſitie æquet, quod in ſplenetico hoc à me ſecto obſervavi. In alio Romæ vidi à compreſſione tumidi Lienis conſtrictis inteſtinis deglutiendi ſublatam facultatem: Ita obſtructum Lienem in vetula exemit *Fioravantius*, poſſeque Lienem innoxie exſcindi in homine vulnerato narrat *Ballonius l.2.Epid.* & nos hic in canibus experti ſumus.

Humidi copioſi proventum hic recte cum *Hippocrate* incuſas, qui in hujuſmodi hominibus ſputo ſe prodit, & hæmorrhagia. Revera ſerum ibidem p. n. cumulari in ſuſpenſo deprehendit. *V. Coiter in Obſerv. Anat. miſc.* Veſica enim duorum pugnorum magnitudine aqua plena lieni adhærebat; Quod deinde lienoſi nonnunquam ſint ſicco ore, nec ſuperfluo humore multum turgeant, hæc ratio eſt, quia ſerum à liene intercipitur & cumulatur, unde nec ad ductus ſalivales confluere poteſt, nec ad reliquas corporis partes, quanquam frequentius eveniat, ut & ſputatores inſignes ſint ſcorbutici, & reliquo corpore ſudore diffluant.

Illuſtriſſimæ Veſtræ Lienem ſimili ſero diſtendi indubie

indubiè credo, & quia ab utero compreſſus (*interim enim utero geſſit*) ſurſum aſcenderat, deſcenderatque tumor ejus, ſpero prolapſum non eſſe, aut utero non annatum, quod in *Comitiſſa de Borzeon* obſervavit *Riolanus l. 2. Antrop. c. 23.*

De *Diureticis* porro & *Emplaſtris* quod meum aſſenſum expetas, non poſſum non in illorum delectu tutum judicium laudare: Per lotium hujuſmodi ſerum in Liene congeſtum commode poſſe expugnari, Natura monſtrante viam didicimus. Notus eſt Religioſus ille Lienis tumore & hypochondrii gravitate à *Valeſio Ex. 40. ad Hollerium de morb. int.* notatus, qui urinis nigricantibus, atramento ſimillimis per 5. vel 6. dies erumpentibus, priſtinam incolumitatem adeptus eſt; Medicus eſt Naturæ imitator, & tuto illam ſequitur, ſi aſſequi poſſit; Laboramus enim defectu Diureticorum ſine nauſea prompte & certo operantium: Variis ſalibus, lixiviis, decoctis, aquis, pulveribus hydropicorum aquas per vias urinæ aliquoties tentavi educere, ſed nonniſi ſemel in juvencula ſucceſſit; Non ſemel vero per ſudorem, ſive unicornu noſtro provocatum feliciter ægros reſtitui, in quem proniores quoque ſunt Scorbutici noſtri & antiſcorbutica non infeliciter eo collineant, ſed hic & ubique Naturæ via pertentanda, ut illi inſiſtamus, quam elegerit: Ad Scorbutum nos ſingularem *trifolii* aquatici virtutem probavimus, præter *morum Norvvagicam*, *cochleariam, naſturtium, &c.* Pulverem *rad. ononidis* ante *Scultetum* commendavit *Matthiolus*, quo & ego in Sarcocele Advocati uſus ſum, ſed ſine magno ſucceſſu. *Empl. ex cicuta* magnifacio; & ejus continuatum uſum diſſuadere non poſſum: Hoc conſilio in Empl. noſtro Splenetico *Diſpenſat. Hafnienſis* reliquis *cicutam* adjeci, *nicotianam & ebulum*, &c.

Commemorata *Valetii* hiſtoria ſplenetici, urinas nigras cum euphoria excernentis, in mentem mihi revocat, allatam hiſtoriam in ſepulchreto meo Nob. *Dom. de Harſy*, inſignis Lienoſi, cui utrumque hypochondrium immenſe tumebat, adeo ut hepatis non minus quam lienis tumentis ſuſpicio eſſet; In defuncti vero cadavere ſplen monſtroſæ magnitudinis repertus, qui in anguſtius propellebat hepar, ut inde tumens appareret, etiamſi magnitudinem naturalem vix excederet, urinarum vero nigrarum, atramento ſimilium, excretio illi ſalutariter & cum levamine accidebat.

23. *Juſto laxius parenchyma*) Subſtantia in ſano Liene durinſcula & firma eſt, ac quamlibet contrectationem ſine læſione perpetitur; at in morboſo ſæpe mollior evadit & facile diſſolvitur: Sic in ſcorbuticis & hypochondriacis, cum multoties adeo mollem poſt mortem inveni, ut ab impoſito leviter digito totus facillime perforaretur, & ab aëre externo facile liqueſceret; alioqui primo intuitu ſatis in magnitudine & colore nihil alieni præ ſe ferre videtur. Scorbuticum diſſecui, cui ſubſtantia lienis, tempore ſatis frigido intra bidui ſpatium ab aëre externo ſponte in ſpumoſum liquorem obſcure rubrum (inſtar fæcis vini rubri) diſſolvebatur, adeoque liqueſcebat, ut præter multas fibrillas & tenuia vaſcula, ferè nihil ſolidi intra membranam ejus contineri videretur.

Ex quo liquet error eorum qui in ſcorbuto, hypochondriaca affectione, aliiſve è ſplene oriundis morbis, ſemper culpant hujus viſceris obſtructionem, duritiem aut tumorem, cum tamen nullum plerumq; ejuſmodi vitium (etſi interdum etiam adeſſe poſſit) in his affectibus conſpiciatur, ſed ſola ſpecifica dyſcraſia, ſeu ſubſtantiæ peculiaris diſpoſitio à naturali recedens (cujus ratione fermentaceam materiam nimis acrem, crudam, acidam, debilem, aut fixam, aliovè modo male diſpoſitam conficit) dictorum affectuum cauſa ſit. *Diemerbroeck Anat. l. 1. c. 15.*

Lienes magni Hippocratis.

De his *lib. 2. Prorrh.* his verbis, *Gingiva vitiata, & ora graveolentia his ſunt, quibus* Splenes magni, *Quibus vero ſplenes magnos habentibus ſanguis prorumpit, nec os olet, horum tibia prava ulcera habent & cicatrices nigras.*

Magnitudo Lienis in hominibus diverſa eſt, pro corporum & conſtitutionum diverſitate; Plerumque longitudinem habet fere ſex digitorum tranſverſorum, latitudinem trium, craſſitiem pollicis. In morboſis tamen corporibus, enormem acquirit magnitudinem, ita ut ejus protuberantia extra coſtas ſentiri & videri poſſit. Sic qui humidas regiones incolunt, & aquas paludoſas bibunt, magnos Lienes habere ſolent; *Lindanus* refert Friſiorum vulgus, quod pro potu quotidiano utitur lacte ebutyrato & acido, plerumque magnos habere Lienes, *Ætius lib. 7. cap. 2.* ſcribit hoc viſcus in Lienoſis nonnunquam longitudine ſua uſque ad inguen pervenire, & latitudine Jecur contingere; Sed tanta magnitudo rara eſt.

Interim quo viſcus hoc majus eſt, eo pejus degit homo, ejuſque corpus magis extenuatur, quia ab eo non ſuppeditatur materia congrua ad fermentum conveniens, in hepate conficiendum, quo deſiturus ſanguis, debito modo non attenuatur, ſed acris, acidus, craſſus, aliove modo ad partium nutritionem inutilis relinquitur. *De Diemerbroeck Anat. l. 1. c. 15.*

Lienes magni.

Rariſſime magnitudo Lienis naturali minor eſt, cujus tamen nonnulla exempla legiſſe me memini. *Riolanus* refert *Thuani Hiſtorici* Lienem vix unciam ponderaſſe. *Idem.*

Lienis Connexio & Situs mutatus.

Lien parte convexa Diaphragmati non firmiter, ſicut hepar, ſed ſuperficialiter, nec non Rene ſiniſtro connectitur per tenues membraneas fibrillas à peritonæo enatas, Sima vero parte adhæret Omento & vicinis partibus, ſicque ligatus in corpore bene habito, ultra infimam coſtam non deſcendit; at ligamentis relaxatis humiliore loco ſeorſum, cum magno valetudinis incommodo; Iiſdem vero diſruptis nonnunquam in hypogaſtrium delabi viſus eſt, quod *Cabrolius* in quodam vidit, cui Lien per totam ventris cavitatem natabat, & *Riolanus* in muliere, in qua Lien ſupra uterum ſubſederat, quod à morte innotuit. *Diemerbroeck Anat. l. 1. c. 15.*

Diæta.

Victus debet eſſe mediocris & moderate attenuans, Fiat vinum medicatum tempore vindemiarum cum propoſitis medicamentis, (vide §. 10. *Inter digerentia interne*) præſertim cum *cortic. rad. tamariſci.* Quidam pro ſecreto habent, ſi vinum conſervetur in vaſe confecto è *tamariſco*, & ſi patiens bibat è cyatho, qui confectus ſit è tamariſco, *Capivaccius.*

Cap. LIII.

De Vlcere & Vulnere lienis.

DE *Vlcere* nihil eſt quod obſerves, niſi [1] Inflammationes & tumores ſequi, [2] pus interdum per urinam, vomitum vel alvum fundere. [3] Expurgari, abſtergi, conſolidari.

Vulnus [4] vel eſt *in ſuperficie*, quod minùs lethale eſt. Vel *in ſubſtantia*, quod propter effuſionem ſanguinis eſt mortiferum. [5] Vbicunque tandem ſit, nigrum ſanguinem fundit, plerumque ſimul ventriculum afficit, ſitim, & dolorem ad jugulum, excitat. Pus interdum per urinas excernitur, deductum per arteriam cœliacam, ad arteriæ magnæ truncum, & hinc ad emulgentes, [6] Vulnerariis potionibus [7] etiam ſanatur.

1. *Inflammationes & Tumores ſequi*) Quibus in caſibus Uſtio habet locum, teſtibus *Hippocrate*, *Paulo & Albucaſi*: Noſtro etiam ſeculo, *Bauhino* affirmante felici cum ſucceſſu fuit exercita, Talis autem uſtio, vel fit *externe* in Lienis regione, vel aperta iſta regione in ipſo Lienis parenchymate; Externe *tumentem* dolentemque Lienem decem per ſnogos cruſtis inunt *Hippocrates lib. de Affect. n.33. & ſequ.* Per ignitum vero ferrum urendi rationem expoſuit *Paulus l.7.c.52.* quæ eſt, ut per hamulos diſtentæ cuti, quæ ſpleni ſuperinjecta eſt, Cauterium triplex; tridentis inſtar altera infixum tranſuatur, ita enim ſex inuſtæ relinquentur cruſtę. Locum inurendum docuit, fore illum, quo cubitus ſiniſter pertingit.

Interne Lienis parenchyma, curſoribus uri veriſſimo exemplo confirmare poſſumus; Vidimus enim ante aliquot annos Halberſtadii, apud Suecicum Chiliarchum, à *Burgſtorff*, curſorem, Tilliaoum, in prælio captum, qui ſiogulis diebus novem milliaria germanica pedibus conficere poterat, & ejus rei hanc dabat cauſam, quod ipſi unà cum aliis quinque juvenibus Lien ab Archiatro *Tylliano*, præmiſſa Potione narcotica, & aperta prius ſectione ea abdominis regione, ferro leviter candente uſtus fuerit; Mihi de fide ejus rei dubitanti, ultro Lienis regionem denudabat, & cicatricem à ſectione reſiduam ſatis manifeſtam oſtendebat; addens præterea quod unus de quinque ſociis ex uſtione illa mortuus fuerit. *Mœbius Fund. Med. c.16.*

1. *Inflammationes & tumores ſequi*) Inflammatus Lien raro ſuppuratur & in abſceſſum abit, ſemel tamen hoc vidit *Foreſtus* in Moniali, quæ abſceſſum in Lieoe paſſa, pus per lotium excrevit & curata eſt.

2. *Pus interdum per urinam &c.*) Idque varium, Bonum eſt quod album, æquale, mediocriter craſſum & minime fœtidum, malum quod illi contrarium. *Sebiſius man. p.1304.*

3. *Expurgari &c.*) Eſt fere αὐτεργάτιλον, Curatio tamen tentari poteſt per abſterſoria & glutinantia. *Idem.*

4. *In ſuperficie, quod minus lethale eſt*) Vulnera Lienis prima fronte lethalia non videntur, nam *Eraſiſtratus* perſuaſum habebat Lienem fruſtra factum eſſe. *Ariſtoteles 3. de Part. an. cap.7.* ſcribit Lienem eſſe hepar ſpurium & per accidens ſolum neceſſarium, *Plinius lib. 11. cap.37.* aſſerit curſoribus eſſe impedimento, & innoxie excidi poſſe, quod etiam *Plautus in Mercatore* tradit. *Rouſſetus lib. de Partu caſ.4. cap.9.* refert, ſplenis parenchyma in nonnullis adeo fuiſſe conſumptum, ut ſola membranula, qua tegebatur, manſerit ſuperſtes: Similia habet *Schenckius in Obſerv. Aretæus lib.3. c.14.* de cauſis *& ſignis Acut.* memorat quoſdam integras lienis particulas excreviſſe.

Verum diſtinguendum inter vulnera ejus levia ac ſuperficiaria, & profunda, quibus vaſa illius, quæ numeroſa ſunt, eſſatuque digna ſunt. Illa lethalia non ſunt, hæc vero periculo minimè carent. 1. Quia Lien plurimis eſt inſtructus arteriis, quibus ſauciatis ſanguis vitalis enormiter evacuatur cum ſpiritu vitali; 2. Quia ramum habet à vena Porta, ſplenicum dictum, quo perforato, aut diſſecto, magna oboritur hæmorrhagia, cum pabuli vitæ, caloris, & ſpirituum diſpendio lethali. 3. Quoniam hæmorrhagia iſta ſiſti nequit, manus enim Chirurgi ad locum vulneratum minime pertingit, ἰσχαίμα vero parum proficere videntur, cum vis eorum in itinere exoleſcat. 4. Quia Lien arteriarum ratione magnum habet cum corde conſenſum, per illas enim tetri putridique halitus à pure (*quin & ipſum per &c. mediante* παρεδέσμῳ *ſanguinis deferuntur*) quæ in vulneribus colligi ſolent, ad Cor afferuntur, unde plurima mala proveniunt? 5. Quia Lien, viſcus calidum & ſanguineum, ad inflammationes concipiendas proclive eſt, at inflammatio ejus per ſe periculi plena eſt, & conſolidationem remoratur. 6. Quia Lienis magna eſt neceſſitas, ratione officii. *Sebiſius.*

5. *Vbicunque tandem ſit &c.*) Signa vulnerati Lienis ſunt, ſi vulnus impactum ſit ad locum ubi Lien ſitus; ſi ſanguis nigricans ex vulnere effluat; ſi etiam vomitu aut per alvum ejiciatur; ſi lateris ſiniſtri punctionis doloreſque ad jugulum uſque aſcendant; ſi ſitis vexet, ſi febris ſuperveniat, Quod ſi vulnus altius ſit inflictum, leipothymia crebro cum ſudore frigido concidere ſolet. *Sebiſius.*

6. *Vulnerariis Potionibus etiam ſanatur*) Curationem, dummodo curari queat ſauciatus Lien, non tam Ars quam Natura præſtat: Juvanda tamen conſolidatio per Potiones Vulnerarias, parandas ex variis ſimplicibus, inter quæ principem locum tenent ſequentia, ex quibus infuſiones, & decocta parari queunt, Talis ſunt.

Radicis *conſolida maj. tormens. biſtorta, pentaph. rubia tinct.*

Herbæ *ſanicula, alchymilla, bugula, pyrola, piloſella, herniaria, ophiogloſſ. nummular. plantago, centinodia, equiſetum, vinca pervinca, agrimonia. verbena, virga aurea, conſolida Sarac. hyperic. pimpinella, ſanguiſorba.*

Proſtant in officinis etiam Aquæ *ſanicula alchimilla, piloſella, herniaria, plantag. centinodia, equiſeti, pimpinella, ſanguiſorba, tormentilla.* Sebiſius.

7. *Etiam ſanatur*) Vulnus Lienis æque periculoſum eſt atque hepatis, Nec alia curandi ratio adhiberi commode poteſt. Ea itaque methodo, & iiſdem remediis procedendum erit; Vulnus initio, decocto abluendum, Pulverem vulnerarium inſpergendo, vulnus abdominis conſuendum, & Emplaſtra conglutinatoria imponendo, Intus vero vulneris potionem quotidie exhibendo, in qua tamen præter commemoranda, optimum eſt decoquere *ceterach* ſive *aſplenium*, radic. *Capparis & tamariſci.* Fr. Joel.

CAP.

Cap. LIV.

De Symptomatibus Lienis.

De Dolore Lienis & Ictero nigro.

SYmptomata Lienis ſunt, *Dolor* Lienis, *Icterus niger*, *Affectio hypochondriaca*, & *Scorbutus*.

I. [1] *Dolor Lienis* à ſolutione continui, & [2] tenſione membranæ oritur. [3] Hæc tum ab *Externis*, percuſſione, caſu, &c. infertur: [4] ab *internis*, inflammatione nempe, inflatione, tumoribus, ulceribus, &c. [5] Diligenter verò [6] *diſtinguendus* eſt, tum α à doloribus illis, qui in ſiniſtro latere, β præſertim poſt cibum vel equitationem percipiuntur, [7] qui proveniunt vel à flatibus, vel ab humoribus ſeroſis, [8] qui in ſpacia peritonæi eo loci tunicis pertinaciter adhærentis influentes, ipſos à muſculis diſtendunt: tum [9] à muſculorum dolore, qui ſi iſti parum premantur, ſentitur. [10] *Curatio* Narcotica non exigit. Cum enim exili tantummodo tunica veſtiatur, exquiſitus ille dolor non eſt.

[1] *Dolor Lienis*) Hic fortaſſis ſcrupulum aliquis movebit, Quare Lien in nervorum ramulis donatus, non acuti, ſed tantum obtuſi ſenſus ſit; cum tamen non ſolum nervi per ſe ſint acutiſſimi ſenſus, ſed etiam per ſpiritus animales omnibus mẽbranoſis partibus acutum ſenſum conferant? Fit hoc propterea quod ab ipſa Lienis ſubſtantia ſubacida, (qualis in cocto Liene guſtu percipitur,) ac ſubauſtera, & ab acido fermentaceo ſucco in eo genito, nerviſque circumfuſo, continuus ſtupor illis nervis inducatur; Eodem modo ſicut à rebus acidis & auſteris comeſtis, ſeu maſticatis ſtupor dentibus infertur, unde tunc multo minus, ſeu obſcure tantum ſentiunt. *De Diemerbroeck Anat. c.15.l.1.*

[2] *Dolor Lienis*) Nominatur σπληναλγία appellatione à parte affecta & ſymptomate deſumpta, Definiri poteſt *Triſtis ſenſus partium ejus ſenſu tactus præditarum, dependens à violento tangibili, conferſim & cum impetu agente & unitatem ſolvente.* *Genus* eſt alteratio corruptiva ſenſus Tactus, ſeu triſtis ſenſatio, *Subjectum*, pars ejus membranoſa; parenchyma enim (*Malpighius parenchyma eſſe negat, qui deprehendit totum* Lienis corpus *membranarum eſſe congeriem in cellulas & concamerationes efformatam ſeu diſtinctam; & licet diſſecta ejus ſubſtantia concretum ſanguinem præ ſe ferat, & levi attritione in ſluorem ſolvatur, attamen non ſecus ac in pulmonibus ſpecie carnis nobis imponi.*) rarum & ſpongioſum, molle compactione, ſimul tamen fæculentum & craſſum, inſenſile fere à quibus infeſtatur. *Rolfincius.*

[2] *Dolor Lienis à ſolutione continui & tenſione membranæ oritur*) Inteſtinorum ſi conſideramus ſubſtantiam; doloribus acutis concipiendis aptiſſimam (ſicut revera quam acuti ſint & torquentes tantum non quotidie experimur) è contra vero *Lienis* parenchyma quam his ipſis ſit ineptum, magis magiſque noſtra confirmatur opinio, *Dolores Lieni adſcriptos Inteſtini vicinæ parti eſſe aſſignandos*, Eſt enim totum Lienis corpus membranarum congeries in cellulas & concamerationes, efformata & diſtincta, quæ ipſum veluti favos apte repræſentant.

In his cellulis copioſiſſimæ & fere innumeræ ſunt glandulæ ovales, coloris albi, racematim tanquam uvæ butrus invicem contextæ, cum ſeptem vel octo ſingulus quique botrus conglobetur: Has inter ſparguntur arteriarum & venarum capreoli, quibus intertexuntur, fibræ copioſæ, cum numeroſa ramulorum ſive fibrillarum ſobole, prognatæ ab interiori membrana *Lienis*, ſive à capſula ejuſdem, ad robur mollioris ſubſtantiæ, ſive ut ſint tanquam trabes pro firmandis parietibus, vaſorum ſanguineorum & nervoſorum ac cellularum.

Hanc *Lienis* ſtructuram, hactenus omnium Anatomicorum, ſedulitatem eludentem, uti primo luſtravit *Malpighius*, ita & idem ad abſconditas ſymptomatum hujus viſceris cauſas facilius penetrare potuit, Nimirum, vel à copioſo humorum per arterias nervoſque, affluxu ad glandulas has, vel vitio vaſis auferentis, vel appulſæ materiæ energeia, Lienem interdum laxum, & ut plurimum amplum reddi, continuato nihilominus perpetuo ſanguinis affluxu in tumore jam facto.

His ita trutinatis, *dolorem pulſatorium* ex ſanguinis arterioſi motu, aut *gravativum* ex *parenchymate ejus* variis excrementis infarcto, aut ultra molem naturalem excreſcente, ipſis libenter concedimus, imo, ut largiores ſimus, & tenſivum quendam, obſcurum tamen dolorem ex diſtenſione ejus membranæ tandem largimur, ſed acutum; pungentem, lacerantem, terebrantem, & tam atrociter torquentem dolorem, ut inferat parenchyma ejus minus ſenſile & cujus ſtructura huic omnino repugnat, nulli admittimus, quin hos ſoli *colo*, & aliquando *inteſtino tenui* ibidem locum incluſo conſtanter adſcribamus: Nam & duri Tumores & Scirrhi Lienem infeſtant, qui tamen citra ullam inſigniorem moleſtiam, ſæpe etiam inſenſibiliter ſuccreſcere ſolent, pluréſque ad annos circumferuntur. *Esmuller Diſput. de Dolore Hippocr.*

[2] *Tenſione membranæ*) Interdum *Splen dolet*, & quidem modo tolerabiliter, modo graviſſime. *Foreſtus* hunc dolorem diſtinguit *l.20.obſ.7.* dicitque quod quintuplex eſſe queat, ut *pungens à membranis* affectis proveniens; *perforans* ſeu *mordicans* ab ulceratione, *Extendens* à vapore flatulento, *Gravans* à parenchymate affecto, & *Pulſans* ab inflammatione & arteriis pulſantibus dependens.

[3] *Hæc cum ab externis*) Diſponunt ad humorum generationem *Aer* craſſus circa paludes, *Cibus* ſubſtantiæ terreſtris & fæculentæ, imprimis ſale & aceto conditus, furnove induratus, Caro bubula de aratore, aut admiſſario bove; lentes, fabæ, piſa, *Potus* aquæ impuræ ſtagnantis, indeque cocta cereviſia, minuſque defæcata. Affectus animi ad mæſtitiam inclinantes. *Idem.* Vide cap. de *Scirrho Lienis.*

[4] *Ab internis*) Cauſæ ſeu violenti tangibilis continuum ſolventis, rationem ſuſtinere poſſunt, à *Rhaze* propoſitæ, Humores calidi inflammationem & febrem excitante Humores frigidi & flatus, cum membranam à parenchymate divellunt, dolorem excitare queunt. *Per ſe* humores illi in Liene *congeruntur*, ob facultatem ipſam læſam, ſeu *ſitum* & naturalem ejus conſtitutionem, ab intemperie, morbis conformationis, obſtructionibus, tumoribus, vel inflammatoriis, bilioſis, vel ſcirrhoſis & œdematoſis, vel ſoluta in vulneribus unitate. Coacervantur etiam humores illi

per Conſenſum cum communitate materiarum, vel irrependo ex toto habitu in cacochymia univerſali, vel impuris ſuccis, aut in corde & arteriis non ſans excoctis. *Chymici* hic accuſant *Tartarum*, Helmontius *Acorem vitiatum & inſipidum* redditum hic prætendere poteſt. Diſponunt ad horum humorum generationem & receptionem Temperamentum frigidum ſiccum. Modus ſubſtantiæ laxus. *Rolfincius.*

Dolor interdum Lienem affligit citra febrem & duritiem, quæ tactui renitatur, Iſque à Flatu excitatur, qui non ſolum Lienis ſubſtantiam, quæ fere inſenſilis eſt, ſed & membranam iſtum veſtientem diſtendit. *Riverius.*

5. *Diligenter verò diſtinguendum eſt*) Dolor frequentiſſime percipitur in hypochondrio ſiniſtro, ſub coſtis nothis, pertinax & frequentius punctorius, qui communiter adſcribitur Lieni affecto; Unde vulgo quicunque dolores in iſta parte percepti, mox pro augorio affecti Lienis habentur. E contra qui conſiderat parenchyma ſplenis, infarctum quidem, ſed per ſe minus ſenſibile, ſtatim poteſt percipere, quod Lien vix poſſit habere niſi gravativum, obtuſum, in primis ex tumore & infarctu à contentis vitioſis productum. Deinde poteſt habere dolorem obſcure tenſivum, ſeu quaſi diſtendentem ex diſtenſa membrana, Lienem cingente, ab infarctu nimia enatum.

Dolores vero *punctorii & terebrantes* nullo modo ſunt in Liene, cum ineptiſſimus ſit Lien pro tali dolore, & quando cum his doloribus in dicto hypochondrio concurrit tumor, ad tactum renitens, aut quando concurrit iſtius hypochondrii inſignis intumeſcentia, nullo modo talia conveniunt Lieni, cum hic in profundo ſituatus, nullo modo contingi queat; Dolor autem hicce punctorius & terebrans, in hypochondrio ſiniſtro obſervabilis, ſitus eſt in inteſtinis, partim quidem in *jejuno*, partim vero, & ut plurimum, in colo. *Etmuller.*

At conceſſo quod affert vir Eruditiſſimus ad ſtabiliendam hujus hypochondriaci doloris cauſam; Quid prohibet ut in ipſo Liene ipſam quæramus? Siquidem à vehementiori exercitio, acclivium deſcenſu equitatione concitatiori in tantum poteſt augeri ſanguinis in Liene (infinitis arteriarum ramis contexti) circulatio, ut hinc præ ſumma agitatione & vibratione illarum doleat: Vide quæ de Liene verberante habet *Tulpius in obſerv.*

5. *Diligenter diſtinguendus*) Punctorius *eſt Splenericus* vulgo dictus dolor, etſi acerbus ſatis ſit, tamen cum cauſa vix diutius perſeverante, ut *muſculorum abdominis nimia attractione & flatibus* fiat, ſponte pleruinque ceſſat; alias curatione opus habet. Quod ſi vero levem ob motum, vel ſæpe moleſtet quiete præcavetur, motuque corporis decenti, non inordinato aut violento, victuſque ratione moderata, & quæ flatibus minime occaſionem præbeat, ſed eos diſſipat, Latúſque, quod affici ſolet diligenter integatur & à frigore muniatur. Et ſi neceſſitatis cauſa validiores motus perficere, & præſertim equitare cogantur, ne dolor hic ſuperveniat, non ſtatim ventriculo adhuc cibis repleto, equum conſcendere debent, priuſque faſcia lata abdomen cingere, ſicuti curſores facere ſolent; inter equitandum hoc pacto ſe, ut ferre ſuccuſſationem poſſint, circumvinciunt.

Superveniente quoque hoc dolore punctorio, admodum urgente, ſi tunc quoque latus affectum vinciant, arctiuſque ſtringant, eadem ratione ut in ſpaſmo flatulento, cujus aliquam ſpeciem eſſe hunc affectum, retractis in ſuam ſedem muſculis, dolorem remittere diximus; ſic & hic compreſſis hiſce muſculis, vinculo in ſuum locum, flatibuſque expreſſis, punctiones hæ remittunt vel ceſſant, Quod ſi poſt quietem, vel vincturas dolor nihilominus perſeveret; Curatio eadem fere, quæ in Pleuritide flatulenta traditur, hic quoque inſtituitur.

Ab *externis* primum incipiendo, & ad flatus diſſipandos, doloremque mulcendum, loco dolenti calida actu & potentia operantia, fotus, ſacculos, inunctiones, emplaſtra adhibendo, balneiſque ſiccis & ſudorem moventibus flatus abſumendo. Quorum uſu, ſi nec tunc intermittat affectus, diverſiones & derivationes quoque per clyſmata, cucurbitulas aliaque faciendæ; Sin corpus impurum ſit, purgantibus, ſudorem moventibus, alterantibuſque exhibitis quibuſdam, quæ occulta vi punctorios dolores ſedant, eos quoque hic amovere ſtudebimus. *Platerus.*

6. *Diſtinguendus eſt*) Dolor à flatu ab inflammatione facile diſtinguitur, per febris & renitentiæ abſentiam; Difficilius vero à Colico dolore, quia colon inteſtinum ſpleni ſubjicitur, & incumbit. Diſtinguuntur tamen quod dolor ſplenicus gravis ſit, & in uno loco fixus. Colicus vero diſtendens, acutus, mobilis, & ad totum ventrem excurrens. *Riverius.*

Diagnoſis difficilis haud eſt, moleſtus ſub ſiniſtro hypochondrio ſenſus cum digito monſtrat, Et ab acuto peritonæi dolore doloris obtuſi ſpecie diſcerni poteſt. Signa etiam ſubjecti, vel primigenia vel deuterogenia affectione laborantis, &c. *Rolfincius.*

Dolor Hypochondriacus, Splenicus vulgo dicitur.

a. *A doloribus illis qui in ſiniſtro latere*) Inter dolores imum Ventrem obſidentes, ſi quis alius acerbus, contumax, & ſæpe recurrens eſt iſte dolor abdominis qui percipitur ſub hypochondrio ſiniſtro, quem ad imitationem *Sylvii lib.1. Pr. c.14. Hypochondriacum* vocabimus: Percipitur ſcil. dolor graviſſime lancinans & pungens, interdum ſimul diſtendens & vehementer vellicans, fixus ſub hypochondrio ſiniſtro, & tam cavitatem illam, quam ibidem coſtæ ſpuriæ efformant, occupans, quam ſe etiam interdum latius extendens, ac partem illam molliorem lumbis conterminam obſidens; Intumeſcentia ſæpius, ibi locorum manifeſte apparet, nunc mollis & compreſſioni cedens, nunc tactui pertinacius reſiſtens, Gravius ut plurimum, urget dolor dum ægri ſupini jacent, uti & dum inſpirant, tunc enim punctiones atrociores percipere ſe conqueruntur, admota vero manu regioni dolenti, hacque compreſſa remiſſio doloris & quoddam levamen percipitur. Reſpiratio adeſt ſimul difficilis, non tantum ob punctiones tunc perceptas, ſed quod inſpirando thoracem ſufficienter diſtendere nequeant, quin impedimentum aliquod in hypochondriis, mediáque regione epigaſtrica ſe opponere videatur. Præterea appetitus fere ſemper eſt proſtratus, ſupervenientibus interdum, ſi atrocior fuerit dolor, vomitibus contumacibus, tam ingeſtorum quam liquaminum flaveſcentium, viridium, viſcidorum, craſſorum, tenuium, &c. ſub quo vomendi conatu ægri miſerabiliter de dolorum exacerbatione conqueruntur. Denique alvus utplurimum eſt deſtructa, rarius naturaliter fluida, rariſſime nimis laxa; urgetque ſimul flatuum copia, quorum excretione levamen aliquod, ſed parvum nec diu durans percipiunt ægri.

His interdum accedunt, & vel potiſſimum in ſexu ſequiori, dolores totum abdomen occupantes, & ad genitalia excurrentes, qui parturientium dolores fere imitantur, hinc ad lumbos dorſumque reflexi, tandem diſparent, ſucceſſive denuo recurrentes. Clyſmata injecta, & primario quidem ex emollientibus, ac abſtergentibus, hinc & carminantibus malum levare ſolent.

Similiter

Similiter quoque remedia externa ex oleis deſtillatis penetrantibus, aromaticis, regioni abdominis ſtomachali, ſi ſcrobiculo cordis, itemque hypochondrio ſiniſtro, & ubi totum abdomen occupatur, umbilici orbitæ ſucceſſive illita juvant; Interius vero egregium uſum habent blande laxantia & viſcida abſtergentia, necoon aromatica; item ſemina & radices ſapore nonnihil acri ac odore ſuavi pollentes: In genere omnia ſalia volatilia, partibus oleoſis & ſpirituoſis attemperata, Item opiata addita magnarum hic eſſe virium experientia docet.

Adſtantes ubi ægrotum audiunt querelas, ſubito *Lienis* & affectum & culpam incuſant, hic pleno ore aſſentiuntur ipſi ægri, Lienis peſſimum viſcus execrantes, quin non raro ipſi Medici, aut falſa opinione ſeducti, aut ut auram plebeculæ captent, ſimiliter morbum Lienis vocant; Applicantur ob id Emplaſtra ſplenetica & uſitata, de *ammoniaco*, *de cicuta*, &c. fiunt inunctiones cum oleis *capparum*, *oleo & extracto nicotianæ*, &c. quæ diutius continuata tandem non ſine fructu ſunt. Aſſumuntur etiam per os uſitate ſpiritus *cochlearia*, *naſturtii aquat.* & eſſentiæ ſpleneticæ; *eſſentia ſplenis bovis*, *eſſent. fumar. compoſ. Tinctura eſſentia flor. croci & ſalia martialia*, *ſacch. Saturni* remedia ex tartaro parata, ſimiliaque, quibus & aperiatur obſtructus *Lien* & diſſolvatur ejuſdem infarctus, ut humoribus liber exitus concedatur, indeque iſti dolores ſopiantur.

Splenis viſcus uſitate incuſari ex dictis liquet. Nos tamen adæquatum hujus ſubjectum eſſe dicimus, *inteſtina ſub ſiniſtro hypochondrio delitescentia*, *tam tenuia quam primario craſſa*, & ex his quidem frequentius, *inteſtini coli iſtam partem*, *qua* hypochondrium ſiniſtrum occupat; & ubi colon ex ampliori cavitate arctius nonnihil conſtringitur, ut obſervat *Bauhinus*, ſimulque angulari figura curvatum ad renem ſiniſtrum deſcendit, Eſt enim hic locus aptiſſimus, in quo aut ſcybala indurata hærere, aut mucilagines acidæ ſtagnare, aut flatuum impetus cohiberi, retrudi aut retroflecti poſſit, Ex quibus quid aliud, quam dolorum varii cruciatus, lancinationes, toſiones, punctiones, diſtenſiones ſubnaſci poſſunt, teſte *Hildano cent. 5. obſerv. 18.* ubi ita habet, *Cum excrementa in ſuperiori & capaciſſima inteſtini coli parte, in globos magnos, provt capacitas ferebat, indurata, à flatu verſus hanc anguſtiam magna cum violentia pellantur, accidit ut nonniſi ſummo cum dolore permeare poſſunt*, Ex inteſtinis vero tenuibus *eam jejuni partem*, *quæ à lumbis liberius in hypochondrium ſiniſtrum aſſurgit ibique incurvatur*, ſimili dolore interdum quoque, ſed ſecundario tantum affici omuino cum *Sylvio* aſſerimus, utut rarius hoc ipſum contingere ſoleat.

Quod ſi exacte conſideremus, quæ circa tales ægros eveniunt, vel ſponte aſſerti noſtri veritas ſe manifeſtat. Situs enim doloris exacte ad *coli* ſitum & confirmationem ibidem locorum ſe conformat; deſcendens ſubinde deorſum nonnihil ad renem uſque ſiniſtrum, aut extendens ſe ſub nothis coſtis non parum verſus hypochondrium dextrum, Imo evenit interdum, ut ſimilis dolor, qui ante erat in hypochondrio dextro, ſucceſſive transferatur ad ſiniſtrum, ibique fixa ſede firmata atrocius affligat, Unde etiam eſt quod Clyſmata tam potenter ferant opem, præſentaneumque interdum ſint remedium, quod & contactus & virtus eorum huc inprimis pertingat; Accedit quod quo contumacior eſt alvus, eo dolor ſit atrocior, & quo illa fluidior, eo hic remiſſior, Item quod excretio flatuum ipſalum levet, quos ex *Liene* proficiſci quis aſſerat? quin hi ipſi potius nullibi magis quam in *inteſtinis*, ſpecialiter vero *Colo* ſtabulantur. E contra *Lien* ratione ſitus, qui eſt ſub coſtis, ita ut ultimam harum, infimo ſuo extremo vix ac ne vix quidem contingat, tumorem vel viſibilem oculis offerre; vel manu palpabilem tactui repræſentare nullomodo poteſt, id quod tamen Veterum volunt aſſerta, niſi forſan *laxata admodum*, vel *rupta ſint vincula*, *quibus* diaphragmati, omento, ventriculo locisque vicinis adnectitur, quale exemplum habet *Bogdanus obſ. 3.* vel ab *humore in eo ſtagnante* in immenſam molem aſſurgat; de quo *Malpighius l. de Str. Viſc.* ubi de *Liene*, vel etiam ipſum Lienis parenchyma (modo texturam hanc membranoſam ita appellare fas ſit) enormiter excreſcat; obſervante *Bartholino*, (vide ſupra de *magnis Lienibus*) Quæ omnia tamen rariſſime fiunt, cum *dolor hypochondriacus* ſit frequentiſſimus; & poſito illa adeſſe; tamen talia ſymptomata, qualia hypochondrio ſiniſtro doleotes habent non inferunt: Præterea ratione parenchymatis adeo inflari nequit *Lien*, ut in ſiniſtro hypochondrio extuberet & admota manu cum murmure tumor intus occultetur, id quod ſoli *Colo* ibi locorum proprium. Nam *ſplenis* parenchyma adeo ineptum eſt extenſioni à flatibus, ut etiam niſi magna vi in exempto exſiccatoque fieri non poſſit; Omnes itaque *ſplenis* dictas inflationes, potius flatuum aut in jejuno, aut potiſſimum in *colo ſub hypochondrio ſiniſtro* coacervationes dixerim: Exemplum ſit Inflatio iſta ſplenis quæ eſt apud *Foreſtum lib. 20. Obſerv. 4.* quam in colo fuiſſe, cæcus ſit qui non aperte videat: Propterea namque etiam evenit in tali hypochondrii dolore, quod manus loco dolenti cum forti compreſſione admota, quatenus flatuum agmina disjiciuntur, dolorificæ diſteoſionis lancinationiſque levamen afferat.

Apud *Salmuth. Cent. 1. obſ. 24.* à ſcybalis per ſeſquiannum in colo retentis affectus & dolor pro ſplenetico habitus fuit. Infarctus talis per ſexennium continuati; pro ſcirrho contumaci habiti, *Fernelius Path. l. 6. c. 9.* vide *Hildanum obſ. 38. cent 1. Sylvium Pr. c. 14. l. 1. Gabelchoverum cent. 1. obſ. 36.* Vix dubito quin & *obſ. 21. Panaroli Pent. 2.* huic albo inſcribam, ſcil. quia mucilaginoſæ ſordes à juſculo cum *ſpir. vitrioli* attenuatæ ſolutæque fuerunt, unde tranſitu per anum reperto, ſpleneticus putatus liberatus fuit.

Hinc caute monent omnes practici, cavendum ne *dolor hypochondrii ſiniſtri* cum dolore lienis confundatur. Vide ſis *Hildan. l. c.* & *Foreſtum l. 20. obſ. 2. Sch.* quo loco libenter concedit *dolorem colicum diſtendentem, acutum & interdum mobilem*, *dolorem* vero *lienis* gravativum tantum eſſe:

Reliqui practici, ubi ad diagnoſin doloris ex vitio & affectu *Lienis* perveniunt, potius alia ſigna adducunt, quibus is affectus cognoſci debeat, quam ut proprium *ſplenis* dolorem monſtrare poſſint. Et tamen hæ ipſæ notæ, quibus *ſplenem* laborantem exprimere conantur, de gravitate, videlicet in hypochondrio ſiniſtro, de dolore à longa ambulatione, equitatione, aliove vehementi exercitio, de appetitu proſtrato, fluxu hæmorrhoidum ablato, ſpiritus difficultate, mœſtitia, ſomniis turbulentis, de utilitate ſupervenientis diarrhœæ, dyſenteriæ humorumque acidorum vomitus. Item quas de colore cutis atro; excretis nigris, rugitu & murmure in ſiniſtro hypochondrio referunt, ea omnia partim Colo, & *inteſtinis affectis* vel maxime convenire dicimus. Partim vero antiquam iſtam *Galeni* & *Avicennæ* doctrinam ſapiunt, & falſæ ac præconceptæ illi opinioni de officio *Lienis* circa humorem melancholicum ſuperſtructa ſunt, Nimirum *Lienem* ex Hepate per vas venoſum attrahere craſſum ac limoſum ſuccum, ipſis vocatum melancholicum, illum alterare ac ex

ipſo, conveniens ſibi alimentum elaborare, reliquo inutili ad ventriculum per vas breve amandato, Quod ſi jam eveniat, *addunt*, ut tranſitus hic denegetur, excrementum hoc in totum corpus redundans, id ipſum neceſſariò inquinat, varioſque morbos, inprimis vero Icterum nigrum, ſcorbutum, affectionem hypochondriacam inducit, ſimili modo ac ex obſtructione veſiculæ felleæ icterus flavus generatur: Quorum tamen omnium explicatio ex aliis longe fontibus haurienda.

α. *Diſtinguendus eſt à doloribus illis*) Colon inteſtinum ſpleni alligatur, & incumbit, quod flatibus diſtentum & ægros & Medicos ſæpe fallit, ſed hac nota diſcernitur, quod ſplenicus dolor gravis ſit, Colicus vero diſtendens, acutus & mobilis. Spleniticus in parte una fixus eſt, In colico totus venter à flatibus diſtentus eſt, In ſplenis vero affectibus ſola pars ſiniſtra. *Rondeletius Pr. c. 37.*

Cave ne Inflationem muſculorum ventris, vel inteſtini coli tranſeuntis ſuper Lienem, judices oppilationem ſplenis ſeu apoſtema, Diſtingue ergo per colorem corporis prædictum, & per profunditatem loci, & urinam albam, ſubtilem, radioſam, vel rubram confuſam, quoniam iſta non apparent in doloribus inteſtinorum, vel muſculorum. *Bertrutius Bononienſis.*

β. *Præſertim poſt cibum vel equitationem*) Res ut pateat ulterius, conſideremus ſaltem dolorem iſtum punctorium hypochondrii ſiniſtri, qui poſt vehementiores corporis motus & exercitia accidere ſolet, & in ſpecie poſt equitationem torquet, Unde etiam natum vulgare illud dogma eximi poſſe, aut ſaltem debere curſoribus *Lienem*, & citra punctorias has moleſtias citatiore curſu pergere poſſent, Verum hunc dolorem non eſſe *ſplenicum* ipſe *Sennertus* (*ex quo deſumpſit Jonſtonus*) qui tamen alias ex hypotheſi vulgari *Lieni*, ejuſque dolori multum adhuc tribuat, libenter fatetur. In eo tamen à noſtra opinione declinat, quod Peritoneo illum acceptum ferat, cum potiori jure *inteſtinis* ibidem *locorum arctatis*, & in ſpecie *Colo*, ejuſque anguſtiori peripheriæ in curvatura ſit adſcribendus, Unde etiam eſt, quod poſt paſtum crebrius aſſurgat talis dolor, quando ſcil. & copioſiores flatus ex alimentorum recenti aſſumptione & diſtributione inteſtina diſtēdunt, & colon à vicino ventriculi fundo magis comprimitur & anguſtatur, ita & impreſſio digitorum in locum puncturæ, aut fortior manus applicatio dolorem ſapit, quatenus flatuum impetum retundit, ac retro flectit, quorum amiſſione dolor ſenſibiliter levatur, id quod ex Liene quomodo deduci poſſit non video, Præterea dolores hujuſmodi eis in ſpecie graviores incumbunt, qui affectione hypochondriaca laborant, ac inde largiori flatuum ditati ſunt proventu. Dum ergo per motum & exercitium in concalefactis inteſtinis flatus impetuoſiore turgeſcentia vagantur ſub hypochondrio ſiniſtro, ex quacunque cauſa hærent, dolorum iſtorum punctoriorum cauſa exiſtunt. *Etmuller Diſputat. de Dolore Hypochondriaco.*

γ. *Qui proveniunt*) Cauſas dividimus in proximas & remotas, ex rebus non naturalibus deſumptas, Inter proximas 1. ſe offerunt *ſcybala*, ſeu fæces alvi induratæ. 2. Pituita vel Sordes *mucilaginoſa & viſcida*, Hæ, vel hæc pituita, ſi, quod ut plurimum contingit, ſi præterea vitioſo acore, omnibus partibus membranoſis hoſtili, inquinata, ac in colo *ſub ſiniſtro hypochondrio* collecta fuerit, fixum, continuo lancinantem, & quaſi aculeis pars perforaretur, atrociter pungentem, apto vocabulo terebrantem appellatum, dolorem infert.

3. Frequentes *dolorum*, vulgo *dictorum ſplenicorum* cauſæ Flatus, hi impetuoſius per amplitudines *Coli* delati, impingūt in latera ſiniſtri ea parte quæ ad incurvaturæ anguſtatur, unde in ſe coacti cum murmure & borborygmis, non raro ſenſibilibus retro flectuntur & moleſtum diſtenſionis lacerationiſque ſenſum inferunt, tone inprimis quando reſpirationis actione diaphragma deorſum pulſum, Colon ibidem ſubſtratum premit, ita flatus in anguſtum ſpatium cogit, unde non raro tumor elevatur, qui affectione hypochondriaca laborantibus potiſſimum familiaris eſt, & male Inflatio Lienis dici ſolet.

Quoad *Cauſas remotas*, ex *ſex non naturalibus* deſumendas eſt 1. *Aer* frigidus, abdomine veſtibus non bene munito ſuſceptus. 2. *Aſſumpta* vel *qualitate* vel *quantitate* nocentia. Ubi conſideranda venit etiam ipſa ſtomachi cruditas acida, ex qua in inteſtinis poſtmodum per vitioſam fermentationem producuntur flatus, infarciente eadem de cauſa copioſo muco inteſtina, & in ſpecie Colon ejuſque cellulas, Id quod in iis ad oculum patet, qui affectione hypochondriaca laborant; in iis enim acidum hoc nimium & vitioſum, in ſtomacho modo dictos effectus tanquam pediſſequas ducit.

Præter talia, & flatulenta, & in ſpecie fermentativa aſſumpta, doloroſas has in ſiniſtro latere dant turbas, eſt quorundam aſſumptorum hæc natura, ut ſub digeſtione ſtomachi fermentativa copioſum *gas* eructent, v. g. ex uvis comeſtis, &c. (*vide cap. de Colico dolore § Obvenit aliquando à ſolo*) ſic *Foreſtus* refert de mercatore quodam, qui ex flatulentiorum ciborum ingeſtione, & potatione muſti, tumor inſignis, & ingens dolor in latere ſiniſtro exortus fuit, qui cum copioſo flatuum exitu finitꝰ.

Somnus & ipſe nimius, ad inteſtinorum infarctum, ac ſcybalorum, aut viſcidorum excrementorum in Colo hæſionem plurimum diſponit, Id quod etiam de *Quiete* valet; quemadmodum enim motu ac exercitio corporis ſanguinis circulatio, ejus vitalis fermentatio, ac ſpirituum volatilium generatio augetur, unde & alimentorum fermentatio, aſſimilatio, diſtributio & heterogeneorum ſeparatio ac præcipitatio promovetur, ita è contrario ſomnus nimius generandis & coacervandis crudis ſuccis inſervit, & omnes excretiones ſenſibiles conſuetas, dum dormiens 7. hor. ſpatio occulte, ſalubriter, & ſine violentia perſpirare ſolet duplo magis quam vigilans, teſte *Sanctorio in Med. ſtat. ſ. 4. aph. 2.* tam propter ſpirituum animalium tardiorem ſomnum, quam propter partium agiliorum tranſpirationem inſenſibilem tranſudationemq; ſenſibilē impedit, unde & ipſa excernenda imminuta, indeq; inteſtinorum retenta plurimum aucta, randem dolorem noſtrum inferunt.

Fuerunt hæ cauſæ materialiter conſideratæ, quoad eam efficaciam formalem ſeu rationem, ſub qua talem inferant dolorem, vide Caput de Colico dolore §. *Inteſtini Coli continuum ſolveres.* Etmuller.

δ. *Qui proveniunt vel à flatibus*) Hypochondriorum dolores ſæpenumero non tam ſunt ſplenici quam inteſtinales, ab inflatione coli oriundi, *Wedelius.*

ε. *Qui in ſpatia peritonei*) Dolorem hunc ſtatuit Colicum, ejuſque ſiniſtram partem afficientem, ſtatuit *Etmuller*, Vide §. *A doloribus illis qui in ſiniſtro latere.*)

Prognoſis.

Caret malum hoc omni fere periculo, ſi pars modo *Coli*, inprimis vero circa finem laboret, clyſteribus eò facile penetrantibus: minus vero facilem medicaminibus ſe præbet, ſi totum inteſtinorum fuerit infarctum: tunc enim diuturna mora ſui acerbitate, vigiliis, inquietudine, &c. vires dejicit, idque eo magis ſi malum hæret in inteſtino tenui hypochondrio ſiniſtro ſubſtrato; Contumax eſt, ſi a mucilagine pontica & pituita vitrea oriatur, nam ſupervenire ſolent convulſiones abdomen

ſæpius

ſæpius quaſi excavante, & umbilicum interiora verſus retrahente: Periculoſa & eſt paſſio, ſi oriatur à ſcybalis diu retentis, periculum enim eſt, quin ad volvulum aut inflammationem partem affectam diſponat; Si fit à flatibus; in tympanitem abire poteſt, aut diſtendendo nimis abdomen, ad umbilici intumeſcentiam, aut herniam diſponere. *Etmuller.*

Curationem vide Cap. de Colico dolore.

9. *A muſculorum dolore*) Dolor ſplenis quocunque modo fiat, differt à dolore muſculorum per tactum externum, ſi enim muſculi dolent, etiam leviter ſi tangantur, illico dolorem percipit æger, Sed in ſplene dolor ſtatim à cibo ſumpto communicatur, & color ſæpe mutatur, quod in muſculis externis non fit, quamvis difficilius cognoſcatur in muſculis profundioribus, quam in iis qui in ſuperficie poſiti ſunt, hæc tamen ſupra dicta non aderunt. *Foreſtus. l. 20. Obſ. 7.*

10. *Curatio*) Curationem inflammationis & obſtructionis: vide ſuis locis, moleſtus ſenſus tollitur Anodynis dictis, E chirurgico fonte commendatur venæ humerariæ ſiniſtræ aut ſalvatellæ ſectio, ſi æſtus, urinæ ruſa aut febris adſit: Pharmacia cauſam removet per alterantia & evacuantia tum humores calidos, tum frigidos, Diuretica etiam conveniunt, Alterantia Lienis intemperiem corrigunt, flatus ſi adſint diſcutiunt; Anodyna tum interna, ut *ſulphur narcoticum vitrioli*, ſi legitimum haberi queat; tum externa, ex *flor. chamom. melilot. ſem. anethi, fœnic. rad. althæa, malvæ, &c. Rolfincius.*

Curatio doloris à Flatu perficitur clyſteribus carminantibus, purgatione convenienti, fomentiſque emollientibus ac diſcutientibus *aceto* adjecto, tum etiam Linimentis compoſitis ex *ol. lilior. chamomel. cappar. abſinth.* cum modico *ſpica* & aceti.

Si poſt horum remediorum uſum dolor perſiſtit, *Cucurbitula* ſiniſtro hypochondrio erit admovenda, modo nulla inflammationis aut fluxionis ſuſpicio fuerit. *Riverius.*

Icterus.

II. [11] *Icterus niger eſt cutis totius corporis in nigrum mutatio,* [12] *ab effuſione humoris melancholici in cutem procedens.*

[13] *Cognoſcitur* ex ipſo colore, [14] dolore in ſiniſtro hypochondrio gravante & diſtendente; urina nigra aut ſublivida, morſu circa ventrem, &c.

[15] *Oritur* [16] ab iiſdem cauſis, à quibus Icterus flavus, niſi quod ibi epar. [17] hic lien peccet.

[18] *Curatur* autem *difficilius*, quia, ſi veſiculæ felleæ vitio fit, major adeſt bilis corruptio; ſi vitio lienis, humor eſt contumacior, & metus eſt hydropis, quod ſi ſuperveniat Inflatio nec reſolvatur, mortem ſignificat.

[19] Medicamenta [20] è *Chalybe* ſunt in illo commoda: ſed & balneum ſiccum, [21] poſt quod corpus [22] emulſione *ſeminis cannabis:* [23] facies, aqua *florum fabarum* cum vino mixta, abſtergenda eſt. [24] Hæmorrhoides proſunt: ſed & [25] urina ſuam diſpoſitionem ſervans, bonum indicium.

Icterus Niger.

11. *Icterus niger*) Vitium iſtud etiam *Arquatus niger* vocatur μέλας ἴκτερος, ater regius morbus.

12. *Ab effuſione humoris melancholici*) Hunc affectum Practici oriri volunt ab obſtructione meatus, qui ex hepate in Lienem, & inde in fundum ventriculi protenſus ſit; aut ubi meatus & venæ in liene obſtruantur, melancholicum humorem in hepar regurgitare, & cum ſanguine in totum corpus diffundi, totumque corpus ſubnigro colore tingi, & ſic hunc affectum, ſeu Icterum nigrum, generari; Verum admodum incerta eſt hæc doctrina; nuſquam enim ſectione inſtituta, atra bilis in conſpectum venit, ſicut flava illa ſemper in ſua veſicula præſto eſt: Neoterici vero Icterum hunc nigrum à vitiato ſucco Pancreatico provenire volunt; quid autem id fiat, indicare vel comprehendere conſimiliter adhuc cum nemo eorum ſatis poteſt. Quicquid ſit, ſic affecti plerumque ſunt Lienares & melancholici, eorumque Lienes fere aliis naturaliter ſe habentibus grandiores deprehenduntur: Ordinarius quoque cutis color ſpleneticorum eſt, quod ad fuſcedinem & atrorem quendam tendat; unde conjecturabile eſt, Lienem in ſanguificatione, & quidem ſanguine arteriali ſimul cooperari: Etſi nimium magnus & fortis lien in homine ſit, ut in melancholicis à nativitate eſſe ſolet, tunc etiam fortius operari in ſanguificatione, ac ſanguini inducere majorem craſſitudinem; magnum quoque generare proventum ſucci melancholici, qui ſua auſteritate adſtringit, ipſumque cutem compactiorem & magis opacam reddit; unde non modo ſanguis craſſior etiam fuſcior eſt, verum etiam tranſparentia cutis magis impedita, quin & copioſa adſtrictio plerumque etiam pilos occupat, adeo ut nigri appareant; Verum nigredo nihil aliud eſt quam confertiſſima rubedo, qualis etiam in antimonio liquato eſt, quod pariter nigrum apparet, ſed per omnes particulas rubicundum eſt, & quidem tam copioſæ, & confertim cumulatæ & compactæ rubedinis, ut nigredinem mentiatur. *Cardilucius in Prax. Chym. Hartmanni p. 565.* Atram bilem, quam in Liene coacervari & contineri exiſtimant, in venas abripi, indeque Icterum nigrum provenire aliqui docuerunt: Verũ cum in Liene ejuſmodi bilis nullibi; nec ſinus aut veſicula aliqua, in qua recipi deberet, deprehẽdatur, inde ſane ea prodire minime poterit, neque etſi adeſſet in venam cavam, quæ nullo ramo Lienem contingit, deferri, ſed ſi in alia vaſa transferretur, eam in arteriæ ramos, quibus lien intexitur, devenire neceſſe eſſet, unde longe graviora quam Icterus, ſequerentur accidentia: Quare atram hanc bilem in liene non neceſſe eſt perquirere, cum hæc in venæ Portæ ramis, quorum dexter ad hepar fertur, ſiniſter ad lienem (à quo in lienem portionem aliquam illius perferri poſſe non negamus) contenta; ſi præternaturalis fiat, & flavum, & viridem, & nigrum colorem induat, nec dum alia via, tam à ſiniſtra quam à dextra ſede quam per hepar in venam cavam transfundi poſſit: Quod niſi fiat, Lienis ſolus affectus Icterum nunquam inducet: Cauſas autem hujus Bilis, tam flavæ quam viridis & atræ redundantiæ, in febribus intermittentibus, quæ inde quoque fiunt, prodire oſtendimus. *Platerus Prax. l. 3. c. 2.*

Icterus niger, (de cujus natura valde controvertitur) fit vel à melancholia, vel à bile, magis adhuc aſſata: melancholia hæc non eſt naturalis: ſed præternaturalis à prava ventriculi aut inteſtinorum concoctione: Sic videmus quoſdam excrementa nigra deponere, prava concoctione aut inquinatione; Non vero oritur à Lienis obſtructione; quod in his affectibus ſæpe Liẽ ſaniſſimus reperitur: Ex hac melancholia oritur Arquatus niger, dum

per alvum non excernitur, unde per venas lacteas totumque corpus transfertur. *Waleus Medic. Pract. p. 182.*

Vulgo omnis Icterus dividitur in *flavum* & *Nigrum*; hoc tamen ex præconcepta opinione & hypotheſi de humorum quaternione, ut ſicut *Sanguis* corpori habitum floridum, *Pituita* vero cachecticum, ita neceſſario *Bilis* Icterum flavum, *melancholia* Nigrum inducat: Hinc ut ſuppoſitum falſum & alia falſa produxit. Nam quia bilis in ſolliculo felleo colligitur, è folliculo obſtructo, aut ductibus felleis infarctis, ſaltem ictericos flavos fieri voluerunt: Et quia Lien fuit ſtatutus burſa humoris melancholici, ob id in Liene ſaltem Icteri nigri fontem quæſiverunt; Verum ex ſupra annotatis (vide cap. de Ictero) manifeſtum, Icterum flavum ſæpius oriri citra impeditum bilis motum ad inteſtina, quod non tantum *Riverius* cent. 2. *obſ.* 9. obſervavit, ſed etiam poſt ferarum morſum natus Icterus flavus, ſine obſtructione tali obſervatur. *Etmuller.*

13. *Cognoſcitur ex*) His accedit & inuſitata animi triſtitia ſine cauſa, & nonnunquam Timor & obſtructio Lienis. *Fr. Joel.*

14. *Dolore in ſiniſtro hypochondrio*). Neotericus quidam (*Platerus*) docet hunc affectum non à Liene, neque ab humore melancholico, ſed à bile aduſta atque aſſata, inque veſicula ſellea diutius detenta, & poſtea per venas in ambitum corporis effuſa ortum ducere, Quæ cauſa admitti poteſt, ſed prior aut debet rejici, quoniam praxis docet quod in quibuſdam arquato nigro laborantibus, tenſio, gravitas, & durities quædam in ſiniſtro hypochondrio percipiatur. *Sebiſius.*

15. *Oritur ab iiſdem cauſis à quibus Icterus flavus*) *Icterus fuſcus* ex iiſdem cauſis mutato ſaltem gradu enaſcitur, uti enim prioris cauſa eſt bilis, ſic hujus atra bilis, ſeu acidum vel auſterum cum bile remixtum, Acidum hoc ſeparatur in Liene, ut bilis in Hepate, conſurgere poſſit, alkalinæ naturæ & acido contraria.

Duplici vero potiſſimum caſu flavedo hæc intenſiva in nigredinem progreditur, Frequentius quidem obſtructione fortiori continuata in ipſo hepate, quæque expediri nequeat, ex flavo in fuſcum degenerat, adeoque niger, fit flavi ſucceſſor; Non raro vero ipſius Lienis decoctoris acidi, culpa, obſtructione contumaci vel ſcirrho, unde acidum prius ſtudioſe ſeclusum in conſortium venit mixturæ biliosæ, indeque nigredo, tum in corpore ſpectanda reliquo, tum maxime in urina, Neque experimenta abludunt, cum auſtera, acerba, acida, vitriolica cum reſinoſis mixta, vel ſulphureis, per mechanicam, colorem nigricantem pariant, qui ne tantus ſit, impedit in corpore vitalis calor, & mixtura temperantis lymphæ. *Wedelius Diſput. de Ictero.*

16. *Ab iiſdem cauſis*) Cauſæ *externæ* ſunt venenum, aliquod aſſumptum, cibi craſſi, fæculenti & melancholici: *Interna* eſt humor melancholicus, à quo cutis eſt infecta: qui prodit à Liene. *Sebiſius man. p.* 1306.

17. *Lien peccet*) Quando fæculentam cibi portionem ad ſe minime trahit, quo fit, ut cum melancholicum excrementum nutriendo non ſit, in cutem effundatur, Non trahit autem ad ſe portionem illam, vel quia debilis atque infirmus, vel quia vaſa, quæ à vena portæ ad Lienem tendunt, ſunt oppilata, vel excrementum melancholicum per vias convenientes non expellitur. *Sebiſius.*

17. *Hic Lien peccet. Ab effuſione humoris melancholici*) Etſi conſenſus ſit fere omnium Neotericorum melancholiam, ſeu atrum humorem & nigricantem in Liene non generari, & concedant ſanguinis illum eſſe depuratorium organum, Diſſenſus tamen eſt quomodo hoc officio fungatur; Certi porro aliquid ſtatuendum videtur, ut illius affectibus medela afferri queat: Clar. *Wedelius* diſpenſare illum ſanguinis ſerum ſtatuit, ac ſanguini eonſiſtentiam fœnerari; his poſitis hypotheſibus. 1. Animalia Liene carentia agiliora eſſe, exemplo avium.

2. Lienem exſcindi poſſe citra vitæ periculum, id quod quidem in homine dubium adhuc agitatur, etiam ſi illum extraxiſſe *Fioravanti* fama ſit.

3. A motu fortiori, inter alia utplurimum magis dolere hypochondrium ſiniſtrum, quod proculdubio adſcribi poteſt copioſis in liene extantibus arteriis, ſi quidem à motu corporis citatiori, ſanguinis quoque motus fortior redditur, qui enim eluctari hinc inſinitis illis vaſculorum capillamentis non æquè poſſit, reſtagnat, Lienem inflat, diſtendit, adeoque remoram quandam ponit, & moleſtum hunc ſenſum infert.

4. Canes exſecto Liene plus vorare, plus vigilare & minus dormire, magis pingueſcere, copioſius mingere, ſeu indeficienter, notante *Malpighio.*

5. Parenchyma Lienis duplici membrana conſtare, exteriori ſatis valida & interiori lævi & glabra magis; copioſis item & amplis vaſis lymphaticis ſubtus ludentibus, fibrarum intra implicatione, ſine tamen perforatione, vaſis ſanguiferis plurimis, nervis quoque inſignibus, & præter hæc inprimis totum lienis corpus ex membranarum congerie, in cellulas quaſi efformatarum & diſtinctarum, & in iis cellulis locatis glanduloſis racemoſis copioſiſſimis, & fere innumeris. 6. Splene affecto reddi melancholicos, triſtes, cachecticos; Spleneticos eſſe ſputatores & flatuoſos; impuritates item cutis & ſanguinis varias, ulcera pedum ſiniſtri præſertim, quin Elephantiaſin Arabum, varices & alia mala plura oriri, ſcorbuti item patrem eſſe, poſt quartanam & in ipſa ſæpe dolorem hypochondrii ſiniſtri, quandoque tamen & dextri contumacem remanere. 7. Splenem obſtructionibus perobnoxium eſſe, inde hæmorrhagiam conſtanter ſæpe ex nare ſiniſtra prodeuntem obſervari; Sudores nocturnos cieri, quin non raro in furorem, deſperationem, & αὐτοχειρίαν melancholicos adigi, 7. In notorie ſpleneticis poſt mortem ſæpe ſcirrhoſum eundem, ſæpe etiam magnitudine ſaltem peccantem, cætera quaſi indemnem, rubellum viſum; aperto nihilominus & reſerato vaſe brevi regurgitaſſe ſanguinem, in ventriculum, quibusdam lethali vomitu, aliis curabili, redditum.

Exinde colligit vir Clar. 1. melancholiam, ſive atrum & nigricantem humorem, prout à nonnullis, vel veteribus ipſis, vel male intelligentibus eoſdem, aſſeritur, in corpore, inprimis vero Liene, naturaliter non dari, nullum enim ejus rei veſtigium; nullam vero melancholiam in corpore ſtatui debere vel poſſe, quam humorem ſeroſum fixiorem, acidiorem, deturpatum. 2. Lienem non ſanguificare, nulli enim viſceri quam cordi proprie ſanguificatio competit; hoc quippe primum, hoc ultimum ſanguinis rudimentum & complementum addit, 3. Lienem non inſpirare ventriculo acidum, vel fermentum, voraciores enim canes exſecto Liene reddi potius: 4. Lienem non abſolute ſubtiliſare, & ſpirituoſiorem quam erat, antequam huc ferretur, reddere ſanguinem, adeoque pluſquam perficere, ut vult *Sylvius.* 5. Sed Lienem diſpenſare ſerum ſanguinis, qui ab arteriis copioſis adductus per innumeras glandulas, vel ſacculos & ovalia corpora filtratur, alteratur, & ibi ſeroſitatem ſuam deponit, blandam in ſtatu naturali, & lymphaticam. 6. Lienem fœnerari conſiſtentiam ſanguini, ne ſcilicet vel grumeſcat & coaguletur, vel fluxilior fiat & rare-

fiat

rarefiat nimis: Hinc ſi ſerum hoc, vel alkalinarum, vel acidarum particularum vector fiat, non excluſis tartareis, omnino tum ipſe luit pœnas, tum totum corpus mactat alterutro vitio, & conſiſtentiam ſanguis ſuam non obtineat, ſed ipſe fiat fons Acidi, fons lixivi, fons ſalium, magis tamen ad acorem quendam inclinat, adeoque frenum bili conſtituit, eandem temperat, ne ſanguinem nimis rarefaciat, & in effervеſcentiam animet; quin ipſius bilis ſegregationem hoc pacto adjuvat, ſiquidem ſanguis tranſcolatione hac, partes ſeroſas deponit magis, & fermentum conſiſtentiæ ſuæ recipit, hinc facile ſuis locis deſpumeſcere, & bilem de ſe mittere poteſt. *Wedelius Med. Phyſiol. ſect. 2. c. 20.*

Prognoſis.

Dolor Lienis prout major vel minor, per eſſentiam vel conſenſum, & à potente vel debili cauſa pendet, periculi majoris vel nullius particeps eſt, Dolor à Scirrho, gravativus eſſe qui ſolet, incurabilis. *Rolfincius.*

12. *Curatur*) Curatur ablatione cauſæ, Quare ſi venenum malum produxit, alexipharmacis debellandum eſt: Sin obſtructio occaſionem dedit, aperiendum & purgandum. *Sebiſius.*

18. *Curatur*) In Ictericia nigra, plerumque obſtructionem ſplenis conſequente, feliciter curanda, nulla certiora, ſeu evidentiora acquiri poſſunt auxilia quam quæ obſtructionibus Lienis dicantur; Hæc nimirum diſcoloratio, tanquam ſymptomaticum accidens nunquam rectius tollitur, niſi fons mali exhauſtus, & ſplen, imo jecur, priſtinæ, quantum fieri poteſt conſtitutioni reddita fuerint. *Hartmannus Prax.*

19. *Medicamenta*) Commendant nonnulli frequentiſſimum uſum Aceti; ſed quam bene, facile ex malo curationis ſucceſſu hariolari poſſent; morbus enim à nimia aciditate & auſteritate melancholica provenit, atque ejus antidoto, nempe lixivioſo ſale & alkaliſcitate curari decebat, & non aucta aciditate: *Cardilucius.*

19. *Medicamenta*) Extenuantia & præparantia ante Purgantia uſurpentur, ſequenti Potione.

℞. *Aſplenii, ſcolopendr. fumar.* ãã. *m. j. cortic. cappar. tamariſci* ãã. ℥ß. *veratri nig. in aceto prius macerati, rurſumque ſiccati* ʒiij. *ſem. aniſi, viticis,* ãã. ʒß. *paſſul. min.* ℥j. *contundendis contuſis, & concidendis conciſis, coquantur in canthаro ſeu duplici vaſe, cum ſeri lactis capr.* ℔iv. *per* ij. *horas refrigerata colentur colato juri admiſce ſyr. è ſucco fumar. oxym. ſimpl.* ãã. ℥ij. Fiat potio de qua mane ac veſperi per 4. *horas obibat æger* ℥v. calefactas.

Tandem purgetur craſſus & ater humor ſequenti hauſtulo.

℞. *Fol. ſennæ* ʒij. *epith. rad. helleb. n.* ãã. ʒj. contuſa *macerentur per noctem in aqu. fumar.* ℥v. *mane leniter ebulliant, expreſſa colentur, colato juri admiſce cathol.* ʒiij. *conf. hamech.* ʒj. f. Hauſtus tepide ſumendus vj. hor. ante prandium.

Præſcriptæ Potiones bis terve iterari poſſunt, donec melancholicus humor probe fuerit eductus.

Nota ſi melancholico humori, bilis flava aut pituita ſit admiſta, id quod ex colore nigro in viridem aut cinereum vergente dignoſcere licet, ea remedia in purgationibus admiſcenda, quæ & bilem flavam, ut eſt *rhabarb.* & ex comp. *Elect. roſ. Meſues*, Aut pituitam, veluti eſt *agar. & El. Diaphoen.* expurgant. *Fr. Joel.*

19. *Medicamenta*) Dedi laboranti Ictericia nigra *lapidem Bezoar*, & minxiſſe vidi tam nigra quam atramentum eſt, *meliusque ſe habuiſſe.* Joh. Crato, *Conſ. 74.*

℞. *Chalyb. ppti* ℥ij. *paſſular. min.* ℥iß. *infundantur per 3. dies aqua cuſcuta & fumar.* ãã. ℔j. *in vaſe clauſo*: Aqua inde ſeparetur & adde *radic. oxylap. polypod. qu. cortic. rad. cappar.* ãã. ℥ß. *ceterach. cuſcuta* ãã. *m.* ß. *ſemin. aquileg. geniſta* ãã. ʒj. *Iterum coqu. & ſub finem adde fol. ſennæ* ℥j. *colat. adde Syr. de ſcolopend. byzant. ſimpl.* ãã. ℔ß. *ſacch. q. ſ. f.* Syrupus. *Sennertus.*

20. *Medicamenta è chalybe*) Cumprimis hic *chalybs* præparatus & *Electuar. ex chalybe* celebrantur: quæ compoſitiones ſumi poſſunt cum aquis ſpleneticis & aperientibus, utpote *aqua fumar. chamedr. linguæ cervi, cochlear. lupuli, cuſcuta, naſturtii, apii, tamariſci, geniſtæ &c.* Sebiſius.

21. *Poſt quod corpus*) Pro fœdo corporis colore extirpando commoda ſunt, *Balnea* ſicca & humida, Sudores enim movent, poros aperiunt, cutim abſtergunt, & impactam bilem digerunt, inſenſibiliterque diſcutiunt atque evacuant, Solent autem ante ingreſſum in Balneum aſſumi ſudorifera; Balneis humidis incoquuntur diſcutientia, diſſipantia & abſtergentia E. g. radices *gentianæ, ariſtol. cucum. aſin. ireos, bryon. chelid. maj. polygonati, ari, aſphodeli*, Herbæ *parietar. beta, ſaponaria, marrub. abſinth. veronica, ſabina, nepetha, origanum, agrimon. centaur. min.* Flores *fabar. tilia, verbaſci, Hordeum, lupini, cicera rub. ſaba orobus furfur. ſem. lini fœnugr.*

Vulgus plantis pedum applicat *chelidon. maj.* uberque ut æger mingat ſuper *ſtercus equ.* adhuc calens, & fœdum fugari colorem pro certo affirmat. *Sebiſius.*

22. *Emulſione ſemin. Cannabis*) Quam propinat ad Icteri depulſionem. *Sylvius de le Boe.*

23. *Facies aqua*) Color cutis vitioſus, cauſa interna dempta, per ſe & ſponte evaneſcit, reſiduo humoris, quod cuti impactum, inſenſibiliter exhalato; Quod ſi hoc non fiat, Topica faciei potiſſimum quæ omnibus eſt in conſpectu, adhibenda ſunt: Ablui ergo ſæpius in die poteſt *aqua flor. fabar. polygon. rad. ari, chelidon. maj. gentiana, linaria, leviſtici, flor. tilia, ſabina, ſcrofular.* &c. Quibus addi poſſunt ſucci *malor. citrior. & limon.* Ablui quoque poteſt decocto *hordei, cicerum, fabar. lupinor. rad. polygonati* in vino facto. *Sebiſius.*

24. *Hemorrhoides Curatur*) Vena ſecanda erit Lienaria ſiniſtri humeri, aut ramus ejus inter digitos annularem & minimum, niſi forte ſegregatricis facultatis in hepate imbecillitas mali cauſa exiſtat, Tum enim jecorariam dextri humeri præſtat aperire: Verum ſanguis in hoc malo non confeſtim, ſed per vices detrahendus erit, & ante v. ſ. ut & in reliquis morbis ſemper alvus libera ſervanda eſt. *Fr. Ioel.*

24. *Hemorrhoides pro ſunt*) Curationem Practici inſtituunt per venæ ſectionem, quam tamen in hoc, uti & in omnibus morbis frigidis damnandam cenſemus, quia adhuc magis refrigerat, & in ſtatum cachecticum conjicit. *Cardilucius.*

25. *Sed & urina ſuam*) Si urina naturalem ſuum colorem ſervat, ſalubre eſt indicium, nimirum Lienem non magnopere eſſe læſum, ac nondum jecur in conſenſum pertraxiſſe; Si vero non cedat medicaminibus, ſed in diuturnitatem abeat, plerumque pediſſequum habet hydropem & mortem *Cardilucius in Hartman.*

Diæta.

Victus ratio univerſa dirigenda eſt, ad lienis hepatiſque intemperiei in contrarium ſtatum commutationem, *Calido* itaque Liene exiſtente, refrigerantia, *Frigido* vero calefacientia alimenta ſunt præſcribenda; quibus tamen ſemper extenuantia incidentiaque immiſcari debent, Inter ea maxime excellit crebrior eſitatio *capparum* ex *aceto*, & frequens uſus *aceti.* Ioel.

Cap. LIII.

De Affectione hypochondriaca.

[1.] *Affectio* [2.] *hypochondriaca* [3.] *eſt vitioſorum*, [4.] *in vena porta, arteria cœliaca & meſenterica ramis, ob* [5.] *læſam lienis coctionem, abſque putredine collecta, &* [6.] *per vaporum emiſſionem multa ſymptomata inferens, colluvies.*

[7.] *Hypochondriaca* dicitur, [8.] ob locum utriuſque hypochondrii, quo pars illa corporis, quæ ſub nothis coſtis ad ilia usque utrinque protenditur, & cum muſculis viſcera ipſa complectitur, intelligitur. [9.] Dicitur & πάθος φυσῶδες, apud Dioclem & Aëtium, propter familiaritatem flatuum, in ſiniſtro hypochondrio contentorum. Tum *Melancholia* nomen ſortitur, cùm cerebrum per conſenſum afficitur: ut ſuperius dictum eſt.

[1.] *Affectio hypochondriaca*) Θηρίον πολυκέφαλον appellat G. *Hofmannus Inſt.* m. l. 3. c. 61. beſtiam multorum capitum, vel ideo quia à ventriculo habet natalem ſuum 3. loc. aff. 7. unde ſe propagat non in viſcera tantùm, abdominis pleraque omnia, ſed & in cor ipſum cerebrumque.

[2.] *Hypochondriaca*) Dicitur Hypochondriaca, quod ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις, in abdomine naſcatur, Hinc *Mirachialis* Barbaris dicitur, *Mirach* enim Arabibus abdomen eſt, Veteribus πάθος φυσῶδες vocabatur, quòd flatus heic abundent. *Hofmannus l. c.*

Nomen ſortitur ſuum à loco affecto ſcil. hypochondriis, à χόνδρος, quod præter granum etiam cartilaginem ſignificat, teſte *Scapula, ſub. voc.* & à propoſitione ὑπὸ, ſub, quaſi dicas ſub cartilaginibus; Hypochondria verò ſunt regio corporis cartilaginibus inferioribus coſtarum vicina, extendens ſe utrinque ad ilia cum muſculis & internis viſceribus ſimul, unde & Barbari vocant *Morbum mirachialem*, quia in genere Arabibus *Mirach* denotat abdomen. *Etmuller Diſſ. de morbo Hypochondr.*

[3.] *Affectio hypochondriaca eſt vitioſorum*) Poteſt definiri, Diſpoſitio præter naturam partium primæ & ſecundæ coctioni deſtinatarum & famulantium, dependens à colluvie vitioſorum humorum in vaſis lacteis, venæ Portæ ſplenico & meſenterico, ut & arteriarum cœliacæ, ſplenicæ & meſentericæ ramis, imprimis etiam pancreate ſtabulante, generatorum, propter præparationem & depurationem ſanguinis læſam. *Rolfincius.*

Etmuller, qui primariam cauſam in Ventriculo ſtatuit, hanc Definitionem affert, *Affectio hypochondriaca, eſt dolor gravativus & conſtrictorius Ventriculi primariò, diaphragmatis & totius meſenterii, dependens ex convulſione nervorum dictarum partium ſub orta, ob viſciditatem humorum acidam, vellicantem primas vias, in ſpecie verè ventriculi partes nervoſas.*

[4.] *In vena porta &c. ramis, ob læſam Lienis*) Quid Medici veteres atque moderni de *Paſſione hypochondriacâ*, ejuſque eſſentiâ & cauſis crediderunt, tædio hic eſſet particulatim referre: annotamus ſolùm, quòd plerique valetudinariam hanc diatheſin, unici *lienis* vitio adſcripſerint: interim nonnulli tota hujus viſceris confinia in culpæ partem aſciſcentes, ſanguinem in *vaſis ſplenicis & epigaſtricis* ubivis ſcatentem; utpote intemperiei calidæ & ſiccæ reum, adeoque aduſtioni & nimiæ fermentationi obnoxium, multiformi huic malo originem præbere contendunt. *Willis.*

[5.] *Lienis coctionem læſam*) Probabile eſt quod à ſanguine per *arterias* advecto; portio quædam fæculentior, ſcil. materiâ terreſtri & ſale fixo conſtans, in Liene deponatur, quæ illic velut digeſtione exaltata, & in fermenti naturam evecta, denuo ſanguini per venas refluo committatur, quæ ipſum ζυμώσεως quandam inſpiret, atque circa pneumatoſin ejus idem præſtet, quod Fermentum noſtrum vulgare (*Levain*) maſſæ farinaceæ commiſſum; nam ſicuti panis incocti portio quædam ad aſcenſitatem ſervata, iſtam indolem aſſequitur, ut panes alios fermentet, eorumque particulas aliàs ſegnes, in motum vindicet, ita videtur quòd ſanguis in Liene reconditus, ibidemque velut ſtagnatione aceſcens, fermenti naturam induat, quo quidem reliqua cruoris maſſa, aliique forſan humores, tanquam ſpiritualiſati, in motum vividiorem aguntur. Amplius annotare libet, quòd in corporibus animalium, ex *Elementorum quinario* conflatis, uti *Spiritus* cæteris præpollere debent, ita quidem iſti viſcoſa *ſulphuris* & aquæ humiditate irretiti, præpediuntur adeo, ut ſæpe vires ſuas vegetè ſatis exerere nequeant, hinc particulæ *ſalinæ*, utpote plurimum fermentiſcibiles, ad hoc requiruntur, ut corpuſcula ſpirituoſa aliorum complexu ſemiobruta, ac ſopita exſuſcitentur, ac in motus libertatem vindicentur; unde in nobis ipſis experimur, cùm à ſanguine nimis halitnoſo, *ſpiritus* hebeſcunt, à liquoribus acetoſis, uti primariò vinis tenuibus & pomaceo, inſigne juvamen præſtari: hujuſmodi enim remedia *ſpiritus* exacuunt, ac torporem quemvis excutiunt; Talem omnino ζυμωτικὴν virtutem à *Liene* rectè ſe habente, erga *ſanguinem & liquorem nervoſum* jugiter exerceri credimus: Cùm enim hoc viſcus triplici vaſorum genere inſtruatur, ſcil. *arteriis, venis*, ac inſuper magnis *nervorum plexibus*, fibrarumque nervearum texturâ confertiſſima, ſingulorum uſus ad hunc modum ditimi ceuſemus; nempe per *arterias* ſanguis *lieni* infertur, hinc fæculentias ſuas è ſale fixo & materiâ terreſtri conflatas, in meatus & poroſitates ejus deponit; atque iſtæ ibidem reconditæ, velut digeſtione quadam, in ſuccum valde fermentativum evehuntur; cujus item portio *ſanguinis* per *venas* reducendo continuò permiſcetur; adeoque tota ejus maſſa, particulis fermentativis à *liene* inſpiratur, à quibus eidem velut *auſteritas* quædam & acumen, cum motus vigore conciliatur, ita ut propterea ipſe ſanguis vegetior in vaſis feratur; etiam exinde *ſuccus nervoſus* è ſanguine procreatus, magis activus regimini animali ſuppeditetur;

at vero

at vero haud tantum hoc ritu mediante, & cruoris interventu, Lienis virtus fermentativa cerebrum & genus nervoſum inſpirat, verumtamen opinari licet quod hoc aliquatenus immediato *nervorum* in *liene* diſperſorum commeatu fiat, nam ſiquidem in hac parte, *nervorum*, & *plexuum nervorum*, fibrarumque ab iis ortarum ingens ſatellitium anatomia detexit, merito ambigitur quali uſui inſerviunt. Super hoc annotetur *Ventriculum* & *Lienem* cum cerebro intima commercia habere, in tantum ut *Helmontius* in viſceribus iſtis *animæ ſedem* poſuerit; hoc autem nulla quam per *nervos prædictos* commodiore via fieri poſſibile eſt: Quare hic merito ſuſpicamur, non tantum ſpiritus animales à meta altera ad alteram internuntios eſſe, quinetiam & *liquorem nervoſum*, qui ſpirituum iſtorum tum *pabulo* tum *vehiculo* eſt, modo à cerebro verſus hæc viſcera deſcendere, modo à viſceribus hiſce per nervos ſuſceptum verſus ἐγκέφαλον perreptare: Cujuſmodi *ſuccus Lienaris ad cerebrum* delatus; ſpiritus animales exacuit, eoſque ſegnes erigit, ac in motus pernices irritat, Unde *à Liene mentis acumen & ſagacitatem* proficiſci vulgo fertur, & *lienoſi pro ingenioſis* habentur: Cæterum probabile eſt quod paſſionum ὁρμαὶ & impetus, à ſpiritibus cerebri incolis ſuscepti nervorum commeatu in *lienem* feruntur, adeoque ſpiritus ibi degentes pathetice afficiunt, & illuc confluum ſanguinem in perturbationum ductus exagitant: hinc etenim aliquatenus procedit, quod in ira, triſtitia, aliiſque animi affectibus, juxta quod *lienis fermentum* plus aut minus commotum ſanguini inſpiratur, hujus liquor diverſimode ebullit: Porro ob hanc rationem accidit Lienoſis à paſſione quavis violenta ſiniſtri hypochondrii inflationes & commotiones magnas cieri. *Willis*, Junge quæ infra adducuntur §. *Signa ex ſymptomatibus facultatibus*) *Mediatæ* cauſæ *naturales*, ſunt temperamentum Lienis, Hepatis, & vaſorum meſaraicorum frigidum, & ſiccum, ventriculi vero frigidum & humidum, unde ἀπεψία nocentiſſima: Modus ſubſtantiæ ſiccior & durior ad humoris tartarei generationem diſponit. *Rolfincius.*

6. *Per vaporum emiſſionem*) Vulgatis invaluit opinio, Symptomata huic morbo acceнſeri ſolita, omnino à *Liene* produci, quare utplurimùm *Vaporibus* ab hoc viſcere elevatis, & huc illuc varie diſcurrentibus adſcribuntur, Cùm revera ægritudines iſtæ ſint plerumque *partium nervoſarum ſpaſmi & contractiones*: ubi conſtabit ex ſymptomatum enumeratione. *Willis*: Vide §. 10. *Signa ex ſymptomatibus facultatis.*)

7. *Hypochondriaca dicitur*) Nomen à loco, τῶ ὑπὸ τῶν χονδρῶν, ſub coſtis, in quo κατ' ἐξοχὴν, per eminentiam, mali creditur hærere fomes, ubi etiam crebriora ſe ſolent oſtendere ſymptomata, Latè ſumitur pro quacunque affectione partium ſub hypochondrio contentarum; Nos ſtrictè pro illa, quam *Diocles Caryſtius*, teſte *Galeno* 3. *locor. aff.* c. 7. deſcripſit, & appellavit πάθος φυσῶδες, affectionem flatuoſam, diſtinctam à melancholiâ hypochondriacâ: Νοῦσος αὐαντή, *morbus reſiccatorius*, propoſitus ab *Hippocr.* 2. de *morbis*, aut idem eſt cum ipſo, aut ejus ſpecies; ita ſymptomata videntur paria, & conveniunt ἀκρωνύχως, ad unguem: Eodem libro Νοῦσος μέλαινα *lividus morbus à Coo* dictus; Et alius paulo poſt Νοῦσος φλεγματώδης, *morbus pituitoſus* (legendum vult *Schneiderus* πνευματώδης, quod non minora adſint indicia dominantis bilis quam pituitæ, à flatuum ubertate) ut & alius morbus 5. *Epidem.* in *Aegroto* 5. *in Oeniado* decumbente ipſi affinis eſt, attamen nullus horum cum ipſo convenit plane. *Rolfincius.*

7. *Hypochondriaca dicitur ob locum*) Acceptio vocabulis eſt duplex, *Generalis & ſpecialis*, Illa quamcumque paſſionem partium ſub hypochondriis & infra hæc ſitarum denotat, Qua ratione etiam in ſexu ſequiore, paſſio hyſterica hoc nomine donari poterit, teſte *Barbette* in *Praxi*. Hæc vero, de qua ſermo eſt, eam duntaxat affectionem comprehendit, quæ focum ſuum agnoſcit ventriculum, materia acidâ viſcidâ obſeſſum, & quæ contra diſtinguitur paſſioni hyſtericæ propenſiſſime ſic dictæ; qualis ratior apud mares obſervatur, utut in radice & fundamento duo hæc pathemata, Hypochondriacum & Hyſtericum mutuò conſpirare videantur. *Etmuller.*

8. *Ob locum utriuſque hypochondrii*) *Joh. Walæus med. Pract. c. 14. p. 183.* ait, Affectionem hypochondriacam eſſe gravitatem aut tenſionem in *dextro*, aut *ſiniſtro hypochondrio* cum melancholiâ &c: Gravitas, *ait*, aut Tenſio dextri aut ſiniſtri hypochondrii, ſemper per totum morbi decurſum adſunt, reliqua verò non ſemper, Oriunturque à cauſâ aliquâ implente dextrum aut ſiniſtrum hypochondrium: Repletio illa illic loci contingit, vel in viſceribus, vel in cavitatibus: Viſcera ſunt hepar aut lien, aut ambo ſimul, replenturque à craſſo humore, pituitâ ſcilicet aut melancholiâ: Si verò à ſero in liene, aut in hepate à bile, non fit per ſe, ſed per accidens, dum tantùm ob obſtructionem harum partium humores illi reſtagnant, nec bene expurgari poſſunt, Præter hanc viſcerum repletionem, replentur etiam abdomen & inteſtina, verùm hoc prioris mali videtur ſymptoma tantùm; repletio enim abdominis & inteſtinorum fit à flatu: De cavitatibus vide infra §. *Si locum ſpectes*) Illi quæ μεταξὺ τῶν φρενῶν, καὶ τῆς γαστρὸς, cujus meminit Cous 7. aphor. 54. *inter ventriculum & ſeptum* tranſverſum, & ab *Hollerio* in commento *Fovea ſtomachi* dicitur, etiam multùm tribuitur à *Galeno* & graviſſimis ſcriptoribus aliis, præſertim *Aquapendente*.

9. *Dicitur & πάθος &c.*) Variis morbus hic inſignitur titulis, dicitur enim *Paſſio hypochondriaca & Affectio, Tartarus hypochondriacus*, Chymicis, *Affectus flatuoſus Diocl.* & *Aetio*, ob inſignem flatuum proventum; *Mater Scorbuti Barbetto* ſalutatur; *Morbus reſiccativus* ſeu *ſiccatorius Hippocratis*: Nunnullis *melancholia hypochondriaca*, quanqoam multis hoc malo laborantibus melancholia non eveniat, interim tamen plurimi melancholiâ laborent affectione hypochondriacâ correpti, Germanis vocatur morbus *ſtudioſorum* ſeu *literatorum*, non quod literati ſoli huic morbo ſint obnoxii, ſed quia plurimi hoc malo vexantur qui intra chartas continuò abdomen comprimant, ita ut liberiori deſcenſui diaphragmatis via intercipiatur, unde tardior humorum fit circulatio. *Etmuller.*

Signa.

10. *Signa* ex ſymptomatibus facultatis naturalis, vitalis & animalis petuntur.

11. Adeſt 1. *Ventriculi cruditas*, ob eundem a liene per venam portæ malè nutritum, quam

excipiunt [12] continua exſpuitio, pituitâ humiditate os opplente, quia cibus non in cremorem ſed aqueam humiditatem mutatur, & vaſa lymphatica eandem in fauces deponunt, ex copioſiore alimento natam. [13] vomitus craſſiorum partium humoris, [14] vel in ventriculo geniti, vel à liene transmiſſi, & [15] interdum ita acidi, ut dentes ſtupeant, quem antecedit ejusdem ebullitio in ventriculo, [16] flatus [17] vicinas partes diſtendens, ut [18] interdum in lipothymiam homo incidat: tenuium humoris partium per ἄδηλον διαπνοὴν diſcuſſio, cum febrili horrore interdum, quem calor quidam ſequitur, [19] ſudore mox evaneſcens.

2. [20] *Ventriculi* [21] *dolores*, qui ad dorſum uſque procedunt, ingeſtis cibis redeunt, [22] concoctis iiſdem vel ejectis ſedantur, reneſque in conſenſum communione membranarum trahunt.

3. [23] *Alvi adſtrictio*, tum ob vaſorum in utroque latere ſiccitatem: tum, quia cibus in humorem pituitoſum & viſcidum mutatur, & ſic ab inteſtinis non promovetur, & pertinaciùs iiſdem adhærens, conſtrictionis cauſa eſt, junguntur que alvi excrementis Sebaceæ portiones ſebum ſubſtantiâ & colore exprimentes.

4. [24] *Æſtus* [25] *in hypochondriis* quaſi inflammatorius, qui motu, cibo, potu, calidioribus magis ingraveſcit; quem interdum ſequitur [26] malarum & totius faciei rubor ob vaporum aſcenſum. Ephemera febris ſudore evaneſcens, ob eorundem ex largiore potu per totum corpus diſperſionem.

5. [27] *Urina* modò tenuis propter vias obſeſſas, & flatus retentos, unde paroxyſmi initium: modò turbida, propter humoris admiſtionem, cum [28] arenarum rubrarum interdum ſubſidentia vel ad matulæ parietes adhæſu ob ichoris acris permiſtionem qui ex coctionibus redundat, & in qua tartareæ ſanguinis partes coagulantur.

6. *Flatulentia* [29] & in ſiniſtro hypochondrio præſertim fluctuatio, flatibus in cavitate, ſub diaphragmate, ex ventriculi, omenti, coli & viſcerum connexu exorta, incluſis.

7. [30] *Anxietas*, tum quòd cibus ſemicoctus in flatus reſolvatur, & anguſtiam pariat: tum quòd ad vaſa vicina calida intemperie laborantia deductus, à calore igneo quaſi ebulliat, & hypochondria diſtẽdat, ac ſic anguſtiá in partibus, quæ nervos à ſexta conjugatione habẽt, excitet.

8. *Cordis* [31] *palpitatio*, vel ob ventriculi conſenſum: vel ipſius partis contra vaporum malignitatem certamen; quæ nonnullis creſcente lunâ propter ſerum copioſius in maſſa ſanguinea ebulliens frequentior.

9. [32] *Pulſatio in ſiniſtro hypochondrio*, quem vel cœliacus ramus poſt iram & motum præcipuè excitat: vel arteriarum in meſenterio, per glandulas, magnam, præſertim quæ in centro, compreſſionem.

10. *Palati, oris, & linguæ ſiccitas*, propter vaporum reſolutorum per œſophagum & aſperam arteriam adſcenſum.

11. [33] *Reſpiratio difficilis*, tum propter nervorum muſculis pectoris dicatorum, affectionem; [34] tum propter materiæ pravæ in muſculorum ſpacia effuſionem.

12. [35] *Cerebri perturbatio.* Nam vapores reſoluti, ſi ſunt acres, [36] *Epilepſiam* concitant; ſi obſcuri, ſpiritus obfuſcant, & [37] *deliria melancholica* inducunt; ſi copioſi [38] *vertiginis* authores ſunt, ſi ſicci, [39] *vigilias* producunt, quæ poſt mediam noctem pleroſque moleſtare ſolent, quia chylus diſtributus & ad ſecundam coctionem, lienem & vaſa vicina perductus, humores in iis latentes agitat, & vapores ex iis elevat, qui verſus cerebrum feruntur, ſi in œſophagum, muſculos laryngis & aſperam arteriam, [40] *ſtrangulationis* metum, ob illius diſtentionem, iſtorum contractionem inducunt, ſi in nervos linguæ, brachiorum, ſecundùm nervorum ductum, inſiliant, [41] *ſtuporem*, & formicantem nunc in hoc, nunc in illo digito, pulſum inferunt. Et [42] hæc ſunt ſymptomata, [43] quæ tamen non omnes invadunt.

[10] *Signa ex ſymptomatibus facultatis &c.*) Symptomata quæ huic morbo accenſentur, vulgò valde multiplicia & diverſimodæ indolis exiſtunt, neque in omnibus parem originem, aut eandem à ſe mutuò dependentiam obſervant, quippe in his *ventris inferioris* viſcera; in illis *præcordia*, in aliis Cerebri confinia, plurimum affici videntur: In pleriſque, verùm tamen haud omnibus, ventriculus multum laborat: Circa appetitum ſæpe nimius, atqui ab ingeſtis aggravatur ſtatim, cumque alimenta ob βραδυπεψίαν diutiùs in eo morantur, eorum particulæ ſalinæ in fluorem evectæ, totam chyli maſſam in pultem modo *acidam*, aut *auſteram*, modo in *ſalſam* aut *acrem* pervertunt; hinc *cardialgia*, *flatuum ingens proventus*, *ructus* ac crebra *vomitio* ſuccedunt; & quoniam ob [illegible] defectum, chymus haud in totum volatiliſatur, ac foràs provehitur, quin materiæ viſcoſæ ſaburra ventriculi tunicis adhæreſcens poſt relinquitur. *Sputatio* fere continua eos infeſtat; In *ſiniſtro hypochondrio diſtenſio*, & non rarò ibidem, ac ſubtus ventriculum, *pulſatio* immanis ſentitur, etiam illic *dolores* paſſim oriuntur, qui hinc inde vagi tranſcurrunt, & cum lancinatione quadam, per plures horas miſerè excruciant; Interim à membranarum contracturis, & flatuum exinde concitatorum fluctuatione, *borborygmi* & *murmura* producuntur; In *Thorace* autem ſæpenumero adeſt *magna conſtrictio* & *anguſtia*, ut *reſpiratio difficilis*, & ad motum quemvis laborioſa evadat: etiam in nonnullis *paroxyſmi aſthmatici* graviſſimi ingruunt; inſuper de *cordis tremore*

more & palpitatione, cum inſigni ejuſdem *oppreſſione* laborantes queri ſolent; item crebra *ſpirituum deliquia*, & *hypothymia* metus ſuperveniunt, ut ægroti mortem ſibi ſemper imminentem putent; In hac regione circa *membranas*, ac præcipuè *mediaſtinum*, *dolor acutus*, qui modo in una parte circumſcribitur, modò ad ſcapulam extenditur; hujus morbi ſymptoma familiare eſt: At verò in *Capite* malorum illas hypochondriacos plerumque perturbat, nempe *dolores atrociſſimi* periodicè revertentes emergunt; item *Scotomia*, crebræ *vertigines*, *vigiliæ* pertinaces, *cogitationum æſtus & fluctuatio* moleſtiſſima, *animi incertitudo*, *phantaſiæ perturbatio*, rei cujuſque *formido & ſuſpicio*, *morborum* quibus immunes ſunt; poſſeſſio imaginaria, pleræque etiam aliæ ſpirituum diſtractiones, imò interdum *melancholia & mania* hanc ægritudinem comitantur: Præter interiores haſce corporis regiones ab hoc morbo obſeſſas, inſuper *partes* fere quaſvis *externas*, *dolores vagi*, necnon *ſpaſmi & ſtupores* cum *formicationis ſenſu* invadunt; *Sudores* nocturni, *ſanguinis in facie* & volis manuum *ſuffuſiones*, *febres erraticæ*, & pleraque alia incertæ originis ſymptomata paſſim oriuntur. *Willis*.

Juxta Hypotheſin de Lienis uſu (*vide ſupra §. Leſam lienis coctionem*) ſymptomata pleraque ad *affectionem Hypochondriacam* pertinentia explicare, & ſingulorum rationes explicare; Si quando enim Lien in officio ſuo deficit, hoc eſt cùm ſanguinis recrementa atrabiliaria non ſecernit, nec in materiam fermentativam coquit, ſicuti in pueris aliiſque temperamenti ſanguinei, aut nimis phlegmatici, crebrò evenire obſervamus, animi indoles fit hebetior, corpus otio pingueſcit, quin & ſanguis debitò ſegnior, intra vaſa ſtagnare, aut ſaltem minùs vegetè circulari aptus eſt; E contra verò cùm Lienis vis fermentativa nimis exaltatur, aut pervertitur, *ſanguis* proinde debitò acrior, aut auſterior factus, huc illuc rapidè tranſcurrit, atque motuum anomalias concipit; quin & *ſuccus nervoſus* à certa craſi deſciſcens, ſpiritus animales copula heterogenea & exploſiva imbuit, eoſque adeo, velut ſtimulis afficiens, in crebros ſpaſmos irritat, ut non prorſus immeritò *Lieni* perperam habenti plurima morborum genera imputentur: Sunt autem afficiendi rationes, quibus *Lien* malè diſpoſitus *paſſionis hypochondriacæ* ſymptomata producit, aut ſaltem eorum ortui contribuit, potiſſimùm hæ ſequentes. Scilicet *Primò* interdum accidit ſpongioſam Lienis ſubſtantiam à ſanguinis fæce poros ejus nimis impacta, ibidemque ſtagnante plurimùm infarciri ac obſtrui, ut deinceps maſſæ ſanguineæ recrementa haud ſatis excipiat, quin eadem illuc delata, ſed minimè ſuſcepta, in *arteriæ cœliacæ* ramos propinquos regurgitent, unde ſtatim in *ventriculi* membranas, *omentum*, *meſenterium* aliaſque partes vicinas deferuntur, iiſdemque affigi ſolent: hinc viſcerum iſtorum tonus in tantum labefactatur, ut circa chyli coctionem munia debita haud rectè exequantur, & membranæ circumquaque conſitæ, particulis heterogeneis & irritativis plurimùm imbutæ, ſiquidem fere continuò vellicantur, à *ſpaſmis* hic illic ſuſcitatis, *doloribus vagis*, *contractoriis*, *diſtenſionibus & flatuum proventui* graviter obnoxiæ fiant: propter hujuſmodi ſanguinis à liene obſtructo regurgitationem, veriſimile eſt, *Pulſationem* quæ in hypochondriacis *ſubditus ventriculum* ſentitur excitari.

II. Cùm ſanguinis fæculentiæ Liene obſtructo excluduntur, partibus, uti dictum eſt, affixæ, ſiniſtri hypochondrii affectionem valetudinariam pariunt; at verò licèt viſcus illud ſuccum atrabiliarium, è cruore per arterias advectum ſatis excipiat, ſæpe tamen eundem haud ritè coquit, verùm ſale pluribus exaltato, in humorem nimis acidum, aut auſterum; vel alius generis vitioſum pervertit, quo cùm tota maſſa ſanguinea, atque ſucci alibilis in ſinu ejus contenti penus inficitur, ſeminii hypochondriaci fructus in toto corpore repullulant, ſanguis indebitè effervеſcens in quibuſdam partibus impetuoſiùs agitatur ſimulque in aliis ſtagnare aptus eſt, hinc *lienoſis* familiare eſt ſtatim à *paſtu faciem rubeſcere, manuum volas incaleſcere hypochondria æſtuare*, *cordis oppreſſiones*, atque *pulſus variationes* ſuccedere, Cæterùm particulis iſtis fermentativis è ſanguine in partes ſolidas ubique tranſlatis, *dolores vagi* hinc inde tranſcurrentes, & *punctionum ſenſus* in pleriſque corporis membris accientur. Porrò ab hoc cruoris inquinamento, ſi quidem maſſa ejus à temperie benignâ & balſamicâ in ſalſam & tartaream mutatur, *corporis habitus macilentus cum vultu lurido & obſuſco inducitur*.

III. E ſanguine, ita *Lienis* culpâ depravato, etiam regimini animali labes ſæpenumero *infertur*; nam particulæ heterogeneæ & ſpaſmodicæ non rarò in cerebrum, indeque in nervoſum genus ſuffunduntur, ita ut ſpiritus animales in utraque provincia degentes varias anomalias concipiant ob noxam τῷ ἐγκεφάλῳ impreſſam, hypochondriaci *variis phantaſmatis* & cogitationum mole fluctuationibuſque tentari ſolent; Inſuper iis crebræ *vertigines*, *ſcotomiæ*, *cephalalgia*, & non raro affectus *paralytici* contingunt; dein quatenus materies morbifica è capite in nervoſum genus prolabitur, affectiones ſpaſmodicæ in pleriſque corporis partibus, potiſſimum vero circa *præcordia*, *ac imi ventris* viſcera excitantur; cùm enim ſpiritus intra *nervos*, qui partes iſtas reſpiciunt, ſcatentes, propter animi affectum valde perturbantur, particulæ ſpaſmodicæ iſtos ductus promptiùs ſubeunt, illiſque ſpiritibus diatheſin convulſivam faciliùs imprimunt: Itaque partim ob labem mediante *cerebro* tranſmiſſam, partimque ob noxam à Liene (uti oſtenſum eſt) immediatè communicatam, *Cordis palpitatio, tremor, & frequens deliquium, pectoris conſtrictiones, reſpirationis impedimenta, ſtomachi dolor, ructus, vomitus* & multa alia in iſtis viſceribus *accidentia hypochondriaca* contingunt.

IV. Præter hujuſmodi inordinationes, quæ *ſanguinis trajectu à Liene in humores & partes ſolidas*, ipſumque *cerebrum & nervoſum genus* derivari ſolent, ſunt & alia præterea mala, quæ ab hoc viſcere, etiam *nervorum commeatu* exoriri videntur; quippe cum eorum propagines extremæ, ipſæque fibræ nerveæ viſceribus intextæ, extimis ſuis oſculis humorem quendam imbibere, ipſumque nonnunquam ſurſum convehere oſtendimus, ſummè probabile eſt *fibras nerveas lieni* diſpertitas, (quarum, prout modò innuitur ingens ſatellitium eſt) ſuccum ejus acerrimum ſuſcipere, qui ductus nerveos altius perreptans, motuum convulſivorum cauſa exiſtat: Revera quod inter *Cerebrum & Lienem*, tam intima commercia habeatur, nimirum longè citiùs quàm per *ſanguinis* ambages fieri poſſint, opinari liceat, nervos *paris vagi & intercoſtalis* proximam commeatus viam eſſe, qua hæ partes invicem communicantes ſeſe mutuò afficiunt; Videtur enim quòd cùm *atra bilis in liene*, aut ſpontè turgeſcit, vel à cauſâ quadam evidenti commovetur, particulæ ejus fibras nerveas eidem denſiſſimè diſtributas ſubeant, quæ ſpiritus animales in iis ſcatentes perturbant, inque exploſiones, aut ſaltem ἀτάξίας quaſdam adigunt; dein ſpiritus ita perturbati proximos, illique alios afficiunt donec continuatâ ipſorum ſerie, paſſio intra lienem incœpta, uſque ad cerebrum propagetur; ibidemque phantaſmata inordinata, qualia hypochondriacis accidunt, producit: etiam viceverſa, cùm gravis animi affectus intra cerebrum occaſionaliter excitatus ejus incolas moleſtat, impreſſio phantaſiæ oblata, ſpirituum intra nervos *paris*

vagi & intercoſtalis con ſitorum ſerie, & affectione ſucceſſiva uſque ad Lienem perducitur: hoc fermentum ejus magis commotum, tum in viſcere iſto, tum in totâ viciniâ fibrarum & membranarum ſpaſmos ciet, & inſuper ſanguinem in fluxus & refluxus, variaſque æſtuationes cogit, quin & ſpirituum perturbationes in cerebrum reflectit: Ab ejuſmodi reciprocâ cerebri & lienis affectione accidit quòd hypochondriaci adeo ſunt irrequieti, inſtabiles, & propoſito quovis fluctuantes, quaſi, juxta Poëtam decem animi in iis unà certarent. *Willis.*

11. *Adeſt 1. Ventriculi cruditas*) Adeo ut *Highmorus* lieni æque ac utero vindicias afferens, præcipuam hujus morbi cauſam omnino in vitioſam ventriculi conſtitutionem retulerit, atque hinc ſymptomatum rationes originaliter petendas eſſe voluerit: Enim vero ut hypotheſin pro ſolvendis hujus ægritudinis phænomenis idoneam contexeret, ſupponit imprimis ſtomachi tonum nimis laxum & debilem evaſiſſe, ut propterea alimenta difficilè admodum & imperfectè coquat: ita nimirum ut chyli portio tenuis & ſpirituoſior, debito citius illinc ſanguini commiſſa, ejus craſin valde acrem & calidam pervertat; dein alimenti reſiduum diuturniore in ventriculo morâ, in phlegma viſcidum & ponderoſum degeneret; quod etiam ſtagnatione ſuâ (pariter ac in eduliis diutius aſſervatis obſervare eſt) valde acidum aut auſterum evadit: hinc autem arguit *Vir doctiſſimus*, quod à ſanguine nimis ſeroſo & tenui ori facto, ejus effervescentiæ citò tranſeuntes inducantur, atque è ſtomacho materiæ viſcoſæ ſaburra aggravato, ventriculi & hypochondriorum flatus ac diſtenſiones, necnon ructus & ſputatio moleſtiſſima oriantur; quo vero lienem hac culpâ penitùs eximat, cum neque ſanguinis fæcem atrabilariam ſecernere, nec alicuivis circa hæmatoſin muneri inſervire contendit; attamen uſum ejus fere tantum in eo conſiſtere, ut viſcus hoc ſanguine præfervido turgeſcens, ventriculo adiacenti calorem ſuppeditet, ipſumq; blando tepore foveat; Circa hanc opinionem, licet egregio huic Authori eatenus conſentium, ut *ventriculum* in hoc affecto ſæpe graviter laborare concedam, cujus ſiquidem tonus ſit laxus, & robur præfractum, propter alimenti indigeſtionem, pituitæ viſcoſæ ſaburra uſque in ſinu ejus progignitur, Cui ob particulas ſalinas, diutina morâ in fluorem evectas ſæpe acor inſignis aut auſteritas accedunt: dein quia vitium in primâ coctione haud emendatur in ſecondâ *αιματωσιν* iſtam ſanguinis dyſcraſiæ & inordinationes excipiunt.

Verùm tamen in illam opinionem haud adducar, Ventriculum ſemper eſſe primùm in culpa aut cætera morbi hypochondriaci ſymptomata tantùm à vitioſâ illius conſtitutione pendere: Novi enim plures hac ægritudine immaniter afflictos, qui *ſtomacho* ſatis valebant, etenim de *pulſatione in ſiniſtro hypochondrio, de pectoris anguſtiâ & dolore vago* in eo excitato, necnon de *cordis tremore & oppreſſione* cum *metu* continuo & imaginatione perturbatâ plurimum queſti ſunt; interim cibos coploſè appetere, ac ingeſta quævis ſine ventriculi moleſtiâ, aut gravamine, etiam abſque ſputatione aut ructu acido digerere ſolebant.

Quinimo obſervavi alios bibaces, & malâ victus ratione utentes, ſtomachi flacciditatem cum dyſpepſia, flatulentiâ & crebrâ vomitione contraxiſſe; qui circa præcordia & facultates animales ſatis ſani pro hypochondriacis haud omnino haberentur; Præterea in hoc affectu ſæpe *ventriculus*, potius *aliarum partium aut ſanguinis vitio, quam propriâ culpâ laborat*, quippe uſitatum eſt hujuſmodi ægrotos, quamdiu in lecto compoſiti multùm perſpirant, circa ſtomachum rectè habere; Cùm verò excitantur, poris occloſis, & maſſæ ſanguineæ fæculentiâ intus reſtagnante, ſtatim cardialgiâ, flatuum aggeſtione & crebro vomendi niſu affici. *Willis.*

Plurima Hypochondriacam affectionem comitari ſolita ſymptomata exacerbari maximè poſt alimentorum aſſumptionem, unde non malè concipi poſſe videtur, ſedem ſocumque mali eſſe, ſi non ipſum ventriculum, huic ſaltem vicinas partes. *Fr. Sylvius.*

12. *Continua exſpuitio*) In pleriſque affectione hypochondriacâ laborantibus, *Saliva* multa obſervatur, & tum aucta maximè quando graviùs ſævit malum; Cùm verò nunc conſtet, præparari in maxillaribus glandulis Salivam, in hoc affectu illas glandulas ſimul affici quis non videt: Affici cum ſimul dico Glandulas maxillares, non puto primariò id ſemper fieri, quinetiam ſecundariò fieri poteſt ab ipſis puta humoribus ad ipſas delatis & Salivæ materiam ſuppeditantibus: Salivæ materiam putamus partem ſanguinis pituitoſam, Unde ſequi videtur eandem quoque partem pituitoſam in corpore redundare, quandoquidem copioſior tunc obſervatur in corpore Saliva; ad quam copioſiùs producendam neceſſe eſt ut materia ejuſdem adſit copioſior, ſive hæc pendeat ex aſſumptis alimentis, & ipſo quoque Aëre pituitoſis, hoc eſt materia pituitam ſuppeditante abundantibus; ſive ex vitioſà alimentorum in ventriculo, inteſtinis & alibi præparatione variaque immutatione; unde pars alimentorum pituitoſa, nimiâ quantitate accumuletur in corpore, nec per vias convenientes excernatur, aut cum aliis non convenienter, vel ſufficienter uniatur & conjungatur, unde vel quantitate nimiâ, vel qualitate excellenti peccans, inepta reddatur functionibus, quibus miniſtrat, rite abſolvendis: Non tantùm quantitate auctâ hic peccat *Saliva*, verùm non rarò quoque qualitate, quamvis non ſemper ſatis queat explicari qualitas, iſta, niſi ſapore notabili ſeſe manifeſtet, Multis non rarò *muco obducta obſervatur Lingua*, quod adſcribendum *Salivæ viſcidiori* Linguæ adhærenti: Quibuſdam ingratus *Sapor* ſimul adeſt, & quidem varius, ubi indigitari poteſt, ad aciditatem fere inclinans, vel auſteritatem; quandoque ad amaritudinem levem ac nidorem, circa fucius in ore permanentem. *Franc. Sylvius.*

13. *Vomitus craſſiorum*) Nauſeâ & vomitu urgentur affectione hypochondriaca detenti: *Nauſea* verò ab halitibus totam ventriculi ſuperficiem interiorem inflantibus & leniter vellicantibus: *Vomitus* autem ab ipſo effervescente humore genito, ſurſum aſſurgente atque ventriculum ad ſui exonerationem cogente, commode deducitur. *Fr. Sylvius.*

14. *Vel in ventriculo geniti, à liene tranſmiſſi*) Imò materia iſtius officina primaria eſt ventriculus id quod indicant frequentes ructus vomituſque acidi. *Etmuller.* An aliquid tranſmittatur ex Liene vide §. *Propter Lienis coctionem læſam.*)

15. *Interdum ita acidi*) Quin & corroſivi, nam ex obſervatione *Highmori pag. 105.* conſtat vomitum hypochondriacum ſæpe labia, linguam, fauces, guttur exulceraſſe.

16. *Flatus vicinas partes diſtendens*) Et foras per Ructus erumpens, qui mali hujus frequens ſymptoma, imò pathognomonicum ſæpe eſt, unde morbus, ipſe Ructuoſus dicitur. Vide de Ructuum generatione inferius §. *Ructibus acidis & æruginoſum.*)

17. *Flatus vicinas partes diſtendens*) Inter ſymptomata recenſemus *Hypochondriorum diſtenſionem & tumorem*, eouſque interdum aſſurgentem, ut potius inde attollatur in altum venter, & tympani inſtar ob diſtenſionem expanſum ſentiatur, graviſſimum ægris malum, nam reſpiratio difficilior inde fit. Oritur autem à flatibus copioſis ex pituitæ mediocriter viſcidi excitatis:

Vit

Ubi enim maximè viſcida exiſtit Pituita, vix copioſi excitantur flatus, niſi ſimul illis excitandis apta ſit bilis, viſciditatem prædictam ſimul incidens, & hinc copioſos flatus generans: Quòd ſi minùs viſcida ſit Pituita, copioſiores producentur flatus, & quidem in ventriculo & inteſtinis facile hærentes, atque illam Diſtenſionem in ipſis efficientes, ac conſequenter totum abdomen in tumorem durum elevantes, Ubi verò minimè viſcida exiſtit pituita, tum vapores potiùs elevantur quam flatus, aut ſaltem flatus humidi, quique facilè denuo reſolvuntur & ſubſident, aut per inteſtina feruntur; illis minùs adhærent, ac ſponte ſurſum ac deorſum exitum quærunt ac inveniunt: Hi ſi copioſi fuerint, hoc imprimis nomine moleſti exiſtunt; ſin pauci, vix aliquam patiunt moleſtiam. *Fr. Sylvius.*

18\. *Interdum in lipothymiam*) Ab halitibus & vaporibus flatulentis pendet *Animi deliquium*, ſive per conſenſum illud dicatur excitatum, ſive quia Pulſus exilis aut nullus, ſimul obſervatur halitus aliquis per œſophagum aſcendens, inſpiratoque aëri junctus, in Pulmones alliciatur, & ſanguini circulanti permiſtus, ad cordis ſiniſtrum ventriculum tranſeat, atque naturalem ſanguinis rarefactionem immutet impediatvè, ſive halitus talis, qualis ſurſum fertur ad ventriculum, per venas lacteas ſurgat quoque ad cor: Animi autem deliquium aliud graviſſimum eſt, quando pulſu ad ſenſum ſublato, externa omnia frigent, ſudor erumpit frigidus, ceſſantque ad tempus omnes quoque functiones animales, diciturque Syncope: Alias, quamvis debilis obſervetur pulſus, quandoque nullus, tamen animales functiones plus minus perſtant, nec ſemper frigent extrema, vel ſudor erumpit frigidus, quod levius eſt animi deliquium; In affectione autem hypochondriaca levius obſervari ſolet, nun item graviſſimum, Non enim ſemel curavi tales, quibus tam debilis erat Pulſus, ut vix ac ne vix quidem digito poſſet explorari; Aliis verò ſatis conſtabat, durante animi deliquio, Pulſus; in aliis obſervavi nullum, In aliis calidum, in aliis frigiduſculum erumpere ſudorem, nunquam ſyncopticum; In aliis pro tempore ſenſus externi aboliti videbantur; in aliis ſatis conſtantes, dum interim pleríque loqui non poſſent, nec niſi peracto paroxyſmo, quid audiviſſent, quid vidiſſent referebant ægri: Novi indum enim per paroxyſmos affligi pleroſque affectione hypochondriaca laborantes, nec continue laborare æque difficulter; ſed nunc levius, nunc gravius, ipſoſque paroxyſmos nunc crebrius, nunc rarius redire, nunc diutius, nunc brevius durare: Quæ omnia uti in pleriſque ſymptomatibus obſervantur, ſic in doloribus & animi deliquio, atque anguſtia imprimis notantur: Prout autem diverſimode affecti ſunt aſſurgentes ab efferveſcentia vapores halituſve, ita multis nominibus gravius leviuſve producunt animi deliquium. *Franc. Sylvius.*

19\. *Sudore mox evaneſcens*) Sudor ægris erumpit, rarius quidem frigidus, crebrius calidus; Frigidus quoties erumpit; halitibus pituitoſis debetur ipſus; quoties calidus, iiſdem quidem, ſed à Bile victis ac ſuperatis, uti hoc frequens eſt in febrium intermittentium declinatione: Longe autem gravius laborant, quibus frigidus ſudor erumpit, non item quibus calidus, dummodo cum *εὐφορία* contingat ægrique levamine. *Franc. Sylvius.*

21\. *Ventriculi dolores*) Ab halitibus & vaporibus flatulentis procedit Præcordiorum diſtentio; quoties cunque enim ſurſum exitum non habent halitus & vapores, in parte concava accumulari, eandem ſenſim replent, ac conſequenter expandunt & diſtendunt. Cujus diſtenſionis cum ſuſceptibilis ſit Ventriculus membraneus, mirum non eſt, ſi non tantum accidit illa, ſed & ſentiatur cum ægri moleſtia, ut pote in parte ſentili excitata. *Fr. Sylvius.*

21\. *Ventriculi dolores qui ad dorſum*) Hunc dolorem gravativum eſſe & conſtrictivum ſatis indicant patientium querelæ, moleſtam ſentientium ſimilem ei, quæ à pondere aliquo oriri ſolet, cum qua ſimul partes nervoſæ vicinæ, originem nervorum ſuorum eandem obtinentes cum nervis inſertis in ſiniſtrum ventriculi orificium, verſus hunc ſeſe contrahunt, ipſis ventriculi fibris ſimul ſpaſmo una affectis. *Etmuller. Diſſ. de malo Hypoch.*

22\. *Concoctis iiſdem vel ejectis ſedantur*) Ubi cum vitioſis humoribus excretum eſt quodammodo depravatum & corruptum in ventriculo alimentum, non mirum ſi tunc ceſſare videatur paroxyſmus, ſublato ſcilicet cum efferveſcente ad bilis affluxum pituita, pituitoſove alimento, ejuſdem pituitæ fomite; alimento puta in ventriculo cum affluente ſaliva adhuc hærente, & conſequutive ad inteſtina clapſuro, ni vomitu prius ejiceretur; Ejecta autem cum alimentis pituita Acida, Acerba; Pontica, atque ſubinde ſimul amaricans, ſatis ſuperque probat & evincit, quales in hac affectione hypochondriaca peccent humores, cum illis ſponte evacuatis, ceſſent paulatim omnia ejuſdem ſymptomata, quæ non minus ceſſabunt, ſi medicamentis aptis iidem peccantes humores corrigantur aut educantur. *Franc: Sylvius,*

22\. *Alvi adſtrictio*) Alvus in hoc affectu plerumque obſervatur adſtrictior, rarius laxior: Cum enim plerumq; pituita peccet, quotquot tunc ab ipſa elevantur flatus, non tantum ipſi pituitæ, adeoque inteſtinis (quibus pituita adhæret) firmius quoque adhærent, verum à pituita, ſive cauſa materiali, etſi ſubinde ſeparentur, mox tamen vicinis excrementis agglutinantur, illaque compingunt & indurant, unde adſtrictam alvum conſequi nihil mirum: Laxior autem alvus vix obſervatur, (ut de illa ob diætam peculiarem nihil dicam) niſi præter peculiarem bilem, ob ſingularem corporis conſtitutionem aliquis humor ad inteſtina per ductum forte Pancreaticum, aut etiam cum ſaliva defluat, cujus nomine ſolvantur excrementa & propellantur ad dejectionem frequentiorem; Deduco autem illam alvi laxitatem, à Liquore in glandulis maxillaribus ſalivam præparantibus, ut & Pancreate adornato, & ad inteſtina delato, cum hactenus nullæ viæ ab ullis partibus derivatæ, & ad inteſtina mediate vel immediate aliquid deferentes innotuerint Anatomicis: hæ autem hujus ævi Anatomicorum ſolertia erutæ ſunt, & videre volentibus patent, adeo ut amplius de illis dubitandi anſa ſit omnibus ſublata, *Fr. Sylv.* Cum ventriculus tarde ſuum exſequitur officium, venter difficulter ſuum ſolvit tributum, male concoctus ciborum cremor fit viſcidus, & inteſtinorum tenuium parietibus adhæret & difficilem reddit excretionem: A Limoſis etiam primæ concoctionis ſuccis obſtructa in hepate vaſa choledocha, expultricis denegant ſtimulum, adeo ut bilis acrimonia ad evacuationem non ſollicitentur inteſtina, ſed calore exſiccata in ſcybala formentur excrementa, & raro excernantur. *Highmorus de Aff. hypocr. p. 118.*

24\. *Æſtus in hypochondriis quaſi inflammatorius*) Obſtructiones tã in meſenterio quam in viſceribus, quia fiunt conculcatis ibi vitioſis humoribus, & difflatu omni carentibus, neceſſario ſuccedit alia intemperies, non frigida quidem illa, ut prior, ſed calida, *φλεγμονὴ* uno verbo, ut contra diſtincta eſt à phlegmone: Hujus ſignum eſt fervor quidam in hypochondriis, qui aliquando major, aliquando minor. *Hofmannus l. c.*

25\. *Æſtus in hypochondriis*) In hypochondriis ſentiri æſtum primo quid mirum? Ibi etenim ſit humorum

efferveſcentia; ubi hærent diutius elevati halitus; ibi proinde uti frigus, ſic & æſtus primum ſentitur moleſtus; in multis ob pituitæ inteſtinalis adhærentis viſciditatem perſeverans & permanens: Diſperſi autem quaquaverſum halitus varia in partibus variis excitant ſymptomata. *Fr. Sylvius*: Æſtus in hypochondriis moleſto ardore, nunc in dextro, plerumque autem in ſiniſtro, nunc utroque latere miſellos excruciat, qui ab ingaſtis non extinguitur, ſed fermentatione perpetua magis excandeſcit: Acidus enim ille ac fervidus à putrefactione in ventriculo humor, quo majorem concitat fermentationem ac motum, eo & majus parit incendium, à motu enim naſcitur calor: Porro in aciditate calor latet fortis, uti vis illius cauſtica abunde teſtatur, non minore ardore aut vehementia pungit acidus ſuccus, quam liquor fervidus: Vitrioli oleum, caloris æque ac aciditatis effectus commonſtrat, acidiſque evaporationibus non minus calore excandeſcit guttur, quam aciditate exaſperatur; Imo ſæpe tanta eſt hujus ſucci acrimonia, ut diuturniori per vomitum ejectione, in morbo hoc excoriatum noverim œſuphagum, & laryngem contactu ſolum adeo exaſperatam & exſiccatam, ut vocem raucam & inſunoram redderet: Imo gramen & plantas acido hoc per vomitum ejecto conſperſas ſucco, exareſcere vidimus, adeo ut cũ vitrioli oleo aciditate & vi cauſtica contendere videatur: Mirum itaque non habeatur, ſi æſtum generet in ventriculo, & cum à flatibus in utrumque extendatur latus, in hypochondriis etiam utriſque æſtuantis hujus humoris furorem hoſpitare ſentiat æger. Neque in ventriculo ſolum furentis hujus ſucci malitia reperitur, ſed cum Chylo diſtributus efficit, ut ejus fermentatione tota ferveſcat ſanguinis maſſa, inque ſalium diverſorum pugna, in toto venoſo genere tumultuoſam concitant ebullitionem, quæ nunc in hepatis, nunc lienis vaſis inchoata, æſtum & ardorem nunc in dextro nunc in ſiniſtro latere procurat. *Higmorus.*

25. *Æſtus in hypochondriis*) Sæpenumero Efferveſcentia notabilis ſentitur in ventre, atque ebullitio quaſi, unde & ſurſum halitus, vapores, ructus obſervantur elevari, & per inteſtina flatus devolvi cum rugitibus, quibus per crepitum emiſſis, levamen accipit æger; iiſdem autem retentis anguſtias majores aut tormina etiam patitur: Hæc autem ſenſu quandoque notabilis Efferveſcentia, confirmat imprimis noſtram de ſemper contingente majore vel minore, inſigniore aut obſcuriore Efferveſcentia opinionem: In qua, ægrorum ſenſibus dignoſcibili, obſervandum non ſemper eodem modo illam ipſos afficere, dum quandoque Ebullitioni ſimilis percipitur, quandoque cum interiorum contorſione conjuncta judicatur: Prout ſcilicet diverſimode affectæ ſunt Bilis & Pituita, diverſa quoque contingit Efferveſcentia, diverſi elevantur vapores, diverſimode afficiuntur ipſos continentes partes. Hujus rei memorabile nobis in Noſocomio publico obvenit exemplum, in viro affectione hypochondriaca detento, cui inter alia ſymptomata, notabilis Abdominis non diſtenſio, ſed contractio, cum maxime moleſta & dolorifica partium contentarum omnium contorſione (*ex qua confirmari videtur opinio* Williſij, *ægritudinem iſtam plerumque eſſe partium nervoſarum ſpaſmos & contractiones*) Quodque in ipſo etiam eſt notatu dignum, ab aſſumptis Purgantibus, non facile movetur alvus, verum tum demum ipſi diſtenditur abdomen, prius in anguſtum contractum: Non ſemper proinde ubi ab Efferveſcentia humorum excitantur aliqui halitus, mox ſimul diſtenditur ab ipſis abdomen; quod accidit tantum ratione pituitæ exiſtentis admodum viſcidæ, nec ſufficienter in flatus copioſos extendi aptæ, niſi accedente inſuper potu copioſo, quo diſſolvitur aut materia bilis operationem adjuvante, purgantibus ſcilicet acrioribus, & pituitam ſimul incidentibus: Contorſio vero inteſtinorum & ventriculi ſequitur Bilis impuritatis viſcida hærentis Acrimoniam, quæ partes, quibus pituita adhæret & agglutinatur mordicans, moleſtiam illam, ac ſi contorquerentur, in ipſis excitat: Quoties autem aut Ructus, aut crepitus erumpunt, levari ægros non mirum, ab illis namque in corpore hærentibus, & ventriculum atque inteſtina vel diſtendentibus, vel contorquentibus dolor excitatur ægris graviſſimus, qui ſublata ipſius cauſa, tollitur ſimul & levamen inde accipiunt ægri. Efferveſcentia vero dicta variis modis percipi ſolet, nam in quibuſdam videtur aliqua levis obſervari in corpore ebullitio, à qua mox halitus calentes ſurſum aſſurgunt, & cor primum, mox caput & faciem univerſam, quinimo partes etiam externas ſudore levi afficiunt. *Fr. Sylvius.*

Ephemera febris) Nonnulli *frigore* ac *tremore*, ac ſi febre corriperentur intermittente, urgentur aliquando: Et certe ſi quis rem rite examinet, pro Intermittentis febris ſpecie leviori omnino habenda illa paſſio, cum non ſemper diu duret, nec certum typum obſervet, verum promiſcue nunc ſæpius, nunc rarius ægris obveniat, pro febre non habeatur à pleriſque; ab aliis tamen pro febre habetur, diciturque lenta; Belgæ febrem internam vocant, quoniam frigus & tremur vix ſentiuntur in partibus externis, verum inprimis in internis & lumbis vicinis: *Idem*. Pro Ephemera fuit aliquando habita à quibuſdam, quam vocabamus modo *Lentam*, quando ſcilicet moleſtior exiſtit cum levi rigore horror, qualis in febrium Ephemerarum initiis non raro ſentitur. *Idem.*

26. *Malarum & totius faciei rubor*) In mediis hiſce anguſtiis faciei rubor & calor obſervatur, cum prius pallor & frigus ipſam obſideret; habent autem hæ mutationes omnes ortum ſuum à vaporibus & halitibus nunc pituitoſis, nunc bilioſis. *Fr. Sylvius.*

26. *Malarum & totius faciei rubor*) Id quod poſt paſtum etiam accidit, quod non tantum à nova ſanguinis fermentatione & agitatione accidit, quæ cauſarum prioritatem obtinuit, unde majorem obtinuit fervorem ac tenuitatem, magiſque vaſa diſtendit, ſed quia ventriculus jam flatibus tenſus, majori tunc ciborum copia infarctus, Aortam adeo comprimit, ut à corde deorſum impediatur ſanguinis motus circulatis, & à cordis propulſus ventriculis, ſurſum potius in capitis & pulmonum vaſa propellitur, unde difficilior etiam poſt paſtum redditur reſpiratio, gravatur caput, venæque capillares in facie tenui frequentique ſuffarctæ ſanguine, & incendium & ruborem faciunt; A difficili reſpiratione augetur etiam rubor, cum vel pulmonibus otioſis, aut nimium infarctis, à jugularibus venis recurrens non admittitur ſanguis, ut in ſuffocatis & aſthmaticis videre licet, quorum pulmones ægre moventes, à faciei & capitis venis majoribus & capillaribus nimium infarctis, ſanguinem relabentem non admittunt, ſed faciem rubicundam aut lividam ſemper relinquunt. *Higmorus.*

27. *Urina modo tenuis*) Urina obſervatur varia, nunc tenuis nunc craſſa, nunc albicans, nunc aqueo colore prædita, nunc rubens, citrina, nigricans: Cum autem bini humores in hac affectione peccantes afficiantur, variis modis affici queant & vitiari, non mirum ſi ſanguini variis viis communicata labes, per urinas quoque ſe manifeſtet ipſa, & quidem modis iiſdem variis: Quoties namque penitius ſanguini commiſcentur humores peccantes, nec ab illo facile ſeparari queunt, *Tenues* urinas exiſtere tunc nil mirum: Quoties contra iidem humores peccantes denuo ſecernuntur à ſanguine, ſive ſponte hoc fiat, ſive ope medicamento-

rum

rum, hinc & eum urinis excernuntur, non tantum *ſedimentum* evadet *copioſius & craſſius*, verum ipſa quoque *urinæ ſubſtantia* erit *craſſior*: Quoties iidem permixta manet ſanguinis maſſæ humorum ſaburra, toties *Aqueum colorem* æmulabitur urina; Quoties vero aliqua peccantium humorum pars urinæ miſcebitur, ſi pauca fuerit, & à Bile præſertim dependens, *flammeam* reddet urinam: Sin ejuſdem multum contineat, *Rubea* exiſtet: Sin eum urina minus ſit permixta, vel mox dum emittitur, obſervabimr *lactea & albeſcens*, vel licet *rubea* reddatur vel *flammea*, paulo poſt tamen *turbabitur* & albeſcere incipiet; Sin vero in ipſo ſanguine corruptio aliqua contingat, & vita verſetur in diſcrimine ſummo, tunc non infrequenter urina reddetur *nigricans*: Contingit etiam aliquando, ut humores corrupti ſecernantur à ſanguine, & *colorem nigricantem* cõmunicent urinæ cum ægrorum levamine, ad alia ergo ſimul attendendum: Non tantum ipſa urinæ ſubſtantia & color variant in hoc affectu, verũ inſuper *Contenta*, Unde videas nonnunquã *ſedimentum* copioſum, quandoq; paucum, quandoque album, nonnunquam ſubrubens, nonnunquam æquale ac cohærens, quandoque inæquale ac divulſum: Sic & *Nubecula*, non parum in hoc affectu variat, dum aliquando pauca eſt, aliquando multa, aliquando diſperſa, aliquando coacta: Quin & in ſuperficie aliquando pinguedo paucior vel copioſior innatare videtur, aliquando nulla cernitur: Inprimis vero *Arenulæ* grandiores aut minores obſervantur, tam in urinæ fundo & vaſis lateribus, quam in ejuſdem ſuperficie, quam inſuper in medio liquore ut & inter ipſa contenta nubeculam inprimis, cui diceres inſperſas: Sunt autem illæ arenulæ, nunc *rubicundæ*, nunc *flavæ*, nunc *albicantes*; Docui vero alias Arenulas omnes in urina, quocunque tandem modo apparentes, ac inprimis *rubicundas* vel *flaveſcentes*, Glandularum affectarum ſignum præbere &c. *Franc. Sylvius*: Vide §. *Propter vitium glandularum*.)

[28.] *Cum arenarum rubrarum*) Quandoque craſſa, rubra & turbida eſt urina, ob materiæ craſſæ admiſtionem, quæ multo ſale ſaturata eſt, & ideo Tartarea nominatur, tum in fundo matulæ inſtar ſedimenti craſſioris colligitur, vel etiam quædam illius portio matulæ parietibus adhæret inſtar arenularum rubrarum, quæ multis calculi metum incutiunt, quamvis immerito, cum hujuſmodi arenulæ non in renibus, ſed in hepate generentur, ex materia aduſta & ſalina; cujus rei indicio eſt, quod hujuſmodi arenulæ digitis attritæ facile diſſolvuntur, ſalia inſtar quod arenulis à renibus oriundis non contingit. *Riverius*, De his vide §. *Urina modo*) & §. *Vitium Glandularum*.)

[29.] *Flatibus in cavitate &c.*) Vide §. *Ob locum utriuſque hypochondrii*, & §. *Si locum ſpectes*.)

[29.] *In cavitate ſub hypochondrio*) Quam ſedem facit mali Hypochondriaci *Larinus Fiſcherus Tr. de loco & foco mali Hypochondr.* Uti & *Walæus Pr capit.* 14. Cavitas, *ait*, in ſiniſtro hypochondrio valde perſpicua in anatomia, ſitaque inter Lienem, ventriculum, diaphragma, & Omentum; In dextro non ita conſpicua; nam cum ægri quidam, nonnunquam conquerantur de gravitate aut tenſione paulo infra hepar, conjicio in dextro hypochondrio cavitatem eſſe inter hepar, renem dextrum & Colon: Cavitates hæ, ſaltem ſiniſtra (ut quidam putant) à Natura factæ ſunt, non tantum ut excrementa reciperent, ſed etiam ut viſcera ſibi invicem cedere poſſint dum moventur.

Cavitatem hanc ſiniſtram ſemel deprehendi in muliere annoſa, quam Vomitus pertinax extinxit, à laxatione & laxatione ventriculi dependens, qui ad pubem uſque devolvebatur, Chirurgus manum demiſſam humorum mucilagine plenam educebat: Dextram quoque intruſi, quam plane lutulentam & ſordidam extraxi.

Sed hoc ſpatium inter diaphragma & ventriculum; idoneum hujus materiæ colligendæ eſt repertorium; eum lympha, aut cruor extravaſatus ſtatim putredinem concipiat. *Etmuller*.

[30.] *Anxietas*) Anguſtia circa præcordia poſt alimentorum aſſumptionem, in aliis quidem citius, in aliis tardius, gravius, levius affligit, tam ratione individuorum diverſorum, quam alimentorum variorum; Suppoſita autem Alimentorum Fermentatione (quam alibi probavimus) & quidem ſaliva præſertim, tanquam fermento, vel fermenti fomite, promoveri ſolita; Conſideratiſque quæ alias de *Saliva*, & modo) §. *Cauſa ſunt humores pituitoſi, bilioſi*) de Pituitæ materia & generatione protuli; puto me non errare ſi dixero, *Ubi male diſpoſita eſt Saliva, & hinc ventriculi fermentum, & Pituita naturalis, ac præſertim ſi exuperante ſpiritu acido peccet*, aliter perfici quam prius ſolebat; Alimentorum fermentationem, atque *partem ejus fluidiorem citius*, uti fieri alias ſolet, *ad inteſtina defluentem*, & quam debebat *acidiorem redditam*, ad *Bilis affluentis occurſum*, *Efferveſcentiam excitare naturali majorem*, ac proinde elevari ſimul halitus & vapores, qui ſurſum aſcendentes in *ventriculum*, *Anguſtiam in ipſo pariunt*, partim *diſtendendo* ipſius parietes, partim vellicando ſuperius ejuſdem orificium, partim turbando reliquorum adhuc in ipſo alimentorum fermentationem & ita quidem, ut ab iiſdem alimentis itidem novi excitentur vapores & halitus; anguſtiam prædictam augentes & aggravantes. *Fr. Sylvius*.

[31.] *Cordis Palpitatio*) Concurrit in affectione Hypochondriaca cum Pulſu frequentiore Cordis ſere Palpitatio, quæ *eſt Motus cordis inordinatus & pene convulſivus*, quod vel inde patet, quod in eadem affectione graviore exiſtente, non raro cum cordis palpitatione obſervetur aliarum quoque partium, artuum præſertim, nunc ſuperiorum nunc inferiorum, motus convulſivus, cum Cordis palpitatione in ſuo motu inordinato conveniens, & cum ipſa fere incipiens ac deſinens, uti in ægris quibuſdam cum admiratione obſervavi: Accidit autem hæc cordis Palpitatio, ſive motus convulſivus, ab inordinato ſpirituum animalium in cordis muſculos motu; non tam ob irritationem ab acri bile ortam, quam ob halitus eoſdem vitioſos ad caput vel cum ſanguine, vel ſeorſim aſſurgentes, atque ſpiritibus animalibus miſtos, à quibus ad inordinatum & turbatum motum coguntur, & cum ipſis ſpiritibus ipſi quoque muſculi, vel cordis tantum, vel aliarum inſuper partium, Obſervandum enim licet non ſemper manifeſta fiat Cordis Palpitatio, motuſque aliarum partium convulſivus, raro tamen ſine aliquo Tremore reperiri artus ægrorum affectione hypochondriaca detentorum. *Franc. Sylvius*.

Cordis palpitationem Convulſivum hic eſſe motum ſtatuit *Etmuller*. Vide §. *Reſpiratio difficilis tum propter*.)

[32.] *Pulſatio in ſiniſtro hypochondrio*) Quæ percipitur quando humores fervidi in iis locis exagitantur; & vapores inde excitati arteriarum ſyſtolem & diaſtolem majorem efficiunt, ita ut tum ab ægris tum ab aſſidentibus manum hypochondrio admoventibus, Pulſatio illa percipiatur, quæ tum inprimis commovetur cum ægri ab ira, motu vehementiore, aut meri largiore potu incaleſcunt; Et hæc inprimis Palpi-

tatio in arteria Cœliaca fit, quæ inſignior eſt in illa parte, Aliquando etiam continua eſt, & inde ſinens in morbo inveterato, & quocunque tempore manum admoveas, perpetuo pulſationem advertes, quod morbum habitualem & incurabilem ſignificat, Continuam autem illam Pulſationem interdum ſequitur aneuriſma, ex arteriæ cœliacæ, aut alterius cujuſdam inſignioris dilatatione, à ſanguine fervidiori in iis contento, qui valde attenuatus, & multis ac fervidis ſpiritibus permixtus, arteriam continuo dilatat & diſtendit, donec aneuriſma integrum contraxerit; quod obſervavit *Fallopius libr. de Tum. p. n. cap. 14. Riverius.* Vide de hac Pulſatione *Williſii* ſententiam §. *Signa ex ſymptomatibus facultatis.*)

33. *Reſpiratio difficilis*) Elevatis tam per œſophagum in os halitibus & vaporibus, hinc cum aëre in Pulmones attractis, Reſpiratio dubio procul efficietur difficilior: Quinimo iidem halitus per venas lacteas in cavam delati, & cum ſanguine in dextrum cordis ventriculum, hinc per arteriam pulmonalem; in Pulmones delati, Reſpirationem difficilem reddent; viſciditate enim ſua Pulmonibus diutius adhærent, eoſdem diſtendunt, & ad motum ſuum ineptiores præſtant, ſicque Reſpirationis difficultatem pariunt & conſervant; quibus adde contingentem ſæpenumero abdominis diſtenſionem atque ſuffocationis metum. *Fr. Sylvius.*

34. *Reſpiratio difficilis, tum propter &c.*) *Aſthmatis hypochondriaci* cauſam reiicit *Etmuller* in *diaphragma* à ventriculo primariò affecto in ventriculum rapto: Dum in definitione *inquit*, aſſerui ſimul compati diaphragma, & meſenterium, neutiquam de foco morbi debēt hæc intelligi, quaſi in hiſce partib⁹ materia aliqua colligatur, ſed quatenus in conſenſum dictæ partes ob fibras ventriculi convulſas rapiuntur; Simul ac enim ventriculus in dolore hypochondriaco convellitur, æque convellitur diaphragma; Structura namque nervorum & membranarum in univerſo corpore habet ſe ad inſtar chordarum tenſarum & inter ſe connexarum, unde uno loco una fortius pulſa, per conſenſum quoque altera movetur, & pars à parte afficitur.

Quamobrem quamcumque ventriculi exorbitantiam expiare tenetur diaphragma, quod quia tendinibus ſuis coſtis ſpuriis & proceſſibus ſuis lumborum vertebris, implantatur, ſequitur ut & ingentem percipiamus dolorem in coſtis ſpuriis & vertebris abdomini, quoad anteriora ad inſtar circuli conſtricti, quoad poſteriora, ad inſtar calculi nephritidem inferentis. Cæterum, quia nervus intercoſtalis etiam diaphragmati propagines ſuas communicat, fit ut convulſo diaphragmate, in conſenſum quoque trahantur *muſculi reſpirationi inſervientes* cæteri, in ſpecie autem quoad partes poſticas; Ex quibus nervorum, & hinc muſculorum & membranarũ ſpaſmis, multiugæ patientum deteſtationes doloris tenſivi, dorſalis præſertim, nonnunquam ad vertebras uſque colli protenſi, quod ipſum præterlapſo anno, proprio meo teſtari poſſum exemplo, ſuboriuntur: Exinde quoque facile licet colligere, quomodo ſæpius in hypochondriacis *Aſthma* aliquod *ſiccum* natales ſuos naneiſcatur; Imo quando in hypochondriacis adeo frequenter ſymptomatum præfatorum ſocietatem appetat *cordis palpitatio*, Hinc æque non inepte aliquis vocaverit *Paſſionem* hypochondriacam, Epilepſiam ventriculi. *Etmuller Diſp. de Malo Hypoch. §. 10.*

35. *Reſpiratio difficilis tum propter*) Hypochondriaci ſubinde laborant difficili reſpiratione, eaque multiplici, quæ duplex, nam 1. Obſervatur reſpirationis difficultas ab omni cœna; dum conqueruntur de difficili anhelitu, vitium eſt in ſtomacho & digeſtione vitiata, 2. Quando ægri tales, (hypochondriaci & ſcorbutici) matutino tempore patiuntur halitum nonnihil difficilem, ita tamen ut ſimul exſpuant copioſa, viſcida, mucoſa, tenacia; fit hoc ex vitio digeſtionis primæ, & remanentiis crudis à cœna veſpertina: & frequentiſſime interrogati ubi ſit hoc impedimentum, monſtrant regionem diaphragmatis; conqueruntque de tenſione, adeo ut non poſſint reſpirare propter *dolorem tenſivum*, quem in hypochondriorum regione percipiunt: Quin & Aſthmatica ſicca convulſiva patiuntur hypochondriaci confirman, inprimis ii qui patiuntur ſymptomata mulieribus hyſtericis communia, ſed rarius hoc fit. *Etmuller Prax. Part. 2, pagin. 394.*

35. *Cerebri perturbatio*) Caput nonnunquam *gravitatis*, adde quandoque *vacuitatis & inanitatis ſenſu* afficitur; quin & ſubinde dolore lancinante urgetur, quæ omnia diverſæ aſcendentium halituum diſpoſitioni adſcribi debent: Ubi enim pituitoſi aſcendunt vapores caput opplentes, Gravitatis ſenſus in ipſo excitatur. Ubi contra Bilioſi & Acres exiſtunt, aut etiam Acidi vapores, *Lancinatio* quædam excitatur: Ubi denique halitus benigniores exiſtunt & ſubtiles, Inanitatis & Vacuitatis ſenſus videtur excitari. *Franc. Sylvius.*

35. *Cerebri perturbatio*) Hypochondriaci ſemper fere conqueruntur de *affectibus capitis*: Solet quandoque obvenire ejus obnubilatio, & tandem *ingens torpor* memoriæque lapſus, ut confirmati interdum neceſſe habeant valedicere ſtudiis: Tandem interdum *memoria* plane deficere incipit, à paſtu ſolent eſſe quaſi ebrii, &c. *Etmuller.*

36. *Epilepſiam concitant*) Epilepſia (uti cordis palpitatio leviorque corporis motus convulſivus, ortum ducit ab halitibus benignioribus) ab iiſdem gravius corpus ac cerebrum præſertim, & ſimul animales ſpiritus afficientibus producitur; Iidem halitus acriores ſi exiſtant, & fixi uni pluribuſve partibus adhæreant, *Convulſionem particularem*, aut magis minúſve univerſalem proferunt: Iidem halitus, ſi ſpiritus animales gravius afficiant, atque ipſorum ad partes ſingulas tranſitum impediant, *Apoplexiam* excitant: Iidem ſi motus præſertim originem invadant, *Paralyſin* inferre ſolent, & ſic *Tactus ſenſum* fere ſimul afficere, cum fere motus & tactus affectio ſit Paralyſis. *Franc. Sylvius.*

37. *Deliria melancholica*) Ne Mentis quidem functionibus parcit hic affectus, quin potius præter Apprehenſionis ſimplicis confuſionem, Ingenii operationes turbat, Memoriam tollit, Mentemque eo uſque dementat, ut Animus continue impellatur & moveatur ad mœſtitiam & metum, & quidem cum aliquo delirio, eoque nunc leviori nunc graviori, quod tunc melancholicum dici ſolet, ipſiaſque *Affectio Hypochondriaca, Melancholia Hypochondriaca* nomen tunc ſortitur, Utique, ſi quid male habet hac affectione laborantes, id eſt quod mentis functiones ſibi omnes ſentiũt labefactari: De *prima objectorum apprehenſione* non parum conqueruntur ægri, adeo ut nullum fere occurrentium ſibi objectorum conceptum formare queant, atque objecta ipſi obverſentur ac ſi nulla eſſent: *Ingenium* vero ita hebes multis redditur, ut nulla ratiocinatione, nulla objectorum inveſtigatione uti queant. Nullius præterea objecti *meminiſſe* poſſunt, præſentium inprimis, quod citius ipſis excidit, quam accidit; *Iudicium* ipſum, tum ratione facultatum præcedentium læſatum, tum ratione ſui ipſius læditur, & ſæpe in tantum corrumpitur, ut de paucis rite arbitrentur; de quibuſdam

huſdam inſuper tam perperam cenſeant, ut omnino deſipere videantur aliis hominibus, in certis objectis perpetuo delirantes, & abſurda quævis cogitantes & loquentes: Inprimis autem Animi *mærore* ac triſtitia conficiuntur, affectione hypochondriaca detenti, ut viciſſim ex mœſtitia nimia, diuque continuata in hunc affectum incidunt multi: Mœſtitiæ accedit plerumque metus, adeo ut tunſſima quævis rimeant: Ubi autem præter rationem magis magiſque augetur Delirium cum metu conjunctum, ut diutius tegi nequeat, verum foras & quidem palam erumpat, tum demum *Melancholia hypochondriaca* vocatur, his affectus gradibus differens, ratione vehementiæ majoris aut minoris. *Fr. Sylvius.*

38. *Vertigines authores*) Oculi fiunt quoque caliginoſi, aliquando vertigine corripiuntur ægri, Caligo autem ortum habet ab halitibus in oculos delatis & humores obſcurantibus: Vertigo vero ab iiſdem halitibus cum animalibus ſpiritibus miſtis, & motum in ipſis inordinatum producentibus & turbatum. *Franc. Sylvius.*

39. *Vigilias producunt*) Quidam vigiliis urgentur moleſtia, alii *Inſomniis*: Vigiliæ oriuntur partim ab agitatione, & continuo inordinatoque ſpirituum animalium motu, partim ab acrimonia elevatorum ſurſum halituum, ſomnum impedientium: Ubi ſomnus aliquis obrepit, tunc Inſomnia ſolent accedere, & quidem ob cogitationes triſtes ac vigilantibus moleſtas, dormientibus magis adhuc graves & Inſomnia parientes: hæc enim vera eſt Inſomniorum cauſa & ratio: Accidit etiam interdum, ut quidam mox ab aſſumpto alimento in ſomnum ſans placidum ferantur, à quo tamen aliquot poſt horis ſatis moleſte excitentur, Ubi ſcil. abſoluta eſt quodammodo alimentorum in ventriculo qualis qualis fermentatio, Illo nempe tempore deorſum fertur copioſius alteratum in ventriculo alimentum, atque ubi in duodeni inteſtini extremo Bili allabenti commiſcetur, Effervescentia præternaturalis contingit, unde aſſurgentibus tunc ſurſum halitibus noxiis, à ſomno excitatur æger. *Franc. Sylvius.*

40. *Strangulationis metum*) In quibuſdam uterinæ ſuffocationi paſſio ſimilis producitur, adeo ut ſibi fauces occludi, ſeque ſtrangulari putent ægri: In fœminis affectione hypochondriaca detentis vulgare eſt, quamvis omnibus id non accidat, & tunc pro uterina ſuffocatione habetur: Quiſquis autem omnia ſymptomata Suffocationis uterinæ variis modis fœminas invadere ſolitæ expenderit accurate, & cum medicamentis illam levare ac curare ſolitis, adeoque circumſtantiis ipſis in curatione obſervabilibus contulerit diligenter, is facile comperiet à flatibus, & quidem melancholicis, hoc eſt ex pituita viſcida elevatis, & inteſtina, hinc & ventriculum & œſophagum imprimis varie afficientibus, illam ortum ſuum ducere: Et ut paradoxon addam, non idcirco frequentius ſtrangulatione, aut ſtrangulationis metu laborant fœminæ, quod ipſis ab utero communicetur hoc malum, aut eleveter halitus ſtrangulationem illam efficiens, verum idcirco frequentius graviuſque laborant hac ſtrangulatione fœminæ, quia ad melancholiam, hoc eſt mœſtitiam metumque magis pronæ ſunt fœminæ quam mares, & proinde in illis quam maribus magis exuperant & cumulantur humores pituitoſi ac viſcidi, hoc eſt melancholici: Quotquot exinde ex maribus animo ſunt abjecto & puſillanimes, iis itidem generantur in corpore copioſi humores pituitoſi ac viſcidi: quinimo ſimilem plane ſuffocationi uterinæ dictæ affectum patiuntur non raro, ubi excitatur in ipſis pituitæ & bilis effervescentia: hinc ſi quis rem recte penſitet, & in fœminis & in maribus obſervabit affectum illum ſuffocationi aut ſtrangulationi ſimilem, à nulla parte generationi inſerviente, verum flatibus melancholicis, hoc eſt ex pituita viſcida in tenuibus inteſtinis elevatis ortum ducere, quare aſſumpta medicamentia flatus tales diſſipantibus, materiam eorundem corrigentibus educentibusve, curantur commodiſſime tam mares quam fœminæ: Deducitur proinde commodiſſime ſtrangulationis ille in affectione hypochondriaca metus, a flatibus & halitibus per effervescentiam humoris pituitoſi & bilioſi elevatis. *Fr. Sylvius.*

41. *Stuporem & formicantem*) Stupor oritur à pituitoſa halituum parte, cùm & in febribus intermittentibus multis circa paroxyſmorum initia, dominatum obtinente parte humorum pituitoſa, ſimilis obſervetur nonnunquam in partibus externis & internis ſtupor: Formicationis autem ſenſus oritur ex accedente, parti ſtupenti halitu bilioſo & acriori, partem ſtupentem excitante & ſenſum in ipſa ſopitum reſuſcitante. *Fr. Sylvius.*

42. *Et hæc ſunt ſymptomata*) Quibus alia accenſentur, nam affectio hypochondriaca in comitatu ſuo præterea habet.

Ructus.

Plerumque Acidos, rarius Nidoroſos, Acidos ab exuperante ſpiritu acido ortum ducere norunt in Chymia verſati; nihil enim in rerum natura occurrit Aciditatis particeps, quod non ſimul ſit particeps Acidi ſpiritus: In quibus autem Nidoroſi ructus obſervantur, in iis Bilem corruptam redundare teſtia eſt experientia, tum ratione ipſius non raro ſponte ſimul eructatæ, tum ratione ejuſdem arte ſurſum aut deorſum cum euphoria & ægrotorum levamine evacuatæ. Hiſce Ructibus & materia peccans redundanſque, & prædicta confirmatur Effervescentia, per ructus illos manifeſta, *Fr. Sylvius*: Utrique, & acidi & nidoroſi hypochondriacos notant, Monachus Franciſcanus Ructus edebat adeo ſonoros, ut per totum clauſtrum exaudirentur, & adeo crebros, ut quadrageſimum numerum nonnunquam una excederent hora: Fœmina Saffeldiæ ructibus adeo elangoſis urgebatur, ut vicinarum incolæ ædium ſudire potuerint: Hæc uſu aquarum Hornhauſianarum, nullis aliis juvantibus, reſtituta: Oriuntur autem à corrupto & ab inteſtinis non attracto chylo. *Rolfincius.*

Famem.

Fames in affectione hac nunc intenditur, nunc minuitur, nunc depravatur, atque *cibi faſtidium* in quibuſdam excitatur: Si (quod exiſtimamus verum) Saliva plurimum confert ad alimentorum fermentationem in ventriculo perficiendam, inde Famis cauſæ immutatæ erunt petendæ, ſcilicet prout varia exiſtit ſaliva, ſic etiam, quia continuè deglutitur, varium exiſtet in ventriculo fermentum, varium ſequetur Famis incrementum, aut decrementum, aut etiam depravatio. Nam *Saliva acida famem adauget*, *Amareſcans* vero *minuit*, & accedente *nidore faſtidium* parit, aut depravat. *Fr. Sylvius.*

Sitim.

In nonnullis augetur *Sitis*, ac præſertim durante paroxyſmo, quamvis aliquibus etiam ſubinde minuatur: *Augetur à Bile* acriore & lixivioſo ſale redundante: Augetur imprimis durante paroxyſmo, quia

quia tunc ob effervefcentiam halitus acriores ad ventriculum, ejuſque orificium ſuperius, atque per œſophagum in ipſum os non raro aſſurgunt, atque ſiccitatem & ariditatem ubique pariunt. *Minuitur* quibuſdam *Sitis*, ob Acidi ſpiritus exuperantiam, vel pituitam ipſamque adeo Salivam copioſius ad os delatam, & Sitim tollentem ſua aquoſitate, aut mucoſitate, mucilaginem imitante. *Franc. Sylvius*, Cum intemperies in ventriculo adolevit, vigetque aciditas, tunicæ exſiccantur nervoſæ; & moleſta inde excitatur, potulentis non extinguenda Sitis. *Highmorus.*

Fluctuationes, Rugitus, murmura.

Ob agitationem flatuoſorum halituum in ventriculo & inteſtinis, præcipue Colo, forte etiam in cavitate Omenti, cujus meminit *Hippocr. 7. aph. 55.* & ea quæ inter ſeptum tranſverſum & ventriculum animadverſa ab eodem *7. aph. 54.*

42. *Et hæc ſunt ſymptomata*) Quando inteſtina tali materia flatuoſa ſunt impleta, tunc murmura & crebri adſunt *borborygmi*: Dum vero viſciditate ſua in cellulis inteſtinorum, inprimis Coli, hæret, acore ſuo pertinaces dolores & lancinationes, pituitæ veterum vitreæ adſcriptos inferre aſſolet; Hinc ſæpe conqueruntur ægri ſe percipere infarctus in abdomine, & monſtrando locum, ſitum coli ſub ſtomacho exacte delineant, unde utplurimum malum hypochondriacum comitatur, *Paſſio Colica.*

Hic chylus vitioſus, in maſſam ſanguineam delatus, ſpiſſam & fermentationi imparem eandem reddit, ex qua radice multifariæ morborum monſtra progerminant: Nempe per circulationem ſanguinis ad reliqua viſcera derivatur, in quibus hærendo, ab acido ſuo vitioſo magis magiſque coagulatur, tumores & infarctus varios inducit, diverſis, dolorum ſpeciebus comitatos, quatenus acidum nervoſis inimicum partibus, fibras harum convellit, varioſque ſpaſmos & convulſiones, hincque doloroſa pathemata non raro inducit. *Etmuller. Diſput.* §. 13.

Pulſum compreſſum.

Qui quandoque nullus ſentitur ob halitus & vapores elevatos, in principio de pituita magis participantes quam de bile, unde ad cordis ventriculos cum ſanguine delati, ipſum rarefactioni reddunt ineptiorem, utpote nimis condenſatum; ubi autem minus rarefit ſanguis, minus quoque expanduntur cordis ventriculi, minus proinde rurſus contrahuntur, minus in arterias expellitur ſanguinis, minus expanduntur dictæ arteriæ, minus ſentitur Pulſus; quod obſervatur initio paroxyſmi hypochondriaci, eodem plane modo, quo fieri ſolet accedente febre intermittente, cum qua hoc ſymptoma habet commune, niſi quis malit hoc pro leviore febre habere: Ubi autem bilis dominatum accipit, ſuperatque pituitæ viſciditatem, tunc & ipſa ſentiri occipit, ac quoad Pulſum ipſius obſervatur frequentia; tunc enim rarefit potentius ac celerius ſanguis, ac ſimul à Bilis acrimonia lancinatur Cordis parenchyma, unde frequentius hoc contrahitur, propellitur frequentius in arterias ſanguis, expanduntur frequentius arteriæ, ſentitur frequentius Pulſus, iſque nunc ſimul major, nunc minor, & quidem pro adjunctæ adhuc pituitæ copia & viſciditate majori vel minori, ſuperata ſcilicet vel permanente: A Bile namque ſi ſuperetur & corrigatur Pituitæ viſciditas, major excitabitur ſimul Pulſus: Sin aucta licet Bilis copia & vi, permanear, nihilominus Pituitæ admiſtæ viſciditas, frequentior quidem obſervabitur Pulſus, ſed ſimul minor & compreſſior, quod obſervandum ad medicinam rite faciendam. Et quoniam hoc ſignum negligitur à multis, ejuſve cauſa vera ignoratur, nec inveſtigatur à pleriſque; cenſeo tam raro, tam tarde, tam imperfecte curari pleroſque affectione hypochondriaca detentos. *Franc. Sylvius.*

Aurium Tinnitum.

Qui producitur ab halitibus ad Aures delatis, & in iiſdem, quandoque hærentibus, atque perdurantem tinnitum producentibus, quandoque autem ſimili modo ex iiſdem erumpentibus, ſicque affectu illo ægros laborantibus. *Fr. Sylvius.*

Laſſitudinem.

Corpus univerſum *Laſſitudine* occupatur ſæpenumero ſpontanea, ac ſi multo labore foret defatigatum: Accidit autem illud ab halitibus muſculoſas partes occupantibus & fatigantibus diſtenſione moleſta; ob quem ſenſum moleſtum, non minus ſpirituum animalium conſumitur, quam ſi exercitium corporis fuiſſet vehemens. *Fr. Sylvius.*

Alvi lubricitatem.

Quandoque à ventriculi & inteſtinorum lubricitate, acidus ciborum cremor viſcidus ac fæculentus, lacteorum ora præterlabens gracilia, liquidiores alvi fæces, ſed ob viſciditatem limoſas, terreſtres, bubulo ſtercori ſimiles reddit plerumque nigras: Hæc alvi lubricitas non accidit ſolum, quia cum lactearum ora vix meabilia reperiuntur, dum copia viſcidæ hujus materiæ tota inteſtinorum oblinitur cavitas, ut in membranaceam nonnunquam incraſſetur duritiem, quæ lactearum ora protinus occludit, ſed quia acriores à ſuccis redduntur acidis, nimium expulſivam, ſollicitant facultatem, ut nondum chylo privatæ liquidiores egerantur fæces, ac plerumque nigræ. Si diu obſtructa fuere vaſa choledocha, jamque referta copioſe veſicæ bilis depoſuere excrementum, humores acres & exaſperati alvi fluxum ſæpe excitant valde moleſtum, tunc bilioſum cum excrementa flava vel viridi tinguntur colore à copia bilis effuſæ: Si copia Acidi è ventriculo effluentis ſucci figat ſales bilioſos, nigras reddit fæces, quas melancholicas vocant dejectiones, à colore nigro. *Highmorus.*

Nigrorum &c. dejectionem.

Liquidiores nonnunquam egeruntur fæces (vide ſupra *Alvi lubricitas*) ac plerunque nigræ; Vitiolata enim illarum Aciditas cum bilioſo ſale conjuncta, nigredinem ſtatim concipit, ut in omni ſalium cum vitriolo commiſtione videre licet. *Highmorus.*

Excrementis alvi nonnunquam *Sebaceæ* portiones, ſevum quoad ſubſtantiam & colorem exprimentes adjunguntur. *Rolfincius.*

43. *Quæ tamen non omnes invadunt*) Plurima ſunt affectionis hypochondriacæ ſymptomata ſimul & ſigna, quæ in omnibus non apparent omnia, nec ſemper æque gravia; unde prout plura exiſtunt vel pauciora, leviora vel graviora, ita affectum etiam leviorem vel graviorem eſſe arguunt. *Fr. Sylvius.*

Cauſa.

Cauſa.

[44] *Cauſa* ſunt Humores pituitoſi, bilioſi & [45] melancholici. Melancholici tamen præſertim, non tantum primis & ſecundis qualitatibus, ut ſunt aduſti, viſcoſi, fixi: ſed [46] & ſecundum δυνάμει, ἀκμῇ καὶ ἰσχύϊ [47] amaritie nempe: ſalſedine, acerbitate & aciditate nocentes.

Colliguntur [48] ſi *Locum* ſpectes, [49] in venæ portæ, arteriæ cœliacæ, & meſentericæ ramis; majoribus præſertim, & quæ ſiniſtrum hypochondrium perluunt; nec vaſe brevi, ſeu arterioſo, ſeu venoſo, nec omento, quod venas amplas à vena portæ habet, exceptis.

Si *cauſam*, colliguntur. I. [50] Propter *lienis coctionem* læſam, & quidem, *Vel* propter intemperiem calidam, qua ſuccum crudum aquoſum prius, craſſum poſterius attrahit: qui in venis vehiculo deſtitutus, ſubſiſtens, incraſſatur & aduritur, flatibusque generationem præbet.

Vel [51] propter ſiccitatem, duritiem & ſcirrhoſitatem, calore ipſius defervescente, per quem chylus non attractus ſubſidit, & excrementa non repulſa remanent, quod in ſedentaria vita accidit, [52] hinc circa annum ætatis trigeſimum iſte morbus plerumque invadit.

Vel [53] propter errorem externum, cum chylus non coquitur, ſeu vitio ciborum ſeu ventriculi, ſeu affectuum animi, qui dum cibus coquitur calorem ad alias partes avocant, [54] bilem in ità commotam cibis permiſcent, lienem, qui arteriis multis abundat, in actione ſua turbant.

II. β Propter *Vitium glandularum*, quæ vaſa meſenterii fulciunt, dum illa vel tumore comprimunt, vel in vita ſedentaria compreſſæ, anguſtiora reddunt.

[44] *Cauſa ſunt humores Pituitoſi, Bilioſi &c.*) Qui ſymptomata omnia rite expenderit, & cum iis quæ de *Bilis & Pituitæ* in tenui inteſtino confluxu, atque inde excitato motu alterativo ſive Efferveſcentia diximus contulerit, non vehementer laborabit in cauſa & *materiali & efficiente* ructuum, flatuum, halituum vaporumque, & omnium ab ipſis excitatorum malorum aſſignanda, & *loco affecto* deſignando: Obſervavimus 1. Pituitam multam ſemper ac ſecundum naturam reperiri tam in ventriculo, quam inprimis in tenuibus inteſtinis. 2. Salivam ab omnibus continuo naturaliter deglutiri in ventriculum. 3. Eandem facile incraſſari & inſpiſſari in ſuccum Pituitæ viſcidæ plane ſimilem, ſi nimirum in vaſe aliquo collecta aſſervetur aliquandiu. 4. Pancreaticum ductum hiare in tenue inteſtinum. 5. Ex ſimilitudine Pancreatis corporis cum maxillaribus glandulis ſalivam præparantibus, ſuſpicio movetur de ſucco Pancreatico Salivæ quoque ſimili, ac proinde Pituitæ producendæ aptiſſimo, Adeo ut primaria pituitæ cauſa & interna, videatur ſtatuenda tum Saliva, tum ſuccus Pancreaticus: uti ſecundaria & externa & Alimentum, pro ſua diverſitate plus minus materiæ in Pituitam mutari aptæ continens: Bilem ad inteſtina deferri omnibus notum per meatum ſuum inteſtinalem, ut & omnem Bilem in ventriculo aut inteſtinis reperiam inde deducendam: Interim concedentes, partem alimentorum aſſumptorum poſſe in ventriculo atque inteſtinis ab hac Bile male diſpoſita corrumpi in humorem Bili analogum, non raro Bilis nomine venientem: His præmiſſis utrumque humorem & naturalem & præternaturalem deſcribemus ut commodius utriuſque effectus dignoſcatur; *Bilis naturalis* primariis partibus conſtat tribus, Sale lixivioſo, ſpiritu volatili & Oleo intime unitis; his pauca admiſta eſt Aqua, pauciſſima Terra; *Pituitam naturalem* in tenuibus inteſtinis repertam, & mediocritatis viſciditatis participem ſi quis examinet, comperiet conſtare multa Aqua, ſpiritu Acido & volatili paucis, Oleo & ſale lixivo adhuc paucioribus, Terra pauciſſima vel pene nulla; Præter naturam obſervatur idem humor variis modis affectus, prout varie immutatur miſcibilium proportio & miſtionis gradus: Nam 1. Si in Bile ſal lixivioſum exuperet, Acrior evadet ipſa, & ad efferveſcendam potentiorem producendam aptior, cum fiat inſtar Salem lixivioſum, remve ipſi analogam; & Spirituum acidum: Si 2. in Eadem minuatur idem ſal lixivum, imbecillior redditur ipſa Efferveſcentiæ naturali producendæ: Si 3. exuperet *Oleum*, reddetur ipſa nimium inflammabilis: Si contra hoc deficiat, minus 4. apta fiet ſuſcipiendo naturali incendio; Sin 5. exuperet Sal volatilis, nimium mobilis & agitabilis reddetur ipſa: Sin contra 6. deficiat idem Spiritus volatilis, ſegnius movebitur, fietque fixior: Si 7. Aqua, diluetur nimium, & debilitabitur in omni ſuo opere: Si 8. hæc deficiat, viſcidior erit, minuſque fluida; Si 9. exuperet Terra, aridior evadet, ac 10 calculos inde generandos prona: Si 10. hæc deficiat conſiſtentiam habebit minorem Bilis, quamvis ideo minus periculum oriatur ipſi: Sic rurſus ſi 1. In *Pituita* exuperet *Aqua*, nimis tenuis & fluida, imo debilis reddetur ipſa: Si 2. hæc deficiat, craſſior evadet & viſcidior, hinc debilior, Si 3. exuperet *Spiritus Acidus*, acrior evadet, & ad efferveſcentiam cum Bile potentiorem producendam agilior; Sin contra ille deficiat, imbecillior evadet & ineptior ad naturalem efferveſcentiam excitandam, & ſuſtinendam comprimendamve. Sin 5. exuperet in *Pituita Spiritus volatilis*, hinc debilior evadit ſpiritus acidus, redditur fluidior minuſque coagulabilis tota Pituita. Si contra 6. hic deficiat, acrior exiſtet Spiritus Acidus, totaque Pituita erit magis coagulabilis, aut jam coagulata. Sin 7. in *Pituita* exuperet *Oleum*, viſcidior erit, & omni Bilis actioni ſuſcipiendæ ineptior (Sin contra 8. deficiat oleum, liquidior erit, & omni Bilis actioni ſuſcipiendæ ineptior; Sin 9. exuperet in *Pituita*, *Sal lixivum* ad omne ſuum opus reddetur ineptior, dum ſpiritum acidum infringit, acuitque Bilem potius, quam ut ipſam temperet; Sin contra 10. in eadem deficiat Sal lixivioſum, cum Bile coibit difficilius, nec erit apta operi perficiendo: Congreſſus enim ſic facilitatur Bilis in pituitam per communem utrique ſalem: Sin 11. *Pituita Terrâ* redundet, concreſcet, & in calculoſam naturam abibit facile: Si 12. contra omni Terra deſtituatur *Pituita*

cum ipſa carere queat commodius, vix inde aliquod continget incommodum: Uterque autem hic humor, cum ex miſcibilium ſuorum uno aucto vel imminuto, tantam mox mutationem oſtendat, quanta expectanda erit, ſi in pluribus ſimul contingit illa mutatio, dum infinitis fere modis accidere queat ipſa, dum non tantum in unius, ſed utriuſque humoris partibus variis, compoſitionem ipſius ingredientibus, iſta mutatio veniat expectanda, Quas omnes differentias cum impoſſibile ſit perſequi, à diſquiſitione ulteriori ſuperſedebimus ad explicationem affectionis hypochondriacæ nos accingentes: Videndum proinde, an à binorum horum humorum vitio multifario deduci queant, varia ſymptomata illam conſequi ſolita. Et probandum in anteceſſum, excitari poſſe ab illis humoribus binis male affectis Effervescentiam ſive pugnam, ex qua vapores Halituſve atque Flatus produci queant, & quaquaverſum propelli: Hanc Effervescentiam confirmant, varia febrium intermittentium incipientes paroxyſmos comitari ſolita ſymptomata; Deinde ſimilis affectus ad acidorum dulciumve aſſumptionem excitatus: Ab Acidis autem atque Dulcibus (acido ſpiritu turgentibus) & Bilem & omnem omnino Salem lixiviosum effervescere, notiſſimum eſt: Similem in aliis excitari ab Amaris aſſumptis effervescentiam, arguit Nauſea vomituſque multa inde ſuperveniens, cum aſcendente ſimul in os multa ſpuma, certo Effervescentiæ ſigno; Quod cum non infrequenter contingat poſt aſſumpta Purgantia, non male conicitur à quibuſdam, per Effervescentiæ majoris minoriſve modum, operari in humorum maſſam Purgantia, ut noxii ſecernantur à bonis & utilibus: Ex quibus concludamus, *ex eorundem humorum in corpore noſtro exiſtentium, & à variis partibus in unum locum confluentium miſtione, ſimilem produci in nobis Effervescentiam, & quidem maxime à Bile Acriori, & Pituita Acidiore Effervescentiam magis notabilem*, Quibus rite expenſis, nemo mirabitur ſi culpetur humorum confluentium Effervescentia, licet non ipſa ſenſu dignoſcibilis, ſed inſequente demum effectu moleſta. Cum ergo poſſibilis ſit in humano corpore effervescentia, & quidem orta ex humorum Bilioſi & Pituitoſi confluxu, utpote, quæ non raro in ipſo fieri eſt obſervata, videndum an omnia Hypochondriacam affectionem comitari ſolita ſymptomata, à tali queant deduci Effervescentia: quod ſi queant, ad alias cauſas non eſt confugiendum. *Franc. Sylvius Append. Tr.7.* Vide ſupra in ſingulorum examine.

45. *Melancholici*) Cauſa immediata ſunt humores crudi, melancholici; bilioſi nonnunquam, pituitoſi permiſcentur, Hi licet ſua natura frigidi ſint, in receſſu tamen calidos effectus & æſtus præcordiorum præſtant: Sicci ſunt potentialiter, & eximiam humidi primigenii abſumendi vim habent; Plurimo Sero diluuntur; nonnunquam ſunt inſipidi, nonnunquam acidi, nonnunquam Nidorem, nonnunquam Acorem redolent; Generantur Liene in officio deficiente: Officium autem ejus eſt, ex chylo in venis axillaribus aut ſubclaviis alterato, & in dextro cordis ſinu fermentaliter ſoluto, in pulmonibus & ſiniſtro ventriculo in novam ſubſtantiam unito, & coctionis aliquomodo vim experto, cum ad ejus regionem, dum circulatur, pertingit, limoſiores & feculentiores extrahere atomos, adſervare, & cum ſuperabundet, naturaliter per arterias ad pancreaticum ductum, ad inteſtina, partim etiam per arterias ad renes deferre: Nec in hoc, Lienis officium quieſcit, verum etiam ſimul tenuem, ſeroſum melancholico permiſtum attrahit & ſenſim eundem per renes ſecernit. In hoc officio dum deficit, duo Excrementorum generantur genera, craſſum & Tenue, Craſſum communiter melancholia appellari ſolet, & naturaliter per arterias ſplenicas & pancreas ad inteſtina ablegatur, Tenue quod ſeroſum vocatur, iterum duplex eſt, ſalſe & acre, ut oſtendit Cl. C. *Hofmannus*: Hæc excrementa autem cum non ſegregantur, partes tum aliæ, tum etiam primæ coctioni deſtinatæ, vitioſo ſanguine aluntur, temperies illarum immutatur, obſtructiones in venis capillaribus producuntur. *Rolfincius.*

46. *Sed & ſecundum δυνάμεις*) Chimici Salium & Tartarorum δυνάμεις & ἀχρηστίας agnoſcunt, contumaces obſtructiones parere aptæ natæ: Salia per totam corporis diſperſa liturgiam, ſunt, vel alba, ut nitroſum, aluminoſum, armoniacum: Vel coloratum, ut vitriolicum: Tartarum, eſt viſcoſum, bolare, arenoſum: Quamprimum Salia viſcoſi dulcedine ſulphuris excuſſa, Mercuriique nectarea irrigatione ſpreta, proportionales confœderationis violant leges, & humores inficiunt, omnia ſurſum verſum eunt: Tartarum fixum cum ζυμώσει & [illegible], fermentatione & acēreſcentia ciborum in ventriculi ἀρυχμείᾳ turbata, non ſequeſtratur cum eo miſtum, in corde nec rite chylus excoqui, nec excrementa in Liene, Jecore, Renibus ſeparari ſolent. *Idem.*

47. *Amaritie nempe ſalſedine, acerbitate & aciditate*) Qui malum hypochondriacum cum *Paracelſo* à quidam *tartaro acido*, vel etiam veterum *melancholia acida* ortum ſuum duceret aſſeret, à vero multum non aberrabat? Siquidem hæ ſententiæ omnes eo colludunt, ut ſtatuant acidum viſcidum, quod ſubinde in nimiam fixam degenerat naturam, unde nunc *tartaream* quandam, acidam, nunc vitriolicam ſtypticam indolem æmulatur (qualem obſervamus in ſucco inſpiſſato corticum viridium nucis juglandis, quem ſuccum non nemo ſub titulo vitrioli vegetabilis, miris modis recommendavit) quatenus ſcilicet partes quædam terreſtriores excrementitiæ, latentes intra reliquias alimentorum ab acido nimium exaltato, ſolvuntur, ut ſeſe intimius miſceant partibus ſalinis acidis, ex quarum textura mutua, quaſi vitriolici aut aluminoſi ſaporis; concretum emergit: Siquidem in hypochondriacis reperire licet partes terreſtres, quæ tamen inſtar ſalium, ob nimiam fermenti aciditatem intime ſunt ſolutæ, ut ſi experimentum fiat, ſubtiliſſima filtra penetrare queat, quæ tamen ab acidi conſortio ſtypticam vitriolicam vel aluminoſam naturam exhibent. *Etmuller Diſſ. §.14.*

48. *Si locum ſpectes*) Propter variam ſymptomatum ſyndromen, non mirum eſt, ſi Medici in tam varias abeant ſententias quoad *Subjectum*, dum quidam laborare *Splenem*, alii *meſenterium*, alii adducunt intemperiem calidam & ſiccam *ſtomachi*; alii *cavitatem quæ ſit inter ſtomachum, hepar & ſplenem* pituita refertam: Alii *vena Portæ, arteriæ cœliacæ & meſenterica ramos, majores* præſertim: Alii malum hypochondriacum non affligere certam partem ſed eſſe vagum, quod tamen non eſt, ſanè quod tam varias in ſententias ſint collapſi authores, videtur quod non obſervent *differentiam* inter *partem affectam*, ratione cauſæ radicalis, & *partem affectam ratione ſymptomatum*, nam ſi conſideremus *malum hypochondriacum*, vel *incipiens* vel *confirmatum*, & nexum ſymptomatum, mox in propatulo eſt, *fomitem morboſum hærere in ſtomacho*, ejuſque digeſtione vitiata, & oriri ſimpliciter ex cruditate ſtomachi acida;

Pars

Pars affecta ergo eſt ſtomachus: *Etmuller Pr. 399. part. 1.*

Nemo mirari debet ſi in morbi tam difficilis curatione diu hæſerint Medici, cum de *loco affecto* tam male inter ſe conveniant, Sunt enim qui cum *Hippocr. & Galeno*, illiſque antiquis *Ventriculum* accuſant, quorum ſententiæ *Highmorus* accedit; aliis maxime vapulat *Lien*; quidam omnem culpam in *Pancreas* & *Meſenterium*, ceu multorum morborum ſeminaria transferunt: Alii alio; At cum pateat in morbo composito, unam duntaxat partem pro ſubjecto primario haberi vix poſſe, Eos propius ad veritatem accedere tenur, qui non unam aliquam & determinatam partem in affectu hypochondriaco, ſemper primario, ſed plures affici, Fomitem verò plerumque circa prima alimentorum receptacula, *ventriculum*, *meſenterium*, *pancreas* &c. partes quippe glanduloſas, ſuaque natura humoribus inhibendis, juxta *Hippocrat. libr. de Gland.* aptas ſitare ſtatuunt: Accedit quod tantam in Hypochondriacis animadvertamus ſymptomatum varietatem, ut vix centeſimus quiſqua ſimilia patiatur, Cur itaque partes hic affici plures & eadem quoque ratione alternatio inficiaremur? Confirmat id anatomica *αὐτοψία*, qua teſte, licet hic Lienem omni ſemper Culpa vacare dici non poſſit, primariam tamen illius ſedem ibi neutiquam eſſe oſtendit *Sylvius Diſp. de Liene §. 7. & 20.* Quin ipſe *Ventriculus*, quem tamen, ſi de ſubjecto cauſæ & generationis ſermo moveatur, prava ſua coctione & fermentatione, hiſce turbis plerumque originem præbere. Veteres æque ac Moderni fere plerique aſſerunt, interdum incolumis adeoque inſons repertus eſt: Novi, inquit *Willis Path. Cer. cap. 11.* plures ægritudine iſta ita afflictos immaniter, qui ſtomacho ſatis valebant, Rarius tamen hoc evenire, & plerumque in ventriculo præludia ad ejuſmodi cataſtrophen adornari hactenus dicta ſatis evincunt, Ut tamen propterea *ventriculum* cum *Highmoro pagin. 174.* pro ſubjecto ſemper habeamus, cauſam videmus nullam: Cæterum ipſa nobis ſymptomatum congeries & pertinacia quoddam præbebunt indicium eminam potiſſimum Parti, ſeu viſceri, in hoc vel illo ægro, eminentiorem ſubjecti quaſi principalis vicem admittere debeamus. *Laur. Strauſſius Gymn. 12. pagina 298.*

In hac affectione *Ventriculum* perpetuò lædi *Galenus* tradidit. *3 l. aff. 7. ex Dioclis* ſententia, quinimo docet quotidiana experientia, cujus tamen læſio non idiopathica, ſed ſympathica quandoque eſt; Unde idem *Galenus* nos monuit *3. loc. aff. 4.* ut coctione in ventriculo laborante, ſtatim conſideremus circumſitas eidem partes, nimirum lienem, jecur, meſenterium, omentum & cæteras, antequam in ventriculum ipſum culpam referamus; Sæpiſſime namque fit, & potiſſimum in hoc affectu ſemper, ut ventriculus privative non poſitive afficiatur, à circumfuſo, fervidiori & extraneo tum hepatis, tum hypochondriorum calore, propter obſtructiones infarctas &c, *R. Fortis Conſult. 1. Cent. 3. Tom. I.*

49. *In vena porta, arteria cœliaca, & meſenterica ramis &c.*) Meſaraicæ venæ non ſunt gazophylacea hujus inquinamenti, quæ ſtatim in tumorem attollerentur, ac circulationem ſanguinis ſufflaminando, graviorum morborum exiſterent minetæ, puta inflammationum. *Etmuller.*

50. *Propter Lienis coctionem læſam &c.*) *Quem hoc crimine abſolvit Etmuller, in ventriculum id transferens*, Cauſam efficientem, *ait*, proximam, præcedentibus innixus fundamentis (vide §. *Alia eſt ſtomachica, quæ cognoſcitur*) ſtatuo convulſionem nervorum à materia viſcida, acida, excitatam, quam Veteres ſuccum atrabilarium, ſeu melancholicum acidum ſalutarunt; Vide *Sennert. lib 3 pag. 5 ſect. 1. cap. 3.* modus vero generandi ac natale ſolum, ut debite aſſignarem huic ſucco, tot veterum ac recentiorum quorundam ſunt ventilatæ ſententiæ, quæ in perveſtigatione partis affectæ colligi potuerunt diſcrepantiæ.

In hoc ferme tamen conveniunt omnes, quod naturam hujus ſucci acidi obvelare nequeant, ac propterea materiam viſcidam acidam accuſent, utut in minera determinanda diſcrepent, ac *Lienem* uſque infortunii, cujus tamen inſons eſt, corpori humano ingruentis injurioſe inſimulent; Attractricem enim ſæculiarem præ reliquis viſceribus, an ſibi ſoli vendicet Lien, ac totius maſſæ ſanguineæ quiſquilinii, ſeu partem chyli terreſtriorem in ſinu ſuo colligat ac foveat, ventriculo pro exigentia communicet, permittant mihi authores ut dubitem.

Omnes enim humores, ſicuti in reliqua viſcera pulſu moventur, & nullus naturalium corporis partium appetitus, pro nutritione earum demonſtrari poteſt, quem tamen recentiores nonnulli aſſerere non erubeſcunt; Ita nec oſcula vaſorum intra ventriculum hiantium eſſe providentia Lienis chyliſuga, ut per vas breve, venoſum chylus abſorptus tradatur, neque peculiares ductus ex liene ſuccum acrem in ventriculum & hepar vehentes concedere poſſumus; Quæ ſententia ſatis eſt refutata ab *Harvæo* & aliis, quia venæ non ad partes vehunt, ſed ab iis revehunt id quod per arterias cordis impulſu promanavit.

Eandem vero ſententiam proſternere videntur aſpleniorum canum teſtimonia, qualia cum Diemerbrochio quoque ſunt cognita, qui æque voraces ſunt, aut bene digerunt, quam qui adhuc ſplenem in corpore ſuo poſſident: Deinceps ſuccum hunc acidum fore lieni magis hoſtilem, quam proficuum ſatis demonſtravit *Tachenius* in *Hippocr. Chym.* eo quod omne acidum extra ventriculum ſit naturæ inimicum, & anſam potius præbeat ſcirrho lienis, ſæpiſſime in hoc morbo obvenienti, qui quando obrigit, potius aſt productum morboſum quam cauſa morbi.

Proinde maxima authorum turba obicem ſententiæ meæ non ponent, accuſantium Lienem primariam ſedem mali hujus, cum dolor maximus non circa lienem, ſed coſtas ſpurias percipiatur; Quinimo in ejuſmodi patientibus Lien, referente *Sylvio*, optime conſtitutus fuit repertus: Hinc etiam neque ex liene, neque ex hepate neque diaphragmate per vomitum quod evacuatur in noſtro affectu eum tanto levamine proxime prodit, ſed ſaltem ex ventriculo. *Etmuller Diſput. de malo Hypoch.*

51. *Propter ſiccitatem, duritiem &c.*) Res præter naturam, ut Obſtructiones jecoris, lienis, à craſſo in vaſis & extra vaſorum pomœria collecto ſanguine obortæ, maturis conſiliis non expeditæ; Ut & *Φλογώσεις* Pylori conſectariæ & primigeniæ hunc affectum augent. *Rolfincius.*

52. *Hinc circa annum*) Cauſæ remotæ ſunt variæ; Ex naturalibus eſt *temperamentum ventriculi*, Veterum dictum frigidum, ſeu melancholicum: Neotericorum Dyſcraſia acida, maxime frequens in regionibus borealibus, Et convenit utrique ſexui, ac omni ætati, tam juvenili quam ſenili. *Etmuller.*

53. *Vel propter errorem externum*) Mediatæ cauſæ non naturales ſunt *Aer* frigidus & craſſus humores figens, calidus & ſiccus adurens; Vere & Autumno uberior ſymptomatum fatigat ægros ſeges: *Exercitatio* corporis intempeſtiva ſtatim à cibo ſumpto, ſive venatione, ſive equitatione, pilæ luſu, aut pugilatu, coctione primum inchoata, ſuſcepta, miras dat turbas; Ante cibum deambulatione, aut alio quo-

vis modo corpus movendum: Otioſa & ſedentaria vita ſegnitiei conſectaria, membra corporis quæ motu vigent enervat, & excrementitios humores aggregat: *Vigiliæ* Si ſint immoderatæ ſpiritus nimis diſſipantur, *Excretiones nimiæ*, ut hæmorrhoidum, internarum præcipue, & menſtruus fluxus calidum nativum turbant; *Veneris* uſus immodicus ſiccat & frigefacit membra coctionibus deſtinata; *Liquet autem ab ipſis cavere oportere omnes* Animi *immodicos* affectus, *videlicet ira, triſtitia, furoris, timoris, invidiæ*, hi *enim alterant, atque à naturali ſtatu corpus avertunt:* Errores in *cibo & potu* commiſſi ſecundum copiam, qualitatem, intempeſtivitatem, ordinem incongruum, in cauſa ſunt, quod pauci ab hoc faſtidioſo immunes ſint malo; etiam inter illos qui in aulis degunt, pro ſalute Magnorum Principum inordinate vivunt, & decumanis calycibus ἀπνευστὶ nullis non ſe ingurgitant momentis: Inde ventriculus debilitatur, prima concoctio turbatur, chylus cruditatibus acidis & nidoroſis inebriatus, ad coctionis organa defertur, unde ſanguis gignitur impurus: Vitia enim coctionis primæ non emendantur in ſecunda. *Rolfincius.*

Cauſæ remotæ tres ſunt in ſpecie 1. *errata in victu*, ſcilicet aſſumpta *acida*, difficulter digeſtibilia. Talia ſunt ſale condita, vel fumo indurata; *Sale condita* imbibeRunt non parum de ſpiritu acido ſalis: *fumo indurata*, de ſpiritu acido fuliginis multum continent; Facit huc Potus aceſcens facile, non rite defæcatus, vel qui ad aceſcentiam inclinat, iſque non adeo diureticus, vel in acetum vergens. 2. *Motus*, uti omnis digeſtiones promovet, ita deficiens eaſdem imminuit, & ad cruditatem colligendam non parum confert. 3. *Vita curis ac meditationibus occupata*, quia abſumit ſpiritus animales, quorum defectu acidi ſucci inſigniter ſolent accreſcere; hinc lucubrationes nocturnæ, ſtatim poſt cœnam, notorie ad id malum diſponunt. *Ettmuller. Pr. 395.*

Cauſa remota ſunt variæ, Ex non naturalibus, *Aer* acris, conſtans ex ſalibus acribus in ejus poros elevatis; & à copia aquoſorum effluviorum dilutis, obſervabilis tempore autumnali & verno: Hinc ejuſmodi *Aer* inquinando ſalivam, ſeſe inſinuat in ventriculum, ibique reliquias in ſtomacho hærentes vitioſo ſapore inquinat.

Ex *Alimentis* omnes panes non rite fermentati, Pultes compoſitæ ex aqua & farina, non fermentatæ, piſces & carnes fumo induratæ & non rite maſticatæ; Item cereviſiæ non bene fermentatæ.

Quies nimia ſymbolum addit, quia continue ſedentes comprimunt abdomen, & diaphragmatis motus inhibetur; Jam vero abolito hujus motu & compreſſis muſculis abdominis, alimenta diutius immorantur ventriculi cavo, exinde nimium fermentando, partes eorum terreſtres cum ſalinis diſſolvuntur. In hoc paſſu hepar quoque continuo comprimitur, quo ipſo & ſucco bilioſo in tantum ſufflaminatur exitus, quare degenerat ex ſucco amaricante in lixivialem alkalicum nimium, hinc facti nimium fixi ſucci in inteſtinis, excitant largum flatuum acrium proventum, quapropter ſæpe malum hypochondriacum comitatur ſpecies quædam Colicæ, & bene ſcorbutus inde oriundus ſub uno titulo tractatur à *Barbette*.

Ex rebus non naturalibus multum conferunt huc Excretiones ſuppreſſæ: Hinc virginibus & mulieribus gravidis, ob ſuppreſſionem menſium ſæpe accidit, Item viris totaliter uſum veneris intermittentibus, Suppreſſis enim excretionibus, vaſa nimium replentur, hinc ſequitur tardior humorum circuitus, & conſequenter incraſſatio eorum: Qua ratione *Somnus* quoque nimius magis nocet quam recreat, ad tardiorem circulationem humorum anſam præbens, imprimis qui poſt cœnam ſtatim capitur; *Vigiliæ* è contra nimiæ etiam noxam inferunt, muſculis diutina agitatione corporis defatigatis, & hac ratione tardiorem motum humorum procreantibus.

Neque à materia ſolum hactenus depicta, viſcidi, acidi, id dependet mali, ſed etiam à principio activo, ſeu Archeo nervos dirigente p.n. irritato; Sæpius enim ex ſola *iracundia* malum hoc invaſiſſe quoſdam, teſtatur experientia: Quo in caſu æque videtur pati anima noſtra, atque ſatis erudite ab Excell. Dom. *Ammanno* in delirus ac mania pati indicatur: Animam enim non corpus ſentire certum eſt, idque fit quatenus eſt in cerebro, non qua membra corporis actuat, Hinc quoties vel ecſtaſi, vel alta contemplatione diſtracta velut extra corpus ponitur, toties ſenſus externi ſtupidi quaſi & ſemianimes obſervantur. *Idem diſput.* §. 16.

54. *Bilem in ira commotam*) Vide §. 53. *vel propter errorem externum*) ſub finem.

β. *Propter vitium Glandularum quæ vaſa meſenterii*) Non in vitio ſolitum eſſe Glandulas meſenterii in affectione hypochondriaca, ſed & multas alias. Nec ſolum compreſſione nocere, ſed & vitioſa præparatione humoris pituitoſi ipſis commiſſi, cenſet *Franc. Sylvius Append. Tr. 7.* Docui, *inquit*, alias Arenulas omnes in Vrina quocunque tandem modo apparentes, ac imprimis rubicundas; vel flaveſcentes, Glandularum affectum ſignum præbere, poſtquam id confirmavit, imo docuit experientia, Comperi namque in demortuorum diſſectis cadaveribus, male affectas Glandulas, quibus frequens fuerat & copioſa Arenularum cum urina excretio: Idem experimentum, ut ſupradictis haud contradicere oſtendam, cenſeo me, ſi non probaſſe, ſaltem probabile oſtendiſſe, *Affectum hypochondriacum ortum ducere ab effervescentia humoris bilioſi è fellis folliculo* per Ductum ſuum in tenue inteſtinum delati, ſed *vitioſi*, Et *humoris pituitoſi* itidem *vitiati*, orti que partim ex ſaliva in maxillæ inferioris glandulis parata, partim ex alimentis pituitoſis, partim ex ſucco pancreatico, in Pancreatis glandulis parato, & per Ductum ſuum in idem tenue inteſtinum cum bile delato, & forte partim ex alio inſuper liquore in quibuſdam glandulis parato, & itidem per vias nondum explanatas & demonſtratas eodem delato; Affectio, *inquam*, hypochondriaca ortum mihi videtur ducere ab Effervescentia humoris bilioſi & pituitoſi, in variis Glandulis parati: Originem autem ſuam in corpore primariam ſi à Glandulis habeat humor pituitoſus, utique mirum non eſt, ſi tunc male affectarum Glandularum Signa, Arenulæ puta, in urinis ſimul obſerventur: Obſervavi autem in talibus, quibus multæ, aut continue, aut per intervalla excernerentur cum urina arenulæ, Glandulas fere tumentes, ac humore craſſo, viſcido, adeoque pituitoſo infarctas fuiſſe, & quidem conſiſtentiæ colorisque varii, quod ipſum indicat Pituitam peccaſſe, quodque in hac affectione itidem oſtendimus.

Prognoſis.

Prognoſin proponit *Cous 2. de morbis, morbus eſt diuturnus, ut nonniſi diu vexatos ægros & conſeneſcentes deſerat, quando relicturus eſt, alioquo ad mortem uſq; comitatur.* In eo effato continetur Prædictio 1. *Salutis & mortis ratione generis*, quod quum principio curatu facilis, difficilior in progreſſu, incurabilis plane ſit confirmatus. Indiget hic multa ſpe, ſumma & conſtantia & patientia, & negotium multum exhibet Medico & ægro

& ægro *Subjectificatione* mitior eſt, in quo Lien per conſenſum quam per eſſentiam laborat, *Cauſa*, ſi ſit diſpoſitio hæreditaria, *ἀτονία* viſcerum fomentum præbeat, & melancholia adulta coratu difficilior. *Longitudinem* etiam prædixit Cous, confirmat *Diocles*. *Horum plurimi*, ait, *ineunte ætate ingruunt, omnibus tamen in longum producuntur*: *Modus eventus*, Ad *ſalutem* terminatur ſæpe, morbifica ſuperata & diſcuſſa cauſa a calore naturali, vel expulſa per alvum in modum diarrhœæ aut dyſenteriæ, hæmorrhoidum fluxum aut *ἱδρώτων*. Nigris urinis ſæpe terminari vidi affectus, Ad *mortem* ſæpe terminatur apoplexia, catarrho *ἀσφυκτικῷ*, hydrope; imo morborum omne fere genus ex equo ceu Trojano proſilit, ad oppugnandam vuæ noſtræ Trojam: Ambigit inter ſalutem & mortem, imo propius ad mortem accedit, *ἐπιγενόμενον* per materiæ alienationem in pejus, accedente alio morbo, qui nullam allevationem affert primigenii morbi, à quo enaſcitur, cum deſinit in Scorbutum & hypochondriacam melancholiam. *Rolfincius*.

Curatio.

[55] *Curatio* eſt *difficilis*, propter ſymptomatum congeriem. *Facilior*, *ſi* ſit incipiens. [56] *ſi* in ætatem nec provectam, nec declinantem inciderit [57] *ſi* hæmorrhoides, varices, menſes vel alvi fluxus moderati ſuperveniant: ſi alvus propitia, & vomitus cum tolerantia accedant, vel vitiligines per totum corpus erumpunt, ſuperveniant. *ſi* [58] mares potiùs quàm fœminas, [59] pingues & albos, [60] quàm fuſcos afficiat. *ſi* [61] hæmorrhagia naris ſiniſtræ accedat. *ſi* [62] urinæ nigricantes, citra febrem liberaliùs profundantur.

De cætero notandum.

1. In hydropem præcipitari ægros, ſi pharmaca rectè diu adhibita nihil proſunt: ſi dyſenteria diuturna vel lienteria acceſſit: ſi malo jam confirmato, propter fæculentam ſuccorum pleonexiam calor nativus languet, & œconomia naturalis turbatur.

2. In illis qui dejecto animo, cordis palpitationem, animi deliquium, & ſi pravi ſucci cibis copioſius utuntur, ſyncopen inferre.

3. [63] Morbum adultiorem, vel cæcitatem, convulſionem, apoplexiam, epilepſiam, febrem quartanam; nephriticum dolorem, punctiones in corporis habitu moleſtiſſimas excitare, vel in ſcirrhum lienis degenerare: materiam verò, [64] cuniculos in pulmone agentem diſpnœam vel calore alieno circumventam & putreſcentem, pulmones erodere & exulcerare.

4. [65] Vlcera in ægrorum corporibus erumpentia periculoſa.

5. [66] Virium præter rationem ac citra hypochondriorum tenſionem effatu dignam, lapſum, ſcorbutum arguere, inprimis ſi lituræ nigricantes in corpore ſimul apparent.

[67] *Reſpicit* I. [68] *Chirurgiam*, ratione cujus [69] *ſanguis mittendus* eſt: ubi nota, [70] venam brachii ſecari poſſe, ſi magna pars materiæ, venæ cavæ communicata eſt, & circa epar *φλέγμονή* aliqua affligit. [71] Hæmorrhoidales externas optimè aperiri, quia eidem inteſtino recto internæ, communicationem oſculorum cum internis habent.

II. *Pharmaciam*, ratione cujus.

1. [72] *Humor corruptus* [73] in prima corporis regione hærens, eſt *educendus*: [74] ubi locum habent [75] Enemata & [76] vomitus, ſi præſertim copia in ventriculo.

2. [77] *Via aperienda*, & [78] humor per inciſionem & attenuationem [79] præparandus, [80] ubi nota.

Omnia in forma potiùs liquida uſurpanda; quod ſi in ſolida, hauſtus liquoris poſtea ſuperbibendus.

A lenioribus incipiendum, in vehementioribus deſinendum.

Inter illa ſunt, [81] Ex *ſimplicibus*. Radic. *Scorzoneræ, Filicis maris*, Herbæ, *Fumaria*, *ſcolopendria*, Flores, *Borragin. Buglosſ.* & *Poma Borſtorfiana*. Ex *compoſitis* [82] ſyrupus *pomorum redolentium*, *Fumariæ*, ſpecies *Diacurcuma*, Eſſentia *Fumariæ*, *chamædryos*, &c. de quibus ſupra in [83] Lienis & Epatis obſtructionibus.

[84] Ex his [85] *Acidulæ*, [86] *Thermæ*, [87] *chalybs*, qui, præmiſſa primarum viarum evacuatione, in *conſerva borraginis* à ſcr. ii. ad dr. ʃſ. jejuno ventriculo primò tertio quoque die ad vigeſimum; antequam aſſueveris, vere & autumno exhibendus: pòſt, hauſtus vini addendus, & duarum horarum ſi fieri poteſt deambulatio, quartâ poſt ſumtionem ſubſequente prandio: ſi non deſcenderint excrementa nigra, deſiſtendum: ſin planè ſupprimantur, alvus movenda.

3. *Humor præparatus* [88] *evacuandus*, per medicamenta [89] purgantia, [90] benigna, humectantibus caſtigata, [91] per epicraſin, circa ultimam lunæ quadraturam exhibita, [92] balneis & fomentis humectantibus interpoſitis, *myrobalanis & caſſia* excluſis, propter flatulentiam; in cruditate nidoroſa magis cholagoga, in acida phlegmagoga & melanagoga, ſubſequente ſecundam poſt horam cibo, ne medicamentum ultra epar adſcendat.

4. *Vapores effumantes*, à capite & præcordiis *divertendi*, per *frictiones*, [93] *Clyſteres*, *Cucurbitulas*, *Cauteria*, & medicamenta alia, ut *Elixir proprietatis*, conſerv. *roſarum* cum *ſpiritus ſulf. & vitrioli*.

5. *Partium* [94] *quas infeſtat roboratione*, & [95] *ſymptomatum averſione*: de quibus ſuis locis.

De reliquis habe.

1. [95] *Caſſiæ* uſum improbari, quia flatus generat, niſi carminativis corrigatur.
2. Iecore impenſiùs æſtuante. [96] *ſerum lactis* in decocto uſurpandum.
3. [97] *Aloën*, [98] urgente flatuum copia, & pituitæ in ventriculo proventu, uſurpandam; æſtuante hepate non item.
4. Poſt fortium ſolutivorum uſum, exhibendum *dilutum hordei* cum *aqua* & *ſaccharo*; vel *piſorum* aut *cicerum nigrorum brodium* ad deterſionem.

De [99] *Diæta* addo, 1. *Concedi* juſcula ex contuſis animalium carnibus, cum *acetoſa*, *floribus borraginis*, *aſparagi* &c. *Cremorem hordei* per ſetaceum, pulſi cum juſculo pulli & *manibus Chriſti perlatis*.

2. Prohiberi ſalita frequentius aſſumpta, columbas infarctas, petaſones, capita animalium cum pedibus, farcimina; nec non carpiones, anguillas, aſellos, haleces, cruſtacea & teſtacea: quibus adde, ova frixa, gravem poſt cibum laborem & iram.

[55] *Curatio eſt difficilis*) Affectus iſte utplurimum lethalis non eſt, ſed longiſſimus eſſe conſuevit, & ſæpe toto vitæ decurſu perſeverat, unde vulgo dicitur *approbrium medicorum*, ex eo quod non ſatis feliciter curatio ſuccedat: Et ſi tandem poſt multa remedia ægri convaleſcere videantur, poſtea tamen intra paucos menſes malum recrudeſcit; & omnia ſymptomata redintegrantur; Dicitur etiam *Flagellum medicorum*, quia hujuſmodi melancholici nova quotidie poſtulant remedia, iiſque ſtatim ſatiantur, & aſſiduis querimoniis medicos infeſtant, eoſque ſæpiſſime mutant. *Riverius*.

Malum hoc in incunabulis bene adhuc edomabile eſt, quod ſi vero adoleverit actuoſiſſimam ſæpe Medici illudit diligentiam: Ubi cephalgiæ adſunt contumaces, neque appetitus proſtratus eſt, & flatuum ac ructuum non continuus eſt proventus, ſpes ſalutis adhuc ſupereſt; Si altas radices egerit, progignit degenerem ſobolem ſcorbutum: Scorbutum autem qui dixerit, lernam malorum dicit: Hinc contumaces palpitationes cordis, melancholiæ, agrypnia, ephialtes, nonnunquam etiam epilepſia, & quidem talis, ut juraveris malum dependere à Dæmone: in primis, in mulieribus, ſupervenire ſolent; Quod ſi hoc malum non curetur, ac vomitus niger ſuperveniat, uti ſæpe obſervavit D.D. *Petermannus*, funeſtum eſt ſignum. & plerumque preſſo pede ſequitur mors; Si à ſcybalis diu retentis contumaciſſima adſit alvi obſtructio, periculum eſt, ne ad vomitum aut inflammationem tandemque ſphacelum diſponat, Hæreditarium malum nunquam admittit curationem plenariam. *Etmuller Diſput. de malo Hypoch.*

Malum hypochondriacum, incipiens ſolus motus corporis curat rite inſtitutus, verum ſi invaluerit, aut firmiores egerit radices, in ſpecie in negotio digeſtionis primæ, difficilius curari ſolet; Interdum palliativè ſaltem illi occurrere poſſumus: Accedit quòd hujuſmodi affectus inveteratus, poſtulet continuatum remediorum uſum, quorum tamen tædium ægri percipiunt.

Hæmorrhoides, urinæ fluxus, aut ſimilis quædam hæmorrhagia periodica inſigniter levare ſolet.

Pulſus in hypochondriacis quandoque intermittit, ſed ſi non alia ſymptomata adſint, non terreatur Medicus, *Idem Pr. p. 398.*

Si maſſa ſanguinea vitioſis valde redundet particulis, ſicuti hinc viſcerum ἀντιπεριστάσις non exigua eluceſcit, ita quoque ob contraria indicantia, affectus periculoſior innuitur. *Strauſſius.*

Ad mortem ſæpe terminatur. apoplexia, catarrho &c. imo omne fere morborum genus ex eo ceu Trojano equo, proſilit. *Rolfincius Epit.*

Cuidam per nephritidem affectio terminata: *Benningerus p. 370.* In curatione autem non licet præfinire tempus menſis unius, aut anni, ſicuti in aliis contingit, ſed oportet in toto ſuæ vitæ tempore Curationi operam dare, interdum præſervationi attendendo, *Montanus conſ. 250.*

[56] *Si ætatem nec provectam*) Aetas conſiſtens, in qua caliditas & ſiccitas dominatur, adaſtis humoribus huc confert. *Rolfincius.*

[57] *Si Hæmorrhoides, varices*) Ex *Hippocr. 6. aph. 11.* qui addit Elephantiaſin, ut & *Avicennas, fen. 3. tr. 4. c. 9. Celſus l. 2. c. 8.* tormina, *Hippocr. 7. aph. 1.* dyſenterias.

[57] *Hæmorrhoides*) In meſenterii obſtructione, non melius illuviem excrementorum exhauriri, *Hofmannus l. 3. Inſtit. c. 62.* ex *Seberbio*, quam per hæmorrhoidas internas, quæ ſunt à vena Portæ, in qua dicebat eſſe intemperantiam noſtram, quæ habeat non tantum propria excrementa, ſed & aliena, venena quippe noſtri corporis: credo equidem. an, affirmantibus, ſed tantum cum Natura ipſa aperit, in hirudinibus enim nulla mihi ſpes eſt.

[58] *Mares potius quam fœminas*) Mares facilius hoc morbo corripiuntur quam fœminæ, idque ob excedentem earum humiditatem. *Jo. li. Aurelianus l. 1. c. 6.* Atqui ſi eaſdem illo affligi contigerit, cum non niſi à cauſa prævalente id fieri queat, difficulter vel raro, aut nunquam ſanantur, idque ob menſtrui ſanguinis impuritatem, longam triſtiſſimorum affectuum telam concitantem: Vel quia hic ſexus vino iſtius humoris inquinatus, rationi minus obtemperare valet, atque animum illico reſpondet. *M. Martini.*

[59] *Pingues & albos*) Mitius generatur hæc affectio in albis & pinguibus hominibus, At frequentior eſt in fuſcis, nigricantibus, bilioſis, extenuatis, piloſis, ac duram carnem poſſidentibus, *Galenus 3. loc. aff. 7.* Sic homines colore rubicundo, ſeu rubore quodam ſaturati, ac tanquam liveſcentes præditi, in melancholicam confertim tranſire ſolent naturam. *Aetius.*

[59] *Pingues*) Aliàs extenuatio corporis utplurimum ſuccedit, ſicuti macilenti potius afficiuntur; Illam indicat *Caius*, voce μινύθει, imminuitur: Sed non ſemper adeſt, obeſi enim interdum manent; Obeſitas hæc nonnunquam eſt vera, nonnunquam apparens, obſtructionum & flatuum, quibus corpus turget, copiam. *Rolfincius.*

[60] *Quam fuſcos afficiat*) Affectus qui vulgo hypochondriaci perhibentur, obſervare licet eos hominibus temperamenti atrabilarii, cum aſpectu lurido, & graciliori corpus habitu potiſſimum accidere: raro eſt quod morbus iſte εὐσάρκους, vultu florido, aut etiam nimis phlegmatico præditos moleſtat Circa ætatis ἀκμὴν ſignis manifeſtis ſe prodit: Huic viri frequentius quam fœminæ obnoxii reperiuntur; In iiſque habitualis factus ægrè admodum aut vix omnino curatur: In mulieribus ob debiliorem conſtitutionem affe-

ctibus

ctibus ſpaſmodicis longe pluribus ſtipatur; quare vulgo dicitur in hoc ſexu paſſioni hypochondriacæ hyſtericam aſciſci. *Willis.* Temperamenta cholerica, & habitus corporis tenuior, furori hujus mali potiſſime ſubjiciuntur, quia à caloris augmento diſſipantur magis ſpiritus & fibræ laxiores ac magis flaccidæ redduntur; adeo ut aſſumpti cibi in ventriculo rite comprimi, & diſſoluti feliciter expelli nequeant; ſed in acidam, viſcoſam & acerbam degenerent materiam: quam calor viſcerum, hepatis ſcil. ac lienis, magis quam par erat exagitans, in flatus abunde reſolvit: atque hinc affectioni huic magis obnoxii redduntur cholerici, quorum viſcera intemperie laborant calidiori. *Highmorus.*

61. *Si hæmorrhagia naris &c.*) Hæmorrhagia naris ſiniſtræ ſæpe malum hoc mitigare vel demoliri viſa eſt. *Matt. de Gradi.*

62. *Si urina nigricantes*) Nigricantium urinarum in hiſce affectibus citra febrem, liberalior profuſio ſalutem futuram indicat. *M. Martini.*

63. *Morbum adultiorem, vel cæcitatem*) *Ex Hippocr. 6. aphor. 56. & 6. Epid.* in calce: Melancholicus enim humor, arcem mentis obſidens quatuor modis periculoſe mutatur, Nam ſi ſupra modum exuſtus vertatur ad ſubſtantiam & membranas cerebri, parit furorem, ſi ad ventriculos apoplexiam, ſi ad originem nervorum convulſionem, Si ad oculus, nebulas, caliginem aut cæcitatem; *Laonus de morb. curand. Mercatus, Scholiogr. ad Hollerium.*

64. *Cuniculos in pulmones agentem*) Si intra pulmones clam cuniculos egerit humor, eorundemque cannulas obſtruxerit, Dyſpnœam ciet: Si ibidem calore circumventus alieno putruerit, diuturnæ afflictionis veſtigia ponit, pulmones arrodit, atque exulcerationi in iiſdem occaſionem præbet. *Salomon. Albertus in hiſt. Scorbuti.*

65. *Ulcera in ægrorum &c.*) *Savanorola tr. 2 c. 1.*

66. *Virium præter rationem*) *Matt. Martini p. 166. §. 18.*

67. *Reſpicit t.*) Curatio nititur Indicationibus. Ut morbus auferatur. *Præſervatoria* colluvieni humorum vitioſorum ex hypochondriis exterminare, & vapores diſcutere jubet: *Humores* ipſi quà calidi frigefaciendi, qua craſſi attenuandi, qua viſcidi abſtergendi & incidendi; qua ſicci humectandi, qua crudi concoquendi, qua acidi, acres, ſalſi, temperandi: *Via* etiam, per quas evacuandi, lenientibus expurgandæ, *vapores* diſcutiendi non vehementer calidis; illa enim ſiccitatem & calorem meſaraicarum augent: Intemperies etiam viſcerum, ne humores & vapores regenerentur, *ὑπεναντίωσιν* aut *ἀντίθεσιν* obſervata, contrariis ſuis oppoſitis alteranda; *Vitalis* indicatio tonum totius & partium laborantium intendit. t. *Rolfincius.*

Curatio in tribus potiſſimum Indicationibus verſatur, *ait Reverius.* Obſtructionum apertione, Intemperiei viſcerum correctione, & humoris peccantis evacuatione, non omiſſis roborantibus:

Willis hanc methodum therapeuticam affert, 1. Indicatio illi eſt, ut Curationis impedimenta tollantur, quæ primarum viarum purgationem & cuſtodiam præcipue reſpicit, ij. ut obſtructiones alięve inordinationes corrigantur, iij. ut maſſæ ſanguineæ tum recrementa expurgentur, tum debita craſis reſtituatur, iv. ut cerebri & nervoſi generis, nec non humoris irrigui, ac ſpirituum incolarum enormitates, ſanguinis ac lienis culpa contractæ emendentur aboleanturve; Cum ſimul in plures, aut omnes hoſce ſcopos collimandum fuerit, tempora idonea eligantur, quibus ſingulis propoſitis, abſque cæterorum incommodo aut neglectu ſatisfiat: *Franc. Sylvius* curationem conſtituit 1. In Diætæ vitioſæ emendatione, 2. in humorum peccantium alteratione aut correctione. 3. in eorundem quoties in totum corrigi nequeunt, artificioſa vacuatione: 4. in deperditorum reparatione; quia deperit in ſymptomatum vehementia & duratione corpori nunc ſpiritus volatilis, nunc aliud quid, quod omnino reſtitui debet & redintegrari.

68. *Chirurgiam*) Materiæ præſidiorum Chirurgicæ variæ ſunt, Senſibiliter vacuat ſanguinem venæ ſectio, Jecorariæ in dextro, Lienaris in ſiniſtro brachio; Salvatellæ in manu ſiniſtra, ſaphenæ in pede, ſi à menſibus ſuppreſſis foveatur affectus apertio: *Hæmorrhoidibus* non tantum ſponte ſua, ſed etiam vi reſeratis; hypochondriacam, quæ prius curari non poterat, ſæpe reſtitutam refert *Platerus*, *Cucurbitula ſcarificata* etiam proſunt: Succum vitioſum à ſanguine diverſum *Fonticuli* exhauriunt, artubus inuſti. *Rolfincius.* Expeditum præſidii genus in debilioribus, citra virium jacturam præſtant *Cucurbita ſcarificata*, natibus aut cruribus admotæ, quæ, vi caloris ac flammæ non modo quicquid tenuis fluxique humoris ac ſpiritus, partes hypochondriis vicinas circumfundit, evocat, ſed & ex locis diſtantioribus penitioribuſque craſſiorem ſanguinem trahit ac prolicit; *Fernelius conſ. 43 Eraſto* commendantur *ſcarificationes ſurarum* admotis ſimul unicuique ſuræ Cucurbita una atque altera, & quidem cruribus, aut frictione prius exercitatis, vel poſt pedum lotionem incaleſcentibus. *Matt. Martini de Aff. Hypoch.*

Præter remedia interna, & applicationes externas; Phlebotomia, aut ſanguis è *venis ſedalibus* hirudinum ſuctu detractio; crebro ſit in uſu: quin & *venam ſalvatellam*, juxta veterum præcepta nonnunquam ſecare convenit: Porro *Cauteria* aut *Fontanella*, quæ ſanguinia aduſti recrementa foras continuo derivent, & paulatim excernant, ſere nulli non commodo eſſe ſolent. *Willis.* Cauſticum tibiæ ſiniſtræ inuſtum, ab humoribus excrementitiis Lienem aliaque viſcera repurgat, ideoque non erit omittendum. *Riverius.*

69. *Sanguis mittendus eſt*) Cutaneas venas incidere niſi plethora, vel ſanguis contaminatus, aut cohibita quædam ex conſuetis evacuatio id ſuaſerit, ſupervacaneum, idque ob debilitatem virium ac ſpirituum; ſanguinis benignioris penuriam nimiam & exſiccationem inſequentem: *Platerus Pr. a. fol. 136. Savanerolá Pract. magn. tr. 6. c. 1. r. 111.* In hujus tamen commoda adminiſtratione notandum, ad craſſioris ſanguinis effluvium, ſatis amplam infligi debere plagam, partemque vulnerandam tepida ſovendam: ut fluxui aptior reddi queat, *Mercurialis c. de melanch.* Sanguine vero in toto exuberante, primo inſtituenda eſt diverſio per ſectionem venæ cubiti, in latere fortius dolente poſtmodum evacuatio per ſaphenas, aut ex vena quæ ad pollicem pedis prorepit tentanda: Inferiorum enim harum venarum inciſionem ſuadere videtur pronior ſanguinis craſſi ad inferiora motus, necnon expeditior à partibus ſuperioribus revulſio: Uſus tamen obtinuit, niſi locus doloris, vel aliud quidpiam ſigillatim id diſſuaſerit, per conſenſum affectus cum ſplene, ut aperiatur vena brachii aut pedis ſiniſtri: hac tamen ubivis cautione adhibita, ex documento *Rhaſis* attendatur qualis vena ſecta ſanguis profluet: Rubens enim ac ſubtilis ſine mora coercendus, craſſus dimittendus; & quidem in ſatis juſta copia, vel in iſta quantitate quæ viribus reſpondere videbitur. Sin vero caput ſanguine copioſo repletum eſſe deprehenderis, utique trium, vel plurium dierum à prima ſectione intervallo, Cephalicam aperire proficuum erit: cui inciſioni; ex recentiorum quorundam opinione, venarum naſi, aut frontis, inciſio, ſive ſcalpellis, aut ſanguiſugis admotis, iſta peragatur reſpondere videtur, præmiſſa ad ſanguinis craſſitiem fundendam, capitis

vel totius corporis lotione: *Mercatus l. 2. de morb. int. c. 17.* (*Expeditiorem, juxta circulationis ſanguinis leges, qui caput cerebri depletionem, jugularium alterutram aperiat, immediate enim hac via ſanguis in eo exſuperans demitur*) Plethora non urgente venæ inciſione, niſi præcautionis gratia id fiat, vel quando ſanguis ex aliquo viſcere, ceu liene vel hepate, ad ipſum ventriculum, venas meſaraicas, aut meſenterium ſit derivatus: Quo in caſu revulſionis gratia, ſervando rectitudinem, interna unius vel alterius brachii vena, aut manus ſiniſtræ Salvatella, eſt aperienda: Ex *Foreſto Matthæus Martini de Aff. Hypoch.*

70. *Venam brachii*) Commendant quidam *Salvatellæ* ſectionem, quæ tamen cum præ aliis venis nullam habeat prærogativam, prout ex circulatione ſanguinis notum, non aliud à reliquis ægro afferet auxilium: Hac tamen ratione admitti poſſet v. ſ. quod citiorem curſum humorum promoveat, & ita convulſione partium nervoſarum forſan ſtagnantem ſanguinem in motum rurſum ſuſcitet. *Etmuller.*

71. *Hæmorrhoidales externas*) Præmiſſis Purgatione primarum viarum, venæ ſectione &c. Poſt ultimum Balneum provitentur *hemorrhoides ſubditis balanis acrioribus*, vel anum confricando foliis ficulneis, aut pannis lineis aſperioribus. & affixis partibus eminentioribus hirudinibus duabus aut tribus; extrahantur ſanguinis ℥v. vel vj. Eademque hæmorrhoidum provocatio vere & autumno, imo toties dum ſingulis menſibus iterari debet: In his qui aſſueti ſunt pati fluxum Hæmorrhoidum, qui tamen jamdiu ſuppreſſus ſit, & ubi hæmorrhoides non apparent, admota *Cucurbitula* patefiunt: Si poſtquam hirudines ſaturatæ ceciderunt, ſanguis nimium profluat, ut non raro contingit, ſiſtetur *luto* aut *carbonis pulvere*, aut *aranearum tela*, aut *gypſi pulviſculo*, aut pulveribus adſtringentibus *albo ovi & ſtupis* exceptis: Ai ſi hæmorrhoides commode aperiri nequeant, opportunum erit ex venis inferioribus ſanguinem detrahere, ut ſanguis feculentus per ea loca derivari queat. *Riverius.*

72. *Pharmaciam ratione cujus*) Fons Pharmaceuticus dirigitur juxta has indicationes 1. Acidum viſcidum temperetur 2. Temperatum evacuetur. 3. Convulſiones per anodyna ſedentur. *Etmuller.*

a. Humor corruptus in prima) Quoad primam indicationem, cum ingens materiæ crudæ, aut aduſtæ ſaburra in primis viis congeri, cumque ventriculi tonus labefactari, ejuſque fermentum varie perverti ſoleat, contra hæc cujuſque generis, mala cum idoneis remediis tempeſtive occurratur, itaque blandæ & leves evacuationes, & per *Vomitum*, ſi facile ſuccedat, & per *ſeceſſum* adhiberi debent; Quibus ſtomachus contenta ſua facile ſurſum ejicit, ſuadeo ut ſemel intra menſem, aſſumpto *liquore ſcillitico*, aut *ſale vitrioli*, atque *cerevuſia lactcata*, aut *aqua tepida* copioſe epota, vomitus crebra vice provocetur: Intermedio tempore, Purgatio lenis, & tantum ἐκκοπρωτικὴ ſæpius inſtituatur, In hunc finem *Pilula Tartarea Bontii*, aut *ſtomachica cum gum.* vel *extractum* noſtrum *ſolut.* ex uſu eſſe poterunt.

℞. *Sennæ opt.* ℥j. *rhabarb.* ʒvj. *epith.* ʒiij. *ſantal. citr.* ʒij. *ſalis abſinth.* ʒij. *ſpica Celtic.* ʒj. *inciſa & contuſa digerantur in vini albi & aqu. fumar.* ãã. ℥x. *per horas 48. colatura clara evaporetur leni Balnei calore ad Extracti conſiſtentiam, addendo circa finem Pulv. ſennæ rhabarb. & crem tartar.* ãã. ʒij. *terantur ſimul in mortario vitreo redigendo in conſiſtentiam Pilularum, Doſis* ʒß *ad* ℈ij. *vel* ʒj. *Willis.*

Præmiſſo Clyſtere ſequens Potio primum exhibeatur.

℞. *Sennæ mundat.* ℥ß. *ſem. aniſ. & crem. Tart.* ãã. ʒß. *fol. borrag. fumar. acetoſa,* ãã. *m. j. liquir,* ʒiij. *coqu. ad* ℥iij. *In colat. diſſolve rhabarb. in aq. bugl. cum ſpica infuſi* ʒiß. *Cathol. duplic.* ʒiij. *ſyr. de cichor. compoſ.* ℥j. *fiat Potio*, cui *addere utiliter licet in valde melancholicis conf. alkerm.* ʒß. Pridie præmittendus eſt Clyſter. *Riverius.*

73. *In prima corporis regione hærens*) Paſſulæ & paſſulata mire conveniunt, ſeu uſurpentur in forma electuarii, ſeu potus, v. g.

℞. *Pulpa paſſular. min.* ℥iij. *arcani dupl. mynſ. ſpec. diatrionpip.* ãã. ʒj. *ſyr. de pomis q. ſ.* capiat pro lubitu.

Poteſt acui granis aliquot *troch. albandal*, melius autem eſt in forma liquoris.

℞. *Paſſular. min.* ℥iß. *vel* ij. *probe conquaſſatas coque in aqua ſimpl. colat. adde fol. ſennæ* ʒiij. *crem. tartar.* ʒj. ſtent loco calido, colatura ſervetur pro uſu, detur hauſtulus; Inſervit etiam pro vehiculo aliorum remediorum. *Flores acaciæ* in vino infuſi alvum ſervant apertam. *Etmuller Pr. p. 400.*

74. *Enemata*) Hæc pro alvo aperta ſervanda, & pro abdominis affectibus minuendis uſitata ſunt: Parantur vel ex nutrientibus & emollientibus, vel quod melius, ex urina puerorum, quæ conveniunt ubi copioſi flatus juncti: Si contumacius ſit malum, conveniunt ex *lixiviis*, additis aliquot ℥is *mellis* depurati: Talia mire conveniunt inteſtina abſtergendo, in ſpecie ſi craſſiori muco ſunt obducta; In *doloribus* abdominis conveniunt ex *lacte*, vel ſimplici, addito pauco *ſacch.* vel incoctis quibuſdam carminativis. Conferunt ſi applicantur tempore veſpertino, & ſi retineantur per totam noctem, ſolent cum inſigni ægri levamine applicari ſubinde, in ſpecie ſi urgeant dolores nephritici, conveniunt clyſmata ex lacte, quibus addita ſunt *terebinthinata.* Etmuller *Pr. p. 400.*

74. *Enemata*) Ut & ſi Purgantia medicamenta ſatis frequenter exhiberi nequeant, aut ægri morbi diuturnitate fracti aſſumere nolint, conſultiſſimum erit, Clyſteres alternis diebus injicere, ut vapores ſurſum vergentes repellantur, & humoris peccantis portio educatur: Si enim inteſtina penitius ſubierint, à venis meſaraicis majorem illuviei partem exhauriunt: Novimus quendam Nobilem affectione hypochondriaca diu & graviter affectum, qui ex clyſteribus frequenter injectis, ita levatus fuit, ut omnino curatus videretur, cum multa alia remedia fruſtra uſurpata fuiſſent. *Riverius.*

74. *Ubi locum habent*) Quid: mihi uſu habent *Pilulas aloeticas*, ſed male, aloë enim nocet hypochondriacis, utut enim uno die laxet, altero tamen obſtruit; cauſa eſt in reſina, Si *extractum* volumus uſurpare, uſurpemus ſubſtantiam gummoſam, quæ poteſt ſeparari cum aqua ſimplici terendo, & poteſt redigi in formam Pilularum, Tales pilulæ dozi gr. iij. blande laxant alvum, & in tali caſu mali hypochondriaci confirmati, omnibus 3. vel 4. ſeptimanis in uſu ſunt, inſigni cum euphoria. *Etmuller. Pr. p. 412.*

75. *Vomitus*) In aſſuetis præſertim, & malo jam proculuſque protracto plurimum convenit; Cum ſic excrementa, quæ illis in locis continuo fere in prima concoctione colliguntur, ſubito, & nonnunquam in venis meſaraicis retenta materia, per hanc viam quoque, ſicuti in febribus intermittentibus dictum, & aliqua portio, bilioſa maxime ejiciatur: Quod tamen levioribus primum, mox, ſi non juvant, fortioribus in robuſtis inſtitui poteſt. *Platerus.*

Inter Evacuantia hic Vomitoria palmam præripiunt, unicum enim Vomitorium plus præſtabit, quam decem purgantia, habito tamen reſpectu ætatum ſexuumque; Propinantur autem præcipue in infuſo, In omnibus enim vomitionibus ventriculum aliquantiſper repleri conducere arbitror, quo viſcidæ peccantes particulæ facilius egerantur, cum alias ſaltem inanis ſequatur

vomen-

vomendi conatus, vide *aph.* 13. 4. Parum autem intereſt utrum *ex antimonio* crudo, *mercur. vitæ ſuccin. antimon. croco metallor. ſimplici vel abſinth. Mynſ.* Parum quid intereſt, utrum nuda infuſa adhibeantur, an verò inſpiſſentur in tantum cum ſaccharo in conſiſtentiam ſyrupi, vel etiam in formam Pulveris murentur, uti et *Mercurio vitæ* & *cryſtall. tartari* per infuſionem, filtrationem & evaporationem fieri poteſt, Notetur igitur, ut extrahendis addatur *Acidum*, aliàs nihil extrahitur. *Etmuller Diſp.* §.21.

77. *Via aperienda, & humor*) Ex medicamentorum quæ vulgo Digeſtiva appellantur cenſu, ſunt *Elixir proprietatis, tinctura Sacra, pulvis Ari compoſitus, ſal abſinth. cremor tartari, tartarus vitriolatus, vitriolum martis*, cum multis aliis: *Willis.* Præmiſſa Purganone, & phlebotomia, (quæ ſequenti die eclebranda eſt, ex alterutro brachio prout hepar aut lien magis laborare videbuntur, ſed præcipue è ſiniſtro) ſequentium Juſculorum uſum æger aggrediatur.

℞. *Rad. aſpar. gramin. & cichor.* ãã ℥ß. *fol. agrimon. ceterach. capill. ven. bugl. & cichor.* ãã. *m.* ß. *crem. tart.* ʒj. *coqu. cum pullo gallin. & fiat Juſculum per* x. *aut* xij. *dies continuandum. Ad magis refrigerandum, & efficacius obſtructiones aperiendas, utiliter addi poſſunt ſpir. vitrioli gtt.* vi.

Prædictis etiam ſimplicibus, in diuturnis obſtructionibus addi poſſunt *rad. China, lignum ſaſſafr. ſantal. alb. rad. apii, filic. mar. fol. beton. ſcabioſ. ſem. coriand. prep. paſſula* & ſimilia: Si alvus ſit adſtricta, aut cacochymiæ copia, in tertio quoque juſculo *ſenna* ℥ß. cum *ſem. aniſi* utiliter infundi poterit: Vel loco Juſculi, ad materiam peccantem potentius educendam Apozema hoc præſcribatur.

℞. *Rad. bugl. aſpar. cichor. & acetoſ.* ãã. ℥j. *cortic. med. frax. & tamar.* ãã. ℥ß. *fol. agrimon. ceter. capill. ven. cuſcuta, cichor. fumar. lupul. bugloſſ. borrag.* ãã. *m.* j. *ſem.* 4. *frigid. mai. aniſ. fœnic* ãã. ʒij. *uvar Corinth.* ℥j. *ſenn. mundat. polyp. qu. roc.* ãã. ℥ij. *epith.* ℥j. *agar. r. troch. & rhab. ol. ſeorſim infuſ. cum cinnam.* ãã. ʒj. *macer. & caryoph.* ãã. ʒj. *flor.* iij. *cordial.* ãã. *p.* j. *Coqu. ad quart.* v. *in col. diſſolve ſyr. de cichor. cum rheo & roſar. fol.* ãã. ℥ij. *f. Apozema clarific. & aromatiz. ſant. citr.* ℥ij. *pro* iv. *doz. matut.*

Vel ſubſtitui poterit Decoctum Galli veteris.

℞. *Rad. aſpar. bruſci, cortic. rad. cappar. med. fraxin.* ãã. ℥ß. *fol. agrimon, ceterach. capill. ven.* ãã. *m.* j. *ſemin. aniſ. citr. card. ben.* ãã. ʒj. *ſenn. mundat.* ℥ß. *polypod. qu. epith.* ãã. ʒiij. *cinnam.* ℈j. *cryſtall. tart.* ʒj. *coqu. omnia ſ. a. cum media parte galli veter. f. Juſcul. mane capiendum per* iv. *dies.* Riverius.

78. *Humor per inciſionem & attenuationem præparandus*) Illis præmiſſis fiat progreſſus ad *Martialia*, vel alia ſimilia fixa, *acidum* peccans in primis emendantia: quantum enim præſtent *Acidula* nemini ignotum eſt, in quibus præponderat acidum forte: uſurpantur *Martialia* nunc cruda, nunc præparata, in iis qui non poſſunt ferre limaturam crudam; Aliquandiu continuentur, & poſt eorum uſum blandus inſtituatur motus, alvuſque ſervetur aperta.

Poſt *Martialia* fiat acceſſus ad *volatilia*, uberius penetrantia, nunc per *ſudorem*, nunc per *urinam* evacuantia, Hæc inter eminet *ſpir. ſalis armon.* iſque non tantum ſimplex, ſed & compoſitus oleoſus, ſi *mixtura calcis vivæ & ſalis armon.* addatur *ſpiritus vini* infuſione *aromatum* impregnatus, & hinc forti igne per retortam deſtillatus; prodit ſic ſpiritus vim aromaticam referens, qui eſt optimus, dozis gtt. xxx. Juxta hunc via eſt inferioris notæ *ſpir. tart.* rite paratus & volat. Excellit *ſpir. carminat. de tribus*, dozis a gtt. 30. ad 40. ut hæc volatilia magis reddantur diuretica, juxta *Zwelfferum* miſce *ſpir. ſal. armon.* cum ana *liquor. terræ foliat. tartari*; ſic eſt forte diureticum.

Juxta hæc ſalia volatilia non omittantur fixa, inter quæ omnibus præferendum *arcanum duplic. Mynſ.* in primis conveniens, quando crebriores phlogoſes fatigant: In febribus intermittentibus & Scorbuticis eſt ſine pari: *Salia* etiam *fixa per calcinationem* parata ex plantis ſpleneticis aut hepaticis conveniunt. Veteres uſurpabant, præmiſſis *Martialibus*, vegetabilia amaricantia, hepatica & ſplenetica dicta, item ſtomachicas: His ac ſimilibus, accedente motu, fere curari ſolet malum. *Etmuller Pr. p.* 402.

79. *Præparandus*) Peccans humor adeſt Pituitoſus & Bilioſus: Pituitoſus peccat inprimis *aciditate* aut *viſciditate* aucta: *Aciditas* corrigetur 1. & imprimis *Sale lixivioſo* rebuſque omnibus ſale lixivioſo prædìtis, E. g. Sal omne è cineribus plantarum extractum, ut & *corallia, margarita, oculi cancri, limatura ferri* &c. Horum enim ope dum inſtituitur cum *Acida Pituita effervescentia*, coagulatur cum ipſis acidus humor; Quoniam autem urget jam in hoc Affectu *Effervescentia* nimia, pleraque ſymptomata ſupra enumerata producens, cavendum ſedulo, ne irritetur magis quam compeſcatur ac emendetur illa, per aſſumpta hæc novam Effervescentiam producentia; quod fiet uſurpando primum ea, cum quibus concentratur potius ſpiritus Acidus, quam coagulatur, qualis eſt *creta*, cui ſuccedunt *oculi cancri*.

Quod ſi cui ſale lixivioſo uti libuerit, quo minor fiat ab ipſo effervescentia, temperet ipſum prius *ſpiritu volatili, vel oleo:* Unde *Sapo venetus* & *vulgaris* magnarum eſt in effervescentia compeſcenda virium: *Viſciditate* quoties peccat *humor pituitoſus*, toties incidendus attenuanduſque, tam *acidis* quam *gummoſis*, prout his vel illis magis auſcultabit humor peccans, quod prudentis eſt Medici capere & tentare.

Gummata autem varia occurrunt convenientiſſima in hoc affectu, *Galbanum, Sagapenum Ammoniacum, Opopanax* & ſimilia, quæ omnia, & ſingula pro re nata uſurpari poſſunt, & inprimis Pilularum forma uſurpari: Inter *Acida* quæ exhiberi quoque poſſunt, varii occurrunt arte parati *ſpiritus, ſalis, nitri, vitrioli, ſulphuris*, ipſumque *Acetum vini deſtillatum*, & quandoque non deſtillatum, cui ſi *bulbus ſquilla* infundatur, vocabitur *ſquilliticum*, egregium in hoc & ſimilibus, à pituita viſcida ortis affectibus remedium: Eidem Pituitæ viſcidæ corrigendæ conducit *Maſtiche, Succinum*, & ex ipſo paratus *Sal volatilis*, ut & ex *cornu cervi* ſublimatus, *caſtoreum, myrrha*, quinimo *chalybs* vulgari modo *præparatus*, aut *ejuſdem vitriolum*, cum quo parantur quorundam Pilulæ aperitivæ.

Pituita viſcidæ corrigendæ atque emendandæ, conducit ante omnia *Sal volatile* quodvis, vim habens humorem illum inſenſibiliter ad mediocritatem reducendi: unde omnibus commendo talium Salium præparationem & uſurpationem, ſive forma pareotur ſicca ſive humida.

Illud interim notandum, Salia volatilia ſicca forma parata, ubi ſubtilia exiſtunt, vix aſſervari poſſe, verum facile abire in auras: Præſtat proinde ipſa humidiore forma parare, aut humidis ſaltem & aquoſis diſſoluta ſervare ad uſum.

Bilioſus humor peccat inprimis ratione *ſalis ſui lixivioſi*, quod emendabitur ac temperabitur potentiſſime quidem per *Acida*, quoniam autem ſimul tunc excitatur Effervescentia, cujus ratione producitur hæc Affectio hypochondriaca, non ita tuto vel commode videntur in uſum revocari *Acida*, niſi temperata, & quidem ſpiritu volatili, cujus ope non parum infringitur *Spiritus acidi* ferocia, ut minor tunc excitetur ab ipſo effervescentia.

Ad *Salis lixivioſi* contemperationem, uſurpari quoque poſſunt *Acida oleoſis* mixta; pinguibus enim omnia temperantur acria, tam ſalina quam acida: Cavendum interim ab *acidis oleoſis*, quando præter *Sal lixivioſum* exuberat *in Bile oleum*, quod inprimis patet ex conjuncto in corpore calore, ardore, & febrili incendio majore. *Fr. Sylvius.*

80. *Ubi nota*) Pro ſcopis curationis obtinendis Nota.

1. Venæ ſectiones quaſcunque minus convenire per ſe, etſi quandoque indirecte juvent.

2. Inter Evacuantia convenire ſaltem *Diuretica & ſudorifera:* Certum eſt ſi largiter fluat urina, maximum eſſe levamen: Inter *diuretica* conveniunt ſalina non terrea, eaque non acida & volatilia ſalſa.

3. Nota quod baſis conſiſtat in *vomitu*, ut ſine ejus præmiſſione, reliqua remedia vel nihil vel parum operari ſoleant: unde dicunt optimum eſſe, ſi hypochondriaci literati omni ſpatio menſtruo, ad ebrietatem bibant & vomant; Si adeſt dolor abdominis vomitus optimus eſt.

4. *Purgantia* proprie dicta ſemper nocere hypochondriacis. In mulieribus hypochondriacis hyſtericis, ex levi uſu purgantium facile dyſenteria ſequitur.

5. Alvus ſemper ſervetur aperta, niſi alvum fluida eſt, ſemper ſolent exacerbati ſymptomata, capitis perturbationes & ſymptomata melancholica: Inter remedia quæ alvum ſemper ſervant apertam, excellunt Paſſulæ & *Paſſulata*, & hinc *Poma Borſtorffiana*; hinc optimus modus eſt, ut infundantur laxantia in ſucco dictorum pomorum, qui potus convenit hypochondriacis.

6. Utut *dulcia ſaccharata & mellita* noceant, quia fermentando aceſcunt, & affectus recrudeſcere faciunt, interim tamen *Paſſula*, quatenus ſunt temperatæ, optime conveniunt, inprimis viris non mulieribus.

7. Convenire remedia, quæ ſpeciatim dicuntur *antiſcorbutica*, imo vix ſine alterantibus ſcorbuticis curari poſſe. *Etmuller. Pr. p. 400.*

81. *Ex ſimplicibus*) In genere conveniunt aperientia dicta Hepatica, Splenetica, & omnia Stomachica, ut ſunt *abſynthium, fumar. card. bened. chamædr. chamæpyt. ſcolopendr. rad. gramin. armorac. acori, polypod. filic. helenii, fœniculi.* Egregia eſt *myrrha, g. ammon.* Etmuller.

K. *Ex compoſitis*) Salia lixivialia, *ſal abſynth. cichor. ſal ſtomach. Mynſichti, Sal. compoſ.* quod ex remanentia *ſpiritus ſalis armon. deſtillati* elicitur, egregium diureticum dictum digeſtivum hypochondriacum: *Item* citat. herbarum *eſſentia, decocta, infuſa. Succi* expreſſi amaricantes vegetabilea: *Etmuller.*

λ *Poma Borsdorfiana*) Ex quorum ſucco, vel horum defectu, malorum dulcium maturitatem adeptorum, *Pomaceum* melancholicis ab atrabilario humore adeo ſalubre eſt, ut omne potionis genus bonitate vincat, Quod me longo uſu, ratione duce comperiſſe profiteor, & complures melancholicos hypochondriacos, quibus jecur & meſenterium morbo cauſam dederant, ejus ope reſtituiſſe; Nam & tetros melancholiæ vapores multo, quam ſyrupus è ſucco pomorum efficacius diſcutit, & cordi lætitiam affert, & viſcerum atque humorum ſiccitatem, ferinamque qualitatem omnem demulcet ac contemperat, & alimentum copioſum corpori præſtat, & aſſuetis gratiſſimum exiſtit: Repudiandum vero id Pomaceum, quod ex malis dulcibus expreſſum dulce quidem exiſtit, ſed nondum ſatis concoctum, multoque magis quod fæcibus prorſus non depoſitis, turbidum & craſſum perſiſtit, nec inclareſcit donec aceſcat, copioſius quidem alimentum corpori ſuppeditat, ſed obſtructiones parit craſſique ſucci copiam aggerit. *Palmarius de Eleph. p. 307.*

82. *Syrupus pomorum redolentium*) Ad humorem atrabilarium contemperandum, efficaciſſimus etiam eſt *ſuccus bugloſſi*, cujus ℥ij. cum *ſacchari* ʒij. vel cum vini optimi æquali portione per x. aut xii. dies mane utiliter exhibetur. *Riverius.*

83. *Lienis*) Indicatio Lienis vitia emendare inſtruens, (ſive nimirum eadem obſtructio, ſive tumor aut dolor, vel ſimplex dyſcraſia fuerint) per remedia tum interna tum externa perfici, aut ſaltem tentari ſolet: Quæ prioris generis ſunt, cum iſtis quibus ſanguinis depuratio intenditur, eo incidunt; quippe cum præcipuum, aut fere totum illud quod Lieni imputatur, aut effertur, ſanguinis commeatu fiat, tum *laticis* hujus, tum *viſceris* iſtius anomaliæ, opere locali, conjunctis medicamentorum viribus ſanari debent. Interim applicationes quædam externæ, ſub forma Emplaſtri, aut Linimenti, aut Fotus, Lienis corpus proprius & immediatius reſpiciunt, & non raro juvamen inſigne conferunt, quatenus nimirum tumores diſcutiunt, fæculentias atrabilarias inibi ſtagnantes circulationi reddunt, quin & fibrarum corrugationes & affectiones ſpaſmodicas ſedant ac compeſcunt: Medicamenta porro, quæ *Sanguinis dyſcraſias*, Lienis vitio contractas, deponunt, ſimulque primariam Lienis culpam eluunt, multiplicis ac diverſi generis & moris exiſtunt, quorum delectus juxta variam hujus ac illius labem adhiberi debet, Duo enim ſunt præcipui ægrorum caſus, quibus remedia magiſtralia, ſecundum eorum vires ac qualitates accommodari debent, nempe, aut *Sanguis* eſt *craſſus, ſubfrigidus & terreſtris*, cum *Liene obſtructo*, cui medicamenta *calidiora, fermentantia*, ac inprimis *chalybeata* requirit: Vel *ſanguis* plane *aduſtus* ac fervidus ſupra modum fermeneſcit, ſimulque hypochondria valde æſtuant, in iiſque ſanguis & vapores ebulliunt; in quo ſtatu remedia ſolum *temperata*, humorum ζέσιν immodicamque ζύμωσιν ſedantia indicantur, ubi chalybeata omnia fugienda ſunt Cum itaque *frigido ventriculo, ſanguinis ac lienis* dyſcraſiæ etiam frigidæ acceſſerint, juxta formulas ſequentes præſcribere ſoleo.

℞. *Trochiſc. de rhabarb. pulv. rad. ari. corticis Winter.* āā. ʒij. *rad. ſerpentariæ virginianæ, contrayervæ, diatrium ſant. ocul. cancri* āā. ʒj. *extracti gentian. centaur.* āā. ʒiß. *ammon. ſol. in aqua lumbric. q. ſ. f. maſſa Pilul. capiat iv. Pilulas mane* & hora iv. p. m. ſuperbibendo hauſtulum *vini abſinth.* vel *chalybeati cum exercitio moderato.*

℞. *Conſerv. flaved. aurantii, limon.* āā. ℥ij. *myrobal condit.* n°. ij. *ſpec. aromat. roſat. cortic. Winteran* āā. ʒij. *ſalis abſinth.* ʒij. *vitrioli martis* ʒj. (*vel chalyb. præpar.* ʒiij.) *cum ſ. q. ſyr. cortic. citri ſ. Electuar. capiat bis in die ſuperbibendo hauſtum vini abſinth. vel infuſ. cortic. vel flor. tamariſci.*

Quibus medicamenta nonniſi in forma eleganti, & mole perexigua placent. *Tincturas Antimonii, è corallis*, etiam è *chalybe* cum ſpiritu vini (corpore prius per propria menſtrua ſoluto, & ad calcem reducto) paratas exhibere convenit; quin & *ſpiritus fuliginis*, item *ſanguinis* aut *cornu cervi*, ad guttas xij. plus minus, bis in die cum liquore appropriato ſumendos, commodo inſigni, ſupra quodvis aliud medicamentum ceſſiſſe novi: Porro potus aſſiduus *Coffee* dictus, etiam alter ex infuſione foliorum *Thée* paratus, nonnullis emolumento fuerunt: Quod ſi *affectioni* hypochondriacæ ſanguinis fervor, & nimia ζύμωσις cum *Lienis æſtu* & mentis inquietudine conjungitur.

℞. *Conſerva fructus cynosbati* ℥vj. (vel *flor. tamariſci & fol. Oxyacanthæ* āā. ℥iv.) *ſpec. diarrhod. abb.* ...

alter-

alkermes ãã. ʒj. *eboris pulver* ʒiß. *margar*. ʒß. *ſalis tamariſci*, *abſinth*. ãã. ʒj. *cum ſ. q. ſyr acetoſitatis citri* vel *caryophyll ſiat opiata, capiat bis in die quantitatem nucis moſchata*.

℞. *Eboris pulv*. ʒ j. *margar. pulver*. ʒj *ſpec. diarrhod. abb. diamarg. frig*. ãã ʒß. *f. Pulvis ſubtilis, adde ſacch. albiſſ. ſolutis in aqua meliſſa & ad tabulatum coctis* ℔ß. *f. ſ. a. Tabula, ſumat* ʒß. *ad* ij. *bis in die*.

His, aliiſque hujus farinæ medicamentis, adjungatur uſus *aquarum Acidularum*, quæ quidem in altero, imo in quibusvis melancholiæ hypochondriacæ caſibus, fere ſemper cum fructu ſumuntur: Quin & *ſerum lactis*, & ſi atrophia notabilis adfuerit, *Lac aſininum* quotidie ſumatur. *Willis*.

83. *Lienis & Hepatis Obſtructionibus*) Ad Obſtructiones ſenſim aperiendas, & humorem melancholicum ſenſim repurgandum ac contemperandum, laudat *Fonſeca* Pilulas ſequentes, quas *Diatartarum* appellat.

℞ *Sennæ pulv. & ſalis tartari* ãã. ʒj. *cinnam. pulv*. ℈ß. cum *ſyr. de limonibus fiat maſſa, cujus capiat Pilulas* iij. *ponderis* ʒß. per horam ante cœnam, ut bis, aut ter dejiciat.

Habet enim *ſal tartari* magnam vim domandi humores melancholicos & atros, nam trahit ad ſe proprietate quadam acetoſitatem, ut videre eſt cum permiſcetur *aceto*, aut *ſpiritui vitrioli*, quorum aciditatem tollit: Per *Salem* autem *Tartari* intelligit *Fonſeca cryſtallum*: Attamen non minus efficaciter *Senna* infundi poterit cum *ſale tartari*, & *guttis* aliquot *ſpiritus vitrioli in liquore idoneo*: Ad dictas obſtructiones aperiendas, nonnulli authores commendant *Decoctum radicis China*, quod utiliter interdum in uſum revocari poterit: Alii laudant *Saccum abſinthii concretum* in forma Pilularum, per ſe, vel cum *gummi ammoniaco* exhibitum; cui ſtatim *oxymel* factum ex decocto *radic. aſari* ac *liquir*. ſuperbibatur: Alii teſtantur *Decocto abſinth* aut *vino abſinth*. per xxx. aut xl. dies uſurpatu, melancholiam hypochondriacam fuiſſe curatam. *Riverius*.

84. *Ex his Acidula, Therma*) Habent omnino Acidulæ & Thermæ ſuos inſignes uſus, tum Medicos abſolute, tum Medico Politicos: Medicos quidem, quatenus aquæ ſunt medicatæ, prin ipſis activis fœtæ: De *Thermis* paucis dicimus, Purgare eaſdem, & quicquid agunt, agere ob ſal alkalicum, ſed nativum, ſeu ignis ſubterranei calcinatione in terra productum, cum aqueis particulis dilutum, unde abſtergendo purgant, & in morbis acidis proſunt, eorumque ſunt remedium, alkalinis nocent: Sit v. g. æger ſcorbuto frigido laborans, incipiente cachexia, laxitate viſcerum, *ſeroſi* humorum, acore prædominante, nervis ab humore frigido, ab acido, contractis & male habentibus, præſto ſunt exſiccandi & alterandi, quin & purgandi virtute Thermæ, Aſt uti laxis, humidis ichureſcentibus malis & ſubjectis ſimilibus proſunt, ita ſiccioribus, & ſcorbuto calido laborantibus nocent, quin ſæpe impingunt magis hinc partibus materiam tartaream, & ex hoſpite incolam faciunt; Hæc ut ſummatim de *Thermis* aſſerimus, ita certum eſt de *Acidulis*, per experimenta varia nota, odore, ſapore & effectibus aliis, inprimis quod cum gallis pulveriſatis mixtæ, in momento quaſi atramentum exhibeant & fæces nigricantes reddant, quicquid agunt, agere inprimis ob ſal acidum, vitriolicum, martiale, copioſo aqueo dilutum; Hinc *Acidulæ* ſunt remedium morborum Alkalinorum, ſcorbuti calidi v. g. in laxitate & phlogoſi viſcerum, in ſiccioribus, ita ut quibus nocent thermæ, iis proſint acidulæ hoc ſenſu, & vice verſa: Peccant tamen facile in utriſque ægri, & exceſſus hinc etiam in effectu ſentiunt, ſic ut uſi thermis, violento illo calore & ſale deterſivo exſiccentur nimis, indeque pejus potius habeant, ſero blando diluente abſumpto, contracturis vel factis vel auctis, quam auxilium ſperatum reportent, quod ſæpius vidimus; Adeoque ſerum nimis fere abſumunt Thermæ, & contra ea ſerum nimis adaugent Acidulæ, facile inde intumeſcentibus pedibus & ventre, unde medium tenuere beati, ſique ita uſurpentur utraque, ut non excedatur, moderamine Medico optime ſanitati profuerint: In utriſque purgandi vis eminet, & ob heterogeneitatem, & ſal deterſivum ac fermentativum; diverſo licet uſu; *Medico* vero *Politico* uſu; non minus commendandæ ſunt aquæ hæ medicæ, quatenus ſæpe immorigeri ægri in adhibendis medicamentis, in obſervanda diæta, hoc ipſo ſtratagemate rediguntur ad frugem, quatenus diæta tenuis & ſtrictior, recepta univerſali obſervantia locorum iſtorum, quo multi magni morbi curantur, his ipſis imperatur & impetratur ægris; quatenus *pota* copioſo diluente, ſalia efferata temperantur & educuntur è corpore, nauſeantibus alias ad ampullas & potiones largiores, ſæpe tamen neceſſarias ægris, quatenus mutatio aëris, victus, loci, multum ad ſanitatem confert, unde in Epilepſia, & aliis morbis chronicis & rebellibus, hæc à *Coo* præcipiuntur, ut taceam animum à ſeriis abſtractum, novitate loci converſatione variorum peregrinorum, aliiſque componi & demulceri, quod ipſum quoque ad ſanitatem non minimum confert: *Wedelius A. m. m. p. 279*.

85. *Acidulæ*) Cæteris remediis præſtant Aquæ minerales Acidulæ & vitriolatæ, quæ viſcerum intemperiem corrigendo, obſtructiones reſerant potentiſſime: Tales ſunt in Occitania *Meynenſes*, quæ magis refrigerant; & *Vallenſes*, quæ candidiores quidem, at obſtructionibus tollendis, & humori terreno attenuando ac detergendo multo efficaciores. *Riverias*.

85. *Acidula, Therma*) Obſervatum ſæpius fuit, hypochondriacos hilce ſulis curatos fruſtrà adhibitis aliis: Conſultum vero eſt, non tam empirice ad hoc velut ultimum aſylum ægros amandare, quam intimius noſſe quid præſtent, quid minus: *Acidula* cumprimis conducunt ubi, ſalvis pulmonibus & viſceribus, diluendi & temperandi ſunt humores, ac laxitas corrigenda villorum, magis ubi bilioſi humores, calidi, ſulphurei, volatiles, alkalini peccant, habitu corporis magis ſicciori & ſquallido: Vires ſuas debentes particulis vitriolicis leviter expanſis in aquam: *Thermæ* vero ubi humores acidi magis exuperant, & corpus laxiori habitu gaudet. *Wedelius Am. m. m. p. 170*

86. *Therma*) De Potu aquarum Thermalium, non levis eſt inter authores diſcrepantia: Nonnulli, ut *Sennertus*, omnino probant, quod hujuſmodi aquæ ob mineralia, à quibus ſuas vires habeant, & primas vias eluant, & vitioſos humores, qui in iis hærent, per alvum & urinas educant, ventriculum calefaciant, hepar & lienem roborent: Calefactionem autem & exſiccationem ab hujuſmodi aquarum uſu externo, non autem interno eſſe metuendam: Alii, ut *Claudinus*, omnino rejiciunt, ob dictam exſiccandi vim: Alii nec omnino rejiciunt nec omnino admittunt, ut *Montanus*, qui eas convenire ſentit propter frigiditatem ventriculi, quæ hujus affectus comes eſt individua, & obſtructiones: Ratione autem hepatis calidioris, & fervidi ſanguinis, vult muniendum eſſe hepar & lienem *ungu. refrigerante Galeni*: Tum etiam univerſam lumborum regionem eodem unguento inungendam: Hoc modo, ait, non nocere aquam, quia

magis figitur in ventriculo & locis frigidioribus, alia vero viſcera ſolum pertranſit, nec in iis moram facit. Nos vero earum aquarum uſum convenire cenſemus ſi ventriculus frigidior magnam craſſæ & pituitæ pituitam cumulet, & non admodum inſignis fuerit hepatis caliditas: Cujus partis noxa majori ex parte declinari poterit, ſi non ſolum ungu. prædictum admoveatur, ſed etiam Juſcula refrigerantia poſt ejectas aquas exhibeantur; & poſt integrum earum uſum Balnea refrigerantia & humectantia per aliquot dies uſurpentur. *Riverius.* Ab uſu interno Thermarum Borbonenſium, in Gallia, in peſſimum ſtatum deductum fuiſſe ſcio juvenem Theologiæ candidatum, Filium Reverend. Dom. Car. *Drelincurtii* Eccleſiæ Pariſienſis Paſtoris, plurimis ſcriptis illuſtris: Ille affectione hypochondriaca correptus, ab uſu prædictarum aquarum in tabem lethalem Genevæ incidit anno 1668. Si quidpiam calidiuſculum ingereret, adeo efferabantur humores ut protinus æſtus febrilis invaderet: Si quid frigidum illius temperandi gratia offerretur, atonia ventriculi ſuccedebat, ſumma illius gravitas & lientericus affectus: Præcipuæ ergo Aquarum ejuſmodi exhibendarum indicationes deſumi debent à ſanguinis conditione, qui in quibuſdam craſſus eſt, ſubfrigidus & terreſtris; in aliis fervidus & aduſtus, Prioribus utiles eſſe poſſunt, non item poſterioribus.

87. *Chalybs*) Ex minerali regno omnibus palmam præripiunt *Martialia*, ineſt namque vis inſignis *Marti* Acids abſorbendi, teſte Chymia, Notetur tamen ut permiſceantur alia, Si enim Mars concurrit in acido fortiori, degenerat in vitriolum, quibuſdam nauſeoſum, imo vomitorium, præſertim ſi Mars impurior fuerit, & tantillo licet veneris contagio inquinatus; à quo vitriolo tunc intra corpus emergente pertinaces vomitus ſuperveniunt: Aliàs *Mars* cum *ſpiritu volatiliori ſulph.* illitus reſolvitur *in crocum martis ſaccharinum.*

Reliquis omnibus præfero *crocum martis cum ſalibus.* Dum enim ſalia lixivialia concurrunt cum limatura martis, aggrediuntur partes acidas Martis, quo facto deſtruitur ſtructura corporis Martis, eoeuſque in corpus aſſumptus ſtatim eſt alkalicus, quod ab acido ventriculi ita coagulari nequit ut induat perfectam naturam vitrioli, deſtructo prius acido minerali.

Deinde laudo hic *Pulverem martialem antimonialem*, compoſitum ex *Martis p. j. & antimon. p. ij.* fixatumque per *nitrum* in tripla proportione additum, ex quibus fit medicamentum blandius ipſa *limatura Martis.* Etmuller *Diſput. 20.*

87. *Chalybs, qui præmiſſa*) Quando chalybeata conveniant, quando non, vide §. *Lienis.*)

87. *Chalybs*) Porro incidunt & corrigunt ſuo modo Acidum, *tartarus vitriol. tart. chalybeatus, Tinctura antimonii tartariſata, terra tartari fol. terra tartari ſoluta, ſpir. tart. volat. ſpir. carmin. de trib. ſpir. ſal. armon. cum liquore ex terra tartari ſol.* miſtus pro ſecreto ab aliquibus habetur: *Nitrum* depuratum commendatur præſertim ubi flatus aut phlogoſes magis urgent, cujus uſu deſperatos hypochondriacos feliciter curavit *Bartholetus Tr.* de *Dyſpnœa. Elix. Propr. Elix. ſtomacho Michaelis.*

Ex animalibus proſunt omnia generis præparata ex oſſibus, e. c. Ex marinis, *mater perlar. oculi cancr. corallia.* Etmuller.

87. *Chalybs*). Non parum præſtare conſueverunt ad obſtructiones hypochondriacas aperiendas, medicamenta ex *Chalybe* compoſita qualia in Obſtructionibus Hepatis & Lienis fuerunt propoſita: vitando tamen ea quæ multum calefacere aut exſiccare valent: Imo vero in corporibus calidioribus conveniet *Chalybem cum ſulphure aut aceto* præparatum, cum *conſerva borraginis & cichorii* ad formam Opiatæ permiſcere.

In delicatioribus conveniet *Syrupus ex chalybe* prædicto loco deſcriptus, aut *ſpuma* quæ manet in vaſe vitreo poſt vini pluries chalibeati evaporationem, cum dictis conſervis permixta.

At cæteris omnibus remediis palmam præripit *Sal*, ſeu *Vitriolum martis*, quod obſtructiones aperit, viſcera corroborat, eorumque calidam intemperiem emendat; Doſis illius eſt à gr. xii. ad xx. cum liquore idoneo, ſyrupo aut conſerva, Sed quia ſapor illius admodum ingratus eſt ſoleo ego in Pilulas reducere cum mucilagine *gummi tragac.* Uſus illius debet eſſe diuturnus. Pilulæ illæ duriores fieri debent addendo pulverem ipſius *Tragacant.* ac poſtmodum in phiala recondi, alioqui humeſcerent. *Riverius.*

87. *Chalybs*) Diſquirit *Highmorus* Tr. de aff. hypochondriaca, An chalybs in affectione hypochondriaca utilis ſit, & Qua ratione. Varias adducit ſententias, Sed per mechanicam genuina agendi Martialium ratio patet, quatenus humores fixi, acetoſi, auſteri, hoc modo edulcantur ſaturanturque; unde ſtatim & chylus dulcedinem ſuam recipit, evolvi aptior hinc redditus ſimul, & fixitus lymphæ, juxta ac acrimonia tollitur, quibus ablatis neceſſum eſt omnia vegetius moveri & munere ſuo fungi, tolli vero ſymptomata inde producta varia. *Wedelius Am. m. m. p. 71.*

88. *Evacuandus per medicamenta Purgantia*) Quia hic affectus contumaciſſimus eſſe conſuevit, & poſt univerſales vacuationes novus pravorum humorum cumulus temporis progreſſu ſolet ſuccreſcere, Purgationes periodicæ inſtituendæ ſunt, ut per intervalla corpus ab eorum noxa liberetur: Quod commodiſſime fiet Syrupo magiſtrali.

℞. *Succor. rec. expreſſor. & per reſidentiam depurat. ex fol. borrag. bugloſſi endiv. cichor. fumar. & oxalid.* ℔iij. *ſucci pomor. redol.* ℔ij. *polypod. qu. rec.* ℔ß. *ſenna mundato* ℥viij. *epith.* ℥iij. *agar. trochiſc.* ℥j. *zz. & caryoph.* ā ʒj. *Infundantur & de coqu. ſ. a. donec colat. ſuperſint quart. v. In quibus diſſolve expreſſionem* ℥j. *rhabarb. in prædictis ſuccis cum cinnam. ſeorſim infuſi, ſacch. albi quart. v. Fiat ſyrup. perfecte coctus, clarif. & aromat.* ʒij. *pulv. Elect. triaſant. qui ſervetur in vaſe vitreo: Doſis* ℥ij. *bis aut ter in menſe cum juſculo pulli, fol. endiv. acetoſ. borrag. & pimpin. alterato.*

Vel loco ſyrupi Pilulæ dari poterunt, hyemis tempore præſertim, quales in obſtructione hepatis, ſunt propoſitæ, Vel ſequentes magis correctæ.

℞. *Polypod. querc.* ℥ß. *rad. aſar. ſumm. geniſtæ* ā ʒj. *paſſul. corinth.* ʒiij. *cryſtall. tart.* ʒß. *flor. bugl. & borrag.* ā *p. ß. Coqu. in aq. fontis q. ſ. de colatura optime clarificata cape* ℔ß. *ſucci pomor. redolentium optime depurat.* ℥iv. *in quibus infunde Sennæ mundat.* ℥j. *turbeth. & agar.* ā ʒiij. *macis, caryophyll. cinnam. epithymi* ā ʒj. *Digerantur per quatriduum in M. B. poſt colentur & exprimantur, colatura adde extr. Aloes facti in aqua endiv. & acetoſa* ℥j. *myrrha in vino ad ignem diſſoluta & colat.* ʒij. *ſalis tartari* ʒj. *Evaporentur omnia & inſpiſſentur ad ignem lentum, addendo ſub finem, dum ferè evaporata erit materia ſpec. diarrhod. Abb. lætific Galeni & trochiſc.* ā ℈ß. *Reducantur in maſſæ Pilul. conſiſtentiam, detur* ʒß. *ſemel in ſeptimana, duabus horis ante paſtum.*

Pereda ſequenti Pulvere multos melancholicos curatos eſſe teſtatur, eumque benedictum & divinum appellat.

℞. *Epith.* ℥ß. *lap. lazuli ppt. & agar. rec. trochiſ.* āā ʒj. *ſcamm.* ʒj. *caryophyll. n°. xx. miſce f. Pulvis, Doſis* ʒiij *bis aut ter in menſe, cum ſero Lactis vel aqua borraginis.* Riverius.

Educentur ſola Alteratione inemendabiles humores prædicti, (*Pituitoſus & Bilioſus*) & exſuperantes, per vias convenientes, atque inprimis per alvum, utpote viam Naturæ commodiorem & faciliorem, tutius per vomitum, niſi deorſum expelli nequeant, aut ſurſum viam affectent humores peccantes: Pituitoſum humorem deorſum evacuant varia, inter quæ primas tenet *Colocynthis*, & ex ipſa parati *Trochiſci albandal*, *Agaricus*, *Hermodactyli*, *Turbith*, *Aloë*. Ex *Chymicis* laudantur omnia *Mercurialia*, tam *præcipitata* varia alba, flava, *rubra* &c. quam *ſublimatum dulce*; Conveniunt etiam hic Antimonialia varia, quamvis pleraque Vomitoria ſimul exiſtant: *Bilem* expurgant, *Rhabarbarum*, *Scammonium*, *Aloe*; *Tamarindi*: Ubi *Salina Bilis pars* inprimis peccat, uſurpari poſſunt commode rad. *Jalapa atque mechoacanna*, *Gummi Gotte*, & ſimilia; Inter Chymica conveniunt *Antimonialia*, Per *Vomitum* expurgant pituitam *Mercurialia*, & *vitriolum album* & *vitrioli Sal*, *Helleborus* albus una cum *Antimonialibus* omnibus, *Bilem* per *vomitum* evacuant commodiſſime *Antimonialia* quæ cum non minus pituitam educere ſoleant, & ſimul deorſum utrumque humorem propellere, atque inſuper tutius, quam *Mercurialia* queant exhiberi, illa cæteris omnibus præfero, ſi parentur ex *Antimonio vitro*, *regulo*, *croco metallorum*, *vita mercurio*, (qui medicamentum antimoniale) floribus Antimonii, & ſimilibus: *Fr. Sylvius.*

89. *Purgantia benigna, humectantibus caſtigata*) Purgantia, ſed Aperientibus juncta omne ferre punctum non ſolum in affectu hypochondriaco, ſed etiam quartana, cachexia, ictero nigro, ſcorbuto, ſtatuit *Wedelius am. m. m. p 71.* Regula practica, *inquit*, eſt communiſſima, *Nec Purgantia ſine Aperientibus, nec Aperientia ſine Purgantibus feliciter operantur*: Licet fortiſſima dentur Emetica, malum non cedit, quia exaſperatur: Licet generoſa dentur aperientia, malum non cedit itidem, ſed perdurat; conjunctis vero & ſociatis ſibi invicem his ipſis utriſque, feliciſſimus ſequitur effectus, idque iterandum ſi prima vice non ſucceſſerit: Utque hoc unanimi Practicorum conſenſu obtinet de divino, ſociando tamen per vices, ita notatu-digna eſt alia Obſervatio, *Aperientibus juncta Purgantia iisdem vires largiri majores*: Laudatiſſimus hanc in rem eſt locus *Martiani*, qui Purgantia innuit ſæpe aliis medicamentis addi, non ut purgent, ſed ut aliorum medicamentorum virtus intendatur, Medicamenta hæc, *ait*, ut longo experimento mihi notum eſt, ſi in minori quantitate quam pro Purgatione uſurpari ſoleant, Aperientibus medicamentis permiſceantur, ita ut vis aperientium prævaleat, nullo modo alvum movent, imo eorum virtus, quia maximæ eſt activitatis, ad vias ſudoris vel urinæ aperientium facultate converſa, horum vim adeo intendit, ut medicamentum evadat tum ad aperiendum, tum ad ſudorem aut urinam movendam efficaciſſimum: Horum uſum ſe docuiſſe, ait, Teutonicum quendam, qui eo pro ſecreto uſus eſt in curatione febrium, quæ in longum tempus protrahuntur, cujus efficaciam ipſe feliciſſimo ſucceſſu ſæpius ſit expertus: *Inter Germanos* celebravit inprimis uſum *Geſnerus in Epiſt.* Unde etiam *Oxymel helleboratum Julianı* & ejuſdem inclaruit, à quo in Pleuritide mira ſe vidiſſe teſtatur *Hofmannus* m. O. Valet hoc ipſum non tam in Pulveribus, quam in infuſis & decoctis; quæ etiam hoc nomine in obſtructionibus & febribus autem quartis ſunt laudatiſſima. *Wedelius A. m. m. p. 72.*

90. *Purgantia benigna*) Sunto lenia, fortiora enim inducunt peſſima inteſtinorum ſymptomata, ægrosque diſponunt ad dyſenterias, tormina & diarrhœas, Hinc proſunt hic *Pilulæ ex ammon. Quercetani*, quæ poſſunt acuari ſtimulo de *colocynth.* Radix *helleb. n.* quoque prodeſt, ſive adhibeatur inter Infuſa, quæ non ultimum in hoc affectu ſibi vendicat locum, ſive inter Pilulas: *Rhabarb.* tanquam aptiſſimum & promptiſſimum alterans & evacuans laudatur, à *Rhodio cent. 2 Obſ. Ermuller.*

91. *Per epicraſin*) Inprimis commendamus Practicis omnibus junioribus, ut *lente feſtinent*, nec præcipites ſint in quibuſvis medicamentis cum vehementer operantibus exhibendis: Satius enim eſt, bis blandius ægros ſuos purgare, quam ſemel violentius procedendo ipſis nocere, neque enim ſemper licet bis peccare. *Fr. Sylvius.*

92. *Balneis*) Poſt ſufficientem purgationem, Balneum aquæ tepidæ conveniantiſſimum eſt per aliquot dies uſurpatum, utiliter in eo coquuntur herbæ refrigerantes cum bona quantitate pomorum redolentium; Vel fieri non raro ſolet ex hordeo & amygd. contuſis in ſacculo incluſis, & in aqua decoctis: Frequenter iterandum eſt, ſi tempus anni fuerit opportunum; *Galenus* enim refert *8. de loc. c. 6.* ſolis Balneis aquar. dulcium ſe multos melancholicos curaſſe abſque alio medicamento: Si tamen æger forte frequenter nequeat integrum Balneum, ſemicupium ſubrogari poterit. Et ne lotio frequens ventriculo noceat in ingreſſu Balnei inungetur Ventriculus *Oleo nuc. moſch* aut alio ſimili Linimento; Ab exitu Balnei inungatur Hepatis regio *Cerato ſantalino*, vel *ungu roſ in oxycrato* locis. *River.* Dum Purgationes periodicæ uſurpantur, intermediis temporibus curandum, ut corpus univerſum Balneis humectetur, aut ſaltem ſemicupiis vel Fomentis, quibus & humoris peccantis inclementia frænatur, ejuſdemque reliquiæ conteruntur, & corpus humidius ac fluidius redditur; *Idem.*

93. *Clyſteres*) An iis quibus flatibus hypochondria diſtenduntur, miſſos facere oportet Clyſteres? Videntur nocere plurimum, quia intrudunt flatus. *Ballonius*

94. *Partium quas infeſtat roboratione*) Roborantia etiam intermediis temporibus uſurpanda, quæ ſimul Obſtructionum apertioni inſerviant, eaque frequenter componi ſolent in formam Opiatæ vel Electuarii ſolidi in Tabellas redacti E. g.

℞. *Conſerv. rad. bugloſſ* ℥ß *conſ. flor borrag. violar.* āā ℥j. *conſerv. roſ. & cortic. citr. cond.* āā. ℥ß. *myrobal. condit. n°. j. conſ. Alkermes* ʒ ij. *raſ. ebor. c. c. lapid. bezoart an.* ʒj. *pulv. el. lat.* Galeni, *& diarrhod. abb.* āā ℈j. *corall. ppt. & margar præpar. ãñ.* ʒß. *ambr gr* ℈ß. *moſch. opt. gr. v. fol. auri n°. iij. cum ſyr. de pomis vel cond. citri f. Opiata; doſis magnitudo caſtaneæ horis ij. ante paſtum ſingulis diebus ſuperbibendo vini albi parum.*

Simplicior & guſtui gratior Opiata fiet ex parte j. *confect. alkermes & part. iv. conſerv borrag.* Ad potentius obſtructiones aperiendas, ſi calidiora non multum metuantur, addi poſſunt Opiatæ. *conſerv. flor. tamar. &c. rad. enul camp. fol. abſinth. capill. ven. & ſales abſinth. tamar. &c.* vel hæ Tabellæ parentur.

℞. *Pulver diambr. diamoſch. d. latis Galeni* āā. ℈j. *confect. alkermes* ʒiij. *aqu borrag. & roſarum ſol.* ℥iv. *fiant Tabellæ deaurata pond.* ʒj. *detur und*

Inſtidie 2 horis ante paſtum Vel.

℞. *Conf. Alkermes* ʒij. *ambr. gr.* ℈j. *ſacch. aqu. naphæ & roſar. diſſol.* ℥iv. *f. Tabella.*

Ambra griſea ſola ad gr. v. vel vj. ſingulis diebus exhibita cum *vino*, aut *aqua roſar.* ſpiritus & calorem nativum vivificat, & cor maxime exhilarat: Nonnulli lapidis *Bezoartici* uſum valde probant adverſus omnes morbos melancholicos, utpote qui vires cordis mirum in modum reficiat, ejuſque grana v. vel vj. cum *aqua roſar.* aut alio liquore exhiberi debent. *Riverius.*

94. *Partium quas infeſtat roboratione)* Reparanda durantibus hujuſce affectionis hypochondriacæ paroxyſmis, quæ ægro depereunt; atque inprimis cum Animales ſpiritus minuantur, redintegrandi veniunt per *ſpirituoſa*, ſed ita temperata, ut ſolitæ effervescentiæ irritandæ non inſerviant, ſed potius eandem compeſcant; Unde pro ſymptomatibus ægrum quemvis affligentibus, mutatio aliqua erit inſtituenda: Primum tamen inter illa locum obtinet *ſpiritus vini*, vel ſimplex vel cum aliis compoſitus, & Tincturæ forma aliorum viribus imprægnatus *Cinnamomi* puta, *croci, caſtorei, Nucis moſch. cortic. citri, vel arantiorum,* plurium vel pauciorum ſimul conjunctorum; Quibus ſpiritus vini purior acrior videtur, infringi poteſt aqua pluviali aliave ſtillatitia, ex herbis variis & aromaticis, *roſarum, fœniculi, mentha, meliſſa, Borraginis, Betonica, Petroſelini, Pulegii*, & ſimilium. *Franc. Sylvius.*

94. *Partium, quas infeſtat roboratione)* Partium principum, capitis, cordis, ventriculi, lienis, hepatis, quæ diuturnitate & malitia morbi tandem læduntur, rationem habere oportet: *Caput*, quod potiſſimum afficitur, irrigando, ungendo, ut in vera melancholia: *Cor* quoque; quod vaporibus hiſce læditur & palpitat, epithematibus, ſacculis, roborando. *Ventriculum*, qui flatibus moleſtatus, eructat, externis interniſque confectionibus concoctionem promoventibus, non tamen nimis calidis, roborando; *Hepar Lienemque*, ne Indurentur, externis & internis cavendo. *Platerus.*

95. *Symptomatum averſione)* Paroxyſmorum ſedatio, aut ſymptomatum tunc maxime urgentium contemperatio neceſſaria eſt: Conſiſtit autem illa medicatio inprimis in *Effervescentia contemperatione, halituum elevatorum diſcuſſione. Dolorum lenitione, Situs ſubinde urgentis ſedatione*; & ſimilium ſymptomatum emendatione: *Effervescentia* contemperabitur inprimis medicamentis utriuſque humoris acrimoniam corrigentibus & temperantibus, quod pinguibus debetur & ſpirituoſis, ſed pro Effervescentiæ modo in ſingulis vario varie cum aliis contemperatis: Unde quod uni prodeſt medicamentum, nocet non raro alii, niſi omnis qualitatum exceſſus obſervetur in ipſo, unde imbecillius quidem erit tale medicamentum, ſed ſimul tutius: Opus eſt autem ut tale *medicamentum temperatum aqua* multa ſimul conſtet, atque ſimul pauco oleo, ſed ita ut *ſali volatili immiſto* ut aquæ ſimul queat conjungi: In eo namque conſiſtit primarium artificiū: Temperatum medicamentum conſtare debet *Aqua multa*, utpote quæ per ſe & ſalem lixivioſum & ſpiritum acidum diluere apta eſt, atque ſic ejus vim infringere: Huic aquæ conjungi debet *Oleum*, ſed *paucum*; utpote quod itidem & ſalem lixivioſum & ſpiritum acidum contemperare aptum eſt; Quoniam vero aquæ admiſceri nequit oleum, niſi mediante Sale lixivioſo, hoc ſimul adeſſe debet, aſt ſpiritu volatili ſimul correctum & volatiliſatum, poſtquam idem & volatilis ſpiritus itidem lixivioſum ſalem & acidum ſpiritum ſolet temperare. In tali ergo medicamento tria occurrunt, bina acria, Salem lixivioſum & ſpiritum acidum contemperantia, *Aqua, Oleum, & Spiritus volatilis Fr. Sylvius.*

95. *Symptomatum averſione)* Quarta Indicatio; *Cerebri* ac *nervoſi generis* affectiones, ſive *ſymptomata ſpaſmodica*, prioribus ἐπιγινόμενα reſpiciens, raro per ſe ac ſeorſim ab aliis in uſu venit; quin remedia huic ſcopo deſtinata cum ſupradictis complicentur: *Liquores ſale volatili* aut *armoniaco* prædıti, prout ſcil. *ſpiritus c. c. fuliginis*, huic intentioni, ſimulque non raro cæteris modo citatis apprime conveniunt; quapropter talia remedia, niſi quiddam contra indicat, opportuna hora quotidie exhibeantur: Porro cum *aquæ acidulæ* bibuntur, *Tabula*, aut *Pilula*, quales ad affectiones ſpaſmodicas præſcribuntur, ſaltem bis in die capiantur; In crebra *vertigine* & *Scotomia*, necnon *in cordis paſſionibus*, *ſpirituum deliquiis*, cum timore, & *mortis* quaſi jamjam imminentis metu; à *medicamentorum chalybeatorum* uſu, inſigne juvamen ſæpius collatum novi. *Willis.*

Tertia indicatio (*convulſionem per acida ſedatio*) obtinetur per omnis generis ſedativa ſeu confortativa, v. g. *cinnabarin antimonii, dentem equi mar. præpar. ebur. ſine igne, unicornu præpar. ungul. alces præpar.* Ex quibus ſpeciebus, præſtantiſſima fiunt præparata, quibus admiſceri poterunt Opiata, V. g. *eſſentia opii* ad modum *Langelotii, laud. op. Extr. theriac.* Et in ſexu ſequiori *Caſtoreum*, & exinde parata *eſſentia*, extract. *Aqua hirund. cum caſtoreo.* Etmuller.

95. *Symptomatum averſione)* Inter quæ crebro accidit Suffocatio *hyſterica ſimilis*, quam ſic curat *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 19.* Ceſſans, *ait*, ad tempus brevius vel longius Sanguinis effervescentia vitalis in corde, tum in Syncope, tum in hypochondriaca ſuffocatione, curanda *oleis aromaticis & ſalibus volatilibus* quibusvis, ſed maxime *oleoſis*, tacta ſemper aliqua pro ſymptomatum comitantium diverſitate, mixturarum varietate: ſicut enim cum dicta urget ſuffocatio, merito præfertur *caſtoreum ejuſque Tinctura*, & *ſalis ammoniaci ſpiritus*, ita ubi frigus tam externe quam interne urget valde in ſyncope, aliiſque affectibus affinibus, laudat præ omnibus *Ol. caryophyll. ſtillat.* ut & *terebinth. oleum* minus gratum, quod cum *ſpiritu vitrioli* effervescentiam excitat cum inſigni calore junctam, E: g.

℞. *Aqua puleg.* ℥ij. *theriac. ſimpl.* ʒvj. *tinct. caſtor.* ʒij. *ol. macis ſtillat. ſuccini* āā. *gtt.* iij. *ſyr. ſim.* ℥ß. f. Miſtura cochleatim exhibenda. Poteſt huic addi *ſpiritus ſalis Ammon.* ℈j. unde longe potentior evadet; vel cuivis miſturæ cochleari ad guttas, iij. v. adjici; Aut anguſti orificii vitrum, ſpiritum ſalis dictum continens in graviſſima ejus ſpecie naribus applicari: *Fr. Sylvius.* In paroxyſmo cum vapores ab hypochondriis elevati cor, cerebrum, aliaſque partes afficiunt, & gravia ſymptomata producunt, ut animi defectiones, palpitationes, tremores, convulſiones &c. ea uſurpanda ſunt quæ in Syncope & affectu hyſterico dari ſolent, At inter cætera *Laudanum* prudenter uſurpatum mira præſtat. *Riverius.*

β. *Caſſia uſum improbari, quia flatus generat)* Sed & ſuo virore ventriculum ſubvertit, quod ne cui mirum videatur, audemus aſſerere me lip. & lipothymias, & torſiones alvi, ab uſu *Caſſia* excitatas, imo & quaſdam ſtomachi ſubverſiones, flatuoſum enim quid habet & viroſum, quod ventriculo moleſtum eſt: Imo doctiſſimus *Rondeletius* obſervavit quaſdam affectiones catalepticas, corrigiſſe uſu caſſiæ & eorum quæ eam recipiunt, quoniam caput facile fumis replet

& ven-

& ventriculum ſubvertit: *Ballonius l. de virg. morb. p.117.*

β. *Caſſia uſum improbari*) *Delectus ejus habendus eſt*, Laxativa duplex in officinis, *Orientalis* vel *Occidentalis*, hæc affertur ex America, & eligenda eſt ea, quæ capſula ſua extracta, coloris nigri & nonnihil rubeſcentis eſt, Non aſſumatur autem auſtera, ſed potius dulcis & aromatica pro uſu medico, Pulpa ejus eliminat ſordes flaceſcentes: Vis conſiſtit in fermentatione, unde hypochondriacis, hyſtericis & gravidis minus convenit: Ex eadem ratione ii errant, qui mox in febrium principio eandem propinant, quia effervescentiam febrilem auget; Alias & contra ſtranguriam laudatur, ſed niſi recentiſſima ſit, facile aceſcit, & auget affectum: Rariſſime apud nos & nonniſi in clyſteribus uſurpatur. *Etmuller comm. Scroder. p.196.* Pro uſu laxandi alvum, Caſſiæ ſubſtituatur *Electuar. Lenit. officinarum*, uſu tutiſſimum.

δ. *Carminativis*) Flatus gravativi diſcutientibus, præcipitantibus, & aperientibus auſcultant; Methodus hæc eſt affectus hypochondriaci flatulenti & conſimilium curandi, ut *Martialibus* præſertim humectantibus aperiantur viæ, chyluſque dulcedine recuperata prompte evolvatur: Hæc qui noverit feliciter provehetur, Neque enim tantum flatus Colicam abſolute & ſolam faciunt, verum & chronicos, hypochondriacum & alios affectus, Faciunt huc ſicciora paulo inteſtina, tum actu, quatenus obſtructiones fovent, unde videas aliquando in hypochondriacis ſtercora inſtar caprarum globulata, Eo vero caſu,fruſtra fuerit carminativis anxietatem & dolores augere potius, quam tollere, tum potentia, ob acorem ſtypticum: Obſervationes ergo & experientia practica teſtantur ſemper ad vias ſimul reſpiciendum. *Wedelius A. m. m. p. 362.*

96. *Serum lactis*) Corpore ſufficienter expurgato, tempeſtate idonea, omnium vere aut æſtate, Serum lactis utiliter exhibebitur per xv. aut xx. dies; ſic enim viſcerum obſtructiones aperientur, & calida eorum intemperies emendabitur: Extrahetur autem Serum lactis per ebullitionem & clarificationem, in eoque commode infundentur per noctem *Epithymi* ℨij. *vel* ℨß. Quantitas illius ad robur ventriculi metienda eſt; Si tamen facile venas jam aliquantulum apertas pervadere queat, & per alvum ac urinas ejici, in maxima quantitate exhibitum, inſtar aquæ mineralis, multum proderit: hac cautione adhibita, ut ventriculus muniatur ſacculis & aliis, veſpertinis horis, Opiata roborana quotidie exhibeatur: Loco autem *epithymi*, aliquando permiſcetur ſero *ſuccus borraginis*, aut alii refrigerantes & appropriati, E. g.

℞. *Seri lactis caprilli* ℔iv. *vel* v. *ſucci limonum recent.* ℨiv. *ſucci pomorum redol. noviter extr.* unc. vj. *conſervat. roſarum aut violarum aut ſacchar. albiſſ.* unc. j. *cum duobus album. ovor. clarificentur*: *Capiat mane pocula* iij. *vel* iv. *vel plura*, *ſi ſtomachus ferre valeat*.

In corporibus valde emaciatis, reſeratis aliquantiſper obſtructionibus, *Lactis aſinini* uſus conveniret poterit cum *ſacchare roſaceo*, Sin obmurmurantia ſint hypochondria, tantillum *aromat. roſat.* vel *diarrh. abb.* erit utiliſſimum. *Riverius.*

97. *Aloes*) De Aloe ſeorſim quædam dicenda ſunt, & tangendum *Scaligeri* fulmen, *Exerc* 160. Qui negant, *inquit*, aloë jecur offendi experientiæ icutica digni ſunt; hoc per annos amplius xl. compertum habuimus: Verum eſt, de Aloë moderatius eſſe ſentiendum, illiusque abuſum, tunc temporis jam incipientem eſſe noxium, quatenus putant vulgo, *Qui vult vivere annos Noë, ſumat Pilulas de Aloe*; Aloe balſamica eſt & fel quoddam naturæ, bilis corporis balſamo tam ſimilis fere, ſi concretionem excipias, ac ovum ovo: Hinc quibuſcunque bilis deficit, iners, debilis eſt, cachecticis, pituitoſis, torpidis quoad alvum & mores, obeſis, toroſis, unice prodeſt, ſupplens quod deficiebat & corrigens: Quibus iidem excedit, & obſtructa eſt, *cyſtis*, præſente ſimul humoris ſeroſi coagulo, iis quoque, licet quaſi per accidens, confert, quatenus attenuat coagulum, bilemque ad excretionem deficientem ſtimulat: Qui vero bilioſi ſunt magis, bilem habent fervidam, acrem ſero magis privatam, ſiccioreſque ſunt, illis, continuato præſertim uſu, aloetica nocent, & quidem tum ſiccando magis, tum quod in aliis quoque commune eſt ejus vitium; quatenus teneſmum hæmorrhoidalem excitat, vel hæmorrhoides ipſas ciet; quo nomine ſolo *Scaliger* illam loco citato admittit & laudare cogitur, ſi id neceſſarium fuerit, poſita obſtructione earundem; Obſervatumque eſt nobis,bilem copioſius adfluentem hæmorrhoides immodicas ciraſſe in viro primario, Et certum eſt eos potiſſimum hæmorrhoides, imo ſolos quaſi pati, qui ſunt atrabilarii magis. *Wedelius Am. m. m. p. 171.*

Aloetica multis hic ſunt in uſu, quo etiam *Pilulæ Francof.* pertinent; verum omnia aloëtica plus nocent quam proſunt, propter virtutem adſtrictoriam quam poſt ſe relinquunt ordinario; *Etmuller.*

98. *Urgente flatuum copia*) Methodus hæc eſt affectus hypochondriaci flatulenti, & conſimilium, curandi, Martialibus præſertim humectantibus aperiantur viæ, chyluſve dulcedine recuperata prompte evolvatur, Hæc qui noverit feliciter provehetur, Neque enim flatus colicam abſolute & ſolam faciunt, verum & chronicos, hypochondriacum & alios affectus: Faciunt huc ſicciora paulo inteſtina, *tum actu*, quatenus obſtructiones fovent, unde videas aliquando in hypochondriacis ſtercora inſtar caprarum globulata, Eo vero caſu fruſtra fuerit carminativis anxietatem & dolores adaugere potius, quam tollere, Tum *potentia*, ob acorem ſtypticum; Obſervatione ergo & experientia practica, ad vias ſemper ſimul reſpiciendum, & in colica ad carminativa utique confugiendum, modo cætera dicta ſint paria. *Wedelius.*

99. *De Diæta*) Humori melancholico acidiori temperando conducit 1. *Aer* calidior ac ſerenus; quoties talis haberi poteſt à Solis æſtu, cujus vices gerit ignis ex lignis ſuaveolentibus, *juniperino* & ſimilibus, vis namq; iſtorum lignorum aromatica & ſale volatili blando abundans, unà cum aëre inſpirata, ſenſim temperat in nobis acidum exſuperans.

ij. Quodvis *alimentum* temperatum, ſed aromaticis conditum,ut & quodvis alimentum valde ſpirituoſum; denique quodvis alimentum pinguedine ſubtili prædirum: Dixi 1. *alimentum temperatum*,h.e.blandiſſimum, atque nullomodo à mediocritate recedens, pene inſipidum ac inodorum,non valde pingue aut ſpirituoſum, quale ſunt plerorumque animalium juniorum carnes, ova,panis &c.Tale alimentum per ſe humores quoſvis acriores lenit ac demulcet;potentiùs autem ac efficacius idem humori acido præſtat beneficium, ubi aromaticis eſt conditum, à quibus ſcil. aciditas infringitur temperaturque aptiſſime:Dixi.2. conducere alimentum *valdè ſpirituoſum*,quod in primis obſervatur in *potu*, vino puri generoſo,cereviſia potentiore, hydromelite, ſucco fructuum quorumvis &c. fermentato ac vinum mentiente: *Alimentum* 3. *pinguedine ſubtili præditum*,cujus ope quodvis acre demulcetur &obtunditur,ac ſæper abſque ulla formidine noxæ ullius,acidum: ſubtilē laudavi *pinguedinem* & maxime fluidam, quippe quæ

parum in ſe continet Acidi, quod majori copia ineſt pingui coagulato, quale ſebum, poſtquam omnis ab acido fit pinguis coagulatio.

III. Humori acido temperando, conducit *corporis motus* moderatus, non item immoderatus: ut nec Otium, & multa *Quies*: moderato namque corporis motu, perfectius obeuntur omnes corporis functiones, promoveturque ſpirituum animalium generatio & quaquaverſum propulſio, unde blandiores exiſtunt humores quivis, adeoque melancholicus quoque, quem optamus temperatum, Immoderato vero corporis motu, ſicut multi exhauriuntur ſpiritus animales, ita deſtituuntur neceſſario iiſdem humores omnes, qui proinde tunc exiſtunt acriores: Quiete autem torpida, ſicut ſegnius obeuntur omnes functiones, itá minus ſufficienter fermentatis tunc alimentis, pauciores ſeparantur ſpiritus in cerebro, pauciores proinde quaquaverſum feruntur ad partes omnes, minuſque ab ipſis temperantur humores acres, ipſeque adeo ſuccus melancholicus p.n. exiſtens acidior.

IV. Huic ſucco melancholico acidiori temperando, conducit *Vigilia moderata*, non item nimia, vel *Somnus* multus, cujus eadem pene ſit ratio, quæ motus & quietis, plura non addimus.

V. Ex *Animi affectibus* conducit *Ira*, ſed moderata potius quam excedens, cujus vi agitatur ſolito magis, & quaquaverſum propellitur bilis, quæ ſucco acido permiſta ipſum reddit magis temperatum.

Eidem autem *Humori melancholico Auſteriori* corrigendo conducit I. *Aer æſtuans blande* & multum *ſerenus*, cujus ope ſicut fructus omnes prius auſteri acerbique paulatim dulceſcunt, acerbitatem ſaltem ſuam mutant, itá non improbabile, ab eodem humorem acerbum in nobis exiſtentem fieri blandiorem & quaſi dulceſcere.

Eidem humori auſteriori corrigendo conducunt II. *alimenta ſpirituoſa & aromatica blandiora*, vinum generoſum, vinique ſpiritus ſuaviſſimus, qualem exhibet malvaticum. *Aromata* blandiora condimenti loco addi poſſunt, & cibis & potui cuivis.

Conducet III. ex *animi affectibus*, *gaudium* perſeverans, mœroris noxas, ideoque auſteritatem quoque tollens ac emendans.

IV. Conferet *motus corporis* mediocris, quatenus animalis ſpiritus quaquaverſum propellit, unde ad pancreas quoque delati, humorem melancholicum blandiorem præſtant.

V. Eidem humori auſteriori corrigendo, plus confert *Somnus* aliquanto longior quam *Vigilia*, vel minimum excedens; quoniam durante vigilia, non tam propelluntur quaquaverſum, ſicuti fit per motum, quam exhauriuntur conſumunturque ſpiritus animales, unde propter vigiliam ſemper acriores fiunt omnes in corpore humores, nunquam blandiores, quod de motu blando dici non poteſt.

Humorem acidum auſteriorem ut prius correctum quæ *educant evacuentque alimenta* vel condimenta vix occurrunt, præter *ſambuci ac ebuli folia* teneriora, & *nondum explicatos ipſorum flores*, ſi parum coquantur & in principio aut medio prandii cœnæve cum aceto vel aliter uſurpentur, Alvum namque ſubducunt, atque humores ſeroſos blande expurgant, & aliquando etiam per vomitum. *Sylvius Append. Tr. 9. §. 199. ad 222.* Hæc Diæta competit Humori melancholico, ſeu melancholiæ naturali, frigidæ ſiccæ.

[99] *De Diæta*) Inter præcipua hoc habendum eſt ut *Alvus* ſemper *laxa* ſervetur; ideo æger plura medicamenta debet habere familiaria, quibus frequenter utatur ante cibum, modo hoc modo illo, ne ullum ei veniat in faſtidium: In hunc finem uſurpari poterunt ſyrupus magiſtralis & Pilulæ prædictæ (Vide §. *Evacuandus per medicamenta purgantia*) tum etiam ea quæ cap. de Alvo adſtricta proponuntur, Quibus addere licet ex *Montano Terebinthinam Cypriam*, ad quantitatem avellanæ deglutiendam tribus horis ante prandium, ſemel, bis aut ter ſingulis ſeptimanis; nam præterquam quod alvum mollem efficit, ventriculum etiam purgat, obſtructiones aperit, urinam provocat, calefacit ventriculum, neque propterea hepar lædit, imo & illi mirum in modum confert aperiendo, abſtergendo & mundificando.

Pro *Potu* ordinario uti poterit *aqua extinctionis auri*, vel *infuſionis tamariſci*, *agrimon. pimpinell.* cum *vino tenus ſimplici*, vel medicato tempore vindemiarum cum *radic. bugloſſi & borrag.* adjectis *flor. anthos* in parva quantitate, & *ſantalo albo*.

Decoctum *rad. cynoſbati* à quibuſdam plurimum laudatur, aperit enim & roborat partes omnes naturales: Decoctum *ligni nephrit.* viſcerum obſtructiones citra ullam manifeſtam corporis alterationem reſerat: At frequentius uſurpatur aqua ex infuſione chalybis parata; Quæ omnes aquæ, vel decocta, cum vino commode miſceri poſſunt. *Riverius.*

Differentiæ.

[100] *Differentiæ* à partibus ſumuntur.

I. Alia eſt *per Eſſentiam*, quam hactenus explicavimus.

Alia per [101] *Conſenſum* aliarum partium, & hæc.

II. Alia eſt [102] *ſtomachica*, quæ.

Cognoſcitur ex ſputi poſt paſtum frequentia, [103] ructibus acidis & æruginoſum quid reſipientibus, orificii & faucium vellicatione, quâ ſic affecti hauſtum frigidum deſiderant, fluctuatione, rugitu & æſtu in hypochondriis, vehementibus ventriculi doloribus, qui nonnullis ad dorſum uſque procedunt, concoctis cibis quieſcunt, mox aliis ingeſtis revertuntur, &c.

Curatur Evacuatione, divertentibus per ſanguinis miſſionem & cucurbitas, ſi dolor ingens affligit. Extergentibus, ſiccantibus, [104] roborantibus.

Alia [105] *Epatica*, quæ.

[106] *Cognoſcitur* ex dolore hypochondrii dextri, eduliorum faſtidio, febre lenta & erratica, doloris ad humeros & claviculas extenſione, ventris à cibis ingeſtis torſio & ſuffocatio: anguſtia & anxietas circa œſophagum propter flatus, urina flavo colore tincta, ſitis intenſa &c.

In *Curatione*, quam in intemperiebus vide, [107] ſi hæc ſit calida, *ſerum lactis* cum ſucco limonum vel *pomorum* redolentium recens expreſſo, confert.

Alia

Alia [108]. ab *Vtero*, cujus ſanguis vitioſus facillimè, vel è venis in arterias propter anaſtomoſes, vel ex arteriis in hypogaſtricam quæ ventriculo, pancreati, omento, tenui inteſtino, &c. ramos largitur, mox in cœliacam regurgitat.

[109]. *Cognoſcitur* ex illis accidentibus, quæ hyſtericis accidere ſolent.

In [110]. Curatione habenda eſt affectuum uteri ratio.

Alia [111]. *Hæmorrhoidalis*, ex hæmorrhoidum ſuppreſſione accidens.

100. *Differentia*) Notabilis, & facile primaria Hypochondriacæ affectionis differentia hæc eſt, quæ petitur ab utriuſque humoris peccantis diverſitate, Vnde ab humore *pituitoſo & acido* quæ pendet, cum fere comites habeat Ructus Acidos, non incommode vocari queat Acida, ut pote cruditati, *Acida vulgo dicta*, juncta: Ab *humore bilioſo* vero, & cum amatore olidum & ingratum odorem, ſive nidorem ſpirante, cum ructibus nidoroſis quæ oritur, Nidoroſa dici queat, utpote quæ cruditati Nidoroſæ vocatæ copulatur: Si cui libeat, non incommode media ſpecies addetur, ex utroque humore medio modo ſe habente orta, & nec acidos nec nidoroſos ructus, ſed inſipidos potius comites habens, atque cæteris blandior, quintimo curatu facilior. *Fr. Sylvius.*

100. *Differentia à partibus*) Cum ſingulorum pene morborum peculiares ſint gradus ac differẽtiæ, nec non ob membrorum communicantium diſparitatem in eodem morbi genere diſtinctæ ſpecies; idcirco neminem mirari ſubeat eandem in hypochondriacis affectibus diverſitatem, uſu quoq; venire, tum ob tot partium nutritioni famulantiũ, quæq; longa ſerie in imo ventre cõprehenduntur, varietatẽ, capacitatẽ ac ſitum, crudis humoribus excipiendis idoneum, tum ab alimenti ingeſti cujus merito uberrimo ſemper ſcatent illuvia proventu, impuritatem: Reſultat hæc ex cujuſque partis ſobſtantia, magnitudine, conformatione, ſitu, facultate, nexo, atque conſenſu, quæ ſingula curandi formam mirandum in modum immutare puſſe, variaſque ac plane contrarias exhibere medendi intentiones nemini obſcurum eſt. *Matt. Martins 282.*

100. *Differentia à partibus ſumuntur*) De Partis affectæ denominatione tot venduntur litigia, quot fere hodie extiterunt Practici: Sunt enim qui nullam determinatam affici exiſtimant partem; ideo forſitan quia obſervarunt nonnunquam in acerbis paſſionibus hypochondriacis, patientes non habere, de qua abdominis parte ſpecifice conquerantur; Alii quorum animos laſciva varietatis perſerpſit aviditas, varias elegerunt partes, ob quas affectionem hanc in varias diſcerpſerunt ſpecies, prout fecit *Matthæus Martini, de morbis meſent. pagin. 152.* diſtinguendo in meſentericam, ſtomachicam, Hepaticam, Spleneticam, Cardiacam, Hyſtericam, Hæmorrhoidalem, Melancholicam ſeu Phantaſticam; Præ cæteris phantaſiæ] mire indulgent ij, qui ſpatium iſtud inter ſtomachum & diaphragma pro ſede ordinaria, aut ſaltim pro nido tot flatulentiarum exiſtimant, Inter quos ſunt *Levinus Fiſcherus*, qui edidit peculiarem Tractatum *de loco & foco mali Hypochondr.* per motus *aph. 57 7.* Venæ Portæ ramos & arteriæ cœliacæ & meſentericæ, *Sennertus* utplurimum accuſat. Nos unicam agnoſcimus partam primario affectam, ventriculum. *Emmuller. Diſp. de malo Hypoch.*

101. *Per conſenſum aliarum partium*) *Matthæus Martini De morb. meſent. abſtruſ. pag. 282. Hippocrate* duce, Hypochondriacæ affectionis octo ſpecies conſtituit, ad quas reliquas accommodari vult, 1. meſentericam. 2. Stomachicam. 3. Hepaticam. 4. Spleneticam. 5. Cardiacam. 6. Hyſtericam. 7. Hæmorrhoidalem, 8. Phantaſticam ſeu melancholicam, Vide lib. 2. cap. de melanch. hypochondr.

Affectio Hypochondriaca *meſenterica*.

Meſenterica reliquas & ſymptomatum vehementia & inſultuum frequentia præcellit, à tubulorum meſaraicorum, qui intra ventriculum & hepar ſunt conſiti, obturatione oriundi, cujus gratia evenit, ut ex alimento ingeſto ſanguinem exſugere, eandemque per univerſum corpus tranſmittere nequeat, quæ poſtea inibi coërcitus, incaleſcenſque, vel effervеſcit, vaporeſque vitioſos & acies undequaque diffundit, vel deteriorem quandam ſubſtantiæ conditionem ſubiens, plurimorum malorum author exiſtit.

Indolem hujus, cauſas ac ſigna cumprimis ex *Hippocratis* traditis petere licet Notas &c.

Curationis modum in curatione *Morbi Sicca vel*, ab eventu ſic denominari, *2 de morb. ſect. 71.* hiſc canonibus exactiſſime complexus eſt.

Præcipit enim 1. Vt ſub initium modice purgetur patiens deorſum, poſtea per ſuperiora & à capite.

2. Vomat poſt cibos & à ſuccis, abſtineat a dulcibus; oleoſis, pinguibus & ebrietate.

3. Lacte & ſero aſinino, pro anni tempore fruatur.

4. Frigida in vere & æſtate lavet.

5. Hyeme & autumno hypochondria inungat.

6. Deambulet & modice ſe exerceat ſin debilior, ſit iter faciat.

7. Cibis frigidis alvum ſubducentibus utatur.

8. Si venter non egeſſerit, molle infuſum per clyſteres injiciatur.

Quibus equidem ſcopis integram curationis ſummam, & quæ in victus ratione rerumque non naturalium pene omnium adminiſtratione legitima, cum evacuatione alteratione, meatuum exterſione, materiatum à capite diverſione & confortatione verſatur, ſtrictum propoſuiſſe, nemo inficias ire poterit.

Affectis Hypochondriaca Splenetica.

Speciem hanc *Hippocr. l. 2. de morb. tx 78.* ſub nomine *Morbi atri* exprimit, à colore qui utplurimum ſimilis efflоreſcit humori, cujus dominatu corpus tenetur.

Bilem, ait, atram veluti fecem vomit, quandoque inſtar ſanguinis aut vini ſecundarii, quandoque uti polypi atramentum, nonnunquam acre, veluti acetum, quandoque ſalivam & pituitam, interdum & bilem cum virore pallidam. Et ubi quidem nigrum cruentum vomuerit, cadaveris fœtorem refert, fauces & os à vomitu aduruntur dentes obſtupeſcunt & id quod vomitu ejectum eſt terram elevat, Et poſtquam vomuit, paulo melius ſe habere putat, Et neque ſine cibo eſſe, neque copioſiorem cibum ferre poteſt, verum ubi ſine cibo manet viſcera ſugunt & ſaliva acida ſunt: Cum vero cibum accepit, gravitas in viſceribus adeſt, pectus ad dorſum veluti ſtylis pungi videtur, dolor tenet latera, febris ſubeſt debilis, caput dolet, oculi caligine ſuffunduntur, crura gravantur; color ſubfuſcus eſt quandoque conſumitur.

Curationem *Hippocrates* ibidem ſummis hiſce capitibus complectitur.

Pharmacum frequenter exhibendum eſt, & pro anni tempore lac & ſerum conferendum.

2. Per intervalla vomendum.

3. Capiti providendum.

4. Si vires reſponderint, de manibus ſanguinem detrahendum.

5. Alvus ubi non egeſſerit, infuſum clyſmate immittendum.

6. Fomentis ante paſtum utendum.

7. A Sole, exercitiis validis, ebrietate, Venere & calida abſtinendum.

8. A cibis dulcibus, oleis, pinguibus, frigidis, alvum nimiopere ſolventibus, acribus & ſalſis animus revocandus.

Notas Hypochondriaci mali per conſensū ab obſtructione Meſenterii, ac tubulorum ipſius, *Hippocrates* tam appoſite refert, ut nihil ad pleniorem inquiſitionem deſiderari poſſe videatur. Hunc enim in modum *lib. 2. de morb ſect.7.* affectum iſtum inducit.

Non inediam, non cibum ſumptum ferre poteſt, ſed jejuno quidem viſcera rugitum & edunt, & ventriculi os mordetur, & alias alia vomit, bilem, ſalivam, pituitam & acre, Poſt vomitionem aliquantiſper melius habere videtur, ubi autem cibum ſumpſit, ructus ei contingunt, cum rubore inceditur, ſemper ſe copioſum alvi excrementum abjecturum exiſtimat, cum vero deſiderit. flatus infra demittitur, caput dolore vexatur, totum corpus huc & illuc acu pungi videtur, crura gravantur, debilitantur & imminuuntur.

Curationis modum &c.

102. *Alia ſtomachica*) Imo omne à Ventriculo habere natale, ſtatuit *Hofmannus Inſtitut m.lib 3.cap.61.* Agnitio prima, *inquit*, fit ex difficili ventriculi coctione, hujus inſeparabile ſignum eſt flatus poſt cibum, ut enim in culina parvus ignis, injectis pluribus lignis multum dat fumi, ita hic: Hi flatus, vel tumorem tantum ventriculi faciunt, vel diaphragma etiam comprimunt; hinc dolor in dorſo fere, cum denſa reſpiratione, Hi ipſi cum increverunt κλύδωνας Græcis dictos, *fluctuationes* cauſantur, quas ſi ſequantur ructus acidi multi, aut etiam crepitus ventris, levantur ægri: Hoc tempore ſi curetur malum, bene habet, ſin increſcit, tantopere diaphragma comprimitur, ut conquerantur de doloribus incredibilibus, quippe qui nullis cedant remediis, neque quies ſit ulla, uſque dum aut evomuerint cibos, aut dejecerint: Hoc accidit vel ſtatim à cibo, vel poſt aliquot horas, quibuſdam media nocte, aliis mane: Non deſunt quibus ad cor repant flatus & palpitationem faciant, Et hæc quidem fundamenta ventriculus jacit: à quo cum chylum heri confectum vitioſum accipiant vaſa meſaraica, hodie vitioſiorem, & ſic deinceps, quid boni ſperes? Quibuſdam ora dictorum vaſorum ita occœcantur, Ut ἀναδόσεως ſpes nulla ſit: hinc quaſi perpetua diarrhœa: Quibus aliquid tranſit, quia nonniſi crudum, craſſum inelaboratumq; eſt, non poteſt id non facere obſtructionem in meſenterio & interjectis glandulis præcipue Pancreatis, quæ obſtructiones jam huc pertinent: Quibus plus tranſit, & ad hepar lienemque pervenit, quem jam ſanguinem ſperes? profecto craſſum & pituitoſum, qui ipſe prompte obſtruit, &c. Hactenus *Hofmannus.*

Miſſis aliorum ſententiis, unicam cum *Highmoro pagin. 73. Barbette, pag.140. & Hoeſtettero Dec. v. Obſerv.* aliiſque agnoſcit *partem primario affectam ventriculum*, Siquidem id teſtatur *partim* dolor patientum perceptus in ſcrobiculo cordis, loco naturali orificii ventriculi; Interim plane non negamus, *addis*, ſæpius etiam intra curvaturam inteſtini coli ſigmoideam hærere tam pituitam viſcidam quam ſcybala nimium indurata, dolorem tunc per conſenſum cauſantia, unde tunc querela inſtituitur de dolore hypochondrii ſiniſtri ſub coſtis inferioribus ſpatiis, ſub quo ſimul ventriculus à ſubjacente colo flatibus expanſo, atque ſed vehementius dilatato comprimi ſolet; *Partim* teſtimonium perhibet de recte aſſignata parte affecta Medici *curatio*, quippe qua conſtat vix meliori via, ratione poſterioris abigi malum, quam præmiſſis præmittendis exhibito Vomitorio. *Ettmuller Diſput. de Malo Hypoch.*

Cauſa proxima malorum in hac affectione complicatorum, eſt *ſtomachi cruditas acida*, ſive *Acidum ventriculi vitioſum*, ex defectu vitioſo digeſtionis primæ, in ſtomacho enatum, à quo omnia reliqua ſymptomata originem ducunt, Ex chylo acido depravatur ſanguinis craſis, hinc deficit ejuſdem ſpiritualeſcentia, hinc aceſcit lympha, hinc hebetatur bilis irritaturque genus nervoſum: Ex his quaſi punctis omnes lineæ deducendæ ſunt, quæ depingunt malum hypochondriacum, cujus centrum ſit ſtomachus, Nempe vitium hæret *in fermento digeſtivo* nimis acido, nec debite volatili ſpirituoſo, unde egregie quidem appetunt alimenta, aſſumpta prompte diſſolvunt, ſed minus fermentant, & degenerant in paſtam acidam plus minus viſcidam, unde in inteſtinis concurrente bile, copioſi generantur *flatus*, Si perverſe efferveſcat cum bile, *phlogoſes* generantur Vagæ; à *flatibus* generantur *borborygmi* frequentes, *lancinationes &c.* Hypochondriacorum excreta ſunt *Pauca & indurata*, quia coagulantur ab acido, plus minus auſtero; ſicut enim bilis volatilis fluidas reddit fæces, ita acidum eaſdem coagulat, unde quia firmiores redduntur, in cellulis diutius retinentur, & ſegnitiem alvi inferunt.

A tali Acido & *dolores inteſtinorum lancinantes & convulſiones* oriri eſt res clara; acidum cum chylo nutriente non rite in primis viis correcto delatum ad maſſam ſanguineam, ejuſdem craſin inquinat, eamque plus minus craſſam, & minus fermentativam reddit, hinc non pauci *palpitationes iſtas* cordis derivant à grumoſo ſanguine, plus minus coagulato, circa auriculas in ventriculis cordis hærente, unde ſanguis & ſpiſſus & craſſus obſervari ſolet; ſanguis enim ita craſſus minus ſpiritualeſcere valet, & ſpiritus animales non in debita luciditate generari poſſunt, unde *triſtitia, mœror, anxietas* & ſimilia pathemata melancholica ſuperveniunt, quinimo dum ipſum genus nervoſum, quod chylo nutriri ſolet, vitioſo acido irritatur, neceſſitatio varii *Spaſmi* & ſymptomata convulſiva ægros affligunt, & in ſpecie circa hypochondria tam varia doloribus affliguntur, Imo dolores *tenſivi hypochondriacorum iliaci*, quos crebro patiuntur, *& tenſiones capitis circa* tempora, ſunt nihil aliud quam ſpaſmi membranarum in dictis locis ab acido p. n. irritatorum: *Vertigo, dolor capitis*, &c. quod ex ſtomacho oriuntur notum eſt: *Cauſa proxima* ergo *eſt acidum* exceſſivum? minus ſpirituoſum, quod pro ratione ac dicatis infert omnia ea ſymptomata. *Idem Pr. lib. 2. pagina 394.*

103. *Ructus acidi & æruginoſum quid reſipientibus*) Ructus originem ducunt materialiter & proxime ex materia viſcida, intra quā efferveſcentiæ motu ſucceſſivè generantur, & in qua turgeſcente, non aliter atque aër intra bullam includuntur, ita ut quo viſcidum ſit copioſius in corpore, eo etiam copioſior fiat flatuum proventus: Quod ipſum duorum liquorum monſtrat Chimica miſtio, quorum ſi alter ſubſtantia abundaverit ſpiſſiori, largior longe flatuoſorum halituum producetur copia.

Videntur autem Ructus tales ſeu flatus, maxima ſui mole nihil aliud eſſe, quam aër latitans intra materiæ viſcidioris ex alimentis aſſumptis genitæ poros, qui ex iiſdem, præſertim alkalicarum particularum ſpatiolis, per irruens acidum, ſub mutua harum activitate exturbatus, virtute ſua elaſtica ſe pandit, & ſubolionibus materiæ efferveſcentis halitibus ſociatus erumpens, tandem eaſdem cum alimentis aſſumptis, quoad ſaporem & odorem fere prodit qualitates. *Ettmuller Diſp. §. 12.*

104. *Roboran-*

104. *Roborantibus*) Ventriculo Roborantia admovenda ſunt, quoniam illa pars in hoc affectu perperuo laborat: Ideoque *Fomenta*; Vnguenta, Emplaſtra & Seuta in affectibus ventriculi propoſita, in uſum revocari poterunt; Tum etiam *Interna*, quæ hepar minus calefacere poſſunt, ac præcipue *Pulvis Pepticus* à paſtu ſumendus. *Riverius.*

Remedia Ventriculi *tonum ac fermentum* ſpectantia, cum multiplicia ac diverſimoda fuerint, ex iis cujuſque ventriculi craſi maxime accommoda ſeligantur; namque huic *amara*, illi *ſalſa*, alteri *acida*, aut forſan acria melius competunt, Sed præter remedia interna, etiam externæ applicationes non raro juvamen conferunt; quippe ſtomacho male affecto. *Fotus ex vino albo cum abſinthio, centaurio, aliiſque* plantis amaris incoctis, etiam Linimenta aut Emplaſtra ſæpe opem præſtant. *Willis.*

105. *Alia Hepatica*) Duplicis hæc eſt conditionis, una quidem, quæ ab aduſtæ bilis ac reliquorum humorum ad hepar influentium, atque putredinis fomitem, intercepta perſpiratione concipientium, fit exuperantia, quam nihil aut parum à *morbo Hepatico Hippocratis l. de int. affect. tx. 31.* diſcrepare cenſemus; Altera vero in qua præter diſtemperaturam frigidiorem, multa crudorum humorum pleonexia ſcatet; qua ſpiritus & calor nativus viſceris, eximie proteritur, & facultati ejuſdem ſanguificatrici magna fit deceſſio. *M. Martini p 303.*

106. *Cognoſcitur*) Hepatis vitio concitatus Hypochondriacus affectus, comites habet dolorem hypochondrii dextri, & in calidioris humoris exuperantia, biliofas, & nonnunquam æruginoſas vomitiones, vel ſeceſſus mordaces ac virulentos, oris amarorem, eduliorum & cumprimis carnis faſtidium, anguſtiam & anxietate circa œſophagum, & quidem ex flatibus à ſanguine præter modum aſſato, genitis: Febrem lentam & erraticam, qua corpus languore diuturno paulatim contabeſcit; doloris uſque ad humeros & claviculas extenſionem; cibis ingeſtis tenſionem ventris, & ſuffocationem, urinam flavo colore ſaturatam, ſitim intenſam, proſtratam appetentiam.

In exceſſu frigidioris dyſcraſiæ, ſanguificatricis remiſſionem, & imbecillitatem denotant alvi dejectiones liquidæ, fœtidæ, cremoris ſpecie, vini meraciſſimi deſiderium: Spontaneum è naribus, ſanguine, utero, & hæmorrhoidibus profluvium, frequens animi languor, tandem etiam pedum ac reliquarum partium intumeſcentia. *Idem pag. 147.*

108. *Si hæc ſit calida*) Hujus curationem, ceu gravis ac diuturnæ, *Hippocrates l. cap. 9.* abſolvi poſſe intentionibus innuit.

1. Namque dolori tepefactoriis & aliis medendum eſſe præcipit.

2. Eo mitigato calida ſæpius lavandum.

3. Aquam mulſam, vel ſimilis farinæ quid, pro extercione & præparatione exhibendum.

4. Lac caprinum cum tertia parte mellis, per aliquot dies concedendum.

5. In ſuffocationis periculo, ac præcordiorum diſtenſione, ſponte, vel certis exhibitis medicamentis, vomitum ciendum, illumque pro materiæ copia iterandum.

6. Ventrem, ſi ambuſtus fuerit, aut exaruerit, clyſtere probe educente, eluendum.

7. Poſt clyſterem, corpus denuo lacte aſinino vel equino, melle affuſo, ſubpurgandum.

8. Sin adhuc morbus minime fuit curatus, dextri cubiti venam internam ſecandam, ac ſanguinem detrahendum.

9. Frigus denique vitandum, leviter deambulandum, & modicis, iiſque puris cibis, ac vino albo dulci utendum. *M. Martini p. 304.*

Affectio hypochondriaca *Hyſterica.*

109. *Alia ab uteri*) Indolem hujus affectus elegantiſſime proſequitur *Hippocrates l. de virginum morb. tx. 1. & 2.* qui locus & cauſas & curationis ſcopus ſponte ſuppeditat.

Eſt enim, inquit, *muliebris natura animi magis dejecti, & imminuti: Ceterum virgines nubiles ac matura viro hoc magis patiuntur una cum menſium deſcenſu, non valde antea hinc afflicta; Poſtea enim ſanguis in uteros conſluit, veluti effluxurus: Cum igitur aſcubium exitus non fuerit apertum, ſanguis autem amplius influxerit, propter cibos, & corporis augmentum, tunc non habens influxum, reſilit præ multitudine ad cor & ad ſeptum tranſverſum: His demum repletis cor fatuum redditur, deinde ex fatuitate torpedo, & ex torpedine delirium inſequitur.*

Et paulo inferius.

Poſtquam hæ partes repleta fuerint, & horror cum febre ingruit, erroneas febres appellant, His autem ſic ſe habentibus, præacuta quidem inflammatione inſanit, præ putredine vero clamat, præ caligine timet ac formidat, præ compreſſione circa cor ſtrangulationes patitur; præ ſanguinis autem malitia, animus mœrens & anxius malum attrahit.

Cauſas mœroris in virginibus ac viduis (quibus etiam annumerandæ ſteriles, licet viris cohabitent, puerperæ, & improſpere purgatæ, vel quibus menſes aut quævis uteri purgamenta ſubſiſtunt) præter vitæ mutationem & alias rationes, duas hic recenſet *Hippocrates*, animi muliebris molliriem, quæ teſte *Her. Augenio lib. 12. Ep. 7.* ſemper conjuncta eſt cum corrupta imaginatione; Et ſanguinis pernitioſi, diutiuſque coërciti exhalationem tetram, qua & cor anguſtia vehementer conteritur, ſpiritus obſcurantur, multiſque in ſano amore ſimul detentis, judicium pervertitur.

Duplicem hic affectus ſuſtinet conditionem, vel ut ex certis jam aſſurgit initiis, augeſcitque, in quo ſane ſtatu ſanguis ob viarum anguſtiam, aut præcluſionem, præ multitudine ad cor & ſuperiora reſtagnat, parteque ſenſim tenuiori reſoluta incaleſcit, ac tandem nullibi quieſcit, donec ex levi quadam occaſione efferveſcant, ſubitoque inſultum intra melancholiæ ſpeciem ſpiritus mentemque concitet, totumque corpus, & cumprimis faciem, certis quibuſdam intervallis phlogoſeos inſtar repentinæ, excalefaciat.

Vel ut confirmatus furoris ſui incommoda excitet, arteriam iſtam magnam, dorſum perreptantem, ſanguineque copioſo diſtentam ſuccendit, excit itaque dorſi pulſatione moleſta, Cor ac cerebrum replet, eademque tetris & obſcuris fuliginibus lancinat; quam ob cauſam evenit ut, referente *Aretæo*, languentes ſint ac faſtidioſæ, ſitibundæ, tædioſæ, conſilii inopes, deſperatæ, mœſtiſſimæ, timentes, lacrymoſæ, nullis delectentur rebus, neque gaudeant, ſed tædio omnia habeant, ſolitudinem ament, verbis autem ſenſa animi exprimere nequeant, quandoque garrulæ ſint & querelis diffluant; nonnunquam & diſploſis diſcuſſiſque flatibus, niſi malum jam altius radices egerit, ad priſtinam valetudinem ſubito & cum admiratione revertuntur, Ex quibus conjecturam facere licet, niſi maturo conſilio præveniatur, ex *Hippocratis* Oraculo fœminas ſic affectas, in Maniam ac teri-

na deliramenta, quandoque etiam mortem ſpontaneam præcipitant. *Matthæus Martini de Morbis Meſent. abſtruſ. pag. 333.*

109. *Cognoſcitur ex illis accidentibus*) Manifeſtus eſt conſenſus ex utero & propaginibus venarum ipſum ambientium, variis innoteſcens argumentis, ceu ſunt *Dolores* multiplices tum univerſi, tum certæ cujuſdam corporis partis, *lateris* cumprimis ſiniſtri, totam mammam aliquando obſidentes: *Riſus* inſuetus, quandoque etiam *rerum omnium faſtidium, animi deliquia,* tacitum & tantum *delirium*; *flendi vel tacendi* deſiderium; *Mens ſegnitie torpens*; perpetuæ *cordis querela & anxietas, præcordiorum æſtus*; *arteriarum in dorſo pulſatio*, *Cutis* ſqualida, rugoſa, aſpera; *ſpectrorum viſiones*; *ſomnus* turbulentus; *Alvus* cõſtipata & parca; *lotiũ* biliosum acre, mordax; Subita *poſt diſploſos flatus ſymptomatum remiſſio*, vel eorundem ſine manifeſta cauſa ingraveſcentia: *Menſium ſuppreſſio*, tandem etiam, malo vires acquirente, *ventriculi dolores gravitas artuum, impotentia ad actiones obeundas, animæ ſator, ventris* ingens *moleſtia, maculæ crurum* lividæ, *articulorum* debilitas, & aliæ quæ *Hippocrates libello de morbis virg.* & *Aretæus* (*vide ſupra in cauſis*) *de ſignis tard paſſ. cap. 8.* notarunt. *Idem pag 152.*

110. *In Curatione habenda eſt*) Curationis ritum alium requirit affectus malorum telam ordiens, ſanguine adhuc in vaſis uteri ebulliente, alium humoribus jam effervescentibus, atque ad ſiccitatem enormem vergentibus, quæ deliramenti, ac maniæ viam ſubſternere queat, id quod citra negotium ex priſtina victus ratione & mali exordio colligere datur.

Vbi igitur in primo vitii genere fœminæ & humoris ſtatum verſat cognovens, tunc medendi ratio, quadruplicem in hoc affectu præſtat Indicationem.

1. Sanguinis detractionem, ac menſium provocationem.

2. Succi melancholici accumulati expulſionem.

3. Flatuum evaporantium diſploſionem, cordiſque proviſionem.

4. Viæ ſortem ſubductiorem, qua & univerſo corpori & capiti rite proſpici queat.

In *Sanguinis miſſione*, in principio expendendum, num conſueto menſtruationis termino longius abſit fœmina, Aut ea ex viſceribus principalibus unum in mali conſenſum rapiatur: Vbi longius abfuerint menſes, ſanguis ex baſilica alterutrius brachii demendus eſt: Sin vero immineant, aut recens præterierint, ex malleolis revocandus, Id quod etiam triduo ante eruptionem faciendum: S gnis melancholiæ parum miſeſcentibus.

Si Jecur aut ſplenem in calamitatis commercium trahi fuerit exploratum, dextræ vel ſiniſtræ manus *Salvatellam* incidere decet.

Sin meſenterium farctu oppreſſum ardorem cumularit, hæmorrhoides provocandæ.

Sin de intercutaneo æſtu conqueratur mulier, & Cor ſimul afficiatur, ex dextra vel ſiniſtra ſalvatella ſanguis fundendus; prout ex hepate calidiore, aut liene inflammato vitium ſoveri proſpexeris.

Interim vero dum fœmina viro non utitur, tertio aut quarto quoque menſe, ſanguinem ex brachio dimittere licet, ut abundantiori cruore diminuto, reſiduum minus exhalet.

Sin vero ſucci atrabilarii præſentiam ex ſignis, aut miſſo ſanguine, deprehenderis, utique *Purgantium* medicamentorum uſus haud quaqnam erit improbandus: Quæ tamen hujuſce debent eſſe conditionis.

1. Vt pro fœminarum conſtitutione, & affectus indole, in modica propinata quantitate, ſenſim educant.

2. Forma liquidiori potius quam ſolidiori & ſicca, qua melancholicus humor inſigniter exacerbatur, exhibeantur.

3. Vt in actu purgationis, & poſt ipſam, aquæ tepentis inſeſſus frequenter adhibeatur.

4. Vt poſt exolventis uſum, *ptiſana* modicum, vel *decoctum hordei*, aut *portulaca* detur.

5. Vt ſemel in menſe, circa ultimam præſertim Lunæ quadraturam, evacuationes repetantur.

Vtilitatem inſignem hic afferunt *Serum caprinum infuſionis fol. ſenna & flor. cordial Extr. caſſia* cum *fol. Senna*, *Decoctum galli veterani ſolut. Elixir propr. Theophr.* ſingulis ſeptimanis uſurpatum, *Extr. pilul. de ariſtoloch. Fernelii* & alia Quibus ſelici cum ſucceſſu in hoc mali genere, hic *Mercati* ſyrupus ſubjungi poterit.

℞. *Aquar. borrag cichor. lupul. ãã.* ℥x. *ſucci borrag. depur.* ℥viij. *ſucci pomor. redol.* ℥vj *flor. cord. ãã* ℥ß. *fol. Senn.* ℥iij. *rad. ſcorzon. munda & inciſa* ℥ij. *bulliant in vaſe ſigillato ad calorem* MB. *Colat. infunde rhabarb. el. agar. rec trochiſc. ãã.* ℥ß. *lap. lazuli ppti in petia ligati* ℨj. *Peractaque leni ebullitione exprimantur*, tandem addita *ſyrup. diaſer.* vel *de trib. infuſionibus fol. ſenna q. ſ conformetur ſyrupus mediocris conſiſtentia, aqua cinnam. condiendus, doſis* unc. ij. *aut amplius.*

Dum hunc in modum certis præparantibus, humorum digeſtio meatuumque libertas promovetur, haud præter rationem fuerit juſtis intervallis Evacuationis penſum repetiiſſe.

Hoc facto Cordi, Cerebro, & Utero de induſtria proſpiciendum flatibuſque noxiis diſſipandis, opera impendenda.

Cordi ſuccurritur *Aqua theriacali cum pomis recentibus contuſis deſtillata, aceto cardiaca. meliſſa & pomor. admixtis cinnam. & ſpec. cordial.* deſtillatione elicita, *Cordium cervinor. & aprorum*, additis roborantibus *deſtillata aqua, eſſentiis, ſolutis, magiſter. oleis chymic. deſtill.* ceu *cinnam, caryoph. aniſi &c.* cum *aqua cardiaca* herbæ hauſtis, aut *manna* extracta tubactis, & id genus aliis. His incommode accenſeri poteſt aqua ſequens ſtillantia, in hyſtericis affectibus melancholiam redolentibus mire efficax.

℞ *Fol. meliſſ oder. m. vj. beton. puleg. ãã. m. iß. Calamint h artem. baſilic. cham. hyſſopi ãã. m. ß Parth. p. j. rad paon eryng. mei. angel. domeſt. & ſylv ãã.* ℥ß. *ſemin. carvi, ſiler mont Coriand præpar. ãã.* ʒ ß *baccar. lauri, junip. ãã.* ℨj. *galanga, zedoar. ãã.* ℈iv. *rhapont.* ʒ ß. comminutis affunde *vini optimi generoſi & aqua calidi* ℔iij. *ſtent in infuſione hor. 9.* ad cineres calidos, Poſtea ubi parum ebullierint in vaſe cooperto, deſtillentur in vaſe vitreo; Quæ primo exibit aqua ſervetur.

Exterius utiliter adhibentur Sacculi, Litus & Epithemata ex *Unguent. naphtha, balſamo ol. caryophyll. citri, cinnamom. jaſminor. Ambra extracto cum vino optimo, aqua roſac ac ſucco pomor. redol.* addito polline *ſantal. ligni rhod ſpec. diambr. ſemin. angelica. caryophyll. mithridat. & conſervis cardial* Emplaſtri in modum commixtis, aut filtro ſerico; mica panis toſti, vel pomo aſſato exceptis, undique admotis.

Quæ *Cerebro* ſubſidium in hoc caſu afferunt, adjungenda ſunt, *Vtero* denique Emplaſtris pro matrice ex rebus temperatis & odoriferis, ceu *roſis, violis, ſpeciebus diambr. diamoſchi, cinnamomi,* momento *ladani ac cera* coactis ſuppetiæ ferendæ: Inſignis etiam præterea hujus mixturæ eſt uſus.

℞. *Mixtura ſimpl.* ℥ix. *liquor. c. c.* ℥j. *Extr. gran. junip.* ʒß. *meliſſa*, *calam. aromat. āā.* ʒij. *beton. cichor. āā.* ʒiß. *Croci*, *caſtor. āā.* ℈j. *ſyr. de meliſſoph. ſyr. de ſucco ceraſor. cum flor. caryophyll. de cortic. citr. āā.* ʒiij. *mi.*

Sin autem ex *retento ſemine* malum emergere, ex ſignis deprehenderis, tunc iis res agenda erit auxilis quæ ſemen imminuere vel exiccare poſſunt.

Vratis demum parciori ſanguinis copia imminuanda, Cibus tenuioris ſubſtantiæ & euchymus porrigendus, craſſiorem generanna ſanguinem omni ex parte removenda, frugaliter ubivis imperanda, corporis exercitus calor innatus excitandus ac diffundendus, Animus denique variis ac jucundis rebus diſtrahendus.

Curatio mali Confirmati.

Longe ſepius inſtituenda erit curationis formula affectione in deliramenta jam degenerante, ac ſiccitate & frigiditate habituali, non in maſſa tantum ſanguinea, ſed & membris potioribus invaleſcente confirmataque.

Cumprimis autem in hoc caſu fœminæ validiſſima ſuſtinere ſolent medicamenta, eo quod viſcera, una cum ventriculo, protinus ita vitiantur ut craſſorum ac viſcidorum excrementorum, humori melancbolico permiſtorum pleonexiæ penitus diffluant, Singularis expertiæ eſt hic *Mercat. Pulvis.*

℞. *Epith. cret.* ℥ß. *lap. lazuli prapar. vel magiſt. ejuſdem* ʒiij. *diacryd. gr.* xv. *caryophyll. n°.* xx. *fol. ſenna* ʒvj. *ſacchar. alb. q. ſ.* Datur vel forma Pilul. aut conſervæ idoneæ remixtus.

Habetur & Electuar, magni pretij, quod

℞. *Pulv. ſumm. thymi* ʒß. *epith.* ℥j. *ſemin. cuſcuta* ʒiij. *magiſt. lap. lazuli Quercet.* vel hujus defectu, lapidis ipſius *decies in aqua roſar. loti*, *ac toties in aqua pluvia defacati* ʒij. *diagryd.* ℈ij. *cinnam.* ʒß *pulv. ſenna* ʒß. *margar. prapar.* ʒij. *moſcho gr.* v. *ſyr. de pomis comp. q. ſ.* pro cogendo Electuario.

A Purgatione *Balneis aqua dulc.* corpus frequenter irrigandum, & *capiti* fomenta ex aqua dulcei, *deſtillato capitis arietis nigri*, *ol. amygd. dulc. violar.* & *cucurb.* nec non *lacte capr.* aut bubulo, *Decocto extremitatum arietis*, cum lactucis, *violis*, *flor. nenuph. capt. papav. albi* & momento *belleb. nigri* adhibenda.

Nam qui caput in melancholiæ nimium reſiccant, ex ſtulto in ſanum fuerunt, teſte *Rondeletio Pr. c. 42.*

Priuſquam ſubſideant humores, *à clyſteribus* acribus omnino cavendum, Inſigniter enim irritant uterum, & ſuccos inibi contentos in furorem agunt, viſæque ſunt fœminæ ab his vehementius deliraſſe.

Si ad loca humida, maritima, ac temperata in mali diuturnitate migrare licet, utique ex *Hippocr.* præcepto ſalutare eſſet.

Sin vero morbus ſit contumacior, cruribus affigenda ſunt *cauteria*, aut, quod his non conferentibus multis saluti fuit, *Setaceum* ſplenis regioni affigendum.

Lentam denique ac diuturnam cum hic affectus ob humores ſiccos & contumaces deſideret medelam utique diſtemperies capiti & corpori introducta ſenſim corrigenda elidendaque, & humores craſſi ac lenti paulatim educendi ſunt. *Idem pag. 336. & ſeqn.*

Affectio Hypochondria
Hæmorrhoidalis.

III. *Alia Hæmorrhoidalis.*) Venarum ſedalium immenſam commoditatem *Hippocr. 6. Epid. part. 3. tx. 24.* hiſce verbis expreſſit.

Hæmorrhoidas habentes neque pleuritide peripneumonia phagedena, furunculis, neque terebinthi formam habentibus, multo minus lepra vel aliis corripiuntur.

Et *6. aph. 11.* inquit.

Melancholicis & renum vitio laborantibus, hæmorrhoides ſupervenientes ac fluentes bonum.

Salubriter enim per haſce venas ſanguis cum ubertate & ſqualore, cum ſpurcitie & gravitate peccans eructatur, quo Natura irritata ad iſtud ſanguinis emunctorium convertere nititur quod ipſi moleſtum eſt, adjuvantibus hanc vacuationem pororum apertione & viarum laxitate.

Atqui humorum ſanguinem contaminantium parcior ubi fuerit profuſio quam ex re ſit corporis, neceſſarium omnino erit affectus prædictos inſequi: Arguunt enim naturæ impotentiam, viarum ſtructuram minus concinnam ac humorum reconditam, longeque à prædictarum venarum ductibus diſſitam ſedem: Vnde multarum ægritudinum ceu maniæ, melancholiæ, hydropis, tabis, lepræ, ſcabiei, cancri, morphææ, gravitatis ac laſſitudinis totius corporis, præcipue vero capitis, thoracis, lienis, iſchiadis, & cutis externæ, certiſſimum ſeminarium exoritur.

Ex morbis igitur præcedentibus lutulenti & vitioſi ſanguinis ſynachroiſmo occaſionem præbentibus, lumborum gravitate, venarum ingenti calore, ac turgeſcentia; aut denique dolore & exæſtuatione, ſi cognoveris humorem fieri ἀνάρροπον, & ad ſuperiora provehi, morbique hypochondriaci, vel alterius rudimenta ponere, nullum certe ſalubrius eligi conſilium poteſt, quam earundem apertionem, relictis rebus omnibus moliri: Hoc enim fluxu procurato, medicamentorum multitudine opus non erit.

Quo vero hoc negotii ſine jactura exequi poſſis ad benignum 1. reducendus eſt humor, ſi quis immoderatius affluxerit, aut alienæ particeps ſit qualitatis, ac poſtmodum eliminandus: Deinde venæ poplitis, vel tali ſecandæ, ac ſanguinis impetus invertendus. 3. Hæmorrhoides reſerandæ hirudinibus, phlebotomo, inſeſſibus, fomentis, ſuffumigiis, frictionibus, linimentis, ſuppoſitoriis aut medicamentis acrioribus & erodentibus.

Et in hiſce vitiis præcavendis tantum eſt momenti repoſitum ut plurimorum malorum cauſam excidiſſe videatis, ubi dexteritate ſingulari rem peregeris, eo quod *Aetio lib. 4. ſerm. 2. cap 5* docentes hæmorrhoides ſiniſtre curatæ, & deformitatem & vitam miſeriâ plenam, & mortem denique inferre poſſunt: Præ reliquis tamen ſubſidiis, ſi urgente neceſſitatis telo, vel corruptionis metus, vel doloris immanitas, aut malum aliquod gravius urgeat, *hirudinum admotio*, qua tantum ſanguinis extrahere quantum ratio permiſerit, licet & quæ *ſcalpello* fit apertio, tutiſſime adminiſtratur: Ferrum enim acutiſſimum, & plagam minutiſſimam eſſe decet, ne largior contingat ſanguinis profuſio quam quæ naturæ conveniat, aut quæ facile compeſci queat.

Advertendum tamen an dolor, ardor, ac tenſio præcedant, ne doloris medela, in principio curationis frugifera ac neceſſaria aliis peractis negligatur.

Sin vero præ ſenio, & ob intermiſſam evacuationem fluentes antea hæmorrhoides ſubſiſtere videantur, ac repetente morbo eaſdem revocare minime liceat, vel *Cauterium* alteri crurum infigendum, vel alia quadam evacuatione defectus iſte ſupplendus erit. *M. Martini pag. 347. & ſequ.*

m. *Hæmorrhoidalis, ex hæmorrhoidum ſuppreſſione)* Venarum ſedalium immenſam commoditatem *Hippocrates 6. Epid. part. 3. t. 24.* ſic expreſſit, *Hæmorrhoides habentes non pleuritides peripneumonia, phagedæna, furunculis, atque terebinthi formam habentibus, multo minus lepra vel albis corripiuntur. Et 6. aph. 11. melancholicis & renum vitio laborantibus, hæmorrhoides ſupervenientes ac fluentes bonum*: Salubriter enim per haſce venas ſanguis, tum ubertate & ſqualore, tum ſpurcitie & gravitate peccans eructatur, quo Natura irritata ad iſtud ſanguinis emunctorium convertere nititur, quod ipſi moleſtum eſt; adjuvantibus hanc evacuationem pororum apertione & viarum laxitate.

Atqui humorum ſanguinem continentium parcior ubi fuerit profuſio, quam ex re ſit corporis neceſſarium, omnino erit affectus prædictos inſequi, Arguunt enim naturæ impotentiam, viarum ſtricturam minus concinnam, ac humorum reconditam longeque à prædictarum venarum ductibus diſſitam ſedem, unde multarum ægritudinum, ceu maniæ, melancholiæ, hydropis, tabis, lepræ, ſcabiei, cancri, morphææ, gravitatiſq; ac laſſitudinis totius corporis, præcipue vero capitis, thoracis, lienis, iſchiadis, & cutis externæ certiſſimum ſeminarium exoritur.

Ex morbis igitur præcedentibus, lutulenti & vitioſi ſanguinis ſynatroiſmo occaſionem præbentibus, lumborum gravitate, venarum ingenti calore ac turgeſcentia, ani denique dolore ac exæſtuatione, ſi cognoveris humorem fieri ἀναſſοπὸν, & ad ſuperiora provehi, morbique hypochondriaci, vel alterius rudimenta ponere, nullum certe ſalubrius eligi conſilium poteſt, quam earundem apertionem, relictis rebus omnibus, moliri, Hoc enim fluxu procurato, medicamentorum multitudine non amplius opus erit.

Quo vero hoc negotii ſine jactura exequi poſſis, ad benignum I. Reducendus eſt humor, ſi quis immoderatius affluit, aut alienæ particeps eſt qualitatis ac poſtmodum eliminandus.

Deinde vena poplitis vel tali ſecanda, ac ſanguinis impetus eſt invertendus.

III. Hæmorrhoides reſerandę hirudinibus, phlebotomo, inſeſſibus, fomentis, ſuffumigiis, frictionibus, linimentis, ſuppoſitoriis, aut medicamentis actioribus & erodentibus.

Et in hiſce vitiis præcavendis, tantum eſt momenti repoſitum, ut plurimorum malorum cauſam excidiſſe videaris, ubi dexteritate ſingulari rem peregeris; eo quod *Aetio, lib. 4. ſerm. 2. cap. 5.* docente, *Hæmorr. ſiniſtre curata & deformitatem & vitam miſeria plenam, & mortem denique inferre poſſunt*, Præ reliquis tamen ſubſidiis, ſi urgente neceſſitatis telo, vel corruptionis metus, vel doloris immanitas, aut malum aliquod gravius urgeat, hirudinum admotio, qua tantum ſanguinis extrahere, quantum ratio permiſerit, licet, & quæ Scalpello fit apertio, tutiſſime uſurpatur; ferrum enim acutiſſimum eſſe decet, ne largior contingat ſanguinis profuſio, quam quæ naturæ conveniat, aut quæ facile compeſci queat.

Advertendum tamen an dolor, ardor, tenſio, præcedens, ne doloris medela, in principio curationis frugifera & neceſſaria, aliis peractis negligatur.

Sin vero præ ſenio, & ob intermiſſam evacuationem, fluentes antea hæmorrhoides ſubſiſtere videantur, ac repetente morbo eaſdem revocare minime liceat, vel cauterium alteri crurum infigendum, vel alia quadam evacuatione defectus iſte ſupplendus. *Math. Martini p. 347.*

Per conſenſum à *Splene*, bilis atræ copia turgeſcente, nec ſanguinem impurum, epatis intemperie elaboratum, attrahente, defluentia ſigna ſunt, Durities & inflatio ventriculi, *ac Splenis* præſertim poſt paſtum, asperæ arteriæ coarctatio, anhelitus difficultas ex copioſis in diaphragmate coacervatis flatibus orta, moleſtiſſima nervorum ac ligamentorum in cervice contractio (humor enim melancholicus ſui natura, & ex ratione, nervos potiùs contrahit, quam reſolvit; idque in ſingulis partibus, *Engalenus ex Rondeletio* color minime vividus, ſed quandoque ad citrinum, ſubviridem, pallidum aut nigricantem declinans, gravitas crurum, corrupta, concocta, *Gerardus & Gradenſis*, eructatio & vomitus acetoſi, excreationes copioſæ, *Avicenna*, Appetitus quandoque caninus, aut fames inſatiabilis, cum inſigni oris ventriculi toſione, ob humorem acidum copioſius ad os ventriculi reſtagnantem: hypochondrii ſiniſtri rugitus, alvus adſtrictior, quandoque etiam fœda proluvie manaos, ſubindeque ad excretionem ſtimulans; Motus artuum gravativus, Vt ſi materia putruerit, febris lenta, quartanæ typum referens, ægri conſtitutio melancholica, ſive à primordiis generationis, vel ob quartanam, aut alium morbum chronicum, vel ob medicamentorum effrænatius exolventium uſum; vel propter menſtruorum, hæmorrhoidum, aut fluxus ſanguinis narium ſuppreſſionem; Quandoque & in ſcorbutum hoc malum degenerat, id quod arguunt livor crurum, vel eorundem extenuatio & maculæ, quæ non raro in ſquammulas reſolvuntur, (quod alioquin [illegible] lare tritum) nonnunquam læves, æquales, ſi [illegible] didas, cum tenui veſtigio impreſſi digiti; Pulſus varius, frequens, debilis, exilis: Sub lingua univerſæ venæ, etiam minutiſſimæ, varicibus ſimiles, ut & in labio inferiori viſuntur; Vrina turbida, rubicunda, craſſa, [illegible] vini rubelli, fœtens: & ſi quæ oriuntur ulcera, fœtida ſunt ac maligna, gangrænoſa, cicatriceſque difficulter admittentia.

Affectio Hypochondriaca *Cardiaca*.

Affectionem hanc morborum acutorum &c. Chronicorum, necnon febrium peſtilentium & epidemicarum eſſe ſobolem, qua humores adufti, & qualitate vitioſa, nonnunquã etiam venenata, imbuti, in venis & arteriis majoribus accumulantur, aut pericardio infiguntur, à quibus denique ſpiritus vitales vel corrumpuntur, aut aliena qualitate inquinati extinguuntur ac diſſipantur, Signorum enumeratio oſtendit.

Cum ex *Avicennæ* decreto *1. Fen. 3. tr. 4. cap. 18.* Circa cordis conſenſum hypochondriaca, & quæ hanc conſequuntur, melancholica pathemata, incrementa ſua capeſſere vix poſſint, eo quod ſpiritus vitalis animali pabulum ſubminiſtret, & alter alterius integritatem & ſubſtantiã communione jugi conſervet ac foveat, utique in confeſſo eſt, temperie cordis vitiata corruptaque, conſentientium ipſi partium functione, inſigniter labefactari, & ſupra modum vel incaleſcere aut depravari: Quo ſane in Caſu, uberrimus aduſti ſanguinis, qui per arteriarum ductus in omne corpus diſpergitur contingit proventus, empyreuma toti maſſæ ſanguineæ in venis & arteriis concilians, ac certiſſimam ſanitatis jacturam præſagiens, haud longe diſpari ratione, qua ſpiritus vitales puri, terſi, ſubtiles non inquinati, neque intemperatura quadam notati, Cordis robur tuentur, & omnem ſpirituum tam animalium, quam naturalium corruptelam faceſſere jubent.

Cordis hanc intemperiem, fovent Cauſæ tam internæ, quæ in corde & panniculis ejus hærent, quam extrinſecus occurrentes, eæque vel immateriales aut materiales, ceu morborum acutorum & chronicorum, necnon febrium malignarum ſeu epidemicarum, ſævitia, ſanguinis in toto exuperantia, omnis

in of

in os ventriculi incidens, gravis offenſa, humor aduſtus copioſior, pericardio infixus, & bilis retorrida in venis & arteriis, cordi vicinis coercita.

Curationis hujus difficultatem, ex cauſarum agentium vehementia vel diverſitate licet æſtimare.

Varietas harum cauſarum maximè inſignis eſt, quas tamen vel ad generales aut ſpeciales referre licet. Generalis ſunt quæcunque nocumentum poſitivum aut privativum cordi inferunt. Specialis vel ad internas aut extrinſecus advenientes, illaſque vel per idiopathiam aut conſenſum agentes, referuntur, &c. (*Cauſarum harum ſpeciale examen vide pag. 3625. & ſeqn. hoc prætermiſſum quia quæ afferuntur minus ſunt conſona circulationi ſanguinis.*)

Remedia huic affectui ſubvenientia ſont

1. *Victus ratio* attenuans.
2. *Alteratio* quæ cordialibus aptiſſime peragitur.
3. Purgatio.
4. Sanguinis miſſio.

In quarum tamen expeditione hi Canones diligenter obſervavi.

1. Ut Curatio minime differatur, nec inerti ſollicitudine tractetur.

2. Ut *Purgatio* ſit moderata, neque ob virium penuriam inſignem ſuperflua.

3. Ut poſt quamlibet evacuationem, exhibeantur quæ cordi à proprietate ſint amica, illudque roborent.

4. Medicamentis alium à ſanguioe humorem elicientibus, admiſceantur roborantia.

5. In removendo malitiam diſtemperiei fervidioris, conferantur calida cardiaca cum frigidioribus.

6. In complexione frigida, tantummodo moderata adhibeantur, ne calidioribus ſpiritus ſupra modum reſolvantur.

7. In caſu cacochymiæ, alterationi ſolum incumbatur, ac rariſſime vena ſecetur *Savonorala Pr. magn. tr. 6. c. 11. rubr. 2.*

8. Ut ſemper advertatur, an tutior poſſit eſſe venæ ſectioois vel medicamentorum uſus.

Victus regula rite abſolvitur, eligendo aërem purum, fœtoris expertem, non ventoſum, odoribus gratis, & cordialibus ſuffumigiis, aut divaporationibus fragrantem. *Cibum* odore & ſapore ſuavem, modicatum ſuperfluitatum, multi nutrimenti, coctu facilem: *Vinum* album, odoriferum, ſubtile, lymphatum eſſe decet. Confert & *ſomno* impenſius quam *vigiliis* indulgere; locis apricis corpus modice *exercere*. *Balneis* temperatis & ex odoriferis comparatis, maxime poſt purgationem, pro qualitatis exceſſu uti: A *repletione* abſtinere, *Affectibus* denique *animi* moderari.

Alteratio in iis admovendis verſatur, quæ noxia malignaque omnia depellere, robur cordi adquirere & qualitatem excedentem corrigere nata ſunt. Perficitur hæc variis ſubſidiis.

Evacuatio auxiliis moderate aſtringentibus, totum viſcerum conſervantibus & omnis malignæ qualitatis expertibus, abſolvitur.

Præſente ſanguinis copia in juvenibus aut ſuppreſſionem quandam naturalem ſuſtinentibus, quique vino & carnibus ſeſe largius invitarunt, vel quibus inflammationis periculum metuendum, baſilica dextri brachii reſeranda. Neque abs re etiam fuerit ſiniſtram aperuiſſe, vapore urgente, aut materia non in ventriculis cordis, ſed univerſo corpore concepta. Ab inferioribus partibus malum ubi exoritur, aut plenitudinis ſigna in iiſdem deprehenduntur, venas crurum ſecare neceſſum eſt; Semper tamen in hoc caſu ſanguis mitiori manu demendus eſt, ita ut quandoque cucurbitulis per derivationem locus dari poſſit.

Cordis denique *confortationem*, necnon membrorum demandantium correctionem diverſimodè, ac pro multiplici medicamentorum apparatu moliri licet.

APPENDIX

Ad §. 24.

Æſtus in hypochondriis) Adnotandum eſt non eſſe de eſſentia melancholiæ hypochondriacæ, ut in hypochondriis tenſio, durities, dolor & tumor percipiatur, cum mali fomes plerumque in ramis venæ Portæ & arteriis vicinis hæreat, & inde vapores ad cor & cerebrum tranſmittat: Sæpe tamen tenſiones in hepate vel liene reperiuntur, quæ humores in illis partibus hærentes ſignificant. Si verò nullæ adfuerint, ſignum eſt humores vitioſos in venis meſenterii, omenti, pancreatis & ventriculi latitare. *Riverius.*

Ad §. omiſſum.

Propter vaporum reſolutorum per œſophagum. &c.) Diſtinguit *Fortis* inter vapores à cruditatibus immediate procedentes & Exhalationes melancholicas; *Illos*, ventriculum atque inteſtina occupantes, huc & illuc ad muſculoſas corporis partes, non deferri; ſed aut in eructationes & crepitus ſolvi; aut in ventriculo & inteſtinis morantes, colicos excitare dolores. *Has* vero, *exhalationes*, melancholicas in ſpatiis abdominis non in cavitatibus reperiri, & ideo facile ad ſuperiora per muſculorum interſtitia ſeſe inſinuare, & propriâ aciditate, aut ſub integumentis membranam carnoſam, aut ſub muſculis perioſtia mordicantes continuum ſolvere atque dolores excitare: Exaltationes illas, ſive flatus à minera ſicca, non à vaporibus ab humiditate elevatis pendere putat *Fortis conſult. 77. cent. 2. vol. 2.*

Ad §. 34.

Propter materiæ pravæ in muſculorum ſpatia) Vapores craſſi & fuliginoſi ad muſculorum intercoſtalium ſpatia pervenientes, dolores intercoſtales producunt; quos ſi ſub pleura aliquando ſeſe inſinuare contingat, plurimi falſo ſeſe pleuriticos putant, uti ſæpius obſervant, neque ita facile dolores hujuſmodi cedunt, licet à vaporibus procedant, quia hi craſſi, terreſtres & fuliginoſi ſunt, præterquam quod perpetuum fomitem ab eodem viſcere ſemper habent; nec ſedatur dolor priuſquam magna ex parte manu Medica fuerit humor hujuſmodi imminutus & expurgatus. *Fortis conſ. 77. Centur. 2. volum. 2.*

Cap. LVI.

De Scorbuto.

1. S*Corbutus* [2] *eſt cachexia* [3] *ab humore melancholico, craſſo, ichoroſo,* [4] *peculiari modo corrupto, orta,* [5] *cum crurum debilitate, maculis, gingivarum tumore, & ſanguinolentia, dentium laxitate, &* [6] *aliis ſymptomatibus affligens.*

[7] *Scorbutus* veteribus, partim ſub [8] *oſcedine,* [9] partim ſub [10] *ſcelotyrbe* & [11] *ſtomacace*, partim ſub *volvulo ſanguinis*, [12] Hippocrati ſub *lienum magnorum* nomine venit, & [13] nationibus mare & paludoſa loca incolentibus familiaris eſt.

[1] *Scorbutus*) Scorbutum, morbus dicitur olim Septentrionalibus populus ſaltem & maris Balthici accolis familiaris, & veluti endemius; hodie verò adeo latè ſeſe diffundens, ut nimirùm non epidemius pluribus aliis populis eſſe videatur. Peculiaria & particularia quoque nomina ſunt *Stomacace* & *Scelotirbe*; quæ ſynechochdicè pro ipſo ſcorbuto uſurpari poſſunt. *Bruno Lexici p. 782.*

[2] *Scorbutus eſt cachexia, &c.*) Sic deſcribitur potiùs quàm definitur; *P. Barbette, Pr. l. 3. c.* Eſt *prava totius corporis nutritio, ejuſque mater affectio Hypochondriaca,* Fuſiùs à *Laur. Stranſio Gymn 14. Par. 3 Pal. Med.* quod ſit *Vitioſus corporis habitus, variorum atque graviſſimorum ſymptomatum concurſu præſertim Gengivarum eroſione, crurumque debilitate ſtipatus, à colluvie* viſcoſorum *humorum, peculiaris cujuſquam pravitatis participe, & in vaſis ad viſcera primæ & ſecundæ coctionis pertinentibus ſtagnante, originem ducens.*

[3] *Ab humore melancholico, &c.*) Humoris illius (qui & qualiscunque demum ille fuerit) unde ortum ſuum & ſpecificationem Scorbutus ducit; ea eſt natura & conditio, ut cum *nervis*, horumque progenie inimicitias gerat, exerceatque graviores, quàm cum cæteris quibuſcunque univerſi corporis partibus. Si quis enim oculos in prælongam ſymptomatum ſeriem conjecerit, mentéque ſingula citra præjudicium penitaverit, per pauca ſanè tantu ex numero inveniet, quæ non ad cerebri & ſpinalis medullæ, aut enatorum ex utroque nervorum, aut membranarum denique ex nervulorum fibrillis contextarum moleſtam irritationem commodiùs referantur, quàm ad quarumlibet cæteris ex partibus offenſiones, manifeſto ſatis indicio, acrem atque internecinam eſſe cum nervoſo potiſſimùm genere, Scorbuto hoſtilitatem. *Charleton p. 42.*

[3] *Humore melancholico, craſſo, ichoroſo, &c.*) Adde & *Acido* quodammodu corrupto, id quod patet 1. ex *conſequentibus*, quin remedia *martialia* & *volatilia* conveniunt; 2. ex antecedentibus, ſymptomatibus, exulceratione & ſimilibus, cum variis glandularum tumoribus. *Etmuller.*

Cauſa eſt *pituita* vel *lympha* craſſa ventriculum & glandulas meſenterii, tam conglobatas lacteas, quam conglomeratam Pancreaticam obſidentis, ſuccus item Pancreaticus, unde chylus indies depravatur. *P. Barbette Pr. l. 4. c. 3.* Succus quidem Pancreaticus ſtagnatione, acidior auſteriorque factus; Adde *bilem* acriorem craſſioremve, ut & *Salivam* ſalſiorem continuo deglutitam *Acredinem* humorum peccare conſtat & gingivarum corroſione, ſanguinis dilutione, hæmorrhagia, macularum ruptione, doloribuſq; corrodentibus & contorquentibus: Imo obſervarunt nonnulli ſerum adeo corroſivum ex nativum ſcorbuticorum effluxiſſe ut lintearnina intincta eroſit. *Frider. Deckeri in Not.*

[4] *Peculiari modo corrupto*) Siquidem omnibus morbis, ſicut cuiq; eſt τὸ ἦθος (Hippocratica vox eſt, quam ἰδέαν exponit *Galenus*) quo tanquam charactere eſſentiali, ſuam utut aliàs abſconditam prodit naturam, quippe tum ex propriâ morbi formâ, tum ex ſupervenientibus morbo caſibus conſtituitur: *Moris* igitur hujus reſpectu, nullus dubito, quin Scorbutus *morbus malignus* jure merito audire debeat, ſive ipſius ἰδιαζόντων ſpecies, ſeu quæ eidem ſuperveniunt. Nam & ſuâ naturâ *contagioſus* exiſtit, maximè ſubi inveteraſcere incepit, vireſq; ſibi diurino in nobiliora corporis viſcera maleficio acquiſivit & prælongam graviſſimorum etiam ſymptomatum ſeriem haud rarò ſecum inducit.

Contagioſum eſſe, idque pluribus modis, lugubri prope infinitorum experientiâ ſancitum eſt, fuere qui liberis ſuis ſcorbutum legarent, jure poſſidendum hæreditaria, in ſobolem traductâ, cum ipſis generandi principiis, ſemine nimirum, lacteq; uterino, ipſius labe. Fuere qui communicarent conjugibus, morbi ſeminio oſcula inter & amplexus transfuſo; Nec deſunt nutricum ex numero, quæ cum lacte in ſubrumanos populorum ora inſtillarunt; Tacitè ſerpit inſidioſum virus, ab hoſpite in hoſpitem, ſp[illegible], lectiſmeniæ, poculorum communione: Fœdo Scorbuticorum miaſmate, exſpirato aë[illegible], ſudo[illegible] ſalivalis cæteriſque ad genus purgamentis [illegible] nte, ſuáque ſpicula ſanorum, quos tengent memoriis atque præcordiis altiùs infigente. Imò poſt mortem quoque viget, utique nonnunquam dira lues, ipſis ex extinctorum cadaveribus exhalante.

Neque minùs certum eſt, eundem numeroſo aliorum morborum atque ſymptomatum ſatellitio ſtipatum circumvagari. Tot enim tamque varios, quin & nonnunquam toto genere differentes affectus, ceu adhærentes lateri ſuo comites habet, ut non tam morbus ſimplex quàm omnium penè morborum συνδρομὴ καὶ πολυμιγία videatur. *Charleton.*

[5] *Cum crurum debilitate*, &c.) Scorbutus videtur inprimis *afficere glandulas quaſcunque*, & in iiſdem afficere & inquinare *lympham*. 2. Solet eſſe *infeſtus nervis*, & pathemata in hiſce graviora, quam malum hypochondriacum inferre, & frequentiora; Res ut pateat, quòd *inquinet glandulas*, & *aciditas ejus* ſit infeſta nervis, conſideranda *ſymptomata ſcorbutica.*

Nempe fere ſolent ſemper conqueri de *laxitate quadam gingivarum.*

Deinde frequenter ſolent eſſe obnoxii *tumoribus* inprimis *artuum*, iiſque variis, qui nunc protuberant, nunc denuo conſeneſcunt.

Subinde iidem patiuntur *Pruritum* corporis, ſed dum incipiunt ſe ſcalpere, locus intumeſcens totus inſigniter rubet, ſed brevi tempore evaneſcit: in alio loco iterum pruritũ, talem tumeſcentiam infert, denuo tamen ceſſat. Rarum eſt, quod Tumores ſint conſtantes, & ſi ſint conſtantes, occupant glandulas artuum, quę formâ ſcrophularum ſolent tumeſcere.

Scorbutici ſunt frequentiſſimè *catharroſi*, circa caput, collum, fauces & regiones glandulis magis obſitas, obnoxii ſunt excoriationibus & exulcerationibus.

Frequenter,

Frequenter laborant *Doloribus*, nunc vagis, nunc fixis, inprimis doloribus cruciatoribus abdomen (*de quibus inferius.*)

Præter hos dolores abdominis, qui conſtituunt *Nephritidem notham*, obſervandi ſunt *dolores artuum*, iique inprimis magis vagi, qui ſunt vel leviores, vel graviores; *Leviores* ſunt inſtar *ſenſus vermiculationis* in extremitatibus artuum, & ſpecies eſt ſenſus tactus depravati hi præcedunt, ſuperveniunt dolores vel *lacerationis*, vel lancinationis ſenſui conjuncti, *vagi ſunt*, propterea *Arthritis vaga* appellantur.

Rariùs ſunt *fixi*, & occupant vel *dentes* vel *extremitates artuum*, qui ſunt graviſſimi. Hi interdiu ſilent, noctu magis affligunt, & ſic maximam habent convenientiam cum dolore in lue venerea obnoxiis, unde etiam quidam dicunt, nullum affectum magis eſſe affinem lui venereæ præter Scorbutum.

Porro ſi qui alij, certè Scorbutici *affectibus ſpasmodicis* ſunt obnoxij, frequenter partem internam, rariùs externam.

Urina Scorbuticorum eſt admodum varia. (Vide §. *Vrinas*)

Si qui alij certè Scorbutici obnoxij ſunt *hæmorrhagiis* variis, *ſputo cruento*, *diarrhæa cruenta*, &c. nam ægri tales, quando emittunt cruenta, non eſt dyſenteria, eſt enim ſine torminibus; Non hæmorrhoides, quia poſt ſtercora prodeunt, ſed eſt hæmorrhagia inteſtinorum: Scorbutici purgantibus tractati, facilè incurrunt diarrhæam cruentam, interdum perfectam dyſenteriam.

Frequenter *atrophia & tabes* ſuperveniunt ſcorbuticis, vt rariſſimum ſit, in ſcorbuto eſſe probam nutritionem. *Etmuller.*

6. *Et aliis ſymptomatibus affligens.*) Sequentia affert *Barbette*: Conqueruntur Scorbutici de dolore interdum punctorio, plerumque gravativo capitis, de cordis palpitatione, anguſtia, inflatione ventriculi, tenſione ventris, præcipuè in latere ſiniſtro, tuſſiunt, putant ſe interdum ſuffocari: difficulter reſpirant, vomunt, febricitant, appetitum proſtratum excitatum vellent; ſingultu, ructibus, flatibus, convulſionibus vexantur, tremunt, laſſi ſunt artus, maculiſque rubris vel purpureis aſperſi valdè ſunt melancholici. *P. Barbette Pr. l. 4. c. 3.*

7. *Scorbutus veteribus.*) Cùm milites in Germaniâ, trans Rhenum, caſtris à *Germanico Cæſare* promotis, marino tractu ſitum fontem aquæ dulcis guſtarent, intra biennium dentes deciderent, & compages in genibus diſſolveretur, nominabant medici στομακάκην, & σκελοτύρβην, teſte *Plinio l. 25. nat. hiſt. cap. 3.* Antiquioribus idem notuit, fuit affectus, & ab *Hippocr. lib.* περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν ſub magnis lienibus expreſſus; Eadem enim utriuſque recenſet ſymptomata, *Totius corporis colorem plumbeum, leves cutis lacerationes in tibiis, ex quibus magna ulcera oriuntur*: convenire etiam indicatur cum εἰλεῷ αἱματώδη, *Sanguineo convolvulo*. ab eodem loco citato delineato, *Ex ore malus ſpirat odor, à dentibus gingivæ abſcedunt, interdum in cruribus erumpunt ulcera.* Rolfincius.

8. *Oſcedine.* Morbum hunc apud *Marcellum Empiricum*, (qui *Gratiani & Theodoſij* Imperatorum temporibus floruiſſe traditur) ſub *Oſcedinis* titulo, indicatum volunt quidam artium & medicinæ peritiſſimi, quibus aſſenſus noſter jure merito debetur! Etſi enim aliter hanc vocem accipiant nonnulli, nempe ad ſignificandum illud vitium quo ſæpe oſcitando Os diducimus, Sereno tamen oris ulcera denotat.

Hinc Oſcedo fugit, cedunt quoque vulnera linguæ

Sicut *Iſidorus* quoque interpretatur, *lib. 4. orig. cap. 8. Marcello Empirico* etiam Scorbutus ita appellati videatur: Sed non opus eſt ad aliena provocare interpretamenta, cùm author ipſe animi ſui ſenſum haud obſcurè exolvat. *De re Medicâ cap. 11.* Ibi enim nulla alia præſcribit contra *Oſcedinem* remedia, quàm quæ Scorbuto faucimmque ulceribus ſanandis conveniant, unde concludere licet, illud ipſum oris vitium, quod Scorbuticis familiare eſt, per *Oſcedinem* eo loco intellexiſſe. *Charletoni p. 14.*

9. *Partim ſub ſcelotyrbe & ſtomacacè.*) Non procul à Scorbuto abfuiſſe morbus ille, qui in exercitu Romano, cui *Cæſaris Auguſti* gratiâ præerat *Ælius Gallus*, in Arabiam tunc temporis ducto, paſſim graſſabatur, quemque *Strabo* ſub finem, *lib. 6. Geogr.* deſcribens, στομακάκην καὶ σκελοτύρβην nominavit: Vocabula hæc, quæ ejuſdem morbi ſunt, utrùm primitùs ab ipſo *Strabone* huic malo indita fuerint, an à vetuſtioribus Græcis derivata, equidem poſt tot luſtra ſæculorum, & in tanto antiquitatis ſilentio, divinare nefas eſt, illud tamen certiſſimum eſt, utrumque ex gravioribus morbi ſymptomatis deſumptum fuiſſe, alterum nempe ab oris fœtore, quo milites infecti erant, alterum à crurum ac tibiarum imbecillitate, qua iidem vacillabant. *Charleton p. 5.*

10. *Scelotyrbe.*) σκελοτύρβη, à σκέλος crus, & τύρβη perturbatio derivatur, quia affectus hic crura ita reſolvit, vt homo rectus incedere non poſſit, ſed nunc ſiniſtrum crus in dextrum latus, nunc dextrum in ſiniſtrum transfert; nunc pedum alterum trahit, inſtar eorum qui locos acclives conſcendunt, vt ſcribit *Author Defin. med.* Charleton.

11. *Stomacaca*, στομακάκη, rectiùs στομακάκη (ſic enim legendum Strabonis textum, cum *Sennerto* arbitror, quia Scorbuticis plerumque os κάκιον, id eſt, *merdam* olet) vitium oris deſignat, qui qui laborant, peſſimè fœtentes halitus, ore & naribus efflant. *Charleton.* Qua ſignificatione uſus eſt *Guido Patinus* Academiæ medicæ Pariſinæ olim Decanus, in illos, indignabundus, qui aliud etymon aſſignarent.

12. *Hippocrati ſub lienum magnorum.*) Qui non tam deſcripſiſſe, quàm ad vivum uique coloribus veris depinxiſſe videtur, lib. περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν: partim ſub *magni lienis* nomine, partium ſub velo εἰλεοῦ αἱματίτεω; vbi quæ ad delineandam utriuſque naturam affert, tam exactè Scorbuto noſtro quadrant, vt vix alium ad quem invenias morbum, cui cum pari congruitate accommodari poſſint. *Charleton Tr. de Scorbuto p. 12.*

13. *Mare & loca paludoſa incolentibus familiaris eſt.*) Ad quam communium morborum claſſem referri debet Scorbutus, *Endemiorum* ſeu *Popularium & Regionalium*; An ad *Sporades* vel Epidemicos? Endemium quidem morbum eſſe regionibus haud paucis in Septentrionali orbis terrarum parte & populis, qui vel Oceano Germanico, vel Balthico mari adjacent, minimè dubitandum eſt: Sunt tamen Climata etiam, etiam ad Arctum ſpectantia, in quibus idem affectus non endemicè, ſed tantùm ſporadicè graſſari videtur: Exemplo ſit (vt Galliam prætercam;) in qua vix auditum eſt Scorbuti nomen, licèt morbus ipſe nimium frequens ſit.)

Magna per immenſum celebrata Britannia nomen.

Non eſſe tamen endemium conſtanter aſſumo, non unâ ratione inductus. Primò enim ille non eſt in oris Britannicis, quàm apud externas nationes frequentior, ſed contrà longè rariùs, quàm in ullâ ex modo dictis terrarum tractibus, medicorum obſervationi occurrit. Deinde iſthic ortum ſuum, non ab ulla aëris pravitate, non ex inclementiâ ſoli, ducere

cenſendum eſt; aſt ſolùm ex illorum, qui eo laborant inordinatâ vivendi ratione & apparatu morboſo, aut ſaltem ex eorundem cum infectis conſortio nimis familiari. At verò ad morbum quemcumque *Endemium*, quo propriè ſic denominetur, requiritur, ut exiſtat in illa regione, cui attribuitur tanquam Vernaculus, quam in alia ulla frequentior; ut ortum ducat ex aliquali regionis inſalubritate, utque inſalubritas iſta ſit omnibus incolis ex æquo communis, nec quovis utcumque recto rerum Non naturalium uſu præcavenda: Certum igitur perſpicuumque eſt, Britanniæ non Endemicum, ſed Sporadicum eſſe Scorbutum, qui inibi per multa loca vagatur, haud paucos ex iis, qui vel otio luxuque degunt ſoluti, vel pravis alimentis per egeſtatem uti coguntur, vel cum infectis verſantur, invaſurus.

Cæterùm idem morbus eſt interdum quoq; e *Epidemicus*, ubi nimirum conſueto plus viget Cauſa illa communis, ſeu in pravâ illâ victus ratione, ſeu in paſſim diffuſo aëris miaſmate, ſeu demum in utroque ſimul concurrente, & ſenſim magis magiſque in hominum Eucraſiam prævalente conſiſtens, unde Scorbutus primordia ſua atque fomentum deſumere ſolet, Tunc enim ipſum in vulgus & multò frequentiùs, multoque graviùs quàm antea conſuevit involare neceſſum eſt, aucto quippe mali fomite, & ejuſdem ſævitia ſimul augetur. Ita anno 1556. Epidemium Brabantiæ populo Scorbutum redditum fuiſſe tempore famis, advecto ſecalis corrupti uſu vulgari. *R. Dodonæus obſ.33.* teſtatur. Vide & *Foreſtum lib.10. obſ.42. Charleton pag 22.*

[14] *Signa* adhuc *latentis* non ſatis ſunt evidentia, ſuſpicionem præbent, ſi laſſitudine totius corporis præſente, [15] æger in regione cui ſcorbutus familiaris vixit; ſi craſſo illo victu uſus eſt, [16] mœſtitiáque corripitur; ſi [17] parentibus ſcorbuticis natus, vel [18] morbo aliquo ad quem ſcorbutus ſequi ſolet laboravit. *Incipientis* ſunt, [19] ſpontanea laſſitudo; crurum debilitas & dolor obtuſus; gravitatis in abdomine ſenſus; color in corpore ex vivido lividus; reſpiratio difficilis; rubedo & pruritus in gingivis.

[20] *Increſcentis*, præcedentium ſymptomatum augmentum; anhelitus adeò difficilis, ut etiam erectè ſedentes deliquium infeſtet; ventris tormina: [21] gingivarum tumor, flacciditas, corruptio, & ad radices dentium abſumptio, cum ſanguinis fluxu: *Crura* quaſi paralytica, tumida quandóque, quandóque atrophiâ laborantia; *maculæ* hinc inde variæ, rubræ, purpureæ, lividæ; fœtores aliquando, aliquando nullæ; ſoléntque hæc ſymptomata, per circuitum tertianum, quartanum, quintanum, vel quotidianum recurrere.

His adde [22] *urinas &* [23] *pulſus nimis variantes. Illæ* initio ſunt tenues & citrinæ, materiâ tartarea in iis ſubſiſtente, nunc craſſæ & albæ, humoribus magis corruptis rubræ, & propter ſalſedinis aduſtæ admiſtionem, cum lixivii ſplendore; & tum abſque omni putredinis nota & ſiri, arenulæ rubræ, matulæ ſæpe adhæreſcunt. Interdum turbidæ ſunt & permanent: interdum clareſcunt, & rubrum ſedimentum quod farinam laterum refert, ad fundum deponunt: interdum multa cruda & pituitoſa excrementa ſupra ſedimentum quaſi ſuſpenſa hærent: quibus verò hæmorrhoides ſuppreſſæ malo occaſionem dedere, iis guttatim cum dolore & ardore profluunt, & materiam tartaream, mucoſam, ſalſam & nigricantem continent.

Hic, nunc debilis eſt γ. inæqualis ac ſæpe vermiculans, nunc magnus & durus abſque inflammatione, deliquio verò animi imminente, propter ſummam ejus neceſſitatem, & quod cor vapores expellere conetur, fortior.

14. *Signa adhuc latentis*) *Latet ſub ſpecie hypochondriaci*, quod ad gradum ſublimiorem exaſperatum & deductum, vocatur *Scorbutus*, nempe quando Acidum peccans in hypochôdriacis, in tantum exaltatur & ſucceſſivè quaſi volatilizatur, exinde fit ſummum penetrativum & fermentativum, unde tandem naſcitur *ſcorbutus*, malum *contagioſum*, ex malo hypochondriaco non contagioſo. *Etmuller.*

14. *Signa adhuc latentis*) Si æger conqueratur de pathematibus circa digeſtionem, ſeu ſupervenientibus ſymptomatibus capitis, ſola oſtendunt laborare ægrum affectu hypochondriaco; *Scorbutus* niſi *inveteratus* ſit, eſt difficulter cognoſcibilis; Interim tamen cum ſcorbutus ſe quibuſdam morbis aſſociat, ſemper pejora ſymptomata adſunt, atq; in ſcorbuto ſimplici. Ut igitur cognoſcatur *latens* Scorbutus, conſideret Medicus *urinam*, quæ nimis flammea, vel cum atomis ſolis roſis impregnata, vel & cum caudâ pavonis eſt inſignita. Præter urinam attendat ſymptomata doloroſa, ſi ſentiuntur dolores partium ultra naturam talis morbi. Si in alio morbo ſuperveniat dolor lancinans in lumbis, niſi adſit nephritis, ſignum eſt adeſſe Scorbutum. *Confirmatur*, ſi æger conqueratur de *doloribus gingivæ, dentium*, ſi hinc inde *maculæ* excreſcant, quæ quò majores ſunt imprimis in *cruribus*, eò magis malum manifeſtum eſt. Præter maculas Scorbutus interdū ſolet inferre *pruriginoſam* ſimul *purpuram*, quæ ſignum certū eſt *Scorbuti latentis*. Etmuller,

15. *Æger in regione cui ſcorbutus*) Etſi Septentrionalibus regionibus familiaris eſt, uſus tamen nos docuit hâc noſtram regionem (meridionalem hoc eſt.) eo non omnino carere; qui ſi omnibus circumſtantiis ſtipatus non ſit, quæ ab authoribus Septentrionalibus referuntur, quædam tamen ſymptomata præ ſe fert ad illius naturam dignoſcendam ſufficientia. *Riverius Pr.*

16. *Mœſtitiaque corripitur*) Inter Scorbuti cauſas à rerum non naturalium inordinatione derivari ſolitas, meritò *Triſtitia* ponitur, nam paſſim obſervare eſt, homines propter occaſionem aliquam luctu ingenti perculſos, & deinceps diu mœſtos, ſcorbuticos fieri. Cujus ratio hæc videtur eſſe. Ingens mœſtitia animam interiorem, ſeu corpoream, immediatè afficiens, binas ejus partes, nempe *ſenſitivam & vitalem*, intus compellit, earum ſyſtaſes à ſolitis expanſionibus inhibens coarctat, ac in minus ſpatium contrahit: hinc ſpiritus animales à debita expanſione præpediti, œconomiam ſuam remittunt, quare & ſanguis minori ambitu ſuos circuitus repetens, circa cordis ſinus agglomerati, ibidemq; ſtagnare aptus eſt: hinc cùm ſpiritus utriuſq; regiminis, ſcil. tum animalis, tum vitalis præſides deprimuntur, & *ſanguis & ſuccus nervoſus* ſecundum craſes ſuas alterari incipiunt, & uterq; vigorem ſuum ſenſim amittens, à liquore generoſo verſus acetoſum & effœtum vergit: ſiquidem coctionis viſcera, ſolito ſpirituum influxu denegato, munia ſua perperam obeunt, Hinc à chylo minùs rectè con-

a ni

aut inter coquendum depravato, ſucco: nutritius nonniſi vitioſus & fæculentiis refertus, maſſæ ſanguineæ infunditur, unde craſis ejus magis pervertitur, inque diatheſin ſcorbuticam faciliùs tranſit. Porrò, ob hanc rationem *ſtudia immodica*, & nimis ſeria, ac continua animi intentio, quatenus hinc ſpiritibus depreſſis, & viſcerum muniis ſubverſis, humorum præcipuæ craſes in pejus alterantur, ſæpe labem Scorbuticam acceſſunt; Cui accedit, quod tum mœſti, tum ſtudioſi, vitam ſedentariam plerumque degunt, cujus cauſa & *ſanguis* & *ſuccus nervoſus*, tamquam aqua motus defectu ſitum contrahens, vitium & ſcorbuticam corruptelam promptius inire ſolent. *Willis.*

17. *Si parentibus ſcorbuticis*) Scorbutus interdum hæreditariò contrahitur, itavt morbi lues à parentibus in natos derivata, abſque aliis cauſis, ſive externis, ſive internis fructus morbidos, affectionis ſcorbuticæ indolem exactè referentes, producat: Ita novi puerus ſtirpe valetudinariâ oriundos, doloribus artuum vagis, macularum eruptione, gingivarum & dentium eroſione & carie affectos fuiſſe. Inſuper obſervare eſt, parentum Lue venereâ tactorum natos, ſymptomatis gravioribus, *affectionis ſcorbuticæ* æmulis, obnoxios degiſſe. Hujuſmodi affectuum ratio in hoc conſiſtere videtur, quòd miaſma morbidum humori genitali impreſſum, inſtar fermenti venenati habet, quod licèt aliis particulis obvolutum aliquamdiu lateat, tandem [illegible] ſuas exerit, atque in *ſanguine*, aut *ſucco nervoſo*, ſymbola ſalis & ſulphuris elementa exſuſcitat, atque ſupra cæteras particulas evehendo, in labem ſcorbuticam deflectit. *Willis.*

18. *Vel morbo aliquo, &c.*) Scorbuticus febri diuturnæ, aliiſque morbis chronicis male curatis; Item hæmorrhagiis nimiis aliiſque excretionibus immodicis, quin & evacuationibus ſolennibus, uti menſium & hæmorrhoidum, ſuppreſſis paſſim accidit. *Willis.*

Non tantum *febribus*, ſed & aliis morbis chronicis malè curatis Scorbutus ſupervenit, idque ob duplicem rationem, ſive afficiendi modum; Nempe, vel quia ſanguis a morbo præſenti verſus diatheſin ſcorbuticam immutatur, vel quoniam ægritudo laborantes à quovis exercitio aut motu diu inhibet; proindeque illi à longo otio & receſſu, in Scorbutum inclinantur; Prius cernitur in melancholiâ, ubi ſpiritu depreſſo, & ſale in fluorem evecto, ſanguis in acetoſum vergit; cujuſmodi craſis, ſulphure poſtea à ſale adſcito, & pariter evecto, facilè in Scorbutum tranſit; Affectio hypochondriaca in tantum Scorbuticæ affinis eſt, ut ſæpiſſimè hanc ſociam inducat; nam fæculentiæ atrabiliariæ, quæ ſanguinem pro iſtius affectus indole ſolummodo inquinant, poſtea craſin ejus pervertunt, adeoque ſcorbuticam reddunt, Pariter Icterus & Hydrops, qui ſanguinem impurâ aut incongruâ mixturâ primò tantùm inficiunt, diutinâ morâ temperiem ejus prorſus mutant: 2. Plures alii morbi Scorbutum accidentaliter inducunt, quatenus nimirum ægri à labore aut exercitio quovis impediunt, proindeque illorum ſanguis parùm eventilatus, pervertitur, non ſecus ac vina ſupra fæces ſuas diutiùs retenta, craſin amittunt, atque ſalis & ſulphuris inordinationes ſubeunt: Hoc modo *paralyſis*, *lumbago*, *oſſium fractura*, *ulcera ac vulnera*, nonniſi longo tempore ſanabilia, homines Scorbuto obnoxios reddunt. *Willis.*

19. *Spontanea laſſitudo*) Primum Scorbuti ſignum, quo ſæpe morbi incipientis ſuſpicio præbetur *Laſſitudo ſpontanea* eſt, cui accedunt impotentia ad motum, item crurum debilitas & velut gravitatis ſenſus; Hæc ſymptomata circa morbi initia oriri ſolita, à *ſanguinis* potiùs, quàm *liquoris* nervoſi (qui vix adhuc inquinatur) vitio derivantur; Hoc autem duplici reſpectu fieri poteſt, ſcil. primò quatenus ſanguis impurior factus, fæculentias ſeroſas inter circulandum eruit, eaſque muſculorum poris & meatibus inſinuat, quibus intercipiuntur illi & aggravantur, proinde ut ſpiritus impediti, ac interrupti, exploſiones ſuas locomotivas haud liberè ſatis ac vegetè ineant; inſuper partes velut ſarcinâ quadam onuſtæ, non uti priùs facilè & expeditè moventur. 2. A ſanguine vitioſo ſpiritus animalis *copula exploſiva* nonnihil degener ac imbecillis accedit; propterea illi neque motus locales promptè ineunt, nec vegetè perficiunt. In Scorbuto inveterato, impotentiam ad motum etiam à ſucci nervoſi depravatione, & ſpirituum inopiâ etiam oriri credimus. *Willis.*

20. *Increſcentis præcedentium ſymptomatum*) Ingraveſcente Scorbuto, *liquor cerebri & nervoſi appendicis irriguus*, ſolito *tenuior* & *pauperior* evadit, quo fit, ut pleræque functiones animales præpeditè admodum, ac minùs vegetè exerceantur; hinc potentia locomotiva plurimum vacillat, ut affecti otium & receſſum amantes, corporis exercitia & labores devitent, penitùs quæ vis ægre ſuſcipiant, eaque ſtatim delaſſati iterum trant; Nuvi quibus tota anima ſenſitiva debitu exilior, & quaſi corpori impar facta videbatur, adeo ut ægri ſe nec ambulare, nec ſtare poſſe credentes, lecto excitari aut exurgere omnino recuſarent, cum tamen nulla evidens cauſa impediret, quin ſua munera ſatis exequi valerent: Porro tales utut priùs ingenioſi, etiam animi labores & ſtudia abhorrentes, & planè nihil agendo vitam conterere affectant. *Willis.*

21. *Gingivarum tumor, flacciditas*) Solent ſere ſemper conqueri de laxitate quadam gingivarum, unà cum vaga ſeu varia earundem nunc *excreſcentiâ*; & *tumeſcentiâ*, nunc exulceratione, & fricatæ gingivæ, nunc ſanguinem ſtillant, eumque intensè ſalſum, nunc liquamen quoddam ſeroſum; in talibus ſaliva admodum ſalſa, interdum inprimis matutino tempore manifeſtè acida deprehendi ſolet. *Etmuller.*

22. *Urinas*) In Scorbuto certiori quàm in aliis affectibus diagnoſi, matulam conſulimus, nam ſi abſque febre, aut ictero, urina intensè *rubicunda* & quaſi *lixivialis* apparet, iſtius morbi ſignum indubitatum pronuntiamus. Enimverò dum latex ſeroſus, cum ſale & ſulphure ſolutis aliquamdiu circulatur, particulæ ſalinæ & ſulphureæ eodem incoctæ, tincturam valde ſaturatam & velut lixivialem impertiunt, quod etiam talis urina contentis, quæ in lotio refrigerato ad fundum præcipitantur, plurimùm abundat, particulis *ſucci nutritii* degeneris cum ſero abreptis omnino debetur: Sed tamen urinæ Scorbuticorum ſæpe variant, aliquando enim illæ citrini coloris, cum cremore innatante, aut vitri parietibus affixo apparent: unde ſumitur indicium, ſanguinem particulis ſalinis pluſquam ſulphureis abundare, Equidem ſi talis urina ad ignem exhalet, reſidentia ſalina in ſubdupla liquoris quantitate remanebit. Porro interdum ægrotorum urinæ de hoc vel illo ſtatu, in contrarium mutantur, ut quæ hodie *rubicunda*, aut *citrina* fit, cras limpida & tenuis in copia ingenti excernatur: cujuſmodi lotium, ſi quidem conſtat haud diu cum ſanguine circulatum fuiſſe, (quia nullam ab eo tincturam ſuſcipit) provenire ſtatuimus a *ſanguinis* & *ſucci nervoſi* recrementis aquoſis, partim intra lymphæ ductus contentis, partim intra poros & meatus ſolidarum partium depoſitis; quæ cum ad plenitudinem aggeruntur, fluere obortò è receptaculis ſuis ubique exundant, inque ſanguineam maſſam irruentia, exinde ſtatim per renes amandantur. *Willis.*

Urina Scorbuticorum eſt admodum varia, ut plurimùm flammea, inſtar ſpiritus nitri, & eſt nihil

aliud, quàm latex urinarius nimis ſalibus contentis ſaturatus, inſtar lixivii acerrimus; Hinc tales urinæ flammeæ ſubinde mutantur & fiunt naturaliter tinctæ, ſed ita ut lateribus matulæ ſe affigant copioſæ *arenulæ rubræ*, facilè friabiles, quæ ſunt *ſalia coagulata*, à vaſis lateribus, & hæ *arenulæ* ſunt unum ex certiſſimis ſignis ſcorbuti: In *ſpecie urina* ſubinde ſolet apparere ſupernatans quædam *pinguedo* inſtar pelliculæ, quæ pellicula ad latus aſpecta, ſolet eſſe admodum variata, inſtar caudæ pavonis, Eſt nihil aliud quàm ſalia coagulata; Sic in chymicis, ſi aliquid evaporetur uſque ad pelliculam, ea apparet variegata. *Etmuller.*

β. *Pulſus nimis variantes*) Pulſus inæqualis, ac intermittens, item *frequens Leipothymia*, ac ejuſdem metus, ſcorbuto graviori ſæpenumero accidunt, quorum par ratio ac Reſpirationis annomalæ, (vide infra §. *Reſpiratio difficilis*) modò *ſanguinis in corde accenſioni indebita*, modò *nervoſi generis inordinationi* meritò adſcribitur: *Sanguis fuliginens* factus, ac inſuper fæculentiis ſcorbuticis valde refertus, velut ellycnii oleum ſale à ſordibus limoſis imbutum, nonniſi inæqualiter ac interrupte accenditur; quare hinc *pulſus irregulares*, cum *ſpirituum vitalium* crebro *deliquio* cietur.

Porro ſi quando nervi cardiaci etiam materia morbifica obſidentur, ut ſpirituum animalium influxus; quo cordis motus perennatur, haud juſto dimenſo & æquabili ritu peragatur, propterea quidem accidit cordis motus aliquatenus inhiberi, ejuſque reciprocationes varie perturbari: *Pulſus inæqualis* vel *intermittens*, & *parvus ac debilis à dyſcraſia ſanguinis*, ſin ſatis ſit *magnus ac fortis*, *à functionis animalis vitio* procedere videtur. *Willis.*

Pulſus in hypochondriacis quandoque intermittit, in *Scorbuticis* vero inprimis, ut ſic eſt admodum varius, ſubinde parvus ac debilis, ut æger omni momento, quoad Pulſum, videatur exſpiraturus, ſed ſi non alia ſymptomata adſint, non terreatur medicus. *Etmuller.*

γ. *Inæqualis ac ſæpe vermiculans*) *Nonnunquam* Intermittens, *Hypochondriacis quoque familiaris.* Hoc autem fit præſertim, quando ſuccus Pancreaticus Auſteritate notabili peccat, ideoq; non tantùm minùs cum bile pugnat, effervescitque, ſed inſuper ſanguinem efficit denſiorem coactioremque, adeoq; ad rareſcendum, parteſque ſuas ubique promendas ineptiorem. Ab hac cauſa *Pulſum intermittentem* deduci poſſe autumo, & quidem non tam ab ipſo ſucco Pancreatico auſtero, quàm halitibus ſimilibus, h. e. auſteris ad cor delatis, & prout pauciores pluresve ſunt, pauciores pluresve Pulſus intermittentes producentibus. Quoties namque Halitus auſteri cor ingrediuntur, toties ſanguinem plus minùſve pro majore minoreve ſui copiâ & auſteritate coagulant, & in ſuâ rareſactione impediunt, unde non mirum, ſi corde ſegniùs ad ſui contractionem irritato, unus pluresve Pulſus intermittant.

Cauſa verò iſtorum Halituum Acerborum petenda mihi videtur ab uno pluribusve Ductibus Pancreaticis leviter obſtructis; ſuccumque acerbiorem in ſe continentibus, eundemque per intervalla breviora, vel longiora in tenue inteſtinum emittentibus, atque ob ſuum vitium Effervescentiam cum Bile vitioſam producentibus; ita tamen, ut Bile ſuccus notatus inferior ipſam haud opprimat, quin potiùs ab ipsâ in Halitus auſteros elevetur, & per lacteas venas in cor penetrans, Effervescentiam in ipſo vitalem ſcintillùm comprimat, & quaſi ſiſtat, unde ſemel, aut ſæpius intermittit pulſus, h. e. tam parvus debiliſque ſaltem exiſtit, ut Tactu nequeat percipi. *Sylvius Append. Tr. ix. §. 126.*

Differentia à cauſis.

Scorbuti quidem ab Authoribus variæ dantur differentiæ, quarum præcipua, quod hunc vocant *calidum* illum verò *frigidum*. Sed revera omnis provenit ab unicâ cauſâ, lymphâ, vel pituitâ, nempe craſsâ, propter quam chylus glandulas lacteas nonniſi ſeroſiori ſuâ parte poteſt tranſire, hinc ſymptomata, pro temperamentorum & locorum diverſitate, Bilem tamen, ſed itidem craſſiorem; ſi quis admittere voluerit, illi non contradicam. *Barbette.*

Differentia.

Differentia deſumuntur vel à *modo generationis*, vel à *tempore invaſionis*, vel *ſymptomatibus*.

A modo generationis, quatenus eſt vel *connatus* vel *hæreditarius*, vel *communicatus*, contagio, &c. vel *proprio vitio ac diatâ acquiſitus*.

A *tempore invaſionis*, eſtque vel *recens*, vel *inveteratus*.

A *ſymptomatibus*, unde *ſcorbutus* alius cum exulcerationibus, atrophia; &c. *Fred. Deckers* Not. §. c. in cap. 3. lib. 4. *P. Barbette.*

Differentia à cauſis.

Ex permagnâ Scorbuto vel conjunctorum, vel mox ſupervenientium affectuum varietate; fas eſt colligere, ipſum non ſemper ab unâ aliquâ ſingulari & ſimplici cauſâ proximâ exoriri, ac dependere, aſt à multiplici, quæ ſuam ὕπαρξιν ϗ οὐσίαν pro diverſa elementorum primiceriorum complexione variat; Quid enim niſi complexum, peſti adeo πολυειδῆ producendæ ſufficiat? In *his* equidem *Sanguini* præcipuè inhæret infauſta labes, *Illis* de nectareâ ſuâ dulcedine dejectus, vitiatur præ cæteris *Succus nutritius*; *Aliis* uterque ex æquo inquinamenti participes fiunt.

Adhæc, tempus eſt, ubi nimiſque liquoris *ſulphurea* particulæ, initâ cum fixis ac ſalinis quibuſdam ſocietate, dominium uſurpant in cæteras omnes; Eſt item quum ferociunt *ſalina*, danturque plures, quorum in ſanguine pariter ac ſucco alimentari eximius *acor* inauſpicato regnat.

Sunt denique in harum unaquaque ſactionum ſeu intemperierum varii gradus, quibus ab invicem diverſificantur, ut tantam effectuum varietatem, ab unâ eademque dyſcraſiâ, quæcunque ea demum eſſe ſupponatur, deducere impoſſibile videatur; & perarduum ſuam cuique efficientem indubitanter aſſignare.

Vix enim plura *ſulphurum ſalium que* genera in Hermeticorum ergaſteris, quàm in ſanguine Scorbuticorum eſt repetire. Hic enim in his gravem ſulphuris mephitim olet, in *illis* ad *tartari* figentem ſalſedinem propiùs accedit: aliis ſtypticitatem refert *chalcanthi*, aliis *alumen* ſimulat, nec deſunt quibus à genio ſuo uſque eò abhorret, ut corroſivam *aquæ ſtygiæ* atrocitatem induiſſe reputetur. Et de *ſucco nutritio* idem quoque exiſtimandum, communia enim utrique liquori eadem vitia eſſe neceſſum eſt, altero alterum, dum in partium intimis receſſibus concurrunt, inficiente.

Tot itaque ſcorbuti ſpecies, ſeu *differentias* ſupponere licet, quot ſunt vitioſæ ſanguinis tincturæ, è diverſis ſalibus, horumque tam inter ſe, quàm cum cæteris illius elementis primiceriis diverſimodâ combinatione oriundæ. Omnium non inibimus cenſum, ſat erit paucas, eaſque eximias à ſuis uſque primordiis, quâ licet veriſimilitudine deduxiſſe.

Mihi igitur ab effectibus inter ſe manifeſto diſcrimine differentibus, de cauſarum diverſitate conjecturam deſumenti, *tria* Scorbuti *genera præcipua* videntur conſtituenda.

Unum, cui pro cauſâ proximâ & continente, eſt ea ſanguinis intemperies & impuritas, in qua *Sulphurea*

ipſius

ipſius *particulæ*, intrà cum paucioribus ex ſalinarum cenſu conſpiratione, cæteris omnibus præſunt.

Aliud, ubi ſuppreſſo, velunque ſub jugum ſervitutis miſſo ſulphure putiori, *Tartarea* ſeu *ſalino terreſtres* principatum in ſanguine tenent, ejuſque συνδυάτων unpediunt.

Tertium, quod ortum ſuum juxta ac fomentum debet eximio ſanguinis *acori*, quando ad fluorem jam tum aſpirantes, ſibique communi mixtionis vinculo aſſociatas cæteras ſuâ libertare mulctantes particulæ ſalinæ, univerſam ſanguinis maſſam intenſiſſimâ imbuerunt *aciditate*.

Sin Chymicorum vocabula diſplicent, *Primi* generis Scorbutum revoca ad efferæ bilis exuperantiam, *Secundi* ad *ſalſuginoſi* præpollentiam *phlegmatis*, & *tertii* ad imma nitatem melancholiæ. Videſis tamen ne ullum exiſtimes ex tribus hiſce Veterum humoribus, unum in ſanguine luxuriantem, producendo ſcorbuto ſuffecturum, niſi peculiarem quandam ἀήθων κακοχυμίαν prius ſuſceperit: quamplurimi enim viſcerum obſtructione, & humoribus melancholicis laborant, qui Scorbuto non afficiuntur; Et in iis regionibus, quibus bilioſi humoris ex aëris fervore congeſtio eſt familiaris, Scorbutus ignotus eſt. Idem, inſuper & præcipuè apparet, ex Scorbuti contagio, quo alii morbi tam bilioſi, quàm melancholici & phlegmatici, planè deſtituuntur: Sed cauſæ cardinem hæ non attingunt, magiſque expedit, ut ad modò dicta Chymicorum principia revertamur, utpote quæ ad ſcorbuti geneſin ritè enucleandam, plus lucis afferant.

Extat apud *Hippocratem* textus quidam percelebris, præſenti huic noſtro de aſſignatis Scorbuto cauſis ſcrutinio & lucem & authoritatem præferens. *Cùm animalia ex plantis naſcantur, plantæ ſuum è terra hauriant alimentum, hæc autem in ſe ſulphuris Saliumque diverſorum ingentem vim contineat, neceſſum eſt, ut alimenta quibus nos homines veſcimur ἀνεπιτήδεια, ἰκεστὰ ἢ ἰσχυρὰ, multa in ſe contineant mineralium effluvia, quæ cum nullo modo corpori in alimentum cedere poſſint nec ita immutari, ut in ſanguinem non deveniantur, ubi manentia morborum cauſa fiant; Idque quatenus* amara, ſalſa, acida *aut* acerba ſunt, *& id genus alias* δυνάμεις *calori noſtro inſuperabiles habent, quumque quid horum à benignioribus ſecretum ſe manifeſtat hominem lædendo.* Lib. de veteri med.

Scorbuti è ranciditate ſanguinis oriundi hiſtoria.

Quoad primam ſpeciem, quam *ad ſulphuris in ſanguine luxuriantis* & cum *ſalis* nonnihil conjuncti dominium, tanquam ad proximum efficiens retulimus, obſervandum eſt haud rarò contingere, ut ſanguinis maſſa particulis ſulphureis ad exceſſum uſque redundantibus, & dominationem in cætera alimenta exercentibus imprægnata, à naturali ſuâ temperie degeneret, inquè liquorem tranſmigret impurum, præfervidum, bilioſum, variiſque tumultibus ac effervescentiis obnoxium: Illud ubi contingit, tanta ſævientis in omnia *ſulphuris* poteſtas eſt, ut ſibi in ſocietatem adſcitis aliquot ex numero *ſalinarum* (eis ſcilicet quæ ad ſtatum fluxilitatis jam tum propius acceſſerint) ſuppreſſiſque ſimul ſpiritibus generoſis; ſanguini univerſo noxiam quandam brevi inducat *ranciditatem*; Qua is infiniter diſtemperatus, non ſolùm inutilis, ad nobiliſſimum illum uſum, cui ex naturæ inſtituto deſtinabatur evadat, verum etiam pleriſque partium, quas circuitione luſtrat, gravis & infeſtus; In has enim recrementa quædam, ſeu coagmentatas ex *ſulphure ſaleque* moleculas paſſim diſpergit, quæ illas pro peculiari cujuſque contextura diverſimodè affligant, Quippe to *habitum corporis* extruſæ, *maculis* eum, *exanthematibus*, *puſtulis*, *tuberculis*, *exulcerationibus* fœde detorpant *Interaneis* vero affixæ, *cardiogmos* pariunt, *vomitiones*, *diarrhoeas*, *&c.* qua vulgo ſolent mordenti ventriculum & inteſtina efferatæ *bilis* acrimoniæ adſcribi, quæque ſcorbutum ſæpe & comitantur & indicant.

Interim experientia compertum habeo vix generoſo do iſthanc Scorbuto ſufficere ranciditatem, niſi *diuturna* fuerit & *habitualis*, Recens enim, nec novo indies fota pabulo, aut excretis vigore naturæ, quæ ex *ſulphure* ac *ſale* concreverant moleculis paucolos intra dies extinguitur, aut febrem ſynocham accendit, ſanguinem inflammando; Id quoque certum, eidem maxime obnoxios eſſe illos, quibus in deliciis ſunt vina fortia, aquæ ardentes, caro porcina, piſces teſtacei, allio aut pipere condita, id genus alia, ex his enim ſanguis exſurgit uberrimus, ſulphuris & ſalis rancidioris proventus, ſicut haud obſcure colligatur ex eo, quod pleraque eorum cum putreſcunt, graviſſimè fœtent.

Ubi Scorbutus maximè à *rancidâ*, ſeu *ſulphureo ſalinâ* ſanguinis, & ſucci quoque nutritii dyſcraſiâ dependet, ſymptomata uſitatiora ſunt *Maculæ*, *Exanthemata*, *Tubercula*, *Ulcera*, hæcque ex particularum ſulphuris, & ſalis inter ſe concreſcentium moleculis, è ſanguine τῇ μεταστάσει in corporis exteriora effuſis, ibique manentibus, Item *Vomitus*, *Cardialgia*, *Diarrhœa*, ventremque quaſi lancinantia *Tormina*, indubiè ex materiâ morbificâ in ventriculum & inteſtina confertim irruente, eaque ad tam efferum hoſtem quàm ocyus expellendum irritante. Adjicias & frequentem ſanguinis effervescentiam, ſive ζύμωσιν p. n. ab incongruis & fermenti in morem activis particulis ei pertinaciter inhærentibus, ac inteſtinos tumultus per orgaſmum ſubinde concitantibus.

Porro ſi eadem labes, facta in *cerebri* adyta & *nervoſum genus* irruptione, functiones etiam animales perturbaverit (id quod inconfirmato plerumque ſcorbuto contingit) tum ante omnia ingruere obſervabis *vertigines*, *cephalalgiam tenſivam*, *ſcotomiam*, *coma ſomnolentum aut vigilias* immoderatas, *ephialtem & inſaniam* nonnunquam.

De ortu Scorbuti è ſale fixo.

Quoad ſecundam ſpeciem, cui pro cauſa continente dedimus *Tartareas* impuritates, unà cum chyli tributo in publicum vitæ theſaurum, ſanguinem, invectas, ejuſque συνδυασμὸν repugnantes, non eſt quod longa rationum catena utamur ad hujus geneſin elucidandam; Nemini enim novum, plurimum facere ad Scorbutum ſanguinis μώλυνσιν ſive cruditatem; quæ vix aliunde quam à *ſalino-terreis* cruditatibus ſeu fæculentiis ſanguini copioſe admiſtis oriri videtur. Talium enim de natura eſt, ut cæteras omnes ſanguinis partes figendo detineant in ſtatu cruditatis, unde fit ut univerſa illius maſſa in ſalſum & gari æmulum liquorem brevi degeneret.

Quam ſanguinis eſſentiæ neceſſaria ſit meteorixatio, vel ex indeliquet, quod ipſemet modus ſanguificationis aliud nil eſſe videtur, quam advecti noviter in ſanguinem chyli à cruditatis ſive fixationis ſtatu ad ſtatum fuſionis ſeu volatilitatis proceſſus, quo ſpiritus ejus qui antea fixi & depreſſi jacebant, jam exaltantur, & ad ſummum expanſionis gradum promoventur.

Interverſo igitur iſtius proceſſu, neceſſum eſt, ut non tam verus ſanguis, quam liquor quidam impurus cruduſque & ſcorbuticæ indoli proximus fiat.

Cruditatem hanc quadamtenus exprimunt *muſtum*, *cerevisia novella*, *hydromel*, aliique liquores ex heterogeneis particulis conſtantes; Hi enim ante debitam ſui fermentationem nihil ſpirituum elargiuntur, nec

ulla cum ſuis recrementis pugna inita, prorſus inſalubres manent. Haud diſparis immaturitatis ſanguinem in hoc caſu eſſe puto, Non quod iſtos liquores amuſſidem ſanguinis velim, aſt ſimilitudinem aliquam, & illuſtrandi modum illinc traho.

At vero utcumque demum ſe habeat hujuſmodi cruditatis analogia, ad illam quam in dictis liquoribus nondum fermentatione deſæcatis obſervari diximus, certum interim eſt, Scorbutum hunc non ex omni ſanguinis cruditate oriri, aſt unice ab ea, in qua uni ſali parere coguntur omnia; Eſt enim alia ſanguini per *μόλυνσιν* inducta intemperies, unde *cachexia* potiſſimum *hydropica* emergit; alia cui in virginibus ortum debet *chloroſis* & *malacia*; alia ad producendam *affectionem hypochondriacam*, pronior, alia quam leucophlegmatia ſæpius excipit: Sunt forſan & aliæ adhuc, quarum differentiæ nobis nondum ſatis perſpectæ ſunt. Peculiarem igitur ſibi in crudo ſanguine diſpoſitionem hic quoque expoſcit *Scorbutus*, ut inde naſcatur, talem nempe, (ut nobis videtur) *quæ à copioſi, & in fixitatis ſtatu adhuc manentis ſalis* præ potentia exſurgit.

Pro *ſalis* quaſi deſpotica tyrannide, fidem ſuam interponunt ipſa *ſymptomata*, quibus hæc ſcorbuti ſpecies à reliquis diſtinguitur; quorum præcipua cenſentur *univerſi corporis torpor*, *anguſtia pectoris*, *cordis tremor*, & *viſcerum obſtructiones*, Scilicet ſanguinem præ ſalis contumacia deficiens *πνευμάτων*, hancque neceſſario excipiens ſpirituum paucitas, torpida reddit membra, unde *laſſitudo ſpontanea*. In *Pulmonibus* pariter à ſale incraſſatus ſanguis, ægre itque reditque per ſpongioſam eorum ſubſtantiam, hinc reſpiratio admodum difficilis & anheloſa; *Cordis* item anxiam *palpitationem* pari jure retuleris ad eundem crudum, ac ſale fixativo copioſe impregnatum ſanguinem; cujus craſſiores particulæ, ſtyptica infames aſpredine, dum nervoſas ventriculorum cordis fibrillas in tranſitu acriter pungunt, id à ſe conſueto violentius agitandum, undique vibrandum, & quaſi contorquendum, quo ab illa quamprimum injuria vindicetur, irritant atque exſtimulant, ſicuti ſternutatio excitari ſolet ab acribus humoribus in anteriores cerebri membranas delapſis. Quantum ad *Obſtructiones* attinet, nil utique ſolemnius eſt, quam ut craſſus, & lixivium ſalſugine æmulans ſanguis, dum pertranſit viſcerum anguſtias, his nonnihil de tartareas ſuis impuritatibus affixum relinquat.

Porro hujuſmodi Scorbuto affectis, ea duntaxat medicamenta proſunt, quæ *ſale volatili* abundant, Argumento ſane validiſſimo, eundem non aliunde, quam à *ſale fixo* ortum trahere; Conſtat itaque ab hujuſmodi principio, huic Scorbuto originem adſerere tum quæ ipſum comitari ſolent, tum quæ aperto marte vincunt.

Aſt unde iſthac tanta tamque pernicioſa excepti in ſanguinem ſalis fixatio? Repudiata eorum qui ignorato Lienis munere, ipſum tamen *Scorbuti ex ſanguinis cruditate generando* accuſarunt, aliam cauſam in promptu habemus, nempe *cacotrophiam*, Exiſtimo enim nil magis facere ad ſanguinis *μόλυνσιν*, quam diuturnum uſum in ciborum & potuum *ſale fixatio* abundantium, Si quidem quale alimentum, talis eſt & chylus, & qualis chylus talis item ſanguis, cujus conſtitutio ſemper mutabilis eſt, pro varia materiæ unde conſtat & quotidie inſtauratur coaditione. Unde in proverbio eſt *τὸ ποικίλον διαίτης, ποικίλα νοσήματα* parit: Alimēta quidem in os ingeſta, emollit imbuitque liquor *ſalivalis*, *dentes* molitura comminuunt, *olla ventriculi* excipit, acido ſuo fermento incidit, calore coquit, & in chylum denique diſſolvit: *inteſtina* prolectant, ſuccutiunt, ulterius elaborant, à fæcibus ſecernunt, venæ lacteæ eluctant, & in commune receptaculum transferunt, *ductus chyliferi* effundunt in ſanguinem, Cor exagitat, calore expandit, motu in orbem impellit, nihilominus nunquam ita de integro immutantur, quin eorum *ἄκρητα καὶ ἰσχυρὰ* remaneant in Sanguine ſemper immutata.

Hinc perpaucis unquam impune fuit victus ratio *φαύλη καὶ φλαύρη* Hippocrati dicta, maxime ubi ſale ac fumo indurata, craſſa, viſcida, terreſtria, nautica, abjectiſſima quæque in cibum & potum venerint, Talia enim laudabilis tributi loco illata in ſanguinis ærarium, non ſolum ſpirituaſcere nequeunt, aut volatilia reddi, verũ etiam in penitiores viſcerum receſſus vi circulationis penetrantia, congeſtis obſtructionibus, ſuam cuivis imprimunt labem, unde cordi, cerebro, reliquis ſumma ſpirituum pauperies & functionum omnium dejectio ſubnaſcitur; Velut immaturis fructibus acerbitas inhæret, ingrataque auſteritas, per maturationem autem ſpiritus *φλόγιστοι* innaſcuntur arte Chymicorum facile eliciendi, ſic confectus ex ſalſis ac terreſtribus ſanguis crudior fixiorque in univerſo remanet, nec meteorizationem, quam ad ejus perfectionem exigit *Hippocrates* admittit. Nil mirum ergo, ſi Halophago unicuique ſibi tortor datur, ſupplicia morbi ſunt, & præ cæteris ſcorbutus. Nam

Cum ſalſi vis penetravit
Acris, & in venas diſceſſit diditus ardor
Conſequitur gravitas membrorum, præpediuntur
Crura vacillanti, &c.

Scorbutici *Acidi* genealogia.

Innaſci in ſanguine *τὸ ὀξὺ*, *Acidum* quid; nullus dubito, Illud & *Hippocratis* authoritate jam monſtratum, & exinde ſanciri poteſt, quod ſanorum etiam extravalatus ſanguis confeſtim grumeſcit. Id enim admiſto præſertim Acido adſcriptũ volunt Medicorum filii, horumque in partes adducor, quod animo vix concipere poſſim, unde alias tam ſubitanea recens effuſo cruori obveniat grumoſitas, niſi coagulum emergere concedatur ex acido inhoſpitante; nunc à volatilibus ſpiritibus libero, ſuamque pronius energiam exſerente: Frigori hunc effectum tribuere inſulſum eſt, quia in aëre etiam calidiſſimo, ſanguis æque cito cogitur, imo & intra ſui conceptacula nonnunquam; ut in febre peſtilentiali & pſeudopolypo cordis contigiſſe obſervatum eſt.

Acidus autem hic ſuccus (*melancholia* nomine inſignitur) quandiu modum tenet, imperceptibilis manet, & ſub purpureo ſanguinis velamento cuncta corporis innoxiè pervadit, quin & utilis eſt ad conſervandã ſanguinis craſin, ac ſulphureatum ejuſdem particularum fugam aliquantiſper remorandam; Cæterum dulcioribus, quibus implicatus erat, diſſipatis, repreſſiſq; amarulentis, quibus contemperatur, mox ſuum redit ad ingenium, turgentique acore moleſtus eſſe incipit; imo interdum eo malignitatis procedit, ut in haud paucis, etiam graviſſimis affectibus totam tragœdiam impleat. Quod indicare videtur *Hippocrates* ſub finem *lib. de Vet. Med.* *Ergo acidus humor reliquos præcellens, maxime incommodus fuerit.* Ita in *ulceribus* quibuſdam cacoetheis, oſſium corruptionem parit; In loco abundans *ſtranguriam*, in articulis *arthritin*, in inteſtinis *tormina* & *cruentas* nonnunquam *dejectiones*; in *pleura dolores punctorios*, *convulſiones in nervis* & ſexcenta paris infamiæ mala produxit.

At unde tanta tamque efferata humorum in ſtatu præternaturali aciditas, niſi remiſſior ea ſupponatur in naturali præextitiſſe? Hujuſmodi ſuccus acidus alimentis ineſſe concedendus eſt, nec ſanguini proinde cæteriſque humoribus denegandus, ſed debilis, ſed contemperatus, & à ferociendo coercitus in ſtatu

ſanitatis

ſanitatis, Idem autem juſta exutus temperie, de quieto hoſpite fit hoſtis & tyrannus omnia devaſtaturus.

Sed ne huic ſingularem adſcribas *κακοπραγίαν*, eadem enim ſalſorū, eadem amarorum, omnium quotquot ad *Hippocratis δυνάμεις καὶ ἀκρότητας* ſpectent natura: Dum contrariis temperantur ac demulcentur, tranquille agunt, ſecreta autem, ſuoque genio reddita, noxias vires produnt, ſocioſque paulatim trahunt in rebellionem, At ſi ſævitiam præ cæteris horum vitiis ſpectes, primatum ſibi & jure, & *Hippocratis* teſtimonio *ſuccus acidus* vendicat, ut qui in vulgo adſcriptis *melancholiæ* affectibus, omnium facilè choream ducat.

Cæterum *quenam à fonte* poſſit *ſucci* hujus tam infauſta ſanguini, ac univerſo deinde corpori exuberantia ſtatuere? Alii in ſcenam adducunt *Lienem*, alii obſtructum *Pancreas*, Noſtra autem ſententia, (viſcerum nullo in maleficii partem adſcripto) quicquid criminis ſit in generando Scorbuto, id totum transfert in *chyli aciditatem*, ſanguini ſuccoque nervoſo, & lymphæ communicatam, iiſque conſtanter inhærentem.

1. Enim *Hippocratis* authoritate ſancitum eſt, ex omnibus alimentorum partibus, *ἀκρήτοις καὶ ἰσχυροῖς*, quæ intercoquendum à calore noſtro immutari neſciant, nullis eſſe quæ *τῶν ὀξέων χυμῶν*, ſeu contumacia ſeu pravitate ſuperent; Ubi igitur hujuſmodi eſculenta, quibus *τὸ ὀξὺ* copioſe ineſt, in uſum quotidianum diu admiſſa ſint, nec benigniorum aut volatilium imperio correcta, ibi vix fieri poſſe puto, quin chylus primo, & conſequenter ſanguis, cæterique ſimul humores, concepto illinc acore contaminati, labem ſibi ſcorbuticam contrahant.

Deinde vulgari etiam experientia compertum eſt homines *ὀξυφάγους*, & acidis vinis deditos, eſſe *doloribus erraticis, rheumatiſmo, arthritidi vaga, ſcorbutica, convulſionibus, atrophia, ulceribus Telephiis* & aliis maxime obnoxios, idque etiamſi alias *εὐσπλαγχνοι*, beneque conſtitutis viſceribus præditi ſunt.

Adhæc Acido hujuſmodi ſcorbuto affectis, nullum ſpondemus ſive præſentius ſive certius remedium quàm lactis, emulſionum, ex *amygd. dulc. Chinæ decocti*, & id genus aliorum antacidorum & analepticorum uſum, ad plures ſeptimanas productum. Argumento tantum non apodictico, ejuſdem productioni ciborum potuumque immoderato acore infamium ingluviem, ſua unice *κακοπραγίᾳ* ſufficere poſſe; interim ne uno quidem ex viſceribus de ſuo quid ad infauſtum opus conferente, *Charleton cap. 5. 6. & 7. Tr. de Scorb.*

Differentia.

Differentia hujus affectus duplex eſt, 1. *alius eſt cum tumore circa dearticulationes*, qui tumor ſenſim evaneſcit, uti in pluribus vidi; Ubi autem tumor hic perſeverat, prodeunt in nonnullis tandem maculæ amplæ & majores aut minores pulicum morſibus non abſimiles; *Illæ* nonnunquam magno ſpatio tibias occupant, undique lividæ, vel cum nigrore aut livore purpureæ evadunt; *Hæ in* principio rubicundæ, hinc purpureæ & ſublividæ erumpunt, tandemque ad nigrum colorem inclinant; Maculas excipiunt pedum ulcera, uratu difficilia: (quæ quomodo ab ulceribus Gallicis diſtinguenda ſint. Vide *Horſtium l. 3. conſ. p. 202.*) ex quibus interdum vermiculi ad formam aſcaridum educi videntur, quos tamen mihi videre non contigit: Hæc ulcera interdum Carcinomatis inſtar magis magiſque erodendo angeſcunt. Interdum materia morbifica unam in partem decumbit, & corpore toto doloribus liberato, abſceſſus excitatur, qui in malignas degenerat Fiſtulas.

Alius eſt *ſine Tumore*, ſed cum priori dolorem participat, & interdum inſtar phthiſeos peculiarem conjunctam habet maciem corporis extremam, membrorum laſſitudinem & imbecillitatem.

ii. Affectus hic eſt vel *perſiſtens*, qui non variat, ſubinde peragrat & percurrit partes, ſed tantum modo unicum lancinat membrum, e. g. cervicem, pedem, manum, digitum, faciem vel faciei partem, interdum ſupercilia; His partes calefacit, pungit & urit, & quamvis aliquando declinat, facile tamen redit, vel *Currens*, vagaturque inſtar ignis fatui, & modo hanc, modo illam partem invadit. Interdum remiſſionem ſimulat, aſt præter opinionem ægri ſtatim redit, & in uno loco incipiens omnia pervadit membra, inprimis dorſum, lumbos, manus & pedes. In certa tamen parte radicatur, in qua magis movetur & agitatur antequam ulterius progrediatur, & circumvagetur; Aliquando non ita progreditur ut antea, quia nervi & ligamenta, in quibus ſedem ſuam fixit, debilitata, & ad reſiſtendum cauſæ morbificæ inepta reddita ſunt.

iij. Quidam huc referunt affectum, qui in Epiſcopatu Treviranſi vagatur. Sunt in hoc cruciatus acerbiſſimi, unam aliquam partem, ut dorſum &c. ſubito aggredientes, maxime tamen coxendices; quare interdum pro Iſchiadico habetur dolore, videntur in eo quoque latæ & amplæ maculæ lividæ, ac ſi digito valido ſint impreſſæ. Oriuntur iſtæ maculæ ab humore ſcorbutico ſeroſo, ſalſo & acri, in quo ſcil. ſal ſcorbuticum urget, qui juncturis prius creat moleſtiam, poſt ad cutem dejicitur. Hoc malum ſi negligitur, cruris aut femoris atrophia & motus impotentia ſubſequi ſolet. *Mollenbroccius.*

Cauſa eſt [24]. *Humor melancholicus*, illeque.

1. [25]. *Crudus*, quod oſtendit tum victus, tum etiam ſymptomata, quæ melancholicos affligunt:

2. [26]. *Seroſus* & ichoroſus, [27]. ut ſit inſtar lixivii, quod ex aqua & ſalſis, fæculentis, ac aduſtis partibus conſtat: quod ex doloribus vagis & ulceribus animadvertitur.

3. β. *Pituitoſorum* interdum ac vitioſorum humorum *ſocius*: Nam venâ apertâ, ſanguis in ſcorbuticis quaſi glutino albo vireſcente vel flaveſcente obducitur.

4. [28]. *Peculiari*, poſtquam diu ibi manſit *modo, corruptus*. Hinc multi ſplenis obſtructione & humoribus melancholicis laborant, qui ſcorbuto non afficiuntur; & in iis regionibus, quibus humoris atri ex aëris fervore collectio eſt familiaris, ſcorbutus ignotus eſt.

Adde [29]. *Contagioſum* eſſe, quod in aliis melancholicis morbis non invenies; & ſimilem hepatis aut lieni qualitatem tam valide imprimere, ut vix unquam integrè curari poſſit.

5. [30]. Ex *cibis ſale volatili deſtitutis, ac proinde* [31]. *πνευμάτωσιν*, ſeu fermentationem, per quam craſſa & fixa rareſiunt, ſpirituaſcunt, volatilia redduntur & ab excrementis ſuis liberantur [32]. in coctione impedientibus: unde tartarea & fæculenta, in primis viis ſubſiſtunt, & poſt ad lienem in tanta copia, ut ſecerni non poſſint, confluunt, *progenitus*. [33]. Sanè cibi fumo & ſale indurati, in quibus aut parum eſt ſalis volatilis, aut quod fuit, fumigatione abſumptum eſt, ita ut nihil niſi ſal fixum & tartareum remaneat, aër craſſus, loca maritima, ad ipſius generationem

(cujus magna eſt copia) agitatione magis provehitur, proindeque *ſpiritus* jugo ſolutum ſali adhæreſcit, ipſumque attollens, liquoris mixtionem alterat, cui dein ob *ſulphuris* cum *ſale* combinari eminentiam, *rancıditas* accedit: Pariter cum *vina tenuia* diutius aſſervantur, *ſal* evectus & fluore potius *ſpiritum* deprimit, proindeque latici ſubjecto *acorem* inducit: dein poſtea *ſal eminens. ſulphur* (quod in minori ſubeſt copia) ſibimet adſciſcens, intimèque adunıens, liquoris conſiſtentiam e *tenui* in *craſſam*, & veluti *oleagınoſam*, & à *ſapore acido* in valde *ingratum* & quaſi *mucidum* convertit.

Probabile eſt, non abſimili modo *ſanguinem* in affectione Scorbutica alterari, quam *vina*, quoties nimis *effervefacta* in *rancida* aut *pendula* degenerant: quippe morbum iſtum non tam à fæculentis ſanguinis admiſtis (quæ quanquam tales adfuerint, attamen denuo excerni, earumque ſupplementa præſcindi poſſint) quia à *ſanguinis dyſcraſia habituali* pendere argumento eſt, quia ſcorbutus radicatus adeo difficulter, ac interdum non omnino curatur.

Portò *ſanguinis dyſcraſiam* ſcorbuti parentem, pariter ac vini duplicem, nempe *ſulphureo ſalinam*, ac *ſalino ſulphuream* ſtatuere licet; Cùm enim maxima ſit varietas affectuum, qui ſcorbuto accenſentur, omnes ad hæc duo quaſi præcipua capita, ſeu velut binos mali fontes ſatis aptè revocari poſſunt, ſcilicet primo quod *ſanguis* miaſmate ſcorbutico tactus, aut præfervidus exiſtit, in quo nempe *ſulphur* prædominio potitum ſibi *ſalem* adſciſcit, quapropter iſte *rancidior factus*, inordinatè in vaſis effervеſcit, atque recrementa aduſta, nempe ſulphuris & ſalis concretiones perpetim à ſe amandat, atque huc illuc diſpergit, quæ quidem *exterius* ſuffuſæ *maculas, exanthemata, tubercula*, aut *ulcera* producunt; Interius vero depoſitæ *vomitus, cardialgias, diarrhœas*, aut *dyſenterias*, Porro *dolores* atroces pariunt: In hujuſmodi ſcorbutica *ſanguinis ranciditate* remedia ſolum temperata, ac crebræ phlebotomiæ, minime *cochlearia, raphanus ruſticanus*, aliaque acredine & incitatione prædita conveniunt, pari quidem ratione ac *vina rancida* curantur, eximendo è fæcibus; inſuper *lactis amyli, ichthyocolla*, aliorumque demulcentium infuſione.

Vel 2. in *ſanguine* ſcorbutum fovente, *Sal* prædominio potitum ſibimet *ſulphur* aſciſcit, quapropter iſte non ita fervidus, quin *vini penduli* inſtar *craſſus* & quaſi mucilaginoſus evadit, pigre in vaſis circulatur, & viſcera, dum pertranſit, infarcire, iiſque fæculentias quaſi limoſas affigere aptus eſt, Taliter affecti vt plurimum ſine *exanthematis* aut *eruptionibus cutaneis*, *torpidi, anheloſi* ac *enerves* fiunt, *laſſitudine ſpontanea* & *pectoris anguſtia* laborant; quin & *paſſionibus cordis, ſpirituum deliquiis, vertigini* & *convulſionibus* obnoxii reperiuntur. Porro in hujuſmodi *diatheſi ſcorbutica remedia calidiora*, & *ſale volatili* prædita, imo & *chalybeata*, quæ ſanguinem fundunt & exagitant, maxime ex uſu eſſe ſolent: pari quidem ratione, ac *vina pendula* tractantur, nempe plurimum conquaſſari & agitari debent: Porro iis *calx viva, alumen* uſtum, *gypſum, ſal marinus, calcinatus*, aliaque ſumma acredine prædita imponuntur.

Hæc de *ſcorbuti* principiis, in *maſſa ſanguinea* radicatis, adhuc explicandum reſtat, quibus de cauſis ſanguis à propria indole degenerans hanc illamve diſpoſitionem morbidam & ſcorbuti parentem concipit. At prius oſtendere oportet, quo ritu in *ſucco nervoſo*, ſcil. altero humore generali iſtius morbi ſeminia jaciuntur.

E ſanguine cerebri oras appellente, liquorem ſubtiliſſimum, pro ſpirituum animalium tum, *materia tum vehiculo* exſtillari, cumque per totum ἐγκέφαλον, & genus nervoſum jugiter ſcaturire alibi declaravimus: latex iſte, quandiu rectè habet *ſpiritu* & *ſale* eidem combinato, ſeu *volatiliſato* potiſſimum conſtat: his modicum aquæ qua diluantur accedit; *ſulphure* ac *terra* parum opus eſſe videtur: attamen iſta *ſpiritus* & *ſalis volatilis* concretio, humorem præſtantiſſimum, qui ſcilicet omnia permeat, penetrat actuat & irradiat; ſupra quod Chymici de Alkaeſt ſomniarunt, revera conſtituit. Circa *ſcorbuti* initia, donec ſanguinis craſis, ac cerebri tonus haud penitus vitiantur, liquor iſte *cerebri & nervorum irriguus*, adhuc ſpirituoſus dulcis, atque ad deſtinata quævis munia haud valde idoneus perſtat; poſtea tamen *è maſſa ſanguinea depauperata*, & plurimum effœta, latex multo tenuior, & verſus acetoſum declinans exſtillatur; Porrò *e ſanguine* fæculento, & quaſi rancido, aut limoſo, particulæ heterogeneæ, atque regimini animali plurimum infeſtæ ſuggeruntur, ac intra *cerebrum* debilius factum, ſine repulſa admittuntur, indeque in *appendicem* eius, tum *medullarem*, tum *nervoſam*, cum ſucco irrigante diffunduntur, hinc *ſpirituum animalium*, in ſingulis regionibus ſc-tentium, modo *deliquia* & *eclipſes*, modo *diſtractiones* exploſioneſque *dolorificæ* & *ſpaſmodicæ* ſequuntur; quapropter *paralyſis, convulſio, vertigo, dolores, tremores*, aliæque *cerebri* ac *nervoſi* generis præternaturales affectiones, ſcorbuto altiores radices agenti ſupervenire ſolent, Interim adnotetur in genere labem ſcorbuticam *ſucco nervoſo* affixam in his tribus, ſcilicet in eorum aliquibus, aut ſimul omnibus conſiſtere, videlicet quod *liquor cerebri* ac *nervorum irriguus*, multo *tenuior* ſeu *pauperior* evadat: quod à *craſi ſpirituo ſalina* verſus *acetoſam* degeneret; quod *particulis heterogeneis* & *morbificis* refertus. *Willis.*

25. *Crudus.*) Cujuſmodi ſit hæc cruditas vide §. *Symptomata quæ Scorbuticis.*) initio.

26. *Seroſus & Ichoroſus.*) Cum maſſa ſanguinis ad conſiſtentiæ ſuæ robur obtinuerit fibras, quæ & ipſæ laxari queunt, & hinc ſatisfacere, adſtringentibus opus eſt, quæ has fibras conſtringant, adeoque conſiſtentiæ ſanguinis, ſiquidem fuerit tenuior, rarefactione velut deſciſcens, velificentur, Valet id non ſolum in ſcorbuto, ſed & peſte, ſyncope, cachexia, aliiſque morbis vbi ſanguis eſt magis tenuis & mobilis. *Wedelius Am. m m. p. 54.*

27. *Vt ſit inſtar lixivii, quod ex aqua & ſalis faculentiis, &c.*) Animadvertendum haud raro contingere, vt *ſalſi*, ſeu ad *lixivii* naturam propius accedentes humores, temporis progreſſu commigrent in *acidos*, ſale illo, qui in iis antea fixus remanſerat, jam tandem ad ſtatum fluxilitatis deducto; Illud autem fit (& in omni propemodum inveterato ſcorbuto, ab humoribus tartari æmulis extorto fieri ſuſpicor) morbi miaſma ad ſummum ſuæ malignitatis gradum videtur aſpirare; Tum enim liquor nervoſus hujuſmodi ſale ſcorbutico aculeatus, adeo acris, irritativus, imo & corroſivus evadere ſolet, vt vel aquæ fortis, aut ſtagmatis vitrioli vim cauſticam quam proximè referat; ſic ſublimatus in labyrintheo corporis humani alembico *ſpiritus acidus*, ubi, omni temperie exutus, & ad ſummum vigoris ſui faſtigium exaltatus, jam ubique ferocit; ſi crudeliſſimos ipſius effectus comparando examines illis Hermeticorum ſalibus, ignis vehementia in fluorem adactis, quadantenus ſimilis videtur, vt in *cancro ulceribus* carnem & ipſa etiam oſſa depaſcentibus, & aliis pariter ἀθεραπεύτοις malis obſervare licet. *Charleton p. 140.*

β *Pituitoſorum.*) Unde variæ obſtructiones, humorum ſtagnationes, ſtagnatione humores fiunt omnes acriores, ſpiritibus nempe animalibus avolantibus, aquæ enim ſtagnantes facile putreſcunt. *Deckers.*

29. *Peculiari poſtquam diu ibi manſit, modo corrumpens*) Imo malignitatem adeſſe demonſtrat *Mollenbrocius Tr. de Arthr. vaga ſcorb. p. 13.* Malignitatem, *ait*, oſtendunt 1. ſubita membrorum debilitas, & virium lapſus cordiſque anxietas cum reſpirationis difficultate, quibus ſcorbutici, hocque affectu laborantes in primo inſultu quaſi venenum hauſiſſent, prehenduntur.

2. Maculæ lividæ non raro, interdum etiam poſt mortem uberrime eſſloreſcẽtes, quales in quodam vidi, quæ ipſo adhuc vivente non conſpici, poſt mortem (ſine dubio ob materiæ Scorbuticæ ac malignæ, vi caloris, p.n. poſt mortẽ ſuperſtites agitatæ, ac à centro ad circum ferentiam protruſæ abundantiam) per totum erupere cadaver, quod ſimul maxima pediculorum, antea non viſorum, (qui certum corruptionis erant indicium) obtegebat copia: Has autem maculas raro abſque malignitatis nota eſſe, præter alia docent petechiæ, & *Valleſius comm. in §. Epid. p. 226.* id innuere videtur, unde etiam quo magis ad nigredinem vergunt, eo majus indicant periculum.

3. Quod Scorbutus nonniſi appropriatis, & ſpecificis curetur.

4. Quod purgantia vehementia, niſi antiſcorbutica ſint præmiſſa, non patiatur, cum iis humor hic malignus in cor trahatur & anxietas cauſetur.

5. Quia ubi humor ſcorbuticus viſceribus ſimilem diſpoſitionem impreſſit, vix unquam integre curari poſſit ſcorbutus. Sunt enim impreſſiones hæ valde fortes, & quidem fortiores iis, quæ à manifeſtis inducuntur qualitatibus, non diſſimiles iis, quæ à venenis fiunt, à quibus corpori humano inductæ imbecillitates, toto vitæ ſpatio deleri nequeunt.

6. Quoniam humor ſcorbuticus in minima copia maximas exercet vires, ac non raro ſphacelum inducit, qualia exempla habet. *Sennertus.*

7. Quod Scorbutus æque ac Lues venerea contagioſus ſit, quod peculiaris corruptionis argumentum, unde fit ut aliqui, quamvis victu ad ſcorbutum faciente non utantur, ſi tamen à ſcorbutico infecti ſint poſtmodum, cum eo eadem patiantur ſymptomata, quod indicium eſt, ſal ſcorbuticum in minima copia totam ſanguinis maſſam infeciſſe. *Molembroccius.*

29. *Contagioſum eſſe*) Pari ratione & afficiendi modo quo hæreditario contrahitur, Scorbutus per contagium propagatur; ſcil. effluvia à corpore infecto decidua, atque vicini poros ſubeuntia, vel per anhelitum inſpirata, aut ſanguinem, aut ſuccum nervoſum, vel ſimul utrumq; fermentant, adeoque particulas *ſalinas* & *ſulphureas* ſpirituoſas evehendo, liquoris craſin juxta indolem ſuam pervertunt. *Willis.*

30. *Ex cibis ſale volatili deſtitutis*) Ex *ſacchari* tamen uſu vel abuſu, ſcorbutum oriri cenſet *Willis*, è quo deſtillato liquorem prodire ait acerrimum, ac ſummè urentem. Vide §. 1. *Diætam*)

30. *Ex cibis ſale volatili deſtitutis ac proinde πνευμάτωσιν*) Hæc ex *Sennerto* deſumpta, qui conſulendus lib. de Scorbuto.

31. *Ac proinde πνευμάτωσιν*) *Sennertus* licet cum multis ſanguificationis munus Lieni attribuat, *Inſt. l. 1. c. 9.* attamen aliunde quam ab hujus viſceris culpa, Scorbuti cauſam derivat, Statuit enim *propter chylum in primis viis male concoctum, & πνευματώσεως deſtitutum, feculentias ſalſas & tartareas circa meſenterium & omentum congeri, eáſque nova materia appulſu in dies auctas, & ſero dilutas, demum in lienem & hepar, indeque in venoſum genus transferri, illiſque adeo totam maſſam ſanguineam infici, atque crudam & ſalſam reddi.* Primam hanc Scorbuti mineram, in primis viis aggeſtam, appellat *humorem melancholicum*, quem inſuper dicit *ſeroſum eſſe, humoribus pituitoſis ſtipatum, atque ob moram in iſtis partibus peculiariter corruptum.*

Denique addit, *Humorem iſtum, ſpiritus & ſalis volatilis fixione generari, non ſecus ac cum vinum in acetum tranſit.*

Huic opinioni, utut probabili, ne per omnia conſentiam quædam obſtant, præterquam enim quod etiam hæc doctrina cum circulatione ſanguinis non exacte quadret, utpote cujus lege, humores in vaſis meſeraicis ſeorſim à reliquo vaſorum genere vix congeruntur, ſaltem illis exinde in *Lienem* tranſitus minime pateſcit, Inſuper haud recte ſtatuitur, *Scorbutum* in primis viis ſolummodo incipere, namque interdum mero contagio contrahitur; Nec etiam hunc morbum à *ſalis fixatione*, aut *ſanguinis* & *humorum cruditate* provenire cenſemus; ſæpe enim febribus diuturnis ſuccedit, proindeq; a *ſanguinis deflagratione* nimia & *aduſtione*, potius quam à chyli, aliorumq; humorum in primis viis [illegible] exoriri videtur. Porro interdum aura marinma & paludoſa hunc morbum inducit, licet nullæ cruditates circa viſcera gignantur, ſiquidem laborantes ab initio circa appetitum & digeſtionem minime queruntur. Revera quod attinet ad *cruditatem*, atque ſalis in *chymo aut ſanguine fixitatem*, & *πνευματώσεως defectum*, concedimus ab his cauſis diatheſin valetudinariam non raro produci: ideo tamen non ſtatim Scorbutus, ſed potius *malacia* & pica *virginum*, aut diſpoſitio hydropica ſuccedunt. Scorbuti ergo ætiologia ab authoribus, quibus ſanguinis circuitus non innotuit tradita, veritati minus quadrat. *Willis.*

Πνευμάτωσιν, ſeu fermentationem, per quam craſſa & fixa rareſaciunt, &c.) Sanguis perpurgatus, ad corpus nutriendum aptus evadit; nullumque incommodum inſerre valet, Aſt ſi chylus ratione vitioſi victus ſua natura nimis craſſus & impurus ſit; vel in primæ coctionis officinis non recte elaboretur, ut nullomodo corrigi, & in bonum ſanguinem verti queat, (erratum enim primæ coctionis non corrigitur in ſecunda & tertia) vel enumeratæ partes ob intemperiem, obſtructionem, vel aliud vitium ſuo munere fungi nequeant, & imprimis ſi Lien ſui officii obliviſcatur, partes tartareæ craſſæ, cum ſero permixtæ, atque ſalia ſylveſtria in ſanguine non ſeparantur & excernuntur, ſed peculiari modo corrumpuntur, unde corroſivam ac acrem, cum peculiari quadam malignitate conjunctam, ac quaſi venenatam acquirunt naturam, atque Scorbutum, varioſque ex eo oriundos in corpore noſtro inducunt affectus.

Si ergo vitioſi hi humores craſſi & ſalia fixa ſint, dentiũ & ventris dolores, gingivarũ putredinem & cruentationem, &c. cauſantur. Si vero tenues ſint, & ſalia volatilia hinc & inde vagantur, & in partibus nervoſis & tendinoſis dolores immanes atque inſignes cruciatus excitant, uti in Arthritide vaga apparet.

Salia autem hæc, ab aliis ſalibus volatilibus in ſanguine abundantibus, continua digeſtione & circulatione volatilia facile fieri poſſunt, nam fixum à volatili reddi volatile, ac contra volatilia à fixis figi, Regula Chymicorum eſt, & experientia id conſtat, e. g. adde ſali volatili cornu cervi ſpiritum vitrioli, ſolve in aqua pura, filtra & coagula, tunc fiet fixum, huic ſi admiſceas ſalis abſynthii, ac ſpiritum vini ſuperfundas, beneficio deſtillationis fiet iterum volatile, uti in muſto patet, ex quo ante fermentationem ſpiritus fit nullus.

Ex hactenus dictis jam liquido conſtat Lieni, ſi non recte conſtitutus ſit, in generatione ſalis Scorbutici primas deberi, Et quanquam interdũ in Scorbuto ſalvus reperiatur, rariſſimum tamen hoc eſt; interim nec reliqua viſcera, ventriculus, hepar, &c. excludenda. Si enim hoc bilem à ſanguine non ſeparet, ea vel in atram bilem, quæ omnium peſſima eſt, vertitur; vel per corruptionem in ſal acre & corroſivum, quo abundat, degenerat & reſolvitur. *Mollenbrocius c. 3.*

32. In

32. *In coctione impedientibus, unde tartarea & faeculenta inprimis viis ſubſiſtunt, & poſt ad lienem, &c.*) Vt hæc magis in aperto ſint, de Chyliſicatione & Sanguificatione, quomodo ea citra omnem controverſiam fiant, ſecundum modernorum Medicorum ſententiam differendum.

Cibus ſcil. in ore maſticatus, & dentibus comminutus, ſalivalique humiditate perfuſus & alteratus, atque per œſophagum in ventriculum protruſus, ab adjacentium partium, & interno ventriculi calore, beneficio in eo contenti fermenti, fermentatur, rareſit, & quaſi ſpiritualcit, atque utplurimum in ſuccum album, cremori hordei non abſimilem, qui chylus dicitur vertitur (utplurimum in ſuccum album verti dico, nam chylum latè ſumptum pro diverſitate ciborum proprie ſic dictum diverſi coloris eſſe, imo etiam à rhabarbaro, croco, &c. alio etiam tingi colore, cum urina exin coloretur, nullus dubito) Hic ita elaboratur, ex dextro ventriculi orificio, inſtar cereviſiæ ad defæcationem tendentis, & per dolii orificium ebullientis prorumpit, & in inteſtinia ulterius præparatur, tandemque per venas lacteas ad chyli receptaculum, ſitum ad tertiam circiter lumborum vertebram, ſub meſenterico centro, à *Pecqueto* inventum, ex hoc per thoracicas lacteas in venas ſubclavias, Ex his cum decurrente per circulationem ſanguine ad Cor (non Epar, ut vulgaris eſt opinio, utpote lacteæ nullæ ad id tendentes ab oculatiſſimis etiam Anatomicis viſæ ſunt) defertur, ut inibi ulterius concoquatur, coloretur, attenuetur & in ſanguinem vertatus.

Sanguis autẽ multis adhuc vitioſis humoribus ſcatẽs, quos, ne immaturi viſceribus communicentur, ac iis damnum inferant, aliquomodo correxit & concoxit, arteriis diſtribuitur, ejuſque pars ſurſum ad caput tendens pituita purgatus, ſecundum *Hippocratem* & alios, qui cerebrum magnam nominavere glandulam: Pars deorſum vergens, & ad renes deſcendens, ab iis materia ſeroſa & tartarea, ad veſicam urinariam demandata liberatur, & in venam cavam via vaſorum emulgentium remeat; Pars inde Lienem ingrediens ulterius fermentatur & purificatur: *Lien* enim, ut recte ſtatuit *D. D. Mœbius Fund. cit. pag. 397.* partes ſanguinis terreſtriores, tartaro & ſalibus terreſtribus imbutas, ſed ſero copioſiore mixtas naturali inſtinctu attrahit, ſingulari modo coquit, alterat, & ita diſponit, ut poſtea in locis convenientibus, ſi non una vice, crebriore tamen tranſitu, beneficio circulationis ſeparari queant.

Ex Liene per venam ſplenicam ſanguis ad hepat revehitur, à cujus parenchymate imbibitur, & ſucci bilioſi adhuc in eo reſidui, una cum humore aquoſo quaſi per filtrum à ſanguine ſegregantur, inque veſiculam fellis ductus cholidochos & hepaticos, ac vaſa lymphatica, expurgantur; ſanguis demum ab hepate ad cor reverſus, arteriarum beneficio in totum diſtribuitur corpus, ut in ejus ſubſtantiam convertatur, & reſiduum ejus ulterius per venas cordi & viſceribus pro majori elaboratione remittitur. *Mollenbroccius.*

33. *Sane cibi fumo & ſale indurati*) Cibus ſi nimis ſalſus, & concoctu difficilis, ac putredini obnoxius ſit, maximam ad hujus affectus generationem vim obtinet, quapropter circa loca maritima, & in inferiori Saxonia, veterique Marchia habitantes, inprimis vero Weſphali frequenter hoc malo vexantur, Omni enim alimento, teſte *Fieno de Flat. cap. 2.* quantumvis feliciter in ventriculo concocto, genuina perpetuo, inſitaque natura mordicus retinetur. Huc ſpectat panis nauticus bis coctus, minus à furfure liberatus, vel vetuſtate induratus ac ſubmucidus, vel ſi ex ſecali corrupto, inveterato, aut pluvioſa tempeſtate collecto confectus ſit; *Carnes* taurinæ, hircinæ, cum videlicet annoſæ, exuccæ nimia macræ ſint, imprimis vero fumo induratæ, ſalſugine, muria & aceto macciatæ, ubi lardum præſertim ſi crudum devoretur, ac rancidum ſit, non infimum occupat locum: Piſces etiam maritimi, ut Aſellus, Sturio &c. inprimis fumo vel aëre indurati, item paluſtres, ut Alburnus, carpio &c. *Volucres* in ſtagnis & paludibus viventes, utpote quarum carnea excrementitia humiditatibus ſcatent, difficiliſque coctionis ſunt; Braſſica muria condita, fabæ, lentes ac pleraque legumina; quapropter in Aëno leguminum eſu continenter utentes, fœminæ & viri, crurum impotentia laborabant, & ad finem uſque in ea perſeverabant. Vide *Valleſium in ſect. 4. lib. 2. Epid.* His adjunge *caſeum* antiquum, omnia ſcilicet quæ ſal copioſum in ſe continent, & ſalinum ſanguinem, ac corruptioni Scorbuticæ aptum producunt; Huc plurimi *Haleces* etiam referunt, quos tamen Scorbuticis innocuos eſſe *Seylerus in cenſ. Scholtzii pag. 197.* aſſerit. *Mollenbroccius pag 52.*

a. *Primario in meſenterio &c.*) Cauſa continens & proxima Scorbuti, non in hoc vel illo ex viſceribus, tanquam in propria ſui minera ſtabulatur; ſed per univerſum corpus diffuſa, vel *ſanguini*, vel *ſucco nutritio*, vel *utrique* (licet fortaſſe non ex æquo) primario inhæret.

Theorematis hujus partem priorem, pleraque ex ſymptomatibus clare evincunt; utpote quæ non huic, non illi, ſeu viſceri ſeu membro ſpeciatim & præ cæteris affixa manere ſolent, at de uno in aliud licenter migrando, ſævire in cuncta, ut univerſalia (ſucceſſive ſaltem) quam alicui ex partibus propria rectius vocitari mereantur, Et ubi univerſalis morbus eſt, ibi cauſam quoque pariter univerſalem neceſſum eſt.

Poſteriore fidem faciunt ubicunque præſentes iſti humores, *Sanguis* ſcil. & *ſuccus nutritius*: Præter hos enim (excepto lymphatico liquore, qui tamen partim ex ſanguine, partim è ſucco alibili ſcaturire creditur) nil ſupereſt in corpore noſtro, perenniter diſcurrens per totum, quod miaſmati Scorbutico poteſt pro ſubjecto inhæſionis ſimul & pro vehiculo inſervire.

Ratum igitur eſto, Scorbuti cauſam materialem per cuncta corporis moveri atque diffundi, idque vel cum uno ex dictis humoribus, vel cum utroque commiſtam atque confuſam. *Charleton p. 42.*

Sedes, ſeu locus in quo colluvies ſcorbutica reſtagnat, & ex quo huc ſal volatile, niſi malum ex contagio contractum ſit, utplurimum emanat, eſt meſenterium, Pancreas, cæteræque ſub hypochondriis ſitæ partes; Vbi cum aliquod tempus detinetur hæc materia, & accedentibus aliis crudis humoribus, pravam ac peculiarem corruptionem acquirat, naturamque malignam induat, tandem ebullire incipit, ac beneficio humoris ſeroſi ad cor defertur, unde interdum cordis anxietas; indeque niſi à liene ſeparetur, per arterias cum ſanguine in totum corpus diffunditur, ſique ad partes tendinoſas & nervoſas perveniat, cauſatur Varenis &c. *Mollenbroccius.*

34. *Non ergo ſolus Lien in cauſa*) Fere omnes hoc reſpectu conveniunt, ut morbi fons & origo à *viſcerum* culpa derivetur, ejuſque producti ſedes in maſſa ſanguinea collocetur, nempe ut hæc illorum vitio fere tantum inquinata labem ſcorbuticam contrahat; Antiquiores præcipuam hujus morbi cauſam *Lieni*, officio ſuo non recte defungenti imputarunt: Verum tamen cum *Lienis* munus hoc à nonnullis, aliud ab aliis & diverſum ab iſtis concipiatur, diverſimodæ hujus morbi productiones fingebantur: Plurimi ex ſuppoſito, quod Lien ſit *receptaculum melancholici ſucci excrementitii*, *à ſanguine*

ſeparari, ſtatuunt *Scorbuti cauſam internam proximam, eſſe copiam humoris luculenti, craſſique melancholici ſolius, vel etiam cum aliis miſti, peculiarem corruptionis formam ſubeuntis, quæ circa lienem, ac jecur, atque in ipſis venis abundet:* Hæc opinio, ſi *melancholici ſucci à Liene* ſecretionem neglectam, aut impeditam, aliquando & ex parte Scorbuti cauſam eſſe pronuntiaret, merito aſſenſum noſtrum vendicaret; Sin morbum iſtum ſemper omnino hujus viſceris culpa oriri ſtatuatur, ſumme improbabilis videtur, prout ſuperius.

Oſtenſum: Alii *Hæmatoſeos munus Lieni* attribuentes, Scorbutum produci dixerunt, eo quod *Lien chyli partem ſibi deſtinatam*, in ſanguinem laudabilem minime *conficeat:* Cum vero alii humidiores & magis aquoſas Chyli partes in *Liene* præparari ac in ſanguinem converti ſtatuunt, idcirco *proxima & interna* Scorbuti *cauſa perhibentur aquoſi & feroſi humores, qui quidem à Liene haud excipiuntur, ſanguini confuſi Scorbuto originem præbent:* Interim alii, ut *Platerus, Chyli partem craſſiorem ſanguificationis cauſa à Liene allici, dixerunt, & ex eo ſibi & aliis partibus ſanguinem idoneum præparari:* Ex hoc ſuppoſito Gr. *Herſtius* dicit, *Scorbuti cauſam eſſe crudum & ichoroſum ſanguinem in toto corpore, potiſſimum tamen in hypochondriis, non qualitate ſolum ſed ſpecifica quadam corruptione peccantem, ob μόλυνσιν ex imbecillitate Lienis provenientem,* quia ſcil. per *Lienis affectum præternaturalem, crudiores chyli partes à ſanguificatione Iecoris non everruntur, unde primo ſanguis in venis jecoris & lienis depravatur, aliena materia commiſtione, deinde jecoris hæmatoſis impeditur,* ratione *objecti minus recte, diſpoſiti, quatenus chylus, ob lienis læſionem, juſto modo non depuratur:* Hæc opinio facile concidit, quia aſſerit contra legem hæmatoſeos, *Lienem ſanguificare*, atque chyli partes crudiores ad ſe attrahere, cum notiſſimum ſit, *nullum chyli ad lienem tranſitum patere:* Quin & eadem litura refellitur eorum ſententia, qui ſtatuunt *proximam & internam cauſam Scorbuti eſſe ſeroſos* & aquoſos humores, quos Lien debuerat attrahere, & per peculiare ſuum hæmatoſeos munus in ſanguinem convertere. *Willis.*

35. *Lien in cauſa*) Haud prorſus immerito eſt, quod circa Scorbuti productionem tot querelæ in ipſum proferuntur, Cum enim hujus viſceris munus in his conſiſtat, ut nempe tum *Sanguinis* fæculentias atrabiliarias, quæ ſale fixo & terra conſtant, ſecernat & excipiat, tum ut eaſdem ulteriori coctione in fermentum ſanguini remiſcendum digerat, ſi quando Lien hiſce muniis ſuis non recte defungitur, duplici reſpectu maſſa ſanguinea inquinari ſolet, nempe vel quia fæculentiæ atrabiliariæ à liene obſtructo, aut debilitato, non omnino excipiuntur; vel quoniam exceptæ ibidem in fermentum inidoneum & ſanguinis corruptivum pervertuntur, maſſa ſanguinea vel hoc vel iſto modo interdum male diſponitur, & non raro propter hanc occaſionem ſolitariam, aut aliarum cauſarum acceſſum, in diatheſin ſcorbuticam degenerat: Enim vero à tali procatarxi affectionem hypochondriacam oriri alibi oſtendimus, cui quidem Scorbutus adeo affinis eſt ut illi ſæpiſſime aut comitem ſe adjungat, aut ſuperveniat. *Willis.*

35. *Non ſolus Lien in cauſa*) Scorbutum non ſemper, aut tantummodo *Lienis* vitio oriri ex obſervatione ſequenti conſtat, Nam olim vir Nobilis affectione ſcorbutica, ſymptomatis quamplurimis & horrendis ſtipata laborabat, Hunc Medici dum curabant, *Lienis* vitio ægritudinem contraxiſſe pronuntiabant; Defuncti cadavere aperto, ſenſui conſtabat *Lienem* omni culpa immunem fuiſſe &c. *Willis.*

36. *Imò obſervatum*) Etſi Scorbuti cauſæ *maſſam ſanguineam* immediatius reſpiciant, juxta aliorum ſententiam ſtatuere viſum eſt, Scorbuti rudimenta etiam intra *Coeliones viſcera* interdum concipi, atque illinc in *ſanguinem* traduci: Si quando enim à longo tempore accidit, è chylo vitiato *Succum nutritium* nonniſi incongruum, atq; ſalium & ſulphurum enormium particulis refertum maſſæ ſanguineæ ſuppeditari, neceſſe erit hujus craſin tandem mutari, & juxta materiæ, unde conſtat, & quotidie ſuppletur, indolem perverti.

Quare obſervare eſt, qui cibis ſale conditis, ſumoque induratis maxime veſcuntur, atque vinum & aquas ardentes copioſe bibunt, id eſt, quibus particulæ *ſalinæ & ſulphureæ* in ſanguinem rapiuntur, Scorbuto plurimum obnoxios reperiri: Porro qui *carne porcina*, aut etiam *piſcium*, licet recentium, ac imprimis *teſtaceorum* carnibus plurimum aluntur, ſi quidem hæc alimenta *ſulphuris & ſalis* rancidiorum (uti colligere eſt ex putreſcentium inſigni fœtore) copiam præbent, facile in Scorbutum, & quod majus eſt, quandoque in *Lepram* proclives habentur.

E contra in hunc morbum non ita prompte incidunt, qui *lacticinia, fructus crudos & immaturos, caſeum recentem*, aliaque abſurda comedentes, magnam pituitæ ſaburram in ventriculo congerunt: Nec tantum è cibis pravis & dyſpeptis ſuccus Scorbutū fovens producitur, ſed interdum alimenta ſatis idonea viſcerum culpa in materiam morbificam faceſſunt, quod tamen non ſemper *hepatis* aut *lienis* vitio, prout nonnulli arbitrantur, accidit, his enim cum chylo nihil negotii eſt, Verum ipſe *ſtomachus* fermento extraneo præditus ingeſta quævis pervertit, inque *pultem* modo *acetoſam*, modo *ſalſam*, aut vitrioli æmulam mutat.

Veriſimile etiam eſt à *Pancreate*, aut Ductu *choledocho* ſuccum incongruum chylo permiſceri, ipſumque tinctura heterogenea imbuere: Nec vero inficias imus, quin *Lien & Hepar* Scorbuti productioni non raro contribuunt, licet eorum culpas non *chylus*, ſed ipſe ſanguis immediatius luit: Quando *Hepar* obſtruitur, ut ſanguinis recrementa aduſta minus ſecernat, propterea hujus maſſa fæculentior, atque *ſalis & ſulphuris* particulis ſimul incoctis nimis luxuriat. *Willis.*

37. *Afficitur ſæpe & ventriculus*) *Etiamſi affectus præcipue maſſa ſanguineæ vitio dependeat*, admonemus tamen, eſſe ex viſceribus aliquot, quæ nonnunquam & ſuas etiam partes agant in hac ſcena, cum vel inveteratis obſtructionibus referta, vel debito exuta tenore, aut alio quovis modo in rite defungendis ſuis muneribus uſque eo impedita fuerint, ut ſuccum alimentis etiam optimis extractum corrumpendo, ei inſignem, & quæ univerſo corpori gravis mox futura ſit *aciditatem* imprimant; Ita quippe *ventriculus* acrior ac acidior, quam convenit *fermento* imbutus, quicquid excedent in totius alimoniam, iſto veluti faſcino confeſtim inficit; quemadmodum farinæ maſſa ſolito acrius vel diutius fermentata, panem exhibet aciditatem, minuſque adeo laudabilem: Ita pariter & *Glandulæ*, tum *Secretrices* tum *Reductrices*, ubi humores à ſucci nutritii diſtributione reſtibiles, quibus aliorſum ablegandis inſerviunt, præ meatuum ſuorum obſtructione diutius detinuerū, eos ſenſim aceſcere cogunt in per magnum œconomiæ animalis detrimentum; Hujus rei eximium habemus exemplum in *acribus acidiſq; catarrhis*, qui ortum ſuum debent ſeroſis cerebri & nervorum recrementis, ultra conſuetum evacuandi tempus in

Glandulis

Glandulis eorum ſecretioni & exportationi deſtinatis, retentis, & per ſtagnationem ſponte aceſcentibus, quæque à capite decidentes in ventriculum, acore ſuo chylum, & deinde ſanguinem cum ſucco alibili polluunt. *Charleton. p. 138.*

37. *Cauſas externas*) Advertimus Scorbutum propter varias cauſas & occaſiones produci, ſed licet mala victus ratio, vita ſedentaria, lienis inordinatio & cruditates in primis viis congeſtæ plurimum accuſantur, attamen longe potius in cauſa eſſe ſolent *Aëris inſalubritas & ſanguinis craſis* à prioribus morbis vitiata: Quare Scorbutus *oris maritimis*, aut *paludoſis* ſæpe endemius exiſtit, diu navigantibus, ac interea cibis ſalſis ac fumo induratis, necnon aqua putrida utentibus, crebro ſupervenit. *Willis.*

38. *Cauſas externas quod attinet ſunt hæ*) Alimenta ſuperius attigit, §. *Sane cibi fumo & ſale indurati*) *Aquam* quod attinet, non minima Scorbuti cauſa, tam ratione exhalationum ex ea aërem incraſſantium, quam ratione Potus, præſertim aquæ craſſæ, impuræ, ſalſæ, & corruptæ, Unde diu in navibus detenti, vel in civitatibus obſeſſi, qui talem aquam bibere coguntur, Scorbuto afficiuntur, quod etiam exercitus *Germanici Cæſaris*, teſte *Plinio 25. N. H. cap. 3.* expertus eſt, cui ex potu fontis noxii in tractu maritimo, dentes corrupti cruraque reſoluta ſunt, *Thom. Bartholinus de Nivis uſu pag. 295.* ex aquis nivatis Scorbutum fieri aſſerit.

Quo ſpectat *vinum* craſſum, pendulum, immaturum, multo tartaro abundans, & corruptum, quodque in ventriculo non probe coquitur, ſed aceſcit, In corrupto enim, & quod aceſcit vino, ſal volatile à ſulphure ſeparatum, ac cum ſale tartari conjunctum, ex ventriculo ad venas lacteas protruditur, ab hinc ad cor, ex hoc cum ſanguine per arterias in totum corpus diſtribuitur, ibique vires ſuas exſerit, ac nervos infeſtat, nocet enim nervis potenter acetum; ob ſuam mordicationem.

Cerevisia ex ſimilibus aquis, vel in alto non rite parato confectæ, vel aliàs non probe coctæ, aut lupulo non ſufficienter conditæ, eæque fæculentæ, fæces enim nihil aliud ſunt, quam craſſior ac terreſtrior pars multo adhuc ſale abundans.

Somnus & vigiliæ immodicæ; *ille* enim humores vitioſi detinentur; *hi* enim per eas deſiccatione τὸ θερμὸν ἔμφυτον debilitetur; ut innuit *Galen. libr. 3. de cauſ. Pulſuum*, crudi humores generantur, Cùm enim ſanguificationis officina, Cor, in ſomno debiliter moveatur, tales humores crudos fieri neceſſe eſt; Sic *in vigiliis* nimiis, ſi cor nimium moveatur, ſanguificatio etiam læditur, & cruditates cumulantur, quibus ſi accedat corruptio; vel ſal Scorbuticum, hic dolor facile excitari poteſt.

Idem *Exercitia* intermiſſa vel intempeſtiva, agunt *illa* cruditates detinent, *hæc* collectos humores vitioſos nimium commovent.

Conſuetarum evacuationum, ut ſudoris, alvi ſordium, imprimis vero *hæmorrhoidum* conſuetarum, certoque tempore redeuntium, ac *menſium* ſuppreſſio; hinc experientia docet, quod mulieribus ſcorbuticis, circa tempus menſium ſi non ſufficienter evacuentur, paroxyſmi ſint vehementiores.

Animi pathemata, inprimis triſtitia, ob motus cordis imminutionem, calidi innati ſuppreſſionem, ac ſpirituum ad cor retractionem, & eorum à ventriculo diſtractionem, & ita concoctionem tam primam in ventriculo; quam ſecundam in corde imperfectam, atque exinde crudorum ſuccorum cumulationem, unde *Eugalenus*, *Quos cum craſſiore victus ratione diuturnior mæſtitia exercuit, de his ægris conſtanter ſemper prædicere auſus fui, eos à ſcorbuto morbo, vel ſolo vel aliis permixto teneri &c. Mollenbroccius p. 25.*

39. *Aer*) Is quando multis ſalinis vaporibus ſcatet, atque craſſus & ſqualidus, ſeu ut ait *Helmontius*, importunis fermentis infectus eſt, inſalubritatis cauſa eſt, Nam eò humores inquinantur, corpuſq; deſes & clumbe redditur; Talem habent circa loca maritima & fontes ſalinos habitantes, & per mare iter facientes, qui propterea haud difficulter hoc corripiuntur affectu; Mirum itaque non eſt quod loca maritima inhabitantibus, ut Suecis, Danis, Hollandis, Friſiis, &c. hic morbus familiaris & endemius ſit, cum ipſorum Aër, quem continuo inſpirando attrahunt, & victus craſſus huic anſam præbeant.

Ad Aërem refer *Aſtrorum influxum*, hinc enim ſæpè bonum, & ſæpe malum oritur, teſte *Hippocr.* Quid Caniculæ ortus, atq; ardentium ſtellarum congreſſus poſſint; videmus aperte: Saturno & Marte male conſtitutis, pejoribuſq; in ſignis exiſtentibus, vitioſos ſalſoſq; humores ad articulos concitari; Martis aſpectus bilioſos efficere & fervidos, ſuique generis morbos parere: Saturni ſidus melancholicos efficere, ad quartanam alioſque morbos melancholicos, ad quos & Scorbutus pertinet, obnoxios reddere, Aſtrologi docent & experientia conſtat. Et quanquam Aſtrorum effectus omnes per ſe boni ſint & benigni, per accidens tamen malos affectus, dum aërem & corpora hominum hoc vel illo modo alterant, producere poſſunt.

39. *Aer frigidus & humidus*) *Horſtius l. 3. Ep. Med. p. 366.* in Aërem craſſum, frigidum & humidum, & Aquas frigidas, crudas & ſubſalſas, quibus tota Thuringia ſcatet, cauſam Scorbuti transfert; quare *Stegbius l. 4. Med. Pr. c. 13.* locis aridis fere ignotum, paludoſis vero Scorbutum frequentem eſſe, & *Olaus magnus in Sept. reg. Hiſt. l. 16. c. 51.* frigida murorum exhalatione eum foveri; & intra tabulata eundem miteſcere ſcribit. *Mollenbroccius.*

39. *Aer frigidus, humidus*) Scorbutum Aëris vitio ſæpius contrahi, nullus non confitetur; fere omnium in ore eſt, loca maritima, *lacuſtria & uliginoſa* quoſvis febribus intermittentibus, aut Scorbuto obnoxios redolere, quare valetudinarii, aut qui ſanitatem ſuam colunt, procul ab hujuſmodi locis habitationes conſtituunt: Talis equidē humidus aër, terras exhalationes & inquinamenta continuò diffundens, duplici reſpectu inſalubris, & non raro Scorbuti parens exiſtit, ſcil. ob *tranſpirationem prepeditam, & fermenti incongrui ſuſceptionem.*

1. Enim in aëre craſſo & minus eventilato degentibus, meatus & pori cutis valde conſtipantur; quare cum effluvia ſanguinis haud debite ſatis exhalant, eadem intus retenta, reliquā maſſam ſanguineam fermentant, ejus particulas activas ad varias inordinationes diſponūt.

Dein 2. quatenus eodem tempore vapores tetri ſaliā & ſulphura incongrua redolentes inſpirantur, propterea ſanguinis ſpiritus valde deprimuntur, ac interea particulæ ejus ſulphureæ & ſalinæ ad ἀκρότητας evehuntur, proindeque maſſæ ſanguineæ craſis ſenſim mutata in morbidam degenerat: Cujus nimirum pars ſulphurea, ſiquidem per ſe exaltata ſanguini *rancorem* inſignem inducit, *febris* interdum *continua*, ſæpius *intermittens*, in aëre inſalubri excitari ſolet: Quod ſi à tali ἀναφορᾷ (uti frequentius aſſolet) una cum *ſulphure principium ſalinum* evehitur, diſpoſitio ſcorbutica vini aut *rancidi*, aut *penduli* æmula, ſanguini imprimitur: Nec tantum ingens aëris humidi & vaporoſi tractus; ad hunc modum inſalubris eſt, verum incolere domos loco paluſtri conſitas, vel ſtagno circumdatas, aut calce viva recens obductas, morbo iſti obnoxios reddit. *Willis.*

40. *Salſuginoſus*) Cauſæ antecedentes ſont ſpiritus ſalini, vaporuli à ſulphure ſuo deſtituti, ab aſtris è mari elevati, nec percocti; Quos dum maritimi, & navigantium turba ad ſe inſpirando trahunt, plerumque primum pulmones inficiunt; hinc ad hepar &

& venam portæ derivatæ ac tandem tartareis fæcibus in ſplenem & vicinas partes reſidentes, non tantum ſubſtantiam ſplenis, ſed omnes in ea venulas obſtruunt. *Hartmannus Pr. Chymi cap. 234. §. 2.*

40. *Salſuginoſus*) Inter cauſas remotas permultum obtinet *Aer*, Propter hunc enim hypochondriaci, ſaltem *Septentrionales* evadunt Scorbutici; *Orientales & Meridionales* parum, aut plane nihil de Scorbuto ſciunt, Hoc autem inquinamentum aëris eſt, cujus natura admodum *ſalſa* in Aquilonari, qui perflat loca paluſtria, & iſta effluvia putrida ſecum aufert: Hinc ex aëre hoc à nobis inſpirato, iſtud acidum exſcerbatur & degenerat in Scorbutum; Sic omnes navigantes, qui diutius verſantur in mari, ſemper corripi ſolent Scorbuto, & præ aliis Belgæ & Angli fiunt Scorbutici, dum navigant, Quin & qui tam conflictantur cum malo hypochondriaco, ſi peregrinantur in loca puro aëre prædita, ſolent ſponte ab iſtis malis purgari: Iſte ergo Aër effluviis ſalinis acidis eſt præditus, & ſecundum *Hartmannum* ſulphure temperato deſtitutus eſt, hinc malum hypochondriacum exaſperat, iſtud acrius reddit, & in Scorbutum degenerare facit. *Etmuller.*

41. *Febres per quas*) Febris diuturnior ſæpiſſime Scorbutum inducit, etenim à crebra nimiaque ſanguinis deflagratione, ſpiritus plurimum abſumuntur, ut liquor pauperior & effœtus evadat; quin & *Sulphuris* purioris ingens copia deflagrando evaporat; interea quod reliquum hujus eſt, ſibi *ſalem* adſciſcens, ipſumque evehens, ſanguis in craſin morbidam & plane ſcorbuticam inferre ſolet.

Obſervare eſt à longiori febre, ob ſpiritum & ſulphur nimis exhalantia, atque plurimum ſalis cum ſulphure reſiduo diutius concoctum, ſanguinem valde ſalſum & quaſi lixivialem evadere, ita quidem ut deinceps ægre & vix circulationi peragendæ ſatis in corde accendatur: Cujuſmodi ſanguinis diſpoſitio nonniſi longo tempore reſtauratur, & difficulter admodum Scorbuto ineundo vindicatur. *Willis.*

Febres Quartanæ, in locis ſeptentrionalibus ſæpe *μίασμα* Scorbuticum accendere, eique fomitem ſubminiſtrare recte monet *Rolfincius lib. 3. Epit. m. c. & cur. cap. 12.* Imo febres etiam aliæ, his enim viſcera debilitata vitioſos humores facile recipiunt, nec ita per ordinarias vias expellere valent. *Mollenbroccius.*

42. *Febres per quas humor melancholicus*) Ad remotas hujuſmodi cauſas, *res quædam præternaturales*, & affectus, ut *malum hypochondriacum* referuntur, quod ſane haud difficulter, ſuperveniente ſcilicet humoribus vitioſis in hypochondriis contentis, peculiari & ſpecifica quadam corruptione, in ſcorbutum tranſit. *Idem.*

42. *Contagium*) Contagium inter cauſas non minima eſt; Scorbutus enim, æque ac Lues Venerea, eo infeſtus eſt: Variis autem modis propagari poteſt, I. A Patre miniſterio ſeminis, ſemen enim morboſis inquinatum tincturis, partibus fœtus principia morborum, inprimis eorum qui fixas egerunt radices, tartareorum ſcilicet, communicat.

II. A matre etiam per ſemen, inſuper per ſanguinem, quo fœtus in utero nutriri opus habet: Non pauci fœtum non ſolum alimento è placenta, ſed etiam & quidem præcipua parte, ab humore intra chorion contento.

III Per contactum & converſationem, ut per oſcula, pocula, halitus, expirationes, cadaverum ſcorbuticorum ſectorum fœtorem, rem cum ſcorbuticis habitam &c.

Mirum itaque non eſt, quod Scorbutus ineque orti *Vareni*, tam familiares ſint, cum talium hominum, in quorum regionibus ſcorbutus etiam endemius eſt, converſationem evitare non poſſimus: Ac in Weſtphalia, præter ſuperiusq; dictas rationes maxime frequens eſt, quia ibi tot oſcula, quot ſalutationes, inprimis apud fœminas, juvenes non modo, ſed & vetulas exangues, & aſpectu interdum horrendas; ac quod pocula, quibus ſalivs ſcorbutica communicatur, ſint communia.

Quomodo autem Scorbutus per contagium admiſſus toti corpori communicetur, ex *Harveo Tr. de cordis motu, pag 61.* patet, *Contagium, inquit, in particulam quandam impreſſum, una cum revertente ſanguine ad cor fertur, & inde vel totum corpus poſtea inquinat, vel prout determinatis in corpore partibus adverſum eſt, eas corrumpi. Mollenbroccius.*

43. *Quæ omnia facilius agunt ſi viſcera*) Partes debilitatæ & imbecilles facilius ſal Scorbuticum admittunt; Diſpoſitio enim corporis inter cauſas remotas non ultima eſt; nam ut recte *Sennertus libr. 2. Inſtitut. pag. 2. cap. 2. Ut in omnes actiones, ita etiam in actione cauſarum morbificarum, præter agentis vim requiritur tempus, quantitas, vicinitas ſeu approximatio, ut loquuntur, agentis ad patiens, & patientis ad actionem recipiendam habilitas. Mollenbroccius.*

Scorbuti Prognoſtica.

Cum in affectione Scorbutica, ſimul plura, ac interdum valde tetra & horrenda ſymptomata urgere ſoleant, Prognoſticon à Medico expectatur; imo ipſe, quo melius medendi methodum inſtituat, qualis morbi eventus futurus ſit, ſedulo perpendat; attamen judicia in hoc caſu ſint cauta, diu ſuſpenſa, ac minime temeraria, plures enim pro deſperatis habiti convaluerunt.

Vidi quos frequens & horrendum *aſthma* jamjam ſuffocare videretur, alios à crebra *lipothymia* continuo moribundos, quin & alios aut *paralyſi*, aut *paroxyſmis convulſivis*, aut *colica* graviſſima tentatos, intra breve ſpatium medicamentorum ope prorſus liberatos: Novi quoſdam Scorbuticos ab *hydrope* per totum corpus intumefactos; alios *atrophia* in extremam maciem redactos, denuo ad perfectam ſanitatem reſtitutos, Quamvis igitur hoc morbo laborantes, interdum affectibus ſumme periculoſis urgentur, ſi tamen adhuc viſcera mediocriter ſana, aut ſaltem non multum vitiata fuerint, de malis iſtis, propter meram Scorbuti labem excitatis minime deſperetur; E contra autem quando ſymptomata minus terribilia appareant, ſi hypochondriorum & abdominis contenta obdura velut ſcirrhoſa evaſerint, aut ſi Pulmones corrumpi inceperint, circa morbi ſanationem nihil ingens aut benignum promittatur.

In caſibus vero nondum deploratis, ubi ſpes valetudinis recuperandæ relinquitur, aut ſaltem mortis ſubinde metus longe abeſt, ſi forſan quæſtio fiat quam cito aut tarde, facile aut difficulter therapeia ſuccedat, hujuſmodi criteriis inſiſtatur.

I. Uti Scorbutus non ſtatim affectos jugulat, aut verſus ſtatum inſanabilem præcipitat, ita nec cito nec facile curatur: etenim morbi cauſa potiſſima in dyſcraſia ſanguinis conſiſtens, non multo facilius tollitur quam vina, dum *rancida* aut *pendula* ſunt ad debitam craſin reſtituuntur; quare hujus labe correpti, per plures menſes, ac interdum annos, imo aliquando per totam vitam ejus noxam luunt.

II. Ægritudo hæc ab intemperie ſanguinis *ſulph. ſalina*, ſive calidiori, *vini rancidi* æmula, dependens ægrius curatur, quam ſi eadem à dyſcraſia *ſalino-ſulphurea*, ſive minus *aduſta, vini penduli* æmula procedat, namque hæc mala *ſanguinis*, aut vini conſtitutio, in ſtatum à quo decidit, quodammodo rurſus evehi, verum iſta in ſtatum, quem transiliit, non facile reduci ſolet.

III. Scorbutus *febribus diuturnis*, aliiſq; *morbis chronicis*

morbis male curatis ſuperveniens, aut etiam conſtitutioni originaliter vel propter occaſiones quaſdam valetudinariæ ſuperveniens; difficilioris curationis habetur, quia nimirum in his caſibus, & ſanguinis craſis plus vitiatur, non raro item viſceribus noxa quædam affigitur: Proxime his, ægre ſanantur, qui mala victus ratione, ac imprimis ab aſſiduo liquorum generoſiorum potu, labem hanc cum læſo ventriculi, aliorumque viſcerum imo contraxerunt, attamen qui propter contagium, aëris inſalubritatem, navigationem aut vitam ſedentariam evadunt, ſæpius & minori cum negotio ſanitati reſtituuntor.

IV. Hic morbos adhuc recens, quamdiu labes fere tantum maſſa ſanguinea incluſa, nondum cerebro ac nervoſo generi imprimitur, neque in ſolidis partibus ſymptomata durabilia excitavit, non raro ſanationem perfectam admittit: Sin vero affectio radices altiores agens, in regimen animale propagatur, ibidemque pathemata ſpaſmodica ac dolorifica producit, ac inſuper vitus ſuum, *macularum & exanthematum* eruptione, *gingivarum & dentium* eroſione, aliiſque ſignis pathognomonicis latius prodit, vix unquam radicitus exſtirpatur; quin præcipua medicinæ opera ſymptomatis maxime urgentibus occurrendo, eorumque incrementa, & extremitates ſupprimendo, impenditur.

V. Qui Scorbuto inveterato laborantes, *Medice vivere* recuſant, ſed male ſano appetitui & in peſſima quævis proclivi indulgent, ac inſuper in aſſumendis remediis difficiles ac moroſi exiſtunt, Medici operam, utut ſedulo adhibitam ſæpiſſime eludunt; revera ut præſtet, eos malo ſuo genio relinquere, quam medicamenta utilia, hic omnino incaſſù præſcripta difamare.

VI. Quandoquidem, hoc affectu ingraveſcente, materies morbifica multiplex & diverſimoda, utpote ſymptomatum varii generis ac indolis cauſa progignitur, ideirco remedia non tantum unius generis adhibentur, ſed cum Medicinæ methodus quædam, licet cum ſummo judicio præſcripta, parum aut nihil verſus therapiam profuit, non ſtatim relinquendi ſunt ægri, ſed medicamenta alia, & ſubinde alia tententur: Enim vero non eadem omnibus, neque ſemper eidem perſonæ conveniunt: In corpore affecto *ſalium ac ſulphurum* poteſtates & combinationes paſſim variantur; periode etiam medicamenta minus juvantia aliquando mutentor, donec in aliquod maxime congruum & juvans incidimus.

VII. Quod ſi non obſtante, aut non recte adhibito remediorum uſu, Scorbutus ſenſim ingraveſcens, in deteriorem ſtatum indies evehatur, tandem *hydropem* vel phthiſin inducit: ab hoc aut illo morbo proximus in mortem fit tranſitus, poſtquam enim ſanguis plurimum depravatur, recrementa ſua, copioſius demum aggeſta, aut *pulmonibus*, aut imi ventris viſceribus ſoffundit, proindeque bujus aut illius generis affectus exitiales pariter acceſſit.

Circa Scorbuti ſymptomata, à triplici cauſarum genere oriunda, obſervatu dignum eſt, quod cum plures morbi ad Cerebrum & nervoſum genus pertinentes, qui ſæpenumero per ſe ac ſolitarii exiſtunt, etiam Scorbuto ſuperveniunt, tamen quoad rationes ſuas formales, & quoad medendi methodum in his ac illis adhibendas; diſcrimen inſigne occurrit: Enim vero *paralyſis, vertigo, convulſio, lethargus*, aliique morbi affines, cum per ſe contingunt, ſemper à cauſa fixtori, ac plurimù ab inſigni capitis ac appendicis nervoſi labe dependent, cumque remedia cephalica, ac in iſtis morbis tantum appropriata conveniunt, tamen ſucceſſus haud facilè, neque ſemper votis reſpondet: Interim pro ſanguinis emendatione, aut parum curæ impenditur, aut ſi adhibetor plerumque incaſſum cedit.

At vero cum iſthæc pathemata à Scorbuto inducuntur, minoris ſunt periculi, atque licet paroxyſmos crebriores habent, iſti tamen facilius tranſeunt; cæterum morbi curatio remediis antiſcorbuticis facilius, quam ſpecificis & cum ſanguinis ad debitam craſim reductione potius, quam cerebri & nervoſi generis malis occurrendo perficitur.

Eadem obſervatio locum obtinet in Tumoribus, ulceribus, hydrope & multis aliis affectibus, à lue ſcorbutica productis, qui ſecus ac cum per ſe excitantur, remediis nonniſi antiſcorbuticis ſanantur: Horum ratio, quod in ſcorbuto ſymptomatum & affectuum plurimorum cauſa conjuncta fere tantum in humoribus, nempe ſanguine & ſucco nerveo, ac nondum in partibus ſolidis, ſcil. viſceribus, præcordiis ac cerebro conſiſtit: quare cum illorum dyſcraſiæ multo facilius, quam horum malæ conformationes emendantur, ejuſdem generis morbi, propter ſcorbutum, quam per ſe excitati, certius ac cum minore negotio curantur.

Attamen cum ægritudine iſta altius radice agente, partes etiam ſolidæ principales (prout ſæpius uſu venit) noxam contrahant: videlicet cum ſanguinis & ſucci nervoſi recrementa iiſdem ſe diutius impacta tonos lædunt, poros, & meatus infarciunt, & non raro in iis tumores ſcirrhoſos aut abſceſſus pariunt: Hinc prædicta ſymptomata, quamvis labi Scorbuticæ fere tantum imputata, raro aut nunquam admittunt, & propter hujuſmodi cauſam invincibilem, demum ipſe Scorbutus deploratus evadit *Willis*.

Maculæ in Scorbuticis quo magis rubent, & quo ſunt grandiores, eo melius eſt: quo magis cæruleſcunt aut liveſcunt, eo deterius; ſemper tamen bonum ſignum eſt; cæteris paribus, magis tamen bonæ ſunt rubræ.

Continua ſymptomatum ſolet eſſe mutatio, v. g. ut dolores vagi tranſeunt in pareſin, aſthma convulſivum, ſubinde epilepſiam; Quando Scorbutici atrociſſimis doloribus artuum laborant, ſubito lethargo correpti, in alium ſtatum mutantur; Præ cæteris gingivarum habenda eſt cura, ſubinde abeunt in gangrænam, & ſecum trahunt exulcerationes faucium peſſimas.

Pulſus aliquando ita parvus ac debilis, ut æger omni momento exſpiraturus videatur; ſed ſi non alia ſymptomata adſint, non terreatur Medicus. *Ettmuller*.

Curatur quidem difficulter, difficilis enim morbus eſt, curatur tamen indies: Hiſce regionibus adeo familiaris eſt, ut nullus fere reperiatur morbus, cui non aliquid Scorbutici ſobſit: *Pulſus* debilis non æque ac in aliis quibuſdam affectibus periculoſus eſt, ſimplices enim vapores flatuſve illum cauſant; Dyſenteria rariſſime laborant, plerumque Diarrhœa vel Lienteria, quæ difficulter curatur, & longo temporis tractu ægros necat, ſequitur enim illas vel hydrops vel tabes: *Reſpiratio* difficilis, non tam periculoſum malum eſt, quam vulgo putatur, æque enim ac palpitatio cordis provenit nonniſi à vaporibus, *Barbette*.

Scorbutus vere & autumno maxime infeſtat; Senibus gravior eſt, ut & adultis, & puerperis; Io ratione victus negligentioribus frequentior: Pueris *ſtomacace* crebrius, *Scelotyrbe* rarius accidit; Solvitur aliquando vel per alvum, vel per hæmorrhoides, vel per urinam; Aliquando in alios degenerat morbos, hydropem, atrophiam &c. Subito quoque moriuntur. Aliquando & antecedunt & conſequuntur febres; quandoque

antecedunt ardentes, malignæ, duplices tertianæ, & quartanæ: Conſequuntur quartanæ, ſic ut hæ terminentur in Scorbutum; & viciſſim Scorbuto ſuperveniant, aut complicentur, obſervante *Brunnero*: *Livor faucium* ſignum lethale ab eo dicitur: Morientibus ex hoc malo, *maculæ* conduntur & evaneſcunt, nonnullis vero à morte ruiſus erumpunt, ut idem obſervavit, quod optime notandum tempore peſtis. *Frid. Deckers Not. in Barbette.*

Prognoſis.

Affectus periculoſus quidem eſt, aſt non adeo diuturnus, & præcipue ille qui abſque tumore eſt, ac hinc & inde currit atque vagatur, ob materiam tenuem & mobilem, facileque diſſipabilem, ſi modo debito tempore medicamentis convenientibus obviam eatur: Si vero ab ægro aut Medico negligatur, in longum tempus protrahi, imo multos menſes & annos durare poteſt.

Prout autem hanc vel illam partem occupat, eo plus vel minus periculi minatur: Si cervicem occupet, ob nervorum ibidem exiſtens principium, admodum periculoſum eſſe quidam exiſtimant & apoplexiam metuendam; id quod tamen neque rationi neque experientiæ reſpondet, cum non nervorum principii, ſed vaſorum & meatuum cerebri, per quos ſpiritus vitales à corde ad cerebrum vehuntur, obſtructio præcipua apoplexiæ cauſa ſit.

In Coxendice ſi latitet malum, periculo non vacat ob dolorem, qui ibi oriri ſolet, maximum; unde vigiliæ nimiæ, & ob humorum affluxum febris & inflammatio ſequuntur, ex quibus oſſis femoris luxatio, tandem cruris imbecillitas ſuccedunt.

Si verno tempore exoriatur, quo utplurimum ſe oſtentat, ob pororum apertionem facilius. Si autumnali, quia Sal Scorbuticum calore præcedentis æſtatis exacerbatum, tenacius ac firmius partibus inhæret, ac vi frigoris externi ſubito ſuccedentis intus detinetur, non ita facile; hyemali vero, ob pororum conſtipationem difficillime tollitur.

Præterea gravior affectus, ſi eſt hæreditarius, qui oritur ex ſemine morboſis tincturis inquinato.

Senes, ob calidi innati languorem & debilitatem, facilius & periculoſius laborant juvenibus, ita etiam infantes; Nonnulli putant mulieres ſcorbuto ac huic affectui magis obnoxias eſſe, quod tamen mihi probabile non eſt, ac viros fœminis Varenis facilius ac ſæpius laborare experientia me docuit, minus autem viris obnoxias eſſe ſuadere videtur diæta, cujus regulas mulieres ac viri non ita tranſgrediuntur, Ac ſanguinis menſtrui, cum quo non pauci vitioſorum humorum evacuantur, fluxus, qua de cauſa etiam mulieres, teſtibus *Sennerto & Hartmanno*, Scorbutum ad annos xv. vel xx. mares non ultra ſeptennium, octennium aut decennium ferre poſſunt.

Item ij, quibus ex contagio contingit facilius, quam quibus ab interno eſt principio, curantur. *Mollenbroccius.*

Curatio.

[44] *Curatio* ita reſpicit.

I. [45] *Diætam*, quæ debet eſſe incidens, attenuans, abſtergens, deobſtruens: ubi nota. Eſum columbarum ſylveſtrium laudari. Veneris exercitio hunc morbum quibuſdam in locis curari, fortè propter naturalis caloris ἐκλαμψιν, ſaccharata & lacticina fugienda eſſe.

II. [46] *Chirurgiam*, [47] ratione cujus vena baſilica, mediana, ſalvatella, vel malleoli ſecanda eſt; ſed ita, uti ſi maculæ jam prodierunt, ſuperſedeatur; ſi nulla ſit ſpes hæmorrhoidum, & febris afficiat, in actum deducatur parcè, ne vires collabantur, evacuatio inſtituatur.

III. *Pharmaciam*, ratione cujus.

1. [48] *Præparanda eſt materia peccans* [49] primis viis ablutis, ita, ut à lenioribus incipiatur: [50] magis attenuantibus, ſi morbus jam invaluerit, vel in craſſo aëre homines vivant, agatur; illa, [51] quæ tota proprietate agunt, adhibeantur; & [52] potiùs in ſuccis, eſſentiis, & conſervis, quàm decoctionibus & extractis, in quibus medicamentorum ſal volatilis evaneſcit, propinentur.

Appropriata ſunt *Cochlearia*, ſeu *Britannica*, quæ laudatiſſima, *Beccabunga* ſeu *Anagallis aquatica*, quæ aliquid humiditatis obtinet, *Raphanus ruſticanus*, ſeu *Armoracia*, *Chelidonium minus*, *Numularia*, *Sinapi* λ. *Trifolium aquaticum*, *Terra antiſcorbutica* propè Bergas in Norvegia reperta, cujus pulvis refert colore turpethum minerale ex Mercurio confectum, & datur dr. j. pondere in [54] aqua appropriata ad ſudores.

[55] Ex *compoſitis* ſunt, Electuarium *Danicum* ex baccis quas multiber vocant, confectum, [56] ſyrupus *Sceletyrbicus Foreſti*, nec non *Antiſcorbuticus Mynſichti*. Eſſentia *Chamadryos & Fumariæ*. [57] Spiritus & conſerva [58] *Cochleariæ*. [59] Tinctura *Martis Mynſichti*, appropriatis roborata, &c.

2. [60] *Evacuanda* eſt [61] *ſeu* per inferiora, ubi locum habent *Pilulæ Tartareæ Quercetani*, à *Sennerto* correctæ, nec non *pilulæ Amſtelodamenſes* ex *gummi ammon.* puriſſimi dr. ij. *aloës lucidæ* dr. iij. ſcr. j. *Croci Martis aperit.* dr. ij. *Crem. Tartari* dr. iſ. *Tartar. vitriol.* dr. ſ. cum *ſyrupo roſar. ſolut.* paratæ.

Seu per ſudores reliquias diſcutientes, qui ſeu in Laconico, ſeu extra, *Theriacâ Saxonicâ Mynſichti*, eſſentia *fumariæ* cum ſale abſinthii benè excitantur.

Seu [63] per *Diuretica*, cum aquis appropriatis exhibita.

3. *Partes*, ut epar, ventriculus; &c, [64] roborandæ ſunt.

✠ *Curatio triareſſeis*) Si quidem haud unica & ſimplex affectio præternaturalis, ſed *legio* quædam profliganda eſt, idcirco medendi methodus indicationes multiplices, eaſque varie complicatas ac ſubordinatas perſtringere debet, quas tamen vulgati modo ad tria hæc capita referre viſum eſt, nempe ut ſint *Præſervatoria*, quæ *morbi cauſam*, & *Curatoria*, quæ *morbum* ipſum & *ſymptomata* ejus reſpiciunt & tollunt, & denique *vitales*, quæ patientis robur ac vires tuentur vel reſtaurant.

Ab initio curationis, contra morbi cauſam collimare debemus, hac enim velut radice præciſa, vel avulſa, ſtatim truncus, rami & fructus emarceſcent: Cum itaque oſtendimus Scorbuti cauſam in *ſanguinis dyſcraſia*, ſcil. aut *ſulphureo ſalina*, aut *ſalino ſulphurea* fundari, inprimis danda erit opera, quo melius illa, tum hujus, tum illius indolia, emendetur, In hanc rem primo impedimenta tollantur, deinde ipſa primaria intentio perficietur: propter utrumque ſcopum remedia, à Diæta, Chirurgia & Pharmacia experuntur: Sanguinis ad debitam craſim reductio per appropriata medicamenta, propter hæc duo potiſſimum impeditur, 1. quia ſucci nutritii nonniſi vitioſi penus; ei continuo infertur, dein 2°. quia recrementa in ſinu ejus producta, per idoneas cloacas non ſatis amandantur; Itaque providendum erit, tum ut chyloſeos negotium in primis viis recte peragatur, tum ut *recrementa vaporoſa* per diaphoreſin; *feroſa* per renea & lymphæ ductus, *biloſa* per cyſtin felleam, *atrabiliaria* per lienem, atque alia cujuſque præterea generis, per propria emunctoria ſatis expurgentur; dein hiſce muniis rectius inſtitutis, ſanguinis dyſcraſiam per medicamenta ſpecifica, ac inprimis ſale volatili prædicta reducere nitemus. Remedia ſingulas haſce intentiones reſpicientia una complicati, ac ſimul in uſum adhiberi debent; quo tamen ritu, ac quibus adminiſtrationum modis, adhuc particularius deſignare oportebit.

i. Ut *chyloſis* in primis viis recte perficiatur curandum erit, ut materiæ recrementitiæ ſaburra in iis congeſta exterminetur, ut fermenta deperdita aut depravata reſtituantur; ut meatus & pori quoquomodo infarcti & obſtructi reſerentur. In hos fines medicamenta *Cathartica*, *Digeſtiva*, & *Aperientia* deſtinantur.

ij Excrementa in maſſa ſanguinea collecta, cum per propria emunctoria non ſatis amandantur, per alias vias maxime idoneas ſubinde educantur, in hanc rem etiam *Cathartica*, ac inſuper *Diaphoretica* & *Diuretica* conveniunt.

iij. Sanguinis Dyſcraſia ſcorbutica emendetur *phlebotomia* & *remediis ſpecificis*: Quare *ut indicationis præſervatoriæ* res tota in ſummam redigatur, remedia quæ præcipuas ejus intentiones perficiunt, ſint *Cathartica*, *Phlebotomia*, *Digeſtiva*, *Aperientia*, *Diaphoretica*, *Diuretica* & *Antiſcorbutica*: Dein quatenus remedia *Digeſtiva* & *Aperientia* ſæpius eo incidunt, ſiquidem utraque particulis *acidis*, *acribus*, aut *ſalinis* præcipue imbuuntur.

Porro in quantum ejuſmodi pharmaca *diaphoreſin* aut *diureſin* apte ſatis movent, idcirco apparatus pharmaceuticus intentionibus prædictis requiſitus, in anguſtiores adhuc limites redigi poteſt, nimirum ut ſere tantum conſtet medicamentis *Catharticis*, *digeſtivis* ac *antiſcorbuticis*, quibus phlebotomia pro data occaſione adjicitur. *Willis.*

45. *Diætam*) Victus ratio à Scorbuticis obſervanda, in methodo therapeutica haud minimi momenti eſt, qua ſcil. neglecta, aut perperam inſtituta, reliqua medicinæ præſcripta parum, aut nihil verſus ſanitatem proficiunt: Regimen Diæteticum, cum ad varia extendatur, præcipue circa *Aerem*, & *habitaculi ſitum*, *cibum* ac *Potum*, atque *corporis Motum* vel *Quietem* verſatur: Quoad *Primum*, cujuſmodi, reſpectu *cœli* ac *ſoli* manſiones & commorandi loca Scorbutum patiunt, ac proinde vitari debent, è ſupradictis abunde conſtat: Qui hunc morbum aut cavere, aut curare ſtudent, *Aerem* moderate calidum & ſiccum, qui etiam tenuis & purus, & ſatis eventilatus fuerit, eligere ſatagant.

Cibi tantum εὔχυμοι & εὔπεπτοι conveniunt; *craſſi*, *viſcidi*, *ac fumo indurati*, *mucidi* ac *rancidi*; potiò *alimenta infermentata*, aut valde *compoſita*, *legumina*, *lacticinia*, *fructus immaturi* evitentur: *Saccharo condita*, aut plurimum *imbuta*, io tantum vitupero, ut illius inventionem ac uſum immodicum, Scorbuti in nupero hoc ſeculo immanis, augmento plurimum contribuiſſe exiſtimem: Enim vero *concretum iſtud ſale ſatis acri & corroſivo*, cum *ſulphure* tamen delinito conſtat, prout ex analyſi ejus ſpagyrice facta liquido patet; quippe *Saccharum* per ſe diſtillatum, liquorem aqua ſtygia vix inferiorem exhibet: quod ſi ipſum in veſica, plurima aqua fontana perfuſum deſtillaveris, quamvis *ſal fixus* non adeo aſcendit, prodibit tamen liquor inſtar *aquæ vitæ acerrimæ* urens, ac ſumme pungitivus: Cum itaque ſaccharum quibuſvis fere alimentis commixtum, ita copioſe à nobis aſſumatur, quam veriſimile eſt, ab uſu ejus quotidiano *ſanguinem* & *humores ſalſos* & *acres*, proindeque *ſcorbuticos* reddi: Author quidam inſignis *Tabis Anglicæ* cauſam in immoderatum *Sacchari* uſum retulit; neſcio an non potius etiam hinc *Scorbuti* increbreſcentis fomes derivetur.

Potus ſit *cerevifia* mediocris, mitis ac bene defæcata, quin & *ingredientibus antiſcorbuticis* citra ingratum ſaporem alterata, non ſit *craſſa* & *dulcis*, nec etiam *vetuſta* nimis & aceſcens; hæc in modica quantitate, ac fere tantum ſtatis prandii ac cœnæ temporibus ſumatur: Quæ apud multos invaluit conſuetudo, nempe ut quamprimum lecto excitantur, ſtatim hauſtui matutino largiori indulgeant, perniſioſa admodum videtur: Etenim hac ratione, ſiquidem vaſa ſanguifera chyli recentis penu fere perpetuo ſuffuſo, nimis replentur, & cruditates & fæculentiæ nutribificæ in ſanguine gignuntur, & hæmatoſeos munus valde debilitatur, præſtat ſane pleroſque homines (niſi quibus ventriculus quamdiu ſit vacuus, moleſte contrahi & corrugari ſolet) uſque ad prandium jejunos manere: Nec minus ſanitati adverſatur mos, ſtatim à victu poculis plenioribus ſeſe ingurgitare.

Vina ac *Pomacea* modo ſint mollia, ſincera, ac minime adulterata, modice ſumpta non nocent: Iiſdem vero fucatis, rancidis, auſteris aut aceſcentibus nihil magis noxium, ac ſanitati noſtræ injurioſum.

Exercitia ac *labores* Scorbuto tum ſanando, tum præcavendo ſunt commodi adeo inſignis, ut multi hoc ſolo remedio integram valetudinem aut tuentur aut recuperant; Etenim otioſis, & vitam ſedentariam agentibus, *ſanguis & liquor nervoſus*, tanquam aquæ ſtagnantes, quaſi lentorem & ſitum contrahunt; à motu vero corporis aſſiduo & multo, humores & ſpiritus inclareſcunt & vigorantur, particulæ excrementitiæ & heterogeneæ evaporant, viſcerum infarctiones expediuntur, eorumque tonus corroboratur. *Willis.*

Appropriatis ſubjungenda erant *Lacticinia ſeu Diæta Lactis*, Scorbuticis præ aliis omnibus [illegible] conveniens, nempe uſurpatur *Lac* vel præmiſſis univerſalibus, & primas vias expurgantibus, vel in quibuſdam ſimul *Martialibus*: Uſurpatur autem vel *Lac*, vel ejus *ſerum*; *Serum* uſurpatur in Scorbuticis febricitantibus, vel qui borborygmis in hypochondriis ſunt obnoxii nt & phlogoſi vagæ: In reliquis vero melius eſt ſi uſurpetur *Lac*, & inprimis *caprillum* cum tantillo

ſacchari; Vel lactis inſtillentur *ſpiritus ſalis armon.* & *cochleariæ* ãã. mixt. gutt. 40. & 50. continuetur aliquandiu omni mane, interdum etiam veſperi ſtomacho vacuo ante cœnam, ſucceſſive in dosi aſcendendo, & tunc etiam deſcendendo; Lacti etiam medicato incoquuntur *raſura rad. Chinæ & herba fumariæ* v. g.

℞. *Lactis menſur.* ß. *adde raſur. rad. Chin.* ℥ß. *fol. fumar. rec. m.* j.

Tecto vaſe ebulliant & coquantur aliquandiu, colentur per linteum, & pro binis dosibus Lac ita paratum hauriatur, inſtillando ſemper aliquod de *ſpiritu cochleariæ.*

Lac ita paratum, Scorbuticis eſt admodum proficuum, in ſpecie ubi laborat genus nervoſum, & adſunt dolores artuum, & inprimis quando multum ſudant; Sub hac *Diæta lactea* cavendum eſt ab omni acido, & hauſto lacte inſtituatur aliquoties ambulatio, ut proliciatur urina. *Etmuller.*

46. *Chirurgiam ratione cujus*) Phlebotomia indicatur à *ſanguinis copia aut vitioſitate*, quam præſtat aliquoties in quantitate modica, quam ſemel in magna educi: Cum enim liquor ſanguineus valde impurus evaſit, nullo remediorum genere certius emendatur, quam parca & crebra extramiſſione: quippe ſanguini veteri corrupto, quotiès educitur, recens melior & defæcatior ſuccedit: Interim cautione opus eſt, ne ſemel in quantitate nimia ſubtrahatur; nam penu ejus confertim diminuto ſanguificatio labaſcit, propterea ut hydrops aut cachexia ſequatur. *Willis.*

Venæ ſectio non tantum evacuationis, ſed & ventilationis & revulſionis gratia, inſtitui poteſt; quare & in ipſo paroxyſmo, & extra eum cum maximo emolumento adminiſtrari juſſi, ſi modo ætas permiſerit; Videtur non adeo probabilis, quia radix in profundis imi ventris latitat, & cacochymia in omnibus partibus eſt, atque ſic tam laudabilis, quam vitioſus ſanguis evacuatur; unde cum ſanguine vita pariter ac valetudo conſervetur, naturæ vires collabuntur; Aſt experientia docet, nec ratio deeſt, V. S. in pluribus affectibus neceſſariam & proficuam eſſe; Imo experientia apertiſſime oſtendit magis tutam V. S. eſſe, quam purgationem. Summe ſane illa prodeſt, inprimis in ipſo paroxyſmo, tam propter ſanguinis, & in eo humoris ſalſi turgentis ventilationem, quam ipſius à parte affecta revulſionem. Obſervandum ne in parte ægra S. m. inſtituatur, ſic enim humores peccantes ad eam copioſius attrahuntur, doloreſque exacerbantur.

Ejus vicem ſupplere poſſunt *Cucurbitulæ ſcarificatæ & Hirudines*, Illarum beneficio multum etiam ſanguinis educi poteſt: *Hirudines* in plethora minore cum moleſtia, quam cucurbitulæ ſanguinem exhauriunt, cum naturaliter ſanguinem appetant; nec parvas ſolum, ſed etiam magnas tam arterias quam venas, quibus apponuntur, aperiunt.

Hæmorrhoïdes ſi natura non aperiantur, arte eædem provocentur, Experientia enim conſtat, non paucos harum beneficio reſtituros eſſe: *Ronſæus* ſcribit, ſe non paucos noviſſe, quos profuſio ſanguinis ex hæmorrhoidibus Scorbuto præſervaverit. Valent partim *Fonticuli*, præſertim in affectibus ubi vaporoſa eſt materia, aut ſi pituitoſa, ſaltem labi facilis: Ubi grave eſt malum, & undique conquiſita remedia poſtulat: Ubi loca quæ natura fabricavit non ſatis patent aut ubi fluxus per nervoſum muſculoſumq; genus peragitur, non relinquendos puto, quæ circumſtantiæ ſane hic utplurimum concurrunt.

Frictiones non omittendæ, cum enim hæ vicem exercitationis ſuppleant, atque evacuandi vim obtineant, hoc malo vexatis, utpote qui ſe exercere, ac ob virium debilitatem interdum purgari nequeunt, maxime conferunt, inprimis ſi diſtillationes capitis ſimul adſint, in his enim frequentes frictiones, teſte *Solenandro*, univerſi corporis mane adhibitæ plurimum proſunt, & ſanè cum frictione pori cutis aperiantur auraicria peccans tenuis per eos allicitur, hoc ſal volatile ejus beneficio haud difficulter tolli poteſt. *Mollenbroccius.*

47. *Ratione cujus vena Baſilica*) Poſt unam aut alteram Purgationem, ſi *miſſio ſanguinis* indicatur, aut *phlebotomia* in *brachio*, aut *hirudinum ſuctu* in venis ſedalibus celebretur: Non multum intereſt quæ vena ſecetur; nec enim *Salvatella* apertio tanti, prout vulgo perhibetur metui eſt, Quod inter authores valde ambigitur de *vena* aut *jecoraria*, aut *cephalica*, vel alia quavis poriori in Scorbuto incidenda, à quo ſanguinis circulatio innotuit, in nihilum recidit: *Willis.*

48. *Præparanda eſt materia peccans*) Non uno eodemque ſe habent modo ſplenetici, (ita enim latiori vocis uſu ſcorbutici, & hypochondriaci audiunt) Variant ergo in genere ſplenetica, pro vario & diverſo ſpleneticorum ſtatu; Pertinet huc communis & ſimpliciſſima Scorbuti diviſio, quod vel calidus ſit vel frigidus, diverſis utterque ſtipatus ſymptomatis, multum ergo intereſt, qui quibus utantur, & quæ medicamenta magis polychreſta ſunt, & ſingulis magis convenientia, præ reliquis quoque eſſe ſplenetica conſtat Fluant ex hoc generali aſſerto plura ſpecialia, Et quidam,

2. *Volatilia* tum *ſalina*, tum *ſpirituoſa & aromatica*, *Scorbuto frigido proſunt*, *calido noceat*, Nocent quibus humores ſeroſi ſunt effetati, mobiles & exacerbati; unde vigiliæ, inquietudines, phlogoſes, anxietates, motus ſpirituum turbatus, omnia ſurſum deorſum moventur, turbantia & laceſſentia, archeum Plurimum intereſt non irritare quieſcentem hoſtem, nec crabrones irritare.

3. *Acida* Spleneticorum eſſe remedia.

4. *Diluentia* ſpleniticorum inprimis actuationi unice voliſicari; Eo nempe ſtatu, ubi ſerum non abundat, vel reſtagnat, nam alioqui noxia potius fuerint, Frigida quinimo ſæpe præ calidis ſunt convenientiora; hinc maxima temperamenta ſunt diſtinguenda, & conjunctæ intemperies. *Wedelius Am. m. m. p.* 181.

Monendum de *Lacticiniis*, quod præmiſſis univerſalibus, & vitioſum acidum corrigentibus, ſint optima, Singulare enim quid obtinet *lac*, in corrigenda craſi ſanguinis à ſcorbuto vitiata, unde in Scorbuticis qui nimium ſudant, & ad tabem inclinant, præmiſſis univerſalibus, *lacticinia* nobiliſſima ſunt remedia, dando mane & veſperi ſuper bonum hauſtum. *Etmuller. p.* 401.

48. *Præparanda*) Quod olim de præparatione humorum ab Authoribus paſſim inculcatur, aut ſupervacaneum, aut non intellecta ſanguinis circulatione, prorſus erroneum eſſe duco: quin iſtius intentionis vice, *Viſcerum fermenta reſtaurantia*, & *ſanguinis craſin alterantia* ſubſtituantur. *Willis.*

48. 1. *Præparanda eſt materia peccans*) Statum conſiderare oportet, utrum *indicationes* ſolum *præſervatoria* hic locum habeant, ac non iis *curatoria* quædam, nempe quæ *ſymptomata* gravius urgentia reſpiciunt, intercalari debent: Quod ſi vacat, in morbi cauſam totam therapejas operam impendere oportet. *Willis.*

Præparatio, Purgatio.

Venæ ſectioni Purgantia in hoc affectu, ubi ſcil. humores peccantes in primis viis ac circa hypochondria latent, nec malum per viam contagii eſt contractum, præmitti debent, ne iſti humores cum ſanguine in arterias rapiantur.

An autem conveniant dubium, tam quod cauſa hujus

hujus affectus ſit maligna, quæ exinde ſarius auferri videtur ſpecificis ſudorificis, ut alii morbi maligni, purgantibus enim humores maligni ad cor trahuntur, quam quod plurimi citra purgantium uſum, uſurpatis tantummodo antiſcorbuticis convaluerint, contra aſſiduis purgationibus uſi, vel ad perfectam membrorum devoluti ſint impotentiam, vel in hydropem lapſi.

Verum quæ hic dicuntur de Purgantibus, de vehementioribus, non rite præparatis & ſiniſtre exhibitis debent, mitiora vero & tuta purgantia, cum malignitas tanta hic non ſit ut in peſte, cur omittenda ſint, rationes non video: His enim & radix ſalis ſcorbutici non modo deſtruitur, ſed & cavetur, ne reliquum in toto corpore hinc & inde vagans foveatur, Nec etiam fortiora, ſed tuta plane formidanda, mitioribus enim cauſam non tollentibus, ut adea, habita circumſtantiarum ratione, fugiamus neceſſe eſt, nam ex ſententia *Meſuæ* is eſt gradus ſapientiæ, ne ad Medicinas fortes deveniamus, niſi ubi debiles non contulerint.

Nota purgantia uſurpari non debere initio, & antequam antiſcorbutica, quæ humoris peccantis malignitatem infringant, præmiſſa fuerint. Et licet ſal volatile, quod in exterioribus vagatur partibus hiſce expelli non poſſit, cauſa tamen antecedens interna, ſeu ſal fixum, quod circa hypochondria ſedem ſuam locavit, & illi fomitem præbet, extirpari poteſt.

Quod quidam citra purgantium uſum convaluerint, ſi modo fides ſit danda, dico tales per contagium hoc contraxiſſe malum, ubi ſal ſcorbuticum fixum ſedem ſibi nondum comparavit, in quibus ſal volatile cum non ita foveatur, facile per ſudorifera antiſcorbutica diſcuti potuit.

Si qui ex purgantium aſſiduo uſu in membrorum impotentiam, vel hydropem lapſi ſunt, id ex nimio & intempeſtivo ipſorum uſu eſt factum, quo interna Scorbutica malignitate alias contaminata viſcera debilitata, eorumque ad concoctiones neceſſaria fermenta deſtructa ſunt, unde concoctionibus læſis, & excrementis eorum retentis, obſtructiones vaſorum lymphaticorum cauſantibus, hydrops, ob nutrimenti & ſpirituum defectum, membrorum impotentia haud difficulter fieri potuere.

Purgantibus non incommode præmitti poſſunt *Digeſtiva & Præparantia ſpecifica*, ut pote quæ ob vim ſuam incidendi & humores tartareos ſcorbuticos, non modo præparant, ut ad evacuationem apti reddantur, verum inſuper vias obſtructas, ab infarctione liberando, liberum tranſitum iis parant, ac eorum malignitatem corrigunt. Talia ſunt *cremor & cryſtalli tartari*, *tartarus vitriolatus*, *crocus martis aperitivus cum ſalibus appropriatis paratus*, *crocus martis ſaccharinus* (fit ſi laminis martis ſpir. ſulph. vel vitrioli, illinatur, ac crocus exinde factus colligatur) *Sal digeſtivum ex capite mortuo vitrioli*, quibus admiſceri poteſt *magiſter. cochleariæ Drawitzii*, quod nihil aliud eſt quam *eleoſacchar. cochleariæ*, *Syr. de fumar. ſyr. ſceletyrbes Mynſichti*, *Foreſti*, ſyrupus *eſſentificatus* cochleariæ, qui præſtat vulgari ſyrupo, per longam enim coctionem ſal volatile & virtus avulat; Aſt ſyrupi pauca quantitate & non frequenter ſunt exhibendi, nam dulcia hic maxime nociva ſunt, *Serum lactis* cum antiſcorbuticis & arthriticis. Plurimum non paucis conduxit Digeſtivum meum antiſcorbuticum.

℞. *Croci martis aperientis* ℥ß. ʒij. *magiſter cochleariæ*, *tartari vitriolati*, *nitri antimoniati* ā ā. ʒj. *fecula aronis* ʒiß. m. *f. F. Pulvis Doſis* ℈j. *ad* ʒß.

Hæc fere omnia in convenienti vehiculo, *aqua ſcorbutica Quercetani*, *Mynſichti*, *Dornerelli* &c. cerevilia, vino, juſculo carnis, exhiberi poſſunt.

Purgantia mitiora hoc affectu recenſentur multa, *ſyrupus de ſpina cervina*, *acacia*, *de carthamo*, *infuſum ſir. acaciæ*, *roſar. ſambuc. Elect. roſat. Meſuæ*, *Diacatholicum*, *fol ſennæ*, *rhabarb. polypod. carthamus*, *ejusque extr. mechoacanna*, *Jalappa*, ejuſque magiſt. ſeu reſina.

Fortiora ſunt *gratiola*, *hermodactyli*, qui arthritici doloris theriaca, ab *Avicenna* nominantur, *Scammonium* ritè præparatum, &c. *Mollenbroccius*, vide plura à pag. 58. ad 68.

Vomitoria.

Nec Vomitoria blanda & tuta, ut *ſal vitrioli vomitivum*, *vitriolum album*, *crocus metallorum abſynthiacus Mynſichti*, in vino Hiſpanico, additis aliquot guttulis de *ſpiritu cochleariæ* &c. ut materia vitioſa in primis viis latens evacuetur circumſtantiarum habita ratione; negligenda: Eaque D. *Mœbius Diſput. de Vomitor* §. 38. in ſcorbuto, affectu hypochondriaco; jecoris, lienis & meſenterii obſtructionibus &c. commendat, quia ex his ſedibus breves & expeditæ in ventriculum ſunt viæ, per quas faciliori negotio vitioſa ſaburra; quam per inteſtinorum ambages & circuitus poteſt exturbari. *Idem.*

49. *Primæ viis ablutis* Methodus medend Scorbuticis fere quibuſvis præſcripta à catharticis incipiat; Etenim niſi primæ viæ mundentur, medicamenta in alios quotvis uſus deſtinata, ab illarum ſordibus inquinabuntur, quapropter *Vomitio* interdum non minus quam *Purgatio* conveniet: Si ventriculus, (ut crebro aſſolet) materia *viſcida*, *aceſcente*, aut *nidoroſa*, aggravatus, ſarcinam impuram nauſea aut vomendi niſu iutiſu ejicere molitur, atque patiens talem evacuationem olim ſatis robuſte ac cum εὐφορίᾳ tolerare ſolebat, nihil vetat, modo vires non ſint nimium proſtratæ, *pharmacum Emeticum* exhibere; fortioribus, *infuſio croci metallorum*, aut *Mercurius vitæ*, aut *Tartarus Emeticus Minſichti*, vel *ſulphur antimonii Glaubero* propinetur: Qui ſunt conſtitutionis imbecillæ, aut teneræ, *Vinum ſcilliticum*, aut *Gilla Theophraſti* aſſumant; quibus in exigua doſi exhibitis, ſerum lactis in magna copia ſuperbibant, dein ventriculo ad nauſeam repleto, digito vel penna gutturi immiſſis vomitio facillima provocatur, & aliquoties pro libitu iterari poteſt: Hoc vomendi ritu, mera ſtomachi contenta, à plicis ejus deterſa exerunntur; neque in aliis circumvicinis viſceribus, aut membranis; (prout à ſtibiatis fieri ſolet) vellicationes dolorificæ; aut convulſivæ, tum lipothymia cientur: Quibus ventriculus, propter malam digeſtionem, pituitæ aliuſve materiæ degeneris ſaburram facile congerit, præcepi, & ſæpius bono cum ſucceſſu) ut ſemel in menſe talem vomitionem, utpote tutam & ſalubrem, protinent: Ubi vomitio locum non habet, à Purgatione incipiatur. *Willis.*

49. *Primis viis ablutis*) Notandum quod antiſcorbuticis appropriatis, ſi volatilia nimis ſint, *fixa*, *acidum primarum viarum abſtergentia* utiliter præmittantur, *martialia* ſcilicet *& antimonialia*, acidum in primis viis potenter deſtruentia; Hiſce tandem appropriata volatilia ſubjungi poſſunt. *Etmuller.*

50. *Magis attenuantibus*, Anti ſcorbuticorum remediorum magna eſt varietas, nunc enim ſunt *acriora*, nunc *temperata*, nunc *aromatica*, *ſulphurea* &c. Obſervanda ergo eſt conſtitutio ægri; quidam enim non poſſunt ferre *volatilia*, ut *ſpiritum cochleariæ*; propterea attendunt Medici ad conſtitutionem ægri, ut habeant ſelectus inter remedia antiſcorbutica. *Acria* enim & volatilia ſubinde magnam Scorbuticis inferunt noxam, ſiniſtre uſurpata, in ſtipe in ſubjectis bilioſis, & ubi acidum eſt volatilius & acrius, ubi ſunt nociva propter phlogoſes & effervescentias, propterea in

his non conveniunt, niſi miſceantur blande temperatis, iiſque acidis, qualia ſunt v. g. *cichorium*, *acetoſa*, *ſuccus citri*, *ſerum lactis*, quod optimum eſt. *Etmuller.*

51. *Agatur, illa quæ tota proprietate agunt*) Si præcipuam Medicinæ operam in Scorbuti cauſam inprimis, acper ſe eradicandam impendere liceat, propter hunc ſcopum inſuper remedia *digeſtiva*, & *ſpecifica* ſeu *antiſcorbutica*, omni tempore, exceptis purgationibus, uſurpentur, quibus interdum, ſi opus fuerit, *diaphoretica* aut *diuretica* adjiciantur: medicamenta hujuſmodi multiplicia ſunt, è quibus ſelectiora hic apponere libet, quæ quidem juxta *duplicem cauſæ ſcorbuticæ* indolem, nempe *ſanguinis dyſcraſiam ſulphureo ſalinam*, & *ſalino ſulphuream*, in duas claſſes diſtinguere viſum eſt, & 1°. quæ in hoc poſteriori affectionis modo conveniunt, ubi nimirum medicamentis incitatione quadam præditis, atque ſale volatili plurimum præditis opus eſt, trademus. Remedia *Digeſtiva*, quæ *ventriculi fermentum* reſtituunt, ejuſque ac aliorum viſcerum chyloſi inſervientium functiones juvant, atque *antiſcorbutica*, ſive *ſpecifica*, quæ *ſanguinis dyſcraſiam* tollunt, aut in eadem compoſitione jungantur, aut ſaltem eodem die ſucceſſive aſſumantur; Inter medicamenta *Digeſtiva* merito recenſentur *cremor tartari*, *cryſtalli*, *ſal. tinctura*, *tartarus vitriolatus*, *chalybeatus*, *Elixir proprietatis*, *mixtura ſimplex*, cujuſvis horum bis in die exhibiti uſus ſæpenumero prodeſt; Porro *Tincturas & Elixires* magiſtrales, varii generis, & *digeſtivas*, & *ſcorbuto appropriatas*, cum *duobus menſtruis* ſequentibus facile conficies.

℞. *Spir. vini rectiſ.* ℥vj. *ſpir. vini alkaliſ.* ℥xvj. *miſce & deſtilla in retorta vitrea cum ternis cohobiis, in vitro probe occluſo ad uſum ſerva: Elixir proprietatis* cum *hoc menſtruo compoſito facilius & melius, quam vulgari modo paratur.*

℞. *Cortic. Winter. ligni aloës, rad. galang. min.* āā. ℥ij. *cinnam. caryophill. cubebar.* āā. ʒj. *ſem. ameos; naſturtii* āā. ʒß. *contuſis affunde prædictum menſtruum ad ſupereminentiam trium digitorum, digerantur in matracio in furno arena per* vj. *dies.* Colat. ſervetur in vitro occluſo, Doſis gtt. xx. plus minus in cochl. *vini Canar. vel aqua approp. bis in die.*

℞. *Succini albiſſ. gummi heder. caranna. tacamach.* āā. ʒj. *croci* ʒß. *caryoph. nuc. moſch.* āā. ℈ij. *contuſis affunde prædictum menſtruum & ſ. a. extrahatur Tinctura, Doſis gtt.* xx. *ut ſupra.*

℞. *Sal. Tartar. calcul* ℥iv. *digerantur in matracio cum ſpir. vini alkaliſati* ℔j. *ad extractionem Tincturæ. Hoc fit aliud menſtruum, quo è gummis, aromatis &c. eodem modo, uti cum priore menſtruo Elixires parabis.*

Dum hujuſmodi remedia in doſi perexigua veſperi & primo mane exhibentur, alius generis antiſcorbutica ſumantur, quæ fere in duplici forma, *ſolida & liquida*, ſimul capienda præſcribere ſolemus, ita ut ſolido præmiſſo, liquidum ſuperbibatur. *Willis* Varias illorum ſpecies & formulas vide cap. vij.

52. *Potus in ſuccus*) Medicamenta in forma ſolida, ſive ſubſtantia craſſiori Scorbuticis exhiberi ſolent, quorum virtus ut melius, & majori eum emolumento in maſſam ſanguineam deferatur, iis utplurimum liquida ſuperbibenda præſcribuntur. Etſi porro Decocta ſunt maxima familiare medicamentorum liquidorum genus, in ſcorbuto tamen rarius uſurpantur, quia ſimplicia quæ huic morbo præcipuè conferunt, uti *cochlearia*; *beccabunga* &c. virtutes ſuas, à ſale volatili acceptas, coctione amittunt: Attamen quoniam remedia hoc ritu facile ac cito parantur, interdum admitti debent, quin eorum nonnulla efficacia fuiſſe, experientia comprobavit: Commendatiſſimus autem *herbarum* aut *fructuum* antiſcorbuticorum uſus eſt, ut illatum *ſucci & expreſſiones* per ſe, aut cum aliis liquoribus appropriatis, bis aut ter in die aſſumantur, ſic enim remedii virtus integra ac illibata exhiberi præſumitur. *Willis.*

53. *Appropriata*) Specifica quædam dantur, quæ *ſpecificum ſaporem* & morbum ſcorbuticum emendare & tollere poſſunt; Hæc, poſt *Martialia* uſurpanda, ſunt in duplici differentia, nempe vel 1. *reſpiciunt* ſalitem *dyſcraſiam ſanguinis*, & inde derivatos ſuccos, vel 2. ſimul reſpiciunt *noxam illatam ſyſtemati nervoſo*, & partibus continentibus; *Priora* ſunt volatilia, plus minus acria, *Poſteriora* ſunt oleoſa ſulphurea, & quaſi balſamica: Inter *priora* excellunt *cochlearia*, *naſturtiorum* omnes ſpecies, &c. *gentiana*, *eruca*, *flammula Jovis*, *piperitis*; *perſicaria*, Hæc fere ſunt (*cum enumeratis in textu*) primaria acria volatilia ſcorbutica, inter quæ tamen excellit *cochlearia*, hinc *flammula Jovis*, & tandem *trifol. aquat.*

Quibus tamen, cum omnia ſint acria & volatilia, adeoque non ſemper conveniant omnibus ſubjectis, in ſpecie junioribus, aut acido volatili præditis, pro aliquali temperatura addi poſſunt *acetoſella*, item *citri malum & citrata.*

Poſteriora quod attinet, ſunt in ſpecie *Pinus*, ſive *Abies alba*, quæ propter egregiam virtutem *Antiſcorbutica* appellatur, ſpeciatim *ſtrobili*, loco quorum ſubſtitui poſſunt alterata remedia ex *lignis*, ſpeciatim ex ligno *ſaſſafras*, item *rad. Chinæ.*

Horum antiſcorbuticorum varius ſolet eſſe uſus, *Priora* uſurpantur vel *cruda*, vel *temperata*, *Poſteriora* ſingularem habent texturam; videntur abundare *ſale volatili*, ſimul tamen *acido*, in receſſu ſatis penetranti, quod demonſtrant ructus acidi; *Cruda* uſurpantur infuſa, nam coctionem non ferunt diuturnam citra virium jacturam, niſi ſaltem levis ſit ebullitio; Infunduntur vel in *vinum*, & potum reddunt gratum; vel quibus vinum eſt hoſtile, & quibus acriora ſunt hæc infuſa, & phlogoſes excitant, talibus commode in *ſero lactis* aut *lacte* ipſo infundi poſſunt; res ut pateat, E. g.

℞. *Herb. cochlear. v:c. naſturt. fumar.* āā. *m. j. rad. armorac. n°.* j. *helen.* ℥j. *paſſularum min.* ʒvj.

Contuſa, noduloque incluſa infunde *vino* vel *ſero lactis*, vel *lacti* ipſi; De hoc infuſo æger bibat omni mane jejunus bonum hauſtum, & ante prandium, ita tamen ut minorem doſin primo accipiat, ſucceſſive tandem augendo, & ſic continuet aliquandiu, *Vel.*

℞. *Succi cochlear naſturt. piperit.* āā. ℥iij. *cichor. acetoſella* āā. ℥:j. *ſeri lactis capr.* ℔iij. Depurentur per reſidentiam, colentur, ſerventur, Doſis pro una vice ℥v. vel vj *Vel.*

℞. *Dicta ſimplicia*, & infundatur *ſerum lactis*, prius tamen contundantur, hinc ſuccus exprimatur, qui blando tepore depuratus aſſervetur uſui in vitris parvis, & quando neceſſe eſt, aliquando unciæ aliquot in *ſero lactis* vel *vino* propinentur cum ana, *acetoſella contuſa*, nam & hæc quacunque ratione aliquandiu continuata, egregia eſt.

Si fuerint acriora, commode temperantur cum *ſucco citri*, qui in Scorbuto egregium eſt medicamentum.

Poſt hæc ſunt *Antiſcorbutica ſulphurea balſamica* ex *pino* inprimis deſumpta: Conveniunt autem quatenus non tantummodo acidum acre ſcorbuticum temperant, ſed etiam quatenus noxam corpori nervoſo illatam, & inde natos varios dolores emendant: Eminet hic *abies alba*, quæ tota convenit, in ſpecie ſtrobuli menſe Majo collecti, tunc enim tactu ſunt pingues & reſinoſi: Hi ſtrobuli uſurpantur, vel crudi vel præparati; *Crudi* ſi recipiuntur, vel recentes, vel exſiccati, & iiſdem, v. g. ad eorum ℥iß. vel ij. infunduntur cereviſiæ m. iß. coq. aperto leniter vaſe, & ebulliant ad iij. partis conſumptionem

ctionem; in fine, dum omnia fervent, infunde *paſſul. minor.* q. ſ. Ubi refrixerint colentur, De colatura bibatur inprimis matutino tempore calide, expectando ſudorem blandum, repetatur in die ſemel vel bis: Inicidum *baccæ juniperi* recentes, vel alia addi poſſunt; Hujuſmodi decocta ſpirant odorem *terebinth.* unde forſan nec *terebinth* uſus eſt incongruus in ſcorbuto: *Summitates abietis* conciſa & in *aqua*, vel *cerevifia*, vel etiam ſimili vehiculo decoctæ & uſurpatæ, in doloroſis affectibus egregiè conducunt; Quod attinet *Præparata*, eſt *ſpiritus*, vel *eſſentia ſtrobulorum pini* vel *abietis*.

℞. *Strobul. pini*, iis contuſis copioſam aquam affunde, inſtituitur fermentatio; poteſt paucum de *fæcibus cerevifiæ* addi, deſtilletur & prodit ſpiritus, admodum ſuavis pro uſu aſſervandus, *Vel*.

℞. *Strobulos*, *coqu. in ſ. q. aqua*, donec ſapor & vis omnis ſit exhauſta, Decoctum fortiter expreſſum inſpiſſetur ad conſiſtentiam mellis, ex quo vel cum *ſpiritu proprio*, vel *cochleariæ*, vel cum *ſpiritu compoſito antiſcorbutico* extrahatur *eſſentia*, quæ doſi gut. 40. vel 50. optima eſt.

Verum in hiſce remediis *de pino* obſervandum 1. quod eadem non conveniunt omnibus, quia nonnihil appetitum lædunt: 2. quod junioribus & ferventibus ſubjectis, propter oleum volatile non nimis diu propinanda ſunt; alias affectus externos varios, puſtulas in facie, eryſipelata, & febres ardentes inferre ſolent: Loco horum poſſunt ſubſtitui *lignorum decocta* & *eſſentia* una cum *ſpecificis antiſcorbuticis* permixta, expectando ſudorem, inprimis quando *pathemata catarrhalia* ſcorbuticos affligunt, ſunt optima temperata, additis ſpecificis antiſcorbuticis. *Etmuller*.

Medicamenta illa ex *pino & abjete* valde laudat in Scorbuto & contractura *Phil. Grulingius in Florileg.* mire à *Frid. Hofmanno m. m.* p. 348. commendatur. *Eſſentia pini*. Multa millia hominum, *ait*, curata ſunt.

55. *Appropriata ſunt*) *Ruta muraria* egregiam habet efficaciam in Scorbuto curando, qua omnes milites in arce quadam detenti, liberati ſunt; *Frid. Hofmannus m. m. p. 348*.

Stercus anſerinum hic etiam laudatur, cujus ſucco milites ſcorbutici in obſidione ſummum ſenſerunt levamen. *Idem*.

Quantum *fol. & ſummit abjetis* præſtent, *Sueci* ante aliquot annos bellum cum Moſcoviticis gerentes ſatis experti ſunt, nam in cerevifia vel aqua decocta deſperatos reſtituere, & reliquos conſervarunt; Unde hodie *abies* vel *prunus ſylv.* quæ earundem eſt virium, vera in Scorbuto Panacia æſtimatur; Dolores enim ſopit, tartarum arienliaſe inſinuans diſſolvit, ulcera gingivarum ſubito & confeſtim ſanat, carnem generat, dentes firmat, & gingivarum carnem abſumptam reſtituit; ſi decocto horum, os colluatur; *Val. Andr. Mollenbrokius de Varis c. 13.* Commendantur item à *S. Pauli Quadr. Bot. p. 559*.

Tri folium aquaticum) Vulgus in Belgio notiſſimum euphoriſtum ex *fol. trifol. paluſtr.* paratum compluribus ſcorbuticis, præſertim ad hydropem propenſis, feliciſſimo cum ſucceſſu commendat. *S. Pauli Quadr. p. 157*.

Ego Scorbuto, paralyſi, atrophiæ & maculis tentato, paravi infuſum *Trifol. paluſtr.* cujus ſolius uſu ſpatio 14. dierum convaluit, Idem 10 aliis præſtiti, Dicitur etiam *Trifolium fibrinum*. Idem p. 359.

54. *In Aqua appropriata*) Aquæ diſtillatæ, quia ſunt elegans & jucundum remedium, inter Antiſcorbutica fere utramque implent paginam: Extant celebres hujuſmodi aquarum præſcriptiones à *Quercetano*, *Dornerelio*, *Sennerto*, &c. traditæ: Harum diſpenſationes quædam in Pharmacopœa *Oxonienſi* proſtant utiles & concinnæ, *Aqua raphani compoſ. lumbricorum* & *limacum magiſtralis*: Inſuper unicuique medico in promptu eſt, tales cujuſque ægri conditioni appropriatas pro re nata præſcribere: Recipiuntur enim ingredientia *antiſcorbutica*, ac inſuper accidentia quædam & affectus particulares reſpicientia, quibus conciſis & contuſis liquor idoneus, ſcil. *vinum album pomaceum*, aut ſerum lactis ex uttovia paratum affunditur; dein tota mixtura in Cucurbita, aut in organis roſaceis deſtillatur. *Aqua ſimplex fol. Ari*, verno tempore deſtillata, contra Scorbutum efficax remedium eſt, ſi ℥iij. vel iv. bis in die cum alio medicamento exhibeantur. *Aqua ſimplex cochleariæ*, foliis recentibus reaffuſa & extillata, adeoque crebris cohobiis iterata, efficax remedium evadit. *Willis*.

55. *Ex compoſitis ſunt*) Compoſitis accenſeri poſſunt *Vina* & *cerevifia medicata*: Etſi vero vinorum uſus in Scorbuto propter calidiorem, ſive ſulphureo ſalinam ſanguinis dyſcraſiam excitato minus conveniens videatur; ſi quando tamen aut ſtomachus debilior, aut longa conſuetudo, *vini* ſaltem *oligophori* potum exigunt, ejuſmodi liquori ſemper temperatior, & quodammodo medicatus parari poteſt: Inprimis enim vina tenuia aqua diluta, & *meliſſæ*, *borraginis*, aut *pimpinellæ*, aliorumve infuſione imprægnata concedi debent. Porro *Vina* parentur è ſucceis *ribium*, *ceraſorum*, aliorumve fructuum horariorum, quæ cum fermentatione maturantur, ſtomacho perquam grata & ſanguinis depurativa exiſtunt. Dein Pomaceum, modo hoc defæcatum, mite ac ſine acore quovis fuerit dulce, in Scorbuto plurimum juvat, Porro huic liquori fæcibus exempto, & doliis repoſito, ingredientia varii generis infundantur, cujuſmodi ſunt *ſummitates pini*, vel *abietis*, flores *tamariſci*, item *raſura c. c.* vel eboris, quæ liquorem edulcorant, & ab aceſcentia præſervant, in quantum ſcil. particulæ ſaliafluidi in pomaceo ſcatentes, ipſique acorem inducere aptæ prædicta ingredientia diſſolvendo, impenduntur. *Willis*.

55. *Ex compoſitis ſunt*) Succi puri *cochleariæ*, *naſturtii*, *piperitid. eichor. acetoſellæ, citri* &c. poſſunt affundi *limaturæ martis*: Vel loco *eſſentiarum martis* paretur *extractum* inſpiſſando ſuccos, & tunc extrahatur *tinctura martis ſcorbutica*. Hi ſucci delicatulis, vel qui proni ſunt ad efferveſcentiam minus conveniunt, in quibus eorum loco poſſunt uſurpari eorum præparata, *aqua deſtillata*, *ſpiritus* eſſentiæ &c. v, g,

℞. *Flammul.* illi contuſæ affundatur vinum, deſtilletur per alembicum; quod etiam fieri poteſt cum aliis antiſcorbuticis pro vehiculo aliorũ remediorũ. *Etmuller*.

Extract. Corall. rubr. per ſpir. vitr. paratum, vel vitrioli oleum correctum, optimum remedium. *Joh. Hayne Tr. de morb. tart.*

Infuſum ſeri caprini, in quo *beccabunga & cochlearia* fuerit, medicamentum quidem eſt vulgare, ſed revera multum prodeſt. *Frid. Hofmannus m. m. p. 348*.

Prodeſt ſpirit. antiſcorb. ſimplex D. *Michaelis*, cui ſi addatur *ſpir. aperitivus Penoti*, fit ſpiritus ejuſdẽ compoſitus, cujus virtutem in Scorbuto laude ſufficienti perſequi non poſſum. *Mollenbrokius Tr de Varis. c. 13*.

Multos hoc medicamẽtũ à fœdis ſcorbut. ſymptomatis vindicavit, præſertim eos, quibus jecur juſto calidius.

℞. *Decocti hordei* ℔j. *vini Rhen.* ℥viij. *rad armorac minutim conc.* ℥iv. *cochlear. m.* iij. *naſturt. aqu. m. j. ſemin. cochlear. naſturt hort.* ãã. ʒij. *contuſ. ſtent in infuſione per* xii. *horas loco tepido ciner. Dein citra ebullitionem contuſis omnibus à prelo expreſſis, adde ſpir. moror. Norveg.* ℥viij. *ſyr. ſcelotyrb.* ℥iiij. *vel edulcoretur elæoſacch. citri.* Doſis ʒij. mane & veſp. quibus aliquot guttæ *miſt. ſimpl.* addi poſſunt. *Simon. Paul. Quadr. p. 451*.

Cum quidam tam miſere Scorbuto laboraret, ut maculis toto corpore & cruribus diffuſis, membriſque rigentibus, vix incidere poſſet. juſſus eſt ab *Osbone*

Heurnio potu quotidiano uti ex vini ℔iij. quibus *braſſica rubr* m.iiij.cum *zinzib* ℥ß. *& cinnam.* ʒij, erit maceratæ fuerunt; Jucundiſſimum hoc remedium, & vinum Hippocrat. fere æmulans, inprimis ſi *ſacch.* adjiciatur, intra xv. dies circiter perfectam ſanitatem reſtituit. *G. Hier. Velſchius Obſ. 55.*

55. *Syr. Sceletyrbiticus Foreſti*) Conficitur ex ſucco *beccabunga & cochlear.* cum *ſaccharo.* Nullum præſtantius empiricum in ſcorbuticis inveni. *l.xx.obſ.11.*

56. *Syrupus Sceletyrbiticus*) Propter eandem rationem qua Decocta (Vide §. *Potius in ſucco*) etiam Syrupi in Scorbuto minus probantur, in quantum ſcil. ſimplicium maxime efficacium virtus inter coquendum evaporat: quia tamen aliquibus pro liquorum appropriatorum edulcoratione, tali medicamento interdum opus eſſe videtur, eorum uſus concedi poteſt. *Willis.*

57. *Spiritus*) Spiritus nunc parantur per *ſimplicem cohobationem*, oune per *fermentationem*: Per cohobationem ità.

℞. Herb. *cochlear naſturtii, piperitid.* rad. *ari*, *raphan. ruſtic. ãã. q.v. contuſis affunde ſpir. baccar. juniperi ad eminentiam aliquot digitorum, ſtent in digeſtione aliquandiu*, deſtilla per alembicum; liquor novis ſpeciebus affundatur, & aliquoties reiteretur, ſic acrior fit talis ſpiritus compoſitus, Poteſt illi addi *ſpiritus aperit. Penoti*, qui eſt acidus volatilis.

Per *fermentationem* dubitant multi, an ex Scorbuticis debeant parari ſpiritus, quia ſub fermentationis negotio, maxima pars ſalis volatilis ſolet evaneſcere, quod teſtatur odor, qui tunc exhalat; Certum eſt pati aliquam jacturam, non tamen omnem, quando per fermentationem caute parati ſpiritus antiſcorbutici adhuc ſunt ſatis potentes: ut ergo omnibus ſatisfiat, procedendum eſt ita, Paretur *Spiritus per fermentationem* ex antiſcorbuticis quibuſdam; Hunc affunde *ſpeciebus recentibus* & aliquoties cohobetur, & rectificetur? Spiritus talis infundatur *extractis* antiſcorbuticis, inſpiſſetur & extrahatur *tinctura*, tandemque *eſſentia*, cum qua integra craſis antiſcorbutica eſt recondita: Hujuſmodi ſpiritui uſurpetur dozis guttar. xx. xxx. ad ʒß. vehiculo convenienti: Hiſce addantur *oleoſa volatilia*, ex dictis remediis penetrantiſſima; in ſpecie ex *Cochlearia*, quando incipit reſerari ejus craſis, tunc ſpiritus ex deſtillatione prodit penetrantiſſimus, cum pauciſſimo *Oleo*, quod in formam *elaoſacchari* redactum eſt egregium.

Hiſce *volatilibus naturalibus*, aſſociari commode debent *volatilia artificialia*, uti ſunt ſalia volatilia: Congruum eſt, ut paretur *ſpiritus ſalis armoniaci* compoſitus, ità ut mixturæ pro ejus præparatione infundatur *ſpiritus cochlear*, vel *ſpiritus* quidam *antiſcorbuticus*, quidam *compoſitus*: Tantum tribuit *Barbette* ſpiritui huic, ut hoc ſolo perfecte curari Scorbutum afferat.

Interim *ſpiritus lumbric. terr.* hiſce volatilibus annumerandus venit, tam propter vim diureticam, quam quod affectibus ſcorbuticis doloroſis conveniat: Quidam etiam *eſſentiam myrrha* cum *ſpiritu ſalis armoniaci* parant, Vel *elixir proprietatis* cum *ſpiritu dicto* ad ſcorbutum commendant. *Etmuller.*

58. *Spiritus cochlearia*) *Spiritus ardens* ſic paratur.

℞. *Fol. cochlear. q.ſ. contuſa in pilas, quales ex glaſto pro Tinctorum uſu parari ſolent, fermentur, dein pila iſta in olla vitreata, aut aqua cochlearia, vel vino ejuſdem, ad quatuor digitorum ſupereminentiam affuſa, per tres aut quatuor dies exacte clauſa, in loco frigido detineantur, dein tota materies alembico impoſito deſtilletur, Aqua deſtillata cucurbita indita rectificetur, Primo exibit ſpiritus ardens, cujus gtt. xv. vel xx. in idoneo vehiculo propinentur.* Willis.

59. *Tinctura martis*) In quibuſdam Scorbuti caſibus, ubi *chalybis* uſus indicatur, aut *chalybis cum ſulphure* præparati ʒij. aut vitriolati martis ʒij. aut confectionibus aut Electuariis adduntur, & poſt medicamentum, aut ſemel, aut bis in die aſſumptum, corpus pro ratione vitium exerceatur. In conſtitutione autem calidiori, & ſanguinis dyſcraſia nitro ſulphurea, ſi cum antiſcorbuticis temperatis uſus Chalybis indicatur, Electuariis vel Confectionibus, aut Pilularum maſſæ, addantur *Magiſterii martis Mynſichti* ʒij. In quibuſdam caſibus *croci martis* circiter ʒiß. vel ʒiij. tali compoſitioni addantur; ſæpius tamen liquores ſolidu medicamenta ſuperbibendos, quam prædictas compoſitiones *chalybeatos* reddere præſtat: Hinc *Infuſiones chalybeata* crebro in uſu eſſe ſolent, nempe *chalybis ſal, magiſterium* aut Extractum in Decocto quodam aut aqua diſtillata infundantur; Cæterum *Acidula naturales*, ut & *artificiales* cum antiſcorbuticorum infuſione cum inſigni commodo bibuntur. *Willis.*

59. *Tinctura martis*) Excellit etiam *Tinctura martis cum antimonio, & cum mercurio ſublim.* D. Michaelis, quæ ſic paratur.

℞. *Vitrioli mart. antimon. q. v.* calcina, abſtracto in retorta ſimul ſpiritu ad rubedinem, ſuperfunde *ſpir. vini*, vel *cochlear.* digere. & filtra. *Mollenbroccius de Variis c. 13.*

60. *Evacuanda eſt, ſemper inferiora*) Purgatio lenis & blanda inſtituatur, ac poſtea juxta patientis tolerantiam, aut ſemel intra ſeptimanam, aut crebrius vel rarius iteretur; & medicamenti vires juxta primæ doſeos ſucceſſus proportionentur: In hunc finem *Pilulæ, Potiones, Apozemata, Electuaria. Pulveres*, & plores aliæ medicamentorum formulæ præſcribi ſolent, Si conſtitutio ægri ſit calidior, atque Scorbutus in *ſanguinis dyſcraſia aduſta*, ſcil. *ſulphureo ſalina* fundari videtur, *aloetica* & *diagridiata* quævis vitentur, Et temperatoria ſolum, à *ſenna*, *rhabarbaro* & aliis, quæ ſanguinem & humores non exagitant, exhibeantur.

℞. *Fol. ſenna* ℥j. *Rhabarb.* ʒvj. *epith.* ʒiij. *rad. polyped. qu. rhabarb. Anglic. ſiccati* ãã. ℥ß *ſantal. citr.* ʒiß. *ſpica celtica* ʒß. *ſalis abſinth.* ʒij. *inciſa & contuſa digerantur in matracio calore arena cum vini albi & aqu. fumar.* ãã. ℔j. *per duos dies, colatura clara evaporetur lentiſſime balnei calore, ad conſiſtentiam mellis, dein adde pulv. folior. ſenna rhabarb.* ãã. ℥iß. *ſpec. diatriaſantal.* ʒj. *cremor. Tart.* ʒiß *f. maſſa Pilular. Doſis* ʒß. *ad* ʒj.

Vel paretur talis Infuſio, qua evaporetur leni calore ad conſiſtentiam ſyrupi, addendo circa finem manna cal. & ſacch. albiſſ. ãã. ℥ij. *f. Syrupus, Doſis cochl.* j. *aut* ij. *cum vehiculo convenienti.*

Vel ejuſmodi Tinctura ℥iv. *vel* vj. *pro dozi exhibeatur, addendo cremor. Tartari* ʒß. *& ſi edulcoratione opus ſit, ſyrupi de pomis* ʒiij.

Vel *Tinctura præſcripta imponantur Vvarum corinthiac. mundat.* ℥vj. *digerantur calide donec intumeſcant, quibus* exemptis liquor ad ſyrupi conſiſtentiam evaporetur, addendo *ſacchari & manna colata* ãã. ℥iß. Dein uvis denuo *impoſitos, medicamentum in vaſe vitreato probe obturato ſervetur, Doſis cochl.* j. vel ij.

Vel *Tinctura prædicta, ad medietatem evaporata adde Caſſia rec. pulpa tamarind. cum aqua antiſcorbutis extracta* ãã. ℥iij. *conſerv. violar. roſar. Damaſcen.* ãã. ℥ij. *Pulv. ſenna compoſ. mai.* ʒj. *rhabarb. pulv.* ℥ß. *cremor. Tart. ſpec. diatrionſant.* ãã. ʒij. *ſimul terantur in mortario lapideo, donec redigantur in formam Electuarii Doſis quantitas nucis juglandis, plus minus juxta operationis ſucceſſum.*

Quibus ſtomachus nauſeabundus pharmaca nonniſi in exigua quantitate ac forma eleganti admittit.

℞. *Reſina ſcammon. gr.* iv. *ad* viij. *crem. Tart.* ʒß. *ſpica celt. gr.* vj. *m. f. Pulvis dandus in cochleari Pantella, Vel fiant Pilula.*

Qui affectione Scorbutica laborantes frigidiori

ſuas

ſunt conſtitutionis, atque morbus in ſanguinis diatheſi *nitroſulphurea*, vini penduli æmula, fundari videtur, iis *cathartica aſperiora*, & particulis calidioribus prædita exhibeantur.

℞. *Pil. ſtomach. cum gumm.* ʒij. *reſin. Jalap. gr.* xv. *tartar. vitriol. gr.* xvi. *ol. junip.* ℈ß. *cum ſ. q. ammon. ſolut. in aqua lumbric. Pilula* xvj. *ſumantur* iv. *pro vice ſemel intra ſeptimanam.*

℞. *Pilul. Tartar. Bontii* ʒß. *reſina Gialap. gr.* xii. *ſalis Tart.* ℈ß. *cum ſ q. ſyr. Auguſt. f. Pilula* xij.

℞. *Extr. Pilul. Rufi* ʒj. *extr. helleb. n.* ℈j. *ſalis Tart.* ʒß. *cum ſ q. ammon. ſolut. f. Pilula* ix. *dentur* iij. *pro doſi.*

℞. *Fol. ſenna* ℥j. *Rhabarb.* ʒvj. *mechoac. turbith gummoſi* āā. ℥ß. *fibrar. helleb. n.* ʒiij. *ſalis Tart.* ʒij. *ſantal. citr.* ʒß. *cortic. Wint.* ʒij. *inciſa & contuſa digerantur* in vini albi ℔ij. *per duos dies f. Colatura clara ſine expreſſione, vel per ſe ad* ℥v. *vel in Extractum, aut Syrupum aut Electuar. redigatur, prout Tinctura ſuperius deſcripta; addendo pulv. arthritici vel diaſennæ q. ſ. &c. Willis.*

61. *Seu per inferiora*) *Purgantia* proprie dicta inſigniter exacerbant Scorbutum, unde ab his quacunque occaſione abſtinendum: Inprimis pathemata Scorbuti doloroſa ſolent excitare purgantia; Si adeſt dolor ſtomachi nihil juvant; Si urgent doloroſa ſymptomata Scorbutica in artubus, ſolent inferre dolores in abdomine, & ſic augent malum; *Etmuller.*

62. *Gummi Ammoniaci*) *G. Ammon. opopanax, ſagapenum, bdellium,* quæ ſingula in *pil. de opopan.* repetiuntur, gaudent quidem inſigni vi detertiva, & humores fundendi, unde & à *Sylvio* in pilulas præſcriptæ commendantur, verum notavimus ab illis ipſis facillime teneſmum hæmorrhoidalem oboriri, quod rodant quaſi inteſtina, imprimis cum colocynthide mixta: Præſtat eadem ad emplaſtra ſeligere, vel interne alterandi & incidendi fine, unde & ingrediuntur theriacam; vel ſi purgantibus ea addere placeat minori doſi, in obſtructionibus tenacibus pituitoſis. *Wedelius.*

Diuretica.

63. *Per Diuretica*) Per *urinas* evacuatio etiam commendatur. Inter *Diuretica* quæ ad Scorbutum uſurpantur, *ſpiritus aperitivus Penoti* omnibus palmam præripit, præſertim ſi cum *ſpiritu cochlearia* miſceatur.

Huic ſpiritui non multum cedit *Tinctura aperitiva* Knufelii.

℞. *Tartari acidi, pulveris tartari vitriolat.* āā. ℥iß. adde *ſpir. tartari correctum, ſpir. vini rectificat. ad* ℥ij. iij. *vitrioli, Salis* āā. ʒj. m. i. & infunde in vitro bene munito, Stent in digeſtione per iij. ſeptimanas, decanta & filtra, Doſis gtt. xx. in *aqua cochl. ſeu naſturtii.*

Ego ex *aphronitro* (eſt flos ſeu ſpuma nitri) Tincturam paro, quæ miræ eſt efficaciæ in obſtructionibus reſerandis & ſolvendo tartaro, illumque per urinam expellendo.

Cum enim hoc ſal Scorbuticum cum ſero ſit conjunctum, & ſerum cum potulenta materia conſtituat, *Diuretica* in hoc affectu plurimum faciunt, ac antiſcorbuticorum non pauca diureticam vim obtinent, quod urina, quæ antea clara fuit, ac poſt eorum uſum turbatur, oſtendit. *Mollenbroccius.*

63. *Per Diuretica*) De his vide infra *Artic.* 9. *§. Diuretica.*)

64. *Roboranda ſunt*) Quoad *Indicationem Vitalem*, declarandum qua methodo, & quibus remediis ægrotum vires, aut nimis ad fatiſcendum aptæ ſuſtineantur, vel proſtratæ roborentur: Propter hos fines *Cardiaca & opiata* juxta decumbentium exigentias aſſumenda præſcribuntur; Quoad *medicamenta cardiaca*, quæ ſcil. ſanguinem in corde ſtagnantem exagitans, flammam ejus ſemi obrutam reſuſcitant, ſpiritus animales oppreſſos vel diſtractus libertati ac debitæ irradiationi reſtituunt, obvium eſt plura remedia, quæ proprie antiſcorbutica dicuntur, has intentiones perficere; cujuſmodi ſunt *aqua raphani compoſita, limacum & lumbricorum magiſtral. ſpir. c. c. fuliginis, pulveres teſtacei*, cum multis aliis, quæ, non tantum quibuſvis horis, ſed quoties *ſyncope* aut quævis *ſpirituum deliquia* contingunt, cum fructu ſumuntur: Attamen præterea qui *cordis paſſionibus, crebra lipothymia, nauſea, vomitui, tremori, vertigini*, aliiſque horrendis ſymptomatis valde obnuxii repeRiuntur, etiam præſtu habeant aliuſmodi medicamenta magis proprie cardiaca, quibus omni ſpirituum exſolutioni immediate ſuccurritur: In hunc finem egregie convenit *Elixir vita Querc. majus*: in deſtillatione ejuſdem *aqua ſecunda*, quæ edulcorata ad cochlear unum poteſt exhiberi; item *aqua mirabilis, aqua bezoartica, aqua Gilberti temperata, theriacalis, cinnam.* quibus ſingulis, aut inter ſe compoſitis adjiciatur *conf. alkermes de hyacinc. pulvis margarit. aut magiſter. corallio. ſyr. caryophyllor.* vel *è cortic. citri, è cinnam.*

℞. *Aqua theriac. mirab.* āā. ℥iij. *meliſſa* ℥iv. *ſyr. caryophill.* ℥iß. *conf. alkermes* ʒj. *m. doſis coch.* ij. *vel* iij.

℞. *Aqu. mirab.* ℥vj. *limac. jugland.* āā. ℥ij. *margar. pulver.* ℈j. *conf. de hyacinth.* ʒj. *ſyr. caryoph.* ℥j. *miſce.*

Cùm mulieres *Scorbutica* affectibus *hyſtericis*, ac viri *convulſivis* tentari ſolent.

℞. *Aqua meliſſa, pulegii,* āā. ℥iv. *aqu. bryon. compoſ.* ℥iv. *tinctura caſtor.* ʒß. *tinctura croci* ʒj. *ſyr. caryophyll.* ℥iß. *caſtor. nodulo ligati & in vitro ſuſpenſi* ʒj. *doſis cochlear.* iij. *vel* iv.

Quibus remedia Cardiaca in forma ſolida potius experiuntur, *Electuaria* vel *Tabella* præſcribantur.

℞. *Conſ. flor. tunica* ℥iij. *conf. alkerm.* ℥ß. *margar. pulver.* ℈j. *cum ſ. q. ſyr e corallis f. Electuar.*

℞. *Species. diamarg. frig. diarrhod. abb.* āā. ʒiß. *margar. pulver.* ʒj *ſacch. albiſſ ſol. in aqua theriac. & ad tabulatum cocti* unc. iv. *oleo cinnam. gtt.* vj. *f. ſ. a. Tabula.*

Quod ſpectat ad *Opiata & medicamenta anodyna*, in quibuſdam Scorbuticorum affectionibus, mallem quovis præterea medicamentorum genere, quam illorum uſu deſtitui, nec enim ſolummodo contra *dolores & vigilias* pertinaces, verum in *paroxyſmis aſthmaticis*, in *vomitu, diarrhœa*, quinetiam in *vertigine & pathematis convulſivis*, quoties natura ſupra modum irritatur, irritationes immaniores concipit, nullum præſtantius remedium ſæpius expertus ſum, quam ut narcotico tuto adhibito ſomnus concilietur: interim maxima opus eſt cautione, ne ſumantur, ſi quando aliquid in ægrotantis conſtitutione, aut in *morbi conditione*, vel *tempore* talis medicamenti exhibitionem prohibeat. Præter *Hypnotica* in pharmacopoliis uſitata, ſcil. *laudanum Opiatum, nepenthes, Philonium. diacodium & ſyr. papav. errat.* duæ inſuper opii præparationes mihi innoteſcunt, quas in forma *Tinctura* à gutt. x. ad xx. cum aliquo liquore appropriato exhibere ſoleo. *Willis.*

Symptomata.

[65] *Symptomata* quæ ſcorbuticos affligunt, ſunt varia, quæ per periodos ut plurimum afficiunt, [66] non omnia in omnibus reperiuntur: alia magis ſunt familiaria, alia minus: ſunt autem ſequentia.

I [67] *Difficilis reſpiratio*, & [68] pectoris anguſtia interpolata, quæ abſque ſtertore, ſibilo & tuſſi afficit: interdum caliginem oculis ſuffuſam lipothymiam, ac ægrorum de ſanitate deſperationem, conjunctam habet. *Oritur* à vaporibus vel humoribus in cavitate omenti hærentibus, & ſeptum tranſverſum comprimentibus, qui poſt vehemens exercitium moti, ſymptoma exacerbant.

[69] *Curatur* Thoracicis & Antiſcorbuticis, quibus adde aliquid de confectione *Alkermes Eichſtadii, & croci.*

II. [70] *Gingivarum pruritus, tumor, & putrefactio.* Cum enim caro ipſarum ſit mollis ac laxa, facilè ab humoris tenuiore & acriore parte eo adſcendente eroditur. Pueros maximè infeſtat, & cum dentium nigredine, ſideratione & vacillatione, alveolis à pravo humore occupatis, quæ tamen ſubito evaneſcit, ob humoris recurſum, afficit.

Curationem [71] ejus juvant, aquæ appropriatorum, ſi iis os colluatur, plantarum adſtringentium in vino auſtero decoctio, addito *ſpiritu vitrioli & alumine*, quæ efficaciſſima. Adde mixturam quæ ex lapid. philoſophici unc. j. aquæ plantag. unc. XII. agitatis & colatis, ac oxymelit. ſcillit. unc. jſ. paratur: vel ex aquæ pyror. ſylveſtr. unc. vj. ſquill. aceti unc. IV. lap. prunellæ unc. j. ſ. oxymel. ſcillit. unc. j.

III. [72] *Macularum in cruribus copia*, quæ adultos utplurimum infeſtant. Primò rubicundæ & pulicum morſibus ſimiles, mox purpureæ & ſublividæ evadunt, tandem ad nigrum colorem declinant, ob majorem copiam interdum pectus, collum, brachia & faciem invadunt; interdum ſubito evaneſcunt; interdum ad annos multos durant, nonnunquam in ſquamas abeunt: & quo magis lividæ, eò magis pernicioſiores ſunt.

[73] *Oriuntur* à parte humoris deſcendente, & à natura ad ignobiliores detruſâ.

[74] *Curari* diſcutientibus & emollientibus, ut balneis ex *baccis juniperi, naſturtii, cochleariæ, chamæmeli*, &c. poſſunt.

Si β *ulceroſa* ſunt, difficulter curantur, cum ab iis totum crus gangrænâ corrumpatur.

IV. [75]. *Dolor crurum*, qui tenſivus, obtuſus, [76] ὀστεόκοπος, in profundo latens, ſub noctem ingraveſcit, ob humoris melancholici circa id tempus motum.

Oritur à ſeroſis humoribus, Interdū à capite deſcendentibus, & mēbranis adhærentibus; interdū è ſede colluviei per venę cavę crurales ramos extra venas effuſis & crurū muſculis inſinuatis.

[77] *Mitigatur* cataplaſmate ex *lacte coagulato*, cum *floribus chamæmeli, naſturtio aquatico*, & *baccis juniperi* in lacte coctis. *Exaſperatur* pinguibus ante macularum eruptionem adhibitis.

V. [78] *Dolor ventris*, [79] qui interdum ita lancinat, ut ægri [80] in peritonæi rupturam inciderint, per Intervalla cum pulſu & urina ſcorbuticis infeſtat, ad quadrageſimum uſque diem interdum durat, nec coli ductu circumſcribitur, & quidem, cum ventris depreſſione, ut cum umbilico introrſum revellatur, & hic lumbis quaſi annexus videatur, cum diſtenſionis ſecundum longitudinem perceptione, inteſtini recti ſurſum revulſione, ut nihil planè prodeat.

Oritur, ab effuſione materiæ iſtius per venas meſaraicas, quæ in inteſtina non hiant, inter duas Inteſtinorum tunicas. Hinc diſtentio, convulſio, vellicatio, partium vicinarum in conſenſum tractio, febrium, quarum in viſcerum vaſis focus, antegreſſus.

[81] *Curatur* [82] Remotione cauſæ. [83] Mitigatione per laxantia, & clyſteres, quibus excretio ſtimulari debet. [84] *Elixir proprietatis* ∞ valdè prodeſt.

VI. *Dolor pedum circa talos & plantas*, [85] qui eſt maculatum prodromus, mordicans, & ob tenuitatem materiæ partes quaſi penetrat, quem poſt triduum ſequuntur maculæ, quæ ſæpe dimidium femur occupant. [86] Medicamento ex *floribus ſambuci manipul. ſj.* In vino coctis, additis *ſaponis* dr. ij. facto, & panno loco dolenti applicato. Adde huic dolorem.

1. *Circa manuum & digitorum extrema*, qui [87] vel ſub noctem vel poſt veſperam, vel poſt mediam noctem affligit, cum pulſu parvo & inæquali.

2. *Coxendicum* huncque continuum.

3. *Nucha* tenſivum & prementem.

4. µ Variarum corporis partium lancinationem, divulſionem, dilacerationem à ſeroſis humoribus & acribus vaporibus membranas partium vellicantibus.

VII. [88] *Dolores Hypochondriorum incircumſcripti*, quod flatus exitus non habeant.

Nephritici, vel quod materia per vaſa emulgentia ad renes deſcendat: vel quòd congeſta,

& ac-

& acceſſu cauſæ externæ, ad majora vaſa detruſa ad renes defluat. *Lumborum*, qui interdum à ſanguine vitioſo eo loci contento; interdum per modum catarrhi, à capite per venas in ſpinalem medullam deſcendente, oriuntur. Hinc à ſcapulis dolores incipiunt, & ſenſim ad lumbos ſerpunt.

VIII. [90] *Dolores capitis*, qui circa veſperam infeſtant, ei cum calore quodam febrili, qui ſudationibus matutinis evaneſcunt, junguntur. Illos præcipuè qui ex hæmorrhoidum ſuppreſſione hoc malum contrahunt, affligunt. Ex vaporibus eo aſcendentibus oriuntur; & per vices apprehendunt, quia modò diſcuriuntur, modò communicantur. [91] Ut in majore doſi *beccabunga* exhibeatur, calefacientium doſis minuatur, aperientibus hypochondria illinantur, expoſcunt.

IX. [92] *Arthritis*, de qua nota. [93] *Vagam* eſſe, ſi præſertim [94] topica frigida apponantur. Plerumque cum levi paralyſi [95] cum dolore ceſſante & redeunte jungi. [96] Ab humoribus ſeroſis, tenuibus, & ad motum promtis *oriri*. Mire *deprehendi*. Nam [97] ſi loco maximè dolenti [98] lumbricus vivus imponatur, exſilit, circumgyratur, incurvatur, tabeſcit, & emoritur.

Inter [99] *Sudorifera* [100] appropriatum eſt, quod ex *rad. ſuccisa* unc. j. *Ariſtolochiæ rotundæ* dr. iij. *Herb. ſalviæ nob. Beton.* ana m. I. *Abrotani*, *Rutæ*, *vincæ pervincæ*, *Sabinæ*, ana p. I. &c. paratur. [101] *Lumbrici terreſtres* numero quinque qui vel ſiccantur in furno, pulverizantur & cum *theriacæ ſcr. ſ. cinnamomi*, *croci & ſacchari pauxillo dr. ſ.* pondere in hauſtu *vini* aut *cerevisiæ* exhibentur; vel in mortario cum *duobus vini cochlearibus* contuſi, per pannum expreſſi, & cum dimidia vini menſurâ miſti, ter de die propinantur trium cochlearium doſi, ad ſudorem concitandum. Laudantur & [102] *Sabinæ ramuli* ij. vel iij. cum *mellis virginei* cochl. ij. cum vini menſura ad caſum duorum digitorum coċti, & ter de die bibiti. Taceo [103] *ſcarabeos majales*, quor. primò unus poſt tres pulverizati in hauſtu cerevisiæ dantur. Excipit namque ægros ſtatim ventris & circa urinæ meatus tanta perturbatio, ut mori videantur: hinc cum morſu copioſum ſerum excernitur. Sed vide quæſo accuratiſſimè de variis agentem, Excellentiſſimum *Melembrockium*.

X. [104] *Paralyſis*, quæ interdum cruta, interdum totum alterutrum latus involvit.

[105] A *paralyſi veterum differt*, quod aliquis motus remaneat, interrupta ſit, paulatim prius tentet, antequam ſedem figat, ſequatur, non tam fixum ſtuporem, coli & ventris dolores, tumores quavis parte erumpentes, & facilè evaneſcentes.

Oritur à materia ſcorbutica in medullam ſpinalem per ramum, qui ab arteria aorta non longè à ramo meſenterico porrigitur, & ſerpit in ſpinam ejuſque vertebras.

Curatur [106] ſi tendines rigidi non ſunt, ſemel atque iterum purgato corpore, uſu *beccabungæ* & *cochleariæ*: ſi indurentur & rigeſcant, emollientibus cataplaſmatibus, præmiſſis *fomentationibus* ex aqua, in qua *fol. ſalviæ, beton. roriſmar.* cum *flor. ſambuci & meliloti*, decocta ſunt.

Nota quoque occupare aliquando inferiores corporis partes à diaphragmate ad extremos uſque pedes, cum omnimoda & motus & ſenſus ablatione in iiſdem tam internis quàm externis partibus, cum ſuppreſſione urinæ & alvi, quod fortè materia ſcorbutica ad nervos dorſi & oſſis ſacri translata fuerit.

XI. [107] *Convulſio &* [108] *contractio*, quæ ita interdum invaleſcit, ut ægri nullum articulum extendere poſſint, & quaſi in orbem contrahantur.

Conjungitur aliquando cum rigore cardinis oris, in quo gena inferior ſub via audiendi revertitur, ita ut os ſtrictiùs conniveat, quo minus in rectum queat expandi.

Oritur à rigiditate tendinum, quando in tartareo illo, ſed ſeroſo humore, iſto diſcuſſo; ille relinquitur & exſiccatur. *Curatur* emollientibus & diſcutientibus..

XII. [109] *Sopor profundus*, qui nonnunquam cum febre lenta continua, aliquando intermittente, affligit. Cum paroxyſmo advenit, & recedente ceſſat. *Naſturtio aquatico*, quod in limpidis aquis naſcitur, curatur.

XIII. [110] *Cordis palpitatio &* [111] *lipothymia*: de qua ſciendum, quod maximè corripiat, dum ægri in lecto ſurgunt, humoribus commotis, interdum tanta ſit, ut ſubito extinguantur. Certo ſcorbutum indicet, ſi in morbo ad ſenſum parvo affligat. Medicamentis ſexies vel octies de die datis, cum antiſcorbuticis oppugnari debeat.

XIV. [112] *Vomitus*, qui potius eſt vomendi inanis conatus, nullam ventriculi gravitatem vel dolorem anteceſſorem habet. [113] Ventriculum roborantibus medicamentis non tollitur, lacticiniis potiùs, quod humores demulceant, ſedatur.

XV. [114] *Sputatio nimia*, quæ.

Oritur partim ex vaporibus ad os elevatis ex locis ventriculo vicinis: partim ex cibis in ventriculo corruptis, & ſecundùm ductum membranæ œſophagum inveſtientis in os evectis;

partim ab humore ſeroſo ex liene per vas breve in ventriculum effuſo.

[115] *Præcavetur*, acrium & calidorum medicamentorum, quæ materiam fundunt, fugâ.

XVI. [116] *Alvi fluxus tam diurnus*, *quàm nocturnus*, qui profert fæces compactas, ſed copia cibum excedentes, coloris nunc herbacei, nunc cineritii.

Oritur, *vel* quod alimentum debilitate epatis non attractum corrumpatur: *vel*, quod humor ſeroſus à liene ad inteſtina refluat: *vel* quod ſerum, quod halitus forma per ambitum diſſipari potuit, frigore poros denſante ad inteſtina repellatur, vel vaſis præſertim matutino tempore, per corpus calore patens, ab eodem conſtrictis, verſus majora vaſa retrudatur, & ſecum, quicquid in via invenit, ad inteſtina rapiat.

Et tum in *Curatione*, *Adſtringentia* ſunt maximè *noxia*. Victus ratio ſicca uſurpanda, Vinum abſinthites decocto cichorii dilutum prodeſt.

Vel quod dum à calore febrili ſeroſus humor effervescat, & exhalare non potis eò convertatur; & tum ſyrupus roſarum ſolutivus, & cichoracea valent.

Eſt [117] interdum *ſanguinolentus*; ſed ſine dolore, & cum aliis ſcorbuti ſignis.

Oritur à ſanguine fæculento in venis abundante & per extremitates earum in inteſtina effuſo.

XVII. [118] *Febres*, *quæ longè ab aliis febribus differunt.* Nam frigoris ſenſus ad ſex vel ſeptem horas ſe extendit. Pulſus eſt tardus, debilis, inæqualis in declinatione, magnus & durus in vigore, urina qualem ſupra diximus, interdum ter, quater interdum in die infeſtant, frequentiſſimè ſunt ex continuæ & tertianæ typo mixtæ. Continuæ, ſi purgantibus medicamentis vel calidis potionibus exaſperentur, enecant.

XVIII. [119] *Hydrops*, qui & cum tumore duriore manifeſto, & tenſione lienis, epatis, vel ventris, & cum majore reſpirandi difficultate, quàm alias, quæ poſt uſum purgantium maximè excruciat, & quia à vaporibus craſſis procedit, diſcuſſis ceſſat, affligit.

XIX. β *Eryſipelas*, [120] quod interdum ſingulis ſeptimanis, interdum menſibus infeſtat, ab humoribus ichoroſis, peculiari modo corruptis, procedit.

ð In *Curatione* prodeſt aqua florum ſambuci cum aqua Cardui benedicti.

XX. [121] *Ulcera*, quæ ſicca ſunt, nec pus vel ſaniem fundunt, magis eos, qui temperamento ſunt bilioſo, infeſtant. non tantum crura, ſed & alias partes occupant, interdum ita gangrænoſa fiunt, ut nec ferrum quidem inflictum ſentiant.

[122] *Curari* debent citra ullam mordicationem aut dolorem. *beccabunga* ſula in cerevisia cocta, bis de die impoſita, multum præſtat: ſed & unguentum *Diapompholygos*; in putredine magna aliquid *Mercurii præcipitati*, vel *ſpiritus vitrioli* admiſcendum.

XXI. [123] *Tubercula dura in toto corpore*, & tumores magni, qui in inguine, glanduloſis corporis partibus, muſculorum ſpecie hærent, ſine dolore ſunt, dum ægri quieſcunt, cum cruciatu dum ambulant. [124] ſi ſubitò erumpant, & mox evaneſcant, paralyſin præſagiunt.

Cataplaſma ex *radice conſolid. majoris*, *bryoniæ*, *abſinthii*, *medulla panis albi*, in lacte coctis, in curatione laudatur.

XXII. [125] *Atrophia*, quæ in principio, quod facultas ob vitioſum nutrimentum fruſtretur, procedit, in progreſſu, quod partibus ab humorum defluxu, vitioſa diſpoſitio ſit impreſſa, oritur.

[126] Ad *Curationem* commendatur [127] *Lac caprinum*, ſi capra antiſcorbuticis alatur.

[128] Reliqua omitto, hoc duntaxat addo.

Pedam intumeſcentiam crudioris & viſcidioris humoris attenuationem indicare, vel tartari maſſæ ſanguineæ reſolutionem: diſſiparique affrictione *corticis pomi citrii*, balneo ex *anagallide aquatica*, &c. Vide de hoc modo *Sennertum*, *Horſtium*, & alios, *Engelenum* inprimis.

[65] *Symptomata quæ Scorbuticos*) Cum ſanguis miaſmate Scorbutico plurimum inficitur, ob tres potiſſimum rationes mala ſymptomata ſuccedunt, ſcil. 1. quia *Liquor ejus depauperatus* ſolito vigore caret, ut nec clare in corde accendatur, nec vegete & æquabiliter circuletur, quam ob cauſam totius *animæ dejectio*, & *velut ſubſidentia*, *mæſtitia*, *anxietas*, *reſpiratio difficilis*, *pectoris anguſtia*, *pulſus intermittens*, *frequens leipothymia*, *caloris & frigoris ſuffuſiones* inordinatæ ſuccedunt.

2. Sanguis fæculentiis ſcatens, recrementa ſua partibus quas interluit paſſim ſuffundit; quapropter externus *macula*, *exanthemata*, *tubercula*, ac *ulcera*, paſſim excitantur hinc etiam *catharri*, *hydrops*, *membrorum intumeſcentia*. *gingivarum ulcera*, *vomitus*, *diarrhæa*, *dyſenteria*, *ſputatio ingens*, *ſudores*, *urina lixivialis*, aut *contentis ſaturata*, quin & *viſcerum tumores* aut *obſtructiones* non raro ſequuntur.

3. *Sanguis pauper & fæculentus* cerebro & nervoſo generi liquorem nonniſi vitioſum ſuppeditat, adeoque mediate iſtarum partium culpas luere debet. Porro ſanguis depravatus ſpiritibus intra fibras ubique ſcatentibus, copulam pro facultatis loco motivæ actibus exploſivam, haud ſatis idoneam immediate præbet, unde *laſſitudo ſpontanea* & impotentia ad motum ex parte procedunt.

ij. In Scorbuto *ſucens cerebri* & *nervoſi generis* irriguus, ... quam labe morbida inficitur, ſub triplo reſpectu ..., 1. quatenus à *nobili* & *ſpirituoſo* in *pauperem* & *tenuem* declinat, unde *languor* & *totius corporis enervatio*, hinc etiam *atrophia* aliquatenus procedit; 2. quatenus liquor iſte à *ſpiritu ſalino* in acetoſum mutatur, inde *melancholia* & *metus*, *ſpirituum fatiſcentia* & à ſolito vigore ſuppreſſio; quin & *partium nervoſarum dolores ac irritationes* fere continuæ & *oſſium crepitus* inducuntur, 3. In quantum liquor iſte *particulis heterogeneis*, & regimini animali infeſtis refercitur, *convulſio*, *ſpaſmi*, *paralyſis*, *vertigo*, *affectus ſoporoſi*, aut *vigiliæ* pertinaces, *ſtultitia* demum aut *inſania* oriuntur.

iij. In *Scorbuto inveterato* & graviori, *ſanguinis* & *ſucci nervoſi recrementa* variis in partibus ſimul depoſita, quatenus ea *particulis ſalinis*, quæ diverſimodæ ſunt indolis, prædita ſunt, *invicem congrediuntur*, ac mutua lucta & effervescentia, ſymptomata tetrica producunt, hinc enim *dolores* intolerabiles, præſertim nocturni, *arthritis vaga*, *rheumatiſmus* aliique huius generis affectus oriuntur: Ad hunc modum à gemino luis Scorbuticæ fonte, plurimi malorum affectuum rivuli, quaquaverſus decurrentes in ſingulis totius corporis partibus moleſtias creant; *Willis.*

66. *Non omnia in omnibus*) Sciendum non eadem ſymptomata omnibus eſſe communia, nec omni tempore eadem pati ſingulos, Sunt enim ſicut aliorum, ita pariter & hujus morbi gradus quidam; & in his nondum crevit ultra ſui principium; illis in augmento eſt, in aliis uſque adeo viget, ut ad ſummum jam tum dicatur tyrannidis ſuæ faſtigium, ſeu ἀκμὴν aſcendiſſe, & pro temporum horum varietate, variant quoque ſymptomata; Sunt etiam hominibus temperamenta magis adhuc inter ſe diverſa: Sunt item inſigniter ab ſe invicem diſcrepantes, cauſarum tum procatarcticarum tum conjunctarum combinationes & apparatus ad Scorbutum: Et ex tanto utrinque diſcrimine, nil mirum eſt diverſis ſubjectis ingentem ſymptomatum diverſitatem oboriri. Ad hæc nil ſolemnius eſt, quam eadem excruciare per periodos, ipſiſque etiam individuis, in quo recurrunt, mutata ſui ſpecie illudere, ut vix eadem eſſe agnoſcantur: *Charleton.*

67. *Reſpiratio difficilis*) Reſpiratio difficilis, ac ad motum quemvis anhela, familiare Scorbuti ſymptoma eſt, cujus cum binæ ſoleant eſſe cauſæ, modo ab una, modo ab altera, & aliquando ſimul ab utraque dependet: Dyſpnœa ſcorbutica, ſi valde crebra, & fere conſtans fuerit, à ſanguinis ſtatu pauperiori, & quaſi effœto, quo quidem in corde ſtagnare, & non ſtatim accendi aptus eſt, provenit; quare à motu quovis, ſi quidem muſculi vaſa ſanguifera comprimendo liquorem contentum prorſum urgent, ſanguis aliquanto uberius in cordis ſinus irruit, qui cum illic non ſtatim accenditur, & foras evehitur, cor aggravat, & functionis vitalis deliquium minatur; idcirco pulmones, ut ſuppetias ferant celerius moventur, ut ſanguinem citiſſime exantlent, adeoque in hunc finem, nempe ſanguinis effœti, & ex ſe pene immobilis circulationem, reſpiratio valde crebra & anhela inſtituitur: In hoc caſu cum reſpiratione laborioſa, etiam *pulſus celer* & *debilis* exiſtit. 2. Dyſpnœa Scorbutica, interdum à nervoſi generis culpa procedit, poſtquam enim labes morbida cerebrum ac appendices ejus occupavit, particulæ heterogeneæ ab ἐγκεφάλῳ dimiſſæ, uti nervos alios, ita pneumonicos alioſque affines, ſcil. diaphragmatis & muſculorum motui inſervientes cerebro ſubeunt; proindeque juxta quod nervi iſti à muniis rite defungendis aut inhibentur, aut pervertuntur, *reſpiratio difficilis* varii generis producitur, eſtque utplurimum aut *paralytica* aut *convulſiva*, etenim particulæ morbificæ caudices nerveos ſubeuntes, & circa eorundem plexus aut extremitates uberius congeſtæ, ſpirituum copiis affiguntur, hinc aliquando accidit, à tali particularum (ſi forſan illæ *narcoticæ* fuerint) cohæſione, ſpiritus quorundam nervorum incolas ligari prorſus, & ab actibus deſignatis inhiberi: unde reſpiratione impedita, cæteri ſpiritus nervorum adhuc immunium hoſpites, ut ipſi proprio marte penſum commune perficiant, valde exercentur; adeoque quà licet, reſpirationem magis crebram & laborioſam edunt; quandoque vero ſpiritus intra quoſdam ex reſpirationis munere nervos ſcatentes, *copula heterogenea exploſiva*, ſive *ſpaſmodica* afficiuntur, cujus elidendæ gratiâ, cum illi ob plenitudinem, vel propter occaſiones aliquas excitantur, motus convulſivos ineunt, proindeque pulmones cum laborioſis, & crebrius repetitis; modo ſyſtoles, modo diaſtoles vicibus, *paroxyſmis* quaſi *aſthmaticis* detinentur: In his caſibus quandoque nervi diaphragmatis, interdum pneumonici, ac pectoris motus abſolventes, item forſan aliquando bronchia amplectentes; ac illorum modo, hi modo iſti ſeorſim à reliquis, aut narcoſi aut affectionibus ſpaſmodicis obnoxii ſunt, ac propterea reſpirationis anomalæ variæ differentiæ ac modi occurrunt: Scio quoſdam prædictorum ſymptomatum cauſas, *vaporibus* à ventriculo ejuſque vicinia elevatis adſcribere, quorum ſententia rationibus in contrarium allatis alibi à nobis merito rejicitur. *Engalenus*, *Horſtius* & *Sennertus* Dyſpnœæ Scorbuticæ cauſam, à viſceribus imi ventris inflatis, aut tumefactis, proindeque ſeptum comprimentibus deducunt; non ſecus ac in gravidis & hydropicis aſſolet: Attamen huic opinioni minime aſſentior, quia ſymptoma illud non raro iis evenit, quibus venter & hypochondria ſatis mollia, ac infra coſtas ſubſidentia; ſpatium pro diaphragmatis motu concedunt, prout examine facto ſæpius obſervavi; Quod autem *Lienis perturbationi* reſpiratio difficilis paſſim in hypochondriacis, & quandoque forſan in Scorbuticis ſuccedat, ratio eſt, quia *nervi ſplenici* cum pneumonicis communicant; quandoquidem igitur utrique materies morbida, ſcil. ſpaſmodica obſidentur, eadem in alterutris commota ſpaſmos ciens, alteros in affectus conſenſum trahit, prout ſupra de paſſionibus hypochondriacis differens declaravi; in omni reſpiratione difficili, ob nervoſi generis culpam excitata, *pulſus* utplurimum ſatis fortis, at debito celerior, ac interdum intermittens exiſtit. *Willis.*

68. *Pectoris anguſtia*) Hæc Scorbuticos nonnullos graviter infeſtat; cujuſmodi ſymptoma, cum reſpirationem difficilem adjunctam habeat, eidem cauſæ, nempe ſepti à viſceribus elevati compreſſioni vulgo adſcribitur: At vero licet pectus interdum eo ritu anguſtetur, ut affecti anheloſi ſpiritum altiorem ducere nequeant, quin medio thorace *inſpiratio* terminatur, tamen aliquando è contrà inſpiratio nimis profunde ducitur, ut laborantes ægre & difficulter exſpirent; quod certe nullo modo viſcerum diaphragmate inferiorum anomalia, ſed vel *ſanguinis in corde accenſioni haud rite peractæ*, vel potius *nervorum* reſpirationi inſervientium affectioni præternaturali attribui debet: quin pari ratione etiam *reſpirationis difficilioris* cauſa ab eodem fonte deducatur; ſcil. in utroque caſu nervi καὶ αἰσθητικοὶ καὶ κινητικοὶ

perficientes, quatenus materia morbifica, vel *ſpaſmodica* occupantur, circa propria munera defungenda aut *nimis*, aut *minus* quam opus eſt peragunt. Quidam vero Scorbutici, interdum Pectoris anguſtia ſive reſpiratione multum impedita, moleſtantur, ſentiunt nimirum thoracis ambitum coarctari ac in minus ſpatium contrahi; Interim affecti de cordis *anxietate* potius, quam *de pulmonum motu inhibito* queruntur; Hujus cauſa videtur eſſe, quod membranæ præcordia inveſtientes, quatenus humore ſeroſo, una cum nerveo nimiſ irrigatæ, inſtar corii madidi contractiores evadunt: quin & carneæ fibræ in ſpaſmos breviores irritatæ, corrugantur nimis, proindeque partes continentes coarctari coguntur: Porro hujuſmodi *præcordiorum conſtrictio*, ipſius cordis motui quadantenus obſequitur, quippe dum ſanguis pauperior factus, haud vegete ſatis è cordis ſinu exſilit, nec aperte in pulmones deflagrat, propterea hos minus dilatari aut expandi, opus eſt; quinimo ut ſanguinis circulationi in minori ambitu peractæ reſpondeant, & exacte quadrent membranis inveſtientibus, fibriſque nerveis ipſorum motui deſtinatis, quoad debiles expanſionum limites regulantur: quare iſta præcordiorum conſtrictio, ſicuti in pluribus obſervavi, propter gaudii & triſtitiæ occaſiones, ſubito remitti ac intendi ſolet, nimirum juxta quod ſanguis uberius, aut parcius è cordis ſinu exſilit, circulationis ejus ſpatium majus minuſve proportionatur. *Willis.*

69. *Curatur Thoracicis*) *Reſpiratio difficilis* cum *Thoracis anguſtia & paroxyſmis aſthmatis*, remediis ſtatim appropriatis & extra methodum generalem præſcribendis tolli debet, ſecus enim æger cito in vitæ diſcrimen adducitur: Cum hujuſmodi mala in ſcorbuticis, ut plurimum vel ſanguinis in corde ſtagnantis vitio, vel propter nervos pneumonicos in functione ſua impeditos oriantur, idcirco medicamentis, aut *Cardiacis* aut antiſpaſmodicis curantur, *ſpirit. corn. cervi*, *fuliginis*, *cranii*, *item tinctura caſtorei*, *antimonii*, vel *ſulphuris*, *flores ſalis ammoniaci*, *flores benzoini*, item *elixir* proprietatis, in his caſibus ſæpe egregii ſunt uſus: Cujuſmodi remedia exhibeantur crebra vice, cum doſi liquoris cujuſpiam antiſcorbutici, etiam contra prædictos affectus, appropriati. Pro ſubita Dyſpnœâ mere ſcorbuticâ, ſi quando graviſſime urgeat ſedatione, nullum præſentius remedium expertus ſum, quam *Laudani Opiati noſtri tincturam* noſtram ad gtt. x. vel xii. in liquore convenienti exhibitam; quippe ſomno obrepente, ſpiritus inordinationes ſuas repetunt, ac interim refecti, debito poſtea ritu priſtina ſua penſa reſumunt: *Enemata* acriora quæ alvum copioſe ſubducunt, item Decocta ſudorifera ac diuretica ſæpe juvamen præſtant.

℞. *Rad. bardanæ, petaſitidis, cherefol.* ãã. ℥j. *fol. adianti, chamædr.* ãã. *m.* j. *ſem. bardanæ, carthami.* ãã. ʒiij. *paſſular. inciſ. & contuſ.* ℥ j. *coqu. in aqu. fontis* ℔ ij. *ad tertiæ partis conſumptionem, adde vini albi* ℥iv. *colentur in lagenam, cui imponatur fol. cochlear. conciſ. m.* j. *rad. helen. condit. & minutim conciſa* ℥ß. *f. infuſio clauſa & calida per horas* iij. *Doſis* ℥vj. *bis vel ter in die.* Willis.

70. *Gingivarum pruritus, tumor. & putrefactio*) Triplicia mala vexant Scorbuticos circa *gingivas & dentes*, 1. *Gingivarum laxitas & mollities*, indeque *vacillatio*. 2. *Gingivarum intumeſcentia, cruentatio*, cui ſæpe jungitur *caries* dentium; *Gingivarum putredo ſerpens.* Omnium horum affectuum origo eſt ex ſaliva, ſale ſcorbutico impregnata & inquinata, quæ texturam fibrarum gingivarum laxat, rodit, & diſſolvit; unde earum *mollities*, ex ſale acri excoriatio, tandemque *putrefactio caroſa*. Ettmuller.

71. *Curationem ejus juvans*) Quamprimum libes Scorbutica partes *Oris* laceſſit, ut *Gingivæ* intumeſcant, earumque carnes fungoſæ evadant, protinus remedia quæ putredinem ab iis arcent, ſedulo adhibeantur; Inter hæc *Collutiones oris*, ac *Linimenta*, & morbo circa has partes *incipiente*, & illo ibidem *ingraveſcente*, præcipui ſunt uſus: quæ tamen uti varias intentiones reſpiciunt, ita diverſimode parari ſolent, ſcil. *gingivarum caro* primo *intumeſcens*, à ſanguinis aut ſeri ſalſi & corrupti incurſibus liberari & exſiccari; poſtea earundem caro flaceſcens, ac à dentibus ſubſidens, à putredine vindicari, quinetiam ut dentes arctius complectatur conſtringi debet; Propter has, & forſan alias intentiones, *gargariſmi*, ſive oris collutiones varii generis inſtituantur, quorum fere omnium præcipua ingredientia ſunt *vegetabilia* incocta, ac *mineralia* infuſa: Herbæ aut radices, quæ liquori idoneo: ſcil. *aqua* aut *vino* incoquuntur, plerumque ſunt vel *acres*, vel *amara*, vel *ſtyptica*: Dein ejuſmodi *Decocta* impraegnantur aut *ſale volatili lixiviali*, *vitriolato*, ſeu chalybeato; Libet hic formulas cujuſque generis ſubjicere: 1. Cum itaque Gingivarum caro propter ſeri ac ſanguinis ſalſi & corrupti influxum, primo intumeſcit & fungoſa evadit.

℞. *Cortic. med. ſambuc. ulmi* ãã. *m* ß. *fol. ſatureiæ, ſalviæ, eryſimi naſturtii*, ãã. *m.* j *rad. pyreth.* ʒij. *contuſa & conciſa coqu. in aqua calcis* ℔iij. *ad* ij. *partis conſumptionem: Si edulcoratio requiritur, adde mell. roſ.* ℥ij. *fi Gargariſmus*, vel.

℞. *Vitrioli camphorat.* ℥j *aqu. fontan.* ℔ij. *miſce, in vitro conquaſſetur, & dein liquor per ſubſidentiam clareſcens uſurpetur.* Vel.

Paretur *Lixivium è cineribus geniſtæ aut roriſmar. vel è tartaro aut nitro calcinato*, *Hujus* ℔iv. *incoquantur fol. ſatureiæ, thymi, ſalviæ roriſmar.* ãã. *m.* j. *colaturæ ſuperfundatur folior. cochlear. m.* ij. *f. infuſio calida & clauſa per horas* iij. *Colatura ſervetur ad frequentem collutionem.*

Propter eandem intentionem, etiam *Linimenta* intermediis temporibus, ac præſertim noctu applicentur, ut illorum virtus ægris, vel interdum dormiendum communicetur, Apud authores præſcriptum frequens celebre & longo uſu expertum habetur.

℞. *Pulv. fol. aquilegiæ, menthæ cr. ſalviæ, nuc. moſch. myrrhæ*, (quæ tamen aliquando omittatur) ãã ʒij. *aluminis uſti* ʒß. *mellis virgin.* ℥ij. *vel q. ſ. f. Linimentum.*

ij. Si quando *Gingivarum caro flaceſcens*, dentium radices deſtituit, *Scarificatio* levis ſæpe adhibeatur, inſuper hoc Decocto os colluatur.

℞. *Summit. rubi. expreſſ. folior. ſanic. cardamines* ãã. *m.* j. *coqu. in aquæ ferratæ* ℔ ij. *ad tertiæ partis conſumptionem, colat. adde mell. roſat.* ℥ij *miſce.*

Linimentum Ejuſmodi applicetur.

℞. *Pulv. rad. ireos Flor. fol. ſalv. hyper.* ana ʒij *boli Armen. ſalis prunellæ* ana ʒj. *mellis virginei calentis q. ſ. agitatione bene incorporentur.*

iij. Quando *Gingivæ putreſcunt & corrumpuntur*, ſimulque *dentes carie obſiti vacillãt*, ac tetrum odorem exſpirant, medicamenta fortiora, & putredini valde reſiſtẽtia adhibeantur, *Vitrioli camphorati, etiam lapidis medicamentoſi* infuſio hic imprimis locum habent. Vel.

℞. *Rad. gentianæ ariſtoloch. rot. inciſ.* ana ℥ß. *fol. centaur. minor. abſinth. Pont. Satureiæ, aquileg.* ana *m.* j. *incoquantur in aqua calcis, aut lixivialis, etiam modo ferratæ*, modo *aluminoſa* ℔iij. *ad* 3. *partis conſumptionem, colat. adde mell. crudi* ℥ij. *vini* j. *miſce.*

iv. Si *Dentium caſus* præcipue metuatur,

℞. *Cortic. rad. prunor. ſylv.* ℥j. *torment. & biſtortæ totius* ana *m.* j. *malicor. balauſtior.* ana *m.* ß. *coqu. in aqu.*

in aqu. font ℔iij. colat. adde alum. ʒij. vel iij. mell. optim. ℥j. miſce. Vel

℞. Vitriol. camphorati c. cervi uſti ãã. ʒj. muc. moſch. ʒß. mellis opt. q. ſ. f. Linimentum. Vel

℞. Pulv. rad. biſtortæ, malicor. boli Arm. alum. uſti ãã. ʒj. mell. roſac. q. ſ. adde ſpir. vitr. ℈j. f. Linimentum.

V. Si quando (ut interdum aſſolet) ulcera putrida & profunda gingivas aliaſve oris partes infeſtent, remedia prædicta fortiora erunt ſæpius adhibenda: Inſuper loco affecto pen. Vngu. Aegyptiaco, in ſpiritu vini diſſoluto, vel lapidis medicamentoſi, aut ſublimati infuſione i uncta, liquores applicetur: In his caſibus Chirurgo perito Curatio delegetur. Willis.

Succurrimus partim oris collutionibus, vel tincturas gingivis affricando, vel pulveribus vel linimentis: Quoad Collutionem oris, in his eminet ſalvia, roſmar. flores, aquileg. balauſt. quibus ſimul etiam antiſcorbutica addenda, His ſimul adſtringentia, tormentilla, biſtorta &c. addi poſſunt, ſicut etiam lacca, myrrha, alumen ſpir. ſalis utramque faciunt paginam. v. g.

℞. h. ſalviæ m. iij. naſturt. vel cochlear. m. j. flor. malv. hort. m. ij. rad. polypod ʒvj. coqu. in ℔. vel ij. aqu. fontan adde mell. roſ. ℥ ß. alum. uſti ʒj. lapid. prun. ʒiij. Viurpetur pro collutione oris.

Item decoctum ſummi pini cum naſturtio in vino abluendis gingivis eſt conveniens: Item ſalvia cum naſturtio, vel in vino, vel in ſero lactis. Si vinum eſt acrius, interdum in ipſo lacte coquenda veniunt: Præ cæteris optimum eſt Sal mirabile Glauberi, in ſ. q. ſpiritus ſolutum.

Poſt collutionem, ſunt Tinctura dentibus afficiendæ, quas inter palmam præripit Tinctura laccæ Mynſ. nobilis, in dentium aut gingivarum affectibus in laxitate, mollitie, exulceratione, & gingivarum gangræna; rite parata eſt nobilis; Poteſt tamen meliorari ſi addatur myrrha v. g.

℞. Lapid medicam Crollii ʒj. ſolve in ſ. q. aquæ ſodi min. & cochlear Solutio blandam poſt ebullitionem filtretur, Infunde laccæ ʒij. myrrhæ, alum. uſti ãã. ſtent in digeſtione, & extrahatur tinctura, qua imbuatur linteum, affricetur gingivis & dentibus.

Poſt Tincturas ſunt Pulveres, quos non ingrediantur lapides vel tartarea, gingivas enim lædunt, Optimus eſt Barthovini cent. 6. hiſt. 54.

℞. Fol. aquileg. cortic. rad. cappar. ſemin. cochlear. ãã. ʒß rad. ireos alum uſti ãã. ʒiij. mandib. lucij piſcis corall. albi c. c. uſti ãã. ʒij. F. Pulvis ſubtiliſſ. irrorandus cum oleo caryophyl. q. ſ.

Specificari poteſt, ſi irroretur cum ſpir. cochlear. Excipi poteſt melle.

Denique Linimenta conveniunt. in primis in graviori gingivarum exulceratione, & fœtore, ex melle roſato imbuto ſpir. ſalis q. ſ. ad aliqualem acrimoniam, hoc ſit inſtar omnium.

℞. Alum. crudi ʒiß. fol. ſalv. ʒiij. rad. ireos, Flor. ʒiß. myrrha ʒß. probe pulveriſata miſce cum melle.

Si gravius ſit malum, fiat progreſſus ad Aqu. virid. Hartmanni cap. 52. Pr. Chymiat. Quin ubi magis urget malum, accedendum ad Vngu. Ægypt. melle dilutum, ex penicillo admove, Vel euporiſton Rulandi.

℞. Aqu. ſimpl & hydrom. ℔j. diſſolve alum. crudi ℥j. miſce. Etmuller.

71. Curationem ejus juvant) Adde his ſequentia.

℞. Alumin. Crudi ℥ß. flor. aquileg. fol. ſalv. ãã. ʒij. rad. ireos Flor. ʒiß. myrrh. ol. ℈ij. cum ſ. q. mellis roſ. f. Linim. egregium ad vacillationem dentium ſcorbuticam. Vel

℞. Rad. biſtortæ ʒiij. flor. roſ. rubr. ʒiß. balauſt. ℥j. alum. uſti ℈ij. impregnetur largiter ſpir. cochleariæ, qui ad oris ſcorbutum eſt egregius. Sicut ad hæc ipſa Gingivarum vitia ex ſcorbuto, nulli cedit vermicularis, cujus decoctum cum alumine & melle nobile experimentum eſt, gargariſando uſurpatum. Egregia miſtura pro his Gingivarum malis ex aqua calcis vivæ cum alumine crudo & uſto ac rad. ireos Flor. quod in mentem revocat aliam non inconvenientem miſturam efficaciſſimam Cremorem aquæ calcis vivæ ſupernatantem ſaliformem.

℞. Hujus cremoris ʒiij. gummi laccæ ʒj. vitrioli Cypr. gr. vj. aqu. roſar. ſalv. ãã. ℥ß. ſolve calore leni, ut probe impregnetur a lacca, Eo laventur gingivæ, Probatum eſt.

Merito extollitur uſus laccæ; nam D. Michael. aliquando putredinem gingivarum ſcorbuticam tantam, ut gangrænam minaretur, & propter infenſiſſimum fœtorem nemo juxta ægrum commorari poſſet; per ſolam Tincturam Laccæ, præmiſſis internis univerſalibus, feliciter reſtituit; Juxta Laccam nobiliſſima eſt myrrha; v. g.

℞. Fol. ſalviæ, alum. uſti, maxill. lucij piſcis calcin. myrrh. rub. ãã. ʒiß. mellis q. ſ. pro Linimento ad fricandos Dentes, quod ſi efficacius poſtuletur, aliquot guttæ ſpir. ſalis impregnetur.

In graviori malo ulterius procedendum eſt, & præter Linimentum Hartmanni, (deſcriptum lib. 3. tit. 12. De Gingivarum affect.

℞. Pulv fol. aquileg. &c.) ad Vngu. Ægypt. melle roſato probe permiſtum, deveniendum, pro graviori exulceratione, aut inde metuendis malis gingivarum curandis v. g:

℞. Alum. uſti. ſal. armon ãã. ℈j. maſtich. thuris albi ãã. ʒß m. f. Pulvis affricandus gingivis, ante & poſt decocto ſalviæ, tormentillæ, ac roſar. rub. lotum fuerit: Imo interdum aqua forti gravior gingivarum luxuries ſedanda: Aut denique Aqua viridis ex viridi æris, pauco auripigm. alum. & quibuſdam vulnerariis, addito melle, in aquam infuſis & decoctis, hic commode adhiberi poſſunt: quo affrictæ gingivæ à luxurie, flacciditate & putredine defendantur, e. g. fit vel aqua vir. Hartmanni, vel Aqua vir Plateri. Etmuller.

71. Curationem ejus juvant) Ad Gingivarum putredinem ſecretum hoc eſt.

℞. Cortic. mediani interioris rad. pruni ſylv. m. iv. piper. pulver. cochlear. ij. coqu cum cereviſia & aqua. Cum hoc decocto calido colluatur os aliquoties repetendo, bine

℞. Succ. naſturt. aquat. expreſſ affunde vinum mi: ſervetur, hoc os ſæpe & gingivas collue & frica. Vel

℞. Succ. ſcyllæ expr. fricentur dentes & gingivæ, curatur ſic ſcorbuticus. Johus Kertubaverus comm. in lib. Parac. de Peſte p. 32.

Ad Gingivas cruentas & fœtidas præſtantiſſimus hic Gargariſmus.

℞. Semin. ſumach. pulver. ʒv. balauſt. rad tormení. ãã. ʒj. Cardopat. biſtort. ãã ʒij. Cortic. citr. maſtich. gallar. ãã. ʒij. vini auſteri ℔j, aqu. plantag. veronic. aquæ fontis puriſſ ãã ℥iv. coque ad conſumptionem 4. partis, adde diacaryophyll. mell roſ. colat. ãã ℥iß. m. H. Rouſnerus de ſcorb. p. 498.

Sed & Vnguentum) Ad ulcera contumacia Balſamus hic non ſatis laudibus extolli poteſt.

℞. Conſol. major. alth. ãã. lum bric. terr. vin. lotor. dodrantem, herb. nicotianæ, ſanic. conſolid. regal. veronic. alchim. ophioglaſſi, chelid plantag. m. ij. agrimon, perſicar. centaur. maj. cham. ãã. m. j. Incisa & contuſa circulentur pelicano optime clauſo in ℔ij. olei vetuſt.

& ℔j. *terebinth. abietis* per trimeſtre, poſt deſtilla per retortam lento igne. In deſtillatione adde *tegularum* ℥xx.

℞. *Hujus diſtillati* ℔iß. *vermicis* ℥vj. *axung. human. quinquuncem, thymali piſcis trientem, mumiæ comm. contrita, ſextantem, maſtichis, myrrhæ, aloes, ſtyrac. liqu.* āā. *ſeſcuncem*, deſtilla adhuc *ſemel cum later. pulv.* ℔j. poſt adde *olei petrol. terebinth. junip.* āā ʒij. *æruginis* ℥j. (ʒj.) . Balſamus artificialis viridis. *Renſuerus de Scorb. p. 518.*

Ad ulcera crurum celebratiſſimum eſt hoc Vnguentum.

℞. *Succi ſcrophular. olei Nicot* āā. ℔ß. *coque ad ſucci conſumpt. Colat. adde reſinæ albæ* ℥iij. *terebinth.* ℥iß. *ceræ flav. q. ſ. f. Vngu.* Vel

℞. *Reſinæ alb.* ℔ß. *tereb. abiegnæ* ℥ij. *ol. nicot.* ℥iij. *ceræ flav.* ℥ij. *f. Vngu. Sebiſius Man. p. 1332.*

Vnguentum Diapompb.) Necnon de *Minio camphor. De plumbo Montagn. Nicot. de tuthia, diacalcit.*

Valent & *Empl. de minio Vig. Apoſtol. Nic. Divinum Fernelij, ſticticum Crollii, Diaſulph. Rul. Ceratum gratia Dei.*

Sacch. Saturni Croll. m. cum *oleo terebinth.* aqua, aut aliquo decocto. *Sebiſius ib.*

72. *Macularum in cruribus*) Maculæ in cruribus, aliiſque corporis partibus erumpentes, *Scorbuti* ſignum pathognomonicum habentur, hæ quandoque latiores nummi denarij, non raro item ſolidi aream exæquant: interdum cutis ad magnitudinem manus, aut ſupra, in parte quadam ſugillari videtur: Porro *maculæ* iſtæ diverſicolores, ſcilicet modo *citrina*, modo *obfuſca*, modo *purpurea, livida*, aut *nigra* apparent: Porro quibuſdam *Exanthemata* variè extumeſcentia, ſcil. modo lævia, modo cum cute aſpera, & quaſi cruſta aut ſquamis obducta, in his aut iſtis membris vel in toto corpore erumpunt.

Inter *maculas & exanthemata*, ſive *tumida* & æqualia, ſive *aſpera* fuerint, hoc diſcrimen in genere adnotetur, nempe quod hæc materiam ſanguini minus congruam continent, quare à maſſa ejus in circuitu Secreta, in cute defiguntur, nec tamen eadem prorſus à ſanguine derelinquuntur, quin ſanguis pertranſiens particulas ſubinde alias novaſque apponit; quo fit, ut materia extravaſata, à continuo ſanguinis appulſu, vel denuo reſorbeatur, vel ſubtiliata foras exhalet (licet interdum partim hac via, partim illa res agatur) vel denique materies iſta ſuppurata in abſceſſus tranſit.

Porro *Exanthemata* cujuſcunque fere generis, non tantum in Scorbuto, ſed in pleriſque aliis affectibus, imo ſi quando ſanguinis propter occaſiones aliquas immodice ebullit, paſſim eveniunt: At vero *maculæ* ſunt portiones à ſanguine ſecretæ, & ab eodem prorſus derelictæ, adeo nihil illis cum ſanguine circulato deinceps commercii fuerit, quare nec in molem accreſcunt, nec ſuppurantur, nec facile evaporant: *Maculæ citrina*, aut *obfuſca*, videntur eſſe bilis flavæ aut atræ portiones quædam, è ſanguine in cutim ſuffuſæ: quoad *Stigmata* vero *nigra*, aut *purpurea*, advertere eſt eadem in nullis præterea affectibus, niſi in febre *peſtilentiali, lue Venerea & Scorbuto* excitari; in *peſte & febribus malignis* videntur eſſe ſanguinis ſyderati, & velut *veluti* affecti partes quædam reſectæ, quibus ſemper *malignitas & contagium* adjunguntur: In *lue* venerea & ſcorbuto, licet non tanta malignitas reperiatur, ut ſpiritus ſanguinis valde mortificentur, ejuſque liquor ſiderationes majores ineat, tamen ſuſpicari fas ſit, quod in utroque morbo ingraveſcente, ſanguis aliquatenus *corrumpi & coagulari* aptius, in grumos minores concreſcat; cujuſmodi ſanguinis concretiones, arteriarum oſculis extruſæ, in cute defiguntur, & juxta quod portiones iſtæ majores aut minores fuerint, & cruoris plus aut minus corrupti participant, etiam Maculæ quoad magnitudinem & colorem inſigniuntur. *Willis.*

Scorbuti ſignum petitur *à maculis crura & tibias* invadentibus, initio rubris, in progreſſu purpureis, lividis aut nigris: Nonnunquam in tibiis ſpatia latiora, interdum totam partem occupantia, livida, vel cum nigrore, aut livore purpurea: Fiunt ex ſeroſa atque ichoroſa ſanguinis parte, corpori alendo inutili, ideoque à natura in cutem protruſa; per *anaſtomoſin venarum*, ut loquitur *Hippocr. l. de Fract.* Id frequentius in cruribus & tibiis contingat, quia natura vitioſos humores ad partes ignobiliores ac remotiores expellere conſuevit: Aliquando, ubi major materiæ copia, in dorſo, brachiis, cervice ac facie effloreſcunt. *Riverius.*

73. *Oriuntur à parte humoris*) Ex harum macularum præſentia, contendit *Mollenbroccius* in Scorbuto malignitatem adeſſe, aliiſque probat argumentis, Vide §. *Peculiaris, poſtquam diu ibi manſit modo.*)

74. *Curari diſcutientibus*) In ſuperficie artuum & partium externarum ſubinde effloreſcunt *Maculæ*, ſemper fauſto ſigno, Vſurpanda *cochlearia*: *Tinctura corallor. antiſcorbutica*, quæ dictas maculas potenter expellit: Jam vero, utut nihil in mali receſſu habeant, quia tamen quibuſdam cutis nitori ſtudentibus ſunt moleſtæ, & etiam interdum majores ad exulcerationem diſponunt partes, ſubinde neceſſe eſt, ut *removeantur*, quod fit mediante *ſemine ſinapi*, ſi tritum cum *aceto deſtillato* redigantur in formam linimenti liquidi, quo in balneo loca illinantur & affricentur, quod etiam conducit *maculis hepaticis*, Quod ſi acrius fuerit.

℞. *Semin. ſinapi* ℥ij. *olei amygd. d. rec.* ℥ß. *vel* ℥vj. *ſucci citri q. ſ.* m. in conſiſtentiam Linimenti & affricentur eo artus, ter vel quater in die. *Etmuller.*

β. *Si ulceroſa ſunt difficulter curantur*) Maculas non multi facio, niſi degeneraverint in ulcera, vel elevatæ ſint. *Barbette.* Ad eam quandoque deveniunt malignitatem, ut partibus corruptis ſenſum aboleant. *Fred. Dockers.*

75. *Dolor*) A fœculentiis Scorbuticis in nervorum corpora delapſis, etiam *Dolores*, qui frequentiſſimum hujus morbi ſymptoma habentur, aliquatenus procedunt; Attamen cum varii ſint generis, etiam propter alias præterea cauſas oriuntur: Enimvero Dolores Scorbutici ſunt vel *leviores, incerti ac cito tranſeuntes*, qui interdum à flatu membranas diſtendente, quandoque etiam à materia ſalſa, vel acri, modo à ſanguine, modo etiam à liquore nervoſo in partes nerveas ſuffuſo dependent: Cujuſmodi materies, quatenus fibris nerveis improportionata eas vellicat, ac in corrugationes cogit, dolorifica evadit: in quantum vero eadem, vel à ſero effluente cito eluitur, vel à calore diſſipatur, ſenſatio moleſta à tali cauſa illata facilius dimovetur: Vel 2. Dolores Scorbutici graviores ſunt, plurimum *acuti, difficulter mobiles*, cujuſmodi item, vel ſunt *fixi & determinati* ad particularem quendam locum, aut vagi, moleſtiam, utut graviſſimam ab uno loco ſubinde in alium transferentes, prout cernitur in *arthritide vaga, Scorbutico & rheumatiſmo*: Interim dolores fixi, & diu permanentes in variis partibus, præcipue vero *in ventre, lumbis, cruribus, ſterno*, ac capite excitare ſolent; *Willis.*

75. *Dolor crurum*) Plures Scorbuto inveterato laborantes, quamprimum lecto incaleſcunt, circa ſuras & femora, atque alias interdum partes, cruciatus intolerabiles pati ſolent, ita ut inclament carnes ſuas, velut canum morſibus aut laniena corrodi ac dilacerari. Tortura hæc, ſi lecto eximantur, paulo remiſſius habet; te-

cus

eis affecti, per totas fere noctes miſerrime excrucian-tur: In hoc caſu nihil aptius concipi poteſt, quam *ſucci nervoſi recrementa acetoſa* in tibias utpote loco maxime ſitas declivi, decumbere, earoniderque membranis copioſe affigi: quibus à ſanguine, propter lecti calorem, inſignius rarefacto, & agitato, dum *rejectanea ſalina* accedunt, cumque iis, pro ſalium more fermenteſcunt, propterea quidem à mutua particularum diverſi generis lucta & effervecentia, fibræ nerveæ ſupra modum vellicatæ & divulſæ, corrugationes valde dolorificas ineunt: nec quidem citius ἀλγήματα hæc ceſſant, aut remittunt, quam particulæ tunc aggeſtæ, aut evaporatæ, aut mutua lucta ſubactæ & attritæ ab effervecentia conquieſcunt; ſubinde vero intra breve ſpatium, utriuſque materiæ penus recens in novum paroxyſmum deponitur; Propter hujuſmodi Salium diverſi generis, & ab humore duplici prodeuntium συζυγίας, mutuamque effervecentiam, etiam *arthritis vaga*, *rheumatiſmus*, & quidam alii affectus, quos merito ad conjunctas *ſanguinis & ſucci* nervoſi dyſcraſias, & velut in malo confœderationes referimus, producuntur. *Willis.*

76 Ὀστοκόπος) Dolores varias corporis partes affligunt, adeſt enim interdum dolor *crurum* obtuſus; aliquando tenſivus, plerumque ὀστοκόπος: alias dolores excitantur in *ſuris*, alias circa *talos*, alias in *plantis pedum*, alias circa *manuum & digitorum extrema*, alias in *genubus* vel *coxa*, *aliarumque partium articulationibus*, cæteriſque corporis partibus, proni humores ſalſi, acres & ſeroſi ad eas deferuntur: Iſti autem dolores, præſertim qui brachia, coxas & tibias occupant, dolores illos æmulantur qui lue venerea infectos affligere ſolent, & Medicis facile imponere poſſunt, in regionibus præſertim ubi Scorbutus rariſſimus, Lues autem venerea frequens: Verum diſtingui poſſunt ex eo, quod *dolores venerei* plerumque internodia occupant, ſeu medias artuum partes; & ſi diu perſeverent exoſtoſes in iis partibus generant, tum etiam alia luis ſymptomata adſunt, aut alias adfuerunt, ut Gonorrhœa, caries pudendi, bubo venereus, & ſimilia, aut impurus concubitus præceſſit: Dolores autem Scorbutici quaſcunque partes indifferenter invadunt; alia adſunt Scorbuti indicia, aut ſaltem temperamentum admodum melancholicum prædominatur, & abſtinentia à concubitu: Quidam graviſſimis pedum, tibiarum & crurum doloribus diu afflictus fuerat, & ad extremam maciem deductus, ut maraſmum omnino incidiſſe crederetur: Cum nulla remedia per longum tempus uſurpata profuiſſent, ex temperamento valde melancholico, aliiſque ex ſignis præſertim quod caſtiſſimam vitam egiſſet; & quod à multis annis ſanguis illi è gingivis fluere conſueviſſet, Scorbuticum affectum fuiſſe conjecimus, & antiſcorbuticis remediis per aliquod tempus uſurpatis, convaluit. *Riverius.*

77. *Mitigatur cataplaſmate*) Contra hos dolores, ſiquidem acerbiſſimi interdum exiſtunt, præter generalem Scorbuti curandi methodum, remedia ſpecifica & ſymptomati iſti occurrentia indicantur: Itaque in tali caſu, Purgationis ritu bene inſtituto, etiam phlebotomia (ſi opus ſit) celebrata, & *pharmacia interna & topicis externis* morbum adoriri convenit: Quoad *prima*, quæ per ſudores, etiam & quæ per urinas movent, ſæpe juvamen præſtant, in quantum *ſanguinis & ſucci nervoſi recrementa lixivialia & acetoſa*, in parte affecta congredi ſolita, alio deducunt; potiſſimum vero adhibeantur, quæ utrumque humorem ad indole ſua prava, ſcilicet tum *ſalina* tum *acetoſa*, vindicant, *Pulveres teſtacei*, *oculorum cancri*, *mandibularum lucii*, *item ſpir. & flores ſalis armoniaci*, *ſpir. ſanguinis*. *tinctura antimonii*, *Coralli*; *Decoctum rad. & ſem. bardanæ*, *chamæpyt. chamædr.* adprime conferunt, Cujuſmodi remedia cum *aquis deſtillatis antiſcorbuticis* bis aut ter in die ſumantur, *Aqua deſtillata ex ſtercore equino*, additis *cochlearia*, *beccabunga*, *uva arthritica & ſimilibus* interdum valde proficua eſt: Interea *fotus*, *linimenta*, cataplaſmata, aut alius generis applicationes, quæ dolores ſedant, exterius admoveantur. *Willis.*

77. *Cataplaſma ex radice*) *Tumores crurum* efficaciſſime ſedamus, ſi accipiamus *alum & ſalis* āā. ℔v *herb. ebuli*, *ſambuc. thymel. ſolan. caul. rubr.* āā. *m.* j. *fol. abſynth. calamint. eupat, origani, puleg major. rutæ, quercus*, *lentiſc. rubi. m.* v *flor. chamom melil.* āā. p ij. *ſemin. aneth marath. aniſ. cumin. conquaſſat.* āā. ℥j *nuc. cupr. gallar. contr.* āā. *n°.* iv. *f. decoct. in lixivio ex cinerib. querc. aut ſtip. caulium* & cum ſpongiis expreſſis foveatur pars tumida. *H. Reuſnerus Exerc. de Scorbuto p. 517.*

78. *Dolor ventris*) Scorbuto adeo familiaris eſt, ut juxta idioma Germanicum exinde nomen acceperit. Hoc ſymptoma nonnullos affectos, in minori licet gradu, fere continuo affligit, cui alvus modo ſoluta, modo ſumme adſtricta adjungi ſolet: quorum ratio eſſe videtur, quod cum & *ſanguis*, & *ſuccus nervoſus* impuritatibus ſcatent, tum *arteria*, tum *nervi* materiæ excrementitiæ copiam verſus alvi cloacam deferunt, quæ circa *meſenterii* aut inteſtinorum tunicas defixa, fibras nerveas perpetuo vellicando, dolores cieat conſtantes.

Cæterum vero in quibuſdam Scorbuticis dolorum valde acutorum paroxyſmi, tanquam *affectiones Colicæ* frequenter eveniunt, qui per plures dies, imo interdum ſeptimanas protracti, laborantes miſerrime excruciant: nimirum hi, præ doloris atrocitate viſcera quaſi divelli & dilacerari ſentiunt.

Tormenta hæc vix ullis remediis niſi generoſioribus Opiatis compeſci ſolent, & quamprimum hypnoticorum vis abſumitur, cum ſolita atrocitate repetunt: paroxyſmo vero diutius perſiſtente, cruciatus ſæpenumero in *lumbos & dorſum* propagantur, & exinde demum in membra totius corporis diffunduntur, cujuſmodi affectioni non raro *paralyſis ſuccedit*.

Quod autem ſpectat ad *Colica Scorbutica* cauſam, haud probabile eſt, eam oriri ab acri materia intra *cavitates inteſtinorum* depoſita, nec etiam ab humore quopiam ſimplici, utut tetro, illorum tunicis impacto; hæc enim brevi diſcutiatur, aut in abſceſſum tranſeat; Porro iſte Enematum aut Purgantium uſu facile exterminatur.

Revera atrocia iſthæc *ventris tormina*, non ob aliam cauſam quam à *ſalium* (qui diverſæ ſunt indolis) ſimul congredientium mutua lucta & effervecentia, qua quidem fibræ nerveæ ab invicem divellantur & quaſi dilacerentur, provenire poſſunt: Enim vero ſupponere licet, *ſucci nervoſi recrementa quædam acetoſa*, ſtagmatis vitriolici æmula, circa *meſenterii plexus*, aliaſve iſtius regionis partes nerveas copioſe aggeſta, quibus deinde à *ſanguine arterioſo* effervecente colluvies ſeroſa ſalis fixi & velut *lixivialis* particulis abunde referta advenit, eumque iis turgeſcens, dolores velut lancinantes producit: *Seminii morbidi prioris* mineram è *capite* nervorum ductu in imum ventrem deſcendere hinc arguere licet, in quantum cephalalgiæ immanes, necnon vertigo, & ſcotomia, ejuſmodi colicam ſæpiſſime præcedunt, eique non raro ſuccedunt.

Porro è *maſſa ſanguinea* particulas *ſalis fixi*, quaſi deliquium paſſis, abunde ſuppeditati, hinc conſtat, quoniam urgente hujus morbi paroxyſmo, ægrotantium urinæ coloris ſaturati, & ſale plurimum refertæ, quaſi lixiviales appareant, earumque ſuperficies ſæpenumero, inſtar caudæ pavonis, diverſis coloribus variegatur;

quamprimum vero morbus declinare incipit, urina melius habet, atque hinc convaleſcentiæ ſpes & ſigna deſumi ſolent.

Quod autem *ventris affectio* ſæpenumero in *lumbos* propagetur, ratio eſt, quoniam *nervi lumbares & meſenterici* intime communicant, ac pluribus in locis inoſculantur mutuo: quare cum materies dolorifica in horum ductibus ſuperabundat, in vicinos illorum proceſſus facile tranſit.

Deinde autem quod morbo ingraveſcente, *dolores per totum corpus diffuſi* ſingula fere membra ac artus affligunt, ratio eſt, quia cum uberior *ſeminis morbidi* penus in capite progignitur, quam ut totus in nervorum imprimis affectorum, ſcilicet *paris vagi & intercoſtalis* caudices derivari poſſit, pars ejus, aliorum inſuper nervorum etiam ſpinalis medullæ corpora ſubiens, in plurimas totius corporis partes mineram morbificam *ſalis acetoſi* participem explicat, quæ ubique *ſalis fixi*, è *maſſa ſanguinea* acceſſu ἀλγημαλώδης evadit; denique poſtquam nervis una plurimis materia incongrua, ſcilicet poſt mutuas humorum efferveſcentias reſidua, obſeſſis; & valde repletis ſpirituum copia profligatur, emanationum viæ obſtruuntur; eorumque mutua commercia abrumpuntur, nihil mirum eſt, ſi diuturni dolores, ultimo in paralyſin terminantur.

Nec tantum in medio ventre, ubi circa *meſenterii plexus* cauſa morbifica ſubſiſtere videtur, ſed in aliis circumcirca locis dolores Colicis haud inferiores, exoriri ſolent; Novi Virginem cruciatibus acerrimis prope os pubis, ſupra menſis ſpatium durantibus; & pro data occaſione repetere ſolitis, abſque ulla calculi, aut ulceris circa vias urinarias ſuſpicione, obnoxiam fuiſſe: Cujuſmodi affectionem à materia morbida *plexibus nerveis* in *hypogaſtrio* conſitis impacta, dependere arbitramur: Porro familiare eſt Scorbuticis in hypochondrio, modo dextro, modo ſiniſtro, modo circa ventriculi regionem, dolorum valde atrocium paroxyſmos capeſſiri, quorum cauſas in *plexibus nerveis* ad viſcera ibidem conſita pertinentibus, latere putamus. *Willis.*

79. *Interdum ita lancinat*) Dolor Scorbuticus abdominis adeo eſt urgens, ut cæteræ ſpecies ſint ſaltem riſus jocuſque, de quo nemo melius ſcripſit quam *Drauviz.* qui recte demonſtrat hunc ipſum oriri ex *convulſionibus inteſtinorum ac meſenterii*, cum percipiatur ab ægris quod inchoet dolor in dorſo ac regione lumbari, & hinc penetret ad interiora: inchoat ſcilicet ubi annectitur meſenterium, & pertingit interiora verſus uſque ad umbilicum: Admodum vagus eſt & uberrans; interdum in inteſtinis & abdomine convulſiones infert doloroſas; interdum hæ ceſſant, & superveniunt convulſiones artuum, quibus ceſſantibus repetit dolor abdominis, interdum pertinaciter abdomen afficit. *Etmuller.*

79. *Qui interdum ita lancinat*) Varie affligit ægros; ut plurimum conqueruntur circa vertebras dorſi ſe pati dolores lancinantes & lacerantes, unde totum abdomen ſimul dolore affligatur, Interdum umbilicus verſus interiora retrahitur, interdum totum abdomen tumet, Imo frequenter decipiuntur ægri, ut putent ſe laborare nephritide, ſed male, & utut urina ſupprimatur, non tamen ſtatim adeſt calculus: Complicati quidem interdum ſunt dolores, nephritici & abdominis, interdum ſeorſim affligunt, Conqueruntur de anguſtiis corporis, imo ſubinde eadem patiuntur ſymptomata, quæ mulieres hyſtericæ, & utut ceſſent dolores abdominis, tempore tamen extra paroxyſmum, conqueruntur de dolore lancinante circa regionem lumborum: Hi dolores ſunt ſpaſmi, ſeu motus convulſivi inteſtinorum & meſenterii, quorum fundamentum erat in plexu meſenterico nerveo, & ibi conſitis glandulis, quæ plexibus nerveis meſenterii vicinæ ſunt *Etmuller.* Dolores hos à lucta & congreſſu Salium diverſi generis deducit *Willis* Vide §. præcedentem.

80. *In peritonæi rupturam inciderint*) Id quod anno 1685. à me adnotatum in cadavere Dom. *Jolivii*, Mercatoris Gemmarii Genevenſis, qui ex affectus hypochondriaci neglecta cura, in hujuſmodi dolores incidit, qui per ſemeſtre immites tortores fuere: In mortui cadavere inteſtina denudata apparuere, Peritonæum & omentum lacera, ad ambitum ventris retracta; Affectus fuit ſcorbuticus, quem in Germania contraxerat, vel ejus rudimenta oris & crurum vitium deſiderabatur, alias Scorbuti indicia non deerant.

Oritur ab effuſione materiæ iſtius) Quid de cauſa horum dolorum ſentiant. *Willis & Etmuller.* Vide proxime.

81. *Curatur*) Nulla propemodum affectio curam requirit citiorem, quam quæ in Scorbuto frequenter accidunt; *Colica* & ventris tormina: Contra hæc mala *clyſteres*, varii generis fotus, *linimenta & cataplaſmata* adhibentur; *Opiatarum* uſus hic valde neceſſarius deprehenditur: Certe in hoc caſu illud *Riverii* præceptum, ut *cathartica purgantia* cum *laudano* admixto adhibeantur, maxime locum habet, namque ſomno concitato, ac alvi ſolutione ubetiori protritata, non raro alvus ſolvitur; Cæterum *Pulveres teſtacei*, à quibus ſales acetoſi imbibuntur, aut figuntur, cauſæ morbificæ profligandæ plurimum conducunt e. g.

℞. *Pulv. ocul. cancri, teſtar. ovor. ãã. ℥ß. margarit. ʒj. f. Pulvis, divid. in xii. doſes quarum una ſexta quâlibet hora ſumatur cum aqua ſcorbutica, vel cum decocto rad. & ſemin. bardanæ, aut etiam cum liquore Poſſetico,* cum *rad. & ſemin. bardanæ, fol. majoranæ odor. ac ſaxifragiæ incollis, foliiſque cochlear. infuſis.*

In *Colica ſcorbutica* etiam in ventriculi affectibus, *acidularum purgantium* uſus ſæpe egregium commodum præſtat. *Willis.*

81. *Curatur remotione cauſæ*) Quoad curam horum dolorum tres *Indicationes* obſervandæ ſunt: 1. Inteſtina leviter abſtergenda ſunt, blandis aſſumptis vel injectis. 2. Impetus convulſivi & ſpaſmi in inteſtinis & membranis abdominis tam generalibus, quam ſpecialibus ſcorbuticis, opiatis & temperantis, ſiſtendi ſunt, 3. Scorbuti cura primario attendenda, imprimis *Martialia* remedia, & ex pino ſunt optima, idque ceſſante paroxyſmo, aut extra eum. *Etmuller.*

82. *Remotione cauſæ*) Notetur experientia, quod Purgantia maxime noceant, ſymptomata exaſperent & dolores exacerbent, uſurpentur ergo ſaltem blande abſtergentia inteſtina: Inter aſſumpta eminet *ſerum lactis*, & imprimis olea expreſſa, *amygd. dulc.* vel ſolum, vel cum *decocto rad. alth.* aut *parietar.* hauſtum blande lenit & inteſtina abſtergit. *Idem.*

83. *Mitigatione per laxantia & clyſteres*) Præter memoratum *ſerum lactis*, olea expreſſa &c. laudantur *Clyſmata*, imprimis ex *lacte* vel ſolo, vel cum *ſaccharo*, Imprimis *lac* in quo diſſolvitur *terebinthina* cum vitello *ovi*, eſt egregium, in abdominis doloribus, idque imprimis ſi diu retinetur. Vel in uſu ſunt Clyſmata ex *ſero lactis* cui caſtoreum à ʒß. ad ʒj. ſit ſubactum, addita *ſyr. papav. albi* ℥j. ad ij. *Idem.*

84. *Elixir proprietatis valde prodeſt*) Quoad interna, convulſivi impetus ſunt ſiſtendi; præſtant hoc *ſalia volatilia oleoſa*, cum Opiatis mixta, Elegans in ſpecie remedium eſt ea *caſtoreo, cochlear. & cortic. aurant.* cum *ſpiritu ſalis armon.* mixta, addendo *laudani Op. hyſterici* aliquid: hæc ſubquacunque forma ſunt optima; Imo ſi diutius duret paroxyſmus, *Martialia* ſunt adhibenda; Præ cæteris *ſpiritus carminat. de tribus*, cum vehiculo antiſcorbutico quoque eſt nobiliſſimus: Cujus loco etiam

eò etiam poteſt ſumi *ſpirit. tart. volat.* mixtus cum *ſpirit. lumbric.* qui in ſero lactis aſſumpti ſunt optimi.

Externe imprimis convenit *Empl. Poterii*, quod ad Iſchuriam commendat; Interim in hujuſmodi doloribus, imprimis cum *nephritide notha* conjunctis, etiam præmiſſis præmittendis internis, ſequens remedium applicatum egregium eſt ex obſervatione noſtra, quod tale eſt.

℞. *Picis navalis* ℥v. *terebinth. vulg. flor. ſulph.* āā. ℥ß. *ſuccini. maſtich.* āā. ʒij. f. Ceratum lumbis applicandum, geſtetur aliquandiu, in dictis affectibus eſt egregium.

Vel abdomini imponatur *Empl. ex galbano* cum *ol. caſtor.* vel cum *balſamo peruv.* malaxatum, Nam eadem externa, quæ in hyſterica paſſione uſurpari poſſunt, conveniunt etiam in doloribus hiſce abdominis; Vel, quod melius eſt, *Galbanetum Paracelſi*, ſeu *ol. deſtillatum ex galbano & terebinth.* exterior abdomini largiter illitum calide, imponendo deſuper laterem calefactum, eſt efficaciſſimum.

Ubi deficiunt talia in uſu externo, fomenta humida & Cataplaſmata inſtrata adhibeantur, *ex baccis junip. flor. juniperi, naſturtii, hyoſcyami,* & ſimilibus in lacte coctis, abdominique inſtratis. *Etmuller.*

84. *Valde prodeſt*) Inter externa ad dolores colicos ſcorbuticos ſedandos, nil melius eſt, quam *hyoſcyamus viridis* in lacte coctus, & linteo impoſitus calide *Ventri. Joh. Drawitz. Tr. de Scorbuto.*

85. *Qui eſt macularum prodromus*) Vide §. *Differentia.*)

86. *Medicamento ex floribus*) Cum nulla pax ſtabilis foret, cepi tandem ex *lactis cremore, flor. chamæm. herb. naſturtii aqu. & baccis junip. in lacte decoctis* Cataplaſma facere & calidum imponere, & Dei beneficio viſus ſum mihi panacæam mitigantem omnium dolorum inveniſſe. *Balth. Brunnerus Tr. de Scorbuto.* Ex quo deſumptum *medicamentum illud ex flor. &c.*

Dolores ex Scorbuto in diſtiortis artubus, brachiis imprimis & pedibus, conſiſtentes, *deſtillatum galbani*, cum *ſpir. veneris* mixtum, ut eo membra dolentia, modo calor abſit, inungantur, egregie prodeſt. *J. Drawitzius Tr. de Scorb.*

Ad dolores articulorum Scorbuticorum, applicuimus *ſacculum* impletum *ſale toſto, milio toſto, furfure & flor. chamom.* ab eo calide admoto, dolor incantamenti inſtar ſedatus eſt. *Foreſtus l. 20. obſ. 11.*

Ad dolores articulorum vagos in nucha & cruribus, hæc Tinctura balſamica maxime laudatur.

℞. *Spir. lumbr. terreſtr.* ℥v. *ſal. armon.* ℥ß. *cochlear.* ʒij. *diſſolve ſaponis Ven.* ℥ij. *camph.* ʒvj. *opii* ℈j. *croci* ℈j. ms. digere per aliquot dies & noctes, filtra, & ſerva. Ex linteo prius calefacto applica. *Hertodius crocolog. p. 196.*

Ad dolores, externe præprimis commendatur *ſpirit. lumbric ſimpl. & comp.* Ego ſic præſcribere ſoleo.

℞. *Spir. lumbric.* ℥iv. *ſpir. theriac. camphor.* ℥j. *cochl.* ℥ß. *eſſent. caſtor.* ʒij. ms. Vel

℞. *Spir. lumbric.* ℥v. *ſal armon.* ℥ß. *cochlear.* ʒij. *in quibus diſſolve ſapon. ven.* ℥ij. *camph.* ʒvj. *Opii* ℈ß. ms. digere per aliquot dies, poſt filtra; *Mollenbroccius de Varis c. 14.*

Ego cuidam ordinavi *Cataplaſma ex beccabunga, cochlearia, naſturtio aqu.* & malva, quod incantamenti inſtar dolores intolerabiles ſedabat, membraque diſtorta reſtituebat. *Idem.*

87. *Qui vel ſub noctem*) Quos exaſperare ſolet uſus *Mercurii & mercurialium*, quapropter in cura Scorbuti monent Practici ut abſtineamus; graves quippe excitant phlogoſes, æſtuationes & anguſtias corporis. *Etmuller.*

μ *Variarum corporis partium lancinationem*) Dolores vagi nunc hanc, nunc illam partem occupant, propter halituum flatuumque, quin & humorum quoque volatilitatem magnam, propter quam facile poſſunt locum mutare, atq; ex una parte transferri in aliam *Fr. Sylvius.*

88. *Dolores hypochondriorum in circumſcripti*) Frequenter laborant Scorbutici *doloribus* nunc *vagis*, nunc *fixis*, imprimis *doloribus cruciantibus abdomen*, qui inchoant in dorſo, pergendo ulterius, ad regionem umbilicalem, & dictas partes quaſi convellendo, onde putant ſe laborare *nephritide*, ſed male, potius nephritis notha vocanda eſt, quæ interdum umbilicum interiora verſus retrahit: Verum quidem eſt, quod abdomen intumeſcat, & ſi intumeſcat, etiam indureſcat, non à flatibus, ſed à ſpaſmo & tenſione membranarum. *Etmuller.*

89 *Nephritici*) Quandoque dolores Lumborum *Nephriticos* æmulamur, & cum iis urinæ impenſe rubræ aut etiam atræ minguntur, & niſi diligenter conſiderentur, pro cruentis habentur, & è renibus à calculo læſis provenire creduntur, cum tamen ex materia tartarea & ſcorbutica, à liene viciniſque partibus ad urinæ vias effuſa, proveniant. *Riverius.*

90. *Dolores capitis*) In Scorbuto non minus moleſtiæ circa partes extremas, ſcil. *Caput & crura*, quam circa pectoris regionem ſentitur: *Cephalalgia* enim morbo iſti tam raro deeſt, ut multi potiſſimum hoc affectu virus ſcorbuticum luant, cujus nempe mali paroxyſmis graviſſimis longo tempore protractis, & crebra vice repentis obnoxii fiunt: Hujus cauſam unicuiq; obvium eſt, humoribus in meninges ſuffuſis adſcribere, quod etiam *αὐτοψία* comprobavit, Nam in quorundam defunctorum capitibus apertis, utraſque meningas coalitas, & tuberculis ac tumoribus ſcirrhoſis per totum obſitas vidi, Cujuſmodi tumores & concretiones à gemini humoris dolorifici, poſt crebras effervescentias, mutuis coagulationibus exoriri videntur. *Willis.*

91. *Ut in majore dozi*) Contumaciſſimi & atrociſſimi ſunt dolores capitis Scorbutici, lancinantes, rodentes, lacerantes, nocturno præſertim tempore gravius affligentes, nec facile niſi appropriatis ſcorbuticis tollendi: Hinc interne Decocta ſudorifera, præſertim ex *ligno Juniperino*, cui raſura *ligni buxi* addita remedium magis reddit appropriatum, ſunt uſitata: *Hinc lac*, quod ſicut alias per conſenſum ſolet inferre dolorem capitis, ita in Scorbuto eſt optimum remedium; demulcendo acrimoniam Salis ſcorbutici.

Externe veſicatoria prope aures applicata, Itêm *Epithema oculor. Cancr*, Item *far. papav. rh. rec.* Contuſi & applicati conveniunt. *Etmuller Pr. Part. 2. p. 353.*

92. *Arthritis, de qua nota vagam eſſe*) Hic affectus, qui Scorbuti ſymptoma eſt, variiſq; nominibuſq; donatur, & primo quidem *Vari*, etſi Wierus ſatius eſſe putat *Varenos* appellare, Latinis dicitur *Arthritis vaga ſcorbutica* nominatur *vaga*, ob motum, quia non una moratur ſede, ſed hinc & inde vagatur; *Scorbutica* autem ratione materiæ, eodem modo quo à qualitate venenata materiæ tartareæ (*venerea*) arthritis dicitur *Gallica*, *Albucaſis l. 2. c. 93.* cujuſdam affectus meminit, qui Arabibus *Nakas* dicitur, quem nonnulli & non male, ſi non eundem, cognatum tamen huic affectui eſſe putant; Græce *δρυμοσκώληκας, ἢ σκωληκὰς ἀμφιδέρμους*, id eſt cutambulos, & vetedanos vermes, probari vocare poſſe putat *Salomon Albertus Diſp. 1. de Scord. § 29.* non quod vermini generis ſit affectus, uti *Angerius Clutius* putat, ſed quod inſtar vermium horum hinc & inde diſcurrat.

Eſt autem *Arthritis vaga Scorbutica dolor partium nervoſarum & tendinoſarum vagabundus, à Sale Scorbutico volatili exortus.* Dolor autem cum aliis fixus ſit, ſtabilis, *μόνιμος*, quando materia morbifica in aliqua parte fixa eſt & hæret, Alius turgidus, vagabundus, *διαιτεῖται*, quando materia morbifica *ὀργᾷ*, & à parte mandante alio & hinc inde transfertur, quemadmodum fieri ſolet in hoc affectu, qui vagabundus eſt, ac inſtar

vermiculi depaſcentis nervoſas & tendinoſas partes ſubito & nonnunquam momento, variis in locis exedit & corrodit, Non enim certam aliquam occupat partem, ac in ea fixus hæret, quemadmodum Arthritis communis, ſed modo hanc, modo illam invadit, ſic ſi jam manum occupet, celeri curſu ad brachia, ad digitos, ad dorſum &c. pergit, id quod non ſine adſtantium admiratione in pluribus prædixi, & obſervavi, qui jam digitos manus dextræ, aut ſiniſtræ, modo brachia, modo pedes lancinari conqueſti ſunt; Sic ſopitis pedum doloribus, mox ſcapulæ afficiuntur, è veſtigio manus cruciantur: Fitque hoc modo mira quædam ac cita ſurſum deorſumque, per membra factarum diſcurſionum viciſſitudo; Et quamvis certam aliquam quandoque obſideat partem, in illa tamen non hæret, ſed eam modo lancinat, modo relinquit, & ita non adeo conſtans eſt, niſi errore Medici & Ægri fixam ſibi ibidem acquirat ſedem.

Subjectum itaque ejus, ſunt *partes nervoſæ & tendinoſæ*, quatenus nimirum membranis, utpote quæ potiſſimum tactus organum ſunt, conſtant, Idque probat 1. natura affectus, qui pungendo & rodendo eum in modum adoritur, ut imperitus aliquis Medicus ægrum facilius inſania aut melancholia laborare; quam tantis intolerabilibus laboribus affligi credat. 2. quia dolores maxima parte in dorſo lumbiſque, ubi medulla ſpinalis latitat, exuriuntur. 3. quia motus læditur, conſtatque experientia non raro hunc dolorem paralyſin ſequi, ita ut ægri nullo inniti queant membro; imo quibuſdam membra valde diſtorquentur & contrahuntur, ut in quodam vidi, cujus pedes ita diſturquebantur, & contrahebantur, ut reſtitutionis nulla fere ſpes appareret, ſed admotis tupicis approprians, intra horæ quadrantem, magna cum admiratione reſtituti ſunt. 4. quia ægri nervos roborantibus levantur. *Mollenbroccius Tract. de Arthr. c. 1. & 2.*

Ab ejuſmodi ſcorbuticis doloribus diſtortas manus & pedes, cum tophis vidi in Medicinæ Doctore, Dom. *Bouchardo*, quem Monſpelii noveram anno 1642. Hic decennio poſt mihi occurrit Genevæ, Thermas Aquiſgranenſes adiens, Quis eventus fuerit non reſcivi.

91. *Vagam eſſe deprehendi*) In genere prodit ſe hic affectus, utplurimum late vagantibus, aliquando & ſerpentibus hincinde, inſtar æſtuantium pediculorum, doloribus per omnes fere corporis partes exteriores, præcipue tamen ſpinam dorſi & lumbos, ſoletque à parte aliqua primum ſumere initium, celeriter progrediens per reliquas; Deprehenditur tamen ſubinde in una aliqua ſolummodo parte radices egiſſe, & in illa nonnunquam cum cruciatu moveri in modum arthritidis, ex tenuis materiæ defluxu naſcentis.

Cognoſcitur quoque ex modo curationis, applicatione *lumbric. terr.* & potione ex his vermibus & aliis ſpecificis: Sin enim tali potione, vel ſpecificorum exhibitione curatur affectus, pro certo Varenos eſſe putato; Sin minus contra, ait *Wierus*; verum hujus rei experimentum ſe nondum feciſſe aſſerit, nec ego, an hoc ſignum certum ſit, affirmare auſim.

In ſpecie ea Arthritidis vaga, quæ *tumoris expers* eſt (vide inferius *Differentias*) peculiarem & extremam corporis maciem, & quaſi maraſmoden, cum qualicunque articulorum impotentia conjunctam habet: Quæ vero *cum tumore* eſt, non raro maculas & ulcera poſt ſe relinquit. In utraque illud commune eſt, quod 1. nocte, ut in lue venerea, dolores magis magiſque exacerbentur, quod peculiari hujus humoris ſcorbutici, utpote qui utplurimum noctu exacerbari ſolet naturæ, & non plumis, ut vulgus putat, adſcribendum eſt, tunc enim in alio etiam loco calido cruciatus augeri poſſunt.

2. Ægrorum appetitus non denegatur, & tamen magis magiſque attenuentur, quod fit tam ob ſal ſcorbuticum, fermentum ventriculi non modo inquinans, ſed & cum ſanguine exacte miſtum nutritionem impediens; Omne enim ſal extenuat atque exſiccat; quam ob venarum lactearum obſtructionem, chyli ad cor, ſanguinis officinam diſtributionem impedientem, Nonnunquam tamen cibum omnem averſantur, Scorbuticum enim *μίασμα* ventriculi naturalem temperiem ac tonum alterare, ejuſque fermentum corrumpere aptum natum eſt; Quod autem quorundam appetitus ſalvus ſit, fit ob ſalſorum & acidorum humorum in ventriculo abundantiam: experientia quippe docet in iis qui talibus humoribus ſcatent, appetitum vigere.

4. *Vrina* ſanorum urinæ ſimilis fit, interdum vermiculi quidam, iis qui in putridis caſeis eſſe ſolent ſimiles, fundo matulæ innatant, nonnunquam alvi excrementis immiſti videntur; quod quibuſdam certiſſimum hujus morbi ſignum eſt: non pauci Medici hodie magnos quoſdam in ſcorbuticis lumbricos obſervarunt.

5. *Alvus* in plurimis fit adſtrictior.

6. Dolores ſunt ignei & corrodentes, quanquam cum ſal ſcorbuticum nondum ſummam acquiſiverit acrimoniam, hi dolores non tam atroces, ſed tolerabiles ſunt; Interdum tanti, ut per veneficia inductum hunc affectum nonnulli credant.

Arthritidis Scorbuticæ currentis Signa ſunt 1. Dolor in principio non diu in uno loco perſiſtens, ſed ab uno membro ad aliud progrediens, 2. impotentia partis affectæ, ita ut illam æger movere nequeat, niſi ſano ipſi auxilio veniat, quæ tamen impotentia una cum doloribus deſinit.

Perſiſtentis autem ſignum eſt in certo loco permanentia, ubi cum arthritide communi convenire videtur, aſt facile inter ſe diſtinguuntur, 1. *ratione motus*, Dolores enim arthritici communes in parte aliqua fixi hærent, vagi vero licet in una parte ſint, brevi tamen ipſam relinquunt & redeunt. 2. *ratione cauſæ*, In illa arthritide materia tartarea eſt, quæ à natura expulſa circa articulos coagulatur & concreſcit, In hac ſal ſcorbuticum, id eſt quod peculiari modo corruptum eſt, ac malignam acquiſivit naturam, unde fit, ut ſi tartarus corrumpatur, ac in ſal ſcorbuticum degeneret, non raro ſcurbutus & arthritis communis conjungantur, ac in uno habitent hoſpitio. 3. *Ratione curationis*: Si enim arthritis ſpecificis mitigetur antiſcorbuticis, ſcorbuticam arthritidem eſſe, haud difficulter colligendum, & ſic hi affectus ex juvantibus & lædentibus internoſci poſſunt. 4. Ratione *ſignorum & ſymptomatum*, ſi ſcilicet alii ſimul ſcorbuti ſymptomata adſint, de Varenis Medicus ſit certus. *Pulſus* quoque *& urina* non parum hic faciunt, Pulſus enim in ſcorbutica arthritide longe diverſus eſt ab illo qui in communi: Sic etiã in urina materia tartarea rubra, in fundo matulæ conglobata, Scorbutum prodit. Tumor quoque & rubor in communi arthritide ſemper, in ſcorbutica vero interdum adeſt, febris etiam illam plerumque comitatur, hanc vero raro, Non autem ſemper ex febri arthritis communis conjicienda, cum ſcorbutus non raro etiam cum febri conjungatur. *Mollenbroccius.*

94. *Si præſertim topica frigida apponantur*) Cautiſſime eſt quod fricatione panni calidi dolores mox remittunt, mox in alio loco ſe manifeſtent. *Etmuller.*

94. *Topica*) Quoad *Externa*, in more quibuſdam eſt, ut applicent partibus dolore vago correptis *linimenta oleoſa ex oleo lumbric. chamæm. pinguedine anſer. anati.* &c. ſed male. Scorbutus enim, & affectus doloroſi ſcorbutici (quod etiam valet in paralyſi & contractura ſcorbutica) non ferunt talia quæ poros oblinunt, ſed potius quæ conſervant inſenſibilem tranſpirationem ſalvam; Omiſſis ergo his pinguibus (ad quæ refertur *Balſam. podagr. Rulandi, & Fomentis de lacte, & cataplaſm. ſimpl. in lacte* coctorum, nam etiſi calida poros recludunt, tamen ſi frigefiunt, & quia humida ſunt, ſtringunt poros)

Foru

Fotus ſicci, vel *decocta* & *lumbricorum* & *formicarum* calide toto membro excepta faciunt ut membra ſudent, ſub quo ſudore ſiſtitur dolor, in ſpecie ſi linteis calidis abſtergatur ſudor. *Spirit. lumbric.* aut *liquor*, item *ſpirit. formicar. cum calce viva* deſtillatus affunditur *aqua vel ſpiritus vini*. Item *ſpir. ſalis armon.* cum *calce viva* ſolitarie vel mixtum cum *ſpir. baccar. juniperi* illinatur.

Si *ardor* & *ruber* in parte dolente, & quaſi *eryſipelas* excitetur, in dictis ſpiritibus ſolvatur *camphora*, quæ ardoris ſenſum ſolet ſiſtere. His adde catapl. ex *ſterc. vacc. rec.* ſubacto cum *lumbricis* contuſis, tepide admotum repetitum dolores ſiſtit. *Etmuller.*

Oleum lumbric. ranar. & lumbric. non raro ſunt valde proficua. Accepi à viro inſigni, huic morbo valde obnoxio, quod *aqua è contentis in ventriculo bovis nuper mactati* exemptis, per diſtillationem prolicita, & cum petiis ei calide intinctis, pro Fotu applicitis, levamen certiſſimum afferret. *Willis.*

95. *Cum dolore*) Dolor ſcorbuticus unus idemque eſt, ſed varius ut vix deſcribi poſſit, quibuſdam medulla in oſſibus vellicari videtur, Alii carnes ſibi digitis quaſi divelli & dilacerari putant, Nonnulli quaſi pungerentur, Aliqui de urente quaſi queruntur dolore, Alii ne quidem eum explicare vel deſcribere poſſunt; Hic dolor eſt quaſi vermiculus nervoſas & tendinoſas partes exedat & corrodat. *Mollenbrocius.*

96. *Ab humoribus ſeroſis tenuibus, & ad motum promtis oriri*) *Greg. Horſtius Epiſt. ſect. 2. p. 353.* ſcribit cauſam hujus affectus propriam & proximam nihil aliud eſſe quam *tartarum ſcorbuticum* reſolutum, *Hen. Petreus in Reſp.* ſpiritus ſalium tartareorum acres reſolutos vocat, & cum fluxili materia humorum ſingulari proprietate nervorum ac muſculoſum genus petente permixtum: Quod Ego in definitione nominavi *Sal Scorbuticum volatile*, quod in deſtillatione ſanguinis hoc affectu laborantium aperte demonſtrari poteſt, ſi quidem in eo plus ſalis volatilis, quam fixi invenies. *Grembs l. 2. p. 174.* ſtatuit ſpirituum influum alieno fermento & ſemine exotico deturpatum; quod fermentum alienum, & ſemen exoticum, ſane nihil aliud eſt, quam ſal ſcorbuticum. Hoc enim ob ſuam acrimoniam continuitatem partium facile ſolvere, & dolorem talem præſertim in partibus nervoſis & tendinoſis, utpote valde ſenſibilibus, excitare valet.

Salis hujus acrimonia ex nimio & fere intolerabili dolore innoteſcit, & ex eo quod *Doringius l. de Med. & medico p. 109.* refert, ſe in quodam ſcorbutico hæmorrhagia narium laborante, vidiſſe linteamina, quibus ſanguis excipiebatur, ab eo ipſo corroſa.

Volatile autem debet eſſe hoc ſal, fixum enim ſi eſſet, partibus tenacius adhæreret, nec ita hinc inde vagari poſſet, uti in arthritide communi patet; Volatile itaque cum ſit, hinc inde, hinc & inde nervoſis & tendinoſis partibus moleſtiam creat, eaſque lancinat.

Vehiculum autem in quo reſidet, ac cujus beneficio ita vagari poteſt, eſt humor ſeroſus ſeu ſerum quod ſal alias, teſte *Schenckio*, crebrius comitatur; Negari quidem non poteſt, plures in Scorbuto humores abundare, humorem melancholicum ſcil. atram ac flavam bilem, ac pituitam, quos ſanguis ex vena ſecta ſcorbuticorum emiſſus clarè oſtendit, ſed hi humores hujus ſalis in hoc affectu vehiculum eſſe nequeunt, cum nimis ſint craſſi & ad vehendum inepti; Nam hic dolor hinc & inde vagatur, citoque etiam fit & deſinit, quod fieri non poſſet, ſi in craſſiori latitaret humore, utpote qui tardius movetur, & plus temporis ad ſui ablationem requirit, ut in quartanæ ac obſtructionibus hepatis ac lienis, tumoribusque duris videre eſt; Præterea tubercula quædam aliquando in hoc affectu apparent ſimilia affectui *Eſſere* dicto, quæ tamen mox evaneſcunt; quod ſane fieri vix poſſet, ſi materia vehens non tenuis, & ſal hoc non volatile eſſet. Ob ſuam itaque ſubtilitatem in multa membra vagatur, & ſicut invaſio inexpectata prorſus & vehemens exiſtit, ita quoque celeriter cedit: Interdum tamen humori iſti tenui ac ſeroſo craſſum admiſceri, & ſal iſtud volatile figi poſſe non repugno, nam hic dolor aliquando diutius ſolito in loco affecto perſiſtit. Quandoque ſanguis plane inculpabilis videtur, & tamen dolores ſunt atrociores, quod fit ob nimiam ſalis hujus volatilis acrimoniam, unde fulguris inſtar nervoſas aggreditur partes, ſicuti in quodam obſervavi, in cujus faciei parte ſiniſtra dolor talis levi aliquo motu excitabatur, & in momento diſparebat; Imo ſed rariſſime humores, ut & ſaliva, ſenſibili acrimonia & ſale deſtituuntur, ſed malignitas exaltatur. Quale autem ſit, & quomodo generetur hoc Sal, explicatu non ita facile eſt, Scorbuticum hoc eſſe dico, quod non ſolum acrimonia, ſed & maligna qualitate præditum eſt. *Mollenbrocius.*

97. *Ab humoribus ſeroſis*) Hæc ut plurimum vagas partem, modo hanc, modo iſtam ſucceſſive, modo ſimul plures afficit; atque una ad aliam, vel ab his in illas tranſilit, à *duplici ſemine*, non ſecus ac *colica* ſuperius deſcripta (vide §. *ventris dolores*) pendere videtur; attamen modo prorſus inverſo, Enimvero ſupponere licet in hoc morbo *ſalis fixi* plures quaſi congeries è maſſa ſanguinea hic illic circa membra, aut articulos, velut totidem nidos diſponi, quæ quidem intra totidem cellulas diſtinctas reconditæ, tanquam piſcium ova, ſive *ſemen fœmineum* maneant; quibus poſtea liquoris nervoſi recrementa acetoſa, velut *ſemen maſculinum* accedant, eaque fertiles reddant; namque in quantum ſales *diverſæ indolis* una commiſti valde effeveſcunt, proindeque a mutua particularum lucta & agitatione, membranæ, fibræque nerveæ inſigniter vellicatæ, in corrugationes dolorificas aguntur.

Revera primam hujus morbi, ſicut etiam *arthritidis communis*, *mineram*, à *maſſa ſanguinea* depromi, eamque a *ſucci nervoſi* recrementis actuari inde conſtat, quia cum dolorum inſultus in variis partibus ſimul aut ſucceſſive oriuntur, ſanguis haud ſupra modum effeveſcere, nec ſalſamenta ſua tunc temporis deliquium paſſa, copioſius exuere videtur, quippe nec pulſus citatior, neque urina lixivialis evadit: Attamen urgente paroxyſmo, acetoſa ſucci nervoſi recrementa, fluorem pati arguunt prægreſſæ utplurimum cephalalgiæ, capitis gravedo, aut vertigo, membrorum inquietudines, & non raro tendinum ſubſultus, cujuſmodi ſymptomata dolorum inſultus ſæpe præcedunt aut comitantur. Huc etiam ſpectat quod liquores acidi epoti paroxyſmos arthriticos acceſſunt. In ſcorbuto ſiquidem utraque minera uberius progignitur, arthritidis nidi longe plures jaciuntur, in uſque dolores multo citius pullulant.

Porro è ſanguine valide impuro, *materies ſalina*, ſive *tartarea*, non tantum in pedum aut crurum articulis, ſed ubique fere circa membranas & muſculorum interſtitia aggeritur. Cui etiam à *ſucco nerveo copula acetoſa* pluribus in locis ſuffuſa, dolorum prolifica exiſtit: dein quatenus utraque minera in materia minus craſſa conſiſtit, atque in locis patentibus colligitur, brevi utplurimum tempore, aut à ſero affluente eluitur, aut à calore diſſipatur, vel à ſanguine reſorpta aliò transfertur. *Willis.*

Fundamentum hujus Pathematis eſt *Sal ſcorbuticum*, vellicans fibras nerveas motrices carneas, magis tamen affligens partes tendinoſas in articulis. *Etmuller.*

Rheumatiſmus.

Prout ab Authoribus deſcribitur, Scorbuto inveterato crebro ſupervenit: cujuſmodi affectio dolores fere in omnibus corporis partibus ſeriatim excitans, licet *Arthritidi vagæ* ſuperius deſcriptæ, ſimilis appareat, tamen ab ea differt, tum reſpectu dolorum, qui in Rheumatiſmo citius tranſeunt, & crebrius ſedem mutant, iiſque *febricula*, & partium affectarum *tumor* & *phlogoſis* utplurimum adjunguntur; Tum ratione *cauſæ conjunctæ*, quæ quidem iſti, quæ *Colicam ſcorbuticam* parit, affinis, *arthritis vagæ* cauſa inverſa eſt, videtur enim quod in primum hujus morbi apparatum *minera acetoſa* à *ſucco nervoſo*, quaſi *ſemen fæmininum* pluribus in locis deponatur, cujuſmodi ſymbolis hic illic varie relictis, dum *ſanguis* effervescens exuvias ſalinas copioſe rejectas ſuffundit, ſtatim à mutua particularum diſſimilium lucta & congreſſu *dolores* inferuntur. Porro quia ſanguinis recrementa in medio ſuo decurſu expoſita, motum ejus aliquatenus impediunt; idcirco in parte affecta *tumor* & *phlogoſis* inducuntur, dein quia ſanguis materiam à ſe modo rejectam denuo reſorbet, ac alio transfert, dolorum ita crebræ metaſtaſes ac motationes contingunt.

Hunc affectum à ſalium, qui ſunt diverſæ proſapiæ ac indolis congreſſu provenire diximus. Utriuſque ſalis ſubjecta ſunt fæculentiæ ſuperfluæ, à prædictis humoribus in turgeſcentias quaſdam actis, depoſitæ, atque in partes modo has, modo illas ſuffuſæ. Quare ut morbus curetur, & *humorum turgeſcentiæ* ſedentur, & *fæculentia eorum ſuperflua* expurgentur, etiam *ſales utroque ritu degeneres ad volatilitatis ſtatum deducantur.*

Propter duas priores intentiones levis *purgatio* & *phlebotamia* imprimis requiruntur, & aliquoties pro tolerantia virium iterari debent; quin & *diuretica*, & *diaphoretica*, quæ ſeroſitates ſalinas quoquomodo foras convehant, ſubinde exhibeantur. Cujuſmodi evacuationes, ut ſedatæ & cum meliori εὐφορίᾳ & naturæ aſſiſtente melius ſuccedant, *Opiata* crebro ſint in uſu. Propter *alterum ſcopum*, in quo præcipuus curationis cardo vertitur, *alterantia*, & præſertim ſale volatili prædita, conducunt, quare in hoc caſu vulgaris, ſed non contemnenda medicina eſt, *Infuſionem ſtercoris equi maſculi in vino tenui* aut *cerevisia*, aut *aqua deſtillata appropriata factam ab* ℥iv. *ad* vj. *bis aut ter in die propinare*. Quin & pharmacum paulo gratius, & non minus efficax parari poteſt, ſi ex *ſtercore illo cum ingredientibus antiſcorbuticis, vino albo* aut *pomaceo infuſis, aqua* deſtilletur, quæ ad ℥iij. vel iv. bis in die exhibeatur, *ſpiritum c.cervi ac ſanguinis ſæpius in hoc caſu cum inſigni ægri* commodo præſcripſi. *Willis.*

97. *Ad motum promptis oriri*) Cur hoc ſal nervoſis & tendinoſis partibus, & non aliis infeſtum ſit? ratio dari nequit alia, niſi quod ex totius ſubſtantiæ proprietate hoc fiat; quemadmodum ſalia quædam (variæ enim & non uniuſmodi ſunt ſalia in corpore noſtro) oſſibus tantum ſunt inimica, eaque illæſis partibus reliquis, corrumpunt, ut fit in ſpina ventoſa, Cujus exemplum vidi in Epiſcopo quodam, in quo poſt mortem cranii pars quædam magnitudine imperialis ſeparata, & corrupta eſt. Sic venena quædam hanc vel illam partem magis lædunt. *Mollenbrocius.*

98. *Si loco maxime dolenti lumbricus*) Ejuſmodi experimenti ratio, (ut videtur) hæc eſt, *Doloris & tumoris* in parte affecta excitati cauſam eſſe ſtatuimus, quod à ſanguine *fæculentiæ ſanguineæ*, ſive *lixiviales*, ſimulque à ſucco nervoſo *acetoſæ*, in eodem loco depoſitæ, mutuo effervescunt non ſecus ac *ſpiritus vitrioli ſali tartari deliquato* commiſſus. Porro à tali particularum diſſimilium lucta & agitatione, uo *dolor & tumor* cieotur, ita quidem effluvia valde acria, & velut corroſiva copioſe abſcedunt, quæ lumbricum loco dolenti impoſitum nihilo minus quam ſuper liquores iſtos ebullientes ſuſpenſum enecant. Propter experimenti iſtius effectum morbi curatio per *lumbricos*, ſcil. remedia ex iis parata inſtituitur. *Willis.*

98. *Lumbricus*) Maxima inter hos lumbricos & affectus hujus cauſam antipathia eſſe videtur; plures enim obſervavi lumbricos vivos parti affectæ impoſitos cito emortuos eſſe; vel ſi ſpiritum eorum loco affecto adhibuerim, ſtatim inſignes eſſe exortos dolores, non aliter ac in exhibitione carminativorum flatus augeri ſolent, qui tamen dolores poſt brevi durantem pugnam cum ægri alleviamento deſierunt. *Mollenbroccius.*

99. *Inter ſudorifera*) Pro cura obſervandum ut in paroxyſmo 1. *Impetus ſalis ſcorbutici refrenetur.* 2. *volatilibus appropriatis*, vel per urinam vel per ſudorem iſtud *evacuetur.* 3. remediis appropriatis paroxyſmo declinante, vel extra eum mali *recidiva* præcaveatur,

Quoad primum peſſime faciunt qui in principio paroxyſmi uſurpant volatilia, fruſtranea, potius uſurpanda fixa, & impetum ſalis ſcorbutici peccantis refrænantia: Eminet hic *arcanum duplicatum Mynſicht.* ubi ſimul uſurpetur *antimonium diaphoreticum*, vel *cinnabar. antimon.* interdum *bezoart. Solare*, interdum adduntur *ſalia fixa alkalia*, quæ nunc ſpontaneo ſudore, nunc per urinam levant ægros, ita ut ſymptomata remittant, & dolores poſtmodum ſint minores, v.g.

℞. *Arcan. dupl. Mynſ.* ℈j. *antimon. diaphor.* ℈ß. *laudan. op. gr.* ij. da initio paroxyſmi.

Poſtmodum fiat acceſſus ad *volatilia*, eáque *generalia*, cum ſcorbuticis mixta, inprimis tamen fiat acceſſus ad *appropriata volatilia lumbricalia*, quæ ſunt ſingulare ſpecificum in arthritide vaga ſcorbutica, quibus inprimis tartarea volatilia addenda.

Hiſce etiam declinante paroxyſmo uſurpatis, Conveniunt poſtmodum remedia quæ malum ex ipſis artubus quantum poſſibile eradicant, & talia ſunt ex *pinu*: quorum loco non inconſulto *baccæ juniperi*, aut ex iis propinantur remedia, inprimis ex recentibus, nam & harum vis balſamica hic eſt egregia, unde *rob. juniperi*, expectando ſudorem, cum antiſcorbuticis miſtum eſt optimum; *Abſinthium*, *helenium* & ſimilia decoquendo, & expectando ſudorem, uſurpari poſſent. *Etmuller.*

Commendatur Potio vulgaris, ab *Horſtio* citata, dicta *Monaſterienſis.*

℞. *Salvia*, *beton. ruta*, āā. fol. v. *lumbricor.* cum cingulis *rubris in collo* n°. v. *Sabinæ parum*, & *rad. ſuccisæ numero* ij. *cum aqua flor. ſambuci contundantur*, & ſuccus expreſſus pro *Sudore movendo exhibeatur.*

Simile præſcriptum apud *Foreſtum* à Medico *Campenſi* proponitur, certe in hoc affectu *aqua Lumbric. magiſtralis*, in Pharmacopœa Londinenſi præſcripta egregie convenit: Quin *ſpir.* & *ſalem cornu cervi*, *ſp. ſanguin. flores ſalis Armon.* cum bono ſucceſſu ſæpius adhibiti: Porro *Pulveres teſtacei ſc. oculi cancr. corall. margar.* & vegetabilia quæ arthritidis antidota feruntur ut *rad. ariſtoloch. fol. camapyt.* [*chamæd.*] & *ſim.* antiſcorbuticis conjuncta morbi hujus ſanationi conducunt. *Willis.*

In arthriticis uti ſolemus *bezoardico martiali* cum *cinnabari* & *laudano op.* cum ſucceſſu, imo in Arthritide vaga ſcorbutica vidimus ſucceſſum ab *eſſentia opii liquida* circa noctem uſurpata feliciſſimum, ſive alternis diebus, ſive uno alteroque ex ordine ſumpto. *Wedelius.*

99. Sudo-

[99]. *Sudorifera)* Cum per Sudorem, ex ſententia plurimorum Medicorum, tertia fere morborum pars qui humanum corpus infeſtant, curetur, Sudorifera hic attingenda, nam per ea ſal hoc in exterioribus partibus hinc & inde vagans, ac ejus vehiculum ſerum, quod tenue eſt, haud difficulter expellitur, meque experientia docuit, præmiſſis præmittendis Sudorifera in hoc affectu plurimum præſtare, Potiora ſunt *antimon. diaphor. Sal abſinth. ſcabioſ. centaur. min. fraxini*, præſertim ſi cum ſpiritu nitri ſolvantur. & in cryſtallos redigantur, dozis eorum poteſt eſſe ℈ß. *Bezoart. miner. ſimpl. Bezoart. Solare, martiale, Bezoart. Joviale myn ſicht.* Ejuſdem *liquor diaphor.* ; *Lapis bezoar. or.* verus *Eſſentia lignor. D. D. Michaelis C. C. ſine igne præpar.* ſeu *philoſ. præpar.* non uſtum, utpote in quo ſpiritus, oleum, & ſal volatile, quod tamen ſudoris pellendi primaria cauſa eſt deperdita ſunt, quæ tamen in iſto adhuc reſtant, ut ex diſtillatione & odore, ſi particula ejus carbonibus injiciatur, apparet, *Spiritus C. C. mixtum ſimplex, ſ. diaphor. in peracutis, Tinctura Bezoart Michaelis* omnibus antecellit; A quibuſdam mixtura ſimplex ſantalo rubro tincta pro ea falſo venditatur.

Cinnabar. antim. egregiæ in hoc morbo debellando eſt virtutis. *Balſamum viperinum ex gelatina viperarum* addito earum ſale volatili & fixo.

Sunt vero hæc & ſimilia legitimo exhibenda modo, maoe ſcil. cooctione ventriculi abſoluta, alias enim humores crudi in univerſum corpus raperentur, malumque augeretur, Tempus omnium optimum eſt nocturnum, ubi calor internus concentratus fortior eſt, externus debilior. Nec copioſius quam par eſt provocandus eſt ſudor, ne utile ac inutile ſimul evocetur, ut monet *Palladius comm. in lib. 6. Epid. Hippocr.* Enormiter peccant qui ſudorem ad 4. vel 5. horas producunt, ægri vires reſiduas ſic reſolventes, Ego horam unam ſudando tranſgredi non permitto. *Moſenbroceius.*

[100]. *Appropriatum eſt)* Non multum difficile eſt quod commendat *Gr. Horſtius l. de tu. val. ſtud.*

℞. *Rad. ſucciſa* unc. j. *ſalſapar. ariſtoloch. rot. veræ* ãã. ʒiij.

Herb. cochlear, m ſ. ſalviæ beton. abrotan. rutæ, vincæ pervincæ ãã. *p. j.*

Sem. aquileg. ʒij.

Coqu. in aqua naſturt. beccabung. cochlear. ãã. *ad medietatem, cum hujus decocti* ℥ vj. *trajiciantur lumbrici terr. circulis in collo inſignitis, naſturtio & petroſelino per menſem enutriti, n°.* vij. add: *theriac.* unc. ß. *aquæ cinnam.* ℥ij. *ſpir. cochlear.* ʒ?. *mixturæ ſimpl. vitriolat. gtt.* viij. ms.

Hujus ℞. ℥iß. *adde bezoart. orient.* gr. v. *ſpir. terræ ſigill.* ʒv. ms. pro dozi ad ſudorem. *Mollenbroceius.*

[101]. *Lumbrici terreſtres)* Omnibus medicamentis palmam præripiunt, qui tanquam ſpecificum & peculiare bezoarticum in hoc affectu prædicantur, inprimis ij quorum colla annulis cinguntur rubris, & utplurimum in fimetis, circa cœmeteria & ſepulchra inveniri ſolent, Ex horum vermium uſu *Henr. Wierus*, & parens ejus *Johannes* ſtupendos effectus conſequuti ſunt, & triduo ac quatriduo ſæpe curarunt Varos, Et ſane ex iis parata remedia, præcipue cum ſale eorum volatili imprægnata, tam intra quam extra, petraro non penitus non debellant hoc malum. Et quamvis rationes curis hujus affectus antidotum & ſpecificum ſint, reddi vix queant, cum qualitas ea occulta ſit, manifeſtæ tamen quædam adduci poſſunt, & quidem 1. quod vim habeant diureticam, per quam ſalia fixa & craſſa exturbantur. 2. quod ſudorem moveant, per quem ſalia volatilia expelluntur, 3. quod obſtructiones reſerent. 4. quod nervos corroborent, eoſque præciſos, teſte *Dioſcoride* glutinent. *Idem.*

[101]. *Lumbrici terreſtres)* Utrum intus ſumpti tam cito profligabunt morbum ac illi exterius admoti? dubium. Utcunque *lumbrici*, uti & *limaces, aſelli* & alia animalcula exanguia, in quantum ſale volatili abundant, in remedium ſatis efficax non raro cedunt. *Willis.*

[102]. *Lumbrici terr. num. v.)* Utcunque remedium ex *Henr. Petræi Noſologia Harmon.* deſumptum. In prima præſcriptione 1x. lumbricos aſſumendos præcipit.

Qui vel ſiccantur, &c.) Interne uſurpentur *crudi*, vel depuri, ſcil. *conquaſſati infundantur vino, vel lacti* aut *ſero lactis*, quod infuſum mediocriter expreſſum hauriat æger quotidie bis aut ter. In *vino*, dum æger id ferre poteſt; aut, ſi abſit *febris*. Sin adſit, vel *phlogoſis*, in *lacte*. Alii decoquunt ſaltem in dictis vehiculis, & ſic propinant, ſed quia talia quandoque ægri horrent, propinetur eorum *ſpiritus*, ex iiſdem per putrefactionem elicitus, qui in *ſero lactis*, vel *lacte* ad ℥j. egregius eſt; cum quo D. D. *Michael* paravit elixirium, accipiens plantas arthriticas & nervinas exſiccatas, affundens *ſpir. lumbric. & cornu cerv. ſale proprio ſaturato*, & cum his extrahit *eſſentiam*, quam nunc ſolam ad ʒj. nunc cum *eſſentia pini* optime exhibuit. Convenit etiam *liquor piſtorius lumbricorum* in vaſe crustæ panis incluſo paratus. qui datur ad unc. ß. Quibus inprimis *tartarea* volatilia addend. *Etmuller.*

[102]. *Sabina unuli)* Ejus vis conſiſtit in oleoſitate volatili acri, uſus ejus tam internus quam externus. *Etmuller.*

[103]. *Scarabæi maiales)* Alias cantarelli ſcarabei unctuoſi, De hoc remedio ſic *Angerius Clutius de Hemerob. cap.* . ex *Epiſt. D. Schutii.* Vomitum, inquit, alvumque terribiliter ciet, cum horrendis ſymptomatibus, ardore urinæ & interdum lethali iſcuria; ego omnino cantharidum eſſe ſpeciem, ſi ex forma & effectis licet conjecturam facere.

[104]. *Paralyſis)* Affectus Paralytici, ſcil. *impotentia*, aut *reſolutio* unius aut plurium membrorum, item *ſtupor & formicationis ſenſus* Scorbuto ingraveſcenti crebro ſuperveniunt. Cujuſmodi tamen ſymptomata; ut plurimum non ſunt valde fixa & permanentia, verum modo ceſſant aut remittunt, mox repetunt & intenduntur. Scorbutica paralyſis potiſſimum ob tria diarum genera excitari ſolet, quæ ſcilicet modo conjunctim, modo diviſim hunc morbum producunt.

. enim membri debilitas aut reſolutio contingit qui ſucco nervoſo depauperato, ſpirituum animalium, quibus membra quævis actuantur, penu ſive eo ſufficiens deſideratur. Hinc valetudinariis, tatam ſenio confectis, circa crura & pedes aliaſque interdum partes extremas, ad quas ſpirituum fluxus haud ſatis ubertim pertingit, facultas locomotiva vacillat; poſtea forſan, cum major ſpirituum fluxus membro affecto confertur, nec interim aliud deficit, morbus ceſſat, aut alio transfertur. 2. interdum ſpiritus animales, etſi copioſe ſatis in partes ſuppeditantur, tamen particulis heterogeneis, & ii narcoticis cum ſucco nervoſo illatis inficiuntur, ita ut quaſi ligati & ſemiobruti, nixus exploſivos ete ſatis inire nequeunt; hinc non ſolum impotentia *facultatis motivæ*, verum & *ſenſitivæ depravatio* quædam, ſcil. *ſtupor* & formicationis ſenſus oriuntur; propterea dum ſpiritus animales copula incongrua aggravantur, eorum irradiatio haud aliter quam Solis radiorum nebuloſum aërem pertranſeuntium nonniſi remiſſe & impedite peragitur.

3. Licet ſpiritus animales uberi ſatis copia diſpeoſentur, ſintque narcoſi quavis immunes, & liberi; ſæpè tamen illorum viæ obſtruuntur, vt intra membra quædam commercia ſpirituum influorum & inſitorum commodè peragi nequeant; namque interdum accidit particulas craſſiores & terreſtres nervorum corpora cum ſucco irriguo ſubire, quæ dein alicubi circa plexus nerveos, alioſque ſ[...]ctus penitus aggeſtæ, ductus in tantum infarciant, vt ſpirituum in hoc aut illud membrum irradiatio prorſus inhibeatur: Ita novi in aliquibus manum aut pedem, quin & brachium aut femur, reliquo corpore *valente*, *penitus reſoluta evaſiſſe*. *Willis.*

105. A *Paralyſi veterum differt.*) Quod hæc permanens eſt, neque ulla habet intervalla, in illa verò ſæpe accidit, vt qui heri pedem vix loco movere poterat, hodie cruribus inſiſtat, & levi admioiculo innixus ambulet; paulo poſt vero omni motu iterum privetur: Deinde cum ea coniunguntur ſæpè motus tremuli & convulſivi, quod in ver. paralyſi non contingit. *Riverius.*

106. *Curatur.*) Eſt grave malum quod difficulter curatur, inprimis ſi inveterata ſit, et ſpecie *formicationis ſenſus*, quo præſente vigil ſit medicus, vt poſſit præcavere paralyſin; Convenient ergo eſt, vt præmiſſis *vomitoriis*, in ſpecie incipiatus curam, vbi tamen ſit cautus medicus; Et ſi æger inclinet in dolores abdominis ſcorbuticos, caveat à *vomitoriis*, ſic enim exacerbantur dolores abdominis: Si verò eſt ſanum, tuto poſſunt propinari, imminente vel præſente paralyſi ſcorbutica.

Præmiſſis ergo illis, vel dimiſſis, præmiſſis etiam reliquis remediis, nempe *martialibus*, ſi levius ſit malum, ſufficit *lac* vel ſerum lactis, appropriatis antiſcorbuticis medicatum.

In graviori vero malo iuxta vel una cum lacte, remedia ex *pino*, *iunipero*, cum *aromaticis nervinis*, in ſpecie cum *roremarino* conveniunt, per *ſudores*, evacuantia & curantia paral. ſcorbuticam. Quibus ſi accedat *ſpir. tartari volatilis*, vel *ſimplex*, vel *compoſ.* erunt magis appropriata, nam hic inprimis valent *tartarea volatilia* interne & externe uſurpata.

Externe prætcrea, quæ monita fuerunt ad *Author.* ad Arthritidem vagam, omnia externa poſſent uſorpari; inprimis fricanda ſunt membra & tunc *ſpiritus* dicti applicandi. Sic convenit *Galbanetum Paracelſi*, in ſpecie in Paralyſi ſcorb. quod illinendum eſt tepidè à radice membri ad poſteriora verſus.

Iuxta hæc conveniunt inprimis *vinacea*, quibus calentibus immergatur æger vſque ad regionem iliacam; Hujuſmodi *vinaceorum balneum ſiccum* aliquoties repetitum, ſudorem largum partibus infert, & paralyſin ſcorbut. ſolvit: Si non ſufficienter incaluerint, *calx viva* aſpergatur. *Etmuller.*

Extollunt quidam Oleum ſequens, Nempe ſi *olei lini* affundatur *calx viva*, & abſtrahatur, fit oleum penetrantiſſimum: *Oleum* enim *lini per ſe deſtillatum* fit adeo penetrans, vt forſan nullum oleum ei par ſit. *Idem.*

106. *Curatur ſi tendines.*) Vide §. *ſeq. curatur emollientibus.*

107. *Curatur emollientibus*, *&c.*) Affectûs b[...] licet in hoc caſu ſymptomatici fuerint, attamen ingraveſcentes, præ ſcorbuto parente, & nomen & potiorem curationis partem ſibi vendicant, ita vt æger paralyſi aut ſpaſmo magis quam ſcorbuto laborare dicatur; ideoque medicamenta iſtis affectibus dicata quibuſcunque aliis eodem tempore, propter alias intentiones requiſitis, præponantur, ac pro iis ſanandis id potiſſimum agatur, vt remedia iiſdem appropriata cum antiſcorbuticis arte complicentur. *Vuillis.*

Differentia hic obſervanda eſt inter *convulſiones & motus convulſivos*, motus convulſivi curantur per *lac* in quo ſubactus ſit *ſapo venetus*; Nihil fere particulare habent à ſuprad. & remediis contra arthritidem vagam & paralyſin: *Lac* præ cæteris hic in *uſu* eſt, cui addunt remedia ex caſtoreo: In ſpecie cum *ſpiritu ſalis armoniaci*, & ſpiritu *cochlear.* vel compoſito, ex *ammoniaco* cum *cochlearia* deſtillato, extrahunt ex *caſtoreo tincturam* quæ in hiſce affectibus eſt egregia; *Etmuller.*

107. *Convulſio.*) In ſcorbuto prout ſymptomatum diverſi generis confluxus occurrit, ita & materies morbifica multiplex & variæ indolis progignitur, ſcilicet particulæ heterogeneæ *cerebrum & nervoſum genus*, cum *ſucco irriguo* ſubeuntes, modo ſunt *narcotica*, & *paralyſeos*, modo *ſalina*, & *dolorum parentes*; quandoque etiam *nitro ſulphurea* & *exploſivæ*, à quibus affectiones ſpaſmodicæ oriuntur; Enimvero ob huiuſmodi particulas in cerebro aggeſtas interdum *inſultus quaſi comitiales*; ſcorbuticis contingunt. A tali caſu genus nervoſum occupante *in viſceribus & membris motus convulſivi*, *tremores*, ſucuſſiones & non raro contractiones horrendæ ſuccedunt. *Vuillis.* Vide lib. de Affect. capitis cap. de Spaſmodicis affect.

108. *Contractio.*) Contractio membrorum in hoc affectu etiam contingere ſolet, interdum omnium, vt ægri nullum articulum habeant quem extendere valeant; alias vero unum aut alterum, & hoc præcipuè in cruribus contingit, tendinibus ad crus movendum deſtinatis, duris ac rigidis in poplite evadentibus: Oritur autem quod tartareus humor, multo ſero dilutus, ad nervos & tendines defertur; parte ſeroſa & tenuiori diſcuſsâ, craſſiores exſiccantur & indurantur, unde contractiones nervorum ac tendinum efficiuntur. *Riverius.*

109. *Sopor.*) *Somnolentia* & *torpor* inſignis ſcorbuticis frequenter accidunt, in quantum ſcilicet ſpiritus animales particulis vel *aquoſis* aut *narcoticis* onuſti, ac plurimum aggravati, intra *cerebrum*, etiam valdè obſtructum, motus pernices & expeditos non facilè ineunt, neque functionum ſuarum actus & exercitia diu continuant, quin ſuccumbere, ac otio & quieti indulgere amant: Porro huiuſmodi affectus quandoque à *ſpirituum animalium defectu* & *penuria* excitatur, Etenim à *ſanguine* plurimum vitiato, & quaſi *effoeto*, liquor nonniſi tenuis, & vigoris omnis fere expers, cerebro & nervoſo generi ſuppeditatur; A tali πρόφάσει in moribundis lethargum excitatum novi, quo ſcilicet affecti, licet ſomno continuo indulgere viderentur, interpellati tamen illico adſtantes noſcere, & affari, quibuſvis reſpondere ſolebant; ſpirituum vero animalium copia fatiſcente diu evigilare, nec ad colloquia longiora attendere valebant; Tales demum eum ſomno perpetuo obrutos aperui, cerebrum ſatis exſiccum, ac hydrope, aut colluvie ſeroſa, quibus lethargici plerumque afficiuntur, prorſus immune deprehendi. *Vuillis.*

110. *Cordis palpitatio.*) Cordis tremor, palpitatio & magni ſubſultus ſcorbutice affectis non raro contingunt, cuiuſmodi paſſiones ſunt mere convulſivæ, atque à nervis cardiacis; nempe ad cor ipſum, aut pericardium ſpectantibus, materia ſpaſmodica & exploſiva obſeſſis omnino dependent: nam ſpiritus animales, ipſorum nervorum, fibrarum appendicum hoſpites, inordinate exploſi, totam cordis compagem immaniter ſuccuti & loco moveri cogunt; interea dum cordis integra moles eo ritu agitatur, non raro proprios ſyſtoles & diaſtoles motus ſatis rectè perficit; prout in nonnullis obſervavi, quibus urgente tali cordis ſuccuſſione, Pulſus ordinatus & laudabilis fuit. *Vuillis.*

111. Et *Lipothymia*, Eius cauſas vide §. *Pulſus nimis variantes.*

112. *Vomitus.*) Crebro vomitui, rugitui, nauſeæ & cardialgiæ ſcorbutici æque ac hypochondriaci obnoxij reperiuntur, quæ quidem ſymptomata frequenter in hoc morbo accidunt; partim quia ſtomachi tonus labefactatur, eiuſque fermentum vitiatur, quo fit vt chyli male concocti reliquiæ in pultem *auſteram*, *ſalſam*, *vitriolicam*, aut alias degenerem faceſſat: præterea tamen ſtomachus male habet, quoniam & ſanguinis recrementa interius reſtagnantia in ſinum eius effunduntur. *Willis.*

113. *Ventriculum roborantibus.*) *Ventriculi oppletio*, *dolor*, item *nauſea* & *ructus*, crebrique vomitus & inanes, quibus nonnunquam tentari ſolent ſcorbutici, cujuſmodi vitia interdum à chylo illic in putrilaginem degeneri, ſæpius tamen à materia morbifica, aut ſanguinis, aut etiam ſucci nervoſi commeatu advecta, & vel intra ſtomachi cavitatem depoſita, vel plexibus nerveis & membranis infixa oriuntur: In hujuſmodi caſibus, ſi materia viſcida, nidoroſa, aut alias infeſta inter vomendum rejicitur, & ſuſpicio ſit cauſam intra ventriculi cavitatem ſubſiſtere, lene vomitorium ex *vino ſcillitico*, aut *ſale vitrioli* propinare conveniat; vel *extracto rhabarbari*, aut infuſo eius, adiecto *ſale* aut *cremore tartari* humor peccans per alvum deturbetur, intra membranas aut plexus nerveos penitius adhæreſcat, *diaphoretica*, aut *ſalium efferveſcentias cohibentia* potiùs conducunt; *Elixir proprietatis*, vel *flores ſalis armoniaci* vel *ſpiritus fuliginis*, cum *aqua raphani compoſita*, *lumbricorum*, aut alio liquore antiſcorbutico crebra vice ſumantur; Interim ſemel aut bis in die, fotus ex *abſinthio*, *centaurio*, *flor. chamom. rad. gentianæ*, *aliiſque vino* albo incoctis, cum ſtuphis laneis calide intinctis & expreſſis ventriculi regioni applicentur: Enematum uſus convenit; Non raro opiata juvamen magnum conferunt. *Vvillis.*

114. *Sputatio nimia.*) Huic morbo ingraveſcenti ſupervenit, *Sputatio copioſa*, & plerumque *Gingivarum ſanguinolentia*, dein earum *flacciditas*, ac tandem *putrefactio*, quàm *Dentium eroſio*, *vacillatio* aut *caſus* cum oris fœtore comitari ſolent: Quorum ratio, vt melius conſtet: inprimis advertendum eſt circa partes oris particulares quoſdam *ductus*, nempe *ſalivales*, quibus ſeroſi humores copioſe excernantur, conſtitui. Iſti à variis glandulis, nempe *parotidibus*, *maxillaribus* & *ſublingualibus* exorti, maxima ex parte circa *gingivas* aut prope ipſas terminantur: Horum munus conſtans & ordinarium eſt ſalivam propter uſus quoſdam neceſſarios in oris cavitatem deponere: præterea tamen obſervare eſt humores ſuperfluos, quin & viroſos, craſſiores forſan quam vt per ſudorem, urinam aliaſve vias à ſanguine ſecernantur, hac via foras amandari: *Argentum vivum*, ſalibus ſubactum, & deinde intus *aſſumptum*, aut *corpori illitum* à ſalinis corporis noſtri particulis minutiſſime diſſolvitur, iiſque involutum penitiſſimè immiſcetur: hujuſmodi *ſalium* & *mercurij* concretiones, per omnes humores, inque omnes totius corporis partes diffuſas; cum Natura, ſiquidem moleſtiam pariunt, expellere nititur, illarum excretionem per hæc oris emunctoria optime, & quidem facillime molitur; Etenim *ſanguis*, & forſan aliquatenus *liquor nervoſus*, recrementis iſtis *mercurio ſalinis* onuſti eadem omni modo excutere ſatagunt: quæ tamen cum craſſiora fixioraque ſunt quam vt per *diaphoreſin* exhalent exudentve, aut à renum fermento præcipitata *per urinam* amandentur, illa interdum arteriarum oſcula *inteſtinis* inſerta perrumpentia, aliquatenus *per alvum* excluduntur; attamen iſtius pharmaci particulæ ſero obvolutæ promptiſſime in prædicta glandulis, aliiſque ad os & gulam ſpectantibus ad os depoſitæ, per ſalivationem uberius excitatam effluunt, quo effluxu gingivas, aliaſque oris partes ulcerari, atque *Dentes* cum *fœtore oris* vacillare contingit: Cæterum hujuſmodi *ſalivatio* interdum ſine *mercurio*, in febrium male iudicatarum declinatione criſeos loco ſponte ſuccedit: atque humor excernendus, non tantum apertioribus *ductuum ſalivalium* foraminibus, ſed & *arteriarum oſculis* ubique conſiſtit exudans, *cruſta albicante* oris cavitatem oblinit: Par equidem ratio ſymptomatum ejuſmodi in ſcorbuto accidentium reddi debet, quandoquidem enim in ſanguine depravato *ſalis* ac *ſulphuris enormium* recrementa plura & craſſiora congeruntur, quam & diaphoreſi, vel per urinam, aut ſedem ſatis excerni poſſint, ad oris emunctoria, quibus ſalſiora ſanguinis purgamenta exire ſolent, deferuntur: *Salſamenta* iſta ſero diluta, non ſolùm è vaſis ſalivalibus exudantia, ſputationem copioſam creant, ſed etiam per arterias advecta, molles & ſpongioſas gingivarum carnes ſubeunt, quæ primo poris earum ſanguine ichoroſo oppletis, intumeſcunt, poſtea tamen, ichore ſalſo è ſanguine abſcedente, & continuo excreto, gingivarum caro ob laudabilis nutrimenti defectum flacceſcit, dentes pene nudatos relinquens: Porrò à diuturno materiæ plane corroſivæ affluxu *gingivarum caro corrumpitur*, vt *dentes* ſtabilire nequeat, quin hi, alveolis diſſolutis, laxantur aut decidunt, atque ob particulas ſalino ſulphureas, partimque gingivarum putreſcentium continuo exſpiratas. *Fœtor oris graveolens* excitatur. *Vvillis.*

Sputatio.

115. *Præcavetur.*) Hinc in cura ſcorbutica monent Practici & abſtineamus à *mercurio* & omnibus *mercurialibus*, quia propter *ſalvationem* in graviſſimi faucium & oris ſymptomata inferunt. *Etmuller.*

116. *Alvi fluxus.*) Alvi fluor & Diarrhœa in ſcorbuto ſatis frequenter accidunt, intantum vt fæces alvi, quæ modo liquidæ ſunt, modo compactæ & diverſicolores, alimenta ingeſta, in quantitate excedere videantur: Cujuſmodi fluxus, licet immodicus apparet, ſi medicamentorum uſu ſiſtitur, ſtatim affecti ventriculi & hypochondriorum intumeſcentia, dyſpnoea aut animi deliquio tentari ſolent: Diarrhœæ ſcorbuticæ cauſa eſt, partim quod chylus non rectè coquitur, neque per vaſa lactea cito ac ſatis effertur, hinc in inteſtinis ſtagnans & degener factus foras amandatur. Præcipuè verò hoc contingit quod è maſſa ſanguinea impuritates interius admiſſæ arteriarum oſculis excidant, quapropter excreta interdum ingeſtis copioſiora exiſtunt. *Vvillis.*

In curatione adſtringentia.) Diarrhœa inveterata, qualis ſcorbutica frequenter accidit, haudquaquam adſtringentibus ſiſti debet, nec etiam alterantibus aut antiſcorbuticis quibuſvis facilè curatur: *Acidulæ ferro* aut *vitriolo* imprægnatæ huius affectus remedium optimum exiſtunt: His ſuccedunt *Acidulæ artificiales* aut medicamenta *chalybeata*, quæ juvamen inſigne præſtare ſolent: *croci martis* rectè præparatis cæteris omnibus iure præfertur methodo ſequenti ſæpe bono cum ſucceſſu uſus ſum imprimis *purgatio ex pulvere*, aut infuſo *rhabarb. aromaticis adſtringentibus* adjectis inſtituatur, & aliquoties. i. è duor. aut trium dierum intervallo iteretur, Poſtea elect. ſeq. dozis ad quantitatem nucis moſch. mane & hora iv. ſumantur.

℞. Conſerv. abſinth. vulg. cum aqua ſacch. parte facti ℥vi. (in conſtitutione calidiori, conſerv. roſ. rubr. hujus vice) ſpec. diarrh. abſ. ʒij. ſantal. albi, rub. pulver. ãã ʒj. croci martis opt. ʒß. cum ſ. q. ſyrupi chalib. fiat Electuar. VVillis.

117. *Eſt interdum ſanguinolentus*) Nonnunquam affectus *Dyſenterici*, item crebræ *è naribus hæmorrhagia, venis ſedalibus, renibus, thorace, gingivis*, aliiſque locis Scorbuto inveterato laborantibus ſuccedunt. Cujuſmodi ſymptomatum cauſa eſt, quod ſanguis ſalſior factus, proptereaque effervescere aptus, vaſorum oſculis facile erumpit; præcipue vero, quia cum partium ſolidarum tonus debilitetur, atque fibræ ſint admodum laxæ, vaſorum ora fiunt patentiora & diſcontinua, ita ut ex arteriarum extremitatibus, in venarum oſcula tranſitus non recta ducat, quin ſanguis inter vaſorum aperturas interceptus, ibidémque ſtagnare & diffluere aptus, qua data via facile erumpit & ſe foras proripit.

In affectibus *dyſentericis*, ac teneſmo ſimili methodo ac §. *alvus fluxus*) procedendum erit præſertim *Acidularum* uſus, ſi fieri poteſt, adhibeatur. Inſuper *Enemata è decoctis vulnerariis* parata crebro ſint in uſu: Quendem Dyſenteria diuturna ac gravi laborantem, qui ſcil. quotidie plures uncias ſanguinis per alvum à longo tempore excreverat, huc remedio ſansvi.

℞. Rhabarb. opt. pulver. ʒj. *ſantal. rub. pulv.* ʒij. *cinnam.* ʒj. *croci martis* ʒiij. *Balſami Lucatelli q. ſ. f. maſſa Pilularu ſumpſit quatuor Pilulas diebus modo ſingulis, modo alternis,* per duas ſeptimanas & perfecte curatus fuit: Huic etiam *cerevisiam* medicatam ex *rad. lapath. acuti & foliis beccabungæ* infuſis conſtanter bibendam præſcripſi. *Willis.*

118. *Febres quæ longe*) Febres Erraticæ, necnon *ſubitaneæ caloris & frigoris* in variis corporis partibus *ſuffuſiones*, Scorbuto inveterato ſupervenire ſolent. *Priorum* ratio eſt, quod materia extranea, ſæpe cum ſucco nutritio ſanguini illata, quinetiam ipſe ſuccus alibilis degener factus, quatenus non ritè cum ſanguine miſcibilis, effervescentias ejus extemporaneas concitant: Interea febris typum regularem obſervans, iſtam ob cauſam excitari ſolita, ſcorbuticis raro contingit; quia ſanguis ſalſugineus, licet incendio febrili correptus, haud diu neque multum, ſaltem non æquabiliter deflagrat. Quoad *caloris* ac *frigoris ſuffuſiones* ſubitaneas, illæ quidem aliquatenus propter *nervoſi generis affectus* inferri videntur, quippe cum nervi ac propagines, ſurculique nervei, vaſa ſanguifera in pleriſque corporis partibus amplectuntur & varie circumligant, in iſtum fortaſſis uſum, uti juxta paſſionum impetus, aliaſque Naturæ exigentias, ſanguinis curſus, velut ſtimulis & frænis urgeantur, coerceantúrque, veriſimile eſt, quod cum à labe ſcorbutica regiminis animalis œconomia pervertitur, pleroſque nervos, & fibras ipſorum appendices, huc illuc protenſas, ſpaſmos ſive motus convulſivos paſſim inire: propter eorum & ἀταξίας etiam arteriæ & venæ ἀνωμάλως contrahuntur; proinde ut ſanguis in has partes plus debito compellatur, ac ab iſtis nimis exulet, unde *caloris & frigoris* ejuſmodi inordinationes procedunt. *Willis.*

Sa Purgantibus) Cum ſanguinis affectu, proindeque ſuccum nutritium pervertentis vitio atrophia exoritur, plerumque *febrem Erraticam*, cum ſudoribus nocturnis adjunctam habet; in quantum ſcil. maſſa ſanguinea à ſucco iſto degeneri in effervescentias inæquales ac incertas cogitur, atque materies ita moleſta ſudore nocturno ejicitur. In hoc caſu victu tenui inſtituto, *decocta & aquæ deſtillatæ*, quæ ſanguinem ſundunt ac purificant, cum antiſcorbuticis admixtis, crebro ſumantur.

℞. Eboris, c. cervi, ãã ʒiiß. *rad. eryng. cond.* ℥vj. *rad. cherefol. tarax.* ãã ℥ß. *fol. linguæ cerv. hepat.* ãã m. j. *pomum.* j. *inciſum, paſſular.* m. j. *coqu. in aqua font.* ℔ v. *vel 3. partis conſumptionem*, Colatura *ſuperaffundatur fol. becabung. contuſ.* m. ij. *ſalis prun.* ʒiß. *vel nitri fixi* ʒj. *f. infuſio clauſa & calida, per horas tres ſumantur* unc iv. *vel* vj. *ter in die.*

℞. Fol. beccabung. ℔ iv. *oxalidis, tarax. totius* ãã m. ij. *limac. mundat.* ℔ iß. *corticis y. aurant. contuſis & conciſis affunde lactis recentis, vel ſeri lactis cum pomaceo facti, vel ſucci pomor. rec.* ℔ ij. *Deſtillentur more vulgari, capiat* unc. iij. *bis vel ter in die.* Willis.

119. *Hydrops*) *Hydropem* Scorbuto ſupervenientem duplicem ſtatuimus, *habitualem & occaſionalem*. Circa *priorîs* medelam plerumque & oleum & opera perditur, nulla etenim remedia *hepar* atque *pulmones* aliaque interdum viſcera prorſus vitiata, atque ſanguinis craſin prorſus ſubverſam reſtituere poſſunt. In tali caſu, ſi quid agendum videtur, medicinæ ambitus perexiguus exiſtit, neque enim catharticis, nec diaphoreticis, neque alius cujuſque generis evacuationi fortiori locus relinquitur, *cardiacis* ac *diureticis* præcipue ac fere tantum inſiſtendum erit. In hos fines *elixires, tincturæ, electu. pulveres* & alia quæ partim *antihydropicis*, partim antiſcorbuticis conſtant exhibeantur, *Hydrops ſcorbuticus*, à cauſa *evidenti*, ſive occaſione quadam ſubito excitatus, non raro curationem admittit; quæ quidem ut facilius ſuccedat, naturæ tumultus imprimis ſedari ac inordinationes compeſci debent. Quamobrem ſi *vigiliæ* adhuc plurimum inſtant, *ſomnus* opiatorum uſu concilietur, & ſubinde quoties valde opus ſit denuo acceſſatur: Quamprimum pro ratione virium *purgare* licet, detur ſequens Pulvis, & debitis intervallis aliquoties iteretur; interim à crebro enematum uſu alvus ſoluta reddatur.

℞. Mercur. d. ℈j. *reſinæ, Jalapa gr. v. ad x. caryophyllor.* ℈ß. *m. detur in cochleari panatellæ.*

Aliis temporibus *diuretica*, ac interdum *diaphoretica* ſedulo propinentur.

℞. Tinctura ſalis Tartari, millepedum infuſione impregnata q. v. detur ℈j. *ad* ℈ij. *bis in die, cum liquore idoneo.*

℞. Spir. ſal. armon. q. v. doſis ℈ß. *ad gtt. xv. eodem modo.*

℞. Milleped. prepar. ʒiij. *ſalis tart.* ʒij. *nuc. moſch.* ʒj. *m. f. Pulvis, doſis* ʒß. *bis in die cum liquore appropriato*, Vel

℞. Apum ſiccat. & pulv. ʒij. *ſem. amoos pulv.* ʒj. *oleo junip.* ℈j. *terebinth. q. ſ. f. maſſa Pilul. Doſis* ℈j. *ad* ʒß. *bis in die ſuperbibendo liquorem ſpecificum.*

℞. Fol. cochlear. utr. naſturt. aquat. lepid. perſicar. ãã *m.* iij. *rad. ari. bryon. irid. Flor.* ãã ℥iv. *cortic. med. ſambuc. m.* ij. *cort. Winter.* unc. ij. *cortic. externæ* iv. *aurant.* iij. *limon. baccar. junip. rec.* unc. iv. *inciſis & contuſis affunde vini Rhen.* ℔ iv. *vini è ſucco baccar. ſambuc.* ℔ ij. *Deſtillentur more vulgari, aqua tota confundantur. Doſis* ℥iij. *ad iv. bis in die, poſt doſin medicamenti ſuperius præſcripti.*

Parentur Decocta & cerevis. medicatæ, adjectis ingredientibus antihydropicis. *Willis.*

120. *Eryſipelas*) Tumores in variis partibus variè contingunt, nunc duri, nunc molles & veſicarum ſpeciem referentes, nunc ad *Eryſipelatis* naturam accedentes. *Riverius.*

β. *Quod interdum ſingulis ſeptimanis*) Novi nonnullos ab iſto morbo ſe liberos integrum annum ſervaſſe, qui alias ſæpius affligi iſto ſolebant. Accipiunt *abſynthii* paucas cymas, pauca folia *taraxici*, & tantundem chamædryos vulgaris; recenter mane lectas omnes

omnes minutim conciſas immiſcent recenti *ovo*, coquunt in placentulam mollem, cum tantillo *butyri*, vel *olei olivar.* vel ſubigunt tantum ad levem ignem, hac veſcuntur mane, novem ex ordine in Maio diebus, incipientes ab ipſis Maii calendis.

Cum hic medicatus cibus hepar ita diſponat, ut minimum iſtius tenuis, bilioſi, pinguis, fluxilis humoris ingeneret, Ego meæ fidei commiſſis author eſſe ſoleo, ut non ſolum novem primis, verumetiam ſingulis in Maio diebus quotidie eo utantur, Nam ita ab obſtructionibus hepar liberatur, quod in eo & vicinis partibus bilioſum inhæreſcit, abſtergitur, refrigeratur hepar mediocriter, & inter humiditatem & ſiccitatem, quandam temperiem, atque totum hepatis corpus *τόνον* quendam & robur acquirit, ut porro maſſam ſanguineam ingeneret magis ſtabilem minuſque fluxilem, pinguedine ſanguinis abſumpta, abſterſaque tenui bile: Qui utebantur ſine potu ſumebant; Ego quibuſdam permitto, ut poſt eſum parum vini abſynthitis bibant. *Reinerus Solenander. ſect. 5. conſ. 12. & 13.* Prædictis ſimplicibus aliqua antiſcorbutica addi poſſunt, ut Eryſipelati ſcorbutico reſiſtant.

8. *In Curatione*) Exterius hoc convenit, *Saponem album Venet. diſſolve in aquâ ſcabioſæ* calente; iſtis admotis diſcutitur & reſolvitur humor rubens. Admove ubi jam calor defervuerit ſiccos panniculos lineos calefactos, qui maduerint in dicto liquore. *Idem.*

121. *Ulcera*) Adeſt ſæpe levis *pruritus*, qui ſi ſcalpatur, dat *ulcuſcula* graviora, & in varia *ulcera* degenerantia, quæ plorant ſerum adeo acre, ut quandoque calceamenta ægri fuerint exinde eroſa; & quidem talia ulcera ſunt difficulter ſanabilia, quia facile degenerant in gangrænam. *Etmuller.*

122. *Curari debent citra ullam*) Ulcera crurum & tibiarum ſanantur, tum iis quæ cauſam eorum evacuant, viſcerumque intemperies curant; tum Topicis quibuſdam officinalibus & magiſtralibus, Decocta *naſturtii aquat. cochlear. beccabung. barbar. ariſtoloch. card. ben. ſcord. gentiana, fol. braſſicæ* utiliſſima ſunt, ſi iis ulcera ſæpe laventur, & linteola illis imbuta applicentur. *Sebiſius man. p.1332.*

123. *Tubercula dura*) Vide §. *Macularum in cruribus.*

124. *Si ſubito erumpant, & mox evaneſcant*) Tumores partium externarum paralyſin minantur, proveniuntque à circulatione lymphæ impedita. *Barbette.*

125. *Atrophia*) Qui Scorbuto diutius laboravit, abſque notabili pulmonum labe, aut phthiſeos ſuſpicione, ſæpe in *maraſmum* incidunt, ita ut carnes prorſus decidant, ac cutis valde flaveſcens vix oſſibus cohæreat; Cujus cauſa non tantum ſanguinis à recta craſi degeneris culpæ attribui debet, namque hic, utut depravatus, aliqualem ſucci nutritii portionem plerumque aſſimilat, partibuſque enutriendis apponit: at vero ſiquidem *liquor nervoſus* etiam male habet, facultas nutritiva omnino inhibetur, quin hujus *defectu* aut *vitio*, nutrimentum à ſanguine elaboratum prorſus infœcundum ac inutile exiſtit. Quo munere circa *nutritionem*, uterque liquor ſcil. ſanguineus & nervoſus, defungantur, alibi oſtendimus. Ex hypotheſi iſta facile ſequetur Atrophiam Scorbuto familiarem, à conjunctis utriuſque facultatis nutritivæ anomaliis pendere: Quatenus enim *ſanguis* alimentum nonniſi vitioſum ſuppeditat, atque *liquor nervoſus* in eo actuando aſſimilandoq; delinquit, neceſſe erit partes ſolidas victu ſuo continuo fraudatas emarceſcere. *Willis.*

126. *Ad curationem laudatur*) Tria ſunt cauſarum genera ſeſe quadam pendentia, aquarum una aut pluribus Atrophia Scorbutica, abſque Pulmonum phthiſi exiſtens, produci ſolet, ſcil. aut *chylus primarum viarum culpa pervertitur*, quominus penus ejus ſufficiens aut laudabilis ſanguini inferatur, 2. Aut illi illatus tamen *ſanguinis vitio* non recte in ſanguinem & ſuccum nutritium mutatur. 3. *Succus nutritius* in maſſa ſanguinea præparatur, ob *liquoris nervoſi* culpam ſolidis partibus non rite aſſimilatur.

Remedia huic ſymptomati appropriata, aut *primarum viarum* aut *prædictorum humorum* emendationes reſpiciunt. Quoad *prius*, interdum accidit, ob *ſtomacho tonum* prætractum, aut *fermentum vitiatum*, alimenta ingeſta non rite coqui, ſed in pituitaginem inutilem faceſſere. Hujuſmodi malis *lenia cathartica, digeſtiva, corroborantia* adhibeantur, Sæpius tamen, ob *tumorem ſcirrhoſum*, modo in *ventriculo*, modo in *meſenterio*, aliiſve circumcirca partibus excitatum, chylificationis opus inhibetur, In hoc caſu *deobſtruentia & diſſolventia* conveniunt. *Acidularum* uſus quibuſvis remediis palmam præripit: Porro *Fotus, Linimenta*, aut *Emplaſtra* exterius applicari debent: Inſuper interdum accidit ſine tumore in viſceribus excitato, *vaſa lactea* a materia craſſi ac viſcida iiſdem impacta in tantum obſtrui, ut chyli ſatis laudabilis, & copioſe licet confecti; penus haud ſufficiens in ſanguinem feratur. In hoc affectu alvus utplurimum copioſe dejicit, albida tamen inſtar lactis coagulati, ac non, uti aliorum excrementa, bile tincta aut fœtida.

Quorum ratio eſt, quod ſanguis depauperatus bilem flavam, è qua inteſtinis ſuffuſa excrementorum color ac fœtor procedunt, parcius progignit: In hoc caſu Acidulæ imprimis conveniunt, item, deobſtruentibus intus exhibitis, Linimenta, Fotus & Balnea exterius uſurpentur.

Contra *Maraſmum* Sanguinis à craſi degeneris vitio exortum, *Lac vaccinum* aut *aſininum, aqua hordeata*, aut alia idonea diſtillata dilutum, ſæpe opem conferunt. *Limacum juſcula*, aut *lacteata* cum *iiſdem incocta.* Porro *aqua deſtillata ex lacte*, aut *ſero lactis cum limonibus & herbis antiſcorbuticis temperatis*, in hoc caſu valde conducunt; In hunc finem etiam Decocta ex *herbis vulnerariis & antiſcorbuticis* infuſis bono cum fructu ſumuntur. Interea partibus externis *frictiones* cum pannis, *unguento reſumptivo*, *aut oleo amygd. recente* madidis quotidie adhibeantur, *Willis.*

126. *Ad curationem commendatur*) Pro membris Atrophica conſumptis excellens ſecretum at, ſi *ſtercus bum.* loco tepido aliquandiu digeratur, emergant vermiculi longi, qui voluttati in arena omnem exuunt fœtorem & impuritatem, ſi ſpiritu vini immacerati oleo ſolventur. *H. Renſnerus de Scorb p.498.*

127. *Lac caprinum*) In Scorbutica phthiſi optima ſunt lacticinia, quibus inſtillari poſſunt *ſpiritus cochleariæ*, aut *ſal armoniacum*, aliáve ſimilia. *Etmuller.*

128. *Reliqua omitto*) Inter ſymptomata Scorbuticis familiaria, enumeratur *Hemorrhagia Narium*, cujus cauſam vide lib. 2. Tit. 6. cap. 2. de Hæmorrhagia narium. (§. *Anaſtomoſi, quæ vel fit.*)

128. *Reliqua omitto*) Præterea quæ frequenter Scorbutum comitari ſolent ſymptomata, obſervantur & alia quæ malignum ipſius ingenium clarius indicant, ſed raro contingentia, Hujus commatis ſunt

1. *Scabies* aſpectu ſicciſſima, ex ſucco nutritio ſumme depravato, ſordéſque in cute relinquente.

2 *Cæcitas* ſubitanea, ex iiſdem impuritatibus à circumferentia corporis in cerebrum, indeque in nervos opticos verſis, cum ſumma pectoris anguſtia, difficili reſpiratione, & urinis turbidis, ſubruſis, nigricantibus conjuncta; Interdum præter ſpem eva-

neſcens & poſt quadriennium inexpectate recurrens. Vide *Sennertum*

3. *Icterus* cum hydrope, aſcite, aſthmate & favis univerſum caput obſidentibus: obſervante *Doringio* apud *Sennertum*.

4. *Crepitus oſſium*.

5. *Oſſium fragilitas* tanta, ut ſine vi aliqua externa incidente ſeu contundente, ſine ullo impetu inter movendum impreſſo, nunc brachii, nunc femoris oſſa quaſi ſponte tranſverſim diſſiliant, Exinde fortaſſis quod oſſium ſubſtantia & compages inſigniter quidem, ſed vix explicabili modo corrupta ſit, fereque diſſoluta ab acribus, acido-ſalinis, & aquæ ſtygiæ corroſivam facultatem æmulantibus humoribus in eorum cavitates & porulos, alimentaris ſucci loco ſenſim importatis. *Charleton p.38.*

128. *Reliqua Omitto*) Alia ſymptomata adjungit *Willis*, & 1°.

Sudores copioſos.

Qui, nocturni præſertim, Scorbuticis quibuſdam perquam moleſti eſſe ſolent, cujus ratio eſt, quod cum ſuccus nutritius in maſſam ſanguineam quotidie illatus, propter hujus dyſcraſiam, & illius impuritatem ac ſordes, minime aſſimilatur, à ſanguine rejectus ſub ſudoris forma amandatur. Quod verò liquor nutritius inter aſſimilandum degener factus, febrem intermittentem non pro more ſuo producat, in cauſa eſt *ſanguinis intemperies ſalſuginea*, qui propterea deflagrationibus periodicis minus habilis exiſtit; hujuſmodi ſudatio immodica in Scorbuto febri diuturnæ, aliiſque morbis chronicis ſuperinducto potiſſimùm contingit, ubi nimirum liquor nutritius ſanguinis aſſimilantis magis quam viſcerum coquentium culpa pervertitur. 2.

Melancholiam.

In Scorbuto inveterato ſuccus nervoſus à craſi ſpirituo ſalina verſus acetoſam declinat, hinc melancholia, animi fluctuatio, propoſiti inconſtantia & crebra mutatio procedunt. Vide *lib. 2. cap. de Melancholia*,

Lumborum Dolores Scorbutici interdum Lumbos, quin & Dorſi regionem, modo ſummam, modo imam, abſque prævio abdominis affectu, vel nephritidis culpa infeſtare ſolent: Novi plures à tali ægritudine decumbentes, aliquot dies & noctes de cruciatu intolerabili perpetuo conqueſtos, cujuſmodi pathematis cauſam in *liquoris* nervoſi *recrementa acetoſa*, iſtarum partium membranis & tendinibus ſuffuſa, ac dein *ſalſamenti ſanguinei* acceſſu in efferveſcentiam concita referre viſum.

Dolores Pectoris & Pleuræ.

Propter ejuſmodi ſalium conjugia, membranis præcordia inveſtientibus affixa, dolores circa Pectoris regionem perquam moleſti, & non facile mobiles crebro inducuntur; hinc *Pleuritis notha* adeo frequens Scorbuti ſymptoma eſt. Novi plures ſcorbuticos dolore moleſtiſſimo ſubter ſternum excitato, perquam diu vexatos, ut in quibuſdam ita affectis nihil minus quam abſceſſum in mediaſtino latentem ſuſpicarer; cum revera ſymptoma iſtud tantum à materia heterogenea, illuc partim à *nervis*, partimque ab arteriis illata & membranis affixa, ibidemque efferveſcente penderet; quod & eventus ſæpe comprobavit, nam ægri diuturno remediorum antiſcorbuticorum uſu liberantur. *Willis*.

Lumborum dolores.

Interdum Lumbos dolores afficiunt, ut ægri quaſi elumbes reddantur, ac vix progredi, & ſeſe loco movere poſſint, unde à nonnullis hic affectus *Lumbago* nominatus eſt. *Riverius*.

Laterum dolores.

Latera interdum invadit dolor Scorbuticus Pleuritidem mentitus, à qua tamen facile diſtinguitur, quod febris non adeſt, aut ſaltem admodum lenta; reſpiratio parum læditur, nulla tuſſis, nulla anacharaſis, neque dolor eſt continuus, ſed per intervalla recurrens, *Riverius*.

Dolorem Dentium.

Hic aliquando frequens, ac præter rationem recurrens hunc affectum comitatur, qui non uno loco perſiſtit, ſed eſt vagus, nunc dentem hunc, nunc illum invadens ac relaxans, qui rurſus ſponte firmantur, dolore ac rumore diſcuſſo. *Riverius*.

Vertiginem.

Scorbuto inveterato laborantes, Vertigini utplurimum valde obnoxii ſunt, quod ſymptoma oritur eo quod ſpiritus animales de ſolitis expanſionum ſuarum viis aliquatenus pervertuntur; nempe ſtatus ſeries & ordines vel *impediti*, vel alio *propulſi* abrumpere coguntur, hæc uti in aliis caſibus, ita præſertim in ſcorbuto, ob duas potiſſimum cauſas, nempe alteram aut ſimul utramque fieri contingunt, ſcil. vel quia cerebri meatibus & poris quibuſdam ab hoſpite extraneo occupatis ſpirituum commeatus alicubi obſtruitur: vel 2°. ſpirituum manipuli quidam copula heterogenea onuſti, aut pone reliquos ſubſiſtere, vel tractibus ſuis excedere coguntur. In hoc morbo, ſiquidem à *ſanguine* valde impuro liquor cerebro inſtillatus plurimas fæculentias ſecum refert, qui ſecus fiat, quin particulæ heterogeneæ cerebri poros paſſim infarciant, atque ſpiritus animalibus accreſcendo eos aggravent, aut in exploſiones adigant? Illa autem, ut & *Lipothymia* frequens ac fere conſtans metus, inſuper in membris *ſtupor* ac *formicationis ſenſus*, modo huc, modo illuc excurrens, cum modo à ſpirituum animalium in ipſo fonte, modo ab eorundem intra nervos, tum *cardiacos*, tum *membrorum motui* inſervientes, *deliquiis* procedunt, cumque à cerebro & nervoſo genere, ſale ſcorbutico plurimum obſeſſis dependent, non facile curantur; Remedia cephalica, qualia in vertigine & morbis paralyticis, per ſe excitatis conveniunt, cum antiſcorbuticis admixtis adhiberi debent. Itaque facta imprimis totius proviſione per cathartica idonea, & qualia in ſcorbuto conveniunt, cum remediis contra prædictos affectus appropriatis, ſic procedatur, Circa initia curationis *Sanguinis detractio* è venis ſedalibus hirudinum ſuctu celebretur, & niſi aliquid contra indicat, crebra vice iteretur.

℞. *Pulv. rad. pæon. mar.* ℥ß. *corall. r. præpar.* ʒij. *cranij hum. ungula alcis* ãã. ʒj. *Sacch. opt. in aqua pæon. compoſ. vel in aqua raphan. ſylv. & ad tabulatum coctiſ* ℥viij. *olei ſuccini opt. rectific.* ʒß. *f. ſ. a. tabula, ſumantur ad* ʒiß. *vel* ʒij. *m. & v. ſuperbibendo hauſtum aquæ deſtill. ſequ.*

℞. *Fol. cochlear. beccabung. naſturt. lilij convall. ſalviæ, roriſmar. beton.* ãã. *m.* iij. *jugland. virid.* ℔j. *cortic. vj. arantior. & vj. limonior. rad. pæon. mar. rec.*

rec. ℔ iß. *contuſis & conciſis affundantur phlegmatis vitr.* ℔ j. *ſeri lactis cum pomaceo facti* ℔ v. *Deſtillentur more vulgari, Aqua ſimul tota miſceatur Doſis* ℥ iij. *ad iv.* Willis.

Sitim.

Nihil Sitim Scorbuticorum ſiſtit efficacius qoam decoctum *rad. Chinæ, ſi* ʒ j. *inciſa addantur liquir.* ʒ v. *ſantal. rub.* ʒ iß. *macerentur per noctem in aqu. font.* ℔ viij. poſt coqoc lento igne vaſe aperto ad remanentiam ℔ vj. Bibat ad libitum. *B. Timeus l. 3. Epiſt. 23.*

Sitim.

Præ cæteris *ſerum lactis* ſale volatili, ſed & oleoſo temperato turgidum, excellens eſt in *Siti* febrium, præſertim cum Scorbuto complicatarum, ſiſtenda, alvum ſimul apertam ſervat; ſalia quævis acria cottigit, ac per urinas expurgat, uſurpatur nunc ſolitario, nunc cum *acido citri* acidulatum; Sic enim citri acidum butyroſam ac ſuperfluam caſeoſam partem ex ſero præcipitat. Præter *ſerum lactis*, elegans fit *Decoctum rad. Chinæ* com *liquiritia*, ut temperet acrimoniam ſalis ſcorbutici ſitim inducentem. *Etmuller.*

Vigilias.

Interdum Scotbutici quidam Vigilia fere conſtanti moleſtantur; cujuſmodi ſymptoma aliquando ab animi affectibus, dolore, pathematibus convulſivis, leipothymiæ metu, paſſionibus cordis, etiam à ſtomachi, aliorumque viſcerum perturbationibus procedit; in quantum ſcil. ob ſpiritus, in qnapiam animæ ſenſitivæ parte vehementius commotos, tota eorum hypoſtaſis à quiete, ſive ſtatu tranquillo ineundo detinetur. Novi autem quoſdam labe Scorbutica tactos, qui licet dolorum aut ſpaſmorum immunes fuerint, etiam animi affectu quovis immodico liberi, per plures tamen ſeptimanas dies & noctes prorſus vigiles duxerunt; ac ſæpe, opiatis licet validioribus aſſumptis, ne tantillum ſomni capeſſere potuerunt; Interim ac ſi ſomno minime carerent, ſine capitis gravitate, abſque ſenſuum aut mentis torpore, ulque vegeti atque ad labores obeundos ſatis expediti perſtiterunt. Hujus ratio videtur eſſe, quod interdum una cum ſucco nervoſo, *particula* quædam *nitro-ſalina*, naturæ ſcil. efferæ & irrequietæ (cujuſmodi ſunt effluvia ab aqoa forti, aut ſpiritu nitri decedentia) ſpiritibus accreſcentes, eos perpetim agitari, ac indeſinenter in motu eſſe cogunt, ſicut enim vapores ab aquis ſtygiis emanantes nunquam prorſus figuntur, aut quieſcunt, ita particulæ heterogeneæ, quæ iſtiuſmodi ſunt indolis, ſpiritibus cerebri incolis adhærentes, eos fere ounquam otiari aut ſomno indulgere ſinunt. *Willis.*

Gravem anhelitum.

Ille omnibus Scorbuticis familiaris eſt, teſte *Eugaleno*, ita ut adſtantes eum vix ferre poſſint & nares avertere cogantur.

Horrorem.

Horror frequens Scorbuticis accidit, quem nullus aut minimus calor conſequitur, & eodem die bis vel ter aut etiam pluries invadit. *Riverius.*

Deglutitionis difficultatem.

Interdum contractio in Oeſophago contingit, ut ægri cibum cum ſumma difficultate deglutiant, & in ſtrangulationis metu verſentur, Quod fit ex vaporibus ſtypticis œſophagum contrahentibus. *Riverius.*

Hæmorrhagias.

Hæmorrhagiæ in affectioue Scorbutica ſæpe periculum ingens minantur, nimirum quaſi laborantes propterea in mortem præcipites traderentur, dum ſanguis fere ad animi deliquium, modo è *naribus*, modo *fluxu menſtruo* aut *hæmorrhoidali* erumpit; præterea iſte interdum è *Pulmonibus* aut *ventriculo* rejectus, ulceris, aut ſaltem magnæ debilitatis in parte affecta deliteſcenos ſuſpicionem præbet: quare excretiones ſanguinolentæ, ſi vel immodicæ fuerint, aut loco inconvenienti accidunt, in præſens ſiſti ac impoſterum præcaveri debent. Pro *ſiſtendo ſanguine* quando immodice erumpit, methodus ſatis volgo nota eſt, ac nihil magis, aut peculiare in hoc affectu propter Scorbutum quam ob alias occaſiones excitato agendum reſtat: Attamen ad *præcavendas hæmorrhagias* remedia adhibeantur, quæ ſanguinis acrimoniam tollant, & vaſorum ora oimis laxa & dehiſcentia conſtringant. Utraque intentio *medicamentis chalybeatis* optime perficitur. *Acidularum vitriolicarum* uſus in hanc rem mire idoneus eſt. Porro *chalybis infuſiones, extracta, ſales*, ac ejuſmodi *præparata*, quæ *ſalinam*, ſive *vitriolicam* ferri naturam præcipue continent, contra hæmorthagias ſempec otiliſſima exiſtunt.

℞. *Conſerv. roſar. rubr. cynorrhod.* ãã. ℥ iij *ſpec. diarrhod. abb. diatrionſant.* ãã. ʒ iß. *chalyb.* ʒ j. *croci martis optime præpar.* ʒ ij. *corall. r. præpar.* ʒ iß. *cum ſ. q. ſyr. de chalybe fiat Elect. ſumat ter in die quant. unc. moſch. ſuperbibendo liquoris appropriati hauſtum.*

Pauperibus ad hunc modum præſcribere ſoleo

℞. *Summit. cupreſſi, urticæ vrent.* ãã. unc. iv. *beccabungæ* vnc. ij. *contundantur in mortario cum* onc. x. *ſacc. albiſſ. dein adde ſquammar. ferri tenuiſſime pulver.* unc. j. *pulv. ſantal. albi, rubr.* ãã. ʒ ij. *cum ſ. q. ſyrupi è ſucco urticæ f. Electuar. dozis quantitas nucis juglandis bis in die.*

℞. *Aqua deſtillat. vel decoct. antiſcorb. temperat.* ℔ ij. *chalyb. noſtra præparat.* ʒ ij. *m. in vitro Doſis* unc. iij. *vel* iv.

℞. *Summit. urticæ urentis, fol. beccabung.* ãã. *m.* iv. *è contuſis exprimatur ſuccus, ſervetur in vitro, Doſis* ℥ ij. *vel* iij. *bis in die cum aqua deſtillata antiſcorbutica.* Willis,

Crepitum oſſium.

Scorbuto interdum, ſed rarius ſupervenit *Crepitus oſſium*: Novi quoſdam, vix tamen ultra tres vel quatuor, qui Scorbuto dudum laborantes, noxam ejus non tantum in humoribus & partibus carneis, ſed in ipſis demum oſſibus luerant; quoties enim membrum quodvis ullo modo flecterent, oſſium capita quaſi nuda eſſent, inter ſe attrita, ſtrepitum ingentem edebant; Hujus cauſa conjuncta forſan videtur eſſe quod molli oſſium interſtitio, ſcil. adipe, membranis & ligamentis valde aſſumptis, ipſorum juncturæ, velut lapides molares prorſus inaniti, propter motuum attritum reſonarent; attamen rem ſecus habere conſtat, quia nec ſumme aridis adeſt oſſium crepitus, neque hoc affectu laborantes ſemper tabeſcunt; quare potius dicendum, qood cauſa hujus ſymptomatis immediata ſit *oſſium*

aristas, ſive medullæ ita propriè dictæ, quam intra oſſium cavitates, ac imprimis capita ipſorum, contineri oportuit defectus: nam ſiquidem oſſa quævis medullam, ſive humorem unctuoſum, aut cavitatibus magnis, aut poris & meatibus exiguis ubique exeuſis includunt; hujus uſum ſtatuimus, tum ut oſſa eodem irrigata minus fragilia evadant, tum ut humor iſte oſſium nodis exudans, articulos quoſvis, velut machinæ commiſſuras pinguedine linitas, lubricet; eorumque adeo motus facilitet; quare oſſium capita hac medulla deſtituta, crepant non ſecus ac currus rotæ rarius inunctæ. Quamobrem vero unctuoſum illud oblinimentum deficit? hoc vel ſanguinis vitio imputandum eſt, quaſi hic alimentum ſulphuris æque ac ſalis particeps oſſibus haud rite ſuppeditet, quod equidem minus veriſimile eſt; quoniam maſſa ſanguinea, etiam in ſcorbuticis, particulas utriuſque generis prædicti continet, quin & oſſium crepitu laborantes cutim & muſculos pinguedine ſatis oblitos oſtendunt; Sed potius videtur *humorem unctuoſum*, quo articuli lubricentur, ipſorum oſſium culpa deſiderari, quia ſcil. horum pori & meatus à materia quadam extranea, forſan limoſa, aut tartarea, per ſanguinem advecta, in tantum obſtruuntur, propterea ut balſamom iis deſtinatum non ſatis excipiant, nec pro humectandis ipſorum commiſſuris, non facile erit (quia res tota in abſtruſo latet) particulares hujus effectus rationes inveſtigare. Nec minus in luto hæremus, ſi ad curationem procedendum; nam licet *primaria intentio ſit oſſium*, aut *articulorum humectatio*, quo tamen ritu perficienda non patet; nam in hoc caſu plurima incaſſum tentata novi, &c. *Willis*.

Cap. LVII.

De Renum morbis.

[1] *De Renum anguſtia.*

2. RENUM morbi ſunt, *Anguſtia, Inflammatio, Calculus, Vulnus & Ulcus.*

[3] *Anguſtia eſt* [4] *vaſorum in* [5] *renibus à cauſis ſuis inducta* [6] *obſtructio vel* [7] *compreſſio.*

[8] *Signa* ipſius ſunt, urinæ retentio vel paucitas, & exinde tenſionis, & [9] gravitatis circa lumbos ſenſus, in uno vel utroque latere, quod ſi id quod obſtruit circa caput ureteris eſt, dolor per hujus longitudinem ad veſicam uſque ſe extendens, &c.

[10] *Cauſa* in Differentiis explicabuntur, continens, in Definitione poſita eſt.

Curatio pro ratione Differentiarum variat.

Differentiæ ſumuntur [11] à cauſis obſtructionem vel compreſſionem inferentibus

I. Alia eſt à *tumore, phlegmone, ſcirrho, comprimentibus*, [12] *nimia ſiccitate*, dum ſubſtantia corrugatur & contrahitur; quæ ſuis ſe ſignis prodent, quamvis ultima difficillimè cognoſcatur.

II. Alia ab [13] *Humoribus* viſcidis, craſſis, lentis qua.

Cognoſcitur ex ipſorum redundantia, doloris & febris abſentia.

[14] *Curatur* 1. Evacuatione per alvum vel vomitum, habéntque hic locum pillulæ de therebinthina.

2. [15] Deterſione, inciſione. & Diureſi. [16] Laudantur, Folia & flores virgæ aureæ. Aquæ ex *petroſelino, ononide*, cum ſyrupo *de Raphano Fernelii*, ſpiritus *ſalis*. Tartarum *vitriolatum* cum *julebo violato*, &c.

III. Alia eſt à [17] *grumo ſanguinis*, [18] qui extra ſua vaſa excidit, & ibidem concreſcit.

Cognoſcitur exinde, quod mictio ſanguinis præceſſerit, & cauſæ inferentes, ut concuſſio, lapſus. &c.

Diſſolvitur, aqua *chærefolii, Rubia tinctorum* cum *ſemine naſturtii* [19] *ſpermate ceti*, & [20] *mumia*, ut fiat pulvis.

IV. Alia à *Pure*, [21] quod ibi generatur, vel aliunde affluit.

Cognoſcitur è ſignis ulceris vel abſceſſus in renibus, & urinâ aliquando purulenta.

Curatur abſtergentibus.

V. Alia à *Calculo*: de quo in ſequentibus agetur. Si nimium urget, propinant quidam [22]. *urinam hirci recentem* ex vivo cum veſica extractam, ventri vero & pubi omentum cum inteſtinis imponunt.

Obſerva interim. [23] Interdum id *arenulas* facere, quæ *vel* in [24] propria renum ſubſtantia proveniunt; quæque exinde.

Cognoſcuntur, quod duræ ſint & rubræ, & illinc fluentis urinæ impetu raptæ, in cavum ferantur, poſt in veſicam detrudantur, & in urinâ redditâ ſubſideant, & digitis difficulter comminuantur.

Vel [25] ex aduſtione humorum in venis & epate oriuntur, [26] quæque in declinatione febrium tum acutarum tum diuturnarum, excernuntur.

Cognoſcuntur exide, quod non ſubſideant, ſed ſubſtantiæ urinæ permiſceantur, matulæ urinariæ inſtar pulveris adhæreſcant, & facilè digitis comminuantur.

Renum

Renum ſtructura, uſus ; Vrina ∗∗∗.

1. *Renum) Renum ſtructura, officinæ ſicut ; Veteribus parùm perſpecta fuere, ita & aberrandi circa diagnoſin & therapeian occaſio data , Recentiorum ſcrutinium facem utrobique attulit.*

Renes Hepati & Lieni miniſtrant , Quod enim in machinis aliis obtinet, ut alia organa alia commodent, alia groſſiori , alia ſubtiliori actioni deſtinata , idem in corpore locum habet ; Renes miniſtrant indubiè quidem toti , cordis ſanguini , ut omnia reliqua , ſed ut organa depuratoria ſunt cauſæ ſociæ , ſpeciatim Renes hepari & lieni miniſtrant.

Et quidem 1. ob *homogeneitatem ſubſtantiæ parenchymatica* , ſimilia ſaltim quadamtenus & reſpectivè inter ſe organa ſimili officio magis videntur deſtinata.

2. *Ob effectum utriſque communem* , ſi quidem ut hepar & lien muneri ſuo vacare poſſint debitè , non minimùm conſerunt Renes , qui ſi eſſent , reſultat in utraque viſcera vitium.

3. *Miniſtrant geminato numero , dextro & ſiniſtro hcati loco*, quaſi digito monſtrante naturâ , alterum hepati, alterum lieni deſtinatum eſſe , quod tamen ſalvis legibus circulationis volim intelligi.

4. *Miniſtrant antecedenti , comitante & conſequente officio , Antecedente* quidem , ſi quidem nulla à faciendo ſanguine, vel immutando chylo , prior ad ſenſum fit ſecretio , quàm per urinam , Cùmque ſcybala alui circiter xxiv. horis moras trahant , vix una vel duæ conceduntur Renibus ab aſſumpto cibo & potu , unde reſpectu unius ſedis alvinæ, ſex vel octo circiter excretiones urinæ fiunt, non tantùm, quia quo fluxilius eſt recrementum chyli & ſanguinis , eò citiùs ad excretionem properat, verùm etiam quia minori eget immutatione , & conſequenter excretionis conſequentis tempore, *Comitante*, quia dum bilis rudimentum ſuum accipit, & juxta eum lymphâ ſcaturit in hepate & liene, ſcaturit longè magis eadem in Renibus , Separatâ bile & lymphâ in hepate & liene, ſeparatur lympha & pars biliosa quæpiam per Renes quoque ; Adeoque *conſequente* etiam demum, cùm ceſſante quòdammodo priorum munere , renes idem longiùs propagant , ut quod ſanguini reaffuſum minùs commodum erat ad retinendum, excludatur.

Renes lympham educunt & ſalia, Quò magis compoſita organa , eò magis compoſitam edunt actionem , & contrà, Exemplo ſint hepar , lien & renes: *ſeparant lympham* , quod cum glandulis habent commune , *ſeparant ſalia* , quod ab iiſdem habent diverſum.

Renes non ſunt glandula, ſed ſunt glandoſi , Ex pluribus particulis coagmentati, & ex multis velut glandulis conflati ſunt , quod in bobus cumprimis & uiſis viſitur, notante *Euſtachio l. de Ren. c 2. p. 28.* Glandulis conſtant, ſed non ſolis, verùm receptacula ſunt ſanguinis & lymphæ, ut lien & hepar quoque, ſimilium enim eadem eſt ratio , quod de aliis prædicari non poteſt, quæ recipiunt ſanguinem , ſed magis pro uſu privato, quàm publico : mirâ ergo texturâ gaudent , micularum ſanguinearum & ſeroſarum , verbo parenchyma ſunt, ubi partibus ſereis, fibroſis, lymphaticis glandoſis , ſanguineæ ſunt circumfuſæ.

Renes educunt lympham oneroſam & deſciſcentem Oneroſa eſt lympha potulenta . ſive quæ vehiculi loco inſervierat, minuſque apta eſt ob ſuperfluitatem & copiam quæ vitali charactere ſigilletur intimiùs. Ergo educitur,& ſibi quidem relicta quaſi inſipida non colorata vel tincta, verbo aquoſa; quod niſi fiat , exuberat in vaſa, in habitum corporis , in cavitatem abdominis, ut ab uſu acidularum non ſubductarum &c. contingit.

Lympha Deſciſcens eſt quæ ex ſanguine tranſcolatur deſciſcens à dulcedine, à γλυκεῖτητι balſamicâ, ſulphureâ, à nutribilitate, quæ omnia ſenſus confirmat ; Unde ex lymphâ ex vaſis,ſeu cum ſanguine emiſsâ , ſi inſpiſſetur, longè aliam faciem præ ſe fert, quàm urina inſpiſſata, æmulata quippe albumen ovi , ob dulcedinem,ſenſu medico, ob ſulphureitatem nutribilem præſentem,quâ urina deſtituta eſt.

Renes urinam fabricant ex maſſa ſanguineâ. Lympha illa educta, conuniens ſalia,& alia ſecum,uno verbo audit *Vrina*. Urinam ſi dixero, intelligitur novum quoddam ens, liquor diſtinctus à ſanguine & ſero,liquor excrementitius, ſed de ſingulis participans. Hinc nota.

Urina eſt excrementum liquidum publicum , Exolvit jamdudum illorum opinio,qui privatum renum excrementum illam ſtatuebant ; Quamvis enim & Renes ex partibus nutribilibus ſanguinis & lymphæ ſuum demenſum participent, eo ipſo tamen id hauriant puriùs, quò magis penes ſe habent lacunam,ubi ſecerni impurius & minùs nutribile poſſit,unde nec de ſuo quiquam fere conferunt, cùm idipſum quod excrementitium vel ſuperfluum fuerit, partim remittatur, partim emittatur, Neque vel renes, vel alia parenchymatica organa privatum excrementum generant vel deponunt , publico ſatis occupati.

Urina privatim elaboratur in Renibus , Ita ut materiale quidem ſuppeditetur continuò , nullibi tamen fit vel detur,quàm hac ſcaturigine publicâ, vel denominetur; Imò nec in renibus ipſis audit vrina prius,quàm in ciſternam publicam, in pelvim colligatur & tranſſudet, Conſtituunt vero vrinam, lympha illa & ſalia, & ſub his latitantia alia , Unde

Urina ſeparatur ex ſero & ſanguine. Materia ex quâ vrinæ ut inveſtigari neceſſaria eſt,ita magnam differentiam oſtendimus in renibus, cum aliis cribris & colatoriis comparatam, Bilis v.g. in hepate magis ex ſanguine fit, & diſtinctim lympha, diſtinctim bilis ibidem defluit, Lympha pancreatica latici debetur, non minùs ac ſaliva, urina verò principaliter lymphæ,adæquate verò ſanguinis fœtus eſt , Teſtantur id ſalia ſanguini communia, teſtatur color ſanguini naturaliter debitus, teſtantur alia.

Urina ſal ſalſum ammoniacale eſt, ex alkali & acido amicè combinatis , Sal urinæ quaſi anima eſt & forma, quo ſine urina fere ἄνωμον, vel latiùs ſaltim dicitur, κατ' ἐξοχὴν à ſalſedine denominata ; Illud verò ſal remotiùs à cibo & potu, (etiam ſine ullo ſale explicitè conſtantibus, exemplo brutorum) proximiùs è ſero & ſanguine arceſſendum eſt, Omnia enim veſca & alimenta pollent ſale alkali acidoque comite ſulphure nutribili, cùm verò ſal eminens nutritioni ſit contrarium , & ſulphur purum, lucidum,& decenti quantitate expetatur, urina quoque ſingula illa exhibet , à re ſolutione reſiduâ,Deponitur ſulphur excrementitium groſſius magis per alvum ſtercorandis ægris debitum , ſubtilius tum alibi, tum per urinam , maximè verò ſal.

Urina ſal tartareum eſt , Seu ad urinam conſtituendam , non ſolùm concurrit pars aquea, non ſalina , ſed etiam terrea , ſeu tartarea , Quæcumque verò prædicantur de urina, tanquam effectu ; illa etiam de Renibus tanquam efficiente locum habent , quippe qui illam fabricant & ſiſtunt. Tartarum hunc teſtatur non minùs ſenſus , urinæ enim ſaniſſimorum etiam hominum tartareæ ſunt , & ſic materiale calculi penes ſe habent ; Et longè magis Renes primariam ſedem calculorum, & tartari hujus concreti juxta de reſolutis conſtituunt.

Combinationem ſalium in urinâ , & cohærendi aptitudinem præbet ſulphur ; Si conſideremus , unde Tartarum in corpore denominarent authores nominis primi , facilè paret vel tartarum vini ob analogiam

nomen dediſſe illi ipſi, quod credibilius eſt, vel tartarum in corpore, in urina concreſcentem tartaro vini; habent enim inter ſe maximam convenientiam; Ut in muſto præviâ fermentatione ad fundum mittuntur fæces, ex ipſo verò vino ſenſim ſenſimque parietibus cadorum ſe affigit tartarus; ita quoque ex aſſumptis, in laboratoriis ſuis fermentatis, digeſtis, exaltatis, pars tartarea ſeparatur in renibus, Hinc optimè urina dici poſſet liquor ſalino-tartareus, ut enim porro in tartaro vini eſt ſal acidum & alkali combinatum ſulphure, corporaturam primo largiente terra, ita idem quoque hic viſitur: Hinc ligatum eſt ſal alkali ab acido, acidum ab alkali obtuſum, utrumque combinatum & unitum cum ſulphure, quod interpres eſt amicitiæ; quo excuſſo, ſive per putrefactionem, ſeu per alkalia ipſoſque cineres; ſimulque ſic enervato ligante acido, vinoſitas mox ſenſui ſe offart, eodem pene modo, ac in ſale ammoniaco, idem omne occurrit.

Renes urinæ fabri ſunt, privativè & poſitivè, Curioſa eſt diſquiſitio, *Quomodo in renibus fiat urina*, productum ex ſanguine & ſero novum, quod priùs non aderat, Duo ergò cùm concurrant, materiale & formale, ſeu maſſa ſanguinea, tanquam materia ex quâ, & organum ſeu fabrica ipſa, utraque viſenda ſunt ad penitiorem cognitionem operis; Hinc nota

Sanguis continuò appellit ad Renes, ibique circulatur. Appellit per arterias emulgentes in ipſam portam centralem renum, Quamvis enim de aliis quoque oris, quibus materiale urinæ, cumprimis aqueum potulentum oneroſum ad renes feratur, non pauci conjecturaliter diſſerant, ſtatuantque, id ipſum tamen hactenus nondum cognitum ſatis eſt. Quin in duo potiſſimùm repugnant, eaque valida argumenta, unum verum & receptum, Receptaculum chyli & lymphæ, non emittere de ſe chylum vel lympham, ſed remiſſum colligere; termino ad cor præfixo genuino, & tanquam via regia, à qua deflectere naturam minùs probabile eſt, inprimis cùm ſenſus nondum ſcrutatus ſit, vaſa huc ire & concedere: Alterum ſuppoſitum, non poſſe tam celeriter ad cor, indeque ad renes pervenire materiam, chylum; repugnat enim pulſus mox à paſtu citatus, uſum auctum innuens, repugnat ſanguinis, velocior opinione communi tranſitus & diſtributio, circulatio, repugnat quod itidem ſupponunt, chylum tamdiu in ventriculo concludi, donec perfectus ſit, & hinc diſtribuatur.

Sanguis à centro renum ad circumferentiam, Urina à circumferentiâ ad centrum tendit. Quod ne confuſionem pariat, duplex poni poteſt centrum renum, unum immiſſionis, alterum emiſſionis; Immiſſionis voco cavitatem mediam extimam quæ portæ inſtar habet, unde cornua ſua velut Ren exporrigit, ubique vaſa ſanguifera, arterioſa & venoſa cumprimis, ſub Emulgentium nomine decurrunt; æmulantur enim renes figuram aſari egregiè, Ab hoc centro ſanguis circulum incipit, ibique finit; Ab hoc centro ad circumferentiam parenchymatis fertur & undulat; alterum verò nullatenus attingit; Emiſſionis enim hoc centrum voco, cavitatem renum; illa enim eſt terminus ad quem urinæ, & centrum verum internum, ut alterum externum magis.

Non diverſitas pororum, ſed tubulorum, ſeri à ſanguine facit ſeparationem, tum in toto corpore, tum h.l. apprimè in Renibus, Nullibi in toto corpore per naturam ſanguis viam habet, vel invenit in vaſa lymphatica; His verò pares ſunt tubuli ſeu fiſtulæ membranaceæ; quod enim in ore ſunt tubuli, ſeu vaſa ſalivalia, quod in mammis tubuli lactei, id in Renibus tubuli ſtellati, quibus glandoſi acini, vel caruncułæ papillares præſunt, Adeoque non ita compacti ſunt renes, ut inſtar cribri cujuſdam ſe habeant, ubi poris iiſdem ſanguis excludatur, ſerum immittatur: Adeſt diverſitas pororum, ſed ab illis tubulis lymphaticis producta, excluditur ſanguis, ſed non quaſi uterque humor adſiet; alter tranſudet, alter minùs, Alia eſt ſcilicet Emulgentium vaſorum diſtributio & ramificatio, alia ureterum, qui in pelvim & cavitatem deſinunt; hæ verò velut expanſum ſunt tubulorum lymphaticorum ibi coalitorum & unitorum, ut infinitis porulis, ex circumferentiâ in centrum fiat collectio, Hinc ureteres à renibus integrè poſſunt ſeparari, ibidem in plures quoque ramos divaricari; Hinc ubi deſinunt vaſorum emulgentium excurſiones, ibi incipiunt fines lymphaticorum, Idemque hoc modo hic contingit quod in univerſo corpore, ubi lymphæ etiam in extremis fit ſeparatio manifeſta à ſanguine, hac ſolâ differentiâ, quòd hic colligatur, mutetur, excernatur. Hinc nulli rami Emulgentium vaſorum in cavitatem vel centrum renum penetrant, nec in finem anaſtomuzantur vel coeunt; Satis eſt emiſſum ſanguinem ad reditum adigi, & ad capillaria venarū vaſa admitti, tum ab elatere renum proprio, tum à pulſu ſanguinis perpetuo dict⁊, tum à blandâ compreſſione diaphragmatis, unâ verò operâ ſecretionem fieri ſeri urinarii. Vide *B. Euſtachium & Bellinum de Renib.*

Fermento Renum ſpecifico ſero ibidem ſeparato character urinæ imprimitur. Soli Renes faciunt urinam, ait *Helmontius*, quæ aliàs eſſet ſudor; differtque urina à ſudore, non quidem materiâ primi laticis, ſed ſolo efficiante renum fermento: Eadem eſt materia urinæ & ſudoris, prima putà, uti etiam ſuo ſenſu eadem materia ſalivæ ipſius; attamen convenientiſſimè & uſitatiſſimè id prædicatur de ſudore.

Separatur etiam in Renibus pars bilioſa aliqua tingens & fermentifica; Diſceptant Authores de *colore urinæ*, aliis in tartaro, aliis in ſalibus, aliis in ſulphure, & bile eundem quærentibus, Ex ipſa verò non ſolum analogiâ hepatis ac lienis, ſed maximè ex naturâ rei nobis videtur maximè veritati conſonum, Renes quoque poſitivo depurandi argumento pollere, non minùs ac reliqua ſororiantia organa; Bilem ex veſicâ felleâ huc derivare ad renes, quæ urinæ colorem fœneret, magnum eſt poſtulatum, neque enim in ſanguinem remeat; neque ab inteſtinis longiori anfractu eandem acceſſere fuerit integrum, cùm chylus albicet, & ex eo priùs ſanguinea purpura, quàm urina expectanda, Fruſtra ergo fuerit, bilem excrementitiam, alibi actu ſeparatam hic allegare; Valet & impræſentiarum hic vulgatum illud, Non expectes ab alio, quod ipſe facere potes. Renes ſanguinem ſuum & materiam tanquam penſum ad elaborandum non accipiunt mediatè vel ab hepate, vel à liene, ſed immediatè ab aortâ, non minùs ac priora illa organa, utut non negemus ſeparationis hujus actum primum, jam in corde perfectum, ſecundum in renibus perfici, quorum ille remotior, hic præſentior eſt & proximior; quandoquidem ergo ſanguis communis omnium materiæ huc fertur immediatè, non ſufficit illa tinctura, undecunque afferenda; nec viæ præſto ſunt, efficitur, illam penes ipſos gigni & ſecerni renes.

Fermentum Renum domeſticum acceſſorio bilioſo roboratur: Domeſticum à prima ſeri & ſanguinis craſi, miſcela & diverſa locatione in renibus impenſa obtinent: Permanent enim hoc non minùs ac alibi eorum ſtamina, unde accedentes humores vitales alterare norunt; *acceſſorium* à bile & hic ſeparata mutuantur; Ut in Liene fit bilis præparatio, & ad ſecretionem aptatio, ita & in renibus, ſed cum ſecretione actuali quoque, valet id, & in ſtatu p.n. & in naturali.

In

In Ictero urina crocea biliosa non redditur, quòd bilis exuperans ex ſolliculo felleo huc concedat largiùs, In ſebribus quartanis, Scorbuto conſummato, febribus ardentibus urina ſulgurat, ſeu biliosa magis eſt, non ex eadem causâ, ſed utrobique ſanguis, maſſa ſanguinea habet in ſe materiam illam, fit ergo & in renibus ſecretio & excretio hinc major: Vrina propriè dicitur in ſanis ſemper aurea ſeu citrina eſt, à decenti commixtione partis bilioſæ, Et quando particula bilioſa ſimul per ſiphunculos illos trajicitur, hoc ipſo ſalia ſeparantur faciliùs, ſequacia non tam lymphæ ſolius, exemplo ſalivæ, lactis, niſi abundantiora ſint nonnunquam, quàm bilis, quæ ſalium ſub ſulphuris vinculo eſt quoddam compendium, Hinc experimenti loco notum eſt, abſente tincturâ bilioſâ in urinâ, minùs etiam ſalia in eadem extare ut plurimum; & quò urina fuerit bilioſior, magiſque tincta, eò etiam ſalibus magis foeta.

Renes defæcant & defæcatum amandant) Actio Renum eſt inſigniſſima, non cedens ulli ex reliquis organis in toto corpore, at *ij non defæcant attrahendo*, magnã vim attractricem in renibus agnoſcebant nõ pauci, nondũ ſtabilita circulatione ſanguinis: fieri id putabatur hepatis [illegible], renum ἕλξει. At nulla eſt in renibus attractio activa, qua attrahant ſerum ex maſsâ ſanguineâ, adeſt tamen, ſi ita loqui licet, attractio paſſiva, ſi ipſam mechanicam ſtructuram intelligamus, qua admitti undiq; ſanguis & tranſcolari ſerum poſſit: ſufficit ipſa continua appulſio & circulatio ſanguinis etiã in hoc organo præſentibus loculis, qui eundẽ invitãt, & ad ſeparandum aptant.

Renes vigorem & conſiſtentiam ſanguini illibatam præſtant, continuò defæcando, ſeu dephlegmando, rectificando; quamvis enim ſeparent maſſam ſanguineam qualem impetrant, qualis adducitur & appellit, attamen, quantum in ipſis eſt, defæcare & vigorare ſatagunt, quod niſi fiat, ita ſanguinem vitium reſultat; remanentibus quæ defæcari & ſeparari debebant: Excutiuntur ſalia, tartarus, ſerum ſuperfluum, bilioſæ partes ſubtiliores, quorum omnium magna vis eſt in alterando ſanguine: Apparet in affectibus tartareis quantùm operę inſumant renes, in educendo tartaro bilioſo, cœnoſo, ſabuloſo: Atque hoc fundamentum hinc eſt urinæ & judicii omnia ex eadem deſumptæ; qualis enim ſanguis, talis urina, perſtante renum officio. Quicquid de toto corpore deſtillare fas eſt & extrorſum amandari, hic colligitur: Hic confluentia eſt publica: Canaliculi & ſiphunculi plures, quibus glandoſæ miliares caruncula præſtãnt, in unã terminantur cavitatẽ, in quã ſtillant orificiis minimis & delicatis, Cavitas enim renũ ad ſtillicidiũ hoc aptiſſima eſt, unde per canales alios producitur ulteriùs & ad exitum aptatur; Papillæ verò glandoſæ in fibroſâ carne exſculptæ plurimæ.

Renes Veneri non litant, Si vulgi loquendi morem attendamus, & Medicorum quorundam, non ſolùm è magnitudine renum generandi potentiam haud rarò æſtimãt, ſed & præſidere generationis operi, ſuo uſu: Hoc ut dilucidemus. Notandum, 1. Renes non generare ſemen, ſive è ſpinali medullâ hoc arceſſamus ipſum ad renes, ſive ex vaſis aliis, unde per medios teſtes, ut loquitur *Hippocr.* amandetur in pudendum; Verum enim inoleverit, quod renes huic operi tribuantur, ἀκύρως tamen id accipiendũ eſt, ut innuatur locus, circa quem ſcaturiat is fõs, ſeu humor, ſumendo eos pro lumbis, quibus præſunt: Argumentum præcipuum eſt, quòd à renibus nulla via procedat ad teſtes, ſed arteriæ præparantes, reſpectu ſeminis ita dictæ, ſeorſim ex aortâ procedunt, & ad eoſdẽ decurrunt; Si nullæ viæ, vel vaſa, nullus etiam humor genitalis per eaſdem derivandus: Et quamvis decumbentibus in lumbos, fiant ἐξονειρωγμοὶ, ſeu pollutiones nocturnæ, id tamen non tam fit, quòd inde incaleſcant renes, & calidiores redditi teſtibus inſpirent illum ὀργασμὸν, quàm quòd ipſe ſanguis vaſis majoribus ibi decurrentibus incaleſcat, quem calorem etiam renum fotus unà promovere mediatè poteſt, citra miſſionem ipſius ſpermatici liquoris, vel characteris Venerei momentum; Non generãt Renes ſemen poſitivè, quicquid verò conferunt, remotè præſtant & privativè, depurando & ſuo loco ſanguinẽ, non minùs ac reliqua; Hinc nephritici quoque ſunt ſalaces, & inſomnium Venereum, à *Tullio* memoratum, à calculo inhærente his partibus, nonniſi ob conſenſum ſuit enatum partium harum: Vti è contrario ſæpènumero urgẽs urinæ ſtimulus in veſica tempore ſomni, ludit phantaſiam, ut ſemen profundat potiùs in diſpoſitis, quàm urinam: Sic idem tenendum eſt de renibus & horum continuationibus. *Wed. Phyſiol. Reform. c. 10. p. 311. & ſeq.* Reliqua petantur ex dicto loco.

[1]. *Renum*) Sanguis in totum corpus diſtribuitur ex corde, ut iſtud nutriat; Sed priùs fit ſeparatio quædam ſingularis cujuſdam liquoris ab eodem, utpote cùm videamus in hepate & ſolliculo fellis bilem ſeparari, In Renibus urinam, In Glandulis partem materiæ lymphæ &c. primum viſcus notabile, cui ſanguis poſt ſuum deſcenſum exinde occurrit, eſt Lien, Alterum eſt Hepar, cum annexo ſolliculo ſelleo; Tertium ſunt *Renes*, in quibus ſecernitur *Lixivium volatile*, ſeu latex aquoſus, ſale volatili ſalſo oleoſo impragnatus; qui ſimul certo modo alteratur, ita ut *materialiter* quidem urina in ſanguine præexiſtat, ſed non *formaliter* Teſtantur hoc attributa & proprietates urinæ, in colore, odore, ſapore &c. diſtincta admodũ à latice ſanguinis ſeroſo, & in nullo alio ſucco reperibiles: Modũ ſecretionis mechanicũ docet *Bellinus*, quòd nempe per fibras fiſtuloſas trajiciatur ſerum, urinæ materia, exactior quidem, ſed ſimul obſcurior: Medium verò alterationis eſt fermentum quoddam peculiare.

Læditur hæc ſecretio urinæ in Renibus 1. quando *nulla* fit, & *eſt aboleta*, 2. quando *imminuta*, 3. quando *nimia* vel *aucta*. 4. quando eſt depravata.

Vrinam dixi *Lixivium*, conſtat [illegible] partibus; *aquoſâ* nempe ſalibus ſalſis oleoſis impregnata; Et quidem hac de *urina Sanguinis* in primis intelligenda, Nam cum urina potus nihil hic nobis negotii: [illegible] verò in iſtis urinæ ſecretionibus, neq; hæc pars conſtituens urinam probè attendenda, & nunc hæc nunc illa conſideranda, cum juxta utramque partem lædi poſſit ejus ſecretio, Interdum enim v. g. læditur ſecretio juxta laticem aquoſum, qui nimis copioſius [illegible] conſtituens ſalinis ſaturatur, & [illegible] urina ut plurimum eſt pallida & tenuis, aliàs *cruda* dict[illegible], E contra interdum *contenta ſalina* ſunt nimis copioſa, vel ob defectum [illegible] exh[illegible] per mediam, ſudores &c. vel ob copiam ſalium vitioſorum in maſsâ ſanguineâ cum urinâ excernendorum. *Etmuller Part. 2 p. 166.*

[2]. *Renum morbi ſunt*) Conſtitutio Renum contra naturam ſimilaris, conſiſtit in depravata Temperie & ſubſtantiâ, *Intemperies* triplex vel [illegible] ſubſtantia. In *ſubſtantiâ*, laxitatem affert, quæ parit ἀτονίαν, Ex intemperie calidâ naſcitur *Inflammatio*, inde *Abſceſſus*, tandem ulcus inducitur, non tantùm in partibus internis, ſed etiam externis; Sæpius enim intra membranam adipoſam colligitur materia, quæ generat abſceſſus, tanquam ſteatomata in ipſo adipe creata, quæ comprimunt Renes: *Laxitas* procedit ab intemperie frigida humida, vel ſumme calida; quæ corrumpit nativum partis temperamentum, inde ἀτονία, ex qua diabetes, vel iſchuria; *Renum numerus* rarò mutatur; quòd ſi unicus adſit, non poteſt dignoſci, neque duobus æquivollet, ideoque deteriùs vivunt, qui unicum habent Renem.

Quamvis Renes adipis glutine videãtur tenaciter adhæſi lumbis, interdum tamen luxantur & anteriorſum procumbunt; interdum in hypogaſtrium delabuntur, non ſine vitæ detrimento.

In ſuo ſitu naturali collocati, ſi majores aut ponderoſiores evadant, ſtuporem cruris afferunt, dum compri-

munt muſculum pſoam, & nervos ad crura deſcendentes, qui traducuntur per carnes muſculi pſoæ; Si *meatus interior mediocriter obturetur*, tum urinæ tenues redduntur; ſi *perfectè* urina ſupprimitur: Si *interior ſubſtantia exulceretur*, urina purulenta excernitur; Si *vena reſeretur* aut *rumpatur*, urinæ cruentæ funduntur; Et quia Renes communicant per nervos ſtomachicos cum ventriculo, eorum affectibus condoleſcit, aut compatitur nauſeabundus, aut vomituriens, Interdum *apoſtema* ex eadem ſympathiâ ortum habet, quod diligenter notandum, ubi ſuſpicio renis affecti; *Calculi* frequenter generantur in cavitate Renum, ſive ſint tubuli ureteris, in quibus coralli modo concreſcunt; ſive ſit pelvis, ubi rotundus formatur: *Tabe* conſumuntur Renes, qui etiam Tabem univerſalem accerſunt, Vel ex putredine & conſumptione Renis procedit, vel ex nimiâ profuſione ſeminis &c. *Riolanus Enchir. Anat. c.28. lib.1.*

2. *Renum morbi ſunt*) Enumeratis ab Auctore, adde Eorum Intemperiem, Imbecillitatem, putredinem, Gangrænam, morbos Numeri, Situs, Magnitudinis, Laxitatem, Abſceſſus.

2. *Renum morbi ſunt*) Quibus adde intemperiem calidam, ſiccam, frigidam & humidam, debilitatem, laxitatem, magnitudinem excedentem, ſitum mutatum, numerum mutatum, & gangrænam, fiſtulæ, Vermes.

3. *Anguſtia eſt vaſorum in Renibus &c.*) Actio Renum eſt, ſeroſam redundantem humiditatem è ſanguine ſeparare, quæ ipſis cum ſanguine advehitur per arterias emulgentes; è quo ſanguine in tranſitu per renum glandulas, fibrillas urinarias & carunculas papillares, bona pars ſeri ſeparatur ac in pelvim deſtillat, indeque per ureterem delabitur ad veſicam urinariam; quòd verò reliquum eſt ſanguinis & ſeri ei permiſti, (totum enim ſerum è ſanguine non ſeparatur) illud per venas emulgentes dimittitur ad cavam.

Verùm quomodo illa ſeri ſeparatio fiat, difficile explicare, quia duo primaria, ex quibus explicatio petenda foret, penitus obſcura ſunt, ſcilicet ſpecifica fermentatio, & peculiaris pororum in renibus diſpoſitio.

Nam quod in Renibus, aut circa Renes, fiat ſpecifica aliqua efferveſcentia, ſeu ſegregativa fermentatio (hanc olim coctionem dicebant) qua ſeri pars, unà cum ipſi admixtis impuritatibus è ſanguine ſeparatur, docent tres rationes. 1. Quod pleraque diuretica, multo ſale, fermentationem talem faciente redundent, ideò multa ex iis ſalia ſint, ut Sal fabarum, vitis, juniperi, prunellæ &c. 2. Quòd ſudorifera (quibus ſerum etiam è ſanguine ſeparatur) efficacia fiant, ſi ſal *abſinthii*, cardui &c. vel talia, quæ ſale acido pollent, ut acetum, oleum vitrioli, aut ſulphuris, ſpir. ſalis & ſimilia addantur, quæ efferveſcentiam iſtam faciunt vel augent. 3. Quòd in morbis frigidis, e.g. anaſarcâ, ob debilem hepatis conſtitutionem, fermentum non ſatis validum & conveniens, præparetur, atque hinc etiam ſerum crudum manens, non ſufficienter à ſanguine ſeparetur, nec ſatis attenuetur, unde urinæ tunc pauciſſimæ excernuntur, licèt ſerum in toto corpore redundet; omneſque molliores partes œdematoſo tumore diſtendat.

Sed quomodo per illam efferveſcentiam ſeri pars, cum ipſi admixtis impuritatibus ſeparata, & qualem nanciſcatur figurationem, ut ſola per renum poroſos meatus delabi poſſit, ipſo ſanguine ab iis excluſo, hoc qui explicabit, verè laureâ dignus erit.

Sic etiam pororum in renibus diſpoſitio: ſeu configuratio non minùs obſcura & ignota eſt, quàm modo dicta ſpecifica fermentatio, Nam quis, quæſo, explicabit quare ſerum cum ſuis contentis liquoribus, per ante dictam ſpecificam fermentationem à ſanguine ſeparatum, per renum & glandularum poros ſine ullo ſanguine ad veſicam deſcendat, cùm interim purulenta materia, è thoraca delata; ac ſanguini penitus admiſta, ipſo ſanguine craſſior, per eoſdem poros, ſæpe ſine ullo ſanguine tranſiiſſe viſa ſit?

Qui promittunt ſe clariſſimè hujus rei cauſis explicaturos, dicunt hoc fieri propter pororum in Renibus ſpecialem aptitudinem ac figurationem (hanc tamen deſcribere nequeunt) cujus ratione pus craſſum per illos dimitti, ſanguis verò tenuior tranſire non poteſt; Cùm in cribrum ruſticum, inquiunt, rotundis foraminibus præditum, ſimul injiciuntur paleæ tenues, & piſa, vel fabæ, tunc per ejus foramina, craſſæ fabæ vel piſa facilè delabuntur, paleis tenuibus oblongis in cribro remanentibus: Verùm etſi pororum aptitudo in rebus ſiccis talia præſtare poſſit, tamen dubium, an etiam in liquidis, & omnino fluidis corporibus ſimul mixtis, hoc contingere queat, præcipuè ubi neutrum pinguedine alterum ſuperat, &c. an pus quadruplo craſſius ſanguine, ob ſolam dictam pororum configurationem tranſire poſſit per tam anguſtos poros, qui ſanguinem ei admiſtū, multoq; tenuiorem non tranſmittunt, ſed ſiſtunt; Atque ita ratio iſta de ſpeciali pororum figuratione, vix ſufficere videtur ad dictæ evacuationis explicationem.

Verùm ne in ſolis liquidis ſubſiſtamus, quid dicemus de rebus ſolidis ac duris? an etiam illæ taliter figuratæ ſunt, ut per poros renum dimitti poſſint, ſanguine non concomitante? Atqui varia extant exempla rerum durarum ſine ſanguine cum urinis excretarum.

Hæc dum perpenderam, & quòd illi qui aquas ſpadanas, & alias diureticas, vel etiam vinum diureticum, copioſius bibunt, intra ſemihoræ ſpatiū ſæpe tres, quatuor, pluresve ſeri libras emingū, ſine ullâ cordis alteratione; Et vix veroſimile videatur, quòd tanta ſeri crudi & non colorati copia, tam citò per pulmones, cor, & renes ſine incommodo tranſire poſſit, cœpi cogitare neceſſariò, præter Renes debere etiam dari alias quaſdam vias, per quas copioſius ſerum, atque etiam res duriuſculæ modo commemoratæ, ad veſicam devenire poſſint, Vias has ſuſpicatus ſum eſſe *quædam vaſa lactea*, quæ per occultos & hactenus incognitos meatus ad veſicam feruntur, & non quidem in omnibus, ſed in paucis quibuſdam verſus veſicam adeo patula ſunt, ut non tantùm ipſum chylum lacteum & ſerum copioſum, ſed res quoque ſolidas, duras & oblongas tranſmittere poſſint; Suſpicionem meam omnino confirmare videntur obſervationes Medicorum qui interdum chyloſam lacteam materiam cum urinis excretam viderunt &c. *De Diemerbroeck Anat. lib.1.c.17.*

4. *Vaſorum in Renibus*) Utrorumq; Emulgentium (arteriæ & venæ) diſperſio ac diſſeminatio per renem exactè demonſtrari nequit, propter ſummam ramulorum tenuitatem & viſus hebetudinem; *Rolfincus*, *Barthol. Euſtachium* ſequutus, ſtatuit venarum emulgentium radices cum finibus arteriarum emulgentium per anaſtomoſes multiformiter coire; Verùm harum conjunctionum vanitatem edocuit *Malpighius* qui per microſcopia obſervavit plurimos arteriolarū fines deſinere in exiles glandulas, fibrillis ſeu vaſculis urinariis adhærentes, ſicq; ex arteriolarum ſanguine in his glandulis aliquam ſeri partem ſeparari, atque ab urinariis vaſculis ad pelvim ferri; reliquum verò iſtius ſanguinis à venarum finibus abſorberi, & ſic ad venam emulgentem ac cavam defluere. *De Diemerbroeck.*

4 *Vaſorum in Renibus à cauſis ſuis &c.*) Glanduloſæ obſervantur in Renum parenchymate concluſæ, atq; in tubulos membraneos Pelvi cōtinuatos protenſæ qui in ductibus peculiaribus Lotii ſtillicidio dicatis donatæ *Carunculæ*: Nulla fit urinæ in Renibus ſecretio, ſæpiùs iſtarum glandularum *Obſtructarum*, aliterve malè affectarū vitio, rariùs forſan ipſius *ſanguinis*, *ſerive* culpâ, ineptì putâ ad ſui ſecretionem, & quidem ob intimiorem partium heterogenearum permiſtionem.

Obſtrui poſſunt *Carunculæ* à pituitâ & glutinoſâ, in te-

in tenui inteſtino quavis ratione ſolutâ & ſanguini confuſâ, poſtea verò in Renibus ab externo frigore imprudenter admiſſo, ipſorumque carunculas ſimul vitiante iterum coagulatâ, & ibidem cum ſero urinario à ſanguine, ex parte ſaltem ſecedente, inque carunculis hærente, atque ipſarum ductus paulatim opplente ac obſtruente: Vitium Carunculis ab externo frigore introductum, *Coarctatio* erit forſan *& Conſtrictio* ſubſtantiæ ipſarum ſpongioſæ, propter quam in ipſis hærebit, & ſiſtetur faciliùs pituita ſero perfluente diſſoluta, donec tandem ipſarum ductus replens, impediat ulteriorem lotii per ipſos tranſitum: *Intimiùs permiſcentur* partes ſanguinis heterogeneæ; ſicque ineptus fit idem ad *Seri ſui ſecretionem*, quoties lymphæ ad cor tendentis, Aciditas exiſtit acrior, adeo ut nimiùm concreſcat univerſus ſanguis, ſolâ ipſius ſuperſtite fluiditate. Hæc *Lymphæ aciditas* reddi poteſt acrior, cùm in glandulis conglobatis, tum in glandulis Pancreatis conglomeratis ab externo frigore valde acri, vel animi mœror aut terrore gravi ac inopinato, imprimis concurrente ac præcedente rerum acidarum, & hactenus valde acrium abuſu notabili. *Fr. Sylvius Pr. L. 1. c. 55.*

5. *In Renibus*) Quemadmodum ab aſſumptis, atque in ventriculo fermentatis alimentis ſecernitur pars optima & corpori utilis, ſed fluida, & colore lacteo prædita, chyli nomine per lacteas venas cor verſus deducta, ſecedentibus ad alvum partibus inutilibus ac fœculentis, craſſiorem conſiſtentiam ſervantibus: Ita turſum ea chylo in ſanguinem mutato, ſecernitur in Renibus, pars ſeri ſuperflui, quæ dum ad reliquam maſſam refluit; ſanguinis portio præcipua, per papillares ipſorum carunculas deſtillat in pelvim, amandaturque hinc per ureteres ad veſicam urinariam, à memorato ſero urinam tunc conſtituente denominatam, in quâ concervatur paulatim, donec iterum excernatur ſubinde; Glandulosæ obſervantur in Renum parenchymate concluſæ, atque in tubulos membraneos pelvi continuatos protenſæ, quin ductibus peculiaribus lutii ſtillicidio dicatis donatæ carunculæ: *Hæc urinæ ſecretio* læditur 1. quando *Nulla* fit, 2. quando *Parcior*, 3. quando *copioſior*, 4. quando tum *liquoris*, tum contentorum ratione, in colore, odore, ſapore, craſſitie &c. variis modis vitioſa contingit. *Sylvius de le Boe.*

6. *Obſtructio*) ἔμφραξις τῶν νεφρῶν, eſt ubi vel venæ Emulgentes, vel cavitates Renum, vel ureteres aliquâ durâ craſsâque materiâ infarciuntur, ita ut vel non probè attrahant aquoſum ex jecinore ſanguinem, vel deſtillare ex cavitatibus, & expellere in ureteres, ex ureteribusque in veſicam propellere nequeant. *Franc. Joel. Pr. l. 6. p. 386.*

6. *Obſtructio*) Nulla fit urinæ in Renibus ſecretio, ſæpius ipſarum *caruncularum obſtructarum*, aliterve *male affectarum* vitio; rariùs forſan ipſius *ſanguinis ſeruve* culpâ, inepti purâ ad ſui ſecretionem, & quidem ob intimiorem partium heterogenearum permiſtionem: *Obſtrui* poſſunt *carunculæ à pituitâ* multâ & glutinoſâ, in tenui inteſtino quavis ratione ſolutâ, poſtea verò in renibus ab externo frigore imprudenter admiſſo, ipſorumque carunculas ſimul vitiante, iterum coagulatâ, & ibidem cum ſero urinario à ſanguine ex parte ſaltem ſecedente, inque carunculis hærente, atque ipſarum ductus paulatim opplente ac obſtruente. *Franc. Sylvius.*

7. *Vel compreſſio*) Vitium *carunculis* ab externo frigore introductum, *Coarctatio* erit forſan & *conſtrictio ſubſtantiæ* ipſarum ſpongioſæ, propter quam in ipſis hærebit, & ſiſtetur faciliùs pituita ſero perfluente, diſſoluta, donec tandem ipſarum ductus replens, impediat ulteriorem lotii per ipſos tranſitum. *Idem.*

8. *Signa ipſius ſunt*) In Obſtructione Renum, urina perpetuo eſt inſtar limpidæ aquæ, tenuis & alba, niſi obſtructio à ſanie, vel purulentâ materiâ in Renes defluente ortum habeat: Reliqua ſigna petantur ex capite de Calculo & urinæ difficultate. *Fr. Joel.*

9. *Gravitatis circa lumbos*) Renes ſiti ſunt ad lumbos, & videntur extra cavitatem abdominis collocati; idenque facilè ab externis afficiuntur: Caliditate renum præditi, eam facilè augent, ſi in dorſo in mollibus plumis jaceant ſupini; Vel ſpinam dorſi calidioribus integumentis muniant, Propter hunc ſitum, à valido lumborum motu, vel equitatione, vel itinere & laboribus inſtituto, incaleſcere poſſunt renes, quod aliàs non fieret, ſi liberi eſſent à lumbis. *Morbius Fundam. Med. p. m. 352.*

10. *Cauſa in Differentiis*) Cauſæ προηγουμέναι oppilationis Renum, ſunt aut *lenti craſſique humores*; aut *pus ſanieſve* ex apoſtematibus aliorum viſcerum in Renes defluens, aut *calculus* in renibus concretus, aut *flatulenti craſſique vapores*, in renum cavitatibus incluſi: *Procatarctica* ſunt nimia corporis obeſitas frigiditaſque, fortes cincturæ lumborum, craſſorum flatulentorumque alimentorum crebra eſitatio, qualia ſunt caſeus ac legumina potiſſimùm ubi poſt eorum uſum, ſuperbibatur forte vinum, Tum enim citiſſimè ante coctionem in ventriculo partes alimenti craſſæ, cum urina ad Renes deferuntur, eoſque infarciunt & obſtruunt: *Cerevisia* item craſſa & non defæcata. *Fr. Joel.*

11. *A Cauſis obſtructionem*) His adde vermes in renibus genitos, qui in canum renibus & luporum non rarò occurrunt: Virum novi al. circiter annorum nomine *Meſtral*, qui prægreſſo dolore in regione renis dextri, comite iſchuriâ & dyſuriâ, tres lumbricos diverſis temporibus excluſit, cum urinâ purulentâ & fœtidiſſimâ; omnino illis ſimiles, qui per alvum excluduntur; unus longitudine erat decem pollicum tranſverſorum, qui quia duplicatus prodiit intenſiſſimum dolorem in excretione excitavit, A renibus autem prodiiſſe, fidem facit dolor prægreſſus & ante excretionem in ureteris regione, Horum excretionem ſubſequuta eſt fiſtula in abdomine, quam per quatuor annos geſtavit, ope decocti traumatici ſanatam.

Induratio Renum.

12. *Nimia ſiccitate*) *Indurationem Renum* cauſant, vel Diſſipantia immodicè uſurpata, vel Humores calidi nimis, aut craſſiores affluentes; Illi quatenus exſiccant, hi ut in poris hærent.

Signa hujus mali via certa ſunt, & ferè cum aliorum Tumorum ſignis confunduntur, æquè enim in aliis tenuis & aquoſa, paucaque urina, cum ſtupore cruris, quàm in hoc ſeſe exhibet.

Inſanabile fere eſt, in cachexiam aut hydropem hominem conjiciens.

Curationem tamen qui tentare velit, eam *emollientibus, & leniter digerentibus*, internè & externè adhibitis inſtituat.

Induratio Renum ſæpiùs *Scirrhoſam* conſtitutionem comitem habet, cum nempe humor copioſius affluens, non ſolùm augmentum Renum ſubſtantiæ affert, ſed & hærens indureſcere eam facit: Quæ ergo de Induratione eorum dicta ſunt, huc transferenda. *Ger. Blaſius Ther. ſpec. p. 320.*

12. *Nimiâ ſiccitate*) Ob quam cauſam, quibus *Renes ſicciores ſũt*, Calculo obnoxios ſtatuit *Platerus*: Non calor, *inquit*, Renum, quē efficientem calculi cauſā ſtatuūt; adeo pituitā exſiccare, & ut velut in cineres redigatur, adurere valet; cùm & alibi frigidioribus in locis mēbraneis calculi naſcantur; Et quòd certis in locis generantur, anguſtia loci, cui hæc materia adhærere poſſit, diutiùs meliùſque ſe affigere & *Siccitas*, ubi *exſiccata* induretur, potiùs requiritur, cauſaque adjuvans ſtatui debet: Ob

quam & cauſam, quibus *renes ſicciores*, vel ab ortu, ſicuti in quibuſdam infantibus, qui in incunabulis adhuc jacentes, renum calculos cum magnis cruciatibus & lancinationibus mingendo obſervavi; Vel poſtea per ætatem, aut alias cauſas conogerant, calculo renum magis ſunt obnoxii: Et ſi à parenobus hoc eveniat, hæreditarium eſt malum; eâ ætate liberos plerumque invadens, quâ parentes laborare ſolebant: Quam narnram à parentibus contractam, non qualis ſit, explicans *Fernelius arenoſam* tantùm *renum conſtitutionem* vocavit. *Platerus*.

13. *Humoribus viſcidis, craſſis*) Quorum generatio eſt ex cibis crudis, craſſis, lentis, viſcidis, in illis præſertim, quibus ventriculus eſt frigidus; quique vitam agunt otioſam & ſedentariam, & qui crapulæ indulgent. *Sebiſius man p.1339.*

Prognoſis, & Curatio.

Ex Renum obſtructione, niſi tempeſtivè ſuccurratur, neceſſariò calculus generatur.

14. *Curatur t. &c.*) In Curatione ſic procedendum: dolor lumborum mitigandus, flatus diſcutiendi, & fæces alvi ſubducendæ, ope Enematis ſequ.

℞. *Malv. alth. mercur.* ãã. *m.* ß. *ſummit. abſynth. centaur. min. chamam. aneth.* ãã. *p. j. pulpa colocynth. in linteolo raro ligata* ℈j. *coqu. herba in brodio carnis non ſalſo, nec valde pingui. In colat.* ℔j. *diſſolve hiera ſimpl.* ℥j. *ol. chamam. ſcorpion.* ãã. ℥j. *ſalis* ʒj.

Alvo ita probè exinanitâ, altero die, ſi corpus eſt plethoricum, ſecetur vena vel epatica vel ſaphena.

Tertio die præparetur lentus & craſſus humor ſequenti Potione.

℞. *Rad. petroſel. fœnic. liquir.* ãã. ʒiij. *aſari, dauci Cretic. filic.* ãã. ʒij. *eryngii mon.* ℥j. *ſemin. petroſ. malva* ãã. ʒj. *capill. vener. m.* ß. *flor. centaur. min. & chamam. lut.* ãã. *p. j. præpar. ſ. a. coqu. in duplici vaſe, Colato juri admiſce ſyr. è ſucco card. ben. & v. radic. ad* ℥ij. *f. Apozema*, de quo quotidie manè ac ij. horis à prandio ſumantur ℥iv. tepidè.

Ita craſſis humoribus extenuatis, & Renum meatibus nonnihil dilatatis, exhibeatur ſequens Purgatio lenis.

℞. *Caſſia r. extr.* ℥j. *agar. troch.* ʒß. *ſpec. hiera ſimpl.* ʒj. *m. ſ. Bolus*, dandus in aurorâ: Vel idem reſolvatur in *aqu. petroſ.* ℥v. pro Hauſtu. vi. horis ante prandium exhibendo.

Purgatis craſſis humoribus & liberatis meatibus Renum, tutò uti poſſumus Diureticis, veluti ſunt *gtt.* ix. *ol. vitrioli*, cum hauſtu vini generoſi; aut cochl. ij. *aqua juniperi*; aut ʒj. *pulv. ex ſuccino albo &c.*

Interim cùm ad dolorum Renum mitigationem, tum ad meatuum dilatationem, humorumque extenuationem, plurimùm confert patientem in *Balneum* aut *ſemicupium aqua dulcis* aliquoties collocare, incoctis *avenarum ariſtis*, in quibus ſemina adhuc continentur, *chamam. beton. parietar. malva &c.*

Prodeſt & poſt Balneum, & aliàs ſingulis diebus, bis regionem Renum inungere.

℞. *Ol. chamam. aneth. ſcorp.* ãã. ʒij. *m. Fr. Jool.*

15. *Deterſione, inciſione & diureſi*) Vt Aperientia cum diureticis reciprocant, & operationem ſuam, ſi quam edunt manifeſtam, magis per urinam exercent, ſic nimio eorundem uſu, tonus Renum luxatur; Hinc in obſtructionibus viſcerum præſtat inquirere, quomodo urina ſe habeat in quantitate & qualitate: Si largius v. g. fluat, non urgendi ſunt nimis Renes, ſeu humores potiùs, ſed potius temperatis utendum, aliàs in diabeticam paſſionem fit abitus; vel ſaltim humores ſeroſi ultra ἐυφορίαν naturæ educuntur. *Wedelius Am. m. pagin. 76.*

16. *Laudantur*) Quæ pituitam incidunt & fluidam reddunt, hic præſtant quæ ſimul ſunt Diuretica, quò citiùs faciliuſque vim ſuam exſerant, Rad. *apii, fœnic. eryngii. petroſel.* &c. *Fol. cerefol. ruta, urtica, eupator &c. ſem. ſeſeleos, milii ſolis, ſaxifrag. petroſ. fœnic. &c. bacca junip. ſambuc. ebuli &c. nuclei Perſicor. amygd. amar. &c. ſpir. ſalis nitri*, ex quibus varia concinnari poſſunt, e. g.

℞. *Rad. apii, eryng.* ãã. ℥j. *folior. eupat. aquat. cherefol.* ãã. *m. j. baccar. junip. recent. contuſ.* ℥ij. *coqu. ex aquâ, In colat.* ℥xx. *diſſolve ſyr. v. rad.* ℥iij. *ſpir. nitri vel ſalis q. ſ. ad gratam aciditatem, f. Apozema ad* ℥ij. *aut* ℥iij. *dandum aliquoties in die.* Vel

℞. *Aqu. petroſel. fœnic.* ãã. ℥iij. *vita matth. vel antinephrit. Amſtelodam.* ℥j. *ſpirit. ſal. Armon. gtt.* xx. *ol. baccar. Junip. gtt.* x. *f. miſtura cochlidanda ſæpius in die.*

Si urgeant vigiliæ, aut dolores, adde *Laud. Op. gr.* ij. His medicamentis, non tantùm incidetur pituita glutinoſa, renum carunculas obſtruens, verùm eadem operâ, fluida denuo facta propelletur blandè ad pelvim: Quòd ſi ſegniùs procedat urinæ excretio, ubi per plures horas ſumptum fuerit alterutrum dictorum medicamentorum, commodè dabuntur Acidulæ diureticæ, Spadanæ, Svvalbacenſes &c. bonâ quantitate, vel puræ, vel vino diuretico admiſtæ: Si copioſa in corpore pituita glutinoſa ſimul exiſtet, hæc præparata & ſoluta phlegmagogis educenda. Si externum frigus regionem lumbarem: ac in eâ renum carunculas malè affecerit, conſtitutio ipſarum mala emendabitur per ſudorifera, aromatica, & ſalia volatilia, ſed iteratis vicibus potiùs, quàm ſimul & ſemel uſurpata; ſic enim non tantùm humores fluidos evacuant, ſed inſuper partes continentes alterant emendantque ſudorifera. *Aciditas Lymphæ* aucta corrigetur frequenti dictorum ſalium volatilium aſſumptione doſi parvâ: Vbi ab externo frigore anſa eſt data, illi Aciditatis augmento, noxa illa, per cutis poros in partes vicinas, ipſumque ſanguinem, ac præſertim, glandulas utraſque introducta per dicta ſudorifera. *Sylvius l. c.*

16. *Folia & flores virga aurea*) De *Virga aurea*, inſigniſſimum locum habemus ex *Barclay Satyrico P. 1. p. 51.* Spondet calculoſo triduanam curationem; Cui cùm annuiſſet æger; in proximo monte vota faciens *Æſculapio, virgam auream* offendit, herbam ſcil. quæ calculo bellum indixit, multò feliciùs, quàm aut veratrum amentiæ, aut vulneribus aſcyron, hæc laciniatis foliis, piloque ita brevi, ut penè curioſos oculos fallat, crenis denique tenuibus, & ſæpe in obtuſam ſpeciem oras ſecantibus mediocriter aſſurgit: Radix cauliſque lignea ſubtiliorem ſuccum in herbam transferunt. Planta ad ingenium terræ nunc cubitalis, plerumque eminentior, inſigne faſtigium floribus ad examen turgentibus cingit, & Virgæ aureæ eſt nomen, ſive quoniam aureæ, ac penè divinæ virtutis eſt, ſive quòd præſtantis metalli colorem exigui floris venuſtas æmulatur: Cæterum contuſum in renibus calculum, in innoxium pulverem ſolvit; Non in latere, non in veſicâ dolor, adeo ut tam facili remedio pudeat calculum timuiſſe, Etenim in hyemem ſiccatur, æſtivis umbris planta, & ubi gravitas lateris cocuntem morbum præſagit, aureus pulvis ad drachmam mero deliburus ſumitur, ſive ovo leviſſime cocto permixtus: Recenſet verò obſervationem, quod ubi recentem plantam adhibere coactus fuerit author, primo die nihil viſum ſit ad morbum feciſſe medicamentum, ſed biduo deinde repetitum ſupra fidem eſt, quàm egregiè tefellerit acerbiſſimum morbum ſordidus pulvis abundè veſicam exoneravit, cœnoſumque ſaccharum penè ſanguinis imagine pinxit; Pulveris ejuſdem *virga aurea* mirabilem ſucceſſum, à ſe primo divulgatum,

felici

felici ſucceſſu Nob. Matronam comprobaſſe in innumeris nephriticis ſcribit *Car. Piſo.* Item probatum dicit *Solenander*: Decocto verò herbæ *Thee* utentes Chinenſes calculum neſciunt, quòd abſterſivâ ſubamaricante vi, egregie eorum facilitet genito ex neceſſitate materiæ calculo *Wedelius Am. m pag. 185.* Ejuſdem pulveris *virga aurea* effectum comprobavi in puero ſeptenni, filio Nob. Dom. *Abrahami Camerarii*, Neocomenſis; Ille in Balneo aſſumpto dicto pulvere, excrevit Calculos commotos, renum & veſicæ tormina inducentes: anno 1658.

[16]. *Sanguinis*) Sanguinis partes heterogeneæ intimius aliquando permiſcentur, ſicque ineptus fit idem ad ſeri ſui ſecretionem, quotieſcunque *lympha* ad cor tendens *aciditas* exiſtit acrior, adeo ut nimium conſeſcat univerſus ſanguis, ſola ipſius ſuperſtite fluiditate: Hæc *Lympha aciditas* reddi poteſt acrior, tum in glandulis pancreaticis conglomeratis, ab externo frigore valde acri, vel Animi mœrore, aut Terrore magno vel inopino; Imprimis concurrente ac præcedenterum acidarum, & hactenus valde acrium abuſu oobilt. *Fr. Sylvius.*

[17]. *Grumo ſanguinis*) Grumi ſanguinis fiunt in Renibus, cùm ſanguis eorum eſt extravaſatus, ruptis, apertis, erſis, vel rarefactis vaſis. *Sebizius.*

[18]. *Qui extra vaſa ſua excidit, & ibidem concreſcit*) Vti *Grumefactio dicit*, 1. *ſanguinem extravaſatum*, id eſt ad certum aliquod πῶ, & ſpatium, extra vaſa, circulatione impeditâ illi ipſum, ſive in fieri id adhuc ſit, ſive in facto, 2. *coagulationi proximum*, quippe qui extra ſuum proprium elementum & ſphæram putreſcit, corrumpitur & immotus perſtat, ita quæ hunc ipſum concretum ſolvunt & fundunt, ut vel in vaſa recipiatur, vel ſi redire ad priſtinum genium aptus non eſt; ampliùs diſſipetur & evacuetur, duobus potiſſimùm *modis agendi*, eorundem medicamentorum ἐνέργεια abſolvitur.

Reſpiciunt enim vel *impeditum ſanguinis motum ac circulum*, ſive ſponte ſuâ in partem debiliorem certam ac definitam irruat, ut in inflammationibus, ſeu vaſorum ruptione, & injuriâ externâ extra vaſa, detrubetur, & alicubi colligatur: Et talia ſunt præcipuè *diaphor.* omnia, tum *volatilia*, tenuitate, ſeu λεπτομερείᾳ gaudentia, quæ fluxiliorem reddunt ſanguinem, & ut in ordinem redeat motu concitatiori & ſubtiliatione ac rarefactione majori præſtita efficiunt; Tum *balſamica*, *myrrha*, *zedoaria*, tum *fixa*, *antimonium diaphor.* hinc *tinctura bezoartica*, *ſpiritus c. c. mixtura ſimplex*, *opium &c.* optima ſunt hoc ipſo caſu, & præſentaneam opem afferunt.

Et hæc proſunt, tum priori caſu, in omni inflammationum genere, pleuræ, hepatis &c. vulneribus recentibus, caſu ab alio recens facto, abſceſſibus fientibus &c. quatenus hoc modo ipſa coagulatio & concretio prohibetur, & quaſi in herba ſuffocatur; in ordinem enim redacto circulo, collectio non ampliùs eſt metuenda.

Vel *coagulum ipſum*, jam magis conſiſtens, & quaſi factum, quo ſpectant ſub *nephriticis* relata, reſolventia varia, ſive *ſulphurea*, uti *ſperma ceti* egregium eſt reſolvens; Sive *ſalina*, tum *acida*, uti ſunt *acetum ſimplex*, *ſtillat. ſuccus limon ſpir. vitr.* præcipuè, Adeoque immota ſtat theſis noſtra, *Acida ſanguinem coagulatum reſolvunt*; Notando tamen; Acida, non tam convenire primo caſu, ſanguine extravaſato ſcil. in fieri, vel alicubi cum rheumatiſmo irruente, niſi intentione ſecundaria, & ſub dominio volatilium, tunc enim coagulationem magis promovent, quod vulgò vocant *repellere*, quàm altero, ubi vel extravaſatio & coagulum jam factum eſt, vel rupto vaſe læſóve excidit, ita res eſt adhuc clarior, adeoque & diſtinguendum inter coagulationem in fieri, & in facto eſſe; Tum *alcalia & alkalina*, lapides cancrorum & alia diuretica, & lithontriptica, & quæ ob hoc ipſum alkali plantæ traumaticæ audiunt, eorumq; ſuccus, decoctum, eſſentia &c.

Vnde quoque patet cur in Pleuritide, juxta ipſum *Helmontium*, eadem ſpecifica judicentur, quæ grumis ſanguinis alias conveniunt, ut nempe eatenus materia reſolvatur, quo per expectorationem poſſit excerni.

Conveniunt hæc in caſu ab alto, unde *Pulvis ad caſum Auguſt.* celebris eſt; ſic *ſanguis hirci*, ſic *lapis cancrorum* eſt antipleuriticus, reſolvens grumos, & calculum, ob ſal volatile imprimis, quo inſtructus eſt. *Wedelius de ſ. m. F. l. 2. ſ. 2. cap. 6.*

[19]. *Spermate ceti*) Quod egregium eſt reſolvens, quicquid contra illud ſcribat *Langius lib. 2. Ep. 31.* quo nomine etiam in aſthmate inſigniter prodeſt. *Idem.*

[20]. *Mumia*) Paratur elegans, ſi ſumatur *Caro hominis ſuſpenſi*, aut *rota confracti*, & inciſa imprægnetur, *myrrhâ*, exſiccetur ſucceſſivè, & in fumum ſuſpendatur, qui fiat è *ligno & baccis juniperi*; Hæc *mumia* propter remanentiam ſpiritus vitalis, mumialis, ſingularium eſt virium in ſanguine congrumato à caſu ab alto: Doſis ℨj. in vehiculo appropriato, expectando ſudorem. *Etmuller comm. Schrod. p. 228.*

[21]. *Quod ibi generatur, vel aliunde affluit*) Pus vel procreatur in Renibus ipſis, ob ulcus & abſceſſum, qui ſequutus phlegmonem ſuppuratam, vel aliunde ad renes derivatur. Interdum enim Empyi, Pleuritici, per urinæ ductus, purgantur, purulentâ materiâ ad meatus urinarios deductâ. *Sebiſius.*

[22]. *Vrinam hirci recentem*) Vrina hirci commendatur præ reliquis omnibus urinis, ad calculi attritionem, urinæque expulſionem, caldè ut ex hirco egeritur epota: Præterea *Omentum* urinam obſtructam pellit ventri impoſitum. *Schroderus Pharm. l. 5 p. 276.*

[23]. *Interdum ad arenulas &c.*) Viſitatum eſt *arenulas* rubicundi coloris à quibuſdam in magnâ quantitate cum lotio excerni: horum nonnulli calculo renum ſunt obnoxii, atque paroxyſmis nephriticis crebrò tentari ſolent; Novi tamen alios ſine dolore, aut alio graviori ſymptomate, longo tempore arenoſum minxiſſe: Vrinæ quæcunque ſi in vaſe plumbeo, aut terreo vitreato aliquandiu ſteterint, ejuſmodi ſabulum rubrum matulæ fundo & lateribus affigunt. Nimirum ſal urinæ volatilis, cum ſale fixo metalli coagulatur; ſic quando ſal armoniacus limaturæ chalybis, ſali marino, aut vitriolico commixtus ſublimatur, flores elevati inſigniter rubeſcunt; Quare videtur, quod ejuſmodi arenulæ rubræ in renibus gignuntur, eò quòd ſal urinæ cum fæculentiis tartareis circa anfractus renum depoſitis coagulatur, indeque materia ſabuloſa conſtat, quæ protinus à ſeroſo latice pertranſeunte abluitur; Itaque arenæ quæ ita crebrò mingantur, non ſunt ramenta calculi majoris (uti vulgò creditur) verùm ſanguinis & ſeri, renum anfractus perluentium, extemporanea producta. *Willis Tr. de urin. c 5.*

[24]. *In propriâ renum ſubſtantiâ proveniunt*) Non tantum è Renis cavo, ſed ex ejuſdem quoque corpore ſabuloſa prodire indubium eſt; Nam ſi natura corpora extranea, eaque non exigua, ut ſpicula ac pilas plumbeas carni inditas ad cutem extimam, è profundo interdum extrudit, quantò faciliùs è cuniculoſo renum parenchymate in eorum pelvim minutulas tranſmittet arenulas? *Montotius Diſſert. de Nephrit. p. 741.*

[24]. *Propria renum ſubſtantia*) De Renum ſubſtantiâ, communis hactenus ſententia fuit: illam ad parenchymata pertinere, uſq; dum *Laurentius Bellinus*, effatum hoc: *Renes carnoſos* eſſe, à veritate alienum oſtendere, *Renumque ſubſtantiam*, nil niſi *canaliculorum & capillarium meatuum*, per quos urina in pelvim effluat, *aggeriem* exiſtere ad oculum demonſtrare laboravit, ſequutus *Barth. Euſtachium l. de Renib. capite 42.* At

cum illa *interſtitia*, quæ inter dictos canales intercedunt, non omni deſtituantur ſanguine, Renibus forſan nomen Parenchymatis adhuc concedi poterit. *Swammerdam Gyam. 15. Gart 3. Palaſtr. m.*

15. *Ex aduſtione humorum in venis*) Arenæ nihil videntur eſſe aliud, quàm cineres coctura ſanguinis, adeoque rudimentum accipere in Jecore, complementum in Renibus, vel veſicâ, quatenus vel à Renum ſiccitate granulantur, vel veſicæ glutine coagmentantur; Ibi rubræ ſunt, hic albæ, idq; à genialis loci colore: Vtraſq; calculi eſſe nuntias, *rubras* quidem Renum, *albas* veſicæ communis eſt ſententia; Verùm rubræ quidem proximè calculum non ſignificant, ſed intemperiem renum ſiccam, quæ quia etiam calculi cauſa eſt, ex *Plateri* ſententiâ, hinc fit, quod tanquam effectus conjungantur, non tamen ſemper nec neceſſariò, quia ſiccitas Renum harum cauſa adæquata non eſt, ſed partialis tantum, Requiritur enim materiæ prædiſpoſitio, quæ à Jecoris intemperie dependere videtur, propter quam ſanguis terreſtrior generatur & ſiccus. Vtraque cauſa, quia in ſenibus locum habet, hinc fit quòd Senes plerumque Renum calculo ſunt obnoxii; Pueri verò veſicæ, ob gluten copioſum & expultricis debilitatem. *Henricus Martinius Anat. urina p. 214.*

Notandum lithanicorum Sabulonem non exactè urinæ admiſceri, ſed illicò ſubſidere, nec attritu ita facilè commoveri, ſecus enim tenuiſſimas areolas ſabulo quo κλεψύδρας, ſeu horologia arenaria hodie implentur, fermè ſimiles, omni generi hominum abſque calculi *ſymptomate* ſuetum eſt emittere, & ſanorum jecore ferventium, & ægrorum ardenter febricitantium, ob humores in venis ac hepate tanquam uſtrina einefactos: Quomodo *Hippocr. l. de Nat. mul.* meminit menſtruorum diu occultatorum, quæ poſtmodum arenæ ſimilia apparent; *Et lib. de Nat. hum.* arenularum generationem ad calorem magnæ venæ retulit. *Menjotius Diſſert. de Nephr. p. 742.*

16. *Quæque in declinatione febrium*) At verò (inquit *Laurent. Joubertus cap. 21. de urinis*) non in ſolis renibus aut veſica gignontur arenulæ, ſed ſi bene iudico, plurimùm intra vaſa, venas, inquam, & arterias, idque per febres, aut acutas, aut diuturnas, quæ humores accendendo, horum craſſiores partes ſic adaſſant, ut tandem in arenulas redigantur: Atque id eſt, quod noſtri dicunt humores uſque ad incinerationem corrumpi, ſeu putredine, ſeu uſtione: Quo fit, ut Nephritidi haud quaquam obnoxii, febrem ſolummodo paſſi, cum urina plurimùm arenolarum excernant; &c. Arenulæ quæ à febricitantibus non paucis (maximè morbo jam defunctis) copioſè cum urina minguntur, nullâ vel præſente vel præteritâ etiam nephritide ſero à venis omnibus aut certè majoribus (ubi exuſtio humorum viguit) ſabulum hoc rapientes: Quod minùs mirum videbitur iis, qui bilem totam intra propriam veſiculam in lapides aliàs numero paucos, aliàs numeroſiſſimos induratam aliquando viderint, apertis eorum corporibus, quos febris ardens aut etiam diuturna rapuerat. Ego pluries iſtud obſervavi, & ſemel vidi etiam in linguæ venis, quas Græci ὑπογλωττίδας vocant, noſtri Raninas, præ maxima ariditate ſanguinem in lapideam duritiem converſum. *Reverius alius eſſe indolis cenſet, has arenulas, & proſapia ſalina magis, quàm quæ calculum renum aut veſica conſtituunt.*

Renum Intemperies calida.

Hanc intemperiem, quæ frequens eſt admodum, produnt ſequentia *ſigna* 1. Cauſæ prægreſſæ calefacientes internæ & externæ. 2. juvamen à refrigerantibus, nocumentum à calefacientibus. 3. ſenſus caloris circa renum regionem, quæ eſt lumborum. 4. Qualitas & quantitas urinæ, hæc enim in *qualitate* tenuis eſt, rubra, ſæpe calida & acris, arenoſa item, & cui pingue aliquid innatat, In *quantitate* verò copioſa, præſertim ſi etiam ſicca adjuncta ſit dyſcraſia, nam ſicci calidique renes ſerum potentèr ad ſe ex vaſis trahunt. 5. Propenſio ad Venerem, nocturnæ pollutiones, præſertim ſi corpus jaceat ſupinum, & inſomnia de rebus venereis phantaſiæ affectantur.

Cauſa externa ſunt Aër calidus, cibi acres, ſalſi, aromatis conditi, vina meraca & generoſa, decubitus ſupinus, equitationes, & vectiones frequentes, inquibus, tegumenta pellicea, medicamenta præcalida, balnea ſimilia, præſertim ſulphurea, bituminoſa & nitro imbuta.

Interna ſunt hepatis caliditas, calidi ſanguinis affluxus, accurſus aliorum calidorum humorum, utpote biliosorum, & ſeroſorum, ac phlegmaticorum ſalſorum.

Curatio perficitur refrigerantibus internis atque externis, vacuantibus quoque, ſiquidem intemperies fuerit materialis, & affluxerint aliunde humores ſalſi & bilioſi.

Purgantium materia patet ex dictis, Ponenda ſunt refrigerantia interna & externa.

Ex Internis *alterantibus*, ſimplicibus ſunt.

Radices *cichor. gramin.*

Herbæ, *cichor. endivia, acetoſa, ſcariola, lactuca, ſpinach. ſolanum, portul. ſemperv. parietar. plantago, fol. vitis.*

Flores *violar. nymph. roſar.*

Semina iv. *frig. maj. & min. cydonior.*

Fructus, *pruna Damaſc. paſſul. corinth. tamarindi, fraga, ribeſia, mora, berberos.*

Ligna *troſaſant. Camphora, acetum roſ. rub. idæi, papav. errat.*

Ex arte factis ſunt Aquæ *Cichor. endiv. gramin. fragar. portul. violar. lactuc. ſonchi, ſolani, berber. acetoſ. acetoſella, chondr.*

Succi mali citr. limon. aurant. granat. acid. ſerum lactis.

Syrupi *acetoſ. citri, gran. acid. limon. acetoſ. agreſt. berber. rib. frag. coraſor. acetoſ ſimpl. cichor. endiv. violar. nymph.* Julepus *violar. roſar.*

Conſervæ *acetoſ. citri, acetoſa, acetoſell. cichor. nymph. violar. vitriolat. roſar. vitriol.*

Rad. *cichor. cond. berb. ribeſ. mora, lactuca Hiſpan.* Potus *Acidularum.*

Ex *Topicis* ſunt, Olea *violar. roſar. nymph. ſambuc. cancror. ranar. ſolani plantag.*

Ungu. *refrig. Galeni, roſac. violac. ſantal. popul. album camph. Saturni.*

Ceratum *ſantalinum.*

Acetum *ſambuc roſac. papav. err rubi idæi.*

Balnea *aqua dulcis*, incoctis *lactuca, nymph. ſolano, ſanch. fol. vitis vitiſ. viol. acetoſa, ſempervivo &c. Sebiſius man. p. 1336.* Vide inferius de Debilitate Renum.

Renum Sicca intemperies.

Rarior hæc eſt intemperies, quàm calida, frequentior autem quàm frigida & humida; Præcipua remedia ſunt *Balneum aqua* dulcis & topica: Balneum paretur ex humectantibus ſimplicibus v. g. *malva althæa, lactuca, violar. ſolano, nymphæa mercurialis* Topica ſunt *Oleum viol. amygd. dulc. lilior. alb. nymph. ſolani*, *Diæta* humectans per *brodia alterata, olera, fructus æſtivos, & autumnales, piſces, rapas dulces, butyrum, oleum recentiſſimum.* Sebiſius man. p. 1338.

Renum Intemperies frigida & humida.

Frigida humidave Intẽperies, *cauſam* habet ſanguinem

frigidum

frigidum & humidum; in ſpecie magis hic *balnea & unguenta* frigida ſæpius uſurpata, *veſtimentorumque circa renes defectus*, plurimum valent.

Signa adſunt intemperiei dictæ in ſanguine, gravitas inſuper & refrigerationis circa Renes ſenſus, cum urinæ cruditate, ſive tenuis fuerit ſive craſſior, & fere etiam paucitate.

Periculoſus eſt morbus, & ſæpe hydropis cauſa, quod hic ſerum nimis colligatur.

Curatio eadem hic locum habet, quæ intemperiei frigidæ & humidæ ſanguinis debetur: neglectis Linimentis, Fomentis &c. calefacientibus, & ſiccantibus, *Ger. Blaſius Ther. ſpec. p. 320.*

Humiditas nimia Renum rarò eſt ſine frigiditate, quæ maximè ad imbecillitatem ſpectat, Renibus nimirum laxatis, ait *Foreſtus*. Hæc intemperies cum *laxitate* conjuncta, in cauſa eſt, ut ſerum non rectè ſeparari queat, ſed ſanguis ſimul tranſeat, & urinæ fiant cruentæ. *Mœbius Fund. med. p. 355.*

Renum Debilitas.

Nephritis, in latiori ſignificatione ἀτονία τῶν νεφρῶν. Renum imbecillitas eſt, quando Renes ſuas actiones non probè exſequuntur; Sunt autem actiones Renum aquoſum ſanguinem in purificatione ſanguinis ex hepate, per venas Emulgentes attrahere, & attractum in ſe tamdiu continere, donec reliquias ſanguinis liquoris attracto mixtas, in ſui ſubſtantiam convertant, ac deinceps ſinceram aquam in veſicam deſtillare & ablegare.

Cauſa debilitatorum Renum προηγουμέναι ſunt, aut calida aut frigida intemperies; nam quæ imbecillitas ex obſtructione per craſſos humores, aut dilatationes oritur, ſeorſim tractanda; *Procatarcticæ* ſunt alimenta & medicamenta diuretica, aut intra corpus ſumpta, aut foris applicata, quæ juſtò impenſiùs aut calefaciunt aut frigefaciunt: *Signa* Intemperierum vide ſuperiùs: Quoad *prognoſin*, Nephritici diu afflicti, ac præſertim quibus congenita eſt Renum intemperies difficillimè curantur & poſt annum xl. prorſus incurabiles evadunt.

Curatio conſiſtit in Alteratione intemperiei contraria, tum victus ratione, tum medicamentis: ſemper enim in calidâ intemperie frigidis, & in frigidâ calidis, & opitulandum erit.

In imbecillitate itaque Renum ex *calidâ* intemperie eluatur alvus; fæceſque ſubducantur *Enemate* refrigerante & humectante: Tandem ſi corpus eſt plethoricum, vena talaris interna incidatur; Tertio deinde die rurſus exhibeatur *caſſia recens extracta ad* unc. iß. unâ duntaxat horâ ante prandium, Ac interea bis inungantur lumbi & regio Renum Linimento ſequenti.

℞. *Ol. roſar. violar. myrtillor. è maſtiche* āā ʒij. *ceræ candidæ parùm M. S. adde* ʒij. *mucilag. ex ſem. cydon. & pſyll. extr. cum aqu. roſ.*

A latu imponatur *Ceratum refrig. Galeni*, vel *Santalin.*

Exhiberi quoque poteſt ʒij. ſingulis diebus pulv. Diuret. frigidi.

℞. *Semin. alkek.* ʒj. *medull. ſemin. 4. ſem. frig. mundiſſ. conciſorum, ſemin. lactuc. cichor.* āā ℈ij. *raſur. Eboris. tragac. corall. albi ppt.* āā ʒß. tenuiſſ. pulverata miſce, & *cum aq. cichor.* tepide exhibe; utiliter quoque *troch. alkekingi ad* ʒj. *dantur.*

In *frigida intemperie*, Pridie Clyſmate ſubductâ alvo, exhibeantur *Caſſiæ* rec. extr. ʒx. cui additæ ſint *gtt.* iij. ol. *aniſ ſtillat.* Tandem quotidie jejuno detur ʒj. ſequ. pulver. cum hauſtu *aquæ petroſelini.*

℞. *Semin. aniſi, petroſ. liguſtici.* āā ℈ij. *fol. roriſ. mar. pulegii* āā ℈j. *galangæ, baccar. lauri* āā ℈j. *ſucci. albi* ℈ß. *fiat Pulvis tenuiſſ.*

Foris bis in die inungatur Renum regio Linimento ſequ.

℞. *Ol. rutæ* ʒij. *ſcorpion.* ʒiij. *cum pauca cera f. Linim.* cui admiſce *aquæ juniperi* ʒß. Fr. Joel Pr. l. 6. pag. 386.

Laxitas Renum.

Laxitatem indecentem contrahere Renes, faciunt ordinariò *cauſæ* eædem, aſt continuatæ, quæ intemperiem frigidam & humidam; quandoque nativum calorem diſſipando, quæ calidam ſiccam: Ad has itaque in ſignis & curatione reſpicere debet medicus. *Blaſius.*

Intemperies ſimplex vel cum materia, in ſubſtantiâ Laxitatem affert, quæ parit ἀτονίαν: Laxitas procedit ab intemperie frigidâ humidâ, vel ſummè calidâ, quæ corrumpit nativum partis temperamentum, inde ἀτονία & Diabetes, vel Iſchuria. *Riolanus Ench. p. m. 147.*

Magnitudo Renum excedens.

Magnitudo utriuſque Renis rarò æqualis, ſiniſter plerunque dextro paulò major exiſtit, Longitudo plerumque eſt trium vertebrarum, interdum quatuor; Latitudo trium digitorum tranſverſorum; Craſſitiea pollicis: Interdum tota magnitudo minor, interdum major invenitur; qualem *majorem in ſalacibus* ſe obſervaſſe putat *Bartholinus*, Interdum tanta eſt magnitudo, ut prorſus monſtroſa ſit, qualis fuit illa, quam anno 1658. in cadavere hominis vidimus, cujus ſinguli renes dimidii capitis humani magnitudinem excedebant, *Diemerbroeck An. lib. 1. c. 17.*

Ren poteſt quadruplò major eſſe, etiam conſumptâ carne, & facere opinionem tumentis ſplenis, id quod obſervavimus. *Ballonius Conſ. 82. l. 1. Cardinalem à Giniſia* curabant Medici ſplenicum pro nephritico, Lien quadruplo major, quàm à naturâ eſſe deberet. *Idem Epid. p. 220.*

Situs Renum mutatus.

Renes ſiti ſunt ad lumbos, dexter colo, ſiniſter ventriculi fundo ſuccumbit, paululùm ille hepate, hic liene inferior; Sæpius verò dexter ſiniſtro eſt elatior, intraque hepar abſconditur, & propinquior venæ cavæ; Principium eorum eſt ad ultimam coſtam notham. Situs hic interdum mutatus, quamvis enim Renes adipis glutine videantur tenaciter affixi lumbis, poſſunt tamen, teſte *Riolano*, laxari, & antrorſum procumbere, vel etiam in hypogaſtrium delabi, & quidem non ſine vitæ detrimento; Id autem potiſſimum accidit, non tantum liquatâ pinguedine, quâ ſunt obvoluti, ſed etiam ex pondere, ubi tam grandes ſunt, ex tumore, vel calculo in cavitate concluſo; ut ſuis retinaculis in ſede ſua retineri nequeant, tumque ibi aliquamdiu ſubſiſtunt, ſed tandem putreſcunt & abſceſſum patiuntur. *Mœbius Fund. med. p. 353. ex Riolano.*

Situm Renis mutatum vidi anno 1686. in Nobili Matronâ, Uxore Nobiliſſ. Dom. *Stephani Turretini:* Eminebat Ren, triplo naturali craſſior, abſceſſu ſimul tentatus, ſervatâ tamen figurâ; manu potuiſſet, abdomini admota, obſervari, ſed vetabat Aegræ ſitus, quæ toto biennio incurva manſit; dyſuriâ & ſtranguriâ toto illo tempore laboravit, opinionemque calculi veſicalis dedit, ipſi etiam exploranti Lithotomo; ab obtu veſica inanis, adeoque cum utero contracta; ut pudenda ex cadavere reſecare neceſſe fuerit, ut reperiretur; tandem adactus per meatum urinarium catheter, & ad fundum propulſus, ipſam manifeſtam fecit.

Renum Numerus mutatus.

Renum *numerus* rarò mutatur; quòd ſi *Unicus* adſit, non poteſt dignoſci, neque duobus æquipollet, Ideoque deteriùs vivunt qui unicum habent Renem. *Riolanus Ench. p. 148.*

Interdum alter Renum deeſt, quod obſervavit *Laurentius*: Defectum Renis ſiniſtri notat etiam *Solenander*, Nonnunquam deficiente altero, alter eo major, & in medio poſitus eſt; Monſtroſum eſt, ſi in unum uterque inferiori loco mutuâ cohæſione colligatur, quod *Bartholinus* Patavii in fœminino cadavere vidit: Rariſſimè tres vel quatuor ſibi invicem impoſiti, vel ſubjacentes deprehenduntur, quod tamen à *Laurentio* obſervatum eſſe legimus: *Mœbius p. 351.*

Renum putredo, Gangræna.

Renes quoad ſubſtantiam *Putredini* obnoxii ſunt, atque *Gangrænæ*, eamque inſequenti ſæpius *Sphacelo*. *Cauſa*, hic eadem obtinent quæ in aliis partibus: *Signis* certis hos cognoſcere affectus hic loci impoſſibile: Aliquid portendunt dolores graves continuati, urinæque cruentæ ac purulentæ, aſt nil ſolæ: Hinc & *Curatio* certa inſtitui nunquam poteſt, quæ ne quidem locum haberet, ſiquidem de præſentiâ dictorum affectuum conſtaret. *Ger. Blaſius.*

Fiſtulæ in Renibus.

Fiſtulæ ex ulceribus renum aliquando prodeunt, juxta Avicennam, quæ nullo modo ſanantur. Vide Foreſtum *lib. 24. obſ. 37.*

Vermes in Renibus.

Vermium pattiam heic quoque extructam comperimus: Juvenis quidam, *ait*, *Riverius*, renum dolore excarnificatus, excrevit cum urinis vermes plurimos nigros, magnitudine & longitudine acus communis, cornutos & friabiles. *Tulpius* Vermem cruentum in muliere ſingulis diebus, vel quinos, vel ſenos vermiculos, non multum abſimiles iis, qui millepedes vocantur, emiſſos vidit. Medicus Amſtelodamenſis poſt febrem tertianam intra octiduum, unde viginti vermiculos ſine dolore ullave urinæ difficultate, teſte eodem, excrevit. Vermem nonnihil alarum rejectum vidimus in viro quodam nobili. Vide Hollerium, Mundellam, Dodonæum, Bartholinum. *Mœbius p. 362.*

Cap. LVIII.

De Renum inflammatione.

[1] *Renum inflammatio*, [2] *ſeu Nephritis eſt eorundem* [3] *à ſanguine* [4] *in ipſorum ſubſtantiam effuſo, & ibidem putreſcente intumeſcentia, cum vehementi dolore, fibroſis aut arenoſis excretionibus & febre conjuncta.*

[5] *Signa* ſunt, [6] Dolor circa lumbos ad primam vertebram gravativus & extenſivus, qui hiſce à [7] *Colica differt*, quod in ventrem medium aut in omnem illius regionem murmure nullo evagetur, non ſemper citata & expurgata alvo miteſcat, immanitate & ferocia peritonæum convellat, creber admodum ac frequens ſit. *Febris* continens inordinata, quæ modò creſcit, modò imminuitur, circaque noctem magis exaſperatur. Viſcerum & ventriculi ſubverſio. Pituitoſorum primò, deinde bilioſorum per vomitum rejectio, [8] Urinæ cum malum incipit paucitas, tenuitas, aquoſitas, interdum ſuppreſſio, mox ea copia & craſſities cum compulſu ad mejendum ex [9] ardoris quodam ſenſu. [10] Stupor & obdormitio cruris propinqui, propter compreſſionem nervi. [11] Difficilis corporis erectio. Decubitus in ægram partem dolorem demulcens, in adverſam exaſperans.

[12] *Cauſa* eſt ſanguis ſive purus, ſive mixtus, [13] ſive per viam collectionis in renibus coacervatus, ſive per viam fluxionis ſeu à toto, ſeu à parte detruſus, ut ſæpiſſimè alibi dictum. [14] *Occaſionem* fluxui rarò dant, Renum firmitudo & durities: ſæpe medicamenta Diuretica quæ ſanguinem ad renes deducunt.

Curatio eſt *facilior*, *ſi* hæmorrhoides ſuperveniunt: *ſi* abſceſſu rupto per vias urinæ pus album, læve, æquale, non fœtidum evacuatur: *ſi* ad reſolutionem tendit.

[15] *Difficillima*, *ſi* abſceſſu poſt ſuppurationem rupto, pus per emulgentes ad epar & inteſtina viam moliatur: *ſi* ad indurationem tendat.

Nulla [16] ferè, *ſi* urina alba, tenuis, aut purulenta, [17] abſque febris & ſymptomatum remiſſione, & crurum ac femorum extenuatione, profluat.

[18] *Inſtituitur*, prout in aliis inflammationibus. *Obſervandum* tamen.

1. Modicè refrigerantia & adſtringentia cum anodynis pro repulſione uſurpanda. [19] Extra quidem, ne humores circa externas carnoſaſque partes conſiſtentes, intrò in renes compingantur. Intra autem, ne, cum adſtrictionem ſuam circa ventrem aut hepar venaſque incipiant, vel ſanguinem ad renes deturbent: vel meatus anguſtos coarctando, iſchuriam pariant. [20] Prodeſt *lapis prunella* in aqua diſſolutus cum *ſaccharo* edulcoratus, decoct. *prunorum dulcium* cum aqua in qua Tartar. puriſſ. reſolutus eſt, & ſuccus aſtacor. ſeu gammarorum cum decocto prunorum cochl. j. doſi.

Extra farin. hord. unc. iij. *album. ovor. in aqua roſ. conquaſſat.* N. j. *alumin. ſcr. ß.* applicata tepidè.

2 A purgantibus [22] quia humores accendunt & exagitant, abſtinendum: lenientia tamen & benigna, ſi bilis in meſaraicis & ventriculo hæret, ne eo devolvatur, exhibenda.

3 Diuretica, nonniſi perfectè ſedata inflammatione eſſe propinanda. Habet hic locum *Tartar. vitriol.* ſcr. ſ. cum julepi roſacei & aquæ cinnamomi dr. ii. & alia.

Differentia à parte affecta ſumuntur.

I. Alia eſt in *dextro rene*, in qua lumbi in dextro latere dolent, dolor magis ad epar aſcendit, crus dextrum ſtupet.

Alia [23] in *Siniſtro*, in qua dolor ad veſicam deſcendit.

Alia in *utroque*, in qua ſymptomata utrobique urgent.

II. Alia eſt in *carnoſa renis parte*, in qua major gravitas afficit.

Alia in [24] *partibus, in quas arteriæ terminantur*, in qua pulſans dolor urget.

Huc refer I. [25] *Tumorem renum frigidum*, qui tardè ſuppuratur, & in quo renum dolor diu affligit, mingendi difficultas adeſt; puris aliquid cum urina prodit; ægro in ventrem decumbente, tumor in dorſo tactu deprehenditur, idemque plærumque contabeſcit [26] Inciſionem vide apud Bejerum.

II. [27] *Scirrhum*, qui partim inflammationem malè curatam inſequitur; partim oritur ab humore craſſo in ſubſtantiam renis ſe inſinuante. *Curatur* admodum aliorum: conjicit in hydropem, & ferè eſt incurabilis.

III. [28] *Tabem renum*, quæ à calidis & ſiccis cauſis provenit; difficulter in principio cognoſcitur, poſt ex eo, quod renes ſerum non alliciant, id tamen ſtatim in veſicam deſcendat & frequenter excernatur; quòd urina ſit alba, tenuis, cruda, veneris appetitus imminuatur, & homo contabeſcat.

[1] *Renum inflammatio &c.*) Deſcribitur à *Galeno* in *Definit. med.* Renum inflammatio cum vehementi dolore, cui interdum conjuncta eſt urinæ difficultas, cum fibroſis excretionibus, aut arenoſis, aut modico ſanguine.

[2] *Nephritis*) Vocabulum valdè æquivocum; *Phyſiologicè* ita dicta fuit *vertebra prima lumborum*, quæ & ἀσφαλίτης, *Gorræo*, *Lindano*; *Pathologicè* accipitur, vel *latè* pro omni morbo renum, ſive ſimilari, ſive organico, ut colligere eſt ex *6. aph. 6.6. Epid. ſ.8. t. 4.* Vel *ſtrictè*, & rurſus dupliciter, 1. pro *Renum calculo*, 2. pro *Inflammatione Renum*, quæ magis accurata & propria eſt ſignificatio, ad ſimilitudinem aliorum morborum, Græcè in is deſinentium; *Bruno*, *in Caſtello renov.*

[2] *Seu Nephritis*) Aliquando pro inflammatione Renum ſumitur, aliquando pro calculoſo affectu, *C. Hofmannus l. 3. Inſt.* c. 33. propter verba *Galeni 6. l. affect. 3. Eſt & alius Renum affectus, in quo tenuis ichor ſanguinis mingitur*, &c. ſtatuit Renes laborare imbecillitate, tum purà cùm ſanguinem & pro ſui nutritione, & pro ſeminis confectione attractum, in alteratum dimittunt. Et hi fuerint potius, *aut Nephritici*, quam *calculoſi*.

[2] *Seu Nephritis*) Nephritis univerſim quamcumque Renum affectionem, ac proinde quoque horum ulcera, & omnis generis obſtructiones generatim deſignare poteſt, At ſpeciatim tria ſignificat 1. urinarum ſanguinolentarum effluvium, propter renum effœtorum ἀτονίαν, pariter ac in hepatinde loturæ carnium alvo funduntur. 2. Renum inflammationem, 3. Renum calculum. *Menjotius Diſſ. de Nephr. p. 706.*

[3] *A ſanguine in ipſorum ſubſtantiam effuſo*) Actio Renum eſt, ſeroſam redundantem humiditatem è ſanguine ſeparare, & evacuare, quæ ipſis cum ſanguine advehitur per arterias emulgentes, è quo ſanguine in tranſitu per renum glandulas, fibrillas urinarias, & carunculas papillares, bona pars ſeri ſeparatur ac in pelvim diſtillat; indeque per ureterem delabitur ad veſicam urinariam; Quod verò ſanguinis & ſeri reliquum eſt, illi permiſti, (totum enim ſerum è ſanguine non ſeparatur) illud per venas emulgentes dimittitur ad cavam.

Si hæc officio non revehant, ſanguinis portio in renibus coërcita inflammationem parit: *Malpighio* enim obſervante, plurimi arteriolarum fines deſinunt in exiles glandulas, fibrillis ſeu vaſculis urinariis, adhærentes, ſicque ex arteriolarum ſanguine in his glandulis aliquam ſeri partem ſeparari atque ab urinariis vaſculis ad pelvim ferri, reliquum vero iſtius ſanguinis à venarum finibus abſorberi, & ſic ad venam emulgentem ac cavam defluere; quod niſi contingat inflammationi via patet.

[3] *A ſanguine*) Inflammatio Renum & veſicæ, ex affluxu humoris ſanguinei, vel bilioſi producitur, quandoquidem pituita & melancholia in ſanguine redundantes, illum craſſiorem reddunt, quominus denſam earum partium ſubſtantiam ſubire poſſint: aut ſaltem exigua debet eſſe craſſorum iſtorum humorum portio cum ſanguine permixta, ut hunc affectum producat, quod etiam rariis contingit. *Riverius.*

[4] *In ipſorum ſubſtantiam*) Admodum rarò accenditur inflammatio in renibus, quòd firma eorum & præduta caro ægrè fluxionem admittat: Fit tamen interdum renibus ictu caſuve contuſis, accerſitaque fluxione per emulgentes venas (*arterias*) *Fernelius.*

[5] *Signa ſunt*) Fit Eryſipelas in Renibus, fit inflammatio, i. e. Tumor contra naturam, dolore, renixu & doloris acerbitate moleſta, quæ Communia ſunt ſymptomata; Dignoſcitur etiam & per Propria, In omni parte inflammata dolor ſentitur lancinans; & in renibus etiam ſine calculo doloris ingentis pulſus percipitur, ardor inſignis, adeo ut illa inflammatio conſecutionem afferat febris: ardor interiorum partium, frigus externorum, difficultas ſpirandi & ſtranguria quoque, quia inflammationis cauſa officium non faciunt, Docet *Hippocr.* purulentos fieri renes, & in purulentis renibus ſuppreſſionem urinæ aliquando ſupervenire, unde concipitur inflammatio: Præterea in *Coacis* aph. 8. *crebri ex dorſo rigores*, i. e. inchoata ſuppuratione à renibus, *& cito tranſeuntes*, i. e. qui modo incaleſcunt, *ægre tolerari poſſunt, urinæ enim interceptionem, eamque dolorificam ſignificant*; Ex eo, *inquit Galenus*, ſignificatur inflammatam eſſe membranam renum; Suras quoque perfrigerari docet *Hippocr. l.* περὶ τῶν ἐ. π. *Hollerius de m. 1. cap. 51.*

[5] *Signa ſunt*) Adde *Alvi conſtipationem*, partim ob calorem alvi fæces exſiccantem & indurantem, partim ob compreſſionem coli, quod utrique Reni eſt annexum. Deinde *ventris diſtenſionem*, ob retentos flatus in iis qui alvi conſtipatione laborant. *Sebiſius.*

5. *Signa ſunt*) Hanc adeſſe teſtantur *ardor ingens*, dolor gravis ac pulſans in ea cavitate, quæ eſt inter extremam coſtam & coxendicem: Hic & vicinas partes quæ circum præcordia ſunt, circum lumbos, circum coxendicem & pubem atque partes obſcœnas diſtenſione convellit: Extremorum frigus &c. hinc ventris diſtenſio, febris aſſidua, nauſea, eructatio, crebraque vomitio. *Fernelius.*

6. *Dolor circa lumbos*) In renum regione circa lumbos adeſt calor & dolor, & quidem *gravativus*, ſi media quaſi carnoſa renum ſubſtantia inflammata ſit; Aut *Pulſatorius*, ſi in circumferentia, ubi arteriæ terminantur, magis eadem hæreat; Dolor talis ſecundum ureterum ductum ad veſicam; item ſurſum, verſus coſtas nothas extenditur, & ægri nec erigere ſe, nec commodè incedere poſſunt. *Etmuller.*

6. *Dolor circa lumbos*) Dolor adeſt in renum regione gravis, & aliquando pulſans, ſi locus in quo ſunt arteriæ afficiatur, & ille dolor ad partes vicinas extenditur, ut ægri neque ſe erigere; neque pedibus inniti valeant, tum etiam difficile in latus oppoſitum ſeſe convertere, neque in illud, neque in ventrem poſſint decumbere, quia ſuſpenditur pars inflammata; ideo perpetuo in dorſum reſidere coguntur, & ſi ſternutatio, vel alia corporis commotio accidat, dolor valde exaſperatur. *Riverius.*

7. *Hiſce à colico differt*) Diſtinguenda eſt & Renum inflammatio à Calculo, ubi obſervetur 1. Quod nephritidi perpetuo ſit juncta febris ſynochus; Calculo vero minimè aut admodum raro adſit eadem. 2. quod dolor in *inflammatione* ſit magis continuus & pulſanti ſimilis, In calculo vero magis interpolatus, ſeu periodicus & gravativus. 3. Quod plerumque renes inflammati comitem habeant urinæ ſtillicidium, ſeu mictionis difficultatem, Contra vero ſe res habet ubi renes calculo ſunt obſeſſi, in quo affectu non ſemper iſchuria ſe offert, ſed tunc demum ubi calculus ureteribus ipſis firmiter fuerit impactus. *Etmuller.*

7. *A Colico differt*) Colon inteſtinum aliquando inflammatione afficitur, quæ ſi eam partem occupet quæ renibus vicina eſt, ſimilia profert ſymptomata: In eo tamen diſtinguitur, quod in Renum inflammatione dolor ad coſtas nothas, dorſum & veſicam ſe extendat, Coli verò inflammatio magis verſus ventrem, Et major apparet mutatio in alvi dejectionibus, quam in Renum inflammatione. *Riverius.*

8. *Urina cùm malum*) Cum pleríque omnes Practici ſilcant, videor mihi huc accerſere poſſe quod *Gal.* *8. l. aff. 5.* de uteri inflammatione, ſcribit, *Urinas eſſe nigricantes, non ſecus ac ſi quis fuliginem admiſcuiſſet*; Cenſeo in Renum & veſicæ inflammationibus idem eventurum. *C. Hofmannus Inſt. l. 3. c. 45.*

Mictio ardens, urina excundo fervens, & fervendo adurens partes; ſubinde ſtranguria aut mictio frequens cum acerbo cruciatu facta obſervatur; Urinæ paucæ ſunt & flammeæ, ſubinde aquoſæ & claræ, ſed quæ ſemper ſine impedimento in veſica exeunt: Fit interdum ut rene uno inflammato, alter, licet non inflammatus, in officio ceſſet; & ſit Iſchuria. *Etmuller.*

9. *Ex ardoris quodam ſenſu*) Dyſuriâ etiam laborant ægri, ob ardorem urinæ communicatum, & ichores ei permiſtos è parte inflammatâ exudantes. *Riverius.*

10. *Stupor & obdormitio cruris propinqui*) Renes poſt ventriculum & inteſtina, ſub hepate & liene, utrinque juxta ſpinam ad muſculi pſoæ caput ſiti, ea parte qua muſculum nervus ingreditur, atque hinc eo à renis calculo compreſſo (*vel phlegmone &c. tentato*) fit femoris ſtupor. *Riolanus* tamen *Animadv. in Bartholinum*, dicit iſtum ſtuporem fieri, quia iſta compreſſio eo loco, ubi muſculoſæ pſoæ parti includuntur, illi tres nervi ex quibus conflatus ille inſignis nervus qui in crus uſque ad pedem exporrigitur; Verùm cùm crureus ille nervus non componatur ex tribus, ſed ex ſeptem nervis, ſcilicet lumborum quatuor inferioribus, & oſſis ſacri tribus ſuperioribus, quorum nulli ſub capite pſoæ latent, non video quomodo compreſſo pſoæ capite, crurei nervi, humiliore loco ſiti comprimi, atque inde femoris ſtupor fieri poſſit. *Diemerbroech. Anat. l. 1. c. 17.*

Matrona Renum calculo laborans, non modò de crurum, ſed & de manuum ſtupore vehementer conquerebatur, unde proveniat hic conſenſus, explicatu erit difficile. *Mœbius Fund. med. p. 358.*

11. *Difficilis corporis erectio*) Aegra eſt & doloroſa dorſi lumborumque flexio, quoniam renes, in illa comprimuntur. *Sebiſius man. p. 1341.*

12. *Cauſa eſt ſanguis*) Nephritis eaſdem agnoſcit *cauſas internas*, quæ aliæ inflammationes, ſubinde *acidum vitioſum* ex primis viis eo delapſum. *Etmuller.*

13. *Sive per viam collectionis, &c. ſive per viam fluxionis*) Idem eſt generationis modus phlegmones in Renibus qui reliquis in partibus; *Inflammationis cauſa interna*, vel eſt *ſanguis* ad æquabilem circularem, per quævis vaſa capillaria motum ineptus: Vel eſt *fermentum* quoddam vitioſum, aliudve quodvis heterogeneum irritans ſpiritum partis inſitum & dolorem inferens: Adeoque omnis cauſa efficiens Inflammationis quærenda, vel in *objecto*, ſeu ſanguine fluente, vel in *ſubjecto* ſeu parte, per quam fit motus.

Sanguis ad motum circularem ineptus eſt vel 1. quando nimis eſt viſcidus, ac craſſus ob ſeri defectum, ejuſque nimiam abſumptionem; aut propter chyli crudioris ac glutinoſioris, ſive pituitæ viſcidæ congeſtionem. 2. quando idem ſanguis ab acido quodam vitioſo plus minùs grumoſus factus, hinc inde ſubſiſtere aptus redditur, Hinc v. g. in ſubitaneo frigore, aut hauſtu frigido, poſt nimium corporis motum & incaleſcentiam, & inde ſanguinis ad facilem ſui coagulationem diſpoſitionem promptè pleuritis, aut peripneumonia oriuntur.

Altera cauſa, in *parte Recipiente* ſcilicet, eſt vitium quodcunque cujus occaſione anguſtantur partes, quò minùs ſanguinem debitè tranſmittant; Hoc ipſum eſt *acidum vitioſum fermentum*, ſpiritui partis inſito inimicum, cujus occaſione pars, tanquam à ſpinâ infixâ dolet; cujus doloris occaſione ex fibrarum irritatione, ſpirituum influorum concitatior influxus ſeu impetus provocatur, hinc ſtringuntur fibræ, clauduntur pori, anguſtantur meatus, ſanguinis vitiatur circulus, & adeſt inflammatio.

Sed præter tale fermentum acidum, etiam quodvis heterogeneum, in parte quadam præternaturaliter retentum, eamque lædens, aut moleſtiæ ſenſum inferens, ſeu irritans, talis ſpinæ locum obtinet, ac inflammationem excitat: Hinc eſt quod quibuſcunque fere doloribus frequentes superveniant inflammationes; v. g. *dolori dentium* ab acido radicem dentis mordicante, ſupervenit inflammatio malæ, quoniam fibræ nervoſæ & muſculoſæ vicinæ, ex dolore per conſenſum affectæ, ſe criſpant, & levi quaſi ſpaſmo ſe contrahunt, unde coarctantur venæ capillares hinc inflammatio: Unde in Arthritide ex ſimili cauſâ tumor inflammatorius, ut plurimum eryſipelaceus ſupervenit, item puncturæ veſpæ, intruſioni ſpinæ, & coagulationi lactis in mammis mox inflammationes ſuperveniunt: Non eſt talis tumor cauſa, ſed potiùs effectus ſeu productum: Unde qui tales tumores ſimpliciter curant, ad poſterius curam dirigunt; E contra, ſi modo cauſa dolorifica ſiſtatur, omnis tumor & præcavetur, & incipiens mox curatur. *Etmuller. Pr. l. 2. p. 64.*

14. *Occa-*

14. *Occaſionem fluxui*) Cauſæ hunc affectum producentes, ex rebus naturalibus, non naturalibus ac præternaturalibus deſumuntur. Ex parte *rerum naturalium*, infirmitas illarum partium congenita, & à parentibus contracta, vel magna ſubſtantiæ earum laxitas, fervor & caliditas excedens illis ab ortu impreſſa, cujus ope humores copioſos attrahunt, ætas juvenilis & fervida, ad inflammationem inducendam plurimùm conferunt.

Ex parte *rerum non naturalium* plurimùm poſſunt Venus immodica, partes iſtas maximè debilitans, & plurimum ſanguinem aliosque humores ad eas alliciens: crapula & uſus vini generoſioris ac meracioris; tum ciborum ſalſorum ac piperatorum, Animi pathemata graviora, ſupinus decubitus in culcitra mölliori; Exercitationes vehementiores, aut labores inſueti, Inſignium evacuationum ſuppreſſiones, ut menſium, hæmorrhoidum, aut hæmorrhagiæ narium, quæ cauſas internas, plethoram ſcil. & cachochymiam multiplicant, & humores ad interiora viſcera quaſi refluxu quodam propellunt.

Denique *præternaturales* ad hujus affectus productionem concurrentes ſunt Ictus, aut vulnera renum, aut veſicæ regioni inflicta, compreſſio nimia, aut contuſio illarum partium, febres continuæ, impuritates omnium vaſorum, vel aliquarum partium ſuam illuviem expurgantium per urinæ vias, ut in pleuritide; empyemate, lienis obſtructione, meſenterii infarctu & ſimilibus contingit, ac denique ipſarum partium affectus peculiares ad inflammationem in iis accerſendam plurimum conferunt, ut calculus, dolor vehemens à quacunque cauſa excitatus, exulceratio, urinæ ardor, vel ſuppreſſio & ſimilia. *Riverius.*

14. *Occaſionem fluxui*) Quoad externas, In ſpecie occaſionaliter ſubinde excitatur ex nimio corporis ſuccuſſu, dum corpus ſucceſſum dat renum inflammationem: Interdum etiam ſupervenit calculo renum ſi ſit magnus. *Etmuller.*

14. *Occaſionem fluxui raro dant*) Recentiores (*Fernelius*) Medici quidam raram eſſe dicunt Inflammationem Renum, & raro inflammari Renes, ob ſubſtantiæ renum ipſorum firmitatem: Sed ſi attentè legiſſent quæ ſcripſit *Hippocrates*, *Galenus*, & omnes recentiores Græci, non id tam pertinaciter ſuſtinerent, Enim vero Renes inflammationem concipiont, ut hepar, lien, pulmones, cæteraque viſcera, quæ & coctioni, diſtributioni, & excretioni dicata ſunt, Inflammatur & ipſa veſica, quæ tumore duro & dolorifico docetur; quæ lethifera eſt, niſi ſuppurato expuratum ſuccedat; ſed tamen id raro contingit, cùm ſit ἄναιμος & ἄφλεβος, & exiles habeat venas, At renes majores habent: Cum igitur ſanguinem in communia & officialia vaſa excipiant Renes, quid mirum ſi inflammentur, Et perpaucos animadvertas calculoſos renes, qui non habeant membranam inflammatione obſeſſam, undè graviſſime peccant, qui prius diureticis utuntur, quam ſedata fuerit inflammatio. *Ex Hollerio de m. int. c. 51.*

Renum firmitudo & durities) Providentiâ quidem divinâ hic affectus frequens non eſt, eo quòd renes ob ſolidam ſubſtantiam denſamq; minùs ad incenſioné apti ſint, uti plerique exiſtimant, quod tamen nobis hinc fieri veriſimilius, quòd ideo ren & veſica rarius inflammentur, quia perpetuo urina ſeu liquore ſalſiſſimo irrigentur, caro autem quævis ſalita non corrumpitur, docente experientia, Quælibet enim inflammatio nihil aliud eſt quam incipiens corruptio, putrefactio & apoſtematio: Sin ejuſmodi inflammatio contingat, id ex gravi cauſa fieri neceſſe eſt, vehementi contuſione, lapſu, alliſione, venulæ ruptione *Cardilucius in Hartmannum p. 602.*

Quæ ſanguinem ad renes deducunt) Renum etiam inflammationi occaſionem præbet *calculus*, qui dum exitum quærens ureteribus ſe inſerit, dolorem immenſum affert, affluxum ſanguinis copioſum, unde ſequitur inflammatio, concitat. *Platerus.*

15. *Difficillima*) Prognoſis renum & veſicæ inflammationis nonniſi mala & valde anceps proponi poteſt, Internæ enim inflammationes, præcipuè in partibus ad vitam neceſſariis, perpetuò vitæ periculum minantur: *Riverius.*

16. *Nulla fere*) Magis lethales ſunt, ſi iis delirium, aut convulſio, aut gravia alia ſymptomata accedant, at ſi ſudores frigidi, ac perfrigerationes extremorum appareant, mors in propinquo eſt. *Riverius.*

17. *Abſque febris & ſymptomatum remiſſione*) Si *poſt remedia convenientia* febris perſeveret, horrore comitata & vomitu, abſceſſus expectandus, ut autem id citiùs fiat, ſuppurantia ſunt admovenda, ut cataplaſmata ex herbis emoll. ſemin. *lini, flor. chamom.* quibus coctis, tuſis & cribratis adduntur *butyrum*, *farina*, *axungia gallinæ* & olea. Quibus niſi abſceſſus ruptus cum urinis ſeſe expurgat, pus in abdominis cavitatem irrumpit, unde vel repentina ſuffocatio, vel febris hectica totius macie comitata. *Euch m. Pr.*

18. *Inſtituitur prout*) Curatio inflammationis in Renibus & veſicâ perficitur remediis revellentibus, derivantibus. *refrigerantibus*, ac modicè repellentibus, anodynis, reſolventibus, vel ſuppurãtibus, ſi opus fuerit.

Ac primùm *Phlebotomia* maximè neceſſaria eſt, aperiendaque baſilica reſpondens affecto reni, bis, ter, quater & pluries, modò vires conſtent, idque donec fluxio conſiſtat, quod ex doloris remiſſione cognoſcitur: In *veſica* vero inflammatione, eligenda eſt pars dextra propter hepar, ex quo velut ſanguinis fonte, *præſumitur*, ejuſmodi materiam (*è maſſa ſanguinea deducendam*) profluere; Demptâ ſanguinis multitudine, & factâ revulſione ſufficienti per venas ſuperiores, inferiores etiam aperiendæ ſunt derivationis gratia, in poplite, vel malleolo; Tum etiam *Hæmorrhoides* aperiendæ, potiſſimum ſi tumefactæ, aut prominentes appareant.

Ad revulſionem etiam non parùm conferre poterunt *cucurbitulæ* ſuperioribus & inferioribus partibus admotæ cum *ſcarificatione*, *frictiones & ligatura* dolorificæ extremarum partium, ad revocandos verſus exteriora humores.

Ante & poſt venæ ſectionem, clyſter emolliens & refrigerans injiciatur, ac moderatè laxans, ne tumorem comprimat, E. g.

℞. *Rad. alth.* ℥j *fol. malvæ, violar. lactuc.* ãã *m j. prun. d. par.* iv, *hordei mundat. & flor. violar.* ãã *p. j. f. decoctio ad* ℥viij. *In colat. diſſolve caſſia, vel diaprun. ſimpl.* ℥j. *ol. violac.* ℥iv. *vitellos ovor. n°.* ij. *f. Clyſter.*

Per Clyſteres etiam partes inflammatæ refrigerari poterunt, paratos ex *Decocto refriger. cum ol. roſac. aut violac.* ℥ij. *Riverius.*

Curatio Inflammatorum Renum in *victus Ratione*, *venæ ſectione*; & medicamentorum tum intra, tum extra corpus adhibendorum ſedula uſurpatione conſiſtit.

In *victus ratione* conveniunt *Ptiſana* cremor, *pruna ungarica dulcia*, *ova ſorbilia*, *juſcula*, carnes *pullorum* ac *vitulina*, ex Piſcibus *melanuri*: In *Potu aqua hordei* in qua *cinnam.* eſt incoctum. *Venæ inciſio* ſtatim initio celebranda erit &c.

Poſt V. S. ſanguis bilioſus calidusve temperetur, ſequenti Potione per triduum.

℞ *Semin. frigid. maj.* ãã ℥ß. *ſemin. portul.* ʒij. *Elota exactiſſimo contundantur. contuſis adde ſacch. cand. in ſyr. violar. condenſati* ℥ij. *ſimul omnibus* probe ſubactis & agitatis, colentur per filtrum fortiter exprimendo, ut omnis lacteus liquor ſegregetur, Fiat Potio de qua bibat æger ℥v. Hæc & renum inflammationem, & vitioſorum

humorum ſervorem lenit & mitigat mirificè.

Tandem mitigati humores vitioſi ex hepate & venis meſaraicis ſubtrahantur; ſed lenioribus, Interim nec *externa præſidia* negligenda, Remiſſis tandem doloribus ad Diuretica moderata veniendum. *Fr. Ioel.*

Pro Revulſione fiat *vena ſectio* in brachio, pro averſione in pede; Forſan optimo ſucceſſu hæmorrhoides per hirudines poſſent aperiri. *Etmuller.*

Secetur Baſilica reſpondens affecto Reni; Bis, ter, quater repetitur venæ ſectio modo vires conſtent, Idque donec fluxio quæ in renem ferebatur conſtiterit, quod ex doloris remiſſione noſcitur. *Enchir. Med. Pr.*

19. *Extra*) Exteriùs, in ipſo morbi initio, adhibenda erunt refrigerantia, & modicè repellentia, ut Epithemata liquida, ex *aquis* vel *ſuccis plantagin. acetoſ. endivia, ſolani, roſar. cum pauco aceto, ſantalo rub. & camphora*, Linimenta ex *oleo roſac. omphac. violac. cerato ſantal. ungu. albo refriger. vel populeon.* ſolis aut mixtis, addito pauco *aceto*, quæ applicari debent partibus prædictis ſingulis horis ſubfrigide.

Vel poterit fieri Linimentum ex *oleo roſ. omphac. cum aceto & ſucco polygon. aut portulac. cui etiam* adde, ſi lubet, recentem *ovi vitellum*: His imbuti panni admoveantur ſubfrigide.

Si dolor acerbiſſimus urgeat, non erit alienum in hujuſmodi Epithematis & Linimentis parum *opii* & *croci* diſſolvere.

Poterit etiam fieri *Cataplaſma* ex *farina hordei* cum *ſucco intybi, portulaca & ſolani*, adjecto *oleo roſac.* & *ungu. popul.*

Sed illud frequenter immutandum eſt priuſquam incaleſcat: Hic autem obſervandum, non eſſe diu immorandum in iſtis refrigerantibus, ne impediatur materiæ conjunctæ diaphoreſis, vel ne tumores iſti ſcirrheſcant.

Poſtquam igitur poſt breviſſimum ſpatium refrigerantibus hiſce remediis uſus fueris, iis dimiſſis, poſt iteratam ſcil. ſ. m. & fluxione magna ex parte cohibita, ad mollientia, leniter reſolventia & χαλαςικὰ veniendum,

Talia erunt *Fomenta ex decocto rad. althææ*, fol. *malv. alth. violar. parietar. ſemin. lini, fœnugr. malvæ, bombac. cum flor. chamom. melilot. anthos & roſar.* ad robur partis ſervandum. Deinde admovenda erunt *Linimenta ex oleo lilior. roſar. cum pauco chamæmel.* Inter chalaſtica autem & anodyna ſimul non eſt præſtantius *Catapl. de mica panis.*

℞. *Medull. panis albiſſ.* ℔j. *coqu. in lacte caprillo ad pultis conſiſtentiam; adde vitellos ovor.* n°. iij. *ol. roſac.* ℥iv. *croci* ℈ß. *f. Catapl. ſæpe immutandum*: Poterit addi tantillum *opii* & *camphr.* ſi dolor fuerit acerbior.

In *veſica inflammatione*, ſi metus ſit gangrænæ, conveniet cataplaſma corroborans ex *far. fabar. orobi, lupinor.* in vino decoctis.

Ubi jam maxima pars inflammationis ſedata videbitur, tum pure reſolventibus decoctis & linimentis erit utendum, ut reliquiæ abſumantur, quod eſt maximè optandum. *Riverius.*

20. *Prodeſt lapis prunella*) Conveniunt *nitrata*, præſertim *nitrum antimoniatum.* It. *ſacch. ſaturni.* It. *Emulſio quatuor ſemin. frigid. mai. papav. albi*, & ſemin. ad pleuritidem laudatorum, cum *aqua nymph. ſemperv. portulac.* item *ſyrup. nymph. ac portulac. ſuccus aſtacor ſeu cancror. fluv. cum juſculo*, aut *decocto nymph. prunor.* &c. exhibitus egregium eſt remedium, merito ab *Hartmanno* laudatum; cujus *alkali* mactum inflammationes potenter reſolvere, & vi diuretica ſimul renibus ſpeciatim convenire videtur. *Etmuller.* Conveniunt Apozemata ex *endivia, plantag. ſumm. malva, jujub. ſebeſten, paſſulis. ſem. frigid.* & iis quæ fervorem ſanguinis contemperant; Fit decoctio in *aqua hordei*. incolat. diſſolvitur *ſyr. nymph. violar.* & *roſar*, quæ adſtrictione ſua ſanguinem ad motum ineptiorem reddunt; *Ench. m. Pr.*

Dentur quæ ſanguinis fervorem inhibeant, Julepi & Emulſiones E. g.

℞. *Aquar. endiv. lactuca, & portulac.* ãã. ℥iv. *ſyr. granator.* ℥ij. *ſyr. nymph.* ℥j. *m. f. Julep pro* iij. *doſibus mane & ſero ſumendis*: Vel.

℞. *Rad. acetoſæ* ℥ij. *fol. malva, plantag. portulac. & endiv.* ãã. *m.* j. *ſummit. papav. albi m* ß. *ſem. aniſi & lactuc.* ãã. ʒj. *flor. violar. borrag. & nymph.* ãã. *p.* j. *coqu. ad* ℔iß. *deinde adde ſucci granat.* ℥iv. Vel.

℞. *Amygd. d. excortic* ℥j. *pinear. rec.* ℥ß. *ſemin. lactuc. acetoſæ, portulac. & papav. albi* ãã. ʒiij. *contundantur, ut artis eſt, ſenſim affundendo aqua hordei, vel lactuca aut portulaca* ℔ ß. *in colatura diſſolve ſacch. roſar* ℥j *f. Emulſio pro* iij. *doſibus.* Riverius. vide §. *Inſtituitur prout*).

20. *Extra*) Hoc morbo inchoante, licèt uſus Repellentium externè applicandorum conveniat, impensè tamen refrigerantibus abſtinendum monet *Trallianus* & *Septalius*, quia quamvis tum ex parte repellatur materia affluens, & calor partis retundatur, hinc videatur affectus miteſcere & ſymptomata imminui; ab affluxa tamen jam materia ſcirrhum imminere, aut eadem crudiore redditâ, indolentem tumorem exoriri, qui proceſſu temporis in abſceſſum, hinc ulcus &c. abit.

21. *Extra far hordei*) Inter externa ſedandæ & diſcutiendæ inflammationi conducunt, *ſuccus nymphææ, ſempervivi, plantag. portulac.* cum *ſucco cancr. fluviat.* applicandi, quibus parum *opii* addi poteſt: Item *camphora* in *oleo roſac.* ſoluta aut *oleum papaverinum* albi ex infuſione inunctum egregium eſt; In *camphora* maximum eſt ſedatorium inflammationum, dicit *Lindanus* Item ex *ſucco ſempervivi majoris* vel cum *oleis* vel cum ungu. formetur Litus, externe egregius, vel ungu. ex *ſucco ſemperv. maj. & cancr fluviat.* cum *oleo roſac.* ad humiditatis phlegmaticæ evaporationem ebullitis, hinc in plumbeo mortario, diutina agitatione in linimenti conſiſtentiam redactis, egregium eſt. *Etmuller.* Si magnus ſit ardor, uſurpetur *ungu populeum*, & in linimentis ſupradictis miſceatur *camphora, hydrargyrum.* Ench. med. pr. Renum inflammatione reſolvenda, oleis relaxantibus & reſolventibus veluti *amygd. d.* Oleum in quo *radix alth.* coxerit, *Ol. lini, chamæm. lilior.* &c. & axungiis renum regio inungitur. Valet *Ungu. reſumpt.* Inſeſſio facta in *decocto alth. malva. lilior. Chamem. ſemin. lini. fœnigr.* &c. *Vel Fotus* ex iisdem. *Lateris,*

21. *A Purgantibus*) In principio harum inflammationum Purgatio non convenit, quia tunc cavendum eſt, ne exagitati humores magis præcipitentur ad partes affectas; ita ut etiam alvi fluxus ingens eo tempore ſuperveniens cohibendus ſit ob eandem cauſam: At ſedata aliquantulum inflammatione, & inclinante morbo, Purgatio convenire poterit ex benignioribus compoſita, *manna, caſſia, rhabarb. tamarind. diaprun. ſimpl. catholic. & ſyr. roſac. cum decoct. lactuca, portulaca*, aliorumve refrigerantium, vel ex prædictorum nonnullis Bolus componi poterit. *Riverius.*

Purgatio fit remollientibus clyſteribus & refrigerantibus, *lohoc de caſſia, catholic. & ſimil.* Bolus ex *cathol. caſſia*, Hæc enim duo minus cæteris purgantibus inflammationibus inimica. *Enchir. Med. Pr.*

Tandem mitigati humores vitioſi ex hepate & venis meſaraicis ſubtrahantur: Hepar enim omnium maximè vitioſos humores in Renum inflammatione communicat renibus per emulgentes venas, Hepar itaque purgetur ʒx. *caſſiæ rec.* extractæ, aut unc. ij. *ſyr. roſar. ſolut.* cum hauſtulo *decoctionis prunorum*, Violentiora autem cathartica remedia, & quæ *ſcammonium* habent, in Renum inflammationibus, adeo-

que

que univerſis ejus affectionibus ſtudioſe vitanda ſunt. *Fr. Joel.*

Pro evacuatione primarum viarum, ne quid ſordium afflnat ad locum dolentem & calentem, utiles ſunt lenes & mites purgationes, per catharrica quæ dicuntur benigna: Proficui item *clyſteres* emollienter & abſtergentes. *Sebiſius.* Clyſmata *lactea*, item *terebinthinata*, Item ex *lacte* ejuſve *ſero* cum *nitro antimoniato* commode poſſunt injici. Purgantia proprie dicta nocent. *Etmuller.*

21. *Quia humores accendunt*) Rhabarbaro abſtinendum jubet *Septalius*, quod malè ceſſiſſe animadverterit, ob partes igneas quas poſſidet; At illas exuit infuſione facta in decocto aqua refrigerante, *ſero lactis &c.* Eo verò præſertim nomine nocet *Rheum in* affectibus renum, quòd inſignis vi diuretica polleat, qua plurima in renes excrementa convehit.

22. *Diuretica*) Ab Emulſionibus abſint *ſemina frigida majora*, quia diuretica cum ſint, aliquid verſus iſtas partes deducere poſſent, præcipue dum fluxio adhuc eſt in motu, nam in declinatione ex uſu eſſe poterunt, *Enchir. med. Pract. Riverius.*

Diuretica nocent, quia ſtimulando urinæ fluxum, inflammationem irritant, nec niſi in declinatione conveniunt pro reliquiarum abſterſione *Etmuller.*

Remiſſis tandem doloribus, tutò uti licebit Diureticis moderatis, veluti ſunt rad. *eryngii condita, rad. petroſel. & rad. paſtinacæ*, quæ & in cibo incoqui poſſunt. *Fr. Joel.*

23. *In ſiniſtro, in qua dolor ad veſicam deſcendit*) Locum ſortiti ſunt Renes, dexter ſub jecore, ſub liene ſiniſter, Ille ſitu humilior, hic altior; muſculis lumborum Pſoas dictis incumbentes: præterea ſiti ſunt ad lumbos, & videntur extra cavitatem abdominis collocari; Prope dextrum renem incipit inteſtinum colun. Ex hac iſta Situs Renum conſideratione non apparet, quare ſiniſtro affecto phlegmone, dolor ad veſicam deſcendat potius quam laborante dextro; ſiquidem uterque veſicam ſpectat; Cur ſiniſtro affecto, crus ſiniſtrum non ſtupeat, cum uterque Reni vicino pſoæ incumbat: Cur item affecto dextro magis dolor ad hepar aſcendat, cum lumbis propinquius ſit quam hepari; pari ratione laborante ſiniſtro, dolor magis ad lienem vergere deberet: ſola ergo diſtinctionis dextri vel ſiniſtri renis inflammati *ratio, petenda ex ſitu doloris lumbaris.*

24. *Partibus in quas arteriæ terminantur*) Arteriæ inflammationis materiam invehentes æqualiter per renis ſubſtantiam ſparguntur, in minimos atque inviſibiles ſurculos evaneſcentes: Diſtinctio ergo inde petenda, quòd inflammatio alias partes intimas renis magis obſideat, alias extimas, prout ſanguis magis hic, quàm illic ſubſiſtit.

Tumor Renum Frigidus.

25. *Tumorem renum*) Tumore quoque frigido Renes infeſtantur quandoque, Sanguinem pituitoſum *Cauſam* agnoſcente; ſuum quoque ſpeciatim conferentibus Externis refrigerantibus Renibus adhibitis: Vix aliis ex *ſignis*, quam ijs quæ intemperiei frigidæ eorum cognoſcendo, niſi cum in abſceſſum degenerat, ubi ægro in ventrem decumbente, & tumor tactu deprehendi, & puris fluctuatio poteſt: *Cauſa*, ut diſcernere licet, ubi de Intemperie Renum, ſanguiniſque frigidiore traditur. Malum grave eſt, Incurabile pronuntiat Abſceſſus ubi adeſt: *Curatio* enim ſi quæ tentanda, poſtquam ea quæ Intemperiei debetur fruſtranea obſervatur, & Abſceſſus adeſſe deprehenditur, ad hunc cura modo dicta dirigenda. *Ger. Blaſius.*

26. *Inciſionem vide apud Bejerum*) *Nephrotomiam*, ſeu Renum ſectionem quidam tentarunt ob *vomicam* in iis latentem, ſed planè infelici cum ſucceſſu: *Ridiculum eſt*, ait, *Foreſtus*, lib. 24. obſ. 33. quòd *eam manu aperire profitentur; Memini forinſecus inciſionem factam in m. Petro Zazo Hagano, Canonico, fratre Dn. Præſidis Hollandiæ, ex conſenſu duorum Medicorum ætàs excellentium, & abſceſſu aperto materiam crudam & ſanguinolentam effluxiſſe, & tertio die mortem obiiſſe.* Et obſerv. 37. hoc habet, *Vidimus & nos Renes per fiſtulam extrinſecus pus evomere, ut in* Hadriano Junio. *Medico doctiſſimo, cui in ſenectute ſuomet conſilio exterius inciſio facta erat, Fiſtula tamen deinde perpetuo illi adhærente, & per intervalla pus evomente, donec moreretur.*

Nephrotomiam autem, ceu operationem ſummè periculoſam, *Tulpius lib 4. obſ.27.* planè rejicit. *An rectè, an perperam ea inſtituatur*, ait, *viderint illi quibus notum eſt, tum ipſorum renum, tum calculorum ibi concreſcentium ſitus, qui ut non ſemper ſunt uniuſmodi, ſic diſcrepant interdum evidenter forma, loco, numero ac magnitudine, diſperſiſque radicibus per renum carnem, inſident penitus nonnulli ipſorum ſubſtantiæ, quam ut ſine omnimoda ipſius laceratione inde extrahi queant; quin quod diſſectis tubulis ad papillares proceſſus, ſive glandulas ſerum provehentes, neceſſario conſequatur perenne ulcus, quòd non minùs moleſtum eſſe arbitror, quam ipſum calculum in renibus permanentem: Ne quid jam dixerim de lumborum nervis, vicinis venis, ac larga perinde inciſione; quorum omnium anceps eventus facilè plus damni, quàm emolumenti afflictis daret.*

Aliam hiſtoriam adducit, *Tulpius*, ubi calculus ſpontè ſuppuratione per lumbos exiit, ulcus autem & vulnus relictum nullo modo iterum ſanari potuit: Proinde multò minùs iſtud vulnus renum ad ſanitatem duci poterit, quod manu factum.

Nephrotomia tamen quando & quomodo ſit tentanda, oſtendit *Riolanus Ench.l.2.c.28. Calculi frequenter*, ait, *generantur in cavitate renum ſive ſint tubuli ureteris, ubi coralli modo concreſcunt: Sive ſit pelvis ubi rotundus formatur, Si ita augetur, ut adducat Renē ad ſuppurationem, & ipſa vergat ad Lumbos, per hāc partē cauſtico profunde pertuſam poteſt pus expurgari & calculus extrahi: alioquin niſi Natura monſtrante viam, atque præeunte; nefas eſt* Nephrotomiam *tentare, propter carnium craſſitiem & profunditatem.*

27. *Scirrhum qui partim*) Contingit aliquando Tumores iſtos indurari & ſcirrhoſam adipiſci naturam, ceſſante febre, dolore tamen perſeverante cum ponderis ſenſu majore & circumjectarum partium quodam ſtupore: Quod malum plerumque inſanabile eſt, in cachexiam & hydropem hominem conjiciens: Tentanda tamen illius curatio eſt, mollientibus, incidentibus, & digerentibus remediis, qualia in ſcirrhi hepatis curatione proponuntur. *Riverius.*

Tabes Renum.

28. *Tabem Renum*) Tabe conſumuntur Renes, qui etiam Tabem univerſalem corpori accerſunt; Vel ex putredine & conſumptione Renis procedit, vel ex nimia profuſione ſeminis: In Neugamis & ſalacibus frequenter Tabes iſta nephritica contingit: Inde ſeminis materiam à Renibus profluere quiſpiam affirmaret, & ad uſum Venereum plurimùm valere: *Riolan. Ench.l.2.c.8.*

Multo adipe circumfunduntur Renes, cui hunc uſum aſſignat *Van der Linden. Quid ſi dicamus cubatu ipſis molli opus eſſe, ut ne lumborum attritu doleant? imò pinguedo iſta temperat potiùs humectatione perpetuâ, calorem renum & præſervat ab ardore, authore difficilium morborum: In hunc enim proclives ſunt, propter arteriarum copiam ſubſtantia*

denſitatem, ſeri ſalſuginem, denique labores muſculorum quibus incumbunt.

Exiſtimamus autem hunc uſum eſſe ſecundarium, primarium verò fovere calorem renum, adeoque juvare eorum actionem; Hoc patet ex eo quod quibus hæc Renum pinguedo liqueſcat & conſumatur, ipſi Renes quoque, & demum totum corpus contabeſcant; quale exemplum conſignavit *Foreſtus* l.24. obſ.3. *Mœbius Fundam. med* p.354.

Symptomatum correctio.

In toto morbi decurſu ſymptomatis gravioribus, ut *febri, dolori, vigiliis, ſuppreſſa urina & alvo, ventriculo*, aliiſve partibus compatientibus erit accurate proſpiciendum: Et quidem quod ad *febrem, dolorem & vigilias* attinet, certum eſt evacuatoria vel alterantia propoſita multùm facere ad illorum mitigationem, illis tamen addi poſſunt Epithemata, Linimenta & Oxyrrhodina, quæ hepatis, cordis & cerebri regioni admoveri ſolent, necnon ſummâ urgente neceſſitate, *Narcotica* tum aſſumpta, tum per clyſterem injecta; Peculiariter verò ad *Veſicæ dolores* leniendos parari poſſunt *Glandes anodynæ*, vel *Noduli ex vitellis ovor.* cum pauco *opio* & ſucco *hyoſcyami* vel ſimilibus, confecti, in anum immittendi. *Iſchuria* verò aut *Dyſuria*, veſicæ inflammationi frequenter accidere ſolitæ remediis idoneis occurrendum.

Cap. LIX.

De Calculo Renum.

I. *Calculus* [2] *renum eſt ſubſtantia ſolida & lapilloſa*, [3] *mucilaginea, limoſa, tartarea*, [4] *facultate λιθοποιητικῇ inſtructa*, [5] *in renibus*, [6] *adjumento caloris exorta.*

[7] *Signa* ſunt præcipua quinque.

1. [8] *Dolor*, [9] qui in lumbis afficit, [10] ſenſum gravitatis, propter [11] renum ſubſtantiam ſenſus expertem infert; [12] in deſcenſu in ureteres, propter ipſorum, [13] qui denſa & craſsâ membranâ conſtant, diſtractionem (ſolent autem aliquando [14] ita diſtendi, ut amplitudinem inteſtini craſſioris ſuperent) augetur; ſi præſertim ſit craſſiuſculus, ſalebroſus & aſper.

A [15] *Colico* diſtinguitur, [16] quòd nec ſit tam gravis, nec tam amplus, quòd figatur, & regione renum circumſcribatur, & ſi in veſicam incidit, ductum ureterum ſequatur, nec eum flatibus afficiat.

2. [17] *Vrina cruenta* propter vulnerationem partium, quas tranſit, [18] quæ principio eſt pauca & aquoſa, [19] mox ſuppreſſa, remoto [20] è renibus calculo turbulenta, [21] & arenoſum ſedimentum habens.

3. [22] *Stupor* crurum, qui in dolore colico non accidit, quia muſculus, cui ren incumbit, quique cruri flectendo dicatus eſt, & in cruris partem interiorem inſeritur, comprimitur.

4. [23] *Teſticuli* ejus lateris, propter vicinorum vaſorum, quæ ad teſtes tendunt, iisque inſeruntur, retractionem, *retractio.*

5. [24] *Nauſea & vomitus.* [25] Nam renes cum ventriculo mediante peritonæo, cujus membranam utrumque viſcus participat, connectuntur, & bini ſextæ conjugationis nervi à ſtomacho orti, in internam renum tunicam implantantur.

[26] *Arenularum excretio* fientis calculi ſignum eſt.

[2] *Calculus*) Calculus morbus, λιθίασις, λίθος, λίθος, λιθίδια, in ſpecie dici poſſunt arenulæ illæ ad Calculi generationem concurrentes, vel ejus prodromi, vel recrementa: *Dietericus Jatrei* §. 503.

Calculoſitas in genere dicitur de omni materiâ durâ, concretâ, excrementitiâ, & toto genere p.n. Calculus in genere eſt ſymptoma excernendi p.n. retenti, videlicet materiæ excrementitiæ duræ, magis vel minùs concretæ, & compactæ ac condenſatæ, genitæ ex portionibus excrementitiis ſalinis, nimium fixis & terreſtribus, intervenientibus quandoquè lentis etiam & viſcidis maſſæ ſanguineæ heterogeneæ, & portionibus activis ſufficientibus deſtitutæ, compagem facilè deſerentibus, in diverſis locis collectis & ſubſiſtentibus, beneficioque caloris ſucceſſivè concretis, coagulatis & lapidum fictilium ſive teſtarum inſtar induratis. *Bruno Lexic.* p.204.

Calculus in Renibus) Calculoſitas in genere dicitur de omni materiâ durâ, concretâ &c. qualem non ſolùm in renibus & veſicâ, ſed etiã in aliis corporis humani membris & cavitatibus productam eſſe, obſervationes medicorum teſtantur. In ſpecie & ſtrictiùs, quin & frequentiùs, accipitur [illegible] de calculo renum & veſicæ. *Bruno ibid.*

λιθιάω, Calculo laboro, λιθίασις, calculatio, calculi generatio, utrumque ἀπὸ τῶν λιθίων à lapillis, non ἀπὸ τοῦ λίθου, & de veſicæ calculoſitate potiùs, quàm renum dici ſolet; Neque largiri poſſumus *Gorræo* ſcribenti, neminem τὴν λιθίασιν uſurpaſſe, niſi de iis quibus in veſicâ moleſtus eſt calculus, nam λιθιᾷν νεφρὸν dixit *Hippocr. 1. de morb. int.* ubi de nephritide egit, conjungens λιθιᾷν τὴν κύστιν, & λιθιᾷν τὸν νεφρὸν: Quamvis verò diſpoſitionem illam λιθοφυεστικὴν & in veſica & in renibus λιθιάσεως nomen indicare poſſit, & ſic promiſcue uſurpatum, legatur, ſtrictim tamen περὶ τοῦ ἐν τῇ κύστει λίθου uſurpatur; & Diſtinctionis ergo liquidioris λιθίδια dici *arenula illa renales* quæ interdum conglobantur in lapidem, ut ſibi vendicet calculus in veſica nomen τοῦ λίθου. *Dietericus Jatrei pag.* 712.

Lapides in averſum jacti humanum genus Deucalionis undis deletum finguntur quondam reparaſſe: Impræſentiarum autem de calculis commentamur corporis noſtri ædificium dimentibus: Introeamus ergo miſellorum hominum arenarius ac lapidicinas &c. *Menjotius Differt. de Nephr.*

Nephritis aliàs dicitur, quod phlegmonoſam diſpoſitionem habeat comitem fermè individuum. *Idem.*

Calcu-

¹· *Calculus Renum*) Ipſe eſt productum tantum modò morboſum, Effectus ſcilicet illius *affectus renalis*, qui aliàs propriè *Lithiaſis* dicitur, & dicit *diſpoſitionem Renum calculoſam.* Productum verò hoc morboſum, à *Paracelſo* dicitur *Duelech*, nomine lapidi humano proprio. *Etmuller.*

²· *Renum*) Generari Calculos in omnibus corporis partibus notum eſt, frequentiſſimus tamen eorum nidus, ſunt *Renes*, & hinc *veſica fellea* : Iſti verò qui in veſicâ *urinariâ* deprehenduntur, ſæpe ex renibus, vel calculi minùs formâ, vel arenularum majuſcularum facie ſucceſſive in veſicam deſcenderunt. *Etmuller.*

Eſt ſubſtantia) Dubitatur ſub quo affectuum genere ſcalculus conſtituendus ſit: *Galenus* inter morbos in numero collocat, eorum quæ ſunt toto genere p. n. ut & lumbricos : Licèt enim propriè morbus in numero reſpiciat partes viventes, quarum numerus auctus vel imminutus, morbum iſtum organicum conſtituit: ea tamen quæ præternaturaliter addita ſunt numero eorum, ex quibus corpus naturaliter componitur, ad morbos in numero referri debent; adeo ne etiam qualitates nudæ interdum ad morbos in numero referantur, quando immediatè actiones lædunt, ut color flavus in oculo icterici, ſonitus excedens in aure, & ſapor amarus in linguâ : Plerumque tamen calculus inter cauſas morbificas collocandus eſt, quatenus obſtructionem vel diſtenſionem parit: Inter ſymptomata etiam collocari poteſt, Excreta ſcil. & Retenta, ſi enim in renibus, ureteribus, aut veſicâ retineatur, cùm excerni meliùs foret, ad p. n. retenta revocandus eſt; dum verò excernitur, ad excretum toto genere p. n. eſt referendus. *Riverius.*

Mucilaginoſa Limoſa, Tartarea) Cùm non ſolùm toto die experiamur ex arthritide fieri Nephritim, & vice verſa, prout loco variat materia morbifica, Et hypochondriacos quoque idem fatum experiri, ratione conſentiente, meritò ſtatuitur convenire tres hoſce morbos, calculum, arthritidem ejuſque ſpecies, & affectum hypochondriacum, quoad cauſam materialem, Generalem verò, tanquam matrem, eſſe affectum hypochondriacum, ex quo ceu fonte proximo ſcaturiunt; Neque differunt niſi coagulo, ſeu quod illud ipſum materiale *tartareum*, minori in reliquis, majori in calculo quantitate adeſt; in illis fluidum, in his concretum; in illis potentia, in calculo actu magis cohærens. *Wedelius Am. m. m. p. 185.* Copioſior *mucus* mediam urinæ partem ſubinde replens, albus & levis, à calculoſis excerni ſolet, qui nihil aliud eſt, quàm nutrimentum partium membranoſarum, pelvis, ureteris, &c. à calculo læſarum plus minùs, & ſic cum urina extravaſatum. *Vide Willis de urinis.* Etmuller.

⁴· *Facultate λιθοποιητικῇ*) *Ariſtoteles* coagulationis, concretionis & lapideſcentiæ corporum, ſive naturæ legibus, ſive artis, inſtituto facta ſint, cauſas explorans, nuda amplectitur Elementa, & omnia vel à calore, vel à frigore concreta fieri, aſſerit in *Meteorol. 4. c. 8.* obtrudens hoc axioma, *Nam ex corporibus quæ concreſcant atque durent, quædam fervore caloris, quædam frigore; illo quidem humorem exſiccante, hoc verò calorem exprimente, ita affici ſolent;* Genuini *Hermetis* filii, quorum ingenia infinitis penè, in rerum concretarum & petrefactarum analyſi ſpagyricâ, experimentis illuminatâ, in ſecretiora naturæ audentet deſcenderunt penetralia, & ex eis proxima concretionis, ſoliditatis, duritiei, lapideſcentiæque principia nobis auſpicatò exantlarunt.

Si concretionis, ſoliditatis, & duritiei principia perſcruteris, facillimo negotio invenies *lapidis ſaltiens principium eſſe aut Spiritum*, aut *Humorem*: Si *humor* eſt, aut ſuccum quendam petrificum; ſeu vi gorgonea inſignitum, ſecum fert, qui materiam ſibi convenienter proportionatam inveniens, conſpirantibus ſimul aliis remotioribus cauſis, eam impetu pervadit, congelat, coagmentat, indurat, & petrificat, Aut ſuccos minerales, marmoreos, gemmeos, ſalinos, nitroſus, chalcantinos, ſulphureos aut bituminèos, quibus diluuntur ramenta calcis, argillæ, luti, aluminis, marmoriſve, calculoſis hujuſmodi generationibus ſumme opportuna; Succi tales ſæpe in terris ſtacidis à plantis alimenti loco attracti, nonnunquam radices, cortices aliaſque earum partes, interdum omnem arborem in lapides vertunt, aut ſaltem duriores efficiunt. Tali ſucco etiam odorem ſeu ſpiritum, ſeu ſemen petrificum ſecum geſtante, ſi λιθόδενδρον, corallium, quòd ſub aquis fundo contiguum lapideſcit, non ex aëris occurſu, ut ſomniat vulgus, conſentaneum eſt, & eapropter in ſaxeam indolem diſponi, quod plurimùm ſalis ſuæ ſubſtantiæ unitum habet; id quod vel reſolutio ejus mechanica ſatis monſtrat, quâ Curallia penè tota in ſalem abeunt.

Si *Spiritus* eſt, aut *corpulentior*, aut *ſubtilior, ille* materia ſimul poteſt eſſe, ut videmus in mechanicis ſublimationibus ſalium, marchaſitarū, & ſimilium; *Hic* magis habet cauſæ efficientis congelantiſque ratione; ubi tamen id quod afficitur neceſſe eſt diſpoſitum eſſe ad lapidificationem, aut congelationem accipiendam, ut monet *Libavius Exam. Phil. viv.* addens, *In nubibus fiunt ex materia bituminea & ſulphurea, trahente vehementeque reſolutione calculoſas, lapides fulminei, quos ſolidari non calore & frigore tantùm, ſed & ſpiritibus halinitroſis gelantibus cenſemus, cùm conſtet fulminum vi etiam vina in doliis gelaſcere.* Charleton *de Lithiaſi p. m. 7. 8. & 9.*

⁴· *Facultate λιθοποιητικῇ inſtructa*) Cur quibuſdam calculoſa hæc animus? Nos cauſam reponimus in redundantiam menſtrui acidi ſalſique, quo terreſtreitates potentes ſolvuntur, & in liquorem lapideſcentem convertuntur.

Hinc patet cur non omnes calculo laborent; rationem in defectu ſolventis, ſeu humorum valde acidorum maniſeſtiſſimam habemus.

Deinde hinc liquet etiam, cur renes & veſica potiſſimùm laterarias illas in microcoſmo conſtituant, Nempe dum à ſanguine ſegregatum ſerum, & ſic per conſequens ſolutionis fæculentarum terrearum, ab edulis ac putulentis, præſertim, ſi petroſis ac terrenis atomis ea valde ſcateant, ortatum, ab organis iſtis, ad hoc à natura deſtinatis, reſpectivè per emulſionem attrahi, contineri, & juſto tempore educi debeat, calculi concretio etiam eo modo, ut ſupra diximus, in his potiſſimùm locis contingere ſolet. Chr. *Langius Path. Anim. p. m. 419.*

⁵· *In Renibus*) Ab horum fermento alterato, pluſque minùs enervato, ſeu inerti reddito; unde alteratio putredinalis oritur: In hoc enim conſiſtit *diſpoſitio Renum* & calculorum, h. e. ipſa *Lithiaſis* : Unde quia difficulter corrigibile eſt hoc vitium, difficilis etiam eſt Lithiaſeos eradicatio: *Fermentum* hoc vitioſum acquiſitum, eſt primo vitio Diætæ labefactantis Fermentum Renum, & ut, probabile videtur, occaſione vitioſi acidi fermentativi ex primis viis, quocunque modo ad renes tranſmiſſi, enervantis fermentum renum inſitum; hinc poſtmodum à parentibus ad liberos tranſplantatum, aut etiam cum lacte nutricis ſimul hauſtum; quale exemplum Lithiaſeos ex Nutrice Lacte contractæ, refert *Helmont. Tr. Infant. nutr. vita longa*, Sicut in vulgus notum eſt, hæreditarium malum eſſe Lithiaſin. *Etmuller.*

⁶· *Adjumento caloris*) Calorem tanquam calculi

δημιουργὸν nullatenus agnoſcunt medici juniores, quòd in membris perenni uligine irriguis, quales ſunt renes & veſica, materiam à calore exarefieri potis non ſit; Et quanquam eorum nonnulli calorem admittant, pro causâ calculi non magiſtrâ, ſed ancillari, vel τῷ συναιτίῳ, alii tamen non modò calorem in cauſas calculi non cooptant, ſed expreſsè docent hujus σύγκρισιν à calore, ut pote colliquante, removeri potiùs, quàm promoveri, hincque pueros, judice *Hippocr.* quia calidiſſimos renum calculo non teneri; & contrà in veſicâ, ſpermaticâ & algioſa, calculos perſæpe congeri; eoſdemque qui in veſica molliores fuerant, maximè extremâ ſuperficie, quamprimum extracti ſunt, aëris frigidioris contactu ſolideſcere, haud ſecus ac ovorum nuper editorum putamina: Idem comprobatur è lotio excreto, quod tantò citiùs tartarum ſuum vaſi urinariò apponit, aut τὸ ψαμμῶδες deponit quantò promptiùs refrixit; imò ſi tepido foveatur calore, non prorſus deponit. *Menjotius. p. 7. 6.*

⁶· *Adjumento caloris*) Nonnulli efficientem cauſam, Siccitatem in membro excedentem incuſavere, calore ſimul, ſeu intùs agente, ſeu foris terminante admiſſo & experimenta adducunt; E lixivio, ad omnis humiditatis evaporationem decocto, ſal concretum copiosè elicitur. Aqua marina in radiis Solaribus igneve adusta, in ſalem coagulatur; Quò magis diſſipatur humor eò firmiores & lapidoſiores fiunt ſucci ſalſi concreti; At hic modus concreſcendorum corporum ſalinorum concretioni calculorum in homine accommodari non poteſt, Neque enim, quod fit in ſalis artificio, hoc omne etiam in renibus accidit; nec calore pars aquea planè abſumi poteſt, ita ut craſſâ unicè relictâ grumeſcat, cùm continuò è corpore univerſo ſeroſa materia ad renes derivetur: Multò minùs per aſſationem calculum in renibus procreari credendum eſt, cùm tantus calor, à quo humidum omne ſubtiliſetur & abſumatur, & ſubſtantia areſacta remanens mutetur in tophum, cogitari non poſſit.

At verò ut iis qui *ſiccitatem* pro primario in efficiendis calculis agente poſuere, ita iis auſcultandum eſſe putamus, qui pro *conſpirante*, ſeu adjuvante ſaltem causâ agnoſcunt; Satis namque conſtat, ſi Renes ſint terrenæ conſtitutionis (nam ſiccitatem non quamvis ſed terream; non ſimplicis & frigidæ terræ, ſed & ſulphureæ, bituminoſę, marmoreæ, margoſæ, cinereę &c. intelligere debemus) faciliùs multò lapideſcere alluvionem ſubſiſtentem, haud ſecus ac dentibus ſordes ciborum adhæreſcentes exſiccantur & in tophum mutantur, &c. multùm ergo ad calculum momenti habet terrenoſitas membri: Hinc *Sennertus Pr. l. 3. p. 6. ſ. 1. c. 6.* Plus hîc cum *Platero* malim tribuere ſiccitati quàm calori, cùm ſenes, in quibus calor minor eſt, quàm in juvenibus, calculo renum magis ſint obnoxii, quàm juvenes, in quibus calor renum major eſt; Et calculi in iis partibus coagmentãtur in quibus calor p. n. inſignis eſſe non poteſt, ut in umbilico & alibi, Sufficit autem ſiccitas, non ut cauſa princeps, ſed ut adjuvans, & idoneum coagulationis ſubjectum; Si enim materia concretioni apta, ſubjectum idoneum nanciſcatur, ei ſeſe protinus agglutinat, & in dies augmentum ſumit &c. *Charleton p. 23. & ſequ.*

⁶· *Adjumento caloris*) Adjuvat & calor hepatis, qui humores torrefaciendo arenoſa quędam ſyntagmata renibus miniſtrat; *Menjotius.*

⁶· *Adjumento caloris*) Sunt qui *frigus* coagulationis calculorum activum principium eſſe contendunt, ut *Aretæus & Ruffus*, qui cenſent in renibus fieri lapides renales, eò quòd humores craſſi & viſcidi facilè à frigore congelantur. Sed qua probabilitate tantus frigoris exceſſus, qui ad calculi coagulationem requiritur, in corpore vitæ muneribus adhuc fungente fingi queat? Inſuper qui concedit calculos in humano corpore concretos, ſuam concretionem frigori debere, ſimul concedit eoſdem à calore ſolvi poſſe; quæcunque enim calore vel frigore concreta ſolvuntur, contrariis ſolvi ſolent; nam quæ calore ſicco concrevere, aquâ ſolvuntur, quæ humor algidus eſt; quæ verò frigore, igni, qui calidus exiſtit; judicio *Ariſtotelis*, At omnes ferme Chymici, experimentis mechanicis edocti, calculorum liquefactionem vi caloris ægrè obtineri affirmabunt, modò eis nullum affundatur menſtruum potentiâ διακριτικῶς prægnans, cujus ſpiritus ſolvens arctiſſimè coagulativum principium amplectens, ut calculi in atomos, continuitatis vinculo orbati redacantur, efficit: Interim ſi quis heic magis determinatè, vel relativè de frigore loqui, & cauſæ antecedentis loco admittere velit, ei inficias eundum eſſe non cenſemus, Nam hac relatione frigus ad lithiaſin pluribus modis facere poteſt, 1. quòd autor ſit cruditatis, unde oriuntur humores viſcidi & mucilaginoſi, qui non abſurda ſunt calculi cauſa. 2. quòd ſuo calore ſpoliatæ partes, excrementorum excluſioni inſervientes, fæces à ſe ægrè aut ſegniùs juſtò deponant, quæ longiori, quam par eſt, tempore detentæ, cavitatibus facilè adhæreſcant & ſolidiorem in dies induant formam. 3. Ex refrigeratione nervorum, muſculorum & aliorum quæ excernendi conatum juvant, maximè ſi refrigeratio eo uſque progreſſa ſit, ut inſenſibilitas occurrat, ut in his, qui lumborum imbecillitate afficiuntur, *Charleton p. 17.*

⁷· *Signa ſunt præcipua*) *Nam & alia nonnunquam occurrunt*, Quidam orthopnœâ laborare videbatur, nonnulla erat ſuſpicio affecti pulmonis, non tamen certa erant argumenta; Cuidam in mentem venit, calculum eſſe in Renibus, conſilium iis eſt, deturbato calculo libertas reſpirationis eſt reſtituta; Cauſam dicunt, quòd nervulus eſt à ſextâ conjugatione pervadens diaphragma, & ad renes uſque pertingens, qui oppreſſus, ut in oppoſito femore ſtuporis ſenſum infert, ita in partibus ſuperis difficultatem nonnullam reſpirandi, *Ballonius conſ. 46. l. 1.*

⁷· *Signa* Cùm nullum detur, ut aſſerit *Baptiſta Sylvaticus Contr 32.* Nephritidis pathognomonicum, quo freti neceſſario Nephritim adeſſe concludamus, & ab omni affectu conſimili integrè diſcernamus, intueri oportet omnia, tum præterita, tum præſentia, accidentia: *Præterita* verò non ſolùm à laborante, ſed etiam à familiaribus interrogandi perdiſcere, ut ſic ex præcedentium, conſequentium, conſpirantiumque ſyndrome, ſcientificum hauriatur indicium, quod ex multis communibus ſimul junctis, & peculiaris, conſtructum, pathognomonicæ vicem ſuſtinere poſſit. Ratio autem inſtituendæ ſyndromes eſto talis.

Quamprimùm Renalis calculi ſuſpicio quempiam adoritur, contemplari decet 1. *Præcedentia*, An præceſſerint lithiaſis cauſæ procatarcticæ, occaſionales, ita æger in otio educatur. An multis cibis craſſis uſus fuerit. An ingluviei deditus, An immoderatiori Veneris uſu juvenilem extinxerit ardorem, An calculoſos habuerit parentes, &c. Si enim unum, vel duo, vel plura horum præceſſerint, conjecturâ colligere datur, decumbentem lithiaſi coinquinatum eſſe; Eapropter quòd ſit de naturâ talium prægreſſorum, ut apoſſimam efficiendis calculis materiam miniſtrant, ſeu occaſionem ſaltem magni momenti.

Expendenda inde *Conſequentia* nam ſi obtuſioris cujuſdam & gravativi doloris ſenſus, nullo tumore foris conſpicuo, lumbis, regione renum, incumbat, quem greſſus concitatior, æquitatio inæqualis & violentior, feſtivus per ſcalas deſcenſus; Si dolor ſit cõſtans, perterebrans, una eademq; defixus, niſi quòd interdum ad femoris trochantera parvum anticè, vel teſtem è directo ureteris tractu protendatur, Si decubitus in

ægram

ægram partem dolorem demulcet, in adverſam exaſperat, ſi ſupervenit vomitus, Si urina primò paroxyſmi inſultu tenuis & limpida exit, poſt copioſa, arenulis aut cruore conſperſa emingitur, conjuncta ſimul, ob limi ſalſuginem, vel, ut vult *Helmontius*, ob peregrinam aciditatis cujuſpiam tantillæ fermentum urinæ admiſtum, ſtranguria, Ab his indiciis, quæ à poſteriori declarant, certiſſimum calculi in rene nidulantis indicium deſumatur: Itaque ſi Antecedentia Conſequentibus reſpondeant, hæc calculum in facto eſſe jam, illa in fieri commonſtrent, nullus dubio locus relinquitur. *Charleton p.124.*

Signa) Omnia ſymptomata ex doloroſa impreſſione pelvis renum & ureterum originem ducunt, non ſunt propria calculo, ſed etiam aliis doloribus nephriticis ab alia cauſa, & non præcisè à calculo natis, v.g. doloribus nephriticis ſcorbuncorum, per acriora ſalia iſtas partes arrodentia natis communia, ut & eandem originem habere ſolent: Quinimo poſt multiplicia per conſenſum pathemata tam facilè ſymptomata nephritica, colica, hyſterica confundi ſolent. *Etmuller.*

7. *Signa ſunt præcipua*) Nam & interdum *Teneſmus* ſimul corripit ægros, idque obſervavi in fœminas ac annorat quoque *Timæus Epiſt.* p.242. *Anxietates præcordiorum, vomitus* ſubinde enormes inſequuntur motum calculi renalis; It. *reſpirationis difficultas*, quaſi cingulo reſtringerentur coſtæ inferiores, idq; in conſensũ tenũ & diaphragmaris nõ immeritò videtur rejicere *Sanctorius comm. in Art.P.p.994.* Interdũ ſimul adeſt *hemicrania* illius lateris vid. *Bart.cent.4.Ep.16.* Imò *cõvulſiones digitorum, brachiorum pavores dormientium &c.* ſubinde calculo renum ſupervenire obſervãtur, *Dolorem* quoq; *titillantē* ſentiunt in extremitate glandis penis; *Idem.*

7. *Signa ſunt*) Calculi diagnoſtica ſeorſim ſpectata, æquivoca ſunt, & aliis morbis communia; ſi tamen omnia ſimul & conjunctim conſiderentur, certam diagnoſin præbent: *Riverius.*

Motus, 1°. aliquem dolorem ſentiunt in latere & difficultatem in mictione, poſt ea hæc ſequuntur ſymptomata, Dolor fixus, qui ſumpto cibo ceſſat, Vomitus, deinde teuſio in membro virili, ſtupor in crure, & dolor intolerabilis, præſertim cum calculus ad pelvim venit; & ubi ureter veſicam intrat: Hæc ſymptomata priùs graviora, poſtea mitiora, quia partes renum dilatantur, adeo ut calculi pili magnitudine poſſint excerni ſine magno dolore. *Waleus med. Pr. c 19.*

7. *Signa*) Signa diagnoſtica, calculum confirmantia, ordinis eſſe duplicis ſtatuimus, *Interna & Externa*; Inter illa enarrantur ægra, doloroſa, & difficilis planè incurvatio dorſi, crurum ſtupor, ventriculi ſubverſio, edendi faſtidium, frequentiores mictus, teſticulorum verſus ſuperiora retractio, incertus urinæ color & multiplex variatio, modò alba, modò rubicunda, nunc tenuis, nunc turbida; jam pituitoſa, jam cruenta, jam arenoſa, interdum pauca, nonnunquam nulla eſt, adeo ſæpiſſimè à calculo oſtium veſicæ clauditur vel obturatur, ut ne gutta quidem lotii poſſit exſtillare.

Nominanda hic pariter obſtinatiſſima alvi ſegnities oriunda à vehementi renum inflammatione, quâ ſæviente, & repletione coli accedente, dolores inſigniter exacerbantur, atque hoc ipſum quidem propter inteſtini dicti extenſionem, quâ renes laborantes valde comprimuntur: *Item* laſſitudo & torpor totius corporis in hac ſignorum mentione non eſt prætereundus; qui dubio ſine provenit à compaſſione partium alimentariarum & coctioni primæ inſervientium *Pariter* flatus & tormina hoc in caſu ſunt attendenda, partim ob diſtenſiones, quæ uſque ad ſtomachum, hepar & lienem ſe extendunt, eaſque partes compreſſione ſuâ attingunt; partim verò & potiſſimum ob ſalſuginoſa, nec à ſero liberata in inteſtinis excrementa, quæ tunicas horum acrimoniâ ſuâ arrodere tentant, præſentia.

Nonnulli, nec incongruè ſqualorem linguæ aſpiciendum hortantur, cujus cauſam calon quidem, ariditatem hanc linguæ inducenti aſſignant, cùm tamen ea potiùs in ſalina & petroſa materiâ ſit quærenda, ut pote ex qua evidentiſſimè calculus quidam poſtea apponitur dentibus, & hac ratione etiam conſequenterque lingua oblæditur.

Externa ſigna quod attinet, conjectura calculi certior erit, ſi patiens calculoſis progenitus ſit parentibus, *Item* ſi æger jam in declinante verſus ætate *Item* ſi eſcis ſale conditis, aut fumu induratis, familiariter ſit uſus: Si æger nimium indulſerit gulæ & crudum ſi quotidie ingurgitaverit, vitamque ſine modo diſſolutè ac continuatà cum crapulâ traduxerit: nam ubi ingluvies eſt quotidiana, & ubi major cibi potuſque eſt copia, ibi neceſſariò luxurians excrementorum abundantia: Inter pathognomonica autem maximè luculẽtum eſt ſignum ex *Hippocr. aph.79 4.* ſi ſabulum, arenulæ, vel jam concreti quoque lapilli matulæ adhæreſcant; vel etiam urinæ cuticulam lapideam inſtar cremoris tartari oſtendãt; Quo facto haud ulteriori opus probatione, nam ex *Hippocr.1.de Diata.* Oculis ſemper magis credendum quàm auribus opinionibuſque. *Chriſt. Langius.*

8. *Dolor*) Poſteriùs ad latera ſpinæ dorſi, ſub hypochondrio tam dextro, quàm ſiniſtro, rariùs utroque ſimul; in lumborum inanibus: Dolor ille gravitatis & ponderis ſenſum alicujus præbens, obtuſus, nonnunquam tamen invaleſcens, interdum in acerbiſſimum deſinés, Dolor hic motu corporis, ut cùm ſpina pręſertim flectitur, corpuſq; incurvatur, ut ex decubitu, per quem locus ille premitur, magis ſe prodit ſentiturque; *Platerus.*

8. *Dolor*) Dolor iſte nephriticus adeo immanis eſt, ut de Stoicorum ἀπαθείᾳ quandoque triumphaverit, Sic (Cicero 2. Tuſcul.) *Heracleotus Dyoniſius cùm à Zenone fortis eſſe didiciſſet, à dolore deductus eſt, nam cùm ex renibus laboraret, in ipſo ejulatu clamitabat falſa eſſe, quæ de dolore ipſe ſenſiſſet*: At notandum Renes aſſuetos in excernendis arenulis minùs cruciari, quàm inaſſuetos, quod crebris quaſi parturitionibus ureteres dilatentur, ita ut interdum pollicis æquent craſſitudinem. *Menjotius.*

9. *Dolor qui in lumbis afficit. &c. in deſcenſu in ureteres*) Placuit *Galeno 6. loc. aff.* haud ſolum in calculorum ἐξόδῳ ſed in ipſorum quoque γενέσει acerrimos dolores cieri, ab igneo ſcilicet calore, cujus vi lapidem conflati cenſet ac perfici: Alii verò non mòdò calculi generationem, & ejuſdem quoque jam geniti in renum ſubſtantia, ut in pelvim tranſplantetur, eradicationem indolentem eſſe affirmant; Unâ diſtinctione componetur diſcordia; ſi lapis occupet renis parenchyma, ſub quo carunculas quoque papillares comprehendimus, expers eſt doloris: ſi membranoſos repleat ureter ſurculos, per renem diſperſos, & quò in carunculas papillares ad ſeroſitatem ebibendam deſinunt, dolor tunc exſurget, & quidem exinde acerbior, quod renes ob ſubſtantiæ firmitatem non cedant tenſioni.

Calculus igitur intra Renem concretus, & ad cunei modum infoſſus, dum emovetur in pelvim, locum cui implantabatur, interdum cum doloris ſenſu, ſæpius verò indolenter dilacerans, ſanguinem prolicit in urinâ conſpicuum, deinde ſi exiguus ſit, per ureterem volvitur in veſicam, cum inſano dolore, præſertim juxta anguſtum & obliquum ureteris ſinum veſicam ſubeuntis: Si grandiuſculus aſperve extiterit, in mediâ hæret viâ, tanquam in vado; vel, ut ita dicam ἀγχυλοβολεῖται, ſtat quaſi ad ancturas: Etſi enim ureteris (præterquam dum veſicam ſinuosè ingreditur) capacitas æqualis natura-

liter ſit hujuſque priorem ac ſuperiorem partem calculus jam permeaverit, non datur tamen ulterius progredi, alterâ ac inferiore ureteris parte, quâ calculus pergere deberet, conſtrictâ; ſeu quod præ dolore quodammodo convellatur, ſeu quod hoſtem infenſiſſimum retrò in antrum è quo recens prorupit, tentet protrudere. Hincque fit, ut ureter lapide obturatus, lotii à tergo incumbentis repulſamque patientis onere gravetur, ac præſertim à tendente pungenteque calculo atrociſſimi moveantur cruciatus, itque totum aquæ ductum à renibus ad veſicam obſidentes.

Tandem ſi lapis major fuerit, quàm ut ureteris caput introire queat, ſeſſitat ἐν τῷ νώτῳ renis, *doloremque parti gravatorium* & obtuſum tempore διαμονῆς, ingentem & acutum tempore διεξόδου; dum nempe renes ſui nimium diligentes, grandioris calculi amolitionem temerario niſu aggrediuntur huncque ureteris faucibus temerariò impingunt.

Prior dolor, videlicet *gravatorius*, pendet à pluribus cauſis: Poſterior qui inſtar pali impacti acutus eſt, ſua habet ſilentia ac reverticula, ſcilicet quandiu Renes labore defecti conquieſcunt, ceſſat, ſed mala fide, ſoporatus enim improviſo recrudeſcit, ſive quòd renes quiete recreati pugnam iterum comminant, ſive quòd otioſus calculus exſtimulatur a cauſis externis internisve, vel per ſe, vel per conſenſum, V. g. ventriculi male affecti, quemadmodum enim ventriculus laborantibus renibus conſentit, ſic renes ægrotanti ventriculo compatiuntur.

Dolor iſte Nephriticus, non ut is quem deſtillatio peperit externarum partium preſſu admodum manifeſtatur, ſed totus eſt internus, niſi inflammatione forſitan fuerit ſtipatus, Nec infeſtat ſolummodò, τῶν κενεώνων, hoc eſt inanitatem illam, quæ externam è mendoſis coſtis & os ilium interjacet, unde ſpina dorſi vix inflecti poteſt, ſed latiùs nonnunquam expotrigitur; nimirum & ſupernè ad illegitimas coſtas, ita ut multos opinione pleuritidis deluſerit, inquit *Aretæus 2. Acut. 3.* ut infernè ad teſtem è regione ſitum, qui tumefacta ac decuriata, ob vicini renis phlogoſin, vena ſpermatica, ſurſum quaſi retrahi videtur.

Obſervant etiam nonnulli, à ſanguinis ac ſpirituum ad teſtes dolentes appulſu, virilia tentigine affici, quod tamen ſymptoma veſicali calculo magis proprium eſt.

Dolor præterea invaleſcit adverſo decubitu, quo calculus in ureterem delabitur; altero autem ſitu dolor extenuatur atque diluitur, per quem calculus recedit ab uretere.

Exacuitur denique ſumpto cibo, alvo ſuppreſſa ac inteſtinis flatu turgidis, ob compreſſionem, at inedia, dejectione, flatuumque eruptione nonnihil miteſcit: *Menjotius p. 735.*

9. *Dolor qui in Lumbis afficit*) *Niſi ſitus Renis ſit immutatus:* Mercatori dolores implacabiles ad regionem lienis, & fere infra, ad umbilicum uſque, tumor quidam percipiebatur, tandem interiit, non credebant dolorem eſſe nephriticum & tamen erat, At ſitus doloris & partis decipiebat, Aperto cadavere repertus eſt Ren inſignis loco dimotus, & ad regionem lienis, aut naturâ, aut aliquâ aliâ vi detruſus. *Ballonius Epid. l. 2. p. 220.*

10. *Senſum gravitatis*) Renem, *inquit Cous 6. Epid.* exercet dolor gravis: Dolor major eſt, cum calculus hæret in gravitate, & proceſſibus ureteris, minor cùm in ſubſtantiâ, maximus cùm in ureteres decidit; Dolor eſt gravis manſione calculi, acutus motu. *Rolfincius.*

10. *Senſum gravitatis*) Dolor gravativus pendet à pluribus cauſis, putà à calculo ſubſtratum muſculum premente: à ſuppreſſa urinâ; à plenitudine ſanguinis, & humorum, in partem affectam confluentium, Nec tantùm particulæ circumſcriptæ, ſed ren ipſe gravitate occupatur, oppreſſa à lateris contenti pondere cum membrana renem obvolvente, tum ipſam & renis ſubſtantia; aliquam enim ſentiendi virtutem à nervulis externis, modico carnis ejus intervallo communicari, author eſt *Galenus* 8. de uſu Part. 17. *Menjotius.*

10. *Senſum gravitatis*) Nephritim commonſtrat obtuſus & ſarcinæ alicujus graviter incumbentis imaginem præ ſe ferens, *dolor affecto lateri inſidens, cujus ratione ſpina dorſi*, ſeu antrorſum ſeu retrorſum ægrè inflectatur: Nec mirum ſanè, cùm à Lapidis mole ſuâ & pondere renis ambitum amplianti, vicinis lumbaris muſculus veluti onere urgetur, nervique è lumborum vertebris excurrentes, anguſtiam à compreſſione uſquequaque perſentiunt.

Verumtamen hæc Renis affecti gravitas proprii & inſeparabilis indicii vim ſuſtinere haudquaquam poſſit, cum aliis etiam de cauſis, putà ſanguinis grumo, pituitâ vitreâ, ſanie ob vomicam alicubi diſruptam eò confluente, ſero acri ſalſiſque recrementis perfuſo, nec non vermibus in rene ſtabulantibus gravativum diuturnumque renibus dolorem concitari haud ſit rarum; Sic *Jacotius ad aph. 47. lib. 6. ſect. 2. Coac.* ſcribit in multis poſt fata diſſectis, renes integros inventos fuiſſe, qui tamen dum inter vivos eſſent, de renum dolore pertinaci conquerebantur, vel ex venis aut pulmonibus eò confluente acri ſanie, vel ſero vaſa diſtendente, *Hollerius aph. 11. ſ. 6.* refert ſe vidiſſe quendam, qui intolerabili renum cruciatu affligebatur, qui nec phlebotomiâ, nec catharſi, nec aliis remediis mitigari potuit, niſi hæmorrhoidibus apertis, ſimul enim atque per eas aperta eſt via, dolor evanuit. Huc refer aph. 51. ſect. 6. *Charleton pag. 123. 124.*

11. *Renum ſubſtantiam ſenſus expertem*) Attamen *Plinii* judicio *l. 25. c. 3.* Nephriticus cæterorum viſcerum doloribus crudelius multò excruciat, *de hoc tamen*, inquit, *judicavere avi experimento, aſperrimos cruciatus eſſe calculorum, a ſtillicidio veſica, proximũ ſtomachi; tertium eorum qui capite dolent, non ob alios fere morte conſcita.* Neque hæc *Plinii* rationis etiam fulcimento carere videantur, Nam cùm ureteres nervorum, quos à ſexto pari nervorum & vertebris lumborum recipiunt, beneficio exquiſitè ſentiant, ſi a lapide iis illapſo obterantur, aut ſi aſper vel acutus fuerit, proſcindantur, ac vulnerentur, iis atrociſſimos ac ſummè crudeles hinc concitari dolores certò certiùs eſt; At ſi verum ſit, quòd tota medentium cohors concedit, dolores in illa parte fieri aſperrimos, quæ plurium nervorum illi condonatorum favore exquiſitiſſimo fruitur ſenſu, rectè inferri poteſt, tormina nephritica, nec aſperrima eſſe, nec extremi periculi, ſed ventriculi torminibus multò mitiora ac minùs mortifera; cùm nulla pars eſt, quæ tam multis nervorum propaginibus ac plicaturis doratur, aut exquiſitè ſentiat ac ipſum os ventriculi, quod tactu tam exquiſito pollet, ut aliquando *Galenus* inſtrumentum tangendi per viam dignitatis nuncupaverit; Accedit experientia ſtatuminans, immaniora & magis lethifera ſtomachi anxietatibus, quàm cruciatibus nephriticis ſupervenire pathemata; & ex nephritide nonniſi tarde ac ſenſim; ex cardiomo verò ac rapidè homines è medio tolli; propter nervorum ſcilicet à cerebro ad os ventriculi deſcendentium magnitudinem. *Charleton pag. 144.*

12. *In deſcenſu in ureteres*) Symptomata quæ calculoſos affligunt ſunt pauca, dum calculus eſt quietus, ſi quidem

quidem Calculi etiam inſigniores ſubinde in renibus latent, abſque ullo præternaturali ſymptomate, adeoque tolerabile eſt tempus extra paroxyſmum, Gravia verò & varia dum calculus eſt in motu, ac ad ureteres, & hinc ad veſicam truditur, tuncque eſt *tempus paroxyſmi:* Symptomata omnia oriuntur ex attritu doloroſo calculi ad membranas pelvis & ureteris, unde hæ ſpaſmo correptæ, & alias partes per conſenſum ſimili ſpaſmo corripi faciunt: adeoque plurima iſta, & ſæpe mira ſymptomata quæ calculi, alioſque nephriticos dolores inſequuntur; partim ex ſpaſmis variarum partium, partim ex retenta plus minùs, & per *μετάστασιν* alicrſum tranſlata, urina oriuntur. *Etmuller.*

12. *In deſcenſu in ureteres)* Quoties calculus in caput ureteris ſe inſinuat, tunc dolorem acutum & pungentem excitat, qui dolor nephriticus appellatur, tamdiu perſeverans, quamdiu calculus ibi hæret, neque ægrum excruciare deſinit, donec calculus, aut in veſicæ cavitatem protruſus fuerit, aut in renis cavum remeaverit. *Riverius.*

13. *Qui craſsâ & densâ membranâ conſtant, diſtractionem)* Craſsâ duplicique & albâ membranâ conſtare, vulgò ab Anatomicis traduntur, exteriore communi & interiori propriâ: Sed meliùs unicam tantùm propriam agnoſcit *Riolanus*, quippe nulla exterior communis membrana à peritonæo adjungitur, Propria autem & unica qua conſtant membrana, eſt valida, nervoſa, fibris nonnullis obliquis rectiſque roborata, & arteriis veniſque exilibus à vicinis partibus; necnon nervis à ſexto pari & medulla lumborum, exquiſitum ſenſum tribuentibus donata, quos tamen nervos iis denegat *Riolanus Animadv. in Hofmannum:* putatque ad dolorem excitandum ſufficere, quòd ſint membranoſi, cùm ex diſtenſione membranæ à calculo, aliave re acri, dolor ſatis; ut putat, induci poſſit: qua in re errat; nam quod ſine ſpiritibus per nervos influentibus hoc fieri nequeat, liquet ex paralyſi, in qua membranæ non ſentiunt, ob ſpirituum animalium, nec ratione ſuæ ſtructuræ ullius ſenſus indicium præbent. *De Diemerbroeck Anat. p. m. 158.*

14. *Ita diſtendi)* Exigui ſunt in homine, circiter palmum longi, & paleam lati, quamvis à calculis violenter magnoque cruciatu tranſeuntibus, ſæpe mirum in modum dilatentur, ita ut interdum tenuis inteſtini latitudinem habere viſi ſint. *De Diemerbroeck. Anat. p. m. 158.*

15. *A Colico diſtinguitur)* Ut ritè diſtinguatur dolor Colicus per eſſentiam, ab eo qui fit per conſenſum Renum, notandum item, quòd in tali colicâ ægri ſe poſſint erigere, Cùm ii qui calculo renum laborant, utplurimùm incurvati ſint, quaſi palus per vertebras eſſet tranſfixus, & non ſine doloroſâ moleſtiâ ſeſe poſſint erigere: Colicus dolor modò remittit, modò accedit, cùm nephriticus utplurimùm ſit continuus: In ſpecie junctus *fixus dolor in dorſo* fere calculum innuit, licèt alia ſimul concurrant ſymptomata; nec in nephriticis talia murmura aut agitationes in inteſtinis corripiuntur atque in colicis. *Idem.*

Affectus cum dolore *Colico & iſchiadico*, ſigna aliquot omnino penitus tenet communia, in quarum numero præcipue exiſtunt *dolor circa lumbos & infimi ventris totius* renumque regionem; item nauſea, vomitus, alvi conſtipatio & alia: Atque licèt affectus dicti inter ſe certis quoque gaudeant differentiis, quum colo dolente nauſea & vomitus accidant frequentiores, quàm torquente calculo, porrò quum levior alvi duritiesin calculo quàm in colicâ paſſione contingat; & tandem cum hæc jugiter ac iſchiadica ſit vagabundo pede errans, nephritica verò pertinacior, tamen hiſce circumſtantiis omnibus ex latere tutò fidendum protinus non eſt.

Rationem dare hanc libet, quòd dolor circa lumbos renumque ditionem in ipſo etiam calculo, ſuum ſæpiuſcule ſitum non mutare non ſoleat; ita ut nunc dextrâ verſum, nunc ſiniſtrâ, modò utrinque urgeat, prout renum alter magis vel minùs afficitur, ut ureteres in deſcenſu calculi affliguntur, juxta vulgatum illud, *ubi malum, ibi manus, & inevitabiliter dolor;* hinc ſi lapis in principio vel capite ureterum lateat, dolor occupabit lumbos; Si verò in iiſdem deſcendere jam incipiat, tunc in lateribus ille perſentiſcitur: Si tandem ex iiſdem abeat in veſicam, inguina anguntur. *Chr. Langius Tract. de Cur. Calculi.*

15. *A Colico)* Frequentiſſima omnium ſymptomatum ſunt *Tormina Colica*, ſatis acuta, cum nauſea & vomitu, ac cognatis ſymptomatibus juncta; idque propter ſpaſmodicas convulſiones nervorum ex plexu meſaraico in renes, inteſtina & ſtomachum diſtributorum: Nervulis enim renalibus ex dolore, ſpaſmo correptis, continuatur idem ſpaſmus ad plexus meſenterii uſque, qui ſimili ſpaſmo affecti: Adeoque calculus renum in viris *Colicam convulſivam*, In fœminis paſſionem hyſtericam excitat, non rarò in his quoque partus dolores mentitur. *Etmuller*

15. *A Colico diſtinguitur)* Colica quæ accidit in doloribus nephriticis, eſtque convulſiva, non oritur propter contenta in inteſtinis, ſed oritur ex plexibus meſenterii nerveis, qui diffundunt ramos ad inteſtina partim, partim ad renes, partim ad ſtomachum; Ubi igitur occaſione doloris renalis, ratione nervi ad iſtos renes derivati, communicatur hujus doloroſus ſpaſmus iſti plexui radicali, tunc, in graviori malo, omnes cæteri nervi ex plexu oriundi, ſimiliter convelluntur, & inteſtina convulſa infeſtat colicus dolor contumaciſſimus, nullis nec purgantibus nec evacuantibus cedens: Confer. *Willis Anat. Cer. c. 27. Idem.*

16. *Quod nec ſit tam gravis)* *Diſtinguitur etiam per Excreta*, ipſi *Galeno* dictus eſt tantus dolor, ut ſibi perforari partem terebrâ putaret, præſertim quâ parte ureteres à renibus ad veſicam protenduntur, In calculi opinionem eo loci fixi ventum eſt, at *excretio* declaravit vitream pituitam hoc doloris tædium attuliſſe, quæ omnium frigidiſſima eſt. *Ballonius Paradigm. 156.*

Idem alteri contigiſſe novimus, fruſtraque ei tanquam calculoſo manum auxiliarem adhibebamus; nam poſt infinita prope remedia, per penem frigidiſſima pituita excreta convaluit; quanquam & forte colica nephriticaque ſimul aderant. *Idem.*

17. *Urina cruenta)* *Lumborum dolori* ſupervenit urinæ aliquod interdum impedimentum, cum qua aliquando, maximeque ſi corpus validius, circa lumbos præſertim, agiterit, & impellant, per equitationem alioſve motus ſanguis permiſtus prodit, urinamque cruentam efficit; cujus ſedimentum tandem nigrum in fundo vaſis ſubſidet; Quæ & certo tempore *alba & turbulenta*, lactis ſeroſi inſtar, in principio præſertim mictionis, mingitur, & poſtquam ſubſederit, materiam albam veluti cretaceam, copioſam quandoque in fundum matulæ deponit: Nonnunquam & ſabuloſum quid, album, aliquando ſquamoſum per eam redditur. *Platerus.* Obſervandum tamen urinam ſubinde ſubrubram eſſe, & quaſi ſanguineam reddi, abſque tamen ſanguinis conſortio, quin talis urina, ſubrubra, craſſa, &c. ſæpe fit ex tartaro reſoluto, ex cujus coagulatione colliguntur arenulæ; Non igitur terreatur Medicus, tanquam ſit ſanguinea; monente *Horſtio in obſerv. Etmuller.*

17. *Urina cruenta)* Quæ fit ex apertis venulis, aut eroſis, in renis ſubſtantiam diſperſis, ab attritione quæ fit calculo ipſius parenchymati hærente: at ſi pauciſſimus ſanguis excernatur, colorem ſanguinis amittit cum urina permixtus, & urina lixivium repræſentat: Perpetuum non eſt iſtud ſignum, & ab aliis cauſis non rarò dependet; at quando apparet unum ex præcipuis

eſt, quod dolorem nephriticum à Colico diſtinguit: Excitari autem ſolet ab equitatione, ambulatione multâ & aliâ quavis exercitatione vehementi, quia tunc calculus ſi aſper & anguloſus ſit, è ſede ſuâ commotus teneriſſimam renis carnem proſcindit atque dilacerat. *Riverius.*

18. *Quæ principio eſt pauca*) Circa initium paroxyſmi nephritici, quam interdum ſuppreſſio integra conſequitur, ſi ambo ureteres fuerint obſtructi: At dum ſolvitur paroxyſmus, & calculus ureteri impactus in veſicam demittitur, urinæ craſſæ, turbidæ & arenoſæ excernuntur, arenoſum ſedimentum habentes. *Riverius.*

18. *Quæ principio eſt pauca & aquoſa &c.* Si nuræ urinæ calculus iter non propediat, ea vel tenuis fluit, propter obſtructionem.

19. *Mox ſuppreſſa*) Urina quandoque non prorſus commeat, tametſi alteruter duntaxat è renibus laboret calculo, ut loquitur *Aurelianus*, quòd propter ἀδελφιξίαν ſeu fraternam neceſſitudinem ren ſaucius langueat ac marceſcat, *Dolor renum* (in Coacis) *repentè obortus cum urina ſuppreſſa, lapillos aut craſſam urinam oſtendit*, inquit *Hippocrates*, Menjotius.

21. *Arenoſum ſedimentum*) Arenulæ in calculoſis ſolent emitti, quibus tamen ſimiles in non calculoſis etiam emitti ſolent; adeoque ſi arenulæ emiſſæ ſint friabiles, & quæ non ſolùm fundum occupent, ſed etiam undique lateribus vitri ſe affigant, ſciendum quod tunc ſint ſalia ſcorbutica coagulata; E contra ſi duriores ſint, & ſubinde grandiores, quæ fundum ſaltem occupent matulæ, tales *lithiaſeos* ſuſpicionem inferunt. *Etmuller.*

22. *Stupor crurum*) Stupor aliquis in crure affecti lateris interdum accedit, nonnunquam ſe uſque ad genu, imò ad plantam pedis extendens, juncto ſæpius exquiſitiſſimo dolore, id quod aliquoties obſervavi. *Platerus.*

22. *Stupor cruris*) Scil. è directo renis laborantis, calculus enim grandior nervum illum comprimit, qui in muſculos lumbares inſeritur, renibus ſubſtratos, & ab Anatomicis ψόας nominatos, Et illi muſculi ad coxam deferuntur, motui ejuſdem inſervientes: Talis ſtupor percipitur ex ſeſſione ſupra femur, ob compreſſionem; vel etiam in brachio ex decubitu ſupra illud diuturniori. *Riverius.*

23. *Teſticuli ejus lateris*) Renes enim & ureteres doloris acerbitate irritati, ſeſe vehementer contrahunt, ſimulque vaſa ſpermatica & partes omnes vicinæ contrahuntur; quæ quidem vaſa Teſticulum ſibi annexum ſurſum retrahunt, ut inguini aliquando videatur infixus; Et iſta partium prædictarum retractio uſque ad veſicam & inteſtina extenditur; ſiquidem in ſummâ doloris acerbitate, urinæ & alvi excrementa ſupprimuntur, ita ut tunc temporis medicamenta purgantia nihil operentur, contractione illa ejus actioni obſiſtente. *Riverius.*

24. *Nauſea & vomitus*) Ventriculus tantâ conturbatur ἀναλγησίᾳ, ut omnem averſetur cibum, huncque ingeſtum confeſtim eructet, ex ſympathiâ ac germanitate ventriculi cum renibus; Neque cibi tantùm, ſed & excrementa in nephritide evomuntur, primùm quidem pituitoſa ex ventre imbecilliore atque crudiore, (non verò quod putata calculi materia remeet è renibus ad ventriculum) mox biliosa è jecore ac venis: Commotis enim humoribus, illi maximè ejiciuntur; qui tenuitate ſuâ ſequaciores ſunt, doloriſque vehementiâ, cibi abſtinentiâ; & ſomni vacuitate corruptus ſanguis, in bilem facillimè vertitur; primò flavam, ac poſtmodum viridem & æruginoſam, quam tamen non à ſanguinis, ſed à ciborum in ventre corruptela progigni alii opinantur.

Hic porro vomitus juvandus eſt, non compeſcendus, quoniam tantundem cacochymiæ detrahitur, & ſublatâ plenitudine renes minùs premuntur; qua de cauſâ *Hippocrates 6. Epid. pag. 5. ſect. 1.* Si juvenes fuerint, prudenter ἐπιβοηθεῖν: adde quòd vomitus etſi vi ſuâ ſurſum revellat, concuſſo tamen & exagitato calculo, hujus delapſum per accidens machinetur. *Menjotius.*

25. *Nam renes cum ventriculo*) Ideo cùm partes iſtæ ſentientes vellicantur in renibus, ventriculus compatiens ad rei noxiæ excluſionem irritatur, & primùm pituitam rejicit, mox bilem flavam, ac poſtmodum æruginoſam, ſi malum protrahatur: quandoquidem ex diuturnis doloribus & vigiliis ſanguis in vaſis alteratur, & portio illius magis diſpoſita in bilem æruginoſam eo immutatur. *Riverius.*

25. *Nam renes cum ventriculo*) Vel quia Renes per dolorem diſtenti fundum ventriculi ſurſum evehant, ut vult *Author lib. de Renum aff.*

26. *Arenularum excretio*) De *calculis* res ipſa loquitur, ſi enim æger nonnullos antea excreverit, quantumvis exiguos, quoties doloribus affligitur, à calculo affectum provenire certâ conjecturâ eſt: At de *Arenulis* non ita certò pronuntiari poteſt, plurimos ſiquidem videre eſt, qui totâ vitâ multas arenulas cum urinis profundant, nunquam tamen calculo laborant: Non rarò enim arenulæ proveniunt ab humorum aduſtione, quæ in hepate ac venis fit, & illæ vitri parietibus adhærent, nec in fundo ſubſident, ut illæ quæ à renibus proveniunt: præterea digitis contritæ diſſolvuntur & ſalinam ſubſtantiam referunt, cùm aliæ digitis non cedant & diſſolvi nullo modo valeant: Ac denique cùm hujuſmodi arenulæ ſalinam habeant ſubſtantiam, in calidâ urinâ diſſolvuntur, neque ullo modo in ea apparent, dum adhuc calida eſt; poſtquam verò refrixerit coaleſcunt & matulæ parietibus adhærent, non ſecus ac cryſtalli tartari, qui in aquâ calente diſſoluti, dum illa refrigeratur concreſcunt, & vaſis parietibus adhærent, ita ut valde ſimilis ſit hujuſmodi arenularum & cryſtalli tartari natura, *Riverius.*

26. *Arenularum*) Conſideratione dignum, non tantùm in fundo urinæ cum calculis obſervari ſubſidentes *Arenulas*, nec eaſdem duntaxat matulæ lateribus adhærere, at in ſuperficie quoque urinæ quandoque innatare; quin nonnunquam hinc inde per nubeculæ aut enæorematis corpus, plures pauciores ve accreſcere, atq; jucundo, admirationemque pariente ſpectaculo, ibidem conſiderari: Illud quoque conſideratione dignum, Arenulas pleraſque ex flavo rubeſcere, paucas albeſcere: Minores Arenulas obſervavi hactenus ſigna præbere *affectarum Glandularum conglobatarum*; unde cœpi ſuſpicari, à Glandulis illis male affectis communicari ſanguini Lympham ſubauſteram, & ſuo modo vitiatam, quę efferveſcentiam in corde exciret itidem vitioſam, quam conſequatur partium quarundam concreſcere aptarum ſecretio; perfici autem & abſolvi ſecretionem, nunc in *Renibus*, quando potens eſt iſte ſuccus & Lympha, in *Matula* verò cùm idem eſt minùs potens: Quod *Conglobatis*, præſertim *glandulis* accidit, (& caſei veteris abuſum imprimis conſequitur) cauſa eſt cur ſanguis omnis vitietur, atque *Saliva* quoque & ſuccus pancreaticus ſimiliter vitientur, unde tum Alimentorum fermentatio, tum fermentatorum ſecretio, tum continua in tenui inteſtino accidens Efferveſcentia itidem vitiantur, Sicque malum in dies augetur, & calculorum generatio vires ſumit: Obſervandum autem *Arenulas in ſuperficie hærentes* Capitis malè affecti; *ſubſidentes* autem *affectus in abdomine urgentes*; in medio autem urinæ, atque nubeculâ ac enæoremate hærentes *Thoracis laborantis* ſigna eſſe: Dolores autem ac moleſtiæ tunc temporis utplurimùm concurrunt, aliquando præcedunt aut ſequuntur: Vel in *regione lumbari*, ut & partibus vicinis,

cinguli

ſinguli ad inſtar *hypochondrium utrumque, & ventriculi regionem* prementes: Vel in *Capitis parte anteriore* circa oculorum radices, tempora & frontem, & aliquando in Occipite præſertim, univerſoque capite, ipſum gravando ac premendo: Vel in *lateribus pectoriſve* medio itidem angendo premendove: Hic verò doloris modus ubique premens atque gravans ſucci peccantis auſteritatem deſignare videtur atque confirmare: Quoad *colorem arenularum*, obſervantur *albicantes* cæteris ſolidiores ac duriores, ideoque periculoſiores; quod itidem de calculis verum, qui quò rubent magis, eò quoque magis friabiles habentur, & ſolubiles, quò verò magis albent, eò duriores ac ſolubiles: quò verò magis rubent, eò duriores ac ſolidiores exiſtunt. *Sylvius de le Boe Append. Tr. v.*

26. *Arenularum excretio*) Arenulas in urinis à me viſas obſervavi frequentiſſimè ortum habere à læſis ab externo frigore Glandulis conglobatis, Et nonnunquam ex longo in dorſum decubitu: propter quem aliquando concreſcunt in calculos, tam rubros friabiles & molliores, quàm ſubflavos, vel magis pallidos & cinereos, plerumque duriores ac ſolidiores: *Arenulæ* fundum lotii petentes, ſunt omnis generis, tum exiguæ, tum grandiores, friabiles, ſolidæ, rubræ, flaveſcentes aut ſubcinereæ, adeoque ad Calculorum naturam propiùs accedentes, quin ortum illis primùm plerumque dantes, atque ipſos in dies fuventes & augentes: accreſcit namque calculis arenularum ſubſtantia in calente lotio ſegniùs & arctiùs concreſcens, quàm in eodem frigefacto: In quo hæc *concreſcendi* & calculos efficiendi vis conſiſtat, nec dum ſatis innotuit: Quid ego hic conjectem in ſe obſcurâ aperiam, Solvuntur autem Calculi omnes, quales ego ſaltem hactenus offendi, in ſalis petræ, aut nitri acido ſpiritu, unde concludo à ſpiritu acido, qua tali non poſſe calculorum expectari coagulationem; ergo ab alio illi, ex parte ſaltem, ſubcontrario; Quòd ſi quis varia conſideret, quæ Concretionem rerum naturalium promoveant, reperiet Auſteris eam ineſſe vim, unde ab illis glutinoſitas & tenacitas rerum fluidarum produci ſolet, quibus ſi jungantur terreæ, ſalinæque volatiles partes, aliquid calculis non multùm abſimile exſurget: Propendeo itaque in eam ſententiam, concreſcere materiam terream & ſalinam volatilem, glutinoſæ junctam, humoris auſteri ope in calculos: Infringitur autem coagulantis Auſteri vis ab Acido acri, quale in ſpiritu Nitri reperitur. *Franc. Sylvius Pr. lib. 1. cap. 55. §. 44. & 50.*

26. *Arenularum excretio*) Sed ſignorum omnium certiſſimum eſt *Calculus excretus*, Si enim aliquod aliud ſignum, quantumvis æquivocum appareat, & aliàs calculus ab ægro excretus fuerit, calculoſum eſſe affectum certò pronuntiare poſſumus. *Riverius.*

26. *Arenularum excretio ſientis Calculi*) Producuntur ex cauſis occaſionalibus, utplurimùm parvulæ tantùm arenulæ in renibus, rariùs maſſulas majuſculas compingi arbitror, quæ occaſione novarum, mutuaque adhæſione & coagulatione tandem in majores lapillos coeunt, adeo ut totum renum parenchyma in his ipſis in lapidem mutatum obſervatum fuerit: Item tota pelvis, omneſque hinc producti tubuli lapideo tali concremento infarcti reperti fuerunt. *Etmuller.*

26. *Arenularum excretio ſientis calculi*) Calculum arenæ ſignificant, non uno modo, quandoque augeri, quandoque diminui; Si enim priùs non apparentes quotidie multiplicentur magis, quouſque tandem minùs appareant, lapidem diminui ſignificant; Quòd ſi priùs apparentibus multis quotidie diminuantur, ſignificant lapidem confirmandum: Quando verò penitus non apparent, nec tamen purgata ſunt, confirmatum. Ergo Urina arenoſa calculum indicat, quantùm ad tempus generationis ejus & diſſolutionis; Quantùm autem ad tempus quo jam completam acquiſivit concretionem, non apparet ſedimentum arenoſum, ſed urina mingitur tenuis & clara, eo quod calculus in ureteris caput infertus vias obſtruat. *Henricus Martinius Anat. urinæ p. 215.*

Cauſa.

27. *Cauſa* eſt, [28] non *pituita*, multi enim ea Infeſtantur, quibus cum calculo nihil commercii: & [29] multi ſunt calculoſi, qui accuratam victus rationem ſervant: ſed [30] *ſuccus lapideſcens*, hinc calculoſi ſæpe urinam reddunt, quæ [31] mucum refert, mox in lapidem concreſcit. *Provenit* autem is [32] ex fæculentia alimentorum, [33] quæ ſi retineatur, huic vel illi parti ſe agglutinat, per novum materiæ appulſum quotidiè augetur: aucta [34] ſenſim exſiccatur, atque ubi materiam viſcoſam, craſſam, terreſtremque apprehendit, [35] eam coagulat, & adveniente poſtea [36] ſpiritu [37] ſalis microcoſmici interno, & quem ob naturalem ſuam viſciditatem, ſeu mucilaginitatem [38] Tartarum iſtud facilè recipit, inque ſe recondit: tandem in perfectum tophum coagulatur.

27. *Cauſa eſt*) Circa calculi cauſam tum materialem, tum efficientem eſt difficultas: *Galenus*, & tota illius poſteritas cenſuit cauſam materialem calculi eſſe materiam pituitoſam, craſſam, viſcidam & lentam, concretioni idoneam, & ut recentiores loquuntur, fæculentam, limoſam & tartaream; Efficientem verò calorem, materiam illam exſiccantem & indurantem, atque in lapidem tandem convertentem, Sed 1. Si ex ſimili materiâ calculi generarentur, in cerebro & ventriculo crebro producerentur, in quibus talis pituita maximè redundat: Neque ſufficit dicere in illis partibus calorem non eſſe ſufficientem ad concretionem efficiendam, ſiquidem ex doctrina *Hipp. & Gal.* Calor remiſſus actione diuturniori ſufficit ad concretionem efficiendam: hinc ratio petitur, cur ſenes ad calculorum generationem ſint magis diſpoſiti cùm juvenes habeant renes longè calidiores, quia ſcil. materia calculi diutiùs moratur in renibus ſenum ob imbecillitatem expultricis, & ita diutiùs coquitur à calore renum, ab eoque tandem induratur, licèt longè remiſſior ſit. II Ex *Ariſtotele 2. met. 4.* quæ concretionem à calore, liquantur ab humido, ſic lutum à calore Solis induratum in humido liquatur; Calculus autem nunquam diſſolvitur in aquâ: neque obſtat dicere fortem calorem tantam concretionem efficere, ut in humido ſolvi nequeat, ut in lateribus contingit, qui probè cocti in fornace, poſtmodum in aqua non ſolvuntur, Nam 1. in corpore humano tantus calor non reperitur, deinde laterum concretio ab aquâ non ſolubilis, minimè non dependet à calore intenſiori, ſed potiùs à diſpoſitione argillæ, ex quâ lateres conficiuntur, quæ habet materiam idoneam lapideæ conſiſtentiæ & indiſſolubili acquirendæ idoneam: Lutum enim ex terrâ vulgari conflatum, quantumvis coquatur in fornace, nunquam lateritiam conſiſtentiam acquiret;

ſed perpetuò in humido liqueſcet. III. Ex eodem *Ariſtot. l. c.* calor concretionem efficiens debet eſſe ſiccus; hoc enim præſtat per exſiccationem & partium humidarum reſolutionem, at perpetua fit humiditatis ſeroſæ effuſio in renes & veſicam, Ergo talis exſiccatio & induratio in partibus non poteſt fieri: In fluviis & fontibus lapides generantur, in quibus nullus eſt calor; imò verò in cavernis & ſpeluncis frigidioribus nonnullis, aqua ſtillans condenſantur in lapidem, unde pyramides & aliæ figuræ exurgunt, Ergo alia cauſa efficiens inquirenda eſt præter calorem, & alia materia præter humorem viſcoſum ac glutinoſū. V. Pituita indurata gypſeam induit naturam, & ſemper friabilis eſt, ut in tophis articulorum videre eſt, at calculi non rarò ſilices ſunt, quam conſiſtentiam ex pituitâ obtinere non poſſunt; neque tantus calor in corpore humano reperitur, qui ſiliceam illam conſiſtentiam tali materiæ inſinuare poſſit. *Riverius.* De cauſis externis vide §. *Victus ratio eſt habenda.*

28. *Cauſa eſt non pituita*) Pituitoſi ſeri præbet exemplum cachexia & calculus pituitoſus, nam præter ſabuloſum & ſaxeum, pituitoſus etiam datur: Vidimus aliquando urinam adeo lentam & ſpiſſam, ut exprimi magis & trahi, quàm fluere poſſet. *Wedelius A. m. m. p. 389.*

28. *Non pituita*) Aſclepiadei Neoterici, ſemotâ antiquitatis ac authoritatis idololatriâ, jure explodunt ejiciuntque *pituitoſum humorem*, quem haud eſſe legitimam lapidum materiam pluribus rationibus demonſtratur, 1. quòd indurata pituita non in lapidem, ſed in cruſtulam commutetur, ut patet è blenna reſiccata. 2. quod glutinoſum omne in aquâ, potiſſimùm calidâ, liquetur potiùs, quàm durescat; 3. quòd probabile non ſit tenacem ſuccum qui ἠθμοειδῆ renum incernicula inoffenſo curſu permeavit, mox in pelvi renum, aut veſicæ lacu detineri, unde per ureteres ac urethram liberrimus patet egreſſus. 4. Quòd in ipſiſmet pituitæ ſeminariis, cerebro nempe & ventriculo, calculi perrarò reperiantur, at ex adverſo bilis in ſuo folliculo nonnunquam grumeſcat in calculum. 5. Quòd ex limpidâ urinâ arenoſam materiam pollubri, vel trullei, lateribus adhæreſcere nullus non quotidie experiatur. Tandem, quòd à nephritide, ſaltem ulceris expertes, abſint mucoſæ urinæ, ſed hæ lithiaſin duntaxat veſicæ comitentur, & quidem per accidens, quatenus veſica naturaliter frigida atque exanguis à pungente ac tundente calculo imbecillior facta, tale excrementum propter mancam debilemque ὁμόιμον coacervat, cui nunc datur exitus, nunc denegatur, ſeu à calculo obturante, ſeu ob innatam craſſitiem qua ſibimet obex eſt, viamque præſtruit.

Quamobrem mucilago, quam ſimul cum lotio, quam copioſè fundunt οἱ λιθιῶντες, nil minùs eſt, quàm materia ex qua calculi, ſed potiùs importuna hujus progenies, quæ illo exempto, & roboratâ veſicâ, tollitur, nec idcirco aliunde pro lapidis generatione eò adventaverat, ſed in ipſamet veſicâ crudam ac elabentem albilis ſucci portionem velut plorante, primitivam duxerat originem, pariter ac infirmata oculorum virtute θελπικῇ ſenum palpebræ ſordium concrementis patiuntur κόλλησιν, oculi in ophtalmia lemulis obſepiuntur, ac in dyſenteria immenſam muco copiam inteſtina profundunt. *Mœnjotius.*

29. *Et multi ſunt calculoſi*) Si vis illa lapidifica in renibus calculoſi maximè vigeat, ex quibuslibet alimentis, quantumvis laudabilibus calculos generabit: Sic ante triennium mihi videre contigit virum quendam, qui per tres aut quatuor menſes pluſquam duodecim calculos exiguos ſingulis diebus cum urinis reddebat, quamvis toto illo tempore ſolis juſculis aut panatellis, lecto affixus & graviter laborans, veſceretur. *Riverius.* Cauſa potiùs referenda videtur ad *Fernelii* calculoſam diſpoſitionem, renibus inſitam; quæ qualis ſit vide infra, §. *Succus lapideſcens*) ex *Olao Borrichio.*

30. *Succus lapideſcens*) Inveteratas Arthritis concretiones lapideas in articulis, quales Nephritis in Renibus excitare ſolet; Hinc veriſimillimum exiſtimo, Nephritina ſimili, ſeu potiùs eadem cauſa, quàm pro Arthritide aſſignavimus, exoriri, nempe *materia ſalin xa*, à ſanguine in renibus depoſita, cum *humore acido* per ductus nerveos illic ſubinde ſuffuſo, effervеſcere, & propterea dolores Nephriticos crebro induci; dein ab utraque materia, poſt effervеſcentiam coagulata, formari. *Willis.*

30. *Sed ſuccus lapideſcens*) Recentiores ſuccum lapideſcentem vocant humorem quendam, innatâ & peculiari vi præditum, ut in lapidem convertatur; Hunc probare contendunt, ex generatione lapidum, quæ fit in majori mundo, ſi quidem conſtat aquas quorundam fontium in lapides & ſaxa converti, aliàs quæcunque injiciuntur, cruſtâ lapideâ obducere, liquores in quorundam montium cavernis in ſtirias & columnas converti, ac videmus quandam vini portiunculam, lapideam duritiem acquirere, quâ doliorum parietibus adhæreſcit, & Tartarum dicitur: Tum etiam in ipſis urinis, quæ claræ ac limpidæ redduntur, poſtquam refrigeratæ ſunt, lapideam quandam ſubſtantiam concreſcere & matulæ parietibus adhærere, Quamvis autem peculiaris illa materiæ aptitudo ſatis cognita non ſit, nonnulli tamen eam inveniſſe putant, dicentes hoc ex ſalibus provenire, cum terreâ quadam portione permixtis: Sales quidam ſoli facilè concreſcunt, ſed in humido etiam facilè ſolvuntur; at ſi cum materiâ terreſtri aut lutoſâ ſibi analogâ conjungantur, cauſæ efficientis vi, lapideam naturam acquirunt, Sic videmus in vino ſalem iſtum cum materiæ feculentæ portione mixtum, in lapideam duritiem juxta dolium concreſcere: tartarum enim calcinatum totum ferè in ſalem abit, quod oſtendit illud ex ſale potiſſimùm coagmentari: Sic etiam in urinis plurimum ſalem in ſe continentibus, præcipuè illis quibus limoſa ac lutoſa materia permiſcetur, provenit ab eſculentis & poculentis, aquæ hujuſmodi ſalibus abundant, qui corpore bene ſe habente foràs rejiciuntur, neq; in renibus retinentur, abſente præſertim cauſâ efficiente, quæ ſive potens fuerit in ipſâ materiâ, ſive ex propriâ renum diatheſi dependeat, calculorum concretionem promovet in renibus & veſicâ. *Riverius.*

Vir ſummus, *Olaus Borrichius*, in *Actis Danicis*, *Medic. Septentrionalis pag. 748.* rejecto *Succo, ſpirituve lapidifico*, ſolam duntaxat *Aquam materiam* eſſe lapidum, *Efficientis* autem titulum adſcribit *arctiori particularum aquæ* quieti, in locis tranquillioribus, in quibus illæ, dùm mutuis ſibi ſenſim occurrant faciebus, nec turbentur ab externo aëre, ſed potiùs leni preſſu elateris ejus firmentur, propter ſimilitudinem facilè cohæreant: Ut à materiâ lapidum, *inquit*, ducantur exordia, non utar *Thaletis*, aliorumque *Philoſophorum* auctoritate, ſed ab ipſis ſanis ſenſibus & clariſſimis experimentis auſpicabor: Vix eſt montoſa regio, quæ antrum non oſtendat, in quo aqua pura communis, inſulſa, per poros rimaſque terræ deſtillans, ſpontè in lapidem aliquâ ſui parte coagulatur &c. Hic non dubito futuros, qui prætexant ejuſmodi aquas vehere: vel fumos ſaxeos, vel ſuccos indurantes, vel ſalium compingentium multitudinem: nec is ſum qui negem, ſive ſalium, ſive vitrioli, ſive alia atque alia ramenta aliquando in Deucalionea illa metamorphoſi, fortuito adeſſe, ſed in hoc duntaxat perſiſto, ad ordinarias materiæ lapideſcentis leges, talia non requiri, adeoque parùm decorum

Philoſopho

Philoſopho ſupervacua fingere, cum ſolâ communi aquâ (quæ tamen non omni ſale caret) in anguſtiis viarum quieſcente, totum negotium abſolvi poſſe, res ipſa quotidie loquatur: Explorata enim omnibus ſenſibus aqua cryptarum, fontanæ ſimillima deprehenditur, nil evidenter ſalſum linguæ offert, nil coloratum oculo, nil aſperum tactui, nil ſulphureum nari: nec poſt diſſipatum vi caloris humorem invenitur ſedimentum aliud, quàm quòd dulces aliæ aquæ poſt ſe relinquunt: Accedit potentiſſimum argumentum, quòd in Vkiſiano antro quicquid aquæ ob moræ brevitatem in lapidem non ſolidatur, dum è rupe eluctatur, rivulum formet, unde hominibus & beſtiis ſubjecti pagi miniſtratur quotidiana potio, ſine ulla de calculo inde nato querelâ &c. Hinc reſtat credere, quamvis aquam, dummodo poſtquam per anguſta eluctata eſt, imperturbata ab aëre quiete ſituatur, poſſe, imò ſolere in lapidem converti, à ſcil. parte, quæ à pondere ſuccedentium guttularum loco ſuo non excutitur: Sed ut quietis illius effectus clariùs ſubiiciatur oculis, ita phænomenon concipio, Aqua in anguſtiis montium, terrarumque rimis diſcurrens proprio pondere (vel, ſi mavis ab elatere aëris leviter preſſa) vergit deorſum, & qua patet via deſcendit, atque id quidem, ſi via anguſtior eſt, guttatim: Hæ guttulæ niſi citiùs, quàm convenit, ab aliis ſuccedentibus, aut loci calore interpellentur, æquales illas læveſque facies ſuas leni aëris appulſu arctiùs ſibi conjungunt, mutuiſque amplexibus coaleſcunt, & è ſtatu fluido in firmum facilè vertuntur, more fere ſtiriarum glacialium, niſi quòd hæ ob ſubitam violentamque congelationem, paucioribus cohæreant punctis, eoque citiùs iterum diſſolvantur: Neque hic gluten aliquod fingendum, quo partes coaleſcant, cùm omni glutine fortiùs ſibi adhæreſcant partes æquales læveſque, quoties ſibi duntaxat applicantur, juxta illud *Hippocrat. l. de Diæta*, concors concordi adhæreſcit; ita duo plana adamantum, chalybis, vitri, eboris, ebeni, ſi accuratiſſime lævigata fuerint, prævia ſola applicatione facierum cohærent tenaciſſimè, de quo plurima exiſtunt experimenta *Boylei* &c. Eſto hæreant plana, firmiùs ſi inungantur vel vini ſpiritu, vel oleo amygdalino, &c. Illa tamen adſcititia tenacitas non aliunde pendet, quàm quod, cum plana illa nondum ſint plana abſolutè, liquor hic inania adhuc inter utrumque planum ſpatia implet, adeoque ſuperficies redduntur planiores, nam eſſe in poliſſimo licèt marmore, adhuc pene infinitas cavitates minutas, docent microſcopia: Hæc omnia eò tendunt, ut monſtrent particulas aquæ, ut è fluido ſtatu in firmum demigrent, non egere peregrinis additamentis vel ſalium vel ſuccorum indurantium, ſed in propriis ſuis corpuſculis quiete ſibi occurrentibus acquieſcere, imò quò plus heterogeneorum adfuerit, hoc minùs firmiter ſibi agglutinari &c.

Obduces deſtillari in variis cryptis aquas, nec tamen ideo in ſaxum indureſcere. (His ut non repugno,) ita obiicio obſtare alicubi moram denſandis particulis neceſſariam; alicubi ſubterraneos fumos applicationem facierum mutuam turbantes, alicubi laxitatem ſpeluncæ; alicubi etiam utrinque patens, atque adeo nimis obvium perflatibus, ſæpe tellurem cavo incumbentem juſtò laxioribus eſſe poris, quàm ut lapſantibus guttis permittat interquieſcere &c.

Veniamus nunc ad lapides in humano corpore genitos utcunque varii diſcurrunt humores, vaporeſque calidi iſtic tamen etiam à quiete, obſtructionum illa & podagræ & calculi matre ſolidantur, Neque verò abſoluta quies ad lapidum generationem requiritur, ut quæ nec adeſt in cryptis ſubterraneis, ſed moderatior & minùs interpellata: Et quidem quod ad *Renes*, quoties ſerum ab arteriolis eorundem per tubulos ſibi convenientes, adjuvante tum diaphragmatis motu, tum proprio pondere, & impreſſo jam ante à micantibus arteriis impetu, eluctatur in pelvim, aliquando pars tubulorum ſtrictior eſt, quàm ut deſtillatio ſeri opportunè fiat, ſæpius autem locis aliquot ſtrictior eſt illa pelvis interior tunica, ureterum alveo interno communis, ideoque dum quies & pauſa hic p. n. in tranſeundo per anguſtias ſero præſertim pituitoſo conceditur neceſſe eſt particulas ejus quaſdam ſibi agglutinari & ſenſim capere incrementa, eo propemodum modo, quo lympha in ſubterraneis cryptis, aut ſi mavis, ut urina ad latera matularum quieſcens, aut denique; ut humores oris ad dentium radices impingentes, ibique per quietem maxime nocturnam in tartarum durum coagulari. *Neque mihi quidem aliud eſt Hereditaria ad calculum diſpoſitio renum, quam vaſorum aliquot in renibus anguſtia nimia, a parentibus in liberos quoſdam ſubinde propagata:* Sed cùm humores in omnibus propemodum humani corporis partibus, variis de cauſis in præternaturalem nonnunquam demigrent quietem, non mirum eſt; pene ubique calculos ſubinde deprehendi: Quod ad calculum veſicæ, iſtuc cum *Fernelio* propendeo vix ullum eſſe veſicæ calculum, qui non rudimenta arceſſat à renibus, quæ utcunque initio minuta, per ſomnos & ſedentariam vitam, perque diætam craſſiorem facilè grandeſcunt, more pilæ, quæ in nivibus humidioribus diu voluta, in grandem molem exſurgit &c.

Quæ hactenus de aquâ in lapides mutatione dicta ſunt, non eò tendunt, ut perſuadeant non dari alios indurandi modos in rerum Natura, ſed ut innuant, non requiri ſuccos peculiares, ſpiritusve lapidificos, aut ſalia condenſantia ad generationem lapidum; quanquam enim inter indurandum ingerant ſe ſubinde oleoſa varia, lenta, ſalſa, ſæpe tamen ſine eorum miniſterio negotium abſolvitur; & quò eorum plura adhæreſcunt, eò plerumque minùs tenax conſolidatio eſt: Alioquin, quemadmodum aquæ particulæ æquales in locis opportunis facilè in ſolidum corpus abeunt ita & omnia propemodum fugacia, etiam partium inæqualiſſimarum ſiſtuntur indurantúrque, ubi mutuo attritu ramos anguloſque ſuos nimium extantes perdiderint, adeóque more particularum aquearum facies faciebus aſſociarint: Id quod multiplex me docuit experientia, ex quo penu nunc ſequentia depromuntur.

℞. *Olei camphor. & ol. vitr.* ãã. q. v. miſce, & per retortum vas vitreum alacri igne propelle, ut omne quod poteſt exudare, tranſeat in excipulum; reliquias in fundo nigricantes igni violento admove deprehendes conſtantiſſimas, utcunq; ante fugaciſſimæ extiterint. *2.* Cape oleum quodvis ſtillatitium, deſtillet iterum calore paulò vehementiori, & in fundo partem ejus jam fixam, omnibúſque ignibus diu invictam offendes. *3.* Sal eſculentus (qui & ipſe facile in ſpiritum attollitur) ad *Aiguemorte* in Gallia, ita ſenſim ſpicula ſua amittit ad Solem æſtivum, æqualiumque evadit facierum, ut cortices ejus in metis ſalinis more ſaxi indureſcant, & nulla poſt aqua diſſolvantur, maxima equidem ſui parte, quod præſens obſervavi &c. *Vide alia exempla l. c.*

31. *Quamucum refert*) Omnium ſæculorum Medicos decepit mucoſa illa pituita, quæ in multorum calculoſorum urinis reperitur, ipſamque proximam calculi materiam eſſe putaverunt, in quo tamen longè à veritate aberrarunt, nam. 1. In Renum calculo mucoſæ illæ urinæ, ut plurimum non apparent, ſed frequentiùs in calculo veſicæ: Si autem hæc eſſet calculi materia, in utriuſque partis calculo æqualiter appareret, Ergo ex affectu veſicæ proprio & peculiari hæc materia maximè dependet: Eſt nimirum veſicæ malè affectæ excrementum, hic autem veſicæ affectus talis eſt, Docuit autopſia in eorum cadaveribus, qui ex calculo veſicæ obie-

runt & humorem illum mucoſum diu multumque cum urinis excreverunt, veſicæ corpus carnoſum evaſiſſe, & digiti aut pollicis craſſitiem adeptum eſſe, ita ut totam illius cavitatem interdum impleat, & ipſum calculum proximè amplectatur, donec tandem urinam ſupprimens, ægrum miſerè jugulet; In iis verò qui urinam tenuem, claram & aquoſam reddiderunt, veſica ſubſtantia membranoſa, & in ſtatu naturali conſtituta apparuit: Quorum eventuum ratio deſumitur ab *Hippocr. Aph.* 66.5. *Si in vulneribus pravis & magnis tumor non appareat, ingens malum.* Rationem reddit *Galenus*, quia ſuſpicio oritur humores, qui ob dolorem ad vulnera defluunt, jam ad partes principaliores tranſmeare: Præterea omnibus partibus inſitum eſt, docente *eodem l. de diff. febr. capit.* 11. ut quæcunque robuſtior eſt, noxium aut ſuperfluum ad debiliorem tranſmittat, nec ceſſet illa tranſmiſſio, donec ad imbecillimam ventum ſit: Cum autem pars vulnerata admodum debilis ſit, ac proinde ad excipiendos humores maxime diſpoſita, ſi illi ad eam non deferantur, ſignum eſt alias partes admodum eſſe debiles, quæ talem tranſmiſſionem moliri nequeant, aut aliàs eſſe vulnerata debiliores, ad quas humores deferantur: Non ſolùm autem humores vitioſi ad partem vulneratam deferuntur, ſed etiam ſanguis laudabilis, quem Natura majori copia ad partem afflictam tranſmittit, ut illi ſuppetias ferat quantùm poteſt: Hæc omnia locum habent in veſicâ à calculo oppreſſâ, Calculus grandior aut inæqualis, vel aculeis præditus, veſicæ tunicam interiorem vellicat, unde dolor & imbecillitas parti accedit: Natura verò illi ſuppetias ferens, ſolito copioſiorem ſanguinem ad eam mittit, tum reliquæ partes robuſtiores ſuperfluitates ſuas ad eam deponunt: hoſce humores veſicæ ſubſtantia concoquit & aſſimilat quantùm poteſt, ſicque ex copioſiori ſanguine copioſius ſumens alimentum accreſcit, & craſſior atque carnoſior evadit: Cùm autem totum ſanguinem affluentem, multò minùs humores vitioſos ſibi aſſimilare nequeat, inde multa exoritur excrementorum illuvies, quæ ex propriâ partis naturâ, pituitoſam illam ac mucilaginoſam formam induere conſuevit: In iis autem calculoſis, qui urinam claram, tenuem & aquoſam reddunt, vel quieſcens calculus dolorem non parit, qui talis attractionis cauſa ſit, vel aliæ ſunt partes veſicâ debiliores ad quas reliqua membra ſeſe exonerant: Idem in renibus contingit, quamvis non ita frequenter, ut cùm à calculo, eorum ſubſtantiæ impacto dolor atque imbecillitas iis inducitur, ad eos Natura multum ſanguinem multoſque humores demittat, qui cùm parti aſſimilari nequeant, ſaltem majori parte in excrementum craſſum ac mucilaginoſum convertuntur, quod magnâ copiâ cum urinis excernitur, idque adſtantes ac Medici vulgares purulentam materiam eſſe putant, quæ tamen merè pituitoſa eſt, aut ſaltem exiguo puri permixta, quando ſcilicet à calculo per attritionem ulcus in renibus genitum eſt. *Riverius.*

32. *Ex feculentia alimentorum*) Cauſæ calculi antecedentes & procatarcticæ, vel ad materiam calculi ſuppeditandam faciunt, vel reſpiciunt conſtitutionem renum, ob quam calculi faciliùs cõcreſcũt; materię calculi generandę, ac cõgerẽdę multũ conferunt. *Ventriculus*, ſi non benè concoquat, crudus enim chylus in hepar deducitur, indeque impuri ac terreſtres ſucci cum ſero in renes derivantur: *Hepar*, quod calidius materiam chyloſam torret, & calculo generando idoneam reddit: Tum etiam frigidius ſanguinem crudum producit, huic etiam operi aptiſſimum; *Lien* debilis vel obſtructus, aut quoquo modo intemperatus fæculentam ſanguinis partem ſufficienter non expurgat, ejuſque portionem ad renes amandat, quæ ad calculoſę materiæ elaborationem facilius diſponitur. Ac denique *Renes*, præter cauſam conjunctam, quæ eſt calculoſa diſpoſitio, duplici nomine cauſæ antecedentis rationem habere poteſt, ſcilicet vel ratione *temperaturæ* calidioris materiam calculoſam attrahunt impenſiùs: Vel ratione conformationis, ſi venæ emulgentes laxiores fuerint, ut materiæ illæ craſſæ & tartareæ faciliùs in renibus recipiantur, ureteres verò anguſtiores, & vaſa ſeroſam materiam ad eos tranſmittentia, ut materiæ illæ craſſæ liberum exitum non habeant, ſed in renibus retineantur: Præcipuè verò *calculi materiam* ſuppeditant alimenta craſſa & viſcoſa, ſalſoque excremento referta, ut carnes bubulæ, porcinæ, fumo aut ſale conditæ, piſces ſaliti duriores, oſtracei, anguillæ, legumina, caſeus, lacticinia, ova indurata, caſtaneæ, pyra, panis azymus, vinum craſſum, auſterum, nondum defæcatum, aquæ lacuſtres &c. Adde alimenta valde calida, piper, zinziber, allia, cepæ, vinum vetus & potens, quæ hepar & renes impenſe calefaciunt; diuretica nimis fortia; materiam morbificam ad renes potenter deturbantia; veſtimenta denſiora, lecti plumacei nimis calefacientes, balnea, venus immoderatior, renibus infenſiſſima; exercitium vehemens præſertim à paſtu, nimia repletio aut fames diuturna, ita vehemens & alia animi pathemata. *Riverius.*

Materia diſpoſita dicitur vulgò craſſa & lenta, quod verum eſt, ſi ſano ſenſu ſumatur, ſcilicet ſi intelligant materiam ſalſam, cui aliquid terreum admixtum eſt; lenitur enim ſine ſale non eſt, Sal enim compingit: Materia talis vel generatur in corpore, vel extra corpus effunditur; extra corpus effunditur, ut in oſtreis & mytulis; frequentiſſimè autem generatur ex cibo, qui in corpore ita diſpoſitus eſt; Generatur ex Cibo cum nimis funditur, & diluitur ſal, ita ut per venas lacteas tranſeat; aliàs per alvum excernitur, diſſolvitur ita Sal ob calorem & humiditatem ventriculi, 2. cum materia ſalſa aqua & terræ permiſta nimis exſiccatur à calidiore corde, rene, hepate: Cauſa adjuvans eſt calor & anguſtia Renum & Ureterum, quibus ſal & aqua debent continuo tranſcolari, *Walæus Med. Pr. c.* 19.

Humorem ἐπιτήδειον, concretioni aptum, in eamque propenſum, & λιθοποιητικῇ δυνάμει inſtructum ſuppeditant, quæcunque humores ſeroſos ſalſos producunt, ob læſum viſcerum tonum imbecillitatemque expultricis renum facultatis & aliarum partium: Inter res naturales excellit *temperamentum & diſpoſitio* renum hæreditaria, quæ in modo aliquo ſubſtantiæ & peculiari nativi calidi habitudine locari poteſt, Inde fit, ut humores ex eadem victus ratione geniti; in uno promptius, quàm in alio concreſcant; Tranſplantatur interdum Natura, & ſal calculi fixum cum ſpiritu lapideſcente ſemini impreſſum embryoni communicatur, & ſic mumia fœtus ſtatim in primâ conformatione inquinatur: Ætati puerili lithiaſeis adſcribuntur à *Coo.* 3. aph. 26. rationem addit *Galenus*, veſicæ calculum familiarem eſſe pueris ob ingluviem, at aphor. 31. Nephritides ſenibus adjudicantur: rationem in genere addit *Galenus*, renes obſtrui & lapides in iis generari, quod in illis excrementa craſſa generentur multa, imbecillitaſque adſit virium: *Hippocrat.* in Coacis inter eos qui ante pubertatem non fiunt morbi, refert *nephritin*, calculum renum, *Ab anno 42. ad 63. non fit calculus in veſica, niſi ex alia ætate huc delatus fuerit:* Fœminæ raro calculo laborant veſicæ, ob breviorem & anguſtiorem urethram, per quam fit paulatina & prompta evacuatio: Obſervavimus tamen unius ſpatio diei majores calculos excretos 18 quadrangulares, rotundos, triangulares, factâ priùs dilatatione per urethram.

Conformatio meatuum ex concauſarum catalogo expungenda,

expungenda, tum eorum qui ſunt in ipſis carnis rubræ exilibus carunculis, papillis mammarum ſimilibus, in quarum poros capillares emulgentis venæ terminantur rami, tum eorum, ut loquitur *Pollux*, qui ex quolibet rene tranſmittunt urinam, *urinaductores* appellantur; Veſicæ etiam anguſtius collum retentioni arenularum anſam præbere poteſt. *Non naturales* magnæ tum ad nephritim, tum lithiaſin conferunt momentum, Renum debilitatem augent non mediocriter, adque calculum hotum & veſicæ diſponit Saturnus cum Mercurio in octava domo conſtitutus, in diurna genitura, aut in domiciliis calentibus conſtitutus, maxime ſi vires ſuas Mars ipſi quoque porrigat.

Cibi craſſa ſubſtantia, ait Galenus, 6. Epid. *comm.* 6. *t.*15. *Eſt autem tum ipſorum edacitas, tum quòd a cibo ludentes proſilientesq; moventur, lactantibus verò & materia ipſa occaſionem præbet; lac enim natura craſſum eſt & ad calculos creandos aptiſſimum. Porro & in adultis caſeo frequenter veſcentibus, lapillos in renibus crebro ſuboriri cognovimus.* tv. autem de morbis, *At verò calculi morbo principium ex lacte oboritur, ubi puer lac impurum ex mammâ ſugit. Lac autem nutricis impurum redditur, ubi potuitoſis alimentis, tum cibis cum potibus impuris ea uſa fuerit; quæ enim in ventriculum immittuntur, omnia lacti conferunt*, modum quo id fiat, pluribus explicat ibidem. *Vinorum* Jenenſium nobiliorum tutior, Francicorum, Moravicorum ſuſpectior uſus. *Cerevisiæ* ex aquis lacuſtribus & alkaliſatis, ut vocat *Paracelſus lib. de Tartaro* præparatæ, vel ipſæ notæ ſunt in vitio. *Res.p.n.* Quartanis inſultibus viſcerum primæ & ſecundæ coctioni deſtinatorum tenore enervato, calculum ſubnatum in iis, quia calculo immunes erant antea, teſtatur experientia. *Gu. Rolfincius Epit.m.cur.l.*3.*c* 19.

32. *Ex faculentia alimentorum*) Cùm tartarum, calculi materia in omni terrà paſſim occurrat, & à plantis pro nutritione alliciatur, eomioigretque poſtmodum in animalia, plantis illis victitantia, neceſſe eſt hominis cibum, ſive plantæ fuerint, ſive animalia iſto tartaro perfundi, Si igitur ſuccus ille tartareus vel ob ſui copiam, vel ob ventris coquentis ac fermentantis impotentiam, non ut par eſt *volatiliſetur*, nec ſatis ſecernatur, ut per alvum deſcendat, una cum chylo ad hepar, indeque ad renes fixus, & ad lapides conformandos promptus ac expeditus deducitur. *Menjotius p* 723.

33. *Quæſiretin atur, &c.*) Cauſa materialis calculi human eſt humo ſuperfluus, ab alimento ſeparatus, conſtans ex aqua ſimplici elementari & terreſtri, ſalſaq; materia, quæ vel craſſa ſit & difficulter liquabilis, luti vel boli inſtar, vel tenuis & facile liquabilis, ut quæ ſalis naturam habet, cujuſmodi eſt quæ alumen, ſal commune, nitrum, vitriolum, armoniacum, tartarum, &c. refert, ut ſic *humor calculoſus conſtet ex aqua, ſale & terra*, & tunc in calculum abeat, *quando per emunctoria ordinaria non expellitur*, humido aqueo vel ex toto, vel ex parte ſecedente; ſale vero lutoſam terreſtreitatem complectente, & una in lapidem, etiam in ipſa aqua ſi ſit modica, conſiſtente. *Anshelm. Bootius Gemmar.l.*2.*c.*39.

34. *Senſim exſiccatur*) Calculos in Renibus aut veſicâ produci *coagulatione* potiùs, quàm *exſiccatione*, ſeu exſiccatione fieri extra dubium ponitur, Obſervavi nonnullos calculo veſicæ laborantes, qui poſtquam urinam depoſuerunt, cum magno conatu & dolore ſuccum craſſiorem & viſcidum excernere ſolebant, qui illico in materiam ſquamoſam obdureſcebat: hujus odor fuit lixivialis, & conſiſtentiæ qualis lixivii ad ſpiſſitudinem evaporati, cujus ſcilicet liquor craſſior factus & frigori expoſitus protinus in duritiem ſalinam obrigeſcit. *Willis Tract. de Urinis c.*5.

35. *Eam coagulat*) Calculi Renales *materialiter* & *formaliter* ex urinâ oriuntur, Nam quòd plures de *ſucco petroſo, ſpiritu lapidifico*, an Gorgonio afferunt, ſalum nuda ſunt nomina, nihil explicantia, quin potiùs per modum *Coagulationis* duorum ſalium, *Acidi* nempe & *Alkali* calculos generari puto, dum nempe *Acidum* manifeſti ſaporis, adeòque vitioſum, in urinâ occurrit ſibi obvio *alkali volatili* quo cum coagulatur mutuò in concrementum arenoſum, ſi quidem ſimul levem, terreſtrem ſubſtantiam urinæ permiſtam arripit, & ita in durum, ſiliceum, concretum invicem abeunt; Hinc adeo duræ evadunt exinde arenulæ calculoſæ, ut mirandam earum firmitudinem in poliendo vitro exploratam videre queamus in *Panarolo Pent.*4.*obſ* 25.

Vulgò aliam producunt mechanico Chymicam generandi rationem, Ii nempe, ad imitationem *Helmontij*, Coagulum fieri volunt *à ſpiritu quodam vinoſo* concurrente, cum *ſpiritu urinæ*; non ſecus ac *ſpiritus vini* rectificatiſſimus coagulatur in *offam*, cum permiſto *ſpiritu urinæ volatili*, Nam dubium adbuc eſt, quomodo fiat hujuſmodi concretio, & an vera, an apparens ſit coagulatio; & quare idem ſpiritus urinoſus, cum à calce vivâ abſtractus eſt, non ampliùs cum ſpiritu vini ita coneteſcere ſoleat; Hoc ergo, ceu paradoxo, in medio relicto, *Elementa* iſta ulteriùs conſideremus; Nempe; quoad *Acidum*, obſervandum eſt, quòd ordinariò fere *arthritici* etiam ſint *calculoſi* & contra, & ad utrumq; malum quaſi epidemicum, videmus expoſitos eos qui vina bibunt copioſiora & acidiora, ut fit in *Franconia*, *Moravia* & ſimilibus locis: Nempe idem videtur eſſe efficiens *Acidum*, quod *artuum* nervoſas partes pungens & rodens, *ſynoviam* in iiſdem coagulat in nodos; quod in *renibus*, ſimilibuſq; locis *alcali urinario* occurrens, iſtud in calculum cogit: Adeoque in talibus *Acidum*, copioſius ſub ſalſo urinæ ſapore occultatum, oritur ex primis viis, ex vino copioſiùs ingurgitato, indeq; citra vomitum retento, hinc vitioſè digeſto, quod dum ex ſtomacho elabitur, uti ſuo iſto acore toti eſt hoſtile, ita copioſiorem ſalinis urinæ contentis materiam ſuggerens, & in eadem alkali quoddam volatile ab acido debito non rite ſeparatum reperiens, ſubitò illud aggreditur & in calculum cogit: Propter hoc *acidum vini vitioſum* incolæ tales inprimis ſunt affecti *pareſi* præcipue ex colica, ſeu artuum contractura ex colica, revera colicarum convulſarum graviſſima ſpecies: Facit huc inprimis exenteratio Calculoſi cujuſdam, cujus omnia contenta liquida acidum intenſe ſpirabant. *M.C. Anni* 7.*p.*344.

Efficientis igitur locum *Acidum* obtinet, nunc ipſius urinæ, nunc verò ex primis viis elapſum copioſius; inde urinam magis impraegnans, & ſalſiorem reddens, & ita copioſiorum, aut firmiorum calculorum geneſin promovens: Hinc eum ſubinde à calculo præſervant, contenta primarũ viarum *Vomitoria* eliminando, non ſecus ac plurima terrea lapidea, aut calcinata, contra calculum laudantur haud alio effectu quàm quòd acidum in primis viis abſorbent: *Patiens autem in calculi geneſi erit alkali volatile*, quod quia copioſius, minuſque temperatum per renes in ſpecie tranſcolatur, ſub ſalſo urinæ ſapore, propterea in hiſce locis copioſiores calculi. Sed obſervandum eſt quòd ex urinâ ſalsâ, quâ tali, non poſſunt generari calculi, nam cùm ſalſus ſapor ex acido & alkali volatilibus, debitâ proportione unitis originem ducat, tam cum acido, quàm cum alkali permiſcibilis eſt, ſine ulteriore immutatione. Dum igitur alkali urinæ ſaturatum eſt ſufficienter à ſuo acido debito, tum utcunque acidum urinæ permiſceatur, nullomodo calculus exinde generabitur; Apparet id in *ſtranguriâ*, in quâ urina præternaturali inſenſibili acido ex primis viis impraegnata excernitur, ſine ra-

men calculi progenie, quia *ſal vrinæ* tunc temporis naturaliter conſtitutum eſt, hoc eſt, alkali volatile, proprio acido ſaturatum, unde non poteſt coagulari ab eodem, vel alio quovis vitioſo acido, ac pallida quidem & turbida nonnihil, non verò in arenulas ſpiſſata excernitur vrina: Ut igitur Sal vrinæ volatile urinoſum coaguletur præternaturaliter ab acido quovis in lapidem, neceſſe eſt ut iſtud alkali ſeparatum nonnihil, nec debite ſaturatum exiſtat, ut ita liberiùs ab acido, plus minùs naturali aut vitioſo arripi, & ita conſtringi in calculum poſſit; Per hoc quando vrina in Renibus aliqualem putredinis præternaturalis notam incurrit; qua levi putredine ſolvitur nonnihil ejuſdem miſtura, & ita ſapor ejus ſalſus dividitur iſta alteratione, vt vtraque ſalia activa manifeſtiora fiant, unde novo & plane heterogeneo coagulationis modo ſociata, demum in calculum coeat. V. g. videmus quod vrina clara & perſpicua excreta, ſi ad tempus in matula præſertim ſtannea ſteterit, ſpeciatim tempore æſtivo, ac corrumpi & putreſcere leviter inchoet, cujus inidicium fœtor exiſtit, quod tunc arenulæ, & ſucceſſivè cruſta calculoſa ejus parietibus ſe affigat; nempe nunquam vrina, niſi cum alkali fixo præcipitata, aut putrefacta ſuum ſal volatile promit, ubi ſimul etiam terreſtrem, & quaſi ſabuloſam ſaburram putreſcendo de ſe reddit. Hinc in corpore, ſi concipitur talis vrinæ putredo, præſto eſt lithiaſis, hoc eſt, ſubputreſcente tantillum vrina, diviſoque ejus ſapore, acidum cum alkali novo modo coit, & particulas has terreſtres, (ſub putreſcentia potiùs genitas, quàm formaliter præexiſtentes) ſimul coagulat, hinc arenulæ & calculi, quo pertinet imprimis hiſtoria *Helmontii tr. de Lithiaſi*, de Juriſperito, qui ex nimio vſu aſparagi lithiaſin contraxit; *Aſparagus* nempe eo ipſo quo fœtidam reddit vrinam, eam ad aliqualem putredinem, & ita ſalium diviſionem diſponit. E contra *Macis, Juniperus & Terebinth.* quia vrinam ſuaveolentem reddunt, & balſamica vi à putredine conſervant, Calculi ſuo modo ſunt præſervativa. Alteratio vero hæc putredinalis fit in renibus ab horum fermento alterato, pluſque minus enervato ſeu inerti reddito. (Vide ſupra §. *In Renibus*) Ex dictis patet fundamentum *Lithiaſeos* conſiſtere in *alteratione fermenti renalis*, ipſum vero ejus productum, ſeu Calculus ſit ex ſale vrinæ volatili, coagulato ab acido vrinæ, mediante alteratione vrinæ putredinali: Acidum iſtud ſpeciatim errore digeſtionis primæ, adeóque vitio fermenti ventriculi natales haurit; partim & ab hoc ipſo fermentum renale labefactatur, & enervatur, partim quoties acidum vrinæ occultum hinc intenſius redditur, unde promptior & firmior coagulatio; Unde ſub quacunque diæta in diſpoſitis oriuntur calculi; in non diſpoſitis vero nulli, licet eodem nutriantur victu. In diſpoſitis tamen plus minus duri vel copioſi generantur iidem, prout ex aſſumptis vel plus minus acidis, vel plus minus coagulabilibus naturalem occaſionem naniſcuntur. Hinc poſt *lacticinia* & *caſeoſa*, ſimiliaque aſſumpta, ſæpius renaſci dicuntur calculi, quoniam hæc partim acido vitioſo, in primis viis facile corrumpuntur, partim alkali terreo prompte in calculum coagulabili ſūt impregnata, Sic *Salmuth c.2 obſ.97* habet exemplum ex nimio caſei eſu lapidis veſicæ lethalis, ad magnitudinem ovi gallinacei concreti. *Etmuller.*

Ego verò novi mercatorem Genevenſem Celebrem, qui ex nimio caſei eſu ſibi comparavit calculum veſicæ, ovo anſerino magnitudine parem, cui annum ætatis lxv. agenti feliciter eductus eſt à Dom. *Covillio* Montæ-limarienſi Lithotomo dexterrimo. Qui & eodem tempore non minori felicitate extraxit minori apparatu, calculum columbino ovo par puero vii. annorum; cui occaſionem etiam præbuerat nutricis fraus, quæ lacte carens ipſum caſeo recenti educaverat. Unde diſpoſitio calculoſa in renibus remanſit, in quibus arenularum, majorum minorum congeries reperta ab obitu, qui contigit anno ſequenti ſecundum lithotomiam ab eodem dextere inſtitutam.

3°. *Salis*) Recentiores cornicum oculos, ut dicitur, confodientes, alias calculi cauſſas, eaſque ſimiles generationi lapidum extra corpus non immeritò occeperunt inveſtigare, nimirum terreſtrem materiam, vnà cum *ſale* ipſi commixto, ita ut concretio *ſali*, tanquam principio activo, lapideſcentia verò terræ, ceu principio paſſivo imputetur, conveniente ſimul paucâ humiditate, veluti causâ ſubſidiariâ, quæ *ſalem* iſtum diluat, eique ſit pro vehiculo, ut terrenas partes intimè penetrare ipſiſque coadunari poſſit.

Sal enim in genitâ proprietate ἐκθλιπτικῇ corporum omnium gluten eſt, & quaſi ferrumen, ſunt conchylia, ovorum teſtæ, cornua & oſſa, animalium concretionem ſuam ſali, qui multus ex illis arte educitur, ferunt acceptam; hinc animalium duris cibis veſcētium fæces ubertimo ſcatent ſale, ac ſtercus canis oſſivori anginoſum tumorem ſtrenue diſcutit, hinc ædium calcatarum tenax eſt junctura, luteæ verò cementæ defectu caducæ exiſtunt; Lacrymæ inſuper, quia paululum ſalſæ, in renuiſſimas formantur arenulas, imò cervorum lacrymæ vertuntur in lapillum, quam venatores adverſus ſerpentum ictus morſuſque curioſè recondunt.

Calculus porrò ſimul cum ſale terri conſtare probatione non indiget ſenſu id monſtrante meritoq; *Ariſt. 10. Probl. 39.* terrenum Veſicæ ὑπόστημα tanquam calculi materiam celebrat. Imo præter ſalem & terram, oleum, & quidem fœtidiſſimū è calculis educi certum eſt, quod ad ſalis terræq; illaqueationem non eſt inutile.

Salinam autem terreſtrémq; materiam debito proportionis, commenſu macerari ſimul ſubigiq; neceſſe eſt, juſtamque adeſſe ſalis quantitatem, ne terra in minutum pulverem diſgregata meræ arenæ cumulentur, nec non quoq; ſufficientem terræ copiam, quæ coagulati ſalis fuſioni valeat obſiſtere, poſitâ vero hac analogiâ, ac terrâ & ſale, amico conſilio mutuas ſibi tradentibus operas, quò plus ſalis ineſt, eò compactior, ac πυκνότερος, quò plus terræ, eò fragilior ac εὐθρυπτότερος fabricabitur calculus.

Objectabis ſali proprium eſſe in humido liqueſcere, ac idcirco & in renibus & veſicâ, jugi humiditate obſitis ſalis congelationem, ut nunc dicebamus de exſiccatione minime videri poſſibilem: Repondemus 1. humiditatis evaporationem, etſi ſuffragetur ſalium concretioni, haud eſſe tamen præcipuam ejus cauſam, ſed quemadmodum ſales non pauci in mediis aquis conglaciantur, ſic vrina intra veſicam ſtagnante calculos συμπήγνυσθαι. Dicimus præterea ſeroſitatem, qua pori urinarii naturaliter alluuntur, *ſale* jam ſatis ſuperque ſaturatam eſſe, nec idcirco novum ſalem ſinu ſuo recipere.

Corporum porro neque à ſale, neq; à frigore, neque à ſiccitate, aliave causâ externâ coagulatorum, ſed αὐτοπαγῶν exempla afferuntur ὅσα χύσις, V. g. coralliorum in fundo maris aſſurgentium, quæ per mechanicam analyſin tota fermè in ſalem abeunt. Stiriarum lapidearum è ſpeluncularum fornicibus pendentium; tartari aſſeribus dolii vinacii, nec non vitro ouroſcopico lateratim adnaſcentis; certorum fontium ſaxifica facultate pollentium, &c.

At ſi hæc vera ſunt, quare latices minerales, puta nitroſi, ſalſi, vitriolari, non modo non generent calculos, quin potius calculoſis auxiliantur? Dicimus 1. aquas iſtas aperiendo, detergendo, contemperando, corroborādo atq; vacuādo prodeſſe. 2. Non diu visceribus eas immorari, ſecus non leve damnum allaturas. 3. Ad πλάσιν

calculi

calculi, præter ſalem, qui eſt [illegible] concretionis, & quaſi mas iſtius connubii, requiri terrenam limoſamq́, materiam, ceu fœminam, quę haud præſto ſemper adeſt in urinæ ductibus. *Menjotius p. 717 & ſeqq.*

57. *Spiritu ſalis microcoſmici*) Materia calculi concreſcit, non exſiccatione ſolâ, ſed vi ſalis, qui vim continet in ſe conſolidandi & conglutinandi, ut videre eſt in oſtreorum teſtis, & calce quæ ex teſtis paratur. *Walæus Med. Pr c. 19.*

Quercetanus Efficientem Calculi, qualitates primas non agnoſcit, ſtatuitque materiam tartaream, non à calore renum aut loci, ſed à proprio ſale concreſcere & in calculum condenſari. *Schennemannus* calculorum in renibus, veſicâ & articulis generationem refert in *reſoluti ſalis* ab officio deflexionem, congelationem & indurationem.

Sic & Sylvius de le Boe *Append. Tr. 5.* Quæ cauſa, *inquit*, iſtius concretionis? quam ego quidem tantùm abeſt, ut calori exſiccanti adſcribam, ut potiùs calorem impedire putem, ne concreſcant; quod (ne exempla in Chymia obvia proſequam) ex ipsâ urinâ excretâ patet, in quâ dum calet, tantùs arenulæ ullæ comparent, plures ubi calorem ſuum amiſit, mox concreſcere incipiunt; Quantùm ego valeo conjicere, à *Sale* pendet omnis talis concretio; quamvis quoque putem, pro adjunctæ materiæ diverſitate, diverſum ſalis genus requiri; quæ tum materiæ, tum Salis coagulantis diverſitas, per chymica experimenta eſt addiſcenda.

58. *Tartarum illud facilè recipit inq́, ſe recondit*) Quæ proprietas *Sero* ineſt; Sicut enim aqua continuò per terræ meatus & fluminum ac rivulorum alveos defluens, materiamque terreſtrem ſecum devehens, tandem loca ſicciora, ubi faciliùs hęret alluendo, ſucceſſivè deponens, illiſq; agglutinans, ſabulum, tophos & ſtirias lapideas gignit; eóq; magis, ſi impura lutoſave ſit; ſic *ſerum* ipſum concipiens ſalſum ſuccum & terreſtrem materiam, quæ indies à primâ concoctione à ſale, quo perpetuò homo utitur, aliiſque terrenis generatur, ſi eò maximè redundet ſerum, locis ſiccioribus & anguſtioribus quæ pervadit, ubi & citiùs adhæreſcit, ſe agglutinando, arenulis & calculis poſtmodum inde formatis præbet materiam, Idq́; præſertim in locis ubi à ſanguine ſecretum ſerum, continuò renes pervadit; unde & illic frequentius arenulæ primùm colliguntur, quæ quia renum ſubſtantiæ innaſcuntur, rubent; & ſi diutiùs retineantur, in calculos concreſcunt, qui illic ſubſiſteotes incremētum ſumunt, accreſcente ſemper novâ materiâ; Vel ſi in veſicam devolvantur, illicq; hæreant, eo in loco augentur. Sed & *ſerum*, dum adhuc ſanguinem diluit, idem in certis ad illud aptis locis poteſt efficere, quod etiamſi excrementis aliis permiſtum adhuc ſit, nonnunquam facit, eóque facilius ſi bilem diluens, majorem inde acredinem ſiccitatémque acquirat; unde & in veſicula fellis tam frequentes calculi deprehenduntur.

Quod uti à *ſero*, dum in corpore eſt, fieri obſervatur, ſic & ſi illud è corpore per lacrymas exſtillet, arenas quoque in aliis deponit; Sed & in *Sero*, jam repurgato in veſicam, urina ſcil. qua ratione calculi in veſicam delapſi, retentique ab ea, eodem modo incrementum ſumant; ſquamiſque novis per appoſitionem continuam hujus terreſtreitatis obducantur, & in molem ſæpe magnam excreſcant, colligere licet; Apertiuſq́; adhuc in urina reddita in vas aliquod videre licet, quo pacto ſi diutiùs eadem matula utantur, nec mundetur, arenoſa illi accreſcat materia, & niſi purgetur, in ſquamas craſſas & lapideas tandem augeatur; Quod ut ſpatio temporis ex quibuſcunque urinis, magis tamen ex illis quæ ſalſæ & acres ſunt, ſponte fieri ſolet; ſic & ſi urina coquatur arte hoc ſubito fieri poſſe apparet; Qua ratione & chymici ex lixivio, quod ejuſmodi quoque terrenam in ſe habet ſubſtantiam ſolia ſua ſolent excoquere. *Platerus.*

39. *Curatio* eſt *difficilis*, 40. *ſi* bullæ per aliquot dies ſtabiles in urinis viſuntur; quia magnam tartareorum ac mucilaginoſorum humorum copiam, unà cum flatibus in renibus abundare, indicant: *ſi* 41. urina manet ſubtilis, 42. & ſic aliquando perdurat, quia ingentem obſtructionem arguit: 43. *ſi* ex eo ulcus renum exoritur: *ſi* 44. æger eſt ex parentibus nephriticis.

45. *Reſpicit* 46. *Præcautionem*, 47. *ne vel generetur, vel augmentum capiat.* Et tum.

1. 48. Victus ratio eſt habenda, in quo cibus & potus ad calculum faciens fugiatur. 49. Cibi oppoſiti ſint in uſu. 50. Inter eos 51. laudantur, 52. *Aſparagi* 53. modicè decocti, 54. cum *oleo*, *aceto & butyro*, prima menſa ſumti: 55. fructus *Cynosbati*, *Acini ipſius* in *juſculis* decocti. *Charefolium*, *raphanus*, ol. *olivar.* & *Amygdal. dulcium. Pillulæ Cratonis terebinth. aqua roſar. lota* unc. j pulveriz. *rhabarb.* dr. iij. *Cinnam.* dr. j. *ſuccin. albi*, *ceterach. liquirit.* ana ſcr. j. paratæ, & ſingul. ſeptim. dr. ij. vel iij. pondere uſurpatæ: *iaſpis viridis* geſtatus. 56. Priſana ex *fructu cynosbati exſiccato & pulverizato.*

2. 57. *Materia collecta, maturè*, 58. *ne concreſcat, evacuanda*, 59. vomitu ſingulis menſibus bis vel ter adhibito, 60. Medicamentis lenioribus, 61. *caſſiâ* præſertim, 62. *terebinthina*, & hidragogis.

63. Comminuentibus ſi quid concrevit, inter 64. Decoctum 65. *ligni nephritici* 66. *hederæ terreſtris*, 67. ſuccus *de veronica* cum aqua, & alia (de quibus infra) laudantur.

3. 68. *Renes ad ſuum ſtatum reducendi*, & 69. hic valet venæſectio ſi epar intemperiem calidam in iis excitavit. 70. Aquæ *fragorum*, *portulacæ*, *hordei* exhibitio, & frigidorum unguentorum inunctio.

II. *Geniti* 71. *calculi ſublationem*, quæ perficitur.

1. 72. Primarum viarum 73. per evacuantia molliora, flatus diſcutientibus caſtigata, mundatione.

2. 74. Venæ in brachio ſectione, ſi plethora in toto, & 75. dolor eſt ingens; 76. malleoli vel poplitis, ſi ad partem affectam decubuit.

3. 77. Viarum laxatione & lubricatione, 78. intra *ſyrupo de Althæa*, *Liquiritia*, *Violarum.*

79. *jure pulli*, *vituli*, *vervecis*, unc. vi. pondere manè & veſperi, cum *rad. petroſel. altheæ, malvæ* aſſumpto.

80. Extra 81. *Vnguento ex unguenti diadialthea dr. ii. pingued. gallinæ, medulla cervinæ recentis ana dr. j. olei liliorum alborum d. j. ſcorpion. ſcr. ii. ol. ceræ ſtillat. & ſpir. Therebinth. ana ſcr. j. ceræ & croci pauxillo* compoſito.

[82] *Balneo aquæ dulcis*, in quo ſumi poſſunt, [83] *oleum Amygdal. recent. unc. ii. ol. Tereb. gutt.* IV. *cum vini calidi hauſtulo.*

4. [84] *Calculi remotione*, [85] *comminutione*, [86] *& expulſione* [87] per medicamenta id præſtantia. [88] *Præſtantiora* ſunt [89] ex ſimplicibus, [90]. Magiſterium [91] *Tartari vitriolati*, [92] *Oculorum cancri*, [93] *Mandibula lucii piſcis* & [94] *lapidis Iudaici*. [95] Lapis *prunella* dr. j. pondere cũ *vino Rhenano* calido, [96] *lapis carpionis* triangularis, ſole cancrum peragrante extractus; *flores citrini muſci terreſtris*, qui *repens & clavatus* dicitur. *Semen lycopodii* menſe Auguſto ex julis collectus & *ſemen bardanæ*. [97] Eſſentia *Cryſtallorum*, Lapis *nephriticus*.

Ex [98] compoſitis.

1. [99] Decoctum *radic. Eryngii* & *dentis leonis* in aqua cum butyro ſumptum: vt & [100] *vinum prunorum ſylveſtrium*. Decoct. *radic. ononidis* cortice ſuperiore ablato, qui tamen in recentioribus relinquendus eſt, conquaſſatæ & in taleolas diſſectæ, cum *aqua malvæ & ſyrupo de altheo Fernelij*.

2. [101] *Aqua*, vt, [102] *Aqua vitæ juniperina* cum *rob. juniperino* tincta. Aqua *flor. rubi Idæi* ſpinoſi fructu rubro bis de die, vel ſola vel cum *vino prunorum ſylveſtrium* exhibita. Aqua *florum ſambuci* & *auriculæ urſi* Myconi piloſæ, quæ putatur efficaciſſima. Aqua *ex aquæ vitæ lib.* IV. *& fragor. l.* III. per XV. dies inſolatis compoſita.

3. [103] *Liquores & mixturæ*, vt *Liquor Tartari* in, cum, & per ſe ſoluti. [104] *Liquor nephriticus Mynſichti* Armament. p. 338. Mixtura ex *magiſt. Tartari vitriol. ocul. cancri* ãã. dr. jſ. *lapid. prunello* dr. I. *ſalis volatil. ſuccini* ſcr. j. cum pauxillo [105] *ſalis Ononid.* ſcr. ij. pondere in *aqua ſaxifrag* data.

Mixtura ex *aqua Veron.* unc. ij. *aquæ renum cervi* unc. jſ. *Syrupi veron.* unc. j. *ſyrupi violar.* unc. ſ. *Tinct. Tartari* ſcr. j. parata, & Mixtura *Mouſeti* Angli, Ciſtæ Med. p. 34.

Bolus ex *butyri* recentis non ſaliti & *ſacchari candi* ana, ſuperbibito hauſtu vini oligophori in quo *chamomilla Romana* & *hedera terreſt.* per horas VII. macerata, qui *Henrico* IV. familiaris.

Mixtura ex *Spirit. terebinth.* gutt. iij. [106] *Vini Rhenani* unc. vii & *ol. nucis muſc.* gutt. v. parata, quæ in ipſo paroxyſmo exhiberi poteſt.

[107] *Vinum generoſum* in quo *raphanus* acris decorticatus & in taleolas conciſus per diem integrum maceratus unc. iiſ. doſi cum *magiſt. oculorum cancri* dr. ſ. [108] *Spir. ſalis* gutt. IV. exhibitum.

4. [109] *Pulveres*, ut Pulvis [110] *calculi humani* qui & ſudorem movet.

Pulvis ex *colloſis fructus cynosbati capitulis*, exemptis vermiculis admodum extracti paratus.

Pulvis ex *magiſterio oculor. cancri* dr. I. [111] *ſalis abſynth. artemiſ. chamomillæ* ana dr. ij. paratus & dr. ſ. pondere datus.

Pulvis ex *teſtis mytulorum interioribus, oculis cancrorum vivorum, C. C. calcinati* ana part. j. *Unicornu* dimidio unius ingredientis, compoſitus, expertiſſimus: teſtæ ſeparantur ab invicem, ſi in calidos cineres conjiciantur.

Pulvis ex [112] *ſemin. naſturtii Babylonici* dr. j. *piperis longi* penicullo uno paratus, & in vino datus.

[113] Pulvis *lepuſculi embryonis* vij. die Martii capti.

Pulvis *ex ocul. cancri & lapid fulmin.* ana dr. j. in *vino Malvatico* exhibitus.

Pulvis, ex *cruſta cancror. fluviatil. coctor. parte illa qua teſtas quaſi invicem in medio diſcernit*, laudatiſſimus.

Pulvis, ex *animar. halec. exſiccatar. num. x. in vino* contritus & potus.

[114] *Sal* [115] *fraxini aucupariæ* in ingreſſu ſolis in cancrum collectæ.

[116] *Teſtæ* denique *ovorum* in tenuiſſimum pulverem redactæ, & cum aqua *juniperina* propinatæ. Si recens putamine tectum, *vini Gallici* aut *Rhenani* cyatho immergatur, poſtridie veſiculis aqueis conſperſum invenitur, & extractum novo cortice fuſco obducitur, cui adhærent ſalia cryſtallizata, nullo ſapore prædita, [117] ut *Bartolinus* prodit.

III. [118] *Doloris amotionem*, [119] quæ peragitur, [120] unguento ſuperius ad viarum lavationem præſcripto; [121] hemicupio cum anodynis parato; [122] *Cataplaſmate* Cratonis [123] & aliis, quæ ſequenti capite deſcribuntur.

Habent [124] hic & clyſteres ſuum uſum, [125] quibus & *fructus alkekingi* & *adeps taxi* immiſceri poſſunt.

[126] Sequentes tres commendantur: quorum *primus* ex *caricis, albo Græco & vino* componitur.

Alter, ex *ficubus N. XV. albi Græci* unc. ſ. *in vino albo decoctis*, ad unc. VI. quibus additur *ol. amygd. d. amar. butyri ſine ſale* ana unc. j. *pingued. anatis* unc. j. *Vitelli ovor. n.* I. *ſalis communis* dr. jſ. additis ſi placet *oſſibus meſpilor. ſemine milii ſolis, &c.*

Tertius eſt *Sala* operum p. 838. IV. [127] *Flatuum diſcuſſionem*, cui & iſti clyſteres inſerviunt.

Calculus in *ureteribus* hærens [128] cucurbitulis non ſcarificatis infra locum dolentem & ſecundum ductum ureterum infra deſcendendo affixis, [129] promoveri ſolet. Excernitur quandoque per lumbos, [130] relinquitq; ulcus calloſum, urina ac pure perpetuo fluens: quod ſi exitus occludatur, inſequitur ob pus ſordidiſſimum, febris acuta. Vide de eo *Franciſci Collutii, Vutzeri & Beverovicii* mihi olim amiciſſimi egregios tractatus; [131] *Differentia* præcipua ſumitur à rene.

[132] *Aliæ*

[32] *Alius* namque calculus eſt *in cavitate*, qui non ita frequens, non tam propter craſſitiem humorum ex vena cava aut emulgentibus influentium; quam propter nimium fervorem [33] aut renum peculiarem intemperiem, quæ craſſiorem ſanguinem & alimentum omne in lapillos & arenulas convertit: Et qui cum à membraneo renum corpore albeſcere debet, rubet tamen, ſanguinem quem ſero permiſtum renes crebro excipiunt, calculoſæ materiæ permiſto.

Alius [34] eſt *in ſubſtantia*, qui frequentior, [35] & ſæpè albus excernitur: poteſtque aliquando ex albo pure exulceratâ renum ſubſtantiâ, ejus coloris generari.

Alius [36] *arterialis*, qui arteriæ aortæ ramo ad glandulam *Euſtachii* ſiniſtro ramo impoſitam vergenti inſidet, de quo ſingulare apud *Tulpium* exemplum & icon l.II. Obſerv.XXV.

Confectio ſeu conſerva *lapidis nephritici Zacuti.* l.8. c. 16. Liquor *Nephriticus Myniſichti* Armament.p.338. *Mixtura* ex *magiſterio Tartari vitriolati, ſolut. oculor. cancri, lapide prunella, ſale volatili ſuccini, & aqua ſaxifragia.* Untzeri.

Ejuſdem vinum generoſum, in quo raphanus acris decortic. & in taleolas conciſus, per integrum diem maceratus erat, cum *magiſterio oculorum cancri & ſpiritu ſalis exhibitus. Miſtura Muffeti Angli*, Ciſtæ Medicæ p.34.

37. *Curatio eſt difficilis*) Calculus Renum periculoſus eſt affectus, non tamen propter moleſtiam doloroſam, & hinc nata pathemata convulſiva, aut propter vitiatam urinæ ſecretionem, ſed in ſpecie, quoniam inflammationis renum, iſchuriæ lethalis, & graviſſimi morbi nervoſi generis ſupervenire ſolent, & fœminæ calculo renum obnoxiæ, ſi gravidæ reddantur, facile moriuntur, aut abortum patiuntur, teſte *Panarolo Pent.3.obſ.8.*

Calculus quo *major* aut *aſperior*, eo periculoſior, & contra.

Dolori nephritico ſuperveniens extremorum frigus, aut ſudores frigidi, præſertim cum iſchuria, mortem in propinquo innuunt.

Si *urina* tenues antea excretæ emittuntur craſſæ cum arenulis; & quaſi fruſtulis lapideis bonum ſignum eſt, comminuti quaſi calculi;

Interdum certas periodos ſervat calculus, cum teſte *Helidæo in obſervat.* ſi eſt motus in quarto, in ſeptimo ut plurimum ſoleat prodire, cæteris nempe paribus; Sic typum tertianarum aliquando obſervavi in uno ex calculo nephritico, dum tertio quoque die à meridie dolores abdominis & lumborum ſpaſmodici reverterentur, & per noctem durarent donec ſponte ſucceſſive remitterent. *Etmuller.*

39. *Curatio eſt difficilis*) In genere cur Renum affectus ſint δυσίατοι, cauſam retulit *Ariſtot.3. de part. Anim.9.* ad partium affectarum multitudinem, ſcil. quod ren in hominibus non ſit unica particula, ſed inſtar renum bubulorum ea pluribus parvuliſve renibus conſirmatur. *Ariſtoteli* videntur impoſuiſſe carunculæ papillares, quas pro diſtinctis renibus habuit: quinimo poſitâ tali renum multiplicitate (*quam adſtruunt Recentiores*) haud tamen vis cauſæ morbificæ nec proinde morbi magnitudo ea inde intenditur. Quapropter dicamus Renum morbos in univerſum eſſe obduratæ pertinaciæ, quod ſeri acrimonia indeſinenter vellicentur, unde ἀνέλκωσις, ſeu reulceratio. Deinde quod renes in perenni actione verſentur, ſanatio vero quietem exoptet. *Menjotius.*

Prognoſis.

39. *Eſt difficilis*) Quod ad Prognoſin ſpectat, Calculus renum valde periculoſus eſt, graviſſima enim mala, ut inflammationem, exulcerationem, dolores atroces, vigilias, virium dejectiones, febres, urinæ ſupreſſiones, aliaque ſymptomata pernicioſa inferre conſuevit.

Cum vitia Renum & Veſicæ in ſenibus difficulter curentur, Ex *Hippocr. aph.6. 6.* calculus renum in ea ætate curatu difficilis, vel potius inſanabilis eſt.

Si dolor nephriticus ad plurimos dies perſeveret, neque ullis medicamentis curari valeat, mortis adeſt periculum, eaque jam in propinquo eſt, cum frigiditas partes extremas, & ſudor frigidus faciem occupat. *Riverius.*

Inter aſperrimos calculorum dolores relati ſunt à *Plinio*, rarò tamen lethales, nec præceps mortis periculum afferunt. Nonnunquam medicamentorum opera reſolvitur, & vel ex renibus arenularum in morem emingitur. *Rolfincius.*

Mulieres non modò ſentiunt rarò calculum renalem, ſed hunc quoque cum moleſtia minùs intolerabili in veſicam depellunt; ob ureteres laxiores, rectiores & breviores, quam in viris.

Arthritici vix effugiunt nephritidem, ſunt namq; hæ paſſiones conſanguineæ & collectaneæ, hoc eſt iiſdem oriundæ parentibus, eodemq; pabulo connutritæ.

Puſillus lapis in quacunq; ætâte, etiam ſenili, poteſt facile abjici. Verum de diſpoſitione lapidoſ *aphoriſmus* legitur immotæ veritatis, *Nephritica mala in ſenibus difficulter conſanantur. 6. aph. 6.* quin potius ætatis flexu augmentum capiunt, ita ut ſupra 50. annum horum curatio *Hippocr.6 Epid. P 4. ſ.8.* fuerit inviſa, Nec abeſt *Galeni* authoritas, in numerum morborum ſenectute curabilium Nephritidas referentis; Renum namque phlegmonas intelligit per ſenectutem elangueſcentes; minime autem calculoſas conſtitutiones. *Menjotius.*

Renum & veſicæ dolores via ſanantur in ſenibus; quatuor ob cauſas, ut ajunt Interpretes 1. quod Renum & veſicæ, quæ urinæ aut ſecernendæ, aut tranſmittendæ, aut excernendæ ſunt nuncupatæ, opus eſt perenne & indeſinens, quiete autem opus eſt ſi quid ſanari debeat. 2. quod vis remediorum integra eo via tranſmitti poſſit, ob remotiorem à ventriculo ſitum. 3. quoniam nativus calor, quem unicam morborum victricem conſtituit Natura, ſenio marceſcens, ægre aut evitet aut ſuperet cruditates, unde ferax mucilaginoſi ſucci & tartari crudi ſuccreſcat proventus, lapidum generationi ſummè opportunus. 4. quod ſenes abundant ſalsâ pituitâ, quæ impedimento eſt, ne ulcera curentur: Omne enim excrementũ in ſenibus abradando eſt moleſtum, in quantum corpora ſenum non difflantur. *Charleton.*

Ex paroxyſmorum nephriticorum omnium primo, & longè aſperiores acutioreſq; fiunt cruciatus, & magis lethifera imminẽt pathemata, quàm ex ullo alio, quamvis grandeſcit tophus. 1. Quia ad rem inſuetam triſtior ſequi ſolet ſenſus & major naturæ impetus inferri. 2. quod meatus renum, & circumambiens membranula magis dilaceretur & diſtenditur eo tempore quo calculus primum excuſſus renem impetu aggreditur, quam 2.3.4. aut deinceps per omnem vitæ curriculum futuro paroxyſmo. *Charleton p.146.*

Qui ſunt obeſi, ſeu παχέες, craſſioris habitus, ſunt veſicæ calculis magis obnoxii, graciles verò & lacertoſi Renum, judice *Avicenna*. Forſàn quoniam *his* vaſa ſunt anguſtiora, unde πλέον vitia frequentius, incurrant, impedita hoc modo alimenti anadoſi & ſanguinis circulatione & hinc tartareis ſuccis abundent,

concretioni diſpoſitis in idoneo conceptaculo. *Illis* viſcera ſint calidiora, quorum merito chylus à ſordibus ſuis nondum elutus intempeſtive rapiatur, & hoc modo ſerum ſalſugine luculenter cōſpurcatum renes invadat, in quibus, humido, præ calore abſumpto, vel valenter ablegato, craſſamentum figatur & in calculum commigret. *Charleton p.139.*

Macilenti & graciliores calculo illaqueati, ſunt in majori diſcrimine, iis qui ſunt euſarci, *Ratio* à conjunctis deſumitur, nam à vigiliis, cruciatibus importunis, febre, frequenti diureticorum, quę caloris haud paucum ſapiunt uſu, iis balſamum radicale valde exhauritur, unde tabes eſt in procinctu. *Idem ibid.*

Quibus alvus laxior eſt conſuete, rarò admodum lithiaſi corripiuntur: Ratio reſpicit cauſam materialem, quæ alvo fluidiore à renibus & veſica ſubducitur, nam, notante *Avicenna*, rariſſimè accidit duo membra in uno corpore eſſe æque debilia, quare fit, ut ſi inteſtina præ debilitate ex toto ſuperfluos humores excipiant, ipſum in ſanitate integra conſervent. Hinc rectè *Zoar in præfat.* conſervationis cardinem in habendo ventrem mollem & laxum collocavit. *Idem.*

Ætatem puerilem à 4. aut 5. ad 14. annum definivit *Hipp.3.aph.26.* ſed ad veſicæ lapidem, renalem enim ſenibus familiarem facit, utraque enim ætas, & prima ob πολυφαγίαν, & importunos à paſtu motus; & poſtrema ob inſiti caloris languorem, renumque ſiccitatem, lentam ac glutinoſam pituitam fœcunde acervat; promptam calculi materiam. *Idem p.140.*

Fœminas lithiaſi in veſicâ maribus minùs eſſe obnoxias ſciendum, quamvis enim fœminis præ caloris inſiti inopiâ, ac vitæ intemperantiâ, ferax admodum pituitæ lentæ ac tartari acervetur proventus, tamen quia eis per uterum ſingulis menſibus omnis vitioſorum humorum plenitudo exhauriri ſolet, & quia cervix veſicæ in ſinum pudoris mox dehiſcit, & brevis eſt ſimul & lata, ita ut facillimo negotio craſſamenta, unà cum urina eo allata ſtatim emingant, rarò admodum accidit, ut calculo moleſtentur, materiâ nephriticâ aut alio ſubductâ, aut ſine morâ, quamprimùm advenerit, effusâ. Nihilominus calculo in renibus ſæpius corripiuntur, maximè verò ſi ſint viroſæ, h. e. ſi ſpiritu ac calore æque ac viri circumfluant, & viſcera obtineant calidiora, aut ſi menſtrua iis ſubſiſtant, *hoc* quidem ex viſcerum phlogoſi retorrente ſanguinem, atque ſerum ſalſis ſordibus nondum ſpoliatum citò nimis rapiente: *Illud* ex vitioſorum humorum alluvionis, evacuationi menſtruali damnatæ, palindrome ab utero ad renes, *Idem p.141.*

Si utrumque renem calculi obſtruant, intercluſa vrina, diſtentiſque locis, intra paucos dies ægri moriuntur. *Aretæus.*

40. *Si bullæ*) Quibus *inquit Hippocr. aph. 34.7. bullæ in urinâ natant, nephritica mala diuturnamque ægritudinem ſignificant*, Fiunt enim hujuſmodi bullæ à craſſis humoribus, flatu craſſiori refertis, qui vel in renibus congeruntur, vel aliunde in eos transferuntur; materia autem illa calculis gignendis idonea eſt, & nonniſi longiſſimo tempore edomari poteſt, unde diuturnam ægritudinem ſignificant. *Galenus in comm. hujus aph.* dicit ab acritudine vrinarum aperiri ora arteriarum quæ renibus condonantur, atque ita prodire ſpiritum aliquem, qui vrinæ permixtus bullas facit.

Attamen veriſimile non eſt ex arteriis ſpiritum ita craſſum & ſtabilem emanare poſſe, vt in urina etiam refrigerata per longum tempus manere valeat; ſicut videmus bullas hujuſmodi per multas horas urinis innatare. Deinde apertis arteriarum oſculis ab urinæ acrimonia ſanguis etiam efflueret, Imò vero orificia venarum, tenniori tunica conſtantium facilius aperiuntur, & ita perpetuo vrinę cruentæ cum hujuſmodi bullis apparerent.

Idem *Hippocr. aph.76.4.* Quibuſcunque *cum vrina craſſa carunculæ parvæ, ac velut capilli quidam exeunt, iis ex renibus excernuntur. Carunculæ* ab ulcere renum exeunt, filamenta vero à *Galeno in comm.* referuntur in crudam lentamque pituitam, calore renum intenſiori in oblongam & teretem figuram conglobatam. Attamen *Galen.6. l. aff. c.3.* palam profitetur, ſic poſt anxiam & tædioſam venationem cauſam tantæ longitudinis neſcire.

Avicenna dicit filamenta ſuam ſortiri longitudinem in vaſis renum vel aliis; cùm enim per diuretica ſanentur, fateanturque ægri ſe ex renibus laborare, in renibus formam obtinere veriſimile eſt: *Actuarius* præciſè ad ureteres refert, quando enim renum ſinus pituitâ abundant, cum vrinâ ad ureteres labitur, & lentore ſuo inſigni ureteribus adhærens, tum præ calore craſſeſcens, longam ac teretem effigiem pilo conſimilem acquirit.

Fernelius verò ſcribit ſe animadvertiſſe ea filamenta è vaſis paraſtatis derivari, in quibus teretem & pilarem formam ſortiuntur, ex ſeminis materia, quæ vi morbi ſenſim defluens calore craſſeſcit: apparere autem plurima in iis, qui fœda exulcerataque gonorrhœa, non ita pridem affecti fuere, & iis mulieribus quibus albicantes menſes profluunt, aut uterus fœda colluvie turget, item & ſæpenumero in urinâ, quæ prima fit à concubitu.

Alii denique arbitrantur craſſos ejuſmodi & lentos humores, è quibus iſta filamenta naſcuntur, in venis quidem primitus procreari, ſed conſiſtentiam & effigiem pilorum accipere in anguſtis renum meatibus, per quos velut per cribri foramina capillaria trajiciuntur, poſtea verò deſcendere in ureteres, in quibus adhuc magis exſiccantur, donec à lotio in veſicam protrudantur, neque ob tenacitatem diſrumpantur. Quicquid ſit, cùm ex communiori authorum ſententiâ conſtet, hæc filamenta à pituitâ craſsâ in renibus genitâ, vel ad eos ab aliis partibus tranſmiſſâ, provenire, certum eſt eam in calculum coagmentari poſſe, ſi cauſa efficiens calculis generandis idonea concurrat. Atque adeo iſta filamenta ſignum calculi æquivocum præſtare. *Reverius.*

41. *Si vrina manet ſubtilis*) Si contra, quæ primùm tenues, poſtmodum craſſæ apparent, & arenæ in fundo reſident, morbi ſolutionem annuntiant.

41. *Si vrina manet ſubtilis*) Si vrina tenuis, pellucida, & ſpiſſa prodeat, taliſque aliquandiu perſeveret, mali moris ſignum eſto, modo neque immoderato potu, neque alia externarum cauſarum importunitate facta ſit; Augurium cauſa miniſtrat, Tenuis enim evadit vrina, ſeu quod calculus ureteris caput jam integre obſerans vrinam præterlaborantem omni craſſitie ſua ſpoliat, eamque petroſo odore afflatam ſibi apponit, unit, & ferruminat; ſeu propter concoctionem imminutam, nativique caloris penuriam, ex intemperie habituali frigida ſola, citra humorum corruptelam; Tam exiguus enim calor ſupereſt interdum, ut aquam aliumve potum talem elabi ſinat qualis acceptus fuerat, atq; hæc cruditas extrema eſt. *Charleton p. 145.*

148. *Et ſic aliquando perdurat*) Ut beatiùs porrigit nuntium, ſi poſtmodum in fundo ſcaphii arenoſa reperiatur ſaburra, quæ non ſolùm deobſtructionem vaſorum, verùm aliqualem quoque calculi reſolutionem infallibiliter denotat. Sive enim ex renibus & vreteribus in veſicam, ſive ex veſicâ in matellam delabatur calculus & protrudatur, tum plerumq; turbida, craſſa (*non ampliùs ſubtilis*) viſcoſa & arenoſa excernitur. *Chriſt. Langius.*

45. *Si ex eo vlcus renum*) Peſſimum indicandi notam ſuſtinet præſentia ulceris ex calculo renibus inflicti; Etenim ſi calculus quidam grandior renum ſubſtantiam

occupet

occupet, impoſſibile eſt, ut in vehementiori præſertim corporis motu, imò etiam vel medioeri attritu illo non ſaucietur, unde quoque urinam cruentam paulo poſt excerni cernimus: Ubi quoque continui ſolutio, ſeu vulneratio, & ſanguinis extravaſatio, ibi quam facile ſuccedanea eſt inflammatio, ac per conſequens ipſa exulceratio: hinc curatio perquam difficilis, cum renes exulcerati acria, & calculum fortiter frangentia vix admittant remedia. *Chr. Langius.*

44. *Si ex eo ulcus renum*) Lithontriptica enim ulcus exaſperant.

44. *Si æger eſt ex parentibus*) Hæreditaria calculoſa diſpoſitio fere incurabilis habetur, unde affectus chronicus, qui homini commoritur, ſenſim eum macerando. *Rolfincius.*

44. *Si æger eſt ex parentibus*) Lithiaſis à parentibus in ſobolem, primigeniâ ſeminis labe, inflata, omnem ferme, quamvis alioquin generoſiſſimam ſpernit eluditque medicinam; tam prophylaxeos quam curationis ergo adhibitam, Cauſa ex Hermeticis repetenda eſt. Tria ſunt uniuſcujuſque miſti hypoſtatica principia Sal, Sulphur & Mercurius; Ex his unum tantum eſt fixum conſtanſq;, reliqua mobilia, volatilia & evanida. Fixum eſt Sal, quod characteres ſeu tincturas ſibi impreſſas fideliſſime conſervat & fovet, ita ut deinceps neque contrariorum repugnantia, nec temporis diuturnitate facile expungi delerive poſſint; & huic tanquam proprio principio inhærent omnium, qui jure hæreditario à patre ad prolem derivari ſolent morborum ideæ ſeu ſemina. Mercurius vero & Sulphur ſunt volatilia, & propterea morbi ab eis oriundi & dependentes, cujus ordinis ſunt febres, catarrhi, apoplexia coma, &c. fixas non obtinent radices, ſed citò evaneſcunt, ut generationis primordiis minimè uniantur, & à prototypo ad antytipum traduci haudquaquam poſſint.

Cùm itaque calculus ſit ex numero morborum, qui à ſale proveniunt, ac fixas & veluti medullitùs impreſſas habent radices, non mirum eſt, ſi ad ſobolem deſcendat, & calculoſam renibus aut veſicæ ideam tam validè inurat, ut impoſterum à nullâ, quamvis accuratiſſimâ victus, Duelech conſtitutivis adverſi, obſervantiâ, à nulloque medicinæ ingenio conſopiri queat, multò minùs integrè eradicari; hinc *Aretæus*, Uterus à pariendi munere abſtrahi poteſt citiùs, quàm arenoſi Renes à gignendis calculis.

Imò ne dum à parentibus, ſeminis faſcino, verùm etiam à *Nutrice*, lacte ſeminali duelech idea impraegnato, infanti procreari poſſe lithiaſin, teſtis eſt experientia, Novi, *inquit Helmont.* quendam Præſidem ſexta ſanaque prole beatum, cui ſeptima (quod nutrice aleretur calculo renum obnoxia) luctuoſa lithiaſi anno ætatis ſuæ 33. ſub lithotomo finivit. *Charleton p. 142.*

45. *Reſpicit*) Calculus nunquam feliciter curabitur, niſi tenerrima ipſius incunabula & prima ſcaturigo, quæ in primæ coctionis conſiſtit vitio accuratiſſimè attendatur, Quod vitium niſi corrigatur, nativitas calculi perpetua erit; & materiæ incrementum capiendi aderit occaſio præſentiſſima. Ex adverſo autem legitimis remediis, graviſſimum hoc malum ſpontè facillimèque perſanari poterit; modò quâ ratione prima coctio calculorum generationi radices ſuggerat, diligenter cognoſcatur.

Primum calculum generandi principium pono *in nimio acore ventriculi, & ejus fermenti exceſſu*: Ergo ſubſumo, quicquid ex remediis, *Calculo adverſis*, nimio acori fermentoque reſiſtit, vel illud tollit, aut etiam planè penituſque, aut non facilè recipit, illud quoque aut impensè, aut quodammodo duntaxat, calculi generationem impedit, vel naturæ robur ſic afferendo, fortiter illum expellit.

In hanc claſſem refero omnis generis *olea*, quæ acetoſitatem nullam, etiamſi per annum & ultra ſteterint, degenerando recipiunt. Item *lapides*, *nuces quævis*, *nuclei omnigeni*, *oculi cancror. mandibula lucii piſcis*, *&c.* à quibus omnibus & ſingulis acetoſitas in ventriculo per præcipitium quaſi frangitur; Item *Vomitoria* hic non prætereunda, utpote quorum beneficio multùm aciditatis è ventriculo ejicitur.

Principium alterum generandi calculum *abundantiâ ſalis* adſcribo, ejuſque *volatilis magis & nitroſi*, Exinde ſic colligo, Omne remedium quod mitigare, aut tollere hic ſal in humano corpore redundans poteſt, illud quoque nobiliſſimum eſt lithontripticum.

Hic iterum ex prædictis remediis ea ſunt allegandæ quæ *ſale alkalico*, ſeu fixo, ſunt prædita, ut ſunt *cineres omnes, ſalia ex herbis & mineralibus præparata & fixa* quæ magnetica quaſi virtute ſal volatile in corpore noſtro, quo per calcinationem illa fuerunt privata, attrahere & ſecum educere ſolent, imò & taceo, ipſa hæc ſalia *vim retundendi acetoſitatem* quoq; habere, quemadmodum hoc ipſum exemplis oſtenditur: Huc etiam ſunt referenda omnia *balnea*, in quibus per ſudorem non ſolùm ſal copioſè trahitur, ſed & aquæ ipſæ illud ex corpore quaſi alliciunt.

Principium tertium conſtituendi calculum *calori* tribuo. Unde porro ſic conjicio, quemadmodum ſingula quæ nimis calida & aromatica ſunt, in cibo potuq; calculoſis ſerio prohibenda, Ita, è contrario in curatione *temperata & frigida* ea prædictis remediis ſunt commendanda: atque ſic non tantùm prænominata remedia, cauſis jam recenſitis reſiſtentia, inſimul hac refrigerandi & temperandi virtute pollent, Verum etiam & potiſſimùm *ſalini ſpiritus* operatione hac nobilitati ſunt, utpote qui refrigerant, ſal corporale reſolvendo, promovenda ſecumque removendo.

Hæc viz. ſunt genuinæ rationes, quibus perſpectis virtutem hujus vel illius medicamenti calculum confringentis propellentiſque accurato ni fallor judicio diſcernere atque concernere poſſumus, Has itaque cauſas qui obſervare ſtudebit, non tantum ex aſſe medicamentorum facere ſelectum, ſciet, verum pauciſſimis quoque ſpecificis in hoc malo brevi temporis ſpatio incredibilia efficiet. *Chriſt. Langius.*

45. *Reſpicit 1.*) Tres claſſes Nephriticorum conſtituimus; neque enim plures indicationes circa hæc loca præcipuæ dantur, Reſolvunt coagulum, ſeu materiale calculi, Mitigant dolorem conjunctum, & acrimoniam, Pellunt, ſeu excluſioni calculi vacant, laxando vias & pellendo ſerum. *Wedelius.*

45. *Reſpicit 1.*) Curatio nititur Indicationibus *Curatoria* genitum lapidem, totâ ſubſtantiâ peccantem reſpicit, eumq; eradicare jubet. Eradicatio hæc fit, vel detractione (in calculo veſicæ) vel tranſpoſitione, vel evacuatione. *Præſervatoria*, impedit ne calculus generetur; *Vitalis* reſpicit virium cuſtodiam. *Rolfincius.*

Curatio doloris Nephritici, & calculi renibus aut ureteribus inhærentis perficitur *Viarum dilatatione, ac relaxatione*, *Calculorum* aut alterius materiæ dolorem efficientis *excluſione*: *Cauſæ antecedentis* revulſione ac ſublatione, & *Doloris* ipſius *mitigatione*. Riverius.

Cura inſtituitur vel in Paroxyſmo, vel extra eundem: *In parox.* reſpicitur ad motum calculi præſentis, & inde nata pathemata ſpaſmodica; Ergo ante omnia dolores, & partium inde nati ſpaſmi, & hinc ureterû contractus ſiſtendæ, dein quantum poſſibile calculus vel appropriatis confringendus, vel diureticis blandis provocandus. *Extra parox.* vel ſi abſint calculi, præcavendum ne denuo regenerentur, Si vero denuo regeneratus ſit, mature cum urina ejiciendus, ne nimium incrementum capiat. *Ettmuller.*

46. *Præſervationem*) Hæc vel eſt *pura*, quæ verſatur circa cauſas calculi, nondum facientis morbum, impe-

ditque ne calculus generetur; Vel *miſta*, quæ circa cauſas actu facienies morbum impeditque ne factus augeatur, & dolores increſcant, augeatur. *Rolfincius.*

45. *Præſervationem ne vel generetur*) Media Prophylaxeos è triplici eruuntur Fonte, Diætâ, Pharmaciâ & Diætâ.

46. *Præcautionem*) Nephriticus dolor ab arenulis calculóve profectus, non ſolùm quando viget *curationem* exigit, ſed & in illis qui huic obnoxii ſunt, Præcautionem requirit. *Præcavetur* cavendo, ne arenulæ in renibus generentur, tunc quando, vel quia parentes hoc malo detenti fuere, ſibi ab eo metuunt, vel quando aliàs ad id diſpoſiti videntur; maximéq; in illis, qui jam arenulas mingunt, proventus illarum impediendus, & ne hæ renibus adhæreſcant, calculumq; forment præcavendum. Etſi calculi jam nati in renibus ſuſpicio, ex eo, quòd jam priùs eum quoque paſſi ſunt, gravitaſq; in eo aliquis ſentiatur, adſit, ne dolor inde gravis ille ſequatur illius augmentum impediendo, eumque mature expellendo obviam ibimus; Quæ omnia ſi ea quę calculo materiam præbent reneſq; calefaciunt & ſiccant, ſubtrahamus, eáque quæ ab adhæſu arenularum renes abſtergunt, & quæ calculos dum exigui & friabiles ſunt diſſipare, deorſumque promovere poſſunt; adminiſtramus perficiuntur. *Platerus.*

Extra paroxyſmum, ea quæ præcavent, ſunt i. ea quæ *Acidum* urinarum & primarum viarum *corrigunt*, aut *abſorbent*, aut *evacuant*, Hæc inter imprimis ſunt *Vomitoria* ad præſervandum à calculo ab *Hildano cent. 5. obſ. 61.* ſpecialiter commendata. ij. Quæ *renes abſtergunt*, & ita arenulas & calculoſa rudimenta mature tollunt. iij. Quæ *renibus eorumque* fermento appropriata ſunt; ejus vitia corrigunt, putredinis præternaturales notas urinæ inductas impediunt, adeóque balſamica vi putredinalem diſpoſitionem tollunt. *Etmuller.*

47. *Ne vel generetur*) Aliqui habent pro ſecreto deglutire quatuor vel quinque grana *piperis nigri* integra ante cibum, hepati non obſunt, quia non ad ipſum uſq; penetrant. *Joh. Bapt. Theodoſius.*

Parata facilia quædam, quæ in promptu ſemper eſſe poſſunt quibus multos præſervavi, Maxime laudo uſum frequentem *nucleorum perſicorum*, vel *amygd. amar.* do edendos x. vel xii. initio prandii, vel ante illud paululum, & ſtatim album aliquod, non admodum imbecille *vinum* in exigua quantita propino. *Rein. Solenaader.*

47. *Ne vel generetur*) Cùm huic affectui diſpoſiti & curati ſæpe ſoleant recidere, ideo illius prophylaxis inſtituenda eſt, ut quantùm fieri poteſt recidiva inhibeatur. Ac primùm ſi plethora adfuerit, vel calida hepatis & renum intemperies, confert vere & autumno celebrata *Vena ſectio*, præmiſſo clyſtere, aut levi aliquo cathartico; Deinde materia calculo generando idonea evacuanda eſt, antequam ad renes deducatur: quod fieri poterit *Vomitu* bis aut ter in menſe excitato, in iis qui facilè vomunt. Vel *Purgatio* inſtituenda eſt bolo ex *caſſia, rhabarbaro & diaphœn.* compoſito, aut convenienti alio medicamento, ſingulis menſibus, aut bimeſtri vel trimeſtri ſpatio ſecundum ægri habitum & humorum copiam, idque ultimâ Lunæ quadrâ commodiùs fiat. Vel ſi *cacochymia* magis vigeat, *Apozemate* conveniento vere & autumno uſurpatè, expurganda erit. Eo enim non tantùm antecedens cauſa & remora ſubtrahitur, ſed etiam conjunctæ portio quædam, tum obſtructiones viſcerum, qui hunc affectum frequenter comitari ſolent, admixtis incidentibus & detergentibus, convenienter diſſolvuntur. Vel Apozematis vice *Decoctum Galli veteris* E. g.

℞. *Rad. polipod. qu. ſem. carth.* ãã. ℥ ß. *thymi & epith.* ãã. p. j. *ſemin. cumin. aniſi, aneth. fœnic. carvi, card. ben.* ãã. ℥ij. *fol. ſenna* ℥iß. *turbith. gumm.* ℥ß. *cinnam.* ʒj. *cryſtall. tart.* unc. ß. *contund. & miſc. ex hac miſtura venter galli vet. eviſcer. impleatur, Coq. donec caro ab oſſibus recedat, Dividatur Juſculum colat. in 4. dozes matut.*

Pulvis ſequ. à *Solenandro* commendatur, cujus vi teſtatur multos à doloribus nephriticis fuiſſe præſervatos, imò liberatos, nam dolore præſente exhibebat cum ſucceſſu.

℞. *Fol. ſenna* ℥ij. *rhabar. opt.* ʒß. *turbith.* ʒiß. *hermodact.* ℈ij. *polypod.* ʒß. *cinnam. z. z. milii ſolis, saxifrag. ſem. geniſta* ãã. ʒj. *Pulver. ſubtil. doze à* ʒj. *ad* ʒiß. *ex vino albo vel rubello tenui ſemel in menſe.*

Car. Piſo ſequ. Pulveris ſingulares effectus prædicat

℞. *Aniſ. marath. carvi, cumin.* ãã ʒj. *coriand. præpar.* ʒß. *liquir. ſemin. bard.* ãã. ʒiß. *cinnam. galang.* ãã. ℈j. *ſem. mil. Solis, geniſtæ,* ãã. ʒß. *pulv. diatrag. fr.* ʒij. *diagr.* ℈j. *Senna orient. ad pondus omn. f. Pulvis, doſis* ʒj. cum Juſculo *cicerum rubr.*

Vel paretur Syrupus Magiſtralis

℞. *Rad. aſparag. gramin. alth. bruſci, petroſel.* ãã. ℥j. *fol. beton. pimpinell. ſaxifrag. parietar. adianti, polytr.* ãã. m. j. *ſem. ocymi, petroſel. macod. milii ſolis, geniſta, bardana, ſiler. mont.* ãã. ʒij. *liquir. raſ. paſſul. mund. polypod. qu.* ãã. ℥j. *f. decoctio ad* ℔ ß. *Incolat. infunde Senna mund.* ℥iv. *agar. albi* ℥ij. *z. z.* ʒij. *bulliant. parum & fiat expreſſio, In qua diſſolve ſacch. albi* ℔j. *Fiat Syr.* perfecte coctus, de quo capiat ℥ij. ſemel aut bis in *menſe cum decocto hordei, gramin. & cicer. rubr.*

Vel in magnâ cacochymiâ f. *Pilul. ex aloe & agar.* quarum duæ vel trea ſumantur alternis diebus ante prandium.

Poſt purgationem quædam diuretica uſurpanda ſunt, ut materia mucilaginoſa, tum etiam arenulæ circa vias urinarias oberrantes educantur. In hunc finem parari poſſunt Decocta ex *diureticis* in *ſyrupo magiſtrali* deſcriptis compoſita, & cum *ſaccharo* in Julepi vel Apozematis formam redacta, vel etiam cum pullo gallinaceo, carne hœdina aut vervecina parari poſſunt Juſcula, in multos dies ſumenda, bis in anno poſt purgationes univerſalea. Tum poſt ſingulas Purgationes nonnulla ex ſequentibus ſumi poterunt, & ſemel aut bis in hebdomada continuari.

℞. *Candic. & flor. fabar.* ℔ ij. *calcitrapa* ℔j. *contundantur, & adde ſacch. cand.* ℔j. *ſucci limon.* ℔ ß. *ſucci arant.* ℔ß. *Decoct. malva & alth. facta forti expreſſione* ℔ij. *mellis* ℔ iß. *Deſtillentur lento igne. & non permittantur comburi, neque liquores ex toto conſumi. Doſis* ℥iv. *mane.*

℞. *Nucleor. perſic. pulv. elect. diatrag. fr.* ãã. unc. j. *rad. ononid. ſicca, liquir. raſ. ſemin. melon. & milii ſolis* ãã. ʒij. *ſemin. ſaxifrag. geniſta, raph. bruci, calcitrap.* ãã. ℈j. *ſemin. alth. & aſparag.* ãã. ℈j. *ſacchar. cand.* unc. ij. *Fiat omnium Pulvis. Detur cochlear.* j. *mane, ter ſingulis menſibus, circa novilunium, plenilunium & media, ſuperbibendo parum vini albi, aut decocti cicer. rub. rad. eryngii & liquir. fortiter poſtea ſe agitando aut deambulando.*

Car. Piſo eximiè laudat Pulver. ſequ. eumque cum Pulvere Purgante ſupra ex eo deſcripto uſurpatur, plures pyxides fragmentorum lapidum excuſſiſſe refert in quodam Principe Lotharingo.

℞. *Semin. alth. & violar.* ana ℈ß. *ſemin. milii ſolis & rad. liquir.* ana ℈j. *lap. Judaici & lap. ſpongia* ana gr. vj. *pulv. oſſis dactylor. meſpilor. ceraſor.* ana ℈ij. *ſem. melon.* ʒiij f. *Pulvis Doſis* ʒj. *ſumenda cum pane azymo, vino albo madefacto, tribus diebus interlunii cujuſq; & ſuperbibendo Juſculum cic. rubr. alteratum*

rad.alth. fœnic. eryngii, ononid. petroſel, & granis junip. contuſis, addendo vinum album, mel. butyrum & ſuccum limonum.

Electuar. ſequens à *Zappata* deſcribitur inſignis efficaciæ.

℞. *Semin. hyper probe exſiccat. & in tenniſſ. pulv. redačti* ℥iij. *conſerv. roſar. aut violar.* ℔j. m.f. Elect. *Doſis* unc.ß. *mane per biduum, tribus horis ante paſtum, duabus primis ſeptimanis, poſtea ſemel in ſeptimana per 15. dies, ac deinde ſemel in menſe, vel per longiora intervalla ſecundum affectus urgentiam. Conſerva roſarum* melior, quia corrigit odorem terebinthi, à ſemine hyperici impreſſum, licet *conſerva violarum* renibus magis conveniat.

Tabellarum ſequentium uſus poterit eſſe tutiſſimus & efficaciſſimus.

℞. *IV. ſemin. frig. major. mundat. liquir. raſæ* āā.℈j. *ſemin. pimpinell. ocymi, petroſel. Macedon. nuc. moſch.* āā. ʒß. *pulv. aromat. roſat.* ℈ij. *ſacch. in aqua alkek. diſſol.* unc.iv. *f. Tabella pond.* ʒiij. *Capiat unam mane tribus horis ante paſtum, ſuperbibendo aqua Ononidis aut herniar.* unc. iv. *cum vini albi* unc.ij.

Vinum Alkekingi, in curatione deſcribendum, ſi per intervalla exhibeatur, omnem materiam calculorum educere ait, *Villanovanus. Zacutus Obſerv. 58. lib. 2. Pr. Adm. Balſami natur.* vires ad calculos expellendos mire prædicat, eoque liberatum eſſe virum ſexagenarium, qui per dies xviii. urinæ ſuppreſſionem à copia calculorum paſſus fuerat, Et primo guttulas aliquot *balſami* cum *oleo amygdal.* hauriens, doſim utriuſque augendo ſingulis diebus, ita ut tandem ad *balſami* unc.ß. (ʒß.) *& ol amygd.* unc. iij. aſcenderit, intra decem dies calculos vj. excrevit, & ejuſdem auxilii beneficio in poſterum præſervatus eſt, dimidiam amygdal. unciam, ſex balſami guttulis permixtam, jejuno ſtomacho abſorbens, cujus præſidii ope ſabuloſam urinam excernens, in multos annos vitam produxit. Si *Balſamum Orientale* deſit, *Peruvianum* erit ſubſtituendum Ibidem *Zacutus Aquam Nicotianæ* prædicat, *Memini me*, ait, *plures calculos magnos, renum cavo tenaciter impactos uſu ſtillatitiæ aqua ex Nicotiana viridi extractæ, in potum exhibita per urinam deturbaſſe: Si ea deſit, ejus decocto utero cum utilitate multa.*

Varandæus mirum in modum probat ad prophylaxim uſum *aquarum Balneanarum* (cujus etiam nos mirœdos vidimus affectus) *quæ*, inquit, *poſt accuratam corporis purgationem vias iſtius excrementi ſuas liberant, calore enim ex bituminali aqua profecto fundunt, liquantque quoſcunque craſſiores mucos, & ipſos calculos ſi adhuc ſint teneriores; Nitroſa autem ſubſtantia abradunt quaſi & detergent ſordes iſtarum viarum, & quantitate mirabili qua aſſumuntur, ſolent impuritates non tantum inteſtinorum, ſed etiam renum & veſicæ quaſi torrente quodam abripere. Unde incredibile dictu quantam vidержmus ſaburram illarum potu cum vinis deturbatam.*

Conferunt etiam non parùm ad hujus affectus præcautionem, *Aquæ minerales acidula & vitriolata*; quia non ſolùm materiam mucilaginoſam atque tartaream, ex qua coagmentantur calculi, diſſolvunt & arenulas deturbant, ſed etiam hepatis & renum calidam intemperiem corrigunt; ideoque in calidioribus dictarum partium intemperiebus hujuſmodi aquæ erunt convenientiſſimæ.

Cum autem naturæ calidiores à prædictis remediis diureticis, majori ex parte calidis aliquantulùm lædantur; eorum loco alia magis temperata illis ſubſtitui poterunt, quorum præcipua ſunt.

Aqua folior & ſiliquar fabarum recentium, vel *aqua herniaria*. *Aqua limonum diſtillata. Limones* integri in taleolas dividuntur, deſtillantur in MB. ad magis refrigerandum, cum lacte diſtillantur.

Conſerva fructus cynorrhodi, diuretica eſt, attamen refrigerans, a *Cratone* laudata.

Conſerva flor. alth. vel *malvæ*, leniendo & humectando vias urinarias arenularum excretionem juvat.

Succus portulacæ inſpiſſatus, in pilulas redactus ʒj. pondere renes potenter expurgat.

Butyrum rec. cum *ſaccharo candi part. æqual.* mixtum, quotidie mane ſumptum jejuno ſtomacho, vias urinæ lenit & abſtergit, ac calculi generationem impedit.

Amygdala amara quotidie x. aut xii. comeſtæ.

Nuces avellanæ ante paſtum comeſtæ à *Cratone* commendantur, dicente ſe compertum habere non paucos ſævis calculi cruciatibus diu affectos earum uſu liberatos. Confirmat *Amatus Luſ. Cur. 78. cent. 7.* comedendæ autem cum internis ſuis membranis. Sunt autem *Avellanæ* hæ vulgares *Pontica nuces* dictæ, quas *Avicenna* inter eas medicinas, quæ lapidis renum materiam abſumunt, reponit.

Chymici *ſpiritum ſalis* laudant, illiúſque guttas aliquot mane cum juſculo, aut alio liquore exhibent.

Aqua tepida excocta à *Zecchio* commendatur, vi. vel vii. unciarum pondere, ante omnem cibum, bis aut ſaltem ſemel in die pota, nihil enim, *inquit*, adeo renes à recrementis vacuos & temperatos reddit. Igneus enim eorum calor, aquæ tepore tandem extinguitur, ita ut in poſterum calculos procreare non poſſint.

Pro *Potu* detur *vinum* tenue & pauciferum cum decocto *radicis eryngii*. Id Decoctum pro Potu ordinario à *Cratone* commendatur; Et nos egregios illius effectus vidimus. Sed *eryngium marinum*, vulgari multò præſtantius eſt.

Nonnulli à Calculo præſervari ſunt potu ordinario *vini expreſſi ab uvis acidulis*, quæ apud noſtrates *unies* vocantur, ita ut vinum ex illis uvis ad hunc uſum de induſtriâ paraverint.

Denique quia *ventriculi* cruditates materiam ſuppeditant calculis generandis, illius partis ratio etiam habenda eſt, roborandus ventriculus ſumptis & admotis. *Riverius.*

47. *Ne vel generetur*) Experimento longo cognovi multum valere in præſervatione à calculo, ſi ſubinde jejuno ventriculo aſſumantur *amygd. amar.* vel *nuclei perſic.* aliquot & ſtatim ſuperbibatur nonnihil vini albi boni. Eodem modo ſæpenumero exhibui, vel *calam. aromat.* vel *artemiſ.* vel quæ in hoc caſu efficacior eſt, *virgæ aureæ pulverem* ʒj. pondere, in *juſculo* aut *vino*; Horum uſus etiam à colico dolore præſervat. Et quia multi phlegmatis & ſeroſi humoris generationem fieri in corpore prohibet, facit ut minùs materiæ juncturis præparetur, Quare ego horum uſum laudo maximè hyberno tempore, nam in æſtate intermittere aliquandiu decet & *ſaccharo roſaceo uti.* Rein. *Solenander.*

Expertum & mirabile ad præſervationem generationis *lapidis renum & veſicæ*, Si patienti bis in ſeptimana detur hic Potus, continuando per duos menſes.

℞. *Liquir. munda, rad. alth malv.* āā.unc.j. *mellis ſolis*, unc.ß. *bulliant in ſ. q. aquæ ſaxifrag. ad medias*; Colat. unc.iv. *adde oſſ. meſpilor. ſubtiliter pulver.* ʒß. *ſumat tepide.* Ben. Victorius.

Remedium expertum & mirabile in præſervatione.

℞. *Succi ſaxifr.* ℥j. *methridat. opt.* ʒj. m. *diſſolve in vino potente, da patienti jejuno ſemel in hebdomada per 2 horas ante cibum,* Idem.

48. *Victus ratio eſt habenda*) Qui ſibi volet à calculo præcavere, debet abſtinere ab iis alimentis, quæ pituitoſos & craſſos humores gignunt, ut & à crapula & ſomno meridiano, decubitu ſupino, calefactione ad ignem, equitatione duriore & ſimilibus: Uti autem debet alimentis enchymis, detergentibus & modicè extergentibus, citra manifeſtum calorem, Juſculis in quibus *radices petroſelini* & *fœniculi* coxerint, acetariis ex *capparibus*, *ſaxifragia*, *aſparagis*, *lupulo*, *pimpinella*, *cichorio*, *ciceribus*. *Enchir. Med. Pract. 271.*

In victus ratione utatur æger moderatâ deambulatione motuque corporis, Deſidia enim auget dolorem, *Alvus* ſit perpetuo lenis & aperta, vel naturâ vel glandibus ex melle ſubjectis, aut Enematis, ſive victu perfici queat. Abſit omnis *animi perturbatio*, *cibi* ſint concoctu faciles, qui moderate aſſumantur. Vitentur ſtudiosè omnia dulcia, craſſa & glutinoſa; vitentur & ſanetas, ingluvies, & cruditas. In Potu vinum non obeſt, quod tamen debet eſſe tenue, aut aquâ hordeaceâ temperatum, Hydromel quoque moderate bibi poteſt: Ubi calculus à ſumpto cibo cruciatum infert, præſtat ſtatim vomitum ciere. *Franc. Joel. p. m. 389.*

48. *Victus ratio eſt habenda*) Cauſæ externæ calculi in univerſum limoſam ſalſamque materiam ſubminiſtrant coctiones vel per ſe, vel ex eventu interturbando, cavitateſq; urinarias impediendo: Unde apud *Avicennam* materia calculi, duas habet generales cauſas, quarum una eſt materia materiæ, ſeu quæ lapidis materiam ſuggerit, altera eſt terentrix materiæ.

In ſpecie verò recenſentur ingluvies, craſſa ac dyſpepta alimenta, dulciaria atque ſalſaria, ut hydrogarum; hinc capræ quæ ſale delectantur, ideóque muros lambunt, calculi morbo plerumque implicantur, maximè dum ſeneſcunt; omnia θαλαττοπήγνυτα, ſive ſalſa, ſive inſalſa fuerint, fructus crudi ac auſteri, præſertimque ſucco turgeſcente, lapidifico, ut *pyra*: *Ova* indurata, *Lac* ratione butyroſæ ac ſeroſæ ſubſtantiæ nephriticis quidem prodeſt, illa enim emollit ac lenit, hæc deterget atque aperit; qua ratione *Hippocr. 7. Epid.* Clonigo dyſenterico ſimul ac nephritico, cum difficili ac cruenta mictione, *lac caprinum* utiliter præcipſit, ad ulcerum deterſionem ac conſolidationem, doloriſque levitionem, Sed *Lac* per ſe, ac extra paroxyſmum, propter caſeoſam partem admixtam, nocet calculoſis, minus tamen quam *caſeus* purus, à coagulo vim cogendi poſſidens, & præcipuè vetus qui acorem ac putredinem inſuper comparavit, Pueris igitur diutius lactentibus Lac calculi materiam præbet potiſſimum craſſum ac terreſtre, quale eſt lac vetuſtum, id eſt, nutricis quæ jampridem fœtum enixa eſt; etſi enim unoquoque die lac novum ab uberibus ſuppeditetur, tamen cum mammarum vis γαλακτοποιητικὴ continua actione faticat, lac quoque in dies ſpiſſeſcit; quo etiam refertur uſus pulticulæ in infantibus ex farina cruda & lacte decoctæ. Damnat præcipue *Hippocr. l. de A. A. & L.* lac cum pituitoſum tum bilioſum; illud tanquam cauſam calculi materialem, hoc tanquam efficientem, *quo venter*, inquit, *ac veſica calefiunt.*

Cauſis calculi procatarcticis præterea adſcribuntur *panis azymus*, *malè coctus*, è frumento pulverulento, nec ritè expurgato confectus; atque etiam ſiligineus è polline tritici paratus, maximè ſi ad candorem conciliandam lacte fuerit ſubactus; nec non biſcoctus; & nauticus; vel etiam cruſtarum panis creber eſus, ὕδατα ἐπακτὰ, Aquæ advectitiæ, hoc eſt, è longo locorum intervallo decurrentes, quod ex aquarum diſſimilium itineris tractu ſimul confluentium, permixtione conſtent, ſed maxime cœnoſæ, ut Tyberina, quarum uſu Romani tormenta calculi creberrime ſentiunt, *Ab aquis lithiaſes ac ſplenitica affectiones*, inquit *Hippocrates*, *vinum generoſum*, tartariſatum, ac in terra calcaria atque lapidoſa natum, Item ſtritivum, circundinæum, præliganeum & quod Græcis dicitur ἀστυγλυκὺς, ſemper myſtum, qui reſpondet noſtratibus dictum *Vin bourru*. *Potus* parcior; ſicut plenior è contrario calculoſis benefacit, non tam calorem mitigando, quam ſalem concretionis authorem liquefaciendo.

Somnus diuturnior, & à cibo, tergi ad ignem obverſio, arctiores lumborum faſciæ in infantulis, grandiorum vero ſupinus decubitus, potiſſimum in culcitra plumea atque anſerina, Renes enim ob μαλακευνίαν percalefacti, plus trahunt tartareæ materiæ quam expellere queant, ideóque lapidoſi debent σκληροκοιτεῖν.

Quid igitur de *Avicenna* ſupinum decubitum commendante? Reſpondemus hunc ſitum panſis intermedio calore renum viis lapidis deturbationi commodare, nempe ſolo tempore egreſſus calculi, ſicut feſtinus, per ſcalas deſcenſus, ac inæqualis vel equitatio vel vectio, nephriticos juvant, ſæviente exacerbatione, nocent vero extra paroxyſmum.

Nephritidis cauſis adjungi etiam debent *exercitationes* à paſtu, *balnea* intempeſtiva, vita deſes ſellularia, & umbratica; hinc calculus omnium fere literatorum carnifex eſt, jureque *Hippocr. lib. de A. A. & L.* nephriticis quietem interdixit. *Ventris adſtrictio*, ſicut vice verſa alvus lubrica præſervat à calculo. *Venus* immodica renes ſiccans & enervans, ſecus ſi moderata fuerit calculi materiam liquare poteſt ac renibus depellere. *Urinæ retentio*, quamobrem pueri interpellato ſomno ad faciendam urinam hortandi ſunt, peccantque in calculoſorum commoda qui frequentem ipſis vetant commictionem. *Triſtitia* denique quia uberem facit fæculentorum humorum proventum, calculi effectrix eſt, ac ex adverſo *Galenus lib. de Ren. aff. 22.* ad hujus prophylaxin iram imperat. *Memorius pag. 728. & ſeqq.*

48. *Victus ratio eſt habenda*) In *Cibo* & *Potu* cùm inde materia arenularum & calculi ortum ſumat, ut illius generationem præcaveamus, moderatio erit adhibenda, *bonique ſucci cibi* in uſu eſſe debent; Imprimis vero temperatis cibis aſſueſcere debent; & proin ſalitis leviter ac parciſſime uti, Nam à vehementer *ſalſis* omnino abſtinere, uti & à *terrenis* & *ſiccis*, cum ab illis materia hujus terreſtreitatis proveniat, *præcipua curationis* eſt *regula*. Veluti & à vehementer *acribus* & *calidis*, cùm ab illis arenulæ in calculum coagulentur, reneſque ſiccentur & incaleſcant. Quæ potiſſimùm obſervanda, & *ſalſamenta* omnia, nimiúmque aromatizata, ſimiliaque potius vitanda, quam ut in *crudis*, *glutinoſis*, & quæ *pituitam gignere* creduntur prohibendis laboremus; cum hæc craſſum ſuccum, qui obſtructiones parit, quidem gignant, verùm in terreſtrem materiam converti, niſi illis alia permiſta ſit terreſtreitas, quam in *ſero* quo diluuntur quoque, poſtea deponunt, minimè poſſint; Quo nomine & *caſeum*, quem tantopere, tanquam primariam calculi cauſam prohibere ſolent, non alia ratione illi occaſionem præbere poſſe, quam ſalſedine & acrimoniâ ſuâ, quam in ſe ſi nimiùm ſalſus aut putris ſit, continet, dicimus: alium verò qui talis minimè eſt, ſed lactis naturæ adhuc affinis, uti nec lac, nec lacticinia, aut pultes ex illis paratæ, ſimiléſque

leſque cibos non ſalſos aut acres, etſi glutinoſi ſint, Ca . . læ cauſam minime probere aſſerimus.

In *motu corporis*, Exercitium decens, ſingulisque naturis accommodum, rectoque tempore ante cibum factum, in arenulis exturbandis, quæ cito alioquin facile ſubſiſtunt, plurimùm juvât: Ob quam & cautam, poſt motus corporis arenulas copioſiùs & freq . . ius quam manè poſt ſomnum, cùm urina reddi expurgárique, & proin eo tempore, ſi illas dijudicare rectiùs velimus inſpiciendas quoque eſſe experientiâ comperimus: Qua ratione, & motus moderatus, etiamſi calculus in renibus hæreat, & parvus ac recens ſit, cùm eum promoveat, confert: uti è contra, ſi *maiores* ſint, ipſos provocando, nephriticum dolorem proritat, & in calculo renibus confirmato & aucto motus vehemens, per quem lumbi præſertim admodum impelluntur, quia tunc renum ſubſtantia à calculo conteritur, vnde *Vrina cruenta* fiunt, renumq; ulceri occaſionem ſæpe ſic præbet nocivus.

A *cibo* quoque *ſubito factum* exercitium, quod cibi crudi adhuc facta diſtributione, ille ad renes delatus, calculo gignendo materiam præbeat, admodum eo nomine improbant. Quæ cruditas tamen obſtructionibus potiùs, aliiſque morbis, quàm calculo, niſi aliud accedat, occaſionem dat.

Venus immodica, renes exſiccando, & debilitando, vti eos ad generationem calculi diſpoſitos reddit, ſic ſi calculi in renibus ſint, ſæpe diu *latentes* provocando, nephriticis doloribus, vel de novo ſupervenientibus, vel redeuntibus anſam præbet: Sicuti eam ob cauſam, eos qui diu cælibes vixerunt, aut alioquin caſtè Veneri operam dederunt, quia ad nuptias novas redibant, vel alias luxurioſe vivere cœperant, calculo primum divexari, quem priùs minimè ſenſerant, cœpiſſe, ſæpe etiam in extremè ſenibus obſervavimus; *Dejectiones naturales* per alvum, ſi in dies recte & decenti tempore fiant, quia excrementorum proventum impediunt, *Mictióque* diu non retenta, ſed cum urget, facta, quia ſic arenulæ minus diu ſubſiſtunt, præcautionis gratia aliquod quoque conferunt. *Platerus.*

49. *Cibi oppoſite ſint in uſu*) Diureticorum cum cibis minùs commodum eſt connubium; Cautela hæc eſt *Cratonis conſ. 143.* non miſcenda eſſe *inquientia*, cum cibis, ſed longè ante cibum aſſumenda; quia nempe citiùs, quàm par eſt chylum, ſeu evolutionem, evaporationem immoderatiùs accelerant; Quod ergo de aliis medicamentis in genere hoc paſſu valet, id κατ' ἐξοχὴν de his ipſis intelligendum. *Wedelius.*

50. *Inter eos laudantur*) Cùm cauſa continens, ſeu materialis, in communi, ſit alimentorum *ἀνεπιτηδείων* atque fixorum, hoc eſt, ſeu ob ſuam terrenam indolem, ſeu propter fermenti acidi in ventriculo, jure nativo, hoſpitantis oppreſſionem aut ad inteſtina, ac reliquas ſecundæ coctionis officinas peregrinationem, ſunt enim totidem adæquatè fermenta, quot ſunt in nobis digeſtiones, & ſingula fermenta horrent aliena ſibi ſocia, patronorumque peregrinorum imperiâ, in ditione peculiariter ſibi delegata, quod colligere eſt ex eo, quòd acidus cremor è ventriculo in duodenum delapſus ſalis ſaporem confertum acquirat, ſuumque ſalem acidum in ſalem ſalſum lubenter commutet, non ſecus fere atque acetum acerrimum, adjecto minii pauxillo, priſtinam aciditatem extemplo exuit, eámque in dulcedinem aluminoſam confeſtim mutat, prout & acidum ſulphuris mox mutatur in ſale tartari) atque illico in fermentum ſalſum coagulativum tranſmigrationem, juſta fermentatione ac volatiliſatione privatorum, infauſta proles, ſtirpem ſonat ut ad arcendum procul lithialis metum, procul à menſis fugentur omnia id genus alimenta, quæ craſſum fæculentumque ſuccum ſuppeditant, aut fermentum in ſtomacho obtundant, & in reſiduo non naturalium uſurpandu, talis inſtituatur ratio, qua tartari procreationi è diametro adverſetur.

Inter *Eſculenta* inclinationi calculoſæ proficua *Paſſerem troglotydem*, provt prophylacticon cæteris præpollens, vi antinephriticâ ſummis elogiis celebrarunt antiqui, moderniores quoque infinitis calculoſorum, qui alioqui probabiliter nephriticis doloribus perj ſſent, vſu hujus aviculæ integrè ſanatorum, experimentis edocti antiquitati unanimiter ſubſcribunt.

Præparatio autem diverſimodè traditur, Alii avem deplumatam abjectis viſceribus, ſalis & piperis aſpergine condiunt & crudam devorandam exhibent, veriti ne per coctionem virtus deſiderata pereat. Alii paſſerculum nec deplumem nec eviſceratum adjecto ſalis & piperis modico, in ollam vitreatam conjiciunt, & adito operculo ad cinefactionem uſque torrent, cinefactum conterunt, in vaſe marmoreo, & pulverem in hauſtulu melicrati ad ʒj. propinant, At me judice & commodior & gratior, citraque ullum virtutis ſaxifragæ diſpendium, accipe *Avem* citra minimam ſanguinis (cui indubitanter vis vitalis ſpecifica hoſpes eſt) effuſionem, occiſam plumis extiſque vacuam, & *petroſelino*, *ſale*, *baccisque juniperi* pulveriſatis plene refertam, decocto *ligni nephrit.* ex *vino Rhenano* facto immerge, ita ut liquor duos digitos latos in vaſe ſupereminear, & maceratione unius noctis facta in diplomate arctiſſime camerato locanda & ſenſim coquito, curando ne quid exſpiret, coctum ab igne procul amoveto uſque dum refrigeſcat, refrigeratam una cum liquore comedendam da calculoſo, renovando quotannis vere & autumno, & continuando ad tertiam aut amplius ſeptimanam.

In volatilium cenſu etiam prophilacticum proclivitati calculoſæ ſumme proficuum habemus, *columbas ſylveſtres*, Eatenus ſolamen præbent, quatenus obſitis mucore ventriculis opitulantur mucumque vitioſum, infidæ digeſtionis ſobolem: penitius paulum tam in venarum, quam viſceris cujuſpiam penetralia proreptum præpediunt; qua relatione ventritæ lithiaſi materiem, atque coagulandi duelech conciliabulum adimunt; Non tamen propter vim aliqualem, dioſyncraticam, geniali duelech coagulatori, ſpecifice ſeu formaliter hoſtilem, & ſolvendis coaguli repagulis ſufficientem, ſed ſalem nitro ſulphureum, tartaro liquando idoneum cujus haud parcam meſſem ex ſalſis, nitroſis, aluminoſiſque, quibus ſupra modum delectatur alimentis coacervat hoc alitum genus, tam in ſanguine, quam ſolida fibroſaque corporis ſubſtantia; Hoc obvium eſt obſervanti ex ſtercore columbino, nedum feracem nitri copiam facillimo negotio elici, verùm etiam ædes hoſpitio columbarum fabricatas incendio conflagrati, flammis intus ex nitro ſulphuris fermento concaptis, Itaque ſi tam efficax qualitas in ſtercore, quidni nobiliores ſanguine & carne potentias ſperemus, ut nemini non notum quanta ſit ſpirituum nitro-ſulphureorum in expediendis viſcerum obſtructionibus, volatiliſando tartaro, & ſalis fixatior amurca è renum concavo averruncando poteſtas. Ideo vere & autumno, ſeſquimeſtri ſpatio, ſylveſtribus columbis jentaculo uti ſeſe aſſuefaciant invitare audemus.

Palumbum autem, non vulnere, ne cruore exhauſto, una diſpereat vis volatiliſans, ſed ſtrangulatam plumis extriſque exutum, ſale ac maceris floribus conſperſum ollulæ vernice obductæ, vitro cui pernoctaverit manipulus *petroſelini*, pius infuſo, immittito, operculo obſerato, ſat elixato & denuo carnes una cum juſculo jejune vorato.

Extant etiam elogia *Motacillæ* Græcis *σεισοπυγὶς*. Nobis ſuſpecta redditur hujus aviculæ cineſactio, quod vis lithontriba vitali formâ animalis inhærens igne neceſſario depauperetur, quamobrem citra virtutis diſpendium exhibetur in liquore aliquo ſaxifrago decocta.

Scopo huic item fidenter inſervire creditur *Lac caprinum* ab vbere etiamnum calens, liberaliùs epotum, jejuno ſtomacho, abſque heſterna cœna, & ſana profecto ratione, Experientiâ enim conſtat, ſua vi diuretica, inciſoria, & diſſolutiva, permeare obſeratos tartaro meatus, concretiones in corpore ſalinas fundere, antiquatiſque renum obſtructionibus prompte mederi. Deinde cum ſanguis hujus animalis inter ſelectiſſima, atque longo vſu probatiſſima ſaxifraga celebretur ſuffragio moderniorū, & cum tincturas ac proprietates ſuas omnes lacti alte imprimat, Id quod plane didicimus ea eo quod infantes catharſin patiantur, pharmaco nutricibus propinato, ratione equidem atomorum purgantium, poſt vt digeſtionum mutationes vires ſuas ſalvas conſervantium, conſonum videtur Lac omnino facultatibus diſſolutivis, eademque vi *διαστυγνεστικὰ* ſolvendis coagulati duelech vinculis præpotente pleniſſime donati.

Exaltetur autem forſan *lactis caprini* virtus, ſi capra prius trimeſtri ſpatio paſcatur *petroſelino, virga aurea, ononide, hedera tereſtri, betonica, ſaxifraga, raphano* (adde & *gramine*, quod calculos expellere dicitur *Sylvio* & aliis id genus plantis calculos comminuere natis.) Animalia enim olent naturam ciborum quibus conſuere victitant.

Cancri eximium tam calculoſæ impreſſionis extirpationi quam tartari, præviæ ad calculum materiei indies ſuccreſcentis, ſolutioni præſidium, quos & integros comeſtos & igne ſpagyrico diſcretos in prima entia calculi ſolutioni præſidere docent tum alii tum *Paracelſus lib. Princip. Qui frequenter*, ait, *cancris veſcitur, haud facile doloribus calculi obnoxius fiet, pollunt enim cancri mirifice omne tartarum, & potenter præſervant à calculo.* Charleton p.159. & ſeqq.

51. *Laudantur*) Notatu digna obſervatio eſt quam *Crato* & *Amatus*, item *Laz. Riverius* ad ducunt de *Avellanis* ante paſtum comeſtis, nempe, ſecundum *Cratonis* experientiam, non paucos ſævis cruciatibus calculi affectos, crebro avellanarum uſu liberatos: Et virum quendam, qui vehementer nephritidem paſſus, & ex renibus non raro capillos rubentes minxit, multumque de atrocibus doloribus ac ventris rugitu conqueſtus eſt pro abigendis his ſymptomatibus, multis irritis, ex ſuaſu cujuſdam *avellanis* in victu cum vteretur, liberum à tanto ſupplicio evaſiſſe, dicente *Luſitano*, Atque ſic quidem ipſi *avellanæ* erant vſurpandæ, vt eas cum internis ſiccis membranulis initio tam prandii, quam cœnę comederet; imo poſtea harum eſum ante, in, & poſt menſam religioſiſſime continuaret, quo facto ita revaluit, ut ne minimum quidem morbi veſtigium rurſum perſenſerit unquam: Addit *Amatus in ſchol.* non ſolum hunc virum per aſſiduum earum uſum, ſed & alios quoque ab hoc affectu priſtinam ſanitatem recepiſſe.

Avicennas illis eandem facultatem adſcribit, quam vim, non earum ſiccitati, non peculiari facultati, membranularum interiorum adſcripſero, verum potiùs earum oleaginoſitati. *Chriſt. Langius.*

52. *Laudantur aſparagi*) è numeroſâ vegetabilium ſuppellectile Galenicorum ſchola vnivocè ſelegit *Aſparagum*, mirificam illi adſcribens facultatem renes ab antiquato humorum mucore atque tartaro granuleſcente eluendi, Hos repudiat *Helmont.* vim denegans antinephriticam & cauſam putrilagini vrinæ, quin & duelech imputans.

53. *Modicè decocti cum &c.*) Ex *Quercetano in Diætetico*, (qui *olei* non meminit) *ſect. 7. c. 2.* Aſparagos, leviter coctos aceto & butyro recenti ac liquefacto immerſos, Primaque menſa inſtar acetarii comeſtus commendans, provt remedium quo tartaro renes emungantur brevi; atque exploſis arenulis invaſuro calculo obviam eatur ſtrenuè.

54. *Cum oleo, &c. butyro*) Oleorum hic maximè præcipua ſunt *nucleor. perſic. fagor. utrar. amygdal. ceraſor. ſuccini, macis, aniſi, fœnic. junip. chamom. ruta, calamo arom. terebinth. ſcorpion. &c.* quibus adjunge *butyrum rec.* ab *Helmontio* non inſulſe quinta herbarum eſſentia nominatur, cum *ſacch. candi* loco ſalis æqualiter miſcendum, atque mane jejuno ſtomacho quotidie ſumendum; Hujus enim beneficio ſemita vrinaria lenitur, emollitur, abſtergitur atque ſic aut calculi generatio impeditur, aut jam geniti exitus unice promovetur. Ex pariſi fundamento forte proſunt *fructus oleaginoſi*, uti ſunt *amygd. frago.* imo & *olivæ* ipſæ. *Chr. Langius.*

55. *Fructus cynosbati*) Quos nedum Medici, aſt & matronæ pleræque magnifaciunt, celebrantque velut ſtrenuiſſimum interno & nativo calculorum architecto antagoniſtam, tam *Rob.* ex iis ſaturate maturis expreſſum, *& ſaccharo ac cinnamomo* conditum, quam fructus ipſos, ſeminibus ſuis exutos, radiis ſolaribus exſiccatos, demum in vino generoſo coctos ad cydoniatis ſpiſſitudinem conſervantes, menſæque ſecundæ inſerentes. Hujus præſidii poteſtates ad eradicanda lithiaſis ſemina, reſolvendumque duelech noviter embryonatum in prima entia analyſi retrograda admirantur *Untzerus de Nephr.* & *Sennertus.* Charleton.

56. *Ptiſana ex*) Ex *Potulentis* quæ ſeu tartarum, antecedentem Duelech materiam apparate ſubmovendo, ſeu propenſionem ad lithiaſin reni inſculptam linguam conſopiendo immunitatem à calculo certius ſpondent haurientibus, principatum ſortiuntur *vrina* pura, tenuiora, neque ſpiritu, præ aciditatis, perennitate inductæ, dominio uſurpato, ſpoliata, nec lactis ſulphuris, carnis, &c. acceſſu ſophiſtico adulterata, cōmodiſſimè autem prophylaxeos cauſa potatur parca manu jejuno ſtomacho, abſque heſterna cœna, ſuperadhibito greſſu, aut equitatione concitatiori, per ſeſquihoram.

Cæteris verò longè præſtantiùs, divinum ferme, & nunquam ſatis laudandum prophylactiton eſt *Cerevisia* leptomera, cui *ſemen dauci* incoxerit, cui omnem ferme circa præſervationem à tam indomito hoſtis impetu ſpem confidenter collocent omnes; quotquot calculi metus occupat deortamur obnixe, Præterquam enim quòd tenuiores cerevisiæ, circa minimam calefactionem citantes ac propellentes, urinam granula tartari è renum cavo clementer abſtergunt, atque eo nomine præviam, ac lapideſcentiæ diſponibilem emungant ſenſim; *Semen Dauci* eſt ſuo odore antiſaxalis domare impetum coagulationis in duelech, atque ita venienti ſaburræ coagulando adimere conciliabulum. Dauci ſummam efficaciam demonſtrat exemplo. *Helmont. Tr. de Lith.* Noſmet *vim antigorgonicam*, ſummè & ad miraculum vſque efficacem abſcondi in *ſemine dauci* comperimus ſæpius, uſu ejuſdem cerevisiis incocti diætetico haud paucas ſanationes calculoſæ impreſſionis, etiam à parentibus traductæ feliciter aſſequuti.

Dauco

Dauco deficiente, penuriam ejus ſuccenturiet ſynovia, (more enim ſaniei quam plorant vulnera, caſtillat ea caudice ante inciſo) *Betula*, à cortice vel ramis menſe Martiali vulneratis ſponte fluens; hic enim liquor unius aut alterius cyathi proportione poculo cereviſiæ bene lupulato aſſociatus, atque in hauſtum matutinum ſumptus, certo ſpondet effectus ad lithiaſis præcautionem optatos, adeoque generoſos, ut via illi niſi incomparabili *dauci* antinephriticorum palmam cedat, Magnatibus Germanis hodie multo in uſu: ſuccum oleo olivarum ſuperfuſo, collectum conſervant: *Matthiolus* Betulæ etymon à bitumine deducit: Galli enim, fide *Plinii l. 16. cap. 18. Excoquere ſolebant*, ait, *bitumen ex ea, & ex ejus caudice confoſſo ingentem aquæ copiam colligere, cui maximam ineſſe vim quidam aſſerunt ad comminuendos tam renum quam veſicæ calculos, ſi diutius bibatur. Charleton p. 275. &c.*

57. *Materia collecta mature*) Ineptè & immaturè, h. e. contra fundatiſſimæ artis præcepta calculus movetur & frangitur, ubi primùm doloris auxilium eſt promovendum, hic enim temerario augmento ſic magis magiſque exacerbatur; Sæviente igitur dolore nephritico, & gravi exinde paroxyſmo, aut inſtante, aut acerbis aculeis jam urgente, quid hic agendum ſit methodus medendi Medico affatim dictitat, Nempe quum fieri poteſt accelerata cita celeritate, tollendus ille eſt atque removendus; quoniam hæ indicationes perpetuò ſunt malæ, utpote toto genere præternaturales: Mitiſſima autê medicamenta quibus dolorẽ vel ſtatim levare vel penitus profligare intendunt initio cum quærant, clyſteribus in anteceſſum, potiùs, ut & externis pariter lenientibus intentionem ſuam proſequi rectius tutiuſque putant. Medicamenta vero per os aſſumenda non perperam propinant; ſed prædictis viam quaſi ſternere, & obſtacula ad rectum medendi ſcopum perveniendi amovere operantur; *A Clyſteribus* ergo curandi primordium rectè capimus, cum illi inteſtina atque renes deſubito ab onere ſuperfluo & inutili liberent, ac ſic liberius ſpatium viſceribus vaſiſque largiantur; Verum in quantitate minori Enemata ſunt præſcribenda, & repetitis pro neceſſitate vicibus adhibenda, ne ſi major illa ſit, ex compreſſione renum dolor ſuccedat vehementior. *Chr. Langius.*

57. *Materia collecta*) Veræ lithiaſis ſanationi occurrit *ſcopus*, *unus* enim reſpicit, *tam* inclinationis ſaxiparæ viſceri impreſſæ deletionem integram, per Diuretica Renes confortantia, eorumque œconomiæ ataxiam ſecretiori amicitia, ſuaviter compeſcentia, *quam* tartari jam embryonati explosionem per remedia *antigorgonica* quæ ſpiritus architectonici, ſeu interni coagulatoris faſcino occulta formæ hoſtilitate reſiſtant, atque præviam calculi materiem unà cum lotio propulſent, innocue.

Alter duplici rurſum cardine vertitur, 1°. namque *ſtudet conſopiendis paroxyſmis inſtantis cruciatibus*, integra ſymptomatis graviſſime infeſtantis amotione; aut ſaltem delinimento, 2. *Solutione duelech jam confirmati*, demetito vere *tecolithũn*, quæ ſolutis coaguli vinculis calculum in materiam, inde per ſyntheſin concrevit, converſione retrograda, per analyſin reducant. *Charleton p. 214.*

57. *Materia collecta mature ne concreſcat*) Arenulæ ubique in urinâ occurrentes, atque conglobatarum glandularum ab externo frigore frequẽti, acidiſve aſſumptis malè affectarum teſtes, diſparebunt curato glandularum notatarum affectu, idque per aromatica temperantia, & Salia volatilia tempore ſatis longo uſurpata, cum temporis quoque tractu produci augerique ſoleat hoc malum. Ubi autem grandiores prodeunt arenulæ, calculorumq; productionem inchoantes ac foventes, uſurpanda ſunt, præter ſalia volatilia oleoſa, quæ calculos valent ſolvere, inter quæ locum primum tribuimus ſpiritui Nitri, cum in ipſo tam facile & manifeſte diſſolvantur & diffringantur calculi: Poteſt commodè in potu ordinario, vino, juſculo ad levem aciditatem a[illegible] cerí, cujus effectum egregium mirabuntur omnes. *Fr. Sylvius l. 1. Pr. c. 55.*

58. *Ne concreſcat*) Optima & præcipua, ac univerſalia quaſi remedia ſunt Reſolventia. 1. *Reſolvunt* quæcunque materiám tartaream diſiciunt, & coagulum fieri nõ permittunt, exturbando ſabulum & ſalinum vinculum, quæ tota ſunt genuina *Lithontriptica*, Coagulum ergo hoc reſolventia reſpiciunt, ſeu in fieri conſtitutum, & materiale antecedens, qualia ſunt amurcam venarum & ſanguinis tartaream hypochondriacam deſecantia, aperientia, aut hypocõdria, & abſtergentia, ſeu concretionem & ſeparationem in renibus ſubiens, ſalis & terræ, interdum & pituitæ, ſymbuli Latione: Præſtant illud principaliter *ſalina*, prout diffuſa vel modificata aliter ſunt, magis vel minus activa; adeoque etiam reſolvunt impropriè paulo *aquoſa*, diluendo & abſtergendo, quæ quo magis vel minus charactere ſalino ſigillata ſunt, ita quoq; magis vel minus reſolvunt, latitante ſæpe ſale, attamen ſatis efficaci, Talia ſunt *aqua alkekingi, cerefol petroſel. fragor. portulac. ononid. urtica noli me tangere, nephritica aquoſa comp. ut lithontr. & antinephr. muſich. ſuccus betulæ & exinde parata cereviſia*, quod quidam fieri curarunt: Item Juſculi, decocta, Infuſa varia.

Reſolvunt κατ᾽ ἐξοχὴν ſalina omnis generis, ſive ſal illud ſit magis latens, ſeu patens & productum, *Latens* in ſimplicibus, *patens* in præparatis magis:

Sic lithontriptica ſunt *rad. quinq. aperientes maj. gramin. Ononid.* quæ in hernia quoque carnoſa eſt experta; *radix allii* pro arcano habita ſi ſingulis, vel novilunii ſaltem, vel quadris particula ſumatur: Externe item; *Radic. pimpinella ſaxifragia* hinc dictæ, *rad. raphani ruſticani*, & ſaxifrag. albæ granulatæ, quam ſemen in officinis vocant, item *filipendula*, Ex herbis reſolvunt *petroſelinum, cerefol. ſaxifragia* omnis, quo & *ſaxifrag. aurea Dodonæi* pertinet, *virga aurea, herba Thee.*

Porro, omnia oſſea & lapidoſa, è vegetabili & minerali regno ſunt lithontriptica, &c. *Reſolvunt ergo ſalina* omnia, ſeu *alkalia* ſeu *media*, ſingula diverſo reſpectu & ſuo oſtendi modulo; Salia vero volatilia, ſi *ſal ſuccini* ſulphureum & unctuoſum ſimul exceperis, in hoc cenſu fiais minus ſunt efficacia, facilius quippe diſſipabilia, nunc operationem ſuam illuc referentia.

Reſolvunt etiam *ſalina ſulphurea*, tum temperantia, propellentia ſulphure magis viſcido & aquoſo, ut *radices liquir. ſemen dauci Helmontio* calibeatum, *mel ſolis, violarum*, cujus in Iſchuria uſum expertiſſimum deprehendimus, laxata ſimul alvo (quod in beneficio eſt) It. ſemen *lycopodii*, ſeu *anthera muſci terreſtris clavati.*

Ex animalibus, ſeu marinis, celebre eſt *ſperma ceti*, Cujus uſus reſolvens & in aſthmate, caſu ab alto, tuſſi & aliis caſibus notiſſimus, & in calculo quoque eximius, cum *ocul. cancr.* v. g. & *ſale volatili ſuccini* mixti: Tum magis activa, ſulphure volatili reſinoſo & ſale magis fœta, ut *terebinthina, ſuccinum, bacca junip. rob. & malv. junip ſpirit. & oleum terebinth. ſpirit. nephrit. compoſ.*

Violaceo odore tingunt Urinam hæc ipſa oleoſa, imprimis terebinthinata, quatenus in ſero reſolutam reſinoſitatem ſuam ſulphuream, balſamicam, & conſequenter in urina expandunt & explicant.

Reſolvunt *mixta*, quæ utroque principio fœta & mixta inter ſe ſunt ex diverſis particulis, duplici fine ſatisfacientia; Sic pulvis commodus reſolvens eſt ea *tar-*

taro vitriolato, lapid. cancr. cryſtall. tart. & ſemine *lycopod.* aliique ſimiles, ſingula hæc *ſalis tartari* eminentiam, ſeu ſalis & terræ ſymboliſationem enervant, arenulas & ſabulum cum urina educunt, archeum renum conſortant, coagulum & fermentum calculi diſpeſcunt, eumque atterunt; pituitoſum vero mucum attenuant & liquant. *Wedelius Am. m. m. p. 185.*

59. *Vomitu*) Cum dolore valde urgente exhibitum Catharticum ſæpe non purget, etiam eo tempore Vomitus poterit convenire, quo etiam ſaburra humorum educitur, & fit revulſio à parte affectâ; & non rarò Natura ipſa per ſe, urgentibus doloribus, hanc molitur evacuationem, eaſque abſoluta levamen ſubſequitur, Vomitorium blandum ita componi poterit, quod & dolorem demulcebit.

℞. *Aquæ tepid.* ℥iv. *ol. crudi* ℥j. *ſyr. acetoſ. ſimpl.* unc. iß. *fiat Vomitorium.*

Si vehementioribus uti lubeat, ad *ſalem vitrioli*, aut *mercur. Vitæ* confugiendum erit, quibus ſe nephriticos dolores citò fugaviſſe *A. Sala* gloriatur. *Riverius.*

59. *Vomitu*) Quid de Vomitor.? Reſpondeo quod & illa non incongruè inter corporis evacuationes enumerentur. Sunt equidem nonnulli, qui Emetica planè in hoc affectu non competere aſſerunt, quòd ventriculi robur ſic evertatur, & ad colligendam cruditatum varietatem, plurimarumque incommoditatum inductionem diſponatur. Tamen cum quivis vomitus hunc ipſum effectum protinus non præſtet, ſed ſæpiſſimè & potiùs ejectâ humorum malitiâ; atque tartareæ ſaburræ nequitiâ, emolumentum ingens afferat; imò & ipſa natura hunc ſe exonerandi modum non rarò eligat, hoc præſidii genus non tam ſimpliciter damnandum erit, modo cõſtitutio & ſtatus ægri hoc ferat. *Chr. Langius.*

59. *Vomitu*) Vomitus non præſtat ſolamen calculoſis præviam coagulationis materiem & ſubjectum adæquatum ſuffurando, à viis urinariis, nihilominus ejus ope nedum phlegma, bilem, & melancholiam è fundo ventriculi atque viſcerum limine ſollicitari ſurſumque deferri, verùm etiam ſerum ab ipſis renum confiniis mediantibus arteriis cœliacis, vaſeque lienis brevi exhauriri, atque per œſophagum effundi poſſe, fide experientiæ credimus: Præſto ſe offerunt authoritates *Galeni l. de Ren. aff. c. 5. Vidi Vidii, Valeſci Tarant. Fernelii, Saxoniæ &c.* Prævalidis hiſce incitamentis, & experimentorum multiplicium felicitate victus, auſim author eſſe valetudinariis pleriſque, quotquot à ſæviſſimâ calculi tyrannide immunes ſe volunt conſervare, ut ſpem ſuam præſervationis potiſſimùm collocent *vomitui*, ſingulis forſan menſibus, mox à plenilunio prudenter concitando; hoc enim ſummè fructuoſo naturæ impetu promptè ſolvantur, plenâ humorum ſordiumque collegia, in duelech forſan rudimenta propediem migratura, & tartari concrementa, præcordiis lateratim affixa, eruantur ſuo ex utero profunde & valide explodantur. *Charleton p. 197.*

60. *Medicamentis lenioribus*) Purgantia medicamenta exhibita *præcautionis* loco, ſic diriguntur, ut ſi corpus impurum ſit, veris & autumni, atque intermediis temporibus, ſi neceſſitas exigat, illud ab illuvie redundante expurgemus; Non tantum ad pituitam expurgandam cathartica dirigentes, ſicuti hi qui hanc calculi cauſam eſſe cenſent, facere ſolent, ſed & quoſvis humores exſuperantes, ut ſic corpus purum fiat, quod & tunc uti aliis morbis, ſic & calculo minùs fiet obnoxium; Et ſi Calculi cauſam auferendam Purgantia accommodare velimus, potius ea exhibendo quæ *non vehementer* ſed blandè alvum movendo laxandoque, à renibus *ſalſos & ſeroſos ichores humoreſque* avertant, & ab illis ſanguinem repurgent, & ut inquiunt, mundificent, Exhibendo illa ipſa quæ in curatione quoq; locum habent. *Platerus.*

Expurgantium mitiorum numero, ſunt *Vina medicata laxativa*, quæ variis modis componi poſſunt, e.g.

℞. *Folior. Sennæ ol.* unc. iß. *pomum citr. conciſum in taleolos n°. j. ſacch. opt.* unc. iij. *vini malvat. cantharum* iß. doſis cochlearia duo vel tria.

Vel bibatur vinum quotidie ex *rad. aſari, naſturt. aquat. & equiſeti* (præſertim ſi renes & veſica excoriationem patiantur mire id conducit) Nec minus hîc locum habent *Electuar. diaſebeſten*, *Caſſia*, *Rhabarb.* & quæ ſunt alia ſimilia, in officinis laxantia (*Elect. lenit. cathol. diaprun. ſimpl.*) in quacunque forma illa præſcribi ſoleant: *Chriſt. Langius.*

61. *Caſſia præſertim*) *Caſſia* ad differentiam ligneæ, *ſolutiva* dicitur ſeu *fiſtularis* à forma, in cannis enim vidẽda eſt ſiliqua, ex Aegypto & Indiâ afferri ſolita, unde Alexãdrina audit: In uſu eſt non tota, ſed quoad pulpam recens extractam, quæ & *flos caſſiæ*, item *Extractum* audit; Semen verò & cortex, & interſtitium membraneũ non ſunt purgantia, ſeu uſualia, quin adſtringunt potius: Tẽperatæ eſt naturæ, & blanda, ſubdulcis, mucilaginoſa vl humorum acredinem mitigat, acredinem ſanguinis, ſeri, ſeminis, & ſiccitatem corrigit: Hinc *pectoralis* eſt, in tuſſi, pleuritide, *nephritica*, in calculo & renum ardore, ciens urinam & vias leniens; in gonorrhœa item ſimplici & virulenta, ut & pollutione nocturna conveniẽs; Benigna eſt, unde Italis maxime frequens & gravidis ipſis conceſſa, ſed lenior, flatulenta, & ventriculum laxãs; hinc non danda neq; in flacciditate ventriculi, fermentatione humorum, flatibus, ut & in colica, dyſenteria, hypochoodriacis: Pollet vero in receſſu inſigni ſtimulo, unde ea & ob hoc non abutendum eſt, vel promiſcuè in calculo utendum, ſiquidem obſervarunt authores inde ſæpe ardorem urinæ ejuſdemque copioſum profluvium ſubſequutum: Vide *Zacutum & Hildanum l. de lithot. veſ. p. 759.* Hinc in mictu cruento, & quibus calculus ſectus fuit, in diabete, & ſimilibus urinæ vitiis non æque prodeſt. *Wedelius.*

Caſſia plurimùm in hoc caſu laudatur, tum ad præcautionem frequenter exhibita, tum quando calculus urget; ℥j. vel plus cum *ſacch. cando*, vel *violacéo*, exhibendo in forma *boli*; vel dilutam priùs *decocto liquir.* vel *ſebeſten*, vel alio; vel *aquis convenientibus*: addendo interdum ſemen *alkekengi*, vel *milii ſolis*, aut ſimile quid, ut *laricea cocta* pulverem ad ʒj. magiſque laxabit, ſi *oleum amygd. dulc.* ſtatim ſuperbibatur, unde & dolor etiam mitigatur. *Platerus.*

62. *Terebinthina*) Expertum & ſecretũ in præſervatione à generatione lapidis, & in diſruptione lapidis geniti.

℞. *Terebint.* unc. iv. *aduratur ſuper laminam ferream ignitam donec poſſit pulverari.*

℞. *Prædicti pulv.* ʒij. *aquæ ſaxifrag.* ℥. iv. m. f. Potio in diluculo exhibenda bis in hebdomada; Si patiens continuaverit per duos menſes, præſervabitur à generatione lapidis veſicæ. *Ben. Victorius.*

℞. *Terebinth.* unc. iv. *inuratur in lamina ferrea candente ut poſſit infriari: doſis* ʒii. *ejus pulv. cum aq. ſaxifr. chamæmeli vel geniſtæ* unc. ii. *& oxymel.* unc. i. Hoc medicamentum excludendo calculo ſatis eſſe poteſt, ubi prius lenieris & relaxaveris.

℞. *Terebint.* unc. ß. *lithontr.* ʒii. *m. f. Bolus* Hollerius.

Idem quod *terebinth. inuſta* & friabilis facit *aqua ſtillatitia terebinthinæ.* Duretus.

61. *Terebinthina*) Cùm anno 1661. ſexagenario nephritico varia lithontriptica fruſtra propinaſſemus, tandem ſumptâ aliquoties *terebinthinâ cum ovo ſorbili*, quatuor lapillos inſtar fabarum minorum magno quidem cum dolore excrevit, ſed brevi poſtea convaluit: Interim *Terebinthinata & Iuniperina* cautè ſunt uſurpanda, cùm enim calida exiſtant, facilè mictum cruentum excitare, vel, demptâ parte tenuiori, calculi compactionem promouere poſſunt. Nobil. quædam fœmina, cum balneum ingreſſa viii. vel ix. guttulas *Balſami Bingenheim*, (ut

appella

appellari ſuevit) ſumpſiſſet, excretis pluribus lapillis mitius habuit: Pauperibus *terebinthina* cum *oleo lini* & *vino* exhiberi poteſt; Prægnantibus hæc minus conveniunt, præſtat propinare *ſyrup. de althæa* cum *balſamo embryon.* ut ne irritentur crabrones. *Stranſſius.*

62. *Terebinthina*) Hæc in uſum frequentiorem venire poterit, refert enim *Amatus Luſ. curat. 68. cent. 2.* Monachum cum articulari morbo & ſimul nephritico corripi ſoleret, & nullo remediorum genere convaleſceret, tandem *terebinthinæ* uſu intra ſex menſes liberatum fuiſſe ab utroque morbo: Deglutiebat autem ſingulis diebus *terebinth.* particulam nucis magnitudine *ſacch.* admiſtam: Non autem nocet *Terebinthina* frequentiùs uſurpata; ſicut alia diuretica, quia urinas movendo, ſimul alvum laxat, ita ut craſſiores humores per alvum deturbentur, qui ab aliis diureticis ad renes deducerentur: Vulgo autem uſurpatur per intervalla, ſicuti alia diuretica, tum ſola, tum aliis medicamentis admiſta.

℞. *Terebinth. in aqua ſaxifr. vel parietar. decies lota* ℥ß. *cum ſacch. f. Bolus.* Vel

℞. *Caſſiæ rec. extr.* ʒvi. *terebinth.* ℥ß. *pulv. liquir.* ʒii. *m. f. Bolus.* Vel

℞. *Terebinth.* ℥ß. *pulv. lithontript.* ʒij. *miſce f. Bolus.* Vel

℞. *Terebint.* ℥ß. *Rhab. pulv.* ʒj. *m. f. Bolus.* Vel

℞. *Tereb.* ℥iv. *uratur in lamina ferrea candente, ut poſſit in pulverem reduci: doſis ad* ʒij. *cum idoneo liquore.* Riverius.

Laricea potentiùs purgabit, ſi cum *elect. bened. laxativo*, aut pulvere illius ad ʒij miſta addita *ſacch. in forma boli* aliove modo detur. *Platerus.*

63. *Comminuentibus ſi quid concrevit*) Illud dolendum ita ſæpe contingere uſu auxiliorum noſtrorum, ut cum fruſtra pollicemur exturbationem calculi uſu calidiorum medicamentorum, arenulas multas excernentes, hac inutili fortuitáque excretione ægros recreantes, contumaciorem multò Calculum reddamus. carè enim emitur tantula hæc excretio, quam natura per ſe moliri poſſet. *Ballonius conſ. 32. lib. 1.*

Atque aberrant qui omnibus calculoſis omni tempore diuretica præſcribunt, ſanguinem fundentia & liquantia, omnibus corporibus, omnibus ætatibus, omni tempore, nulla facta obſervatione & diſtinctione: ac primùm, ſententia *Galen. cap. 11. lib. 6.* ſanit. tuendæ, graviter peccant plerique, qui promiſcuè omnibus calculoſis calida acriáque præſcribunt; ac contra, omnium opinionem, cenſet nihil eorum quæ valde calefaciunt calculoſis ullomodo conferre, exemplo cujuſdam biliosi calculo laborantis, qui ex calidorum aſſumptione in maraſmum conjectus, ac præ ſiccitate motus digitorum & manuum impeditus, ut oſſa cavum ſonarent, ac poſtmodum ab imperitioribus medicis pro Paralytico habitus: *Galenus* in craſſis & pinguibus attenuantem victus rationem quidem admittit, ſed quibus contrario modo affectum corpus, in iis contrariæ ſunt indicationes, una à corpore ſqualido ſiccoque, altera à calculo, hic attenuans & incidens requirit; illud, tum ratione totius corporis, tum ratione intemperiei renum, contrariam rationem demonſtrat, at maximam partem θερμόχολοι & bilioſi, calculoſi ſunt in renibus, ut demonſtrat *Galen. lib 1. de alimentis:* Quam ergo utilitatem afferent τὰ διουρητικὰ? itaque & affectui & corpori ſtudere oportet; affectui, non præſcribendo ea quæ viſcoſum ſuccum generant; &c. *Libr. de Calculo pagin. 79. & Conſilio 32. libr. 1. pagin. 116.* Ideo quoque interdici debet uſus eorum quæ movendarum urinarum facultate pollent, nam ea ad renes materiam devehunt, & ita obſtruunt, unde malorum incrementum, ideo perperam & ignorata rerum natura plerique audito lapidis nomine, aut renum affectus, ſtatim ad vinum album & diuretica concurrunt, ignorantes cautius utendum eſſe vino albo, præſertim cum corpus ſcatet excrementis, hæc enim uſu eorum quæ tenuitate partium prædita ſunt in renem affectum convehunt, itaque inde obſtructio mirum in modum lædit, efficitque ut morbus quaſi redivivus, capiat incrementum. *Conſil. 3. libr. 1. pagina 7.*

Galenus capit. 3. 5. ſimpl. dicit nihil eorum quæ vehementer calefaciunt calculis conferre; & ibidem diſtinguens medicamenta Arthritica & Diuretica, vult hæc eſſe, quæ & calorem habent plurimum, & acrimoniam cum vi fundendi & ſecernendi, ideo hæc thoraci inimica ſunt, quod craſſiorem reddendo materiam, eam contumaciorem efficiunt: tres itaque ob cauſas ea non conferunt, 1. Quia calidiora & ſanguinem fundunt, 2. Quia idem in renibus præſtabunt quod & in Pulmonibus, hoc eſt, dum ſerum ſecernent, id quod remanet contumaciùs reddent, unde paulò ante calculoſos uſu calidorum & acrium interdixerat, 3. Si Galenus conferens medicamenta menſes moventia cum iis quæ lac provocant, cenſet acriora eſſe debere & calidiora quæ menſes cient, quod non attrahat uterus, ſed ad eum ſanguis mittatur, contra ad mammas & ducatur ſanguis & ab iis attrahatur, ideoque minus calidis utendum eſſe, quorſum ad renes aut purgandos aut curandos, adeo calida præſcribimus, cum ſua ipſi natura attrahant validè? Sed aliud eſt abſolutè dicere aliquid diureticum eſſe, aliud habere vim movendæ urinæ, aut detergendi lapidis, aut materiei incidendæ: De his ita *Galenus 5. ſimpl. 12. Cùm plurimam urinam educere nitimur, acrioribus & calfacientibus magis quam quæ ſunt* ἐκ τῶν ἐγχυλων *utendum eſt, nimirum fundentibus & liquantibus & ſecernentibus.* An propterea vult hæc Calculoſis conferre? Nequaquam, ſed ex hypotheſi ita loquitur, ſi urinam movere conſilium eſt, propterea eadem interdicit Aſthmaticis: Item *cap 135.* ſimpl. dum confert acria, tenuis ſubſtantiæ, cum iis quæ ſunt craſſioris, quorumvis pernicioſa, ait, *Acria tenuitate ſubſtantiæ vim habent movendi urinam, ſudores provocando, exſpuitioni conferunt, Non tamen uſus eorum confert,* ſed vires explicat, cùm aliàs eorum uſu interdixerit in aſthmaticis: aliud verò eſt urinam provocare velle, aliud expurgare, aliud calculum frangere & materiam tenuare: Quod & *Galen.* explicat. 22. *5.* ſimpl. *Nam, ut ait, quæ Renes expurgant, ea incidunt, verùm larga humiditate non egent. quæ calloſas concretiones incidunt, tametſi incidere dicantur, minimùm caloris habere debent, caliditas enim callum exſiccando contrahit, non incidit nec dividit: unde quæ non ſiccant & modicè excalefaciunt, lac generant, quæ plus calefaciunt, non tamen valenter ſiccant, menſes cient, utraque urinas provocant: Item quæ calfaciunt & exſiccant, & quæ ſunt ejuſmodi, diuretica dicuntur, non quia ſola moveant urinas, Sed quia ſolas moveant urinas, non autem lac & menſes;* quod notandum, paulò poſt enim diuretica, quæ calfaciunt & ſiccant, pulmonum morbis & calculis renum non conferre ſcribit, quod nec calculoſi, nec aſthmatici ſiccitatem ullam poſtulent; Itaque cum movere urinas conſilium eſt, aliquando diuretica uſurpare oportet, Item cum incidere aut tenuare, opus eſt τὰ λεπτυντικὰ non diuretica uſurpanda ſunt, quum leniendo humectandoque, & compagem calculorum diſſolvere conſilium eſt, & nullum tumultum fuſionemque humorum afferre hujus generis ſunt *ſemina frigida, malva & biſmalva*, ea uſui maxime eſſe debent in renibus à calculo occupatis. *Ballonius ſub finem Conſ. Fernelii, ſuppreſſo nomine.*

63. *Comminuentibus ſi quid concrevit*) *Alterantia exhibentur* quæ *renes abſtergendo*, arenulas ne illis, aut cal-

culu, ſi illic ſit, adhæreant, abluunt; quæ ad Calculi præcautionem, ne fiat, aut ſi factus ſit, non augeatur, ſunt convenientiſſima, & præcipua; Dein & quæ vias anguſtas illas, ubi arenæ vel Calculi ſubſtiterunt, aperiendo, laxando, & lubricando, ut facilius per eas deſcendant; patefaciunt; Et ſi *calculus* adhuc ſit *friabilis*, nec dum adeo *compactus*, eum, ut reddi poſſit, conterunt, & ſi *ureteribus impactus hæreat comminuunt*; Quod ſane ſi inveteratus, compactus, & ſiliceus fiat, per aſſumpta efficere impoſſibile eſt; In aliis vero illud quædam præſtant, incidentia illum tenuitate ſua vel acrimonia inſigni velut corrodentia; aut potenter detergentia, quæ uti arenas à renibus, ſic à Calculo ſemper aliquid abradunt, comminuuntq;, eoq; validiùs, ſi ſicca ſimul admodum exiſtant; & terreſtria, quę non duritie ſuâ, velut lapis lapidem, uti docetur, conterunt; cùm non integra, ſed ſubtiliſſimè attrita, ſi quę ab illis ad renes penetrant, eò perveniant, ſed detergendi vi, quâ ſiccis hiſce corporibus ineſt, illud faciunt; Accedente proprietate quadam, uſu potius quam ratione inventa, ut & in multis aliis quæ in uſu ſunt. *Platerus.*

64. *Decoctum ligni) Guajaci*, decoctum vi ſuâ incidente & abſtergente, calculoſis competere à quibuſdam ducetur: quare non ſolùm dum torquentur illis propinant, ſed & poſt, præcautionis gratiâ, ut loco potus ordinarii diu illud bibant, jubent, additis interdum aliis quoque abſtergentibus dum coquitur, ut *radice liquir. vel anonid. ligno ſpina* atque in fine *ſacchari vel melle. Platerus.*

65. *Ligni nephritici)* Lignum Nephriticum Europæis littoribus, ex novâ Hiſpaniâ importatum, & Indis endemium remedium; ad tartari arenularumque incommoda. *Manardus lib. ſimpl. ex India allat. cap. 27.* ſimplicem hujus ligni aſſulatim & minutim conciſi, in aqua fontana macerationem, uſque dum liquor evadat cæruleus præſcribit, Hodiè noſtræ tempeſtatis Medici, craſſe pulveratum vino dilutiori incoquunt prudenti conſilio, Sic enim Renes promptius invadit ab involucro corporeitatis, vini ſubtilitate liberata vis antigorgonica: Conſervam etiam ex eodem rudi mole excogitavit. *Zacutus Pr. H. l. 8. cap. 16.* plurima remiſcens quę non ſunt ex ſaxifragorum familia &c. *Charleton. p. 206.*

66. *Hedera terreſtris)* Eadem infuſa in *aqua vitæ*, eam efficacem reddit ad calculos pellendos, eſtque ſingulare quarundam experimentum. *Platerus.*

67. *Succus de Veronica)* Succus etiam limonum ad ℥i. per ſe, addito ad gratiam ſi quis velit, *ſacchar*o, propinatus plurimùm efficit: Vel ſi cum vini malvatici, aut alterius efficacis hauſtu ad ℥iij. aliove liquore convenienti bibatur, Prodeſt & *ſuccus acidorum arantiorum* aliorumque acidi ſucci, ſi auſteritate careant: Confert & ſuccus *baccarum halicacabi*, & *tribuli*, teſte *Dioſcoride*, &, ſicuti aliqui ſe expertos fatentur, *millefol. Succus*, ſeu aqua ex perforatu *betulæ candice* effluens, eadem vel etiam majore quantitate: Miſti invicem ſic dantur.

℞. *Succi fœnic. mar. portul.* ãã. ℥ß. *vini albi* ℥i. *ſacch. q. ſ.* Bibat, vel decoquantur in formam ſyrupi, Vel ex ipſis fit Potio utiliſſima.

℞. *Succor. depurat. parietar.* ℥iß. *chamom. betonica, mellis vel ſacchari* ãã. ℥j. *miſce, Bibat cum decocto cicerum*, aut alio. Poſſet ex enarratis ſuccis, addito ſaccharo, vel melle ſyrupus coqui & per vices uſurpari. Aliud

℞. *Raphanum acrem*, contunde affundeque *vini optimi* tantum, ut poſt macerationem expreſſis omnibus, totum *ad* ℥iii. vel iv. redigatur: expreſſioni adde *ſanguinis hirci præpar.* ℥i. Hoc ſummè aliqui commendant. *Platerus.*

67. *De Veronica)* In clyſteribus cum lacte vaccino & ſaccharo contra dictam Colicam, vel *Calculum* addito *butyro*, vel oleo recèns expreſſo *amygdal. dulc.* vel *adipe capi* eſt admirandæ virtutis. *Simon Pauli in Quadr. Bot.*

68. *Renes ad ſuum ſtatum)* Ad prophylaxim hujus affectus, non parùm conducit renum intemperiem calidiorem corrigere: Cui rei prodeunt remedia in calida hepatis intemperie deſcripta, quæ etiam renum intemperiem emendare valent: præterquam quòd caliditas immodica, renibus non rarò ab hepate communicatur: Inter cætera *Serum lactis* per menſem integrum verno tempore uſurpatum præſtantiſſimum eſt: Tum etiam *aquæ* minerales acidulæ & *vitriolatæ* omnia viſcera interna potenter refrigerant.

69. *Hic valet vena ſectio)* An Prophylaxeos gratiâ valeat *phlebotomia*? Quidam negant conferre poſſe, habitâ ratione cauſæ antecedentis, quam ſciunt eſſe fixæ ſalſuginis pleonaſmum in primis officinis, quibus parùm omninò immediatæ cõmunionis cũ venoſo genere, peripheriam corporis perreptante; Alii nullum dubitationi locum relinqui ajunt, quin huic malo conferat. 1. quòd cùm tartarus ventilationi interceptæ ſuperſtitio, atque circularis cruoris motui impedito ſuam debeat nativitatem; atque ejuſmodi remotis vix [illegible] quam s. m. præſentaneo remedio ſuccurri poſſit, [illegible] abſoluta neceſſitate eſſe videatur, ut ad prohibendam tartari germinationem, jamvè accreti minorationem, corpus reddatur εὔφορον, continenter depleantur venæ.

2. Quòd natura hac in re non rarò nobis facem præbeat, nephriticis epaphæreſin per hæmorrhoides reſeratas ſponte ſua moliens, cui eadem proculdubio vertitur *aphoriſmus, 21. 6. melancholicis & nephriticis hæmorrhoides ſupervenientes, bono ſunt*, nam tum revellunt, tum evacuant ſanguinem, qui erat in vitio, quare diadoſis illa præclarè ad ſalutem apparet & facit.

Hanc litem ſic dirimo, Venæ ſectio principiis calculi conſtitutivis immediata contrarietate non opponitur, ideoque nec primario vel à morbo, vel ejus cauſâ indicatur; Sed eatenus duntaxat præſervativo ſcopo ſuccurrit, quatenus promptiori cruoris ventilationi, expeditionique circulationi conducit, & in plethoricis: Sic enim natura levata ex parte ea humorum exorbitantium ſarcina, rurſum fit ſui juris & felicius multò incumbit in eorum qui ſuperſunt à catharſi, humorum minorationem. Iis itaque quibus pleonaſmo ſanguinis tum & venoſum genus, ſanguinis ſuperbientis detractionem maximopere claudo: Emaciatis verò, & quacunque causâ exhauſtis, venas deplere homicidii ſapit reatum: Vrgente idcirco plethorâ, venam ſecare præcautioni lithiaſis graviter inſerviet, abſente verò nequaquam. Illi autem venæ quæ tumida magis apparet in brachio alterutrinque vulnus infligendum eſt, confluxu ſanguinis locum deſignante, Viris autem hæmorrhoidum diluviei periodicè aſſuetis, plenitudo exhauriatur hirudinibus: Fœminis lunari ſuo tributo privatis, ſaphenæ inciſione mox à novilunio facta. *Charleton p. 211.*

70. *Aqua)* Aquæ ſtillatitiæ, quia admodum propter tenuitatem penetrant, & ad renes uſque perveniunt, exhibitæ, valde juvant: affatimque bibenda datur aqua *parietariæ* ad ℔j. ut & *malvæ* & *althææ*, ſicuti & *flor. geniſtæ*, *flor. herbarumque cortic. fabar.* herbarum item *Ononidis*, *aſparagi*, *ſaxifragiæ*, *petroſel. fœnic. Oſyridis*: Quibus efficaciores ſunt, proin & minori quantitate ſumuntur, Aquæ *fl. crateva*, *fœnic. mar. raphani*, *baccar. hederæ*, & *alkekingi.*

Compertum eſt à quibuſdam valde opitulari aquas *Linariæ*, quam *Oſyrin* vocant, dein & *fol. quernor*, ſol & rad. *mori celſi*, uti & *linguæ canis*: item *ceterach*, *verbenæ*, *chamomillæ*, *nucl. perſicor.* imprimiſque *ex reſina*

laricea

laricea vel *terebinth.* elicitam aquam ſubpinguem, quæ admodum eſt efficax, Laudat & *Matthiolus aquam* ex *humanis fecibus*, alii ex *ſtercore* columbino exſtillatam.

Quæ Aquæ vel *ſimplices* vel invicem permixtæ, per ſe vel dulcoratæ ſacchato ſumi poſſunt; vel pulveribus aliiſque permiſtis exhiberi; Vel ex commiſtis aliquibus pluribuſve dictarum aquarum ſimplicibus deſtillari.

Vel hoc pacto, ſumantur *radices, herba, ſemina* &c. omnibus ſiccatis & contuſis, addatur tantùm vini, do nec in pultem redigantur, addendo *laricea quart. j.* exſtilletur *Aqua*.

Vel ſi ex pleriſque præcipuis in hanc rem uſurpari ſolitis, quæ arefacta vires ſuas retinent, Aquam parare velimus, inſuper addemus *rad. aſpar. petroſel. āā. ℥ß. rad. aſari, rub. tinctor. Valerian. āā. ʒij. h. parietar. hyper. flor. chamom. geniſtæ āā. ʒij. ſem apii, leviſtici, aſparagi, raphan. āā. ʒj. ex pulveriſat. uncta laricea quantitate,* deſtilletur Aqua; Quæ omnes Plantæ, ſi in *aquâ vitæ* infundantur & deſtillentur, aquam efficaciſſimam effi cient: Vel ex *recentibus plantis* ſic ad uſum præparetur.

℞. *Nucleor. Perſic. vel Ceraſ. ℥ij. baccar. fragor. chamæmel. rubi, alkek. juniper. hederæ āā. ℥j. rad raphan. maj. ℥iij. fabar. virid. cum ſiliquis, parietar. rec. āā. m. j. ſii Crateva, fœnic. mar. āā. p. j.* Ex contuſis extrahatur Aqua.

Vel ex aridorum & humid. miſturâ ſic paretur.

℞. *Nucleor. Perſic. quart. j. ſebeſten. jujubar. āā. p. v. 4. ſem. frig. maj. ʒvj. baccar. alkek. ℥ß. ſemin. nigellæ. apii āā. ʒij. rad. raphan. ruſtic. ℔ß. contunde, adde laricea, mellis āā ℥x j miſce, diſtilla, Doſis Aqua ad ℥iij. per ſe, vel adde alia.*

Vel ex *ſuccis* extracta Aqua.

℞. *Succi raph. leviſtici, āā. ℥vj. ſucci baccar. alkek ℥ij.* vel plus, *aceti albi ʒij. diſt. doſis ℥ß.*

Nec prætereunda videtur ſequens *Aqua*, magnarum virium.

℞. *Succor. raph. ℔ ß. anonid. argentina, ſaxifrag. alkekengi, parietar. pimpin. beton. althea, milii ſolis āā. ℔ß. rad. fœnic. petroſel. eryng. ononid. irid. enul camp. āā. ℥ij. ſemin. ocymi, burdan. milii ſolis, petroſel. maced. āā. ℥ß. baccar. junip. contuſ. ℔ß. Infundantur, digerantur, per duos dies ſæpius agitando, addantur dein mellis optim. ℔j. tereb. Veneta ℔ iß. aceti albi ℥ij. deſtill. M. B. Doſis ℥ij ad ℥iiß. cum āā ſyrupi violac. Platerus.*

70. *Aquæ) Aqua Sabinæ ad* ℥j. vel ℥ij. ſumpta calculum & arenulas potenter expurgat.

℞. *Rad. biſmalva in vino albo mundat. ℥vi. rad. bardana & gramin. āā ℥iv. rad. aſari, petroſel. valerian. fœnic. contuſ. āā. ℥ij. fol. capill. ven. ſaxifrag. pimpin. virgæ aur. betonic. āā. m. iv. ſem. baſil. bardana, card. ben. ſiler. mont. nucleor. meſpil. & perſic. āā. ℥j. milii ſolis ℥ij. lapid. lyncis, Iudaic. āā ℥iß. terebinth. ℥iij. ſangu. hirci præpar. ℥iiß. croci ʒij. vini albi ℔iv. contundenda contundantur, & miſceantur omnia, Deſtilla* MB. *Hujus Aquæ capiat æger ℥ij. tribus horis ante cibum ſuperbibendo vini albi ℥iv.*

Accipio rad. althea, elotas, exenteratas, infundo vino albo bono, deinde diſtillo; ex aqua deſtillata propino tempore doloris cyathum dimidium, & juvantur. *Rein. Solenander.*

℞. *Cepar. albar. minutim. conciſar. ℔iv. ſacch. albi ℔ij. vini albi ℔iß. deſtillentur in M B ad ſiccitatem. Dentur mane ℥ij. vel iij. per multos dies. Riverius.*

Ex aquis præferuntur *aqua ſanguinis hirci, qua* ex lumbis, renibus & veſica calculos frangendo expellere potis eſt, *Aqua ſaxifragia, ononidis, fragaria, raphani, verbaſci*, quibus omnibus *ſal fixum proprium*, ut eo magis animetur earum virtus addi ſolet. *Hartmannus* quoque *urina hirci*, tanquam ſtupendi remedii, tam interne quam externe uſurpandi honorificam mentionem facit. *Chriſt. Langius.*

Aqua deſtillata *Perſicariæ* (in qua multa latitant contra calculum) à recenti planta abſtracta, quibuſdam experimentum contra renum calculum eſt, cujus potu ſe curant, atque etiam bene præſervant, quod pluribus explicat. *Boyle in Phil. Experim.*

Halicacabi Acinorum aqua, contra calculum renum & veſicæ commendatur; ſi ſemel aut iterum in ſeptimana bibatur. *C. Geſnerus.*

71. *Sublationem, quæ perficitur*) In uſu medicamentorum calculum frangentium & expellentium obſervandum eſt, non ſemel ea, aut bis, eſſe uſurpanda; ſed pluries, donec viæ obſtructæ fuerint reſeratæ: Dum autem exhibentur, renes & veſica foveantur balneis, fomentis, unctionibus & cataplaſmatis, quo faciliori negotio operentur; Necnon liquores aliqui tenuium partium, quale eſt *vinum album vinoſum*, propinandi ſunt ſæpiſſimè; & uſurpanda ſunt interna emollientia, laxantia, & vias lenientia, ut viæ magis dilatentur, & aliorum remediorum acrimonia temperetur. *Riverius.*

72. *Primarum viarum*) Quia magna crudorum humorum ſaburra hunc affectum comitari ſolet, poſt aliquot clyſteres injectos, qui ſubinde repetendi ſunt, dolore perſeverante, Purgans aliquod medicamentum exhibendum eſt, præcipuè in forma Boli, ne tam facilè evomatur, quia ægri fere hi ſunt nauſeabundi.

℞. *Caſſia rec. extr. cum oleo amygd d. ℥i. diaphœn. ʒiii. rhabarb. pulv. ʒi. cum pulv. liquir. & tragac. f. Bolus.*

Si æger non poſſit Bolum devorare, diſſolvantur Purgantia in *decocto malvarum*.

Diligenter autem animadvertendum eſt, Purgans non eſſe exhibendum, priuſquam dolor fuerit aliquantulum remiſſus: nam dolore valde urgente, catharticum exhibitum, etiam vehemens, ſæpe non purgat, quia tunc temporis omnes partes ſeſe contrahunt, & medicamento non opitulantur. *Riverius.*

Cum ſymptomata Colica, flatulentiæ & borborygmi, alvi obſtructio, plus minùs, ſimiliaque pathemata in paroxyſmo ægros crucient, ob id opera danda, ut primæ viæ à ſordibus quibuſcunque ſint liberæ, ne hæ ipſæ coacervatæ malum exaſperent. *Etmuller.*

73. *Per Evacuantia molliora*) Cùm jam calculo divexantur ægri, tunc ad fæces & flatus educenda, eandem ob cauſam, ut de clyſteribus dicetur, quibus potius tunc utimur, alvum laxantia vel ſimul cum illis, vel loco clyſmatum propinantur: Tranſeundo ab illis ad cathartica, non tamen violenta, cùm tunc calculi cauſam, cujus in præcautione potiùs, quàm in curatione habetur ratio, exturbare nequeant, ſed ut ipſe calculus, dum natura purgantibus ſtimulatur ad excretionem, ab illis ſimul ad deſcenſum promoveatur: Quod ut rectiùs fiat, ea quæ abſtergunt calculumque comminuunt, illis ſimul permiſcentur. *Platerus.*

73. *Per evacuantia molliora*) Præſertim ope Enematum.

℞. *Rad. alth. & lilior. āā. ℥i. fol. malva, violar. pariet. branca urſin. āā m. j. ſemin. lini & fœnugr. āā. ℥ß. ficus n°. vi. flor. chamom & melilot. āā. p. j. coqu. ad ℔i. In colat. diſſolve caſſia & cathol. āā. ʒvi. ol. lilior. & violar. āā. ℥ ß. m f. Clyſter*, quo rejecto injiciatur ſequens.

℞. *Flor. chamom & melilot. ſummit. aneth. parietar. rutaāā. m ß. ſemin. aniſ fœnic. cumini āā ℥ß f. Decoctio ad ℔i. in qua diſſolve diaphœn. ℥ß. terebinth. ovi vitello diſſolut. ʒi. ol. aneth. & ſcorp. āā. ℥ij; miſce.*

Ad magis emolliendum, & dolorem leniendum, ex Oleis componi poteſt in hunc modum, præmiſſu laxante.

℞. *Olei aneth & chamamel. āā. ℔ß. ol. amygd. dulc.* ℥ij. *olei rutac.* ℥j *miſce.*

73. *Per evacuantia molliora*) Vbi dolor fuerit placatus, primæ via repurgatæ, & acrimonia humorum temperata, blanda diuretica in ſpecie cum aliis internis oſurpentur; Quoad hæc, in principio ſubinde blanda *alvi laxatio* convenit, reſpiciendo tamen ſimul renes, & modice calculi excretionem ſtimulando, v. g.

℞. *Tartar. vitriol gr.* xij. *ſalis geniſta grana* v. *vel* vi. *ſcammon. roſat. gr* iij *miſce f. Pulvis.*

Sed in ſpecie *laxativa Terebinthinata* conveniunt, In quem finem *terebinth. inſpiſſata in pilulas* redigi poteſt, ita ut ſingulo ℈j. vel ʒß. *ſcammon. gr* iij. *vel* iv. permiſceantur, & ita pro doxi aſſumantur; Convenit quoque *ſemin. violar.* exque hoc facta *Emulſio* cum *aqua veronica* aut *hedera terr.* quæ ſimul laxat & urinam pellit, cui ratione doloris *papaverina* addi poſſunt, e. g.

℞. *Semin. violar purpur.* ʒiij. *papav. albi* ʒj. *cum ſ. q. aqua alkek. f. Emulſio*, adde *lap. cancror. præp.* ʒj, *miſce.* Emulle. r

73. *Per evacuantia molliora*) Nam Purgantia parum conducere videntur, quia potiùs plane omittenda ſi auſcultemus *Walæo qui m. m. p. a. 4 In doloribus nephriticis*, inquit, *ſive purges, ſive venam ſeces*, nihil agis; præbe verò pro vacuatiune dolorum *terebinthinam*, cum *manna & oleo amygd dulc. res facta erit.* Verùm enim verò non omnis propterea catharticorum uſus profligandus, ſed potiùs diligenter animadvertendum eſt, ut ne catharticum in paroxyſmo, & priuſquam dolor aliquantum remiſerit, propinemus *Riverio* monente. *lib. 14. Pr cap. 1.* tumque etiam nonniſi blandioribus, ad cauſæ antecedentis remotionem utamur, à quibus nec ipſum abſtinuiſſe *Walæum* ex dictis patet: In horum vero numero licet etiam *Caſſia* reperiatur, ab hujus tamen uſu quoſdam peſſime habuiſſe, & de excitato urinæ ardore conqueſtus eſſe refert. *P. Pigraus l. 7. chir. cap 4 Strauſſius P. 3 Gymn. 615.*

73. *Per evacuantia molliora*) Antequam medicamenta calculum frangentia & propellentia adhibeantur, ante omnia corporis ſentina adhuc diligentiùs eſt repurganda, ne humores circumjacentes, & potiſſimùm pituita viſcida, illa perpetua calculi pediſſequa, cum diureticis & ſaxifragis ad partem affectam protrudantur, ignique igni, malumque malo ſic addatur. *Chriſt. Langius.*

Hunc in finem uſurpant pro diverſitate temperamenti, & pro variâ ægri conſtitutione, variaatque diverſa quoque cathartica, imprimis autem & initio *motiora*, quæ alvum ſuaviter laxant, & omnem dejiciendi difficultatem avertunt; plurimùm namque refert, Alioquin ſi inteſtina fæcibus gravata ſint, & dolores à Calculo pariter adſint, tunc dejectione impeditâ, illi terribiliter augentur, quod viæ ex compreſſione evidenter anguſtiores reddantur.

Sin obſtructiones ob bilis pertinaciam atque viſciditatem pituitæ nimiam magis ſint fixæ, *quàm ut motioribus* cedant, & ita quidem, ut prædictis cedere negent; ad fortiora progrediendum erit, veluti ſunt *extract. agarici, eſula, alhandal. panchymag. Crollii*, è quibus l a. in juſta doſi pilulæ ſunt efformandæ & dandæ: *Untzerus* in ſpecie ſequens catharticum ſuum dat.

℞. *Aquar. alkekeng. ſaxifrag. āā.* ʒvj. *ſyr. de pariet.* ℥ß. *extr. panchym. Crollii* ʒß. *magiſt. tartar. vitriol.* ℈j. *ms.* pro Potione.

Riverius his Pilulis ſummâ cum laude ſe uſum teſtatur.

℞. *Salis prunell. cryſtall. tart. ſalis baccar. hedera, & fol. naſturtii ana ex quibus cum ſyr. quodam laxativo & terebinth fiat Pilul. maſſa*, de qua diebus ſingulis ʒj. mane ſumendas præcipit.

Mea vero mente non aberraretur, ſi pro purgatione feliciori aliquid de *diagr.* vel *troch. alhandal.* adderetur: Et hi ſtimuli ipſi, ſi immiſceantur quoque *extractis betonica, granor. paonia*, (quæ imprimis in infantibus lapides & arenas creſcere impediunt) *ſcolopendria, artemiſ. imperat. rad. leviſtici, ruta, dictamni albi, eryngii, carlina*, &c. magis famigerabilem, cum peculiariter materiæ præparationem reſpiciant, efficaciam præſtabunt.

Pro ſingulari & ſpecifico purgante habentur una *cryſtalli ſales tart.* quas ſic præparare docent Chymici, *Solve tartarum calcinatum in aqua pluvia, cola, coagula, coagulatum in igne aperto funde, donec caruleo compleat colore, fuſum diſſolve rurſus in ſpir. vini optime rectificato, ſolutum digere per 4 ſeptimanas, dein abſtrahe ſpiritum vini ad tertias, & ad cryſtalliz andum commode loca.* Doſis ad ℈j. nec dubium hanc dozin exactius operaturam ſi grana quidam *diagrid.* aut *troch. alhandal* admiſceantur.

P. Joh. Faber Curat. 15. per aliquot dies adhibuit *crocum metallor* quo vacuandi ſcopo finito, poſtmodum dedit ſpecificum ſuum ſaxifragum, quo intra xv. dies lx. calculos oſſa dactylorum æquantes, cum copioſa ſabuli materia deturbavit; Verum cum *crocus metallor.* ſit admodum violentus, illi ſubſtituimus *pilulas antimoniales & mercuriales fixas*, nobis proſpero ſucceſſu familiares. *Chr. Langius.*

74. *Vena in brachio ſectione*) Rejecto clyſtere emolliente; aperiatur vena baſilica cubiti dextri, vel ſiniſtri, & emittantur ſanguinis ℥viij. vel ix. pro viribus aut plenitudine ægri; maximè enim neceſſaria eſt phlebotomia ad præcavendam inflammationem, quæ à dolore perſeverante excitari poteſt: Poſt venæ ſectionem iniciatur Clyſter.

℞ *Flor. chamom. &c.* Vide §. 73. *per evacuantia molliora*) Poſtero die ab hic V. S. vena etiam poplitis aut malleoli aperienda eſt, è directo partis affectæ, Sic enim ab ipſa fit derivatio, ex eaque utplurimum ægri levamen maximum ſoleot percipere: Quod præceptum ab Hippocr. nobis traditum eſt 6. *epid. p. 3. aphor. 6.* & ab *Aetio lib. 11 cap 5.* Imò verò affectu ulterius procedente, *apertio hamorrhoidum* erit utiliſſima, juxta aphor. *Hippocr. 11 6 melancholicis & nephriticis hamorrhoides ſupervenire bonum*: nam ex eodem ramo ſplenico venæ ſparguntur ad renes, veſicam & hæmorrhoides. *Riverius.*

74. *Vena ſectione*) Ventris ſarcinâ deoneratâ, proximus erit *phlebotomia* locus, iis tamen unicè, quibus ex ſanguinis corpus undique circumfluentis *pleonaſmo*, vel *orgaſmo* præ doloris ferociâ accenſo, accenſi renis inflammatio impendet celebrandæ, *Charleton p. 218.*

7. *Dolor eſt ingens*) 148. Abbatis N. prompta ſolutio doloris nephritici detracto Sanguine, pulſu pleno & magno, declaravit quod ad compeſcendum motum humorum ad Renes laborantes ſeſe inclinantium, nil prius ſit phlebotomia; quanquam affectus ipſe, quatenus talis eſt, hoc remedium non expoſcit; Sed Galenus *libr. de renum affect* hoc remedium valde commendat, *Epid. lib. 2. pag. 220.*

76. *Malleoli, vel poplitis*) Per venæ in pede ſectionem, qui reni dolenti ſubeſt: Vel in poplite aut circa malleolum, vel ubi tuto illa ſecari poteſt, fact. ſ. ſanguis ſi dolor ſummus urgeat, ægerque plethoricus ſit, revellendus, ne ob dolorem in renem fluens, inflammationem pariat, quæ ob eam cauſam calculo ſæpe jungi ſolet; quod cum ſit; tunc eo magis ſanguinis detractio locum habebit. *Platerus.*

77. *Viarum laxatione & lubricatione*) Compoſitionibus *lithontripticis* plerumque & ad *vias urinæ deducentia*, *eaſque dilatantia* adduntur; Veluti *radices liquir. althææ, Umbil. vener. flor. violar. ſemin. malv. bombacis. althææ, lini, fœnigr. iv. ſem. frig. maj. amygd. dulc. avellanæ, & cucurbitarum cinis.* Platerus.

Decoctum laxans & abſtergens ſic fiet.

℞. *Rad. liquir.* ℥iß. *paſſular. enucl.* ℥j. *ſebeſten par.* x. *prun. par.* v. *cicerum p.* j. iv. *ſemin. frig. maj.* ʒß *ſem. aniſi* ʒiij. *ſol. Sennæ, rad. polypod.* cum dulce ſit & abſtergens, āā. ℥j *flor. violar. p.* j. *f. Decoctio pro* ij. *doſib. addito ſacch.* vel *ſyrupis, ut violac. roſaceo.*

Calculo accommodatius fit ſi prædictis addideris.

℞. *Rad. fœnic. petroſel.* āā. ℥j. *ſaxifrag. althææ*, āā. ʒß. *malvæ, capilli ven.* āā. *m.* j. *flor. anethi p.* j. *baccar. alkek.* ʒij. *aucta ſennæ quantitate ad* ℥iß. Si decocto *Rhabarb.* & *Agar.* addideris, efficacius erit. *Idem.*

77. *Viarum laxatione*) Ante & poſt purgationem, per os exhibenda ſunt, quæ vias laxant, & dolorem leniunt, Cui uſui confert *Syrup. de althæa Fernel.* frequenter exhibitus; Cui ſimplicior hic ſubſtitui poteſt.

℞. *Rad. alth.* ℥iij. *coqu. ad* ℔j. *in colat. diſſolve ſacch.* ℔ß. *utatur frequenter.*

Julepus ſequens ad vias leniendas frequenter exhibendus.

℞. *Hordei integr. p.* j. *cicer. rub. p.* ß. *ſem. malv. & althææ* āā. ʒij. *ſem.* iv. *frig. maj.* āā ʒj. *ficuum pingu. par.* iv. *ſebeſten par.* iij. *liquir. raſ.* ʒß. *coqu. ad* ℔iß. *In colat. diſſolve ſyr. capill.* 4. *ven.* ℥iv. *detur in* iv. *doſes bis aut ter in die.*

Pro Potu *decoctum ex rad. alth.* ℥ß. *hord. p.* ij. *liquir.* ʒvj. *in aqua* ℔v. *ad* ℔j. conſumptionem erit utiliſſimum.

Vel fiant *Juſcula ex malvâ, althæâ*, & *cicerib. rubr.* cum multo *butyro* & modico *ſale*, vel eadem decoquantur in jure pingui: Vel exhibeantur *Emulſiones* ex quatuor *ſeminibus frigidis majoribus* paratæ: At præ cæteris remediis vias emollit & laxat, doloremque lenit, *Oleum amygd. dulc.* rec. extractum, quod ad ℥iij. vel iv. per ſe, vel cùm *vino albo*, aut decocto *althææ, malvæ, liquir. & cicer. rubr.* exhiberi poteſt.

Vel fiet *Potio ex olei amygd. dulc. & amar. part. aqu.* quia amygdal. amar. ad expellendum calculum etiam valent. *Riverius.*

77. *Viarum laxatione & lubricatione*) Laxant vias & educunt partim *aquoſa*, ut thermæ, acidulæ, & potus ipſe, niſi enim hic ſuppetat, non æquè & commodè eductioni aptatur calculus, nec viæ per quas renum tubuli, ureteres, & ductus urinarii è veſica æque expediuntur, quæ in actu præſervationis & curationis officium faciunt; Inter hæc laxando mitigantia, & mitigando laxantia ſunt optima, breviter oleoſa liquida, vel quaſi talia, internè & externè optima, v.g. ol. amygd. dul. tum ſolùm, tum com *vino malvatico* hauſtuor; Hæc ipſa ſanè in Iſchuriâ, & præcluſione exitus à ſabulo, vel calculo majori inſigniter proſunt, Adeoque & in paroxyſmo nephritico, cum reliquis, inprimis reſolventibus, quæ anima quaſi ſunt lithontripticum, maritata, plurimam opem præſtant, præcipue illa quæ utramque opem præſtant, & emolliunt, ſcilicet & reſolvunt, ut *ſperma ceti* aliaque, & dolores ipſos leniunt; Exterius huc faciunt Clyſteres ex emollientibus & nephriticis, Balnea ex iiſdem, *Linimenta ex oleo Scorpionum ſ.* & *Matth. juniper. ſuccin. chamæmel. aniſi*, &c. Item *unguenta* ex *ungu. dialth.* & oleis deſtillatis remixto, & *Cataplaſmata*, quibus omnibus curatio calculi abſolvitur revera, una cum ſymptomatibus ipſum comitantibus. *Wedelius A. m. m. p. 188.*

77. *Viarum laxatione & lubricatione*) Quia præſente calculo, & dolore nephritico urgente, urinâ fere acrior obſervatur, à quâ dolores exaſperantur, Ob id ſimul adminiſtranda talia, quæ iſtam urinæ acrimoniam tollere, & ita dolorem nonnihil imminuere poſſunt, id quod facient omnia ea, quæ vulgò *emollire*, viaſque calculo laxare dicunt, quod per ſe eſt ridiculum, Si enim talia deberent laxare renes ac meatus urinarios, neceſſe eſſet priùs laxarent ventriculum & inteſtina, ut pote quæ immediatè afficiunt: Talia igitur ex *althææ, oleo amygdal. mucilaginibus* & ſimilibus concinnata remedia conveniunt, non quatenus laxant vias, ſed quatenus acrimoniam urinæ tollunt, & inde natos dolores leniunt, quo lenito criſpationes & dolorificæ contracturæ ductuum tolluntur, & ita vel ſponte ad debitam amplitudinem, viæ antea arctatæ redeunt. *Etmuller.*

78. *Intra ſyrupo*) Pilulas ex terebinthinâ in hoc caſu laudamus quidem, ſed plus tribuimus illis (licèt vulgò incognitæ ſint,) quæ ex *gummi ceraſorum* conſtantur: ſicut etiam gummi illud in vino ſolutum, præſtantiſſimum ſingularemque effectum edere ſolet. *Chr. Langius.*

79. *Jure pulli, vituli*) Jus alimentoſum probatur ex *ciceribus rubris, vel nigris*, vel piſis hujus coloris, in *aquâ* vel *jure carnis* decoctis paratum, addito *butyro & ſaccharo* vel *melle*, vel ſi dulcia reſpuant, momento *ſalis*: Quod ad præcautionem conſuetum eſt biberet Addità plerumque dum coquitur *radice petroſel.* In quo & *braſſica* decoqui poterit, & *teneritates aſparag. fabæ* item *phaſeolique* recentia, medicatum magis, ſic fiet.

℞. *Cicer. rubr. p.* j. *rad. petroſ. rec* ℥ij. *rad fœnic. rec. ononid. liquir.* āā ℥j. *fol. braſſic. vel malvæ. fol. aliquot. ſem. melon.* ʒij *ſem. aniſi* ʒj. *coqu. in jure galli, donec redeat ad colat. pocula duo, ſumat*, duobus matutinis mane & veſperi. *Platerus.*

80. *Extra*) Adhibitis Clyſteribus, ſi dolor nihilominus excruciare pertinaciter pergat, Inunctiones ſtatim externas ad leniendam ſentientis acerbitatem applicant, & regionem renum utramque *ungu. agripp. alth. alabaſtri, roſar. ol. camph. liliorr.* &c. imbuunt.

Vel *Laminas* quoque *plumbi* renibus apponunt; quas quidem nonnulli rejiciendas monent, ob frigiditatem viz. ſummam materiam repellentem, effluviumque vaporum impedientem; Attamen qua ratione conſenſum illis dare liceat, non video, quia laminæ hæ, licet natura ſua ſint frigidæ, peculiarem tamen hunc & mirum præſtant effectum, ut cuilibet in corpore parti dolorem paulatim adimant, & quaſi magnetica vi attrahant, id quod maniſeſtiſſimè eſt deprehendere dum quælibet pars affecta ſub plumbeo hoc ſegmine ſemper madere ac ſudare ſolet, in quo ſudore ſal cauſticum parti calorem doloremque inducens, continuò egreditur & ſuâ acrimoniâ plumbum ſolvere tentans viſibiliter adhæreſcit: Rationem rationis & hanc adhuc ſuperaddo, quòd ſcilicet illa attractio ſatis copioſa fiat beneficio *mercurii, quo Saturnus abundat*: Mercurius autem deperdite, ut ſic dicam contubernium ſalinum amat: Atque ſic modo hoc atrociſſimos io articulis dolores quàm optimè fuiſſe ſedatos memoriter meminimus. *Chriſt. Langius Diſſert. de cur. calculi.*

80. *Extra*) *Sacculi* etiam *Pulvini*, ſimplicibus aridis impleti, vel *avenâ & milio*, quibus in aliis quoque doloribus ſedandis utimur, calefacti priùs & applicati, actuali calore, potiùs, quàm potentiali allevant.

Uti & *Pulvini* alii *plumis* infarcti, *pelleſve calidæ* admota, ſimili ratione dolorem mitigant; In quibus ſi à certis animalibus ſumantur plumæ; Et *pelles ſinguncuh*, vel *leporis*, proprietate quadam id efficere vult

gus credit; Sicuti & *lapides* aliquos, cingulo alligatos, lumbiſque circumdatos, calculum præcavere multi exiſtimant, Hunc in uſum *lapis ſubviridis* inſtar galactitis circumfertur, magnatibuſque venditur: Hunc ab eximiâ ſuâ virtute, præterquam quòd imbecillitati ventriculi geſtatus ſubveniat, in arenulis & calculis ex renibus pellendis, Nephriticum vocant. *Platerus*: De remediis Externis vide infra §. *Quæ peragitur unguento*) & §. *Semicupio cum anodynis*) §. *Cataplaſmate*) §. *Unguento*). *Empl. de meliloto* malaxatum cum *oleo chamom. & petroleo* bene confert; ſane *Petroleum* eximiè commendat *Panarolus in Obſerv.* Item *catapl. ex medullâ panis albi* ac *lacte*, Item ex *ſuccis cancror. fluviat.* præſertim cum *parietar.* à quibuſdam, multum extollitur; Nec omittenda eſt *Camphera* ejuſve *Oleum* quibuſvis modo dictis ſemper addendum. *Etmuller.*

80. *Extrà*) Topica internorum vim juvant, illi loco admovenda ubi penetrare vel juvare magis per exceſſum poſſunt; Juvant vim internorum, ſeu laxandum, ſeu mitigandum, ſeu reſolvendum fuerit, quæ tria præcipua ſunt circa lithontriptica; Quin in genere Topicorum magna vis eſt in toto corpore, quòd vis eorum à calore actuetur, per poros communicetur, & morbo ejuſque cauſis ſit contraria; Sic præter Balneum & Clyſteres emollientes, paregorica vi conſpicuâ, unguenta lumbis applicata, laxant & mitigant, non obſtante vallo oſſium, accedente calore ſacculorum externorum cumprimis: Variant verò & pro diverſitate locorum. *Wedelius.*

81. *Extra unguento*) Exteriùs calculorum excluſio adjuvari poteſt, ſi tota renum & ureterum regio calentibus manibus, *oleo ſcorpionum* inunctis aſſiduè perfricetur, Tum *Cucurbitulæ* plures à rene affecto, ad pubem deſcendendo, ſecundum longitudinem ureteris, ſine ſcarificatione applicentur; Illinatur denuò eadem pars *oleo ſcorpionum Matthioli* cui *cantharid.* ſubtiliſſ. pulver. portiuncula addatur; Vel fiat Linimentum ex *olei ceræ*, de *lateribus & ſcorpion.* part. æqu. maximè penetrans & ſummæ efficaciæ, modò renum inflammatio non timeatur. *Riverius.*

82. *Balneo aqua dulcis*) Inter externa, *Balneum* aquæ dulcis tepidæ frequenter uſurpatum: *Natatio* in *flumine* æſtatis tempore conveniunt. *Epithema* ſequens crebrò renibus admoveatur.

℞. *Aquar. lactuc. nymph. & roſar.* āā. ℥iij. *aceti roſac.* ℥ij. *miſce admoveatur tepide mane & ſero.*

Convenit etiam ſequens Linimentum, præcipuè hyeme.

℞. *Olei roſac. nymph. & violar. in aceto & aqua roſ. lotorum* āā. ℥j. *mucilag. alth. extr. in aquâ parietar.* ʒvj. *ceræ tantillum, f. Linim. unge renes m. & v.* Temperatur & Renum caliditas immodica, *laminâ plumbeâ* perforatâ, ſupra regionem eorum continuo geſtatâ. *Riverius.*

82. *Balneo*) Ad remedia externa, quorum beneficio inſigne lenimentum calculoſis quoque accidit, Thermas ego non laudare nolo, ſed hac conditione, ut diſpoſitio corporis ægri exactè reſpiciatur, Quamvis non deſint qui uſum earum penitus prohibere in hoc caſu conentur, *Chriſt. Langius.* Vide §. *Ne vel generetur*).

83. *Oleum amygd. rec.*) Olea propinata quædam, quia & illa ad renes cum urina perveniunt, ſicuti poſt eam emictam illi innatare portio illius ſæpius conſpicitur, vias illius laxando lubricandoque, ut calculus faciliùs per eas tranſeat, efficiunt: Daturque eo nomine in ſummo cruciatu, calculo in itinere alicubi fixo, *oleum commune*, aut *amygd. dulc. vel lini*, recentia vel luta, affatim per ſe vel in juſculo, vel cum *lacte pingui butyroſo* bibenda: *Oleum commune ad* ℥j. cum *vino* in quo *ſilices, è quibus ignis excuti poteſt*, igniti ſæpe extincti ſunt, propinatum quidam laudant: Sed & quædam calculo ipſi accommodantur, & vel per ſe, vel invicem commiſta, aut aliis liquoribus propinantur, qualia ſunt *Oleum expreſſum ex nucleis Perſicor. vel ceraſor. aut amygd. amar.* unciatim exhibita: uti & *oleum ex maceratione ſcorpion.* Quibus efficaciora ſunt *olea ſem. citri* vel *ſemin. lappæ maj. minorisve* aliorumve ſem. lithontriptic. ſtillatitia, quæ guttatim tantum, & aliis permiſta exhibentur: E.g. *terebint.* aut *laricea ol.* quibus *oleum vitrioli* annumerant.

Ex diverſis ſimul mixtis olea compoſita convenientia poſſunt elici; Eſtque hoc *inſigne.*

℞. *Granor. junip.* ℥iij. *cortic. rad. frax.* ℥iij. *contuſ. ſubigantur, additis laricea* ℥ij. *mellis* ℥j. & poſtquam aliquandiu fuerint macerata, affuſâ copioſâ aquâ eliciatur Oleum, Quod à *gr.* vj. *ad* x. cum conveniente aliquo liquore datur. *Platerus.*

84. *Calculi remotione, comminutione*) Remediis methodicè uſurpatis, dolor nephriticus utplurimùm curari conſuevit, iteratâ etiam purgatione, ſi opus videatur, aut *medullâ caſſiæ* frequenter exhibitâ: At verò ſi poſt eorum uſum, dolor adhuc excruciet, certum erit calculos grandiores renes & ureteres obſtruere, qui diureticis remediis, calculum frangentibus & expellentibus deturbandi erunt; Quorum tamen remediorum delectus habendus eſt, ut primò mitiora uſurpentur, & magis temperata, antequam ad acriora veniatur, quæ ſanguinem & renes inflammare valent, ubi etiam corporis habitus ratio habenda eſt; nam obeſum corpus magis tenuantia, gracile vero minus perferre poteſt; *Riverius.*

84. *Calculi remotione, comminutione, expulſione*) Si Calculus major ſit viis ordinariis, ut ejicere eundem ſit impoſſibile, vel confringendus, vel à re ceu impoſſibili deſiſtendum, cùm *apertio per ferrum Chirurgica* ſit, ſi non impoſſibilis, ſaltem periculi pleniſſima: Verùm cùm non ſemper conjecturando poſſit aſſequi, an *parvus*, an *magnus* deliteſcat *calculus*, cùm non rarò variis formis aut aſperitatibus ludat, hinc tutiſſimum eſt, ut præſens calculus, quantùm poſſibile eſt promoveatur; *dolores* ſimul tam internis, quàm externis leniendo, cùm quamdiu hi continuent, tamdiu membranarum ac ureterum major contractura ac ſpaſmus vigeat, à quo penitus calculo via intercluditur. *Etmuller.*

85. *Comminutione*) De *Calculum confringentibus* remediis multi dubitant, an ſint Lithontriptica; Quod ad hanc controverſiam, certum eſt negotium eſſe *difficile*, non tamen adeo *impoſſibile*: *Difficultatis* ratio eſt.

1. Quia eſt *concretum terreo*-ſalſum, ex volatilibus quidem principiis, firmiſſimo tamen nexu junctis oriundum, adeoque nec *acida*, nec *alkalia*, eum diſſolvere poſſunt, quia ex utriſque compoſitum: Neceſſe ergo eſt, ut remedium calculum frangens ita ſit conſtitutum, ut fere de utroque, *acido* nempe & *alkali* particeps, ut ita concretum tale denuò reſolvere poſſit.

2. Quia remedia requiruntur talia, quæ longo iſto tranſitu, donec ad calculum perveniant, in vi ſuâ lithontripticâ non infringantur; Unde errant qui calculos humanos excretos certis liquoribus injiciunt; expectaturi quis liquor citius & felicius calculum frangat, ut eodem liquore & intus propinato eundem effectum obtineant: Nam pauca obſervantur menſtrua quæ calculum diffringere valent, *Oleum vitrioli* eum non ſolvit; *ſpiritus nitri* interdum nonnihil operari videtur, ſed parum eſt, utut talia extra corpus in calculum operantur, neceſſariò aliam novam acquirunt naturam ſeu texturam, indeque vim diffringendi calculum exuunt: ut taceam non ejuſdem duritiei & compaginis in omnibus nephriticis videri calculos,

quia

quia ſubinde multum variant duritie, firmitate ac ſimilibus plus minus proprietatibus.

3. Quia *remedium lithontripticū* non debet eſſe *corroſivum*, ſed quod citra ſtomachi noxam poſſit propinari, nam partes attritæ calculi plus minus antea læſæ ab acrioribus admodum læduntur remediis, indeque dolores, aliaque pathemata exaſperantur, ſicque malè ad corroſivitatem in calculum frangentibus reſpicitur; cùm non neceſſe ſit, ut acria corroſiva, ſaltim hæc præſtent, cùm revera dentur menſtrua plus minùs inſipida, quæ validiſſima concreta etiam diſſtringant. Nil dicā *de rore majali* ritè parato, menſtruo minùs acri, quod tamen magnam vim habet reſolvendi & infringendi: Et *Dom. Boyle de origine formarum*, refert ſe habere menſtruum tale, minus acre, tam cum *acidis*, quàm cum *alkalinis* ſine effervescentiâ miſcibile: quod ipſum tamen etiam aquas fortes ſubinde virtute ſuperet; (ſcil. ex baſi *viridis æris* & *ſale armoniaco* conficitur) ut taceam *Mercurium motum* metalla tamen amalgamando ſolvere, adeo, ut corroſivitas menſtrui naturam non definiat.

Quid igitur eſt quod conſideratur in menſtruo?

℞. Conſideretur proportio formalis, quæ eſt inter particulas menſtrui ſolventis,& particulas ac poros corporis ſolvendi, ut hinc utriuſque corporia particulæ mutuo nexu ſe invicem jungere valeant; ?proportio iſta materialiter ducit originem ex convenientiâ ſeu identitate in radice & eſſentia: Hinc concreta ſulphurea per menſtrua ſal.ſulphurea, ſalina per menſtrua ſalina, & aquea optimè ſolvuntur, Id eſt, requiritur in menſtruis particularibus certa quædam habitudo ad ipſam rem ſolvendam; hinc v.g. aqua ſolvit ſaccharum, alumen &c. non ſevum, terebinthinam; Aqua fortis ſolvit metalla, non lignum aut ceram; &c. ut taceam Guſtum malè corroſivitatis indicium exhibere; multa enim nobis inſipida & dulcia videntur, quæ in ſe admodum acria, & plus minus corroſiva, ut *arſenicum, Mercurius vita, ſulphur antimonii, Mercurius vivus. Lingua ergo inepta judex eſt menſtruorum*: Ut taceam acria & reſpectu certorum corporum acerrima nobis,& ventriculo noſtro eſſe innocua, nec niſi in objectum appropriatum agere, v.g. ſicut videmus in *aceto*, quod ſolvit corticem teſtaceam lapideam ovorum, ſubſtratam verò membranam tenuem aut mollem non attingit, Idem in nobis fieri poſſe dubium nullum: Sicut *Cantharides* acrimoniam ſuam circa renes & veſicam explicant, ſtomachum tamen, quem immediatè ingrediuntur, non offendunt, unde ſimile circa calculum frangentia fieri nil repugnat, ita ut non neceſſe ſit, ut in ſpecie reſpectu noſtri guſtus, ſint corroſiva quæ calculum infringere dicuntur: Sic videmus quòd *perſicaria*, item *ſemen dauci* ſint quibuſdam experimenta contra calculum deſtinata, ac *Dn. Boyle in Phil. Exp.* aliquot affert experimenta per ſolum *ſemen dauci* fracti renum calculi: *Perſicaria* ſecretum eſt, quorundam Anglorum contra Renum calculum: Et *pulvis millepedum* in veſicæ calculo aliquoties expertus fui, qualia nullo modo ſunt corroſiva, ſed tantùm acria volatilia.

Dico igitur *non eſſe impoſſibile*, frangere calculum in corpore humano per remedia ore tenus aſſumpta, nec opus eſſe corroſivis, modo appropriata ſint ad coaguli calculoſi texturam ſobtiliter penetrandam: Cujus & jam aliquot obſervata fuerunt experimenta, adeo ut obſervatum fuerit, etiam *ſal fimi columbini* bene præparatum aliquando diſſolviſſe calculum & fruſtullatim eundem ejeciſſe.

Sed talia revera lithontriptica ſunt perquam rara ac pauciſſima cognita; Horum igitur in defectu, uſurpanda interea veniunt meliora diuretica, vulgò, ſed malè lithontriptica dicta quibuſdam, quæ partim in paroxyſmo, ſedato dolore poſſunt propinari, partim extra paroxyſmum ad præſervationem poſſunt inſervire; ſive in præſervationis negotio operentur *acidum abſorbendo*, ut *teſtacea, lapides minerales & animales*, &c. Sive *diuretica vi* renes & loci urinaria abſtergendo, ut *raphanacea, liquor betulæ* &c. ſeu *balſamicâ vi* fermentum renum conſervando, ut juniperina, terebinthinata &c. *Etmuller.*

85. *Comminutione & expulſione*) Diſtinctio interpellentia & reſolventia nephritica adhibenda eſt: quæcunque abſtergunt, ſtimulant, ſeu fundunt & aperiunt, reſoluntque ſunt diuretica, & contrà: Aquea & liquida abſtergunt, diluunt, temperant & mundant magis, inprimis ſimul mucilaginoſa & temperata: Salina & terrea magis ſtimulant & reſolvunt, ſabulum expellunt, incidunt, aperiunt, præcipitant, præcipuè ſimul ſulphure fœta, aut terebinthinata, quæ intenſiùs id præſtant, hæc ipſa tamen & mundant ſimul. *Wedelius.*

86. *Et expulſione*) Obſervandum, ut Diuretica in paroxyſmo ſint moderata, quia aliàs viæ calculi attritu irritatæ, dolotificâ criſpatione, vel contractione ſe anguſtant: hæc omnia exaſperantur, ſi fortioribus diureticis violentius protrudere volueris calculum, adeoque quò gravior dolor in paroxyſmo eſt,eò minùs aut mitiora adhibenda diuretica, *Etmuller.*

87. *Per medicamenta id præſtantia*) Corpore ritè evacuato, lithontriptica poſtmodum tutiſſima manu porriguntur, quorum innumera paſſim reperiuntur, eaque ſub omnigena medicamentorum facie, ſub formâ *Eſſentiarum, magiſteriorum, Oleorum, Spirituum, Pulverum, Aquarum, Potionum.*

87. *Per medicamenta id præſtantia*) Sed in omnium Diureticorum uſu hoc perpetuò obſervandum, ea non eſſe frequenter uſurpanda, quia trahunt ad partem affectam, ideo ſemel aut bis in menſe, vel aliquando per majora intervalla exhibere ſufficiat, corpore tamen priùs purgato, ne aliarum partium cacochymia ad renes deducatur: Attamen Terebinthina in uſum frequentiorem venire poterit; (Vide §. *terebinthina*) Riverius.

87. *Per medicamenta id præſtantia*) Hoc obſervato; ut quælibet remedia applicentur ſuo indicanti ſpeciali, Felix qui hæc tum in his, tum in aliis quoque noverit; Noverit enim revera ſpecifica morborum omnium remedia; Hinc ipſa dicta *Nephritica* inter ſe non ſunt confundenda; ſingula nempe ſunt nephritica, ſed non omnibus æquè nephriticis proficua; non ſunt ergo temerè confundenda inter ſe, ne doloribus pellentia, pellentibus anodyna ſubſtituamus: Diſtinguenda ſunt tempora, diſtinguendi ſunt affectus, diſtinguenda etiam remedia. Cumque imprimis pellentia noxia eſſe poſſint, & ſoleant, pellentia urinam, pellentia cum urina calculum, de iis ſeorſim dicemus; Duplicia hæc ſunt Diuretica, calida & frigida quæ utraque nocere poſſunt, partim licèt per accidens, quatenus compactionem materiæ calculoſæ juvant, factâ indecenti ſeparatione eorundem uſu; adeoque calculum iu fieri compingunt magis, ablatâ v.g. portione aqueâ, relictâ tartareâ; partim quatenus præſentem calculum, eumque quietum, intempeſtivè ad pelvim è loculis & tobulis ſuis præcipitant inde iſchuria promptè conſequitur: Inter calida ſunt olea deſtillata nephritica, *ſuccini, juniper. terebinth.* & cum his præparata; *balſam. ſulph.* v.g. largiori etiam quantitate hauſta; Vidimus inde non rarò Iſchuriam, vel dolores ſaltim amotos, quandoque & mictum cruentum exortum; Inter frigida, ſuccos *betulæ*, & *acidulæ* inprimis hac vice memorandæ, à quorum priorè diaberem vidimus factam; ab altero iſchuriam lethalem in B. *Wigando*, cum in paroxyſmo nephritico, Medico incon-

ſulto, bibiſſet acidulas, onde ab illo ipſo momento urina ſubſtitit, ad mortem uſque per xi. dies. *Wedelius A. m. m. p. 189.*

57. *Per medicamenta id præſtantia*) Diuretica inter, ſunt *Tinctura nephritica, ſpiritus carminativus, liquor nephriticus, terra foliata tartari*: In horum tamen uſu obſervetur, ut ubi fruſtra fuerint adhibita, ſubſiſtatur, & quaſi feriæ relinquantur naturæ; Quod monitum per experientiam confirmat *Epiph. Ferdin.* hiſt. 94. de paroxyſmo nephritico, in quo per novem dies plura remedia propinata & applicata abſque uſu & effectu fuerunt, ſed cùm poſtmodum per xi. diex quietem conceſſiſſet naturæ; hæc ſponte ſuâ liberavit ægrum, in fine duodecimi plures calculos ejiciendo; *Etmuller.*

87. *Per medicamenta id præſtantia*) Omnia *oſſea* & *lapidoſa*, à vegetabilis & minerali regno, ſunt lithontriptica: Sic *bacca alkekingi, acacia, arilli cynosbati, oſſa dactylor nucl. ceraſor. meſpilor. perſicor. lapides cancr. perlar. ſcorpion. ludus hum. lapis Judaic. lyncis, nephriticus, piſolithus*, huc faciunt; Item *lignum nephrit.* aquas inficiens, *millepedes præpar.* ob ſal nitroſum volatile, quo pollent. *Wedelius.*

88. *Præſtantiora ſunt ex ſimplicibus*) *Cinis corticum ovorum adustorum* à ʒß. ad ʒj. exhibitus *cum vino albo*, potenter expellit calculum in urinæ meatibus hærentem. *Sanguis hirci* præparatus ab omnibus tum neotericis, tum antiquis commendatur tanquam remedium excellens ad diſſolvendum calculum: Doſis illius erit à ʒß. ad ʒj. *Aqua* ex *ſanguine hirci deſtillata* per vitrea organa in B. M. miranda præſtat; Sed hircus per menſem nutriendus eſt *Saxifragâ, pimpinellâ, baccis junip. petroſel.* aliiſque diureticis ſine ullo potu.

Hartmannus urinam hirci tanquam ſtupendum remedium commendat, *In obſtructione renum à calculo totali, vel etiam ubi ureteres & veſica à calculis in eam regionem detruſis, omnino fuerunt obſtructi, ut ne gutta quidem urinæ prolabi poſſit, præſtantiſſimum eſt, ſi* urina hirci, *recentiſſimè ex vivente adhuc hirco cum veſica extracta, potanda detur, & omentum cum inteſtinis, ventri, pubi & perinæo fuerit applicatum; Sic enim calculus repentè conſumitur, ſine læſione vaſorum, & patiens liberabitur.*

Pulvis *millepedum* ad diſſolvendos calculos præſtantiſſimus eſt, ut & Infuſum in *vino albo* paratum & diu continuatum ad idem eſt efficax.

Apud Practicos commendator *cinis ſcorpionum* ad ℈j. exhibitus, cum *aqua gramin. parietar.* aut *vino albo*, cujus tamen uſus rariſſimus eſt: At frequentiùs uſurpatur *Oleum ſcorpion. matth.* cujus ʒj. per os exhibita cum prædictis liquoribux, calculi excretionem eximiè accelerat.

A chimicis laudatur *Mercurius dulcis* cum propriis vehiculis uſurpatus. *Riverius.*

88. *Præſtantiora ſunt ex ſimplicibus*) *Sanguinaria* herba, Geraniorum ut apparet generis, quæ cælio emicat flore, totâ ſuâ ſubſtantiâ in vino decocta & pota, ſingulari experimento adverſus calculum facere dicitur, quod ego à calculoſis audivi. *Hier. Tragus.*

Acini hederæ tuſi ac ʒj. pondere in vino ſumpti, calculum expellunt, experientiâ id atteſtante. *Idem.*

88. *Præſtantiora ſunt ex ſimpl.*) *Balſamum Peruvianum* (genuinum *Syriacum*, Turcarum Imperatoris invidiâ chriſtianis emporiis importari ægre ſinit) ʒj. aut ʒij. pondere, in ſeri lactis caprilli deſtillati poculo, epotum ſingulis auroris per menſem: Virtutem hanc antigorgonicam in Balſamo, olim deprehenderunt Priſci, teſtimonio *Galeni 6. ſimpl. tit. de Balſ.* & *Avenzoar. l. 2. theiſir. tr. 2. c. 7.* hæc ſcribentex, *Jam recorder cum eſſem in carceribus Haly, quòd ipſe miſit ad me ſcriptorem unum ſuum, qui erat in conditione mortis à lapide, & præcepi ei, ut biberet tertiam partem nucis de optimo balſamo*, & ejecit lapidem in ipſo die. Moderniores etiam multùm prædicant hoc auxilium, tanquam culmen ſpei calculoſis, ut videre eſt ex *Pr. Alpino, Caſtore Durante, Zacuto.* &c. Charleton. *p. 204.*

Liquor ſtillatitius è fructo quodam *Ananas*, idiomate Braſilienſi, vi ignis extractus, & modicâ quantitate exhibitus, nam ſi largiùs concedatur vaſa urinaria infeſtat; etiam mordacitatis veſtigia diſceſſus in cultro relinquit. Inſtilletur ℈j. ſeru lactis: Videatur *Gab. Piſo* H. N. Braſiliæ l. 4. c. 46. *Zacutus Pr. Hiſt.* l. 8. c. 16. *Idem p. 205.*

89. *Ex ſimplicibus*) *Gummi caraſor.* in vino albo diſſolotum contra calculum profuiſſe certo experimento compertum eſt. *Mizaldus.*

89. *Ex ſimplicibus*) Probatus mihi eſt *virga aurea* pulviſculus, vel *artemiſia*, vel *calam. aromat.* pondere ʒj. in vino albo in aurorâ exhibitus, ſed ipſorum ſit frequentior uſus, *Rein. Solenander.*

89. *Ex ſimplicibus*) Inter ea quæ in ſubſtantiâ ſumuntur; quædam *alimentoſa comeſta* id præſtant, ut *raphanus* cum *ſale* in acetariis; *raphanus ruſticanus* cum *amygdalis* contuſus: *Leviſtici radix* cruda coctave copioſè eſitata, antequam balneum æger intret valde commendatur, *Petroſelini, fœnic. radices* coctæ, *aſparagorum & lupuli teneritates, braſſica cruda* & *cocta, portulaca, ſion crateva, ſiſymbrium naſturtium* in acetariis, *Fœniculi marini* folia condita, quæ tria admodum calculum pellunt; *Limonia mala, uva paſſa, ficus, nuclei perſic. amygd. amar. ceraſor.* gratiores *ſacchara* conditi. *Cynosbati fructus, leporina caro*, præſertim *leporis renes, paſſer. troglodytes, cauda tremula. Sanguis hirci coctus, Sanguinem vulpis* cum *vino dulci* generoſo & *ſacch.* parum coctum, ad ℥v. *vel* vj. comeſtum, aliqui valde laudant.

Ex *medicamentoſis ſimplicibus*, *Reſinæ* quædam, vi deterſoria inſigni & penetrante, ad urinas uſque, quas violaceo odore imbuunt, præcautionis gratiâ ſæpe ſumptæ, primas fere tenent; tum quando morbus invadit, à renibus arenas calculoſque abſtergendo, eis ad expulſionem promovent: Communiter uſurpatur *larigna vel laricea*, vel, in hujus penuriâ *abietina*, quibus præfertur *terebinthina vera*, ſi haberi poteſt, cui tamen viribus non cedit clara illa & fluida *laricea*; Daturque ſola citra aliam permiſtionem; non lota potius, quàm lota, cum illota magis abſtergat, à ʒij. ad unc. ß. nebulæ involuta, aut aliter degluienda: Vel pulvere *rad. liquir.* aut *ſacch.* in formam boli redacta, ſic per partex deglutitur.

Validius penetrat ad vias orinæ, alvumque ſimul egregiè ſubducit, ſi *vitello ovi* ſubacta, liquoreque aliquo diluta bibatur: In pulverem quoque redigi poteſt, ſi priùs euſque donec effuſa concreſcat, & veluti vitreata fiat, coquatur; tuncque ad ʒij. pulvis illius, cum aliquo liquore bibendux, aliove modo ſumendus.

Alia *ſimplicia*, quæ ad calculum abigendum commiſta, tritaque variis modis exhibentur, multa exiſtunt, Inter quæ *efficaciora* eſſe *experientia comprobavit*, etiam per ſe ſola, cum *vino* aliove liquore exhibita, *radices dictamni, lauri, ſol. polygoni min. herniaria* dicti, *bupleuri*, Semina *paliuri, milii ſolis, geniſtæ, xanthii, bacc. alkek.* & *hedera arbor.*

Ex *Animantibus*, *Sanguis* inprimis *hirci*, hoc pacto delectus & præparatus; Ab *hirco juvene* jugulato, eo tempore præſertim, quo herbis viridibus aliquamdiu paſtus fuerit excipitur; inter quas ſi aliquæ calculo deputatæ fuerint, eò præſtantior erit ſanguis: Sumitur qui medius effluit, qui poſtea inſolatione, aut alio calore ſenſim, euſque, ut citra corruptionem ad uſum aſſervari poſſit, & cum opus eſt, in pulverem redigi præparatur, pondereque ʒj. vel paulo plus cum vino

propi-

propinatur; Qua ratione & *ſanguis leporinus* præparatos propinatuſque idem præſtare oſus comprobavit.

Efficacia admodum ſunt *Scorpionum*, *millepedum*, *lumbricorum*, *pulveres & cineres*; ſummeque vehementes, & nonniſi cautè exigua quantitate uſurpandi, *cicadarum*, *ſcarabeorum*, *cantharidum* pulveres, ſeu pomis *cineres*, ut minùs erodant. Ex *Terreſtribus*, *Lapis Judaicus*.

Laudantur *Radices ſaxifragæ albæ*, *pimpin. ſaxifr. filipend. ononid. valerianæ*, *raphan. mar. rubi*, ſeu *chamærubi*, *urticæ*, *leviſtici*, *fœniculi*, *petroſel. gramin. ruſci*, *aſpar. rubiæ*, *aſari*, *ſtellæ*, *irid. enulæ*, *ariſtol. peon. damaſonii*, *hippolap.* Cortices *glandium*. *coryli medij*, Herbæ *ſaxifrag.* Dioſcor. quam ſerpyllum noſtrum *Dodonæus* eſſe putat, *capillares*, *nardus Celtica*. *lauri* & *braſſicæ folia*, *parthenium*, *hedera terreſtris*, *pulegium*, *origanum*, *polium*, *calamintha hyſſopus*. *abrot. chamæd. beton veronica*, *chamæp. querc* & *ſalicis folia*, *ſcordium*, *empetrum*, Flores *conſolidæ regalis*, *chamom.* Semina *aniſi*, *fœnic. carvi*, *cymini*, *apii*, *anethi*, *dauci*, *ſeſeli*, *petroſel. leviſt. ſiler mont. ammi*, *petroſel. maced. coriand. creta mar. aſparagi*, *bruſci*, *ocimi*, *raphani*, *hyper. ſpinæ albæ*, *urticæ*, *fraxini*, *nigellæ*, *naſturtij*, *pimpinellæ*, *ſaxifrag. lupinor. viciarum*, baccæ *lauri*, *juniperi*, *oſſa meſpilor.* nuclei *perſic. ceraſ. amygd. amar. cicer. rub. ſpongiola in cynosbato*, Gummi *Ceraſor. prunor. juglandis*, *vitis*, *Arabicum*, *tragacant. elemi*, *oliban. bdellium*, item *ſuccinum*: Dein & *cineres erinacei terr. hirund. hepatis aſini plu mar. palumbar.* & *pulver. renum leporis*, *cranij hominis*, *callor.* & *ungular. equi pedum*, *aſtragali leporis*, *maxillæ lucij piſcis*. *eboris*, *cancrorum fluviat.* & *cochlear.* caſu, ut ſpeciem addam, inventarum, *teſtarum ovorum*; Lapillorum qui inveniuntur in *Cancris* & *ſpongiis*, *Calculorum ab homine excretorum*, *ſtercoris murini*, Et Pulveres *lap lyncis*, *Ochra terra*, *Alcyonii tertii Dioſcor. vitrique combuſti cineres.* Platerus.

Diuretica quædam à quibuſdam, male licet, *lithontriptica* dicta, ſunt *ſaxifraga*, *rubia tinctorum*, *ononis*, *bardana*; In genere omnes *raphanorum* ſpecies, quæ diureſi forti tam pellunt calculum, quam renes abſtergendo præſervant; Inter has *radix Armoraciæ* primatum fere obtinet, quæ *vino infuſa*, & aliquoties hauſta, renes abſtergit & calculos præſentes fortiter pellit: *Hedera terr. parietaria*, *veronica*, *fragaria*; *capita allij* præſertim huc pertinent; Sane *Allii radices* ſale acri penetranti, tam *acidum calculi coagulatorem* corrigere, quam fermentum renum ſuo modo corrigere videntur: Hinc quibuſdam in uſu eſt ſingulis noviluniis aliquot *alliorum dentes* 6. 7. 8. 9 &c. minutim conſcindere, & in *ſpiritu baccar. junip.* haurire ad præſervationem à calculo.

In *fraxino* non contemnenda vis eſt contra calculum, præſertim in *oleo ac ſale volatili ſemin. fraxini*, & hinc etiam in *ejuſdem cortice*.

Semina hyperici & *dauci Cretici* & *ſem. Cymini* ſunt egregia contra lithiaſin ſimplicia; *Semen hyperici* intra digitos contritum terebinthinam ſpirat & ſapit, ideoque vi antinephritica cum terebinthina conſpirare ſe innuit.

Quoad *ſemen Dauci* inprimis videndus eſt *Helmontius Tr. de Lith.*

Angli ſemine hoc frequentiſſime, utuntur ſeu in ſubſtantia, ſeu cereviſiæ fermentandæ infundendo uſurpant, & ita multa in præſervando calculo faciunt.

De *Junipero* tam *toto*, quam *ejus baccis*, de *ligno Nephritico* res nota eſt.

In *Perſicaria* multa latitant contra calculum, cujus *aqua deſtillata*, & aliquoties cohobando à recenti planta abſtracta quibusdam experimentum contra renum calculum eſt; cujus potu ſe curant, atque etiam bene præſervant.

Succus citri ſeu *limonum* ad exturbandum calculum non injuria à quibuſdam laudatur, non ſecus ac *ſuccus betulæ* eſt elegantiſſimus: Ex vegetabilibus his aliiſque plurimis, cum *ſpir. vini tartariſato eſſentia*, *extracta*. &c. parari poſſunt: S. lia &c. *Etmuller.*

90. *Magiſterium*) Inter magiſteria eminent *magiſt. ex talis leporum*, *cervorum*, *caprarum*, *ſanguinis hircini*, item *nucleor. meſpilor. ſuccini albi*, *corall. ocul. 69. cortic. ovorum ſtruthii.* *Chr. Langius.*

91. *Magiſterium Tartari vitriolati*) Aliàs *tartarus vitriolatus*, Potens eſt medicamentum, incidens & reſolvens materiam quamvis viſcidam & tenacem; Valet præcipuè, omnium Medicorum experientiâ, in ſolvendo calculo. Doſis à ℈ß. ad ℈j. *Margravius coll. chym. Leyd. p. 434.* Omnia fere famuſa lithontriptica recipiunt tartarum vitriolatum. *Idem p. 435.*

92. *Oculorum cancri*) *Cancri fluviatiles* egregiè ſunt antinephritici, Unde *decoctum cancrorum fluviat.* oculis prægnantium, ad præſervandum & curandum calculum laudatur; Vel.

℞. *Cancros fluviat. coqu. in vino in ollâ terreà ad ſiccitatem* uſque donec pulveriſari queant; Hujus ʒj. mirè ad curam calculi, ceu nobile experimentum quibuſdam laudatur. *Etmuller.*

93. *Mandibula Lucii*) Maxillæ Lucii piſcis, pulvis vel cinis, ex vino potus, urinam ciet efficaciſſimè, *Alex: Benedictus* Mandibulæ toſtæ, in pulveremque redactæ; ſi aurei pondere cum vino ſumantur, in veſica & renibus calculos frangere conſueverunt; *Jovius.* Invenio in Germanis quibuſdam codicibus MS. remedia quædam compoſita quibus hæ mandibulæ adduntur. *C. Geſnerus.*

94. *Lapidis Judaici*) Commendantur quoque lapides ad depellendos & præſervandos calculos, ut *lapis Judaicus*, *Lyncis*, *Spongiæ*, *Nephrit. cancror.* &c. ubi eo nomine ſaltim videntur convenire, quòd Acidum peccans abſorbeant, acrimoniam ſeri urinarii in paroxyſmo temperent, ac ob acidum abſorptum, & hinc mutatione in ſalſum tertium, vim diureticam acquirunt. *Etmuller.*

94. *Lapis Judaici*) Qui admodum commendatur in cote ſubtiliſſimè tritus, qui eam ob cauſam Tecolithus vocatus fuit. *Platerus.*

95. *Lapis prunella*) Hic ʒß pondere, cum *aqua* aut *phlegmate vitrioli*, bis in ſeptimanâ manè ſumptus, à quibuſdam pro ſingulari arcano prædicatur. *Platerus.*

96. *Lapis Carpionis*) Gemma *Percæ* nihil præſentius in frangendo calculo veſicæ, propterea etiam meritò & cautè ab his qui ejus vires ſciunt colligitur. *Chriſt: Encelius Lapillos è cerebro* piſcis Percæ, in quibuſdam Germaniæ locis, in Pomeraniâ & alibis Pharmacopolæ ſervare & vendere ſolent adverſus calculos renum, & quæ in coſtis alibive ſentiuntur dolores pungentes. *Conr. Geſnerus.*

Tophus repertus in *Jecore apri* ſylv. mirè prodeſt calculoſis. *Chr. Encelius*, qui ex *Plinio* deſumpſit, In jecore apri, *ait*, inveniuntur lapilli, ſicuti in vulgari ſue; duritie lapillis ſimiles, candidi, quibus contritis, & in vino potis, calculos pelli ajunt,

97. *Eſſentia Cryſtallorum*) Inter *Eſſentias*, ſummi arcani & ſpecifici titulo inſigniuntur *Eſſentia baccarum alkekengi*, & *Eſſentia ſalis* foſſilis, quæ ſic paratur.

℞. *Salis foſſilis q. v. inde in retortam, aquam affunde pluvialem & uſque ad extremam guttam deſtilla: poſt capiti mortuo denuò aquam affunde pluviam, ſuperfunde, & deſtillationem itera, illudque tamdiu donec ſal totum cum prædicta aquâ tranſibit, Collectam aquam deſtillatam* leniter poſtea uſque ad *tertias abſtrahe*, & *in loco frigido ad cryſtalliſandum expone.*

Hæ cryſtalli, non tantùm in calculo, verùm & in deſperatiſſimis morbis, inveteratâ podagrâ, ſum-

mum afferunt revaleſcendi ſolatium, *Chriſt. Langius.*

97. *Ex compoſitis*) *Troch. de alkek. lithontript. Anguſt.* Ex acidis, *cremor & cryſtal. tartari, ſpir. ſalis ſimpl.* & *coagul. Clyſſus antimon. uterque, Tinctura* aperitiva ex *ſale nitr. vitriolat. Minſicht. arcano duplic.* ejuſdem. Ex alcalinis *ſal ſuccini volat. liquor & magiſt. ocul. cancri, Tinct. tart. ſ. & comp.* item *liquor nephrit. animalis & mineral. Mich.* Wedelius.

98. *Ex compoſitis*) *Electuarium* quidam parant præſtantiſſimum ad calculi præſervationem.

℞. *Pulv. ſem. hyper. in autumno vel Julio collecti & exſiccati* ℥iij. *ſacch. roſac. vel violac.* ℔j. *miſce probe,* Doſis eſt ʒß. qualibet ſeptimanâ, duabus vicibus plus minus pro circumſtantiarum ratione uſurpatum.

99. *Decoctiones*) Sequens calculos & arenulas renibus inhærentes mirabiliter expellit.

℞. *Cortic. rad. card. aſinini* ℥j. *liquir.* ʒij. *coqu. ad* ℥vj. *colatura ſumatur per multos dies.* Riverius.

99. *Decoctum radicis &c.*) Ex omni internorum quibus tormina nephritica promptè auſcultare creduntur familia, longè auguſtiſſimum tam calculi in medio itinere hæſitantis propulſionem facilitando, quàm ſpaſmum criſpationis demulcendo, præſidium, fide experientiæ, credimus hanc Potionem.

℞. *Rad. alth.* ʒvj. *herb. veron. m.* j. *flor. violar. p.* ij. *uvar. paſſular. exacin.* ʒiij. *ſem. dauci contuſi* ʒj. *decocto in aquâ malvar. facto, & colato conjunge ol. amygd. d.* ℥ij. *ſpir. tereb. gtt.* xij. *balſami junip. gtt.* vj. *tartari vitriol. gr. x.* copulentur in hauſtulum. *Charleton p. 219.*

100. *Vinum prunorum &c.*) *Vinum alkekingi* ab *Arn. Villanovano* maximè commendatur, eoque materiam calculoſam ita educi refert, ut manu colligi poſſit; Fit hoc vinum ex contuſione fructuum alkek. cum *vino albo* & colaturam exhibendo. Vel.

℞. *Raphani acerrimi deraſi* ℥ij. *vini albi* ℥iv. *macerentur per aliquot horas. dein fortiter exprimantur, Colaturam capiat æger bis aut ter horis convenientibus.* Riverius.

101. *Aqua*) *Aqua frigida* largo potu, dum præſertim ex dolore corpus calore & ſiti æſtuat, niſi quod aliud impediat, idem quod à vini potu (vide §. *vini Rhenani*) fieri poſſe docet *Hollerius*, citiùs autem illud faciet, ſi Aceti albi permiſtione acida nonnihil reddatur, affatimque bibatur, Uti & ſi *atramentoſas acidas* aquas bibant, quales ad dies multos calculum abigendi, & præcavendi causâ bibere ſolent. *Platerus.*

102. *Aqua vitæ*) *Aqua vini*, ſeu *vita ſimplex* ſumma tenuitate calculum frangit. *Platerus.*

101. *Aqua vitæ Juniperina cum rob juniperino*) *Aqua vitæ juniperina* à Clar. *Greg. Horſtio* maximopere celebrata, quòd uſu ejuſdem matutino, per aliquot hebdomadas, doſi ſemicochleatis, tutelam ſibi conciliaſſet à nephritici doloris excollecto ſimul ac conglobato ſabulo oriundi incurſu, cui antea ſubinde graviter eſſet obnoxius: Facilè autem, abſque omni laboris tarditate ac ſumptu componitur hac ratione.

Fit primùm cum ſelectis baccis per affuſionem aquæ ferventis fermentatio, quo commodè poſtea ſpiritus deſtillatio poſſit ſeparari: Spiritus rectificatus, cum rob juniperino, (quod aliàs mel juniperinum vocant, eſtque nihil aliud, quàm ſelectarum baccarum ſuccus optimè depuratus & inſpiſſatus,) in loco calido per dies aliquot digeritur, donec tincturam inſtar rubini ſaturatè tinctam imbibat, adeoque jucundam aquam vitæ matutino tempore cochleari dimidio ſumendam, conſtituat.

Generoſius adhuc multò evadet hoc præſidium, ſi illi aſſocietur unica *Pulveris aſellorum*, *vino Hiſpanico, Petroſimeno* dicto, quinquies inebriatorum, & rurſus ad ſolis radios exſiccatorum, dragma, in decocti *ex ciceribus rubris* poculo ſemiſſali, ad imitationem *Horatij Augenis*, qui ejuſmodi auxilio aſſiduè uſurpato juvenes duos à lithiaſi integrè recreatos fuiſſe gloriatur. *Charleton pag. 208.*

101. *Liquores & mixturæ*) Quoad *Potiones*, ſequenti arcani efficacia adſcribitur.

℞. *Tartari loti* ℥ij. *baccar. junip.* ℥ij. *uvar. paſſular.* ℔ß. in ſacculo compacta impone hæc omnia in *vaſculum quercinum* cum xij. menſ. aquæ, locando ad fornacem & quotidie ad meliorem fermentationem invertendo, poſtea ex cellâ aſſiduo pro potu eâ utere. *Chriſt. Langius.*

Valet hæc Potio. ℞. *Aquar. fragar. & ſaxifrag.* āā ℥ij. *vini albi gener.* ℥vj. *ol. amygd. dulc.* ℥ij. *ſpir. vitrioli* ʒj. *m. pro 3. dozibus*, Prima detur calide quantùm ferre poteſt, Poſt horas ſex detur ſecunda, pari modo, Si etiam hæc inefficax (quòd rarò contingit) tertia propinetur.

Parùm facilior fit Julepus ex *aquâ ſaxifragæ, & ſyrupo violaceo, cum ſpir. vitrioli gtt.* xv. *aut* xx.

℞. *Succi parietar. ſine igne extracti*, ℥iij. *ſucci limon. rec. & olei amygd. d. extr. ſine igne* āā. ℥iß. *m. f. Julep. detur 3. aut 4. vicibus mane & ſero.* Vel.

℞. *Succi limon. & vini albi* āā. ℥ij. *ſacch. c.* ʒß. *capiat vice Juleps.* De *ſucco limon.* notandum, cautum eſſe debere illius uſum, quia frequentius aut nimia copia exhibitus aphthas facit in ventriculo, unde lienteria ſuccedit, *Pilula* hæ efficaciſſimæ.

℞. *Salis prunell. cryſtall. tartar. ſalis baccar. hederæ & folior. naſturt.* āā. *p. aqu. cum ſyr. aliquo appropriato, vel terebinth. f. maſſa Pilul. de qua capiat* ʒj. *ſingulis diebus mane.* Riverius.

Si malum in renibus preſſerit, & dolor vehementior fuerit, ſuadeo hac Potione uti.

℞. *Perſic. nucleos* xiv. *butyri* unc. ß. *lactis ſemin frig. maj. extr. cum aqua capill. ven.* unc. iij. *ſucci liquir.* ʒj. *vini malvat.* unc. iiß. *aqu. malvæ in qua raph. infuderis* unc. iß. *m. f. Potio* diſſoluto ſucco ex nucleis contuſis: bis in die detur, calidè. *Solenander.*

103. *Liquores & mixturæ*) Huc refer *Lixivia* ex infuſionibus cinerum quorundam ad unc. iv. bibita, magni ſunt momenti in hoc caſu, cum vehementer abſtergant: Parantur ex cineribus *ramentorum vitium*, vel *ſtipitum fabarum*, ſi per eos aqua aliquoties, lentorem vel acredinem lixivii adipiſcantur, transfundatur; Quod efficacius fiet, ſi *vinum album* loco aquæ ſumatur; vel alia illi ſimul miſta lithontriptica bibatur.

Aliud potentius, cujus unc. ß. vel paulò plus, ſi neceſſitas urgeat, exhibita ſufficit, Fit ex *cineribus combuſtor. ſtipit.* potiùs, quàm folior. (cùm uſta plus cinerum reddant) *fabar. cicerum* vel *piſor. braſſicar. verbena, abſinth.* & *caulium allii, ſurculorum, hederæ & ligni junip.* vel *lauri* & *paliuri*: Si de illis quantùm manu comprehendi poteſt ſumatur, perque eos *vinum album*, vel *malvat.* ad ℔j. cum tertiâ parte *aquæ vitæ* novies ampliuſque transfundatur.

Succi etiam aliqui in hanc rem quoque bibuntur, qui *ſubtilitate inſignes*, aut aciditate, quæ ſaxa quoque diſſipare poteſt (ſicut *Hannibal* aceto rupes perfregit) id præſtant; ut *vinum tenue album, acetum dilutum aqua*, præſertim convenient. *Platerus.*

Ad *liquores* refer urinam *hirci quadrimi*, vel *rupicapræ* propinatam, quæ probatur. *Platerus. Armoracia* quidam tam radices, quàm fol. contrita in vino infundunt, & vaſe clauſo per 14. dies in cellâ relinquunt; hinc per alembicum deſtillant; liquorem deſtillatum ad calculum promovendum mirè commendant.

Medicus quidam ceu experimentum optimum vendicavit ſequens.

℞. *Hederæ terr. m.* j. *cap. allii* n°. j. *vel* ij. *diſcerptis in fruſtula affunde ſpir. vini* unc. xij. ſtent per dies

aliquot

aliquot bene clauſa, hinc de agitato liquore, & probe conſervato, detur cochl. j. ſingulis novilunus, egregie præſervare dicitur.

Hinc etiam ex *calce viva* communi c. additis, *Tinctura* & *Liquores nephritici* parantur, quo pertinet *Antinephriticum Helvetii*.

℞. *Calcis vivæ q. v. affunde ac. deſtill. eptimum ad eminentiam 3. vel. 4. digitorum coque, frigefac. decanta, infiſſa, & ad ſiccitatem evapora, candefac. in crucibule, hoc extrahe, vel ſpir. vini, vel vino Hiſpan.* Doſis guttæ x. xv. vel xx. in calculo.

Externe contra *Podagram* unc.j. infunditur *in vinum & urinam propriam*, & eo partem lavet affectam. *Etmuller*.

103. *Liquores & mixtura*) Nephritica, ſi quæ alia, vehiculo egent humido, Et eo quidem tum alimentario, tum medicamentoſo, cùm enim perpetuum ibi fiat ſtillicidium, illud nullomodo interrumpendum, ſed juvandum potiùs potu & humectandum: Hinc calculoſi, cùm non poſſit niſi urina mediante provolvi ſabulum & calculus, à potu mirificè juvantur. Neque verò onerandi etiam renes nimis ſunt, quòd in ebrioſis fit, unde & veſica plus juſtò extenditur ſæpe, & renes debilitantur excretione. *Wedelius*.

104. *Liquor Nephriticus*) Quibuſdam hic in uſu eſt.

℞. *Lap. cancrorum, Judaici, Lyncis, ſpongiæ, aquilæ, glacies*, ana. *quantum ſatis, ſolvantur in ſpiritu ſalis decrepitati rite deſtillato* (i.e. ultimo ignis gradu elicito) *ſolutio filtrata coaguletur, leni calore in vitre ad ſiccitatem: materia hæc iterum pulveriſanda; hinc in cella per deliquium ſolvenda, filtranda & ita pro uſu ſervanda*: Liquor ſalſus elegans, ad xx. vel xxx. guttas, diureticus propinantur. *Etmuller*.

105. *Ex oculis Cancri*) Lapides qui in cancris (Aſtacis fluviatilibus) & piſcibus quibuſdam gignuntur prohibent generationem lapidum in renibus, genitoſque diſſolvunt, *Cardanus*. Lævigati in pollinem redacti, confringunt lapides renum, & parvos calculos, etiam veſicæ expellunt; ſed meliùs, ſi in aquam exuſti, deinde calce eorum ſub marmore in loco humido poſiti redigantur. *Idem* urinam movent non in homine tantùm, ſed etiam jumentis. Sunt qui æqualem *ſeminum urticæ* partem addant, & ad proliciendam urinam propinent, noctu in lectò è ſtillatitio *fragorum liquore* aut vino aut aqua. *Geſnerus*.

Sunt qui hos igne priùs toſtos ad renum calculos magis probant, & præſertim ubi ex *petroſel. vulgaris ſucco* propinentur, *Matthiolus*. Vis illorum eſt frangere calculum veſicæ *Chr. Encelius*. In capite cancrorum reperitur lapillus figura planus, qui aceto acerrimo immiſſus motum manifeſtum habere deprehenditur; Hujus pulvere audio multos feliciter uti ad conterendos calculos renum. *Mizaldus*.

105. *Salis enoimdus*) De Salibus univerſale hoc dogma præmitto, quòd ſcilicet natura omnem cujuſcunque rei vim in eorum poteſtatem, tanquam in principium magis ſtabile & permanens poſuerit; idcirco etiam quemadmodum cuivis lithontripticæ ſpeciei ſal ſuum ineſt nativum, ita quoque præ reliquis principiis à Medicis iſtud eò magis laudamus anteceſſit.

Huc etiam referuntur, aut ſunt referendi variarum rerum (modò ſaxifragæ) *cineres*, ut *ſcorpionum, lumbric. terr. millepedum, ſtramin. fabar. geniſta* &c. Nam quicquid hi cineres præſtant, non ut cineres id faciunt, ſed quatenus in iis ſal adhuc reconditum eſt.

Quam optimè tamen circa ſalia obſervandum, ut in curatione calculi potiùs ad fixa, quàm ad volatilia reſpiciamt, quoniam *fixa* longè potentiùs corpora ſolvunt, & non tam facilè, ut volatilia ſolent, in remotioribus ductibus corpora diſſoluta rurſus deponunt; ſed potiùs ſal volatile è corpore noſtro juxta attrahunt, & per excretionem decenti modo ſequeſtrant, Hinc colligi ratio poteſt, cur generationem potiùs, quàm *deſtructionem* calculi adſcribam ſali volatili *Chr. Langius*.

105. *Salis enoimdus*) Hujus radix inter aperientes & reſolventes vulgò nominatur, primatum enim ducit in doloribus nephriticis, pro ſaburrâ renum evacuandâ. *Eſſentia* hujus proſtat in quibuſdam locis, in affectibus calculoſis inſigniter commendata.

℞. *Plantam integram, rad. & flor. mundata & incisa infunde malvatico* ad eminentiam 4. digitorum, ſtent in loco calido per 8. dies in digeſtione, poſt deſtilla, & in liquorem deſtillatam herbam recenter contuſam immerge cum radic. & floribus rurſus per octiduum in digeſtione ſtent, poſtmodum miſtura fortiter exprimatur, coletur & in balneo mar. nonnihil abſtrahatur, quæ per chartam emporeticam filtrata magis pura fiunt, ab hinc ex cap. mortuo reſtitante calcinando elice *ſal fixum ſalſum*, quod ſi nimis calcinatur, fit urinoſum; Hoc adde prioribus, & habebis *eſſentiam diureticam & lithontripticam* egregiam. *Etmuller comm. Schr. pag. 150.*

106. *Vini Rhenani*) Vini acidi largo potu ſe quidam inebrians, urinamque etſi micturiret, quamdiu ferre poterat, retinens, tandemque impetu quodam reddens, hac ratione calculos retentos in ureteribus, eumque affligentes, propellebat ſæpeque emingebat: Sic & alius largiore potu vini, pagi Blaſini, in marchionam *Baſileæ* vicino, quod potenter diureticum eſt, calculos ex ureteribus propellens, pondens ℨß. ſæpe per urinas reddidit, quorum multos hoc remedii genere, ſine magnis cruciatibus excretos mihi monſtravit. *Platerus*.

107. *Vinum generoſum in quo*) Infuſioni vinum ad calculos abigendos paratur, ſi *baccæ alkekengi* contritis vinum affundatur, & poſt macerationem aliquam bibatur. Vel ſi *raphanus communis*, qui acris eſt, vel *ruſticanus* conciſus vel contritus in vino per horas ad minimum xij. maceretur; quod admodum juvat. *Abſynthites vinum* ad calculos renum & arenulas conferre docet *Dioſcor*. Et pluribus vinum per infuſionem parari poteſt. *Platerus*.

108. *Spiritus*) Circa commendatam ſpirituum mineralium in calculo efficaciam dubium occurrit, Viz. primùm calculi principium donavi *aciditati*, & nihilominus in ſubſidium medendi voco res acidiſſimas, h. e. ſpiritus minerales?

Reſpondeo tripliciter, 1. Inter acetoſitatem ventriculi, & aciditatem ſpirituum mineralium magnum eſſe diſcrimen; Illa, utpote adhuc craſsè corporalis, magis quoque corruptibilis eſt, ac proinde quàm facillimè ſummum amaritudinis vitium adſciſcit, Id quod probo ex aceto, quod ſi corruptionem patitur, tunc aciditas ipſius in tædioſam ſtatim tranſit amaritiem: Hæc verò tanquam ſpiritualis, & alterationi quàm difficillimè obnoxia, non in amaritudinem, ſed dulcedinem potiùs convertitur.

Deinde putes ſpiritus hos acidos ex earum rerum eſſe numero, quibus diverſæ & contrariæ inſitæ ſunt facultates, hi enim immodicas hæmorrhagias, evacuationeſque alias, quæ p.n. accidunt feliciter ſiſtunt: Porro quævis etiam dura diſſolvunt corpora, & ſic per conſequens potiùs pituitoſos humores, viſcidos tartareoſque, atque cruditates quaſvis promptè digerunt, incidunt, abſumunt, qua de re doctè *Vetzerus* in *Anat. Spagir.*

Tandem Doſis quoque eorum eſt aſpicienda, utpote quæ profectò minima, & vehiculum ex adverſo, cui ſpiritus hi immiſcentur, eſt oppidò largum, in quo aciditas illa neceſſariò ita diffunditur, ut vel

exquiſito guſtandi ſenſu vix percipiatur: Quia nec hodie novum, ſimilia curari ſimilibus: Cautelam inſuper medico obſervandam addo, Qui ſpiritibus hiſce tum temporis utetur commodius, quando excedens acetoſitas in ventriculo jam quodammodo eſt correcta mitiorque facta. *Chriſt. Langius.*

108. *Spiritus Salis*) Ex ſpiritibus Salini præcedunt, longè efficaciores quàm ſalia ipſa; efficaciores dico, ſunt enim his manifeſtè ſubtiliores, longè potentiores, atque vi penetrandi magis pollentes, Hinc etiam inter hos ſpiritus, quidam ſunt tantæ efficaciæ, ut ex tempore omnem calculum, ſive renes occuparit, ſive veſicam, in limpidum foris reſolvant liquorem, qui liquor cuti affuſus, ſi ex renum calculo fuerit præparatus, illi egregium colorem durabilem largitur.

Et hac potiſſimùm virtute excellit *ſpiritus acidus Mercurii ſaxifragus*, de quo *Faber in curas*. Hinc quàm proximè virtute reſpondet *ſpiritus nitri duplicatus*, ut & *ſpiritus ſalis comm.* quorum hic, ex *Helmontii* experientiâ de *lith. c. 3. §. 31.* ſibi par remedium non habet in extinguendis ardoribus (præſente etiam in veſica calculo) & in ſerum ſtranguriis, quæ difficulter aliàs ſedari poſſunt; Summæ ergo, non immerito, ſunt exiſtimationis hi ſpiritus, qui inſuper quoque putrefactionum incommoda impediunt, mucagines diſſolvunt, arenaſque è renibus & veſicâ expellunt, teſte *Helmontio l. c.*

De Spiritibus notandum, ut & de ſalibus, vix *ſpiritibus qui ex ſale fixo* præparantur, longè notabiliori efficaciâ *vigere*, *quàm qui ex ſale* volatili & halituoſo proliciuntur. Hinc etiam *Helmont. l. c. §. 32.* marinum & Hiſpanicum ſal, quod omni propemodum, ut ſic dicam, volatilitate caret, validius omnino cenſet, quàm Lotharingicum; utpote quod ſatis halituoſum eſt, & hinc in ſtomacho facilè aceſcit, propteteaque putredinem & *Duelch*; (h. e. calculum) minùs arcet, imò potiùs auget; Sic quoque plurimùm *laudatur ſpiritus ex ſale fixo urinæ* præparatus: Et hoc fundamento nixi *Fr. Baſilius valentinus*, cum *ſpir. ſalis ex calce vivâ* præparato, ac *Helmontius* cum ſuo *ludo*, graviſſimas calculi paſſiones, non rarò curarunt. *Idem.*

109. *Pulveres*) xiii. Pulvis, efficax remedium.

℞. *Stercora glirium, vel muris ſiccata n°. v. vel vii. Olibani* ℈i. *ſem. fœnic.* ʒß. *cinnam* ℈i. *f. Pulvis.*

XIV. Magis adhuc efficax.

℞. *Cicadam ſeu locuſtam mediæ magnitudinis, ſiccam n°. j. vel* ℈ß. *ocul. cancri* ℈ii. vel alterius pulveris, *cinnam.* ℈i. *trita dentur cum decocto anthemidis vel granorum juniperi.*

XV. Pulvis vehementior.

℞. *Canthar. ſiccas n°. iv. lap. ſpongiæ,* ℈ii. *ſem. melon. medulla*, ut contemperet cantharid. acrimoniam, ʒiß. *ſacch. cand.* ʒi. *pulveriſata dentur cum decocto ſem. lini* vel *ſero lactis.*

Sæpe uſurpatum à me magno ſucceſſu remedium.

℞. *Radic. liquir. radic. lauri* ana. ʒii. *radic. ononid.* ʒi. *ſemin. alkekingi, paliuri, milii ſolis* ana. ʒii. *ſemin. apii, fœnic. petroſel.* ana. ʒi. *naſturtii* ʒß *gummi ceraſor. vel prunor. ſuccini* ana. ʒi. *reſina lar. cocta* unc.ß. *cinerum corticum fabarum* ℈i. *Oculorum cancror.* ʒi. *f. Pulvis*, addendo ad gratiam *cinnam.* & ad colorem *ſantal. r.* tantillùm; Cui cum dolorem ſimul mitigare volumus *ſem. hyoſcyami* ʒiß. admiſcere licet; Datur per ſe ʒi. quantitate cum ſacch. q. ſ. vel cum illius ſ. q. aquaque convenienti formantur *Tabulæ*, Aut ſyrupo exceptus Pulvis in formam *Electuar.* redigitur vel *Pilular.* Tunc *nuclei Perſic.* commode permiſcentur, & loco *rad. liquir.* ſuccus ejuſdem emollitus additur. *Platerus.*

109. *Pulveres*) *Lumbrici, Aſelli, pulveriſati*, ſpeciatim *ſcarabæi majales*, præ cæteris conveniunt, In primis *alæ horum ſuperiores ac duræ* pulveriſatæ & propinatæ in vino, egregium dant antinephriticum. Quod pariter valet de *Scorpionibus*, ſi nempe *Pulvis* factus ex 4. vel 5. *ſcorpion.* lavatis, ſicque vivis per xxiv. horas in *vino malvatico* relictis, poſtmodum in olla ſupra *folia ſalviæ* poſitis, in furnu blandè crematis & pulver. Doſis gr. iii. ad iv. in vino vel ovi ſorbili propinetur. *Etmuller.*

109. *Pulveres*) Sequens commendatur.

℞. *Lapid. Judaici, pulv. lithontript. Juſtini* āā. ʒj. *nucleor. perſic. gummi tragac. & nucleor. ceraſor.* āā. ʒß. *reducantur in Pulverem, detur cum vino albo, vel ex eo fiat Bolus cum terebinthina, qui detur in tres dozes manè & ſerò ſumendas.* Rivetius. Vide Quercet. Pulverem §. *Ex compoſitis.*

109. *Pulveres*) Pulvis contra calculum, ut in libro quodam Germanico manuſcripto reperi, *Jecoris leporini uſti, apii*, i. e. *petroſelini vulgò dicti, ſemin. aquileg.* ana. unc.ii. *maxillarum lucii, nucleorum perſic. ſangu. hircini. ſem. lithoſpermi, ſaxifrag. lapillor. de aſtacis. xx. albi, cinnamomi* ana. unc.i. *aniſi, coriand.* ana. unc.ß. *macer.* ʒii. *ſacch.* unc.v. *miſce. Conr. Geſnerus.*

Pulviſculum apte conficies ex *rad. petroſel. ſaxifrag. & lapillis qui in aſtacorum* capitibus reperiuntur, confert mirifice ad lapidem confringendum cum *vino albo, aqua fœnic. ſcolop.* aut *petroſel. diluto exhibitus.* Lud. Durotus.

Pulvis ſequens à *Quercetano* valde commendatur in Pharmacop.

℞. *Tunica inter. ventric. gallinæ & ſtercor albi ejuſdem* āā. unc.ß. *pulver. pelliculæ inter. quæ in putamin. ovorum reperitur* ʒiiß. *herniar. cinnam.* āā. ℈ v. *nucl. meſpil.* ʒiv. *ſem. aniſ. fœnic.* āā. ℥i. *reducantur in Pulv. tenuiſſimum, de quo capias* ʒß. *vel* ʒj. *cum vino albo.*

109. *Pulveres*) Pulverum lithontripticorum ingens proſtat copia, inter quos ducunt claſſem *Pulvis millepedum* (de quo ad diſſolvendos calculos portentoſi effectus apud authores inveniuntur) Pulvis *lap. Judaici, nucleor. perſic. meſpilor. cynosbati. dactylor. fructuum alkek. contuſor.* item *mandibular.* ac *pupillarum lucii piſciumculorum &c. leporis cum pelle in furno exſiccati, motacilla avis*, item *ſemin. ſaxifrag. ruſci, fœnug. petroſel. rapham, geniſtæ, bardana, magna urtica, herniaria* &c. *Chriſt. Langius.*

110. *Pulvis Calculi humani*) Lapillus qui in tauri veſicâ menſe Majo reperitur, magnam habet in comminuendo calculo efficaciam: Hic ſi vino imponitur, mutato paululum ſapore, colorem croceum contrahit: De hoc vino, quotidie recens affuſo donec lapis vino impoſitus omnino conſumptus ſit, bibere oportet; hac enim ratione non modò calculum comminui, verùm atque conſumi multos experientia docuit. *Quercetanus.*

111. *Salis abſinth. artemiſiæ*) Chymici ſuos ſales ad calculorum excluſionem maximè prædicant; inter quos non infimum locum obtinet *ſal ſiliquarum & ſtipit. fabar.* *cujus* ʒß. *cum vino albo* egregiè operatur. *Riverius.*

112. *Pulvis ex ſemine naſturtii Babyl.*) Cujus uſu ruſticus Allobrox ſe magnam excreviſſe aſſerit arenularum ſaburram, & per multos dies, unde prorſus à calculo liber fuit, referente *Laz. Meiſſonerio* Epiſt. ad Beverovicinum, in *ſtiologio de Calculo* p. 226. qui poſtmodum cum fructu plurimis præbuit. Galli vocant flores à forma, *des Capucines*, Noſtrates, *des Eſperons dorés.*

113. *Pulvis lepuſculi*) Quin & *ſanguis leporinus* præparatus: uti & *leporis integri cum corio, carne & ſanguine*, vel ſaltem pellis illius ſanguine adhuc madentis, *com-*

buſtierum

balſtorum cinis, qui ſommopere commendatur, menſura unius cochlearis cum vino generoſo. *Platerus.*

114. *Sal fraxini*) *Salia* quorundam vegetabilium, in ſpecie *ſal geniſtæ*, *ſtipitum fabar. ſtercoris columb. ſal prunellæ*, & in ſpecie *ſal volatile ſuccini* egregia diuretica antinephritica; In ſpecie *ſal fimi columbini* egregium eſt, nempe *nitrum*, & omnia nitroſo ſpiritu impregnata, eximias in ſolutione calculi vires obtinent; unde *ſtercus columbinum nitro pleniſſimum*, item *lotium capræ*, ut & aliorum animal. ſtercora & lotia, propter ſal nitroſum in ipſis contentum, ad calculoſos affectus ſunt perquam uſitata: Quibuſdam *ſal ex fimo calcinato* in uſu eſt: De vi ſeu efficaciâ *ſtercoris columb.* in ſpecie vide *Foreſtum l. 24. obſerv. 25. in Sch.* Quidam id macerant i *aceto* ·· t horas 24. poſt filtrant, *Aceti* hujus partibus duabus addunt *mellis depurati* part. 1. m. & propinant ceu probatiſſimum remedium: Ad *Nitrata* hæc pertinent ſuo modo *Sal ad calculum Polemanni.*

℞. *Nitri puriſſ.* ℔i. *fluat in igne, injiciendo deſuper fruſtum ſulph. magnitudine fabæ, quo deflagrato alind ſuperinjice*, donec hujus *ſulphuris* unc.ß. ablumpta ſit, ubi omnia refrixerint, ac denuò pulveriſata fuerint, denuò eodem modo procedatur, atq; hoc tertiâ vice reperatur, ſemper ſucceſſivè ſulphuris ad unc.ß. adjiciendo.

Jam ℞. *nitri ita præparati, ſalis abſint.* ana. unc. *i. ſaccinulat.* ʒß. *ſacch. albi* unc.vi. *olei deſt... ſuccin. q.ſ. miſce, de hoc uſque quantum tres cultelli cuſpides capiunt una vice, bis, ter, quater. in die*, Omnem ... ex partibus urinariis evertit, & calculum recentem comminuit. *Etmuller.*

115. *Fraxini*) Io *fraxino* non contemnenda vis eſt contra calculum, præſertim in *oleo ac ſale volatili*, & hinc etiam in ejuſdem *cortice*: Hinc quidam multum laudant hoc *oleum*, revera balſamicum contra lithiaſin.

℞. *Cortic. rad. frax.* ℔ii. *baccar. junip.* ℔iii. *tereb.* ℔ß *ad ſonū.* terenda terantur, cum tereb. miſceantur, ac in ℔ii. aquæ in vaſe obturato ad putredinem, ſeu potius d g ſtionem reponantur per iii. menſes, poſt deſtillentur; Obtinebis oleum præſtantiſſimum a gutt. 8. ad 12. in vi no albo capiendum. *Etmuller.*

116. *Teſta denique ovorum*) Ex quibus excluſi ſunt pulli: Optimæ ſunt *teſtæ ovorum ſtruthionum*, ex quibus cum ſpiritu ſalis, modò inſinuata ratione (Vide §. *liquor nephriticus*) liquor nephriticus ſalſi peregrini ſaporis, ſed præſtans parari poteſt. *Etmuller.*

116. *Teſtæ ovorum*) Præſertim ſi pullus ab iis excluſus fuerit. *Platerus.*

117. *Ut Bartholinus prodit*) Ab hoc *in hiſt. Anat.* & *cent.4. Ep.p.451. & 526.* teſtæ ovorum calcinatæ commendantur, referens aquam nephriticam decoctionis talis calcis teſtarum ovorum mirè prodeſſe. Et in ſpecie *Aquam calcis oſtreorum* ad calculum in mucilaginem diſſolvendum multùm prodeſſe refert.

118. *Doloris remotionem*) Peractis peragendis, ſi ſedatur dolor, & calculus promovetur, res bene eſt, ubi verò dolor ſedatus, & calculus adhuc hæret, acceſſus fiat ad ea, quæ diuretici blandâ urinam promovere poſſunt, aut propinanda ea quæ calculum diffringere valent: *Etmuller.*

118. *Doloris amotionem*) Dolore nimium ſæviente, ex quo vigiliæ diuturnæ ac virium exolutio ſequatur, ad *Narcotica* confugiendum eſt, & *Philoniy Rom.* ʒii. clyſteri admiſcendæ; Vel *laudani opiati gr. v.* vel vi, aut ejuſdem *laudani gr.* iii. aut iv. per os exhibenda: vel denique *ſyr. de papav.* ℥i. in Julepo convenienti. *Reyerius.*

118. *Doloris amotionem*) mitigant dolorem & acrimoniam, vellicationem & tenſionem ſpaſmodicam plexus nervoſi & membranoſi attendentia, Hæc ipſa iis maximè ſunt neceſſaria, ita id præſtant in genere quæcunque ſpicula acuta, triangularia, ſalina edomant, & ad ſtugem reducunt, ſeu pondere & mole contuncta ſint renibus oneroſa, & moleſta ſeu ſola roſione.

Mitigant (1) *aquea pulpoſa* & gummoſa quæ inviſcant quaſi & obtundunt vim ſalium illam, ut *rad. alth. pulpa caſſiæ*, &c.

Mitigant (2) *Aquea, oleoſa, ot emulſiones, lac & ſem.* in emulſionem liquata, quæ & ſtranguriam reſpiciunt & canthari d. ſunt antidotus: Exemplum tale annotavit *Langius l. 1. ep. 97.* & nos continuò quoque obſervavimus: Refrigerando hæc & temperando ſimul ſtimulum ſeminalem *ὀργασμώδη*, temperant.

Mitigant (3) *Traumatica, nervina*, balſamica, & pro re natâ leniter adſtringentia: Inter traumatica *plantago*, ejuſque *eſſentia, extractum, ſyrupus* laxitatem renum, imprimis diabeticam, egregiè corrigunt, *Eſſentia* item *traumatica*, pulvis ſtypticus: Sic & *cinnabarina* in paroxyſmo cum *ocul. cancrorum* Seu reſolventibus & anodynis ſunt laudatiſſima.

Mitigant (4) Acrimoniam ſimplicem, ſeu cum fervore & orgaſmo ſaltim non item cum roſione conjunctam, *acida*, quorum inſtar omnium; præter dicta alia, eſt *hepaticum rubrum.*

Mitigant (5) *anodyna*, unicum naturæ laborantis & afflictæ ſolatium; hæc quippe non temoram injiciunt vis, vel obſtruunt, ſeu urgentes dolores ſopiunt, unaque roborant naturam, ut non tendatur membranoſum genus nimis, & induciis conceſſis ſuctus inſurgat, qoin ita juvetur ut tolerare poſſit, ut vincere: Ut enim pellentibus ſumma noxa infertur nephriticis, ita à ſedantibus ſumma virtus expectanda.

Proſunt illa, tum aliis in caſibus, tum in calculo paroxyſmante, & mictione cruenta potiſſimum. *Opiata* vero magis in renibus primario affectis & lanciatis, non item in ſeminis æque utilis: *Wedelius Am m.m: pag. 187.*

118. *Doloris amotionem*) Doloris potiſſimùm. ſedandi causâ, dantur quæ narcotica & anodyna vi cum mitigant vel compeſcunt, permiſcendo ſemper e quæ renes calculumque reſpiciunt; Emulſio ſeu lac id p æſtans:

℞. *Nucleor. Perſic. quart.*j. *ſemin. melon. vel cucurbita* unc.ß. *ſemin. papav. albi* ʒii. *contundantur, additaque aqua comm. vel parietar. aut malvæ* ℔ß. *exprimatur ſuccus lacteus, addatoque ſacch. vel melle, bibat* unc.iii. *vel* iv.

• Poſſunt & Pulveres calculum pellentes, ad dolorem ſimul mitigandum parari E. g.

℞. *Semin. papav. albi rec.* ʒii. *ſem. hyoſcyam.* ʒiß. 4. *ſemin. frig. maj. malvæ.* ãã. ʒi. *milii ſolis alkek. & geniſtæ* ana. ʒß. *liquir.* ʒii. *rad. ononid.* ʒi. *ſacch.* unc.ii. *f. Pulvis.*

Opiata cum dolor ſummus urget, quoque dantur; Sed & Purgantibus narcotica miſta, ad alvum movendam, & dolorem ſimul compeſcendum quandoque exhibentur; quorum ſtimulo forte & calculus rectiùs propellitur: Idem Clyſteribus quoque cum alvum ſolvere, & dolorem ſimul ſedare volumus & citius fere & tutiùs, quàm per aſſumpta præſtatur. *Platerus.*

Si hæc omnia ad pacem conciliandam ignava fuerint, & languida nimis, ne præmaturæ mortis amplexibus luctuoſus proſtituatur cliens, ad anguſtiora confeſtim expeditioniſque energiæ præſidia audacter aſcendendum. nempe *Narcotica*. Ea tamen limita-

tione ; ut jam confracto penitus facultatis vitalis renore ſuperſedeantur ; vere namque deploratis certiùs euthanaſiam exteriorem, quàm vitæ ſemel extinctæ reaccerſionem ſpondent opiata : ubi itaque extrema ex calculo in delapſu fixo in procinctu fuerint, pericula, mox ad divinum illud *πηρηγόρημα*, anodynorumque longe anteſignanum, dolores quoſcunque, & cruciatus corporis immanes, blando introducto ſomno, mire conſopiens, ſimul etiam hiſce ſedatis, ſpiritus anxietatibus exhauſtos abunde reſarciens, *Laudanum opiatum*, *Paracelſi* inventum confugere, decet Medicum cordatum ; Feliciter exhibiti, in via hæſitante calculo, exemplum vide apud *Greg. Horſtium Epiſt. med. 16.* Charleton *p. 220.*

Evacuatis primis viis, & ſublatis impedimentis, dum adhuc urget dolor, & hæret calculus, propinanda talia, quæ quantum poſſibile eſt dolorem tollere poſſunt ; unde & ſubinde ad *Opiata* appropriatis talibus miſta accedendum venit.

℞. *Lapid. cancr.* ℈i. *cinnabar. nat.* ſeu *antimon.* ℈ß. *laud. op. gr.* j. *vel* ii. *m. f. Pulvis.*

Item *eſſentia urinaria anodyna D. Michaelis* : Item *Malvaticum juniper.* cum *eſſentia Opii* miſtum. Vel præſcribitur tale Decoctum.

℞. *Rad. alth.* unc. i. *liquir.* ʒii. *flor. malvæ, m.* j. *ſem. violar.* unc ß. *coqu. in ſ. q. aquæ herd.*

℞ *Colat* ℔ii. *ſyr. papav. albi* ℥iß. *lap. cancr. prep.* ʒi. *miſce, & ita propinetur.*

Pertinet huc *Decoctum Foreſti egregium lib. 24. obſ. 26.* & *Sennerti* cap. de calculo renum. *Decoctum florum chamom.* ſingulariter excellit in paroxyſmo nephritico, Item *ſemen nymph.* ceu egregium remedium in paroxyſmo nephritico extollitur. Laudato modo decocto, *Sennertus* curavit virum deſperata ſuppreſſione urinæ ex calculo renis ſiniſtri laborantem, protruſis lapillis cum impetu ; Hujus decocti ſingulis hauſtibus *Timæus* monet eſſe addendas guttas aliquot *ſpiritus ſalis dulcis* &c. Sane ſpiritus ſalis, extremo igne prolectus, adeoque acido ſalſus, ſingularis eſt ad promovendum & refringendum calculum. Species has *Decocti Foreſti* correctas vide in *Zwelferi* Ph. R. 89. Nec forſan eſſet incongruum ſi his de *ſemine hyper.* aut *ſem. dauci*, aut *baccar. juniperi* aliquid adderetur. *Etmuller.*

118. *Doloris amotionem*) In nephriticâ acceſſione, dum immanis hic hoſtis, Duelech, ſuo ex utero exitum moliens, ſe in anguſtum ureteris angiportum impetu protrudit, teneram ejuſdem ſubſtantiam, nervulorum favore ſenſu exquiſitiore dotatam, in tranſitu, ſi gravis ſit, ſuâ mole perlidit plangitque ; ſi aſper, angularitate crudeliter conſauciat ; Anxiferum hunc impetum ut eludant, hoſtemque ſuum retro in antrum è quo recens prorumpebat, ſtrenuè repellant, vaſa urinaria, reni utrinque inſeminata, impenſe triſtantur, contrahuntur juxta longitudinem, velutique obſcuro ſpaſmo convulſi criſpantur : Atque hinc illæ lacrymæ, hinc lugendi calculoſorum gemitus, hinc enim vaſorum contracturæ, ſeu convulſivæ corrugationi, una ſupervenit acerrimus dolor, nunc pali infixi, modo gladii dilancinantis alias ponderis divulſivi ſpeciem præ ſe ferens.

Urgenti itaque hujuſmodi ſymptomati, ſi tantâ feritate ſæviat in luctuoſum clientem, ut perpetuis vigiliis ſpirituumque exhauſtu, eum in manifeſtum vitæ diſcrimen adducat, mature obvertendum erit medentis conſilium ; Dolorificam autem ureteris criſpationem demulcent atque conſopiunt ea præſidia, quæ contractas relaxando fibras faciliorem calculo egreſſuro exitum præbent : aſſociata *anodynis*, & demum ſi cætera omnia caſſa fuerint & languida nimis, *Narcoticis* ; Qua relatione *Enemata malactica*, leviterque deterſiva, *Fomenta* quoque ſimiliter : *Inunctiones* & *Balnea* tenſos nimis vaſorum villos relaxantia plurimum profutura ſpondemus. *Charleton* p. 216.

118. *Doloris amotionem*) A quo ſcurationis exordium duci jubet *Chriſt. Langius*. Vide ſupra §. *materia collecta mature*).

119. *Quæ peragitur*) Exhibui in hoc dolore, non ſine inſigni ægri juvamento *aquæ capill. vener. deſtill. in cucurb. vitrea* ℥iv. *croci* ℈i. *vini malvat. ex infuſis raph.* unc. iß. *Solenander.*

119. *Quæ peragitur*) Si autem calculus neque Diureticis, lotium illi à tergo cumulare ſuffundentibus, unaquaque doloroſum criſpationis ſpaſmum, blando madore laxantibus, nec cucurbitulæ demum lumbis affixæ tractioni auſcultet, locus eſt conjecturæ illū angulis inæqualem eſſe, unoq; anguli acumine, tanquam unco ferme ſuſpenſum ; Quo caſu unum tantum ſupereſt remedium, corporis nempe ea inverſa poſitione, qua calculus è medio renis diſcedens, rurſum in antiquum relabatur nidum, fortis concuſſio, admotis prius foribus, Cataplaſmatis, &c. vias amplianti bus : Hoc namque nihil ſolaminis præſtante, æger divinæ miſericordiæ relinquendus.

Hujus deploratæ ſortis exempla duo annotavit *Helmontius Tr. de Lith. cap. 7.* Comes, *inquit*, quædam, itemque altera monialis ingenti dolore diem clauſere ſuum, utraque enim velut uncum, uno trianguli acumine in rene, altero vero intra ureterem deſinente cohibebat, atque ſpaſmo crudeli obierunt ambæ : Non quidem moriuntur prærenæ ſuppreſſione, ubi alter renum lotio ſatisdat, atroci, ſed ſolo ſpaſmo oppetunt, qui ſpaſmus iterum circa mortem laxatur : Quapropter diſſectio, præter lapillum unciformem, exhibuit nihil, quod mortem attulerit. (Hactenus Helmont.) *Charleton p. 223.*

120. *Quæ peragitur unguento*) Externa remedia ad dolorem leniendum, anguſtius ubi calculus hæret dilatandas, calculum loco movendum uſurpantur, idque aliàs actu, aliàs potentiâ, aliàs utriſque efficiunt, & ad præcautionem etiam quædam ex illis prodeſſe poſſunt.

Inunctiones regionum renum, pubis, perinæi, ubi dolor potiſſimum ſe offert, ſi fiant, maximè poſt balneum, aut fotum prægreſſum ; dolorem leniunt, viamque calculo rectiùs patefaciunt, eumque promovent ; Quæ calidè deorſumque manu adacta fieri debent ; *Dilatans vias Inunctio*, ſi renum ſimul adſit calor.

℞. *Olei violar.* unc. i. *ol. Nenuph. & in quo coxerit althæa, butyri rec. vel cremor. lact. axungiæ anatis* ãã. unc ß. *ceræ albæ q. ſ. miſce f. Linimentum.*

Anodynum magis.

℞ *Ol. amygd. dulc.* unc. iß *ol. chamom. vel de melil. aneth. cheir.* ãã. unc. ß. *axungiæ cuniculi* ʒvi. *mucilag. ſem. lini vel pſyll.* unc. i. *croci* ℈i. *ceræ q. ſ. f. Linim.*

Vel ungatur *ung. Dialth.* aut *Reſumpt.*

Cum Calculum ſimul propellere volumus Ungu. efficax.

℞. *Ol. lilior. amygd. amar.* ãã. unc. iß. *ſucci fœnic. marini, aut raphani mar.* aut *vulgaris, vini albi* ana. unc j. bulliant ſimul addendo *cicadas* aut *millepedes vivos*, vel, ſi haberi nequeunt, *Canthar.* & *ſcorpion. ſiccos ad* xii. *vel plures.*

Vel ſic.

℞. *Oleum chamom. aneth. liliorum* ana. unc. j. *ol. amygd. am.* unc. iß. *olei ſcorp.* unc. j. *axung. hœdi & taxi* ãã. unc. ß. *mucilag. ſem. fœnugr.* unc. j. *rad. rubiæ, aſari* ana. ℥i. *ſem. naſturt. raph. leviſt.* ana. ʒß. *myrrhæ* ʒi. *cinerum cicad. vel ſcarab.* ℈ii. *cinerum*

glandis

glandis faginea ʒj. *croci* ℈ß. *olei ſuccini* ℈ß. *cera q. ſ. f. Ungu.*

Sanguine ab *hirco* ſumpto, & dummodò iogulato adhuc calet *inunctionem* factam *Trallianus* laudat. *Platerus.*

120. *Unguento ſuperius*) Atrociſſimos ex calculo renum dolores præſentiſſimè ſopit extrinſecus Linimentum ex *alumine crudo, probè pulveriſato*, & cum *albumine ovorum* accuratè ſubacto paratum, quo linteo inductum regioni renũ utrinq ſed frigide applicamus; ſi eomexſit inflammano deſubito ſedator. *Chr. Langius Path. p. 469.*

120. *Unguento ſuperius*) Eodem tempore Fotus admoveantur parti dolenti, ex decocto primi Clyſteris (vide §. *Per evacuantia molliora*) additis *ſeminibus aniſi & fœniculi*, facto in *hydraleo* cum ſpongiis in eodem expreſſis.

℞. *Ol. ſcorpion. compoſit.* unc.ij. *butyr. rec. axung. gallina, olei lilior. & amygd dulc.* ãã. unc.j. *f. Linimentum*, quod *illinatur poſt Fotum*, Vel hoc cataplaſma.

℞. *Malva, parietar.* ana. *m.* ij. *petroſel. cum rad. m. j. rad. raph.* unc.ij. *coqu. ad putrilaginem, contundantur, addendo capas ſub cineribus coctas n°. iv. oleum lilior. amygdal. amar. & butyrum rec.* ana. unc.ij. *f. Cat. quod duobus linteis raris incluſum ventri applicetur, ſecundum longitudinem ureteris, & quoties refrixerit, recaleſcat in ſartagine.*

Applicari etiam ſolet *placenta ex parietaria vel ſola*, vel cum *ovis* permixta, frixa in ſartagine cum *oleo amygdalor. amar. ſcorpion.* linteo raro obvoluta. Vel fieri poteſt eadem *placenta* ex *cepis* minutim diſſectis, in ſartagine frixis cum *axungia porci*, aut oleis prædictis, additis *ovis* v. Vel vj. calidè applicanda.

121. *Semicupio*) Diuretica uſurpantur in paroxyſmo calculoſo ſub introitu balnei: ut dum hujus uſu relaxantur viæ, & demulcentur dolores, illorum ratione meliùs promoveatur Calculus. Sicut etiam *blandus motus corporis* calculi deſcenſum ex renibus promovet; qui aliàs à *gaudio* in exitu promovetur, à metu verò vel terrore retardatur. *Etmuller.*

121. *Semicupio cum anodynis*) Inſeſſiones in Balneo humido, actu calido, dolorem citò compeſcunt vel mitigant; Et proin dolore urgente, ſtatim æger corporis inferiorem ſedem ad brachia uſque, vel ſaltem lumborum & ventris regionem, ſi crura libera eſſe velit, balneo immergere debet; in eoque donec dolor ceſſet commorari; eoque redeunte denuo illud repetere, cùm hoc ſit *in magnis cruciatibus remedium* præcipuum. Ex *ſolâ aquâ* calefactâ ſubitò, cùm neceſſitas non fert longiorem in præparatione moram, parata Inſeſſio calore actuali lenimen affert & juvat; cùm calor ille mitis humiditati junctus, æqualiter ſe corpori applicans, in dolore mulcendo plus operetur, quàm potentialis ille calor, qui huic permiſtione aliorum conjungitur: Adduntur tamen quædam quæ potentiali calore actionem alterius adjuvent, & ſimul laxando, flatus diſcutiendo, aperiendo, calculum commovendo, hac ratione quoque opitulentur, ſumendo ea ex quibus Clyſmata decocta fuerunt; Paratu faciles fiunt Inſeſſiones ex decocto *herb. malva, petroſel. vulg. cum rad. chamom. flor.* ana. *m.* ij. *vel* iij. Efficacius fiet additis *rad. lilior. h. parietar. & violar.* Aut etiam ex decoctione eſulium plantar. *caulium, ſpinach. atripl. rad. raparum, paſtinac. ſiſari*, Potentius operatur ſi *raphan. vulgaris* vel *marin.* addatur: In Ditionibus, ut *meliùs laxent* Balnea *Lac, oleum, butyr.* illis quoque adduntur, & *penetrationis* majoris cauſa, Vinum. *Fomentationes*, cum Inſeſſionibus uti non poſſunt, vel nolunt, ex prædictis decoctis, *ſpongia, ſtupis, ſacculis*, exceptæ, ſupra locum dolentem horum loco adhibentur: Quibus poſtea *vinum* & olea permiſcentur. *Embrochat*, ſeu *Infuſiones ſupra pectinem*, ſi e illic calculus ſubſiſtat, fundere, ut loco moveatur aliqui ſuadent: quæ ex decoctis quoque præcedentium parantur. *Thermis acidis* ſi aliquandiu utantur, non ſolum *bibendo*, ſed & in illis *lavando*, arenulæ & calculi diu ſæpe retenta expurgantur: Quod & *ſulphurea* in quibuſdam præſtant Thermæ. *Platerus.*

121. *Semicupio cum anodynis*) Si fomentis, linimentis & cataplaſmatis prædictis dolor non ſatis leniatur, in ſemicupium æger demittendus, ex decocto emollientium compoſitum, addito vino albo; hoc enim miteſcit dolor utplurimùm, ſaltem quamdiu æger in eo reſidet; Non tamen frequentiùs ægri demergendi ſunt, quandoquidem vires diuturniori Balnei uſum admodum exolvuntur. *Riverius.*

122. *Cataplaſmate*) Vel hoc pacto fieri poterit.

℞. *Rad. lilior. ſub prunis coct.* ℔ß. *parietar. frixâ parum ſuper tegulâ calentem & contuſa m.* ij. *cham. ſimili modo parata, vel ſi ſicca ſit, pulver.* ʒiij. *rad. alth. contuſa* unc.ij. *flor. chamom. ſumm. aneth.* ana. *p.* j. *far. ſem lini, fœnugr.* ana. unc.j. *lactis q. ſ. coqu. parum, adde in fine butyr. r.* unc.ij. *olei lilior. de ſcorp.* ãã. ℥j. *croci* ℈j. *f Cataplaſ.* Platerus.

122. *Cataplaſmate Cratonis*) Nulli anodyno, *Cratonis* ſuffragio, palmam cedit Cataplaſma *ex cancris fluviat.*

℞. *Cancros x. incidantur per medium, coque in lacte, Succus fortiter exprimatur, quo imbuantur medulla panis a bi* ℥v. *addantur vitelli ovor. n.* iij. *butyr. rec. olei chamam.* ãã. ℥j. *croci* ʒj. *m. f. f. Cataplaſma* admovendum tepide lumborum regioni.

Et alius) In dolore diuturniori non parùm proderit *Empl. de melliloto* cum *oleo chamamel.* Vel *aneth.* malaxatum. *Riverius.*

Habent hic clyſteres ſuum) Dolori proſpiciens Medicus, ut infimi ventris proluvies, ne inteſtina ſordibus tumida afflictum comprimant renem, confeſtim eluatur, *Emolliens* ſimul ac leviter *deterſivum* Enema mox immittendum curet: Hujus ſortis ſit ſequens.

℞. *Rad. malv. alth. lilior. alb.* ana. ℥vj. herb. *parietar. melilot. mercurialis* ãã *m.* j. *flor. chamom. geniſta, ana. p.* ij. *furfuris in petia ligati m.* ß. *ſemin. fœnic. lini. fœnugr. lichen ſperm.* ãã. *decoctis in aqua communi ad 3. partis evaporationem, adde ol. cham. rutac.* ãã. ℥j. *terebinth.* ℥j. *ſalis comm.* ʒj. *m. f.*

Ubi maior adhuc deſideratur abſterſio, votis ample ſatisfaciet tale.

℞. *Vini malvat. opt.* ℥viij. *ol. terebinth. clari* ʒj. *ſacch. rub.* ʒvj. ad lentum calorem incorporata *porta aſquelina infundantur.* Torminibus indeſinenter furentibus, ſolamen ſe confeſtim allaturum ſpondet talis clyſter.

℞ *Vini generoſi Hiſpan.* ℥v. *terebinth. ſucco veronica lota* ℥ß. *ol. amygd dulc.* ℥j. *ſcorp.* ʒvj. *olei de baccis junip. chym.* ℈. *Philon. Rom.* ʒij. uniantur in clyſma tepide adhibendum. *Charleton p. 216.*

Non ſemper tanta opus eſt ſimplicium farragine, cùm ſolum etiam *Veronica decoctum* cum ſaccharo ſufficere quandoque poſſit, & fere omnibus generoſioribus medicamentis à *Cratone Conſ. 36.* præferatur: Sic etiam *Pauli Quadr. p 512. Sancte teſtari poſſum*, inquit, *ſæpicule plus commodi & levaminis percepiſſe multos agros colicis*, *ſive nephriticis*

Paſſionibus tortos, ab uſu ſimplicis clyſteris ex lacte vaccino parati in quo ad exemplum Cratonis, *vel veronicam*, vel flores *chamom. vulg decocti*, *quam ex* aliis majoris apparatu Strauſſius. *pag. 365. Part. 3. Gymn. 15.*

124. *Habent hic & clyſteres*) Utilis eſt ſequens.

℞. *Rad. apii, petroſel. bruſci, gramin. & aſparag.* āā. ℥j. *rad. malvæ & alth.* ß. *fol. parietar. m.* ij. *ſem. aniſi, fœnic. anethi, carvi, dauci, ameos, carthami, rutæ, cumini, baccar. lauri*, āā. ʒij. *chamom. melilot. aneth. & ſtœchad.* āā. *p.* j. *coqu. in vino albo ad medias. In colat.* ℔j. *diſſolve butyr. rec.* ℥iv. *mell. roſac.* ℥ij *ſacch. rub.* ℥j. *bened. laxat.* ℥ß. *vitell. ovi n°.* j. *ol. nucum, anethi vel lini* ℥iij. *m. f. Clyſter* qui retineatur, duabus horis, ſi fieri poſſit. *Riverius.*

124. *Habent hic & Clyſteres*) Clyſmata injecta dolorem nephriticum plerumque & ſubitò compeſcunt vel mitigant, tum quia fæces flatuſque educendo; ne dolor augeatur; quod verò ſi illis inteſtina referta ſint, ob compreſſionem ureterum & renum accidit, præcavent: Tum quia ad haſce ſedes pervenientes, ſi anodyna ſint, ea ratione quoque juvant: magiſque adhuc ſi narcotica addantur, Et ea recipiant quæ ſimul calculum propellunt, vel comminuunt, triplici nomine tunc opitulantur. *Platerus.*

125. *Quibus & fructus*) Communia Clyſmata paſſim explicantur, Calculo accommodatum ſimul hoc erit.

℞. 4. *H. emoll. cum toto, parietar. beton. ſenec. betæ vel mercurial.* ana. *m.* j. *flor. chamom. melilot. aneth.* āā. *p.* j. *rad. liquir.* ℥ij. *cicer. rub. furfur.* āā. *p.* j. *ficuum n°.* 4. *baccar. lauri* ʒiij. *bacc. alkek.* ʒij. *ſem.* 4 *cucurb. lini fœnugr.* ana. ℥ß. *ſem. fœnic. carvi* ana. ʒiß. *f. decoctio in aqua & vino, vel jure carnium*, In colat. q. ſ. *diſſolve mellis vel ſacch.* unc. iß. *caſſiæ* unc. j. *ben. lax.* vel *hieræ* ʒij. *ol. amygd. d. ol. nucum, olivar. vel butyr.* āā. unc. j. *reſinæ laricea vel abiet.* ʒij. *ſalis parum f. Clyſter* Si dolor vehementer urgeat, *Philon. Rom.* ʒij. additæ, admodum eum ſedant. *Platerus.*

126. *Sequentes tres commendantur*) Anodyni clyſteres in colicis doloribus varii præſcripti hic quoque conveniunt, maximè ſi quæ calculum reſpiciunt illis quoque addantur, vel hic.

℞. *Reſinæ laric. vel terebinth.* unc. ij. *diſſolve in vitello ovi & vini* ℔ß. *adde olei amygd. amar.* unc. ij. *ol. ſcorp.* unc. j. *axungiæ anſer.* unc. ij. *miſce.*

Ad Calculum, dum in itinere eſt, promovendum comminuendumque, ſequens paratur.

℞. *Rad. lilior.* unc. ij. *rad. raphan. lepid. apii, petroſel. cum fol.* ana. unc. j. *h. parietar. braſſicæ, ſenecion. ſaxifrag. cum radic. beton. hypericon. cum flor. ſiſ Crateva, fœnic. mar. ped. columb. aquilegiæ, betulæ*: ana. *m.* ß. vel ſi pauciores ſumas, *m.* j. *flor. lilior. geniſtæ, ſambuc. lavend. vel ſtœch.* ana. *p.* j. *baccar. junip.* unc. j *baccar. alkek* ʒj. *ſemin. milii. ſolis, ſaxifrag. petroſ. apii, cymini, paliuri* ana. ℥j. *f. Decoctio in aqua & vino. In colat. q. ſ. diſſolve mellis vel ſacch.* unc. iß *ſucci parietar. hyper. fœnic. vel petroſel.* ana. unc. j. *ben. laxat.* vel *Indi maj.* ʒiij. *ol. aneth. amar. vel expreſſi ex nucl. perſic. ſcorp* ana. unc j. *reſinæ laricea diſſolv. in ovi vitello* ʒj *ſalis q. ſ. f. Clyſter.* Si *Elect. Juſtinum, Lithontribon.* diſſolvantur, melius operabitur. *Platerus* Præſente paroxyſmo, & urgente dolore Nephritico nil æque convenit quam blandus Clyſter, aut *emolliens* aut *anodynus* injectus, qui ſane multum valet ad hunc affectum: Convenienter his additur *terebinthina* & *ſal ſuccini volatile*, Quin nudus clyſter ea *urina* ſaltem *pueri* conducit. Quin & *clyſmata ex lacte* pro ſcopo anodyno uſurpari poſſunt. *Etmuller.*

127. *Flatuum diſcuſſionem*) Tum ad concoctionem juvandam, *flatuſque pellendos*, obſtructioneſque ſolvendas, tum potiſſimùm quando ejuſmodi affectus concurrunt, licèt talia fortè quia à pituita calculos gigni putarunt, ut cauſæ huic eadem operâ proventum illius impediendo occurrerent, excogitata fuerint) non ſolùm ex prædictis multa quæ calculo accommodata hoc quoque; & fere magis præſtant, ſed ex quibuſcunque aromatibus quædam, è quibus aliqua calculum quoque pellunt, & pleraque ex illis gratiam medicamento addunt, immiſcere ſolent, ſicuti *zinziber, galangam, acorum, cyperum, cinnamomum, Caſſiam, xyloaloen, ſantal. rubr. nucem moſch. macerem, caryoph piper, carpobalſamum, cubebas, ſpicam, ſchœnant. Crocum.* Platerus.

128. *Cucurbitulæ*) Hæ non ſupra regionem renis, ne latentem calculum provocent, doloremque qui quamdiu ureteribus non infigitur, magnus non eſt, primum inferat, ſed quando calculus jam ureteres ingreſſus illic ſubſiſtens excruciat, paulò ſub doloris loco affixa cucurbitula, illum loco movet; indeque ſemper ſecundum ductum ureteris oblique deorſum procedendo, & prout dolor deorſum vergit, Cucurbitulam mutando, dolorisque ſedi ſemper ſubaffigendo, donec ad veſicæ regionem deventum ſit, illum ut in veſicam deſcendat, hac ratione promovet. *Platerus.*

129. *Promoveri ſolet*) Quod etiam *frictione* forti, à doloris ſede deorſum ad pectinis regionem uſque facta continuataque, præſertim ſi manus fricantis, aut pannus, actu calida ſint, adhibitis ſimul oleis relaxantibus, ſimiliter præſtatur, maximeque ſi ſimul poſtea cucurbitula adhibeatur; Cautione tamen hac ſimul adhibitâ, ne altiùs ad doloris locum hiſce aſcendendo, dolorem irritemus.

Frictionem quoque *crurum*, dum æger balneo utitur, aliqui adhibent; *motum corporis* moderatum, uti præcautionis loco, ne arenulæ aut calculi in renibus ſubſiſtant, ea deorſum promovendo proſunt, ſic & ſi calculus deſcendens alicubi in viis hæreat, & excruciet, corpus ſtando erectum ſervare, vel eundo leviter exercere, ut citiùs loco cedat juvabit: Et ſi è renibus progreſſus calculus ſtatim in ureteris initio hæreat, illicque dolorem excitet, nec deſcendere poſſit, ut rurſum in renis cavum redeat (quod cùm fit dolor quoque remittit) corporis ſitus, & decubitus factus, ut lumbi elatiores ſint reliquo corpore, præſertim ſi tunc pedes elevati nonnihil agitentur, opitulatur; ſicque interdum dolorem ſubitò levat: *Spiritus* valida impulſione, quando calculus ſubſiſtit, ad eum detrudendum, *Vomitus* impetu ſuo aliquod adjumentum affert, quare niſi ſponte ſuperveniat, ſicuti in prima hujus mali invaſione evenire ſolet, ſi alia non juvent, ad eum recurrere poſſimus; Vel *ſternutationem* eam ob cauſam movere, cum validè quoque impellat. *Platerus.*

130. *Excernitur quandoque per lumbos*) An ideo locus Nephrotomiæ? *Hippocrates* quidem l. de *Int. aff.* ſi quando e calculo renali adſtantium muſculorum abſceſſus ſupervenerit, hujus probat apertionem, qua pus collectum eliciatur, at minime renem ſecat; Τέμνειν, *inquit*, non ipſummet renem, ſed κατὰ τὸν νεφρὸν, regionem reni proximam; Nec proinde Renum arenulas vulnere eo loco educit *Hippocrates*, ſed poſt puris per

per vulnus evacuationem renes glareis ſcrupiſve infectos pharmacu diuretico evertit extergetque. *Menjotius.*

130. *Relinquitque ulcus*) Vlcus, calcoli inæqualis affrictu, renibus illatum (quod ex urinâ purulentâ ſanguinolentam excipiunt dignoſcitur) nullam ſalutis ſpem relinquit, propter ἀνιατόν ..., calculus enim acria, ulcus conſolidantia expoſtulat recteque *Aretæus* 5. *Renum ulcera à calculis inducta omnem reſpuunt curationem, citaque colliquatione mortifera ſunt. Menjotius.*

131. *Differentiæ*) Plurimæ aliæ dantur, Sic à *Figurâ* calculi, alii rotundi, oblongi, angulati, acuminati, læves, aſperi, hamati, corniculati, aut alius figuræ, hæcque fortuitam ac inconſtantem ſequitur materiæ lapideſcentis formam; vel pendet à modo generationis, nam qui gradatim ex arenis fiunt moleſcuntque, aſperi eſſe ſolent; qui lamellatim læves: Vel variat pro ratione loci aut lapidis materiæ ſeſe accommodat, eoque pacto ſicut opera figlina ſuum repræſentant proplaſma, ita calculi in renum ſinibus, ad inſtar coralliorum brachiati nonnunquam figurantur.

Huc etiam referri poteſt *Salium* diverſitas, quorum ſinguli certam repræſentant figuram, hancque lapidi, quem architectentur impartiunt; ſic ſal marinum naturaliter cubicum exiſtit, alumen octoedron, ſalis nitri ciliodracea eſt ſex figurarum figura, & ita de aliis.

A *ſubſtantiæ modo*, Calcoli vel ſunt *friabiles*, ac ita teneri, ut in terram del ipſi frangantur; vel *ſaxei*, qui nihil arenoſi ex ſe remittunt, Vel una parte arenoſi, alia tophacei.

Item à *Colore*, alii rubri, albi, flavi, ruffi, nigricantes, ac plerumque cineritii; Colorum autem varietatem affert caloris exurentis gradus vel potiùs humiditas, quæ terreſtrem materiam ... ſale compaginati: Vnde Renum, quia ſanguine prædiorum, lapides coloratiores ſunt, quam veſicæ, Iidemque renes ſi purulenti fuerint, albos congerunt calculos: hinc etiam puerorum, quia pituitoſorum, calculi albi ſunt atque argilloſi; ſeniorum, quia biliofſorum, flavi & crocei, teſte *Aretæo.*

A *numero* Calculi vel unus ſunt, vel plures, hi, ſi inæquales ſint ἀναλογχόνιας, interveniente quaſi ichthiocolla facile in unum colligantur; ſi politi & velut marmorei, manent diſtuncti; Calculi Renales ſæpe ſæpius multiplices ſunt ac minores, ob ductuum multitudinem & anguſtiam: at veſicalis calculus plerumque & unicus eſt & major, ob cavitatis unitatem atque amplitudinem; Item durior, non propter diverſitatem materiæ, eadem enim eſt quæ per renes ad veſicam defertur, ſed quod materia indeſinenter renum canaliculos, & quaſi euripos tranſcurrat, neque hoſpitatur: intra veſicæ verò δεξαμενήν, ceu in ciſternâ colligatur, & aliquandiu moretur, interimque ſalſiores urinæ partes, quia graviores, fundum petant, ubi per moram arctiore nectuntur copula, unde durities, nam in genere lapides recentes, & ſi dicere liceat, embryonati, cæteris molliores ſunt, vetuſti verò, & quaſi adulti, duriores.

Quodque maximè notandum, quia non eſt par ratio corporum inanimatorum & animatorum, hæc nempe è minima ſeminis mole juſtam ac determinatam ſtaturam ſenſim attingunt, Illis vero nulli quantitatis limites in naſcendo atque augeſcendo præfiniti fuere; ita quoque pro copia materiæ ad lapidem idoneæ, ac virtutis lapidificæ ἐνέργεια lapides mox ab ovo majores minoreſve indiſtincte efficiuntur, ſemelque geniti ad majus minuſve incrementum novarum partium juxta poſitione indefinite perveniunt. *Menjotius pagina 753.*

132. *Alius eſt in cavitate*) Calculos intra ureteres cogi poſſibile non eſt, quòd materia velociùs præterfluat, etſi craſſi lentique humores in teretem pilam neque effigiem illic nonnunquam ducantur, Τενοντώδη appellant, ſicut filamenta ejuſmodi mingentes dicuntur τριχιάζειν: Igitur conduntur calculi vel in tubulis renum, quibus ſerum perpetim in pelvim depluit: Vel in ipſomet ſtomacho, etſi ſuperficie conſtet lævi ac æquali, ne materia adhæreſcat, atque commoretur, ac uretere ſublimior ſit ad faciliorem ſeri deſcenſum; Priores calculi urinam ex toto non ſiſtunt, quod vix unquam omnes renum fiſtulæ oppleantur; at poſteriores, obſtructo ureteris capite lotium plene ſupprimunt. *Menjotius p. 732.*

133. *Renum peculiarem intemperiem*) Cauſæ calculorum materiali atque efficienti conſociari debet *cauſa ſuſcipientis*, hoc eſt renum diſpoſitio, ſi nempe hi ſenſu obtuſo præditi, flaccidi atque imbecilli. Saliæ materiæ irritamento non tanganiur, vel tacti ipſam non detrudant, unde narcotica nephriticis ſunt noxioſiſſima, ac multi citra calculoſitatem (ut loquitur *Aurelianus*) toto vitæ curriculo urinam dant tartaream, imo etiam arenoſam, quod virtus renum expultrix, à materiæ calculoſæ ſalſedine, aut arenarum ſcabritie ſtimulata in operæ faciendo belle ſe gerit: Quam veritatem ipſa quoque ſuadet *curatio*, remedia enim renes exarenantia atque elapidantia, pigram eorum expultricem, aut acrimonia ſua ſolicitant, ut raphanus, aut adſtringendo roborant, ut ſemen plantaginis, fructus cynorrhodi, ac ſpongiolæ eidem roſæ caninæ virgis innaſcentes.

Intita renum ἀδιάθετος διάθεσις, &, ſi fas ita dicere lapidoſum ſtigma, conſiſtit partim in præfata imbecillitate, partim in viarum conniventia, dum enim ſerum per renes, tanquam per qualum aut fiſcellam perlabitur, ſi eorum meatus naturaliter arctiores fuerint, ſalſa illius portio, quia craſſior in itinerum anguſtiis hæret facillime, haud ſecus ac aqua marina per terram; σακκιζομένη, ac ut ajunt ſaccellata, ſuam ponit ſalſedinem, quamobrem, cæteris paribus frequentior eſt in univerſum renum; quam veſicæ calculatio, quod illorum ductus minus patuli ſint.

Fatemur quidem, ſi renum itinerula, ita eſſent occæcata ut craſſi ſucci aditu prohiberentur, tunc nullam prorſus fore calculorum procreationem, ſed id mente cogitari poteſt, nunquam vero experientiæ conſentit; renes namque, utut ſtricti fingantur, ſunt tamen multifores ſatiſque pertuſi ad craſſiorum humorum affluentium introitum; proindeque miror *Galenum* docuiſſe *14 m.m. 16.* denſitatem renum, ut etiam oſcilla venarum in jecore perangusta, in cauſa eſſe cur interdum, ex victu craſſo diutius exhibito, nulla fiat calculorum σύμπηξις.

Porro notandum eſt Nephritidem inter morbos, patria maxime & avita via ad liberos derivari, propter renum cum teſtibus cognationem, mediis vaſis ſemen præparantibus, quæ partim ab emulgentibus, partim juxta emulgentes exoriuntur.

Notandum inſuper Renem ſiniſtrum frequentius affici quam dextrum, ſeu quod ſiniſtra dextris debiliora ſint, ſeu quod, lien ſalſarum ſeroſitatum catarrhos has κατ' ἐξοχὴν in ſiniſtrum renem uberius depellat. *Menjotius p. 720.*

134. *Alius eſt in ſubſtantia, qui frequentior*) Dulech duplicem obtinet focum, unum in Rene, alterum in veſica, In *Rene* quidem, cum ante cœptam duci urinam, quod *Hippocrati* eſt προουρήσεως, illic coagmentum ſabulum lapideſcit, & vel *in cavo*, vel in *ſubſtantia renum*: Licet vero *Fernelius lib. 6 de Part. m. & ſ. cap. 12.* arenulas non in interiori renum cavo, ſed in propria renum ſubſtantia provenire affirmet, tamen illum hallucinari haud injuria dicere auſi ſimus, 1. authoritate *Galeni*, qui *comm. 1. 6. Epid. tit. 6.* hæc habet, *Quicunque in ipſa renum carne calculos creari ſibi perſuaſerunt, non ſolum inter exeundum, verum etiam creationis tempore eo in*

loco dolorem ipſos inferre teſtando & quando in renum ſinus pervadunt, Calculos autem in renum carnibus generari, proportione tophis in articulorum morbis genitis reſpondentes orationem in teſtem adducunt ex libro de Nat.Homiſtis, & lib de vict. Ant.&c.2. Si exempla deſiderentur, cultro anatomico obvia, prodeat *Foreſtus* qui *libr.24. obſervat.16.* ſcribit ſe vidiſſe non modo, ſinum & cavitatem renum exiguis calculis, veluti parvis lapillis, repleram, quinetiam ſubſtantia renum tales infarctos. Item *Platerus*, referens conſpectam, multis annis de dolore conqueſtam nephritico, ſæpiuſque abortientem, in qua fuerit repertus lapis, ſola membrana, velut marſupio, ſuſpenſus illic ubi ren fuerat, ſubſtantia renis prorſos abſumpta. Et *Euſt. Rudius cap. 45.* de Renibus dicens, *Lapides non ſolum renum ſinu contineri, verum etiam in ipſorum ſubſtantia reperiri, compertum habet. 3.* Nec deeſt *ratio*, non enim eſt, Cur enim arenulæ vel calculi magis in ipſa renom ſubſtannâ, ſeu parenchymate fibris contexto, quam in alveolis procreentur; quum in illos, veluti in locum amplioris ſpatii, nihilo tranſitum procludente, libere intromittantur; in hanc vero utpote denſam & compactam, nonniſi difficulter ſeſe inſinuant. *Charleton p. 105.*

135. *Et ſæpe tamen albus excernitur*) *Fernelius* ſtatuit calculos renales duros eſſe ac rubros, reniſque ſubſtantiam & colorem manifeſte retinere; Sed licet calculus, aut ſabulum non in ſubſtaotia, ſed in cavo renis producatur, poteſt nihilominus tum colorem tum conſiſtentiâ reoum parenchymati haud abſimilem ſibi adſciſcere: accidit quippe ut docte *Zacutus Pr. Hiſtor lib. 8, cap.16.* rubrum conflari calculum ex ſangoinis portione, bilis, alteriuſve ſucci commixtione cum ſucco, glutinis æmolo, puta, tenaci pituita, ita ut è lenta pituita oonniſi album aut ſubcineritioni calculum produci contingat. *Charleton p. 107.*

135. *Et ſæpe albus*) Triplex calculorum eſt diverſitas, *Alborum, Rubrorum, Ruforum*, ſeu *Flavorum*; *Albi* fiunt quando mucilago viſcida ex attritis membranulis renis tranſudans, ſimul à principiis coagulationis calculi coagulatur: *Rubri* ex minutiſſimis ſanguinis guttulis ex vaſculo quodam eroſo aut lacerato, deſtillantibus unà concretis tinguntur: *Rufi, ſeu flavi*, ſimpliciter urinæ ſolius videntur progenies: Primordia hæcce calculorum ſalina, eleganter per ignem examinata, vide in *Tachenii* Hipp. Chim.c.14. *Etmuller.*

136. *Arterialis, qui arteria aortæ ramo*) Calculum obivis locorum in homine reperiri certum eſt, vidit eum ex vulvâ erumpere *Hippocrates*, ex pulmone *Galenus*, à capite *Hollerius*; ab inteſtinis *Trincavellius*, ex liene ac fellis veſicula, ut alii, ſic nos ex lingua, ac colli glandulis, Sed calculum in arteriis, qui convenerit equidem hactenus inveni neminem; *Johann. Arminius* &c. ob adverſam valetudinem frequentibus medicamentis à pucro magis imburus quam adiutus, devenit tandem id, tam vehementem cordis palpitationem, ut verberantis ictus diſtincte nonnunquam audiretur præ ſonbus conclavis, in quo id temporis decumbere; Acceſſere frequens animi deliquium, præcordiorum anguſtia, ſpiritus difficultas, pulſus intermittens: *tandem lethalis hydrops.*

Vbi diſſecaretur cadaver, in rene dextro latitabant plures calculi, partim rubri, partim nigri, &c. At prope renem ſiniſtrum dedit ſe nobis in conſpectum inauditum illud calculi genus; quod à loco, cui inhæſit, lubet vocare arteriale, Inſidebat quippe firmiter illi arteriæ aortæ ramo qui vergit ad glandulam *Euſta hii*, ſiniſtro reni impoſitam; Diſtuperat autem caput ipſius (ita appellamus rotundam illam excreſcentiam quæ cum anguſtiore collo haud male referebat caput implume pipionis arteriæ tunicam, latitante reliquo corpore in dilatata ipſius fiſtula, ſed ita ut vulneris oræ minime hiarent, verum arcte contraherentur circa collum, ut ne guttula ſanguinis poſſet effluere, &c.) Totus autem lapis referebat ad amuſſim implumem aviculam; lanci impoſitus ponderabat drachmas duas.

Cap. LX.

De Vlcere & Vulnere Renum.

De *Vlcere renum* hæc obſervaſſe ſufficiat.

I. 1. Rarò admodum illud ex *abſceſſu phlegmones* à profluentis materiæ acrimoniâ renem exedente, ictu vel caſu venas diſrumpente, accidere, 2. ſi tamen accidat, 3. curationem, ut humorum allapſus 4. diæta 5. venæ ſectione, & 6. purgatione ſiſtatur, exigere. 7. Iidem allapſi, refrigerantibus, 8. nephriticis temperentur, 9. *Terebinthina* cum vitello ovi in liquorem, vel cum pulvere liquiritiæ in bolum redacta, evacuetur, requirere.

II. Semper verè à *calculo intus coërcito* fieri, qui vel pondere renem contundit, vel attritu comminuit exeditque.

10. *Tum* urina; antequam purulenta eſſe incipit, 11. cruenta præſertim ab exercitatione & labore evadit, febris nulla vel obſcura farigat: 12. ſi quando obſtructo ureteris capite pus cohibetur, id ſenſim vel per emulgentem, in majores venas redundans, ſanguinem habitumque corporis inquinabit; vel eâ ſede congeſtum, ilia lumboſque diſtendet, 13. è quibus etiam aperta cute, diu multumque manat.

1. *Rarò admodum illud*) Vlcus in Renibus & veſicâ à tribus excitatur cauſis, *Abſceſſu diſrupto* poſt inflammationem ſuppuratam, *Humorum acrimoniâ*, qualis eſt ea, quæ mictum cruentum efficit, quæ intenſior facta, aut durans diutiùs, eas partes exulcerat, aut à *Calculo aſpero* dictas partes erodente: Poſtrema hæc cauſa frequentior eſt, ac fere ordinaria, reliquæ verò infrequentiſſimæ. *Riverius.*

1. *Rarò*) Frequentiſſima cauſa eſt *Abſceſſus & inflammatio renum*, ſicut etiam *calculi* aſperiores, renes atterentes, ſucceſſivè eos ad ulcerationem diſponant; Sicut etiam quodvis *acre*, vehiculo ſeri per renes tranſcolatum, eoſdem erodere & hinc exulcerare poteſt: Quò pertinet etiam *ſanies acris* ex aliis locis ad renes fluens. Eoſdem *lues venerea*, ſubinde quoque exulcerat, teſte *Horſtio lib.4.obſ.43.* ſicuti & *gonorrhoeam veneream* inconſultò ſuppreſſam renum inſignis ardor: & hinc non raro exulceratio inſequi ſolet. *Etmuller.*

2. Si

[2]· *Si tamen accidat*) Inter ſigna diagnoſtica primum ac præcipuum eſt puris excretio cum urinâ, quæ diutiùs perſeverans, Vlcus in partibus urinariis latens certiſſimè oſtendit: Vrtum verò *Renes* an *veſica*, ulcere afficiantur, cognoſcitur ex ſitu doloris, prout vel in regione lumborum, vel in pube aut perinæo infeſtat; Præterea Pus a Renibus procedens meliùs coctum eſt, album ſcilicet læve, & minimè fœtidum; quia parenchyma renum carnoſum meliùs concoquit, tum pus copioſius eſt ac urinæ magis permixtum, quæ lacti ſimilis profunditur, donec longe poſt mictionem pus ab ea ſeparetur, & in fundo reſideat; E *Veſicâ* verò emanans purulenta materia pauca eſt, neque multùm urinæ permixta, neque adeo concocta ſed croda, variegata & graveolens, pars enim exanguis, & debili calore prædita, materiam ſufficienter elaborare nequit: Ex *collo* autem Veſicæ, aut meatu urinatio, ſincerum pus abſque urinâ ſæpe excernitur: His adde, quod in ulcere veſicæ, aut illius cervicis, perpetua adeſt dyſuria, & continuus doloris ſenſus partem illam infeſtans, quod in ulcere Renum minimè fieri ſolet, ſed dilucida ſunt dyſuriæ & doloris intervalla.

Profundiori ulcere exiſtente, ſanguis interdum copioſus excernitur, qui difficile cohibetur, ſæpiùſque ramenta partium cum pure, vel ſanguine excernuntur, nempe carunculæ ex renibus minutulæ utplurimùm, aliquando craſſiores, quæ per ureteres difficilem tranſitum habentes, dolorem nephriticum pariunt: E veſicâ verò ſquamulæ, ſeu pelliculæ membranoſæ, ac veluti furfuraceæ cruſtulæ dimanant: Ac denique in Veſicâ diuturno olcere, & calloſo, mucoſa illa pituitoſa producitur, quæ in calculo veſicæ deſcripta eſt. *Riverius.*

Si eroſio Renum eſt à *calculo*, dolor mordicans & rodens in lumbis ſentitur à ſero acri & nitroſo, quod in tranſitu irritat & rodit, una cum caloris ſenſu. *Ettmuller.*

[2]· *Si tamen accidat*) Signa communia Renum vel amborum vel unius exulceratorum, ſunt dolor erodens cum gravitate circa regionem renis affecti: Renes exulceratos habentes, libere & ſine difficultate mingunt, id quod in veſicæ exulceratione minimè contingit. Si ex rupto apoſtemate orta ſit, cum orinâ, pus, ſanies, aut ramenta, aut carunculæ parvæ & oblongæ, & nonnunquam pili profluunt, teſte *Hippocr. 4. aph. 75 Si ſanguinem aut pus mingunt, aut renum aut veſica exulcerationem ſignificat*, quibus ſtatim adjungit, *Si in urinâ craſſâ exiſtente, caruncula parva, aut veluti capilli ſinitent, y à Renibus excernuntur*, In ulcere ex eroſione rupturaque orto, ſimiliter ex calculi aſperitate, ut plurimùm ſanguis cum urinâ emingitor ſine difficultate. *Fr. Joel. Pr, lib. 6. p. 394.*

Prognoſis.

Cùm omnia ulcera interna periculoſa ſint, iſta etiam formidoloſa & curatu difficillima cenſenda ſunt, ſiquidem perpetuus fit ad eas partes humorum affluxus: Licèt enim ſerum ſuapte naturâ detergendi vi præditum ſit, hoc tamen locum habere poteſt in naturali ſtatu, quando ſerum, alienis qualitatibus infectum non eſt, ſi verò pravi humores, acres & ſalſi cum eo permiſceantur, exulcerationem efficere eamque fovere poſſunt.

Recentia *Renum* & *Veſica* ulcera curationem recipiunt, Inveterata verò incurabilia ſunt; In ſenibus non curantur Renum & Veſicæ ulcera, In juvenibus aliquando, ſed nonniſi magno labore: Vlcera quæ à calculo ſunt & foventur, nonniſi priùs extracto calculo curari poſſunt: Dolor, aliaque ſymptomata, quæ ulcera prædicta comitantur, vigilias pariunt, corpus conſumunt, homoque tandem in cachexiam vel atrophiam deducitur. *Riverius*, Quæ ſunt ab inflammatione ſuppuratâ, faciliùs curantur, Quæ à calculo in renibus periculoſiora, & non raro in totius renis conſumptionem degenerant; Quæ ſunt ab *eroſione*, periculoſiora; Quæ magis inveterata eò difficilius curabilia: Alioqoin ulcus Renum lumbos perforaſſe, inque fiſtulam generaſſe notat *Willis* de urinis. *Ettmuller.*

Si olcera Renom maligna fuerint, tom pus exit fœtidum & lividum, & rariſſimè curari poſſunt, præſertim in ſenibus, Renum exulcerationi ſæpe veſicæ ulcus ſuccedit. *Fr. Joel.*

[3]· *Curationem*) Si Renom inflammatio propoſitis remediis diſcuti non potuerit, ſed ad ſuppurationem tendat, quod dignoſcetur ex febris, doloris, aliorumque ſymptomatum incremento, tum etiam horrore & vomitu, pondere circa partem majore, tum præcipuè apparente, cùm æger in partem ſanam inclinat, motus Naturæ adjuvandus eſt, cataplaſmatis admotis ex *radicibus & herbis emoll. ſemin. lini; flor. chamom.* Quibus coctis, tuſis, & cribratis, adduntur *farina, butyrum*, axungiæ & olea iiſdem viribus prædita: Quibus niſi abſceſſus ruptus cum urinis ſeſe expurget, pus in abdominis cavitatem irrumpit, unde mors repentina; vel febris hectica ſuccedit: Aliquando foras Tumor prodit, tumque cauterio potentiali vel ſcalpello aperiendus eſt, *Riverius. Ench. M. Pr.*

[4]· *Diata, vena ſectione, Purgatione*) Quin & vomitum commendant *Avicenna, Augenius l. 12. Ep. pag. 693. Vallerola lib. 6. obſervat. 1.* V. Vide ſupra §. *Curationem ut humorum illapſus*) Reiicit author *Enchir. Med. Pr.* quia in vomitu ulcus renum diſrumpitur; Revera eapropter in ulcere confirmato ſuſpecta ſunt, fortè utilia eodem inchoante, quo tempore revulſoriis remediis locus eſt.

[4]· *Diata*) *Victus* ſit refrigerans, leniens, & humoris acrimoniam obtundens: Fugienda ideo ſunt ſalſa omnia, acria, piperata & aromate condita: Venus, equitatio durior, exercitium immodicum, & quæcunque humores calfaciunt ac commovent. Convenit (*in Potu*) *Ptiſana, hydroſacch.* hordeatum mundat. hydromel valde aquoſum, in quo ſemina frigida majora bullierint: *Lac aſininum*, *caprillum, cum ſacch. roſato* ſumptum. *Ench. M. Pr.*

[5]· *Vena ſectione*) Hæc parùm conducit, niſi in corporibus plethoricis, bilioſis & recalefactis, in quibus ſi neceſſitas exigit, ſecetur vena hepatica affecti lateris primùm, deinde & *talaris*. *Fr. Joel.*

[6]· *Et purgatione*) Ante V. S. quin & citra eam, plurimùm confert crebro alvum clyſtere eluere: Multùm prædicatur & menſtrua *Vomitio* in curando ulcere Renum, & hoc unicè curandum eſt, ne alvus obſtruatur, Si verò conſtricta fuerit, ſtatim vel juſculo *prunorum dulcium ſaccharo* conditorum, aut *juſculo pinguis gallinæ*. aut *glandibus*, aut leni *Enemate* leniendà aperiendaque erit.

Tandem ſtudioſè conſideretur, qui potiſſimùm vitioſi humores, in corpore redundent, ſalſane pituita; aut retorrida bilis, ulcus exacerbans, & primùm præparetur redundans humor ad eductionem, deinde evacuetur leniter ſolventibus pharmacis: In Pituitosâ cauſâ ſic purgetur.

℞. *Diaphœn.* ℨ x. *aqu. cardui. ben.* onc. iij. *m. f. Hauſtus.*

Si verò bilioſus retorridus humor, ſequenti evacuetur.

℞. *Rhabarb.* ℨ ij. *fol. ſenna* ℨ ß. contuſa macerentur per *noctem in* ℥ v. *aqu. cichor. mane* leniter ebulliant, Colaturæ *admiſce Elect. Roſ. meſues* ℨ ij. *aut Elect. lenit.* ℥ iij. *f. Hauſtus*, ſex horis ante cibum ſumendus: Aut exhibeatur per ſe Bolus *ex caſſia* ℨ x. *confectus. Fr. Joel.*

[7] *Iidem allapſi refrigerantibus*) Imò ante influxum & purgationem præparentur, & quidem ſi ſit Pituita.

℞. *Rad. fœnic. petroſel. liquir.* ā ā. ℥ß. *hyſſopi, card. ben. centaur. min.* ā ā. *m.* ß. *ſemin. aniſ. fœnic. alkeking.* ā ā. ℥iij. *paſſul. min.* ℥ß. *contuſa & conciſa coqu. in* ℔ii. *aq. duplici vaſe per 2. hor. colat. adde ſyr. de beton. de hyſſopo* ā ā. unc. iij. *ſumat. m. & v.* unc. v.

In bilioſâ causâ humor ſic præparetur.

℞. *Syr. de cichor. cum rhab. violar. roſar.* ā ā. unc. iij. *aqu. ſtillat. cichor. petroſel.* ā ā. ℔j. fiat Potio m. & v. ebibenda. *Fr. Joel.*

[8] *Nephriticis temperentur*) Sunt qui acrioribus diureticis ulcus illud tergent, & ſiccantibus intrò ſumptis ad cicatricem perducere conantur: Imò quidam ad exſiccandum illud, conſulunt uſum *decocti Guajacini*, ſed cùm ab iis urina reddatur acrior, renis ulcerati caro abſumitur. *Ench. M. P.*

[9] *Terebinthina*) In hoc affectu valde commendatur, quia ſimul alvum laxat & alvum abſtergit: Eaque cum pulvere *liquiritiæ* exhibenda eſt ad unc. ß. cum *aqua plantaginis* lota; Præcipuè vero convenit, cum urina valde craſſa & mucoſa eſt. *Riverius.* Nocuiſſe tamen nuperrimè obſervavi exhibitam Dom. *Guillermet* Aurifabro Genevenſi, ulcere veſicæ laborante, quam ex Medici præſcripto aſſumpſit, qui calculo veſicæ illum laborare exiſtimat, quamvis pauca hujus ſint indicia; Ulceris vero manifeſta: A quo tempore à diureticis & lithontripticis abſtinet, melius habet, ſtranguria deſiit; alvorum, ſcil. ad alvum, deductis excrementitiis humoribus, qui ad veſicam univerſi confluebant.

[9] *Terebinthina*) Cùm urina valde craſſa eſt & mucoſa, terebinth. in aqua *parietariæ & plantag.* lota utilis eſt. *Ench. m. P. Cyprina* optimum eſt auxilium, detergit renes & per inferiora derivat. Doſis à ℈ij. ad unc. ß. In ſpecie convenit, ſi ex abſceſſu exulceratio fuerit facta. *Etmuller.*

[10] *Tum urina antequam &c.*) Caruncularum in urinis repertarum non meminit, quæ ortum fere ſuum debent Ulcere laborantibus Renibus, eorundemque partibus à corpore reliquo ſeparatis, & una cum lotio excretis (*Imò & lumbriformes excretas vidi à Generoſiſſ. Dom. de Molondin anno 1659. ulcere renum laborante, feliciter meâ curâ reſtituto*) Illarum curatio pendebit ab ulceris curatione, quæ feliciter abſolvetur quotidianâ *balſami ſulphuris*, *ſuccinati* vel *juniperini* ad guttas iij. vel iv. aſſumptione.

[10] *Tum urina*) *Carunculas* exiguas, in urinâ craſſâ exulceratis renibus apparere, eſt conſtantis veritatis, adſtipulante experimento (*Hippocrat. authoritate 4. aphor. 76.*) adeo ut decreto perpetuo ſanciri in Medentum ſcholis mereatur, modò cruditatis in venoſo genere nulla poſſit afferri excuſatio: Enimverò, ut doctè ibi *Galenus*, ſi craſſę fuerint urinæ cum membranoſis partibus, erunt ſubſtantiæ veſicæ excrementa, cum urina verò tenui ſi excernantur carunculæ, erunt ab hepate & venis, partibuſque diaphragmati ſuperioribus, ut in febribus magnis: Cùm à renibus prodeunt carunculæ, præceſſit dolor renum purulenta urina, nec adeſt febris; quæ cum vehemens erit, interdum ſanguis in renibus & venis retorretur, & venarum ſubſtantia, incendio peruſta, ſordidum quiddam, caruncularum ſpeciem præ ſe ferens: deperdit abuciſque, quod cum urinis emittitur, ſed tunc urina non eſt craſſa, ſed tenuis & inſtar lixivii fulgens, ob flammeum & colliquantem febris ardorem, *Charleton de Lithiaſi p. 134.*

[11] *Cruenta*) Nonnunquam & *caruncula* veræ Renum partes, licèt in aphor. *Galenus* id ſe vidiſſe neget: 6. tamen *de l. aff.* & initio 1. videtur agnoſcere; ubi jam ulceris acrimonia eroſit particulas Renum; quomodo & in pulmonariis tabidis contingit particulas pulmonis exſpui, & in dyſenteriâ partes inteſtini, In Advocato *Perrot*, Vidimus minimas carunculas, ut non immeritò *ψωμοὶ σαρκός* dici deberent, quas ſæpe emingebat, neque revera erat grumus; has carunculas præcedit dolor pulſatilis, qui ad lumbos & coſtas nothas extenditur, & ſigna renis exulcerati; in ſanguine concreto & orobeis urinis non præcedit. *Hollerius.* Exulceratio renum, præter dolorem in lumbis rodentem, plus minùs ſimul gravantem, *urinæ purulenta excretio* oſtendit, Hinc *aph. 45. 4.* Si quis ſanguinem aut pus meiat, renum aut veſicæ exulceratio ſignificatur; *Cauſas antecedentes antecedentia* fere oſtendunt; In ſpecie ſi ulcus eſt ex inflammatione, multùm puris apparet in lotio; & cùm mingitur apparet album, ſed cùm ſteterit deponitur pus; quod ſi bene eſt coctum, & urina ſanorum ſimilis, ſuppurare ſolet; Si verò eroſio eſt à calculo, mingitur urina alba, inſtar lactis ebutyrati, ſtatim ſubſidet, & planè alius eſt conſiſtentiæ inſtar cinerum, quos etiam colore refert, & minore gravitate excernitur. *Etmuller.*

[12] *Si quando obſtructo ureteris capite &c.*) Si quando obſtructo ureteris capite pus cohibetur, id ſenſim vel per emulgentem in majores venas redundans, ſanguinem habitumque corporis inquinabit, (quâ ex cauſâ quaſi ex leucophlegmatiâ calculoſos tumere ac palleſcere ſæpe animadverti) vel ea ſede congeſtum ilia lumboſque copia diſtendet, è quibus etiam apertâ cute, diu multumque manat; Nonnunquam & illinc calculus ingens cum pure aliàs exceſſit, aliàs evulſus eſt; Hæc cùm accidunt tota jam pene Renis ſubſtantia putredine conſumpta eſt, illincque pus redundans inter peritonæi membranas fluctuat; Hujus copiâ interdum: vidimus totam ventris lumborumque regionem diſtendi, & pus hinc tum dejectione, tum vomitione reddi ſyncerum. *Fernelius Pathol. l. 6.*

[13] *E quibus etiam aperta*) De *Renum abſceſſibus* extra vergentibus, *ſic Hippocrates 7. aphor. 36. Si autem ex renibus laborantibus adfuerint prædicta jam ſigna, & dolores excitentur circa ſpinæ muſculos, ſi ad partes quæ foris ſunt percipiantur: Apoſtema foras expecta, Quod ſi dolores intro magis vergant, intus potius expectandum apoſtema.* Nam in doloribus nephriticis tumor foris è renum regione conſpicuus, ſuccos doloríficos per metaſtaſin effundi in muſculos dorſales externos ſignificat, adeoque abſceſſum eo expectandum eſſe: Si vero dolores magis circa interiora fiant, humore in muſculos dorſales internos effuſo; apoſtema in iis futurum, In utris enim horum ſe firmaverit dolor, illic quoque abſceſſum futurum monſtratur; Nunquid vero renibus ipſis ſuppuratis, an ſolis muſculis, an utriſque nondum præfinivit *Hippocrates*, Experientia verò hæc omnia fieri oſtendit. *Charleton p. 134.*

Curatione.

III. [14] *In Curatione* [15] omnibus aliis palmam, [16] *Decoctum petroſelini*, à *Doringio in Mithridatotechnia* p. 150. deſcriptum, præripere obſervavi.

De *Vulnere Renum* hæc notaſſe ſatis erit.

I. [17] *Cognoſci*, ex ſitu, [18] urinæ ſuppreſſione vel difficultate, cruentatione, dolore ad inguina extenſo.

II. [19] *Dividi*

II. 1°. *Dividi* in illud, quod eſt *in ſuperficie*.

Et *tum*, non multus ſanguis prodit.

Quod in *parte carnoſa*, & tum ſanguis multus effluit, urina non egreditur, fortiora glutinantia ſtatim adhiberi poſſe.

Et quod *ad ipſam uſque cavitatem penetrat*, & tum ſanguis cum aqua egreditur.

In *Curatione*, ſangui eſt ſiſtendus. Hoc ſubſiſtente glutinantia immittenda & imponenda, ac valet hic unguentum *ſanctum Andreæ à Cruce*, quod in *Sennerto* vide &c.

14. *In curatione, omnibus*) Videndum in his quid magis urgeat, quid contraindicet, Hinc licèt reſolventia κατ' ἐξοχὴν nephritica, expediant obſtructiones, & coagulum tartareum ac pituitoſum, ut urinæ ſecretioni & collectioni liber detur tranſitus, adeoque calculoſis, infarctui renum, & ureterum, educti oni arenularum, iſchuriæ unicè conveniant, archeumque renum debilem ſollicitent, attamen dantur caſus, ubi ſtant poſt principia & nociva potiùs ſunt, quàm proficua, quando nempe vel eroſio adeſt, ubi nonniſi temperatoria ex his ſimul proſunt, ut *cul. cancrorum*, ubi aſperitas viarum leniend a eſt, in exulcerationibus, ſcabie, calculo, ardore & à cantharidibus, doloribuſq; inde productis; quòd de κεκραμένοις valet omnino; ſed & mitigantia nervina, roborantia, paregorica, anodyna proſunt, roborando, conſolidando & mitigando debita: Vel excretoria actio nimis citatur, ut freno egeat, in dictis partim, partim verò & præcipuè in diabete, mictu cruento, viarum laxitate, & ſuo modo quoquè in pollutionibus & gonorrhœâ, incontinentiâ urinæ: Proficua enim ſunt potius temperantia, mucilaginoſa, terrea, agglutinantia, traumatica. leniter adſtringentia, remorantia & refrigerantia, intus & extùs adhibenda, quæ ſopiendi & demulcendi ut naturæ ſuccurrunt. *Wedelius A.m.m.p.190.*

14. *In Curatione*) Ex *Galeni* præcepto citiſſimè ulcus ad cicatricem deducendum: Ad id autem præſtandum, licèt quæ exſiccante facultate prædita ſunt, maximè in aliis conveniant, in Renum tamen & veſicæ ulceribus omninò fugienda ſunt ob mordacitatem; cujus occaſione excitati dolores novam fluxionem concitarent; Quæ blandè igitur abſtergunt, & doloris mitigatoria ſunt convenient, qualis eſt *mulſa*, & *ſyr. de jujubis*, vel ex *roſis ſiccis* cum portione *ſyrupi de portulaca*.

Porrò cùm & *mulſa* conveniat, & *lac*, niſi diligens adhibeatur cura, & in tempore exhibitionis, & in lacte ſugendo, & in illius quantitate aut fruſtra concedi, aut cum detrimento cognoſcemus; In principio enim poſt diſruptam vomicam, aut ulcus ab acribus humoribus excitatum, cùm ulcus ſordidum fuerit, lac conveniet ſeroſum, quodque abſtergere magis valeat, quale eſt aſininum; Illud verò ex lotio cognoſci poteſt, ſi in eo pus ſubſit copioſum, fœtens & ſordidum. Vbi verò ulcus meliorem acquirit conditionem, ac à ſordibus repurgatum fuerit; quod cognoſcemus ſi pus in urinâ contentum album, & æquale fuerit, lac conveniet, quòd minùs abſtergat & magis carnem producere valeat quale eſt caprinum, Vbi autem ulcera ritè expurgata fuerint, ut lotium non ampliùs purulentum appareat, tunc potiùs lactis genus conveniet craſſius, magis nutriens carnemque generans, *ovillum* aut *bubulum*, Imprimis illis pauxillum *mellis* aut *julep. roſati* aut *violati* adjiciendum erit; In poſtremo minimum *ſacchari*, aut *julepi roſati*, cum levi quantitate *tragacanthi*.

Quantitas autem Lactis neque uno in omnibus modo metienda eſt; Ratione loci laborantis multa conveniret, & potiſſimùm ſi ad abſterſionem exhibeatur lac aſininum, potiſſimùm ſi æger lacti aſſuefactus ſit, nec ex ejus uſu moleſtiam ſentiat, libram concedemus; Sin non aſſuetus ſit ab ℥v. vel vi. incipientes paulatim ad majorem quantitatem accedemus: Caprilli minorem ſemper concedemus, ℥vi. non excedentes; quod cùm diutiùs in ventriculo commoretur, ſi multum illius concedemus, aut aceſcet, aut in grumos concreſcet; ob quam rationem ovilli & bubuli etiam minorem ſolemus quantitatem concedere. *Septalius Anim. l.viii, §. 120. 121. 122.*

14. *In curatione*) Sunt qui Topica adſtringentia, ſiccantia & cicatriſantia admoveant, ſed parvo profectu omnia; Interim ſi dolor adſit, ſedandus is eſt fotu vel ſemicupio ex *malvâ*, *biſmalvâ*, *parietar. ſem. lini*, *fœnugr. flor. chamam. melil. aneth. &c.* Ex quorum marginate per ſetaceum tranſmiſſo, addito *oleo chamæm. lilior. adipe gallinæ, mucag ſem. alth. f. Cataplaſma. Ench. m. Pr.*

14. *In Curatione*) Curatio ulcerum Renum & veſicæ, ſicut & omnium aliorum ulcerum, deterſione & exſiccatione ſeu conſolidatione perficitur: In hunc finem. 1. Si plethora adfuerit, vel in parte affectâ inflammatio quædam, *phlebotomia* celebranda eſt, primùm in brachio, poſtea verò in poplite.

Poſtmodum *Purgatio* inſtituenda eſt, eaque frequenter repetenda, ut vitioſi humores in toto corpore redundantes, & ad partem affectam confluentes, educantur; Quæ tamen fieri debet medicamentis blandioribus, & tantùm lenientibus, ut *caſſiâ*, *mannâ*, *ſyr. roſ. rhabarb. agar.* in formam boli, aut aliam ſolidiorem redactis, quia in formâ liquidâ ad vias urinæ faciliùs feruntur, ejuſque acrimoniam augent: Sic Opiata ſequens uſurpari poterit,

℞. *Polypod. qu. & liquir. raſ. āā. ℥ß. ſem. 4. frig. maj. āā. ʒj. flor. violar. & borrag. āā. p. ß. jujubar. par. vi. prun. Damaſcen. par. iij. paſſul. min. ʒß. ſenn. mundat. ℥iiß. Infundantur in aquâ hordei per noctem, manè ebulliant & colentur, poſtea diſſolve manna in ſ.q. decocti ſoluta & colata ℥iß. caſſiæ recenter extracta ℥iij. Coquantur ad Opiatæ conſiſtentiam; addendo in fine Rhei pulv. ʒß. doſis ʒj. ſemel in ſeptimanâ, duabus horis ante paſtum.* (NB. *in hujus Opiatæ præparatione, ſatius eſſe ſennam ſolitariam infundi, vel addito tartaro, quia ſcil. quò purior eſt aqua, eò meliùs vim ſennæ elicit, quam ſi aliorum; viſcoſorum præſertim ſubſtantia imbuta ſit, poſt cum reliquis decoquendo*) Vel

℞. *Caſſiæ ℥j mannæ ℥iß. pulpæ ſebeſten & tamarind. āā. ℥j. mucilag. ſem. pſyllii & iv. ſemin. frigid. maj. āā. ʒiv. ſucci liquir. ʒij. Cum ſyr. roſar. ſol. f. Opiata.*

Vtiliores erunt prædictæ Opiatæ ſi addatur *Mercurius dulcis*, aut alius optimè præparatus: Si quidem *Mercurius* eximiam vim habet omnia ulcera interna & externa mundificandi ac conſolidandi.

Vomitum in hoc affectu valde commendat *Avicenna* Cap. de Vlc. Renum: *Melius*, inquit, *quo Renum ulcera curantur, eſt vomitus, propterea quod mundificat & evacuat, & ad contrarium trahit partes Renum.* Aëtius verò cap. de ſuppuratis Renibus, *Si quis omni menſe audacter vomat, fortè & Renum ulcus, & quicquid inde mali accidere poſſet, diſſolvet.* Hos ſequuntur Neoterici complures, quorum nonnulli *& aquæ & Olei* tepentis ante paſtum exhibitione vomitum excitant: Quo ſolo remedio ſæpe repetito, referunt hunc affectum curatum fuiſſe: At *Rondeletius* vult à cibo id

fieri; cùm à cibo meliùs vomant, & aquam tepidam exhibet cum pauco oleo, ſimul inungendo os ventriculi oleo liliot. ad ejuſdem relaxationem: Advertendum tamen Vomitum in iis eſſe protitandum qui facilè vomunt, nam vehemens vomitus ulcus irritat.

Poſt debitas evacuationes & revulſiones, ad *Detergentium* uſum progrediendum eſt: Quorum præcipua ſunt *Serum lactis*, matutinis horis in magnâ copiâ exhibitum: *Hydromel* tenue, quod etiam manè ſumi poterit ad ℥vi. vel viii. & in Potu ordinario uſurpari. *Decoctum Hordei & liquir.* cum *ſaccharo*, eodem modo etiam uſurpatum,

Cui pro Potu *Hydroſaccharum* ſimplex ſubſtitui poterit: In *hydromelite* autem, ſi caliditas ejus metuatur; *ſemina frigida majora*, vel ad magis leniendum, *radix liquir. & ſummit. malvæ* incoqui poterunt.

Lac etiam *aſininum* non ſolùm detergit ſeroſa ſui parte, ſed & caſeoſa conſolidat, Non tamen exhibendum præſente febre; Vel ad detergendum ſimul & leniendum, Decoctum ſequens componi poterit.

℞. *Rad. alth.* ℥ß. *fol. plantag. agrimon. capilli ven & ſummit. malvæ āā. m j. ſemin. malvæ & melonum cum cortic. contuſor.* āā. ℥ß. *granor. alkek.* ʒvi. *liquirit. raſa* ℥j. *hordei integr. p. j. Coqu. ad* ℔ij. *In colat. diſſolve mell. roſac.* ℥iii. *ſacch. cand.* ℥ii. *f. Julep. de quo capiat* ℥viii. *mane per x. dies.*

Quæ ad Renum, veſicæ & uteri affectus exhibentur, magnâ doſi ſunt exhibenda, ne eorum vis in mediâ viâ diſſipetur.

Loco iſtorum omnium utiliter uſurpari poſſunt *Aquæ minerales aluminoſæ & ferratæ*, quales ſunt *Meynenſes*, quarum uſu diuturno corrigi poteſt intemperies calidior, ulcus mundificari & ad cicatricem perduci.

Nonnulli commendant ad ichores, ulcus foventes abſumendos, & ulcera interna expurganda & conſolidanda (in ægris potiſſimùm temperamenti pituitoſi, vel ſi lue venereâ aliquando fuerint infecti, & febris ac ſanguinis fluxus non adfuerint) *Decoctum ſudorificum ex rad. Chinæ, ſalſapar.* aut *ligno Saſſafras*, vel etiam *guajaco* per xxx. aut etiam plures dies exhibitum; cum decocto ſecundario ad Potum ordinarium, victuque tenui & exſiccante, Interea tamen ne viſcera nimis inflammentur uſu iſtius Decocti, Juſculis refrigerantibus circa veſperam exhibitis, & inunctionibus renum ex unguentis refrigerantibus temperari poſſunt: Tutiùs & utilius in quolibet caſu Decoctum ſequens uſurpari poterit.

℞. *Rad. ſalſapar.* ℥iii. *raſ. ligni lentiſc.* ℥ij. *ligni ſaſſafras* ℥j. *raſ. ebor. & c. c.* āā. ʒvi. *jujubar. & ſebeſten.* āā. ℥ß. *ligni nephrit.* ℥iv. *hordei mund.* ℥ii. *infunde per horas* xii. *in aqu. fontis* ℔v. *coqu. ad* ℔iii. *pro* vi. *dozibus bis in die ſumendis, aromatizentur* ʒii. *cinnamom.*

Poſt uſum Detergentium, ubi ulcus ſatis mundificatum fuerit (quod cognoſcitur quando pus cum urina minore quantitate excernitur, idque album & æquale ac minimè ſordidum) ea quæ adſtringunt, exſiccant, glutinant & conſolidant, exhibenda, ſunt, e.g.

℞. *Boli armen. terræ ſigill. corall. r.* āā. ʒiij. *gum. arab. & tragac.* āā. ℥ß. *cum aquâ agrimon. f. Troch. pond.* ʒii. capiat unum manè & ſerò cum *lacte ovillo* uſtulato, vel Decocto *ſymph. major.* At reliquis præferuntur, imò omnium inſtar habentur, ad Vlcera Renum & Veſicæ detergenda & conglutinanda, *Trochiſci Gordonii*, qui ſimul dolorem leniunt & ardorem urinæ contemperant, Eorum doſis eſt ad ʒii. vel ʒiii. cum *hydromelite*, vel decocto *hordei*, ſi magis eſt detergendum, vel cum *lacte caprillo*, aut potiùs *ovillo* cum magis conglutinandum: In eundem uſum.

℞. *Conſervæ roſar. antiquæ* ℥iii. *ſem. portulac. plantag. myrtill. boli Arm. terræ ſigillat. ſangu. dracon.* āā. ʒj. *raſ. ebor. & trochiſc. alkek.* āā. ʒß. *Cum ſyr. de roſis ſiccis f. Opiata de qua capiat magnit. caſtaneæ bis in die.*

Julepi uero conſolidantes in hunc modum componi poſſunt.

℞. *Rad. ſymph. maj.* ℥ii. *fol. plantag & piloſell.* āā. *m. j. ſumm. malvæ & capill. ven.* āā. *m.* ß. *liquir. raſ.* ℥ß. *amyli, gum. arab. tragac boli Arm.* āā. ʒj. *ſem. lactuc & portulac.* āā. ʒiß. *roſ. rub. p. j. f. Decoctio in aqu. pluv. ad* ℔ ß. *in Colat. diſſolve ſacchar.* ℥iv. *penid.* unc. ij. *f. Julep. de quo capiat* unc. viii. *mane per* x. *aut* xii. *dies.*

Pilulæ etiam ſequentes non parùm conferent.

℞. *Terebinth. aquâ plantag. lota* ʒj. *ſucci liquir. & g. tragac.* āā. ℈ii. *boli Armen. & trochiſc. alkek.* āā. ℈ß. *cum ſucco equiſ. f. Pilula, Capiat* ʒß. *mane & ſerò.*

Majoris ſunt efficaciæ ſequentes.

℞. *Rad. alth. & ſymph. maj. ſicc.* āā. ʒii. *g. arab. coraſi & prunor.* āā. ʒi. *olib. myrrhæ* āā. ℈iv. *ſem. papav. albi & alkek.* āā. ʒiß. *camph.* ℈ij. *terantur omnia ſubtiliſſime, & additâ tertiâ parte ponderis omnium cerusſæ antimonii, ſeu diaphoret. vulgar. fixiſſimi, cum ſ. q. terebinth. Venetæ, f. maſſa Pilul. de quâ capiat* ʒj. *manè & ſero, longè à paſtu. ſuperbibendo parum aquæ Potus ordinarii.*

Si dolorifica ſit operatio *Terebinthina*, ejus loco *ſuccus liquiritiæ* ſumatur in *aquâ parietar.* diſſolutus, ad formandam maſſam.

At præ cæteris *lac vaccinum* recenter mulctum, ad cyathi unius quantitatem, cum *boli Armeni veri* ʒß hauſtum, ſingulis diebus matutinis maximè conferre teſtatur *Foreſtus* ad ulceris conſolidationem, dicitque hoc unum eſſe ex arcanis Præceptoris *Holdæi*, quod & ulcus expurgat & ſimul conſolidat.

Quercetanus in Pharmac. commendat *Aquam ad Gonorrhœam*, quæ cùm ulcera ex gonorrhœa contracta conſolidet, idem in renibus præſtare poteſt.

Hartmannus laudat Opiatam confectam *ex conſerva roſ. part. ij. & pulv. ſem. hyperici* parte j. in fine curæ per aliquot dies veſperi exhibitam: *Idem* curationem ulcerum feliciter abſolvi poſſe aſſerit, uſu *Mercurii dulcis ad gr.* ij. vel iij. *in aqua plantag.* quotidie ſemel atque iterum exhibiti,

Majoris efficaciæ *Mercurius diaphoreticus*, exactâ ac frequenti calcinatione paratus, ut fixus tandem evadat, & igni ſatis valido reſiſtat, qui omnibus ulceribus internis perſanandis, juſtâ doſi, ac diu uſurpatus, mirabiliter conducit.

In ulceribus admodum inveteratis, *decoctum ariſtol. rot.* paratum in vino albo, & ſaccharo addito multum confert.

Animadverſione dignum eſt, quod ſcribit *Garcias ab Horto*, in urbe *Goa*, *aloen* probè tuſam, & cum *lacte* mixtam, iis propinari, qui Vlcere Renum aut Veſicæ laborant, ut qui purulentas excernant urinas, & ægros illicò curari.

Exteriùs verò ad conſolidationem ulceris jovandam, valet ſequens Vngu.

℞. *Succi plantag. & ſolani* āā. ℥iv. *olei roſac. omphac.* ℥iij. *aceti* ℥j. *litharg. tenuiſſime pulver.* ʒiß. *ceruſſæ lotæ* ℥ß. *tutiæ ſubtiliſſ. pulver.* ʒij. *ſangu. dracon.* ℥j. *reducantur omnia ad formam Nutriti.*

Sequens valet abſente inflammatione, *Valleriola.*

℞. *Ol. roſat. maſtich. lentiſc.* āā. ℥ij. *myrrhæ, aloës, ſarcocollæ, ſangu. drac.* āā. ʒj. *amyli, tragac.* āā. ℈iv. *ſtyrac. calam.* ʒj. *cera alba q. ſ. fiat Vngu.* Riverius.

[15]. *Omnibus aliis palmam*) Exulceratos renes eſſentia flor. hyperici comptimis ſanat. *Chriſt. Langius, & Michaelis.*

15. *Omnibus aliis palmam*) Imprimis *hypericum* proficuum eſt ad ulcera renum. *Timæus in caſ. pagina 422.*

Item Pulvis *cancror. fluviat.*

℞. *Cancros fluvi.* in plenilunio, ponantur in vaſe terreo noo vitreato ad os furni, ut exſiccentur paulatim, oc crementur; contunde in mortario lapideo: Renum & veſicæ ulcera egregiè curaot. Nullum autem efficacius remedium ad renes exulceratos dari, quàm *Troch. de Alkek.* Vide in *Augenio lib. 12. Epiſt. pagina 695.*

Deniqoe *Acidularum* uſus non penitus contemnendus in ulcere Renum. *Hild. cap.6.obſervat.74.Heer obſerv.1.* nempe *mundificando* optime conveniunt, Tum *conſolidando decocta vulneraria*, Item Elect. *ex abſorbentibus* cum *bolo arm.terrâ ſigill.c.c. & ſimil.* imprimis conducunt. *Etmuller.*

Practici ſolent, oon ſine patientis commodo Pilulas ex *aloe & pulvere lumbric. terr. & chalybe* præparatas exhibere aliquot ſeptimanis continuis: Alii ſæpiùs *terebinth. Veneta* ʒj. cum *vitello ovi in jure gallinar.* diſſolutam exhibent. Mihi & multiplici obſervatione conſtat *Mercurium dulcem* hic multùm poſſe, ſi bis terve in ſeptimanâ exhibeatur juſta doſi. Etenim impuritates tum corporis totius, tum vero renum maxime expurgat.

Conſolidationem tempeſtivè abſolvit quod

℞. *Conſerv.roſar.part.ij. cum ſemin. hyperici parte j.* ſi magnitudine avellanæ & in fine curationis aliquot diebus exhibeatur veſperi: Hoc modo etiam inveteratiſſimæ exulcerationes tolluntur feliciter. *Hartmannus Pr.c. 189.*

16. *Decoctum petroſelini*) *Serum lactis* vel *hydromel* copioſè potum: Item *decoctum h.& r.fragar.* imprimis *hyper.* Decoctum *rad. petroſel.charefol.* Præmiſſis mundificantibus pro conſolidatione *decoctum lignorum* cum *agrimon.hyper.charef.* ſunt optima: Pertinet huc Decoctum ad ulcera Renum *Quercet.* Vel

℞. *Herb.agrimon.flor.hyper.* āā.p.j. *rad. ſymph.* ℥ß. *ligni maſtich.* unc.iß. *ſemin. hyper.* ʒij. *inciſa & contuſa, coqu. &c.*

Syr. magiſtralis io olcere renom expertus videatur *in Hildano cent.6 obſ.44.* Etmuller.

16. *Decoctum petroſelini*) In inveterato quidam conſulunt uſum *Decocti ſudorifici*, Ita Rondeletius; *Poſt evacuationes utile erit promovere ſudores, vel ingreſſu Laconici, vel guajacino cremore, qui movet ſudores, ulcera tergit, urinæ copiam minuit.*

Laudat uſum aquarum naturalium *Ballonius*, offendant licèt ſiccatos & emaciatos, tamen ſi ulcus renis in cauſá eſt, ab iis non deſiſtendum, curato, *inquit*, ulcere, tabes & marcor deſinet; *Conſult. 82. lib.3.*

17. *Cognoſci*) Supprimitur orina, eaque aut eſt cruenta & ſanguinolenta, aut ſanguis mingitur, dolor gravis affectam partem affligit, & ad inguina teſticuloſque deſcendit ac extenditur; quando vulnus eſt magnum, ex vulnere aquoſus ſanguis egreditur & dolores augentur. *Suevus de Inſp. Vuln. Part. 2. capite 14*

18. *Urinæ ſuppreſſione*) Juvenis cultro menſatio vulneratus in lumbis, è regione renis dextri, urina ei deinde per ſex dies omnino fuit ſuppreſſa, cum ingenti pectoris dolore & veſicæ, qoæ etiam inflata erat, ventre tumido & admodum elevato, qood proculdubio ex ſanguine à rene vulnerato per ureterem in veſicam defluxo & in grumos concreto eveniebat, nam eo ſanguine diſſoluto hominem probè minxiſſe conſtat: Cùm medicamenta ad manum non eſſent, ſtatim injecta glande excrementa communia eduximus, Deinde ſequentia præſcripſimus.

℞. *Rad.apii* (ad inciſionem & ſimul ad vulneris deterſionem) *fœnic. petroſel.* āā. ℥j. *charefol. fol. petroſel. comm. & macedon.malva cum toto,parietar.artem.agrimon. caul. rubr.meliſſa* āā.m. j. *valeriana.* m.ß. *ſcab. capill. ven.* āā.p. j *gran.alkek.* n°. v. *rad. liquir.* unc.j. *ſem. aniſi, aneth. cumin.* āā. ʒj. *incidenda inciduntur, cont. contund. f. decoctio in vino Rhenano* (nam hìc febris fere nulla) & aqua pro ℔.ß. *colat. adde aceti optimi* unc. j. (oxymelite deficiente) *rad.rubra tinct.* ʒj. in puppa ligatæ, exprimenda dum potio propinaretur; Potio ſacch: dulcorabatur.

Supra pectinem hoc Cataplaſma admotum.

℞. *Charefol. petroſel. parietar.* āā.m.iß *fol.malva, fl. chamem. melilot poſt coctionem ad mollitudinem piſtentur, in patellâ parùm frigantur adjecto butyro rec. & pauco Pulv. Cymini.*

Dediſſem *coagulum leporis*, ſed non erat ad manus; Verùm (quod mirabile fuit) cùm vix bibiſſet ex decocto ſupradicto, & Cataplaſma admotum, pluſquam quatuor congios urinæ ſanguinolentæ, dein ſanguinis concreti partim, deinde mixtæ cum ſanguine & aqooſa plurimâ minxit; & quod magis mirum, vulnus deinde ſubitò detergentibus, mundificantibus, & conſolidantibus probè curatum fuit. *Foreſtus lib.25. obſ.20.*

19. *Dividi in illud*) Vulnera Renum vel ſuperficiaria ſunt, vel profunda quidem, non tamen ad fiſtulas eorum & caruncùlas, quæ colatoria ſunt, per quæ ſeroſus humor in fiſtulas ureterum, tranſcolatur facta, vel interiorem quoq; ſubſtantiam attingunt. Prima lethalia non videntur; in quorum claſſem relata volunt exempla I. *Cornelii Gamma*, qui ſe vidiſſe ſcribit quibuſdam Renum portiones ſatis eſſatu dignas, tum per abſceſſus, tum per vulnera ablatas: II. *Fallopius*, qui renem ſiniſtrum pugione vulneratum ſanatum teſtatur, *l. de Vuln. cap. 12.*

Secunda verò & tertia lethalia indicantur, maximè verò tertia. Cauſæ ſunt ſequentes. 1. quia uſus Renum, hoc eſt expurgatio ſeroſi humoris ex venis & arteriis ſummè eſt neceſſaria; aliàs ſi is maneret in corpore, ſanguinem inquinaret, agglutinationem impediret, nutritionem vitiaret, corpus redderet hydropicum aut hydatidibus impleret. 2. quia venas & arterias habent inſignes, quibus diviſis ingens fit ſanguinis arterioſi & venoſi profuſio. 3. quia ſubſtantia eorum difficillimè conſolidatur. 1. propter jugem & continuum tranſitum excrementi ſeroſi. Vulnera enim & ulcera curantur ſiccatione 2. propter duritiem ſubſtantiæ. 3. propter naturam ſpermaticam. *Suevus.*

Renum Abſceſſus.

Ἀποστημάτων νεφρῶν, *Tumor ſive abſceſſus Renum*, Afficiuntur Renes Tumoribus velut & alia viſcera, qui varia graviaque excitant ſymptomata. Secundum qualitatem duæ ſunt Differentiæ, *Calidus*, & *Frigidus*, Inter frigidos Tumores & *Scirrhus* nominatur.

Cauſæ *προηγούμεναι* ſunt affluentium in Renes vitioſorum humorum aut ſaniei collectio, Vitioſi humores ſunt ſanguis bilioſus aut corruptus, qui *calidos* excitat Tumores, Aut ſanguis pituitoſus & melancholicus, qui *frigidos*; expultricis imbecillitas & calculus in Renibus hærens: *Externa* ſunt violentus ictus, percuſſio aut ex alto delapſus in lumbos, & alimenta omnia ſuâ tenacitate craſſitieque Renes obſtruentia, caſeus, anguilla, fæculenta cereviſia.

Signa Apoſtematis calidi ſunt dolor tenſivus continuus cum adjunctâ febre, alvi urinæque ſuppreſſio, ingens ſitis, nauſea, orina tenuis & flammea, calorque lumborum ad tactum ſenſilis.

Signa frigidi ſunt dolor gravis & tenſivus circa regionem Renum, Cruris & coxæ infra renem affectam ſtupor, tibiarum extenuatio, febris nulla adeſt nec ſitis, urinæ color ad albedinem vergit.

Calidum Apoſtema, ſi diutiùs duret, unà cum urinâ pinguedinem inſtar olei ſopernatantem profundit, quæ renum liquefactionem oſtendit, & quandoque pili rubei profluunt & io urina conglomerantur, qui Reoum ſubſtautiam aſſari ſignificant.

Prognoſtica hæc præcipua ſunt, ubi Apoſtema ruptum fuerit, & pus per ureteres in veſicam, & ex veſicâ cum urinâ profluit, ſalutare eſt: In calido ſi adſit febris, & lingua nigricet, ratio turbetur, lethale eſt: *Scirrhoſus* ſive induratus Tumor ſi perſeveret diutiùs, rariſſimè curatur; atq; ſi durities ex caliditate ſit orta, cooiiciet ægrum in tabem; ſi à frigiditate in hydropem, Quandoque rūpitur Apoſtema, tum hominem rigor febrilis invadit: Pus cum urinâ rupto apoſtemate profluens, ſi in matulâ ſubſideat, ſitque album, læve & non fœtidum, ſequaturque mitigatio doloris, ſalutare eſt ſignum, ſecus ſe habens malum, fœtor enim & color fœdus ſaniei, perſeverantibus ſymptomatibus malum eſt ſignum.

Curatio pro materiæ tumorem efficientis, & qualitatis calidæ vel frigidæ ratione variaoda erit: Perficitur victus ratione, Venæ ſectione & materiæ ſubductione, qualitatiſque renum alteratione, ac ſymptomatum mitigatione cum remediorum intus & extra, quæ apoſtemata aut reſolvunt, aut ad maturitatem ſuppurationemque deducunt, ac ioduratiouem prohibent adminiſtratione.

Victus ratio qualitati calidæ reoum frigida, frigidæ calida præſcribatur; In univerſum alimenta omnia, ſint tenuia & concoctu facilia.

Diuretica omnia & materiam ad renes promoventia, non ante alimentis admiſcenda, aut per ſe offerenda, donec Apoſtematis materia, clyſteribus, catharticis, ſed lenibus, ſubducta ſit, in uriniſq; ſigna maturitatis adpareant.

Ante venæ ſectionem ſubducatur alvus, & attrahantur vitioſi humores ex venis meſaraicis & epate leni clyſtere: Evacuata alvo in plethoricis, & apoſtemate calidu moliēda eſt V.S. & primò aperta hepatica brachii dextri, (*è directe potiùs reni affecti*) deinde vena poplitis aut ſub malleolo exteriori; Ubi vero ex aliqua occaſione V.S. impediatur, applicentur coxis lumbiſq; *cucurbitula cum ſcarificatione*.

A venæ ſectione humor vitioſus, ſive ſit caliditati, ſive frigiditati junctus præparetur ac ſubducatur, potiſſimùm Clyſteribus, qui magis conducunt quàm cathartica; *Calidus itaque* ſic *præparetur*.

℞. *Syr. de cichor. cum rhabarb.* ℥ii. *aqu. halicac. ononid.* āā. ℥i. ms. f. hauſtus, per quatriduum manè & veſperi reiterandus, tepidè exhibendus.

Quinto die purgetur humor calidus *pulpa Caſſiæ* ʒ x. aut

℞. *Rhabarb.* ʒiß. *fol. ſenn.* ʒi. *ſem. aniſi* ℈i. *centuſa macerentur per noctem in* ℥v. *aqu. ononid. manè ebulliant, Colat. adde El. Lenit.* ʒvi. f. hauſtus tepidus in aurorâ ſex horis ante prandium dandus; Alia verò violentiora remedia in Renum affectibus ſtudioſè vitanda.

Si *Sitis* urgeat, detur *aqua hordei* cum pauxillo *cinnam*. Deinceps quotidie manè bibat liquorem lacteum ex *ſeminibus frig.* ita paratum.

℞. 4. *Semin. frig. maj.* āā. ʒ6. *ſacch. candi* ℥ii. ſimul tenuiſſimè conterantur, miſceantur, in *aqu. Onon. & cichor.* āā. ℥x. diligenter ſubigantur, colentur &c.

Potio ad *frigidum apoſtema*, tum ex extenuantibus tum purgantibus ſic paranda.

℞. *Syr. de ſucco card. ben. de eupator.* āā. ℥iß. *aqu. junip.* ℥ß. *aqu. beton.* ℥iij. f. Hauſtus tepide hauriendus per qoatuor dies mane & veſperi.

Poſtea ſubducatur alvus aut *Enemate ex decocto rad. Onon. petroſel. & fœnic.* āā. ℥j. *herb. abſynth. card. ben.* āā. *m.* ß. *Colat.* ℔j. *adde hiera ſimpl.* ℥iij. (ʒiij.) *ol. aneth. hyper.* āā. ℥iß. *ſalis* ʒj. *f. Enema.* Aut

℞. *Diaphan. diahol.* āā. ʒx. *aq. petroſel.* ℥v. *f. Hauſtu.*

Interea nec *Topica*, in quibus potiſſimum præſidium Apoſtematis conſiſtit, negligenda: In *calidis* ioſtituatur *Balneum aquæ*, incoctis *fol. ſalicis, malvæ, lactuc. ſolatri, roſar. violar. &c.* In eo tepido vel quotidie, vel alternis diebus inſideat æger.

Poſt Balneum, & ſimul, ſingulis diebus, bis Renis affecti regio inungatur; *Vide ſupra Caput de Inflamm. Renum*) Admoveantur epithemata, cataplaſmata, Commode imponi poſſunt *folia Nymph.* ſubinde cōmutando.

Cavendum autem ne præſcripta remedia ſpinæ vertebris imponantur, ſed circa latera tantum ubi hærent Renes, ne ſpinalis medulla refrigeretur & nervi debilitētur.

Sedato dolore calidi apoſtematis, emollieotia, & ad maturitatem deducentia applicanda erunt, e.g.

℞. *Pulv. rad. alth.* ℥j. *fœnugr. ſem. malvæ ſl. viol. chamæm. melil.* āā. *m. flor. hyperic. p.* j. *Pulverata coqu. cum aquæ part. aceti roſar. & aqu. plantag. ad pultis formam, f. Catapl.* tepide ex dupl. linteis admovendum.

Io *frigido Apoſtemate* Balneum paretur ex ſeq. herbis.

℞. *faſciculum ariſtar. avenac. rad. malv. alth.* āā. *m.* iv, *flor. cham. melilot. aneth.* āā. *m.* iv. *ſem. fœnugr. lini* āā. ℔ß. *florum hyperic. m.* iv. *coquantur*; ut. Balneum cui crebro inſideat æger.

A Balneu inungatur ſequ. Linimento.

℞. *Ol. chamæm. aneth. hyperic. ſcorp. laurini* āā. ℥ii. *cera parum m. f.*

Puſt inunctionem imponatur *Empl.* de meliloto, aut ſequ. cataplaſma.

℞. *Rad. alth.* ℥ii. *irid. Illyr. baccar. lauri* āā. ʒii. *ſpica Celtic. majeran. melilot.* āā. *m.* j. *pulverata ms. cum vini q. ſ.* Impone tepide.

In Curatione Apoſtematis, Renum ſtudioſè cavendum, ne vel nimium refrigerando, vel impenſius calefaciendo tumor in ſcirrhum abeat; Scirrhoſum autem Apoſtema cum Medico occurrat, præſtat eum ab ejus curatione abſtinere, quia utplurimùm incurabile. Si aliquid rogatus tentare cogitur, utatur iis quæ io curatione ſcirrhi epatis & lienis proponuntur.

Ruptu Apoſtemate, qood ex purulenta urina cognoſcitur, mundificantia & conſolidantia, ſimulque diureticaturo ac commode exhiberi poſſunt ſubinde itaq; bibat *hydromel*, & cum hauſtulo vini aſſumat crebrius *ol. terebinth.* gtt. ix, *Fr. Joel Pr. l. 6. p. 391. & ſequ.*

Ex intemperie calidâ naſcitur *Inflammatio*, inde *Abſceſſus*, tandem *ulcus* inducitur, Non tantùm in partibus externis, ſed etiam internis: Sæpiùs enim intra membratiam adipoſam colligitur materia, quæ generat *Abſceſſus*, tanquam ſteatomata in ipſo adipe creata, quæ comprimuot Renes. *Riolanus Ench. p. 157.*

Si Ren ſuppuratum exceperit, & exputamm non haboerit, graviſſimam urinæ ſuppreſſionem patiuntur, quod accidit D. N. qoi unicum habebat à natura Renem majorem pugno; inflammatus gangrænam concepit, non mejebat, officium enim non poterat facere. *Duretus in Hollerii cap. 51.*

CAP. LXI.

De Renum ſymptomatibus.

DE Renum ſymptomatibus, *Seri* nimirum *læſa ſecretione, & dolore*, pauca occurrunt.

I. *Seri ſecretio* læditur, vaſorum emulgentium & renum vitio, quæ vel intemperie frigida

gida laborant.& tum urina ſubitò non ſupprimitur : *Vel* anguſtia,de qua ſuperiùs. In Curatione Diuretica hora una vel altera ante cibum exhibenda ſunt.

II. [2] *Doloris* ratio [3] ex capite de inflammatione & calculo renum peti poteſt. In renis ſitu fixus alterutro latere ſtabilis eſt,niſi quod interdum vel ad coxendicem, vel ad teſtem, qui è directo jacet, ureteris tractu protenditur. Aſſueti propter dilatatos ureteres non ita facilè,niſi fortè ſit craſſus & ſcaber,afficiuntur; ſed qui nondum,aut certè raro & leviter nephritico dolore tentati ſunt, minimo calculo diſtorquentur, &c. Tollitur aquis herbarum nephriticarum,aliquandiu cum calce ovorum benè calcinato excoctis: nec non Aquâ *ſaxifragia alba* cum ſaccharo violaceo & roſaceo colata, & cum ſpiritu vitrioli aſſumpta : balnea *raparum*, vel corticum exſiccatorum. *Cataplaſmate* facto ex *pariet.* m.iv.in *lacte* coct. cum *capis* n.iii. ſub cineribus coct. & *ol. Scorpion.* unc.ſ.

III. Affectibus renum placet ſubjicere [4] *Lumborum diſtentionem ſeroſam* , quæ ex tenui & ſeroſa deſtillatione à capite per dorſi longitudinem verſus regionem lienis confertim deſcendit, & poſtquam ibi per biduum vel triduum ſubſtitiſſet, tandem à renibus per tenuem & crudam materiam affatim emictam dejicitur.

Educitur *jalapa* vel *diagrdii* gr.xv cum *cremore Tartari*,adapertis ſine dubio capillaribus venæ ſine pari oſculis, quæ uti pus ex thorace, & pituitam ex cavo illo loco qui inter ventriculum & diaphragma ſitus eſt, expurgat, ſic etiam ſeroſos humores,ex lumbis per veſicam expellit.

De *Doloribus lumborum* vide in parte generali & Coacis prænotionibus.

1. *Seri Secretio læditur*) Serum ad renes non attrahi apud Philoſophos probatione non opus eſt , cum nuper à pleriſque virtuoſis ſimilaris attractio penitus explodi cœperit, omniſque motus localis impulſu tantum fieri perhibeatur , Et quidem quibuſcunque ſanguinis circulatio innotuit,etiam planè conſtat , uti ſanguinem , ita ſerum ejus intra vaſa comitem individuum,mero cordis motu ſive impulſu ad renes propelli, Quippe Arteria emulgens,in ramos majores , deinde in minores ac demum in ſurculos perexiles diviſa ſanguinem quaquaverſus in extimam renum ſuperficiem convehit,hic autē cum effervescens & rarefactus vaſorum oſculis exudat, dum pars cruenta è venis revehenda excipitur,pars ſeroſa , perangustis tubulorum poris cruori imperviis inſinuatur, eorumque ductibus undiquaque verſus pelvim affluens in ſubſtantiam papillarum deponitur,è qua ſenſim in pelvim deſtillat : Ex his conſtat ſerum à ſanguine percolatione quadam in Renibus ſecerni, pari quidem ritu ac cum idem ex arteriis paſſim in glandulas pro lacrymarum , ſalivæ,naris ſtillicidii , aliarumque excretionum materia deponitur: Verum inſuper opinari ſubeſt hoc ſanguinis fuſione quadamtenus fieri, nempe quod ſanguis natura ſua grumoſus,& ad coagulandum aptus, dum renes pertranſit, à fermento lixiviali hujus partis fundatur plurimum , & attenuetur ; proinde ut latex ſeroſus ab eo facilius ſecedat ; quippe horum ſalſedine imbutum,dum perangustos renum meatus continenter perluit, is particulas ſalinas affigit , proindeque odore, ſive oblinimento quodam lixiviali inficit, quo dum ſanguis ea viſcera pertranſiens inſpiratur, à grumeſcendo uſque fluidus , atque percolatione in partes ſecedere aptus præſervatur , ſicuti etiam lac per ſalem Tartari infuſum à coagulatione vindicatur; Quinimò ipſe ſanguis cum vaſe emiſſus ſtatim grumeſcere & coagulari ſoleat, propter ſolutionem ſalis Tartari aut Ammoniaci effuſam fluidus perſtat : Itaque *fermentum renale* non, uti vulgò creditur, ſanguinem præcipitat , verùm à tali ſtatu, quò liberiùs ipſe circulari, atque ſerum ejus percolatione indebitâ quantitate ſecerni poſſit, tuetur: Et quidem Renes tali fermento lixiviali imbui , ſatis conſtat ab eorum carnibus in eſcam paratis,quæ propterea & ſaporem & odorem valde rancidum & ingratum habent. *Willis.*

2. *Doloris ratio*) Dolor Nephriticus ille nominatur, qui renes aut ureteres affligit, apud vulgus Colica nephritica, dicitur, propter maximam affinitatem quæ ipſi cum colico dolore intercedit,ita ut ſæpe non parùm difficile ſit, utrumque affectum invicem diſtinguere. *Riverius.*

3. *Ex capite de inflammatione & calculo*) Multiplex hujus doloris cauſa ſtatuitur , frequentiſſima tamen eſt *calculus* aut *pituita craſſa* ; Calculus in rene moram trahens, dolorem aut nullum aut obtuſum efficit , ideo quòd renum ſubſtantia obtuſo ſenſu donata eſt: Si verò in caput ureteris demittatur, vel illius canalem ſubeat, eumque diſtendat, neque ad veſicam ob magnitudinem propelli valeat , tunc doloris atroces movet : *Pituita* verò craſſa ureteribus impacta , eos etiam diſtendit, & dolorem nephriticum producit : Minùs frequentes cauſæ ſunt , *grumus ſanguinis* ureteribus impactus , vel *pus craſſius* à renibus, aut aliis partibus ſuperioribus in ureteres deductum : Interdum etiam flatus in ureterum cavitates ſeſe inſinuans. *Riverius.*

4. *Lumborum diſtenſionem ſeroſam*) Ex *Tulpio obſ. lib.4. cap. 28.*

Renum Dolor.

Dolore afficiuntur Renes, & quidem interdum tam vehementer, ut exitialiter hominem torqueant, vel , ut habet *Foreſtus*,malæ habitudinis cauſa, aut ictu, vel lapſu,vel vulnere, aut incluſo ſpiritu , aut innato calculo, aut arenis aggregatis,aut abſceſſu : *Galenus* addit ex ſuperfluentibus quandoque fieri humoribus oppilando, ſive calidis ſive frigidis.

Cap. LXII.

DE VESICÆ AFFECTIBVS.

De Veſicæ morbis , & Primò De Veſicæ Calculo.

1. Veſicæ morbi ſunt, *Calculus* , *Inflammatio*, *Ulcus*: quibus *Meatus urinarii anguſtia* adjungi debet.

[2] *Calculus veſicæ* [3] quid ſit, [4] ex calculi renum definitione percipi poteſt.

[5] *Signa* ejus ſunt, pruritus dolorque acerbus in collo veſicæ, pube & perinæo, qui progreſſione & veſicæ diſtentione, ingenti cruciatu torquet, ægri [6] pudendum ſcalpere & [7] ſæpe diſtendere ſolent, ac [8] urinam ſummo cum dolore [9] guttatim reddunt; eaque calculo coëunte tenuis eſt & [10] clara, colore ſubalbida, eodem concreto, oleaginis more ſubſidere ſolet, [11] cum ſedimento arenoſo, albo, ſcabiei ſimili, ſi calculus ſit friabilis. [12] Pathognomonica ferè ſunt, [13] egeſturire mejendo, & mejere egeſturiendo, cum urina lactea, gravitate, in pube, [14] & perinæo doloriſque ſi quando æger ceſpitat aut offendit ſenſu.

[15] *Cauſa* & [16] *Curatio* ex capite de Calculo renum petenda ſunt. Si comminui & expelli non poteſt, exſcindendus eſt: de quo vide Chirurgos.

[17] *Comminuendo* inſervit [18] *compoſitum* ex ſalis Tartari albi ℥j. & Aquæ petroſelini lib. j. invicem miſtis, & per chartam bibulam colatis, colore crocco per cortices aurantiorum donatum, [19] *Aqua* ex *oculis betulæ* mox cum prorumpunt deſtillata, [20] *pulvis leporis in Martio capti* calcinati cum [21] aqua [22] ſaxifragiæ, *decoctum* [23] *herniariæ* quod laudatiſſimum, *infuſum fragorum* in ſpiritum juniperi per æſtatem inſolatum, [24] *aqua ex capis* quando in magnitudinem nucis avellanæ excrevere, *ſpirit. calcis vivæ*, nam & aqua calcis oſtreorum exſectos calculos in mucilaginem ſolvere ſolet, ſi ſale calcis benè impprægnetur: nec non [25] *pulvis millepedum* ſeu *oniſcorum de* quo *Laurenbergii* peculiarem tractatum conſule; quin & [26] *ſanguis hirci* lithontripticis herbis nutriti, deſtillatus, aſſumtis in cibo farciminibus, quæ ex ejus renibus, & cæteris viſceribus ac inteſtinis confici debent.

[27] *Dolori mitigando* prodeſt *Balneum* ex decocto *althææ, meliloti, borrag. malvæ* &c. quod illitus ſcroti, pectinis & perinæi, ol. *compoſito*, ex *ol. ſcorpion. amygdalar. amarar. axungia cuniculi & gallinar. ana* unc. iſ. *ſucci parietar. dr.* ij. *formato*, inſequatur. Profuit ad miraculum [28] *emplaſtrum* ex *cepa alba, in vino albo* calidè pubi admota.

[1] *Veſicæ morbi*) Magnis & multis omninò morbis, imò iiſdem propemodum, ut Renes & alia viſcera naturali facultati inſervientia obnoxiam eſſe, Veſicæ tam in collo, quàm in corpore ſeu fundo ſuo ſubſtantiam, pluſquàm in aprico eſt, id quod dolor, inflammatio, calculus, & exulceratio ejuſdem ſatis ſuperque conteſtatum dare poſſunt: Quum enim hæc quoq; pars eodem ſicut omnia alia noſtri corporis loca gaudeat beneficio, ut ſuſtentationem ac nutritionem ſuæ ſubſtantiæ, vigoriſq; ab aſſiduo communis illius alimenti, videlicet ſanguinis, affluxu; In nutritione autem cujuſlibet membri requiratur, ut ſanguis iſte per ulteriorem digeſtionem; atq; illius quod inutile ac minus conveniens illi parti eſt, ſegregationem elaboretur, levi de causâ & facilè in veſicâ, utpote quæ maximam partem membranacea, & ad concipiendam infirmitatem quandam aptior exiſtit, contingere poteſt, ut digeſtio illa privata lædatur; excrementi à depravata hac nutritione redundantis expulſio impediatur, atque domeſtica, ut ſic dicam, putredo ac fermentatio inibi ſuboriatur; quam ipſam inteſtinæ cauſæ hiſtoriam in qualibet cujuſcunque etiam partis morbo Medicus ſemper ante oculos verſari debet. *Chriſtianus Langius Pathol. Anim. c. 57.*

[6] *Veſicæ morbi*) Infinitis morbis obnoxia eſt Veſica; Patitur in ſuâ ſubſtantiâ quamlibet *Intemperiem*, potiſſimum calidam & frigidam, Inflammationem, Tumores, Vlcera, Paralyſin, tam in collo, quàm in corpore ſuo.

Temperies pervertitur, quando hæc frigida ſicca incaleſcit, & *ardorem concipit*, *quæ* accerſit *Inflammationem*.

Situs Veſicæ mutatus.

Situs ejus mutatur; dum laxatur ea peritonæi portio, quæ includitur, paululum devolvitur, quod meiendi difficultatem affert, niſi manu relevato hypogaſtrio. Interdum Onere plurimû lapillorum ſinuoſa fit ad latera recti inteſtini juxta collum ipſius, tumque lapilli ibi nidulantur, qui cathetere immiſſo non deprehenduntur, digitus in podicem introductus tum certior eſt explorator.

Magnitudo aucta, imminuta.

Magnitudo, ſive *amplitudo*, certa non poteſt definiri ſi vacuata fuerit, attamen dilatatur & amplificatur pro quantitate urinæ, quòd ſi amplificatio tanta fuerit, ut excedat modum naturalem tum ruptis, vel nimium laxatis fibris tunicarum, non poteſt urina eliminari, quia motu caret hęc membrana carnoſa, quæ expellendo lotio dicata eſt, nec niſi cathetere immiſſo poteſt educi, quod interdum per unum vel alterum menſem quotidie bis repeti debet, donec priſtinum tonum recuperant: Interdum ita *conſtringitur & arctatur Veſica*, ut non poſſit dilatari propter ipſius ulcerationem dolorificam in parte interna, tumque craſſior evadit, ac veluti cartilaginoſa, quod impedit ipſius diſtenſionem, inde micturitio dolorifica.

Colli Veſicæ Morbi, Inflammatio, Vlcus.

Collum veſicæ, quod comprehendit orificium ſive canalem urinæ. ſuos patitur morbos, *Inflammatur* frequenter, *Intumeſcit, Vlceratur. Obſtruitur, & imbecillitatem acquirit ex paralyſi*, dum laxari aut conſtringi nequit, cum ſit craſſius & carnoſius corpore veſicæ facilè concipit *Inflammationem* & ſolum hoc in Veſica inflammari credidit Fernelius, Inde ſequitur ulcus non adeo curatu difficile, ac illud internam veſicam infeſtat, quoniam injectiones & candelæ convenientes eo pervenire poſſunt.

Obſtructio.

Obſtruitur frequenter à *Calculo* intra veſicam latente, vel à *fungoſo corpore ibi concreſcente*, Quinetiam ultra collum, intra veſicam, fungoſæ carnes interdum expullulant, magno Veſicæ incommodo, quæ opplent veſicam: Ortum ſæpe habent ab hæmorrhoide, uel tumente vena, quæ reſerata fluxum ſanguinis immoderatum procreat immedicabilem, qui gangrænam citiſſimè accerſit ex grumis ſanguinis ibi remanentibus. (*Iſchuriam inductam ab ejuſmodi fungoſis corporibus in confinio corporis veſicæ ejuſque colli obortis, vidi in Mercatore quodam ſexagenario, viro craſſo & obeſo, nomine Mercier, Sectio perinæi inſtituta fuit, ſanè in lithotomia, treſque fungoſa caruncula ablata, magnitudine*

avellanæ

avellanæ majoris, Hinc reſtitit urina ſuper vixit decennio.

Fungoſa carnes extra collum veſicæ intra Vretram concreſcunt, quæ dicuntur *carnoſitates*, ὑπερσαρκώσεις; frequenterque accidunt poſt gonorrhœam virulentam male curatam in meatu urinario.

Obſtruitur quoque ab externa alia cauſa, nempe *tumore glandularum proſtatarum*, quæ accumbunt veſicæ, ſed frequenter ex paralyſi colli veſicæ intercipitur fluxus urinæ, dum muſculi ſphincteres non poſſunt laxari vel conſtringi.

Morbi Veſicæ ut explorandi.

Ad apertionem Veſicæ, & explorationem morbos qui intra vel extra veſicam generantur, inventum fuit novum inſtrumentum mirabile, quod *Clavem veſicæ* appello, *Catheter* vulgo dicitur, quo utuntur noſtri Lithotomi, & diverſus eſt ab illo vulgari & antiquo: Quamdiu poteſt facilè introduci, tamdiu ſumma adeſt ſecuritas in morbis veſicæ: Vbi vero non poteſt penetrare, tum ſumma rerum deſperatio: (*Hinc in prædicto Mercier ſectio inſtituta, quia inutilis evaſerat catheteris immiſſio.*) In hoc caſu vel perforatur veſica in imo hypogaſtrio, juxta os pubis, ad urinæ evacuationem, vel aperitur perinæum.

Obſtruitur & collum veſicæ à calculo ibi hærente. *Riolanus Encheir. Anat. c. 30. lib. 1.*

Veſicæ diſruptio, Vulnera.

[1]. *Veſicæ morbi ſunt)* Veſica aliquando *diſrumpitur*, quod facilè contingit ex caſu in ventrem, quando urina turget: *Vulneratur* eadem, fortuito, aut ſtudio per lithotomi cultellum: Vlcera autem vel ſuccedunt præcedentibus vulneribus, vel ortum habent ab humoribus acribus, calculove conterente, aut inflammatione aperta.

Quoties per veſicam penetrant Ulcera, Vulnerave, toties in abdominis cavitatem confluit urina: Sic in veſicæ collo exiſtunt Vlcera vel vulnera, nec interne, aſt externe patent ipſa, toties foras extra corpus effunditur urina, ut & quando in urethra vulnus eſt, aut Ulcus per ipſam penetrans. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 57.* Vide plura in parte Chirurgica.

Veſicæ Putredo, Gangræna.

Quoad ſubſtantiam, rarior licèt ſit, quandoque tamen, maximè circa collum, occurrit *Putredo* ejus, imò *Gangræna* ipſa.

Cujus utriuſque vitii quam notæ cauſæ ſunt, eædem nempe quæ in aliis partibus, tam *Curatio* difficilis eſt, imò nulla, cum ſignis certis cognoſci nequeant, niſi *Vulnus*, aut *Ulcus* externum, ad veſicam ſe extendens, adfuerit, ſic enim & *Signa* communia adſunt, & *Curatio* generalis obtinet. *G. Blaſius Therap. Spec. p. 253.*

Veſicæ Dilatatio nimia.

Amplitudinis cauſa Vrina eſt prætermodum collecta, ſive cauſa quædam collum anguſtans adfuerit, ſive verecundia eam reddere inhibuerit.

Signa cauſæ ſunt efficientes, hinc intumeſcentia circa hypogaſtrium, cum dolore & urinæ ſuppreſſione maximi periculi malum eſt (*hinc enim Iſchuria, diſruptionis metus*) ferè inflammationem mortemque certo affert.

Curatio in principio ſi tentari queat, *emollientia & laxantia* exterius applicari pubi exigit; mox & *catheterem* bis ad minimum quotidie immitti. *Idem ibid.*

Veſicæ Situs mutatus & Connexio læſa.

Situm alienum admittere veſicam rariſſimum eſt, medicique curam neutiquam incurrit.

Connexio quoque ejus non raro ſoluta, ligamento ſuſpenſorio vi externa rupto; quæ curationi quoq; minime ſubjecta eſt. *Idem ibid.*

Veſicæ intemperies.

[1]. *Veſicæ morbi ſunt)* *Sicca Intemperie* vix laborat quia jugis ad illam ſeroſi humoris eſt affluxus, ſua tamen natura & per ſe ſicca eſt, quia membranoſa.

Vix etiam *calida* affligitur, quoniam membranoſa & frigida,

Si qua urgetur *frigida* fere eſt, orta à cauſis partim internis ut à pituita, partim externis aëre ambiente, cibis, potibus & medicamentis frigidis, natatione in aqua frigida, ſeſſione ſuper lapide frigido &c.

Cognoſcitur ex ſenſu frigoris circa veſicæ regionem, Ex juvantibus & lædentibus illis calefacientibus, his refrigerantibus, ex cauſis prægreſſis quæ refrigerant, Ex urina alba & viſcoſa, Ex urina guttatim reddita,

Curatio fit per contraria, tum interna, tum externa, Materia enatur ex iis quæ de frigida Renum intemperie dicta.

Hic addi poſſunt ſpecies *aromaticæ* dictæ officinarum; *Electuaria* illa quæ dicuntur *Opiata. Extracta galangæ*, enulæ, *angel. calami arom. Vina medicata* ex ſimplicibus calefacientibus parata, & *balnea* ex iiſdem facta, *Thermæ* item *ſulphureæ*, & *balnea* artificialia, ex ſimplicibus calefacientibus, v.g. *origano, calamintha, matricaria, chamæmelo, artemiſia, meliſſa, chærefolio* &c. coctis. *Sebiſius Manualis pag. 1373.*

Quamlibet intemperiem patitur, potiſſimum *calidam & frigidam*: *Calida* ſanguinem agnoſcit calidiorem, medicamentaq; injecta calidiora, *Signa & cauſa* ſunt prægreſſæ, & *Effecta* circa inflammationem adducta, leviora. Si diu non duret, haud magni momenti eſt morbus, *Curatio* eadem hic locum habet, quæ in ſanguinis caliditate, prætetquam quod externe *Fomenta, Vnguenta, Injectiones* moderate refrigerantia uſurpari debeant. *Ger. Blaſius Therap. ſpec. p. 254.*

[1]. *Veſicæ morbi ſunt)* Adde ejuſdem vulnera.

Veſicæ vulnera.

Dictator noſter aph. 16. 6. Veſicæ διακοπὰς, i.e. magna & profunda vulnera, quæ ſcil. penetrant uſq; ad cavitatē, dicit eſſe θανατώδεις, lethalia. Idem aſſerit *Galenus* in comm. Rationem affert, quia conſolidari nequeunt; Ejuſdem ſententiæ ante *Galenum* fuit *Ariſtoteles 3. H. An. c. 15.* Veſica, *inquit*, præciſa coire nequit, niſi ad ipſum exordium ſuæ cervicis, Non ignoro tamen, *ſubdit idem*, ita aliquando contigiſſe, ut vulnerata veſica ſolideſceret, ſed quod admodum raro contingit, parum id obſervandum cenſeo. *Celſus l. 5. c. 26. inquit*, vix ad ſanitatem perveniunt quibus vulnerata veſica. Et *Plinius l. 1. c. 27. ait*, Veſicam conſtare membrana, quæ vulnerata non ſolideſcat.

Contrà non vulgares noſtri ſeculi authores Veſicæ vulnera quandoque tam ſolerti naturæ beneficio, quam periti Chirurgi, artificio ſanata eſſe exemplis oſtendunt; *Fel. Platerus obſerv. p. 349.* refert Piſcatorem ſupervixiſſe à lithotomo interſectionem ſarcitis læſa veſica, ac ad annos uſque xx. ex inguine urinam reddidiſſe immiſſo tubulo; per veſicam vero nonniſi guttatim, ut & duobus aliis vulnus paſſis in veſicæ parte membranoſa, Curatos autem propterea aſſerit, quia partes illi annexæ erant carnoſæ, quibus conſolidatis & vulnus veſicæ quoque conſolidatum & agglutinatum: Plures obſervationes de veſicæ vulneribus conſignatas & curatas vide apud *Schenckium*.

Vt vero de ejuſmodi Vulneribus certum judicium ſtatuatur, *diſtinguendum inter vulnera corporis veſicæ & cervicis ejus*; Illa ruſſus vel *ſuperficiaria* ſunt, vel

Penetrant uſq; ad cavitatem, Superficiaria mala quidem, non tamen omnino lethalia: *Profunda* θανατώδη, quia non coaleſcunt; 2. quia admodum doloroſa, ob nervoſam membranoſamque ſubſtantiam, unde affluxum humorum & phlegmonem patiuntur, 3. quia veſica matula corporis eſt; at urina, quæ ejus contentum, tum ob acrimoniam, & mordacitatem, tum molem diſtendentem, tum actualem humiditatem vulnus coaleſcere non ſinit, 4. quia gravia ſuperveniunt accidentia, febris, vigiliæ, inediæ, ſingultus, lipothymiæ & alia; *Hæc* vero, nimirum colli, ſunt ſanabilia, quia ſecundum *Galenum ad aphor. 10. 6.* Carnoſum eſt collum, ejus fidem faciunt quibus calculus veſicalis eſt extractus, his enim collum diſſectum. Communiter autem in hominibus provectioribus, ob aſſiduam veſicæ exercitationem, & urinæ acrimoniam, ulcera fere comitantur uſque ad mortem.

Signa, quibus vulnerata veſica dignoſcitur, juxta *Celſum. & Fernelium l. 7. Pathol. c. 8.* ſunt, ſi mictio ſit cruenta, eaque parcior, dolor ad inguina devolvitur æque ad teſtes, urinaque ſub abdomine collecta hydropis quandam ſpeciem exhibet. *Bernardus Suevus de Inſp. Vuln. cap. 15.*

A Veſicâ læsâ ſi ſanguinis mictio proveniat, quia copioſus ſanguis ob venarum paucitatem vix ab ea emanare poteſt, remedia potiùs læſioni, uti in ulceribus dictum accommodantur per exhibita atque injecta, Quod ſi perſeveret, unctiones veſicæ regioni applicabuntur.

Si grumi ſanguinis in veſicâ retineantur, eamque obſtruant, propinamus quæ eos diſcutiunt, ut *ſuccinum, coagulum hœdi*, aliaque in mictionis defectu à grumo ſanguinis proveniente, & alus hæmorrhagiis declarata, Imprimis *ſatureiam* ſumptam, ſanguinem in veſicâ coagulatum diſſolvere docent, & ſi *raphano* excavato virga indatur, grumum ſic elici. *Platerus Prax. l. 3. p. m. 706.*

2. *Calculus veſicæ*) Λιθίασις nomen non ſolùm lapidis generationis, ſed etiam rei genitæ, ſeu ipſimet *calculo*, rariùs renali, ſepius veſicali tribuitur: Ita *Hippocrat. 3. aphor. 26.* inter morbos pueriles recenſet *lithiaſin* ſeu *calculum veſicæ*; & in *Jureſurando* Medicos ſecare vetat τοὺς λιθιῶντας, id eſt calculo veſicæ laborantes, his namque ſolis deſtinatur lithotomia, quæ veriùs cyſtotomia nuncuparetur; *Menjotius Differtat. de Lithiaſi.*

3. *Quid ſit*) Sic ab *Authore Definit. Medic.* definitur, Lithiaſis, quòd ſit *Lapidis procreatio in veſicâ, impediens urinæ excretionem.* Item *Affectio diſtenſionem veſicæ inferens.*

4. *Ex calculi Renum definitione percipi*) Cauſæ materialis & Efficiens calculi Veſicæ eædem omnino ſunt quæ ad Calculi Renum productionem concurrunt: Hæc tantum in eorum generatione differentia annotanda eſt, quòd Pueri magis calculo veſicæ laborent, Senes verò calculo Renum magis afficiantur: Cujus eventus ratio à *Galeno tradita eſt, lib. 6. Epid. 3.* quia nimirum craſſities urinarum, quæ in pueris frequenter ob ingluviem contingit, à calore illorum blando diſſolvitur, ac ſimul diffunditur, nec in renibus moram trahit, juvante expultrice renum facultate, quæ fortior eſt in ea ætate; ſed lapſa in veſicam, ibi reſidet ac moratur diutius, quia pueri ludicris intenti, & diuturno ſomno indulgentes, longiora faciunt meiendi intervalla. Adde quòd urina minus acris veſicæ expultricem non irritat, donec copiâ gravans efficiatur, & ſic fæx iſta retinetur, neque poteſt deinde commodè expurgari per exiguum adhuc urinæ canaliculum; Prætereà veſica ab urinæ copiâ valdè diſtenta, non poteſt tam exactè ſeſe contrahere, ut totam urinam evacuet, ſed aliqua ejus portio in fundo remanet, quæ eſt craſſa illa fæx, calculis coagmentandis idonea: Senes contrà frequenter emingunt eam materiam quæ in veſicâ continetur, amplioréque ductus patet ad ejus expulſionem; In renibus autem craſſamentum illud moratur, quia viſcidius eſt, neque poteſt diſſolvi ab effœto calore, aut tranſcolari ob ſiccitatem, & quaſi ariditatem, in renibus jam contractam; Unde *Hippocr.* in *Coacis* vult lapidem in veſica non generari à XIV. ætatis anno, uſque ad lx. niſi priùs extiterit.

5. *Signa*) Calculi veſicalis Signa vel *Partes* per ſe aut per conſenſum afflictas, vel ipſum *Meiendi actum*, vel *urinam emiſſam* reſpiciunt; Incipiamus à *partibus afflictis.*

Vaga adeſt circa pubem ac perinæum à calculo oberrante titillatio.

Gravitas quædam juxta anum imamque pudendi partem perſentitur, ſaltationem, aſcenſum inceſſumque per loca ſalebroſa difficilem reddens.

In maribus verenda pruriunt, præſertim præputium, quod, utpote membranoſum, Veſicæ magis communicat, proindeque pudendas partes ægri aſſiduè contractant, imò præ dolore has interdum trahunt, quaſi calculum eum veſicâ exempturi.

Fœminæ pariter ora naturalium manibus admotis Scabere crebrò coguntur, nonnunquam ſi digitum admoverint, ubi veſica cervicem is urget, calculum ſentiunt, inquit *Celſus l. 2. cap. 7.*

Virilia quoque eriguntur, & quod mirum, infantibus ſæpiùs, quàm adultis (etſi mentulæ arrectio infantibus ſit ἄλογος) quod veſicæ collum illis tenerum magis conſtat atque ſenſile, ideoque faciliùs inflammetur, titilleturque: Aliàs enim grandi calculo intra veſicam gravitante, quemadmodum impeditur motus veſicæ, ſic veretrum tantam quandoq; patitur retractionem, ut inter arrigendum arcus modo incurvetur.

Vana cietur deſidendi cupiditas, uſque & uſque hortato, ut ait *Aurelianus*, ineſt provocato podice, utpote πλεισμχώρου, adeo ut interdum è ſede ſuâ prolabatur; ac ſicuti calculoſi vix unquam meiunt quin egeſturiant, ita nec viciſſim egerunt quin micturiant.

In genere autem alvus in oleris faciendis fere ſemper pigreſcit, inteſtinis veſicæ ſympathiâ exardeſcentibus.

Secunda ſignorum claſſis *Mictionem* ſpectat, hæc igitur interciſa eſt vel ſtranguurioſa, ita ut urina ſine voluntate paulatim diſtillet, *hydatida. & guttas aquatiles* vocat *Aurelianus l. 5. Tard. paſſ. c. 4.*

Dolor ſub initium, ac præſertim ſub finem reddendæ urinæ pudendum totum, ſed maximè penis glandem obſidet: Dolores namque partium extremarum, ut unguium, papillæ mammarum & balani cæteris atrociores ſunt, Ratio eſt, quòd ſenſus in extremis partibus acuatur, ob ſpirituum animalium ἀντιπεριστάσιν, & ad angulos rectos ingeminationem, quemadmodum lux per reciprocationem intenditur, dum impingens in obſtaculum retro commeat.

Prætereà Lithiaſis meiendi libertatem non raro penitus adimit, acriter interim laceſſente urinæ libidine, quod calculus ſeſe intus contumaciter opponens, ſæva effectuum contrarietate, mictionis excitamentum ſimul fit atque impedimentum, motamque ludat meiendi cupiditatem, pariter ac uvula plus juſto pendula, œſophagi caput feriendo ſimul & obturando, fruſtraneo devorandi conatu ægrotantem exercet; Minus autem calculus, quia figitur in meatu, magis ſiſtit urinæ gradum, quàm major, cujus nulla fieri poteſt σφήνωσις ſive intenſio, & qui proinde facilè regreditur, ac potiſſimum æger ita σχηματισθῇς ſive figuratur (In *Coacis*) ut lapis ad ...., ſeu penis

dɑctum non deſcendat; aut delapſus relabatur in alveum veſicæ, commodiùs urinam emittet, v. g. reſupinatus ac elatis cruribus jacens, præcipuè ſi leviter concutiatur, ut lapis recedat ab obſeſſo ſinu *Levatur quoque calculoſus ſi genibus innixus membra omnia ſimul incurvet, Quidam etiam cum torquentur, pedes inter ſe ſubinde mutatis vicibus implicant.* Celſus. l. c.

Denique Diagnoſis τῆς λιθιάδος petitur ab urina; hæc igitur aut *cruenta* eſt à calculo veſicam ſauciante, aut *alba ac lactea*, aut *ſubalbida*, ad ſimilitudinem ſeri lactis, aut *craſſa & turbida*, *cum mucoſo ac ſabuloſo ſedimine* aut *aquata*, ac *limpida*, omnium peſſima, ſi confuſum urinam exceperit, ob materiæ calculoſæ, ac præſertim ſalis ἐπιζέσιν, quo ut lixivium, ſic urina flavo colore naturaliter tingitur, alias enim clareſcit lotium propter cruditatem, ſeu quod breviori tempore in veſica cunctetur quam ut completam aſſequatur elaborationem, ſeu quod veſica à calculo infirmata, urinam etiam morantem ita perfecte concoquat.

De *arenoſa hypoſtaſi* notabilis eſt *aphor. 4. 159.* Ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ ψαμμώδεα ὑφίσταται, τουτέοισιν ἡ κύστις λιθιᾷ. *Quibus in lotio ſabuloſa ſubſident, iis veſica calculo laborat.* Hujus aphoriſmi veritas apud peritiores vacillat; quemadmodum enim *arenoſitatum* calculum creat, ſic arenarum excretio præſervat à calculo; nec modo urinæ arenuloſæ lapidem veſicæ non pronunciant, verum ne arenularum quidem in veſica reſiduarum indicatrices ſunt, quia fieri poteſt ut totam harum ageſtarum ſaburram æger emiſerit. Deinde haud ſolum multi arenulas mingunt citra calculum, ſed plurimos quoque nuſquam fuſis arenulis calculo teneri innumeris experimentis ratum eſt, Ac profecto arenarum exitus videtur potius opinionem calculi tollere quam firmare ob virtutis expultricis robur, & materiæ quæ in calculum vertatur ineptitudinem ex tenacitatis defectu; quanquam ut ex ramento ulceris, ſic ex urinis ſabuloſis lapidis argumentum duxerit *Galenus 1. loc. aff. 5.* Prædicti aphoriſmi explicationem vide §. ex *Zecchio*.

Sed haud modo indubitata non eſt diagnoſis Lithiaſeos ex *arenulis* deprompta, at cætera quoque ejus ſigna prius enumerata non tantùm diſtributivè, ſed etiam collective fide fruſtrantur, nec lapidis magis quam cæterorum Veſicæ affectuum opinionem præbent.

At præſertim occultus eſt ille calculus, qui annectitur veſicæ parietibus, aut de ejus ſummo pendet, nec alia ratione detegi poteſt, quàm dolorifica catheteris immiſſione, ejuſque diligenti in omnes veſicæ partes circumdatione, nam cum veſica mollis exiſtat, quicquid fieri contactu durum ſonorumque percipitur, calculum procul dubio arguit.

Quinimo circa hanc artificioſam perſcrutationem tria obſervanda ſunt, 1. Calculos multa lubrica pituita, atque etiam cyſtide nonnunquam circumvolvi. 2. veſicam juxta collum ſuum, ad inteſtini recti latera, plurium lapidum onere interdum fieri ſinuoſam, hoſque ibi tanquam in cubili deliteſcere: 3. Calculum intra veſicæ duplicaturam aliquando detineri, quo loco ureteres veſicam ſenſim ac tortuoſe ingrediuntur, ità ut abſque lethali veſicæ dilaniatione à Lithotomis evelli nequeant: Qua forſan de cauſa in nonnullorum corporibus poſt mortem diſſectis gemina quandoque apparuit veſicæ cavitas, una naturalis, altera aſcititia à calculo, qui mole ac pondere quaſi ſacculum marſupiumvè ſibi efformavit, ut fertur de magno *Caſaubono*.

Si igitur dictis de cauſis Chirurgi, utut ſollicitè percontantis judicium eludatur, tunc indito digito in ſinum muliebrem, ſi fœmina fuerit, eaque adultior, vel in podicem, ſi mas, iſque potiſſimùm natu minor, poterit calculus fideliùs explorari; quin etiam lapidum numerus, figura atque magnitudo hac arte clariùs pateſiet. Verumtamen ſi contingat calculum à veſicæ collo longiùs abeſſe, nec ipſe quoque digitus parti fœmineæ aut ano, ut dictum eſt, inſertus quicquam certi renunciabit.

Sunt alii qui præſcripto violento motu, ut ſaltatione & equitatione, ægris per tres quatuorve dies exhibeant lithontriptica, quorum uſu ſi excernantur arenulæ, de calculi præſentia non dubitant, ſecus veſicam expurgant à calculi ſuſpicione, Sed tentatio iſta, & periculoſa eſt metu inflammationis ac dyſuriæ; & fallax; quod arenarum ὑπόστασις ut probatum eſt, non ſit conſtans calculi teſſera. *Menjotius p. 757. & ſequ.*

5. *Signa ejus ſunt*) Diagnoſis calculi veſicæ difficillima eſt, præcipuè initio, quando calculus exiguus eſt: grandior enim factus ſatis evidentes notas præ ſe fert. *Riverius*, qui ſequentia enumerat, 1. Dolorem in collo veſicæ, 2. Pudendi pruritum, 3. Pondus in perinæo & pube, 4. Mingendi difficultatem, 5. Urinam ſubſiſtentem, 6. Facilem ejus exitum reſupinato corpore, 7. Frequentem virgæ erectionem, 8. Frequentem deſidendi cupiditatem, 9. Ægri inquietudinem, 10. Nullum ab uſu remediorum auxilium, 11. Prægreſſum dolorem nephriticum, 12. Arenulas in urinæ ſubſidentes & mucoſitatem, in ea. Explorationem per catheterem & digitum ano immiſſum.

Prædictis ſignis iſtud addit ſi ægri à nullo remedio levantur, ſed utplurimùm pejus habeant; quia medicamenta quæcunque urinæ vias pervadunt, vel novam materiam ad veſicam deducendo, malum augent; vel pituitam abſtergunt, quæ lapidi circumducta eum mitiorem reddit, & contra ita denudatus acrius mordet tunicam veſicæ interiorem. *Riverius.*

Motus ægri eſt *errabundus*, nam ſtare loco neſcit idque ob dolorem, quo & veſica & genitale membrum urgetur. *Sitis* adeſt propter aſſiduum ſeroſi humoris effluxum, corporiſque dictas ob cauſas inquietudinem *Sebiſius.*

Hæc ab Hippocrate enumerantur *lib. 4. de morbis* Calculus in veſica quinque habet ſigna, cum urinam reddere vult dolore affligitur, & urina paulatim, velut urinæ ſtillicidio laborantibus effluit, interdumque ſubcruenta eſt, utpote veſicâ à calculo exulceratâ, & Veſica inflammatione vexatur, Verùm id non apparet; indicio tamen eſt ſumma præputii pars, Interdum arenoſa per urinam reddit, interdum vero duos aut plures calculos.

Ad ſigna refer iſtud ab *Hippocr. Coac. 472. & 473.* allatum, Calculoſi ea figura ſiti, ut ne calculus procidat in urinæ ductum faciliùs illi meiunt: At quibus Tuberculum eſt circa veſicam, quod exhibet dyſuriam; quovis illi modo ſint collocati, torquentur, Sanatio hujus fit pure prorupto.

6. *Pudendum ſcalpere*) Pruritus in eo accidit, qui ægros cogit ſæpe illud ſcalpere, & contrectare, ac veluti diſcerpere, moleſtiam illam auferre conantes. *Riverius.*

7. *Et ſæpe diſtendere ſolent*) Frequens eſt virgæ erectio, quæ tum à retentione urinæ procedit, tum à phlogoſi veſicæ, quæ calculi attritione inducitur. *Riverius.*

7. *Et ſæpe diſtendere*) Penis ſubinde erigitur, idque ex irritatione membranæ veſicæ internæ, cum membrana meatus urinarii. *Ettmuller.*

8. *Urinam*) Quandoque cruore perfuſam, quoniam calculus vel ſua aſperitate, vel acumine ſuo veſicæ corpus ulcerat, *Sebizius.*

9. *Guttatim reddunt*) Urinæ ſtillicidium adeſt, vel quia veſicæ expultrix aſſidue à calculo ad mingendum ſtimulatur, licet parum admodum urinæ in illa contineatur, vel quia calculus una cum urina ad veſicæ o-

ſlum allabitur, idque anguſtat, ut urina effluere libere non poſſit. *Sebiſius.*

10. *Tenuis eſt & clara*) Quando nimirùm veſicæ orificium anguſtius eſt redditum, ut nonniſi quod tenue eſt atque aquoſum exire queat. *Sebiſius.*

11. *Clara, colore ſubalbida, eodem concreto, oleaginis more*) Urinæ albedinem, turbulentiam & craſſitiem inter ſigna reponit *Pet. Joh. Faber Pathol. Spag. c. 57.* Sed illa urinæ albedo renes a calculo obſtructos potius quam veſicæ calculum ſignificat, in hoc vero turbida ſemper & craſſa, non vero alba comparere ſulet, Deinde oleago quoque hic non negligenda, quæ concurrentibus reliquis calculum ſignantibus indiciis diſſolutionem ſubſtantiæ atque periculoſum magis calculum indicat, Tandem ſedimentum quandoque etiam album, viſcidum, & ſcabiei non diſſimile hujusmodi urinis obſervari ſolet, quod nos pro animatæ putredinis & inſigni corruptionis nota tunc habemus: Cum urina autem vermes quoque excretos fuiſſe extant exempla. *Chr. Langius.*

11. *Cum ſedimento arenoſo*) Nempe ſi calculus adſit friabilis.

12. *Pathognomonica fere ſunt &c.*) *Helidæus in* calculo veſicæ certiſſimam notam aſſerit, ſi præter urinæ difficultatem inter meiendum etiam adſit deſiderium excernendi fæces inteſtinorum, Et ſi dum aliquam paleam, aut ſimile quid humi tollere conantes ſe inclinent, in parte veſicæ ſentiant punctionem. *Etmuller.*

Deſidendi deſiderium, quod quaſi teneſmum refert, accidit cum calculus eſt grandior; rectum enim inteſtinum veſicæ in ſexu virili eſt proximum; ideoque à calculo non ſecus ac veſicæ cervix ad excernendum ſolicitatur. *Sebiſius.*

13. *Egeſturive meiendo*) Teneſmus ac frequens deſidendi cupiditas mingendi cupiditatem ſequitur, ob conſenſum ſphincteris ani & veſicæ, uno enim irritato, alter etiam irritatur, quia ramos recipiunt ab eodem nervo. *Riverius.*

14. *Et Perinæo*) Pondus in perinæo & tota pectinis regione, cum dolore gravante, grandioris calculi ſignum eſt. *Riverius.*

15. *Cauſa*) Cauſa adjuvans gemina eſt, 1. debilitas veſicæ urinam non ſatis coquentis, nec craſſiores ac tartareas ejus partes aqueis partibus exactè commiſcentis, unde illæ facilè ſecernantur ac ſubſidunt à quo ſenſu frigiditas veſicæ dici poteſt accidentaria calculi cauſa. 2. Anguſtia angiportus urinarii, ob quam tenuiori filo, & velut graciſceſcente urina excernitur, manente interim hujus craſſamento; Anguſtia illa, aut morboſa eſt, à caruncula vel tuberculo; aut naturalis: Quapropter bruta etſi turbidas potent aquas, crudaque ingerant edulia, turbatas quidem ac ſubjugales urinas effundunt, ſed calculum non experiuntur, videlicet ob canalis urethrici amplitudinem: Mulieres quoque, quamvis propter coctionem deteriorem plurimum congerant materiæ calculoſæ, tamen ob urinæ meatum latiorem, laxiorem, breviorem atque rectum, lotii craſſioris beneficio, tutæ eſſe ſolent à calculo veſicali, huncque ſi forſan conceperint crudelem fœtum, minore negotio abigunt, quod veſica ſibimet auxiliari ſufficiat. *Menjotius.*

15. *Cauſa & curatio ex cap. de calculo Renum*) Quæcunque renibus eadem & veſicæ conveniunt; Officium enim habent mutuum & ſororians, mireque ſibi conſentiunt & connectuntur, Unde non alia ſunt medicamenta pro veſicæ calculo, quàm pro renali: non differunt niſi loco, qui ſolus tamen attendendus probè eſt, cùm & iſchuria alia veſicâ plenâ, alia vacuâ fiat: Neque obſtat in veſicâ quoque calculum augmentum capere & concreſcere poſſe, ut ad aliquot uncias ſæpe excisus fuit, qui à renibus nunquam potuiſſet, ſalvâ viâ detrudi: renibus tamen materiale calculi ſuppeditari, quod ab archeo veſicæ læſo, quatenus ibi ſit ſegregatio major quàm fieri non debebat, in coagulum ibi faceſcit, non quòd ſpiritus lapidificus ſit in renibus, ſit in veſicâ, ſed in ipſâ materiâ coagulabili, ſalina tartareâ: conveniunt utraque generali illo magmatis tartarei ubice, differunt ſpecialiùs ut morbis, ita & remediis, habito tamen ſemper ad ſe invicem reſpectu; id quod etiam de mictu cruento, diabete & aliis valet. *Wedelius A. m. m. p. 198.*

16. *Curatio ex capite de Calculo renum*) Eædem ſcil. ſunt intentiones in utroque, ut nempe materia antecedens evacuetur, revellatur, hujus generatio prohibeatur; Conjuncta verò, ſeu calculus ipſe, imminuatur, atteratur, & diſſolvatur: Quibus intentionibus proſunt remedia in calculo Renum propoſita. *Riverius.*

16. *Curatio*) Curationis modi duo ſunt, unus per Diætam & Pharmaciam, alter per Chirurgiam; quæ *Lithotomia* nomine venit: Diæta autem magis ad prophylaxin, quàm ad therapeian conducit, Vitanda autem ſunt quæ ſalſa, aromatizata nimis, craſſa item, dura, lenta, viſcida, & glutinoſa; In Pharmacia uſurpanda quæ vim purgandi, abſtergendi, penetrandi, diſſolvendique habent; Utrum verò Calculi veſicales pharmacis cedant, dubium eſt; Sunt qui dicant poſſe eos liquari & fundi, quod falſum eſt, lapides enim non ut metalla liquamus: Sunt qui aſſeverent poſſe frangi & diſſolvi uſu lithontripticorum, Sed de induratis, conſummatis, & in ſaxeam ſiliceamve duritiem converſis hoc affirmari, nequit, idque verum eſſe experientia probat: De friabilibus & nondum prorſus compactis hoc concedi poteſt, extantque hujus rei exempla apud authores non pauca. Supereſt ergo *lithotomia*, quam multi adeo extimeſcunt, ut mori malint, quàm illi ſe ſubjicere, Nec immeritò, Periculoſa enim eſt & intolerabili cum cruciatu conjuncta, præſertim ſi calculus ſit grandior; Supervenire enim quandoque ſolent ſpaſmi & convulſiones, quæ mortem accerſunt; Interdum urinæ conſequitur incontinentia, propter diſſectum ſphincterem veſicæ, Minores calculi vel non apprehenduntur, vel apprehenſi effugiunt, aut franguntur. In mulieribus extrahuntur calculi citiùs ac faciliùs ob canalis urinarii brevitatem, & amplitudinem. Calculi qui ſunt veſicæ affixi, & quidem firmiter, pene ſunt ἀθεράπευτοι, quia citra veſicæ vulnerationem & dilacerationem extrahi non poſſunt, habentque ſigna obſcuriora quam ſoluti. *Sebizius* Vide inferius §. *Sectione.*

Nonniſi ſectione tollitur, nec ſic periculo caret, quin ſecti, aut extracti licet, ſæpius tamen aut inflammationem veſicæ lethalem poſt ſe relinquunt, aut ſuperveniente fiſtula tædioſam agunt vitam, *Etmuller.*

17. *Comminuendo*) Comminutionem per injectiones in veſicam quidam tentant, ſed quantò veſicæ periculo id fiat quando ad lapidem frangendum vel acida, vel ſalſa, vel oleoſa injiciuntur, oſtendit *Olaus Borrichius*, Veſica incocta *acidis* in mucilaginem abit tandem, In ſalſis incraſſatur, patiturque ſe in phyliras ſecari, commodius; In *oleoſis*, ut & liquore ſalis alkalium, ut *tartari* herbarumque incineratarum, non incraſſatur, non abit in mucilaginem, ſed quaſi prunis candentibus impoſita aduritur, patiturque ſe quaſi in pulverem teri. *Th. Barthol. Anat. Reform. p. m. 202.*

17. *Comminuendo inſervit*) Ex animalium familia *Paſſerculi* troglodytæ diſſipandi calculum vires etiam Medicorum anteſignani aſſignant; Hic ſale tantùm maceratus, & crudus & integer comeſtus calculos conterit, & cum lotio excernit, renaſcique prohibet: At cinis quoque integri, in olla vitreata combuſti, per ſe aut

ſcani cum *piperis*, de folii indicamento ex meliorato abſorptus eadem præſtare commoda tradunt. *Ioh. Langius* ex *Aetio* & *Aegineta*. Troglodyten eſſe credo hunc quem Germanorum vulgus Regulum vocat, ſepibus obvolantem crebro, ſi quidem huic ipſi deſcriptio *Aetii* perbelle congruit, & Doctiſſ. *Tanſtellerus Collimitius* remedium ex *Troglodyto* ad hunc modum quem *Aetius* præſcripſit compoſuit & expertus eſt in aliquot calculoſis efficaciſſimum; *Joh. Ammon Agricola*. Recentiores quidam *caudam tremulam*, aliàs *motacillam* dictam interpretantur, quos refellit *Geſnerus*: Sed & alteri & diverſæ à Regulo avi, id nomen competere poteſt, paulò majori, quæ cavernas murorum plerumque incolit, & in iis nidificat; Noſtri vocant *Bouteſen*, vel à rubore quo pectoris ſumma pars ad nuſtrum uſque conſpicua eſt, vel quia murorum foramina eum ſubit.

Ad calculum in veſica incidendum magni ſunt momenti hæ Pilulæ.

℞. *Semin. milij Solis, petroſ. ſaxifr. & charefol.* ana. ʒß. *ſang. hirci ppti* ℈i. *ſucci liquir.* ℈ii. *troch. alkek. ſine opio* ℈ß. *terebinth. lota in aqua fœnic. & apii deinde parum toſta* ʒii. piam Pilulæ admodum exiguæ, ſingulis diebus capiat ℈ß. aut paulo plus. *Ludov. Mercatus conſ. 6.*

17. *Comminuendo inſervit*) Non ſolùm *Galenus*, ſed & *Avicenna* ac medicorum plurimi ad calculos comminuendos *Vitri pulverem* extollunt; quo modo autem hic fieret plurimùm inſudavi, tandem qui ab *Avenzoare* componitur mihi ex voto ſucceſſit; Capitur *vitri albi* & perſpicui fruſtulum, quod terebinthina collinire oportet totum, mox tamdiu in prunis detinere ut excandeſcat; hoc demum in aqua extinguitur, ſeptieſque iteratur; primo tamen linitur, ſecundo excoquitur, ultimo extinguitur, quo peracto vitrum conteritur, & in pulverem ſubtiliſſimum mutatur: Propinatur languentibus aurei pondus vel ʒi. cum vino albo, & efficaciter calculos comminui experimur. *Ant. le Grand. Comp. Ex.*

A multis probatum & experientiâ confirmatum invenio hoc medicamentum.

℞ *Vitri aſſati & preparati* ʒx. *ſcorpion. uſtor.* ℥v. *vermium terr. uſtor.* ʒiii. *ſemin. fœnic. apii* ana. ʒii. *dauci* ʒiiß. *ſangu hirci ppti.* ʒiß. *m. f. Pulvis*, Doſis ʒi. vel ℈ii. *vino albo*. jejuno ſtomacho, & pluribus diebus continuetur. *H. Mercurialis Pr. l. 3. c. 33.*

Piſtor quidam habebat filiolam quæ ſæpiùs cruentum mingeret, medioque filo ſuſpendebatur lotium, erat autem pallidum cum multo ſedimine ac glutinoſo, ſicque vij. vixerat annum, villica quædam narrat Piſtori, idem ſibi olim contigiſſe. Juſſit afferri *veſicam tauri embryonis* nondum nati: Veſicula iſta plerumque repleta eſt liquore ſaporis non quidem urinalis, ſed alieni, cujus ſingulo manè bibit unc. ii. cum totidem vini albi: Superſtes diu vixit calculi neſcia. Idem remedium juvit aliquot puellas pauperes: Idem ex *embryone hirci* tentatum ac feliciùs adhuc ſucceſſit. *J. Helmontius Tr. de Lithiaſi cap 7.*

17. *Comminuendo inſervit compoſitum*) Capitale Philoſophorum per ignem remedium, ſolutioni Duelech ſua deſtinatione comparatum, eſt *Liquor Ludi*, à Paracelſo inventus, & ſub metaphorâ, atque inauſpicatâ verborum tenebritate poſteris traditus *lib. de morb. tart. c. 20.* Hujus autem veram & genuinam præparationem *D. Van Helmont*. antea ſub brevi ſyrmate mundo vix ſatis propalatam, apertiori ſenſu deſcripſit, ſub tali elogio. Dicam tamen apertius, ut Philoſophiæ pyrotechnicæ gnari ſoli me capiant.

Teratur *ludus* in pulverem, in mortario & ſub piſtillo, deinde ſub cote, in ſilice, iterum, Tandem calcinetur non quidem igne torrido, ſed addatur illi ſal circulatum, de quo *Paracelſus lib. de Renovat. & Restaur.* Et deſtillato inde ſale, dicitur *Ludus calcinatus*; quin pauco binarum horarum ſpatio totus erit converſus in ſalem, Ludus ergo ſic ſale natus, & in ſalem reductus, ſibique æquiponderans, decurrat ſuo ſponte in humido loco; Iſtud autem ſal reſolutum claudatur hermetico ſigillo, in ovo longi colli, & in arenâ bulliat continuò, igne ſecundi gradus, donec totus Ludus, in pari ſui pondere, ſteterit inſtar olei craſſioris ſuper aquam, quam ex aëre cellarum hauſit; tunc namque totus ludus eſt Sal volatile, in forma ſalis oleoſi reſoluti, habetque aliqualem urinæ guſtum, Ideoque per urinam cum potu vadit integris viribus, Atque diſſolvit omnem calculum ubicunque in corpore delituerit; quia eſt ſal volatile, reſolvitur in humido, nec ſeparatur in digeſtionum officinis, ſed quia guſtum lotii aliquatenus repræſentat habetque interim amicus qualitates naturæ noſtræ, lubenter recipitur, ſimulque ad renes dimittitur: Doſis ejus eſt gr. xiv. uſque ad xx. cum aquæ ſimplicis deſtillatæ tantillo; Et calculus mediocris magnitudinis in veſica reſolvitur in piſeoli magnitudinem potiſſimum duabus hebdomadis. *Charleton p. 229.*

15. *Compoſitum ex ſalis Tartari albi*) Nobilis hic eſt liquor Nephriticus regius, ab Illuſtriſſ. quodam Principe mihi communicatus, cujus tamen & *Paracelſus* l. de *Tartaro*, licet obſcure meminit, & apud magnates in auguſtiſſimis arcanis habitus eſt.

℞. *Tartari albi pulv.* q. v. in cella in vitro ſolvetur in liquorem, qui ad ignem rurſus induratus calcinetur & pulveretur: *Hujus pulver.* ℥i. *affunde aq. petroſel.* ℔i. mixtaque ad pulveris ſolutionem relinquantur, qua facta percolentur bis terve per chartam, ut clarus & pellucidus fiat liquor, qui *corticibus mali arantii* confractis injectiſque in citrinum colorem tingitur & ſervatur, *Doſis cochl.* i. *cum vini albi* unc. v. *vel* vi. *aqua fragor. diluti* exhibere ſoleo. *Gal. Lauremberguis Diſſ. de calc. veſ. p. 17.*

Inter *Interna* quæ ad ejus excluſionem conferunt, ſunt omnia ea quæ ad calculum renum uſurpari ſolent, diutiùs tamen continuanda, quia longiore morâ vis eorum nonnihil infringitur. Hic *aqua perſicaria* ab *Anglis* in calculo veſicæ laudatur, *Urina hirci* hauſta, *Herniaria ac betonica in juſculo carnium* cocta quotidie bibita laudantur. *Poterio cent. 3. cur. 72. Decoctum malva* cum *butyro* & melle uſurpatum ab *Horſtio Obſ. p. 462.* Experimentum de *millepedibus Laurembergij & Her. Angenis* confirmat *Boyleus in Experim.*

Externa primaria ſunt quæ *injiciuntur in veſicam*, ut alteretur ab iis & conſumatur calculus, Rara tamen ſunt hæc admodum, imo hactenus nulli cognita. Sunt tamen qui ſolutionem *ſtercoris columb. calcinati cum decoct. parietar.* vel ejus Aquam pro hoc ſcopo commendant, Item *Cataplaſma ex emollientibus anodynis* & blande pellentibus, in uſu ſunt, præcipue decantatum ex *capa alba* cocta *in vino decoctionis* parietariæ & *oleo ſcorpion.* admuvendum ubiquam calidè fieri poteſt, Hujus uſu convaluiſſe refertur à calculo veſicæ qui jam eundem exſcindendum decreverat; Litus *ex oleo ſcorpion.* & *pingued. hircina*, & in ſpecie ex *petrolao*, Item, ubi magis pellendum, ex *oleo deſtillato ſuccini*. Etmuller.

Aqua experta & mirabilis lapidem frangens in Veſicâ.

℞. *Rad. aſparagi, arund. ſaxifr. virga aurea. milij ſolis, omnium cum rad.* ana. ℔ii. *aceti ſcyll.* ℔i. *ſucci limon.* ℔ii. *vini adusti, polii montani* ana. ℔i. contrita diſtilla, Doſis ℥ii. *cum vino decoct. ibiſci* quia mirabiliter valet. *Arnolv. Villanovanus Breviar. libr. 2. cap. 32.*

Quinta eſſentia ſalis potentiſſimum arcanum eſt ad

Calculum veſicæ, *J. Agricola in Poppium p.79.* Vide ibi præparationem.

Poſt evacuationes univerſales *quidam* uſus eſt per menſem integrum Pilulis ex *Salibus baccar. hederæ & naſturt. aquat. cryſtall. tart. & miner.* part. æqu. cum *terebinth.* in maſſam *pilul.* redactis, de qua ſumebat ʒi. mane ſingulis diebus; Poſtea vero per ix. dies ſumpſit *aquæ capar. alb. in vino albo deſtillat.* unc.iii. cui addebatur *ſal ex capite* mortuo elicitum, & nono die calculum excrevit nucis avellanæ magnitudinem æquantem, figura olivam referentem, qui in balano ſubſiſtens, exciſione ibi facta fuit educendus. *Riverius obſerv. 14. cent. 4.*

Ptiſana *fructus cynorrhodi* in furno ſiccati & pulveriſ. multos à calculo liberavit, Sed diu ea Ptiſana utendum eſt P. *Borellus Obſ. 22. cent. 3.*

In Calculo veſicæ Seniorum, *Panſa*, per ſyringam injicit ſolutionem oculorum cancri in *ſpiritu urinæ* factam, quod eximiè reſolvit calculum. *Sachs Gammarol. p. 755.*

Conglutinationem lapidis prohibet *Nicotiana* ſeu *Tabacum*, cujus ℈ß. cum *aqua Saxifrag.* exhibitus plurimum conducit, ut & *ejus aqua deſtillata*, *Aſparagi*, ut & *cardui comeſtibilis*, qua mirum in modum quamplurimos ab hoc malo liberatos vidimus. *Mercatus Pr. l. 41. c. 11.*

Secretum in Calculo hoc eſt.

℞. *Vitell. ovor. coct. num.* in aqua, contundantur cum *oleo nardino & maſtich. adde pulv. lapid. Judaici* ʒß. *remolliti ſuper cote, ſumat cum decocto malvæ ſolii, in quo bulliat ſem. cumini parum*, colaturam ſumat mane & veſperi, multi hoc curati ſunt, qui ex aliis medicamentis nihil utilitatis ſenſerant. *Ortholphus Maroldus Pr. p. 249.*

Anagallidis, alſines, & parietar. aquam cum oxymelite ſimpl. mire feciſſe vidi: Pubi quoque eædem *plantæ* appoſitæ multum valent, Et maximè *vulpinus ſanguis* cum *parietaria, anagall. raphano* & ſimil. cum *oleo ſcorpion. Chriſt. Guarinonius conſ. 300.*

Ad veſicæ calculum laudatur *caro halicacabi* cum *ſaccharo condita.* Item *muſcus terr.* cum *vino albo* coctus & epotus certiſſimo experimento calculum frangit. *Cl. Deodatus Panthei Hyg. p 187.*

Petroleum, in quo bullierit *lapis lyncis* colatum & injectum per ſyringam mirabiliter lapidem veſicæ frangit, Virga prius embrocata *decocto malvæ. Joh. Baverius conſ. 4.*

Bart. Turrianus in Iatreb. l. 4. veſicæ calculum jam ſectioni deſtinatum fregit propinato *pulvere cryſtalli*, vel potius ſubſtantia ejuſdem reſolubili: Fit autem *cryſtallus ſolubilis*, ſi vel minimum novies in fornace figuli calcinentur, tunc abit in friabilem ſubſtantiam, & in cella poſitus liqueſcit, olei tartari inſtar: vel lapis cryſtalli ignitus ſepties extinguatur in *aqua* vel *ſpiritu urticæ minoris.*

Veſicæ calculus comminuitur Empl. ex *cepa alba cocta* pectini impoſito, teſte *Joh. Prevotio. Schroderus*, commendat urinæ ſpiritum, vel è calculo humano factum; quem & ego ſæpius probatum reperi. *Wolfangus Hoefferus H. m. lib. 3. c. 4.*

Gerardus Boot Molinæum quendam veſicæ calculo laborantem *aqua Perſicariæ deſtill.* ad integram ſanitatem perduxit; de ea hauſtum ſingulis matutinis exhibendo. *Rob. Boyle de utel. Ph. nat. p. 2. ſect. 3.*

19. *Aqua ex oculis betulæ*) Principes Germaniæ contra Lithiaſin quotannis in *Majo* bibunt quondie hauſtum liquoris, cortice vulneratæ *betulæ*; quem liquorem præſervant a corruptione aëris affundendo oleum olivarum: Vulneratur *cortex Betulæ* prope terram in trunco Menſe Martio, circa tempus quo ſolet vulnerata vitis plorare novellum liquorem è terra hauſtum, ſed is liquor betulæ eſt pene inſipidus. Sin autem ramus aliquis ſpiſſitudinis trium digitorum ad ſemidiametrum vulneretur, inditàque lanâ repleatur, ſtatim fiet liquorem non ingratum ac ſubacidum, qui etiam in ipſo lithiaſis tormento ſolatur afflictos ad 3. vel 4. cochlear. ſumptus. Tenellos etiam ſubnigricanteſque betulæ ramos (unde ſcopæ & virgæ noſtratium fiunt) qui tumentes gemmas nondum frondoſas habent, malleo ſuper incudem vel lapidem conquaſſatos juſſi incoqui aquæ ad cereviſiam fabricandam deſtinatæ, cui cereviſiæ ſi poſtmodum *dauci ſemen*, aut *beccabungam* aſſociaverim, ſortitus ſum effectus ad lithiaſis præcautionem optabiles; potentioreſque adhoc ſi iſti cereviſiæ liquor iſte martialis è ſuperioribus ramis collectus infuſus fuiſſet; poſt ſedationem maximam ebullitionis ſuæ, quam vina & cereviſiæ in cadis ſponte tolerant, Comperi namque inprimis, quod ejuſmodi *potus e Betula* diureticorum metum tolleret; eo quod dolores lithiaſis atque contracturas laxet, tam in lumbis quàm inteſtinis (hinc enim unica lithiaſis etiam colicos dolores ſuſcitat, non minus ac ſi fomes ejus inteſtinis ineſſet;) prodeſt etiam dyſuriis & ſtranguriis ſenibus, calorem item jecoris mitigat, primum, deinde tollit. *Joh. Helmontius Tr. de Lithiaſi c. 8.*

20. *Pulvis leporis &c.*) Pulvis expertiſſimus ex aquis ſubſcribendis immixtus exhibendus.

℞. *Ciner. lepor. integri, combuſti in furno ſ. a. partem x. Lepus ſuffocari debet, ne vel ſanguinis gutta ex eo pereat ſaxifrag.* unc.v. *baccar. laur.* ʒvi. *ſemin. violar. fructus integri bardanæ herbæ, h. e. ericiorum lappæ maj. vel perſonatæ* ana. ℥i. *fol. quercus* ℥ii. *pulverentur omnia ſubtiliſſime & ſerventur in uſum: Accipiatur quantitate* ʒi. *in vino albo mane jejuno ventriculo*: Verum multo eſt efficacior ſi ſequenti aquarum miſtura diſſolvatur.

℞. *Aquæ ex ſtercore bovino in Maio menſe deſtillatæ* ℥iv. *vini malvatici, vel albi potentiſſimi, in quo per horas* xxiv. *raphani contuſi in vaſe vitreo infuderint* ℥ii. *aquæ fragor. deſtill.* ℥i. *ſucci arant. vel limon.* ʒiii. *m. f. Potio in aurora ſumenda.*

Hæc quantitas paulo major poteſt aſſumi, ſi placet, & ad gratiam admiſceri poteſt pauxillum *ſyr. capill. ven.* vel *mell. roſac.* & per ſe epotari: Vel ſi efficacius deſideras *Pulv. ſupra ſcripti* ℥i. pondus diſſolvi, & ſingulis diebus cum juvamento propinari. *Rein. Solenander. ex Arnoldo de Villanova Breviary l 2. c. 32.*

21. *Aqua*) Optimum & perfectiſſimum remedium in calculo renum & veſicæ; In Majo ſuper campos ſumito *ſtercoris bovis*, neque nimiùm recentis, neque nimiùm ſicci quantum ſatis quod cum igne lento deſtillatum fuerit, Aqua exibit inſipida atque moderata (quæ etiam ad *lentigines* & alias faciei maculas valet, manè & ſerò lavando) deinde ſumitur *raphanus* minutim conciſus, & vinum Græcum, Creticum, aut aliud injicito, mox ad ſolem per diem ponito: Poſt.

℞. *Hujus vini aqu. ſupra dicta* āā. ℥ii. *aqu. fragar.* ℥i. *ſucc. limon.* iii. *aut* iv. *guttas, Pulv. ſuperius præpar.* ʒß. *vel* ʒi. *ſacch. vel mell. roſ.* q. ſ. f. *Potio.* Qua quidam uſi circiter horam dimidiam, tot lapillos unà cum urinâ excreverunt, ut ſimul juncti nucis magnitudinem referrent: Nobilis ſectioni deſtinatus, hac Potione uſus, in dicto temporis ſpatio tot lapillos ejecit, ut ſimul conjuncti ovi magnitudini reſponderent. Tertio verò die cum Potionem hauſiſſet, paulò poſt maximo cum dolore lapidem, æque ut faba magnum, unà cum urinâ excrevit. Cæterùm prædictæ aquæ & pulveres diu Conſervari poſſunt præter vinum raphaninum & ſuccum limon. ii quidem facilè putreſcunt. *Alexis Pedem.* ex quo *Roder. a Fonſeca T. 1. conſ. 21.* qui remedium ait eſſe mirabile & expertum.

Efficax

Efficax medicamentum conficitur ita.

℞. *Cortic. rad. raphani acerrimi* ℥i. vinum *cum aqua anonidis dilutum*, infundantur radices, Hujus Aquæ ℥iii. vel iv. pro vice exhibeantur, per ii. horas ante cibum. *Vidus Vidius Pr. l. 10. c. 20.*

Ex *ſtercore columbino Aqua* ſic deſtilletur.

Stercus columb. in fortiſſimo aceto pro juvene dies 8. pro ſene dies 14. maceretur, poſtea deſtilla in Balneo, Ex Aqua hac da quotidie cochlear. i. in Baln. hinc.

℞. *Hyper. Malva, biſmalva, melil. albi* ana. *q. ſ.* coq. pro Balneo in hue ſedeat æger per horam, da illi aquam & balnees iterum per horam: Probatur Aqua hæc in ſilicibus, qui ſi in iſta aqua reponantur in loco calido, videbis mirabiliter reſolvi & diſſolvi ſilices: Hæc Aqua à multis eſt probata. *J. David Rulandus Ph. Nov. p. p. 187.*

Probatum remedium ad calculum.

℞. *Fimum columb. affunde vini malvat. q. ſ.* ſtet per noctem, *poſt per alembicum deſtilla*, Spiritus hic omnem calculum frangit & educit. *Joh. Poppius Med. Th. p. 536.*

22. *Saxifragia*) *Saxifr. alba* (Cui granula quædam rotunda coriandri ſeminis magnitudine capillamentis radicum innaſcuntur) & radicis decoctum ex vino albo paratum, tenuio calculos frangit & educit, veſicam abſtergit & urinam provocat, Efficacius tamen ſi ex eodem decocto rad. c. granuſæ farina ʒi. pondere propinetur: Quin etiam datur eadem farina per ſe ex vino ℥ii. pondere. Atqui felicius hæc potio ſumitur dum affecti in labro balneu ſe ſovent. *Matthiolus.*

Saxifragiam magnam ʒi. *pondere* ex vino hauſtam miris laudibus mihi commendavit Fr. *Calzolarius* Pharmacopœnus Veronenſis ad calculos renum educendos, Et ut re ipſa quoque id mihi conſtaret, miſit is ad me numeroſos calculos, quorum plures magnitudinem fabæ ſuperabant, qui hujuſce plantæ potu ejecti ſunt; Cæterum id in admirationem ducit quod aliquot inter hua ſpectentur qui è veſica potius quam renibus expulſi videntur; *Idem.*

23. *Decoctum Herniaria*) Curavit Poterius quendam calculo veſicæ correptum ſulâ *Herniariâ* cum *Betonicâ* in juſculo coctâ; & ſumendu *lapidum aſtacorum* ʒii. quotidie ſingulis veſperis cum *ſucco limonum* vino injecti; unica vice ebulliant, & ſic exhibeantur, quod ſic facillime ſal ſuum in vinum deponant. Qua ratione ſcio inſignem medicum multum emolumẽtum præſtitiſſe in calculo ſolvendo. *P. Jac. Sachs Gammarol. p. 755.*

24. *Aqua ex cepis*) maximæ eſt efficaciæ, *ait Riverius*, cujus uſu per xl. dies continuato ſe calculum fabæ magnitudinem ſuperantem è veſica excretum vidiſſe dicit.

25. *Pulvis millepedum*) Graviſſimi authores, & quotidiana experientia docent medicamentis ore aſſumptis vix ac ne vix quidem calculum veſicæ diſſolvi poſſe; quò fit, ut ad lithotomiam in plurimùm confugiendum ſit: Quia tamen nonnullæ inveniuntur hiſtoriæ calculo laborantium per medicamenta curatorum, nos præcipuas hic adnotabimus, ut cuique liberum ſit efficaciora experiri remedia, priuſquam periculoſiſſimæ & terroris plenæ ſeſe committat Chirurgiæ: Adde quod reperiuntur aliquando calculi ita molles & arenoſi, aut recenter concreti, ut eos diſſolvere non ſit impoſſibile: nam durorum & ſiliceorum diſſolutio minimè ſperabilis eſt.

Horatius Augenius Tom. 2. Epiſt. Med. l. 9. S. *Ego*, inquit, *bis in hunc diem calculum veſica fructum vidi, primo caſu, mox deliberatione, atque maturâ conſultatione additâ, Caſus fuit, Filium Juncti Pontificii Typographi Romæ expurgandum ſuſceperamus, ut poſtea tutior ad ſectionem accederet: tentaverat enim antea omnia remediorum genera, cum à Medicis venetis tum Florentinis præſcripta; Cùm verò nullam utilitatem ſubſequi deprehenderet, ſecari cupidus Sacerdotem, juſſit accerſiri, ut ſi ex ſectione moreretur, animæ fuiſſet conſultum: Requiſitus fuit ex S. J. qui audita confeſſione ab ægro, & cognito morbi genere propoſuit illi pharmacum, ut dicebat, magni uſus, de quo & in ſeipſo & in aliis periculum feciſſet: Experiri placuit neque facti pœnituit, nam qui proxime incidi debebat, liber ab omni calculo nono die fuit, Pharmacum autem à Jeſuita ei datum* hoc erat.

℞. *Pulv. millep.* ʒi. *ad ſummum* ℈iv. *aqu. vitæ* ℥ß. *juris cicerum rubr.* ℥ix. *vel x. capiat horis ante prandium v.*

Ego vero juvenem annorum xii. *cal. & ſicci temperamenti totius corporis curaturus, duxi imminuendam quantitatem aquæ vitæ, & ubi ſingulis diebus datum alteri fuit antidotum, hunc alternis dare juſſi, Et pro refrigeratione totius corporis, aqua fabarum & fragorum āā.* ℥v. *propinari intermedia die cum gtt.* vi. *olei de chalcantho &* ℥i. *ſyr. violat. Hoc autem modo pharmacum præbebam.*

℞. *Pulv. aſellor præpar.* ℈i. *aqua vitæ* ℈ii. *decoct. cicer rubr.* ℥viii. *m. capiat horis ſex ante cibum.* Riverius. ex *Augenio.*

26. *De quo Laurembergius*) *Sennertus cap. de calculo veſica* memorabilem hiſtoriam refert *Wilhelmi Laurembergii* Profeſſoris Roſtochienſis, ab eodem acceptam, qui provectâ jam ætate veſicæ calculo affectus, ac ſectionis auxilio periculoſiſſimo ſeſe committere nolens, de aliis remediis cogitare cœpit: Primò ergo liquorem illum nephriticum celeberrimum, magnoque apud Principes pretio & uſu habitum expertus eſt, qui ita paratur.

℞. *Salis tartari albi* ℥j. *affunde aqu. petroſ.* lbi. *m. & per chartam bibulam cola, & liquori color croceus corticibus aurantiorum concilietur.*

Uſurpavit etiam gemmam illam Indicam, *Ijadâ* Hiſpanis dictam, ad calculum frangendum celeberrimam; Sed utriuſque remedii nullam vim deprehendit; Ergo inter reliqua quæ ad calculum comminuendum commendantur, Pharmacum *ex aſellis* experiri voluit, quo duos adoleſcentes, Veſicæ calculo laborantes feliciter ſanatos eſſe *Horatius Augenius* profitetur: Ad cujus imitationem, præmiſſis univerſalibus, & exquiſita victus ratione inſtituta, accepit *Aſellorum præp* ℈i. *Spir. junip.* ℈ii. *juris cicer. alb.* ℥ii. *rubr.* ℥x. Quo manè ſumpto primâ, & ſecũdâ vice à ſumpto medicamẽto tribus aut quatuor horis quandam pectoris compreſſionem ſenſit; & quaſi imminens animi deliquium, ut neceſſe haberet *theriaces* ʒi. potioni admiſcere: atque ita remedio hoc totos xv. dies uſus eſt, Sed toto hoc ſpatio ne minimum ſabuli expurgari cœperit, Itaque alia addenda, ratus ſequenti medicamento uſus eſt.

℞. *Aſellor. præpar.* ℥ii. *leporis præpar. ſangu. hirci præp. ſpong. roſar. ſylv. ſemin. violar. purpur.* ana. ℥j. *ſpec. lithontr.* ℈ij. *m. f. Antidotum Cujus.*

℞. ℈ij. *decoct. diur.* ℥x *ſpir. juniper.* ℈ij.

Hoc medicamentum ubi manè hora v. hauſiſſet, ſecundâ vice, poſt horas plus minùs iv, ſub pubis oſſe, ad regionem oſtii veſicæ, magnos ſentire cœpit dolores; Paulò poſt parum urinæ profluebat, & cum ea lamellæ exiguæ, inſtar ſquamæ piſcis ſubrubræ, quæ licet aliquam viſciditatem habere viderentur, ad tactum tamen in ſabulum reſolvebantur; Ita ut manifeſtè appareret tunicam vel cruſtam eſſe à majore calculo reſolutam; Cujus medicamenti uſum cum continuaret, interdum quarto, nonnunquam quinto die, hujuſmodi lamellæ craſſiores, & fragmenta ſæpe grandiuſcula profluxerunt; præſertim ubi lavacro aquæ dulcis uteretur; Cùm verò & à calculo & ab ejus fragmentis, orificium veſicæ eſſet ſauciatum, ad leniendum dolorem medicamentis uſus eſt: Atque horum medicamentorum uſu xvii. ſeptimanarum ſpatio, à calculo liberatus eſt, Decoctum diureticum hoc fuit.

℞. *Rad. liquir.* ℥iiij. *alth. gramin. ononid.* ana unc. ß. *baccar. halicacabo* n°. xx. *cicer. rubr.* unc. iiij. *uvar. paſſar.* unc. i. *ſemin. iv. frigid. mai.* āā. ℈i. *hordei* m. ij. *coqu. in aqua alkek. ononid. fragor. flor. fabar.* āā. ℔iß. *colat. adde ſyr. de alth.* unc. iv.

Millepedes ita præparantur.

℞. *Aſellor. vivor.* ℔ii. *abluantur aqua ononidis & à ſordibus purgentur, deinde vino Hiſpanico, Petroſimeno dicto inebrientur, eoque ſenſim effuſo conjiciantur in ollas vitreatas quanto plures, tanto melius, cum in unam ollam conjecti citra combuſtionem vel putrefactionem difficulter exſiccari poſſint: olla diligenter occluſa, in furnum à panis coctione calentem conjiciantur, ut moderato calore exſiccentur & in pulverem redigi poſſint: Huic Pulveri rurſum infunditur ſenſim vinum Hiſpanicum quantum imbibere poſſit & rurſum exſiccatur, Itaque imbibitio & exſiccatio ter repetatur*, quarta vice hoc liquore irroretur.

℞. *Aqua fragor.* unc. iij. *ſpir. vitrioli* ʒß. *miſce. Iterum Pulvis, exſiccetur & tenuiſſime contritus in vitro uſui ſervetur.* Riverius.

[26]. *Sanguis Hirci*) Hic principem locum habet, qui ſic calidus injiciatur, vel illinatur: admirando quodam modo confringeodi lapidem vi prodeſt cum ſucceſſu, præſertim ſi fuſna ſuper veſicæ regionem illinatur, Optimum autem ſi in calido balneo veſicam hoc ſanguine perfundas, & perungas; id vero ſæpius repetatur. *Trallianus lib. 3. c. 39.*

[26]. *Sanguis hirci*) Vel ejus urina recens mactati tentari poteſt, modo *cap. de Renum calculo* propoſito.

[27]. *Dolori mitigando*) Si æger curationem per ſectionem reformidet, aut deſit peritus Chirurgus, interim ne lapis veſicæ cervicem, in quam ſæpe inclinat, aſperitate ſua exulceret, Lenientia remedia, Ardori urinæ convenientia, uſurpeotor. *Riverius.*

[27]. *Dolori mitigando*) Calculus veſicæ, cùm in ſenibus immaniter ſæviat, & per lithotomiam curari nequeat, à nullo alio remedio præterquam à Narcoticis levamen admittit; Quamobrem in hoc caſu nonnullis *Laudani* aut *Diacodis* uſum conſtantem & quotidianum ſuaſi, quod cùm magno vitæ ſolatio nullam ab eo noxam ſortiti fecerunt; quamvis dozin ejus ſubinde augentes ad magnam quantitatem aſcenderint. *Willis Pharmaceut. trat. ſect. 1. c. 1.*

[28]. *Emplaſtrum ex capa alba*) *Parietaria* ſuper tegula calefacta, *vinoque cretico* irrorata, & pubi illita, calculoſis & urinæ malo affectis mirifice auxiliatur. *Matthiolus* Empl. ex *parietar. ſenecio & capite allior. in vino coctis*, pectini admotum mirabile dicitur. *Allium* piſtum glandi in pudendo alligatum, urinam ſtatim movet; Idem facit *cochlea* integra piſta, in linteo detrito glandi colis alligata.

Aliud, *parietar. gramin. rubia mai.* āā. m. j. *rad. cyperi* unc. j. *piſta in vino albo coquantur, f. Empl.* Aliud.

℞ *Parietar. malv. Merc. alth. gramin. flor. cham.* āā. *m. j. dictan. cretici, ſaxifrag.* āā. *m. ß. f. decoctio in hydral. f. Fotus.* Et de fæce fac Emplaſt. adde *adipem cuniculi, ol. ſcorpion. cinnamomum, crocum, caſſiam ligneam.* Montanus.

Differentiæ.

[29]. *Differentiæ* Calculi occurrunt aliquot.

I. Alius eſt *Exiguus & levis*, in quo vaga & oberrans circa pubem & perinæum titillatio affligit, quique facilius comminui poteſt.

Alius *paulò grandior*, in quo incumbentis gravitatis pondus percipitur, [30]. ut idcirco difficilis & doloris plenus ſit per ſalebroſa loca inceſſus, multoque difficilior [31]. ſaltatio, [32]. mictio crebeſcit, & urina vix poteſt cohiberi; [33]. quæ eſt alba, craſſa, turbida, cum ſedimento purulento, aut [34]. narium mucori perſimili; quum mejendum eſt, obviam impulſo calculo, [35]. urinæ fluor intercipitur acerrimus [36]. dolor ſub emictionis finem, quum calculus urinæ curſu incitatus, quaſi proditurus, ſphincterem violentius comprimit, alias univerſum pudendi ductum, alias, [37]. glandem afficit, mejendi conatum, deſidendi cupiditas, quod calculi magnitudo è perinæo rectum inteſtinum ut veſicæ cervicem exſtimulet, comitatur. [38]. *Curari* is vix alia ratione poteſt, [39]. quàm ſectione.

II. Alius eſt *concretus*, qui nihil arenularum in urina de ſe emittit. Alius *non concretus*, [40]. in quo aliquas illasque ſeu albas ſeu rubras, quæ à renalibus aliis veſicalis calculi ſignis diſcernendæ ſunt, urina deponit. Excernuntur aliquando nigricantes: repertique [41]. in uno ſene trecenti.

III. Alius eſt, [42]. qui in *ipſa veſica naſcitur*, cui ſuperiùs dicta competunt. Alius, [43]. *qui à renibus per ureteres ad eam deſcendet*, & tum ſigna calculi renum præceſſere, dolor ſecundùm longitudinem ureterum à renibus ad veſicam protenſus, aderat, nephriticus vel ceſſavit, vel minùs exercet. Hunc quidam herba Indiana *Payco* Monardi dicta, & aliis frangi poſſe, credunt.

IV. Alius eſt, *qui veſica non adhæreſcit*, ideoque tutiùs per ſectionem extrahi poteſt. Alius, [44]. *qui ſumma veſica adhæreſcit, & quaſi ex illa propendet*; & tum omnia ſymptomata ſuperiùs recenſita, ſunt obſcuriora: viſi ſunt qui nullo dolore illum geſtarunt; imò, nulla fere ratione removeri abſque ægri diſpendio poteſt: de quo vide *Tulpium* obſerv. l. 2. c. 5.

[29]. *Differentiæ*) *Nec prætereunda quæ à ſexu deſumitur, cùm alia ſit prognoſis, inſtituenda cùm mulier calculo veſicæ laborat, aliaque eductionis ratio; Hinc meatus urinarii in mulieribus & ſitus & conformatio prænoſcēda.*

Inter Pudendi partes meatus urinarius perſcrutandus venit, ne erremus cum idiotis mulierculis, quæ in urinæ ſuppreſſione catheterem in vulvæ vaginam injiciunt, credentes ex illa urinam reddi.

Digito circiter tranſverſo ſub Clitoride, immediatè ſupra vaginæ orificium, Nymphas inter Meatus urinarii conſpicitur exitus, qui ſicuti reliquæ totius corporis partes, per quas humor aliquis notabili quantitate erumpere conſuevit; aliquantulum prominet, quam prominentiam ſtrictè loquendo malè Carunculam appellant Anatomici, cùm nihil carnis in ſe contineat, Eamque urethræ orificium claudere volunt, nec hoc nobis veriſimile videtur, quandoquidem muſculus ſphincter Veſicæ collum conſtringendo ſufficiat.

Latitudo urethræ facilè ſcriptorii calami craſſitiem ſuperat, imò levi operâ ita dilatari poteſt, ut digitum

anti-

[illegible] ſemè admittat, Quod ab iis omnino no[illegible] mulierum Veſiculæ calculo laborantium [illegible] accedentur, quoniam meatus ulterioris artificio [illegible] poteſt ut calculi, inſtar ovi columbini [illegible] valeant; Aliquando vidimus incredibilis [illegible] magnitudinis calculos artificio nullo prorſos adhibito ſponte excretos eſſe, abſque quod urinæ incontinentia, vel alio quovis incommodo exinde laboraret. *Graef. de mulb. org cap.* v. A Matronâ ſexagenariâ craſſa & obeſâ, Dominâ *Godet*, anno 1668. Neocomensi, excretum fuiſſe calculum ovi gallinacei maximi, nullo adiuvante; nullâ ſubſequutâ noxâ deinceps in viis urinariis, obſervavi.

3. *Vix idcirco difficulus*) Calculi ſignum eſt, ſi ægri quieſcere non poſſunt, & in uno loco manere, ſed valde inquieti ſunt, crebro moveotur, & crura alternatim exagitant. Et ſi major ſit calculus, vix recti ſtare poſſunt, equitare vel ambulare, per ſalebroſa loca, quia tunc temporis cervix veſicæ à lapide commoto valde contunditur. *Riverius.*

31. *Saltatio*) Salin vehementiori motum calculi in veſica percipiunt ægri, modo non ſit adnatus: Nam interdum poſt attritam nimis veſicam, membranæ ejus internæ increſcit, ut tanquam in capſula calculum recondat. *Etmuller.*

Vrinæ fluor intercipitur) Calculi veſica indicium eſt, &c. ſi inter mingendum urina ſupprimatur, æger vero pedibus in altum ſublatis libere poſtmodum mingere potuit. *Etmuller.*

32. *Mictio*) In calculu grandiori ſumma adeſt mingendi difficultas, cum ſummo conatu, parturientium more, & urinæ ſtillicidio, guttatim effluentis, cum micturitione frequenti. *Riverius.*

33. *Quæ eſt alba, craſſa, turbida &c.*) Calculi veſicæ tantum non omnes ex calculo renum primariam ſui originem ducunt, qui in veſicam delapſi velociter augmentum capiunt; læſa enim ureterum tunica nervoſa, ipſa etiam veſica calculi motu nonnihil trita, plorant hæ partes læſa alimentum proprium ſub forma mucilaginis craſſæ & ſpiſſæ; quæ *mucilago, una cum urina calculoſorum excreta habetur vulgo pro pituita*, ex qua calore areſacta generetur calculus, cum tamen revera ſit alimentum proprium ureterum ac veſicæ, in veſicæ cavum deſtillans & ita concretum. *Etm. Part. 2 p. 204.*

34. *Aut narium mucori perſimile*) Subeſt difficultas, quòd nonnulli aliquando materiam pituitoſam & mucilaginoſam quotidie cum urinâ excernant, quamvis à calculo veſicæ immunes ſint, & refert *Cardanus* Monachum tantùm pituitæ lentæ, in matula concretæ ſæpe illi oſtendiſſe, ut ovum anſeris magnitudine ſuperaret, & tamen lapidem nunquam habuiſſe.

Cui dubio reſpondemus materiam mucilaginoſam à veſicâ prodeuntem, in eo diſtingui ab illâ, quæ ab illis partibus procedit, quòd quæ à veſicâ magis tenax & glutinoſa eſt, ita ut fundo matulæ, aut vaſis uroſcopi tenaciter adhærcat, nec poſt urinæ effuſionem vehementi concuſſione excuti valeat: Quæ verò eſt ab aliis partibus, fundo matulæ non adhæret, ſed ea inverſa ſtatim cum urinâ effluit.

Hoc uſus nos docuit, quòd à nullo authore hactenus eſt animadverſum: Illa autem glutinoſitas major in excrementis veſicæ, à propriâ illius naturâ dependet, quæ membranea eſt, & glutini huic producendo idonea, ſicuti videmus ex pellibus animalium aliorum gluten ſeu collam confici firmiſſimam ad varios uſus mechanicos idoneam: Hanc autem materiam glutinoſam, ſeu argilloſam, ut vocat *Zecchius*, à pravâ veſicæ diſpoſitione, ex calculo contractâ provenire, nos inde probare poſſumus, præter ea quæ *cap. de calculo renum* dicta ſunt, quod aliàs obſervavimus puerum XII. annorum, calculo veſicæ laborantem, qui quotidie cum urina mingebat materiam glutinoſam fundo vitri adhærentem, poſtquam verò calculus ſectione ademptus eſt, puer ille per menſem integrum eandem materiam poſt ſectionem cum urinâ excrevit, poſtmodum verò nihil tale emiſit, quòd apertè demonſtrat, illam materiam ex veſicæ malâ diſpoſitione proceſſiſſe, quæ cùm non illico poſt exſectionem curari potuerit, ſed per aliquod tempus perſeveraverit, illa etiam continuaverit materiæ glutinoſæ excretio: Sed vitio veſicæ curato, nunquam ampliùs apparuit talis materia, quod oſtendit eam non aliunde, quàm è veſicâ proveniſſe: Sciendum etiam hanc quidem materiam mucilaginoſam, prædictis conditionibus ſtipatam, quoties apparet, calculi veſicæ præſentiam indicare; non tamen contrà cùm non apparet ejuſdem abſentiam ſignificare; quia ſæpe contingit, ut calculus lævis & politus, nullâ aſperitate donatus, aut quantitate minori, veſicam tantopere non oſtendat, ut inde prava illa oriatur diatheſis, & tunc urinæ claræ perpetuò redduntur, Igitur ſignum illud pathognomonicum dici poteſt, quatenus præſens calculi veſicæ præſentiam indicat, quamvis abſens abſentiam ejus non ſignificet: Si dicat quis ex hac noſtra obſervatione talis materia cum urinis excernebatur, etſi calculus non eſſet in veſica, qui ante per exſectionem ademptus fuerat: Reſpondeo ſatis eſſe calculum antea & nuperrimè adfuiſſe, qui hujus affectus cauſa fuerit; Atque adeo talis materia ſignificat calculum qui vel jam adeſt, vel nuperrimè adfuit. *Riverius.*

35. *Urinæ fluor intercipitur*) Medelam affert *Hippocrates Coaca 472.* Calculoſi ea figura ſiti, ut ne calculus procidat in urinæ ductum, facilius illi mejunt.

35. *Vrinæ fluor intercipitur*) Urinæ ſuppreſſio inter mingendum, ut in medio curſu ſubito ſupprimitur, calculo ad veſicæ orificium cum urina delato, illudque obturatur: Hinc facilior eſt urinæ exitus reſupinato corpore, quia calculus in eo decubitu à canali veſicæ longius recedit: Tum quando urina inter mingendum ſupprimitur, ſi corpus reſupinetur, & concutiatur, liber fit urinæ exitus, calculo ad veſicæ fundum tranſlato. *Riverius.* Hinc *Hippocrat. Coacar. prænot. 472.* Οἱ λιθιῶντες σχηματισθέντες, i.e. eo habitu conſtituti, ut ne in urinariam fiſtulam calculus illabatur, promptè urinam reddunt.

36. *Dolor ſub mictionis finem*) Hic circa finem mictionis exaſperatur, & ad glandis extremum exporrigitur, omnino ſimilis illi qui in Dyſuria contingit, & ab ea vix diſtinguitur in principio, donec alia ſigna apparere incipiant. *Riverius.*

37. *Glandem afficit*) Ubi dolor & pruritus, adeo ut ægri interdum putent calculum hærere in balano. Vide *Hildanum cent. 6. obſ. 49.*

38. *Curari vix alia ratione*) Prognoſis noviſſi laborioſa & periculoſa inſtitui poteſt: laborioſa quidem, ex eo quod minimi tantum calculi per anguſtum veſicæ meatum excludi poſſunt, grandiores verò, ſi duriores ac veluti ſilicei, conteri ac diſſolvi nequeunt; ſi vero molliores, gypſei aut tophacei, aut alio quovis modo friabiles, diſſolvi quidem poſſunt longo efficacium remediorum uſu, quem ut plurimùm ægri ferre nequeunt, & ideo talis curatio rariſſime ſuccedit, ita ut ſæpe ad ſectionem veniendum ſit, quæ quam plena ſit terroris quotidianus eventus docet; cum plurimi ex illa operatione moriantur; Unde *Hippocrat.* in Jusjurando, diſcipulos ſuos monet, ne hanc ſectionem aggrediantur, ſed eam lithotomis perficiendam relinquant: In mulieribus tamen

facilior eſt operatio, & periculi expers, quod latiorem habeant meatum urinarium, & nulla ſectione, ſed ſimplici dilatatione perficiatur. *Riverius.*

Temeraria eſt omnis medicina peſtifera & ſæpe mortifera, quæ frangendo veſicæ calculo adhibetur, Cui profuerit vidi adhuc neminem, per multos autem quibus exitio illa fuit, Sed unicum illud remedium calculoſi, quod in ſectione poſitum eſt, tam præceps eſt, ut ſæpe in incerto ſit Medicus quid agendum, ægro flagitante & implorante auxilium. *Duretus.*

38. *Curari ſi vix alia ratione*) Mirabile eſt Ægyptiorum ſtudium in extrahendo lapide à veſica abſque inciſione, quando noſtrates Medici lapillarii ſine illâ facere nequeant, idque cum magno languentium vitæ periculo: Hi ligneam cannulam accipiunt octo digitorum longitudine, & digiti pollicis latitudine, in opere abſolvendo: Hanc colis canali admovent fortiterque inſufflant; ne autem flatus ad interiora perveniat, extremum pudendi manu altera perſtringunt; foramen deinde cannulæ claudunt, ut virgæ canalia intumeſcat, latiorque fiat: quo pacto miniſter digito in ano poſito lapidem paulatim ad canalem virgæ, atque in ejus vas extremum deducit: qui ubi præputio lapidem appropinquare ſentit, cannulam à virgæ canali fortiter impetuque amovet, & lapis extrahitur. *Proſper Alpinus de Medicor. Ægypt.*

39. *Quam ſectione*) Ad quam non confugiendum, niſi de calculi præſentia ab exploratione, quæ fit per catheterem, & digiti in anum immiſſionem, ut illa indubia omnino reddatur conſtiterit: Etiamſi hoc ſignum ſit ex iis quæ utplurimùm contingunt, non de iis quæ ut ſemper; aliquando enim calculus ſubſtantiâ mucosâ, vel etiam cyſtide obvolutus eſt, ut certa illius exploratio fieri non valeat, & lithotomos quandoque in eo decipi videamus: Quod tamen de cathetere præcipuè audiendum eſt, nam exploratio quæ fit per immiſſionem digiti in anum, longè certior eſt, & non ſolùm calculum adeſſe oſtendit, ſed etiam illius differentias; quoad magnitudinem, figuram, & numerum patefacit. *Riverius.*

39. *Sectione*) Si medicamentis calculus frangi nequit, ad operationem devenire, quantumvis periculoſiſſimam, neceſſitas exigit; ne æger cum diuturnis & graviſſimis doloribus tandem conficiatur; Ea autem peritum artificem, & valde exercitatum deſiderat, ut debitè adminiſtretur, ſic enim utplurimùm ſolet ſuccedere, noſque quamplurimos hoc modo ſanatos vidimus: Medici autem munus hac in parte eſt ante operationem corpus præparare, per v. ſ. purgationem, victumque idoneam prout rei ſtatus indicabit: Notandum autem minime periculoſam eſſe in mulieribus calculi extractionem, quippe quæ ſola meatus urinarii, qui breviſſimus eſt, dilatatione perficitur. *Riverius.*

39. *Sectione*) Quoniam medicamenta lapidem comminuentia nihil fermè operantur ob lapidis grandiora duritiem, unde Chirurgia ſupereſt, quæ eum detrahendo miſerum ægrum à tam gravibus tamque aſſiduis moleſtiis ac doloribus pene intolerabilibus liberare poſſit: Sed cùm hoc opus maximum ſibi habeat adjunctum periculum, potiſſimum in ſene, molliore corpore & cacochymia laborante, jure optimo clariſſimi viri recuſarunt hoc præſidii genus, Sed cùm ex graviſſimorum virorum decretis, in præcipiti caſu magis ex uſu ſit ac longè melius præſidium aliquod generoſum, licèt anceps adminiſtrare, quàm dimittere ægrum mori, omnibus ad ægri ſtatum pertinentem & futurum attinentibus diligenter ſummaque operâ expenſis, in eam veni ſententiam ut ad *cervicis veſicæ inciſionem* deveniretur, parvâ factâ ſectione, eo conſilio, ut lacerato muſculo ſphinctere, per vulnus, licet parvum admodum urina perpetuò involuntarie ſenſim præterlaberetur: Hoc enim opere peracto dolores prorſus ceſſare ſolent, ut in nonnullis à me fuit obſervatum; ac præſertim in Nob. 72. annum agente, qui deinceps felicem ſemper duxit vitam; Siquidem in reddenda urina geminam ob cauſam dolores excitabantur, tum quoniam urinæ egreſſuræ impetu calculus quaſi proditurus, dum dimovetur, affectas partes lacerando ingentiſſimos parit cruciatus; tum etiam quia ſub mictionis finem ſphinctere muſculos ſe colligente & conſtringente in cauſa eſt, ut ſubjectæ partes nonnihil ulceratæ à duriore lapide premantur vellicenturque, at nunc utraque doloris cauſa confectum aperto loco ceſſat, ſiquidem neque urina ibi colligitur, ſed ſenſim continuo educitur, neque dicti muſculi compreſſio adſtrictioque amplius locum habet, modo impoſita tenui argentea aut plumbea fiſtula, vulnus apertum ſervetur, quaſi in fiſtulam calloſam abeat. *Joh. Zecchius conſ. 58.* Tali curatione palliativa jampridem uſos eſſe Medicos Pariſienſes, ait *Riolanus Ench. An. l. 2. c. 30.*

39. *Quam ſectione*) Hæc peritis committenda eſt, eumprimis ſi lapis ſiliceæ ſit ſoliditatis: Si verò friabilis ſit ille, ſectio tam temerè inſtituenda non eſt, cùm præſidium illud ſit crudele & tædioſum; Sed tum temporis potiùs conducent *Clyſteres in veſicam communi ſolitoque inſtrumento injecti*: quæ injectio artis perito adminiſtratu tam facilis eſt, quam quæ in poſterioribus celebrari ſolet: addita tantum hac cautela, ut dicti clyſteres nimium acres non ſint, ne virgæ vel veſicæ læſio quædam inducatur. *Chriſt. Langius.*

40. *In quo aliquis*) *Hippocr.* eſt aphor. 78. 4. *Quibus in urinis arenoſa ſubſident, his veſica calculo laborat*; qui multorum torſit ingenia, *Galenus* in comm. ait eum manifeſte mancum eſſe, quod Hippocr. dimidiam illius partem omiſerit; ſive enim in renibus, ſive in veſica calculi generentur, arenoſa cum urinis ſimul egrediuntur; Ipſe *Hippocr.* contrarius eſt; qui lib. *de int. affect.* veteres Medicos reprehendit, putantes arenam ſignum eſſe calculi in veſica; *Cardanus* in comm. teſtatur ſe ab annis xx. arenulas primo rubras, poſtmodum verò albas copiosè & quotidie excreviſſe, ſine ulla calculi renum aut veſicæ ſuſpicione: Aſſerit etiam vix è decem unum reperiri qui arenas cum lotio non excernat, raros tamen eſſe qui calculo renum laborent, rariores multò qui veſicæ: Referunt etiam Hiſpanos magnâ ex parte arenas cum urinâ excernere, qui tamen parum lithiaſi obnoxii ſunt, Capite de Renum calculo diſtinximus arenas quæ calculum ſignificare poſſunt, ab iis quæ nullo modo indicant, ſed diximus ſignum eſſe valde æquivocum, fit enim plerumque ut robore expultricis arenulæ illæ penitus excludantur, nec ullo modo retineantur in renibus & veſica: Et quamvis ejuſmodi arenulæ certius indicarent, nunquam tamen ſoli veſicæ tribui poſſent; atque ita aphoriſmus, ut verba ſonant, ſemper falſitatis convincitur: *Beverovicius* explicationem affert ad uſum praxeos nihil conferentem, ſed ſi hic aphoriſmus ad uſum artis ſit revocandus, exiſtimamus interpretationem à *Ioh. Zecchio*, in artis operibus exercitatiſſimo, propoſitam, reliquis omnibus eſſe præferendam, cujus beneficio ſignum pathognomonicum ſtabilitur calculi veſicæ, & magnus aphoriſmi uſus elicitur, in medicina facienda, cum ſecundum omnes illas interpretationes inutilis reddatur.

Sic autem habet laudatus *Zecchius Conſult. med 58. Hippocrat.* inquit, *aphor. 59. 4. à nullo neque à* Galeno ipſo

ipſo hactenus, ut decet explicato, hanc protulit ſententiam, Quibus in urina ſabuloſa ſubſident, his veſica calculo laborat; *Quam quidem ſententiam ſi ea ratione admittamus quam interpres* Galenus *ſequitur, falſam prorſus eſſe ex eo facile conſtat, quia infiniti ferme homines urinam ſabuloſam toto vitæ tempore rejicere obſervantur (& unus ex illis ſum) citra tamen veſicæ lithiaſis ſuſpicionem: quo fit, ut non poſſim non valde* Galenum, *& omnes alios poſt ipſum ſcriptores admirari, quippe quo tanti momenti ad medicinam faciendam aphoriſ. vel non intellexerint, vel ſaltem ob aliquam in eo difficultatem neglexerint. Tota autem propoſita difficultatis explicatio ex illius verbis*, Sabuloſa, *proprio ſignificatu palam deſumitur, etenim hac voce*, ſabuloſa, *Græce* ψαμμώδεα, *nihil aliud* Hippocrat. *intelligere voluit, quam ſabulum craſſum, cui veluti terra pinguis ſit admixta, h.e. lutoſum, ſive argilloſum quia, velut narium mucus, matulæ fundo tenaciter inhæreſcent; Signum ſane lapidis majoris in veſica concreti pathognomonicum, Sed quoniam in rebus humanis nihil eſt perpetuum, mirari non oportet, ſi interdum conſimili affectu laborantes hoc ſigno deſtituantur, quod lapis in veſica ſic exiguus, ut in Illuſtriſſ. Cardinali* Paleoto *obſervavimus:* Cauſam *autem cænoſi illius excrementi alias fuſiori ſermone explicuimus:* Ubi autem explicuerit *Zecchius*, compertum nobis non eſt.

Nos verò eam dilucide explicuimus cap. de calculo Renum, ubi oſtendimus mucoſam illam materiam eſſe veſicæ male affectæ proprium excrementum; cùm nimiam ſanguinis copiam, & ſuperfluos humores ad ſe tranſmiſſos concoquere & aſſimilare non poteſt, eoſque in mucilaginoſam iſtam materiam convertit, & illam pravam diatheſin veſicæ diatheſin à calculo utplurimum excitari. *Riverius.*

41. *In uno ſene*) Cauſam cur ſenes magis calculo renali, pueri vero veſicali, (ſenes enim magis obnoxios eſſe calculis renalibus docent *Hippocrates, Galenus*, aliique artis proceres) triplicem damus 1. actionum, & conſequenter etiam expultricis infirmitatem, quæ facit ut materia calculi in renibus detineatur diutius. 2. craſſorum crudorumque humorum copiam, quam parit caloris debilitas & vita ſedentaria, cui ſenes magis quam aliæ ætates ob virium languorem ſunt addicti. 3. Renum ſiccitatem, cujus nomine meatus renum ſunt anguſtiores, ita ut cruda illaque craſſa materia non facilè permeare queat.

Pueri autem minùs Renali calculo ſunt obnoxii; 1. quia vis renum fortis eſt & aliena expellit. 2. quia calor in illis eſt intenſior, qui renum meatus dilatat. 3. quia renes eorum, ſicut & partes aliæ, humidæ ſunt atque molles, & propterea dilatanti calori facile obſequuntur, Craſſos vero & glutinoſus humores calor iſte attenuat, ut haud difficulter tranſire & ad veſicam abire poſſit. Veſicali autem calculo divexantur, quoniam materia à renibus ad veſicam tranſmiſſa inibi iterum cogitur & inſpiſſatur, lentoremque quendam concipit, diutius detenta, idque ob veſicam quæ cum ſit membranoſa paucique ſanguinis, & amplam habeat cavitatem, frigida eſt. Itaque ob craſſitiem & lentorem in veſica immoratur diutiùs, tandemque in lapidem induratur, quod vero tenue eſt & aqooſum excernitur, vide *Galenus comm. 3. §. 15. 6. Epid.* Craſſas autem crudaſque urinas pueri propterea colligunt, eodem *Galeno* teſte, quia partim voraciores ſunt, partim quia intempeſtivis utuntur exercitiis; mox enim à paſtu hinc inde currere variiſque modis ſe exercere ſolent. *Sebiſius Manual. pag. 1409.*

42. *Qui in ipſa veſica naſcitur*) *Fernelius* novam de calculi veſicæ ortu opinionem propoſuit, dicens omnem calculum in veſicâ contentum, rudimentum in renibus traxiſſe, & in veſicâ poſtmodum incrementum ſumpſiſſe, quando nimirum calculus è Renibus excidit per dolorem nephriticum, ſi grandiuſculus ſit, in urinâ ſubſiſtit, ibique novæ materiæ appoſitione ſenſim accreſcit: Aſſerit etiam ſe in contritis veſicæ calculis, nucleum quendam in medio reperiſſe è renibus exturbatum, diverſi à reliquo integumento coloris & ſubſtantiæ, Neque unquam ſe aliquem offendiſſe calculum in veſica habentem, qui nephriticis doloribus antea divexatus non fuerit.

Verum hæc ſententia à probatis authoribus non paucis rejicitur, qui ſua experimenta prædictis contraria afferunt, quamplurimos nimirum calculos ex puerorum veſicis extractos ſe vidiſſe aſſerentes, nucleos habentes à reliquo integumento, nec colore, nec ſubſtantia ullo modo diſſimiles: Et certè vulgaris experientia nobis aperte demonſtrat pueros calculo veſicæ laborantes nunquam doloribus nephriticis affectos fuiſſe; quod ſæpiſſime contingeret, ſi calculorũ rudimenta à renibus exturbarẽtur, Verũ quidẽ eſt in adultioribus nõ raro calculos à renibus deturbatos in veſica contineri, & per novę materiæ additionẽ paulatim increſcere. ſed illud ſemper ita fieri negandum eſt, & conſtanter aſſerendum quamplurimos calculos exordium ſumere in ipſa veſica. *Riverius.*

Fernelio concedi poſſe cenſemus, quod quidam veſicæ calculo ortum à renibus traxerint, At quod omnes in univerſum inde prodeant, nulluſq; in veſica originem ſuam habere queat, id admitti minime poteſt, Nam cum & *materia* & *efficiens*, & *locus* pro calculi generatione, inibi ſe offerat, ſequitur ibidem etiã calculũ naſci poſſe.

Quod ſi omnis veſicalis calculus originem haberet a renali, certe omnes veſicali calculo laborantes etiam nephriticis doloribus prius fuiſſent divexati: At iſtud experientia redarguit. *Tertio*, ſi integumentum illud quo involutus eſt calculus, qui à renibus in veſicam deſcendit, lapideum corpus eſt, ut eſſe nemo ſanæ mentis diffitetur, ſicque illic adhæſu aliarum ſordium eſt coagmentatum; tandemque in lapideam ſubſtantiam mutatum, quis dubitet in veſica lapideum corpus poſſe generari. *Sebiſius man. pag. 1412.*

43. *Alius qui à renibus*) An Calculus veſicæ rudimentum ſemper habeat à Renibus, an verò primariâ locali generatione in veſicâ concreſcere queat, diſquiſitione dignum: Nota, ſed obſcuræ indaginis ſententia *Co. 5. Epidemic. comment. 3. tit. 15.* Τὸ μετ' οὔρησιν σύναγμα παιδίοισι μᾶλλον, ἄρα ὅτι θερμότεροι, *Poſt mictum coagmentatio lapidoſa magis in pueris, an quia calidiores?* Optandum fuiſſet ut *Galenus* in commento clarius expreſſiſſet quid *per mictum* proprie intelligeret *Hippocrat.* Duretus in *Cois* pluribus in locis oſtendit mentem *Hippocr.* eſſe loqui de veſicæ calculo, qui duplicem habet matricem, quam προυπάρχον veteres nominarunt. Unam in Rene, πρὸ τῆς οὐρήσεως, *antequam urina fit*, In renibus enim nondum perfecta eſt οὔρησις, nec dum illud ſerum, quod ad veſicam tranſmittitur, nomen habet urinæ, priuſquam eo fuerit tranſmiſſum, & tunc σύναγμα, ſeu coagmentatum lapidoſum, ingeneratum; in veſicam illabitur, corticatumque porrò in ea creſcit, rudimentumque illud calculi, in renibus facti in veſica cæparum more, lamellis novis demum incruſtatur: Altera *matrix* eſt *in veſica*, μετ' οὔρησιν, In veſica enim ſerum urinæ nomen primo acquirit, cùm lapis coagulationis ſuæ fundamentum primo jacit in veſicâ, & coagulatio

lapidoſâ, quam σύνεγμα, μετὰ τὴν ὕρησιν, appellat *Hippocrates* per ſe fit, à glutinoſo & craſſo humore, qui ſtabulatur in veſicâ debili, ut pluribus explicat *Galenus* in comm. l. cit. Epidem. *Rolfincius.*

Calculus in veſicâ generatur, vel primò poſt emictionem generari incipit, cum ſero expulſo aliquid in veſicâ retinetur quod paulatim concreſcit: Vel ſecundariò, quando lapillus ex renibus in veſicam decidit, & poſtea affluxu materiæ accreſcit. *Walæus med. Pr. cap. 19.*

Cæſalpinus alium locum exuſtionis materiæ, alium concretionis aſſignat, Uſtio fit in venis, Locus concretionis minus calidus: renes & veſica.

44. *Qui ſumma veſicæ adhæreſcit*) Semel vidi plures calculos majores circa veſicæ latera; inter membranas ejus velut in cyſti concluſos; Iſti procul ubio à renibus adhuc minores dimiſſi in ureterum ductibus inter veſicæ tunicas perreptantibus manebant, atque illic ſenſim mole augebantur. Matrona liter affecta longè ante obitum è meatu urinario rejecit membranam craſſam atque latam, materiâ ſabuloſâ refertam, quæ (uti poſtea è cadaveris diſſectione conſtabat) fuit pars tunicæ interioris veſicæ, à calculis ibidem incluſis attrita & dirupta. *Willis de urinis cap. 5.*

Cap. LXIII.

De Veſicæ Inflammatione, Scabie, Ulcere & Fiſtula.

1. *Veſicæ inflammatio non tam ipſius ſubſtantia,* 2. *quatenus & exſanguis, inſidet, quam ſphincteri, cervicis ipſius muſculo.*

3. *Signa* ejus ſunt, dolor in perinæo cum rubore & ardore acerbus, urinæ cum ſummo mejendi conatu ſuppreſſio, alvi (quia rectum inteſtinum inflammationis magnitudine coarctatur) adſtrictio, pubis atque pectinis ad umbilicum propter urinæ copiam diſtentio.

6. *Cauſa* eſt eadem, quæ aliarum inflammationum.

Curatio 7. eſt *difficilis*, quia affectus, plerumque circa ſeptimum inprimis diem, accedente febri, & urinæ atque alvi retentione, lethalis: ſi tamen ſit levior, & inflammatione in pus mutatâ, abſceſſus intrò rumpatur, & per urinam evacuetur, melior ſpes eſt: ſed &, Eryſipelate juxta cutis ſuperficiem oborto, ac urinâ copioſâ emiſſâ, repente interdum ſolvitur.

8. *Inſtituitur* ad modum aliarum inflammationum. 9. *Repellentia* non diu applicanda ſunt, quia veſica membranoſa eſt, & facilè conſtringitur, 1. urina ſupprimitur, & nervi læduntur.

1. *Veſica inflammatio*) Φλεγμονὴ τῆς κύστεως, Eſt ubi ipſa veſica urinatoria per accidens incaleſcit, naturâ enim ſuâ, vel per ſe eſt frigida & ſicca, ut omnes aliæ membraneæ partes. *Fr. Joel. Pr. l. 6. p. 401.*

2. *Quatenus & exangnis*) *Fernelius Path. l. 6.* c. 13. veſicæ corpus, cum tenue ſit & exangue, minimè inflammari ſcribit, ſed ſolùm muſculum ejus, qui ſphincter appellatur. Verùm ſi membranæ aliæ multò tenuiores, magiſque quàm veſica exangues, ut meninges cerebri, pleura thoracis, peritonæum abdominis; *adnata oculorum*, verè inflammari poſſunt, quid impedit quominus etiam veſica tentari poſſit inflammatione, cum aliis membranis longè ſit craſſior, & venas utrinque habeat ſatis evidentes. *Sebizius man. p. 1375.*

Veſica componitur (præter tunicam communem quæ vulgò deduci ſolet à peritonæo, ex membranâ duplici propriâ, quarum quæ *interior*, muco quoque munita, nervea omnino eſt; quæ *exterior*, ſitu inter illam & communem media, propter omnis generis maximè orbiculares, fibras, carnoſa omninò, minùs circa fundum, magis circa cervicem, ubi etiam conſtituere obſervantur *Muſculum conſtrictorem*, Venas & arterias habet ab hypogaſtricis: Ratione ergo muſculi, *carnoſi*, & *arteriarum*, ſanguinem advehentium inflammatione tentari quid vetat.

3. *Signa ejus ſunt, dolor*) Adſunt etiam alia ſymptomata cõmunia, quæ in Renũ inflãmatione enomerata ſunt, febris, vigiliæ, delirium, ſitis & alia hujuſmodi. *Riverius.*

1. *Signa ejus ſunt*) Inflammatio veſicæ, ſi in corpore ipſius fiat, d[illegible] orem in pubis re[illegible]ne moleſtum parit, Et cum ve[illegible]ca peritonæo in extra ſit, foris quoque rubedo & [illegible]mor interdum d[illegible]henduntor; qui tumor ob uri[illegible] & facum ſuppreſſionem, quæ accedunt majo[illegible] ſit. [illegible] *ater*[illegible]

Comitatur ordinariò inflammatam veſicam tenſio, durities, ardor, & dolor in regione veſicæ & pubis, teneſmus &c. febris, vigiliæ, delirium, quæ omnia majora vel minora prout inflammatio vel major vel minor; Item vel partem membranoſam, vel ſimul circa collum, carnoſam affecerit: Unde rarum eſt quod obſervat *Hildanus Cent. 3. obſ. 68.* Abſceſſum veſicæ ex caſu ab alto, ſine febri & dolore. *Etmuller.*

Symptomatis adnumerant quidam febrem, & quidem ardentem, quæ præſtò ſit, at dubitamus omnino, imò concedere non poſſumus; Quæ enim hujus partis cum tota maſſâ ſanguineâ conſpiratio, ut eadem quoque inflammari, & incendium illud per omnes corporũ partes hinc diſſeminari debeat? Hoc tamẽ admittere non negabimus quod nonnunquã, ſi diutiùs perſiſtat illa inflammatio, erratica potiùs febris, ac phlogoſis ob inſignes dolores & aſſiduas vigilias, quæ eandem quoque concomitari ſolent, ſuccreſcere in ſimul queat; *Chr. Langius.*

Sed & febris comes eſſe poteſt, eâ ratione, quâ ſymptomaticas accidere indicat *Platerus*, Fervore, ſcil. febr. accenſa maſſâ ſanguinea, ejoſdem portio in veſicam decumbat, ibidemque phlegmonem pariat; adeo ut inflammatio ſoboles ſit accenſæ maſſæ ſanguineæ non vice verſa; vide *libr. de Febr. tit. de ſymptomatici.*

6. *Cauſa eſt eadem*) Cauſæ προηγούμεναι ſunt urina ignea ex renibus inflammatis in eam defluens, aut craſſius pituitoſuſque humor, jamque inflammatus, veſicæ meatus occludens: *Procatarctica* ſunt diuturna retentio urinæ fæculentæ, craſſæ turbulentæque, & venenata pharmaca, ac calidiora diuretica, ut ſunt cantharides & oleum vitrioli nec bene præparatum, atque rectificatum. *Fr. Joel.*

6. *Cauſa eſt eadem*) Inflammatur veſica urinaria, rarò quidem ex causâ *interna*, ut plurimùm ex *externâ*, v. g. ex contuſione, aut violento ictu in regione pubis: denique ſupervenit inprimis ſectioni calculi, quando quo-

quacunque ex cauſâ, corpus veſicæ laceratur, aut alio modo læditur, ad ſummum ſæpe die quarto, interdum citius ejus inflammatio, dein gangræna, & intra biduum mors; aut ſi malum eſt minus fiſtulam perpetuam ſaltim relinquit: Cantharides denique acrimoniâ ſuâ rodendo veſicam ad inflammationem diſponunt, quod obſervatum ex veſicatorio ex cantharidibus extra appoſito. *Etmuller.*

7. *Eſt difficilis, quia affectus*) Plerumque eſt lethalis, idque quartâ, ad ſummum vii. die, Si circa collum inflammatur, interdum ſuppuratur, & ſupervenit ulcus veſicæ, curatu difficillimum; Factâ ſuppuratione ulcus nunc rumpitur intra veſicam, ſicque pus cum urina effluit: nunc rumpitur externè, in cavum abdominis, atque tunc ſubinde abſceſſus in inguinibus ſupervenit. *Etmuller.* Scirrhum quoque inflammatio poſt ſe relinquit, qualem immenſum veſicæ vaccæ, ex caſu ruptæ, rurſumque adnatæ curatum vidimus; In gangrænam malè tractata inflammatio quoque convertitur, vidimusque ſic affectam veſicam nigram penitus, intrinſecùs naſi piſcis inſtar, in mortuo Canonico vidiſſe. *Platerus.*

7. *Eſt difficilis*) Eſt morbus periculoſus admodum, nonnunquam etiam lethalis, 1. quia dolorem infert acerbum, vireſque ob vigilias atque inediam demolitur, 2. quia cum febri acuta eſt conjuncta. 3. quia urina, ſummo tamen cum meiendi deſiderio, & conatu ſupprimitur, 4. quia alvi facit conſtipationem, eo quod inteſtinum rectum à veſica inflammata coarctetur; Excrementa etiam inibi contenta ab illa exſiccentur atque indurentur, hocque nomine ad exitum pigriora evadant. *Sebiſius.*

Fere lethalis eſt, niſi cum in abſceſſum abit, qui rupius pus emittit; quandoque etiam eryſipelate juxta cutem oborto, aut urina copioſa emiſſa ſolvitur. *Ger. Blaſius.*

8. *Inſtituitur ad modum*) Quoad curam inprimis obſervetur, ut quantùm poſſibile urinæ aut alvi ſuppreſſio, quæ ſæpius malum exaſperant, removeantur; Hinc *Clyſter anod. ex lacte*, qui ſimul cũ *nitro*, inprimis convenit.

Interne à *purgantibus* & *diureticis* omnino abſtinendum: ſaltim *decoctum hordei* cum *nitro depurato* eſt optimum: Item Emulſiones ex *ſemin. 4. frig. maj. portulac. papav. albi*, conveniunt, *Externè* Inſeſſus in *aqu. decoctionis rad. & fol. malvæ, alth. chamom. & ſimil.* Aut loco Inſeſſuum; ſaltem *fovenda* cum linteis multiplicatis, ſed blandè appoſita: Hinc *Inungatur* cum *oleo roſac.* aut *nymph.* pecten, in quo *camphora* ſoluta, Quod ſi metus ſit *gangrænæ cataplaſma ex far. fabar. & lupin.* in *vino* decoctis applicatum convenit; addendo ſimul *aloen, myrrham*, aut *ſpiritum vini camphor.* Hiſce modis, ſi poſſibile, diſcutiatur inflammatio, ſin minùs ſuppuratio, & hinc abſceſſus & ulcus expectanda, illam promovemus, emollientibus & temperantibus. *Etmuller.*

8. *Inſtituitur ad modum*) In curatione hoc agendum, ut affluens ſanguis divertatur, derivetur, repellatur, diſcutiatur is qui jam influxit, & impactus eſt, dolor leniatur, & urina, quæ utplurimum ſuppreſſa, moveatur, Diverſionis ergo gratia vena tundenda in cubito; derivationis verò cauſa, vena poplitea, vel infra malleolum, aperienda, aut cucurbitulæ cum ſcarificatione femoribus affigendæ: Refrigerantia & adſtringentia &c. (vide infra §. *repellentia*) Idemque mature ad moderate calefacientia, itemque ad lenientia ac laxantia accedendum. *Sebiſius.*

9. *Repellentia non diu*) Minus adſtringentia & refrigerantia quam renibus inflammatis ſunt admovenda, ne accidat Iſchuria, quod ſymptoma per ſe eſt ſatis frequens in hoc malo ac valde periculoſum: Deinde Cataplaſmata minùs etiam conveniunt, quam Unguenta & Linimenta, quia partem pondere ſuo gravant, ita ut difficilius multò valeat dilatari. *Riverius.*

9. *Repellentia*) *Quin laxantia potiùs, anodyna imò & narcotica uſurpanda.* Quantùm ad extrema remedia attinet, *ait Joel*, ſtatim poſt venæ ſectionem applicentur hypogaſtrio & pectini ſequentia Topica, 1. Crebriùs inſideat æger *ſolio* aquâ repidâ repleto, cui incocta ſint *rad.* ac *fol. malvæ, alth. violar. ſalic. & capit. papav.* āā. *m.* iv. aut q. ſ. Inſideat per ſpatium unius horæ; Poſt Balneum inungatur pecten, inguina, & tota veſicæ regio ſeq. linimento.

℞. *Ol. chamæm. aneth.* āā. xii. *violar. papav.* ana. unc. ß. *mucilag. ſem lini. pſyllii & cydonior. cum aquâ ſolatri extr* ℥iii. *m. f.*

Si per hæc remedia nondum dolor mitigetur, ſequens liquor per virgam in veſicam impellatur.

℞. *Cap. papav. cum ſemin. baccar. halicac. fol. ſolani* āā. ℥iii. *conciſa coqu. cum ſ. q. aqua malvæ, Hujus decocti liquor. accipe* unc. iii. *adde ol. nymph. violar.* ana. ℥ii. *pingued. gallin.* ℥i. *f. Enema.*

Quin & veſicæ regioni, totique hypochondrio, ſequ. Catapl. viridium herbar. crebro imponi debet.

℞. *Fol. alkek. ſolani, hyoſcyami* āā. *m.* iii. *cap. papav. cum ſemin. m.* ii. *è contuſis ſuccus exprimatur; adde q. ſ. farinæ hordei, coqu. ad pultis craſſitiem*, Tepide impone.

Majori adhuc urgente neceſſitate formetur ſuppoſitorium in craſſitiem arundinacei calami, longitudinem minimi digiti, ex *opio Theb. ad* ignem calefacto, filoque appenſum recto inteſtino inſeratur, & poſt ſemihoram rurſum eximatur, poſt iterum inſeratur, donec dolor ceſſaverit.

10. *Urina ſupprimitur*) Quod non caret periculo, Tum catherere urina eſt elicienda, & ejuſmodi remediis, quæ urinæ ſuppreſſioni ſunt dicata, exceptis tamen inflammationem augentibus. *Joel.*

Veſicæ Scabies.

II. 11. *Scabies veſicæ cognoſcitur* ex pruritu in pectine, urinæ gravi odore, furfuraceo ſedimento in fundo reſidente.

Oritur ab humoribus acribus & ſalſis, ſuperficiem illius internam erodentibus.

Curatur in ſenibus ægrè. Humores ſunt partim evacuandi, partim demulcendi, per *ſemina quatuor frigida, flor. violarum, fraga*, vel intus aſſumta, vel extus per urethram injecta.

11. *Scabies veſicæ*) Ψώρα veſicæ, eſt Puſtularum ſpecies, cum exulceratione eaſdem cauſas habens, iiſdemque remediis curantur; *Signa* ſcabioſæ veſicæ *Hippocrates 4. aph. 77.* his verbis complexus eſt, *Quibus cum urinâ craſſâ, furfurea quadam excrementa ſimul prodeunt, his veſica ſcabie laborat*, Ubi Galenus, *Quemadmodum enim cutis ſuperficies tenuè quiddam per ſcabiem, lepram & lichenas abjicit ac deperdit, ſic cùm pars quæpiam interna ſimili aliquo vitio cutis laborat, furfuroſas cuticulas una cum urinis emittit:* Atque ita à ſcabie *furfures*, quòd ſi hæc ſcabies in ulcus abeat, quemadmodum etiam in communi ſcabie perſæpe fit, tunc eroſâ profundiore veſicæ ſubſtantiâ, *ſquamulæ* exeũt: Hoc alio *aph. 6. 4. Hipp.* docuit, *Si ſanguinem & pus minxerint & ſquamulas, & gravis odor adſit, veſicæ ulcerationem ſignificat. Squamæ ergò*

ſubſtantia profundius evelluntur *Hippocrati*, non autem à ſuperficie abraduntur, ut communis habet opinio, eterminantur aotem ad veſicam per ſanguioem, & pus, & odorem gravem; hæc enim ſeſe io ulcere veſicæ conſequuntur, num à ſanguine, rupto quomodocunque vaſe, ſeu per etoſiooem, ſeu aliter, ſequitur ſanies, & ex ſanie erodente ſqnamulæ ex veſicæ ſubſtantiâ excidunt; demum profundo facto illo ulcere fit odor ille teterrimus; quæ ſi abſint, aliunde has ſquamulas eſſe poſſe innuitur, videlice. ex venarum tunicis, ut *Galenus* tradidit, & tun febris adent, urina vero cruda, hocque incolcat *Galenus*, quando orinæ cruditatem tabidi corporis; concoctionem vero affectus veſicæ notam eſſe non ſemel monet. *Henr. Martinius Anat. urin. p. 209.*

Vlcus Veſicæ.

III. *Vlcus veſicæ* quid ſit, non eſt quod dicatur. Patet ex ſuperioribus.

12. *Signa* ejus ſunt, ſquamulæ & pus, quæ cum urina duntaxat effluunt, & in urina ſubſident,
13. & ſic ab exulceratione meatus urinarii, in quo pus & ſanies vel urinam prævenit, vel ſtatim in primo exitu apparet, vel etiam ſine urina effluit, diſtinguitur. Adeſt & indeſinens circa veſicam, pubem, & perinæum cruciatus. Urina quoque eſt craſſa, & modò à pure, modò à ſanguine perfuſa.

14. *Cauſæ* ſunt variæ: de quibus in Differentiis.

Curatio eſt 15. *Exiguæ ſpei*, tum quia veſica eſt membranoſa; tum quia urina, quæ mordax, continuo decurſu, conſolidationem impedit.

16. *Inſtituitur* ad modum aliorum ulcerum. Dicitur & pulvere ſympatheticô curari, ſi eo urina ſanioſa aſpergatur & convenienter tractetur. 17. Pro mundificatione eſt vinum: 18. pro conſolidatione, liquor ex *ſpiritu ſtercoris luteo gallinæ* cum butyro frixo factus & 19. per ſiphonem injectus.

Differentiæ à cauſis præcipuè ſumuntur.

I. Aliud eſt à *Cantharidibus*, & *tum*, ſi *recens* eſt, lac copioſe exhibendum, mox conſolidandum: ſi *inveteratum*, ut alia ulcera curandum.

Aliud ab *urina acriore*, quam vini meraci & ciborum calidorum uſus intulit, & *tum* refrigerantibus diureticis agendum.

Aliud ab *Humoribus acribus vel ſalſis, ſuperficiem ejus internam quaſi erodentibus*; & tum
1. *Evacuandum* caſſia & terebinthina. 2. 20. *Temperandum* Nymphæa, lactuca, Endivia, &c.

Aliud à *Calculo*: de quo ſuperiùs.

II. Aliud eſt *in fundo*, in quo dolor circa pubem percipitur.

Aliud 21. *juxta meatum urinarium*, in quo tempore mictionis dolor magis deprehenditur, & imprimis ubi mingere incipiunt & deſinunt.

Veſicæ Vlcera.

12. *Signa ejus ſunt*) Quum in exulceratione veſicæ (quæ pariter ut inflammatio potiſſimùm in collo ejuſdem, quod magis carnoſum eſt, contingit) ſphincteris fibroſum robur ſolvatur, urina etiam tunc rectè contineri non poteſt, & propterea eò calamitoſius ſic redditur ulcus: Perpetuum autem mingendi deſiderium præſtat urinæ acrimonia, quæ ab ulcere laniatam & excoriatam partem impenſe lancinat ac ſtimulat; Erecti quoque incedere aut ſtare non poſſunt ejuſmodi ægri, ob doloris alioqui vehementiſſimi incrementum; quod pondus inteſtinorum & aliarum partium veſicæ affectæ ſic magis incumbens eam valde aggravet, atque impenſe agitet, prout jacentes ſemper meliuſcule ac tolerabilius illi ſe tunc habere ſolent. *Chriſt. Langius Path. An. p. 497.*

Ulcus ſi ſit in ſphinctere veſicæ craſſa ſanies gignitur, modò pus copioſum ac graveolens profluit. Sin verò ulcus ſit in corpore veſicæ, aut etiam in ipſis ureteribus, tunc dolor eſt inter renes & pubem, atque pus capillorum inſtar natat in urina, quæ contineri tunc nequit &c. *Pet. Joh. Faber Path. ſpag. cap. 57.*

12. *Signa ejus ſunt*) Comitatur ulceratam veſicam ſaniei purulentæ excretio, ita quidem ut ſi veſica incipit exulcerari, primo *ſanguis* exit; ſi ſit perfecta, *pus*, Si magis adhuc *ſquamæ*, & ramenta, Si gravis & conſummata eſt exulceratio, gravis fœtor in urina eſt; Dolor adeſt gravis in pectore (*perinæo & pene*) quoties ægri mingunt, urinæ difficultas accedit, ſæpe & teneſmus, & membri virilis erectio. *Etmuller.*

13. *Juxta meatum urinarium*) Ne confundatur exulceratio Veſicæ, cùm meatus urinarii exulceratione obſervandum; Si pus & ſanies præcedant urinam, aut ſtatim in primo exitu appareant, aut etiam ſine urina effluant, in pene vitium eſt; Si vero talia cum urina ſint permiſta, in veſica malum eſt: Propterea ſi in pene vitium eſt, inter meiendum dolor percipitur, id quod in veſicæ ulceribus non accidit; niſi juxta ejus collū ulcus conſiſtat. *Etmull.*

14. *Cauſæ ſunt variæ*) Externæ & internæ; *Externæ* ſunt quæ vim corrodendi & exulcerandi habent, cujuſmodi ſunt medicamenta acria & mordacia, ut colocynthis, ſcammonia, laureola, chamælæa, thymælæa, eſularum & tithymalorum genera; ad hæc cantharides, cępæ, allium, porrum, raphanus eſculētus & marinos; item valde ſalita & aromatibus condita, crebrius longiuſque uſurpata. *Internæ* ſunt pus acre aliunde ad veſicam fluens, humores biliosi, porracei & æruginoſi; urina acris admodum, pituita ſalſa, phlegmone, in ſuppurationem deſinens, ruptoque abſceſſu ulcus poſt ſe relinquens: denique calculus aſper & acutus. *Sebizius.*

Prognoſis.

Exiguæ ſpei) Incurabilia, vel ſaltem curatu pertinaciſſima ſunt, tum quia ob madorem veſicæ perpetuum ægrè coaleſcere poſſunt, tum quòd ab urinâ, quæ ex ſuâ naturâ ſalſa eſt, continuò irritantur, maximeque ſi urina ulteriorem acrimoniam adepta ſit; Major tamen ſanationis ſpes ſi carnoſam ipſius cervicem poſſideant; minor ſi membraneam ipſius ſedem occupet, dum harum continuitas ſoluta vix reparari amplius poſſit, longeque difficiliùs, ſi ſubſtantiam

illius

illius omnino penetrent, niſi fortè ob vicinam carnem, ſicuti in vulneribus veſicæ hoc accidere poſſe novimus, etiam hæc veſicæ læſio ex ulcere facta, per coalitum conſolidari queat, Hiſce ulceribus,ſi calculus jungatur, cum continuo ea affricando amplius lædat, nec ulcera, niſi ille auferatur, quod fieri non poteſt, ſanari queant, deſperatum eſt malum. *Platerus.*

15. *Exigua ſpes*) Veſicæ ulcera omnia ſunt difficillime curabilia, utplurimum incurabilia, periculoſiora quæ ex eroſione, graviſſima quæ à magno calcolo, quæ ſine extracto calculo curari nequeunt. *Etmuller.*

16. *Inſtituitur ad modum*) Præmiſſis internis univerſalibus, conveniunt 1. acrimoniam humorum *temperantia*, propter urinam imprimis, exulcerationem ſubinde exaſperantem. 2. Vlcus ſine morſu *abſtergentia*, ſeu *mundificantia*, ob *fermentum* ulceris *acidum*, & hinc pus. 3. *conſolidantia*, ob reſolutionem partis excæſæ. 4. *Anodyna*, propter dolorem imprimis urgentem. *Etmuller.*

17. *Inſtituitur ad modum*) Curatio ulcerum Veſicæ, ut & Renum, (vide ſupra cap. de *Vlceribus Renum*) inſtituitur exhibitis *detergentibus*, quæ ea à ſordibus abſtergant, mox *ſiccantibus & glutinantibus*, quæ ea ſanent, perficitur, miſcendo ſemper ea quæ *acrimoniam urina* retundant, eaque augendo, ſi inſignem acrimoniam nacta ſit, adiiciendo ſimul ea quæ *vias urinarias, leniant*, & dolore ardente urgente *ſtupefaciant*, in ardente mictione expoſita: Vel interdum neceſſitate exiſtente, alternatim nunc his, nunc illis utendum.

In ulceribus *veſica & cervicis* illius, in hæc loca infunduntur injectiones idem præſtantes: Quòd ſi calculus hiſce exulcerationibus copuletur, & ea quæ illum comminuere poſſunt, permiſcenda, ſed mitiora, & quæ detergendo potiùs illud, quàm vehementer incidendo, unde ulcera irritarentur, moliuntur: atque ſi calculus in veſica fuerit, & fieri poſſit, ſectione eximendus cum quamdiu ille perſeverat, nulla ſpes ſanationis extitat; Sed multa ex illis quæ in ulcerum cura traduntur, detergentia, calculo comminuendo quoque ſunt aliquo pacto accommoda: Adhæc & viſcoſa & glutinoſa competunt, quæ ulcera veluti glutine obtinendo, acrimoniamque urinæ mitigando juvant, & calculum obducendo, eumque ſic leviorem, minuſque aſperum reddendo, ut ſic minus infeſtet efficiunt.

In curatione autem ulcerum Veſicæ (& Renum) ſic procedendum.

Purgantia quod attinet, ſufficiet, niſi aliud accedat, ſi à fæcibus & flatibus inteſtina interdum expurgentur; cùm ab illis retentis aut induratis excrementis malum irritetur, Cavendo tamen à fortioribus, quibus naturam excitando, dolorem potiùs exacerbaremus, atque interim de ulcere nihil educeremus: Præcipuè confert *Caſſia*, cum pulvere *liquiritia* exhibenda: *Manna*, quæ ad ulcus detergendum utilis, *Serum lactis*, imprimis *reſina laricea* vel *terebinthina*, cùm non ſolùm alvum laxet, ſed & ulcus ſanet.

Alterantia, quæ ad ulceris *deterſionem & ſanationem*, intermiſtis quæ ardorem mingendi ſimul compeſcunt, dantur variis formis, &c. *Reſina laricea, abietica, & terebinthina*, utiliſſimè exhibetur, cùm non ſolùm ulcera detergat, ſed & lentore glutinet; cujus vires ad veſicam uſque pervenire, urinæ odor violaceus inde redditur ſatis demonſtrat: daturque per ſe ʒj. quantitate, vel majore ſi alvum ſimul laxare velimus; vel in Pilulas cum rad. *liquirit. ſacch. cando* aliiſque pulveribus convenientibus formata; Admodum operatur ſi cum *vitello ovi* & *mello* diſſoluta, *vinoque* & *aqua* bibatur.

Pulveres præcipuè exhibentur; qui cùm diu aſſervari debent, infuſione *g. tragacanthi* facta in *aquâ roſar.* &c. in trochiſcos rediguntur & ſiccantur: Dantur hi in pulverem reducti per ſe ʒj. vel ſi *ſacchar.* adderut, majori pondere, vel *hydromelite*, vel alio liquore, mane jejunis, vel cubitum ituris, ſi præſertim *narcotica* recipiant, ut ſuperdormiant, præcedente cœnâ quatuor horis, eaque levi.

Poſſent & hi Pulveres *reſina larigna* vel *abiegna* excipi, & ſic in forma *boli* vel *pilularum* ſumi.

Vſitati in hanc rem ſunt *Trochiſci Alkekingi*: Alii ad ſanationem horum ulcerum maxime directi, doloremque acrem qui inter mingendum affligit mulcendum, ſic parentur, maxime efficax.

℞. *Pulveres ardorem urina compeſcentes in frequenti & ardenti mictione deſcriptos* (vide infra artic. 4. de *Strangurià*. §. *Temperationem per refrigerantia & humectantia*) adde *rad conſolida maj.* ʒj. *roſar. rubr. ſuccini, thuris* āā. ℈ij. *boli rubri*, *vel alterius terra pinguis* ʒj. *ſangu. drac. ſpod.* āā. ʒß. *f. Pulvis* detur ut dictum.

Pulvis ulceribus ſanandis tantùm accommodatus.

℞. *Corall. r. loti* ʒii. *pulv. equiſeti. ciner. cortic. cucurb.* āā. ʒj. *thuris* vel *maſtiches*, *ſarcocolla nutr. in lacto* āā. ʒß. *ſanguin. dracon.* ℈j. *ſacch. roſ. ad pondus omn.* Utatur ut prædictis.

Pulvis oſſis ſepia uſque ad ʒß. imprimis *magiſt. ejus gran.* vi. *ad* ℈ß in *ovo ſorbili*, aut *conſerva roſar. rubr. antiqua*, Mane jejunis aliquoties exhibita; ut profluvium ſeminis ſic & ardorem urinæ turbulentæ, ab exulceratione Renum & veſicæ ortum ſiſtere poterunt. Hiſce Pulveribus, ſi dolor ſummus requireret, etiam *Opium* addi poſſet; Vel etiam alia *Narcotica* interdum exhiberi, Quæ innoxie centies & amplius aliquos ægros hiſce & aliis diuturnis morbis diu afflictatos ſingulis fere noctibus ſumpſiſſe, doloremque inde ad aliquot horas ceſſaſſe, ægrumque reſocillatum diu adhuc vivere potuiſſe, cum ſine illis dolorem diu perferre impoſſibile fuiſſet, ſæpius obſervavimus. *Pilula ſanantes & narcotica.*

℞. *Thur. maſtich.* āā. ʒi. *myrrh. ſtyrac. g. tragac.* āā. ʒß. *Cortic. mandrag.* ʒj. *ſem. hyoſcy.* ʒß. *opii & ſucci liquir. inſpiſſ. diſſol. in vino generoſo* ʒj. *m. diligentiſſ. adde ſyr. de papav. q. ſ. f. maſſa Pil.* Datur una vel plures prout ſequitur effectus. *Platerus.*

17. *Pro mundificatione eſt vinum*) Mundificant *terebinthina*, *decocta vulneraria cum melle*, *balſamus ſulph. ſuccin. & terebinthinatus*, *mercurius dulcis*, *troch. de alkek. de Carabe*, *Trochiſci Gordonii* ſpecificè laudantur, e.g.

℞. *Rad. liquir.* ℥j. *alth.* ℥ß. *ſaxifr.* ʒii. *h. agrimon. plant. portulac. heder. terr.* āā. *m. j. flor. malv. arbor. nymph.* āā. *m.* ß. *viol. p. j. ſemin. alth. pap. alb. portul.* āā. ʒiii. *fr. alkek. n°.* vi. *cicerr. r.* ℥ii. *hord. mund. non excort. m* ß. *coqu. in aqu. ſimpl. col.* ℞. ℔iii. *adde ſyr. ex multipl. infuſ. violar. ex ſucco agrimon. cap. ven. mell. roſ.* āā. ℥i. miſce, de quo bis vel ter quotidie bonum hauſtum æger capiat.

Terebinthinata in ſpecie conducunt, in ſpecie *Platero* uſitata.

℞. *Tereb.* ʒvi. *mellis* ℥j. *vini malvat.* ℥iv. *vit. ovor. n. j. diluta ad uſum ſervanda, doſis* ʒvi. Vel

℞. *Tereb.* ℥ß. *vit. ovi n.* j. *mellis* ʒii. *agita in mortario donec albeſcant*, *adde vini albi aqu. pariet. flor. fabar.* āā. ℥iß. *ſyr. limon.* ℥i. *miſce.*

Nec *Acidula* ad ulcera veſicæ mundificanda rejiciendæ ſunt, Vide *Tulpium lib. 2. obſervat 53.* ubi refertur ulcus veſicæ deſperatum uſu fontis Spadani curatum. *Etmuller.*

1. *Pro mundificatione eſt &c. conſolidatione*) Pauca, quorum virtus nobis eſt probata in medium producam.

℞. *Rad. ariſtol. rot. conſolid. maj. oſmunda regal.* āā. ʒß.

Myrrhæ, thur, ſtirac. maſtich. gumm. tragac. ſem. papav. albi. hyoſcyami āā. ℈i.

Succi liquir. ʒß.

Terebinth. venet. qu. ſ.

Ms. f. *Pilul. magnitudine piſi minoris.* Vel

℞. *Troch. alkeking. de Carabe. gypſi uſti* āā. ʒß.

Boli Armen. terra ſigill. cran. hum. āā. ℥i.

Terebint. ven. q. ſ.

MS. Pilul. piſi minoris magnitudine.

Pilularum harum vel priorum, quotidie mane & veſperi æger vi. ſumat.

℞. *Aqua calcis vivæ* ℥iii.

Plantag. ℥iii.

Sief albi Rhaſis ʒi.

Miſce pro Injectione, ſingulis diebus quaterve uſurpanda.

Per *aquam calcis vivæ* huc loco nihil aliud intelligo quàm aquam communem in quâ parùm calcis vivæ extincta eſt, verùm prudenter tibi cave, ne nimium acris reddatur. *P. Barbette Chirurg. p. m. 22.*

18. *Pro conſolidatione*) Conſolidant *decoctum lignorum vulnerariis, uti agrimon. hyperic. plantago*, quibus addantur *Corallia, terra ſigill. bolus armena, ſuccini tinctura ſulph. vitriol. tinctura* antiphthiſica &c. e. g.

℞. *Raſ. ligni Sancti* ℥iii. *rad. ſalſapar. liquir. cortic. rad. eryngii* āā ℥i. *flor roſ. viol.* āā. *p. iv. h. agrimon veron. heder. terr.* āā. *m* ß. *paſſ. maj.* ℥iß. *coq ad* ℔ii. *capiatur crebrius.*

Injectio conſolidativa.

℞. *Herb. equiſ. plantag. ſem. hyper.* āā. *m. j. rad. biſtorta, conſolide, lilior. alb.* āā. ℥i. *cortic granat.* ʒiii. *coq. in aqu. ferrat* ℔i. *diſſolve troc. alb. Rhaſ. ſine opio* ℥ß. *boli Arm.* ʒi. *miſce.* Etmuller. vide §. *Per ſiphonem injectus*) & §. 16 *Inſtituitur ad modum.*

19. *Per ſiphonem injectus*) In ulcere Veſicæ peculiariter conveniunt Injectiones bis in die uſurpatæ, primùm detergentes ex *hydromelite, ſero lactis*, aut *decocto hordei* cum pauco *melle roſaceo*; poſtea verò adſtringentes & conſolidantes ex *aqua ferratâ*, in quâ *radix ſymphyti, myrrha, alumen, ſarcocolla & tragacanthum* bullierint; maximè verò cōferent *Troch. Gordonii* in lacte diſſoluti.

Fabritius Hild. ulcus inſigne veſicæ Injectione ſequ. cum nonnullis aliis remediis curavit. *obſerv. 69. cent.* iii.

℞. *Rad. conſolid. maj.* ℥i. *hord. int m j. fol. agrimon. veron. ſcord. alchymilla, ſanicula ana m.* ß. *coquantur ad* ℔j. *In colat. diſſolve mell. roſac.* ℥ii. *m. f. Injectio.*

Advertendum Injectiones iſtas non tantùm per ſyringam immittendas eſſe, ut vulgò fit, quia in veſicæ cavitatem non penetrant, obſtante muſculo ſphinctere exquiſitè clauſo, ſed immiſſo in veſicam catheteri ſyringa aptanda eſt, ſicque injectio ad locum affectum facilè deferetur: Ad Veſicæ dolores ſequens Injectio parabitur.

℞. *Semin. fœnugr. & cydonior. ana* ℈i. *macerentur per horam in* ℔ß. *decocti hordei, poſtea per linteum exprimantur, fiatque mucilago ſatis liquida*, cui adde olei *amygd. dulc* ℥ii. *mellis roſ. colat.* ℥i. *m. f. Injectio*; At verò *lac tepens* recenter mulctum frequenter injectum præſtantiſſimum eſt anodynum, In quo ſi trochiſci *Gordonii* diſſolvantur, omnes ſcopi tum doloris ſedandi, tum ulceris curandi adimpleri poterunt. *Riverius.* Experta eſt Potio *Theneri obſervat. pagin. 176.* quæ mira præſtitit, & exulcerationem cum urina cruenta ſuſtulit.

℞. *H. agrimon. plantag. equiſ. ana m.* ß. *liqu. mund.* ʒii. *coqu. in aqu. plantag. & beton. ana q ſ ad conſumptionem tertiæ partis. In colat.* ℔ß. *diſſolve mellis roſ.* ℥iß. *miſce.* Ipſe æger ſingulis horis per ſyringam portionem in veſicam injecit. Inter Injicienda varia, vel per catheterem, vel per ſyringam &c.

℞. *Lac recens, ſerum lactis, mulſam, ſuccum equiſeti* vel *plantag. Aquam ferratam*, in qua *rad. ſymphyti* modice bullierint, *aquam calcis vivæ*, cum *ſief albo Rhaſis* ſecundum *Barbette in Chirurgia*, vel *Injectiones Plateri abſterſiva* uſitatæ.

℞. *Rad. liquir.* ʒii. *cicer. rub. p. j. cortic. fabar.* ʒi. *fol. plantag. m j. fiat Decoctum in aqua*, adde parum *lixivii, Et in decocti hujus* ℔i. *diſſolve Terebinth. in melle diſſoluta*, ℥ii. *miſce*, In graviori malo poteſt addi *Ungu. Ægypt.*

Ad ulcus in collo veſicæ præter interna, & inde ſanguinis per penem egreſſum, præter interna convenit Injectio. *Foreſti.*

℞. *Vitr. Rom.* ℥ii. *Aq. comm.* ℔j. *f. Decoct.* Etmuller.

19. *Per ſiphonem injectus*) Injectiones per penis ductum in maſculis, per meatum cervicis uteri in fœminis, in veſicam, quo tamen in maſculis ægrè ob ductus obliquitatem & longitudinem perveniunt, In fœminis ob breuitatem faciliùs, unde & ſæpe ſine ſucceſſu in maribus, cùm rurſum dum infunduntur regurgitent; adminiſtrantur, Et ſi altiùs canalis inſtrumenti ad veſicam uſque adigatur, interdum lædatur, ac ſi ulcus in cervice ſit illud refricando plus obſit, quàm proſit hoc remedium. Quæ tamen Injectiones neceſſitate urgente, ſi cætera non juvent, tentandæ.

Ad quas faciendas, ſumimus quę *ulcus* dum *ſordidum* eſt, abſtergant, *detergentia*, poſtea quæ *ſiccando* ſanent; quod cum mador continuus impediat, ægre perficitur; Nihilominus tamen tentanda, Quibus & ea quæ *ardorem mingendi* inde contractum mitigant, ſi ille urgeat, miſcentur; vel illæ *Injectiones anodynæ* hiſce intermiſceantur.

Fiunt hæ ex *Lacte*, quod lenit, abſtergit & glutinat, utimurque cum magis *leniendum*, *muliebri*, vel *bubulo*, Cum *detergendum caprino* vel alio cum additione *ſacch.* vel *mellis*, vel *aqua mulſa & ſeri lactis*, Cum *glutinandum Ovillo*, vel alio uſtulato, aut miſto cum *ſacchara* vel *melle roſaceo*, Ex *Decoctione hordei*, addendo interdum *cort. fabarum, ſacchar. & mel.* uti de lacte dictum, fit *detergens* Injectio.

Vinum album tenue injectum feliciter pro mundificante adhibetur: huic ſi aliquot guttæ *phlegmatis vitrioli* addantur, potentius operabitur.

Para vi. *ſerum lactis caprini*, aliquot guttis *ſpir. vitrioli* affuſis in detergendo & mundificando præditum ent: *Decoctum* pro Injectione ad ſanationem ulceris.

℞. *Rad. conſolid.* ℥iß. *cortic. cucurb. ſicco* ℥i. *h. equiſ. plantag. ſolani ana m. j. flor. roſ. hyper. ana p. j. iv. ſem. frig. major.* ʒvi. *f. Decoctio* in *decocto hordei*, diſſolve in ℔i. *mellis vel ſacch. roſac.* ℥iii.

Si majori ſiccatione opus eſt, poſſunt de ſequentibus quædam addi, de *bupleuro, polygono*, vel *herniaria, piloſella, burſa paſt. ceterach. betonica. geranio Robert.*

Narciſſi radix, quæ valde glutinat, ſemina item *plantaginis & portulaca.*

Succi plantag. equiſeti, virga paſtor. diſſoluti, vel miſti prædictis, utiliter injiciuntur, *Tritici* item *ſuccus ſiccus*, id eſt *amylum*, diſſolutus etiam glutinat: Aquæ dictarum plantarum aliquam quoque habent efficaciam injectæ, imprimis *plantaginis*, uti & *myrti, ſummit. rubi & olea, & pecul. roſar. centaurii. hyperici.*

Chalybeata, per injectionem *ferri* aut *chalybis*, in aquis, juvat, vel in quam *plumbum*, igne ſolutum aliquoties infuſum fuerit.

Miſtura pro Injectione fiunt *glutinantes*, ut

℞. *Sarcocolla, nutrita in lacte* ʒi. *infuſ. g. tragac. vel Arab.* ʒß. *facta in aqua plantag.* ℥iß. *cornſe* ʒß. *ſangu. drac.* ℈i. *diſſolvantur in lacte vel decocto*, aut aquis quibuſdam.

Ad *Conſolidandum* hæc Injectio Oleacea utiliſſima eſt.

℞. *Stercor. gallinæ lutei & fluidi q. pl. hic in ſartagine*

cum

cum aqu. qu. butyr. aut ol. olv. omphac. frigetur, frixa ſimul omnia effundantur inaquam frigidam, ſupernatans oleaceus liquor à ſord bus fundum petentibus ſeparatus ſervetur ad uſum. His quandoq; miſcentur quæ dolorem ſimul ſedant, ut in *decocto ſem. papav. albi, cortic. mandrag.* Vel addimus *mucilag.* in ardore mingendi expoſitas, *albumen ovi*, quin & *Opium*.

In *ulceribus pertinacibus* confert *Decoct. lithargr.* ℥ii. *in aqua. roſar. pecuh & plantag.* ℥iv. vel miſceantur prædictis Injectionibus, *bolus*, *lapis calaminar. tutia, cerusſa, plumb. uſtum & lotum*, interdum & *Antimon.* & *ſuccus* attritus è *lapide hæmatite*.

Ex compoſitis *Trochiſcis*, qui per os ſumpti competunt, diſſolvi poſſunt; Tr. *Alkek. Gordonii*, de *ſuccino*, de *Tutia* & c. *Vngu. Aegypt.* exigua portio, in ſumme ſordidis ulceribus, ea mundificat, & à putredine præſervat.

Ad *veſicæ cervices & penis ductus* exulcerationes abſtergendas & curandas commendant Chymici *ſpiritum mercurii dulcis* cum *aqua plantag.* vel *equiſeti maj.* per ſyphunculum injectum.

Inunctiones.

Inunctiones etiam conveniunt, Pulvis & perinæi ſedes in veſicæ illiuſque cervicis ulcere teſtigerantibus oleis, ut *roſaceo*, *violac.* inungi poteſt: Et ſi metuitur inflammatio ob dolorem, addendum *oleum myrtill. cydonior.* ac parum *aceti* ad penetrationem: Hiſce unguentis *ceruſam*, *lithargyrium & ſuccum plantag. equiſeti*, aliaque ſiccantia ulceris cauſa admiſcent, quà tamen foris inuncta parum ad ulcus ſanandum conducere poſſunt; Et cùm conſtringendo ductum urinæ, liberum ipſius tranſitum impediendo, ut major ardor ſuboriatur efficiunt, ſatius erit relaxantibus Inunctionibus haſce vias dilatare, ut *oleo amygd. dulcium, chamamel*, eoque magis eum & dolorem ſimul leniant. *Fotus pectinis & perinai*, ad dolorem mulcendum ex iiſdem fieri poſſunt, ut *decocto malva, biſmalva, chamam. melilot.* additis ſi calor adſit, etiam refrigerantibus, ut *nymph. rad. flor. violar.* & ſimil. *Platerus.*

Diæta.

Vitæ regimen quod attinet, idem ſere [illegible] in cura mictionis ardentis ſine ulcere conve[illegible] ardor inſit: In quo cibi qui glutine ve'ut [illegible] urinæ, ulceribus hiſce ſe obducentes; [illegible] ab urina moleſta efficient: Pinguia tamen hic, cum ulcera ſordida reddant, non adeo competent. *Platerus*

[20]. *Temperandum lympha*) Quia in Vlceribus veſicæ, (& Renum) dolores plerumq; infeſti eſſe ſolent, eorum mitigatio in toto curationis decurſu, quoties urgebunt, molienda eſt anodynis interius & exterius uſurpatis, Interna erunt *ſyrup. de papav. laudanum Opiatum*, & huic uſui peculiariter deſtinati *Troch. Alkekingi.* Tum etiam *Emulſiones ſemin. frigid. cum ſem papav.* albi additis Si opus fuerit ipſo *papav. ſyrupo*, ac deoique *conſerva flor. althææ* frequenter exhibita, Exterius vero Fomentum ſequens admoveatur.

℞. *Rad. alth.* ℥ii. *fol. malv. parietar. violar. ana m. j. ſemin. lini, fœnugr. alkek ana* ʒii. *flor. chamom. melilot. nymph. ana p. j.* Fiat Decoctio qua foveatur pars cum filtris, non autem cum ſpongiis, ob ſalſedinem quam habent à mari.

A Fotu Linimentum ſequens admoveatur.

℞. *Ol. violac. amygd. d. ana* ℥iß. *ol. roſac.* ℥j. *mucilag. alth. & fœnugr. ana* ℥ii. *croci* ℈i. *f. Linim* Riverius. *Acre* temperant *Lac. althæa, liquiritia, paſſulæ, viola, victoria, ſemina iv. frig. maj.* hinc decoctum *chamæpit. in lacte* mire laudatur à quibuſdam crebrius uſurpatum: Dolorem leniunt *Opiata, papaverina*, lacticinia in ſpecie, ſi à *cantharidibus* fuerit malum. *Ettmuller.*

[21]. *Aliud iuxta meatum urinarium*) Colli veſicæ ulcera, iiſdem mediis curantur (*quibus veſica*) & quidem facilius, imò longè adhuc facilius quæ penem infeſtant, etiamſi ex gonorrhœâ virulentâ contractâ, Hæc ab aliis & per locum dolentem, & per effluxum materiæ, ante vel poſt urinæ excretionem diſcernere poſſumus Niſi mature ea curare ſtudueris, ad interiora profert per malum, & vel veſica, vel perinæũ perforabitur. *Barbette Chir. p.* 213.

Fiſtula veſicæ,

III. [22]. *Fiſtula* curationem vide in *Langio*, *lib.* 3. *Epiſtolà quinta.* Succus *cancrorum* per ſiphonem injectus prodeſt.

Veſica fiſtula.

[22]. *Fiſtula curationem vide*) A Cive ordinis Senatorii Auibergam accerſitus, qui ex ſupputrato in Perinęo abſceſſu, nimis ſerò aperto, donec purulenta ichoris colluvies quæ ſuà acredine veſicæ collum arroſerat, & in ſinuoſis apoſtematis anfractibus illatebraverat ſponte ſua erumperet, unde tandem ulcus cavernoſum in *Fiſtulam* occalluit, per quam lotium acre, conſolidationem impediens ſtillabat, non raro quoq; impetu erumpens, ulceris labra diſtendebat.

Methodum igitur curæ à ſalubri victus ratione, cauſis fiſtulæ & ulceris conſolidationem remorantibus contraria auſpicabar, & corpus univerſum à noxiis humoribus, ad expulſionem, reſeratis obſtructis meatibus, præparatis & purgatis: Peracta parum ſeroſi & acris humoris excretione, ut ſoni acrimonia miteſceret, & id medicantis viribus imbueretur, de ſequentibus Paſtillis quovis die binos, mane & veſperi exhibui, qui fiunt.

℞. *Pinear. ſtillatitio roſar. liquore praparat.* ʒii. *ſemin. melon.* ℈iv. *g. tragac. arab. ana* ℈i. *ç. ceraſor. rad. liquir. ana* ʒß. *cinnam.* ʒi. *penidiar.* ℥i. *ſacch. in aqu. roſ. & malva ana q. ſ.* ℥iiß. *diſſolusi fiant Tabella ponder.* ʒiß.

Veſicæ & meatuum urinæ aſperitatem leniunt & curant.

Dum his veſceretur quovis quarto die, quum ſymptoma nullum obſtitit, hauſtum *decocti ligni guaiac.* ℥v. ſudorificum dedi, quo acre ſanguinis ſerum expurgaretur; Si quis decoctum faſtidit, *oxymel. ſcillit.* ℥ß *diſſolvat in aqu. fumar. & agrimon. ana* ℥iß. pro eodem ſcopo: Tandem Topicis, cauſticis, aut ſectione, Fiſtulæ callum, quo ulceris, aut fiſtulæ agglutinatio impeditur, quamprimum extirpare intendi: Surculos *rad. veratri nigri* inſerui, qui tertio die fiſtulæ callum exererent; Poſt triduum, extracta hellebori radice, cum interna fiſtula pellicula attractioni contumax non obſequesceret, ex *Aegineta, Celſi* &c. conſilio, ex *arugin.* ʒxii. *armoniac.* ʒiii. *aceto acri* exceptis, oblonga penicilla finxi, quæ citra ſuppurationem callum arrodebant; ut ſuppuratione colliqueſceret ex *terebinth* ac *piſcium glutine*, addito hydrargyrio *pulvere pracipitato*, pro modulo fiſtulæ turundas formabam, quarum ope facta ſuppuratione intra 24. horas callus liqueſcebat, & cum ſanie fruſtullatim proflaxit: Verum ne oſculum Fiſtulæ ante exactam mundificationem conniveret, ſi uſtula ſpongiæ oblonga & madida, fili ligatura coarctata filo depoſito cav[illegible] impoſui, & ſinus ulceris non altiores q[illegible] neos forcipe incidi, ut ſaniei effluvium und[illegible] foret liberum; ne intra ſinuoſos ulceris cuniculos delitef-

cens, inteſtinum rectum & nervos teſtium cremaſteres arroderet; His quæ ulceris cavernoſi, & ſinus callo obducti indicationes exigebant, reliquum erat ut à ſordibus purulentis abſtergeretur, proinde ſubſcriptum Linimentum, linamentis diſcerptis exceptum, diligenter abſterſa ſanie indidi.

℞. *Mell. roſ.* ℥j. *terebinth.* ℨv. *rad. ariſtol. rot.* ℈j. *iroos, myrrh. rub.* āā ℨß. *ærugin.* ℈ſ. *gr.* v. *ſevi hircini* ℨiii. Ex his fiebat ungu. quod ſi defuiſſet *Vngu. Apoſt.* ſubſtituiſſem.

Cum ſub ſordium lentore caro mollis ſuccreviſſet, *pulvere præcipitato* totum ulcus conſperſi, & *Empl. diachyl. mollis* cooperui, Poſt 40. horas Empl. ſublato, ulcus à ſordibus & carne molli ac ſpuriâ pulveris levitione doloris experte abſumpta, purum reperi, ac ſublatâ hydrargyri pulvere ulceris virulentiâ, id bonæ carnis rubra grandine pullularet, nil ſarcoticis, quæ cavitatem carnis explerent, ſed Emplaſtris epuloticis cicatricem obducentibus opus fore arbitrabar, &c. *Langius Epiſt. p. 898. & ſeqq.*

Cap. LXIV.

De Meatus urinarii anguſtia.

M*Eatus urinarii anguſtia, eſt ejuſdem* [1] *à cauſis ſuis profecta, & urinæ ſuppreſſionem inducens, interceptio.*

[2] *Signa, Cauſa,* & *Curatio*, ſi in genere affectum iſtum ſpectes, nihil habent ſingulare.

Differentia ex cauſis petuntur.

I. Alia eſt *ab obſtructione*, quæ fit 1. Aut à *Calculo*; quæ [2] *cognoſcitur ex eo*, quod ſigna calculi præceſſere, urina modò liberè redditur, modò incidente calculo ex fundo veſicæ in ipſius orificium, repente ſupprimitur, dolor ad radicem veſicæ magis urget.

Curatio [3] conſiſtit in *Remotione* ejuſdem *per* concuſſionem crurum, ſi magnus ad orificium hæreat; [4] *per* deductionem ad meatus urinarii extremum, [5] ſi parvus loco moveri poteſt; *per* fomenta laxantia, & calculum frangentia, ſi digitis loco moveri non poteſt.

II. Aut [6] *à grumo ſanguinis*, quæ *Cognoſcitur* ex eo, quod vulnus vel ruptura vaſis præceſſit, ſanguis cum urina effuſus fuit. [7] Extra, *cinis communis* cum *melle* apponi poteſt.

III. [8] Aut *à Pure*, quod aut in renibus, aut in veſica fuit, aut rupto in ſuperioribus abſceſſu eò delatum eſt.

IV. Aut [9] à *pituita craſſa & viſcida*, & tum Vrina ferè totaliter ſupprimitur, ſigna pituitæ adſunt: [10] incidendum, & attenuandum eſt.

II. Alia eſt [11] à *Conſtipatione*, per carunculam, callum, verrucam, in meatu urinario enata, quæ *cognoſcitur* ex eo, quod nec urina liberè excernatur, nec ſemen emittatur, graves dolores adſint, cathetere vel candela cerea immiſſa exploretur. Quia verò urina ſemper ſimiliter profluit à calculo; quia nunquam ferè totaliter intercipitur ab obſtructione pituitoſa: eâ ratione dignoſcitur.

[12] *Curatur Abſumentibus, & conſolidantibus*, *a* Ex illis laudatur præmiſſis univerſalibus, inter quæ Chinæ & Saſſafras decocta pono, *Ol. Mercurii* cum pauxillo *ſacchari ſaturni & camphoræ*. *Pulvis* ex *Mercurii dulcis* ℥ß *Antimonii crudi* ℥j. *Tutia præpar. dr.* ii. conformatus: de cujus uſu conſule chymiatriam *Hartmanni*.

III. Alia eſt à *Compreſſione*, quæ fit; *aut* [13] ab inteſtino recto frigido; *aut* partibus vicinis inflammatis; *aut* pene & collo veſicæ intumeſcentibus; *aut* cervice veſicæ contortâ; *aut* veſicâ in ſcrotum delapsâ. *Curatio* ad morbos obvertenda eſt.

[1] *A Cauſis ſuis profecta*) Anguſtiæ ſpecies hic ſe exhibentes, præcipuè ſunt *Obſtructio, compreſſio, Occluſio, conſtipatio, Coaleſcentia, Contorſio*; Cauſæ *Compreſſionis* ſunt *faces alvina, tumor proſtatarum*, aut *colli* veſicæ, imo quæcunque externa, *Occluſionis* cauſa eadem quæ Obſtructionis, aſt in veſica adhuc hærentis, orificium obturantia. *Coaleſcentia* occaſionem etiam dedit ulcus, ut carunculæ, callo, *Contorſio* externis violentiis debetur. *Blaſius.*

[2] *Qui cognoſcitur ex eo*) Calculus obſtruens à carunculâ diſcernitur, quòd ille modò urinam liberè effluere permittat, modò repentè omnino ſupprimat, *Hæc* autem eodem modo exire permittat; præterquam quod durities, major in illo, quàm in hac notetur inſtrumento immiſſo. *Blaſius.*

[3] *Curatio conſiſtit in remotione*) Primò æger ſupinus collocetur, cruribus elatis, mox plurimùm diu concutiatur, ut calculus in veſicam relabatur; Et ſi hoc modo deturbari nequeat, immiſſo cathetere impellitur: Si verò calculus altiùs penetraverit in penis meatum, omnimodè illius excluſio procuranda eſt, digitis molliter impellendo & deducendo ad extremum virgæ; tum virgam in aquam tepidam, aut in lac tepidum demittendo, aut ægrum in ſemicupium mergendo, ut meatus laxetur & amplior fiat: Si verò neque foràs extrahi, neque intrò compelli valeat, docent Practici ligato pene in ſuperiori & inferiori loco, partem ſectione factâ aperire & calculum eximere: *Riverius.*

[4] *Curatio conſiſtit in remotione*) Calculi veſicæ orificium obturantes repelli debent cathetere, ſi fuerint majores, aut ſumpto potu liberaliore, & quidem diuretico, expellendi ſunt foras: Iidem in urethra impacti, emollita & laxata eadem fotu conveniente, promovendi ſunt potu diuretico ubertim aſſumpto, aut, ſi grandior fuerit calculus, eadem, & calculus educendus, conſolidato exinde vulnere. *Fr. Sylvius Pr. lib. 1. cap 57.*

[5] *Conſiſtit in remotione*) Quæ ut facilior ſit infundantur

duntur in veſicam per ſyringam quæ vias laxant, ut oleum *amygd.dulc.* vel in quo malva ebullierit, & nonnihil ſtimulant, ut *Oleum Scorpionum*, ſi fortè faciliùs, ſic urina efflueret, aut *calculus* ſi obſtruit, progrederetur; Vel etiam ſerum lactis, aliaque abſtergentia, ut *mel & aloe*, ſi *humor tenax* aut *grumus* obturet, & quæ illum diſſolvunt inticiuntur, ſicuti & *lithontriptica* ſi calculus adſit. *Platerus*.

3. *Conſiſtit in remotione ejuſdem*) Si lapis in cervicem, Veſicæ impactus urinam ſupprimit, ſupino decubitu, cruribus elevatis, & corpore agitato decutiendus eſt; Deinde ſitu aut inſeſſu, emolliente, tum cathetere intromiſſo, qui lapidem in veſicæ capacitatem impellat. *Riverius*.

4. *Per deductionem*) In calculo aliouſque ſub penis ductu, jam progreſſo, ſi ſenſim premendo verſus extremitatem illius pellatur, cum ſæpe expellit. *Platerus*.

5. *Si parvus loco moveri poteſt*) Calculos minores orificium veſicæ occupantes, non ſemel immiſsâ candelâ cereâ in urethram & ſuppreſſam urinam mox curavi. *Sylvius Append. Tr.v.§. 283.*

6. *A Grumo ſanguinis*) Tunc illius diſſolutioni incumbendum eſt, ita exhibitis quæ id præſtare apta nata ſunt: *Troch.de Carabe, Coagulo hœdi, lepor. mumia, oxymel. ſ. & ſcill. ſyr. acetoſ. & ſimil.* Riverius.

6. *Aut a grumo ſanguinis*) Sanguinis grumi ſolvuntur iiſdem quibus viſcida pituita, (de qua infrà) dummodo ſimul opera detur, ne novus continuò accedat, quod fiet ſanguinis effluxum impedientibus, vaſaque læſa conſolidantibus. *Fr. Sylvius*.

7. *Extra*) Stercus bubulum admotum mira præſtat, ex *Aetio tetrabib.3. ſerm.2.c.27.*

8. *Aut à Pure*) Tergentibus & incidentibus opus eſt, vide cap. de Renum & veſicæ ulcere.

9. *Aut à Pituita craſſa & viſcida*) Pituita concreta & viſcida ſæpius veſicæ orificio quam urethræ canali impacta, conveniente liquore per ſyringam immiſſo incidenda eſt & attenuanda, quo facilius tunc una cum urina excerni queat: Ideo conducent aromatica in aqua vel vino decocta, quibus ſalia volatilia commode poterunt admiſceri. *Fr. Sylvius*.

10. *Incidendum & attenuandum*) Si à pituitâ craſsâ oriatur urinæ ſuppreſſio, conveniet primum Purgatio ex *diaphœnicone* cum *rhabarbaro* in boli formam reducendo; ac deinde *terebinthina* cum pulvere liquiritiæ frequenter exhibita; poſtmodum radic. aperientium decoctum cum *oxymel aut ſyrup.byzant.* exhiberi poterit; non omiſſis interim clyſteribus, fomentis & ſemicupiis, & aperientibus, Eaque conveniunt quæ ad calculum diſſolvendum & expellendum proponuntur, Potione ſequenti mulier brevi curata eſt.

℞. *Bened lax.* ℥ß. *trochiſc. myrrh.* ℈i. *decocti Sabinæ* ℥iii. *m.*

Si redundantis pituitæ copia in toto corpore vel capite luxuriare videatur, Purgatio univerſalis per apozemata ad 3. vel 4. dies inſtituta, ab ipſo morbi principio, erit utiliſſima, præmiſſa phlebotomia: Si hujuſmodi ſuppreſſiones urinæ à materiâ pituitosâ oriundæ frequenter recurrant, nihil erit præſtantius aquis thermalibus nitroſis & ſulphureis, quales ſunt *Balerucana*, quæ tum potu; tum balneo materiam illam mucilaginoſam diſſolvere, abſtergere, & abſumere facile poterunt; *Riverius*: Vide cap. de Iſchuria. Chymici ad revulſionem humorum à parte affecta *Vomitoria* uſurpant, eorumque beneficio non paucos fuiſſe confeſtim liberatos gloriantur. *Idem*.

10. *Incidendum & attenuandum*) *Folia raphani*, cum vii. granis *piperis* decoquuntur, & inde melicratum paratur, quod mirabiliter favet nephriticis, Colicis, & quibus urinales viæ obſtructæ ſunt. *Hollerius*.

11. *Alia a conſtipatione*) Ablatâ re conſtipante, ſequitur ſæpe coalitus urethræ canalis aut veſicæ orificii, tunc inſtrumento apto blandè immiſſo perforatio facienda: Idemque, ſi cavum fuerit, conſolidante unguento, emplaſtrove incruſtatum, tamdiu ibi relinquendum, donec novi coalitus meatus fuerit ablatus. *Fr. Sylvius*.

Per carunculam, callum, verrucam) Ex ulcere male curato orta. *Blaſius*.

12. *Curatur*) Quæ à Carunculâ fit urinæ ſuppreſſio, carunculæ ipſius extirpatione curatur: Hæc autem remediis appropriatis perficitur per candelam ceream immiſſis, quæ à perito artifice, in hujuſmodi Chirurgiâ apprimè exercitato adminiſtranda ſunt: Vigente tamen ſymptomate, quandoquidem caruncula interdum intumeſcit, & totum canalem obſtruit, neceſſitas exigit immiſſo cathetere urinam educere, quamvis periculoſum ſit ne irritata magis intumeſcat, Prius tamen tentandum eſt revulſionibus, per venæ ſectionem & vomitum celebratis, tum repellentibus pubi & perinæo adhibitis carunculæ inflammationem imminuere, ut retentæ urinæ via pateat. *Riverius*.

a. *Ex illis laudatur*) Caruncula, verruca, aut his ſimile, in meatu hærens, cathereticis auferenda ſunt, ubi valde commodum iis inungere candelas ex cera alba, & paucula reſina terebinthina, paratas, longitudinis craſſitieique diverſæ, earumque unam ſingulis diebus inſerere, uſque dum caruncula abſumpta; hinc abſtergentia, & tandem cicatriſantia per ſyringam immittere. *Blaſius*.

12. *Curatur abſumentibus*) Si ſupprimatur urina à *Caruncula intra meatum urinarium* genitâ, hæc quantocyùs removenda eſt, convenit in ſpecie.

℞. *Mercur.præcip.* ʒii. *Vngu.de ceruſa* ℥iß. (quibus pro magnitudine affectus aliquid *olei vitrioli* addi poteſt) & ſupra ceream candelam ponitur, & hoc ipſo caruncula aliquoties, ſed modeſte, in die attingitur.

Vel *præcipitatus dulcificatur*, ſeu *turbith miner.* cum *Empl.triapharm.* candelæ cereæ apponitur, & dicto modo uſurpatur. In malo leviori, *candela ex cera alba*, cui admiſcetur *antimonium crudum*, *pulveriſ.* vel, quæ melior, *crocus metallor.* leviter aufert carunculam. Quod ſi gravius aut pertinacius fuerit, magma ex *Mercurio ſublimat. & viridi æris cum cereo* applicetur.

Obſervandum autem, ne virgæ aut candelæ ſint ex pura cera, quia facile nimis franguntur, ſed addenda *terebinth.*

℞. *Cera alb* ℔i. *tereb. ven.* ℥i. *liquefiat cera, poſt adde terebinth. quibus liquatis ungantur ellychnia, fiantque candelæ.*

Vngu. Fuſcum Fel. Wietzii cum melle roſ. etiam carunculam abſumit.

Applicentur tamen candelæ corroſivis imbutæ caute, ne ex nimia corroſione gangræna oboriatur, Cujus exemplum habet *Lyſerus obſ.p 250.*

12. *Curatur abſumentibus*) Caruncula, quia pepaſmi expers eſt, ſi impedimentum fecerit, conſumi debet, abſtergi ulcus, & claudi, ne moriatur æger (inquit *Hollerius*) cogimur carunculam illam abſumere & rumpere: Remedio carunculis eſt *Oleum Cucumeris aſin.* remixtum cum *Vngu. roſato*, *cui pauca grana ſublimati*, vel *præcipitati* adduntur; Candela cerea immittatur doctamanu, Vel hæc adduntur *Vngu. de tutia*. Quidam xxx. fere annis ita laboraverat, urina ſemper tenuiſſimè fluente his recreata fuit. *Heurnius ad aphor. 82. 4.*

Familiare habeo ſecretum, quod eſt *arſenicum cryſtallinum*, cum *ſucco limonum*, hunc Soli expono, ut ſiccetur, tum iterum diluo cum *aceto diſtilla:* iterum ſicceo, & hoc quater facio: ultimò autem abluo *aquâ*

roſac. tunc aliquo cerato miſceo, ut cum *diapalma*, aut *diachylo*, vel cum *oleo roſ. & cera*, & facio Empl. de quo minimam portionem pono in extremitate candelæ; Vel ſi hæc non poteſt penetrare, in capite pediculi folii malvæ, deraſo cortice exteriore: Vel juncos acuminatos virentes, & in capite eorum acutiſſimo impono portiunculam Vnguenti, inungendo prius juncum, deinde in canali pono, tentans ut ſenſim penetret inter callos, tunc extraho, Et ex hoc ſuccedit lotium feliciter, poſtea juncum melle roſaceo madefacio, & impono, ad detergendum ſaniem & ſic carunculam aufero, & ulcus conſolido quotidie ſemel vel bis hoc facio: *Fallopius Trallian. de Tum. p. n. capit. 37.*

Probatiſſimum mihi medicamentum eſt, quod ex *ſabina pulver.* ʒ ß. ac cerati de mucilag. ℥ß. paratur. *Alfonſus Ferrius l. de carunc. tollenda.* Ex quo *Fr. Peccetius l. 3. c. 17.*

Sequens medicamentum pretioſum eſt in difficultate mingendi ob callum carnoſum, vel verrucam in pene, & ad carnem comprimendam in partibus valde ſenſibilibus.

℞. *Mellis craſſior q. v.* crema in fornace donec auri colorem aſſumat.

℞. *Hujus Pulveris* ℥i. *ſterc. canis* ℥j. *tartari albi* ʒß. *ſacch. albi, alum. uſti, tuthiæ ãã.* ʒj. *terantur & pulveriſentur.*

℞. *Folior. olivar. ſic. contunde, adde parum vini albi, tunc expreſſo ſucco adde ana ſucci plantag. ponatur ad ignem, adde prædictos pulveres, bene miſce, adde tandem parum ceræ virid. & mell. roſac. fiat.* ungu. molle. *Foreſtus l. 25. O. 10.* vide uſum ibid.

Valentiſſimum remedium eſt tale.

℞. *Calcis vivæ, arſen. rub. utriuſque uno die in aceto maceratı ãã.* ℥ß. *cerati de mucilag.* ℥ß.

℞. *Vitriol. Rom. auripigm. alum. roch. virid. æris ãã.* ʒß., *In aceto* per tres dies macerentur, & iterum ſiccentur, *cerati de ceruſa* ℥i. miſce, Quibus omnibus cum diſcreto urere. *Oſv. Grembs p. 231.*

Carunculam in veſicâ ante xx. dies experimento conſumit iſtud Vnguentum.

℞. *Ol. roſ.* ℥iv. *cer.* ℥iv. (ʒiv.) *camp.* ʒß. (ʒß.) *tutia aq. roſar præpar.* ℥j. *in mortario plumbeo miſceatur*; Vbi candela cerea intincta oleo, aut butyro rec. callum attingens, illa tenui & detrito linteolo involvatur, quod dicto unguento extrema parte, quæ carunculam debet inungere, imbuatur, reliqua *Oleo violar. Franc. Peccetius Gen. meth. p. 51.*

Expertum eſt hoc Vngu. ad Penis carunculas.

℞. *mellis in cinerem uſti, tutiæ prap. butyr. rec. terebinth. lotæ, ceræ ãã.* ℥ß *alum. uſti* ʒß. *f. ungu. Prævotius m. P. p. 264.* Probatum à *Sculteto in Armamento.*

Probatum medicamentum hoc eſt.

℞. *Myrobal citr. coſti, chebul ãã.* ℥ß. *nuc. cupreſſi n°.* 15. *nuc. pin. n°.* iv. *roſar. p. j. abſinth. Pont. m. j. gallar. granor. myrti, ſem. ſumach. ãã* ℥i. *contunde & macera in vino auſtero & aqua nuc. pini diſtilla,* Egreditur aqua mire adſtringens, Hoc decocto tepide madentia lintea adhibeantur, *Euſtach. Rudius Pr. p. 229.*

℞. *Virid. æris, auripigm. vitrioli, aluminis roch. ãã.* ℥ii. omnia hæc aceto acerrimo perfuſa inter duos porphyrites accuratiſſ. ducantur, & ſoli æſtivo exponantur; hæc rurſus exſiccata *aceto* affuſo ducenda & lævigànda, Soli exponenda, quouſque pulvis ſubtiliſſ. fiat & omnis prorſus acrimonia extincta, quod opus 8. dierum ſpatio conficies; hoc parato Pulvere.

℞. *Ol. roſac.* ℥iv. *lithar.* ℥ii. ad ignem f. coctura ad conſiſtentiam Empl. tunc ab igne depoſito adde prædicti Pulv. unc. ii. & ſpatula miſce, & ad ignem omnia tractato, quouſque medicamentum duriuſculum evadat, ita ut ſi candelæ ceree, vel plumbeæ virgulæ hæreat, non diffluat, etiam ſi digitis tractetur.

Hoc Empl. hujus Lernæi morbi clava exiſtit, quod etiam polypos curat, & exuberantes carnes in aurium meatibus aliiſque locis extirpat & reſecat.

Præter hoc Emplaſtrum *ceræa candela n°* xx. in promptu erant, ex alba cera, paucula reſina terebinth. adjecta parabantur longitudinis 12. digitorum tranſverſorum, craſſitudinis vero prout urinarius meatus ferre videbatur: Vt & ex *plumbo* 3. vel 4. *plumbeas virgulas* paratas habuimus; quibus quando carunculæ refractariæ & difficiles ſunt, candelarum vice utimur, Iis ſic in ordinem diſpoſitis candelam ceream unam vel alteram, per circuitum excavatam, eo modo quo fuſi in cuſpide, ne fila decidant, excavari ſolent, ex prædicto Empl. inunctam per urinarium meatum, ægro optime ſedente immittimus, ac per 6. vel 8. dies ſingulis diebus unam vel alteram, ut decet innovatam candelam, continuo, æger in urinario meatu inſertam habet, neque abſque ea, niſi meiendi tempore agat, neceſſe eſt.

Septimo die in ægro noſtro carunculas defeciſſe manifeſtiſſime deprehendimus ex his ſignis 1. quod candela facile eam penetrabat. 2. ex multitudine carunculárum putridarum emiſſarum, & humoris purulenti effluentis. 3. Ex urinæ expedita ejaculatione.

Extirpatis igitur, ac ex toto eradicatis carunculis, per octo ſequentes dies nihil per ſiphonem injecimus, ſola candela craſſiuſcula ſicca, abſque alicujus rei inunctione immiſſa contenti, nam etſi Carunculæ extirpatæ ſint, non tamen ex toto portiunculæ quæ Emplaſtrum ſubterfugiunt, brevi illo tempore deponi potuerunt, ſed ut magis exacte excernantur, longiori indigent tempore, quas ad fundum veſicæ, non ſine ulcerum vellicatione, & ægri detrimento, ſi per ſiphonem quid injecerimus, retrocedere faciemus; reliquis igitur ſeptem diebus urinarium meatum per candellam ceream craſſiuſculam patefactum ſervavimus, per quem urina abſtergendi exſiccandique vim habens libere & expedite exeat, fœcum carunculárum reliquias nonnullas excernens: Quod unum hac in curatione tanquam præcipuum adnotandum decrevi: Elapſo igitur hoc tempore, quo & carunculárum, & craſſioris puris effluxus ceſſavit, ad nonnullorum liquidorum, abſtergendi vires habentium, injectionem per ſiphonem devenimus in hunc modum.

℞. *Hordei int. p ij. rad. ariſtol. rot.* ℥ ß. *fol. plantag. p. j. f. decoctio in aqua* ℔ii. *ad medias, Colatura adde mellis roſat. colat.* unc. ii. *m. & cum ſiphone* per fiſtulam urinariam inice bis vel ter in die, & virgulam plumbeam, aut candelam ceream remittat.

Hoc Decocto abſterſorio nos utimur continuo, & in noſtro hoc ægro intra 6 dies opus peregit; Quod ſi fortiori opus fuerit, ad *aquam* Lanfranci *viridem* pro ulceribus exacte abſtergendis pervenimus, quæ ita habet.

℞. *Alum. roch. vir. æris ãã.* ℥ß. *auri pigm.* ʒi. *f. decoctio in aqua fontis vel plantag.* ℔ii. quouſque ℔ß abſumatur, per ſaccum laneum coletur: Hanc aquam, *camphora* alteratam per ſiphonem in meatum inicimus; deinde poſt plures elapſos dies hac cicatrizans iniicimus.

℞. *Ceruſa* unc. i. *alum. roch. lithargyri ãã.* ℥ii. *f. Decoctio in aqua cand. equ.* ℔ii. *ad medias, Colatura per manicam* laneam trajecta iniiciatur.

Iis medicamentis intra menſem hic vir ex toto ſanus evaſit: Si, ut aliquando, dolor ſuperveniat, urinarius meatus colluatur *lacte*, aut *aqua roſac. camphora* adjecta; aut *decocto ſemin. lini & fœnugr.* Quod ſi dolor acerrimus ſit, ut eum pati nequeat, ad *opii* unum vel alterum granum devenimus, diſſolutum in *aqua roſacea. Amatus Luſitanus Cent. 4. cur. 19.*

Carunculam

Carunculam meatus urinarii certiſſimo experimento in pluribus ſuſtulit *Antonius Fuchſius*, Medicus *Noribergenſis*, *Oleum ſuccini* cum ovi vitello mixtum applicabat candela cerea,& meatui immittebat. Securum ſane remedium, & reliquis omnibus præferendum, ſi reſpondeat eventus. *Hieron Renſnerus obſ.91.*

Sequenti Pulvere utebatur *Th de Mayerne.*

℞. *Ciner. ſabinæ albiſſ.* ʒij. *ſtercor. hum. & can. calcinat. & fæcum mellis* āā ʒ ß. *vitri antimon. exedentis* ʒiv. *Mercurii præcipit. ſolo igne dulcorati* ʒij. *chartæ combuſtæ* ʒj. m. f. Pulv.

[13] *Ab inteſtino recto* A cujus inflammatione inductam Iſchuriam lethalem in mercatore Chirothecario vidi anno 1682. veſicæ collum ab inflammato inteſtino ſecundum totum ſui ductum comprimebatur, ut ne gutta vrinæ exſtillaret, etiam immiſſo cathetere. Alius affectus, ſed rarior inteſtini Recti Iſchuriam peperit; Dom. *Havart* cauſarum Procurator libram integram, noſtratem, quę xvIII. uncias pendet ceraſorum dulcium cum nucleis ingeſſerat: Urinæ ſuppreſſio poſtridie ſequitur. nec delictum Medicus aperit, Dum examinaretur cadaver à viſitatore publico, e podice exiit nucleus, hinc & alter, immittitur exiguum cochlear, cæteri omnes conſequuntur, hinc morbi & mortis apparuit cauſa, quæ Medicis obſcora erant.

Cap. LXV.

De Veſicæ ſymptomatibus, & I. De Incontinentia Vrinæ.

VEſicæ ſymptomata, *Incontinentia urinæ*, *Diabetes*, *Iſchuria*, *Stranguria*, *Dyſuria*, *Mictio cruenta*, *purulenta*, &c.

[1] *Incontinentia vrinæ eſt ejuſdem, propter* [2] *ſphincterem reſolutum, vel veſicam compreſſam, ſine acrimonia & doloris ſenſu, præter imperii arbitrium emiſſio.*

[3] *Signis* in tam manifeſto affectu opus non eſt.

Cauſa in [4] ſphincteris reſolutionem (de cujus cauſis in Differentiis,) & veſicæ compreſſionem conjicitur: quæ fit, *aut* à [5] muſculorum abdominis convulſione; *aut* à fœtus circa ultimos menſes magnitudine; *aut* à tumore ſuprà veſicam poſito, quorum in Curatione reſpectus eſſe debet.

β. *Curatio* pro ratione Differentiarum variat.

Differentia à cauſis reſolutionem ſphincteris inducentibus ſumuntur.

I. Alia eſt [6] à *nervorum qui in eum inſeruntur paralyſi*, propter quam ſe contrahere nequit. Et hæc difficilior curatu [7] ſi medulla ſpinalis affecta, vel muſculus ipſe vulneratus eſt. Cauſæ paralyſeos ex capite ſuo inquirendæ, & [8] pro earum varietate varianda curatio. Solet & defluxio à capite delapſa infirmitatem hanc, abſque reſolutione conciliare: curarique debet errhinis, maſticatoriis, cauſtico brachio vel occipitio admoto & aliis de quibus in Catarrho.

Alia [9] à *ſphincteris* [10] *laxitate & mollitie*, in qua nec acrimoniam nec exſuperantiam urinæ ægri diu ferre poſſunt, [11] viribus animalibus ſopitis. [12] *Oritur* ab intemperie humida & frigida. In *Curatione*, neglectâ venæ ſectione, purgandum evacuantibus adſtringendi vi ſimul pollentibus, qualia ſunt *rhabarb.* & *myrobalani.* [14] Exſiccandum, imprimis per ſudorifera, *Guajacum* aut *ſaſſafraſſam* in adultioribus, vel [15] thermas ſulfureas & nitroſas. Valent [16] inter alia ſpecifica, *Thus* è vino potum, *ungula apri* torrefacta, cinis *oſſium dactylorum*, pulvis *corticum ovorum*: imprimis verò, *veſica capræ* in clibano exſiccata & pulverizata dr. j. pondere cum vino adſtringenre exhibita. [18] *Guttur galli* toſtum & exſiccatum ut in pulverem teri poſſit, ſub noctem cum vino rubello: pulvis *veſica carpionum* ſingulis matutinis, quantum apex cultri capere poteſt, cum ſaccharo in vino propinatus. [19] An verò *farcimen ex pudendis ſuis maſculi* in ægro mare, fœminæ in fœmina ignoranti exhibitum proſit, experientia docebit. [20] In *ſenibus* ob caloris defectum, [21] incurabilis eſt.

Alia *à veſica compreſſione vel* à tumore partium vicino, *vel* à vertebris dorſi luxatis; *vel* ab excrementis in inteſtino recto coacervatis & induratis; *vel* à flatu; vel [22] à fœtu vterum diſtendente, [23] quod ultimis menſibus fieri ſolet, quæ omnia removenda.

Alia à [24] *laceratione veſicæ in partu* [25] *vel ſectione calculi*, quod ægri ipſi detegent. [26] Dicitur eam pulvis *bufonis* in olla nova cremati de collo ſuſpenſus tollere.

Alia eſt [27] *Nocturna*, quæ [28] pueris, [29] ebriis. & ſenibus eſt familiatis, aliquando ſomnio vel imaginatione forti irritante. Vide de ea morbos puerorum.

[1] *Incontinentia vrinæ*) Involuntaria mictus, ἄκρατος ἀπεσαίρεσις, illa dicitur in qua homini, præter voluntatem non opportuno loco & tempore expectato ſine acrimonia & doloris ſenſu effluit. *Sebizius Man. pag. 1395.*

[2] *Propter ſphincterem reſolutum*) Urinæ incontinentia in Retentricis veſicæ actionis læſione conſiſtit, quemadmodum diabetes in vitio attractricis, & dyſuria expultricis. *Riverius.*

[3] *Signis in tam manifeſto*) Idiopathicus tamen à Lymphatico diſtinguendus; Deſumenda autem ſunt ex affectibus Incontinentiæ vrinæ producendæ idoneis infrà dicendis; quæ ſi adſuerint, inde affectum exoriri conjiciendum eſt; illis autem abſentibus de idiopathico cogitandum quiſi à vulnere, vlcere, aut alio affectu conſpicuo ſphincteris procedat, facile cognoſcitur; at

verò ſi nihil horum appareat, ad intemperiem partis frigidam & humidam animus convertendus eſt, eaque deprehendi poterit ex cauſarum tam internarum quam externarum conſtitutione, & effectibus qui ab illis dependent, quales ſunt totius corporis mollities, color albicans, nervoſi generis & partium genitalium laxitas, ætas puerilis aut ſenilis, cacochymia pituitoſa & ſimilia. *Riverius.*

4. *Sphincteris*) Affectus præternaturalis & verè morboſus Urinæ incontinentiam committens, in muſculo ſphinctere committitur, qui vel ſympathicè afficitur vel idiopathicè, *Sympathicè* quidem, ut quoties accidit ſumma totius corporis debilitas & caloris nativi exolutio, ſicut in morti proximis: Vel quando totum corpus, aut pars illius dimidia afficitur paralyſis aut illæ tantùm nervorum propagines, quæ ab oſſe ſacro exortæ, ramum veſicæ communicant: Fit etiam aliquando hæc muſculi reſolutio ob ſimplicem cōdolentiam & vicinitatem, ut in gravidis mulieribus ob tumorē uteri vel dolorem & in majoribus recti inteſtini affectibus. *Idiopathicè* verò muſculus ſphincter variis modis afficitur, per vulnera ſcil. illi inflicta ut in lithotomia contingit, aut ulcera profundiora illius contractionem & occluſionem impedientia; Potiſſima tamen cauſa & frequentiſſima eſt frigida & humida intemperies, quæ ad partem iſtam debilitandam & relaxandam aptiſſima eſt. Ad quam intemperiem producendam plurimum conferunt nativum temperamentum frigidum & humidum, ætas puerilis aut ſenilis, ſexus muliebris, & morbi totius corporis, aut quarundam partium à frigida & humida intemperie oriundi: quibus addi poſſunt cauſæ externæ huic intemperiei producendæ idoneæ. *Riverius.*

4. *Sphincteris reſolutionem*) Qui aliàs fibris ſuis circularibus collum veſicæ tam arctè claudit, ut nonniſi voluntatis imperio relaxatus, urinæ tranſitum permittat. *Etmuller.*

5. *Muſculorum abdominis convulſione*) Abdominis muſculis in *convulſione* valida, unà cum cæteris muſculis convulſis, urinæ ſimiliter effluxus voluntarius quandoque evenit, cum urina ob conſtrictionem hanc muſculorum abdominis, ventriſque compreſſionem ex veſica propulſa, etſi tunc quoque ſphincter convellatur, ampliuſque ſtringatur, hunc urinæ impetum cohibere nequeat. *Platerus.*

5. *Muſculorum abdominis convulſione*) Sic namque illis conſtrictis ſubjecta comprimitur veſica, urinamque effluere ſinit, ut Epilepticis accidere comperimus in paroxiſmo. *Sebiſius.*

β. *Curatio*) Ad corrigendum aliquo pacto hoc vitium in illis qui in lectos mingentes eos madefaciunt, atque ſæpe faciendo tandem corrumpunt, conveniet, ſi *veſica bovis* aut *tauri*, inflatæ ſiccatæque & alicubi apertæ, virgam noctu ante ſomnum inſerant, ſicque eam alligatam in lecto retineant, eæque urinam influentem inter dormiendum excipiant, quod & alio apto inſtrumento fieri poterit. Alii *ſpongiam* admovent, ut urinam concipiat, quod tamen citra madefactionem aliquam vix efficitur. *Platerus.*

6. *Alia eſt à nervorum*) Affectu per conſenſum ſi veſica laboret, muſculorum qui excretioni illius inſerviunt, cauſa, Involuntaria accedit mictio. Sphincteris præcipuè occaſione, ſi ejus functio vel aboleatur vel imminuatur; quod illi ob defectum ſpiritus animalis accidit, tunc enim *relaxatus*, vel *reſolutus*, ut vocant, omnino non poteſt, vel ſaltem non ſufficienter conſtringi, urinamque ſic quominus effluat, continere; Qui defectus ob nervi motum ſphincteri communicantis affectum procedit; ſi ille unà cum aliis vel totius corporis, in generali reſolutione; vel quibuſdam ſaltem ex cauſis in paralyſi expoſitis afficiatur, quâ ratione & apoplectici & paralytici aliqui urinam involuntariè profundunt. Ob *ſpiritus vitalis* privationem omnimodam in ſyncope gravi, uti functiones omnes tantiſper conquieſcunt, ſic & ſphincteris actione ceſſante, urina ſpontè profluit. *Platerus.*

6. *Nervorum*) Quando nervi qui ab oſſe ſacro in ſphincterem inſeruntur, ſunt reſoluti, reſtringerati, obſtructi, compreſſi, aut alio modo corrupti & labefactati, Sphincter enim ſe conſtringere nequit. *Sebiſius.*

7. *Si medulla ſpinalis affecta*) Unde paralyſis, hinc ſpirituum influorum deficiente radio in influxu & impetu, fibræ relaxatæ minus ſe conſtringunt. Contingit hæc interdum à *caſu ab alto* in regionem lumborum & oſſis ſacri, ubi nempe nervi ad ſphincterem derivati fere oriuntur. Sic pariter *luxatio vertebrarum*, circa iſtum locum ſubinde urinæ incontinentiam infert. *Etmuller.*

8. *Procerum varietate curatio*) Si ob reſolutionem aut virium lapſum in apoplecticis, paralyticis, & animo deficientibus accidat, cum gravioris caſus potius quam hujus mictionis ratio habeatur, cura illuc dirigenda; Et ſi in paralyſi generaliori, vel particulari urinam ampliùs continere nequeant, hocque incommodum perſeveret, unde lectum commode faciendo ſibi noxam ob excoriationem in cute, quæ inde ſequitur, inferunt, non alia cura quam ea quæ paralyſi debetur inſtituitur, Topicáque tunc remedia hujus reſolutionis cauſa etiam ſpinæ circa lumborum regionem adhibentur; atque juxta podicem, ubi cervix veſicæ applicantur, ſuffit uſque eo in loco excipiuntur. Vide caput de paralyſi. *Platerus.*

9. A *Sphincteris*) Vel cùm eſt *diſruptus*, quod in difficili & laborioſo partu quandoque contingere ſolet. Vel *diſſectus*, ut nonnunquam in lithotomia fit, quando calculus veſicæ extrahitur. *Sebiſius.*

10. *Laxitate & mollitie*) Ob quam neque copiam, neque acrimoniam urinæ ſuſtinere poteſt, Eſtque hæc cauſa in puerulis valde frequens, ſomni cum primo tempore, quo vires animales, quaſi ſunt ſopitæ, obſcuratque actiones edunt. Evadit autem ſphincter mollior & laxior, ob crebrum fugacium fructuum eſum, aſſiduum uſum butyri, olei, pinguedinis & medullæ. Potum nimium lactis & aquæ, frequentiam balnei in aqua dulci, &c. In puerulis cauſa eſt temperamenti humiditas. *Sebiſius.*

11. *Viribus animalibus*) Involuntarium urinæ effluvium contingit aliquando in affectibus gravibus cerebri, Epilepſiâ, Apoplexiâ, Syncope, conſternatione, ut & Ebrietate, in quibus ſenſus omnes interni præſertim turbantur labefactanturve, ita ut ad veſicæ ſphincterem & Tunicam fibroſam nulli, vel conturbati tantum ferantur ſpiritus animales; quocirca vel non retinetur, vel nonniſi confuſe ac inordinate, adeoque involuntarie tunc retinetur, tum viciſſim exprimitur urina. *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 56.*

12. *Oritur ab intemperie frigidâ & humidâ*) Dubitare licet quomodo contrarii affectus ab eadem cauſâ producantur? *Hippocr.* enim in Coacis à frigidâ intemperie urinæ ſuppreſſionem fieri pronuntiat. *Ex refrigeratione*, inquit, *interceptio urinæ peſſima*, Incontinentia verò interceptioni contraria eſt: Dicendum quando frigida intemperies ſolùm veſicæ ſenſum imminuit, vel abolet, fieri ſuppreſſionem urinæ, quia veſica non irritatur ad expellendum: ſi vero facultas motiva lædatur, quæ eſt in muſculo ſphinctere, ab eadem intemperie fieri incontinentiam eo muſculo relaxato. *Riverius.*

Nota ſecundam Veſicæ membranam *Aquapendentis* & *Bartholini* judicio potius eſſe muſculum ambientem totam veſicam, quia fibras habet perſpicue carnoſas ad veſicæ initium inſertas, ita ut quemadmodum muſculus ille circularis, ſphincter dictus, veſicam conſtringit,

ne

neq involuntarie nobis urina effluat, ita hic muſculus ad excretionem vrinæ faciat, dum ſe contrahendo veſicam conſtringit. *Bartholinus Anatb.l.1.c.20.*

Refrigerato ergo illo muſculo veſicæ conſtrictivo, ſeu membrana ſecunda, oritur interceptio urinæ; refrigerato ſphioctere, illius invitus effluxus. Ita ut diverſitas læſionis adſcribenda ſit diverſis partibus affectis, nequaquam ad ſenſitivā aut motivam facultates offenſas referenda, cum vix una non item altera patiatur.

[10]. *Intemperies frigida & humida*) Ut cum veſica vehementer ab aëre, aut natatione in aqua frigida, aut ſeſſione ſuper lapide frigido, &c. eſt refrigerata. Hac ſiquidem ratione veſica, ejuſque nervi & muſculus conſtrictorius debilitantur, urinamque retinere nequeunt, ſicque ſponte emanat. *Sebiſius.*

[11]. *In curatione*) Hæc ad frigidam & humidam intemperiem, & muſculi ſphincteris laxitatem corrigendam dirigenda eſt; Quæ enim per ſympathiam ab aliis primariis affectibus procedit, ad illorum affectuum curationē referenda eſt: Tum etiam quæ à vulneribus, ulceribus, aliisq; affectibus conſpicuis exoritur, ab eorum curatione depēdet: Hæc itaque curatio ita proponenda, ut tum pueris, tum grandioribus ſufficere valeat, modò remediorum delectus habeatur, ut nempe leniora pueris aſſignentur, & pro majori vel minori annorum numero eorum quantitas & efficacia augeatur vel minuatur. *Riverius.*

In curā. inprimis *cauſa eſt removenda*, adeoque *nervina* & *adſtringentia* hic primatum obtinent, quibus ſocianda ſimul ſpecifica quædam, modò non ſatis exploraro vrinæ incontinentiam tollentia. Obſervandum tamen, ſi malum ſit à *vitio nervorum*, remedia iſta nervina ooo tam veſicæ quam lumbis, oſſiqoe ſacro, ubi fere nervorum eſt exortus, convenire. *Etmuller.*

Incontinentiæ vrinæ cura conſiſtit in tollendo illo tartaro, quod potiſſimùm obtinebis *ſpiritu ſalis tartari rectificati & acido vitrioli. P. Joh. Faber univ. Sap.l.3.c.2.*

[13]. *Neglecta venaſectione*) Quia pituitoſa illuvies & frigida intemperies hunc affectum producit. Niſi fortè tonus plethora in juvenili corpore eam ſuadere videatur. *Riverius.*

[14]. *Exſiccandum*) Ad exſiccandam materiam illam pituitoſam, partemque illam relaxatam conſtringendam, Pulveres, opiatæ, vina medicata, & ſimilia uſurpari poſſunt. E.g.

℞. *Nucum cupr. & myrtill. torrefact. raſ. ebor. coriand præp. corall. rub & carabes* āā. ℥ij. *ſpod.* ʒj. *rad. cyperi & galanga* āā. ʒß. *cum ſyr. condit. citri f. Opiata, de qua capiat magnitudinem caſtanea, mane & ſero ſuperbibendo parum vini rubri.*

Vel Pulvis ex prædictis, aut eorum nonnullis conflatus à ʒß. ad ʒj. cum vino rubro exhibeatur bis in die longe a paſtu,

℞. *Rad. conſolid. maj.* ℥ß. *rad. cyperi, galanga,* āā. ʒj. *fol. plantag equiſ pentaph. cum rad.* āā. *m. j. nuc. cupreſſ. calyc. gland.* āā. ℈iv. *ſem. ruta, agni c. thuris & raſ. ebor.* āā. ℈ß. *roſ. rubr. p. j. vini rubr.* ℔iv. *infundantur per xxiv. horas, colentur per manicam Hippocr. adde cinnam.* ℥ß. *ſacch. q. ſ. f. claretum, doſis unc. ij. vel iv. bis in die.*

Calamintha & mentha, cum *vino* ante paſtum pota; item *alchymilla*, & in ſpecie *agrimonia* ſpecificè commendantur, *Plantago, hypericum*, hujuſque *ſemen, glandes & medulla glandium, caſtoreum, galanga, maſtiche, &c.* Certe *maſtiches* ʒj. *in hauſtu vini* data, admodum à quibuſdam laudatur. Item *ebur ejuſque pulvis*, item *gummi arab. ad* ʒj. in vino aſſumptum præſertim quando occaſione ſtimuli præternaturalia non benē retinetur vrina. Hinc *Joel* ſequentem Pulverem ad *incontinentiam vrinæ paralyticam* commendat.

℞. *Calaminth. myrrha, caſter.* āā. ʒiij. *glandium* ʒv. *pulveriſata ſubtiliſſime propinentur ad* ʒj. Etmuller.

Pulvis capul. glandium in *aqua vel vino chalybeatis* convenit promiſcue tam diurnæ quàm nocturnæ, Item *Pulvis caſtorei* junioribus ad ℈j. propinatur. Item *Pulvis Auguſtan.* pro lectimingio. *Idem.*

Nihil melius eſt, quàm hic Syrupus,

℞. *Tormentilla cum toto part. ii. quinque fol. cum toto, anſerina* āā. *part.* ß. *cum ſacch.* f. Syrupus. *Mich. Crugner p.350.*

Hac potiuncula morbum hunc aliquando ex toto ſanavit.

Quidam quendam à pueritia in lectum mingente hoc medicamento curavit.

℞. *Gland.* ℥iß. *galanga* ℥ß. bulliant in ℔ij. *vini rubri, & aqua fabror.* ℥ij. *thuris* ʒij. *adjectis, coletur.*

Ex hoc mane & veſperi æger bibebat, & valde contulit. *Foreſtus obſ. 92. lib. 25.*

Sequens valde commendatur.

℞. *Gran. myrtillor, gland. torrefact. cortic. thur. cumini, cyperi* āā. ʒj. *f. Pulvis, doſis* ʒj. *cum vino decoct. thuris, ſumach. balauſt. & cupul gland.* Idem *obſ. 21.*

Quidam adhibent ſequentem Pulverem probatiſſimum.

℞ *Calcinum gland.* ℥ß. *galang. maſtich ſtomach gallin. nuc. moſch.* āā. ℥ß *h. agrimon. alchim. ocul. cancr præpar.* āā. ʒij *ciner. erinac.* unc. ij. *ſacch.* unc. iij. m. *Sachs Gammar. p.770.*

[15]. *Vel thermas*) Sphincteris mollities & laxitas emendatur omnium efficaciſſime Balneis naturalibus, nimirum ſaltis aluminoſis, nitroſis & ſulphureis. Præterea *arte paratis*, iis adhibitis ſimplicibus quæ vim ſiccandi habent, ut ſunt *origanum, calaminth. hyſſopus, pulegium roſmar ſalvia, majorana, nepetha, artemiſ. menthaſtr. marrub ſerpillum, thymus, fol. lauri, ſatureia, ruta, abſynth.* Sebitius.

[16]. *Valent inter alia ſpecifica*) Proprietate quadam juvare creduntur ſequentia, cocta vel aſſa comeſta. *Hericius, mures, pulmo hœdi, cerebrum* & *teſticuli leporis ac vulpis, cerebrum vulturis* vel *aquila*, & *adeps perdicis.* Pulveres item ex ſequentibus in furno prius admodum exſiccatis, vel etiam in cineres combuſti parati, variiſq; modis exhibiti, ut *pulvis* vel *cinis hericii, capitis leporis* cum *pede uſti, veſicarum bovis, porci, capra, ovis*, earumq; quę in piſcibus inveniuntur, *pellicularum ſtomachi gallina, gutturis galli, lingua anſeris.* Plateras.

Conferunt proprietate Pulmo hœdi, adeps perdicis, lingua anſeris. *Sebiſius.*

Multa proponuntur, *Galen. K.T.* & *l. de facile par.* laudat. *cerebrum* & *teſticulos leporis* combuſtos, *Cochleam cum ſua teſta* combuſtam potandam exhibet. Recentiores *ſtercus leporis, cinerem murinum toſtorum, ungulam apri torrefactam, cinerem oſſium dactylor. avellanas aſſas*; Sed præ cæteris laudantur *Pulvis agrimon.* & *tunica interiores ventriculorum gallina* exſiccatæ, quæ ſeorſim vel mixta exhiberi poſſunt cum vino rubro. *Riverius.*

Pulvis cineris Erinacei bonū eſt ſpecificum, quo *D. Michael* feliciter vſus fuit, Ipſemet in puero xu. ann. poſt morbum acutum incontinentia vrinę laborantem, hunc *pulverem* erinacei, cum *medulla ſaxorum* miſtum cum ſucceſſu adhibui. *Bartholetus in Encyclopad c.104.* adhibet Pulverem *interioris tunica ventriculi gallinarum* cum cinere erinacei exhibet. *Montagnana* his qui lectum permingunt ſequentem commendat Pulverem.

℞. *Tunica ſtom. gallina pulv.* unc. ß. *h agrimon* unc. j. *erinacei uſti* unc. vj. m. *ex omnibus f. Pulvis, Doſis* ʒj. *cum vino vel jure*

Medulla ſaxorum egregium eſt experimentum à ℈j. ad ʒß. in vino propinata. E.g.

℞. *Pulv. medulla ſaxor.* ʒiij. *gran. maſt.* ʒij. *ligni*

aloes reſinoſi exacte pulver. ʒiß. m. f. *pulvis pro aliquot doz. da* ʒj. *mures exſiccati & pulveriſ. vel in butyro elixi, & ita propinati* ſæpius expertum ſunt ſpecificum, tam in vigilantibus quam dormientibus. *Vide M. C. Anno 2. p. 36.* Etmuller.

Urina infantium (ut refert *Benedictus Veronenſis*) *muribus* elixis in cibo datis cohibetur, Ego hoc expertū novi à quibuſdam mulierculis Delphenſibus, quæ pueris elixos mures commode dederint. *Foreſtus ſch. ad obſ. 22. l. 25.*

Piſcis in ventre Lucii piſcis repertus exſiccatus ʒj. pondere ſæpe exhibitus, ſpecificum eſt. *Ph. Grulingius Pr. l. 4. p. 2. c. 5.*

℞. *Stomach. gallin. vino lotor. pulverat. cap. leporis uſti, maſtiches ā̄ā* ʒ. *agrimon.* ʒv. *ciner. erinacei combuſt.* ℥ß. m. f. *Pulvis*, *Doſis* ʒß. *mane cum vino rubro ſtyptico.* Plurimum valet hic Pulvis. *G. Pencerus Pr. c. 18.*

Singulare hoc eſt experimentum.

℞. *Cerebelli leporis crudi*, trajiciatus illud *in veſicam apri*, & aſſetur vna cum veſica, in fornace: poſt pulveriſetur hujus.

℞. ℥j. *pyreth. apii*, *vel ſemin. petroſel. ā̄ā.* ʒß. m. f. Pulvis qui detur cum vino nigro ſub adſtringente. *Arn. Weickardus p. 296.*

17. *Veſica capra*) *Veſica capra* in clibano exſiccata, & pulv. ʒj. in una ſtyptico exhibita, ſæpius repetendo ſpecificum eſt. *Grulingius Pr. l. 4. p. 2. c. 5.*

18. *Guttur Galli*) Teſtatur *Solenander* ſe feliciſſimum vidiſſe ſucceſſum ex medicamento à *Gilberto Hollando*, Medico Romano celeberrimo in uſum revocato, Accipiebat *guttur galli*, vrebat, ut non conſumptum, ſed toſtum, exſiccatumq; teri poſſet. Exhibebat pulviſculum ante cœnam cum tantillo vini rubri, Et ſi æger vino vti non poſſet, cum hauſtu oxycrati dilutiſſimi, idque per aliquot dies iterabit. *Riverius.*

Eſt unum ex decantatiſſimis ſpecificis ab omnibus cōmendatum, tam ad diurnam quam nocturnam vrinæ incontinentiam, ita vt etiam ad eam quę eſt à partu difficili commendetur ab *Hæfero t. m. p. 349.* Etmuller.

19. *An vero farcimen, &c.*) *Pudendum ſuis*, ſive *vulvaſulla*, quocunque modo præparata, præſtans eſt experimentum, Optime fit ex hoc *farcimen*, ægro propinandum, vel pulveris forma, egregie convenit, Item *cinis pudendi* juilli convenit, quo ipſo puer 18. [illegible] b ineunte ætate hoc malo affectus cur[illegible]us dicitur. *Etmuller.*

Pudendum ſuis, cum braſſica capitatâ acidâ & muriâ conditâ, inſcio laboranti calide exhibui, Arcanum eſt, poteſt enim inde fieri farcimen, multoties eſt à *Michaele* probatum. *Fr. Hofmannus m. m. p. 355.*

Prognoſis.

20. *In ſenibus*) Affectus iſte in ſenibus immedicabilis eſt ob exuperantem humiditatem, & caloris nativi exolutionem quæ irreparabilis eſt. In febre acuta excretio vrinæ involuntaria admodum periculoſa eſt; vel enim à delirio procedit, vel à ſumma facultatum omnium exolutione, quæ caloris nativi exolutionem conſequitur.

In Pueris curatur vrinæ incontinentia ætatis mutatione, cujus beneficio humiditas ſuperflua ſenſim abſumitur, & partes laxiores conſtringuntur. Si vero ante 25. annum non curetur, immedicabilis eſt. *Riverius.*

21. *Incurabilis eſt*) Cum remediis non ceſſat malum, vaſcula quędā arte adparanda & applicanda in manibus, quibus vrina continuò fluens colligatur, ut cum minore faſtidio vivant. Vide *Hildanum cent. 6. obſ. 54. & 55.*

22. *Vel à fœtu uterum*) Vel etiam propter prolapſum ſinus pudoris, oriri poteſt. Sicut *Bartholinus cent. 4. hiſt. 2.* vrinæ incontinentiam refert ex vlcere veſicæ cum prolapſu vteri. *Etmuller.*

23. *Quod vltimis menſibus*) Tunc enim illis invitis, præſertim tuſſientibus, ridentibus, canentibus, aut clamantibus, urina excernitur.

24. *A laceratione veſica*) Interdum involuntaria mictio à ſolutâ continuitate veſicæ procedit, ut ſi ſphincter veſicæ, qui vrinæ effluxum cohibet, vulneretur, vti in ſectione ad calculum ex veſica extrahendum, Vel *dilaceratione* colli veſicæ in mulieribus ſæpe evenit, ut licet vulnus ſanetur, mictionem tamen ob læſionem hanc muſculi diutius retinere nequeant. *Platerus.*

24. *Laceratione veſica in partu*) Pertinet huc obſtetricum inertia, quæ in partu ſubinde dilacerantes veſicæ collum vrinæ incontinentiam inferunt. Ut taceamus in difficiliori partu rumpi quaſi veſicæ ſphincterem. *Etmuller.*

25. *Vel ſectione calculi*) Fibris ſphincteris diſciſſis vel laceratis,

26. *Dicitur eam*) A vulnere in ſphinctere veſicæ, illiuſque cervice poſt ſectionem, aut dilacerationem pro calculi extractione facto, ſi remanſerit vrinæ mictio involuntaria, fere hæc permanet, In qua tamen aliqua remedia, in immoderatę mictionis cura exponenda, quæ urinam contemperando, viaſque nonnihil adſtringendo, nimiam mictionem impedire nonnihil poſſunt, hic quoque tentanda. *Platerus.*

26. *Dicitur eam Pulvis*) Quidam hoc vngu. ceu ſingulare commendant contra profluvium aut ſtillicidium vrinæ mulierum poſt partum.

℞. *Lapid. calamin. primo aceto, poſt aqua roſ. bis vel ter lotι & ſubtiliſſ. pulver.* ℥ß. *lithar. arg.* ℥ij. *cerusſa præp.* unc. j. *ol. roſ. uamom. a.a.* ʒv. *agitentur ſimul per 2. horas, & cum axung. hirci* ℥iij. *f. vngu.* agitanda ad horæ quadrantem, donec conſiſtentiam debitam acquirat.

Hoc ipſo pars affecta leniter illinenda, ac linteo cooperienda. *Etmuller.* Videatur *Heer obſ. 14. lib. 2.* Vide *Rolfinkium Ep. l. 9. c. 6.*

26. *Dicitur eam*) Sphincter diſſectus, aut diſruptus, ægre admodum coaleſcit ac propterea vulnus illius ut plurimū incurabile manet. Si quid tamen ſit quod vulnus ſanare valeat, partim Balnea ſunt, partim Potiones vulnerariæ. Pro Balneis eligenda ſunt, Balneæ aluminoſæ ferratæ, & quæ *chalcantho* ſunt infectæ. Herbis item vulnerariis, vt *ſanicula*, *alchimilla*, *pyrola*, *ophioglоſſo*, *millefolio*, *agrimon. centinodia*, *hippuride*, *plantag. verbena*, *prunella*, *bugula*, *burſa paſt. fol. rubi*, *querc.* radic. *tormentilla*, *biſtorta*, *conſolid. maj. pentaph. plantag.* fructibus, *nuc. cupreſſi*, *conis abietis*, *pyris*, *meſpilis*, *ſorbis exſicc. glandibus quercinis.* Schiſius.

27. *Alia eſt nocturna*) *Vera & propriè dicta* vrinæ incontinentia *vigilantibus ac dormientibus* pariter convenit. Quoad *impropriè dictam*, ſive quando *dormientes* tantum ſtragula permingunt, iſtud vitium ex debilitate facultatis retentricis, vt vulgo loquuntur, h. e. ex torpore aut defectu ſpirituum animalium, dum non ſatis firmant tonum fibrarum ſphincteris, veſicæ conſtrictoriarum, unde videmus tenellis in infantibus, Propter ſpirituum torporem aut ſegnitiem hoc vitium eſſe frequens; quin & ſenibus ultimo ſenio obvenit interdum. Interdum etiam *conſuetudo* hic ſupervenit, cujus occaſione permingunt ſtragula. *Etmuller.*

27. *Alia eſt nocturna, &c.*) Duobus modis ſolet contingere vigilantibus nempe, & tunc cauſa gravior eſt, aut dormientibus, quod levius eſſe conſuevit; quandoquidem tunc temporis functiones animales minus liberæ exercentur; Et hoc etiam duobus modis fit, nempe debilitate & laxitate muſculi ſphincteris veſicæ, quod pueris omnibus lactentibus, multis decrepitis, & quibuſdam adultis accidit, aut imaginationis errore, non pauci enim reperiuntur, qui vel ex nimio potu, aut exquiſitiore ſenſu veſicæ, aut actiori vrina lectum permingunt, concurrente quodammodo voluntatis impetu, dum per ſomnum imaginantur ſe in parietem, aut alium locum vrinam effundere, & huic vitio ita adſueſcunt,

ſunt, vt ſine ulla veſicæ aut ſphincteris ejuſdem prava diatheſi id fiat, neque tam medicamentis liberentur, quam pravæ illius imaginationis mutatione, ut in pueris ſæpius, vel in adultis, ſi locus ille quem per inſomnia permingere putant, rebus quibuſdam pretioſis aut venerandis exornetur, & illis ſæpe ſpectandus proponatur. *Riverius.*

27. *Alia eſt nocturna)* Accidit ejuſmodi mictio vel vigilantibus, vel dormientibus, vel vtriſque. *Vigilantibus*, cùm præter voluntatis arbitrium, & facultatem expultricem ſere nõn, aut leviter concurrentem, vrina effluit, adeo ut homo eam effluere ſere non animadvertat; Id quod apoplecticis, paralyticis, ſyncopticis, morti vicinis, in ſumma virium debilitate, &c. accidit. *Dormientibus*, cùm mingendi adeſt deſiderium, & imaginationi ſtimulus ad vrinę excretionem offertur; homo autem ita ſe regere, & excretori ſacultati imperare non poteſt, vt vrinam contineat. *Sebiſius.*

28. *Pueris)* Infantibus adhuc in cunis jacentibus, & puerulis qui ſe permingunt, tum ob ſphincteris mollitiem & laxitatem, tum ob judicii infirmitatem. Veſica enim ob copiam & acrimoniam vrinæ ſolicitata eam reddit. *Idem.*

29. *Ebrius)* Quando homo admodum profunde dormit, veſica autem repleta eſt atque diſtenta, tunc retentrix gravatur & expultrix irritatur; ideoque quod moleſtum eſt expellitur; Quæ cauſa in *Ebriis*, qui magnam vini copiam ingurgitarunt, ſatis eſt frequens. *Sebiſius.*

Topica.

Exteriùs, pubi ſcil. & perinæo, Topica admoveantur quæ caleſaciant, roborent & exſiccent E.g.

℞. *Rad. enul. camp. calam. arom. rad. acori, cyperi, ää. ℥ß. fol. ſalv. menth. origani, calam. abſynth. ana m. ß. nuc. cupr. myrtillor. gallar. & balauſt. ana ʒj. roſ. rub. p. j. coqu. in aq. part. aqu. fabr. & vini rubr. ana ℔ij. In colat. diſſolve ſalis & alum. ana ℥j. Foveatur regio pubis & perinæi, calidè mane & ſero.*

Vel ea eodem decocto ſucta dozi ſimpl. fieri poterit *Inſeſſus* per multos dies uſurpandus. Poſt Fotum, vel Semicupium, inungi poterunt eædem partes linimento parato ex *oleis vulpino, rutaceo, irino, ungu. martiato, aregon, cum pulvere maſtiches, cyperi, myrtillor.*

Vel admiſceri poteſt vtiliter *ſtorax liquida*, vel *balſam. Indicum*, pauco vino diſſolutum. Vel pro ditioribus *moſchi* & *zibetta* grana aliquot in *oleo moſchatelino* diſſoluta, Vel Emplaſtrum ſequens

℞. *Ladani, maſtich. ää. ℥ij. ligni aloes, ſtyr. calam. cinnam. terebinth. ää. ʒj. myrtill. rad. cyper. ää. ʒß. ſucci menthæ & equiſeti cum vino rubro extracti q. ſ. f. Empl.* Riverius.

De *Loco* vbi admoveri debent. Vide ſupra §. *In curatione ex Etmullero.*

Inter *Externa* inprimis *Balnea & Fomenta* laudantur, facta ea *abſinthio, mentha, flor. roſar. balauſt. tormentilla*, Hæc Balnea fieri poſſunt ex *aqua ferrariorum.*

Thermæ inprimis ſunt utiles in malo contumaciori. Novi ſane, qui à paſtu mox, atque unicum potum hauriret, continuo, eoque perquam doloroſo veſicæ cruciatu, & ad continuum mictum ſtimulo afficiebatur. Aliis multis irritis profuerunt interne *juſcula* decoctionis carnium & gallinarum calida loco potus aſſumpta; *Externe* vero *thermæ*. Hinc Innunctiones cum *ol. abſinthij, mentha, nardino, caſtorei, balſ. Peruv. &c. Emplaſt. Oxycroceum* vertebris lumborum applicatum laudatur à *Joele, Timæo.*

Pulvis *Bufonis vivi* in nova olla uſti, collo appenſi, in ſacculo, ſingulare experimentum eſt, in quacunque cauſa, niſi fuerit ex læſione à partu videatur. *Heer obſ. 14.* & *Boyle in Phil. Exper.* qui confirmat experientiá. *Etmuller.*

Hoc ſi quid aliud ſummoperè juvabat in quodam vrinam ab infantiâ non continente.

℞. *Menth. calaminth. flor. roſ.* ää. m. j. *ſalviæ, rutæ, origani, ana m. j. rad. enul. calam. arom. acori, cyperi, ana ʒij. thuris, cortic. granat. ſumach. capular. gland. cupreſſ. balauſt. ana ʒj. coque in vino rubro ſtyptico, ad* ℔iiß. pro Fotu Pubis. *Foreſtus obſ. 22. lib. 25.*

Diæta.

Qui ſe in ſomno permeiunt, cavere ſibi debent, quantum poſſunt à potu, & potiſſimum vini diuretici.

Pro Potu æger vtatur vino rubro auſtero meraciori, vel pauca aqua ferrata diluto: Hydropotæ vero ſola *aqua ferrata*, vel in qua *ſemen coriandri*, aut tantillum *maſtiches* bullierit. Vel denique, ad magis adſtringendum, aqua in qua *tegulæ* recentes ignitæ extinctæ fuerint; Eademque aqua omnes cibi decoqui poſſunt; Parum autem bibendum eſt præſertim in cœna, Tum in ingreſſu lecti urinam reddat æger, ac rurſus media nocte, excitetur ad mingendum, nec non ante auroram: Hoc non minimum facere poterit ad immutandam conſuetudinem. *Riverius.*

Vrinæ Retentio non ſufficiens.

Ad vrinæ incontinentias in ſpecie pertinet etiam vitium illud, *quando hæc ſatis diu retineri nequit*, ad quod fere propter continuum ac ſenſilitatem in veſica ſtimulum contingit, vitium hoc veſicæ interdum à *calculo* venit, qui incumbens collo clauſu, mole aut aſperitate, aliave ratione irritando, mictionem urget. Idem obvenit *gravidis*, ultimis geſtationis menſibus, dum moles uteri, aut premit veſicam, aut in partu diſtendendo jam vicinas partes, etiam vaginam diſtendit, ſicque orificium veſicæ ſimul dilatat; unde vel pauca præſente urina hanc excernere coguntur. *Exulceratio* quoque, aut *excoriatio veſicæ*, circa collum, pariter crebrius ſtimulat ad excretionem, ut propterea frequenter mingatur; Denique *Tuſſis* diuturnior & gravior hoc vitium infert, præſertim in mulieribus corpore magis obeſo aut habitiori prædictis, ut ægri tuſſientes urinam ſimul emittant; tempore concutiuntur in Tuſſi cum diaphragmate quælibet abdominis partes internæ; quibus concuſſis etiam veſica concutitur, idque eo magis in obeſiori corporis habitu partes externæ cedunt, ut ita quaſi impetu protrudatur tanquam ex ſiphone urina. Denique id oritur malum ex *anguſtia veſicæ*, quæ urinam multam aut diu retinere nequit, tam nativa, ſub prima generatione, quam adventitia ex tumore vel proprio, vel vicinarum partium, ut v. g. in inflammatione abdominis, lociſque vicinis. *Etmuller*

Vrinæ per alienum locum effluxus.

A vulnere veſicæ *vrina præternaturalis*, per *viam non deſtinatam effluxus* interdum evenit, uti non ſolum in *lithotomia*, ſed ſi illa alio modo vulnus, maxime per abdomen infligatur, accidit. Sicuti circa inguina è vulnere & ſectione ſarcoceles cauſa inſtituta cuidam vrinam proſiluiſſe vidi. Dein & juxta pubis ac lumborum regionem è vulnere cornu bovis homini inflicto vrinam utrinque profluxiſſe vidi. Quod & in aliis quoq; locis, abdomine præſertim, ut inde vrina ea vulnere aliter inflicto effluat, poteſt accidere.

Per vias non deſtinatas vrinæ, ſed per alias, vulnere apertas, præternaturalis vrinæ effluxus, ſi ob *ſectionem* quæ in lithotomia inſtituitur, accidat, non aliam curam quam quæ vulneri debetur, requirit, quo ſanato vrina iterum naturalem curſum repetit.

Ab alio vulnere ventris imam regionem & veſicam ſimul perforante, ſi vrina per illud effluat, cura vulneri etiam tantum accommodatur, quod ſi incurabile, vti ferè contingit, exiſtat, tunc & hinc vrinæ per viam

inconvenientem effluxus, vel ad mortem uſque durat, vel ſi etiam evadant, nec ulcus tamen coaleſcat, & occludatur, nihilominus permanet, ſicuti illi cui in *ſectione ſarcoceles veſica læſa* fuit, accidit, quod labiis vulnerum, tam in veſica quam carne & cute cicatrice obductis, vulnereque ſic in fiſtulam converſo, per eam ad hodiernam uſque diem urina effundatur, idque citra aliud incommodum, cum urina per viam hanc illi extrinſecus patefactam extrorſum, nec in abdomen profluens, noxam intrinſecus nullam afferat. Aliquando tamen in aliquibus, ut in eo cui bos cornu impreſſo abdomen & veſicam perſoderat, contigit ut vulnere iterum ſanato, & penitus occluſo, urina mictioni naturali rurſum redderetur, quod cum alias veſicæ corpori vulnus illatum non amplius coaleſcere poſſit, hanc ob cauſam eveniſſe putamus, quia vulnus non membranam veſicæ, ſed carnoſam, circa illius cervicem, ſedem, ubi vulnera iterum coaleſcere poſſunt, penetraverit. Vel quod illic, aliave illius in ſede vulnus inflictum, carni vicinæ, quæ ſimul vulnerata fuit, ita inter coaleſcendum accreverit, ut foramen in veſica factum, veluti callo hoc ſic obturaretur, atque ita minus in abdomen, aut vulnus externum, quod interea ſimul ſanatum fuit, urina effluere potuerit, & proin ad naturalem ſuam excretionem redierit. *Platerus.*

Intempeſtiva & Frequentior mictio.

Mictio frequens & intempeſtiva ex *conſuetudine* mala quandoque naſcitur, ſi urinam inordinate reddere aſſueſcunt. Cum enim in excretionibus alvi & mictiune, natura in illis qui in vivendi ratione non peccant, ſuum ſervet ordinem, certoque ad hæc obeunda inviter tempore, ſi ordo hic illius anticipando, vel cunctando ſæpius pervertatur, tandem ex conſuetudine hac perverſa exurgit, ut ad mictionem ante tempus conveniens impellantur. Ob quam & cauſam infantes, ſi noctu dormientes lectum commingere ſæpius in eo delinquendo aſſueſcant, involuntariam hanc & intempeſtivam mictionem tandem ſibi familiarem reddunt. Quod & adultis quibuſdam, eandem ob cauſam evenit.

Ob *conſtitutionem* quandam *peculiarem*, *Renum & veſica*, mictionum quædam exurgunt genera: qualis eſt ſi *ſenſum exquiſitum* admodum veſica à natura adepta, ab urina citius & antequam mediocris illius quantitas colligatur, ſtimulum ſentiens, ad mictionem ſolicitetur, unde intempeſtiva oritur mictio. Quæ & cauſa forte eſt in infantibus, quod frequentius mingant, noctuque, niſi ut urinam reddant excitentur, in lectum urinam emittant, verum & exquiſitus ille veſicæ ſenſus, ſi urina acrimoniam majorem conſequatur, non ſolum ut tanto frequentius eam reddant efficiet, ſed & occaſionem præbebit, ut eo citius mictio ardens ab urina acri eveniat.

Calidior Renum conſtitutio, nondum præternaturalis, ſed à natura quibuſdam inſita, ut plus cæteris ſæpiuſque mingant cauſam aliquam afferre poterit; cum ad ſegregationem citius abſolvendam calor, uti omnes operationes accelerat, juvat.

Quod & *imbecillior renum conſtitutio* ſimiliter efficere poteſt, cum facultate tunc retrice debilitatâ, ſerum citius quam oportebat præterlabatur.

Quæ imbecillitas ab ortu illis nonnunquam contingit, ob caloris debilitatem, aut ſubſtantiæ vaſorumque illorum laxitatem nimiam & mollitiem. Alias vero poſtea primum ob crebram mictionem, à *potatione* frequenti progreſſam accedit, vel ab *immoderata Venere*, quæ haſce ſedes debilitat, prodit.

Veſica quoque *imbecillitatem* inde natam, quod mollior aut *laxior* ſit, mictioni frequentiorem occaſionem præbere aliqui docent; Quæ tamen potius, ſi nimium ampliata tenuiorque exiſtat, illud efficiet, quod ab ortu quibuſdam poteſt accidere, aliàs vero ob longiorem urinæ retentionem in diu durantibus conviviorum, &c. conventibus, ſi ſæpe hoc continuent.

His quoque accedit imaginatio fortis per inſomnia, quibus ſe in loco aliquo commodo mingere nonnulli ſomniant, ſuſcitata, facultatem expultricem renum & veſicæ ad ſuum munus exequendum impellens & ſtimulans.

Ab *intemperie frigida renum & veſica*, ſi retentrix ipſorum labefactetur, mictio quoque frequentior reddi poteſt, Quæ à frigore externo regionem horum admodum impetente proficiſcitur; quam ob cauſam & pedum frigus vehemens, per conſenſum haſce ſedes quoque afficiens, & ad eas uſque perveniens, mictionem accelerat.

Cap. LXVI.

De Diabete.

1\. *Diabetes eſt* [2] *celerrima &* [3] *copioſiſſima* [4] *potus non tranſmutati emictio, ab intenſa renum attractrice exorta, & cum ſiti valida & perpetua affligens.*

Pars affecta ſunt Renes, ita tamen, ut & veſica, copia urinæ preſſa, conſentiat.

2 *Signa* ſunt, [5] mictus copioſus, [6] parùm vel non mutatus, [7] ſitis valida, nec ulla ex liquoris alicujus ingeſtione ſatietas, dolor, punctura, & gravitas circa lumbos, totius corporis colliquatio, ventris ariditas & ſiccitas.

Cauſa eſt inter Medicos controverſa. Nos, [8] Renum attractricem intenſam, [9] à valdè calida eorundem intemperie exortam, ponimus, quam [10] affluxus humorum acrium & mordacium, bilis nempe & pituitæ, ſalſæ, [11] renum ſubſtantiæ impactorum, inferunt: [12] nimia amplitudo vaſorum emulgentium & ureterum, epatis caliditas, febres peſtilentiales, retentricis ventriculi infirmitas, juvant. Sic, cum renes copioſius ſerum è venis trahant, nec id ob imbecillitatem continere queant, ad veſicam ablegant: venæ rurſum è jecore, hoc ex ventriculo trahit. Unde hujus orificio inanito & exſiccato, ſitis continua oboritur, &c.

[13] *Curatio* eſt [14] *nimis difficilis*, & plerumque in hecticam & totius corporis ſiccitatem tranſit. [15] *Inſtituitur* 1. [16] Renum intemperiem corrigentibus, ubi & [17] venæ ſectio locum habet.

II. Humo-

11. Humorum acredinem obtundentibus, & ſanguinem ac cum eo humorem ſeroſum [18] ad motum tardiorem reddeotibus.

[19] Prævalere creduntur, [20] *Eſſentia croci Martis* à *Crollio* deſcripta, *Tinctura ſmaragdi*, de qua ſuperius. *Balnea ex aqua ferrariorum* parata, [21] fotus ex [22] *plantagine in aqua chalybeata* decocta, potus ſed exiguus ex *decocto cornu cervi*, *ſal Coralliorum*, &c.

Differentias quod ſpectat, unica illa eſt.

[23] Alius eſt *Diabetes exquiſitus*, de quo jam egimus.

Alius [24] *Nothus*, qui nihil aliud eſt quàm [25] profluvium vrinæ colliquativum, [26] dum ſucci in venis aut ipſa corporis ſubſtantiâ in ſeroſam ſaniem tranſmutantur, quæ à renibus attracta, per eoſdem elabitur, inque veſicam deſcendit.

0. *Diabetes*) Dicitur Diabetes ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, à permeando ſeu tranſeundo, ob celerem vrinæ tranſitum, ſeu traductionem, ſicut aqua per ſyphonem trajicitur, quam mechanici, teſte *Columella* διαβήτην vocant. Dicitur etiam δίψακος à ſiti inexplebili, & Hydrops ad matulam propter urinæ copiam quæ aſſidue profunditur: Rariſſimus eſt affectus, quem *Galenus* ſe bis tantum vidiſſe refert 6. de loc.aff.c.3. *Riverius*.

Diabetes apud antiquos morbus adeo rarus fuit, ut multi celebres Medici nullam ejus mentionem fecerint. In noſtro autem ſæculo compotationibus, & imprimis vini meracioris ingurgitationibus deditis, affectus hujus exempla & inſtantiæ ſatis crebræ, ne dicam quotidianæ occurrunt. *Willis*.

Eſt vrinæ profluvium, Hydrops ad matulam, Hydrops matellæ. Dipſacos, Hydrops in vas urinale, Diarrhœa in vrina, διαβήτης, ὕδρωψ εἰς ἀμίδα, οὔρων διάῤῥοια, δίψακος, ſynonima ſunt quæ ſignificant cum continuo & exoberanter per vrinam redditur id quod bibitur nihil plane immutatum. *Caſtellus in Lexico*.

Dicitur Diabetes à διαβαίνω, quod eſt cito tranſeo, ita ut Diabetes propriè ſit *Affectus in quo potulenta citò per corpus tranſeunt*; Et propterea melioris doctrinæ gratiâ, diſtinguenda Diabetes in *veram & notham*, ſeu ſpuriam; *Vera eſt* immutata per urinam excretio, *Notha*, copioſa & colliquativa vrinæ excretio, *Etmuller*. Vide infra §. *Alius eſt Diabetes exquiſitus*.

1. *Diabetes*) Diabetes *Siphonem* vulgò denotat, per quem aqua citò διαβαίνει (ecce vim etymi) h.e. pertranſit, Unde Medicis hoc nomen apposite omnino ad microcoſmi ſiphunculum traductum eſt. *Chriſt. Langius Pathol. c. 58.*

2. *Eſt celerrima & copioſiſſima Potus*) Diabetes à διαβαίνω, tranſeo, dicitur materiæ potulentæ nimis celer tranſitus; Hoc affectu laborantes multo plus mingunt quam bibunt, aut alimenti liquidi aſſumunt, inſuper ſitim continuam atque febrem lentam, & quaſi hecticam ſemper adjunctas habent. *Willis*.

3. *Copioſiſſima emiſſio*) Copioſior fit vrinæ ſecretio ratione ſumpti potus & conſuetudinis (quod ſemper obſervandum,) vel ob *Renum caruncalas*, ſi *non ſecundum canales ſuos nimis patentes* ſic ſaltem conſtitutas, vt ſeri plus ſecernant à ſanguine quam decebat, vt in *Diabete*, Vel ob ſanguinem ad ſeri ſolito abundantioris ſecretionem ac dimiſſionem male affectum, Vel ob ſuppreſſos ſudores alvique fluxum ſeroſum aſſuetos: Afficitur male ſanguis ad copioſiorem ſui demiſſionem, ab *Effervescentia vitali* per ſalia volatilia & alia diuretica vbertim quovis tempore ſumpta, quodam modo vitiata, Unde non tantum redditur ſanguis fluidior, ſed inſuper minus coactus, & ſecundum partes ſuas ſeroſas cum cæteris minùs coadunatas, quare & facilius & abundantius ſecedit ab ipſo in Renibus lotium.

4. *Potus non tranſmutati*) Prodit enim vrina Aquea, h.e. conſiſtentia & colore aqueo prædita, quod fit defectu partis ſalinæ & bilioſæ urinam plus minus tingentis colore ſubflavo; Id enim notandum geminis partibus conſtitui vrinam, *Aquea & ſalſa*, quæ ſimul junctæ vrinæ componunt liquorem, colore citrino & conſiſtentia mediocri donatum: Unde poſtquam copioſus, ac præſertim penetrans, adeoque diureticus aſſumptus eſt potus, quales ſunt acidulæ aquæ, vinum tenue, &c. quæ primum & paulo poſt excerni ſolet urina, non tantum colore, aſt quoque ſapore obſervatur aquea & inſipida: Sicut ea quæ poſt abſolutam in ventriculo eſculentorum fermentationem prodit, non tantum colore plus minus flaveſcente tincta eſt, at inſuper ſalſa. *Fr. Sylvius Pr. lib. 1. cap. 55.*

4. *Potus non tranſmutati*) Quod plerique authores potum aut parum, aut nihil mutatum reddi aſſerunt, à vero longiſſime diſtat; quoniam urina in omnibus (quos unquam me noviſſe contigit, & credo in univerſis ita habere) tum à potu ingeſto, tum à quovis humore in corpore noſtro gigni ſolito plurimum diſferens, quaſi melle aut ſaccharo imbuta, mire dulceſcebat. Prædicti erroris occaſio (vt opinor) fuit urinæ color, qui ſemper crudus, & aquoſus, velut pica aut hydrope laborantium, apparet *Willis*.

Immoderata mictio.

Ab vrinæ quantitate nimia veſicam implente & ad excretionem ſtimulante, *copioſa* exurgit *mictio*, idque ob eorum quæ materiam ſero, vnde vrina prodit præbent, nimium vſum, potuſque inprimis ingurgitationem. A *potatione larga* plerumque evenit, ut ea quæ bibuntur nihil aut parum immutata, vel ſaltem cruda adhuc, nec in ſerum verum, ſanguini deducendo accommodum, tranſmutata, & nihilominus per venas ad renes, moxque in veſicam tranſeuntia, copioſa mingantur. Cum potus ingeſti tanta copia, tamdiu donec mutationem decentem humorumque permiſtionem accipiat, nequeat ſubſiſtere, ſed imperfecte elaboratus prætetlabatur. Si quoque *Seri magna quantitas qua in venis delitenit* per hanc viam ſubito à natura vacuetur.

Fit aliquando etiam copioſa ejuſmodi mictio, poſt diu, vel à *calculis*, vel ab humore lento & viſcido in ureteribus hærente & obſtruente, ſuppreſſam & interceptam urinam, ſicut hoc obſervavi in *Miniſtro verbi Divini*, qui poſtquam in xi. vſque diem ob ureteres à calculis viſcoſo & lento humore involutis infarctos veſica vacua exiſtente, urina omnimode ſuppreſſa, miſere langueſceret, tandem ſubito ureteribus reſeratis, vna nocte uſque ad octo circiter menſuras, ſingulæ ponderis ℔iij. communium, magno cum totius levamine reddidit. *Platerus*.

Copioſior fit urinæ ſecretio ratione aſſumpti Potus ex conſuetudinis, vel ob Renum carunculas, ſi non ſecundum canales ſuos nimis patentes, ſic ſaltem conſtitutas, ut ſeri plus ſecernant à ſanguine quam decebar, Vel ob ſanguinem ad ſeri ſolito abundan-

tioris ſecretionem ac dimiſſionem male affectum; vel ob ſuppreſſos ſudores, Alvive fluxum ſeroſum aſſuetos, Afficitur male ſanguis ad copioſiorem ſui dimiſſionem ab *Efferveſcentia vitali per ſalia volatilia*, & alia *diuretica* vberim quovis tempore aſſumpta, quodammodo viciata; vnde non tantum redditur ſanguis fluidior, ſed inſuper minus coactus, & ſecundum partea ſuas ſeroſas cum cæteris minus coadunatus, quapropter & facilius & abundantius ſecedit ab ipſo in Renibus lotium. *Franciſcus Sylvius lib.1.c.55.*

Immoderata mictio ſic dicta quando copioſior aut frequentior exiſtit, Si ex *mala conſuetudine*, quam obſervato ordine, ſæpius vrinam reddendo acquiſiverunt, ut poſtea frequentius quam par erat, mingere cogantur, naturam aſſuefecerint, tunc eandem conſuetudinem contraria ſenſim corrigant, nec ſemper cum mictio urget, naturæ obtemperent, ſed differendo aliquandiu ad naturalem ordinem reducant, ſicque huic incommodo moleſto & turpi medeantur.

Ob *ſenſum exquiſitiſſimum veſicæ*, ſi plus quam par erat ad mictionem impellantur, tunc vt vrina minus acria ſit procurandum; & ſi perſeverет nihilominus, ſenſus nonnihil etiam obtundendus, remediis in ardenti mictione expoſitis; mitioribus tamen cum defectus hic non adeo magni ſit ut illes momenti.

Ob *conſtitutionem calidiorem Renum*, nondum tamen præternaturalem, ſi plus ſolito vrinam reddant, cum citra detrimentum hoc fere fiat, correctionem aliam non exigit, quàm vt à calidioribus intro ſumptis, foriſque admotis, in vivendi ratione conſueta ſibi temperent, & temperatis, vel ad frigiditatem aliquam inclinantibus potius vtantur.

Ab *imbecillitate Renum*, à caloris nativi aliquo defectu, vel *laxitate vaſorum in ipſis*, aut *veſicæ dilatatione & attenuatione* quę procedit *frequens mictio*, ſi ab ortu eam imbecillitatem hæ partes acquiſiverint, ægre amplius hæc à teneris aſſueta ſæpius mingendi conſuetudo emendatur. Si vero ea ob *Potationem* crebram, urinęque per vim retentionem; maximeque ſi ſæpe hoc fiat, accidat, tum pauſas haſce omittendo, plerumque etiam hæc imbecillitas remittit, uti & ſi ob *venerem nimiam* renum imbecillitas originem traxerit, ſi poſtea ſibi ab ea temperent.

Quod ſi vero nec ſic altius hæc impreſſa debilitas ceſſet, & quæ inde ſequitur mictionis frequentia, cum ea non adeo vt vero alia pejora accidentia quæ inde ſimul prodeunt, incommodet, fere negligitur, aliorumque potius cauſa hiſce imbecillibus proſpicitur, iis quæ & tunc hanc moleſtiam inde natam poſſunt emendare.

Ab *intemperie frigida renum & veſicæ*, à frigore maximeque à pedibus refrigerans, hiſce ſedibus contingens mictiu frequentior ſi accidat, cum non diutius duret negligitur, ſi vero hiſce locis frigida intemperies impreſſa remanſerit, atque ſic mictioni incommodet, eadem quæ in paralyſi veſicæ calefacientia remedia competunt, hic quoque locum habebunt; vti & ſi imbecillitas nata ſit; eodem modo procedendum.

Ob vrinæ copiam, à *nimia vini ingurgitatione* coacervatam, ſi copioſa ſequatur mictio, cum ea & conferat, & neceſſario ſequatur, correctione alia minime opus habet, niſi vt ne turpe aliquid committant, è menſa ſurgendo, vel inter dormiendum caligas aut lectum commingendo, ab ebrietate abſtineant, vel mediam nocturna involuntaria mictione expoſitis, hanc quoque averrant.

Ob *ſeri redundantiam in venis* coacervati, ſubitoque per hanc excretionem veſicæ evacuari, copioſa mictio ſuperveniens, tum in nondum adhuc ægrotantibus, tum in morbis quibuſdam, ut cachexia, hydrope, aliiſque, cum ad morbum ſumrum in illis præcavendum, in hiſce vero ſanandum conferat, niſi immoderata omnino ſit, vtilis neceſſaria, ſalutiferaque exiſtit.

Si vero ob ſubitam affatimque hanc, & perſeverantet factam evacuationem vires admodum dejiciantur, noxam quoque inferre poteſt; ſicuti enim in aſciticis per paracenteſin aperto abdomine, ſi aqua una vice tota, vel maxima illius pars emittatur, viribus ſubito lapſis, in periculum veniunt, pari ratione & hic, licet natura per viam ordinariam humores ſuperfluos evacuet, nimio tamen & confertim factu effluxu, periclitari poſſunt.

In *Febribus* immodica hæc mictio contingens, ſi natura cauſam illarum in febrium continuarum criſi atque intermittentium declinatione expurget, cum febris plerumque per hanc evacuationem ſolvatur, conveniens atque ſaluriſera exiſtit: Quod ſi tamen nimium profuſa & perſeverans exiſtat, maximéque ea, nondum concocta materia; needum inſtante adhuc criſi in febribus continuis & in intermittentibus nondum declinante febre eveniat, cum tunc de morbi cauſa parùm evacuetur, aut nihil, nec proin ægri inde alleventur, ſed vires eorum omnino proſternantur, ſitis augeatur, corpuſque marceſcat, Diabetes periculoſiſſimus ille affectus ſubontur.

In ejuſmodi autem copioſioribus mictionibus, per quas cauſa, quæ morbos producere poſſet, vel jam produxit, è corpore evacuatur, nihil quod eas impedire poſſit, moliendum, ſed tunc viribus ſaltem ne labantur, proſpiciendum. *Platerus.*

5. *Mictus copioſus*) Licet non raro vrinæ profluvia copioſa contingant in febribus acutis aliiſque caſibus, illa tamen ad Diabeten referenda non ſunt, quoniam in iis ſymptomata alia, ut ſitis inexhauſta, corporis colliquatio, &c. non reperiantur. *Willis.*

6. *Parùm vel non mutatus*) Explicatu arduum videtur quare Ægrorum vrinæ adeo mire dulceſcunt, ſive ſaporem mellitum referunt, cum potius è contra, ſi juxta hypotheſin noſtram. vide §. *Dum ſucci nutritii*) Sanguinis fuſio, & (quæ propterea ſuccedit) vrinæ profuſio ob ſalium combinationes accidat, certe liquor bis impregnatus potius ſalſus eſſet quam dulcis. Verum huic referre obvium eſt, dicendo imprimis vrinam ſapore ſalſo privari, in quantum plures ſales, qui diverſæ ſunt indolis, in ea combinantur: Nam hoc multiplici in Chymicis experimento conſtat, quod cum ſalis, qui diverſæ ſunt indolis, uti fixus aut volatilis, cum acido miſcentur, utriuſque acrimonia obtunditur, aut amittitur, quare quod vrina Diabete laborantium minime ſalſa ſit, non eſt quod miremur, Cur autem inſtar ſacchari aut mellis ea mire dulceſcat, nodus vindice dignus eſt? Hunc effectum ex eo quiſpiam oriri putaret, quod vna cum ſanguinis ſero, per renes excurrente, tum liquor recens nutritius, tum ſolidarum partium liquamina amandarentur; quare non improbabile videtur dulcedinem iſtam ex ſuccis hiſce opimis loto permixtis conciliari: Verum enim vero ex mixtione iſta ſapor tantum lenis, ac inſtar lactis, aut juſculi carnium, blande demulcens, ſed non mellitus excitabitur; quinimo ad hunc qui non ſolum gratus, ſed quodammodo pungens eſt, ſpicula ſalina, una ac mulcimina ſulphurea (prout alibi oſtendimus) concurrere debent; Quare prout ſaccharum & mel merito ad concretiones ſalino ſulphureas referimus,

ita

ita ſuſpicari fas ſit urinam in diabete adeo dulceſcere, eo quod ſalibus in ſero combinatis particulæ quædam ſulphureæ, ex colliquatione ſolidarum partium delibatæ accreſcunt. *Willis.*

7. *Sitis continua oboritur, &c.*) Quod laborantes ſebricitant, & valde ſitiunt, ratio partim eſt, quoniam humores & ſucci, quibus cum ſanguis, tum ſolidæ partes & humectantur & refrigerantur, continuo per diureſin impendio plus nimis exhauriuntur, quare ſauces arant, & præcordia inſigniter æſtuant: & partim quoniam urgente Naturæ inſtinctu, cor & pulmones in motus rapidiores urgentur, ut ſanguis ſero diluente privatus, à coagulatione ſive concretione vindicari, ac in circulatione debita continuari poſſit. *Willis.*

8. *Nos Renum attractricem, &c.*) Sic depingit hunc affectum *Caſtellus in Lexico Medico.* Paſſio hæc talis eſt, qualis circa alvum lævitas inteſtinorum & bulimos; Extinctio ut diceret quiſpiam utriuſque virtutis & retentricis & alteratricis: 1. *de criſ. 12.* Conſentit quidem quodammodo veſica, & copia urinæ premitur, at nec ipſe morbus, nec morbi cauſa eſt in veſica, ſed in ſolis renibus. Eſt autem attrahendæ urinæ inexplebilis cupiditas, & ejus retinendæ impotentia. Attractionem tantam excitat vel calida & ſicca Renum intemperies, vel humor bilioſus, acris, ſalſus, renes aſſidue irritans, inque ipſo renum corpore impactus, vel ut ait *Aretæus*, morbus aliquis acutus in rene firmatus, & per criſin, malignitatem ſuam in eos deponens, vel venenum aliquod deleterium, ex eorum genere quæ veſicam & renes infeſtant, quale eſt id quod à Dipſade funditur: Hæc enim omnia Sitim ingentem movent, ob quam aſſidue æger bibit: Potum autem hunc valde renes attrahunt, antequam etiam in ventriculo concoquatur, ſed eum ob imbecillitatem non retinent, ſed talem effundunt qualis ſumptus eſt: Qua in re Diabetes appetentiæ caninæ perſimilis eſt. Nec vero id ſolum quod bibitur protinus crudum mingitur, ſed humor etiam copioſus à renibus colliquato corpore trahitur, in eoque Diabeten proprie conſiſtere *Aretæus* arbitratur, definiens eſſe σαρκῶν ϗ μελέων ἐς οὖρον σύντηξιν, hoc eſt, carnium & membrorum in urinam colliquationem, ob quam & ſumma totius corporis macies, & copioſior multo urina redditur quam potus eſt; Quod ſi vel modico tempore à mejendo abſtineant, tument lumbi, teſtes & ilia.

8. *Nos Renum attractricem*) Quamvis vulgo copioſæ hujus urinæ ſecretionis, mox & Excretionis, cauſa tribui ſoleat *Renibus potentiam ſerum ad ſe trahentibus*, non ſatisfacit tamen hæc ratio quamdiu non conſtet vim *Attractricem ineſſe Renibus*, quam illi duntaxat tribuere non ſufficit in quoque talis evincatur ac probetur. Accedo autem illis magis qui, quantum licet, omnia mechanice in corpore noſtro perfici autumant, & mechanica demonſtrari cupiunt. Id autem nunquam fiet, niſi corporis ſabricam cognoſcamus, & cum mechanicis organis ſimilitudinem habere oſtendamus.

Nam graviter mihi peccare videntur quotquot mechanicas in corpore mutationes urgent, interim omnem laborent ſubterfugium, ex quo corporis noſtri partium cum mechanicis inſtrumentis ſimilitudinem conſormitatem deducere licet, Unde videas hic quoque nonnullos quævis pro lubitu corpori affingere, fabricam ipſius partium neſcio quam comminiſci, non item talem actu exiſtere autopſiam demonſtrare, quod tamen omnino neceſſarium, &c.

Sic quoties obſervamus oculi Cribrum multifariis foraminibus in diverſis locis ita pertuſum, ut diverſæ figuræ ſemina illi confuſim impoſita agitatione ac quaſſatione ipſius ſingula ſeorſim per convenientiæ ſuæ formæ ac figuræ foramina penetrent, ac colligantur in ſacculis diverſis ad ſingula foramina diverſa affixis; toties ad hujus exemplum concipere poteſt ingenium humanum in variis humani corporis partibus circa extremas arteriarum & venarum commiſſuras diverſæ figuræ poros & aperturas exiſtere poſſe per quos ad aliquas quidem partes tranſeant, quæ in ſanguine ſunt magis ſpirituoſa, ad illas vero quæ ſunt magis ſalſa; ad alias iterum quæ in ipſo ſunt magis oleoſa, & ad alias quæ in ipſo ſunt magis aquea, & ſic porro, An vero res ita ſe habeat in corpore actu, nondum inde liquet, ut ut commentum tale videatur ratione conſentaneum, propter experimentum ſimile in rerum natura exiſtens atque ſenſibus manifeſtum. Illo ergo experimento aliud nil evincitur præter poſſibilitatem ſimilis effectus non item neceſſitas ejuſdem, niſi conſtet prius alio modo talem effectum produci non poſſe, quod probare illis admodum difficile, imo & impoſſibile illis qui omnes in rerum natura exiſtentes agendi modos non habent perſpectos.

Ut exemplum aliquod proferam. Si quis unquam *oleum tartari*, à ſuo ſpiritu ſeparare ſatagit, aut per chartam bibulam, aut per vitri fragmenta, & pulverem, aut per cineres, in quibus omnibus, ſiſtitur oleum, dum aqua & ſpiritus mox penetrant; & colantur, fieri nequit quin ad hoc ſpectaculum anxius fiat veritatem inveſtigantis animus, dum hic materiam cum ſanguine affinitatem majorem quam cum ſeminibus variis habentem obſervat, Multum enim differunt ſemina, ſuis terminis conſiſtentia, à ſanguine alienis duntaxat terminis conſiſtente ac fluido, ideoque cum diſtillatis ex tartari ſpiritu ac oleo itidem fluidis conveniente. Quod vel idcirco addo, ut omnes hinc diſcant quævis ſimilia non eſſe continuo ſimilia, niſi illa in primis parte qua conferuntur aut conferri debent, ſint ſimilia, Atque ſemina, & quævis alia conſiſtentiam propriam, & formam figuramque determinatam habentia differunt ab iis quæ fluida ſunt & liquida, nullamque figuram externam obtinent certam ac definitam, quia rebus ambientibus, ſeque continentibus debitam. Quomodo ergo ſatis ſolide procedet illa ſimilitudo à figura externa petita quæ in altero ſimilium eſt certa & manifeſta, in altero plane vel nulla, vel ſaltem incerta & dubia.

Quod ſi alicui liberet per ſimilis hic progredi; petenda foret ſimilitudo, non à rebus ſiccis, ſed humidis, quemadmodum hic à me factum in ſeparatione *partis oleoſa à ſpirituoſa & aquea tartari*, & quidem per varias vias, ubique tamen per modum colaturæ Antequam vero rite poſſit procedere ſimilitudo, debet ante omnia conſtare de modo quo penetrat tum per chartam emporeticam, tum per vitri pulverem, tum per cineres, ſpiritus & aqua, dum in ſingulis ſiſtitur oleum. Debet quoque conſtare hactenus ſaltem, ſimilem eſſe ſanguinem liquori aquoſo, ſpirituoſo & oleoſo ex tartaro diſtillato.

Id quidem conſtat per experientiam, Olea omnia hærere in prædictis charta & pulveribus, Aquam vero & ſpiritum per eadem penetrare. An vero iſtius affectionis utriuſque diverſæ ratio æque pateat valde dubito, magnam præterea diſſimilitudinem obſervo inter ſanguinem, quippe partes magis conjunctas habentem, & Liquorem Tartari, quippe partes à diſtillatione minus conjunctas oſtentantem dum partibus aqueas & ſpirituoſis innatat oleum. Quibus rite obſervatis, quis non videt, quam difficile ſit aliquid certi, &c. conſtituere. Atque hæc in genere dicta ſunto de methodo procedendi in rerum abſtruſarum cognitione per manifeſtarum & jam notarum applicationem & ſimilitudinem.

Ut autem quod *copioſiore urina* à Sãguine ſecreta excretaque ſuſpicer paucis proponam, exiſtimo illud vitium *non tam in Renibus, quam in ipſo ſanguine hærere.* Nam ſi quam ego non levibus argumentis motus aſſertam omnium examini ſubmiſi *Effervescentia* notabilis & in *tenui inteſtino, & in dextro cordis ventriculo* excitetur, ex confluxu bilis; Ibi quidem cum ſucco Pancreatico; hic vero cum lympha ſecundum naturam ſubacidis, utque prout & ipſa Bilis erit varie affecta, & Succus Pancreaticus Lymphaque erunt diverſimode à ſtatu ſuo & conſtitutione naturali aberrantes, quinimo prout Venena potentiora vel leviora erunt in corpus & ſanguinem admiſſa, multis modis varians contingit effervescentia.

Iterum, ſi effervescentiæ iſtius utriuſque ope Sanguinis partes diverſiſſimæ laxo duntaxat vinculo inter ſe ſunt ſub ſponte mox mutabilis ſanguinis forma confuſæ, utrique, ob *venena* præſertim, hoc eſt res qualeſcunque hominis corpus continens aut contentum à naturali ſuo temperamento pervertentes, ob Venena, inquam, Sanguinem nimirum in ſerum convertentia, conſequenter facile copioſior urinæ in renibus ſecretio, mox & ad veſicam delatio, denique per urethram excretio.

Ut autem innoteſcat nobis in quo *natura iſtius Veneni copioſiorem urinæ ſecretionem excretionemque cauſantis* conſiſtat, expendenda ſunt omnia *medicamenta Diuretica* dicta, & urinæ ſecretionem, excretionemque promoventia; mox & in quo conveniant, ſi non omnia pleraque ſaltem illa *Diuretica* conſiderandum, quo ſic aliquis aditus pateret ad potentioris adhuc, ideoque *nocentis Diuretici*, hoc eſt, *quæſiti veneni penetralia.*

Notum autem per Experientiam. 1. *Omnia ſalia volatilia eſſe Diuretica.* 2. Potentiſſima Diuretica, *cantharides, vermes maiales, millepedes, &c.* abundare aut ſale volatili aut fixo ſaltem. 3. hæc eadem diuretica potentiſſima proximè ad venenorum naturam accedere, ſi nimirum quantitate aliquanto majore exhibeantur.

Ex quibus omnibus concludo, *Venenum* illud ſanguinem ad copioſiorem ſeri productionem cogens, aut eundem in ſerum corrumpens, *conſiſtere in ſale volatili & valde acri*, ut pote cui præ rebus aliis omnibus competit res quaſvis corrumpere, & ad fluiditatis ſtatum deducere.

Huic ſi intime admixta ſit *Aciditas acerrima*, & latens tamen, putem potentius, ideoque nocentius tunc in ſanguinem acturum, ipſumque in ſanguinem converſurum.

Et ne quis putet non poſſe *Spiritum acidum acerrimum* latere in mixtis, *Sulphur* vulgare propono exempli loco, in quo quis *ſpiritum acidum acerrimum* ignorat, is rerum notiſſimarum ignarus exiſtit. An non talis ſpiritus acidus in *Arſenico & Auripigmento* lateat, judicent Chymiæ periti, ac præſertim qui talem in *mercurio ſublimato, corroſivo* ideo dicto, evidentem, in *Dulci* autem vocato latentem norunt.

Neque omnia in mixtis exiſtentia acria & acida externis ſenſibus mox ſe produnt, cum non pauca tum demum manifeſtentur, quando ſublata ſunt impedimenta & vincula quibus vincta concludebantur quaſi & celabantur.

Sic acidus in ſulphure latens ſpiritus ſub corpore inſipido acrimoniam ſuam manifeſtat, quamprimum accenditur & à parte oleoſa recedit acida.

Ab oleoſa vero mixtorum parte Acidam tegi & obtundi, non tantum hæc præfata ſulphuris analyſis clariſſima manifeſtat, verum cujuſcumque ſpiritus acidi & acerrimi cum oleo lente decocti ſyntheſis & compages in ſubſtantiam butyri conſiſtentiam æmulantem idem evincit. Non tantum ab oleo obtunditur ſpiritus acidus, ſed à volatili ſpiritu quoque ſola cohobatione ita temperatur, ut fruſtra ipſum amplius quæras.

Quod ſi à ſale volatili, eoque acri, aut foris ſecus aſſumpto admiſſove, aut quocunque demum modo in corpore noſtro ſecreto ac exiſtente producatur *Diabetes*, utique curatio ipſius conſiſtet in prædicti *ſalis volatilis acrioris* contemperatione, tum per *oleoſa*, Emulſiones putæ hordei, *amygd. d. ſem. papav* albi, &c. lac dulce. Tum per *Acida*, ſed per volatilem ſpiritum contemperata, *ſpiritum ſalis dulcem*, &c. admiſcendo illa cum potu conveniente, juſculis, &c. non item cum Emulſionibus, aut lacte, cum omni Acido concreſcere ſoleant. *Sylvius de le Boe Append. Tr. V.* §. *303. ad 339.*

8. *Renum attractionem intenſam*) Quod nonnulli pro Diabetis cauſa Renum vim attractricem aſſignant, nobis minime arridet, quippe ſanguis ad Renes non attrahitur, ſed motu cordis pellitur; Porro nec ſerum è ſanguine eos perluente hauriri, ſed partim percolatione, partim fuſione quadam, ſive præcipitatione (*prout oſtenſimus* ſupra artic. 4. c. 2. §. *ſecretio læditur*) ſecerni videtur; quapropter Diabeten ſanguinis potius, & immediatius, quam Renum affectionem eſſe credimus, &c. *Willis.* Vide infra §. *Dum ſucci in venis.*)

9. *A valde calida eorundem intemperie*) Cauſa immediata & proxima hujus affectus ex *Galeno l. c.* & omnibus illius ſequacibus, eſt calida Renum intemperies, cujus opera ſerum à renibus copioſiſſime trahunt, & ad veſicam tranſmittunt, tantam ejus copiam retinere nequeuntes: Venæ exhauſtæ ab hepate eandem trahunt materiam, hepar ab inteſtinis, & ventriculo, unde ſitis continua exoritur, potuſque ingens appetitus, qui ſimul atque aſſumptus eſt à venis, jecore & renibus denuo abripitur, & copia ſua expultricem irritans, ac retentricem gravans, denuo ad veſicam deturbatur. *Riverius.*

A calida intemperie Renum Diabeten produci plerique exiſtimant, quod tamen, cum rariſſimus ſit affectus, Renum vero intemperies calida ſæpe eveniat, nec tamen mictio adeo immodica inde ſequatur, non fieri ſatis demonſtrare videtur; Et quod ſi Renes ſummopere incaleſcant, vel inflammentur, mictio minime augeatur, ſed potiùs minuatur, vel etiam ſupprimatur, Et per hanc illorum intemperiem vis attractrix potius deſtruatur, quam intendatur.

Dein & licet *Sitis*, *calor* totius *corporis* illiuſque *conſumptio*, mictioni huic crebræ copulentur, tamen nec hæc eam à renum calore proficiſci comprobant, cum ſitis ob omnem fere per hanc continuam mictionem humorem exhauſtum poſſit accidere; & calor totius corporis calore ſolo renum, niſi inflammatio adſit, unde totius eam mictionem minus oſtendemus, non poſſit accendi, multoque minus conſumi. Quapropter aliam potiùs Diabetis cauſam eſſe cenſemus, eamque ut infrequens affectus eſt, ita quoque raro ſe offerentem: mixtionem tamen accelerari aliquo pacto è renum intemperie calida, ſi ſeri adſit quantitas, eo modo, ſicuti etiam à conſtitutione ipſorum calidiore, libenter concedimus. At vero conſuetam illam & profuſam inde proficiſci inficiamur. *Platerus.*

Renes æquo calidiores tunc exiſtere neceſſum eſt, ſic enim plus attrahunt, atque validius emulgent quam ut exigua hæc officina ferre ac coquere poſſit, unde poſtmodum omnimode crudum hoc ſerum tranſcurrit, & vaſa emulgentia pariter atque ureteres amplificantur nimium: Quum vero Renes præ debilitate copioſius tractum ſerum continere non valeant, ad veſicam id protinus ablegare coguntur, unde quoque ipſa veſica, urinæ quantitate preſſa Renibus affectis conſentit. *Chr. Langius.*

10. *Affluxu*

10. *Affluxus humorum acrium*) In cauſæ conjunctæ partem aliquam Renes quandoque accedere putamus, ut pote quorum fermentum ita nonnunquam vitiari ſolet, vt ſanguinem non ſalis lixivialis influxu, in debita mixtione atque fluiditate contineat, proinde ut ſerum mera percolatione ab eo ſeparetur, ſed interdum accidit à *ſale acido* in renibus depoſito cruorem, dum eos pertrantit, velut à coagulo quodam in ſeroſitatem copioſam, quæ mox per vreterea amandatur, præcipitari: Hinc obſervare eſt in pleriſq; Nephritidi obnoxiis, paroxyſmo ingruente urinam limpidam & copioſam reddi: Cujus cauſa eſt quod *humor acidus* per ductus nerveos illuc delatus, & dolorem excitans, imprimis ſanguinem renibus illabentem ſundit, ſeriq́ue uberioris ab eo deceſſum producit. *Willis*.

11. *Renum ſubſtantia impactorum*) Nonnullis prædicta cauſa videtur inſufficiens, cum calida renum intempenes frequentiſſimus ſit affectus, Diabetes vero rariſſimus, ideo aliquid aliud valde infrequens hic contingere aiunt, nempe humorem acrem, aut ſalſum, renum parenchymati imbibitum, i. e. bilem aut pituitam ſalſam, quæ virturem partis attractricem continuo irritat, ſicut in ſebrium bilioſarum paroxyſmis continua ſitis urget, quæ nullo potu ſedatur, ex humore bilioſo tunicis ventriculi impacto, aut vaporibus bilioſis à partibus vicinis (vbi bilis ſtagnat, & in paroxyſmo febrili cômovetur) elevatis, & ventriculum impetentibus.

Quæ ſententia probabilis eſt, illi tamen hoc addi poſſe exiſtimamus non ſolos renes in hoc affectu tentari, cum bilis & alii humores aduſti in hepate primum generentur, atque ita eos non poſſe magna copia in renes influere; quin hepar eadem intemperie, eodemque vitio afficiatur. Imo vero ſi nobis vlterius in re obſcura per analogiſmum ratiocinari liceat, Poſſumus dicere venenatam quandam qualitatem huic ſymptomati generando idoneam præcipue concurrere, Cum enim illud ſerpentis genus, quod Dipſacos appellatur, & in Lybia præſertim reperitur, morſuo ſuo Venenum quoddam in homines inſinuet, quo ſitis inextinguibilis inducitur; ſimile etiam venenum in corporibus noſtris, ex certa ac peculiari humorum corruptela generari poterit, ad ſimilem ſitim inducendam idoneum, cum ipſo *Galeno* authore, venena varii generis in corporibus noſtris generari poſſint, exemplo illius quod hydrophobiam inducit, affectum huic contrarium, &c. *Riverius*. Hęc vero ſitis incompeſcibilis cauſam attingunt, nequaquam celeris potus tranſitus, in quo Diabetis eſſentia conſtituitur.

12. *Nimia amplitudo*) Quod attinet *Diabetem veram*, oritur hæc ex *nimia laxitate* & apertura viarum per quas potus ex primis viis ad renes vel loca urinaria amandatur, concurrente ſimul *pyloro laxo*, elabi ſinente potulenta, ceu fluidiora, antequam perfecte ſint alterata, *vias* equidem tales adhuc dum ſunt incognitæ, fieri enim nequit ut ſemina coriandri & aniſi excreta, cum ſanguine rapi, & hinc inde per vaſa capillaria circulari queant; Item quia vinum rubrum, aut emulſio amygdal. dulc. ſanguini permiſceri ſine inſigniori alteratione nequeunt, adeoque qua datur proxima via ex primis ad loca vrinaria tranſeunt, Confirmatur hoc ex eo, quod inter *cauſas remotas* ad hanc Diabeten diſponant inprimis *acidula*; at vero hæ, vt recte aſſerit. *Helmont*. vix aſcendunt ſupra diaphragma, cum eadem vix hauſtæ, inprimis continuato uſu, ſubito per urinam tranſeant limpidæ & claræ; A tali igitur crebriore acidularum ſæpius hauſtarum tranſitu, laxatæ iſtæ viæ, etiam potulenta liberiorem faciunt tranſitum, Hic *Hildanus cent.5. obſ.55.* ex vſu acidularum obſervat Diaberen ex qua lac amygdal. immuratum tranſivit. Et *Pigreus* in Chir. refert ſe vidiſſe grana coriandri durante acidularum uſu, poſt paſtum roborando ſtomacho aſſumpta, immutata cum vrina reddita, Unde etiam *P. Pavv in obſ. p. 5.* in Diabete mortuo renes admodum flaccidos, à frequenti liquidorum tranſitu invenit, verum, vt exiſtimo, non *flaccidıtate reſolutionis*, alias enim potius ſupprimeretur vrina, ſed *flaccıdıtate nimia apertionis*, qua renes inſtar ſpongiæ poroſi & flaccidi, fibræque admodum permeabiles redditæ fuerint. *Etmuller*.

12. *Nimia amplitudo vaſorum*) Non improbabile eſt διούρησιν copioſam aliquatenus à Renum mala conformatione procedere, in quantum ſcil. horum tubuli lymphatici nimia ampli & patentes, ſeroſum laticem nimis prompte excipiunt; & ſine remora quavis celeriter tranſmittunt, propterea ut major ejus quantitas in vrinam excurrat. Verum enim vero ut tubulos hos quandoque, & præſertim in calculoſis, nimis patere concedam, attamen proinde lotium cruentum potiùs quam copioſum excerneretur, Et revera mictionem cruentam à tali potiſſimum cauſa exoriri putamus. Porro cum vrina copioſa & cruenta ſimul exiſtit, ſanguinis dyſcraſiam, cum mala Renum conformatione concurrere cenſemus. *Willis*.

12. *Nimia amplitudo vaſorum*) *Inducta à diuretıcorum generoſorum abuſu*, ſic à balſami ſulphuris uſu aliquando Diabeten in ſtudioſo obſervavimus. *Wedelius*.

13. *Curatio*) Curatio conſiſtit in calidâ Renum aliorumque viſcerum intemperie corrigendâ, eorundem imbecillitate ac laxitate reparanda, humorum ad eos confluentium tenuitate incraſſanda, & maligna qualitate oppugnanda. *Riverius*.

Difficillimum videtur in hoc morbo veras medendi intentiones deſignare, in quantum cauſa ejus ita profunde latet, aliaſque adeo & valde remotas origines ducit. Nam quod vulgo putatur Renes, aliaſq́ue partes ſolidas, ſerum & ſanguinem continentes aut tranſmittentes peccare, quatenus contenta ſua præpropere nimis dimittunt, proinde Adſtringentibus potiſſimum ac fere tantum inſiſtendum eſſe, dico hui. rum hypotheſi, tum praxi, & rationem & experientiam refragari, in quantum pauci, aut nulli hac methodo curantur, & ſumme improbabile (ut non dicam impoſſibile) eſt diureſin iſtam à tali cauſa procedere *Willis*.

Methodum curativam ex Eodem, vide inferius.

Prognoſis.

14. *Nimis difficilis*) Prognoſis huius affectus nonniſi funeſta inſtitui poteſt, malum enim incurabile eſt, niſi in principio curatio adhibeatur, & hominem ad tabem celerrime perducit. In ſenibus etiam periculoſior eſt, tum etiam, ſi poſt immodicam Venerem, aut febres chronicas contingat. *Riverius*. Incipiens ſæpe ac facile curatur, confirmatus autem raro admodum & difficillime, quatenus nempe ſanguinis craſis paulatim laxata ſine magno negotio reducitur, illa vero multum ſoluta, ita vt plurimæ partes aliæ ab aliis ſecedant, vix aut ne vix reſtitui poteſt. *Willis*.

Quoad Prognoſin, *Diabetes vera* parum habet periculi, ſiquidem interdum ſponte ceſſat; *Diabetes* vero *notha* (vide inferius §. *Alvus exquiſitus, alvus nothus*) eſt periculoſa ſæpiuſq; lethalis in primis niſi mox in principio cognito curetur, Deducit enim homines ad Tabem lethalem. Eadem quoque poſt immodicum laborem, poſt nimium Veneris uſum, poſt chronicas deinde febres plerumque incurabilis eſt. *Etmuller*.

15. *Curatio inſtituitur, &c.*) Copioſior vrinæ ſecretio, ob vitioſam canalium ſubſtantiæve caruncularum conſtitutionem, curabitur medicamentis canalium laxitatem coarctantibus, ſubſtantiæque caruncularum vitium emendantibus. In canalium laxitate maxime opportuna externa, emplaſtri forma lumbari regioni, ex roborantibus & adſtringentibus parata; Sanguis per ſalia

volatilia, &c. nimium aſſumpta fluidior, & ad ſeri ſui copioſiorem dimiſſionem male affectus, reſtituetur abſtinendo ab exteriori motorum abuſu, & vſurpando temperata auſtera. E. g.

℞. *Aqu. plantag.* ℥iij. *cinnam.* ʒj. *ſpir. Alumin. gtt. xx. ſyr. myrtb.* ʒj. *fiat miſtura cochleatim ſumenda, bis terve in die.* Sylvius.

15. *Curatio inſtituitur*) Manca eſt curatio, neque omnes Indicationes curativæ afferuntur, Nam ſi adſint humores *Renum ſubſtantia impacti*, vt in cauſis dicitur, humores illi abſtergendi ſunt & eluendi, nec ſolum contemperandi. Hinc *P. Joh. Faber Pathol. Spag. c. 58.* hujus mali curam præcipue conſtituit in tollendo ac reſolvendo illo tartaro, quod potiſſimum obtineri *aut à ſpiritu ſalis tartari* rectificato & *acido vitrioli*, cum primis verò *aquâ mercuriali*, quæ ſola omnes materias tartareas reſolvere potens eſt.

Ad hæc *Chr. Langius in Schol.* Media curandi quæ ab authore hîc proponuntur: potius renum impuritates, vnde illi intemperiem contrahunt, abſtergunt, & ſaponaria exiſtunt, quibus remotis, renes ad priſtinum vigorem redire poſſunt, & retentrix robur ſuum vel ſponte recipit: Per *acidum* vero *vitrioli ſpir. vitrioli rectific.* vel *tart. vitriol.* vel *ſpir. vitr. coagulatum* Auctorem intelligere putamus, quæ omnia contractas in renibus cruditates, & vitia effectiſſime corrigere, ac borum ſubſtantiam corroborare, adeoque per accidens adſtringere valent. *Spiritus ſalis tartari & aqua mercurialis* mediate hoc beneficium præſtant, non ſecus ac Vomitoria frequentes vomitus ſiſtunt,

15. *Inſtituitur*) In profuſis & immoderatis mictionibus, vires proſternentibus, vel etiam raro illo in affectu *diabete*, in quo corpus ſimul abſumitur, ſitiſque ſumma exoritur, mox occurrendum; Quapropter tunc ſeri proventus impediendus, alioq; derivatum per alias vias evacuandũ, dein illius tenuitas, caliditas atq; acrimonia incraſſantibus, refrigerãtibus & lenientibus corrigenda, atque viæ per quas fertur, nonnihil adſtringendæ arctioreſque reddendæ, & vt ſtimulum minus ſentiant, ſtupefacientibus nonnihil veſicæ ſenſus minuendus; qualia multa ejuſmodi quæ illud præſtant in mictionis ardentis cura exponuntur, &c. *Platerus.*

15. *Inſtituitur*) *Clyſmata* refrigerantia, leviterque adſtringentia aliquid præſtabunt, addendo *rhabarb.* & *myrobal.* in decocto; Sunt qui talia non ſolum ex decocto, ſed *& aquis* id præſtantibus, vt *roſar. plantag.* facta approbent, addendo & glutinoſa, vt *albumen ovi* & *mucilag. pſylly, cydonior.* vel *infuſionem g. traga.* in aquis convenientibus factam. *In vitæ regimine* cibo & potu utantur parce, & ſaltem quantum ad vires ſuſtentandas ſufficiat; Caveantq; *ab acidis, ſalſis & acribus adurentibuſque aromatibus*, quia hæc mictionem promovent.

Purgationes per alvum, derivando ſerum à venoſo genere ad inteſtina, ſicque urinæ copioſioris proventum impediendo, nimiam mictionem compeſcunt, unde qui alias purgantur, eo tempore parum mingunt, frequenſque mictio in ſanis alioquin, interdum purgationem inſtituendam eſſe arguit, ut & in morbis quandoq; non ſufficienter corpus purgatum eſſe oſtendit, aut per criſin morbificam cauſam expulſam.

Perficitur hæc levioribus, ſi vires jam proſterni incipiant, uſque nonnihil adſtringentibus exhibitis, ut dando *Rhabarbarum* (quod ſuſpectum, quia experientia teſte non minus diureticum eſt, quam catharticum) *myrobal. citri. ſyrup. roſar. ex infuſione*, quibus & alia adſtringentia miſcentur, ſyrupi, decocta, aquæ, qualia in Dyſenteria deſcribuntur &c. *Platerus.*

Diabetes vero per *adſtringentia* convenienter curanda, Ubi tamen *cydonia* fugienda vtut ſint adſtringentia, quia ſunt diuretica (*vt & plurima auſtera, meſpila, pyra & poma acerba, &c.*) ut notant *Bartholinus* & *Schenckius*. Ergo *Martialia*, item quæ ex *plantagine* & *tormentilla* parantur, Item *Decoctum prunorum ſylv.* &c. conveniunt, Item *Tinctura ſulphur. vitrioli*, *bolus Armena*, *terra ſigill.* cum *conſerva roſar. vitriolata* vſurpanda; Item *decoctum plantag. in aqua chalybeata.*

Obſervandum 1. quoad *Pharmaciam*, in principio curationis laudari *Vomitum*. Sic *Brendelius conſ. 83.* ex *Platero* dicit, Principium *curationis* ſit *Vomitus*, jubendo vt dum æger maxima torquetur ſiti, copioſam aquam degluriat frigidam, hancque repente revomat, quod fiat ſingulis quatuor diebus. Certum hoc eſt auxilium pro revulſione. Item *Zacutus* dicit, prodeſt *Vomitus*, iis præſertim quibus ſalſa pituita in ventriculo abundat, Vide *Ferdinandum conſ. 37. Horat. Augenium l. 12. Ep. 13.*

Quoad remedia *Diætetica*, in pluribus convenit hujus Affectus Curatio cum hectica febre, quia in ſex rebus non naturalibus ix ordo ſervandus, vt corpus refrigeretur & humectetur, firmentur renes & eorum exuberans caliditas attemperetur, vt loquitur Zacutus. *Etmuller.*

15. *Inſtituitur*) *Vena ſectio* in principio morbi, viribus adhuc ſatis validis exiſtentibus revulſionis & refrigerationis cauſa convenire poteſt, parva quantitate, & partitis vicibus celebrata; Si vires jam dejectæ fuerint, aut hic affectus alteri ſuccedat, non erit locus huic remedio: *Evacuatio excrementorum* per *clyſteres* mollientes & lenientes molienda eſt, E. g.

℞. *Fol. lactuc. portulac. malvæ & plantag.* ãã m. j. *hordei mundat. & roſar. rubr.* ãã p. j. *f. Decoctio ad* ℔iß. *In colat. diſſolve Diaprun. ſimpl.* ʒvj. *mell. roſac. & ol. omphac.* ãã ℥ij. *f. clyſter. frequenter injiciendus.*

Tum etiam *Purgatio blanda eſt inſtituenda cum medulla caſſiæ & pulpa tamar. & myrob. cum ſyr. roſaceo.*

Vomitus etiam à nonnullis commendatur, ex *decocto ſem. raphani* & *ebulis* cum *oxymel.* qui vacuat & revellit à partibus vrinariis. Ad *intemperiem* autem dictarum partium corrigendam, & humores Incraſſandos, conveniunt Julepi ex *aquis* vel *decoctis lactucæ, portulac. plantag.* cum *ſyr. myrtin. cydonior. & ſimil.* atque etiam de *papav.* in modica quantitate, addendo *pulv. diatragac. frig. trochiſc. terra ſigill. & ſim.* Vel ad magis adſtringendum in hunc modum.

℞. *Rad. conſol. maj. & plantag.* ãã ℥j. *fol. plantag. m. j balauſt. & myrobal. citr.* ãã ʒj. *ſemin. plantag. portulac.* ãã ʒiß. *roſar. rubr. p. j. coqu. ad* ℔j. *In colat. diſſolve ſyr. cydon.* ℥iij *f. Julep. in iij. doſes.*

In eundem finem Pulvis aut Opiata fieri poteſt, E. g.

℞. *Semin. plantag. portul. coriand. præp. & roſ. rubr.* ãã ʒj. *corall. præp. boli Arm. margar. præp. & rad. torment.* ãã ℈j. *nucis moſch.* ʒß. *m. f. Pulvis.*

℞. *Conſerv. roſ. antiq.* ℥v. *boli Arm. corall. præpar. c. c. uſti* ãã ℈j. *cum myva cydonior. f. Opiata.*

Fraſtus valde commendat *ſyr. ex rad. ſymph. maj. & pruni ſylv.* confectum, quem ſe ſumma cum felicitate in affectibus huic malo ſimilibus vſurpaſſe teſtatur.

Narcotica etiam, vt *theriaca rec. ſyr. de papav. & laudan. Op.* prudenter vſurpata, plurimum prodeſſe poterunt.

Perſeverante affectu *Lac Ovillum*, aut *bubulum*, aut *aſininum* erit convenientiſſimum, modo prius ſerum abſumatur, injectis frequenter ſilicibus candentibus, Detur mane ſicut in aliis affectibus.

Sudorifica etiam commendantur, quibus ſeroſus humor ad corporis ſuperficiem evocatur, quæ tamen ſuſpecta ſunt, ſiquidem ſummam cum diureticis

cogna-

cognationem habent, viſcerumque intemperiem augent: Si locus aliquis eſſe videatur, ex temperatoribus, *rad. China* aut *ſalſapar.* cum *fol. endiv. borrag. acetoſæ*, decoctum parari poterit; primo vero in conſumptis, fieri potent ex *decocto pulli*, aut gallinæ juniores, ut ſimul renutritioni corporis conſulatur: Tutius vero cenſemus externo Sudores elicere puta vapore Decocti convenientis in ligneo inſtrumento, nudo corpore ſuſcepto.

At illis prævalent *Diaphoretica*, quæ ſimul malignam qualitatem oppugnare poſſunt, ex quibus *oleum vitrioli* præcipuum eſt, quia ad ſitim extinguendam, fluxum cohibendum & malignitatem infringendam præſtantiſſimum eſt.

Pro *Potu* æger utatur *aqu. ferrata*, cum *ſyr. acidu* & aſtringentibus, Vel *decocto prunorum ſylv.* quo remedio ſeſe ſolo ſe hunc morbum in pueru curaſſe teſtatur *Eraſtus*. Denique ſymptomata hunc affectum comitantia, ut *Vigilia*, *Sitis*, *conſumptio* aliaque remedius in propriis capitibus deſcriptis mitigantur. *Riverius.*

Trochiſci efficaciſſimi hi ſunt.

℞. *Mucilag. ſem pſyllii* cum qua in orbiculos digerito *ſem. coriandr. ppti ſpod. corall. ſuccini, ſangu. drac. ſantal. rubr. ſar.* ãã. ʒij. *camphor.* ʒß. Dentur cum *lacte ovillo* butyro excempto. *Al. Benedictus lib. 23. c. 20.*

Eſt celebre auxilium, *cremor ſymph. maj.* cum *decocto equiſeti*, vel *ſuccus ex viridi herba expreſſus*, utite enim exſiccat, adſtringit, retinet, *P. Michael de Heredia Op. T. 4. Diſput. 7. cap. 1.*

Egregie confert hoc Electuar.

℞. *Mucilag. ſem. cydon.* ℥xij. *ſem. pſyllii* ℥vj. *myrobal. citr. oſſium dactyl. Corall. r.* ãã. ʒij. *Carabes* ʒß. terantur & addito ſacch. q. ſ. f. *Elect.* Doſis ℥ß. quotidie mane. *Vidus Vidius Pr. p. 619.*

15. *Inſtituitur*) Quidam plures curavit, & ego quendam juvenem intra 4. dies curavi, qui patiebatur Diabeten, & mingebat involuntarie in lectum.

℞. *Roſar. ſpod.* ãã. ʒx. *ſem portulac. coriand. ſantalor. berberor.* ãã ʒj. *camphor.* ʒß. *m. cum ſucco malor. granat. acetoſæ, f. Troch quorum quilibet ſit ponderis* ʒj. *Detur unus mane & ſero cum aqua frigida & ſyr. roſ. myrtinum.* Bonum eſt & expertum remedium ad hanc paſſionem. *Arnoldus Villanovanus Brev. l. 2. c. 36.*

Plurimum valet hic Pulvis.

℞. *Stomach. gallinar. vino ablutor. pulv. cap lepor. uſti. maſtich* ãã. ℥ß. *nuc moſch. n°. j. apum* ʒv. *cin. orinac. combuſti* ʒiij. *m f. Pulv. doſis* ʒß. *ad* ʒj. *Arn. Weckardus Theſ. p 278.*

Puer 7. annor. uſu Acidularum Grieſpachenſium in tantum urinæ profluvium incidit, ut an ſimile viſum ſit dubitem, victus rationem præſcripſi refrigerantem & inſigniter nutrientem; Loco vini & aquæ *lac amygdal. & juſcula caſtratorum caponum, diſſolutus ovorum vitellus*. Hac victus ratione cum per aliquot dies uſus eſſet, vires recollegiſſet, *ſyr. roſ ſolut. compoſ. cum rhabarb. & myrobal. citr.* expurgatus fuit, & per intervalla Potiunculam exhibuimus.

℞. *rad. torment. biſtorta ſymph ma. plantag.* ãã. ʒij. *fol. agrimon. veron. roſ. rubr* ãã. *m. ß. coqu. in aqua ad 3. part. conſumpt. in colat.* ℥ij. *diſſolve ſyr. de roſis ſiccis* ʒij. *c. c. uſti & ppti corall. præpar. troch. de ſpodio* ãã. ℈j. *m f. Potio.*

De præſcriptis Pulver. quoque non raro cum *lacte amygd.* dedimus, Renes *Vngu.* & oleis refrigerantibus & adſtringentibus, inunximus. Horum uſu pleniſſime reſtitutus videbatur, ſed cum ad vini diluti uſum rediiſſet, denuo in eundem morbum incidit, & tam graviter ut naturæ debitum perſolverit. *Hildanus obſ. 53. cent. 5.*

Mulierem paucis & facilibus remediis liberavi.

Mane & veſperi reſidebat in *balneo aqua dulcis* in qua *ferrum* vel *ignitus chalybs* aliquoties extinctus erat; egreſſæ regioni renum & veſicæ applicabatur *plantago, in aqua chalyb.* decocta; Cibum ſumebat ſiccantem, & ex *chalyb. aqua* vel lacte coctum. *Martinus Rulandus Cur. 96. Cent. 2.*

Diabeten vidi curatum hoc medicamento.

℞. *Cancr. fluv. in clibano cocti & pulv.* ʒj. *thuris maſculi* ʒß. *ſacch. modicum* detur in potu. *Achilles Gaſſerus obſ. 56.*

16. *Renum intemperiem corrigentibus*) Refrigerantia topica Renibus imprimis in Diabete conveniunt, de quo legi meretur *Cardanus Cur. adm. 27.* Ex urinæ, *ait*, profluvio feliciſſime & ſæpe una die ſanavi, abſtinendo à purgantibus, abſtinendo à pinguibus, dando uvas paſſas, lentes, calidis utens, renibus vero adſtringentia imponendo. *Wedelius A. m. m p. 191.*

17. *Vena ſectio*) Sanguinis miſſio circa initia in plethoricis è venis derivando, ſi morbus non impediat nonnihil prodeſſe poterit. *Platerus.*

18. *Ad motum tardiorem reddentibus*) Propinantur ideo *Incraſſantia, adſtringentia & refrigerantia* varia, veluti in *cibis* quæ præcipue emplaſtica ſunt, ut *panis, pultes* item variæ, paratæ ex *tritico* vel *amylo & zea*, cujuſmodi ſunt *alica*, quæ Græcis *chondros*, veterum, noſtraque varia ex ſarina illius parata lacticinia; itemque ex *hordeo exicorticato*, veteres *Ptiſanam* vocabant, ex avena *avenatum, oryzata, amygdalata*, *lentes cocta*, *amygdala, avellana, caſtaneæ toſta, caro craſſior illiuſque partes viſcoſiores*, *Ova*, præſertim *albumen*; *Lactuca, endivia, bugloſſum utrumque*, portulaca.

Interea quæ *bibuntur*, *juſcula ex cerealibus & carnibus, lac omne, aqua chalybeata, emulſio amygdalina*, *vinum craſſum & ſtypticum*, dilutum *aqua myrti, bugloſſi*, aliiſque Ex medicatis dantur *ſyrupi myrtill. roſar. rubr. ſicc.* de *ſucco acetoſæ* aliique ſimiliter adſtringentes, non tamen calefacientes, *Aqua plantag. burſa paſtor*, affatim bibita juvat, & ſi calor adſit, aliæ refrigerantes exhiberi poſſunt.

Mucilagines exhibentur *ſem pſyllii cydonior. Vel infuſio g. tragac.* facta cum *aqua roſar. plantag* Dantur ad ℥ß. cum ſacch. vel ſyrupo convenienti. *Platerus.*

19. *Prævalere creduntur*) Pulveres fiunt qui exhibentur per ſe vel cum *ſaccharo roſato*, aut cum liquoribus ſupradictis, aut *vino ſtyptico*, ex *glandibus* ſolis paratus admodum efficax eſt; vel ipſis & *lentibus* ſimul excorticatis & exſiccatis in furno, vel ſic compoſitus.

℞. *Sem. coriand.* ʒij *fol. agrim.* ʒj. *roſ. r.* ʒß. *ſant. r cinn.* ãã. ℈j. *ſpica nardi* ℈ß. f. Pulvis, Si *capulas glandium, gallas, balauſtia addas ad* ʒß. erit efficacior. Vel

℞. *Thur. ſuccini*, ãã. ʒiß. *myrrha* ℈ij. *ciner. veſicauſta tauri, porci, aut alterius domeſtici pecoris* ʒß. *f. Pulvis.*

Hiſce & alia commiſceri poſſunt, veluti pulveres, vel cineres, ab animalibus deſumpti, proprietate quadam agentes, in involuntaria mictione deſcripti; & præter hæc alia. *ſem. ruta mentha, calaminthæ, myrti, rad. biſtorta, tormentilla, enula &c.* Platerus.

19. *Prævalere creduntur*) *Tinctura antimonii* effectum in nimio urinæ profluvio ſingularem aliquoties expertus ſum. *Willis de morb. convulſ. c. 8.*

19. *Prævalere creduntur*) Laudamus *terram vitrioli dulcem, eſſentiam martis, Tincturam corallor. veram*, & *Tincturam ſulph. vitrioli*, Illa enim quæ ex *tartaro & vitriolo* parantur potius aperiendi & abſtergendi vim habent, a *Fabro* propoſita. *Chr. Langius.*

20. *Eſſentia croci martis &c*) Quæ à Chymicis commendantur, *Tincturam ſmaragdi* præ ceteris laudat *Hartmannus* cujus & præparandi modum adducit in ſua Praxi Chymiatrica mirabiles quoque effectus pollicentur ex *Tinct. & ſale corallorum*. Laudatur à *Grulingio Pr. l. 4. c. 8.*

21. *Balnea*) Foris adhibentur Renum regioni refrigerantia, adſtringentia additis quæ eos firmant, quod præſtat

Inunctiones in hepatis & renum inflammatione deſcriptæ; quibus *ol. violar. nenuphar ſuccus lactucæ*, menthæ addi poterit: Item *oleum lumbric.* quod peculiariter mictionem compeſcere creditur; deio & ſemina *plantag. portul. camphora*, Conferunt & *Vngu. refrigerans renes, Roſac. cerat. ſantalin.* quod potentius adſtringit, ex *ol. roſac. ſantal. roſis, ſped. bolo & camphora* concinnatum, Epithema repellens in inflammatione hepatis & renum propoſitum: *Fotus* renum regionis, vel Inſeſſus eo uſque pertingens, fit ex *decocto plantag. burſa paſt. thapſi barb. viol. malvæ, nymph. fol. vitis, roſar. balauſt. cortic granat. granor. ſumach. berberis, myrtill.* &c. Vt majoris ſint virtutis, fiat decoctio in *aqua fabror.* vel in qua *ſcoria ferri* ſæpius ignita extincta ſit.

Cataplaſmata ex iiſdem decoctis & contuſis fieri poſſunt, addita *far. hordei* & oleis convenientibus, *Lumbrici terr.* contuſi additi à quibuſdam laudantur. *Platerus.*

21. *Fotus ex*) Exterius admoveatur Fotus regioni lumborum, ex decocto *rad aceteſ. fol. plantag. cortic. granat. ſem. ſumach. & ſimil.* quibus *aceti* parum addatur, Vel, quod utilius erit, paretur Inſeſſus ex eodem Decocto: Eademque pars inungatur *Vngu. roſat. ſantal. & Comitiſſa* ſimul mixtis. Vel

℞. *Ol. roſac. myrtin.* āā ℥j. *ſantal. rub. roſ. rubr. corall. r.* āā ℈j. *ſucci plantag.* ℥j. *cera q. ſ. f. Vnguent. Riverius.*

22. *Ex plantagine*) Valet & *plantago* interius, ejuſque eſſentia, extractum, ſyrupus, quæ laxitatem renum diabeticam egregie corrigunt. Eſſentia item traumatica, pulvis Stypticus. *Wedelius.*

23. *Alius eſt Diabetes exquiſitus, &c. alius nothus*) Eo nomine duo vitia vulgo inſigniuntur idque promiſcue, nec abſque confuſione; Nempe primo modo (in Diabete notho) dicta copioſa nimis urinæ excretio, quam intenſiſſima ſitis, debilitas virium, macies totius corporis, aliaque ſymptomata, inſtar hecticæ confirmatæ, aut inſtar tabis dorſalis, ſæpius etiam mors ſubſequitur: Equidem non rarum eſt copioſiores urinæ excretiones naturæ opus eſſe, quæ motu critico, aut huic ſimili, ſe ipſam à morbis liberat, unde cum ægri euphoria contingit, nec adeo diu durare ſolet, ita ut æger in principio haud adeo curet, ſed ſucceſſive uberior quantitas prodit, & quia tenuis, aquoſa, uno nomine ſic dicta cruda, quam & oris ſiccitas, & ſitis, virium defectus & viſcerum internorum quidam ardoris ſenſus, &c. comitantur; Quod ſi urinam aliquando connneant ægri, lumbi, coxæ & teſtes cum gravitate intumeſcunt.

Alio autem ſenſu & Diabetes dicitur, nimis cita *potulentorum*, aliorumque liquidorum aſſumptorum, aut planè non, aut parum mutatorum, per vias urinarias excretio, ita ut non raro color, odor & ſapor aſſumptorum liquidorum in excretis per urinam adhuc ſint ſenſiles, Imo obſervata etiam fuerunt grana aniſi, ſem. coriandri integra; affectus diſtinctiſſimi uno nomine *Diabetes* dicuntur, quæ tamen vox *propriè* poſteriori affectui convenit. *Etmuller.*

24. *Nothus, qui nihil aliud eſt*) Copioſiſſimi iſtius urinæ profluvii cauſa inveſtigatu perquam difficilis eſt, Et quidem duo conſideranda veniunt, 1. *Unde tanta materia urinaria quantitas?* 2. *Quare in ſpecie eadem per vias urinarias, amandetur?*

Quoad *prius* aliquot locia afferunt exempla eorum, qui inſigniter licet obeſi ac corpulenti, per uſum tamen remediorum diureticorum admodum emaciati fuerunt, mediante copioſo hinc concitato urinæ profluvio, Vide *Schenckium obſ. lib. 3.* ubi de *Diabete*, Sicut aliàs nimia corpulentia per Salivationem mercurialem curata fuit, Vide *Acta Med. Hafn. vol. 1. pag. 144.* Sic *Borellus centur. 2. obſervat. 12.* refert continua maſticatione *fol. & ſtr.* *Tabaci* craſſitiem & pinguedinem corporis inſigniter fuiſſe immutatam: In omnibus his per colliquationis modum tam contentorum corporis, quam ipſius pinguedinis, hac ipſa in texturam ſeroſam reſoluta iſtis modis fuerunt excreta; Sicut *purgantia acriora*, ſimili *colliquativa vi* humores alterare, & flaccidam ſeu texturam mutare ſolent.

His poſitis, arbitror maſſam ſanguineam, & primario partem ejus chyloſam, *item* ipſum rorem, & ſuccum corporis nutritivum, & denique ipſam adeo pinguedinem reſolvi & colliquefieri, atque ita in formam atque conſiſtentiam laticis ſeroſi faeſcere, ſubque tali forma per loca urinaria excerni, hinc enim urinæ diabeticorum horum excretæ mira dulcedo, ex pinguedinis aut roris chyloſi liquefacti, cum ſalibus urinariis miſti mutua temperatura, & in dulcedinem vergente textura. Confer *Williſium*, cujus ſententia infra adducitur. §. *Dum ſucci in venis.*

Hujus *colliqueſcentia cauſa*, & inde genitæ copioſæ urinæ, eſt *acrimonia* inſignis *volatilis acido ſalſa*, ſimilis acri iſti volatili ſali, qui in *cantharidibus, aſellis, ſcarabæis*, mineribus ac his cognatis inſectulis deprehenditur, eaſque ex primis viis derivata, Mediante chylo ſanguini, & hinc univerſo corpori communicata, quod *acre volatile fermentum* attenuat, reſolvit & ſanguinem colliquat & nutrimentum corporis chyloſum, & ex hoc productam pinguedinem, Id quod patet ex eo, quod in Diabete incipiente urina acris, & ob ejus rosionem cum ardoris ſenſu excernatur, Item, quod hæc *notha Diabete*, curetur inter alia fere per ſimilia atque febris hectica, talia ſcilicet quæ acrimoniam contentorum contractam temperare valent; qualia ſunt lacticinia: Et denique quod hæc Diabetis *ſpecies notha*; inter alias *cauſas remotas* ex abuſu *diureticorum*, contenta corporis attenuantium ac renes ſtimulantium excitari ſoleat, Id quod conſtat ex obſervatione *Tulpii & Amati* qui narrant ex uſu vini meracioris & muna fœnic. marini natam Diabeten; Sic à nimio *ſucci betulæ* uſu Diabetes lethalis *in MC. anni 2 pag. 300.* Item à potu *ſpermatis ranar.* inſignis Diabetes apud *Loſſium obſerv. p. 314.*

Nempe omnia Diuretica hæc in acre ſalſum volatile abeundo in primis viis, hinc acriorem reddunt maſſam ſanguineam, cæteraque contenta; hincque liquefactum humorem nutrientium, ſtimulando renes ſub forma cibi urinarii excerni faciunt; Hinc eſt quod *acida volatilia* potulenta, ob vim diureticam, quam in primis viis acquirunt, etiam Diabeten excitant; Sic ex abuſu *vini Rhenani*, unde incurabilem Diabeten notat. *Willis.*

Acre autem hoc colliquans fermentum ex primis viis fermento nempe ventriculi digeſtivo, quavis ratione vitiato aut alterato, oriri ſuſpicor; adeoque prout ventriculi prima digeſtio baſis eſt reliquarum omnium, ita & hujus ratione vel macri vel pingues reddimur, ita & conſequenter ex alterato eodem pingues emaciari iterum poſſunt, prout ſcilicet fermentum ejus ſpirituoſum plus minus *acre* vel temperatum fuerit, indeque ſimilia notæ chylum corpori undique diſtribuat; Et licet crebrius ex primæ digeſtionis errato & inde acri *colliquativo fermento* fluxus alvi colliquativus enaſcitur, cum inſigni ex corporis macie virium debilitate; ita pariter ſimili ex origine aliud acre aliud volatile fermentum contentorum corporis colliquefactivum, & in ſeroſam conſiſtentiam reſolutivum renaſci poteſt,

Quoad *Poſterius* Quare colliquati iſti ſucci, ac pinguedo in ſpecie per Renes urinæ ſub forma expurgetur, non eſt ſolum textura reſoluti & ſereſcentis fluidi, facile per poros renum appropriata renum textura tranſeuntis,

quando

quando ipſi *Renes ſimul affecti*, & ab acri iſto *volatili acido ſalſo fermento* ſenſibiliter vellicari & irritari videntur, Cujus occaſione non ſolam dolor ardor, &c. circa renes in lumborum regione percipiuntur, ſed etiam ſpirituum impetus eo magis hinc concitatur, adeoque & m. s. eo uberius quaſi movetur non ſecus ac ex ſtimulo purgantium ad inteſtina, ex ſtimulo mercurialium ad glandulas gingivarum uberius moventur, & excernuntur contenta corporis. *Etmuller.*

24. *Profluvium urinæ colliquativum*) Si ſeri magna quantitas, quæ in venis delituit, per hanc viam à natura ſubito evacuetur; immodica mictio inde prodire poteſt; ſicuti in corporum quorundam ſuperfluitatibus poteſt accidere; Et in morbis quibuſdam, ut in cachexia vel hydrope aliiſque, maximeque in *febribus continuis*, in quibus cauſam morbificã critice, vel in Intermittentibus, in harum declinatione, natura cum ſero ad veſicã expellens copioſam mictiorũ parit poſt quam morbus aliquando ſolvitur: Quod ſi vero hoc omnium fiat, naturaque per hanc viam cauſam morbi cum ſero per urinas adeo copioſe evacuet, ut univerſum fere ſerum è corpore exhauriatur, profuſa hęc mictio, quam Diabeten vocant, forte inde prodibit. Vnde jam calor ille totius corporis, ſitiſque, ſi præſertim in febre aliqua hoc accidat, tum febris, tum inanitionis hujus cauſa, uti & corporis marcor, maxime, ſi febris aliqua ardens, vel *Colliquativa* dicta adſit, mictioni huic junguntur: Et quia raro hoc accidit, ut in febribus adeo immoderata ſeri fiat per mictionem profuſio, ſed potius moderatior ſit, criticeque fiat, febriſque per eam ſolvatur, ideo & rarus hic eſt affectus, qui non allevat, ſed ſumme debilitat, & in periculum majus ægrum deducit; Nec mirum, cum tam copioſe ſubitoque urina in hoc caſu effundatur, eam crudam minuſque ob id tinctam apparere; Quam rari illius affectus cauſam eſſe potius quam intemperiem Renum calidam ex prædictis colligimus: Quod & Practici aliqui, etſi in cauſa Diabetis explicanda non ita Febris expreſſe meminerint, tamen in prognoſtico, *Si febris ardens jungatur*, cum etiam lethalem eſſe ſcribant, frigidaque remedia in curatione adhibeant, innuere videntur, Noſque proin *verum Diabeten*, in quo ſubita hæc *corporis colliquatio*, cum calore & ſiti intolerabili oritur, *febris Cauſoni colliquativæ* potius accidere, huicque *colliquationis* occaſionem aliquam præbere exiſtimamus, & proinde febris ipſa, rarum & periculoſum ſymptoma ipſi copulatum eſſe: Niſi forte ſi citra febrem Diabetes aliquis oriatur, ob copiam potus in venis meſeraicis diu retenti & coacervati, poſteaque vi naturæ ſubito ad renes propulſi, potius quam attracti, id accidat; Vnde & potus fere talis qualis aſſumptus fuerat, parumque aut nihil moratus, nec in prima concoctione, quam effugit, elaboratus mingitur; Et ſi tunc corporis adſit calor & ſitis, hæc ob inanitionem potius illam magnam, quam à renum calore prodeunt; quippe qui hæc efficere, aut corpus adeo debilitare nequiret, Verum cum Potus ſic raro in venis retineatur, etiam hic Diabetes infrequens exiſtit. *Platerus.* Sed difficultas ſupereſt circa Potum recens ingeſtum ſitis intenſæ ſedandæ gratia, qui vix aſſumptus in alteratus excluditur, Adeo ut ad reddendam obſcuri iſtius affectus cauſam, in ſubſidium advocandi ſint meatus illi occulti, potum à ventriculo ad Renes deducentes, hactenus inconſpicui, ſed quos adeſſe ratio perſuadet. Vide de his *Medicinam noſtram Septentrionalem Tomo 2.*

25. *Quam profluvium urinæ colliquativum*) *Helmontius* ſtatuit in diabete totum cruorem quandoque in lotium mutari lacteum, vel potius ſeroſam quandam ſa-

niem; Hæc tamen Diabetis ſpecies rectius pro Diabete notho, id eſt pro urinę profluvio colliquativo, quam pro exquiſito habendus eſt. *Chriſt. Langius.*

Curatio Diabetis Nothi.

In *Diabete Notha 1. alterandum* eſt & corrigendum *fermentum* iſtud colliquativum, & diureticum acre, tam per remedia ex fonte Pharmaceutico quam diætetico. 2. *Narcoticorum* interpolato uſu, & renum irritatio, & nimia ſecretio, forſan, & nimia *colliquefactio* impedienda, Ea quæ *priori ſcopo* conveniunt, *Pharmaceutica* quidem ſunt fere *abſorbentia acido auſtera*, quaſi figentia, & plus minus adſtringentia: Quæ vero ex fonte *Diætetico*, ſunt alimenta ſucculenta, inprimis lacticinia.

Remedia igitur *Pharmaceutica* uſitata ſunt, quæ præparantur ex *plantagine, portulaca, nymphæa, papav.* &c. ſeu eorundem *ſucci*, ſeu *ſyrupi*, aut decocta uſurpentur; Hinc *corallia*, & varia ex his præparata, *magiſt. corall.* cum *ſucco citri*, vel *mixtura, ex corallis, cum aceto*, polychreſta *Sylvio* uſitata v. g.

℞. *Aquæ plantag.* ℥iij.
Aceti deſtill. vini optimi ʒvi.
Corall. r. ppti ℨj.
Laud op. gr. ij.
Syr. portul. ℥j.
miſce capiatur cochleatim.

His *lapis hæmatites*, tam naturalis, & ejus præparata varia, quam artificialis ex *vitriolo Martis & ſacch. Saturni* parandus primitus à *Glaubero* edoctus, tandem ſub nomine *lapidis Chymici contra Diabet.* deſcriptus in *M.C. An. 2. p. 227.* hinc *Tinct. Antiph. Tinct.* ſic dicti *ſulph. vitrioli*, &c. Item *ſuccinum & ſuccinata*; *Troch. de Carabe, Troch. de terra ſigill.* in ſpecie *aqua calcis vivæ* tam *ſimplex* quam *compoſita*, ſubinde hauſti, nobile & ſingulare experimentum eſſe contra hunc affectum, Alia *ut c. c. uſtum, Crocus martis adſtringens*, ex dictis manifeſta evadunt.

Quoad auxilia *Diætetica*, eminent *Lac* præſertim *chalybeatum* Beneficio enim *lactis chalyb. aſinini* cum *Philonio Perſico* Diabeten deſperatam curavit *Zacutus Pr. Adm. lib. 2. obſervat. 70.* Hinc etiam *Emulſiones* factæ ex *amygdal. dulc. ſem. 4. fr. maj. papav. albi &c.* eæque crebrius & copioſius hauſtæ ſubinde uſurpandæ ſunt; Hinc etiam *cibi cum lacte* vel *aqua chalyb.* præparandi, Item *aqua chalyb. cui c. c. raſura* incocta fuerit uſurpanda.

Externe ſacculi & fomenta, ex plantag. foliis, quercus in aqua chalyb. cocti, ſubinde regioni renum applicentur, *Item, Cancri fluviat.* aut *recentes contuſi*, eorumq; *ſuccus recens*, expreſſus dicto loco admoveatur. *Etmul.*

26. *Dum ſucci in venis*) Diabeten ſanguinis potius & immediatius quam Renum affectionem eſſe, & originem ſuam inde ſumere credimus, quare nos cruoris maſſa veluti deliqueſcit & in ſeroſitatem copioſe nimis funditur; quod quidem ex urinæ quantitate ubi in immenſum aucta, quæ nonniſi à ſanguinis deliquio & conſumptione procedat, facile conſtat: Propterea item cruor reſiduus, ſero ejus ita ubertim abſcedente, multo craſſior, & ad coagulandum aptior evadit, uti e pulſu celeri & laborioſo arguere licebit, nam idcirco cor rapidius movetur, ut ſanguinem, plus ſolito dum exigeret, à coagulatione præſervet; Porro ut hujus fluiditas, ob nimia ſeroſi laticis impendia periclitari apta, continuari poſſit, materies potulenta ſiti immani urgente copioſiſſime ingeritur, ac inſuper humores ſolidis partibus impacti.

inconvenientem effluxus, vel ad mortem uſque durat, vel ſi etiam evadant, nec ulcus tamen coaleſcat, & occludatur, nihilominus permanet, ſicuti illi cui in *ſectione ſarcoceles veſica læſa* fuit, accidit, quod labiis vulnerum, tam in veſica quam carne & cute cicatrice obductis, vulnereque ſic in fiſtulam converſo, per eam ad hodiernam uſque diem urina effundatur, idque citra aliud incommodum, cum urina per viam hanc illi extrinſecus patefactam extrorſum, nec in abdomen profluens, noxam intrinſecus nullam afferat. Aliquando tamen in aliquibus, ut in eo cui bos cornu impreſſo abdomen & veſicam perfoderat, contigit ut vulnere iterum ſanato, & penitus occluſo, urina mictioni naturali rurſum redderetur, quod cum alias veſicæ corpori vulnus illatum non amplius coaleſcere poſſit, hanc ob cauſam eveniſſe putamus, quia vulnus non membranam veſicæ, ſed carnoſam, circa illius cervicem, ſedem, ubi vulnera iterum coaleſcere poſſunt, penetraverit. Vel quod illic, aliave illius in ſede vulnus inflictum, carni vicinæ, quæ ſimul vulnerata fuit, ita inter coaleſcendum accreverit, ut foramen in veſica factum, veluti callo hoc ſic obturaretur, atque ita minus in abdomen, aut vulnus externum, quod interea ſimul ſanatum fuit, urina effluere potuerit, & proin ad naturalem ſuam excretionem redierit. *Platerus.*

Intempeſtiva & Frequentior mictio.

Mictio frequens & intempeſtiva ex *conſuetudine* mala quandoque naſcitur, ſi urinam inordinate reddere aſſueſcunt. Cum enim in excretionibus alvi & mictione, natura in illis qui in vivendi ratione non peccant, ſuum ſervet ordinem, certoque ad hæc obeunda invitet tempore, ſi ordo hic illius anticipando, vel cunctando ſæpius pervertatur, tandem ex conſuetudine hac perverſa exurgit, ut ad mictionem ante tempus conveniėns impellantur. Ob quam & cauſam infantes, ſi noctu dormientes lectum commingere ſæpius in eo delinquendo aſſueſcant, involuntariam hanc & intempeſtivam mictionem tandem ſibi familiarem reddunt. Quod & adultis quibuſdam, eandem ob cauſam evenit.

Ob *conſtitutionem* quandam *peculiarem*, *Renum & veſicæ*, mictionum quædam exurgunt genera: qualis eſt ſi *ſenſum exquiſitum* admodum veſica à natura adepta, ab urina citius & antequam mediocris illius quantitas colligatur, ſtimulum ſentiens, ad mictionem ſollicitetur, unde intempeſtiva oritur mictio. Quæ & cauſa forte eſt in infantibus, quod frequentius mingant, noctuque, niſi ut urinam reddant excitentur, in lectum urinam emittant, verum & exquiſitus ille veſicæ ſenſus, ſi urina acrimoniam majorem conſequatur, non ſolum ut tanto frequentius eam reddant efficiet, ſed & occaſionem præbebit, ut eo citius mictio ardens ab urina acri eveniat.

Calidior Renum conſtitutio, nondum præternaturalis, ſed à natura quibuſdam inſita, ut plus cæteris ſæpiuſque mingant cauſam aliquam afferre poterit; cum ad ſegregationem citius abſolvendam calor, uti omnes operationes accelerat, juvat.

Quod & *imbecillior renum conſtitutio* ſimiliter efficere poteſt, cum facultate illorum retrice debilitatâ, ſerum citius quam oportebat prætetlabatur.

Quæ imbecillitas ab ortu illis nonnunquam contingit, ob caloris debilitatem, aut ſubſtantiæ vaſorumque illorum laxitatem nimiam & mollitiem. Alias vero poſtea primum ob crebram mictionem, à *potatione* frequenti progreſſam accedit, vel ab *immoderata Venere*, quæ haſce ſedes debilitat, prodit.

Veſicæ quoque *imbecillitatem* inde natam, quod mollior aut *laxior* ſit, mictioni frequentiorem occaſionem præbere aliqui docent; Quæ tamen potius, ſi nimium ampliata tenuiorque exiſtat, illud efficiet; quod ab ortu quibuſdam poteſt accidere, alias vero ob longiorem urinæ retentionem in diu durantibus conviviorum, &c. conventibus, ſi ſæpe hoc contingent.

His quoque accedit imaginatio fortis per inſomnia, quibus ſe in loco aliquo commodo mingere nonnulli ſomniant, ſuſcitata, facultatem expultricem renum & veſicæ ad ſuum munus exequendum impellens & ſtimulans.

Ab *intemperie frigida renum & veſicæ*, ſi retentrix ipſorum labefactetur, mictio quoque frequentior reddi poteſt, Quæ à frigore externo regionem horum admodum impetente proficiſcitur; quam ob cauſam & pedum frigus vehemens, per conſenſum haſce ſedes quoque afficiens, & ad eas uſque perveniens, mictionem accelerat.

CAP. LXVI.

De Diabete.

1. *Diabetes eſt* [2] *celerrima &* [3] *copioſiſſima* [4] *potus non tranſmutati emictio, ab intenſa renum attractrice exorta, & cum ſiti valida & perpetua affligens.*

Pars affecta ſunt Renes, ita tamen, ut & veſica, copia urinæ preſſa, conſentiat.

2 *Signa* ſunt, [5] mictus copioſus, [6] parùm vel non mutatus, [7] ſitis valida, nec ulla ex liquoris alicujus ingeſtione ſatietas, dolor, punctura, & gravitas circa lumbos, totius corporis colliquatio, ventris ariditas & ſiccitas.

Cauſa eſt inter Medicos controverſa. Nos, [8] Renum attractricem intenſam, [9] à valdè calida eorundem intemperie exortam, ponimus, quam [10] affluxus humorum acrium & mordacium, bilis nempe & pituitæ, ſalſæ, [11] renum ſubſtantiæ impactorum, inferunt: [12] nimia amplitudo vaſorum emulgentium & ureterum, epatis caliditas, febres peſtilentiales, retentricis ventriculi infirmitas, juvant. Sic, cum renes copioſius ſerum è venis trahant, nec id ob imbecillitatem continere queant, ad veſicam ablegant: venæ rurſum è jecore, hoc ex ventriculo trahit. Unde hujus orificio inanito & exſiccato, ſitis continua oboritur, &c.

[13] *Curatio* eſt [14] *nimis difficilis*, & plerumque in hecticam & totius corporis ſiccitatem tranſit. [15] *Inſtituitur* 1. [16] Renum intemperiem corrigentibus, ubi & [17] venæ ſectio locum habet.

11. Humorum acredinem obtundentibus, & ſanguinem ac cum eo humorem ſeroſum [18] ad motum tardiorem reddentibus.

[19] Prævalere creduntur, [20] *Eſſentia croci Martis* à *Crollio* deſcripta, *Tinctura ſmaragdi*, de qua ſuperius. *Balnea ex aqua ferrariorum* parata, [21] fotus ex [22] *plantagine in aqua chalybeata* decocta, potus ſed exiguus ex *decocto cornu cervi*, *ſal Coralliorum*, &c.

Differentias quod ſpectat, unica illa eſt.

[23] Alius eſt *Diabetes exquiſitus*, de quo jam egimus.

Alius [24] *Nothus*, qui nihil aliud eſt quàm [25] profluvium vrinæ colliquativum, [26] dum ſucci in venis aut ipſa corporis ſubſtantiâ in ſeroſam ſaniem tranſmutantur, quæ à renibus attracta, per eoſdem elabitur, inque veſicam deſcendit.

1. *Diabetes*) Dicitur Diabetes ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, à permeando ſeu tranſeundo, ob celerem vrinæ tranſitum, ſeu traductionem, ſicut aqua per ſyphonem trajicitur, quam mechanici, teſte *Columella* διαβήτην vocant. Dicitur etiam διψακὸς à ſiti inexplebili, & Hydrops ad matulam propter urinæ copiam quæ aſſidue profunditur: Rariſſimus eſt affectus, quem *Galenus* ſe bis tantum vidiſſe refert 6. de loc.aff.c.3. *Riverius*.

Diabetes apud antiquos morbus adeo rarus fuit, ut multi celebres Medici nullam ejus mentionem fecerint. In noſtro autem ſæculo compotationibus, & imprimis vini meracioris ingurgitationibus deditt, affectus hujus exempla & inſtantiæ ſatis crebræ, ne dicam quotidianæ occurrunt. *Willis*.

Eſt vrinæ profluvium, Hydrops ad matulam, Hydrops matellæ. Dipſacos, Hydrops in vas urinale. Diarrhœa in vrina, Διαβήτης, ὕδερος εἰς ἀμίδα, εἰς οὖρα διάῤῥοια, διψακὸς, ſynonima ſunt quæ ſignificant cum continuo & exuberanter per vrinam redditur id quod bibitur nihil plane immutatum. *Caſtellus in Lexico*.

Dicitur Diabetes à διαβαίνω, quod eſt cito tranſeo, ita ut Diabetes propriè ſit *Affectus in quo potulenta citò per corpus* tranſeunt; Et propterea melioris doctrinæ gratiâ, diſtinguenda Diabetes in *veram & notham*, ſeu ſpuriam; *Vera eſt* immutata per urinam excretio, *Notha*, copioſa & colliquativa vrinæ excretio. *Etmuller*. Vide infra §. *Alius eſt Diabetes exquiſitus*.

1. *Diabetes*) Diabetes *Siphonem* vulgò denotat, per quem aqua citò διαβαίνει (ecce vim etymi) h.e. pertranſit, Unde Medicis hoc nomen appoſite omnino ad microcoſmi ſiphunculum traductum eſt. *Chriſt. Langius Pathol. c. 58*.

2. *Eſt celerrima & copioſiſſima Potus*) Diabetes à διαβαίνω, tranſeo, dicitur materiæ potulentæ nimis celer tranſitus; Hoc affectu laborantes multo plus mingunt quam bibunt, aut alimenti liquidi aſſumunt, inſuper ſitim continuam atque febrem lentam, & quaſi hecticam ſemper adjunctas habent. *Willis*.

3. *Copioſiſſima emictio*) Copioſior fit vrinæ ſecretio ratione ſumpti potus & conſuetudinis (quod ſemper obſervandum,) vel ob *Renum carūnculas, ſi non ſecundum canales ſuos nimis patentes* ſic ſaltem conſtitutas, vt ſeri plus ſecernant à ſanguine quam decebat, vt in *Diabete*, Vel ob ſanguinem ad ſeri ſolito abundantioris ſecretionem ac dimiſſionem male affectum, Vel ob ſuppreſſos ſudores alvique fluxum ſeroſum aſſuetos: Afficitur male ſanguis ad copioſiorem ſui demiſſionem, ab *Effervescentia vitali* per ſalia volatilia & alia diuretica vbertim quovis tempore ſumpta, quodam modo vitiata, Unde non tantum redditur ſanguis fluidior, ſed inſuper minus coactus, & ſecundum partes ſuas ſeroſas cum cæteris minùs coadunatas, quare & facilius & abundantius ſecedit ab ipſo in Renibus lotium.

4. *Potus non tranſmutati*) Prodit enim vrina Aquea, h.e. conſiſtentia & colore aqueo prædita, quod fit defectu partis ſalinæ & bilioſæ urinam plus minus tingentis colore ſubflavo; Id enim notandum geminis partibus conſtitui vrinam, *Aquea & ſalſa*, quæ ſimul junctæ vrinæ componunt liquorem, colore citrino & conſiſtentia mediocri donatum: Unde poſtquam copioſus, ac præſertim penetrans, adeoque diureticus aſſumptus eſt potus, quales ſunt acidulæ aquæ, vinum tenue, &c. quæ primum & paulo poſt excerni ſolet urina, non tantum colore, aſt quoque ſapore obſervatur aquea & inſipida: Sicut ea quæ poſt abſolutam in ventriculo eſculentorum fermentationem prodit, non tantum colore plus minus flaveſcente tincta eſt, at inſuper ſalſa. *Fr. Sylvius Pr. lib.1. cap.55*.

4. *Potus non tranſmutati*) Quod plerique authores potum aut parum, aut nihil mutatum reddi aſſerunt, à vero longiſſime diſtat; quoniam urina in omnibus (quos unquam me noviſſe contigit, & credo in univerſis ita habere) tum à potu ingeſto, tum à quovis humore in corpore noſtro gigni ſolito plurimum differens, quaſi melle aut ſaccharo imbuta, mire dulceſcebat. Prædicti erroris occaſio (vt opinor) fuit urinæ color, qui ſemper crudus, & aquoſus, velut pica aut hydrope laborantium, apparet *Willis*.

Immoderata mictio.

Ab vrinæ quantitate nimia veſicam implente & ad excretionem ſtimulante, *copioſa* exurgit *mictio*, idque ob eorum quæ materiam ſero, vnde vrina prodit præbent, nimium vſum, potuſque inprimis ingurgitationem. A *potatione larga* plerumque evenit, ut ea quæ bibuntur nihil aut parum immutata, vel ſaltem cruda adhuc, nec in ſerum verum, ſanguini deducendo accommodum, tranſmutata, & nihilominus per venas ad renes, moxque in veſicam tranſeuntia, copioſa mingantur. Cum potus ingeſti tanta copia, tamdiu donec mutationem decentem humorumque permiſtionem accipiat, nequeat ſubſiſtere, ſed imperfecte elaboratus præterlabatur. Si quoque *Seri magna quantitas quæ in venis delituit* per hanc viam ſubito à natura vacuetur.

Fit aliquando etiam copioſa ejuſmodi mictio, poſt diù, vel à *calculis*, vel ab humore lento & viſcido in ureteribus hærente & obſtruente, ſuppreſſam & interceptam urinam, ſicut hoc obſervavi in *Miniſtro verbi Divini*, qui poſtquam in xt. vſque diem ob ureteres à calculis viſcoſo & lento humore involutis infarctos veſica vacua exiſtente, urina omnimode ſuppreſſa, miſere langueſceret, tandem ſubito ureteribus reſeratis, vna nocte uſque ad octo circiter menſuras, ſingulæ ponderis lbiij. communium, magno cum totius levamine reddidit. *Platerus*.

Copioſior fit urinæ ſecretio ratione aſſumpti Potus ex conſuetudinis, vel ob Renum carunculas, ſi non ſecundum canales ſuos nimis patentes, ſic ſaltem conſtitutas, ut ſeri plus ſecernant à ſanguine quam decebat, Vel ob ſanguinem ad ſeri ſolito abundan-

tioris ſecretionem ac dimiſſionem male affectum; vel ob ſuppreſſos ſudores, Alvive fluxum ſeroſum aſſuetos, Afficitur male ſanguis ad copioſiorem ſui dimiſſionem ab *Efferveſcentia vitali per ſalia volatilia*, & alia *diuretica* vbertim quovis tempore aſſumpta, quodammodo vitiata; vnde non tantum redditur ſanguis fluidior, ſed inſuper minus coactus, & ſecundum partes ſuas ſeroſas cum cæteris minus coadunatus, quapropter & facilius & abundantius ſecedit ab ipſo in Renibus lotium. *Franciſcus Sylvius lib.1.c.55.*

Immoderata mictio ſic dicta quando copioſior aut frequentior exiſtit, Si ex *mala conſuetudine*, quam obſervato ordine, ſæpius vrinam reddendo acquiſiverunt, ut poſtea frequentius quam par erat, mingere cogantur, naturam aſſueſecerint, tunc eandem conſuetudinem contraria ſenſim corrigant, nec ſemper cum mictio urget, naturæ obtemperent, ſed differendo aliquandiu ad naturalem ordinem reducant, ſicque huic incommodo moleſto & turpi medeantur.

Ob *ſenſum exquiſitiſſimum veſicæ*, ſi plus quam par erat ad mictionem impellantur, tunc vt vrina minus acris ſit procurandum; & ſi perſeveret nihilominus, ſenſus nonnihil etiam obtundendus, remediis in ardenti mictione expoſitis; mitioribus tamen cum defectus hic non adeo magni ſit ut illes momenti.

Ob *conſtitutionem calidiorem Renum*, nondum tamen præternaturalem, ſi plus ſolito vrinam reddant, cum citra detrimentum hoc fere fiat, correctionem aliam non exigit, quàm vt à calidioribus intro ſumptis, foriſque admotis, in vivendi ratione conſueta ſibi temperent, & temperatis, vel ad frigiditatem aliquam inclinantibus potius vtantur.

Ab *imbecillitate Renum*, à caloris nativi aliquo defectu, vel *laxitate vaſorum in ipſis*, aut *veſicæ dilatatione & attenuatione* quę procedit *frequens mictio*, ſi ab ortu eam imbecillitatem hæ partes acquiſiverint, ægre amplius hæc à teneris aſſueta ſæpius mingendi conſuetudo emendatur. Si vero ea ob *Potationem* crebram, urinęque per vim retentionem; maximeque ſi ſæpe hoc fiat, accidat, tum pauſas haſce omittendo, plerumque etiam hæc imbecillitas temittit, uti & ſi ob *venerem nimiam* renum imbecillitas originem traxerit, ſi poſtea ſibi ab ea temperent.

Quod ſi vero nec ſic altius hæc impreſſa debilitas ceſſet, & quæ inde ſequitur mictionis frequentia, cum ea non adeo vt vero alia pejora accidentia quæ inde ſimul prodeunt, incommodet, fere negligitur, aliorumque potius cauſa hiſce imbecillibus proſpicitur, iis quæ & tunc hanc moleſtiam inde natam poſſunt emendare.

Ab *intemperie frigida renum & veſicæ*, à frigore maximeque à pedibus refrigeratis, hiſce ſedibus contingens mictio frequentior ſi accidat, cum non diutius duret negligitur, ſi vero hiſce locis frigida intemperies impreſſa remanſerit, atque ſic mictioni incommodet, eadem quæ in paralyſi veſicæ calefacientia remedia competunt, hic quoque locum habebunt; vti & ſi imbecillitas nata ſit; eodem modo procedendum.

Ob vrinæ copiam, à *nimia vini ingurgitatione* coacervatam, ſi copioſa ſequatur mictio, cum ea & conferat, & neceſſario ſequatur, correctione alia minime opus habet, niſi vt ne turpe aliquid committant, è menſa ſurgendo, vel inter dormiendum caligas aut lectum comitungendo, ab ebrietate abſtineant, vel mediis in nocturna involuntaria mictione expoſitis, hanc quoque avertant.

Ob *ſeri redundantiam in venis* coacervati, ſubitoque per hanc excretionem veſicæ evacuati; copioſa mictio ſuperveniens, tum in nondum adhuc ægrotantibus, tum in morbis quibuſdam, ut cachexia, hydrope, aliiſque, cum ad morbum futurum in illis præcavendum, in hiſce vero ſanandum conferat, niſi immoderata omnino ſit, vtilis neceſſaria, ſalutiferaque exiſtit.

Si vero ob ſubitam affatimque hanc, & perſeveranter factam evacuationem vires admodum dejiciantur, noxam quoque inferre poteſt; ſicuti enim in aſciticis per paracenteſin aperto abdomine, ſi aqua una vice tota, vel maxima illius pars emittatur, viribus ſubito lapſis, in periculum veniunt, pari ratione & hic, licet natura per viam ordinariam humores ſuperfluos evacuet, nimio tamen & confertim facto effluxu, periclitari poſſunt.

In *Febribus* immodica hæc mictio contingens, ſi natura cauſam illarum in febrium continuarum criſi atque intermittentium declinatione expurget, cum febris plerumque per hanc evacuationem ſolvatur, conveniens atque ſalutifera exiſtit: Quod ſi tamen nimium profuſa & perſeverans exiſtat, maximéque ea, nondum concocta materia; necdum inſtante adhuc criſi in febribus continuis & in intermittentibus nondum declinante febre eveniat, cum tunc de morbi cauſa parùm evacuetur, aut nihil, nec proin ægri inde alleventur, ſed vires eorum omnino proſternantur, ſitu augeatur, corpuſque marceſcat, Diabetes periculoſiſſimus ille affectus ſuboritur.

In ejuſmodi autem copioſioribus mictionibus, per quas cauſa, quæ morbos producere poſſet, vel jam produxit, è corpore evacuatur, nihil quod eas impedire poſſit, moliendum, ſed tunc viribus ſaltem ne labantur, proſpiciendum. *Platerus.*

5. *Mictus copioſus*) Licet non raro vrinæ profluvia copioſa contingant in febribus acutis aliiſque caſibus, illa tamen ad Diabeten referenda non ſunt, quoniam in iis ſymptomata alia, ut ſitis inexhauſta, corporis colliquatio, &c. non reperiantur. *Willis.*

6. *Parùm vel non mutatus*) Explicatu arduum videtur quare Ægrorum vrinæ adeo mire dulceſcunt, ſive ſaporem mellitum referunt, cum potius è contra, ſi juxta hypotheſin noſtram, vide §. *Dum ſucci utrimus*) Sanguinis fuſio, & (quæ propterea ſuccedit) vrinæ profuſio ob ſalium combinationes accidat, certe liquor his imprægnatus potius ſalſus eſſet quam dulcis, Verum huic referre obvium eſt, dicendo imprimis vrinam ſapore ſalſo privari, in quantum plures ſales, qui diverſæ ſunt indolis, in ea combinantur: Nam hoc multiplici in Chymicis experimento conſtat, quod cum ſalis, qui diverſæ ſunt indolis, uti fixus aut volatilia, cum acido miſcentur, utriuſque acrimonia obtunditur, aut amittitur, quare quod vrina Diabete laborantium minime ſalſa ſit, non eſt quod miremur, Cur autem inſtar ſacchari aut mellis ea mire dulceſcat, nodus vindice dignus eſt; Hunc effectum ex eo quiſpiam oriri putaret, quod vna cum ſanguinis ſero, per renes excurrente, tum liquor recens nutritius, tum ſolidarum partium liquamina amandarentur; quare non improbabile videtur dulcedinem iſtam ex ſuccis hiſce opimis loto permixtis conciliari: Verum enim vero ex mixtione iſta ſapor tantum lenis, ac inſtar lactis, aut juſculi carnium, blande demulcens, ſed non mellitus excitabitur; quinimo ad hunc qui non ſolum gratus, ſed quodammodo pungens eſt. ſpicula ſalina, una ſe mulcimina ſulphurea (provt alibi oſtendimus) concurrere debent; Quare provt ſaccharum & mel merito ad concretiones ſalino ſulphureas referimus,

ita

ita ſuſpicari fas ſit urinam in diabete adeo dulceſcere, eo quod talibus in ſero combinatis particulæ quædam ſulphureæ, ex colliquatione ſolidarum partium delibatæ accreſcunt. *Willis.*

7. *Sitis continua oboritur, &c.*) Quod laborantes ſebricitant, & valde ſitiunt, ratio partim eſt, quoniam humores & ſucci, quibus cum ſanguis, tum ſolidæ partes & humectantur & refrigerantur, continuo per diureſin impendio plus nimis exhauriuntur, quare fauces arant, & præcordia inſigniter æſtuant: & partim quoniam urgente Naturæ inſtinctu, cor & pulmones in motua rapidiores urgentur, ut ſanguis ſero diluente privatus, à coagulatione ſive concretione vindicari, ac in circulatione debita continuati poſſit. *Willis.*

8. *Nos Renum attractricem, &c.*) Sic depingit hunc affectum *Caſtellus in Lexico Medico.* Paſſio hæc talis eſt, qualis circa alvum lævitas inteſtinorum & bulimos; Extinctio ut diceret quiſpiam utriuſque virtutis & retentricis & alterarticis: 1. *de criſ. 12.* Conſenit quidem quodammodo veſica, & copia urinæ premitur, at nec ipſe morbus, nec morbi cauſa eſt in veſica, ſed in ſolis renibus. Eſt autem attrahendæ urinæ inexplebilis cupiditas, & ejus retinendæ impotentia. Attractionem tantam excitat vel calida & ſicca Renum intemperies, vel humor bilioſus, acris, ſalſus, renes aſſidue irritans, inque ipſo renum corpore impactus, vel ut ait *Aretæus* morbus aliquis acutus in rene firmatus, & per criſin, malignitatem ſuam in eos deponens, vel venenum aliquod deleterium, ex eorum genere quæ veſicam & renes infeſtant, quale eſt id quod à Dipſade funditur: Hæc enim omnia Sitim ingentem movent, ob quam aſſidue æger bibit: Potum autem hunc valde renes attrahunt, antequam etiam in ventriculo concoquatur, ſed eum ob imbecillitatem non retinent, ſed talem effundunt qualis ſumptus eſt: Qua in re Diabetes appetentiæ caninæ perſimilis eſt. Nec vero id ſolum quod bibitur protinus crudum mingitur, ſed humor etiam copioſus à renibus colliquato corpore trahitur, in eoque Diabeten proprie conſiſtere *Aretæus* arbitratur, definiens eſſe σαρκῶν καὶ μελέων ἐς οὖρον σύντηξιν, hoc eſt, carnium & membrorum in urinam colliquationem, ob quam & ſumma totius corporis macies, & copioſior multo urina redditur quam potus eſt; Quod ſi vel modico tempore à mejendo abſtineant, tument lumbi, teſtes & ilia.

8. *Nos Renum attractricem*) Quamvis vulgo copioſæ hujus urinæ ſecretionis, mox & Excretionis, cauſa tribui ſoleat *Renibus potentius ſerum ad ſe trahentibus*, non ſatisfacit tamen hæc ratio quamdiu non conſtet vim *Attractricem ineſſe Renibus*, quam illi duntaxat tribuere non ſufficit in quoque talis evincatur ac probetur. Accedo autem illis magis qui, quantum licet, omnia mechanice in corpore noſtro perfici autumant, & mechanica demonſtrari cupiunt. Id autem nunquam fiet, niſi corporis fabricam cognoſcamus, & cum mechanicis organis ſimilitudinem habere oſtendamus.

Nam graviter mihi peccare videntur quotquot mechanicas in corpore mutationes urgent, interim omnem laborent ſubterfugium, ex quo corporis noſtri partium cum mechanicis inſtrumentis ſimilitudinem conformitatem deducere licet, Unde videas hic quoque nonnullos quævis pro lubitu corpori affingere, fabricam ipſius partium neſcio quam comminiſci, non item talem actu exiſtere autopſiam demonſtrare, quod tamen omnino neceſſarium, &c.

Sic quoties obſervamus oculi Cribrum multifariis foraminibus in diverſis locis ita pertuſum, ut diverſæ figuræ ſemina illi confuſim impoſita agitatione ac quaſſatione ipſius ſingula ſeorſim per convenientiæ ſuæ formæ ac figuræ foramina penetrent, ac colligantur in ſacculis diverſis ad ſingula foramina diverſa affixis; toties ad hujus exemplum concipere poteſt ingenium humanum in variis humani corporis partibus circa extremas arteriarum & venarum commiſſuras diverſæ figuræ poros & aperturas exiſtere poſſe, per quos ad aliquas quidem partes tranſeant, quæ in ſanguine ſunt magis ſpirituoſa, ad illas vero quæ ſunt magis ſalſa; ad alias iterum quæ in ipſo ſunt magis oleoſa, & ad alias quæ in ipſo ſunt magis aquea, & ſic porro. An vero res ita ſe habeat in corpore actu, nondum inde liquet, utut commentum tale videatur ratione conſentaneum, propter experimentum ſimile in rerum natura exiſtens atque ſenſibus manifeſtum. Illo ergo experimento aliud nil evincitur præter poſſibilitatem ſimilis effectus non item neceſſitas ejuſdem, niſi conſtet prius alio modo talem effectum produci non poſſe, quod probare illis admodum difficile, imo & impoſſibile illis qui omnes in rerum natura exiſtentes agendi modos non habent perſpectos.

Ut exemplum aliquod proferam. Si quis unquam *oleum tartari*, à ſuo ſpiritu ſeparare satagit, aut per chartam bibulam, aut per vitri fragmenta, & pulverem, aut per cineres, in quibus omnibus, ſiſtitur oleum, dum aqua & ſpiritus mox penetrant; & colantur, fieri nequit quin ad hoc ſpectaculum anxius fiat veritatem inveſtigantis animus, dum hic materiam cum ſanguine affinitatem majorem quam cum ſeminibus variis habentem obſervat, Multum enim differunt ſemina, ſuis terminis conſiſtentia, à ſanguine alienis duntaxat terminis conſiſtente ac fluido, ideoque cum diſtillatis ex tartari ſpiritu ac oleo iisdem fluidis conveniente. Quod vel idcirco addo, ut omnes hinc diſcant quævis ſimilia non eſſe continue ſimilia, niſi illa in primis parte qua conferuntur aut conferri debent, ſint ſimilia, Atque ſentina, & quævis alia conſiſtentiam propriam, & formam figuramque determinatam habentia differunt ab iis quæ fluida ſunt & liquida, nullamque figuram externam obtinent certam ac definitam, quia rebus ambientibus, ſeque continentibus debitam. Quomodo ergo ſatis ſolide procedet illa ſimilitudo a figura externa petita quæ in altero ſimilium eſt certa & manifeſta, in altero plane vel nulla, vel ſaltem incerta & dubia.

Quod ſi alicui liberet per ſimilia hic progredi, petenda foret ſimilitudo, non à rebus ſiccis, ſed humidis, quemadmodum hic à me factum in ſeparatione *partis oleoſæ à ſpirituoſa & aquea tartari*, & quidem per varias vias, ubique tamen per modum colaturæ. Antequam vero rite poſſit procedere ſimilitudo, debet ante omnia conſtare de modo quo penetrat tum per chartam emporeticam, tum per vitri pulverem, tum per cineres, ſpiritus & aqua, dum in ſingulis ſiſtitur oleum. Debet quoque conſtare hactenus ſaltem, ſimilem eſſe ſanguinem liquori aquoſo, ſpirituoſo & oleoſo ex tartaro diſtillato.

Id quidem conſtat per experientiam, Olea omnia hærere in prædictis charta & pulveribus, Aquam vero & ſpiritum per eadem penetrare. An vero iſtius affectionis utriuſque diverſæ ratio æque pateat valde dubito, magnam præterea diſſimilitudinem obſervo inter ſanguinem, quippe partes magis conjunctas habentem, & Liquorem Tartari, quippe partes à diſtillatione minus conjunctas oſtentantem dum partibus aqueis & ſpirituoſis innatat oleum. Quibus rite obſervatis, quis non videt, quam difficile ſit aliquid certi, &c. conſtituere. Atque hæc in genere dicta ſunto de methodo procedendi in rerum abſtruſarum cognitione per manifeſtarum & jam notarum applicationem & ſimilitudinem.

Ut autem quod *copioſiore urina* à Sanguine ſecreta excretaque ſuſpicer paucis proponam, exiſtimo illud vitium *non tam in Renibus, quam in ipſo ſanguine hærere.* Nam ſi quam ego non levibus argumentis motus aſſertam omnium examini ſubmiſi *Effervescentia* notabilis & in *tenui inteſtino, & in dextro cordis ventriculo* excitetur, ex confluxu bilis; Ibi quidem cum ſucco Pancreatico; hic vero cum lympha ſecundum naturam ſubacidis, utque prout & ipſa Bilis erit varie affecta, & Succus Pancreaticus Lymphaque erunt diverſimode à ſtatu ſuo & conſtitutione naturali aberrantes, quinimo prout Venena potentiora vel leviora erunt in corpus & ſanguinem admiſſa, multis modis varians contingет effervescentia.

Iterum, ſi effervescentiæ iſtius utriuſque ope Sanguinis partes diverſiſſimæ laxo duntaxat vinculo inter ſe ſunt ſub ſponte mox mutabilis ſanguinis forma confuſæ, utique, ob *venena* præſertim, hoc eſt res qualeſcunque hominis corpus continens aut contentum à naturali ſuo temperamento pervertentes, ob Venena, inquam, Sanguinem nimirum in ſerum convertentia, conſequenter facile copioſior urinæ in renibus ſecretio, mox & ad veſicam delatio, denique per urethram excretio.

Ut autem innoteſcat nobis in quo *natura iſtius Veneni copioſiorem urinæ ſecretionem excretionemque cauſantis* conſiſtat, expendenda ſunt omnia *medicamenta Diuretica* dicta, & urinæ ſecretionem, excretionemque promoventia; mox & in quo conveniant, ſi non omnia pleraque ſaltem illa *Diuretica* conſiderandum, quo ſic aliquis aditus paretur ad potentioris adhuc, ideoque *nocentis Diuretici*, hoc eſt, *quæſiti veneni penetralia.*

Notum autem per Experientiam. 1. *Omnia ſalia volatilia eſſe Diuretica.* 2. Potentiſſima Diuretica, *cantharides, vermes maiales; millepedes, &c.* abundare aut ſale volatili aut fixo ſaltem. 3. hæc eadem diuretica potentiſſima proximè ad venenorum naturam accedere, ſi nimirum quantitate aliquanto majore exhibeantur.

Ex quibus omnibus concludo, *Venenum* illud ſanguinem ad copioſiorem ſeri productionem cogens, aut eundem in ſerum corrumpens, *conſiſtere in ſale volatili & valde acri*, ut pute cui præ rebus aliis omnibus competit res quaſvis corrumpere, & ad fluiditatis ſtatum deducere.

Huic ſi intime admixta ſit *Aciditas acerrima*, & latens tamen, putem potentius, ideoque nocentius tunc in ſanguinem acturum, ipſumque in ſanguinem converſurum.

Et ne quis putet non poſſe *Spiritum acidum acerrimum* latere in mixtis, *Sulphur* vulgare propono exempli loco, in quo quis *ſpiritum acidum acerrimum* ignorat, is rerum notiſſimarum ignarus exiſtit. An non talis ſpiritus acidus in *Arſenice & Auripigmente* lateat, judicent Chymiæ periti, ac præſertim qui talem in *mercurio ſublimato, corroſivo* ideo dicto, evidentem, in *Dulci* autem vocato latentem norunt.

Neque omnia in mixtis exiſtentia acria & acida externis ſenſibus mox ſe produnt, cum non pauca tum demum manifeſtentur, quando ſublata ſunt impedimenta & vincula quibus vincta concludebantur quaſi & eclabantur.

Sic acidus in ſulphore latens ſpiritus ſub corpore inſipido acrimoniam ſuam manifeſtat, quamprimum accenditur & à parte oleoſa recedit acida.

Ab oleoſa vero mixtorum parte Acidam regi & obtundi, non tantum hæc præfata ſulphuris analyſis clariſſima manifeſtat, verum cujuſcumque ſpiritus acidi & acerrimi cum oleo lente decocti ſyntheſis & compages in ſubſtantiam butyri conſiſtentiam æmulantem idem evincit. Non tantum ab oleo obtunditur ſpiritus acidus, ſed à volatili ſpiritu quoque ſola cohobatione ita temperatur, ut fruſtra ipſum ampliùs quæras.

Quod ſi a ſale volatili, eoque acri, aut furioſecus aſſumpto admiſſove, aut quocunque demum modo in corpore noſtro ſecreto ac exiſtente producatur *Diabetes*, utique curatio ipſius conſiſtet in prædicti *ſalis volatilis acrioris* contemperatione, tum per *oleoſa*, Emulſiones puta hordei, *amygd. d. ſem. papav* albi, &c. lac dulce. Tum per *Acida*, ſed per volatilem ſpiritum contemperata, *ſpiritum ſalis dulcem*, &c. admiſcendo illa cum potu conveniente, juſculis, &c. non item cum Emulſionibus, aut lacte, cum omni Acido concreſcere ſoleant. *Sylvius de le Boe Append. Tr. V. §. 303. ad 339.*

8. *Renum attractionem intenſam*) Quod nonnulli pro Diabetis cauſa Renum vim attractricem aſſignant, nobis minime arridet, quippe ſanguis ad Renes non attrahitur, ſed motu cordis pellitur; Porro nec ſerum è ſanguine eos perluente hauriri, ſed partim percolatione, partim fuſione quadam, ſive præcipitatione (*prout oſtenſum* ſupra artic. 4. c. x. §. *ſecretio læditur*) ſecerni videtur; quapropter Diabeten ſanguinis potius, & immediatius, quam Renum affectionem eſſe credimus, &c. *Willis.* Vide infra §. *Dum ſucci in venis.*)

9. *A valde calida eorundem intemperie*) Cauſa immediata & proxima hujus affectus ex *Galeno l. c.* & omnibus illius ſequacibus, eſt calida Renum intemperies, cujus opera ſerum à renibus copioſiſſime trahunt, & ad veſicam tranſmittunt, tantam ejus copiam retinere nequeuntes: Venæ exhauſtæ ab hepate eandem trahunt materiam, hepar ab inteſtinis, & ventriculo, unde ſitis continua exoritur, potuſque ingens appetitus, qui ſimul atque aſſumptus eſt à venis, jecore & renibus denuo abripitur, & copia ſua expultricem irritans, ac retentricem gravans, denuo ad veſicam deturbatur. *Riverius.*

A calida intemperie Renum Diabeten produci plerique exiſtimant, quod tamen, cum rariſſimus ſit affectus, Renum vero intemperies calida ſæpe eveniat, nec tamen mictio adeo immodica inde ſequatur, non fieri ſatis demonſtrare videtur; Et quod ſi Renes ſummopere incaleſcant, vel inflammentur, mictio minime augeatur, ſed potiùs minuatur, vel etiam ſupprimatur, Et per hanc illorum intemperiem vis attractrix potius deſtruatur, quam intendatur.

Dein & licet *Sitis*, *calor* totius *corporis* illiuſque *conſumptio*, mictioni huic crebræ copulentur, tamen nec hæc eam à renum calore proficiſci comprobant, cum ſitis ob omnem fere per hanc continuam mictionem humorem exhauſtum poſſit accidere; & calor totius corporis calore ſolo renum, niſi inflammatio adſit, unde totius eam mictionem minus oſtendemus, non poſſit accendi, multoque minus conſumi. Quapropter aliam potiùs Diabetis cauſam eſſe cenſemus, eamque ut infrequens affectus eſt, ita quoque raro ſe offerentem: mixtionem tamen accelerari aliquo pacto è renum intemperie calida, ſi ſeri adſit quantitas, eo modo, ſicuti etiam à conſtitutione ipſorum calidiore, libenter concedimus. At vero conſuetam illam & profuſam inde proficiſci inficiamur. *Platerus.*

Renes æquo calidiores tunc exiſtere neceſſum eſt, ſic enim plus attrahunt, atque validius emulgent quam ut exigua hæc officina ferre ac coquere poſſit, unde poſtmodum omnimode crudum hoc ſerum tranſcurrit, & vaſa emulgentia pariter atque ureteres amplificantur nimium: Quum vero Renes præ debilitate copioſius tractum ſerum continere non valeant, ad veſicam id protinus ablegare coguntur, unde quoque ipſa veſica, urinæ quantitate preſſa Renibus affectis conſentit. *Chr. Langius.*

10. *Affluxus*

10. *Affluxus humorum acrium*) In cauſæ conjunctæ partem aliquam Renes quandoque accedere putamus, ut pote quorum ſermentum ita nonnunquam vitiari ſolet, vt ſanguinem non ſalis lixivialis influxu, in debita mixtione atque fluiditate contineat, proinde ut ſerum mera percolatione ab eo ſeparetur, ſed interdum accidit à *ſale acido* in renibus depoſito cruorem, dum eos pertranſit, velut à coagulo quodam in ſeroſitatem copioſam, quæ mox per vreteres amandatur, præcipitari: Hinc obſervare eſt in pleriſq; Nephritidi obnoxiis, paroxyſmo ingruente urinam limpidam & copioſam reddi: Cujus cauſa eſt quod *humor acidus* per ductus nerveos illuc delatus, & dolorem excitans, imprimis ſanguinem renibus illabentem ſundit, ſeriqúe uberioris ab eo deceſſum producit. *Willis.*

11. *Renum ſubſtantia impactorum*) Nonnullis prædicta cauſa videtur inſufficiens, cum calida renum intemperies frequentiſſimus ſit affectus, Diabetes vero rariſſimus, ideo aliquid aliud valde infrequens hic contingere aiunt, nempe humorem acrem, aut ſalſum, renum parenchymati imbibitum, i. e. bilem aut pituitam ſalſam, quæ virtutem partis attractricem continuo irritat, ſicut in ſebrium bilioſarum paroxyſmis continua ſitis urget, quæ nullo potu ſedatur, ex humore bilioſo tunicis ventriculi impacto, aut vaporibus bilioſis à partibus vicinis (vbi bilis ſtagnat, & in paroxyſmo ſebrili cómovetur) elevatis, & ventriculum impetentibus.

Quæ ſententia probabilis eſt, illi tamen hoc addi poſſe exiſtimamus non ſolos renes in hoc affectu tentari, cum bilis & alii humores aduſti in hepate primum generentur, atque ita eos non poſſe magna copia in renes influere; quin hepar eadem intemperie, eodemque vitio afficiatur. Imo vero ſi nobis ulterius in re obſcura per analogiſmum ratiocinari liceat, Poſſumus dicere venenatam quandam qualitatem huic ſymptomati generando idoneam præcipue concurrere, Cum enim illud ſerpentis genus, quod Dipſacos appellatur, & in Lybia præſertim reperitur, morſuo ſuo Venenum quoddam in homines inſinuet, quo ſitis inextinguibilis inducitur; ſimile etiam venenum in corporibus noſtris, ex certa ac peculiari humorum corruptela generari poterit, ad ſimilem ſitim inducendam idoneum, cum ipſo *Galeno* authore, venena varii generis in corporibus noſtris generari poſſint, exemplo illius quod hydrophobiam inducit, affectum huic contrarium, &c. *Riverius.* Hęc vero ſitis incompeſcibilis cauſam attingunt, nequaquam celeris potus tranſitus, in quo Diabetis eſſentia conſtituitur.

12. *Nimia amplitudo*) Quod attinet *Diabetem veram*, oritur hæc ex *nimia laxitate* & apertura viarum per quas potus ex primis viis ad renes vel loca urinaria amandatur, concurrente ſimul *pyloro laxo*, elabi ſinente potulenta, ceu fluidiora, antequam perfecte ſint alterata, *viæ* equidem tales adhuc dum ſunt incognitæ, fieri enim nequit ut ſemina coriandri & aniſi excreta, cum ſanguine rapi, & hinc inde per vaſa capillaria circulari queant; Item quia vinum rubrum, aut emulſio amygdal. dulc. ſanguini permiſceri ſine inſigniori alteratione nequeunt, adeoque qua datur proxima via ex primis ad loca vrinaria tranſeunt, Confirmatur hoc ex eo, quod inter *cauſas remotas* ad hanc Diabeten diſponant inprimis *acidulæ*; at vero hæ, vt recte aſſerit. *Helmont.* vix aſcendunt ſupra diaphragma, cum eadem vix hauſtæ, inprimis continuato uſu, ſubito per urinam tranſeant limpidæ & claræ; A tali igitur crebriore acidularum ſæpius hauſtarum tranſitu, laxatæ iſtæ viæ, etiam potulentis liberiorem faciunt tranſitum, Hic *Hildanus cent.5. obſ.55.* ex vſu acidularum obſervat Diabeten ex qua lac amygdal. immutatum tranſivit. Et *Pigreus* in Chir. refert ſe vidiſſe grana coriandri durante acidularum uſu, poſt paſtum roborando ſtomacho aſſumpta, immutata cum vrina reddita, Unde etiam *P. Pavv in obſ.p.5.* in Diabete mortuo renes admodum flaccidos, à frequenti liquidorum tranſitu invenit, verum, vt exiſtimo, non *flacciditate reſolutionis*, alias enim potius ſupprimeretur vrina, ſed *flacciditate nimia apertionis*, quia renes inſtar ſpongiæ poroſi & flaccidi, fibræque admodum permeabiles redditæ fuerint. *Etmuller.*

12. *Nimia amplitudo vaſorum*) Non improbabile eſt διάρροιαν copioſam aliquatenus à Renum mala conformatione procedere, in quantum ſcil. horum tubuli lymphatici nimis ampli & patentes, ſeroſum laticem nimis prompte excipiunt; & ſine remora quavis celeriter tranſmittunt, propterea ut major ejus quantitas in vrinam excurrat. Verum enim vero ut tubulos hos quandoque, & præſertim in calculoſis, nimis patere concedam, attamen proinde lotium cruentum potiùs quam copioſum excerneretur, Et revera mictionem cruentam à tali potiſſimum cauſa exoriri putamus. Porro cum vrina copioſa & cruenta ſimul exiſtit, ſanguinis dyſcraſiam, cum mala Renum conformatione concurrere cenſemus. *Willis.*

12. *Nimia amplitudo vaſorum*) *Inducta à diureticorum generoſorum abuſu*, ſic à balſami ſulphuris uſu aliquando Diabeten in ſtudioſo obſervavimus. *Wedelius.*

13. *Curatio*) Curatio conſiſtit in calidâ Renum aliorumque viſcerum intemperie corrigendâ, corundem imbecillitate ac laxitate reparanda, humorum ad eos confluentium tenuitate incraſſanda, & maligna qualitate oppugnanda. *Riverius.*

Difficillimum videtur in hoc morbo veras medendi intentiones deſignare, in quantum cauſa ejus ita profunde latet, aliaſque adeo & valde remotas origines ducit. Nam quod vulgo putatur Renes, aliaſque partes ſolidas, ſerum & ſanguinem continentes aut tranſmittentes peccare, quatenus contenta ſua præpropere nimis dimittunt, proinde Adſtringentibus potiſſimum ac fere tantum inſiſtendum eſſe, dico huic tum hypotheſi, tum praxi, & rationem & experientiam refragari, in quantum pauci, aut nulli hac methodo curantur, & ſumme improbabile (vt non dicam impoſſibile) eſt diureſin iſtam à tali cauſa procedere *Willis.*

Methodum curativam ex Eodem, vide inferius.

Prognoſis.

14. *Nimis difficilis*) Prognoſis huius affectus nonniſi funeſta inſtitui poteſt, malum enim incurabile eſt, niſi in principio curatio adhibeatur, & hominem ad tabem celerrime perducit. In ſenibus etiam periculoſior eſt, tum etiam, ſi poſt immodicam Venerem, aut ſebres chronicas contingat. *Riverius.* Incipiens ſæpe ac facile curatur, confirmatus autem raro admodum & difficillime, quatenus nempe ſanguinis craſis paulatim laxata ſine magno negotio reducitur, illa vero multum ſoluta, ita vt plurimæ partes aliæ ab aliis ſecedant, vix aut ne vix reſtitui poteſt. *Willis.*

Quoad Prognoſin, *Diabetes vera* parum habet periculi, ſiquidem interdum ſponte ceſſat; *Diabetes* vero *notha* (vide Inferius §. *Alius exquiſitus, alius nothus*) eſt periculoſa ſæpiuſq; lethalis inprimis niſi mox in principio cognito curetur, Deducit enim homines ad Tabem lethalem. Eadem quoque poſt immodicum laborem, poſt nimium Veneris uſum, poſt chronicas deinde febres plerumque incurabilis eſt. *Etmuller.*

15. *Curatio inſtituitur, &c.*) Copioſior vrinæ ſecretio, ob vitioſam canalium ſubſtantięve caruncularum conſtitutionem, curabitur medicamentis canalium laxitatem coarctantibus, ſubſtantięque caruncularum vitium emendantibus. In canalium laxitate maxime opportuna externa, emplaſtri forma lumbari regioni, ex roborantibus & adſtringentibus parata; Sanguis per ſalia

volatilia, &c. nimium aſſumpta fluidior, & ad ſeri ſui copioſiorem dimiſſionem male affectus, reſtituetur abſtinendo ab vterinorum nutantiorum abuſu, & vſurpando temperata auſtera E. g.

℞. *Aqu. plantag.* ℥iij. *cinnam.* ʒj. *ſpir. Alumin. gtt. xx. ſyr. myrth.* ʒj. *fiat miſtura cochleatim ſumenda, bis terve in die.* Sylvius.

15. *Curatio inſtituitur*) Manca eſt curatio, neque omnes Indicationes curativæ afferuntur, Nam ſi adſint humores *Renum ſubſtantiæ impacti*, vt in cauſis dicitur, humores illi abſtergendi ſunt & eluendi, nec ſolum contemperandi. Hinc *P. Joh. Faber Pathol. Spag. c. 58.* hujus mali curam præcipue conſtituit in tollendo ac reſolvendo illo tartaro, quod potiſſimum obtineri *aut à ſpiritu ſalis tartari* rectificato & *acido vitrioli*, cum primis verò *aquâ mercuriali*, quæ ſolutiones materias tartareas reſolvere potens eſt.

Ad hæc *Chr. Langius in Schol.* Media curandi quæ ab authore hîc proponuntur: potius renum impuritates, vnde illi intemperiem contrahunt, abſtergunt, & ſaponaria exiſtunt, quibus remotis, renes ad priſtinum vigorem redire poſſunt, & retentrix robur ſuum vel ſponte recipit: Per *acidum vero vitrioli ſpir. vitrioli rectific.* vel *tart. vitriol.* vel *ſpir. vitr. coagulatum* Auctorem intelligere putamus, quæ omnia contractas in renibus cruditates, & vitia efficaciſſime corrigere, ac horum ſubſtantiam corroborare, adeoque per accidens adſtringere valent. *Spiritus ſalis tartari & aqua mercurialis* mediate hoc beneficium præſtant, non ſecus ac Vomitoria frequentes vomitus ſiſtunt.

15. *Inſtituitur*) In profuſis & immoderatis mictionibus, vires proſternentibus, vel etiam raro illo in affectu *diabete*, in quo corpus ſimul abſumitur, ſitiſque ſumma exoritur, mox occurrendum; Quapropter tunc ſeri proventus impediendus, aliòq; derivatum per alias vias evacuandũ, dein illius tenuitas, caliditas atq; acrimonia incraſſantibus, refrigerantibus & lenientibus corrigenda, atque viæ per quas fertur, nonnihil adſtringendæ arctioreſque reddendæ, & vt ſtimulum minus ſentiant, ſtupefacientibus nonnihil veſicæ ſenſus minuendus; qualia multa ejuſmodi quæ illud præſtant in mictionis ardentis cura exponuntur, &c. *Platerus.*

15. *Inſtituitur*) *Clyſmata* refrigerantia, leviterque adſtringentia aliquid præſtabunt, addendo *rhabarb.* & *myrobal.* in decocto; Sunt qui talia non ſolum ex decocto, ſed *& aquis* id præſtantibus, vt *roſar. plantag.* facta approbent, addendo & glutinoſa, vt *albumen ovi* & *mucilag. pſylly, cydonior.* vel *infuſionem g. traga.* in aquis convenientibus factam. *In vitæ regimine* cibo & potu utantur parce, & ſaltem quantum ad vires ſuſtentandas ſufficiat; Caveantq; ab *acidis*, *ſalſis* & *acribus adurentibuſque aromatibus*, quia hæc mictionem promovent.

Purgationes per alvum, derivando ſerum à venoſo genere ad inteſtina, ſicque urinæ copioſioris proventum impediendo, nimiam mictionem compeſcunt, unde qui alias purgantur, eo tempore parum mingunt, frequenſque mictio in ſanis alioquin, interdum purgationem inſtituendam eſſe arguit, ut & in morbis quandoq; non ſufficienter corpus purgatum eſſe oſtendit, aut per criſin morbificam cauſam expulſam.

Perficiuntur hæc levioribus, ſi vires jam proſterni incipiant, iiſque nonnihil adſtringentibus exhibitis, ut dando *Rhabarbarum* (quod ſi pectum, quia experientia teſte non minus diureticum eſt, quam catharticum) *myrobal. citri. ſyrup. roſar. ex infuſione*, quibus & alia adſtringentia miſcentur, ſyrupi, decocta, aquæ, qualia in Dyſenteria deſcribuntur &c. *Platerus.*

Diabetes vero per *adſtringentia* convenienter curanda, Ubi tamen *cydonia* fugienda vtut ſint adſtringentia, quia ſunt diuretica (*vt & plurima auſtera, meſpila, pyra & poma acerba, &c.*) ut notant *Bartholinus* & *Schenckius*. Ergo *Martialia*, item quæ ex *plantagine* & *tormentilla* parantur, item *Decoctum prunorum ſylv.* &c. conveniunt, Item *Tinctura ſulphur. vitrioli*, *bolus Armena*, *terra ſigill.* cum *conſerva roſar. vitriolata* vſurpanda; Item *decoctum plantag. in aqua chalybeata.*

Obſervandum 1. quoad *Pharmaciam*, in principio curationis laudari *Vomitum*. Sic *Brendelius conſ. 83.* ex *Platero* dicit, Principium *curationis* ſit *Vomitus*, jubendo vt dum æger maxima torquetur ſiti, copioſam aquam deglutiat frigidam, hancque repente revomat, quod fiat ſingulis quatuor diebus. Certum hoc eſt auxilium pro revulſione. Item *Zacutus* dicit, prodeſt *Vomitus*, iis præſertim quibus ſalſa pituita in ventriculo abundat, Vide *Ferdinandum conſ. 37. Horat. Augenium l. 12. Ep. 13.*

Quoad remedia *Diætetica*, in pluribus convenit hujus Affectus Curatio cum hectica febre, quia in ſex rebus non naturalibus is ordo ſervandus, vt corpus refrigeretur & humectetur, firmentur renes & eorum exuberans caliditas attemperetur, vt loquitur Zacutus. *Etmuller.*

15. *Inſtituitur*) *Venæ ſectio* in principio morbi, viribus adhuc ſatis validis exiſtentibus revulſionis & refrigerationis cauſa convenire poteſt, parva quantitate, & partitis vicibus celebrata; Si vires jam dejectæ fuerint, aut hic affectus alteri ſuccedat, non erit locus huic remedio: *Evacuatio excrementorum* per *clyſteres* mollientes & lenientes molienda eſt, E. g.

℞. *Fol. lactuc. portulac. malvæ & plantag.* ãã. m. j. *hordei mundat. & roſar. rubr.* ãã. p. j. *f. Decoctio ad* ℔iß. *In colat. diſſolve Diaprun. ſimpl.* ʒvj. *mell. roſac. & ol. omphac.* ãã. ℥ij. *f. clyſter. frequenter injiciendus.*

Tum etiam *Purgatio blanda eſt inſtituenda cum medulla caſſiæ & pulpa tamar. & myrob. cum ſyr. roſaceo.*

Vomitus etiam à nonnullis commendatur, ex *decocto ſem. raphani & ebuli* cum *oxymel.* qui vacuat & revellit à partibus vrinariis. Ad *intemperiem* autem dictarum partium corrigendam, & humores incraſſandos, conveniunt Julepi ex *aquis* vel *decoctis lactucæ, portulac. plantag.* cum *ſyr. myrtin. cydonior. & ſimil.* atque etiam de *papav.* in modica quantitate, addendo *pulv. diatragac. frig. trochiſc. terra ſigill. & ſim.* Vel ad magis adſtringendum in hunc modum.

℞. *Rad. conſol. maj. & plantag.* ãã. ℥j. *fol. plantag.* m. j *balauſt. & myrobal. citr.* ãã ʒj. *ſemin. plantag. portulac.* ãã ʒß. *roſar. rubr.* p. j. *coqu. ad* ℔j. *In col. diſſolve ſyr. cydon.* ℥iij *f. Julep. in iij. doſes.*

In eundem finem Pulvis aut Opiata fieri poteſt, E. g.

℞. *Semin. plantag. portul. coriand. præp. & roſ. rubr.* ãã. ʒj. *corall. præp. boli Arm. margar. præp. & rad. torment.* ãã. ℈j. *nucis moſch.* ʒß. *m. f. Pulvis.*

℞. *Conſerv. roſ. antiq.* ℥iv. *boli Arm. corall. præpar. c. c. uſti.* ãã. ℈j. *cum myva cydonior. f.* Opiata.

Eraſtus valde commendat *ſyr. ex rad. ſymph. maj. & prunis ſylv.* confectum, quem ſe ſumma cum felicitate in affectibus huic malo ſimilibus vſurpaſſe teſtatur.

Narcotica etiam, vt *theriaca rec. ſyr. de papav. & laudan. Op.* prudenter vſurpata, plurimum prodeſſe poterunt.

Perſeverante affectu *Lac Ovillum*, aut *bubulum*, aut *aſininum* erit convenientiſſimum, modo prius ſerum abſumatur, injectis frequenter ſilicibus candentibus, Detur mane ſicut in aliis affectibus.

Sudorifica etiam commendantur, quibus ſeroſus humor ad corporis ſuperficiem evocatur, quæ tamen ſuſpecta ſunt, ſiquidem ſummam cum diureticis cogna-

cognationem habent, viſcerumque intemperiem augent: Si locus aliquis eſſe videatur, ex temperatioribus, *rad. Chinæ* aut *ſalſapar.* cum *fol. endiv. borrag. acetoſa*, decoctum parari poterit; primo vero in conſumptis, fieri poterit ex *decocto pulli*, aut gallinæ junioris, ut ſimul renutritioni corporis conſulatur: Tutius vero cenſemus externo Sudores elicere puta vapore Decocti convenientis in ligneo inſtrumento, nudo corpore ſuſcepto.

At illis prævalent *Diaphoretica*, quæ ſimul malignam qualitatem oppugnare poſſunt, ex quibus *oleum vitrioli* præcipuum eſt, quia ad ſitim extinguendam, fluxum cohibendum & malignitatem infringendam præſtantiſſimum eſt.

Pro *Potu* æger utatur *aqu. ferrata*, cum *ſyr. acidis* & aſtringentibus, Vel *decocto prunorum ſylv.* quo remedio fere ſolo ſe hunc morbum in puero curaſſe teſtatur *Eraſtus*. Denique ſymptomata hunc affectum comitantia, ut *Vigilia, Sitis, conſumptio* aliaque remediis in propriis capitibus deſcriptis mitigantur. *Riverius.*

Trochiſci efficaciſſimi hi ſunt.

℞. *Mucilag. ſem. pſyllii* cum qua in orbiculos digerito *ſem. coriandr. ppti ſpod. corall. ſuccini, ſangu. drac. ſantal. rubr. ſar.* āā. ʒii. *camphor.* ℈ß. Dentur cum *lacte ovillo* butyro exempto. *Al. Benedictus lib. 23. c. 20.*

Eſt celebre auxilium, *cremor ſymph. maj.* cum *decocto equiſeti*, vel *ſuccus ex viridi herba expreſſus*, mire enim exſiccat, adſtringit, retinet, *P. Michael de Heredia Op. T. 4. Diſput. 7. cap. 1.*

Egregie confert hoc Electuar.

℞. *Mucilag. ſem. cydon.* ℥xij. *ſem. pſyllii* ℥vj. *myrobal. citr. oſſium dactyl. Corall. r.* āā. ʒij. *Carabes* ʒß. terantur & addito ſacch. q. ſ. f. *Elect.* Doſis ℥ß. quotidie mane. *Vidus Vidius Pr. p. 619.*

15. *Inſtituitur*) Quidam plures curavit, & ego quendam invenemantra 4. dies curavi, qui patiebatur Diabeten, & mingebat involuntarie in lectum.

℞. *Roſar. ſpod.* āā. ℈x. *ſem. portulac. coriand. ſantalor. berberor.* āā ʒj. *camphor.* ℈ß. *m. cum ſucco malor. granat. acetoſa, f. Troch quorum quilibet ſit ponderis* ʒj. *Detur unum mane & ſero cum aqua frigida & ſyr. roſ. miſtus.* Bonum eſt & expertum remedium ad hanc paſſionem. *Arnoldus Villanovanus Brev. l 2. c. 36.*

Plurimum valet hic Pulvis.

℞. *Stomach. gallinar. vino ablutor. pulv. cap lepor. uſti. maſtich* āā. ℥ß. *nuc moſch. n°. j. apum* ʒv. *cin. erinac. combuſti* ʒiij. *m f. Pulv. doſis* ʒß. *ad* ʒj. *Arn. Weickardus Theſ. p 278.*

Puer 7. annor. uſu Acidularum Grieſpachenſium in tantum urinæ profluvium incidit, ut an ſimile viſum ſit dubitem, victus rationem præſcripſi refrigerantem & inſigniter nutrientem; Loco vini & aquæ *lac amygdal.* & *juſcula caſtratorum caponum, diſſolutis ovorum vitellis*, Hac victus ratione cum per aliquot dies uſus eſſet, vires recollegiſſet, *ſyr. roſ ſolut. compoſ. cum rhabarb. & myrobal. citr.* expurgatus fuit, & per intervalla Potiunculam exhibuimus.

℞. *rad. tormentil. biſtorta ſymph ma. plantag.* āā. ʒij. *fol. agrimon. veron. roſ. rubr.* āā. *m. ß. coqu. in aqua ad 3. part. conſumpt. in colat.* ℥ij. *diſſolve ſyr. de roſis ſiccis* ℥ij. *c. c. uſti & ppti corall. præpar. troch. de ſpodio* āā. ℈j. *m f. Potio.*

De præſcriptis Pulver. quoque non raro cum *lacte amygd.* dedimus, Renes *Vngu.* & oleis refrigerantibus & adſtringentibus, inunximus: Horum uſu pleniſſime reſtitutus videbatur, ſed eum ad vini diluti uſum rediiſſet, denuo in eundem morbum incidit, & tam graviter ut naturæ debitum perſolverit. *Hildanus obſ. 53. cent. 5.*

Mulierem paucis & facilibus remediis liberavi.

Mane & veſperi reſidebat in *balneo aquæ dulcis* in qua *ferrum* vel *ignitus chalybs* aliquoties extinctus erat; egreſſæ regioni renum & veſicæ applicabatur *plantago, in aqua chalyb.* decocta; Cibum ſumebat ſiccantem, & ex *chalyb. aqua* vel lacte coctum. *Martinus Rulandus Cur. 96. Cent. 2.*

Diabeten vidi curatum hoc medicamento.

℞. *Cancr. fluv. in clibano coct. & pulv.* ʒj. *thuris maſculi* ʒß. *ſacch. modicum* detur in potu. *Achilles Gaſſerus obſ. 56.*

16. *Renum intemperiem corrigentibus*) Refrigerantia topica Renibus imprimis in Diabete conveniunt, de quo legi meretur *Cardanus Cur. adm. 27.* Ex urinæ, *aut*, profluvio feliciſſime & ſæpe una die ſanavi, abſtinendo à purgantibus, abſtinendo à pinguibus, dando uvas paſſas, lentes, calidis utens, renibus vero adſtringentia imponendo. *Wedelius A. m. m p 191.*

17. *Vena ſectio*) Sanguinis miſſio circa initia in plethoricis è venis derivando, ſi morbus non impediat nonnihil prodeſſe poterit. *Platerus.*

18. *Ad motum tardiorem reddentibus*) Propinantur ideo *Incraſſantia, adſtringentia & refrigerantia* varia, veluti in *cibis* quæ præcipue emplaſtica ſunt, ut *panes, pultes* item variæ, paratæ ex *tritico* vel *amylo & zea*, cujuſmodi ſunt *alica*, quæ Græcis *chondros*, veterum, noſtraque varia ex farina illius parata lacticinia; itemquo ex *hordeo excorticato*, veteres *Ptiſanam* vocabant, ex avena *avenatum, oryzata, amygdalata, lentes cocta, amygdala, avellana, caſtanea toſta, caro craſſior illiuſque partes viſcoſiores, Ova*, præſertim *albumen*; *Lactuca, endivia, buglossum utrumque*, portulaca.

Interea quæ *bibuntur*, *Juſcula ex cerealibus & carnibus, lac omne, aqua chalybeata, emulſio amygdalina, vinum craſſum & ſtypticum*, dilutum *aqua myrti, bugloſſi*, aliiſque Ex medicatis dantur *ſyrupi myrtill. roſar. rubr. ſicc.* de *ſucco acetoſa*, aliique ſimiliter adſtringentes, non tamen calefacientes, *Aqua plantag. burſa paſtor*, affatim bibita juvat, & ſi calor adſit, aliæ refrigerantes exhiberi poſſunt.

Mucilagines exhibentur *ſem pſyllii cydonior. Vel infuſio g. tragac.* facta cum *aqua roſar. plantag* Dantur ad ℥ß. cum ſacch. vel ſyrupo convenienti. *Platerus.*

19. *Prævalere creduntur*) Pulveres fiunt qui exhibentur per ſe vel cum *ſacchara roſato*, aut cum liquoribus ſupradictis, aut *vino ſtyptico*, ex *glandibus* ſolis paratus admodum efficax eſt; vel ipſis & *lentibus* ſimul excorticatis & exſiccatis in furno, vel ſic compoſitus.

℞. *Sem. coriand.* ʒij *fol. agrim.* ℥j. *roſ. r.* ʒß. *ſant. r cinn.* āā. ℈j. *ſpica nardi* ℈ß. f. Pulvis, Si *capulas glandium, gallas. balauſtia addas ad* ʒß. erit efficacior. Vel

℞. *Thur. ſuccini.* āā. ʒiß. *myrrha* ℈ij. *ciner. veſica uſta tauri, porci, aut alterius domeſtico pecoris* ʒß. *f. Pulvis.*

Hiſce & alia commiſceri poſſunt, veluti pulveres, vel cineres, ab animalibus deſumpti, proprietate quadam agentes, in involuntaria mictione deſcripti; & præter hæc alia, *ſem. ruta mentha, calamintha, myrti, rad. biſtorta, tormentilla. cunila &c.* Platerus.

19. *Prævalere creduntur*, *Tinctura antimonii* effectum in nimio urinæ profluvio ſingularem aliquoties expertus ſum. *Willis de morb. convulſ. c. 8.*

19. *Prævalere creduntur*) Laudamus *terram vitrioli dulcem, eſſentiam martis, Tincturam corallor. veram*, & *Tincturam ſulph. vitrioli*, Illa enim quæ ex *tartaro & vitriolo* parantur potius aperiendi & abſtergendi vim habent, a *Fabro* propoſita. *Chr. Langius.*

20. *Eſſentia croci martis &c*) Quæ à Chymicis commendantur, *Tincturam ſmaragdi* præſertim laudat *Hartmannus* cujus & præparandi modum adducit in ſua Praxi Chymiatrica mirabiles quoque effectus pollicentur ex *Tinct. & ſale corallorum*, Laudatur à *Gralingio Pr. l. 4. c. 8.*

21. *Balnea*) Foris adhibentur Renum regioni refrigerantia, adſtringentia additis quæ eos firmant, quod præſtat

quando ipſi *Renes ſimul affecti*, & ab acri iſto *volatili acido ſalſo fermento* ſenſibiliter vellicari & irritari videntur, Cujus occaſione non ſolum dolor ardor, &c. circa renes in lumborum regione percipiuntur, ſed etiam ſpirituum impetus eo magis hinc concitatur, adeoque & m.s. eo uberius quaſi movetur non ſecus ac ex ſtimulo purgantium ad inteſtina, ex ſtimulo mercurialium ad glandulas gingivarum uberius moventur, & excernuntur contenta corporis. *Etmuller.*

25. *Profluvium urinæ colliquativum*) Si ſeri magna quantitas, quæ in venis delituit, per hanc viam à natura ſubito evacuetur; immodica mictio inde prodire poteſt, ſicuti in corporum quorundam ſuperfluitatibus poteſt accidere; Et in morbis quibuſdam, ut in cachexia vel hydrope aliiſque, maximeque in *febribus continuis*, in quibus cauſam morbificá critice, vel in Intermittentibus, in harum declinatione, natura cum ſero ad veſicá expellens copioſam mixtioru parit poſt quam morbus aliquando ſolvitur. Quod ſi vero hoc nimium fiat, naturaque per hanc viam cauſam morbi cum ſero per urinas adeo copioſe evacuet, ut univerſum ſere ſerum è corpore exhauriatur, profuſa hæc mictio, quam Diabeten vocant, forte inde prodibit. Vnde jam calor ille totius corporis, ſitiſque, ſi præſertim in ſebre aliqua hoc accidat, tum ſebris, tum inanitionis hujus cauſa, uti & corporis marcor, maxime, ſi ſebris aliqua ardens, vel *Colliquativa* dicta adſit, mictioni huic junguntur: Et quia raro hoc accidit, ut in ſebribus adeo immoderata ſeri fiat per mictionem profuſio, ſed potius moderatior ſit, criticeque fiat, febriſque per eam ſolvatur, ideo & rarus hic eſt affectus, qui non allevat, ſed ſumme debilitat, & in periculum majus ægrum deducit; Nec mirum, cum tam copioſe ſubitoque urina in hoc caſu effundatur, eam crudam minuſque ob id tinctam apparere; Quam rari illius affectus cauſam eſſe potius quam intemperiem Renum calidam ex prædictis colligimus: Quod & Practici aliqui, etſi in cauſa Diabetis explicanda non ita Febrem expreſſe meminerint, tamen in prognoſtico, *Si febri ardenti jungatur*, cum eum lethalem eſſe ſcribant, frigidaque remedia in curatione adhibeant, innuere videntur, Noſque proin *verum Diabeten*, in quo ſubita hæc *corporis colliquatio*, cum calore & ſiti intolerabili oritur, *febri Cauſoni colliquativæ* potius accidere, huicque *colliquationi* occaſionem aliquam præbere exiſtimamus, & proinde ut ſebris ipſa, tarum & periculoſum ſymptoma ipſi copulatum eſſe: Niſi forte ſi citra ſebrem Diabetes aliquis oriatur, ob copiam potus in venis meſeraicis diu retenti & coacervati, poſteaque vi naturæ ſubito ad renes propulſi, potius quam attracti, id accidat; Vnde & potus fere talis qualis aſſumptus fuerat, parumque aut nihil mutatus, nec in prima concoctione, quam effugit, elaboratus mingitur; Et ſi tunc corporis adſit calor & ſitis, hæc ob inanitionem potius illam magnam, quam à renum calore prodeunt; quippe qui hæc efficere, aut corpus adeo debilitare nequiret, Verum cum Potus ſic raro in venis retineatur, etiam hic Diabetes infrequens exiſtit. *Platerus.* Sed difficultas ſupereſt circa Potum recens ingeſtum ſitis intenſæ ſedandæ gratia, qui vix aſſumptus in alteratus excluditur, Adeo ut ad reddendam obſcuri iſtius affectus cauſam, in ſubſidium advocandi ſint meatus illi occulti, potum à ventriculo ad Renes deducentes, hactenus inconſpicui, ſed quos adeſſe ratio perſuadet. Vide de his *Medicinam noſtram Septentrionalem Tomo 2.*

25. *Quam profluvium urinæ colliquativum*) *Helmontius* ſtatuit in diabete totum cruorem quandoque in lotium mutari lactcum, vel potius ſeroſam quandam ſa-

nem; Hæc tamen Diabetis ſpecies rectius pro Diabete notho, id eſt pro urinę profluvio colliquativo; quam pro exquiſito habendus eſt. *Chriſt. Langius.*

Curatio Diabetis Nothi.

In *Diabete Notha ſ. alterandum* eſt & corrigendum *fermentum* iſtud colliquativum, & diureticum acre, tam per remedia ex fonte Pharmaceutico quam diætetico. a. *Narcoticorum* interpolato uſu, & renum irritatio, & nimia ſecretio, forſan, & nimia *colliquefactio* impedienda, Ea quæ *priori ſcopo* conveniunt, *Pharmaceutica* quidem ſunt fere *abſorbentia acido auſtera*, quaſi figentia, & plus minus adſtringentia: Quæ vero ex fonte *Diætetico*, ſunt alimenta ſucculenta, imprimis lacticinia.

Remedia igitur *Pharmaceutica* uſitata ſunt, quæ præparantur ex *plantagine, portulaca, nymphæa, papav. &c.* ſeu eorundem *ſucci*, ſeu *ſyrupi*, aut decocta uſurpentur; Hinc *corallia*, & varia ex his præparata, *magiſt. corall.* cum *ſucco citri*, vel *mixtura, ex coralliis, cum aceto*, polychreſta *Sylvio* uſitata v. g.

℞. *Aquæ plantag.* ℥iij.
Aceti deſtill. vini optimi ℥vi.
Corall. r. ppti ʒj.
Laud. op. gr. ij.
Syr. portul. ℥j.
miſce capiatur cochleatim.

His *lapis hæmatites*, tam naturalis, & ejus præparata varia, quam artificialis ex *vitriolo Martis & ſacch. Saturni* parandus primus à *Glaubero* edoctus, tandem ſub nomine *lapidis Chymici contra Diabet.* deſcriptus in *M.C. An. 2. p. 227.* hinc *Tinct. Antiph. Tinct.* ſic dicti *ſulph. vitrioli*, &c. Item *ſuccinum & ſuccinata*; *Troch. de Carabe, Troch. de terra ſigill.* in ſpecie *aqua calcis vivæ* tam ſimplex quam *compoſita*, ſubinde hauſta, nobile & ſingulare experimentum eſt contra hunc affectum, Alia *ut c.c. uſtum, Crocus martis adſtringens*, ex dictis manifeſta evadunt.

Quoad auxilia *Diætetica*, eminent *Lac* præſertim *chalybeatum* Beneficio enim *lactis chalyb. aſinini* cum *Philonio Perſico* Diabeten deſperatam curavit *Zacutus Pr. Adm. lib. 2. obſervat. 71.* Hinc etiam *Emulſiones* factæ ex *amygdal. dulc. ſem. 4. fr. maj. papav. albi &c.* eæque crebrius & copioſius hauſtæ ſubinde uſurpandæ ſunt; Hinc etiam *cibi cum lacte* vel *aqua chalyb.* præparandi, Item *aqua chalyb. cui c. c. raſura* incocta fuerit uſurpanda.

Externe ſacculi & fomenta, ex plantag. foliis, quercus in aqua chalyb. cocti, ſubinde regioni renum applicentur, *Item, Cancri fluviat.* aut *recentes contuſi*, eorumq; *ſuccus recens*, expreſſus dicto loco admoveatur. *Etmul.*

26. *Dum ſucci in venis*) Diabeten ſanguinis potius & immediatius quam Renum affectionem eſſe, & originem ſuam inde ſumere credimus, quatenus cruoris maſſa veluti deliqueſcit & in ſeroſitatem copioſe nimis funditur; quod quidem ex urinæ quantitate ita in immenſum aucta, quæ non niſi à ſanguinis deliquio & conſumptione procedat, facile conſtat: Propterea item cruor reſiduus, ſero ejus ita ubertim abſcedente, multo craſſior, & ad coagulandum aptior evadit, uti eſpulſu celeri & laborioſo arguere licebit, nam idcirco cor rapidius movetur, ut ſanguinem, plus ſolito dum exagitat, à coagulatione præſervet; Porro ut hujus fluiditas, ob nimia ſeroſi laticis impendia periclitari apta, continuari poſſit, materies potulenta ſiti immani urgente copioſiſſime ingeritur, ac inſuper humores ſolidis partibus impacti.

Sanguine reſorbentur, quinimo ipſatum farcimenta 10 hujus reparationem deliqueſcunt, hinc ut morbo iſto laborantes plurimum ſitiant & brevi emareſcant; Itaque ut Diabetis cauſam conjunctam & rationem formalem deſignare auſin, opinari ducor ſanguinis craſin, ſive miſtionem, ita laxari, & quadamtenus diſſolvi; ut particulæ aquoſæ à craſſioribus contineri nequeant, quin illæ harum ampIexibus cito elapſæ, & ſalinis imbutæ, per vias renum maxime patentes excurrant: Interim vero ad ſanguinem diluendum, & à coagulatione vindicandum, humores alii cum ab extra, tum intus in eum corripiuntur, atque præcordia magno uſque molimine in motum rapidiorem urgentur; Præterea tamen in cauſæ conjunctæ partem aliquam Renes quandoque accedere putamus; utpote quorum fermentum nonnunquam vitiari ſolet, (Vide §. *affluxus humorum acrium*) uti nec improbabile eſt διύρησιν copioſam aliquatenus à renum mala conformatione procedere (vide §. *nimia amplitudo vaſorum.*)

Interea non eſt quòd dubitemus, præcipuam & maxime crebram Diabetis cauſam in ſanguinis miſtione diſſoluta nimis & laxa conſiſtere; quin etiam pari ratione διύρησιν minutam, & debito pauciorem, ſæpenumero à ſanguinis compage nimis ſtricta & velut obſerata pendere; Jam ſi inquiritur unde ſanguinis compages ita laxa, & diſſoluta, inque ſeroſitates deliqueſcere apta evadat, dicimus hujus, ficut & lactis fuſionem ex eo procedere, qnod cum in maſſa ejus ſales diverſæ indolis conveniunt & aſſociantur, reliquæ particulæ ſalinis (quæ eas ab invicem ſejungunt, & in mixtione continent) liberatæ ſtatim in partes ſecedunt: Quod ſi amplius inquiratur, undenam ſales iſti, quorum privata combinatione ſanguinis miſtionem ſolvi, ejuſque ſolutionem introduci ſupponimus, adveniunt, non eſt pro illis deſignandis, ut longe diſquiramus, Etenim plane conſtat maſſæ ſanguineæ particulas ſalino fixas, & volatiles, naturaliter ſemper ineſſe, quibus ſi quando ſal acidus, ſeu fluore potitus, ſatis ubertim accedat, prædictam affectionem facile excitabit: Hinc eſt quod vinum Rhenanum, Pomaceum, & liquores acidi epoti, diureſin copioſiorem provocant; propterea item in quibuſdam valetudinariis, quorum ſanguis ſale acido abundat, medicamenta ſale fixo aut volatili prædita urinam movere ſolent.

Nec tantum ab aſſumptis, ſed ab humoribus intus productis affectus iſte paſſim evenit: Obſervare eſt plurimos affectibus ſpaſmodicis obnoxios, ante vel poſt paroxyſmos urinæ limpidæ copiam ingentem profundere, cujus certe cauſa eſt, quod ſanguinis & ſucci nervei recrementa, in partibus ſolidis aggeſta, ſi quando in acorem degenera turgeſcant, & in ſanguinem refluant, fuſionem ejus, & proinde urinæ profluvium inducunt; Quapropter cum talis urinæ profuſio conſtans & habitualis exiſtit, nihil veriſimilius dici poteſt quàm, quod humores excrementitii, in partes ſolidas ablegati, indeque, poſtquam acorem illic contraxerint, in ſanguinem reverſi, hujus liquorem in ſeroſitatem nimiam fundunt, proindeque perennem adeo & immenſam excretionem cient.

In præcipuam vero hujus noxæ partem ſuccum nerveum merito referimus; quippe hunc, ſi quando à recta craſi deſciſcat, admodum malignum, aliſque tum humoribus tum partibus ſolidis infeſtum evadere alibi oſtendimus, quapropter ab eo depravato, etiam ſanguinis miſtio perverti maxime periclitatur, Ipſum vero Succum Nerveum depravari arguere licebit, quoniam in Diabete ſpiritus animales plurimum oblangueſcunt & nutritio ſtatim omnis fruſtratur.

Porro, quod ſententiam hanc maxime confirmat, obſervavi in pluribus huic morbo per intervalla obnoxiis, quod paulo antequam urinæ profluvium inciderint, in toto corpore partium nervearum dolores vagos & corrugationes, modo cum ſtupore, aut corrugationis ſenſu, modo cum crebris ſpaſmis, ac tendinum ſubſultibus, aliiſque ſpirituum perturbationibus & inquietudinibus paterentur; indicio ſane manifeſto liquorem fibras nerveas irrigantem, à craſi degenerem, & fæculentiis refertum, ſpiritus irritare, inque ἀταξίας cogere: Dein poſtea cum ſucci nervei recrementa, & ſuperfluitates, fluore oborto, in maſſam ſanguineam exundantia Diabeten inferrent, dicta ſymptomata ceſſabant, ſuccedente vero ſpirituum languore & virium concidentia.

Diabetes vulgo dicitur *Hydrops ad matulam*, & nonnulli contendunt utrumque morbum revera eundem eſſe, eaſdemque cauſas & rationem formalem habere, & ſymptomata tantum quoad ſeroſæ excretionis modum variari, nempe quod ſanguis in utroque pariter affectu ſeri incontinens, ex arteriis exſpuere coactus, in uno ipſum in corporis habitum & viſcerum cavitates profundat; Inque altero idem in renibus affatim per ureteres amandandum deponat; Verum enim vero, ſi res accuratius perpendatur, inter hos morbos notabilis differentia occurrit, Nam *Anaſarca* plerumque originem ſuam inde primo deſumit, quia ſanguis imbecillis & nimis frigidus, non ſatis accenditur & effer veſcit ut chylum continenter advectum coquat, aſſimilet, adeoque volatiliſet, quo inter circulandum cum in fine ſuo contineat, quin neceſſe hunc una cum lance ſeroſo ubique locorum exſpuere, & juxta vaſorum interſtitia relinquere, dein poſtea morbo ingraveſcente, ſanguis non modo debilis cruditatibus, verum in craſi degener fluxionibus & coagulationibus obnoxius fiat, proindeque humores ſeroſos & copioſio progignat, ac in partes indebitas impetuoſius ſuffundat; Verum è contra in Diabete cruor ſatis, imò utplurimum nimis efferveſcit & accenditur, ac chylum advectum celeriter & ſupra modum coquit, quinimo partes ſolidas colliquat, earumque liquamina abſorbet, ſecum per vaſa circumfert, & ſuper quam ſatis coquit; attamen cum ob ſaltum concurſus, ſanguinis compages penitus diſſolvitur, ac in ſeroſitates funditur, portiones quæcunque abſcedere poſſint, intra renes ſecretæ, per ureteres excurrunt; Si morbus Diabeti ſimilis, ſed inverſus, (ſcilicet in quo ſanguis in ſeroſitates exſolutus liquamina ſua in totum corpus profuderit) uſpiam ullus occurrit, proculdubio erat febris olim epidemica (Sudor Anglicus) dicta, ubi ſanguis in aquoſitates deliqueſcens humores omnes tum utiles, tum inutiles, uſque ad pabuli vitalis impendium, in poros corporis per ſudorem amandandos profundebat.

Hæc de Diabetis *ratione formali & cauſis, ſcil. Conjunctis & Procatarcticis*, quod ad *Evidentes* ſpectat, ob quas nimirum occaſiones ſucci acidi, ſanguinis fuſionem ſive coagulationem excitarent, in corpore noſtro gignantur, hæ varii generis ac originis exiſtunt; Mala victus ratio, ac imprimis aſſiduus & immoderatus pomacei, cereviſiæ, aut vinorum acidorum potus; interdum mœror & diuturna triſtitia, item affectus convulſivi, aliæque ſpirituum animalium depreſſiones, ac inordinationes, diatheſin hanc morbidam

parere

parere aut fovere ſolent: Novi quendam vino Rhenano pro potu ordinario per xx. dies uſum, Diabeten incurabilem contraxiſſe, ex qua non obſtantibus medicorum plurium inſignium conſiliis, & remediis quibuſcunque intra menſem interibat: Memini duas mulieres, pathematis ſpaſmodicis & hypochondriacis obnoxias, quibus ſubinde magna urinæ profluvia cum languore & carnium intabeſcentia accidebant. *Willis.*

In hoc affectu tres erunt primariæ *Indicationes Therapeuticæ*, Curatoria; Præſervatoria, & vitalis, Harum *Prima* morbum reſpiciens, & Diureſin nimiam cohibere tentans, abſque *Secunda*, quæ in morbi cauſam collimans, ſanguinis mixtionem ſive craſin debitam præſervare ac reſtituere conatur, peragi nequit; Quare circa morbi hujus Therapiam præcipuæ medendi intentiones erunt, Sanguinis fuſionem, ne fiat, præcavere, atque ullatenus factam tollere: Primo *Sanguinis fuſio* inhibetur, dummodo partes ejus craſſiores & aquoſiores ſe invicem contineant & contineantur; neque aliæ ab aliis ita continuo & præpropere abſcedant, quod quidem efficitur per remedia *Incraſſantia*, vulgo dicta, quorum ſcilicet corpuſcula viſcoſa admodum & glutinoſa, in maſſam ſanguineam admiſſa, particulis ejus activis pertinaciter cohærent, adeoque eas ab invicem ſeparant, & ne fluoribus obortis motuo inter ſe, aut cum ſaliois aliunde ſuffuſis combinentur, impediunt; Propter hunc finem *oryza, amylum, vegetabilia mucilaginoſa*, necnon *gummi* & reſinoſa quædam juvare ſoleot. ij. ut Sanguinis fuſio aliquatenus facta tollatur, ejuſmodi remedia indicantur, quæ *ſalium concretiones diſſolvunt*, ita ut particulæ quæque elementares inſitæ, denuo ſui juris factæ, ſitus priores recuperent, adeoque ſanguinis craſin primævam redintegrent; Hujuſmodi effectum in Lacte coagulatu, ſalis fixi, volatilis, aut nitroſi additione, necnon *Spiritus c. c. ſalis Ammoniaci*, & ſimilium infuſione produci ſupra oſtendimus: Cujus ratio proculdubio eſt, ut dum particulæ ſalino fixæ, volatiles aut nitroſæ, in uberi ſatis copia lacti infuſæ, particulis acidis ſive præcipitatoris occurrunt, cumque iis combinantur, reliquæ ſalinæ, quæ prius ligabantur, jam liberatæ, perque liquoris maſſam diffuſæ; ſulphureas & terreſtres inter ſe combinatas diſſocient, & quaquaverſus diſpergant, proinde ut particulæ rurſus diſpergant, proinde ut particulæ rurſus omnes æquabiliter permixtæ ſe mutuo contineant & contineantur: Quantum hiſce ἀνάλογως ſanguis propter ſtagmata ſalina ipſi calenti affuſa alteratur, per experimenta declaravimus: At vero pro curanda Diabete medicamenta ſalina, quoniam à pleriſque fere ſemper Diuretica æſtimantur, non facile aut temere adhibemus, quanquam interea huic methodo, uti non ratio, ita nec experientia refragatur; Nam ſæpius in hoc morbo *Tincturam Antimonii* cum bono ſucceſſu præſcripſi, atque *Aqua ſolutionis calcis vivæ, cum raſura ſaſſafras, ſemin. aniſi, paſſulis, & liquir.* juxta receptum vulgare à nonnullis eximie commendatur. iij. *Indicatio vitalis*, per *Diætam incraſſantem*, & modice refrigerantem, perque *cardiaca* temperata, ac imprimis per *hypnotica* idonea & intempeſtiva perficitur; Coronidis loco Aegri hiſtoriam proponere viſum eſt.

Comes quidam Inſigniſſimus, temperamenti ſanguinei, vultus floridi, atque in ipſo ætatis vigore, incertum ob quas προφάσεις, ad diureſin nimiam proclivis evaſit, cumque adeo per plures menſes urinæ profluvium ſubinde pati ſolitus eſſet, tandem in Diabeten (uti videbatur) confirmatam ac pene deploratam incidit: prætterquam enim quod nychthemeri ſpatio urinæ limpidæ, mire dulceſcentis & quaſi mellitæ, fere ſeſqui congium excerneret, inſuper ſiti immani, ac febre velut hectica cum inſigni ſpirituum languore, virium concidentia, & totius corporis intabeſcentia afficiebatur; Cum hoc tempore ad conſulendum cum N.N. accerſerer, remedia ſequentia, quorum uſu brevis convaleſcere viſus erat, præſcripta fuerunt.

℞. *Summit. arboris cupr. m.* viii. *album ovor. conquaſſ.* ℔ii. *cinnam.* ℥ß. *minutim incisis affunde lactis recentis* ℔viii. *deſtillentur organis communibus, cavendo empyreuma, capiat* ℥vi. *ter in die.*

℞. *G. Arab. Tragac.* āā ʒvi. *ſacch. penid* ℥j. *f. Pulvis, ſumat.* ʒi. *vel* ʒ.ß. *bis in die cum aqua diſtill.* unc. iii. vel iv.

℞. *Rhabarb. pulv gr.* xv. *cinnam gr.* vi. *f. Pulvis ſumendus mane, repetendo intra 6 vel 7. dies.*

℞. *Aqu. paralyſ.* unc. iii *cinnam. hord* ʒii. *ſyr. de meconio* unc. ß. *f. hauſtus ſumendus omni veſperi.*

Diæta fere tantum ex *lacte*, quod modo crudum, & vel aqua deſtillata vel *aqua hordei* dilutum, modo coctum cum pane albo vel hordeo aliquoties in die ſumebat: Horum uſu cum dies melius habuerit, intra menſem pene ſanatus videbatur; Quando modice convaleſcere cœpit urina inſipida liquidi aſſumpti quantitatem haud multum ſuperabat, & deinceps nonnihil ſalſa, potulentis ingeſtis copia minor fuit, deio paulatim ſolito ſpirituum tenore & viribus pollens, ad priſtinam diætam redibat: At vero diatheſis in hunc morbum haud ita penitus ceſſabat, quin poſtea crebra vice propter inordinationes in victu, & forſan ob mutationes circa anni tempora, in recidivam aptus, urinam primo copioſiorem, & dein limpidam, & dulceſcentem, cum ſiti & febricitatione ac ſpirituum languore redibat; Eorundem vero medicamentorum uſu brevi rurſus evadere ſolebat.

Non ita pridem, poſt longius rectæ valetudinis intervallum, paulo antequam urinæ profluvium pati cœperat, magnas in nervoſo genere enormitates & deliquia paſſus eſt; Viz. in cerebro torporem & vertiginem, in membris ſubitos ſpaſmos, tendinum ſubſultus, & quaſi venti huc illuc repentis varios tranſcurſus ſenſit: Deinde cum remediorum idoneorum uſu prædicta ſymptomata ſanari videbantur, Diabetes more ſolito (ſcilicet à fibris & partibus ſolidis in ſanguinem, & inde ad renes & vias urinarias exundante) recrudeſcebat: Sub hoc tempore prædicti medici in conſilium vocati methodo ac remediis pene iiſdem ac prius utendum præcipiunt, quorum uſu cum intra paucos dies melius habere cœperat, *Aquam calcis vivæ* ter in die ad unc. v. vel vi. ſumendam præſcribere viſum erat; quo remedio per quatriduum uſus, urinam in quantitate modica, bene tinctam, & nonnihil ſalſam reddebat, & quoad reliqua fere ſanus, ut ulim fuerat, videbatur. *Willis.*

Cap. LXVII.

De Iſchuria.

Iſchuria eſt urinæ ob fruſtrationem facultatis expultricis ſuppreſſio, ita ut hujus nec quicquam exire poſſit.

Signis in affectu manifeſto opus non eſt.

[2]. *Cauſa* eſt facultatis expultricis fruſtratio. Sunt verò etiam qui tradunt radium paſtinacæ marinæ loco infixum ubi aliquis minxerat, urinam ſiſtere niſi evellatur.

[3]. *Curatio* eſt *maturanda*, ne in totum corpus [4]. regurgitet, jecur opprimat, [5]. ſanguinem inficiat, & ſuffocationis periculum inducat. Sæpè accidit, ut humores putreſcant, febres accendantur, & niſi ante ſeptimum diem, ſi nempe reliquæ viæ, quibus per ſudorem, alvum, vomitum evacuatur, vel ad ſummum duodecimum diem ægri mingant, pereunt: [6]. quod ſi poſtea ſuperveniat, & dolor imminui videatur, indicat naturalem renum calorem extinctum, ægrumque ſub ſudore frigido cum nervorum diſtentione moriturum, [7]. ſolet tamen aliquando & ad decimum tertium diem durare.

Curataque eſt undecimo in prægnante muliere. Curatam & decimo nono obſervavit Piſo. Nullus aliquando dolor acutus ſentitur, quia calculus ſine dubio pituitâ obductus eſt.

Non curatur, *ſi* ob lethales acceſſionum concurſus ſuboritur, *ſi* ob ſauciatam ſpinam, aut vertebrarum luxationem, *ſi* ſingultus vel teneſmus ſupervenit.

[8]. Reſpicit *Curatio* 1. [9]. *Ipſum ſymptoma*, ut nempe [10]. urina provocetur.

1. Comprimendum ergò abdomen, halitu compreſſo.

2. [11]. Immittendus catheter vel cándelæ cereæ oleo amygdal. illitæ, niſi inflammatio obſtet.

3. [12]. Applicandi acriores clyſteres & glandes, propter inteſtini recti cum veſica communionem.

4. [13]. Propinanda decocta *rhamni*, [14]. *illorum tunica* cum *radice* in umbra ſiccatorum, folior. [15]. *ribes nigra*, *ligni nephritici* luteo & cæruleo tingentis, *ligni ſaſſafraſſa*, &c. in vino; nec non [16]. *vinum tenue* in quo *folia ribes nigra* macerata, cum *nuce myriſticâ*: [17]. *lixivium* ex *cineribus roriſmarini* cum vino factum: oleum ſcorpionum Matthioli à dr. j. ad ij. in decocto, *ſuccus gammari* piſtati & per ſetaceum tranſmiſſi: [18]. *ſal corticum fabarum*.

5. [19]. Applicanda [20]. pubi & perinæo [21]. *fomenta* ex decocto *parietar. meliloti, chamameli*: [22]. applicanda & *Cataplaſmata* ex [23]. *raphano ruſticano* tuſo & in butyro frixo; vel ex floribus *jeneciogis*, *ſigilli Salomonis*, *hedera arborea* &c. parata, *ſpecifica* vide inferius.

II. [24]. *Cauſas ſymptomatis* de quibus in Differentiis.

Dividitur Iſchuria dupliciter.

[1]. *Iſchuria*) Nomen hic affectus ſuum habet à verbo ἰσχύειν, quod ſignificat validum, potentem, & robuſtum eſſe, Et à nomine οὖρον, urina, quoniam hoc in vitio urina ſupprimitur, Quaſi veſica adeo potens ſit, ut nihil urinæ effluere ſinat. *Sebiſius man. p. 1379.*

[2]. *Iſchuria*) Urinæ ſuppreſſio omnimoda *Iſchuria* ab authoribus nominatur, Imminuta vero mingendi actio *Stranguria* dici ſolet, quamvis hoc vocabulum latius multo pateat, & ſimpliciter omne *urina Stillicidium* comprehendat, quod ſi abſque dolore fiat, & urina ſtillatim effluat, etiam cum aliquo conatu, imminuta eſt Iſchuria; Si vero fiat cum dolore, ad *Dyſuriam* potius, ſeu urinæ *ardorem* referenda eſt. *Riverius.*

[3]. *Cauſa eſt facultatis expultricis fruſtratio*) Doctiſſ. *Riverius* duos refert ægrotantium caſus, in quibus Iſchuria totalis & plurium dierum ſola phlebotomia curabatur, & propterea morbi cauſam adſcribit venis Emulgentibus ſupra modum diſtentis, adeo ut propter ſeri expulſionem *ſe contrahere nequirent*, quemadmodum obſervatur paſſim in veſica urinaria, quæ valde impleta non facile ad mictionem componitur: Verum enim vero in hiſtoriis iſtis (uti par eſt) fidem præſtamus; iſti tamen ætiologiæ aſſenſus minime debetur; quippe vaſorum Emulgentium non illud munus eſt, quod Vir Clariſſ. aſſignavit, non venæ enim, ſed arteriæ ſerum una cum ſanguine, abſque ullo urinæ plenitudinis aut rigiditatis periculo conſtanter deferunt: Cum autem ſerum in vias patentes non cito excurrat, ratio videtur quod cruoris maſſa ſtricta nimis & compacta, laticem aquoſum intime permixtum è ſinu ſuo ægre dimittat; Huc facit obſervatio Anatomica ſuper cadavere Rever. N. qui diu calculoſus, demum à ſuppreſſione urinæ diuturna fatum obierat: mox præſumebant omnes lethi cauſam fuiſſe ureteres à lapide aut materia ſabuloſa penitus obturatos: attamen diquiſitione per anatomiam accuratiſſimam adhibita, nulla omnino in ductibus iſtis obſtructio, aut lotii impedimentum *obſervari potuerunt*: *Similem huic obſervationem retulit mihi* Vir Clariſſ. D.D. *Louver*, Ubi nimirum Iſchuria lethalis, nulla prorſus circa vias urinarias ſui veſtigia reliquerat: Hinc ut conjicere obvium ſit, ſiquidem Renes inſuper ſarti tecti erant, morbi cauſam omnino in ſanguinis concretione & compactione nimia conſtitiſſe. *Willis.*

Iſchuria vitio Sanguinis producta.

Urinæ ſuppreſſio agnoſcit forſan aliquando pro cauſa ſua *ipſum ſanguinem*, ita ſcil. affectum, & ſecundum varias ſui partes confuſum ac mixtū, ut à cæteris ſecedere ac ſecerni nequeat ſerum, in Renibus, Quod fortaſſis frequentius accidit, quam quod ipſæ renum carunculæ ſint male affectæ, cum præſertim nulla noxa in Renibus obſervatur, quando maxime ipſi culpantur.

Et certe ipſum ſanguinem ita affici poſſe, ut partes ipſius ſeroſæ ac urinæ materiam ſubminiſtrantes cæteris miſceantur intimius, ac ideo ab illis ſecerni nequeant, plurima ſunt quæ perſuadere videntur, ſive quis ægrorum ſymptomata tunc urgentia conſideraverit; ſive curandi rationem per ſalia volatilia expenderit, ſive plurima in chymicis mutationibus in dies occurrentia ſimul conſulerit.

Nam ut de ſolo ſale volatili, non ſine gravi cauſa, propter non contemnendam virium in ipſo exiſtentium notitiam, per multiplicem experientiam mihi comparatam, toties à me decantato aliquid dicam, certum eſt ipſum vim habere ſolvendi omnem humorem viſcidum,

dum, à quo partium fluidarum æque ac ſolidarum connexus vitioſus ortum habere ſolet, ſoluto autem humore viſcido ſecedere poſſunt facilius ab invicem partes ſanguinis haud ita intime ſibi alias junctæ.

Quod ſi quis putet, ſi humori viſcido, in ſanguine exiſtenti, atque partium ſeceſſum impedienti, adſcribi debeat urinæ toties lethalis ſuppreſſio, poſſe non incommode ab eadem viſciditate deduci qualem in renum carunculis obſtructionem, urinæ ſecretionem aut tranſcolationem impediendo, ejuſdem ſuppreſſionem cauſantem, utique cum illo non pugnavero, quin potius utramque cauſam conjungendam, & ſæpius conjunctam putavero, adeo ut ab illa cujuſvis humoris in ſanguine exiſtentis viſciditate, *cum* ceteræ ſanguinis partes colligentur intimius, & ad ſui ſeceſſum reddantur ineptiores, *tum* caruncularum pori obſtruantur, atque ſic urinæ tranſcolatio, ſecretio, atque excretio cohibeatur. *Sylvius Append. Tr. v. §. 294.*

2. *Facultatis expultricis fruſtratio*) Iſchuria diabeti contraria eſt; in hoc malo prorſum urina ſupprimitur, quod à tartaro nimis abundanti obſtruente & ſtupefactivo ortum habet, qui ſiccitate & frigiditate ſua meatus impedit, atque impedit calorem renum nativum, ita ut ad expulſionem non ſentiat ſtimulantem urinæ acrimoniam, imo quaſi dulcem & inſipidam reddat urinam: Obſcurus tamen & obtuſus ex diſtenſione nimis repletæ veſicæ dolor adeſt. *P. Joh. Faber Path. capit. 9.*

In determinanda cauſa nimis eſt obſcurus *Auctor* utpote quæ potius in phantaſia quadam conſiſtere videtur: Plerumque vero ab obſtructione ureterum ac fiſtulæ urinariæ oriri ſolet, veluti in calculo familiariter contingit: Interdum hoc malum fructus eſt aboliti in veſica ſenſus, cum ſtimulum urinæ non percipit: Author hanc cauſæ ſpeciam in tartarum &c. Vel alkaliſatum etiam excrementum, i.e. alkali hominis nativi acrimoniam lotii tollere; & hoc quaſi dulce reddere valet, unde expultricis pigritia quoque provenire poteſt. Eſt ubi diuturnior retentio urinæ, mictioni obſtat, ut in *Tychone Brahe* &c. *Chriſtianus Langius.*

Prognoſis.

3. *Curatio eſt maturanda ne ſerum &c.*) Grave ac periculoſum eſt malum urinæ ſuppreſſio: ac iſta quæ fit *vitio Renum* periculoſior eſt, quam iſta quæ fit vitio veſicæ, Superveniunt autem ſymptomata varia, prout nempe ſeri urinarii in renibus plus minus alterati, metaſtaſis ac tranſlatio in partes ſolidas varia, vel ſanguinis aliorumve contentorum alteratio & immutatio plus minus gravis facta fuerit, Sic *anguſtia & anxietates præcordiorum*, *torpor ſenſuum*, & facultatum animalium, non raro *epileptica pathemata*, interdum aſcites & *pedum tumores* œdematoſi, *vomitus*, ſudores, halitus plus minus *fœtidi ac urinoſi*, Quod ſi in his urinoſi *ſaporis aut odoris* indicia obſerventur indicio eſt alterationis cujuſdam, jam à fermento renali factæ, vel ita ut urinæ per pelvim tranſitus ſit interclusus: Quod ſi tales proprietates abſint, ne introeuntis quidem ſeri in renum parenchymia indicium erit, ideoque ſæpe lethalis affectus eſt Iſchuria. Si urinæ ſuppreſſio eſt à *renum calculis* majoribus, eſt utplurimum lethalis, Si à *reſolutione Renum* contingat, fere ſemper lethalis obſervata fuit, adeoque ab *Horſtio* retentio totalis urinæ in morbo, ſine doloris ſenſu, inſtantis mortis ſignum eſſe aſſeritur. *Etmuller.*

4. *Regurgitet*) Ad cerebrum ſerum delatum comatoſum affectum inducit: Epilepſiam excitatam vidi, hinc & mentis torporem in viro Rever. cui fatalis fuit Iſchuria 17. die.

5. *Sanguinem inficiat, ſuffocationis periculum inducat*) Hoc in affectu plurimum anguntur circa præcordia ægri; An ob ſerum copioſius in vaſis redondans, & omnes functiones, ipſamque ſucci pancreatici præparationem vitians? unde forſan idem ſuccus vitioſus exiſtens vitioſam in tenui inteſtino excitat effervescentiam, anxietates & anguſtias inexplicabiles in ventriculo, inteſtinis, ipſoque corde ac pulmonibus parientem. *Sylvius Tr. v. App. §. 293.*

6. *Quod ſi poſtea ſuperveniat*) Nobili cuidam Iſchuria fuit, ſuppreſſo urinæ profluvio lethargus; de funere cogitarunt; largiſſime profluit urina, brevi tamen moritur, Unde hoc? quia ſuppreſſio omnis excrementi seroſi potiſſimum partes nobiles inquinat, Et tametſi ejus curſus redient, non perinde meliore loco ſunt res ægrorum. *Ballonius Epid. p. 11.*

7. *Solet tamen aliquando*) Si denuo æger ante 7. diem meiere incipiat, ſervari poteſt, ſin minus utplurimum intereunt; Etſi enim poſtea urina profluere incipiat, copioſa etiam & varia, tamen partim ob infectam maſſam ſanguineam, partim ob vitium partibus ſolidis affrictum, poſtmodum intereunt, adeoque rarum eſt, quod Iſchuria xi. dierum curata fuerit *M.C. Anni 6 p. 149.* Interim tamen quidam diutius, quidam minus diu urinæ ſuppreſſæ ſupervivere poſſunt, Sic *Riverius cent. 4 Obſ. 45.* obſervat Iſchuriam xi. dierum. *Horſtius l. 4. Obſ. 45.* Iſchuriam xiv. dierum, Fere tamen intra 14. dies jugulantur ægri; raro ad xx. vivunt, & quidem ſi ſub urina ſuppreſſa vel ſudor, copioſus vel vomitus crebrior, aliave evacuatio ex alio loco contingat, diutius ſupervivere poſſunt ægri, Sic *Fonſeca T. 2. conſ. 96.* refert monialem Patavinam, quæ ſupervixit, licet, per menſes ſex urina fuerit ſuppreſſa, quia ſudabat quotidie circa ventrem & umbilicum; Ipſemet obſervavi Iſchuriam vitio Renum ad 17. dies, quæ ſuperveniente Epilepſia denuo urinam reddebat, etiam corata, ex recidiva tamen lethalem, *Etmuller.*

8. *Reſpicit Curatio*) In Cura 1. cauſa impediens excretionem urinæ eſt removenda, 2. Interne *Diuretica* præſertim *ſalina*, vel acrimonia ſua urinam promoventia propinanda: 3. *Externis* ſubinde veſicæ ſtimulanda. *Etmuller.*

9. *Ipſum ſymptoma*) Si malum eſt à *vitio veſicæ*, vel minus ſenſilis, vel alias quaſi paralyticæ, interne præſertim *malvaticum*, *juniperinum*, *ol. deſtill junip.* aut *terebinth.* conveniunt, adque ad imitationem *Thoneri in obſ. p. 175.* qui iſchuriam & ſtranguriam graviſſimam (præmiſſis internis) ab intemperie veſicæ frigida & humida, cum humoribus phlegmaticis curavit per *ol. deſtill. ſuccini gtt.* vi. cum *aqua petroſ.* Huic propinentur *Purgantia* blanda, quæ dum alvum proritant, per conſenſum ſimul veſicam ſtimulando, etiam excretionem adjuvans, vel pro eodem ſcopo injiciantur *Clyſteres*, 1°. quidem blande *emollientes*, poſtmodum etiam, *acres*, ex *centaur. min. colocynth.* & ſimil.

Item comprimatur abdomen, detineatur anhelitus, ut ita vi quaſi urina proliciatur, quod niſi fiat *Catheter* uſurpetur, ut ejus medio urinæ pateſcat exitus. *Item.*

10. *Urina provocetur*) Quæ ad urinam promovendam faciunt, interna externaque, mictionem copioſam facientia, vel illam accelerantia, Diuretica, dicuntur, vel quia ſeri copiam gignendo *urinas* augent, vel quod illud attenuando fluxile reddunt, & ut facile permeare poſſit, & ut vocant, à ſanguine ſegregari, & ſic à renibus ad veſicam penetrare. Vel etiam quod dum *ſerum*, & per conſequens urinam calidiora acrioraque efficiunt, ut illud à facultate expultrice, quam magis tunc ſolicitat, citius tum ad veſicam, tum extra hanc in mictione propellatur, occaſionem præbent. *Platerus.*

11. *Immittendus catheter vel candela cerea*) Quia

gravia, & ſubiode periculoſa ſymptomata vel inepte, vel crebrius applicatus catheter inferre poteſt, de quo vid. *Ayſerus obſ. p. 250.* Item *Panarolus Pent. 2. obſ. 20. 20.* tutius eſt *candela cerea, melle* aut *oleo amygd. dulc.* illita ſi immittatur, ad imitationem *Sylvii Tr. de cachexia* §. 275. Vel uſurpetur *fiſtula membranacea* vel *coriacea* ad imitationem *Helmontii Tr. de Lithiaſi c. 7. §. 74.* mediante qua, ſimul per *ſyphonem* applicati liquores commode poſſunt injici, ut ita iſtis mediis retenta proliciatur urina. *Etmuller.*

11. *Immittendus catheter*) Quibus ob diutinam moram, ebrietatemve amplius jam excerni nequit urina, licet conentur ac velint, facilem modum excogitavi & aliquoties cum ſucceſſu egregio inſtitui, per immiſſam in urethram uſque ad veſicæ cavitatem candelam ceream tenuiſſimam, ſi prius in ſui extremo obtuſa reddatur & oleo illinatur; Hac vero utor loco Catheteris, qui quoniam, maribus præſertim, intrudi nequit niſi aliqua cum difficultate aut comite dolore, ad ejus imitationem hanc tentavi candelam, & ſucceſſum egregium obſervavi. Quod artificium tanto faciendum majoris, quod ubique ad manus fere ſit, atque ab omnibus uſurpari queat, dum catheter nonniſi à peritis, & tunc quidem cum moleſtia intrudi poſſit. *Sylvius Tr. v. App. §. 275. & 276.*

12. *Applicandi clyſteres*) Vir Nob. ab urinæ ſuppreſſione multis diebus perſeverante cæteris irritis ſequenti Enemate, per duas horas ſpacio liberatus eſt.

℞. *Rad. apy, petroſel. bruſci, gramin. aſparag. malva, alth.* ãã. ʒii. *parietar.* m. ii. ſem. *aniſ. fœnic. anethi, carvi, dauci, ameos, carth. ruta, cumin. baccar. lauri* ãã. ℥ß. *flor. chamom. melilot. aneth. ſtach.* ãã. *p.* ii. *coqu. in vino albo ad medias. In colat.* ℔i. *diſſolve butyr. rec.* ℥ii. *mell. roſ.* ℥ii. *ſacch. r.* ℥i. *bened. laxat.* ℥ß *vitell. ovi n°.* j. *olei nucum. aneth. & ſem. lini* ana. unc. ii. ſ. Clyſter. *Riverius.*

13. *Propinanda*) Proſunt Julepus ex *ſucco parietar. fœnic. mar. & limon.* cum *oleo amygd. d.* in curatione calculi Reu. deſcriptus. Syr. *Fernelii de raphano* ad ℥ii. per vices exhibitus: Ex *Dodonæo*, octogenarius lixivio, ex *ovorum teſtis* in cinerem redactis, cum *vino Rhenano* permixtis, ſemel aſſumpto, ab urinæ ſtillicidio integre fuit liberatus. *Arnoldus Villan.* refert Cardinalem, qui jam per quatriduum urinæ abnegationem paſſus erat, turgidum, deſperatum per potum *vini alkekingi* liberatum eſſe, cujus vi profluxit urina inſigni copia: Fit hujuſmodi vinum, accipiendo *fructus Alkekingi* 5. 7. aut plures, & contundendo cum bono vino albo, poſtea colando & exhibendo.

Aſelli cum *vino albo* triti & exhibiti ad urinam provocandam efficaciſſimi ſunt.

Cryſtalli miner. uſus frequens ſuppreſſam urinam movet, præcipue ubi metuitur inflammatio, quæ ab ipſa urina diu retenta ſæpiſſime concitatur in tunica interiore veſicæ.

Spiritus ſalis idem præſtat, & multo efficacius.

Succus parietaria depuratus ad ℥iv. exhibitus cum *ſacch.* ℥ß. Admiſceri poteſt *ſal prunella*, vel *ſpiritus ſalis* (*Efficaciſſimus ſuccus totius taraxaci*) *Riverius.*

Practici porrigunt ſuccum millepedum *conchiliorum nigror.* cum incoctione *grani unius canthar.* acero prius præp. *Oſw. Gremb. p. 233. ex Helmontio.*

Scribunt ſuppreſſionem urinæ 37. horar. curatam fuiſſe data *olei ſuccini* ℈ß. in balneo. *Idem.*

Recordor contumaciſſimam urinæ retentionem ex calculo uſu *cineres fabæ minor.* ſeu *equinæ* curatam fuiſſe *Pauli Quad. p. 30.*

Abrotani coma pulveriſ. ad ʒi. cum tantillo *nitri*, iis quibus ob calculum urina ſupprimitur, ceu ſpecificum valde commendatur *Idem p. 182.*

Decocta ſequentia conferunt.

℞. *Rad. raphani* ℥ii. *rad. aſparag. ononid.* ãã. ℥i. *rad. aſari* ℥ß. *malv. pariet.* ãã. *m.* j. *ſem alkek* ʒii. *ſem. naſturt.* ℥i. *ſem. apii* ʒß. *coqu. in jure cicer. rubr. Ex bibat hauſtum* Vel hoc.

℞. *Bulbor. capar. & allii* ãã. *n°.* j. *coqu. in Juſculo, da colat. Oxymel diureticum* uſitatum eſt medicamentum, cujus ℥ii. cum *aqua* convenienti, vel *vino* ad urinas ciendas propinantur movet: *Potiones* aliæ ſic fiunt.

℞. *Ol. ſulph. gtt.* ii. *ſpir. vitr. gtt.* i. *cum vino diluto aqua convenienti bibat.*

℞. *Olei ſcorp.* ℥ß. *bibat cum lacte vel vino.*

℞. *Ol. amygd. d. ad* ℥ii. *bibat. cum copioſo lacte.*

Oleum Ceræ ad gtt. ii. iii. *vel plures in aqua urtica mas.* exhibitum potentiſſime urinam pellit.

Succus mali Punici è malo recens preſſo exuctus, vel è granis comeſtis deglutitus, aut alioquin expreſſus & ebibitus copioſam mictionem parit. Vel ſic.

℞. *Rad. raphani rec. inciſi; vel raſi & contuſi, irroretur vino fortiſſimo, vel malvatico, exprimatur ſuccus, da* unc. ii.

℞. *Succi parietar.* ℥ii. *vel* iii. *ſucci naſturt.* unc. i. *depurentur, adde vino q. v. addito ſacch. vel melle f. Potio.*

Aqua, quia egregiè penetrant, hic præſertim conveniunt, dando *aquam parietar. alkek. limon. & nucum*, ut affatim bibant, vel *Aquam flor. geniſta*, addendo parum *aqua cinnamomi*; Sunt & efficaces *aqua raphani, naſturtii & fœnic. marini. Aqua ex nucleis perſicor. foliis contuſis in vino malvat.* maceratis per diſtillationem elicita efficaciſſima. *Bolum* talem devorare poſſunt.

℞. *Reſina lar. vel terebinth.* ʒii. *ſem. alkek.* ʒi. *ſuccini* ʒß. *cum ſacch. f. Bolus.*

Pilula ex ingratis parantur.

℞. *G. Galbani, bdellii, myrrha* ãã. ʒß. *ol. ſulph. gtt.* iv. *reſin. laric. vel terebinth. q. ſ. f. Pilula parva, capiat* ʒß. *pro vice.* Riverius.

Sumetur Canthar. ℈i. pulver. infundantur in *vini Rhenani* ℥iii. *vel* iv. *vel ſpir. vini*, ſtent in infuſione per aliquot dies, hinc filtra optime per chartam, hujus liquoris cochl. j. da cum pauco vino vel cerevisia. 1. die duo, & ſic deinceps cum felici ſucceſſu. *Bartholinus cent. 5. H. 82.*

13. *Propinanda decocta*) Curabitur in primis hoc malum uſu remediorum Diureticorum dictorum, & præſertim *ſale volatili ſuccini*, aliiſque *ſalibus volatilibus aromaticis*, quorum ope non tantum curatur, ſed prævenitur tam gravis, & tam ſæpe lethalis urinæ ſuppreſſio, in qua plurimum augentur circa præcordia ægri. *Sylvius* §. 293. Vide inferius §. *Specifica*) & §. *Vel vitio Renum*).

13. *Propinanda*) Mirifice huc facit *ſyrupus cryſtalli* qui ſic paratur.

℞. *Cryſtalli ppti q. ſ. ſolve in ſucco limonum*, ſolutionem cum ſaccharo coque in formam ſyrupi. *Joh. Bikkerus Herc. Rediv. l. 2. c. 3.*

Lapides vulgares & cryſtalli calcinentur, hinc cum pari quantitate *ſalis ammon.* ſublimentur; hoc detur ad ʒß. in *aqua petroſel.* vel *ſpir. ſal. Tartari* cum *ſale ammon. conjuncti*: mire eſt efficax ad tollendas iſchurias. *P. Joh. Faber myr. ſap. p. 312.*

Experimento mihi comprobatum potentiſſime movere urinam *virgam auream* ſic.

℞. Pulv. *fol.* & *ramor. virga aurea* ʒi. datur cum vino. *Rod. a Fonſeca T. 1. conſ. 97.*

Hoc arcanum meum ſummopere prodeſt, in ſuppr. à calculo.

℞. *Semin. malv. alth.* ãã ʒiii. *cicer. rub* ℥ii. *ſem. 4. frig. maj.* ãã. ʒiii. *cicer. rub.* ℥ii. *ſem. 4. frig. maj.* ãã. ʒii. *hord. mundi* ℥ii. *caric. ping. n°.* ix. *ſebeſten n.* vii. *liquor. raſ.*

raſ. ℥vi. *coque in* ℔iv. *aqu. pluv. ad conſumpt. med.* Colatura continuo utens calculum excrevit. *Foreſtus* l.24. obſ. 26.

℞. *Succini albi ppti. ſem. nucis myriſt.* qui in officinis *ſemina paliuri* vocantur, dentur ægro in vino: Certum eſt experimentum. *Jo. ſ. Schmid. Spec. Chir. p.* 415.

Radix. centinod. cum aqua bibits maxime præſtat, ut & *ſemen & fol. trifol. cum aqua cocta & bibita?* Item *ſpinas maxillar. luciorum ſalſor.* pulveriſatas bibitas ſæpe experti ſumus. Gul. *Varignana Secr. Tr.* 24. *c.* 1. Experimentum hoc eſt, Bulliant *Allorum capita* 2. *vel* 3. *in vino albo*; huic vino adde parum *theriaca* & *mithridat.* Detur cyathus unus in potu, ſtatim provocatur urina. *Arnoldus Villanovanus Brev. lib.* 2. *cap.* 35.

Quidam Iſchuria laborans poſt multa remedia, ope iſtius urina provocata eſt & liberatus fuit.

℞. *Vini Canarini* ℥iv. *ſucci limon.* ℥i. *ſpir. tereb.* ℈ii. pro hauſtu. *Samuel Tormius.*

13. *Propinanda Decocta*) Valet in emulſione, pro remedio efficaciſſimo, ſemen violæ martiæ. *Wedelius.*

Succinum album præpar. potenter pellit urinam; Memini quendam cum per aliquot dies mane ſumpſiſſet ℨß. & amplius *ſuccini*, inde copioſe excreviſſe urinam, ut timens diabetem deſiſtere coactus fuerit. Sic *ſemen lycopodii*, expertiſſimum eſt remedium in urina reſtitante in infantibus, quod ſæpius experti ſumus.

13. *Propinanda Decocta*) ℞. *Semin. pepon. à cort. mundat.* ℥iii. *macerentur horis.* 8. *in ſpir. vini optimo*, *& trita cum roſacea madefacta colo exprime ad mediocrem conſiſtentiam. da* ℥ii. *cum cicer. rubeor. & veſicar. decocto*, ante lucem, ſemel *in hebdomade*. Ant. Fumanellus.

14. *Florum tunica*) *Flores tunica cum radice* in umbra ſiccata, & cum vino cydoniorum exhibita potentiſſime urinam provocant. *Claud. Deodatus Paneh. p.* 292. Cum fructu ſæpius exhibemus ſuccum *naſturtii aqu.* cum acutis ſol. & *nitri præpar.* momento. *Idem.*

15. *Ribes nigra*) Nihil æque expertum habemus, quàm *fol. Ribes nigr. m.* j. decoctis addere, etſi aliquando tam vehemens eſt, ut ſanguinem ſimul cum lotio ed[illegible]; *Foreſtus.*

15. *Ribes nigra*) *Folia ribes nigra*, urinæ odorem ſpirantia, egregie urinam pellunt. *Etmuller.*

16. *Vinum tenue*) *Vinum Abſynthites* affatim bibitum urinam movet, *Vinum malvaticum*, ſi quis jejunus ſumat; Ut efficaciſſimum laudatur *vinum album* generoſum percolatum, in quo albi minores ſilices toties igniti, donec in pulverem poſſint redigi, extincti fuerint, *Compoſitum* tale fit.

℞. *Rad petroſel. fœnic. ononid* āā. ℥j. *rad. aſari, Enulæ* āā. ℨß. *abſynth. ruta, fragar. ſabina, hyſſopi*, āā. *m.* j. *flor. geniſtæ. ſambuc. chamæm. odor.* āā. *p.* j. *ſem. apii. petroſel. leviſtici, eruca, nigella, naſturtii* āā. ℨj. *gran. Junip.* unc. ß.. *infundantur in vino albo*, ad uſum, bibendo poculum *Platerus.*

17. *Lixivium*) Sequens potum utile eſt.

℞. *Ligni junip. & caulium fabar. cum cortic. ſiliquar. omnium aridor.* de ſingulis faſciculum combure, & cineribus permiſce *Vinum* album, & ſæpe colando fac lixivium; detur cyathus: Si cineres ramentorum *geniſta*, vel *dulcamara* addantur, erit efficacius, *Platerus.*

18. *Sal corticum*) Chymici ſua remedia ad hunc aſſectum prædicant, *ſpir. ſalis, vitrioli, nitri, ſulph. & terebinth* quos ad ℈ß. exhibent, cum aquis appropriatis vel juſculo pulli; commendant & *ſalem tartari* ſtip. ſabat. à ℨß ad ℨj. *Riverius.*

19. *Applicanda*) Toto curationis decurſu Fomenta, Linimenta, Cataplaſmata, Semicupia, aliaque externa uſurpanda ſunt, quæ non alis eſſe debent, quam quæ ad dolorem nephriticum proponuntur. Inter cætera valet *cataplaſma parietaria frixa*, cum *butyro*, vel melius cum *oleo ſcorp.*

Item *veſica oleo ſemiplena*: Melius erit ſi in hoc *oleo cantharides* coquantur. Vulgo admovetur regioni pubis & lumborum cataplaſms ex *capis frixis* cum axungia porci, additis ovis aliquot. At longe efficacius operantur *cepa alba cruda* in mortario tuſæ, addito oleó in formam Catapl. renibus admotæ ureteribus & regioni pubis. Cataplaſma ex *raphanis contuſis*. Riverius.

Extrinſecus veſicæ regioni in pectine varia quoque adhibentur, veſicam dilatantia & ad mictionem ſolicitantia. *Stercus bovinum* calidum cum *cymino* & *oleó ſcorp.* admotum juvat. *Filum crudum* ex cannabe modo ductum, decoctum *in aqua* & *lixivio*, addita *artemiſ.* & *chamom.* in decocto applicatum, in *ſtranguria* prodeſt. *Inunctiones* una cum prædictis, vel ſolæ E. g.

℞. *Oleo ſcorpion. axungia cunic.* ana. unc. ß. *Vngatur.* Vel.

℞. *Succor. naſturt. utr. h. petroſel. capar.* āā. unc. j. *fœnic. mar. ſi poſſit haberi, oleo ſcorp.* unc. ii. *coqu. ad conſumpt. adde d. tereb.* ℨij. *axungia cunic. q. ſ. f. Linimentum.*

Vinum, acetum & mel, ſi coquantur ſimul ad mellis ſpiſſitudinem miſcendo *far. ſem. lini*, pectenque eo ungatur, vel emplaſtretur, mictionem promovet. *Platerus.*

19. *Applicanda*) Prolectâ urinâ fiant *Injectiones* in veſicam ex *decocto pulegii, calaminth. ruta, caſtorei*, & ſimilibus nervinis, Item applicanda ſunt *Fomenta* ex decocto iſtarum plantarum, cum *anetho, Camom. parietar.* &c. In ſpecie egregius eſt fotus cum ſpongia applicandus ex *decocto ſem. aniſi & petroſel.* āā. unc. j. *h. filipend. m.* j. *Zedoar.* unc. ii *baccar. lauri* ℨj. coque in *vinó* & *aqua* & dicto modo applicentur, proficuum in quavis fere Iſchuria veſicali, Vel 4. *fol. tilia* & in vino cocta ſuper pectinem imponantur.

Fortiora ſunt quæ ex *alliis* & *capis* parantur, ac præ cæteris fere conducunt, ſi nempe *allia & capa* cum *ovis* cocta aut frixa imponantur pubi, ex *Bartholino Cent.* 4. *Ep p.* 230. Vel.

℞. *Capam* ſub cineribus coctam, adde unc. ß. *pingu. anſerin.* illine hanc umbilico & pubi, pellit urinam; Quod ſi imponatur perinæo, urinam à nimio coitu ſuppreſſam prolicit, *Hillerus cent.* 1. *curat.* 7.

Expertum eſt tale Cataplaſma in multis caſibus, aliis irritis.

℞. *Capar. alb. crud.* n°. vi. *cap. allii* n°. ii. *contuſis in mortario adde ping. anſerina q. ſ. ol. ſcor. parum*, aſpergantur aliquot gtt. *ol. deſt jun.* m. f. Cat. pro renibus & pube.

Egregium eſt catapl. ex *parietaria contuſa* cocta, & cum *oleo ſcorp.* inſtar Empl. pectini impoſita. Quod experimentum eſt *Halidai*, me raro fefellit; dicit *Foreſtus l.* 25. *obſ.* 8. etiam ubi obſtructio eſſet ab humoribus craſſioribus: Sicut & dicit porro, In Iſchuria puerperæ ex frigore deſperata egregie profuit.

℞. *Parietar. m.* ii. *cærefol. m.* iß. inciſa coque ad mollitiem, *adde butyr. rec.* unc. ii. & *ol. ſcorpion.* unc. iß. applicentur calide.

Fiunt etiam *Inunctiones* tam pubis & perinæi; ex *ol. ſcorpion. caſtor. rutac. hyper. caſtor. deſtil junip.* & ſimil. quam etiam circa os ſacrum, Item *ungu. dialth. cum ol. ſcorpion.* miſtum pubi illinatur. Denique *ol. maſtich. deſtill.* umbilico inunctum remorantem urinam pellit, Tandem *Inſeſſus* & *ſemicupia* ex emollientibus & ipſis etiam nervinis appropriatis, ita tamen ut paulo ante inſeſſum exhibeantur blanda diuretica. *Etmuller.*

19. *Applicanda*) *Muſcus ex cortic. arborum butyro frixus* mire valet. Al. *Benedictus p.1107.* Ad urinam morantem evocandam *Linum crudum* ex fuſis demptum, cum *urina* fœminæ impoſitum, calide, urinam maribus cier; Contra *eadem fila* cum *maris urina* ſi imponantur fœmmatum pubi, idem præſtare dicitur. *Idem Ibid.*

Hoc auxilium urinam ſuppreſſam maxime provocat.

℞. *Capam integr.* & deſuper fiant fiſſuræ 4. ſepeliatur in cineribus calidis, & inſtilla *ol. ſcorpion.* quod bene coctum & contuſum pectini applicetur *G. Caldera de Heredia Prompt. p.323.*

Stercus bovis recentiſſ. ſi cum oleis appropriatis lotum ſit, & eo pecteo, & partes intra anum & teſtes pauco ſpatio inungas, manabit urina. *Zacutus Pr. Adm. l. 2. obſ. 73.*

Cum quidam ex retenta urina veſicæ diſtenſione laboraret, uſu *cerefol. parietar. & petroſel. in butyro inſulſo frixar.* & pectini applicar. præſenti vitæ periculo me ſubduxiſſe una vice circiter ℔iv. urinæ. *S. Pauli Quadr. pag. 256.*

Conficiebam *Cataplasm. ex polenta probe cocta & lupulo ãã. q. ſ.* addita magna quantitate *butyri*, calide pectini applicando, Et ſic æger intra horæ quadrantem ab Iſchoria liberabatur. *Idem* p.346.

Imponatur pubi *parietaria frixa*, ea eſt efficaciſſima. *Jacob. Sylvius Pr. p.78.*

Allium tritum appoſitum ſuper caput virginis, Et in muliere in labiis vulvæ, ſtatim urinam provocat. *Arn. Villanovanus Brev. l. 2. c. 35.*

Jubeo ego accipere cucurbitam in qua diu fuerit conſervatum oleum, & eam curo poni in aqua ferventi, ac deinceps virgam pueri jubeo conjici in os cucurbitæ, Et hujuſmodi remedium efficaciſſimum eſſe expertus ſum ad provocandam urinam puerorum. *Hier. Mercurialis l. 2. de morb. Puer. c. 20.*

Empiricus in retentione urinæ pudenda aliquandiu in *aceto* calido dependere jubebat, & mictionem mire promovebat.

Medicus quidam nihil efficacius utiliusve prædicabat ſua experientia quam pulmonem hœdi. *Hier. Reuſnerus obſ. 93.*

20. *Pubi & perinæo*) Quin & in viro, glandis foramini urinario *cimices*, *pulices*, *pediculi*, viva indantur, vel *pili* minutim inciſi; intruduntur, ut irritando partem ſumme ſenſilem, facultatem meiendi excitent: Si glandi, illic ubi perforata eſt, *galbanum emollitum* emplaſtri inſtar apponat, urinam provocare creditur, Quod & *ſuffitum* ex *pelle hericii*, ſeu *echini terreſtris*, & *Agarico* factum, & ex *locuſtis*, in fœminis, facere ſcribitur. *Platerus.*

21. *Parietaria*) Hæc, præſertim ex ruderibus antiquorum parietum collecta, adeoque egregie nitroſa, egregium eſt diureticum, recipiendo ejuſdem ſuccum aut exinde parando ſyrupum. *Etmuller.*

21. *Fomenta ex decocto*) Valent Fotus & Inſeſſiones ex ſequentibus.

℞. *Rad. Valerianæ* onc.ii. *h. malvæ, artemiſ. petroſel. flor. chamom. melilot. anethi* ana. *p.j. ſem. lini fœnugr.* ãã. ʒj. *ſem. apii* ʒii. *f. Decoctio*, adde *vinum.*

Eadem ſi ab *impleta veſica* diſtenta mingere nequeant, conveniunt, Adduntur *grumos diſſolventia*, ſi inde fiat; Ex *refrigerantibus fiunt*, ſi adſit inflammatio. *Platerus.*

22. *Applicanda & cataplaſmata*) E. g.

℞. *Rad. althææ, raphani, & h. parietar. coque parum, contundantur. miſce butyrum, applica.* Vel *Raphanum, naſturtium hort. & aquat. allium, baccas juniper. contundantur & frigantur cum vino, addendo butyr. & ol. ſcorpion.* applica. *Platerus.*

23. *Raphano*) *Radix raphani*, & quæcunque ex *raphano* parata remedia, *ſuccus raphani*, *armoraciæ radix* vino infuſa, multum valent in ſtimulanda urina. *Etmuller.*

24. *Cauſas ſymptomatis*) *Legitima Iſchuria* curatur remediis cauſas eam producentes auferentibus, ac primum ſi fiat à Veſicæ aut *partium vicinarum inflammatione* remedia ex veſicæ inflammationis curatione mutuanda ſunt.

Si vero fiat à *calculo* in veſicæ cervicem impacto, Vide *Caput 1. artic. iii. Obſtructio colli veſicæ* quæ ab *inflammatione* fit, propriis inflammationis remediis curabitur: Interim tamen ſi urina diutius retinebitur, *candela cerea oleo amygd. d.* illit., blande immitti poterit, omnino vitando catheterem, ne dolore excitato inflammatio augeatur: Si à *Caruncula*; Si à Pituita craſſa, Grumo ſanguinis, Pure, vide prædictum *caput*, Ad revulſionem humorum à parte affecta, *Vomitoria* commendant Chymici, eorumque beneficio non paucos fuiſſe confeſtim liberatos gloriantur. *Riverius.*

24. *Cauſas ſymptomatis*) Cura potiſſimum conſiſtit in reſolvendo tartaro illo narcotico (vide § *Facultatis expultricis fruſtratio*) quod obtinebis à *ſalis tartari ſpiritu rectificato, & acido vitrioli*, cumprimis vero *ab aqua Mercuriali* quæ ſola omnes materias tartareas reſolvere potens eſt: Nec non *ſale cryſtalli*, vel *vulgarium lapidum*, Calcinantur nempe lapides, aut cryſtallus, & calcinata hæc omnia cum pari quantitate *ammoniaci* ſublimantur; quod ſublimatum ad quantitatem ʒß. in *aqua petroſelini* propinatum; vel *ſpiritus ſalis tartari* cum *armoniaco* conjunctus ad tollendas Iſchurias mire efficax eſt. *P. Joh. Faber.*

In cura hujus affectus eo paucioribus nos expedire poterimus, quo certius eſt ea omnia hic exoptatiſſimam efficaciam afferre, quæ in obſtructionibus meſenterii, pancreatis, hepatis, lienis ac renum, convenire oſtendimus: Cumprimis ab Auctore commendantur *ſal cryſtalli*, vel vulgarium aliorum lapidum; Verum prædicta præparatione & ſublimatione nil aliud impetrari dicimus quam *flores ſalis armoniaci*, qui ſi forſan impregnati ſint ſale cryſtallorum, &c. pauxillum tamen & vix effatu dignum erit: Hi autem flores quam energiam obtineant, & quod in reſerandis obſtructionibus vaſorum & meatuum, cumprimis vero in movenda urina præſtantiſſime valeant, notum. *Chr. Langius.*

24. *Cauſis Symptomatis*) Quoad *Curam*, ut ſuppreſſa urina revocetur, removenda inprimis Suppreſſionis cauſa, adeoque vel *corrigendum ſanguinis vitium*, vel *renum præternaturalis diſpoſitio*, Nempe impedimenta in his removendo, *tonus* debitus conſervandus, *fermentum renale* acuendum.

Quoad *Sanguinis vitia corrigenda*, ſane nunc levis v. 6. nũc pro affectus primarii varietate alterantibus aliiſq; *appropriatis* maſſæ ſanguineæ viciata craſis corrigenda.

Quoad *renum* vero *diſpoſitionem* p. n. removendam ſubinde neceſſe eſt, ac ſæpe fructuoſum præmittere levem *alvi ſolutionem*, tam per os, per aſſumpta *laxativa*, cum *tartaro vitriolato* propinata, quam per *clyſmata terebinthinata* injecta, utpote cum his ipſis ſæpe ſtimuletur uberior urinæ ſecretio.

In ſpecie ſi fiat *renum obſtructio à ſanguinis* grumo, curanda venit per ſanguinem grumoſum reſolventia *diuretica*, quæ inter in ſpecie eminet *rubia tinctorum*, ejuſque *radix*, *hedera terr.* ac *cherefol.* Item *hyperic. lap. cancror.* aſſumpti cum *aceto*, *ſperma ceti*, *ſuccinum*, aut ſuccinata quælibet, & alia ſelecta *vulneraria* plus minus ſimul diuretica.

Sin à *pure obſtruente* ſit malum, per hoc *abſtergentia*, illudque *attenuantia*, ſimulque diuretica cura inſtituenda, Talia ſunt *terebinthinata* ac *vulneraria* plura in ſpecie *terebinthina*, *ſuccus* aut ſyr. de *hedera terr.* *eſſentia* & *extractum agrimon. hyperici* &c.

Sin

Sin à *muco tenaci*, ſeu *pituita glutinoſa* ſit malum, præmiſſis *laxantibus*, ac cruditates pituitoſas per alvum evacuantibus (quod cruditatum pituitoſarum ad renea fiat delauo, ſicque malum potius augeatur, quam imminuatur, conducunt hanc *diſſolventia* ſimulque urinam blande ſtimulantia: Talia ſunt in ſpecie *ſalina*, ot *tartarus vitriolatus*, *tinctura tartari*, *ſpiritus urinoſi*, *ſaliaque volatilia*, hinc *raphanacea* quælibet, ut *ſuccus raphani*, *rad. armorac.* in *vino infuſa*, *Oxymel ſcyll. ſpir. ſalis in decocto diuretico*, *v.g radic. petroſel. in jure cicer. rubr.* præſertim *ſpir. vitr. philoſoph.* Item *ſuccus limon.* egregie incidens & diſſolvens mucum ſi ad unc. ii. vel iii. quin & iv. aſſumatur, multum laudatur ab *Amato cent. 5. cur. 71.* in qoo caſu etiam *ſuccus parieţ.* cum oxymelite ſumptus experimentum eſt *Helides Paduani*.

Sin à *Calculo* fuerit malum, curandum venit vel per diſſtingentia, vel ſaltem per hunc mature removentia diuretica.

Quoad *Renum tonum* conſervandum, ſi Iſchuria ſit ex eorum *ἀτονίᾳ*, reſtituendos venit per *nervina*, præſertim per *terebinthinata*, *juniperina*, *ſuccinata*, interne & externe uſurpata, Quibus externe quoque *oleum ſcorpion. petrol. oleum deſtill. ſuccini* inprimis adjumento eſt.

Sin ex *contractura ſpaſmodica fibrarum renalium* orta fuerit Iſchuria, conveniunt *opiata*, item *cinnabarina*. Inprimis *cinnabaris antimonii* cum *ſale volatili ſuccini*, quo forſan quoque facit, quod *Deckerus* in praxi referat *Mithridatium* cum *decoctione* aliqua *diuretica* datum mirifice urinam provocare.

Denique ea quæ *Fermentum renale* reſpiciunt, hocque acuont, & acrimonia ſua plus minus renes ſtimulant, adeoque in ſpecie appropriata, ſicut talia ſunt varia, inprimis *ſemen violarum*: *Parietaria*, *flores cyani*, *calcatrippa*, præſertim juncti, in vino cocti & propinati blande urinam cient: *raphanus*, *radix armoracia* vino infuſa, quibus adde *capita allii*, particulis acribus volatilibus inſigniter diureticis turgida, quæ ipſa conciſa cum vino aſſumpta, vel cum *ſpir. junip. propinata*, egregie proritant urinam: *Semen eryſimi* acre ad ℥i in forma pulveris propinatum in *vino albo* egregium eſt remedium ad promovendam urinam: In ſpecie Potiones *Platers* terebinthinatæ, quæ hinc inde proſtant in ejus obſervat. repetuntur in *Timei Epiſt.* egregii ſunt uſus, utut non omnibus æque conveniant, cum mulieribus quibuſdam, propter *mellis* ſocietatem, hyſterica pathemata excitare ſoleant, V. g.

℞. *Tereb. Ven.* ℥ß. *cum ſ.q. vitell. ovor. & aqu. gramin. f. Emulſio*, ſed eſt ingrata, *Vel*.

℞. *Terebint. ven. mellis* ana. ℥ß. *vit. ovor. n°. j. ſucci lim.* ℥j. *aqu. gram. q ſ.m. f. Emulſio*.

Succus *paſtinac. lutea*, ſeu *ſiſeris* alterius *Matthioli*, perquam egregie urinam promovet, etiam aliis remediis non obſequentem; In ſpecie *puerorum urinas ſuppreſſas* miro effectu hic *ſuccus* ſtimulat.

Tandem *ſalia volatilia* & hinc etiam *fixa*, multum proſunt, In ſpecie *ſal volatile ſuccini* nobile eſt diureticum; hinc *ſpir.* & *ſal volat. urinæ ac ſalis Armon. ſpir. tartari*, *tinctura nephritica*, *Ammelungi*, aut hujus loco *ſpir. carminativus*.

Pertinent huc *Lumbrici*, *ſcarabæi lucanici*, *aſelli*, *cantharides & coccin.* Hæc inſecta ſale volatili perquam diuretico inſigniter pollent, adeoque perquam in Iſchuria conveniunt. *Pulvis aſellorum*, aut hi ipſi *vino infuſi* multum conveniunt ad proliciendam urinam, *Cantharides* multis ſuſpectæ, rite tamen infuſæ, potenter urinam promovent. Vide *Bartholinus cent. 4. Ep. 93.* De *millep.* efficacia *Hildan. cent. 6. obſ. 50.*

Quoad *ſalia fixa*; aut his ſimilia, ſeu cognata concreta fixiora terrea, *teſta ovor.* &c. Pertinent huc *ſalia fixa cineritia*, ex plantis diureticis debite calcinatis, prolicita, ita nempe ut non perfecte alkaliſata permaneant, ſed potius ſalſa; de quibus vide *Tachen. in Hipp. ch.* adeoque *ſal. ſtip. fabar. ſal prunell. geniſta*, proſunt, & *ſal fimi columb.* potens diureticum eſt, cui non cedit *fimus columb.* in vino infuſus, expreſſus, & propinatus, Non ſecus atque *fimus equ. vino infuſus*, colatura ejus expreſſa bibita egregie urinam ſtimulat. *Etmuller*.

I. [25] Alia eſt à *veſicæ morbis*:

[26] Quæ *cognoſcitur* ex eo, quod aſſiduum mejendi deſiderium premat, pubes collectâ urinæ copiâ diſtendatur, ac doleat immiſſo cathetere copioſior urina cum levamento profluat.

[27] *Morbi* illi ſunt: 1. [28] *Stupor*, propter quem ſtimulum non ſentit, ſeu ob nervi paralyſin & obſtructionem, ſeu ob [29] ſpirituum averſionem; & *tum*, etſi veſica ſit plena, nullum eſt mingendi deſiderium, & nullus dolor percipitur.

II. [30] *Intemperies frigida*, à cauſis refrigerantibus contracta: & *tum* cauſæ præceſſere; [31] diuretica locum non habent, niſi corpore purgaro.

III. [32] *Anguſtia*, [33] ſeu *propter* muſculi [34] cervicem circumdantis tumorem; ſeu [35] *propter* calculum, & [36] alia quæ ſupra allata ſunt. Ab hoc, emulſione ex [37] *ſeminis violar. purpurear.* cum *aqua veronicæ* facta [38] inrerdum rollitur.

IV. [39] *Extentio nimia*; & *tum* urina præter voluntarem diutius retenta fuit. [40] Fomentis *parietariæ* cum oleo amygdalarum dulcium agendum eſt.

Alia à [41] *meatus urinarii anguſtia*.

[42] Quæ *cognoſcitur* exinde, quod veſicæ compreſſione urina non reddatur, & quod [43] catheter cum difficultate immittatur.

[44] *Curationem* ſuo capite vide.

II. Alia eſt [45] *exquiſita*: de qua modò actum eſt.

Alia [46] *Notha*.

Quæ *cognoſcitur* [47] ex eo, quòd veſica inanis & vacua ſit, ita ut ne immiſſo quidem cathetere, urinæ quicquam effluat: nulla vel gravitas vel tenſio, vel dolor circa pubem vel premendo percipiatur.

[48] *Oritur*, [49] vel *vitio Renum*, qui ur næ materiam, ſeu ob proprios morbos, de quibus ſu-

volatilia, &c. nimium aſſumpta fluidior, & ad ſeri ſui copioſiorem dimiſſionem male affectus, reſtituerit abſtinendo ab v teriori notatorum abuſu, & vſurpando temperati auſtera. E. g.

℞. *Aqu. plantag.* ℥iij. *cinnam.* ℥j. *ſpir. Alumin. gtt. xx. ſyr. myrtil.* ℥j. *fiat miſtura cochleatim ſumenda, bis terve in die.* Sylvius.

15. *Curatio inſtituitur*) Manca eſt curatio, neque omnes Indicationes curativæ afferuntur, Nam ſi adſint humores *Renum ſubſtantia impacti*, vt in cauſis dicitur, humores illi abſtergendi ſunt & eluendi, nec ſolum contemperandi. Hinc *P. Joh. Faber Pathol. Spag. c. 58.* hujus mali curam præcipue conſtituit in tollendo ac reſolvendo illo tartaro, quod potiſſimum obtineri *vult* à *ſpiritu ſalis tartari* rectificato & *acido vitrioli*, cum primis verò *aquâ mercuriali*, quæ ſola omnes materias tartareas reſolvere potens eſt.

Ad hæc *Chr. Langius in Schol.* Media curandi quæ ab authore hîc proponuntur: potius renum impuritates, vnde illi intemperiem contrahunt, abſtergunt, & ſaponaria exiſtunt, quibus remotis, renes ad priſtinum vigorem redire poſſunt, & retentrix robur ſuum vel ſponte recipit: Per *acidum* vero *vitrioli ſpir. vitrioli rectific.* vel *tart. vitriol.* vel *ſpir. vitr. coagulatum* Auctorem intelligere putamus, quæ omnia contractas in renibus cruditates, & vitia effectiſſime corrigere, ac borum ſubſtantiam corroborare, adeóque per accidens adſtringere valent. *Spiritus ſalis tartari & aqua mercurialis* mediate hoc beneficium præſtant, non ſecus ac Vomitoria frequentes vomitus ſiſtunt,

15. *Inſtituitur*) In profuſis & immoderatis mictionibus, vires proſternentibus, vel etiam raro illo in affectu *diabete*, in quo corpus ſimul abſumitur, ſitiſque ſumma exoritur, mox occurrendum; Quapropter tunc ſeri proventus impediendus, alioq; derivatum per alias vias evacuandũ, dein illius tenuitas, caliditas atq; acrimonia incraſſantibus, refrigerantibus & lenientibus corrigenda, atque viæ per quas fertur, nonnihil adſtringendæ arctioreſque reddendæ, & vt ſtimulum minus ſentiant, ſtupefacientibus nonnihil veſicæ ſenſus minuendus; qualia multa ejuſmodi quæ illud præſtant in mictionis ardentis cura exponuntur, &c. *Platerus.*

11. *Inſtituitur*) *Clyſmata* refrigerantia, leviterque adſtringentia aliquid præſtabunt, addendo *rhabarb.* & *myrobal.* in decocto; Sunt qui talia non ſolum ex decocto, ſed *& aquis* id præſtantibus, vt *roſar. plantag.* facta approbent, addendo & glutinoſa, vt *albumen ovi* & *mucilag. pſylly, cydonior.* vel *infuſionem g. traga.* in aquis convenientibus factam. *In vitæ regimine* cibo & potu utantur parce, & ſaltem quantum ad vires ſuſtentandas ſufficiat; Caveantq; ab *acidis*, *ſalſis* & *acribus adurentibuſque aromatibus*, quia hæc mictionem promovent.

Purgationes per alvum, derivando ſerum à venoſo genere ad inteſtina, ſicque urinæ copioſioris proventum impediendo, nimiam mictionem compeſcunt, unde qui alias purgantur, eo tempore parum mingunt, frequenſque mictio in ſanis alioquin, interdum purgationem inſtituendam eſſe arguit, ut & in morbis quandoq; non ſufficienter corpus purgatum eſſe oſtendit, aut per criſin morbificam cauſam expulſam.

Perficitur hæc levioribus, ſi vires jam proſterni incipiant, uſque nonnihil adſtringentibus exhibitis, ut dando *Rhabarbarum* (quod ſuſpectum, quia experientia teſte non minus diureticum eſt, quam catharticum) *myrobal. citri. ſyrup. roſar. ex infuſione*, quibus & alia adſtringentia miſcentur, ſyrupi, decocta, aquæ, qualia in Dyſenteria deſcribuntur. &c. *Platerus.*

Diabetes vero per *adſtringentia* convenienter curanda. Ubi tamen *cydonia* fugienda vtvt ſint adſtringentia, quia ſunt diuretica, *vt & plurima auſtera, meſpila, pyra & poma acerba, &c.*) ut notant *Bartholinus* & *Schenckius*. Ergo *Martialia*, item quæ ex *plantagine* & *tormentilla* parantur, Item *Decoctum prunorum ſilv.* &c. conveniunt, Item *Tinctura ſulphur. vitrioli*, *bolus Armena*, *terra ſigill.* cum *conſerva roſar. vitriolata* vſurpanda; Item *decoctum plantag. in aqua chalybeata.*

Obſervandum 1. quoad *Pharmaciam*, in principio curationis laudari *Vomitum*. Sic *Brendelius conſ. 83.* ex *Platero* dicit, Principium *curationis* ſit *Vomitus*, jubendo vt dum æger maxima torquetur ſiti, copioſam aquam deglutiat frigidam, hancque repente revomat, quod fiat ſingulis quatuor diebus. Certum hoc eſt auxilium pro revulſione. Item *Zacutus* dicit, prodeſt *Vomitus*, iis præſertim quibus ſalſa pituita in ventriculo abundat, Vide *Ferdinandum conſ. 57. Heras. Augenium l. 12. Ep. 13.*

Quod remedia *Diætetica*, in pluribus convenit hujus Affectus Curatio cum hectica febre, quia in ſex rebus non naturalibus is ordo ſervandus, vt corpus refrigeretur & humectetur, firmentur renes & eorum exuberans caliditas attemperetur, vt loquitur Zacutus. *Etmuller.*

15. *Inſtituitur*) *Vena ſectio* in principio morbi, viribus adhuc ſatis validis exiſtentibus revulſionis & refrigerationis cauſa convenire poteſt, parva quantitate, & partitis vicibus celebrata; Si vires jam dejectæ fuerint, aut hic affectus alteri ſuccedat, non erit locus huic remedio: *Evacuatio excrementorum* per *clyſteres* mollientes & lenientes molienda eſt, E. g.

℞. *Fol. lactuc. portulac. malvæ & plantag.* ãã. m. j. *hordei mundat. & roſar. rubr.* ãã. p. j. *f. Decoctio ad* ℔iß. *In colat. diſſolve Diaprun. ſimpl.* ℥vj. *mell. roſac. & ol. omphac.* ãã. ℥ij. *f. clyſter. frequenter injiciendus.*

Tum etiam *Purgatio blanda eſt inſtituenda cum medulla caſſiæ & pulpa tamar. & myrob. cum ſyr. roſaceo.*

Vomitus etiam à nonnullis commendatur, ex *decocto ſem. raphani* & *ebuli* cum *oxymel* qui vacuat & revellit à partibus vrinariis. Ad *intemperiem* autem dictarum partium corrigendam, & humores incraſſandos, conveniunt Julepi ex *aquis* vel *decoctis lactucæ, portulac. plantag.* cum *ſyr. myrtin. cydonior. & ſimil.* atque etiam de *papav.* in modica quantitate, addendo *pulv. diatragac. frig. trochiſc. terra ſigill. & ſim.* Vel ad magis adſtringendum in hunc modum.

℞. *Rad. conſol. maj. & plantag.* ãã. ℥j. *fol. plantag. m. j balauſt. & myrobal. citr.* ãã ʒj. *ſemin. plantag. portulac.* ãã ʒß. *roſar. rubr. p. j. coqu. ad* ℔j. *In col. diſſolve ſyr. cydon.* ℥iij *f. Julep. in iij. doſes.*

In eundem finem Pulvis aut Opiata fieri poteſt, E. g.

℞. *Semin. plantag. portul. coriand. prap. & roſ. rubr.* ãã. ʒj. *corall. prap. bol. Arm. margar. prap. & rad. torment.* ãã. ℈j. *nucis moſch.* ʒß. *m. f. Pulvis.*

℞. *Conſerv. roſ. antiq.* ℥iv. *bol. Arm. corall. præpar. c. c. vſti* ãã. ℈j. *cum myva cydonior. f. Opiata.*

Eraſtus valde commendat *ſyr. ex rad. ſymph. maj. & pruni ſylv.* confectum, quem ſe ſumma cum felicitate in affectibus huic malo ſimilibus vſurpaſſe teſtatur.

Narcotica etiam, vt *theriaca rec. ſyr. de papav. & laudan. Op.* prudenter vſurpata, plurimum prodeſſe poterunt.

Perſeverante affectu *Lac Ovillum*, aut *bubulum*, aut *aſininum* erit convenientiſſimum, modo prius ſerum abſumatur, injectis frequenter ſilicibus candentibus, Detur mane ſicut in aliis affectibus.

Sudorifica etiam commendantur, quibus ſeroſus humor ad corporis ſuperficiem evocatur, quæ tamen ſuſpecta ſunt, ſiquidem ſummam cum diureticis cogna-

cognationem habent, viſcerumque intemperiem augent. Si locus aliquis eſſe videatur, ex temperatioribus, *rad. China* aut *ſalſapar.* cum *fol. endiv. borrag. acetoſa*, decoctum parari poterit; primo vero in conſumptis, fieri poterit ex *decocto pulli*, aut gallinæ junioris, ut ſimul renutritioni corporis conſulatur. Tutius vero cenſemus externo Sudores elicere puta vapore Decocti convenientis in ligneo inſtrumento, nudo corpore ſuſcepto.

At illis prævalent *Diaphoretica*, quæ ſimul malignam qualitatem oppugnare poſſunt, ex quibus *oleum vitrioli* præcipuum eſt, quia ad ſitim extinguendam, fluxum cohibendum & malignitatem infringendam præſtantiſſimum eſt.

Pro *Potu* æger utitur *aqu.ferrata*, cum *ſyr.acidis* & aſtringentibus. Vel *decocto prunorum ſylv.* quo remedio fere ſolo ſe hunc morbum in puero curaſſe teſtatur *Eraſtus*. Denique ſymptomata hunc affectum comitantia, ut *Vigilia*, *Sitis*, *conſumptio* aliaque remedus in propriis capitibus deſcriptis mitigantur. *Riverius.*

Trochiſci efficaciſſimi hi ſunt.

℞. *Mucilag. ſem pſyllii* cum qua in orbiculos digeriro *ſem.coriande. ppti ſpod. corall.ſuccini, ſangu. drac. ſantal. rubr. ſar.* ää. ʒii. *campher.* ʒß. Dentur cum *lacto ovillo* butyro exempto. *Al. Benedictus lib.23.c.20.*

Eſt celebre auxilium, *cremor ſymph. maj.* cum *decocto equiſeti*, vel *ſuccus ex viridi herba expreſſus*, mire enim exſiccat, adſtringit, retinet, *P. Michael de Heredia Op. T. 4. Diſput 7.cap.1.*

Egregie confert hoc Electuar.

℞. *Mucilag.ſem.cydon.* ℥xij. *ſem.pſyllii* ℥vj. *myrobal. citr. oſſium dactyl. Corall.r.* ää. ʒij. *Carabes* ʒß. terantur & addito ſacch.q.ſ.f. *Elect.* Doſis ℥ß. quotidie mane. *Vidus Vidius Pr. p. 619.*

15. *Inſtituitur*) Quidam plures curavit, & ego quendam invenem intra 4. dies curavi, qui patiebatur Diabeten, & mingebat involuntarie in lectum.

℞. *Roſar. ſpod.* ää. ʒx. *ſem portulac, coriand. ſantalor. berberor.* ää ʒij. *campher.* ʒß. *m. cum ſucco malor. granat.* acetoſa, *f. Troch quorum quilibet ſit ponderis* ʒj. *Detur unus mane & ſero cum aqua frigida & ſyr.roſ.mitins.* Bonum eſt & expertum remedium ad hanc paſſionem. *Arnoldus Villanovanus Brev. l 2.c.36.*

Plurimum valet hic Pulvis.

℞. *Stomach. gallinar. vino ablutor. pulv. cap lepor. uſti, maſtich* ää ℥ß. *nuc moſch. n°. j. apum* ʒv. *cin. cornac. combuſti* ʒiij. *m f. Pulv. doſis* ʒß. *ad* ʒj. *Arn. Weckardus Theſ. p 278.*

Puer 7. annor. uſu Acidolarum Grieſpachenſium in tantum urinæ profluvium incidit, ut an ſimile viſum ſit dubitem, victus rationem præſcripſi refrigerantem & inſigniter nutrientem; Loco vini & aquæ *lac amygdal. & juſcula caſtratorum caponum, diſſolutis ovorum vitellis*. Hac victus ratione cum per aliquot dies uſus eſſet, vires recollegiſſet, *ſyr.roſ ſolut.compoſ.cum rhabarb. & myrobal. citr.* expurgatus fuit, & per intervalla Potiunculam exhibuimus.

℞. *rad.torment.biſtorta ſymph ma.plantag.* ää. ʒij. *fol. agrimon. veron. roſ.rubr.* ää. *m.* ß. *coqu. in aqua ad 3.part. conſumpt. in colat.* ℥ij. *diſſolve ſyr.de roſis ſiccis* ℥ij. *c. c. uſti & ppti corall.præpar.troch.de ſpodio* ää. ℈j. *m f. Potio.*

De præſcriptis Pulver. quoque non raro cum *lacte amygd.* dedimus, Renes *Vngu.* & oleis refrigerantibus & adſtringentibus, inunximus. Horum uſu pleniſſime reſtitutus videbatur, ſed cum ad vini diluti uſum reduſſet, denuo in eundem morbum incidit, & tam graviter ut naturæ debitum perſolverit. *Heldanus obſ.53.cent.5.*

Mulierem paucis & facilibus remediis liberavi.

Mane & veſperi reſidebat in *balneo aqua dulcis* in qua *ferrum* vel *ignitus chalybs* aliquoties extinctus erat; egreſſæ regioni renum & veſicæ applicabatur *plantago*, *in aqua chalyb.* decocta; Cibum ſumebat ſiccantem, & ex *chalyb. aqua* vel lacte coctum. *Martinus Rulandus Cur.96.Cent.2.*

Diabeten vidi curatum hoc medicamento.

℞. *Cancr.fluv. in clibano coct. & pulv.* ʒj. *thuris maſculi* ʒß. *ſacch. modicum* detur in poto. *Achilles Gaſſerus obſ. 56.*

16. *Renum intemperiem corrigentibus*) Refrigerantia topica Renibus imprimis in Diabete conveniunt, de quo legi meretur *Cardanus Cur adm.27.* Ex urinæ, *ait*, profluvio feliciſſime & ſæpe una die ſanavi, abſtinendo à purgantibus, abſtinendo à pinguibus, dando uvas paſſas, lentes, calidis utens, renibus vero adſtringentia imponendo. *Wedelius A. m.m p 191.*

17. *Vena ſectio*) Sanguinis miſſio circa initia in plethoricis è venis derivando, ſi morbus non impediat nonnihil prodeſſe poterit. *Platerus.*

18. *Ad motum tardiorem reddentibus*) Propinantur ideo *Incraſſantia, adſtringentia & refrigerantia* varia, veluti in *cibis* quæ præcipue emplaſtica ſunt, ut *panis*, *pultes* item variæ, paratæ ex *tritico* vel *amylo & zea*, cujuſmodi ſunt *alica*, quæ Græcis *chondros*, veterum, noſtraque varia ex farina illius parata lacticinia; itemque ex *hordeo excorticato*, veteres *Ptiſanam* vocabant, ex avena *avenatum, oryzata, amygdalata*, *lentes cocta*. *amygdala, avellanæ. caſtaneæ toſtæ, caro craſſior illiuſque partes viſcoſiores, Ova*, præſertim *albumen*; *Lactuca, endivia, bugloſſum utrumque*, portulaca.

Interea quæ *bibuntur*, *Juſcula ex cerealibus & carnibus, lac omne, aqua chalybeata, emulſio amygdalina, vinum craſſum & ſtypticum*, dilutum *aqua myrti, bugloſſi*, aliiſque Ex medicatis dantur *ſyrupi myrtill. roſar. rubr. ſicc.* de *ſucco acetoſa*, aliique ſimiliter adſtringentes, non tamen calefacientes, *Aqua plantag. burſa paſtor*, affatim bibita juvat, & ſi calor adſit, aliæ refrigerantes exhiberi poſſunt.

Mucilagines exhibentur *ſem pſyllii cydonior. Vel infuſio g.tragac.* facta cum *aqua roſar. plantag* Dentur ad ℥ß. cum ſacch. vel ſyrupo convenienti. *Platerus.*

19. *Prævalere creduntur*) Pulveres fiunt qui exhibentur per ſe vel cum *ſaccharo roſato*, aut cum liquoribus ſupradictis, aut *vino ſtyptico*, ex *glandibus* ſolis paratus admodum efficax eſt; vel ipſis & *lentibus* ſimul excorticatis & exſiccatis in furno, vel ſic compoſitus.

℞. *Sem.coriand* ʒij *fol.agrim.* ʒj. *roſ.r.* ʒß. *ſant.r cinn.* ää. ℈j. *ſpica nardi* ℈ß. f. Pulvis, Si *capulas glandium, gallas. balauſtia addas ad* ʒß. erit efficacior. Vel

℞. *Thur. ſuccini.* ää. ʒiß. *myrrha* ℈ij. *ciner. veſica uſta tauri, porci, aut alterius domeſtici pecoris* ʒß. *f. Pulvis.*

Hiſce & alia commiſceri poſſunt, veluti pulveres, vel cineres, ab animalibus deſumpti, proprietate quadam agentes, in involuntaria mictione deſcripti; & præter hæc alia. *ſem. ruta mentha, calamintha, myrti, rad. biſtorta, tormentilla. enula &c.* Platerus.

19. *Prævalere creduntur*) *Tinctura antimonii* effectum in nimio urinæ profluvio ſingularem aliquoties expertus ſum. *Williſ de morb.convulſ. c.8.*

19. *Prævalere creduntur*) Laudamus *terram vitrioli dulcem, eſſentiam martis, Tincturam corallor. veram*, & *Tincturam ſulph. vitrioli*, Illa enim quæ ex *tartaro & vitriolo* parantur potius aperiendi & abſtergendi vim habent, a *Fabro* propoſita. *Chr. Langius.*

20. *Eſſentia croci martis &c*) Quæ à Chymicis commendantur, *Tincturam ſmaragdi* præſertim laudat *Hartmannus* cujus & præparandi modum adducit in ſua Praxi Chymiatrica mirabiles quoque effectus pollicentur ex *Tinct. & ſale corallorum*. Laudatur à *Grulingio Pr.l.4.c.8.*

21. *Balnea*) Foris adhibentur Renum regioni refrigerantia, adſtringentia additis quæ eos firmant, quod præſtant

AAaaa

quando ipſi *Renes ſimul affecti*, & ab acri iſto *volatili acido ſalſo fermento* ſenſibiliter vellicari & irritari videntur, Cujus occaſione non ſolum dolor ardor, &c. circa renes in lumborum regione percipiuntur, ſed etiam ſpirituum impetus eo magis hinc concitatur, adeoque & m. s. eo uberius quaſi movetur non ſecus ac ex ſtimulo purgantium ad inteſtina, ex ſtimulo mercurialium ad glandulas gingivarum uberius movetur, & excernuntur contenta corporis. *Etmuller.*

24. *Profluvium urinæ colliquativum*) Si ſeri magna quantitas, quæ in venis delituit, per hanc viam à natura ſubito evacuetur; immodica mictio inde prodire poteſt; ſicuti in corporum quorundam ſuperfluitantibus poteſt accidere; Et in morbis quibuſdam, ut in cachexia vel hydrope aliiſque, maximeque in *febribus continuis*, in quibus cauſam morbificã crince, vel in Intermittentibus, in harum declinatione, natura cum ſero ad veſicã expellens copioſam mixtiorũ patit poſt quam morbus aliquando ſolvitur: Quod ſi vero hoc omnium fiat, naturaque per hanc viam cauſam morbi cum ſero per urinas adeo copioſe evacuet, ut univerſum fere ſerum è corpore exhauriatur, profuſa hęc mictio, quam Diabeten vocant, forte inde prodibit. Unde jam calor ille totius corporis, ſitiſque, ſi præſertim in febre aliqua hoc accidat, tum febris, tum inanitionis hujus cauſa, uti & corporis mæror, maxime, ſi febris aliqua ardens, vel *Colliquativa* dicta adſit, mictioni huic junguntur: Et quia raro hoc accidit, ut in febribus adeo immoderata ſeri fiat per mictionem profuſio, ſed potius moderatior ſit, criticeque fiat, febriſque per eam ſolvatur, ideo & rarus hic eſt affectus, qui non allevat, ſed ſumme debilitat, & in periculum majus ægrum deducit; Nec mirum, cum tam copioſe ſubitoque urina in hoc caſu effundatur, eam crudam minuſque ob id tinctam apparere; Quam rari illius affectus cauſam eſſe potius quam intemperiem Renum calidam ex prædictis colligimus: Quod & Practici aliqui, etſi in cauſa Diabetis explicanda non ita Febris expreſſe meminerint, tamen in prognoſtico, *Si febri ardenti jungatur*, cum eum lethalem eſſe ſcribant, frigidaque remedia in curatione adhibeant, innuere videntur. Noſque proin *verum Diabeten*, in quo ſubita hæc *corporis colliquatio*, cum calore & ſiti intolerabili oritur, *febri Cauſoni colliquativæ* potius accidere, huicque *colliquationi* occaſionem aliquam præbere exiſtimamus, & proinde febris ipſa, rarum & periculoſum ſymptoma ipſi copulatum eſſe: Niſi forte ſi citra febrem Diabetes aliquis oriatur, ob copiam potus in venis meſeraicis diu retenti & coacervati, poſteaque vi naturæ ſubito ad renes propulſi, potius quam attracti, id accidat; Unde & potus fere talis qualis aſſumptus fuerat, parumque aut nihil mutatus, nec in prima concoctione, quam effugit, elaboratus mingitur; Et ſi tunc corporis adſit calor & ſitis, hæc ob inanitionem potius illam magnam, quam à renum calore prodeunt; quippe qui hæc efficere, aut corpus adeo debilitare nequiret, Verum cum Potus ſic raro in venis retineatur, etiam hic Diabetes infrequens exiſtit. *Platerus.* Sed difficultas ſupereſt circa Potum recens ingeſtum ſitis intenſæ ſedandæ gratia, qui vix aſſumptus in alteratus excluditur, Adeo ut ad reddendam obſcuri iſtius affectus cauſam, in ſubſidium advocandi ſint meatus illi occulti, potum à ventriculo ad Renes deducentes, hactenus inconſpicui, ſed quos adeſſe ratio perſuadet. Vide de his *Medicinam noſtram Septentrionalem Tomo 2.*

25. *Quam profluvium urinæ colliquativum*) *Helmontius* ſtatuit in diabete totum cruorem quandoque in lotium mutari lacteum, vel potius ſeroſam quandam ſaniem; Hæc tamen Diabetis ſpecies rectius pro Diabete notho, id eſt pro urinę profluvio colliquativo; quam pro exquiſito habendus eſt. *Chriſt. Langius.*

Curatio Diabetis Nothi.

In *Diabete Notha* 1. *alterandum* eſt & corrigendum *fermentum* iſtud colliquativum, & diureticum acre, tam per remedia ex fonte Pharmaceutico quam diætetico. 2. *Narcoticorum* interpolato uſu, & renum irritatio, & nimia ſecretio, forſan, & nimia *colliquefactio* impedienda, Ea quæ *priori ſcopo* conveniunt, *Pharmaceutica* quidem ſunt fere *abſorbentia acido à ſtera*, quaſi figentia, & plus minus adſtringentia: Quæ vero ex fonte *Diætetico*, ſunt alimenta ſucculenta, inprimis lacticinia.

Remedia igitur *Pharmaceutica* uſitata ſunt, quæ præparantur ex *plantagine, portulaca, nymphæa, papav. &c.* ſeu eorundem *ſucci*, ſeu *ſyrupi*, aut decocta uſurpentur; Hinc *corallia*, & varia ex his præparata, *magiſt. corall.* cum *ſucco citri*, vel *mixtura, ex corallis, cum aceto*, polychreſta *Sylvio* uſitata v. g.

℞. *Aquæ plantag.* ℥iij.
Aceti deſtill. vini optimi ʒvi.
Corall. r. ppti ℈j.
Laud. op. gr. ij.
Syr. portul. ℥j.

miſce capiatur cochleatim.

His *lapis hæmatites*, tam naturalis, & ejus præparata varia, quam artificialis ex *vitriolo Martis & ſacch. Saturni* parandus primitus à *Glaubero* edoctus, tandem ſub nomine *lapidis Chymici contra Diabet*, deſcriptus in *M.C. An. 2. O. 227.* hinc *Tinct. Antiph. Tinct.* ſic dicta *ſulph. vitrioli*, &c. Item *ſuccinum & ſuccinata*; *Troch. de Carabe, Troch. de terra ſigill.* in ſpecie *aqua calcis vivæ* tam *ſimplex* quam *compoſita*, ſubinde hauſti, nobile & ſingulare experimentum eſſe contra hunc affectum, Alia *ut c. c. uſtum, Crocus martis adſtringens*, ex dictis manifeſta evadunt.

Quoad auxilia *Diætetica*, eminent *Lac* præſertim *chalybeatum* Beneficio enim *lactis chalyb. aſinini* cum *Philonio Perſico* Diabeten deſperatam curavit *Zacutus Pr. Adm. lib. 2. obſervat. 71.* Hinc etiam *Emulſiones* factæ ex *amygdal. dulc. ſem. 4. fr. maj. papav. albi &c.* eæque crebrius & copioſius hauſtæ ſubinde uſurpandæ ſunt; Hinc etiam *cibi cum lacte* vel *aqua chalyb.* præparandi, Item *aqua chalyb. cui c. c. raſura* incocta fuerit uſurpanda.

Externe ſacculi & fomenta, ex plantag. foliis, quercus in aqua chalyb. cocti, ſubinde regioni renum applicentur, *Item, Cancri fluviat.* aut *recentes contuſi*, eorumq; *ſuccus recens*, expreſſus dicto loco admoveatur. *Etmul.*

26. *Dum ſucci in venis*) Diabeten ſanguinis potius & immediatius quam Renum affectionem eſſe, & originem ſuam inde ſumere credimus, quatenus cruoris maſſa veluti deliqueſcit & in ſeroſitatem copioſe urinis funditur; quod quidem ex urinæ quantitate ita in immenſum aucta, quæ nonniſi à ſanguinis deliquio & conſumptione procedat, facile conſtat: Propterea item cruor reſiduus, ſero ejus ita ubertim abſcedente, multo craſſior, & ad coagulandum aptior evadit, uti expulſu celeri & laborioſo arguere licebit, quam idcirco cor rapidius movetur, ut ſanguinem, plus ſolito dum exagitat, à coagulatione præſervet; Porro ut hujus fluiditas, ob nimia ſeroſi laticis impendia periclitari apta, continuari poſſit, materies potulenta ſiti immani urgente copioſiſſime ingeritur, ac inſuper humores ſolidis partibus impacti.

Sanguine reſorbentur, quinimo ipſarum farcimenta in hujus reparationem deliqueſcunt, hinc ut morbo iſto laborantes plurimum ſitiant & brevi emarceſcant; Itaque ut Diabetis cauſam conjunctam & rationem formalem deſignare auſim, opinari ducor ſanguinis craſin, ſive miſtionem, ita laxari, & quadamtenus diſſolvi; ut particulæ aquoſæ à craſſioribus contineri nequeant, quin illæ harum amplexibus cito elapſæ, & ſalinis imbutæ, per vias renum maxime patentes excurrant: Interim vero ad ſanguinem diluendum, & à coagulatione vindicandum, humores alii tum ab extra, tum intus in eum corripiuntur, atque præcordia magno uſque molimine in motum rapidiorem urgentur; Præterea tamen in cauſæ conjunctæ partem aliquam Renes quandoque accedere putamus; utpote quorum fermentum nonnunquam vitiari ſolet, (Vide §. *affluxus humorum acrium*) uti nec improbabile eſt διούρησιν copioſam aliquatenus à renum mala conformatione procedere (vide §. *nimia amplitudo vaſorum.*)

Interea non eſt quòd dubitemus, præcipuam & maxime crebram Diabetis cauſam in ſanguinis miſtione diſſoluta nimis & laxa conſiſtere; quin etiam pari ratione διούρησιν minutam, & debito pauciorem, ſæpenumero à ſanguinis compage nimis ſtricta & velut obſerata pendere; Jam ſi inquiritur unde ſanguinis compages ita laxa, & diſſoluta, inque ſeroſitates deliqueſcere apta evadat, dicimus hujus, ſicut & lactis fuſionem ex eo procedere, quod cum in maſſa ejus ſales diverſæ indolis conveniunt & aſſociantur, reliquæ particulæ ſalinis (quæ eas ab invicem ſejungunt, & in mixtione continent) liberatæ ſtatim in partes ſecedunt: Quod ſi amplius inquiratur, undenam ſales iſti, quorum privata combinatione ſanguinis miſtionem ſolvi, ejuſque ſolutionem introduci ſupponimus, adveniunt, non eſt pro illis deſignandis, ut longe diſquiramus, Etenim plane conſtat maſſæ ſanguineæ particulas ſalino fixas, & volatiles, naturaliter ſemper ineſſe, quibus ſi quando ſal acidus, ſeu fluore potius, ſatis ubertim accedat, prædictam affectionem facile excitabit: Hinc eſt quod vinum Rhenanum, Pomaceum, & liquores acidi epoti, diureſin copioſiorem provocant; propterea item in quibuſdam valetudinariis, quorum ſanguis ſale acido abundat, medicamenta ſale fixo aut volatili prædita urinam movere ſolent.

Nec tantum ab aſſumptis, ſed ab humoribus intus productis affectus iſte paſſim evenit: Obſervare eſt plurimos affectibus ſpaſmodicis obnoxios, ante vel poſt paroxyſmos urinæ limpidæ copiam ingentem profundere, cujus certe cauſa eſt, quod ſanguinis & ſucci nervei recrementa, in partibus ſolidis aggeſta, ſi quando in acorem degenera turgeſcant, & in ſanguinem refluant, fuſionem ejus, & proinde urinæ profluvium inducunt; Quapropter cum talis urinæ profuſio conſtans & habitualis exiſtit, nihil veriſimilius dici poteſt quàm, quod humores excrementitii, in partes ſolidas ablegati, iidemque, poſtquam acorem illic contraxerint, in ſanguinem reverſi, hujus liquorem in ſeroſitatem nimiam fundunt, proindeque perennem adeo & immenſam excretionem cient.

In præcipuam vero hujus noxæ partem ſuccum nerveum merito referimus; quippe hunc, ſi quando à recta craſi deſciſcat, admodum malignum, aliiſque tum humoribus tum partibus ſolidis infeſtum evadere alibi oſtendimus, quapropter ab eo depravato, etiam ſanguinis miſtio perverti maxime periclitatur, Ipſum vero Succum Nerveum depravari arguere licebit, quoniam in Diabete ſpiritus animales plurimum oblangueſcunt & nutritio ſtatim omnis fruſtratur.

Porro, quod ſententiam hanc maxime confirmat, obſervavi in pluribus huic morbo per intervalla obnoxiis, quod paulo antequam urinæ profluvium inciderint, in toto corpore partium nervearum dolores vagos & corrugationes, modo cum ſtupore, aut corrugationis ſenſu, modo cum crebris ſpaſmis, ac tendinum ſubſultibus, aliiſque ſpirituum perturbationibus & inquietudinibus paterentur; indicio ſane manifeſto liquorem fibras nerveas irrigantem, à craſi degenerem, & fæculentiis refertum, ſpiritus irritare, inque ἀταξίας cogere: Dein poſtea cum ſucci nervei recrementa, & ſuperfluitates, fluore oborto, in maſſam ſanguineam exundantia Diabeten inferrent, dicta ſymptomata ceſſabant, ſuccedente vero ſpirituum langnore & virium concidentia.

Diabetes vulgo dicitur *Hydrops ad matulam*, & nonnulli contendunt utrumque morbum revera eundem eſſe, eaſdemque cauſas & rationem formalem habere, & ſymptomata tantum quoad ſeroſæ excretionis modum variari, nempe quod ſanguis in utroque pariter affectu ſeri incontinens, ex arteriis exſpuere coactus, in uno ipſum in corporis habitum & viſcerum cavitates profundat; Inque altero idem in renibus affatim per ureteres amandandum deponat; Verum enim vero, ſi res accuratius perpendatur, inter hos morbos notabilis differentia occurrit, Nam *Anaſarca* plerumque originem ſuam inde primo deſumit, quia ſanguis imbecillis & nimis frigidus, non ſatis accenditur & effervescit ut chylum continenter advectum coquat, aſſimilet, adeoque volatiliſet, quo inter circulandum cum in fine ſuo contineat, quin neceſſe hunc una cum latice ſeroſo ubique locorum exſpuere, & juxta vaſorum interſtitia relinquere, dein poſtea morbo ingraveſcente, ſanguis non modo debilis cruditatibus, verum in craſi degener fluxionibus & coagulationibus obnoxius fiat, proindeque humores ſeroſos & copioſo progignat, ac in partes indebitas impetuoſius ſuffundat; Verum è contra in Diabete cruor ſatis, imò utplurimum nimis effervescit & accenditur, ac chylum advectum celeriter & ſupra modum coquit, quinimo partes ſolidas colliquat, earumque liquamina abſorbet, ſecum per vaſa circumfert, & ſuper quam ſatis coquit; attamen cum ob ſalium concurſus ſanguinis compages penitus diſſolvitur, ac in ſeroſitates funditur, portiones quæcunque abſcedere poſſint, intra renes ſecretæ, per ureteres excurrunt; Si morbus Diabeti ſimilis, ſed inverſus, (ſcilicet in quo ſanguis in ſeroſitates exſolutus liquamina ſua in totum corpus profuderit) uſpiam ullus occurrit, proculdubio erat febris olim epidemica (Sudor Anglicus) dicta, ubi ſanguis in aquoſitates deliqueſcens humores omnes tum utiles, tum inutiles, uſque ad pabuli vitalis impendium, in poros corporis per ſudorem amandandos profundebat.

Hæc de Diabetis *ratione formali & cauſis, ſcil. Conjuncta & Procatarctica*, quod ad *Evidentes* ſpectat, ob quas nimirum occaſiones ſucci acidi, ſanguinis fuſionem ſive coagulationem excitant, in corpore noſtro gignantur, hæ varii generis ac originis exiſtunt; Mala victus ratio, ac imprimis aſſiduus & immoderatus pomacei, cereviſiæ, aut vinorum acidorum potus; interdum mœror & diuturna triſtitia, item affectus convulſivi, aliæque ſpirituum animalium depreſſiones, ac inordinationes, diatheſin hanc morbidam

parere

parere aut fovere ſolent: Novi quendam vino Rhenano pro potu ordinario per xx. dies uſum, Diabeten incurabilem contraxiſſe, ex qua non obſtantibus medicorum plurium inſignium conſiliis, & remediis quibuſcunque intra menſem interibat: Memini duas mulieres, pathematis ſpaſmodicis & hypochondriacis obnoxias, quibus ſubinde magna urinæ profluvia cum languore & cætnium intabeſcentia accidebant. *Williſ.*

In hoc affectu tres erunt primariæ *Indicationes Therapeuticæ*, Curatoria; Præſervatoria, & vitalis, Harum *Prima* morbum reſpiciens, & Diureſin nimiam cohibere tentans, abſque *Secunda*, quæ in morbi cauſam collimans, ſanguinis mixtionem ſive craſin debitam præſervare ac reſtituere conatur, peragi nequit; Quare circa morbi hujus Therapiam præcipuæ medendi intentiones erunt, Sanguinis fuſionem, ne fiat, præcavere, atque ullatenus factam tollere: Primo *Sanguinis fuſio* inhibetur, dummodo partes ejus craſſiores & aquoſiores ſe invicem contineant & contineantur; neque aliæ ab aliis ita continuo & præpropere abſcedant, quod quidem efficitur per remedia *Incraſſantia*, vulgo dicta, quorum ſcilicet corpuſcula viſcoſa admodum & glutinoſa, in maſſam ſanguineam admiſſa, particulis ejus activis pertinaciter cohærent, adeoque eas ab invicem ſeparant, & ne fluoribus obortis motuo inter ſe, aut cum ſalinis aliunde ſuffuſis combinentur, impediunt; Propter hunc finem *oryza*, *amylum*, *vegetabilia mucilaginoſa*, necnon *gummi* & reſinoſa quædam juvare ſolent. ij. ut Sanguinis fuſio aliquatenus facta tollatur, ejuſmodi remedia indicantur, quæ *ſalium concretiones diſſolvunt*, ita ut particulæ quæque elementares inſitæ, denuo ſui juris factæ, ſitus priores recuperent, adeoque ſanguinis craſin primævam redintegrent; Hujuſmodi effectum in Lacte coagulato, ſalis fixi, volatilis, aut nitroſi additione, necnon *Spiritus c. c. ſalis Ammoniaci*, & ſimilium infuſione produci ſupra oſtendimus: Cujus ratio proculdubio eſt, ut dum particulæ ſalino fixæ, volatiles aut nitroſæ, in uberi ſatis copia lacti infuſæ, particulis acidis ſive præcipitatoriis occurrunt, cumque iis combinantur, reliquæ ſalinæ, quæ prius ligabantur, jam liberatæ, perque liquoris maſſam diffuſæ; ſulphureas & terreſtres inter ſe combinatas diſſocient, & quaquaverſus diſpergant, proinde ut particulæ rurſus diſpergant, proinde ut particulæ rurſus omnes æquabiliter permixtæ ſe mutuo contineant & contineantur: Quantum hiſce *ἀνάλογοι* ſanguis propter ſtagmata ſalina ipſi calenti affuſa alteratur, per experimenta declaravimus: At vero pro curanda Diabete medicamenta ſalina, quoniam à pleriſque fere ſemper Diuretica æſtimantur, non facile aut temere adhibemus, quanquam interea huic methodo, uti non ratio, ita nec experientia refragatur; Nam ſæpius in hoc morbo *Tincturam Antimonii* cum bono ſucceſſu præſcripſi, atque *Aqua ſolutionis calcis vivæ, cum raſura ſaſſafras. ſemin. aniſi, paſſulis, & liquir.* juxta receptum vulgare à nonnullis eximie commendatur. iij. *Indicatio vitalis*, per *Diætam incraſſantem*, & modice refrigerantem, perque *cardiaca* temperata, ac imprimis per *hypnotica* idonea & intempeſtiva perficitur; Coronidis loco Aegri hiſtoriam proponere viſum eſt.

Comes quidam Inſigniſſimus, temperamenti ſanguinei, vultus floridi, atque in ipſo ætatis vigore, incertum ob quas *προφάσεις*, ad diureſin nimiam proclivis evaſit, cumque adeo per plures menſes urinæ profluvium ſubinde pati ſolitus eſſet, tandem in Diabeten (uti videbatur) confirmatam ac pene deploratam incidit: prætérquam enim quod nycthemeri ſpatio urinæ limpidæ, mire dulceſcentis & quaſi mellitæ, fere ſeſqui congium excerneret, inſuper ſiti immani, ac febre velut hectica cum inſigni ſpirituum languore, virium concidentia, & totius corporis intabeſcentia afficiebatur; Cum hoc tempore ad conſulendum cum N. N. accerſerer, remedia ſequentia, quorum uſu brevis convaleſcere viſus erat, præſcripta fuerunt.

℞. *Summit. arboris cupr. m.* viii. *album ovor. conquaſſ.* ℔ii. *cinnam.* ℥ß. *minutim incíſis affunde lactis recenti.* ℔viii. *deſtillentur organis communibus, cavendo empyreuma, capiat* ℥vi. *ter in die.*

℞. *G. Arab. Tragac.* ãã ʒvi. *ſacch. penid* ℥j. *f. Pulvis, ſumat.* ʒi. *vel* ʒ. ß. *bis in die cum aqua diſtill.* unc. iii. vel iv.

℞. *Rhabarb. pulv gr.* xv. *cinnam gr.* vi. *f. Pulvis ſumendus mane, repetendo intra 6 vel 7. dies.*

℞. *Aqu. paralyſ.* unc. iii *cinnam. hord* ʒii. *ſyr. de mecomo* unc. ß. *f. hauſtus ſumendus omni veſperi.*

Diæta fere tantum ex *lacte*, quod modo crudum, & vel aqua deſtillata vel *aqua hordei* dilutum, modo coctum cum pane albo vel hordeo aliquoties in die ſumebat: Horum uſu cum dies melius habuerit, intra menſem pene ſanatus videbatur; Quando modice convaleſcere cœpit urina inſipida liquidi aſſumpti quantitatem haud multum ſuperabat, & deinceps nonnihil ſalſa, potulentis ingeſtis copia minor fuit, dein paulatim ſolito ſpirituum tenore & viribus pollens, ad priſtinam diætam redibat: At vero diatheſis in hunc morbum haud ita penitus ceſſibat, quin poſtea crebra vice propter inordinationes in victu, & forſan ob mutationes circa anni tempora, in recidivam aptus, urinam primo copioſiorem, & dein limpidam, & dulceſcentem, cum ſiti & febricitatione ac ſpirituum languore redibat; Eorundem vero medicamentorum uſu brevi rurſus evadere ſolebat.

Non ita pridem, poſt longius rectæ valetudinis intervallum, paulo antequam urinæ profluvium pati cœperat, magnas in nervoſo genere enormitates & deliquia paſſus eſt; Viz. in cerebro torporem & vertiginem, in membris ſubitos ſpaſmos, tendinum ſubſultus, & quaſi venti huc illuc repentis varios tranſcurſus ſenſit: Deinde cum remediorum idoneorum uſu prædicta ſymptomata ſanari videbantur, Diabetes more ſolito (ſcilicet à fibris & partibus ſolidis in ſanguinem, & inde ad renes & vias urinarias exundante) recrudeſcebat: Sub hoc tempore prædicti medici in conſilium vocati methodo ac remediis pene iiſdem ac prius utendum præcipiunt, quorum uſu cum intra paucos dies melius habere cœperat, [illegible]*quam calcis viva* ter in die ad unc. v. vel vi. ſumendam præſcribere viſum erat; quo remedio per quatriduum uſus, urinam in quantitate modica, bene tinctam, & nonnihil ſalſam reddebat, & quoad reliqua fere ſanus, uti olim fuerat, videbatur. *Willis.*

Cap. LXVII.

De Iſchuria.

I*Schuria eſt urina ob fruſtrationem facultatis expultricis ſuppreſſio, ita ut hujus nec quicquam exire poſſit.*

Signis in affectu manifeſto opus non eſt.

[2] *Cauſa* eſt facultatis expultricis fruſtratio. Sunt verò etiam qui tradunt radium paſtinacæ marinæ loco infixum ubi aliquis minxerat, urinam ſiſtere niſi evellatur.

[3] *Curatio* eſt *maturanda*, ne in totum corpus [4] regurgitet, jecur opprimat, [5] ſanguinem inficiat, & ſuffocationis periculum inducat. Sæpè accidit, ut humores putreſcant, febres accendantur, & niſi ante ſeptimum diem, ſi nempe reliquæ viæ, quibus per ſudorem, alvum, vomitum evacuatur, vel ad ſummum duodecimum diem ægri mingant, pereunt: [6] quod ſi poſtea ſuperveniat, & dolor imminui videatur, indicat naturalem renum calorem extinctum, ægrumque ſub ſudore frigido cum nervorum diſtentione moriturum, [7] ſolet tamen aliquando & ad decimum tertium diem durare.

Curataque eſt undecimo in prægnante muliere. Curatam & decimo nono obſervavit Piſo. Nullus aliquando dolor acutus ſentitur, quia calculus ſine dubio pituitâ obductus eſt.

Non curatur, *ſi* ob lethales acceſſionum concurſus ſuboritur, *ſi* ob ſauciatam ſpinam, aut vertebrarum luxationem, *ſi* ſingultus vel teneſmus ſupervenit.

[8] Reſpicit *Curatio* 1. [9] *Ipſum ſymptoma*, ut nempe [10] urina provocetur.

1. Comprimendum ergò abdomen, halitu compreſſo.

2. [11] Immittendus catheter vel candelæ ceræ oleo amygdal. illitæ, niſi inflammatio obſtet.

3. [12] Applicandi acriores clyſteres & glandes, propter inteſtini recti cum veſica communionem.

4. [13] Propinanda decocta *rhamni*, [14] *illorum tunica* cum *radice* in umbra ſiccatorum, folior. [15] *ribes nigra*, *ligni nephritici* luteo & cæruleo tingentis, *ligni ſaſſafraſſæ*, &c. in vino; nec non [16] *vinum tenue* in quo *folia ribes nigra* macerata, cum *nuce myriſticâ*: [17] *lixivium* ex *cineribus roriſmarini* cum vino factum: oleum ſcorpionum Marthioli à dr. j. ad ij. in decocto, *ſuccus gammari* piſtati & per ſetaceum tranſmiſſi: [18] *ſal corticum fabarum*.

5. [19] Applicanda [20] pubi & perinæo [21] *fomenta* ex decocto *parietar. meliloti*, *chamameli*: [22] applicanda & *Cataplaſmata* ex [23] *raphano ruſticano* tuſo & in butyro frixo; vel ex floribus *ſeneccionis*, *ſigilli Salomonis*, *hedera arborea* &c. parata, *ſpecifica* vide inferius.

11. [24] *Cauſas ſymptomatis* de quibus in Differentiis.

Dividitur Iſchuria dupliciter.

[1] *Iſchuria*) Nomen hic affectus ſuum habet à verbo ἰσχύειν, quod ſignificat validum, potentem, & robuſtum eſſe, Et à nomine οὖρον, urina, quoniam hoc in vitio urina ſupprimitur, Quaſi veſica adeo potens ſit, ut nihil urinæ effluere ſinat. *Sebiſius man. p. 1379.*

[2] *Iſchuria*) Urinæ ſuppreſſio omnimoda *Iſchuria* ab authoribus nominatur, Imminuta vero mingendi actio *Stranguria* dici ſolet, quamvis hoc vocabulum latius multo pateat, & ſimpliciter omne *urina Stillicidium* comprehendat, quod ſi abſque dolore fiat, & urina ſtillatim effluat, etiam cum aliquo conatu, imminuta eſt Iſchuria; Si vero fiat cum dolore, ad *Dyſuriam* potius, ſeu urinæ *ardorem* referenda eſt. *Riverius.*

[2] *Cauſa eſt facultatis expultricis fruſtratio*) Doctiſſ. *Riverius* duos refert ægrotantium caſus, in quibus Iſchuria totalis & plurium dierum ſola phlebotomia curabatur, & propterea morbi cauſam adſcribit venis Emulgentibus ſupra modum diſtentis, adeo ut propter ſeri expulſionem *ſe contrahere nequirent*, quemadmodum obſervatur paſſim in veſica urinaria, quæ valde impleta non facile ad mictionem componitur: Verum enim vero in hiſtoriis iſtis (uti par eſt) fidem præſtamus; iſti tamen ætiologiæ aſſenſus minime debetur; quippe vaſorum Emulgentium non illud munus eſt, quod Vir Clariſſ. aſſignavit, non venæ enim, ſed arteriæ ſerum una cum ſanguine, abſque ullo urinæ plenitudinis aut rigiditatis periculo conſtanter deferunt: Cum autem ſerum in vias patentes non cito excurrat, ratio videtur quod cruoris maſſa ſtricta nimis & compacta, laticem aquoſum intime permixtum è ſinu ſuo ægre dimittat; Huc facit obſervatio Anatomica ſuper cadavere Rever. N. qui diu calculoſus, demum à ſuppreſſione urinæ diuturna fatum obierat: mox præſumebant omnes lethi cauſam fuiſſe ureteres à lapide aut materia ſabuloſa penitus obturatos: attamen diſquiſitione per anatomiam accuratiſſimam adhibita, nulla omnino in ductibus iſtis obſtructio, aut lotii impedimentum *obſervari potuerunt*: *Similem huic obſervationem retulit mihi* Vir Clariſſ. D.D. *Lovver*, Ubi nimirum Iſchuria lethalis, nulla prorſus circa vias urinarias ſui veſtigia reliquerat: Hinc ut coniicere obvium ſit, ſi quidem Renes inſuper ſarti tecti erant, morbi cauſam omnino in ſanguinis concretione & compactione nimia conſtitiſſe. *Willis.*

Iſchuria vitio Sanguinis producta.

Urinæ ſuppreſſio agnoſcit forſan aliquando pro cauſa ſua *ipſum ſanguinem*, ita ſcil. affectum, & ſecundum varias ſui partes confuſum ac mixtū, ut à cæteris ſecederet ſecerni nequeat ſerum, in Renibus, Quod fortaſſis frequentius accidit, quam quod ipſæ renum carunculæ ſint male affectæ, cum præſertim nulla noxa in Renibus obſervatur, quando maxime ipſi culpantur.

Et certe ipſum ſanguinem ita affici poſſe, ut partes ipſius ſeroſæ ac urinæ materiam ſubminiſtrantes cæteris miſceantur intimius, ac ideo ab illis ſecerni nequeant, plurima ſunt quæ perſuadere videntur, ſive quis ægrorum ſymptomata tunc urgentia conſideraverit; ſive curandi rationem per ſalia volatilia expenderit, ſive plurima in chymicis mutationibus in dies occurrentia ſimul contulerit.

Nam ut de ſolo ſale volatili, non ſine gravi cauſa, propter non contemnendam virium in ipſo exiſtentium notitiam, per multiplicem experientiam mihi comparatam, toties à me decantato, aliquid dicam, certum eſt ipſum vim habere ſolvendi omnem humorem viſcidum,

dum, à quo partium fluidarum æque ac ſolidarum connexus vitioſus ortum habere ſolet, ſoluto autem humore viſcido ſecedere poſſunt facilius ab invicem partes ſanguinis haud ita intime ſibi alias junctæ.

Quod ſi quis putet, ſi humori viſcido, in ſanguine exiſtenti, atque partium ſeceſſum impedienti, adſcribi debeat urinæ toties lethalis ſuppreſſio, poſſe non incommode ab eadem viſciditate deduci qualem in renum carunculis obſtructionem, urinæ ſecretionem aut tranſcolationem impediendo, ejuſdem ſuppreſſionem cauſantem, utique cum illo non pugnavero, quin potius utramque cauſam conjungendam, & ſæpius conjunctam putavero, adeo ut ab illa cujuſvis humoris in ſanguine exiſtentis viſciditate, *tum* cæteræ ſanguinis partes colligentur intimius, & ad ſui ſeceſſum reddantur ineptiores, *tum* caruncularum pori obſtruantur, atque ſic urinæ tranſcolatio, ſecretio, atque excretio cohibeantur. *Sylvius Append. Tr. v. §. 294.*

2. *Facultatis expultricis fruſtratio*) Iſchuria diabeti contraria eſt; in hoc malo prorſum urina ſupprimitur, quod à tartaro nimis abundanti obſtruente & ſtupefactivo ortum habet, qui ſiccitate & frigiditate ſua meatus impedit, atque impedit calorem renum nativum, ita ut ad expulſionem non ſentiat ſtimulantem urinæ acrimoniam, imo quaſi dulcem & inſipidam reddat urinam: Obſcurus tamen & obtuſus ex diſtenſione nimis repletæ veſicæ dolor adeſt. *P. Joh. Faber Path. capit. 9.*

In determinanda cauſa nimis eſt obſcurus *Auctor* utpote quæ potius in phantaſia quadam conſiſtere videtur: Plerumque vero ab obſtructione ureterum ac fiſtulæ urinariæ oriri ſolet, veluti in calculo familiariter contingit: Interdum hoc malum fructus eſt aboliti in veſica ſenſus, cum ſtimulum urinæ non percipit: Author hanc cauſæ ſpeciem in tartarum &c. Vel alkaliſatum etiam excrementum, i.e. alkali hominis nativi acrimoniam lotii tollere; & hoc quaſi dulce reddere valet, unde expultricis pigritia quoque provenire poteſt. Eſt ubi diuturnior retentio urinæ, mictioni obſtat, ut in *Tychone Brahe* &c. *Chriſtianus Langius.*

Prognoſis.

3. *Curatio eſt maturanda ne ſerum &c.*) Grave ac periculoſum eſt malum urinæ ſuppreſſio: ac iſta quæ fit *vitio Renum* periculoſior eſt, quam iſta quæ fit vitio veſicæ, Superveniunt autem ſymptomata varia, prout nempe ſeri urinarii in renibus plus minus alterati, metaſtaſis ac tranſlatio in partes ſolidas varia, vel ſanguinis aliorumve contentorum alteratio & immutatio plus minus gravis facta fuerit, Sic *anguſtiæ & anxietates præcordiorum*, *torpor ſenſuum*, & facultatum animalium, non raro *epileptica pathemata*, interdum aſcites & *pedum tumores* œdematoſi, *vomitus*, ſudores, halitus plus minus *fœtidi ac urinoſi*, Quod ſi in his urinoſi *ſaporis aut odoris* indicia obſerventur indicio eſt alterationis cujuſdam, jam à fermento renali factæ, vel ita ut urinæ per pelvim tranſitus ſit interclusus: Quod ſi tales proprietates abſint, ne intro euntis quidem ſeri in renum parenchyma indicium erit, ideoque ſæpe lethalis affectus eſt Iſchuria. Si urinæ ſuppreſſio eſt à *renum calculis* majoribus, eſt utplurimum lethalis, Si à *reſolutione Renum* contingat, fere ſemper lethalis obſervata fuit, adeoque ab *Horſtio* retentio totalis urinæ in morbo, ſine doloris ſenſu, inſtantis mortis ſignum eſſe aſſeritur. *Etmuller.*

4. *Regurgitet*) Ad cerebrum ſerum delatum comatoſum affectum inducit: Epilepſiam excitatam vidi, hinc & mentis torporem in viro Rever. cui fatalis fuit Iſchuria 17. die.

5. *Sanguinem inficiat, ſuffocationis periculum inducat*) Hoc in affectu plurimum anguntur circa præcordia ægri; An ob ſerum copioſius in vaſis redondans, & omnes functiones, ipſamque ſucci pancreatici præparationem vitians? unde forſan idem ſuccus vinoſus exiſtens vitioſam in tenui inteſtino excitat effervescentiam, anxietates & anguſtias inexplicabiles in ventriculo, inteſtinis, ipſoque corde ac pulmonibus patientem. *Sylvius Tr. v. App. §. 293.*

6. *Quod ſi poſtea ſuperveniat*) Nobili cuidam Iſchuria fuit, ſuppreſſo urinæ profluvio lethargus; de funere cogitatur; largiſſime profluit urina, brevi tamen moritur, Unde hoc? quia ſuppreſſio omnis excrementi feroſi potiſſimum partes nobiles inquinat, Et tametſi ejus curſus redierit, non perinde meliore loco ſunt res ægrorum. *Ballonius Epid. p. 11.*

7. *Solet tamen aliquando*) Si denuo æger ante 7. diem meiere incipiat, ſervari poteſt, ſin minus utplurimum intereunt; Etſi enim poſtea urina profluere incipiat, copioſa etiam & varia, tamen partim ob infectam maſſam ſanguineam, partim ob vitium partibus ſolidis affrictum, poſtmodum intereunt, adeoque rarum eſt, quod Iſchuria xi. dierum curata fuerit *M.C. Annus 6 p. 149.* Interim tamen quidam diutius, quidam minus diu urinæ ſuppreſſæ ſupervivere poſſunt. Sic *Riverius cent. 4 Obſ. 45.* obſervat Iſchuriam xi. dierum. *Horſtius l. 4. Obſ. 45.* Iſchuriam xiv. dierum, Fere tamen intra 14. dies jugulantur ægri; raro ad xx. vivunt, & quidem ſi ſub urina ſuppreſſa vel ſudor, copioſus vel vomitus crebrior, aliave evacuatio ex alio loco contingat, diutius ſupervivere poſſunt ægri, Sic *Fonſeca T. 2. conſ. 96.* refert monialem Patavinam, quæ ſupervixit, licet, per menſes ſex urina fuerit ſuppreſſa, quia ſudabat quotidie circa ventrem & umbilicum; Ipſemet obſervavi Iſchuriam vitio Renum ad 17. dies, quæ ſuperveniente Epilepſia denuo urinam reddebat, etiam curata, ex recidiva tamen lethalem, *Etmuller.*

8. *Reſpicit Curatio*) In Cura 1. cauſa impediens excretionem urinæ eſt removenda, 2. Interne *Diuretica* præſertim *ſalina*, vel acrimonia ſua urinam promoventia propinanda: 3. *Externis* ſubinde veſicæ ſtimulanda. *Etmuller.*

9. *Ipſum ſymptoma*) Si malum eſt à *vitio veſicæ*, vel minus ſenſilis, vel alias quaſi paralyticæ, interne præſertim *malvaticum*, *juniperinum*, *ol. deſtill junip.* aut *terebinth.* conveniunt, idque ad imitationem *Thoneri in obſ. p. 175.* qui iſchuriam & ſtranguriam graviſſimam (præmiſſis internis) ab intemperie veſicæ frigida & humida, cum humoribus phlegmaticis curavit per *ol. deſtill. ſuccini gtt.* vi. cum *aqua petroſ.* Hinc propinentur *Purgantia* blanda, quæ dum alvum proritant, per conſenſum ſimul veſicam ſtimulando, etiam excretionem adjuvans, vel pro eodem ſcopo injiciantur *Clyſteres*, 1°. quidem blande *emollientes*, poſtmodum etiam, *acres*, ex *centaur. min. colocynth.* & ſimil.

Item comprimatur abdomen, detineatur anhelitus, ut ita vi quaſi urina proliciatur, quod niſi fiat *Catheter* uſurpetur, ut ejus medio urinæ pateſcat exitus. *Item.*

10. *Urina provocetur*) Quæ ad urinam promovendam faciunt, interna externaque, mictionem copioſam facientia, vel illam accelerantia, Diuretica, dicuntur, vel quia ſeri copiam gignendo *urinam* augent, vel quod illud attenuando fluxile reddunt, & ut facile permeare poſſit, & ut vocant, à ſanguine ſegregari, & ſic à renibus ad veſicam penetrare. Vel etiam quod dum *ſerum*, & per conſequens urinam calidiora acrioraque efficiunt, ut illud à facultate expultrice, quam magis tunc ſolicitant, citius tum ad veſicam, tum extra hanc in mictione propellatur, occaſionem præbent. *Platerus.*

11. *Immittendus catheter vel candela cerea*) Quia

gravia, & ſubinde periculoſa ſymptomata vel inepte, vel crebrius applicatus catheter inferre poteſt, de quo vid. *Aſſerus obſ. p. 250.* Item *Panarolus Pent. 2. obſ. 20.* 20. tutius eſt *candela cerea, melle* aut *oleo amygd. dulc.* illita ſi immittatur, ad imitationem *Sylvii Tr. de cachexia* §. 175. Vel uſurpetur *fiſtula membranacea* vel *coriacea* ad imitationem *Helmontii Tr. de Lithiaſi c. 7. §. 74.* mediante qua, ſimul per *ſyphonem* applicari liquores commode poſſunt injici, ut ita iſtis mediis retenta proliciatur urina. *Etmuller.*

11. *Immittendus catheter*) Quibus ob diutinam moram, ebrietatemve amplius jam excerni nequit urina, licet conentur ac velint, facilem modum excogitavi & aliquoties cum ſucceſſu egregio inſtitui, per immiſſam in urethram uſque ad veſicæ cavitatem candelam ceream tenuiſſimam, ſi prius in ſui extremo obtuſa reddatur & oleo illinatur; Hac vero utor loco Catheteris, qui quoniam, manibus præſertim, intrudi nequit niſi aliqua cum difficultate aut comite dolore, ad ejus imitationem hanc tentavi candelam, & ſucceſſum egregium obſervavi. Quod artificium tanto faciendum majoris, quod ubique ad manus fere ſit, atque ab omnibus uſurpari queat, dum catheter nonniſi à peritis, & tunc quidem cum moleſtia intrudi poſſit. *Sylvius Tr. v. App. § 275. & 276.*

12. *Applicandi clyſteres*) Vir Nob. ab urinæ ſuppreſſione multis diebus perſeverante cæteris irritis ſequenti Enemate, per duas horas tormento liberatus eſt.

℞. *Rad. apii, petroſel. bruſci, gramin. aſparag. malvæ, alth.* āā. ʒii. *parietar. m. ii.* ſem. *aniſ. fœnic. anethi, carvi, dauci, ameos, carth. rutæ, cumin. baccar. lauri* āā. ʒß. *flor. chamom. melilot. aneth. ſtæch.* āā. *p. ii. coqu. in vino albo ad medias. In colat.* ℔i. *diſſolve butyr. rec.* ℥ii. *mell. roſ.* ℥ii. *ſacch. r.* ℥i. *bened. laxat.* ʒß *vitell. ovi n°. j. olei nucum. aneth. & ſem. lini* ana. unc. ii. f. Clyſter. *Riverius.*

13. *Propinanda*) Proſunt Julepus ex *ſucco parietar. fœnic. mar. & limon.* cum *oleo amygd. d.* in curatione calculi Reo. deſcriptus. Syr. *Fernelii de raphano* ad ℥ii. per vices exhibitus: Ex *Dodonæo*, octogenarius lixivio, ex *ovorum teſtis* in cinerem redactis, cum *vino Rhenano* permixtis, ſemel aſſumpto, ab urinæ ſtillicidio integre fuit liberatus. *Arnoldus Villan.* refert Cardinalem, qui jam per quatriduum urinæ abnegationem paſſus erat, turgidum, deſperatum per potum *vini alkekingi* liberatum eſſe, cujus vi profluxit urina inſigni copia: Fit hujuſmodi vinum, accipiendo *fructus Alkekingi* 5. 7. aut plures, & contundendo cum bono vino albo, poſtea colando & exhibendo.

Aſelli cum *vino albo* triti & exhibiti ad urinam provocandam efficaciſſimi ſunt.

Cryſtalli miner. uſus frequens ſuppreſſam urinam movet, præcipue ubi metuitur inflammatio, quæ ab ipſa urina diu retenta ſæpiſſime concitatur in tunica interiore veſicæ.

Spiritus ſalis idem præſtat, & multo efficacius.

Succus parietariæ depuratus ad ℥iv. exhibitus cum *ſacch.* ℥ß. Admiſceri poteſt *ſal prunellæ*, vel *ſpiritus ſalis* (*Efficaciſſimus ſuccus totius taraxaci*) *Riverius.*

Practici porrigunt ſuccum millepedum *conchiliorum nigror.* cum incoctione *grani unius canthar.* aceto prius præp. *Oſw. Grembs p. 233.* ex *Helmontio.*

Scribunt ſuppreſſionem urinæ 37. horar. curatam fuiſſe data *olei ſuccini* ℈ß. in balneo. *Idem.*

Recordor contumaciſſimam urinæ retentionem ex calculo uſu *cineres fabæ minor.* ſeu *equinæ* curatam fuiſſe *Pauli Quad. p. 30.*

Abrotani coma pulveriſ. ad ʒi. cum tantillo *nitri*, iis quibus ob calculum urina ſupprimitur, ceu ſpecificum valde commendatur *Idem p. 182.*

Decocta ſequentia conferunt.

℞. *Rad. raphani* ℥ii. *rad. aſparag. ononid.* āā. ℥i. *rad. aſari* ℥ß. *malv. pariet.* āā. *m. j. ſem. alkek.* ʒii. *ſem. naſturt.* ℥i. *ſem. apii* ʒß. *coqu. in jure cicer. rubr. Et bibat hauſtum* Vel hoc.

℞. *Bulbor. capar. & allii* āā. *n°. j. coqu. in Juſculo, da colat. Oxymel diureticum* uſitatum eſt medicamentum, cujus ℥ii. cum *aqua* convenienti, vel *vino* ad urinas ciendas propinantur movet: *Potiones* aliæ ſic fiunt.

℞. *Ol. ſulph. gtt. ii. ſpir. vitr. gtt. i. cum vino diluto aqua convenienti bibat.*

℞. *Olei ſcorp.* ℥ß. *bibat cum lacte vel vino.*

℞. *Ol. amygd. d. ad* ℥ii. *bibat. cum copioſo lacte.*

Oleum Ceræ ad gtt. ii. iii. *vel plures in aqua urticæ mor.* exhibitum potentiſſime urinam pellit.

Succus mali Punici è malo recenti preſſo exuctus, vel è granis comeſtis deglutitus, aut alioquin expreſſus & ebibitus copioſam mictionem parit. Vel ſic.

℞. *Rad. raphani rec. inciſi; vel raſi & contuſi, irroretur vino fortiſſimo, vel malvatico, exprimatur ſuccus, da* unc. ii.

℞. *Succi parietar.* ℥ii. *vel* iii. *ſucci naſturt.* unc. i. *depurentur, adde vini q. v. addito ſacch. vel melle f. Potio.*

Aquæ, quia egregiè penetrant, hic præſertim conveniunt, dando *aquam parietar. alkek. limon. & nucum*, ut affatim bibant, vel *Aquam flor. geniſtæ*, addendo parum *aquæ cinnamomi*, Sunt & efficaces *aquæ raphani, naſturtii & fœnic. marini. Aqua ex nucleis perſicor. ſolis contuſis in vino malvat.* maceratis per diſtillationem elicita efficaciſſima. *Bolum* talem devorare poſſunt.

℞. *Reſinæ lar. vel terebinth.* ʒii. *ſem. alkek.* ʒi. *ſuccini* ʒß. *cum ſacch. f. Bolus.*

Pilulæ ex ingratis parantur.

℞. *G. Galbani, bdellii, myrrhæ* āā. ʒß. *ol. ſulph. gtt.* iv. *reſin. laric. vel terebinth. q. ſ. f. Pilulæ parvæ, capiat* ʒß. *pro vice.* Riverius.

Sumatur Canthar. ℈i. pulver. infundantur in *vini Rhenani* ℥iii. *vel* iv. *vel ſpir. vini*, ſtent in infuſione per aliquot dies, hinc filtra optime per chartam, hujus liquoris cochl. j. da cum pauco vino vel cerevisia. 2. die duo, & ſic deinceps cum felici ſucceſſu. *Bartholinus cent. 5. H. 82.*

13. *Propinanda decocta*) Curabitur in primis hoc malum uſu remediorum Diureticorum dictorum, & præſertim *ſale volatili ſuccini*, aliiſque *ſalibus volatilibus aromaticis*, quorum ope non tantum curatur, ſed prævenitur tam gravis, & tam ſæpe lethalis urinæ ſuppreſſio, in qua plurimum angentur circa præcordia ægri. *Sylvius* §. 293. Vide inferius §. *Specifica*) & §. *Vel vitio Renum*).

13. *Propinanda*) Mirifice huc facit *ſyrupus cryſtalli* qui ſic paratur.

℞. *Cryſtalli ppti q. ſ. ſolve in ſucco limonum*, ſolutionem cum ſaccharo coque in formam ſyrupi. *Joh. Bikkerus Herc. Rediv. l. 2. c. 3.*

Lapides vulgares & cryſtalli calcinentur, hinc cum pari quantitate *ſalis ammon.* ſublimentur; hoc detur ad ʒß. in *aqua petroſel.* vel *ſpir. ſal. Tartari* cum *ſale ammon. conjuncti*: mire eſt efficax ad tollendas iſchurias. *P. Joh. Faber myr. ſap. p. 312.*

Experimento mihi comprobatum potentiſſime movere urinam *virgam auream* ſic.

℞. Pulv. *fol.* & *ramor. virgæ aureæ* ʒi. datur cum vino. *Rod. a Fonſeca T. 1. conſ. 97.*

Hoc arcanum meum ſummopere prodeſt, in ſuppr. à calculo.

℞. *Semin. malv. alth.* āā ʒiii. *cicer. rub* ℥iii. *ſem. 4. frig. maj.* āā. ʒiii. *cicer. rub.* ℥iii. *ſem. 4. frig. maj.* āā. ʒii. *hord. mundi* ℥ii. *caric. ping. n°.* ix. *ſebeſten n.* vii. *liquor. raſ.*

raſ. ℥vi. *coque in* ℔iv. *aqu. pluv. ad conſumpt. med.* Colatura continuo uteus calculum excrevit. *Foreſtus* l.24. obſ. 26.

℞. *Succini albi ppti. ſem. nucis myriſt.* qui in officinis *ſemina paliuri* vocatur, dentur ægro in vino: Certum eſt experimentum. *Jo. ſ. Schmid. Spec. Chir. p. 415.*

Radix. centinod. cum aqua bibita maxime præſtat, ut & *ſemen & fol. trifol. cum aqua cocta & bibita?* Item *ſpinas maxillar. luciorum ſalſor.* pulveriſatas bibitas ſæpe experti ſumus. Gul. *Varignana Secr. Tr. 24. c. 1.* Experimentum hoc eſt, Bulliant *Alsorum capita 2. vel 3. in vino albo*; huic vino adde parum *theriacæ & mithridat.* Detur cyathus unus in potu, ſtatim provocatur urina. *Arnoldus Villanovanus Brev. lib. 2. cap. 35.*

Quidam Iſchuria laborans poſt multa remedia, ope iſtius urina provocata eſt & liberatus fuit.

℞. *Vini Canarini* ℥iv. *ſucci limon.* ℥i. *ſpir. tereb.* ʒii. pro hauſtu. *Samuel Tormius.*

12. *Propinanda Decocta*) Valet in emulſione, pro remedio efficaciſſimo, ſemen violæ maturæ. *Wedelius.*

Succinum album præpar. potenter pellit urinam; Memini quendam cum per aliquot dies mane ſumpſiſſet ʒß. & amplius *ſuccini*, inde copioſe excreviſſe urinam, ut timens diabetem deſiſtere coactus fuerit. Sic *ſemen lycopodis*, expertiſſimum eſt remedium in urina teſtitanie in infantibus, quod ſæpius experti ſumus.

13. *Propinanda Decocta*) ℞. *Semin. pepon. à cort. mundat.* ℥iii. *macerentur horis 8. in ſpir. vini optimo, & trita cum roſacea madefacta colo exprime ad mediocrem conſiſtentiam, da* ℥ii. *cum cicer. rubeor. & veſicar. decocto*, ante lucem, ſemel *in hebdomade*. Ant. Fumanellus.

14. *Florum tunica*) *Flores tunicæ cum radice* in umbra ſiccata, & cum vino cydoniorum exhibita potentiſſime urinam provocant. *Claud. Deodatus Panth. p. 292.* Cum fructu ſæpius exhibemus ſuccum *naſturtii aqu.* cum acutis fol. & *nitri præpar.* momento. *Idem.*

15. *Ribes nigra*) Nihil æque expertum habemus, quàm *fol. Ribes nigr. m. j.* decoctis addere, etſi aliquando tam vehemens eſt, ut ſanguinem ſimul cum lotio ed ı ıat; *Foreſtus.*

15. *Ribes nigra*) *Folia ribes nigra*, urinæ odorem ſpirantiā (gnegre urinam pellunt. *Etmuller.*

16. *Vinum tenue*) *Vinum Abſynthites* affatim bibitum urinam movet, *Vinum malvaticum*, ſi quis jejunus ſumat; Ut efficaciſſimum laudatur *vinum album* generoſum percolatum, in quo albi minores ſilices toties igniti, donec in pulverem poſſint redigi, extincti fuerint, *Compoſitum* tale fit.

℞. *Rad. petroſel. fœnic. ononid* āā. ℥j. *rad. aſari, Enulæ* āā. ℥ß. *abſynth. rutæ, fragar. ſabinæ, hyſſopi,* āā. *m. j. flor. geniſtæ. ſambuc. chamæm. odor.* āā. *p. j. ſem. apii. petroſel. leviſtici, erucæ, nigellæ, naſturtii* āā. ʒj. *gran. Junip.* unc. ß. *infundantur in vino albo*, ad uſum, bibendo poculum *Platerus.*

17. *Lixivium*) Sequens potum urile eſt.

℞. *Ligni junip. & caulium fabar. cum cortic. ſiliquar. omnium aridor.* de ſingulis faſciculum combure, & cineribus permiſce *Vinum* album, & ſæpe colando fac lixivium; detur cyathus: Si cineres ramentorum *geniſtæ*, vel *dulcamaræ* addantur, erit efficacius. *Platerus.*

18. *Sal corticum*) Chymici ſua remedia ad hunc affectum prædicant, *ſpir. ſalis, vitrioli, nitri, ſulph. & terebinth* quos ad ℈ß. exhibent, cum aquis appropriatis vel juſculo pulli; commendant & *ſalem tartari* ſtip. fabar. à ʒß ad ʒj. *Riverius.*

19. *Applicanda*) Toto curationis decurſu Fomenta, Linimenta, Cataplaſmata, Semicupia, aliaque externa uſurpanda ſunt, quæ non alia eſſe debent, quam quæ ad dolorem nephriticum proponuntur. Inter cætera valet *cataplaſma parietariæ frixæ*, cum *butyro*, vel melius cum *oleo ſcorp.*

Item *veſica oleo ſemiplena*: Melius erit ſi in hoc *oleo cantharides* coquantur. Vulgo admovetur regioni pubis & lumborom cataplaſma ex *capis frixis* cum axungia porci, additis ovis aliquot. At longe efficacius operantur *cepa alba cruda* in mortario tuſæ, addito oleo in formam Catapl. renibus admotæ uteteribus & regioni pubis. Cataplaſma ex *raphanis contuſis.* Riverius.

Extinſecus veſicæ regioni in pectine varia quoque adhibentur, veſicam dilatantia & ad mictionem ſolicitantia. *Stercus bovinum* calidum cum *cymino & oleo ſcorp.* admotum juvat. *Filum crudum* ex cannabe modo ductum, decoctum *in aqua & lixivio*, addita *artemiſ. & chamom.* in decocto applicatum, in *ſtranguria* prodeſt. *Inunctiones* una cum prædictis, vel ſolæ E. g.

℞. *Oleo ſcorpion. axungia cunic.* ana. unc. ß. *Ungatur.* Vel.

℞. *Succor. naſturt. utr. h. petroſel. capar.* āā. unc. j. *fœnic. mar. ſi poſſit haberi, oleo ſcorp.* unc. ii. *coqu. ad conſumpt. adde d. tereb.* ʒij. *axungia cunic. q. ſ. f. Linimentum.*

Vinum, acetum & mel, ſi coquantur ſimul ad mellis ſpiſſitudinem miſcendo *far. ſem. lini*, pectenque eo ungatur, vel emplaſtretur, mictionem promovet. *Platerus.*

19. *Applicanda*) Prolectâ urinâ fiant *Injectiones* in veſicam ex *decocto pulegii, calaminth. rutæ, caſtorei*, & ſimilibus nervinis, Item applicanda ſunt *Fomenta* ex decocto iſtarum plantarum, cum *anetho, Camom. parietar.* &c. In ſpecie egregius eſt fotus cum ſpongia applicandus ex *decocto ſem. aniſi & petroſel.* āā. unc. j. *h. filipend. m. j. Zedoar.* unc. ii *baccar. lauri* ʒj. coque in *vino & aqua* & dicto modo applicentur, proficuum in quavis fere Iſchuria veſicali, Vel 4. *fol. tiliæ* & in vino cocta ſuper pectinem imponantur.

Fortiora ſunt quæ ex *alliis & capis* parantur, ac præ cæteris fere conducunt, ſi nempe *allia & capa* cum *ovis* cocta aut frixa imponantur pubi, ex *Bartholino Cent. 4. Ep. p. 230.* Vel.

℞. *Capam* ſub cineribus coctam, adde unc. ß. *pingu. anſerin.* illine hanc umbilico & pubi, pellit urinam. Quod ſi imponatur perinæo, urinam à nimio coitu ſuppreſſam prolicit, *Hillerus cent. 1. curat. 7.*

Expertum eſt tale Cataplaſma in multis caſibus, aliis irritis.

℞. *Capar. alb. crud.* n°. vi. *cap. allii* n°. ii. *contuſis in mortario adde ping. anſerinæ q. ſ. ol. ſcor. parum*, aſpergantur aliquot gtt. *ol. deſt. jun.* m. f. Cat. pro renibus & pube.

Egregium eſt catapl. ex *parietaria contuſa* cocta, & cum *oleo ſcorp.* inſtar Empl. pectini impoſita. Quod experimentum eſt *Heldes*, me raro fefellit; dicit *Foreſtus l. 25. obſ. 8.* etiam ubi obſtructio eſſet ab humoribus craſſioribus: Sicut & dicit porro, In Iſchuria puerperæ ex frigore deſperata egregie profuit.

℞. *Parietar. m.* ii. *cærefol. m.* iß. inciſa coque ad mollitiem, *adde butyr. rec.* unc. ii. & *ol. ſcorpion.* unc. iß. applicentur calide.

Fiunt etiam *Inunctiones* tam pubis & perinæi; ex *ol. ſcorpion. caſtor. rutac. hyper. caſter. deſtil junip.* & ſimil. quam etiam circa os ſacrum, item *ungu. dialth. cum ol. ſcorpion.* miſtum pubi illinatur. Denique *ol. maſtich. deſtill.* umbilico inunctum remorantem urinam pellit, Tandem *Inſeſſus & ſemicupia* ex emollientibus & ipſis etiam nervinis appropriatis, ita tamen ut paulo ante inſeſſum exhibeantur blanda diuretica. *Etmuller.*

Sin à *muco tenaci*, ſeu *pituita glutinoſa* ſit malum, præmiſſis *laxantibus*, ac cruditates pituitoſas per alvum evacuantibus (quod cruditatum pituitoſarum ad renes fiat delatio, ſicque malum potius augeatur, quam imminuatur, conducunt hanc *diſſolventia* ſimulque urinam blande ſtimulantia: Talia ſunt in ſpecie *ſalina*, ut *tartarus vitriolatus*, *tinctura tartari*, *ſpiritus urinoſi ſaliaque volatilia*, hinc *raphanacea* quælibet, ut *ſuccus raphani*, *rad. armorac.* in *vino infuſa*, *Oxymel ſcyll. ſpir. ſalis in decocto diuretico*, v.g *radic. petroſel. in jure cicer. rubr.* præſertim *ſpir. vitr. philoſoph.* Item *ſuccus limon.* egregie incidens & diſſolvens mucum ſi ad unc. ii. vel iii. quin & iv. aſſumatur, multum laudatur ab *Amato cent. 5. cur. 71.* in quo caſu etiam *ſuccus pariet.* cum oxymelite ſumptus experimentum eſt *Helidei Paduani*.

Sin à *Calculo* fuerit malum, curandum venit vel per diffringentia, vel ſaltem per hunc mature removentia diuretica.

Quoad *Renum tonum* cónſervandum, ſi Iſchúria ſit ex eorum ἀτονίᾳ. reſtituendus venit per *nervina*, præſertim per *terebinthinata*, *juniperina*, *ſuccinata*, interne & externe uſurpata, Quibus externe quoque *oleum ſcorpion. petrol. oleum deſtill. ſuccini* inprimis adjumento eſt.

Sin ex *contractura ſpaſmodica fibrarum renalium* orta fuerit Iſchuria, conveniunt *opiata*, item *cinnabarina*, Inprimis *cinnabaris antimonii* cum *ſale volatili ſuccini*, quo forſan quoque facit, quod *Deckerus* in praxi referat *Mithridatium* cum *decoctione* aliqua *diuretica* datum mirifice urinam provocare.

Denique ea quæ *Fermentum renale* reſpiciunt, hocque acuunt, & acrimonia ſua plus minus renes ſtimulant, adeoque in ſpecie appropriata, ſicut talia ſunt varia, imprimis *ſemen violarum*: *Parietaria*, *flores cyani*, *calcatrippa*, præſertim juncti, in vino cocti & propinati blande urinam cient: *raphanus*, *radix armoracia* vino infuſa, quibus adde *capita allii*, particulis acribus volatilibus inſigniter diureticis turgida, quæ ipſa conciſa cum vino aſſumpta, vel cum *ſpir. junip. propinata*, egregie proritant urinam: *Semen eryſimi* acre ad ʒi in forma pulveris propinatum in *vino albo* egregium eſt remedium ad promovendam urinam: In ſpecie Potiones *Plateri* terebinthinatæ, quæ hinc inde proſtant in ejus obſervat. repetuntur in *Timæi Epiſt.* egregii ſunt uſus, ut ut non omnibus æque conveniant, cum mulieribus quibuſdam, propter *mellis* ſocietatem, hyſterica pathemata excitare ſoleant, V. g.

℞. *Tereb. Ven.* ℥ß. *cum ſ.q. vitell. ovor.* & *aqu. gramin. f. Emulſio*, ſed eſt ingrata, *Vel.*

℞. *Terebint. ven. mellis* ana. ℥ß. *vit. ovor. n°. j. ſucci lim.* ℥j. *aqu. gram. q.ſ.m. f. Emulſio.*

Succus *paſtinac. lutea*, ſeu *ſiſeris* alterius *Matthioli*, perquam egregie urinam promovet, etiam aliis remediis non obſequentem; In ſpecie *puerorum urinas ſuppreſſas* miro effectu hic *ſuccus* ſtimulat.

Tandem *ſalia volatilia* & hinc etiam *fixa*, multum proſunt, In ſpecie *ſal volatile ſuccini* nobile eſt diureticum; hinc *ſpir.* & *ſal volat. urinæ ac ſalis Armon. ſpir. tartari, tinctura nephritica, Ammelungi*, aut hujus loco *ſpir. carminativus*.

Pertinent huc *Lumbrici*, *ſcarabæi lucanici*, *aſelli*, *cantharides* & *coccin.* Hæc inſecta ſale volatili perquam diuretico inſigniter pollent, adeoque perquam in Iſchuria conveniunt. *Pulvis aſellorum*, aut hi *ipſi vino infuſi* multum conveniunt ad proliciendam urinam, *Cantharides* multis ſuſpectæ, rite tamen infuſæ, potenter urinam promovent. Vide *Bartholinus cent. 4. Ep. 93.* De *millep.* efficacia *Hildan. cent. 6. obſ. 50.*

Quoad *ſalia fixa*; aut his ſimilia, ſeu cognata concréta fixiora terrea, *teſta ovor.* &c. Pertinent huc *ſalia fixa cineritia*, ex plantis diureticis debite calcinatis, prolicita, ita nempe ut non perfecte alkaliſata permaneant, ſed potius ſalſa; de quibus vide *Tachen. in Hipp. ch.* adeoque *ſal. ſtip. fabar. ſal prunell. geniſta*, proſunt, & *ſal fimi columb.* potens diureticum eſt, cui non cedit *fimus columb.* in vino infuſus, expreſſus, & propinatus, Non ſecus atque *fimus equ. vino infuſus*, colatúra ejus expreſſa bibita egregie urinam ſtimulat. *Etmuller.*

I. [25] Alia eſt à *veſicæ morbis*:

[26] Quæ *cognoſcitur* ex eo, quod aſſiduum mejendi deſiderium premat, pubes collectâ urinæ copiâ diſtendatur, ac doleat immiſſo cathetere copioſior urina cum levamento profluat.

[27] *Morbi* illi ſunt: 1. [28] *Stupor*, propter quem ſtimulum non ſentit, ſeu ob nervi paralyſin & obſtructionem, ſeu ob [29] ſpirituum averſionem; & *tum*, etſi veſica ſit plena, nullum eſt mingendi deſiderium, & nullus dolor percipitur.

II. [30] *Intemperies frigida*, à cauſis refrigerantibus contracta: & *tum* cauſæ præceſſere; [31] diuretica locum non habent, niſi corpore purgato,

III. [32] *Anguſtia*, [33] ſeu *propter* muſculi [34] cervicem circumdantis tumorem; ſeu [35] *propter* calculum, & [36] alia quæ ſupra allata ſunt. Ab hoc, emulſione ex [37] *ſeminis violar. purpurear.* cum *aqua veronicæ* facta [38] interdum tollitur.

IV. [39] *Extentio nimia*; & *tum* urina præter voluntatem diutius retenta fuit. [40] Fomentis *parietariæ* cum oleo amygdalarum dulcium agendum eſt.

Alia à [41] *meatus urinarii anguſtia.*

[42] Quæ *cognoſcitur* exinde, quod veſicæ compreſſione urina non reddatur, & quod [43] catheter cum difficultate immittatur.

[44] *Curationem* ſuo capite vide.

II. Alia eſt [45] *exquiſita*: de qua modò actum eſt.

Alia [46]: *Notha.*

Quæ *cognoſcitur* [47] ex eo, quòd veſica inanis & vacua ſit, ita ut ne immiſſo quidem cathetere, urinæ quicquam effluat: nulla vel gravitas vel tenſio, vel dolor circa pubem vel premendo percipiatur.

[48] *Oritur*, [49] vel *vitio Renum*, qui ut næ materiam, ſeu ob proprios morbos, de quibus ſu-

petiùs, [51] ſeu ob errorem externum, quod nempe ſerum vel abſumtum, vel ad alias partes converſum ſit, [52] non attrahunt, aut non expellunt.

Vel [53] *vitio Vreterum*, qui *vel* adſtringuntur, *vel* [54] obſtruuntur; & *tum* laborans utriuſque renis dolori fuit opportunus, lumborum ſumma gravitas eſt, ac vehemens interdum dolor undique excruciat, nulla aut minima mingendi cupiditas urget.

[55] Cæterum *Specifica* in hoc morbo eſſe creduntur, [56] *Vermes terreni* num. v. triti, & cum vino mulſo bibiti, [57] *Teſta ovi* expurgata, è qua pullus exiit. [58] *Vrina hirci* calidè epota, omento & inteſtinis ad ventrem applicatis, &c.

Ad *Iſchuriam* pertinent, [59] *Vrina imminutio*, quæ in febribus malignis & acutis ideò mala, quia nervoſum genus affici indicio eſt.

Et *Vrinæ tarditas*, quando illa per longiora quàm ſolet intervalla excernitur.

Quia ab Iſchuria ſecundùm magis & minus duntaxat differunt: ideo de iis pluribus non agemus.

[24] *Alia eſt à Veſica &c.*) Cauſa ſuppreſſi ac deficientis Lotii quærenda interdum in *Veſica ejuſve collo*, aut Urethra, rarius in Ureteribus, ſæpius in ipſis Renibus, & aliquando forſan in ipſo ſanguine. In *veſica* hæret ſuppreſſi lotii cauſa, quoties ipſa eſt eodem nimis *diſtenta*, ut contrahi nequeat; vel contra rupta, adeo ut urinam non contineat, verùm per vulnus, aut foras aut intus ipſam effluere ſinat. Colligitur nimium in veſica ſua Lotium, ipſamque diſtendit, tum volentibus, & illam diutius præ pudore præpoſtero retinentibus; tum inadvertentibus & inebrians, aut alias narcoſi affectuque ſoporoſo correptis; vel ſublimi meditatione extra ſe quodammodo raptis, & ad ſtimulum non attendentibus.

Quando ex rupta veſica effunditur continue Lotium in abdominis cavitatem, ut plurimum lethale exiſtit hoc malum, ſive à caſu, contuſione aut vulnere id ſuum habeat ortum.

Ratio cur ſoleat eſſe lethalis illa urinæ ſuppreſſio, aut potius in abdominis cavitatem effuſio, facile patet, Nam & inde hydrops excitatur Aſcites, & gangræna brevi veſicam corripit & conſolidando vulneri convenientia non poſſunt uſurpari remedia; ſi nullum aut exiguum ſit in abdomine vulnus, quod vix unquam non erit non lethale, ſi tantum fuerit, ut per ipſum medicamenta ad veſicam læſam immitti poſſint.

In *veſica collo* hæret ſuppreſſi lotii cauſa, quoties calculus ipſum obſtruens illi eſt impactus, aut *Carnea* ex veſicæ membrana prodiens *excreſcentia* idem orificium obturat, & urinæ exitum occludit.

Carneam Excreſcentiam totum orificium replentem non ſemel paulatim ab interiore parte vidi ſponte ſua ſedentem; at tunc effluxum urinæ prius impeditum denuo concedentem: An vero liceret tunc carnem iſtam reſecare valde dubito, cum forſan ſic aliqua vi avelleretur totum carnis fruſtum, cum interna veſicæ ſuperficie cohærens: (*Id quod tamen præſtitum vidi à perito Chirurgo, mag Bailly, in Mercatore quodam nomine Mercier, ſexagenario, cui tres carunculæ craſſa lotium intercipiebant, per lithotomiam evaſit tamen feliciter*).

Idem aliquando accidere poteſt à *Caruncula* circa veſicæ cervicem exiſtente, atque in ipſum ejus orificium, ob violentam urinæ expreſſionem inverſa, illudque occludente, nec niſi cathetere, aut candela cerea blande iterum intruſa urinæ ſuum exitum concedente. *Idem Append. Tr. v. §. 271. & ſequ.*

[25] *Alia eſt à Veſica morbus*) In Iſchuria ſupprimitur in totum urina quando *extreme anguſtatum eſt veſicæ orificium*, vel *urethræ canalis*, ab *obſtructione, compreſſione*, aut *coalitu*. *Obſtruitur* utrumque ſæpius à *Calculo* impacto, rarius à *concreta pituita*, vel *ſanguinis grumis*, vel *carne ex veſicæ fundo per ipſam urethram excreſcente*, ipſamque obturante (*cujus* rei exemplum vidi) ſubinde à *ſuccreſcente in urethra canali caruncula*: ipſumque opplente: *Comprimitur* Veſicæ orificium, vel urethræ canalis à *Tumore* vicino & imprimis duro, ut & à vinculis penem arctè conſtringentibus: *Coaleſcunt* facile tam veſicæ orificium, quam urethræ canalis ubi vulnerata fuerunt, aut derata tum à *calculis* aſperioribus, tum ab *humoribus* acrioribus: *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 56.*

[26] *Qua cognoſcitur ex eo*) Dignoſcitur vera & legitima Iſchuria ex pondere & tenſione hypogaſtrii, ac tumore circumſcripto, veſicæ figuram referente: Cauſæ dignoſcuntur ex rebus prægreſſis vel concomitantibus: Si enim fiat ex quantitate urinæ collectæ copioſiori, quæ veſicæ contractionem impediat, ex relatu ægri percipitur, illum ob diuturniorem equitationem, loci aut perſonarum præſentiam & dignitatem mictionis officium longiori temporis ſpatio omiſiſſe, & nullum antea in illis partibus affectum habuiſſe: Si vero delirio, paralyſi, aut alio affectu laboraverit, ex iis qui in cauſis enumerati ſunt, illis merito urinæ ſuppreſſio erit referenda: *Adſtrictiones* quæ fiunt à Tumoribus illarum partium, aut vicinarum, vel aliis cauſis propoſitis, ex propriis illorum affectuum indiciis innoteſcent: *Obſtructiones* vero *canalis veſicæ* dignoſcentur, immiſſa candela vel cathetere, quæ ſi penetrare non poſſint, ſed in via ſubſiſtunt, calculum, aut carunculam, aut aliam quampiam materiam obſtruentem adeſſe demonſtrabunt; Et illæ materiæ ita diſtinguentur, quod nimirum ſi calculus adſit canali impactus, dolores nephritici præceſſerunt; ſi ille è renibus ſit deciduus, aut ſi in veſica ſit genitus, vel diu commoratus fuerit, ſigna præceſſerunt calculi veſicæ, ſaltem leviora: Si caruncula urinæ commeatum impediat, præceſſit gonorrhœa virulenta, aut ulcus in meatu virgæ longo tempore materiam purulentam emittens: Si denique ſanguinis grumus; pus concretum, vel pituita craſſa obſtructionem efficiat, portiunculæ quædam eorum per virgam excretæ, vel immiſſo catheteri adhærentes, ſatis patefacient. *Riverius.*

[27] *Morbi illi ſunt*) Veſicæ fundi, ſeu amplitudinis cauſa, mingendi defectus vix accidit, niſi illa *vulnerata* urinam profundat, Sicuti in Piſcatore quodam illud jam multis annis fieri ſolet, quod urinam nullam per penem, ſed per foramen relictum ex vulnere circa inguen emittit; *Platerus.*

[28] *Stupor*) Stimulum veſicæ amiſſum, nervorum illius affectorum cauſa, facultate expultrice tunc non agente, ſicuti hoc in inteſtinis, alvi conſtipatione, ſic hic, *mictionis impotentiæ*, cauſam eſſe cenſuerunt; Verum cum nullo quoque ſtimulo impellente, veſica nec plena, nec urinæ acrimonia adhuc irritata, mictio nihilominus ex voluntate noſtra preſſa veſica per ad abdominis muſculos, fieri poſſit, ſecus ac in alvi dejectione, quam, niſi ſtimulus accedat, facultaſque

expul-

expultrix adjovet, perficere arbitrio noſtro ſolo nequimus, cum fæces craſſæ ut egerantur longe majore vi quam humor opus habeant, eumque è veſica ſponte effluere, ſtercus vero ex inteſtinis à laniis exprimi cum exenterantur videamus, fit, ut licet veſica, illiuſque cervix & ſphincter obtuſe ſentiant, hoc, quominus urina reddi nihilominus poſſit, nullum, aut parvum ſaltem afferat obſtaculum: Unde & paralyticis, ſi veſicæ nervis quoque affectis, ſtupor adſit veſicæ, nullum aliud meiendi accidit incommodum; aut ſi ſphincter reſolutus ſit, involuntaria potius mictio, cum illius functio ſit urinam retinere, non expellere, quam illius ſuppreſſio ſequitur: Verum tamen illud quoque eſt, ſi veſica nonnihil ſtupeat, rariorem tunc eſſe mictionem; uti ſi exquiſito ſenſu prædita ſit, frequentiorem; cum facultas expultrix tunc voluntatem noſtram ad urinam reddendam ſæpe impellat; *Platerus*.

Sed notandũ veſicã triplici membrana donatam, quarum ea quæ inter propriam & externam communem interjacet, muſculum potius eſſe ambientem totam veſicam, quia fibras habet perſpicue carnoſas ad veſicæ initium inſertas; ita ut quemadmodum muſculus circularis ille ſphincter dictus, veſicam conſtringit, ne involuntarie nobis urina effluat, ita hic muſculus ad excretionem urinæ faciat, dum ſe contrahendo veſicam conſtringit, adeo ut iiſdem injuriis obnoxius fiat quibus cæteri muſculi, ſtupori, paralyſi &c. Vide *Bartholinum Anat. Reform. l. 1. cap. 20.*

Sic *Amatus cent. 4. obſ.* 10. Obſervat urinæ ſuppreſſionem ob veſicæ paralyticam reſolutionem ex diuturna mora in aqua frigida: *Zacutus* ex torpido veſicæ ſenſu Iſchuriam *notat M. Pr. 11. p. 146.* Huc facit quod obſervavi in viro qui vix urinam emittebat, & tantum poſtquam manu regionem oſſis ſacri probe fricaret. Huc pertinent *vertebrarum luxationes*, *ictus* aut *lapſus* aut ſpinalis medullæ *vulnera* circa os ſacrum, unde nervi ad veſicam diſtributi maximam partem prodeunt. *Etmuller*.

29. *Spirituum averſionem*) Quorum defectu efficitur, ut veſicæ ſtimulum non ſentiat, & ad expulſionem nõ irritetur, ut in delirus & ſoporoſis affectibus contingit.

30. *Intemperies frigida*) Inducta a cauſis refrigerantibus internis vel externis; quatenus ſcil. ſeorſum veſicæ hebetat, ejuſque expultricem debilitat.

31. *Diuretica locum non habent*) Curationem per Exterius admota vide ſuprà §. *Applicanda*).

32. *Anguſtia*) Hujus tres cauſæ aſſignantur à *Galeno* 6. l. aff. c. 1. aut enim muſculus veſicæ cervicem circumdans in tantum tumorem attollitur, ut meatus inde occupetur, ut ſi vel *inflammatione* vel *ſcirrho*, *abſceſſu*, aut alio tumore affectus ſit: Aut in meatu caruncula quædam adnaſcitur ex præcedente ulcere; vel callus aut alia quædam res, ex craſſo lentoque humore paulatim longu temporis tractu generatur, *Obſtruitur* etiam meatus à *calculo*, *crudo craſſoque humore*, *grumoſanguinis vel pure*: præterea exitum urinæ intercludit *Compreſſio cervicis veſicæ*, *à tumore partium vicinarum* incumbentium, nimirum uteri ex fœtu grandiore turgidi, Inteſtini recti *fæcibus duris impleti*, vel *ani grandioribus hæmorrhoidibus* tumefacti. *Riverius*.

Præcipuè *Veſicæ cervicis* ductuſque occaſione mictio deficit, ſi illa adeo *adſtringantur*, aut *obſtruantur*, ut ea, urina in mictione, permeare nequeat; quod, cum anguſta ſit via, eo facilius & à variis cauſis fieri poteſt; *Strictior* fit à *frigore*; Anguſtatur *compreſſione* extrinſecus facta, ſi ſedes illa inter podicem & penem, quam in viris pervadit, ſeſſione aut alia vi, prematur; tamdiu & mictio ſolet ſubſiſtere: Intrinſecus cum recto inteſtino ductus hic incumbat, *fæcibus* aut *flatibus* illic retentis preſſus, veſicam exonerare recte aut ſufficienter non poſſunt, donec prius flatus aut fæces emiſerint: &c. *Platerus*. *Sanguinis grumus*, & *pus tenaciſſimum*, quale aliquando emanare ſolet, meiendi difficultatem quandoque cauſant, ſed non perſeverantem, cum nec hæc diu poſſint perſiſtere, Longè minus ab aliis *humoribus craſſis* hoc fieri poſſe, uti docent, hoc comprobat, quod tales ad veſicam minime ferantur, & ſi qui eſſent, adeo tamen urina diluuntur, ut facile cum illa præterfluere poſſint. *Platerus*.

32. *Anguſtia, ſeu propter &c.*) Singularem aliquando obſervavi Iſchuriam, à compreſſione cervicis veſicæ inductam, ob inflammationem recti inteſtini, præmiſſa venæ ſectione larga in brachio & pede, admotæ hirudines ano & cruorem plurimum educentes, urinæ libertatem reſtituerunt.

33. *Propter muſculi cervicem circumdantis*) *Relaxatus*, atque colli veſicæ apertura deficit, quando hic *ſpaſmo* affectus pertinacius ſe ſtringit, Id quod interdum obſervare datur in doloribus abdominis ſpaſmodicis, quorum occaſione ſubinde ſphincter ſtringi & urina ſupprimi poteſt, id quod in *Colicis convulſivis* ſubinde obſervavi, atque inprimis in *dolore abdominis ſcorbutico*, item in *dolore nephritico ſcorbutico*. Forſan huc Cantharides pertinent, utpote de quibus refert *Fehr.* de *ſcorzonera* pag. 88. quod ex veſicatoriis ſuis admotis urinæ ſuppreſſio nata fuerit: Nempe ſtimulo continuo & irritatione ſphincteris veſicæ, adeoque ſuperveniente convulſiva ejuſdem ſtrictura, vel ex nato irritationis vicinarum partium tumore, & hinc colli veſicæ compreſſione Iſchuria talis originem traxiſſe videtur. *Etmuller*.

Si vitio ſphincteris ſupprimatur urina, litus in perinæo & pubis regione ex *ungu. dialth.* cum *ol. papav.* confert: *Interne* vero *volatilia* cum *opiatis* miſta, ſed modo primarius curatus fuerit morbus, ſecundarium hoc ſymptoma ſponte evaneſcit. *Etmuller*.

34. *Cervicem*) *Inflexa* ſeu *contorta Veſica cervice*, ſicuti in inteſtinorum convolvulo accidit, urinam ſuppreſſam fuiſſe penitus in Piſcatore (de quo §. *morbi illi ſunt* obſervavimus, cui veſica, facta ruptura in inguine, in ſcrotum deſcenderat, ubi admodum diſtenta latebat, nec urinam vel cathetere immiſſo, reddere potuit, donec Chirurgus inſcius veſicam eſſe, dum ſectionem tentat, veſica vulnerata urinam profudit, ægroque ſtatim levamen, ſed ſummum periculum peperit, à quo tamen liberatus, fiſtula illic relicta, per eam urinam adhuc hodie, quando vult, extracto pittacio, quo eam alioquin retinere, & foramen obturare ſolet, emittit. *Platerus*.

34. *Muſculi cervicem circumdantis Tumorem*) Sic *carunculæ* vel *Callus* à male curata inflammatione factus, alicubi circa veſicæ ductum factus urinandi incommodum afferunt, adeo ut urinam ægre vel minime, niſi cathetere immiſſo viam aperiam, reddere poſſint: *Poros* & *verrucas* illis in locis generari etiam docent, eademque afferre incommoda.

34. *Propter muſculi cervicem*) Fecit huc læſio nervorum veſicæ conſtrictioni inſervientium, qui ex inepta teſtis extractione læſi, doloroſam mictionem, & fere iſchuriam induxerunt. Vide *Hildanum cent. 5. obſ. 61.*

35. *Propter calculum*) Calculus duobus modis in aditum veſicæ procedit, vel appulſu, nempe proprio pondere, atque etiam conatu veſicæ ſeſe omni ex parte ad expulſionem colligentis; vel illapſu ob ictum, caſum, curſum, incautum diureticorum uſum, Nam ut rite Celſus, *Calculus iter, cum vi premitur, facit, niſi*

accipit. Fœminis quoque menſtruorum tempore movetur, uteri conſenſu, veſicæ lapis. Item in alvi fluoribus ac teneſmis, ex recti inteſtini ſympathia. *Menjotius de Lithiaſi p. 761.*

35. *Propter calculum*) Calculus in veſica latens, ſi magnus ſit, quoties in cervicis veſicæ initium prolabitur, illique ſe inſinuat, urinam retinet vel impedit, eouſque donec inde recedens, vel repulſus, viam rurſum aperiat. Sed & calculus, ſi parvus ſit, in maſculis, ulterius nonnunquam in ductum hunc progreſſus, & alicubi, & ea ſede antequam penem ſubit, vel illic ubi ſub pene fertur, ſubſiſtens, viam hanc obturando, mictionem impedit. *Platerus.*

36. *Et alia quæ ſupra allata ſunt*) Si anguſtia ſit *à grumo ſanguinis*, pro hujus diſſolutione interne conveniunt diſſolutio *lapidum cancrorum cum aceto*, Decoctum *rad. rubiæ tinctor. decoct. artemiſ.* cum *carefol. troch. de Carabe, ſperma ceti, eſſentia hyperic. eſſentia traumatica &c.* Externe, aliis fruſtraneis, aptum auxilium eſt *ſtercus boum* quam recentiſſimum, quo ſi pecten, pudendum, & perinæum pauco tempore inungas, manabit urina: Si deſit *recens*, utere *ſicco* oleis appropriatis ad ignem permiſto, *Zacutus 2. Pr. Adm. obſ. 65.* Alias Forus, aut Inſeſſus, ex emollientibus aut reſolventibus ſanguinis grumos.

Si malum ſit à *Purulentia* nimia, *Succinum* cum *vino propinatum* eſt egregium, Item *oleum deſtillatum terebinth.* aut *balſamus ſulph. terebinth.* & ſim. quæ circa grumos ſanguinis fuere inſinuata.

Si obſtructio ſit à *materia viſcida & mucilaginoſa*, conveniunt interna *raphanacea* ex *armorac. raph. communi & ſimil.* quæ mucilaginem craſſam potenter incidunt, Item *ſuccus limon.* ad ℥ii. iii. iv. appropriatiſſimum eſt remedium, *Amatus cent. 5. curat. 71.* Vel ad imitationem *Riverii in obſ. comm.*

℞. *Vini albi dulc.* ℥iii. *ſucci limon.* ℥i. *ſpir. tereb.* ʒi. *miſce* capiantur ſucceſſive.

Item *ſuccus parietar.* cum *oxymel.* Experimentum eſt *Helidæi.* hinc *tartar. vitriolat.* vel *ſpir. ſal. dulcis* locum inveniunt. *Etmuller.*

37. *Emulſione ex ſemin. violarum*) Quod appropriatum eſt, ex quo cum aqua appropriata, facta Emulſio, egregium eſt remedium, ſimul alvum laxans ac urinam promovens.

℞. *Semin. violar. purpur.* ʒiii. *lithoſp.* ʒi. *cum ſ. q. aquæ petroſel fiat Emulſio, cui adde teſtar. ovor pulver. in ſpecie ſtruthion.* ʒi. *edulcoretur parum*, f. Emulſio. *Etmuller.*

Illius uſum expertiſſimum ſe deprehendiſſe ait. *Wedelius Am. m. m. p. 186.* ex *Cratone Epiſt. p. 457.*

38. *Interdum tollitur*) Nota quod *Celſus* ait Urinam quoſdam promptius rectos, quoſdam reſupinatos, maximeque hoc qui grandes calculos habent, quoſdam etiam inclinatos reddere: *Hippocratem* ſequutus *Coaca 472.* Οἱ λιθιῶντες χημαλυθ... ὥστε τὸν λίθον μὴ προσπίπτειν πρὸς τὸν οὐρητῆρα εὐηδίως οὐρέουσιν. Calculo laborantes eo habitu conſtituti, ut ne in urinariam fiſtulam calculus illabatur, prompte urinam reddunt.

39. *Extenſio nimia*) Fit interdum ſuppreſſio à *nimia urinæ copia* diutius retenta, quæ totum veſicæ corpus ita diſtendit, ut ad expellendum ſeſe contrahere nequeat (*fibris etiam muſculi univerſam veſicam ambientis. quibus ſecunda ejus tunica conſtituitur, nimiopere extenſis, ut ſeſe amplius colligere, nec veſicam conſtringere valeant*) ex qua tenſione meatus etiam contrahitur & obturatur: Repletur autem veſica ab urina nimis diu retenta, 1. quando ſanus aliquis urgentibus negotiis in foro, ſenatu, concionibus, convivio, curſu, aliiſque caſibus, ob loci & temporis non ſatis idoneam commoditatem urinam ſponte ſupprimit: ii. Dum urinæ ſtimulus non percipitur, ob obtuſum veſicæ ſenſum, affectis nervis qui ad veſicam deferuntur, cum tamen illi qui ſphincteri conſtringendo dicati ſunt incolumes remaneant: quod cuidam accidiſſe teſtatur *Galenus 6. de loc. c. 4.* luxatis ſpinæ vertebris. *Reverius.*

Delirantibus hoc etiam nonnunquam accidit, ut dum intenti ſunt cogitationibus ſuis, functiones uti alias ſic & mictionem, quæ magis ex voluntate noſtra dependet, edere obliviſcantur, & tale incommodum poſtea patiantur, *Platerus.*

Exempla affert *Schenckius.* Quod malum utut apparenter leve videatur, nihilominus tamen ordinarie fere *veſicæ inflammatio* & hinc gangræna lethalis ſupervenit. *Etmuller.*

40. *Fomentis parietar.*) Præter compreſſionem cum manu, in ſpecie convenit *fotus ex parietar. anetho. flor. chamom. melilot.* Catapl. ex *cherefol. pariet. & petroſelin. in butyro* frixis. *Simon Pauli Quadr. p. 157.* Vide *ſ. applicanda.*

41. *A meatus urinarii anguſtia*) Quæ variis ex cauſis oriri poteſt, Has inter ſunt inprimis *Tumores* undecunque in ejuſdem radice oborti, ſeu intra veſicam exſtant, ſeu extra, v. g. Pertinent huc *Tumores proſtatarum glanduloſarum* circa collum veſicæ collocatarum ſeu ſitarum: Fit ſcil. nonnunquam, ut poſt *nimium exercitium Venereum* ſupprimatur urina, id quod obſervat *Platerus* in *Obſerv.* Nam tumefactæ proſtatæ glanduloſæ, ſi diutius ſubſiſtat tumor, neceſſario comprimunt ureterem, & ita impediunt urinæ tranſitum: Cum eſſem Romæ, moriebatur Princeps Tuſcanus ex nimia urinæ ſuppreſſione, quam neque catheter, neque candela cerea, neque res ulla alia proiicere poterat; Diſſecto cadavere, nil mali in meatu urinario, aut veſica inventum fuit, ſed ſolæ *proſtatæ glanduloſæ*, ad radicem penis ſitæ tumefactæ inventæ ſunt, à quo tumore lethalis urinæ ſuppreſſio.

Ejuſmodi urinæ ſuppreſſionem lethalem vidi anno 1686. menſe Decembri in Dom. Jolevio mercatore Genevenſi ſeptuagenario: malum adſcribebatur ſuſcepto frigori, a quo inductus ſtupor veſicæ: mortui aperto cadavere cauſa mali reperta fuit tumor glandularum proſtatarum ad radicem penis ſitarum, quæ nucis inglandis molem adæquabant. Et in inflammatione totius recti inteſtini, quæ duplici cauſa concurrente, omnimoda ſuccedebat meatus urinarii anguſtia.

Inflammatio colli veſicæ, vel etiam *perinæi*, anguſtat quoque meatum urinarium, & urinæ ſuppreſſionem inducit, Vide *Zacutum l. 2. m. Pr. t. p. 149.* Anguſtatur & porro quando *obſtruitur*, vel *prope ſui originem* in veſica, vel in *progreſſu*, In veſica frequentiſſime obſtruitur à *calculo*, veſicæ, Poſtea obſtruitur etiam *à pituita viſcida ac glutinoſa*, Sic *Zacutus Pr. adm. l. 2. obſ. 64.* Urinæ ſuppreſſionem lethalem à filamentis craſſis inſtar calami ſcriptorii inductam refert; Inter quos humores etiam *ſanguinis grumus*, item *craſſius pus* ex ulcere vel renum vel veſicæ, vel alius cujuſvis partis ad veſicam delatum, ſuppreſſionem urinæ periculoſam inferunt.

A carunculis circa meatus urinarii oſtium enatis inductam Iſchuriam vidi in mercatore Neocomenſi, cui nomen Mercier viro obeſo, & prope ſeptuagenario Lithotomia labens hic ſe ſubiecit, cujus ope exemtæ tres carunculæ pedunculo affixæ, majorem avellanam ſingulæ adæquantes: Supervixit ille quinquennium operationi quæ peracta eſt Genevæ anno 1676. à Mag. Bailly perito Chirurgo.

Denique in ſuo progreſſu anguſtatur meatus urinarius, ita ut non poſſit tranſmittere urinam: Hoc fit vel ex calculo, in eodem pertinaciter impacto, in ſpecie

ſpecie circa glandem: Vel fit ex *caruncula* poſt eroſam aliquo loco urethram, ex quo eroſionis loco caro parva, verrucæ inſtar, plus minus dura & ſenſilis enaſcitur, urethram penitus occludens, quæ caruncula frequentiſſime gonorrhœam diuturnam malignam inſequitur, & per catheteris candelæ impreſſionem ubi ſita ſit optime cognoſcitur. *Etmuller.*

42. *Quæ cognoſcitur exinde*) Indicium ejuſmodi ſuppreſſionum, præter tumorem & dolorem veſicæ ex repleta veſica, optime ſuggerit Catheter, qui intruſus per ſphincterem veſicæ penetrat, & ita aperiendo meatum urinarium, & removendo impedimenta urinæ fluxum promovet, dum interea antecedentes occaſiones, aut præcedentes plus minus mutatæ urinæ excretiones, aut juncta ſymptomata, vel affectus alius cauſæ proximæ indicium ſuggerunt. *Idem.*

43. *Catether*) Non exploratandi ſolum cauſa convenit, ſed & ſi urina ſuppreſſa veſicam adimpleat, nec ullo modo reddi poſſit; ut & in omnibus cauſis meatum obſtruentibus, cum *calculum* repellat, *carunculam* diſrumpat, *grumos* aliaque *tenacia* diſſolvat; Et ſi ob urinæ retentionem veſica diſtenta rebelleatur, viam rurſum aperit: qui tamen cavus eſſe debet, ut per eum etiam, antequam extrahatur, urina effluat. *Platerus.*

44. *Curationem*) Curabitur immittendo per urethram, uſque ad ipſius cavitatem candelam ceream, oleo prius illitam, eandemque mox iterum extrahendo; vel ſi res ſic non ſuccedat, immittendo in veſicam catheterem argenteum, coriaceum, aut ex Balænarum ſetis paratum, oleo itidem inunctum, atque urinam per ipſum emittendo: *Sylvius ibid.*

Compreſſio veſicæ leviter facta, ea ſede ubi tumet, ſi ab ea diſtenta nimium urina profluere nequeat, ſola ſæpe hunc affectum ſanat. *Platerus.*

44 *Curationem vide ſuo capite*) Si vitium ſit ex urethræ anguſtia, tumore inflammatorio aut ſimili, diſcuti poſſunt & Fotibus & cataplaſmatibus ex *chærefolio, parietariâ* & aliis dictis in §. *Applicanda.*)

45. *Exquiſita, de qua modo actum eſt*) Nota tamen Prognoſtica ſuperius allata, pleraque ad Iſchuriam renalem pertinere.

46. *Notha*) Spuria Iſchuria quæ à renum aut ureterum affectibus dependet, ex inflammationis, doloris nephritici, aut calculi renum curatione deſumenda eſt; Quæ vero fit à repletione venarum emulgentium, larga ſanguinis miſſione & hydragogis medicamentis curanda eſt. *Riverius.*

47. *Ex eo quod veſica inanis*) Præceſſerunt ſigna calculi in renibus aut ureteribus, inflammationis aut magnæ plenitudinis; aut Potus largior præceſſit, quem non ſequuta eſt urinæ copia, unde venarum nimia repletio contingere potuit; aut denique febris ardentis vel hydropis præſentia ſeroſæ materiæ averſionem teſtantur. *Riverius.*

Iſchuria Renalis.

48. *Oritur vel vitio Renum*) Cauſæ propter quam Renes urinas non ſecernunt, ſunt vel *in ipſo Sanguine*, vel in *ipſis Renibus*. Hæret vitium in *ſanguine*, quando maſſa ejus tota una cum ſero, adeoque omnes ejus partes ita ſunt diſpoſitæ, ac firmiter inter ſe connexæ, ſeu, ut loquitur *Willis* (vide caput de Diabete S. *Dum ſuccus in venis*) quando ſanguinis compages ita eſt ſertata, ut commode ea eadem per anguſtos renum porulos ſecretio legitima fieri nequeat; *Vitium quod fere ab acido* ſui generis maſſam ſanguineam cogente oriri videtur, licet ex utroque nunc *acido*, nunc *alkali* actionibus exiſtentibus vitium hocce in ſanguinem derivet *Sylvius de le Boe*, Videmus hoc ſæpius in morbis chronicis, cum ſcirrho hepatis & lienis conjunctis. In quibus pauca eſt urinæ ſecretio, ejuſque ſimul crudæ, ſeu paucis contentis ſaturatæ, utut aliàs ſint ſalivatores, aut plus minus cachectici &c. propinatis vero remediis appropriatis, vitioſam ſanguinis craſin alterantibus, & tumores viſcerum reſerantibus, copioſior, & turbida urinæ ſequitur effluxus.

Pertinent huc etiam *ſanguinis vitia*, quando propter abundantiam, legitime licet circulatus, aliquali circa vaſa emulgentia circulatione, nil tamen ex renibus admittit; Simul vero atque ſecta fuerit brachii vena, ejuſque quantum imminuitur, copioſius urinæ fluxus ſequitur. Ermuller. Vide ſuprà §. *Cauſa eſt facultatis expultricis* fruſtratio) ex *Riverio.*

49. *Renum*) *Renum* atque *Vreterum* cauſa, rariùs mictio ſupprimitur, Cum enim gemini ſint, Rene uno debilitato, ita ut in eo ſecretio illa *ceſſet*, vel *diminuta* ſit, vel aliter læſo, alter nihilominus cum ſuo uretere illud munus obire poteſt; Vtrumque vero Renem, illorumve Vreteres, cum procul ab invicem diſſiti ſint, ſimul adeo affici, ut utriuſque pereat functio rarius contingit, nec niſi à maxima cauſa proficiſci poteſt: Qualis forte eſt utriuſque renis ſubſtantiæ omnimoda conſumptio, à me ſectione ſemel deprehenſa: Vel obſtructio à *ſanguine, pure, calculo*, in utroque rene ſimul, quod tamen vix fieri poteſt, facta. *Platerus.*

49. *Vel vitio Renum*) Vrinæ Suppreſſio forſan aliquando agnoſcit pro cauſa *ipſum Sanguinem* ità ſcil. affectum, & ſecundum varias ſui partes confuſum, ac mixtum, ita cæteris ſecedere aut ſecerni queat in Renibus ſerum, Quod fortaſſis frequentius accidit quam quod ipſum Renum carunculæ ſint male affectæ, cum præſertim nulla noxa in Renibus obſervatur, quando maxime ipſi culpantur: Et certe ipſum ſanguinem ita affici poſſe, ut partes ipſius ſeroſæ, ac urinæ materiam ſubminiſtrantes, cæteris miſceantur intimius, ac ideo ab illis ſecerni nequeant, plurima ſunt quæ perſuadere videntur, ſive quis ægrotorum ſymptomata tum urgentia conſideraverit, ſive curandi rationem per ſalia volatilia, expenderit, ſive plurima in Chymicis mutationibus in dies occurrentia ſimul contulerit, Nam ut de ſolo ſale volatili, non ſine gravi cauſa, propter non contemnendam virtutum in ipſo exiſtentium notitiam, per multiplicem experientiam mihi comparatam, toties à me decantato & laudato aliquid dicam, certum eſt *ipſum vim habere ſolvendi omnem humorem viſcidum, à quo partium fluidarum, atque ac ſolidarum connexus vitioſus ortum habere ſolet*: ſoluto autem humore viſcido, ſecedere poſſunt facilius ab invicem partes ſanguinis haud ita intime ſibi alias unitæ.

Quod ſi quis putet, ſi humori viſcido in ſanguine exiſtenti, atque partium ſeceſſum impedienti, adſcribi debeat urinæ toties lethalis ſuppreſſio, poſſe non incommode ab eadem viſciditate deduci qualem qualem in Renum carunculis obſtructionem, urinæ ſecretionem aut tranſcolationem impediendo, ejuſdem ſuppreſſionem cauſantem, utraque cum illo non pugnavero, Quin potius utramque cauſam conjungendam, & ſæpius conjunctam putavero; adeo ut ab illa cujuſvis humoris in ſanguine exiſtentia viſciditate tum cæteræ ſanguinis partes colligantur intimius, & ad ſui ſecretionem reddantur ineptiores, tum Caruncularum pori obſtruantur, atque ſic urinæ tranſcolatio, ſecretio atque excretio aboleatur. *Sylvius App. v. §. 294. 295. & 296.*

49. *Vitio Renum*) Iſchuriæ ex vitiò Renum triplex fere ſubeſt cauſa, 1. ex *meatuum renalium obſtructione*

ſic in fætu, 2. ex *læſo fibrarum fiſtuloſarum renalium tono*, ſeu tonus ſit reſolutus, ut in *ἀτονίᾳ*, ſeu ſit nimis quaſi firmus, ut in *ſpaſmodica contractura*. 3. ex *defectu* aut *inertia fermenti renalis*, tranſcolationem & alterationem non bene fermentantis.

Quoad *primum vitium*, inter ea quæ obſtruunt ſunt 1. *ſanguis congrumatus*, vel ex caſu ab alto circa renes collectus, vel ex aliis partibus per ſanguinis circulum ad renes derivatus, id quod cauſæ antecedentes confirmabunt, 2. Eſt *pus* vel ex ulcere renum, vel ex aliis partibus ad renes derivatum, quo ipſo ſæpe urina ſupprimitur; id quod pariter ex antecedentibus, vel renum, vel aliarum partium vomicis aut ſuppurationibus ſuſpicari licebit; 3. Obſtruunt renes *humores craſſi ac viſcidi* inprimis cum urina potus ad renes delati, vel etiam cum ſanguine eo diſtributi, qui infarcientes porulos, ineptus reddunt renes pro urinæ ſecretione: Quo pertinet obſervatio *Amati cent. 6. Cur. 12.* de puero Iſchuria laborante ob craſſitiem lactis nutricis.

Innoteſcit hoc vitium quando talium humorum præſentia in corpore obſervatur, qua nempe inteſtina & primas vias obſident, aut quando urina antea effluit ſola, excernitur turbida ac craſſa, cum ſedimento copioſo mucilaginoſo, poſtmodum tale contentum in urina deficit, præſente ſimul gravitate in lumbis. 4. Frequentiſſima cauſa Renes obſtruens, ac urinæ trajectionem impediens, eſt *Calculus*.

Quoad *alterum renum vitium*, nempe *vitiatum eorum tonum*, pertinet huc 1. eorundem *ἀτονία*, quam vulgo vocant *imbecillitatem renum*, ex læſa facultate ſecretrice aut alteratrice natum; *Linquamus has facultates illis*, & dicamus, ſubeſſe tunc *ἀτονίαν renum*, i. e. tale nervorum ac fibrarum fiſtuloſarum renalium vitium, ut defectu inprimis ſpirituum influorum non ſuſtineantur in debita tenſione; quin potius & *nervi* & ipſi *canaliculi* fibroſi quaſi flacceſcant, indeque orificia conniveant, unde parum vel nihil eo tranſmeare, ac ex ſanguine ſecerni poſſit, Exemplum vide in *Bartholini cent. 4. Epiſt. 18. 38.* apud *Hœchſtet. Dec. 5. c. 10.* ubi Iſchuria longior ex renum refrigeratione. Forſan pertinent huc morbi acuti, *febres ardentes*, *variolæ* &c. ſubinde Iſchuriam conjunctam habentes, Unde Iſchuriam talem, abſque dolore ſupervenientem aliis morbis acutis, ceu ſignum lethale, ob extinctam facultatem habet *Horſtius l. 4. obſ. 49.* Pertinent huc ſuppreſſiones iſtæ urinæ, quæ ob *vertebrarum luxationem*, aut *ictum* vel *lapſum*, aut *vulnus ſpinalis medullæ* accidunt, ac in genere quævis alia Iſcuria vitio nervorum plus minus reſolutorum eveniens: Quæ ipſa licet magis veſicam afficere videantur, tamen quia & renes afficiantur abſque dubio videtur.

Atoniæ huic contrarium eſt vitium *ſtrictura pororum*, & *nimia fibrarum fiſtuloſarum anguſtia*, ſpaſmo quaſi quodam contractarum, uti fit frequenter in calculoſis, dum uno rene læſo, ac à calculo irritato, alter ſubinde ceſſat.

Tertium Renum vitium erat *Fermenti renalis alteratio*, ejuſdem nempe defectus, aut inertia, non ſufficiens alterationi & promotioni urinæ, ut ſubinde in chronicis quibuſdam affectibus plus minus hydropicis, aut ad hydropem inclinantibus fere evidens eſt. *Etmuller*.

5. *Seu ob errorem externum*) Huc refert extraordinarias quaſdam cauſas, dum *validiora* quæcunque *diuretica* intempeſtive aſſumpta nempe vel mox poſt alimenta, vel antequam primas vias abſtergentia præmiſſa ſunt, ſubinde Iſchuriam inferunt, dum occaſione celerioris & copioſioris ſeri urinarii ſecretionis, tanquam vehiculi nutrimenti & excrementi, una chyloſa cruda, aut etiam alia contenta viſcoſa, ſeu pituitoſa, ad loca urinaria rapiuntur, ibique mediante obſtructione Iſchuriam inferunt, ſic ex *uſu terebinthinæ* poſt cibos crudos & viſcidos aſſumptæ, urinam ſuppreſſam obſervavit *Hildanus* cent. 5. obſ. 59. uti etiam ex *potu vini recentis nec rite defæcati* obſervavit *Idem cent. 4. Obſ. 51.* *Etmuller*.

17. *Non attrahunt*) Serum ad Renes venit, non quia ab illis attrahitur, ſed unacum ſanguine per arterias renales, convehitur tranſcolandus, Tranſcolatur autem in Renibus hoc modo: Sanguis una cum ſero ſibi admiſto impellitur in Renum ſubſtantiam glandulosam; hoc impulſu ſtatim per illius poros particulæ quædam tenuiores ſeparantur in tubulos quamplurimos, quibus conſtat præcipue interior renum ſubſtantia, atque ex his deſinentibus in octo vel novem plerumque carunculas papillares, tranſeunt in pelvim, inde in ureteres & veſicam: Reliquum quod ad Renes venerat, partim ad venam cavam redit per venas Emulgentes, ſanguinemque ut ante diluit vehitque. *Zypæus med. Fund. art. 8. §. 3.* Hinc conſtat ſi ſerum attractione ad Renes non perveniat, horum facultatem attractricem non culpandam, ſed potius Tranſcolationem ſanguinis abolitam vel imminutam, hinc expultricem, ſi concedatur, læſam, Tranſcolatio autem illa, vel tranſcribratio, lædi poteſt ob morbos intemperiei & organicos, obſtructionem, compreſſionem à calculo &c.

18. *Vel vitio Vreterum*) Urinæ in veſicam ex renibus defluxus impeditur aliquando & inprimis ob anguſtiam in *Vreteribus*, tam ubi pelvi continuantur, quam ubi veſicæ inter binas ejus tunicas implantantur: Anguſtia urinæ tranſitum ureteres impediens ſæpius obſtructio eſt à calculo in Pelvi hærente, atque ureterum ingreſſum obturante, rarius ab eodem ipſorum cum veſica commiſſuram opplente: Nonnunquam ab uno magno, pluribusve calculis mediocribus veſicæ cavitatem replentibus ſiſtitur diutius in Ureteribus urina, aqua non ſemel vidi tunc ſenſim ampliatos ac diſtentos ureteres, pollicem non raro admittentes, atque urinam uſque ad Renes ipſos in ſe continentes; A *Calculo* in ureteribus ipſis hærante vix putem impediri unquam, diu ſaltem, hunc urinæ tranſitum, poſtquam inveni aliquando in Ureteris medio, ibidem quàm alibi magis explicato Calculum ovi columbini magnitudinem pene æquantem, ad cujus latera deſcendebat urina libere: quod inde patebat, quod nulla in eodem uretere contineretur urina, & nullibi, præterquam ubi hærebat calculus diſtentus erat ureter. Poteſt quoque *urinæ hic* tranſitus impediri à tumore quovis ureteris cum veſica commiſſi locum occupante, atque ingreſſum ibi ſecundum naturam ſatis anguſtum amplius anguſtante *Fr. Sylvius Pr. l. 1. c. 56.*

Ureteres ſerum non ſuſcipiunt, nec ad veſicam demittunt, propter inflammationem vel obſtructionem à calculo, ſanguinis grumo, pure vel pituita craſſa, vel ob compreſſionem à tumoribus partium vicinarum. *Reverius.* Vide §. *Vel vitio Renum*).

18. *Vitio ureterum*) Satis vulgo notum eſt Iſchuriæ fortioris & pertinacis cauſam, ſæpiſſime infra Renes conſitam, omnino à ductibus urinariis penitus obſtrictis pendere; Cumque egomet plures ab urina totaliter ſuppreſſa defunctos aperui, in omnibus reperi mortis cauſam invincibilem ureteris unici, paulo antea patentis (altero dudum occluſo, à calculo recens impacto, obſtructionem fuiſſe. *Willis.* Vino *ureterum* rarius micho ſupprimitur, cum enim gemini ſint, uno læſo, alter munus obire poteſt.

Nos

Nec niſi à maxima cauſa id fieri poteſt, Qualis eſt obſtructio in eorum initio, vel progreſſu, à *ſanguine, pure, calculo*, quod tamen vix fieri poteſt; Vel ſi forte *in febribus ardentiſſimis ambo ureteres exſiccati* conſtrictique eſſent; Aut unius lateris, vitio conformationis, uretere abſente, aut intorto, ſicuti quoque in anatome vidimus, alter morbis prædictis afficeretur; Quorum cauſa ſi fiat, veſica inani exiſtente, nullo diſtenſionis dolore, nullaque mingendi cupiditate urgente, mictio nulla fit. *Platerus.*

54. *Vel obſtruantur*) Obſtructioni etiam obnoxii ſunt Renes ratione propriæ conformationis, Vide ſupra §. *vitio Renum*) *Etmuller.*

55. *Cæterum Specifica*) *Medulla in cavitatibus pennarum anſerum* exſiccata; pulverata, & cum vino pota, urinam potenter pellit, Idem & facit *anima halecum* pulveriſata & pota. *Obſerv. Crollius Baſil. pag. 40.*

Pro ſecreto exhibent hoc.

℞. *Sangu. leporis* ℔j. *cum* ℥vii. *rad. ſaxifrag.* calcinetur in olla, de hoc cinere detur infanti cochl. ſemis cum vino albo vel lacte ſ. juſe, quotidie jejuno ſtomacho.

Motacilla combuſta in cinerem idem præſtat auxilium. *Fran. Ferrarius lib. 4. c. 10.*

Spiritus ſalis ſuccinatus peculiare hic eſt remedium; *Sal ſuccini* cum ſpir. ſalis digeritur, & filtratur, Doſis gr. 10. 16. *Joh. Pharamundus Rhumelius Baſ. ch. pag. 16.*

Efficax remedium expertus ſum in tribus ægris, *ex cerebro Picæ* exſiccato, & cum *vino albo* propinato, intra horam urinæ fluxum promovet. *Riverius obſ. comm. p. 290.*

56. *Vermes terreni*) Hi *vino infuſi & expreſſi*, item *ſpiritus lumbric. per putrefactionem* paratus egregie proſunt, *Etmuller.*

57. *Teſta ovi*) Teſtæ ovorum calcinatæ ad ʒi. ſi propinentur, egregie urinam pellent; potentiores ſunt *teſtæ ovorum ſtruthio-cameli*, quæ in *ſpiritu ſalis* diſſolutæ, & ſub nomine liquoris nephritici propinatæ, ut & teſtæ ovorum calcinatæ vino infuſæ, & ita hauſtæ, urinas pellunt. *Etmuller.*

57. *Teſta ovi*) Forma *Pulveris* exhibenda, (relicta membrana interiore) ad ʒi. Laudantur & Pulveres ſequentes ʒj. vel ʒij. pondere exhibiti cum *vino, cereviſia, lacte*, aut liquore alio conveniente, copioſe additis, vel ſuperbibitis; qui, ſi diu aſſervari debent, in trochiſcos redigantur.

℞. *Semin. naſturt.* ʒiß. *f. Pulvis.*

℞. *Gland. avellan. exſiccat. in furno* āā. ʒiß. *f. Pulvis* dandus cum *lacte caprino* mane & veſperi.

℞. *Rad. rub mai. aſari, ſem. fœnic. petroſel. leviſt. naſturtii, nigellæ, alkek.* āā ʒi. *valeriana* ʒß. *f. Pulvis.*

℞. *Rad. aſari, phu. mei, acori, ſem. fœnic. apii, petroſ. dauci, ſeſel. ehlaſſ.* āā. ʒi. *fol. ſabinæ, ſchœn. ſpica nard. cinnamomi, piper.* āā. ʒß. *croci* ℈i. *f. Pulvis.*

℞. *Succini, g. prunor. ceraſ.* āā. ʒi. *reſinæ lar. colla* ʒß. *lapid. Judaici, ſem. alkek. petroſ. rad. aſari* āā. ʒß. *cinnam.* ℈i. *f.* Pulv.

℞. *Veſicas harengor.* quas *animas vocant* n°. ix. *f. Pulvis.*

℞. *Cineres à combuſtis, vel pulveres ab exſiccatis ſenſim lumbr. cancr. fluviat.* āā. ʒi. *milleped.* ʒß. *canthar. vel cicadar. ablatis alis tonnioribus, vel ſcorpionum, ſi haberi poſſunt* ℈ß. *cinnam.* ʒi. *caryoph.* ʒß. *ſacch.* ʒii. *f. Pulv.*

Sequens valde efficax, cito parandus neceſſitate urgente.

℞. *Canthar.* n°. ii. *ſacch. c.* ʒi. *diu ſimul terantur, detur cum aqua mulſa copioſa*, vel *decocto lini, aut mulſa.* Platerus.

58. *Vrina hirci*) Hæc calide pota, & cum toto omento & inteſtino ventri applicata ſubito omnem retentam urinam propellit, & calculum ſimul foras mittit. *Ph. Grulingius. In obſ. & Praxi.*

Si omnia deſperata fuerint urina hi[illegible] &c. ſubito urinam propellit, & calculum ſimul, ſi ille obſtructiones facit, foras mittit. *Joh. Hartmannus.*

Vrinæ Secretio Imminuta.

59. *Vrinæ Imminutio*) Urinæ ſecretio imminuta eſt, quando minus ejus per Renes tranſcolatur quam decet, ratione nempe proportionali ad ſerum in maſſa ſanguinea; Quando vero parum ineſt ſeri, ut quando hoc crebrioribus ſudoribus exhauritur, aut non ſufficienter potu reſtauratur, aut alibi colligitur, ut in Aſcite, tunc non poteſt dici Imminuta ſeri excretio, quia proportionaliter ſero in ſanguine reſiduo reſpondet.

Tunc igitur eſt *imminuta ſecretio urinæ*, quando proportione non reſpondet aſſumptis, & inde collecto ſero in maſſa ſanguinea, ſicut *Abolita*, quando nihil excernitur. *Etmuller.*

Mictio Imminuta interdum in prius ſanis contingit; aliàs verò cum aliis morbis, ut cùm *dolore colico, nephritico, hydrope, febribus* &c. concurrit. Cauſa autem *Defectus mictionis* dependet, vel à *materia*, cujus portio excrementoria *urina* eſt, *ſero* ſcilicet, ſi illud *non generetur*, copioſe, aut *alio feratur*, aut tranſitus illius impediatur: Vel ab *inſtrumentis mictionis, renibus*, in quibus urina à ſanguine ſecernitur, & *ureteribus*, per quos in veſicam deſtillat: Vel *Veſica*, quæ eam excipit, & *cervice* illius per quam redditur: *Serum*, ſi parva quantitate generetur, cum urina tunc pauca colligatur, rariorem & pauciorem mictionem quoque ſequi neceſſe eſt, in illis qui minus bibunt ſiccioribusque cibis utuntur: Quod & ſi *ſeri* pars, quæ à renibus attrahi debebat, in habitum corporis rapiatur, illicque calore abſumatur, vel ſudore manifeſte exhauriatur; evenit, ut illi qui multum ſitiunt parum mingant: Quod & accidit ſi per *diarrhœas*, una cum fæcibus ſerum per alvum ſimul copioſe profundatur; in morbis ejuſmodi: Aut ob *cathartica* ſumpta, ut tunc mictio diutius differatur, aut parum admodum reddatur; Quæ parcius & rarius facta mictio, uti naturalis adhuc, nec nociva, ſic illa præternaturalis eſt, & morboſa, ſi ab obſtructionibus viſcerum hepatis, inprimis, tranſitus ſeri impeditus mictionem facit tardiorem & pauciorem, & ſero alio effuſo, *hydrops aſcites ſequatur*, in quibus tam pauca eſt mictio: Verum & *ſerum*, ſi tenuitatem decentem non habeat, cum ob craſſitiem tractam à renibus difficilius tunc à ſanguine ſegregetur, &, ut vocant colletur, illorumque ductus penetret, mictionem rariorem facit; Quod ex aſſumptis iis quæ ſanguinem & ſerum ſimul incraſſant proficiſcitur, ſicuti ex vini rubri ſtyptici uſu, aliiſque fieri putant, quorum uſu veluti urinas minui, ſic contrariis attenuantibus calidis, diureticis, urinas provocari videmus. *Platerus.*

Si quia *parum bibunt*, ſicciorique vivendi ratione utuntur, aut quia multum ſudarunt, aut per ſedes purgantur, urina minori copia rariuſve reddatur, emendatione cum nihil incommodet, minime opus habent: Si *obſtructis viſceribus* in hydropicis retento ſero minus mingant, curatio ad hydropem dirigenda: Si ob ſeri craſſitiem, aſſumptorum cauſa, id accidat, victus ratione contraria, & præſertim potu tenuiore corrigitur. *Idem.*

59. *Vrinæ imminutio*) Paucior quandoque quam pro Potus aſſumpti copia decebat excernitur urina: Hic notandum *eandem* eſſe urinæ ac ſudoris materiam, unde mirum non eſt illos qui multum ſudant, minus

meiere, quin non eſt quod ſit Medicus ſollicitus de ægro minus urinæ excernente, qui multum ſudaverit, quamvis grave poſſit ægro eſſe multo ſudore diffluere, nam longe magis à Sudore quam à lotio copioſo debilitatur æger: Cum ſudore namque omnes corporis vires debilitantur, exhauſtis ſimul ſpiritibus, quod cum urina non contingit: In urinæ namque ſecretione naturali nulli, aut pauci ſaltem ſpiritus pereunt, quod tamen copioſe in omni contingit, etiam minimo ſudore, quem præterea pro naturali excretione non habeo, quamvis non negem ipſum non raro eſſe ægris utilem, uti non infrequenter iiſdem, ut & ſanis noxium.

Ubi proinde per ſudorem effunditur urinæ materia, ni propter alias cauſas noxa ſudanti accidat, non eſt quod idcirco valde ſolicitus ſit Medicus, cum non in ſanguine permaneat tunc ſerum, verum in corporis habitu ſecedat, ab ipſo hinc per corporis poros evacuetur effundaturque è corpore.

Cæterum minus quam pro aſſumpto potu decebat, urina excerni ſolet utplurimum, quia minus ejus ſecernitur, & quidem ob cauſas dictas (ubi de ſuppreſſione urinæ) ſed leviores, *connexum puta craſſiorum partium ſanguinis, & aliquarum in renibus caruncularum obſtructionem ab humore viſcido ſanguini admiſto* ortum habentem: Urina quoque obſervatur aliquando parcior excerni in ſummo corporis æſtu, ac febrili præſertim, tunc enim minuitur humiditas aquea, ſicque maxima urinæ pars conſumitur. *Sylvius §. 297. ad 302.*

Cap. LXVIII.

De Strangaria.

1. S*Tranguria eſt* [2] *urina guttatim facta* [3] *cum vel ſine dolore, & continuo ad mingendum ſtimulo, excretio, ab aſſidua expultricis veſicæ propter affectum ſphincterem, ſtimulatione, vel retentricis minimo etiam onere gravatæ debilitate, exorta.*

Signa manifeſti affectus ſunt evidentia.

[4] *Cauſa* in definitione expoſita eſt, nempe irritatio expultricis, vel retentricis debilitas: unde verò iſta ſint, in Differentiis exponetur.

a *Curatio* eſt *Exigua vel nullius ferè ſpei*, ſi ileo à crudorum & craſſorum humorum obſtructione provenienti, nulla inſequente febre, quæ humores attenuet, ſupervenerit.

Inſtituitur pro diverſitate cauſarum, de quibus infrà.

1. *Stranguria*) Vocabulum iſtud Græcum eſt, & componitur à dictione στράγξ, στραγγός, ἡ, quæ guttam ſonat, & nomine οὖρον, urina, Eſt enim ſtranguria ejuſmodi veſicæ vitium, in quo urina ſtillatim guttatimque, & quidem crebro admodum, cum vel ſine dolore excernitur, Unde & *Stillicidium urinæ* nuncupatur: Adeſt quippe frequens ad mingendum ſtimulatio; adeo ut ſi cum dolore fiat, duplici nomine depravata ſit mictio, tum ratione modi excernendi, tum ratione doloris. *Sebizius man. p. 1390.*

2. *Stranguria*) *Iſchuria* comparari ſolet alvi conſtipationi; quemadmodum enim in hac fæces alvi retinentur, ſic in illâ urina planè ſupprimitur, *Stranguria* aſſimilatur Teneſmo, quia ſicut in hoc aſſidua eſt deſidendi cupiditas, parùm autem excernitur, ita in illâ aſſiduus eſt mingendi appetitus, verùm nonniſi guttatim ſtillatimque redditur. *Dyſuria* Dyſenteriam eatenus refert, quatenus in utroque affectu excretio cum dolore peragitur, In illâ quidem urinæ, in hac fæcum alvi. *Sebiſius man. p. 384.*

Stranguria nihil aliud eſt, quâm mictio intercisa, ſive guttatim facta, vel cum ardore, vel ſine; cum dolore vel ſine; Illa quæ dolore caret iiſdem cauſis accepta fertur, quibus iſchuria, ſed levioribus; Dolorifica vero, de cauſis Dyſuriæ nunquam non participare dicitur; *Seneca* ſtranguriam ad tormenta veſicæ hinc refert. *Chr. Langius.*

Dyſuriam non adeo valdè à ſtranguriâ dolorificâ diſcrepare ex dictis patet, Hi affectus enim vix differunt, niſi quòd Stranguria in urinæ ſtillicidio conſiſtat, In Dyſuria vero ardens urina ſine interruptione reddatur, In [illegible] vero, ambo mala conveniunt propemodum. [illegible] n proportione etiam dyſenteriæ Auctores qui[illegible] e haud abſonè annotarunt, ſi quidem & [illegible] excre[illegible]enia, non ſecus ac in dyſuriâ lotium [illegible] ardore depræiantur. *Idem.*

2. *Urina guttatim facta*) Non ſufficienter mictio fit, tum quando rariùs, vel minori quantitate, ſi cum potu æſtimetur, mingitur, *Aſciticis* peculiare: A[illegible] autem difficulter redditur, quando dum meijtur, [illegible] continuo, uti par erat, fluit, ſed vel ceſſat, a[illegible] quam veſica penitùs inanita fuerit, in *Dyſuriâ*, ſeu m[illegible] difficultate, vel interruptis vicibus cum moleſtia [illegible] nitur; vel ſtillatim & guttatim emanat: in *Stranguria* ſeu Stillicidio. *Platerus.*

3. *Cum vel ſine dolore*) *Etmuller* dolorem, eumque acerbum comitem facit urinæ ſtillicidii, tam in quam poſt mictionem, remanente unâ continuâ ad mingendum irritatione. *Riverius* ſtranguriam ad Iſchuriam refert; in qua ablata eſt mictio, in ſtranguriâ imminutâ, quamlibet dolorificam mictionem ad Dyſuriam referens: At Imminuta mictio aliud vitium conſtituit, poteſt enim imminui excretio urinæ, citra ſtillicidium aut guttatim factam excretionem, quod vox Stranguriæ denotat.

4. *Cauſa*) Proxima eſt *Urina*, idque fere dum à *cauſa externâ* oritur, aut in veſicâ fortiùs irritatâ, & plus minùs interiùs abraſâ, aut nonnihil excoriatâ, Illud in vitio magis *accidentali*, Hoc in eodem magis *habituali*, ſeu *confirmato*: Eſtque *cauſa proxima* continua irritatio veſicæ, unde continuus mingentium conatus cum ingenti dolore inter mingendum oritur: Quòd ſi hoc vitium eſt à *cauſa externâ*, ſeu *urina vitio*, iſtud hoc loco conſideramus: Quando verò eſt à *vitio ipſius veſicæ*, iſtud ſub Dyſuriâ ſimul conſiderabimus. *Etmuller.*

Hæret cauſa vel in *Urinâ* vel *in veſicâ*, quæ *per eſſentiam* aut *per conſenſum* aliarum partium afficitur. *Sebiſius.*

Qualis in ano eſt Teneſmus, talis Stranguria in veſicâ, quę duplex. Alia propria veſicæ affectio, inflammatio

tio ſphincteris, & uleus, quia labeſactata vis eſt veſicæ: Scab.oſa veſica ſtranguriam facit, ut in aphthoide ventriculo cibus non mitificatus excluditur: Perennis meiendi cupiditas, & ſtillatim cum doloris acerbitate urina excernitur, & æger meiendo micturit, & micturiendo meiit, quia calculus cum urinæ motu ſeſe ad ora veſicæ præcipitat: Alia *impropria & ſymptomatica* veſicæ ſtranguria eſt, in quâ veſica non laborat affectione propriâ; ut cùm Ileus mutatur in ſtranguriam; à materiâ pituitoſâ, ſalsâ, ut in tempeſtate auſtrinâ, pluvioſâ & calidâ. *Duretus.*

ω. Exigua vel nullius ſpes) Si Stranguria eſt ex vitio urinæ, periculoſum non eſt malum, utut moleſtum; In ſenibus tamen ſubinde incurabilis propter defectum digeſtionis primæ: Stranguria interdum, ſi diuturnior aut pertinacior ſit, ulcus veſicæ infert: Quæ ex vitio veſicæ eſt, curatu difficillima ac ſubinde periculoſa exiſtit. *Etmuller.*

Differentiæ.

Differentia ex cauſis ſumitur.

Alia eſt [5] *Doloriſica*, ab irritatione expultricis procedens, & *Oritur.*

1. [6] Ab *urinæ acrimonia*; quæ, Aut [7] à *cauſis externis* infertur, [8] ut cibo & potu calidiore & ſalſiore, [9] ex cerevisia recente & non defæcata, quæ cum commodè coqui non poſſit, & vim humores fermentandi, alvumque laxandi habeat, ſi ad renes citò deferatur, cruda ad veſicam fertur, & eam ſtimulat. *Tum potus vini Hiſpanici vel Malvatici, Nux moſchata.* Axungia hirci [10] in umbilicum immiſſa multum proſunt.

Aut ab *Internis*, nempe.

1. [11] *Humoribus acribus*, vel ibi productis, vel [12] aliunde tranſmiſſis, qui viſcoſi lentore ſuo orificio veſicæ adhærent, & eandem interdum, diuturniore adhæſu [13] exulcerant.

Cognoſcitur ex eo, quòd urina ſit rubra & flava, acris ſentiatur morſus: calor & ſitis adſit.

[14] *Curatio* [15] exigit *Evacuationem* [11] per caſſiam & terebinthinam.

[16] *Temperationem* per refrigerantia & humectantia, nec non [17] balneum aquæ dulcis.

[18] *Urinæ promotionem* per *Sal glandium, ſtipitum fabar. ſer. ſ. Ol. Ceræ gutt.* iii. *in decocto cicerum rubrorum*; per *pulverem lapillorum ex capitibus limacum* expreſſorum in *vino* datum, per *ſal marmoris vel cryſtallor. per ol croci* nec ante prandium nec ante cœnam datum, quia appetitum vehementer proſternit. Curatam ora induſii ægri urina tincta in nodum coacta audivi: ſed & cerevisiæ ex *extrema penis roſmari parte tuberoſa & ſpongioſa* ſuctu.

2. *Pure*, ab epate, renibus, vel aliunde tranſmiſſo, & tum ejus aliquid in urina apparebit, ſerum lactis cum ſaccharo roſarum prodeſt.

II. [19] A *Calculo*, qui veſicam excoriat, cujus eſt ratio habenda.

III. Ab *Inflammatione*, de qua ſuperiùs dictum.

IV. [20] A *vicinarum partium affectu.* Nam ad recti inteſtini & uteri inflammationem, puruIentoſque renes, ſtillicidium ſequitur. In procidentia uteri τὸ ἴσχον σώζει ἢ ὀλίγον ἢ θάνεται.

Alia *ſimplex & ſine dolore*, quæ *cognoſcitur* ex urina alba, aquoſa [21] ætate, complexione, victûs ratione frigida, cauſis antegreſſis. *Oritur*, vel à *veſica ipſius & muſculi cervicem claudentis* [22] *refrigeratione*; & tum *Diagalanga, Mithridatium*, bene intus ſumuntur. *Ol. Rutaceum* benè extra illinitur. Vel à *compreſſione veſicæ*, quod in gravidis accidere ſolet.

[5] *Doloriſica ab irritatione expultricis*) Ab urinæ qualitate veſicam admodum irritante, & ad redditionem illius ſolicitante *mictio ardens* cum *ſtranguriâ* naſcitur, Si præter illi inſitam qualitatem, à bile & ſalſedine illi innatâ profectam, quæ veſicam naturaliter ad illius emictionem ſolicitat, ulteriorem & nimiam ſtimolandi vim adeptâ, mox ubi ad veſicam, vel paucâ ſolùm quantitate pervenit, eam irritando, quod eò citiùs fiet, ſi veſica admodum ſit ſenſilis, ad excretionem urgeat, unde frequenter & ſtillatim redditur, & in tranſitu anguſto ductus ſummè ſenſilis eum irritans hanc moleſtiam inter mingendum cum ardoris ſenſu efficit; Qui in virgâ, & maximè circa illius ſummitatem moleſtat, cum urina acris in anguſtiam cervicis veſicæ & ductus penis pervadentis perveniens, illas ſedes *urendo* dolorem patiat, qui in glande, ubi ductus ille finitur, ſummuſque eſt ſenſus, præcipuè perſentitur: Et quia ex dolore immenſo membrum collabitur, flaccidumque ſanguine & ſpiritibus fugientibus fit, frigidum quoque & pallidum inde redditur. *Platerus.*

Dolor iſte percipitur tam in *collo veſicæ*, quàm in ſpecie in *Urethrâ*, & in hac inteuſior, quàm in illo; Licèt enim urethra [a], & interior veſicæ membrana ſit continuata, & una eademque ſubſtantia, tamen veſica interius eſt abſita muco craſſo, nonnihil viſcido, qui eam oblinens defendit ab acrimoniâ urinæ plus [illegible] uſivæ: Verùm cùm urethra hoc unguento naturali careat, eò acerbiùs cruciatur à tranſeunte urinâ acidâ. *Etmuller.*

[6] *Urinæ acrimonia*) Illa urinæ acrimonia *eſt acida*, qui *acor urinæ* eſt ex parte urinæ unica cauſa ſtranguriam inferens: Hunc *urinæ acorem* [illegible] quod in Noſocomio Lugdunenſi [illegible] urina guſtu manifeſtum acorem linguæ [illegible] teſtetur: Confirmat hoc experientia *Helmontii Tr. Pleur. fur.* qui ſumere jubet urinam naturalem & huic addere tantillùm vini acidi, & injicere in veſicam, ſic enim ſubitò [illegible] cipit dolorem ſtranguriæ ſimillimum, Id quod enim[illegible] curat, quæ per talia quæ acidum præcipitant, aut obtundendo demulcent, curatur. *Etmuller.*

Acida ſtranguriam faciunt, & tamen eadem, ut *ſpiritus ſalis*, ſtranguriam ſenilem tollunt; Dudum id notavit *Cois l. de Loc.* Stranguriam, ait, *idem facit, ſi non ſit; & ſi ſit, idem ſedat*; Non tam per ſimilitudinem

quod ibidem innuere videtur, quàm per contrarietatem, correcto hoc modo ſero, correcto fermento ventriculi. *Wedelius.*

6. *Ab urinæ acrimonia*) Vis ea ſtimulandi nimia in urinâ ſuſcitatur, ſi plus juſto *incaleſcat & inflammetur*; tunc enim veluti urens, ardentem mictionem parit: Vel ſi vim *deterſoriam* aut *erodentem*, quâ veſicam vellicet, obtineat, Aut acrimoniam aliam ob *ſalſedinem* nimiam, quâ imbuta eſt; Vel *aciditatem*, quâ non ſolùm etiam ſtimulat, ſed & meatum urinæ ſtringendo & exaſperando, ſic quoque moleſtiam dum mingitur gignit. *Platerus.*

7. *Aut à cauſis externis*) Has qualitates quibus ardentem mictionem, rariùs etiam *cruentam* efficit, urina nunc ab *aſſumptis*, nunc ab *humoribus* aliiſque *excrementis* illi permiſtis deſumit: Ab *aſſumptis* urina haſce vires iterdum conſequitur, acceditur que per victus rationem, nimio uſu vini potentia, aromatum, olerumque calidorum, ut *naſturtii*, *caparum*, *ſinapi*, & ſimilium, *Salſedinem* adipiſcitur à ſale ſalſiſque cibariis, *Aciditatem* ab acidis, imprimiſque potu vini acidi, quo aliqui urinæ ardorem ſibi acceſſunt, Vel vim deterſoriam urinæ inditam, tum à prædictis, tum aliis abſtergentibus ſumptis, Inter quæ & *cerevifia*: *A medicamentis* potentiùs adhuc hæc operantibus idem eveuire poteſt, ut catharticis illis aſſumptis, quæ non ſolùm validè accendunt, ſed etiam urunt, veluti *eſt eſula*, *lathyris*, *Colocynthis*, quæ uti naturam ad excretionem vi detergente & acri ſolicitant, ſic & eaſdem urinæ imprimentes, ut & illa in veſicâ operetur, eamque ſtimulet efficiunt: Quod & alia *alterantia* facere poſſunt, Inter quæ & *cantharides* adeo urinam inflammant, adurentemque reddunt, ut mictio vehementer ardens inde proveniat, Sed & ab iiſdem aſſumptis, ſi validiùs agant, *ſanguinis* ſequitur *mictus*, aliquando & veſicæ exulceratio: Qua ratione & cantharidea hæc progignere potiùs, quàm proprietate, hoc quod etiam foris applicatæ cutem inflamment & erodant ſatis demonſtrat, *Platerus.*

8. *Vt cibo & potu calidiore, & ſalſiore cerevifia &c.*) Quomodo ab hujuſmodi ſtranguria inducatur, vide inferius §. *Aliunde tranſmiſſis.*)

9. *Ex Cerevifiâ*) Cerevifia, illis qui eam bibere non ſunt aſſueti, huicque malo obnoxii, detergendo nimium mictionem acrem nonnihil reddit. *Platerus.*

9. *Cerevifiâ recente*) Mihi ſemper profuit *vinum Rhenanum* ad ſtranguriam propter *recentem cerevifiam* illatam: Quod ſi in pagis degens, ubi vinum non eſſet, apud ægros cogebar bibere recentem cerevifiam, ſumptâ nuce myriſticâ ab hoc malo levabar; Cùm ex cerevifiâ recenti quidam ſtranguriâ incurriſſent, ſolo ſevo candelæ ombilico inuncto ſeipſos curabant; Alii ſolo cochleari *oxymel.* epoto, id malum à ſe depellebant: Sed & *fol. ribes nigra odor*, multoque magis *eorundem decoctum*, id vitium emendare expertum habemus. *Foreſtus obſ. 2. lib. 25.*

Topica.

10. *In umbilicum immiſſa*) Externè *ſevum commune*, ſeu candelæ umbilico largiter illinunt. Ratio eſt continuitas veſicæ & umbilici, nempe ratione urachi: Loco *ſevi* communis in ſpecie convenit *axungia hirci* cum aliquot *guttis olei diſtill. cera* ſubacta, umbilico illita, v. g.

℞. *Axung. hirci* ℥ij. *ol. deſtill. cera, cortic. aurantiori* āā. *gtt.* ij. vel iij. *miſce pro lin.*

Ad externa pertinet *Suffitus Rulandi* in ſeipſo expertus, nempe *raphani* incidantur & incoquantur in vino, vaſe bene obturato, quibus ebullientibus imponatur vas ſellæ cui æger inſideat, & veſicæ regionem ſuffumiget. Alias in malo pertinaciori uſitati ſunt *Clyſteres emollientes & anodyni ex lacte*, Imò ipſa *injectio lactis*, vel *ſimpl.* vel *chalybeati* in veſicam locum invenit. *Ettmuller.*

Indatur in anum *butyrum majale*, eoque inungatur umbilicus, Ex veſicæ regio illinatur *axungia anſerinâ & anatinâ.*

℞. *Avenæ m. ij. bacc. junip. m. j. puleg. rutæ*, āā. *m. j.* coqu. in menſurâ unâ, Vapor calentis decocti excipiatur per inferiora. Reſiduum ingredientium conjiciatur in ſacculum, calideque veſicæ regioni applicetur.

Olei maſtich. aliquot guttulæ calidè infundantur in umbilicum. *Sebiſius.*

Ad extra aliquid de *ſevo*, quod accensâ candelâ ſtatim commodare poterit, umbilico nos immittere, ac illinere cum præſentiſſimo admirabiliqoe fructu ſolemus, Quem effectum à vi diſcutiendi, & paregoricâ, quam validiſſimam habet, dubio ſine exhibet. *Chr Langius.*

11. *Humoribus acribus*) Ab humorum permiſtione urina ſimiles qualitates aſſumere poteſt; ut à *bile*, vim detergendi validam atque acrimoniam caliditatemque, ſi illa copioſiùs ei permiſceatur, maximè ea quæ præternaturalis eſt & adurens; cùm alioquin bilis quæ in folliculo fellis colligi ſolet, ſero perfuſa, eoque diluta, non adeo poſſit urinam acrem reddere, ſicut Ictericorum urinæ, etſi admodum bile tinctæ ſint, non tamen mictionem ardentem efficere obſervamus: Cujus bilis coacervationis cauſę variç exiſtunt, tum extra morbos, tum in illis, quorum ardor urinæ quoque eſt ſymptoma: Cauſa verò illius bilis quæ illud poteſt efficere, cum ſero permiſtionis, indeque cum urinâ, in variis aliu ab eadem genitis affectibus explicata fuit. A *ſalſis* vel *acidis* aliis humoribus, ſi præter *ſerum*, quod tale ab aſſumptis redditur, ejuſmodi inveniantur, ſeroque affatim permiſceantur; urina quoque idem quod ab aſſumptis ejuſmodi concipere diximus, poteſt aſſequi: veluti à *pure* (vide infrà §. *Pure*) Materia alba & lactea, (vide §. infra attic. 5. §. *Materia alba & lactea*) *Semine* in maſculis, vide ibid. §. *Semen. Platerus.*

Cauſam *Helmontius* accuratè docuit, dum Stranguriam ab acido provenire ſeriò affirmavit, ut enim acor in ventriculo gratus & ordinarius ſapor eſt, ita extra eum omnis aciditas p.n. eſt, atque hoſtilis: Vnde ab acido ſi id ad orificium ventriculi ſuperius aſcendat, ardor ſtomachi; idem ſi deorſum deſcendat inteſtinorum tormina, in lotio Stranguria, in ulceribus corroſio, in artubus podagra, in matrice ſuffocatio oritur, & ſic in rei veritate porro.

Poſt crapulam, & collectas cruditates, quas facillimo negotio aceſcere, & tartari naturam induere, nemo eſt qui negabit, utplurimum ſtrangnria angere, ac domini ſui vela pandere ſolet; Hinc etiam nos maternâ linguâ hanc urinandi moleſtam difficultatem appellitare *frigidam mictionem* conſoevimus, quæ qualitas cruditatibus, quatenus tales ſunt, non injuriâ competere videtur. *Chr. Langius.*

12. *Aliunde tranſmiſſis*) *Acor in urina ſtranguriæ author*, natales ſuos habet ex primis viis, ex *cruditate* nempe *acidâ*, digeſtionis primæ, eaque utplurimùm vitio aſſumptorum, *Cauſa diſpoſitiva*, eſt inertia *fermenti bilis* non debitè perficiens in duodeno chylum: Sic enim aſſumpta, præſertim potulenta, non ritè digeſta, ſed *acore*, aut ſtomachico aut proprio adhuc tincta & inquinata, è ſtomacho dilapſa rapiuntur per inteſtina, ſine mutatione in ſalſum, ad vias urinarias in veſicam, hanc acore ſuo ſtimulant & ſtranguriam inferunt; Loquitur hoc quotidiana experientia, dum unuſquiſque obſervare poteſt, quòd vel *vinum meracum*, vel *muſtum*, vel *cerevifia* non ritè defæcata, aut copioſiùs aut intempeſtivè aſſumpta, inducat ſtranguriam, Hæc enim ſunt talia, quæ facilè & potenter aceſcunt, & acorem ſuum pertinaciter retinent, haud adeo facilè tam in ſtomacho, quàm in duodeno temperari poſſunt quin ho-

ſtilitate

*ſ*ibitate ſuâ ſtranguriam in veſicâ referant. *Etmuller.*

[13] *Exulcerans*) Vndecunque natæ exulcerationes, excoriationes, attritiones à calculo, ita veſicam diſponunt, ejuſque interiorem ſuperficiem adeo irritabilem reddunt, ut nullius rei accedentis cuntactum etiam urinæ naturaliter conſtitutæ niſi cum dolore ac moleſtia, adeoque continuâ irritatione perferre queat, quin continua adſit ſtranguria: unde & *Vlcus veſicæ* ſubinde dat ſtranguriam moleſtiſſimam. *Etmuller.*

In ſtranguriâ irritatio perpetua eſt ad urinæ vix tantillùm allabentis excretionem, ab internâ veſicæ ſuperficie abraſâ, ulceratave, atque nullus rei antecedentis contactum niſi cum dolore ſummo atque moleſtia inſigni ferentes, quin totum veſicæ corpus ad ſui contractionem, admiſſique licet pauciſſimi expulſionem, mox guttatim & cum ſtillicidio faciendam continuò excitante ac cogente: Abraditur ulceraturque interne veſicæ ſuperficies ab humoribus acribus eò delatis, & *à calculis aſperioribus*, præſertim ibi hærentibus, atque ad corporis motum vehementem agitationem ac concuſſionem ipſam ſenſim ſauciantibus. *Fr. Sylvius Pr. lib. 1. cap. 57.*

[14] *Exigit*) In Cura 1. acre acidum urinæ corrigendum. 2. Veſicæ qualiſcunque læſio reſtituenda. Quoad *prius*, Ventriculus rectificandus, Inter quæ in hoc malo contumaciori primatum obtinent *Vomitoria*, quorum utilitatem commendat *Riverius*, confirmat *Hildanus cap. 6. obſ. 52* In quem finem etiam pro ſcopo averſorio *Purgantia*, in ſpecie ex *Jalapâ cum terebinth. Extr. panchymagogum* cum *Mercur. dulci* propinentur; Quoad *poſterius* conveniunt ea quæ in Exulceratione veſicæ dicta ſunt. *Etmuller.*

[14] *Exigit evacuationem*) Dyſuria quæ ab urinæ acrimonia & humoribus acrioribus ei permixtis oritur, ſic oppugnanda eſt, Ac 1°. *phlebotomia* ad hepatis aliarumque partium intemperiem corrigendam neceſſaria eſt, eaque pluries repetita pro plethoræ magnitudine aut inflammationis periculo; ex brachio dextro primùm ad evacuationem & revulſionem: poſtmodum verò ex venis inferioribus ad derivationem à parte affectâ, cujus ratione *Hippocr.* & *Galenus* in omnium partium infra renes ſitarum affectibus, venas inferiores aperire præcipiunt.

Purgatio etiam in hoc affectu convenit, ſed ex lenioribus tantùm & refrigerantibus compoſita, alioqui ardorem urinæ exaſperaret; ideoque multi bolum ex *caſſiâ* non audent tranſcendere, Et illa certè reliquis præferenda; magis tamen refrigerans efficietur, ſi pulpa tamarindorum etiam adjiciatur; vel dilutum *caſſiæ ex decocto lactucæ, portulacæ,* & ſummitatum *malvæ* paratum ad plures dies exhiberi poterit, ut acres humores in partes urinarias confluentes ad inteſtina ſenſim derivantur: Si tamen humorum pravorum copia majorem purgationem poſtulare videatur, ad ſequentem Potionem tranſcendere poterimus.

℞. *Fol. lactucæ, portulac. plantag. ſumm. malvæ āā. m. ß. tamarind.* ℥ß. *myrobal citr* ʒj. *coqu. ad* ℥vj. *In Colat. diſſolve caſſiæ rec. extr.* ℥j. *Colentur iterum, poſt diſſolve Rhabarb. in aquâ lactucæ cum ſantal. citr. infuſi* ʒß. *mannæ* & *ſyr. roſac. āā.* ℥j. *m. f. Potio.*

In diuturnâ Dyſuriâ conveniet Opiata purgans in ulcere veſicæ deſcripta.

Vomitus blandis remediis concitatus præſtantiſſimus eſt, revellit enim à parte affectâ, & incommoda arcet, quæ à purgantibus per inferiora induci conſuevere: In iis igitur erit procurandus, qui ſine magno labore illum perferre poſſunt; & ſemel aut bis in ſeptimanâ iterandus.

Per *Enemata* etiam frequentia non ſolùm humores ad inteſtina derivari, ſenſimque expurgari, ſed etiam veſicæ partiumque annexarum intemperies, atque inflammationes poterùnt demulceri, E. g.

℞. *Rad. alth.* ℥j. *fol. malvæ, violar. lactuc. āā. m. j. flor. nymph.* & *hordei mund āā p. j. coqu ad* ℔j *In colat. diſſolve caſſiæ rec. extr.* ℥j. *ovum integr. j. ol. violac.* ℥ij. *f. Clyſt. mucilagines ſemin. althææ, cydonior. ſirumgr. clyſteribus* utiliter admiſceri poſſunt, ad dolorem leniendum.

Verùm ad contemperandum dolorem & ardorem, Clyſteres ex *lacte puro*, vel cum prædictis admixto, ita efficaces eſſe conſueverunt, ut quoſdam viderimus ægros, qui in diuturnis doloribus ex hoc ſolo remedio & ſemieupio levamen ſuſceperint. *Riverius.*

[15] *Per caſſiam & terebinthinam*) Permiſcentur alvum laxantia & *Catbartica* interdum *diureticis*, cum fæcibus expulſis faciliùs urina reddatur, deinde & quia ſtimulando facultatem expultricem inteſtinorum, veſicæ quoque eandem vim nonnihil impertiuntur, Bolus ſequens hoc præſtabit.

℞. *Caſſiæ recenter extractæ* ℥ß. *ben. lax. agar. trochiſc. āā* ʒß. *ſemin. alkek.* ℈ij. *ſacch. q. ſ. f. Bolus.*

Reſina laricea, vel terebinth. cum utrumque præſtet, convenientiſſima.

℞. *Alterutrius* ʒij. *diſſolve in melle & vitello ovi, cum vino malvatico, exhibeatur.* Vel ſic.

℞. *Elect. Indi maj.* ʒij. *catbol.* ℥ß. *aqu. alkek. q. ſ. f. Potio.*

In alvum *Clyſmata* injiciuntur, tum eandem ob cauſam, tum ut topica veſicæ proxime adhibita ſint remedia. *Platerus.*

[16] *Temperatione*) Placet Empirica quædam ſubjicere. Bibatur *lac caprillum* recentiſſimè emulctum & adhuc calens. *Idem* bibi poteſt cum *pulvere thuris.*

Decocta ſequentia hauriri debent manè & veſperi.

℞ *Fol. malvæ m. j. liquir. r.* ℥ß. *cinnam.* ℈j. coqu. in macro gallinæ brodio, ſalis experte.

Decoctum rutæ murariæ in vino albo, addito *ſacchar. cando*, poſt æger ingrediatur Balneum aquæ dulcis.

℞. *Fragar. totius m. j. liquir. ſacch. c. āā.* ℥ß. *coqu. in aquâ*, ſumat m. & v.

Hauriatur bona portio *aquæ roſar.* cum ovi albumine probe conquaſſato.

Decoctum *herb. & ſumm. anethi* æquali portione potum.

Decoctum *ſemin. aniſi in vino*, Bibatur m. & v. *Sebizius.*

Mihi adhæſit ſtranguria cum inſigni dolore ultra tres ſeptimanas, & nihil æquè juvit ac decoctum *malvæ cum ſyr. violac.* quo aliàs poſtea multos ſimiliter laborantes curavi. Verùm cùm poſtea urina facilè efflueret ob debilitatem veſicæ, nimis fortaſſe relaxatæ, à decocto illo abſtinui, & veſicam roboravi inunctione *olei myrt.* & *maſtich. Foreſtus obſ. 4. l. 25.*

Quidam ſtranguriâ laborans, conſulente *Antonio Harvero* Medico *Hagbano*, *braſſicam rubram* decoxit cum *jure vervecis*, eoque jure utens, inſperſo pauco *pulvere nuc. moſch.* curatus fuit: Fortè ex frigiditate malum contractum fuerat.

Pharmacopœus meus ſtranguriam patiens ex largiore *potu vini*, capiebat *aquam roſac.* cum *album. ovi concuſſum*, & ad medium Scutellæ ebibebat, quo ſeipſum, tum alios curabit.

Alius cùm ſtranguriâ afficeretur, ex muliercula conſilio decoxit *flor. chamom. cum lacte bubulo*, & ita ſeipſum curavit, *Lac* ardorem mitigabat, & flores *chamom.* lotium provocabant. *Idem obſ. 3.*

Datur *Decoctum malvæ & Emulſio 4. ſem frigid. maj.* & *papav. albi. Joh. Heurnius ſect. 3. aph. 22.*

[16] *Temperationeque per refrigerantia &c.*) Cauſam

Helmontius accuratè docuit, dum Stranguriam ab *acido* provenire affirmavit, (vide §. *Humoribus acribus*) Hinc bene ſeduloque notandum, remedia *præcipitantia* omnia, quæ ardorem ſtomachi compeſcunt, itidem & eadem planè facultate Stranguriam, tormina ventris, ſtrangulatum uteri, arthriticoſque dolores & cruciatus, atque conſimiles, vel penitùs tollendo, vel peculiariter mali ferociam placando leniendoque ſanare; Nos ſcopum curandi beneficio nobiliorum præcipitantium felici ſucceſſu ſemper expedivimus; veluti etiam *Helmontius* idem planè cenſuit, dum oculis 69. ſtranguriam edomandam fideliter ſuaſit, quòd totum corpus, & per conſequens corporis humores vi aceſcente oppido ſpolient; id ipſum comprobante experientiâ. Idem effectus ex *tinctura tartari* bona fide expectandus *Chr. Langius.*

16. *Temperationem Acris acidi urinæ,*) Inter remedia huic ſcopo ſatisfacientia conveniunt, imprimis *glandes pulveriſatæ, fructus alkekingi*, exque eorum ſuccis paratum *extractum*; *Lapides cancrorum* imprimis acidum ſtranguriæ abſorbent; Ac ſanè in *cancris* abſoluta, eſt ſtranguriæ cura, vis alkalina diuretica, pluribus ſcopis ſatisfaciens; Hinc ſunt qui.

℞. *Duos cancros fluviat.* quibus in mortario contuſis affundunt *aqua vel cerevisiæ* q. ſ. ſuccum exprimunt, & contra ſtranguriam propinant.

Præ cæteris quoque *cortices aurant.* egregium ſunt ſtranguriæ experimentum, ſeu exſiccatæ uſurpentur, ſeu earum eſſentia, aut quod optimum, *oleum deſtill.* ad aliquot guttas propinetur; Convenit præſertim ſi à *causâ externâ aſſumptorum* maturu ortum fuerit, propter ſubſtantiam nempe ſalis volatilis oleoſi: Conducit quoque *nux moſch.* quæ ab uſu *cerevisiæ crudæ contractam ſtranguriam curat.*

Folior. ribes nigra odor. & decoctum, item gemm. *ribes nig. ad* ℥ß. *cum ſem dauci in vino rub. decoctum* commendatur à *Foreſto l.28. obſ.2.*

Decoctum rapar. ſpecificum eſt *Gabelchoveri cent.3 p. 9.* ubi meritò hoc decoctum in affectibus urinariis ſtranguriâ, dyſuriâ &c. commendat.

Decoct. quoque *herbæ & baccar. alkek* cum *paſſulis* mitas virtutes poſſidere ait *Amatus cent.6. c.92.*

Balſam. Peruvianum ſunt qui exhibent, pro quo præſtat *Balſamus Coparva in decocto petroſ.* ad aliquot guttas ſumptus.

Lixivium ex teſtis ovor. calcinatis cum *vino* paratum, aut *vinum* in quo *ſilices candefacti* aliquoties extincti.

Nitrum in vino datum, *ſpir. nitri dulc. &c.*

Fortiora abſorbentia ſunt *ſal tart. c.c. uſtum, ſal ſtip. fab.* & ubi alia fruſtra adhibita, *borracis* ℈j. egregiè prodeſt.

Cepa non ultimum ſtranguriæ ſunt remedium: *Cepa* minutim inciſa infundatur in *aquam ſimpl*, per 24. hor. aqua infuſionis bibatur; liberabit à ſtranguriâ.

Si pertinacius fuerit malum, & vitio digeſtionis ſolo, cruditatibus ibidem detentis foveatur; id quod v.g. in ſenibus frequentius evenit, potus *vini Hiſpan. aut malvas.* aut *malvaticum juniper.* uſurpentur, Item *ſpiritus vini* bibitus dum cubitum itur, præſervat à ſtranguriâ.

Hinc variæ fiunt Formulæ.

℞. *Tereb. cypr.* ℈ij. *reſ. Jalapa gr.* vi. f. Pilulæ.

Hinc ℞. *Olei deſtill. cortic. arant.* ℈j. *zedoar.* ℈ß. *m.* Item.

℞. *Mithrid.* ʒj. *ol. deſt. rutæ, cort. arant.* āā. *gtt.* ij. *cum pauco ſacch. f. Bolus.*

Opiata tamen minus conveniunt in his malis. *Item.*

℞. *ſpec. diacurc.* ℈v. *pulv. nuc. moſch.* ℈ij. *lap. cancr.* ʒj. *ſacch. in ſ. q. aqu. ſimpl. ſol. fiant Rotula* aſpergendæ *ol. deſtill. cortic. arant. Doſis 5.6.8. &c.* Vel

℞. *Malvat. junip.* ℥iv. *ſyr. cort. arant.* ℥j. *ſpir. carmin.* ʒj. *m. Etmuller.*

17. *Balneum aq. dulcis*) Externa remedia ad hujuſmodi dolores temperandos non parùm conducunt, qualia ſunt *Balnea*, vel *Semicupia*, & *Fomenta* pubi, & perinæo admota, ex decocto herb. refrigerant. parata; *Linimenta* ex *oleo roſac. nymph. ungu roſac. refrig. Gal. popul. cum caph. & mucil. pſyll. extr. in aqu plantag.* Renibus etiam & Jecori admovenda Epith. refrig. & linimenta prædicta, tum quæ ad jecoris & renum intemperiem corrigendam conveniunt. *Riverius.*

18. *Urina promotionem*) *Aſparagorum turiones* noviter erumpentes comeſti cocti, longeque magis crudi, urinas fœtidas reddunt, & ad ſæpe urinam reddendam urgent: *Acetarium* paretur ex foliis recentibus integris *portulaca, naſturtii hort. & aquat. carefol. & petroſ. addendo capas juniores cum radic.* evulſas, permiſcendo taleolas *raphani* quamplurimas, ſi tempus ſit idoneum, & *fruct. cucumer.* affundendo acetum album & oleum qu. ſatis: De eo comedat, mictionem admodum movebit, præſertim ſi tunc parum cœnet, aut fere nihil. *Platerus.*

A Calculo) A Calculo veſicæ ſtillicidium urinæ, cum mingendi conatu & dolore ſubortur, quando ille in veſicæ cervicem ſe inſinuans eam irritando moleſtat; ubi quamdiu eam affligit, frequenter urinam reddere coguntur, & proin parùm illius per vices egerunt, qui ſi magnus ſit, gravitatis ſenſum parit: Ejuſmodi calculi à renibus plerumque primum per ureteres in veſicam delabuntur, illicque retenti ab alluente continuo eos urina incrementum ſumunt.

20. *A vicinarum partium affectu*) *Hippocrates aph. 18. ſect. 5.* tres cauſas ſtranguriæ tradit, *inteſtini recti inflammationem, Uteri inflammationem, & renes purulentos*; Eſt enim veſica in viris inteſtino recto contigua, in mulieribus autem utero: ideoque utrique parti vicinitatis jure compatitur, inquit *Galenus in comm.* participat enim & intemperiem, & inflammationem, & inſuper etiam premitur atque anguſtatur à phlegmone, quæ utero aut inteſtino recto ineſt. Purulenti verò renes pus acre ad veſicam per ureteres ablegant, quod veſicam acredine ſuâ mordens eam ad excretionem irritat. *Sebizius*

21. *Ætate*) Strangurìa ſenibus eſt familiaris, quam ob cauſam etiam *Hippocrates aph. ult. ſ.3.* inter affectus ſeniles eam commemorat, Et quidem vel ob retentricis veſicæ imbecillitatem, vel frigiditatem, vel ſalſæ pituitæ ſeroſive humoris copiam. *Sebizius*, vide ſupra §. *Vel aliunde tranſmiſſus.*

22. *Refrigeratione & tum diagalanga &c.*) Chirurgus *Harlochius Delphenſis* ſic curabat Stranguriam.

℞. *Flor. chamom. thymi* āā. *q. ſ. fol. Sennæ* ℥ij. *coqu. in aqu. chamom.* hujus expreſſionis cyathum propinabat, Ad cauſam frigidam rectè valere arbitror. *P. Foreſtus l.25. obſ.3.*

Urina Pinguis.

Pinguedo urinis aliquando innatans à Renum adipe non eſt deducenda, verùm ab ipſo ſanguine, in quo partes pingues non deſunt, quæ à præternaturali in ipſo calore excitato, vel ardore, aut potiùs ab eadem cauſâ ardorem iſtum producente, ita poſſunt affici, ut à cæteris ſecedant; & cùm urinæ materia in Renibus planè ſecreta tandem cum ipſa excernantur, ac in ſuperficie manifeſtentur: Non nego in pleriſque tabis contabeſcentiæ ſpeciebus, quamvis non in omnibus conſumi ſenſim pinguedinem, ſed & muſculorum carnes, inde tamen non puto ſequi eandem pinguedinem, ejuſve partem aliquam transferri in vaſa & ſic excerni cum urinis: Nam nulli debet eſſe ignotum ſecundum naturam atteri & conſumi in nobis partes ipſas continentes, ac imprimis laxiores, quales ſunt pinguedo & muſculorum carnes,

ner quæ ni continuè reparentur, deficiunt, illiſque d... ut oſſa, cæteræque partes ſolidiores, adeoque minùs ae ſegnius macreſcentes corporis tabem indicant & manifeſtant. *Sylvius Append. Tr.* v. § 42.

Vrina rarius reddita.

Aliud eſt minùs excerni urinæ, quàm aſſumpti potus quantitate oportebat, Aliud *eandem convenienti quantitate, rarius tamen excerni*, Quamvis enim rarius quoque ſoleat fere excerni orina quæ parcior prodit, atque par... tem orinam ſoleat conſequi rarior excretio ejus fieri tamen poteſt, ut ſatis frequenter, licèt parcior excernatur urina; quin ut ſatis copioſa excernatur, licèt rariùs.

Rariùs proinde *excernitur urina*, vel quia non ſatis ad ſui excretionem excitatur, aut irritationem illam non ſentit, aut ſe exonerare non poteſt veſica; Ad ſui evacuationem non excitatur Veſica, quoties urina minus exiſtit acris, & ſalſa; Irritationem non ſentit veſica in ſtupore tum univerſali, tum Veſicæ ſingulari, aut ab externo frigore, aut narcotico, orto, Haud facile namque puto fieri, ut paralyſi laboret veſica integro permanente ipſius ſphinctere, quem contra non infrequenter paralyſi corripi conſtat, illæſa veſicâ. Si exonerare non poteſt veſica, ſiue paralyſi laboret, ſive nimium diſtendatur ab urina diutius retenta, nimiumque cumulata. *Sylvius Append. Tr.* v. §. 442. *& ſequ.*

Vrinæ rariùs redditę ſingularem cauſam affert *Galenus de loc. aff. c.* 11 defectum ſcil. illius humoris qui in proſtatis gignitur, utilis non ſolùm ad Venerem excitandam, ſed & ad urethram humectandam, ſummè neceſſarii, quod exemplo confirmat, *Quidam, ait, quod graciles & penuriâ alimenti laborantes & ſiccas haberet, ob eam cauſam viſus eſt nobis, non poſſe mingere priùs, quàm copioſum in veſicâ lotium acervaſſet, quod meatus ipſi ſiccus eſſet ac concidiſſet*, Oportebat igitur meatum *ipſum a lotio multo ac ſubito ſuperne valide immiſſi impetu aperiri, alioquin haud quaquam homo ille meiere potuiſſet, Eamque cauſa conjecturam curationis eventus confirmavit. Oleoſis enim unguentis locum omnem perfundentes, corpuſque univerſum renutrientes (erat enim ſumme gracilis; & præſertim partes illas) bis remediis hominem reſtituimus.*

Vrina frequentius excreta.

Vrinam crebrò excerni longè frequentiùs accidit, quàm ut rariùs expellatur, Frequentiùs autem excernitur, tum ob irritationem moleſtam, tum ob ſenſum Veſicæ exquiſitum, tum ob ſphincteris functionem diminutam ablatamve: *Irritatio* moleſta eſt, ab urinâ acri undecunque ortâ: *Senſus veſicæ exquiſitus* conſequitur fere ejuſdem Excoriationem Exulcerationemve, aut ulcus, quapropter etiam minimè acris urina, mordet tamen vehementer partes ſuâ membranâ ex timiâ denudatas, quod imprimis in externâ cute, ſuâ cuticulâ privatâ apparet; *Sphincteris* functio diminuitur tolliturve in ejuſdem paralyſi, aut vulnere, per quod continuò expelli ſolet lotium, atque ipſum in veſicam ſuam eſt delatum. *Sylvius Aſp Tr.* v. §. 468.

Cap. LXIX.

De Dyſuria.

1. *Dyſuria eſt urinæ ardentis, interdum paucæ, interdum copioſa, cum cruciatu, ſine interruptione redditio, à cauſis tam externis, quàm internis, meatum urinarium afficientibus exorta.*

[2] *Signa* ſunt evidentia. Nam ipſe dolor ab ægro facilè percipitur.

[3] *Cauſæ* ſunt [4] quæcunque continuitatem colli veſicæ aut meatus urinarii ſolvere, ſeu dolorem inter mingendum excitare poſſunt.

[5] *Curatio* eſt *difficilis*, [6] *ſi* in ſenes decrepitos incidat, *ſi* ſimul urinæ ſuppreſſio accidat.

Reſpicit I. [7] *Cauſam*, quæ amovenda, per ſuperiùs dicta evacuantia, quæ [8] *Eſſentiæ Terebinth. dr. j. cum aqua Petroſelini, & ſyrupo citri* excipere debet.

II. [9] *Dolorem*, qui mitigatur lacte tepido per catheterem infuſo, pudendi in vas lacte plenum immerſionem, cataplaſmate ex parietariâ cum oleo ſcorpionum, &c.

Differentias cauſæ dolorem excitantes ſuppeditant.

[10] Alia eſt *ab externis*, ut [11] Cantharidibus; [12] & tum Lac prodeſt, veneno, & tum Alexipharmacis agendum.

Alia [13] ab *Internis*, quæ ſunt.

I. *Vrinæ acrimonia*: de qua ſuprà. [14] Iuvat aqua ex *floribus fabarum* vel *ſiliquis* recentibus cum *ſyrupo de liquiritia vel papavere unc.* vi. pondere ante cibum exhibita: nec non [15] *Electuarium Fallopii* apud *Schenk. in Exoter. Experiment. Centur.* IV. 19 [16] *Emulſio caſtanear. in decocto glycyrrhizæ cum ſemin. papav. vel ſemin. frigidor. cum papavere albo ex ſero lactis* decoct. *jujubar.* cum *glycyrrhiza.*

II. [17] *Inflammatio*, cujus dolor exacerbatur veſica ad urinam emittendam contractâ, & ab omiſſa compreſſâ, quam ſæpe ſequitur Exulceratio.

III. *Calculus* inter mingendum veſicæ cervici illiſus.

IV. [18] *Semen* in muſculis motum, ſed in ductu hærens; & acrimonia contracta meatum erodens, quod in lue venerea accidere ſolet.

V. [19] *Materia alba & lactea*, quæ interdum tantâ copiâ emittitur, ut dimidiam matulæ partem ubi ſubſedit, occupet, [20] quæque à vitiata concoctione, in qua partes ſalſæ & tartareæ ſeparatæ non ſunt, ſed à renibus attrahuntur, oritur.

Curatur, univerſalibus præmiſſis, *vini Hippocratici* vel Malvatici uſu.

1. *Dyſuria eſt urinæ ardentis*) Dyſuria, ſeu urinæ difficultatis nomine, omnem dolorificam mictionem intelligimus, quam etiam *Ardoris urinæ* nomine Recentiores enuntiare ſolent: Cum *Stranguriâ* fere confunditur à quamplurimis authoribus, qui in hac dolorificam etiam mictionem conſtituunt, ſed eam à *Dyſuriâ* in hoc tantum differre volunt, quòd major urinæ quantitas in Dyſuriâ excernatur, minor verò in Stranguriâ, quæ etiam ea ratione Stillicidium urinæ nominatur; Verùm maluimus clarioris Doctrinæ gratiâ urinæ quantitatem imminutam, quæ ſine dolore fit Stranguriam nominare & ſub uno capite cum Iſchuriâ comprehendere; Ex eo quòd utrique eadem curatio adhibenda ſit: Omnem verò mictionem dolorificam ſub Dyſuriæ nomine explicare, propterea quod ab iiſdem cauſis omnes producantur, iiſdemque remediis curentur. *Riverius.*

Sic deſcribit *Etmuller*, Dyſuria ſive Vrinæ difficultas, eſt quando cum magno conatu & labore ægri, accedente non levi dolore, urina effluit; Dolor iſte concurrens inter mingendum quaſi arduria ſenſum inducit, propterea malum hoc *Ardor urinæ* dicitur: Cognatus eſt, *addit, Idem*, affectus cum ſtranguriâ, Differunt tamen, quòd in Dyſuriâ urina non guttatim, ſed ſine interruptione, ac ſæpius debitâ quantitate effluat &c. Quod dolor inter mingendum percipiatur, non verò ante & poſt mictionem, uti in Stranguriâ. 3. Quòd in Dyſuriâ orificium veſicæ, aut meatus ſaltem urinarius eroſus, plus minus *excorietur* aut *exulceretur*, In ſtranguriâ verò interna veſicæ ſuperficies plus minus arroſa; &c.

1. *Dyſuria eſt urina ardentis*) Eſt frequens urinæ, excretio, cum magno conatu, & ægri dolore, ac labore, ardoris ſenſum imprimente, ſed ſine interruptione accidens, exorta ab acrioribus acido-ſalſis urinæ conſtitutivis in vias per quas tranſit, ſua ſpicula infigentibus, vel effluendo ſaltem compungentibus. *Jungken. Pr. Med. p. 358.*

Signa ſunt evidentia) At cauſarum ſigna diſtinctione egent. Si ex urinæ acrimonia procedat, illa tenuia apparebit, ac intenſo calore, interdum flammeo prædita: vel admiſtio bilioſæ, pituitoſæ, aut purulentæ materiæ conſpicua fiet: Viſcerum aderit intemperies, vel alimenta calida & acria, aëria æſtus & ſimiles cauſæ calefacientes præceſſerunt, Calculi autem & inflammationes illarum partium, ex propriis ſignis, ſuis locis propoſitis innoteſcent. *Riverius.*

3. *Cauſa ſunt*) Cauſa proxima & immediata mictionis dolorificæ eſt ſolutio continui in muſculo ſphinctere, vel canali veſicæ; atque adeo quæcunque ſolutionem continui in illis partibus inferre valent, dyſuriam, ſeu ardorem urinæ excitare poſſunt: Inter alias cauſas præcipua & magis frequens eſt *urina acrimonia*, aliquando ſimplex, & ſine aliorum humorum permixtione, quam viſcerum, vel totius intemperies calidior; vel acriorum & calidiorum ciborum uſus excitavit; ſæpius verò ex permixtione humorum acriorum ut *bilis & pituita ſalſa* comparata; Aliquando *Pus* ex renibus aut veſicâ ulceratis emanans, talem urinis conciliat acrimoniam: Nonnunquam etiam *materia alba*, de quâ inferius §. *materia alba & lactea*) *Calculus* etiam in veſicâ latens, ubi inter mingendum cervici veſicæ alliditur, dolorem excitat, quod etiam præſtare poſſunt *arenula* craſſiores canalem in exitu vellicantes; *Inflammatio* denique vel *ulcus* illarum partium urinæ ardorem excitat; quandoquidem ſenſus exquiſitior ab illis affectibus redditus, ab urinâ etiam bene temperatâ graviter afficitur; ſicut videmus partes externas inflammatas aut ulceratas, ab objectis etiam proportionatis, vel levi contactu dolore affici: Sic in gonorrhœâ, quamdiu adeſt paraſtatarum inflammatio, ardor urinæ continuò percipitur. *Riverius.*

Cauſa eſt aut in *urina*, quæ excernitur, aut in *partibus* per quas excernitur: Hæ ipſæ enim præternaturaliter affectæ, ab urinâ etiam naturaliter conſtitutâ doloris ſenſum concipiunt: Primò igitur *Vrina* dyſuriam, licèt rarius graviorem, aut habitualem infert quando eadem *acris* nimiſque *Salſa. acido ſalſa*, aliave ratione mutata exiſtit, id quod fit à copioſis ſalibus imbibitis, Vt in hypochondriacis & ſcorbuticis: Sic dyſuriam lethalem ex acrimoniâ ſeri Scorbutici, cum muâ penia retractione, notant *m. A. N. C. Ann. 4. pagin. 159. ſic pus* &c.

Frequentius *partes urinaria* malè affectæ Dyſuriam inferunt, ſeu per eſſentiam, ſeu per conſenſum fiat, Imprimis quando collum veſicæ; aut etiam meatus urinarii, excoriata & exulcerata ſunt, à prærerfluente urina, etiam naturaliter conſtituta, ingentem & acerbum dolorem concipiunt; & ſi quæ alia, certe hæc eſt frequentiſſima: Hinc non rarò calculus veſicæ, eandem annis ſuo quaſi abradens, aut alio modo circa collum lædens, nunc ſtrangurias, nunc dyſurias pertinaces excitare ſolet. *Etmuller.*

3. *Cauſa ſunt*) Cauſa immediata eſt orificii veſicæ, aut meatus urinarii roſio, vel ipſa excoriatio, ad quam excitandam.

Inter cauſas proximiores immediatas adſtant acres acidæ urinarum particulæ, ſtagnando quodammodo acriores factæ: Propterea quò frequentius veſicam exonerat æger, eò minus hoc malo obnoxius fit, quamprimum verò excretionem negligit, & per horas ſaltem aliquot retinet urinam, ſtatim querelæ adſunt.

Acrimoniæ verò dictæ generandæ incumbunt chylificationis inſtrumenta jam vitioſa, ſuccus nerveus cruditatibus in ventriculo obrutus; vel bilis ſuâ oleoſitate privata, Chylum præterlabentem pro ſua parte haud ritè penetrans aut diſſolvens nec acidas in eo contentas particulas tranſmutans.

Vel ſimul jam nimis acris, cum acrioribus acidis chyli particulis, in acido-ſalſum concretum abiens.

Nec non ſuccus pancreaticus acidus - auſterus vel craſſus, chylum non ritè diluens & attenuans, ſed craſſiorem eum vel denuò reddens, vel diminuens.

Chylus iſtorum inſtrumentorum ope, nunc ita crudus ſanguini vel circulantibus humoribus tranſmiſſus, nec per intima diſſolutus, varias adhuc acres retinuit particulas compoſitas ſalinas, quæ cum ſero renes tranſeuntes, in veſica verò moras nectentes, & fibras vellicantes, & contrahentes, difficultatem primò ſentire faciunt, abſque interruptione verò excuntes, acrimoniâ, vel acritia ſuis cuſpidibus dolorem cum ardoris ſenſu imprimunt, in anteriore præcipuè fiſtulæ urinariæ parte. *Jungken Prax. Med. p. 359. & 360.*

4. *Quacunque continuitatem colli veſica*) In Dyſuriâ conatu magno, ſed ardore ac dolore comitibus exprimitur ſatis bona copia urinæ, ubi orificium veſicæ, aut meatum urinarium eroſum vel ulceratum; ad urinæ autem tranſitum *ardente dolore* affectum, ipſamque nonniſi cum difficultate tranſmittens: Erodi ulcerarique ſolent iſtæ partes, tum ab humoribus acribus urinæ junctis, tum à calculis aſperis grandioribus, ipſas in tranſitu difficili rodentibus, & ulceri ſponte mox ſubſequuturo auſam præbentibus. *Franc. Sylvius Pr. l. 1. c. 57.*

5. *Curatio*) Primum ad cauſæ ſublationem dirigenda eſt, atque ita ſi à calculo, inflammatione, vel ulcere veſicæ aut cervicis illius oriatur, ad eos affectus curatio dirigenda, leniendo tamen ſymptomati incumbendum. *Riverius.*

Prognoſis.

5. *Curatio eſt difficilis*) Quod ad Prognoſin attinet hic,

hic affectus per ſe periculoſus non eſt, ſed magnam affert laboranti moleſtiam, Et pro variâ cauſarum diſpoſitione difficilem non tardò curationem recipit; Decrepiti plerumque morbo commoriuntur. In quacunq; ætate diutiùs perſeverans veſicam tandem & illius cervicem exulcerat. *Riverius.* At ſcens mictio quæ *Ardor vrinæ* communiter, & *Dyſuria* & *Stranguria*, cum dolore, ſi ab *Irritatione facta in cervice veſicæ*, aut *penis ductu* procedat, faciliùs curabitur; Si verò ab *exulceratione in virgæ ductu* difficiliùs. Si ab *vlcere veſicæ* illiuſve cervicis, omnium difficillima è, cùm niſi hæc priùs ſanentur; quod vel vix fieri vel nunquam poteſt, ardens hæc mictio minimè ceſſet; Si à calculo hæc procedat, non niſi eo ſublato remittet. Quòd ſi plures illius concurrant cauſæ, & ab *vlcere & vrina* ſimul oriatur, tantò deterius malum, eòque magis, ſi iiſdem etiam accedat calculus, ille nequeat auferri. *Platerus.*

⁵· *Curatio eſt difficilis*) Dyſuria per ſe quidem malum lethale non eſt, moleſtum tamen, & ſæpe admodum contumax ac diuturnum, In qua diuturnitate, nunc ad *vrinæ incontinentiam* diſponit, nunc veſicam exulcerat, aut factam ejus exulcerationem exaſperat. *Etmuller.*

⁶· *Si in ſenes decrepitos*) In quibus difficulter curatur, niſi forſan *potus vini malvatici* eandem mitiget; ſicut idem *vinum malvaticum*, uti etiam *pulvis ſtomachalis Quercetani*, optime convenit, ſi conjuncta cum iſta mucilagine materia craſſa & alba, &c. *Idem.*

⁷· *Cauſam quæ amovenda*) Phlebotomia ad hepatis aliarumque partium intemperiem corrigendam neceſſaria eſt, eaque pluries repetita pro plethoræ magnitudine, aut inflammationis periculo, Ex brachio dextro primum, ad evacuationem & revulſionem, poſtmodum vero ex venis inferioribus, ad derivationem à parte affecta.

Purgatio etiam convenit, ſed ex lenientibus tantum & refrigerantibus compoſita, alioquin ardorem vrinæ maxime exaſperaret. Permulti bolum *ex caſſia ſimpl.* non audent tranſcendere, Et illa certe reliquis præferenda, magis tamen refrigerans efficietur, ſi *pulpa tamarind.* etiam [illegible], vel *Dilutum caſſiæ ex decocto lact. portulac. & ſumm. malvæ* paratum ad plures dies exhiberi poterit; vt acres humores, in partes vrinarias confluentes ad inteſtina ſenſim derivent.

Vomitus blandis remediis concitatus, convenientiſſimus eſt, revellit enim à parte affecta, & incommoda arcet, quæ à purgantibus per inferiora induci conſueverunt; Semel igitur aut bis in ſeptimana proritandus.

Clyſteres frequenter injiciantur, ex *decocto alth. malvæ, violar. lactuc. nymph. hord. mundat. diſſolvendo caſſiam, ol. violac. ovi vitell.* poſſunt addi *mucilag. ſemin. alth. cydon. fœnugr.* Riverius

⁸· *Eſſentia terebinthina*) *Terebinthina* & omnia *terebinthinata* hîc conveniunt; Cautè tamen *ſpir.* ſeu *oleum tereb.* adhibeatur, quia nimis acris eſt, Potius Pulverea convenientes excipiantur *tereb.* & fiant *Pilulæ*, hinc Pilulæ Querc. contra Dyſuriæ renum exulcerationem, &c.

℞. *Thuris, myrrh. maſtich.* āā. ℥ij. *ſuccini, croci* āā. ℥ß *camph.* ℈j. *anemon. diaphor. ad pondus omn. cum terebinth. f. Pilulæ Doſis* ℈j. *vtatur 10. dieb.* Vel quas alii adhibent.

℞. *Succi liquir. ſuccini, thur.* āā. q.v. incorporentur *cum therebinth. cypria, f. Pilulæ*, dentur mane jejuno ventriculo. *Etmuller.*

Inter temperatiora referenda *Rob. juniperi & alkekengi*, quod cum ſucceſſu dedimus in dyſuria juvenis ſtudioſi, habitus humidioris & pituitoſioris. Quicunque enim ſunt calidiores, tum in genere, tum quoad renes, citius emittunt vrinam: Quicunque vero phlegmatici magis & ſegnes, obeſi, tardius & minus viri præ fœminis. *Wedelius.*

⁹· *Dolorem qui mitigatur*) Cum remediis internis crebro clyſteres in vſum ſunt revocandi, lenientes, nunc blande ſtimulantes, nam quo contumacior eſt alvus, eo intenſior eſt Dyſuria, Externe *ſerpillum* calefactum partibus vrinariis applicatum dolorem ſedat & vrinam promovet. *Etmuller.*

Vel demergitur Penis in *decoctum malvæ & ſem. papav. albi*, imo & *aqua* ſola *tepida* non parum conducit ad hujuſmodi dolorem & ardorem minuendum. Fiunt etiam *Injectiones* in veſicam *ex lacte, Emulſione ſem. frigid. aqua plantag. ſero lactis*, quibus addi poteſt *liquor album. ovi* probe concuſſi, vel *troch. alkekengi*, ℈j.

Clyſteres ex *lacte puro*, vel additis refrigerant. ita efficaces eſſe conſueverunt, vt quoſdam viderimus qui in diutinis doloribus ex hoc ſolo remedio, & *ſemicupio* ex decocto herb. refrigerantium parato levamen ſuſceperint. *Riverius.*

Topica.

Cataplaſma ex *alth. malva, meliloto, parietar. cum lacte* aut *oleo ſcorp.* pubi imponatur, aut ſaltim *ruta & parietaria* in *oleo ſcorpion.* cocta & appoſita prælenuiſſime juvant, dicit *Amatus cent.6. cur.92.*

Unguentum egregium.

Ungu. mart. Agrippa, ol. laur. āā. ℥j. m. optime blandeque eo ungatur regio pubis, & ſubito fluet vrina. *Etmuller.*

Quidam lavabat genitalia *decocto fol malvæ, & violar.* & parati erant *ſacculi ex fol. malvæ & melilot.* qui in *cerevisia* cocti, & pectini applicati ſtatim ægrum juvabant. *Ph. Gruling cent.9. cur. 94.*

Diæta.

In vitæ regimine obſervandum præcipue, ut verſetur in *Aëre* temperatiore Frigidioreve; caveat à vehementi æſtu & quæcunque corpus humoreſque vehementer poſſunt accendere bilemque concitare, Interque & nimius *motus* corporis & animi exiſtit; Quo nomine & à *cibis* atque *condimentis* admodum calefacientibus, acribus & ſalſis, à quibus vrina acuitur, abſtineat, & præſertim à *vino*, vel illud valde lymphatum & paucum bibant; Vel illius loco, tum maxime cum dolor vrget, *decoctum hordei*, aliudve conveniens, vel *ſyrupos* aqua dilutos, *ſerumve lactis*. Utatur quandoque *cibis* qui ſimul humorum acrimoniam contemperent, & veluti glutine vias urinæ obducendo, ut minus affici queant efficiant; veluti glutinoſis, ab extremitatibus animalium aliiſque deſumptis. Item *lacticiniis pultaceis, ex farinis & amylo* paratis. Inprimiſque frequenter *cremore hordei, amygdalis, avellanis, pinis, fiſticis, & ovis ſorbilibus*; conveniunt & alia temperata ad humores leniendos comeſta, vt *poma, pruna, jujubæ, ſebeſten*, & ex oleribus *lactuca, ſpinachia, atriplex hortenſis, portulaca, bugloſſum*, cocta in juſculis, hiſque affinia pinguia, vti & *oleum & butyrum.*

Coitus, cum in eo ſemen, quod natura acre eſſe diximus, per ductum communem ſeminis & urinæ tranſiens eum irritet, nocivus. *Platerus.*

¹⁰· *Alia eſt*) Alia etiam *per eſſentiam*, alia per *conſenſum* vicinarum partium Dyſuria oritur, Sic affecto *utero*, aut recto inteſtino, nil frequentius eſt, quam vt ſuperveniat Dyſuria: Hinc propter inflammationem recti inteſtini, & teneſmum & dyſuriam obſervavit *Amatus cent.6. cur.84.* Item ex *conſenſu cum hæmorrhoidibus* dolentibus *ſtillicidium* & vrinæ ardorem annotat *Schenckius*, vbi de hæmorrhoidibus. *Etmuller.*

¹¹· *Ut Cantharidibus*) Quarum vis & venenum in ſanguine purgando per vrinam apud paucos incognitum eſt, quippe in potu exceptas non modo veſicam exulcerare, verum atque ſuffocationes & horrenda ſymptomata inducere comprobatum eſt: Imo tantæ ferocitatis ſunt, vt quandoque & tactu vel olfactu hæc

efficiant, vt cuidam Chirurgo Mediolani ſucceſſit, qui bis ſanguinis profluvio correptus fuit per vrinam ſolum portando cauterium ex cantharidibus in byrſa, ait *Joh. Michael Paſchalius.*

12. *Et tum Lac*) Damus ea quæ leniendo vrinæ ſummum fervorem, à quo vaſorum emulgentium oſcula reſerantur, fluxuſque hic concitatur, contempeтent vel extinguant. Inprimis *decoctum ſem. lini, lac. chalyb.* affatim bibenda, Item *emulſionem quatuor ſem. frigid. maj. & papav. albi, amygdal.* Item *ol. amygd. d.* vel *roſac. albumenque ovi, mucilag. ſem. pſylly & ſimilia.* Et ſi mictio cruenta perſeveret, transimus ad alia remedia ſuo loco expoſita. *Platerus.*

13. *Alia ab Internis*) His adnumera defectum illius humoris qui *glandulis proſtatis* ſtillat, qui vrethrateam illinit & defendit ab vrinæ acrimonia, teſte *Galeno 4. de vſurpat. c. 11.* Hic humor oleaginoſus vbi deficit, vt in ſenibus vel emaciatis, interdum fieri ſolet, vrina non ſine dolore emittitur. Idem interdum accidit in juvenibus gracilibus ob totius corporis ſiccitatem à febribus ardentibus inductam, quale exemplum habet *Zacutus Pr. adm. l. 2. obſ. 78.* Juvenis, *ait*, cum præ febrili æſtu contabeſceret, reliquumque corpus ita aridum haberet vt nihil præter oſſa membranis & cute obducta cernerentur, vt quaſi ſceleton videretur, vehementiſſimo ardore vrinæ corripitur. Medici hoc vitium ex craſſis lentiſq; ſuccis, ex imbecilli calore prognatis, cui bilioſi ſalſiq; humoris copia erat permixta originem ducere arbitrantur, ſicq; auxilia parant calida, extenuantia cum frigidis vrinam provocantibus permixta, & alia etiam exhibent quæ interdum ardorem mitigent, ac ferocius exaſperent malum, vigiliis ac doloribus corpus tabidum conſumens; Ego vocatus corpus totum, præſertim partes generales, omni depopulata humiditate corrugatas inveni, ægrumq; ex glandularum collo veſicæ adjacentium exſiccatione ſumma, & humiditatis in iis ſitæ, quæ lotiũ ſuaptè natura mordax & acre retundit reſolutionem in hunc morbum incidiſſe ratus ſum. Quare ſemicupium parabam his partibus humectandis accommodum factum ex *decoct. violar. malv. capitis, pedum & inteſtinorum caſtrati*, cui *ol. violac.* ℔ij. & lib. j. *olei* erant admixta, Æger in id ingreſſus levamen ſenſit. At *balneo ex lacte vaccino tepido* cum *amygdalini* copia, quo partes pudibundæ fovebantur, omnino convaluit.

13. *Alia ab internis*) In Dyſuria eroſum ulceratumve Veſicæ orificium, meatuſve urinarius, Curabitur, tam *interne* Balſamo ſulphuris aniſato, ſuccinato juniperinóve, ad guttas ij. iij. vel bis terve in dies ex conveniente liquore, hydromelite, vino Hiſpanico aut decocto vulnerario ſumpto, quam *externe*, immiſſo eodem ad plures guttas ex ſimili decocto per ſyringam, & aliquandiu in meatu læſo circa glandem manu preſſo, aut veſica retento, idque aliquoties in dies renovando. Humores autem rodentes, acidique aut ſalſi muriatici, ſi deferantur adhuc in veſicam, corrigendi ſunt oculis cancri, margaritis, &c. & imprimis ſalibus volatilibus, ſæpius in die, quantitate parva, ex liquore apto uſurpatis. Iidem, ex parte ſaltem temperat; ſi abundent in corpore, vacuandi hydragogis. *Franc. Sylvius l. c.*

14. *Juvat aqua &c.*) Per os exhibenda quamplurima in vſu Practico comperta ſunt non parum conferre ad Ardorem vrinæ demulcendum, & partium affectarum intemperies corrigendas, E. g.

℞. *Aquar. portulac. lactuc. roſar. & nymph.* āā. ℥j. *ſyr. violac. nymph.* āā. ʒvj. *ſalis prunellæ* ʒj. *m. f. Julep. ſæpe iterandum.* Vel

℞. *Rad. alth.* ℥j. *fol. lactuc. endiv. portulac & summit. malvæ* āā. m. j. *ſemin. melon. cucurb. malvæ, lactucæ & papav. albi* āā. ʒiij. *jujub. & ſebeſten* āā. *par.* vi. *flor. viol. roſar. & nymph.* āā. *p. ſ. coqu. ad quart. v. In colat. diſſolve, ſyr. violar. jujub. & de papav.* āā. ℥j. *ſalis prun.* ℥ß. *Fiat Julep. pro iv. doſibus bis in die ſumendis.*

Emulſiones etiam vſurpari poterunt quamvis ſint diureticæ, quia refrigerant & vrinæ meatus leniter expurgant, E. g.

℞. *iv. ſem. frig. maj. papav. albi* āā. ʒiij. *amygd. d. excortic. & in frig. macerat.* ℥ß. *contundantur in mort. marm.* ſenſim affundendo *decoct. hord. excortic. liquor. portulac. & ſumm. malvæ* ℔iß. *f. Emulſio pro iij. doſibus, addendo vnicuique ſyr. viol.* ℥j. *ſalis prun.* ʒj. *Si dolor ſit acerbior aliquid ſyr. de papav. admiſceri poteſt. Tum etiam g. Arab. pulv.* ʒj. *vtiliter additur vel ſyr. de alth. Fern. vel mucilag.*

Juſcula etiam parari poſſunt, E. g.

℞. *Rad. alth.* ℥ß. *malv.* m. j. *liquir.* ℥ß. *ſem. cydon.* ʒj. *bulliant cum juſculo pulli vel gallinæ, Fiat Juſculum per plures dies ſumendum.*

Conveniet etiam non parum *ſerum lactis caprilli* magno hauſtu exhibitum; Imo & majori efficacia, abſente febre *lac integrum*, præſertim *aſininum* propinari poterit, quod non ſolum detergit, ſed etiam dolorem mulcet, & humorum acrimoniam contemperat.

In diuturno autem affectu *Aquæ minerales refrigerantes*, præſertim *aluminoſæ & ferratæ*, aut parum *vitriolatæ* plurimum conferunt. Experientia enim compertum eſt aquas noſtras *Mejuenſes* ſimili virtute præditas, hujuſmodi affectus, quamvis inveteratos, interdum ſuſtuliſſe.

Simplex *malvæ decoct.* cum *ſyr. viol.* vſurpari poteſt, quo ſeipſum *Foreſt. obſ. 4. l. 25.* à graviſſima dyſuria liberatum refert; eoq; alios ſimiliter laborantes curaſſe.

Idem ib. obſ. 3. dicit quendam Pharmacopœum *aqua roſacea* cum *album. ovi* concuſſa, & ad medium ſcutellæ ebibita ſeipſum & alios curaviſſe. Tradit etiam idem ib. Senem *decocto flor. chamæm.* cum *lacte bubulo* ex muliercula conſilio fuiſſe liberatum.

Amatus curat. 58. cent. 6. dicit mulierem quæ multis remediis curari non potuerat, vſu *conſervæ flor. malvæ* fuiſſe ſanatam, ſumendo illius ℥j. mane & veſperi, ſuperbibendo *aqua malvæ* ℥iij. Et *curat. 59.* dicit idem ſenem ab excreto lapillo dyſuria laborantem, eadem conſerva eodem modo ſumpta intra triduum fuiſſe liberatum. Conſerva *flor. althææ* ejuſdem eſt & majoris efficaciæ.

Quidam Practici commendant *Troch. alkekingi* ad ʒj. ex liquore idoneo exhibitos, quia diureticæ ſunt, vrinæ acrimoniam obtundunt & ſtupefaciunt.

Dolore admodum vrgente non inutile eſt, dum vrina redditur *penem demergere in lac tepidum* vel *decoctum malvæ & ſem. papav. albi*, Imo & *aqua ſola tepida* non parum conducit ad hujuſmodi dolorem & ardorem contemperandum.

Pro *Potu* leve *decoctum malvæ* cum *ſyr. violac.* aut *conſerv. roſ.* agitatum erit vtiliſſimum.

Ad eundem ardorem leniendum fiunt etiam *Injectiones* in veſicæ ductum ex *lacte*, emulſione *ſem. frig. aqua plant. ſero lactis*; quibus addi poteſt *liquor. album. ovi.* probe concuſſi, vel *trochiſc. alkek.* ℈j. *Riverius.*

Julepus, ſyr. violar. de Portul. de Jujubis, proſunt. *Aqua malvæ, biſmalvæ*, ſæpe bibita, Pulvis ardorem admodum compeſcens.

℞. *Sem. 4. rec. non rancidor. excortic.* quibus addi poſſunt *ſem. cucurbit. longar.* vel *lagenariarum ad* ℥j. *ſem. papav. albi rec.* ʒiij. *ſem. hyoſciami albi* ʒj. *ſacch. penid. vel roſar. tab.* ℥j. *f. Pulvis, Detur* ʒj. *cum lacte, juſculo, aqua convenienti.*

Hiſce Pulveribus *opium* quandoq; additur, vbi dolor intenſus, *ad* ℥ij. *pulv. opii* ʒß. diligentiſſime miſcendo, atque antequam certum illius pondus aſſignetur, illius efficaciam exhibitione ʒj. hujus pulveris experiri oportet.

Neceſſitate

Neceſſitate urgente dantur & fortiora narcotica alia, ut ſyrupus de papavere & alia in colico & nephritico dolore propoſita.

Injectiones fiunt, quæ ductum vrinarium & veſicam, quæ vrina irritat & vrit, mitigent leniendo & ſtupefaciendo doloris ſedem.

Album. ovi, mucilago. ſem. cydon. lini, optime agitata & diſſoluta cũ aquis *violar. malvæ, ſolani, cucurb. vel lacte.* Mucilago *ſem. malv. & alth.* addi poteſt, vel quod valde juvat, *ſem. hyoſcya.* aut *papav. ol. amygd. d. r. & violar.* aliquoties lotum, admiſtum Injectionibus, vel ad ſenſum minuendum *ol. mandragora*, vel expreſſum ex *ſem. papav.* aut *hyoſcyami.*

Quæ olea *turunda* in illis madefacta in foramen virgæ immittuntur.

Opium lacte vel *Injectionibus* loco aliorum narcoticorum miſceri poteſt addendo ad ℥xij. injectionum *opii* ʒj. vel plus. Additur & oleis interdum, præſertim illis quæ cum turunda imponuntur, tantillum *camphora*, quandoque & *opio* admiſcent parum *croci*.

Inſeſſio in aqua calida hunc ardorem admodum compeſcit, in qua *malva, violar. flor. chamom. meliloti* & alia lenientia incoqui poſſunt, vel cum ea pectinis & perinæi regio foveri debet.

Vel fovenda *virga* & calefacienda pulvinaribus, pellibus, pannis, &c. calefactis, illique vicinæ ſedes, & podex, quod admodum mitigat, cum ſemper frigeat glans quamdiu dolor ille urget, ceſſetq; cum frigus remittit. Proderit & pedes calefacere, cum frigus admodum nocebat.

Mingere in profluentem aquam, adeo ut ſtrepitum edat, profuiſſe aliquando obſervavimus. Sic quoq; ſæpius in *ovili*, fimo calente adhuc repleto, urinam ſolvere, ardorem urinæ, & hinc natam ſtranguriam, periode ut equorum, mitigare & ſolvere poterit.

Hepatis & Renum epithemata atque *inunctiones*, ſi urina calida & bilioſa ſit, eam contemperando proderunt, eoque magis ſi horum viſcerum, renum quoque accedat caliditas. *Aſpectum* ſolum *floris cardui lactei*, quem *Mariæ* vocant, in ſtranguria profuiſſe ſibi quidam miles aſſeruit. *Platerus.*

14. *Juvat aqua &c.*) In cura attendatur, ad *cauſas*, adeoque vel *acrimonia temperanda*, vel *partes vrinaria* quocunq; modo læſæ reſtituendæ. Pro hoc ſcopo *malva*, & omnia ex ea parata ſpecifice commendantur, quatenus egregie acrem vrinam temperant, ſenſum veſicæ irritatæ demulcent, & loca læſa quaſi mucilagine temperante oblinunt. Hinc *conſerv. flor. malva* mire laudat *Amatus cent. 6. cur. 58. Hochſtetterus Dec. 6. c. 2.* & *ſyrup. de malva.*

Item *mucilag. ſemin.* cum *decocto alth.* paratæ, & cum hoc ipſo propinatæ ſunt euporiſton. *Hartmannus in praxi.* Potius ex his fiat *Decoctum*, quod vel ita addendo *lap. cancror.* vſurpetur, vel addatur nitrum & potus erit gratus.

Decoct. herb. & baccar. alkek. ſi habere licet; Decoctum *Foreſti* ad calculum. *Decoctum flor. nymph. petroſel. ſonchi levis cum ſacch. & nitro. Decoct. flor. malv. cum jujubis & ſebeſten.* Nam, ſi quid aliud, certe *Decoctum ſebeſten* ad ℥v. omni mane ſumptum inſigniter ardorem & dolorem vrinæ lenire dicitur, in primis ſi tantillum de *croco* fuerit additum.

His accedant *lacticinia* & his cognata *oleoſa*, V. g. *ol. amygd. d.* perquam egregium ſæpius vſurpatum. Item *ol. amygd. d. cum ſyr. dialth. & pulv. ocul. cancr.* forma potionis miſta, & crebrius vſurpata.

Commune εὐπόριστον eſt *pulvis rad. alth. cum ſacch. miſtus.* Emulſiones ex *amygd. d. ſem. melon. nucl. perſic.* addito *lapide percar.* ſunt egregiæ.

Lac cujuſque *ſerum*, quod interdum ſolum ſufficit, & omnia *lacticinia* in omni dyſuria ſunt optima, inprimis ſi orta fuerit à *cantharidibus*, in quibus copioſum aſſumatur. Hauritur nunc crudum, nunc incoctis *flor. cyani & calcatrippa*, ſed enim ſic magis abſterſivum.

Hauriantur autem *lacticinia* copioſe & calidè, id quod pariter de omnibus potulentis intelligendum, ut, quantum poſſibile calide hauriantur, cum certe frigidus potus aſſumptus, aut aër frigidus extra ſuſceptus inſigniter ſtranguriam & iſchuriam ſoleat exaſperare.

Joel adhibet *Pulverem ex teſtis ovorum, ſem. urtica & ſuccino.* Nam *ſuccinata* omnia laudantur, hinc & *Trochiſci de Carabe, de Alkekengi* contra Dyſuriam valent, in ſpecie ſi exulceratio in partibus vrinariis, adhibentur.

Veſica capra praparata, item *Apri ſylv. maſc.* ſiccata & pulveriſata ad ſtranguriã & dyſuriam præſentiſſima dicuntur remedia, ait *Hochſtetterus Dec. 6. caſ. 2.*

Quorundam non inelegans eſt Euporiſton hoc, ℞. *Dactylor. q. ſ. oſſa limata* rediguntur in pulverem, *caro* vero in particulas ſcindatur, & ſiccetur in clibano, pulveriſetur & miſceatur cum *pulvere oſſium*, addendo *ſacchari q. ſ.* Hujus Pulveris ſumatur mane & veſperi quantum cultelli cuſpis bis vel ter capere poteſt, aſſumatur in ſequenti miſtura.

℞. *Syr. dialth. Fernel.* ℥iij. *de cichor. cum rhab* ℥j. *aqu. nymph. lactuc. chamom.* ãã ℥iv. *cinnam* ʒß. *m.* Item.

℞. *Lapid. percar. oſſis ſepiæ, cancror. calcin pulv. nuc. moſch.* ãã ʒß. *Extr. opii* ℈j. *m. F. Pulvis.* Ermuller.

Seni ardore vrinæ laboranti diuturno, quidam Medicus exhibuit quotidie *Pulverem nuceor. perſic. cum calycibus* etiam contuſorum, Et brevi ex illius uſu in *brodio decocti liquir.* vel piſorum exhibiti curatus fuit. *W. Gabelchoferus cent. 1. cur. 21.*

Ego in hoc caſu *liquir. & alth. rad.* cum momento *nuc. moſch.* in jure pulli decoxi, juſque bibendum dedi, quod in ſenibus etiam veſicæ ſcabiei obnoxiis ſæpe expertus ſum. *Idem ibid.*

Urenti dolores cum ardore vrinæ; Bibat mane jejuno ſtomacho *raparum brodium* ſecundæ *decoctionis*, Ex cujus ſolius vſu, omiſſis reliquis, ardor ille ceſſavit. *Idem cent. 4. cur. 20.*

Experimentum eſt *Canthar. n. j.* vna cum cap. & aliis (nam ſic non ita nocent veſicæ & renibus) pulv. adde *ocul. cancr. præp.* ℈ij. *cum ſyr. glychyrrh. f. Pilulæ* Proſunt & in hydrope. *Rodolph. Goclenius Exp. p. 46.*

Troch. Gordonii nobilem experientiam fecerunt in hoc caſu. *C. Caldera de Heredia, Prompt. p. 310.*

In Dyſuria ab humore acri miræ eſt efficaciæ, mane jejuno ventriculo *ovum crudum* cal. ex gallina ſumere ſpatio 12. dierum. *Mercatus T. 3. l. 4. c. 13.*

Admirandæ virtutis eſt adverſus grandiores obturationes, cum nimirum ex tenaci & viſcida urinę obſtructione, *cortic. lactaria herb. decoctum*, adeo ut lotium vehementer ſuppreſſum protiter & meatus extenuando laxet. *Trallianus lib. 3. c. 35.*

His ſanavi virum paticotem intolerabilem vrinæ ardorem.

℞. *Sem. citrull. cucurb. excort.* ℥ß. *lactuca, portul.* ãã ʒij. *ſucci liquir.* ʒß. *roſ.* ℥v. *gland.* ʒj. *myrtillor. lent. excortic.* ãã ℈j. *cum ſucco portul. aut mucilag. pſyllii* f. Trochiſci, doſ. n. 1. duobus diebus. *Varignana ſecr. Tr. 14. c. 2.*

Emulſio ex caſtaneis, & pauco ſem. papav. albi cum aqua liquir. potata valde prodeſt *M. I. Vittichius Vade m. p. 435.*

14. *Juvat*) Quando humores acres & bilioſi fluunt ab hepate, ad eorum derivationem conveniet *Cauſticum* tibiæ dextræ admotum. Tum *apertio hamorrhoidum*, quæ omnibus renum & veſicæ affectibus utiliſſima eſt, juxta aph. 11, 6. quandoquidem ab eodem ramo ſplenico ab renes, veſicam, & hæmorrhoides venæ diſſeminantur. *Riverius.*

14. *Aqua ex flor. fabarum*) Ad urinæ ardorem laudatur à nonnullis *Aqua deſtill. ex flor. & ſcaph. fabar virent.* quæ ſimul & ardorem demulcent & vrinam provocant. *Hier. Rubeus l. de Deſtill. p. 247.*

Non taceo Pulverem hunc in quo magnam habeo fiduciam.

℞. *Fruct. alkek. n. 12. ſem. cucum. papav. albi* ā ā. ʒß. *ſacc. albi q. ſ.* Fiat Pulvis, ex quo ſemper ante alium cibum degluticbat ʒß. *Joh. Manardus Epiſt. 12. l. 13.*

℞. *Sal. nitr. ppti. ſacch. c.* ā ā. ʒß. *da cum aqua petroſelini*, Expertum eſt. *Joh. Praevotius Secr. p. 85.*

Mirabile h. e. in quo magnum experimentum vidi:

℞. *Sem. hyoſcyam. apii, lactuc. papav. albi, ſem. melon. cucurb. cucumer. angur. maſtich. boli Arm. ſang. dracon. amyli ſucci liquir. g. arab. opii, thuris, tragac. ſem. alkek.* ā ā. ʒij. m. f. Pulvis, detur ʒj. cum *brodio gallinæ*, vel *decocto liquir.* eunti cubitum. *Joh. Stockerus l. 1. c. 41.*

15. *Electuar. Falloppii*) Eſt *Antonii Fumanelli*, quod ſic habet,

℞. *Semin. lactuc. portul.* ā ā ʒij. *papav. albi* ℥iß. *ſcariol. acetoſæ, endiv.* ā ā. ʒj. *pulpæ ſebeſten. pruner. damaſcen.* ā ā. ℥ij. *amyli* ℥iv. *ſpod. de canna* ℥j. *tragac. g. arab. liquir. raſ.* ā ā ʒij. *mucilag. ſebeſten.* ℔ß. *ſacch. cand. viol.* ℥viij. *terantur, & cum penidiis miſceantur, & ſaccharo, poſt coqu. in ſucci granat. dulc.* ℔ß. *dozis cochlear unum.*

16. *Emulſio, &c. vel ſeminum frigidorum*) Emulſiones illas ex *ſeminibus quatuor frigidis major. & papav. albo* factas improbat *Chriſt. Langius*, propterea quod deſubito acorem contrahant, adeoque malum potius exaſperare queant, quam ut levamen aliquod hinc promittere liceat.

17. *Inflammatio*) Ab inflammatione Renum *Ardentem mictionem*, eorumque caliditate oriri potius, quam Diabeten cenſeo, Nam tunc vrina à renum calore fervidior reddita inter mingendum ardorem parit. Quod & citra inflammationem ab intēperie ſimplici hac fieri poteſt, vix tamē niſi prius jam vrina calorem & acrimoniam ab aliis cauſis adepta, vlteriorem calorem à renibus concipiens, amplius dum redditur urat. *Platerus.*

18. *Semen in maſculis*) A ſemine in maſculis è loco in quo continebatur commoto, nec dum ejaculato, ſed retento, *vrente* atque *irritante* mictio ardens interdum ſuboritur, Cum enim ſemen ex natura ſua acre admodum ſit, licet in ſuis contineri poſſit veſiculis, nec eas, ſicuti nec bilis ſuam veſiculam vellicando lædat, tamen ex illis prodiens, ſi in ductu illius per quem projici debebat, anguſto hæreat, cum tunica intrinſecus vix inveſtitus nudus exiſtat, mox illum nonnihil erodens, nonnunquam & exulcerans, facit vt vrina præterlabente, hancque ſedem alluente, ardor ille inter mingendum ſentiatur, ſicuti frequenter hoc illis contingit quibus per imaginationes nocturnas, vel diurnas venereas, aut actus illius imperfectos, ſemen concitatum è ſua ſede non ſpargitur: Quod & ob ſeminis paucitatem, & virgæ non ſufficientem extenſionem, in invalidis & ſenibus maxime ſolet contingere, vt & illi mictionem ardentem, qua juvenes nō laborarunt, in ſenio primum experiantur. *A corrupto ſemine*, in *Gonorrhœa* vitioſa dicta, hoc idem accidit, ut non tantum quia præternaturalem acrimoniam adeptum eſt, ſicuti in ea excretione ſeminis dictum elabatur, ſed & in tranſitu ductum illius erodat, maximeque ſi portio ſubſiſtens illi adhæreat, mictionemq; ardentem pariat. *Platerus.*

18. *Semen in maſculis motum.*) Pertinent huc *Proſtatæ glandulæ* juxta collum veſicæ male affectæ, inprimis à *contagio venereo*, vnde & Gonorrhœæ ſunt ſubjectum, & ſubinde etiam exulcerantur, Exulceratæ vero dum præterfluens vrina eaſdem alluit, immenſe dolent; Quia & ita affectæ, loco lymphæ blandioris, elaborant ſuccum acrem & virulentia corroſiva venerea infectum, qui dum vrethram, per quam fluit, exedat & lædit, hoc ipſo dyſuriam crudelem inferre ſolet. Difficillimæ curæ eſt talis Dyſuria, aut interdum in ulcus penis terminatur: quando & hæc ipſa virulentia cum quibuſdam conſeneſcit & moritur, ut obſervat *Schenckius in obſ. Etmuller.*

19. *Materia alba & lactea*) A lactea & alba alia materia, turbulenta quædam mictio, purulentæ non adeo abſimilis, niſi quod albidior eſt, cum mingendi ardore incommodans procedit, quæ etiam à renibus, ut alia provenit; ſalſa tamen magis exiſtit, quod ex ſiccata materia, ſalem album colore & albore referente deprehendi, atque à ſeri ſalſedine, in illius renibus ſegregati ne illic congeſta proficiſci, illicque ut aqua ſalſa ſolet excoqui & craſſeſcere hac obſervatione potui colligere, quod alias ubi terreſtreitatem majorem poſſidet, in arenulas & calculum renum, vti in illorum generatione oſtenſum convertatur. *Platerus.*

Hæc nonnunquam, cum vrina copioſe emittitur, & ardorem vrinæ inducit hanc vulgus Medicorum purulentam eſſe exiſtimat & à renibus oriundam: Negat vero *Sennertus*, eo quod etiamſi toti Renes in pus reſolverentur, non poſſet tanta ejus copia, quanta interdum per aliquot ſeptimanas ſingulis diebus excernitur inde ſuppeditari: Sed arbitratur ipſe hanc materiam provenire ex vitiata coctione primum quidem ventriculi, deinde etiam hepatis cum primæ coctionis error non poſſit emendari in ſecunda, Unde chylus, & poſtea etiam ſanguis crudus relinquitur, neque à partibus ſalſis & tartareis mundatur, quæ in prima coctione ſeparari debent, & illæ poſtmodum à renibus attractæ, & ad veſicam tranſmiſſæ dolorem inter mingendum pariunt. Eam in ſententiam ſe deductum ait, quod vir quidam per aliquot ſeptimanas vrinæ ardore laborans, & vrinam quidem ſatis copioſam, ſed tali alba materia adeo refertam, ut dimidium vrinalis occuparet cum maximo dolore excernebat, & variis adhibitis remediis nihil levaminis ſentiebat, tandem ſolius vini malvatici potu curatus fuit. *Riverius.*

Hoc ipſo menſe Maio ann. 1684. curandum habui virum Clariſſ. Senatorii ordinis phlegmatici temperamenti, qui per bimeſtre ſimilem materiam cum urinis excrevit; & ſimul de dolore in hypochondrio dextro conquerebatur, comite apoſitia, ſalivatione multa, affecti ventriculi indiciis. Materiam illam primo derivavi ad alvum crebro uſu Ptiſanæ laxantis, ex ſolo *Senna* infuſo cum tartaro, Vomitum ſemel inſtitui, Poſtmodum naturæ inclinationem ad vias urinæ adjuvi uſu *decocti tartari & baccarum juniperi*: ſic ſenſim hypochondrii dextri dolor & gravitas, (in quo morbi focus & minera) evanuit, & vrinæ ad priſtinam naturam rediere: Semicupii vſum optavit, quod conceſſi declinante morbo, quo liqueſceret pars craſſior reſtitans. Tandem potu Acidularum Vicecomitenſium ex Arvernia allatarum integram ſanitatem adeptus eſt.

20. *Quæque à vitiata concoctione*) Obſervandum in affectibus *Stranguria & dyſuria* ſimul ſubinde excerni materiam craſſam, mucilaginoſam & pituitoſam, quæ nihil aliud eſt quam nutrimentum veſicæ, aut partium illorum vrinariarum proximum, quod ex iſtis partibus læſis continuo exſtillans, vna cum vrina ſub forma mucilaginis craſſæ aut lacteæ excernitur; quæ ipſa mucilago hos ipſos affectus inſigniter augere ſolet, & in ſpecie conatum & excernendi laborem mirum intendere. Unde refert *Veslingius obſ. Anat. Barthol. p. 16.* quod in demortuis ex dyſuria deprehendatur veſica mucoſa & lenta albicante materia plena. *Etmuller.*

21. *Curatur univerſalibus præmiſſis*) Turbulentæ mictiones, quæ ab *alba, lactea materia*, à renibus nondum exulceratis proveniens, illicque ea illuvie quadam ibidem collecta, ſicque excocta, vrinæque confuſa naſcitur, cum ardorem quoque interdum mingendum pariant, & ſi perſeverent, tandem in Renibus & veſica excoriationem quandam, vnde & ulcus ſequitur, poſſent inducere ad utrumque avertendum curam poſtulant. Quæ perficitur ſi *Purgantibus* decenter

decenter corpus ab humoribus excrementitiis, unde hæc illuvies renibus adhæreſcens oritur, & in ejuſmodi purulentam, vel pultaceam materiam convertitur, ſic corpus purum reddamus, & cauſam illius antecedentem ſubtrahamus. Dein *abſtergentibus* exhibitis ab hiſce ſordibus renes eluamus, utendo primum levioribus *detergentibus*, in ulcerum Renum cura expoſitis, quæ uti illic pus ab vlcere, ſic hic hancce materiam abſtergant. Inter quæ *Terebinthina* valde convenit; Adminiſtrando interim etiam *Lenientia* quæ ardorem inde natum mitigent; qualia in ardente mictione exponuntur, quæ uti vrinæ acrimoniam contemperando illic juvant, ſic hic eandem quoque in hac materia retundendo proderunt. *Platerus.*

Cap. LXX.

1. *De Mictu cruento, purulento, & pilari.*

2. M*ictus cruentus eſt*, [3] *ſanguinis unà cum urina excretio, ob ejuſdem in veſica congeſtionem exorta.*

[4] *Signa* ſunt, quod [5] urina non ſplendeat, habeatque aquæ, in qua recens mactatorum animalium caro abluitur, colorem.

[6] *Cauſa* in definitione expoſita eſt: & in Differentia plura dicentur.

[7] *Curatio* eſt *maturanda*, ſi eſt malum inveteratum, ne in tabem vel cachexiam incidat, ſi coploſe emittitur, ne in veſica ſubſiſtat, & putreſcat. [8]. Ad *cauſam* obverti debet, *Symptoma*, [9] cæteris paribus [10] adſtringentia, condenſantia, & conſolidantia repoſcit, inter quæ *millefolium* folio albo. *Tinctura* ſmaragdi, *arcanum* agrimoniæ & quinquefolii. *Decoctum Mynſichti*; *tali ſuilli* pulveriſ. dr. ſ. pondere cum pauxillo *ſmaragdi* præparati in aqua *millefolii*; Terebinthina in qua vitrum uſtum vicies extinctum eſt exhibita.

[1] *Mictio cruenta, purulenta, &c.*) Adde arenoſam.

Arenularum mictio citra vitium Renum aut veſicæ.

Tametſi ſit certo certius, dari ejuſmodi ſabuloſam, ſalſam & tartaream materiam, ex ardore hepatis & venarum ſanguinem adurente criſpatam, coagmentatam, & arenularum ſpecie concretam, quæ una cum urinis effuſa ſimulate lithiaſin mentiatur, uti præclare annotarunt *Heurnius in aph. 79. 4.* & *Sennertus, de Aff. hippoth.* & quamvis hiſce ex granulis, modo à jecinore tranſmiſſæ in renibus, ſeu propter eorundem ſiccitatem, ſeu ſubſtantiæ denſitatem, meatuumve anguſtiam diutius quam par ſit ſubſiſtant, calculus coagulari poſſe, qui magni fiant, novam in dies materiam accerſendo ſibi ſucceſſive; attamen nemo hinc inferat id genus arenulas ex cinefacto ſanguine granuleſcentes, eſſe cauſam calculorum univerſalem, & omnibus convenire, Non enim ſequitur, non fundit ſabuloſa, igitur non laborat calculo, Quot enim enumerarentur calculoſi, quorum in urinis ne arenula quidem per totum vitæ curriculum apparuit unquam. Nec converſo valet conſequentia, rubras arenulas minxit, ergo lithiaſi obſidetur. Plerumque enim melancholiæ aut hypochondriacæ affectioni implicitì quibus ſanguis ad cineres uſque aduritur haud raro, effundunt vrinas tartareis coagulis, vitreæ conchæ ſe agglutinantibus, luculenter conſperſas, qui tamen ne leviſſimum nephritidis paroxyſmum unquam deguſtarunt.

Nob. hypochondriacum vidimus, quem lumborum dorſique dolor contumax totum per ſeptennium exercuit, cum arenularum intenſe rubrarum mictione medicina recreari non potuit, ſed vi morbi tandem ſatis conceſſit. Cadavere diſſecto, nullum calculum aut renibus aut veſicæ impactum comperimus, ſed vaſa quæ ab hepate ad renes feruntur coagmento rubro tartareo undiquaque oblinita, & ad inſignem uſque anguſtiam cruſtata. Hunc autem granula rubra eminxiſſe arbitramur, ea propter quod ſerum perenniter præter labens, laxiores magiſque ſolubiles tartareæ coagulationis portiones abluerit, atque ſecum ad renes & veſicam deduxerit. *Charleton p. 48.*

Uſitatum eſt *arenulas* rubicundi coloris à quibuſdam in magna quantitate cum lotio excerni. Horum nonnulli calculo Renum ſunt obnoxii atque paroxyſmis nephriticis crebro tentari ſolent; Novi tamen alios ſine dolore, aut alio graviori ſymptomate, longo tempore arenoſum minxiſſe: Urinæ quæcunque ſi in vaſe plumbeo, aut terreo vitreato aliquandiu ſteterint, ejuſmodi ſabulum rubrum matulæ fundo & lateribus affigunt, Nimirum ſal urinæ volatilis, cum ſale fixo metalli coagulatus, ſic quando ſal armoniacus limaturæ chalybis, ſali marino aut *vitriolico* commixtus ſublimatus, flores elevati inſigniter rubeſcunt, quare videtur quod ejuſmodi arenulæ rubræ in renibus gignuntur, eo quod ſal urinæ cum fæculentiis tartareis, circa anfractus renum depoſitis coagulatur, (indeque materia ſabuloſa conſtat) quæ protinus à ſeroſo latice pertranſeunte abluitur. Itaque arenæ quæ ita crebro minguntur, non ſunt ramenta calculi majoris (uti vulgo creditur) verum ſanguinis & ſeri renum anfractus perluentium extemporanea producta. *Willis Tract. de Urinis c. 5.*

[1] *Mictio cruenta, purulenta*) Huc & referri poteſt mictio illa penitus aliena, in qua *cum urina ſtercus excernitur*, qualem in fæcum alvi dejectione præternaturali vidimus. Vel *oſſicula* aliave aſſumpta: vel *menſes* per vias urinæ cum ea confuſe egeruntur. Ab *ulcere cervicis* veſicę mictio illa horrenda per quam ſtercus & oſſicula cum vrina excreta ſunt; Quod ulcus vel illic primum incepit, vel fœminis in uteri collo, aut recto inteſtino primo factum, exedendo ſerpendoque ſedes has vicinas permeans, & in utriſque apertura via facta, ut quæ in inteſtino continebantur, ſtercora, vel etiam oſſicula, inter tranſeundum vrinæ permiſcerentur, & vice verſa urina illis, ſimulque ſic confuſa prodirent, effecit. Ob quam exulcerationem in fœminis etiam menſes veſicam ſubire, urinæque permiſceri poſſunt. Ad *mictionem præternaturalem* etiam varia alia genera referri poſſunt, veluti hæc in quibus urina tincta alieno colore aliaque materia, uti contentis variis arenulis ſabuloque miſta & perfuſa eſt. *Platerus.*

[2] *Mictus cruentus*) Αἱματηρὰ οὔρησις à Græcis dicitur cum vrina ſanguine eſt perfuſa; Ideoque is ſanguis qui ſine vrina ab [illegible], ob apertam, ruptam, aut exeſam venam prodit, cruenta mictio haud quaquam voca-

tur, ſed quando ſanguis urinæ eſt admiſtus manavitque vel à veſicæ ſphinctere, vel à corpore veſicæ, vel ab ureteribus, vel à renibus, vel ab hepate, vel à liene, vel à vaſis ſeſe in ductus urinarios exonerantibus. *Sebiſius Manualis p. 1400.*

3. *Sanguinis una cum urina*) Quibuſdam naturis ſanguis eodem modo per vias urinarias excernitur quo aliis per nares, venas ſedis, aut vomitum. Hoc ipſum præter naturam eſt; Ejuſmodi excretiones ſanguinis excitantur fere vere inclinante, veris itaque initio antevertendum eſt. *Hollerius.*

Nunc copioſius, nunc parcius huic permiſti; unde interdum lotura carnium ſimilis apparet urina, interdum intenſius rubet, vel potius ex opaco plus minus nigreſcit, ita ut etiam linteum immerſum ſuo rubore inficiat. *Etmuller.*

4. *Signa ſunt*) Diagnoſis hujus affectus reſpicit illius ſpeciem, partem affectam, & cauſam illam committentem. *Affectus ſpecies* ſenſibus obvia eſt, facile enim eſt ſanguinem urinæ permixtum agnoſcere: eſt enim loturæ carnium ſimilis, & interdum exigui quidam trumbi in ejus fundo reſident, alias vero urina lixivio ſimilis eſt, quando diutius moratur in veſica, ſiquidem in illa mora ſanguis denigratur. *Partem affectam* ſitus doloris oſtendit, ſi enim in regione lumborum percipiatur, renem affectum ſignificat, ſi vero in regione hypogaſtrii, veſicam. Deinde ſanguis à *Renibus* profluens urinæ exquiſite miſcetur, ex veſica vero purus frequenter & impermixtus effunditur. Hanc diagnoſin expreſſit *Hippocr.* duobus aphoriſmis, nempe aph. 78. 4. *Quicunque ſponte & repente ſanguinem mingunt, iis à renibus venula rupta ſignificatur.* Et aph. 80. ejuſdem ſect. *Si ſanguinem mingant aut grumos, vel ſtillicidium urinæ habeant, & dolor in imum ventrem & pectinem, & perinæum, ad veſicam labor eſt.* Si à *calculo* mictus ſanguinis procedat, illius ſigna apparebunt; capite proprio relata. In horum defectu conjiciendum eſt ſanguinis copiam, acrimoniam hunc effectum producere. Copia ſanguinis ex ſignis plethoræ apparebit. Acrimonia vero ex ſignis bilioſi aut melancholici humoris in corpore dominantis, tum etiam pituita ſalſa quæ per urinam excernitur, gravem dyſuriam & mictum ſanguinis efficere conſuevit, quod in ſenibus frequenter contingit, huic pituitæ ſalſæ generandæ valde obnoxiis. Et hac ratione præſertim diſcernitur mictio ſanguinolenta, quæ fit ab acribus humoribus, ab ea quæ fit à calculo, quod in hac nephritici dolores, aut etiam lapillorum excretiones præceſſerunt; in illa vero æger nunquam calculo laboravit, & urinæ claræ ac limpidæ, multis heterogeneis contentis infectæ apparent. Et non ſolum ab exercitiis immodicis (quod utrique cauſæ commune eſt) ſed etiam à ſolis animi pathematis affectus excitatur, quando ab humoribus acribus procedit, qui ab hujuſmodi pathematis maxime commoventur, ita ut huic affectui obnoxii poſt iram, aut mœrorem, aut animi contentionem gravem, in mictum ſanguinis plerumq; ſoleant incidere. *Riverius.*

5. *Quod urina non ſplendeat,*) Probe diſtinguenda rubedo urinæ ſanguinea à rubedine ſalina, quando nempe contenta copioſiora ſalina oleoſa cum liquore continente exacte unita, idque fere vi acidi rubeum præſentant colorem: Hæc *rubedo*, quæ eſt *ex ſalibus*, perſpicua eſt & clara, aut quæ præcipitata ſedimentum vel intenſe croceum, vel inſtar cinnabaris, vel incarnati nonnihil coloris ſuggerit; Quæ vero eſt à ſanguine rubedo eſt opaca, plus minus craſſiuſcula, pro copia commiſti ſanguinis, Unde etiam à *ſalibus* orta ſplendet quaſi, ſed quæ eſt *à ſanguine* abſque ſplendore obſervatur. Illa ſcorbuticis ſubinde accidere ſolet, hæc etiam in aliis ægris deprehenditur. Et urina cruenta ſi ex ſanguine conſtat, ſi aliquandiu ſteterit uno alterove die craſſamentum deponere ſolet ex intenſe rubra quaſi nigreſcens, & ſanguinem grumoſum exacte referens. *Etmuller.*

6. *Cauſa*) Non ſolùm ab urina admodum irritante ardens mictio, ſed & *cruenta*, vix tamen poteſt exurgere, cùm ſi talis ſit, ad excretionem illico impellens, diutiùs minimè ſubſiſtat; Si tamen non ſolum ſtimulet, ſed & vim erodentem adepta etiam veſicam erodat, tunc ſanguine exudante cruenta redditur. *Platerus.* Cauſas acrimoniæ urinæ, vide ſupra artic. IV. De ſtranguria §. *Ab urinæ acrimonia*) & §. *Aut à cauſis externis*) Item §. *Aut ab internis.*)

7. *Curatio eſt maturanda*) Quod ad Prognoſin ſpectat, Copioſa vel frequens ſanguinis per urinas evacuatio valde periculoſa eſt, poteſt enim in tabem & hydropem ægrum deducere; Si verò diuturna ſit, ulcus excitare poteſt in ea parte à qua ſanguis emanat; ſi affatim ſanguis una vice emingatur, periculum eſt ne metuendam excitet Iſchuriam in veſica concreſcens, vel alia gravia ſymptomata pariat in eadem putreſcens & pravam induens qualitatem. *Riverius.*

In genere mictus cruentus copioſior aut ſæpius recurriens periculoſum malum eſt, variaque ſymptomata inferens quæ hæmorrhagias conſequuntur. Si ex *pudendis* ſanguis effluat, minori cum periculo junctum. Periculoſior eſt quando ex *veſica* emanat. Omnium maxime periculoſus, ſi ex renibus præſertim eroſis, aut *eorum*, ut vocant, *imbecillitate*, malum oritur. *Etmuller.*

8. *Ad cauſam converti debet*) Curatio pro varietate cauſarum varianda eſt, Ac primum ſi à ſanguinis copia vel acrimonia producatur, curandus eſt primum *phlebotomia*, è directo renis affecti celebrata, parca manu & frequenter, ut fiat major revulſio. Cui etiam conferre poterunt. *Cucurbitula*, *Frictiones & Ligatura* in partibus ſuperioribus; imo ſi ſanguis copioſe fluat Cucurbitulæ hypochondriis erunt admovendæ: Ad Derivationem vero, *ſectio malleoli, & apertio* hæmorrhoidum convenire poterit.

Quando humores ſeroſi aut bilioſi ſanguinis excretionem promovent, illi expurgandi erunt *Purgantibus* in Hæmoptoe propoſitis, per intervalla repetitis, quibus etiam ſequentia pro Medici arbitrio ſubrogari poterunt.

℞. *Rhabarb. parum torrefacti & pulver.* ʒj. *corall. prepar.* ℈ß. *ſero caprill. aut aqua plantag.* unc. IV. f. Potio.

℞. *Caſſiæ rec. extr.* ℥ß. *Pulpa tamarind.* ʒvi. *boli Armen. orient.* ℈ß. *cum ſacch. f. Bolus.* Riverius.

Pro varietate cauſarum remotarum cura nonnihil varianda; In genere quæcunque hæmorrhagias ſpectant, hic quoque conveniunt. In ſpecie cum frequentiſſima cauſa interna ſoleat eſſe acrimonia ſeri erodentis, & plus minus exulcerantis hanc *acrimoniam temperantia*, adeoque maximam partem, ad hæmoptyſin commendata remedia locum habent, & hinc *vulneraria, conſolidantia* conferunt, Imo cum ſerum urinarium plus minus acre omnem mictum cruentum undecunque ortum exaſperare ſoleat, ſemper una attemperandi ſcopus probe attendendus venit, unde *papaverina ac opiata*, item quæ renum ac veſicæ exulcerationi conveniunt hîc locum invenient.

Venæ ſectio interdum locum habet. *Purgantia* qua talia non conveniunt, cum facile acrimonia ſua exaſperare malum queant; Saltim *rhabarb.* eſt quod conveniat, & magis pro ſcopo alterativo quam laxativo; Hinc *Pilula ex rhabarb.* cum *ſucco plantag.* item *pulvis rhabarb.* parum torrefacti, & in ſpecie *Pilulæ ex terebinth.* cum *rhabarb.* aliquando continuatæ ſunt nobile experimentum *Hoefferi in H. M. p. 172.* valent præſertim

in

in ſeroſiore corporis habitu, aut in acriori ſanguinis acrimonia, item in renum imbecillitate *rheum* optimum. *Etmuller.*

9. *Cæteris paribus adſtringentia*) Imo calefacientia ex *oleo terebinth. diſtillato* in ipſo mictu cruento vi balſamica ſua proſunt. *Wedelius Am. m. m. p. 191.*

10. *Adſtringentia, condenſantia*) Poſt debitas revulſiones & derivationes, vel etiam dum illæ celebrantur; ſi res urgeat, ad ea veniendum eſt quæ ſanguinem cohibere, ac venas conſtringere ac glutinare poſſunt. Quæ tamen ſtatim apparente ſanguinis fluxu uſurpanda non ſunt, ne citius quam par ſit cohibitus & incraſſatus alicubi grumeſcat. In hunc uſum maxime commendantur *ſuccus plantag.* recens extractus ad unc. iv. vel v. exhibitus, mane & ſero ſumptus, qui etiam ad quamcunque hæmorrhagiam utiliſſimus eſt. Si tamen nimia ventriculi refrigeratio timeatur, cum ſacchato nonnihil decoquendus eſt. *Lac ovillum* maxime commendatur à *Foreſto lib. 24. obſ. 13.*

Sæpe, *inquit*, ſanguinis mictum ſolo *lacte ovillo*, nempe ſumendo ℥iv. *lactis*, & ʒj. *boli Arm.* curavi: qui tamen præcipit, ne poſt ejus aſſumptionem aliquis dormiat, neque ſe exerceat. Laudant idem *Hollerius*, *Duretus*, *Gattinaria*, ex *Hippocr.* & *Avicenna.* Decoctiones etiam ex *centinodia*, *equiſeto*, *portulac.* & *ſummit. rubi* ſunt efficaces, addita 3. parte *ſucci granator. acidor.* vel *cydonior.* vel ad fervorem ſanguinis temperandum utatur Apozemate in plures doſes mane & ſero. E. g.

℞. *Fol. lactuc. portulac. conſolid. maj.* ãã. m. j. *ſem. frigid. maj. & min.* ãã. ʒj. *jujubar. par. ij. liquir.* ʒß. *flor. nymph. violar. & roſar.* ãã. p. j. *f. Decoctio ad* ℔iß. *colat. diſſolv. g. tragac.* ʒiß. *ſyr. violar. & de roſ. ſicc.* ãã ℥iß. *ſalis prun.* ʒß. *trochiſc. alkek. ſine opio* ʒß. *f. Julep. pro iv. doſibus.*

Ad magis incraſſandum, & ſanguinem potentius cohibendum poterit addi *ſyr. papav.* unc. j. Pulveres etiam ſanguinis fluxum cohibentes, *ut corall. rubr. lapid. hæmat. boli Armen. terra ſigill. exhiberi poſſunt, cum aqu. roſar. plantag.* aut decoctis prædictis. Si morbus ſit diuturnior opiata ſic parari poterit.

℞. *Conſerv. roſ. rad ſymph. ma.* ãã. ℥.j. *terr. ſigill. boli Arm. ſang. dracon. corall. r. lapid. hæmat. & trochiſc. de carabe* ãã. ʒj. *hypociſt. gran. Kermes, ſem. plantag.* ãã. ℈j. *cum ſyr. papav. & myrt.* ãã. *part. aq. f. Opiata, doſis magnitudo caſtaneæ m. & v. ſuperbibendo parum aqua plantag.*

Affectu etiam perſeverante, convenientiſſimum erit per intervalla date *decoctum myrobal.* in *ſero lactis* aut alio liquore paratum. *Hollerius* & *Duretus* affirmant *Trochiſcos Gordonii* eſſe inſtar omnium, *Chr. à Vega trochiſcos de Carabe* commendat ex aqua plantag. iiſque ſemel tantum hora ſomni exhibitis ſe hunc affectum curaſſe affirmat.

Pro Potu ordinario conveniet *infuſum Lentiſci* cum vino mixtum, mane etiam inſtar Julepi exhibendum. E. g.

℞. *Lentiſci ſicci minutim conciſi* ℥j. *aqua fortis* ℔iv. Infundantur per horas xii. in MB. valde tepido, vaſe bene clauſo, colatura ſervetur ad uſum.

Quia vero *ſanguinis grumi* quandoque in veſica retinentur læva ſymptomata inducentes, pro diſſolutione valet poſca tepida bibita per intervalla ex *aqua malva* & aceto albo non valde acri: *Acetum* paucum ſit, ut vix guſtu percipiatur.

Externus Topica admoventur regioni lumborum, refrigerio & conſtrictioni Renum idonea.

℞. *Rad. biſtorta, ſymph. major.* ãã. ℥j. *fol. plantag. portul. equiſeto, polygon. burſa paſt.* ãã. m. j. *malic.* ℥ß. *gr. ſumach. myrtill. hypociſt.* ãã. ʒij. *calyc. gland. ſantal. r. & citr.* ãã. ʒij. *roſ. rub. p. iij. coqu. in aceta ferrata & pauco aceto, pro Fotu tepiduſculo.* Ex eodem Decocto poteſt fieri *Inſeſſus addita doſi ſimplicium.*

℞. *Ung. comit. & refrig. Gal.* ãã. ℥ß. *abluantur oxycrato.* Unge lumbos frequenter; vel ad magis conſtringendum.

℞. *Succi plant. ſanguin.* ãã. ℥ij. *aceti* ℥j. *olei omphac.* ℥vj *bulliant ad ſuccorum conſumpt. Adde ſang. drac. maſt. cort. gran.* ãã. ℥ij. *camph.* ʒß. *unguent. comit.* ℥iv. *cera q. ſ. f. Linim.* addendo *aceti* parum unctionis tempore. *Lamina plumbea* multis foraminibus pertuſa, renibus appoſita, utilis.

In eo Mictu, qui fit ex *humorum acrimonia.* Jecoris ratio ineunda eſt, Epithematis & ungu. illius regioni applicitis. Si fit à *calculo* & *Arenulis* præmiſſis evacuantibus revellentibus, acrimoniam demulcentibus, ad ea veniendum quæ leniter abſtergendo renes ab infarctu liberare poſſint. E. g.

℞. *Maſſ. pil. de tereb. cum Rhab.* ℥j. *capiat* ʒß. *mane cum ſyr. de althæa* cochl. ij. alternis diebus.

Diebus vacuis ab uſu Pil. ſumat alternatim Pulv. & morſulos ſeq.

℞. *Liquir. r.* ʒij. *ſemen 4. frig. mat mund.* ãã. ʒj. *ſem. portul. lact.* ãã. ʒß. *troch de carabe, c. c. uſti prap.* ãã. ℈j. *ſacch. ad pond omn. Fiat Pulvis tenuis, doſ.* ʒj. cum *aqua malva* in qua *ſemen cydonior.* aliquandiu infuſum fuerit.

℞. *Amygd. excortic. & pinear. mund.* ãã. ʒij. *ſem. alth. alkek.* ãã. ℈j. *ſem. lact. papav. a.* ãã. ℈ß. *amyli tragac.* ãã. ʒß. *liquir.* ʒij. *ſacch.* ℥vj. *cum aqu. parietar. fiat conf. in morſulis, capiat mane & veſperi* unc. ß.

Efficaciora Diuretica non conveniunt, ut pote quæ ſanguinis fluxum promovere valent. Denique *Aqua vitriolata* ad ſanguinem cohibendum renes refrigerandos & calculos expellendos ſunt efficaciſſimæ. *Riverius.*

Hic ſummum periculum eſt ubi grumeſcit ſanguis, conandum itaque ut incidantur grumi *oxymel. artemiſia, ſtachade, aſa odor. conyza, ſem. raph. coagulo*; ſummatim iis quæ ſanguinem comminuunt; datis ex *oxym.* Quibus ſi nihil efficitur, inciſo perinæo, quo modo calculi educi debent, molienda curatio. *Hollerius.* Ad vitandam iſchuriam, ſyncopen & veſicæ gangrænam. *Duretus.*

10. *Adſtringentia, condenſantia, conſolidantia*) Præmiſſis univerſalibus remedia hæc valent, v. g. *miſtura iſta polychreſta Sylvii* hic locum habet.

℞. *Aqua plantag.* ℥ij. *cinnam.* ʒij. *aceti ſtillat.* ℥ß. *corall. rub. ppti* ʒß. *ſangu. dracon.* ℈ß. *laud. op. gr. j. ſyr. myrtb.* ℥ß. m.

Hæc miſtura cochleatim ſæpius ſumpta curabit pleraſque vaſorum rupturas & ſupra multorum expectationem ſanguinis effluxum brevi tollet; ſecundum experientiam *Graffii l. de org gen. vir. p. 154.*

Cum vero ad acrimoniam ſeri urinarii plus minus reſpectus habendus ſit, præ cæteris convenit hic *portulaca*, quovis modo uſurpata. Item *plantago* & ſpeciatim *ejus ſucci* unc. ij. vel iv. hauſtus: hinc *equiſetum ejuſque decoctum*, item *millefol. flore albo*, ejuſque decoctum egregie conſolidat: Hiſce in ſpecie addatur *agrimonia* ſive *Eupatorium* vulgare, quod mite convenit in mictu cruento quovis, in ſpecie ſi ex eroſione ortus fuerit. Unde *Lindanus agrimoniam, quinquefolium*, & *potentillam* miſcet, ſeu ſelecta ſimplicia contra mictum cruentum. Hiſce inprimis ſuciandum *hypericum*, tam *planta* quam ejus *ſemen* & cum hoc paratum *Electuar. Timai* contra *Exulcerationem Renum, conſ 124.* unde eſt quod laudant has ſpecies

℞. *Herb. agrimon. millefol. summ. hyper. muſci prun. ſylv.* āā.m.j. *rad.ſymph. maj.* ℥ij. *ſem hyper.* ℥ß. inciſa & contuſa dentur. Signa *ſpecies*.

Ex iis poteſt fieri *Decoctum*, vel *in vino* cui tempore uſus addatur parum de *lapid. cancr.* Vel *in lacte*, vel *in ſero lactis chalyb.* & ita uſurpatum à quibuſdam laudatur, uti & *bellis minor* ac tota ejuſdem planta, *Decoctum Minſicthi*, In ſpecie *lactis ovilli* ℥iv. *cum boli Arm.* ʒj. propinatum omni mane experimentum eſt, à *Foreſto* probatum *lib.24.obſ.10.* & *Timæo lib.3.c.4.* ſive ſit ab acrimonia nimia ſeri erodentis, ſive ſit à ſimili cauſa.

Ad hæc *ſuccinum* & omnia *ſuccinata*, in ſpecie *troch. de Carabe* ſunt egregium experimentum. *Timæus Epiſt. pag. 248. troch. de Carabe* cum *bolo Arm.* & *aqua plantag.* ceu probatum remedium laudantur.

Curavi aliquando virum mictu cruento laborantem ex acrimonia ſeri ſcorbutica natum, propinando *troch. de Carabe* cum *ocul. cancr.* & pauco *ſacch. Saturni*. Sed utut hæc juvarent, conſtantiam ſanitatis confirmavit *liquor Martis Solaris*, doſis gutt. x. ad xv. omni mane ad aliquot dies continuatus. Hinc & *tinctura antiphthiſica* hic adhiberi poteſt, Item *lapis hæmatites*, aut ejus loco *terra ſigill.* præſertim ſi malum ſit à *cantharid. Lapis hæmat.* cum copioſo *lacte*, quod acrimoniam inſigniter temperat, Propinatus eſt egregius.

Opiata per ſe nota ſunt, in ſpecie Electuar. *Helidæi Pad.* pro ſanguinis ſputo, & hic locum habet.

Quod ſi Mictus cruentus ex affecta *veſica* ſit, præter dicta *Injectiones* ſimiles conveniunt; qualis in veſicæ exulceratione propoſitæ. In ſpecie *aqu. plantag.* ℥ij. cum *troch. de Carabo* ʒj. injiciantur. Fortior eſt Injectio ex *Emulſ. papav. albi* cum *lap. hæmat. præpar.* vel *ſuccus plantag.* cum *pulv. lapid. hæmat.* &c.

Si à calculo & arenulis fuerit, conſule *Riverium*.

Quod ſi ſedato mictu cruento *ſanguis* congrumatus in veſica hæreat, ſive ſuppreſſionem urinæ inferat, neceſſe eſt per remedia appropriata, quæ tamen non nimis cito danda, ne aperiantur denuo vaſa; Præſtat hic in primis *ſuccinum* quod ſanguinem coagulatum diſſolvit & cruentum cohibet. *Etmuller.*

Trochiſci hi efficaciſſimi ſunt.

℞. *Semin. melopepon. cucurbit. portulac. ſpod. ſucci liquir.* āā. ʒij. *ſem. lactuc. malvæ, amyli, roſar. tragac. ſem. papav.* āā. ʒj. *ſem. goſſyp. cydonior. acaſoſ. g. Arab.* āā. ʒiß. *terræ Armen. acaciæ* āā. ʒiiß. *croci* ʒß. cum *ſucco plantag.* mſ. *Ætius.*

Monacho ſanguinem mingenti profuit *aqua chalyb.* ut & *tragopogi*, quæ data in internis reſerationibus mirabilis videtur. Eſt & aqua confecta ex *perſil. pimpin.* & *portulaca*, quam vidi valde profuiſſe. *C. Guarinonius conſ 15.*

Mictio cruenta ſola *tinctura ſulph. vitrioli.* Et ob metum grumeſcentiæ ſanguinis, *eſſentia hypericon.* quidam ſanatus eſt. *Miſc. C. Ann. 1. obſ. 88.*

Conſerva ſanguiſorbæ, cum *ejuſdem aqua deſtill.* vel ex *fol. quercus* tenellis rub. deſtil. exhibenda, mire enim utiles ſunt. *Solenander conſ. 27. ſect. 3.*

Obſervavi ruſticum *veronicam* & *prunellam* vino incoxiſſe & mictum ſanguinis diuturnum perſanaſſe, qui antea curari non poterat, *Idem ibid.*

Juveni, cum ſanguinem ſeroſum & tenuem mejeret, ſtatim uſus ſum iis quæ renes debiliores facta roborarent, venaſque conſtringerent, adhibita victus ratione proba, & ſimul *lacte caprino* utens, poſtea etiam ovillo, cum nihil melius eo exiſtimet. *Avicenna* confirmandis renibus, dabam jejuno unc. vi. quibus addebam *boli Arm.* ʒj. ſic mictus ſanguinis deſiit. *Foreſtus obſ. 10. l. 24.*

[11] *Differentia* [12] à partibus ſanguinem fundentibus ſumitur.

I. Alius eſt ab [13] *Externis* cauſis ut à continuo ervi ſeu orobi & Chinæ diutino uſu.

Alius eſt à [14] *Renibus*, qui ex eo *cognoſcitur*, quòd copioſus ſit, urinæ [15] tori exquiſitè permiſceatur, ut eâ quaſi dilutus tenuis ſit, [16] rubicundus, liquidus ac minimè concretus ſubſideat. [17] *Oritur* vel [18] à *vaſis alicujus in iis* [19] *anaſtomoſi*: & *tum* copioſus & floridus redditur: [20] aut violentia aliqua, aut vulnus præceſſit: [21] aut plethoræ ſigna adſunt; aut ſanguis tenuitate peccat. Vel *ab* [22] *ejuſdem eroſione*, & *tum* ſanguis minore copiâ excernitur, in initio præſertim. Vel [23] à *διαπηδήσει*; & *tum* urina leviter rubro colore tincta eſt. [24] *Curatio* etiam venæ in brachio ſectionem repoſcit: quam [25] adſtringentium intus & extra uſus excipere debet. *Trochiſci* Gordonii [26] valent.

Alius eſt [27] *ab Epate*, vel imbecillo vel ſanguine gravato, vel iiſdem morbis, ut jam dixi affecto; & *tum* ſigna adfectorum renum nulla adſunt. Caput de epatis morbis conſulendum eſt. Huc pertinet Hæmorrhoidum ſuppreſſio, de qua ſuo loco; ureterum à calculis tranſeuntibus vulnus, à quo pauciſſimus ſanguis effluit, &c.

Alius [28] à *ſphinctere cervicis muſculo*: & *tum* urina non æqualiter perfunditur, ſanguis ſubſidens in grumos abit, dolor plærumque mejendo premit, ac veluti penis radicem adurit, alia vel ulceris vel ruptæ venæ ſigna adſunt. *Curatio* eſt eadem.

[29] Alius ab *intimo virgæ meatu*: & *tum* ſæpe ſine urina exit, qui cum urina effluit, concretus ſtatim ſubſidet.

[11] *Differentia à partibus ſanguinem fundentibus*) Sanguis iſte qui tingit urinam ut plurimum ex *Renibus* emanat, & interdum in renibus permiſcetur, interdum in ureteribus, interdum in veſica, interdum ex læſis arteriolis in pene: Rarius ex aliis partibus, ad hæc loca urinaria defertur, ut cum urina excernatur; v. g. poſt caſum ab alto, dum ſanguis extravaſatus cum urina excernitur. *Etmuller.*

Mictus ſanguineus à Veſica & Ureteribus.

[12] *A partibus ſanguinem fundentibus*, Enumeratis adde Veſicam. In veſica *contuſio* vel *ictus* circa ſedem illius à vi externa illata; aut *vulnus* ad veſicam uſque penetrans, cruentam urinam poſſunt reddere; Quod & levior illius *attritio* poteſt efficere, quæ fit *catheterе* ad explorandum calculum vel urinæ ſuppreſſæ emiſſionem, in veſicam uſque intruſo, cervicem illius, ductumque inde progreſſum circa anguſtias illius atterunt; unde tincta nonnihil cruore urina interdum, præſertim ſi prima vice hoc fiat, prodit; *A calculo* itidem è veſica, per cervicem egredi nitente, hoc idem quandoque evenit, ut ſan-

guinolenta

guinolenta mire reddatur urina. Plerumque tamen fieri ſolet, vt in *calculo veſica, cervicem ejus erodente* & atterente ſanguinis tantum aliquot guttæ demum poſt omnem vrinam effluxam, magnis & vehementer excruciantibus conatibus exprimantur, Et hoc etiam inter reliqua *vnum ex indubitatis calculi veſicæ ſignis* eſſe ſolet.

A *veſica læſa* ſi ſanguinis mictio proveniat, quia copioſus ſanguis ob venarum paucitatem, vix ab ea manare poteſt, remedia potius læſioni illi, in ulceribus dictum, accommodantur, per exhibita atque injecta; Quod ſi perſeveret, modo expoſita quoque conveniunt, Vnctioneſque veſicæ regioni tunc applicabuntur à grumo.

Si *grumi* in veſica retineantur, eamque obſtruant, propinamus quæ eos diſſolvunt, ut *ſuccinum*, *coagulum hœdi*, aliaque in mictionis defectu à grumo ſanguinis proveniente, & aliis hæmorrhagiis declarata. Inprimis *ſatureiam* ſumptam ſanguinem in veſica coagulatum diſſolvere docent. Et ſi *raphano* excavato virga indatur grumum ſic elici. *Platerus.*

A veſica ſanguis manat eum vulnerata, aut eroſa à cantharidibus, calculo aſpero, anguloſo & acuto, ab acri mordacique vrina, cui permiſta bilis porracea aut æruginoſa. *Sebiſius.*

Eſt & mictus cruentus ab *Vreteribus*, cum & ipſi continui ſolutionem à calculo, ſabulo, acribus humoribus, rebus externis erodendi vim habentibus, paſſi. *Idem.*

13. *Ab externis cauſis, vt*) Cruentam mictionem excitant *Cantharides hauſtæ*. Adoleſcens ſalax ad coitus illecebram *cantharidum* pulverem in joſculo quodam abſorpſit; poſtea eum ad primam noctis faciem pruritum circa pudenda ſentiret lætus, ac ratus eſſe libidinis ex pharmaco tentiginem amicam adit: concubia vero nocte cum punctionibus corpus vellicaretur, & in ore cedrini piſcis ſaporem perciperet, nec mente ſibi probe conſtaret, ac animæ defectu & vertigine pene concideret domum redit, ubi eum *cruento vrinæ ſtillicidio* ac ardore continuo diſtorqueretur, *Ludovici de Leonibus* opem imploravit; qui juſſit ut dato ad ſorbendum *oleo* vomitus prolicetetur, venter clyſtere ex *mercur. malv. rad. alth. decocto, cum caſſia, ac ol. lilior. violar.* elueretur, ac ſingulis horis plenus *lactis caprini* aut *bubuli* cyathus exhiberetur, aut ſi deeſſet, *lac ex nucleis pinearum, melon. cucurbit. ac papav. ſeminibus contuſis cum ſtillat. malvarum ac halicac. liquore*, patiente in ſolio aquæ calidæ deſidente. Iſtis remediis Gallus ſanitatem recuperavit. *H. ab Heers.*

Pertinet huc obſervatio quam habet *Horſtius lib. 4. obſerv. 42.* mictionis purulentæ & ſanguineæ ex ulcere colli veſicæ propter caruneulam ibidem loci ex *acidularum* vſu ſupputatum. Ex *abuſu allii* mictus cruentus obſervatur à *Schenckio in obſerv.* Ex *aloes* nimio vſu vrina cruenta notatur in *Actis Haſnienſibus vol. 2. p. 167.*

14. *A Renibus*) Exeunt quoque è Renibus ſanguinis grumi in febre aſſati. In concreto ſanguine, & orobeis urinis, non præcedit dolor pulſatilis, ad lumbos & nothas coſtas extenſus, ſicuti cum carunculæ à renibus exulceratis prodeunt. Sed cum experientia doceat è *Renibus* per *vaſa* ſpermatica defluere, & ab his & à renibus caire certum eſt: Vidimus qui à coitu multum ſanguinem effunderent, quiquo non facile repnmeretur, laxatis nimium vaſis & imbecillioribus redditis profuſo omni ſemine: Animadvertendum igitur num gravitas Renum & calor præceſſerint, an immodicus coitus, an ſolita ſit excretio (ut in quibuſdam.) Quod ſi repente, & nulla cauſa antecedente profluat, è renibus & vreteribus effluit; neque enim à venis veſicæ accidere poteſt, quæ non ita multum ſanguinem, vt renes excipere poteſt. *Hollerius.*

Duo ſæpe efficiunt vt calefactia & exercitio commotis cruentæ vrinæ profluant, Sed in *laxitate* craſſiores, in *imbecillitate* tinctura eſt à ſero: A cibo quoque ſeroſus ſanguis, poſt coctionem ſpongioſo ſedimento; aperta enim & biantia orificia venarum, nec confertim, ſed paulatim, non craſſum ſanguinem, ſed tenuem & quaſi percolatum reddunt, præſertim ubi apertio eſt parva; major craſſiorem reddit; *Rupta* autem vena copioſe & repente prodit, eſtque craſſior; In *Eroſione*, vt in anaſtomoſi, non ſanguis, ſed quid *αἱμαλῶδες ἰλλύγιον* prodit. Ejus cauſæ ſunt quæcunque acriorem ſanguinem reddunt, & tenuiorem, aut quæ exulcerant, ut cantharides. *Ruptionis* cauſas *Galenus* facit multitudinem & craſſitudinem ſanguinis interclusi in venis Renum. Hoc etiam fit ictu, caſu, volnere, &c. *Hollerius.*

14. A *Renibus*) A ſoluta continuitate *Renum*, vel *veſicæ*, cruenta procedit mictio, utplurimum ſi Renum ſubſtantia contundatur vel vulneretur. Quod *ab ictu* aut *caſu*, circa renum regionem facto poteſt accidere. Frequentius vero à *calculo* renibus infixo; illorum ſubſtantiam eo uſque ut cruor inde exudet, atterente & velut contundente; tunc enim ſanguis ſero mox confuſus, illud rubore tingens, urinam ſanguinolentam reddit, & poſt mictionem, ubi aliquandiu ſteterit, ab ea ſe rurſum ſegregans fundum petit, illicque ſubſidet, quod & ſi in veſica diutius retenta vrina fuerit, evenire poteſt, tuncque concretus etiam in mictione, vel poſt eam redditur. Accidit autem, hoc à calculo quando loco motus egredi nititur, & ſic ſua duritie, aut inæqualitate, renes contundit; Vel ſi ille ob compreſſionē renum regionis ab externa vi, vel ob motum per quem hypochondriorū regio admodū torquetur impulſus, eos intrinſecus conterendo ſanguinem ab illis elicit, qui poſtea cum urina redditur, plerumque calculum in renibus latere, ſi præſertim alia quoque illius indicia adſint, nobis ſignificat; Sæpe quoque ſi ulcus in renibus ſimul concurrat, calculus illud refricans facit, vt non ſolum purulenta, ſicuti ab ulcere, ſed & cruenta interdum fiat mictio. *Platerus.*

15. *Toti exquiſitè permiſceatur*) Eſt alterum cruentæ mictionis genus in quo cruor non purus & ſincerus, ſed mixtus eſt effunditurque à renibus dilutus, cum illi ſunt infirmi nec habent potentiam ſecernendi, i. e. velut emulgendi ſerum à ſanguine, & veluti Naturæ ordine perturbato ſanguinem cum ſero attrahunt, aut attractum non apponunt, ſed elabi ſinunt, labefactata retentrice, & depravata concoctrice, actum ſanguis cum vrina effunditur, & dicitur *οὖρον αἱμαλῶδες*: Nam ſi renes laborant in mitificando ſanguine ſibi dicato, idem illis accidit quod hepati imbecillo in diſenteria hepatica; Porro etiam ſæpe ſeroſus ſanguis effunditur, non conſiſtentia craſſus, qui à Lochiorum ſuppreſſione cunctatur in utero, quia mora hujus tenuior pars exudat in veſicam, & ſine vitio renum aut veſicæ ulcere fit *οὖρον αἱμαλῶδες*, ut adnotavit *Hippocr. 1. de in m. m. Duretus in Hollerium.*

Vrina Rubra, Nigricans.

16. *Rubicundus*) Obſervamus quoties notabile in corpore vrget incendium, tingi magis ac rubere ſolito magis urinas, unde puto inde non male elici, à primario caloris in corde aucti cauſa pendere quoque *Urinarum ruborem*: Si quis autem omnia quæ in praxi occurrunt conſideraverit attente, quin omnes corporis partes tam contentas, quam continentes, una cum ipſas conſequente œconomia totius corporis naturali expenderit, non puto aliquem repertum iri, qui non bilis tunc primas in calore tum natur. tum p. n. producendo tribuat, Nec dubitamus ex tali gemino naturalis & pr. nat. ſtatus fundamento, quamvis nemo mortalium id unquam prius

aſſeriuſſet, Bili præſertim adſcribere urinas magis rubore tinctas, ſive illa moram prius aliquam in ſanguine longiorem traxerit, ſive ipſa copioſius ad ſanguinem ex folliculo ſuo propulſa fuerit, ſive eadem quacunque de cauſa incendium ſolito majus conceperit, ab aëris puta æſtu, alimentis acrioribus, & ſale volatili oleoſo abundantibus, vigiliis protractis, corporis exercitio vel agitatione vehementiore, ira & aliis animi pathematis vehementioribus, ſuppreſſa aliqua vacuatione ſolita, ſanguinis, ſeminis, fæcum alvi, &c. Quo referri debent quoque aſſumpta præpoſtere medicamenta, & in primis venena ſale volatili acriore & oleoſo, quod inprimis notandum ad remedia hinc ortis malis curandis convenientia invenienda & uſurpanda.

Non tantum à Bile oritur vrinæ color, ſed etiam non raro ab ipſo ſanguine, quoties ejus aliquid una cum ipſa profunditur excerniturque, &c. *Sylvius Append. Tr. v. §. 348.*

Differt autem *rubens à bile & ſanguine vrina*, cum *ibi* & minus craſſa & magis permanens ſit in colore & conſiſtentia; *hic* vero non tantum craſſior, ſed mox ſedimentum cruentum, & quandoque grumoſum deponens obſervetur vrina.

Color idem rubens quando magis adhuc intenditur, *Nigricans* evadit, ab iiſdem cauſis, ſed intenſioribus. *Idem § 357. & 358.*

Vrina Fœtens.

Urina fœtorem notabilem acquirit, non tantum ob *Pus*, ſimiliaque fœda & fœtida ſedimenta, ſed etiam ſecundum *totam ſuam ſubſtantiam*, Fœtor autem omnis in corpore putrefactionis alicujus ſignum exiſtit, non tantum in fæcibus alvi, ſed & ipſa urina & ſudore, cæteriſque excretis omnibus. Putrefactio autem ſequitur partium miſti ſeceſſum ab invicem, adeoque miſti diſſolutionem peculiarem; neque enim quoties diſſolvitur miſtum, toties id cum fœtore contingit, ſed inprimis quando efferveſcentia concurrit cum partibus oleoſis, minus exacte cum cæteris miſtis; Ita ubi efferveſcentia contingit inter acetum vinumvè acidiuſculũ & lixivum quodvis forte, cui ſulphur incoctum eſt, aut quid ſimile, tum fœtor intolerabilis excitatur, latrinæ fœtorem æmulans.

Annon vero ex hoc ſimili, ratio peti poſſit fœtoris in humano corpore obſervandi, qualis & major forſan in porcino reperitur, nempe ex parte oleoſa in bile cum ſale lixivo, ſed volatili exiſtente, ob ſucci pancreatici aciduli affluxum? ubi notandum non tantum tunc quando fæces ſimul propelluntur deorſum, fœtorem illum obſervari, ſed etiam tunc & maxime quando aliquando diutius abſtinemus ab alimentis, adeo ut tunc vix aliquid præter flatus & parum materiæ pituitoſæ cum bile miſtæ expellatur; quinimo non raro in diarrhœa ſummus fœtor obſervatur. *Sylvius Ap. Tr. v. §. 358.*

Vrina ſapor mutatus.

Urinæ ſapor mutatus deprehenditur ab illis quibus vrinam guſtare eſt volupe, quia lucroſum, aut ſaltem qui caſu eam aliquoties guſtarunt, Notant enim ii urinam quæ paulo poſt aſſumptum potum copioſum redditur fere inſipidam eſſe, ſed ſalſam obſervari, quæ aliquot poſt excernitur horis. Præternaturam vero eſſe aliquando *inſipidam*, aliquãdo ſolito *ſalſiorem*, aliquando etiam de *aciditate* participare, ubi autem p.n. *inſipida* deprehenditur, neceſſe eſt partem ſalſam permanere in ſanguine, quod noxium; Ubi magis *ſalſa* exiſtit, plus ſalini uſurpatum, aut à reliquo ſanguine ſecretum, aut prius retentum jam excerni arguit; Ubi *aciditas* obſervatur in vrina, ſignum eſt plurimum acidi redundare in ſucco pancreatico vel lympha, Eoſdéve liquores copioſius in homine exiſtere, aut ita corrumpi, quemadmodum in gravedine fieri ſæpius oſtenſum. *Sylvius App. Tr. v. §. 365.*

17. *Oritur vel*) Ad haſce cruentæ mictionis cauſas, à continuitate ſoluta procedentes, etiam Renum imbecillitatem, nimiamque inde vaſorum renum laxitatem referre poſſumus: Unde tamen mictio frequenter potius, quam cruenta procedit, niſi jam enarrans cauſis hæc accedat, illiſque ut ſanguis citius elabatur opituletur. *Platerus.*

17. *Oritur vel à vaſis alicujus*) Cauſæ frequentiores ſunt ſanguinis copia vel acrimonia, vel calculus renibus impactus. A copia ſanguinis præſertim ruptio venarum poteſt contingere; ab acrimonia eroſio, vel apertio ſeu anaſtomoſis; à calculo etiam eroſio, ſeu attritio venularum, & ipſius renum parenchymatis, quando calculus ei impactus per equitationem, ambulationem celerem, aut alium quempiam motum celerem commovetur, & in eo motu partes illas aſperitate ſua dilacerat. *Riverius.*

Mictus hujuſmodi cruentus, non ſecus ac aliæ hæmorrhagiæ, oritur interdum ex *anaſtomoſi* arteriolarum ad vias urinarias tendentium: interdum, idq; frequentius & crebrius ab earum *diæreſi*, ſeu *diabroſi*. *Anaſtomoſis* fit nunc *vitio contentorum*, in ſpecie ſanguinis, nunc *vitio ipſorum vaſculorum* renalium. *Diæreſis* ſaltem vitio contentorum acrium, aut erodentium, aut alio modo lædentium vaſcula dictorum locorum, quo v. g. *calculus* pertinet, attritu ſuo aſperiori vaſa lædens. *Etmuller.*

18. *A vaſis alicujus*) Cum vaſa eorum præ copia, tenuitate, aut fervore ſanguinis ſunt aperta, Vel cum retentrix ob renum imbecillitatem ſanguinem retinere non poteſt. Unde *Hippocrates aph. 78. ſect. 4.* qui inopinanter ſanguinem meiunt, iis in renibus venulam ruptam eſſe ſignificatur. *Sebiſius.*

19. *Anaſtomoſi, & tum, &c.*) Quoad hanc, mictus cruentus nunc eſt ſpontaneus, nunc *non ſpontaneus*, ſeu *ſymptomaticus*, Ille nunc *criticus*, nunc *periodicus*, nunc *vagus*, *&c.* Præcedere autem ſolet *dolor gravativus & tenſivus*, uti & comitari ſolet hujuſmodi cruentam mictionem hujuſmodi perceptibilis in iſto loco, in quo ſanguis ſummo impetu anaſtomoſin infert. *Sic Zacutus Pr. Adm. l. 2. obſ. 69.* mictum cruentum criticum in febre ardente obſervavit. Pleuritides per ſanguinis mictionem ſolutæ, notatæ à *Schenckio, Hildano 2. 31.*

Solennes ſanguinis evacuationes ſuppreſſas inſequitur mictus cruentus. *Foreſtus lib. 2. p. 417.* inquit vrinam cruentam ex alto delapſis ſtatim emitti vidimus; idque ſæpius etiam ex nimia Venere in adoleſcente nobili; In mulieribus etiam menſibus ſuppreſſis, & in viris hæmorrhoidibus fluere conſuetis & retentis; Truncata etiam manu vel pede, aut pleno corpore, ex abſeſſibus vlcereque cruentam vrinam emictam fuiſſe ſcimus; Vide *Hildanum cent. 1. Obſerv. 11.* Periodica quibuſdam vrinæ cruentæ mictio obſervatur. Pertinet huc *vini abuſus* ad mictum cruentum diſponens, vide *Zacutum* M. P. h. 139. *Diuretica* fortiora aut acriora, v. g. poſt *ſpirit. therebinth.* nimiam doſin. *Hildanus ſ. 52.* Pertinet huc quam vocant *Imbecillitas Renum*, quorum poruli nimis aperti ſanguinem una tranſmittant, cum lotio, adeoque à tubulis renum nimis apertis mictum cruentum interdum accidere recte aſſerit *Willis Ph. rat. p. 1. 166.* eſtque hujuſmodi mictus fere indolens, minuſque intenſa tinctura vrinæ, minuſque craſſa. Tandem *abuſus Veneris* anaſtomoſin vaſorum, & ſic etiam vrinam cruentam inferunt, dum in abuſu Venereo *vaſa* ſanguifera circa partes genitales nimis tumida hiſcunt & ita ſanguinem effundunt; Mictum hinc ortum curavit *Foreſtus l. 24. obſerv. 20. ſpongia aceto* calido infuſa & lumbis circumpoſita. *Etmuller.*

20. *Aut violentia aliqua*) Aliæ cauſæ præter repletionem, aut ſanguinis copiam, ruptionem vaſorum efficere poſſunt, ut caſus, ictus, ponderis gravioris elevatio, vel geſtatio, motus corporis vehemens, & ſimilia. *Riverius.*

21. *Aut*

21. *Aut plethora*) Qui à plethora inducitur fluxus ſanguinis per urinas non ſemper morboſus eſt, aut ſymptomaticus, ſed interdum contingit bonis ægri rebus Natura onus ſuperfluum per illas vias deponente; ſicut refert *Aretæus* nonnullos per quoſdam circuitus ſanguinem mingere, eoque circuitu ceſſante, capitis dolores, oculorum caligines, & vertigines excitari. *Riverius*.

Quando ob ſanguinis copiam & impuritatem in plethora, aut morbis inde pronatis, natum ſanguinem ex vaſis emulgentibus in ſinus renum, indeque cum ſero per vreteres in veſicam expurgat, Unde ſæpe multum ſanguinis citra dolorem aliumve affectum, quæ ſe in aliis cruentæ mictionis cauſis oſtendunt, mingendo excernunt. Quod licet rarum, in febribus nonnunquam criticè per hanc excretionem eas ſolutas fuiſſe obſervatum eſt. *Platerus*.

Mictus ſanguineus ſimilis tutas ſex ſepti nauas detinuit Nobiliſſimum & generoſ. Dominum *Samuelem Camerarium*, *Sereniſſimo Principi Longavillano à Conſiliis ſtatus & Quæſtorem primarium* in Principatû Neocomenſi; Vir erat quinquagenarius, plethoricus, pedum ob podagram, à vicennio officio privatus. Plurima remedia à me præſcripta ſunt, eaque plethoram deplentia, Venæ ſectio crebra, cucurbitulæ ſcarificatæ, parca diæta, &c. tandem ſponte vrinæ ad puritatem naturalem rediere, atque ſubito non pedetentim; Fluorem illum impune & innoxie tulit, nullumq; illi inde incommodum quam à remediorum vſu; nec tamen inutilium, dempta plethora ſuperflua quæ ulterius affectum producere potuiſſent. Vide §. *Anaſtomoſ.*)

22. *Ejuſdem eroſione*) *Diæreſis* frequentior cauſa mictus cruenti eſſe ſolet, dum nempe à ſero acri vaſcula eroduntur; Quo etiam pertinent *exulcerationes* renum & veſicæ eroſiones, quas non tantum cruentæ vrinæ, ſed & ſenſus doloris plus minus rodentis, aut etiam alias in parte affecta moleſtus comitatur. Tali ex cauſa mictus nati cruenti ſcorbuticis, catarrhoſis, &c. & ſero acido ſalſiore, aut alias plus minus corroſivo præditis accidere ſolent. Vaſculorum in locis vrinariis *lacerationes* ab aſperitate calculi, crebram vrinam & cruentam reddi faciunt. Pertinet huc mictus cruentus qui in *Variolis* ſubinde accidit, ex *eroſione* originem habet, funeſtus admodum, Forſan & iſti mictus cruenti qui in aliis *febribus* malignis obſervantur, huc pertinent, vt quando hæmorrhagia penis nimia in febri maligna dat hæmorrhagiam narium lethalem, *Hæcſtetterus*, *Dec.1. conſ.3.* In *Peſtilentia* obſervata fuit vrina ſanguinolenta, quæ inter peſſima tunc refertur ſigna. *Etmuller*. Vide §. *Abexternis cauſis.*)

23. *Vel à ἀναστομώσει*) Tenuitas nimia ſanguinis & ſeroſitas hujus anaſtomoſis vel diapedeſis potius vaſorum, in renibus, vnde cruenta fit mictio, cauſa eſſe poterit; ob quam ſanguis antequam à ſero in renibus ſegregetur, cum eo adhuc confuſus, vaſa penetrans, ad veſicam præterlabitur, vrinamque ſanguinolentam, magis tamen quam ſi purus eo feratur dilutam reddit. *Platerus*.

24. *Curatio etiam vena)* Cruenta mictio, ſi à calculo Renum, illorum carnem dum lumbi admodum moventur, contundente procedat, cum in iis paucus admodum ſanguis à renibus abſcedat, qui vrinæ permiſtus eam tingit, neque diu hoc duret, ſed ceſſante motu vrina rurſum clareſcat, curationem vix aliam quam quæ cauſæ illius calculo ſcilic. deberet requirit.

Quod ſi vero à *finibus renum*, ſanguinem nimium referens, mictus ſanguinis proveniat, & natura cum ob ſanguinis *copiam*, vel *impuritatem* aut *tenuitatem* cum vrina confuſum per mictionem expurget, quod tamen infrequens exiſtit, quia copioſè tunc plerunque ſanguis excernitur, ſi diutius hoc perduret, cura erit adhibenda; Quod & ſi à læſione ex *caſu* vel *ictu* circa regionem renum facta cruenta hæc mictio ſequatur faciendum, Quæ omnia ſequentibus perficiuntur.

Revellimus ſanguinem nimium fluentem per *venæ ſectionem*, *Cucurbitularum* in extremitatibus applicatione; cum ſi lumbis admoverentur, ad Renes potius ſanguinem è venis majoribus allicerent.

Mundum reddemus *ſanguinem*, ſi ob *ſeroſitatem* vel *impuritatem* ad renes feratur, fluxuſque inde ille oriatur, Idque *Purgantibus* mitioribus, quæ & ſimul adſtringunt, ſicuti & aliis inde natis hæmorrhagiis fieri ſolet.

Siſtimus fluxum iis exhibitis quæ ſanguinem incraſſant, vias adſtringunt, additis quandoque quæ ſtupefaciendo, ſenſum partium minuunt; repetenda ex cura aliarum hæmorrhagiarum; Valent & ſequentia.

Pulveres dantur *ſimplices* vel *permiſti* invicem, per ſe, vel addit *ſacch. roſac. tabulato*, aut *ovo*, aut cum *lacte chalib.* vel *ovillo*, aut *vino rubro auſtero*, vel *ſyr.* aliquo vt *roſar. ſiccatar.* vel *myrtillorum*, vel *aquis* convenientibus. Suntque idonei Pulveres, *equiſeti*, *millefol. rad. conſolid. biſtorta*, *pentaph. ſemin. myrtillor. oſſium dactylor. vitor.* & vti vult Dioſcorides, *elychriſi & ſemin. cumin. ſylv.* alterius; Item *boli*, vel *terra alicujus ſigill. lap. hæmatites*, *amianti*, *corall. rubr.* quod & ſanguinis, ſi adſint grumos diſſolvere dicitur, *ſuccini*, *ſpodii. g. tragacant. Arabici*, *acaciæ*, *&c.* *Trochiſci de ſuccino*, *alkek. Gordonij*, multaque ex illis quæ adſtringendo in vlceribus renum juvant, hic quoque data fluxum hunc ſiſtunt; & ſi *ardor mingendi* ſimul adſit, eum quoque mitigant. *Aquæ*, *ſucci & decocta plantagin. portulac. millefol. burſæ paſt. ſumach. cydonior.* &c, propinantur. Ex *Narcoticis*, *Philon. Perſic.* vti & *Troch.* cum parari. Inprimis *ſemen. hyoſcyami.*

Extrinſecus Renum regio his quæ ſanguinis fluxum cohibent, inungenda, E. g.

℞. *Boli Armen.* vel *alterius terra glutinoſa* ℥ß. *cortic. malor. granat.* vel *gallar.* ʒij. *ſangu. dracon. alum.* ãã. ʒj. *ol. ſcorpion. q. ſ. ad incorporandum*, *cum ovi album.* & *Aceti* parum, fiat *Linimentum* vel *Emplaſtrum*, quod efficacius ſi oleum omittatur, illiuſque loco *ſuccus plantag.* ſumatur. *Platerus*.

25. *Ad Extra*) Summe *cinis linteoli vſti* auxiliatur, ſi palmis admiſceatur, aut epithematis. *Spongia* etiam pice liquida imbuta vſta, & epithematis admiſta mirifice, ſanguinis eruptiones ſiſtit. *Aetius*.

Quievit hoc ſymptoma *butyro Saturni* renibus applicato intra 6. vel 7. horas nec amplius redit; Paratus eſt ſoluto plumbo calcinato in aceto diſtillato; Ex qua ſolutione clarificata & filtrata cum *oleo violar.* vel *roſar.* f. Ungu. ſeu butyrum; Eſt medicamentum ſummopere refrigerans, adſtringens & abſtringens. *Joh. Pet. Faber Curat. 75.*

Ruſticus ſupra lumbos cadens, ſanguinem primo ſatis purum mingebat, poſtea etiam multum ac craſſum, cum doleret circa renum regionem, procul dubio venæ in renibus ruptæ erant; ad hunc accitus, juſſi vt ſtatim ſanguis ex vena baſilica è regione loci dolentis ad averſionem detraheretur; deinde hoc Linimentum, ad repellendum & conſtringendum præſcripſi, vt eo locus dolens invngeretur.

℞. *Ol. roſac. omphac. myrtin.* ãã. ℥j. *boli Arm. ſangu. drac. tragac. g. Arab.* ãã. ʒß. terantur *ſubtiliter.* *cum oleis* prædictis fiat Linimentum, vel *cera* adjecta Ceratum. *Foreſtus*.

25. *Valent*) Urina ſanguinea in Renibus, veſica vrinaria, hujuſmodi collo, aut vrethra, læſi vaſis ſanguinei teſtis, curabitur ſanato & conſolidato vaſe ſaucio, Valet mixtura ſequens cochleatim ſumpta.

℞. *Aqu.petroſ.plantag.* ãã ℥ ß. *cinnam.* ʒß. *ſangu. dracon.* ℈ß. *laud. op. gr..ıı. ſpir. nitri dulc. gtt. x. vel aceti ſtillat.* ʒij. *ſyr.myrth.* ℥j. miſce. *Fr.Sylvius.*

26. *Valent*) Tunc caute danda diuretica, præſtat tunc vti terreis & alcalinis temperantibus, traumaticis ſimul, vt *troch. de alkekingi*, *oculis cancr.* Exterius, *oleum terebinth.* illini lumborum climati poteſt commode. *Wedelius.*

27. *Alius eſt ab Hepate*) Si hepar officium non facit, vrinæ funduntur cruentæ, bullis obſitæ, ut in hydropicis. Judicabiſne idcirco illius ruborem aſſe ab inflammatione ſeri, aut quod mixtione bilis ſaturatæ ſint? Non, quia hepar hydropicorum duobus modis depravatum eſt, aut per impedimentum facultatis hepaticæ, aut alienatione ſanguificatricis facultatis, vt in maraſmo retorrido, in quo hepar attrahit quidem chylum, qui rudimentum à meſaraieis, per quas fertur, accipit, ſed mitificari non poteſt; Dico igitur venas eſſe obſitas quodam cruore & ſanie, & ideo vrinas reddi cruentas, ſed bullis obſitas, ſorbilibus & fixis, quod ſignum eſt intemperiei frigidæ; tales vrinæ veniunt à frigido, actum eſt, in propinquo mors eſt: tales vrinæ ſalutis deſperationem afferunt in hydropicis, quia laborat ab exhauſto hepar, alienata ipſius facultate ſanguificatrice. *Durotus in Hollerium.*

28. *A ſphinctere*) Cum eſt ſaucitus, aut vlceratus à cathetere imprudenter & violenter in veſicam intruſo. Ab arena craſſiore & aſperiore, aut calculo, &c. *Sebiſius.*

28. *Alius à ſphinctere cervicis*) Si ſphincter maſculus afficiatur, aut virgæ canaliculus, inde copioſior ſanguis emanare poteſt, vt in effrænata Venere interdum contingit, inprimis ſi proſtatarum inflammatio ex gonorrhœa adfuerit. *Riverius.*

29. *Alius ab intimo*) Vide ſupra §. *Mictus cruentus.*)

Grumos diſſolventia.

Dicendum aliquid de *diſſolutione Sanguinis* in grumos maturi, quod fit quando his extra propria ſua conceptacula cecidit: Diſſolvunt autem grumos, tum in veſica, tum etiam alibi, ſequentia ſimplicia.

Radices *Angelicæ, ariſtol. rubiæ tinct. card. ben. caryophyl. pimpin. ſaxi r. vincetox. rhapont. rhabarb. ſuccisa, polygonati, gentiana, leviſtici.*

Herbæ *charefol. veron. beton. chamædr. agrimon. calaminsha, gratia Dei.*

Flor. *centaur. min. tiliæ, acacia, hypericum.* Manna, *ſperma ceti, ſuccinum album.*

Arte facta ſunt ſequentia.

Aqua *charefol. apii, ſuccisæ, gentianæ, taraxac. conſolid. reg. card. ben. veron. flor. til. grat. Dei, leviſt. nuc. immatur. chamad. polygon.*

Unguent. *Potabile,* ad ʒß. vel j. cum *vino, vngu. de cynogl. Auguſt. Viride Regin. Auguſt.*

Addo ſequentia experimenta.

Infuſio chamædr. in vino & aqua ſcab. Expreſſio bibatur bis in die.

℞. *Aqua charefol.* unc.iv. *carbon. tiliæ, ocul. canc. præpar. & pulv.* ãã.ʒß. bibat calide.

℞. *Terra ſigill. vel boli Arm. ſangu. drac. mumia* ãã.ʒij. *ſperm. Ceti* ℨj. *Rhabarb.* ʒß. f. Pulvis, Dozis pondere aurei Rhenani cum vino vel *aqua cherefol.*

℞. *Ungu. de cynogl. quant. nuc. jugland.* diſſolve in brodio, adde *ſperm. cet.* quantum digitale capere poteſt.

Decoctum charefol. in hydrom. vel brodio carnium vſurpetur aliquoties.

Miſceantur *aqua charefol.* ℥iij. *aqua leviſt. aqua conſol.reg.* ãã. ℥ij. pro duabus dozibus.

Fiat miſtura in *aqua charefol.* ℥iv. *aqu. card. ben. tarax.* ãã. ℥ij. Da bis in die.

℞. *Sperm. ceti* ℈j. *vel* ℈ß. *da cum cerevisia & butyro, Sebiſius man. p.1403.*

Grumos præclare ſolvi *rubia tinct. cum ſem. naſturtii & ſpermate ceti cum mumia, vt fiat Pulvis. Heurnius ad aph.80.4.*

Dentur remedia quæ grumos ac arenulas ſolvunt, tale eſt *vitrum vicies uſtum*, ac in *terebinth.* extinctum potui datum. *Idem ad aph.39.7.*

Pro ſanguinis grumoſi diſſolutione conveniet *poſca tepida*, bibita per intervalla, ex *aqua malvæ & aceto,* non valet acri, Acetum vero ſit in minima quantitate, vt vix guſtu ſentiatur. *Riverius l.14.c.4.*

II. 30. *Mictus purulentus, eſt* 31. *excretio ſaniei cum urina in veſica congeſta.* 32. Congeritur.

I. 33. *Vitio ipſius veſicæ*, ſeu quod iſta ulcere laboret, ſeu quod ſanguis in veſica contentus in ſaniem convertatur; & tum pus minus permixtum urinæ, cum ſquamulis furfuraceis, excernitur.

II. *Vitio* ureterum; & tum paucum capillorum ſpecie innatat.

III. 34. *Vitio meatus urinarii, vaſorum ſpermaticorum, & paraſtatarum* & tum primo loco ſincerum prodit.

IV. 35. *Vitio Renum,* 36. *jecoris, thoracis,* quatenus illæ partes pus per venas ad veſicam tranſmittunt; & tum pus accuratè urinæ *permiſcetur, ſi quid craſſius ſeorſum eſt, ſub finem manat.*

III. 37. *Mictus pilaris ſeu Trichiaſis eſt, ubi cum urina, materia mucoſa nunc pilis aut capillis,* 38. *nunc tenuibus foliis ſimilis excernitur.* Pili iſti aliquando unius aut duorum palmorum longitudinem æquant.

Cauſa illorum eſt craſſa & viſcida pituita, in venis à calore exſiccata & coacta, quæ 39. in longo per anguſtas renum & ureterum venas tranſitu, in tantam longitudinem extenditur.

Vide de eo *Epiſtol. Medicarum* ſect. quintam *Horſtii.* 40. In curatione 41. *Spiritus terebinthinæ cum ſyrupo Althea* præſtat.

30. *Mictus*

29. *Mictio cruenta purulenta)* Cuidam cum in graviſſimo renum dolore pus, ſanguinem & craſſam pituitam mejeret, quia tumebat hæmorrhois,& dolor non cedebat remediis, apertione hæmorrhoidum, incredibili celeritate, dolor conquievit. *Ballonius Paradigm.71.*

30. *Mictus purulentus)* Græcis ἔμησις πυώδης dicitur, Mingitur autem pus cum vel ſine urina, Illud prodit ab exulcerata veſica, vel à renibus ulcere affectis vel à parte alia, rupto ſcilicet abſceſſu, quod interdum in pleuritide, peripneumonia, hepatitide; & empyemate fieri ſolet, *Hoc* vero ab urethra prodit exulcerata, In *priori caſu* pus urinæ accurate eſt permiſtum, aut ſi forte quod craſſius ſeorſum eſt, id ſub finem emanat; In *poſteriori* primo pus exit ſincerum, deinde purior ſequitur urina. *Sebiſius manualis p. 1405.*

Curationem tradere nihil attinet: Oſtenſum enim quomodo Vlcus Renum & veſicæ, urethræ item exulcerata tractanda ſit: De pure quod in Pleuritide Peripneumonia, & Empyemate mingitur ſuo loco actum. *Idem ib.* Attamen prophylaxis partibus per quas pus, natura acre, decurrit, debetur, ne ab ejus acrimonia violentur, uſu Emulſionum temperantium. Injectionum mulcentium & mucorem, quem oſtendit pus in tranſitu abradit, reparantium &c.

31. *Excretio ſanies cum urina)* Mucoſa excretio glutinoſæ materiei, citra fere mictionem è Pene aliquando, & in fœminis per meatum veſicæ, cum ulceri & calculo veſicæ, copuletur, non aliam quoque curam quam quæ excretioni purulentæ & calculoſæ debetur, requirit, Injectioneſque præſertim, quæ pus iſtud viſcoſum abluunt & abſtergunt. Quod niſi cedat, uti in virga interdum pertinaciter hæret, ſenſim nonnunquam trahendo illud eximitur, vel ſi virga *raphano* excavato imponatur, in eoque aliquandiu retineatur, pus ſic attrahi evacuarique docent. *Platerus.*

32. *Congeritur)* A quo non ſolum *mictio ardens*, & dyſuria; ſed & turbulenta reddi poteſt: Id non ſolum ab exulceratis *renibus* procedit, ſed etiam ab alia illuvie in impuris corporibus illic retenta, caloreque Renum excocta,& puris inſtar maturata naſcitur, quæ puris genera per urinam expurgata, interdum acredine ſua ardorem inter mingendum, & purulentam ſimul mictionem producunt, alias vero, illud præſertim quod citra exulcerationem gignitur, citra alia accidentia, niſi quod circa renum regionam gravedo interdum quædam ſentitur, turbulentam mictionem efficit. *Platerus.*

33. *Vitio ipſius veſicæ)* A veſicæ ulcere, in cervice illius aut fundo exiſtentis; purulenta quoque mictio enaſcitur, pure ſe cum urina miſcente, & cum ex ſe exonerante: Aliquando vero puris etiam citra mictionem effluxus fit, (vide ſupra artic. ij. de *Veſica ulcere*, ſicut in ea excretione oſtenſum, ſi præſertim in cervicis remotiore à veſica ſede ulcus ſit: Quod pus urinæ confuſum, putreſcens, ipſiuſque urinæ imbutum odore eam admodum *graveolentem* reddit: Alias vero *mucoſum* & *tenax* exiſtens, quale in hiſce membranoſis locis gigni ſolet, emictum ſubſidens fundo matulæ adhæret, vel cum difficultate egeritur: Hiſce *ardens mictio*, quia exulcerata ſedes ab urina irritatur, pleruumque præcedit, eoque major ſi pus ſimul acre exiſtens ſubtiliter hęc loca moleſtet; Provenit autem hæc *veſicæ exulceratio* ab illis quoque illius læſionibus à quibus cruenta mictio procedit: ſi illæ in ulcus abeant. *Platerus.*

34. *Vitio meatus urinarii)* Vide curationem inferius Attic.3. §. *Abſtergentia & glutinantia.*)

35. *Vitio Renum)* Ab *exulceratione Renum* Purulenta ſequitur mictio, cum pus ab illis prodiens urinæ confuſum eam turbidam, & quæ pure ſubſidente, & ab urina ſe ſegregante, ſedimentum deponit, reddit: Cui & dolor inter mingendum; ſi pus illud acrimoniam aliquam acquiſierit, interdum accedit, alias vero nullus vel exiguus: Comitibus etiam aliis quæ ab ulcere renum proficiſcuntur accidentibus: Exulcerationis cauſas vide cap. de Vlcer. Renum. *Platerus.*

35. *Vitio Renum)* Nephriticis familiare eſt *ſanguinem*, aut *pus* cum lotio crebro excernere; etenim à calculo majori, & aſperitatibus prædito, renum caro facile atteritur, & vaſorum oſcula reſerantur, quibus ſanguis exundans urinam tingit; cumque ſolutio continui hoc modo in renibus excitatur, ſæpiſſime ulcus ſuccedit, quo pus & ſanies cum ſeroſo latice perfunduntur,& ſedimentum copioſum & fœtidum in urina conſtituunt; dein ab ulcere continuum plus ſolvitur, & ſanguinis profuſiones largiores non raro ſequuntur, atque ipſa renum caro attrita, & ſenſim exeſa cum lotio ejicitur: Olim inviſi mulierem annoſam, quæ per plures menſes cum urina purum ſanguinem in magna copia quotidie reddebat: Inſuper carunculas ingentes, carnium fruſta; Vaſorum exeſorum velut tubulos, quoties mingebat, in magna quantitate excernere ſolebat, ut ſuſpicio eſſet renum alterum hoc modo totum è corpore abſceſſiſſe, poſtea tamen à decocto vulnerario, cum ſpiritu vitrioli acidulato mictio iſta cruenta ſiſtebatur, atque iſta fœmina adhuc in vivis degit. *Willis Tr. de Urin. cap. 5.*

Ex Vlcere Renum poſt ſanguinis & puris mictum, excreta vidi corpuſcula lumbricis non abſimilia, trium & quatuor digitorum tranſverſorum longitudinem æquantia, ab Illuſtr. Domino de *Molondini* &c. Pro principe in Principatu Neocomenſi, anno 1660. Evaſit is mea cura ope *terebinth. cypria caſſia medulla* remixtæ, decocti traumatici, ex *piloſella*, *plantagine*, *alchimilla*, *vinca pervinca*, &c. præmiſſo bolo ex *troch. de alkekengi*. Exterius admotum Vngu. *ſantal. & comitiſſa*, *ſuperdata lamina plumbea* pertuſa, Lac chalybeatum reſpuebat ventriculus, in quo protinus in corruptionem abibat.

36. *Jecoris, Thoracis)* Ab alterius partis quam Renum aut veſicæ affectu mictio præternaturalis quandoque procedit, veluti *ab hepatis abſceſſu* in ulcus converſo, pus ſero, indeque urinæ commiſceri, purulentamque mictionem fieri poſſe aliqui exiſtimarunt: Vti & *pulmonibus & thorace in pleuritide ac peripneumonia* ſuppuratis, atque *empyemate*, purulentam illam materiam per urinas quoque expurgari; Quod ſi ab hiſce ſedibus eo pervenire poteſt, tunc etiam ab aliis ſedibus internis, abſceſſu indeque ulcere tentatis, pus in vaſa remeare, & ſic cum ſero ad renes pervenire, urinæque miſceri, & cum ea progredi valet. In Purulenta hac mictione, naturæ hic motus potius erit promovendus, quam ſiſtendus, exhibitis quæ per urinam illuviem in ſanguine contentam evacuent; Per reliqua, cura potius accommodabitur. *Platerus.*

36. *Vitio jecoris, thoracis, quatenus partes illæ &c.)* Peculiaris pororum in Renibus diſpoſitio, ſeu configuratio requiritur ad tranſmiſſionem puris è partibus ſuperioribus, quæ admodum obſcura & ignota eſt: Nam quod in Renibus, aut circa Renes, fiat ſpecifica aliqua effervescentia, ſeu ſegregativa fermentatio (hanc olim coctionem appellabant, qua ſeri pars una cum ipſi admiſtis impuritatibus, è ſanguine ſeparatur, docent tres rationes. 1. Quod pleraque diuretica multo ſale, fermentationem talem facientem redundent, imo multa ex iis ſalia ſunt, ut ſalia fabarum, viris junip. prunellæ, &c. 2. Quod ſudorifica (quibus ſerum etiam è ſanguine ſeparatur) efficacia fiunt, ſi ſal abſynth. card. artemiſ. &c. vel talia quæ Sale acido pollent, ut acetum, ol. vitrioli, &c. addantur, quæ effervescentiam iſtam faciunt vel augent. 3. Quod in morbis frigidis e.g. anaſarca, ob debilem hepatis conſtitutionem, fermentum non

ſatis validum & conveniens præparetur, atque hinc etiam ſerum crudum manens non ſufficienter à ſanguine ſeparetur, nec ſatis attenuetur, unde urinæ tunc pauciſſimæ excernantur, licet ſerum in toto corpore redundet, omneſque molliores partes œdematoſo tumore diſtendat. Sed quomodo per illam effervеſcentiam ſeri pars cum ipſi admixtis impuritatibus ſeparata, & qualem nanciſcatur figurationem, ut ſola per renum poros meatus delabi poſſit, ipſo ſanguine ab iis excluſo, obſcurum; Sic enim peculiaris pororum in renibus diſpoſitio, ſeu configuratio non minus ignota eſt quam modo dicta ſpecifica fermentatio, Nam quis quæſo, explicabit quare ſerum cum ſuis contentis liquoribus, per antedictam ſpecificam fermentationem à ſanguine ſeparatum, per renum & glandularum poros, ſine ullo ſanguine ad veſicam deſcendat, cum interim *purulenta materia è thorace* delata, ac ſanguini penitus admiſta, ipſo ſanguine multo craſſior, per eoſdē poros ſæpe ſine ullo ſanguine tranſiiſſe viſa ſit.

Quidam dicunt hoc fieri propter pororum in renibus ſpecialem aptitudinem ac figurationem (hanc tamen deſcribere nequeunt) cujus ratione pus craſſum per illos dimitti, ſanguis vero tenuior tranſire non poteſt; cum in cribrum ruſticum, inquiunt, rotundis foraminibus præditum ſimul injiciuntur paleæ tenues, & piſa vel fabæ, tunc per ejus foramina craſſæ fabæ vel piſa facile delabuntur, paleis tenuibus oblongis in cribro remanentibus: Verum etſi pororum aptitudo in rebus ſiccis talia præſtare poſſit, tamen valde dubitandum an etiam in liquidis & omnino fluidis corporibus ſimul mixtis hoc contingere queat, præcipue ubi neutrum pinguedine alterum ſuperat? ſcilicet in *pus* quadruplo ſanguine, craſſius, propter ſolam dictam pororum figurationem tranſire poſſit, per tam anguſtos poros, qui ſanguinem ei admiſtum, multoque tenuiorem, non tranſmittunt, ſed ſiſtunt; an etiam ſanguis (qui adeo tenuis & fluidus eſt ut interdum per poros cutis tranſſudare viſus ſit) ad poros renum deveniens, non æque facile, imo longe facilius poſſit figurari ad formam pororum renum quam pus, quod craſſum adeo eſt ut vix per ureteres tranſire queat, eoſque diſtendendo multoties graviter excruciet, Atque ita illa ratio de ſpeciali pororum renum configuratione vix ſufficere videtur ad dictæ evacuationis explicationem.

Sed quid dicemus de rebus ſolidis ac duris an illæ etiam taliter figuratæ ſunt ut per poros renum dimitti poſſint, ſanguine non concomitante, atqui varia extant exēpla rerum durarū ſine ſanguine cum urina excretarū.

Hæc dum perpendo ut & illi qui acidulas diureticas, vel etiam vinum diureticum bibunt copioſius, intra ſemihoræ ſpatium ſæpe tres quatuorve aut plures ſeri libras emingunt, ſine ulla cordis alteratione, & vix vero ſimile videatur quod tanta ſeri crudi & non colorati copia, tam citò per cor, pulmones & renes ſine incommodo tranſire poſſit, cœpi cogitare neceſſariò præter renes, debere alias etiam dari quaſdam vias, per quas copioſius ſerum, atque etiam res duriuſculæ ad veſicam devenire poſſint; Vias has ſuſpicatus ſum eſſe vaſa lactea quædam, quæ per occultos & hactenus incognitos meatus ad veſicam ferantur; & non quidem in omnibus, ſed in paucis quibuſdam hominibus verſus veſicam adeo patulа ſint, ut non tantum, ipſum chylum lacteum & ſerum copioſum, ſed res quoq; ſolidas, duras & oblongas tranſmittere poſſint, Suſpicionem confirmant obſervationes medicorum qui interdum chyloſam lacteam materiam excretam viderunt &c. *De Diemerbroeck anat. l. 1. cap. 17.*

Mictus Pilaris, ſive trichiaſis) Mictum capillorum [illegible]erunt Medicorum aliqui, at quis reciprocantem ipſius per[illegible] dum quem nobis evidentiſſime obtul[it] fi[li]us Conſulis *Hermani*, afflictus quatuor amplius annos ab hoc inſitato capillorum mictu, qui ipſi identidem revertebatur quolibet, 14. die, cum inſigni urinæ difficultate, & tanta perturbati corporis inquietudine, ut vix ſe contineret in cubili; à quantibus ſingulis pilis, modo medium, modo digitum integrum, ſed muco ita involutis, ut raro ſeparatim, ſed plerumque conglobatim prodierint; durante qualiber acceſſione dies circiter quatuor; in quibus licet continenter & moleſte redderet urinam, tranſegit tamen reliquos dies ſine ullo cruciatu; ullove capillorum mictu, uſque dum poſtliminio repeteret conſueta reciprocandi ratio. *Nicolaus Tulpius obſervat. lib. 2. capit. 52.* Vide *Zacutum. Pr. Adm. libr. 2. obſervat. 72. & M. ſſ. lib. 2. hiſtor. 134.*

17. *Mictus pilaris)* Eſt quando juxta cum urina impuritas quædam mucoſa, capillis non adeo diſſimilis emittitur; quamvis noſtro quidem judicio urinam hanc tunc potius criniformibus, & valde exilibus vermiculis, ſed oblongis tamen, ſcatere exiſtimemus; ſicuti in ipſo etiam ſale corrupto vermes generari nullum quoque eſt dubium. *Chriſt. Langius Pathol. Anim. cap. 58. §. 6. & 7.*

Trichiaſis, mictio Pilaris.

De Filamentis, non ſine cauſa ambigitur An cum urina craſſa, vel mediocri, effuſa, ſemper prodeant à Renibus, & eorundē ſubſtantiā eſſe in languore idcirco enuntiēt, *Galenus* cauſam *capillitii* refert in lentam crudamque pituitam, calore renum intenſiori in oblongam & teretem figuram Conglobatam. *Avicenna* inquit filamenta ſuam ſortiri longitudinem in vaſis renum vel aliis; cum enim per diuretica ſanentur, fateanturque ſe ex renibus laborare, qui talia mingunt in renibus formam, obtinere.

Actuarius l. de cauſ. urin. 21. Utroque felicius rem expendiſſe videtur, ad ureteres referens, citra ullam heſitationem; Cum enim Renum ſinus pituita fere abundet, quæ raro ad arenas & duelech in ſinu moratur, ſæpe ſimul cum urina ad ureteres labitur, conſentaneum eſt ut lentore ſuo inſigni ureteribus adhærens, & præ calore craſſeſcens, in oblongam & teretem effigiem pili formam aſſumat.

Fernelius 3. Path capit. 16. ſcribit ſe animadvertiſſe ea ex vaſis paraſtatis derivari, in quibus teretem & pilarem formam ſortiuntur, ex ſeminis materia, quæ vi morbi ſenſim defluens craſſeſcit calore; Apparere autem in iis plurima, qui fœda exulcerataque gonorrhœa, correpti non ita pridem fuere, & iis mulieribus quibus albicantes menſes profluunt, aut uterus fœda colluvie turget; item & ſæpenumero in urina quæ prima fit à concubitu.

Viſcerus tandem arbitratur craſſos ejuſmodi & lentos humores è quibus iſta filamenta perrennia enaſcuntur, in venis quidem primum procreari & concervari, conſiſtentiam & effigiem pilorum accipere in anguſtis renum meatibus, per quos una cum latice ſeroſo phlegma tranſit, ac veluti per cribri foramina capillaria valide trajicere, poſtea vero deſcendere in ureteres, in quibus magis adhuc exſiccetur, donec à lotio abluta, in veſicam protrudatur: ob tenacitatem tamen non rumpatur &c.

Quam ſententiam ut rationi magis affinem amplectimur, Itaque cum ex omnibus hiſce Authorum placitis ſit manifeſtum, non tantum in Renum ditione procreari, ſeu ſua primordia ſortiri, verum etiam ab univerſo venoſo genere, ſæpenumero ad Renes relegari hujuſmodi filamenta, & eorum materiam eſſe ſuccos craſſos ac lentos, calore torrefactos, non Renū particulas ex ulcere, qu[æ] duelech abraſi, decidētes, ut ſomniavit *Paracelſ.* qui fieri poſſit ut ex iis in urina cōſpicuis ſumatur indicium

cium fidele, aut calculum in rene exiſtere, aut fibroſam renum ſubſtantiam eſſe in ruina & veluti depulveratam: Nobis in confeſſo, eſt rationalem de imminente calculoſæ coagmentationis periculo ex pilari urina promanare conjecturam, in quantum ſuccus ille, lentore & craſſitie inſignitus, renum parietibus adhæreſcat, & levi occaſione, modo non deficiat agens primarium, quo tanquam fabricatore radicali coagmentetur, ſaxeam indolem induat. Attamen aut de diſcrimine calculi renalis, nemo hinc determinare audeat, cum à poſſe ad eſſe non valeat argumentum, & tantum abſit ut ex iis denuntietur Duelech periculum, ut potius ab eo vindiceot materiam nephriticam foras averruncando aſſentiente *Galeno 6. l. aff. 13.* qui omnes illo affectu laborantes urinam cicinibus integre curatos eſſe aſſerit. *Charleton de Lithiaſi p. m. 135.*

38. *Nunc tenuibus foliis*) Num hæc à renibus decidua ſint, (ſiquidem pororum conformatio non patitur) dubium: Ramenta potius membranaceæ veſicæ videntur, & ad illius ſcabiem referenda.

39. *In longo per anguſtias ac*) Ex *Malpighii* obſervatione, ablata membrana, in recenti & adhoc molli rene, præter alia, microſcopii ope, deprehenduntur canaliculi innumeri, qui carnis fibroſæ, ſeu parenchymatoſæ ſpeciem aliquam oculis exhibent, ſed revera ſunt membranoſi ac cavi, & ſua aggere primariam renum ſubſtantiam conſtituunt, ſunt excretoria veſicæ vaſcula: Has vias tum petranſit materia pituitoſa, inibi teretem figuram induere veriſimile eſt; demum per moram à calore exſiccatam & coactam pilorum forma exire.

40. *In Curatione*) Vidua ante octennium doloribus ventris & lumborum correpta, iis ultra annum continuo fere laboravit, Interim urina (quam nonniſi maximo cum conatu excernebat) nunc ſanguinolenta, nunc purulenta, & turbida erat; nec ſolum purulentis & viſcidis humoribus referta erat urina, ſed & *pili* quamplurimi rufi & oblongi quotidie eum ipſa excernebantur, nô ſine dolore maximo, nonnihil enim rigidi, inſtar ſetæ porcinæ erant; multa ſine ſucceſſu uſurpaverat. Ego vocatus cum vires, propter doloris vehementiam & diuturnitatem labefactatæ eſſent, imprimis ea quæ inſigniter nutriunt præſcripſi, deinde ſuaſi ut clyſteres ſibi familiares faceret; Corpus phlegmagogo purgavi. Renes ſeqt. ungu. bis in die inungi juſſi.

℞. *Ungu. roſ.* ℥ii. *ol. amygd. d. & lilior. alb. ãã.* ℥j. *m. f. Linimentum.*

Ex herbis, radic. &c. pro Encmate præſcriptis etiam ſacculos paravi, quos aqua coctos ventri & perinæo applicandos curavi.

His ad tempus adhibitis, ita reſtituta fuit, ut ſatis commode jam vivat. Hæc eadem mulier cum urina, non ſolum pilos ſed & ſemen aniſi, quo poſt paſtum utebatur) & carbones rejecit, abſque tamen inſigni dolore. *Fabr. Hildanus Cent. 5. obſ. 50. & 51.*

41. *Spiritus terebinthinæ*) Cæteris nihil juvantibus, ope *aquæ ſtillat. terebinth.* aſſumptæ in totum levata eſt ægra. *Zacutus Pr. Adm. l. 2. obſ. 72.*

De Urina Lactea.

Mictionis albæ, ſeu *urina lactea* apud Authores nonnullos mentio fit, quando ſcil. una cum urina coagulo lactis, vel geniturae ſimile quid interdum prodit ac in fundo per quietem ſubſidet, id quod in aliquibus, ut in *Fel. Platero obſ. pag 336.* ſine noxa ulla & incommodo diu duraſſe. In aliis vero maraſmum ſeu atrophiam induxiſſe; vel ſaltem comitem habuiſſe obſervatum fuit, hodieque obſervatur.

A *pituita reſolutione*, ſeu *humoris craſſi & pituitoſi*, loco bilis admiſtione id evenire indicatum hactenus fuit, At *Bartholinus* lactearum thoracicarum à ſe inventarum, & autopſiæ beneficio, deprehendit, nec pituitam, nec pus verum, Cæteris paribus, eſſe ſemper id quod lactis craſſionis inſtar in urina nonnunquam ſubſediſſe viſum eſt, ſed ipſiſſimum potius chylum, è glandulis lacteis lumbaribus per lacteos earum ramulos in arterias emulgentes, ad quas pertendunt, & renes ipſos adjacentes, una cum ſero delatum poſteaque ſimul cum urina excretum; Qui & facilem hinc atrophiæ partium, præſertim thoracicarum (ſi quæ chyloſum ejuſmodi fluxum comitetur vel inſequatur) rationem petit, à receptaculi videlicet lactei, preſſione, obſtructione, inflammatione, aliiſve tumoribus liberam chyli διάδοσιν remorantibus, & conſequenter maraſmum inferentibus.

Cæterum *curatio* (ſi quam requirat & admittat etiam malum iſtud) in cauſa vel comprimentis, vel obſtruentis, vel quocunque modo chyli diſtributionem & motum naturalem impedientis remotione, *Ventriculi*, ejuſque fermenti, roboratione, glandularumq; (pro rite peragenda ſegregatione &c.) ad temperiem legitimam *reductione* ſita erit. *Greſvvein Hodeg. p. 1181.*

Mictio Negra.

Mictio heic οὖρον μέλαινα, ſuas habet differentias ratione intenſionis & remiſſionis, in colore nigro, habetque cauſas varias externas atque internas.

Externæ ſunt cibus & potus, Ab hiſce enim cauſis variari & mutari urinas in odore, colore & conſiſtentia, quotidianus rerum uſus teſtatur.

Internæ ſunt humor melancholicus, bilis atra, νέκρωσις, mortificatio caloris nativi, *Fernelius* addit Calculum loco motivum, qui poſtea non ſine dolore è renibus exturbatur.

Urinis nigras *Hippocrates* lethales pronuntiat, quæ à caloris ἐκλείψει proveniunt. Calido namque vivimus, eſtque calor commune animæ organum, ad omnes actiones obeundas, quæ ſi ob caloris defectum ceſſent, nil niſi mors expectanda.

Quæ nigræ ſunt ob nigrorum humorum admiſtionem, lethales non ſunt, imo ſæpe.

Salutares, ſive critice à natura, ſive arte per catharctica & diuretica contingant. (*Atramenti inſtar nigras & craſſas* critice & periodice, excretas vidi à Iuriſconſulto, *affinitate & amicitia mihi conjuncto*: *Lienis ille moleſtiis, obnoxius vixit, in cujus mortui corpore aperto Lien extraordinariæ molis & conformationis ſe videndum exhibuit, Illius hiſtoriam in Anat. noſtra Pract. tradidimus.*)

Tales urinæ non raro ab illis excernuntur qui Lienoſi ſunt, & obſtructione aut tumore Lienis laborant; Item qui ſcabie, hypochondriaca melancholia; arquato nigro, quartana, aliiſque melancholicis affectibus conflictantur, equidem magno cum eorum commodo, quoniam cauſa illorum affectuum ſponte vel arte evacuatur.

Curatio inſtituenda eſt per aperientia, diuretica, & cathartica, ſi natura nihil, vel non ſufficienter moveat. Quieſcendum autem, ſi expellat critice, & quidem ἀθρόως, integre, juxta *aph. 20. ſect. 1.*

Cathartica, debent eſſe melanagoga, de quibus conſtat ex dictis.

Diuretica & aperientia ſunt ſequentia.

Ex ſimplicibus Radices, *Apii. ononid. fœnic. petroſel. aſpar. ruſci, raphani, aſari, pencedani, ſcyllæ, acori veri ariſtoloch. utr. cyclam.*

Cortex *tamar. rad. Cappar.*

Herbæ, *ſcolopendr. verum, lingua cerv. cochlear. beccabunga, naſturt. hort. cuſcuta, veron. fumar. chamædr.*

Flores *geniſtæ, centaur. min. lupuli.*

Semina *cochl. viticis, naſturt. fraxini, geniſta, urtica.*

Ex arte factis & compoſitis ſunt.

Aquæ *fumar. cuſcut. lupuli, raph. naſturt. cochl. beccab. berber. lingua cerv. apii, chamædr. onon. petroſ. veronicæ,*

Syrupi, *fumar. cochl. lupuli, veron. 2. & 5. rad. acetoſ. comp. oxymel. comp. & diuret.*

Elect. chalybeatum.

Pulvis chalyb.

Spiritus *nitri, tamar. capparum, cochlear.*

Cremor tart. ſimpl. & vitriol.

Sal *geniſtæ, fumar. oxalid. tamariſci, card. bened. abſinth. juniperi, Sebiſius man. p. 1406.*

De Nigris urinis ſic ſcribit *Willis Tract.* de Urinis *cap. 11.*

Quod ad *urinam viridem* & *nigram* ſpectat, colores ejuſmodi ſaturatos (quales ſcil. porrum & atramentum exactè referunt) fateor me nunquam in lotio vidiſſe, quin exiſtimo ex *bile flava intenſiore, viridiuſcula*, ex eadem cum miſtura opaca & nonnihil atrata *Nigricantis urinæ* apparentiam deſumi, indeque ab Authoribus *Lotium viride & nigrum* appellari.

Quæ autem iſtis modis urinæ coloratæ habentur, vel ita conſtanter aliquo tempore perſtant, ut ſunt ictericitiæ; aut etiam cruoris virulentia quædam affecti ſigna; Vel pro data occaſione tales urinæ varie immutantur, & modo hujus aut illius, modo ſtatim alterius coloris exiſtunt; Ita novi hypochondriacos tales urinas quibuſdam temporibus velut critice excernere ſolitos, dein poſtea ſanorum ſimiles reddere.

Quoad prius, cum Ictentia plurimum ingraveſcit, ut in cruoris maſſa *ſulphuris ac ſalis* portiones aduſtæ diutius perſiſtant, eædem longa incoctione colorem flavo ſaturatiorem ſcilicet primo viridem, poſtea nigrum acquirent, ac eundem ſero impertient; Etenim ſi bilis flava, cyſti fellea exempta, ac cucurbitæ indita leni balnei calori exponatur eadem brevi virideſcet, ac poſtea inſtar atramenti nigerrima apparebit, quare in Ictero nigro, qui tantum eſt flavus diuturna mora in deterius evectus, nihil uſitatius eſt quam urinas atratas reddi: Præterea ejuſmodi urinæ, in maligna febre ac peſte interdum apparent, etiam non raro ab epoto veneno, atq; in hoc caſu ſignum lethale plerumque exiſtunt: quippe ſanguinem valde corruptum, & profligatis ſpiritibus, ac ſoluto mixtionis vinculo, velut *νεκρώσεως* affectum arguunt: Non ſecus ac cum pars aliqua in corpore noſtro ulcere affecta, poſtea gangræna aut ſphacelo corripitur, illico ſanies, quæ prius copioſa, alba, aut flava effluxerat, nigra evadit, Quare in affectibus citatis, cum urina nigricat, ſero & ſanguine per totum vitiatis, etiam cutis externa tali colore obfuſcatur.

Quod ad urinas *colore viridi*, ac præſertim *nigro* periodice tinctas attinet (quæ nimirum hypochondriacis frequenter accidunt,) veriſimile eſt quod tales à fæculentiis atrabilariis, in liene reconditis, & deinde præ congeſtione nimia aliquoties exundantibus, & ſanguini confuſis oriantur. Etenim talis materia, quæ in quibuſdam hominibus ſæpe in ventriculum ſuffuſa vomitus atratos ciet, etiam in aliis eadem à cruore pertranſeunte reſorpta, latici ſeroſo ejuſmodi colorum ſuffuſiones impertire poteſt.

Cap. LXXI.

DE PARTIVM GENITALIVM IN VIRIS AFFECTIBVS.

De Earundem Morbis.

De Morbis Teſtium.

Partium genitalium in viris morbi, habent ſub ſe morbos [1] *Teſtium, ſcroti, & virgæ.*

[2] *Morbi Teſtium* præcipui ſunt, qui ſequuntur.

I. [3] *Intemperies*, & Iſta, vel [4] *Calida*, quæ *Cognoſcitur* ex propenſione in venerem, [5] ſemine multo nimis & calido, teſtium calore, [6] venarum circa illos [7] à ſanguine turgeſcentia. [8] *Curatur*, oppoſita diæta, & Medicamentis refrigerantibus, è *lactuca, Nymphæa, portulaca*, ſed imprimis *ſaccharo ſaturni & foliis ſalicis compoſita.*

Vel [9] *Frigida*, quæ [10] *Cognoſcitur* ex ſemine pauco & aquoſo, ejuſdem cum nulla vel exigua voluptate emiſſione, exigua in venerem propenſione [11] præceſſere cauſæ refrigerantes, vel etiam immoderata & intempeſtiva venus: [12] *Curatur*, oppoſita Diæta, & medicamentis ſumptis; intra, *Betonica, Calamintha, Majorana, Salvia, Vrtica, Nux moſchata, diamoſchum.*

Extra, *ol. Coſtinum, Nardinum, de formicis.* Vel [13] *Humida*, quæ *Cognoſcitur* ex eo quod ſemen nimis citò emittatur.

Vel [14] *Sicca*, quæ paucum & craſſum ſuppeditat. *Curantur* oppoſitis.

[1] *Teſtium*) Errant qui ſcribunt Teſtes eſſe Glandulas, cum earum neque temperiem, neque uſum, neq; ſubſtantiam habeant, Sed nobiles ſunt partes, quatenus homini robur & vigorem affundunt; imo etiam principes dicendæ, quatenus ad ſpeciei propagationem & conſervationē faciunt, Subſtantiam obtinent peculiarem, qualis alia ſimilis non datur in toto corpore, ſubalbam & mollem, ex innumeris minutiſſimis vaſculorum ſeminiferorum funiculis continuata ſerie junctis conflatam, in qua etſi nulla manifeſta cavitas deprehendatur, dictos tamen funiculos cavos eſſe, ſemenque inviſibiliter deferre, patet ſi viſibiles efficiantur, Modum primus docuit *Regnerus de Graef l. de viror. org.*

Recipiunt *arteriolas* à ſpermaticis, exiguaſque *venas* ad cavam & emulgentem, emittunt: *Nervos* ſecundum vulgaram opinionem, obtinent exiles à ſexto pari vago, & à primo lumborum pari derivatos. Præter dicta vaſa, non ita dudum obſervata ſunt *Vaſcula plurima lymphatica*, intra tunicas teſtium orta, multis anaſtomoſibus inter ſe concurrentia, & una cum vaſis deferentibus ſurſum in abdomen aſcendentia, ſuamque lympham illic in chylifera vaſa deponentia. *Diemerbroeck Anat. lib. 1. cap. 21.*

Ad principes partes à *Galeno* referuntur cap. 9. *Art. parv.* Illis exectis perit: Vrgēs appetitus, intercidit generatio, minuitur robur corporis, vividus amittitur corporis color, habitus corporis refrigeratur. Qui caſtrati ſunt annis puerilibus nonnulli pallent, frigent, imberbes manent, timidi ſunt & puſillanimes, vocem edunt tenuem, Calvi non fiunt, &c. Tanta eſt Teſtium in totum corpus vis atque poteſtas, *Sebiſius man. pag. 1437.*

Teſtibus conceſſum eſt *Fermentum* cui incumbit elaboratio ſeminis, id cum ſanguine & lympha ex teſtibus refluis ſanguineæ maſſæ permiſtum, inſignem alterationem

tionem corporis excitat, & imprimis fermentū maſſę ſanguineæ intendit: &c. *Etmuller Pr. part. 2. pag. 414.* Plura de hoc fermento vide inferius cap. de *læſa Seminis generatione.*

2. *Teſtium* Teſtes nihil aliud ſunt quam Congeries minutiſſimorum vaſculorum, in quibus materia genituræ perficitur, uti hoc *Fracaſſatus* Bononiæ primum, poſtmodum etiam *Graaf*, in Belgio invenit: quorum vaſculorum quædam ex teſte erumpentia, variis ſuis flexibus corpus illud conſtituunt quod Teſtium dorſo incumbit, & Epididymis appellatur, quod ipſum hinc dilatatum in vas deferens, tandem in veſiculas ſeminales abit, unde ſemen elaboratum in Teſte, perfectum in Epididymide, per canalē deferentem in veſiculas ſeminales deponitur, ſuo tempore, vel ſponte in pollutione nocturna, vel concurrente partium genitalium motu, in coitu excernendum, aut potius ex affluente ſanguine calefactum, & ſpiritibus copioſis confertim influentibus turgidum, cum impetu ſpumoſo ejaculandum.

Huic Genituræ, dum ejicitur, admiſcetur adhuc liquor quidam ſeroſus & blandus, in corpore proſtatarum glanduloſo & ſpongioſo elaboratus, qui per copioſos exiles ductus in Vrethram, cui annectitur effuſus, ſemen obvolvit, ipſiq; pro vehiculo ſervit, ut melius & promptius per penem ejaculari poſſit, qui liquor etiam in caſtratis generatur, unde & hi coire poſſunt.

Materia ſeminis non eſt Lympha, vel Ros per duplicaturam Lymphaticorum ad Teſtes delabens, ut vult *Bilſius*, nec eſt ſuccus per nervos advectus, ut volunt Angli, Sed eſt pars ſanguinis crudior, ſeu chyloſa, nondum in perfectum ſanguinem tranſmutata, quæ parte aquoſa diluta cum ſanguine per arterias ſpermaticas, ſeu præparantes ad Teſtes advehitur, ubi per arterioſas iſtas, quæ vaſcula ſeminalia in plexu ſuo firmiſſime detinent, in cavitatem iſtorum vaſculorum deponitur, & quaſi tranſudat, craſſiore reliquo ſanguine per venas remeante, parte aquoſa ſuperflua, à vaſis lymphaticis abſorpta; Huic marcitæ ſpiritus animales nonnulli permiſcentur, & præſertim in coitu copioſe eam imprægnant, & ita ultimam perfectionē, ſeu vim ſeminalem formalem addūt.

Cæterum, annon peculiare in vaſculis iſtis ſeminariis Teſtium lateat fermentum, hujus ſingularis tranſmutationis author, vix dubitare poteſt ille, qui mutationes inſignes à ſeminis generatione in corpore obſervat, dum ab iis ſingularis vigor virilis inſpiratur, Eunuchi vero effœminati maneant, dum barba erumpit, dum venereus brutorum orgaſmus certo tempore evigilans exinde procedit, non ſecus ac ſingularis hircorum Odor: hinc ſub eo tempore Epilepſiæ ſecundum *Hippocr.* cura, Quæ mutationes fiunt ab iſto fermento, dum ſub pubertatis annis excitatum ſanguinem affluentem alterat, ſimilemque fermentativam vim tum ipſi, tum lymphæ ex teſtibus refluenti imprimit, unde tota alterata & fermentata ejus maſſa totius corporis habitum ſimiliter alterat. *Idem Med. th. & Prax. inſt. lib. 1. c. 23.*

2. *Morbi Teſtium præcipui*) Peccant quoque Teſtes in *ſitu*, dum intra abdomen latitant, vel in inguinibus continentur. Ex primo illo ſitu in divortiis viri declarantur ſteriles, etiamſi validi, quia non ſunt loco naturali poſiti.

Ex prava conformatione peccant in *Numero*, ſi unicus adſit, vel triplex, ut iis qui Triorches dicuntur, ſalaces admodum opinione quorundam, quod vitium quibuſdam familiis innatum eſt, ac proinde morboſum.

Peccant in *Figura*, ſi inæquales ratione epididymidis, tumefactæ aut laxatæ vel divulſæ.

Si vitiatus fuerit *color*, vitium eſt in *ſubſtantia putrefacta*, debet enim ſubſtantia eſſe ſolidiuſcula, flaccida & mollior vitioſa eſt: Si *excedunt* Teſticuli magnitudinem ovi gallinæ, non ſunt meliores, quia fluxionibus obnoxii, & ſi tumefacti fuerint, vel alterentur, actionem Teſticuli lædunt. Si fuerint exigui inſtar avellanæ, nihil valent ad conceptionem. *Riolanus Encheir. lib. 1. cap. 34.*

Circa numerum Teſtium, quæritur An Monorchides ſint vere Monorchides? Triorchin Agatoclen memorant hiſtoriæ, Monorchin *Cottam*: an tamen vere Monorchin pronuntiare oporteat, niſi prævia anatome, mihi ambiguum eſt, ſæpe enim teſticulorum alter in abdominis imo reconditus præpropera judicia confutat: Id cum alias tum clariſſime mihi ſpectatum in nobili juvene, quem à puero conſtabat nonniſi unum in ſcroto ſenſiſſe teſticulum; Verum cum è vivis excederet, pollinctoribus ut balſama ſua ingererent, omnia cava corporis late experientibus, prodiit ex abdominis ſinu latente teſticulus alter, non minus bene habitus firmuſq; quam ille prior, imo toroſior pleniorque calore loci nutrimentum copioſius ſuggerente. *Olaus Borrichius.*

Monorchidis fœcundi meminit *Sal. Braunius Med. Sept. vol. 1. p. 856.*

Teſticuli alterius circa annos pubertatis primum erumpentis in adoleſcente xviii. annor. dum ex theda in terram fortius proſilit, ingenti cum dolore, ut etiam animo linqueretur. *Ioh. Henricus Brechtfeld. ibidem.*

Teſtium coaliторum Alardus Hermannus Cummenus, *ibidem.*

3. *Intemperies, & iſta vel calida &c.*) Teſtes animalium temperiem non leviter mutare, tum ſpadones, tum bruta caſtrata documento eſſe queunt, Vnde *Galenus lib. de ſemine cap. 15.* in iis alterum nativi caloris fontem ponendum cenſebat: *Jacchinus libr. Qu. nat. n. 28. & Hofmannus l. de Gen. Hom. capit. 4.* rationem inveſtigaturi, inquiunt quod Teſtes faciant ad libidinem, hæc vero apta nata ſit fervorem quendam in univerſo corpore concitare, *Conringius lib. de calcian. pag. 240.* hanc rationem non ſufficientem indicat, ſpadonum exemplo motus libidine inſimul pollentium: *Fortaſſis*, ait, *rectius omnia ſemini proxime tribuerim maſculino, quod teſtibus oblaſis nullum generatur, Ponendum videlicet eſt ſemen illud maſculinum, ſanguinem eſſe ſumme elaboratum, eoque aptiſſimum ut vi cordis caleat, Vbicunque igitur in vivo corpore ſemen eſt maſculinum, ibi principium aliquod caloris eſt perpetuum, adeoque maribus omnibus ſemine inſtructis in vaſis ſeminariis quaſi ignis aliquis deliteſcit, qui vicina quæque, atque etiam ita ſanguinem per magna illa vaſa infimi ventris manantem calefacit, unde non poteſt non perpetuo intendi, qui in corde hæret nativus ignis, Hinc ſane ante ſeminis generationem inter integros & caſtratos parum aut nihil diſcriminis eſt deprehendere circa calorem corporis. ubi vero per ætatem capit, tum vero toto in corpore cruoris fit augmentum, multo maxime autem creſcit calor totius corporis quando ſemen fermentatur, initio ejus facto ſive per ſe, ut in pleriſque animalibus, ſive per libidinoſas cogitationes, quod hominibus familiarius eſt. Teſtes autem* non ſolum in maribus, ſed verum etiam in fæmellis temperamentum mutare judicamus. *Moebius Fundam. Med. Phyſ. p. 58.*

4. *Calida*) Cognoſcitur ex cauſis calefacientibus, quæ prægreſſæ, & lædunt, nimirum ex aëre, cibo & potu, medicamentis, balneis naturalibus, equitatione frequenti &c. Ex refrigerantibus quæ juvant.

Galenus in Microtechn. iſthus Teſtium dyſcraſiæ ſequentia ſigna diagnoſtica proponit, 1. Proclivitas eſt ad venerem, & ſalacitatem, Nam teſtium calor calidiùs producit ſemen, quod prurit & turget. 2. Fœcunditas, quia calidum ſpirituoſumque ſemen prolificum eſt. 3. Pubes matura, ob calorem, qui vicinas partes rarefacit, & materiam gignendis pilis aptam attrahit. 4. circumjacentium partiū hirſuties, eandem ob cauſā, 5. marium generatio, calidioris ſeminis ratione, quod maſculos gignit: Verum hæc intemperies huc non pertinet, quia non eſt morboſa;

Morboſa hujus loci eſt, quia modum valde excidit, *Sebiſius Man p. 1419.*

4. *Calida*) *Cal. & humida* ſemen copioſum generat, ad Venerem quidem non adeo incitat, ſed tamen ea minus lædit; *Calida ſicca*, adeſt ſemen paucum & craſſius, inſignis ſalacitas, ſed cito veneris ſatietas eſt, pili citiſſime naſcuntur. *Primeroſius.*

5. *Semine multo nimis & calido*) Vſus Teſtium quis ſit, eruditæ antiquitati videtur fuiſſe incertum, *Hippocrates l. de Genit.* illis nullum aſſignat officium, oiſi ut ſemini à toto allato tranſitum ſolummodo concedant: *Ariſtoteles* nonniſi accidentarios in hiſce partibus agnoſcit uſus; nam *lib. 5. de Part. Anim. cap. 7.* ait, *quemadmodum textrices telam jugo jungentes, & tamen deſtendentes appendunt pondera quæ lapides vocant, Eodem modo teſtes ſunt appenſi vaſis ſpermaticis.* Alium oſom adducit, ut *faciant ad cordis robur*, & ſect. 4. probl. 24. Vt *pondere ſuo erectionem & tenſionem penis juvent.* Non pauci è Recentioribus, ſemen in teſtibus generari negant; Plurimis adductis rationibus, & quod ſine teſtibus quoſdam generaſſe compertum ſit, & Eunuchi teſtibus ſpoliari coeant.

At quod ſemen conficiant Teſtes multis rationibus probari poteſt, 1. à poſteriori hoc potiſſimum, ablatis enim teſtibus ſemen non amplius generatur, & animal fit ſterile; Imo teſtibus ſolum refrigeratis viros effœminari, teſtantur milites brumæ tempore per fluvios ducti, affirmante *Salmuth centur 3. obſervat. 91.* 2. Teſtium ſubſtantia pultacea, & ſemini conſpiſſato ſimillima, cujus ſimilis non eſt in toto corpore, ſeminis elaborationem approbare videtur, 3. In brutorum majorum teſtibus circa membranam interiorem infiniti arteriarum & venarum conſpiciuntur ſanguine tumentes ramuli. Pro nutritione autem tanta ſanguinis copia opus non erat, ideoque pro uſu alio, ſeminis nimirum confectione copioſior adducetur ſanguis, 4. Teſtes præſentes robur & animoſitatem corpori præſtant peculiarem: Quomodo autem iſtud fiet, niſi peculiaris coctio in iſtis celebretur? E contrario ablati teſtes animalis temperamentum plane mutant. *Mœbius p. 410.*

Sed maxime confirmat hiſtoria à *Dodonæo* allata, Quidam teſtis dolore intolerabili cruciatus diu, fruſtra tentatis omnibus remediis, maluit ſibi amputari Teſtem integrum & incorruptum, quam diutius vitam in tormentis trahere, Extractum teſtem cum adhuc calentem per medium diſſecaret, in faciem ipſius eropit & proſilit ſemen.

6. *Venarum circa illos à ſanguine turgeſcentia*) Vaſa habent uterque Teſtium, 1. Arteriam unam ex arteriæ magnæ trunco, Hiſce arteriis hoc peculiare eſt, *ait Lindanus*, quod ſuis conjugibus venis ubique majores ampliorеſque ſunt, quum tamen alias in toto corpore venæ arteriis ſint perpetuo majores & capaciores; Verum quod hoc interdum, & quidem in libidinoſis ita contingat, admittimus, quod autem ſemper & in omnibus res ita ſe habeat αὐτοψία negat: Quod hæ arteriæ ſi ſint majores fœcunditatem notant, *Hofmannus comm. in lib de v. P. § 1013.* hoc exemplo confirmat, *Petrus Pavvius Anatomicus Patavinus, ſecuit cadaver ſenis ſuſpenſi, qui venas quidem ſpermaticas circa initium habebat bifidas, arteriam autem ſpermaticam nonniſi unam, ex medio trunco ortam, decuplo majorem*, vulgaribus duabus *recta in paraſtatas deſinentes. Hic cum annum ageret 67. tam erat fœcundus ut uxorem relinqueret gravidam cum* xii. *liberis.* Fœcunditatis cauſam *Pavvius retulit ad arteriæ* magnitudinem, & quidem rectiſſime. *Mœbius pagin 402.*

7. *A ſanguine*) Ex qua materia ſemen elaboretur nonnihil videtur obſcurum: Neoterici è *ſanguine* venarum ſemen in teſtibus elaborari contendunt, *Seminis cauſa efficiens*, ait Bartholinus, *eſt parenchyma Teſtium proprium, tum ob temperamentum cal. & hum. tum ob ſpecificam proprietatem, quum huic carni ſimilis alia in corpore non reperiatur, convertunt autem ſanguinem præparatum in ſemen quod pro ſervanda ſpecie requiritur, quod vero ſupereſt vel regreditur per venas ſpermaticas ad cor, vel in Teſtium nutritionem abit.*

Exiſtimamus autem hoc negotium ita ſeſe habere; Sanguinem nimirum arterioſum, ſpiritu vitali copioſo mixtum, ut & ſpiritum animalem per nervos advehi; in labyrinthеis anfractibus & membranis nonnihil alterari, miſceri, demumque parenchymati teſtium inſtillari, & ibi à peculiari fermento (quod odore cujuſlibet animalis graveolente innoteſcit) coque, partim ipſos Teſtes nutrire, partim in ſemen mutari, & demum ad paraſtatas mitti; ibi colligi, nonnihil fermento continuato perfici, & incraſſari, ſervarique pro congreſſu venereo, In quo an etiam ſpiritus è toto per arterias & nervos ſimul accedant, & cum ſemine in teſtibus parato ejiciantur, cuius judicium integrum relinquimus. *Moebius pag. 414.* Vide *Graef de Vir. org. pagin. 76.*

8. *Curatur*) morboſa intemperies quomodo curanda ſit lege contrarietatis conſtat, ſcil. per refrigerantia, interna atque externa petenda ex iis quæ de Renum calore nimio dicta ſunt. *Sebiſius.*

9. *Vel frigida*) Quæ tarde pilos generat: In *frigida humida* ſemen generatur tenue & aquoſum, minime ſpirituoſum, pauca eſt ad Venerē propenſio, pili tardius erumpunt; In *frigida ſicca* ſemen eſt paucum & craſſius, reliqua ſimilia ſunt. *Primeroſius.*

10. *Cognoſcitur*) Et ex præcedentibus cauſis refrigerantibus, & juvantibus ac lædentibus; ex quibus *illa* offendunt & intemperiem augent, *hæc* proſunt & illam corrigunt.

Galenus in Art. P. cap. 45. tradunt ſigna calidæ intemperiei contraria, Frigida namque Teſtium conſtitutio reddit homines ſteriles, circa partes genitales depiles, fæmellarum genitores, ſi quidem generant; minime ſalaces, ac libidinoſos: Addere licet Teſticulos ad tactum eſſe frigidus &c. *Sebiſius.*

11. *Præceſſere cauſa refrigerantes*) Vt aër, cibi potus, medicamenta, balnea; frigida, enormes ſanguinis evacuationes, ſeminis immodicæ profuſiones. *Idem.*

12. *Curatur*) Per qualitatem contrariam: Materia autem petatur ex iis quæ ad renum, ventriculi, &c. frigiditatem adducuntur. *Sebiſius.*

13. *Humida*) Dyſcraſia hæc cauſas habet humectantes, quales ſunt aër humidus, balnea aquæ dulcis crebra, deſidia & otioſa vita, cibi potus, medicamenta, humectandi facultate donata.

Palam fit ex lædentibus, quæ humectant; juvantibus quæ ſiccant, ſemine multo & humido, *Galenus, Aetius, Paulus.*

Curatur per ſiccantia, quæ aliunde petenda, ubi de correctione ſiccæ partium intemperiei, cumprimis de Renum dyſcraſia ſicca. *Sebiſius.*

14. *Sicca*) Cauſas habet ſiccantes, utpote thermas ſiccantes, nitroſas, aluminoſas, calcarias, ſulphureas &c. Venerem nimiam, cibus, potus, medicamenta, ſiccantia, febres hecticas ardentes & colliquantes.

Nota fit ex cauſis ſiccantibus quæ præceſſerunt; Iuvantibus quę conferunt, ſeminis paucitate & craſſitie.

Siccitas ſi fuerit hectica eſt ἀνίατος, ſicut & quævis alia aliarum partium.

Quæ vero χρονία eſt, curam admittit per contraria, tum cibus tum potus, tum medicamenta interna atque externa.

Materia humectantium hauriatur ex iis, quę de aliarum partium ſiccitate, præſertim Renum adducta ſunt *Sebiſius.*

II. [15] *Tumor*, qui aut eſt [16] *Inflammatio*, in cujus [17] Curatione, (de reliquis enim non habeo quod dicam) obſerva.

1. Dum medicamenta illis applicantur, ligaturam ſemper verſus ſuperiora tendere debere, ut minus dependeant, & fluxus minor fit.

2. Ad intercipiendum fluxum, ad latus pubis, ubi venæ & arteriæ ex abdomine ad teſtes & ſcrotum tendunt, [18] intercipiens ponendum eſſe.

3. [19] Laudari, paribus cæteris, *Decoctum* agrimoniæ cum vino & aceto; *radicem* cucumeris agreſtis ſimiliter decoctam. *Herbam* Paridis viridem contuſam & applicatam, &c.

Aut [20] *Scirrhus*, ſeu alius tumor frigidus & durus, [21] qui ex malè curatâ inflammatione ſæpe oritur.

[22] Tollitur *Cataplaſmate* radic. lactucæ ex mulſa coctæ, cum farina lini, hordei, fœnugræci, cæpis, &c. quod inſequatur *linimentum* ex Balſamo ſulfuris & *Emplaſtrum* Diaſulfuris.

Aut [23] *Inflatio*, [24] cui curandæ inſerviunt folia *Hyoſcyami*, & *aqua juniperi* unc. j. pondere ſingulis diebus hauſtus, cum *Rotul. Diacymini*.

III. [25] *Ulcera*, quæ quia in loco humido, ſunt periculoſa, & interdum in cancrum ſeu gangrænam abeunt. Lavari debent *decocta roſar. folior. veronica, & plantaginis*. *Unguento Apoſtolorum* mundari poſſunt.

IV. [26] *Contuſio*, quæ cum ingenti dolore conjuncta eſt, ovalem ipſorum figuram corrumpit, & gignendi ſæpe facultatem demit. [27] Occurrendum eſt maturè dolori, [28] ne affluxus concitetur.

V. Huc refer 1. [29] *Spadones* qui à natura impotentes, ſeu quia teſtes parvi aut [30] attriti; ſeu, quia meatus ſeminis cœci; poſſuntque aliquando à natura reſtitui. Hinc ipſis permiſſa à *Iuſtiniano* adoptatio. [31] Concumbere iidem poſſunt, & [32] ſeroſi aliquid cum quali quali titillatione emittere, ſemen fœcundum non item.

II. [33] *Eunuchi* ſeu *Caſtrati* quibus [34] exciſi ſunt teſticuli. Utriſque defertur [35] humor genitalis, qui in ſemen à teſtibus perfici debebat, [36] aliquando ad *caput*, unde cita canicies, calvities nulla, cujus diverſa apud auctores ratio; aliquando ad *tracheam*, unde, hac anguſtiore redditâ vox acutior, & linguâ nimis humectata, balbuties: aliquando in *univerſum corporis habitum*, unde pinguedo & proceritas; aliquando ad *pedes & crura*, quæ ſuperfluo humore emollita ulceroſa fiunt: aliquando ad ſedem & partes finitimas: ideo etiam ut plurimum ſunt alvi lubricæ.

De *Eunuchiſmo ab infibulatione* olim uſitato, nunc in equabus adhiberi ſueto, vide *Celſum* l. VII. & ex recentioribus *Sinibaldum Geneanthropia* l. III. tract. 3. c. 11.

Teſtium magnitudo non naturalis Atrophia.

[15] *Tumor*) Augmentum teſtis unius aut utriuſque naturale, Sanguinis boni uberiorem per vaſa apertiora acceſſum, cauſam agnoſcit, ut *Atrophia* ejuſdem inopiam, adeoque in qualitatibus vitium, caliditatem maxime acredinem, malignitatem.

Viſui uterque affectus objicitur: Ab aliis autem intumeſcentiis hæc diſtinguitur, quod ſenſim magis fiat, in corpore bene ſe habente, ſine alterius cujuſdam tumoris ſignis.

Nil mali inferunt, & fere iis commoti non ſunt homines.

Curatio utrobique ſanguinem reſpicit, hoc aut illo modo pro ſui diſpoſitione alterari exigentem: hinc & Topicis parti ſuccurrimus, In *primo* caſu iis quæ refrigerandi atque adſtringendi, In *ſecundo* quæ emolliendi magis virtute pollent fotus, unguenti, emplaſtri, quandoque & cataplaſmatis forma uſurpatis. *G. Blaſius Ther. Sp. p. 311.*

Notanda inæqualitas Teſtium quoad magnitudinem, & egregium ac in praxi utiliſſimum *Aquapendentis in oper. Chirurg. p. 3. c. 73.* præceptum, Vidi, *inquit*, plurimos ad me venientes, credentes ſe male habere, quod unum teſtem altero majorem in ſe ipſis obſervarent, propter quam imaginationem videbatur illis Teſtem majorem dolere, Ego autem certos reddidi id naturale eſſe, neque ullum malum inde eventurum: Adoleſcens ejuſmodi Teſtium inæqualitatem in ſeipſo obſervans, oſtendens hunc teſtem operario, ille dixit ſe habere Herniam, & brevi moriturum niſi extrahatur teſtis, atque, ut brevius perſtringam, eo ligato, dum teſtem extracturus eſſet, accurrens pater adoleſcentis, retinuit operarium, dicens ſe velle, ut prius ego viderem patientem, qui propterea ſolutus eſt, & cum me adiret dixi ipſum nullo prorſus malo detineri, & ita fuit.

Novimus aliquem *Gouda*, cujus Teſticulus ſiniſter ad pugni magnitudinem ſponte ſua excreverat, qualia ſpolia ſæpe reportant ii, qui in veneris Caſtris militant. *Regn. de Graef. de Virorum organis p. 17.*

Novi & juvenem, affectione hypochondriaca laborantē, qui quod alterutrum teſtem majorem deprehenderet, ſarcocele affectum ſe eſſe credidit; Remediis abſtineret cum præcepiſſem huic affectioni dicatis, ad priorem curam dirigens, à poſteriori ſimul ac ſemel liberavi.

[15] *Tumor, qui aut eſt*) Ἀπόστημα τῶν ὀρχέων, Intumeſcunt in viris crebro Teſticuli, non ſecus ac in mulieribus mammæ, Differentiæ tumorum (præter illum qui ex hydrope naſcitur, & Ramicum ſpecies) quinque ſunt, Tumor inflammatus ſanguineus, Tumor frigidus & pituitoſus, Tumor durus & melancholicus, Tumor aquoſus, Tumor flatulentus; Hi Tumores aut in Scroto, id eſt, capſula ſub externa cute teſticulorum, aut inter alia duo eorum involucra, aut in ipſa Teſticulorum ſubſtantia (qui omnium eſt periculoſiſſimus) excitantur. *Fr. Joel. Prax. lib. 7. pag. 431.*

[16] *Inflammatio*) Inter Tumores eminens eſt inflammatio Teſtium, quæ à cauſa externa frequenter ſolet ſubnaſci, inprimis *concuſſione* Teſtium, a nimia

eqoitatione, item *compreſſione* violenta & ſimilibus quæ contundunt & laxant Teſtium ſuſtantiam.

Teſtes inflammati redduntur admodum doloroſi: *Dolor* eſt partim *lancinans*, partim *pulſans*; accedit *partium vicinarum rubedo & tenſio*; teſtes *tumorem & duritiem* contrahunt inſignem, Etmuller. P.2. pr. p.414.

Cauſa continens eſt ſanguis iſque extravaſatus, & teſtibus impactus, Extravaſatus ob ſanguinis abundantiam, ob fervorem ejus & tenuitatem, ob percuſſionem, &c. *Sebiſius Man. p. 1112.*

Inflammatio Teſtium ſubito fit ob frequentia *vaſa*, ibidem exiſtentia, & ob ſitum in parte inferiore: Fit autem ab ictu vel ulcere, vel ob medicamenta acria ad curationem frigidi affectus adhibita, vel ob immiſſam fiſtulam, vel ob aliud quodvis inſtrumentum. *Rondeletius Pr. l. 1. c. 77.*

17. *In cujus curatione*) Curatur ut aliæ inflammationes ſcil. remediis affluentem ſanguinem avertentibus, derivantibus, repellentibus, intercipientibus, & eum qui influxit diſcutientibus; aut, ſi ſuppuratio arceri non poſſit, eam juvantibus, Opus ergo venæ ſectione in cubito, revulſionis ergo, opus inciſione venæ in malleolo Κατ' ἴξιν affecto teſti reſpondentis, derivationis gratia; quem in finem etiam crura ſcarificari ſolent; Quod ſi aliqua cacochymia adſit, bilioſa præſertim, expurganda eſt.

Materia *Repellentium* & intercipientium, quæ initio adhibenda, *Digerentium* quæ in progreſſu, & *ſuppurantium*, quæ tentanda ubi phlegmone ad ſuppurationem inclinaverit, patet ex multarum partium inflammatione. *Sebiſius.*

Si dolor oboriatur, mitigandus eſt iis, quæ majorem vim relaxandi non habent; pars enim ob copiam humoris, vel recrementorum facile putreſcit, fiat igitur ſic.

℞. *Malvæ, violar. ſolan.* ãã. *m.* j. *furfur.* p.ii. *decoqu.* in *ſupra* & parti applicentur.

Si vero mitigandus eſt dolor inflammationis vergentis ad ſupputationem, humidioribus utendum.

℞. *Rad. malvæ, biſmalvæ* ãã. *m.* j. *far. frumenti q.* j. *fur. fœnugr. & ſemin. lini.* ãã. ℥i. *ol. violac. pingued. porci* ãã. *q.* j. coqu. & contuſa per cribrum tranſmittantur, f. Cataplaſma.

Si hiſce remediis parum profeceris, Catapl. *ex fol. hyoſcyami* utendum erit, decoquantur hæc ſub cineribus, & contuſa excipiantur *axungia* porci, reducanturque ad formam Cataplaſmatis, Dolorem ſedat & inflammationem maturat. Fit autem Catapl. ſedans dolorem ex *farina hordei* & lacte.

Si Tumor reſolvatur, quod cognoſcitur cum minuitur, fiat Catapl. ex *farina oryzæ*, vel *cicerum*, vel *orobi* cum *oxymel.* vel *ſapa*, vel *vino*, & applicetur, vel *Empl. ex* chalcit. reductum in formam cerati cum *oleo antiquo*, vel *aneth.* vel *rutaceo*, vel *irino*.

Si vero diſcuti non poſſit, ſed ſuppuretur, ubi ſuppuratus fuerit, tunc cute ferro diſciſſa, pus externatur, ulcerique, ut in aliis ſordidis omnibus mons eſt medeator. *Rondeletius.*

Admirandum eſt ad Teſtium inflammationem Cataplaſma ex *faba Aegyptiaca* decorticata, modico melle trita & illita. *Aetius.*

Idem ſequens Ceratum præſcribit, *ſed locum tantum habens cum inflammatio in ſcirrhum vergit.*

℞. *Ceræ, reſinæ piceæ ol. aneth. narciſſ.* ãã. ℥x. cumini ʒvi. *fimi aſinini pilas* iii. *fimum areſactum, tere, cribra, eumq; admiſce*, deinde cerato liquefacto confice & applica. Super cataplaſm. *lanam roſac.* madefactam admove. *Aetius.*

Efficax eſt hoc auxilium.

℞. *Uva paſſa purg.* ʒß. *cicer. rubr.* ʒiß. *cumini* ʒi. *ſulph.* ʒviii. *nitri* ʒi. *reſinæ* ʒiiß. cum melle miſceatur, & imponatur, *Al. Benedictus l. 24. c. 24.*

Valet declinante inflammatione.

Præ cæteris admirandum eſt Cataplaſma ex *faba Aegyptia* &c. *Foreſtus ex Aetio*, qui & præſtantiſſimum ait *Ceratum* ab eodem præſcriptum.

Initio ad repellendum admodum efficax eſt liquor *ex oleo, aceto & aqua roſ.* in quem demitte lintea molliſſima & ſcroto appone. *Vidus Vidius Pr. p. 637.*

Cataplaſma *ex fol. rutæ* cum *aceto deſtill.* laudatur ab *Hartmanno*, Item quod fit ex *fol. nymph.* & *naſturt. aqu. cum oleo roſ.*

Egregius eſt Fotus ex *decocto rad. Chinæ in cereviſia*, præſertim ſi inflammatio fuerit ex gonorrhœa, benigna vel maligna.

Oritur interdum Inflammatio ex applicatis acrioribus externis, optimus ibi *fotus ex lacte incoctis flor. chamom. & ſambuci.*

His irritis expectetur inflammationis ſuppuratio, ad quam promovendam optimum eſt *Empl. filii Zachar.* malaxatum cum *balſamo ſulph. terebinth.* quod abſceſſus maturat. *Etmuller. p. 419.*

18. *Intercipiens ponendum eſſe*) Si ſanguine detracto è brachio majore copia, ſi vires ferant; & cucurbitulis coxis cum ſcarificatione ad derivationem poſtridie adhibitis, Defluxio non conſtiterit, repellentibus eſt utendum, et quæ ex ſuccis herbarum frigidarum, & adſtringentibus, vel ex earundem aquis parantur, addito aceto modico, vicinis partibus admovenda ſunt: lis autem addere poſſumus Repellentia craſſa, ut *bolum Arm. cortic. mali granati* & ſimilia, ut melius fluxio inhibeatur, Poſtea cataplaſm. ex repellentibus & diſcutientibus confectis uti, quæ parantur ex *ſuccis ſempervivi*, vel *plantag.* vel *ſolani*, & *farina hordei, cortice mali granati, roſis & ſimil.* v. g.

℞. *Succor. plantag. vel ſolani* ℔i. *far. hord.* ℔ß. *roſ. rubr. cort. mali granat.* ãã. ℥i. *ol. roſ.* ℥iv. *f.* Cataplaſma.

Solanum & plantago, quia ob frigiditatem repellunt, & quodammodo ſiccant, magis conveniunt; *Lithargyr.* nutritum in *oleo roſ.* & *aceto* vel *ſucco plantag.* digerit & refrigerat, *Rondeletius.*

19. *Laudari*) Quidam ex equitatione violenta incidit in Teſticuli dextri inflammationem, cum tumore inſigni, Bis ſecta fuit vena brachii, ſemel in malleolo, purgans exhibitum; pars fovebatur *aqua roſar.* & imponebatur *Cataplaſma ex farina fabar. cocta in oxycrato*, ita ut quarta pars aceti cum tribus aquæ partibus miſceretur; quod cataplaſma nunquam me fefellit in hoc affectus; In hoc tamen ægro adeo tenera erat cutis ſcroti, ut excoriata fuerit ab aceto acriori, & cataplaſma ferre amplius nequiverit, ſed ad tollendam acrimoniam aceti illud decoquendum curavi cum *lithargyro*, & ſic optime operatum eſt cataplaſma, ægerque intra triduum à tumore liberatur, *Riverius Cent. 2. obſ. 39.*

19. *Laudari*) Tumorem Teſtis patiens vir, ad ſuppurationem perductum, cùm lancetta aperiri dubitaret eundem, corroſivo appoſito ſanabatur. *Wedelius Am. m. m. p. 97.*

19. *Laudari*) In Gonorrhœa virulenta interdum inflammantur Teſtes cum maximo tumore, in quo caſu præſentiſſimum remedium eſt *Cataplaſma ex fol. rutæ & ebuli aceto coctum. Joh. Hartmannus Pr. p. 265. Greulingius Pr. l. 4 c. 6.*

20. *Aut Scirrhus*) Σκίῤῥωσις, durus tumor Teſtium eſt quando Scrotum, vel aliæ corporis partes non tantum intumeſcunt, ſed & in duritiem lapideam fere convertuntur, & prementi digito non cedunt, qui aliquando hebetem doloris ſenſum retinent, nonnunquam vero prorſus ſine ſenſu deprehenduntur, & tum utplurimum incurabiles ſunt.

Cauſa

Cauſæ σκιρρώδους ſunt confluxus ad teſtes melancholici ſanguinis, Item ſanguis ex vehementi compreſſione Teſtium in Scroto collectus & induratus, Item inteſtini portio, aut permiſtum peritonæum aut laxatum, in ſcrotum delapſa, idque in Ramice.

Signa ſunt ipſe tumor durus & renitens, doloris ſenſu, aut exiguo, aut prorſus nullo præditus, cujus color eſt lividus, ſeu fuſcus, ex rubro & nigro conſtans; item totius corporis habitus melancholicus.

Niſi tempeſtive & rite duri tumores tractentur, incurabiles evadunt, & utplurimum in cancrum, aut ferocia ulcera terminantur, Exquiſitus, i. e. qui prorſus omni ſenſu caret, curari nequit; præſtat itaque ab ejus curatione abſtinere.

Curatio in principio, & nondum omni ſenſu privato, conſiſtit *in venæ ſectione, victus ratione, humoris melancholici ſubtractione & Topicorum applicatione.*

Vena ſecanda eſt ubi vires & aliæ circumſtantiæ permittunt, & corpus eſt plethoricum melancholicoque ſanguine abundans, ſiniſtra humeri, vel ea quæ inter annularem & minimum digitum eſt ſita in ſiniſtra manu, ſalvatellam vocant, Victus ratio modicè calefaciens & humectans præſcribatur, Deinde concoquatur extenueturque melancholicus humor, tandem evacuandus; Topicis ſimiliter iiſdem quæ in mammarum duri tumoris curatione adducuntur. *Joel p. 433.*

20. *Aut ſcirrhus*) Ad Glandulas induratas etiam *Teſtes induratos* referimus, qui interdum ſimul in magnum tumorem, adeoque ſæpe immenſum, ut ſcrotum ſucci repleti & diſtenti inſtar dependent, excreſcunt augenturque, huncque affectum *Scirrhum teſtium*, ob duritiem qua ſcirrho ſimilis eſt, vocant; Quem nos ad *glandulosos* potius *Tumores* referimus, uti & glandulas alias induratas ſcirrhodes appellamus. *Platerus.*

Seu alias tumor frigidus) Teſtes in tumorem citra inflammationem elati atque indurati, quod frequentius prius præcedente inflammatione, tandem etiam *ſcirrhoſi* facti ſic permanent, & moleſtiam inter equitandum maximè pariunt, Et ſi in utroque teſte hoc fieret, vaſaque ſpermatica ſimul indurarentur, procreandum impotentem hominem redderent: Mature vero ſi huic tumori occurratur, ille rurſum tolli poteſt. *Platerus.*

21. *Qui ex male curata*) Ejuſmodi tumores generantur ex frigidis craſſiſque humoribus, quales ſunt phlegmatici & melancholici: Naſcuntur & Medicorum errore, cum vel in principio inflammationis nimis frigida & adſtringentia repercuſſionis ergo applicuerunt, Vel in progreſſu validè exſiccantia, & diſcutientia admoventur, Sic enim ſubtiliores materiæ partes digeruntur quidem, & in vapores vertuntur, craſſiores autem remanent, quæ progreſſu temporis exſiccantur & ita indurantur, ut ſcirrhus inde oboriatur.

Affectio *cognoſcitur* facile ex duritie teſtium, qui plerumque dolore caret, aut ſi quem percipiunt, exiguus tamen is eſt atque levis, Expers etiam caloris ac febris.

Tametſi autem ſcirrhoſum iſtud vitium curatu ſit difficile, tentanda tamen ſunt, univerſalibus præmiſſis, quæ vim emolliendi & modicam vim diſcutiendi habent, *Sebiſius man. p. 1425.*

22. *Tollitur*) In cura illius, præmiſſis generalibus præſidiis, digerentia emollientibus inter ea quæ applicantur prævalere debent, ne facile ſuppuratio ſequatur, cum per eam Teſtis ſæpe unus, vel etiam alter deperdatur, admovendaque ex remediis in *Scrofulis* explicatis *cataplaſmata, emplaſtra*, atque *Fomentationes*, quæ potenter operantur, illic deſcripta: Quod ſi vero in abſceſſum tumor hic vergat, maturatio illius procuranda, ſuppurandus, aperiendus, ulcuſque inde natum poſtea ſanandum: Si remediis non cedat, *induratusque* penitus ſit Teſtis, nec tolerari poſſit, per Caſtrationem, eo modo ut in ſarcocele execandus. *Platerus.*

Si *durities* adſit, ea emollienda ſenſim malacticis: Difficile emolliuntur ſcirrhi Teſtium, & carnoſa Hernia, Pars enim interna laxa eſt, ob id facile recipit excrementa, & recepta retinet involucris illis quibus teſtes integuntur, Ea autem materia congelatione indurata maximo cum negotio emolliri poteſt & evacuari: Emolliunt Fotus *ex oleo amygd. dulc. lilior.* oleo decoctis, vel in *ſapa, rec. butyro*, vel *axungia porci* non antiqua exceptis: Poſt Emollientium uſum digerentibus uti convenit, Digerunt ol. *amygd. amar. irinum, rutac. aneth.* Poſſumus admovere in eundem uſum *Empl. ceroneum*, ungu. *dialth. & martiatum* miſta cum *ol. amygd. & violar.* Quod ſi horum omnium uſu longo tumor induratus emolliri nequeat, tentandum eſt ſequens cataplaſma mirabile.

℞. *Mandrag. rec.* ℔ß. *hyoſciam. alkekingi* āā. *m.* j. *coqu. in ſapa* per cribrum ſimul contuſa tranſmittantur, adde *opopan.* ℥i. loco radicis, quam in decoctione macerare, liquare, deinde miſcere oportet, fiat ad formam Empl. addendo ceræ parum; Vel ad formam cataplaſmatis addendo *ſtiracis* ℥ß. Si poſt hujus cataplaſm. uſum Tumor durus permanſerit, de ejus cura deſperandum, niſi per abſciſſionem vel caſtrationem teſtis auferatur. *Rondeletius.*

Nobilis ex inflammatione & ſuppuratione facta in ſcroto, durum eo loci ſcirrhum contraxit, qui ovi anſerini magnitudine adauctus eſt, indolens, qui tamen impedimentum, præſertim inter equitandum illi afferebat; multis uſus eſt remediis, verum nullam ſentiebat diminutionem, donec Baſileam veniens, ſequentibus uſus, cœpit admodum diminui atque emolliri; ita ut diſcedens de impedimento amplius minime conquereretur, tumore fere penitus ablato, ſenſuque in illo recuperato.

Fomentari juſſi primum hoc fotu ſingulis noctibus.

℞. *Rad. bryon. irid. rec.* āā. ℥iii. *rad. cyclam.* ℥iß. *ſem. naſt.* ʒi. *ſem. ſinapi* ʒii. *rad. ariſtol. rot.* ℥ß. *ſulph.* ʒiii. *coq. in lixivio & aqua ferrata* pro fotu.

Empl. ſequens applicet dies noctesque geſtandum ſæpiuſque renovandum.

℞. *G. ammon. bdellii* āā. ℥iß. infunde in aceto fortiſſimo per biduum, & diſſolvantur, addendo *ſulph. vivi. ſpum. mar* āā. ʒii. *rad. ariſtol. rot. ſem. urtic.* āā. ʒi. *ſem. ſinapi* ʒiß. *cum pauco oleo antiquiſſ. cera rubra & melle f. Empl.*

Uſus eſt poſtmodum ſine Fotu quam diutiſſime, Et cum molliri tumor inciperet, ut melius procederet, catapl. hoc noctu uti juſſi, mane & interdiu, Emplaſtro.

℞. *Rad. bryon. ireos, lilior. alb. rec.* āā. ℔i. coque *in lixivio & aqua ferrata fabr. addeg. ammon.* diſſol. *in aceto fortiſſimo* ℥ß. *ſulph.* ℥i. *ſem. ſinapi. butyr. rec.* ℥iii. m. f. mire profuit.

Purgatus ab initio fuit, venaque ſecta. *Platerus. l. 3. Obſ. p. 693.*

Maxime prodeſſe dicitur *lactucæ radix* ex mulſo cocta, ſi durities diu inveterata fuerit, cum *far. hordei aut fænugr & lini ſemine cum cepa decocto. Foreſtus l. 27. obſ. 1.* qui & commendat iſtud catapl.

℞. *Mandrag. rec.* ℔ß. *hyoſc. alkekingi* āā. *m.* j. *coq. in ſapa*, per cribrum trajice, adde *rad. panacis* ʒi. *ſtirac.* ℥ß. *f. Catapl.* Simile habet *Vidus Vidius & Rondeletius.*

Tumor interdum ſuffiendus *ex aceto forti & aqua vita* ſuper laterem candentem affuſus, qui ſuffitus mire incidit, attenuat, emollit.

Valde etiam tumores ſcirrhoſos diſcutit *ſtercor. caprin*, cum *aceto & pulv. flor. chamom. & pauco butyro. Arn. Weickardus Th. 534.*

23. *Inflatio.*) Teſtes aliquando à *flatibus* intumeſcunt, non ſine dolore, idque ob diſtenſionem involucrorum in quibus continentur, ſuntque illorum in ſexu virili quatuor, duo communia: quæ utrumque teſticulum inveſtiunt, ſcil. *Scrotum*, quod rugoſum, pinguedinis expers, & ex cuticula ac cute formatum, Et δαρτὸς, ortum à panniculo carnoſo, venis & arteriis refertum, Excoriabile eſt iſtud involucrum, & facile à ſcroto ſeparabile; *Propria* itidem ſunt duo, *Vaginale, ἐλυθροειδὴς*, quod à proceſſibus peritonæi oriri dicitur, & *Albugineum*, à vaſis ſpermaticis productum, hoc immediate cingit & involvit: provenire autem videntur flatus vel ab aquoſa vel pituitoſa materia, inibi collecta, aut aliunde ad illos amandata; Flatus autem frequenter gigni ſolent ex cibis & potibus flatulentis. *Sebiſius man. p. 1423.*

Tumor à flatibus oritur ab iis inter tunicas obvolventes collectis: In *Pneumatocele.* h. e. quando teſtes ſucceſſive fiunt tumidi, cum tumore tenſivo, ſimulque ſcrotum in ſe eſt adhuc rugoſum, ita tamen ut teſtis tumidus, ſi contingatur manu, minus renitatur, & nunc plus nunc minus ſolet eſſe intenſus flatulentus tumor.

Origo hujus Inflationis teſtium eſt ex nutrimento ſpermatico, membranarum teſtes obvolventium, quod vitioſe alteratum & corruptum, plus minus ab acido vitioſo, per fermentationem inducto, transmutatur in flatus. Nempe hic omnia poſſent applicari, quæ ſunt dicta de origine flatuum in ſtomacho & inteſtinis.

Fiunt & humidi teſtes ab *Aqua inter eorundem membranas contenta*, quæ dicitur alias Hydrocele. *Ettmuller.*

24. *Cui curandæ inſerviunt*) Oportet flatus diſcutere, & dolorem lenire oleis, unguentis; pulticulis, cataplaſmatis, emplaſtris, fomentis &c.

Flatus diſcutiunt *Origanum*, *calamintha*, *ſatureia*, *thymus*, *hyſſopus*, *ſerpillum*, *ruta*, *roſmar. majorana*, *pulegium*, *ſalvia*, *anethum*, *abrotan.* folia *lauri.*

Flores *chamæm. matric. ſumm. anethi.*

Baccæ *lauri. juniper.*

Semina *carvi*, *cumini*, *coriand. fœnic. aniſi. dauci.*

Ex quibus fomenta humida componuntur, coctis ſcil. in *vino generoſo*; addito decoctis *ſpiritu vini*, *aniſi*, *fœnic. baccis junip.*

Habentur & *olea carminativa* in officinis, *ruta*, *laurin. aneth. matricar. abſinth. chamæm. baccar. junip. ſcorpion. irinum.*

Huc quoque referendæ *Inſeſſiones*, in quibus *herbar. flor. baccar. & ſemin.* enumeratorum ſemina continentur. *Sebizius.*

Quidam Inflationem ſcroti & teſtium habens ſine febre, cum applicaretur *fimus columbinus* cum *farina fabarum* & *axungia porcina* mixta, ſtatim ab inflatione liberatur.

Apponitur etiam pro ſecreto *agrimonia* decocta in *aceto aut vino* (quam Author uſurpat in Inflammatione) ac contuſa. Expertum eſt à tota proprietate valere inflationi teſticulorum & removere omnem dolorem, Etiam *aquam illius decocto* cum panno lineo admotam.

Hoc & ego feliciter ſum uſus.

℞. *Furfur. tritici ſubtiliſſime comminuti* m. iii. *far. fabar.* ℥i. *cumini pulv.* ℥iii. *far. hordei* ℥ii. *cum vino dulci aut oleo anethino* f. cataplaſma, *Foreſtus Obſ. 2. lib. 26.*

Contra Inflationem pedum & teſticulorum.

℞. *Conchas cum conchyl. ſuis*, *ſtercus ovin.* āā. coque optime ad ſpiſſitudinem Emplaſtri, Experimentum certiſſimum *Rulandi*, *Pharm. nova p. 66.*

Teſticulorum Vulnera, Vlcera.

Vulnera Teſtium non ſunt lethalia, tutò enim de iſtis particula poteſt auferri; Narrat *Lindemius* ſe duos gangræna quaſi dimidiæ & inferioris utriuſque teſtium partis curaſſe, exciſione ejus quod occupatum erat. Hos autem ſanatos, non minus quam ante morbum perſolviſſe conjugibus maritale debitum & non tantum ſemen effudiſſe, ſed & liberos ſuſcepiſſe. *Moebius pag. 396.*

Si ſolum ſcrotum ſit vulneratum, curatio facilis eſt; at ſi una cum ſcroto etiam teſticuli ſauciati ſint, difficilior, Vulneratur autem ſcrotum punctim, cæſim, ruptim, & contuſim, Danda ergo opera, ut fiat conſolidatio; Glutinantium materia petatur ex capitibus de hepatis, lienis, renum & ventriculi vulneribus, *Sebiſius.*

25. *Vlcera*) Ulcera hæc rurſus vel ſolius ſunt Scroti; vel ſimul etiam teſticulorum, Et aut proprias habent cauſas ſine prævio aliquo affectu, aut ſequuntur affectum alium; *Ortum* trahunt, ſi nullus præceſſit affectus alius, ab affluxu acrium & erodentium humorum, *Curantur* catharticis mundificantibus, & detergentibus, quæ ſiccandi vi ſunt prædita: Materia copioſa traditur in ulcere mammarum, Hic addimus *ungu. de tuthia*, *de lithargyro*, Sequentia duo magnarum ſunt virium.

℞. *Succi ſcrophul. olei comm.* āā. ℔ß. *coqu.* uſque ad ſucci conſumptionem, *colat. adde reſinæ albæ* ℥iii. *terebinth.* ℥ß. *ceræ flavæ q. ſ.* ad ungu. conſiſtentiam.

Alterum eſt, ℞. *Reſinæ albæ* ℥ii. *terebinth. comm.* ℥ß. *olei nicotian.* ℥iß. *ceræ flavæ* ℥i. m. S. F. ungu. *Sebiſius*,

Ulcera contingunt in ſcroto, & ſi ulterius procedant, uſque ad Teſticulos, fiunt multo maligniora, ut & alia ulcera maligna, quæ in virga ac ano ſæpius ſunt depaſcentia, cum facile ejuſmodi partes ob humiditatem corrumpantur, potiſſimum vero id in iſtis ulceribus Teſticulorum fieri conſuevit: Cuidam omnium primo Scrotum exulcerabatur, & brevi ad Teſticulum uſque ulcus proceſſit: Ne ſua malignitate id magis ſerperet, ante omnia purgationem exhibui ex *caſſia* cum *aqua fumar.* Et poſt paratam materiam eam ipſam purgavi cum *conf. Hamech & infuſione roſar. pallid.* chirurgus vero mundificationi ſtudebat cum *ungu. Apoſtol. Pauli* poſt addito pauco *ægyptiaco.* Ne ulcus ambulando magis ſerperet ac penetraret, paratum hoc Ungu.

℞. *Tuthiæ præpar. minii, plumbi uſti, antimon.* āā polverentur, *& cum ol. myrt. q. ſ. & ceræ f. ungu.*

Modo redibat Chirurgus ad mundificationem cum *ungu. Apoſtol. & Aegypt.* ſic caro maligna potio poſtea melius removebatur, cum præſentia optimæ ſanei vel puris, ut deinde ad incarnationem perveniret, Deinde paulatim procedebat cum incarnantibus, quale illud eſt.

℞. *Aloes hepat. ſarcocolla, anethi combuſti, thuris*, lapid. *hæmat.* āā. ℥ii. *alum. uſti, acacia, flor. æris* āā. ℥ß. *f. Pulvis oleo roſac. excipiendus:* f. ungu.

Lavabat etiam ulcus cum *Decocto roſ. rubr. balauſt. myrtillor. cum modico alum. in vino rubro & aqua plantag.*

Cicatriſabat ultimo cum *Ungu. de minio.*

Hoc ungu. etiam prodeſt quo *Gordonius* utitur.

℞ *Litharg. Ceruſſa lota, cadmia, acacia, cortic. granat. ſangu. draconis tuthia* āā. ℥ii. *aloes, ſarcocol. thuris, alumin.* āā. ℥i. *f. Pulvis, & cum ol. roſ. & cera q. ſ. ungu.* Bertrutius utitur *oleo ovorum* Foreſtus l. 26. Obſ. 10.

26. *Contuſio qua cum &c.*) Συνεχέσθεισ τῶν ὀρχίων

ci

eſt ubi ipſorum ſubſtantia conſtringitur aut conteritur: Cauſa Compreſſionis προηγουμένη nulla eſt, Ex ſolis igitur cauſis procatarcticis contingere conſuevit, quales ſunt lapſus, aut caſus è ſublimi, in quo teſtes in durum corpus impinguntur; Violenta compreſſio ab equitatione vehementiori, Ictus à re contundente in pugna, & grandium animalium morſus.

Signa ſunt manifeſta. fit enim eorum contuſio cum intolerabili dolore & animi deliquio, & pereunt omnis eorum ſigna.

Quibus ambo teſticuli ſunt contoſi, iis in totum perit gignendi facultas; & ſi ſolus dexter eſt contuſus, nunquam maſculos; ſi ſiniſter, *nunquam* fœmellas generant.

27. *Occurrendum eſt*) Curandi ratio tota eſt Chirurgica, opus tamen habet Medica præcautione, nec contuſioni accedant ſæva ſymptomata, animi nimirum deliquium, tumor & inflammatio, Satis itaque erit quædam Topica annotaſſe; Primum itaque acerbus dolor mitigetur Epithemate calefacto, & duplicatis linteolis, aut lana ſuccida excepto & teſtibus obvoluto.

℞. *Ol. violar. nymph. roſar.* ãã. ℥i. *mucag. ex rad. alth. & flor. chamom. ſimul maceratis in vino conſ.* ℥ii. *M. S.*

Aut, ſi tumor adſit, fiat Cataplaſma ex ℥iii. *far. fabar. & q. ſ. lactis vaccini*, ſimul commixtis, & in formam pultis concoctis, teſtibuſque circumpoſitis.

Sedato dolore, ſublatoque tumore, Teſtes contuſi quantùm fieri poteſt, digitis rurſum in unam maſſam colligantur, & ad propriam formam redigantur: ac tandem ſequenti catapl. ſingulis diebus bis appoſito calente conſolidentur.

℞. *Pulv. ſemin. lini. fœnigr. rad. alth. far. fabar.* ãã. ℥i. *herb. veron. ſanicula, comar. hyperic.* ãã. ℥ß *myrrhe thur.* ãã. ℥i. *coqu. & in q. ſ. vini rubri ad pultis formam cui admiſce nonnihil olei hyperic. f. Catapl.* Ft. Iocl. *Prax. lib. 7. p. 437.*

Ex *Contuſione* ſæpe Teſtes intumeſcunt, Hi autem contuſi ſubinde exſiccantur ſi *oxycrato*, vel *oxyrrhodino* perfundantur, Si vero adſit tumor cum dolore & ſine inflammatione, ſufficiet Cataplaſma ex *farina fabarum & lacte* confectum ad doloris ſedationem & diſcuſſionem Si autem dolore ſedato tumor remanſerit, parandum eſt Cataplaſma, ex *farina fabar. & fœnygr.* decoctis in *oxymel.* Si verò ex contuſione Inflammatio oboriatur, curatur ut inflammatio. *Rondeletius, Pr. l. 1. cap. 77.*

28. *Ne affluxus concitetur*) Nob. cum 100. & ultra imperiales in capſula equo impetuoſe vectus geſtaret, ora ſupio inter femora reclinato, continua ſucceſſatione adeo læſit genitalia, ut per totam noctem immanem Teſticulorum, maxime vero dextri ſenſerit dolorem, ad ipſum umbilicum & rerum regionem protenſam, Intumuit tum dexter teſtis, doloribus per leniter repellentia & paregorica diſcutientia diſſipatis: Cataplaſma ex *ebulo*, *agrimonia*, *chamam* &c. cum *vino & aceto* modico externe impoſitum: Interne quoque calori accedenti & ſiti contractum; Sequentibus diebus cum ſymptomata omnia reliqua eſſent ſopita, impoſitum *Empl. de hyoſcyamo* cum *mirabili Oldenburgenſi* dicto remixtum, non omiſſis defenſivis ex *lithargyrio*; quibus id quidem factum ut flacceſceret tumor, & aliquomodo detumeſceret ultra pugni majoris contracti magnitudinem, adauctus teſticolus dexter; Sed tum *materia copioſior, dolore & calore attracta* eſſet quam ut poſſet diſſipari, ſicque tumor ad ſuppurationem tenderet; neque tamen *pinguedine leporis* aliiſque ruptoriis aperiretur, appoſitum *ungu. eſcharoticum*, cum ferrum renueret æger; hinc pro ſeparatione *Ungu. populeum* unde eo ipſo die apertus tumor fudit materiam, Interim partes reliquæ ſolicite defenſæ ſunt, & ulceri *Empl. ſtiticum* cum aliis mundificantibus adhibitum, quod hinc ſenſim conſolidatum eſt, poſtea quam teſtis ſatis, & infra fere magnitudinem alterius detumerat, *G. Wolfangus Wedelius.*

Si Medico Gallo, aut Italo, curandus obveniſſet hic affectus, protinus miſſio ſanguinis inſtituta fuiſſet è brachio dextro, revulſionis gratià; hinc in malleolo interno, è directo derivationis cauſa: Cucurbitulæ item ſcarificatæ femori dextro interno: Ita forſan prohiberi potuiſſet affluxus ſanguinis ad partem, & topica celeriorem affectum obtinuiſſent: Adde doloris vehementiam, attractionis cauſam efficacem, In cujus curatione nil potius ſanguinis miſſione ſtatuit. *Galenus* &c.

29. *Spadones*) Σπάδων primo idem eſt quod ἐκτομίας, caſtratus, Eunuchus, 2. idem ſignificat quod σπάραγμα, vel σπαραγμὸς, convulſio; *Erotiano* enim eſt corporis contuſio, In qua ſignificatione legitur apud *Hippocr.* lib. 1. *de Affect. int. x. & lib. 1. de morbis*, *Bruno Lexici pag.* 1068.

Sed quæ eſt ratio nominis? σπάδων ἀπὸ τῦ σπᾶν, inter alia quæ *Foeſius* explicat, ſignificat cui evulſi ſunt teſtes, quam ob cauſam generare poteſt; huic addita præpoſitio ὑπὸ, quæ diminutionem ſignificat, ut in ὑπόλευκος, ὑπόχρυσος, ſubalbus, ſub flavus &c. denotat illum qui inſtar ſpadonum generare non poteſt, etiam ſi teſtes habeat illæſos. *Gaſpar Hofmannus comm. in Gal. lib. de uſu Part. §. 1062.*

30. *Aut attritis*) Veteres fiſſa ferula comprimebant Teſticulos, & ita paulatim conſtringebant eos, quod optimum caſtrationis genus putat *Mago* apud *Columellam l. 6. c. 26.* Dum enim iſtud fit caro comminuitur, & vaſa rumpuntur, atque ita tranſitus intercipitur ſeminis. Quia tamen in iſto caſtrandi modo facile evenire poteſt ut maneant aliquæ viarum integræ, & quos Spadones pueros fœminis cuſtodes adhibuiſſent, eos adultos poſtea cum illis in adulterio deprehendiſſent, ideo teſtibus deinde cœperunt mariti capere ſuos Eunuchos, quo ſecurioribus ſibi eſſe liceret: *ait Landenius*, Metu tamen iſto haud opus eſt ſi teſtes adhuc novelli franguntur, quod dudum *Philoſophus* h. 3. h. an. monuit. *Moebius* pagin. 396. *Fundam. de Graef de Ver. org. p 6.*

31. *Concumbere idem poſſunt*) Quod quidem natura teſtibus carentes coiverint hiſtoriis probatur, Vide *Cabrolium, Spigelium. Albertum, Smetium in miſc. p 523.* Si ergo coeunt, habebunt ſemen quod alibi quam in teſtibus erit elaboratum? Ad hoc autem reſpondet *Papias*, Eunuchorum quidam coëunt, & etiam virus emittunt, ſed ad gignendum Vanum & invalidum. *Scaliger Exerc. 175.* Eunuchis penem flatu vigeri ſine ſemine ſcribit.

32. *Seroſi aliquod tum quali quali titillatione*) *Galen. 2. ſem. 6.* demonſtrat ſpadones non incitari ad venerea: Contra *l. 14. de uſu part. §. Atqui & ſpadonibus &c.*) contra publicam famam contrarium aſſerit: *At pol ego*, inquit illa apud Afrum in Eunucho, A. 4. h. 3. *amatores audieram eſſe mulierum eos maximos. ſed nihil poteſſe*: Et *Turca non ſolum teſtibus capiunt ſpadones ſuos, ſed toto cole, Alioquin ſimplicibus Eunuchis ſe parum tuto mulieres ſuas putant committere. quod eis ſuperet quo delectare poſſunt quamvis ad generandum non ſint pares* Verba ſunt *Busbequii Epiſt. 3.* Rem ipſam docet *Scaliger Exerc. 175* qui negat ſemen habere At *Albertus Magnus* ſemen habere ſcribit. Apud *Philoſtratum* lib. 1. legeris hiſtoriam Eunuchi cujuſdam Regis in adulterio deprehenſi: Quando igitur ſemen habe[illegible] cur non [illegible] qua ratione delectentur? nam *Albertus magnus* [illegible] habere ſcribit: Sed verum ſit Spadones [illegible] non habere, quomodo delectantur & dereceat [illegible] quod ſuadet illis talia? Docet id *Ariſtoteles 1. de Gen. 20.* &c

Accorambonus ibid. Voluptatem excitat non ſeminis emiſſio, ſed ſpiritus qui facit titillationem, Hoc patet, inquit *Ariſtot.* ex pueris qui nondum ſemen emittere poſſunt, ſunt tamen prope illam ætatem ut emittant, & ex iis viris qui ſemen non habent, non minus enim delectantur quam qui habent. *Hofmannus l. c. §. 1034.*

33. *Eunuchi*) Εὐνοῦχος, vi compoſitionis dicitur qui curandis lectis præeſt, ut ταμιοῦχος, præfectus cellæ penuariæ, ab εὐνὴ cubile, ἔχω, teneo, habeo; *Scaliger Ex. p. 841. Eunuchus eſt nomen q. pallium, quo tegatur injuria natura facta ſignificat enim tanquam ſi dicam*, lecti cuſtodem, *propterea quod ad mulierum obſervandam pudicitiam adhibeantur*, ἀπὸ τοῦ εὐνὴν ἔχειν: Ad rem cubicularem cum eligerentur homines exectis teſtibus, ideo Eunuchi dicebantur, quibus teſticuli, virilitatis notam & teſtes ademti erant, Eunuchi autem nil poſſunt, ut meretricula Terentiana (Eunuch. 4. 3.) noverat, ob deciſum libidinis nervum, & fomitem caloris extinctæ &c. *Dietericus Iatres p. 491.*

34. *Exciſi ſunt Teſticuli*) Caſtratio non ſolum fit *in iis quibus mulierum cura demandata, vel ob morbos quoſdam teſtium*, ſed etiam interdum loco curationis inſtituitur in maniacis, teſte *Platero*, ita enim temperamentum mutatur, virilitas & animi ferocia compeſcitur, corpus laxum & humidum redditur, homineſque meticuloſi & effœminati efficiuntur; Imo & Elephanticis olim caſtratio, teſte *Laurentio*, ſingulare erat præſidium. *Moebius p. 397.*

34. *Exciſi ſunt Teſticuli*) Unicuique notum ab hinc aliquo tempore Teſticulorum extirpationem, in hernia laborantibus adeo familiarem fuiſſe ut quidam laute iſtac operatione victum, & amictum lucrarentur, Sed crudelis ac periculoſa nimis illa hernias curandi ratio, per ſubligaculorum vel brachetiorum inventionem, ita obſolevit, ut jam vix aliquem reperias qui ſolum panem hominum caſtratione lucretur. *Regn. de Graef. pag. 7.*

35. *Aliquando ad caput &c.*) Conſenſus Teſtium eſt magnus, non ſolum cum capite, ſed & cum hypochondriis, & partibus imo ventre contentis, cum corde, cum partibus thoracicis, cum aſpera arteria, oculis, auribus, I. Cum *hypochondriis, inteſtinis, ventriculo, hepate & liene*, His enim bene conſtitutis, coctio in dictis partibus fit laudabilior, quæ non parum debilitatur ſi contrario modo ſe habeant: Quidam, teſte *Zacuto Pr. adm. l. 2. obſ.* 118. madebat in tumorem umbilici, melonis magnitudine, renitentem & dolorificum, qui ſolo moderato Veneris uſu curatus eſt; *Hippocrates* meſenterii & inteſtinorum conſenſus cum teſtibus meminit *Epid. 7.* in fine: Impudens *Scortatio difficultati inteſtinorum medetur.*

II. Cum corde, Teſtes cordis quid præſtent viribus eunuchi & caſtrata animalia teſtantur, Imo & venus immoderata virtutem vitalem proſternit, & non raro in animi deliquium præcipitat; Vide *Zacutum Pr. adm. l. 2. 116.* Epithema in Teſtibus adhibita vires cordis mirum in modum reficiunt, Imo etiam ad fervorem ſanguinis circa cor & pulmones attemperandum in ſputo ſanguinis & hæmorrhagiis proſunt.

III. Cum *Pulmonibus, Mammis, Thorace*, Vidimus quendam ſputo ſanguinis laborantem, qui licet curatus, ſemper tamen in idem malum incidebat quoties vel rem cum uxore habuiſſet, vel pollutione nocturna laboraſſet. *Hippocr. Epid. 2. ſect. 1.* meminit ſocietatis cum pectore, mammis, genituræ & vocis cum Teſtis intumuit, Vide §. ubi de Tumoribus teſtium.

IV. Cum *aſpera arteria & collo*, In juvenibus puberibus vox mutatur & fit gravior *Hippoc. 1. Epid. ſect. 5.* raucitatem reddit, *Vocis gracilitatem varix ſolvit ad ſiniſtrum & dextrum, abſque horum altero vix fieri poteſt ut ſolvatur.* Teſtes ſi ante pubertatem auferantur, fit anguſtior aſpera arteria, & vox permanet tenuis: Imo Veneris uſu aſperam arteriam carotides & iugulares diſtendi & ampliores fieri dicuntur: Unde Romanis olim familiaris erat colli commenſuratio, ex qua poſtridie nuptiarum puellam integram vel corruptam cognoſcebant.

V. Cum *Auribus*, Sectæ retro aures venæ ſterilitatem inducunt teſte *Hippocr. l. de loc.*

VI. Cum *Oculis*, Iuvenibus Venerem nondum expertis oculorum cavum prope nares nativo colore florent & tument, laſcivis ſubſident, venæque eo in loco fiunt conſpicuæ & demum livent; Matronam vidimus cui cum maritus extra modum Venereus contigiſſet, tota oculorum circumferentia livida erat, *Philoſophus 2. de gen. an. 7.* ait *ſedes oculorum maxime omnium capitis locorum ſeminalis eſt.*

VII. Cum ipſo *cerebro & nervis*, Ex veneris intemperie cerebrum & totum nervoſum genus lædi authorum teſtimonia perhibent; *Sennertus in Inſt.* ait hoc accidere non ſolum ex ſpirituum vitalium, ſed & animalium per nervos effuſione *Henr. ab Heer* delitum nimia venere in ſexagenario, qui iuvenem uxorem duxerat meminit; Vide *Salmuth cent. 2. obſ. 62.* Epilepſiæ Teſtium conſenſu ortæ exempla vide in *Zacuto Pr. adm. l. 2. Obſ. 119. D. Leono Art. med. c. 14. Iacchinum 9. 14.* & alios. *Moebius Fund. p 398.* ubi plura de hoc conſenſu.

Gangræna Teſtium.

Inter morbos Teſtium ut rarus, ita graviſſimus quoque Gangræna, ubi tam *cauſæ* externæ quam internæ in genere indicatæ, ritè applicatæ locum habent. *Cognoſcuntur* facile & morbus, ipſiuſque *accidentia* & *cauſa* ejus modo generatim tradita debite huc transferantur, Viſus & tactus multa hic patefacit. Lethalis evadere poteſt morbus niſi ablatione teſtis vitiati ſuccurramus, *Curatio* eadem hic locum invenit quæ in aliis aliarum partium gangrænis quas manu tractare licet præcipuum medium videtur: *Extirpatio* quomodo facienda, vide in Chirurgia. *G. Blaſius Theriac. ſpec. p 311.*

Putredo.

Hic nihil occurrit quod non ex prægreſſis quoque ſatis conſtet, ſive cauſas ſpectes, ſive ſigna, ſive Curationem ipſam omnibus aliis fruſtra tentatis, ad extirpationem quoque ſive caſtrationem pervenire cogimur. *Idem.*

Magnitudo Teſtium immodica, &c.

Contingit non raro utrumque Teſticulum ingentem magnitudinem excreſcere, uti videre eſt in *Plateri obſerv. lib. 1.* ubi refert ſe in homine tam obeſo & vaſto, ut vix pede progredi & incedere poſſet, Teſtes tam magnos & ponderoſos obſervaſſe, ut capitis magnitudinem adæquarent, Et *Riverius Obſ. commun. 14.* narrat de N. N. qui teſticulos magnos admodum habebat à naturâ, ut multo intervallo ſuperarent magnitudinem teſticulorum equi, Ex quibus, ut refert, poſtmodum deciderunt fruſta lapidea quæ ſilicem duritiem æmulabantur, & malleolo contuſa in multas partes diſſiliebant, ut cæteri lapides.

Raram ſimiliter hiſtoriam de hac materia refert *Hildanus cent. 5. obſ. 48.* de Hydropico in quo teſticulus dexter ad ovi anſerini magnitudinem adauctus, pilis, materiæ cuidam purulentæ, oleaginoſæ & albæ, commixtis, infarctus repertus fuit.

Teſtium

Teſtium *Numerus auctus*) Teſticulos tres in una burſa aliquos geſtaſſe, quoa *Triorcheis* vocant, perhibent; quod quidem fieri poſſe, cum & in aliis partibus idem contingat, veriſimile videtur: Verum tamen ut hoc aſſeverarent, impoſuit ipſis quod vaſis ſeminariis *duritiei* quædam *adnata* inſenſilis, vel eorundem *dilatatio permanens* teſtem repræſentans, accreverit; ſicut ipſemet contactu cum explotatem in quibusdam deprebendi. *Platerus.*

Teſticulorum dolor.

Dolens Teſticuli graviſſime læſi lapſu, contuſione, vel etiam inflammati: *Salmuth* meminit intenſiſſimi horum doloris, omnium aliarum partium dolorem ſuperantis, à ſola refrigeratione in iis qui tempore nocturoo ſub dio pernoctaſſent, vel excubias verno tempore egiſſent oborti, *centur. 5. obſerv. 69.*

A ſemine in iis cohibito diuturnum dolorem excitatum, ait, *Dodonæus*, Teſtis dolure intolerabili Hiſpanus diu vexatus, fruſtra tentatis omnibus remediis, maluit ſibi amputari Teſtem integrum & incorruptum, quam diutius vitam io tormentis trahere, Extractum teſtem cum adhue calentem per medium diſſecaret, in faciem ipſius empit & proſilit ſemen.

Teſtes abſconditi, retracti, convulſi.

Situs Teſtium eſt notus, propendent nimirum extra abdomen, ſcroto involuti: Interdum, ſed raro, intra cavum abdominis latent, & tempore pubertatis prorumpunt; Vide *Paræum*, *Riolanum*, *Platerum l. 2. Obſerv. Salmuth. cap. 1. Obſerv. 91. Th. Bartholinus cent. 1. H. An. 36.* latentem teſticulum io puerulo cauſam tardioris inceſſus fuiſſe exiſtimat: Si intra abdomen manent viri in divortiis, ait *Riolanus*, declarantur ſteriles, etiamſi alias ſint ſatis validi, quia non ſunt loco naturali poſiti; *Cabrolius* in *ſuis hiſtoriis*, contrarium habet exemplum, *Oblatus mihi*, ait, *22. annos natus adoleſcens, quem quia parentes inteſtabilem natura deprehenderant, matrimonione an Eccleſiaſtico ſtatus addicerent dubitabant, Adhibitus ego in conſilium author fui in leges ut matrimonii deſcenderet, dictum factum &c. complures genuit liberos, teſtaturos mihi ſine teſtibus ſe genitos.* Dubio procul autem iſte Teſtes habuit intus latentes: Modum eos protrudendi *Paræus l. 7. c. 16. docet.*

Interdum retrahuntur intra abdomen ab immoderato coitu, quale exemplum habet *Salmuth c. 3. obſ. 63.* A morbo in quodam, abſceſſu nimitum renis dextri, quem inflammatio hepatis ſequebatur, laborante, retractionem teſticuli dextri; Et io puero, qui calce ab alio circa teſticulum petitus, ejuſdem retractionem obſervavit idem *Salmuth. cent. 1. obſer. 19.* Moebius p. 392.

Convulſionis dextri teſticuli à paroxyſmo epilepoco meminit idem *Salmuth cent. 1. Obſ. 99.* Teſtes alias & pudenda convulſæ, teſte *Hippocr. in Progn.* mortem minantur.

Oedematoſus Teſtium Tumor.

Οἰδηματώδης, eſt Tumor frigidus & laxus, Oedema enim omnem tumorem laxum & doloris expertem ſignificat.

Cauſa προηγουμένη eſt adfluxio pituitæ frigidorumque humorum in ſcrotum, aut ipſos teſticulos: Procatarcticæ ſunt caſus ictuſque, violentus & dolorificus, frigidos humores alliciens, & alimentorum frigidorum pitui toſorumque frequens uſurpatio.

Signa ſunt, Tumor laxus & mollis, dolore carens, & qui prementi digito cedit, & cava digitorum veſtigia relinquit, colorque tumoris, ad albedinem vergit.

Tumor pituitoſus ſi non auferatur per reſolutionem aut exhalationem, io abſceſſum & ſaniem convertitur; Ubi tumor Teſticulorum citra remediorum applicationem repente evaneſcit; metuendūq; eſt ne ad ſupernas partes deferatur, & brevi periculoſos excitet morbos.

Curatio in victus ratione & Remediorum applicatione conſiſtit, victus rationem oportet eſſe moderate calefacientem & pituitoſos humores extenuantem.

Ad medicationem quod attinet, primum ſubducatur alvus clyſtere, ubi hujus ope alvus deobſtructa fuerit; ægro comedendæ offeruntur *ficus n°. vi. medulla ſem: carthami* conciſa inſarctæ & ad ignem calefactæ, Deinde ſi corpus univerſum pituitoſo humore redundet, pituita extenuetur & ad eductionem præparetur, Tandem per intervalla bis terve evacuetur.

Interea tumentibus Teſtibus applicentur ſequentia Topica, primum mane ac veſperi abluantur ſpongia nova *in lixivio & aceto aq. p.* ſimul mixtis imbuta; in quibus reſoluta ſit *ſalis & nit.* āā ℥i. Deinde tumēs locus cōfricetur leniter calidis linteaminibus, & inūgatur ſeq. ol.

℞. *Ol. roſac.* ℥ii. *aceti roſ.* ℥ß. f. Linimentum.

Aut applicetur ſequ. cataplaſma.

℞. *Aloes, myrrha, lycii, acaciæ, glaucii, cyperi, boli Arm.* āā ℥i. *croci* ʒß *pulverata mſ. cum ſucco braſſicæ & aceto, ad ignem* redigantur in pultis formam, tepide applica, Aut.

℞. *Alumin. roc. ſulph. myrrha, ſalis* āā. *p. aqu.* MS. fiat Linim. aut Cataplaſ. adita q. ſ. *olei & aceti roſac.* Aut.

℞. *Stercor. vaccini* ℔ß. *exſicc & pulv. olibani, ſtyrac. liquid. muſci querc. calam. aromat. ſpica celt. abſynth.* āā. ℥ß. pulverata coque cum decocto *braſſica ad pultis formam, adde nonnihil aceti roſac.* f. Cataplaſ.

Per hęc remedia ſi pituitoſus humor non reſolvatur, ſed ad ſuppurationem declinare videatur, quod ex mollitie partis tumentis deprehendi poteſt, tum ut cito ad maturitatem deveniat, applicetur *Empl. diachyl. compoſ.* aut ſequ. Catapl.

℞. *Fol. malvæ, branca urſ.* āā m. j. *rad. alth. lilior. albi cepar. ſemin. lini pulv.* āā ℥i. *coqu. cum ſ. q. aquæ, in mortario ſubigantur in pultis formam, addita fermenti & axungia porc.* āā. *q. ſ. f. Catapl.*

Maturatus tumor aperiatur, pus quotidie exprimatur & abſtergatur, In ulcus *Vngu. Apoſtol.* cum ramento lintei imponatur, ſequens Empl. donec conglutinetur apponendo.

℞. *Galb. ammon. reſina, picis, ſevi bubuli, olei veter.* āā *p. aqu. Galbanum & ammon.* macerentur per noctem in *aceto*, & per linteum tranſigantur; *Roſina autē, pix & ſevum* una cum *oleo* ad lentum ignem reſolvantur ac ſimul commiſceantur, f. Empl. *Iool. p. 433.*

Teſtium Situs mutatus.

Loco alieno continentur Teſtes, vel uterque vel unus, cum vel nimium à corpore dependent; Vel intra ventrem imum, aut in inguine hærent.

Illius cauſæ *cremaſterum* eſt *diſſectio*, aut *laxatio*, à cauſa externa *emolliente*, ut aqua in natatione, balneum, medicamenta humida applicata; aut *tendente* ut eſt equitatio, ſaltatio, ſive à *debilitate*.

Hujus vero, ſi à natura non ita fuerit, nulla arte reparandum) *exſiccatio cremaſterum*, ſive à cauſa interna humorali, ſive externa calefaciente.

Oculis affectus expoſiti ſunt, Cauſæ etiam per ſe patent, quod ſi enim externæ non adfuerint, internis dictis tribuendum.

Curatio cauſas maxime reſpicit, pro earum varietate varianda, ita alia *diſſectioni*, alia *laxitati* ab *humoribus* aut cauſis externis, alia *exſiccationi* ab inflammatione debetur. *Blaſius* l. c.

Proſtatarum morbi.

Glandulæ ſunt ſit ad radicem penes ſitæ, In his generis omnis *Tumores* locum habent, quandoque & *Exulcerationes* quorum omnium *cauſa ſanguis* eſt, hoc aut illo modo diſpoſitus, loco peccans; vel etiam *ſemen*, ſubſtantia, quantitate, aut qualitate vitiatum.

Morbum dignoſcere ut hic difficillimum, ita *cauſas* diſcernere minus grave; gravitas ad penis radicem, cum aliquali intumeſcentia, ſeminis tetério, aut pravi ſeu purulenti excretio, aliquid ſignificant, aſt valde incerte. Curatio, ex generalibus petenda, hic tentari poſſet, ſi de affectu poſſemus eſſe certi, quod qua via fieri poſſit, vellem ab alio cognoſcere. *Blaſius Therap. ſp. p. 313.*

Cap. LXXII.

De Morbis [1] *Scroti.*

[2] MOrbi ſcroti ſunt [3] *Inflammatio, Excoriatio, Vulnera,* [4] *Vlcera, & Hernia.* De illis non eſt quod aliquid dicatur. *Excoriatio*, epidermide eroſâ ſæpe à lotio fit, & *pompholygis*, vel *myrti* aridæ ſubtiliſſimè tritæ, cribratæ, & cum *thure* vel *mirrhâ* miſtæ, adſperſione curatur.

[1] *Scroti*) Per Scrotum intellige Teſtium peram aut tegmen, quod ex tunicis communibus, præſertim cuticula, cute & panniculo carnoſo conſtare anatome demóſtrat: Quibus vero & primam illam ex propriis involucris quæ teſticulis potius competunt, nempe vaginalem dictam, ex proceſſibus peritonæi oriundam, huc accenſere allubeſcit inſuper, Iis per nos quidem id propteres licet, quod hæc ipſa tunica teſtium globos non immediate ambiat; deinde quod laborante ſcroto, propriæ etiam tunicæ, imo teſtes ipſi facile in conſenſum hujus affectus trahi, atque ſic pariter eodem infeſtari inficique queant. *Chr. Langius Pathol. cap. 59.*

[2] *Morbi Scroti ſunt*) Scrotum quo involvuntur Teſtes, ſuis obnoxium eſt morbis, Inflammatur &c. Gangræna corripitur, Pruritu non raro affligitur *moleſtiſſime*, *Lapides* interdum in eo, ſed rarò inveniuntur, cujus rei exempla proſtant apud *Schenckium l. 4. Obſervat.. Hildan. cent. 6. obſ. 57.* Porro *intumeſcit* variis à defluxionibus, ſive in teſticulis recipiantur; Ileon vel omentum prolapſum facit *Oſcheocelen*, & ab hoc vocatus Epiplocele, ab illo Enterocele: Si aqua à ventris capacitate, aut flatus influant, pariunt *Hydrocelen* vel *Pneumatocelen.* Fonticulo in Scroto aperto, liberabatur hydropicus apud *Zacutum lib. obſ.* Criticè in febribus interdum natura vitioſos humores ad ſcrotum defert, Vide apud *Sennertum* exemplum & *Glanderpinm in ſpec. Chir. Obſ. 38.* Id à me obſervatum in Viro Illuſtri qui cum anno 1680. diu laboraſſet colicis doloribus nothis, facto decubitu in ſcrotum ſanatus eſt Cataplaſmate ex *farina fabar. milij, flor. chamom.* &c. & *melle*, brevi diſcuſſus tumor. Gangræna correptum ſcrotum & abſcedens vidi anno 1654. in fabro Ferrario Genevenſi, poſt inflammationem, Natura defectum reparante ac membrana denudatos teſtes inveſtiente.

Scroti Inflatio.

[2] *Morbi Scroti ſunt*) Adde his *Scroti Inflationem* ſeu intumeſcentiam, quæ in Colicis plerumque doloribus ſæviſſimis ſe offert, qui deorſum in inguina protenſi, faciunt ut utrumque ſcrotum aliquo uſque infletur; in qua inflatione inſuper uterque teſticulus quandoque circumvolvi, & magna compreſſione torqueri videtur: Similiter & in conatibus magnis diu continuatis hoc aliquando accidit; quæ inflatio crebro quidem remeat, ſed mox iterum evaneſcit: De qua in colicis doloribus, egimus. *Platerus.*

Scrotum afficit Inflatio quædam, *alia à Pneumatocele*, quæ contigit in *Colicis doloribus*, & *conatibus validis*, quapropter utrumque ſcrotum nonnihil intumeſcit. Inflatio illa cum non ſit ſtabilis, ſed ceſſante vi illa, ſponte rurſum intumeſcentia hæc levis iterum ſubſideat; nullam aliam curam requirit, niſi ut ne amplius redeat cauſæ auferantur, ne iterari ea ſæpius tandem quoque permanentem inducat Pneumatocelen; cujus ſi aliquod principium appareat, mitiore Topica, quæ eo in caſu conveniunt, illud erit avertendum, flatuumque in ſcroto collectio impedienda. *Platerus.*

Scroti tumor Scirrhoſus.

Hæc membrana ſolet tentari multis affectionibus, potiſſimum autem tumore ſcirrhoſo ac duro, dum excrementa viſcoſa à tartarea, quæ ab alimento ſcroti & teſtium ſeparati ſolent, ac potenti ſpiritu partis ejus cuſtode non protruduntur, ſed potius ibi congeruntur & accumulantur, unde in hac parte contractus tumor ſcirrhoſus in dies magis indureſcit, & toto vitæ tempore ſic durus ibi remanet, ità ut ambos ſæpe teſtes etiam is involvat, aliquando unum tantum includat. Diſſolvantur hæc viſcida & tartarea excrementa fotu *aqua fabar.* & catapl. *ex farina fabar. aceto ſtillat.* malaxato tepide ſæpius applicato, ita tamen ut prætereà purgatio ex *antimonio* noſtro ſæpius fiat, & ſudorifica ſæpius aſſumantur. *P. Joh. Faber.*

Quoad cauſam hujus affectus, ſufficit ſcire degenerationem nutrimenti, quo ad ſuſtentationem ac refectionem ſcroti transmittitur, & retentionem excrementi à prava hujus partis nutritione provenientem, in culpa eſſe; veriſſimum autem eſt quod *Helmontius* ſtatuit, Scirrhos externa petere ſubſidia, non tamen neglectis internis & externis præſidiis, præſertim talibus quæ humorum contumaciam, tam per ſedes & urinam, quam per ſudores & inſenſibilem tranſpirationem, cum virtute & generoſa efficacia expellere & expugnare valent; Remedia ab Auctore propoſita ex *aqua fabar.* &c. quod hæc ipſa in extergendis cutis ſordibus, utut valdopere impactis (hinc quoque aqua dicta ad coſmetica refertur) necnon ſuggillatis, adeoque, & per conſequens tumoribus diſcutiendis (quod enim obſtructis poris libertatem ſuam reſtituit, illud inſenſibilem tranſpirationem procurare, & tumores etiam curare valet) peculiarem facultatem habent, Sed nobiliora adhuc præſidia ſcirrhis extrinſecus adhibenda ſuppetunt; Curatio enim nimis craſſi & ſcirrhoſi ſcroti vel eo homine acceleranda eſt, ne impotentia virilis exinde ſuccedat; *Chr. Langius.*

[3] *Inflammatio*) Scrotum inflammatur, vel per ſe, vel una cum teſtibus; *Cognoſcitur* phlegmone facile ex rubore, calore, tumore, dolore, duritie, & moleſta arteriarũ pulſatione, quæ ſigna omnibus inflãmationibus ſunt cõmunia. Eſt autẽ Inflammatio hæc, ut quævis alia, vel *exquiſita & legitima*, quæ fluxionis ſanguineæ eſt ſoboles, ha-

les, habetque ſex commemorata ſigna ſibi adjuncta, & plerumque etiam febrim; Vel *ſpuria* quæ ex miſcella humorum genita eſt, unde eryſipelatodes & œdematodes appellatur, Eſtque rurſus alia *πρωτογενής*, quæ nullum ſequuta affectum, vel *δευτερογενής*, quæ alii affectui ſucceſſit. *Proxima* ejus *cauſa* eſt ſanguis, qui extravaſatur; idque aut ob anaſtomoſin, aut diaireſin, aut diabroſin aut diapedeſin, &c.

Curatio eadem eſt quæ in Teſtium plegmone, In principio enim exiguntur divertentia, derivantia, repellentia, & interſcipientia. In augmento additur repellentibus aliquid digerentium: In ſtatu digerentia præpollent, In fine autem ſolis digerentibus locus.

Quod ſi phlegmone vergat ad *ἐκπύησιν* ea ſuppurantibus promovenda eſt; Rupto abſceſſu ulcus purificandum, dein cavitas carne implenda, tum epuloticis cicatrix inducenda,. *Sebiſius man. p. 1438.*

Inflammationes Scroti eandem impetuoſæ fermentationis, ſeu ebullitionis agnoſcunt fontem & fiendi modum, quem aliarum partium (omnes enim communi & uno nutrimento, nempe ſanguine gaudent) incendia habere notum, Curationem quod ſpectat, ea præmiſſis univerſalibus, refrigerantibus, vel potius fermenti furorem fortiter refrænantibus, & loco inflammato appoſitis expeditur, videlicet *oxycratum, aqua roſac.* aut *plantaginis, ſuccus utriuſque ſempervivi* &c. quæ omnia ardorem eximie compeſcunt; Nos *aquam ſpermatis ranarum*, vel etiam *nivis* ſeu *glaciei deſtillatam*, jam dictis omnino præferimus atque præſcribimus. *Chr. Langius.*

4. *Excoriatio*) Scrotum excoriatur à variis cauſis, nimirum ab urina acri, atque mordaci, quæ cauſa in infantibus, adhuc in cunis jacentibus eſt frequens; ſi ſero ſalſo in Aſcite, Ab acribus vaporibus & fuliginibus; A ſcalptione rudiore in pruritu.

Excoriatur autem ſolummodo Epidermis, qua ablata, cutis ſcroti dolet contrectata.

Cauſa omnium prima extirpanda eſt per cathartica, eaque quæ facultatem habent mitigandi & contemperandi humores acres & mordaces; Poſt applicanda ſunt illa quæ vim ſiccandi & refrigerandi habent. *Cathartica* ſint cholagoga & hydragoga. *Mitigantia & contemperantia* humorum acrimoniam petantur ex cap. de dyſenteria & urinæ ardore. *Topica* ex ſimplicibus ſunt *Cerusſa in aqua roſ. lota, tuthia preparata, lithargyr. pompholyx, plumbum, cadmia, lapis calam. bolus Armena, terra Lemnia, ſanguis dracon. cornu cervi uſtum & prepar. radix torment. & biſtorta, roſa rubr. & balauſtia.*

Ex compoſitionibus officinalibus habentur,

Vngu. alb. cum & ſine camph ung. ex litharg. ex tuthia, diacalcith. diapomph. ex plumbo, Empl. *album coctum, cum & ſine plumbo*, Empl. *griſeum & de lap. calaminari*, *Sebiſius man. p. 1437.*

Scroti Pruritus, Scabies, Exulceratio.

Scabies & Pruritus ex acrium humorum ſuperficiem erodentium, delatione circa Scrotum frequentiſſime oriuntur; Etſi delati humores plures acriores fuerint, ſuperficiem exulcerant; ſin pauciores craſſioresque concreti, ſquamulas gignunt, tunc magis pruritus intenditur, *Aëtius l. 14. c. 19.*

Curatur id morbi genus congrua *victus ratione* ac medicamentis nonnunquam, licet perquam raro, etiam Chirurgia.

Æger igitur ab acrium eſu abſtineat, præcipue aboleribus, olera enim mali ſucci ſunt, omnia vero quæ offeruntur bonum ſuccum præſtare oportet.

Pro *localibus* vero præſidiis, præcipue vero ſquamulis ulceri adhærentibus, & dolore comitante, cataplaſma e *farina fabar. Aegyptiac.* ulcera enim ſimul mitigat & repurgat, Idem facit *ſeſamum crudum*, & *ervina farina* cum *melle* ſubacta.

Locis deinde repurgatis, & pruriendi ſenſu hebetato, ad cicatrices inducendas properabimus, quæ in ejuſmodi partibus optime facit miſy cum *ſulphure vivo* tritum & *myrrhino* cerato exceptum, item quod è *cadmia*, & quod ex *hordeo* conficitur, *Bayri* iſtud optime facit.

℞. *Ceruſa* ℥vi. *ſulph. citrini* ℥ii. *opii* ʒi. *tere cum aceto & aceto.* Fomentatio cum *decocto ebuli*, applicare ipſa *folia cocta* calida, & abluere cum decoctione ſalviæ, removet pruritum teſticulorum.

Exulcerationes vero vehementiſſimæ, quibus teſtes exeſis tunicis denudati apparent, *roſa, ſantalis, ac caphura cum limo rota qua ferrum* acuitur, *ſedimento* ex aqua ſtrychni reſtituuntur.

Viro quinquagenario, cum Scroti inſigni pruritu, longoque laboraſſet, poſt univerſalia remedia, menſe martio vena ſecta eſt, & corpore ſæpius ab humoribus ſalſis repurgato, tandem hoc unguento liberatus eſt.

℞. *Vngu. albi caph.* unc. i. *unguen. diapomph.* ℥ß. *litharg yr. auri & arg. āā.* ʒß. *terra ſig.* ʒi. *creta alb.* ℈iiß. *ſublimati* ℈i. *ducantur ſimul in mortario plumbeo, f. ungu.*

Alias ut magis exſiccarent, in altero, cui ad ſcabiem humidam magis accedebant, huic unguento adjecta *fuligo fumarii*, vel cucullo adhærens.

Octuagenarius incidit in moleſtiſſimum ſcroti pruritum, cum excoriatione epidermidis, Illi ultro urina ex lotii ſcaturigine in lecto effluebat, unde & ſcabies pruriginoſa exorta batur, atque ſcroti excoriatio ex lotii acredine, Sequenti unguento ab hoc malo liberavimus.

℞. *Vngu. de ceruſa* ℥ß. *litharg.* ʒi. *ol. roſac. parum, f. Vngu.*

Pannus lineus mundus hoc ungu. imbutus frequentiſſime locis excoriatis & pruriginoſis apponebatur, ac ſtatim contulit, Alioquin ad majorem exſiccationem addidiſſem paululum pulveris *lapid. calaminaris.*

Egregie etiam opitulatur, teſte *Aëtio*, ſcroto in ſuperficie extumeſcenti *cimolia terra cum aqua* diluta, quam poſt illitionem exareſieri ſines; deinde loco aqua tepida abluto, *myrtum* aridam contritiſſimam, adjecta *myrrha* portiuncula inſperges.

Ad vehementem autem intolerabilemque Scroti pruritum, *fax aceti arid. cum vino* irrigata confert.

Sed ſi ſcabioſo affectu ſanato pruriendi ſenſus derelictus ſit, aut etiam adauctus, Vel ſcrotum deſtillationem patiatur, *nitrum cum uva taminia & alumine liquido, aceto roſac. dilutum*, in balneo illinendum eſt, deinde poſt balneum albumen ovi cum melle applicandum: *Foreſtus lib. 26. Obſ. 8. & 9.*

Pruritus Scroti & Præputii,

Scrotum Pruritu & ſcabie interdum afficitur, ab humoribus acribus ſuperficiem illius occupantibus, illam erodentibus, hinc ſquamulas inducentibus. Conveniunt eadem quæ in Pruritu aliarum partium; *abſtergentia* ſcil. illam ſuperficiem, doloremque lenientia, ac præmiſſis univerſalibus, Cõmendatur *Vngu. P. Bayri.*

℞. *Ceruſſa* ℈vi. *ſulph. citr.* ℈ii. *opii* ℈i. terantur in *aceto & aqua.*

Vel hoc *Foreſti.*

℞. *Vngu. albi camph.* ℥i. *diapomph.* ℥ß. *litharg. auri, argent. āā.* ℈ß. *terra ſigill.* ℈i. *creta alba* ʒiiß. *mercur. ſublim.* ʒi. MS. diligenter in mortario plumbeo, piſtilloque plumbeo in formam ungu.

Tollitur *Præputii Pruritus lentis decocto* cum *cortic. malicorii*.

Scroti Gangræna, Et de Gangræna in genere.

Gangræna incipiens eſt parva νέκρωσις, σφακελὸς perfecta & abſoluta, utrique vitio niſi mature ſoccurratur fit, ut etiam vicinæ partes corrumpantur; Eſt autem gangræna adhuc curabilis, σφακελὸς nequaquam, Ideoque cum membrum in eo prorſus ſit emortuum, ferro vel igne eſt auferendum.

Ambo vitia frequenter magnas ſequi ſolent inflammationes, quæ neque per διαφόρησιν neque per ἐκπυήσιν finiri potuerunt.

Cauſa videtur eſſe duplex, una caloris interitus, iſque aut in fieri, ut in gangræna, aut in facto, ut in ſphacelo: Altera vitalis caloris & ſpiritus privatio, eaque rurſus vel adhuc fiens, vel jam facta: Prius accidit in gangræna, poſterius in ſphacelo.

Interit autem calor vel per ſe, vel per accidens: *Per ſe à* ſuo contrario, quod eſt frigus aëris, aquæ, medicamentorum exceſſive refrigerantium, *Per accidens* variis modis.

I. Per modum ſuffocationis, nimirum à copia humorum, fumorum, ciborum & potuum.

II. Per modom evacuationis, cujus cauſa eſt calor externus, qui rarefactis partibus, & poris illarum apertis; calorem internum evocare ſolet.

III. Per modum marcoris, quando calor pabulo deſtituitur, ſic namque perit, non ſecus ac ignis in lampade ſubtracto oleo, & ignis in foco, remotis aut conſumptis lignis.

IV. Ob humores vel vapores malignos & venenatos, quo illa quoque referuntur pharmaca, quæ σηπτικὰ putrefacientia nominantur.

Partes autem vitali calore ac ſpiritu privantur, quando influxus à corde in illas impeditur, & quidem vel arteriis diſſectis, vel à qualitate aut quantitate humorum obſtructis, vel arctiore vinculo ligatis, atque conſtrictis, vel colliſis atque contuſis.

Signa Gangrænæ & ſphaceli eadem ſunt, differunt ſolum gradibus, nam intenſiora & clariora ſunt in ſphacelo, Remiſſiora & obſcuriora in gangræna.

Sphaceli ſigna ſunt.

I. Color partis niger.

II. Senſus privatio, nam ſi pars pungatur, ſecetur, corrodatur aut uratur, nihil ſentit.

III. Cadaveroſus illius fœtor.

IV. Mollities & flacciditas.

V. Si digitus prematur, cadit in profundum, ut œdema.

VI. Si cutis à manibus elevetur & attollatur, facile à ſubjecta carne avellitur.

Curatio competit gangrænæ quæ curabilis, ſi Medicina mature adhibeatur, Sphacelo debetur ignis & ferrum, ut membrum exanimatum ſegregetur à vivo, Niſi enim hoc fiat, partes vicinæ ſimili labe inficiuntur; non ſecus atque oſſa quæ vitioſo humore perfuſa imbutaque, quæ caro circumpoſita madet, putreſcunt & emoriuntur.

Cum vero Gangræna à variis excitetur cauſis, perſpicuum eſt etiam curationem variare, quæ cum ad Chirurgos potiſſimum ſpectet, eam prætermittimus hic.

Noſſe vero decet Medici eſſe, in corpore plethorico ſanguinem mittere, In cacochymo purgare, Et quia tetri halitus cor petunt, illud foris & intus per cardiaca corroborare.

Placet ſolum mentionem facere eorum quæ putredini reſiſtunt, quia loca genitalia ob caliditatem & humiditatem præ cæteris partibus facile putredinem concipiunt: *Putreſcit* quoque *Scrotum* in quibuſdam aſciticis, ob copioſum ſeri affluxum, qui calorem obruit, tandemque prorſus extinguit.

Quæ autem putredinem arcent, ſiccantis ſunt naturæ, & quædam calida, quædam frigida.

Calida ſiccaque ſunt.

Radices *gentianæ, cardui bened. ariſtol. utr. angelicæ, imperatoriæ, dictamni, cr. cyperi rot. petaſit. helenii, mei, zedoar. galangæ, pyreth. peuced. irid. Flor. acori veri Dioſcor. caryophyllat.*

Herbæ *abſinth. ſcord. ruta, card. ben. meliſſa, origanum, calamint. puleg. ſatur. hyſſop. roſmar. majerana, ſalvia, thym. thymbra, ſerpillum, polium, abroton. marrub. artemiſ. mentha cr. centaur. min. fol. lauri.*

Ex fructibus & ſeminibus ſunt.

Baccæ lauri, junip. & myrth. nuces cupr. lupini.

Semina *fœnic. carvi, ammeos, dauci Cret. aneth. cumini.*

Ex lignis, *guajacum, ſaſſafras, lignum Rhod.*

Ex aromatibus, *Cinnamom. caryoph. macropiper.*

Ex ſuccis concretis & inſpiſſatis *aloe ſoccotrina.*

Ex gummi, *myrrha.*

Ex foſſilibus & mineralibus.

Alumen, ſal gemmæ, nitrum, ſulph. calx viva, chalcant. Chalcitis, ſal commune.

Ex liquoribus.

Spir. abſinth. ſpir. ſalis. ſulphur. vini, juniperi

Sal abſinth. ſal card. ben. rutæ, Scordii, junip. centaur. min.

Refrigerantia & ſiccantia ſunt.

Radices *tormentillæ, biſtortæ, galla, malicor. bolus Arm. terra Lemnia.*

Succus acaciæ inſpiſſatus. Sebiſius man. p. 1441.

Pinguedo in Scroto.

Particulariter in ſcroto, ut & in fronte ac pene, nullus reperitur adeps, attamen illum obſervavit Ch. *Riedinger.* Chirurgus, in N. qui cum hernia inteſtinali laboraret, nullus Chirurgorum ea quæ in Scrotum prolapſa videbantur ita reducere potuit, quin ſemper adhuc præter Teſtem tumor inſtar ovi gallinacei majoris remaneret: Eo mortuo obſervarunt in ſcroti fundo invenerunt multum pinguedinis excreviſſe. *Regn. de Graaf de vir. org. p. 20.*

[5] *Hernia* [6] *ſcroti eſt* [7] *ejusdem tumor, vel ab omento in ipſum delapſo, vel à flatu aut aqua ibidem collectis, aut maſſa carnea ibidem genita, exortus.*

[8] *Species* ipſius ſunt quatuor, ſi *Differentias* ſpectes.

I. Alia eſt *Ventoſa*, ſeu [9] πνευματοκήλη, quæ [10] *cognoſcitur* exinde, quòd ſcrotum, interdum etiam teſtes, valdè ſine pondere & gravitate diſtenditur; flatus, ſi ſcrotum manibus prematur, deprehenditur; & de loco in locum cum ſono movetur. [11] *Oritur* à flatibus; qui vel ibidem colliguntur, [12] *vel* à vicinis inteſtinis & abdomine tranſmittuntur; [13] puerisque eſt maximè familiaris. [14] *Curatur*, præmiſſis univerſalibus, [15] Carminativis extra & intra adhibitis. Iuvat *Cataplaſma ex baccis lauri, farinâ fabar. & fœnugr. furfure, pulvere cumini, ammoniaco, terebinth. oxymelite, & oleo laurino* ſimul miſtis.

II. Alia

5. *Hernia Scroti*) Hernia generali nomine, ſpeciali ὀσχεοκήλη, *Hernia Scroti* dicta, quo ipſo ab omnibus aliis ſpeciebus, ſub uno eodemque genere militantibus diſtinguitur, Un enim Hernia, ſi latinam ſignificationem, Sabinis debitam, ſpectemus, durum, monticuloſum & aſperum notat, propriè hoc loco in abdomine, impropriè Paulo in gutture, ubi Bronchocele audit: Sin originem Græcam, ubi *ramum* ſignificat, qui videtur quaſi protruſus à trunco, res eodem recidit, Sic utrumque hic viſitur, tumor durus, idemque aliunde velut ramus protenſus. *Wedelius Diſput. de Hernia.*

5. *Hernia Scroti, eſt ejusdem tumor*) Κήλη, Latinis Hernia, Ramex, licet apud Græcos cujuslibet partis tumorem ſignificet, illam tamen recentiores Medici Scroti tumoribus accommodant, Cujus ſunt ſex ſpecies pro materiæ vel illapſæ vel innatæ varietate, Ex quibus duo ſunt vere dicti Ramices, Enterocele & Epiplocele, prout vel inteſtinum vel omentum in Scrotum illabitur: Quatuor aliæ ſpecies ſunt Ramices reputatæ, Pneumatocele, Hydrocele, Sarcocele, Cirſocele. *Th. Burnet. Theſ. Tom. 2. p. 68.*

5. *Hernia Scroti*) *Hernia*, Κήλη, *Ramex*, *Ruptura*, dicitur item crepatura, eſt in genere Tumor p. n. umbilici, inguinum, Scroti, obortus ex relaxatione aut ruptura peritonæi, ſubſtantiam aliquam corporis, vel omentum, vel inteſtinum, aut aliam materiam carnoſam, flatulentam, ſcirrhoſam, ſeroſam admittente & continente, Ejus quoad ſubjectum & cauſas variæ ſunt differentiæ. *Bruno Lexici p. 663.*

5. *Hernia Scroti*) *Oſcheocele*, eſt Ramex vitia proprius, ad ſcrotum pertingens, in eoque hærens, à ruptura proceſſus illius qui ad ſcrotum tendit, provenit; Sed & ex ejuſdem relaxatione fieri quoque interdum ſolet; *Corbeus Pathol. l. 2. ſ. 4. c. 28.*

Omnis Hernia nomen ſortitur vel à ſubjecto, vel prædicato, quo ipſo differentiæ ſpecificæ conſurgunt, & internoſcuntur ſtatim: Sic dum Herniam Scroti, ſeu Enterocelen dicimus, ab Hernia quacunque locali alia, non minus ac duritiei modis, ut hernia aquoſa, carnoſa, flatulenta, varicoſa, vel ipſo nomine fit diſtinctio. *Wedelius.*

6. *Scroti*) Subjectum hujus morbi eſt ſcrotum, ſi quidem Herniam ut tumorem reputemus, illud enim intumeſcit, ſicque in dimenſionibus ſuis augetur: Eſt vero & Scrotum de eorum genere, quæ ut membranea contrahi & corrugari, hinc & dilatari poſſunt & ſolent pro modulo contentorum, qualia quidem in aliis varia occurrunt.

Sin ſubjectum cauſæ luſtrare velimus, non aliud niſi peritonæum eſt; ejuſque proceſſus alteruter, vel uterque: Proprie enim Scrotum eſt ſubjectum recipiens, cum tumor hic præſertim non ſit immanens, non ſubſtantiæ ſcroti proprius, ſed tranſiens pro illapſu ponderis vel egreſſu. *Wedelius.*

7. *Ejusdem tumor, vel ab omento &c.*) In omni Hernia Ruptura etiam adeſt, uti Latine alias vocatur; Ruptura vel in continuitate, vel in contiguitate rupturæ partis continentis. *Wedelius.*

8. *Species ipſius ſunt quatuor, ſi differentias ſpectes*) Sequentes Herniæ in hodierna praxi cognitæ ſunt, *Enterocele*, Hernia Inteſtinalis; *Epiplocele*, Hernia omentalis, *Pneumatocele*, Hernia ventoſa, *Hydrocele*, Hernia aquoſa, *Cirſocele*, cum venæ ſpermaticæ ita intumeſcunt in ſcroto, ut tertium teſticulum mentiantur, *Hernia veneris*, cum Teſticuli impuro concubitu indurantur, *Hernia humoralis*, cum ſcrotum humoribus præternaturalibus repletur. *Sarcocele*, Hernia carnoſa. *Spermatocele*, impropriè à me appellata, cum vas ejaculatorium corrugatum in Scrotum delabitur: Et *hæ differentiæ ſunt Herniæ ſcroti*: Sunt præterea Omphalocele, Bubonocele, Bronchocele, quæ ad umbilicum, Inguina, collum pertinent. *Ex P. Barbette chirurg. cap. 7.*

9. *Πνευματοκήλη*) Aliis Φυσοκήλη, Latinis flatuoſus & ventoſus tumor, à cauſa efficiente denominatur. *Sebiſius*, Tumor eſt ſcroti à flatulento ſpiritu recens natis ſæpe contingens; at adultis alias cum hydrope, alias citra hydropem, Eſtque rotundus, levis repente genitus non ſenſim, ut hydrocele: *Ench. m. Pr. pag. 298.*

Qua cognoſcitur) Is eſt tumor per quem Scrotum veſicæ alicujus inſtar inflatur & diſtenditur, adeo ut etiam tranſlucere, præſertim lumine admoto videatur; Qui cum à flatu oriatur, & tumor in Scroto faciat, Pneumatocele appellatur; quem & *ventoſum Scroti tumorem*, vel illius *Tympanitem*: cum tympani inſtar tenſus ſit & pulſet, vocare poſſumus. *Platerus.*

11. *Oritur*) Cauſa iſtius Herniæ ſunt cibi potuſque flatulenti: Interdum in cauſa eſt ſcroti, teſtium, vel etiam ventriculi & inteſtinorum infirmitas, ob quam concoctrix læditur, ex qua poſtea cruditates & flatus enaſcuntur, quæ poſtea ſcroto aliiſque partibus communicantur. *Sebiſius.*

12. *Vel à vicinis inteſtinis & abdomine tranſmittuntur*) In Scrotum uti aquam è ventris cavitate in hydrope aſcite deferri, tumoremque illius vel extra eum Hydrocelen excitare in ſeroſo humore oſtenſum, Sic & flatus ex eadem ventris capacitate in Scrotum deſcendens, atque illud inflans, Pneumatocelen parit, Quod in Tympanite accidere nunquam vidimus; uti & per ſe hoc rarum quoque, & quando fit, aqua fere ſubeſt; Frequentius vero flatu eo delato, *Inflatio Scroti* illa ſequitur, quæ in colicis cruciatibus & conatibus aliquando ſuboritur, moxque iterum evaneſcit.

Cæterum utriuſque cauſa à dilatatione Peritonæi proceſſus ſemper dependet, eaque leviore ſi per eam flatus tantum ſolus, vel cum pauca humiditate erumpat in ſcrotum, ſenſimque illic colligatur, Quæ dilatatio in Pneumatocele à variis cauſis in Hernia explicatis, poteſt accidere, præſertim in tenerioribus puerorum corporibus, qui huic affectui; uti & rupturis ob clamores præ cæteris obnoxii ſunt; eoque facilius ſi flatuum in illorum abdomine ſit proventus, quemadmodum citra Tympanitem illic etiam in ſanis alioquin ex humore, in eos reſoluto gigni ſolent, ſicut in omnibus corporis ſpatiis hoc fit; & Tympanitem quoque eo modo prodire poſſe oſtendimus, qui licet non abundent, ſponteque diſſipentur, tamen ſi pateat hic in Scrotum deſinens, meatus, eo ſenſim perferuntur; Qua ratione etiam Inflatio hæc non diu durans ſcroti, à conatibus illis validis proceſſum illum per vim dilatantibus, flatibuſque per eum erumpentibus proficiſcitur, per quem tamen mox iterum ceſſante hoc impetu, flatus remeantes in ventrem, Scrotum detumeſcit, nec Inflatio hæc, proceſſu eo ſe rurſum recolligente, niſi nova vis accedat, redit. *Platerus.*

13. *Puериſque maximè familiaris*) Primò propter lactis & lacticiniorum crebrum uſum; 2. propter voracitatem, quæ cruditatis & flatuum eſt genitrix, 3. propter aquæ copioſum potum cui pueri, præſertim grandiores, ſunt aſſueti, & quidem ſæpius matutino tempore, quam ob cauſam ventriculum debilitant, qui debilitatus flatus procreat; accurrunt rum maxime ad aquam, cum ſe vehementius exercuerunt, & ob auctum calorem ſiticuloſi facti ſunt. *Sebiſius man. p. 1429.*

13. *Curatur præmiſſis univerſalibus &c.*) Evacuandus eſt idoneis *catharticis* humor, vel pituitoſus, vel melancholicus flatuum cauſa, corroboranda viſcera, diſcutiendi præterea flatus, tum *intro ſumptis ſem. aniſ. fœnicul. coriandri*, & aliis dictis in

Inflatione ventriculi: Tum *admotis* Fotibus, Catapl. & emplaſtr. dictis in Hydrocele, Peculiariter tamen conveniunt *Empl. è baccis lauri, diacalcith. ſolut in vino malvat.* cum pauco *ol. Laurino*, *Empl. de vigo cum mercurio. Ench. m. Pr.*

Laudatur aqua carmin. Dorncrelly cum *Elect. de baccis lauri* interne à *D. Michaelis in MS.* Externe *flor. chamom. Empl. de baccis lauri.*

Weickardus in Theſ. Pharm. commendat catapl. ex *far. fabar. aceto macerata, baccis lauri, pulv. flor. chamam. ſem. cumin. fol. ruta, nitro & ſulph. in vino generoſo* coctis, addita *aqua vita, aceto* Optimo & *oleo aneth.*

Vigerius in Chir. *Fotum ex cumino, baccis lauri, ruta & ſeſel. in* vino auſtero vel *lixivio* claro decoctis. Item *Empl. ex maſtiche, ladano, myrrha, bolo Arm. aloe, corall. r. caryoph. oleo maſtich. & abſinth.* cum *tereb. & cera nova q. ſ.* Item *Empl. de Ranis cum merc.*

Empl. *de Cumino* laudat *Barbette in chir.*

[14] *Curatur præmiſſis univerſalibus carminativis*) Si à flatibus & Aqua ſimul ſcrotum diſtendentibus proficiſcatur, eadem ratione, præmiſſa generali cura, qua aquæ & flatuum proventus impeditur, Topica quæ in Tympanite cum Aſcite copulato conveniunt, ſcroto applicata proſunt, uti & ea quæ in Hydrocele adducuntur, Tum & quæ aquas abſumant, flatus etiam diſſipent, vel, uti illic oſtenſum, ſi neceſſitas requirat, per *puncturam* & aquam & flatus ſimul educemus: In *ſimplici* vero *Pneumatocele*, ubi flatus ſoli ſcrotum extendunt, tum generalis cura per quam flatuum generatio impeditur, genitique flatus diſcutiuntur; tum particularis per topica eos abſumentia, ſcroto applicata, in Tympanite expoſita, hic quoque locum habebunt; Inprimiſque confert *Cataplaſma ex ſtercoribus* illic deſcriptum, addita etiam *ſulphuris* ℥ß. Vel hoc.

℞. *Far. fabac.* ℔ß. *far. baccar. lauri* ℥iii. *ſem. cymin.* ℥i. *pulv. fol. ruta* ʒii. *nitri* ʒi. *ſulph.* ʒiii. *coqu. in vino generoſo addendo aqua vita* ℥i. *f. Cataplaſma.*

Fotus, Sacculi, Suffitus, & Inunctiones in Tympanite deſcripti ſcroto utiliter quoque adhibentur, Vel inungatur hoc unguento.

℞. *Olei rutac.* unc. iii. *ol. de Caſtor. de piperib.* āā. unc. i. *ol. ſpica ſtill.* ℈i. *ſapon.* ʒvi. *aqua vita* unc. iß. *rad. gentiana, imperat.* āā. ʒiß. *rad. pyreth. cyclam.* āā ʒi. *ſem. cymin. ſtaphid. agr.* āā. ʒß. *Ciner. lumbric.* ℈i. *Terebinth. q. ſ. f. Vngu.*

Aut hat *Emplaſtrum* addendo *maſtiches, thuris q. ſ.*

Multum in hoc affectu, ut & aliis Herniæ ſpeciebus incipientibus, præſtat *nummularia*, ſeu *centimorbia Geſneri* recens, aut etiam ſi recens haberi non poſſit, ſicca, cum pauco equiſeto, in *ſpiritu vini* macerata & aſſervata, atque in *linteolis hoc ſpiritu madefactis*, cum ſubligaculo applicata & alligata.

Nonnulli *millemorbiam*, ſeu *ſcrofulariam* majorem recentem, cum radicibus contuſam & decoctam, applicatam, in hoc affectu, ut & aliis herniæ incipientis ſpeciebus ſumme laudant, quæ ſi ut *nummularia* ſupra præſcripto modo præparetur, adhuc efficacius operabitur. *Platerus.*

Inter Fotus diſcutientes uſitatus eſt iſte ex duplo *fabar.* farin. & part. j. *ſem. cumin.* In quorum defectu commode uſurpari poſſunt *bacca lauri* ſubactæ cum *ſimo vaccino rec.* quod Cataplaſma mire diſcutit.

Valet quoque hic Fotus.

℞. *Semin. cursand. cumin. aniſi* āā. ʒii. *alumin.* ʒß. *Vini & aqua* āā. ℔i. *coqu. invicem*, & intincti panni applicentur loco Hernioſo.

Conferunt quoque hæc in *Hydrocele*, Ubi tamen dictis *balſamus ſulph.* vel *terebinth.* vel *juniperinus* commode additur; ſi nempe calide Herniæ flatulentæ alimantur, imponendo deſuper *Empl. diaſulph. Rulandi*, Si acrius fuerit, & excoriationem ſcroti minatur, poteſt temperari tantulo *olei nuc. moſch. expreſſi.* Ettmuller.

[15] *Carminativis intra & extra*) Carminativa Herniam inteſtinalem experimento *Helmontii* & noſtro curant, Tenſionem enim inteſtinorum demendo eadem locis ſuis detinent, ne ſpatium longius occupando herniam intolerabilem vel incarceratam reddant, Confirmat id hiſtoria ab *Helmontio l. ſ. Duumvir. p. 243.* & *lib. de Flat. p. 344.* cum enim Hernioſo in curio ad capitis magnitudinem increviſſet tumor Scroti, & intumuiſſet mirum in modum, obtuli *hauſtulum vini ſemel bullitis cum ſemin. contuſis aniſi, carvi, fœnic. & coriandri*, ſtatim hinc emollita durities, & hernia retro impulſa, facto una, quod improbat tamen, prius *fotu cum lacte* & ſtercore bubulo, Hinc recte de illis *ſeminibus* ſcribit *l. c.* illa corruptionem ſimul atque aciditatem materiæ inhibere, eſſeque ideo inteſtinorum lamina.

Hæc ſcil. eſt methodus curandi *Herniam & ſimplicem & Ileoſam* incarceratam, *Simplicem*, interius propinando *ſemina 4. carminativa*, cum *ſemine perfoliate*, lapidibus 69. cum *ſale*, quod juſſimus poſt cibum capere ordinarie velut tragema domeſticum: Externus applicando ſubligaculum, & pro re nata, Empl. contra rupturam; *Ileoſam*, interius per carminativa & purgantia, præmiſſis quandoque Opiatis, urgente vomitu; Externus per Fotus emollientibus. *Wedelius Am. m. m.* p. 359.

II [16] Alia eſt *Aquoſa*, ſeu ὑδροκήλη, quæ [17] *Cognoſcitur*, quòd fluctuatio percipiatur, ſcrotum lucidum quaſi appareat: tumor ſemper ejuſdem magnitudinis manet, nec per compreſſionem in abdomen recedit.

Oritur ab [18] aqua, quæ plerumque ex abdomine influit, [19] propter cauſas quarum in hydrope mentio.

Curatur 1. [20] *Prohibitione*, ne aquoſus humor generetur, [21] vel affluat. de qua vide Differentias.

2. *Aquæ illapſæ evacuatione*, vel [22] inſenſibili, cui ſuperius etiam cataplaſma inſervit; [23] vel ſenſibili, per ſcroti apertionem: de qua vide authores.

[24] *Dividitur* varié.

1. Alia eſt à *ſola aqua* ſcrotum diſtendente.

Alia etiam à *flatu* eidem conjuncto, in cujus curatione utriuſque habenda eſt ratio.

[25] Alia à *carne* circa teſticulū concreta, [26] cujus curatio cautè inſtituēda, [27] ne in cancrū abeat.

2. [28] Alia eſt *cum Hydrope*, & tum curatio ad hydropem obvertenda eſt.

Alia *ſine Hydrope*, in qua etſi aquæ tanta copia non eſt, ut ventrē in tumorem attollere poſſit; aliquid tamen ejus in abdominis cavitate, ob partium imbecillitatem, accedente inprimis

externâ

externâ cauſâ, percuſſione, &c. colligitur.

Tumor *vel* totum ſcrotum occupat. *Vel* unum ſaltem latus; & [16] *tum* Humor in membrana erythroide teſtem continente hæret. Nunquam dexter, ſemper ſiniſter intumeſcit.

Aut [17] vitium eſt in *ſiniſtro rene*, per quem cum ſerum deſcendere non poſſit, per ſeminalem venam ab emulgente ſiniſtri renis procedentem, in tunicam erythroidem delabitur; à cujus curatione vel abſtinendum, vel ſcrotum in inferiore duntaxat parte incidendum.

Aut non eſt; & *tum* ſcrotum, in ſuperiore parte prope inguina, ut & humor evacuetur, & novi affluxus per cicatricem erythroidis impediatur, ſecandum eſt. Vide *Fabricii* Obſervationes.

3. Alia eſt, quando *aqua inter erythroidem tunicam & darton continetur*, in qua tumor eſt rotundior, inſtar ovi, teſticulus viſui & tactui occultatur: ſcrotum ipſum albidius eſt, & nihil vel parùm intenditur.

Alia, quando [18] *extra eam, inter ipſam & pelliculas adjacentes*, in qua teſticulus tactui occurrit, ſcrotum magis intenditur.

Alia, quando *in propria pellicula, ſeu tunica ſuperagnata*, in qua tumor undique conglobatus, alterius teſticuli imaginem refert.

15. *Alia eſt aquoſa, ſeu ὑδροκήλη*) Scrotum tumores privatim occupare ſolent, quorum unus frequentior, quo ſcrotum admodum intumeſcit ponderoſiuſque fit, qualem in hydrope aſcite ſcrotum quoque implere diximus, hic ſine eo ſe offerens: Qui cum ab *aqua ſcrotum replente* quoque ut in Hydrope prodeat, & tumorem in ſcroto, cujus tumores omnes κήλη dicuntur, efficiat, *Hydrocele* appellatur; quem & *aquoſum ſcroti tumorem*, ſeu illius Aſciten nominare poſſemus: Hic affectus uti adultis, ſic & infantibus ſæpe accidit. *Platerus.*

16. *Alia eſt aquoſa*) Dicta hæc eſt Hernia, à Græcis ὑδροκήλη à Latinis *Ramex aquoſus*, eſtque juxta *Galenum, l. de Tum. p. n. cap. 15.* Tumor ex aquoſa materia genitus, quæ in tunicis quæ teſtes ambiunt continetur. Continetur autem vel inter ſcrotum & darton, vel inter hunc & vaginalem, vel inter iſtam & albugineam tunicam teſtium. *Sebiſius m. p. 1430.*

17. *Qua cognoſcitur*) Hic ab *Enterocele*, quod non cedat, ſeu aqua illum efficiat; quod tactu facile explorare, & adhibito lumine, quo ſcrotum illuminetur, cernere licet, potiſſimum diſtinguitur. *Platerus.*

17. *Cognoſcitur quod fluctuatio*) Affectus cognoſcitur ex tumore ſcroti doloris experte, ex fluctuatione, ſi ſcrotum prematur digitis; ex ſcroti pelluciditate, ſi nimirum manu apprehendatur eique accenſa opponatur candela, ex permanentia tumoris, ſi maxime conemur aquam retrudere, non enim facta compreſſione retrocedit, ut inteſtinum in ſcrotum delapſum.

Si totum ſcrotum tumet, aqua continetur inter tunicas teſtium communes; Scrotum & darton, Sin altera ſolum ejus pars, dextra vel ſiniſtra, inter proprias, quæ quemlibet Teſtium diſtincte regunt, ſtabulantur. *Sebiſius.*

18. *Aqua quæ plerumque ex abdomine*) Aqua in ſcroto generatur raro, plerumque vitio hepatis, aut lienis in aſcite provenit, in quo aqua ex abdomine in partes ſubjectas & in Scrotum decumbit, *Cauſæ* ſunt, vel externæ, ut comprimentes, collidentes, & percutientes: Hæ enim efficiunt ut ſeroſus humor ex vaſis excutiatur. Vel internæ ut vitia hepatis ac lienis, quæ aſciten generant, in quo uti modo dictum, aqua ſæpe in ſubditas partes ſcrotum, femora, tibias & imos pedes defluit. *Idem.*

Lymphæ & vaſorum Lymphaticorum cognitio veram cauſam aperit, Ubique per corpus & quælibet viſcera diſperſa ſunt Lymphatica, ita ut in his Lympha contenta, ſi in motu ſuo impediri contingat, cum interim continuus ejus ſit proventus, non poteſt non in iſta parte, ubi ſit motus impeditus, tumor aquoſus, ſeu hydrops particularis excitari, tam in *partibus internis*, v. g. ex lymphaticis pulmonum, aut lymphaticis glandularum pectoris, hydrops pectoris; ex lymphaticis hepatis aut lienis, aut *teſtium*, hydrops aſcites & *hydrocele*, ex lymphaticis capitis hydrocephalus, quam in *partibus externis* ex lymphaticis artuum, tumores ſeroſi particulares &c. *Etmuller Parte 2. pag. 235.* Plura vide Capite de Hydrope Aſcite ex eodem.

Vaſa Lymphatica, quæ admodum dextre in Teſticulis detexit noſtri ſeculi curioſitas, non ſolum provenire nobis videntur à Tunica albuginea, ſed etiam ab interna Teſticulorum ſubſtantia: In progreſſu ſuo pluribus ductibus ſenſim in unum coaleſcentibus, vaſa ſanguinea concomitantur, donec cum iis cavitatem abdominis ingreſſa, ab iis rurſus ſeparentur, aut liquorem ſuum in chyli receptaculum deponant; Plurimas valvulas in dictis vaſis lymphaticis, non minus quam in aliis, detexerunt *Frid. Ruyſch & Nic. Stenonius.* Officium harum eſt impedire ne lympha ad Teſticulos recedat, & facilius ad chyli receptaculum ſurſum propellatur. *Regn. de Graef de virorum org. p. 47.* Cauſas effuſionis Lymphæ vide apud *Etmullerum l. c.*

Propter apophyſes longitudinales peritonæi, quæ ad Teſtes producuntur, ſeroſi humores qui ad Scrotum defluunt Hydrocelen pariunt. *Riolanus p. m. 69.*

Hernia Hydrocele oritur à Lymphæ recurſu ex teſtibus impedito; qui quando impeditur ſupervenit Tumor teſtium aquoſus, cum vaſa lymphatica in quodam loco obſtructa rumpantur, & lympham effundant, intra membranas teſtes involventes. *Etmuller Prax. Part. 2. p. 415.*

18. *Ab aqua quæ plerumque ex abdomine*) In Scroti cavitate, ſi ſeroſus humor delabatur, vel tumorem illũ, qui in Aſcite una cũ ventris intumeſcentia in hac parte aliquando ſuboritur, vel eum qui ſine hydrope in *hydrocele* hoc loco ſe offert excitabit: hic autem humor aquam referens in utroque caſu non aliunde, quam ex abdominis cavitate, in quam prius delapſus eſt, provenit, indeque in hunc ſaccum delabitur, idque duobus modis. 1. per *diapedeſin* vel *anaſtomoſin*, ſero ex abdominis ſpatio ſub cutem penetrante, & ſub ea in ſcrotum ſubſidente: quod in Aſcite cum eodem modo in pedes quoque evenire derivetur, ut hac ratione quoque in Scrotum portio illius tranſmittatur, evenire poteſt. 2. Tranſitus hic per proceſſum peritonæi, vaſa ſeminaria in ſcrotum deducentem perficitur, ſi ille eo uſque dilatetur, ut aqua in abdomine collecta, per eam in ſcrotum deſtillare queat, nam etſi relaxatio non adeo ſit ampla, uti illa eſt per quam inteſtina in ſcrotum prolabuntur, tamen vel leviter hac via patefacta, aqua guttatim poteſt tranſmitti: Quæ relaxatio priori hic etiam ſola aqua

quæ hanc ſedem inferiorem ventris, ubi hi proceſſus prodeunt continuo alluit, & madore ſuo humectat, proficiſci poteſt, ut non majori vi opus ſit; quæ tamen ſi accedat majorque inde ſequatur dilatatio, vel etiam ruptura, via tunc amplius patenta, citius ſcrotum aqua replebitur: Quod & ſi humectatio ſola in cauſa fuerit, eveniet, magna aquæ, ut in hydrope ſit, præſente copia: In Hydrocele vero tardius, cum pauca illius ſit quantitas, eaque nonniſi ſenſim in abdomen, indeque in ſcrotum inſtillet. *Platerus.*

19. *Propter cauſas quarum in Hydrope fit mentio*) Cujus collectionis in abdomine in hydrope cauſam, non ſolum ſolutam continuitatem viſcerum & vaſorum eſſe diximus, ſed & anaſtomoſin vel diapedeſin venarum meſentericarum eſſe poſſe oſtendimus; A qua etiam cauſa potius, quam inſigni alicujus partis læſione in *hydrocele* ſerum in ventrem tranſſudare, vel è venarum oculis exſtillare, hoc comprobare videtur, quod in hoc caſu, nullo alio præter Scroti tumorem graviore affectu, niſi alius accedat morbus, laborent; & nonniſi longo tempore hic tumor excreſcat, paulatimque per venarum tunicas vel oſcula ſerum efferatur; Idque ab iiſdem cauſis à quibus hydropem quoque interdum prodire demonſtravimus, ſed levioribus, & proin minorem noxam afferentibus: Cum & citra præternaturalem cauſam, naturaliter ſero continuo nonnihil exſudante, atque interiora abdominis irrigante, etſi non adeo redundet, tamen patefactis, vel ob ipſius madorem, vel aliis de cauſis hiſce meatibus, in ſcroto ſenſim colligi, & proceſſus illius relaxatio, tunc ſola *hydroceles* cauſa fieri poſſit. *Platerus.*

20. *Prohibitione ut aquoſus humor generetur*) Si huic affectui obnoxius ita ſit aliquis, ut intra certum temporis ſpatium aquæ redeant, nova fiat ejus in ſcroto collectio, præveniendum hac ratione, Nimirum aquæ illius in abdomine collectio, ſeu nimia humiditas, *bona vivendi ratione, evacuationibus* convenientibus, uſuque eorum quæ ſeroſitates in corpore abſumant impedienda, ſicuti in imbecillitate ventriculi oſtenditur: Et ſi viſcerum ſanguificationi deſtinatorum aliquod vitium ſimul adeſſe cognoſcamus, iis quæ in Cachexia declarantur medendum. *Platerus.* Medicamenta interna ſint quæ ſerum ſuperfluum evacuant, præcipue ex *Elaterio. Etmuller.*

21. *Vel effluat*) Præter *remedia reſolventia*, uſurpantur & ſimul per vices, quæ non ſolum aquas abſumant, ſed & valida adſtrictione prædita viam per quam aquæ in ſcrotum exſtillant conſtringendo arctent, & nihilominus ſiccitate ſua quam obtinent, aquam quoq; exſiccent: quale hoc eſt Cataplaſma quod paratur ex ſtercoribus enarrandis, admiſta tertia parte *Boli rubri*, atque *aceto vel oxymelite*, vel ſequens.

℞. *Furfuris ſubtiliſſime triti* ℔j. *far. fabacea quart.* j. *ſem. cumini* ʒii. *cinnam.* ʒvj. *hypociſt. vel acacia* ℥ß. *alum.* ʒii. *coqu. in oxymel. in formam cataplaſmatis.*

Dein ſi à *relaxatione proceſſus peritonæi* hoc dependere, ex eo maxime quod mox redeat cognoſcamus, ut eam conſtringamus, viamque ſic obturemus, iiſdem remediis quibus enterocele & epiplocele, ab eadem cauſa natis, inguini appoſitis illud præſtatur, hoc idem moliri conabimur; Quibus ſi nihil efficiamus, non alio modo hujus affectus recurſui præcaveri poterit, quam vinciendo hunc proceſſum, ſectione prius in inguine facta, uti in aliis illius relaxationibus & rupturis, per quas inteſtina in ſcrotum provolvuntur, fieri ſuevit: Quod cum non ſine periculo vitæ, vel teſtis amiſſione fieri poſſit, & proin nec illic niſi magna urgeat neceſſitas facile ſuſcipiatur, ſic longe minus in hydrocele, in qua ſatius eſt levem hanc moleſtiam ſufferre, vel aliquoties per puncturam, quæ non adeo ardua, aquam emittere, quam de ſupradictis periclitari. *Platerus.*

Inguini, qua parte fluxio illabitur, admovendum *Emplaſtrum* contra rupturam, ut vi ii interceptus cohibeatur illapſus, *Enchir. Med. Pract. p. 296.*

22. *Vel inſenſibili*) Externis præſidiis addantur *Aquæ thermales*, nitroſæ ſulphureæ, ſalſæ, calcariæ; *Fomenta* humida v.g.

℞. *Aquam, in qua calx viva* extincta, dein colata, tum cum ſpongia applicata; item *lixivia* parata ex *cineribus quercinis, ſarmentitiis, & ficulneis*, quibus incoqui poſſunt *origanum, calamintha, pulegium, ſatureia, thymus, hyſſopus, abſinthium, roſmar. ſalvia, ruta, ſerpill. nepeta &c.* Ad hæc pulticulas & cataplaſm. ex *farina fabar. orobi, bolo comm. vino rubro*, aut hujus loco *ol. laur. rutac. abſinth.* &c. additis *ſpirit. aniſi, fumic. vini, baccar. junip.* & ſimil. *Sebiſius.*

Quidam hanc Herniam patiebatur, quam citiſſime removi *oleo ſulph.* quo totum ramicem perungebat, mane ac veſperi, ac applicabat ſacculum ex calentibus cineribus factum. *M. Rulandus cur. 82. cent. 8.*

Paretur Cataplaſma ex *ſtercore vaccino rec.* & tertia parte pulv. *boli Arm.* Ad idem maxime valet, & mihi valde probatum eſt Catapl. ſequens.

℞. *Stercor. capræ* ℥iß. *cochlear. cum ſuis teſtis contuſ.* ℥j. *cumin. pulv. ſulph. pulver.* āā. ʒij. ms. *Johann. Zecchius conſult. 63.* Ex *Rondeletio*, qui *cuminum* omiſit.

Infans xi. menſium laborabat aquoſa hernia dextrum teſtem occupante, ita ut ovi exigui magnitudinem æquare videretur, Admotum hoc Cataplaſma.

℞. Far. ℔ß. decoque cum vino generoſo ad pultis conſiſtentiam, adde *oxym. ſimpl.* ℥iij. *f. catapl.* admovendum mane & ſero, Intra 8. dies hoc ſolo remedio tumor diſcuſſus. *Riverius cent. 2. obſ. 4.*

℞. *Fol. origani, rutæ. abſinth. chamæm* āā. m j. *baccar. lauri,* ℥j. *ſem. aniſ. fœnic. cumin.* āā. ℥ß. *coqu. in aq. q. ſ. & aceti, pro Fotu ſcroti* ter in die cum ſpongia. Poſt admove *Empl. hoc.*

℞. *Empl. de baccis lauri, ſtercor. capr* āā. ℥iß. *cochlear. contuſ. cum teſtis* ℥ß. *ſemin. cumin. ſulphur.* āā. ʒij. *malaxentur cum ol. rutæ, chamom.* āā. *q. ſ. f. Empl.* hiſce puer convaluit. *Lotichius obſervat. 11. libr. 3. capit. 6.*

In primis hic laudantur à *Schrodero fol. Ebuli*, ab aliis *valeriana.*

Quidam Hydrocele laborans ita ſanitatem obtinuit, 1. *Jalapio* purgatus fuit, poſt Fotus emollientes & diſcutientes admoti, tandem lanceola perforatus in parte decliviore ſcroti, vitando teſticulum, & lineam interſtitium inter teſticulos facientem: Ictus autem tranſverſi digiti profunditatem attigit antequam exiverit, quæ iteratis vicibus educta fuit, clara & non fœtida, eaque ad libras duas, Cura hæc ſatis rara fuit, cum paucis poſt diebus ad negotia redierit. *P. Borellus obſerv. 4. cent.*

Anno 1685. obiit vir nonagenario proximus, *Dom. Berjon* conditurarum artifex egregius; hydrocelen quotannis fere patiens ab anno ſeptuageſimo; feliciſſima aliàs uſus valetudine, temperatiſſimus in victu; quoties intumeſcebat ſcrotum, ſibi illud ſpecin lanceola curabat. per Mag. *Sabourin* chirurgum Genevenſem; Nullam aliam moleſtiam quam ponderis experiebatur: Exibat lympha limpida.

Vel inſenſibili.

Externè conveniunt.

℞. *Ungu. dialth.* ℥iij. *balſami ſulph. terebinth.* ℥iij. *inungatur ſcroto calide.*

Si eſt debilius convenit hoc Emplaſtrum.

℞. *Empl. de baccis lauri, ſtercor. caprill* āā. unc. ß. *ſemin. cum. flor. ſulphur.* āā. ʒij. *malaxentur cum ſ. q. olei*

olei rutæ & chamom.

Valet tam in *hernia aquoſa, quam tumore ſcroti hydropico.*

Loco hujus *Empl. carminat. Mynſichti.*

℞. *Flor. chamom. parietar.* āā. *m.* ij. *farin. fabar.* ℥j. *ſtercor. caprini* ℥iij. *pulv. teſtar. cochlear.* ℥ij. *cum ſ. q. olei chamam. & aceti vini* redigantur in formam Emplaſtri. Verum in hydrocele confirmata nihil præſtabunt. *Etmuller.*

22. *Inſenſibili*) Inſenſibilis evacuatio procuranda per abſorbentia ſiccantia & diſcutientia, quorum materia reperitur in marmmatum, Ventriculi, inteſtinorum & teſtium inflatione. *Sebiſius.*

23. *Vel ſenſibili*) Si Topica &c. non cedat Tumor per *Puncturam* curam aggrediemur, quæ levi negotio, & ita non ita magno cũ dolore, in parte Scroti humiliore, perficitur, adigendo ſcalpellum per cutem illic diſtentam, aquamque donec nihil amplius prodeat educendo, & ſi quid reſidui remanſit, exprimendo, vulnuſque aliquandiu apertum, immiſſa turunda, ſervandum, vel chorda per vulnus, pro aquæ effluxu, aliudque pro chordæ egreſſu paratum, trahenda, ſicque aquæ via patens retinenda. *Platerus.*

In Hydrocele confirmata nihil præſtabunt Topica, *Signum confirmatæ* eſt 1. quando tumor iterum circa teſtes eſt admodum durus & renitens tactui, hoc enim indicat inſignem ſpiſſitudinem membranarum, lympham in ſe continentium 2. Quando hic tumor eſt perpetuo in magnitudine eadem, non habet ſuas viciſſitudines & potius incrementum, quam decrementum agit, Opera ergo Chirurgica eſt vel *Punctura*, *vel Caſtratio.* Punctura tutiſſime inſtituitur in hydrocele, In tumore vero ſcroti hydropico non caret periculo, quia ſcrotum facile in gangrænam abit, ſed quia punctura non radicitùs malum curat, ſubinde neceſſe eſt, ut exſcindatur teſtis cum tumore aquoſo. *Etmuller.*

Hydrocele, ſi cum hydrope jungatur, Scrotumque unà cum abdomine aqua impletum in tumorem excreſcat, tunc cura ut in Aſcite inſtituenda; Si vero per ſe citra alium morbum manifeſtum in infantibus vel adultis naſcatur, Scrotumque ſolum ſero plenum intumeſcat, cum impedimentum non magnum donec admodum augeatur, afferat, ab initio negligitur fere, nec dum donec incrementum acceperit cura illius ſuſcipitur, quæ iiſdem topicis in aſcite expoſitis, ut ſerum ſi fieri poſſit exhauriamus inſtituitur; Inter quæ *Cataplaſmata ex ſtercore caprino vel vaccino, & cochlearum* carne facta, neglectis aliis quæ viſcerum cauſa, ſi ventri applicari debeant admiſcentur, erunt efficaciora, vel fiat tale Cataplaſma.

℞. *Stercor. caprini vel vaccini* ℔j. *cochlear. terr. Coctarum in lixivio & inciſar. minutim n°* xii. *miſce cum ſtercoribus, & coquantur denuo ſimul cum remanentia illius lixivii, addendo far. fabar.* ℥iij. *ſem. cymini* ℥ß. *ſem. ſinapi* ℥j. *ſulphur.* ℥j. *ciner. teſtarum cochlear. rad. & caulium braſſicæ cremat.* ℥ß. *miſce.*

Foveatur interea ſimul locus affectus *fotu ex lixivio*, cui *ſalis & ſulphuris* portio admiſta fuerit. *Platerus.*

24. *Dividitur variè*) Hernia aquoſa aut ſimplex eſt, aut compoſita, *Simplicem* appello, in qua ſola aqua Scrotum extenditur, *Compoſita*, ubi circum circa teſticulum materia putrida collecta, aut Varices ortæ fuerint, Accedit & nonnunquam *Camerario* teſte, aquoſæ Herniæ prolapſus inteſtini in ſcrotum, quod & ego obſervavi, Caro item ſæpiſſime teſticulis & eorum tunicis adnaſcitur, ſeroſus enim ille humor nonnunquam acris factus, Venas capillares membranaſque leviter erodit, hinc pars illa ſanguinis, quæ paulatim exudat, quæque optima & laudabilis eſt in carneam ſubſtantiam concreſcit; induteſcit autem ſenſim propterea quod calor nativus paulatim debilitatur; interim tamen in illam aliquando molem augetur atque accreſcit, ut magnitudinem capitis humani, quod *Montagnana* & *Foreſtus* viderunt, accreſcat: Reliquum vero ſanguinis, quod ſeroſum eſt; paulatim membranas totumque ſcrotum adeo extendit, ut caro iſta quæ teſticulo adhæret, digitis palpari non poſſit. *Hildanus obſ. 67. centur. 4.*

25. *Alia à carne circa teſticulum concreta*) Cum Hydroceli proprie dictæ ſupervenit tumor ſcroti aquoſus (vide §. *Alia eſt ſine hydrope*) Malum non facile cognoſcitur, in ſpecie quando malum confirmatum, & membranæ ſunt ſpiſſiores, tunc enim ſimilis eſt herniis carnoſis: Interim teſti, ſi hernia carnoſa laborat, utut ſit durus, poteſt ei induci fovea, quod in *carnoſa hernia* non fit. *Etmuller.*

26. *Cujus curatio cautè inſtituenda*) Exemplum extat apud *Hildanum obſerv. 65. centur. 4.* Exterius, *aſt*, præter aquam, quæ ſive ad radios ſolares, ſive noctu ad candelam exponerem ſcrotum, limpidiſſima, & in veſicula, veluti in ampulla incluſa, apparebat; tactu quintiam nulla durities percipi potuit, ita quidem ut nihil præter aquam ſubeſſe putarem, At cum Cauſtico meo, abſque ullo tamen dolore, ſcrotum perforaſſem, & tertio die poſt eſcharam ſeparaſſem, præter aquam etiam carneam quandam & induratam materiam, circumcirca vaſa ſpermatica inveni: Poſt exciſionem itaque eſcharæ, cum nonnihil humoris ſeroſi effluxiſſet, dolor ingens in infimo ventre, inprimis in inguine dextro (qui erat locus affectus) ſubito exoritur, ſed momentaneus. Sequenti nocte ſcrotum aliquomodo intumuit, & tumor duriſſimus in ſuperiori parte vaginæ, circumcirca vaſa ſpermatica plenius percipiebatur, Tunc graviſſima illa & periculoſa ſymptomata, quæ ex hujuſmodi apertionibus aliquando proveniſſe ſciebam, mihi in mentem venerunt.

27. *Ne in cancrum abeat*) Id quod contigit Sabaudo cuidam, cui cum *Joh. Griffonius*, præſtantiſſimus Lauſannæ Medico-Chirurgus, ſcrotum aperuiſſet, & ni aliud præterquam de Hydrocele cogitaret, carnoſa quoque ſubſtantia, teſticulo & vaſis ſpermaticis adnata, ſed ſeroſo humore velut ſubmerſa & tecta aperta fuit, quæ paulo poſt in Cancrum malignum degeneravit, ubi fruſtra *Griffonius* medicamenta, ferrum & ignem adhibuit. *Hildanus ibidem.*

28. *Alia eſt cum hydrope &c. alia ſine hydrope*) Diſtinguenda eſt Hydrocele à tumore ſcroti hydropico; nam hydropici ſolent ordinario tumorem incurrere ſcroti, nunc autem tumor ſcroti accreſcit cum aſcite, & intenditur nunc in aſcite particulari abdominis, evacuata per paracenteſin hydropicorum aqua ſupervenit tumor aquoſus Scroti, *Prius* fit dum aqua collecta per proceſſum peritonæi deſcendit intra cavitatem ſcroti: *Poſterius*, quando ſcrotum, utut flaccidum, poſt evacuationem aqua repletur; quia aqua ultra peritonæum ac muſculos abdominis eſt, & tunc ubi relaxantur partes deſcendit. *Etmuller.*

29. *Alia ſine Hydrope*) Obſervandum eſt quod interdum Hydroceli proprie dictæ ſuperveniat tumor ſcroti aquoſus, dum membranæ teſtium à lympha diſtentæ rumpuntur, & ex iiſdem lympha deſtillat in cavitatem ſcroti, in ſpecie iſtius loci cujus teſtes antea fuerunt affecti. *Etmuller.*

30. *Et tum humor in membrana erythroide*) Cum lympha effunditur intra membranas teſtes involventes, quo diutius durat Hernia, eo ſolent fieri ſpiſſiores & tenſiores, unde malum redditur contumacius. *Etmuller.* Et tunc affectio eſt Teſtium proprie, quapropter *Etmuller* Hydrocelen inter affectus Teſtium reponit.

31. *Aut vitium eſt in ſiniſtro teſte*) Hoc ex *Dodonæo* deſumptum. In Generoſo quodam, *uti Obſervat. 40.* quam periculi plena ſit ſcroti & erythroidis membrana

per ſcalpellum apertio, teſte non ſublato compertum eſt: Ab aliquot annis ſiniſtra parte hydrocele huic moleſta fuerat, Cataplaſmatis fruſtra ac aliis remediis uſus, Tandem temerarii Chirurgi conſilio acquieſcens, aperiri ſibi tumorem permiſit ſcalpello: effluxit cito omnis humor, tumor quoque ſubſedit; ſed cum teſtis ipſe omnino eſſet corruptus, vicinas partes facile infecit, ſubſequuto mox ſcroti univerſi, ac etiam penis cum tumore & ingenti dolore gangræna, delirium cum vehementi febre, præ doloris magnitudine ſupervenit, ac non multo poſt mors acceſſit: Ren hujus ſiniſter omnino corruptus, & vena ſeminalis in erythroide in deſcendens valde corrupta.

[32] *Quando extra eam inter ipſam*) Attendatur varietas aquæ collectæ, ſcilicet intra membranas internas tumor eſt oblongus inſtar ovi: Si vero collectus eſt tumor intra tunicas intimas, non poteſt percipi, nam teſtis ipſe hunc relaxare ſolet. *Etmuller.*

III. Alia eſt Hernia *Carnoſa*, ſeu [33] *Sarcocele*, [34] in qua aliquid carnoſum naſcitur.

α. *Cognoſcitur* ex tumore duro, ſenſim aucto, ſine inguinis tumore affligente [35] qua ratione ab hernia inteſtinali diſtinguitur: [36] plerumque in teſticulo dextro fit, quod natura ſanguinem per venam ejus ſeminalem, à cava ortum, commodiſſimè ad teſtes depellat.

[37] *Oritur* ex ſanguine impuriore [38] ad teſtes & ſcrotum [39] affluente, ſenſim ex membranis vaſorum exſtillante, & à natura nunquam otioſa, in ſubſtantiam carni ſimilem mutato.

[40] *Curatur* 1. *Repreſſione*, [41] per repellentia & exſiccantia, pulvis *radic. ononidis* laudatur. [42] 2. *Sectione*, de qua vide Authores.

Dividitur in *ſcirrhoſam*, in qua nec dolor nec calor adeſt; & *Malignam*, in qua dolor punctorius percipitur. [43] Sarcoceles mirandæ hiſtoriam, in qua modio majus ſcrotum, vide in Cent. IV. Epiſtol. Barthol. p. 519.

[33] *Sarcocele*) In ſacco Teſtium, ſeu ſcroto, Carnoſus tumor teſti accreſcens provenit, qui *Sarcocele*, cum omnibus tumoribus in Scroto genitus κήλης nomen attribuatur, appellatur. *Platerus.*

α. *Cognoſcitur*) Color eſt ſublividus, ſi materia ſit melancholica, concolor autem ſi pituitoſa in cauſa extiterit: Compreſſa non cedit ut enterocele; nec in ventrem cum murmure recedit, ut illa, ſed ſemper ſic ſtabiliſque teſti adhærens permanet; ſenſim autem increſcit, & aliquando in tantam molem, ut totum ſcrotum impleat, idque mirum in modum diſtendat, ægroque pondere magnas creet moleſtias; illumque in motu impediat. *Sebiſius man p.1427.*

Notandum, Cauſam diligenter inveſtigari debere antequam ad operationem ipſam accedat Chirurgus, Paraſtatæ enim adeo intumefactæ quandoque; teſticuli imprimis ſcirrhoſis exiſtentibus, ut herniæ carnoſæ ſpecie facile te deciperent, curioſe ad omnia haud attendentem, uti hoc aliquando contingere videmus. 2 Obſervandum eſt vaſa ſpermatica ſcroto detenta, ſæpius, naturæ luſu, ipſos teſtes magnitudine excedere, Nihil incommodi præter metum ſolum adſerentia, quod verum in non uno obſervavi. *Barbette.*

Sicuti interdum materia genitalis in Epidymidibus collecta, & ibi ſuppreſſa ſpeciem ſarcoceles referre ſolet; Inveterata hydrocele ob denſitatem membranarum, Sarcocelen interdum mentitur. *Etmuller.*

[34] *In qua aliquid carnoſum naſcitur*) Tumor hic Teſticulorum vocatur Hernia carnoſa, quia Teſtibus ſolet adnaſci; nempe involvit Teſtium parenchyma membranoſum, muſculoſis fibris ſimul inſtructum: Si ergo fiat occaſione quadam externa, ut lædantur partim *fibra nervea*, partim *carnea*, circa dictas fibras læſas coagulatur & oritur *excreſcentia* quædam *carnea*, medii generis, intra fibras carneas & nerveas, quæ eſt nunc *dolens*, *maligna & cancroſa*, nunc *indolens*. *Sarcocele* hæc, ſeu *hernia notha*, & excreſcentia carnoſa, nunc adnaſcitur *Teſti*, ejuſque ſummitati, nunc *Scroto*, ſeu membranæ ſcroti. *Etmuller.*

[35] *Qua ratione ab Hernia inteſtinali*) Etſi in eo quod in Scroto conſiſtit cum *Enterocele* conveniat, tamen ab illa facile diſtinguitur, quod compreſſione non cedat, nec ventrem rurſum ſubeat, ſed ſenſim excreſcens, nec ſubito ut in enterocele eo delabens, ſemper fixus teſtique adnatus permaneat, eumque plus minuſve, aliquando & totum includat. *Platerus.*

[36] *Plerumque in teſticulo dextro*) *Hildanus cent.* 4. *obſ.*64. refert quod *Herniæ carnoſæ* plurimum fiant in teſticulo dextro, *Aquoſa*, in ſiniſtro, Sed nihil eſt, quia promiſcue fiunt; *Riolanus* enim in *Anthropographia*, invenit in dextro teſticulo hydrocelen. *Etmuller.*

[37] *Oritur ex ſanguine impuriore*) Exudans ex carne ſuccus, ob *cutis tunicarumque*, quibus obvolvitur, quibuſque ſuccus coërcetur, & venarum ſuccum hunc deferentium (*arteriarum*) oſcula obliterantur, *defectum* accidit, ut ſi ſuccus carni accreſcat, novamque veluti carnem illi adhærentem, & ab ea protuberantem gignat, varia *Sarcomata* producantur. Veluti in ulceribus carne impletis, necdum cicatrice obductis, ſucco ex eo expullulante, excreſcentia carnis gignitur; *Intrinſecus* quoque tunicis carnoſarum partium divulſis, ſucco extra ipſas ſe diffundente *Sarcomata* gigni poſſunt, Sicuti ex contuſione, per quam tantum illa divelluntur oſculaque *vaſorum* nonnihil patefiunt, nec dum gravior læſio, ut aut ſuppuratio aut exulceratio ſequitur, ſenſim quandoque carnoſitates ejuſmodi excreſcunt relinquunturque. Atque ex *contuſione vaſorum ſpermaticorum in ſcroto*, ſucco è vaſis illic quoque luxuriante, *Sarcocele* interdum oritur. Abundantia hujus ſucci ſi accedat, enarratæ cauſæ eo citius hujuſmodi ſarcomata prodibunt; Cui vel plethora occaſionem dat, vel ſanguinis ad partem aliquam, ſæpe repetita attractio, à variis cauſis promota, Inter quas & impetus alii in partem aliquam citra læſionem facti, ſuccum hunc in partem allicientes, hoc poſſunt efficere: Quibus cum & ſeſſione incommoda, vel equitando *teſtes*, ipſiſque adnata vaſa ſæpe valideque impelluntur, licet nulla adhuc, ut dictum, fiat læſio alia, ſanguine ob id continuo eo attracto *Sarcocele* interdum naſcitur; uti & ſi ob immoderatam Venerem vaſis hiſce dilatatis, ea ratione ſanguinis eo quoque fiat influxus: Quod ut in hac aliave ſede fiat, partium diſpoſitio apta ad recipiendum, cujuſmodi & laxitas illius exiſtit, plurimum adjuvat, Cujus cauſa & *gingiva* ſæpe adeo excreſcunt & *Caruncula* in laxa oculi carne augetur, præſertim ſi vis illa quam gingiva maſticando; [illegible] ulus frict one [illegible] ob pruritum facta patiuntur, inſuper accedit. *Plater.*

[37] *Oritur a ſanguine impuriore*) Tumor eſt præternaturalis ex ſ[illegible] [illegible] ad [illegible] affluente, ibique paulatim in carnem [illegible], originem habent,

bus. In definitione hac apud præcipuos Medicos atque Chirurgos duo notari volo, 1. Cauſam Tumoris hujus haud eſſe ſanguinem impurum, cum etiam optimus eum producere poſſit. Nec ſimpliciter abundanté, cũ etiam in corporibus macilentis ſe exhibeat; licet in his non celeriter adeo generetur, nec ad eam magnitudinem deveniat, quam in illis, Sed enim veram hujus Herniæ cauſam in eo conſiſtere exiſtimo, eum membranæ quæ vaſorum capillatium oſcula, ne ſanguis nutritius nimis ſubito in partem perfluat, claudere ſolent, vel eroſæ, vel diſruptæ aut dilatatæ ſint; nam tunc contingit plus ſanguinis in partem ruere, quam ad ejus nutritionem requiritur, Natura enim ſanguinem, qui alias putreſceret, in carnem mutat. 2. Carnem hanc quandoque adnaſci tunicarum ſcroti communium ſecundę, non vero teſticulis, quo in caſu ſine horum læſione, aut exciſione *tolli poteſt*. *Barbette Chir. cap. 25.*

38. *Ad teſtes & ſcrotum affluente*) Modus generationis eſt duplex, alter per *ἐπιρρευματισμὸν*, influxum, alter per *ἀθροισμὸν ἢ σύγκρισιν*, collectionem, ſive congeſtionem factus (*minus hæc conſentanea ſunt doctrina circulationi ſanguinis, ſi quidem arteria ſanguinem pro nutritione partium invehunt, vena ſuperfluum reducunt, adeo ... congeſtio ille explicari debeat per impeditum ... ſanguinis è venis in maſſam ſanguineam reditum*) Q... referri poſſet etiam ſemen genitale diu coitu ... atque retentum: (*Hoc ex Hildano deſumptum, qui in obſervat. refert juvenem in eunuchis deprehenſam, Sarcocelen paſſum eſſe, à retento ſemine quod evacuationi proximum erat; An vero ex ſpermate carniforme quid generari poſſit, alta eſt indaginis.* Sebilius.

39. *Affluente*) Influxui utplurimum occaſionem præbent cauſæ externæ, v. g. percuſſiones, colliſiones, caſus, ſectio, aut imperita poſt herniæ inciſionem curatio; Vaſis namque ruptis, contenta eorum effluunt, & ex illis caro producitur. *Sebiſius.*

40. *Curatur*) Curatio inſtituitur per *φαρμακείαν*, ſi vitium adhuc ſit recens & exiguum; aut per Chirurgiam, ſi magnum & inveteratum. *Sebiſius.*

Sarcocele medicamentorum ope vix tollitur, Chirurgiæ vero opera raro ſine ablatione teſticuli: Ad inguina ubi ſe extenderit, fere incurabilis habetur. *Barbette.*

40. *Curatur*) In principio ubi ſanguinis nimiam copiam exire permittunt membranulæ vaſorum eroſæ, ruptæ aut dilatatæ, Venæ ſectione, medicamentorumque repellentium & adſtringentium uſu multum efficimus; At augmentum ſi ſumere inceperit, medicamenta illa ad malum averruncandum, non ſufficiunt, tamen ſequentibus medius res eſt tentanda, Fiat foramen exiguum in ſcroto ſuperiori magis, quam inferiori in parte: Per illud, petitæ ope medicamenta applicentur ſuppurantia, ut hoc modo ſi poſſibile ſit, caro ea tollatur, quavis tamen viſitatione pus illud non eſt educendum, ut tanto melius carnis reliquiæ conſumi poſſint. Quod ſi hæc non ſucceſſerint, Teſticulus ſimul cum hernia eſt extrahendus. *Barbette.*

Matthiolus ſcribit *comm. in lib 3. Dioſc. cap 18.* noviſſe ſe quendam, qui *pulvere corticum rad. ononidis* pluribus menſibus cum vino poto, Sarcocelen abſorpſerit, eum antea à Medicis concluſum eſſet nullo medicamento, ſed chirurgia eum ſanari poſſe.

Inter *interna abſorbentia* commendatur *pulvis onon. &c.* alus *ſpirit. ſal. dulc.* quotidie ter illitus & intro ad guttas x. aſſumptus. *Spir.* item *ſalis coagulat. Minſicht. balſam. ſalis gemm.* intus & foris. *Cor. talpæ ſicc. & pulver.* quotidie in *aqua cinnamom.* exhibitum.

Inter externa dantur *Balſam. ſulph. amygd.* Catapl. ex *far. fabar.* Empl. ad herniam quamvis *Schroderi*, *De melil. de ranis, diachyl. gumm. Diaſulph. Rulandi.* Fomentationes humidæ ex *aceto deſtill. ſpir. vini & decoct. adſtring.* Vide *Foreſtum l. 27. obſ. 23. ubi plura. Gieſvven in Hodeg. p. 1203.*

40. *Curatur*) *Sarcocele* vix dum eum adhuc creſcit impediri, multo minus eum excrevit, alia arte quam ſectione, quæ cum noxa caſtrationis fit, auferri poteſt, ob eamque cauſam cura illius negligitur; Interea tamen ſi aliquid mutare velimus, mature ab initio domin fieri eſt, faciendum. & venæ ſectione in pede, vel poplite facta, ſanguis ab hac ſede ſæpe derivandus.

Adhibitis ſacco teſtis, illic ubi extuberat, *adſtringentibus repellentibuſque*, augmentum illius prohibentibus; Qualia multa quibus fluxionem in oculos impediri, ſi vicinis illis ſedibus adhibeantur, in *Ophthalmia* deſcribuntur, hic quoque convenire poſſunt.

Quibus adhibitis, niſi creſcere deſinat, eum intrinſecus carnoſitas hæc lateat, ſcrotumque proxime illi non ſit adnatum, fruſtra cathæreticis adhibitis hic aliquid efficeremus & Cauſticis, vel ſepticis, cutem ſaltem aperiremus, qua vel hac arte, vel ſectione aperta hæc eadem remedia, huic carnoſitati commode applicari minime poſſent, Teſtiſque corruptio & amiſſio æque atque ſi omnia ſimul amputarentur, quod citius fit, eſſet metuenda.

Multo minus *emollientibus* adhibitis, uti aliqui jubent facere, hic aliquid efficiemus, eum non ſit Scirrhus, qui hæc requirit, ſed carnoſitas, quæ eum emollitur, magis excreſcit & augetur, & proin potius adſtringentibus & ſiccantibus debet reprimi, vel ut ſubſiſtat, ... creſcat, indurari. *Platerus.*

Sarcocele incipiens poteſt tolli pharmacia, *confirmata* tamen nonniſi ipſius carnis, ſcroto vel teſti adnatæ, abſciſſione, vel *teſtis ipſius exſectione.* Hæc ergo pro ſui cura poſtulat externe *gummata* interne *remedia terrea alkaliſata*, quæ in ſtrumarum cura ſolent eſſe in uſu v. g. *Pulvis contra ſtrumas, Pulv. ex ſpongia combuſta, ex terra ſigill. lap. ſpongia, rad. Ononid.*

Externe primarium ducunt *gummata* penetrantia & reſolventia, & hujuſmodi tumores nunc *emollientia*, nunc *ſuppurantia*.

Hæc ſaltem fiant in *ſarcocele benigna, in maligna* non. Convenit ergo externe *Empl. Paracelſi* contra Herniam carnoſam.

℞. *Gumm. Opopan. ſagap. ammon. galbani ãã.* ℥j. diſſolvem *aqua roſar.* & inſpiſſ., & cum ſ. q. *Olei Philoſ.* redigatur in formam Empl. ſpiſſi, geſtandi per aliquot ſeptimanas: Sic dicit *Paracelſus* tumorem aut ſuppurari, aut, ſi fuerit recens, penitus diſſolvi & diſcuti.

Si *ſuppuretur* loco convenienti, aperiatur, & apoſtema apertum *Empl. ſtyptico* debito modo ulterius tractandum & conſolidandum venit.

Si non metuat æger de impotentia Venerea, optimum eſt applicare *Empl. Vigonis cum Mercurio*, quod eſt egregium, ſed propter *Mercurium* periculoſum, ne deſtruatur vis teſtium.

Facit huc Emplaſtrum quod commendat. *Loſchius.*

℞. *G. ammon.* ℥iß. *bdellii* ℥j. *far. ſemin. ſinapi, urticæ, lapidis ſpong. ãã.* ℥j *ariſtol. rot.* ʒvi. *ſulphur* ℥ß. *tereb.* ℥j. *ſpir. vini* ℥ß. *ol. ovor.* ℥iv. *cera* ℥vi. *m.* rediganiur in formam Empl *Thermarum* uſus externus Sarcoceles ſi non plane diſcutit, earundem tamen incrementum avertere ſolet. *Ettmuller.*

41. 2. *Sectione*) Mole ejus fatigati ægri, ſi ablationem requirant, *Sectione* hoc faciendum: Quæ communiter à Chirurgis eo modo ut in herniis fieri ſolet, in inguine facta & aperta cute, evulſiſque vaſis ſeminalibus, cum illius loci teſte, & adnata carne, ligatiſque ſimul vaſis, & ſub ligatura hiſce amputatis adminiſtratur;

unde æque ac dum in herniis hæc excinduntur, ea in ſede æger caſtratur, periculumque non minus magnum ſubire cogitur, Quod minus eſſet, ſi non inguine, ſed ſcroti latere tumente, ſcroto diſſecto, Teſtis cum carnoſitate illi adnata, per vulnus extractus amputaretur, qua ratione porcellos, canes, alioſve mares cujuſvis animalium generis caſtrari, & citra aliam curam, vel ligaturam, ſponte ſanari, vulnuſque rurſum coaleſcere vidimus: Quod ſi dum hoc fit, carnoſitatis pars aliqua ſectione citra teſtis læſionem abſcindi poſſit; Teſtiſque rurſum cum vaſis in ſcrotum reponi, forte & ſic ſuccederet, præſertim ſi injectiones ulcus ſanantes ſimul adhiberentur; Hanc ſectionem non ita arduam eſſe etiam hinc colligi poteſt, quod Scrotum ſectione apertum, tanquam fungoſa pars, quæ facile dilatatur & conſtringitur, melius & citius quam aliæ vulneratæ partes iterum conſolidetur, obſervavi enim dimidium Scroti integumentum, adustione pulveris pyrii, ex ictu ſclopi bellici ablatum, teſticulo dextro cum vaſis ſpermaticis denudato, *balſami ſulphuris*, cum emplaſtri communis vulnerarii uſu; integre & omnino reſtitutum. *Platerus.*

42. *Sarcoceles miranda*) Hic tumor in magnam molem quandoque excreſcit, ſaccumque teſtium adimplens & extendens dependet, pondereque admodum moleſtus eſt, non dolens alioquin & concolor: Talem Tumorem inveteratum, ſatis magnum, molits, præter glandulosam carnem, cartilaginibus infarctum, à Chirurgo magni nominis exciſum, & poſt exciſionem in partes diſſectum, à Parente meo ad operationem videndam introductus, propius inſpexi. *Platerus.*

43. *Repellentia & exſiccantia*) Emollientia & ſuppurantia non videntur prodeſſe 1. quia ſcirrhoſa non adeſt durities 2. quia caro emollientibus promovetur. 3. quia in loco calido humidoque putredinem pariunt. *Sebiſius.*

IV. Alia eſt *Varicoſa*, ſeu 44. *Cirſocele*, in qua vaſa teſticulos nutrientia 45. varicum more dilatantur.

46. *Cognoſcitur* ex eo, quod venæ ſint turgidæ; & capreolorum more intortæ & conglomeratæ, tumor ſit obliquus & uvæ in modum convolutus, vere ac autumno inteſtinis à flatibus diſtentis, vel pedibus refrigeratis, dolor comitetur.

47. *Oritur* ab humore melancholico craſſo in vaſa effuſo.

48. *Curatur* difficulter, 49. Exſiccantia, & teſtium in faſcia ſuſpenſio proſunt.

Sectio vix ſine læſione teſtis fieri poteſt.

44. *Cirſocele, in qua*) Græci hanc Herniæ ſpeciem κιρσοκήλην vocant, ἀπὸ τοῦ κίρσου, à varice: Eſt autem Hernia varicoſa, quæ & varicoſus ramex nominatur, Dilatatio ſeu amplificatio vaſorum teſticulos nutrientium, authore. *Paulo l. 6. cap. 64.*

45. *Varicum more dilatantur*) Varicis vocabulum ab authoribus in maſculino & fœminino genere uſurpatur, ut videre eſt apud *Horatium*, qui id in genere maſculino, & apud *Senecam*, qui in fœminino illud exprimit, Vena plus æquo intumeſcens & dilatata, idque à ſanguine multo & craſſo, qui non facile cedit, ſed cui contra vena cedere cogitur; præſertim vero flatulentus, qualis melancholicus eſt; Fit tamen etiam interdum à Sanguine pituitoſo, & cumprimis in cruribus, propter ejuſmodi ſanguinis gravitatem; Aliquando tamen etiam in temporibus, hypogaſtrio, inguinibus, ſcroto & teſticulis oboritur (*Aliquando & in extremo naſo ſicuti vidi in quodam D. Varrerio, cauſarum forenſium Procuratore, & in Nobili Neocomenſi D. Horicao*, quorum uterque *ſecundam ſenectam attigerat*) Omnium frequentiſſime in ſuris gravidarum. In arteriis vitium iſtud fieri non ſolet, quia tunicæ earum craſſiores ſunt robuſtioreſque, quam ut ſanguini facile cedant. *Aetius* vult naſci hoc mali genus etiam in palpebris: Alii dicunt in omni parte quæ venas habet, præſertim ſi ſit prona, & longius à fonte nativi caloris diſſita, fieri poſſe. *Sebiſius p. 1435.*

46. *Cognoſcitur*) Viſu & tactu, *Viſu*, quia ſcrotum ſi extendatur, apparet lividum, *Tactu* quoniam vaſa tunicarum intorta &c. *Idem.*

47. *Oritur ab humore &c.*) Sequitur hic tumor nonnunquam finem morborum ab humore melancholico ortorum, Alias etiam melancholicus humor in corpore cumulatur extra morbos ad hæc inferiora loca tranſponitur. *Idem ib.*

Familiaris eſt iis qui equis curſoribus ſeſe frequenter fatigant. *Ench. Med. Pr.*

47. *Oritur ab humore*) Tumor varicoſus originem ducit ex venis, & earundem valvulis, ob aliquod ſanguinis impedimentum in ejuſdem motu circulari relaxatis & flaccidis factis, ſi enim ſanguis circa valvulas hærens ibidem ſtagnat, congrumatur & vaſa magis magiſque tumida reddit; unde *Teſtes tumorem* varicoſum ſolent incurrere, ubi contactus teſtium inæqualis eſt, hinc inde criſpaturæ quaſi ſe offerunt, tumor autem inæqualis, nunc eminens, nunc depreſſus eſſe ſolet. *Etmuller.*

48. *Curatur difficulter*) Cura anceps eſt & dubia, ſi malum radices egit. *Sebiſius.* Sanatio integra ſperanda non eſt, ſatiſque fuerit, ſi malum increſcere prohibeatur. *Enchir. Med. Pr.*

48. *Curatur*) In id frequens ſit catharticum; melanagogum, ſed blandum, Equitatio rara, ut & venus, Victus euchymus & contemperans humorum acrimoniam, Topica ſunt adſtringentia & roborantia refrigerantia, quæ dilatatas venas viaſque conſtringant & fluxiones impediant: Convenit *aqua roſar. plantag. axungia porci*, in qua *hydrargyrus* ſit extinctus. Ex his fiet Vnguentum, cui ad robur teſtium *Bolus Arm.* additur. *Ench. M. Pr.*

48. *Curatur*) *Cirſocele*, in qua venæ ſpermaticæ intumeſcunt, niſi ſeminis proventus incommodet, fere negligitur, cum difficulter alia ratione, quam per *caſtrationem* auferri poſſit; Cum tamen niſi ſarcoceles inſtar in immenſam excreſcat, & pro Sarcocele ſumatur, tentatur: Poſſumus tamen antequam eo deveniamus, ſi ſeminis proventui incommodet, fomentationibus aliiſque adhibitis, in aliis varicibus expoſitis, hic quoque aliquid ſuccederet experiri. *Platerus.*

Hernia Varicoſa inveterata non curari poteſt citra Chirurgiam, In *recenti* convenit *Empl. de mucilagin.* mixtum cum āā. *gummi ammon. in vino ſoluti*, Vel *oleum Philoſoph.* probe rectificatum illitum loco affecto; diſcutit eoſdem tumores, v. g. *Vngu. Baſilic.* cum pinguedine & medulla animalium emoll. miſceatur & applicetur, donec emolliatur tumor Varicoſus: Thermarum uſus ſolet & hic eſſe commendatur. *Etmuller.*

49. *Exſiccantia*) Pharmacia inſtituitur ab aliis alia, A pleriſque per *repellentia*, *humores impactos abſorbentia*, & vaſa adſtringentia tentatur; Ab aliis vero per *emollientia* & *diſcutientia*. Prioris ſententiæ authores utuntur

tur oleis, unguentis, emplaſtris ceratis, Cataplaſmatis; mandantque ut teſticuli geſtentur ſuſpenſi in ſubligaculo vel in faſcia.

Materia præſidiorum ſunt, Radices *tormentillæ biſtortæ.*

Roſæ rubræ, balauſtia, Baccæ *myrthi*, *nuces cupreſſi*, *gallæ, malicor. meſpila, ſorba ſiccata, hypociſthus.*

Corallia rub. ſangu. dracon. bolus Armen. terra ſigillata, alumen, Cortex berberum i. farina fabar.

Poſterioris opinionis aſſeclæ uſurpant balnea ex *decoctis rapar. dulc. malva, alth. mercurial. parietar. flor. chamom. & melilot. ſemin. malvæ, alth. lini, fœnugr.*

Ex officinalibus emollientibus proſtant.

Emplaſtra de *meliloto, diachyl. cum gumm. Empl. filii Zachar. Ceratum Oeſypi.*

Conficiuntur & Cataplaſmata emollientia ex ſimplicibus enumeratis, coctis, piſtatis cretis, quibus admiſcentur *butyrum recens* non ſalitum, *œſypus*, *pinguedo ſuilla, gallinacea, anſerina, anatina, vitulina.*

Oleum *liliorum alba amygd. dulc. ſeſaminum, lini.*

Emollientibus aliquandiu uſurpatis accedendum ad diſcutientia, quorum materia in Hernia aquoſa fuit tradita. *Sebiſius pag. 1435.*

Ex compoſitis ſunt *Aqua nucum cupr.* è vaſe duplici deſtillata pro *Fotu ſcroti. Balnea* ex decocto *emollient.* & diſcutientium in lixivio facta, Empl. ad Cirſocelen *Vigerii Chir. p. 113. de ammon. Foreſti. Oleum amygd. dulc. cum bdellio ſolut. lilior. alb. lini ſeſam. &c. Gieſ. vetus Hodeg. p. 1206.*

Cap. LXXIII.

De Morbis [1] Virgæ.

Diſtorſio Virgæ.

[2] Morbi *virgæ* ſunt varii.

I. [3] *Diſtorſio*, aliis *Nodus verpæ* ſeu *penis*, quæ illis accidit qui veneri nimis indulgent; & diu diſtento ſunt genitali.

Tum enim ſpiritus in ligamentis concluſus, in aliquam alterius ligamenti partem impetum faciens, eam relaxat, & fabæ vel glandulæ inſtar protuberare facit: quo fit, ut, quantum latitudini aſſuetæ particulæ adjicitur, tantum longitudini detrahatur.

Curatur, Abſtinentia à venere, & illis quæ curandæ herniæ inſerviunt. Vide *Arantium.* Emollientia fugienda. Prodeſt fotus ex vino auſtero, in que nuces pini & cupreſſi, roſæ rubræ, myrtilli, balauſtia &c. decocta.

II. [4] *Inflatio*, & [5] *Inflammatio*, quarum iſta interdum ex concubitu cum muliere, cujus uterus eſt immundus, & acribus humoribus repletus, oritur. Nihil de illis ſingulare occurrit.

III. [6] *Verruca &* [7] *Excreſcentiæ*, quæ *vel* ſunt in ſummo glandis, quæ in fungum cancroſum degenerant, de quo Vide *Fabritium Hildanum* Cent. III. obſervat. 88. *vel* [8] *circa glandis carnem, & ſub ipſo præputio* extuberant: ſuntque molles, fungoſæ, continuò madent, malè olent, & indies augentur aliquando ita, ut glandem præputium tegere nequeat: iiſque qui morbo gallico laborant, familiares ſunt. [9] Chirurgiam expoſcunt.

[1] *Virga*) Vitale membrum, aliis Penis aut Virga, præter vaſa ordinaria ſanguinea, propriè conſtruitur ex partibus duabus teretibus, fiſtuloſis, albicantibus, externùs ſolidis, & duris, intus cellulis infinitis, humore atro purpureo oppletis, diſtinctis, quas *ligamenta cavernoſa*, aut *corpora nervoſa* vocare ſolent, Anatomici & quod ipſis, capitis inſtar impoſitum eſt, Balano, ſeu Glande, Carne molli & flaccida, ſpongioſaque, ſenſus exquiſitiſſimi, maxime dum turget, ob membranam tegentem, Quibus tertio loco urethra addi ſolet, Seminis urinæque emiſſioni inſervit. *Blaſius Ther. ſpec. p. m. 332.*

[2] *Morbi Virgæ ſunt varii*) Penis affectibus accenſe *phimoſin. Paraphimoſin. Hydropem, Dolorem. Pruritum Hemorrhagiam Glandem imperforatam, Fiſſuras & rimas Præputii, Frænuli coaliſtum.*

[3] *Diſtorſio*) Figuræ vitium præcipuum *Contorſio eſt* ſeu *Incurvatio*, quæ ferè Veneris nimium uſum conſequitur niſi nativa fuerit, „Vidimus, *inquit Hollerius comm. ad aph. 63. ſect. 5.* qui membro ita oborto non poterant gignere, quod ſemen ſemper hæſciaret in cervice uteri; Huic paratus eſt canaliculus plumbeus, vel argenteus, accommodatus craſſitudini ipſius Penis in quem immiſſo pene circumpoſitæ & alligata ſunt ei- ſtellæ, ita ut tandem figuram membro naturalem recuperaverit & genuerit.

[3] *Diſtorſio, ſeu Nodus verpi*) Quidam quinquaginta annos natus, de depravatâ Penis erectione conquetitur, flectebatur enim in modum Cornu inverſi hypogaſtrium verſus: Examinatur Penis, ſub medium digito eis glandem nodum exhibet parvæ avellanæ ſimilem, pertinacem, non vagum, ſed fixum, quique ita, licèt varia exhiberentur remedia, permanſit, Viduus tamen iſte ad ſecundas tranſiit nuptias, auxitque etiam perdurante affectu familiam. *H. ab Heers obſ. 7.*

[3] *Diſtorſio*) *Depravatur etiam Penis erectio*, quando quidem is erigitur, non tamen ritè & in debitâ figurâ, & is *curvus eſt*, & vitiata ejus figura emergit: Quando ergo penis erectus contorſus apparet, læditur ejuſdem actio, De hac ex cauſa externa nihil poteſt dici, Contingit tamen quandoque, vel *fræni* vitio, vel *præputii*; *Frænulum* quod attinet, ſi nimis breve eſt, & tenditur membrum, glans retrahitur, & membrum incurvatur; Sic non tantum *generatio impeditur*, ſed etiam *dolor* oritur: Hæc ergo *curetur Chirurgia*, ubi frænum ſimplici inciſione ſecetur: Obſervandum tamen ut aliquid potius detrahatur de membrana præputii quàm de glande *Præputii*, vero ratione fit; ſi tanta ejus

poſt glandem eſt retractio ut nequeat denuo retrahi, Ex violentiori coitu id fere oritur.

Cura hujus vitii fit per *emollientia*; & cum ut plurimum ſimul adſit *Tumor præputii*, per *diſcutientia*: Convenit v.g. *Fotus ex lacte*, in quo *flores ſambuci* ebulliant, Vel Cataplaſma *ex flor. chamom. parietar. roſ. rubr.* cum lacte coctis & applicaris v.g.

℞. *H. malvæ parietar. alth. ãã. m.j. rad. alth. lilior. alb. ãã. ℥j. flor. roſar. rubr. chamom. ãã. p.ij. coq. in lacte* ad conſiſtentiam pubis & applica.

Quod ſi inſigniter ſimul *doleat*, addi poſſet *croci* momentum; Et multum præſtat commune Chirurgorum cataplaſma ex *pane triticeo* cum *lacte*.

Quod ſi vero anguis ſub herba lateat, & gonorrhœæ conjunctum ſit hoc vitium, quod tantum non ſemper ſolet evenire & hic quoque per interna proſpiciendum, *Purgantia*, nimirum & *balſamica terebinthinata &c. Etmuller.*

Interdum citra arrectionem diſtorquetur ad laterum alterum, & vel ſupra vel infra diſtorquetur, quod vitium à convulſione alterius muſculi, vel repletione & induratione nervoſorum ligamentorum penis procedit, *Heraclius Imperator* ob ejuſmodi Curvatum Penem, niſi tabulam imo ventri apponeret, faciem permingebat, uti ſcribit *Zonaras libr. 3. Ann.* addens hoc ei accidiſſe ob inceſtum cum fratris filia commiſſum: Vide ſimile exemplum apud *Zacutum libr. 3. Pr. Adm. obſervat. 18.*

3. *Diſtorſio, aliis Nodus verpa*) Veneri nimiùm addictis rarum affectionis genus, antiquis ignotum, quod ſpeciei propagandæ adverſatur, interdum accidit; Etenim genitale diſtentum, ac ſpiritu turgens, triſti cum doloris ſenſu diſtorquetur, quò fit, ut ſemen in uterum recta ejaculari nequeat.

De hoc morbi genere neminem reperio qui ita pertractarit; ut veram affectus cauſam noviſſe videatur, appellant tamen *Nodum Penis*, nam etſi demiſſo & flaccido genitali nihil percipiatur incommodi, particulam tamen pertractanti parvulus quidam tumor, fabæ vel glandulæ ſpeciem referens percipitur.

Huic affectui pleroſque, cauſæ ignaros, emollientia adhibuiſſe vidi, quod arbitrarentur ſe duriuſculam illam ſubſtantiam, quaſi humore affluxo imbutam, diſcutere poſſe; ſed tantum abfuit ut id præſtarent, quod etiam quotidie in pejus lapſi fuerint, nam arietis cornu in modum, in illud latus, quo tuberculum eſt mentula reflectitur: Sed age cauſam patefaciamus.

Primum tamen in memoriam revocare oportet Genitale viri nihil aliud eſſe quam duo ligamenta à pubis oſſe exorta, rotunda, atque intus arundinis in modum cava, fungoſa tamen & rara ſubſtantia prædita, quæ ſpiritu influente turgent; Qui vero Veneri nimium indulgent, frequenterque & diu, ut mulierculis placeant, diſtento ſunt genitali, in hoc malum incidunt, Etenim ſpiritus ille incluſus in aliquam alterius ligamenti concavi partem impetum faciens ejus particulam ita impellit, ut eam relaxet, ac protuberare faciat, quo fit ut quantum latitudini affectæ particulæ adjiciunt, tantum longitudine detrahatur, Quod vero protuberat mentulæ, id ex propria natura ligamentali, non autem ob novi humoris affluxum accidit, ut morbus in figura non autem in magnitudine cenſendus ſit,

Satis igitur ex jam dictis conſtare videtur quod emollientia adhibentes à ratione recedant & affectum quotidie augeant, cum laxatum cõpingi & roborari poſtulet; Conveniunt igitur quæ procidenti umbilico atque herniis deſcripta ſunt; *Fotus præterea ex vino auſtero nigro, in quo galla, abſinth. myrtilli, balauſtia, ſumach*, & ejus generis efferbuerint: Commone faciendi ſunt interim ægri ut à venereis abſtineant, vel parce utantur, uſque quo affecta particula confirmetur.

Sed hæc ad novi affectus cognitionem & curationem dicta ſint ſatis, ſi mihi ad hunc uſum probata medicamenta adjecero.

℞. *Aqua nucum pini, nuc. cupreſſi, omphac aqua myrtill.* ãã. unc. iij. mſ. & ex his tepidis lintea madefiant, genitaleque obvolvatur. Aliud

℞. *Cortic. myrobal. citrin. myrob. chebul. ãã. ℥ß nuc. cupreſſi n. xv. nuc. pini n. iv. roſar. rub. p. j. abſinth. Pont. m. j. gallar. gran. myrti, ſem. ſumach.* ãã. unc. j. *contundantur, incidantur, macerentur omnia in vino nigro auſtero & aqua nuc. pini ac deſtillentur per Balneum, Egredietur aqua magna virtutis ad conſtringendum.*

Hac Decoctione tepida madentia lintea adhibeantur, prædicto enim affectui curando aptiſſima eſt admirabilique ad præcavendum à lue Venerea facultate pollet: ſi quis imbuta lintea inter glandem & præputium contineat, & eadem aqua interdum mentulam lavent, Eſt enim quaſi antidotus, qua prohibetur ne ob infectæ mulieris congreſſum, quod longo uſu compertum eſt, venenoſa morbi malitia concipiatur, *Jul. Cæſar Arantius.*

Quidam ſexagenarius repente ſibi lunari colem ſentit quoties irrigeret, Nodus caſtanea craſſior & durior, ita ſurſum verſus mediam regionem occupans penem curvabat, &c. Cum totam glandem in unum latus manifeſte torqueri videret, à medicamentis abſtinendum judicavit; hanc inde commoditatem ſperans, quod uxorem certo poſitu iniens recta in dextram matricis partem ſemen ejaculatur maſculam prolem ſperare poſſet, cum prius filiabus tantum familiam auxiſſet, & revera ſucceſſit, duorum enim filiorum pater fuit.

Hic mirum in languido Pene neque curvitatis neque duritiei quicquam deprehendi potuiſſe; cum tamen in tumenti utrumque quam in capreæ cornu conſpicuum magis eſſet: Solo ne flatu tamdiu & lunari durescere res tam mollis poteſt? Sin autem vel ligamenta, venas vel arterias, callus aliquis inſedet, quomodo oculos, quomodo tactum, & patientis & medicorum eludit nec ulla ratione deprehenditur, cum tumidum cornu durius inguen erit? *Henricus ab Heers obſ. 8. p.m. 82.*

Veroſimile eſt obſtructionem in uno penis latere adfuiſſe, quam perrumpere ſpiritus in penis arrectione non potuerint qui, inibi coërcet; & nodi ſpeciem præberent, & incurvationem parerent; Illis abſumptis aut remeantibus flaccidoque pene reddito, utrumque, & nodum & curvitatem diſparuiſſe.

4. *Inflatio.*) Intumeſcit Penis in Priapiſmo, in phlegmone, in aſcite & anaſarca: In Priapiſmo à flatibus; in Phlegmone à ſanguine, in Aſcite & Anaſarca ab humore aquoſo, quando ſcilicet ſerum ita abundat, ut ex abdominis cavitate in pudendum ſcrotum, in inferioresq; artus deſcendit: Hancque ob cauſam in hydropicis adeo interdum præ nimiâ repletione penis contorquetur, ut figuram priſtinam prorſus amittat; qui fit ut etiam urina recta emitti nequeat, ſed nunc ad latera, nunc ſurſum deorſumve effluat, prout penis contortus fuerit. Inflatur quoque alias ſine hiſce affectibus, à flatulento ſolum ſpiritu, qui etiam aliorum flatuoſorum tumorum cauſa eſſe ſolet: De qua Inflatione hic agimus. Curatur, ſi quæ flatus in cibo ac potu generant vitentur, flatuſque intus in corpore, & foris in membro diſcutiantur; illiſque præſidiis quæ in Teſtium inflatione & hernia aquoſa poſita. Præcipue autem valent Inunctiones carminativæ, & fomenta cum ſpongia, lana aut linteaminibus, decocto flatus diſcutiente imbuta, pudendo circumligata. *Sebiſius Man pagina 1447.*

Juvat Cataplaſma *Pertratii ex fimo columb. flor. chamom. ruta virid. ſem. lini, aneth. fermenti, nitri vel ſaponis, & ol. roſac.*

Cataplaſma

Cataplaſma *Gordonii* ex *furfure, pede columb. in vino coctis* contritis & impoſitis.

Fotus ea *mentha, chamam. abſinth. anetho, ſem. lini, fœnic. ruta &c.* vel in aqua coctis, & pannis duplic. impoſitis, vel pro catapl. redactis.

Quod ſi vero dolor, calor, vel inflammatio conjuncta ſit, ejuſmodi calida non conveniunt, ſed tum *aqua & ſyr. nymph. aq. rutæ. caſtitatis Minſichti. Vngu. refrig. Galeni, roſat. Meſues, Camphora, Sacch. Saturni*, & ſimilia in uſum vocanda, vel reliquis commiſcenda. *Gvveſvin Hodeg. p. 1208.*

Ad Inflationem pertinent. *Priapiſmus & Satyriaſis*, de quibus inferius.

4. *Inflatio*) Peculiarem memorit *H. ab Heers obſerv. 8.* vid, *inquit*, qui cum in imperforata diu valida latera everruiſſet juvenis a v. annum agens, ad illam idem impollutus Venerisque neſcius, *Glandis inflationem* maximam & *lucidam*, quam Lutetiæ *cryſtallinam* vocant, incurrit, cum inſano penis dolore: Huic immiſſo per patentem præputii hiatum *cicuta folio* digitis leviter trito, ſedatur brevi dolor, eodemque repetito tumor omnino diſcuſſus eſt; Quod poſtea ſæpius expertus in ſecretis habui.

Tumor ſive Apoſtema Virgæ.

5. *Inflatio & Inflammatio*) Ἀπόστημα, Abſceſſus virgæ, ut plurimum adjunctam ſibi habet inflammationem, & Græcis φλεγμονὴ τῦ καυλῦ, id eſt calidus tumor virgæ, aut cum frigiditate, & οἴδημα τῦ καυλῦ, id eſt frigidus tumor virgæ nominatur, qui nonnunquam totum membrum, quandoque præputium, & nonnunquam intrinſecam, quandoque externam ejus partem occupat.

Cauſæ προηγούμεναι inflammati Tumoris ſunt aut bilioſus impurusque ſanguis, aut venenoſa ſanies, aut calidi flatus in cavernoſis partibus virgæ collecti.

Frigidi vero tumoris (qui rariſſime in hac parte ſolum, in hydropicis enim una cum abdomine, vel toto corpore, etiã virga frigido tumore inflatur, contingit) cauſa προηγουμένη, eſt colluvies frigidorum pituitoſorumq; humorum cum flatulento ſpiritu in ipſa virga collecta: *Procatarctica* cauſæ inflammati tumoris ſunt concubitus immoderatus, & cum impuris & menſtruo laborantibus mulierculis, morſus venenatorum animantium, inunctiones calefacientes, ictus aut vehemens compreſſio virgæ; *Frigidus* virgæ Tumor vix habet cauſas procatarcticas, Refrigeratur tamen hæc pars incarcerantis, ſæpe & iter facientibus, indeque intumeſcit; Signa calidi tumoris manifeſta ſunt, & ex rubedine, dolore & crebra extenſione prurituque facile deprehenditur; *Signa frigidi* ſunt albedo & indolentia.

Prognoſtica, Niſi ſcite & artificioſe, & cito curetur tumor virgæ calidus, cito putreſcit, & in fiſtulã degenerat.

Curatio pro cauſarum diverſitate inſtituenda eſt, In inflammato itaque tumore primum incidatur vena talaris dextri pedis, &, ſi corpus ſit plethoricum & vena hepatica, deinde *Victus ratio* inſtituatur refrigerans & humectans, In frigido tumore, paulo calidiora alimenta, aromatibus moderate condita, & vini moderata potio conveniunt.

Poſt præſcriptam victus rationem, humor vitioſus in virgam incumbens, ſive ſit bilioſus, ſive ſalſus, ſive pituitoſus, convenientibus remediis præparetur, & ſi neceſſitas poſtulet, alvus lenibus clyſteribus crebro ſubducatur, Quibus præmiſſis mox ad *Topica* virgæ tumorem ſedantia, dolorem prurituumque mitigantia deveniendum.

Primum itaque Inflammato tumentique pudendo imponatur tale Epithema.

℞. *Lutei ovor. cum album. n°. ij. ol. roſar.* ℥j. *ſucci plantag. ſolani. lactucæ* ãã. ℥j. *aceti roſar.* ℥j. *m.* admove ea linteis.

Si ideo apoſtema non detumeſcat, ad humoris maturationem, & in pus converſionem deveniendum hoc modo.

℞. *Fol. malv. ſolani, violar.* ãã. *m. j. flor. verbaſci. roſ.* ãã. *m* ß. *coqu. in aq. q. ſ.* herbæ *coctæ piſtentur in mortario, adde far. hord. lini, fœnugr.* ãã. ℥ij. *ol. viol.* ℥ij. *vitel. ovor. n.* ij. *m. f. catapl.* bis quotidie imponendum, mingat dolorem & ad maturitatem deducit tumorem.

Maturum Apoſtema incidatur ſecundum longitudinem & emundato pure curetur &c.

Tumor virgæ frigidus,

Qui raro & via quã in hydrope contingit, ſic curandus.

℞. *Rad. aſphod. m.* ij. *lilior. alb. m j.* conterantur in mortario, *adde fæcis vini* ℥ij. *far. fabar. & pulv. cymini* ãã. ℥j. *mellis q. ſ. m. f. Cataplaſma.*

Aut maturetur tumor ſequenti,

℞. *Vitell. ovor. n.* iij. *far. fœnugr. lini & volat. in molendinis collecta* ãã. ℥j. *aqu. decoct. melilot. & rad. alth. q. ſ. coqu. in pultis formam, f. Catapl. cui admiſce parum ol. chamam.* Aut.

℞. *Nucl. dactylor.* ℥j. *aloes epat. aceti & aqua* ãã. *p. aqu. fiat* Cataplaſma bis ſingulis diebus applicandum.

Maturatum Apoſtema incidatur & curetur Chirurgico proceſſu.

Tumoris intrinſeci remedia.

Ubi autem Tumor intrinſecus ad meatum Virgæ tendit, tum pro qualitate cauſæ, omnia præſcripta remedia commode adhiberi poſſunt, niſi quod liquidiora per ſiphonem impelli; duriora inſtar cereæ candelæ conformatæ inſeri debeant. *Fr. Joel.*

6. *Verruca & Excreſcentia*) Ἐφήλιδες τῦ καυλῦ, Puſtulæ Virgæ, Puſtulæ generali ſignificatione dicuntur Chirurgis Tumeſculi, vel Extuberantiæ minores, in cute excitatæ, quales ſunt ſcabiei tumoſculi, aut aduſtione aquæ ferventis excitati, quorum materia utplurimum tenuior & flatuoſior eſt, quam apoſtematum ſeu tumorum, Puſtulæ autem virgæ ſemper exoriri ſolent in externa cute pudendi, aut in pellicula glandis.

Duplices autem ſunt Puſtulæ virgæ, *Molliores* alteræ & *albicantes. Duriores* autem & *inæquales, rubenteſve* aut *liventes alteræ.* Quanto autem magis puſtulæ Virgæ ab albo colore ad lividitatem aut nigredinem acceſſerunt, tanto ſunt duriores; Duriores & ſcabioſæ Puſtulæ, liveſcenteſque Barbaris Verrucæ; Arabibus Bothores nominantur, & utplurimum Præputio adhærent.

Cauſa Puſtularum Virgæ utplurimum ſunt Procatarcticæ tantum, veluti ſunt contactus & conjunctio virgæ cum exulcerata parte uteri, aut illitio & defœdatio virgæ cum virulenta colluvie putidaque ſanie in utero contenta, & illitio menſtrui ſanguinis, id autem non contingit, niſi concumbentibus cum impuris muliercuIis & publicis ſcortis.

Verruca vero, ſive duriuſculæ puſtulæ virgæ ex iiſdem cauſis procatarcticis excitantur, potiſſimum accedente προηγουμένη cauſa, hoc eſt ubi ſanguis in corpore admiſta melancholia eſt defædatus.

Signa Puſtularum virgæ ſunt manifeſta, viſu enim ac tactu deprehendi poſſunt.

Puſtulæ & Verrucæ virgæ præcurſores ſunt morbi Gallici, & niſi tempeſtive curentur, in maligna ulcera degenerant.

Curatio tota fere eſt Chirurgica, ut tamen in aliis morbis, ita & in hiſce affectionibus ratio eſt habenda Victus, Venæ ſectionis & remediorum uſurpationis.

Victus ratio ordinanda eſt talis, quæ intemperiei corporis eſt contraria & c unctic, frigidis calidis frigida.

Venæ ſectio in ſanguineis naturis, & corporibus plethoricis

tiois ſemper præcedere debet. Secanda autem eſt epatica ſiniſtri lateris: Commode quoque adhibentur Virgæ hirudines ſanguinem impurum elicientes, & ſcarificationes, & ſanguis impurus digitis per vulnuſcula exprimendus eſt.

Remedia *digentia & vacuantia* pro humoris redundantis in corpore conſtitutione adhibenda ſunt.

Topica, magis experta hæc habentur: Etſi autem ſævum ſit curationis genus, tamen breviori tempore Puſtulas & Verrucas perſanat, *Cauterium actuale*, ut vocant, hoc eſt uſtulatio puſtulæ & verrucæ cum ferro candente: ſtatim vero ab uſtione toti vergæ ſequens remedium inflammationem arcens imponendum.

℞. *Album. ovor. n. ij. conquaſſatis admiſce ol. roſac.* ℥j. *ſucci plantag. & ſolani* āā. ʒß. m. tepide bis in die impone.

Qui uſtionem ferre nequeunt, in profundiori vulnuſculo incidantur, vulneri imponatur *Vngu. Aegypt.* aut *Pulvis trochiſc. è minio, Virginis*, qui ſic parantur.

℞. *Medulla panis benè fermentati* ℥j. *Mercur. ſubl.* ℥j. *minij* ʒß. Simul diligentiſſime conterantur, & *cum ſ. q. mucag. tragac. cum aqua roſar.* facta formentur exigui orbiculi.

Hoc medicamentum non ſolum Verrucas & Puſtulas in Virga, verum etiam corruptas carnes & excreſcentias omnes in quibuſcunque vulneribus abſumit & erodit.

Poſt exeſas Puſtulas atque Veſicas ulceri ſequens Catapl. imponatur.

℞. *Terebinth.* ℥j. *mell. roſ.* ℥iij. *ſucci apii, plantag.* āā. ℥ij. ſimul ebulliant & defæcentur, adde *far. hordei* ʒv. *ſarcocollæ* ʒij. *croci* ℈j. *m. f.* Catapl. his in die tepidum admovendum.

Vlcus emundat & abſtergit; quod ubi ſatis emundatum, eidem Catapl. utiliter admiſcentur, ea quæ carnem generare & ulcus glutinare queant, qualis eſt ſequens Pulvis.

℞. *Thuris* ʒij. *aloës hepat.* ʒiij. *myrrhæ* ʒij. *pulverentur minutiſſime* & miſceantur.

Ut citiſſime Ulcus ad cicatricem perducatur, inſpergatur Pulvis hic.

℞. *litharg. utr.* āā ʒij. *tuth. præpar.* ʒj. *boli Arm. terræ ſigillat.* āā. ʒß. *myrobal. citr. alum. uſti* āā. ℈ij. *f. Pulv. tenuiſſimus.*

Porro ſolent nonnunquam ulcera Puſtularum ac Verrucæ Virgæ continuo *ſanguinis madore ac fluxione affici, & inflammatione corripi*, ſimulque *pruritum* excitare, quæ ſymptomata ſic curanda.

Sanguinis fluxionem non modo in Virgæ puſtulis, ſed & aliarum partium mirifice conſtringit ſequens Pulvis.

℞. *Aloes hepat. thur. ſarcocoll.* āā. ʒj. *terræ ſigill. boli Arm. lithar g. utr.* āā. ℈j. *myrrha* ℈ß *pilor. lepor. minutiſſime inciſ.* ʒß. *farin. vel. far. fabar. lentium, hordei* āā. ʒß. *m. miſce, inſpergantur vel album. ovor. conquaſſ. in linimenti formam redigantur &c.*

Tumorem & Inflammationem virgæ, ac potiſſimum glandis ſequens Linimentum ſedabit.

℞. *Ol. roſar.* ℥j. *ſucci plantag.* ʒvj. *lithar g. utr.* āā. ʒiij. *tuthia* ʒiiß. *ceruſæ lotæ* ʒj. *plumbi uſti* ʒß. *f. Pulvis, & Linim.*

Idem præſtat ſequens liquor.

℞. *Aqu. plantag. roſar.* āā. ℥ij. *ſicoſ. albi ſine opio* ʒij. *m.*

Pruritus Virgæ.

Pruritum vero, qui ex ſalſis acribuſque humoribus in Pudendo excitatur, mitigat Cataplaſma ſequens.

℞. *Violar. acetoſæ. melilot. fumar flor. roſar ſambu*, āā *man. ß conciſa coquan aquæ q. ſ. herba contundantur, addendo aceti roſac.* ℥ij. *far. fabar. q. ſ.* *In leviori Pruritu* ſatis erit inungere *Vngu. Popul.* cui quandoq. nonnihil *aluminis uſti* ſit admixtum. Aut *medulla vitulina* inungere. *Et Joel. Pr. T. 3. p. 419.*

[6] *Verrucæ*) Mentulæ monſtroſæ verrucis abundantis, botrum æmulantis meminit *Phil. Hoeckſtetterus Dec. 6. obſ. 8.*

Variolarum in glande Penis cum gravi dolore primo prorumpentium meminit. *Salmulth. Cent. 2. obſ. 6.*

[7] *In ſummo glandis*) Faber ferrarius à teneris annis Verrucam in glandis ſummitate, lentis magnitudinem vix excedentem habuit: exinde quidem nihil incommodi percipiens; in matrimonio autem ſummus ſubſequutus dolor; Verruca iſta incrementum inſtar capitis infantis recens nati capiente, & in monſtroſum cancerum abeunte, cum fœtore ſummo aliiſque ſymptomatis: A *Fabritio* autem *cent. 3. obſ. 88.* curatus fuit iſte cancer, abſciſſo quidem toto pene & adhibitis aliis medicamentis ſanguinis ſcaturiginem obturantibus.

Ganglium Penis.

[7] *Excreſcentia*) *Foreſtus l. 26. obſ. 8.* peculiaris tumoris, *Gangli* nimirum mentionem facit, qui obortus fuerit in quodam Harlemenſi, duritie ſcilicet quaſi ſcirrhoſa, non ſolum Glandem occupans, verum etiam nervum ipſius dorſi Priapi. *Sennertus* putat vero non conſentaneum videri, tumorem illum verum Ganglion fuiſſe, ſed potius aliam carnoſam Excreſcentiam, cum Ganglion definiant. *Paulus l. 4. cap. 16. & lib. 16. cap. 31. & Aetius tr. 2. ſerm. 3 cap. 83.* quod ſit nervi nodoſa concretio, ac tumor ictu aut labore proveniens, ſcribantque Ganglion accidere partibus motui dicatis, præcipue manuum juncturis ac talo.

[8] *Circa glandis carnem & ab ipſo præputio*) Ibi Excreſcentiæ quædam carneæ, molles & fungoſæ, ab aliquibus *Myrmeciarum & Thymorum* nomine indigitatæ exuberant; continuo madent, male olent, ac in dies augentur, atque adeo ſæpe excreſcunt, ut glandem tegere præputium nequeat: iiſque qui morbo Gallico laborant familiares ſunt: *Henricus ab Heer* in quodam Verrucas duas in glande, quarum una in glande major, & lxv. capitella manifeſta, ſive verrucas minores oſtentabat, feliciter amputavit. *Marbius Fund. Phyſ. c. 20. n. 20. §. 13.*

[9] *Chirurgiam expoſcunt*. Tolluntur vel medicamentis, vel Chirurgia & manuum ope, carunculam earum forfice abſcindendo, vel baſin filo ſerico primum levius, inde ſemper arctius arctiuſque conſtringendo, donec alimento denegato, tandem decidant: Caruncula delapſa, locus alumine conſpergendus, & linteum *aqua roſacea*, cui aliquid *tuthiæ præparatæ* admixtum ſit, madidum imponendum. *J. Ph. Gieſvvein Hodegi p. 1210*, vide *Joel p. 1419.*

IV. [10] *Vlcera*, quæ ſunt varia.

1. [11] Alia ſunt *Externa*, quæ viſui patent. [12] Si *glandulis regio* exulcerata eſt, [13] medicamenta omnia [14] ſiccantia eſſe debent. Optima eſt in recenti *aloë, pampholyx*; fortior, *charta combuſta*, & *anthum uſtum*. M[illegible]nd[illegible]tur ulcus *hydromelite*: fomenta ex *vino* in quo *folia plantaginis* & ali[illegible] e[illegible]buere, p[illegible]n[illegible]is lineis apponuntur: & poſt *unguentum album camphoratum* diſ*pompholyges*, *ſaccharum ſaturni* uſurpatur. Si *radix virgæ*, deterius eſt in[illegible]dum, quia locus humidior.

Si verò [15] *circa glandem & inter præputium*, ulcus non poteſt id propter penis tumorem videri: debetque vinum cum melle roſaceo injici: ſi nihil injici poteſt, *Cataſpl. ex flor. chamomill. meliloti, roſar. & farina ſem. fanugr*, cum aqua & lixivio paratum circumponi. Occurrendum & gangrænæ ſi metuitur.

Alia ſunt *Interna* in meatu urinario hærentia: quæ [16] *cognoſcuntur* ex dolore à tranſeunte urinâ excitato & [17] pure ante urinam exeunte, pene tumido & tenſo, diſtinguenda à veſicæ ulceribus.

[18] *Fiunt vel* à materia ſpermatica corrupta & inter caput virgæ & præputium retenta: *vel* ab urina acri, *vel* ab aliis humoribus: *vel* ab apoſtemate inflammationem inſequente: *vel* a calculis aſperis, & anguloſis tranſitum lædentibus.

Curari debent maturè, tum quia ſunt in loco exquiſiti ſenſus, calido & humido, putrefactionique facilè obnoxio, & [19] ideò periculoſa evadunt: tum quia facilè carunculæ in meatu urinario gignuntur. In ſenibus difficillimè imo raro curantur. [20] Abſtergentia & glutinantia [21] per ſiphonem injicienda.

II. Alia *penetrant*, ut tam externæ quàm internæ partes exulcerentur, & ulcus ad urinarium uſque meatum penetret. Alia *non item*.

III. Alia ſunt [22] *Antiqua ſordida*, & *putrida*, quæ hydromelite cum vino benè abluuntur.

Alia *virulenta*, qualia in lue venerea obveniunt: in quibus *præcipitato*, cum linimento conveniente mixto, donec quod calloſum eſt, abſumtum fuerit, utendum. Gangræna ſi accedat vel ſphacelus, ſecandum eſt.

[10] *Ulcera*) Ἑλκοῦται τὸ καυλὸν, Virga frequenter exulceratur cum externis tum internis ejus partibus, & *Externa* quidem ejus ulcera excitantur aut in *cute*, aut in *glande*, aut in *Præputio*; *Interna* vero contingunt aut ſub cute, aut in meatu urinæ, aut in interna parte præputii, aut circa radicem pudendi.

Signa ſunt evidentia, & cauſæ quidem *procatarctica* ex ægri confeſſione cognoſcuntur, ſed *proegoumena* ex totius corporis habitu, & intemperie dignoſcenda erunt.

Prognoſtica ſigna notantur. Ulcera virgæ aut præcurſores aut comites ſunt morbi Gallici. Ulcera niſi tempeſtive curentur, maligna redduntur, & vel in putrefactionem, aut in fiſtulam, aut in cancrum degenerant, maxime ea quæ intra glandem aut circa radicem virgæ excitantur. *Fr. Joel Pr. l. 7. p. 417.*

[10] *Ulcera, quæ ſunt varia*) Ulceris cauſa hic ſunt humores impuriores, acres, ſanguis nempe inflammationem cauſans; Aut parti vulneratæ, percuſſæ, contritæ accedens, Semen corruptum proprium, aut à muliere in concubitu receptum, intra præputium & glandem retentum, ut uterum collectus humor pravus; Ea ſunt *interna, externa, ſuperficiaria, profunda, ſimplicia, fiſtuloſa ſordida, pura, maligna, benigna, recentia, antiqua*, &c. Periculoſa omnia ſunt, maxime à lue Venerea contracta; *Diuturnaque* mala, Penem ſæpe auferre cogentia. *G. Blaſius Ther Spec. p. 334.*

Penis varia ulcera patitur variis in partibus, alia ſunt *interna*, alia *externa*, Rurſus *externa* alia ſunt in glande, alia in præputio, vel mentula, *Interna*, vel *in extremitate*, vel in *radice*, vel in *medio*. Hæc facilitate & difficultate curationis differunt, & medicamentorum formis, facultatibuſque. Quæ in externa parte ſunt *putrida*, phagedenica, & alia. *Rondeletius Pr. p. 545.*

[11] *Alia ſunt externa*) Ulcera ejuſmodi ſunt à cauſa primitiva, vulnere nimium male curato, percuſſione, attritu, concubitu cum immunda muliere, ac contagio; interdum quoq; ex cauſa antecedente & materia ſpermatica corrupta, & inter caput virgæ ac præputium retenta, ut & aliis pravis & corruptis humoribus ibidē collectis: Atque iſta ulcera non raro in cancrum degenerāt, interdum in ſphacelum, ut vel tota virga, vel ejus pars perdatur. *Foreſtus l. 16. obſ. 6.* meminit cujuſdam qui penis poſt inflammationem ita putrefactus fuit, ut cataplaſmati adhærens totus excideret, & putrefactio etiam ſcrotum occuparet, ægro nihilominus ſuperſtite, urina ex ventre per foramen exiliente. *Zacutus Pr. Adm. lib. 2. obſervat. 112.* vidit quendam alias ſanum, in quo totum pudendum intra duos dies fuit corroſum, nam nigra puſtula ſtatim glandem occupabat cum ardore ſummo, ita ut totum penem ſerpendo arroderet. Hic veretri amputatione ſervatus eſt. *Moebius Fund Ph. p. 405.*

[14] *Si glandis regio*) Ulcera cancroſa ex lue Venerea Glandem infeſtare ſolent, Curantur ſolo tactu *gummi illius* quod ex *Mercurio ſublimato & antimonio* educitur; Sic illita balſamo ſulphuris illinuntur, & ſic ad cicatricem perducantur. *P. Joh. Faber.*

In cura ulcerum cancroſorum, ex lue venerea provenientium, ubi excreſcentiæ etiam inſtar verrucarum glandi adnatæ conſpiciuntur, præſidia ad luem dirigenda, & maturanda veniunt, ne glans exulcerata, quæ delicatiſſima, penitus conſumatur, Medendi ratio quam *butyro antim.* Auctor. (gummi hic vocat) ſed aliquoties rectificato inſtituit, optime ſuccedere poteſt, modo caute adminiſtretur, nam unica guttula ad tangendam cancroſæ verrucæ malitiam ſufficiet; Vel, quod tutius, hoc corroſivum gummi aquæ plantag. v. g. ad aliqualem aciditatem inſtillari & applicari poterit: Sin ulcera iſta ſint contumacia, ſicut cancroſa ſolent, tunc præſcriptus modus abſque hæſitatione adhibendus; In Italia has Verrucas, & ulcera Venerea, genitalis glandem circumgentia, non ſecus ac criſtas ani, ferro & igne curant: Quid *balſamus ſulph.* in conſolidandis ulceribus probe mundificatis valeat, notom. *Chr. Langius Patholog. pag. m. 501.*

[12] *Si glandis regio*) Quoties in Phimoſi aut Paraphimoſi ex impuro coitu contracta, frigida medicamenta applicantur, & materia illa maligna in partem affectam ſecluditur, tantam acrimoniam acquirit, ut inde maligna, putrida, & virulenta ulcera, imo & gangræna ſequatur.

In horum ulcerum curatione non levis error committitur ab iis qui *aqua forti*, *aqua* item *plantag.* cum *vitriolo, alumine, viridi æris, ungu. Ægypt. & ſimil.* ulcera abluūt, aliaq; acria applicant; malum enim ſic malo addunt, ſiquidem dolor, quem acribus illis excitant, multos humores ad locum affectum trahit, hinc inflammatio, al æq; ſymptomata in dies accreſcunt; blandè enim hujuſmodi ulcera tractanda, hunc in modum. 1. ſi ſordida fuerint, abluantur ſequenti decocto.

℞. *Ligni Guaiaci* ℥j. *rad. China, vincetox. angel.* ana ʒß. *h. fumar. ſcabioſ. abſynth. ſcordii* ana *pug.* ij. *roſar. rub. m* j. *coqu in aqua ad conſumpt. 3. partis.*

Si majorem abſterſionem vulneris, adde aliquid *mel*.

Ablutis ulceribus ſoleo ab initio, dum dolor adhoc vehemens eſt, applicare Vngu. ex *cera, terebinth. g. elemi. cum oleo amygd. d. ol. de vitell. ovor. & croco*, poſtea cataplaſma anodynum ſupra deſcriptum.

Sedato dolore, & ſans digeſto ulcere, *pulvere præcipitato* quam diligentiſſime ſpiritu vini rectificato ſæpi uſque *aqua roſac.* abluto, mundificanda ſunt ulcera aut inſperſo pulvere per ſe, aut cum *butyro rec. vel unguent. roſac.* mixto, & filamentis impoſito: Mundificato ulcere cicatrix inducenda eſt *Vngu. de cerusſa, de minio*, de pomphulyge, aut ſequenti collyrio.

℞. *Aquar. plantag. & roſar.* āā. ℥ij. *ſem. cydon. contuſi* ℈ij. *maneant in infuſ. horis* iv. *colatura fortiter expreſſa adde plumbi ſquamm. & ſubtiliſſ. triti, antimon. crudi diligenter pulveriſati, cornu cervi uſti, ceruſa lota, lapid. calamin.* āā. ℥ij. *corall. præpar.* ʒß. *m. & tepide cum linteis applica.*

In Phimoſi, ubi glans detegi non poteſt, prædictum decoctum ſyringa quotidie quater aut ſexies inter præputium & glandem iniiciendum, diligenterque pus abluendum: Omnibus quoque modis laborandum, ut dolor ſedetur & intumefactio membri auferatur, quo ulcus præputio detegi, & medicamenta ipſi imponi poſſint; Detegitur autem purgationibus iteratis, venæ ſectione & applicatione cataplaſmatis: Detecto balano, ſi ulcera adfuerint, curanda ſunt ſuperius præſcriptis auxiliis, quibus ſi non ſanantur ulcera, & luis venereæ indicia adfuerint, propria ejus curatio adhibenda eſt. *Hildanus cent. 5. obſ. 57.*

13. *Medicamenta*) Curatio exulcerationis virgæ conſiſtit in *victus ratione*, In *vitioſi humoris evacuatione*, *In puris abſterſione, & ulceris per topica conglutinatione*: Si itaque vitioſi humores per totum corpus ſparſi ad virgam defluentes, tumorem aut exulcerationem excitent, victus ratio ſemper contraria eſſe debet, & vitioſis humoribus, & intemperiei corporis.

Nec venæ ſectio prætereunda; ſecanda autem erit primo vena hepatica dextri humeri, & poſtea vena talaris interior.

Medicatio inter uſurpationem Topicorum talis eſt, Bibat patiens mane & veſperi hauſtum tepidum ℥v. *ſeri lactis caprini*, in cujus ſemi congio in duplici vaſe incoct. ſunt *m. ij. fumar. vir.* aut ejus loco *conſerva fumar.* ℥ij. *fol. veronica m. j. rad. Chinæ, polypod* āā. ℥j. poſt ſufficientem coctuiam coletur. Interim & putridi venenoſique humores ſingulis ſeptimanis ſemel ſubducantur; Quin ſi circa renum regionem ſimul cum ulcere virgæ inflammatio percipiatur, aut ardor acrimoniaque urinæ inter meiendum, ungatur regio Renum *ungu. refrigerante*, ubi vero in ipſa virga hæreat inflammatio, quæ maxime impedit curationem (quia deſtruit naturalem calorem) ea citiſſime reſtinguenda eſt ſequenti Epithemate.

℞. *Album ovor. n.* ij. *adde aqu. roſ. ſolani* āā. ℥ij. *ſimul conquaſſentur*, crebro inflammato loco impone; Si vero intra cavitatem virgæ hæreat inflammatio & ulcus, hoc ipſum Epithema tepidum per ſiphonem intropellatur. Omnia autem Topica talia eſſe debent, deinceps quæ ulceris ſordes abſtergant, loci humiditatem exſiccent & ſimul conſolident. *Fr. Joel.*

14. *Siccantia eſſe debent*) Quæ in externa parte ſunt putrida, phagedenica, & alia; quare inventa forma recurrendum eſt ad aliarum partium ulcera, hoc autem advertendo, quod fortiter & ſine morſu exſiccare debent hæc medicamenta; Illud genus horum ulcerum eſt, quod magna ex parte à lue Venerea initium ſumit: Quod ſi communibus & propriis reſiſtat remediis, ad univerſalia recurrendum erit in onguentis, vel Mercurium permiſcendo; Si in *interna parte præputii* fuerit ulcus, & citra inflammationem, iiſdem remediis curandum erit: Sin cum inflammatione, vel phimoſi, medicamenta diluere oportet aquis, & ſyringa immittere, Quod ſi denudari poſſit, medicamentis fortiter exſiccantibus cito curabitur, ut *ungu. pompholigos, cortice mali gran. ceruſa uſta & lota, atramento ſcriptor.* Pars facile fert talia medicamenta inſigniter reſiccantia: *Pannus detritus carminatus* frequenter mutatus cava ulcera curat. Quod ſi *Putridum ſit*, tunc *auripigmento in aqua roſar. diſſoluto & plantaginis* pars curanda, ne amplius ſerpat, vel *lixivio* cum pauco *ægyptiaco vel* Apoſtol, deinde ad mitiora veniendum; Poſtquam pars à putri carne mundata eſt, ſupradictis remediis curanda. *Rondeletius.*

15. *Circa glandem & inter præputium*) Vlcera inter præputium & glandem curantur ſequenti linimento.

℞. *Unguent. diapomphol.* ℥ß. *aloes, Mercur. d.* āā. *gr.* xv. *cum ſ. q. mellis roſat. f.* Linimentum. *Ettmuller.*

16. *Quæ cognoſcuntur*) Factum jam ulcus eſſe oſtendit dolor exortus, qui & in tentigine quaſi funem peni ſubtendit, (unde Galli vocant *Chaude piſſe cordée*) & in mictione tanquam in dyſuria acrius ſtimulat, ut idcirco multi in calculi veſicæ ſuſpicionem venerint. *Fernelius.*

16. *Quæ cognoſcuntur*) Vlcera interna, urina frequenter irritata, tardius curantur, quia medicamenta partem minus contingunt, ſine quo contactu curari non poſſunt; Sunt autem in *inferiore Penis parte* quando urinam continere non poſſunt, & ſi retineant, multùm in reddenda urina poſtea laborant. In aliquibus hæmorrhoides inflantur, dolet ſphincter ani per conſenſum; intenditur penis, pus magis redditur cum urina, quam ſeparatum: Si vero ſit in *extremo Penis*, ſponte fluit; & cum digitis premitur, vel cum candela cerea immittitur & dolorem ſentit. *Rondeletius.*

17. *Pure ante urinam exeunte*) Quod etiam citra mictionem extillare ſolet, nulli rei permiſtum, ſicut urinæ permiſcetur illud pus, quod ab exulceratis renibus & veſica proficiſcitur. *Sebiſius.*

18. *Fluxus, vel*) A Penis interioris canalis, qui communis eſt urinæ & ſemini exulceratione, puris è virga fluxus, quem à cauſa hac *Penis exulcerationem* vocant, provenit; Quæ exulceratio à læſione aliqua, ſed majore quam quæ ſanguinem elicit, ob catheterem intruſum, interdum accidit; Alias etiam à *ſemine virulento*, quod gonorrhœam virulentam procreat, atque etiam hæc loca cum pertranſit aliquando exulcerat: Quod & à ſemine non corrupto, loco moto ſi illic ſubſiſtat, provenire poteſt, ut non ſolum irritando ardentem dolorem, ſed & ulcus, ſi acre admodum ſit, pariat. *Platerus.*

Vlcus & excoriatio urethræ varias habet cauſas 1. prægreſſum tuberculum λειμονώδες quo ſuppurato & rupto ulcus in urethra relinquitur. 2. urinam acrem & mordacem, quæ talis ob hepar præcalidum & victum calidiorem. 3. medicamenta exulcerantia, quæ interdum per ſiphonem in veſicam infunduntur, ut callus veſicæ cervici adnatus, eliminetur; aut caruncola ibidem oborta, extirpetur; vel quando cereolo veſicæ cervio talia illinuntur. 4. Semen acre & virulentum, quod non raro in lue Venerea excernitur, vocaturque fluxus iſte gonorrhœa virulenta. 5. Impuritatem uteri mulieris, cum qua Venus exercetur: Variæ enim ſordes in quarundam utero, etiam lue Venerea non infectarum, continentur, utpote pus, mucus, putridus & grumoſus ſanguis &c. quæ genitale viri inquinare ſolent. *Sebiſius Man. p. 1448.*

19. *Et ideo periculoſa evadunt*) Per Penem puris excretio, illa per quam pus, etiamſi non mingant, ſponte emanat, atque inter mingendum ardor accedit, ab ulcere in penis canali, per quem urina redditur, profecta, minus eſt quam purulenta mictio, à veſicæ illiuſve cervicis ulcere procedens periculoſa, cum in parte ignobiliore

liore ulcus hoc exiſtat, & ſi non adeo invaluerit, aut profunde lateat, facilius curatur; difficilius vero quo magis abditum eſt & ſordidum factum; cujus curatio ſæpe in longiſſimum tempus protrahitur; alias quoque vicinas ſedes excavans, extrinſecus circa perinæum ſe aperit, & viam urinæ patefacit. *Platerus.*

20. *Abſtergentia & glutinantia)* Sunt ante omnia tollendæ cauſæ, poſt ad affectum ipſum accedendum, Virulenta gonorrhœa abigi nequit, niſi morbus ipſe, lues ſcil. venerea, ſit curata. Acres mordaceſque humores ſunt expurgandi, vitandaque acria, acida, ſalſa, & aromatibus largiter condita: Adhibenda quoque illa de quibus in ſcroti excoriatione dictum. In Canalem vero ipſum urinarium per ſyringam infundendæ aquæ quæ ſiccandi & conſolidandi vim obtinent, quales præ cæteris ſunt *aqua roſar. rubr. plantag. centinod. burſa paſtor. hippurid. fol. querc. torment.* Quibus admiſceri poſſunt pulveres in ſubtiliſſimum pollinem redacti & per cribrum trajecti, ne exulcerato loco dolorem inferant, *ceruſa præpar. tuthia præpar. lithargyr. corall. rubr. alum. crudi, lapid. calamin. pomphol. ſangu. dracon. boli Armen. c. c. uſti & præpar. liquir.* Pharmaca iſta foris & intus uſurpanda, ſi ulcus ita comparatum ſit, ut exteriorem interioremque penis partem occupet. *Sebiſius.*

Conſiderandum recenſne ſit an antiquum, Si *recens* eſt cum quadam calefactione, tunc leviter oportet detergere, & refrigerare, ob id injiciuntur *aqua plantag. ſolatri, nenuphar. myrthi*, vel ſucci aut decoctiones, ut *decoctum hordei* cum *ſyr. de roſis laxat. ſerum lactis*, Deinde adduntur *Troch. albi Rhaſ.* Injiciatur *decoctum litharg. vel ungu. pomphol.* cum *album. ovi* & *aqua hordei*, vel *ſero lactis*: Imponuntur Renibus refrigerantia, ut urinæ ardor minuatur, ut *ungu. alb. Galeni, cerat. ſantal. Nutrit. Album Rhaſ.* & quæ ex oleia frigidis, leviterque adſtringentibus parantur, Si parum bibant, & parum meiant, citius curantur: Quare oportet frequenter lenire ventrem, ut eo derivetur materia.

℞. *Caſſia rec. extr.* ℥iv. *tamarind. ſebeſten* āā. ℥ii. *Cathol.* ℥i. *cum ſyr. roſar. lac. f. Opiata, capiat* ℥i. *in forma boli, vel cum decoctione hordei aut prunor.*

Idem præſtat *diaſebeſten, cathol. ſyr. roſ. lax.* frequenter aſſumpta. *Poma* toſta, *pruna* in prima menſa, aſſumpta ſæpius, ventrem eluunt, & humores temperant; Pro *vino* utatur frigida, aut *decoctione hordei mundati* in principiis, deinde integri.

In *Diuturnis* utilis eſt uſus *decocti guaiac.* provocando ſudorem; avocat enim urinam & facit ut ſiccetur ulcus. *Vomitus* frequens non parum confert ad hanc curationem. *Troch. alkekengi* cum *aqua pecul. roſ.* & *hipparid.* proſunt; Non facile curantur hæc ulcera ob lotium acre, quod nimis detergendo ulcus exaſperat; Quare frequenter injicienda ſunt medicamenta; Et ſi dolor vexet, ſedetur *injectione album. ovi, lactis* vel *cremoris hordei.* Utantur ſiccis & parum humidis, vel acribus vel diureticis. *Rondeletius.*

20. *Abſtergentia & glutinantia)* Curatio penis exulcerationis, indeque nati mingendi ardoris, eodem fere modo ſicut in veſicæ illiuſque cervicis exulceratione inſtituitur, & pleraque illic expoſita tam ad ulcus ſanandum quam ardorem mitigandum, hic quoque poſſunt competere, cum hoc ulcus Penis in eadem via quæ cervici veſicæ continuatur, ſit poſitum, ibique etiam ea fiat irritatio, quæ ardorem mingendi parit. Itaque *ardoris*, cauſa qui hæc comitatur exhibitis, vel injectis Enematibus, alvum interdum laxabimus, excrementaque ſi dura ſint, ut facilius prodeunt, emolliemus.

Ad *ulcus ſanandum detergentia*, ſi ſordidum ſit, & *ſiccantia*, illudque glutinantia exhibita, illic deſcripta, aliquid præſtare poſſunt, cum hoc ulcus veſicæ cervici, vel ſit proximum, vel ſaltem non procul ab eo diſſitum, in eodemque ductu poſitum, adeo ut medicamenta quæ vires ſuas ad cervicem veſicæ uſque poſſunt proferre, etiam haſce ulterius huc uſque poſſint extendere, quas cum in locis illis diſtantioribus non adeo valide exerant, idcirco per exhibita ſola vixdum curatio exulcerationum, tum in veſicæ, tum penis ductu exiſtentium perficitur, niſi uſus horum ſit frequens & continuus.

Propinarique poſſunt in eum finem Decocta in ulceris veſicæ cura deſcripta, tum *primum*, quod ulceri & ardori conjunctis ſimul competit, tum illud quod *Guaiacum* cum cæteris quæ ulcus ſanant, recipit; *Potiones* item *vulneraria* dictæ, uti non ſolum ad vulnera, ſed & quædam ulcera externa internaque ſananda exhiberi ſolent, ſic & ad illud quod in penis ductu exiſtit curandum aliquando propinantur, à Chirurgis in hanc rem potiſſimum præparari ſolitæ: *Succi, Aqua, Lac, Reſina*, uti in ulcere veſicæ, ſic hic quoque conveniunt, *Pulvereſque* imprimis compoſiti; tum uſitati, tum illic deſcripti: Ex ſimplicioribus; pulvis *glandium quercus, folior. equiſeti, vinca pervinca*, ſæpe exhibiti probantur.

Ad *dolorem*, ſi acriter, ut ſæpe fit, urgeat, non ſolum *Narcotica*, dictis permiſta competunt, ſed & per ſe quoque exhibentur, in ardentis mictionis cura declarata: *Injectiones* fiunt, Induntur & *unguenta* alia quæ ulcera ſanare poſſunt, ut *pompholygos* in virgam, & ad ulcus uſque adiguntur cerea tereti candela inuncta, illiuſque anteriori ſedi appoſita, ſicque intruſa, quod commodius, minorique negotio & dolore quam aliis fit inſtrumentis, cum candela ejuſmodi mollis & lævis ſit, ſeque ad curvum ductum poſſit, dum ſenſim intruditur, inflectere, ſicque accommodare, *Oleum ex ſemine hyoſcyami expreſſum* inſtillatum admodum dolorem compeſcit: *Inunctio linea*, quam *Suturam* vocant, convenire poteſt, & *Fotus*, ad *refrigerium* ardoris ibi intus percepti; & *laxandas vias* ſi conſtrictæ, iiſdem quæ in ulcere veſicæ traduntur, *doloris* acerbi cauſa addito *Opio*: Sanationi ulceris conveniunt unguenta illic expoſita, Idemque vitæ regimen. *Platerus.*

Ad ulceris abſterſionem & ſanationem ſequentia præſcripſit *Idem* Obſ. l. 3. p. 816.

℞. *Amygd. d. mundat. caſtan. mund. gland. mund. oryzæ mund.* āā. ℥i. *rad. alth. conſol. maj. liquir.* āā. ʒii. *ſem. plantag. portul. malvæ, alkek. g. prunor. dracon. &c arab.* āā. ʒi. *ſuccini puri* ʒiß. *boli puriſſ. ocul. cancr. ſpod. ex ebore uſto* āā. ʒii. *terebint. parum coct. ut pulverari queat* ʒiii. *ſucci liquir.* ℥ß. *Omnia pulveraia & commixta excipiantur infuſione g. tragac. facta in aqua roſar. & plantag. adde ſacch. quart. j.* formentur Tabulæ *ponderis* ʒii.

Unam pulveriſatam cum *lacte caprino* alternis diebus ad minimum bibat.

Plurimum profuturas experientia me docuit, multaque ejuſmodi ulcera & diuturna & ſordida iis curata eſſe! Quarum loco, ſi ad manum non ſint, etiam *Trochiſc. alkek. ſine opio, & Troch. Gordonii* uſurpari poſſunt, ſed hæc compoſitio eſt longe utilior.

In alio eodem affectu laborante; ad abſterſionem purulentæ materiæ, & conſolidationem hoc ordinavi.

℞. *reſina laricea, vel terebinth.* ℥ß. *diſſolve in vitello ovi, adde mellis puri* ℥i. *ſacch. roſ. tabul.* ℥i. *vini generoſi* ℥vii. Bibat de lacteo illo liquore ad ℥i. alternis diebus, cujus operationem ad veſicam uſque pertingere ex urinæ violaceo odore deprehendi poteſt.

Injectionem dein abſterſivam præſcripſi. quam per

canalem in ductum penis injiceret. Vide §. *Per ſiphonem*)

Fumum ut per canalem brevem in virgam intruſum, per alembicum eo directum in ductum penis immitteret, ſuaſi ex ſequentibus Trochiſcis carbonibus impoſitis.

℞. *Picis naval.* ʒii. *thuris, maſtich.* ā ā. ℥i. *ſandarach. g. benzoin.* ā ā. ʒß. *cum reſina aliqua liquida. Fiant Trochiſci.*

Poſtremo juſſi ut *candelam ceream* tenuem ac flexilem & longam ſenſim in ductum hunc aliquouſque intruderet, inunctum *balſamo Chirurgorum* nonnunquam addendo parum vernicis coctæ. *Idem p. 819.*

[21]. *Per ſiphonem injicienda*) ℞. *Rad. liquir.* ℥ii. *cortic. fabar.* ℥i. *cicer. rub. p. j. fol. plantag. ſicc. m. j.* fiat Decoctio in aqua, addendo parum *lixivii*, & in colat. ℔i. diſſolve *laricea diſſol. in melle* ℥ii. *ungu. ægyptiac. tantum quantum ferre poterit.* Utatur ab initio, donec pus minui ſentiat, & partem admodum ſenſilem fieri, adeo ut ægre Injectionem illam acrem ferat; Poſtea utatur ſequenti.

℞. *Ramulor. equiſeti, fol. plantag. ſem. hyper.* ā ā. *m. j. rad. conſol. biſtortæ, bulbor. narciſſi* ā ā. ℥i. *cortic. granat.* ʒiii. *coqu. in* ℔i. *aqu. extinct. ferri fabri*, In colat. ℔i. diſſolve *Troch. alb. Rhaſ. ſine opio* ℥ß. *boli Arm.* ʒi. *ſucci attriti a lapide galactite & hæmatite* ʒi. pro Injectione. *Idem ibid.*

[21]. *Per ſiphonem injicienda*) *Injectiones* in virgam factæ, cum citius & facilius ad locum affectum, quam ſi in veſica illiuſque collo latitaret ulcus, perveniant, in curatione hujus ulceris præcipuas partes tenent: Conveniuntque ſimiliter in veſicæ ulceribus propoſitæ Injectiones, quæ primum abſtergant, mox ſiccando ulcus ſanent; Poſſuntque ſic *Lac, Decocta, ſucci, Aqua miſturaque* aliæ & *collyria* illic tradita injici, atque *unguentum Ægyptiacum*, ſi ſorditiem magnam aut putredinem acquirant, permiſceri: Præter quas *Injectiones* in Penis exulceratione, cum deterſione opus eſt, talis fieri poteſt.

℞. *Rad. liquir.* ℥iß. *cortic. fabar.* ʒvi. *cicer. rubr. vel piſor. p. j. fiat decoctio in ſero caprino*, addendo *parum lixivii*, prout ferre poterit, & ne nimium mordicet, diſſolve *mel. ſaccharum*, & parum *laricea* diſſolutæ cum *melle & vitello ovi.*

Ad *ſanandum & conſolidandum* alia injectio.

℞. *Rad. conſolid.* ℥iß. *equiſeti, plantag.* ā ā. *m. j. lithargyr.* ʒvi. *decoqu. in aqua ferrata, & in* ℔i. *diſſolve mellis roſat.* vel *ſacch. roſ. tabul.* ℥ii. *reſina laricea, in ovi vitello diſſol.* ʒi. *f. Injectio.* Alia:

℞. *Ceruſſa* ℥ß. *litharg.* ʒii. *tutb. prap.* ʒiii. *amil.* ℥i. *fiat Pulvis ſubtiliſſ. qui diſſolutus cum liquore injiciatur vel inſtilletur in glandem*, vel ſic.

℞. *Troch. albor. Rhaſ.* ʒß. *lap. calamin. tuthia, plumbi uſti, boli* ā ā. ʒi. *diſſolve cum aqua convenienti, vel lacte, &c.*

Aqua pro *Injectione* efficax.

℞. *Rad. conſolid* ℔ß. *rad. biſtort. torment.* ā ā. ℥ii. *narciſſi bulbor n°. x. fol. equiſ. plantag. rec.* ā ā. *m. ii. ſumm. hyper. florid. rec. p. ii. alum.* ℥i. *mell. roſ. q. ſ. ova confracta n°. xii.* ſi aridæ ſint herbæ, irrorentur prius *aqua plantag.* deſtillentur.

Si his Injectionibus aliquot guttæ *ſpir. vitr. ſalis*, aut *nitri*, addantur, augebitur ipſarum virtus & operatio; Imo ſi ejuſdem *ſpiritus* cum ſolo *ſero lactis capr.* aliquot tantum guttulæ miſceantur, ad *abſtergendum* & *conſolidandum*, multum præſtabunt, Parvis in abſtergendo & ſanando *Balſ. ſulph. Rulandi* inprimis operabitur.

Inſtillatæ in glandem Injectiones ejuſmodi, ſi ad ulcus penetrare queunt, quod citius fiet ſi minus in profundo ſit, conducent, Qua ratione & *ſucci* indi poſſunt. *Idem.*

[22]. *Alia ſunt antiqua*) Vide ſupra §. *curari debent.*)

V. [23]. Affectibus his ſubjicio [24]. *Pediculos pubis*, rotundos illos, & in dorſo nigrâ maculâ notatos. Evacuatione præmiſſa per vomitorium ex ſucci folior. aſari dr. ij. cum dimidia, oxymel. ſimplic. unc. ſ. aquæ hordei unc. ij. paratum, movenda eſt alvus. Hinc fovendus locus, *fomento ex ariſtolochiæ rotundæ* unc. 1. *veratri albi* unc. ſ. *herbarum marrubii, abſinthii* ana. m. j. *ſemin. lupinorum* & ſtaphiſagriæ ana unc. ſ. Nitri dr. ii. in lixivio diluto coctis, & duabus colaturæ libris aceti ſcillitici unc. iv. additis compoſito: [25]. quem inſequi debet illitus *unguenti ex ſemin. ſtaphiſagr.* unc. ſ. *radic. veratri albi, aluminis* ana dr. 1. *argenti vivi ſublimati* ſcr. 1. *ſaponis nigri* dr. ij. *axungia porcina* quantum ſatis, compoſiti.

[23]. *Affectibus his ſubjicio*) Adde his Præputii *Phimoſin*, & *Paraphimoſin.*

Nomen autem Φιμώσεως non modo ad Penem referri debet, ſed ad omnes partes naturales quæ meatum habent, & diduci poſſunt, ut oculos, anum, præputium, uterum, labia: Verum de præputio frequentius dici conſuevit, ſic glandem aut balanum tegente, ut nudari non poſſit, *Capiſtratio* à nonnullis dicitur: Eſt autem Φίμωσις ſummus nexus oris ſacculorum, cum toto ſuperiore ambitu in anguſtum collecto funiculo clauduntur & religantur; Παραφίμωσις cum è contrario tum præputium tum alia naturales meatus occludentia, ita retrorſum deducta ſunt, ut reduci nequeant: *Jacob. Thevart Annotat. in Conſult. 23. lib. 3. Conſult. Ballonii.* Præputii anguſtia in Phimoſi ſi, tanta ſit, ut non tantum deformitatem pariat, ſed & actionem illius tollat, tunc ea dilatanda erit, idque vi ſectione facta, Quæ fit cutem dividendo, vel circumſcribendo, & portionem anteriorem aliquouſque præcindendo, uti in circumciſione facienda hoc adeo frequens eſt, ſine periculo poteſt perfici. *Platerus.*

De Phimoſi, & Paraphimoſi.

Φίμωσις ἢ Φιμώσεις apud *Paulum l. 6. c. 55.* eſt præputii circa glandem penis conſtrictio; cum ſcilicet præputium glandem ita intexit, ut rurſus retrahi, & glans denudari nequeat, quo fit ut ſeminis emiſſio impediatur, & viri ſteriles fiant.

Vitium huic contrarium ab eodem *Paulo* Παραφίμωσις nuncupatur, quando propter præputium decurtatum, aut retro adactum, glans tegi non poteſt.

Naſcitur autem Φίμωσις ſecundum *Galenum* non ſolum in membro virili, ſed etiam in omnibus meatibus & locis quæ natura diduci poſſunt, v. g. in oculis, labiis, ano, utero, Verum de Præputio dicitur frequentius, ſic glandem tegente ut ea nudari nequeat: Quidam vitium iſtud caſtrationem, capiſtrationem converterunt, *Sebiſius ib.* Curationem vide in parte Chirurgica hujus operis.

Capiſtratio à nonnullis dicitur, Eſt autem Φίμωσις nexus ſummi oris ſacculorum, cum toto ſuperiore ejus ambitu in anguſtum collecto funiculo clauduntur & religantur; Παραφίμωσις cum è contrario tum præputium, tum alia naturales meatus occludentia

dentia ita retrorſum deducta ſunt ut reduci nequeant. *Jacobus Thevart Annot. in conſ. 23. lib. 3. conſil. Ballonii.*

Phimoſis, Paraphimoſis ex impuro concubitu.

Inter ſcortatores ſatis frequens eſt malum & ut plurimum difficulter ſanatur, In congreſſu enim illo, nimiumque luxurioſo, cum meatus totius corporis, & præcipue membri virilis (quia poroſum eſt) ſunt aperti, facillime vaporem aliquem & impurum (ex ſcorto, quod aut lue venerea eſt infectum, aut fluxu menſtruo, aut albo, aut paulo ante cum aliquo gonorrhœa laborante rem habuit) ad ſe attrahit.

Hinc primo pruritus circa glandem & præputium, qui ab initio voluptatem aliquam afferre videtur, oritur, mox tamen incaleſcente materia circa glandem & præputium incluſa, & acriore materia, fit ex pruritu dolor, totumque virile membrum intumeſcit, hinc præputium *aut* ante balanum contrahitur, & ita ut vix urina perfluere poſſit, clauditur; *aut* retro glandem abducitur, Hoc malum Paraphimoſin, illud Phimoſin appellant Medici.

Eſt autem morbus iſte aut ſimplex, aut cum aliis gravioribus ſymptomatibus, ut gonorrhœa virulenta, lue venerea, exulceratione & inflammatione conjunctus, dolores qui inſeparabiles, quæ omnia perpendenda, ne quicquam in curatione omittatur, Ante omnia autem corpus cum pharmacis, tum venæ ſectione expurgandum: Novi Chirurgum in Belgio, qui Phimoſi & Paraphimoſi laborantibus, ſtatim ab initio *ſtibii hyacinthini* infuſum exhibebat; quod in pituitoſis & robuſtis corporibus locum habere poteſt, revulſione facta per vomitum, à loco affecto, at non in extenuatis & debilioribus corporibus.

Sed & proſpiciendum, an ſcortum lue fuerit infectum, tunc enim à ſtibiatis abſtinendum, ne materia peccans ex genitalibus ad hepar (*maſſam ſanguineam*) trahatur, & ex particulari affectu univerſalis fiat, quod in aliquibus obſervavi: Præſtat itaque, (uti ego ſemper maximo cum ſucceſſu feci) corpus clementer & blande expurgare &c.

Primo hauſtu purgato corpore, incidatur vena in brachio & educatur ſanguis pro virium tolerantia & plethoræ magnitudine; poſt ſumantur reliqui duo hauſtus Apozematis præparantis & purgantis.

Corpore ſic purgato, tam venæ ſectione quam purgatione, ſudor per dies aliquot movendus eſt, ut materia maligna, à ſcroto contracta, ſi forſan jam per corpus diffuſa fuerit, in habitum abire & per poros evacuari poſſit.

Loco affecto nonnulli ſtatim ab initio, (quia inflammationem adeſſe vident) refrigerantia & repellentia applicant, ſed male, materiam enim virulentam repellunt, & in ipſam partem ſecludunt, unde poſtea virulenta maligna ulcera oriuntur: Quum itaque præcipuum ſymptoma ſit *Dolor*, ab ipſo curatio incipienda eſt, hoc modo.

℞. *Fabar. hordei*, ana ℥ii. *ſem. cydon.* ʒi. *fœnugr.* ʒii. *pulv. roſar. r.* ℥ß. *croci* ℈i. *cum lacte vaccino* & ovorum *vitellis* ii. *f.* Catapl. calide applicandum.

Totum membrum, niſi inflammationis vehementia obſtiterit, ſequenti oleo inungo, oleum enim inflammationibus adverſatur.

℞. *Ol. amygd. d. rec. roſar.* ana ℥i. *ol. vitell. ovor.* ℥ß. *m.*

Interim victus tenuiſſimus ſit, abſtinentia à Venere & cogitationibus Venereis.

Sed quia unica Purgatio minime ſufficit in hoc contumaciſſimo malo, ideo præcedens reiteranda eſt; Ego non raro *Extracto cortic. eſulæ*, uti & in gonorrhœa virulenta ac ſimilibus affectibus non raro uſus ſum, videtur enim facultate quadam ſingulari haſce expurgare partes.

Sedato dolore, ſi dolor circa glandem & præputium non cedit, ita ut præputium neque abduci neque reduci poſſit, fiat ſequens cataplaſma.

℞. *Farin. fabar. lentium, lolii* ana ℥ß. *pulv. roſar. abſinth. flor. chamom. ſambuc.* ana ʒiß. *cum decocto flor. chamom. beton. & roſar. cum* ii. *vitell. ovor. f. Cath.*

His continuanda eſt curatio, donec præputium, ſi Paraphimoſis in locum ſuum reduci, aut velut in Phimoſi, abduci, & balanus denudari poſſit. Atque hæc eſt vera, & certiſſima Phimoſis & Paraphimoſis ex impuro concubitu contractarum curatio: *Hildanus cent. 5. obſerv. 57.*

Paraphimoſis ex violento coitu.

Sponſo, qui nunquam Venerem exercuerat, ſponſam nimis arcte amplexus, tanta violentia frænum abruptum & præputium retrorſum detruſum, ut maximus dolor & intumefactio membri conſequeretur, 1. victus rationem tenuiſſimam illi præſcripſi, & refrigerantem; 2. corpus cholagogis expurgavi, & venam in brachio incidi, ſanguineque ſatis large extracto, aderat enim plethora; 3. Regionem renum unguento refriger. bis in die inunxi: Loco vero affecto ſequens Catapl. applicui.

℞. *Far. hordei* ℥iiij. *pulv. roſar. myrtillor.* ana ʒii. *balauſt. nuc. cupr.* ana ℥i. *coqu in aqua roſar. & plantag. parumque aceti roſac. adde vitellum ovi* tepide applica.

His per dies aliquot adhibitis, cum dolores, ab initio magni & acerbi, remiſiſſent, appetitus ad Venerem, & erectio membri adeo vexavit, præcipue noctu, ut tota curatio inde impediretur; quoties enim membrum erigebatur, præputium adeo conſtringebat balanum, ut totum in modum augeretur affectus.

Hanc ob rem anxius divortium ab uxore ſuaſi ad dies aliquot, deinde corpus iterum cholagogis purgavi, & lumbos oleis ſequ. inungere juſſi.

℞. *Ol violac. nymph. roſar ana* ℥i. *ol hyoſcyam. per expr.* ℥ii. *camph ſol. in aceto roſ* ℈i. MS. in mortario.

His peractis à cœna doſin unam *laudani* exhibui, hinc melius nocte quievit, omnisque membri erectio.

Quum itaque aliquoties exhibitionem *laudani* iteraſſem, inunctiones lumborum, applicationem catapl. tumor membri brevi remiſit, nec diu poſt præputium & retrorſum detrahere, & antrorſum reducere, balanumque obducere potuit; Convaluit, & poſtmodum liberos habuit.

Cavendum autem ne prædictum Cataplaſma applicetur, ſi Paraphimoſis ex impuro congreſſu acciderit, materia enim maligna ad interna viſcera repelleretur, unde maligna ulcera ſequerentur. *Hildanus cent. 5. Obſerv. 56.*

De Paraphimoſi Infantium.

Non tantum ſcortatores, ſed & ſoſantes, imo & lactantes, ab hoc affectu immunes non ſunt? Accidit enim quandoque ex prava victus ratione Nutricis, ut humor acris ad genitalia infantis decumbat, ibique pruritum excitet, mox propter confricationem genitalium, & acrimoniam urinæ, confluunt humores circa balanum, & præputium, ut plurimum flatulenti & pituitoſi.

Cum itaque Penis ſit pars poroſa & mollis, faciliime humorem iſtum excipit, & quidem adeo copioſe

ut mirum in modum extendatur præputium.

Quandoque & ob acrimoniam urinæ inflammatio ſupervenit, cæterùm, cum imperitos quoſdam barbitonſores infantulos hoc malo laborantes ſcarificationibus profundis, & applicationibus, medicamentorum acrium crudeliſſime tractaſſe ſciam, placet hic adſcribere remedia, quibus multos feliciter ſanitati reſtitui,

Primo Nutrici victus rationem tenuem & refriger. præſcribo, deinde ſecundum humoris prædominantis naturam ipſam expurgo. Si plethora adeſt venam in brachio incido: hujus medicamenti beneficio infans quoque purgabitur. Sin ablactatus fuerit à ℨi. ℨiii. *ſyr. roſ. ſol. comp.* exhibeo.

Ab initio ſi dolor & inflammatio adfuerint, ſequens Cataplaſma applico.

℞. *Mica panis albi* ℥iii. *pulv. roſ. rub. balauſt. ana.* ℨi. *croci* ℈i. *butyr. r.* unc.i. *cum ovi vitello f. Catapl.*

Si vero morbus adeo fuerit contumax, ut prædictis non cedat, admoveatur ſequens.

℞. *Far. fabar. unc.* ii. *pulv. ſumm. abſynth. flor. chamom. ſambuc. ana.* ℥iii. *pulv. ſem. fœnugr.* ℨii. *cumin.* ℥iii. *coqu. cum vino rub. auſtero f. Catapl.* calide bis in die admovendum.

Si excoriatio aliqua adfuerit, loco vini ſumo *deco. ѕti flor. chamom. melilot. ſambuc. roſar.* Excoriationem ſequenti ungu. inungo.

℞. *Ol. roſac.* unc.iß. *ceruſa lota, tutiæ. prapar. c. c. uſti & prap. corallor. prapar. plumbi ſquamm. ana.* ℨiß. *camph. diſſolut. in aqua roſar.* ℨß. *mi.* agitentur tamdiu donec formam Linimenti acquirant. *Hildanus cent. 5. obſerv. 58.*

Moneo hic, quandoque mihi adveniſſe infantulos, in quibus affectus adeo fuit contumax, ut ultra tres ſeptimanas circa ipſos occupatus eſſem, præſertim in quodam infantulo cujus nutrix erat admodum cacochymica; Apozemata huic ſæpe exhibui, graviter expurgavi &c. Quantum ad externa, quia eis quæ præſcripſi antea in multis uſus fueram feliciſſimè, nihil mutare volui, juxta præceptum *Hippocr. aph. 52. 2.* &c. *Idem ibid.*

24. *Pediculos pubis)* Alias Inguinales, qui circa inguina in pube proveniunt, rotunda illa, & in dorſo nigra macula notata animalcula Gallis *Morpions* nuncupantur; Interdum & alia corporis loca occupant, Sed præcipue pubem, ſive piloſam circa pudenda cutim, cui ut alte ſunt impacti, ſic majorem aliis pruritum inferunt, Crebrius item ſudantibus, nec ſordes tamen abluentibus aut abſtergentibus, æſtivo præcipue tempore familiares; A quibus tamen, quemadmodum ab immunda Venere urentibus per contagium quoque facile reportantur. *Gieſvvin Hodegi p. 1219.*

24. *Quem inſequi debet illitus)* Unguentum ſuum contra pediculos, magnificis, ut ſolet verbis, commendat *Minſict.* Vulgo non efficacius fugari ac interimi poſſe creduntur, quam linteaminibus iſtis quibus pocula aliave vaſa, inaurata aurifabri abſterſerunt, Et ſubeſt huic experimento ratio, quia vim ab argento vivo acquiſiverunt linteamina dicta, quod pediculorum mors eſt: *Idem ibid.* Plura vide ubi de *Phtiriaſi.*

Penis retractio.

Auriga ſenex tantam Penis in imum ventrem retractionem paſſus eſt, ut nec hilum quod ullo ſenſu percipi poſſet, extaret; Inter pubem & ſcrotum rimula viſendam ſe præbebat, vulvulæ labiis deſtitutæ, aut vi-ctui piſcium quorundam ſimillima, minimum meum digitum aliquouſque nullo negotio admittebat, rogavi quid me vellet, Si nihil aliud, *inquit*, fac ne urinam emittendo (quod ſine moleſtia ſolitis horis facio,) induſium caligaſque ita madefaciam, & urinam aliquouſque ſaltem ejaculer, ut inviſo hoc madore, & omnis meæ ſuppellectilis putrefactione liberer: Facillimum factu, inquam, Itaque tubum ligneum, in principio ovalem, ſeſquipedem longum, quem ex Italia attuleram, ipſi dono, quo rimulæ applicito, in diſtantem matulam nullo negotio urinam fundebat: Itali, quum citatis equis feruntur, ſcuticis fere utuntur, quibus manubrium, quale meum erat, admovent, ſicque in medio curſu nec braccos nec equos madefacientes meiunt.

Cæterum cum ulterius quid tentandum dicerem, qui credebam ſicut aliàs uteros prolapſos in ſinum pudoris capacibus cucurbitulis umbilico applicitis cum flamma luculenta revocaveram, ita iiſdem retrahi in locum Penem poſſe: proclivius enim eſſe gravia deſcendere quam aſcendere: Omnino bis Cucurbitarum admotionem admiſit, & jam balani redituri apex ad magnitudinem avellanæ ſe oſtendebat, cum ille ſuo tubulo contentum ſe diceret, nec ulterius operam meam, quamvis gratuitam admittere voluit: Doluit ſane ſenilem pervicaciam tam raram curationem, quam certiſſimam augurabar mihi invidiſſe. *Henricus ab Heers Obſ. 7.*

Longitudo Penis immodica, Brevitas.

Longitudo Penis juxta & conveniens eſſe debet ſex vel octo digitorum tranſverſorum, alioquin ſi longior incommodat, læditque mulierem in congreſſu, & circulo laneo decurtandus eſt. Si credimus *Galeno*, longior Penis generationi nocet, quia per longiorem ductum ſeminis virtus diſſipatur, quod non credo. (*revera aſinus, equus &c. aliaque animalia egregie mutoniata prolifica non eſſent.*

Si *brevior* fuerit Penis, nullam aut levem titillationem affert, nec eſt prolificus. Deſcribit *Fallopius lib. de Decoratione*, modum magnificandi penem. *Riolanus Enchir. p. m. 158.*

Longitudinem Penis utplurimum unius ſpithamæ, vel dodrantalem, i. e. duodecim pollicum ſtatuit *Graaf. de virorum org. p. m. 43.* *Hildanus centur. 6. Obſerv. 61.* refert juvenem, Virginem optimo corporis habitu præditam uxorem duxiſſe, quæ in ſecundum annum non ſolum ſterilis permanſit, ſed tandem quoque in cachexiam incidit, idque ob immenſam longitudinem penis mariti, quæ ipſi non ſolum in coitu, ſed & à congreſſu maximos dolores inferebat; à quibus ſcutum, ibi depictum, longitudinem quaſi diminuens eum liberavit, adeo ut deinceps gratus fuerit congreſſus.

Hydrops Penis.

Hydrops Penis fere tum adeſt, cum aut imus venter, cum aut ſine ſcroto, vel hoc ſolum aquoſo humore turget.

Adeoque *cauſam* Hydropis in genere habet, viſui ſe ſatis conſpiciendum exhibens; Periculi non multum inferens, niſi quod urinæ excretionem quodammodo impediat. *Cura*, præterquam quod Hydropem in univerſum reſpiciat, ſpeciatim hic *externa* diſcutientia atque exſiccantia medicamenta, ſiquidem dolor aut inflammatio adfuerit, refrigerantibus temperata exigit, quandoque & inſtrumenta Chirurgica tumorem aperientia. *G. Blaſius Ther. ſp. p. 333.*

Penis Dolor.

Penis Dolorem excitant eædem fera excitant quæ

in Teſtibus, nimirum Inflatio, Inflammatio, Percuſſio; vulnus, ulcus, venus nimia. Hinc curatio ad illos affectus dirigenda; Dolorem ipſum leniunt *Fotus ex decocto malvæ, alth. ſemin. lini fænugr. aneth. flor. chamom. meliloti.* Cataplaſma, ex iiſdem paratum Aut ex *medulla panis albi lacte incocta*, additis *ovor. vitellis*, *ol. roſac.* In intenſiori dolore adde *opii* tantillum cum croco. Ad Penis dolorem ſedandum, ait *Foreſtus Obſ. 4. lib. 26.* nihil præſtantius *aqua album ovor.* cum *lacte muliebri* & *camph.* modico, calide excepta In qua actu frigida vel tepente infuſum membrum ſtatim dolore privatur.

Hæmorrhagia per Penem.

Quæ internæ per ſpongioſam Penis ſubſtantiam currunt arteriæ duplices conſpiciuntur, quorum aliquæ per corporum nervoſorum ſubſtantiam repunt; aliæ per fungoſam urethræ ſubſtantiam excurrunt; at utut exiles ſint, ex membro virili, per urethram xiv. circiter ſanguinis libræ cuidam effluxere: Vir robuſtus & vegetus, onuſtus ſucco tritici dum per aſſerem ſupra aquam poſitum tranſiret, pedemque verſus marginem figeret, aſſer ita invertebatur, ut intra ipſius pedes aſſeris acies exiſteret, in quam pondere tritici ita comprimebatur ut perinæi atque teſticulorum mira contuſio adeſſet, abſque vulnere externo, aut hæmorrhagia, donec dimidia hora poſt caſum urinam emitteret, tunc enim primo tria cochlearia circiter ſanguinis effluxere, urina clara & ſine ſanguine ſubſequente, quæ acrimonia ſummos in urethra excitabat dolores: cum per 4. dies exigua ſanguinis quantitas per urethram efflueret, malum neglexit: quinto à caſu die, cum ſupra ſedem ſeſe ponens partes contuſas aliquantum durius agitaret, ſanguis cum pulſatione tanto impetu effluxit, ut adſtantes ipſum jamjam moriturum crederent; ne tamen omnis ſanguis uno impetu efflueret aliquia partem anteriorem tamdiu comprimebat, donec adveniſſemus: Lecti tegumenta non aliter ſanguine erant conſpurcata ac ſi bos illo in loco jugulatus eſſet: Intelligentes modum quo cecidiſſet, & quod per quatuor dies conſequentes ſemper exigua ſanguinis quantitas ſolum modo ante urinæ excretionem effluxiſſet; indicavimus ſpongioſam urethræ ſubſtantiam; ejuſque arterias læſas, licet tam impetuoſi ſanguinis illius effluxus cauſas non ſatis conciperemus: Præterea explorantes in inferiore abdominis parte, immediate ſupra pubis oſſa, tumorem inſtar capitis infantis magnum, aſſeruimus illum ob dictam penis conſtrictionem à regurgitato ſanguine in veſicam originem habere: Porro cum pulſum ægri debilem ob copiæ ſanguinis effuſionem inveniremus, hærebamus dubii cui inter tot ac tanta mala primo occurreremus: veriti hinc ne à ſanguinem ſiſtentibus ſanguis in veſica nimium incraſſaretur: hinc ab attenuantibus ſanguis fluidior factus, magis efflueret: At potiori malo ſuccurrentes, à nimia virium debilitate, ob ſanguinis effluxum imminente; *Sylvii mixturam Prax. lib. 1. cap. 19.* propoſitam exhibuimus: ac perinæo, cum partis affectæ compreſſionem per ligaturas non poſſemus inſtruere, medic. adſtringens applicuimus, atque ſic ægri vitam per illam noctem conſervavimus; Sequenti die, cum ſanguinis fluxus necdum in totum ceſſaret, & vires parum melius conſtaret, venam in brachio aperuimus ac decoctum vulnerarium præſcripſimus: Tertio die peſſimo in ſtatu ægrum invenimus, ſingultientem, febrientem, Graviſſima hæc ſymptomata cum poſt iteratam Enemajum ex *lacte & Elect. Cathol.* unc. iß. viſu minuerentur, decocto vulnerario quædam diuretica addidimus, quæ ſanguinis grumos, jam ſemicorruptos ex veſica expellebant, ceſſante ſenſim cum febre ſingultu; pauca præter dicta medicamentis ægrum reſtituimus. *Regn. de Graef de vir. org. p. 148.*

Vulnera Penis.

Vulnera Penis non ſunt lethalia, Exemplum habet *Henr. ab Heer. obſerv. 8.* Vidi in Spa, *ait*, Senem illuſtrem, cui cum calculus colem ingreſſus nulla arte eximi poſſet, Glans ad pollicis latitudinem ſecari debuit: &c. clauſo vulnere, ſequenti anno nova molienda fuit ſectio. Aliud addit exemplum de ſene nonagenario.

Quod *Tulpius habet lib. 4. obſerv. 34.* admirandum eſt, Cuidam ab ineunte ætate plures lapilli in urethra ſine ullo urinæ emittendæ impedimento ſuccreſcebant, adeo ut coles tandem ad inſtar pugni puerilis intumeſceret, Sexto demum ætatis anno ſcalpello apertus fuit Penis, xxv. lapilli maximis piſa æmulantes educti, & vulnus item ſanatum: Imo totum Penem exſcindi poſſe oſtendit *Fabritius cent. 3. obſ. 88.* Turcæ jam Eunuchis virilia omnino abſcindunt, teſtibus *Scaligero, & Baſbeqaio Epiſt. 3.*

Extinguebatur tamen (*ait Moebius Fundam. Phyſ. cap. 20.*) paucos ante annos miles, cui ab ancilla virgine, ob vim ruri inferendam penis ſecula auferebatur; ſed dubio procul ob largam ſanguinis vitalis è vaſis libidine æſtuantibus effuſionem.

Referente *Nicolao de Blegny Zodiaci med. Gall. T. 1.* Juvenis Chirurgus in latrones incidit, cui virilia amputarunt quod nummis exhauſtum deprehenderint: fluentem ille ſanguinem appoſito muſco obvio repreſſit, & mortis periculum evaſit.

Gangræna Penis.

Chirurgi curaturi colem *gangræna* obſeſſum, impoſuere inciſæ cuti præter *myrrham*, *aloen*, *extractum abſynthy* & *ſpiritum vini*, conveniens cataplaſma, quo tamen parum aut nihil proficiente, devenere tandem ad ferramenta candentia, quæ late profundeque bis inuſta, adeo vitioſam hinc intercepere labem, ut coles quem verebantur peſſum iterum, brevi ad priſtinum valetudinis ſtatum ſit reverſus, *Tulpius lib. 4. obſerv. 33.*

Uſtionem, ubi opus eſt, ferre poſſe, etiam patet ex exemplo adducto à *Zacuto Prax. adm. lib. 2. obſerv. 112.* qui vidit Penem intra duos dies arroſum à Chirurgo amputatum, locumque ſaucium uſtione & medicamentis convenientibus ſanatum.

De Glande imperforata.

Qui neque in Glande ipſa, neque in ejus vinculo foramen habent, ἄτρητοι à Græcis appellantur, *non pertuſi*, *non perforati*, ſeu non perterebrati, à privativa particula ἀ, & verbo τιτράω, ſeu τετραίνω, ἢ τιτρήμι, perforo, terebro.

Tales quoque dicuntur quibus anus perforatus non eſt, ſive id ea natura contingens, ſive ex morbo, carne vel membrana ſuperereſcente, & meatum obſtruente.

Quibus vero Glans non recta, ſed ſub cane perforata eſt ὑπὸ τῷ κυνὶ, ὑποσπαδίαιοι nominantur *Paulo lib. 6. cap. 54.*

Vocat autem κύνα, canem, ſive κυνόδεσμον, caninum vinculum, id quo cutis membri genitalis cum glande colligatur, Contrahitur vitium illud, ſicut & prius, à prima origine: Qui ita ſunt conſtituti uri-

nam anterius reddere non poſſunt, niſi pudendum ad pubem reflectant; Liberos etiam procreare nequeunt, quod ſemen recta in uterum ejaculari non valeant.

Differunt autem ἀπὸ τῶν αἰδρίλων, quoniam iſti neque in glande, neque in ejus vinculo foramen habent.

Curatio manualem operam poſtulat quam vide in Chirurgia parte. *Sebiſius man. p. 1451.*

Interdum *Vrethra* deeſt, quod obſervavit *Tulpius l. 4. obſerv. 38.* in quodam cui ſtillabat urina per foramen exile in ſcroti rugis.

Glans alieno loco perforata.

Aliquando foramen ſemen & urinam emittens, non in medio glandis, ſed in latere vel ſubtus, ſicuti in quibuſdam ab ortu hoc accidiſſe vidi; ſitum eſt: Vel etiam ductus alicubi ſub pene fiſtula perſeverante, perforatus eſt; adeo ut dum ſemen emittit, cum recta interius orificium uteri aſpicere non poſſit, ſemen concipi nequeat. *Platerus.*

Vrethræ affectus.

Vlcera.

Vrethra ſæpius *exulceratur*, vel *apoſtemata* intus aborto, vel ex ſemine acri ac virulento, vel ex urina acri, vel ex calculis aſperioribus, vel etiam cathetere ab imperito immiſſo; Vlcera urethræ plerumque ſuboriuntur in ſuperficiaria illa prope glandem caverula, in qua humor erodens in gonorrhœa vel alio modo colligitur, & dolor in emiſſione urinæ oritur intolerabilis.

Obſtructio, Anguſtia, Dilatatio.

Obſtruitur eadem interdum à pure, humoribus viſcoſis, grumo ſanguinis & calculis grandioribus: *Zacutus Pr. Adm. lib. 2. obſervat. 36.* meminit Chirurgi qui ob urinam ad 15. dies vitio calculi grandioris in urethra hærentis omnino ſuppreſſam obiit, *Item* alterius *obſervat. 75.* qui ob eandem cauſam ad 9. dies obſtructione urinæ laborabat, Vrethra autem diſſecta, & lapide gran. xxx. extracto ſervabatur.

Valde *dilatatur in calculoſis: Pr. Alpinus* adeo dilatatam in Aegypto vidit ut magnam avellanam admitteret, & hinc facile inflari & calculum extrahi poſſe dicit.

Anguſtior plus juſto interdum formata eſt, Poteſt tamen ſectione dilatari; quale exemplum habet *Zacutus 3. Pr. Adm. 71.*

Occluditur interdum errore naturæ, & ita nati à Græcis vocantur ἀτρητοι, de quibus in Chirurgica parte.

Caruncula interdum item *callus carnoſus*, *verruca* aut *carnoſa excreſcentia* in meatu urinario naſcitur, &c. *Moebius Fundam. Phyſiol. capit. 20. n°. 20. §. 5. 6.*

Inflammatur urethra ratione ſubſtantiæ fungoſæ & nigricantis, inſtar ligamenti cavernoſi Penis: Crebro ardet & dolet ex urinæ acrimonia; Inflammatur ab acrimonia putris humoris præterlabentia; ut in gonorrhœa virulenta; tumque intumeſcens incurvat Penem, & in tentigine quaſi funem ſubtendit, dicuntque *Gonorrhœam cordatam.* Riolanus *Ench. p. m. 159.*

Præputii affectus.

Præputium quoque ſuis afficitur morbis, In Hebræorum puerulis, ex narratione *Veslingii*, hoc ſæpe ita excreſcit, ut caudæ in morem acuminetur *Carnoſum* & valde magnum in quodam obſervavit *Hildanus Centur. 4. obſerv. 81.* Sæpe fit calloſum ut retrahi nequeat, vide *Fallopium*: Laborat *Phimoſi & Paraphimoſi.*

Fiſſura, Rimæ Præputii.

Fiſſuris ſive *Rimis* præputii *Sennertus* Vnguentum ex *reſina frixa* cum *oleo roſac. & ovi vitello* miſta vel ex *oleo roſac. amylo & thure*, commiſt. adhibet.

De Frænuli coalitu.

Ad Phimoſin pertinet *Tum* membranulæ glandi præputium oſculo tenus alligantis; *Frænum*, ſeu *frænulum* & *canis* dictæ (in quo notam virginitatis maſculæ, cauſamque doloris, quem in primo, omniumque acerrimo congreſſu experiuntur illibati, *Laudanus* ponit in Phyſiologia) *Tum* & ipſius *Præputii cum glande coalitus* atque *cohæſio*, cui malo ſuccurrendum per Chirurgiam; quam vide ſuo loco.

De Hermaphroditis.

Hermaphroditus; ἑρμαφρόδιτος, dicitur cui vitioſa eſt conformatio genitalium, ita ut utriuſque ſexus pudenda adſint vel adeſſe videantur: Hinc & hujuſmodi homines dicuntur ἀνδρόγυνοι. An dentur Hermaphroditi qui utriuſque ſexus perfecta habeant genitalia negaſſe videtur *Galenus l. 2. de ſemine cap. 3.* in fine. *Bruno Lexici pag. 662.*

Fortunatus Affaytatus Phyſicus atq; Theologus Italus inſignis, in ſuis *Conſiderationibus Phyſicis atque Aſtronomicis* aſſerit dari Hermaphroditos utriuſque ſexus munus egregie abſolventes, & alterum tantummodo ſexum foris oſtendentes: fœminea genitalia externus conſpicua eſſe, virilia intus latere, ſemine prolifico prædita, & per certum ſeminis ductum, quotieſcunque opus ſit, ſemen ad matricem deferre, vehementer aviduate illud excipientem; illudque penetrare illæſa etiam virginea membrana in loca ad generationem accommodata, illicque reſidere, & ita conceptionem fieri, eodem modo ac ſi cum viro rem habuiſſet: & hoc plerumque ſolere per ſomnum uſu venire, quo tempore ſagax natura ad Venerem excitandam varia ſimulachra confingere facile poteſt: Servatis igitur naturæ legibus, ſatis conſtare arbitratur mulierem ſine viro, foris adhibito poſſe concipere &c. *Merlinum* Britannum divinum autem anno Chriſti 446. ex ea matre natum eſſe quam conſtabat ſine viro concepiſſe, cum forte ſe cum viro jacere ſomniaſſet, *Id Sabellicus*, ſcriptor Hiſtoriarum diligentiſſimus, aliique Hiſtorici & Chronologici, literis prodiderunt, *Averroes* aſſerit hujuſmodi caſum ſuo tempore accidiſſe, hoc eſt Virginem ſine virili concubitu concepiſſe & peperiſſe. *Divus* quoque *Thomas* ait ſuo ſeculo idem eveniſſe: Noſtrates etiam paucis ab hinc annis teſtantur idem Cremonæ accidiſſe: Viviuntque adhuc dum Obſtetrices boni nominis, tum probatiſſimæ quædam Matronæ, cum quibus hac de longos ipſe ſermones fecit, quæ jurant ſe huic ſpectaculo interfuiſſe.

Ariſtoteles l. 4. de Gen. An. capit. 4. judicat de Hermaphroditis, quibus gemina ſunt pudenda, unum ratum alterum irritum habere, Non verum hoc Ariſtotelis decretum eſſe ſtatuit. *Johann. Faber Lynceus* in *Not. ad Hiſtor. Mexic. f. 547.* Certorum, *inquit*, mihi fide conſtat fuiſſe egregia ſtatura & venuſta facie juvenem, qui modo gladium ſtringebat, modo colum tractabat, & agi patique poſſet.

Exenteravit *Theoph. Molitor Lynceus in Fabri* ædc murem majorem, Rattum, qui hermaphroditus erat,

erat, & prægrandem masculos vero conclusos gessit, non minorem quam a qua magna formica, vivos omnes in quibus cor pulſare viſum eſt: Erant huic formam fœminam conſtituentia genitalia, & ſemen ... conficientiâ, teſtes ac deferentia vaſa viri cum matrice. Altera ex parte aderant omnia vaſa ſemen facientia & jaculantia maſculina cum ipſo virgâ, teſtibus, veſiculis ſemine denſo & concocto onustis. *Hactenus Faber.*

Memorat *Wolphius in Memor. comm.2. Camerar. cent. vi. §. 510.* fuiſſe Hermaphroditum *Hieronymo Montano Gallo* ſatis notum, qui ſexus muliebris mutabatur, viro nupſerat, cui filias aliquot & filios pepererat; ſed nihilominus ancillas compreſſerat, & in his generare ſolitus fuerat, Licet itaque rarum, vt Hermaphroditus vtroque ſexu & incubum & ſuccubum cum aliis agere poſſit, & vtroque fœcunditatem exhibere, ut tamen ſolus ſibi ipſi vtroque ſexu ſufficere poſſit res videtur eſſe valde difficilis, quæ & credi & probari ſatis poſſit. *Georg. Chriſt. Petr. Med. Sept. vol. 1. p. 858.*

Hiſtoriam refero de Hermaphrodita, quam nec *Bauhinus* nec alii qui hujuſmodi meminerunt admirabiliorem ſcripſerunt &c. Hiſtoriæ Regiæ ſocietati communicata eſt, ex qua ſequentia transfero.

Hannad Widde nata anno 1647. in pago agri Hamptonienſis Ringrood dicto, ſexto ætatis anno inter ſaltandum cum coætaneis, extuberantiæ duæ, pro herniis bubonocelis habitæ, primum emicuere; quibus in ordinem redigendis chirurgi diu operam luſerunt, Teſticuli enim erant, qui jam prægrandes facti, ſcrotis duobus cutaneis, parum corrugatis, ſed vix prominulis, pilis obſitis viſuntur, ex quibus diviſis & elongatis confinguntur vulvæ labia.

Adeſt Sinus muliebris in quo nymphæ, & caruncula vna vel altera myrtiformium loco: Eſt & membranula à perineo ſurſum tendens, mediam rimæ partem tegens, unde non video quomodo peni virili introitus eſſe queat. Clitoris non habetur, ſed loco ejus penis imperforatus, niſi ... Clitoris dici debeat.

Uſque ad xiij. ætatis annum pro femella habita eſt, cum forte pani ſubigendo ſtrenuam navaret operam, derepente Priapus hic, ad id temporis latens, magno cum impetu foras erupit, accedente non levi corporis metamorphoſi Penis hic aliquando erigitur, tum 4. pollices pene æquat, præputio & frænulo, vt in viris fit inſtruitur, ſed ubi perforatio fieri debet, adeſt tenuis membranula foramen obducens, vt nihil inde excerni queat.

Uteri vagina quantum videre licuit, in cæteris à communi ſequioris ſexus lege non recedit, in quam non pauci digitos intruſerunt, quare hymenem, ſi adfuiſſet unquam, corruperunt, ſed nec hoc efficere potuerunt ſine flexura articulorum, propter membranam mediam rimam obvelantem, ob quam etiam non ſans explorari poteſt, ſive oculis, ſive digitis, quumodo ſe habet vterus ipſe, aut cervix ejus, hæc tamen adeſſe valde veriſimile: Cum annorum eſſet xvi. menſtrua periodico & modo debito fluere cœperunt, & jam nunc fluunt vt ipſa refert.

Barba ſatis denſa erupit, imo totum corpus eſt piloſum, Vox corporiſq; habitus viros æmulatur: Mammæ nullæ exurgunt, papillæ perquam exiguæ, pectus valde latum; Dicit ſe ad utrumque ſexum comparatam eſſe, cum fœminas concupiſcit, penis erigitur, cum viros flaccidus manet; Oculos aliquando conjiciens in virum formæ venuſtioris, illum deperibat adeo vt inſequenti die præ amoris œſtro in paſſionem hyſtericam inciderit, quam comprobarunt ... omnis, crepitus, riſus, fletus un & juvantia, ... ex *Emplaſtro de galbano* regioni umb... & aliis remediis hyſtericis exhibitis. T... vir vel fœmina ſit neſcio, Teſticulos adeſſe ... ſatis largos, extuberantes, ſcrotis contentos, vti ... his oculis vidi: Priapus, qui erigi & flaccescere ... eſt, adhuc clarius videtur. Quare vird... A... rima, uteri vagina, nymphæ foramen intra pudendum, pro urinæ exitu, Quare ad alterum ſexum relegetur, vel ad utrumque, vel ad neutrum. *Ex Actis Philoſophices Angl.*

In Hermaphroditis hæc ipſa pars eſt (*Clitoris*) quæ increſcens virgam virilem effingit, vt ex eo patet, quod in rima ejus glandis nulla manifeſte conſpicua perforatio obſervetur, quamvis Teſtes ei totis à lateribus adſtare videantur. Talem Hermaphroditum memini me quandam in Gallia vidiſſe, ætatis xxvii. annor. qui circum os, inſtar viri, totus barbatus erat, ſed tamen muliebri veſtitu utebatur. Huic ſuperiore pudendi parte Clitoris excreverat ad medii digiti longitudinem, & mentulæ virilis craſſitiem, cũ glande, frænulo & præputio, ut in viris eſſe ſolet, excepto quod rimula glandis non eſſet pervia. Meatus urinarius & vagina uteri adſtabant, ut in mulieribus, in ſingulis pudendi labiis unus teſtis continebatur.

Similem Hermaphroditum Anglum, ætatis xxii. annor. anno 1668. cum plurimis aliis ſpectantibus vidimus hic Ultrajecti, de quo referebat ejus conductor: quod perfecta fœmella natus eſſet, & inter v. vel vi, annum ei genitalia immutari cœpiſſent, atque x. ætatis anno ei penis omnino conſpicuus factus eſſet, Penem ejus protuberantem vidimus circiter ad ſemidigiti longitudinem, ſed in rima glandis non perforatum (rima erat ejuſdem figuræ ut in pene virili) forma penis virili non abſimilem, cui nympharum coalitus præputium efformabat, qui glans ad dimidium tegebatur, & detegebatur, ut in viris. Hunc penem per cogitationes libidinoſas ad digiti longitudinem extendi referebat ejus conductor. In ſingulis pudendi labiis, tanquam in ſingulis ſaccis, ſeu ſcrotis, continebatur unus teſtis. Paulo infra Clitoridem meatus vrinarius, & uteri in vagina (id eſt, vtriuſque introitus) conſiſtebant.

Narrabat etiam conductor ei menſtruas evacuationes ſingulis ſtatis menſtrui periodis fieri ut aliis mulieribus, & in libidine magna ſemen etiam foras profluere, ſed ipſum hermaphroditum neſcire anne per penem, an muliebria ſeu per vaginam uterinam flueret, Mammæ non erant multum tumidæ, pectus & femora nonnihil hirſuta, virile quid deſignare videbantur, vt & vox gravis, atque etiam capilli in capite copioſiſſimi & criſpi, nec non barbæ conſpicua rudimenta, circum os in labiis erumpentia, Veſtitu muliebri tunc vtebatur, quem tamen, propter barbæ incrementum ſequenti anno eum rejeciſſe, & virilem veſtitum ſumpſiſſe vidi.

Ex quibus omnibus ſatis patet, hujuſmodi Hermaphroditos non eſſe vere vtriuſque ſexus participes, ſed eſſe revera fœminas, quibus genitalia ſunt male conformata, ſcil. teſtes extra abdomen in labra deſcenderunt & Clitoris in nimiam longitudinem excrevit. *De Diemerbroeck Anatom. l. 1. c. 25.*

De Hermaphroditis vide plura apud *Bauhinum* qui de iis ex profeſſo ſcripſit. *Sinibaldum in Geneanthr. Schenckium* & alios.

Cap. LXXIV.

De Membrorum genitalium in viris ſymptomatibus.

De Læſa ſeminis generatione, & Virgæ erectione.

SYmptomata membrorum genitalium [1] In viris ſunt [2] *Læſa ſeminis generatio, Læſa penis erectio, ſalacitas, Priapiſmus, Satyriaſis, & Gonorrhœa.*

I. [3] *Læſa ſeminis generatio eſt, quando illud vel non generatur,* [4] *vel non tale ut generationi inſervire poſſit.*

Duplex itaque eſt. Alia, *quando ſemen non generatur:* quod fit vel [5] ob *defectum materiæ*, ſeu [6] ob res non naturales, ut jejunium, vigilias, ſemen ſcolopendr. nocte illuni collectum; ſeu ob præternaturales exſiccantes & illam abſumentes, cordis inprimis morbos, vel *ob ejuſdem ab aliis partibus attractionem:* quod fit & in puerili ætate, & [7] in pinguibus, in quibus omne alimentum in ſubſtantiam corporis mutatur. Vel [8] ob *facultatis partium genitalium*, ſeu innatum; ſeu acquiſitum [9] *vitium*, ut [10] vaſorum ſemen generantium vel deferentium defectum, maleficia, incantamenta, &c.

Alia, quando *non generatur fecundum*, quod fit, *vel* propter [11] materiam minùs commodam, nimis calidam, humidam, aut ſiccam, *vel* propter intemperiem partium genitalium frigidam, quæ interdum nimia in prima juventute libidine, unguentis mercurialibus genitalibus illitis, &c. contrahitur. *Signis* opus non eſt.

[12] *Curatio* ad cauſas eſt dirigenda. [13] Augent verò ſemen *Radix Cynoſorchi major*, [14] *Cubeba*, [15] *vitellus ovi recentis cum vino & pauco oleo amygdalarum dulcium*, [16] *Eſſentia* [17] *Satyrionis* Crollii, *Confectio Magnanimitatis*, & de [18] *ſucculata Inda* Mynſichtl.

[1] *In viris*) Viri, qui defectum aliquem habent, quominus coire & generare valeant, vocantur frigidi, impotentes, languidi, ligati, & maleficiati. *Frigidi*, qui ob temperamenti & cordis præcipuè frigiditatem, vel nihil ſeminis generant, vel iners & infœcundum producunt. *Impotentes*, qui venereum exercere actum nequeunt, tametſi illius cupiditate flagrent, & ſemen gignant. *Languidi*, quibus pudendum aliquatenus erigitur, & tumeſcit, ita ut illo nonnihil ad Venerem uti poſſint, verùm cum debiliùs erigat, quàm par ſit, ideo ſegniter & imperfectè Venerem peragere dicuntur. *Ligati & Maleficiati* quibus virilitas & coeundi poteſtas per incantamenta eſt adempta, adeo ut ligati videantur, & maleficium perpeſſi. *Sebiſius, Man. pagina 1470.*

Aliud præterea eſt homo *inſulſus*, aliud *fatuus*, Ille caret ſale & non excitatur facile ad venerem. *Fatuus* non poteſt facilè explicare & explere. *Ballonius Anat. ad conſ.62.lib 3.*

[2] *Læſa ſeminis generatio, Læſa Penis erectio*) Sterilitatis cauſæ ſunt plures in ſexu virili, quæ vel in organis ſeminalibus, vel in ſemine, vel in membro genitali conſiſtunt.

In *organis ſeminariis* cauſæ ſe offerunt quinque.

I. *Eorum obſtructio* ab humore craſſo & viſcido, hujus enim nomine ſemen emitti nequit, nihil enim ſanguinis arterioſi & venoſi ad illa derivari.

Illorum *coarctatio & adſtrictio* ab aliquo tumore; quæ cauſa ſimiliter ſeminis emiſſionem impedit.

III. *Eorum refrigeratio* & infirmitas, quare ſemen prolificum gigni nequit.

IV. *Eorum laxitas*, quæ in cauſa eſt, ut ſemen tamdiu retineri non poſſit, donec perfectè ſit concoctum & elaboratum.

V. Vaſorum ſeminalium defectus, qui vel ob caſtrationem in eunuchis & hermoſis contingit; vel à prima nativitate accidit, Abſuiſſe enim illa vel omnia, vel nonnulla diſſectio corporum planum fecit. Et nos in quodam cadavere ſpermaticas arterias abfuiſſe obſervavimus, venas autem ſeminales adfuiſſe quidem, ſed admodum tenues & exiles deprehendimus (*quid de hac abſentia cenſendum*, vide infra §. *A vaſorum ſemen generantium vel deferentium.*

In ſemine hæ ſunt cauſæ,

I. *Penuria*, vel ob *ſenectutem*, quæ frigida, ſicca, exanguis, debilis, *morbos acutos & chronicos:* Adde *nimiam obeſitatem, carnoſitatem & vaſtitatem*, quo fit ut ſanguis, ſeminis materia in adipem & carnem abeat, hinc *Ariſtot. l.2. de par. An.* ait obeſa omnia ſteriliora eſſe, quoniam quantum ex ſanguine proficiſci deberet ad genituram, id in adipem & in cotnutis, quæ utrinque dentata non ſunt, in ſevum mutari, sit.

Huc pertinent omnes *immodicæ ſanguinis evacuationes*, quæ materiam generationis, ſanguinem, & organa generantis naturæ, calorem & ſpiritus ſubtrahunt.

Huc referuntur *luctus & mœror diuturnus*, *curæ* graves, *aſſidua ſtudia, inediæ, vigiliæ juges*, indeſinentes *corporis labores.* Concoctionem enim impediunt, corpus ſiccant, calorem imminuunt, ſpiritus exhauriunt.

II. *Seminis cruditas & aquoſitas*, Profecta ab infirmitate vaſorum genitalium, viſcerum hepatis præcipue, cordiſq; dyſcraſia frigida, victu crudorum frigidorum, & aquoſorum humorum feraci, unde *Ariſtot. ſect.4. probl. 4.* hoc nomine ebrioſorum ſemen infœcundum ſcribit, quia tenue, crudum & aqueæ naturæ. Tale quoque reddunt medicamenta admodum refrigerantia, Julepi, Emulſiones, quibus nonnulli in febribus ardentibus & diebus canicularibus abutuntur.

In *ipſo membro genitali* cauſæ multiplices ſe offerunt.

I. *Pudendi* totalis vel partialis abſentia, ut cùm eſt putredine ablatum, ſphacelo, cancro, lue venerea, &c.

II. Cum erigi nequit: (vide infra De Virgæ erectione læſa.

III. Cum *nimis curtum* leviterque ſolum prominet, vel à primo ortu, vel Chirurgis decurtatum.

IV. Cum *male figuratum* (vide ſupra *De morbis virgæ.*

V. Cum

v. Cum *glans imperforata*, Vide ubi de *imperforatis.*)

vi. Quando idem valde *craſſum*, & tumidum, adeo ut vel prorſus non, vel magna cum conjugis moleſtia viam ſibi faciat, Exemplum in quodam vidimus, ut opus fuerit uxorem ab eo ſeparare.

vii. Cum idem vulneratum, ulceratum, ut ne quidem *venerem* exerceri queat,

viii. Cum præputium retrahi nequit, (*Vide Phimoſis.*)

ix. Cum in urethra aliquod eſt obſtaculum, callus, calculus, &c. unde ſemini exitus intercluditur.

Curatio omnis dirigenda eſt ad cauſas. Verum nos jam de vaſorum ſeminalium obſtructione & adſtrictione, deque eorum defectu, qui inſanabilis eſt; de viſcerum affectionibus, de quibus ſuo loco actum; de Pudendi vitiis de quibus ſupra: jam non tradimus, materiam duntaxat illorum præſidiorum proponemus, quæ vel ſemen augent, vel id acrius calidiusque reddunt, vel flatibus implent, vel materiam ſeminis ad vaſa ſpermatica deducunt.

Ad *materiam gignendam ſeminis aptam*, imprimis faciunt alimenta εὔχυμα, εὔπεπτα & polytropha, ut ſunt brodia carnium gallinarum, caponum, panatellæ, ova tremula & recentia; carnes agninæ, hœdinæ, vitulinæ, gallinaceorum juniorum, gallinarum, phaſianorum, gallorum Indicorum, attagenatum, perdicum, caponum, turturum, pipionum, pullaſtrorum, avicularum in ſylvis, dumeta, viventium, alæ anſerum & gallinarum, glandulæ mammillares, ubera vaccarum & ovium juniorum, teſticuli gallinacei, carnes capreolorum, lepuſculorum, hinnulorum, &c.

Semen reddunt acrius & calidius, hocque nomine ad venerem ſtimulant, partim alimenta, partim medicamenta, vide inferius §. *Augent vero ſemen.*

Flatuoſa ſunt *napus*, *paſtinaca*, *rapæ dulces*, *ſiſami*, *cicera*, *fabæ*, *piſa*, *phaſeoli*, *caſtanea*, *avellana*, *nuces virid. cynara*, *tubera terræ*, *aſparagorum turiones*, *ſcorzonera*, *rad. tragop.*

Seminis materiam ad vaſa deducunt, Semina *fœnic. aniſi*, *carvi*, *anethi*, *dauci*, *fraxini*, *urticæ*.

Ex *compoſitis* & officinalibus ſunt, *Eryngium cond. zinz. cond. Indic. & commun. Diaſatyr. Nic. conf. anacad.* Species *diagalanga*, *diambra*, *diamoſch. diacubeb. diacinnam.* Confectio *ſem. erucæ*, *ſem. aniſ. fœnic. ſem. coriand. amygd. dulc.* nucl. *pineor. piſtach. cubebar.*

Oleum nuc. Indic. potum. ol. ſeſam. potum, *oleum Staphylodendri potum. ol. nuc. moſch. cum brodio hauſtum*, oleum *formicar.* pudendo inunctum.

℞. *Priapici cervi capi* cum *oeſtro libidinis eſt peritus*, ℥j. *melanopip.* ℥j. *f. Pulv. ſubtil.* Detur cum vino malvatico aliquot diebus.

℞. *Rad. zedoar. orchid. ſucculentar. galanga*, *calami aromat.* āā. ℥j. *rad. gentianæ* ℥ß. inciſa indantur in ſacculum, qui in vino albo odorato infundatur.

Aſtaci fluviatilis cocti cum multo pipere comeſti.

Phaſeoli in lacte cocti & macropip. ac galanga conditi.

Venereum illud ſpecificum quod *Crollius in Baſil. Chym. fol. m. p. 55.* valdè extollit.

Crocus ex vino potus. Schifius man. pag. 1771.

3. *Seminis generatio*) Miſſis aliorum de *materia ſeminis* opinionibus, ſi quis prolificum liquorem penitius conſideraverit, certiſſimum eſſe comperiet, ad *Seminis confectionem* concurrere pro *materia* partim *ſanguinem* per arterias ſpermaticas advectum; partim *ſpiritum animalem* per nervos allatum.

Sanguinem huc facere, & primariam materiæ maſſam conſtruere, docent arteriæ ſpermaticæ inſignes ad teſtes delatæ, quæ certe majores ſunt, & plus ſanguinis conferunt, quam qui ſoli nutritioni teſtium inſerviat. Docent item venæ ſpermaticæ, ſanguinem à nutritione teſtium reſiduum ad cavam referentes. Docet denique experientia, cum in nimia Venere loco ſeminis non raro ſanguinem cum aliqua voluptate excretum fuiſſe, teſtetur Auctor. Propterea quod ſanguini per arterias copioſo affluenti nec ſufficiens mora in teſtibus fuerit, nec ſatis copioſus ac validus ſpiritus animalis (qui ſpecificæ fermentationis ſeminificæ primaria cauſa eſt) ex nervis effuſus ſit, ut tam brevi tempore in ſemen converti potuerit.

Spiritum animalem, per nervos allatum, & in teſtibus in tenuem liquorem condenſatum, ac ſanguini admixtum, etiam ad ſeminis materiam neceſſario concurrere, ex eo manifeſte patet, quod cerebro magnus ſit conſenſus cum teſtibus; & quod cerebrum, nervi, omneſque nervoſæ partes ab immoderato coitu plurimum lædantur & debilitentur, quia ſcil. cum excretione multi ſeminis, ſpirituum animalium magna pars conſumitur, eorumque magna fit jactura, unde mox laſſitudo & virium dejectio, &c. Huc quoque accedat conſideratio *Tabis dorſalis*, *ab Hippocr. l. 2. de morbis deſcriptæ*, &c. Ex quo morbo ſatis patet, è cerebro & ſpinæ medulla ſpiritum quendam ad ſeminis confectionem per nervos affluere, &c.

Hic autem ſpiritus animalis à cerebro per nervos in teſtes profuſus, ibi uſque in liquorem tenuem incraſſatus, illic ſanguini ſpirituoſo permiſcetur, eumque acrimonia ſua fermentando, lymphaticumque liquorem (per vaſula lymphatica è ſubſtantia teſtium orta, ſurſum ad interiora abdominis deferendum) ex eo ſeparando, ſubtilitas ejus particulas ſpecifico modo diſſolvit & à ſulphureis liquoris nimia redundantia ſeparat; cum quibus ſalſioribus particulis, pauciſque ſulphureis, ipſorum teſtium ſpecifica vi excoquitur in ſemen, &c. propterea vero quod ſalſuginoſus liquor in ſemine primarias partes tenet, ab eoque fœcunditas & balſamica vis inprimis procedit, Veteres dixerunt Venerem ortam mari, & libidinem appellarunt Salacitatem.

Quod autem pro Seminis materia ſalſiores ſanguinis particulæ, quadam fermentatione ſeu effervescentia ſeparatæ, neceſſario & magna copia concurrant, eæque ſulphureas in ſemine longe ſuperent, varia docent.

1. Quod in corporibus obeſis & pinguibus, in quibus pingues ac ſulphurei humores prædominantur, parum ſeminis generetur, & hinc exigua ſit ad venerem proclivitas.

2. Quod in ſiccioribus, in quibus ſalſi humores prædominantur, multum ſeminis generetur, atque hinc tales ad venerem ſint fortiores.

3. Quod ſemen ſubacidum quendam odorem expiret, qui neceſſario à ſale ſalſo procedit.

4. Quod illud copia auctum titillationem prurigiuoſam & irritationem ad venerem excitet.

5. Quod plerarumque rerum fœcunditas à ſale fuſo, ac per calorem diſſoluto procedat; atque hinc mirum videri non debeat, quod etiam ſeminis humani fœcunditas, ab eo magna ex parte dependeat. *Diemerbroeck Anat. l. 1. c. 27.*

3. *Læſa ſeminis generatio*) Læditur 1°. quando nullum. 2. cum parcius. 3. copioſius. 4. aquoſius viſcidiuſve, vel aliis modis minus commodum efficitur; *Nullum*, vel defectu materiæ, cum vaſa non ſufficientia implantantur in Teſtes atque Epididymidas; aut defectu Teſtium in Eunuchis, vel ineptitudine earundem, in frigidis & maleficiatis. Parcius fit ſemen, vel aliquali materiæ defectu, cum vaſa vel pauciora, vel minora feruntur ad Teſtes, aut materia alio amandatur; ratione ſanguinis, in magno ſanguinis effluxu; ratione Spirituum

animalium, in magnis animi curis, corporis motu vehementi, vel aliquali Teſtium debilitate, in frigidioribus dictis: *Aquoſius* generatur ſemen, tam ratione ſanguinis univerſi, hinc forſan & ſpiritus Animalis magis aquoſi, tum ratione conſtitutionis teſtium mihi inexplicabilis, ob quam aquoſa nimia ſanguinis pars admittatur ad ſemen conficiendum. Inter cauſas externas certum eſt Venerem frequentiorem, frigus humiditati præſertim conjunctum, atque contuſionem, non tamen nimiam, non raro anſam præbere illi malo. *Viſcidius* contra fit ſemen ob cauſas contrarias, ut Venerem rariorem. *Fr. Sylvius Pr. l.3.c.1.*

2. *Seminis*) Semen eſt deciduum nutrimenti ſuperflui, quod alias impendebatur à natura ad augmentum corporis, Eſt ſeri flos, adeoque γλυκὺ, in conſiſtentia, ſpirituoſus & ὀργασμώδης in motu ſufficienti in quantitate, cellulis ſeu veſiculis ſuis incluſum. *Wedelius A.m.m.p.476.*

3. *Læſa ſeminis generatio*) Quæ fere triplex eſſe ſolet, dum aut *augetur*, aut *depravatur*, aut *imminuitur*. Etmuller.

4. *Vel non tale*) Seminis virilis occaſione ſterilitas accidit, ſi *non ſufficiens*, aut *prolificum* ad generationem conferatur, etſi enim tunc mulier illud concipit, procreatio vel nulla, vel irrita, ut in *Mola*, ſequitur. Niſi enim tanta ſit illius quantitas, ut uteri cavitatem, quæ proin exigua facta fuit, in conceptu adimpleat, ex eo fœtus minime procreabitur; quæ & cauſa eſt, ſi ſemen juſta *quantitate*, quæ ad generationem requiritur, colligi nequeat, ſed frequentius quam conveniat per veneris nimium uſum, aut involuntarium illius in gonorrhœa effluxum excernatur, ut illi non generent; ut vero illi qui rarius eam exercent, & vel procreationis vel ſanitatis cauſa ſibi temperare poſſunt: Unde & evenit quod ſenes aliqui matrimonium cum juvenculis contrahentes, cum minus quam juvenes fervidi parcius venere utantur, liberos adhuc etiam extrema ſenecta (ſicuti parens meus octuagenario major) procreant. Quod ſi quoque *ſemen non coctum & elaboratum*, ſed crudum ſit tenue, aquoſum, & ut vocant frigidius, vel ſpiritu non perfuſum, vel alioquin vitia ea in ſe contineat quæ illius generatricem vim tollunt, cùm non ſit prolificum, ex eo nil generari poterit: Tale autem ob *imbecillitatem vaſorum ſeminalium*, vel *permixtionem pravorum humorum* naſcitur; Fit & ſæpe ut tacitum vitium aliquod in ſemine procreationem minime impediens lateat, quod in ſobolem ex eo genitam tranſiens, ſuo tempore ſeſe exerit, ſimilemque affectum à parente hæreditarium in eo, ea fere ætate qua pater ea primum laborare incepit profert, unde podagra, elephantiaſis, ſimileſque affectus, ab inſitis cauſis in liberos propagantur. *Platerus.*

4. *Non tale ut generationi*) Generatio nihil aliud eſt, quam nova & iterata creatio. Facultas illa generandi, ſeu creandi, homini & animalibus communicata eſt per Verbum benedictionis. Creſcite & Multiplicamini. Cujus verbi vi & poteſtate generat homo hominem; animal animal, vegetabile multiplicat vegetabile, A Deo per verbum benedictionis emanavit in animam. Spiritus virtus benedicta, quæ cum à Deo divina ἐντελέχεια eſt, infinita generandi, & in infinitum prolificandi, ſeſe multiplicandi facultatem obtinuit; Facultas illi generandi & multiplicandi exerit ſeſe in forti illa libidinoſa phantaſia; ſpermata enim, ut de generatione docet *Harvæus*, fœcunda & animata redduntur per fortem libidinis phantaſiam. Secundum enim ejus & Neotericorum obſervationes, partes ſeminis maſculini craſſiores nihil conferunt ad generationem, ſed ſpiritus genitales fœcundum & proliferum reddunt ſemen, animantque ova fœminina alioquin fatua. *Werdig. Med. ſpir. l.1.c.23.*

5. *Vel ob defectum materiæ*) Nunquam ſtimulanda eſt Venus ultraquam ſuppetat materia. Valet id ſenibus cumprimis & de aliis qui plus quam par eſt excretionis voluptuoſæ hoc genere delectantur; ut in fœminino ſexu, ſerius o ius appetente ſenectute deficiunt menſes, ita & in virili aliis citius, aliis tardius deficit potentia Venerea, pro temperamenti & moderationis reſpective legibus & diverſitate. Alia itaque paulo ratio eſt habenda in hoc ſenum, ut magis conſervetur vigor hic Venereus quam exſtimuletur: Senſim ſenſimque tunc deficit humidum radicale, ſerum ſcilicet, omne vero ſemen à ſero γλυκεῖ, nutribili & ſpirituoſo, Fruſtra ergo fuerit acrioribus, piperatis, ſolicitare deficientia membra, & aquam quod dicunt ex pumice prolicere. Præſtant balſamica, & calorem juxta ac ſerum vigorantia, ambrata & ſimilia; Par ratio eſt aliorum; Viſi ſunt à nimia venere tum ſummæ debilitati, tum ſanguinem ipſum tandem profundentes à cantharidibus & aliis. Nec ſtimulanda eſt ἐκ προαιρέσεως appetentia ultra vires, ſaltem in futurum libidinoſa & inſatiabili voluptate, nec per medicamenta Triceinus effectus ſtimulationis hujus in ſenibus extraordinarios; alvo laxata potius nonnunquam, quam genitalibus inflatis. *Wedelius A.m.m. p.483.*

5. *Ob defectum materiæ*) Deficit ſemen ex *defectu materiæ*, quæ eſt pars ſanguinis chyloſa, dulcis & pinguis, adeoque plus minus viſcoſa, ſiquidem ob id in actu generationis genitura ſpumeſcit, quæ ſpumeſcentia propria eſt ſubjectis viſcidis, à materia ſubtili impregnatis; Quicquid ergo ſubſtantiam hanc lacteam pinguem poteſt abſumere, illud cauſa eſt defectus ſeminis, *ut ira, pravus victus, nimius labor.* Hinc ſubinde pingues & corpulenti minus abundant genitura, quæ materia, quæ alias ſua natura in pinguedinem faceſſit, minus impenditur in ſupplementum pinguedinis. *Etmuller Pr. P.1. p.413.*

6. *Ob res non naturales*) Cauſæ remotæ ſunt variæ 1. *Frigus externum* intenſius, quod imminuit generationem ſeminis; Sic *Salmuth. cent. 9. Obſerv. 91.* refert quod milites tranſeuntes per aquam, cum refrixerint teſtes, etiam in iis animoſitas ſit immutata. II. *Mercurius vivus*, uti nervis inimicus, ita etiam teſtibus hoſtilis eſt; Teſtantur enim obſervationes quod ex *inunctione Mercurii vivi* ad fugandos pediculos, enervata ſit vis genitalis, reſtituta tamen per munctionem *olei deſt. ṡ. ſpicæ*, tanquam aromatici. III. *Abuſus veneris*, quæ dum frequentius exercetur; aut nimis cito inſtituitur, enervatur vis teſtium, unde ſemen prius aquoſum, poſtmodum defectuoſum reddi ſolet, In tantum enim exhauritur fermentum, ut non poſſit iterum reſtitui. Inprimis ad vim teſtium genitalem conſervandam multum facit ter in negotio digeſtionis, nimia enim Venus notorie digeſtionem primam perturbat & cruditatibus occaſionem præbet: quando enim vis primæ digeſtionis languet, appetitus veneris deficit, partim defectu materiæ, partim quod chylus non ſubeat rectam ſpirituaſcentiam. *Etmuller.*

Huc pertinent omnes immodicæ *ſanguinis evacuationes* ſponte vel arte factæ, quia materiam generationis, ſanguinem, Et organa generationis naturæ, calorem & ſpiritus è medio tollunt, viteſque dejiciunt. Huc etiam referuntur *Luctus & Mœror* diuturnus, curæ graves, aſſidua literarum ſtudia, inedia, vigiliæ, ſtrages, & indeſinentes labores corporis. Concoctionem enim impediunt, corpus ſiccant, calorem imminuunt, ſpiritusque exhauriunt. *Sebiſius.*

7. In

7. *In pinguibus*) Id quod *Ariſtoteles* in ſpecie 2. *de Part. anim. c. 5.* de corporibus pinguibus atque obeſis tradidit, innuens pinguiori omnia ſteriliora ea de cauſa eſſe, quoniam quantum ex ſanguine proficiſci deberet ad genituram, id in adipem & in earnigeris, quæ vtrinque dentata non ſunt, in ſevum mutari ait.

8. *Vitio facultatis partium genitalium*) Secunda cauſa eſt vitium Teſtium, quod vel in *defectu fermenti ſeminalis*, vel in *conformatione*, in ſpecie *Teſtium tumoribus* conſiſtit: *Fermentum* ſi eſt torpidum e:net vatum aut minus activum, etiam deſuit genituræ. Nam in ſpermate elaborando duo ſunt conſideranda, 1. *materiæ tranſcolatio* in teſtium ſubſtantiam, 2. *materia tranſcolatæ alteratio*, quæ fit à fermento teſtium. *Fermentum* tale, ut incumbit ſeminis elaborationi, ita cum ſanguine & lympha, ex teſtibus refluis, maſſæ ſanguineæ permixtum, inſignem alterationem corporis excitat, & inprimit fermentum maſſæ ſanguineæ intendit, quo facit *Hippocr. aphoriſmus*, Qui Epilepſia corripiuntur, in iis anno 14 fit morbi ſolutio, *Fermentum hoc quid ſit.*, non facile poteſt determinari. Probabile eſt *ſpiritus animales in teſtibus eſſe concentratos*, qui volatili ſua efficacia materiam chyloſam eo delatam in ſubſtantiam ſpermatis tranſmutant: Confirmatur hoc, quia omnia quæ ſpiritus animales figunt ſeminis generationi obicem ponunt, v. g. acida vitriolata, nitrata, &c. Acria vero volatilia ſeminis generationem ſoleut intendere. Defectus ergo & inertia hujus fermenti facit ut deficiat genitura maris.

Læditur plus minus Teſtium conformatio, in ſpecie per *Tumores*, ſi enim *tumidi* redduntur *Teſtes*, impeditur debita materiæ collectio ſeminalis. Inter Tumores eminet primo *Inflammatio*, deinde Tumor à *flatibus. 3.* Ab *Aqua. 4.* Ab *Hernia carnoſa. 5.* Tumor eſt varicoſus. *Etmuller.* Vide caput de morbis Teſtium.

9. *Vel ob facultatis partium genitalium*) Ejuſmodi affectus per quos ſemen deficit, aut langiridius naſcitur, vel excerni minime poteſt, ſunt, Vel imbecillitas vaſorum ſeminalium, ratione ſenii vel morbi alicujus præſertim circa has partes, aut ob nimis frequentem, ab immodico Veneris vſu, profuſionem, laxatis admodum & debilitatis hiſce vaſis contracta; Vel refrigeratio nimia harum partium præſertim ſi virile membrum ſimilem contrahat, intemperiem, cum & tunc ſanguine minus impleri diſtendique poſſit, qui & ſoli inter impotentes rectius *Frigidi* vel *Refrigerati* dicuntur, licet in genere eos ſic appellare ſoleant quorum omnium affectuum cauſa, ſemine vel nullo vel pauco, vel inerti genito, non ſtimulantur, nec ad venerem excitantur, nec etiam ſi deſit, ejicitur, vel ſponte & ſine ſenſu effluit. *Platerus.*

9. *Vitium, ut vaſorum ſemen, &c.*) In organis ſeminariis cauſæ ſe offerunt quinque 1. Eorum *obſtructio*, ab humore craſſo & viſcido: hujus enim nomine ſemen emitti nequit; nihil etiam ſanguinis arterioſi & venoſi ad illa derivari. II. Illorum *coarctatio & adſtrictio* ab aliquo tumore, quæ cauſa ſimiliter ſeminis emiſſionem impedit, III. Eorum *refrigeratio & infirmitas*, quæ facit vt ſemen prolificum gigni nequeat, IV. Eorum *laxitas*, quæ in cauſa eſt ut ſemen tamdiu retineri non poſſit, donec perfecte ſit concoctum & elaboratum. V. *Vaſorum ſeminalium defectus*, qui vel ob caſtrationem in eunuchis & berniosis contigit, vel à prima nativitate accidit. Abfuiſſe enim illa, vel omnia, vel quædam ſolummodo diſſectio corporum planum facit; Et nos in quodam cadavere ſpermaticas abfuiſſe arterias obſervavimus. Venas autem ſeminales adfuiſſe quidem, ſed admodum tenues atque exiles deprehendimus. *Sebiſius man. p. 1470.*

10. *Ut vaſorum ſemen generantium vel deferentium*) Quod à mala conformatione vaſorum horum ab ortu quibuſdam innatum eſt, quæ qualis ſit difficile eſt in vivis diſcernere, niſi ex eo quod perfectis alioquin membris genitalibus, & nulla prægreſſa cauſa, ad Venerem tamen apti minime ſunt: Et in mortuis ſectio quandoque vaſorum ſemen deferentium, aut generantium, abſentiam, aut ductum perverſum, ſi in vtroq; præſertim hoc latere inveniatur, ſicut ipſe deprehendi; vel aliud quid ejuſmodi in cauſa fuiſſe patefacit.

Diſſectis vaſis Deferentibus ſeminis materiam, execto in caſtratione, non vno (non enim hoc impedit) ſed vtroq; teſte, in maſculis, cum ſemen amplius generari nequeat, illud profundere minime quoque poſſunt; Et cum ſtimulum amittant, neq; hunc amplius exercere. Niſi forte membro, aliis de cauſis affluente ſanguine, inflato, vt ſe mulieribus miſcere queant, aliquantum irritentur, vnde tamen nullus ſequitur effectus. Quo nomine, eum Eunuchos perfectus reddere volunt, quibus mulierum curam committant, membrum radicibus amputant, licet & dicta caſtratio illos impotentes & effœminatos reddat.

Obſtructio quoque *horum vaſorum* ab humore craſſo, tumoreve defectum aliquem cauſare poteſt. Et præcipue ſi ductus ille, ſeu canales ſub penis corporibus, ſeminis & vrinæ excretionibus communis, à caruncula, callo, calculo, & ſimilibus obturatus ſit, vt nec vrina, nec ſemen excerni poſſint impedit. Aut ſi alius ob languorem membri, dum Venus exercetur, hic canalis non directus, nec ſufficienter dilatatus ſit, non recta ejiciatur, ſed impingens ſubſiſtat, donec poſtea ſponte effluat, ſæpe occaſionem præbet; Vel ſi alicubi perforatus, ſub penis ductu, per fiſtulam ibi genitam, vti vidi aliquoties, ſemen non per præputii foramen, ſed per alterum effundant; quod impedimentum tamen non veneris actum, ſed conceptionem potius impedit. *Platerus.*

10. *Vaſorum ſemen generantium vel deferentium defectum*) Non negantur, quod alias accuratiſſimo Anatomico *Regnero de Graaf* videtur, Anatomici qui dicunt aliquando vnam, aliquando vtramque arteriam ſpermaticam deeſſe, nam non eſt neceſſe vt vas aliquod ſanguinem afferens adeſſe debeat, ſi vas recipiens adſit & viceverſa, poſſunt enim adeſſe aliæ tum venæ tum arteriæ, quæ vices horum abſentium ſupplere poſſunt, & afferre eum ſanguinem quem venæ revehunt, & contra. Sola arteria bronchialis quam D. *Ruyſch* primus obſervavit hanc conſequentiam ſatis ſubvertit, vt taceam inſignes naturæ luſus quotidie in anatome qui obſervantur.

Ne gratis hæc dixiſſe videar, aliquot jam recenſebo obſervationes mihi notatas. Canis maſculus à me diſſectus nullas habebat arterias ſpermaticas, vena tamen in vtroque latere optime erat conſtituta: In Lupo mare idem notavi, hac differentiâ quod in hoc exiguus ramus ex arteriæ magnæ ramo iliaco ſiniſtro ejuſdem lateris venæ ſpermaticæ inſereretur. In cane tamen & hoc notabile erat quod ſalaciſſimus & fœcundiſſimus exiſteret: Quod ipſum contrariatur, aſſerto *Riolani*, qui 2. *Anthr. cap. 25.* aſſerit ſteriles eſſe quibus deſunt arteriæ ſpermaticæ, licet genitalia habeant optime alias conſtituta. In alia Cane fœmina ne veſtigium quidem arteriarum ſpermaticarum deprehendi licet hæcce novem catellis gravida exiſteret; Idem in lepore prægnante notavi.

Ne tamen à bruto corpore me argumentari credas,

accipe quod in humano corpore obſervavi anno 1664. Jenæ in theatro Anatomico publicâ diſſecabatur fœmina capitis ſupplicium experta, In hujus cadavere arteria ſpermatica vtriuſque lateris deficiebat, ramulus tamen exiguus, ab arteriâ hypogaſtrica ad teſtes ferebatur.

Hæc quæ de arteriis aſſero, de venis etiam *Kerkringius* probat *ſpic. obſerv. 32. Alardus Hermannus Cummenus.*

Adjungi poteſt Quæſtio, Unde in horum vaſorum defectu materiam nutritionis & ſeminis accipiant Teſticuli? Hos enim in noſtro ſubjecto (*juvene ſuſpendio necato, in quo vtrinque quidem venas ſpermaticas, legitime oriundas, invenimus, ſed arterias nullas. Studioſe perſcrutatus omnia, ſed ne veſtigium quidem illarum, vel ex aorta loco conſueto egreſſum*, vel *legitimi cum venis progreſſus*) non deſtitutos fuiſſe ſuo pabulo illorum magnitudo, & reliqua ſatis bona conſtitutio probavit. Nec ſemine ex eo caruiſſe conſtat, quod ſtimulis hic valde tentatus libidinis (nam ob furtum commiſſum cum ſcorto deprehenſus fuit, & alii alibi maritatum fuiſſe affirmatunt; At ſine ſemine vix vel exiguus erit ſenſus libidinis. Venas arteriarum loco ſuppeditaſſe ſanguinem pro nutritione & generatione ſeminis, frigidi quamvis & infœcundi, vitali ſpiritu à corde per arterias cõmunicando deſtituti, reſpondebunt ij qui contra circulationem ſanguinis pugnant: At præter invincibilem illius certitudinem, obſtat venarum ſpermaticarum ſtructura valvulis conſpicuis prædita. Si ad ſuccum nutritium per nervos influentem vellemus confugere, promptiſſima & nutritionis & ſeminis adeſſet materia. Nec illa nobis ad ſpermatoſin deficeret, ſi cum Bilſio lympham acciperemus, per ductus lymphaticos ad teſtes delatam, Sed hæc ſuo loco relinquendi, mihi valde probabile videtur naturam cum in hoc & aliis vaſa fabricatit revehentia, aliunde, & forte non incommode, ex arteria hypogaſtrica, cujus ramis alia, iſta regio rigatur, vaſis ſuccurriſſe deferentibus, vt habeant Teſticuli ex quo & nutriantur & ſemen conficiant. *Carolus Rayger Med. Sept. vol. 1. p. 854.* Vide ibidem alia ſtiuſmodi exempla.

11. *Materiam minus commodam* In *Semine* cauſæ ſunt ſequentes 1. *Seminis penuria*, quæ iterum varias habet cauſas, nempe *ſenectutem*, quæ frigida, ſicca, exanguis, debilis, *morbos acutos* pariter & *chronicos*, ut ſunt febres ardentes, colliquativæ, hecticæ, phthiſicales, dolores nephritici, colici, arthritici, hydrops, alii, quorum cauſa ſemen vel abſorbetur & conſumitur, vel prorſus non generatur, vel ſpiritus & calor diſſipantur, vt ſemen prolificum eſſe nequeat, neq; ad actum connubialem ſtimulare. Adhæc nimiam *corporis obeſitatem*, carnoſitatem & vaſtitatem, quæ facit vt ſeminis materia, quæ ſanguis eſt, in pinguedinem & carnes convertatur.

11. *Seminis cruditas & aquoſitas*) Profecta ab infirmitate vaſorum genitalium, viſcerum, hepatis maxime, cordiſque dyſcraſia frigida; *victu* quoque crudorum, frigidorum & aquoſorum humorum feraci, Unde *Ariſtoteles ſect. 3. probl. 4.* hoc nomine ebrioſorum ſemen infœcundum ſcribat, quod tenue ſit, crudum atque aqueæ naturæ. Tale quoque reddunt *medicamenta* refrigerantis admodum facultatis, cujuſmodi vel inprimis ſunt julepi & emulſiones, quibus nonnulli in febribus ardentibus, & diebus canicularibus magis quam conveniat utuntur. *Sebiſius*,

12. *Curatio ad cauſas eſt dirigenda*) Vix vnquam curabuntur illi in quibus defectus eſt totalis ſeminis; niſi forſan in Teſtium, ineptitudine, ſolis aromaticis tum externis, tum internis quodammodo reparanda; quo minus ſuccedente, excuſandi ſunt tales ab opere generationis.

Facilius conſulitur iis in quibus *parcius* producitur Semen, nam 1. vaſa exigua ſenſim expanduntur, partim frequenti blandoque affrictu, atque inunctione cum aromaticis, 2. materia Teſtibus conveniens ac ſufficiens reſtituitur, curata hæmorrhagia qualicunque, ac vitando animi ſollicitudines nimias, nimiumve corporis motum. 3. roborando Teſtes præſertim aromaticis, internis & externis;

Aquoſum ſemen corrigitur 1. curando ſanguinem aquoſiorem, tum alterantibus, aromaticis præſertim, ſed mediocriter fixis, tum evacuantibus, & aquas per alvum, vrinas vel ſudores educentibus. 2. Roborandos inprimis per externa aromatica mediocriter adſtringentia.

Viſcidius ſemen emendabitur vſurpando medicamenta aromatica, ſed magis volatilia & aquea, quibus diluatur & ſanguis vniverſus, & in ſpecie ſeminis materia, ad quam facile penetrant aromatica. *Idem*,

12. *Curatio ad cauſas eſt dirigenda*) Impotentia Veneris curari ſolet *Mercurio* noſtro purgato, deinde membro virili refocillato, cum *ſpiritu vini* optimo, & eorum alimentorum vſu quæ ſpiritum & calorem nativum reſtaurare poſſunt, vt ſunt juſcula ex perdicibus & caponibus facta. Reſtaurat etiam vſus continuus *eſſentia ambræ*, quæ admirandæ eſt efficaciæ in tollenda Veneris impotentia, Nihil enim eſt efficacius potentiuſque ad ſpiritus inſtaurando, & calorem nativum refocillandum eſſentiâ illâ, &c. *Pet. Joh. Faber.*

Purgatio mercurialis recte tunc adhibetur ſi facultas vitalis ac robur naturæ ab impuritatibus excrementitiis obtundatur ac obruatur; adeoque vires non à reſolutione ſed aggravatione exiſtant debilitatæ, & hinc languor vitilis dependeat; Hoc vniverſali præmiſſo obſtaculiſque remotis, non tam cibus ac potus refectivus, verum etiam analeptica ſingularia optatiorem effectum præſtare poterunt.

Sin à ligatura Diabolica ſive maleficio & incantamento profectus fuerit infauſtus ille languor, nos ſuperſtitioſa & ſuſpecta auxilia averſantes, aliquoties, imo ſemper, præſentiſſimo cum ſucceſſu, & vitilis poteſtatis indubitata reſtitutione, *Eſſentiam Satyrionis* & *florum hyperici*, ita vt vtriuſque ãã. ʒj. acciperetur pro vna doſi, in hauſtu vini malvatici, ante Solis ortum exhibuimus: *flores* enim & *herbam hyperici* peculiariter venena ac ſpectra arcere à *Paracelſo* ſtatuitur. *Chriſt. Langius.*

12. *Curatio ad cauſas eſt dirigenda*) Variat hæc pro varietate cauſarum remotarum, 1. *ſucco chyloſo* pingui, & ſpiritibus plus minus turgido *materia ſeminis copioſa ſubminiſtranda.* 2. Spirituoſis volatilibus, additis acrioribus & aromaticis, *fermentum teſtium* acuendum & robuſtius reddendum, 3. *Tumores* ipſi maturè diſcutiendi, aut aperiendi, aut penitus ex ſectione teſtis curandi. *Etmuller*,

13. *Augent vero ſemen*) Ex *alimentoſis* quæ bene nutriunt, multumque ſanguinem generant, conveniunt, eliguntur que præſertim quæ alba & medulloſa ſunt, qualia ſunt *cerebra*, *teſtes*, ſalaciorum præſertim animalium, vt *gallorum*, *coturnicum*, *paſſerum*, *vulpis*. Caro quoque *caſtoris*, forte quod teſtibus prævaleat, cum tamen veſicæ ſint non teſtes; & cum eas ob fœtorem non poſſint comedere, carnem illius ſubſtituerunt: Et quia *Lutra* caſtoris naturæ non adeo abſimilis, illius quoque carnem in hac re vtilem probarunt: *Caro cancrorum*, *oſtreorum*, *teſtudinum memoratium* aliorumque piſcium cartilaginoſorum, vt *Separum polyporum.*

Ex humoribus animalium, *lac & ova*, Ex fructibus *amygdala*, *avellana*, *pinea*, *piſtacia*, *caſtanea phaſeoli*, *fabæ*, *cicer album*, *oryza*, *hordeum*, *cynara echinus*. Ex radicibus, *paſtinaca*, *rapum*, *napus*, *ſiſer*, forte & *tragopogi radix*, cum quæ lac gignunt, ſemen quoque pro-

cient;

creent; Item *cepa, porrum, terræ tubera*. Inter herbas *eruca, caules, aſparagorum teneritates*. Quæ omnia ſola, invicemq́ue permixta, variis modis præparata, aſſumpta in cibis id præſtabunt, ſi modo, vt in pleriſque in illis, quia inſipida ſunt, aromatibus optime condiantur & ſaliantur.

Inter *Bellaria* ſaccharata, mellita, aromatizata varia parantur, quæ hic competunt, atque eo nomine vel in fine cœnæ, vel ante ſomnum in poſtcœnio ἐπιδορπίσμα Græcorum, forte ad hunc uſum primum inſtituto dantur. Ut ſunt confectiones ſiccæ ex *fructibus* nucleatis & *ſeminibus* ſaccharo obductis paratæ, inter quas *pineæ, fiſtici, ſemen erucæ*, ſic condita referuntur. Vel *martius panis* datus inprimis hic erit vtilis.

℞. *Amygd. avellan. excortic. ãã. quart. j. pinear. piſtac. excort. ãã. ℥j. probe contundantur, adde cinnam. ʒß. piper. ʒj. zinzib. caryoph. nuc. moſch. cardam. mi. ãã. ʒß. ſem. eruc. ʒij. ſacch. q. ſ. m. coquantur in clibano forma placentæ.*

Panis vitæ, quem vocant, admodum aromatiſatus & mellitus valde convenit, quę omnia Veneris promovendæ cauſa primum excogitata fuiſſe credimus: *Eruca, naſturtium hort. & aquat.* aliæque acres herbæ, crudæ cum garo piſcium, aut melle, vt Hiſpani ſolent, comeſta in cœna, ſtimulum addunt.

Vinum generoſum dulce, inprimis aromatizatum *cinnam.* & *pipere*, moderate ſumptum, cum Univerſum corpus calefaciat, illudq́ue vegetum reddat, hanc quoque actionem intendit, Immoderatè vero ſumptum narcotica vi ad eam potius ineptos reddit. *Platerus.*

Quoad *materiam medicam*, quæ copioſum ſuccum ſuggerunt, ſunt *lac & lactea*, inprimis tamen *muliebre*, ex mammis ſuctum. Hinc *ſemina* ſucco lacteo turgida. *amygdala dulces, pineæ, caſtaneæ, ſuccolata Indæ oſtrea, vinum dulce & generoſum*, inprimis *Hiſpanicum* & *malvaticum* ſub introitu lecti conveniunt; Ex his parantur *Emulſiones, Farcimina ex criſtis & teſticulis galli.* Etmuller.

12. *Augent vero ſemen*) Exhibentur eo nomine ea quæ ſemen generant, quod genitum ſua copia & acrimonia ſtimulum venereum excitare, & ad hunc actum membra recte diſponere valent. Sunt autem hæc quæ dum ſanguinem copioſum procreant, ſemini gignendo materiam vberiorem ſubminiſtrant, Quibus calefacientia permiſcemus, vt ſanguis calidior inde redditus, ſemen ferventius, quod ad venerem eo magis incitet, generet, quod & vt ſanguis ſic magis calefactus & attenuatus citius & copioſius ad virgæ dilatationem influat juvat; Et cum ſerum hac quoque ratione accendatur, fit vt cum illud ad veſicam defertur, non ſolum illam, ſed & ob viciniam partes genitales calefaciens, actionem quoque hanc illarum promoveat. Sicuti vſu *Cantharidum* veſicam vehementer accendi, & ad exulcerationem ſæpe vſque irritari, ut mictio inde frequens & cruenta ſequatur, & per conſequens calore in viciniam vſque derivato, Venerem ſimul iiſdem excitari videmus. Quam ſeminis acrimoniam ſalſa hiſce permiſta à adjuvare quoque poſſunt; Quæ remedia nos, quatenus manifeſta qualitate operantur, eo modo potius quam *flatus gignendo*, quibus penis corpora minime diſtendi oſtendimus, Venereum actum juvare credimus; accedente præſertim proprietate quadam nobis incognita, quam ex albedine carnium, fructuum, radicum, &c. tanquam ſemini ſimilia, forte primum qui hæc docuerunt obſervarunt. Vel ex eo quod à ſalacibus animalibus deſumpta ſint, Vel quod forma teſtes referant, vti *orchades & ſatyria*, vel ſcrotum rugoſum, vt *terræ tubera*. Platerus. *Vide infra §. Succurrunt impotentiæ.*

Tom. II.

13. *Augent verò ſemen*) Inter ea quæ defectui materiæ, & enervato fermento Teſtium dicata ſunt, eminent quæ vel *ſuccum chyloſum pinguem* ſuggerunt; vel quæ *acria aromatica* exiſtunt. Ubi obſervandum eſt vt *cura ſtomachi habeatur*, & digeſtio prima promoveatur. *Etmuller.*

14. *Cubeba*) *Pleraque edulia Veneri cienda idonea*, cum inſipida ſint, aromatibus, inter quæ *piper* cæteris prævalet, condiuntur & ſaliuntur; Cujus conditurę cauſa magis fere Venerem ſtimulare quam proprietate ſuſpicamur, hincq́ue factum vt eum ab iſtis piperatis ſumptis Veneris ſtimulum ſentirent; non ratione conditura, ſed ipſius quod conditum erat cauſa hoc profectum fuiſſe crederent; Proin & nos ſic potius illis inter cibaria utimur, quam quod ea, præſertim quæ carnea ſunt medicamentis, vrinalia facere ſolent, & ut citius ſic corrumpantur, *efficiunt, permiſceamus. *Platerus.*

15. *Ova recentia cum vino*) Uſitata Venerem juvantia edulia ſunt *Puls alba, ex vino, ovis, ſacchara & butyro* parata, quæ noviter nuptos mane recreant; Vel *croce* appellata, ex *hepate porcellorum*, quod conceptum proprietate juvare aſſumptum ſcribunt, addito *vino dulci*, multiſq́ue *aromatibus & croco*, (quem quoque venerem acuere docet *Dioſcor.*) præparata, quam ipſa nuptiarum die apponere ſolent Germani. Quo & *Puls atra*, nominata, tantopere piperata, Et *Congelatum* illud *croceum*, ex ſucco carnium, vel piſcibus factum, egregie quoque aromatizatum & *croco* tinctum, referri poſſunt. *Platerus.*

16. *Eſſentia*) Nihil eſt efficacius *Eſſentia ambræ*, quæ paratur ex *ambra gryſea* optima in *ſpir. vini rectificatiſſimo* reſoluta, poſt putrefactioni in fimo equino, vel balneo tepido committitur, ac deinde per balneum deſtillatur & cohobatur: deſtillatus ſpiritus denuo ſuperfundatur donec ambra omnino in o°o putum fuerit diſſoluta, quod per inclinationem ſeparandum à fæcibus, Doſis ad guttulas x. in reſtaurante caponis aut perdicis juſculo. *P. Joh. Faber.*

Eſſentia ambræ gryſeæ (quam etiam in ſubſtantia tunc vſurpare licebit) venerem languidam erigere valet, quod bitumen hoc fragrantiſſimum ſpiritus vitales, quorum vigore ac decenti influxu genitalia ſtabiliuntur, ſulphurea ſua ac ſuaviſſima exhalatione exhilaret, ſuſcitet, ac potentes reficiat, Imo in Ambra omnium viſcerum confortativum generale & maximum conſiſtat, adeoq́ue Herculem in thalamo ſe præſtandi, robur inſigniter augeat.

Modus parandi optimus quidem, ſed laborioſus. Qui loco ſpiritus vini rectificatiſſimi *ſpiritum roſar.* probe exaltatum ſubſtituere, illi majorem magnanimitatis eſſentiam impetrabunt; Quidam compendioſius cum o°o *amygd. dulc.* ſolvunt ambram, (veloti o°o levi negotio faciliſque bitumina, reſinas, lacrymas, &c. ob confinitatem ſuam ſolvere poſſunt) & poſtmodum ſolutioni rectificatiſſimum *ſpirit. vini* affundunt, diligenter digerunt ac deſtillant; vbi eum ſpiritu vini eſſentiam ambræ, relicto o°o *amygdal.* in vitri fundo elevari videmus, qui ſpiritus ambræ anima impiægnatus, ſi recenti ambræ affundatur, ac denuo digeſtioni committatur, poſtea nobile hoc extractum per decantationem effunditur, habebimus eſſentiam ambræ duplicatam & pretioſiſſimam. Ego loco olei amygd. dulc. potius *oleum jaſmini* verum, vel *ol. roſar. deſtillat.* eligendum, atque eodem modo cum ſpit. vini bene alkoliſato, eſſentiam ambræ conficiendam ſuadeo, præſtantiſſimam, *Chr. Langius*,

17. *Satyrionis*) *Eſſentia Satyrionis* magnarum virium tunc præſidium exiſtit. *Idem.*

17. *Satyrionis*) Inter plantas Venereas celebratum eſt hoc titulo inprimis *Satyrium*, teſte *Dioſcoride*, cujus

in radice cortex exterior tenuis eſt & ruffus eſt, unde *erythronium* vocatur, de quo ipſe, *fertur*, ſcribit *de eo etiam ad Venerem ſtimulare, ſi quis manu tantum radicem geſtaverit, ſed cum vino pota ad maxime poteſt. lib. 3. cap. 135.*

Refert alicubi *Kircherus* quendam obſervaſſe quoties in horto ad definitum locum prætereundo exſpatiaretur, ſolicitatum ſe ad venerem, eumque id pluribus, non vna vice, tentaſſet, deprehendit tandem, *Satyrii* quandam ſpeciem ibidem creſcentem in cauſa fuiſſe. Revera *Satyriorum* & *orchidum* radices non incaſſum hunc in finem adhibentur, pollent enim viſcedine ſtimulante, quæ & odore ſeminali pollet, & ſero ſeminiſque orgaſmum conciliare apta eſt. *Wedelius.*

Radix orchidis, cujus radix rubra cuticula tegitur, intus vero alba eſt, potentiſſime Venerem excitat, præſertim cum vino data. *Crollius de ſignat. p. 26.* Idem Eſſentiam Satyrionis laudat cujus præparationem tradit. *Baſil. p. 224.*

17. *Mumia Satyrionis*) Nihil præſtantius in hoc affectu eſt *Extracto diaſatyrionis*, imo & *rad.* ipſius *Satyrionis extractum*, ſi detur Pilula vna mirifice juvat ad coïtum excitandum. *R. à Fonſeca Tr. 1. conſ. 16.*

18. *De ſuccolata Inda Minſichti*) Completa aphrodiſiaca optima, incompleta minus proficua, vel activa. Completa vocamus quæ omnem abſolvunt operandi vim, quæ & quantitatem & qualitatem ſeminis neceſſarii ſuggerunt; Incompleta quæ minus, ſed alterum ſolum præſtant. Optima hinc ſunt compoſita, inprimis nunquam ſatis laudata *chocolada*, polycreſta, & ſine ulla noxa commendanda, cumprimis in ſcatulis, recens, ſeu cum lacte, ſeu cum vino & ſaccharo, adde & pane triticeo pro libitu in juſculum aptanda; Hæc inter medicamenta alimentoſa principatum tenet, vt inter medicamenta ipſa *Rotulæ ſtimulantes Minſ.* ex ſelectiſſimis compoſita aphrodiſiacis. *Wedelius.*

II. [19] *Febres ſpermaticas*, à communibus diverſas dari *Sinibaldus* opinatur, eáſque *Ephemeras, Putridas* & *Hecticas.*

I. *Ephemera* oriuntur à ſpiritus in ſeminali materia excandeſcentia.

Cognoſcuntur inde, quod ſint mitiores, adſit veneris pruritus & titillatio, renes phlogoſin patiantur, & in vrina ſeminalis materiæ veſtigium appareat.

Curantur lenientibus & refrigerantibus, nempe, balneo aquæ dulcis, frequente lactucæ uſu, & refrigerantium ad renes applicatione.

II. *Putridarum* cauſam [20] eſſe putat ſpermaticæ materiæ, ob ventilationis defectum, ex retentione diutina, & obſtructionem in meatibus, & vaſis ſemen continentibus, putredinem vel corruptionem.

Cognoſci ex calore lento; pulſu tardo, parvo, ſepulto; vultu pallido, languido & gracili. Et *tum*, I. ſi materia in *teſtibus* putreſcit, putredo erit pro minore vel majore ſeminalis materiæ copia intenſior vel extenſior.

2. *Si in glandulis*, modica & vix febrem producens, quia humor noxius per vrinam expelli poteſt.

3. *Si in vaſis deferentibus*, alicujus notæ, afficietúrque collum veſicæ per conſenſum.

4. *Si in præparantibus*, dorſum & ſpinalis medulla compatiuntur.

5. *Si in teſtibus & in vaſis deferentibus*, partes circa veſicam, peritonæum ac perinæum, cum tenſione quadam puriginoſa dolebunt.

III. *Hectica* contrahitur, quando univerſis partibus ſpermaticis dictis, venis nempe, arteriis, nervis, oſſibus, calor febrilis communicatur; quod tamen haud facilè contingere poteſt: quòd ſi contingit, nonniſi fortè tabe dorſali ab alia diſtinguitur.

19. *Febres Spermaticas*) De his conſule Tom. I. l. de Febribus.

20. *Eſſe putat ſpermatica*) Fruſtra eſt illud Phyſicorum aſſertum, vulgo literatorum, ſaltim quod hoc perſuaſum, mire nocere Venerem, mire laſſare, mirè defraudare corpus ſpiritibus, abbreviare vitam, & quæ alia ſolent timere inde: falſa illa ſunt: continuo natura completis augmentis, vel quaſi annis demenſum colligit pro ſemine, cujus excretio hinc, ſeu Venus, modo legitime fiat, ad ſanitatē non minus ac vlla alia res ex non naturalibus eſt neceſſaria, ac tam in defectu quam in exceſſu peccari poteſt: Certum eſt nimirum intermiſſam Venerem, per Naturæ ſtimulum celebrandam, cauſam eſſe melancholiæ, maniæ, imò & *febrium* ſæpè ardentium: neq; enim frequentiùs videas eaſdem, quam in juvenibus, vegetis & cætera ſanis. *Wedelius.*

III. [21] ***Virga*** [22] ***erectio læſa, ſeu*** [23] ***Impotentia virilis, quando illa nullo conatu*** [24] ***erigi vel extendi poteſt.***

De *Signis* non eſt neceſſe agere. [25] *Cauſæ* & [26] *Curatio* in Differentiis exponuntur.

Differentiæ ſumuntur à cauſis.

21. *Virga erectio*) Penis ex variis conſtat partibus, quarum aliæ externæ, ſive continentes; aliæ internæ ſive contentæ appellantur. *Externæ* ſunt cuticula, cutis & panniculus carnoſus, pinguedine enim deſtituitur, ne erectio impediretur; aut in nimis magnam molem excreſceret, vel ineffabilem voluptatem interpellet. *Internæ* partes ſunt duo corpora nervoſa, ſeptum, glans, muſculi & vaſa, ſunt autem corpora nervoſa quaſi binæ capſulæ, vel ſolliculi oblongi quæ in mu[illegible]ur, undique exterius craſſa, alba, nervoſa [illegible]ſſimaque membrana, oriuntur ab inferiore oſſium pubis ſede distincto à ſe invicem principio, ac vrethræ inter vtrumque locum medium concedunt; Ubi vero oſſi pubis derelinquunt ſingula membrana quadam inveſtiuntur, & poſtmodum interventu ſepti intermedii invicem conjunguntur, quodque magis ad glandem accedit eo magis attenuatur, & ita vt antequam ad penis medium pervenerit, ab urethra inſtar pectinis aſcendat verſus penis dorſum, dum vero ulterius excurrit, ejus fibræ ſenſim ita attenuantur, vt prope Glandem Septum intermedium

intermedium fere evaneſcat, & duo Penis corpora nervoſa in vnum coaleſcant, Atque hinc fit, vt ſemper æqualiter Penis erigatur, nam ſi illud ſeptum intermedium exacte unam partem ab altera diſtingueret, contingere quandoque poſſet arteriarum vnius vel alterius lateris obſtructione, vel compreſſione, vt una ejus pars extenderetur, altera remanente flaccida, quod jam pro impoſſibili habetur.

Internam nervoſorum corporum ſubſtantiam quod attinet, ſpongioſa eſt & innumeris quaſi fibris mirabili figura hinc inde diſcurrentibus, ac membranam aliqualiter, ne nimium dilatetur, retinentibus componitur.

Wharthonus c.31. Scribit corpora illa interne glandoſam carnem habere, quæ quodammodo infarcit ejus capſulas, eaſque extra coitum à nimia concidentia à flacciditate tuetur, ſed nos carnem hanc glandoſam in capſulis illis nunquam obſervavimus; nec præter arterias, ſanguinem & fibras in illis quicquam notavimus, quod vt oculis videre poſſitis, in hunc modum penis præparetur. Exprimatur primo leniter ſanguis, qui in eo ſemper copioſus exiſtit; poſtea immiſſo tubulo in ſubſtantiam ſpongioſam eo in loco, vbi ad oſſa pubis proxime accedit; atque Penis cavitas aqua, beneficio ſyringæ immiſſa; ad dimidium impleatur, & cum ea blande agitetur, aqua illa cruenta effuſa, iterum nova adimpleatur, idque toties donec non amplius cruenta appareat; quo viſo exprimatur blande inter duo lintea aquæ quantitas, quæ in corporibus nervoſis continetur; atq; tandem flatu ita diſtendatur Penis, donec naturalem magnitudinem acquirat, in qua vt conſervetur, vinculum injiciatur oportet; flatu ſic diſtentum, exiccatumve Penem pro habitu ita examinare poteſtis, vt omnia in ſuo ſitu naturali, i. e. tali qualem in veneris actu obtinere ſolet clare atque diſtincte conſpiciantur. Ex jam dictis perſpicuum eſt parum referre, dum Penis flaccidus magnus vel parvus exiſtat, enim hoc tantum à majori vel minori ſanguinis copia, in corporibus nervoſis exiſtente dependeat; quod eo liberius aſſerimus, quia aliquando diſſecuimus corpora, in quibus penis admodum exiguus prima fronte apparebat, qui in flatus ex occulto protendebatur, tanquam *monſtrum horrendum informe, ingens cui lumen ademptum*, vt ludit *Auſonius*.

Corporibus nervoſis ſubjicitur *Urethra*, ejuſdem cum corporibus nervoſis ſubſtantiæ, quæ diſtinguitur in partem ſpongioſam & membranaceam; Spongioſa tegitur membrana, quam corpora nervoſa tenuiori, pluribus tranſverſis fibris aſpera: hæc dum inflatur, digiti craſſitiem obtinet; Hic etiam notandum inflatis corporibus nervoſis ſpongioſam vrethræ partem ſtatim etiam intumeſcere, & contra, quod notabilem horum corporum inter ſe commercium arguit, eum in finem vt Penis erectio promptior fieret, membranacea vrethræ pars teres & cava eſt, &c. Duobus corporibus nervoſis apponitur *Balanus*, ſive *Glans*, &c.

Muſculi Penis quatuor numerantur, quorum duos *Collaterales Penis* appellat *Spigelius*, alii *Erectorum* nomine illos indigitarunt. Duos præterea alios obtinet virile membrum, quos *vrethram dilatantes* appellant. Uſus horum muſculorum ab omnibus Anatomicis dicitur Penem erigere, & vrethram dilatare, at Nos illis alium vſum adſcribendum indicamus, hac de cauſa. Quod in omnibus muſculis, dum agunt id ad quod deſtinati ſunt, eorum ventres intumeſcant, atque extremitates ad ſe invicé accedant; quod cùm ita ſit, fieri non poteſt, ut Penis hac ratione extendatur, quandoquidem muſculi actio ſit contractio, quæ extenſioni contraria eſt. Neque etiam horum muſculorum ope immediate Penis erectionem contingere poſſe, ex eorum accuratiori inſpectione, & iis quæ dicta ſunt cognoſcitur, quia muſculorum illorum extremitates ad ſe invicem debent accedere, & cum principium, quod coxendicis oſſibus firmiter implantatur, propter illorum quaſi immobilitaté moveri non poſſit, neceſſe eſt, altera eorum extremitas appropinquet, cui eum affixum ſit membrum virile, neceſſario id ſequi debet; ſi vero ſequatur, quid fiet? Penis non erigetur, ſed deprimetur, quia in inferna parte, ſive ſub pene, ex coxendicis appendicibus originem ſic nunc dicti muſculi, & inferiori Penis parti implantantur,

Aliorum muſculorum ſupra vrethram excurrentium vſum, ab aliis authoribus aſſignatum etiam repudiamus, quandoquidem hi muſculi, per medium vrethræ excurrentes, ſibi invicem vna fibrarum extremitate firmiſſime vniuntur, dum alteram & ſibi oppoſitam fibrarum extremitatem oblique quodammodo ſupra vrethram excurrentem, ad ejus latera nervoſis corporibus immittunt, ita vt vrethram quaſi in ſuo amplexu contineant, vnde etiam ſequitur, ſi in horum muſculorum actione, ſicut in aliis, fibrarum contractione ventres intumeſcant, quod nullo modo vrethram dilataturi, ſed compreſſuri ſint, eoque magis cum extremitates ad ſe invicem accedere non poſſint: quod ſi ſibi certe in his muſculis locum habet, nam tantum abeſt, vt extremitates ad ſe invicem accedant, quin potius corporum nervoſorum, quibus implantantur, dilatatione adhuc magis diſtendantur, atque ſic vrethra etiam magis comprimetur.

Patet hinc eludicare horum muſculorum uſum, per tot retro ſecula ab Authoribus aſſignatum, Nos veriſſimum horum muſculorum vſum, ſtatim ac vaſorum in membro virili occurrentium hiſtoriam abſolverimus, deſcribere conabimur.

Vaſa Penis obtinet omnis generis, quorum aliqua, miſſis iis quæ per cutem repunt, & à pudendis oriuntur, ſupra craſſam corporum nervoſorum membranam excurrunt, alia vero internam eorum ſubſtantiam ſpongioſam perambulant; Quæ ſupra craſſam corporum nervoſorum membranam in Penis dorſo excurrunt, ſunt *Nervi* duo, ab oſſe ſacro propaginem ducentes; totidemq; *Arteria* & *vena*, ab hypogaſtricis prodeuntes, & in tranſitu hinc inde ſurculos de ſe mittentes, quæ vſque ad Glandem fere excurrunt antequam viſum fere effugiunt. Inter vaſa jam enumerata, Venæ id peculiare obtinent, quod eo fere in loco vbi Penis radices ſimul junguntur, ſimul fere vniantur, ac vno tantum trunco verſus glandem excurrant: Quæ vero internæ per ſpongioſam Penis ſubſtantiam currunt *Arteriæ*, duplices conſpiciuntur, quarum aliquæ per memoratorum corporum nervoſorum ſubſtantiam repunt, & aliæ per fungoſam vrethræ ſubſtantiam excurrunt, quæ cum valde exiles ſint, miror inſignem hæmorrhagiam per eas contigiſſe (Vide ſupra *cap. de mictione cruenta.*)

Patet ex dictis Membrum virile conſtare diverſis partibus, quæ tamen affabre omnes eum in finem conſpirant, ut intendi & laxari poſſet, arrecto enim ſemper pene eſſe inſtar Satyrorum, homini eſſet incommodum, nec minus ſi ſemper laxum & flaccidum geſtaret; oportebat itaque, vt aliquando intenderetur ad ſemen optime præparatum in vterum ejaculandum.

Ad Penis erectionem duo vaſorum genera cum muſculis inſervire nobis maxime videntur, *Nervi*, per quos ſpiritus animales in membranaceas Penis partes influentes, eas rigidiores tumidioreſque reddunt, *Arteriæ* autem quatenus ſanguinem ad fungoſas Penis partes diſtendendas apportant; Nam à ſanguine primariam Penis extenſionem dependere firmiter ſumus perſuaſi. 1. Poſtquam in cadaveribus, aqua beneficio ſyringæ in corpora nervoſa per arterias propulſa, Penem ita extendi videremus, vt vivis magis vix poſſet. 2. Poſtquam ex pene canis, quem tempore coitus retro oſſiculum firmiſſime ligavimus, in ejus diſſectione præter ſanguinem floridum nihil effluere videremus,

eoque effluxo Penis flacceſceret.

Jam vero, qua ratione ſanguis id præſtet, inquirendũ, eſt autem conſiderandum, ſanguinem per arterias continuo ad Penis extenſionem præſtandam propulſum, in eo retinendum eſſe; quod cum contingere non poſſit, niſi venæ, per quas refluit, claudantur, neceſſario aliquid ad id præſtandum, antequam Penis erigitur, adeſſe debet, id autem cum ab adiacentibus partibus provenire nõ poſſit, neceſſario quærendum eſt in ipſis Penis partibus, quæ ſunt duo corpora nervoſa, Septũ, Glans, Urethra, Vaſa, & quatuor Muſculi. Non autẽ vim coarctãdo venas reperies in corporibus nervoſis, neq; in ſepto, neq; in glande, neque in vrethra, neque etiam in ipſis vaſis, ergo neceſſario muſculi illud præſtare debent, quatenus videlicet ventres eorum, dum intumeſcunt, corpora nervoſa & meatus, per quos ſanguis naturaliter refluit, comprimunt, & comprimendo impediunt quo minus ſanguis per arterias in corpora nervoſa impulſus effluat; Unde patet ſanguinem primariam Penis extenſionis cauſam eſſe; ſecundariam vero Penis muſculos, & adjuvantes nervos cum ipſis corporum nervoſorum membranis.

Ut rei veritas eluceſcat, examinetur ſolummodo quid in horum muſculorum operatione, dum Penis erigitur, naturaliter contingat, & reperietur in eorũ actione Penem tantillum retrahi, ac eodem tempore corpora nervoſa magis inflari, idque non alia ratione, quam quia muſculi, præterquam quod ſanguinis refluxum per venas impediant, principium corporum nervoſorum comprimendo, ſanguinem verſus eorum finem, qui in glande eſt propellant.

Idem quoq; in Urethra obſervari poteſt, cujus ſpongioſa pars in muſculorum Urethram dilatantium dictorum actione magis intumeſcit, non quidem eo in loco muſculi ſupra vrethram excurrunt, nam ibi coarctatur, & coarctatione illa vi quadam ſanguis verſus glandem propellitur, eaque ratione Penis inflationem atque erectionem adauget; Quod vt pariter clarum evadat, digito comprimatur in tentigine vrethræ medium & obſervabitis in illorum muſculorum actione, ſanguinem impetu quodam verſus digitum propelli, ibique ſiſti, qui alias ad glandam uſque excurreret.

Hac vrethræ compreſſione, è veſiculis ſeminariis & vaſis deferentibus in vrethram propulſum, ibique cum menſtruo ſuo permixtum, vlterius expelli poſſe, firmiter nobis perſuaſum fuit, poſtquam vidimus emiſſa urina illa, quæ in vrethra permanſerat, magna vi in illorum muſculorum actione vrethra propelli.

Si petat aliquis, Qua ratione Penis in horum muſculorum actione erigatur, vti naturaliter videmus contingere ſi muſculi, vti ſuperius dictum, Penem potius verſus inferiora retrahant quam exigant? Dico id non immediate horum muſculorum beneficio contingere, ſed mediate, quatenus nempe Penis muſculi coarctando corpora nervoſa circa eorum exortum, ſanguinem verſus Penis partem anteriorem propellunt, atque ſic corporum nervoſorum diſtenſione erectionem adaugent; ſicuti in dies videmus contingere in inteſtinorum partibus, quas flatu vel aqua diſtendimus, ſi vna earum extremitas comprimatur, altera magis diſtenta ſtatim erigetur; quid in Pene ſimiliter contingere evidens eſt.

Ex dictis patet tribus modis Penis Erectioni ſuccurri poſſe, 1. exhibendo talia quæ ſpiritus animales augere poſſunt, 2. ea quæ ſanguinis copiam augent, ejuſque motum accelerant, 3. roborando muſculos, qui conſtrictione ſua ſanguinem in corporibus nervoſis detinere debent. Vtrum vero talia perinæo applicata id præſtare poſſint, experiri poſſunt practici, quorum auxilium nimia flacciditate laborantes aliquando imploraturi ſunt. *R. de Graef de viror. org. pag. m. 133. & ſeqq.*

21. *Virga erectio*) Miras Penis Erectiones narrat *Salmuth cent. 3. obſ. 21.* in duobus, quorum alter in illuſtri gymnaſio Portenſi, alter Patavii combureretur. Item in Muſæo quodam ob commiſſum ſcelus à lictoribus queſito, vt & in alio virgis cædendo. Item *obſ. 24. & 40.* in defunctis, vt in ſene quodam qui juvenculam duxerat; In Turca quodam in bello Hungarico, & in adultero Wittebergæ decollato. Camberiaci, Sabaudiæ Metropoli, anno 1635. cum membra conſtringerentur, penis ſe erexit & aliquo tempore poſt obitum rigidus permanſit. Quare hæc membri rigiditas non ſimul enoriatur in demortuis quibuſdam, hãc reddit rationem *Foreſtus l. 20. obſ. 9. qui præter victum calidum, aii, ac humidum, quo ſemen rurſus gignitur, etiam à turpibus deſideriis non ceſſarunt, his quoque poſt mortem rectum & intentum habere pudendum deprehendi.*

22. *Virga erectio læſa*) Actus Venerei defectus frequentius in maribus quam in fœminis, cum in hoc actu peragendo plus vir quam mulier præſtet, obſervantur. Præcipue in eo quod membrum virile, quod non ſemper tenſum, ſed ne impedimento nobis eſſet, pendulum & molle eſſe debuit, tunc cum commixtio fit, vt diu poſſit, non attollatur, induretur que, quod voluntate noſtra perfici minime poteſt. Hinc quę fit, ut qui hac impotentia laborãt, Venerem exercere omnino nequeant, ob eamque cauſam Impotentes dicuntur. Sed & huc referuntur illi, quibus licet membrum aliquatenus, vt eo nonnihil ad Venerem vti poſſint, intumeſcat, quia tamen languidius quam oportebat exiſtit, ſegnius & imperfecte ſuum opus peragit, quos *Languidos* vocare poſſumus. *Platerus.*

21. *Virga erectio læſa*) Penis erectio, ad coitum neceſſaria, lęditur tripliciter, 1. quando *deficit*, 2. quando *excedit*, 3. quando *depravata* eſt in convenienti modo, nec debita figura tenditur; Primum vocatur *Impotentia virilis*, vt vt *deficiens ſeminis* Excretio ita dicatur, *Etmuller.*

22. *Virga erectio læſa*) Ἀδυναμία ἀναςάσεως τῦ καυλῦ, Virgæ ignavia, ſeu erigendæ impotentia eſt, vbi in ætate connubio apta, Virga ita enervatur, vt nullo modo erigi extendive queat, quod in decrepitis naturale eſt, ſed in mediæ ætatis hominibus, ac potiſſimum in conjugio degentibus triſtis & ingratiſſima eſt affectio. *Fr. Joel. Pr. l. 7. p. 422.*

23. *Impotentia virilis*) Ut active ſi magis gerunt mares, ita in illis quidem vtrumque valet, & vt roborentur inde ad Venerem, & ut ſemen frigidius torpidumq; alias in eis ſpurieſcat & characterem fœcunditatis recipiat: Hinc Impotentia proprie loquendo magis & vnice prædicatur de maribus, ſterilitas propriè de fœminis, cum omnis vir aptus ad coeundum, etiam aptus judicetur ad generandum; Fœmina vero omnis, quæ menſes ſuos ordinatos poſſidet, apta habeatur ad concipiendum ſaltim præſumptive: Cæteruquin paſſive ſe gerunt magis. *Wedelius.*

24. *Erigi vel extendi poteſt*) Diſtinguendum inter *Penis erectionem*, & *ejus turgeſcentiam*. *Turgeſcentia* dependet à ſanguine arterioſo, qui influens, in corpora nervea, eadem replendo diſtenſionem & turgeſcentiam penis infert; vt vero poſtmodum reddatur firmior, & *Erectio* fiat, fit beneficio quatuor muſculorum, circa radicem penis implantatorum, quorum vtrumque par dum contrahitur, & muſculi craſſiores fiunt, tunc comprimunt venam per quam ſanguis arterioſus debet refluere, compreſſa ipſa vena, impeditur ſanguis arterioſi recurſus ad venam, & ſic firmiùs penis caput attollit. *Totum ergo negotium dependet à muſculis*, qui contractione ſua venã in dorſo penis contrahunt, ſtringunt, & ſanguinis regreſſum impediunt. *Etmuller Pr. P. 1. p. 429.*

25. *Cauſa*) Cauſa eſt triplex. 1. *Spirituum animalium defectus*, non contrahentium muſculos. 2. *Deficiens ſemen*, non ſimulans ad Venerem. 3. *Faſcinum* ſeu maleficium,

Poma

Prima cauſa eſt *defectus ſpirituum animalium* non contrahentium muſculos, quibus non contractis, venula laxata eſt, vt penis flacceſcat.

Si deficiunt ſpiritus animales, cauſa & vitium eſt, vel *in parte*, vel in *ſpirituum animalium motu & ſtimulo* perturbato; *Prius* fit quando muſculi, aut nervi, ſunt affecti, & vel paralyſi laborant, aut eorum fibræ ſunt reſolutæ. Hinc è *cauſis remotioribus*, interdum *equitatio nimia*, comprimendo & contundendo muſculos, eoſdem erectioni penis ineptos reddit. *Caſus ſuper os ſacrum, percuſſio* circa partes vicinas, vbi nervi horum muſculorum originem ducunt, &c. diſponunt ad deficientem penis erectionem: Sic quoque *læſio capitis* ejuſque *vulnera* penis erectionem impediunt, nervorum vitia inferendo, Vide *Hildanum c.6.obſ.59.*

Poſterius fit, quando in *motu ſuo perturbati ſunt ſpiritus animales* & plus minus languent, partim in vniverſali eorum *defectu*, debilitate & viribus exhauſtis, vt in ſenibus & ægris, vnde quando percipiunt ægri membrum erigere criſtam, bonum ſignum eſt: Partim vero in ſpecie deficit erectio, in *perturbatione mentis*, vt in pudibundis, terrefactis, pavidis & ſimilibus, vbi penis flacceſcit propter ſpirituum animalium motum perturbatum. Hinc interdum *noviter nuptis* hoc accidit, in quibus ex nimio pudore deficit erectio debita penis: Huc faciunt qui ad *melancholiam hypochondriacam* inclinant, qui propria imaginatione decepti, ſe impotentes putant, cum poſtmodum curatio morbo hoc vitium ceſſet. Vide *Salmuth cent.20.obſ.78.*

Cauſa ſecunda erat *deficiens ſtimulus*, ex defectu vel vitio ſeminis, quando *ſemen deficit* vel quando *non turgeſcit*, vel quando alio modo vitiatum eſt; Si enim ſemen rite conſtitutum eſt, ad venerem ſtimulat, ſeu noctu, ſive interdiu id fiat, ita deficiente hoc, flaccida ſunt membra & pendula.

Tertia cauſa eſt *maleficium* ſeu *faſcinum*, quando in copula matrimoniali Sacerdotali, per maleficia, ſeram clauſam, cultrum parieti infixum, & ſimilia impediunt, vt nequeat fieri celebratio coitus, quia deficit erectio; Res mira eſt, vtut enim erectum ſit membrum, quando tamen volūt appropinquare conjugem iterum flacceſcit; vtut cum aliis rem optime gerant, Multi putant eſſe *Imaginationis* vitium, & ſpeciem melancholiæ hypochondriacæ, ſed experientia teſtatur contrarium. Non tamen præciſe ad Diabolum referendum eſt, forſan imaginatio ligantis multum in receſſu habet. Vide *Helmont.* de Curis magn. *Ettmuller.*

Cauſæ *προηγουμένων* ignaviæ virgæ ſunt. Nervorum virgæ reſolutio, ex refrigeratione orta, Penuria ſtatulentium ſpirituum ex interceptis arteriis virgę in nervos influere prohibitorum; Cordis debilitas & palpitatio, Seminis penuria & frigiditas, Obſtructiones nervorum & arteriarum, vaſorumque ſpermaticorum per frigidos humores, Renum inſignis refrigeratio *Procatarctica* ſunt longa mora & converſatio in frigida aqua locisque frigidis; Victus ratio & remediorum impenſe refrigerantium tum foris, tum intro vſurpatio. Nervorum & arteriarum virgæ convulneratio; faſcinatio diabolica. *Fr.Joël.* Vide ſupra §. *Virga erectio*) ex *Reg. de Graaf.*

[26]. *Curatio*) Conveniunt aphrodiſiaca tum confortandæ veneris gratia, ſicubi natura in hoc deficiat ſupplemento; tum excitandæ, ſi frigidior intemperies totius vel partium minus huc propendeat & inclinet; Speciatim in impotentia ſeu perfecte tali, ſeu ſecundum quid tali, eaque per leges naturæ curabili, adhibenda tamen cum prudentia. *Wedelius.*

[23]. Alia enim eſt impotentia virilis à *ſemine defectu*, ſeu [24]. quod non ſit, ſeu quod vel [25]. paucum, [26]. vel crudum [27]. non ſtimulet: de quo ſuperiùs diximus.

Alia eſt à [28]. *Spiritus vitalis defectu*; *vel* quod paucus ſit, propter [29]. cordis frigiditatem & ſiccitatem.

Vel [30]. quod alio avocetur, quod in [31]. meditationibus, timore, verecundiâ, &c. accidit.

Vel [32]. quod à penis ſubſtantia non recipiatur, ſeu propter membri ſtuporem; ſeu [33]. propter incantamenta.

Vel propter vlcus inteſtini recti cujus ſingulare exemplum apud Heerum in obſervationibus invenies.

Venefica impotentia, [34]. quæ infertur aut ligulę ſiniſtra manu ligatione, aut ſerrę compreſſione, aut rami quercini ad rectum incurvati terræ lotio ſponſi madidæ infixione, [35]. tollitur ablutione pudendorum *decocto aquilegia*, [36]. quam fumigatio dente demortui pulverizato & carbonibus injecto excipere debet. [37]. Vulgus noſtrum per corollas vrinam emittere ſuadet: & vel ſcobem de cornu tauri non caſtrati vel picæ manè occiſæ & calcinatæ pulverem, in aliquo liquore exhibet. *Helmontius* laudat potum *cerevisiæ* cum tenellis & ſubnigricantibus *betulæ* ramulis, qui gemmas tumentes habent, malleo conquaſſatis fermentatæ, & cum liquore ex ramis ſuperioribus permiſtæ: alii, ſuccum betulæ Martialem. Sunt qui conſulunt, vt maleficiatus per factum terebrâ in patibulo foramen aut per rotæ aratri mingat; vel induſium inverſum induat: vel duo ova unum rotundum, alterum ſuboblongum à nigra gallina depoſita in ſua & ſponſæ vrina decoquat, & in formicetum deponat.

[23]. *Impotentia virilis alia enim eſt*) Notandum 1. Aphrodiſiacorum indigos, alios eſſe frigidos, alios impotentes. Frigidi magis ſunt & dicuntur qui à natura quaſi, & toto temperamento *ἀπεψίαν* habent *τὰ μέρη*, neque vnquam obtinuerunt potentiam virilem, Cum enim viri debeant eſſe calidiores, alacres, vegeti, ſi frigidiores fuerint viri quoad hunc & alios, adæquate actus eſſe deſinunt; Hinc diſtinctio hæc maxime neceſſaria eſt ad renuntiationes medicas faciendas: Occurrit enim caſus hic in conſiſtoriis Eccleſiaſticis non raro, judicio de divortio faciendo: 2. Aliam Potentiam eſſe recuperabilem, aliam incurabilem, dum vires anniq; ſinūt, Venus excitari poteſt, invita vero Minervâ minus: 3. Requiri ad potentiam tum ſanitatem totius, tum inprimis genitalium, fundatam & in temporis, & in confirmatione potiſſimum, qua male habente vix locum habent. *Wedelius.* Si in ipſo actu, ſive eum ſtrenue aut lente obeant, ſemen non profundant, cum illud ad abſolutum hunc actum perficiendum requiratur. Imperfecta Venus dici poteſt, Neque autem ſi rarius, recte tamen hoc munus obeant, Defectus dici poteſt, cum hæc functio generationis cauſa inſtituta, finem citius ſuum aſſequatur ſi rarius fiat, Et cum vlterius adhuc ad pruritum compeſcendum, & debitum vxori perſolvendum,

Venus conceſſa ſit, in hoc quo major moderatio adhibetur, eo rectius hic actus, & ſecundum naturæ ductum peragitur. *Platerus.*

24. *Quod non ſit, ſeu vel paucum*) A ſanguinis penuria, quæ ſemini gignendo non ſufficiat, actus Venereus vix penitus ſiſtitur, cum illius non tanta requiratur copia, ob quam cauſam & qui tædias patiuntur, parce tenuiterq; vivunt, à morbo convaleſcunt, & phthiſici ipſi adhuc ad actum hunc peragendum habiles ſunt; magis tamen hi quibus ſanguinis ſuppetit copia. Quod autem in morbis quibuſdam, vel animi affectibus doloribuſq; hæc penitus ceſſet actio, non mirum, cum voluptas quæ hunc actum primum excitat, ſublata ſit. *Platerus.*

25. *Paucum*) Quidam hoc morbo mere detinentur, propterea quod parùm comedunt, nec ſufficit alimentũ ad corporis nutritionem & ad generationẽ; Vel ſi multũ comedant, alimenta ſunt pauci nutrimenti, ut olera, fructus, &c. Quare his qui parum comedunt, imperandus eſt cibus largior in prandio, iſq; ſit multum nutriens, & ſemen generans, In cœna parcius comedant & bibant. Nam qui vino ſeſe ingurgitant, parum ad Venerem impelluntur, ſed dormiunt ſolum. Qui alimentis parum alentibus utuntur, permutent victus rationem in eam quam diximus. *Rondeletius Pr. c. 58.*

25. *Vel paucum vel crudum*) Cum hunc pruritum, ſeu ſtimulum, quo natura excitata, in maturis, ſanguine arteriarum ſpirituoſo, corpora penis ſungoſa, & glandem perfundens & replens, (*quod hactenus à flatibus fieri male creditum eſt*) vt ille inde dilatatus, tumens, rigidus, rubens & calidus, qualis ad actum hunc exercendum requirebatur, fiat, *ſeminis* cauſet *acrimonia*, tunc præſertim cum illud in propriis vaſis redundans, ſeu, vt vocant, turgens, aut calidius, aut alias commotum, exitum quærens naturã ſolicitat, eoq; modo, quo dictum, membrum intendit, fit ſane vt ſi *invalidum, aqueum, crudum*, vel quantitate minime decenti, aut omnino non generetur, cum nec ſtimulus tunc adſit, ſine quo membrum recte minime poteſt erigi, ſicut in Eunuchis videmus, vt actum Venereum vel nullo modo vel languide obeant. *Platerus.*

26. *Vel crudum*) Sed, an à ſanguinis quoq; craſſitie, ob quam quominus cum ad virgæ extenſionem movetur, in eam diſpergatur, accidere poteſt actus venerei defectus? Vix fieri id poteſt, cum ſanguis ſpirituoſus ex arteriis potius eo quam craſſus feratur. Salaciores tamen eos quibus ſanguis calidior tenuiorque exiſtit, eſſe exiſtimamus. *Platerus.*

27. *Non ſtimulet*) Curandum tunc vt 1. *Volatilibus ſpirituoſis* ſpirituum animalium impetus & influxus promoveatur. 2. vt aromatibus volatilibus acrioribus ſeminis impetus ſtimuletur. *Etmuller.*

28. *Spiritus vitalis defectu*) Omnis generatio neceſſario fit & naturaliter beneficio ſpirituum. *Harveus de gen. c. 142.* Nec enim, teſte *Ariſtotele. inquit*, quod ſemen fœcundum reddit, eſt ejus corpulentia, aut ignis, aut talis facultas aliqua, ſed ſpiritus qui in ſemine ſpumoſoq; corpore continetur, & natura, quæ in eo ſpiritu eſt, proportione reſpondens elemento ſtellarum.

Sperma eſt ſubjectum ſeu vehiculum ſpirituum genitalium (*ex vitalibus & animalibus conflativum*) cui in complexu Venereo per fortem phantaſiam libidinis, hominis idea eſt impreſſa; Ex frequenti Venere & ſeminis emiſſione debilitantur homines, infrigidantur & ſteriléſcunt, *Coſmopolita* inquit. Experientia teſtatur homines Veneri nimium deditos & indulgentes, debiliores fieri, vt arbores nimios fructus ferẽtes, fieri poſtea ſteriles. *Avicenna*, [illegible] *tus, inquit*, evacuat de ſubſtantia ſpiritibus rem plurimam, propter delectationem, & propter illud, qui plus delectantur, plus ſunt cadentes in debilitatem.

Ratio itaq; fœcunditatis non in anima ſolùm, ita enim omnes promiſcue eſſent fœcundi, ſed in ſpiritibus lucidis, luminoſis, puris, ovarium muliebre fœcundantibus quærenda eſt. Sterilitas eſt ex defectu luminis; hinc humida, impura, morboſa corpora, vt & ſenes ſteriles ſunt; Sanguine et ſpermate abundantes, & viri ob ſpirituum ſerenitatem aptiores ſunt ad generandum quam frigidi & ſenes: Hinc impotentia generandi ligano, ſterilitas, eſt vel ſpirituum ligatura, vel defectus, luminis immutatio aut obfuſcatio.

Pollutio nocturna eſt à ſpirituum turgeſcentia, abundantia, effervefcentia: dum enim idea laſciva in ſomno ſpiritibus obviam venit, phantaſia protrudit ſemen & ejicit: Idea itaq; laſciva, pulchra, vel revera talis vel apparenter. Spiritibus obvia vel impreſſa movet omnes ſpiritus, cumprimis genitales. *Wirdig Med. Sp. p. 136.*

29. *Propter cordis frigiditatẽ & humiditatem*) Aphrodiſiaca pro temperamentorum diverſitate varianda; Caveodum in genere magis frigidis & humidis quam exſuccis, ſpeciatim vero alia iiſdẽ ancillantur, hinc temperiem reſpicientia, Regula hinc eximia eſt *A. Sala* pan. 110. Qui obeſo, humido & molli ſunt corporis habitu, prius per cathartica & ſudorifera, diætam & exercitia, corpus ad vſum Veneris diſponi debere: Contra [illegible] gues, ſqualidi, melancholici, vel longo morbo co[illegible] ſola diæta humectante & reſtaurante [illegible] nus corro[illegible] orat, aphrodiſiaca ſumere poſſunt. Id quod ipſum etiam ſub modo de ſterilitate muliebri curanda valet. *Wedelius.*

30. *Vel quod aliò avocetur*) Ideo animus ad imaginationem prægreſſæ voluptatis & apprehenſionem illius, quæ potenter venerem excitat, revocandus: quæ recordatione & intuitu vel auditu eorum quæ hæc in memoriam revocant, perficitur, longèque magis contactu: Sic *animi affectus* ſuaves, vt *gaudiũ*, aptiores ad hunc actum, ſicuti contrarii mœrorem & dolorem afferentes, ineptiores reddunt: Quam lætitiam ſenſuum recreatio per viſum, auditum, alioſq; ſenſus facta, efficit. *Platerus.*

31. *Meditationibus, timore, &c.*) Huc refert Amorem, qui ad aphrodiſiaca exercenda requiritur, ſed amorem harmonia ſpirituum & ſymbolismus; Amor vero generatur partim ab interno ſtimulo ſeminali, domeſtico, vnde deſiderium, œſtrum & principium motus; partim ab externo objecto amabili, quod ad ſe invitat & pellit cogitationem. Neceſſarium hoc eſſe patet ſuppoſitum, quod odium & averſatio, vel defectus ſaltem deſiderii; quandoque etiam pudor, aliiq́, animi affectus ſufflaminant ſæpe potentiam coëundi, unde etiam ligationes ſeu impotentiam à faſcino huic ſolum cauſæ *Borellus* adſcribit, non veneficio. *Wedelius.*

32. *Vel quod à Penis ſubſtantia non recipiatur. &c.*) Nulla fit Penis erectio, vbi hic deſtituitur vaſis copioſum ſanguinem, animaleſq; ſpiritus adducentibus: vel non ſufficiens fit, quia inſufficienti copia transfertur ſanguis animaliſve ſpiritus. idq; aliquando ob vaſa minora & pauciora ad penem delata: Vitium hoc ſenſim corrigi poteſt frictione blanda Penis & frequenti, quidemq; inunctione cum linimentis aut vnguentis aromaticis, quo paulatim expandantur magis vaſa, pluſq; ſanguinis & ſpirituum ad Penem vehant. *Sylvius Pr. l. 3. c. 2.*

33. *Vel quod à Penis ſubſtantia*) In ipſo membro genitali cauſæ multiplices ſe offerunt, 1. Pudendi vel *totalis* vel *partialis* ſolum *abſentia*, vt cum eſt putredine ablatum, quod evenit in ſphacelo, cancro & lue interdum Venerea; Vel caſu quodam amputatum aliquo armorum genere, vel alio quopiam infortunio, abſciſſum; Hiſtoriæ quippe extant, quæ teſtantur Puerulis quibuſdam nudis, ſub dio ambulantibus, à canibus & ſuibus averuncatum fuiſſe genitale. Obſervatum quoque natum fuiſſe infantem ſine mentula. Vide *Schenckium l. 4. obſ. 9.*

II. Cum *pudendum erigi* nequit, ſed pendulum flaccidumque ſemper manet, vt in uterum agrũ generationis,

innati

immitti non poſſit. Tale redditur ob ſenium morbos, incantamenta, paralyſis muſculorum penem erigentium, erectumque aliquandiu ſervantium.

III. Cum nimis curtum eſt leviterque ſolum prominet, quod vitium quibuſdam à primo ortu accidit: Aliis, quando neceſſe, decurtatum Chirurgiâ.

IV. Cum *male figuratum*, convolutum ſcil. atque intortum, aut incurvatum, quale in aſciticiis nonnullis, quando aqua ex abdominis cavitate in ſcrotum & inembrum generationi dicatum decidit, viſitur; Exempla alia hujus vitii Vide apud *Schenckium l.* 4. Obſ. 13. & 14.

V. Quando *glans* eſt *imperforata*, ſed foramen habet in penis ductu inferiore, uti cernere licet in hypoſpadæis.

VI. Quando idem valde craſſum eſt & tumidum, adeo ut vel prorſus non, vel magna cum mulieris moleſtia, & cruciatu in uteri cervicem infigi queat: Hujuſmodi exemplum in quodam animadvertimus, ut opus fuerit uxorem ab eo ſeparare.

VII. Cum pudendum eſt vulneratum, ulceratum, aut aliquo tumore affectum, præſertim in glande aut præputio: nam ne ſic quidem *evruria* connubialis exerceri poteſt.

VIII. Cum præputium retrahi nequit, ſed glandem ſemper tegit, quod vitium in φιμώσει cernere licet.

IX. Cum in urethra eſt aliquod obſtaculum, v. g. tuberculum aliquod, callus, calculus, quodlibet aliud, Sic namque & urinæ & ſeminis exitus intercluditur. *Sebiſius man. p.* 1473.

31. Vel *propter ulcus inteſtini recti*) Rara eſt cauſa impotentiæ quam affert *H. ab Heers*, ab *ulcere inteſtini recti*, Illuſtris, *aet*, Anglus Spadam venit ante annos XV: Impotentiæ remedium quærens; ad vetulas, aut quæ alias peperiſſent facile arrigebat, caſque inibat, ſed virgineo clauſtro perſringendo impar; quia ad primum labiorum contactum ſemen emittebat, ſed imbelle & prorſus aqueum & ſero ſimillimum, uxorem duxerat annos natam XVI. ſed quam toto biennio, etiam ſe fatente, non devirginarat; Optimi erat habitus, corpore procero, eutarcos, genis rubentiſſimis, equitatione, venatione, ſaltu, tripudiis nulli ſuorum ſecundus; Ab illo conſultus, cum ab invito extorſiſſem alios mecum in conſilium adhiberet, dixi quando in corpore tam ſano impotentiæ aliam cauſam non invenirem, videri mihi illum inteſtini recti ulcere laborare, indeque paraſtatas, aliaque ſemini præparando & ejaculando neceſſaria vaſa, putri aura in horas afflata ſemen generare, quod longæ tenſioni colis, & florido coitui non ſufficeret; Mirantibus aliis hancme afferre cauſam, dixi me olim in Italia caſum illum vidiſſe, & meminiſſe idem mihi lectum in *Marc. Donati Hiſt. mir.* mox encolpiſmon ex ſolo melle concinnatum ipſis videntibus imponi curo, ſtatimque multo pure craſſo obſiruni rediiſſ, Injicio deinde per clyſteris ſyringam muriam, à qua cum poſt aliquot injectiones, mundato ſcil. ulcere valde dolere ſe diceret, adſentientibus Collegis, cenſui curato illo ulcere ipſum ſanatum iri: Vocatus Chirurgus dixit ſe medio primum digito, deinde & indice nullo negotio ulcus & magnum & profundum ſentire, cui cum medicamenta adhiberentur manifeſto proficientia, feliceinque ſucceſſum omnino pollicentia, ipſe Heidelbergam conceſſit: Sequenti anno Leodium ad me venit, ſed tum de ulcere dubitatio ceſſabat, tria enim fiſtuloſa, in utraque nare unum, tertium in perinæo omnium le oculis objiciebant, Dixi ſectione opus eſſe, cui faciendæ filo arſenico imbuto, nihil convenientius fore, eſſe hic chirurgos operi illi ſuffecturos, Dixit ſe nulli Chirurgo corpus ſuum crediturum, niſi Pariſienſi &c. Sequenti anno ex fratre intellexi ipſum Lutetiæ nihilo quam

eo iverat ſaniorem rediiſſe, Itaque ab uxore jus vocatum, cum ea divortium facere coactum; Hoc ille uſu unctione hydrargyri, & multarum pilarum mercurialium crebra ſumptione ab inepto chirurgo tractans contraxerat.

Balſamum quo ulcus in Spa percurabatur, ſiquidem optimo ſemper cum ſucceſſu uſui paratus, à me inventus, retinendus mihi non videtur.

℞. *Flor. thapſi. hyper. fol. prunell. ana. m. j. hos incoquo, olei ex ſemin. hyperic. torculari expreſſi & vini rubri veter. pari quantitati ad vini omnimod. in exhalationem hoc eſt, dum liquoris gutta igni injecta ſine ullo pudore flammam concipit.*

Eo ſolo, ſi præſens urgeat neceſſitas utor, alioquin eoſdem flores ſæpius immacero & poſt 40. dierum inſolationem, aut ignis calorem, iterum exprimo; quod quo ſæpius facio, efficacius multò oleum comperio, cui remiſceo *lapidem calamin.* ſepties vino, demum in hoc oleo, poſt ignitionem extincto. *H. ab Heers Obſ. 10.*

34. *Venefica impotentia*) Aphrodiſiaca maleficiatorum, veneficiorum & ligatorum remedia ſunt, quæ quidem impediendæ generationis cauſa Diabolica ſatis frequenter occurrit: Duo vero hujus tollendæ remedia in praxi probata ſunt, (1) Cauſæ proximæ ligationi debita, quæ non alia ſunt, quam aphrodiſiaca; ex ea ratione, quod Diabolus quidem ſit mille artifex, ſupra naturam vero quod ſolius Dei eſt, agere non poſſit; unde cum ligationem præſtet mediantibus cauſis naturalibus, ſpiritus attendo, humoribus orgaſmum naturalem demendo, ita ut ſit effectus naturalis, patet quæcunque huic producto impedimento, licet à ſubtiliori magiſtro, ſunt contraria effectu ſuo, priorem illum tollere.

Nec minus enim Deus permittit, imo longe magis agere medicamenta naturalia quæ debent & poſſunt, quam Diabolo ut ſufflaminet actionem ſervando humano generi deſtinatam: Præſtant id *eſſentia Satyrionis*, aliaque jam memorata, tum ſola, tum cum *eſſentia hyperici balſamica* mixta; Teſtatur id experientia ſua *Langius comm. in Fabrum*, ubi ſi à ligatura Diabolica, ſeu maleficiis profectus fuerit infauſtus iſte languor, ſuperſtitioſa tetrio ſe averſatum eſſe ſcribit aliquoties, imo cum præſentiſſimo ſucceſſu, & virilitatis indubitata reſtitutione, *eſſential. Satyrion. & flor. hyper.* ita ut utriuſque ℈I. acciperetur pro una dozi, in hauſtu vini malvatici ante ortum ſolis porreaſſe; addens poſt ortum ſolis, vel ante occaſum, nil operari eſſentiam hyperici, Aſſertum hoc eſt ipſius *Paracelſi lib.* 1. *de reb. nat. cap.* 5. quod totum agit de hyperico ſeu perforata, ubi ſcribit ſumendam eſſe, non poſt meridiem, nec noctu, ſed ſub ortum Solis, in aurora, ſeu diluculo.

Ratio hujus circumſtantiæ, quoad tempus antelucanum, eo ſolum danda eſſe remedia contra faſcinum, non æque patet, niſi dicamus corpus humanum tunc, poſt digeſtionem peractam, aptiſſimum eſſe ut liberetur ab extraneo hoc vinculo, quod eodem etiam tempore ſemen magis turgidum ſit, neque enim alio tempore fere pollutiones eveniunt quam hora 2. vel 3. poſt mediam noctem: Dato ergo tunc medicamento, orgaſmus ille magis ſe exferit, addito hoc robore & ſtimulo: Nos & hac ſumus uſi, & inprimis jam laudatis reſtituimus non paucos.

Quidam, alioqui ſalvus & vegetus, celebratis nuptiis, cum jam in thalamum ſponſa petita veniſſet, ſenſit ſe alienatum à ſe ipſo, ligatum & impotentem. Tentantur varia, ſed fruſtra: Conſulit propinamus aliquot doſes *chocolada*, aliquot item *vetular*,

ſtimulantium Minſichti. Curatur feliciter, quod eventus probavit, nam peractis novem menſibus patet ſalutatus eſt primum, & hinc aliquoties: Conſiliarius quidam experitur, idem infortunium: Occulit id primum præ pudore, victos tamen juſto dolore & deſiderio rem nobis expoſuit, adhibentur eadem, liberatur extemplo; Suaſimus etiam iiſdem elutionem genitalium cum decocto *flor. aquilegiæ & hyperici*.

Hæc ut veriſſima ſunt, & probatæ experientiæ, ita (2.) quoque non minus conveniunt quæ *irriſioni & ludibrio Satanæ debentur*, ridicula licet, modo non ſuperſtitioſa, Sic mictio ſuper ſcopas ardentes, per annulum ſponſalem; aliaque huc faciunt: Quidam ligatus non ſolum ſoneratam partem qua vir erat ſentit, ſed & ſimul inſignem anxietatem; altera nuptiarum die id exponit amicis, ſuadent ut aſſerem coëmat, & cuneum remanentem à ramo arboris cuneo excutiat, & per foramen illud urinam mittat, Dictum, factum, reſtituitur. Inter experimenta *Michaelis* probatiora refertur & hoc, ad virilitatem nequitia ademptam reſtituendam: Limetur cornu hirci in cuſpide extrema, donec ob exquiſitum ſenſum brutum id minus ferre videatur, propinetur ægro: *Smuckius* jubet ori lucii piſcis immittere urinam, piſcemque in aquam dimittere, lib. de *cur. morb. magn.* pag. 58. ubi & alia habet; Inprimis vero novimus contigiſſe Friburgæ Hermundurorum, ut dum ligatus remedium quærit, oblata fuerit herba, quam cum urina propria affuſa coqueret, inter coquendum venit vetula, author maleficii, quæ plagis excepta ægro potentia ſua rediit: Herbam hanc nominat, & progreſſum deſcribit.

Carrichterus lib. de morb. à faſc. p.m. 238. nempe jubet recipere *urinam ægri q.ſ.* per tres v.g. vices emiſſam, *antirrhini tert. matth. m. j.* coquere eadem ſimul in olla nova, operculo tecta, ita enim brevi venturum maleficum; ubi & alia plura præmittit; Inprimis *unguen. ex viſco colurno* pro inunctione genitalium &c. Hæc inquam, noſſe conſultum eſt & Medico, ita vero in uſum trahere, ne ſuperſtitio ulla in ipſum cadat, Admitti poſſunt quæ ſuperbum ſpiritum illudant, non quæ pactum implicitum alio novo ſolvant. *Wedelius.*

Quæ infertur) Faſcinatio, generale in ſagarum actiones, quod cadit vocabulum, proprie eſt imperium ſpirituum in & ſuper ſpiritus, ſubjugando eos, & quaſi ligando.

Talis Faſcinatio, ligatura ſpirituum & ſubjugatio, ſtatim ſeſe offert & accidit in *Frigidis* ita communiter dictis, quibus Venerem exercendi potentia & ſtimulus quaſi extinctus eſt; ſeu potius, quorum ſpiritus genitales ſubjugati ſunt & quaſi ligati, quo minus turgeſcant.

Infrigidatio illa communiter dicta morbus eſt Spirituum genitalium, intumeſcentia, turgeſcentia *ablata*.

Proprie ὀργᾶν ſumitur de anxia animalium & præcipue fœminarum appetentia, quæ libidinis impetu concitatæ in Venerem ruunt, earumq; corpora turgeſcunt.

Hinc ſponſæ collum prima nocte Venerem expertæ ſolito ut plurimum craſſius eſt, ita ut filo etiam deprehendatur exceſſus ſeu turgeſcentia, Tali modo *Democritus* puellam *Hippocratis* comitem, virginem primo, ſequenti vero die fœminam ſalutarit, quod nocturnæ deflorationis indicia forſan etiam ex hac craſſitie perciperet, Spiritus itaque genitales in *frigidis* ſuccumbunt, partes autem genitales non laborant, in illis enim nullū deprehenditur morbi nec defectus veſtigium: Homo imperium habet ratione ſpirituum in hominem, quæ tyrannis nominari poteſt, generoſa activitas: A nonnullis, dicitur vis & facultas phantaſiæ.

Spiritus autem hominis imperare aliis hominis ſpiritibus, patet inde, 1. quia juxta receptam Philoſophorum ſententiam, & quotidianam experientiam, *alius* naſcitur *Dominus*, ratione ſpirituum aliis dominantium, generoſiorum: alius natura naſcitur *ſervus*, quia ob ſpiritus ſerviles natura vult ſervire 2. ex increpatione, quando homo hominem increpat, una imperat, aut imperare ſibi præſumit alteri homini: Hinc anſa data eſt *Paracelſo* ſtatuere & pronuntiare, *magnam verbis ineſſe virtutem* 3. Spiritus fortiores imperare ſupra debiliores, patet ex Regibus & Principibus, qui ratione imperantium & regiorum natura Spirituum generoſioris indolis, aliis imperant.

Fit tamen interdum quod eorum ſpiritus debiliores ligentur ſæpe, imperentur, gubernentur, & quaſi faſcinentur à Spiritibus miniſtri aut miniſtrorum, qui abundant Spiritibus fortioribus, fortiori phantaſia agentibus, Patet ex viro, qui mulieri ratione Spirituum vitalium imperat; mulier interdum Spirituum maſculorum ratione effœminato viro virilior eſt.

4. Videmus Spiritus ſimiles ſimilibus ligari, colligari, complicari, ſibi mutuo quaſi magnetice adhærere; qualis colligatio eſt inter fidos amicos, inter conjuges: Illud ipſum dominium, ſeu imperium, tyrannis, increpatio & faſcinum, ut eo efficacius ſit & imperioſius, requiruntur, ſpiritus in ſua phantaſia fortes, generoſi; in deſiderio & intentione ſua exaltati, roborati, Phantaſia autem activior fit, & exaltatur, ideoque Faſcinationes peraguntur.

1. *Voce*, murmure; non quod nuda verba effectum habeant quendam, ſed quatenus cum indignatione, execratione, imprecatione, forti odio, irâ, invidiâ, phantaſia, deſiderio & intentione enuntiantur.

2. *Cantu* hinc *Incantatio*, quatenus cantu celebrantur & peraguntur, vel quatenus verba cantantur; Tales incantationes leguntur apud *Virgilium*.

Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnin.
Iſte verſus intercalaris ſæpius repetitur ab incantante, pro Phantaſia, alioquin ſegni acuenda, roboranda, exaltanda, Idem Poëta.

Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam
Carminibus Circe ſocios mutavit Ulyſſis
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis

3. *Viſu, ſeu intuitu forti*, cum odio, iracundia, amore: *Langius lib. 3. Epiſt. 36.* de Planetarum & Gemmarum effluviis agit, in ſpecie de Viſu ſequentia addit, *Nullum reperiri in humani corporis fabrica ſenſus organum, quod tanta ſpirituum copia ſcateat, & fulgorem de ſe emittat, ut oculus.* Hinc *Virgilius.*

Neſcio quis teneros oculis mihi faſcinat agnos.

4. *Contactu* ſagas nocere poſſe docet *Carrichterus in Herbar. & J. B. Codronchius* aliique.

5. *Jaculatione*, ut vocant, ſagittatione, ictibus, toſtione, percuſſione, aliiſque multis illicitis modis: quorſum *maleficia* pertinent, quando ſagæ homines necant & animalia, iiſque nocent; necnon ſegetibus vegetabilibus, qualia etiam ſunt veneficia, dum venena parant, ea acuunt & pernitioſiora reddunt; quibus aquas, piſces, aërem aliaque coinquinant, & inficiunt.

6. *Præſtigiis*, quatenus Dæmon, ad inſtantiam ſagarum imagines vel phantaſmata in aëre format, & iiſdem oculos fallit: Tales ſerpentum imagines per magos Ægyptios *Pharaonis* objecit Dæmon.

7. Fiunt Faſcinationes, non ſpirituum fortis duntaxat Phantaſiæ viribus & præſtigiis, ſed aliis etiam mediis & remediis, cæteroquin naturalibus, v.g mumia humana, herbis, pharmacis, animalibus, animalium partibus, mortuorum cadaveribus, & oſſibus, veſtibus, & indumentis, excretis &c. quibus nocent.

Omnes autem enumeratas Faſcinationes naturales pronuntio, & eſſe inde concludo 1. quod à creaturis per-

perficiantur, 2. quod in & cum Natura & rebus naturalib. fiant naturaliter; 3. quod remediis naturalibus tollantur, Fiunt à creaturis, à Dæmone & ſagis; *Dæmones* cū ſint in cenſu, ſerie & ordine creaturarum, & intra Naturæ cancellos incluſi, nihil ſupernaturale ipſis conceſſum eſt patrare: quicquid igitur agit Genius in faſcinationibus omnis generis, utitur, vel abutitur potius naturalibus cauſis, mediis & remediis, ultra naturam, ſupra naturam non habet, quod agat, poteſtatem.

Sagæ quicquid agunt, agunt vel mediis naturalibus, vel tacti animæ & ſpirituum phantaſia, qua ſibi aliiſque prodeſſe vel obeſſe poſſunt, etiam non ſagæ, ut titulo de Viribus Phantaſiæ dictum eſt.

Sagis autem Phantaſia ſopita expergiſcitur, exaltatur ope, ſuggeſtione & perſuaſione Dæmonis: Utuntur vel abutuntur, Sagæ & Dæmon Naturæ poteſtate & mediis naturalibus pro obtinenda malefica nocendi intentione: eoque nomine eorundem magia, naturalis utut ſit, illicita tamen eſt, quippe qua nocendi remedia Sagis à Dæmone, cui animam ſuam oppignerarunt, ſuggeritur.

Ex allegatis itaque cauſis omnem Magiam, etiam Dæmoniacam, naturalem pronunciavi, cum fiat 1. per naturam, creaturas naturæ cancellis incluſas, 2. quia per media naturalia peragitur, faſcinationibus enim reſiſtimus 1. animoſitate; animoſi, ſicut à peſte immunes ſunt, ita etiam à faſcino; meticuloſi autem, infantes, pueri, animalia, quorum debilis phantaſia fortiori ſubjugata eſt, odioſa phantaſiæ actione facilius corripitur & ſubigitur morbis faſcini: *Repercuſſio*, ſecundum *Helmontium*, naturaliter reflectit incantamentum in ſuum authorem, 2. *Combuſtione* per ignem, ignis enim ſubiecta, vehicula, & media faſcinationem conſumit & annihilat, ligatoſque ſpiritus liberat. 3. per *arcana majora*, quæ omnem ſpirituum exarthroſin & præter naturalem conſtitutionem corrigunt. 4. per *vegetabilia, animalia, lapides, gemmar. mineralia*, & medicamenta quæ ex iis deſumuntur, ſpecifice proficua interna & externa: Ejuſmodi autem remedia hinc inde ab authoribus recenſentur, præſertim à *Carrichtero in Herbar. ſuo Helmontio in* Opere ſuo magno. *Werdig. Med. Spirit. Part. 1. c. 30.*

Diæta.

Curatio extinctæ aut impeditæ facultatis erigendæ Virgæ pro cauſarum diverſitate variabitur, Conſiſtit autem potiſſimum in *Victus ratione* & remediorum excalefacientium, flatuoſumque ſpiritum generantium, & ſemen augentium uſurpatione.

In victus ratione conveniunt omnia quæ probe nutriunt, & copioſum flatuoſumque generant ſanguinem, ſpirituſq; vitales recreant, veluti ſunt carnes gallinarum, caponum, perdicum, potiſſimum eorum cerebra, columbarum & porcorum non caſtratorum recens mactatorum, ſimiliter & vitulina & avium montanarum, itidem præſtant, & peculiari facultate ad Venerem excitant teſticuli gallorum, porcorum & vulpium opipare cocti, Item ova recentia & dura, Ex leguminibus flatulentum ſpiritum generant fabæ, ciceres, & ex ſeminibus, erucæ, fœniculi, aniſi, paſtinacæque; Ex *radicibus* utiliter eſitantur rapæ minores, quas napos vocant, rad. paſtinacæ, carotæ, eryngii, cepæ & porrum. Ex *Fructibus* proſunt nuces pineæ, avellanæ, amygdalæ, ficus, dactyli & uvæ paſſæ; Fructus item, ſeu capita *Cinara*, *Artichoca* vocant, de quo vocat.

Hunc tibi jus perpingue coquat, præſtantior inde eſt,
Ibit & innumeros, ſic venis apta ſuos.

Ex *aromatibus* conducunt cinnamomum, Zinziber, crocus, piper, cardamomum; Ex *Piſcibus* ſpecifica virtute ſemen augent cancri, carabi & conchæ marinæ, præſertim oſtreæ, Ex quibus omnibus varia edulia parari, cum iiſdemque condiri poſſunt, *Potus* ſit vinum generoſum aliquod, malvaticum aut aromatites, quod claretum vocant, & hydromel: Verum ex iis quæ impenſius exſiccant eorum uſus moderatior eſſe debet, Conducit præterea frequens exercitium, & agitatio partium inferiorum, & frictio moderata lumborum & inguinum; Pedis quoque calidis tegumentis muniendi ſunt, & à frigore arcendi; Conducit inſuper nonnunquam lavare in balneo aquæ dulcis, in qua cocta ſint *malva cum radicibus, flores chamæm. & ſemina lini & fœnugr.* contuſa. *Fr. Joel.*

§. *Tollitur ablutione*) Si à *faſcino* eſt, quæritur, quo modo curari queat? In uſu eſt *betula*, *mictus* nempe per *betulam recentem*; Potus *cerevisiæ betulina* experimentum eſt *Helmontii*, vel *ſuccus betulinus* ex ramo ejus ſauciato fluens: Aliis in uſu eſt, ut lavent pudenda utriuſque ſexus cum decocto *herbar. & ſemin. aquilegiæ*, poſt inſtituunt *Suffitus ex corall. dente hominis mortui & ſemine anturrbino*: Huic experimento multum tribuit *Hartmannus Corallio*, *Ganſius Tr. de Corallio*: Ut ſingulare ſpecificum laudatur *raſura campana* eo in loco ubi piſtillum eam ferit; aſſumpta cum pauco *priapi tauri*: *Excretio urina per annullum ſponſalitium*, ante & poſt copulationem, eaque reciproca inter euporiſta commendatur; quo ritu alii recipiunt *raſuram annuli ſponſalitii*.

Sed quoad hæc, quia adhuc hæremus in *theoria*, etiam hæremus in *praxi*, dubitantes an ſint licita, an vero minus, interim obſervetur, quod prout variant media, quibus inſtituitur ligatio, ita etiam neceſſe ſit variare remedia; unde dum dubii ſumus quomodo facta ſit ligatura, etiam varia remedia tentanda ſunt. *Ettmuller.*

§. *Tollitur ablutione*) ℞ *Urin. agri q. v.* coque in olla bene clauſa ad ignem, Et ille qui induxit veneficium anxietate magna afficietur, ac ſe ipſum prodet, ſolvetque veneficium. *Agricola Chir. parva p. 65.*

Solo ſuffumigio dentis demortui maris, impotentia veneficio inducta curata eſt. *P. Bayrus Pr. l. 16. c. 1.*

℞ *Herbam Ricini*, injice in ollam novam, & ſuperfunde urinam patientis, coque bene operta olla lento igne. poſtea ſepelies in loco invio. Veneficæ urplurimum poſt coctionem ſanguinem cum dolore maximo emittunt, vel intenſiſſimos dolores percipiunt, uſque dum ægrum à veneficio liberaverint. *Idem ib.*

Pudenda cujuſque ſexus decocto *aquilegia* ſimpl. diligenter laventur, *& dente de mortuis pulveriſato* ſic ſumigentur, In ſterilitate per incantationem facta valet. *Ph. Grulingius Florig. p. 28.*

Ad incantatos, maleficatos &c. ſecretus eſt *Pulvis* qui fit ex *raſura campana priapi tauri*, *& modico Croco. Hertodus Crocol. p. 205.*

§. *Tollitur*) Omiſſis ſuperſtitioſis nug[illegible] qua ego curandi ratione uſus feliciter fuerim, & naturalem potentiam breviter reſtituerim, breviter commemorabo,

Primo cohortatus ſum Patientem ne ob technas Diaboli Curis ſe maceraret, ſed una cum conjuge per dies aliquot à Venere abſtineret, & Deum O. M. authorem conjugii, ardentibus precibus fatigaret, ut ipſe per Filium ſuum. J. C. deſtrueret opera diaboli propter ſuam ordinationem.

Secundo juſſi, ut diligenter materiam faſcini in lecto, ſub lecto, in ſtragulis, cervicalibus, & tota lecti ſuppellectile inquirerent, Quin & ut terram ſub poſtibus, liminibus januæ, cubiculi effoderent & ſi quid materiei repererint, igne comburerent, & cubiculum aut ſaltem lectum, ſtramina & lecti ſternia & mutarent ac renovarent.

Tertio juſſi Patientis corpus, pro ratione redundantis humoris convenientibus remediis, potiſſimum *autem ben. laxat.* ℥ vii. in vino reſolutæ, ab inferis humoribus purgari, & purgato corpore, ut quoque

ſpiritus naturales ſimul purgentur, ſuaſi Patienti ut intraret Balneum ſudorificum, aſſumeretque diaphoreticum ſequens remedium.

℞. *Theriaca Androm.* ℥i. *pulv. ſcordii, zedoariæ rot. corall. rub. ppt.* ãã. ℈i. Miſce cum *aceti hauſtulo* & ante ingreſſum balnei ebibatur tepidus.

Ita purgatis humoribus & ſpiritibus, juſſi ut ſingulis diebus ituri cubitum ambo devorarent nucis juglandis quantitatem *Electuar. diaſatyrii* vocati, & ſuperbiberent hauſtum vini generoſi, ac tandem poſt horam, operam darent liberis: Quo curandi genere non tantum priſtinas vires naturæ, ſed & fœcunditatem brevi reſtituimus. *Fr. Ioel.*

36. *Quam fumigatio lente demortuus*) In morbis idealibus non ſemper opus eſt purgatione, cum non ſemper adſit humorum apparatus: *Helmontius* extinguit Ideas, & obliterat per ſubmerſionem in aquas, eodem modo ac gallinis phantaſia & deſiderium incubandi ovis: Sed fateor via explicabile eſſe quas vires habeat & impetum phantaſiæ in ſpiritus & corpora: Audiamus profundi ingenii ſcriptorem *Rogerium Baconem*, *De ſecretis operibus artis & naturæ*, Conſiderandum, *ait*, quia peritus Medicus, & alter quicunque, habet animum excitare, carmina & characteres licet fictos utiliter, ſecundum *Conſtantium* Medicum, poteſt adhibere, non quia ipſi characteres aut carmina aliquid operentur, ſed ut devotius & avidius recipiatur Medicina, & animus patientis excitetur, & confidat liberius, ſperet & gaudeat, quoniam anima excitata, poteſt in corpore propria multa renovare, ita ut de infirmitate in ſanitatem convaleſcat, ex gaudio & confidentia; Anima multum poteſt ſupra corpus ſuum, per ſuas affectiones fortes, ut docet *Avicenna*, *in lib. de An. & l. 8. b. anim.* & omnes ſapientes concordant; Et ideo fiunt coram infirmis ludi, & res delectabiles offeruntur; imo aliquando appetitui multa conceduntur contraria, quia vincit affectus & deſiderium, & animæ ſpes ſupra morbum. *Sebaſtianus Wirdig. med. ſpir. cap. 24. lib. 1. §. 29. 30. & 31.*

37. *Vulgus noſtrum*) Quæ ad incantatos & ligatos ſolvendos operationes pertinent, ut pulvinaria excutere, ut per annulum ſponſalem mingant, jubere, Vel per axim aratri, vel induſia invicem mutare ante congreſſum, calceum ſiniſtri pedis dextro induere, & ſimilia multa non noſtri eſt inſtituti, aut etiam officii explicare: Sicuti nec *amuleta*, quibus, ſi ab hac cauſa procedat, magnam efficaciam tribuunt; *Cineres* tamen *ſtellionis nigri* in petia ligatos, & manu ſiniſtra geſtatos, membrum virile erigere etiam in aliis cauſis docent: Si vero in dextra teneatur, impedire. *Platerus.*

Alia eſt [38] à *penis reſolutione*, ex [39] iis cauſis facta, quarum in capite de paralyſi mentio.

Faciunt huc & peculiares *externæ*, ut [40] *vinum in quo mullus interiit*, ſi fides vulgo habenda; nimius *ſacchari ſaturni* uſus; *ſalicis decoctum* jejuno ſtomacho exhibitum, *papaver erraticum*, *cicuta*, &c.

Alia à [41] *vulnere in ſura accepto*, quod cuidam apud *Ballonium* accidit, qui ab eo quo vulnus in ſura accepit, licet non multus effluxerit ſanguis, nec arrigere quidem ſufficienter potuit. Cauſam difficile eſt reddere: videtur tamen *Hippocrates* id adumbraſſe, dum ſcripſit, ſectionem in malleolo infœcundos reddere.

De extero [42] *ſuccurrunt* impotentiæ. *Calx auri fulminans* elota & cum eſſentia croci in vino malvatico epota, corpore prius purgato. [43] *Eſſentia ambræ* cum ſpiritu roſarum extracta, & gr. 3. 4. 5. ſenibus inprimis pillular. forma exhibita. *Mumia* [44] *ſatyrionis*, quæ ex *radicibus* ejus, ineunte vere vel autumno medio, hoc eſt, foliis floribusque vel nondum natis vel deciduis collectis paratur. Injiciuntur hæ aquæ puræ duobus quibus conſtant orbiculis divulſis, fundum petentes, abjectis quæ ſupernatant, contunduntur in mortario lapideo pilo ligneo, ſenſim addendo panis albiſſimi & recentiſſimi micam; affunditurque ſpiritus vini è malvatico extractus, paulatim irrorando. Optime mixta digeruntur in alembico cœco per ſex ſeptimanas in balneo: & expreſſa poſt prelo, iterum per menſem. Liquoris rubini æmuli cautè collecti abjectis faucibus ſemilibræ adduntur *ſalis margarit. unc. ſ. ol. nucis moſchatæ, aniſi, cinnamomi ana dr. ſ.* propinenturque guttæ aliquot uſque ad xx. in vino, juſculo vel conſerva.

[45] Illitus ex ovis formicarum & ipſis formicis volantibus, cum oleo euphorbii tritis vel diebus canicularibus ad ſolem per dies xl. in oleo infuſis, perinæo admotus. Stockerus *ſatyrionis* unc. iv. cum *ſanguinis paſſerum* unc. x. miſtis & ſub brachio detentis meminit: alii *oleo* in quo *cantharides* infuſæ, quo [46] dextri pedis pollex illiniri debet, [47] fides penes experientiam.

[48] Commendatur denique & [49] *Electuarium* ex *condit. radic. ſatyrion.* & *eryngii* ana unc. i. *cortic. arantior.* melle condit. dr. vi. *Nuc. jugland. Condit.* n. j. *confect. Alkermes* unc. ſ. *ambræ griſea* & *formicar. volant.* ana ſcr. i. *moſchi* gr. vi. cum *ſyrupo cortic. citri* confectum.

38. *Alia eſt à Penis*) Membri virilis cauſa defectus accidit, ſi eo vir deſtituatur, ſicuti aliquos eunuchos in lucem prodiiſſe ſcribunt; quod & ſi caſu membrum amputetur, aut alias eunuchiſmus accidit; Vel ſi ita mutiletur, ut glande abſecta reliqua pars illius ad congreſſum ſit inutilis: Vel ſi ab ortu adeo ſit exile, quale in hermaphroditis, ut leviter tantum promineat, adeo ut nullius ad hanc rem ſit uſus: Aut ſi adeo excreverit, aut aliis de cauſis adeo intumuerit, ut ſinus uteri plane id aut excipere, aut niſi magno cum cruciatu intromittere poſſit, Aut alias incurvum natura, vel inflatione, & ut in hydropicis convolutum inflati farciminis inſtar, dirigi nequeat; aut tumor aliquis adnatus obſtaculum illi adferat: Vel aliter læſum, ulceratum, in glande præſertim & præputio, impetum hunc ferre nequeat; ſicuti in congreſſu violento, vel ex impuro concubitu illi nonnunquam accidit: Quo & refertur ſi præputio anguſto adhuc glans obtecta denudari nequeat; quibus de cauſis

Venus non perfici vel ægre vel non perfecte poteſt; ſeu adſit intemperies frigida &c. *de qua deinceps.* Platerus.

39. *Ex iis cauſis facta quarum in cap. de paralyſi;* Si principes partes, veluti, cor, cerebrum, renes, hepar, vel univerſum corpus, aliqua intemperie, potiſſimum frigida laborent, aut ſanguis frigido humore ſit dilutus, earum partium nativo calori reſtituendo roburque inferendo diligenter eſt incumbendum, & ea medicamenta adhibenda quæ in curatione earum partium proponuntur: Ac potiſſimum ſi colluvie frigida infectus eſt ſanguis, primum calefacientibus remediis concoquendus eſt, humor frigidus, deinde per hauſtulum ex ℥i. *diaphœnico nis* aut *conf. hamech.* ℥ß, aut *diacathol.* ʒx. cum q. ſ. aquæ ſolutis erit expurgandus: Proderit & clyſterem alio infundere. *Fr. Joel.*

40. *Vinum in quo mullus*) *Mullus* ſi vivus in vino fuerit ſuffocatus & id vir biberit, rei venereæ operam dare non poſſe *Athenæus* credidit.

41. *A vulnere in ſura accepto*) Quidam in ſura vulnus accepit, fluxit ſanguis multus, non tamen immodice, ut ne ad fluxum ſanguinis referas id quod contigit; Ab eo tempore congredi non potuit; nec ſemen emiſit; ſaltem non arrexit ſufficienter; Id mirum fuit etiam peritus rei anatomicæ; Non videtur enim ratio cur vulnus ea parte inflictum eam impotentiam attulerit. An id *Hippocrates* forte adumbravit, dum ſcripſit ſectionem in malleolo infœcundos reddere? Sic aliquis partium conſenſus eſt, ſed is fortaſſis non intellectus. *Ballonius Parad. lib. §. 196.*

42. *Succurrunt impotentia*) Cura varia eſt, juxta cauſam quæ triplex. 1. Spirituum animalium defectus 2. deficiens ſemen non ſtimulans ad Venerem. 3. Faſcinum. Si ex primis oritur cauſis, conveniunt omnia quæ valent in defectu ſeminis, Sic *ovum ſorbile* in quo *vertrum tauri* in actu veneris interfecti, exſiccatum & pulveriſatum cum *cinnamomo* convenit, cujus uſus internus qualiſcunque, ante coitum, validam erectionem facere dicitur. *Externe* convenit *Balſamus apoplecticus*, aut ſimilis cum *zibetho*. *ambra* glandi illitus perinæo, ſpatio inter ſcrotum & penem, ubi muſculi ſiti ſunt, Vel.

℞. *Succi paſtinacæ cum olei ſinapi* ãã. ʒii. *olei ovorum formicar. magnarum* ʒi. *m.* & *expone ſoli per diem, f. Linimentum quo glans illinenda.*

Si poſt coitum adhuc rigeat, abluatur aqua calida. Alii recipiunt *pulverem helleb. nigri*, vel *rad. pyrethri* miſcent cum *pingued. coturnicis*, ac radici penis illinunt: His ſubjungendum *Balneum nervinum, Inſeſſus, Fotus nervini.* Etmuller.

42. *De cætero ſuccurrunt Impotentia*) Si eſt à frigore ſoveatur decoctis aromaticis; inungatur ungu. ſimilibus pars affecta; Non ſatis permanens penis erectio, ſpirituum animalium penuria, protrahetur uſu convenienti ſpirituoſorum cum aliis mixtorum, Aqua vitæ matthioli, ac ſimilium per intervalla uſurpatorum, donec animales ſpiritus multiplicentur; Quin rarius tales incumbant Veneri, quo abſolvendæ ſufficiunt ſpiritus: Sanguis fervidior evadet uſu ſalis volatilis oleoſi omniumque aromaticorum; inter quæ præferenda quæ docuit experientia, ut Eruca. *Sylvius ibid.*

42. *Succurrunt impotentia*) Statuimus quæcunque ſuperfluitatem nutribilem corpori fœnerant, eſſe *Aphrodiſiaca*; hæc quippe materiale ponunt & largiuntur, ſine quo ſemen gigni nequit, Hinc dicuntur hæc ipſa, quæ id præſtant σπερματικά, ſemen gignentia, quorum materia in alimentorum & medicamentorum genere reperitur; Hinc experientia teſtatur ſine Cerere & Baccho frigere Venerem; largiter vero ſuggeſtis è Cereris & Bacchi penu ſuccendiculis; magis prurire homines, ut contra ea morbidi, debiles, exhauſti ad ἀντὶ hæc magis inepti ſunt.

Quantitatem ergo hanc corpori fœnerant, & defectum reſarciunt analeptica, alimentoſa & medicamentoſa, inprimis ex eſculentorum claſſe *dulcia* temperata, *paſſulæ*, *ficus*, *chocolata inda*, *dactyli*, *panis martius*, *mellitus*, oleoſa, ut *amygd. dulces*, *ambroſin. nuc. pinea*, *piſtacia*, tum per ſe tum cum cibis cocta, *ſemin. bombacis*, *Pulpoſa*, & facile reſolubilia, *carnes teneriores*, *cerebrum paſſer. teſtes gallor. ova ſorbilia*, Ex medicamentis, *bulboſa*, bulbi enim omnes quaſi, veget. puta, aphrodiſiaci ſunt, inprimis *Satyriorum* genera aliaque: Ex Potulentis: *Vinum*, *cerevíſia ſpirituoſior*, *vinum Hiſpanicum* &c. Hæc ipſa & ſanis ſuggerunt ſufficientem quantitatem ſuperabundantis alimenti, & cumprimis qui jam per ætatem, vel morbum, minus illi muneri videntur ſufficere; vel etiam per naturæ impedimenta alia aut urgentiam egent ſeminis quantitate ſufficienti.

II. *Quæcunque orgaſmum ſemini ſpirituoſum procurant, illudque ad exitum invitant, ſunt aphrodiſiaca*; Non ſatis eſt ſemen adeſſe, adeſt enim & per naturam ordinarie in juvenibus & viris, imo primis annis præcipue per ſe ſtimulat ſatis; Sed torpidum & quietum ſæpe eſt, ſive per indictam caſtimoniam, qua carnis ſtimuli ſuperantur, quod tamen niſi ἀπὸ τῆς μηχανῆς, vel divino auxilio id fiat, difficulter admodum ſuccedit; ſive per abſtinentiam à converſatione fœminina, ſive aliis modis, inprimis ſi ſerum copioſius ſit mole, & ſal volatile ſpirituoſum ὀργαſμώδες inbibeat & in centro detineat: Opus ergo eſt tunc iis quæ torporem & quietem tollunt, ſtimulantibus: Priora materiam ſeminis ſuggerunt, per naturæ leges: hæc genitum ad ſeminaria vaſa deducunt, & in iiſdem addunt ſtimulum: illa quantitatem, & motum reſpiciunt magis.

Audiamus hanc in rem *Pergamenum*, *qui 5. ſimpl. 23.* Ex alimentis, *ait*, quæ materiam ſpermaticam producant, ſunt ea, quæ bene nutriunt, ſunt flatuoſa, nobiſque tota ſubſtantia familiaria, Nam cum ſeminis ſubſtantia ex bona ſuperfluitate generationem ſortiatur, ſitque etiam flatuoſa, neceſſum eſt, *addit*, ut ea quoque quæ ſemen procreant ſimiles in ſe virtutes habeant; Quale enim eſt materiatum, talis quoque eſt materia.

Sed de *alimentis* jam diximus, quæ dum ſeminis largiorem proventum cauſantur, hoc ipſo jam per ſe ſtimulum ex copia ejuſdem producunt: Ex medicamentis vero, ſpermatica ſeu Venerea, ſtimulantia hinc ſunt quæ calida ſunt & flatuoſa, ex hypotheſi Galenica, quanquam hæc rectius Venerem ſtimulare quam ſemen generare dicantur, Semen enim horum uſu calidius ſpirituoſiuſque redditum, pruritum movet, œſtrum vocant, & ad Venerem impellit, eo quod exitum turgeſcendo petat.

Explicari hoc magis poteſt, ſi dicamus quid ſit *flatuoſum* illud *aphrodiſiaſticum*, Flatus notant duo, 1. effectum morboſum à cruditate vel calore debili ortum, qui diſſipare ſub ſuo dominio *gas* nequit; Et tales flatus morboſi tantum abeſt, ut Venerem cieant, niſi mere per accidens aliquando, ut potius veneri ſint contrarii, quatenus cruditate poſita, debita ſpirituaſcentia ſeri & ſeminis deficit quoq; Per accidens, inquam, vel ſaltem non in debitum finem, quo loco non tā memorabimus infantes & pueros, qui à flatulentia ejuſ-

modi ſentiunt erectionem, quam quod obſervavimus ſingulare & inauditum, flatus nempe per meatus Semini & urinæ communem excretos.

2. Effectum turgeſcentiæ, qualis flatus obſervatur in fermento panificum, cereviſia, vino fermenteſcente, imo etiam in bullis ex ſapone & aqua oriundis, Et hic niſi intelligatur, fallit Galenica hypotheſis, & genuino hoc ſenſu, ſi id capias, longe eſt veriſſimum, ſpiritus nempe inflat, quo inflante ſemen turgeſcit, turgeſcens éxitum affectat, non contentum loculis ſuis ſponte naturæ ſæpe excidens: Atque hoc ipſum eſt propriiſſime τὸ ὀργᾷν turgere, quatenus nempe ſemen ſpirituoſius activiuſque redditum titillationem majorem fœnerat, continentibus ſuis veſiculis, eaſque ad excretionem laceſſit; & ſpiritus una nervis ac muſculis ſpongioſis copioſiores infert.

Duplicis hæc ſunt generis. *Sulphurea & Salina*, utraque calorem exſuſcitantia, & cum calore motum ac ſtimulum; Nec de viis opus eſt dubitare, quomodo ad remotiſſimas & velut extra corporis clima ad mœnia locatas partes vis illa extimulans pertingere poſſit; quale enim ſerum tale ſemen, unde videas nephriticos ſæpe & arthriticos tentiginem pati veneream, ob ſal ſeri acre & has partes ſetiens: *Sulphurea* balſamum quaſi & γλισχρὸν, *Salina* motum ſuggerunt; Sic venerem extimulant *dulcia* ἐνεργητικῶς talia, ceu efficaciora, ſpeciatim *mel*, quod hinc pollutiones nocturnas in diſpoſitis ſula ſui comeſtione toto die excitat. Sic omnia *aromata & aromatica* ſunt aphrodiſiaca, ſive alimentorum fiant condimenta, ut *ſcolymi*, *cochlearum*, *oſtrearum*, ſive per ſe variis formis in uſum cedant; Par ratio eſt plantarum & radicum, nominatim *pimpinellæ*, *eryngii*, *apii latifolii*, & duplici quidem hæc nomine, quod & partes obtineant ſulphureas, & ſalinas volatiles, utraſque ſcopo aptas, rarefactivas & incentivas caloris: Sic & ſeorſim idem efficiunt *balſamica & ſulphurea*, *lignum aloes*, *ambra ejuſque eſſentia*, *moſchus*. qui flatuoſa ſua humiditate non tam creditur πρὸς τὰ ἀφροδισιακὰ παρορμᾶν, ſed revera efficaciter id præſtat; quod ipſum illuſtrat flatulentiæ illam rationem, nam cum ſeminis ſubſtantia ex utili ſuperfluitate γόνιμον adepta ſuam ſpiritus plena ſit, quæcunque ipſum aut procreate, aut provocare apta ſunt, flatuoſa ſint, (intellige hoc ſenſu) neceſſe eſt, καὶ τῆς ὑγρότητος φυσώδους participia, qua deſtituuntur *ruta & vitex*, quæ hinc inter τὰ σβεστικὰ, ut moſchus in cenſu τῶν γεννητικῶν τοῦ σπέρματος reponuntur, ut ait *Sal. Albertus orat. de moſcho.* Seorſim item ſale volatili prædita, ut *eruca*, de qua Poëta.

Excitat in Venerem tardos eruca maritos.

Ut raphanus ruſtic. cochlearia, *naſturtium* & antiſcorbutica alia ſale volatili freta, de quibus *Bruyerini* & aliorum experientia certum eſt ab illorum uſu pollutiones nocturnas evenire ſubſequente nocte: Sic *& oleoſa* & *ſpirituoſa* omnia ſunt aphrodiſiaca, *ſpiritus vini ſ.* & inprimis *formicarum ſ. & compoſ. Lauremberg. El. vitæ matth. eſſent. Satyrion.* quam *ſanguineam* vocant ſ. &c. ab *Heer*, *Rolfinc.* & aliis deſcripta, *Aqua vitæ diuſatyr. A Sala* &c.

Sic cum *Sal* ſtimulet primario, omnia *ſalſa*, *acria volatilia*, vel quaſi talia, ſunt aphrodiſiaca, etiamſi illud in receſſu condant, ut *carnes ſcinci mar. ſal. comm. lac* vulgo dictum *kulecis*, *borax Veneta*, Per accidens etiam ipſa purgantia, & præ aliis omnibus potentiſſime *cantharides*, Præter *Satyrium* Dyoſcor. *Erythronium* dictum, alia quædam anonymos herba ex ejus teſtimonio celebris eſt, *9. h. pl. cap. 20.* *Ad rem*, ait, *Venerem mirum in modum pollebat quam Indus habuit; non e-nim tantum edentibus, ſed etiam tangentibus tantum, genitalibus vim dixere vehementem adeo inſpirare, ut quoties vellent coire poſſent; Et quidem qui uſi fuerunt, duodecies potuiſſe dixerunt; Indum autem ipſum, qui & magno atque robuſto corpore erat, ſeptuageſies aliquando coiviſſe ſe faſſum eſſe, verum ſeminis emiſſionem guttatim fuiſſe, demumque in ſanguinem deveniſſe.* Noſſe ſe hanc plantam videri vult *Langius lib. 2. Epiſt. 21.* ſed objicere, ne ſeneſcentium maritorum loculi omnino, corpora viribus exhauriantur.

Communiter *Bongue* Indorum cannabi ſimile eſſe eandem plantam volunt, de quo vide *Fragoſum tr. 3. de medic. Indic.* cap. 26. & *Septalium comm. in Theophr.* dictum locum, ubi experimentis rem confirmat; Alii prædicto Satyrio id tribuunt. Notabile ſaltem nobis eſt 1. *Theophraſtum* relata referre, unde addit hanc vim, ſi vere narretur, eſſe mirificam: 2. Innuere non tam herbam, quam indefinite ponere in fœminino genere, unde credibile eſt radicem eandem putare, 3. Quicquid vero horum ſit, non alia vis agendi quam dicta attribui poteſt & hæc Stimulari vegetum & ſanum, monaſticæ vitæ deditum & otioſum, ad Venerem etiam prætentiam ullam Satyrii notiſſimum eſt; Multi etiam fingi ab his heroïbus venereis non minus per experientiam conſtat, quandoquidem in eo gloriolam quærunt.

Sed *& opiata* huc faciunt, accuſata quidem vulgo quod enervent & obtundant potius venerem; Sed & ratio & experientia pro iis militat; hæc quidem quod ab uſu opiatorum, in diſpoſitis & calidioribus, doſi inprimis paulo majori datis, & ſomnia venerea & pollutiones excitentur; quæcunque vero has citant, illa ſine dubio ſunt aphrodiſiaca, Novimus magnum quendam virum ob hanc cauſam Opiata odiſſe, quod cum iis ad vigilias arcendas opus haberet, inde pollutiones experiretur, & ſtimulum venereum: Illa vero, ſeu *ratio*, quod in opio eſt ſulphur blandum reſolubile, & ſal volatile, unde & plus præſtat conjunctim quam reliqua alia: Probatiſſimum eſt tum ipſum ſolum, tum cum aliis, ut *moſcho & ambra*, in pilulas redactum.

Nec illa abnuunt quæ terrena quidem videntur, attamen in receſſu ſtimulum condunt, ut *Boletus cervinus*: Boleti omnes mucilagine pollent, qua facile ſerum in orgaſmum cient, firmantque in ſeminis γόνιμον, ut alimentoſa quoque alia.

Media Aphrodiſiaca ſunt, quæ 1. & alimentoſa & medicamentoſa ſunt, 2. tum ſeminis quantitatem, tum qualitatem & motum ad venerem aptant: Ex compoſitis *Electuar. diuſatyr.* compoſitio divina ad Venerem *Hollerio Obſervat. 22. conſ. alkermes roſ. ſtimulantes minſ. chocolata Inda &c.* Wedelius.

42. *De Cætero ſuccurrunt) Sed quo tempore exhibenda & adhibenda aphrodiſiaca?* Magis verno & veſpertino tempore conveniunt & *ſuccurrunt*; magis etiam interna otilia; Si quid præſtandum in corpore utriuſque ſexus, magis id proſuerit verno adulto tempore, ſeu menſes movendi, ſeu generandi actio, ſeu alia curanda, calore magis vegeto, & ſero tunc magis macrocoſmi ſtatui ὀργασμοῦ auſcultanti, licet humanum genus indefinite quocunque anni tempore, contra ac brutorum genus, nullo excepto, generationi litet; De Veſpertino tempore idem quoque valet, quod ipſa nox ſeri orgaſmo in corpore faveat magis, exemplo vel dolorum noctu exacerbari ſolitorum, vel pollutionis nocturnæ, quod recens alimenti ſpirituoſior pars parti-

partibus præſto ſit; quicquid alii contra veſpertinum tempus afferant matotinum eligentes potius: De Loco applicandi, interna præſtant ſane, quod faciliot ad ſpiritus & humores ſit via. *Idem.*

42. *Succurrunt impotentiæ*) N. Tridentinus Myropola nuper à quibuſdam obſervatom ait *vitis nigra radici* vini ineſſe præſtantiſſimam ad conciliandam Venerem, ſi ſub cineribus ferventibus decocta votetur, additque cætera auxilia quæ libidinis flammam accenduni hanc ſuperare: adde quod haud ingratum ſit edulium. *Matthiolus.*

43. *Eſſentia ambra*) Cujus continnus admirandæ efficaciæ eſt in curanda impotentia. Nihil enim efficacius ad ſpir. innatos inſtaurandos. *P. J. Faber un. Sap. p. m.*

44. *Mumia Satyrionis*) Quæ *ſpirituoſitate & acrimonia volatili fermentum teſtium* intendunt, ſunt radices ſatyrionis & bulbi: In ſatyriis hiſce unus bulbus turget, alter flaccidus eſt; *Radix Zinzib.* tam pulveriſata quam in India condita, *ſyrup. de Zinzib. ſem. eruca, ſinapi, fraxini. aniſi. fænic. naſturtii, urtica,* aromata, in ſpecie *cubeba, caryoph. galanga, cinnam. cardamom. caſtor. borax venet. bucca ſabina pulv.* item *bacca ari* conveniunt. Ex his fiunt variæ ſpecies officinar. *dagalanga &c. Etmuller.*

45. *Illitus ex ovis &c.*) Nihil efficacius reperitur quam lotus regionis uteri (*perinæi*) ex *oleo* de formicis volantibus, quod ſic fit.

℞. *Formic. volant.* ℥ij. infunde diebus canicul. in *oleo* ad ſolem fervidum per 40. dies. *Riverius obſ. comm. 19.*

45. *Illitus*) Admoventur *extrinſecus* Illinitiones, quibus penis non ſolum prominens pars, ſed & ea quæ ſubtus in *perinæi regione* latet inungitur, ut eo calefacto, ſanguinis ad erectionem libentius affluat; Et ut ad ſeminis quoque generationem ſanguis in vaſa ſeminaria feratur, *teſtes lumborum & pubis regionem* & *plantas* interdum *pedum* inungimus; Ea uſitatis oleis.

℞. *Ol. de piper. de euph. de caſtoreo ãã. p. aq.* Inung Vel ℞. *Succor. eruca, naſturt. aqua vita ãã* ℥j *rad. pyreth.* ʒij. *ſem. ſinapi* ʒj. *euphorb.* ʒß. *olei lini* ℥ß. *coqu. colentur ad uſum.* Vel

℞. *Ol. nuc. moſch. expr.* ʒj. *ol. ſpica gr.* vj. *ol. caryoph.* ℈ß. *miſce.*

Sine Oleis ſic paratur.

℞ *Fellis apri vel verris* ʒj. *civeta* ℈ß. *mellis parum: Si addas canthar.* iij. vel iv. erit efficaciſſimum.

Valet *pinguedo erucii.* Et hoc Vngu.

℞. *Rad. pyreth. piper. Zinzib. ſem. ſinapi ãã.* ʒj. *euphorb.* ʒß. *caſtor.* ℈j. *formicar. ſiccat.* ʒß. *tere, adde ol. laur. q. ſ.* & *parum ol. ſpica & cera f Vngu.*

Thermarum calidarum uſus calorem fovendo & revocando in *Refrigeratis* dictis & imbecillioribus, veluti poſtremum adhibetur remedium; Quod & *Balnea, Inſeſſiones, Fotus, Pedum* lotiones ex calidis actu potentiaque poſſunt efficere; Qualia ea Decocto rad. *Ireos*, herba *nepeta Calamentha, urtica, Majerana, eruca, eryſimi, flor. lavendula, chamomilla* ſimiliumque parari poſſunt, *Pellibus* quoque diligenter munire has partes, ut calor conſervetur, & *pedes* à frigore præcavere, cum frigus valde noceat, calor juvet, admodum proderit. *Platerus.*

Internis ſocientur Externa, ſpeciatim *Balſamus apoplect.* aut *Venereus Minſichti*, Scroto illitus: Loco horum *oleum deſtill. macis* perinæo, regioni pubis & ſcroto blande illitum eſt egregium poſſunt addi aliquot guttæ *olei caryoph. & ſpica*, Vel *dicta olea* excipiuntur *axungia caſtores*, dictis locis illinendo.

℞. *Ol. caryophyll. deſtill. adde grana aliquot zibetti moſchi ãã. q. ſ. Fiat Balſamus*, qui ſcroto, teſtibus & regioni pubis illini poteſt.

Spiritus formicarum externe illitus intendit venerem. *Etmuller.*

Stercus Pord. cum ejuſdem felle diſſolutum glandi illitum mire Venerem auger. *Ph. Grulingius Floril. pag. 28.* Efficaciſſimum eſt hoc Vngu.

℞. *Ol ſambuc.* ℥j. *pyreth. euph.* ãã. ʒj. *moſchi gr.* v. *m. inungantur* Volæ manuum & plantæ pedum & genitale. *Mercur. Pr. l. 3. c. 39.*

℞. *Fell. apri vel verris* ʒj. *zz.* ℈ß. *mellis parum* ms. inungatur *penis & perinæi regio.* Si addantur *canthar.* iij. vel iv. erit efficaciſſimum. *Nic. Piſo Prax. l. 3. c. 47.*

45. *Illitus*) Arcanum Aphrodiſium hoc magnarum eſt virium.

℞. *Zibetti gr.* ij. illinc glandem penis, mirum quanto valore haſtam virilem titillet, erigat quantaque cum fœminarum voluptate odor ille ſentiatur; adeo ut à nonnullis habeatur pro arcano. *Rolfincius conſ. t. lib. 10.*

Unguentum ad coitum mirabile.

℞ *Ol. ranar. ol. ex capit caninidi, olei in quo formica alata necata fuerint, olei ſeſam. ãã.* ℥j. *pyreth. ſemin. ſtaphiſ. ſem urtic. ãã* ʒiß. *pulveriſentur, & in prædictis oleis coquantur, adde cera q. ſ. f. Ungu.* quo ungantur teſticuli renes, perinæum expecten. *Arn. Villanovanus Brev. l. 2. c. 39.*

Si vis reddere mulierem valde delectabilem in coïtu.

℞. *Euphorb. pyreth. cubebar. piper.* ãã. tere & incorpora; cum vis coire inunge virgam. *Idem ibid.*

45. *Illitus*) Externa ſola ſtimulantia ſunt, *zibeth. ol. formicar. aromata, Canth.* refracte ipſa; *ſel hircinum*, quæ partim membro, partim perineo & lumbis, partim plantis pedum eorumque digitu majori illinuntur. *Wedelius.*

46. *Cantharides*) Adeo ut earum abuſu, ſeu minus cauta adhibitione, ſummus ſæpe ardor vaſorum genitalium obortus, lacte fuerit curandus. *Wedelius.*

47. *Fides penes experientiam*) Quod ob eximiam Cantharidum vim qua extrinſecus applicatas cruentam mictionem promoviſſe vidimus experientia hac perſuaſi, fieri poſſe non negamus. *Platerus.*

48. *Commendatur denique*)

℞. *Ol. vel eſſentiam croci. gr. 8. vel 10. cum auro fulminante probe edulcorato detur cum vino malvat. hora decubitus* cum admiratione venerem roborat. *Conr. Kunrath. Med. deſt. p. 339.*

Eſſentia, ſeu Tinct. ſalis, cum ſole impregnata egregium eſt confortans. *Idem p. 73.*

Caro fructus cardui, ſeu *Cinara* in cibo mire prodeſt. *Zacutus Pr. adm. l. 2. obſ. 14.*

Semen urtica ſylv. cum butyro coctum. & per triduum datum, potenter juvat. *P. Marquardus Pr. l 4. c. 16.*

Avellana diu in melle maceratæ plurimum juvant Penis diſtenſionem, Item, *lingua anſeris* tota ſubſtantia venerem ſtimulat. *Randeletius.*

Allium hortenſe frequenter ſumptum membrum virile valde erigit. *Arn Weickardus Theſ. p. 302.*

48. *Commendatur denique & Electuarium*) Eſt ſua laus *Electuariis*, ſed pigriora paolo obſervantur, non minus ac *Eſſentia*, ſi eſſentiam cantharidum exceperis, ex *conf. alkermes* ℥j. *chocolada Inda* ℥iij. *& canthar.* ℈j. *cum ſpir. magnanimit.* factam, quam aliquandiu adhibuimus; Provida tamen cura opus eſt, ne quid nimis; Officium faciunt *Pulveres*, qualis eſt à *Platero* deſcriptus calidiores ſunt, facile intemperiem corpori fœnerantes. Tacemus *carnem gallinarum carne viperina* paſtarum, quod novimus ab Illuſtr. quodam fruſtra adhibitum licet ad generandum & roborandum magis ſemen: Habent & locum *Opiata*, ſed ſanus, in ſanioribus magis & conſortandi magis voluptuoſo fine adhibenda, Non potuimus meliorem effectum perſpicere quam à compleris aphrodiſiacis, quæ & quantitatem & qualitatem ſeminis ſuggerunt. Cavendum enim ne dum augendum potius eſt ſemen, exſtimulemus, ſed

ita ſtimulemus ut ſimul reficiamus, ita reficiemus, ut ſimul ſtimulemus. *Wedelius.*

Timens ſequentem mixturam haber.

℞. *Aquæ magnani.* ℥iij. *cinnam. eſſent. ſatyrion.* ãã. ʒiij. *tinct. corall.* ʒij. *eſſent. ambr.* ʒj. *m.*

In legitimo autem eorum uſu obſervandum, ut ſemper hæc invicem permixta propinentur, non *ſtimulantia* ſolum, quia imbecilles reddunt; non *lactea* ſolum, quia vim genitalem ſpirituoſam minus ſuggerunt; ambo ergo combinanda. Hinc optimum eſt ad imitationem *Solenandri,* ut *lac* recipiatur v. g. ad ℥ij. & addatur *ſacch. & piper* ãã ʒß. quod in ſpecie tempore æſtivo optimum judicat. Vel

℞. *Vinum generoſ. malvat.* vel *dulce,* & adde *vitell. ovi recens,* acuantur granis aliquot *ambr.* vel *ſpec. aromat.* & bibant.

Faciunt huc *Mixtura, Eſſent. &* ſim. in ejuſmodi caſibus uſita. v. g.

℞. *Spec. diaſar.* ℥ij. *diagalang.* ʒij. *diambr. diamoſch. d.* ãã. ℈ij. *rament. pudendi cervi,* dum erat in venere, ʒiß. *nuc. pinear. piſtac. amygd. d.* ãã. ℥ß. *ſemin. erucæ, naſturt.* ãã. ℈j *tere, & fiat cum melle Conditum.*

Conveniens eſt ſi tale Conditum ſæpius irroretur cum *aqua magnanimitatis,* vel *ſpir. ſang. galli. Etmuller.*

Electuarium contra *defectum ſeminis* ſit ſequens.

℞. *Conſerv. rad. Eryngii, ſatyr.* ãã. ℥iij. *Zinziber. vir. cond. cort. citr. cond.* ãã. ℥ß. *amygd. d. nucl. pin. piſtac. dactyl. pulpæ nuc. myriſt.* ãã ℥j. *priapi tauri* ʒij. *ſemin. paſtin. erucæ, ſinapi* ãã. ʒij. *piper. albi, galangæ,* ãã. ℥ß. *m. F. Elect.*

Quidam addunt *cantharides,* ſed non conveniūt, conveniunt ſaltem *canth.* ubi deficit erectio penis. *Etmuller*

℞. *Mellis anacard. butyr. rec.* ãã. ℥ß. coque ſimul, ut inſpiſſentur. *optime miſcendo,* Doſis in introitu lecti ad quantitatem ciceris, Excitat venerem mirabiliter. *Joh. Bauerius conſ. 61.*

48. *Commendatur denique*) Ex medicamentoſis, *Pulveres* varii ſunt, qui cum *vino, lacte,* aliiſve exhibentur, aut per ſe, ſaccharo addito pulveriſata, aut tabulata dantur. E. g.

℞. *Piper. grana x.* confracta ſaltem ne fauces urant, *bibat in vino generoſo cubitum iturus,* vel *lacte tepido.*

Vel ℞. *Piper.* ʒß. *croci* ʒß. *f. Pulvis, ſumatur ex hordeo.*

Vel ℞. *Piper.* ℥j. *nuc. moſch.* ʒß. *ſalis* ℥j. (ſi ſumatur quod ſtinci ſalii fuerint, erit utilius) *ſumat ex ovo ſorbili.*

Vel ℞. *Pip.* ʒj. *Zinzib. ſem. eruc. porri* ãã. ʒß. *ſacch.* ʒij. *detur* ʒj.

Alius efficax admodum.

℞. *Sem. erucæ* ℥ß. *ſem. paſtinac. rapæ, porri* ãã. ʒj. *ſemin. naſturtii. rad. pyreth.* ãã. ʒß. *piper.* ʒj. *Zinzib. cinnam.* ãã. ʒß. *croci* ℈j. *canthar. ablatis alis n. ix. boracis* ʒj. *moſchi, gr. aliquot ſacch.* ℥j. *f. Pulvis ſubtiliſſimus, capiat cochl. j. ab initio, augendo dozin, ſi non ſuccedat, Bibat cum lacte tepido.*

Alius omnium validiſſimus.

℞. *Canthar. abruptis alis n. ij. cinnam.* ℈j. *ſacch. c.* ʒj. *bibat in lacte, ſi non juverit, capiat ſecunda vice canthar. tres.*

Pilulæ ex ingratis ſic fiunt.

℞. *Stercor. muris* ʒß. *ſem. erucæ* ʒj. *piper.* ʒß. *canthar. alis abruptis n. v. excipiantur, terebinth. capiat* ʒj.

Cathartica exhibita, ſi calidis & aromatibus correcta, & leniora ſint quam ut alvum vehementer moveant; Vel ſi movent, quoque venerem vehementer ſtimulare obſervavimus, ita ut illis antequam purgare incipiant, virga admodum erigatur, ſicuti mihi aliquando faſſi ſunt, in pharmaco errorem commiſſum fuiſſe exiſtimantes. *Odores ſuaves* non tam recreando quam vi calefaciendi & penetrandi, ad Venerem aptiores reddunt, & ex iis vehementes præcipue, ut *moſchus & ambra Civeta.* Platerus.

Hiſce adde quæ κατ' ἐξοχὴν Venerem armare dicuntur, ut *ambram. moſch. Zibeti.* cum *ol. deſtill. aromat.* ſubacta & impregnata. *Comes a Pappenheim* habuit in uſu *ſanguinem & cerebellum paſſeris* in actu veneno tranſfoſſi vel interfecti; Pertinet huc *ſpiritus galli* ex ſanguine galli aliquantum putrefacto. *Alii*

℞. *Vitell. ovor. n. ij. ambro cuſpid. cult. n. j. ſacchar. cuſpid. cultelli n. iij.* mixta probe cineribus, & c. l. de blande coire permittantur, quod una vice hauſtum, Venerem ſtimulat. *Etmuller.*

℞. *Rad. morſus diab. pæon. torment. cichor.* ãã. ℥ß. *h. antirrh. hyper. erigani,* ãã. *m. iij. ſucciſ. rutæ, artemiſ.* ãã. ℔ij. *affunde ſpir. vini & deſtilla cohobando aliquoties cum novis herbis.*

Hinc ℞. bonam quantitatem *criſtarum gallorum gallinaceorum,* hæc ſtatim antequam refrixerint, *una cum ſanguine & teſticulis exemptis conjice in prædictum ſpiritum, fiat Eſſentia,* quæ in ſummo pretio habenda. *Mich. Crugner Oper. p. 411.*

Egregiam Veneri præſtat operam hoc remedium.

℞. *Eſſent. Satyr. Croll.* ℥j *eſſent. ambr.* ʒii. *auri potab. Angl. m. doſis a* ℈ß. *ad* ℈j. *Oſv. Grembs Oper. pagin. 327. Grulingius Pr. l. 4. p. 3. c. 5.*

49. *Electuarium*) Inter Electuaria *Diaſatyrion N.* ʒi. quantitate exhibitum, hujus rei gratia excogitata eſt compoſitio, *Anacardina* quoque compoſitio, quia vehementer accendit, juvat. Vel

℞. *Rad. ſatyrion. & eryng. condit.* ãã. ℥i. *Zinzib. cond. conſerv. acori vero* ãã. ℥ß. *pinear. fiſticor. mundat.* ãã. ʒiii. *medullæ nuc. Indic.* ʒii. *ſem. lini, fraxini* ãã. ʒii. *ſemin. erucæ* ʒiß. *ſpec. diatriompip.* ℥j *ſpec. diambr. diamoſchi* ãã. ʒß. *cinnam.* ʒi. *priapi cervo vel tauri, vel ericii, ſtincor. carn. ſicca* ãã. ʒß. In mulieribus *matrix leporis* ſicca quoque additur, *ſacch.* ℥i. *adde mellis q. ſ. f. Elect. do* ʒij. *vel plus.* Platerus.

Vtatur hoc medicamine divinitus revelato,

℞. *Vitell. over. butyr. rec. veretri tauri, citer galanga. teſt. ſatyr. Zedoar. Zinzib. cond. menthæ, teſtium gall.* ãã. ʒi. *cerebr. columbar. & paſſer.* ãã. ℔ß. *medull. nuc. Indic. nucl. pini, piſtac. ziziph. amygd. d. avellan. mundat. dactyl. ſem. malvæ, mercurial. erucæ, ſem. bulbi, cinnam. linguæ avis, nuc. moſch.* ãã. ʒß. *coque omnia in lacte ovino,* hinc omnia contundantur, & addita ℥ß. *ſcincor. cum melle* & ſacch. ad tgoem f. Electuar. *Dom. Leo Art. m. p. 641.*

Penis retractio.

Auriga ſenex tantam Penis in imum ventrem retractionem paſſus eſt, ut nec hilum quod ullo ſenſu percipi poſſet, extaret, Inter pubem & ſcrotum rimula viſendam ſe præbebat vulvulæ labiis deſtitutæ, aut rictui piſcium quorundam ſimillima, minimum meum digitum alio quouſque nullo negotio admittebat; Rogavi quid à me vellet? Si nihil aliud, inquit, fac ne urinam emittendo, quod ſine moleſtia ſolitis horis facio, induſium caligaſque ita madefaciam, & urinam aliquo ſaltem uſque ejaculer, ut inviſo hoc madore, & omnis meæ ſuppellectilis putrefactione liberer.

Facillimum factu, inquam, Itaque tubum ligneum in principio ovalem, ſeſquipedem longum, quem ex Italia attuleram, ipſi dono, quo rimulæ applicito in diſtantem matulam nullo negotio urinam fundebat; Itali cum citatis equis feruntur, quia latera equorum veredariorum crebris calcarium ictibus calluм obduxerunt, ſcuticis ferè utuntur, quibus manubrium, quale meum erat, admovent; ſicque in medio curſu nec braccos, nec

equos

equos madefacientes mejunt.

Cæterum, cum ulterius quid tentandum dicerem, qui credebam ſicut alias uretos prolapſos in ſinum pudoris capacibus cucurbitis umbilico applicitis cum luculenta flamma revocaveram, ita iiſdem retrahi in locum penem poſſe, proclivius enim gravia deſcendere: quam aſcendere omnino bis Cucurbitularum admotionem admiſit, & jam balani reditum apex ad magnitudinem avellanæ ſe oſtendebat, cum ille ſuo tubulo contentum diceret, nec ulterius operam meam, quamvis gratuitam, admittere voluit: dolui ſane ſenilem pervicaciam, tam raram curationem, quam certiſſimam augurabar, mihi invidiſſe. *Henr. ab Heers obſerv. Med. cap. 7.*

Novi ſenem prope ſeptuagenarium, ſtrigoſum, præcipue ſanum, niſi cum pituita moleſta eſt, & hyemis ſtrictum frigus illum premit, quod nec multiplicibus veſtibus, nec hypocauſto, vix ignis præſentia ſuperare valet; Balanus illi ſemper nuda, tanquam in recutitis fuit, jam præputium exilem & contractam glandem obregit, adeo ut lotium redditurus, præputium adducere teneatur, ut via fiat exituricuri urinæ.

Sterilitas virilis.

In Viris ſunt læſa Seminis generatio, læſa Penis erectio) Ad generationem tam in maribus quam fœminis, requiritur partium genitalium proba temperies, conſtitutio, & incolumitas, ſeminis fœcundi ubertas, Ejuſdem attractio, retentio, ſanguinis materni moderata affuſio.

In *maribus* igitur, in *genitalibus* vitium eſt, ſi *Penis* ſit longior, ex *Ariſtotele 5.* de g. an. cap. 6. quem ſequitur *Avicenna*, quia ſcilicet ſemen in via refrigeratur, quaſi poſſit Penis in coitu refrigerari, cujus calor undique uteri & partium vicinarum calore ſovetur, ipſiuſque penis glans ad partes internas, quæ calidiores ſunt, pertingit; Et male cum aſino, equo, aliiſque animalibus ageretur, quibus Natura longiora fecit hæc membra: (*Si forte ſterilitas ea de cauſa contingit, ideo fit, quia non ſemper rigide arriguntur, quibus prolixum & craſſius id membrum natura conceſſit, quod non ſufficiens ſpirituum copia influat ad id animandum*) Probabilius alii idem de breviore affirmant, quia non tam facile ſemen in uterum injicitur: Certum tamen eſt utroſque poſſe procreare, nam uterus vi inſita ſemen attrahit ad ſeſe, quamvis in ipſius ſinum non effundatur; Potius ſterilitas fit vitio Penis, ſi perpetuo gracilis ſit & flaccidus, ut erigi non poſſit ad ſeminis excretionem: Si ſit obliquus, diſtortus, viæ ſeminis ſint anguſtiores, idque vel à natura, aut ob morbum aliquem poſt ortum contractum.

Vitio *Teſtium* fiunt ſteriles mares, ſi intemperie laborent, paralyſi, imbecillitate & atonia, ut in gonorrhœa, & in iis qui citius quam par fuit, aut nimium Veneri ſeſe addixerunt, tum quoque ſi adſit inflammatio aut alius tumor p. n. vulnus, ulcus, aut ſolutio continui, ut ab extractione lapidis, ſi aliquod ex vaſis ſeminalibus excindatur.

Ex *Semine* autem, ſi *paucum* ſit, aut vitioſum, Paucum eſt, quia deficit materia, idque vel quoniam abſumitur in corporis nutritionem, ut in nimium pinguibus, vel quia ob inediam, tabem, atrophiam, morbum quempiam diuturnum, aliaſve ob cauſas abſumitur, vel quia ob Teſtium refrigerationem ex cauſis internis vel externis non generatur: *Vitioſum* autem redditur, cum eſt intemperatum, liquidum, tenue, aquoſum ac frigidius minimeque ſpirituoſum, ob totius corporis vel partium principum vitium aliquod tam nativum quam adſcititium, aut ob cauſas quaſdam externas, cibos potuſque nimium refrigerantes: Imo antipathia virilis ſeminis cum muliebri generationem prohibet, Et hæc cauſa ad vitium ſeminis referri debet, Vel ex cauſis externis vitiatur ſemen, ut immodica Venere, ob quam effœta & languida redduntur genitalia, tam quæ ſemen conficiunt quam quæ retinent, ſpiritus calorque innatus diſſipatur, & reſolvuntur parteſque principes imbecillitatem contrahunt, unde Mulus longioris vitæ eſſe creditur, contra animalia ſalacia, ut paſſeres, citius ſeneſcunt, Si cebrioſis ſemen utplurimum ſolet eſſe infœcundum, quia aquoſum eſt & male concoctum, & hæc ſunt magna ex parte ſterilitatis cauſæ.

Sed *Hippocrat* l. a. a. & l. tertiam addit, ſcilicet importunas equitationes, qua ratione ſcribit Scythas eſſe ſteriles, quod aſſidue equitarent & ſine ſtapedibus, onde pendentibus ſemper cruribus dolore corripiebantur, & venas poſt aures abſcindebant, quibus abſciſſis evadebant ſteriles, quia ſemen à cerebro poſt aures in ſpinalem medullam delabitur ſecundum *Hippocr.*

Verum cauſam iſtam non probat *Laurentius*, quia vaſa adſunt interna, per quæ poſſet ſemen in teſtes derivari, nec poteſt cicatrix aditum præpedire eum ſanguis per hæc vaſa fluat & refluat, cauſam ille reddit triplicem, equitationem frequentem, dolorem iſchiadicum & nimiam ſanguinis profuſionem: Equitatio frequens & ſine ſtapedibus, renum & lumborum vim exolvit: Ex frequenti equitatione dolore iſchiadico corripiebantur, quæ altera eſt cauſa ſterilitatis, quia dolor reddit corpus infirmum; ut autem dolori huic mederentur, venas pone aures incidebant, & copioſo ſanguine detracto, ſpiritibuſque vacuatis ſemen reddebatur effœtum & infœcundum; Verum *Riolanus in Anthrop.* cauſam refert ad attritum glandularum proſtatarum, quæ ſemen propterea non poterant continere *Primiroſius l 4. de m. m c. 1.*

Diligenter inquirendum, num *viri* culpa aut defectu generatio impediatur, fruſtra enim mulier multorum remediorum uſu torqueretur: Sterilitas à viro procedens dignoſcitur ex morbis partes genitales illius obſidentibus, ut erectione læſa, ſeminis defectu, teſticulorum tumoribus, gonorrhœa, aliiſque: Hujus etiam rei conjecturam faciet, ſi vir timidus extiterit & effœminatus, frigidus natura ſit, barba careat, ac tarde ſemen excernat, idque frigidum habeat, quod tale ab uxore excretionis tempore in utero ſentiatur, nullam aut exiguam habeat coitus appetentiam, & quam minimam in eo percipiat voluptatem, ac denique ſi cauſæ præceſſerint, quæ ſemen infœcundum reddere valeant. *Riverius.*

Cap. LXXV.

1. *De Salacitate, Priapiſmo & Satyriaſi.*

2. S*Alacitas eſt nimia in venerem vitio ſeminis propenſio,* 3. *interdum etiam tanta; ut in furorem vertatur.*

[4] Vitium ſeminis conſiſtit.

I. In [5] *ejuſdem copia*, *ſeu* ex ſanguinis abundantia, *ſeu* vaſorum ſemini generando dicatorum calore, cujus medio plus attrahitur.

[6] In *Curatione* ſemen abſumentibus eſt agendum; [7] in quibus *mentha*, & [8] *ſaccharum ſaturni* excellunt, ſed & [9] vena ſecanda eſt, & [10] æger purgandus.

II. [11] In *acrimonia* à cibis calidis, medicamentis & rebus acribus contracta, quibus occurrendum.

[1] *De Salacitate, Priapiſmo, Satyriaſi)* Salacitas hæc (vide infra §. *Erectio pudendi*) ſi ulterius procedat, ut coitu vix ſatiari queat, vocari ſolet *Satyriaſis*, qui eſt *ſummus ſalacitatis gradus*. Hic eſt *primus gradus* nimiæ membri erectionis: *Secundus gradus* eſt dum penis ita rigidus eſt in omnem dimenſionem, ut exinde *graviter doleat*, & dolorem tenſivum ſentiat, oode in talibus cum doloribus tenſivis membri, nullum eſt io veoerem deſideriom, unde in coito oullum ſpermaemittunt, Coitu oon juvantur, ſed potius malum augetur: Morbus *Priapiſmus* vocatur. *Etmuller*.

[2] *Salacitas eſt nimia)* Immoderatam ad venerem propenſionem Salacitatis nomioe comprehendimus, quæ variat primum in eo quod eſt *continuus* vel *frequenter incitans pruritus* & vehemena admodum Veneris deſiderium, qood quaodo expleri nequit, admodum inquietos reddit, & niſi ſibi temperare queant ut turpia facinora committant adigit: Maſculis, & fœminis nonnunquam accidens, diverſimode tamen io eo quod mares citius incaleſcant, fœminæ difficilius ſatientur: Altera ſpecies longe gravior & præternaturalis magis eſt, *inſatiabilis venereus furor*, cum etſi eam exerceant, ab ea minime levaotur, ſed potius amplius accenduntur, vel non niſi diutius durante ſæpeq; repetita Venere ſatiantur: *Fœminis* autem hæc Veneris nimia potentia citius cootingere poteſt quam viris: Sicuti impotentiam ad venerem frequentius viris, quam fœminis accidere diximus: Viris autem rarius hic *Furor Venereus* evenit: etſi eoim aliqui admodum luxurioſi Venerem una nocte ſæpius exercere poſſint, hoc tamen non oaturæ ſtimulo quodam coacti, ſed ut robuſtiores eſſe videantur, *irritamentis* ad illud præſtandum ſe ipſos pellicientes peragunt: Inventi tameo etiam ſunt hac prurigine laborantes, cui plerumque *viroſa gonorrhœa* conjuncta eſt: Hunc autem affectum, quia membrum, quamdiu ille perſeverat, illis extenſum & rigidum eſt, *Priapiſmum, Tentiginem, & à Satyris* qui laſcivi erecta Virga pinguntur, *Satyriaſin* vocant. Licet & alium affectum, in quo penis continuo riget, & ſupra modum intumeſcit, ſed ſine deſiderio coeundi, Priapiſmum, & ſi cum palpitatiooe fiat *Satyriaſin*, appellant. *Platerus*.

Vide inferius de Priapiſmo §. *Erectio Pudendi*.

[3] *Salacitas)* Laſcivia, libidinoſitas, Græce ἀφροδισιασμόν, λαγνεία καὶ λάγνευμα, eſt oimia Veneris appetentia, eaque aut cootinua, aut ſaltem valde frequens, qua qoi ardent expleri nequeunt, ſuntqoe hanc ob cauſam valde inquieti, inſtar equorum admiſſariorum, cum libidinis oeſtro ſunt perciti: Vocatur à nonnullis. *Furor Venereus. Sebiſius Man. p. 1458.*

[3] *Interdum etiam tanta)* Fruſtranea hinc & abſurda ſunt conſilia eorum qui contra naturam agunt, & contra aculeum calcitrant, qui extraordinario dono caſtitatis non gaudentes, volentes ſcientes repognant, & ceteroquin tamen corpori nihil derogant: Tu oihil invita dicas faciaſve minerva, etiam hic valet. Hinc cavendum ne totum lædatur, quod fieri poteſt ſi illod Horatianum illabamur. *Stulti dum vitant vitia in contraria currunt*, quatenus dum moderanda Venus, per ætaté, per naturā tamen urgens, extinguitur; Veriſſimum hinc eſt illud *Apoſtoli*, ſenſu etiam P... *Melius eſt nubere*, ſeu remedio uti per naturam, & à ſummo numine conceſſo, *quam uri*, ſeu lædi corpus, tum igneis morbis, *mania*, febribus ardentibus; tum altero extremo evitari id ipſum qood conſcientiæ ſtigma inurit: Immunis ſemen nuoquam debet ultra ſphæram naturæ vel humanitatis: Io uſu etiam antiphrodiſiacorum cavendum i. e. *Ventriculus* lædatur. Nullibi facilius hic lædi poteſt, quam ubi ipſe alius ſanus ſufferre tamen cogitur medicamenta ſibi adverſa; Singula vero quaſi, ſi *acida* excipias, antivenerea facile lædunt eundem, *nitroſa, alkalina, Saturnina*; unde niſi in his caveamus ægri gravitatem ventriculi, inappetentiam, laſſitudinem, aliaque mala reportant. *Wedelius*.

[4] *Vitium ſeminis)* Omnis ſalacitatis immoderatæ cauſa, vel à *ſeminis copia*, vel *acrimonia*, vel *commotione*, quæ ſtimulum Venereum commovent. Vel à *ſanguine*, cujus affluxu in *viris* membrum extendi in *actus veneres* defectu oſtendimus proficiſcitur. *Platerus*.

Cauſa nimiæ ſalacitatis eſt *ſeminis* naturaliter conſtituti, aut nõnihil acriuſculi, *nimius fervor & turgeſcentia*, & inde natus *ſtimulus ad venerem*, quem ſequitur determinatus ſpirituum animalium motus & penis erectio. Cauſæ *remotæ* ſuot variæ, omnia nempe quæ genituram augent, ſpirituom animalium impetum excitant, aut acrimonia loca genitalia ſtimulant, Hinc vita ſedentaria, diæta lauta, cum ſtomatibus condita, ad hoc malum diſpoount. *Etmuller Pr. p. 2 pagina 432.*

In cauſa ſemen eſt, idque admodum copioſum vel præcalidum, ſpirituoſum & acre. Vel & abundans & acre ſimul: *Copioſum* fit à ſanguinis ubertate, quæ à complexione ſanguinea, & à victu πολυτρόφῳ καὶ εὐχύμῳ otio item & ignavia, vitaque hilaritatis & lætitiæ plena proficiſcitur; *Acre* autem *fervidumque* redditur ab humoribus ſalſis & mordacibus, quales ſunt bilioſi & ſeroſi ſalſi; Cibis item ſalſis acribuſque valdeque aromaticis, necnon & illis qui ſunt flatuoſi: Ex illorum albo ſunt *allium, porrum, cepa, eruca, naſturtium raphanus* eſculentus & marinus: Ex horum claſſe ſunt, *Paſtinaca, napus, rapa, faba, phaſeolus, ſiſarum, avellanæ & nuces juglandes virides*. Huc pertinent & medicamenta ſimili qualitate prædita; Præterea quæ vim ſtimulandi Veoerem in ſe habent; *Fervor vaſorum ſeminalium*, quæ multum ſanguinis alliciunt, illumque in ſe convertunt; Denique *ardor lumborum* ſicut & partium vicinarum, *renum* maxime, cui occaſionem præbuerunt regumenta ex pellibus animalium confecta, vel decubitus ſupinus, præſertim in culcitris anſerum plumis refertis, vel frequens equitatio. *Sebiſius*.

[5] *Ejuſdem copia* Semen ſi copioſum generetur, vel ſi ob plethoram, vel calorem vaſorum ſeminalium, ſanguinem continuo allicientium, quia tunc redundans turgenſque, ut vocant, ad ſui excretionem naturam ſollicitat, ut ad Venerem ſanguinei magis feruntur hoc. *Platerus*.

[6] *In Curatione)* Antivenerea ſunt quæ partim liqoant & fundunt, adeoqoe γλισχρότητα ac conſiſtentiam debitam deſtruunt; partim acrimoniam & ſtimulum tollunt ac diſſipant, ſpirituique ligant & figunt quaſi diluuntque; partim vias, poros & vaſcula quaſi corrugant. Proſunt vero hæc in vitiis ſeminis, & qua-

ſi talibus variis libidine effreni & immodica, ejuſque ſpeciebus, Satyriaſi & priapiſmo, pollutionibus nocturnis, gonorrhœa ſimplici & virulenta, ardore urinæ venereo, fluore albo mulierum, prutitu genitalium &c. *Wedelius, A.m.m.p 493.*

⁴· *In curatione*) Pro cura in *ſalacitate & ſatyriaſi ſemen genitale imminuendum*, ſpirituum animalium *fervor ac impetus ſiſtendus*, & ſi aliqualis adſit *genitura acrimonia*, appropriatis temperanda. Hinc præter *Diætam* parcam, jejunium; vigiliæ, & vitæ genus exercitiis occupatum conducit, motus corporis validus, ut & ſortis ſudor inde erumpat, conveniunt, & omnia quæ ad gonorrhœam & nimiam copiam genituræ faciunt, laudantur. Speciatim conveniunt *acida*, *vitriolata*, *nitrata*, huc *opium*, *camphora*, matetiam & tentiginem genitalem nonnihil teſtænant.

De *Opio* dubium videri poteſt, cum in regionibus Orientalibus tanquam ſummum Venereum uſurpetur; Adhæc habet ſummam acrimoniam, quæ etiam in quibuſdam ſudorem pruriginoſum infert, Nil tamen impedit quominus & ſpirituum impetum impediat, cum maxime figat ſpiritus animales. Par ratio eſt de *Camphora*.

De *Vitriolo*, & ejuſdem *ſpiritu*, res nota eſt, quod erebrior ejus uſus imminuere ſoleat vim Teſtium genitalem, ut etiam hujus abuſu ſtructura teſtium penitus fuerit immutata.

Timæus p.173. habet obſervationem de *Nitro*, ubi ſalaciſſimus homo erebriori *nitri* uſu in *aqua nymphaa* fuit ſanatus.

Horum loco *ſuccus mali citri*, *melonum* (limonum) item *acetum rutac.* ſæpius uſurpatum ſalacitati frænum injicit, cum quibus *opium* & camphora maritanda ſunt, De *ſalice* res nota eſt, nempe ſuni *ramuli tenelli ſalicis*, ex quibus inciſis *liquor albus* emanat, qui impetum Veneris ſolet extinguere.

Vt Formulas aliquas adnectamus, egregia hic eſt Emulſio *Minſichti.*

℞. *Semin. cannab.* ℥ ß. *4. frig maj.* āā. ʒi. *cum ſ.q. aq. flor. nymph. & roſar. f. Emulſ. ad* ℥xiv. *adde ſyr. è ſucco violar.* unc.ii.

Hæc in Pollutione nocturna; ſatyriaſi priapiſmo, & omnibus aliis à nimia ſeminis copia vel acrimonia provenientibus affectibus eſt nobiliſſima.

Vel ℞. *Semin. cannab. melon.* āā. ʒii. *4°· ſemin. frigid. maj.* āā ʒi. *aqu. lactuc. acetoſ. flor. nymph.* āā. ℥iij. *f. Emulſio dulcoranda cum ſyr. papav. albi.*

In forma Pulveris.

℞. *Pulv. agni caſti*, *nitri depur.* āā. ʒii. *camph.* ℈ß, *laud Op. gr.* vi. *m.*

Cum his *Externe* in uſu ſunt *fomenta genitalium*, *Scroti & pectoris* cum *aqua nymph.* in qua ſit ſubactum *Opium*, cum epithem. ex *ſucco ſemperv. & lactuc.* quibus *nitrum* ſit additum. Vel fiant *Epithemata ex aceto deſtill.* cum *ſucco plantag. ſolani*, *ſemperv. & hyoſcy.* qui ſucci cum aceti modico ſubacti in forma Epithematis applicandi ſunt. *Etmuller.*

Abſtinendum à *vino*, cujus loco hibenda *aqua* aut *decoctum ex hordeo, rad. cichor. paſſul is. viola & liquirit.* uſurpandæ *Acidulæ*, ſi earum ſit copia; Aſſumenda ſæpius *acetaria cum aceto & oleo*, *ex lactuca*, *portul. endivia. acetoſa* parata. *Pedum lotio in aqua frigida* valet, plurimumque corpus reſtigerat; hoc præſtabit efficacius natatio in aqua frigida; Immerſio membri virilis in frigidam mox illud flaccidum & pendulum reddit. *Sebiſius man. p. 1453.*

A principio *vena ſecatur*, deinde ad revulſionem *vomitorium* commendatur, Deinde poſt levem Purgationem, Decoctum ſequens imperavi.

℞. *Rad. nymph. cum flore albo* unc. ß. *portulac. lactuc. mentha ana m. j. ruta* ʒij. *ſem. agni caſti* ʒiß. *flor. nymph. p. j. fiat Decoctio in aqua*, *In colat.* ℔i. *adde ſyrupi nymph.* unc. ß. *ms.*

Valde id commendabat, ideo ſæpe iteratum.

Lumbos inungere fecimus hoc Ungu.

℞. *Vngu. refrig. Gal. roſac. ſantal. ana* unc. i. *ms.*

Et ut totum priapum inungeret *Vngu. roſac.*

Sed nihil æque profuit ac *radix nymph.* decocta et puta.

In *cibo* utendum eſt *portulaca* cum *aceto*, Vtile *eſt ſuccum limonis* ſumere, eo cibum condire, bibere aquam, parum comedere, frigida pedes abluere & refrigerare renes; his enim partibus refrigeratis nunquam penis diſtenditur aut erigitur. *Foreſtus libr. 26. obſervat. 9.*

Lampyrides, quæ noctu lucent, ſi manducantur, in totum venerem adimunt. *Al. Benedictus libr. 23. capit. 20.*

Peculiare remedium eſt ſi *coriandri* ℥ii. vel unc. ß *ex aqua* ſumantur, addito *ſaccharo. Idem.*

Optimum medicamentum eſt quod

℞. *Olei roſac.* unc. iß. *chamom* unc iß. *ſucci ſolani, vel ſempervivi*, *vel portul.* unc. ß. *argent. ſpuma & ceruſſæ ana* ʒii. *cera & aceti parum* m. f. Ungu. *Nicol. Piſo Prax. l. 3. cap. 46.*

⁶· *In orgaſmone ſemen abſumentibus*) Hinc *quæcunque ſeminis orgaſmum, ſtimulum & ſpumeſcentiam tollunt, ſunt antiphrodiſiaca*, quo ſub generali axiomate plura alia comprehenduntur, quæ modum una exprimunt magis: Seminis ὀργασμὸς ſupponit & notat pororum dilatationem & vim elaſticam. *Quæcunque ergo 1. poros ſeri & ſeminis conſequenter conſtringunt*, *ſunt antiphrodiſiaca*: Hinc cum frigus quam maxime poros conſtringat, videmus quoque tempore hyberno occludi eoſdem in animalibus & vegetabilibus, expandi vero tempore verno, ac hinc illa ſuciari pro generatione prolis, hac flores & fructus parturire: Cum item omne turgens & elaſticum humidum prærequirat, ipſo *Galeno* aſſertore; extinguere ſemen, Veneremque ingratiorem efficere ſtatuuntur vulgo reſrigerantia & deſiccantia omnia in genere.

Frigida (quæ ratio eſt Galenica) *5. ſimpl 23.* ſemen cogunt, incraſſant, & ſtabile reddunt, ac propterea illud non provocant, ſed ſupprimunt; Sicca autem ne eſſe quidem ſemen permittunt, etiamſi calida ſint una; ut *ruta*, magis vero illius procreationem & egreſſum prohibent frigida & ſicca.

Faciunt huc omnia conſtrictiva hujus commotis, inprimis *biſtorta*, *tormentilla*, *corallia alba*, juxta nonnullos magis *lapis hæmatites*, *bolus Arm.* & ſim. Præ aliis vegetabilibus commendari merentur *fragaria*, *agrimonia*, *hepatica nob.* aliaque hujus generis; quorum uſus nō ſolum inſignis eſt in fluore albo, venerei fluoris ſpecie, verum quoque in gonorrhœa virulenta, Tacemus *galeopſidem flor. albo*, eodem nomine ad antaphrodiſiaca merito referri, quod veſiculas ſeminales & humorem ſeminalem extra alcas vagantem concentret. Ex mineralibus *Saturnum* id eximie præſtat. Hæc ſingula poros & vaſcula quaſi corrugant & conſequenter pruriginem abarcent & œſtrum.

Seminis ὀργασμὸς ſupponit & notat porro γλισχρὸν & ſulphuream conſiſtentiam, hinc (α.) quæcunque ſulphur hocce γλισχρὸν obtundunt & debilitant ſunt antivenerea., Quid vero magis obtundit ſulphur quam (α.) acida? Huc itaque omnia hinc veneri ſunt contraria, ſeu forma ſicca, ſeu alia conſpicua; Prodeſt ergo in contrarium *acetum*, locum habet *ſpirit. vitrioli*, adeo quidem ut evitatos quaſi inde obſervare licuerit; Omne ſemen fœcundum eſt γλισχρὸν, Si hoc ergo deficiat, vis enervatur, ut iners ſit & pruritus ceſſet, (β.) Sulphur hoc γλισχρὸν quoque laxant *nitroſa*, quæ quippe fluxile reddunt ſerum, unaque ſpumeſcen-

tiam & volatilitatem ac fervorem deſtruunt, Notabile hujus rei exemplum refert *Timæus lib. 3. caſ. 52.* de fidicine; nulla venere ſatiando & caſtrationem tandem expetente, cui fruſtra adhibitis aliis *Nitrum in aqua nymph.* ſolutum exhibuit, cujus uſu per menſem integrum mane & veſperi continuato deferbuit plus ſatis.

Par ratio eſt *arcani duplic. Minſ. nitri antimoniat. lap. prunell.* Et hæc quoque cauſa forſan eſt, quod ſontes quidam cupidini medicamina exhibeant, quam in rem videatur *Barclajus in Satyr. pagin. 517.* ubi rationem in Saturninas plantas in ripis creſcentes aliaque refert. (γ) Enervant quoque huc ſulphur γλισχρῷ *Mercurialia*, interne & externe.

Nihil quicquam viſciditati & lentori ſeri excutiendo magis inſervit ac *Mercurius*, ut in ſalivatione patet ad oculum, non ſolum quod fluxilitatem tam evidentem excitent, verum & toto eo tempore membrum quaſi è mortuum langueat, quod etiam in egeſtatione cinguli factum obſervavimus: Quam in rem & apud *Schenckium* obſervatio occurrit cujuſdam qui ad plattulas curandas innnxerat *Mercurium*, inde vero eviratum ſe ſentiens è conſilio medici *Oleum ſpica* applicavit, unde & phthiriaſi & huic muneri ſatisfactum eſt; Atque huuc in finem quoque *Mercurius dulcis* in gonorrhœa ſimplici & virulenta frequentiſſime cum priapiſmo inſigni conjuncta, officium facit. (δ.) corrigunt quoque id ipſum ſulphur ſpumeſcens *amaricantia*, & quaſi talia, ut folia *ſalicis, abſinth. rutæ, vitex, ſemin. cannab.* & alia.

Ex *compoſitis* egregia eſt *Eſſentia caſtitatis polychreſta Mich.* ex herbis *ruta, menth.* āā. *m.* ij. *fol. ſalic. m.* ij. *agni c. diptamn. Cranam.* ij. *nymph. m.* iß. *millefol. m.* j *rad. irid. Flor.* ℥ij. *biſtort. torment. nymph.* āā. ℥iij. *ſem. rutæ* ℥iij. *agni c.* ℥iiß. *lactuc. acetoſ. portul. endiv. plantag.* āā. ℥ij. *m. extrahatur ſpirit. rut.*

Nec alia ratione *camphora* inter antivenereas refertur; ita tamen ut id cum grano ſalis accipiatur, quatenus nempe diſſipat, & conſiſtentiæ γλισχρώδει eſt contraria: Habet etiam locum pro diverſitate quoque cauſæ, ubi ſulphur magis peccat præ ſale, alias enim refinatores camphoræ ſatis deprehenduntur & libidinoſi & fœcundi. (ε.) Alterant ſulphur ichoreſcens etiam *Alkalia & Alkalina.* Extat apud *Schenck.* locus ubi affirmatur gonorrhœam virulentam multos curaſſe uſu *caulium fabarum* in cinerem redactarum; jubentur caules deuri, cinis in aqua fluviat per diem & noctem macerari, colari, per inclinationem liquor alkalicus, & per triduum propinari unc. iv. commendat idem quoq; *Lixivium fabarum Riverius* etiam in ſimplici, Hoc quamvis in bodierna praxi minus conſuetum ſit, *alkalina* tamen inſignem uſum alterando & ſiccando, tum quoque ichoreſcentiam ſuo modo tollendo præſtant. Præcipue celebre eo nomine eſt os *ſepia*, ejuſque *magiſterium* ab *Hartmanno* laudatum: Simplex præparari poteſt cum *aqua* caſtitatis & ad aliquot dies propinari, magis tamen in gonorrhœa ſimplici, minus in maligna. *Wedelius.*

Neque hic in *flatibus pellendis, abſumendis*, quos in cauſa eſſe minime cenſemus, laboramus, *Acetarium* in cœna comeſtum, paratum ex *lactuca, portulaca, mentha*, (quæ Venerem proprietate extinguit) *foliis*, addito *aceto*, plus proderit, ſi ſæpe hoc fiat, quam multa alia, ſi modo interim ab aromatum & ſaciiorum uſu ſibi temperent: Pulvis hic convenit.

℞. *Rad. biſtorta* ℨi. *fol. mentha, ruta flor. nymph.* āā. ℨß *ſem. viticis* ℨiß. *ſem. cannab. ... arum, lactuca.* āā ℨß. *cryſtalli* ℨi. *camphora* ℈i. *f. Pulv.* capiat ℨi. cum Juſculo vel *ſyrupo portulac.* Vel f. *Tabella* cum *ſacch. in aq. roſar. & lactuca* diſſoluto.

Decoctum lactuca, portul. intybi, *mentha* in Juſculis prodeſt: *Aqua frigida* potus ordinarius Venerem extinguit; Ut omne veneris deſiderium & uſus tollatur, aliqui pro certo afferunt, Si *vinum* in quo *mullus piſcis* extinctus ſit propinetur; Alii ſi *formica quadraginta* in potu dentur. *Extrinſecus* ſi actu refrigerentur *pedes, genitalia, lumbi*, admodum venerem compeſcit; *Immerſio membri virilis in aquam frigidam*, mox illud facit languidum; *Oxyrrhodinum*, ſi teſtes in eo immergantur.

Jejunium ſeverum confert: *Abſtinentia ciborum calidorum aromatum*, vini præſertim, quam regulam hi potius ſervare deberent, qui abſtinentia certorum ciborum caſtitatem ſervare ſe poſſe profitentur: *Caſtratio* Salacitatis extremæ extremum eſt remedium. *Plater.*

In quibus mentha & ſaturni) Neque omittenda *Camphora* de qua vulgatus verſiculus.

Camphora per nares caſtrat odore mares.

Cujus efficaciam confirmat. *De Diemerbroeck obſ. Med. 32*, Ruſticus, *inquit*, crure Vulneratus eſt, cum poſt ſanationem nonnullis in locis nova inflammationis rudimenta ſubinde apparerent, toti cruri *empl. griſeum* circumpoſitum eſt, ad cujus ſingulas uncias *camphora* ℈ii. admiſcueram: &c. Crure tali modo perſanato iterum de novo conqueritur malo, uxori ſuæ ingratiſſimo, nempe de Veneris tanta imbecillitate, ut ne minimum quidem ſtimulum ad illam ſentiret ... ſtatim ſuſpicabar hunc languorem ab uſu camphoræ (quam emplaſtro immiſcueram) proculdubio inductum fuiſſe, &c. Illud ipſum etiam antea Fratri meo contigiſſe memini, in curatione antiquis ulceribus infeſtati cruris D. *Eduardi* qui cum Empl. quoddam camphoratum per duos menſes cruri impoſitum geſtaſſet, Venerem ſimul quaſi extinctam habuit, & uſu calidorum medicamentorum, & diætæ multum nutrientis & calidæ, priſtino vigori reſtitutus eſt.

Propter eximias has *Camphora* virtutes, Monachi quidam in Belgio, qui caſtiorem vitam agere volunt, eandem in cerviſia ſua qua pro Potu ordinario utuntur, macerandam ſuſpendunt, ut tali potu carnalia deſideria reprimant, Hunc Noviomagi aliquando ridiculam vidimus hiſtoriam, in fabro quodam lignario, qui cum in monaſterio quodam territorii Clivenſis (in quo camphoram tempore quadrageſimæ cerevißis ſuis immacerabant Monachi) per tres quatuorve ſeptimanas commoratus fuiſſet, tandem demum reverſus, uxori minus gratus hoſpes advenit, nam ne minimum quidem ad Venerem ſtimulum ſentiit, quod tamen impedimentum poſtea calidorum uſu brevi ſublatum fuit.

Hanc Venerem extinguendi facultatem nonnulli frigiditati & ſiccitati camphoræ tribuunt, ſed male, nam de caliditate omnia teſtantur, ac proinde peculiaris illa facultas occultæ proprietati potius adſcribenda videtur, qualis etiam ineſſe credunt menthæ, agno caſto & rutæ. *Sennertus* ſiccitati tribuit, ac multa alia tali & majori ſiccitate prædita, id non agunt. *Scaliger Ex 104. §. 8.* camphoram venerem non extinguere experimento canis edocere nititur, ſed male, cum alia ſit canis, alia hominis conſtitutio &c.

7. *In quibus*) Ego ex familiari *ſpiritus vitrioli* uſu, quo Vir quidam in juvenilibus annis ſtomachi infirmitatem ac cruditates ſic emendare nitebatur, ita (ſine ulla tamen ſanitatis ac corporis habitus, quem floridum obtinebat, jactura) pudendum una cum teſtibus exhauſtum atque extenuatum fuiſſe recordor, ut penitus amittendo virilitatis periculum hinc immineret; Poſtquam vero huic conſuetudini nuntium mitteret, ac generoſis ſubſidiis reficeretur, virilem integritatem ex voto recepit, poſtea multæ ſobolis pater factus. *Chriſt. Langius*

Langius Path 449. De Camphora vi in extinguenda Venere vide proxime.

[7] *In quibus mentha*) Pro ſtatu ſeri in corpore quædam Venerem in aliis cient, in aliis minuunt; Eſt enim perpetua actio & reactio cal. & hum. etiam quoad ſeminis proventum; Et 1. quidem certum eſt dari antaphroditica quæ non item ſunt frigida, ſed calida, exemplo *menthæ, rutæ* &c. De *mentha* fertur apud Philoſophum celebratum, *Mentham tempore belli non ſerito*, quod perinde eſt ſive explicetur, quod mentha fortitudinem minus inducat, ſed eidem potius ſit contraria; ſive quod generationi minus faveat, quæ tamen ad reſarciendam ſtragem illam faciat, Mentha ergo cum ſale volatili oleoſo polleat, videtur potius orgaſmum promovere quam obtundere. Atque hoc ipſum (2.) quidem verum eſt, & præſtat in humidioribus & frigidis: In illis non tam exuit veneream libidinem quam inducit, quia ſerum præſto eſt, quod recipere in ſe vim illam rarefactivam poteſt; aſt in calidis (3) ubi ſerum paucius eſt, non item, diſſipando humidum quod turgeſcere debebat; Adde (4) quod hoc variet quoque pro ratione ætatis ipſius plantæ: recens & humida magis Venerem auget, cæteris paribus, ſicca magis imminuit.

[8] *Saccharum Saturni*) Ex mineralibus *Saturnus* id eximie præſtat, à plurimis ſeculis inter aphrodiſiaca relatus unanimi velut conſenſu: Extat hanc in rem locus elegans apud *Anacreontem* ἐδ᾽ ἔρωτ, ἔχων μόλυβδον ἀεὶ τοῖς καλοῖς πεδήσας, *Amor, ſed impeditus plumbo pedes tenellos*: In uſum hoc fine *Sacch Saturni*, à dulcore intenſivo ita dictum; exindeque parata tinctura antiphthiſica, vulgo nominata, ad gutt. x. xv. propinata; Quod ad uſum externum attinet Saturninorum, is ipſe, ut aliorum quorumvis, nonniſi refractus eſt, ſi laminæ plumbeæ lumbis apponantur, hæc quippe pollent actuali frigore, unde orgaſmum inhibent, pollent edulcandi & abſorbendi virtute, quæ tamen longè minor eſt: pollent vi excitandi, quatenus inæqualitate & applicatione ſua excitant archeum, ne profundius ſumno immerſus his invigilet Venereis. *Wedelius.*

[9] *Vena ſecanda eſt*) Sanguinis detractione parum efficimus, niſi tanta ſit, ut corpus inde emacietur, aut debilitetur quod tamen citra graviorem offenſam vix poteſt fieri. Qua ratione exhauſtis per venæ ſectionem omnibus fere venis quendam uxoris petulantiam repreſſiſſe ſcribunt: Privatim autem venarum poſt aures apertionem impotentes reddere exemplo *Scytharum* probat & docet *Hippocrates*. Platerus.

[10] *Et ager purgandus*) Quæ evacuationis cauſa exhibentur Purgantia, tunc præſertim hic locum habent, ſi à vitioſis humoribus, vel acribus ſuccis ſemen corrumpentibus & acuentibus Salacias oriatur, Illis quæ maxime redundare cognoſcimus, & in cauſa eſſe putamus accommodanda. *Platerus.*

[10] *Aeger purgandus*) Purgantia etiam admittit *Sebiſius*, ſiquidem vitium iſtud à ſalſis acribuſque humoribus ſit ortum. Suſpecta tamen videntur Purgantia & quod humores ad locum affectum deducant, & pleraque tentiginem, teſte experientia, movent.

[11] *Acrimonia*) Si ſemen ultra naturalem quam habet in ſe, majorem adhuc & præternaturalem acrimoniam & caliditatem acquirat, etſi non ita redundet, magis tamen ſi ſimul exuperet, continuo ad Venerem exſtimulans, libidinoſos facit: Hoc autem à ciborum nimia conditura & aromatizatione, frequenti calefacientium uſu, vel à medicamentis ejuſmodi proficiſci poſſe in remediis Impotentiæ ſanandæ oſtenſum.

[11] *In acrimonia*) Vide artic. 3. de Gonorrhœa *ſ. Acre & calidum.*)

[11] *In acrimonia à cibis calidis*) An inter venerea illectamenta Sal veniat recenſendus ambigitur: Non pauci contendunt, ut à ruta atque mentha, ſic à ſale ope caloris atque ſiccitate genitalem ſuccum conſumi.

Vrunt res ſalſæ viſum, ſemenque minorunt.

Aliis placet quemadmodum ſal adeſo ſanguine per ſe emaciat, ſed per accidens pinguefacit, alimentū ad partes devehendo (nam Apollonius Herophili diſcipulus macros ægros ac inuberes cibariis ſalitis recorporabat, ac Hippiatri equos impinguant pauco ſale eſcæ admixto) ſic moderatam ſalis uſuram eſſe prolificam, quatenus ſanguinem ad ſeminis officinam deducit: Nonnulli denique à Sale ſemen quidem incendi, ſed ejus copiam detrahi exiſtimant: Nos plurimis documentis inai, Veneris ardorem ſale proritari, virtutemque fœcundam ei ineſſe iudicamus, ita ut Grammatici vocem *Salax* à Sale non inepte derivaſſe videantur; Nam lymphæ minerales ſale impræ gnatæ à ſterili vindicant; aqua Nilotica, quæ nitroſa eſt, multarum fœminarum viſcera longiore præcluſa ſterilitate ad conceptum relaxavit: Vena ſpermatica ſiniſtra ab emulgente exoritur, ut ſeminis materia ſalſuginis ſeri redderetur particeps; ac illi ſalaciores ſunt quibus utraque ſpermatica ab emulgentibus emergit: Naves ſale onuſtæ ſunt murium feraces: imo non deſunt Phyſiographi, qui mures abſque maſculi opera ſolo ſalis linctu impleri affirmant: dato ſale, canes ad generationem inertes catuliunt; Oves aquam ſalſam bibentes maturius coeunt, ex *Ariſtotele*, ac Sacerdotes memphitici libidinem fugant; à ſale abſtinebant, authore *Plutarcho, In ſympoſ.* Populoſiſſima eſt piſcium ſalium in oleneum reſpublica; Venus olim dicebatur ἁλιγενής, ſaligena, Stirpibus quoque propagandis ſal conducit: Denique totis corporibus nihil eſt utilius, inquit *Plinius lib. 31. cap. 9. Sole ac Sale*: quaſi ad humanam procreationem, ſimul cum Sole & homine, ſal tanquam tertius collega deberet admitti, *Menjotius Diſſert. 3.*

[12] *In Commotione*) Excitatum ſemen in propriis *Veſiculis*, & veluti jam loco motum, exitum quærens, pruritum vehementem, ut parum quin effundatur abſit, facit; Cum hæc illius ſit natura dum ſanum eſt, ut ſuo loco retentum, niſi copia nimia redundet, non adeo ſtimulum excitet; ſic quando jam ab eo nonnihil recedit, & vix amplius, longeque minus ſi è veſiculis in ductum jam effundatur, poteſt ſubſiſtere, ſit ut ſi ſit commotum non rejiciatur, admodum pruriens ad excretionem valde ſollicitet: Sicuti per imagines, inſomnia, contactus, ſemen commoveri in utroque ſexu poteſt, *Platerus.*

III. [12] In *commotione*, dum exitum quærens pruritum excitat.

II. [13] *Priapiſmus eſt* [14] *erectio pudendi citra veneris appetentiam*; [15] *à flatuoſo ſpiritu, fiſtuloſum penis nervum replente, exorta.*

[16] Spiritus iſte vaporoſus oritur, *vel* in ipſo nervo ab intemperie frigida: *vel* in virga & vaſis ex craſſo crudoque humore à calore non proportionato, & hic [17] *oleum* rutæ deſtillatum locum habet.

Plærumque ob [18] ora arteriarum nimis patentia, & dilatata [19] ſpiritum copioſum effundentia

ſpiritus naturales ſimul purgentur, ſuaſi Patienti ut intraret Balneum ſudorificum, aſſumeretque diaphoreticum ſequens remedium.

℞. *Theriaca Androm.* ℥i. *pulv. ſcordii, zedoariæ rot. corall. rub. ppt.* āā. ℈i. Miſce cum *aceti hauſtulo* & ante ingreſſum balnei ebibatur tepidus.

Ita purgatis humoribus & ſpiritibus, juſſi ut ſingulis diebus itaque cubitum ambo devorarent nucis juglandis quantitatem *Electuar. diaſatyrii* vocati, & ſuperbiberent hauſtum vini generoſi, ac tandem poſt horam, operam darent liberis: Quo curandi genere non tantum priſtinas vires naturæ, ſed & fœcunditatem brevi reſtituimus. *Fr. Ioel.*

36. *Quam fumigatio lente demortua*) In morbis idealibus non ſemper opus eſt purgatione, cum non ſemper adſit humorum apparatus: *Helmontius* extinguit Ideas, & obliterat per ſubmerſionem in aquas, eodem modo ac gallinæ phantaſia & deſiderium incubandi ovis: Sed fateor vix explicabile eſſe quas vires habeat & imperium phantaſiæ in ſpiritus & corpora: Audiamus profundi ingenii ſcriptorem *Rogerium Baconem*, *De ſecretis operibus artis & naturæ*, Conſiderandum, *ait*, quia peritus Medicus, & alter quicunque, habet animum excitare, carmina & characteres licet fictos utiliter, ſecundum *Conſtantium* Medicum, poteſt adhibere, non quia ipſi characteres aut carmina aliquid operentur, ſed ut devotius & avidius recipiatur Medicina, & animus patientis excitetur, & confidat liberius, ſperet & gaudeat, quoniam anima excitata, poteſt in corpore propria multa renovare, ita ut de infirmitate in ſanitatem convaleſcat, ex gaudio & confidentia; Anima multum poteſt ſupra corpus ſuum, per ſuas affectiones fortes, ut docet *Avicenna, in lib. de An. & l. 8. h. anim.* & omnes ſapientes concordant; Et ideo fiunt coram infirmis ludi, & res delectabiles offeruntur; imo aliquando appetitui multa conceduntur contraria, quia vincit affectus & deſiderium, & animæ ſpes ſupra morbum. *Sebaſtianus Wirdig. med. ſpir. cap. 24. lib. 1. §. 29. 30. & 31.*

37. *Vulgus noſtrum*) Quæ ad incantatos & ligatos ſolvendos operationes pertinent, ut pulvinaria excutere, ut per annulum ſponſalem mingant, jubere, Vel per axim aratri, vel induſia invicem mutare ante congreſſum, calceum ſiniſtri pedis dextro induere, & ſimilia multa non noſtri eſt inſtituti, aut etiam officii explicare: Sicuti nec *amuleta*, quibus, ſi ab hac cauſa procedat, magnam efficaciam tribuunt; *Cineres* tamen *ſtellionis nigri* in petia ligatos, & manu ſiniſtra geſtatos, membrum virile erigere etiam in aliis cauſis docent: Si vero in dextra teneatur, impedit. *Platerus.*

Alia eſt [38] à *penis reſolutione*, ex [39] iis cauſis facta, quarum in capite de paralyſi mentio.

Faciunt huc & peculiares *externa*, ut [40] *vinum in quo mullus interiit*, ſi fides vulgo habenda; nimius *ſacchari ſaturni* uſus; *ſalicis decoctum* jejuno ſtomacho exhibitum, *papaver erraticum*, *cicuta*, &c.

Alia à [41] *vulnere in ſura accepto*, quod cuidam apud *Ballonium* accidit, qui ab eo quo vulnus in ſura accepit, licet non multus effluxerit ſanguis, nec arrigere quidem ſufficienter potuit. Cauſam difficile eſt reddere: videtur tamen *Hippocrates* id adumbraſſe, dum ſcripſit, ſectionem in malleolo infœcundos reddere.

De extero [42] *ſuccurrunt* impotentiæ. *Calx auri fulminans* elota & cum eſſentia croci in vino malvatico epota, corpore prius purgato. [43] *Eſſentia ambræ* cum ſpiritu roſarum extracta, & gr. 3. 4. 5. ſenibus inprimis pilular. forma exhibita. *Mumia* [44] *ſatyrionis*, quæ ex *radicibus* ejus, ineunte vere vel autumno medio, hoc eſt, foliis floribusque vel nondum natis vel deciduis collectis paratur. Injiciuntur hæ aquæ puræ duobus quibus conſtant orbiculis divulſis, fundum petentes, abjectis quæ ſupernatant, conrunduntur in mortario lapideo pilo ligneo, ſenſim addendo panis albiſſimi & recentiſſimi micam; affunditurque ſpiritus vini è malvatico extractus, paulatim irrorando. Optime mixta digeruntur in alembico cœco per ſex ſeptimanas in balneo: & expreſſa poſt prelo, iterum per menſem. Liquoris rubini æmuli cautè collecti abjectis faucibus ſemilibræ adduntur *ſalis margarit. unc. ſ. ol. nucis moſchatæ, aniſi, cinnamomi ana dr. ſ.* propinenturque guttæ aliquot uſque ad xx. in vino, juſculo vel conſerva.

[45] Illitus ex ovis formicarum & ipſis formicis volantibus, cum oleo euphorbii tritis vel diebus canicularibus ad ſolem per dies xl. in oleo infuſis, perinæo admotus. Stockerus *ſatyrionis* unc. iv. cum *ſanguinis paſſerum* unc. x. miſtis & ſub brachio detentis meminit: alii *olei* in quo *cantharides* infuſæ, quo [46] dextri pedis pollex illiniri debet, [47] fides penes experientiam.

[48] Commendatur denique & [49] *Electuarium* ex *condit. radic. ſatyrion.* & *eryngii* ana unc. i. *cortic. arantior.* melle condit. dr. vi. *Nuc. jugland. Condit.* n. j. *confect. Alkermes* unc. ſ. *ambræ gryſea* & *formicar. volant.* ana ſcr. i. *moſchi* gr. vi. cum *ſyrupo cortic. citri* confectum.

38. *Alia eſt à Penis*) Membri virilis cauſa defectus accidit, ſi eo vir deſtituatur, ſicuti aliquos eunuchos in lucem prodiiſſe ſcribunt; quod & ſi caſu membrum amputetur, aut alias eunuchiſmus accidit; Vel ſi ita mutiletur, ut glande abſecta reliqua pars illius ad congreſſum ſit inutilis: Vel ſi ab ortu adeo ſit exile, quale in hermaphroditis, ut leviter tantum prominent, adeo ut nullius ad hanc rem ſit uſus: Aut ſi adeo excreverit, aut aliis de cauſis adeo intumuerit, ut ſinus uteri plane id aut excipere, aut niſi magno cum cruciatu intromittere poſſit, Aut alias incurvum natura, vel inflatione, & ut in hydropicis convolutum inflati farciminis inſtar, dirigi nequeat; aut tumor aliquis adnatus obſtaculum illi adferat: Vel aliter læſum, ulceratum, in glande præſertim & præputio, impetum hunc ferre nequeat; ſicuti in congreſſu violento, vel ex impuro concubitu illi nonnunquam accidit: Quo & refertur ſi præputio anguſto adhuc glans obtecta denudari nequeat; quibus de cauſis

Venus non perfici vel ægre vel non perfecte poteſt; ſeu adſit intemperies frigida &c. *de qua deinceps.* Platerus.

39. *Ex iis cauſis facta quarum in cap. de paralyſi;* Si principes partes, veluti, cor, cerebrum, renes, hepar, vel univerſum corpus, aliqua intemperie, potiſſimum frigida laborent, aut ſanguis frigido humore ſit dilutus, earum partium nativo calori reſtituendo roburque inſerendo diligenter eſt incumbendum, & ea medicamenta adhibenda quæ in curatione earum partium proponuntur: Ac potiſſimum ſi colluvie frigida infectus eſt ſanguis, primum calefacientibus remediis concoquendus eſt, humor frigidus, deinde per hauſtulum ex ℥i. *diaphœnico* aut *conf. hamech.* ℥ß. aut *diacathol.* ʒx. cum q. ſ. aquæ ſolutis erit expurgandus: Proderit & clyſterem aliquem infundere. *Fr. Joel.*

40. *Vinum in quo mullus*) *Mullus* ſi vivus in vino fuerit ſuffocatus & id vir biberit, rei venereæ operam dare non poſſe *Athenæus* credidit.

41. *A vulnere in ſura accepto*) Quidam in ſura vulnus accepit, fluxit ſanguis multus, non tamen immodice, ut ne ad fluxum ſanguinis referas id quod contigit; Ab eo tempore congredi non potuit; nec ſemen emiſit; ſaltem non artexit ſufficienter; Id mirum fuit etiam perito rei anatomicæ; Non videtur enim ratio cur vulnus ea parte inflictum eam impotentiam attulerit, An id *Hippocrates* ſubadumbravit, dum ſcripſit ſectionem in malleolo infœcundos reddere? Sic aliquis partium conſenſus eſt, ſed is fortaſſis non intellectus. *Ballonius Parad. lib.* §. 196.

42. *Succurrunt impotentia*) Cura varia eſt, juxta cauſam quæ triplex. 1. Spirituum animalium defectus 2. deficiens ſemen non ſtimulans ad Venerem. 3 Faſcinum. Si ex primis oritur cauſis, conveniunt omnia quæ valent in defectu ſeminis, Sic *ovum ſorbile* in quo *veretrum tauri* in actu veneris interfecti, exſiccatum & pulveriſatum cum *cinnamomo* convenit, cujus uſus internus qualiſcunque, ante coitum, validam erectionem facere dicitur. *Externe* convenit *Balſamus apoplecticus*, aut ſimilis cum *zibetho*, *ambra* glandi illitus perinæo, ſpatio inter ſcrotum & penem, ubi muſculi ſiti ſunt, Vel.

℞. *Succi paſtinacæ cum olei ſinapi āā.* ʒii. *olei ovorum formicar. magnarum* ʒi. *m. & expone ſoli per diem, f. Linimentum quo glans illinenda.*

Si poſt coitum adhuc rigeat, abluatur aqua calida. Alii recipiunt *pulverem helleb. nigri*, vel *rad. pyrethri* miſcent cum *pingued. coturnicis*, ac radici penis illinunt: His ſubjungendum *Balneum nervinum, Inſeſſus, Fotus nervinus.* Ettmuller.

43. *De cætero ſuccurrunt Impotentia*) Si eſt à frigore foveatur decoctis aromaticis; inungatur ungu. ſimilibus pars affecta; Non ſatis permanens penis erectio, ſpirituum animalium penuria, protrahetur uſu convenienti ſpirituoſorum cum aliis mixtorum, Aqua vitæ matthioli, ac ſimilium per intervalla uſurpatorum, donec animales ſpiritus multiplicentur; Quin rarius tales incumbant Veneri, quo abſolvendæ ſufficiunt ſpiritus: Sanguis fervidior evadet uſu ſalis volatilis oleoſi omniumque aromaticorum; inter quæ præferenda quæ docuit experientia, ut Eruca. *Sylvius ibid.*

44. *Succurrunt impotentia*) Statuimus quæcunque ſuperfluitatem nutribilem corpori fœnerant, eſſe *Aphrodiſiaca*, hæc quippe materiale ponunt & largiuntur, ſine quo ſemen gigni nequit, Hinc dicuntur hæc ipſa, quæ id præſtant *σπερματικά*, ſemen gignentia, quorum materia in alimentorum & medicamentorum genere reperitur; Hinc experientia teſtatur ſine Cerere & Baccho frigere Venerem; largiter vero ſuggeſtis è Cereris & Bacchi penu ſuccendiculis; magis prurire homines, ut contra ea morbidi, debiles, exhauſti ad *ἀφροδίσια* hæc magis inepti ſunt.

Quantitatem ergo hanc corpori fœnerant, & defectum reſarciunt analeptica, alimentoſa & medicamentoſa, inprimis ex eſculentorum claſſe *dulcia* temperata, *paſſula, ficus, chocolata inda, dactyli, panis martius, mellitus*, oleoſa, ut *amygd. dulces, ambroſin. nuc. pinea, piſtacia*, tum per ſe tum cum cibis cocta, *ſemin. bombacis, Pulpoſa*, & facile reſolubilia, *carnes teneriores, cerebrum paſſer. teſtes gallor. ova ſorbilia*, Ex medicamentis, *bulboſa*, bulbi enim omnes quaſi, veget. puta, aphrodiſiaci ſunt, inprimis *Satyriorum* genera aliaque: Ex Potulentis: *Vinum, cereviſia ſpirituoſior, vinum Hiſpanicum* &c. Hæc ipſa & ſanis ſuggerunt ſufficientem quantitatem ſuperabundantis alimenti, & cumprimis qui jam per ætatem, vel morbum, minus illi muneri videntur ſufficere; vel etiam per naturæ impedimenta alia aut urgentiam egent ſeminis quantitate ſufficienti.

II. *Quæcunque orgaſmum ſeminis ſpirituoſum procurant, illudque ad exitum invitant, ſunt aphrodiſiaca*; Non ſatis eſt ſemen adeſſe, adeſt enim & per naturam ordinarie in juvenibus & viris, imo primis annis præcipue per ſe ſtimulat ſatis; Sed torpidum & quietum ſæpe eſt, ſive per indictam caſtimoniam, qua carnis ſtimuli ſuperantur, quod tamen niſi ἀπὸ τῆς μηχανῆς, vel divino auxilio id fiat, difficulter admodum ſuccedit; ſive per abſtinentiam à converſatione fœminina, ſive aliis modis, inprimis ſi ſerum copioſius ſit mole, & ſal volatile ſpirituoſum ὀργασμώδες inbibeat & in centro detineat: Opus ergo eſt tunc iis quæ torporem & quietem tollunt, ſtimulantibus: Priora materiam ſeminis ſuggerunt, per naturæ leges: hæc genitum ad ſeminaria vaſa deducunt, & in iiſdem addunt ſtimulum: illa quantitatem, & motum reſpiciunt magis.

Audiamus hanc in rem *Pergamenum*, *qui 5. ſimpl. 23.* Ex alimentis, *ait*, quæ materiam ſpermaticam producant, ſunt ea, quæ bene nutriunt, ſunt flatuoſa, nobiſque tota ſubſtantia familiaria, Nam cum ſeminis ſubſtantia ex bona ſuperfluitate generationem fortiatur, ſitque etiam flatuoſa, neceſſum eſt, *addit*, ut ea quoque quæ ſemen procreant ſimiles ſe virtutes habeant; Quale enim eſt materiatum, talis quoque eſt materia.

Sed de *alimentis* jam diximus, quæ dum ſeminis largiorem proventum cauſantur, hoc ipſo jam per ſe ſtimulum ex copia ejuſdem producunt: Ex medicamentis vero, ſpermatica ſeu Venerea, ſtimulantia hinc ſunt quæ calida ſunt & flatuoſa, ex hypotheſi Galenica, quanquam hæc rectius Venerem ſtimulare quam ſemen generare dicantur, Semen enim horum uſu calidius ſpirituoſiuſque redditum, pruritum movet, œſtrum vocant, & ad Venerem impellit, eo quod exitum turgeſcendo petat.

Explicari hoc magis poteſt, ſi dicamus quid ſit *flatuoſum* illud *aphrodiſiaſticum*, Flatus notat duo, 1. effectum morboſum à cruditate vel calore debili ortum, qui diſſipare ſub ſuo dominio *gas* nequit; Et tales flatus morboſi tantum abeſt, ut Venerem cieant, niſi mere per accidens aliquando, ut potius veneri ſint contrarii, quatenus cruditate poſita, debita ſpirituaſcentia ſeri & ſeminis deficit quoq; Per accidens, inquam, vel ſaltim non in debitum finem, quo loco non iā memorabimus infantes & pueros, quia à flatulentia ejuſ-

modi ſentiunt erectionem, quam quod obſervavimus ſingulare & inauditum, flatus nempe per meatus Semini & urinæ communem excretos.

2. Effectum turgeſcentiæ, qualis flatus obſervatur in fermento panificum, cerevisia, vino fermenteſcente, imo etiam in bullis ex ſapone & aqua orundis, Et hic niſi intelligatur, fallit Galenica hypotheſis, & genuino hoc ſenſu, ſi id capias, longe eſt veriſſimum, ſpiritus nempe inflat, quo inflante ſemen turgeſcit, turgeſcens exitum affectat, non contentum loculis ſuis ſponte naturæ ſæpe excidens: Atque hoc ipſum eſt propriiſſime τὸ ὀργᾶν turgere, quatenus nempe ſemen ſpirituoſius activuſque redditum titillationem majorem fœnerat, continentibus ſuis veſiculis, eaſque ad excretionem laceſſit; & ſpiritus una nervis ac muſculis ſpongioſis copioſiores infert.

Duplicis hæc ſunt generis. *Sulphurea & Salina*, utraque calorem exſuſcitantia, & cum calore motum ac ſtimulum; Nec de viis opus eſt dubitare, quomodo ad remotiſſimas & velut extra corporis clima ad mœnia locatas partes vix illa extimulans pertingere poſſit; quale enim ſerum tale ſemen, unde videas nephriticos ſæpe & arthriticos tentiginem pati veneream, ob ſal ſeri acre & has partes ferens: *Sulphurea* balſamum quaſi & γλισχρὸν, *Salina* motum ſuggerunt; Sic venerem extimulant *dulcia* ἐπεγερτικῶν talia, ceu efficaciora, ſpeciatim *mel*, quod hinc pollutiones nocturnas in diſpoſitis ſola ſui comeſtione toto die excitat. Sic omnia *aromata & aromatica* ſunt aphrodiſiaca, ſive alimentorum fiant condimenta, ut *ſcolymi*, *cochlearum*, *oſtrearum*, ſive per ſe variis formis in uſum cedant; Par ratio eſt plantarum & radicum, nominatim *pimpinella*, *eryngii*, *apii latifolii*, & duplici quidem hæc nomine, quod & partes obtineant ſulphureas, & ſalinas volatiles, utraſque ſcopo aptas, rarefactivas & incentivas caloris: Sic & ſeorſim idem efficiunt *balſamica & ſulphurea*, *lignum aloes*, *ambra ejuſque eſſentia*, *moſchus*. qui flatuoſa ſua humiditate non tam creditur πρὸς τὰ ἀφροδισιακὰ παρορμᾶν, ſed revera efficaciter id præſtat; quod ipſum illuſtrat flatulentiæ illam rationem, nam cum ſeminis ſubſtantia ex utili ſuperfluitate γένεσιν adepta ſuam ſpiritus plena ſit, quæcunque ipſum aut procreare, aut provocare apta ſunt, flatuoſa ſunt, (intellige hoc ſenſu) neceſſe eſt, καὶ τῆς ὑγρότητος φυσώδους participia, qua deſtituuntur *ruta & vitex*, quæ hinc inter τὰ σβεστικὰ, ut moſchus in cenſu τῶν γεννητικῶν τοῦ σπέρματος reponitur, ut ait *Sal. Albertus orat. de moſcho*. Seorſim item ſale volatili prædita, ut *eruca*, de qua Poëta.

Excitat in Venerem tardos eruca maritos.

Ut raphanus ruſtic. cochlearia, *naſturtium* & antiſcorbutica alia ſale volatili freta, de quibus *Bruyerini* & aliorum experientia certum eſt ab illorum uſu pollutiones nocturnas evenire ſubſequente nocte: Sic & *oleoſa* & *ſpirituoſa* omnia ſunt aphrodiſiaca, *ſpiritus vini ſ.* & inprimis *formicarum ſ. & compoſ. Laurenberg. El. vita matth. eſſent. Satyrion.* quam *ſanguineam* vocant ſ. &c. ab *Heer*, *Kelfinc.* & aliis deſcripta, *Aqua vita diaſatyr. A Sala* &c.

Sic cum *Sal* ſtimulet primario, omnia *ſalſa*, *acria volatilia*, vel quaſi talia, ſunt aphrodiſiaca, etiamſi illud in receſſu condant, ut *carnes ſcinci mar. ſal. comm. lac* vulgo dictum *halecis*, *borax Veneta*, Per accidens etiam ipſa purgantia, & præ aliis omnibus potentiſſime *cantharides*, Præter *Satyrium* Dyoſcor. *Erythronium* dictum, alia quædam anonymos herba ex ejus teſtimonio celebris eſt, *9. h. pl. cap. 20.* *Ad rem*, ait, *Veneream mirum in modum pollebat quam Indus habuit; non enim tantum edentibus, ſed etiam tangentibus tantum, genitalibus vim dixere vehementem adeo inſpirare, ut quoties vellent coire poſſent; Et quidem qui uſi fuerunt, duodecies potuiſſe dixerunt; Indum autem ipſum, qui & magno atque robuſto corpore erat, ſeptuageſies aliquando coiviſſe ſe faſſum eſſe, verum ſeminis emiſſionem guttatim fuiſſe, demumque in ſanguinem devenisse.* Noſſe ſe hanc plantam videri vult *Langius lib. 2. Epiſt. 21.* ſed objicere, ne ſeneſcentium maritorum loculi nummis, corpora viribus exhauriantur.

Communiter *Bangue* Indorum cannabi ſimile eſſe eandem plantam volunt, de quo vide *Fragoſum tr. 3. de medic. Indic.* cap. 26. & *Septalium comm. in Theophil.* dictum locum, ubi experimentis rem confirmat; Alii prædicto Satyrio id tribuunt. Notabile ſaltem nobis eſt 1. *Theophraſtum* relata referre, unde addit hanc vim, ſi vere narretur, eſſe mirificam: 2. Innuere non tam herbam, quam indefinite ponere in fœminino genere, unde credibile eſt radicem eandem putare, 3. Quicquid vero horum ſit, non alia vis agendi quam dicta attribui poteſt & huc Stimulari vegetum & ſanum, monaſticæ vitæ deditum & otioſum, ad Venerem etiam prætertiam ullam Satyrii notiſſimum eſt; Multi etiam fingi ab his heroïbus venereis non minus per experientiam conſtat, quandoquidem in eo gloriolam quærunt.

Sed & *opiata* huc faciunt, accuſata quidem vulgo quod everrent & obtundant potius venerem; Sed & ratio & experientia pro iis militat; hæc quidem quod ab uſu opiatorum, in diſpoſitis & calidioribus, dosi inprimis paulo majori datis, & ſomnia venerea & pollutiones excitentur; quæcunque vero has citant, illa ſine dubio ſunt aphrodiſiaca, Novimus magnum quendam virum ob hanc cauſam Opiata odiſſe, quod cum iis ad vigilias arcendas opus haberet, inde pollutiones experiretur, & ſtimulum venereum: Illa vero, ſeu *ratio*, quod in opio eſt ſulphur blandum *reſolubile*, & *ſal* volatile, unde & plus præſtat conjunctum quam reliqua alia: Probatiſſimum eſt tum ipſum ſolum, tum cum aliis, ut *moſcho & ambra*, in pilulas redactum.

Nec illa abnuunt quæ terrena quidem videntur, attamen in receſſu ſtimulum condunt, ut *Boletus cervinus*: Boleti omnes mucilagine pollent, qua facile ſerum in orgaſmum cient, firmantque in ſeminis γένεσιν, ut alimentoſa quoque alia.

Media Aphrodiſiaca ſunt, quæ 1. & alimentoſa & medicamentoſa ſunt, 2. tum ſeminis quantitatem, tum qualitatem & motum ad venerem ſpectant: Ex compoſitis *Electuar. diaſatyr.* compoſitio divina ad Venerem *Hollerio Obſervat. 22. conf. alkermes rot. ſtimulantes minſ. chocolata Inda &c.* Wedelius.

42. *De Cætero ſuccurrunt*) *Sed quo tempore exhibenda & adhibenda aphrodiſiaca?* Magis verno & veſpertino tempore conveniunt & *ſuccurrunt*; magis etiam interna utilia; Si quid præſtandum in corpore utriuſque ſexus, magis id proſuerit verno adulto tempore, ſeu menſes movendi, ſeu generandi actio, ſeu alia curanda, calore magis vegeto, & ſero tunc magis macrocoſmi ſtatui ὀργασμῷ auſcultanti, licet humanum genus indefinite quocunque anni tempore, contra ac brutorum genus, nullo excepto, generationi litet; De Veſpertino tempore idem quoque valet, quod ipſa nox ſeri orgaſmo in corpore faveat magis, exemplo vel dolorum noctu exacerbari ſolitorum, vel pollutionis nocturnæ, quod recens alimenti ſpirituoſior pars

parti-

partibus præſto ſit; quicquid alii contra veſpertinum tempus afferant matutinum eligentes potius: De Loco applicandi, interna præſtant ſane, quod facilior ad ſpiritus & humores ſit via. *Idem.*

42. *Succurrunt impotentia*) N. Tridentinus Myropola nuper à quibuſdam obſervatum ait *vitis nigræ radici* vim ineſſe præſtantiſſimam ad conciliandam Venerem, ſi ſub cineribus ferventibus decocta voretur, additque cætera auxilia quæ libidinis flammam accendunt hanc ſuperare: adde quod haud ingratum ſit edulium. *Matthiolus.*

43. *Eſſentia ambra*) Cujus continuus admirandæ efficaciæ eſt in emanda impotentia. Nihil enim efficacius ad ſpir. innatos inſtaurandos. *P. J. Faber un. Sap. p. m.*

44. *Mumia Satyrionis*] Quæ *ſpirituoſitate & acrimonia volatili fermentum teſtium* inteodunt, ſunt radices ſatyrionis & bulbi: In ſatyriis hiſce unus bulbus turget, alter flaccidus eſt, *Radix Zinzib.* tam pulveriſata quam in India condita, *ſyrup. de Zinzib. ſem. eruca, ſinapi, fraxini. aniſi. fœnic. naſturtii, urtica*, aromata, in ſpecie *cubeba, caryoph. galanga, cinnam. cardamom. caſtor. borax venet. bucca ſabina pulv.* item *bacca ari* conveniunt. Ex his fiunt variæ ſpecies officinar. *dagalanga &c. Etmuller.*

45. *Illitus ex ovis &c.*) Nihil efficacius reperitur quam lotus regionis uteri (*perinæi*) ex *oleo* de formicis volantibus, quod ſic fit.

℞. *Formic. volant.* ℥ij. infunde diebus canicul. in oleo ad ſolem fervidum per 40. dies. *Riverius obſ. comm. 19.*

45. *Illitus*) Admoventur *extrinſecus* Illinitiones, quibus penis non ſolum prominens pars, ſed & ea quæ ſubtus in *perinæi regione* latet inungitur, ut eo calefacto, ſanguinis ad erectionem libentius affluat; Et ut ad ſeminis quoque generationem ſanguis in vaſa ſeminaria feratur, *teſtes lumborum & pubis regionem* & *plantas* interdum *pedum* inungimus; Ex uſitatis oleis.

℞. *Ol. de piper. de euph. de caſtoreo ãã. p. aq.* Inung.
Vel ℞. *Succer. eruca, naſturt. aqua vita ãã.* ℥j. *rad. pyreth.* ʒij. *ſem. ſinapi* ʒj. *euphorb.* ʒß. *olei lini* ℥ ß. *coqu. colentur ad uſum.* Vel

℞. *Ol. nuc. moſch. expr.* ʒj. *ol. ſpica gr.* vj. *ol. caryoph.* ℈ß. *miſce.*

Sine Oleis ſic paratur.

℞. *Fellis apri vel verris* ʒj. *civeta* ℈ß. *mellis parum: Si addas canthar.* iij. vel iv. erit efficaciſſimum.

Valet *pinguedo ericii.* Et hoc Vngu.

℞. *Rad. pyreth. piper. Zinzib. ſem. ſinapi ãã.* ʒi. *euphorb.* ʒß. *caſtor.* ℈j. *formicar. ſiccat.* ʒß. *tere, adde ol. laur. q. ſ.* & *parum ol. ſpica & cera ſ. Vngu.*

Thermarum calidarum uſus calorem fovendo & revocando in *Refrigeratis* dictis & imbecillioribus, veluti poſtremum adhibetur remedium; Quod & *Balnea, Inſeſſiones, Fotus, Pedum* lotiones ex calidis actu potentiaque poſſunt efficere; Qualia ex Decocto rad. *Ireos*, herba *nepeta Calamentha, urtica, Majerana, eruca, eryſimi, flor. lavendula, chamomilla*, ſimiliumque parari poſſunt, *Pellibus* quoque diligenter munire has partes, ut calor conſervetur, & *pedes* à frigore præcavere, cum frigus valde noceat, calor juvet, admodum proderit. *Platerus.*

Internis æſocientur Externa, ſpeciatim *Balſamus apoplect.* aut *Venereus Minſichti*, Scroto illitus: Loco horum *oleum deſtill. macis* perinæo, regioni pubis & ſcroto blande illitum eſt egregium poſſunt addi aliquot guttæ *olei caryoph. & ſpica*, Vel *dicta olea* excipiuntur *axungia caſtorei*, dictis locis illinendo.

℞. *Ol. caryophyll. deſtill. adde grana aliquot zibetti moſchi ãã. q. ſ. Fiat Balſamus*, qui ſcroto, teſtibus & regioni pubis illini poteſt.

Spiritus formicarum externe illitus intendit venerem. *Etmuller.*

Tom. II.

Stercus Perd. cum ejuſdem felle diſſolutum, glandi illitum, mire Venerem auget. *Ph. Grulingius Floril. pag. 28.* Efficaciſſimum eſt hoc Vngu.

℞. *Ol. ſambuc.* ℥j. *pyreth. euph. ãã.* ʒj. *moſchi gr.* v. *m. inungantur* Volæ manuum & plantæ pedum & genitale. *Mercur. Pr. l. 3. c. 39.*

℞. *Fell. apri vel verris* ʒj. *zz.* ℈ß. *mellis parum* mi. inungatur *penis & perinai regio.* Si addantur *canthar.* iij. vel iv. erit efficaciſſimum. *Nic. Piſo Prax. l. 3. c. 47.*

45. *Illitus*) Arcanum Aphrodiſium hoc magnarum eſt virium.

℞. *Zibetti gr.* ij. illinc glandem penis, mirum quanto valore haſtam virilem titillet, erigato quantaque cum fœminarum voluptate odor ille ſentiatur; adeo ut à nonnullis habeatur pro arcano. *Rolfincius cenſ. 1. lib. 10.*

Unguentum ad coitum mirabile.

℞ *Ol. ranar. ol. ex capit. caniculi, olei in quo formica alata necata fuerint, olei ſeſam. ãã.* ℥j. *pyreth. ſemin. ſtaphiſ. ſem. urtic. ãã* ʒiß. *pulveriſentur, & in prædictis oleis coquantur, adde cera q. ſ. f. Ungu.* quo ungantur teſticuli renes, petinæum expecten. *Arn. Villanovanus Brev. l. 2. c. 39.*

Si vis reddere mulierem valde delectabilem in coitu.

℞. *Euphorb. pyreth. cubebar. piper. ãã.* tere & incorpora; cum vis coire inunge virgam. *Idem ibid.*

45. *Illitus*) Externa ſola ſtimulantia ſunt, *zibeth. ol. formicar. aromata, Canth.* refracte ipſa; *fel hircinum*, quæ partim membro, partim perineo & lumbis, partim plantis pedum eorumque digito majori illinuntur. *Wedelius.*

46. *Cantharides*) Adeo ut earum abuſu, ſeu minus cauta adhibitione, ſummus ſæpe ardor vaſorum genitalium obortus, lacte fuerit curandus. *Wedelius.*

47. *Fides penes experientiam*) Quod ob eximiam Cantharidum vim qua extrinſecus applicatas cruentam mictionem promoviſſe vidimus experientia hac perſuaſi, fieri poſſe non negamus. *Platerus.*

48. *Commendatur denique*)

℞. *Ol. vel eſſentiam croci, gr. 8. vel 10. cum auro fulminante probe edulcorato detur cum vino malvat. hora decubitus* cum admiratione venerem roborat. *Conr. Kunrath. Med. deſt. p. 339.*

Eſſentia, ſeu Tinct. ſalis, cum ſole imprægnata egregium eſt confortans. *Idem p. 73.*

Caro fructus cardui, ſeu *Cinara* in cibo mire prodeſt. *Zacutus Pr. adm. l. 2. obſ. 14.*

Semen urtica ſylv. cum butyro coctum. & per triduum datum, potenter juvat. *P. Marquardus Pr. l. 4. c. 16.*

Avellana diu in melle maceratæ plurimum juvant Penis diſtenſionem, Item, *lingua anſeris* tota ſubſtantia venerem ſtimulat. *Rondeletius.*

Allium hortenſe frequenter ſumptum membrum virile valde erigit. *Arn. Weickardus Theſ. p. 302.*

48. *Commendatur denique & Electuarium*) Eſt ſua laus *Electuariis*, ſed pigriora paulo obſervantur, non minus ac *Eſſentia*, ſi eſſentiam cantharidum exceperis, ex *conf. alkermet* ℥j. *chocolada Inda* ʒiij. *& canthar.* ℈j. *cum ſpir. magnanim.* factam, quam aliquandiu adhibuimus; Provida tamen cura opus eſt, ne quid nimis; Officium faciunt *Pulveres*, qualis eſt à *Platero* deſcriptus calidiores ſunt, facile intemperiem corpori fœnerantes. Tacemus *carnem gallinarum carne viperina* paſtarum, quod novimus ab Illuſtr. quodam fruſtra adhibitum licet ad generandum & roborandum magis ſemen: Habent & locum *Opiata*, ſed rarius, in lanioribus magis & confortandi magis voluptuoſo fine adhibenda, Non potuimus meliorem effectum perſpicere quam à completis aphrodiſiacis, quæ & quantitatem & qualitatem ſeminis ſuggerunt. Cavendum enim ne dum augeodum potius eſt ſemen, exſtimulemus, ſed

HHhhh 4

ita ſtimulemus ut ſimul reficiamus, ita reficiemus, ut ſimul ſtimulemus. *Wedelius.*

Timaus ſequentem mixturam habet.

℞. *Aquæ magnani.* ℥iij. *cinnam. eſſent. ſatyrion.* ãã. ʒiij. *tinct. corall.* ʒij. *eſſent. ambr.* ʒj. *m.*

In legitimo autem eorum uſu obſervandum, ut ſemper hæc invicem permixta propinentur, non *ſtimulantia* ſolum, quia imbecilles reddunt; non *lactea* ſolum, quia vim genitalem ſpirituoſam minus ſuggerunt; ambo ergo combinanda. Hinc optimum eſt ad imitationem *Solenandri*, ut *lac* recipiatur v. g. ad ℥ij. & addatur *ſacch. & piper.* ãã ʒß. quod in ſpecie tempore æſtivo optimum judicat. Vel

℞. *Vinum generoſ. malvat.* vel *dulce*, & adde *vitell. ovi recens*, acuantur granis aliquot *ambr.* vel *ſpec. aromat.* & bibant.

Faciunt huc *Mixtura, Eſſent. &* ſim. in ejuſmodi caſibus uſita. v. g.

℞. *Spec. diaſar.* ℥ij. *diagalang.* ʒij. *diambr. diamoſch. d.* ãã. ℈ij. *rament. pudendi cervi*, dum erat in venere, ʒiß. *nuc. pinear. piſtac. amygd. d.* ãã. ℥ß. *ſemin. erucæ, naſturt.* ãã. ℈j *tere, & fiat cum melle Conditum.*

Conveniens eſt ſi tale Conditum ſæpius irroretur cum *aqua magnanimitatis*, vel *ſpir. ſang. galli. Etmuller.*

Electuarium contra *defectum ſeminis* ſit ſequens.

℞. *Conſerv. rad Eryngii, ſatyr.* ãã. ℥iij. *Zinziber. vir. cond. cort. citr. cond* ãã. ℥ß. *amygd. d. nucl. pin. piſtac. dactyl. pulpa nuc. myriſt* ãã ℥j. *priapi tauri* ʒij. *ſemin. paſtin. erucæ, ſinapi* ãã. ʒij. *piper. albi, galangæ*, ãã. ℥ß. *m. F. Elect.*

Quidam addunt *cantharides*, ſed non conveniũt, conveniunt ſaltem *canth.* ubi deficit erectio penis. *Etmuller*

℞. *Mellis anacard butyr. rec.* ãã. ℥ß. coque ſimul, ut inſpiſſentur. *optime miſcendo*, Doſis in introitu lecti ad quantitatem ciceris, Excitat venerem mirabiliter. *Joh. Baverius conſ.* 61.

48. *Commendatur denique*) Ex medicamentoſis, *Pulveres* varii ſunt, qui cum *vino, lacte*, aliiſve exhibentur, aut per ſe, ſaccharo addito pulveriſata, aut tabulata dantur. E. g.

℞. *Piper. grana x.* confracta ſaltem ne fauces urant, *bibat in vino generoſo cubiturus*, vel *lacte tepido.*

Vel ℞. *Piper.* ʒß. *croci* ʒß. *f. Pulvis, ſumatur ex hordeo.*

Vel ℞. *Piper.* ℥j. *nuc. moſch.* ʒß. *ſalis* ℥j. (ſi ſumatur quo ſtinci ſaliti fuerint, erit utilius) *ſumat ex ovo ſorbili.*

Vel ℞. *Pip.* ℥j. *Zinzib. ſem. eruc. porri* ãã. ʒß. *ſacch.* ʒij. *detur* ʒj.

Alius efficax admodum.

℞. *Sem. erucæ* ℥ß. *ſem. paſtinac. rapæ, porri* ãã. ʒj. *ſemin. naſturtii. rad. pyreth.* ãã. ʒß. *piper.* ʒj. *Zinzib. cinnam.* ãã. ʒß. *croci* ℈j. *canthar. ablatis alis n. ix. boracis* ʒj. *moſchi, gr. aliquot ſacch.* ℥j. *f. Pulvis ſubtiliſſimus, capiat cochl. j. ab initio, augendo dozin, ſi non ſuccedat, Bibat cum lacte tepido.*

Alius omnium validiſſimus.

℞. *Canthar. abruptis alis n.* ij. *cinnam.* ℈j. *ſacch. c.* ℥j. *bibat in lacte, ſi non juverit, capiat ſecunda vice canthar. tres.*

Pilulæ ex ingratis ſic fiunt.

℞. *Stercor. muris* ʒß. *ſem. erucæ* ʒj. *piper.* ʒß. *canthar. alis abruptis n. v. excipiantur, terebinth. capiat* ʒj.

Cathartica exhibita, ſi calidis & aromatibus correcta, & leniora ſint quam ut alvum vehementer moveant; Vel ſi moveut, quoque venerem vehementer ſtimulare obſervavimus, ita ut illis antequam purgare incipiant, virga admodum erigatur, ſicuti mihi aliquando faſſi ſunt, in pharmaco errorem commiſſum fuiſſe exiſtimantes. *Odores ſuaves* non tam recreando quam vi calefaciendi & penetrandi, ad Venerem aptiores reddunt, & ex iis vehementes præcipue, ut *moſchus & ambra Civeta.* Platerus.

Hiſce adde quæ κατ' ἐξοχὴν Venerem armare dicuntur, ut *ambram. moſch. Zibeti.* cum *ol deſtill. aromat.* ſubacta & imprægnata. *Comes a Pappenheim* habuit in uſu *ſanguinem & cerebellum paſſeris* in actu veneno transfoſſi vel interfecti; Pertinet huc *ſpiritus galli* ex ſanguine galli aliquantum putrefacto. *Alii*

℞. *Vitell. ovor. n.* ij. *ambra cuſpid cult. n. j. ſacchar. cuſpid. cultelli n.* iij. mixta probe cineribus, & cal de blande coire permittantur, quod una vice hauſtum, Venerem ſtimulat. *Etmuller.*

℞. *Rad. morſus diab. paon. torment. cichor* ãã. ℥ß *h. antirrh. hyper. origani,* ãã. *m.* iij. *ſucci rutæ, artemiſ.* ãã. ℔ii. *affunde ſpir. vini & deſtilla cohobando aliquoties cum novis herbis.*

Hinc ℞. bonam quantitatem *criſtarum gallorum gallinaceorum*, hæc ſtatim antequam refrixerint, *una cum ſanguine & teſticulis exemptis conjice in pradictum ſpiritum, fiat Eſſentia*, quæ in ſummo pretio habenda. *Mich. Crugner Oper. p.* 411.

Egregiam Veneri præſtat operam hoc remedium.

℞. *Eſſent. Satyr. Croll.* ℥j. *eſſent. ambr.* ℥ii. *auri potab. Angl. m. doſis à* ℈ß. *ad* ℈j. *Oſv. Grembs Oper. pagin.* 327. *Grulingius Pr. l. 4. p 3. c. 5.*

49. *Electuarium*) Inter Electuaria *Diaſatyrion N.* ʒi. quantitate exhibitum, hujus rei gratia excogitata eſt compoſitio, *Anacar*[illegible]*a* quoque compoſitio, quia vehementer accendit, juvat. Vel

℞. *Rad. ſatyrion. & eryng. condit.* ãã. ℥i. *Zinzib cond. conſerv. acori veri* ãã. ℥ß. *pinear fiſticor. mundat.* ãã. ʒiii. *medulla nuc. Indic.* ℥ii. *ſem. lini, fraxini,* ãã. ℥ii. *ſemin. erucæ* ʒiß. *ſpec. diatriumpip.* ℥j *ſpec. diambr. diamoſchi* ãã. ʒß. *cinnam.* ʒi. *priapi cervi vel tauri, vel ericii, ſtincor. carn. ſicca* ãã. ʒß. In mulieribus *matrix leporis* ſicca quoque additur, *ſacch.* ℥i. *adde mellis q. ſ. f. Electdo* ʒij. *vel plus.* Platerus.

Vtatur hoc medicamine divinitus revelato.

℞. *Vitell. ovor. butyr. rec. veretri tauri, cicer galangæ. teſt. ſatyr. Zedoar. Zinzib. cond. mentha, teſtium gall.* ãã. ℥i. *cerebr. columbar. & paſſer.* ãã. ℔ß. *medull. nuc. Indic. nucl. pini, piſtac. ziziph. amygd. d. avellan. mundat. dactyl. ſem. malvæ, mercurial. eruca, ſem bulbi, cinnam. lingua avis, nuc. moſch.* ãã. ʒß. *coque omnia cu lacte ovino*, hinc omnia contundantur, & addita ℥ß. *ſcincor. cum melle* & ſacch. ad ignem f. Electuar. *Dom. Leo Art. m. p.* 641.

Penis retractio.

Auriga ſenex tantam Penis in imum ventrem retractionem paſſus eſt, ut nec hilum quod ullo ſenſu percipi poſſet, extaret, Inter pubem & ſcrotum rimula viſendam ſe præbebat vulvulæ labiis deſtitutæ, aut rictui piſcium quorundam ſimillima, minimum meum digitum alio quonſque nullo negotio admittebat; Rogavi quid à me vellet? Si nihil aliud, inquit, fac ne urinam emittendo, quod ſine moleſtia ſolitis horis facio, induſium caligaſque ita madefaciam, & urinam aliquo ſaltem uſque ejaculer, ut inviſo hoc madore, & omnis meæ ſuppellectilis putrefactione liberer.

Faciliimum factu, inquam, Itaque tubum ligneum in principio ovalem, ſeſquipedem longum, quem ex Italia attuleram, ipſi dono, quo rimulæ appliciro in diſtantem matulam nullo negotio urinam fundebat; Itali cum citatis equis feruntur, quia latera equorum veredariorum crebris calcanum ictibus callum obduxerunt, ſcuticis ferè utuntur, quibus manubrium, quale meum erat, admovent; ſicque in medio curſu nec braccos, nec

equos

equos madefacientes mejunt.

Cæterum, cum ulterius quid tentandum dicerem, qui credebam ſicut alias uteros prolapſos in ſinum pudoris capacibus cucurbitis umbilico applicitis cum lucenta flamma revocaveram, ita iiſdem retrahi in locum penem poſſe, proclivius enim gravia deſcendere: quam aſcendere omnino bis Cucurbitularum admotionem admiſit, & jam balani reditum apex ad magnitudinem avellanæ ſe oſtendebat, cum ille ſuo tubulo contentum diceret, nec ulterius operam meam, quamvis gratuitam, admittere voluit: dolui ſane ſenilem pervicaciam, tam ratam curationem, quam certiſſimam augurabar, mihi invidiſſe. *Henr. ab Heers obſerv. Med. cap. 7.*

Novi ſenem prope ſeptuagenarium, ſtrigoſum, præcipue ſanum, niſi cum pituita moleſta eſt, & hyemis ſtrictum frigus illum premit, quod nec multiplicibus veſtibus, nec hypocauſto, vix ignis præſentia ſuperare valet; Balanus illi ſemper nuda, tanquam in recutitis fuit, jam præputium exilem & contractam glandem obtegit, adeo ut lotium redditurus, præputium adducere teneatur, ut via fiat exituriendi urinæ.

Sterilitas virilis.

In Viris ſunt læſa Seminis generatio, læſa Penis erectio) Ad generationem tam in maribus quam fœminis, requiritur partium genitalium proba temperies, conſtitutio, & incolumitas, ſeminis fœcundi ubertas, Ejuſdem attractio, retentio, ſanguinis materni moderata affuſio.

In *maribus* igitur, in *genitalibus* vitium eſt, ſi *Penis* ſit longior, ex *Ariſtotele* 5. de g. an. cap. 6. quem ſequitur *Avicenna*, quia ſcilicet ſemen in via refrigeratur, quia poſſit Penis in coitu refrigerari, cujus calor undique ab ieri & partium vicinarum calore fovetur, ipſiuſque penis glans ad partes internas, quæ calidiores ſunt, pertingit; Et male cum aſino, equo, aliiſque animalibus ageretur, quibus Natura longiora fecit hæc membra: (*Si forte ſterilitas ea de cauſa contingit, ideo ſit, quia non ſemper rigide arrigunt, quibus prolixius & craſſius id membrum natura conceſſit, quod non ſufficiens ſpirituum copia inſluat ad id animandum*) Probabilius alii idem de breviore affirmant, quia non tam facile ſemen in uterum injicitur: Certum tamen eſt utroſque poſſe procreare, nam uterus vi inſita ſemen attrahit ad ſeſe, quamvis in ipſius ſinum non effundatur; Potius ſterilitas fit vitio Penis, ſi perpetuo gracilis ſit & flaccidus, ut erigi non poſſit ad ſeminis excretionem: Si ſit obliquus, diſtortus, vix ſeminis ſint anguſtiores, idque vel à natura, aut ob morbum aliquem poſt ortum contractum.

Vitio *Teſtium* fiunt ſteriles mares, ſi intemperie laborent, paralyſi, imbecillitate & atonia, ut in gonorrhœa, & in iis qui citius quam par fuit, aut nimium Veneri ſeſe addixerunt, tum quoque ſi adſit inflammatio aut alius tumor p. n. vulnus, ulcus, aut ſolutio continui, ut ab extractione lapidis, ſi aliquod ex vaſis ſeminalibus excindatur.

Ex *Semine* autem, ſi *paucum* ſit, aut vitioſum, Paucum eſt, quia deficit materia, idque vel quoniam abſumitur in corporis nutritionem, ut in nimium pinguibus, vel quia ob inediam, tabem, atrophiam, morbum quempiam diuturnum, aliaſve ob cauſas abſumitur, vel quia ob Teſtium refrigerationem ex cauſis internis vel externis non generatur: *Vitioſum* autem redditur, cum eſt intemperatum, liquidum, tenue, aquoſum ac frigidius minimeque ſpirituoſum, ob totius corporis vel partium principum vitium aliquod tam nativum quam adſcititium, aut ob cauſas quaſdam externas, cibos potuſque nimium refrigerantes: Imo antipathia virilis ſeminis cum muliebri generationem prohibet, Et hæc cauſa ad vitium ſeminis referri debet, Vel ex cauſis externis vitiatur ſemen, ut immodica Venere, ob quam effœta & languida redduntur genitalia, tam quæ ſemen conficiunt quam quæ retinent, ſpiritus calorque innatus diſſipatur, & reſolvitur parteſque principes imbecillitatem contrahunt, unde Mulus longioris vitæ eſſe creditur, contra animalia ſalacia, ut paſſeres, citius ſeneſcunt, Si cebrioſis ſemen utplurimum ſolet eſſe in fœcundum, quia aquoſum eſt & male concoctum, & hæc ſunt magna ex parte ſterilitatis cauſæ.

Sed *Hippocrat.* l. a. a. & l. tertiam addit, ſcilicet importunas equitationes, qua ratione ſcribit Scythas eſſe ſteriles, quod aſſidue equitarent & ſine ſtapedibus, unde pendentibus ſemper cruribus dolore corripiebantur, & venas poſt aures abſcindebant, quibus abſciſſis evadebant ſteriles, quia ſemen à cerebro poſt aures in ſpinalem medullam delabitur ſecundum *Hippocr.*

Verum cauſam iſtam non probat *Laurentius*, quia vaſa adſunt interna, per quæ poſſet ſemen in teſtes derivari, nec poteſt cicatrix aditum præpedire cum ſanguis per hæc vaſa fluat & refluat, cauſam ille reddit triplicem, equitationem frequentem, dolorem iſchiadicum & nimiam ſanguinis profuſionem: Equitatio frequens & ſine ſtapedibus, renum & lumborum vim exolvit: Ex frequenti equitatione dolore iſchiadico corripiebantur, quæ altera eſt cauſa ſterilitatis, quia dolor reddit corpus infirmum; ut autem dolori huic mederentur, venas pone aures incidebant, & copioſo ſanguine detracto, ſpiritibuſque vacuatis ſemen reddebatur effœtum & infœcundum; Verum *Riolanus in Anthrop.* cauſam refert ad attritum glandularum proſtatarum, quæ ſemen propterea non poterant continere *Primiroſius l. 4. de m. m. c. 1.*

Diligenter inquirendum, num *viri* culpa aut defectu generatio impediatur, fruſtra enim mulier multorum remediorum uſu torqueretur: Sterilitas à viro procedens dignoſcitur ex morbis partes genitales illius obſidentibus, ut erectione læſa, ſeminis defectu, teſticulorum tumoribus, gonorrhœa, aliiſque: Hujus etiam rei conjecturam faciet, ſi vir timidus extiterit & effœminatus, frigidus natura ſit, barba careat, ac tarde ſemen excernat, idque frigidum habeat, quod tale ab uxore excretionis tempore in utero ſentiatur, nullam aut exiguam habeat coitus appetentiam, & quam minimam in eo percipiat voluptatem, ac denique ſi cauſæ præceſſerint, quæ ſemen infœcundum reddere valeant. *Riverius.*

Cap. LXXV.

1. *De Salacitate, Priapiſmo & Satyriaſi.*

2. S*Alacitas eſt nimia in venerem vitio ſeminis propenſio*, 3. *interdum etiam tanta; ut in furorem vertatur.*

[4] Vitium ſeminis conſiſtit.

I. In [5] *ejuſdem copia*, *ſeu* ex ſanguinis abundantia, *ſeu* vaſorum ſemini generando dicatorum calore, cujus medio plus attrahitur.

[6] In *Curatione* ſemen abſumentibus eſt agendum; [7] in quibus *mentha*, & [8] *ſaccharum ſaturni* excellunt, ſed & [9] vena ſecanda eſt, & [10] æger purgandus.

II. [11] In *acrimonia* à cibis calidis, medicamentis & rebus acribus contracta, quibus occurrendum.

[1] *De Salacitate, Priapiſmo, Satyriaſi*) Salacitas hæc (vide infra §. *Erectio pudendi*) ſi ulterius procedat, ut coitu vix ſatiari queat, vocari ſolet *Satyriaſis*, qui eſt *ſummus ſalacitatis gradus*. Hic eſt *primus gradus* nimiæ membri erectionis: *Secundus gradus* eſt dum penis ita rigidus eſt in omnem dimenſionem, ut exinde *graviter doleat*, & dolorem tenſivum ſentiat, unde in talibus cum doloribus tenſivis membri, nullum eſt in venerem deſiderium, unde in coitu nullum ſperma emittunt, Coitu non juvantur, ſed potius malum augetur: Morbus *Priapiſmus* vocatur. *Etmuller.*

[2] *Salacitas eſt nimia*) Immoderatam ad venerem propenſionem Salacitatis nomine comprehendimus, quæ variat primum in eo quod eſt *continuus* vel *frequenter incitans pruritus* & vehemens admodum Veneris deſiderium, quod quando expleri nequit, admodum inquietos reddit, & niſi ſibi temperare queant ut turpia facinora committant adigit: Maſculis, & fœminis nonnunquam accidens, diverſimode tamen in eo quod mares citius incaleſcant, fœminæ difficilius ſatientur: Altera ſpecies longe gravior & præternaturalis magis eſt, *inſatiabilis venereus furor*, cum etſi eam exerceant, ab ea minime levantur, ſed potius amplius accenduntur, vel non niſi diurius durante ſæpeq; repetita Venere ſatiantur: *Fœminis* autem hæc Veneris nimia potentia citius contingere poteſt quam viris: Sicuti impotentiam ad venerem frequentius viris, quam fœminis accidere diximus: Viris autem rarius hic *Furor Venereus* evenit: etſi enim aliqui admodum luxurioſi Venerem una nocte ſæpius exercere poſſint, hoc tamen non naturæ ſtimulo quodam coacti, ſed ut robuſtiores eſſe videantur, *irritamentis* ad illud præſtandum ſe ipſos pellicientes peragunt: Inventi tamen etiam ſunt hac prurigine laborantes, cui plerumque *viroſa gonorrhœa* conjuncta eſt: Hunc autem affectum, quia membrum, quamdiu ille perſeverat, illis extenſum & rigidum eſt, *Priapiſmum, Tentiginem, & à Satyris* qui laſcivi erecta Virga pinguntur, *Satyriaſin* vocant: Licet & alium affectum, in quo penis continuo riget, & ſupra modum intumeſcit, ſed ſine deſiderio coeundi, Priapiſmum, & ſi cum palpitatione fiat *Satyriaſin*, appellant. *Platerus.*

Vide inferius de Priapiſmo §. *Erectio Pudendi.*

[3] *Salacitas*) Laſcivia, libidinoſitas, Græce ἀφροδισιαστικόν, λαγνεία ἢ λάγνευμα, eſt nimia Veneris appetentia, eaque aut continua, aut ſaltem valde frequens, qua qui ardent expleri nequeunt, ſuntque hanc ob cauſam valde inquieti, inſtar equorum admiſſariorum, cum libidinis oeſtro ſunt perciti: Vocatur à nonnullis. *Furor Venereus. Sebiſius Man. p. 1458.*

[3] *Interdum etiam tanta*) Fruſtranea hinc & abſurda ſunt conſilia eorum qui contra naturam agunt, & contra aculeum calcitrant, qui extraordinario dono caſtitatis non gaudentes, volentes ſcientes repugnant, & cæteroquin tamen corpori nihil derogant: Tu nihil invita dicas faciaſve minerva, etiam hic valet. Hinc cavendum ne totum lædatur, quod fieri poteſt ſi illud Horatianum illabamur. *Stulti dum vitant vitia in contraria currunt*, quatenus dum moderanda Venus, per ætatē, per naturā tamen urgens, extinguitur; Veriſſimum hinc eſt illud *Apoſtoli*, ſenſu etiam Phyſico, *Melius eſt nubere*, ſeu remedio uti per naturam, & à ſummo numine conceſſo, *quam uri*, ſeu lædi corpus, tum igneis morbis, *mania*, febribus ardentibus; tum altero extremo evitari id ipſum quod conſcientiæ ſtigmata inurit: Immuni ſemen nunquam debet ultra ſphæram naturæ vel humanitatis: In uſu etiam antaphrodiſiacorum cavendum ne *Ventriculus* lædatur. Nullibi facilius hic lædi poteſt, quam ubi ipſe alius ſanus ſufferre tamen cogitur medicamenta ſibi adverſa; Singula vero quaſi, ſi *acida* excipias, antivenerea facile lædunt eundem, *nitroſa, alkalina, Saturnina*; unde niſi in his caveamus ægri gravitatem ventriculi, inappetentiam, laſſitudinem, aliaque mala reportant. *Wedelius.*

[4] *Vitium ſeminis*) Omnis ſalacitatis immoderatæ cauſa, vel à *ſeminis copia*, vel *acrimonia* vel *commotione*, quæ ſtimulum Venereum commovent. Vel à *ſanguine*, cujus affluxu in *viris* membrum extendi in *actus veneris* defectu oſtendimus proficiſcitur. *Platerus.*

Cauſa nimiæ ſalacitatis eſt *ſeminis* naturaliter conſtituti, aut nonnihil acriuſculi, *nimius fervor & turgeſcentia*, & inde natus *ſtimulus ad venerem*, quem ſequitur determinatus ſpirituum animalium motus & penis erectio. Cauſæ *remotæ* ſunt variæ, omnia nempe quæ genitoram augent, ſpirituum animalium impetum excitant, aut acrimonia loca genitalia ſtimulant, Hinc vita ſedentaria, diæta lauta, cum aromatibus condita, ad hoc malum diſponunt. *Etmuller Pr. p. 2 pagina 432.*

In cauſa ſemen eſt, idque admodum copioſum vel præcalidum, ſpiritnoſum & acre, Vel & abundans & acre ſimul: *Copioſum* fit à ſanguinis ubertate, quæ à complexione ſanguinea, & à victu πολυτρόφῳ ἢ εὐχύμῳ, otio item & ignavia, vitaque hilaritatis & lætitiæ plena proficiſcitur; *Acre* autem *ſerviduinque* redditur ab humoribus ſalſis & mordacibus, quales ſunt bilioſi & ſeroſi ſalſi; Cibis item ſalſis acribuſque valdeque aromaticis, necnon & illis qui ſunt flatuoſi: Ex illorum albo ſunt *allium, porrum, cepa, eruca, naſturtium, raphanus* eſculentus & marinus: Ex horum claſſe ſunt *Paſtinaca, napus, rapa, faba, phaſeolus, ſiſarum, avellanæ & nuces juglandes virides.* Huc pertinent & medicamenta ſimili qualitate prædita; Præterea quæ vim ſtimulandi Venerem in ſe habent; *Fervor vaſorum ſeminalium*, quæ multum ſanguinis alliciunt, illumque in ſe convertunt; Denique *ardor lumborum* ſicut & partium vicinarum, *renum* maxime, cui occaſionem præbuerunt tegumenta ex pellibus animalium confecta, vel decubitus ſupinus, præſertim in culcitris anſerum plumis refertis, vel frequens equitatio. *Sebiſius.*

[5] *Ejuſdem copia* Semen ſi copioſum generetur, vel ſi ob plethoram, vel calorem vaſorum ſeminalium, ſanguinem continuò allicientium, quia tunc redundans turgenſque, ut vocant, ad ſui excretionem naturam ſollicitat, ut ad Venerem ſanguinei magis feruntur facit. *Platerus.*

[6] *In Curatione*) Antivenerea ſunt quæ partim liquant & fundunt, adeoque γλισχρότητα ac conſiſtentiam debitam deſtruunt; partim acrimoniam & ſtimulum tollunt ne diſſipant, ſpiritnſque ligant & figunt quaſi diluuntque; partim vias, poros & vaſcula quaſi corrugant. Proſunt vero hæc in vitiis ſeminis, & quibus

ſi talibus variis libidine effreni & immodica, ejuſque ſpeciebus, Satyriaſi & priapiſmo, pollutionibus nocturnis, gonorrhœa ſimplici & virulenta, ardore urinæ venereo, fluore albo mulierum, pruritu genitalium &c. *Wedelius, A.m.m.p 493.*

°· *In curatione*) Pro cura in *ſalacitate & ſatyriaſi ſemen genitale imminuendum*, ſpirituum animalium *fervor ac impetus ſiſtendus*, & ſi aliqualis adſit *genitura acrimonia*, appropriatis temperanda. Hinc præter *Diætam* parcam, jejunium; vigiliæ, & vitæ genus exercitiis occupatum conducit, motus corporis validus, ut & fortis ſudor inde erumpat, conveniunt, & omnia quæ ad gonorrhœam & nimiam copiam geniture faciunt, laudantur. Speciatim conveniunt *acida*, *vitriolata*, *nitrata*, hinc *opium*, *camphora*, materiam & tentiginem genitalem nonnihil reſtænant.

De *Opio* dubium videri poteſt, cum in regionibus Orientalibus tanquam ſummum Venereum uſurpetur; Adhæc habet ſummam acrimoniam, quæ etiam in quibuſdam ſudorem pruriginoſum infert, Nil tamen impedit quominus & ſpirituum impetum impediat, com maxime figat ſpiritus animales. Par ratio eſt de *Camphora*.

De *Vitriolo*, & ejuſdem *Spiritu*, res nota eſt, quod crebrior ejus uſus imminuere ſoleat vim Teſtium genitalem, ut etiam hujus abuſu ſtructura teſtium penitus fuerit immutata.

Timæus p.173. habet obſervationem de *Nitro*, ubi ſalaciſſimus homo crebriori *nitri* uſu in *aqua nymphææ* fuit ſanatus.

Horum loco *ſuccus mali citri*, *melonum* (limonum) item *acetum rutac.* ſæpius uſurpatum ſalacitati frænum injicit, cum quibus *opium* & camphora maritanda ſunt, De *ſalice* res nota eſt, nempe ſunt *ramuli tenelli ſalicis*, ex quibus inciſis *liquor albus* emanat, qui impetum Veneris ſolet extinguere.

Vt Formulas aliquas adnectamus, egregia hic eſt Emulſio *Minſichti*.

℞. *Semin. cannab.* ℥ ß. *4. frig mai.* ãã. ʒi. *cum ſ.q. aq. flor. nymph. & roſar. f. Emulſ. ad* ℥xiv. *adde ſyr. e ſucco violar.* unc. ii.

Hæc in Pollutione nocturna, ſatyriaſi priapiſmo, & omnibus aliis à nimia ſeminis copia vel acrimonia provenientibus affectibus eſt nobiliſſima.

Vel ℞. *Semin. cannab. melon.* ãã. ʒii. *4°. ſemin. frigid. mai.* ãã ʒi. *aqu. lactuc. acetoſ. flor. nymph.* ãã. ℥iij. *f. Emulſio dulcoranda cum ſyr. papav. albi.*

In forma Pulveris.

℞. *Pulv. agni caſti, nitri depur.* ãã. ʒii. *camph.* ℈ß. *laud Op. gr.* vi. *m.*

Cum his *Externe* in uſu ſunt *fomenta genitalium*, *Scroti & pectoris* cum *aqua nymph.* in qua ſit ſubactum *Opium*, cum epithem. ex *ſucco ſemperv. & lactuc.* quibus *nitrum* ſit additum. Vel fiant *Epithemata ex aceto deſtill.* cum *ſucco plantag. ſolani, ſemperv. & hyoſcy.* qui ſucci cum aceti modico ſubacti in forma Epithematis applicandi ſunt. *Etmuller.*

Abſtinendum à *vino*, cujus loco bibenda *aqua* aut *decoctum ex hordeo, rad. cichor. paſſulis, violis & liquirit.* uſurpandæ *Acidulæ*, ſi earum ſit copia; Aſſumenda ſæpius *acetaria cum aceto & oleo, ex lactuca, portul. endivia. acetoſa* parata. *Pedum lotio in aqua frigida* valet, plurimumque corpus refrigerat; hoc præſtabit efficacius natatio in aqua frigida; Immerſio membri virilis in frigidam mox illud flaccidum & pendulum reddit. *Sebiſius man. p. 1453.*

A principio *vena ſecatur*, deinde ad revulſionem *vomitorium* commendatur, Deinde poſt levem Purgationem, Decoctum ſequens imperavi.

℞. *Rad. nymph. cum flore albo* unc. ß. *portulac. lactuc. mentha ana m. j. ruta* ʒiij. *ſem. agni caſti* ʒiß. *flor. nymph.* p. j. *fiat Decoctio in aqua, In colat.* ℔i. *adde ſyrupi nymph.* unc. ß. *mſ.*

Valde id commendabat, ideo ſæpe iteratum.

Lumbos inungere fecimus hoc Ungu.

℞. *Vngu. refrig. Gal. roſac. ſantal. ana* unc. i. *mſ.*

Et ut totum priapum inungeret *Vngu. roſac.*

Sed nihil æque profuit ac *radix nymph.* decocta & pota.

In *cibo* utendum eſt *portulaca* cum *aceto*, Vtile eſt *ſuccum limonis* ſumere, eo cibum condire, bibere aquam, parum comedere, frigida pedes abluere & refrigerare renes; his enim partibus refrigeratis nunquam penis diſtenditur aut erigitur. *Foreſtus libr. 26. obſervat. 9.*

Lampyrides, quæ noctu lucent, ſi manducantur, in totum venerem adimunt. *Al. Benedictus libr. 23. capit. 20.*

Peculiare remedium eſt ſi *coriandri* ʒii. vel unc. ß *ex aqua* ſumantur, addito *ſaccharo. Idem.*

Optimum medicamentum eſt quod

℞. *Olei roſac.* unc. iß. *chamom* unc iß. *ſucci ſolani, vel ſempervivi, vel portul.* unc. ß. *argent. ſpuma & ceruſſæ ana* ʒii. *cera & aceti parum* m. f. Ungu. *Nicol. Piſo Prax. l 3. cap. 46.*

°· *In correctione ſemen abſumentibus*) Hinc *quæcunque ſeminis orgaſmum ſtimulum & ſpumeſcentiam tollunt, ſunt antiphrodiſiaca*, quo ſub generali axiomate plura alia comprehenduntur, quæ modum una exprimunt magis: Seminis ὀργασμὸς ſupponit & notat pororum dilatationem & vim elaſticam, *Quæcunque ergo* 1. *poros ſeri & ſeminis conſequenter conſtringunt, ſunt antiphrodiſiaca:* Hinc cum frigus quam maxime poros conſtringat, videmus quoque tempore hyberno occludi eoſdem in animalibus & vegetabilibus, expandi vero tempore verno, ac hinc illa ſociari pro generatione prolis, hæc flores & fructus parturire: Cum item omne turgens & elaſticum humidum præteqnirat, ipſo *Galeno* aſſertore; extinguere ſemen, Veneremque ingratiorem efficere ſtatuuntur vulgo refrigerantia & deſiccantia omnia in genere.

Frigida (quæ ratio eſt Galenica) *5. ſimpl. 23.* ſemen cogunt, incraſſant, & ſtabile reddunt, ac propterea illud non provocant, ſed ſupprimunt; Sicca autem ne eſſe quidem ſemen permittunt, etiamſi calida ſint una; ut *ruta*, magis vero illius procreationem & egreſſum prohibent frigida & ſicca.

Faciunt huc omnia conſtrictiva hujus commotis, inprimus *biſtorta, tormentilla, corallia alba*, juxta nonnullos magis *lapis hæmatites, bolus Arm.* & ſim. Præ aliis vegetabilibus commendari merentur *fragaria*, *agrimonia, hepatica nob.* aliaque hujus generis; quorum uſus nõ ſolum inſignis eſt in fluore albo, venerei fluoris ſpecie, verum quoque in gonorrhœa virulenta, Tacenius *galeopſidem flor. albo*, eodem nomine ad antaphrodiſiaca merito refert, quod veſiculas ſeminales & humorem ſeminalem extra aleas vagantem concentret. Ex mineralibus *Saturnum* id eximie præſtat. Hæc ſingula poros & vaſcula quaſi corrugant & conſequenter pruriginem abarcent & œſtrum.

Seminis ὀργασμὸς ſupponit & notat porro γλισχρὸν & ſulphuream conſiſtentiam, hinc (α.) quæcunque ſulphur hocce γλισχρὸν obtundunt & debilitant ſunt antivenerea, Quid vero magis obtundit ſulphur quam (α.) acida? Huc itaque omnia hinc veneri ſunt contraria, ſeu forma ſicca, ſeu alia conſpicua; Prodeſt ergo in contrarium *acetum*, locum habet *ſpirit. vitrioli*, adeo quidem ut eviratos quaſi inde obſervare licuerit; Omne ſemen fœcundum eſt γλισχρὸν, Si hoc ergo deficiat, vis enervatur, ut iners ſit & pruritus ceſſet; (β.) Sulphur hoc γλισχρὸν quoque laxant *nitroſa*, quæ quippe fluxile reddunt ſerum, unaque ſpumeſcen-

Langius Path 449. De Camphora vi in extinguenda Venere vide proxime.

7. *In quibus mentha*) Pro ſtatu ſeri in corpore quædam Venerem in aliis cient, in aliis minuunt; Eſt enim perpetua actio & reactio cal. & hum. etiam quoad lemmis proventum; Et 1. quidem certum eſt dari antaphrodiſiaca quæ non item ſunt frigida, ſed calida, exemplo *menthæ, rutæ* &c. De *mentha* fertur apud Philoſophum celebratum, *Mentham tempore belli non ſerito*, quod perinde eſt ſive explicetur, quod mentha fortitudinem minus inducat, ſed eidem potius ſit contraria; ſive quod generationi minus faveat, quæ tamen ad reſarciendam ſtragem illam faciat, Mentha ergo cum ſale volatili oleoſo polleat, videtur potius orgaſmum promovere quam obtundere: Atque hoc ipſum (2.) quidem verum eſt, & præſtat in humidioribus & frigidis: In illis non tam exuit veneream libidinem quam inducit, quia ſerum præſto eſt, quod recipere in ſe vim illam rarefactivam poteſt; aſt in calidis (3) ubi ſerum paucum eſt, non item, diſſipando humidum quod turgeſcere debebat; Adde (4) quod hoc variet quoque pro ratione ætatis ipſius plantæ: recens & humida magis Venerem auget, cæteris paribus, ſicca magis imminuit.

8. *Saccharum Saturni*) Ex mineralibus *Saturnus* id eximie præſtat, à pluribus ſeculis inter aphrodiſiaca relatus unanimi velut conſenſu: Extat hanc in rem locus elegans apud *Anacreontem* ἰδ᾽ ἔρως, ἔχων μόλυβδον ἐπὶ τοῖς καλοῖς πεδίλοις, *Amor, ſed impeditus plumbo pedes tenellos*. In uſu ſunt hoc fine *Sacch. Saturni*, à dulcore inventivo ita dictum; exindeque parata tinctura antiphthiſica, vulgo nominata, ad gutt. x. xv. propinata; Quod ad uſum externum attinet Saturninorum, is ipſe, ut aliorum quorumvis, nonniſi refractus eſt, ſi laminæ plumbeæ lumbis apponantur, hæc quippe pollent actuali frigore, unde orgaſmum inhibent, pollent edulcandi & abſorbendi virtute, quæ tamen longè minor eſt: pollent vi excitandi, quatenus inæqualitate & applicatione ſua excitant archeum, ne profundius ſomno immerſus his invigilet Venereis. *Wedelius.*

9. *Vena ſecanda eſt*) Sanguinis detractione parum efficimus, niſi tanta ſit, ut corpus inde emacietur, aut debilitetur quod tamen citra graviorem offenſam vix poteſt fieri: Qua ratione exhauſtus per venæ ſectionem omnibus fere venis quendam uxoris petulantiam repreſſiſſe ſcribunt: Privatim autem venarum poſt aures apertiunculam impotentes reddere exemplo *Scytharum* probat & docet *Hippocrates*. Platerus.

10. *Et æger purgandus*) Quæ evacuationis cauſa exhibentur Purgantia, tunc præſertim hic locum habent, ſi à vitioſis humoribus, vel acribus ſuccis ſemen corrumpentibus & acuentibus Salacias oriatur, Illis quæ maxime redundare cognoſcimus, & in cauſa eſſe putamus accommodanda. *Platerus.*

10. *Æger purgandus*) Purgantia etiam admittit *Sebiſius*, ſiquidem vitium iſtud à ſalſis acribuſque humoribus ortum. Suſpecta tamen videntur Purgantia & quod humores ad locum affectum deducant, & pleraque tentiginem, teſte experientia, moveor.

11. *Acrimonia*) Si ſemen ultra naturalem quam habet in ſe, majorem adhuc & præternaturalem acrimoniam & caliditatem acquirat, etſi non ita redundet, magis tamen ſi ſimul exuperet, continuo ad Venerem exſtimulans, libidinoſos facit: Hoc autem à ciborum nimia conditura & aromatizatione, frequenti calefacientium uſu, vel à medicamentis ejuſmodi proficiſci poſſe in remediis Impotentiæ ſanandæ oſtenſum.

11. *In acrimonia*) Vide artic. 3. de Gonorrhœa *§. Acre & calidum.*)

11 *In acrimonia à cibis calidis*) An inter venerea illectamenta Sal veniat recenſendus ambigitur: Non pauci contendunt, ut à ruta atque mentha, ſic à ſale ope caloris atque ſiccitate genitalem ſuccum conſumi.

Vrunt res ſalſa viſum, ſemenque minorant.

Aliis placet quemadmodum ſal adeſo ſanguine per ſe emaciat, ita per accidens pinguefacit, alimentū ad partes devehendo (nam Apollonius Herophili diſcipulus macros ægros ac inuberes cibariis ſalitis recorporabat, ac Hippiatri equos impinguant panco ſale eſcæ admixto) ſic moderatam ſalis uſuram eſſe prolificam, quatenus ſanguinem ad ſeminis officinam deducit: Nonnulli denique à Sale ſemen quidem incendi, ſed ejus copiam detrahi exiſtimant: Nos plurimis documentis nixi, Veneris ardorem ſale proritari, virtutemque fœcundam ei ineſſe iudicamus, ita ut Grammatici vocem *Salax* à Sale non inepte derivaſſe videantur; Nam lymphæ minerales ſale imprægnatæ à ſterili vindicant; aqua Nilotica, quæ nitroſa eſt, multarum fœminarum viſcera longiore præcluſa ſterilitate ad conceptum relaxavit: Vena ſpermatica ſiniſtra ab emulgente exoritur, ut ſeminis materia ſalſuginis ſeri redderetur particeps; ac illi ſalaciores ſunt quibus utraque ſpermatica ab emulgentibus emergit: Naves ſale onuſtæ ſunt murium feraces: imo non deſunt Phyſiographi, qui mures abſque maſculi opera ſolo ſalis linctu impleri affirmant: dato ſale, canes ad generationem inertes catuliunt; Oves aquam ſalſam bibentes maturius coeunt, ex *Ariſtotele*, ac Sacerdotes memphitici libidinem fugaturi, à ſale abſtinebant, authore *Plutarcho, In ſympoſ.* Populoſiſſima eſt piſcium ſalum in oleum in reſpublica 5. Venus olim dicebatur ἁλιγενής, ſaligena, Stirpibus quoque propagandis ſal conducit: Denique totis corporibus nihil eſt utilius, inquit *Plinius lib. 31. cap. 9. Sole ac Sale*: quaſi ad humanam procreationem, ſimul cum Sole & homine, ſal tanquam tertius collega deberet admitti, *Menjotius Differt. 3.*

12. *In Commotione*) Excitatum ſemen in propriis *Veſiculis*, & veluti jam loco motum, exitum quærens, pruritum vehementem, ut parum quin effundatur abſit, facit; Cum hæc illius ſit natura dum ſanum eſt, ut ſuo loco retentum, niſi copia nimia redundet, non adeo ſtimulum exciter; ſic quando jam ab eo nonnihil recedit, & vix amplius, longeque minus ſi è veſiculis in ductum jam effundatur, poteſt ſubſiſtere, fit ut ſi ſit commotum non rejiciatur, admodum pruriens ad excretionem valde ſolicitet: Sicuti per imagines, inſomnia, contactus, ſemen commoveri in utroque ſexu poteſt. *Platerus.*

III. 12. In *commotione*, dum exitum quærens pruritum excitat.

II. 13. *Priapiſmus eſt* 14. *erectio pudendi citra veneris appetentiam;* 15. *à flatuoſo ſpiritu, fiſtuloſum penis nervum replente, exorta.*

16. Spiritus iſte vaporoſus oritur, *vel* in ipſo nervo ab intemperie frigida: *vel* in virga & vaſis ex craſſo crudoque humore à calore non proportionato, & hic 17. *oleum* rutæ deſtillatum locum habet.

Plærumque ob 18. ora arteriarum nimis patentia, & dilatata 19. ſpiritum copioſum effunde-

tia; quia fortè lumbis & renibus calefactis incaleſcunt, multoque ſpiritu implentur; quod copioſo ſanguine abundantibus accidit.

In *Curatione*, præmiſſis univerſalibus, 20. applicari debent, *Nymphæa, ſemen viticis*, &c. refrigerantia.

Priapiſmus.

13. *Priapiſmus eſt erectio &c.*) *Oribaſius l.4. de loc. aff. cur. Paulus lib.3.cap 57. Aetius tetr.3 ſerm.3. cap.32. Actuarius 1. m.m.cap. 22. Galenus 9. K.T.cap.9.* ſequuti unanimiter Priapiſmum definiunt quod ſit *Pudendi virilis tentigo, ſive* extenſio, ſive auctio permanens ac conſtans in longitudinem, & in orbem tumefacti, ſine rei Venereæ appetitu.

Nomen habet, authoribus *Aetio & Actuario*, à *Priapo*, qui apud Gentiles pro Deo habitus fuit, ſed incontinentiſſimo; ideoque in tabulis arrecto pene depingitur. *Sebiſius Man. p.1453.*

Arrectio membri virilis involuntaria morbus eſt, & Priapiſmus ab infami illo Deo, nempe *Priapo*, qui æquo mentulatior à Gentilibus fingitur (unde hoc nomen etiam iſti parti, qua viri ſumus, impoſitum fuit) conſueta notione dicitur: Non tantum autem turpis hæc affectio tunc temporis dolorificam infert moleſtiam, verum citra ullum etiam Veneris deſiderium virilia perſeveranter & tantopere rigent, ut citra crimen læſæ virulentiæ in conſpectum honeſtiorum prodire ſic affecti haud poſſint. *Chr. Langius Pathol.cap.57. §.11.*

14. *Erectio pudendi*) Affectus eſt duplex qui occurrit in nimia Erectione, ſecundum duplicem modum quo fit, ita tamen ut *pars affecta* ſemper ſint muſculi, circa radicem penis, qui contractione ſua comprimendo venam impediunt ſanguinis refluxum & penem erigunt, quod tamen cum duplici modo fiat, etiam eſt *duplex affectus*, 1. enim, quando ex Venereo ſtimulo nimis in Venerem inhiant, hinc ſæpius membri tenſionem & pruriginem Veneream patiuntur, dicitur *Salacitas*, in qua per integram noctem tenſionem penis inſignem percipiunt, quæ interdum in tantum excedit, ut superveniat quandoque delirium, ex nimio ſeminis orgaſmo, quod vix niſi ſeminis excretione ſedari poteſt: Hic affectus in maribus eſt fere idem, qui in mulieribus Furor uterinus dici ſolet. *Etmuller p.482.*

15. *Flatuoſo ſpiritu, fiſtuloſum &c.*) Cauſa proxima eſt *convulſio muſculorum penis*, qui convulſione continua, & ſpaſmodica affectione affecti, venam penis penitus concludunt, & ſanguinem ibidem retineri & penem intendi faciunt; Quinimo non improbabile eſt, nunc cum ſpaſmo horum muſculorum ipſa *corpora nervoſa penis* tendi & convulſivi quid pati, unde poſt inflationem *membri, dolor tenſivus* conjunctus eſſe ſolet; Dicta ex convulſione *Epilepticis* quibuſdam, iiſque inſciis & invitis in paroxyſmo *membrum tenditur*; Hinc videtur oriri, quod interdum in *ſuſpenſis* membrum fortiter tenſum invenitur. *Etmuller.*

Accuſatur tunc vapor craſſus, ac ſpiritus flatulentus qualis in convulſionibus etiam ſolet, (unde *P. Joh. Faber* etiam tetano virgam diſtendi dixit,) & *Hofmannus* hoc malum inter convulſiones particulares repoſuit. *Chr. Langius.*

16. *Spiritus iſte vaporoſus oritur*) *Cauſa remota* Priapiſmi eſt *irritatio* quæcunque *continua muſculorum penis* aut *corporum nervoſorum*, quæ irritatio in cauſa eſt, ut uberius influant ſpiritus animales, unde muſculi contracti tandem Priapiſmum inferunt, non ſecus ac ex convulſione membri dicti fit contractio & rigiditas, Irritatio hæc fit à *cauſa interna* ro, frequenter ab *externa*, ſpeciatim perverſo uſu *cantharidum*, quæ incaute uſurpatæ hoc malum in runt, Siquidem non tantum interna aſſumptione; ſed etiam externa applicatione præter mictum cruentum, tandem Priapiſmum inferre ſolent, acrimonia ſua vellicando collum veſicæ, & ibidem iſtos muſculos: Alia etiam *Venerea acriora*, magiſque *aromatica*, interdum ad Priapiſmum diſponere ſolent, Videatur *Salmuth. Cent.3. obſ.29.* de ſene; qui nuptiis ſecundis juvenculam duxit, cui ut ſatisfaceret, fortiora Venerem ſtimulantia uſurpavit, ſed tertia nuptiarum die mortuus repertus eſt, membro rigido, qui dubio procul convulſus mortuus eſt, Vnde muſculorum convulſorum fibræ etiam poſt mortem in tono mechanico rigidi conſtiterunt. Rarum eſt malum. *Etmuller*

Fit Priapiſmus ob *flatus* nervum cavum diſtendentes aut arterias calfactas & orificia nimis dilatata. Fit interdum his qui coitu incaluerunt, & tunc videtur laſſitudo tenſiva, Fit frequentius ob *Penis ulcera*, quæ cum calfactione ſunt, tuncque diſtenditur, vel quia inflammatio eſt in glandulis paraſtatis, vel quia ulcus eſt in ſummo pudendo, ad quod curandum aliqua acria ponuntur: Vlcera ſanguinem arterioſum & flatulentum trahentia, quibus diſtenditur Porus: Idem accidit iis qui Venerem ſopitam in muliere volunt excitare medicamentis, ſive balano appoſito. *Rondeletius Pr. cap 56.*

Ex ſententia *Regn. de Graef*, Penis erectio naturalis pendet à ſanguine per arterias in corpora nervoſa influente, ibique detento à muſculis qui Penis arrectioni inſervire dicuntur: Si Penis naturalis erectio à ſanguinis præſentia deducenda, præternaturalis & permanens ab eadem cauſa arceſſenda; videlicet à cauſis ſanguinem, quo minus remeet impedientibus, unde Penis flacciditatem vel affatim convocantibus; vel in flatus & halitus contumaces diſſolventibus, cum is rareſcere aptus natus eſt, quia viſcidior &c. vide ſupra caput de Virgæ Erectione læſa §. Virgæ erectio.

17. *Et hic oleum rutæ*) Ab *Hartmanno Pr. chym. p. 264.* deſtillatum *ſcil.* tam intro ſumptum guttulis aliquot, quàm inunctum, tanquam præſentiſſimum commendatum.

18. *Ob ora arteriarum nimis patentia*) Sanguis ſpirituoſus arteriarum, affatim penis corpora & glandem adimplens, idque diu, *Priapiſmi* cauſa eſt, in quo ille continuo riget: Quod quando cum Veneris appetitu fit, tunc illius ſanguinis influxus, ſeminis cauſa ſtimulantis accidit; Sed & aliis de cauſis illud fieri poteſt, ut ante hujus ſtimuli ſenſum ſanguine affluente penis erigatur, erectuſque diutius maneat, eamque ob cauſam ſemine commoto Veneris inde ſequatur appetentia. A calore autem lumborum & renum, vicinarumque partium procedere ſolet, ſanguine copioſius tunc ad haſce ſedes affluente: Cujus caloris ut multæ cauſæ eſſe poſſunt, ſic decubitum ſupinum, ob quem lumbi in culcitra plumea immerſi, vel à duro ſubjecto cui incumbunt, ut ſcamno, ſtramine preſſi, incaleſcunt, adjuvante ſitu corporis, cujus cauſa ſanguis facilius eo fluit, penis erectionis & per conſequens ad venerem inclinationis majoris cauſam eſſe docet experientia: Atque ob lecti calorem, ut proverbium affirmat, circa mediam noctem ad Venerem excitari magis apti ſunt. *Platerus.*

19. *Spirituum copioſum effundentia*) Spiritus illi influi animales ſunt, non vitales: per nervos non per arterias eo accurrentes, vide §. *Spiritus iſte vaporoſus oritur.*

20. *Applicari debent*) Suadent quidam *laminam Saturni* lumbis applicare, ſed male, quia quandoque ſic inſequuta eſt gravis urinæ ſuppreſſio. *Etmuller.*

III. 21. *Satyriaſis*

III. [21]. *Satyriaſis eſt pudendi palpitatio*, [22]. *inflammatoriam vaſorum ſpermaticorum affectionem cum tenſione conſequens.*

Accidit potius juvenibus, quàm aliis ætatibus.

[23]. *Curatio* feſtinanda eſt, ne in ſeminariorum vaſorum reſolutionem aut convulſionem delabatur.

Cavendum in ea à [24]. *purgantibus*, niſi fortè per vomitum averſio fieri poſſit; & ab urinam cientibus.

[21]. *Satyriaſis*) Satyriaſin paucis attingit *Paulus*: De ea fuſius agit *Aretæus 2. de c. & S. acut. 11.* Ex quo loco apparet Priapiſmum & Satyriaſin unum eundemque affectum non eſſe, Quæ Aretæus prolixius dicit, in pauca libet contrahere.

Dicit Satyros Baccho eſſe Sacros; In picturis & ſtatuis arrecto pene expreſſos, Eſſe vero & affectus ſpeciem quæ laborantis penem erigat, & ob id Satyriaſin vocari, Eſſe inexplebilem coeundi appetitum & tamen ægros, neque ſi ad opus Veneris acceſſerint, quicquam juvari, neque colis erectionem multo aſſiduoque concubitu ſedari; Fieri omnium nervorum convulſiones & tendinum diſtenſionem, & inguinum, & totius illius ſpatii quod inter utrumque crus eſt, πλαγγόνα *Hippocrates* nominat, & genitalium inflammationem atque dolorem: In facie ineſſe ruborem & vaporem quendam roſcidæ humiditati ſimilem.

Aegros ſe jocutvare, ac comprimere, quieſcere triſtes ac demiſſos, utpote calamitatem ſuam graviter ferentes: Malo hominis verecundiam ſuperante, turpia illum effutire, alvum ſine pudore exonerare, in venerem prorumpere, delirare, ſiti infeſtari, pituitam largiter evomere, labris illorum ſpumam inſidere, quemadmodum hircis in libidinem ruentibus, lotium, poſt longam retentionem reddere album, craſſum, ſemini ſimile, alvum reſolvi; coſtas atque axillas ſponte prurire ac titillari, convelli, à cibis abhorrere; Cum eos aſſumunt, aſſumere rapaciter, conturbari; ad intestinum cum ægritudo ſpectat, inflari, ventrem in tumorem attolli, corpus ægre admodum moveri, membra contrahi, pulſum arteriarum eſſe parvum, debilem & inordinatum; Vitium vere & æſtate potiſſimum ſævire: adoleſcentiam & juventutem eſſe maxime obnoxiam, & cumprimis omnes illo corripi, qui natura in Venerem ſunt proniores.

Malum acutum eſſe valde, triſte ac fœdum, hominemque plerumque necare die ſeptimo, Proditum quidem eſſe memoriæ etiam mulieres in hanc labem incidere, ſed falſum eſſe dicit 1. quia frigidæ ſunt temperaturæ? 2. quia pudendo virili carent.

Eadem habent *Aëtius Tetr. 3. ſerm. 3. cap. 32. & Paulus lib. 3. c. 56.*

Verum, cum citati Authores Satyriaſeos curationem fuſe admodum proponant, eam jam nos miſſam faciemos, præſertim cum illa ſe apud nos non ita offerat. *Sebiſius man. pag. 1453.*

[22]. *Inflammatoriam vaſorum ſpermaticorum*) Si quidem, ex ſententia *Regn. de Graef.* (vide cap. præcedens, §. *Virga erectio*) Penis arrectio debetur plenitudini ſanguinis intra arterias & venas membri virilis illic coerciti, ope muſculorum illius erectioni vulgo dicatorum. Recte Satyriaſis ortus adſcribitur inflammatoriæ *diſpoſitioni* vaſorum illorum.

[23]. *Curatio feſtinanda eſt*) Salacitas nimia, aut Satyriaſis, malum eſt non adeo grave, nec periculoſum, utut moleſtum, tamen ad *tabem* quandoque *dorſalem* diſponit: *Priapiſmus* vero hoc habet periculi, ut ad convulſiones terminetur; & nunc tumores, nunc inflammationes, nunc alia mala inferat. *Etmuller.*

Curatio) Juxta Satyriaſin curandus eſt Priapiſmus, (Quæ curatio Satyriaſi potius competit) adeoque *convulſio muſculorum curanda*, Conveniunt ergo *Vomitoria* ante omnia, *Purgantia* vero Intermittuntur: Vomitoria laudantur à *Foreſto*, Poſt vomitoria conveniunt *Acida*, remedia ex *vitice*, hinc *Opium* & *camphora*, Item *decoctum lactucæ* cum *ſemine agni caſti* ſubactum ſolet uſurpari contra *Priapiſmum*: Externe conveniunt *Cataplaſmata camphorata*: Vel illinatur *oleum amygd. dulc.* in quo ſoluta ſit *camphora*, radici penis. Vel applica *camphoram* in *aceto deſtillato* vel *aqua nymph.* ſolutam. *Etmuller.*

[24]. *Cavendum in ea à Purgantibus*) Nam purgantia evadunt aphrodiſiaca, ob ſtimulum ſalinum quo pollent, hunc in rem legatur. *Platerus l. 1. obſ.* ubi refert quendam à cathartico ita fuiſſe ſtimulatum ad Venerem, ut ſe continere nequiverit, quin mulierem ſibi miniſtrantem comprimeret, Alium ſumpto purgante cum Medico expoſtulaſſe, quod ipſi aphrodiſiacum propinaſſet; Ab acrimonia enim medicamenti, ob viciniam veſiculæ ſeminales facile irritari poſſunt; Imo in duriorum fæcum excretione quoque nonnullis ſemen excernitur. *Wedelius de ſimpl. Med. F. p. 222.*

Cap. LXXVI.

De Gonorrhœa.

1. G*Onorrhœa eſt & nimia &* [2]. *invita* [3]. *ſeminis, ſuo &* [4]. *ſpermaticarum partium vitio exorta profuſio.*

Signa ſunt evidentia. Profunditur ſemen invitis, citra venerem & [5]. veneris inſomnia, citra colis tentiginem, [6]. nullo oblectationis ſenſu, aut ſaltem exiguo; [7]. unde gracilitas totius corporis circa lumbos præſertim [8]. cum pallore & cavitate oculorum infertur.

[9]. *Cauſa* & [10]. *Curatio* in Differentiis explicabitur.

[11]. Profluvium ſiſtit Magiſt. *oſſis ſepiæ* à gr. vi. ad ſcr. ſ. cum conſerva roſar. antiqua. *Antimon. fixum* cum *aqua plantaginis*. *Pillulæ Bontii* ex ſemin. *lactucæ, papav.* ana dr. iij. *radic. nymph.* dr. iij. *roſ. rubr.* dr. j. *corall. rubr.* dr. ij. [12]. *camphor.* dr. ſ. *ſem. agni caſti* dr. j. cum *mucagine tragacanth.* paratæ, ita ut ex dr. j. pilulæ vii. fiant, imprimis in acrimonia ſeminis.

[1] *Gonorrhœa*) Gonorrhœæ, ut *Galenus 6. loc. aff. 6.* monet, accepit ἀπὸ τῆς γόνης, ἢ γονῆς, à genitura ſive ſemine geniali, Et verbo ῥέω, fluo, quod in eo affectu effluere ſoleat.

[2] *Gonorrhœa eſt nimia & invita*) Spermatica excretio, eſt effuſio ſeminis in viro per virgam; in ſinum uteri naturaliter fieri ſolita, Et præternaturalis exiſtit cùm *nimia* eſt, vel *citiùs* quàm debebat evenit, eoque magis, ſi vitioſum inſuper ſit, vel per non decentem viam egrediatur: *Nimia* ſeminis profuſio admodum, ut vocant, enervat, hoc eſt languidum atque imbecille corpus ad omnes functiones edendas, diſcoloratumque reddit, ac ſenium uti & mortem accelerat; Fitque hoc vel cum *actu venereo*, aliàs ſine eo; Cum *actu Venereo*, nimia fit ſeminis effuſio, ſi nimium eum exerceant, cui intemperantiæ indulgentes, luxurioſi mares ſe ipſos perdunt, fœminæque priùs vegetæ fiunt invalidæ; Et præter hæc viri ad procreationem, mulieres ad conceptionem ineptæ: Ita ut, quod in maſculis tantùm obſervatur, tandem in coitu vix unam aut alteram illius effundant, Vel alioquin non ſatis excoctum & crudum; nec non in quibuſdam adhuc ſubcruentum potiùs, quàm, ut aliqui voluerunt, ſanguinem purum loco ſeminis ejiciant.

Sine *Venereo actu* ſemen involuntariè ſi excidat, *Gonorrhœa* vocatur, quæ ſi cum ſenſu voluptatis fiat, quia dormientibus & ſomniantibus noctu plerunque evenit; *Nocturna Pollutio* vocatur, Et ſi ſæpe contingat, quia tunc æque ac ſi cum actu Venereo hæc emiſſio fieret, debilitat, præternaturalis eſt, Illaque longè magis, ſi nullo ſenſu voluptatis, aut exiguo, valde tam dormientibus, quàm vigilantibus accidat, & tunc crudum & aqueum ferè effluit; quod ſi perſeveret, vires admodum proſternit.

Vitioſum ſemen involuntariè & ſine ſenſu delectationis aliquando effunditur, quod non formam naturalem ſeminis, ſed virus quoddam album vel flaveſcens refert, quem fluxum purulenta per penem excretio puris, ardorque inter mingendum ſequitur, diciturque hic affectus *Gonorrhœa virulenta*, ſymptoma plerumque Luis Venereæ, aliàs etiam extra eam quibuſdam, & præſertim meretricibus impuris accidens, qua alii, qui cum illis rem habent inficiuntur, Luemque dictam, vel ſaltem ſimilem labem aut aliam contrahunt.

Huc quoque referri poteſt *involuntaria ſeminis profuſio*, quæ in *epilepticis* vel *convulſivis* interdum ſupervenit, cùm licèt inde nullum detrimentum accedat, præternaturalis tamen ſit hæc illius excretio.

Huc & refertur ea à ſemine procedens excretio, in qua *ſemen non* ſufficienter; ſed portiunculam duntaxat illius, & velut ſpumam dum vehementi ſtimulo Venerem exercendi irritantur, ſine ſenſu, aut expletione voluptatis egerunt; unde & licèt non debilitentur, ut tamen actus poſtea perfectè minimè queat perfici, efficit. *Platerus.*

[2] *Invita*) Per conſenſum vaſis ſpermaticis affectis, ſeminis involuntaria ſequitur effuſio, veluti nervorum in convulſione, in qua ob concuſſionem validam, qua univerſum corpus exagitatur, vaſa ſpermatica ſimul concuſſa, ſemen interdum, ſi præſertim redundet, excutiunt: Uti & ob eandem violentiam, accedente inſuper conſtrictione muſculorum abdominis, etiam veſica preſſa urinam profundit; Quod hac potiùs ratione, ut ſemen convulſis interdum promanet, accidere videtur, quàm muſculorum occaſione, qui vaſis ſpermaticis præficiuntur, licèt & hi in generali convulſione convellantur: Nam etſi in ipſo actu Venereo, leviter vaſa deferentia dilatando, pleniorem ipſius excretionem adjuvent, hoc tamen non priùs donec jam ſemen è ſuis veſiculis excidens, per hoſce ductus feratur, faciunt, ob quam & cauſam convulſi ad excretionem hunc nihil efficiunt, ſed motus ille inordinatus, illud è ſuis receptaculis propellit; Uti nec reſolutis horum muſculorum in apoplecticis effluxum ſeminis, ſicuti verò urina parit, cum hi muſculi, non uti ſphincter ad retentionem ſint comparati. *Platerus.*

Nimia & invita) Aliquando & cita nimis per exercitium Venereum ſeminis effuſio, hoc eſt cum citiùs, quàm oportebat mox initio congreſſus profunditur, unde imperfectus actus vel inutilis ad conceptionem; quia hoc ab eo nimis *fervido*, aut etiam *fluido* proficiſcitur; Curatio eadem ſit quæ in Gonorrhœa ab his cauſis profecta. *Idem.*

[3] *Seminis*) Hæc eſt Gonorrhœa vera, quando *Liquor ſeminalis*, in teſtibus elaboratus effluit, iſque *crebrius & copioſius*, tam noctu citra tentiginem, quam interdiu, flaccido etiam pene: fit hinc ut ægri tales fiant graciles circa lumbos, & impotentes in motu &c. Nam in *Gonorrhœa Notha*, loco materiæ ſeminalis aliud liquamen effluit. *Etmuller.*

[3] *Seminis &c. profuſio*) Seminis retentio & excretio læditur tribus modis. 1. Quando ſemen citra coitum effunditur, 2. quando in congreſſu nimis cito ejaculatur; 3. quando nimis tardè in coitu emittitur. Quoad primum, ſi fiat moderatè tempore nocturno, cum inſomniis Venereis, vocatur *Pollutio nocturna*: Verùm ſi excretio ſeminis fiat nimis frequenter: copioſi, idque citra tentiginem, ſeu interdiu, ſeu noctu, vocatur *Gonorrhœa*, Hanc Gonorrhœam doctrinæ melioris gratiâ, dividimus in *veram & notham*. *Etmuller.*

[4] *Spermaticarum partium vitio*) Pars affecta ſunt *veſiculæ ſeminales*, in quas ex *deferentibus* defertur ſemen, & in quibus ſolet retineri, donec vel ſpontaneo impetu, vel in coitu debeat effundi. *Etmuller.* Vide infra §. *Veneris inſomnia.*

[4] *Gonorrhœa vera ſubjectum*) Sunt veſiculæ ſeminales, à quibus ex deferentibus vaſis, ſemen delatum retinetur, donec in uſum venire debeat, vel in coitu, vel ſpontaneo impetu.

Nota verò gonorrhœa ſubjectum, Sunt proſtatæ glanduloſæ, infra veſiculas ſeminales ſitæ, quæ vehiculum ſeminali materiæ præbere & urethræ lubricationi, item & nullationi in ſemine dicuntur.

Emulgent verò hæ proſtatæ lympham ſui generis, hinc liquorem aquoſum limpidum tenuem, qui per varios tubulos, in latera foraminum ſemen ejicientium detinentes, vel per ſe frequenter, ut hoc malo, ex maſſâ ſanguineâ emulgetur, vel ordinario uſui antedicto naturaliter inſervit, ſeminalem materiam videlicet vehendo, & urethram lubricando &c. *Jungken Prax. Med. 477.*

[4] *Veneris inſomnia*) Effluit ſemen inprimis dormientibus, quando diutiùs dorſo reſupinati incumbunt, ſic enim loca poſteriora admodum & intensè incaleſcunt, & à calore ſanguis illorum locorum redditur fervidus, unde ſemen nonnihil incipit turgeſcere & erumpere. Rara eſt cauſa in vaſis, quæ ut noctu faciunt ejaculationem ſeminis, ita interdiu quoque: quod fit eò faciliùs quando veſiculæ ſeminales ſunt *laxiores*, ſeu flaccidiores, ſic levi turgeſcentiâ ſemen per aperturam in urethram tranſit, quod autem effluit eſt laudabile. *Etmuller.*

[5] *Nullo oblectationis ſenſu*) Num in Gonorrhœâ omni ſemper oblectaminis ſenſus penitùs deſit, ſine diſcrimine aſſerendum non cenſemus; Eſt enim alia Gonorrhœa ſola, nimirum ſine tenſione colis & omni voluptate, cujus cauſam ut plurimùm paralyſin ſtatuunt; Alia verò eſt cum priapiſmo, vel potiùs ſatyriaſi, quæ & tenſionem dolorificam, & nihilominus voluptatem quandam habet comitem; Cauſa omnino quærenda eſt in quodam vitio, vel infirmitate ac laxitate vaſorum ſeminalium,

ſeminalium, quam plerumque immoderatum Veneris exercitium parere ſolet. *Chriſt. Langius Pathol.c.37.*

7. *Unde gracilitas totius*) *Pollutio nocturna*, urgens minùs religioſè curanda, *Gonorrhœa* verò non temnenda eſt; Hinc falluntur & Medici & Aegri, ſi hi per ætatem a-bis ſani, etiam frequentiùs voto corripiantur Pollutio-ne; hinc ſibi fruſtra ſæpe perſuadentes ſe ſteriles fu-turos, ſe tabe correptum iri, unde videas hinc melancholicos, triſtes, pudibundos. & nihil non facien-tes, unde ſæpe ex ſanis ægri, qui non ſunt, fiunt & red-duntur. Non negamus, vel intendimus, pollutione no-cturnâ laborantes non curandos, loquimur ſaltim de erratis in exceſſu vel defectu; Plures curavimus ſolo conſilio addito medicamentis, ne inde moverentur, ſed animum reciperent, nec timerent ullum pericu-lum; Ita ſanè animo compoſito, mitiùs actum fuit de corpore: Quod verò Gonorrhœam quidam pro bo-no habent, ſi ſaltem tolerabilis ſit, id minùs concedendum; Ponam bonam eſſe, ut *cauſam*, qua-tenus natura hunc exitum affectat, & educto ichore ſeroſo præſervatur reliquum corpus à morbis: non bona eſt ut *ſignum*, unde corpus facilè degenerat in ma-lum habitum. *Wedelius.*

8. *Cum pallore & cavitate oculorum*) Conquerun-tur de laſſitudine, capitis debilitate, viſus & oculo-rum fulgor perit; tandem fiunt tremuli; appetitus pe-rit, & ad tabem dorſalem pergunt. *Etmuller.*

9. *Cauſa*) Seminis enarratarum præternaturalium effluxuum cauſæ, vel ab *irritatione*, aut *imbecillitate*, vel *anaſtomoſi*, aut ab affectu *per conſenſum* dependet: Ab *irritatione vaſorum ſpermaticorum*, quæ ſemen in-cluſum continent, facultatem ipſorum expultricem ſtimulantes ſeminis *excretio nimia*, vel nimis *cita*, aut e-tiam *involuntaria* in utroque ſexu ſequitur. *Platerus.*

9. *Cauſa*) Cauſa *Gonorrhœa* veræ triplicem agnoſcit fontem. 1. eſt *nimia copia & abundantia ſeminis*, unà cum laudabili ejuſdem conſiſtentia, unde non tantùm modò ſtimulus veneris crebrior urget, ſed ubi turgeſ-cete incipit, mox erumpit & cum voluptate ejaculatur. 2. Cauſa eſt *nimia ſanguinis acrimonia*, 3. Cauſa eſt ni-mia *veſicularum laxitas & flacciditas*. Vide cauſas iſtius laxitatis inferius §. *Nimium ampliata & laxata Etmuller.*

9. *Cauſa*) Gonorrhœea eſt involuntarium ſeminis effluvium, tam in viris quàm in mulieribus; ſæpiùs tamen in mulieribus: Semen effluit, vel vitio *Seminis*, vel *partis*; *Seminis* quòd nimis eſt *copioſum*, fitque ex victu delicato, aut quando non excernitur; cùm in ip-ſa ætate copioſè generetur; 2. quando nimis eſt *acre*, eſtque vel in exceſſu qualitatum, vel in virulentiâ, Ab exceſſu qualitatum, vel calidius vel acrius, vel ſal-ſius exiſtit, cum oritur nimio uſu piperis, ſalis, ſinapi, vino nimio, Incubatione in dorſo, equitatione: iij. Quando nimis eſt *aquoſum*, quod oritur ob debilita-tas partes genitrices: debilitantur verò à frigore, ni-mia Venere; præſertim quando quis eſt ebrius: *Vi-rulentum* ſemen eſt ex lue Venerea, & tum dicitur *Gonorrhœa virulenta*; Vitio *Partium*, quando nimis ſunt apertæ, hoc eſt quando meatus in urethram ni-mis ſunt patuli vel exulcerati, magis patent à co-piâ ſeminis partes diſtendente, 2. à Gonorrhœâ vi-rulentâ, à qua quoque fit exulceratio in partibus il-lis: Has omnes cauſas promovent libido, ſomnium, aut imaginatio Venerea. *Johann. Walæus Med.Pr.ca-pite 19.*

9. *Cauſa*) Cauſa immediata Veræ Gonorrhœæ, que-madmodum eſt veſicularum ſeminalium, ad ſeminis contenti excretionem præternaturalis irritatio, ſive Go-norrhœæ nothæ cauſa immediata eſt proſtatarum, ad liquoris ſui effuſionem, ſtimulatio.

Proximior cauſa, non eſt ſolùm abundantia ſeminis, ſed & nimia aquoſitas, plurimam partem volatilitate ſuâ oleoſâ, & debitâ conſiſtentiâ deſtituta; magis vero acidis particulis tincta, unde & abſque voluptuoſâ ti-tillatione effluit, non aliter ac à purgantibus, vel can-tharidum uſu accidere ſolet.

Nothæ verò gonorrhœæ cauſam proximiorem ſup-peditant circulantium humorum, vel lymphæ ſeroſæ partes, dum illæ veluti pro repurgandâ universâ maſsâ ſanguineâ, huc copioſè & continuò deferuntur. *Jungken Prax. Med. p. 478. 479.*

Prognoſis.

Gonorrhœa grave eſt malum; ſiquidem ſi diutiùs duret, tandem ægros tales ſolet interficere, vel eoſdem in operationibus hebetat: *Inveterata* difficilè curatur, nec inveterata ſtatim ſupprimenda, ne ſuppreſſa materia interdum à naturali ſtatu deficiens, circa teſtes varia in-ferat ſymptomata. *Etmuller.*

10. *Curatio*) Seminis in utroque ſexu involuntarius effluxus in Gonorrhœâ dictâ, ſi ſit *nocturna illa pollutio* ob copiam ſeminis eveniens, cùm nonniſi eo redundan-te accidat, & proin tantopere non noceat, fere negligi-tur; vel matrimonium huic nimiæ illius collectioni, in-deque natæ profuſioni medetur, In Cœlibatu verò vi-ventibus, ab illis quæ proventum illius gignunt, illudque facilè commovent, abſtinendum, Sin ob *ſemen fervidius* aut *acrius*, etſi parva illius ſit quantitas, Gonorrhœa fre-quenter infeſtet, ſemen corrigendum, atque ad medio-critatem erit reducendum: Si verò ob *imbecillitatem vaſorum* ſpermaticorum aquoſius redditum, facilè ef-fluat, Vel etiam ob *laxitatem* à nimio Veneris uſu con-tractam ſemen qualecunque fuerit, diutiùs contineri nequeat, quia tunc nec Gonorrhœa admodum debili-tat: illi, vaſa hæc roborando, ſemenque incraſſando proſpiciendum. Quæ *alterando* ad ſiſtendum hunc flu-xum propinantur, pro diverſitate cauſæ inſtituuntur: Si ob *ſeminis copiam* fiat, *exſiccantibus*, & quæ *proprieta-te* quadam illud abſumunt, minuimus, Si ob *fervorem*, aut *acredinem*, *lenientibus & refrigerantibus contempe-ramus*. Quod ſi *ſemen aquoſius* aut *fluidius* ſit, illud *incraſſamus*: Si *vaſa ſemen continentia imbecilliora* aut *laxiora* ſint, illis *adſtringentibus*, *calefacientibus & ap-propriatis robur* addimus. *Platerus.*

10. *Curatio in differentiis*) Antivenerea, alia quali-tatem ſeminis corrigunt, alia motum & ichoreſcentiam, adeoque non confundenda, Sic frigidis magis in pollu-tionibus nocturnis minuendis proſunt, cumprimis aci-dula. terrea & adſtringentia; calida magis in gonor-rhœâ ſimplici: *Vitex* enim per dicta, & *ruta*, *ſuccinum*, atque ſimilia, in gonorrhœa uſum inſignem habent, in Pollutione minus proſunt, quin ſæpe eundem pro-movent, quia nempe illo caſu ichoreſcentiam ſeminis corrigunt, hoc vero ſtimulum addunt potiùs, quàm tollunt: quæcunque verò fluxum ſeri augent, in fluxu ſeminis non locum habent, ut ſalia lixiva, ni-troſa, acida, ſaltim intentione, primariâ: Quod verò *Mercurialia* attinet, illa quidem in gonorrhœâ virulentâ potiſſimùm in uſum dicuntur: *Wedelius* Vide §. *Quales vendicata ſunt proſunt.*

11. *Profluvium ſiſtit*) Mulier Gonorrhœâ laborans, hoc uno decocto à profluvio ſeminis & urinæ ardore, poſt univerſalia, ex incontinenti per me curata.

℞. *Liquir.* ℥vj. *ſemin. myrtill. coriand. plantag. agni c.* āā ℥i. *ſemin. papav.* ℈ij. *ſem hyoſcy.* ℈ß. *hord. mund. ſpi. acacia, ſumach.* āā. ℈j. ſemina craſſe contund. bol-liant omnia in *aqua chalyb pro* ℔ ß. *Colat. adde troch, alkek.* ℨß, *miſc.* ſumebat cyathū bis in die, neq; alus opus

habebat. *Foreſtus lib. 26. obſ. 15.*

Conſerva *fructus Bruſci* à ℥ii. ad ℥ß. per aliquot dies exhibita Gonorrhœas multas curavi. *Samuel Formius obſ. 47.*

Idem præſtat *aqua ejuſdem fructus* deſtillata. *Idem.*

In Gonorrhœa commendatur Pulvis ſequens,

℞. *Fol. menthæ, mumiæ, corall. r. agni c. carabes ãã.* ℥j. *m. f.* Pulvis, de quo ſumatur mane aliquid jejuno ventriculo cum ovo tremulo.

Vehementius ſiſtit profluvium ſeminis, *Pulveris oſſis ſepiæ* ℈j. *cum conſerv. roſar.* ʒii. bis vel ter ſumptus.

Excellentiſſimum eſt *magiſterium ejuſdem* cum *conſerva roſar. antiqua à gr.* vi. *ad* ℈ß.

Tinctura corall. etiam mirabiliter prodeſt, *Hartmannus Fr. ſ. p. 265.*

Magnæ hoc celebritatis eſt, tum ad ſemen profundentes, tum ad aſſidua in ſomnis profluvia.

℞. *Semin. ſalic.* ʒvij. *Calaminth.* ℥vj. *ſem. urtic. albi* ʒv. *rutæ* ℥ß. *ſemin. rutæ* ʒij. *cum aqua in paſtillos digerito*, & ex iis ad ponticæ nucis magnitudinem cum *poſcæ cyathis* iij. præbetur. *Aetius Tetr. 4. ſerm. 4. c. 72.*

Inter nobiles confectiones traditur ea efficaciſſima.

℞. *Nuc. pinear. aqu. prius lot. piſtach. ſemin. Cucum. Cucurb. paſſul. ãã.* ℥ß. *cinnam. macis, ſem. anſi agni c. ãã.* ℥j. *camph.* ʒj. *cum ſacch. Al. Benedictus l. 24. c. 8. Roder. à Caſtro l. 1. de m. m. p 2. ſ. 1. cap. 15.*

Ad Gonorrhœam ſingulare experimentum hoc eſt.

℞. *G. Arab. tragac. carabe, mumia, boli Arm. mandib. lucii ãã. q. ſ. pulver. & cum ſyr. de roſis ſiccis* vel *myrtino fiant Pilulæ pondere* ℈j. *capiat prima vice Pilul.* iij. deinde unam per plures dies. *Crato Epiſt. pagin. 413.*

Præſtantiſſimum remedium eſt miſcere *ſiliquarum fabar. cineris*, *cum aqua plantag.* & inicere ſatis magna quantitate. *Jacob. Fontanus Pr. l. 3. c. 37.*

Quidam hoc ſolo *Apozemate* liberatus eſt.

℞. *Rad. conſol. maj.* ℥ß. *plantag. equiſ. bellid. min. polygoni ãã. m. j. acetoſæ m.* iß. *ſemin. plantag.* ʒj. *acetoſæ malv.* ãã. ℥ß. *flor. roſ. r. p.* j. *Vvar. paſſar.* ʒß. *liquir. r.* ʒiij. *Coqu. in aq. ad* ℥ix. *Colat. adde ſyr. portulac. myrtin.* ãã. ℥iß. m. f. Apozema pro iij. dozib. *Matut. P. Foreſtus l. 2. obſ. 12.*

Ad Gonorrhœam curandam quoque egregie facit *ſuccus limon.* ad ℥iv. cum cautione tamen, cum impotentem hominem reddat. *Amato teſte. Idem obſervat. 15. & 16.*

Pulvis Eboris Gonorrhœam Gallicam & legitimam, & alios fœminarum affectus præſentaneè medetur. *C. Caldera de Heredia Illuſtr. p. 381.*

[11.] *Profluvium ſiſtit*) Præſidia, non omiſſis univerſalibus, malum certò cedit, modò non nimis inveteratum ſit: Neutro pacto aſſequimur finem Vnguentis vel oleis, licet promiſcue à Practicis præſcribantur: Tantæ molis eſt ſegregare bona à malis in materiâ medicâ quoque. *Wedelius.*

[12.] *Profluvium ſiſtit*) Pulvis exſiccans, conſtringens & proprietate agens.

℞. *Rad. irid. ſem. agni c. coriandr. præpar. ãã.* ℥j *ſeminum plantag. roſar. rutæ, alkakingi, fol. menthæ ãã.* ʒß. *ſuccini coralli rub.* ãã. ʒj. *thuris vel maſtiches* ʒß. f. Pulvis ſubtiliſſ. Doſis ʒj. per ſe, vel cum *ſacch. roſac.* aut liquore aliquo diſſolutus.

Cum amplius ſiccandum & adſtringendum, prædictis ex ſequentibus quædam addi poſſunt, ſemina *myrti, berber. ſumach, folia millefol. agni caſti, rutæ, lanugo. fructus roſar. & folia aſplenii, glandes, balauſtia, cineres inteſtinorum & pellicul. ſtomachi gallinæ, priapi tauri vel cervi, pili leporum uſti, raſ. eboris, bolus, hæmatites, cryſtallus. Platerus.*

[13.] *Profluvium ſiſtit*) Gonorrhœa tum Venerea, tum alia ſequenti Bolo curatur.

℞. *Medulla caſſiæ rec.* ℥j. *rhei opt. pulver.* ʒj *pulver. oſſis ſepiæ* ʒß. *camphor. ol. amygd. dulc. diſſolutæ* ℥ß. *m. f. Bolus*, ter repetatur per tres auroras ſubſequentes, & porrigantur Julapia refrigerantia *ex acetoſa & agreſta* facta. *P. Joh. Faber.*

Author Bolum laxantem præſcribit, qui ſimul roborandi ſiccandique vim obtinet; *Medulla caſſiæ* impuritates ſuaviter ſubducendi, laxandi, leniendique vim obtinet, ita tamen ut aperiat ſiccando, & leniter purget, adſtrictionis cujuſdam benignitatem relinquendo; *Rhabarb.* ut benigne purgat, ita vigorem quoque adſtrictorium poſtea oſtendit, unde in omnibus morbis diſſolutis, in quibus gonorrhœa, ſingulariter commendatur, *Os ſepiæ*, Practicorum conſenſu, ſpecifica & ſingulari facultate (excellenter ſiccat) gonorrhœam ſiſtit: Quidam magiſterium crudo pulveri (quem nonnulli cum aqua caſtitatis præparandum jubent) præferunt, nec male, quia ſubtilius ſic factum iſtud os, majorem penetrandi potentiam habet; Tandem *Camphora* utiliſſime additur, præſertim ſi Gonorrhœa virulenta, & à morbo Venereo ſit oriunda, reſiſtit enim putredini, & venenatum malignumque fermentum vehementer compeſcit. Nullatenus vero ea ratione confert, quod ſtimulum Veneris arcere, ſperma minuere, hincque generationem impedire poſſit ſua frigiditate; utpote manifeſte calida, Idem confirmat quotidianus *Tinctura Bezoartica Michaelis* uſus, cujus baſin conſtituit camphora, Tantum enim abeſt ut virilitatis infirmitatem inducat, ut potius præter infinitas & effatu dignas, quas bona fide poſſidet virtutes, totam naturam mire confortet: Quod *alterantia* illa attinet, ea potiſſimùm convenient ſi Gonorrhœa ab acrimonia ſeminis nimia proveniat, quam *acetoſa* reprimit, & *agreſta* temperat, atque ſic adſtringendo quemvis fluxum ſedat.

Cæterum medicamenta ex *Marte*, vel etiam *ſuccino*, item ex *herba Lunaria* vere parata quævis in hoc caſu pariter reſpondent. Sin Lues ſit hujus Gonorrhœæ mater, cura illi adhibenda. & quæ in illo affectu præſertim conveniunt, cumprimis Mercurialia. *Chr. Langius.*

[14.] *Camphora*) Cujus *Oleum* perinæo & teſtibus illitum commendatur.

Differentiæ.

[15.] *Differentia* ſumitur à cauſis.

Alia eſt *Vitio ſpermaticarum partium.*

I. *Intemperiei frigidæ & humidæ*, quæ vel à cauſis externis tali vi præditis, ut nimiâ venere, *vel* ab humorum affluxu, in quo caſu evacuatio & adſtrictio calefacientibus admiſtis locum habet, oritur, & retentricem ipſarum labefactat, *facilius* [16.] curatur, modò ſit recens.

Terebinthinæ pulvis cum lacte per xv. dies exhibitus, prodeſt.

II. [16.] *Laxitatis*, quando [17.] folliculi ſemen continentes; vaſaque illud deferentia nimium ampliata

pliata & laxata ſunt. [20] Et tum, adſtringentibus, ut, *roſis, coral. corticib. granatorum* & aliis utendum.

Si frigiditas ſimul adeſt, [21] proſunt *therma*, & balneæ artificiales, &c.

Alia eſt *vitio ſeminis ipſius*, quod eſt.

[22] *Copioſum*, ex intermiſſione Veneris, & ciborum benè nutrientium uſu; [23] & *tum* venæ ſectio, inedia, exercitia, proſunt.

II. [24] *Acre & calidum* [25] excretricem ſtimulans, quod ex ſanguine ſimili, ob epatis & renum calorom, provenit, & *tum* priapiſmus ferè conjungitur; [26] cauſæ externæ præceſſere.

[27] *Cura* inſtituenda, [28] bilis evacuatione, ſpinæ & lumborum [29] medicamentis refrigerantibus [30] inunctione. Valet *radix* & *ſemen nymphææ albæ*.

III. *Crudum aquoſum & tenue:* idque *vel* ob teſtium frigiditatem, ſeu propter aſſumtorum frigiditatem, [32] ſeu ob hepatis intemperiem ſimilem, & *tum* ſemen ad mulieris ſaltem contactum exit, ſigna cruditatis adſunt.

In Curatione ſiccantibus & roborantibus agendum. Laudatur *Eſſentia Terebinth.* dr j. pondere in ſyrupo Agrimoniæ, conſerva fruct. bruſci à dr. ij. ad iv.

Vel ob humorum vitioſorum in corpore, quæ ad vaſa ſpermatica mittuntur, abundantiam; & *tum* Evacuantibus, & [33] bona diæta agendum. Prævalet *Extract. gummi guajaci* cum *ſpiritu vini tartariz.* factum, & gr. ij. pondere in *aqua plantag.* ſæpius exhibitum.

Dolori occurrit *balſamus Peruvianus*, filo craſſo albumine ovi durato applicitus.

IV. [34] *Virulentum & malignum*, [35] quale in lue venerea contrahitur, quod exinde.

Cognoſcitur, quod principio virus album aut ſubcitrinum, è vaſis ſpermaticis ſine ſenſu excidit, tam vigilanti quàm dormienti, quod tempore putret & acrimoniam adſciſcit, ductum virgæ excedit & exulcerat, unde dolor exoritur, qui & intentigine quaſi funem peni ſubtendit, & in emictione tanquam in dyſuria acriùs ſtimulat. Id interdum tam altè excavatur, ut foras in penis ſummam cutem emergat. [36] Durat aliquando ad decennium, non quod ſemen excernatur, [37] ſed quod pus ex proſtatis.

Oritur à ſpermaticorum vaſorum & teſtium imbecillitate, [38] ex venenata lue contracta, quæ efficit, ut quicquid in his vaſis colligitur, in fœdum virus faceſſat, quod contagione alium quemvis contaminat.

[39] Quoad *Curationem*, eſt iſta *Difficilis* in ſenibus, in omnibus, ſi is præter rationem ſupprimatur. Intus enim plerumque colligitur abſceſſus, alias quidem circa teſticulum in epididymide; alias in perinæo, qui rupta cute materiam fundit.

Abſtinendum [40] ab *adſtringentibus*, ne tenerrimum partes erodat. [41] Exſiccantia & [42] putredini reſiſtentia, ut ſunt, *Acetoſa, Theriaca, Mithridatium*, nec non quæ [43] Lui venereæ dicata ſunt, [44] proſunt. Laudatur [45] *Cantharid. integrar*, infuſum, cum *oleo amygd. dulc. ſyrupo Fernelii*, ſucco *thapſi barbati*, funditur copioſa urina. Poteſt [46] & injectio fieri *mixtura ex ſacch. albi unc. j. virid. æris unc.* iij. *in l.* iij *aqua decoctis addit. colatura camphora in ſpiritu vini ſoluta dr. iſ. & pauxillo tuthia, quibus oculi cancri & flor. hypericonis* jungi poſſunt.

[33] *Differentia ſumitur à cauſis*) Gonorrhœæ tres traduntur ſpecies ab authoribus, quibus *Joh. Langius* lib. 2. Epiſt. 5. addit quartam: *Prima* ſpecies *nocturna Pollutio* nuncupatur. *Secunda* in ſpecie ſibi Gonorrheæ nomen vendicavit, Eam *Galenus 6. locor. aff. cap 6.* definit σπέρματος ἀπόκρισιν ἀκούσιον, & venerem ἀπροαίρετον, *invitam ſeminis excretionem* & involuntariam: Significantius ſubdit, *dixeris ſeminis* ἀπόκρισιν *συνεχῶς γιγνομένην*, aſſiduam excretionem, pene haudquaquam extenſo & erecto: *Tertia* Gonorrhœæ ſpecies *virulenta* eſt illis familiaris, qui lue Gallica ſunt infecti: Quarta quam *Langius* addit nomen *Gonorrhœa* mereri non videtur, cum in illa non ſemen excernatur. *Sebiſius Man. p.* 1464. Dicenda hæc.

Gonorrhœa Notha non Maligna.

Hæc, inquam Gonorrhœæ nomen mereri non videtur, cum in illa ſemen non excernatur, ſed duntaxat phlegma ſalſum, crudumve, quod fomentum habet ſanguinem crudum, & impuris humoribus permiſtum, ac aliunde ad vaſa ſeminalia delatum; Non eſſe autem humorẽ iſtum verum ſemen exinde patet, quoniã *Langius* ait, fluxum iſtum menſtruum vocari phlegmaticum: Item quia ejuſmodi fluor in utroque ſexu ſæpe longo temporis ſpatio durat, & quidem citra magnam virium jacturam; quod in vera & ſpecialiter dicta Gonorrhœa fieri nequit. *Sebiſius l. c.*

Gonorrhœa Notha benigna hæc eſt, quando *loco materiæ ſeminalis aliud liquamen* effluit; Acciditq; quando continuo, citra cauſam manifeſtam, & prægreſſum actum venereum, effluit ex pene liquamen aquoſum, tenue, citra ullum ſenſum, fluxus talis aquoſus diutius ſubinde continuat, ſine intermiſſione, & citra inſignem noxam; & hinc fere reſpondet fluori albo mulierum, unde à quibuſdam vocatur *Gonorrhœa catarrhalis*.

Subjectum hujus Gonorrhœæ ſunt *Proſtatæ glanduloſæ*; Dum igitur naturaliter ſubjecta hæc (de quibus videatur de *Graef*) emulgent lympham ſui generis, ſive humorem limpidum, aquoſum, tenuem hinc talis humor frequenter ibidem emulgetur ex maſſa ſanguinea & ſic continuo citra Veneris exercitium effluit, ut fiat purgatio totius maſſæ ſanguineæ: Nempe quod in faucibus tuſſis eſt, & in oculis illacrymatio, hoc talis Gonorrhœa in viris.

Cauſa eſt *latex copioſus*, *aquoſus & ſeroſus* in maſſa ſanguinea, ex deficiente tam chyloſi quam hæmatoſi congeſtus, quæ ſubſtantia ſeroſa, per dictas *proſtatas glandoloſas* uberius elicitur, unde quoque excernitur & ſeparatur, & ſi illæ *proſtatæ, vel flaccidiores, vel molliores*, alio modo læſæ exiſtunt, fit laticia excretio.

Cauſa remota ſunt quæcunque occaſionem ſuggerunt, ut copioſus latex generetur in maſſa ſanguinea; In ſpecie præcedere ſolet ſtomachi labes non rite digerentis alimenta, unde cremor aquoſior & ſalſior factus non poteſt ſuggerere ſanguinem laudabilem, quia potius taliæ ſubjecta ad cachexiam inclinant.

Malum eſt maxime periculoſum, & prodromus eſt vel comes cachexiæ.

Cura ad Gonorrhœam minus dirigenda eſt, eſt enim ſaltim ſymptoma, Sed radix morbi & primua fons corrigendus, nempe cruditas maſſæ ſanguineæ; hinc ſerum ſuperfluum *per ſudorem* & inteſſione *thermarum*, proſtatæ laxatæ in naturalem ſtatum redigendæ, Remedia convenientia quæ in cachexia & affectibus, *Catarrhalibus* dicta ſunt.

[13] *Differentia*) Sicuti mulieribus accidit Profluvium *Muliebre*, cum quæ effluunt & ſubſtantia & colore, & tempore p. n. ſunt; excrementa ſcilicet vel totius corporis vel certarum partium, quæ Natura hac vix expurgat, Itæ in viris tale quid accidit, ex *6 loc. aff. 6. & 1. progn 37.* Gonorrhœam autem diligenter diſtinguere oportet ab affectu prædicto, 1. Gonorrhœa in linteis ſemper repræſentat album quid cum ſubviridi, Profluvium varios colores, pro corporis conſtitutione, 2. Gonorrhœa utplurimum dat craſſum quid, & viſcidum, nonnunquam tenue & ſeroſum, quorum neutrum eſt fœtidum, niſi quod urinæ odorem trahit ex communi canali. 3. Gonorrhœa eſt in corporibus floridis, & accidit fere iis maribus qui Venere uti debebant, cum non liceat. Profluvium habet ſigna quæ dixi, 4. In Gonorrhœa, niſi caute tractetur, Tabes eſt pediſſequa, idque intra paucos dies; eſt & in profluvio, ſed intra annum: Accidit fere per noctem, hinc ὀνειρωγμὸς Pollutio nocturna.

[14] *Caratur*) Gonorrhœa vera, & ſpecialiter dicta, in qua ob imbecillitatem, mollitiem & laxitatem vaſorum ſpermaticorum ſemen tenue, crudum, & aquoſum effluit, requirit medicamenta ſiccantia, calefacientia, incraſſantia, & adſtringentia, quæ vaſa illa confortent; Corpus namque, ob diuturnum iſtum ſeminis effluxum refrigeratur, male concoquit ac debilitatur.

Ex *ſimplicibus* ergo conveniunt, *abſynth vulg. Ponticum, mentha, ſalvia, cynoſbata* ſiccata *& ex vino rubro pota, coriand. prap. ſem. cannab. balauſt. roſar rubr. calam. aromat. maſtiche, macis, caryoph. ſuccinum, cinnam. corall r. lap. hæmat.*

Ex compoſitis ſunt.

Syrupi *abſynth. menth. cinnam. cort. citr. ſyrup. è vino Cretico, miva aromat. ſyr. maſtich. corallin.* Conſervæ *abſynth. utr. menthæ cr. ſalv. roſar. rubr. antiqua*, *Nux moſch. cond. calam. arom. cond. cortic. aur. citri, caryoph. cond. utr. Ind & Chin. conditum cynosb. condit.* Species *arom. roſat. & caryoph. Xyloal. diambr. diagal. diacinn.* Elect. *diacydon. cum ſpec.* Tinctura *Corall.*

Externa, quæ lumbis applicanda, Olea *menth. abſynth. maſtic. nuc. moſch. myrtin. ſtomach. Cratonis,* Empl. *maſtich.* Thermæ *aluminoſæ.*

Remedia optima ſunt Veneris abſtinentia, virium collapſarum per bonam *Diætam* recuperatio, Potus vini rubelli, cibi aceto conditi. *Sebiſius Man pagin. 1467.*

Præhabitis purgationibus accommodatiſſimum atque efficaciſſimum remedium erit, quod ſequitur.

℞. *Menth. ſicca* ʒiij. *ſemin. lactuc.* ʒij. *ſemin. rutæ, viticis, rad. ireos* ãã. ʒj. *ſacchar. albiſſ.* ℥j. m. In Pulv. tenuiſſ. redigantur, doſis ʒiß. cum *aqua plantag.* 3. horis ante prandium per aliquot dies. *Joh. Zacchias Conſ. 16.*

Cuidam Gonorrhœa antiqua laboranti præſcripſi Purgationem *ex mercur. d.* ℈j cum *Pil. cochiar. min.* ãã. ſequenti die venæ ſectionem, Deinde Bolum ex *rhab. pulv.* ʒj. *cum tereb.* ʒiij. quem continuavit per v. dies, quo purgabatur 3. aut 4 in die. Iterum ſumpſit *Pilulas Mercuriales*, & prædictum Bolum per alios quinque die, ac tandem *aquam* ſeqq. per 8. dies.

℞. *Menth. ſicca* ℥iij. *ſem. lactuc. rutæ, agni caſt.* ãã. ℥iß. *ireos Flor.* ℥ij. *dictamni cret.* ʒx. *ſacch. albiſſ.* ℔j, omnia pulverentur, addendo *tereb. Ven.* ℥v. *vini albi gener.* ℥xxx. f. deſtillatio in M. B. Capiat cochl. ij. mane duabus horis ante cibum, His remediis à contumaci illo affectu liberatus eſt. *Riverius Cent. 1 obſ. 21.*

Aqua ad Gonorrhœam *Quercetani*, præmiſſa per *Mercurialia* purgatione, per aliquot dies exhibita, pluſimos curavi. *Joh. Scultetus Armam. obſ. 79.* Eadem eſt quæ modo adducta ex *Riverio.*

[15] *Terebinthina pulvis*) Vide infra Tit. 12. c. 5. art. 8. §. *Carabes.*

[15] *Terebinthina pulvis*) Practici omnes hic commendant terebinthinam quam ad vias urinarias materiam derivando, hoc malum curare contendunt. Propterea varias ex ea concinnant formulas. *Riverius* commendat hoc, v. g.

℞. *Terebinth. opt.* ℥iv. *vitell. ov. n.* ij. *in mortario mixtis adde aq. agrimon.* ℔j. *& miſce donec terebinthina eſt ſoluta, tum pone per noctem in* M.B. *manè cola & adde ſacchari & ſucci limon q. lubet & de hoc propina ſingulo manè* ℥ ß.

Vel ℞. *Tereb. venet. aq. plantag. lot. & ad conſiſt. coct.* ℥j. *Rhab. pulv. liquirit. pulver.* ãã. ʒj. *Balſam. peruvian.* ℈j. *Miſc. f. Pilul. qua dentur mane & veſperi ad* ℈ ß.

Aliter verò alii ſentiunt, ex quibus Fortis Conſult. 25. cent. 4. ita ſcribit. In praxi ego ex diureticis nil laudabile vidi, propterea nec terebinthinam præbeo, niſi in vaſorum & penis contractionibus & convulſionibus; feliciorem verò curationem vidi, materiâ ad ambitum corporis derivatâ, diaphoreticis & ſudoriferis, decocti alicujus accommodati ope.

Talia motum ſeri corrigentia, affluxum moderantia, acrimoniam corrigentia, abſtergentia, & aliorſum derivantia, etiam admodum commendat *Cl. Wedelius*, qualia in univerſum debentur catarrhis & ſeri quibuſcunque fluctibus. Sic v. g. *Eſſentiâ ſuccini* cum *bezoarticâ maritatâ & anodynâ*, ſe feliciter gonorrhœam abegiſſe teſtatur, quo & *ſudorifera ex lignis* pertinere dicit, *Jungken. Pract. Med. p. 485. 486.*

In graviori & verà gonorrhæâ, ab humoribus nimium ſeroſis, acrioribus dependente, in uſum veniant abſorbentia, ſtypticâ vi prædita, quæ ſeri acrimoniam mitigare, & tam laudabiliori ſemini elaborando anſam addere, ſeminiliaque vaſa roborare queunt.

Palmam verò hic aliis præripiunt ſuccinata, item abſorbentia ex *coralliis, cryſtal. Montan. oſſ. ſepia, ſacchare Saturni, Antimonio diaphoretico, Croco Martis ſaccharino, Camphora* &c. ut & alia magis craſſam conſiſtentiam ſuppeditantia, ut pote *emulſiones* &c.

Quoniam enim hic ſemen tenuitate magis peccat, hinc incraſſantia ſimul ſint medicamina & conſiſtentiam addentia, v. g.

℞. *Semin. plantagin. & portulac. ana* unc ß. *ſuccini albi præparati, oſſis ſepiæ, Bolo Oriental. ana* ʒj.

ana. ʒi. *Terebinthinæ coctæ & pulveriſatæ* ʒvi. *Camphoræ* ℈ß. *ſacchari in aqu. roſar. ſoluti* q. ſ. fiant ſ. a. morſelli, bis in die ſumendi.

Si circulantium humorum quantitas paulisper minuenda venit.

℞. *Terebinthin. unc.ß. Rhabarbari pulverizati* ʒi. *Mercurii dulcis* ℈i. *oſſis ſepiæ, liquiritiæ pulveriſat.* ana. ʒß. Miſce, fiant Pilulæ pro duabus doſibus.

Valent & ſequent. ℞. *Succini præparati, Corn. Cervi ſine igne, Unicornu foſſil. Cryſtall. præparat. ana.* ʒi. *Maſtichis, Nucis Moſchatæ, ana.* ʒß. *Extracti opii* gr. vi. *olei ſuccini, & caryophyllor.* ana. guttur. iii. Miſce fiat pulvis, cujus doſis ʒß. cum aq. *Menth. Meliſſ. decocto roriſmar.* &c.

Externè dorſum & lumbi inungantur *unguento refrigerant.* vel *albo Camphorato*, cum *ſaccharo Saturni* mixto & lamina plumbi continuò geſtetur. Jungkon. Prax. Med. p. 483. 484.

Item ℞. Teſtar. ovor. calcinat. ʒi, cryſtallor. Martis gr. xxxvi. quibus addere jubent alii grana aliquot *camphor.* & *opii*, ut & *ſacchar. Saturni.* & tota in 4. partes diviſa, propinant cum vino doſin, bis in die, idem p. 473.

Laudantur & ſequentia. ℞. *Mercurii vini puriſſ.* ʒii. *vitrioli* ʒi. *aceti* ℥iii. agitentur in mortario ad liquefactionem abſolutam *vitrioli*, poſtea reponantur in phiala vitrea ſuper cineres calidos, quousque nihil amplius evaporet. poſtea per inclinationem humiditas abjiciatur & Mercurius in fundo remanens per alutam trajiciatur.

℞. *Mercurii* ita *præparati* ʒß. extingue in *conſerv. roſ.* ʒi. adde *aloes epat.* ʒj. *diagryd.* & *Rhabarb.* ana ℈ß. Miſce f. pilul. pro tribus doſibus matutinis continuis.

℞. *Terebinth. coct.* ℥ß. *ſuccin. raſur. ebor. in pollin. redact. Corall. rubr. præpar. & mandibulæ lucii piſcis*, āā. ℥i. cum mellis roſati q. ſ. fiat maſſa pilul. de cujus ʒß. fiant pilul. v. quas capiat ante lecti introitum & manè ab exitu lecti, tribus horis ante paſtum, continuando uſque ad finem.

℞. *Semin. heder. unc.ß. agni caſti* ʒii. *Coral. lor. rubr. præpar.* & *mandib. lucii piſcis præpar.* ana. ʒß. *ſemin. papav. albi pulveris.* ʒii. *ſyr. de nymph. & Corall.* āā. unc.ß. *conſerva cynorrhod.* q. ſ. f. opiata pro 8. doſib. matutinis.

Ad ſiſtendam Gonorrhœam pilulæ ſeq. valdè commendantur.

℞. *Radicum biſtortæ, tormentillæ & nymphææ, baccarum hederæ, ſeminum, rutæ, lactucæ, & agni caſti, ſuccini, ſanguinis hirci, olibani, maſtichis, Lacrymarum ſanguinis draconis, nucis moſchatæ* āā. ℥ß. cum *terebinthina veneta* q. ſ. f. *maſſa.* doſis eſt à ʒß. ad ʒi. manè & veſperi per plures dies. Moſes Charas Pharmac. Reg. Galen. p. m. 413.

[12]. *Laxitatis*) A *laxitate nimiâ vaſorum ſeminalium* profecta imbecillitas, Gonorrhœam quandoque producit, Quando folliculi ſemen continentes in ſuis gyris, vaſaque illud deferentia nimium *ampliata laxataque*, ut facile vel ſponte, vel levi occaſione ab illis excidat, viaſque pertranſeat, cauſam præbent: Quæ *laxitas* à multoties brevi tempore peracto coitu, ſæpe ſubito, alias tardius, in iis qui longo tempore luxuriei fuerunt dediti, oritur, per quam Veſiculæ ſeminis toties inanitæ, ruſumque repletæ, viæque irrigatæ, tandem eam laxitatem, atque interdum ob ſpirituum ſimul profuſionem, imbecillitatem acquirunt, qua ſemen crudum fluidiuſque redditur, geminis tunc cauſis gonorrhœam producentibus. *Platerus.*

[16]. *Laxitatis*) Vide §. *In commotione.*

[17]. *Folliculi ſemen continente*) Qui ſunt pars affecta, & in quibus ſolet retineri ſemen, quorum *nimia laxitas & flacciditas*, cum orificio eorum in urethra minus clauſo, ſed facile apertibili, in cauſa ſunt, ut tunc ſemen, dum non rite continetur, facile effluat. *Etmuller.*

[18]. *Vaſaque illud deferentia*) Per apertionem oſculorum venarum ſpermaticarum, quæ ſemen ex ſanguine elaborant, *ſemen* aliquando *ſubcruentum*, vel *ſanguis loco ſeminis*, uti voluerunt, in coitu procedit, quando ob eum ſæpe brevique ſpatio repetitum, adeo vaſa ſemen elaboratum continentia exhauriuntur, ut per venarum ſpermaticarum oſcula, ſuctione hac dilatata, ſemen ex illis adhuc imperfectum & ſanguinolentum, vel ſanguinem ipſum rapiant & in congreſſu profundant, Contingit quandoque etiam hæc ſuctio nimia ſeminis, ex ſingulari quadam ſalacitate, aut fervore uteri ſinus, (ut de mulieribus Africanis refertur) ſuccumbentis mulieris; Sicuti ſuperioribus annis militi contigiſſe obſervavi, qui vi comprimens virginem ruſticam, ab ea ita ſubactus fuit, ut tandem poſt repetitum coitum cruentum ſemen reddiderit, ex qua nimia agitatione in tabem, quam brevi mora ſubſequuta, inductus eſt. *Platerus.*

[19]. *Nimium ampliata & laxata*) malum hoc fere ſemper agnoſcit *cauſam antecedentem*, manuſtuprationem; Semen autem effluit fere ſine ſenſu, ſaltem, in anteriore penis parte ſentiunt; Semen nunc *craſſum*, nunc *tenue* & nonnihil *ſeroſum*; *Prius* ſi effluit, ſignum eſt teſtium vim adhuc eſſe laudabilem; Si vero effluit *tenue*, ſignum eſt per iſtam ſtuprationem vim teſtium generativam eſſe enervatam, unde ſeminis loco, ſaltem liquor ſeroſus effluit; Vel ſponte, à *cauſa interna* dicta laxitas induci poteſt, & frequentior eſt hæc gonorrhœa. *Etmuller.*

[20]. *Et tum adſtringentibus*) Ad roborationem partium hoc laudo.

℞. *Lentiſci totius cum cortice minutim conciſi* ℥iß. *infunde in aqua* ℔vi. *ſucci limon. depurat.* unc.iii. digere in Balneo per 24. horas, Doſis onc.vi. manè per aliquot dies, *Rod. à Fonſeca Tom. 1. Conſ. 16.*

[21]. *Proſunt Thermæ & Balnea artificiales*) Ad roboranda vaſa ſemen continentia & deferentia debilitata aut laxiora facta, in illis qui gonorrhœam diu ſunt paſſi, vel ad recidivam ejus ſunt proclives, *Thermæ naturales calidæ aſtringentes*, more conſueto, ad tempus aliquod uſque continuatæ proderunt; Vel alia *Balnea artificialia*, ex illis quæ hoc præſtant concinnata, quibus & *calida* ad calorem nativum harum ſedium fovendum adduntur, ut *roſmarinus*, *majerana*, *ſalvia*, *ſtæch. lavendula*, ſimiliaque. *Platerus.*

[22]. *Quod eſt 1. Copioſum*) Copioſius ſemen producitur, tum ex materiæ abundantia, Vaſis exiſtentibus grandioribus; tum maxime ex conſtitutione Teſtium laudabili ac robuſta, licet difficile ſit explicare in quo conſiſtat illa Teſtium vis & potentia, ex ſanguine ſpiritibuſque animalibus ſemen conficiendi; *Fr. Sylvius* Pr. l. 3. c. 1.

[22]. *Copioſum*) Ob copiam ſeminis ſi vaſa turgeant, quia cum voluptatis ſenſu exit, ut veneri nimium aliqui indulgeant ei occaſionem præbendo, cauſa nimiæ profuſionis, & quæ inde ſequitur debilitatis exiſtit, niſi ob hoc laſciviæ æſtum fiat, ut ſe ſtrenuos in eo actu demonſtrent; *Platerus.*

Pollutio nocturna.

[22]. *Quod eſt 1. copioſum*) Hinc *Nocturna Pollutio*, quod

noctu dormientibus accidat, cum homo noctu dormiens ſemen emittit, & ut *Horatius* ait.

Nocturnam veſtem maculat ventremque ſupinum

quanquam idem etiam vigilantibus quandoque interdiu contingat, Obſervatum enim quoſdam in venerem procliviores; ex ſolo mulieris, aut virginis venuſtioris & gratioſæ intuitu, hanc Pollutionem perpeſſos eſſe.

Profunditur vero ſemen ut plurimum noctu per inſomnia libidinis, aut in attenta rer Venereæ cogitatione, idque bonum & laudabile; cum penis tenſione in viris, & magna cum voluptate, In mulieribus autem cum pruritu & titillatione partium obſcœnarum: Quibusdam tamen etiam citra imaginationem præcedentem, citraque ſenſum ſemen noctu excidit.

Cauſa varia eſt, 1. *Copia ſeminis*, qua vaſa ſpermatica turgent; ea enim vaſa iſta gravat, ac propterea à facultate expultrice illorum expellitur. 2. Seminis caliditas & ſpirituoſitas, nonnunquam & illius acrimonia, quæ naturam ad irritationem irritat, 3. Pororum ſeminalium laxitas, quam frequens veneris uſus parit: Vaſa enim ſæpius vacuata, rurſuſque nova affluente materia repleta, viæque rigatæ, tandem laxitatem & amplitudinem acquirunt, per quam poſtea facilis eſt ſeminis, præſertim ſpirituoſi decurſus. 4. Imaginatio rei Venereæ, quam objecta, collocutiones &c. excitant, Imaginatio enim alias ſemen movere ſolet.

Si nocturna Pollutio rarius obtingat, naturalis eſt, nihilque nocumenti affert, in iis præſertim qui ſemine calido, multo ac ſpirituoſo, prædiri ſunt: Sin eveniat crebrius, hominemque debilitet, ſemen minuendum, victu & medicamentis ſiccantibus: Refrigerandum quoque interna & externis remediis: Vaſa ſpermatica adſtringentibus roboranda & coarctanda: Ad hæc ſemen incraſſandum, idque præſidiis ad Salacitatem præſcriptis. *Sebiſius*.

22. *Copioſum, ex intermiſſione Veneris*) In corporibus floridis & maribus, ex intermiſſione Veneris quandoque Gonorrhœam accidiſſe obſervatum eſt, Ex retentione namque ſeminis corruptionem, ex hac acrimoniam, & per conſequens vaſorum ſpermaticorum læſionem provenire, in ſenſus deſubito incurrit. *Chr. Langius*.

23. *Et tum vena ſectio &c.*) Copioſi ſeminis productio, hinc & excretio, ſi hominem debilitet; Curabitur 1. adhibendo medicamenta quæ quodammodo conſtringant, aut quæ ſanguinem magis condenſent Spirituſque figant, 2. abſtinendo à Venereis cogitationibus, exercitio Venereo &c. 3. uſurpando prudenter medicamenta Veneri extinguendæ adſcripta; Sic hominem ad venerem etiam licitam nimis pronum curavit *Nitrum* ter quotidie aſſumptum, unde non tantum fervor ille ſenſim diminutus, ſed plane extinctus eſt. *Idem*.

23. *Et tum vena ſectio*) Hæc Gonorrhœa, licet tam promptè curari non queat, tamen tam periculoſa non eſt, modo recte cauteq; tractetur, & præcaveatur, ne crudũ ac inutile, imo impurum ſemen uſu fortiter adſtringentium, à quibus in principio potius abſtinendum, retineatur, & contractam, vel ſupervenientem hinc corruptionem (cruda enim & impura facile putreſcont) exulceratio iſtarum partium poſtea ſequatur, ſi tamen diutius quoque hoc malum perſeveret, tabem habere pediſſequam ſolet. *Idem*.

23. *Et tum vena ſectio*) In plethoricis præſertim ad materiam ſemini, unde generatur, nonnihil ſubtrahendam. *Platerus*.

24. *Acre & calidum*) Semen in principio apparet laudabile, attamen nunc eſt magis *tenue & ſeroſum*, quo nempe *eſt acrius*, eo magis *tenue &c. Acrimonia* tunc peccans ſolet eſſe *acida* utplurimum, quæ cum ſero ad dictas partes delata ſolet irritare has partes; hinc in *ſcorbuticis*, & iis qui laborant *malo hypochondriaco* continuo, ſubinde venit Gonorrhœa, ex *acido* ſcilicet. *Etmuller*.

24. *Acre & calidum*) Idem quod *copioſum* irritando facit ſemen, ſi *caliditatem majorem & acrimoniam*, quam alioqui obtinet, conceperit: Ejuſmodi ſemen etiam ſtimulando, *imaginatione* ſola illius actus, quæ in ſomniantibus frequentius, nonnunquam & alias de eo cogitantibus excitatur commotum excreturaque *Pollutiones* in dormientibus interdum & vigilantibus parit: A *feminis* quoque hoc fervore accidit, ut citius in ipſo actu quam oportebat, ejiciatur, vel potius illius etiam citra actum emergat: Atque ut cum ardore quodam, eoque veluti urente aliquando progrediatur. *Platerus*.

25. *Excretricem ſtimulans*) Acrimoniæ ratione irritantur partes genitales, & in ſpecie veſiculæ ſeminales ad ſui contractionem incitantur: & ſemen exprimunt: *Etmuller*.

26. *Cauſæ externæ præceſſere*) A cauſis etiam externis ſtimulatæ veſiculæ ſeminales inferunt Gonorrhœam, Sic poſt *Purgantia* ſumpta ſæpius ſtimulantur partes genitales, & ſequitur ſeminis excretio: Sic *cantharidum* uſus acrimonia ſua vellicando veſiculas ſeminales ad Gonorrhœam talem diſponit. *Etmuller*.

27. *Cura inſtituenda*) Orgaſmus ſeminis ſupponit & notat quoque *ſal ſalſum vel alkalinum* ſtimulans, volatile in ſtatu naturali, fixum magis in præternaturali: Quæcunque ergo ſal ipſum ſtimulans temperant, alterant, & figunt ſunt antiphrodiſiaca; Figunt & alterant *acida* & *nitroſa*, & *ſulphura & ſals volatili* huic ſtimulanti debita; hinc *radix acetoſæ* commode reliquis infuſis & decoctis additur: Hinc *hepaticum rubrum* tum per ſe, tum cum *ſpec. triaſant.* vel cum *ſacch.* ſolum mixtum adhibuimus feliciter in pollutione nocturna, addito ſimul præcepto, ut omnia quæcunque acrimoniam ſalinam *ὀργασμῶδη* poſſunt ſtimulare & promovere, devitentur in cibo & potu acria ſalſa, piperata, aromatica, vinum generoſum, mel, naſturt. raphanus ruſtic. motus, decubitus ſupinus, capitis declivis & alia, Par ratio eſt *chyſſi antimon. ſulphur. Tinct. aperit. Mœbii* & ſim. licet acida ſicca & concreta præſtantiora ſint, ſic & *decoctum tamarind.* prodeſt.

Alterant & temperant idem Sal *aquea*, tum actuali frigiditate, tum diluendi virtute. Frigori temperanti adſcribendum eſt, ſi quid proſunt ſubſtrata vel impoſitis lumbis; Hinc & Balnea frigida proſunt, à quibus ſtatim corrugatur ſcrotum & pori laxati prius concidunt: Diluunt Potiones & *aqua ex lactuc. nymph. portulac.* item *aqua caſtitatis*, etiam ſuperiori ſcopo debita: Diluunt & temperant Emulſiones *ſem. 4 frig. maj. portul. lactuc. cannab.* quam ſolam etiam *Minſ.* commendat, cum aquis alterantibus factæ, addito *oſſe ſepiæ*, & ſyr. edulcantibus & temperantibus.

Temperant etiam *terreſcantia mucilaginoſa*, *ut pulv. ex 4. ſem. frig. major. portulac. lactuc. acetoſ. plantag. flor. nymph. roſar. g. tragac. camph. ſantal. rubr.* qualia exempla apud *River.* in obſervat. occurrunt, ut terrea alia, mundificantia & divertentia, ex *antimonio diaphor. bezoart. mart. cinnabarinus* non laudemus.

Temperant & abſtergunt, roborantque *ſulphurea minus volatilia & aerea*: Sic nobiliſſima eo caſu eſt *terebinthina* quoquemodo adhibito; uti & mixtura prodeſt ex *ſacch. ſaturni, camph. & terebinth. ſpiritu*, In pilulis item & litu facit officium, Sic & *caſſia & tamarindorum pulpa*, temperandi fine, in his affectibus præſcribitur toto die; Sic *ſuccinata*, ut in omni ſeri ichoreſcentia & fluore optima ſunt, catarrhis, fluxui albo utilia; ita & in gonorrhœa, tum in pulvere,

rum inprimis in eſſentia, quæ palmam omnibus quaſi reliquis reddunt dubiam, Sic & ipſum *decoctum & eſſentia* lignorum egregia ſunt ſeminis fluxus remedia. *Wedelius.*

27. *Cura inſtituenda*) In cura obſervandum, ut *ſeminis copia imminuatur*, vel *acrimonia corrigatur*, vel *laxitas* reſtituatur: Cum omnibus his habenda eſt ratio Teſtium, ne remediis quibuſdam præpoſtere adhibitis, deſtruatur vis generativa.

Remedia quæ *primo ſcopo* ſatisfaciunt, ſunt talia, quæ *materiam ex qua fit genitura*, *parciorem* faciunt, & *fermentum teſtium obtundunt*: Inſtituatur ergo *Diæta* parcior, ex *alimentis* paulo *acidioribus*, minus chyloſum ſuccum ſuggerentibus, una cum vigiliis & exercitiis corporis &c. Quæ partim chyli cum ſanguine aſſimilationem (*minorem*) faciunt, partim per tranſpirationem eundem imminuunt; Quæ fermentum Teſtium enervant, ſunt *Acida*, *vitriolata & Nitrata*, præ reliquis *ſpiritus nitri* & *nitrum crudum*, doſis ℈i. bis vel ter aſſumpta ſunt egregia, Loco horum temperata ſunt *ſucci citri & limonum*, qui ſunt optimi in Gonorrhœa à ſuperflua ſeminis generatione, ut:

℞. *Aqu. roſ.* ℥iii. *ſucci limon.* ℥i. *album. ovi crudi* nº. j. mixta quolibet die ſolent uſurpari una vice ab ægris gonorrhœa ſeminis laborantibus. *Solutiones corall.* cum *ſucco citri* laudantur, *Semina agni c. cannabis*, *papav.* quacunque ratione uſurpata, ſolent ſiſtere has gonorrhœas: uſurpatur etiam ex his Emulſio.

℞. *Sem. agni c.* ʒiii. *papav. albi* ʒi. *cum ſ. q. aquæ nymph. f. Emulſio*, *Adde magiſt. corall. cum ſucco citri* ʒß. edulcora parum.

Potens eſt *ſem. cannab.* ſed quia eſt hoſtile ſpiritibus animalibus cautè uſurpetur. *Nymph. alba*, *galeopſis*, *millefol alb.* ſunt optima, hinc.

℞. *Herb. galeopſid. flor. alb. m.* ii. *millefol. flor. alb. m.* j *ſem. agni c.* ʒvi. *m. & contuſa coque in ſ. q. aquæ rutæ, vel menthæ*, vel *ferrariorum*, *Propinetur pro libitu.*

Pertinet huc *eſſentia caſtorei*, quam vide in *Minſicht. & Riverio.*

Quoad Secundum Scopum, quando Gonorrhœa frequens eſt à cauſa interna, conveniunt quæ acrimoniam iſtam acidam temperant & corrigunt, & ſimul vi ſtyptica prædita ſunt, conveniunt ergo *ſolutio corallorum & Tinctura corall.* Hinc *Martialia*, *crocus martis adſtringens*, hinc *ſuccinata*, & quævis ex *ſuccino* præparata, *trochiſc. de ſuccino*, item ol. *deſtillatum ſuccini* aliis additum. Faciunt huc *Oſſa ſepiæ præparata cryſtall. mont. præpar. antimon. diaphor. mandibula lucii*, *ſacch. Saturni.* vid. *D. D. Michael* qui uſurpavit pulverem *oſſis ſepiæ* cum *antimonio diaphor.* mixtum; Alii uſurpant Pilulas *ex terebinth. cypria* cum *croco Martis* mixtas, Non inelegans eſt conditum *Lindani.*

℞. *Conſerv. roſ. rubr. menth. acr.* āā. ℥iß. *oſſis ſepiæ prap* ʒii. *borracis inſtar alum. calcinati* ℥i. *nuc. moſch.* ʒß. *cum ſyr. de roſis ſicc. m. f. Elect.*

Borrax ſit calcinata, cruda enim Venerem intenſiſſime ſtimulat, ſed calcinata, quatenus relinquit caput mortuum ſtypticum in Gonorrhœa eſt optima. Facit huc *ſuccus millefolii ad* ℥ui. *cum lacte dulci* vel *ſucco lactucæ* mixt. cum *camphora* & propinetur, temperando ſic acrimoniam materiæ ſeminalis.

Tandem ſi oriatur Gonorrhœa vera ex Veſiculis ſeminalibus flaccidis, conveniunt adſtringentia, v. g. *Tinctura ſulph. vitriol. pulv. troch. de carabe*, *Tinctura croci martis adſtring. terra ſigill. bolus Arm.* cum *aceto*, *ſacchar. ſaturni*, & hinc *tormentilla ejuſque extractum*, v. g.

℞. *Extr. torment.* ℥i. *ſacch. Saturni*, ℥ß. *camph.* ʒii. *m. f. Pilula.*

℞. *Extr. torment.* ʒii. *ſperm. Crollii comp.* ℈ii. *pulv. ſemin. agni c. plantag. rad. conſol. maj.* āā. ʒß. *tereb. ven. camph.* āā. *gr.* xii. *m. f. Pilula.*

Sic & *Thermarum* uſus convenit, Si Semen ſit ſalſum tenuius & ſeroſius, convenit *lac cum oryza* decoctum, quod ſerum temperat & lacteum reddit.

Si ſub curſu, vel ſub principio morbi *purgare* velimus, uſurpemus terebinthinam cum purgantibus. *Etmuller. pag.* 423.

27. *Cura inſtituenda*) Ad fervorem & acrimoniam ſeminis contemperandam.

℞. *Semin* 4. *frig. maj. mundat.* ʒii. 4. *frig. min.* inprimis *portulac. lactucæ*, vel etiam *acetoſæ* āā ʒi. *rad. nenuph. vel flor.* & *roſar.* āā. ʒß. *g. tragac.* vel *arabici*, *toſti* ʒi. *f Pulvis*, Cui de ſupradicto Pulvere iii. vel iv. pars addi poterit.

Camphoram plerique addunt refrigerationis gratia, vel quod occulta vi ſemen extinguat.

Decoctum ſiſtens fluxum, & caliditatem & acrimoniam ſeminis extinguens.

℞. *Rad. irid nenuph.* āā. ℥i. herb. recent. vel aridar. *agni caſti*, *coriand. aſplenii. millefol. ſumach*, *plantag. portulac. lactuc* āā *m.* j. *mentha*, *ruta* āā. *m.* ß. *flor. roſar. nenuph* āā. *p.* j *ſemin.* 4 *frigid. maj. unc.* ß. *minor.* ʒii. *ſem. plantag & portulac.* āā. ʒi. *myrtill.* ʒiii. *ſem. alkek.* ʒß. *f. decoctio in aqu. & poculo vini rubi*, *In colat.* ℔iii. *diſſolve ſyr. Cydon. unc.* ii. *ſacch. q. ſ. decoqu.* ad mediam conſiſtentiam, utatur ſæpe.

Syrupi competunt *Portulacæ*, *plantag.* aliique ex prædictis quibuſdam plantis, illarumque ſuccis decocti, aliiſve acidis, ut *citri*, *granat.* vel auſteris, ut *myrtillor. ſyrupus.*

Succi item ab enarratis plantis expreſſi, per ſe uſurpati, vel *Aqua* elicitæ: *Conſerva* item & *conditura* ejuſmodi, ſimplices vel cum admiſtione pulverum, & ſyrup. in formam *miſturæ* redactæ. *Lac ovillum* vel *chalyb* ſæpe bibitum ſeminis contemperat acrem vim: Uti & *Emulſio ſemin. frigid. amygd.* & *ſemin. papav. albi.* Aliaque multa quæ ardori urinæ conducunt.

Injiciuntur *Clyſmata* in hoc caſu quandoque, ut tanquam *Topica* remedia parti affectæ adhibeantur, cum vires ipſorum ab inteſtinis ad vaſa ſeminaria uſque etiam poſſint pertingere: Paranturque proin pro cauſæ ratione ex decocto illorum quæ refrigerant, ſi caliditas in cauſa ſit; addmis etiam hujus fluoris ſeminis cauſa ſiccantibus & adſtringentibus, qualia in decocto quod exhibetur deſcripta ſunt, aliiſque validius adhuc conſtringentibus, ut *fol. quercus*, *lentiſci*, *cupreſſi*, *flor. granat.* ſimilibuſque, coquendo in aqu. & *vini rubri*, vel etiam aceti portione.

Sunt qui *Injectiones* ſiccantes ex *Tutia* ſimilibuſque paratas in ſeminis & urinæ communem canalem in viris infuſas plurimum juvare doceant. *Platerus.*

℞. *Amygd. dulc. excortic.* par. xii. *ſem.* 4. *frigid. maj.* unc. i.

Semin. pap alb. ʒii. cum *aq. font.* q. ſ. f. *Emulſio* pro tribus doſibus matutinis & veſpertinis, adde cuilibet doſi *ſyrup. caprill. vener.* ʒvi *ſalis prunellæ* ʒi. Vel.

℞. *Rad. nymph. & fragar. ana.* ℥ii. *dens. leon cum toto*, *agrimon. caprill. vener. & lactuc. ana m.* j. *ſem. melon.* ℥ß. *ſem. pap alb.* ʒii. *coq. ad* ℔iß. *f. jul. pro* 3 doſib. matut. & veſpert. addendo cuilibet doſi *ſyrup viol.* ʒvi. *ſal. prunell.* ʒi.

28. *Bilis evacuatione*) Interdum exhibemus Purgantia, ſi à *bilioſiore*, vel *crudiore* aut *ſeroſiore ſanguine* ſemen *acrius* aut *aquoſius* generetur, ut ab hiſce repurgetur, munduſque fiat ſanguis, laudatamque ſemini materiam præbeat; Quæ purgantia prout corpus excrementis his illiſve refertum eſt, hiſce educendis accommodantur. *Platerus.*

28. *Medicamentis refrigerantibus*) *Bon. Faventinus* magno cum ſucceſſu & experientia, ſi Gonorrhœæ adeſſet dolor & ardor, dabat tepide ſeptem diebus *lactis ovilli* ℥iii. *aqu. plantag.* vel *ſucci ejus* ℥i. *boli Arm.* ʒi. *Foreſtus Obſ. 15. l. 26.*

D. Bontius uſus fuit ſequ. Pilulis, ut *Joh. Heurnius*, notavit inter ſecreta ſua remedia.

℞. *Semin. lact. papav.* ãã. ʒiii. *rad. nymph.* ʒiii. *roſ. rub.* ʒi. *corall. r.* ℥ii. *camph.* ʒß *ſem. agni c.* ℥i. *cum mucil. tragac. fiat maſſa Pil.* Ex ʒi. *Pil.* vii. *Otho Heurnius Not. ad cap. 13. l. 6. Path. Fernelii.*

29. *Refrigerantibus Inunctione*) Extrinſecus uſurpantur *Balnea*, *Fotus*, *Inunctiones*, quæ Salacitatem reprimunt: *Balneum* vel *Fotus perinæi* & *teſtium* ex rad. *cynogloſſi*, vel Decocto herbar. pro Pulvere & Decocto ſumendorum, præſcriptorum convenient *Inunctiones* refrigerando, ſiccando, adſtringendo, proprietatéve operantes, Renibus, ſi calor ipſorum in cauſa quoque ſit, vel perinæo & teſtibus adhibentur, Inter quas tale unguentum proderit.

℞. *Olei myrtill. lentiſc. maſtich. cydonior.* ad ℥iii. *ol. Irini unc.* ii. *ſucci plantag. portul. lactuc. menthæ, aceti* ãã. *unc.* iß. *coqu. ad ſuccorum conſumptionem*, adde *Nuc. cupr.* vel *gallar. rad. irid. ſem. viticis* ãã. ℥i. *acaciæ vel hypocyſt.* ʒii. *ſpicæ* ℈i. *ceræ q. ſ. f. Inunctio.*

Laminam plumbeam tenuiſſimam renibus impoſitam, per noctem, uti ſalacitatem reprimere, ſic Gonorrhœam emendare ſcribitur: *Lectulus* vel *pulvinus* lumbis inter decumbendum ſuppoſitus, lana potius quam plumis refertus, cui *agnus caſtus* & ruta miſceantur, aliquid juvare poſſent. *Platerus.*

Regio lumborum & perinæi inter ſcrotum & anum illinatur ſequenti unguento.

℞. *Olei maſtich.* unc. ß. *olei rutæ* & *menth.* ana. ℥ii. *ſemin. agni caſti*, *urticæ*, *rutæ* ana. gr. vi. *ſem. menthæ*, *caryophyllor.* ana. gr. v. *Ceræ* q. ſ. f. unguent.

Proſunt & folia *portulacæ* & *viticis* lumbis ſubdita, neque *fragaria* prætereunda erit, quam in vino rubro coctam ac ſæpius pubi & pectini impoſitam in pollutione nocturnâ efficaciſſimam comperit *Simon Paulli* Quadripart. Botan. p. 307.

Optimum quoque eſt laminam plumbeam tenuem, ſive integram, ſive multis in locis perforatam, lumbis alligare. Sic & herbæ refrigerantes cum *roſ. rubris* in ſacculum contuſæ, lumbis apponi poſſunt.

Smaragdus etiam libidinoſa arcere phantaſmata, exteriùs loco amuleti geſtatus dicitur.

Ex unguentis & linimentis conducunt, *Refrigerans Galeni*, *Album Camphoratum*, *roſatum*.

℞. *Empl. de hyoſcyam. Saturnin.* unc. ß. *ſacchari ſaturni* ʒi. *Camphor.* ℈i. cum *ol. nymph.* f. Empl.

Ceratum ſantalinum alutæ inductum, hepatiſque regioni applicatum, Celebratur à *Timæo* aliiſque. *Dolæus* Encycloped. Med. p. 678.

30. *Inunctione*) Exterius ad gonorrhœam non virulentam, Pollutionem nocturnam & Fluorem album, commendatur *decoctum fragariæ* cum vino rubro aliquoties pubi & pectini impoſitum: Sic certo mederi gonorrhœæ *burſam paſtoris Tabernæmontanus* & alii apud illum referunt. *Wedelius.*

31. *Crudum aquoſum & tenue, idque vel ob teſtium &c.*) Si per nervos influens ſpiritus animalis ſatis copioſus & fortis ad teſtes deveniat, in iiſque in liquorem ſpirituoſum, una cum ſpirituoſa ſalſa ſanguinis arterioſi parte coeat & excoquatur, fit ſemen bene coctum, ſpirituoſum ac fœcundum, quod in veſiculis ſeminariis craſſeſcens, coloris albicantis in libidine projicitur, Quod ſi vero nimis parcus aut debilis ad Teſtes confluat, tunc ſemen crudum, mucoſum, ſeu aquoſum & minus album generatur, ſicuti fit cum à nimio coitu, ſpiritibus valde diſſipatis, partes ſpermaticæ debiles frigidæque & humidæ relinquuntur, qua intemperie tunc anguſti nervulorum fines in teſtes deſinentes, flaccidi fiunt & concidunt; ita ut pauci ſpiritus animales ad teſtes penetrare queant, & qui tranſeunt, à nimia frigiditate ac humiditate teſtium fere ſuffocentur, atque hinc tunc in ſanguine, per arterias ſpermaticas affluente, non fit conveniens fermentatio & coctio, ſed convertitur magna ejus pars in ſuccum crudum & aquoſum, qui ſua humiditate poros circa urethram laxans, ſæpe ſine ſenſu, & præter voluntatem ſponte foras effluit, hocque pacto *Gonorrhœam ſimplicem* facit: Cui tamen ſemini, ſi impura aliqua venereæ malignitatis labes acceſſerit, eique corruptionem valde acrem intulerit, fit *Gonorrhœa virulenta*, quam multoties eroſio cum exulceratione ſubſequitur; Hujuſmodi autem ſeminis crudi effluvium, ſeu gonorrhœam ſimplicem, ægri ſæpe longo tempore, & nonnunquam per annos patiuntur, cum virium haud magna dejectione; propterea quod ille liquor ſpirituoſus è nervis accedens, tali ſemini paucus admixtus ſit, & ad ejuſdem excretionem pauciſſimi vel nulli ſpiritus animales concurrant (ſponte enim, & inſciis ægris effluit, ſine ullo conatu) qui alioquin in coitu libidinoſo copioſe verſus obſcœnas partes confluere, & cum virium jactura diſſipari ſolent. *De Diemerbroeck Anat. l. 1. c. 27.*

31. *Crudum, aquoſum & tenue*) Ab imbecillitate vaſorum ſpermaticorum ſeminis involuntarius effluxus ita *Gonorrhœa* dicta ſuboritur; Cum *aquoſius ſemen*, nec ſufficienter lactis ſimilitudine excoctum, ſed ſeri inſtar dilutum crudumque redditur; Tunc enim facile è ſuis receptaculis, utpote tenue & fluidum, excidit; & ſine ſenſu, vel leviſſimo elabitur, etiam nulla alia præcedente cauſa, vel exigua ſaltem aliqua irritatione, non ſolum in genitalibus facta, ſed &, ſicut obſervatum eſt, in vicino podice, dum dura excrementa egeruntur, aut, ſicut *Fernelius* alicui accidiſſe refert, canalis ad clyſmа injiciendum intruditur: Quæ imbecillitas ab *intemperie* maximeque à refrigeratione, vel caloris nativi labe, in hiſce ſedibus, aut etiam aliis ſimul, nonnunquam & toto corpore, à morbis vel ætate inducta, proficiſcitur, quæ ut aquoſius ſemen fiat, occaſionem præbet: Nam quod hæc aquoſitas ſeminis ab excrementis pituitoſis aut ſeroſis proveniat, haud veriſimile, cum illud ex ſanguine generetur, qui licet ille crudus ac pituitoſus, ut vocant, exiſtat; ſed ſeminis tamen generationem, etiam in corporibus crudo ſanguine, vel aliis ejuſmodi excrementis abundantibus, ſemper puriorem adhuc reſtantem ſanguinis portionem teſtes, ut & mamillas, ad lactis procreationem abripere, ex eo quod & cachectici interdum procreent, & mulieres ſimili affectu laborantes nihilominus infantes lactando nutriant, conjicimus. *Platerus.*

32. *Seu ob hepatis intemperiem ſimilem*) Ob *Tumorem renum frigidum* inductam vidit Gonorrhœam *Rondeletius*: Curatur difficulter affectus, *ait*, niſi cauſa cognoſcatur. Ego novi Nobilem qui ab *abſceſſu frigido renum*, diu hoc morbo laboravit, & multo ſemper habuit deterius, cum ſemen extinguentibus frigidis vel calidis uteretur, Inſtitui contrariam victus rationem, juſſique biberet vinum generoſum, veſceretur que alimentis optimis exſiccantibus, non flatulentis, & curatus eſt. Is partes illas imbecilles habebat ex coitu frequentiore, Et ob tumorem renum frigidum, multos humores crudos colligebat, à quibus flatus multi generabantur; Hi vero dilatabant meatus ſpermaticos, diſtendebant, & irritabant ſemen, quod ejaculabatur noctu, poſt quam ejaculationem tam imbecillis erat, ut ſeſe continere erectus non poſſet, aut ambulare, ſed cogeretur in lecto decumbere, vel in cathedra cruribus elevatis. *Rondeletius Pr. 657.*

31. *Bona Diæta*) In vitæ regimine, ſicuti in ſalacitate dictum, ſi ab eadem cauſa Gonorrhœa fiat, ſe gerant, inprimiſque pro condimento Aceto frequenter utantur; quod mire & caliditatem & acrimoniam ciborum, uti & ſeminis compeſcit; Et ſi *ſemen nimis tenue* & *fluidum* ſit, cibis craſſioribus veſcantur, inter quos *lentes*, *faba frixa*, cum *aceto* probantur; Item *pineæ*, *amygdalæ*, *oryza* comeſta, item teſtudines & radices paſtinacæ. *Platerus.*

33. *Bona Diæta*) Diæta inſtituatur parca, ex alimentis quidem acidioribus, chylum minus ſemini aptum ſuggerentibus: Et exercitiis ac vigiliis exerceatur corpus. In potum cedat aqua, & ſubinde emulſiones, julepi & ſimiles potus ſubſtituantur, ubi *C.C Etmuller* commendat hanc mixturam v. g. *aq. roſ.* ℥iii. *ſucc. Citr.* ℥i. *alb. ovi crudi n.* j. Miſce & propinetur ſemel de die. Vel fiat tale infuſum alterans.

℞. *H. roſ. rubr. pap. errat.* ana m. j. *Santal. rubr. pulv.* ℥ß. inciſis & *ſpir. vitrioli* irroratis aff. *aquæ ferment.* ℔iii. Tincturas extractæ & colatæ adde *aq. nymph. roſ. ana.* ℔ß. *ſyr. acetoſ. Citr.* & *ſucc. citr.* ana q. ſ. pro grato acore. *Jungken. P. M. p. 488.*

a. *Cognoſcitur*) In his effluit primo ſemen tenuius; poſtea redditur pedetentim *acrius*; hinc ſupervenit *dolor* acerbus, primario circa penis caput, ubi ſunt proſtatæ glanduloſæ, & quidem talis *dolor*, ut nunquam urina ſine *acerbo dolore*, *mitti poſſit*: Liquamen quod effluit graves dolores excitat, per univerſam urethram; Liquor effluens degenerat ſucceſſive in *pallorem citrinum*, tandem cæruleſcentem, ſupervenit tunc *tumor præputii*; &c. Nam *liquor* hinc inde reliquias ponit intra præputium, & purulentum reddit, tandem tumorem infert, ut difficile poſſit detrahi de glande, unde in conjunctione fiunt ulcuſcula; materia effluens in tantum acreſcit, ut urethram tandem *exulceret* & excoriet; In iſto loco concreſcit *verruncula*, quæ vocatur *Caruncula penis*, quæ tandem aucta *urethram obſtruendo* urinæ excretionem impedit. *Etmuller.*

Tempore virus hoc putret & acrimoniam adſciſcit, ductum penis in tranſitu excedit & exulcerat; Factum vero jam ulcus eſſe oſtendit dolor exortus, &c. *Fernelius.* Vide cap. de morbis *virgæ*.

Virus illud, ſive virulentia ſuſpectiſſima quædam contaminatum ſemen non tantùm flavum, verum ſubviride quid etiam repræſentat, quod ſignum majorem mali malignitatem, & graviorem corruptionem ſignificat; ut enim viriditas naturalis exoptata augmenta rerum pollicetur, ſic præternaturalis vigorem ſummæ putredinis, & incrementa calamitatis certiſſima portendit ac indicat. Cumprimis vero fungoſæ carnes, intra urethram potiſſimum ex negligenter curato hoc affectu emergunt atque concreſcunt. *Chriſt. Langius.*

Gonorrhœa maligna, Virulenta.

34. *Virulentum & malignum quale in lue Venerea*) Cumprimis attendenda, & accurate tractanda eſt Virulenta, ſeu maligna Gonorrhœa, quæ ex lue Venerea, aut ejus primordio ortum accipere conſuevit: Impuri enim & infecti ſcorti contubernium tali ſalario ſervitium militis ſui compenſat; cumque, vel organum potius quo ſtrenuum ſe præſtitit, citiſſima celeritate inficit: *Chr. Langius.*

Gonorrhœa notha maligna: coitu impuro cum fœmina lue Venerea inquinata contrahitur, & quidem tali, ubi malum illud ulcera in vagina uteri excitavit, Tales enim fœminæ aptæ ſunt ut per coitum virulentam *Gonorrhœam mari poſſint communicare*; Etmuller.

Si acrimonia inſignis ſemini ab *infecta qualitate* illius, aut *corruptione* aliqua accedat, *Gonorrhœa illa virulenta*, per quam ſemen vitioſum emanat ſequitur, à *Luis venereæ* plerumque maligna vi procedens; ſeminique communicata: Quod & in illis qui nondum hac lue infecti ſunt, ab alia noxia qualitate poteſt procedere, quam ſemen per contagium in congreſſu ab alterius ſemine infecto concipit, indeque corruptum acrem illam vim adipiſcitur, à qua involuntaria virioſa hæc excretio, non ſolum a ſtimulante illos vi procedit, ſed & ſi adeo invaleat illius acrimonia, ut & ſimul erodat & exulceret, purulenta quoque accedit mixtio. *Platerus.*

34. *Virulentum & malignum &c.*) Inflammatio proſtatarum in gonorrhoëa virulenta excitatur ab acri & maligno tabo vel halitu fœtido, ad caſto coitu partes per urethram immiſſo, cujus deinde acrimonia ſemen accenditur, fermentatur, corrumpitur, glandulæ intumeſcunt & inflammantur, rupto abſceſſu ſordida & purulenta materia exit, quæ modò flava, modò viridis apparet; prout virus, obtuſiores vel ardentiores ſunt aculei, hinc urethræ exulcerationes & oriuntur hyperſarcoſeωn origo. Anonymus *tract. Med p 295*

Non ſe prodit ſtatim gonorrhœa, ſed in aliis per 3. dies aut 4. latet, in aliis per x. imò xv. dies deliteſcit, rarò autem evenit, ut die concubitus ſe prodat.

Cùm primùm apparet, urinæ ardore quodam emittitur, glandis inflammatur apex & albâ illuvie madet, quæ indies augetur, acrior fit & colorem album, in flavum & viridem commutat, importunam dolorificamque penis tentiginem noctu potiſſimùm inducit, in lecto tanto cruciatu & duritie aliquando, ut penis incurvetur ob rigorem ligamentorum ejus & muſculorum inflammationem & fit tunc gonorrhoëa illa quam chordatam (*Chaudepiſſe Cordée*) appellant, quæ omnium peſſima eſt, & quæ poſt ſe indelebilia ulcera fere ſemper relinquit. *Idem.*

35 *Durat aliquando ad decennium*) In Curatione illud obſervandum, quod deſiderata celeritate eam præſtare omnino ſit impoſſibile, adeoque Medicus hujuſcemodi clienti, cum tardos habeat progreſſus, hæc ſanatio patientiæ ſtudium, & ut moraliter quoque ſe patientem præſtet, commendare debet: Hoc tamen ſolatio brevi tempore eum recreare poterit, quod ex hoc morbo nullum amplius immineat periculum: quoniam alioquin ſi ex contaminato congreſſu originem habeat malum, exulceratio pudendi, vel ipſa etiam lues venerea haud difficulter ſuccreſcere poteſt: adeoque Medicus in hoc caſu nequaquam connivere huic malo, aut negligenter eam tractare tenebitur. *Chr Langius.*

36. *Sed quod pus ex Proſtatis*) *Subjectum* ſunt *Proſtatæ glandulæ*, raru enim ulterius ſerpit fermentum virulentum, ut etiam ipſos teſtes arripiat: Si quidem obſervantur in talibus ægris proſtatæ glanduloſæ ulceratæ & quaſi excoriatæ: nam dum in coitu incaleſcunt partes genitales, fit ut *ulcera vaginæ uterinæ* exhalent miaſmata acria, quæ ſe inſinuant in cavum urethræ, & penetrant in proſtatas glanduloſas, deinde vi fermentativa inquinant lympham dictarum proſtatarum; quæ lympha inquinata acreſcit, aceſcit, & à naturali ſtatu degenerat in virulentiam: Hinc à tali *ſpecifico ac venereo* liquor corruptus pedetentim effluens urethram & præputium inquinat. *Etmuller.*

Dolæus Encyclopæd. Med. l 3. p. 653. pro parte affectâ agnoſcit veſiculas, in quibus ſemen præparatur, non tantùm ex ſanguinis optimi ſpuma, ſed etiam à lymphæ balſamicæ portione, in quibus veſiculis ad ejaculationem ſervatur, quæ veſiculæ ab acido illo corroſivo facilè corroduntur, ſicque evaſari debet.

37. *Oritur à ſpermaticorum &c.*) Vide lib. vi. tot de lue Venerea §. *Gonorrhœa*.

38. *Ex venenata lue contraria*) Cauſa hujus Gonorrhœæ eſt *fermentum Gallicum* per coitum cum ig-

ſecta, quæ Ulcera in vaginæ uteri habet, hauſtum. *Etmuller.*

39. *Quoad curationem*) Cura inprimis *acidum Venereum peccans* corrigit, hinc *balſamica*, dicta loca *abſtergentia* & *conſolidantia*, & reliquias ex corpore & maſſa ſanguinea removentia conveniunt, Ante omnia ergo purificetur corpus, ſive inſtituatur *purgatio Mercurialis*: Nempe præſcribantur *Pilulæ factæ ex Mercurio dulci* cum *extracto helleb. n.* vel *panchymag. Crollii.*

℞. *Extr. panchym. Croll. Mercur. d. ää. gr. xv. extr. troch. alhandal. gr. j. cum ſ.q. terebinth. f. Pilula.*

Loco *Mercur. dulcis* laudatur *præcipit. viridis* cum *calce viva* paratus, videatur *Schroderus*: At hujus præcip. vir. uſus primitus quidem videtur augere malum, ſed bonum eſt ſignum, ſi enim continuatur, tandem ceſſat; Vel fiant *Pilulæ* ex *terebinth.* & *Mercur. dulci*, quæ non tantum laxant, ſed & *Gonorrhœam* reſpiciunt. *Etmuller.*

Gonorrhœam virulentam *Sylvius* ſequenti modo curat, fermentum illud virulentum & acre ulcus excitans, fovens, ac ſanguinem cum ſemine corrumpens, corrigit emendatque, aut è corpore planè exturbat, ulcus verò ab ipſo productum mundat ac conſolidat & hoc ſe obtinere ſcribit 1. per remedia *ſpirituoſa volatilia*, *Spiritum vini*, *frumenti* ac quemvis alium poſt debitam miſtorum fermentationem diſtillatione prolectum. 2. per *ſalia lixiva fixa*, ex combuſtarum rerum, plantarum maximè cineribus extracta. 3. oleoſa, & pinguia omnia, uti ſunt oleæ ex fructibus, ſeminibus & nucleis. 4. addit aquea, quæ non tam temperare dicit, quàm diluere *ſpiritum acidum*.

40. *Abſtinendum ab adſtringentibus*) Gonorrhœa virulenta, non eam ob rem retineatur, & fluxus illius ſiſtatur, uti in alia, rationem curandi exigit, cum noxium retentum loca illa exulceraret, ſed potius ne in locum illius quod natura evacuat, tale quid ex infectione renaſcatur, providendum, quod per curam quæ generatim toti lui Venereæ, indeque natis etiam aliis vitiis debetur, ſi in hac lue hæc quoque ſe offerat, integre interdum perficitur: Quod ſi vero poſt eam exulceratione quadam in penis ductu, ob excisam eam ſedem, relicta, puris effluxus ſequatur, tunc cura eadem quæ in purulentæ excretione traditur, hic locum habet. Uti & ſi *citra Luem* hanc, ab alio impuro congreſſu gonorrhœa hæc maligna ſequatur, cum & illa in purulentam convertatur; cura eadem competit. *Platerus.*

40. *Abſtinendum ab adſtringentibus*) Hoc virulento fluore præpropere & præter rationem ſuppreſſo, intus plerumque abſceſſus colligitur; alias quidem circa teſticulum in corpore varicoſo, alias in perinæo, qui rupta apertave cute materiam fundit: *Fernelius.*

41. *Exſiccantia & putredini reſiſtentia*) Evacuato corpore cum *Mercurio dulci*, ſeu ſemel ſeu repetitis vicibus, uſurpentur *balſamica appropriata*, dicta loca abſtergentia, inter quæ eminet *terebinthina*, in ſpecie *balſamus ſulph. terebinth. poſt juniperin.* uſurpetur bis in die doſi gutt. 8. ad 10. continuando aliquandiu, Juxta *balſam. ſulph.* nobilis balſamus de *Coparva*, longe excellentior *Balſamo Peruviano*: Hic præter uſum externum Chirurgicum, ſpecificum eſt remedium in Gonorrhœa virulenta, uti etiam in ſtranguria, *doſis gtt. 30.* in vehiculo calido aſſumptus, & fuit experimentum *Lindani*. Juxta hæc convenit *Extract. tormentillæ* cum *ſacch. Saturni*, & *oleo deſtill. terebinth.* in formam *pilul.* redactum: *Gummi ligni Guaiaci* eſt ſpecificum optimum, ex quo cum *tinctura tartarea*, vel *ſpiritu vini tartariſato* elicitur extractum, quod eſt egregium in *aqua plantag.* aſſumptum, *Eſſentia lignor.* & *extr. lignor.* quoque conveniunt: Eupuriſtum commune eſt, ſi recip. *Mercurius vivus*, bulliat in *aqua ſimplici* per aliquot horas, hinc aqua iſta aſſumatur aliquamdiu mane & veſperi, & eſt egregium remedium. *Etmuller.*

42. *Putredini reſiſtentia, ut ſunt*) Præ aliis vegetabilibus commendari merentur *fragaria, agrimonia, hepat. nob.* aliaque hujus generis, quorum uſus non ſolum inſignis eſt in gonorrhœa virulenta, verum quoque in fluore albo, venerei fluoris ſpecie: Obſervatum enim eſt in praxi talibuſmodi infuſis & decoctis, maxime cum *rad. alth. ſalſ. par. ſaſſafras* &c. optime curari poſſe ejuſmodi fluores; correcto, quod præcipuum eſt, ſero, & concentrato. *Wedelius.*

43. *Quæ lui dicata ſunt proſunt*) ut Mercurialia, quæ potiſſimum in uſum vocantur, tum divertendi fine, per ſalivationem generalem, tum abſtergendi, cum in hac gonorrhœa, non tam ſeminalis materia fundatur quam purulenta, adeoque proſint medicamenta quæ abſceſſum illum rumpant, abſtergant, & ad motum cieant; quo hinc facto alia adſtringentia & roborantia ex uſu ſunt; uti & eodem fine Venerem ſuadent quidam, ut profluat ichoroſa purulenta materia. *Wedelius.*

Quæ lui dicata ſunt) Cùm malum altiùs radicatum iit, ad *Mercurialia* ſe Medicus conferre debet, ſed maximâ hic opus eſt cautela, ne bilioſis, & copioſis, reſolutis & acrioribus humoribus repletis corporibus eam adhibeamus curam, quia in his malum augeretur, poſt ſe enim relinquit indelebilem characterem, particulæ enim hæ ſubtiliores acidæ Mercurii ſpiritibus animalibus negotium faceſſunt, unde oriuntur convulſiones, Epilepſiæ, & id genus alia ſymptomata.

Sed quomodo Mercurius hanc ſalivationem excitare poſſit, jam notum eſt, ſubtilioribus enim ſuis particulis acidis reſolutioni aptis, viſcoſitates in corpore hoſpitantes, incidunt, attenuant, ſicque formâ ſalivæ per ductus ſalivales ejiciuntur. In debilioribus & iis qui *ulceribus oris*, vel fuerunt obnoxii, vel qui *angina, paralyſi, tremore, macie*, vel *hectica* infecti, abſtinendum eſt à ſalivatione, nec etiam in ſenili ætate ea inſtituenda venit. *Dolæus Encyclopæd. Med. l. 3. p. 672.*

44. *Proſunt*) Ardori & gonorrhœæ virulentæ *Divertentia, temperantia*, & roborantia conveniunt: Primum hoc in venere delinquentibus eſt flagellum, veriſſimo axiomate, *Per quod quis peccat, per idem punitur & idem.* Convenit illo caſu divertens præſidium internum mature, ſi *bezoartica* cum *ſuccinatis* & anodynis propinentur. Si externe decoctum temperans ex *maſtiche, myrrha, thure*, & ſimilibus adhibeatur; Scroto vero pro re nata, tumefactis teſtibus, ut fit, *Empl. Saturninum* cum empl. de *ranis Vigonis*, cum *Mercur.* apponatur: Hinc quod *Mercur. virid. Finckius* in praxi uoice in gonorrhœa hac commendat; quod *Mercur. dulc.* hunc in uſum laudatur, cum grano ſalis eſt intelligendum: Proſunt vero & inter dicta *traumatica* inprimis; & inter hæc *terebinthinata, ſuccinata* & ſimilia; *opiata* verò minus niſi refracte admodum. *Wedelius.*

45. *Cantharidum integrarum infuſum*) Doctor quidam Gonorrhœam virulentam ſolis *cantharidibus* feliciter curat, quas *vino Rhenano* macerat, Infuſionem alio liquore temperatam propinans; ſed cum inde non ſine ſummo cruciatu & exulceratione veſicæ eam abſolveret, miſcuit *cum oleo amygd. dulc.* &c. (Videtextum) & intra triduum beneficio copioſæ urinæ malum ſuaviter tollit. *Matt. Jac. Marth. ad. cent. 4. Epiſt. Barth. Ep. 53.*

46. *Poteſt & injectio fieri*) Ad ulcera in *proſtatis glandulofis* vel *urethra* conveniunt, *Injectiones per ſiphonem* in penem, componantur ex *aqua calcis vivæ, alæ. melle, Mercurii d.* & ſimil. In uſu mihi eſt ſequens.

℞. Aq.

℞. *Aqu. calcis vivæ* ℥iv. *aloes*, *myrrhæ* āā. ʒß. *mell.* ʒvi. fiat Injectio.

Poteſt etiam addi *Mercur. d.* loco *aloes*: Vel *decoctum Mercur. dulc.* dulcoretur cum *melle*, quod pro tali injectione in uſum eſſe ſolet; *Etmuller.*

4°. *Poteſt & injectio fieri*) Si ulcus eſt ſordidum ſeq. injectio, eſt utilis.

℞. *Aq. hord.* ℥iii. *decoct. lignor.* ℥i. *alum. uſti* gr. xxv. ſub finem lenis ebullitionis adde *roſ. rubr.* p.j. in colat. diſſolve *unguent. Ægyptiac.* ʒi. aut ʒii. prout mitius vel fortius illud habere volueris. Ubi ulcus in Urethra probè deterſum fuerit, tunc ad curationem ejus eſt accedendum, & poterit præſcribi ſeq. injectio.

℞. *Herb. ſanic. veronic.* āā. mj. *l. roſ. rubr.* p.j. *aluminis uſti* gr. xxv. *ſacch. ſaturni* gr. xv. *ung. diapompheol.* ʒiii. ms. f. decoct. in aq. & vini albi ana. unc. x.

Hartmannus ſeq. habet injectionem.

℞. *Seri lactis caprini* unc. vi. *aq. plantag. roſar.* ana. unc. vii. *Ceruſſ.* ʒvi. *margarit. candidiſſ. ſpodii pulveriſ. cryſtal. alum. roch.* āā. ʒß. *camphor.* ℈ß. pulveris. ebull. cum *ſero lactis*.

Idem ſeq. habet unguentum.

℞. *Mercurii dulcis* ℥ß. *antimonii crudi* ℥i. *tutiæ præpar.* ʒii. *ol. amygd. d.* q. ſ. m. Dolæus Encyclop. Med. l. 3. p. 676.

Nimis tarda ſeminis Excretio.

Quando *tardius juſto excernitur ſemen in coitu*, idque etiam in ſpecie à *defectu ſpirituum animalium*, indeque deficiente *turgeſcentia ipſius ſeminis*: Accedit cum hac deficiente turgeſcentia imprimis *veſicularum ſeminalium & vicinorum muſculorum aliqualis languor*, dum nonnihil ſunt inepti ad promovendam ſeminis turgeſcentis ejaculationem; Dum ergo *ſpiritus deficiunt*, nec ſemen rite turgeſcit, nec partes rite conſtringuntur, nec rite poteſt ejici ſemen.

Pertinet huc vitium iſtud, dum in coitu, erecto ſcil. membro, nihil poteſt emitti, cum tamen flaccido pene etiam in ſomno ſemen exilrat; Curioſum eſt *Veſlingii*, qui refert viſum erecto pene in coitu genituram non poſſe effundere, poſtea flacceſcente membro ad leviſſimum contactum ſemen effluxiſſe: Ratio eſt *in defectu ſpirituum animalium*, qui non ſufficienter impraegnant genituram, & hinc partium deferentium nixus contractivus & expolſivus fruſtratus: In ſpecie, *dum tunc à muſculis penem erigentibus comprimuntur oſcula veſicularum ſeminalium*, inde non ſufficiunt expanſioni, unde levi impetu ſemen tantillum turgeſcens flaccido membro erumpit: Propterea commendant aromatica, quæ ſpiritus animales augent, & ſemen ad excretionem promotum reddunt: Hinc *Laudanus* per *caſtoreum* tales curat. *Etmuller.*

Impedita ſeminis excretio.

Semen illud quod ejicitur, non continetur in Teſtibus, aut in vaſis deferentibus, ſed in illis additamentis, poſitis ſub oſſe pubis, inter rectum inteſtinum & veſicam, In ea enim parte, ut oſtendimus in anatome, duo ſunt vaſa deferentia, quæ epidydimidis ſemen præparatum recipiunt, ipſumque perficiunt: Coëunt vero in adenibus paraſtatis, & ab illis pendent duæ vacuæ appendices, quæ ſemen jam præparatum & confectum continent, ut tempore coitus in mentulam ſtatim congregetur; & inde in vulvam ejaculetur. Id facit ut qui alvo ſunt ſicciore, ſint libidinoſiores, & huic morbo magis obnoxii, facitque ut ſi tales a venere abſtineant, etiam alvi excrementa retineant, & difficulter dura rejiciant: Facit etiam ut ſi glandulæ ipſæ, & partes laxentur, exonerenturve aliquantum, vel cum meditantur excretionem ſeminis ob mulierem præſentem, cogantur prius alvum exonerare quam concumbant; facitque veſicæ tumor, ut hæ partes non poſſint in urinarium meatum mittere ſemen, comprimit enim à ſuperiore parte meatum. Ob id, ut vis medicamenti ad eas partes penetrare poſſit per ſedem, rejectis prius excrementis, ſyringa in anum injiciendа talis decoctio in parva quantitate, ſupra ventrem incumbente ægro.

℞. *Rad. ireos* ℥i. *myrtill. fol. lentiſci & cupreſſi* āā. ℥ii. *roſ. rubr. & ſal.* āā. ℥i. *ſemin. agni c.* ℥ß. *ſem. rutæ* ℥ii. (ʒii) *fiat decoctio in vino*, Injiciatur ℔ß. pro vice, rejectis prius fæcibus.

Fuveri poteſt regio pubis & perinæi prædicta decoctione, Vel ungu. parari ſic.

℞. *Ol. myrtin. maſtich irini* āā. ℥ii. *nucis cupreſſ. myrtill.* āā. ℥iii. (ʒiii.) *macis, caryoph. agni c.* āā. ʒii. *ceræ q. ſ. f. ungu.*

Tempore unctionis adde *aceti albi* parum, ad penetrationem & contractionem partis.

Quod ſi accidat ob compreſſionem, auferatur quod comprimit, ut non retineatur urina vel ſtercus, Quod ſi ab alio tumore, curetur propriis remediis.

Si mulieri accidat hæc affectio, eadem remedia erunt inſtituenda, ſed Topica ſupra ventrem, vel circa renes, & maxime ad latera eo in loco, in quo teſtes muliebres ſiti ſunt: *Rondeletius Pr. l. 1. c. 57.*

Nimis cita Seminis Ejaculatio.

Cauſa ejus eſt duplex, vel 1. *Veſiculæ ſeminales ſunt nimis laxæ*, & earum orificium parulum aut nimis hians, ut levi partium attritu ſemen turgeſcens per dicta orificia erumpat, Vel 2. nimia *ſpirituoſitas & turgeſcentia ſeminis*: dum uberiori impetu ſpiritus animales turgeſcere illud & erumpere faciunt.

Vitium prius curatur, commode *blande adſtringentibus*, quæ laudata in gonorrhœa ex *nimia veſicularum ſeminalium laxitate*.

Poſterius curátur per *Opiata*, quæ hujuſmodi actum reddunt minus continuatum, figendo ſpirituum animalium impetum, & reſtænando ita ſeminis ejaculationem. Pertinet huc *arcanum ex ambra & opio*, quod in pilulas redactum dicitur ſtimulare venerem & actum venereum efficere diuturnum. *Etmuller.*

Gonorrhœæ ſpecies quædam eſt, quum occaſione minima ſemen emittitur, ut in eo qui ſola clyſteris perfuſione ſemen ejaculari conſuevit. *Fernelius.*

Finis Libri Secundi.

INDEX LOCUPLETISSIMUS
RERUM ET VERBORUM
QUÆ
In hoc Opere Continentur.

Prior numerus Paginam, Poſterior ita notatus §. Articulum indicat.

ABDOMINIS Viſcerum obſtructiones ſunt balneum cauſarum latentium. 643.

Abrotonum in urina ſuppreſſione. 1112. §. 13.

Abſorbentia in Epatis imbecillitate. 756. §. 5. 757. §. 6. In gonorrhaea. 1208. §. 15.

Abſtergentia modicè hepar roborant. 741.

Abſtergentibus cur aperientia ſunt admiſcenda in Epatitide. 741.

Abſtergentia quando ventriculum roborant. 294. 295. §. 16.

Abſtergentia balſamica evacuato corpore in gonorrhaea virulenta. 1214. §. 6.

Abſtergentia ciborum Veneris appetitum tollit. 1198. §. 6.

Abſynthium eſt optimum Hepaticum. 741.
Eſt ſtomachicum. 295. appetitum excitat. ibid. ejus uſus in appetitu canino 360. in vomitu. 405. roborat ventriculum. 295.

Abſynthites vinum in frigidâ ventriculi intemperie. 298 299. in anorexia 349. 353. in ructu. 411. 414.

Abſynthii eſſentia appetitum excitat. 353. 354. ventriculum roborat. 295. §. 16.

Abſynthium cum ſyrupo limonum ad vomitum. 420. ejus ſal. 295. §. 16.

Abſynthii ſyrupus & vinum ad intemperiem ventriculi cum materia. 307. §. 22. in Pica. 369 §. 21.

Abſynthii fotus in ventriculi doloribus. 320 §. 12. Olei ejus litus ad idem, ibid.

Abſynthium & vinum abſynthites in anorexia. 329. §. 17. 358. §. 47.

Abſynthium appetentiam veneris minuit. 1196. §. 16.

Abſynthites vinum ad ſuppreſſionem urinæ. 1113. §. 16.

Abſynthii ſal. 1059. §. 111.

Abſynthium in imbecillitate Epatis. 154. in Hydrope. 819. §. 94. §. 821. 97. in ſclero. 862. §. 122. in morbis ventriculi. 886. §. 36. in Scyrrho lienis. 914 §. 10.

Abſyuthii ſuccus & folia in imbecillitate epatis. 762. §. 14. ejus oleum ad idem ibid. Eſſentia. 770. §. 29.

Abſynthites vinum compoſitum in aſcite. 803. §. 43.

Abſynthii ſal in Hydrope. 810. §. 68. 948. § 77.

Acetum Scylliticum utile in ſcyrrho hepatis. 747. 749. ejus uſus in raucedine. 196. §. 23. in ſingultu. 402. in affectione Hypochondriaca a pituità acida. 947. §. 78.

Aceti florum tunicis & florum Sambuci in Syncope utilitas. 266.

Acetum & acida ſummè proſunt in Syncope & quare. 268.

Acetum Ariſtoteli eſt calorificum. 398.

Acetum acerrimum minio addito ſtatim aciditatem deponit. 1043. §. 50.

Acetum ſi miſceatur lixivio forti in quo ſulphur ſit diſſolutum, fœtor ſtercoralis oritur. 1136. §. 16.

Acetum rutaceum venerem extinguit. 1197. §. 6.

Acetaria comeſta in ſalacitate nimia. 1197.

Acetaria varia ad ſtranguriam.

Acetum admiſcendum fotibus ad penetrationem. 902. §. 11.

Acetum in remediis externis ad affectus Hypochondriacos. 925. §. 10.

Acetoſitate Vitrioli ad præſervationem ventriculi nullum remedium præſtantius. 393.

Acetum in anorexia. 349. §. 19.

Acetum & acida ut proſunt in animi deliquio. 268. § 27.

Acida & alkalia ſibi mutuò obviantia immediatè effervescentiam, mediatè verò fermentationem gignunt. 341. §. 38.

Acida appetitum excitant. 349. §. 17.

Acida omnia bilem valdè temperant & appetitum excitant. 380. §. 20. Cur non ſemper ſint proficua. 357. §. 37. revocant appetitum per narcotica proſtratum. 354. §. 47.

Acidam cruditatem corrigentia 398. §. 58.

Acida bilem frænant, 757. §. 6.

Acida mineralium refrigerant & quare. 759. §. 12.

Acida in obſtructionibus lienis. 905. §. 18.

Acida coagulatum ſanguinem diſſolvunt. 1013 §. 18.

Acida coagulationem ſanguinis promovent, facta medentur. ibid.

Acida conferunt ad Salacitatem corrigendam. 1197. §. 6.

Acida exervantur Oleoſis. 772. §. 32.

Acidi vitioſi effectus. 275. 276.

Acidum omne vitioſum in corpore oberrans fundamentum habet in vitioſa digeſtione. 391. §. 27.

Aciditas proles eſt caloris non frigoris. 398. §. 57.

Aciditas Lymphæ cruditatem producit. 767. §. 21.

Acidis ructibus præbent materiam pinguia. ibid.

Acidum eructantes non afficiuntur pleuritide. 398. §. 57.

Acidi fructus quare maturitate dulceſcant. 398. §. 57.

Acidus ventriculus duriora alimenta felicius elaborat quàm teneriora, 398. §. 57.

Acidis nullum eſt jus in pinguia. 296. §. 16.

Acidularum uſus in affectibus Scorbuticis. 998. & ſeq. in obſtructione renum. 1013 §. 14. in renum ulcere. 1069. §. 15. In ulcere veſicæ. 1087. §. 17. In ſalacitate nimia. 1197.

Acidularum utilitas in abſceſſu meſenterii. 693. & 696. in Hæmoptyſi. 281. §. 13. in intemperie ventriculi pituitoſa. 307. in vomitu. 438. Meinenſes in diuturnis ulceribus ventriculi. 323. in cordis palpitatione. 290.

Acidulæ *an conveniant in abſceſſibus Meſenterii.* 699. §.33. *an & quando in Meſenterii dolore.* 795. §.8. & §.30.

Acidulæ *nativa & factitia in ictero.* 874. *in* cachexia. 770. §. 29. *in* Hypochoodriaco affecto. 947. §. 78. 949. §. 83.

Acidulæ *an conveniant in Hydrope.* 811. §. 69.

Acidulæ *in genere quales virtutes habeant & quibus affectibus ſint utiles.* 949. §. 83.

Acidulæ *proſunt quibus thermæ nocent.* ibid.

Acidulæ *an conveniant in Phtyſi.* 64. §. 32.

Acidulæ Meynenſes. 949. §. 85. Vallenſes. ibid.

Acidolæ Spadanæ. 1022. §. 13. SWalbacenſes. ibidem Grieſbacenſes. 1105. §. 15.

Acidularum *uſu diabete* 1103. §. 12. 1105. §. 15. & *Iſchuria* 1154. §. 87. *excitata.*

Acor vitioſus *ſtomachi originem dat Arthritidi, & omnibus morbis Chronicis & viſcerum obſtructionibus.* 302.

Acori *veri radix in anorexia.* 354.

Acorus *in Chylificatione læſa.* 393.

Acori *veri extractum in ventriculi imbecillitate.* 295. §. 16.

Acori *radix in* Anorexia. 349.

Adeps *non fit ex craſſis vaporibus ſanguinis ut vulgata fert ſententia.* 718.

Adeps anſerinus *inter omnes maximè penetrat, cõmendatur in Pleuritide Linimenti forma.* 103. §. 56. *Porcinus ad idem.* ibid.

Adipis oſus *precipuus non eſt fovere calorem, ſed edulcorare ſalium acrimoniam qui ſunt in ſanguine & ſero.* 711.

Adſtringentia *in Epatis imbecillitate.* 756. §. 5.

Adſtringentium *in Epatis imbecillitate uſus & abuſus.* 761. §. 13.

Aduxendi vis *in igne ab acido producitur.* 759. §. 12.

Æx *totus nitro imbutus eſt.* 206.

Æx *borealis & aſperior ſanguinem coagulare valdè aptus eſt.* 274.

Æris *vitio ut lædatur reſpiratio.* 156. §. 6.

Æris *puri particula nitroſa ad vitam neceſſaria ſunt.* ibidem.

Æris *ſtatus humidus & craſſus cur torpidos & ad motum ineptos ſpiritus faciat.* 156. §. 6.

Æx *cur liberiùs trahatur ſæviente borea.* ibid.

Æx *cur difficiliùs trahatur ſtante auſtro.* ibid.

Æx *an nitro ſit imbutus.* 206. §. 16.

Æris *frigiditas benlinon cauſatur.* 361. § 32.

Æx *ex arteria aſpera in arteria, & vena pulmonalis ramuſculos penetrat.* 769. §. 21.

Æris *mutatio utiliter adhibetur ad Hydropis præcautionem.* 820. §. 04.

Æx *quando paroxyſmum aſthmaticum producit.* 179.

Æris vis *ſita eſt in facultate quadam elaſtica, quæ nihil aliud eſt quam rigiditas ſalium quorundam eum componentium.* 179.

Agaricus *quid & ejus dotes.* 48. §. 9.

Agni caſti *pulvis ad venerem arcendam.* 1197.

Agrimoniæ *in cruentis excretionibus virtus.* 1235. §.10.

Agrimonia *pentaphillum & potentilla ſelecta ſimplicia ad mictum ſanguinis curandum.* 1135. §. 10.

Agrimonia *decocta ad* inflammationem teſtium. 1150. §. 24. *ad* imbecillum Hepar. 819. §. 24. 851. §. 54. 761. §. 14.

Albi græci *uſus in* angina. 9. §. 12.
  In ardore ventriculi. 345.

Album græcum *in linimentis ad* pleuritidem. 103. §. 5. §. 9.

Alimenta *ſemen argentea.* 1191. §. 42.

Alimenta *omnia conſtant ſale alkali acidoque, cumdiſe ſulphure nutribili.* 1007. §. 1.

Alkekengi vinum *ad calculum.* 1040. *ejus trochiſci* 1069. §. 15.
  ad ſtranguriam. 1226. §. 16.
  ad dyſuriam. 1131. §. 14.
  ad Virga ulcera. 1169. §. 20.

Allii *Succus vermes in pericardio enecat.* 238.

Allium & rubia *decocta ad Hydropem* 812. §. 79.

Allii ſylveſtris *ſuccus exſiccatus & pulveriſatus ad Scyrrhum lienis.* 914.

Allium aduſtum *& pulveriſatum ſedat dolores Hæmorrhoidum.* 675.
  Ventriculi mortificationes ſanat. 554.
  Tritum & appoſitum capiti Virginis, & mulieris pudendo urina ſuppreſſionem curat illicò. 1214. §. 19.

Allii *abuſu* mictus cruentus. 1135. §. 13.

Aloë *an curat Hæmorrhoides.* 664. *ejus uſus in Hæmorrhoidum ſuppreſſione.* 677.

Aloëtica *omnia proſunt in intemperie ventriculi cum materia.* ibid.

Aloës *dotes & virtutes.* 395.

Aloëtica *conveniunt in ructu.* 418.

Aloës *ut ſomnium citat.* 395.

Aloë *eſt balſamum naturæ.* ibid.

Aloë *in ſingultu è cibis corruptis.* 404. & 408.

Aloës lignum *in ventriculi imbecillitate.* 295. §. 16.

Aloëticorum *utilitas.* 350. §. 20.

Ex aloës *uſu cruenta mictio.* 1135. §. 13.

Aloës *in affectibus Hypochondriacis uſus & noxa.* 453. §. 97.

Alpium *incolæ cur gutturoſi.* 20. §. 8. §. 10.

Alterantia *in Hydrope quæ & quomodo uſurpanda.* 811. §. 70.

Altheæ radix *& ſeminis mucilago ad dyſuriam.* 1131. §. 14.

Alvi excrementa *loturæ carnium ſimilia imbecillitatem Epatis portendunt.* 154. *fæci ſanguinis ſimilia indicant intemperiem Hepatis calidam.* ibid.

Ex Alumine *fotus, in vino rubro decocto, in hæmorrhoidum dolore.* 677.

Aluminis *uſti uſus in Scrophulis.* 22. *in Bronchocele.* 27.

Amalgama ex tinctura Saturni & Mercurii *ad ſtrumas, ſcrophulas & cancrum.* 25. §. 29.

Amara *detergunt bilem & eam ad inteſtina præcipitant.* 757. §. 6.

Amara *Venerem extingunt.* 1198.

Amarorum *in Cachexia utilitas.* 770. §. 29.

Amaranthi *purpurei flos maxime ad glutinandum confert.* 57.

Ambra gryſea *in anorexia ſenum.* 392. 394. *à debilitate ventriculi.* 314. *in appetitu canino.* 369. *in ructu contumaciori cum ſaccharo.* 412. 413. *ejus eſſentia in ſyncope.* 380. §. 26. *in cordis palpitatione.* 250. *in anorexia,* 354. §. 47. *ad affectus Hypochondriacos.* 952. §. 04.

Ambrata remedia *ad impotentiam veneream primarium remedium.* 1179.

Ambræ eſſentia *ad impotentiam veneream.* 1180. §. 12. *ejus paranda modus.* 1181. §. 16.

Amianti *lapidis pulvis in ſtrumis.* 21. §. 14.

Ammeos *ſemen in pica.* 380. §. 26.

Ammoniacum gummi *in aſthmate.* 167. §. 8. *ejus tinctura ad idem.* 167. §. 15.

Ammoniaci *gummi cum ⊖. diſtillatus ſpiritus in aſthmate.* 168. 169.

Ammoniacum *gummi eſt egregium incidens & expectorans in aſthmate.* 174. §. 35. 175. §. 37.

Ammoniacum *gummi & ejus oleum ad ſclerum remedium aliis prævalens.* 869. §. 36. *ad Lienis obſtructionem.* 912. §. 11. 915. 916.

Amylum

Amylum *ſine cake paratum in vomitu ſanguinis.* 434. *in hæmoptoe.* 229.

Amygdalarum *cortex pulveriſatus in pleuritide.* 108. §. 70.

Amygdalæ dulces *vide oleum amygdalinum.*

Ananas *fructus indici liquor.* 1054. §. 88.

Anaſarca *Hydropis ſpecies vide Hydropis ſpecies Vide Hydrops anaſarca.* 776. §. 52.

Anaſtomoſes *venarum portæ & cavæ per jecur ſunt imaginariæ.* 1055.

ἀνδρόγυνοι qui dicantur. 1174.

Angelicæ *radix ad Cardialgiam.* 329. §. 19. *Condita in dolore ventriculi.* 329.

Angina. 1. Nominis ratio. 2. §. 4. Variæ *acceptiones.* 3. §. 5. Definitio. 1. 2. §. 5. Partes affectæ. 1. §. 2. 3. p. 2 § 6. Signa communia. 1. 2. §. 7. Signa anginæ incipientis 2 §. 7. Signa factæ. *ibidem.* Pulſus qualis *ex Galeno.* ibidem. *An Pharynx magis afficiatur*, *Signa.* ibidem.

In Angina *cur quandoque ſolida difficiliùs, liquida vero faciliùs degluttiantur & contrà.* 2. §. 8.

Deglutitio eſt actio animalis & voluntaria. 2. §. 9.

Anginæ malignæ & contagioſæ *cauſa & Curatio.* 2. §. 10. *In ea repellentia cautè adhibeantur.* ibidem. *Rana viva per mediam ſciſſa & applicata utilitas.* ibid.

Anginoſa affectio diutiùs præter naturam retento ſemine orta. 2. §. 10. *Dicitur lupus & ſtrangulator.* ibid.

Angina qui magis obnoxii. 2. §. 11. 16. §. 77.

Angina ab inflammatione. 3 §. 13. *Hæc eſt legitima angina.* ibidem. *ſymptomatum diverſitas unde emergat.* ibid. Signa cauſarum. 3. §. 14. *A parte affecta humoris diagnoſis haberi poteſt.* ibidem. *Ex anni tempore humoris peccantis in Angina deſumi poteſt.* ibid. Signa diagnoſtica. 3. §. 15. 16. *Febris acuta in angina interdum primaria, ſæpiùs tamen eſt ſymptomatica.* 3. §. 15. *Febrem in Angina non ſemper adeſſe ait.* Platerus. 3. 16. *Febris in Angina eſt eſſentialis cujus Angina eſt ſymptoma.* 3. §. 16. *Anginoſa febris interdum typum tertianæ repræſentat.* 5. §. 22.

Anginæ ab inflammatione cauſæ. 34. §. 17. Cauſa interna. 4. §. 18. Cauſæ mediatæ remotiores. 4. §. 19. Cauſæ evidentes. 4. §. 19. Cauſæ Externæ 4 §. 19.

In angina & febribus ardentibus cauſa occaſionalis non ſemper eſt acida, ſed ſæpe etiam acris & alcaliſata. 8. §. 44.

Menſium ſuppreſſio ut anginæ fiat cauſa. 4. §. 19.

Conatus nimius in partu ut angina ſit cauſa. ibid.

Angina ab inflammatione *eſt vel ſynanche, vel cynanche, vel paraſinanche, & paracynanche.* 15 §. 75. ſubjectum *ſeu* pars affecta. *ibid.*

Synanche unde dicta? 15. §. 76.

Platerus *tres tantum anginæ ſpecies ſtatuit.* 15. §. 76. *Ejus diſtinctio uſui Practico eſt accommodatior.* ibid. *Qua deterior.* ibid.

Angina in gulæ & œſophagi ſedem rarò deſcendit. 16. §. 77.

In Angina cynanche non tantùm muſculi laryngis, ſed etiam ipſi pulmones afficiuntur. ibid.

Mulieres cur minus quam Viri anginæ ſint obnoxiæ? 16. §. 77.

Cynanche cur omnium anginæ ſpecierum eſt periculoſiſſima. 16. §. 79.

Angina quæ neque reſolvitur, neque ſuppuratur, ſed induratur, ut curetur. 17. §. 86.

Angina maligna diaphoreſi ſolvitur. 17. §. 87. *In ea Venæſectiones & purgationes an & quando locum habent.* ibidem.

In ea caveant ſibi Medici ab halitu ægrorum & quare. 17. §. 87.

Angina ut ſolvatur. 17. §. 86. 87. 88. 89. 90. p. 5. 6. 28.

Ut ſolvitur translatione in aliam partem. 17. §. 90.

Laryngotomia *an conveniat.* 17 §. 90.

Mercurialis inunctio ut anginam inducat. ibid.

Humor peccans anginæ cauſa frequentiùs per ἐμπλασμόν, infarctum, quam per συναθροισμόν, coacervationem congeritur. 4. §. 20.

Prognoſis anginæ. 4. §. 21. §. 22. 23. 24. 25 *& ſeq.*

Curatio Anginæ. 5. 6. 7. 8. §. 29. 30. 31. *& ſeq. Indicationes curativæ.* 6. §. 29. 30.

In Angina periculoſa feſtinandam eſt 6. §. 29. 30.

